1
4
312
BIBLIOTECA NAZIONALE
CENTRALE - FIRENZE
50.000 - 10-939

Digitized by Google

1-4-312

Digitized by Google

DONATI ANTONII
DE MARINIS
I. C. REG. CAMERÆ
SVMMARIÆ OLIM PRÆSIDENTIS
RÆGNIQVE VICEMAGNI CANCELLARII,
Nunc verò apud ſuam Catholicam Maieſtatem in Supremo Italico Senatu Regentis.

RESOLVTIONVM IVRIS.
LIBER SECVNDVS.

QVARTA HAC LVGDVNENSI EDITIONE, QVAMPLVRIMIS, quibus ſcatebat mendis expurgatus, ac innumeris nouiſſimis additamentis auctus.

CVM GEMINO INDICE, ALTERO ARGVMENTORVM, Materiarum altero.

AD VIRGINEM GLORIOSISSIMAM COELORVM REGINAM abſque peccati labe conceptam.

LVGDVNI,
Sumpt. PHILIPPI BORDE, ET LAVRENTII ARNAVD.

M. DC. LXII.
CVM SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

SANCTISSIMÆ
DEIPARÆ
SINE HÆREDITARIA
LABE CONCEPTÆ.

SECVNDO audendum mihi iure optimo fuit (ter maxima Parens) ne ſcilicet vllus ex meis labor tuo fraudaretur auſpicio; in lucem enimvero prodiret Volumen hoc, ſed luçe orbum, niſi tuo illuminaretur beneficio. Alterum accedere debuerat opus, operi tibi antea nuncupato non impar amore, vt nullus in obſequendo ſit modus, quando tu nullum beneficiis modum imponis. Quid maculas, quid caligantis ignorantiæ tenebras illud timeat, quando te nanciſcitur patronam primæ neſciam labis, ac Phœbœo puriorem auro? Quid obtrectantium aculeos paueat, dum tu ſine ſpinis Roſa veſtibulo excubas? Illud fateor me ab hoc tenui opificio verborum, ac ſententiarum floſculos abegiſſe, tibi enim illud mancipandum ſtatui, cui ornandæ florum elegantiam Ver totam effudit. Video præterea, nihil me tibi ſiſtere, quod tuum non ſit, in illo ſiquidem momento, quo primum hauſiſti Spiritum, ſummus rerum Arbiter, omnia tuo addixit nutui, ac te vniuerſitatis Dominam inaugurauit; At hæc benignæ matris conditio eſt, natorum munuſcula è materno licet ærario deprompta, amanti ſupercilio excipere. Accedat huc oportet operis argumentum, quàm enim apte illud tu tibi vendicas; ac depoſcis? Ipſo ſane, legum latorem mortali inuolutum integumento, hominum generi dediſti, iure igitur leges te perinde ac viuam legum Arcam, expetunt, anhelantque. Age igitur, vt meæ erga te obſeruantiæ legibus me obſtrictum habeas ſemper, hanc de Iuriſprudentia tractationem ne reiice & leue hoc obſequentis calami monumentum, non leuis mei in te Amoris pignus eſſe ducas rogo.

DIVO IANVARIO BENEVENTANO
Epiſcopo Martyri.

MIRA fides;
IANVARIVS
Cruciatibus mancipatus
Tyrannum cruciat Conſtantia ſua.
Parcit inuicto fornacis flamma,
Illam fors præſentit in viro vim,
Qua
Erumpentes poſtmodum è Veſuvio ignes
Vrbi Neapolitanæ defenderet.
Ante Præſidis Rhedam pertrahitur,
Cui vltro Sol ad lucis incrementum, ſufficeret ſuam.
A fera feris obiicitur,
At hæ miteſcunt, efferatur illa,
Quæ cæcitati damnatur, quòd nunquam vidiſſet.
Vix ſæcula credent
Incuſſam Tyranno cæcitatem,
Hominum millia luce impertiiſſe,
Ipſo dumtaxat cæcutiente monſtro,
Si minus corpore, animo quidem certè.
Nocendi inanes expertus artes,
Mox artus diſtrahi iubet,
Vt Cœlum propius attingeret.
Capite demum diminutus.
Coronæ iacturam non fecit.
Ceruice cecidit, non animo;
Vnus idemque gladius
Caput meſſuit, & palmas;
Diſce Lector
Sanguini Cœlum patet.

DIVO

DIVO BLASIO SEBASTENSI Epiſcopo & Martyri ELOGIVM.

BLASIVM
Virtuti collactaneum, & Sanctimoniæ Procerem
Obſcurum ne crede, quòd lateat in ſpecu;
Quippe qui
Vitam ſuam clariorem fecit in tenebris.
Scilicet
Paſtor futurus, adiit Syluas,
Docuitque
Nullum eſſe locum Sanctitati imperuium.
Feras reddidit humanas
Inhumanos expertus homines.
Mortalis nil habuit, præter mortem,
Quæ etiam in lucrum ceſſit immortalitatis.
Ad ſupplicia vocatus,
Inter ſupplicia delicias inuenit
Obſtupente vel ipſa Conſtantia,
Hominem nacta ſe ipſa robuſtiorem.
Epiſcopum egit ante epiſcopatum,
Præcoci in omnibus ingenio.
Irretorto ſupercilio
In vndis ambulauit,
Ipſis etiam teſtantibus aquis
Corporis leuitatem,
Quo euolantem vltra Sydera mentem proſequebatur.
Diſce Lector
Non capit mare ingentes animos.

APPROBATIO.

POST accuratum *Reſolutionum Juris D. Antonij de Marinis*, quæ duobus Tomis comprehenduntur factum examen, nihil quod fidei, & Catholicæ Doctrinæ aduerſetur repertum eſt. Quare nos infra ſcripti Doctores Theologi Pariſienſes vt prœlo ſubiiciantur & euulgentur nihil obſtare dicimus. Actum Lugduni, hac die vigeſima quinta Ianuarij, ann. Domini milleſimi ſexcenteſimi ſexageſimi ſecundi.

Fr. IOANNES ROBE' *Ordinis Prædic.*

Fr. PAVLVS LANDRY *Ordinis Prædic.*

Approbatio Ordinarij.

VIſa Doctorum Approbatione has *Reſolutiones Iuris D. Antonij de Marinis*, typis mandri permittimus. Lugduni, die ſecunda Februarij, ann. Domini milleſimi ſexcenteſimi ſexageſimi ſecundi.

DENEVF-VILLE *Vic. Generalis.*

Conſenſus Procuratoris Regij.

VIſis ſupradictis Approbationibus, *Reſolutiones has Iuris D. Antonij de Marinis*, à PHILIPPO BORDE ET LAVRENTIO ARNAVD Lugdunenſibus Bibliopolis prælo ſubiici permitto; cum prohibitionibus in huiuſmodi caſibus requiſitis. Lugduni 3. Februarij 1662.

VIDAVD.

PERMISSIO.

COncluſionibus Regij Procuratoris adhæreo; die tertia Februarij 1662.

DV SAVSEY.

ARGV

ARGVMENTORVM ELENCHVS.

A

ABBAS nullius Diœceſis nùm in eius iuriſdictione facultatem habeat examinãdi Notarios Regios, provt poſſunt Epiſcopi, iuxta præſcriptum *Sacri Tridentini Concilij ſeſſ.22. cap.10. de refor.* & quid in Regno noſtro Neapolitano. Cap.1. pagina 1

Abbatiſſa cùm non niſi per triennium poſſit iniuncto muneri incumbere, dubitatur, an tempus iſtud à loci Ordinario ex cauſa prorogari poſſit. Superior regularis nùm tempus Nouitiis à *Sacro Tridentino Concilio* ad profitendum conſtitutum, differre valeat. Item an quatrimeſtre patronis laicis ad præſentandum conceſſum, poſſit per Epiſcopum dilatari, & de aliis, ad ornatum *Conſtitutionis Gregorij XIII.* quæ incipit, *Exponit debitum*, & infr. Cap.2. p.2

Abortus crimen committens nùm à Iudice Eccleſiaſtico, attenta *Conſtitutione Sixti V.* extra ſtatum Eccleſiæ cognoſci poſſit. Iudex Eccleſiaſticus an, & quando ſit competens ad cognoſcendum laicum falſum coram ipſo deponentem. Magiſtratus ſæcularis in Regno Neapolis nùm priuatiuè in criminibus mixti fori ſubditos cognoſcat. Cap.3. p.3

Accuſandi ius nùm naturalibus, & illegitimis competat pro morte alicuius conſanguinei ſimiliter naturalis, vel ſpurij. Ius accuſandi, & remittendi quibus propriè competat, ad ornatum *prag.8.* ſub *tit. de Compoſit.* Cap.4. p.4

Accuſatus de hæreſi, & demùm ad perpetuum carcerem damnatus, nùm poſſit per procuratorem in iudicio comparere, ſuoſquè debitores ad ſibi ſoluendum cogere. Abiuratio, quæ facit pœnam mortis euitare, an inſimul faciat euitare pœnam amiſſionis bonorum, in quam à die commiſſi facinoris in hæreſim lapſus incidit. Pœna perpetui carceris à iure Ciuili prohibita, & à iure Canonico permiſſa an ſit cognita à iure Regni, & de aliis. Cap.5. p.5

Actor, vel reus quis nam dicatur in iudicio iactantiæ, ad effectum cognoſcendi, coram quo Iudice ſit procedendum. Diffamator, cui in iudicio iactantiæ eſt ordinatum, vt iura ſua proponeret, an decreto ſatisfaciat, ſi intentaret ſpolium, vel præciſè teneatur iura ſua proponere in iudicio petitorio. Remedium aliquod an detur, vt impediatur lis ſuper iudicio iactantiæ. Refertur ſingularis *obſeruatio* manuſcripta Domini *Ioannis Angeli Piſanelli* ad materiam ſatis pertinens cum deciſionibus S. Conſ. Cap.6. p.8

Actorum Magiſtri Supremorum Tribunalium Regni Neapolis nùm pro fideiuſſionibus, quas ſuſcipiunt, illam poſſint tuta conſcientia exigere mercedem, quæ ipſis pro arbitrio videbitur. Fideiuſſor nùm pro fideiuſſione præſtanda poſſit ratione periculi certam mercedem cum debitore paciſci. Cap.7. p.10

* Aduocatus ſi à Principe in Senatorem eligeretur, nùm annuum legatum eius vita durante à Cliente ei relictum, ad hoc, vt hæredis cauſas defendat, petere poſſit, dum aduocationis munus exercere prohibetur. Legatum relictum tutori an debeatur, ſi ſe à tutela excuſauerit. Legatum an debeatur, ſi onus legatario impoſitum adimpleri non poteſt. Cap.8. p.11

Aduocatus, vel Procurator, qui in cauſa pro Cliente teſtis eſſe non poteſt nùm ab aduerſario requiſitus cogi poſſit ad deponendum contra Clientem, & quid in Sollicitatore, & quid in Arbitro. Tutor an idoneus ſit teſtis pro pupillo in cauſa, quæ agitatur ad inſtantiam alterius contutoris. Domeſticus an legitimus ſit teſtis, vbi veritas aliter haberi non poteſt. *Pragm.23. de offic. Sacr. Conſil.* qua diſponitur, non poſſe quem vti Iudicem interuenire in illa cauſa, quam eius coniunctus vti Aduocatus patrocinatur, an procedat, vbi coniunctus non vti Aduocatus, ſed tanquam amicus cauſam protegit, ſiue ſollicitat. Cap.9. p.15

Aduocatus pauperum, qui ex Domini Regis munificentia pro reorum defenſione eligitur, nùm valeat interuenire tempore,

pore

Digitized by Google

pore, quo cauſas, quas defendit, Iudices decidunt, & exemplo Fiſci Patroni proceſſus, quos informatiuos appellamus, videre, & de aliis ad materiam pertinentibus. Cap. 10. p.16

Aduocatus alicuius creditoris nùm tuta conſcientia poſſit pro illo patrocinari contra debitoris hæredem, vt teneatur vltra vires hæreditarias, ex quo inuentarium non confecit, ſi conſtat, hæredem illum bona hæreditaria non ſubtraxiſſe, & de aliis ad materiam pertinentibus. Cap. 11. pag. 18

Aduocatus an peccet mortaliter, ſi agnoſcens, Clientem malam fouere cauſam, illumquè admonens, vt liti cederet, cauſæ tutelam proſequatur, ex quo à Cliente ſic rogatus extitit, cùm ſciret, Iudicem pro ſe pronunciaturum, provt cum effectu euenit. Cap. 12. p.19

Aduocatus, qui mercedem accepit pro futuro patrocinio nùm teneatur in foro conſcientiæ illam reſtituere, ſi Cliens ampliùs patrocinium non exquiſiuit, & quid ſi in progreſſu litis agnoſcens, Clientem malam fouere cauſam, tutelam deſeruerit, & de aliis. Cap. 13. ibid.

Aduocatus, qui à pluribus quotannis recipit ſalarium, ſi contigerit, inter hos Clientes litem aliquam oriri, nùm poſſit vnum defendere Clientem contra alium, & de aliis. Cap. 14. p.20

Aduocatus, cui à Cliente fuit conſtitutum certum annuum ſalarium an poſſit tuta conſcientia tranſacto anno illud exigere, ſi in illo anno Cliens nullas habuit lites, & de aliis. Cap. 15. p.21

Alienari in ſubſidium cùm poſſint bona fideicommiſſo ſubiecta pro dote conſtituenda, vel reſtituenda, dubitatur, in actio hæc mulieri competens ſubſidiaria ſit cenſenda, vel potiùs directò ſuper bonis illis agi poſſit, ex quo fideicommittens fideicommiſſum ordinando diſpoſuit expreſsè vt pro dote bona vinculata alienari, vel obligari poſſint. Creditor anterior, qui habet obligata bona feudalia, & burgenſatica; ſiue fideicommiſſo ſubiecta, & libera, nùm poſſit in perniciem creditorum poſteriorum, qui non niſi bona libera habent hypothecata omittere feudalia, ſeu fideicommiſſo obnoxia, & ad burgenſatica, ſeu libera pro eius credito conſequendo recurrere. Cap. 16. ibid.

Alienari cùm poſſint bona fideicommiſſo ſubiecta pro dote conſtituenda, vel reſtituenda, dubitatur; an iuris hæc concluſio procedat etiam, vt alienari poſſint pro impenſis, quæ vt perficiatur matrimonium neceſſariæ ſunt. Cap. 17. p.24

Alienatio bonorum pupillorum, quando illam fieri expoſtulat neceſſitas, vt validè facta dici poſſit, quæ præcisè concurrere debent. Bona fideicommiſſo ſubiecta, poſſeſſore delinquente nùm confiſcari poſſint. Tutoris authoritas, quæ non fuit adhibita in venditione prædij minoris, an vt illa valida iudicetur, ſat ſit, ſi tutor ipſe venditionis contractum ex interuallo ratificet. Geſta cum tutore ante inuentarij confectionem an de iure ſubſiſtant. Creditorum vrgentia pro vẽditione bonorum pupillorum quomodò conſideretur. Venditio bonorum pupillorum facta de ordine Principis an ſit annullanda, ſi demùm detegatur, venditionis cauſas fuiſſe falſas, & de aliis ad intellectum, & declarationem *text. in l. fin. C. ſi maior fact. alien. fact. ſine decret. rat. haber.* & in *l. benè à Zenone, C. de quatrienn. præſcript.* Cap. 18. p.26

Alienatio, quæ iure permittente fit bonorum fideicommiſſo ſubiectorum ex cauſa dotis conſtituendæ, vel reſtituendæ nùm poſſit pariter permitti, inſtante eius hærede, ſiuè perſona cui mulier iura ſua dotis recuperandæ in forma valida ceſſit. Priuilegium prælationis mulieris indultum ex diſpoſitione *text. in l. aſſiduis, C. qui potior. in pignor. hab.* an tranſeat in eius ceſſionarium, ſiuè hæredem. Concurrentibus ſuper bonis viri ceſſionario mulieris pro dote recuperanda, & ceſſionario eiuſdẽm pro conſequutione antephati lucrati, vter præferendus, ſi bona illa ad vtrique ſatisfaciendum ſat non ſint, & de aliis ad materiam. Cap. 19. p.38

Alienatione rei ſtabilis facta cum pacto, quòd pendente ſolutione pretij conuenti teneatur emptor loco intervſurij certam annuam præſtationem venditori ſoluere, ſi interſurium conuentum excederet fructus, qui ex rè vendita percipiuntur, an eo caſu poſſit emptor inſtare, vt interuſurium illud moderetur, nè excedat fructus, qui ex re vendita colliguntur. Cap. 20. p.42

Annuo cenſu ſuper feudo legitimè conſtituto, & demùm à ſucceſſore in feudo illo acquiſito, defuncto feudatario acquirente, duobus ſuperſtitibus hæredibus, altero in feudo, altero verò in allodio, an vti allodialis annuus ille reditus ſpectet ad hæredem in allodio, vel potiùs dicendum ſit, per acquiſitionem à defuncto feudatario quocunque titulo factam, fuiſſe illum extinctum, & ſic feudum à tali onere remanſiſſe liberum. Reuocabile, & temporale, vel potiùs irreuocabile, & perpetuum dicatur dominium, quod habet feudatarius in feudo hæreditario. Augmentum feudi an dici poſſit, quando feudatarius feudum ab aliquo onere liberat, & ſi tale cenſendum, an idem de illo

illo iudicandum ſit, ſicut iudicatur de manufacto, ad ornatum *tex. in capit.* 1. §. *ſi vaſſallus, in tit. hic finitur lex*, & de aliis ad materiam. Cap. 21. p. 44

Antephatum, quod mulier ob viri mortem quoad vſumfructum lucrata fuit, cuinam ſit reſtituendum, filiis, vel ſocero conſtituenti, vel potiùs Fiſco, qui propriis filiis excluſis in bonis præmortui viri ſucceſſit propter crimen læſæ Maieſtatis ab illo patratum. Filia rebellis an ſuper lucro antephati, quod mortua matre ad Fiſcum ſpectat, poſſit legitimam conſequi. Exornatur *text. in l. quiſquis*, §. *vxores*, *C. ad leg. Iul. Maieſt.* vbi plura de eius materia. Donatio propter nuptias an differat ab antephato, refertur ſingulare *reſponſum D. Ioannis Angeli Piſanelli* adhuc non impreſſum cum deciſionibus. Capite 22. pag. 50

Antefatum, quod ſecunda coniux ob viri mortem lucrata eſt, nùm ſolui debeat à filiis huius ſecundi matrimonij. Pater in Ciuitate Neapol. ſecundas contrahens nuptias an poſſit in perniciem filiorum primi matrimonij cum futura coniuge paciſci, vt in conſtituto antefato ſuccedant tantùm filij ex hoc ſecundo matrimonio naſcituri, in quo aliàs ex lege municipali ſuccederent omnes, & ſic tam ex ſecunda, quàm ex prima vxore ſuſcepti, dummodò patris ſint hæredes. Item cùm hoc pactum aliud non importet, niſi donationem in filios naſcituros collatam, an talis cenſenda ſit donatio, vt collationis, & imputationis regulis ſubiaceat. Cap. 23. p. 53

Antefatum vt debeatur mulieri per mortem viri, quæ concurrere debeant. Mulier, quæ dotem non ſoluit, nùm ſoluto matrimonio à viri hæredibus antefatum petere poſſit, dùm conſtitutum illud apparet, habito reſpectu ad dotes, & ex aliis cauſis viri mentem mouentibus. Antefatum nùm poſſit conſtitui in minus, quàm extitit à Statuto taxatum. Donatiuum, quod ex conſuetudine tranſmittitur à ſponſo ſponſæ antè contractum matrimonium per verba de præſenti, ſi illud in capitulis matrimonialibus conſtitutum non apparet, an ſoluto matrimonio ſit mulieri debitum, & de aliis, ad ornatum *prag.* 1. ſub *tit. de donat. propter nupt.* Cap. 24. p. 56

Antefatum quando dicatur lucratum per mulierem pleno iure, & quando quoad vſumfructum tantum, & quid attento nouiſſimo iure Regni. Mulier matrimonio per viri mortem ſoluto nùm poſſit à viri hæredibus conſtitutum antefatum in pecunia numerata petere, offerens de ea ſumma cautionē poſt eius mortē reſtituenda, vel potiùs dicendum erit, in hæredis electione remanere, vel antefatum ſoluere, vel pro eo mulieris vita durante tot annuos correſpondere, ad ornatum *prag.* 1. ſub *tit. de donat. propter nupt.* vbi deciſio S. C. Cap. 25. p. 57

Apocham Banco ſi quis ſcripſerit, vt ſoluat Titio mille, quæ debentur à Caio, pecunia in Banco non reperta nùm obligatus remaneat, vel potiùs cenſendum ſit, vti Caij debitoris procuratorem ſe obligaſſe. Obligans ſe vti alterius procurator, ſi de mandato non conſtat, an vti principalis obligatus remaneat. Exceptio diſcuſſionis an in quacunque iudicij parte opponi poſſit, & de aliis. Cap. 26. p. 58

Aſſenſus Apoſtolicus nùm requiratur, quando Eccleſia pretio mediante vult in alium transferre hypothecam, quam ſuper alieno prædio habet conſtitutam. Bona Eccleſiæ nùm ſubhaſtari poſſint pro eius debito ſub generali obligatione contracto pro exoluendo pretio bonorum, abſque Aſſenſu Apoſtolico emptorum, vbi nouiſſima *deciſio Sacræ Rotæ Romanæ*, & de aliis ad materiam. Cap. 27. p. 60

Aſſenſus Regius generaliter conceſſus obligationibus bonorum feudalium pro reſtitutione dotium mulierum Neapolitanarum, nùm extendatur ad beneficium hæredis mulieris ſuper bonis feudalibus ſoluto matrimonio per virum quæſitis. Aſſenſus iſte an ſit ſubſidiarius. An extendatur ad feuda plana, & de tabula. An comprehendat bona feudalia viri mulieri tacite obligata. Inſuper an præſtitus intelligatur donationibus contemplatione matrimonij à parentibus factis filiis in capitulis matrimonialibus, & de aliis ad materiam, & ornatum gratiarum per Regem Catholicum conceſſarum in anno 1505. de quibus *in cap.* 20. *&* 21. inter *Priuileg. Ciuitat. & Regno conceſſa*, *fol.* 42. *à ter.* Cap. 28. pag. 62

Aſſenſus Regius an ſit concedendus in donatione, quæ de feudo hæreditario à patre fit ſecundogenito, primo ſe opponente. Secundogenitus feudi refutatione ſequuta an poſſit à fratre, patre adhuc viuente, vitam, & militiam petere. Prorex attenta *Prag. nouem capitum*, *in* 4. *cap.* quæ in *volum. pragm.* eſt 4. in ordine, ſub *tit. de feudis*, an poſſit aſſentire, vt pater in teſtamento valeat feudum ſecundogenito relinquere. Item cùm ex nouiſſima gratia poſſit in Regno feudatarius fœminam in immediatum ſucceſſorem habens, illam à feudi ſucceſſione excludere, & maſculum in gradu tamen ſucceſſibili hæredem inſtituere, ſi plures habuerit maſculos in eodem gradu, an poſſit ex illis minorem natu,

attenta gratia prædicta hæredem inſtituere. Pater in feudo, in quo viuitur iure Longobardo an poſſit filium primogenitum tantùm hæredem inſtituere, vbi ſingulare *reſponſum D. Ioanni Angeli Piſanelli*, adhuc non impreſſum. Cap. 29. p. 67

Aſſenſus Regis nùm in Regno requiratur in alicuius ſeruitutis impoſitione, quæ à feudatario ad alicuius fauorem fieret ſuper feudo, quod poſſidet, ità vt ſi impetratus non fuerit, fiet locus reuocationi factæ conceſſionis vigore *Conſtit. Regni Conſtitutionem Diuæ memoriæ*. Aſſenſus Regis, vel Baronis requiritur in Regno, quando duæ Vniuerſitates vellent inter ſe communionem facere iuris paſcendi, & declaratur *Cap. Regni Pondus æquum*, vbi ſingulare *reſponſum D. Ioannis Angeli Piſanelli*, & de aliis ad materiam pertinentibus. Capit. 30. p. 70

Aſſenſus Regius an requiratur in locatione, quæ fit de feudo cùm iuriſdictione, & vaſallis, adeò vt ſi obtentus non fuerit, fiat locus diſpoſitioni *Conſtitutionis Regni Conſtitutionem diuæ memoriæ*, & de aliis, ad ornatum *Conſtitutionis* præfatæ, & alterius, quæ incipit, *Scire volumus*. Capit. 31. p. 74

Aſſenſus præſtitus à Proregibus Regni antè annum 1561. ſuper obligationibus omnium feudorum debitoris obligantis, exceptis feudis titulatis, an proſit etiam quoad feuda titulata, ſtante gratia à Rege conceſſa, de qua *pragm.* 17. ſub *tit. de feudis*, Cap. 32. p. 75

Aſſenſus Regius, qui ſuper bonorum feudalium obligatione impetrari non poteſt poſt feudatarij obligantis mortem, nùm obtineri poſſit poſt illius decoctionem. Cap. 33. pag. 77

Aſſenſus Regius à feudatario legitimo in feudo carente ſucceſſore impetratus, vt poſſit de feudo teſtari in aliquem conſanguineum, ſiuè alium prorſus extraneum, nùm impartitus intelligatur, non ſolum, vt reddatur validum primum teſtamentum, ſed etiam ſecundum, ſi primum fuit reuocatum. Cap. 34. ibid.

B

BArones in Regno nùm poſſint ab eorum ſubditis cogi ad Communitatibus ſoluendum collectas pro animalibus, quæ in territoriis feudalibus ad impinguandum tenent. Animalia poſsidens in alio loco, quàm in illo, in quo domicilium habet, an pro illis collectam ſoluere teneatur. Capit. 35. p. 78

Barones, ad quos in Regno ſpectat ius confirmandi Syndicos, cæteroſque Vniuerſitatum Officiales, nùm teneantur confirmare electos illos, qui aliàs ad Regias triremes propter maleficium commiſſum damnati fuère. Cap. 36. p. 79

Baro an poſſit vaſallos cogere, vt ſoluta eis mercede alteri præſtent ſeruitia. Baro exercens mercantiam an poſſit cogere vaſallos ad ei in illa mercantia inſeruiendum. Salarium, quodnam à Barone ſolui debet in illa die, in qua Operariis diuerſimodè à cæteris Conciuibus ſoluta eſt, & de aliis, vbi ſingularis *obſeruatio D. Io. Angeli Piſanelli*. Cap. 37. p. 80

Baro nùm cenſendus ſit ille, ad effectum vt priuilegiis, & prærogatiuis Baronibus conceſſis potiri poſſit, qui ſub alterius nomine feudum emit, ſi antè, vel poſt emptionis contractum perſona, quæ emptoris vicem geſſit, declarauerit, quòd feudum emit, vel empturus eſt pecunia, & contemplatione alterius, quem conſtituit procuratorem irreuocabilem ad fructus omnes ex feudo percipiendum, & ad iuriſdictionem adminiſtrandam, & cum promiſſione de vendendo, cedendo, in ſolutum dando, vel obligando feudum illud ad omnem inſtantiam, & requiſitionem illius, cuius pecunia, & contemplatione fuit facta emptio. Dominium feudi empti ex aliena pecunia nùm domino pecuniæ aliquo modo quæri poſſit. *Titulus C. plus valere quod agitur, quam quod ſimulatè concipitur*, an procedat in contractatione bonorum feudalium. Tenuta feudi an quæri poſſit hæredi extraneo, vel feudorum ſucceſſionis pœnitùs incapaci, & de aliis, vbi *deciſio* nouiſsima *Sacræ Rotæ Romanæ*. Cap. 38. p. 81

Barone poſsidente Portulaniam nùm à decretis Portulani, quem eligit, poſsit appellari ad Iudicem ſecundarum cauſarum; ſicut appellatur à Iudice primarum, & quid, à decretis Baiulorum an poſsit, ad Baronem, ſiuè eius Capitaneum recurſus haberi. Capit. 39. p. 87

Beneficiario ea lege feudato, vt ſingulo quoquè die in eius altare à Beneficiato pro tempore Miſſæ Sacrificium celebraretur; nùm illo demùm vacante in præſentatione reſpectu præſentandi Sacerdotij qualitas requiratur, vel ſat ſit, ſi præſentetur quilibet Clericus adhuc in minoribus conſtitutus, vbi nouiſsima *deciſio Sacr. Rot. Rom.* Cap. 40. ibid.

Bona mobilia debitoris exequuta, vt legitime creditori adiudicentur, nùm neceſſe ſit, vt præcedat illorum appretium, ſicut practicatur in adiudicatione bonorum immobilium. Bona immobilia exequuta cùm venerint creditori adiudicanda, ſi longè excedunt

excedunt importantiam crediti, quòd proinde eſt adiudicanda tanta pars, ad quam aſcendit ſumma debiti. Nùm tota res ſit priùs æſtimanda, vel potiùs pars illa, quæ ſummam debitam importat, vbi ſingularis *obſeruatio Domini Ioannis Angeli Piſanelli.* Cap.41. p.90

C

CApitulum Sede vacante nùm poſſit beneficia conferre, & dato, quòd non valeat, ſi de facto reperiretur aliquod collatum, nùm clerico proſit, ad effectum vt poſſit fori priuilegio gaudere. Illegitimè natus ſi obtinuerit beneficium, aſſerendo ſe legitimum, & naturalem, nùm talis impetratio ei proſit pro eodem effectu gaudendi priuilegio fori, & de aliis. Cap.42. p.91

Citatio prima nùm poſſit incipere à Procuratore. Feudatarij priuati Regnicolæ, & huius Regni Alienigenæ; ſi ab hoc Regno fuerint abſentes, eoſque in ius vocari contingerit, in quo loco, & quomodò citandi ſint. Iudice mandante, vt quis procedat ad ſtipulationem alicuius contractus, eo parere recuſante, quid praxis obſeruat. Citatio colitigantis ad videndum iuramenta teſtium an aliquandò omitti poſſit, & de aliis ad materiam pertinentibus. Cap.43. p.92

Clericus cum à laico iure retractus conuenitur, nùm poſſit conueniri coràm Magiſtratu ſæculari. Deteſtatur ſententia *Thomæ Triuiſani deciſ.34. par.1. & Mary Giurb. deciſ.25. num.10. & obſeruat.2. à num.15. part.1.* Eccleſia, & Eccleſiaſticæ perſonæ an pro obtinenda in integrum reſtitutione aduerſùs contractum initum cum laico, poſſint coràm Iudice Eccleſiaſtico comparere, & plura de intellectu *c. conſtitutus, extrà de in integrum reſtitut.* & de aliis ad materiam pertinentibus. Cap.44. p.95

Clerico diuiti, tàm ex redditibus Eccleſiaſticis, quàm ex Patrimonio nùm vita, & militia debeatur. Et quid ſi eſſet ille primogenitus, qui propter Clericatum à feudi ſucceſſione fuit excluſus. Item cùm certum ſit, in feudo nouo competere ſecundogenito partem pretij, quo feudum illud emptum fuit, ſi contingerit, feudatarium mori, cui duo ab inteſtato ſuccederent, alter in feudo, alter verò in allodio, nùm bonorum allodialium hæres poſſit integrum feudi pretium, vti allodiale ab hærede in feudalibus petere, & de aliis ad materiam pertinentibus. Cap.45. p.102

Clericus feudorum ſucceſſionis incapax nùm poſſit à Principe tuta conſcientia habilitari, ſeu in integrum reſtitui, vt in feudis, per patrem relictis ſuccedere valeat, non obſtante, quòd tempore mortis feudatarij ob eiuſdem filij incapacitatem ſequenti in gradu ſucceſſio delata fuerit, & de aliis ad materiam pertinentibus. Capit.46. pag.112

Clericus lethaliter offenſus à minore decem, & octo annis, ſed maiore quatuordecim, nùm valeat vindictam proſequens Curiam Principis in forum eligere, illamquè inferiorem loci delicti declinare. Clericus incedens ſine habitu, & tonſura, ac in diuinis non inſeruiens, propter quod mittit priuilegium fori ex diſpoſitione *Sacri Tridentini Concily, ſeſſ.23. capit.6. de reformat.* nùm pariter amittat priuilegium Canonis. Item exemptionis à ſolutione gabellarum, *Cap. Odoardus* electionis, & variationis fori, aliaque priuilegia clericis conceſſa. Clericus Neapolitanus, qui liberè poteſt diſponere de bonis antiquis, & non ſeruata diſpoſitione *Conſuetudinis, Et ſi teſtator*, nùm ſimiliter valeat liberè diſponere, ſi fori priuilegium amiſit. Concurrentibus in forum eligendo duobus priuilegiatis, ſed vno maiori priuilegio ſuffulto, an priuilegia ſint confundenda, & de aliis, ad ornatum *text. in l. vnica, C. quandò Imperator inter pupill. & vid. & Conſtitut. Regni Statuimus.* Cap.47. p.115.

Clericus cùm bona, ad quorum titulum ſacris inſignitus eſt, alienare non poſſit ex diſpoſitione *Concily Tridentini ſeſſ.21. capite 2. de reformat.* nùm pariter prohibeatur ſuper bonis illis cenſum conſtituere, & quatenus ſic, ſi de facto reperiretur cenſus conſtitutio facta, an clerico defuncto illius hæres actione hypothecaria conuentus poſſit de contractus nullitate opponere. Item nùm quandò lex aliquem actum ipſo iure declarat nullum, hominis ſententia requiratur, & de aliis. Cap.48. p.119

Clericus aſſecutus priuilegium, ſiuè beneficium, de quo *in capit. Odoardus, extrà de ſolut.* nùm poſſit illo gaudere, ſi clericatu dimiſſo, laicus efficeretur, ità vt ſi à ſuis creditoribus coram Iudice ſæculari conueniretur, valeat de obtento beneficio opponere. Cap.49. p.120

Clericus, qui non ligatur *Conſuetudine Neapolitana*, quæ incipit *Et ſi teſtator*, nùm poſſit in morte liberè de bonis antiquis diſponere, dùm exiſtens beneficiatus clericatui, & beneficio renunciauit, non ſeruata forma *text. in capit. admonet, de renunciat.* Clericus beneficiatus an beneficio renunciare videatur petendo inueſtituram feudi, in quo propter conſanguinei mortem ſucceſſit. Diſpoſitio *text. in d. cap. admonet, de renunc.* an de conſuetudine ſeruetur, & de aliis. Cap.50. ibid.

Clericus vti alicuius fideiuſſor conuentus nùm ordinis beneficio ſuccurratur. Exceptio excuſſionis cùm de iure Canonico opponi poſſit,& de aliis. Cap.51. p.121

Clericus, qui vti actor coram Iudice laico litem habuit nùm poſſit ab eius Aduocato, vel Procuratore pro conſtituto ſalario coram eodem Iudice conueniri.C.52. p.122

Clericus veniens in cauſa poſt ſententiam aduersùs aliquem in actione reali prolatam, nùm ſit audiendus, ſi allegauerit, ſuper ipſius bonis fuiſſe prolatam, & quid ſi de mota lite habuerit notitiam. Cap.53. pag.123

Collectari an poſſint bona exterorum in territorio alicuius Ciuitatis ſita, ſi bona poſſidens per longum, ſiuè longiſſimum tempus pro bonis illis collectam ſoluit in loco originis, ſiuè domicilij. Declaratur *text. in cap.Regni Pondus aquum*, & de aliis ad materiam pertinentibus.Cap.54. ibid.

Conductor completo locationis tempopore nùm poſſit locatori dominij quæſtionem referre, ex cauſa ſuperueniente poſt conductionis contractum. *Text. in l. ſi quis conductionis, C. locat.* an locum habeat in contractu emphyteutico, & feudali, vbi *deciſiones Sacra Rota Romana*,& de aliis ad materiam pertinentibus.Cap.55. p.125

Conſuetudines Neapolitanæ,quæ reſpectu diſpoſitionis bonorum antiquorum non ligant ciues, quandò in proximos ſucceſſores habent clericos, idque ad æqualitatem ſeruandam an procedant, quandò remota perſona clerici proximioris, ſupereſſet laicus ſequens in gradu. Conſuetudo Capuanæ, & Nidi, quæ patrem à filij ſucceſſione excludit in bonis intra diſtrictum, an ſic pariter in bonis extra. Mulier extera Neapolitano nupta adſtricta ex pacto ſeruare Conſuetudines Neapolitanas, an in præiudicium filiorum poſſit liberè diſponere de bonis ſibi ab agnato obuentis, extrà territorium ſitis. Conſuetudo Neapolitana prohibens, nè ciuis de bonis ſibi obuentis ab agnatis, & cognatis poſſit diſponere vltrà medietatem, an ceſſet, quandò agnatus teſtando, vel donando dedit poteſtatem liberè diſponendi,& de aliis. Cap.66. p.131

Conſuetudine Neapolitana attenta, qua proximiores defuncto agnato in medietate bonorum antiquorum ſuccedunt, nùm proximiores illi ſuper illo bonorum genere poſſint petere immiſſionem virtute *legis finalis, C. de edict. Diu. Hadr. tollend.* extraneo exiſtente hærede in teſtamento ſcripto, immiſſionem ſimiliter petente ſuper omnibus bonis vigore teſtamenti. Remedium *l. fin. C. de edict. Diu. Hadr. toll.* nùm exerceri poſſit per hæredes ab inteſtato venientes. Cap.57. p.133

Creditor anterior poſtquàm obtinuerit in iudicio reali ſuper bonis debitoris à tertio poſſeſſis, nùm poſſit ſententiæ exequutionem deſerere, & pro ſui crediti conſequutione in præiudicium creditorum poſteriorum ad alia debitoris bona recurrere. Caſus omnes enumerantur, in quibus creditoris arbitrium eſt refrenandum, & de aliis ad materiam pertinentibus, vbi deciſiones.S.C.Cap.58. p.134

Creditor, qui pecuniam ſuam particularibus ciuibus alicuius Ciuitatis mutuo, vel ſub vſuris dedit, nùm poſſit ciues illos iuxtà eorum obligationem ad conuentas vſuras ſibi ſoluendum cogere, dùm conſtat, pecuniam illam non ad ipſorum particularium obligatorum, ſed communitatis beneficium fuiſſe conuerſam.Caſus omnes ponuntur, qui in hac materia contingere poſſunt, ad ornatum *Prag.*11. ſub *tit. de adminiſtr. vniuerſ.* Cap.59. p.137

Creditor anterior in bonis communis debitoris vt quis dici poſſit, quodnam tempus ſit inſpiciendum, celebrati nimirum contractus, vel numeratæ pecuniæ, ſi poſt contractus ſtipulationem, ante tamen pecuniæ numerationem alij debitor bona ſua obligauerit.Cap.50. p.139

Creditor poſterior, qui ſuper liberatione pecuniæ ex feudo cum aſſenſu obligato redactæ præfertur anteriori aſſenſu carenti, nùm ſit pariter præferendus, quandò creditor anterior aſſenſum haberet, verùm ipſe non ageret, ſed eius ceſſionarius, qui tamen in ceſſione aſſenſum, prout tenebatur non procurauit,& de aliis. Cap.61. pag.140

Creditor, qui habet bona debitoris ſibi obligata cum conſtitutiuo, & præcario num poſſit principali debitore mortuo, agere aduerſùs tertium poſſeſſorem bonorum ſibi obligatorum, non facta priùs diſcuſſione cum hæredibus debitoris, ad ornatum *tex. in l. fin. C. de acquir. poſſeſſ. & prag.*1. ſub *tit. de aſſiſt. in antiquis.* Creditor pendente iudicio diſcuſſionis inuentarij an poſſit hypothecaria agere aduerſus tertium poſſeſſorem bonorum ſibi obligatorum.Cap.62.p.141

Creditores mulieris in actione perſonali nùm poſſint ſuper bonis in dotem viro aſſignatis agere, illaque exequi facere. Tutore in actione perſonali ad computa reddendum condemnato, facta demùm liquidatione, an liceat pupillo exequi facere contra tertium poſſeſſorem, in quem poſt ſuſceptam tutelam tutor bona ſua alienauit, vbi elegans *annotatio D. Io. Angel. Piſanelli.* Cap.63. p.142

Creditor

Creditor anterior an, & in quibus caſibus poſſit auocare pecuniam poſteriori creditori a communi debitore ſolutam. Hæres debitoris condemnatus ad ſoluendum omnibus creditoribus hæreditariis, ſi ſoluerit vni creditum ſuum totum, & in hæreditate nihil remanſit, vt cæteris creditoribus ſatisfieri poſſit, an de ſuo ſoluere teneatur, ex quo doloſè gratificare voluit, vel potius teneantur creditores agere contra concreditorem, cui fuit ſolutum. Cap 64. fol. 143

D

DEbitor ſub clauibus conſtitutus, ſi pro ſe à vinculis liberando fideiuſſionem præſtiterit de ſoluendo debitum infra certum tempus, vel de redeundo ad carceres, num tempore elapſo, & debito non ſoluto, poſſit creditor fideiuſſorem cogere, quamuis fideiuſſor ipſe ſit paratus debitorem exhibere, & intus carceres præſentare. Et quid ſi eiuſdem debitoris præſentatio eſſet impoſſibilis, quia antè, vel poſt tempus in ſoluendo, vel præſentando præſcriptum mortuus eſt. In alternatiua, cuius eſt electio, debitoris, vel creditoris. Promittens alternatiuè certa die duo præſtare, an vna re perempta, remaneat obligatio in alia. Exceptio diſcuſſionis, vel diuiſionis, quæ fideiuſſoribus; & correis competit an opponi poſſit in obligationibus cameralibus. Nouatio an inducatur ad finem, vt fideiuſſor ſit liberatus, quando creditor prorogat debitori ſuo tempus ad ſoluendum, & de aliis ad materiam pertinentibus. Cap. 65. p. 144

Debitor: qui ad euitandam inſtrumenti guarentigiati exequutionem poteſt creditorem ſuum præuenire, dummodò fideiuſſionem præſtet de ſoluendo debitum, & pœnam in caſu ſuccumbentiæ, nùm teneatur fideiuſſionem hanc præſtare, non ſolum quando præuentio ordinatur ad ſatisfactionem debiti probandam, de qua loquitur *Prag. unic. de præuent. moderand.* ſed etiam quoties allegetur alia cauſa, qua mediante non eſſe eum ad ſoluendum adſtrictum prætenderet, vbi ſingulare *reſponſum Dom. Ioann. Angeli Piſanelli* inter ſua notabilia manuſcript. Cap. 66. p. 147

Doctores legum in Regno nùm ab eorum Baronibus cogi poſſint ad Acriatus munus ſuſcipiendum, vbi deciſio Regiæ Cameræ. Cap. 67. p. 149

Donatione matrimonij contemplatione facta a patre filio, & filiis ex illo naſcituris, natis demùm maſculis, & fœminis, num omnes vtriuſquè ſexus ſuccedere poſſint, vel tantum maſculi. Item in donatione prædicta filij an ſuccedant vti filij, vel vti hæredes. Reſoluitur inſuper, an filiæ fœminæ concurrant cum maſculis in antephato lucrato per eorum matrem, attento ſtatuto fœminarum excluſiuo, & an vt in illa ſuccedi poſſint requiratur, vt filij ſint patris hæredes, & de aliis ad materiam. Cap. 68. ibid.

Donatio an, & quando ſimulata præſumatur. Pater an ſit legitimus adminiſtrator bonorum filij, in quibus vſumfructum non habet, ſingulariter explicatur. Pater an aliquod ius habeat ſuper bonis feudalibus filij, & an pro filio feudatario infante poſſit comparere vti pater, vel potiùs vti curator, & de aliis notabilibus, vbi ſingularis *obſeruatio Domini Ioann. Angeli Piſanelli.* Cap. 69. pag. 152

Donatio facta à patre filio an, & quando nulla ſit cenſenda. Pater poſt Donationem factam filio abſenti, ſed Notario pro illo acceptante, & ſtipulante, cum retentione vſusfructus, ac iurata promiſſione de non reuocando, conſtituto, & præcario, nùm poſſit rem donatam in alium transferre, antequam filij donatarij ſequatur acceptatio. Stipulatio Notarij pro abſente an illi ius acquirat ante ratificationem. Retentio vſusfructus in donatione an importet tranſlationem dominij proprietatis in donatarium. Clauſula conſtituit, & præcarij appoſita in contractu donationis abſenti factæ an impediat dominij tranſlationem, cùm donator rem vni donatam in alium transferre vellet. Cap. 70. p. 155

Donatiua gemmarum, quæ fiunt à ſponſo ſponſæ antè contractum matrimonium per verba de præſenti nùm donata cenſeantur, & quid de gemmis donatis à conſanguineis ſponſi. Annulus ſponſalitij in die nuptiarum à ſponſo ſponſæ traditus an donatus præſumatur, & de aliis notabilibus, vbi nouiſſima *deciſio Sacr. Rot. Rom.* Cap. 71. pag. 157

E

ELectio ſuperiorum in Monaſterio an irrita ſit cenſenda, attenta diſpoſitione *Concily Tridentini ſeſſ. 25. capit. 6. de regular.* vbi Scrutatores illam omnium conſenſu fuiſſe factam publicarent. Cap. 72. p. 160

Emphyteuta nùm incidat in commiſſum, ſi rem ſibi in emphyteuſim conceſſam alienauerit, ſaluo tamen aſſenſu Dominij, & cum clauſula *nec aliter, nec alio modo.* Emphyteuta alienans, & poſſeſſionem tradens, ſaluo aſſenſu Domini, an ad caducitatem euitandam poſſit dominium præuenire, & conſenſum petere, & infrà quantum tempus.

pus.Caſus enumerantur, in quibus emphyteuta poteſt rem emphyteuticam alienare ſine directi domini conſenſu,& de aliis, vbi nouiſſima *deciſio Sacra Rota Romana*.Cap.73. ibid.

Exceptio hoſtica, de qua in *Conſtitutione Regni* exordiente *Hoſtici exceptionem*, ſub *tit. de exceptione hoſtica ponenda*, num poſſit opponi contra Eccleſiam, & Eccleſiaſticam perſonam,pro ſui iuris conſequutione agentem, & de aliis ad materiam pertinentibus. Cap.74 p.163

Excommunicationis ſententia contenta in *Bulla Cœnæ Domini*, qua ſancitum extitit, nè perſonæ Eccleſiaſticæ directè, vel indirectè ad forum ſæculare, trahantur, nùm comprehendat caſum, vbi exiſtente clerico alicuius debitore ex cauſa cenſus, Iudex laicus mandat inquilinis, ſiuè colonis, qui fundum cenſui obnoxium à clerico cōductum tenent, vt de quantitatibus ex cauſa affictus per illos debitis, ſiuè debendis pœnes ipſum Iudicem laicum depoſitum faciant,& de aliis.Cap.75. p.165

Excommunicationis ſententia, de qua *in Can.ſi quis ſuadente Diabolo* 17.*q*.4.an procedat in percutiente, & moleſtante conſanguineum clerici, vel illius bona propter odium, quod gerit in ipſum clericum Cap.66. p.167

Excommunicationis ſententiam, de qua in *Can. ſi quis ſuadente Diabolo* 17. *q*.4. nùm contrahant percutientes mulieres, commorantes in conſeruatoriis Ciuitatis Neapol. in quibus Deo inſeruiunt, quotidiè Diuinum officium in Choro canendo, aliaquè peragendo Diuina miniſteria. Capite 77. p.169

F

FAlſos teſtes, & ſcripturas producens nùm inteſtante Parte aduerſa, vt declaret, ſi illis vti velit, poſſit ſub aliqua clauſula, vel cum aliqua proteſtatione declarare. *Prag*.1.ſub *tit.de falſis*, qua cautum eſt,vt producentes falſos teſtes, & ſcripturas vltrà cauſæ amiſſionem, falſi pœna plectentur,an locum ſibi vendicet in cauſa feudali, & de de aliis notabilibus, vbi ſingulare *reſponſum. Dom.Ioann.Angeli Piſanelli* ad huius *pragmatica* ornatum.Cap.78. p.169

Fatalia an currant in Sacr. Conſil. Impedimenta quæ eſſe debeant in proſequutione appellationis, ad hoc vt elapſo primo fatale concedatur ſecundum, & de pluribus notabilibus, ad ornatum *Pragm*.1. ſub *tit. de appellat. & 53. de offic. Sacr. Reg. Conſil.* vbi ſingularis *obſeruatio D. Io. Angeli Piſanelli*.Cap.79. p.171

Feudatario defuncto, ſi infrà tempus à lege feudali præſcriptum legitimus ſucceſſor inueſtituræ renouationem non petierit,ex eo,quia nō ipſe,ſed alius feudum poſſedit, nùm locus ſit pœnæ commiſſi, dùm negligenter in feudo recuperando ſe geſſit. Feudum poſſidens,quod nos dicimus planū, & de tabula an incidat in commiſſum, ſi infrà annum, & diem Baroni, à quo feudum tenetur defuncti feudatarij mortem non denunciauerit, vel potiùs teneatur ad duplicatum releuium, affertur ſingularis *annotatio* manuſcripta *Dom.Io. Angeli Piſanelli*. Cap.80. pag.173

Feudatarius in hoc Regno teſtamentum condens, hæredemque in feudo grauans ad certam pecuniæ quantitatem alicui præſtandam, nùm poſſit abſquè Domini noſtri Regis aſſenſu diſponere, & ordinare, vt donec legata quantitas ab hærede grauato ſoluatur, valeat legatarius feudi poſſeſſionem propria authoritate ingredi, fructus percipere, & iuriſdictionem exercere, vbi deciſiones Sacr. Conſil. & de aliis.Cap.81. p.175

Feudatarius cùm poſſit ſucceſſorem pro concurrenti feudi valore grauare, dubitatur, ſi ſucceſſor iſte vltrà feudi valorem grauatus, legatariis paratus eſt ſatisfacere pro ſumma,quæ importat veram feudi æſtimationem, num cogi poſſit ad feudum vendendum, ex eo, quòd inuenitur emptor, qui in feudo impenderet pluſquàm illud valet, ob quod legatariis omnibus integre ſatisfieri poſſit. Valor rei quomodò probetur,& de aliis. Cap.82. p.177

Feudi alienatione reuocata, ſicque contractu reſoluto ex diſpoſitione *Conſtitutionis Conſtitutionem Diuæ memoriæ* num pacta in contractu illo reuocato appoſita corruant, vel potiùs dicendum eſt, illa ſubſiſtere, & in ſuo robore permanere. Emptore reuocante an pretium cum vſuris ſit reſtituendum, vel potiùs ſit locus compenſationi, & de aliis ad materiam pertinentibus.Cap. 83. p.179

Feudi alienatione nulla declarata ob defectum Regij aſſenſus nùm in reſtitutione fructuum facienda venditori veniant prouentus, ſiuè pœnæ pecuniariæ, quas emptor ex iuriſdictione conſequutus: & de aliis ad materiam pertinentibus,vbi ſingularis *annotatio* manuſcripta *Dom.Ioannis Angeli Piſanelli*.Cap.84. p. 182

Feudi noui pretium, quod in Regno ex conſuetudine iudicandi venit conferendum inter omnes defuncti feudatarij filios, & hæredes vniuerſales, nùm ſit pariter conferendum, quandò pater, qui feudum emit,filium primogenitum in illo hæredem conſtituit, ſecundogenitos verò in allodio, facta

facta bonorum diuiſione, & aſſignata vnicuique ſua portione, proùt ſibi viſum fuit. Cap.85. 184

Feudum quod nàm dicatur, ex pacto nimirùm, vel hæreditarium facta conceſſione pro ſe, & hæredibus ex corpore legitimè deſcendentibus, illa adiecta clauſula, *ità quòd maior natu minori, & maſculus fœminæ præferatur*. Examinatur, & demùm reiicitur *Afflict.* theorica in *Conſtitut. Vt de ſucceſſionibus, num 69.* & in *cap. an agnatus, num.*.. Cap. 86. pag. 187

Feudo vendito ſine aſſenſu pro mille, eoquè demùm ab emptore ſimilitèr ſine aſſenſu vendito pro mille, & quingentum, primo venditore reuocante, & aduersùs hunc nouum emptorem agente, quod nàm pretium erit poſſeſſori reſtituendum, illud, ipſe exburſauit, vel quod venditor receperat, & de aliis. Cap. 87. 188

Fideicommiſſarius an, & quandò poſſit propria authoritate ingredi poſſeſſionem bonorum fideicommiſſo ſubiectorum, & legitimus ſit contradictor aduersùs hæredem agentem ex remedio *l. final. C. de edict. Diu. Hadrian. tollend.* Detractiones vbi per hæredem grauatum faciendæ non ſunt, an poſſit fideicommiſſarius, ſiuè legatarius rei fideicommiſſatæ poſſeſſionem propria authoritate capere, & de aliis, Cap. 88. pag. 189

Fideicommiſſum reciprocum an cenſeatur inductum, quandò filiis inſtitutis ſint ſubſtituti eorum deſcendentes. Inſtitutis à patre filiis, illiſque eorum liberis, & deſcendentibus maſculis in infinitum ſubſtitutis, nùm reciprocum inter deſcendentes iſtos dici poſſit, inductum eſſe fideicommiſſum, ità vt per deficientiam lineæ maſculinæ alterius ex inſtitutis, ſuperſtites maſculi alterius lineæ veniant admittendi, vbi deciſio S. C. Cap. 89. 192

Fideicommiſſarius vocatus in caſu mortis, vel ſub aliqua conditione an poſſit bona fideicommiſſo ſuppoſita, per grauatum alienata eo viuente reiuendicare. Prohibitio facta à feudatario ſine aſſenſu, nè ſucceſſor feudum alienet an præbeat iuſtam cauſam Domino noſtro Regi in caſu alienationis aſſenſum denegandi, & de aliis ad materiam pertinentibus, vbi nouiſſima *deciſio Sacr. Rot. Rom.* Cap. 90. 194

Fideicommiſſo impoſito ſuper re, quam teſtator fideicommittens habebat communem cum hærede, quem inſtituit, nùm cenſeatur illud impoſitum ſuper tota re, vel potiùs ſuper parte tantùm, quæ ad fideicommittentem ſpectabat. Cap. 91. 196

Fideiuſſio an præſtanda ſit à conuento petitione hæreditatis de reſtituendis fructibus perceptis, & lite pendente percipiendis in caſu ſuccumbentiæ, actore illam petente, & præſtari inſtante, & quatenus ſit præſtanda, an procedat in bonæ fidei poſſeſſore, qui iuſtam haberet litigandi cauſam, & quæ ſit iuſta litigandi cauſa. Obtinens in poſſeſſorio, ſi in petitorio ſuccumbat, an ad reſtitutionem fructum perceptorum, & poſt litis conteſtationem percipiendorum condemnari poſſit, & de aliis ad materiam pertinentibus. Cap. 92. 198

Filius in Religione capaci profeſſus, qui nihilo accepto renunciauit patri, eiuſquè hæredibus, & ſucceſſoribus, nùm in taxanda legitima maſculorum, ſiuè paragio fœminarum ſit inter filios connumerandus. Renunciatio facta patri, eiuſquè hæredibus, & ſucceſſoribus in ampla forma, an reſpectu ſucceſſionis ſuper bonis paternis, ſit tranſlatiua, vel potiùs extinctiua, & de aliis. Cap. 93. pag. 200

Filia naturalis minus congruè à patre dotata, patre mortuo nullo relicto legitimo deſcendente, nec coniuge, an poſſit ab hærede teſtamentario congruæ dotis petere ſupplementum, maximè ſi in dotatione enormiſſima concurrat læſio. Portio filiabus naturalibus in bonis patris debita quanta ſit, & an illis aliqua ſuperſit actio ad paternum teſtamentum infringendum, & de aliis ad materiam pertinentibus. Cap. 94. 204

Filij reorum criminis læſæ Maieſtatis diuinæ, vel humanæ antè delictum nati, nùm parentum, cæterorumquè ſucceſſione ſint priuandi, ſicùt priuantur, qui poſt delictum à patre commiſſum procreati ſunt, & de aliis ad materiam. Cap. 95. 206

Filius, qui mortuo patre ab illius hæreditate ſe abſtinuit nùm poſſit ſe pœnitere, & in illa ſe immiſcere, ſi infrà tempus ad pœnitendum ſibi præſcriptum bona hæreditaria à ſubſtituto, vel venientibus ab inteſtato præoccupata fuère, & de vero intellectu *l. final. C. de repud. vel abſtinend. hæreditat.* Filius immiſcens ſe hæreditati paternæ an poſſit ſe abſtinere, ex quo detegit magno ære alieno eſſe illam grauatam, & de aliis ad materiam pertinentibus, vbi nouiſſima *deciſio Sacræ Rot. Roman.* Cap. 96. 208

Filiusfamilias Regni Neapol. qui abſque patris conſenſu in Alma Vrbe contraxit, conuentus in Regno ſuper contractus obſeruantia, nùm poſſit iuuari beneficio *Pragmatica Sanctionis*, ſub *tit. de Senatuſc. Macedon.* Statutum inhabilitans perſonas ad contrahendum, ſiuè dans formam contrahentibus, an forenſes liget, & de aliis ad materiam pertinentibus. Capite. 97. pagina. 211

Filiusfamilias clericus nùm poſſit cogere patrem

patrem ad reſtitutionem fructuum, quos ille percepit ex beneficio Eccleſiaſtico ipſius filij, &, an eo caſu poſſit pater opponere, eſſe compenſandos cum alimentis, quæ eidem filio clerico beneficiato præſtitit, vbi ſingularis *obſeruatio* manuſcripta *D.Io. Angeli Piſanelli.* Cap.98. p.212

Filius naturalis legitimatus nùm poſſit ſuper bonis paternis integram petere legitimam, ſi in legitimatione fuerit dictum, vt poſſit ſuccedere in eo tantùm, quod ei relinquitur. Legitimatio ſi fuerit facta in ampliſſima forma, adiecta tamen clauſula *ſine praiudicio venientium ab inteſtato*, an ſi condito per patrem teſtamento fuerit filius ſic legitimatus præteritus, poſſit allegare teſtamentum nullum, vel ſi eſſet inſtitutus in minus legitima, agere ad illius ſupplementum, & de aliis, vbi nouiſſima *deciſio Sacra Rota Rom.* Cap.99. p.213

Filius naturalis in certis bonis à parte hæres inſtitutus, eo expreſſo, quòd ſi Religionem aliquam profiteretur, non niſi certam annuam quantitatem vitalitiam conſequi poſſit; ſi hic ingrederetur Congregationem aliquam Sacerdotum ſecularium, qui ex permiſſu Sanctæ Sedis Apoſtol. vti Religioſi in communitate viuunt, an fiet locus diſpoſitioni teſtatoris quòad annuam præſtationem vitalitiam ordinatam, & de aliis ad materiam pertinentibus. Cap.100. p.215

Filius naturalis legitimatus per reſcriptum Principis nùm ſit immittendus in poſſeſſionem bonorum paternorum, in quibus inſtitutus eſt, ſi agnatus proximior comparuit, legitimationis defectum allegans, ſimulquè, ac filiationem denegans. Cap.101. pag.217

Frater, qui vigore nouarum gratiarum ſuccedit fratri in feudo nouo pecunia quæſito, non obſtante inueſtitura *pro ſe, & hæredibus ex corpore*, an poſſit etiam eiſdem attentis gratijs ſuccedere in feudo nouo fratris, non pecunia, ſed in ſeruitiorum remunerationem conceſſo. Cap.102. pag.218

Frater vterinus ſecundo genitus in ſucceſſione feudi paterni fratris vterini, cuius inueſtitura canit *pro ſe, & hæredibus ſimpliciter*, nùm præferendus ſit nepoti ex fratre vterino primogenito præmortuo, & de alijs, ad ornatum *Conſt. Regn. Vt de ſucceſſionibus.* Cap.103. 219

Fructus percepti per hæredem grauatum poſt purificatum fideicommiſſum an, & quandò ſint fideicommiſſario reſtituendi. Poſſeſſor bonorum fideicommiſſo ſuppoſitorum, à quo tempore teneatur reſtituere fructus, quos bona fide percepit, à tempore forſan purificati fideicommiſſi, vel à die litis motæ. Valor fundi quomodò probetur. Fructus ex prædio ruſtico, vel vrbano percepti cùm ſint vero Domino reſtituendi, ad quamnàm rationem liquidantur, vbi *deciſio Sacra Rota Romana.* Cap.104. p.221

H

HÆres ſoluens creditori anteriori prævia iurium ceſſione nùm poſſit à poſteriore hypothecaria, ſiuè iure aſſiſtendi conueniri ſuper re, quam poſſidet. Exceptio diſcuſſionis inuentarij nùm poſt ſententiam ad illius exequutionem impediendam opponi poſſit. Hæres ſoluens creditori primo venienti, ſciens alium extare anteriorem, an legitimè eum ſoluiſſe dicendum ſit, & de aliis ad materiam. Cap.105. pag.223

Hæres ſcriptus petens hæreditatem vigore teſtamenti, quod fuit poſtea decretum nullum an, & quandò poſſit variare, & petere iure obliquo ex eadem ſcriptura, vt ex codicillis. *Text. in l. final. C. de iur. codic.* (quo ſancitum eſt, quem non poſſe ex eadem ſcriptura petere hæreditatem ex teſtamento, & ex codicillis; ſed vna via intentata alteram tolli.) an ſicut limitatur inter deſcendentes, & aſcendentes, ita pariter fauore piæ cauſæ, vbi ſingularis *deciſio Sacr. Rot. Rom.* Cap.106. p.226

I

INſtrumento in iudicio producto an teneatur producens ex diſpoſitione *text. in l. final. C. de fide inſtrum.* illud iterato producere, ſic inſtante Parte ex aduerſo de falſitate redarguere volente, ità pariter teneatur præſentare teſtes, quos pro ſe teſtimonium ferre curauit, dùm illos aduerſarius falsò depoſuiſſe probare ſe offert, & de aliis notabilibus, vbi ſingularis *obſeruatio D.Io. Angel. Piſanelli.* Cap.107. p.228

Inſtrumentum nùm creditore inſtante poſſit in eius foro incuſari contra debitorem alterius fori, ſtante pacto, quòd vbi debitor fuerit in mora ſoluendi, poſſit conueniri in foro creditoris, in quo extitit deſtinata ſolutio, & certa domus pro citatione aſſignata. Iuriſdictio quibus modis prorogari poſſit, & de aliis. Cap.108. pag.229

Intereſſe ratione moræ nùm debeatur illius ſortis, ad quam debitor diffinitiua ſententia fuit condemnatus, ſi iuſta concurrit litigandi cauſa, & quæ ſit iſta hæc iuſta litigandi cauſa, & de aliis ad materiam pertinentibus. Cap.109. p.231

Intereſſe quantitatis infrà ſummam ducatorum

catorum centum an peti poſſit. Adminiſtrator alicuius bonorum, quin in rationibus reddendis moroſus extitit, nùm teneatur ſoluere intereſſe illius quantitatis, in qua rationibus calculatis debitor apparuit, quæ tamen quantitas nunquàm fuit liquida. Item an intereſſe, quod Iudicis officio debetur, poſſit duplum quantitatis debitæ excedere, vbi deciſiones Sacri Conſilij. Capite 110. p.232

Inuentarium ab hærede confectum an nullum cenſendum ſit, vbi aliquis ex creditoribus defuncti citatus non fuerit. Hæres an vt inuentarium ei non proſit, conuinci debeat, habuiſſe ſcientiam creditoris in confeſſione non citati. Regula res inter alios acta Tertio non nocere an procedat, quandò inuentarium cum vno ex creditoribus eſt validum à Iudice declaratum, aliis non auditis. Inuentarij diſcuſſio facta cum vno ex creditoribus an proſit, vel noceat cæteris, & de aliis. Cap. 111. p.233

Iudex ſæcularis requiſitus pro imploratione brachij ſuper exequutione ſententiæ per Iudicem Eccleſiaſticum in cauſa matrimoniali latæ, matrimonij ſeparationem, & dotium reſtitutionem concernentis, num poſſit reſpectu reſtitutionis dotis de viribus ſententiæ cognoſcere, & de aliis ad materiam. Cap. 112. p.235

Iudex alicuius Tribunalis intrà numerum ordinariorum nouiſſimè receptus nùm præcedere debeat Iudicem ſupernumerarium in illo munere antiquiorem. Iudices ſupernumerarij an potiantur eiſdem beneficiis, & immunitatibus, quibus Ordinarij gaudent, & de aliis, ad ornatum *text. in l. 1. §. quod autem, C. de collegiat. lib. 11. in l. vnicuiquè, C. de proxim. ſacr. ſcrin. lib. 12. & in l. fin. C. de apparitor. Magiſtror. Milit.* eodem *lib.* Cap. 113. p.336

Iudex nùm poſſit recuſari, ne in iudicando interueniat in cauſis alicuius pupilli, ex quo tutoris eſt ille inimicus. Iudex, qui eſt conſanguineus, vel inimicus alicuius Prælati an poſſit interuenire in cauſis illius Eccleſiæ. Cap. 114. p.237

Iuriſdictio an ſit à territorio ſeparata, vel potiùs cohærens territorio. In Regno num præſcriptione aliqua quæri poſſit, vt Baro vnius Ciuitatis, vel Caſtri contentioſam iuriſdictionem exercere valeat in alieno territorio inter ſubditos illos, qui illuc traxerunt domicilium. Iuriſdictio an ſit præſcriptibilis, & per quantum tempus. Et deniquè an in poſſeſſorio ſummariiſſimo turbatus, ſuæ poſſeſſionis cogatur oſtendere titulum, præſerti cum verſemur in materia iuriſdictionali, & de aliis ad materiam pertinentibus. Cap. 115. p.246

Ius retractus, quod in venditione feudi ex pacto competit agnato vigore *tex. in c. 1. §. ſed etiam res, per quos fiat inueſtit. in cap. 1. §. porrò, quib. olim poter. feud. alien. & in cap. 1. §. Titius, ſi de feud. defunct. controu. ſit int. Dom. & agnat.* an locum habeat in feudo hæreditario. Et quatenus in hoc feudi genere procedat, an iure illo vti poſſit agnatus, qui tempore minoris ætatis alienationi aſſentiit, pretiiquè partem factus maior recepit. Item an minor, læſione non probata, reſtitui poſſit aduerſus lapſum temporis ad retrahendum à iure præſcripti. Ius retractus an competat vlteriori agnato, quando feudatarius cum proximioris conſenſu feudum alienauit, & de aliis ad materiam pertinentibus. Cap. 116. p.243

Ius retractus an competat Baro iuridictionis ciuilis, quando venditur iuriſdictio criminalis ab illius Domino. Prælatio quibus ex cauſis competere poteſt. Ius retractus cuius naturæ ſit. Emptor rei cum pacto de retrouendendo an præferendus ſit in ceſſione iuris luendi à venditore, pretio mediante alteri facta. Eccleſia ſi in feudi venditione præferri non poſſet ex eo, quod dicitur manus mortua, an petere poſſit, vt feudum illud ponatur in manus perſonæ ſæcularis. *Titulus C. plus valere, quod agitur, quàm quod ſimulatè concipitur,* an procedat in feudis. Perſona priuilegiata læſione non probata nùm reſtitui poſſit aduerſus lapſum temporis ad retrahendum à iure præſcripti. Cap. 117. p.251

Ius prohibendi, quod Barones in eorum dominiis habent, ne vaſalli ad alia Molendina, Furnos, & Tapeta accedant, quàm ipſorum Baronum, an procedat, ſi vaſalli accederent ad Molendina, Furnos, & Tapeta extra territorium exiſtentia, & de aliis notabilibus ad materiam pertinentibus. Capite 118. p.254

L

Laudum ab Arbitris prolatum nùm allegari poſſit nullum, ſi in compromiſſo facto fuerit, ſpeciali pacto inter Partes conuentum, vt de nullitate dici non poſſit, & de aliis ad materiam pertinentibus. Capite 119. p.256

Legato facto Eccleſiæ pro miſſis quotidiè celebrandis, & quòd pro eleemoſyna teneatur hæres aſſignare ſortem, cuius fructus Sacerdoti celebranti perſolui debeant, facta hac aſſignatione, ad quemnàm Sacerdotis electio ſpectare debeat, ad ipſum hæredem, vel potiùs ad Rectorem Eccleſiæ pro tempore, & de aliis, vbi *deciſio Sacræ Rota Rom.* Cap. 120. p.258

Argumentorum Elenchus.

Legatum relictum filiis Petri, qui in eodem teſtamento relictus fuit tutor filiorum legantis, nùm poſſit de iure peti, ſi Petrus ipſe tutelæ onus ſubire recuſauit. Inſuper an vſuræ quantitatis legatæ à teſtatore taxatæ, vt ab hærede præſtentur, quouſquè legatum fuerit ſolutum, debeantur à die mortis teſtatoris, vel potiùs à die petitionis. Cap.121. p.259

Legatum earum rerum, quæ in pondere, numero, & menſura conſiſtunt, an comprehendat augmentum ſuper eiſdem rebus poſt teſtamentum à teſtatore factum, & de pluribus notabilibus ad materiam pertinentibus. Cap.122. p.261

Legato certæ pecuniæ quantitatis a Cardinale Familiæ ſuæ relicto, nùm de illo particeps eſſe poſſit perſona, quam Cardinalis per literas familiaritatis familiarem ſuum declarauit, nulla tamen ei victus portione aſſignata, ſed eo expreſſo, vt quamuis ab actuali ſeruitio eſſet abſens, haberetur pro præſente, & actu inſeruiente, ſicquè omnibus gaudere prærogatiuis, ac ſi actualis ſeruitio vacaret. Cap.123. p.263

Legato facto alicui de mille, quæ per hæredem ſolui mandauit teſtator ex ſimili, vel maiori ſumma, quam conſequi dicebat à Caio, nùm cenſeatur illud ademptum, ſi demùm teſtator ipſe tale debitoris nomen exegerit. Item annua præſtatione relicta ex certo fundo percipienda, ſi contigerit poſteà, tot non percipi fructus, vt annuum illud legatum ſatisfieri poſſit, nùm hæres de aliis bonis hæreditariis ſupplere teneatur, & quid ſi ſemel eſt legatum præſtandum. Cap.124. p.264

Libri rationum priuatæ perſonæ ſi peteretur exhibitio, nùm poſſit is, à quo petitur, offerens ſe paratum exhibere, inſimul excipere, quòd aduerſarius exhibitionem petens, caueat de ſtando dicto libro, non ſolùm in his, quæ pro ſe faciunt, ſed etiam in his, quæ faciunt contrà, & de aliis, vbi ſingularis *obſeruatio D. Io. Angeli Piſanelli.* Capit.125. p.266

M

Maioratus in ſucceſſione concurrentibus maſculo remotiore ex fœmina orto, & fœmina proximiore ex maſculo nata, ſi tractatur de ſuccedendo vltimo poſſeſſori tranſuerſali, nùm potior ſit maſculus ex fœmina remotior, quàm fœmina ex maſculo proximior. In contractibus maximè lucratiuis an filiorum appellatione veniant fœminæ. Maſculinitatis qualitas adiecta in vna parte teſtamenti reſpectu filiorum Petri, an in alia reſpectu filiorum Antonij ſimpliciter vocatorum repetita intelligatur. Fœminæ an cenſeantur excluſæ à Maioratu ob grauamen ab Inſtitutore adiectum, vt ſucceſſores teneantur ferre illius nomen, & arma. Excluſio propriarum filiarum an maſculinitatis qualitatem inducat, vt neptis ſuccedere non poſſit. Vocatis filiis maſculis naſcituris ex Petro, nùm vocatio hæc ſit apta ad inducendum fideicommiſſum in fauorem deſcendentium ab illis. Maſculus ex fœmina an capax ſit ſucceſſionis Maioratus conſtituti pro maſculis cum perpetua excluſione fœminarum, & de aliis ad materiam pertinentibus. Cap.126. p.268

Mandatum à Iudice puellæ factum, nè ſub certa pœna ipſo Iudice inconſulto matrimonium contrahat, num ſpretum dici poſſit, & ſucceſſiuè pœnæ exactio ſubintret, ſi ad ſtipulationem capitulorum matrimonialium poſt mandatum iniunctum proceſſum fuerit. Cap.127. p.276

Mulier Neapolitana, quæ filios habens non poteſt, niſi de decima ſuorum bonorum parte diſponere, num poſſit teſtamento ſuo prohibere, nè marito filiorum patri in reliquis nouem partibus quæratur vſusfructus, qui aliàs ex iuris diſpoſitione ad illum ſpectaret, & de aliis. Capit. 128. p.276

Mater, quæ iuxtà receptiſſimam Scribentium ſententiam per pupillarem ſubſtitutionem à patre filio ordinatam excluditur a legitima, quæ de iure ad filium ſuper bonis prædefuncti patris ſpectabat, num ſit pariter excludenda, attento iure municipali huius Ciuitatis Neapolis, ad ornatum *Conſuetudin. Si aliquis moriens.* Capit. 129. pagina 278

Matrimonio ſeparato quòad Thorum culpa mariti an poſſit mulier nedum repetere dotem, & donationem propter nuptias, ſed etiam fructus dotis, quos maritus lite pendente ſuper diuortio percepit. Sententia quæ dicatur declaratoria, & quæ priuatiua, & de aliis ad materiam pertinentibus, vbi *deciſiones Sacræ Rotæ Rom.* Cap. 130 p.280

Matrimònium attento iure communi, num legitimè per verba de præſenti contractum dici poſſit, ſi ſcriptura aliqua mediante vir, & mulier declarauerint, quòd inuicem matrimonium contrahunt, nèc ſe fore ſeparandos, quouſquè Deus, & mors ſeparet, ſic declarationem hanc propria manu ſubſcribentes, vbi *deciſio Sacræ Rotæ Romanæ.* Cap.131. p.283

Matrimonium ſi quis furtim, & malis artibus contraxerit, nullo præcedente patris, vel matris puellæ conſenſu, num Prin-

cipis

cipis ſecularis arbitrio pœna aliqua puniri poſſit.Cap.132. p.285

Meliorationes inſeparabiles in feudo factæ, quæ per hæredem in feudalibus hæredi in allodio ſoluendæ ſunt, cùm venerint æſtimandæ, quodnam tempus inſpiciendum ſit, reſtitutionis forſan, an verò illud, quo impenſæ factæ ſunt, cuius occaſione latè tractatur hęc meliorationum æſtimatio, pro ornatu, & declaratione *text. in l. in fundo 39. ff. de rei vindic. & in l. domos 61. ff. de leg. 1.* Item exceptio meliorationum an ſententiæ exequutionem impediat.Cap.133. pag.286

Meliorationes quo tempore inſpecto æſtimantur. Feudi alienatione nulla declarata ob defectum Regij aſſenſus, nùm cogatur venditor, qui feudum reacquiſiuit ſoluere emptori victo pretium meliorationum ibi per eum factarum, vel poſſit dicere, dùm ſunt meliorationes, quæ per ſe ſubſiſtunt, quòd remaneant ad commodum ipſius emptoris meliorantis. Feudo reuerſo ad Dominum ob lineam finitam, ſi meliorationes ibi factæ reperiuntur, nùm hæredi in allodio ſoluendæ ſint, & de aliis pro intellectu, & ornatu *cap. 1. § ſi vaſallus, hic finitur lex,* vbi *deciſio Regentis Moles.*Cap.134. pag.289

Miles veteranus, qui honeſtam, vel cauſariam obtinuit miſſionem, num priuilegiis gaudere poſſit militibus actu inſeruientibus conceſſis, ſignanter circa fori declinatoriam, & vt ad munera perſonalia,& onera realia non teneatur,& de aliis.Cap.135.p.292

Minor maior effectus nùm poſſit ad Iudicem recurrere pro reſciſſione donationis à ſe factæ iuramento roboratæ tempore, quo quartumdecimum adhuc non expleuerat annum. Abſolutio à iuramento num neceſſaria ſit, vbi in contractu enormiſſima concurrit læſio, & de aliis ad materiam pertinentibus, vbi deciſio S.C.C.136. pag.294

Minor curatorem habens ſi abſquè eius authoritate contraxerit, ſed cum decreto Iudicis, nùm contractus ille iuramento roboratus de iure ſubſiſtat. Iudicis decretum an ſuppleat tutoris, vel curatoris defectum. Pupillus minor ſeptennio nùm poſſit abſquè tutoris authoritate præſentare clericum in beneficio, quod eſt de eius iurepatronatus, & ſi duplex concurreret præſentatio, nimirùm pupilli, & tutoris, quęnam præualebit.Cap.137. p.296

Monaſterium ex perſona Monachi tempore grauiſſimæ infirmitatis profeſſi, & in ea defuncti, nùm poſſit agere ſuper bonis paternis, & maternis pro conſequutione legitimæ portionis, quæ huic Monacho ſuper eiſdem bonis competebat, vbi deciſio S.C. Cap.138. p.297

Mulier ſoluto matrimonio num poſſit abſquè hæredum viri ceſſione agere pro recuperatione dotis viro promiſſæ, & non ſolutæ. Inſtrumentum, quod in iudicio in carta pergamena non eſt productum, an fidem faciat, vbi geminatæ S.C. deciſiones. Refutatarius bonorum feudalium non dato hærede vniuerſali, an loco hæredis habeatur. *Text. in capite 1. §. in generali, ſi de feud. defunct. controuer. ſit*, an procedat, quando feudatarius vniuerſaliter bona ſua obligauit, & quid ſi non habebat, niſi bona feudalia. Item an limitetur fauore dotis, & vbi hominis, ſiuè legis aſſenſus præcederet, & de aliis. Capite 139. pagina 298

Mulier ſoluto matrimonio an poſſit agere contra hæredes viri pro recuperatione dotis, quam vir confeſſus fuit recepiſſe, ſed verè non recepit, ex quo dotantes poſt inſtrumentum confeſſionis dotis, alio mediante confeſſi fuerunt, mutuo à viro recepiſſe pecuniam, illam ea dem ex cauſa dotis obuentam, quam intrà certum tempus ſoluere promiſerunt, vel quandocunquè, & interim correſpondere, vbi ſingularis *obſeruatio D. Io. Angeli Piſanelli.*Cap.140. p.302

Mulier ſoluto matrimonio, ſi per longum tempus in viduitate permanens, dotis intereſſe nuſquàm petierit, num ea defuncta poſſint eius hæredes illud petere, & de aliis ad materiam.Cap.141. p.306

Mulier viro ſuo defuncto nùm pro dotis recuperatione poſſit abſque Iudicis permiſſu, ſed propria authoritate pro concurrenti quantitate ingredi in poſſeſſionem bonorum mariti, ſibi obligatorum. Capit.142. ibid.

Mulier, quæ viro ad inopiam vergente, ex iuris diſpoſitione poteſt ſibi pro dotibus aſſecurari, an valeat in præiudicium aliorum creditorum aſſecurationem petere ſuper corpore magni valoris, illo minoris æſtimationis, ſuper quo poteſt eſſe ſibi conſultum, omiſſo.Cap.143. p.307

N

NEophyti an,& quando ad ordinum ſuſceptionem admitti poſſint. Impedimētum, quod conſideratur in Neophytis circa ordinum ſuſceptionem vſque ad quod tempus duret. Ordinari nùm poſſint Religioſi probationis anno durante. Capit.144. pag.308

Neptis ex filio, attento ſtatuto, quòd ſtantibus maſculis fœminæ non ſuccedant, nùm de iure amitam excludat, idquè tàm

in bonis burgenſaticis, quàm feudalibus, & quid de iure Regni, & Conſuetudinario Ciuitatis Neapolis, & quid in linea tranſuerſali. Item neptis ex filio primogenito an à feudorum ſucceſſione patruum ſecundogenitum excludat, & an in bonis allodialibus æqualiter concurrant, & de aliis. Cap.145. p.309

Nobilitatem allegans pro aſſequenda aliqua prærogatiua, quæ non niſi nobilibus conceditur, nùm audiendus ſit, ſi illam probare intendit in loco ſuæ originis, in quo nulla adeſt diſtinctio Nobilium à Popularibus, vbi *deciſio Sacr. Rot. Rom.* Capite 146. pag.312

Nominari, & proponi pro Regimine Vniuerſitatis nùm poſſint homines illi, qui nominantium conſanguinei, & affines ſunt. Cap.147. p.313

Nominatio, quam ſemel peregit pater de officio, quod tenet à Rege poſt ipſius mortem in perſonam filij, vigore ampliationis obtentæ, nùm reuocari poſſit, eamque in alterius filij perſonam facere. Mandatum nùm poſſit reuocari, quando mandans cum iuramento promiſit illud non reuocare, & de aliis. Cap.148. p.314

Notarius vaſallus, qui prohibetur publicos contractus conficere, tàm pro, quàm contrà Baronem nùm prohibeatur ſimiliter recipere obligationes pœnes acta, quibus mediantibus ſubditi ad beneficium Baronis, ſiuè Aerarij Baronalis Curiæ certa die aliquid ſoluere, vel præſtare ſe obligant, & de aliis, ad ornatum *Cap. Regni*, quod incipit, *Non ſine prudentis.* Cap.149. p.315

Nouitius alicuius Regionis Neapolitanus ſi mori contingerit, & de ſuo diſponere velit, nùm teneatur diſponere ſicut & cæteri Ciues Neapolitani, ſeruata forma ſtatui. Diſpoſitio facta à Nouitio antè profeſſionem per viam contractus inter viuos nùm potiùs diiudicanda ſit vltimæ voluntatis. Teſtamentum conditum à Nouitio Neapolitano, qui demùm ſolemniter profeſſus fuit, nùm illius morte ſequuta infringi poſſit, tanquàm factum non ſeruata forma ſtatuti. Cap.150. p.317

O

Occiſor, nùm regulariter occiſi ſucceſſione priuetur, dubitatur, nùm filius occidens nouercam, patris ſucceſſione priuetur, & quid in fratre, an fratris ſucceſſione reputetur indignus, ex eo, quòd illius filium iuſtè occidit, & de aliis, ad ornatum *text. in l. his conſequenter, §. 1. ff. famil. erciſc.* Cap.151. p.319

Officium Regis munificentia, vel pecunia à Titio acquiſitum, quod demùm eiuſdem Regis motu proprio amiſit, verùm in excambium certo quid annuo aſſignato, aliàs dubitari contigit, ſi in temporis progreſſu officium illud eidem Titio denuò conceſſum fuerit, nùm ceſſet conceſſio illa annuæ præſtationis, ità vt per hanc nouam officij conceſſionem, ſublata, cenſeatur illa ſecunda annuæ penſionis. Cap.152. ibid.

Ordinari cùm quis poſſit non modò ab Epiſcopo originis, & domicilij, verum etiam & beneficij, dubitarunt DD. an hæc concluſio procedat, vbi quis in aliena Diœceſi beneficium haberet; ſed exigui reditus, ita vt ab illius loci Ordinario ad cæteros ordines promoueri poſſit. Capite 153. pagina 320

Ordinari cùm quis non poſſit ad Sacros ordines abſquè titulo, ex diſpoſitione *Sacri Tridentini Concilij ſeſſ.21. capite 2. de reformat.* dubitatur, an ſatisfactum dici poſsit Tridentinæ Sanctioni, mandanti, quem non poſſe abſquè titulo ad Sacros Ordines promoueri, vbi quis profeſsionis titulum haberet, vt quia eſſet Iuris peritus vel Magiſter grammaticæ, ex cuius exercitio commodè viuere poteſt. Capite 154. pag 321

Ordinatus ſi quis fuerit à non ſuo Epiſcopo, nùm fori priuilegio gaudeat. A quo ſit abſoluendus Clericus loci exempti, qui in ſuſpenſionem incurrit, ex eo, quia ordines ſuſcepit ab alio Epiſcopo, quàm illius Diœceſis, intra cuius fines locus ille exemptus ſitus eſt. Clericus ſuſpenſus, interdictus, vel excommunicatus an fori priuilegio gaudeat, & de aliis, ad ornatum *text. in cap. cùm nullus, de tempor. ordinat. in 6. & Concilij Trident. ſeſſ.23. cap.10. de reform.* Cap.155. p.322

P

Pactum inter ſponſum, & futurum ſocerum ſecreto celebratum, vt quàmuis mille pro dote in capitulis matrimonialibus promittantur, cùm non niſi octincentum effectiuè ſint ſoluenda, an validum, firmumque ſit cenſendum in præiudicium mulieris, de hoc tractatu pœnitus ignaræ. Cap.156. p.324

Pactum adiectum in venditione prædij, vt ſi in futurum vendentis conſanguineus vellet pro ſe illud emere, quòd teneatur emptor relaxare, an perpetuum, vel potiùs temporale ſit cenſendum. Pactum de retrouendendo per quantum tempus præſcribitur, & de aliis. Cap.157. p.325

Pactum inter coniuges in capitulis matrimonialibus celebratum de perpetuo incolatu

collatu in certo loco habendo, an de iure ſubſiſtat, vbi *deciſio Sacræ Rotæ Romanæ.* Capite 158. p.326

Pactum illud, quod in diuiſione duarum domorum communium vnus tantùm frater fratri ſuo facit, nè poſſet in poſterum domum, quæ ſibi contigit aliis vendere, niſi in ſcriptis fratre priùs requiſito, nùm reale, vel potiùs perſonale cenſendum ſit. Capite 159. p.327

Pactum de retrouendendo in contractu cenſuali ad certum tempus collatum, an de iure ſubſiſtat, ita vt elapſo illo tempore venditorem annui cenſus exerceri non poſſit. Et quid ſi è contrà fuerit dictum, vt perpetuò exerceri poſſit elapſo tali tempore, & non antè, & quid ſi appoſitum eſſet in venditione aliarum rerum. Facultas redimendi annuum cenſum, quæ ſemper debet eſſe libera in perſonam venditoris, nùm per eius fideiuſſorem pacto reſtringi poſſit, vt redimat infrà certum tempus, & de aliis. Cap.160. p.329

Pactum de retrouendendo, quod iuxtà magis communem exerceri prohibetur contra tertium rei poſſeſſorem, nùm exerceri poſſit, vbi pro contractus obſeruantia adeſſet generalis obligatio omnium bonorum emptoris præſentium, & futurorum. Dominus directus an præferatur extraneo in emptione fructuum rei emphyteuticæ, & an emphyteuta in venditione directi dominij, & an vaſalli in venditione iurium Baronalium. Pactum de retrouendendo ſi fuerit alteri ceſſum, an emptor, & poſſeſſor in illius emptione præferatur, & de aliis nonotabilibus. Cap.161. p.331

Pactum, per quod pater promittit in inſtrumento dotali ſe filiam æquis portionibus inſtituere cum filio, an ſit de iure validum, & admiſſa negatiua ſententia, quid dicendum, ſi pater, qui ſic promiſit inteſtatus deceſſerit, filio maſculo, & filia, cui fuit facta promiſſio ſuperſtitibus, nùm in hoc caſu poſſit fœmina in vim pacti cum maſculo concurrere, ex quo pater volens teſtamentum condere, & inſtituere quem voluiſſet, inteſtatus mori voluit, & de aliis notabilibus, vbi *deciſio Sacræ Rotæ Romanæ.* Capite 162. p.333

Pactum reſciſſorium, quod communiter in inſtrumentis conſtitutionis annui reditus apponitur, ſi ex Notarij incuria fuerit omiſſum, an pro appoſito habeatur. Sententia an ſit nulla, ſi Iudex condemnauit reum conuentum in mille, cùm non niſi quincentum deberentur, & de aliis, ad ornatum *pragm.* 4. §.20. & 25 *in tit. de dilation.* Cap.163. p.336

Parochialis Eccleſia ſi fuerit à clerico in minoribus obtenta, quòd proindè teneatur ille infra annum ad Sacerdotium aſcendere, nùm audiendus ſit à ſuo Epiſcopo, ſi in fine anni adhuc non ordinatus vellet permutare Parochiam cum ſimplici beneficio, quod ab alio ſacris inſignito ordinibus tenetur, ad ornatum *text. inc. licet tamen, de elect. in* 6. Cap.164. p.338

Pater in vltimis conſtitutus nùm poſſit teſtamento ſuo ſuper re, quam filio contemplatione matrimonij donauit, fideicommiſſum imponere. Declaratur *tex. in l. fin. §. filia, ff. de leg.* 2. & de aliis ad materiam pertinentibus. Cap.165. p.339

Patre defuncto, cui maſculus ſucceſſit cum onere dotandi ſororem de paragio, ſi eam dotauerit, & demùm corpus in dotem datum fuerit euictum, an pro dote amiſſa iterùm à dotante obtinenda, competat illamet actio, quæ antè dotationem ad paragium conſequendum competebat. Frater, qui euicta dote ſorori datæ, tenetur ad iterum dotem, ſiuè legitimam illi aſſignandum, an inſimul teneatur ad ſoluendum eiuſdem legitimæ portionis fructus, quos à corpore pro dote in ſolutum dato à die paſſæ euictionis ſoror ipſa percipere deſiit. Dos ſi fuerit promiſſa ſolui in certa die, qua adueniente dotantes tot annuos viro in ſolutum dederant, nùm ex hoc contrahendi modo ſuper bonis dotantium haberet mulier anterioritatem à die promiſſæ dotis, non ſolum pro ſorte, de qua non dubitatur, ſed pro illius interuſurio ex hoc ſecundo contractu decurrendo. Creditor anterior pro ſorte an dicatur pariter anterior pro vſuris, quando iſtæ non ex conuentione, ſed ex mora debentur. Clauſula, *pro quibus omnibus obſeruandis, &c.* an importet promiſſionem intereſſe, & de aliis notabilibus, vbi nouiſſima deciſio S.C. Cap.166. p.341

Pater, qui de omni iure legitimus eſt ſucceſſor in bonis filij prædefuncti, nùm ſit excludendus à ſucceſſione dotium maternarum, ſi dotis reſtitutionem dotanti promiſerit, ſeruata forma *Conſuetudinis Ciuitatis Bari,* quæ incipit *Dos à patre.* Inſuper an validum ſit pactum, quod ſæpè ſæpiùs in capitulis matrimonialibus apponi curant fratres, vt decedente ſorore dotata ſine filiis, vel cum filiis, ſed illis in pupillari ætate decedentibus, dos ad dotantem reuertatur, & de aliis, ad ornatum *Conſuetudinis* prædictæ, & *l. ſi infanti, C. de iure delib.* Cap.167. p.347

Pecunia ad prædiorum emptionem deſtinata nùm inter immobilia connumeretur, ità vt in terminis ſtatuti deferentis mobilia in beneficium viri, vxore in matrimonio præmortua, talis pecunia minimè veniat. Cap.168. p.349

Pœna ordinaria,dubitatur,an puniri poſſit minor,qui in duodecimo ſuæ ætatis anno conſtitutus atrociſſimum commiſit delictum, vbi deciſiones S.C. & M.C.Cap. 169. pag.350

Pœnæ pecuniariæ,quæ à principe imponũtur aduerſus illos,qui eiuſdem Supremi Domini decreta contemnunt, cuinàm ſint applicandæ, Fiſco nimirùm Regni, vel Baronibus inueſtitis in eorum Terris, & Caſtris de mero, & mixto imperio,& de aliis. Cap. 170. p.351

Penſio impoſita à Supremo Principe ſuper beneficio,quod eſt de ipſius iurepatronatus, nùm à præſentato in illo beneficio ſoluenda ſit,ſi penſionarius literas Apoſtolicas ſuper impoſita penſione impetrare non curauit. Papa nùm poſſit imponere penſionem ſuper beneficiis ad alicuius Supremi Principis præſentationem ſpectantibus. Et de aliis.Cap.171. p 354

Pignus cùm non in creditoris vtilitatem, ſed ſecuritatem detur, dubitatur, an pacto conueniri poſſit, vt creditor pro vſu pecuniæ, quam debitori dedit, valeat ex fundo in pignus ſibi tradito fructus percipere, ſicquè vt quandiu debitor vtatur pecunia,creditor lucretur fructus,& ſuppoſita validitate pacti,quid dicendum, ſi valor fructuum commenſurato intereſſe datæ pecuniæ excederet decem pro centenario, & de aliis notabilibus, ad ornatum *tex.in l.1. & 2.C.de pignor.action.in l.ea lege,C.de vſur.in c.illo vos extrà de pignor.in cap.2. & in cap.conqueſtus, extrà de vſur.*Cap.172. p.355

Priuilegium conceſſum à Regibus Ferdinando I. & II. Alphonſo II. & Federico de Aragonia,nùm ſit à Regibus noſtris Auſtriacis ſeruandum, Priuilegium per non vſum an amittatur. Reges noſtri Auſtriaci an teneantur ſeruare geſta per Reginam Ioannam II. & de aliis notabilibus ad materiam pertinentibus Cap 173. p.357

Procurator,qui lite conteſtata, eo inuito à principali conſtituente abſquè cauſa reuocari prohibetur, nùm poſſit eo conſentiente reuocari, in præiudicium collitigantis,alio non conſtituto, vbi ſingularis *obſeruatio D.Ioannis Angeli Piſanelli,*cum deciſionibus S.C.Cap.174. p.358

Proximiores de familia, vbi vocati ſunt, caſu,quo filius,qui à patre hæres inſtituitur ſine filiis mori contingeret, nùm conditione purificata,ad ſuccedendum admitti poſſint,tàm nati tempore mortis fideicommittentis,quàm poſteà qui in eodem gradu reperiuntur,ad ornatum,& veram intelligentiam *tex.in l.cùm ità,§.in fideicommiſſo, ff. de leg.2.*Cap.175. p.360

Q

QVærela inofficioſæ donationis intrà quantum tempus à filio proponi debet. Elapſo tempore, quod datur filio poſt mortem patris pro conſequutione eius legitimæ ſuper bonis per patrem alteri filio, vel prorſus extraneo in vita donatis, num cenſendus ſit filius ipſe omni alio iuris remedio deſtitutus,adeò vt amplius legitimam ſibi de iure debitam prætendere non poſſit. Cap.176. p.361

R

RAtiociniis obnoxij ob Reipublicæ rerum adminiſtrationem, nùm ab ordinum ſuſceptione,& Religionis ingreſſu repellantur,quouſquè à rationibus reddendis eximantur. Et quid in Clerico, qui poſtquam ad quatuor minores ordines promotus fuit,vxorem duxit, & mercari cæpit, æs contrahens alienum, an vxore mortua ad maiores ordines promoueri poſſit, creditoribus priùs non ſatisfactis. Clericus,qui publicam adminiſtrationem coràm Iudice ſæculari ſponte ſuſceperit, an pro computorum redditione coràm eodem Iudice conueniri poſſit.Cap.177. p.363

Reclamatio à ſententiis Præfecti Prætorio infra quantum tempus proponi poteſt. Reclamatum vbi fuerit à ſententia S.C.per quam quis fuit condemnatus ad quantitatem liquidandam,nùm vt procedi poſſit in cauſa reclamationis expectanda ſit priùs liquidatio, vel poterit ad vlteriora procedi,liquidationis curſu non impedito,& de pluribus,ad ornatum *Authent.quæ ſupplicatio, C. de precib.Imperat.offer. & Prag.5.de offic.S. C. & 38.de offic.Procur.Cæſar.*Cap.178. p.364

Reconuentio an practicari poſſit contra clericum coram Iudice ſeculari, quotiès reconueniretur ſuper re,quæ nullam haberet connexitatem cum petitione facta. Clericus num poſſit reconueniri coràm Iudice laico, coràm quo comparuit,inſtando, tolli ſequeſtrum in bonis propriis factum ad inſtantiam alicuius falsò aſſerentis, eſſe bona illa in dominio laici. Reconuentio an practicari poſſit contra Eccleſiam intentantem remedium Capitulorum Regni, vbi ſingularis *obſeruatio D.Ioan. Angeli Piſanelli.* Cap. 179. pag.365

Reductio ad arbitrium boni viri à laudo Arbitratoris infrà quantum tempus, & apud quem Iudicem petenda ſit. Appellatio quando permittitur à ſententia Arbitri, an admittenda ſit,pœna in compromiſſo adiecta priùs non ſatisfacta. Cap.180. p 367

Regulares

Regulares in quibus ſubſunt Epiſcopis. Locorum Ordinarij nùm facultatem habeant Regularibus in eorum Diæceſibus exiſtentibus prohibendi, nè in ipſorum Eccleſiis Sacerdotes ſeculares exteros celebrare permittat, vbi *deciſio Sacræ Congregationis.* Cap.181. p.368

Releuium nùm ſit Fiſco ſoluendum ob mortem illius, qui feudum ſine aſſenſu emerat, accedente pariter hæredis declaratione, nolle contractum ratum habere, ſed potiùs illum reuocare prout reuocauit ex beneficio *Conſtitutionis Conſtitutionem Diuæ memoriæ.* Feudo empto, nullo ſuper emptionis contractu Regis impetrato aſſenſu, ſi contingerit, emptorem mori abſquè legitimo ſucceſſore in bonis feudalibus, nùm fiat locus reuerſioni ad directum Dominum, & de aliis ad materiam pertinentibus. Cap. 182. p.369

Releuium, quod per mortem feudatarij ab illius hærede Domino Regi in hoc Regno ſoluitur, dùm liquidatur, nùm ſit habenda ratio tantum ad fructus naturales, qui ex feudo in anno mortis percepti ſunt, vel etiam ad illos, qui ex feudatarij defuncti induſtria collecti ſunt. Cap.183. p.372

Releuij in liquidatione nùm deducantur pœnæ pecuniariæ, ſiue prouentus iuriſdictionis criminalis, in anno mortis feudatarij percepti, ſi eo anno feudum cum iuriſdictione, & vaſallis locatum reperiretur, prout deducerentur, ſi in defuncti Baronis dominium extitiſſet. Fundo feudali meliorato, num in liquidatione releuij ſit facienda deductio ab introitibus illius fundi pro rata meliorationum factarum. Cap.184. p. 373

Religioſus in Religione incapaci profeſſus, & ad aliam capacem tranſlatus, vel ad Epiſcopalem dignitatem aſſumptus, nùm recuperet bona, quæ antè ingreſſum in ſeculo poſſidebat, vel quæ poſt profeſſionem ei delata fuerunt; ſed proximioribus quæſita. Neapolitanus in Collegio Doctorum doctoratus, ſi Religioſus efficiatur, & demum ſenectute confectus ad Epiſcopalem dignitatem ſit promotus, nùm recuperet in Collegio illum locum ab alio occupatum, qui tempore, quo in Religione viuebat, vacauit. Cap.185. p.374

Remiſſio mercedis, vt ob ſterilitatem à locatore conductori facienda ſit, ad quam ſummam damnum à conductoribus paſſum aſcendere debet. Penſionis augmentum num à conductore locator faciendum ſit propter maximam fertilitatem, quæ in fundo conducto accidit. Renunciatio caſuum fortuitorum an comprehendat inſolitos, & inopinatos, & de aliis. Cap.186. p.375

Remiſſio mercedis num conductoribus gabellarum à locatore impeditis facienda ſit quoad quantitatem non exactam, vel potiùs datur actio ad intereſſe ratione lucri ceſſantis, & quid ſi impedimentum non culpa locatoris, ſed facto tertij contigit. Cap.187. p.376

Remiſſioni mercedis num ſit locus, quando facta locatione Baroniæ, ſub qua plura conſiſtunt corpora feudalia verbo ſignanter in locationis contractu deſcripta, in vno ex corporibus deſcriptis ſterilitas contingeret, & de aliis ad materiam. Cap.188. p.378

Renunciatio in ampliſſima forma facta à filia *patri, & fratri, eorumquè hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque* eo expreſſo, *vt renunciatio intelligatur realis, quòdque ſuum ſortiatur effectum, vt nuſquàm prætendi poſſit, quòd per mortem patris, vel fratris abſque deſcendentibus, ſit illa expirata, vel facta contemplatione familiæ ſiuè agnationis, ſed quod ſemper habeat effectum ſuum in omnem caſum vti realis*; ſi demum contigerit, patrem abſque deſcendentibus, & ab inteſtato mori, dubitari ſolet, an pro non facta habeatur, ità vt ea non obſtante filia ipſa, quæ renunciauit, inteſtato patri ſuccedere poſſit, vel potiùs per collaterales ſit à ſucceſſione repellenda. Renunciatio ſucceſſionis feudalis quando dicitur realis, & quando perſonalis, & de pluribus, ad ornatum *tex. in c. 1. de eo, qui finem fecit agnat. de feud. patern.* Renunciatio matris an obſtet filiis, quin ex propria perſona venire poſſint ad ſucceſſionem aui, qui ab inteſtato deceſſit, ſuperſtite ipſa filia renunciante, & de aliis. Cap.189. p.380

Renunciatio, quæ fit à filia moniali ad beneficium patris, & fratris nùm ſit aliquando perſonalis, ità vt per mortem ipſorum ſine deſcendentibus euaneſcat. Diſpoſitio *tex. in l. fœmina, C. de ſecund. nupt.* an locum habeat, quando ex filiis primi matrimonij vnus tantùm ſupereſt, qui tamen eſt in aliqua Religione profeſſus. Et an procedat quoad ſucceſſionem bonorum, quæ defuncto filio ex alterius ſucceſſione obuenerunt. Renunciatio facta ex cauſa ingreſſus in Religione an ſtatuti ſolemnitates requirat, & de aliis, vbi notabilis *deciſio Sacræ Rotæ Rom.* Cap.190. 398

Renunciatio facta à muliere Neapolitana ad beneficium fratrũ cum omnibus clauſulis, quæ illam realem conſtituunt, nùm tantam vim habeat, vt mortuis omnibus fratribus abſquè deſcendentibus proſit agnato remotiori, ad finem, vt valeat ille de bonis ſuis antiquis liberè diſponere, non relicta medietate agnatæ mulieri proximiori ſuperexiſtenti. Renunciatio promiſſa à ſponſo nomine ſponſæ abſentis in capitulis matrimonialibus de omnibus ſucceſſionibus

nibus

nibus in forma,ad beneficium dotantium, nùm ex ſubſequūto matrimonio,& dote recepta cenſeatur à ſponſa ratificata.Cap.191. pag.403

Renunciatio matris an,& quando noceat filiis,ex propria perſona venientibus. Contracto matrimonio in Ciuitate Neapolis ſecundùm vſum,qui vulgò dicitur, *di Capuana,e Nido*,quiſnam potior ſit in alicuius inteſtati defuncti ſucceſſione,pater, vel nepos, ſiuè neptis ex ſorore,quæ dùm nupſit, renunciauerat ſucceſſionibus omnibus pro præterito deuolutis,& de cætero ab inteſtato deuoluendis, & quòd filij naſcituri ex propria perſona venire non poſſint. Cap. 192. 407

Renunciatione à filia, vel ſorore in ampla forma facta patri, vel fratri de omnibus ſucceſſionibus delatis, & deferendis, ſi demùm contigerit, vt poſt ipſius renunciantis nuptias pater; vel frater ab inteſtato decederet,alia filia,vel ſorore in capillo ſuperſtite,an ſola iſta non nupta ad patris,vel fratris ſucceſſionem admittenda ſit, vel pariter cum ea ſoror illa nupta,quæ renunciauit, & de aliis notabilibus, vbi ſingulare *reſponſum D.Io.Angeli Piſanelli*. Cap. 193. p. 410

Renunciatione facta à filia patri ad fauorem fratrum,illis præſentibus, & acceptantibus de omni ſucceſſione in ampliſſima forma, tàm ab inteſtato,quàm ex teſtamento obuenta,& in futurum obuenienda, ſi pater demùm teſtamentum condens,filiæ,quæ renunciauit, aliquod fecerit legatum,an eo caſu renunciatio pro non facta habeatur, vel potius illud relictum remanebit pænes fratres,vti ſororis renunciatarios, & de aliis notabilibus,Cap.194. 413

Renunciatio facta à Patribus Societatis Ieſu poſt emiſſionem trium ſimplicium votorum, nùm reſoluatur,ſi renuncians antè, quàm ſolemniter profiteretur à Religione exiret. Religioſi Societatis Ieſu donec ſolemniter profitentur nùm retineant dominium ſuorum bonorum,nec non beneficia, ſi quæ habent Eccleſiaſtica,& penſiones,cuius occaſione declaratur *Concilium Tridentinum ſeſſ.25.cap.16.de regul.*& de pluribus ad materiam pertinentibus.Cap.195. p.415

Renunciatio, quæ à Nouitiis fieri ſolet intrà annum probationis, quas requirit ſolemnitates. Diſpoſitio *Sac. Trident. Concil. ſeſſ. 25. cap. 16. de regul.* an procedat, quando renunciatio eſt facta intrà duos menſes profeſſioni proximos, ſed profeſſio ad maius tempus duorum menſium dilatata fuit. Item an eadem diſpoſitio procedat,quando renunciatio eſt facta ante Religionis ingreſſum, & an locum habeat in teſtamentis, cæteriſque vltimis voluntatibus. Teſtamentum an rumpatur per Religionis ingreſſum, ſiuè per ſubſequutam profeſſionem, & de aliis notabilibus,vbi nouiſſimæ *deciſiones Sac. Rot.Roman.*Cap.196. pag. 418

Repoſitioni ad Eccleſiā an ſit locus,ſi delinquens timens capi à Curia ſeculari ab Eccleſia aufugit, & extrà illam captus fuit, vbi determinatio Collateralis Conſilij. Cap. 197. p.424

Reſtitutio in integrum an detur priuilegiato aduerſus exceptionem declinatoriam fori omiſſam. Primum,& ſecundum beneficium, quod in Regno ad pinguius probandum conceditur Pupillo, Viduæ, Eccleſiæ,& Fiſco an concedendum ſit Fiſco, vbi ageret de lucro aliquo conſequendo; ex delicto deſcendente, vbi deciſio Regiæ Cameræ.Cap.198. 424

Reſtitutio in integrum petita aduerſus ſententiam nùm à Iudice tacitè denegata cenſeatur, ſi ad vlteriora in cauſa proceſſit, nulla prouiſione facta ſuper reſtitutione petita. Exceptione declinatoria fori appoſita ſi Iudex ſuper illa nil pronunciauit nùm per proceſſum ad vlteriora tacitè reiecta cenſeatur, & de aliis notabilibus. Cap. 199. pag.425

Reſtitutione in integrum petita aduerſus ſententias Præfecti Prætorio, vt illarum exequutio impediatur, quæ concurrere debeant. Læſio in ſententia detegitur an ſit locus huic reſtitutionis remedio, ſi reſtitutionem petens aliud non quærat, niſi ſententiam reuocari, non autem vt euitet exequutionis damnum. Reſtitutio in integrum an poſſit peti aduerſus æque priuilegiatum. Exequutio ſententiæ S. C. an impediatur, ſi victus ſcripturas præſentauerit priuatas,quibus cōſtaret de ſatisfactione illius crediti, ad quod condemnatus fuerat.Cap.200. p. 426

S

SAcerdotes ſeculares deputati ad Sacra miniſtrandum in Eccleſia, cuius bona, & redditus per laicos adminiſtrantur, qui Aeconomi, ſeu Magiſtri nuncupari ſolent, nùm ab iniuncto ſeruitio per eoſdem Aeconomos, ſeu Magiſtros ad nutum remoueri poſſint.Cap.201. p.428

Sententia tranſacta in rem iudicatam an, & quibus caſibus ſub prætextu inſtrumentorum de nouo repertorum reuideri poſsit. *Tex. in leg. Imperatores, in 2. reſponſ. & in leg. vnica, Cod. de ſent. aduerſ. Fiſc. lat. retract. lib.* 10. (quibus cauetur, fauore Fiſci, & Reipublicæ peti poſſe, vt ſententia in rem iudicatam

iudicatam tranſacta reuideatur prætextu inſtrumenti de nouo reperti) an procedant, vbi adeſſent duæ ſententiæ conformes, & de aliis ad materiam pertinentibus. Ca.202. pag.428

Sententia lata à Iudice Eccleſiaſtico in actione hypothecaria contra Laicum, & Clericum, rem obligatam pro indiuiſo poſſidentes, nùm poſſit exequi contra laicum, qui ad ſuum Iudicem ſe remitti inſtat, ad ornatum *text.in l.fin.C.de except.& præſcript.* Cap.203. 430

Seruitutem ſi quis allegauerit habere iuris paſcendi, aquandi, ſiuè lignandi in alieno territorio, Domino illius territorij ſe opponente, nùm abſtinere debeat, vel potiùs lite pendente ſit in ſua quaſi poſſeſſione conſeruandus. Inſtituto iudicio ordinario interdicti vti poſſidetis an intentari poſſit extraordinarium, ſiuè ſummariſſimum, quod ab Hiſpanis *interim* nuncupatur, & de aliis, vbi ſingularis *obſeruatio D. Io. Angeli Piſanelli* cum deciſionibus S. C. Cap 204. 431

Seruitus cauſam habens continuam, vel quaſi nùm præſcribi poſſit, & quanto tempore, & quæ dicatur ſeruitus cauſam habere continuam. Domum habens cum feneſtris ſuprà, vel iuxtà Domum, ſiuè Hortum vicini, an ſicut attenta Conſuetudine Neapolitana volens nouum facere ſolarium poſſit nouas facere feneſtras per directum feneſtræ inferioris, ità pariter valeat in mẽbro inferiori, in quo nulla vnquam fuit apertura, nouam facere feneſtram per directum membri ſuperioris, vbi notabilis *obſeruatio Domini Io. Angeli Piſanelli.* Cap. 205. pag.433

Simoniacus nùm cenſendus ſit vir ille, qui familiari Pontificis pecuniam dederit, ad hoc, vt operam ſuam præſtet, ſiuè intercedat, vt Pontifex beneficium aliquod Eccleſiaſticum ei conferat. Cap.206. p. 435

Societas quibus modis ſoluatur, & tacitè ea diſſoluta, renouata dicatur. Societatis diſſolutio an, & quando noceat creditoribus illis, qui poſteà cum altero ex ſociis ſociali nomine bona fide contraxerunt, & de aliis notabilibus, vbi *deciſio Sacr. Rot. Roman.* Cap.207. p.436

Soror de iure Conſuetudinario Neapolitano an, & in quibus caſibus fratri ſuo ab inteſtato defuncto ob exiſtentiam alterius fratris, vel ex fratre nepotum non ſuccedat, & in quibus admittatur, ad ornatum *Conſuet. Sed ſi morienti.* Soror vterina attenta *Conſtit. Regn. In aliquibus*, nùm in ſucceſſione matris æquis portionibus cum fratre vterino admittatur, vel potiùs propter maſculi exiſtentiam excludatur, dote recepta Cap. 208. p. 438

Soror fratris appellatione an, & quandò contineatur. *Conſuetudo Neapolit.* incipiens *Sed ſi morienti*, quæ in collateralium ſucceſſione maſculus fœminam excludit, an procedat in ſucceſſione fœminæ, & de aliis ad materiam pertinentibus. Cap.209. p.441

Soror nùm ad defuncti fratris ſucceſſionem admittatur, vna cum aliis fratribus ſuperſtitibus, ſi dotata reperitur de bonis eiuſdem fratris defuncti, vel potius ſit repellenda. Cap.210. 442

Spoliatus an ſit de iure reſtituendus, ſi ſpolians in promptu de iure ſuo doceret. Princeps Superiorem non recognoſcens an poſſit mandare, vt Iudex, coram quo de illato ſpolio agitur, ſimul, & ſemel, tàm in poſſeſſorio, quàm in petitorio procedat, & de aliis notabilibus, vbi ſingulare *reſponſum D. Ioann. Angeli Piſanelli.* Cap.211. p.443

Statutum fœminam, etiam in linea collaterali per maſculum excludens, nùm locum habeat, cùm deceſſerit frater ſuperſtitibus ſorore, & fratris præmortui filia, vbi deciſio nouiſſima Sacri Conſilij, pro ornatu *Conſuet. Neapolit. Sed ſi morienti.* Inſuper an idem ſtatutum locum habeat in ſucceſſione fœminæ, vbi *deciſio Sacra Rota Romana.* Cap. 212. p. 445

Statutum laicorum an Clericos liget. Conuentio inter Baronem, & Vniuerſitatem conuocato conſilio inita, vt tempore recollectionis frumenti, ad fraudem euitandam exigatur à Ciuibus in territoriis Baroni redditiis ſeminantibus, medietas quantitatis frumenti ſeminati, & non ampliùs quantitas vnius modij ex ſingulis decem, quæ colliguntur iuxtà antiquum ſolitum, nùm liget Clericos, qui vti laicorum ſucceſſores territoria à Baronibus conceſſa tenent & de aliis ad materiam pertinentibus. Cap. 213. p.448

Statutum, quo cauetur, vt nemo ex Ciuibus poſſit in ſolo ſuo ædificare, niſi certa pecuniarum quantitate, iuxtà ædificij qualitatem Communitati priùs ſoluta, an locum habeat, quando Ciuis vellet domum ſuam ruinam minantem reficere. Barones an valeant in eorum iuriſdictione noua Caſtra ædificare, & antiqua reficere, ad ornatum *Conſtitution. Regni Caſtra*, Cap.214. p. 449

Stipendia, quæ ex Principis largitione ſingulis annis Magnates pro militum præfectura, ſiuè alicuius Caſtri cuſtodia conſequuntur, nùm eiſdem debeantur pro eo tempore, quo in vinculis ex cauſa alicuius patrati facinoris detruduntur. Clericus beneficiatus ſi ſententia mediante fuerit in perpetuum carcerem damnatus, abſque quod de beneficio aliquid in ſententia exprimatur, nũ beneficio illo priuatus cẽſeatur,

& de aliis ad materiam pertinentibus. Cap. 215. 450

Subingreſſio in ſucceſſionibus tàm in linea aſcendenti, quàm tranſuerſali quomodò hodie procedat, tàm attento iure communi, quàm municipali Neapolitano explicatur,& ad quem gradum ſe extendat,& quid in feudis. Duplici vinculo munitus an in ſucceſſionibus, & fideicommiſſis vincat ex vno latere coniunctum, & de aliis notabilibus,vbi *deciſio* nouiſſima *Sacræ Rotæ Romanæ*.Cap.216. p. 452

Subingreſſioni an ſit locus in terminis *Conſuet.Neapol.Sed ſi morienti*, quando moritur ſoror ſuperſtitibus ſorore, & abneptc ex altera ſorore prædefuncta, ità vt iſta abneptis matris, & auiæ perſonam ſubingrediens poſſit ad ſuccedendum concurrere cum matertera magna. Renunciatio matris præmortuæ an obſtet filiis eius hæredibus ex propria perſona venientibus, & de aliis notabilibus ad materiam pertinentibus. Cap.217. p. 455

Subſtitutio facta à feudatario an ſuſtineri poſſit, dùm filium hæredem inſtituens, eique ſine filiis maſculis decedenti fratrem ſubſtituens,iſtoque pariter ſine filiis maſculis decedente,fœminis prorſus excluſis, aliũ de familia vocans,ordinauit, quòd ſi contingeret,fœminam contra ipſius teſtatoris voluntatem in feudis ſuccedere, teneatur illa pretium feudorum illi de familia ſubſtituto ſoluere, vel ad ipſius fœminæ electionem feuda relaxare; an, inquam, ſi caſus euenerit, quòd fieret locus ſucceſſioni ad beneficium fœminæ,teneatur illa ad præfatæ diſpoſitionis obſeruantiam. Cap. 218. pag.457

Subſtitutioni an ſit locus, caducata inſtitutione per mortem inſtituti ante teſtatorem, cum eodem teſtamento demùm defunctum,idquè tàm ſi ageretur de ſubſtitutione compendioſa,quàm pupillari, vbi *deciſio Rot. Rom.*& de aliis ad materiam. Cap. 219. p. 460

Subſtitutio facta in caſu,quo hæredes inſtituti abſquè liberis decederent, nùm verificetur ſtatim cum contigerit, alterum ex inſtitutis ſine liberis mori, an verò vt locum habeat mors omnium inſtitutorum abſque filiis expectanda ſit.Donatio facta à viro,& vxore bonorum eorum omnium, poſt tamen eorum mortem alicui Eccleſiæ, altero ex coniugibus defuncto,an Eccleſia poſſit petere bona illius, qui defunctus eſt, vel amborum mors erit attendenda. C. 220. pag.463

Subſtitutio in alicuius tertij arbitrium collata an de iure ſubſiſtat. Captatoria voluntas an, & quando fauore animæ ſubſtineatur,diſtinguuntur plures caſus, ex quibus materia enucleatur.Cap.221. p.466

Subſtituto proximiore de familia facto ſubſtitutionis caſu an fœmina de familia proximior maſculum remotiorem excludat. Item agnatione vocata nùm agnatus proximior fœminam agnatam remotiorem repellat, vbi deciſio S.C.Cap.222. 467

Subſtitutione facta à patre filiis,vt altero abſque liberis decedente ad defuncti ſucceſſionem ſuperſtites admittantur, nùm altero cum filiis mortuo, ſuperſtites ſine liberis decedentes in præiudicium nepotum, qui ex fratre præmortuo nati ſunt, poſſint de portionibus, quæ eis contigerunt, liberè diſponere,vbi nouiſſima deciſio S.C.Cap. 223. 468

T

Tempus à lege municipali ad retrahendum præſcriptum cùm venditur fundus aliquis fundo alterius collateralis, nùm poſſit inſtante emptore à Iudice reſtringi. Tempus anni à *Pragmatica Sanctione* ſtatutum, vt quando venditur Terra, poſſit Vniuerſitas ad domanium proclamare,nùm emptore inſtante poſſit à Iudice abbreuiari, vbi *deciſio D.Regent.Moles*.Cap.224. p. 469

Teſtamentum an nullum ſit de iure cenſendum,ſtante depoſitione plurium teſtium ad inſtantiam venientium ab inteſtato examinatorum, qui cum iuramento depoſuerunt,teſtatorem tempore, quo ille viuebat non fuiſſe ſanæ mentis, ſed prorſus à recto intellectu alienum. Teſtamentum conditum ab eo de cuius ſana mente dubitatur,an validum ſit diiudicandum, ſi ex illius lectura conſtat,teſtatorem omnia prudenter diſpoſuiſſe, Teſtamentum conditum ab illo, cui ad lites datus erat curator an de iure ſubſiſtat,& de aliis.Cap.225. p. 470

Teſtamentum primum ſolemne, vt cenſeatur reuocatum per ſecundum minus ſolemne cum decennij curſu,à quo nam die tempus illud decẽnij decurſum eſſe debeat à die conditi primi ſolemnis teſtamenti, vel à die ſecundi minus ſolemnis. Teſtamentum primum ſolemne an per ſecundum minus ſolemne poſſit dici reuocatum quoad legata, licèt nullatenus quoad hæredis inſtitutionem,& de aliis. Cap. 226. p.472

Teſtamentum, quod teſtator non ſigillauit,& in quo Religioſi pro teſtibus ſe ſubſcripſerunt, nùm ſit de iure validum. Teſtamentum in ſcriptis ſi in publicam formam redactum fuit,ac ſolemni Notarij ſtipulatione munitum,an cùm aperiatur, neceſſe eſt, vt teſtes, qui interfuerunt,eorum ſubſcriptiones,& ſigilla recognoſcant, & de aliis,

ad

ad ornatum *tex. in l. cùm ab initio, ff. quemadm. teſtam. aper. & in l. hac conſultiſſima, C. de teſtam.* Cap. 227. p. 473

Teſtamentum conditum à Clerico manu Notarij Apoſtolici, nùm in hoc Regno de iure ſubſiſtat. Inſtrumentum ſtipulatum manu Notarij Apoſtolici, nùm in Regno via *Ritus Magnæ Curiæ* præſentari poſſit. Clerici an ſubſint Principi laico, quando tractatur de diſpoſitione bonorum patrimonialium, quæ ſecundùm legem humanam habentur, & de aliis, ad ornatum *Pragm. 2. ſub tit. de contractib.* Cap. 228. p. 475

Teſtamentum ad pias cauſas nùm ſolemniter conditum dici poſſit, ſi loco Parochi adhiberetur teſtantis Confeſſarius, & quid ſi conſtaret de voluntate diſponentis ad pias cauſas per ſchedulam illiùs manu ſcriptam, & an ad illam verificãdam ſat ſit, ſi teſtes deponant, habere manum notam. Cap. 229. p. 476

Teſtamentum ſcriptum per Notarium vaſallum, in quo illius Baro eſt hæres inſtitutus, nùm de iure ſubſiſtat, ad declarationem *tex. in cap. Regni Non ſine prudentis Regis Ladiſlai.* Cap. 230. p. 477

Terminus in iudicio reuocationis contractus rei feudalis virtute *Conſtitutionis Regni Conſtitutionem Diuæ memoriæ* nùm reo inſtante neceſſariò à Iudice impartiendus ſit, vel potiùs denegandus, actore denegari petente. Cap. 231. p. 478

Titulus criminis, pro quo venit imponenda pœna mortis naturalis nùm ſat ſit ad tribuendum iuriſdictionem Iudici, qui aliàs ſi non veniret imponenda pœna mortis, eſſet incompetens. Cap. 232. p. 479

Tranſactio læſionis prætextu an, & quando reſcindatur, & quomodò dignoſci poſſit, læſionem in tranſactionis contractu interueniſſe. Tranſactio inita inter hæredem, & legatarium nùm læſionis prætextu reſcindi poſſit, ſi allegetur, & probetur, ſoluto ære alieno nil in hæreditate remanere, vt legatariis ſatisfieri poſſit. Filiusfamilias an per aſſequutionem dignitatis Principatus, Ducatus, &c. à patria poteſtate liberetur, & de aliis notabilibus ad materiam pertinentibus. Cap. 233. p. 480

Tranſactio cùm ab altero ex tranſigentibus aliqua de cauſa reſcindi petitur, nùm ſi perſona, quæ pro reſciſſione inſtat, aliquid tranſactionis nomine receperit, antè omnia acceptum reſtituere cogatur, vbi geminatæ deciſiones S. C. ad intelligentiam *text. in l. ſi diuerſa, C. de tranſact.* Capite 234. pag. 483

Tutor litigans nomine ſui pupilli nùm reo inſtante teneatur deponere vti principalis ſuper poſitionibus in actis præſentatis, & an hæc depoſitio poſſit peti vſquè, & poſt concluſum in cauſa, vbi ſingularis *obſeruatio D. Ioan. Angeli Piſanelli.* Cap. 235. p. 484

V

Velleiani Senatus Conſulti beneficiò nùm locus ſit in Regno, ſi mulier præuia Regia diſpenſatione illi renunciauerit. Mulier an exceptione Senatus Conſulti succurratur, ſi ex interuallo eius obligationem ratam habuit. Exceptio hæc, quæ ex diſpoſitione *tex. in l. tametſi. ff. ad Senat. Conſul. Maced.* poteſt adhuc poſt ſententiam opponi, an validè opponi poſſit poſt ſententiam, quæ fecit tranſitum in rem iudicatam, & de aliis notabilibus. Cap. 236. p. 485

Velleiani Senatus Conſulti beneficio cum locus non ſit, quoties pro aliqua dotanda mulier ſe obligauit, nùm adhuc validè obligata cenſeatur, ſi abſquè eius viri conſenſu ſe obligauit, ita vt die ſolutionis cedente, ipſaquè ad dotem ſoluendam obligata ſoluere recuſante, poſſit ille, cui fuit dos promiſſa ſuper bonis dotalibus, & extrà dotem obligatæ mulieris exequi facere. Mulier coniugata, quæ bona vltrà dotẽ habere dicatur, & an in illis vir habeat adminiſtrationem, & de aliis ad materiam pertinentibus. Cap. 237. p. 488

Velleiani Senatus Conſulti beneficio num locus ſit, vbi mulier per ſcripturam priuatam hæreditatem ſibi delatam alteri ceſſerit, vel dicendum eſt, eſſe illam omninò cogendam ad ceſſioni factæ perſiſtendum. Obligatio mulieris an ſubſiſtat, quando facta non apparet per publicum documentum, & de aliis ad intelligentiam *tex. in l. antiqua, §. fin. C. ad Sen. Conſ. Vell. & in l. ſed ſi ego, ff. eod.* Cap. 238. pag. 490

Venditione facta rei cum pacto de retrouendendo, infrà certum tempus exercendo, ſi demùm emptor eandem rem pro eodem pretio liberè alteri vendere promiſerit, dummodò infrà tempus ad redimendum præſcriptum primus venditor non redemerit, caſu contingente, quòd non fuerit ſequuta reemptio, & hoc tempore pendente res deteriorata, cuiuſnam periculo cedat deterioratio, venditoris nimirũ, vel emptoris. Vendita re in diem pro pretio ſoluendo, die illa adueniente, ſi hoc medio tempore res illa augmentum receperit, cuiuſnam illud ſit, venditoris, vel emptoris, & de aliis notabilibus. Cap. 239. p. 491

Vendita re duobus inſolidùm diuerſis temporibus an ſicut de iure ille in emptione præfertur, cui priùs fuit res tradita, ſic pariter dicendum ſit in contractu locationis, & cõductionis, vt ille in cõductione præferatur

cui prius fuit res locata tradita, quamuis titulum habeat poſteriorem, ad ornatum *tex. in l.quoties, C.de reiuendicat.* Cap.240. p.493

Venditione facta de certa frumenti, vini, vel olei quantitate pro pretio conuento, ſoluendo tamen ab emptore in die præſcripta rei venditæ conſignationis, ſi in ſtatuto tempore venditor frumentum, vinum, vel oleum emptori non conſignauerit, an ſicut tenetur ad omnia damna, & intereſſe damni emergentis, ità pariter & lucri ceſſantis, ad ornatum *tex.in l.ſi ſterilis,§.cùm per venditorem.ff.de action.empt.& in l.3.§.fin.ff.de eo, quod certo loco.* Cap.241. p.494

Veſtes vxori pretioſæ conſtante matrimonio à viro illi factæ, num poſſint ad inſtantiam creditorum viri exequi, & demùm vendi, ad hoc, vt pretium eiſdem creditoribus liberari poſſit, vbi deciſio R.Cam. Capit.242. p.495

Virgo patre orbata, cui ſecundùm receptiorem ſententiam competit beneficium electionis fori, nùm ſi facta electione in cauſa ciuili, virum duxerit, poſſit reus conuentus ad ſuum Iudicem cauſæ remiſſionem petere, & quid ſeruetur in M. C. in cauſis criminalibus. Cap.243. p.495

Viſitatores generales, qui ad Regios Magiſtratus inquirendos à Domino noſtro Rege deſtinari ſolent, num poſſint Dominorum Proregum Secretarios viſitare. Officiale defuncto an contra eum inquiri poſſit, vt hæres teneatur in id, quod defunctus teneretur, ſi viueret. Accuſatio in criminibus peculatus, & repetundarum intra quantum tempus eſt proponenda, & de aliis notabilibus, ad ornatum *tex.in l.ex iudiciorum, ff.de accuſat. in l.defuncto; & in l.3.ff.de public. iud. in l.2.ff.& C.ad l.Iul. repet. & in l.vnica, C.ex delicto defunct.* vbi ſingularis *deciſio Dom.Regentis Moles.* Cap.244. p.496

Vita, & militia ſuper feudo à fratre primogenito ſecundogenitis debita quomodò taxetur. Filia monialis, quæ dote à patre recepta ampliſſimè renunciauit an in taxanda vita, & militia ſuper feudo, vel legitima ſuper allodio, ſit inter filios connumeranda. Vita, & militia an in locum legitimæ ſucceſſerit, & de aliis notabilibus ad materiam pertinentibus. Cap.245. p.499

Vita, & militia ſuper feudo à fratre primogenito ſecundogenitis debita, ſi non fuerit petita in die mortis communis patris, an cùm primum petatur, peti poſſit cum intereſſe, vbi deciſio S.C. & de aliis ad materiam pertinentibus. Cap.246. p.501

Vniuerſitatibus Regni huius non ſoluendo exiſtentibus nùm creditore inſtante exequi poſſit contra quemlibet ex ciuibus inſolidum, vel tantùm pro rata. Syndicus, & Electi alicuius Vniuerſitatis ſi in perſoluendis functionibus fiſcalibus in mora extiterint, an carcerari poſſint, & de aliis, vbi ſingularis *deciſio Dom. Regentis Moles.* Cap.247. p.502

Vſufructuarius, qui tenetur cautum reddere proprietarium de vtendo, & fruendo re arbitrio boni viri, num teneatur ſimul cauere, quando ipſe donauit rem, vſufructu retento; & quid in donatione contemplatione matrimonij, an ſi quis hanc fecerit donationem ſuorum bonorum, vel partis illorum, retento vſufructu, donatario inſtante, cogi poſſit ad ſibi præſtandam fideiuſſionem de vtendo, & fruendo rebus donatis, & de aliis, vbi celebris *obſeruatio D.Io.Angeli Piſanelli.* Cap.248. p.503

Vxor inſequens virum Principi ſuo inſeruientem, nùm iuſtam habeat cauſam in integrum reſtitutionem petendi ex clauſula generali aduerſus ſententiam contra ſe latam, procuratore tamen audito, quæ quidem reſtitutio aliàs ſi fuiſſet præſens, peti non poſſet, & de aliis. Cap.249. p.505

Vxor militis, ſiuè alterius perſonæ à muneribus patrimonialibus immunis, ſi vidua euaſerit, an in collectis, aliiſque vniuerſalibus oneribus defuncti viri priuilegio gaudere poſſit. Statutum contra exteros emanatum an comprehendat mulieres exteras, ciuibus nuptas, in viduitate permanentes. Nobilis, qui ad tributa ſoluenda non tenetur, ſi cum plebeia matrimonium contraxerit, bona collectis obnoxia in dotem accipiens, nùm pro bonis illis ad tributa perſoluenda cogi poſſit, & de aliis. Cap.250. p.506

DECI

DECISIONES SACRÆ
Rotæ Romanæ quæ impreſſæ habentur in hoc Secundo Libro Reſolutionum Iuris.

AMERINA honorum 2. Iunij 1645. coram Illuſtriſſ. Dom. Royas. cap.27. p.60

Auenionenſis hæreditatis 5. Martij 1646. coram Illuſtriſſ. Dom. Royas. cap.162. pag.334

Auximana fideicommiſſi 26. Maij 1642. coram Illuſtriſſimo Domino Dunozet.cap. 104. p.221

Bononienſis ſupplementi legitimæ 5. Maij 1638. coram Illuſtriſſimo Domino Ghiſlerio.cap.99. p.213

Callienſis hæreditatis 15. Aprilis 1639. coram Eminentiſſimo Domino Cardinale Veroſpio.cap.107. p.228

Colonienſis matrimonij 22. Ianuarij 1640. coram Eminentiſſimo D. Cardinale Panzirolo. cap.131. p.283

Firmana fideicommiſſi 28. Nouembris 1646. coram Illuſtriſſimo Domino Otthobono. cap.216. p.453

Interamnenſis habitus 20. Februarij 1641. coram Illuſtriſſimo Domino Royas. capit.146. p.312

Lucana legati 6. Iunij 1644. coram Illuſtriſſimo Dom. Pinzingero. capit. 120. p.258

Maceratenſis beneficij 1. Aprilis 1639. coram Illuſtriſſimo Domino Merlino. capit.40. p.88

Mechlinienſis nullitatis matrimonij 16. Aprilis 1646. coram Illuſtriſſ. D. Corrado. cap.43. p.93

Portuenſis ſtagni 27. Aprilis 1640. coram Eminentiſſimo Dom. Panzirolo. cap.55. p.126

Et in eadem coram eodem 26. Decembris 1641. cap. eodem. p.128

Romana ſucceſſionis 14. Iunij 1630. coram Illuſt. Dom. Merlino. cap.212. p.446

Romana laudi 30. Ianuarij 1640. coram Illuſtriſſ. Domino Dunozet.cap.220. p.464

Romana donationis 1. Februar. 1640. coram Illuſtriſſimo Domino Royas.cap.196. p.419

Et in eadem coram eodem 17. Decembris 1640. cap.eodem. p.421

Et in eadem coram eodem 15. Martij 1645. cap. eodem. p.423

Romana, ſeu Florentina reſtitutionis in integrum 10. Maij 1641. coram Eminentiſſimo Domino Cardinale Panzirolo. cap.96. p.423

Romana deuolutionis domus 17. Iunij 1641. coram Illuſtriſſimo D. Merlino. cap.73. p.161

Et in eadem coram eodem 20. Decembris 1641. cap.eodem. p.162

Romana iocalium 11. Decembris 1641. coram Illuſt. Dom. Merlino. cap.71. p.157

Romana ſucceſſionis de Comitibus 15. Ianuarij 1642. coram Illuſtriſſimo Domino Dunozeto. cap.190. p.400

Romana ſucceſſionis de Rotignis 19. Iunij 1645. coram Illuſtriſſimo Domino Ghiſlerio. cap.207. p.437

Roſſanenſis decimarum 18. Iunij 1642. coram Illuſtriſſimo Dom. Bichio. cap.28. pag.65

Tridentina matrimonij 27. Iunij 1646. coram Illuſtriſſimo Dom. Celſo. cap.158. p.326

ARGVMENTORVM ALLEGATIONVM IVRIS quæ in calce huius Libri continentur ELENCVS.

CONCESSIO de aliqua re facta à Principe ſuo benemerito vel etiam extraneo ad beneplacitum, an & quando cum cauſa, vel ſine reuocari poſſit, & quid ſi conceſſio illa tranſiuit in contractum, & quando eam in contractum tranſire dicatur. Adminiſtrator perpetuus an ſit ad nutum remouibilis. Gratia ad beneplacitum an poſſit per ſucceſſorem concedentis reuocari, & de aliis pluribus ad materiam pertinentibus. Allegatio. 1. pag. 510

Frater, & filij fratrum, attenta conſuetudine Neapolitana *ſi quis, vel ſi qua, verſ. ſed ſi morienti*, qualiter ſorores, & amitas à ſucceſſione collateralium excludant. Conſtitutio Regni *Vt de ſucceſſionibus*, in quo à conſuetudine, *ſi quis, vel ſi qua*, diſcrepet? Soror maſculiata, vel dotata an fratri ſuo defuncto vnà cum aliis fratribus ſuccedat. Bona Patris filio obuenta, iſto demùm defuncto, an dicantur paterna, vel potiùs fraterna. Deciſio. Ant. Capicij 119. enucleatur. Alleg. 2. p. 512

Conſtitutio Regni, *Vt de ſucceſſionibus*, quæ à ſucceſſione feudi mortuo patre ab inteſtato, & abſque filiis maſculis excludit filiam primogenitam coniugatam, & dotatam, & ſecundogenitam in capillo admittit, an procedat, quando pater filiam primogenitam nuptui tradens, expreſsè feudi ſucceſſionem ei reſeruat, caſu quo abſque filiis maſculis decederet. Dotis promiſſio facta à patre genero ſuo, an filiam primogenitam ſponſam à feudi ſucceſſione excludat, vt ſecundogenita admittatur. Proteſtatio facta à filia primogenita dum à patre nuptui tradebatur, quod feudorum ſucceſſioni renunciare non intendebat, quid operatur. Dos promiſſa & non ſoluta, an vera dicatur dos: & de aliis pluribus ad ornatum conſtitutionis prædictæ. Allegatio. 3. pag. 514

Ius retractus an cõpetat Vniuerſitati aduerſus Baronem, quando venditur iuriſdictio ſecundarum cauſarum, ponderum, & menſurarum, & ſi illud competit, ſed elapſo anno à die contractus initi pro retractu inſtaret, an ſit audienda, & quatenus eſſet ei audientia deneganda, nùm poſſit aduerſus lapſum temporis in integrum reſtitutionem petere. Reſtitutio in integrum, quæ ex lapſu temporis conceditur, infra quantum tempus peti, & concedi debeat, & ad reſtitutionem conſequendam expreſſa requiratur petitio; & an principali abſente, ſpeciale requiratur mandatum ad illam petendam, de aliis notabilibus. Alleg. 4. pag. 517

Vxor ſi conſtante matrimonio efficiatur Marchioniſſa ex eo, quod in Marchionatu ſucceſſit, an vir eius Marchio denominari poſſit, ſicque ipſum eadem, gaudere Marchionatus dignitate: & de aliis pluribus ad materiam pertinentibus. Alleg. 5. p. 519

Præceptum Iudicis alicui iniunctum, ne rem, quam poſſidet alienet, nùm dominij tranſlationem impediat, ſi demùm alienatio ſequitur. Diſcrimen quodnam conſtituitur inter prohibitionem legis, & prohibitionem hominis, & an prohibitione non obſtante res tempore peritura alienari poſſit. Alienata ſi fuerit res quam Iudex diſtrahi prohibuerat, nùm ſuccumbente illo ad cuius inſtantiam fuit facta prohibitio, alienatio firma remaneat. Alleg. 6. p. 520

Sententia lata contra patrem in cauſa nobilitatis, ſi ab ea fuerit reclamatum, & filio demùm, patre mortuo reclamationẽ proſequente, fuerit confirmata, nùm dicatur in rem iudicatam tranſitum feciſſe, ita vt filius ipſe ab hac poſtrema ſententia primam confirmante ſupplicare amplius non poſſit: & de pluribus ad ornatum textus in l. ſi quis aduerſus. C. de precibus Imper. offerendis. Alleg. 7. p. 521

Sententia tranſacta in rem iudicatam an, & in quibus caſibus ſub prætextu inſtrumentorum

mentorum

mentorum de nouo repertorum reuideri poſſit. Text. in l. Imperatores, in ſecundo reſponſo, & in leg. vnica, C. de ſent. aduerſus fiſcum latis retract. lib. 10. quibus cauetur fauore fiſci, & Reipublicæ peti poſſe, vt ſententia in rem iudicatam tranſacta reuideatur, prætextu inſtrumenti de nouo reperti, an procedant vbi adeſſent duæ ſententiæ conformes, & de aliis. Allegat. 8. pag. 524

Sententia in rem iudicatam trãſacta, quæ fauore fiſci, & Reipublicæ ſub prætextu inſtrumentorum de nouo repertorum reuideri poteſt, ex nimis clara diſpoſitione text. *in l. Imperatores in 2. reſp. ff. de re iudic. & in l. 1. C. de ſenten. aduerſus fiſcum latis retract. libro* 10. an reuiſioni ſubiaceat, non ſolùm quando fiſcus eſt reus, de quo non dubitatur; ſed etiam quando in iudicio moto fuit actor; & an adhuc iura prædicta procedant, ſi eſſent duæ ſententiæ conformes cum impoſitione prolatæ perpetui ſilentij, & de aliis notabilibus. Alleg. 9. p. 526

Teſtes de auditu deponentes, talem eſſe filium talis, & deſcendere à tali, an probent, filiationem. Sententia in cauſa ſtatus, an & quando ius faciat quoad omnes in iudicio non citatos. Reintegrari petens ad honores alicuius ex Sedilibus nobilitatis Neap. quid probare opus habet, & an ſit in probatis, probata nobilitate in ſedili alicuius ex tranſuerſalibus ipſius reintegrationem petentis: & de aliis. Alleg. 10. p. 528

Salarium ſolutum Officiali, qui mediante Sententia Regiæ viſitationis fuit pro certo tempore ſuſpenſus, vel officio priuatus, nùm ſit fiſco reſtituendum. Miles captus ab hoſtibus quando poſteà redit, nùm conſequatur ſtipendium pro tempore captiuitatis, & de aliis. Alleg. 11. p. 529

Regens electus in ſupremo Italiæ Conſilio apud ſuam Catholicam Maieſtatem reſidente, ſi priuſquam ad Curiam acceſſerit fuerit electus Præſes ſacri Conſilij, an præcedere poſſit alios Regentes poſt ipſum Creatos, qui ad Curiam acceſſerunt, & officij poſſeſſionem aſſequuti fuère. Præferri an debeat, qui prius adeptus eſt officium illi, qui poſtea conſimile obtinuit cum adminiſtratione: & de aliis. Alleg. 12. p. 531

Inſcribi an poſſit in opere publico nouiter conſtructo nomen illius, qui vt opus illud conſtruatur, curam habuit, vel dicendum eſt hoc Principi tantùm, & non priuatæ perſonæ fore permittendum. Alleg. 13. pag. 532

Conſuetudo ciuitatis Neapolis exordiens, *ſi quis, vel ſi qua*, quæ non procedit patre, vel matre exiſtente in medio, an ſit neceſſariò intelligenda quoad patrem, & matrem tantùm, non autem quoad alios, ita vt decedente filio ſuperſtitibus ſibi patre, ſiue matre, & fratribus vtrinque coniunctis, ſiue conſanguineis aut vterinis, pater, vel mater tantùm ſuccedat, vel cum ipſis fratres quoque, qui ſuperexiſtunt. Allegat. 14. pag. 533

Baro an teneatur ſoluere collectam pro bonis prædeceſſoribus ſuis ſub annua præſtatione vaſſallis conceſſis, & ad ipſum demùm ex aliqua iuſta cauſa reuerſis; vel potiùs dicendum, bona illa cenſeri feudalia, & ſucceſſiuè huic oneri nullatenus obnoxia. Bona allodialia ſi cum pecunia feudali acquiruntur, an feudalia efficiantur, & de aliis notabilibus. Alleg. 15. p. 534

Fiſcus in cauſis capitalibus an à decretis abſolutoriis appellare poſſit ſiue ab illis reclamare, aut recurſum, vel in integrum reſtitutionem petere, & quid in cauſis pecuniariis ex crimine deſcendentibus. Appellatione prohibita, an, & quando dicatur pariter prohibita ſupplicatio, & recurſus. Allegat. 16. p. 536

Legatum pro dote puellæ factum an purum ſit cenſendum, vel potius conditionale, ita vt non debeatur niſi tempore matrimonij contrahendi; & ſi priuſquam nubat, moriatur, penes heredem grauatum remaneat, & de aliis notabilibus. Allegatio. 17. pag. 537

In paſcendi animalia ſua, ſi quis in alieno territorio titulo habili acquireret, nùm poſſit pro eo animalium numero, territorio illo vti, prout ſibi videbitur, vel moderatè, ita vt alios, qui ibi ius ſimiliter paſcendi habent, non impediantur, & de aliis ad ornatum Pragmaticæ 11. ſub titulo de Baronibus. Alleg. 18. p. 538

Immunitas à ſolutione gabellæ, quæ exigitur ab illis, qui mercaturam exercent, ſi à Principe fuerit alicui conceſſa, quoties mercimonium illud non excederet ſummam vnciarum decem, nùm locum habeat pro hac quantitate adhuc ſi excederet vncias decem, vel abſque diminutione aliqua eſt exigendum vectigal pro tota quantitate, & ſic etiam pro illis vnciis decem, pro quibus immunitas hæc fuit conceſſa, & de aliis notabilibus. Alleg. 19. p. 539

Legatum annuum à Teſtatore alicui factum, vt etiam, ad legatarij heredes tranſmittatur de infinito in infinitum, verùm caſu, quo ſine liberis decederet, quod cenſeatur extinctum, ſi contigerit, vt legatarius decederet poſthumo poſt ſe relicto, qui illinc ad paucos menſes deceſſit, matre ſibi ſuperſtite, an cenſeatur abolitum, vt de cætero legatarij hæredibus non debeatur, vel potius adhuc perpetuum diiudicandum

candùm, ſatque eſſe vt ſemel legati extiterit conditio, & de aliis. Alleg. 20. p. 540

Aſſenſus ſi fuerit conceſſus ſuper venditione feudi, & expeditus infra biennium in forma Regiæ Cancellariæ non tamen regiſtratus in quinternionibus Regiæ Cameræ, mortuo feudi venditore, an illius hæres pro feudo illo teneatur Regiæ Curiæ ſoluere releuium, quamuis per emptorem poſſideatur. Ignorantia iuris dubij an excuſet, & de aliis notabilibus. Alleg. 21. p. 542

Neptis ex ſorore præmortua, nùm in Ciuitate Neapolis auunculo ſuo inſimul cum fratribus pro virili ſuccedere poſſit, aut ſaltem ſuper bonis illis paragium ei decerni, vel potiùs aſſeuerandum eſſe illam excluſam ex eo, quod fuit aliàs nupta, & dotata. Vnica dotatio in ciuitate Neapolis, vt mulier ſemel nupta, & dotata ab aliorum coniunctorum ſucceſſione excludatur; an & in quo caſu procedat: & de pluribus notabilibus ad ornatum, & explicationem conſuet. *ſed ſi morienti.* Alleg. 22. p. 544

Priuilegium à Domino Rege noſtro in eius Curia conceſſum, quod in Regno ex Regiæ ſanctionis præſcripto, intra annum à die datæ in Curia præcisè, & cum clauſula irritante præſentandum, & exequutoriandum eſt, ſi fuerit præſentatum, & exequutoriatum poſt annum, an de iure ſubſiſtat, vel potius de eo ex vi clauſulæ reſolutiuæ nulla ſit habenda ratio: & de aliis notabilibus ad ornatum *pragm. 1. de priuileg. infra annum præſentandis.* Alleg. 23. p. 547

Aſſenſus Apoſtolicus an, & quando requiritur ſuper contractu tranſactionis initæ inter Eccleſiam, & priuatum litem inſimul habentes. Aſſenſus Apoſtolicus an ſit neceſſarius ſuper ceſſione iurium, quæ fieret ab Eccleſia in priuatum; & quid in repudiatione hæreditatis ipſi Eccleſiæ relictæ: & de aliis notabilibus ad materiam pertinentibus. Alleg. 24. p. 551

Contractus emptionis, & venditionis cum fuerit reſciſſus ex remedio *l. 2. C. de reſcind. vend.* quod tam venditori, quam emptori competit, cùm venditor eligat velle pretium reſtituere, an etiam illius intereſſe ſoluere cogatur, dum emptor offert paratum eſſe rem reſtituere vnà cum fructibus, quos percepit: & de aliis. Alleg. 25. pag. 554

Cuſtodia clauium, & portarum alicuius ciuitatis, ad quoſnam ſpectet, ad Nobiles forſan ipſius, vel ad ciues ſiue populares. Alleg. 26. p. 556

Salarium taxari, an peti poſſit à Balio alicuius pupilli feudatarij poſt ſuſceptum onus Baliatus, nulla ab initio facta petitione, vel proteſtatione circa ſalarium, & quid in tutore. Diſcrimen quodnam conſtituatur inter Balium, & Tutorem: & de aliis. Alleg. 27. p. 561

Aſſenſus Regius, an ſit concedendus donationi, quæ fit de feudo à patre filio ſecundogenito, primo ſe opponente. Pactum de non alienando feudum cum ſpeciali illius obligatione, an ſit impeditiuum dominij tranſlationis: & de aliis. Alleg. 28. pag. 563

Debitor fiſci ex cauſa mulctarum, nùm bonis cedere poſſit cum ignominia ſuper lapide M.C.V. Diſcrimen quodnam conſtituitur inter mulctam, & pœnam: & de aliis ad materiam pertinentibus. Allegatio. 29. pag. 566

Conſiliarius à Domino noſtro Rege electus anterior in data priuilegij, num præcedere poſſit alium Regium Conſiliarium in data priuilegij poſteriorem, ſed in adminiſtratione, & poſſeſſione officij anteriorem: & de pluribus notabilibus ad materiam pertinentibus. Allegatio. 30. pagina 567

Doctor de Collegio Neapolitano de numero Ordinariorum ſi in Vicemagnum Cancellarium eligeretur, num exigere poſſit non ſolùm munuſcula ad Vicemagnum Cancellarium, & ad Doctorem de numero Ordinariorum ſpectantia, ſed etiam & alia, quæ ſpectant ad eundem Doctorem de Collegio, quando contigit fieri eum Promotorem illius, qui ad Doctoratus gradum aſſumitur. Collegium Doctorum Neapolitanorum, ex quibus perſonis componatur: & de aliis notabilibus. Allegatio. 31. p. 570

Lapidicinas marmoreas in alieno fundo effodere, ſine tamen ipſius læſione, an liceat priuatæ perſonæ, fundi domino inuito; & quod ſi dominus concurreret in quærendo, an ſit ille præferendus, poſtquam alius prius inuenit, & præoccupauit: & de aliis notabilibus. Alleg. 32. p. 572

Baro in Regno nùm abſque Regis conſenſu in ſua Baronia poſſit vnum deputare Capitaneum ad iuſtitiam adminiſtrandam in terra, quæ eſt caput Baroniæ, & alium in caſale eiuſdem terræ, cùm ſemper in tota Baronia vnus tantùm fuerit creatus Capitaneus. Feudi diuiſio omni iure prohibita quotupliciter inducatur. Proprietario an liceat fundum cuſtodire, vſufructuario reluctante, & de aliis ad materiam pertinentibus. Alleg. 33. p. 573

Ius tapeti, quod Magno Camerario Regni huius intra annum, & diem debetur, prout releuium fiſco, cùm alicuius Baronis mors contigerit, nùm illi, ſeu eius ſucceſſori debeatur, ſi mortuo Barone intra eun-

dem

dem annum, mors etiam Magni Camerarij ſuperuenerit; vel dicendum eſt, ius hoc ad Regium fiſcum ſpectare, ſicque ad finem, vt ius illud Magno Camerario acquiratur, an inſpiciendum ſit tempus mortis Baronis, vel potiùs tempus, quo cedit dies ſolutionis illius iuris: & de aliis. Aleg.34. p.577

Conſuetudine Neapolitana, quæ incipit *& ſi teſtator*, cautum eſt, vt decedens ſine liberis de bonis ei obuentis ab agnatis, & cognatis non poſſit, niſi de certa parte diſponere, ex hoc dubitatur an onera, quæ ſuper bonis illis impoſita ſunt deducenda ſint ex illa parte, ſuper qua moriens liberam diſponendi habuit poteſtatem, vel potius ex toto patrimonio. Bona antiqua ſi alienata ſunt, & ex pretio alia bona fuerint empta, an hæc ſubiaceant diſpoſitioni conſuetudinis prædictæ. Allegat.35. pag.579

Officialium delicta, quæ in generali indulgentia à sereniſſimis noſtris Regibus conceſſa, exceptantur, an intelligatur non ſolum de illis Officialibus, qui iuriſdictionem exercent, ſed etiam, de quibuſuis aliis alicui muneri incumbentibus. Pœna nonupli, an & quando, & in quibus caſibus exigi poſſit: & de aliis. Alleg.36. p.580

Teſtamenti exemplum ſi fuerit in iudicio productum omni ſolemnitate vallatum, nùm Pars, contra quam fuit productum poſſit de falſo illud redarguens, petere, vt, qui exemplum illud produxit, originale exhibeat:& de aliis.Alleg.37. p.583

Clericus minorum ordinum, ſi aliquod commiſerit crimen pro quo in foro ſeculari inquiritur, nùm à iudice laïco cum habitu,& tonſura, & abſque alia clericatus probatione ſit ad Iudicem ſuum Eccleſiaſticum remittendus,vel prius teneatur docere ſemper cum habitu, & tonſura inceſſiſſe, & in diuinis inſeruiiſſe, iuxta præſcriptum ſacri Trident.Conſ. *ſeſſ.23.cap.6. de reformat.* Alleg.38. p.584

Officialis ſemel ſindicatus,& à ſindicatoribus in loco adminiſtrationis, viſis de iure videndis,abſolutus,nùm poſſit de cætero pro commiſſis in officio,in ſindicatu tamen non deductis, coram ſupremo Iudice moleſtari. Declarantur plura iura Regni, ex quorum diſpoſitione quæſtio reſoluitur, cum geminatis deciſionibus ſacri Concilij.Allegat.39. pag.585

Inſtrumentum nùm poſſit incuſari in Tribunali M.C. Vicariæ contra Magnum Regni Cancellarium. Inſtrumentum,an poſſit incuſari in Tribunali Magnæ Curiæ Adminiſtratiæ. Magna Curia Vicariæ de quibus cauſis cognoſcit, & an cognitionem habeat de crimine læſæ Maieſtatis. Magno Regni Iuſtitiario delinquente,an contra ipſum M.C. Vicariæ procedere poſſit: & de aliis. Allegatio.40. p.587

Aſſenſus Regius conceſſus obligationi bonorum feudalium factæ ad beneficium alicuius pupilli, ſiue minoris, ſi regiſtratus non extitit intra tempus à Pragmatica ſanctione præſcriptum,an minor ipſe maior factus aduerſus regiſtrationem non factã poſſit in integrum reſtitutionem petere, itavt cum effectu ſequatur regiſtratio, etiam in præiudicium Tertij,qui medio tempore cõtraxit.Pragmatica Sanctio mandans regiſtrari aſſenſum intra certum tempus, an locum habeat in Feudis, in quibus data fuit à Rege poteſtas alienandi, licèt cum clauſula, *Saluo aſſenſu Regis*.Quatriennij tempus quod competit minoribus ad in integrum reſtitutionem petendam,an differat ab illo, quod competit Eccleſiæ:& de aliis notabilibus ad materiam pertinentibus.Alleg.41. p.590

Nepotum ſucceſſio inter ſe concurrentium in capita, & non in ſtirpes fit. Dotatio non excludit ſororem,ſed ſeſſus.Renunciatio mulieris vt valida ſit, an certiorationem requirat,& quando viuentis hæreditas renunciatur conſenſu eius, de cuius agitur ſucceſſione. Futura an, & quando renunciatio comprehendat. Fœmina quando cogatur ad faciendam renunciationem in forma conſueta.Alleg.42. p.595

Feudorum iudicium poſſeſſorium immiſſionis, fœminæ an, & quando competat concurrente agnato, vbi plures diſtinguuntur caſus, necnon latiſſimè explicatur text. *in capit. inter filiam*, *ſi de feudo defuncti militis controuerſia fuerit*. Latè etiam declaratur quis tuendus ſit in poſſeſſione feudalium, fœmina, an agnatus & quæ concurrere debeant pro agnato, & vtrum fœminæ incapacitas reſeruanda ſit in petitorio, vel in pleniſſimo poſſeſſorio; quando etiam fœmina reſiſtentiam habeat iuris, vel ſtatuti; & ad quid teneatur probandum agnatus.Alleg.43. p.598

Aſſenſum tacitum pro dotibus mulierum Neapolitanarum in ſubſidium ſuper feudo cenſeri præſtitum oſtenditur, bonis allodialibus non exiſtentibus. Feudum in dote qualiter à Patre, vel à muliere dari potuerit iure feudali attento, quid correxerint Conſtitutiones Regni noſtri, & capitula, demonſtratur. Aſſenſus tacitus, an dicatur legis, vel hominis, & an latè vel ſtrictè interpretari debeat.De dote non confecto inſtrumento,vtrum intelligatur aſſenſus

ſus prædictus præſtitus : pluraque etiam alia ad materiam enucleantur. Alegatio.44. pag.603

Tridentini decretum *ſeſſ.25.cap.16.de Regularibus*, procedere etiam in Monaſteriis exemptis latiſſimè demonſtratur. Licentia Ordinarij, de qua ibi, cùm ſit de forma requiſita, non poteſt per partes renunciari, etiam cum iuramento. Diſpoſitio eiuſdem decreti quando inceperit obligare, nec per non vſum poſſit dici abrogata. Per contrariam verò conſuetudinem plura requiri, vt tollatur. Legis verba, non ad præterita, ſed ad futura trahuntur, quod ſecus eſt in ſententia. Alleg.45. p.606

Depoſitum factum per debitorem quando, & qualiter liberet fideiuſſorem, & quid ſi poſtea idem debitor depoſitum factum reaccipat, ac eo caſu fideiuſſor liberatus cenſeatur; & de pluribus ad explicationem textus *in l. traditionibus*, *C. de pactis*. Gloſſa celebris *in l. exempto*, *§. is qui vinum*, *ff. de actionibus empt.* Text. *in l. ſed reuocata ff. de iure fiſci*. Text. *in l. metum*, *§. fin. ff. quod metus cauſa*. Textus *in leg. fin. ff. de pactis*. Text. *in leg. nulla*, *C. de ſolutionibus*. Text. *in l. ab emptione*, *ff. de pactis*. Tandem nouatione fideiuſſorem liberari, latè oſtenditur. Alleg.46. p.607

Feudi venditione reſoluta ex beneficio Conſtitutionis *Conſtitutionem diuæ memoriæ*, ob quod venditor tenetur reſtituere emptori pretium, & emptor venditori rem, nùm emptor pro pretij recuperatione poſſit actione hypothecaria experiri ſuper bonis venditoris, & cum anterioritate diei, qua fuit ſtipulatum inſtrumentum venditionis feudi, & quid ſi emptori fuerit ſatisfactum cum pecunia aliorum ad quorum beneficium emptori ipſe fecit iurium ceſſionem, & de aliis. Alleg.47. p.613

Condemnatus ſi quis fuerit, ſententia mediante, ad ſoluendum certam quantitatem, vnà cum intereſſe, ſi ſententiæ non paruit, an teneatur ad intereſſe rei iudicatæ, pro tota ſumma in ſententia contenta, & ſic tam pro ſorte, quàm pro intereſſe, vel pro ſorte tantùm, ne dicamus exigi intereſſe alterius intereſſe: & de aliis. Allegatio.48. pag.616

Ciuis electus à Barone ad exercendum munus Ærariatus, & ab Vniuerſitate ad exercendum munus Electatus, cuinam magis obedire teneatur, Baroni, vel Vniuerſitati: & de aliis notabilibus. Alleg.49. p.618

Textus *in l.2. C. de reſcindenda venditione*, enucleatur. Nùm locum habeat in locatione. Vtrum in venditione facta ad tempus, per quam fructus aſſeritur, vendi, non rem. Pinelli doctrina *in l. 2. part.2. cap.4. C. de reſcindenda venditione*, plures habere contradictores, oſtenditur. Læſionem multipliciter includi, vel excludi pluribus probatur. Quodlibet augmentum quod ex induſtria conductoris accedit, locatori non accreſcit. Dolum & læſionem in contractu probandum, qualiter. Pretij diminutionem multiplici ex capite contingere poſſe, demonſtratur. Alleg.50. p.620

Officiorum locatio ad longum tempus ſuſtineri an poſſit ſine beneplacito Regio diſputatur; quod etiam in feudis, & aliis prohibitis alienari diſcutitur. Locationem ad vitam dici, nec ne ad longum tempus, reſoluitur. Officialem etiam nullum habere dominium in officio, nec ius aliquod reale; ſed eius vita exercitium, & perceptionem emolumentorum, clariſſimis probationibus oſtenditur. Beneficia, vel officia requirentia reſidentiam, ſi quis habuerit poſſe in loco digniori adeſſe, & in alio per ſubſtitutum deſeruire. Nec ſemper valere argumentum de feudo, & emphyteuſi ad officium, aſſeritur. Alleg.51. p.6:6

Officium poſſidens, ex eo quod dietim emolumenta percipiuntur, ſi illud alteri locauerit, nùm poſſit contractus læſionem allegare, illam fundando ex ſuperueniente vbertate emolumentorum officij locati. Remiſſio mercedis, vt conductori fieri poſſit, an ipſi ſat ſit demonſtrare in vno ſterilitatem in re locata contiguè, vel potius coaceruandi ſunt fructus totius temporis locationis. Penſionis augmento an ſit locus, quando in re locata maxima contigit vbertas. Actio quæ exoritur ex diſpoſitione *l.2. C. de reſcind. vend.* quanto tempore præſcribatur: & de aliis notabilibus ad materiam pertinentibus. Alleg.52. p.629

Officij, & beneficij argumentum valere in iure, cùm liquidò conſtet; hinc tabellionatus Officium non poſſe renunciari in beneficium tertij, niſi cum Principis auctoritate, oſtenditur: Sic emphyteuta, & Feudatarius non poſſunt locare ad decennium ſine aſſenſu Domini. Hæc officia transferri de perſona ad perſonam ſine aſſenſu Regis. Locationem eiuſdem in hæredem Officij capacem tranſire oſtenditur. Societas vectigalium, vt tranſeat ad hæredes, quæ requirantur. Conductio Officij in hæredem pupilli non tranſit, provt neque conceſſio facta à Rege Officij pro ſe, & hæredibus, pertinet ad hæredem fœminam. Alleg.53. p.632

Textus *in leg. pecunia, C. de priuilegiis fiſci*, *cum leg. deferre*, *§. fin. ff. de iure fiſci*; explicantur. Auocatio pecuniæ in ſubſidium locū habet, & an in fiſco procedat clarè probatur.

Perce

Perceptorem Prouincialem ſubtrahentem pecuniam fiſcalem non in pœnam peculatus incurrere, ſed in pœnam legis Iuliæ de reſiduis, demonſtratur. Nec poſſe propter vſum pecuniæ fiſcalis ſuſpendi ab exercitio Officij. Quemcumque verò officialem malè adminiſtrantem, officio ſuo priuari, cùm certum ſit, id tamen limitant, quando pretio fuit emptum Officium creditores ex cauſa onerosa fiſco præferuntur, imo etiam poſteriores, quando fiſcus pro pœna concurrit. Alleg.54. p.635

Conductor Feudi, quod illius vtilis Dominus tenet in capite à Regia Curia, an pro animalibus, quæ ibi tenet pro feudi cultura deſeruientibus, onus collectarum ſubire teneatur. Colonus Eccleſiæ, an teneatur ad quod Eccleſia non tenetur: & de aliis notabilibus. Alleg.55. p.638

Principem plenitudine poteſtatis interdum vti qualiter probetur. Suis cum ſubditis contrahendo naturaliter, & ciuiliter obligari, ſucceſſorémque ipſius teneri ſtare contractui, firmiter probatur. Domanij promiſſionem ſeruandam eſſe præſertim ſi ex vi contractus facta fuerit. Neceſſitatis tantùm cauſa Principem alienare poſſe rem inalienabilem, liquido conſtat. Eius tantùm aſſertioni credendum non eſſe, niſi aliunde de cauſa conſtet, probatur. Allegat.56. pag.640

Clericus ſi in Curia ſeculari in ius vocat laïcum pro ſolutione decimarum, an coram eodem Iudice reconueniri poſſit ad Eccleſiam reparandam. Exceptio compenſationis an obiici poſſit aduerſus Clericum decimas petentem: & de aliis notabilibus. Alleg.57. p.642

Bona pupillorum, & minorum, an, & quando legitimè diſtracta dicantur creditoribus vrgentibus. Ratihabitio, quæ includitur ex tit. *C. ſi maior factus*, an ſuppleat defectum ſolemnitatum quæ in alienatione bonorum minoris, & pupilli interuenire debent; & de aliis pluribus notabilibus ad materiam pertinentibus. Alleg.58. p.644

Numeratio focularioru͂ Regni, ſi ſolemniter clauſa fuerit, nùm fiſco inſtanſtante pro ſuo intereſſe poſſit iterum aperiri, vel potius perpetuum ſilentium imponendum. Reſtitutio in integrum nùm competat fiſco aduerſus numerationem factam, & clauſuram ipſius. Text. *in l. vnica. C. de ſententi. aduerſ. fiſc. latis. lib.*10. explicatur. Alleg.59. p.649

Renunciatio, quæ fit à Monialibus tempore profeſſionis, cùm nulla ſit, ſi fiat abſque licentia Epiſcopi, adhuc ſi Monaſteria eſſent ab illius iuriſdictione exempta, an etiam pro nulla, & inualida ſit habenda, ſi fiat ex cauſa oneroſa; & quid ſi licentia obtenta eſſet à Superiore, ſiue Ordinario illius monaſterij, qui communiter reputatur poſſe eum huiuſmodi concedere licentiam: & de aliis. Alleg.60. p.652

Legatum ſimpliciter factum à teſtatore tutori ſuorum filiorum, nùm debeatur, ipſo tutore non adminiſtrante, vel quia tutelæ onus ſuſcipere noluit, vel quia ob proprium delictum remotus fuit: & de aliis notabilibus. Alleg.61. p.654

Mandatum iniunctum à patre filio in teſtamento, vt matrimonium contrahere debeat cum voluntate, & expreſſo conſenſu Alexandri, an de iure ſubſiſtat, itavt teneatur filius cum primùm nuptias contrahere velit, Alexandri conſenſum procurare, vel potius dicendum, diſpoſitionem illam vti nullius roboris, & momenti fore reiiciendam; & quid ſi pater dixiſſet, vt filius matrimonium contrahere debeat cum conſilio Alexandri: & de aliis. Alleg.62. p.655

Epiſcopus an in nemoribus terrarum ſuæ Diœceſis, vti ciuis illarum poſſit animalia ſua paſcere, & quid ſi animalia eſſent ſuæ Menſæ Epiſcopalis. Regularis ſi ad Epiſcopatus dignitatem promoueatur, an dicatur ſolutus votis, quæ poſt annum probationis, dum profitebatur, ſolemniter emiſit: & de aliis notabilibus. Allegatio.63. pagina 656

Filius patris ſui hæres vniuerſalis, ſi adita hæreditate agnouerit eundem patrem plus legaſſe vxori, quàm ipſi filio, nùm inuari poſſit diſpoſitione textus *in l. hac adictali C. de ſecundis nuptiis*, dum hæreditatem adiuit, inuentario non confecto. Diſpoſitione text. *in l. hac adictali. C. de ſecundis nuptiis*, an locus ſit, quando filij patris hæredes conſenſierunt ſecundis nuptiis à matre, ſiue nouerca celebratis. Remedium legis *hac adictali*, an competat filiis Monachis, vel filiabus à ſtatuto excluſis, & quando vxor grauata eſt, quod ſibi fuit relictum, alteri reſtituere. Allegatio.64. pag.657

Locatio rerum Ciuitatis ſi facta proponitur, debitis præcedentibus ſolemnitatibus, nullaque concurrente læſione, nùm noua adueniente oblatione ſit illa prætextu noui additamenti recipienda. Textus *in leg. & ſi ſine, §. quæſitum ff. de minoribus*, an procedat in venditione rerum Ciuitatis, & quomodo in minore intelligatur. Alleg.65. p.660

Hipotheca an cadat in officio, ſignanter ad hæredes non tranſitorio; & quid in emolumento officij. Fructus feudi à ſolo ſeparati an ſint hypothecati creditoribus

Feudatarij, ſi feudum illud in tertium poſſeſſorem tranſiuit: & de aliis pluribus notabilibus ad materiam pertinentibus. Allegatio.66. p.662

Teſtamentum militis factum in acie belli, ſine hæredis inſtitutione, nec rogatis ad id teſtibus, ſequuta demùm illius morte illinc ad aliquos dies, poſtquam teſtatus eſt, an de iure ſuſtineri poſſit: & de aliis. Alleg.67. p.664

Præſcriptionis interruptio, quæ per litis conteſtationem inducitur, nùm inſtitutam actionem perpetuet, vel potius certo elapſo tempore, ſi lis non fuit proſequuta, euaneſcit, adeò vt poſteà dicatur præſcriptionem currere. Alleg.68. p.665

Iudex ordinarius ſuſpectus in cognoſcendo, an, & quando ſit etiam ſuſpectus in delegando. Prætor qui fuit Partis Aduocatus an ſuſceptam Prætoriam poteſt alteri cauſam delegare. A pœna Iuris appellari non poſſe probatur: & plura alia notabilia tractantur. Alleg.69. p.666

Vaſſalli ſacri hoſpitalis ſanctiſſimæ Annunciatæ Vrbis Regiæ Neapolis, an ſint immunes ab onere milites hoſpitandi. Priuilegium immunitatis alicui conceſſum ab omnibus muneribus, & impoſitionibus perſonalibus, realibus, & mixtis, ordinariis, & extraordinariis, an hoſpitandi onus comprehendat: & de aliis notabilibus. Alleg.70. p.667

Legitima cùm debeatur filio à die obitus patris, vnà cum fructibus, nùm axioma hoc procedat, adhuc ſi bona hæreditaria eſſent penes tertium poſſeſſorem, ſicque dubitatur an actio hæc pro fructibus contra tertium poſſeſſorem exerceri poſſit, cùm iſte ante motam controuerſiam bona fide poſſederit. Actio quænam competat filio pro legitima ſibi in bonis patris debita conſequenda. Filius an poſſit repudiare hæreditatem paternam, & legitimam tantum conſequi: & de aliis notabilibus. Alleg.71. pag.669

Clericus nùm pro iniuria ſibi facta habeat fori, electionem, cùm offenſus ſit in terra, ſiue Caſtro, quod eſt ſub vtili dominio Baronis, qui habet priuilegium cognoſcendi omnia, & quæcumque delicta cum clauſulis derogatoriis generalibus, Clericus an pro vindicatione rerum ſuarum patrimonialium fori electionem habeat: & de aliis. Alleg.72. p.671

Præcedentia, cuinam debeatur ex duobus ad Magiſtratum vno, eodemque tempore promotis, ſi vnus altero eſſet ſenior, & ad Doctoratus dignitatem prius aſſumptus; ſed non ex legitimis nuptiis natus; alter verò ætate, & gradu doctoratus iunior; ſed ex legitimo matrimonio natus. Legitimatus in quibus differat à legitimè nato, & de aliis notabilibus. Alleg.73. p.672

Baro, dum non habet ius prohibendi vaſſallis, ne ad alia molendina, quàm ſua, ad triticum molendum accedant, ſi cùm vaſſallis placuerit accederent, an poſſit pro molitura illam ab eis exigere mercedem, quæ ſibi videbitur. Magiſter Actorum, an & quando in propria Patria creari poſſit. Appellatio à decretis Curiæ baiuli, ad quod Tribunal interponenda eſt: & de aliis. Alleg.74. p.673

Familiares Epiſcoporum laici, ſi in aliquod crimen inciderint, an forum Iudicis ſæcularis declinare poſſint, ſicque, vt non niſi à Iudice Eccleſiaſtico cognoſci valeant. Laicus ſi ſacrilegij crimine notatur à quonam ſit puniendus. Præuentio an detur in Regno in criminibus mixti fori. Alleg.75. pag.675

Eccleſia nùm pro bonis emptis, & donatis à laicis collectam ſoluere teneatur, vel potiùs dicendum eſſe illam ab hoc onere exemptam. Onus Collectarum, an ſit reale, vel perſonale, vel potiùs mixtum: & de pluribus notabilibus ad materiam pertinentibus. Alleg.76. p.776

Immunitate Eccleſiaſtica, an gaudere poſſit qui exiſtens in poſſe Iudicis ſecularis, non tamen propter delictum; ſed vt decori, & dignitati ſuæ conſulatur, ad Eccleſiam confugit: & de aliis notabilibus. Alleg.77. p.682

Extrahi ab Eccleſia an poſſit abſque metu excommunicationis is, qui ad illam confugit, non tamen ex eo, quia in aliquod crimen incidiſſet, ſed propter aliam cauſam, quæ ſibi legitima viſa eſt, verè talis non ſit: & de aliis notabilibus ad materiam pertinentibus. Alleg.78. p.685

Immunitate Eccleſiaſtica, an gaudeat, qui homicidium, vel membrorum mutilationem in atrio Eccleſiæ commiſerit: & de aliis ad explicationem Bullæ Gregorianæ. Alleg.79. p.686

Immunitate Eccleſiaſtica an gaudeat is, qui ſub ſpe immunitatis homicidium prope Eccleſiam commiſerit; & quando dicatur quem homicidium commiſiſſe prope Eccleſiam. Homicidium proditorium qualiter dicatur commiſſum de iure communi, & quomodo de iure Regni: & de aliis notabilibus. Alleg.80. p.687

Auia materna præterita in Teſtamento nepotis, ſiue neptis, num poſſit inſtare, vt teſtamento illo ob eius præteritionem nullo declarato, decernatur eidem hæredi-

tas ab inteſtato. Frater conſanguineus an iure communi attēto poſſit cōcurrere cum Auia materna ſuper bonis maternis prædefuncti fratris; & quid de iure municipali Ciuitatis Neapolis. Textus in *l fœmina. C. de ſecundis nuptiis*, nùm in patre locum habeat. Legitima debita auiæ maternæ ſuper bonis paternis an ſit tertia totius. Bonorum diſtinctio in ſucceſſione qualiter fieri debeat, & an ſit attendenda perſona, à qua immediatè bona prouenient, & de aliis pluribus ad materiam pertinentibus. Alleg. 81. pag. 689

Prælatio quæ in venditione feudi agnato competit, vt ſuum ſortiatur effectum, quodnam pretium ſit offerendum, an provt ab extraneo fuit oblatum, vel provt ab expertis feudum illud fuerit æſtimatum, velut exponatur feudum ſubhaſtationi & illud pretium ſit ſoluendum, quod maximum inuenietur, vel & tandem vt nullis horum attentis ſuo arbitrio Iudex pretium declaret. Textus *in leg. pretia rerum. ff. ad leg. falcidiam*, declaratur: & de aliis pluribus ad materiam pertinentibus. Allegat. 82. p. 706

Feudi alienatio num reuocari poſſit, ſi ſuper alienationis contractu, Regius fuerit impetratus aſſenſus, ſed emptor intra tempus ordinatum fidelitatis iuramentum non præſtitit. Aſſenſus ſuper alienatione rei feudalis præſtitus ad hoc vt in forma valida conceſſus iudicetur, quæ concurrere debeant: & de pluribus ad ornatum Conſtit. Regni *Conſtitutionem diuæ memoriæ*. Alleg. 83. p. 712

Cenſualis contractus nùm attentis Bullis, ac etiam Regiis Sanctionibus, per pactum de retrouendendo ad tempus, vel non redimendi ad certum tempus, in ſui ſubſtantia alteretur. Quæ pacta contra ſubſtantiam contractus cenſualis ſint, & quæ non. Periculum pecuniæ bancalis conſignatâ cedulâ, num ſpectet ad conſignatarium, & an cedulæ conſignatio vim ſolutionis habeat: & de aliis notabilibus. Alleg. 84. p. 715

Aduocatus fiſcalis Regiæ Cameræ ſi cum Aduocato fiſcali Magnæ Curiæ inſimul in Collaterali Conſilio, vel alibi conueniunt, vter eorum præcedere debeat: & de pluribus notabilibus ad materiam pertinentibus. Alleg. 85. p. 719

Inquiſiti de extractione rerum, extra Regnum Neapolis à Regiis Bannis extrahi prohibitarum, contigit, vt plurimum in promulgatione generalis Indultus dubitari, an illius beneficio gaudeant: & de pluribus ad materiam pertinentibus. Alleg. 86. p. 726

Collectarum, & bonatenentiæ origo pluribus explicatur. Ementes annuos cenſus ab Vniuerſitatibus Regni, num eiſdem Vniuerſitatibus pro illis annuis cenſibus bonatenentiam ſoluere teneantur, ſi in contractu fuerit adiectum pactum immunitatis à bonatenentia, & de pluribus ad explicationem Bullæ Nicolai V. pertinentibus. Alleg. 87. p. 734

Collectarum impoſitio in hoc Regno, quam habeat originem, illarumque exactio qualiter hodie fiat, oſtenditur: Vniuerſitates Regni num pro annuis cenſibus, quos certis perſonis debent, bonatenentiam retinere poſſint. Ciues Neapolitani, an pro bonis, quæ in diuerſis terris poſſident, bonatenentiam ſoluere teneantur, & de aliis ad materiam pertinentibus. Alleg. 88 p. 749

Bona fideicommiſſo ſubiecta, cum pro dote conſtituenda, vel reſtituenda alienari permittatur, ex diſpoſitione text. *in Auth. res, quæ. Cod. commun. de legatis*, num pariter diſtrahi poſſint pro expenſis, quæ vt perficiatur matrimonium neceſſariæ ſunt, præſertim ſi illud contrahatur cum muliere ſumma nobilitate decorata: & de aliis. Allegat. 89. p. 747

Saluus conductus, quem vulgò guidatecum appellamus, ſi ex aliqua iuſta cauſa delinquenti, & facinoroſo fuerit conceſſus, ea tamen lege, & conditione, ne intus ciuitatem, qua Princeps, vel Pars offenſa reſidet accedere audeat, nùm ſi acceſſerit ad Eccleſiam intus ciuitatem prohibitam ſi tam dicatur contraueniſſe, ita vt captus in illa Eccleſia præuia licentia Iudicis Eccleſiaſtici, poſſit contra eum procedi, ac ſi ſecuritas eidem conceſſa non eſſet: & de aliis notabilibus. Alleg. 90. p. 750

Baro nùm poſſit cogere vaſſallum, qui alibi tranſtulit domicilium, vt redeat ad habitandum in Terra ſua, & quid in Vniuerſitatibus domanialibus, quarum ciues ad alienum locum domicilium pariter tranſtulerunt. Vaſſalli angarij, & perangarij, qui dicantur, & de aliis ad materiam pertinentibus. Alleg. 91. p. 753

Frater vterinus, an & quando fratri ſuo vterino in feudis tam antiquis, quàm nouis ſuccedere poſſit; & quid ſi inueſtitura canat, *pro ſe, & hæredibus ex corpore legitimè deſcendentibus*, feudi noui, vel antiqui ſucceſſio qualiter fuerit iure communi feudorum conſiderata, qualiter iure conſtitutionis Regni, & qualiter ex gratiis nouiſſimè Regno conceſſis, & de pluribus ad veram, & germanam intelligentiam dictarum conſtitutionum, & gratiarum pertinentibus. Alleg. 92. p. 758

Agnatus, qui eſt hæres defuncti feudatarij, nùm poſſit petere declarari, licere ſibi retinere feudum pro pretio per Iudicem declarando, ad id contradicentibus creditoribus defuncti, pro feudi venditione inſtantibus, & an hoc procedat tam reſpectu feudi antiqui, quàm noui. In venditione bonorum debitoris, nùm præferatur conſanguineus, qui eſt creditor. Prælatio, quæ in venditione feudi competit agnato proximiori, an locum habeat tam in Feudo antiquo, quàm nouo: & de aliis notabilibus ad materiam pertinentibus. Alleg.93. p.773

Iuſtitiarius Regni de quibus cauſis cognoſcat latiſſimè probatur. M.C.V qualem habet iuriſdictionem. Qualiter ceſſet iuriſdictio Ordinarij per aduentum Superioris. Iuſtitiarij nomen vnde ſumptum. Sub iuriſdictione M C. ſubiiciuntur omnes, quod qualiter procedat latiſſimè demonſtratur. In quo etiam Tribunali quicumque etiam exempti comparere tenentur. Negatiua exemptionis quomodo probetur. Clerici, vel Militis remiſſio quibus probatis à M.C. ſit petenda, quod idem in cæteris exemptis oſtenditur. Delegatos propriè non eſſe à Principe in certum genus perſonarum, vel negotiorum propoſitos clariſſime probatur. Claſſicorum cognitio quando ab Ordinario, quando verò ab alio delegato ſit facienda. Delegatos pro certis artificibus, eorumque artibus iuriſdictionem ad Vniuerſitatem cauſarum habere latiſſimè oſtenditur. Alleg.94. pag.777

Vidua ſi poſt electionem fori factam in M.C. pro viri nece vindicanda, ſecundas contraxerit nuptias, nùm Iudex ordinarius patrati criminis poſſit comparere, & cauſæ remiſſionem petere, vel potiùs dicendum, per electionem fori à Vidua factam fuiſſe Regio Fiſco ius quæſitum, vt cauſa in eadem M.C. ſit omnino terminanda: & de aliis notabilibus. Alleg.95. p.783

Teſtamentum conditum intra annum probationis à Nouitio Religionis Capucinorum, dum Patrem habebat, an de iure ſubſiſtat, vel potius pro nullo, & inualido ſit habendum: & quid in Clerico. Alleg.96. p.786

Collationis materia explicatur; in quibus bonis, & ſucceſſionibus locum habeat; in qua donatione ſimplici, vel ob cauſam; quid in donatione facta filio in poteſtate cum iuramento. Donationem propter nuptias receſſiſſe ab Aula oſtenditur. Antefati collatio quando, & qualiter procedat. In ea filij an ſuccedant vti filij, an vti hæredes; quid de iure communi, quid de conſuetudine huius Ciuitatis. Quæ cautela pro filiis in hoc ſit adinuenta. Cauſa quæ dicitur finalis, & quæ impulſiua: & de aliis. Alleg.97. p.788

Nobilis, contra quem eſt incuſatum inſtrumentum vigore ritus M.C.V. ob quod vt aduerſus peractam incuſationem audiri poſſit, neceſſe eſt, vt in vinculis ſe conſtituat, nùm ſat ſit, ſi in propria domo ſe carceratum conſtituerit cum cautione de illam tenendo loco carceris. Carceratus an dicatur ille, qui eſt habilitatus per Palatium; & de pluribus notabilibus. Alleg.98. p.790

Aſſenſus ſuper bonorum feudalium obligatione impetratus, ſi infra tempus à Regiis Sanctionibus præſcriptum non fuerit regiſtratus, an minoribus, de quorum intereſſe agitur, præiudicium aliquod ſit illatum. Reſtitutio in integrum, an aduerſus ſtatutariam præſcriptionem minoribus competat, & pro ea petenda, cùm quatriennium concedatur, à quo die hoc tempus currere intelligatur: & de aliis. Allegat.99. pag.793

Scribæ extraordinarij Regiæ Cameræ cum deliquerunt, ſiue in officio, ſiue extra, à quo Iudice cognoſcantur. Iuriſdictio Regiæ Cameræ quænam ſit, & à quo tempore huic Supremo Tribunali conceſſa, explicatur; & de pluribus ad ornatum textus *in l. nullum* 10. *C. vbi cauſæ fiſcales*, *& in l.*1. *C. de Curialibus Vrbis Romæ, lib.*11. Alleg.100. p.796

Conſuetudines Neapolitanæ, quæ reſpectu diſpoſitionis bonorum antiquorum non ligant Ciues, quando in proximiores ſucceſſores habent Clericos, idque ad æqualitatem ſeruandam, nùm procedant, quando remota perſona Clerici proximioris, ſupereſſet laicus ſequens in gradu; vel non obſtante iſtius ſuperexiſtentia valeant Ciues ipſi liberè de omnibus diſponere, ac ſi nemo ſupereſſet, niſi perſona proximioris Clerici: & de pluribus aliis notabilibus. Allega.101. p.799

Ciuilitas Neapolitana, nùm poſſit probari per fidem Electorum, ſiue per fidem ſex Nobilium Sedilis. Sedilia vtpote Collegia probata nùm Vniuerſitatibus æquiparentur. Ciuis ex priuilegio, vel per electionem an gaudeat honoribus, immunitatibus, & priuilegiis quibus gaudent Ciues originarij, quamuis ibi non habitet. Domicilij mutationem interdum fieri poſſe, nec per allectionem ad aliam Ciuilitatem commoda prioris Ciuilitatis perdere, quomodo intelligatur. Ciuitatis eſſentia in capacitate bonorum conſiſtit, & de aliis.

aliis.Alleg.102. p. 801

Legitima primogeniti in feudo,in quo viuitur de iure Francorum quanta ſit,tertia forſan totius feudi,valoris, vel tertia tertiæ. Filius inuentarium non conficiens an ſibi præiudicet in legitima; & de aliis ad materiam pertinentibus. Alleg.103. p. 805

Mulieres Tertiarij, quæ vulgo Monachæ Birochæ appellantur, an canonis, & fori priuilegio gaudeant. Tertiarij alicuius Religionis, nùm à gabellarum ſolutione ſint immunes. Fori priuilegium an,& quando competat hæredi in iudicio cœpto cum defuncto: & de aliis. Alleg.104. p. 808

Regularis ſi à Monaſterio,in quo eſt profeſſus ad aliud cum ſuperioris licentia tranſitum fecerit, an cum illo bona quoque ſua tranſeant, vel remaneant penes primum. Tranſitus Monialium de vno Monaſterio ad aliud,quibus ex cauſis permittatur,& de pluribus ad ornatum, & explicationem text.*in c. licet, de Regular.* Allegatio. 105. pag. 813

Poſthumus ſi à Patre fuerit hæres inſtitutus, & in caſu, quo non naſceretur, vel ſi naſceretur, & in pupillari ætate decederet, & fuerit aliquis ſubſtitutus, facto caſu,quod natus ſit, & poſt aliquos dies Patre adhuc viuente deceſſerit, defuncto demùm Patre cum eodem teſtamento, an ſubſtitutioni in illo ordinatæ locus ſit. Clauſula Codicillaris, quos producit effectus in teſtamento ad pias cauſas. Ius accreſcendi an locum habeat inter hæredem vniuerſalem, & hæredem in re certa inſtitutum: & de aliis notabilibus ad materiam pertinentibus.Alleg.106. p. 814

Obligatio, ſiue fideiuſſio, quæ fit per filiumfamilias ad beneficium Patris, in cuius poteſtate eſt conſtitutus, eiuſdem genitoris accedente conſenſu & præſentia, an de iure ſubſiſtat, vel potius ipſo iure nulla dicatur,ad ornatum,& intelligentiam. Pragm. 1. *de Senatus Conſulto Macedoniano.* Conſenſus,& præſentia patris in obligatione per filiumfamilias facienda an requiratur pro integranda perſona eiuſdem filij an verò pro intereſſe patris: & de aliis notabilibus. Alleg. 107. p. 819

Aſſenſus Regius impetratus ſuper obligatione bonorum feudalium cum clauſula irritanti, vt infra biennium regiſtrari debeat in Quinternionibus Regiæ Cameræ, ſi non fuerit regiſtratus, an dicetur nullus, vel potius adhuc ſubſiſtat, illamque clauſulam pro non appoſita haberi: & de aliis notabilibus. Alleg.108. p. 826

Frater Conſanguineus tantùm, an, & quando poſſit à defuncti fratris ſucceſſione excludere nepotem ex altero fratre præmortuo, qui erat vtrinque coniunctus, cum illo de cuius ſucceſſione agitur. Renunciatio facta à parente,an noceat filiis ex propria perſona venientibus,ſi in renunciatione expreſsè ſit dictum, vt filij ipſius renunciantis ex propria perſona venire non poſſunt: & de pluribus ab ornatum Textus *in §. ſi igitur defunctus, il 2. Auth. de hæredibus ab inteſtato venientibus, & in Auth. Ceſſante. C. de legitim. hæredibus.* Allegat. 109. pag. 830

Legatum annuum an, & quando aſſimiletur legato vſusfructus &,an, & quando ad hæredes tranſmittatur. Per quas coniecturas arguatur vitalitium; per quas verò perpetuum. Quid ſi pro legitima ſit relictum; quid ſi pro vita,militia, & bonis maternis. Regula,de ſubrogato, quod ſapiat naturam eius in cuius locum eſt ſubrogatum. Qualiter procedat dictio *vltra*, quando repetat qualitates, & conditiones. Pater in dubio ſemper præſumitur ſeruare inter filios æqualitatem. Alleg.110. p. 834

Indultus exceptio an poſſit allegari per procuratorem ita vt ſi poſt generalem indulgentiam à Rege promulgatam inquiſitus citaretur ad comparendum poſſit procuratorem deſtinare ad opponendam exceptionem indultus. Alleg.111. p.840

Abbas Regularis ſi in ſpiritualibus ſubditum haberet ſecularem, nùm illi primam Clericalem tonſuram conferre valeat. Abbas iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habens, nùm comprehendatur ſub decreto Conc. Trid. *ſeſſ. 23. c.* 10. *de reformat.* Epiſcopus nùm poſſit ſubdito ſuo in aliena Diœceſi primam tonſuram conferre abſque Diœceſani licentia: & de aliis notabilibus Alleg.112. p.840

Feudum ſi per centum, & plures annos fuerit poſſeſſum vti allodiale,an Fiſcus poſſit illius poſſeſſorem ad releuiorum & adhoarum ſolutionem conuenire. Feudi qualitas quomodo probetur. Donatiuum cum in Regno à Baronibus loco adohæ ſoluatur, ſi fiſcus ex integro exegerit donatiuum à cœtu Baronum, nùm actio aliqua ei ſuperſit aduerſus illum Baronem, qui adoham, ſiue donatiuum non ſoluit, vel potius dicendum eſt, competere actionem illam Combaronibus, qui integram quantitatem donatiui Reg.C.perſoluerunt,& de aliis notabilibus.Alleg.113. p. 842

Subſtitutio ſi à Patre filio pupillo facta reperitur vbi contigerit illum in pupillari ætate decedere, facto caſu ſubſtitutionis, nùm in Ciuitate Neapolis proximior agnatus admittendus ſit ad ſuccedendum in

õ 4 medietate

medietate bonorum antiquorum intra diſtrictum exiſtentium, ſubſtituto ab hac portione excluſo;& quid ſi proximior ipſe agnatus ſit perſona Eccleſiaſtica. Allegat. 114. pag. 847

Feudi Dominium ſi penes aliquem ſit, tenuta verò eiuſdem feudi penes alium, dubitatur, nùm creditor illius qui tenutam habet poſſit actione reali ſuper illa tenuta de iuribus ſuis experiri. Creditor illius, qui vendidit rem cum pacto de retrouendendo, an ſuper illo pacto actione reali agere poſſit. Emptio facta pro perſona nominanda, cui acquiratur,& nùm ante nominationem poſſit emptor rem illam ſic emptam vti propriam vendere:& de aliis. Alleg. 115. p. 851

Ad ohæ noua taxatio, aperto feudo ad Regem, nùm in illis noua conceſſio fieri poſſit in præiudicium creditorum, qui feudum illud obligatum tenent cum aſſenſu. Clauſula illa in feudi conceſſione appoſita, *natura feudi in aliquo non mutata*, cuius ſit importantiæ:& de aliis notabilibus. Alleg. 116. pag. 853

Feudo deuoluto ad dominum Regem noſtrum ob feùdatarij mortem abſque legitimo ſucceſſore, ſi ad inſtantiam creditorum illud vendatur ſeruitium, ſiue adhoa, quomodo taxari debeat cum nouo emptore iuxta forſan taxam antiquam, & ſic prout taxatum reperiebatur tempore deuolutionis, vel potiùs iuxta taxam nouam : & de aliis notabilibus. Alleg. 117. p. 858

Soror vtrinque coniuncta an excludat fratrem conſanguineum à ſucceſſione fratris, qui obiit antequam ſe immiſceret paternæ hæreditati. Agiturque de tranſmiſſione paternæ hæreditatis non agnitæ in quoſcumque hæredes, etiam extraneos, ex potentia ſuitatis. Alleg. 118. 862

Gubernatores piorum locorum, cœterique aliena bona adminiſtrantes num poſſint debitoribus ad ſoluendum dilationem concedere. Tutores ſi plures ſunt, quorum vnus debitori pupillari dilationem ad ſoluendum conceſſerit, num hæc dilatio ſit illi proficua. Gubernatores ſucceſſores quando, & qualiter teneantur obſeruare dilationes datas debitoribus illorum, quorum bona adminiſtrant: & de aliis. Alleg. 119. pag. 867

Decoctorum pœnæ enumerantur : publicis latronibus æquiparantur, ſi dolo, & culpa decoxerint; inter quas coniecturas doli, & fraudis fuga ad Eccleſiam enumeratur, clandeſtina mercium venditio cum aliis, de quibus hìc, an fraudem inducat; & de aliis ad materiam pertinentibus. Alleg. 120. p. 871

Inquiſitus de aliquo graui crimine, ſi datis defenſionibus eſſet liberatus in forma, nouis ſuperuenientibus indiciis, nùm poſt biennium elapſum vrgentioribus ſuperuenientibus, poſſit vnà ſimul cum eius fideiuſſore vocari. Alleg. 121. p. 873

Territorium, quod eſt redditiţium Baronali Curiæ, an in dubio dicatur feudale, itavt ſi à Clerico poſſideri reperitur, conuentus ille à Barone ad relaxandum ob lineam primi acquiſitoris finitam, teneatur reſpondere, & iura ſua proponere coram Domino feudi, vel potius fundus ille cenſeatur allodialis, & redditus annuus feudalis, ſicque valeat clericus forum declinare, vt non niſi coram Iudice ſuo conueniatur. Alleg. 122. p. 876

Exceptio redditionis computorum, an obſtet Tutori in iudicio comparenti, & petenti, vt à pupillo, maiore iam effecto, ſibi ſoluantur annui redditus, quos *tertias* in Regno appellamus, ipſi olim Tutori debiti, & in quorum exactionis poſſeſſione reperitur. Matri filiorum tutrici pro ſuæ dotis receptione agenti, an obſtet exceptio redditionis computorum, & de aliis ad ornatum text. *in leg. vnica, §. taceat, Cod. de rei vxor. action.* Alleg. 123. p. 878

Citatus ſi quis fuerit abſque vlla ſpecialis cauſæ expreſſione, vt infra tot dies coram Iudice citante ſub certa pœna ſe præſentet, ſi non comparuit, ob quod contumax reputatus extitit, & ad pœnam in mandato contentam condemnatus, num eo demùm comparente per procuratorem ipſius citati Clericatum allegantem, & Bullas Beneficij, præſentantem, audiendus ille ſit, ſalrem ad finem vt pœnæ exactio impediatur. Statuto exiſtente excluſiuo omnium exceptionum, nùm cenſeatur excluſa exceptio Clericatus, cuius occaſione explicantur Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ, 65. 220. 235. & 269. Alleg. 124. p. 882

Officium Theſaurarij, quid ſit, quidve Officium Primipili, & an ſit idem, vel diuerſum Officium, latè demonſtratur. Quid officium Quæſtoris. Officia Quæſtoris, & Primipili, quo tempore originem habuerunt. Theſaurarius an teneatur pœna peculatus, vel potiùs de reſiduis. Priuilegium Primipilare an locum habeat in corporibus dotalibus inæſtimatis: & de aliis pluribus notabilibus ad materiam pertinentibus. Alleg. 125. p. 888

Quartaria num conſuetudine induci poſſit, vt ſoluatur, quando emphyteuta rem ſibi in emphyteuſim conceſſam alienat. Conſuetudo quando per teſtes probatur, vt legitimè

legitimè probata ſit, quot concurrere debeant requiſita;& quid quando ex publicis inſtrumentis probaretur. Conſuetudo ex quot actibus inducatur, & quomodo ex auctoritate rerum iudicatarum. Conſuetudo loci num attendenda ſit in ſolutione laudemij,vt nimirum ea ſoluatur quantitas, quæ conſuetudine introducta eſt. Conceſſio quando præſumatur emphyteutica,& quando cenſitica:& de pluribus aliis notabilibus ad materiam pertinentibus. Allegatio. 126. pag.899

Ius retractus, quod in venditione feudi ex pacto competit agnato nùm locum habeat in feudo hæreditario mixto. Minor læſione non probata nùm reſtitui poſſit aduerſus lapſum temporis ad retrahendum à iure præſcripti;& de germano intellectu *l. ſi in emptionem 36. ff. de Minoribus.* Ius retractus an competat vlteriori agnato, proximiore retrahere non valente. An locum habeat in venditione, feudi quæ fit ſub haſta. Et an iure illo vti poſſit filius feudatarij alienantis. Inſuper dubitatur, an in caſibus,in quibus competit Agnato prælatio ſit à Iudice concedenda,vel potius deneganda, ſi Agnatus, qui pro retractu inſtat, ſit pauper, adeo vt mutuo,vel ſub vſuris eſſet ab alio pecuniariam neceſſariam recepturus. Allegatio. 127. pag.903

Soror ad inteſtatam fratris ſui ſucceſſionem, num vnà cum nepotibus ex fratre præmortuo admitti poſſit, vel potiùs obſtabit ei ampliſſima renunciatio, quam in manibus Patris, dum nuptui traderetur, peregit. Renunciatio futuræ fratrum ſucceſſionis num renuncianti obſtet, quando fratribus abſentibus facta reperitur in manibus patris, eoque magis ſi filiæ dotatio contigit de bonis paternis tantùm. Filij an & quando ex propria perſona ad alicuius conſanguinei inteſtatam ſucceſſionem concurrere poſſint, non obſtante quòd eorum mater, quæ ampliſſimè renunciauit, ſuperexiſtat, & de aliis pluribus notabilibus ad materiam pertinentibus. Alleg.128. p.907

Amita magna concurrens ad ſucceſſionem Nepotis in feudo ex linea paterna ei obuenito, an excludat fratrem, ſiue ſororem vterinam defuncti feudatarij, eo præſuppoſito, ſi quod feudum illud ſit planum, & de tabula. Et quid ſi eſſet feudum quaternatum ſecundùm quid. Aſſenſus Regius, an curſu temporis præſumatur. Feudum ſi non apparet ſub qua forma ſit conceſſum, an dicatur conceſſum pro ſe,& hæredibus ſimpliciter, vel pro ſe, & hæredibus ex corpore legitimè deſcendentibus: & de aliis notabilibus. Alleg 129. p.914

Vita & militia fratre primogenito ſecundogenitis ſuper feudo debita, quonam modo taxetur. Filia monialis, quæ dote à patre accepta, ampliſſimè renunciauit, an in taxanda vita, & militia ſuper feudo, vel legitima ſuper allodio ſit inter filios connumeranda. Vita, & militia an in locum legitimæ ſucceſſerint: & de aliis. Allegat.130. pag. 917

Inſtrumentum capitulorum matrimonialium, ſi fuerit ſtipulatum, ſed per Notarium iuxta ſtylum non extenſum, eo mortuo, num Iudice mandante extendendum ſit cum omnibus clauſulis, quæ in ſimilibus apponi ſolitæ ſunt, ſignanter, obligationis bonorum feudalium, Clauſula *ad conſilium ſapientis* quid importet. Obligatio generalis an,& quando bona feudalia comprehendat: & de aliis. Alleg. 131. p.921

Clericus, qui per matrimonium, quod contraxit, exutus fuit omni priuilegio Clericali, ſi mortua vxore habitum, & tonſuram reaſſumpſerit, an recuperet priuilegia, quæ amiſit Clericalia. Licentia Epiſcopi an neceſſaria ſit in reaſſumptione habitus, & tonſuræ Clericalis. Reaſſumptio habitus,& tonſuræ, num reaſſumenti proſit, ſi poſt delictum commiſſum ſequeretur: & de aliis notabilibus. Alleg.132. p. 923

Hæreditas non adita an, & quando ad alios tranſmittatur. Pater qui omni iure legitimus eſt ſucceſſor in bonis filij ab inteſtato defuncti, ſi illius hæreditatem non adierit, & deceſſerit, nùm ad filios ſuperſtites eam tranſmittat; & quid è contra ſi quis deceſſerit ſuorum aſcendentium hæreditate non adita, ſiue ex linea paterna, ſiue materna, an ad ſuos deſcendentes eam tranſmittat: Hæreditate patris filio infanti delata ſi hic è viuis deceſſerit, num ad eius matrem illa tranſmittat. Hæreditas ſi alicui infanti deferatur, qui demùm, ea non adita, deceſſerit, patre, & matre ſibi ſuperſtitibus, num ad matrem, ſicut ad patrem hæc tranſmittatur. Tranſmiſſioni an ſit locus, quando infanti defertur hæreditas matris, vel aliorum conſanguineorum ex linea collaterali, illaque non adita decederet. Hæreditas patris ſi deferatur filio infanti, qui ea non agnità, deceſſit, matre tantùm ſibi ſuperſtite, num ad eundem matris beneficium tranſmittatur, & quid ſi ſupereſſet etiam auus paternus:& de aliis. Alleg.133. p. 926

Aſſenſus Regius ſuper bonorum feudalium alienationē præſtitus ad hoc, vt validè obtentus iudicetur quæ de neceſſitate requirantur. Iuramentum fidelitatis ſi à feudi emptore præſtitum non fuerit, ob quod

quod aſſenſus fuit reſolutus, an ipſemet valeat contractum alienationis feudi reuocare ex beneficio Conſt. Regni *Conſtitutionem diuæ memoriæ*. Aſſenſus Regius ſicut poſt mortem feudi venditoris ab emptore impetrari non poteſt, abſque nouo illius hæredis conſenſu, an ita pariter venditor illum obtinere non poſſit, mortuo emptore illius hærede non accedente conſenſu: & de aliis. Alleg.134. p.928

Filij præmortuæ matris, an vnà ſimul cum Auia materna, attento Iure Municipali huius Ciuitatis, poſſint ſuccedere in bonis maternis fratris conſobrini, in infantili ætate defuncti. Diſpoſitio textus *in Auth. Et fratrum filij*, an ſicut procedit, quando defuncto, ſuperſunt fratres vtrinque coniuncti, ita pariter ſi illi non ſupereſſent, ſed tantum aſcendentes, & fratrum præmortuorum filij. Mulier an reſtituatur aduerſus ſententiam contra ſe latam, & quid ſi eſſet in ſenili ætate conſtituta: & de aliis. Alleg. 135. p.932

Legatum factum à Domicella ſocero, & viro, an de iure ab illius hærede ſit præſtandum, vel potius affirmandum fuiſſe illud relictum metu reuerentiali eorundem ſoceri, viri legatariorum. Metus reuerentialis abſque minis, & verberibus, an ſat ſit ad actum aliquem annullandum: & de pluribus notabilibus. Allegat. 136. pagina 935.

Officialis Procuratoris Cæſaris ſi vti alicuius hæres in alio Tribunali, quam ſuo conueniretur, num ad ſuum Tribunal cauſæ remiſſionem petere poſſit. Forum ex quibus cauſis quis ſortiatur, & de aliis ad ornatum textus, *in leg. penult. Cod. vbi cauſæ fiſcales, & in leg. vnica, Cod. vbi fideicommiſſum peti oportet*. Alleg.137. p.937

Donatio facta à muliere alicui Eccleſiæ, nùm per filij ſpurij ſuperuenientiam reuocetur, & quid ſi eſſet renunciatum beneficio *leg.1. ſi vnquam Cod. de reuoc. donat.* & an reuocatio hæc indiuidualis, & ſpecifica facienda ſit, ita vt donans certioretur de eo: quod renunciatur. Explicatur tex. *in cap. fin. 17. quæſt.4.* ſubſtitutioni an fiat locus, vbi filius, cui datus eſt ſubſtitutus, ſi ſine filiis deceſſerit, monaſterium ingreditur: & de aliis notabilibus. Allegat.138. p.939

Mandatum de capiendo an relaxari poſſit aduerſus illum, qui inquiritur de delicto, pro quo impoſita eſt pœna vltra relegationem, cùm alia patrati criminis probatio non ſe offerat, niſi vnius teſtis de viſu depoſitio. Vnius teſtis de viſu depoſitio an ſat ſit, vt delinquẽs torqueri poſſit, & de aliis ad ornatum, & explicationem Conſtitutionis Regni, *Humanitatem* cap. Regni quod incipit *Ab illo inchoandum*, Ritus M. C. qui incipit, *Item ſi accuſatur, & pragm.1. de cuſtodia reorum*. Alleg.139. p.941

Creditor illius, qui non niſi feudi tenutam habet, cùm eiuſdem feudi vtile dominium ſit penes alium cum ſolita recognitione, nùm aſſenſu carens ſuper obligatione bonorum feudalium, poſſit de iuribus ſuis actione reali ſuper illa tenuta experiri. Fœmina, quæ eſt incapax ſucceſſionis feudi an ſit pariter incapax poſſeſſionis illius. Annuus redditus ſuper fructibus feudi à feudatario Regio mediante aſſenſu conſtitutus, nùm ſit feudalis. Aſſenſus Regius an requiratur ſuper contractu locationis feudi cum iuriſdictione, & vaſſallis. Diſcrimen, quodnam conſtituitur inter vſumfructum, & commoditatem percipiendi fructus: & de aliis notabilibus. Alleg.140. p.942

Præferri, quiſnam debeat in venditione ſub haſta, quæ fit de re debitoris, ipſius creditoribus inſtantibus, agnatus, vel creditor; & quid, ſi agnatus eſſet ſimiliter creditor: & an prælatio hæc, perfecto iam venditionis contractu, exerceri poſſit ad intellectum & germanam explicationem textus *in l. de priuileg. creditor.* Illegitimè natus, an comprehendatur ſub ſtatuto diſponente, vt lites inter coniunctos exorientes per arbitros terminentur. Prælatio an competat filio in venditione feudi per patrem pecunia quæſito: & de aliis. Alleg. 141. p.945

Tertius oppoſitor veniens ad cauſam inter alios vertentem poſt latam ſententiam, num poſſit pro ſuo intereſſe ab illa appellare, reclamare, vel ſi eſſet priuilegiata perſona in integrum reſtitutionem petere; & quid ſi intereſſe, quod allegat non eſt illud idem, quod eſt Actoris, vel Rei; ſed omninò ſeparatum à iure deducto inter principales colligitantes: & de aliis notabilibus. Alleg.142. p.947

Dos promiſſa à matre filiæ poſt mortem ſoluenda, nùm collationi ſubiecta ſit, cùm matri dotanti mors ſuperuenerit, aliis pariter filiis ſibi ſuperſtitibus. Diſpoſitio facta in vita à Ciue Neapolitano ex lege, vt poſt mortem diſponentis ſuum ſortiatur effectum, an dicatur facta in fraudem conſuetudinis, quæ mandat, vt ciuis de bonis antiquis non poſſit diſponere, niſi de medietate: & de aliis. Alleg.143. p.948

Eccleſia, quæ feudum tenet à Rege, an ſingulis quindecim annis releuium fiſco ſoluere tenetur, & quid mortuo Prælato. Releuium an ſit ſoluendum, quando quis propter foriudicationem agnati feudatarij in

in feudo ſuccedit : & de aliis. Allegat. 144. pag. 949

Creditor an pendente iudicio diſcuſſionis inuentarij poſſit actione reali de iuribus ſuis experiri ſuper bonis debitoris per tertium poſſeſſis. Creditor an attenta diſpoſitione *leg. fin. Cod. de acquir. poſſeſſ.* poſſit agere ſuper bonis ſibi obligatis, per tertium tamen poſſeſſis, ſi principalis debitor mortuus reperitur vel potius teneatur primò diſcutere bona in debitoris hæreditate remanſa, & quæ per illius hæredem poſſidentur. Alleg. 145. p. 951

Fideicommiſſum ſuper feudo, an, & quando ſine directi Domini aſſenſu validè impoſitum cenſeatur. Feudum cum qualitate hæreditaria, an, & quando dici poſſit naturam feudi ex pacto aſſumpſiſſe. Verbum *hæredibus*, quando de deſcendentibus intelligatur. Feudum emptum cum pecunia alterius, an huic Creditori obligatum remaneat, quamuis ſuper illius contractu non fuerit Regius impetratus aſſenſus. Fideicommiſſum, an ſuper re hæredis imponi poſſit. Legatarius, ſiue fideicommiſſarius, num ſuper re hæredis ſibi legata, vel per fideicommiſſum relicta, valeat hypothecariam exercere actionem. Fideicommiſſum impoſitum ſuper Baronia, quæ componitur de corporibus feudalibus, & allodialibus, ſi non valet reſpectu corporum feudalium, ex defectu aſſenſus directi Domini, an ſubſiſtat reſpectu bonorum allodialium : & de aliis. Alleg. 146. p. 952

Obligatio fideiuſſoris an ſit nulla, ſuppoſita nullitate obligationis principalis. Clericus ſi vti laicus coram Iudice ſeculari ſe obligauit de ſe præſentando ad omnem ordinem, ſiue toties, quoties, & cui obligatori acceſſit fideiuſſor, nùm hic ſolus poſſit demum comparere, & obligationis nullitatem allegare, ex eo quod principalis obligatus eſt Clericus ; & quid ſi in ſolidum Clericus principalis, & laicus fideiuſſor ſe obligauerint ; & quid ſi clericatus poſt obligationem contractam ſuperuenerit : & de aliis notabilibus. Alleg. 147. p. 960

Filius primogenitus, qui in feudo empto per patrem ſucceſſit, an ſicut tenetur conferre cum fratribus ſuis ſecundo genitis pretium quo feudum illud emptum fuit, idque ex conſuetudine, ſic in regno iudicandi, ſic pariter teneatur conferre pretium, ſi quod pater erogauit, in acquiſitione Tituli, puta Principatus, Ducatus, Marchionatus, vel Comitatus, & de aliis. Allegatio. 148. pagina 961

Electi Ciuitatis Neapolis nùm iuriſdictionem habeant corporalibus pœnis puniendi ſubditos Annonæ. Titulus coloratus quis dicatur, & cuius ſit importantiæ, tex. *in cap. cum perſonæ, de priuil. in 6.* declaratur, & an in Regno cum fiſco procedat. Tex. *in cap. 1. §. ſi quis per triginta, in tit. ſi de feudo defuncti militis*, num in Regno contrà Regem allegari poſſit. Principis ſcientia an requiratur ad coloratum titulum inducendum. Fiſcus poſſeſſores bonorum, quæ ſunt de regalibus ad titulum oſtendendum quandò, & qualiter cogat : & de aliis notabilibus. Alleg. 149. p. 962

Cultus, & Veneratio Sanctorum, eorumque canonizationes in vniuerſali, & particularibus Eccleſiis enarrantur ; Quodque cultus ſanctorum, qui in particularibus Eccleſiis venerantur, licèt canonizati non ſint, ſi ſolemniter, & per immemorabilis temporis curſum fuerit illis adhibitus, piè, & rectè, etiam iuxtà nouas Summorum Pontificum Conſtitutiones, & rubricas Martyrologij, & Breuiarij Romani, eodem modo continuari in futurum valeat, taléſque ſancti in patronos eligi, feſtum illorum, & Miſſam celebrari, ac officium recitari poſſint, cum decreto Sacræ Rituum Congregationis, quæ ita approbauit, & indulſit. Alleg. 150. p. 969

Decreta aliqua Sacri Neap. Senatus, à Domino Io. Angelo Piſanello I. C. Clariſſimo annotata. p. 979

D. Mazzei de afflicto Iuriſconſulti clariſſimi, Regij Conſiliarij, Annotationes aliquæ ad Gloſ. Napodani ſuper Conſuetudinibus Neapolitanis ex eiuſdem Domini Conſiliarij originali libro Conſuetudinum, qui conſeruabatur penes Dominum Io. Angelum Piſanellum exemplatæ, adhuc non impreſſæ. pag. 982

Ex Quodam libro antiquiſſimo in Pergameno poſt Gloſſam Caroli de Tocco in Longobardo. p. 988

D. Alexandri de Tartagnis De Imola I. C. Clariſſimi reſponſa duo. D. Ioannis Piſanelli diligentia collecta. p. 992

Soror in ſucceſſione Comitatus fratris nùm nepoti ex ſorore præmortua primogenita præferatur. Filius ſecundogenitus in ſucceſſione Regni an præferatur nepoti ex filio primogenito præmortuo. Remedium introductum ex diſpoſitione text. *in l. fin. C. de edict. Diui Adr. tollend.* an, & quando competat ſubſtituto per fideicommiſſum. Item

an locum habeat, vbi quis in re certa eſſet hæres inſtitutus. Pater ſi receperit feudum ab Eccleſia in emphyteuſim pro ſe, & filiis, an filiæ comprehendantur: & de aliis. pagina 993

Caput conſilij Domini Chriſtofori de Benedictis Siculi in eadem cauſa contra Alexand. & contra alios. p.1002

D. D. Donati Antonij
DE MARINIS
I. C. REGIÆ CAMERÆ
Summariæ olim Præſidentis, Regníque Vicemagni Cancellarij;

NVNC VERO APVD SVAM CATHOLICAM Maieſtatem in Supremo Italico Senatu Regentis,

RESOLVTIONVM IVRIS
LIBER SECVNDVS.

SVMMARIVM.

1 *Abbas nullius Diœceſis an poßit in loco ſuæ iuriſdictionis examinare Notarios Regios, prout poſſunt Epiſcopi, & quid in Regno, num. 4.*
2 *Prælati exempti, è quorũ numero ſunt Abbates nullius, &c. ea omnia facere poſſunt, quæ & Epiſcopi in ſuis Diœceſibus.*
3 *Abbas exemptus ſub Epiſcopi nomine comprehenditur.*
5 *Notariorum ſufficientia in eorum officio ſatis dicitur in Regno probata ex approbatione Magni Viceprotonotary.*
6 Dom. Præſes Marcheſius *commemoratur.*
7 Dom. Reg. Don Franciſcus Merlinus *commemoratur.*

ARGVMENTVM.

Abbas nullius Diœceſis nùm in eius iuriſdictione facultatem habeat examinandi Notarios Regios, prout poſſunt Epiſcopi, iuxta præſcriptum Sac. Trid. Concil. *ſeſſ.* 22. *cap.* 10. *de Reformat.* & quid in Regno noſtro Neapolit.

CAPVT PRIMVM.

ABBAS exemptus nullius Diœceſis, de cuius poteſtate, & 1
dignitate plura ſcripſimus *h. t. cap.* 1. aliàs dubitari contigit,
an in eius iuriſdictione, etiam tanquam Sedis Apoſtolicę Delegatus, facultatem habeat
examinandi Notarios Regios, ſicquè eorum ſufficientiam in officio exercendo
ſcrutari, prout poſſunt Epiſcopi in eorum Diœceſibus, ex decreto Sacri Concil. Trid. *ſeſſ.* 22. *cap.* 10. *de reform.* cuius meminit P. Gambac. *de immunit. Eccleſ. lib.* 6. *cap.* 21. *n.* 1. *circa finem.*

Reſpondi de hoc conſultus, id Abbati licere, cùm 2
millies ſit repetitum, Prælatos omnes exemptos, è quorum numero ſunt Abbates nullius Diœceſis, qui iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habent, ea omnia regulariter facere poſſe, quæ & Epiſcopi in eorum Diœceſibus poſſunt, in his tamen, quæ iu-
riſdictionis ſunt: Eſt enim ſine controuerſia, vt Ab- 3
bas exemptus, nullius Diœceſis, ſub Epiſcopi nomine comprehendatur; ita Fagund. *in quinq; præcept. Eccleſ. lib.* 7. *cap.* 2. *num.* 55. Suarez *de pœnit. tom.* 4. *diſp.* 28. *ſect.* 5. *num.* 3. Epiſc. Campanil. *in diuerſ. iur. can. rubr.* 12. *cap.* 13. *num.* 76. Epiſc. Riccius *deciſ.* 22. *num.* 4. *par.* 4. & alij; & ita in puncto dubij propoſiti, nè indiuiduali authoritate careamus, reſponderunt Sellus *ſelect. can. cap.* 25. *num.* 15. & inſignis Barboſ. *in collect. ad præcit. decretum, num.* 2. Monui tamen 4

A inter

4 interrogantem, vt deſineret hoc tentare in Regno, in quo á ſeculo non eſt auditum, vt locorum Ordinarij etiam tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegati hac poteſtate in Notarios laicos vſi ſint; ſatis enim apud
5 nos eſt eorum ſufficientia probata ex approbatione Dom. Vicemagni Protonotarij, S. C. Præſidis, cuius ſupremum officium ob mortem præſtantiſſimi, ac
6 nunquam ſatis laudati Viri *Domini Andreæ Marchesij*, qui illud paucis ab hinc annis mirificè rexit, audiuimus in præſentiarum à potentiſſimo Domino noſtro Rege collatum in perſonam celeberrimi I.C.
7 *Domini D. Franciſci Merlini* Ordinis Sancti Iacobi apud Suam Catholicam Maieſtatem in ſupremo Italico Senatu Regentis, Viri omnibus numeris abſolutiſſimi, quem Deus Optimus Maximus nobis, Regnoque diu ſeruet incolumem.

SVMMARIVM.

1 *Abbatiſſa in Italia triennio tantùm muneri ſuo incumbit, & non vltra.*

2 *Tempus triennij Abbatiſſa præfixum pro munere ſuo explendo, nùm poſſit per loci Ordinarium prorogari.*

3 *Tempus à iure ſtatutum ad aliquid peragendum, an poſſit per Iudicem ex cauſa prorogari.*

4 *Nouitij completo probationis tempore ad profitendum admitti debent, vel à Monaſterio eiici; ſed an ex aliqua cauſa poſſit ad aliquod tempus differri profeſſio? ibidem.*

5 *Tempus quatuor menſium præfixum Patronis laicis ad præſentandum, nùm poſſit per Epiſcopum, ad quem ſpectat inſtitutio præſentati, ex cauſa prorogari.*

6 *Mens Pontificis quæ fuerit in ſtatuendo, vt Abbatiſſa non niſi per triennium poſſit iniuncto muneri incumbere.*

7 *Conſtitutio* Gregorij XIII. *circa tempus, quo Abbatiſſa iniuncto muneri vacare debet, procedit in omnibus Monialium monaſteriis, quarumuis Militiarum; ſecus autem in illis, quæ Regulam à Sancta Sede Apoſtolica approbatam profeſſæ non ſunt.*

ARGVMENTVM.

Abbatiſſa cùm non niſi per triennium poſſit iniuncto muneri incumbere, dubitatur an tempus iſtud à loci Ordinario ex cauſa prorogari poſſit? Superior Regularis nùm tempus nouiciis à S. Trident. Concil. ad profitendum conſtitutum differre valeat. Item an quadrimeſtre Patronis laicis ad præſentandum conceſſum poſſit per Epiſcopum dilatari? & de aliis, ad ornatum Conſtitutionis Gregorij XIII. incip. *Exponit debitum. &c.*

CAPVT II.

ABBATISSA, certum eſt hodie, quòd 1
non niſi per triennium poteſt iniuncto muneri incumbere; quo elapſo tempore, vt præeſſe deſinat, ſtatuit Pontifex Sanctiſſimus Gregorius XIII. quarta die Ianuarij 1583. in *Conſtitutione*, quæ incipit, *Exponit debitum*, & infra; de qua per Stepha. Quaran. in *Sum. Bullar. in verb. Abbatiſſa.*

Sed fuit hodie à quodam Religioſo mihi propoſi- 2
tum dubium, quod hucuſquè à DD. tactum non vidi, an illud triennij tempus ex cauſa poſſet loci Ordinarius ad paucos dies prorogare, & demùm ad alterius Abbatiſſæ electionem iuris forma ſeruata procedi facere? Cuius reſolutionem pendere dixi ab altera; nimirum an tempus à iure ſtatutum, poſſit per Iudicem prorogari? qua de re latè per Doctores in 3
l. 2. ff. de re iudic. & in *cap. cùm ſit Romana 5. de de appellation.* & per Pereir. *deciſ. Luſit.* 61. Et quòd ex cauſa id Iudici permittatur, ſiue terminus ſit à iure, cum Iudicis miniſterio ſtatutus, ſiue citra illud; tenuit Bar. *in d. l. 2.* poſt *num. 4.* ibi, *ego teneo, quòd imo indiſtinctè Iudex poteſt cauſa cognita, &c.* & ibidem communiter omnes, & in *d. cap. cùm ſit Romana*; eoque magis procedere dic, cùm de Tertij præiudicio non tractetur, provt in hoc caſu; quodque hoc verum eſſet, ad caſus inferebam ſimiles; nam cùm per Sacrum Trident. Concil. expreſsè ſtatutum habeamus, *ſeſſ. 25.* 4
cap. 16. de Regul. vt completo nouitiatus tempore, quod eſt annus, vt in *cap. præcedenti*, Superiores, ad quos ſpectat, nouitios habiles inuentos ad profitendum admittant, aut è Monaſterio eiicere habeant, eſſetque dubitatum, nùm annus ille iam completus aliqua iuſta de cauſa, Tridentina ſanctione non obſtãte, prorogari poſſet? Extitit affirmatiuè reſolutum, vt conſtat ex ponderatis per Nauar. *conſ. 29. de Regul. in antiquis*, per Sayrum *deciſ. 12. de officio Ordinar.* & per alios relatos à Sancto Fauſt. *in Theſaur. Religioſ. lib. 5. quæſt. 168.* & Barboſ. in *remiſſion. ad Conc. Triden. d. cap. 16.* Idemquè etiam determinatum in terminis *cap. vnici, §. 1. de iurepatr. in 6.* quo ſtatutum eſt, vt vacante beneficio, quod eſt de iurepatronatus, ſi eſt laicorum, intra quadrimeſtre teneantur illi benefician- 5
dum Epiſcopo præſentare; Cùm, inquam, dubitatum eſſet, an Ordinarius poſſet tempus illud quatuor menſium prorogare? affirmatiuè cenſuit Rot. *deciſ. 11. de dilation.* penes Creſcent. idemque dixerunt Lambert. *de iurepatr. lib. 2. par. 2. quæſt. 1. art. 27. & 28.* Pariſ. *de reſignat. benef. lib. 7. quæſt. 29. in fine*, D. Ludouiſ. *deciſ. 177. n. 5.* & ibi Beltram. *in additio.* Barboſ. *de officio, & poteſt. Epiſc. par. 3. alleg. 72. num. 143.* Riccius *par. 1. prax. Eccleſ. reſol. 195. in magnis, fol. mihi 116.* & alij relati per Viuian. *in prax. iuriſpatr. lib. 7. cap. 2. num. 10.* Ratio in vtroque caſu ea principalior aſſignatur, cùm in hac prorogatione de alterius præiudicio non tractetur, provt in caſu propoſito; cui enim infert præiudicium Ordinarius, nouam Abbatiſſæ electionem per aliquos dies differendo, & prorogando, dùm cauſa ſe offert, quæ id fieri expoſtulat? certe nemini; ergo.

Secundò, quòd hæc prorogatio per Ordinarium 6
fieri poſſit, conſideraui, Pontificis mentem in *illa Conſtitutione* aliam non extitiſſe, niſi vt de cætero Abbatiſſæ,

Abbatiſſæ, aliæquè Monaſteriorum Præfectæ perpetuæ eſſe non poſſint, prout in pluribus Italiæ locis, præſertim in hoc citerioris Siciliæ Regno erant; ſed tantùm, vt triennio præeſſent: & ſic præcipuus finis fuit, vt perpetuitas tolleretur, non autem vt ita ſtrictè circa trium annorum tempus agatur, vt poſtrema completa die in alia immediatè ſequenti, ad alterius electionem procedatur, ſatisfit enim menti Pontificis, illiuſque Conſtitutionis verbis, ſi ex cauſa noua differtur electio, vſque ad quindecim, viginti, & triginta dies, dum id Superiori, ad quem ſpectat,
7 expediens, & neceſſarium videtur.

Hæc autem omnia, quæ de Abbatiſſæ electione diximus, triennio duratura, ex *citata Conſtit. Greg. III.* admonet Aldan. *in compend. cano. reſol. lib. 1. tit. 28. num. 12.* vt procedant non ſolum in Monialibus illorum Ordinum, de quibus loquitur ſanctio illa, ſed vt obſeruentur in omnibus Monialium Monaſteriis quarumuis Militiarum, etiam Hieroſolymitanarum; ſicque per Sacram Congregationem Epiſcoporum, de anno 1604. 22. Maij deciſum teſtatur, meminitque Auguſt. Barboſ. *in collect. Doctorum ad Conc. Trid. ſeſſ. 25. cap. 7. num. 10. de Regul.* At non procedere in electione illarum Monialium, quæ Regulam à Sancta Sede Apoſtolica approbatam profeſſæ non ſunt, aduertit Nauar. *conſ. 82. nu. 5. de Regular. in antiquis,* & *7. de ſtatu Monach. in nouis,* Sayrus *dec. 88. eod. tit. de Regular.* & Quaran. *loc. cit. circa finem.*

SVMMARIVM.

1 *Iudex Eccleſiaſticus an ſit competens ad cognoſcendum laicum abortus crimen committentem, & quid in crimine hæreſis, nu. 2. & 4.*

3 *Præuentio datur in criminibus mixti fori, & quid in Regno Neap.*

5 *Iudex Eccleſiaſticus an, & quando ſit competens ad cognoſcendum laicum falſum coràm ipſo deponentem.*

6 *Polygamia criminis cognitio ad quem ſpectet.*

ARGVMENTVM.

Abortus crimen committens nùm à Iudice Eccleſiaſtico, attenta conſtitutione Sixti V. extra Statum Eccleſiæ cognoſci poſſit. Iudex Eccleſiaſticus an, & quando ſit competens ad cognoſcendum laicum falſum coram ipſo deponentem. Magiſtratus ſecularis in Regno Neap. nùm priuatiuè in criminibus mixti fori ſubditos cognoſcat; & quid in crimine Polygamiæ.

CAPVT III.

ABORTVS crimen committens, dubitatum audiui, nùm à Iudice Eccleſiaſtico, attenta Conſt. Sixti V. extra 1
Statum Eccleſiæ cognoſci poſſit? Reſpondi de hoc conſultus negatiuè: *Conſtitutio* enim immortalis memoriæ *Sixti Quinti* ſub datum *Romæ* 16. *Nouembris* 1588. quoad pœnas corporales, pro hoc deteſtabili crimine infligendas, non poteſt habere locum quantum pertinet ad perſonas ſeculares puniendas, niſi in ſubditos, &
vaſallos Eccleſiæ; etenim nullo vnquàm tempore in 2
hoc Regno ſeruari viſum fuit, Conſtitutionem aliquam Pontificiam, per quam Summi Pontifices, qui pro tempore fuerunt, eximere decreuerint à iuriſdictione Iudicis laici perſonas ſeculares pro aliquo patrato facinore, iure Ciuili punibili, illaſquè à Iudice Eccleſiaſtico cognoſci facere, niſi in crimine hæreſis. Id quod adeò verum eſſe comperimus, vt
quamuis plura ſint crimina à Doctoribus mixti fori 3
nuncupata, vbi de iure datur præuentio, de quibus per Fr. Michaelem Agiam in *ſuo eleganti opuſculo de exhiben. auxil. fundamen. 17. per totum,* & per alios paſſim; & tamen in hoc Regno Magiſtratus ſecularis priuatiuè eius ſubditos illorum criminum reos cognoſcit, & punit, & in hac quaſi poſſeſſione viuunt Regij, vigore *Capitulorum Papæ Honorij*; ſicque apud ſummum Pontificem *Gregorium XIII.* literis mediantibus teſtatus fuit olim Dominus Cardinalis Granuelanus, qui eo tempore pro Domino Rege noſtro Regnum hoc moderabatur, ſicque etiam teſtantur duo Eccleſiaſtici, nempè Abbas Alphonſus Villagut. *deciſ. 36.* & Abb. Iacob. de Graff. *in ſuis deciſionibus caſuum conſcient. par. 1. lib. 4.* ſuper *Bul. Cœn. cap. 15. in verſ. quominus,* & propriè *num. 14.* & poſt eos, Reg. de Pont. *in tract. de iuriſd. in tit. de ſortilegiis.* Reg. de Curte in *ſuo diuerſ. parte 2. cap. 2. num. 175.*

Sic reſpondi cuidam Epiſcopo Regni huius, qui
contrà quendam laicum de abortus crimine reum 4
procedebat, vigore *præcitatæ* Sixti *Conſtitutionis*, illumque etiam punire intendebat de falſo, ex quo iudicialiter interrogatus ſuper patrato facinore, de quo erat conuictus, negauit commiſiſſe, & ſic dicebatur, falſum depoſuiſſe; Dixi, quod quamuis Iudex
Eccleſiaſticus ſit competens ad puniendum laicum in 5
Curia Eccleſiaſtica falſum deponentem, vt per Afflict. *deciſ. 219.* vbi Addentes, Genuenſ. *in prax. Curiæ Archiep. Neapol. cap. 9. numer. 3.* & alios paſſim; hoc tamen intelligendum eſt, quando deponit vti teſtis ad probandam rem, cuius cognitio ad ipſum Iudicem Eccleſiaſticum ſpectat, ſecus autem quando deponit laicus vti principalis, prout in caſu, de quo agebatur; tunc enim quia interrogatur à Iudice prorſus incompetente, non tenetur dicere veritatem; tùm ſecundò, quia nemo tenetur deponere contrà ſe ipſum.

Quid autem dicendum de crimine Polygamiæ, an
iſtud mixti fori ſit? affirmant Roxas *de hæretic. parte* 6
1. num. 540. Matthienſ. *lib. 5. nouæ recompil. tit. 1. gloſſ. 2. num. 3.* Farinac. *in prax. in addit. ad quæſtionem 144. n. 24. in tit. de delictis Carnis.* Sed quod cognitio huius criminis priuatiuè, & ſic ad Iudicem tantum Eccleſiaſticum ſpectet, tutati ſunt Symanc. *de Cathol. inſtit. tit. 40. de matr. nu. 2.* & *3.* Guttier. *practic. quæſt. lib. 2. q. 8. num. 1.* & *2.* Scaccia *de Iudic. Ciuil. Criminal.*

A 2 &

& haretical.lib.primo cap. 12.*nu.*55.Campanil.*in diuerſ.Iuris Canon.rubr. prima nu.* 46.& Carena *de offic. Sanctiſſ.Inquiſit.parte* 2.*de polygam. tit.* 5.§. 3.In Regno autem noſtro, quod cognitio huius criminis ad Iudicem pertineat ſæcularem, teſtatur Dom. Præſ. de Franch. *dec.*36.*num.*4.vbi meminit de Dom. Io. Andrea de Curte& Antonio Orificio Regiis Conſiliariis,demũ ſucceſſiuis temporibus S.C.Præſidibus, qui dicebant,indiſtinctè in ſimilibus cauſis,noſtram Magnam Curiam proceſſiſſe : & memini pariter ego non ſemel,eandẽM.C.huius criminis reos adRegias Triremes condemnaſſe, iſtoque iure vtimur in Regno, dummodò hoc Polygamiæ crimen hæreſis qualitatem non habeat; quia hoc caſu cognitio priuatiuè ad iudicem ſpectaret Eccleſiaſticum.

SVMMARIVM.

1 *Ius vindictæ, & pacis faciendæ an competat fratri naturali pro morte alterius fratris naturalis,& num.*3.4.10.*&* 12.

2 *Spurij an habeant ius agnationis,& cognationis.*

5 Pragm. 8.de compoſit.*quid diſponat, declaratur,& num.*6.*&* 9.

7 *Ius remittendi regulatur ſecundùm ordinem ſucceſſionis,& num.*8.

11 *Fratres ſpurij vterini an ad reciprocam ſucceſſionem admitti poſſint.*

ARGVMENTVM.

Accuſandi ius nùm naturalibus,& illegitimis competat pro morte alicuius conſanguinei ſimiliter naturalis, vel ſpurij. Ius accuſandi, & remittendi quibus propriè competat; ad ornatum *Pragm.*8. *ſub tit. de compoſition.*

CAP. IV.

1 ACcuſandi, & remittendi ius quibus propriè competat, & quibus prohibeatur, fuit latè *lib.* 1. *cap.* 2. demonſtratum; poſt quorum ſcripta, & impreſſa, de alio ad materiam in occurrenti caſu interrogatus extiti, nimirùm, an hoc ius vindictæ, & pacis faciendæ, fratri competat naturali, ſeu ſpurio, pro morte alterius fratris ſimiliter naturalis, vel ſpurij? Et abſque quòd libros aperirem, negatiuè reſpondi; quando fratres ſpurij, ſiue naturales eſſent conſanguinei tantùm; ſecus verò ſi vterini.

2 Et motus fui, quia ſpurij agnationis ius non habent; ſed tantùm cognationis, ac proindè dùm ex eadem matre naſcuntur, ſibi inuicem ſuccedunt, & per conſequens competit eis ius vindictæ, & pacis faciendæ; ſecus autem ſi ab vno patre, & duabus meretricibus, *l.* 4. *&* 5. *ff. vnde cognati,* §. *vulgò quæſitos, Inſtit. de ſucceſſ. cognat.* Affl. qui ſic Regia ſententia de anno 1494. & aliàs per S.C. deciſum refert *deciſ.* 96. Addent. Ant. Fab. *diff.* 2. *in allegatio.C. de natural. liber.* & ita demum in puncto reperi hac vſum fuiſſe diſtinctione Nunc. Tartagl. *in prag.* 8. *cap.* 2. *num.* 28. ſub *tit. de compoſition.* per hæc verba, *Sed an requiratur remiſſio à fratribus ſpuriis, nefariis, & inceſtuoſis? Reſponſeo, quòd aut fratres ſpurij nati ſunt ex eadem matre;& tunc, quia ſibi ipſis ad inuicem ſuccedunt, requiritur remiſſio; aut nati ſunt ex eodem patre,& duabus meretricibus, & tunc, quia non ſuccedunt, ab eis remiſſio non requiritur: vt in* §. *vulgò quæſitos,&c.*

At ſententia hæc redditur valdè dubia, ex deci- 3 ſione relata per D. Scipionem Rouit. *dec.* 25. dùm de anno 1624. per S. C. deciſum fuiſſe teſtatur, Amitæ naturali pro morte nepotis ſimiliter naturalis ius vindictæ competere, taliter reuocando decretum M.C. quæ contrarium iudicauerat. Fundatur deciſio hæc,nam dum de occiſi nece vindicanda agimus, non ad ius Ciuile, quod induxit ſuccedendi ius à conſanguinitatis proximitate,& graduum computatione dependens, ſed ad ius dumtaxat naturale, ſolamquè naturalitatem recurrere debemus; cùm certum ſit, mortis vindicationem ex perſonarum ſolummodò affectione oriri,& ſic naturalis affectio ſola eſt conſideranda, & attendenda; exploſa penitùs (dicit Rouit.) iuris Ciuilis ſubtilitate;quodque hoc verum ſit, inquit *à num.* 4. *vſque ad* 13. ſic firmaſſe Bart. *in l.* 1. *num.* 3. *& ſeqq. de accuſation.* vbi ſpurios omnes, & nefarios ad accuſandum admittit; ſimiliter & Bald. *in l. lege Iulia* 44. *ff. de rit.nuptiar.*& *conſ.* 441. *num.*1. *vol.* 3. Ang. *conſ.*366.*verſ. poſt hæc,* & in *l.* 1. *ff.de accuſat.* Imol. & Alex. *in l. ex facto,* §. *ſi quis rogatus, ff. ad S. C. Trebel.* Guliel. de Benedic. *in cap. Raynuntius de Clera, num.* 41. *verſ. & ſic baſtardi, & ſpurij,* Petr. à Plaz. *in epit.delict.cap.*41. *numer.* 28. *verſ. cui obiectioni,* & Ant. Gomez. *var. reſol.lib.* 3. *tit.* 3. poſt *num.*66. *verſ. item quæro,an filius.*

Sed quidquid ſit de præfata iuris naturalis ratione 4 per Rouit. ponderata,& Doctorum ſuprà relatorum authoritate;noli tu Regnicola à priori recedere ſententia; quandoquidem ſi mihi dicere fas erit, dicam libenter, deciſionem per Rouit. adductam,pace Dominorum tunc Iudicantium, eſſe prorſus contra *citatam pragm.*8. ſub *tit.de compoſit.* Attendamus,quæſo, diſponitur enim in *dicta pragm.* de anno 1559.edita, 5 nullatenus de delictorum compoſitionibus tractari poſſe, niſi priùs remiſſione habita ab omnibus illis, quibus de iure competit accuſandi facultas, id quod non ſemel illius Regiæ ſanctionis Conditor repetit; cumque demum, poſt legem illam promulgatam, dubitatum eſſet,in quonam gradu occiſo eſſe deberent conſanguinei illi, à quibus erat exquirenda remiſſio? 6 ſubſequitur declaratio in anno 1567.propoſito dubio ſatisfaciens, nimirùm, ab illis occiſi conſanguineis eſſe remiſſionem procurandam, ad quos mortui ſucceſſio de iure ſpectabat;ergo, dico ego, hi ſolummodo ſunt, quibus competit ius accuſandi: nam quamuis hoc in declaratione prædicta non exprimatur, cùm verbum nullum in ea proferatur de querelando, ſed tantùm de remittendo,quod ſat erat; fuit tamen pluries expreſſum in prima;dum,vt diximus,diſpoſitum extiterat,non poſſe delinquentes cõponi,niſi remiſſione ab illis obtenta, quibus competit ius accuſandi: cumque poſteà in dubium reuocatum eſſet, à quibus conſanguineis eſſet ha- 7 benda remiſſio?reſponſum fuit,ab illis,quibus de iure competit defuncti ſucceſſio, cùm hi certè eſſe debebant, quibus competebat ius accuſandi; nam ſi aliàs diceremus, fruſtratoria eſſet talis diſpoſitio, quoniam ſi obtenta à legitimis hæredibus remiſſione,

remiſſione, poſſet alius conſanguineus, quem ad ſuccedendum ius non vocat, accuſare, nunquàm delictorum compoſitioni locus eſſe poſſet; quódque hoc verum ſit, videmus, ſic Sac. Conſilium aliàs Pragmaticam prædictam, omni ſemoto dubio, intelle-
8 xiſſe penes D. Vincentium de Franch. *deciſ.* 611. dùm determinando iuxta illam, quòd ad finem, vt rei ad compoſitionem admitti poſſint, omnium requiratur proximorum conſenſus, quibus de iure mortui defertur ſucceſſio; ſubdit D. ille Præſes, ità ad præſens intelligendos eſſe Ritus noſtræ M. C. 191. 192. & 195. quibus diſpoſitum erat, vt nemo ad accuſandum eſſet admittendus, niſi, qui ſuam, ſuorumquè iniuriam proſequeretur: & ſic voluit dicere, vt pro occiſi morte vindicanda, illis agere permittatur, quibus defuncti ſucceſſio fuit à iure delata; id quod expreſſius firmat D. Io. Franc. de Pont. *trac. de poteſt. Proreg. tit.* 1. §. 4. *numer.* 17. *fol. mihi* 19. dùm in terminis *dictæ prag.* ad hoc
9 vt quis ad accuſandum admitti poſſit, duo copulatiuè concurrenda eſſe dicit; alterum, vt agens mortuo ſit in gradu proximior, & vt nemo eum præcedat; alterum verò, vt ex iuris diſpoſitione occiſi ſucceſſio eidem deferatur, quia ſi ſuccedere non poſſet, dicit D. de Pont. quòd nec etiam ius accuſandi haberet, hoc idem proſequitur P. Molfeſ. *conſ.* 10. *nu.* 18. & Alij noſtri communiter.

10 His ſic ſtantibus deueniendo ad caſum deciſionis per *Rouit.* relatæ, dico ego, ſi attenta diſpoſitione *dictæ pragm.* nullus occiſo coniunctus poteſt illius mortem vindicare, niſi eiuſdem occiſi legitimus erit ſucceſſor, vellem ſcire ab illis Dominis, qui vti Iudices in deciſione prædicta interuenerunt, in caſu, de quo agebatur, amita naturalis, quæ ad nepotis naturalis mortem proſequendam fuit admiſſa, poterat nè ex iuris diſpoſitione occiſo nepoti ſuccedere? certè non, quia, vt in principio fuit dictum, ius
11 Ciuile naturales, ſiuè ſpurios vterinos tantùm ad reciprocam ſucceſſionem vocat, & non alios; ſi ergò ſuccedere prohibetur, quo pacto ad occiſi nepotis mortem vindicandam admitti poterat, dùm attenta, vt diximus, *citatæ pragm.* diſpoſitione, qui non poteſt ſuccedere, à iure accuſandi, & remittendi prorſus repellitur; & ſic parcat mihi *Dom. Rouit.* quòd non benè dixit, in Regno, in occiſi morte vindicanda ius dumtaxat naturale, ſolamquè naturalitatem, ex qua oritur affectio, eſſe attendendam, non autem ius Ciuile, quod ius induxit ſuccedendi, cùm attenda diſpoſitione *citatæ legis noſtræ*, qui vult conſanguinei mortem vindicare, de neceſſitate defuncti legitimus ſucceſſor eſſe debet; & qui talis non erit, à iure repellitur accuſandi.

12 Quarè rectiùs in alia facti contingentia, tam per Magnam Curiam, quàm in gradu appellationis per Sacrum Conſilium deciſum fuiſſe affirmo, in cauſa Nobilis, & aliorum de Laudiſio Capudatij, qui cùm eſſent inquiſiti, & carcerati pro prætenſo homicidio commiſſo in perſonam cuiuſdam Michaëlis Cannicchij eiuſdem loci filij naturalis qu. Caroli, comparuit Ferdinandus Cannichius eius frater ſimiliter naturalis, inſtando vti querelans in iudicio audiri; & quamuis verè eſſent inter ſe vtrinque coniuncti, quia ex ſcripturis præſentatis apparebat, eſſe illos tantùm ex eodem patre natos, non fuit auditus; debebat enim intra terminum ſibi conceſſum ad docendum de per ipſum allegatis probare, ambos in eodem vtero genitos fuiſſe. Deciſio S.C. fuit de menſe Nouembris 1632.

SVMMARIVM.

1 *Accuſatus de hæreſi, & demùm ad perpetuum carcerem damnatus, nùm poſſit per procuratorem debitores ſuos in ius vocare, & numer.* 4. 6. 10. 11. *&* 15.

2 *Hæreſis crimine notatus an ipſo iure bonorum ſuorum faciat iacturam.*

3 *Legitima an poſſit à filiis peti confiſcatis bonis paternis propter hæreſim.*

5 *Debitor an ſit liberatus per incurſum creditoris in hæreſim.*

7 *Abiuratio quid ſit, & quos pariat effectus.*

8 *Inquiſitionis Tribunal iis tantùm bona condonare ſolet, quibus perpetui carceris pœna remittitur.*

9 *Ius patronatus an amittatur per lapſum patroni in hæreſim.*

12 *Damnatus ad perpetuum carcerem maximam patitur capitis diminutionem.*

13 *Pœna perpetui carceris dicitur capitalis, & an ſit loco pœna deportationis.*

14 *Damnatus ad perpetuum carcerem an ſit inteſtabilis.*

16 *Seruus pœnæ an quis effici poſſit.*

17 *Pœna perpetui carceris an hodie ſit interdicta, & quid de iure Regni, numer. vigeſimo.*

18 *Index Eccleſiaſticus in crimine hæreſis iuriſdictionem habet in laicos priuatiuam.*

19 *Alimenta an poſſint relinqui damnato ad perpetuos carceres.*

21 *Detruſio ad perpetuum carcerem an ſit ad pœnam ordinata, vel ad pœnitentiam, & num.* 22.

ARGVMENTVM.

Accuſatus de hæreſi, & demum ad perpetuum carcerem damnatus, nùm poſſit per procuratorem in iudicio comparere, ſuoſquè debitores ad ſibi ſoluendum cogere. Abiuratio, quæ facit pœnam mortis euitare, an inſimul faciat euitare pœnam amiſſionis bonorum, in quam à die commiſſi facinoris in hæreſim lapſus incidit. Pœna perpetui carceris à iure Ciuili prohibita, & à iure Canonico permiſſa, an ſit cognita à iure Regni? & de aliis.

CAPVT V.

1 ACcvsatvs de nefando hæreſis crimine, ſi abiurauerit, ſicquè erraſſe faſſus fuerit, quocirca ad pœnam tantùm perpetui carceris damnatus extitit, dubitatur eleganter, nùm poſſit per procuratorem in iudicio comparere, eiuſquè debitores ad ſibi ſoluendum, quod debent, cogere.

Contigit aliàs in Supremo Regni huius Senatu de his dubitari in cauſa Ioſephi N. qui in anno 1615. vnà cum aliis ſociis in hæreſis crimen lapſus à Tribunali Sanctæ, ac illibatæ Inquiſitionis, poſt ſequutam abiurationem, vt perpetuo in carceribus detruderetur, diffinitiua ſententia damnatus extitit; Is mediante perſona procuratoris ſubſtituti à Lucretia N. eius vxore, quam eodem anno 1645. ad nonnulla peragenda procuratricem conſtituerat, in anno 1638. Doctorem Paulum, & Ianuarium N. fratres, vti filios, & hæredes qu. Mutij in ius vocauit, illoſquè ad certas pecuniarum quantitates ſibi ſoluendum conuenit; contradicebant conuenti excipientes, actorem, ex quo reus fuit ille tanti criminis, ab inſtituto iudicio omninò repellendum, eiquè audientiam denegandam, vndè an bene exciperent, dubitabatur.

2 Reſpondi de hjs conſultus, conuentorum exceptionem ſatis de iure fundari, ſi duo potiſſimùm perpendantur: & Primò, quòd cùm Ioſeph in deteſtabile hæreſis ſcelus inciderit, ipſo iure bonorum ſuorum omnium fecit iacturam, taliter quòd à die commiſſi facinoris, illorum adminiſtratione priuatus extitit; ſunt iura nimis vulgata in *cap. vergentis* 10. in *cap. excommunicamus* 15. §. *damnati, extra. de heret.* & in *cap. cùm ſecundum leges, eodem tit. in 6.* cum aliis concordantibus, relatis per Surd. *deciſ.* 247. Lambert. *de iurepatro. lib. 3. in 8. quæſt. principali, art. 2. num. 5. fol. mihi 32 à ter.* Bellamer. *deciſ.* 689. Oterus *quæſt. iuris, lib. 3. quæſt. 13. num. 9.* Gaſpar. Theſ. *qq. forenſ. lib. 2. quæſt. 40.* benè Don Ioannes Vela in *ſuo opuſculo de pœnis delictorum, cap. 14. verſ. tertio, heretici*; vbi addit adeò concluſionem hanc veram eſſe, quod ſi lapſus in hæreſim bona aliqua alienauerit, illa ab Inquiſitoribus vendicabuntur, etiam nullo poſſeſſori oblato pretio; allegat Ioan. Andr. Geminia. & Prob. in *d. cap. cùm ſecundùm leges*, Tiraquel. *in l. ſi vnquam, in verb. reuertatur, num. 267. C. de reuocan. donation.* &
3 alios, vt *ibi*, ſubdens, quòd licèt regulariter in bonorum paternorum confiſcatione liberorum legitima non comprehendantur, *Authen. bona damnatorum, C. de bonis proſcrip.* in hoc tamen crimine abſquè vlla liberorum miſeratione bona omnia amittuntur; id quod pariter ex pluribus probauit Ignat. del Villar in *Sylua Reſponſ. iur. lib. 1. reſp. 12.* & Iul. Clar. cæteris omiſſis, in §. *hæreſis, num. 14.*

4 Suppoſita concluſione hac circa iacturam, quam paſſus fuit Ioſeph bonorum ſuorum, ſequitur certè dicendum, nullam eidem ſuperfuiſſe actionem aduerſus debitores, quos antè incurſum hæreſis habebat; benè Peregr. *tract. de iure fiſci, lib. 5. tit. 1. num. 54.* vbi allegat text. in *l. ſi debitori deportatio, ff. de fideiuſſor.* & in *l. 2. C. ad l. Iul. de vi*, imò in hoc caſu debito-
5 res poſt incurſum creditoris ipſo iure ab omni obligatione abſolutos fuiſſe, probatur in *c. fin.* vbi Gloſ. Abb. & Canoniſtæ communiter, *de heret.* Cardinal. Alban. ad Bart. *in rubr. Cod. de heret. num. 9.* Eimeric. *in Director. Inquiſit. part. 3. quæſt. 119.* & ibi Pegna *comment. 169.* Aluarez *in ſpecul. iur. ſub tit. de heret. in fine*, Burſat. *conſ. 14. num. 2.* Menoch. *conſ. 185. num. 24.*
6 Oterus *loco cit. num. 10.*

Nec dicas, hæc omnia benè procedere in hæretico 6
pertinaci, & ſic in eo, qui in errore perſiſtit; ſecus verò in illo, qui abiurauit, prout in caſu noſtro; Ioſeph enim cùm patrati criminis pœnituerit, nullam aliam aſſequutus fuit pœnam, niſi perpetui carceris, ſicquè ab aliis, & ſignanter amiſſionis bonorum liberatus cenſetur; Etenim reſpondetur, obiectionem hanc falſam eſſe omninò, iuriſquè fundamento penitùs carere; & vt pateat de veritate ſciendum eſt, quòd abiuratio, cùm ſit commiſſi erroris lacrymoſa con- 7
feſſio, cum iuramento de non redeundo ad ſimilia patranda; nullum alium producit effectum, niſi dumtaxat, quòd facit ex miſericordia mortis pœnam euitare, quam certè aliàs reus ille ſubiret, iuxta diſpoſita in *cap. ad abolendam, de heret.* ſed quia ab errore receſſit, condonatur pœna mortis naturalis, & imponitur ciuilis, quæ eſt perpetui carceris, *cap. excommunicamus, il 2. §. fin. eod. tit.* Boſſ. *in praxi, in tit. de heret. num. 17.* Reg. de Pont. *conſ. 73. num. 5. lib. 1.* pœna autem priuationis bonorum à Sacris Canonibus inflicta remanet in ſuo robore; ad illamquè euitandam abiuratio non prodeſt, niſi expreſsè ex miſericodia in ſententia exprimatur, quòd bona reſtituantur, vt habetur in *d. cap. vergentis*, vbi Felin. docens *num. 2.* opus eſſe, vt expreſsè dicatur à Iudice, vt bona reſtituantur; Cagnol. in *l. id, quod noſtrum, num. 5. de regul. iur.* Carrer. *in prax. tit. de heret. num. 161.* Boſſ. *loc. cit. ante num. 19.* ſub illis verbis, *nec etiam recuperat bona per dictam abiurationem*, &c. Dominus Ricciulus olim Caſertanus Antiſtes, nunc Archiepiſcopus Coſentinus *in ſuo elegantiſſimo tract. de iure perſonarum. &c. lib. 5. cap. 42. n. 10. & 17.* vbi etiam teſtatur, quòd 8
Sacrum Tribunal Inquiſitionis iis tantùm bona condonare ſolet, quibus perpetui carceris pœna remittitur; & in puncto, quòd obligatio illa debitorum, quę per incurſum creditoris in hæreſim fuit extincta, per abiurationem deindè ſequutam non reuiuiſcat, longa manu probauit Menoch. *cit. conſ. 185. à n. 25. ad finem*, & Pegna poſt alios, quos citat in *Director. Inquiſit. comment. 169. in fine*, quibus adſtipulatur ſingulare dictum Cæſaris Lambertini *loco cit. num. 6.* 9
vbi dicit, quòd cùm lapſus in hæreſim ipſo iure bonis ſuis priuatus extiterit, & ſucceſſiuè iure patronatus, quod habebat Eccleſiaſticum, illud per abiurationem non recuperat. Aſſignat rationem, quia per incurſum, ipſo iure libertatis ius Eccleſiæ fuit acquiſitum.

Et certè de hoc dubitari non poteſt, nam ſi verum 10
eſt, quòd per incurſum in hæreſim tanto ſcelere notatus, inter alias, quibus ſubiicitur, pœnas, bonorum ſuorum patitur iacturã, quo pacto ad illa dici poteſt reſtitutus, ſi talis reſtitutio ab habente poteſtatem non ordinatur, quo enim canone, quàve Pontificia conſtitutione cauetur, vt per abiurationem, quis ad bona, quæ per incurſum amiſit, reſtituatur? Si legimus verba ſententiæ, de hac reſtitutione verbum nullum; ſi ad ſolitam, & conſuetam formulam, qua Inquiſitores poſt abiurationem ſequutam in abſoluendo deprehenſum vtuntur, recurrimus, aliud in ea non exprimitur, niſi abſolutio ab excommunicatione, qua reus ille in hæreſim lapſus innodatus extitit cum reſtitutione ad Sacramenta Eccleſiæ, vt videre eſt in *Director. Inquiſit. part. 3. in tit. quomodò, & qualiter proceſſ. in cauſa fidei*, &c. à *n. 190.* vſque ad 194. vbi ponitur formula ſententię, ibiq; potiſſimùm hæc verba leguntur, *taliter damnamus, & pœnitentiamus, ſolùm tibi vitam de miſericordia relinquentes*, & demùm iniunctis nonnullis pœnitentiis additur, *Item te ſententialiter condemnamus carceri tali ad perpetuum, vt ibi ſemper pane doloris, & aqua anguſtia crucieris.*

His

11 His igitur ſic ſtantibus, firma remanet concluſio
in principio firmata, nimirùm vt Ioſeph propter
hæreſis crimen bonis ſuis priuatus remanſerit, illo-
rúmque adminiſtratione à die patrati facinoris exu-
tus, quod trahit ſecum neceſſarium conſequens, nul-
lam eidem ſuperfuiſſe actionem de iuribus, quæ ami-
ſit experiri.

Secundò, & tollitur omnis dubietas, quòd is, qui
nunc agit, ſit ab inſtituto iudicio repellendus (cir-
cumſcripta concluſione modò firmata) dico ſatis
monſtruoſum eſſe in iudicio audire mortuum; conſtat
12 enim, Ioſephum per damnationem ad perpetuum car-
cerem, maximam capitis diminutionem paſſum fuiſ-
ſe; quia libertatem, & Ciuitatem amiſit, ſicque pro
mortuo ciuiliter habendum eſſe; probatur in *l.* 1. vbi
DD. communiter *C. qui non poſſunt ad libert. perue-
nire*, & in §. 1. *Inſtit. de capitis diminut.* vbi ex Im-
peratoris reſponſo, omnis, qui Ciuitatem, & liber-
tatem amittit ſententiæ atrocitate, ſeruus pœnæ effi-
citur; propter quam rationem docet communis ſcho-
13 la Scribentium, pœnam perpetui carceris capitalem
eſſe, iſtaque pœna damnatum perpetua ſeruitute al-
ligari, & damnato ad metallum comparari: videan-
tur Innocent. in *cap. qualiter, & quando, 24. intrà n. 6.
verſ. ſecunda autem pœna damnationis, extra de accuſat.*
Bart. *in l. 2. num. 3. ff. de his, quæ pro non ſcript.* & in
l. 2. ff. de publ. iudic. Bald. *in l. reos, num. 3. C. de accu-
ſation.* Guliel. de Benedic. *in cap. Raynuntius, in ver.
mortuo itaque, il primo, num.* 139. ſub illis verbis, *&
ſic tales efficiuntur ſerui pœnæ, conſiderato maximè, quod
perpetuus carcer dicitur quadam ſeruitus*, D. Reg. de
Pont. *conſ.* 90. *num.* 87. Alex. Trentacinq. *lib.* 1. *va-
riar. reſol. in tit. de mort. natur. num.* 5. Ludouic. Bo-
lognin. *in addition. ad conſ.* 1. Io. de Anania, *num.* 18.
in fine, quem allegat Dom. Card. Tuſch. *pract. concl.
lit. P. concl.* 223. *num.* 13. vbi dicit, quòd pœna per-
14 petui carceris eſt loco pœnæ deportationis, ac proin-
dè ad perpetuum carcerem damnatum actiuè, & paſ-
ſiuè inteſtabilem eſſe, ſcripſerunt Bar. *in d. l. 2. num. 3.
de his, quæ pro non ſcript. habent. & in l. Imperium, ff. de
iuriſd. omnium iudic.* vbi Zaſ. *num.* 19. Iaſ. *numer.* 24.
Soc. *num.* 20. Dec. *num.* 34. Alcia. *num.* 13. Decia. *n.*
42. Bald. *in l.* 1. *cit. tit. C. qui non poſſunt ad libert.
perue.* Abb. *in rubr. de teſtam. num. 4. ver. dubitatur*, Pe-
regrin. *de iur. fiſc. lib. 3. tit. 4. nu.* 5. Reg. de Pont. *conſ.*
73. qui loquitur in propria materia noſtra, pluribuſ-
que mediis fundat, contractum donationis, ſiue teſta-
mentum conditum à damnato ad perpetuum carce-
rem propter hæreſim, ex inhabilitate diſponentis,
nullum eſſe: idemque defendit Petr. Gilken. *in l.* 2.
15 *num.* 12. *C. qui teſtam. facere poſſunt*; ſi igitur Ioſeph per
damnationem ad perpetuum carcerem, Ciuitatem, &
libertatem amiſit, id quod etiam benè probat tex. *in
l. 2. ff. de liber. homine exhiben.* conſequens eſt dicere,
vt in iudiciis nec actiuè, nec paſſiuè eſſe poſſit; pro-
vt eſt textus ad literam in *l.* 2. vbi Gloſ. in *verb. con-
uenimus, ff. de capit. diminut.* Specul. *in tit. de actore*, §. 1.
num. 14. verſ. idem eſt in quolibet, quò loci hoc idem
affirmat in ſeruo, Religioſo, bannito, deportato, &
excommunicato; vt hi penitùs nec agere, nec conue-
niri poſſint; proſequitur Vant. *in tract. de nullitati-
bus, in tit. de nullit. ex defectu inhabilit. ſeu mand. à
num.* 46. *ad* 58. Sebaſtia. Medic. *in tract. mors omnia
ſoluit, par. 1. à num.* 41. & Alij.

16 Quibus ſic ſtantibus, nullius momenti eſſet op-
poſitio, ſi quæ aduerſus prædicta fieret, nimirum vt
concluſio modò firmata, ritè, rectèque procedat de iu-
re *Digeſtorum, & Codicis*, quo attento poteſt quis effi-
ci ſeruus pœnæ, & cum talis fuerit effectus, reddatur
incapax omnibus, quæ iuris ciuilis ſunt; at ſecus de
iure nouiſſimo *Auth.* quo attento nemo benè natus
pœnæ ſeruus effici poteſt, ad tex. & *ibi* dicta per DD.
in *Authen. ſed hodie, C. de donation. inter vir. & vxor.* &
in corpore vndè ſumitur; eoquè magis in caſu no-
ſtro, cùm etiam attento iure *Digeſtorum, & Codicis*,
pœna perpetui carceris interdicta ſit, provt ſunt iura 17
nimis clara, in *l. aut damnum 8. verſ. ſolent Præſides*, &
in *l. mandatis 35. ff. de pœnis*, & in *l. incredibile 6. C.
eodem.*

Etenim huic oppoſitioni, pro eo, quod ad caſum
noſtrum pertinet, ſatisfacit ſatis benè, provt de mo-
re, inſignis Reg. de Ponte *citato conſ. 73. à num.* 10. ad
28. vbi dicit, verum eſſe de iure Ciuili perpetui car-
ceris pœnam prohibitam eſſe, adeò quòd ſi Iudex il-
lam inferret, malè iudicaret, indeque ſequeretur, vt
nullum iuris miniſterium otiri poſſet; ſecus verò de
iure Canonico, ad tex. in *cap. quamuis, de pœnis, in* 6.
Quod quidem ius in hac materia adhuc inter perſo-
nas ſeculares eſt attendendum; Iudex enim Eccleſia- 18
ſticus in crimine hæreſis iuriſdictionem in laïcos ha-
bet priuatiuam, ex regula tex. in *cap. vt inquiſitionis*,
§. *prohibemus, de hæret. in* 6. Vndè ipſe Iudex eſt ille,
qui in criminibus Eccleſiaſticis punit, condemnat, &
ſuas pœnas infligit, allegat Oldrad. *conſ.* 87. indèque
ſequitur (ſubdit Dom. Regens *num.* 19.) vt ex pœ-
na iuſtè impoſita ſequi debeant omnes iuris effectus,
de quibus nos ſuprà diſſeruimus: citat Hippol. de
Marſil. *ſing.* 565. vbi docet, quòd cùm iure Canoni-
co attento pœna perpetui carceris ſit introducta in
locum pœnæ metalli, ſequitur, vt omnem huiuſmet
pœnæ effectum ſortiatur, & ſignanter, vt actiuè, &
paſſiuè damnatus ad perpetuos carceres inteſtabilis
reputetur; vnum addens mirabile ex *Io. de Imol.* &
Barbat. nimirùm, vt hæc actiua, & paſſiua incapa- 19
citas extendatur etiam ad alimenta, vt ſcilicèt iure
Canonico attento damnato ad perpetuos carceres
nec alimenta relinqui poſſint.

Reſpondet ſecundo loco *Dom. Regens de Ponte*,
quòd licèt ius Ciuile condemnationem ad perpe- 20
tuum carcerem non permittat; ſecus verò de iure Re-
gni huius, quod ſe conformat diſpoſitioni iuris Ca-
nonici; ſicque dicit, per ius Regni condemnationem
hanc cognitam eſſe, atque permiſſam. Reuideatur,
quæſo, Conſtitutio, quæ incipit, *Hi, qui per inqui-
ſitionem*, vbi Marinus de Caramanico notat, quòd
carcer perpetuus eſt de iure Canonico, & de iure
Regni, non autem de iure Ciuili, & quòd per Con-
ſtitutionem illam correcta eſt diſpoſitio tex. in cita-
ta *l. incredibile, C. de pœnis*, id quod etiam *ibidem* ad-
uertit Affl. *in quæſt. notab.* & D. Reg. Tap. *num.* 15.
Idemque in Ciuitate Venetiarum vſu receptum eſſe
teſtatur Mantua, relatus à Iulio Claro in §. *fin. quæſt.*
70. *num.* 4. & Peregr. *de iure Fiſci, lib. 3. tit. 4. num.
5. in fine, verſ. verùm cùm apud nos*; quò fit, vt dica-
mus ceſſare prorſus oppoſitionem factam, in ſuoque
robore remanere concluſionem firmatam, vt Ioſeph
vti damnatus in perpetuum carcerem ſeruus pœnæ
ſit effectus, ſicque maximam capitis diminutionem
paſſus, ac proindè ex diſpoſitione *cit. l. 2. ff. de ca-
pit. diminut.* nec conuenire, nec conueniri eum
poſſe.

Ceſſat & alia vana oppoſitio, ſi quæ fieret, vt de 21
iure Canonico detruſio in perpetuum carcerem non
ſit ad pœnam ordinata; ſed ad pœnitentiam, ſicque
ceſſare prorſus iuris effectus, qui ſequerentur, ſi eſſet
pœna; Nàm reſpondetur, hoc verum non eſſe, &
contrarium aperte probari in *c. quamuis, de pœnis, in*
6. vbi Bonifacius Pontifex dicit, quòd quamuis car-
cer ad reorum cuſtodiam, & non ad pœnam ſit in-
uentus, attamen permittit, vt delinquentes, & cri-
minoſi in perpetuum carcerem detrudi poſſint, ergò
ſupponit eſſe pœnam, & non alitèr dari ad cuſto-

diam, quia tunc carcer datur ad cuſtodiam, quando de reorum criminibus eſt cognoſcendum, vt ad propoſitum eſt notabilis Gloſ. in *citata l. aut damnum, verſ. ſolent Præſides, in verbo, ad continendos, ff. de pœnis*; Cæterùm cùm quis pro delicto damnetur in perpetuum carcerem, quia nil remanet agendum, neceſſariò dicendum eſt, quòd pro pœna delicti ſequuta eſt condemnatio. Et quamuis tex. *in fine*, addat, *ad pœnitentiam peragendam*, hoc dixit Pontifex, vt reus in perpetuis vinculis incluſus ſuæ culpæ luat pœnam, cum pœnitere idem ſit, quod pœnam tenere; *can. pœnitentia, de pœnitent. diſt. 3.* id quod clarius ſonant verba textus in *c. nouimus, §. fi. de verb. ſignif.* ibi, *ad agendum pœnitentiam ipſum includas pane doloris, & aqua anguſtiæ ſuſtentandum.* Expreſſius autem, quòd ius Canonicum detruſionem in perpetuum carcerem pœnam vocet, probatur in *cap. accuſatus, §. fin.* ibi, *Religioſi etiam ſunt immurationis pœna, vel alia grauiùs puniendi, de heret. in 6.* Idemq; in *cap. vt vniuerſi, verſ. & illorum, qui veſtris mandatis*, ibi, *propter hereſim in carcere, vel muro recluſi pœnam*, &c. *eod. tit.* & in *extrauag.* 1. *de pœnis*, circa *finem*, ſub illis verbis, *Pontificali eum, & Sacerdotali & alio quolibet officio priuantes, & ad perpetuum carcerem condemnantes.*

Indiuidualiter autem, quòd de iure Canonico
12 detruſio in perpetuum carcerem ſit pœna, & quòd hæc ſit verior opinio, dixerunt Abb. in *rubr. de teſtam. ante nu. 5.* ſub illis verbis, *ſed alia videtur verior, quia negari non poteſt, quin ibi ſit quaſi mortuus*, &c. Addit. nouiſſima ad *l. 1. C. de cuſtodia reorum*, vbi habentur hæc verba, *Ratio eſt, quia hac in re carcer non eſt ad pœnam, l. aut damnum, §. ſolent, ff. de pœnis, ſecus de iure Canonico, cap. quamuis, de pœnis, in 6.* &c. Gugliel. de Bened. omninò videndus in *cap. Raynuntius, in verb. mortuo itaque, il primo, num. 129.* ſub illis verbis, *nam tales Clerici ſic perpetuo carceri mancipati ſunt quaſi mortui, quia licèt talis carcer eis imponatur pro pœnitentia, tamen illa pœnitentia eſt loco pœnæ*, &c. & paulò poſt *nu. ſeq.* dicit hæc verba, *& ſic tales efficiuntur ſerui pœnæ, conſiderato maximè, quòd perpetuus carcer dicitur quadam ſeruitus*, &c. Hyppolyt. de Marſil. *ſing. 565.* ibi, *ſed alia videtur verior, quia negari non poteſt, quin ibi ſit quaſi mortuus*, &c. Affl. *in cit. Conſtit. Hi, qui per inquiſitionem, num. 11.* ibi, *& ſic carcer de iure Canonico eſt ad pœnam*, &c. Reg. de Pont. aliis omiſſis *cit. conſ. 73. num. 21.* vbi ad probandum, quòd de iure Canonico carcer perpetuus datur ad pœnam, allegat tex. in *dicto cap. quamuis, de pœnis, in 6.*

Hæc occurrunt ad demonſtrandum, quàm iuridica, iurique conſentanea fuerit à conuentis oppoſita exceptio.

SVMMARIVM.

1 *Actor quiſnam dicatur, vel reus in iudicio iactantiæ, & num. 3. 4. & 5.*

2 *Iudex ſecularis an poſſit per edictum generale Clericum monere, vt coram ipſo compareat, dùm ſe iactat habere iura contra laicum.*

6 *Iudicium iactantiæ an inducat litis pendentiam.*

7 *Spolium an poſſit intentari pro implemento remedij* l. diffamari, C. de ingen. manum.

8 *Remedium aliquod an detur ad impediendam litem ſuper iudicio iactantiæ.*

ARGVMENTVM.

Actor, vel Reus quis dicatur in iudicio iactantiæ, ad effectum cognoſcendi, coram quo Iudice ſit procedendum. Diffamator, cui in iudicio iactantiæ eſt ordinatum, vt iura ſua proponeret, an decreto ſatisfaciat, ſi intentaret ſpolium, vel præcisè teneatur iura ſua proponere in iudicio petitorio. Remedium aliquod an detur, vt impediatur lis ſuper iudicio iactantiæ. Refertur ſingularis obſeruatio manuſcripta *Dom. Ioannis Angeli Piſanelli*, ad materiam ſatis pertinens, cum deciſionibus S. C.

CAPVT VI.

ACTOR, vel Reus quis dicatur in iudicio iactantiæ, de quo in *vulgata l. diffamari, C. de ingen. manumiſ.* non parum inter DD. fuit controuerſum; quandoquidém Affl. noſter in *deciſ.* 268. poſt diſputatum articulum teſtatur, per omnes Dominos de S. C. fuiſſe votatum, illum cenſeri Actorem, qui agit vigore *dictæ legis*, ſicque debere ſuum diffamatorem vocare, & conuenire coram Iudice ipſius conuenti diffamantis, & vbi fortè diffamatus coram Iudice ſuo iactantiæ iudicium inſtitueret, poſſet diffamator ſic vocatus ad ſuum forum cauſæ remiſſionem petere. 1

Contrariam verò ſententiam amplexi ſunt Ant. Capyc. *deciſ.* 18. Octauius Cacheranus *deciſ.* 151. & Cæſar Vrſill. *in addit. ad Affl. loco citato*, poſt infinitos, quos referunt; hi enim contra *Afflict.* magis communitèr putarunt, in hoc iudicio iactantiæ intentantem remedium *dictæ l. diffamari*, naturalitèr, & verè dici Reum, ſicque ad Iudicem ipſius diffamati poſſe diffamatorem trahere.

Ratio aſſignatur, quia circumſcripto hoc iudicio, ſi diffamator vellet iura, quæ habet contra diffamatum proponere, teneretur vtique coràm illius Iudice comparere, provt aliàs ipſe dicebam, *lib. 1. cap. 52. num. 12.* nimirùm, poſſe Iudicem ſecularem per edictum generale Clericum, qui iactat habere iura contra laïcum monere, vt compareat, quatenus ſua putaret intereſſe, nec in aliquo tunc Eccleſiaſticam eludi libertatem, ex quo dùm Clericus aliquam habet actionem contra laicum, cùm illam exercere voluerit, neceſſariò coram ſeculari Magiſtratu comparere tenetur. 2

Sed quicquid ſit de hac controuerſia, in vna facti contingentia dicebam, quòd in caſu, de quo agebatur, ceſſabat omnis dubitatio, duo in hac materia conſiderando iudicia, provt aliàs ſcripſi *cit. lib. 1. cap. 257.* alterum diffamationis, quod eſt fundatum in *dicta l. diffamari*, & in hoc ſubintrat altercatio, 3

de

de qua per DD.modò citatos, & de hoc non agebamus,quia diffamatus,qui erat Clericus ad hanc controuerſiam vitandam,iactantiæ iudicium,non coram Iudice ſuo,ſed diffamatoris,& ſic in S.C.inſtituerat. Alterum verò eſt iudicium principale,& de hoc agebatur, quod oritur poſtquam diffamator iura ſua propoſuit,quo quidem caſu, quia iudicium diffamationis penitus expirauit, ſequitur neceſſariò dicendum, vt procedendum ſit coram Iudice diffamati competente:ita ſatis benè Andr. Gayl. *pract. obſeru. lib.1.obſer.11.num:5.cum ſeq.*& clarius;ac melius noſter Præſ.de Franch.*deciſ.*385. vbi hæc notanda eſſe admonet,cùm ſæpè in praxi eueniant:Ponens exemplum,quòd multotiès iudicium diffamationis extitit in M.C.intentatum,& poſtea per diffamatorem fuerunt iura propoſita in S.C. & cùm per diffamatum, cauſam ad M.C.remitti peteretur, non fuit alitèr remiſſa,per rationem ſupra allegatam,niſi,vt ipſe ſubdit,cum remedio *l. diffamari*, eſſet etiam intentatum remedium *l. ſi contendat, ff. de fideiuſ.* quod quidèm remedium eſt, vt per diffinitiuam ſententiam declararetur, aduerſario iactanti nullum ius competere, in hocenim caſu Iudex diffamationis erit ſemper paritèr Iudex cauſæ principalis, qua de re latè Couar. *variar.lib.1.cap.*18.

4 Hæc breuitèr conſiderabam pro remiſſione cauſæ D.Florentij de Clauer Sacerdotis, qui ſimplex iactantiæ iudicium contra Lælium de Clauer in S. C. inſtituerat,quo inſtituto,& coram D.tunc Conſiliario Merlino, nunc apud D. Regem noſtrum in ſuprem Italico Senatu Regente meritiſſimo, cui fuerat iactantiæ cauſa commiſſa, comparuit Lælius de iactantia conuictus, & iura propoſuit contra D. Florentium, & hæc cauſa fuit nouitèr commiſſa D. Conſiliario Theodoro, eo habito pro indubitato, iactantiæ iudicium à D. Florentio intentatum, fuiſſe iam extinctum, cumq; compilato proceſſu dubitaretur, an Sacrum Conſilium ad cauſæ expeditionem procedere potuiſſet,conſideratis prædictis à Dominis Senatoribus in hac die Sabbathi 16.Februarij 1646. Sacrum Conſilium decreuit, cauſam eſſe ad Iudicem Eccleſiaſticum competentem remittendam. Acta ſunt in Banca Fabritij Solatij Sac. Conſ. actorum Magiſtr.pro Curia.

Poſt hæc ſcripta in articulo, de quo per Afflict. & Capyc.*loc.citatis*, ad manus meas peruenit adnotatio quædam propria manu *D. Io. Angeli Piſanelli*, ſua tempeſtate Aduocatorum Principis,(ſic atteſtante inſigne Iureconſulto D. Io. Vincentio de Anna *in ſing. 6.*) in qua quidem adnotatione præſtantiſſimus,ac magnus iſte Doctor,contra *Afflict.*geminatas noſtri ſupremi Senatus refert deciſiones, & per hæc verba, quæ habentur in quodam eius libello manuſcripto, quem dono accepi à *Domino Regente Ferdinando Brancia* Iureconſulto doctiſſimo,Ordinis Calatrauæ,& Duce Beluederij

Ieſus, Maria.

5 Mazzeus *in deciſ.*268. dicit, fuiſſe deciſum, quòd iudicium intentatum per remedium *l.diffamari, Cod. de ingenuis manumiſſis*, debet remitti ad Iudicem diffamantis: dùm hic caſus eueniſſet in S. C. in anno 1518.inter Magnificam Carmoſinam de Duce,illud remedium intentantem contra Presbyterum Antonium de Anna de Sueſſa, relata cauſa in Rota per Magnificum Nicolaum Maioranum cauſæ Commiſſarium, & Regium Conſiliarium, pro parte D. Antonij allegabatur illa deciſio:per me vt Aduocatum Dominæ Carmoſinæ dicebatur, quòd Alex. *in conſ.* 104. *in 5.vol.* quod ſimiliter Mazzeus allegat, dicit contrarium eius, quod firmat Mazzeus, quando de dicto remedio loquitur:& hanc partem,quòd intentans remedium *legis diffamari*, poſſit adire Iudicem ſuum,tenet Socin. *in conſ.94. col.2.verſ. quintò mouetur, vol.3.* allegabam modernum Gomez. qui relatis aliis hanc partem tenet in *§.præiudiciales, col.5.verſ. quis autem erit Iudex, Inſt. de act.* quia in effectu, & naturaliter dicitur reus, & in fortioribus terminis conſiderat Decius *conſ.3. col.final.*Socin. *in l.libertus, la prima,ff.de in ius vocando*,& allegatis per me multis,quæ non refero, ex quo pro maiori parte habentur in *deciſ.* Capyc. 18. fuit in *dicta cauſa* de menſe Decembris decretum,quòd cauſa remaneret in S.C. Iudice Magnificæ Carmoſinæ futuræ reæ; & tunc Dominus Antonius Ianuarius Præſidens S. C. vir doctiſſimus,& veteranus Officialis dixit mihi, quòd alias dum eſſet lis inter D. Cardinalem de Aragonia, & D. Alfonſum Coppulam, Sacrum Conſilium inclinauit in iſtam opinionem: tunc hæc notaui in *dicta deciſione* Mazzei, & demum impreſſis deciſionibus Capyc. *in d.deciſ.*18. narratur ille caſus,& ſic in hoc Regno non oportet de hoc dubio diſceptari.

Et tunc incidit aliud dubium,quid ſi propoſito remedio *dicta legis diffamari*, ipſe Don Antonius noluiſſet proponere iura ſua in S.C.ſed in M.C.V.quæ erat ſimiliter Iudex competens Magnificæ Carmoſinæ, an liceret; & vtilitas erat, quia à ſententia M. C. dabatur appellatio ad S. C. & executio ſuſpendebatur, ſecus tamen in ſententiis S. C. quæ habent exequutionem paratam, cum cautione fideiuſſoria in caſu retractationis,iuxta text. *in Auth. quæ ſupplicatio,C.de precib. Imper offer.* Marianus *in cap.penul. verſ.vndecimò quæro,de foro competenti*, tenet,electionem eſſe diffamantis, & ſic actoris, cuius opinionem ſequitur Lancellottus Decius *in l.ſi quis poſtea, in fine,ff.de iudiciis*, Et licèt Felin. *in cap. cùm ſit generale, col.4. verſ. item facit,de foro competenti*, referendo Caccialupum *in repetitione legis, omnes populi, col,6. de iuſt. & iure*, videatur dicere, quòd ſubſtantialius eſt tenere contrarium, ſcilicet quòd ſit idem Iudex, tamen primam opinionem tenet Socin. *in d. conſ.94. vol.3.* referens, ita tenere Caccialupum *in l. nulli, C. de iudiciis*, & ſic videtur iſta opinio magis communis, tamen in illa cauſa fuit proceſſum in S. C. quia ille Presbyter voluit iura ſua in S. C.proponere,non expectato decreto ſuper illo incidenti. 6

Subortum fuit aliud dubium, an ſi Presbyter ille 7
opponens exceptionem ſpoliationis, & ſic petens reſtitutionem poſſeſſionis,à qua dicebatur ſpoliatus, hoc ſufficeret pro implemento remedij *l. diffamari*? Et videbatur,quòd non,quia debebat iura proponere,& ſic petitorium, prout fuerat in remedio intentato propoſitum; & dùm diſputaretur hoc incidens in Rota,Dixi Dominis de Rota,quòd alias tempore primi anni mei Doctoratus, exiſtente dicto dubio inter nobilem Paulum de Lamberto de Auerſa, cum Clerico Ioanne de Lamberto, ego priùs allegaui ad hoc Abbatem *in cap. ex conqueſtione, col.4. verſ.2. extra.de reſtit. ſpoliat.* vbi tenet, poſſe intentari ſpolium, ad intellectum *d. l. diffamari*, & quòd tunc ita fuerat deciſum per S. C.& demonſtraui decretum,& ſic in cauſa ipſa fuit determinatum.

Fuit etiam tunc oretenus propoſitum,ſi eſſet dare 8
aliquod remedium,vt impediatur lis ſuper iactantia: occurrebat mihi, & ita ſæpius oppoſui, fretus doctrina Lucæ de Pen.*in l.ſi apparitor,col.6.ver.& nota, C.de cohortal.l.12.* vbi ad materiam *dicta l.diffamari*, dat cautelam, quòd qui vocatus eſt,adeat Iudicem, & dicat,ſe non poſſe tunc,fortè,vt ſupra dixerat,quia non habebat probationes,& ſecundum varia impedimenta poteſt iſta cautela practicari; tamen quando

quando diffamatio eſſet de certa re, vel certa ſumma, ita quòd aliquis iactaret ſe nõ teneri ad certam quantitatem, vel quòd talis res ſpectabat ad eum, poſſem petere declarari, me non teneri ad illam quantitatem, vel rem, & quòd diffamatori imponatur perpetuum ſilentium; ita relatis aliis tenet Marian. *in d.c. penul. verſ. duodecimò quæro, in fine, de foro competenti.*

Io. Angelus Piſanellus.

SVMMARIVM.

1 *Magiſtri Actorum in Regno Neapolis eorum periculo, & fortuna, iudiciarias ſuſcipiunt fideiuſſiones; ſed an per hoc à litigantibus mercedem pro arbitrio exigere poſſint, ibidem, & num. 7.*

2 *Actorum Magiſter in ſuſcipiendis fideiuſſionibus loco fideiuſſoris habetur, ex quo facta principalium diſcuſſione, ſubſidiaria actione tenetur, & num. 7.*

3 *Magiſtratus de iure* Digeſtorum, & Codicis *pro iudiciariis fideiuſſionibus ſubſidiaria actione tenebatur, nunc in Regno Neap. Actorum Magiſtri.*

4 *Fideiuſſor an poſſit cum debitore, pro quo fideiuſſit certam mercedem paciſci.*

5 *Fideiuſſor, qui pro præſtita fideiuſſione mercedem exegit, nùm illam ſibi excomputabit, ſi contigerit ſummam ſoluere in fideiuſſione contentam.*

6 *Fideiuſſor nùm poſſit mercedem exigere pro fideiuſſione præſtita, ſi nullum imminet periculum decoctionis principalis debitoris.*

8 *Actorum Magiſter nùm poſſit à Principe cogi ad ſuſcipiendas iudiciarias fideiuſſiones, & non niſi quid minimum exigere.*

ARGVMENTVM.

Actorum Magiſtri ſupremorum Tribunalium Regni Neapolis, nùm pro fideiuſſionibus, quas ſuſcipiunt, illam poſſint tuta conſcientia exigere mercedem, quæ ipſis pro arbitrio videbitur. Fideiuſſor nùm pro fideiuſſione præſtanda poſſit ratione periculi certam mercedem cum debitore paciſci, & de aliis.

CAPVT VII.

1 ACTORVM Magiſtri, qui in hoc Regno eorum periculo, & fortuna, iudiciarias ſuſcipiunt fideiuſſiones, audio dubitari, nùm tuta conſcientia poſſint pro recipiendis fideiuſſionibus illam petere, & exigere mercedem, quæ eis pro arbitrio videbitur.

Reſpondeo indubitanter quòd ſic, moderatè ta- 2
men, ſecundum propriarum conſcientiarum dicta-
men; conſtat namque, Actorum Magiſtros in his
actibus explendis loco fideiuſſorum haberi; hi enim
ſi facta obligatorum diſcuſſione, illos decoctos eſſe
apparuerit, ſubſidiaria actione ad ſoluendum conue-
niuntur, vt in *prag. 15. ſub tit. de Actuariis*, Rouit.
deciſ. 83. & diximus *lib. 1. cap. 3. num. 4.* qua quidem 3
ſubſidiaria actione de iure communi conueniebatur
Magiſtratus, *l. 1. & toto tit. ff. & C. de Magiſtrat. con-
uen.* & in §. *ſciendum, Inſtit. de ſatiſd. tutor. & curat.*

Hoc poſito videamus breuitèr, quid dixerint *Do- 4
ctores* in terminis ſimplicis fideiuſſoris, nùm poſſit
ille pro fideiuſſione præſtanda mercedem recipere?
& communiter omnes, tam *Theologi*, quàm *Iuriſtæ*,
in affirmatiuam deuenerunt ſententiam, per text. in
l. ſi remunerandi gratia 6. §. Marius, vbi Bart. *ff. mand.*
& in *l. hoc iure, §. 1. ff. de donation.* idquè non alia ra-
tione, niſi ob periculum, cui ſe ſubmittit quis fideiu-
bendo; id quod adeò verum putauit Bald. *infra* al-
legandus, vt ſi caſus contingeret, in quo fideiuſſor
ſummã, pro qua fideiuſſit, ſolueret, dùm illam à prin- 5
cipali debitore repeteret, non aliter mercedem, quam
pro fideiuſſione præſtita recepit, ſibi excomputabit;
ea quidem ratione, quia mercedem habuit ratione
periculi fideiuſſionis; non autem propter ſatisfactio-
nem obligationis. Videantur, quæſo, infraſcripti, qui
hæc omnia benè probant, ex Theologis, D. Anton.
in ſumm. tit. de vſur. cap. 7. §. 45. Caieta. *in* 2. 2. D. Tho.
quæſt. 78. art. 2. Io. Medin. *in ſumm. tit. de vſur. reſtit.
col. 8.* Conrad. *de contractib. quæſt. 40. concl. 4.* Sylueſt.
in ſum. in verb. fideiuſſ. n. 14. Ang. *in ſum. eodem verb.
circa finem*, & Naua. *in ſum. cap. 17. n. 285. & conſ. 23.
num. 4. lib. 5. tit. de vſur.* ex Iuriſtis, Bald. *in l. antiqua,
num. 1. C. ad S. C. Velleia.* Dec. *conſ. 7. num. 10.* Io. Lup.
*in c. per veſtras, notab. 6. §. 9. num. 9. & ſeq. de donation.
inter vir. & vxor.* vbi dicit, licitum eſſe fideiuſſori tot
pro centenario paciſci, Anto. Padill. *in lib. 2. num. 26.
& ſeq. C. de reſcind. vend.* Couar. *variar. reſol. lib. 3. c. 2.
num. 6.* quò loci concluſionem ſupra firmatam li-
mitat, prout & Io. Lup. *in cap. nauiganti, ſub num. 20.
de vſur.* quoties debitoris qualitate, & conditione 6
attenta, nullum immineret periculum, vt quia eſſet
ille admodùm ſoluendo, vt nulla poſſit periculi ca-
dere ſuſpicio, Felician. *de cenſib. lib. 2. cap. 5. num. 20.
verſ. ſecundò animaduerto*, Stracch. *de aſſecurat. in præ-
fation. num. 25.* Aluar. Valaſc. *deciſ.* 18. Surd. *conſ. 306.
num. 10. & ſeq. lib. 3.* Vincent. Caroc. *tract. de loca. et
conduc. in tit. de fideiuſſore, fol. mihi* 128. Dom. Lu-
douiſ. *deciſ.* 161. Cancer. *var. reſol. par. 2. tit. de fideiuſ-
ſor. num. 118. & 119. in nouiſſimis*, & D. Card. Mant.
de tacit. & ambig. conuen. tom. 1. lib. 6. tit. 6. num. 6.

Si igitur, vt propoſitum abſoluamus dubium, 7
Actorum Magiſter fideiuſſoris loco habetur, con-
ſequens eſt dicere, vt quemadmodùm ex communi
omnium ſententia poteſt fideiuſſor pro fideiuſſione
præſtanda ratione periculi certam mercedem cum
debitore paciſci, ita etiam & Actorum Magiſter,
qui ſimpliciter quando principales obligati ad ſo-
luendum ſunt impotentes, de proprio pro ſumma in
fideiuſſione contenta ſatisfacere tenetur, ſicque 8
concludendum, nullo pacto practicari poſſe Ordina-
tionem nouiſſimè Inuictiſſimi Regis noſtri iuſſu
emanatam, ne valeant Actorum Magiſtri ſuprema-
rum Tribunalium Regni huius pro qualibet fideiuſ-
ſione recipienda vltra granos decem pro mercede
exigere; nemo enim vt experientia docuit, inueniri
vnquam poterit, qui has recipiat ſatiſdationes: quo
fit, vt publicum commercium in maximo verſetur
detrimento; vndè puto ſuſpenſa Ordinatione præ-
dicta, de his omnibus Regem noſtrum certiorari, 9
ſicque

ſicque illi reſcribendum. Die .. menſis Septembris 1637. Sacrum Conſilium iunctis Dominis omnium Aularum, provt de more in rebus grauibus decreuit, faciendam eſſe conſultationem Excellentiſſimo Proregi pro hac opinione, cui pariter adhæſit Regia Camera præuia alia conſultatione pro Actorum Magiſtris M. C. quæ fuit per Regium Collaterale Conſilium approbata, nec amplius fuit de negotio tractatum; minimè enim ſunt mutanda (dicebat Paulus Iuriſconſultus *in l. minimè, ff. de legibus*, quæ interpretationem certam ſemper habuerunt.

SVMMARIVM.

1 *Legatum annuum Aduocato relictum, ad hoc vt hæredis cauſas defendat, an debeatur, ſi contigerit, Aduocatum illum in Senatorem eligi, & num. 3. 5. 9. 10. 11. 13. 14. 15. 17. 19. 26. 29. 31. 32. & 33.*

2 *Dictio*, ad hoc, *an conditionem, vel modum importet.*

4 *Legatum an debeatur, ſi legatarius ex aliqua cauſa ſuperuenienti non adimplet modum ab initio poſſibilem, & n. 23. 24. 27. & 28.*

6 *Legatum relictum tutori an debeatur, ſi à tutela ſe excuſauerit, & n. 7. 8. & 25.*

12 *Legatum poteſt peti via exequtiua.*

16 *Gerundium an conditionem importet.*

18 *Legatum cauſale quodnàm dicatur.*

20 *Legatum relictum Titio ſub conditione, vt hoc, vel aliud faciat, an ſit conditionale, vel potius modale.*

21 *Modus potiùs, quàm conditio in dubio præſumitur.*

30 *Aduocatus an poſſit cogi ad ſuſcipiendum officium Conſiliarij.*

ARGVMENTVM.

Aduocatus ſi à Principe in Senatorem eligeretur, num annuum legatum eius vita durante à Cliente ei relictum ad hoc vt hæredis cauſas defendat, petere poſſit, dum Aduocationis munus exercere prohibetur. Legatum relictum tutori an debeatur, ſi ſe à tutela excuſauerit. Legatum an debeatur, ſi onus legatario impoſitum adimpleri non poteſt.

CAPVT. VIII.

1 ADVOCATVS ſi à Principe in Senatorem eligeretur, vtilis eſt inueſtigatio, nùm annuum legatum eius vita durante à Titio illi relictum, ad hoc, vt hæredis cauſas defendat, petere poſſit, dùm Aduocationis munus per Magiſtratum ſuperuenientem exercere prohibetur, provt lege Regia in hoc Regno cautum eſt.

Et circa omne dubium affirmatiuè reſpondeo. 2
Quod duplici modo probatur: Primò, cùm certum ſit, diſpoſitionem ſic; vt ſupra factam, modalem eſſe; dixit enim teſtator, *ad hoc*, vt vulgari ſermone, *accioche*, quæ dictio modum ſine dubio importat, Bart. *in l. quibus diebus, §. fin. num. 2. & 4. ff. de condit. & demonſtr.* ibique Scribentes communiter, Bald. *in cap. dudum, col. 6. ver. & hac faciunt, de elect.* Dec. *conſ.* 327. & alij relati per Galgan. *tract. de condit. & demonſtr. par. 1. cap. 95. num. 1. 2. & 4.* quibus addo Crauet. *conſ. 59. num. 1.* vbi dicit, modum etiam cenſeri, ſi dictum eſſet, cum hoc tamen pacto, & conditione, & alios, quos congerit Parlad. *quotid. diff. iur. differ. 147.*

Hoc poſito, & pro indubitato habito, dico in caſu noſtro, ideò nó poſſe legatariũ hæredis cauſas defendere, & ſic modum adimplere, ex quo ius ei reſiſtit, prohibentur enim Iudices pro aliis patrocinari, vt ſupra aſſeuerabamus, & ſic per hunc caſum modus ille per teſtatorem appoſitus defecit, qui ab initio adimplebilis conſiderabatur, & verè per certum tempus fuit adimpletus, ſed ſic eſt, quòd quando legatarius modum ab initio poſſibilem non adimplet, ex cauſa, quia non poteſt, debetur tamen legatum, illudque retinere poteſt; provt eſt text. *in l. ſi Titio pecunia 95. ff. de leg. 1.* ergo, per quem hoc in ſpecie voluit Bart. *in d. l. quibus diebus, §. Termilius, num. 17. ff. de condit. & demonſtr.* dum dixit, poſſe legatarium legatum retinere, eſto quòd modum ab initio poſſibilem non adimplet, quia tamen iam non poteſt; id quod etiam probarunt Socin. *ibidem num. 11.* Barz. *deciſ. Bonon. 81. num. 9. et* 10. Galgan. *cit. tract. de condit. & demonſtr. par. 2. cap. 3. quaſt. 7. num. 8.* & Graſ. *in §. legatum, quaſt. 58. num. 4.*

Nec dicas, in caſu *d. l. ſi Titio*, modi inadimplementum conſiderari per caſum non contingentem in 3
perſonam legatarij, ibi enim per legatarium non ſtat, quominus modus adimpleatur, ſecus autem in caſu noſtro, vbi inadimplementum conſiderari videtur per caſum contingentem in perſonam legatarij, qui Aduocationis munus reliquit, Senatoriam adipiſcendo dignitatem; Reſpondetur enim, idem eſſe, ſiue cóſideremus inhabilitatem ex parte Tertij; ſiue ex perſona legatarij, provt ſatis notanter obſeruauit Dyn. omninò videndus in *regula imputari 41. num. 4. ff. de reg. iur.* vbi de his agens tam reſpectu modi, quam conditionis non impletæ, tandem quoad modum ab initio poſſibilem, qui demum adimpleri non poteſt, dicit, diſpoſitionem pro adimpleta haberi, ſiuè legatarius impediatur per caſum contingentem in perſonam alterius, ſiuè propriam; & allegat text. *in l. ſi Titio pecunia*, & in *l. Lucius la 2. §. quiſquis, ff. de leg. 2.* hoc idem D. Ricc. *deciſ. 80. n. 5. p. 3.* poſt alios, quos citat: ex hac igitur ratione remanet fundatum legatum, de quo agimus, donec legatarius viuet, ſingulo quoq; anno eſſe præſtandum.

Secundò probatur à ſimili in tutore, cui à defuncto aliquid legatum reſt; nam cùm ius præſumat 4
(niſi aliud conſtet) quòd in futuri laboris præmium relictum cenſeatur, ſi ab adminiſtranda tutela ſe excuſauerit, legatum non debetur, ſunt iura ſatis vulgata in *l. Neſennius, cum ſeq.* & in *l. Tutor, §. quæ tutoribus, ff. de excuſat. tutor. l. qui tutelam, ff. de teſtament. tut. & l. poſt legatum, §. amittere, ff. de his, quib. vt indign.* Quod tamen intellectum nouimus, quando in tutela ſuſcipienda iuris reſiſtentiam non inueniet tutor, quia ſi aliquo iure id ei prohiberetur, adhuc excuſatione nó obſtante, legatum debebitur, eſt text. ſatis clarus in *l. ab adminiſtratione tutela, C. de lega.* ibi enim cùm Miles extitiſſet à teſtatore tutor relictus, eique

eique certum quid legatum,quia ius reſiſtebat, militem alterius tutelam ſubire, quam proindè adminiſtrare recuſauit,à legati tamen petitione non eſſe illum excludendùm,ſtatuit *Imperator Antoninus*:Idquè in puncto notarunt Gloſ. *in dict.l. qui tutelam*,in *verbo,excuſationis*,vbi idem dicit in ea excuſatione,quæ propter minorem ætatem fieret; & Bald. *conſ.356.in principio,lib.4.*quò loci inueſtigando,an legatum tu-
7 tori factum,dùm adminiſtrare recuſat,debeatur, inter plures,quos diſtinguit caſus , dicit primò ; quod quando tutori teſtamentario relinquitur iniuncti officij contemplatione, quamuis ſe excuſet,debetur, ſi iuris ratio impedit,quin adminiſtrare poſſit,ad quod probandum allegat text. *in d.l.ab adminiſtratione , C. de legat.* Hoc idem quando tutor eſſet miles,vel alias tutelam exercere prohibitus, obſeruarunt Ang. *conſ.166.* Rom. *conſ.235.*ibiq.Mandoſ. *in addit.*& Io. de
8 Montefer.inter *conſ.*Grat.*conſ.84.lib.2.*vbi inter plures,quas conſiderauit rationes,vt deberetur legatum relictum à viro vxori filiorum tutrici in teſtamento deſignatæ, quæ tutelam ſubire nolebat;ſed ad ſecunda vota tranſire, illam *num.9.*ſubnectit principaliorem,quia nimirùm coniux ipſa onus tutelæ, etiam ſi voluiſſet,aſſumere non potuiſſet, ex quo erat minor 25.annis,quòd proindè illam recuſando legatum non amittebat, ad quod probandum allegat tex. *in d.l.ab adminiſtratione.* Hoc idem dicendum in caſu propoſi-
9 to, vt omninò ſingulis annis legatum debeatur vitalitium, quamuis legatarius à patrocinij munere ſe excuſet, cùm id contingat,quia id fieri lex prohibet, non quòd voluntariè ſe abſtineat;vetat enim ius, vt ſuperius diximus,Iudices pro aliis poſtulare.

10 Inſuper ſi verè excuſationis caſum conſideremus inueniemus,contigiſſe illum,non facto legatarij; ſed potius Tertij, nimirùm Principis , cui erat omninò parendum , quod eidem legatario nocumentum inferri aſſerendum non eſt,argum.tex.*in l.paterfamilias 44.ff.de hared.inſtit.*

Hæc dùm ſcriberem ad manus meas peruenit quoddam ſingulare reſponſum *Domini Io. Franciſci Marciani* Aduocati primarij,nunc Regij Conſiliarij præſtantiſſimi,qui in articulo propoſito Domini Genitoris ſui iura tuitus,hanc eandem amplexus fuit ſententiam:illudque tanto Viro dignum , vt hic imprimeretur,curaui,& eſt tenoris ſequentis.

Ieſus , Maria , Ioſeph.

11 Reliquit Ioannes Albritius quondam Princeps Auetranæ Marcello Marciano tunc eius Aduocato, nunc Regio Conſiliario legatum annuum Duc. tercentum vita eius durante tantùm,per hæc verba.

Laſcio al Signor Marcello Marciano mio Auuocato ducati trecento l'anno, durante ſua vita ſolamente , da pagarneſeli di terza in terza : pregandolo , che debbia hauer penſiero delle mie liti, è particolarmente della lite, che tengo con il Regio Fiſco , vt legitur in proceſſu *fol.4.*

Mortuo Principe teſtatore in menſe Maij 1614. ac tranſacta lite cum Regio Fiſco in anno 1615. vt ex fide *fol. 6.* Princeps Ioannes Antonius hæres vſq; ad annum 1629.legatum quotannis ſoluit,vt ex partitis *fol.5.*

Cùm autem à ſolutione defeciſſet,petiit idem Regius Conſiliarius Marcianus,in Sacro Conſilio prouideri via exequutiua,quòd prædictus Princeps hæres ſolueret quantitates maturatas,& ſic in futurum continuaret,ſeruata forma legati , aliàs contra eum exequeretur,vt legitur *fol.1.2.& 7.*

12 Quòd autem pro legato via exequutiua agi poſſit, communis eſt omnium opinio,vt poſt Gloſ. *in §. illud.in authent.de hared.& falcid.in verb.decreto*,& ibidem Angel. dixit Iaſ. *in l.fin.num.16.C.de edicto Diui Hadriani tollend.* Ioſeph. Ludou. *in deciſ. Peruſ. 13.* communem , & receptam dixit Craſſ. *in §.legatum , q. 77.* latè Simon de Prætis *in conſ. 117. numer. 55. lib. 1.* & in eius *tractat.de interp.vlt.vol.fol.mihi 533. à nu.138.& 144.cum ſequentibus*,Parlador.*lib.2.rerum quotidian.cap. fin. par. 1. §. 9.num.2.& 4.* & latiſſimè poſt Cæuall. *com.contra commun. q. 103.num. 39.cum ſequentibus*, Gratian. *diſcept. forenſ.cap.62. num. 16. & 22.cum ſequentib.& cap. 254. num.44.& 45.*Quod eò magis procedere debet in caſu noſtro,vbi pars terminum non petiit,niſi ad allegandum in iure ; cùm iuris tantùm articulum diſputandum eſſe aduertat , vt legitur *fol.7.à terg.& 8.*& alia probatio non videtur neceſſaria , cùm teſtamentum conditum fuerit clauſum,& ſigillatum,ità quòd interpretatio ſumenda eſt ex verbis legati.

Opponit igitur Pars,legatum hoc nullo modo de- 13
beri;quaſi fuerit conditionale , ſcilicèt ſi cauſas eius patrocinaretur, ideoquè defecta conditione propter munus Conſiliarij aſſumptum , quo prohibetur pro aliis particularibus cauſas agere,defectum etiam contendit eſſe legatum, ex diſpoſitione text.*in l. Seio , in princip.& l. Meuia*,& *ibi* Gloſ. *in verbo , nolit , ff. de ann. legat.* vbi defecta conditione ex caſu fortuito,licèt per legatarium non ſteterit, quominùs conditionem negotia gerendi adimpleat,defectum etiam deciditur eſſe legatum.

Quibus addit,negari non poſſe, quin ſaltem cen- 14
ſeatur relictum contemplatione,& cauſa patrocinij, & conſequenter ceſſante cauſa legati , ceſſare etiam debere legatum ipſum,ad tex.*in l.filio, §. matri , & l. alteri,ff.de adim.legat.* cum *concordantibus* : præcipuè quando cauſa eſt finalis,prout videtur in caſu noſtro, cùm reſpiciat vtilitatem alterius,quàm legatarij , ſecundùm doctrinam Bart.*in l.2.§.Titio,numer.2. verſ. quandoque cauſa.ff.de donat.*per text.*in l.Titio,in principio,ff.de condit.& demonſtr.*

Ex quibus nullo modo deberi legatum huiuſmodi exiſtimat,quinimmò ſolutum poſt Conſiliarij munus aſſumptum ex errore Miniſtrorum proceſſiſſe fatetur.

Verumtamen hanc partis oppoſitionem parum 15
obſtare,infraſcripta facilè ſuadebunt ; quoniam legatum huiuſmodi nullo modo conditionale fuiſſe apertiſſimè cernitur , nullum enim verbum , nulla loquutio, nulla oratio in eo conditionem deſignat. Quippè qui non dixit teſtator , *relinquo ducatos tercentum,ſi mearum litium curam habe[illegible]* ,vel *gerendo curam mearum litium*, quibus verbis, ſeu locutionibus , vel ſimilibus conditio induci ſolet,vt docet latè Bart. *in l.1.ff.de condit.& demonſt.*Sed tantum rogauit eum vt ſuarum litium curam haberet;Quæ verba conditionem minimè denotant,ſed modum.

Et licèt fuerit vſus gerundio ſcilicet (*Pregandolo*) 16
quod regulariter conditionem importat, vt per Bart. & Doct. *in d. l. 1. ff. de cond. & demonſtr.*vel ſaltem cauſam finalem , vt per Alex. *in addit. ad Bart. in d. l.2.§.Titio,litera B.ff.de donat.*Nihilominus doctrina *Bart.* & *Alex.* non poteſt ad caſum , de quo agimus rectè applicari. Quoniam tunc gerundium regulariter conditionem , vel cauſam finalem importat, quando dirigitur , ſiuè rectiùs regulatur à perſona legatarij , non autem à perſona loquentis , & poteſt reſolui in dictionem , *Si* , aliàs ſi non reſoluatur in dictionem , *Si* , conditionem , & cauſam finalem nequaquàm ſignificare poterit. Putà dixiſſet : *Relinquo centum vxori ſeruando lectum vidualem*, vel *gerendo negotia mea* ; tunc enim gerundium illud , *ſeruando* , vel , *gerendo* , reſpicit perſonam

ſonam legatarij, & ab ipſo regulatur, qui illam conditionem, ſeù cauſam adimplere debet, & reſoluitur in dictionem, *Si*: v.g. ſi ſeruauerit lectum vidualem, vel ſi negotia mea geſſerit, Bald. *in conſ. 267. numer. 4. circa med. verſ. ſed poteſt reſponderi*, *lib.* 5. & Decius *in conſil.* 433. *numer.* 6. qui alios allegat.

Quod nullo modo dici poterit de hoc gerundio, quo vſus eſt teſtator, dùm dixit, *rogando eum, vt negotia mea gerat*: non enim regulatur à perſona legatarij, ſed loquentis, qui rogat: nec poteſt reſolui in dictionem *Si*: ideſt, *ſi rogauero eum*; eſſet enim inepta loquutio, & ideò cõditionale legatum non reddit, neque cauſam finalem denotat; quia hoc efficit tantummodò gerũdium in Accuſatiuo, vel in Genitiuo, cum adiectione, *animo*, vel *cauſa*: puta ſi diceret Legiſlator, vel teſtator, facere legem, vel diſpoſitionem *ad reprimendum*, vel *animo*, vel *cauſa reprimendi*. vt tradit Bart. *in extrauag. ad reprimendum, in verſic. nec ex eorum abſentia, num.* 13. *&* 14. *ver. & hoc apparet.* Quinimmò Gerundium quando continet onus explicandum ab eo, ad quem refertur, modum, non conditionem ſignificat; vt tradit idem Bart. *vbi ſuprà, num.* 14. *verſ. ſed certè, & in l. quibus diebus*, §. 1. *ff. de condit. & demonſt.*

17 Igitur cùm legatum conditionale minimè iudicandum veniat, ſequitur, non poſſe applicari deciſionem *d. l. Seio. & l. Mauia, ff. de annuis legatis*, quæ in legatis conditionalibus tantùm loquuntur, & locum habent.

18 Neque etiam dici poterit propriè cauſale: quia cauſa, propriè loquendo, non poteſt eſſe de futuro, ſed ſemper eſt de præterito, vel de præſenti, vt tradit Bart. *in l. Titio centum. §. Titio genero, ſub num.* 2. *verſic. præterea iſta verba, ff. de condition. & demonſt. & in l. demonſtratio, §. quod autem, num.* 2. *verſic. diffinias ergo, ff. eodem titulo.* per textum *in l. ſi Titia, in fine, ff. eodem*, vbi ideò differre à modo aſſerit, quia modus eſt de futuro, & ideo quando cauſa reſpicit futurum, accipitur pro modo, vt dixit Bart. *in d. l.* 2. §. *Titio, ſub num.* 2. *verſ. quandoquè cauſa, ff. de donat.* & eadem deciſio procedit in vno, quæ in altero; vt inferiùs dicemus.

19 Erit igitur legatum hoc, vel modale, provt ſonare videntur illa verba, *vt meãrum litium curam gerere debeat*, Tùm ex illa dictione, *Vt*, quæ modum, non conditionem denotat, *l. demonſtratio*, §. *vltimo*, *ff. de condition. & demonſtration.* cum concordantibus, Menoch. *lib.* 4. *præſumpt. quæſt.* 146. *numer.* 5. qui alios allegat.

20 Quod adeò verum eſt, quòd etiam ſi teſtator adiecerit conditionem in modo, putà ſi dixerit, *Lego Titio centũ ſub conditione, vt hoc, vel illud faciat*: non tamen erit legatum conditionale, ſed modale, non obſtante prædicta clauſula, *ea conditione.* vel *ſub conditione*; illa enim verba imaginem, non autem ſubſtantiam conditionis habere videntur, vt poſt Bartolum *in l. quibus diebus*, §. *Termilius, num.* 5. *de condition. & demonſtration.* & Barboſam *in rubrica, ſoluto matrimonio, parte prima, num.* 29. tradit Graſſ. *in §. legatum, quæſt.* 79. *& quæſt.* 58. *nu.* 2. per textum *in l. Mauia, ff. de manumiſſ. teſtamento.* Tum etiam quia onus erat implendum poſt legati acquiſitionem, vt colligitur ex traditis per Molinam *lib.* 2. *de primogen. Hiſpan. c.* 12. *nu.* 5. & 6. Manticam *de coniecturis vltimarum voluntatum, lib.* 10. *tit.* 5. *n.* 16. Gratian. *diſceptation. forenſ. cap.* 400. *num.* 15. Barboſ. *dicta parte* 1. *num.* 29. & Peregrin. *art.*

21 11. *n.* 113. Tùm denique quia in dubio potiùs modus, quàm conditio præſumitur, Mantica *vbi ſuprà nu.* 12. Menoch. *lib.* 4. *præſumpt. quæſt.* 175. *nu.* 15. & Peregrin. *d. art.* 11. *nu.* 114.

Vel etiam dici poterit legatum purum, cum adiectione tamen oneris, quod Doctores vocant per fideicommiſſum: putà quando teſtator reliquit aliquid legatario, & eius fidei commiſit, vt aliquid faceret, provt innuere videtur verbum illud (*Pregando*) quod fideicommiſſum importat, §. *fin. Inſtitut. de ſingul. reb. per fideicomm. relict. l.* 2. *C. comm. de legat.* & tradit Fuſarius *de fideicom. q.* 243. *nu.* 2. Quod quidem legatum æquiparatur legato modali, vt habetur in *l. filio, §. matri, ff. de adim. legat. & l. ſi cui legatum* 81. *ff. de condit. & demonſt.* & idem iuris eſt in vno, quod in altero, vt tradit Mantica *de coniecturis vltim. volunt. lib.* 12. *tit.* 2. *num.* 28. *verſic. conſequenter*, & tangit Peregrin. *d. art.* 16. *n.* 158. *verſic. & idem eſt*, & ante eos dixit Bartolus *in l. alumnæ, §. Seia, ff. de adim. legat.* vbi parificat onus relictum in vim modi, & in vim fideicommiſſi per *d. l. filio, §. matri.* 22

In legato autem modali, ſiuè per fideicommiſſum DD. communiter ſequuntur Gloſſæ, & Bartoli diſtinctionem *in pluribus locis*, videlicèt. Quod & ſi modus ſit cauſa finalis relicti, quia concernit fauorem alterius, quàm legatarij; tunc ſi modus deficit ex facto eiuſdem teſtatoris, qui illud adimat, cenſetur eo caſu etiam legatum ademptum, & procedit textus *in d. l. alumnæ, §. Seia, & d. l. filio, §. matri, ff. de adim. legat.* in quibus onus relictum, ſiuè in vim modi, ſiuè fideicommiſſi à teſtatore ademptum, facit etiam cenſeri ademptum legatum, cùm ceſſet onus, quod fuit cauſa finalis legati, & tradit optimè Bartolus *vtrobiquè*: Si verò modus deficit per caſum, & tunc legatum non deficit, ſed legatario, nihilominùs debetur, per textum clarum in *l. ſi fundum per fideicommiſſum, §. Iulianus*, aliàs *l. ſi Titio pecunia* 95. *ff. de legat.* 1. vbi legata pecunia Titio, & eius fideicommiſſum, vt alienum ſeruum manumitteret, nec Dominus vendere velit: capit nihilominùs legatum, quia per eum non ſtat; quominùs fideicommiſſum præſtet: ſic optimè diſtinguit Bartolus *in dicta l.* 2. §. *Titio, ff. de donation. ſub* 2. *verſic. quandoquè cauſa*, & propriè in *verſic. vbicunque dixi.* quò loci aſſerit, quòd etiam deficiente cauſa finali ex caſu fortuito; non tamen ceſſat effectus, nàm debetur legatum; Et ideò illa regula, quòd ceſſante cauſa finali, ceſſat etiam legatum, cuius contemplatione fuit factum, debet intelligi ſecundùm prædictam *Bartoli* diſtinctionem, ſcilicèt vt procedat, quando deficit, & ceſſat cauſa finalis facto teſtatoris, vt in *dicto* §. *matri*, ſecus ſi ex caſu fortuito, vt clariùs dixit ibidem Bartolus *in d. §. matri. & in d. l. alumnæ, §. Seia, de adim. legat.* 23

Hoc etiam clarius, & lucidius explanauit idem Bartolus *in l. codicillis* 91. *ff. de legat.* 2. vbi ponit longam diſtinctionem, quando onus impoſitum legatario non poteſt impleri, quia nullum, an etiam annulletur legatum, cùm ceſſet onus, cuius cauſa, & contemplatione videtur factum: & diſtinguit, quòd aut onus non poteſt impleri à principio, aut ex poſt facto: Si ab initio, tunc ſi onus adimpleri debet, non de ipſo legato, ſed aliundè, & extrinſecùs; aſſerit *Bart.* deberi legatum, licèt onus ſit impoſſibile adimpleri, vel de natura, vel de iure: & in hoc caſu procedit textus *in l. adminiſtrat. C. de legatis, & l. cùm filius*, §. *non iure*, *ff. de legat.* vbi licèt legatum relictum tutori, intelligatur factum cauſa, & contemplatione tutelæ, adeò vt ſi tutelam non adminiſtrauerit, ceſſare debeat etiam legatum, ceſſante illa cauſa finali adminiſtrationis, vt habetur in *l. Neſennius, ff. de excuſat. tutorum*, cum *concordantibus.* Nihilominus ſi iure prohibeatur legatarius tutelam gerere, putà quia miles, vel minor, retinebit nihilominus legatum, quia per eum non ſtat, vt habetur in *dictis legibus*, tradit Baldus *in conſ.* 356. *lib.* 4. *in* 24 25

4. *in princ.* & ſequitur Mantica *de coniecturis vlt. volunt. lib. 6. tit. 16. nu. 2.*

26 Et hic non videtur caſus noſter, quia onus non fuit impoſſibile ab initio; ſed ex poſt facto ex officio Regij Conſiliarij, ad quod fuit aſſumptus, licèt deſeruiat ad demonſtrandum, quòd etiam ceſſante cauſa finali, non tamen ceſſat legatum, quando per caſum fortuitum, & de iure ceſſat illa cauſa, ità vt per legatarium non ſteterit.

27 Si verò onus adimpleri nequibit ex poſt facto, vt in caſu noſtro: tunc *Bartolus* ſubdiſtinguit, quòd aut hoc euenit ex facto teſtatoris, qui illud onus, quod fuit cauſa relicti, ademit; & eo caſu annullatur, & ademptum dicitur etiam legatum, & procedit textus *in d. l. filio, §. matri, ff. de adim. legat.* cum *concordantibus*: Aut verò oneris implementum impeditur ex alio accidenti, vel aliquo caſu, Et tunc licèt onus adimpleri non poſſit; debetur nihilominus legatum, quia per legatarium non ſtetit; & procedit textus *in d. l. ſi fundum per fideicommiſſum, §. 1.* aliàs eſt *lex ſi Titio pecunia 95. ff. de legat. 1.* & melior textus *in l. pater 36. §. Tuſculanus, ff. de legat. 3.* vbi legatum duo millia ſolidorum relictum Petronio, vt illa redderet Collegio cuiuſdam Templi; cùm id Collegium ex poſt facto fuerit diſſolutum, legatum ad Petronium nihilominus pertinebit, cùm per eum non ſteterit parere defuncti voluntati: & ex his videtur decidi caſus noſter; quia licèt onus patrocinij ex poſt facto per caſum fortuitum, & facto Principis adimpleri non potuit; cùm tamen per legatarium non ſtat, debetur nihilominus legatum.

28 Hanc etiam doctrinam tradidit idem Bart. *in d. l. in teſtamento 31. verſic. oppono, ff. de conditionib. & demonſtrat.* vbi Alexand. *in addit.* & eius diſtinctionem ſequuntur communiter Doctores, vt per Peregrin. *d. artic. 16. num. 160.* vbi alios allegat, Mantic. *d. lib. 11. tit. 22. nu. 9. & lib. 12. tit. 2. num. 30. & ſeq* Menoch. *in conſ. 262. nu. 13. & ſeq.* latè Craſſ. *in d. §. legatum, q. 58. nu. 4.* vbi ità etiam ſentire aſſerit Gloſſam *in l. 1. C. de inſtitut. & ſubſtitut.* quam communem, & tenendam dicunt *ibidem* Alexand. & Corn. & optimè Ferdinand. Vaſq. *controuerſ. illuſtr. lib. 3. cap. 93. nu. 25.* vbi addit conſimilem tex. *in l. Lucius, §. quiſquis, il primo, de legat. 2.* & alium textum, quem optimè pro hac opinione inducit in *l. ſi quis Titio, ff. de leg. 2.*

29 Cùm igitur in caſu noſtro legatum hoc modale ſit relictum, & onus impoſitum adimpleri non poſſit ex facto Principis, quod dicitur caſus fortuitus, cuius imperio reſiſti non poteſt, *l. item, ſi verberatum, §. item ſi fortè, de rei vend. l. apud Iulianum, §. conſtat, de leg.*

30 *1.* Præcipuè in hoc caſu noſtro, ex quo Aduocatus poteſt cogi ad ſuſcipiendum officium Conſiliarij, vt in puncto tradit videndus Ioannes de Platea *in l. in filiis, nu. 2. C. de Decur. lib. 10.* quem refert, & ſequitur Bobadill. *in ſua polit. lib. 5. cap. 15. nu. 8.* ſtante etiam vtilitate publica, quæ præfertur priuatæ, *l. munerum, §. item, ff. de munerib. & honorib.* cum *concordantibus*, ſequitur, quòd non obſtante modi deficientia, & ceſſante cauſa relicti, debeatur nihilominus legatum, cùm per eum non ſtet parere voluntati Teſtatoris, ex prædictis legibus, & doctrinis.

31 Prætereà poſſet etiam in caſu noſtro, non extrà propoſitum dici, legatarium hunc non fuiſſe grauatum per viam modalis diſpoſitionis; ſed per viam diſpoſitionis diſtinctæ: dixit enim priùs, *Relinquo tercenium eius vita durante tantum*, & ſic legatum hoc purè fuit relictum, ac perfecta oratio: deindè addidit ſeparatim onus, *Pregandolo, &c.* quo caſu faciliùs omnes admittunt, legatum deberi, licèt onus adimpleri non poſſit ex aliquo caſu, excepta ademptione eiuſdem teſtatoris, vt tradidit idem Peregrin. *dict. artic. 16. numer. 110. in fin.* vbi addit tex. *in l. ſi cui legatum 91. ff. de condition. demonſtrat.*

Nec dici poterit, legatum fuiſſe relictum correſpectiuè ad patrocinium præſtandum in litibus: quo- 3
niam vltrà ſupradicta illa alia verba, videlicèt, *vita durante*, fuiſſent ſuperflua, & nihil operarentur, cùm ſatis fuiſſet legare, donec patrocinatus fuiſſet, ideoquè legatum purum eſt; quamuis teſtator deindè rogaſſet, vt litium curam haberet, & ob id impedimentum ſuperueniens non impedit legati præſtationem.

Vltimò legatum huiuſmodi neque etiam ſimpli- 33
citer dici poterit relictum contemplatione, & cauſa patrocinij futuri: quia multis antè annis patrocinium ipſemet legatarius teſtatori præſtiterat, cuius recognitionem iure debito ſperabat: & ſic fuit legatum potiùs in recognitionem præteriti, cuius erat debitor, quàm futuri. Et quatenus dicere velimus, habuiſſe conſiderationem, etiam ad patrocinium futurum, illam principaliter habuit in cauſa Regij Fiſci, vt legitur, ibi: *Particolarmente della lite, che tengo con il Regio Fiſco.* Et propterèa contemplatio relicti illam cauſam reſpexit, in qua cauſa iam viuente teſtatore ipſemet legatarius patrocinium præſtiterat, multos labores impenderat, & allegationes compoſuerat, quas nouiſſimè Eruditiſſimus Dominus Regens Tapia in *eius elaborato volum. 5. de Iure Regni, nuper edito* inſerere voluit ſub *tit. 44. de bonis foriudicatorum, à num. 6. cum ſequentibus, fol. 323.* Adeò vt ſtatim poſt teſtatoris mortem; prætendente tunc Regio Fiſco ad minùs ducatos centum mille, tranſactione ſatis minimæ portionis fuerit cauſa ſopita, vt ex fide colligitur, *folio ſexto.* Ideòque dicere etiam audacter poſſem, fuiſſe ſatisfactum voluntati teſtatoris reſpectu cauſæ prædictæ, cuius finem adeò optauerat, vt ſi eo viuente determinata fuiſſet, ampliorem recognitionem, provt ipſius, & cauſæ qualitas requirebat; certiſſimè tribuiſſet. Quinimmò vltra legatum prædictum, mercedem illius cauſæ iure licito eundem Regium Conſiliarium efflagitare poſſe, ac debere; quilibet illius laboris conſcius facilè iudicabit, cùm legatum non fuerit relictum pro patrocinio, & palmario omnium litium.

Hæc occurrunt, &c.

Io. Franciſcus Marcianus.

SVMMARIVM.

1 *Aduocatus an poßit eſſe teſtis pro cliente, & quid ſi fuerit requiſitus ab aduerſariis ad deponendum contra clientem, nu. 2. & quid in ſollicitatore, n. 4. & 5.*

3 *Tutor an idoneus ſit teſtis pro pupillo in cauſa, quæ agitatur ad inſtantiam alterius tutoris.*

6 Prag. 23. de offic. Sacri Conſ. *an procedat, vbi coniunctus Iudicis vti Amicus cauſam protegit, vbi deciſio.*

7 *Arbiter expirato compromiſſo an poßit in te-* 4
ſtem adhiberi in cauſa aliàs ſibi compromiſſa.

8 *Domeſticus an poßit pro teſte adhiberi, ſi aliter veritas haberi non poteſt.*

9 *Proxenetæ, ſiuè mediatores an poßint eſſe teſtes ſuper contractibus coram illis geſtis.*

ARGV

ARGVMENTVM.

Aduocatus, vel Procurator, qui in cauſa pro cliente teſtis eſſe non poteſt, nùm ab Aduerſario requiſitus cogi poſſit ad deponendum contra clientem; Et quid in ſollicitatore; Et quid in Arbitro? Tutor an idoneus ſit teſtis pro pupillo in cauſa, quæ agitatur ad inſtantiam alterius Contutoris. Domeſticus an legitimus ſit teſtis, vbi veritas aliter haberi non poteſt. *Prag.* 23. *de offic. S.Conſ.* qua diſponitur, non poſſe quem vti Iudicem interuenire in illa cauſa, quam eius coniunctus vti Aduocatus patrocinatur, an procedat, vbi coniunctus non vti Aduocatus, ſed tanquàm Amicus cauſam protegit, ſiuè ſollicitat.

CAPVT IX.

1 ADVOCATVS, vel Procurator, quòd in cauſa vbi patrocinatur idoneus non reputetur teſtis ad deponendum pro eius cliente, eſt apud omnes citra controuerſiam; idquè non modò in prima inſtantia, ſed nec etiam in cauſa appellationis, eſto quòd in illa demùm non interueniat; *l. fin. ff. de teſtib. cap. fin.* vbi G. & DD. communiter, *de teſtib. in 6.* Guid. Pap. *deciſ.* 45. vbi Add. Felin. *in cap. cùm à nobis, num.* 13. *&* 14. *de teſtib.* De Franch. *dec.* 222. *in princip.* Ant. Fab. *diff.* 19. *C. de teſtib.* idemque in Procuratore poſt litem conteſtatam reuocato dixit Rot. *deciſ.* 11. aliàs 126. *de teſtib. in nouis,* Surdus *deciſ.* 219. vbi hoc procedere ait, etiam lite finita.

2 Sed fuit aliàs dubitatum, an Aduocatus, vel Procurator ab Aduerſario requiſitus poſſit cogi ad deponendum in cauſa contra ſuum clientem? Et in hoc caſu affirmatiuè eſt reſpondendum, ea quidem ratione, cùm timor, & affectionis cauſa ceſſet, propter quam Aduocatus, vel Procurator ad deponendum pro ſuo cliente repellitur, ita dixerunt Gloſ. Fulgoſ. & Odofr. *in l. fin. ff. de teſtib.* Gloſ. Paul. de Caſtr. & Salyc. *in l. etiam, C. eod. tit.* Gloſ. Io. Andr. Io. Monac. & Archidiac. *in d. cap. fin. de teſtib. in 6.* Bar. *in l. deferre. § iidem decreuerunt, ff. de iur. fiſc. verſ. hoc eſt verum:* Henric. Boich. & Innoc. *in c. inſuper, de teſtib.* Felin. *in d. cap. cùm à nobis, col. fin. verſ. idem ſi produceretur, eod. tit.* Guid. Pap. *loco cit.* vbi *in fine* ex Specul. *in tit. de teſtib. §. 1.* idem dicit in domeſtico, qui licèt de iure in teſtem adhiberi non poſſit, *l. 2. C. eod.* tamen ab Aduerſario requiſitus cogitur deponere, Pariſ. *conſ.* 70. *lib.* 4. vbi infinita cumulat, iſtamque veram eſſe opinionem affirmat idem Guid. Papa *ſing.* 982. *Aduocatus*; Annæus Robert. *rer. iudicat. lib.* 3. *cap. fi.* vbi ſic per Senatum deciſum teſtatur. De Franchis *cit. deciſ.* 222. vbi dicit hoc verum in his, quæ

Aduocatus ſcit vt merus teſtis, ſecus verò in his, ſuper quibus Aduocatus fuerat conſultus, idemquè Maſtril. *deciſ.* 151. *num.* 40. Caſtil. *deciſ.* 92. Giurb. *deciſ.* 95. *nu.* 10. Fontanell. *deciſ.* 189. *per totam,* Capel. Toloſ. de tutore loquendo *deciſ.* 205. vbi in puncto ſingulariter 3
concluſum fuiſſe teſtatur, quòd ſi duo ſint vnius pupilli tutores, & vnus tantùm in iudicio ageret, quod fieri poſſe dixit text. *in l. decreto* 25. *§. ſi duobus,* vbi Gloſ. in *verb. permiſſum*, Bart. & omnes *ff. de adminiſtrat. tutor.* poſſe Contutorem in cauſa illa in teſtem pro pupillo produci, & etiam eundem, qui agit ad partis aduerſæ requiſitionem, ſuntque deciſionis verba hæc: *Item fuit quæſitum; Duo ſunt tutores eiuſdem pupilli; vnus tutor agit, vel defendit ipſum, nunquid alter poterit produci in teſtem? Concluſum fuit, quòd ſic, & etiam per notata ab Innocent. in cap. inſuper, de teſtib. cum ibi notatis: & etiam ille, qui agit, vel defendit, ad requiſitionem partis aduerſæ, non pupilli, vt notat Gloſ. in l. fin. ff. de teſtib. in fine, &c.* hanc eandem opinionem inueni amplexum fuiſſe Bart. *in l. qui teſtamento, ff. de adminiſtr. tutor.* quem citat, & ſequitur Ludouic. Rom. *conſ.* 420. *num.* 6. ibi, *Quartò videmus, præcipuum tutorum officium eſſe illud, vt ita ſollicitè agat, quòd pupillus indefenſus, damnificatuſque non remaneat; ff. de adminiſtr. tutor. l. tutoris præcipuum: & tamen clara eſt doctrina Dom. Bar. quòd etiam ſi cauſa pupillaris per alium, quàm per tutorem agitetur, tutori in eadem, vt teſti pro pupilli parte producto fides legitima dabitur; ità ipſe determinat in l. qui teſtamento, in princip. ff. de adminiſt. tutor. per illum tex. &c.*

Sed quid dicemus in materia concluſionis in principio firmatæ de cauſæ ſollicitatore, an in eo eadem 4
concluſio militet, vt nimirùm ad ſollicitandum per principalem miſſus in illa cauſa teſtis adhiberi non poſſit? Domini de Rot. *deciſ.* 12. aliàs 54. *citat. titul. de teſtib. in nouis* affirmatiuè reſpondet in ſollicitatore ſalariato: excepto tamen ſi eſſet familiaris Procuratoris, qui illum ad ſollicitandum cauſas ſibi commiſſas deputaſſet; is enim teſtis eſſe poſſet, aſſignat *Rot.* rationem, quia ſocius ſocij mei, meus ſocius non eſt, *l. nam ſocius, ff. pro ſocio, can. legitur,* 81. *diſt.* iſtamquè ſententiam amplectitur Aufrer. *in additio. ad Capel. Toloſ. loco proximè citato,* Geminian. *in d. cap. fin. nu.* 7. *de teſt. in* 6. Ludouic. Rom. *vbi ſup.* & cæteri communiter.

In ſollicitatore autem non ſalariato per principalem conſtituto, inuenio non parum controuerſum; quandoquidem nonnulli æſtimarunt, benè poſſe illum in teſtem adhiberi, ità Aufrer. & Ludou. Rom. *locis citatis,* Io. Baptiſta Ferret. *conſ.* 29. *nu.* 9.

Contrariam verò ſententiam videntur firmare 5
Alexan. *in l. deferre. ff. de iure fiſci,* & alibi *in Conſiliis,* Felin. *in d. cap. cùm à nobis, num.* 15. & *ibi* Addent. Maria. Soc. *conſil.* 88. *num.* 23. *verſic. nec obſtare, quòd Aloyſius, & num.* 24. *lib.* 2. vbi expreſſiſſimè tenet, ſollicitatorem non ſalariatum omninò à teſtimonio repelli: reddit rationem, nàm ſi ideò ſollicitator idoneus non habetur teſtis, quia præſumitur habere affectionem ad cauſam, & perſonam, pro qua ſollicitat; certè maiorem oſtendit habere, qui ſine præmio ſollicitat: & hanc partem amplectitur etiam Rot. Genuæ *deciſ.* 3. *num.* 16. *& deciſ.* 12. *nu.* 10. & Horat. Mandoſ. *in additioni. ad Rom. in relato conſ.* 420. quæ mihi verior videtur; ac proindè à ſimili ſatis iuridicam puto noſtri Sacri Conſilij deciſionem anno præterito 6
1631. emanatam in cauſa Excellentiſſimi Ducis Bracciani, cum Excellentiſſima Domina Principiſſa Venafri, & Albani, ambobus Romanis Clariſſimis; etenim cùm lege Regia apud nos cautum ſit, vt nemo vti Iudex interuenire poſſit in cauſis, in quibus aliquis ſit Aduo-

catus, qui cum eodem Iudice quarto conſanguinitatis, vel affinitatis gradu (de iure ciuili loquendo) coniungitur, vt in *Pragm.* 2. vbi Rou. *de offic. Sacri Conſilij*, fuit in cauſa illa excitatum, an interuenire potuiſſet *Conſiliarius Camillus Petius*, quem recuſabat Dominus Dux, prætextu, quòd Illuſtris Marchio Ciuitæ eiuſdem D. Camilli fratris filius fauebat cauſæ pro D. Principiſſa, illius Aduocatos ad Iudices informandos ducendo, aliáque peragendo neceſſaria; Et fuit optimè per Sacrum Conſilium determinatum, quòd à iudicando abſtineret, quia eadem ratio *Prag.* quæ militat in Iudice Aduocati conſanguineo, forſan militabat in hoc caſu; quamuis Dominus Marchio nulla mercede, ſed tantùm beneuolentia ductus omne totum peragebat.

7 Sed, quæſo, videamus, an hæc, quæ de Aduocato, Procuratore, & Sollicitatore diximus, in Arbitro procedant officio finito, nullo tamen prolato laudo, vt quia priuſquàm proferretur, expirauit compromiſſum, & cauſa ad Iudicem Ordinarium tranſitum fecit; an, inquam, dùm cauſa illa demùm coràm Iudice agitatur, poſſit in illa Arbiter in teſtem adhiberi? Et affirmatiuè reſpondet Aufrer. ad Capel. Tholoſan. *dec.* 142. *num.* 3. *verſ. aut aliter, quam per ſententiam*, vbi tantùm id negat, ſi eſſet laudum prolatum, ea ratione, quia tunc præſumeretur, quòd eius ſententiam per proprium teſtimonium defendere vellet, allegat text. *in l. eos. §. fin. C. de appellat.* & in *can. ſtatuendum*, 3. *q.* 6.

8 Vltimò hìc libet aduertere ad id, quod ſuprà annuebam, nimirum Ius non habere domeſticum pro legitimo teſte; *d. l.* 2. *C. eod.* ſed quid ſi per alios, quam per ipſos veritas haberi non poſſit, vel de his ageretur, quæ domi facta ſunt? & quòd in his caſibus legitimus ſit teſtis, dixerunt Afflict. *deciſ.* 304. *num.* 10. Antonius Gabr. *com. concl. tit. de teſtib. concl.* 10. *num.* 34. Mant. *de tacit. & ambig. to.* 1. *lib.* 8. *tit.* 14. *num.* 11. Gram. *deciſ.* 34. *num.* 37. *in fine*, Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *cent.* 6. *caſ.* 503. *num.* 5. Maſcar. *de probation. concl.* 721. *num.* 1. & Ant. Faber. *deciſ.* 7. *in allegation. C. de teſtib.* vbi principaliter deciſum fuiſſe teſtatur, teſtem inſtrumentarium, etſi tempore teſtimonij domeſticus ille ſit, poſſe tamen audiri ſuper his, quæ non niſi per teſtes inſtrumentarios probari poſſunt, &c.

Quid autem dicendum in Proxenetis, ſeù Media-
9 toribus; an poſſint eſſe teſtes ſuper contractibus coram illis geſtis ſine partium conſenſu? videndi ſunt Canoniſtæ in *cap. dilectorum* 10. *de teſtib.* Caballin. *Milleloq.* 253. Lancellot. *de offi. prætor. in cauſis ciuilib. ſub rubr. perſonas teſt. aggrediendo, n.* 62. Matth. Coler. *deciſ.* 197. *lib.* 1.

SVMMARIVM.

1 *Aduocatus pauperum an poſſit interuenire tempore, quo cauſas, quas defendit, Iudices decidunt; & à nu.* 3. *&* 4. 14. *&* 15.

2 D. D. Ferdinandus Quadra *commemoratur.*

5 *Prorex poteſt ſua vicaria poteſtate nouas creare Dignitates, & dicitur* Alter Ego.

6 *Aduocatus fiſcalis M. C. antiquitùs non interueniebat tempore, quo cauſæ fiſcales decidebantur.*

7 *Fiſcus in his, in quibus non eſt expreſſè priuilegiatus, vtitur iure priuati.*

8 *Æqualitas in iudiciis eſt ſeruanda.*

9 *Pauperum cauſa pia eſt, & quoad fauores, Eccleſiæ, & Fiſco æquiparatur.*

10 *Delictum non eſt, in dubiis quæſtionibus contra Fiſcum reſpondere.*

11 *Fiſcus dicitur ſaccus Cæſaris.*

12 *Delicta puniri, Reipublicæ intereſt.*

13 *Appellatio admittitur à comminata tortura*

ARGVMENTVM.

Aduocatus pauperum, qui ex Domini Regis munificentia pro Reorum defenſione eligitur, nùm valeat interuenire tempore, quo cauſas, quas defendit, Iudices decidunt, & exemplo Fiſci Patroni, proceſſus, quos Informatiuos appellamus, videre? & de aliis ad materiam pertinentibus.

CAPVT X.

ADVOCATVS pauperum, qui ex Domini noſtri Regis munificentia in Tribunali M. C. pro reorum defenſione eligitur, contigit aliàs dubitari, an valeat interuenire tempore, quo cauſas, quas defendit, Iudices decidunt; ac ſimiliter exemplo Fiſci Patroni, proceſſus, quos vulgò Informatiuos appellamus, videre. 1

De hoc articulo à Maioribus audiui fuiſſe ſatis dubitatum, tempore, quo Regis vices in hoc Regno implebat Excellentiſſimus Lemenſium Comes; hic piiſſimus Prorex cùm in pauperum Patronum elegiſſet Dominum *D. Ferdinandum Quadra*, Virum nobiliſſimum, ac omnibus numeris abſolutiſſimum, 2 qui per prius in eodem Tribunali M. C. Iudicaturæ officio mirificè functus erat, mandauit, vt cum prædictis prærogatiuis hoc officium exerceret, id quod cùm illius temporibus Fiſci Patronus ægrè ferret, idem electus (qui demùm intrà breuiſſimum tempus propter eius inſignia merita, quaſi hæreditario iure ad Conſiliarij munus fuit euectus) hæc, quæ ſequuntur pro electione iuſtificanda elegantiſſimo reſponſo, quod ad pennam mihi tradidit doctiſſimus, ac magnæ expectationis Iureconſultus D. D. Aluarus Quadra iunior eius digniſſimus pronepos exarauit; quæ cùm ſint curioſa, & ſcitu digna, vt hìc imprimerentur curaui.

Fœcundus eſt ager pauperum, citò reddit donantibus fructum. Auguſtin. *in pſal.* 76.

Coràm Piiſſimo, ac Iuſtiſſimo Principe, pro pia, 3 ac iuſta cauſa plura fundere verba, tempuſquè publicæ vtilitati ſubtrahere, inane, ac penè ſacrilegum ratus; pauca, vel digito tantùm pertingam, quibus, quæ iure pro pauperibus ſanxit, iniuria impugnari oſtendam. Illud in primis profeſſurus, non pro nefariis, non pro ſceleſtis pauperibus cauſam acturum, nàm *Iuſtè ab iuſtis iuſtus ſum orator datus*, vt dicebat Plautus *in Amphyt.*, ſed pro iis tantùm, qui, vt plerumquè euenit, potentum calumniis in tenebris,

tenebris, & vmbra mortis ſedent vincti in mendicitate, & ferro, *Pſalm.* 106. de quibus dicam: *Humiiacentem ſcelera non intrant caſam*. Sen. *in Thyeſt. trag.* 2.

4 Horum caſus miſeratus Excellentiſſimus, ac omni virtute, ſanctitatéque ornatus Princeps noſter, cùm ipſorum Patrono, quo cauſas exactius defendat, nonnulla indulſerit, id præcipuè in dubium reuocat Fiſci Aduocatus, vt relationibus, deliberationibuſque ſecretorum proceſſuum, quos Informatiuos vocamus, pauperum defenſor abſtineat; fucatis tamen, nec vllo pacto ſubſiſtentibus rationibus infra exarandis, ac proſternendis.

5 Si enim ſtatuentis poteſtatem conſideremus, quis de ea dubitet ſanus mente? cum poſſit & nouas Dignitates ſua vicaria facultate creare, & veteres tollere, mutare, & addere? ità Bald. *in cap.* 1. *quis dicatur Dux*; Frecc. *de ſubfeud. lib.* 1. *tit. de orig. Baron. nu.* 27. & vt dicit Reg. de Pont. eſt Prorex Alter Ego, in *tract. de poteſt. Proreg. tit.* 1. *num.* 1. An verò immemorem ſe fingere eius, quod noſtrorum Genitorum temporibus ſuo muneri, non priuilegio, ſed Proregum tantum conniuentia conceſſum eſt? cùm ad ea vſquè tempo-
6 ra non minus, quàm alij, Fiſci Aduocatus à deliberationibus remoueretur. Octauianus hoc Curtius, tunc pro Fiſco acerrimè agens primus vſurpauit, Parente meo Regio Conſiliario, & M. C. Iudice, vel mordicùs oppugnante. Quid mirum ſi hodie religioſus Princeps, quod hucuſque incuria prætermiſſum eſt, ad iuſtam conſonamque æqualitatem deducat, quodque ſibi Fiſcus potentia arrogauit, ipſe iuſtè pauperibus concedat?

7 Hoc Iuſtitiæ diſtributiuæ ratio expoſcebat, nàm nullo pacto inficiari poteſt, Fiſcum in quibus non eſt expreſsè priuilegiatus, nil vltrà priuatos ſibi aſſumere poſſe, Gloſ. Ordinaria in *l. item veniunt, §. in priuatorum, ff. de petit. hæredit.* plura Peregr. *de Iure fiſci lib.* 6. *tit.* 1. *nu.* 13. *&* 29. adeò vt quo Fiſcus iure vtitur, eodem & priuatos lex frui permittat, *d. l. item veniunt, § ait Senatus, & §. in priuatorum*, Peregr. *loc. cit. nu.* 2. In re autem, de qua agimus, Fiſcum pro ſe vllam diſpoſitionem, vel iuris priuilegium habere; tantum abeſt, vt contrarium potius deciſum expreſſiſſimo text. in *l. proxime, ff. de iis, quæ in teſtamento delentur*, reperiatur ab *Antonino Auguſto*, qui in illa caducitatis quæſtione inter Fiſcum, & partes, cùm Fiſci Aduocatum, non ſecretò, vt hodie (& vtinam non in inſontium perniciem, qui occultis rationibus veras ſæpè reſponſiones obiicere nequeunt) ſed palàm, ac alios audiſſet, remotis omnibus deliberauit, liquidò demonſtrando, Fiſci Aduocatum ea in re, non aliter, quam
8 priuatorum tractandum eſſe: & meritò cùm in iudiciis æqualitas ſeruanda ſit; Gloſ. *in l ſi cum die, §. ſed ſi in aliquem, verbo abſurdum, ff. de receptis arbitris*, paribuſque deceat contendere telis, ac actor, & reus non debeant ad imparia iudicari; *l. vlt. C. de fruct. & litium expenſ.* cumque Iudex veritatem ſcrutari debeat, eam ex partium aſſertionibus elicere oportet; ad tex. *in l. vlt. C. ſi per vim, vel alio modo*, at qui ſtatuit aliquid parte inaudita altera, æquum licèt ſtatuerit, haud æquus eſt, Senec. *in Medea*, & an quiſquam Iudex eſt, qui poſſit noſcere tua iuſta, vbi tute verbum non reſpondes: Terent. *in Phormio*.

Cur reus infelix abſens agor, & mea cùm ſit
Optima, non vllo cauſa tuente perit?

Ouid. *epiſt.* 19. *Heroid.* Hæc in iure nulla poſſunt tergiuerſatione refragari: ſed fortius dicam, & ſi hoc Fiſ-
9 cus ex priuilegio haberet, vt non habet, tale priuilegium eſſe pauperibus communicandum, eo primum iacto fundamento, pauperum Cauſam piam eſſe; Tiraquel. *de priuil. piæ cauſæ, in præfatione, verſ. item relicta pauperibus*: vbi concordantes allegat, & quoad fauores Eccleſiæ æquiparari, *ibidem, priuileg.* 140. quæ cùm omnibus gaudeat Fiſci priuilegiis, *eodem loco, priuileg.* 143. quis dubitet, etiam pauperes pari paſſu procedere debere? maximè in re præſenti vbi altera fauoris cauſa concurrit, nempè libertatis, res etiam valdè pia, *ibidem in præfation. verſ. item legatum libertatis.*

Sed & ſi hæc, vt ſunt, adeò clara non eſſent, 10
at dubia, nonnè in dubiis quæſtionibus eum non delinquere lex ait, qui contra Fiſcum facilè reſponderit? *l. non puto, ff. de iure fiſci.* nonnè & in dubiis reo, quamuis non priuilegiato fauendum eſt? *l. fauorabiliores, ff. de reg. iur.* nonnè & non in dubiis tantùm cauſis, ſed ſemper pia cauſa fauorabilior eſt? *l. ſunt perſonæ, ff. de relig.* Anchar. *conſ.* 46. plures apud Tiraquel. *priuileg.* 148. Cur ergò nunc magis Fiſco, qui 11
nil aliud eſt, niſi ſaccus Cæſaris, Gloſ. *in l. & in prouinciis, C. de numeratoribus, lib.* 12. quàm Chriſto, cuius theſaurus pauperes ſunt, Tiraquell. *d. verſ. item relicta pauperibus*, fauendum eſt?

Quibus ſic poſitis, non obſtat, quod Fiſcus dicit, 12
ſcilicet Reipublicæ intereſſe delicta puniri, eóque ſe iure fauorabilem fouere cauſam, *l. ità vulneratus, ff. ad l. Aquil. l. licitatio, §. quod illicitè, ff. de publican.* nàm eo magis & fauorabilius Reipublicæ intereſſe reſpódeo, innocentes abſolui, quàm nocentes damnari, vt iuſti ſanxerint legum latores, potiùs facinus nocentis impunitum relinqui, quàm innocentem damnari, *l. abſentem, ff. de pœnis.* Sed ſi qui contradicunt, hæc non curent, conſiderent, quæſo, verba Iſidori dicentis in *can. pauper*, 11. *quæſt.* 3. *Pauper dùm non habeat, quod offerat, non ſolùm audiri contemnitur, ſed etiam contra veritatem opprimitur*, &c. ſit huius ſententiæ argumentum effectus; quantò enim maiora Potentum delicta; quantò plura; & tamen quantò mitiores pœnæ, quantò ex ipſis pauciores corripiuntur? dicere cum eodem Authore liceat in *dicto can. pauper*: *Citò violatur auro Iuſtitia, nullamque reus pertimeſcit culpam, quam redimere nummis exiſtimat.* At abſit hoc dicam reſpectu ius dicentium, quos omnes optimos ſcio, & obteſtor; ſed tamen pro membris dicam, quorum miniſterio illa Capita in his vtuntur, oportet, & exclamare cogor, O bone Deus! ergo quæ Scribis non occuluntur arcana, ea noxium eſt viro, qualem bonus Princeps ſummo conſilio eligere ſtudet, reſerare? rectè quidem, nam illi boni, nos mali: illi ſecreti, illi inſontes, nos facinoroſi, nos periuri: illi incorrupti, nos corruptibiles. O pauperum perrarò à diuitibus non oppreſſorum calamitatem! iunior fui, & in foro conſenui, nec vnquam vidi cauſam diuitis agi, cuius nè arcana tantùm, ſed dicam arcaniſſima ab Aduocatis ſcita, diſcuſſa, præuentáque ſint: & hæc tantùm non aduertuntur.

Curia pauperibus clauſa eſt, dat cenſus honores,
Indè grauis Iudex, inde ſeuerus Eques,

Ouid. *de amore, lib.* 3. *eleg.* 7. pauperi ſubleuando oppugnamus, in pauperum tantùm cauſis aduerſa iacula Fiſcus pertimeſcit.

Illud non prætermittam omnium, quæ præiudi- 13
cium in criminalibus afferunt, torturam eſſe, vel maximè irreparabilem, & damnoſam, vt propter eà etiam ab eius comminatione admittatur appellatio, parit enim frequenter confeſſiones, iuxtà illud:

Verberibus, igne, morte, cruciatu eloqui,
Quodcunque celas, adiget in vitam dolor,

Senec. *in Troad.* Confeſſioque aliud non expectat, quàm pœnas. Hæc tortura ſi inſufficiētibus inferatur Indiciis, quā interponet defenſor prouocationē? & ſi prouocauerit, quo pacto decreti iniquitatem redarguet, ni ſciat, quæ pœnæ cauſa; & qui ſint in crimine

manes? Silius Ital. *lib. 13. de bell. Puni. Semper ergo cedat, oportebit, nè ſemper iniuſtus appareat appellator.* Sed hoc malum pauperum tantùm cauſas inſequetur; Diues enim corrupta pecunia Scriba, omnium arcanorũ conſcio, cuncta comperta habet, & forſan multotieſetiam Iudicem celat. An non fortaſſe pluries vidimus pauperes illegitimè, immoderatéque tortos, confeſſos, ac morte damnatos?

14 Non eſt reſultabile, quod Fiſcus pertimeſcere clamitat periculum, vt ſcilicet eius occurratur diligentiis, & quaſi ſtratagemate aliquo diluantur; nam Aduocatus, qui, ſemper ſpero, probus, vt par eſt, ac ceù alter Iudex eligetur, non adeò impudens erit, vt hæc audeat, nec credibile, vt homo mentis compos pro inope, à quo nullam expectat mercedem, hæc facinora expleat, nec ea clientis vis, vt talia meditetur; neq; pariter reſpectu criminis rei forſan abſentis timenda eſt ſecretorum detectio; tùm ex religione Aduocati, qui ad ſecretum iureiurando adſtringendus erit, quod neſcio, qua maiori facilitate ipſe, quàm octo Iudices, & Fiſci patronus violabit; cùm etiam, quia aut contra pauperem non apparebunt indicia, & tunc non panſis cauſæ ſecretis liberabitur; aut apparebunt, & tunc ſi contra eum procedetur, & comperta detegentur, ſeu vulgari voce defenſiones, & copia repertorum tradentur, tunc oportebit, vel Fiſco inuito, ac pauperum Aduocato remoto omnia reſerari.

15 Cùm ergò (vt multa paucis colligam) ex ſuprà relatis appareat, Fiſcum hoc caſu nulla iuris ſpeciali prouidentia priuilegiatum eſſe, eodem, quo ipſe, iure quemlibet priuatum vti poſſe; & ſi eſſet, vt non eſt priuilegiatus, pauperum, & libertatis fauore Eccleſiæ pari, idem ſtatuendum fore; præſertim cum ceſſent inania figmenta, & inconuenientia, quæ Fiſcus obiectat; aut omnes abſtineamus, aut interueniamus omnes; denique cum Demoſthene *contrà Eubolium* clamabo, Abſit, Iudices pauperes deſpiciatis, ſufficiens enim ſatiſque graue ſupplicium eſt ipſa paupertas.

Don Ferdinandus Quadra.

SVMMARIVM.

1 *Aduocatus an poſſit tuta conſcientia patrocinari contrà debitoris hæredem, ex quo inuentarium non confecit, ſi conſtat, hæredem illum bona hæreditaria non ſubtraxiſſe, & num. 4.*

2 *Hæres an teneatur de proprio ex quo inuentarium non confecit, ſi conſtat, alia bona in hæreditate non remanſiſſe, niſi ea, quæ ipſe aſſerit.*

3 *Mulier Neapolitana filios habens non poteſt niſi de decima ſuarum dotium diſponere.*

4 *Lex ciuilis, quæ ſuper aliqua fundatur præſumptione, in foro conſcientiæ non attenditur, quando veritas præſumptioni repugnat.*

ARGVMENTVM.

Aduocatus alicuius creditoris nùm tuta conſcientia poſſit pro illo patrocinari contra debitoris hæredem, vt teneatur vltra vires hæreditatis, ex quo inuentarium non confecit, ſi conſtat, hæredem illum bona hæreditaria non ſubtraxiſſe; & de aliis ad materiam pertinentibus.

CAPVT XI.

1 ADVOCATVS alicuius creditoris, dubitatur, an tuta conſcientia poſſit pro illo patrocinari contra debitoris hæredem, vt teneatur vltra vires hæreditatis, ex quo inuentarium non confecit, ſi conſtat, hæredem illum bona hæreditaria non ſubtraxiſſe.

2 Doctores tractant hanc quæſtionem in hærede, nimirùm an ex eo, quòd inuentarium non confecit, teneatur de proprio, ſi conſtat, alia bona in hæreditate non remanſiſſe, niſi ea, quæ ipſe aſſerit, quia forſan patrimonium in immobilibus tantùm conſiſtit; in qua mihi videtur, illam frequentius obtinuiſſe ſententiam, quæ hæredi fauet.

Ratio aſſignatur, quia ideò hæres non confecto inuentario vltra vires patrimonij tenetur, quia lex præſumit, ipſum ſubtraxiſſe, & occultaſſe res hæreditarias, & fingit, hæreditatem eſſe locupletem, ad tex. *in §. Sancimus, auth. de hæred. & falcid.* vndè ſi conſtat de contrario, ceſſat legis præſumptio, videantur Doctores quos refert. Dom. Præſ. de Franch. *deciſ.* 536. Cancer. *var. reſol. par. 3. tit. de inuentario, n.* 113. *& ſeqq.* Gizzarel. *deciſ.* 56. vbi Addentes, Ful. Lanar. *in addit. ad Reg. Lanar. in tit. de ſucceſſ. feud. num.* 37. & ità ego ſub die 13. menſis Iunij 1634. obtinui pro Don Franciſco de Tuſo coram Regente Rouito vti Iudice ſecundarum cauſarum Reu. Fabricæ; nam cũ præfatus D. Franciſcus condemnatus extitiſſet per Iudicem primarum cauſarum ad ſoluendum omnia legata pia relicta per Corneliam Coſſo eius matrem: Dicebam ego in gradu appellationis; teſtatricem non 3
potuiſſe, niſi de decima ſuarum dotium diſponere, quæ aſcendebat ad Ducatos mille, ex quo in reliquis nouem ex lege municipali *Si qua moriens*, habebat os clauſum.

Et quamuis ab Oeconomo Tribunalis replicaretur, D. Franciſcum bonorum maternorum non confeciſſe inuentarium, ac proindè teneri de proprio, Reſpondi ego, opus non fuiſſe inuentarium conficere, ex quo conſtabat, teſtatricem non aliud, niſi dotem ad decem mille aſcendentem in bonis reliquiſſe, ſicque fraudis præſumptionem prorſus ceſſare, ad quod indiuidualem deciſionem Senatus Cathaloniæ allegaui, quam refert Doctiſſimus Fontanell. *to. 1. de pact. nuptial. clauſ. 4. gloſ. 5. num.* 47. vndè per dict. D. Regentem fuit prouiſum, benè fuiſſe, & eſſe appellatum, ac proindè D. Franciſcum eſſe abſoluendum, ſaluis iuribus Reuerendæ Fabricæ agendi contra collegatarios, quibus fuerunt integra legata ſoluta.

His ſic ſtantibus in quæſtione propoſita nullo pacto in iudicio animæ poterit Aduocatus defendere 4
creditorem, qui vellet vltra vires hæreditarias ſibi ſatisfieri, ex quo lex ciuilis, quæ ſuper aliqua fundatur præſumptione, in foro conſcientiæ non attenditur, quando veritas præſumptioni repugnat; & ita in puncto concludunt Bal. & Angel. *in l. fin. C. de iur. delib.* Abb. *in c. 1. num. 4. de ſolut.* Iaſ. *in rubr. de acq. hæred. circa finem*, Gomez. *in l. 3. Tauri. num.* 121. Graff. *deciſ. lib. 2.*

lib.2.cap.10.num.30.par.1.]Menoch. *conſ.37.num.56. lib.1.* & alij, quos citat, & ſequitur Io. Petr. Ala *de Aduocat.Chriſtian.q.*60. vbi *in fine* Aduocatos admonens, dixit hæc verba; Et *ideò caueat Aduocatus ab his peccatis mortalibus,vt facilè poterit, ſi in omni controuerſia ſibi propoſita exquirat prius rationem diuinæ legis,quam iuris ſcripti.*

SVMMARIVM.

1 *Aduocatus an peccet mortaliter defendens cauſam iniuſtam, ex quo Cliens ei dixit, pro certo ſcire Iudicem pro ipſo pronunciaturum,& n.2.3.4.& 6.*

5 *Iudicij euentus incertus eſt.*

7 *Peccatum mortale committit,qui aliquid facit,credens eſſe mortale, quamuis non ſit tale.*

ARGVMENTVM.

Aduocatus num peccet mortaliter, ſi agnoſcens Clientem malam fouere cauſam,illúmque admonens, vt liti cederet,cauſę tutelam proſequatur, ex quo à Cliente ſic rogatus extitit, cum ſciret Iudicem pro ſe pronunciaturum, provt cum effectu euenit,& de aliis.

CAPVT XII.

1 ADVOCATVS agnoſcens clientem malam fouere cauſam, illumquè admonens, vt liti cederet,dubitatur, an peccet mortaliter, ſi cauſæ tutelam proſequatur, ex quo à cliente ſic rogatus extitit, cùm ſperaret, Iudicem pro ſe pronunciaturum,provt cum effectu euenit.

Afflict. noſter dubitat de hoc in *Conſtit. Aduocatos,num.12.verſ.ſed hic quæro*,quò loci pro Aduocato reſpondet. Aſſignat rationem, quia poſtquam ſententia pro cliente fuit lata, præſumendum eſt,Iudicem meliori conſcientia fuiſſe motum, ad tradita per Bald.*in l.rem non nouam,verſ.item nota,C.de iudic.* potuit enim Aduocati conſcientia erronea eſſe,illaquè Iudicis veridica, provt iuris eſt præſumptio, ad text.*in l.Herennius,§.Caio,ff.de euiction.* & in *l.ſeruo inuito,ff.ad S.C.Trebell.*id quod verum putauit Afflict. Excepto,ſi Aduocatus ex ſui clientis confeſſione,vel aliter ſcientiam habuiſſet, Iudicem aduerſarij odio, vel clamore,ſiue prece, aut pretio fuiſſe corruptum; quo caſu exiſtimauit *Afflict.* Aduocatum à peccati labe excuſari non poſſe.

At Ioan.Petr. Ala in *ſuo eleganti Opuſculo de Aduocato,& Cauſidico Chriſtian.q.*78. Afflict.theoricam examinans,duos in hac re diſtinguit caſus: quorum primus eſt, quando Aduocatus agnoſcens clientem malam fouere cauſam, illumquè admonens, vt liti cedat, precibus ductus cauſam defendit, ſimpliciter tamen Iudici, iura, quibus cliens potitur, ſubminiſtrans; Alter caſus eſt,quando agnoſcens Aduocatus clientem nullo bono iure fulciri, precibus ſubmotus cauſam obſtinatè, ac ſtudioſè tanto animi ardore tuetur,acſi cauſa omninò eſſet iuſta;vt in primo caſu *Afflict.*ſententia omninò procedat.Ratio aſſignatur, quia tunc Aduocatus non dat operam rei illicitæ, nec aliquid facit, quod ſuæ conſcientiæ repugnet: quod tamen procedere ait,quando non fuit conſultus à principio cauſæ;ſed tantùm in calculo ferendæ ſententiæ; ſecus verò in ſecundo, in quo omnes Theologi conueniunt, lethale peccatum ſubintrare, quoties Aduocatus ſciens, & prudens cauſam tuetur iniuſtam.

Nec ſuffragari illam vnicam *Afflicti* rationem, 2
nimirùm quòd ſit præſumendum pro ſententia demùm ſubſequuta, & quòd in conſcientia Aduocati potuit conſiderari error:nam huic rationi dupliciter reſpondetur, & primò, non alitèr potuiſſe Aduocatum certò ſcire,ſententiam pro cliente fore ferendam,cùm incertus ſit iudiciorum euentus; *l.quod debetur, ff. de peculio*,imò potius ſperare, fore Iudicem illam amplexurum ſententiam, quam multò antè cognouit Aduocatus contra ſuum clientem veriorem eſſe; quo fit, vt dùm ſciret cauſam iniuſtam, eamquè à cliente rogatus defendere voluerit, dicendum eſt,temerè, atque inconſultè peccandi periculo ſe expoſuiſſe, & conſequenter à peccato excuſari eum non poſſe; ad tradita per Nauar. *in can. inter verba,11.q.3.concl.1.num.19.*& in *cano.Si quis autem, num.4.de pœnit.diſtinct.7.* & Azor. *Inſtit.moral.lib.1. cap.14.in fine.*

Secundò reſpondetur, Aduocatum, qui cauſam 3
defendit iniuſtam, contra ſuam conſcientiam, mortaliter peccare, adhuc ſi conſcientia erraret, & cauſa eſſet iuſta; Azor *loc.cit.lib.2.c.8.* vbi dicit,eum peccare mortaliter, qui aliquid facit,credens eſſe mortale,quamuis non ſit tale:vide illum,quia in hac materia conſcientiæ errantis habes multa ſcitu digna, & neceſſaria.

SVMMARIVM.

1 *Aduocatus an in foro conſcientiæ teneatur reſtituere clienti mercedem pro futuro patrocinio acceptam, ſi Cliens patrocinium demùm non exquiſiuit.*

2 *Retentio fauorabilior eſt,quàm actio.*

3 *Aduocatus ſi in progreſſu litis agnoſcens Clientem malam fouere cauſam,tutelam deſeruerit, an tuta conſcientia ſalarium acceptum retinere poſſit, & quid ſi in morbum inciderit,num.4.& 5.*

ARGVMENTVM.

Aduocatus, qui mercedem accepit pro futuro patrocinio,nùm teneatur in foro conſcientiæ illam reſtituere, ſi cliens ampliùs patrocinium non exquiſiuit; & quid ſi in progreſſu litis agnoſcens clientem malam fouere cauſam, tutelam deſeruerit;& de aliis ad materiam pertinentibus.

CAPVT. XIII.

1 ADvocatvs, qui mercedem à cliente accepit pro futuro patrocinio in aliqua lite præſtando, dubitatur, an in foro conſcientiæ teneatur pecuniam acceptam reſtituere, ſi cliens ampliùs patrocinium non exquiſiuit.

Excitat dubium hoc Io. Petr. Ala in *ſuo eleganti opuſculo, de Aduocato, & Cauſidico Chriſtian. quæſt.* 21.
quò loci in ea reſidet ſententia, vt nullatenus ſit locus reſtitutioni, ſi tamen nulla ex parte Aduocati dolus, aut negligentia conſiderari poſſit, cur cauſæ non
2 vacauerit. Ratio eſt, quia in omni materia fauorabilior eſt retentio, quam petitio; ad text. *in l. per retentionem, Cod. de vſur.* Dec. *conſ.* 299. *num.* 4. & in *l. diem functo, ff. de off. Aſſeſſor.* vbi etiam Curt. Iun. in ſpecie loquitur de ſalario Aduocati. Id quod procedit, adhuc ſi cliens pecuniam datam repetere vellet, quia ſat eſt, quòd non ſtet per Aduocatum, quin patrocinium præſtet.

3 Idemque aſſeuerandum, ſi Aduocatus in progreſſu litis agnoſcens clientem malam fouere cauſam, illius tutelam deſeruerit, vt adhuc tuta conſcientia ſalarium acceptum retinere poſſit, dummodò alicuius culpæ, aut negligentiæ reprehendi non poſſit, quare initio cauſam non cognouerit iniuſtam; ita Cyn. *in l. rem non nouam, C. de iudic.* Bellamer. *in c. fin. in penul. quæſt. extr. de poſtul.* Angel. *in ſum. in verb. Aduocatus, n.* 14. Sylueſt. *num.* 15. Tabie. *circa finem*, Roſel. *num.* 9. & alij penes eundem de Ala *loco cit. q.* 28.

4 Poterit etiam tuta conſcientia ſalarium acceptum Aduocatus retinere, ſi demùm in morbum inciderit, adeò vt patrocinium præſtare nequeat, adhuc ſi cliens alium ſuſceperit patronum; ita Afflict. *in Conſtit. Hac edictali, n.* 6. Horat. Viſcon. *in ſuis concl. in verbo, Aduocatus*, & Alij penes Addentes ad Intrigliol. *ſingul.* 42. *n.* 26. *li.* 2. Et his addo Lanfranc. Zacchiam in *ſuo tract. de Salario, quæſt.* 5. *num.* 42. vbi relatis Bart. *in l. Meuia ff. de annuis lega.* & *in l. diem functo ff. de officio Aſſeſſor.* Bald. *in l.* 1. *C. de Suffrag.* Caſtr. *in l. ex conducto. §. item cum quidam n.* 7. *ff. de loca. & cond.* & Alex. *in l. ſi vno, ff. hoc eod. tit.* affirmat deberi Ad-
5 uocato conſtitutum ſalarium, non ſolum ſi non ſtetit per ipſum quominus patrocinium præſtiterit; ſed etiam ſi non inſeruiit ob cauſam in eius perſonam contingentem, vt putà ſi in aliquam inciderit infirmitatem.

SVMMARIVM.

1 *Aduocatus, qui à multis annis recepit annuum ſalarium, ſi contigerit inter ipſos clientes litem oriri, an poſſit vnum contra alium defendere, & n.* 4.

2 *Clericus beneficiatus in pluribus Eccleſiis an poſſit vni contra alium patrocinium præſtare.*

3 *Promiſſio ſecunda operarum intelligi debet ſine præiudicio iuris quæſiti alteri ex prima promiſſione.*

ARGVMENTVM.

Aduocatus, qui à pluribus annis recepit ſalarium, ſi contigerit inter ipſos clientes litem aliquam oriri, nùm poſſit vnum defendere clientem contrà alium? & de aliis ad materiam pertinentibus.

CAPVT XIV.

ADvocatvs, qui à multis annis recepit ſalarium, ſi contigerit inter ſuos clientes litem aliquam oriri, dubitatur, an poſſit vnum defendere clientem contra alium? In hoc dubio ſi eſſet attendenda opinio Gloſ. *in cap. fin. in verb. contra Eccleſiam, extra. de poſtul.* fas eſſet reſpondere, neutri fore patrocinium præſtandum: etenim Gloſ. hæc exiſti- 2
mauit, Clericum beneficiatum in pluribus Eccleſiis, non poſſe vni contra aliam patrocinium præſtare.

At receptior eſt ſententia illorum, qui exiſtimarunt, teneri in caſu propoſito Aduocatum ad patrocinium ſuſcipiendum pro cliente antiquiore, & ſic pro illo, cui primò dedit fidem, dummodò iuſtam foueat cauſam, ita Paul. de Caſtr. *in l. in operis, ff. locat.* vbi rationem reddit, nimirum, quia ſecunda promiſ- 3
ſio operarum per Aduocatum facta intelligi debet ſine præiudicio primæ, ſiue iuris quæſiti alteri ex prima promiſſione; Rip. *in l. fi. num.* 56. *ff. de priuileg. credit.* Roman. *conſ.* 47. *num.* 2. Alex. *in l. ſi filiofam. §. ſi vir in quinquennium, n.* 16 *ff. ſolut. matr.* At vbi ſecun- 4
dus cliens iuſtam foueret cauſam, primus verò iniuſtam, tunc nulla ratione habita prioritatis temporis, pro ſecundo erit patrocinium præſtandum. Verùm ſi vtriuſque clientis cauſa adeò dubia eſſet, vt nullatenus, quæ ſit iuſtior perſpici poſſit, partes primi clientis ſunt defendendæ; ita Barthol. Brixien. *in qu.* 69. Alber. *in l. quiſquis, num.* 7. *C. de poſtul.* Specul. *in tit. de Aduocat. §.* 1. *n.* 24. Io. Andr. *in cap. contractus, quæſt.* 1. *de regul. iur. in* 6. Rom. *d. conſ.* 47. *num.* 2. Rol. à Vall. *conſ.* 44. *n.* 24. *lib.* 2. Card. Alex. *in can. Epiſcopum,* 7. *q.* 1. Cancer. *variar. reſol. p.* 2. *in tit. de procurat. à n.* 71. *& per tot.* 75. & alij penès Ioan. Petr. Ala *in tract. de Aduocat. Chriſtian. q.* 23.

SVMMARIVM.

1 *Aduocatus, cui à cliente fuit conſtitutum certum annuum ſalarium, an tuta conſcientia illud exigere poſſit, ſi cliens nullas habuit lites.*

2 *Aduocatus an poſſit maius petere ſalarium, quàm illud conuentum, ſi cliens plures lites habuit, quarum reſpectu ſalarium conſtitutum dicitur exiguum.*

3 *Medicus Communitatis, vel Principis, ſalarium conuentum conſequi debet, licet non ſeruierit quando per ipſum non ſtetit.*

4 *Medico debetur ſalarium habita ratione laboris.*

ARGVMENTVM.

Aduocatus, cui à cliente fuit conſtitutum certum annuum ſalarium, nùm poſſit tuta conſcientia tranſacto anno illud exigere, ſi in illo anno cliens nullas habuit lites; & de aliis.

CAPVT XV.

1 ADVOCATVS, cui à cliente fuit conſtitutum certum annuum ſalarium, an tuta conſcientia tranſacto anno poſſit illud exigere, ſi in illo anno cliens nullas habuit lites.

Hæc quæſtio non eſt ſine controuerſia; at receptior eſt ſententia illorum, qui pro Aduocato reſponderunt; Primò, quia per ipſum non ſtetit, quominus patrocinium præſtaret, ſicque ei nihil imputari poteſt; Secundò, quia ſtante dicta conuentione, ſi cliens plures lites habuiſſet, quarum reſpectu ſala-
2 rium conſtitutum diceretur exiguum, tamen Aduocatus non potuiſſet maius petere; ergo eodem modo vbi cliens nullas illo anno habuit cauſas, tenetur totum ſoluere ſalarium; ita ſanè ſcripſerunt Afflict. *in Conſtit. Hac edictali, num.* 5. Gutierrez *pract. qq. lib.* 1. *quæſt.* 32. *num.* 1. *&* 2. P. Diana *reſolut. moral. tract.* 15. *reſol.* 42. *per totam*, Horat. Viſcon. *in ſuis concl. in verb. Aduocatus, in pr.* & Addentes ad Intrigl. aliis omiſſis *ſingul.* 42. *num.* 14. *& ſeqq. lib.* 3.

3 Idemque dicendum in Medico, cui à Principe, vel à Communitate, per certum tempus conducto annuum certum fuit conſtitutum Salarium; nam ſi intra illud tempus nemo ex ciuibus in morbum inciderit, non per hoc, quia non inſeruijt, conſtitutum Salarium poterit ei denegari; ſed omni iure eidem erit illud ſoluendum: ita ſatis benè, & in puncto ex text. *in l. qui operas ff. locati*, ſcripſit Lanfranc. Zacchias *in ſuo nouiſſimo tra. de Salario, q.* 75. *n.* 46. *&* 47. & per hæc verba: Sexto, & vltimò ampliatur, quod debeatur Salarium conuentum Medico, licèt ſuas operas non præſtiterit in caſu, quo Princeps, vel Communitas illum conduxerit ad tempus pro certo Salario, & intra tempus in contractum deductum, nec Princeps, nec aliquis illius Communitatis inciderit in morbum: *l. qui operas ff. locati*.

4 Et quamuis regularitèr Medico ſoluendum ſit Salarium habita ratione laboris, Gloſ. in *c. qui ſtudet, in verbo, Sanitatis*, 1. *q.* 1. Bart. in *l. Seio, ff. de annuis legatis*, Thom. Act. *de infirmit. p.* 1. *cap.* 49. *num* 1. Rot. *in dicta Romana mercedis, coram D. Lancelloto*, & in *alia Romana mercedis coram San. Memor. Innocentio X.* impreſſa penès Marcheſan. *de commiſſion. part.* 1. *fol.* 1197. *n.* 2. Attamen hoc non procedit in Medicis Principis, & Communitatis annuatim Salariatis; quoniam ſufficit ipſos eſſe paratos ad medendum, quotieſcunque euenerit caſus infirmitatis, ad effectum vt Salarium conſequantur: argumento *l. ſed & addes, §. cum quidam, ff. locati, l. qui operas, ff. eodem*. Gloſſ. in *l. ſi vno. §. cum quidam, verſ. cum autem ff. eodem tit.* hæc ille.

SVMMARIVM.

1 *Bona fideicommiſſo ſubiecta poſſunt pro dote, & donatione propter nuptias, in ſubſidium alienari; ſed an principaliter, vbi teſtator fideicommittens diſpoſuit, vt pro dote alienari poſſint, n.* 2. 3. 4. 5. 6. 10. 11. 12. *&* 13.

7 *Bona fideicommiſſo ſubiecta poſſunt in ſubſidium alienari pro dote conſtituenda, vel reſtituenda, etiam ſi in contrarium adeſſet teſtatoris diſpoſitio.*

8 *Hæres grauatus de reſtituendo hæreditatem poſt mortem, nùm poſſit in vita bona reſtitutioni obnoxia alienare.*

9 *Dos, quæ in bonis conſiſtit mobilibus, ſoluto matrimonio non poteſt repeti, niſi poſt annum, niſi teſtator contrarium diſpoſuerit.*

14 *Tex. in* l. creditoris arbitrio 8. ff. de diſtract. pign. *pluribus modis limitatur.*

15 *Creditori, qui debitoris ſui habet obligata bona feudalia, & allodialia; non poteſt ſatisfieri ſuper bonis allodialibus in præiudicium creditoris poſterioris, qui allodialia tantùm hypothecata tenet, idemquè in creditore, qui habet obligata bona libera, & fideicommiſſo obnoxia, num.* 16. *&* 18.

17 *Creditor, qui habet obligata bona feudalia, & allodialia; tenetur prius diſcutere allodialia, & demùm ad feudalia recurrere.*

19 *Statutum, vel diſpoſitio hominis agnationis reſpiciens fauorem, fœminas, in quibus finitur agnatio, non comprehendit.*

ARGVMENTVM.

Alienari in ſubſidium cùm poſſint bona fideicommiſſo ſubiecta, pro dote conſtituenda, vel reſtituenda, dubitatur an actio hæc mulieri competens, Subſidiaria ſit cenſenda, vel potius directò ſuper bonis illis agi poſſit; ex quo fideicommittens, fideicommiſſum ordinando, diſpoſuit expreſsè, vt pro dote bona vinculata alienari, vel obligari poſſint. Creditor anterior, qui habet obligata bona feudalia, & burgenſatica, ſiue fideicommiſſo ſubiecta, & libera, nùm poſſit in perniciem creditorum poſteriorum, qui non niſi bona libera habent hypothecata, omittere feudalia, ſeu fideicommiſſo obnoxia; & ad burgenſatica, ſeu libera pro ſuo credito conſequendo recurrere? & de aliis.

CAP.

CAPVT XVI.

1 ALIENARI poſſe bona fideicommiſſo ſubiecta pro conſtituenda, vel reſtituenda dote, ſiue donatione propter nuptias, in ſubſidium tamen; bonis liberis non exiſtentibus, vulgatum eſt iuris axioma, deſumptum ex text. *in auth. res quæ C. commun. de legat.* & *in corpore* vndè ſumitur.

Sed contigit in ſupremo huius Regni Senatu dubitari, an ſubſidiaria ſit cenſenda actio pro dote ex bonis fideicommiſſatis conſequenda, cùm teſtator fideicómiſſum ordinando, vt bona ſua nullo vnquã tempore alienari, vel obligari poſſent, exceperit expreſsè cauſam dotis, vt ſcilicèt pro dote alienari, vel obligari poſſent.

2 Supponebatur enim in facto, quendam Hectorem de Sorbis Capuanum, Alfonſum, cæteroſque filios hæredes inſtituendo, his, quæ ſequuntur, verbis, fideicommiſſum ſuper bonis ſuis ordinaſſe.

Item voglio, che detti miei figli, & heredi vniuerſali inſtituiti non poſſano diſponere di tutta la quantità da me laſciatali, più che di ducati 500. acciò la robba mia reſti nella famiglia, verùm diſponendo frà di loro fratelli, poſſa ogn'vno di eſſi diſponere di ducati mille, e non più, e queſto, acciò la robba ſi conſerui nella famiglia: mà pigliando moglie, ciaſcheduno di eſſi poſſa cautelare le doti, e ragioni dotali ſopra la portione loro, non oſtante detto fideicommiſſo: perche in tali caſu tantùm dò a ciaſcheduno di eſſi libera poteſtà.

Defuncto Hectore ſic diſponente, Alfonſus vnus ex filiis, & hæredibus inſtitutis vxorem duxit, certa dote accepta, ac demum non mediocri ære alieno contracto, inſimul cum vxore deceſſit, duabus filiabus ſibi ſuperſtitibus, à quibus cùm adita eſſet patris
3 hæreditas, ſub qua includebantur bona ab Hectore auo relicta, inſurrexerunt paterni creditores, petentes, ſuper bonis ab Alfonſo debitore quæſitis ſibi ipſis ſatisfieri: Contradicebant filiæ, inſtantes, anteriorem earum eſſe cauſam pro dotibus maternis, ſicquè prætendebant, bona Alfonſi patris pro maternarum dotium reſtitutione retinere, bonáque Hectoris aui virtute fideicommiſſi præcipua habere; At creditores opponebant, contendentes, dotis cauſam non niſi ſuper bonis auitis eſſe diſcutiendam; quæ quidem bona licèt eſſent fideicommiſſo obnoxia, fuit tamen à fideicommittente expreſſis verbis à fideicommiſſi vinculo dos excepta, vnde non in ſubſidium, provt ius mandat; ſed principalitèr, provt teſtator diſpoſuit, teneri dicebatur in hoc caſu filios ſuper bonis auitis recurrere; & hoc vt creditoribus ipſis, qui erant tempore poſteriores, potuiſſet de eorum iuribus ſuper bonis liberis eſſe conſultum; quarè dubitatum fuit, quid iuris.

4 Ego creditorum iura tuitus dicebam, ex ſupradicta Hectoris diſpoſitione colligi apertè, illius mentem fuiſſe non alitèr bona ſua fideicommiſſo ſubijcere pro rata dotium per quemlibet ex filiis recipiendarum, dùm vxorem duceret; ſed vt illa prorſus remanerent libera, ſicque dicendum, portionem, quæ Alfonſo contigit, pro concurrenti quantitate dotium per vxorem ſibi ſolutarum remanſiſſe liberam, quod trahebat ſecum neceſſarium conſequens, vt ſuper portione illa tenerentur filiæ, & hæredes de dotibus maternis ſatisfactionem procurare: nec ex aduerſo opponi poſſe dicebam, provt aliqui nullo iuris fundamento fulti dixerunt, hanc teſtatoris diſpoſitionem intelligi ſubſidiariam, vt nimirùm poſſint bona fideicommiſſo ſubiecta pro dotis conſtitutione, vel reſtitutione obligari, vel alitèr alienari, non exiſtentibus bonis liberis, iuxta diſpoſita in *dicta auth. res quæ*, vndè cum in caſu, de quo agebatur, aderant bona libera, nimirùm ab Alfonſo debitore quæſita, ſuper illis tenebantur filiæ dotes conſequi maternas.

Etenim reſpondi, diſpoſitionem *auth. res quæ*, non 5
alitèr caſui noſtro applicari: ibi enim ſupponitur fideicommiſſum, & vt ex illo in ſubſidium dos ſoluatur; hìc autem negabatur, ex quo expreſſam habemus teſtatoris diſpoſitionem nolentis intelligi bona ſua fideicommiſſata pro concurrenti quantitate dotium, per quemlibet ex filiis recipiendarum, & ſic dùm Alfonſus, vt ſupponebatur, vxorem duxerat cum dote duc. 1800. tanta ſumma ſine dubio cenſebatur libera ſuper bonis per teſtatorem relictis, quo fit, vt tractari non poſſet de remedio ſubſidiario, de quo loquitur text. in *auth. res, quæ*.

Secundò, quando omnia bona diceremus fidei- 6
commiſſata, nemo ſani capitis (vt vtar verbis Conſiliarij Paſchalis *infra* citandi) conſiderare vnquam poterit, teſtatorem cogitaſſe, vt in ſubſidium bona, quæ fideicommiſſo ſubmiſit, pro dote obligari, vel alienari poſſint, dùm expreſsè diſpoſuit, vt eo caſu nulla de iniuncto fideicommiſſo poſſit haberi ratio.

Tertiò, ſi diceremus, in hoc caſu teſtatoris diſpo- 7
ſitionem ſubſidiariam eſſe intelligendam, ſeruiret illa de vento; nàm vt in ſubſidium poſſint bona fideicommiſſo ſubiecta obligari, vel alienari, claram habemus legem hoc diſponentem in *dicta auth. res quæ*, cuius quidèm ordinatio adeo vigoroſa ſemper exiſtit, vt communiter dixerint *ibi* Doctores, procedere illam, etiamſi in contrarium adeſſet teſtatoris diſpoſitio, mandantis, vt bona fideicommiſſo ſubiecta, nec etiam pro dote conſtituenda, vel reſtituenda, diſtrahi modo aliquo poſſint: id quod pro indubitato in omnibus Chriſtiani Orbis Tribunalibus tentum fuit, vt videre eſt penes Fontanell. nouiſſimè de his agentem in *tract. de pact. nuptial. tom. 2. clauſ. 5. gloſ. 1. p. 2. n. 70.* cum *pluribus ſeqq.*

Quartò, videmus aliquos in iure eſſe caſus, in qui- 8
bus diſpoſitio legis de per ſe non operatur illud idem, quod operatur, quando eſt iuncta cum diſpoſitione hominis; fac enim, vt quis inſtituatur hæres, cum hoc, vt poſt eius mortem alteri hæreditatem reſtituat, nonnè in hoc caſu adeſt tacita legis prohibitio, vt per hæredem bona, in quibus fuit inſtitutus, alienari non poſſint? certè ſic, & tamen dùm viuit poteſt hæres alienare, quamuis poſt mortem ipſo iure reſoluatur venditio, & dominium in fideicommiſſarium abſque vlla traditione transferatur; verùm ſi cum hac legis prohibitione concurreret etiam teſtatoris prohibitio, certè tunc nullatenus poſſet hæres alienare, Gloſ. *in l. cum pater, §. libertis, ff. de legat. 2.* Caſtrenſ. *in l. filiusfam. §. Diui*, poſt *n. 7. verſ. ſed contra primam, ff. de legat. 1.* Craſſus *in §. fideicommiſſum, quæſt. 56.* per *totam*, & alij. Inſuper legem habemus, 9
vt dos, quæ conſiſtit in bonis mobilibus, ſoluto matrimonio non poſſit repeti, niſi poſt annum, *l. vnica, §. exactio, C. de rei vxor. action.* at ſi vir in teſtamento dotem vxori reſtitui mandauerit, vt huiuſmodi hominis diſpoſitio aliquid operetur, vltra diſpoſitionem legis ſtatutum eſt, vt ſtatim peti poſſit; *l. 1. §. verum, ff. de dot. præleg.* & *§. ſi vxori, Inſtit. de legat.* ſic in caſu propoſito dicendum, nam quamuis ſit à iure 10
diſpoſitum, vt non niſi in ſubſidium poſſint bona fideicommiſſo ſubiecta pro dote alienari, vel obligari, attamen concurrente hominis prouiſione mandantis, vt fideicommiſſo non obſtante bona illi obnoxia pro dote obligari, vel aliter diſtrahi poſſint, vt diſpoſitio illa hominis non ſit eluſoria; ſed vt ali-

quid

quid operetur, cogimur affirmare, vt nullatenus ſubſidiaria ea cenſenda ſit; ſed quòd pro ea adimplenda poſſint abſolutè pro dote bona fideicommiſſo ſubiecta hypothecari, vel aliter alienari.

11 Quintò, hæc omnia grauiſſimorum. I.CC. authoritate confirmabam; nam vt bona fideicommiſſo ſubiecta non in ſubſidium; ſed principaliter poſſint pro dote obligari, vel alienari, quando teſtator fideicommittens declarauit, vt ex bonis, quæ fideicommiſſo ſubmiſit, poſſit dos conſtitui, vel reſtitui, tenuerunt Paul. de Caſtr. *conſ.* 102 *num.* 2. *vol.* 2. Io. de Monteſperel. *conſ.* 212. *dub.* 2. *num.* 5. Philipp. Corn. *conſ.* 197. *num.* 20. *& ſeq. lib.* 1. Cephal. *conſ.* 253. *n.* 43. *& ſeq. lib.* 2. *&* 482. *n.* 48. *&* 60. *lib.* 4. Burſa. *conſ.* 179. *ſub num.* 21. *lib.* 2. Petr. Cabal. *conſ.* 143. *num.* 35. *cum ſeq.* Decia. *conſ.* 10. *num.* 8. *& ſeq. & num.* 25. *lib.* 2. *& conſ.* 9. *num.* 15. *& ſeq. lib.* 3. Pedroc. *conſ.* 31. Honded. *conſ.* 90. *num.* 21. *lib.* 1. Chriſtoph. Torniol. *conſ.* 22. *num.* 30. Iacob. Menoch. *conſ.* 88. *n.* 50. *conſ.* 151. *dub.* 1. *conſ.* 183. 242. *num.* 3. *&* 4. *conſ.* 327. *num.* 127. *& conſ.* 296. *num.* 13. Rot. Rom. *deciſ.* 477. *verſ. vltimo, par.* 4. *diuerſorum*, Borgnin. Caualca. *deciſ.* 5. *num.* 9. *& deciſ.* 81. *numer.* 92. *& ſeq. par.* 3. & Philippus Paſchal. omninò videndus, *tract. de viribus patr. poteſt. par.* 2. *cap.* 7. *à n.* 15. *vſque ad* 31. quò loci adeo doctè hanc defendit ſententiam, magis communem appellans, omnibuſque quæ in contrarium adduci poſſunt reſpondendo, vt aliud pro occurrentis articuli reſolutione deſiderari non poſſit.

12 Et quamuis non deſint Doctores, qui aduerſus hanc, quam tuemur, opinionem inſurrexerint, vt videre eſt penes Io. Petr. Fontanel. *cit. tract. de pactis nuptial. tom.* 2. *clauſ.* 5. *gloſ.* 1. *par.* 2. *num.* 11. *& ſeq. fol. mihi* 30. nulla tamen de illorum dictis poteſt haberi ratio; quia, vltra quòd contradicunt magis communi, & receptæ omnium ſententiæ, ac penitus ſine ratione, & fundamento, vt ex eorum diſcurſu facilè perpendi poteſt; ad caſum, de quo nos agebamus, allegari non merebantur: loquuntur enim in caſu, vbi nullum conſideratur Tertij præiudicium, & ſic quando mulier dotem petit ab hærede debitore, qui bona libera, & vinculata poſſidet, nam vt priùs dotem conſequatur ſuper bonis liberis, & in illorum defectum ſuper fideicommiſſo ſubiectis, nullum ſubintrat ipſius, vel alterius intereſſe, quamuis teſtator dotem ex bonis vinculatis percipi poſſe permiſerit;
13 At quando mulier ipſa gerit vices duorum, quia ipſa eſt hæres debitoris, cui fuit fideicommiſſum iniunctum, poſſidens iam bona fideicommiſſata, & libera, ac inſimul eſt creditrix pro dotibus, ſicque vult bona libera à debitore quæſita pro dotis cauſa retinere, & vinculata præcipua conſequi, non inueni Doctorem, qui in perniciem creditorum poſteriorum hoc fieri poſſe exiſtimauerit, dùm teſtator non ſolùm dotem ex bonis fideicommiſſatis percipi poſſe non prohibuit; ſed expreſſis verbis liberè conſequi poſſe mandauit, id quod modò patebit clariùs.

Sextò, quando hæc omnia in medium non ſe obtuliſſent, adhuc dicebam, creditorum iura in tuto eſſe, nam etſi hę mulieres pro dotibus maternis eſſent omnibus anteriores, & vti tales poterant pro arbitrio ſuper illis bonis hæreditariis recurrere, quæ ipſis commodiora videbantur, ad tex. in *vulgata l. creditoris*
14 *ris arbitrio, ff. de diſtract. pignor.* attamen aliquando vidimus, hoc creditoris arbitrium fuiſſe à Doctoribus refrænatum, & ſignanter quando creditor anterior agens ſuper certis corporibus, non poteſt demùm ſuper aliis bonis communis debitoris creditoribus poſterioribus eſſe conſultum, provt in caſu, de quo agebamus.

15 Id quod in dies practicamus in concurſu creditorum, qui bona feudalia, & allodialia obligata habent, & illorum, qui non niſi allodialia tantùm hypothecata tenent, vt creditor, qui poteſt ad bona feudalia recurſum habere, quamuis ſit anterior, non poſſit omittendo bona feudalia, ſuper allodialibus in præiudicium creditorum poſteriorum ſatisfactionem obtinere; videantur quæſo Minad. *deciſ.* 13. Anna pater *alleg.* 141. Anna filius *conſ.* 63. *num.* 4. *& conſ.* 76. *num.* 1. de Pont. *trac. de poteſt. Proreg. rubr. de aſſenſ. Reg. ſuper dot. in princ. num.* 38. Addentes ad Capyc. *deciſ.* 33. *num.* 3. *verſ. hac concluſio limitatur*, Taſſonus *alleg.* 27. *num.* 42. *verſ. quintò, & tandem*, intus *tract. de antefat.* & præ cæteris ſingulariter Anel. Amat. *conſ.* 95. *per totum*, vbi in calce refert deciſionem Collateralis Conſilij emanatam in cauſa Creditorum Marchionis Montiſnigri, in qua concurrentibus creditoribus anterioribus, qui habebant in forma valida obligata omnia bona feudalia Marchionis, etiã titulata, & aliis poſterioribus, qui ſimiliter habebant obligata bona feudalia, ſed non titulata, fuit deciſum, vt creditoribus anterioribus ſatisfieret ex pretio peruento ex Terra Montiſnigri titulo decorata, ſic eorum arbitrium refrænando; poſterioribus
autem eſſe ſatisfaciendum ſuper feudis non titulatis: 16
Et in bonis fideicommiſſatis, vt exiſtente creditore anteriore, qui habebat bona omnia debitoris ſui obligata, etiam illa, quæ eſſent fideicommiſſo ſubiecta, non poſſit ille in perniciem creditorum poſteriorum recurſum habere ſuper bonis liberis, dicit deciſum habere ſuper bonis liberis, dicit deciſum Molin. *de Hiſpan. primogen. lib.* 4. *cap.* 7. *à numer.* 17. quem citat, & ſequitur Amat. *citato conſ.* 95. *num.* 12. *& ſeq.* quorum dictis non aduerſatur *deciſio* Præſid. de Franchis 519. vbi concurrentibus creditoribus ex cauſa dotis, ſibiquè ſatisfieri petentibus ſuper omnibus bonis vinculatis, & liberis; concurrentibus etiam aliis non priuilegiatis, & inſtantibus, vt creditoribus ex cauſa dotis ſatisfieri deberet ex pretio bonorum fideicommiſſo ſubiectorum; fuit deciſum pro fideicommiſſario, qui opponebat, actionem agendi pro dote ſuper bonis vinculatis eſſe ſubſidiariam, ad tex. *in d. authen. res, quæ*, ac proindè ſuper illis recurſum haberi non poſſe, niſi priùs diſcuſſis bonis liberis; In caſu autem à *Molin.* propoſito habebat creditor bona maioratui obnoxia, cum Regia diſpenſatione obligata, ac etiam bona libera, vndè non erat, cur ibi de ſubſidiaria actione tractari potuiſſet, cùm omnia bona principaliter obligata eſſent, & ſic tàm libera, quàm maioratui ſubiecta.

Et licèt apud nos ex inueterata iudicandi conſue- 17
tudine (quam credo fuiſſe deſumptam ex Sceuolæ reſponſo in *l. pater filium, in fine* 36. *ff. de leg.* 3.) quando creditor, qui habet obligata bona feudalia, & allodialia, vult creditum ſuum conſequi, teneatur priùs diſcutere bona allodialia, & demùm ad feudalia recurrere, vt per Minad. Reg. de Pont. & vtrumque Annam ſuprà relatos, hoc practicauimus ex quadam æquitate, ne feuda, quæ ſolent eſſe magni momenti, ſic de facili à feudatariorum poſſe eripiantur; eoquè magis, cùm in hoc creditor nullum patiatur intereſſe: At quando adeſt concurſus credito- 18
rum, practicamus inuiolabiliter concluſionem ſupra poſitam, vt creditor, qui habet aſſenſum, quamuis anterior, teneatur priùs recurrere ad bona feudalia, ibiquè ſatisfactionem procurare, ad hoc vt ſuper bonis liberis cæteris creditoribus poſterioribus poſſit eſſe conſultum.

Quæ omnia in caſu, de quo agebamus, eò magis de plano procedere dicebam, ex quo non aderat perſona, cui propriè potuiſſet competere exceptio hæc, vt diſcuterentur priùs bona libera; etenim oppoſitio

hæc

hæc non poteſt fieri, niſi à poſſeſſore bonorum fideicommiſſo ſubiectorum, cùm à muliere pro dote conſtituenda, vel reſtituenda conueniatur; poſſeſſores autem in caſu, de quo agebamus, bonorum fideicommiſſo ſubiectorum erant ipſæmet mulieres, quibus volentibus ſuper bonis vinculatis ſibi ipſis ſatisfieri, non extabat, qui opponere potuiſſet, vt diſcuterentur priùs bona libera.

19 Vltimò, hæc ſententia eo magis in caſu, de quo agebamus indubitata reddebatur, conſiderantes cauſam, ob quam Hector Alphonſi pater ſuorum bonorum prohibuerat alienationem; ea enim fuit, ad hoc vt bona in ipſius teſtatoris familia conſeruarentur, ſub illis geminatis verbis, *e queſto acciò le robbe ſe cõſeruino nella fameglia*; cùmque Alphonſus, nullo relicto filio maſculo deceſſerit; ſed tantũ filiabus fœminis, per quas diſpoſitio familiæ fauore facta, certũ eſt, quòd conſeruari non poteſt, conſequens erat dicere, vt hæ fœminæ nullatenus ab Hectore auo vocatæ cenſeri potuiſſent; ſicquè ex alio ceſſare prorſus prætenſum fideicommiſſum, ipſe contendebat, ſonat enim in auribus omnium concluſio illa, nimirùm, quòd vbicunque hominis diſpoſitio, vel ſtatutum, agnationis reſpicit fauorem, fœminas, in quibus finitur agnatio, non comprehendit, ità ſatis diſertè affirmarunt Io. de Anania *conſ. 4. col. 2. verſ. circà verò ſecundum dubium*, Ruin. *conſ.* 146. *num.* 4. *lib.* 2. Crauet. *conſ.* 180. *numer.* 1. *conſ.* 250. *& conſ.* 306. Riminal. ſen. *conſ.* 121. *lib.* 1. Pariſ. *conſ.* 63. *num.* 10. *& ſeq. lib.* 2. & *conſ.* 22. *num.* 41. *&* 43. *lib.* 3. Alciat. *conſ.* 69. *Viſis his, col.* 1. Crot. *conſ.* 48. *num.* 36. *& ſeq.* Cacher. benè *dec.* 127. *nu.* 4. *&* 5. Theſ. *dec.* 37. *nu.* 7. Viuius omninò videndus *deciſ.* 10. vbi alios citat.

SVMMARIVM.

1 *Bona fideicommiſſo ſubiecta poſſunt alienari pro dote conſtituenda, vel reſtituenda; ſed an pro expenſis, quæ vt perficiatur matrimonium neceſſariæ ſunt, & n.* 2. 3. 5. 6. 7. *&* 8.

4 *Ratio quæ ſit, vt bona fideicommiſſo ſubiecta alienari poſſint pro dote conſtituenda, vel reſtituenda.*

9 *Textus in* auth. res, quæ, C. communia de legatis, *an procedat in linea tranſuerſali.*

ARGVMENTVM.

Alienari cùm poſſint bona fideicommiſſo ſubiecta pro dote conſtituenda, vel reſtituenda; dubitatur, an hæc iuris concluſio procedat etiam, vt alienari poſſint pro impenſis, quæ vt perficiatur matrimonium neceſſariæ ſunt.

CAPVT XVII.

ALIENARI poſſe bona fideicommiſſo ſubiecta ex cauſa dotis, & donationis propter nuptias, diximus *cap. præcedenti*, ex iuribus vulgatis in *auth. res, quæ. C. comm. de legat. & fideicomm.* & in *corpore* vndè ſumitur, vbi Doctores communiter; latè ex recentioribus D. Reg. Rouit. *conſ.* 54. *& ſeq. lib.* 1. vbi omnes refert: idquè non modò in dote conſtituenda, de qua propriè iura prædicta loquuntur, ſed etiam in reſtituenda, tàm ante fideicommiſſi impoſitionem accepta, quàm poſt, vt ex Soc. Dec. Bolog. Couar. & aliis probat Mich. Craſ. *in §. fideicommiſſum, quæſt.* 57. *num.* 4. & hoc etiam ſi mulier tempore contracti matrimonij bona fideicommiſſo ſubiecta eſſe ſciebat, vt adhuc pro dotium acceptarum reſtitutione poſſint talia bona alienari, provt ex Couarr. contra Communem dicit deciſum Theſ. *deciſ.* 151. 1

Sed non ſemel inſurrexit controuerſia, an hæc omnia, quæ de dote, & antephato diximus, procedant in impenſis, quæ ad matrimonium perficiendum neceſſariæ ſunt, provt ſunt illæ, quæ erogantur in veſtibus, tàm ipſius ſponſi, eiuſquè familiæ, quàm ſponſæ; in donatiuis, in apparatu, & ornamentis domus, & aliis ſecundùm perſonarum qualitatem fieri ſolitis. 2

Et citra omne dubium affirmatiuè reſpondeo: quod ratione, & authoritate probatur.

Ratione, & primò, quia impenſæ hæ ad matrimonium præambulæ ſunt, dotiſquè appendices cenſentur, vt proindè idem debeat eſſe vtriuſque iudicium; argumento *l. oratio, ff. de ſponſal. l. ad legatum, ff. de procurat. l. quæ religioſis, ff. de rei vend.* cùm ſimilibus; ſi enim rationem inueſtigamus, quarè bona fideicommiſſo ſubiecta, vt propter dotem conſtituendam alienari poſſint, ſit diſpoſitum, illam eſſe dumtaxat inueniemus, nimirum ob publicam vtilitatem ad ſobolem procreandam, ad tex. in *l.* 1. *ff. ſolut. matrim.* hæc ratio, vt vides, comprehendit etiam omnes expenſas, quæ tam ante, quam in ipſo actu matrimonij, de iure, vel conſuetudine fieri debent: ſunt enim hæ, vt matrimonium perficiatur, ità neceſſariæ, vt ipſa dos, & donatio propter nuptias; non enim in illarum erogatione ſponſi liberalitas conſideratur, ſed mera neceſſitas, cùm eſſet illi maximè verecundum id non peragere; violaret enim conſuetudines, & apud bonos, & graues redargui poſſet, vt vtar Sacræ Romanæ Rotæ verbis *num.* 5. in recollectis per Farinac. *tom.* 1. & probat ex Noſtris Afſl. *deciſ.* 315. *num.* 8. 3 4

Si igitur eadem eſt ratio in dote, quæ in his, de quibus agimus, impenſis, conſideratur; conſequens eſt dicere, vt diſpoſitio *auth. res, quæ*, has etiam comprehendat impenſas; eſt enim illius *authen.* diſpoſitio fauorabilis, vt ex verbis patet; & probat Eugen. *conſ.* 54. *num.* 23. ac proindè ex rationis identitate ad caſum, de quo agimus, poteſt extendi; immò nec extenſio diceretur, ſed potiùs comprehenſio, *l. nominis, & rei, §. verbum ex legibus, ff. de verb. ſignif. l. his ſolis, C. de reuoc. an. donat.* 5

Authoritate etiam annuimus hanc probari ſententiam; ſic enim in *Commentariis* tenuerunt. 6

Bald. & Salycet. *in d. auth. res, quæ*, vterque *num.* 5. vbi dicunt, quòd ſine iſtis expenſis nuptialis feſtiuitas expediri non poteſt: & quamuis *ibidem* Curt. iunior. *num.* 37. contrarium ſentiat, procedit tamen

eius

eius opinio, vt benè aduertit Menoch. *infrà* citandus, quando hæ impenſæ ſecundùm patriæ morem non eſſent neceſſariæ.

In Conſiliis.

Roland. à Val. *conſ.* 19. *num.* 8. *lib.* 4.

Hieron. Gabr. *conſ.* 153. *n.* 16. *&* 17. *lib.* 2.

Bero. *conſ.* 116. *num.* 23. *&* 134. *n.* 10. *lib.* 2.

Camil. Latatha *conſ.* 112. *n.* 18.

In Tractatibus.

Marc. Ant. Pereg. *de fideicom. art.* 42. *n.* 90.

Iacob. Menoch. *de præſump. lib.* 4. *præſumpt.* 189. *num.* 140.

Hercul. Mareſc. *var. reſol. lib.* 2. *cap.* 69. *n.* 14.

Io. Petr. Fontanel. *de pact. nupt. clauſ.* 5. *gloſ.* 1. *p.* 2. *num.* 80. *& ſeq.*

Vincent. Fuſar. *tract. de ſubſt. q.* 531. *nu.* 46.

In Deciſionibus.

Rot. *deciſ.* 556. *par.* 1. *diuerſ. &* 131. *in recollectis per* Farinac. & in *alia relata* per Mareſcot. *coram Aldobrandino,* demùm *Clemente VIII. loco citat.*

Theſ. *dec.* 192. *circa finem, verſ. & vlteriùs in neceſſarium conſequens.*

7 Sic etiam, nè noſtri ſacri ſupremi Senatus authoritas deficiat; dico fuiſſe annis ſuperioribus bis deciſum, & practicatum ad fauorem Il. Ducis Balneoli, teſte D. Regen. Sanfelic. *deciſ.* 199. etenim cùm Dux ille priore loco nuptias contraxiſſet cum D. Donna Sancia de Mendocia, à Domino Rege noſtro in ſupremo Italico Senatu diſpenſationem obtinuit, vt pro impenſis ad matrimonium perficiendum neceſſariis poſſet Dux æs contrahere alienum pro ſumma ducatorum duodecim mille cum Monte Regni Caſtellæ, quos partim in mobilium emptionem pro domo, eiuſque & vxoris perſona decoranda; partim verò in donis ad vxorem iuxta morem tranſmiſſis, conuertit; & iterum hac Domicella defuncta, cùm idem Dux deſponſatus eſſet D. Donnæ Annæ Sfortiæ Romanæ, à Collaterali Conſilio ad relationem Sacri Conſilij Caſtri Capuanæ eandem obtinuit diſpenſationem, nulla ratione habita de oppoſitis pro parte Dominæ Donnæ Beatricis Mayorga eius amitæ ſuper bonis fideicommiſſo ſubiectis in caſu deficientiæ maſculorum eiuſdem Ducis nepotis vo-
8 catæ.

Scribebam hæc pro Magnifico Ioanne Baptiſta Maſſa, qui ſimilem diſpenſationem petebat; ſed Sacrum Conſilium Regni huius illam ei denegauit ſub die 19. Octobris 1613. referente Domino Conſiliario Carauita, non quia hæc omnia pro veriſſimis ha-
9 bita non eſſent; ſed quia repertum fuit, ſupplicantem non eſſe d. deſcendentibus fideicommittentis; ſed ex linea tranſuerſali, in qua ex receptiſſima Scribentium ſententia non procedit tex. *in d. auth. res, quæ,* ad tradita per Io. Franciſ. de Pont. *conſ.* 45. *num.* 1. *&* 4. de Franch. *deciſ.* 241. & per alios relatos à Coſta *de remed. ſubſid. remed.* 6. *n.* 3. quibus eſt addendus Fran. de Clapper. *in cent. cauſ. fiſcal. cauſ.* 2. *q.* 4.

SVMMARIVM.

1 *Bona empta cum pecunia redacta ex venditione rei fideicommiſſo ſubiectæ, cenſentur ſubrogata loco fideicommiſſi.*

2 *Bonis delinquentis confiſcatis, quæ fideicommiſſo ſubiecta ſunt, fideicommiſſarijs reſtituuntur; vbi deciſiones, num.* 3.

4 *Patris delictum non nocet filiis, quin ex propria perſona in fideicommiſſo à maioribus ordinato ſuccedere poſſint, vbi deciſio Rotæ Romanæ:*

Eoque magis ſi nati ſunt ante patratum delictum, num. 6.

5 *Statuto exiſtente, vt filius occidens patrem non poſſit illi ſuccedere, benè poſſunt ſuccedere nepotes.*

7 *Oppoſitio de iure Tertij quando permittatur.*

8 *Bona pupillorum non poſſunt vendi, niſi ſeruatis de iure ſeruandis.*

9 *Tutoris authoritas debet interuenire in alienatione bonorum pupilli, aliàs nulla dicitur alienatio.*

10 *Tutoris authoritas in ipſo contractu pro pupillo celebrando interuenire debet, poſt autem ex interuallo adhibita nullius momenti eſt.*

11 *Ratificatio contractus vt proſit illi, ad cuius beneficium fit, debet eſſe præſens, vel Notarius qui pro eo ſtipuletur.*

12 *Ratificatio dùm fit alicuius contractus, debent interuenire omnes ſolemnitates, quæ in contractu principali concurrere debent.*

13 *Tutoris interuentus in contractu pupilli vt ſit proficuus, eſt priùs cauſa cognitio adhibenda ſuper delata tutela.*

14 *Tutor nulliter adminiſtrat ante inuentarij confectionem.*

15 *Mater tutrix ſuorum filiorum non eſt immunis à confectione inuentarij.*

16 *Contractus geſti cum tutore, qui inuentarium non confecit, ſunt ipſo iure nulli.*

17 *Proceſſus compilatus cum tutore, qui inuentarium non confecit, eſt nullus.*

Idemquè ſi omiſit ſatiſdare, rem pupilli ſaluam fore, nu. 18.

19 *Debitor pupilli ſoluens tutori, qui inuentarium non confecit, malè ſoluit.*

20 *Pupillus habet electionem, vel agere contrà tutorem, vel contra poſſeſſorem rei malè alienatæ, & num.* 21. *&* 22.

23 *Textus* in l. Barbarius, ff. de offic. Prætor. *non procedit in falſo tutore.*

24 *Geſta per tutorem ante confectionem inuentarij, valent, quatenus pupilli vtilitatem reſpiciunt.*

25 *Bona pupilli non poſſunt vendi, niſi cauſæ cognitione præcedente; vbi enarratur, in quibus hæc cauſæ cognitio conſiſtat, & nu.* 26. *&* 27.

28 *Bona minorum antequàm vendantur, debent per viginti dies ſub haſta poni, nec huic ſolemnitati renunciari poteſt, nu.* 29.

30 *Bona minorum non poſſunt vendi pro ſatisfaciendis creditoribus, niſi illis vrgentibus, nec alia cauſa inueniri poteſt ad iuſtificandam venditionem prædiorum pupillorum, adhuc ſi pupilli vtilitas adeſſet, num.* 31.

32 *Alienatio prædij pupillaris maioris valoris, quàm ſit æs alienum, nulla eſt.*

33 *Creditorum vrgentia qua dicatur, ad finem vt bona pupilli debitoris vendi poſſint.*

34 *Bona fideicommiſſo ſubiecta vt vendi poſſint qua requirantur.*

35 *Citationis omiſſio vitiat proceſſum, illiuſquè defectum Princeps, vel Statutum ſupplere non poteſt, num. 36. & 37.*

38 *Debitor eſt citandus ſuper decreto interpoſito ad inſtantiam creditorum, quòd res vendatur: & antequàm ponatur ad publicum incantum citatur debitor pro reluitione rei vendi ordinata, num. 39.*

40 *Princeps ſuperiorem non recognoſcens, ius poſitiuum obſeruare non cogitur.*

41 *Pontificia authoritas ſupplet defectum iuris ſolemnitatum.*

42 *Cauſa enarrantur, que mouerunt* Pontificem Clementem *ad decernendam venditionem Caſalis Turris noua dominorum de Cinciis, & falſa demonſtrantur, nu. 43.*

44 *Venditio pradij pupillaris facta de ordine Principis, nulla eſt, ſi demùm detegatur, venditionis cauſas fuiſſe falſas.*

45 *Principis decretum ſuper venditione pradij pupillaris non operatur plus quàm operatur decretum Iudicis inferioris.*

46 *Fiſci bona vt vendi poſſint qua concurrere debeant, remiſſiuè.*

47 *Maior factus ſi infra quinquennium alienationem rei ſua non impugnauerit, de caterò non auditur, idemquè ſi in maiori atate pretium rei alienata receperit, num. 48 & 58.*

49 *Ratificatio, qua fit facto aquiparatur ratificationi, qua fit verbis.*

50 *Textus* in l. fin. C. ſi maior factus, alienat. fact. ſine decreto ratam habuerit, *procedit, quando alienatio rei pupillaris facta eſt à minore, vel à tutore.*

Et limitatur, quando in alienatione dolus interceſſit, num. 51. & 52.

Idemque ſi prater decretum concurrant alia nullitates, num. 53. vel laſio, num. 54.

55 *Tempus quinquennij, de quo in* l. fin. C. ſi maior factus, &c. *non currit, niſi à die ſcientia, qua debet eſſe plena, nec generica ſufficit, num. 56.*

57 *Minor factus maior ſi vult impugnare alienationem rei ſua nulliter factam an ſat ſit extraiudicialis querela.*

59 *Tex.* in auth. ſacramenta puberum, *non procedit, quando minor vendit rem à teſtatore alienari prohibitam.*

60 *Alienans bona alienari prohibita poteſt alienationem reuocare, & contra factum proprium venire.*

61 *Textus* in l. benè à Zenone, C. de quadriennij præſcriptione, *declaratur;*

Et limitatur num. 62.

63 *Praſcriptio non currit contra pupillos.*

64 *Praſcribi non poſſunt bona fideicommiſſo ſubiecta, quando fideicommiſſarius eſt impeditus agere.*

65 *Emptor ſciens, rem, quam emit, fideicommiſſo ſubiectam eſſe, dicitur eſſe in mala fide, ac proindè non praſcribit.*

66 *Mala fides authoris nocet haredi in materia praſcriptionis.*

67 *Res alienari prohibita eſt impraſcriptibilis.*

68 *Bona minorum vbi nulliter alienata iudicantur, debent reſtitui vnà cum fructibus, & num. 70. & 71.*

Idemque in bonis Eccleſiaſticis, nu. 72.

69 *Contractu reſoluto, res cum fructibus, & pretium cum intereſſe reſtitui debent de iure Ciuili.*

73 *Emens ſcienter rem fideicommiſſo ſubiectam, tenetur illā reſtituere vnà cum fructibus.*

ARGVMENTVM.

Alienatio bonorum pupillorum, quā do illam fieri expoſtulat neceſſitas, vt validè facta dici poſſit, quæ concurrere debeant. Bona fideicommiſſo ſubiecta, poſſeſſore delinquente, num confiſcari poſſint. Tutoris authoritas, quæ non fuit adhibita in venditione prædij minoris, an vt illa valida iudicetur, ſat ſit, ſi tutor ipſe venditionis contractum ex interuallo ratificet. Geſta cum tutore ante inuentarij confectionem an de iure ſubſiſtant. Creditorum vrgentia pro venditione bonorum pupillorum quomodò conſideretur. Venditio bonorum pupillorum facta de ordine Principis an ſit annullanda, ſi demùm detegatur, venditionis cauſas fuiſſe falſas: & de aliis ad intellectum, & declarationem tex. *in l. fin. C. ſi maior factus alienat. fact. ſine decreto rat. hab.* & in *l. benè à Zenone, C. de quadriennij præſcript. &c.*

CAPVT XVIII.

ALIENATIO bonorum pupillorum, quā do illam fieri expoſtulat neceſſitas, vt validè facta dici poſſit, ſæpè ſæpius controuertitur, quæ præcisè concurrere debeant, & an facta de ordine Principis non ſeruatis de iure ſeruandis, ex quo iuris ſolemnitatibus derogauit, ſit annullanda, ſi demùm detegatur, cauſas,

cauſas, quæ Principem illum ad venditionem decernendam mouerunt, falſas extitiſſe; & quid ſi maior factus pupillus alienationem nulliter factam non impugnauerit, an per temporis lapſum tacita ratificatio contractus initi inducta cenſeatur, eoquè magis ſi ex pretio rei malè alienatæ tempore maioris ætatis vſuras exegerit.

Scripſi ſuper hac materia latè, & laborioſè in cauſa ſuperioribus annis vertente in Tribunali Cameræ Apoſtolicæ inter DD. Felicem, & Chriſtophorum de Cinciis germanos fratres nobiles Romanos ex vna, & Dominam Principiſſam Roſſani ex altera, in qua etiam dubitari contigit, an iure licito propter aliquod priuilegiatum delictum procedi poſſit ad confiſcationem bonorum fideicommiſſo ſubiectorum, à delinquente poſſeſſorum, & an vbi confiſcatione ſequuta bona illa fuerint à Fiſco vendita, ſit emptor ſecurus, tuerique ſe poſſit quadriennario elapſo, beneficio *l. benè à Zenone. C. de quadrienn. præſcrip.* ſuper quibus omnibus, vt de iure reſponderem, requiſitus ego, quæ ſequuntur pro rei veritate conſideraui.

Ieſus, Maria, Ianuarius.

Caſale Tauris nouæ in partibus Latij, rubrorum nongentorum, quod remanſit in hæreditate qu. Franciſci de Cinciis Romani, quadraginta annorum circulo vſquè adhuc per Excellentiſſimos Aldobrandinos minùs iuſtè detentum, nunc ſedente *Vrbano* iuſtitiæ, veritatiſquè cultore incomparabili, oppreſſorúmque indefeſſo ſubleuatore, omni iure reſtituendum eſſe Dominis Felici, & Chriſtophoro, eiuſdem Franciſci ex Iacobo filio nepotibus, illiuſquè hæreditatis poſſeſſoribus in nihilo Excellentiſſimæ Principiſſæ conuentæ ſuffragantibus titulo, quo mediante ab eius Excellentiſſimo Auo fuit illud acquiſitum & quadragenali poſſeſſione, qua detinetur, ab Illuſtriſſimis, ac diſertiſſimis Dominis Iudicantibus ſpero indubitanter, his rationibus, & cauſis.

1 Primò, quia ſatis conſtat de inualiditate tituli acquiſitionis; emit enim Excellentiſſimus Ioannes Franciſcus bona hæc à Fiſco Cameræ Apoſtolicæ, apud quem huius Caſalis dominium, nec momento quidem vllo vnquàm tempore extitit, ex quo ſemper à die mortis dictorum Franciſci, & Iacobi extitit, prout ad præſens extat radicatum oſſibus dictorum Dominorum Chriſtophori, & Felicis nepotum, ac filiorum reſpectiuè; cùm in facto tergiuerſari non poſſit, renutam, de qua agimus, ſubiacere vinculo perpetui fideicommiſſi, ordinati per Chriſtophorum ſeniorem, dictumquè Franciſcum eius filium; qui quidem Franciſcus cùm ex permutatione certorum bonorum, ſuper quibus à d. Chriſtophoro patre, & Rocho patruo fideicommiſſum ordinatum extiterat, partem Caſalis prædicti acquiſiuiſſet, illammet aggregans, demùm cæteris partibus per eundem Chriſtophorum patrem acquiſitis, & fideicommiſſo ſuppoſitis, eodem vinculo alligauit; & ſic tàm ex ſubrogatione ſubſecuta, quæ fideicommiſſi exiſtentiam operatur, ad tradita per D. Card. Mant. poſt alios, quos citat *de coniect. vlt. vol. lib. 7. tit. 8. num. 26.* quàm ex diſpoſitione dicti Chriſtophori, eiuſdemquè Franciſci, conſtat enixè, totum Caſale, de quo agimus, fideicommiſſi vinculo ſubiacere, ſicquè hodie Dominis Felici, & Chriſtophoro iuniori hæreditatis Franciſci aui poſſeſſoribus, omninò reſtituendum.

Nec ex aduerſo prætendi poteſt, propter prætenſum Iacobi delictum, fideicommiſſum præfatũ euanuiſſe, ſicquè iuſtificari venditionem Fiſci nomine factam de hoc Caſali, tanquam ad Cameram fiſcalem ſpectante; etenim ſatis à iuris tramitibus diuerteret, qui ad hoc affirmandum accederet; cùm exploratiſſimi iuris ſit, vt publicatis, ſiuè confiſcatis bonis cuiuſuis delinquentis, & propter quoduis priuilegiatum delictum, quæ fideicommiſſo ſubiecta ſunt, ſe- 2 quentibus in gradu iuxta proximitatem fideicommittentis, ſecundùm opinionem *Bart.* vel grauati, iuxta *Soc.* ſententiam reſtituenda veniunt, ita vt ſtatim competat illis vindicatio, ac ſi extra familiam per contractum, vel vltimam voluntatem facta eſſet alienatio: ſunt iura nimis vulgata in *l. ex facto 17. §. ex facto, ff. ad S.C. Trebell. in l. Imperator 12. ff. de fideicommiſſar. libert. in l. 3 ff. de interd. & releg.* & in *l. Statius Florus 48. §. Cornelio Felici, ff. de iure fiſci,* per quæ quidem iura hoc indiuidualiter firmauit Bart. *in dicta l. Imperator,* & in *l. ſi finita, §. ſi de vectigalibus, ff. de damno infecto,* cuius ſententiam per totum Orbem receptiſſimam, ab illáque contra Fiſcum recedendum non eſſe, vno ore fatentur Ang. Alex. & reliqui in *dicto §. ſi de vectigalibus,* idem Alex. *conſ. 12. lib. 1.* Iaſ. *in l. filiusfam. §. Diui, ff. de leg.* Hippol. de Marſil. *ſing. 314.* Socin. iun. *conſ. 34. num. 7. & 8. & conſ. 49. lib. 3.* Hieron. Gabr. *conſ. 184. lib. 1.* Dec. *conſ. 442. num. 27. 28. & 32.* aliique plures, quos refert, & ſequitur Pregr. *tract. de iure fiſci, lib. 5. tit. 1. num. 98.* quibus addo Molin. *de Hiſpan. primog. lib. 4. cap. fin. num. 5. & 6.* Giga. *tract. de crim. læſæ Maieſt. tit. de pœn. committ. crim. læſæ Maieſt. q. 3.* Camil. de Curt. *in ſuo diuerſ. iur. feudalis, fol. 59. num. 46. & ſeq.* Camil. de Medic. *conſ. 3. num. 19. & 20.* poſt Couar. quem allegat in *cap. poſſeſſor. 3. par. §. 1. num 6.* Ant. Gomez *in l. 40. Tauri, num. 91.* Pater Sanchez *in ſum. lib. 2. cap. 18. num. 36.* Farinac. *in prax. par. 1. tom. 1. tit. de delictis, & pœnis, quæſt. 25. num. 22.* Boër. *deciſ. 278. num. 6.* Gramm. *deciſ. 6. num. 14. & deciſ. 105. nu. 29. & 31.* Gamma *deciſ. Luſit. 352. num. 4.* & alijs omiſſis Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt. 529.* ſicquè deciſum in ſupre- 3 mo Regn. huius Prætorio, facta relatione per Regiam Cameram, teſtatur D. Reg. Salernit. *deciſ. 50.* vbi loquitur de reo criminis læſæ Maieſtatis diuinæ, cui caput amputatum, corpus combuſtum, omniaque bona publicata, ac Regio Fiſco applicata extiterant; ſed comparentibus demùm fideicommiſſariis, fuit Regius Fiſcus ad bona illa ſic confiſcata, vnà cum fructibus medio tempore perceptis reſtituenda condemnatus. Idemquè hoc anno ſeruatum in reſtitutione bonorum fideicommiſſo ſubiectorum, quæ poſſidebantur per olim infeliciſſimum Principem Sanctiæ, qui cùm de inuadendo Regnum hoc tractatum habuiſſet, in carcerem detruſus, conuictus, & ſpontè confeſſus, decapitatus extitit, omniaquè eius bona, diffinitiua ſententia mediante, confiſcata fuere; ſed cùm demùm defuncti miſerabilis filius pupillus comparuiſſet, inſtans pro reſtitutione certorum corporum fideicommiſſi vinculo ſubmiſſorum, decreto Regiæ Cameræ, nemine ex Dominis Iudicantibus, vt audiuimus, contradicente, prouiſum fuit, eſſe illi bona omnia fideicommiſſaria reſtituenda.

Quæ concluſio eò fortiùs in caſu noſtro procedit 4 ſine controuerſia, cùm ſucceſſio bonorum Franciſci nuſquàm Iacobo filio delata fuerit, ex quo in portione legitimæ dumtaxat a patre inſtitutus ille fuerat, non autem in vniuerſa hæreditate, ſicquè Iacobi filij ex propria perſona ad Franciſci aui, & Chriſtophori proaui ſucceſſionem veniunt, & conſequenter patris prætenſum delictum, nullo quidem pacto filiis ipſis obeſſe poteſt, quin ex iure proprio in bonis omnibus fideicommiſſo ſuppoſitis ſuccedant; vt ex Bald. *in l. hæreditas, numer. 6. & 7. C. de his, quibus vt indig.* Soc. ſen. *conſ. 124. nu. 3. lib. 2.* Corne. *conſ. 222. num. 4. lib. 4.* Hondedeo *conſ. 72. n. 40. & ſeq.*

*lib.*1. Molin. *de Hiſpan. primog. lib.*1.*cap.*9.*num.* 27.
& 29. Vaſq. *de ſucc. reſol. tit. de his, quib. vt indig: tom.*
2.§.20.*num.*12. Barboſ. *in l. ſi ab hoſtibus, §. final. num.*
23.*verſ. ampliatur tertiò, & num.* 24. *ff. ſol. matr.* Pe-
regr. *de fideicomm. art.* 18.*num.*29. *& ſeq.* Paſchal. *de
virib. patr. poteſt. par.*4.*cap.*8.*nu.*13.*& ſeq.* Scip. Rou.
*conſ.*1.*num.*45.*& ſeq. lib.*1.& in *pragm.*1. *num.* 100. *de
bonis prodit.* & aliis in puncto, pro exiſtentia fidei-
commiſſi, de quo agimus, ſemel, atque iterùm cen-
ſuit Rota *ſub diebus* 27. *Maij* 1627. *coram Eminentiſſ.
Card. Virili, &* 15. *Nouembris* 1638. *coram Reuerendiſſ.
Patre Buccabella.*

In quibus quidem deciſionibus nulla fuit habita
ratio de oppoſitione facta ab aliis de familia, in hoc
fideicommiſſo ſuccedere prætendentibus, quòd Do-
mini Felix, & Chriſtophorus nati erant ex Iacobo,
quem in patrem fideicommittentem peccaſſe præ-
ſupponebatur; fuit enim benè, & doctè reſponſum,
hoc prætenſum patris delictum non potuiſſe filiis
nocere, quin ex propria eorum perſona Auo ſucce-
5 dere potuiſſent. Ad quod in terminis Statuti diſpo-
nentis, vt filius patrem occidens, nòn poſſit illi ſucce-
dere; quod ſtatuto non obſtante, valeant ſuccede-
re nepotes, tanti ſceleris innocentes; fuerunt allega-
ti Bald. *in l. ſi quis inceſti, num.* 6. *&* 7. *C. de his quibus
vt indig.* Barboſ. *in l. ſi ab hoſtibus, §. fin. num.* 24. *ff. ſo-
lut. matr.* Capra *conſ.*42.*num.*11. *&* 12. & Barbat. *conſ.*
8. *lib.*3. eoque magis fuit conſideratum, quòd hi ne-
potes, patris delinquentis intuitu, ab eorum Auo vo-
cati non extiterant, ſed vti ab ipſo fideicommitten-
te deſcendentes, ad familiam, & agnationem effecti-
uam conſeruandam omninò habiles veniebant; quod
proinde ſuccedere non prohibebantur: ad quod fue-
runt adducti Vaſq. noſtrique Reg. Rouit. & Conſil.
6 Paſchal. in *locis* per Rot. *allegatis.* Fuit etiam conſi-
derata iſtorum Dominorum natiuitas, quæ patris
prætenſum delictum præcedebat, ſicquè dici non po-
tuiſſe ex radice infecta ortos; vndè in hoc conue-
niunt omnes, filios inquiſiti cuiuſuis atrociſſimi cri-
minis, natos tamen, ſiuè conceptos ante patratum
delictum patris, nullo pacto, nulloquè iure poſſe pa-
ti pœnas ob delictum parentum filiis impoſitas, &
ſignanter illam ſucceſſionis aſcendentium, & colla-
teralium, de qua in *l. quiſquis, C. ad l. Iul. Maieſt.* ad
quod, vltra Doctores per Rot. ſemel, atquè iterum in
deciſionibus prædictis relatos, allego Iul. Clar. *in §. cri-
men læſæ Maieſt. nu.*12. & in *§. hæreſis, nu.*17. Simanc.
*de catholic. inſtit. tit.*29. *num.*23. Greg. Lopez. *in l.*1. *in
verb. ſus hiios, tit.*2. *de las trayciones, par.* 7. quò loci
concluſionem hanc fauorabiliorem, & æquiorem
dicit Hieron. Cæuall. *commun. contra commun. quæſt.*
653. qui latè, & doctè quæſtionem diſputans, hanc
defendit ſententiam, innumeros referens Doctores,
illam inſequentes; eamquè veriorem, æquiorem, ac
magis communem fatetur; ſicque, vt nullo modo,
nequè in iudicando, neque conſulendo ab ea rece-
datur atteſtans; & tandem ſub *num.* 30. & 39. ſic
aliàs in ſupremo Regis Hiſpaniarum Conſilio iudi-
catum. Vndè ex his dubitari non poteſt, ſatis, ſuper-
què conſtare de iniuſtitia confiſcationis, ſicquè ſi di-
camus in caſu, de quo nos agimus, Excellentiſſimos
Aldobrandinos habere cauſam à Fiſco, ipſoſque, Ca-
ſale prædictum vti ad Cameram fiſcalem ſpectans,
emiſſe; reſponſio ſe offert ſatis clara, à non domino
cauſam habere.

7 Nec huic concluſioni audeat quis reſpondere, vt
poſſit Excellentiſſima Principiſſa conuenta obiicere,
hanc actionem ad bona hæc, vigore fideicommiſſi
Franciſci recuperanda, non aliter competere Domi-
nis Felici, & Chriſtophoro, ſed aliis trium familia-
rum de Cinciis: Etenim oppoſitio hæc nullo iuris
fundamento nititur, eſſet enim oppoſitio, ſiue exce-
ptio de iure Tertij, quæ in iudiciis facta regulariter
non ſubſiſtit; ad tex. in *vulgata l. loci corpus, §. compe-
tit*, vbi DD. omnes, *ff. ſi ſeruitus vendic.* & quamuis
communi omnium ſententia receptum ſit, id poſſeſ-
ſori licere, quando ius Tertij eſſet excluſiuum iuris
agentis ipſo iure, ad tex. & *ibi* dicta per DD. *in l.
cùm ſeruum, C. de ſer. fugit.* cum *concord.* hoc tamen
dictum intelligunt Doctores, quando conſtat, quod
agens caret actione, & quòd ius ad rem vindican-
dam competat Tertio, de cuius iure opponitur; ſic
enim materiam declarant Doctores, caſum ponen-
tes; vt ſi ego agam rei vendicatione contra Titium,
qui excipit, me non eſſe dominum, ſed Petrum; ſi hoc
probat, quamuis conſtet, eſſe ipſum iniuſtum poſ-
ſeſſorem, ego ab inſtituta actione ſum repellendus,
quia probatum eſt, me non eſſe dominum; in hunc
enim modum loquuntur DD. & præ cæteris Cyn.
in d. l. cùm ſeruum, in addit. quem rogo reuideri; Theſ.
*deciſ.*4.*nu.*4. Cancer. *var. reſol. tit. de except. n.* 17. *& de
Tertiis oppoſit. nu.*120. *in nouiſſ.* poſt alios, quos citant.

Modò videamus, ſi caſus iſte ſic per *Doctores*
exemplificatus ad noſtrum ſit applicabilis, quis enim
veritatis amator, æternitatiſque non immemor, poſ-
ſet vllo vnquam tempore tueri, fideicommiſſum per
Franciſcum ordinatum, non aliter ad nepotum fauo-
rem fuiſſe purificatum, ſed aliorum de tribus fami-
liis? etenim in ſuo teſtamento nimis clarè locutus
fuit Franciſcus, cum tres illæ familiæ, in caſu dumta-
xat defectus lineæ effectiuæ ipſius teſtatoris vocatæ
ſint, cùmque adhuc extent deſcendentes maſculi, qui
ſunt Domini actores, non eſt, cur hodiè tractari poſſit
de vocatione familiæ contentiuæ, vt doctè, & ele-
ganter ſemel, atquè iterùm reſoluit Rot. *in deciſio-
nibus deſuper emanatis*: quibus ſigillatim omnibus
oppoſitionibus fuit ſatisfactum, quò fit, vt dicamus,
ſatis ineptam eſſe oppoſitionem, ſi quæ fieret, in caſu
de quo agimus, de iure Tertij, cùm excipiens nullo
pacto intentionem ſuam in probando, fuiſſe fidei-
commiſſum purificatum ad fauorem trium familia-
rum, fundare poſſet; id quod in caſu noſtro, conſi-
deratis perſonis Dominorum actorum, & Excellen-
tiſſimæ Principiſſæ conuentæ procedit ſine contro-
uerſia, cùm hæreditas Franciſci non ab alio, niſi à
Dominis Felice, & Chriſtophoro poſſideatur, iſtiquè
ſemper fuerunt, prout ſunt, & nominantur hæredes
Franciſci eorum Aui; nec alia indigent declaratione,
aut Iudicis ſententia, ad ſe tales demonſtrandum; ſuf-
ficit enim oſtendere teſtamentum Franciſci, illoſquè
ab ipſo fideicommittente deſcendere, & quod hodiè
petunt hæredes iſti, non eſt aliud, niſi vt Caſale ab
hæreditate Franciſci contra omne ius ſeparatum, ei-
demmet hæreditati reſtituatur; ad quod vide, ſi con-
ferunt dicta per Peregrin. *de fideicom. art.*48. *nu.* 46.
poſt alios, quos citat.

Secundò, ad maiora deuenientes, venditionem
Caſalis Turris nouæ ex alio corruere, & nullitatis vi-
tio laborare, fiet palàm, ſi dicamus, veritatem faten-
tes, diſtractionem ſecutam fuiſſe, non vt de re ad
Fiſcum ſpectante, ſed ad hæreditatem Franciſci, ſic-
que vt conſuleretur principaliter indemnitati credi-
torum, & hæreditatis prædictæ (ſic enim fel. mem.
Pontifex Clemens, tàm *in primo*, quàm *in ſecundo
Motu proprio*, pluribus vicibus exarauit) etenim cùm
hæreditas omni iure ſpectaret ad Iacobi filios, tunc
temporis infantes (id quod ex tranſactione cum Fiſ-
co habita, eò magis clareſcit, præcedente Motu pro-
prio tunc Sanctiſſimi mandantis, bona omnia inte-
grè tranſactione ſecuta pupillis fore reſtituenda:) 8
apparet, fuiſſe proceſſum ad diſtractionem huius, de
qua agimus, tenutæ, non aliter ſeruatis his, quæ
iura

iura ſeruari mandant, dùm pupillorum bona diſtrahi iudicatur expediens, de quibus ſatis benè per Afll. *dec.*249. quæ paſſim ab omnibus allegatur; ſicquè ex inobſeruantia eorum, quæ de iure ſeruanda erant, pupilli ſummoperè læſi fuerunt, ac proindè in præſentiarum omninò reſtituendi; ſi enim iuris ordine ſeruato ad talem diſtractionem peragendam proceſſum fuiſſet, vtiquè Caſale prædictum alienatum non fuiſſet, nàm vt alienaretur, reſiſtebant *leges*, contradicebant *Doctores*, & vt mea hæc aſſeueratio luce meridiana clarior fiat, rogo, Dominos meos aduertere;

9 Primò, quomodò ad venditionem Caſalis deuentum fuerit, nulla tutoris aſſiſtente authoritate, ſine qua, vt notiſſimi iuris eſt, quis pupillorum bona emere prohibetur, *l. nequè, & l. eum, qui, C. de author. preſtan.* hinc dicebat Caius Iuriſconſultus *in l. quæcunque* 15. §. 1. *ff. de public. in rem act.* quòd qui pupilli bona emit, probare debet, tutore authore, & lege non prohibente ſe emiſſe: quæ quidem tutoris authoritas eò magis in venditione, de qua agimus, interuenire debebat, cum nemo interfuerit, qui pupillorum beneficium procuraſſet, contra mentem *Pontificis*, qui hæreditati, & ſucceſſiuè pupillis proſpicere velle in ſuis chirographis benè ſe declarauit: nam ſi conſideramus perſonam, quæ de mandato tunc Sanctiſſimi nomine hæreditatis, & Cameræ tenutam vendidit, & quæ tutoris officio fungi debebat, inueniemus illam non modò hæreditati, immò nec Cameræ proſpexiſſe, ſed prorſus in contractu celebrato emptoris partes ſuſtinuiſſe; conſtat enim in facto, *Clementem Pontificem* poſt mandatum iniunctum de vendendo, agnouiſſe bona omnia confiſcata ad Iacobi filios vigore fideicommiſſorum, de quibus agitur, ſpectare; quod proindè eidemmet Vrbis Gubernatori iniunxit, vt cum prædictis Iacobi filiis ad aliquam rationabilem concordiam deueniret, qua realiter ſecuta, vt bona omnia ſic confiſcata eiſdem pleno iure reſtituere deberet, vt legitur in ampliſſimo chirographo ſub *data Iulij* 1600. quo ſic dictante crederem, neminem dubitare poſſe, *Pontificem* illum tacitè reuocaſſe mandatum per priùs datum ad vendendum, nàm ſi cupiebat, vt tranſactione ſequuta, ad bonorum omnium confiſcatorum liberam, & expeditam poſſeſſionem Iacobi filij eſſent omninò reſtituendi, quo pacto ad illam reſtitui poterant, ſi corpus tantæ importantiæ diſtractum reperiebatur. Vndè dico ego, quòd conſtat enixè de mente *Pontificis* volentis, bona omnia confiſcata, tranſactione ſecuta, pupillis fore reſtituenda, & pleno iure abſque diminutione aliqua.

Verùm quia voluntatis dicti *Clementis* executor, ſiue magis partes emptoris ſuſtinens, venditionem
7 perficere cupiebat, ſic ſatisfacere falsò putans cupiditati emere volentis, à quo eo tempore multa ſperare poterat, non aliter huic *Pontificis* mandato de tranſigendo tunc parere curauit, ſed chirographum ad partes poſuit, ac inſimul moram interponens, falsò iterum, atque iterùm Franciſci creditorum moleſtias, illiuſque hæreditatis extenuationem *Pontifici* ſignificans, aliud pro pupillorum, & creditorum vtilitate, vt annuitur, extorſit mandatum de vendendo, quo mediante venditionem perfecit, eaque omni iure reſiſtente perfecta, tranſactioni finem dedit, ſic chirographum ſuper compoſitione facienda per menſes anteà conceſſum executioni mandans; quæro modò his concurrentibus, quis timoratæ conſcientiæ Iudex de ſimili alienatione, tanto dolo, & fraude in eſſe deducta, rationem aliquam habere poterit?

Nec dicant aduerſarij, hæc omnia nullius momenti eſſe, conſiderantes ea, quæ demùm ſecuta fuere, cùm in facto ſit verum, venditionis contractum ſic Executoris dolo, & fraude, & abſque tutoris interuentu, & authoritate celebratum fuiſſe, demum per D. Ludouicam matrem, & prætenſam tutricem, ſemel, atque iterùm ratificatum, approbatum, & emologatum, ita vt facta oppoſitio circa tutoris defectum prorſus ceſſare videatur: Etenim multiplici quidem modo demonſtrabimus, obiectum hoc omni prorſus iuris fundamento carere, ſicquè ratificationem à prætenſa tutrice peractam in nihilo pupillis præiudicaſſe.

Et Primò, poſſem vnico verbo me expedire, cùm 10
notiſſimi iuris ſit, tutoris authoritatem in ipſo contractu principali, vel ſtatim, & incontinenti adhibendam eſſe; poſt autem ex interuallo adhibitam nullius momenti eſſe, dixerunt Iuriſconſultus in *vulgata l. obligari, §. tutor, ff. de author. tutor.* & Imper. *in § tutor. Inſtit. eodem*, & vtrobiquè Glo. & DD. omnes, Bar. *in l. ſi quis mihi bona, §. iuſſum, ff. de acquir. hered.* Tiraq. *de retract. conuent.* §. 1. *gloſ.* 5. *num.* 7. *& de ll. connub. gloſ.* 6. *in verb. conſentement*, Monta. *de tute. cap.* 30. *num.* 28. *&* 50. Mant. *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 4. *tit.* 6. *numer.* 2. benè Paul. Bellon. *lib.* 1. *de poteſt. eorum, quæ incontin. fiunt, cap.* 104. *numer.* 4. 5. *&* 6. vbi dicit, ratihabitionem tutoris ex interuallo ſecutam, nullius momenti eſſe; quamuis aliàs ratihabitio retrotrahi ſoleat: vndè cùm in caſu noſtro prætenſæ tutricis authoritas in ipſo alienationis contractu non interuenerit, nec ſtatim, & incontinenti, ſed poſt plures menſes, remanet ſine controuerſia, de ſecutis ratihabitionibus nullam haberi poſſe rationem.

Secundò, quando ſic à iure diſpoſitum non eſſet, ex alio de præfata tutricis authoritate ratio aliqua haberi non poteſt; nam quoad primum ratificationis actum, de quo in tranſactione, certè fruſtratorium extitiſſe controuerti non poteſt (niſi dicamus, 11
deſeruire illum ad magis patefaciendum Executoris dolum, & fraudem) ex quo emptor, ad cuius beneficium fiebat celebrati contractus approbatio, præſens non fuit, prout requirebatur, ex dictis per Aret. *conſ.* 127. & alibi 128. *Eximie Doctor, num.* 1. nec Notarius pro eo ſtipulatus eſt, & ſic fit locus vulgatæ diſpoſitioni tex. *in l. ſtipulatio iſta, §. alteri, ff. de verb. oblig.* & in *§. ſi quis alij, Inſtit. de inutil. ſtipul.* nam quòd requiratur Notarij ſtipulatio, quando alicuius contractus fit ratihabitio parte abſente, dixit Dominus Regens de Ponte *conſ.* 17. *numer.* 44. *lib.* 2.

Nec in hoc caſu prætendi poteſt, tranſactionem non aliter ſequi potuiſſe, niſi prætenſa tutrix venditionis contractum approbaſſet; cùm tranſactio nihil commune habere poterat cum ratihabitione contractus iam celebrati, fiebat enim tranſactio de ordine tunc Sanctiſſimi, nec aliud Vrbis Gubernatori iniunctum extiterat, niſi, vt pecuniæ quantitatem, quæ à pupillis tranſactionis nomine perſoluenda erat, arbitraretur: Opportuna enim eſſet oppoſitio, quando *Pontifex Clemens* cum hac lege tranſactionem ordinaſſet, vt venditio facta, ſiuè facienda Caſalis Turris nouæ contra eius mandata eſſet à pupillis approbanda, ſed quia in chirographo verbum nullum de hoc, immò in eo conſtat enixè de mente *Pontificis* volentis, bona omnia pupillis reſtituenda fore, ergo fas eſt mihi dicere, ratificationem prætenſæ tutricis in contractu tranſactionis ſequutam dolo, fraude, ac verſutiis Exequutoris extortam eſſe, non quòd ad perficiendam tranſactionem neceſſaria illa eſſet, id, quod eò magis erit affirmandum, cùm nullum Fiſci intereſſe in hac ratificatione extorquenda cõſiderabatur; & ſi enim idem Executor Fiſcũ

in venditione Caſalis prædicti, ad multa pro contra-
ctus firmitate obligaſſet, id peractum fuiſſe cum do-
lo, manifeſtè apparet, nempè ad prætexendam extor-
ſionem ratificationis, cùm promiſſio de euictione
per Fiſcum facienda, in vim mandati Pontificis ſit
omninò intelligenda, quando declaratum fuiſſet, bo-
na confiſcata ad Cameram fiſcalem ſpectare; defi-
ciente igitur Fiſci intereſſe, non inuenio ad quem
finem dictus Executor prætenſæ tutricis ratificatio-
nem procuraſſet, niſi ſolùm, vt miſerrimos infantes
cum intereſſe Fiſci illaqueando, emptori prodeſſet;
quod an pronis auribus ſit audiendum, videat religio
Illuſtriſſimorum Iudicantium.

Reſpectu autem ratificationis celebratæ in ſepa-
rato inſtrumento, Notario pro emptore abſente ſti-
pulante, vbi pariter acceſſit propinquorum præſen-
tia, & conſenſus, ac ipſius D. Ludouicæ prætenſæ tu-
tricis declaratio, quòd actus ille in euidentem pupil-
lorum vtilitatem tendebat; vltra inſanabilem defe-
12 ctum, quòd fuit actus celebratus ex interuallo; Dici-
mus primò, quòd cùm in omni ratificatione cuiuſ-
uis contractus, concurrere debeant omnes ſolemnita-
tes, quas requirit contractus, qui ratificatur; & in ca-
11 ſu noſtrò, non modò non interuenerunt in hac rati-
ficatione, ſed nec etiam in contractu principali fa-
ctæ diſtractionis, vt in diſcurſu patebit, ſequitur cer-
tè dicendum, vt de hoc actu ratificationis nulla ſit
ratio habenda; ita per tex. in *l. ſi vt proponis, la 2. C. de nupt. & in l. nuptia, ff. de r. t. nupt.* dixerunt Aret. *conſ.*
128. *num.* 1. Geminian. *conſ.* 128. *num.* 5. vbi loquitur
de ratificatione alienationis rei Eccleſiaſticæ, Corn.
conſ. 124. *num.* 18. *lib.* 4 Roma. *conſ.* 22. *num.* 6. vbi agit
de ratificatione contractus a minore geſti, Dec. *conſ.*
536. *num.* 6. Tiraqu. *in tract. de retract. lignag.* §. 1.
gloſ. 10. *num.* 90. Rebuff. *in prax. benef. in rubr. de reſcrip. Etiam & perindè valere, par.* 2. *num.* 51. & alij
penes Mandoſ. *in addit. ad Rom. in cit. conſ.* 22.

13 Secundò, & tollitur omnis difficultas; nàm vt in-
teruentus tutoris ſit proficuus in contractu, qui cele-
bratur pupillorum nomine, debet priùs adhiberi
cauſæ cognitio, alioquin authoritas dicitur perpe-
tam interpoſita, Bal. *in l. ſi tutor tuus, nu.* 3. *C. in quib. cauſ. reſtit. in integr. non eſt neceſ.* Soc. iun. *conſ.* 48.
num. 13. *lib.* 1. Præſ. de Franch. *deciſ.* 206. *nu.* 4. nullum
enim conſideratur diſcrimen, quando tutoris autho-
ritas non interuenit, & quando adhibita illa eſt, &
perperam, *l. nulla, ff. de author. tutor.* ideò ante om-
nia debet de tutela conſtare, quodque tutor ipſe ſo-
14 lemnia adimpleuerit, & præ cæteris, quòd bonorum
pupillorum ſolemne inuentarium fecerit, ad tex. *in l. tutor, qui repertorium, ff. de admin. tut.* & in *l. fin.* §.
fin. C. arbitr. tut. ità Bald. *loco proximè cit.* Affl. *cit. deciſ.* 249. *num.* 1. *verſ. ſextò, vt interueniat*, Bertaz.
de clauſ. inſtrum. clauſ. 10. *gloſ.* 2. *num.* 10. Card. Mant.
de tacit. & ambig. conuent. lib. 4. *tit.* 6. *num.* 5. Montan. *de*
15 *tutel. cap.* 33. *à num.* 30. ad 33. à cuius inuentarij con-
fectione mater nullatenus immunis redditur, Bald.
& alij in *d. l. fin.* §. *fin. C. arbitr. tut.* Paul. de Caſtr. *conſ.*
445. *num.* 3. *lib.* 2. Capyc. *deciſ.* 50. Sebaſt. Montic. *de inuent. quaeſt.* 232. *num.* 250. vndè cùm in caſu noſtro
ſit certiſſimum, D. Ludouicam inuentarium bono-
rum ſuorum filiorum nullo vnquàm tempore confe-
ciſſe, ſequitur certè dicendum, vt ratificatio, quam
peregit alienationis Caſalis prædicti, pupillis nullius
præiudicij eſſe poſſit: Hæc eſt enim magis commu-
16 nis omnium ſententia, nimirùm, vt non confecto
per tutorem inuentario, contractus cum eo geſti, ſint
ipſo iure nulli, ac ſi abſque tutoris interuentu cele-
brati eſſent. Videantur, quæſo, infraſcripti hoc fir-
mantes, & omnium primus Specul. attentè legendus
in tit. de tutore, particula 3. §. *generaliter*, *num.* 6. &
ſeq. Soc. iun. *conſ.* 22. *num.* 3. *lib.* 2. vbi conſuluit,
nullam extitiſſe alienationem cuiuſdam Molendini
factam à matre, & tutrice pupillorum, quæ etiam
Ludouica appellabatur, ex quo nullum confecerat
inuentarium bonorum ſuorum pupillorum, Capell.
Tholoſ. *deciſ.* 289 Proſp. Farinac. in *ſuis qq. crim. tom.* 1. *tit. de accuſ. quaeſt.* 15. *num.* 59. Gutier. *de tutelis, par.* 2. *cap.* 1. *nu.* 57. & 58. Rot. *deciſ.* 387. *lib.* 2. & 324.
lib. 3. penes Veral. & *deciſ.* 530. penes D. Ludouiſ.
quæ etiam habetur in *poſthum. Farinac.* & eſt 96.
tom. 2. in quibus fuit tentum, proceſſum factum cum
tutore, qui inuentarium non confecerat, fuiſſe nul- 17
lum, Ant. Piag. *de tutor. & curat. quaeſt.* 7. *num.* 7. Vant.
de nullit. ex defectu modi, num. 148. Montan. *de tut. cap.* 32. *regul.* 5. *num.* 4. ſicquè paſſim, & ſemper in
Sacro Conſ. Regni huius iudicatum eſſe teſtatur
Gizzarel. *deciſ.* 12. *num.* 1. quorum ſententiæ aſſenſi
pariter & Ego *lib.* 1. *mear. reſolut. cap.* 193. *num.* 8. *in nouiſſ. impreſſione*, quæ quidem concluſio benè pro-
bari poteſt ex diſpoſitis *in l. ſi tutor tuus, C. in quibus cauſis in integr. reſtit. non eſt neceſſ. in l. dubium, & in l. fin. C. de tutor. vel curat. qui ſatis non dedit*, quæ iura
licèt loquantur in tutore omittente ſatiſdationem, 18
adhuc locum ſibi vendicant in tutore non conficien-
te inuentarium, vt Bart. Bal. Paul. Caſt. & Iacob.
authoritate probat Præſ. de Franch. *alleg. deciſ.* 206.
num. 8. 9. & 10. vbi expreſsè dicit, quòd quemadmo-
dum geſta ante ſatiſdationem ſunt nulla, ità & ante
inuentarium confectum, adhuc ſi à partibus non
fuerit oppoſitum, & in puncto principali deciſum 19
teſtatur, debitorem pupilli, tutori, qui inuentarium
non confecerat, malè ſoluiſſe.

Nec huic firmatæ concluſioni obſtat aliquorum 20
ſententia, inter quos Rot. *deciſ.* 89. *num.* 8. *par.* 2. *di-
uerſ.* & 104. *num.* 5. penes Seraph. dùm putarunt, ge-
ſta per tutorem ante inuentarij confectionem, vale-
re, licèt poſſit ille vti ſuſpectus remoueri, ſicquè ſe-
cundùm alios non poſſe, niſi contra tutorem actio-
nem competere iurandi in litem, quæ actus nullita-
tem excludit. Nam reſpondetur, quòd hoc nullo iu-
re probatur, immò puto ego, omnes, qui hoc aſſeue-
rarunt, locutos fuiſſe contra caſum tex. *in l. fin. C. ſi tut. vel curat. interuen.* vbi expreſſis verbis generali-
ter determinatur, quod quando conſideratur, non
fuiſſe expediens pupillo bona ſua alienari; in ipſius
pupilli electione eſt, vel agere contra tutorem, qui
alienauit, vel contra eum, in quem facta eſt aliena-
tio, nec per vnius electionem ſibi præiudicat; ſicque
ſatis benè ſcripſerunt Plotus *in l. ſi quando, num.* 203.
C. vnde vi, Caualc. *de tutore, n.* 171. Simoncel. *de de-
cret. lib.* 3. *tit.* 7 *num.* 12. Gratian. *deciſ.* 130. *num.* 15. *verſ. & regulare eſt, & num.* 18. vbi notabiliter dicit, quòd
quando minor læditur in re, cùm ſit venditum, quod
alienari non expediebat, tunc præciſè agitur, vt reſti-
tuatur ad rem; conferunt ſcripta per Rotam Lucenſ.
deciſ. 68. *num.* 27.

Minus etiam concluſioni noſtræ, circa defectum 21
interuentus tutoris; obſtaret, ſi ex aduerſo oppone-
retur, D. Ludouicam palàm, & publicè pupillorum
bona adminiſtraſſe, & pro tutrice ſe geſſiſſe, ſicque
illam, quamuis inuentarium non confecerit, provt
tenebatur, pro tutrice habendam eſſe; ad tex. *in l. Bar-
barius, ff. de offic. Prætor.* nè alioquin contrahentes
decepti remaneant, provt in puncto videtur firmaſſe
Rotam *cit. deciſ.* 89. *num.* 9. *parte* 2. *diuerſ.* cuius memi-
nit Gratian. *diſcept. forenſ. tom.* 1. *cap.* 360. *num.* 36.
Etenim, pace tanti Auditorij, cuius authoritas, dicere
ſolitus ſum, quod me deterret, provt de noſtro Nea-
politano Senatu loquebatur Dec. *conſ.* 379. fas ſit
mihi dicere, aſſertionem hanc directo aduerſari
diſpoſitioni tex. *in l.* 2. *ff. de eo, qui pro tutore, pro ve
curat.*

curat.negot.geſſit, vbi Celſus I.C. generaliter expreſ-
22 ſis verbis decreuit, poſſe pupillum rem ſuam alienatam ab illo, qui pro tutore ſe gerebat, cùm talis non eſſet, recuperare è manibus illius, qui eam emit, quamuis cautum ei eſſet aduerſus tutorem, qui vendidit, agere: Qua diſpoſitione ſic ſtante, non video, quo pacto affirmare poſſumus, geſta cum eo, qui palam pro tutore ſe geſſit, valere; Regula enim textus,
23 vt deueniamus ad punctualitates in *dicta l. Barbarius*, in tutore non legitimo communiter pro legitimo reputato, locum non habet; ita Specul. in *citato §. generaliter, num. 7. verſ. item non obſtat*, Azeued. *in l. 8. ſub num.* 13. *tit.* 9. *lib.* 3. & in *l.* 2. *tit.* 3. *num.* 85. *&* 86. *noue collect. R. Reg.* Marant. *in ſuis ſingular. poſt prax. in verbo, Error*, ſub illis verbis, *vndè ſi tutor, qui adminiſtrauit bona pupilli, & ab omnibus vt tutor reputatus eſt, ſi poſtea appareat, eum non feciſſe inuentarium, omnia per eum geſta irritantur, &c.*

24 Illud autem, quod libenter hac in re admittere poſſumus, eſt, vt geſta per tutorem ante confectum inuentarium, valeant, quatenus pupilli commodum concernant, celeritatemque deſiderant; ita Alex. *conſ.* 162. *Aliàs conſultus, num.* 5. *lib.* 4. & Gratian. *loco proxime citato, num.* 35. Hæc ſatis ad demonſtrandum defectum interuentus, ſiue authoritatis tutoris, quæ in contractu alienationis, de cuius nullitate agimus, adhibenda erat.

25 Nunc alios inueſtigantes inuenimus, ad diſtractionem fuiſſe pariter proceſſum, nulla cauſæ cognitione præcedente; nam vt Iudex pupillorum bona vendi permittere poſſit, dixit Paul. de Caſtro *conſ.* 38. *Super eo, lib.* 2. ab omnibus canonizato, quòd cogitur ante decreti interpoſitionem, præuia informatione capienda perquirere, & inueſtigare per ſcripturam ſeparatam, & ſic penitus ab inſtrumento venditionis faciendæ diuerſam, an venditio illa pupillo ſit vtilis, ſicquè agnoſcere, an ſingula concurrant requiſita, à Legiſlatoribus ordinata ad validam reddendam alienationem prædiorum pupillorum, de quibus in *vulgatis l.* 1. *§. quod ſi fortè, in l. magis puto, §. non paſſim, ff. de rebus eorum, in l. minorum, & in l. ob æs, C. de præd. minor.* & cùm diſtractio prohibeatur, niſi pro ſatisfaciendo ære alieno, debet ſatis de illo conſtare, & demùm excuti diligenter, an pecunia ad æs alienum extenuandum poſſit aliundè haberi, abſque quòd ad prædiorum venditionem deueniatur, quod adimpletum dicitur, perquirendo, an pupillus pecuniam habeat, vel in numerato, vel in debitorum nominibus, vel in fructibus, vel etiam in reddituum ſpe; Item an adſint bona mobilia, quæ ad ſatisfaciendum æri alieno ſat eſſent: Quibus benè cognitis apud acta, conſtitóque, quòd non adſit alius modus pro ſatisfaciendo pupillorum creditoribus, niſi prædia diſtrahantur, tunc Iudex ſic parens proximè *citatis ſanctionibus*, præuia ſubhaſtatione, ſuper venditione facienda ſuum interponet decretum, dummodò, addit Paulus I.C. *in d. §. non paſſim*, creditores vrgeant, & quòd ſit magis expediens vendere, quàm obligare; ac inſupèr, quòd pro paruo debito non vendatur res magni valoris; hæc enim omnia ad vnguem erunt adimplenda, quia aliàs nulla redderetur alienatio, nulliúſque momenti eſſet decretum, quod Iudex prædictis non adimpletis interponeret, vt optimè Antiquis, & Recentioribus relatis, dixerunt Bertaz. *de clauſ. inſtrum. clauſ.* 10. *gloſ.* 2. *num.* 9. & Acacius Ant. de Ripoll. *variar. reſolut. cap.* 11. *n.* 379. *& ſeq.* vbi ſecundùm hanc concluſionem per illum Senatum deciſum refert.

26 Diſcutiamus modò nos, an cùm Caſale Turris nouæ venale extiterit expoſitum, prædictis omnibus fuerit ſatisfactum: Vidi copiam proceſſus factæ venditionis ad me tranſmiſſam, ſed nullum ex prædictis requiſitis interueniſſe comperi; nullibi enim in proceſſu legitur, conſtitiſſe de ære alieno pupillorum, minúſque apparet, quando verè æs alienum in medium extitiſſet, fuiſſe inueſtigatum, an creditoribus ſatisfieri potuiſſet cum pecunia numerata pupillorum, ſi quam habuiſſent, vel mediantibus debitorum nominibus, vel cum fructibus, ſiue redditibus hæreditatis, aut bonis mobilibus, minúſque ruminatum fuiſſe conſtat, an aliud prædium pupillorum minoris importantiæ vendi potuiſſet, aut obligari, abſque quòd ad alienationem huius, de qua agimus, tenutæ, procedi neceſſe eſſet; quam quidem inueſtigationem putauit Paul. Pariſ. adeò neceſſariam eſſe, 27
vt priùs quam deueniatur ad venditionem bonorum ſtabilium, teneatur Iudex, decreto mediante, hoc declarare, nimirùm non extare bona mobilia, quibus poſſit æri alieno ſatisfieri, in *conſ.* 100. *num.* 4. *vol.* 1. vbi dicit hæc verba, *neceſſarium eſt, vt præcedat interlocutoria Iudicis, per quam declaretur, non extare bona mobilia ipſorum minorum; & quòd illa, quæ alienantur, ſint minus damnoſa, &c.* nec pariter pleno iure ſatisfactum fuiſſe legimus ſubhaſtationi, quam requirit textus, à nemine ex *Doctoribus*, quos vidi, circa alienationem prædiorum pupillorum obſeruatus, in *l. fin.* ibi, *nec ſeruatam ſolemnitatem haſtarum, C. ſi aduerſus Fiſcum reſtitutio poſtuletur*; nam & ſi per dies decem 28
durauerit, nulliter tamen id actum, cùm incontrouerſum ſit, quòd res minorum, & Fiſci vendenda, ad minus viginti dierum ſpatio ſub haſta ſtare debent; ita Gloſ. *in l.* 1. *in verb. omni ordine, C. de fid. inſtrum. & iur. haſtæ fiſcalis, li.* 10. Capyc. *deciſ.* 36. *n.* 4. Rolan. *conſ.* 33. *num.* 14. *lib.* 1. Fabian. de Mont. *tract. de empt. & vendit.* 5. *part. princip. n.* 83. *&* 89. Eſcob. *de ratiocin. c.* 16. *num.* 13. *&* 14. Menoch. *de arbitr. Iud. caſu* 129. *in fin. &* 171. *num* 28. Gratian. *diſcept. foren. tom.* 2. *cap.* 375. *num.* 16. vbi expreſſe dicit, quòd terminus huiuſmodi à lege præſcriptus tolli non poteſt, Montan. *de tutel. cap.* 33. *n.* 60. *&* 61. Rot. *deciſ.* 485. *n.* 9. penès D. Ludouiſ. *& deciſ.* 3. *num.* 7. *&* 8. *deciſ.* 24. *n.* 3. *& dec.* 106. *num.* 7. inter impreſſas poſt *tract. de ſubhaſtat.* Ioan. Anton. Mangil. qui idem affirmat *quæſt. fin. num.* 16. cui quidem ſubhaſtationis ſolemnitati, cùm ſit in- 29
ducta ad fauorem eius, cuius bona alienantur, Iudex, aut emptor renunciare non poteſt, Bart. *in l.* 1. *num.* 4. *ad medium, C. de fide inſtrum. & iur. haſtæ fiſcalis, l.* 10. & quamuis ſit Iudici arbitrarium, tempus dictorum viginti dierum vſque ad annum prorogare, vt per Eſcobar, *citato cap.* 16. *n.* 13. *&* 14. non tamen poteſt illud minuere, Bart. *in l. ſi tempora, n.* 1. *in fine, & n.* 8. *eit. tit. C. de fid. inſtrum. lib.* 10. Azeued. *in l.* 2. *num.* 10. *tit.* 11. *lib.* 9. *legum Hiſpan.* Io doc. Damhauderius *de ſubhaſtat. cap.* 5. *n.* 2. Ferron. ſuper *Conſuet. Burdegalenſ. tit.* 13. *in fine, de ſubhaſtat. col.* 1. poſt *princ. ver. ideò autem.*

Quid pluris? quamnam huius alienationis cauſam 30
Iudex habuit? aliam in proceſſu non inueni, niſi dumtaxat illam, nimirum, vt Caſale Turris nouæ ad manus Dominorum de Aldobrandinis deueniret; illa enim vnica, quæ à iure requiritur, vt ſcilicèt creditorum exiſtat præciſa vrgentia, nec in proceſſu legitur, nec extra colligi poteſt; nuſquàm enim creditores hæreditatis Franciſci coram *Pontifice Clemente*, nec coram Vrbis Gubernatore comparuiſſe conſtat, pro huius tenutæ venditione inſtantes; etenim æs alienum huius hæreditatis, prout in facto fiet clarum, pro maiori parte non niſi in cenſibus perpetuis conſiſtebat, pro quorum ſortis conſecutione nec creditores vrgebant, nec vrgere poterant; nam cenſus annui decurſi, qui debebantur, ſummam ſcutorum quindecim millium circiter non excedebant, ſoluique poterant commodiſſimè, vel ex redditibus hæreditatis,

vel ex tot cenſuum impoſitione, ſiue ex alterius corporis hæreditarij æqualis æſtimationis alienatione, plura enim aderant in hæreditate ſufficientiſſima, imò tunc temporis, quod eſt plus, nec pro prædictis ſcutis quindecim mille creditores ſuper Calale Turris nouæ recurrere poterant, ex cauſis in facti nota
31 demonſtratis: Vbi ergo in hac, de qua agimus alienatione, extitit creditorum vrgentia? quæ adeò à *Doctoribus*, pro præciſa, & neceſſaria conſiderata fuit, vt ea ceſſante, dixerint, aliam non inueniri ſufficientem, ad alienationem prædiorum pupillarium iuſtificandam; nam quòd ex alienatione alicuius prædij magna pupilli vtilitas redundet, dùm æs alienum non vrget, alienatio non permittitur; non enim minor poteſt alienare pro habenda pecunia, ex qua multùm lucrari poſſet, quia vtilitas minoris, ſiue pupilli non conſideratur in augendo patrimonium, ſed in non diminuendo: inſuper dixerunt, non ſat eſſe, quòd exiſtat æs alienum; ſed neceſſe eſt, quòd creditores inſtent, & tutores cogant: probant hæc omnia, poſt Claſſicos, Ant. Capyc. *deciſ.* 113. Roland. *conſ.* 33. *in pr. lib.* 1. & *conſ.* 60. *lib.* 4. Riminal. iun. *conſ.* 247. *n.* 33. & 255. *n.* 27. & *ſeq. li.* 3. Neuiz. *conſ.* 16. Nat. *conſ.* 162.
32 vbi nullam dicit alienationem prædij maioris valoris, quàm ſit æs alienum, pro quo exſoluendo vrget neceſſitas, & *conſ.* 631. *n.* 35. & 36. Decian. *conſ.* 20. *num.* 51. & 83. *lib.* 5. Honded. *conſ.* 23. *n.* 26. & 33. *li.* 2. Raudenſ. *de analog. cap.* 30. *n.* 118. & *deciſ.* 30. *n.* 227. Menoch. *conſ.* 822. *num.* 81. & 82. *lib.* 9. & *de arbitr. Iud. caſu* 171. Foller. *de cenſibus*, §. *huiuſmodi cenſus, num.* 40. Cæſar Vrſil. *in addit. ad Affl. deciſ.* 87. vbi Sacrum Conſilium Regni huius, alienationem prædij minoris cum omnibus iuris ſolemnitatibus ſecutam, nullam declarauit, ex eo, quòd creditorum vrgentia non concurrit, nulla de pupilli vtilitate, quæ allegabatur, ratione habita; Piſanel. & Carauit. *in addit. ad Afflict. citata dec.* 249. Surd. *conſ.* 115. *num.* 25. *lib.* 1. & *dec.* 278. *num.* 20. & 23. Maſul. & Petr. *ad Capyc. allegata deciſ.* 113. Maſtrill. *deciſ.* 121. Gutier. *de tutelis*, 2. *par. cap.* 5. *num.* 75. Caſtill. *deciſ.* 18. à *num.* 22. *vſquè ad* 37. *lib.* 1. Acac. Ant. de Ripoll. *var. reſol. cit. cap.* 11. *n.* 357. & *ſeq.* Franc. Ant. Coſta Siculus, tem-
33 pore deciſionis huius cauſæ omninò videndus, *conſ.* 70. *n.* 9. & 11. quò loci declarando, quando æs alienum vrgere dicitur, inquit, *quando creditor ad ſoluendum cogit, & aſtringit, ſicquè vt ſit creditor de præſenti, & quòd verè inſtet aſſiduè, quia vrgere non eſt aliud, niſi comprimere, atque impellere*; allegat Menoch. Bald. Caualc. & alios, vt ibi; & demùm *num.* 11. addit hæc verba, *Non eſt dicere, quòd erat debitum ſub vſuris, ideò dicendum erat imminere æs alienum, ex l. magis puto, §. non paſſim, Quoniam reſpondetur, textum prædictum, & DD. loqui in debito, quod parit vſuras, & poteſt peti ſimul cum vſuris, vt videri poſſunt; at hic non ſumus in debito, ſed in capitale, quod eſt demortuum, & nullo iure peti poteſt.* hæc ille.

34 Quæ omnia eo magis erant benè obſeruanda in alienatione, de qua agimus, cùm pariter tractabatur de diſtractione bonorum, non ſolùm pupillarium, ſed etiam fideicommiſſo ſubiectorum, quorum alienatio, quando fieri neceſſe eſt ex cauſa ſoluendi debita fideicommittentis, eſt etiam prius benè inueſtigandum, an in hæreditate adſint bona libera, ſiue mobilia, vel nomina debitorum, quoque nè pro modico debito alienetur res magni valoris, provt contigit in caſu noſtro, vt ſatis notanter poſt Gabr. *conſ.* 118. *num.* 5. *lib.* 1. Peregr. *de fideicomm. art.* 40. *num.* 23. & 25. Gratian. & alios obſeruat Oliuer. Beltram. *in addit. ad D. Ludouiſ. deciſ.* 299. vbi ſic de anno 1618. 18. *Iunij in vna Romana fideicommiſſi, coram tunc Reu. P. Remboldo* per Rotam tentum fuiſſe teſtatur.

Quibus quidem iuris, & facti nullitatibus accedit 35
& altera, non minus quam aliæ, inſanabilis, cùm ad alienationem prædictam deuentum fuerit, non aliter citatis pupillis, de quorum principali intereſſe agebatur: nuſquàm enim vidi, nec audiui procedi ad alienationem bonorum alicuius, qui ſupponitur debitor, pro dimittendis illius creditoribus, non audito, ſiue citato ipſo debitore, ad hoc vt iura, ſi quæ habet aduerſus ſuos creditores, proponere poſſet; etenim ſi in hac venditione vocati eſſent pupilli comparentes, benè, ac facili quidem modo alienationem euitare, ac impedire potuiſſent. *Primò*, ex vi tranſactionis à *Clemente* fieri ordinata, quæ certè operabatur, nè de venditione tractari poſſet illorum bonorum, quæ pupilis omnimodò reſtituenda erant. *Secundò*, demonſtrando, quòd non aderant creditores pro venditione vrgentes. *Tertiò*, quando benè extitiſſent, quòd petere non potuiſſent ſortem penitùs demortuam; & reſpectu cenſuum decurſorum, quòd alio modo illis ſatisfieri potuiſſet, quàm ad venditionem loci tantæ æſtimationis, & qualitatis deuenire; deficiente ergo hac citatione, conſequens eſt dicere, malè, nè aliud dicam, ad alienationem Caſalis prædicti fuiſſe proceſſum; eſt enim ſatis vulgatum, citationem eſſe de iure diuino, & naturali, ſicquè omnem actum iudiciarium abſque partis citatione factum, ipſo iure nullum eſſe, allegatur communiter text. *in clem. paſtoralis*, §. *cæterùm, de re iudic. in cap.* 1. *de cauſ. poſſeſſ. & propriet. in cap.* 2. *de teſtib. & in cap. conſtitutionem, de ſent. excom. in* 6. *in l. de vnoquoque, ff. de re iudic. in l. nam ità Diuus, ff. de adoption. in l. fin. C. de legib. & in l. ea, quæ, C. quomodò, & quando Iudex*, & quòd citatio cùm ſit de iure diuino, & naturali, 36
omitti non poſſit, nè defenſio tollatur, tenet Bald. *in l. cùm fratrem, C. de his, quib. vt indig. & in l.* 1. *col.* 2. *verſ. ſed hic quæritur, Cod. quomodò, & quando Iudex*, vbi plus dicit, quòd non poteſt per Statutum induci, vt omittatur citatio; idemquè dixerunt Felin. *in cap. ex parte, col.* 2. *extra de offic. deleg.* Marant. *in ſpecul. part.* 6. *in verb. validum, & inualidum, num.* 10. & 11. & *in verbo, rectè concipiatur citatio, num.* 3. Mynſing. *ſing. obſer. cent.* 6. *obſer.* 5. *num.* 4. Vant. *de nullit. proceſſ. in tit. de nullit. ex defect. citation. num.* 7. vbi dicit hac ſolemnitate Deum Omnipotentem priùs quam Adam, & mala Sodomæ iudicaret, vti voluiſſe, non quòd aliquid ſibi eſſet abſconditum, ſed vt Iudicibus 37
huius ſeculi exemplum daret; & quòd nec etiam à Principe tolli poſſit citatio, ex iuribus in *dicta Clem. paſtoralis*, §. *cæterùm, de re iudic. & in c.* 1. *de cauſ. poſſ. et propriet.* tenent communiter DD. *in l. fin. C. de legib.* Alex. *in d. l. de vnoquoque, num.* 12. Dec. *conſ.* 603. *Viſo puncto, num.* 11. & 12. & *conſ.* 410. *n.* 17. vbi expreſsè dicit, Principem contra ſubditum citationis defectum ſupplere non poſſe, Afflict. *deciſ.* 307. *in fine*, & 391. *num.* 2. 3. & 4. Boër. *deciſ.* 247. *num.* 5. 6. & 7. Couar. *pract. quæſt. c.* 23. *n.* 6. Pinel. *in rubr. de reſcind. vend. part.* 1. *num.* 21. Menoch. *de arbitr. Iud. quæſt.* 17. *num.* 5. *lib.* 1. Baiat. ad Iul. Clar. *quæſt.* 11. *num.* 8. Octau. Glorit. *reſp.* 7. *num.* 51. Rot. ſatis benè *deciſ.* 179. *n.* 2. & 3. *part.* 1. *in recollect. per Farinac.* vbi dicit, nullitatem ex defectu citationis eſſe inſanabilem, quia tollit naturalem defenſionem, de iure naturali, & diuino competentem, idemquè noſter Conſiliarius Fab. de Anna *obſer. decad.* 1 *obſeru.* 4. vbi in hoc denegat Principi poteſtatis plenitudinem, & quòd nec Papa ad actum iudiciarium maximè in profanis, abſque partis citatione procedere poſſit, dixerunt Roman. *ſing.* 671. *au ſciis*, Soc. ſen. *conſ.* 164. *n.* 16. *verſ. & hanc opinionem, lib.* 2. Foller. ad Marant. *loc. cit. num.* 12. Vant. *d. tit. de nullit. ex defect. citat. n.* 9. & Barboſ. aliis omiſſis, *in collect. ad d. capit.* 1. *de cauſ. poſſeſſ. & propriet.*

Etenim

38 Etenim in materia, de qua agimus, iuris eſt indubitati, & in omnibus Chriſtiani Orbis Tribunalibus ſeruatur, quòd quando ad creditoris inſtantiam res debitoris venalis exponitur, eſt citandus debitor ſuper decreto interpoſito, quòd res vendatur, quam citationem eſſe de ſubſtantia actus venditionis faciendæ, dixit text. *in l. creditor, C. de diſtract. pignor.* Afflict. *deciſ.* 358. vbi Vrſill. plenè addens, Rot. *deciſ.* 416. penes D. Ludouiſ. Mangil. *cit. tract. de ſubhaſtat. quæſt.* 7. *n.* 1. & his addo Iodochum Damhauderium *eod. c. tract. de ſubhaſtat. cap.* 3. *n.* 20. vbi hæc verba profert; *In qua quidem venditione neceſſariò deſideratur præſens debitor, de cuius præiudicio agitur; quod intellige verè, vel interpretatiuè, nempè quòd fuerit citatus cum intimatione ad perſonam, vel domicilium, aliàs ſibi nunquam fieret præiudicium, &c.*

39 Item antequam res vendenda ad publicum incantum ponatur, relaxatur alia citatio, quam Neapoli *Mandatum ad reluendum*, appellamus; ibi enim certus terminus debitori præſcribitur, intra quem bona vendi ordinata pro ſatisfaciendis creditoribus valeat reluere, quo termino elapſo, & debitore pro reluitione non comparente, venditioni datur finis, iſtámque aliam citationem eſſe pariter neceſſariam, dixit Rot. *deciſ.* 406. *num.* 5. *part.* 4. *recent. & deciſ.* 35. *num.* 6. *& dec.* 51. *n.* 5. penes Mangil. *in cit. tract. de ſubhaſtation.*

Tertiò, vt ad alia deueniamus, hæc omnia ſuprà iam dicta, luce meridiana clariora, nullo pacto controuerti poſſe affirmamus, ſi quis ex aduerſo opponeret, benè, ac de plano illa procedere, quando Executor, vti Iudex forsàn ordinarius, ſuam exercens iuriſdictionem, ſic vt ſuprà præcipitanter, & nulla cauſæ cognitione præcedente, ad alienationem, de cuius nullitate agimus, proceſſiſſet, ſed in hac re, non niſi ſupremi Principis mandati merus Executor extitit; *Pontifex* enim fuit ille, qui iuriſdictionẽ in his, & ſimilibus caſibus aliàs inferioribus Iudicibus demandatam reaſſumens, tanquam ſupremus Iudex de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine aduocando ad ſe priùs omnes, & ſingulas lites, & cauſas, coram quibuſcunquè Iudicibus ſuper dicta tenuta, ſiue aliqua eius parte, inter quaſcunque perſonas forſan exiſtentes, diffinitiuo decreto mediante, ſemel, atquè iterùm venditionem ordinauit, ſicquè Iudici commiſit, ſimúlque mandauit, vt tenutæ integræ, quam ipſe ex bonis hæreditariis elegit, & deputauit, ſine de Cinciis, ſiue creditorum inſtantia, & citatione, venditionem explere, & perficere deberet, nulla alia iuris, aut ſtatutorum, conſuetudinis, aut ſtyli Curiæ, vel Tribunalium quorumcunque ſolemnitate ſeruata, ac præuio pro ſubhaſtatione vnico edicto, cum termino dierum decem currentium pro vltimo, & peremptorio termino: Vndè his ſtantibus poteſt dici, quòd
40 cùm hæ ſolemnitates ſint iuris poſitiui, Princeps ſuperiorem non recognoſcens, illas obſeruare non cogitur, & ſucceſſiuè venditio modo, quo ſuprà, à ſupremo Principe facta; pro firma, & valida erit habenda, ad tradita per Petr. Bellug. *in ſpecul. Princip. rubr.* 11. *in* §. *his igitur, num.* 1. *fol. mihi* 38. poſt Bart. *in extrauag. Ad reprimendum, in verbo, videbitur*, & in
41 puncto, quòd Pontificia authoritas defectum iuris ſolemnitatum ſupplere poſſit, poſt Abb. & alios dixit Rot. *deciſ.* 508. *n.* 2. penes Seraphin. Etenim (circumſcripta ſolemnitate citationis; cuius defectum probauimus ſuprà, Papam ſupplere non potuiſſe, quinimmò certum eſt reiicere noluiſſe, niſi quoad electionem Caſalis, ſi bene attendantur verba *Motus proprij*, & hoc, quia veris exiſtentibus ſuppoſitis, citatio erat omninò ſuperflua) facili quidem modo huic motiuo reſpondetur, ſi inueſtigemus cauſas, quæ Pontificem illum mouerunt ad venditionem Caſalis prædicti ordinandam, quas ſi veras, prout credebat *Clemens*, non inuenimus, vtiquè ex intentionis defectu illius decretum corruit; & ſucceſſiuè omnia per Executores geſta, & à fel. mem. *Paulo V.* demùm poſt *Clementis* obitum confirmata, nulla, ac prorſus inualida redduntur, ex iuribus indiuidualibus inferiùs allegandis.

Cauſæ enim, & finales, ex quibus *Clemens* ad venditionem Caſalis prædicti ordinandam motus fuit, ex chirographorum lectura ſunt ſatis patentes; ſuppoſuit enim *primò*, Franciſci hæreditatem, quæ ad pupillos ex filio nepotes ſpectabat, maximo ære alieno grauatam eſſe, illudquè propter vſurarum, ſed intereſſe curſum in dies magis excreſcere. Suppoſuit *ſecundò*, creditores pro eorum ſatisfactione maxima cum inſtantia egiſſe. Suppoſuit *tertiò*, creditores, et hæreditatem in anguſtiis reperiri. Suppoſuit *quartò*, nulla alia bona in hæreditate adeſſe, ex quibus potuiſſet commodiùs creditoribus ſatisfieri, niſi Caſale Turris nouæ, quod vendi iudicatum fuit expediens. Suppoſuit *quintò*, cum hac venditione creditoribus, hæreditati, et Fiſco prodeſſe. 42

Modò harum cauſarum veritatem nos inueſtigantes, illas prorſus falſas, nullamquè veram comperimus; Non *primam*, quia vt ſuperiùs annuimus, & in facti nota demonſtratur, æs alienum hæreditatis ſummam circitèr ſcutorum duodecim millium cenſuum decurſorum non excedebat: ſors enim iſtorum annuorum introituum nõ debebatur, qui iuxta Pij, aliorumquè ſummorum Pontificum Conſtitutiones, demortua dicebatur, & quando illam creditoribus debitam fateremur, ſummam ſcutorum ſexaginta millium non exceſſiſſe inuenimus, quæ quidèm ſumma, viribus hæreditatis attentis, ſcuta tercentum mille excedentibus, exigua potiùs, quàm magna dicebatur, ſicquè dicendum, falsò, & malè informatum ſuppoſuiſſe, ſimulquè credidiſſe Pontificem illum, Franciſcum maximum æs alienum contraxiſſe. Falsò etiam præſuppoſuit creditorum vrgentiam, ex quo illi verè non vrgebant, nec vrgere poterant, ex cauſis in facto deductis. Nec ſimiliter verum, creditores in anguſtiis reperiri, ex quo ſinguli diuites erant; benè verum, quòd hæreditas reperiebatur in anguſtiis, & maximis, quia contra omne ius in Fiſci poſſe exiſtebat; & inſuper debitores hæreditatis non premebantur à Fiſco, & tamen aderant ad ſummam ſcut. 26000. & vltrà. Quartum *Clementis* ſuppoſitum falſiſſimum extitiſſe, non eſt qui dubitet, ex quo alia in hæreditate aderant corpora minoris æſtimationis, ex quorum, ſine illorum cuiuslibet venditione commodiſſimè creditoribus ſatisfieri poterat. Falſum pariter fuit aliud præſuppoſitum, ex hac venditione vtile hæreditati, & Fiſco fore obueniendum, cùm Fiſcus nullum aſſecutus fuerit commodum; & hæreditas, vt notum eſt Deo, & hominibus, maximum reportauit detrimentum. 43

Falſis igitur exiſtentibus cauſis, ſuper quibus venditionis fundamentum iactum eſt, oritur clara iuris diſpoſitio, vt de venditione prædicta nulla ſit habenda ratio, & nè vagemur per mendicata ſuffragia, allego text. indiuidualem in *l. etſi Præſes* 5. *C. de prædiis, et aliis reb. minor.* vbi expreſſis verbis *Imperatores* determinarunt, nullam fore iudicandam alienationem prædij alicuius pupilli, ſi demùm detegitur, quòd ex falſis cauſis Præſes Prouinciæ venditionem illam decreto mediante ordinauerit; ad quod allegat alia iura concordantia Acac. Ant. de Ripoll. *cit. c.* 11. *num.* 381. & conferunt ſcripta per Franciſcum Becc. *conſ.* 12. *num.* 34. *lib.* 1. & per Franciſc. Nigrum *controuerſ. illir. cap.* 219. *n.* 88. *& ſeq.* Nec dicas, text. in *d. l. etſi* 44

etſi Præſes, cum *concordantibus*, loqui de decreto in-
45 terpoſito à Præſide Prouinciæ, qui Iudex dicitur inferior; in caſu autem noſtro à Summo Pontifice, qui Princeps dicitur ſupremus; Nam reſpondemus, reſcriptum Principis mandantis, ſiue permittentis, bona pupillorum, ſiue minorum vendi, non operari plus quàm Iudicis inferioris decretum operatur; hic eſt text. in *l.2.* vbi hoc notant omnes Doctores, *C. quando decreto opus non eſt*, Montan. *de tutelis, cap.35. num.574.* & alij.

Et cum hoc præſuppoſito, quòd cauſæ, quæ Pontificem *Clementem* ad venditionem ordinandam mouerunt, falſæ detectæ ſunt: addo vnum, quamuis non neceſſarium, illudquè eſt, quòd ſi ſecuta non eſſet tranſactio cum Fiſco, ſicquè, vt hæreditas Franciſci cum effectu eſſet fiſco incorporata, certè poſſet idem
46 Fiſcus pro venditionis nullitate hodiè inſtare, & obtinere, cùm perperam, & non ſeruatis de iure ſeruandis, proceſſum fuerit ad venditionem rei ad Fiſcum ſpectantis; venditio enim rerum fiſcalium vt valida ſit, multa concurrere debent, vt videre eſt penes Peregr. *de iure Fiſci, lib.6. tit.4 à princip.* & Alfar. *de offic. fiſcal. gloſ.34. num.32.33.34.* & *44.* in quibus locis decem, & plura connumerant requiſita pro rei fiſcalis venditione valida reddenda, quæ in venditione huius Caſalis, quatenus iudicatum fuiſſet, ad Fiſcum ſpectare, nullatenus adhibita fuiſſe conſtat, imò in multis illi præiudicium illatum, vt ex tenore *Motu proprij*, & ex venditionis progreſſu nimis clarè patet. Quò fit, vt negari non poſſit, quòd propter defectum ſolemnitatum de iure adhibendarum, competebat Fiſco ius dicendi de nullitate; cui quidem iuri obſtare non poterat ſolemnitatum adhibendarum derogatio, de qua in *ſecundo Motu proprio*, ex quo derogatio illa, vt ſuprà diximus, proceſſit, credens Pontifex cauſas, quæ ipſum ad venditionem decernendam mouebant, veras eſſe, non autem falſas, provt nunc detegitur: Vndè ex intentionis defectu corruit protsùs præfata derogatio. Quo enim pacto credi poteſt, Pontificem illum, qui ſuo tempore, vt communiter fertur, magnus extitit Iuriſconſultus; voluiſſe ſub falſo prætextu venditionem rei fiſcalis decernere, totquè iuris ſolemnitatibus derogare? nonnè compertum erat illi, quòd rei veritate detecta, derogatio ex intentionis defectu corruebat.

Hoc ſic ſtante, ſequitur certè dicendum, quòd cùm ex *Motu proprio* tunc Sanctiſſimi, ex quo orta fuit tranſactio, Domini Actores tunc pupilli plenariè, & in omnibus ſubrogati fuerint in loco, & iuribus Fiſci, atquè Cameræ Apoſtolicæ, illiſquè ceſſa fuerint omnia, & ſingula iura, Fiſco, & Cameræ contra quaſcunque perſonas horum occaſione competentia, etiam ſi neceſſe eſſet, de illis ſpecialem, & indiuiduam fieri mentionem, dubitari non poteſt, fuiſſe pariter eiſdem pupillis ceſſum ius illud Fiſco competens pro annullanda venditione, ad quam iuris forma non ſeruata fuerat deuentum, itavt quemadmodum potuiſſet Fiſcus ante ceſſionem de nullitate dicere, poſſint hodiè eius ceſſionarij, quorum iuſtitia, ſi ex alio non eſſet tam clara, & enixa, provt fuit demonſtratum, ex hac ceſſione dumtaxat ius bonum fouerent, & indubitatum.

Sed hic dicent aduerſarij, ceſſionem hanc tam amplam ad pupillorum beneficium in chirographo Apoſtolico ordinatam, fuiſſe demùm in tranſactionis inſtrumento reſtrictam, & in ſpecie cum prætenſa tutrice conuentum, vt ſubhaſtatio tenutæ Turris nouæ, venditionis inſtrumentum, omniàque in eo contenta approbare, & ratificare deberet, provt approbauit, & ratificauit. Vndè ex hoc dicendum videtur, non aliter fuiſſe in pupillos ius illud de nullitate dicendi Fiſco competens translatum, et ceſſum, imò ratificationem illam ſecutæ tranſactionis partem eſſe; Etenim huic obiecto ſatis ſuperque credo fuiſſe ſuperiùs reſponſum, dùm multifariam de iure fundauimus, ratificationem hanc nullius momenti eſſe. Nunc addo, ibi dicta magis corroborando, ſatis à veritate, iuriſque regulis aberrare illum, qui affirmare auderet, aſſertam promiſſionem à prætenſa tutrice factam contra venditionem Caſalis non venire (quã in inſtrumento trãſactionis adhuc inuenire nequiui) compoſitionis partem eſſe; quandoquìdem certò certius eſt, in omnem caſum promiſſionem hanc protsùs inutilem eſſe, tanquam ad tranſactionem non pertinentem: & probatur, cùm extorta illa ſit à Iudice, cui nulla erat tributa poteſtas ad ſimilem promiſſionem contra nõ venire, ſiuè ad contractus ratificationem recipiendam; ex quo in perficiendo tranſactionis actu, non niſi merus Executor reſcripti Pontificis exſtitit, & mixtus dumtaxat in arbitranda pecuniarum ſumma à pupillis exſoluenda, qua arbitrata, & ſoluta, mandauit *Clemens*, vt plenariè bona omnia pupillis reſtitueret.

Vellem modò ego ſcire à ſpiritu huius Executoris, quis ei impoſuit, vt peracto pecuniæ exſoluendæ arbitramento, ratificationem ſecutæ venditionis à pupillorum matre, & prætenſa tutrice extorquere deberet; in chirographo, cuius merus Executor erat? verbum nullum de hoc. Poſſet quis dicere, fuiſſe hoc procuratum à Fiſci Procuratore pro Fiſci cautela, ſtante eius obligatione in venditione. Sed (omiſſo quòd dicta obligatio purè facta contra formam, & naturam mandanti, fuit dolosè inita ad habendum colorem extorquendi ratificationem, vt dixi) reſponſio eſt patens, nullum commodum ex hac ratificatione Fiſcum reportaſſe, nec illius intererat, talem aſſequi ratificationem: nam dato, quòd emptori lis à pupillis moueretur, Fiſcus vigore pactorum, quæ apponi non erant ſolita, de iure non tenebatur, Peregrin. *de iure Fiſci, lib.6. tit.4. n.7.* & *num.37.* vndè remanſiſſet tantùm obligatus de euictione, & ſic ad pretium propter eius priuilegia: idem Peregr. *loc. cit. num.36.* ad quod nec propter promiſſam euictionem moleſtari poterat; exiſtebat enim pretium integrum, provt modò extat, partim inueſtitum in locis montium, & partim penes creditores, qui fideiuſſores ad emptoris fauorem dederunt.

Dicet alius, ratificationem partem eſſe compoſitionis, quia forſan Executor, niſi prætenſa tutrix ratificaſſet, maiorem pecuniarum ſummam arbitratus eſſet. Sed ego reſpondeo, hoc credi poſſe, quando venditio Caſalis vtilitatem aliquam Fiſco attuliſſet, ſicquè vt per illius ratificationem allata vtilitas confirmaretur; at quia Fiſcus nullum ex ea diſtractione reportauit commodum, ex quo pretium in illius beneficium conuerſum non fuit, non eſt cur dici poſſit, quòd niſi prætenſa tutrix ratificaſſet, Executor maiorem pecuniarum ſummam à pupillis exſoluendam arbitratus eſſet; vndè cùm huius extorſionis ratio aliqua aſſignari non poſſit pro Fiſco, conſequens eſt dicere, ratificationem non ad alium finem ab Executore procuratam, niſi falsò credens ipſe ſic emptori prodeſſe; Verùm cùm ipſe eidem emptor cognouiſſet, quòd hæc ratificatio quoad ſui beneficium nullius momenti erat, ſed protsùs inefficax, vel quia dubitari poterat, procuratam fuiſſe pro Fiſci intereſſe, & ipſi emptori prodeſſe non poterat, vel pro eius vtilitate, & videbatur ſatis indignum, vt Iudex, qui vendidit, & qui in venditione Fiſci, & hæreditatis, partes ſuſtinuit (vel, vt verius dicam, vigilantiſſimè ſuſtinere debeat, correſpondendo pietati, qua Pontifex ad venditionem deueniebat) detegeretur, de-

inini

demùm emptoris procurator iudicauit expediens
procurare, vt Domina Eudonica pupillorum mater
poſt tres menſes à die initæ tranſactionis, alio inſtru-
mento ſub data 10. Septembris 1601. Notario pro
emptore ſtipulante factam venditionem ratificaret:
vſquè enim, ſi prima ratificatio, de qua in tranſa-
ctione ſat ei fuiſſet, eidemquè profeciſſet; aliam non
procuraſſet. Confirmatur, nam defuncto demùm em-
ptore, conſiderantes idem hæredes eius, procurarunt,
vt pontifex *Paulus*, non minus quàm *Clemens* in
hoc negotio deceptus, ratificationem prædictam, de
qua in inſtrumento ſtipulato ſub dicta die 10. Sep-
tembris confirmaret, nulla facta mentione de rati-
ficatione in tranſactionis inſtrumento contenta, tan-
quam inutili, & emptori non proficua, & quæ nul-
lum poterat bonum producere effectum, quod cum
Sole clarius ſit, ampliùs hac in re non inſiſto; ſcio
enim, Illuſtriſſimos Dominos Iudicantes, religione,
ac doctrina præclariſſimos, hæc omnia benè perpen-
ſuros.

47 Quartò, nec de huius venditionis nullitate dubitari
poſſe addo, ſi quis imprudenter, & articulo non de-
guſtato opponeret, deliberationis contractum, qua-
muis *legibus*, ac *Doctoribus* reſiſtentibus celebratum,
fuiſſe demum per pupillos maiores effectos tacitè ra-
tificatum, ſicquè hodie Excellentiſſimam Principiſ-
ſam poſſeditricem, ex ſuorum prædeceſſorum per-
ſona iuuari diſpoſitione textus in *vulgata l. fin. C. ſi
maior factus alienat. fact. ſine decreto rat. habuer.* qua
ſancitum extitit, vt ſi minor factus maior infrà quin-
quennium alienationem rei ſuæ non ſeruatis de iure
ſeruandis factam non impugnauerit, de cætero non
audiatur; hoc enim voluit ibi *Imperator*, vt quinquen-
nalis taciturnitas operetur, nimirùm, vt cenſeatur
alienatio infrà illud tempus à Domino tacitè rati-
ficata; Vndè in caſu noſtro cùm Domini Felix, &
Chriſtophorus maiores effecti infra hoc quinquen-
nium à lege præſcriptum, alienationem prædictam
non impugnauerint, videtur, quòd tacitè illam ap-
probauerint: Imò non ſolùm tacitè, ſed facto etiam
48 illos ratificaſſe dici poteſt; conſtat enim, Dominos
Actores maiores effectos exegiſſe annuos fructus ob-
uentos ex pretiò Caſalis inueſtito in emptionem tot
locorum Montium, ſicquè per hanc exactionem vi-
detur quòd ſit inducta ratificatio venditionis re ipſa,
& facto, quod ratificantis animum oſtendit; volun-
49 tas enim non tantùm verbo, ſed etiam facto apertiſ-
ſimè declaratur; & ratificatio, quæ facto fit, æquipol-
let ratificationi, quæ fit verbis, vt eſt text. *in l. Paulus
reſpondit, ff. rem rat. haber.* quod in terminis *d. l. fin.*
obſeruat Azo *in ſum. C. ſi maior factus ratum habuerit,*
qui eſt *titulus...lib. 2.*

50 Sed certè fallax ſatis erit obiectio hæc, conſide-
rantes primò diſpoſitionem *præcitatæ l. fin.* in caſu
noſtro, facti qualitate attenta non ſubintrare; etenim
ſanctio illa loquitur, quando alienatio ab ipſo pu-
pillo, aut minore facta eſſet, *vbi* in text. *is, qui enim fe-
cit, vel hæres eius, &c.* vel à tutore, ſiue curatore, iuxta
intelligentiam Gloſ. *in verb. minorum, in pr.* & Azon.
ibidem, ſub illis verbis: *Cæterùm (quantum ad ratihabi-
tionem tacitam pertinet) non habet locum iſte titulus,
niſi cùm res, vt pupilli eſt vendita, hoc eſt ab ipſo pupillo
tantùm, vel à Curatore tantùm, vel ab vtroque, &c.* quod
placuit Ludouico Morot. *reſp. 42. num. 7. & 8.* Ant.
Fabr. *diffinit. 2. C. eod. tit.* & Simoncel. *de decret. lib. 3.
tit. 9. num. 10.* quos omninò vide: In caſu autem no-
ſtro; nec à pupillis, nec à Tutore, ergò.

Secundò, quando *citata l. fin.* extendi poſſet, adhùc
ſi alienatio neque à minore, neque à tutore, vel cu-
ratore facta eſſet, ſit locus in caſu noſtro omnibus
limitationibus à DD. ad *l. prædictam* ſparſim accom-
modatis: & primò, vt tacita quinquennalis ratihabi-
tio non procedat, quando in contractu alienationis
aduerſarij dolus interceſſerit, quem in contractu, de
cuius nullitate agimus, interceſſiſſe, ex his, quæ ſupe-
riùs exarauimus, & inferius dicemus, dubitandum
non eſt; ita Socin. *in l. cùm filiusfam. num. 1. ff. de verb.
oblig.* Ruin. *conſ. 170. num. 29. lib. 1.* Rot. *deciſ. 1. par. 3.
penes Verall.* Menoch. *de recuper. poſſeſſ. remed. 15. nu-
mer. 177. & ſeq.* benè Paul. Mont. *de tutelis, cap. 33.
num. 564.* Simoncel. *de decret. lib. 3. tit. 9. num. 3. & 32.*
Acac. Ant. de Ripoll. omninò videndus *cit. cap. 11. à
num. 367. vſquè, & per totum 371.* vbi pluribus relatis
Doctoribus hanc firmantibus concluſionem, teſta-
tur; & tandem ſic per illum Senatum deciſum, an-
nullando alienationem quarundam proprietatum
dolo factam, non obſtante, quòd plura quinquennia
poſt maiorem ætatem minoris alienantis decurſa
eſſent; ſicquè iudicatum, in venditionibus doloſis re-
rum pupillorum, & minorum, diſpoſitionem *citatæ l.
fin.* locum non habere. Addit demùm *n. 372.* vt idem
ſit in dolo præſumpto, ad quod probandum allegat
Bald. *conſ. 45. lib. 2.* Ruin. *cit. conſ. 170. num. 29. lib. 2.*
Rom. *conſ. 54. n. 3. verſ. contrarium,* Curt. Iun. *conſ. 50.
num. 6. & ſeq. lib. 1.* Riminal. Iun. *conſ. 248. num. 18.
lib. 1.* Olaſc. *deciſ. 179. num. 13.* Menoch. *conſ. 564.
num. 18. & conſ. 589. num. 16. lib. 6.* & Rot. penes
Veral. *cit. dec. 1. in fine,* vbi ſic iudicatum refertur: quo 52
dolo, & fraude ſic ſtâtibus, ſit locus alteri limitationi,
vt *d. lex fin. C. ſi maior fact.* locum non habeat de iure
Canonico; vt poſt Ruin. Natt. Riminald. iun. Surd.
& alios, quos citat, tradit idem de Ripoll. *vbi ſupra
num. 374.* quò loci dicit, quòd cùm in Cathalonia,
quando illius Comitatus conſtitutiones deficiunt, ex
particulari lege ſit cautum, vt ſit priùs ſeruandum ius
Canonicum; nunquam venditio rerum minoris ſine
iuris ſolemnitate facta, per quinquennij curſum ra-
tificata cenſetur, ſi in venditione malam fidem in-
teruenìſſe conſtaret; ad text. *in cap. fin. de præſcript.*

Item non deſunt Doctores, & grauiſſimi, (licèt non 53
ſine controuerſia) qui tenuerunt, *citatam l. fi.* non pro-
cedere, niſi in caſu, de quo loquitur, nimirùm quan-
do venditio decreto tantùm careret, vt tunc rati-
ficatio ex quinquennij curſu inducatur; cæterùm ſi
aliæ, præter decretum, concurrerent nullitates, prout
in caſu noſtro latè *ſuprà* demonſtrauimus, ceſſare
prorſus diſpoſitionem *legis prædictæ*, dixerunt Paul.
Pariſ. *conſ. 49. num. 10. 11. & 12. lib. 1.* Morot. *loc. cit.
num. 12.* & alij penes Ripoll. *loc. cit. num. 365. & ſeq.*
Rot. Rom. penes Greg. XV. *deciſ. 260. numer. 13. &
deciſ. 273. num. 19.*

Inſupèr non deſunt & alij, qui dixerunt, *d. l. fin.* 54
non procedere, quando duplici vitio laboraret con-
tractus, nullitatis nimirùm, & læſionis; vt videre eſt
penes Menoch. *d. remed. 15. num. 184.* & Mont. *cit.
cap. 33. num. 570.* quam quidem læſionem, ſi dicamus,
in venditione, de cuius nullitate agimus, concurriſſe,
non eſſet ponere os in Cœlum; conſtat enim, omnia
Caſalia, & bona Caſali Turris nouæ contigua, &
adiacentia, paulò ante, & poſt ſubhaſtationem multo
maiori pretio vendita fuiſſe, eoſdemquè Excellentiſ-
ſimos Aldobrandinos, & demùm Excellentiſſimos
Burgheſios emptores extitiſſe; & hinc elucet ſumma
prouidentia, nam voluit Deus, qui cuncta benè diſpo-
nit, vt damna, quæ ab Excellentiſſimis Aldobrandi-
nis, & Burgheſiis, licèt certè contra eorum optimam
intentionem, infantes ſenſerunt, geſta per eoſdem eſ-
ſent inſtrumenta illa emendanda.

Illud autem à nemine controuerſum reperio, ni- 55
mirùm hoc quinquennij tempus, tacitam producens
ratificationem, tunc demùm à die completæ mino-
ris ætatis currere, ſi minor ipſe maior effectus, perfe-
ctè

ctè de venditionis nullitate notitiam habuerit, quia ſi vitiorum, ſiue defectuum haberet ignorantiam, imò etiam ſi eſſet in dubio, ceſſare prorſus diſpoſitionem *d.l.fin.* quæ in maioris ſcientia fundata eſt, dixerunt *ibi* DD. communiter, & ex recentioribus Corne. *conſ.*207.*num.*7.*lib.*3. Natt.*conſ.*162.*num.*31. & 32.*lib.*1. Grammat. *conſ.*47.*num.*2. vbi dicit, nec præſumptam, nec tacitam ſcientiam ſufficere; idemquè Ruin.*conſ.*63.*n.*22.& 23.*lib.*1. Vrſill.ad Afflict. *deciſ.*249. *num.*13. & *ſeq.* Crauet. *conſ.*853.*n.*4.& 5. vbi dicit, quòd plena requiritur ſcientia, cū omnibus qualitatibus ſuis, ita quòd generica non ſufficiat, AntFab.*diff.*2.*C.eod.tit.ſi maior factus*, vbi dicit, ideò à die ſcientiæ quinquennium illud computari, quia
56 videri non poteſt, vt quis tacitè ratificet, quod ignorat, Paul. Montan.*de tutelis, cit.cap.*33.*num.*571. Menoch.*de recuper.poſſeſſ.remed.*15.*n.*185. Diaz deMena *in addit.ad Ant. Gammam deciſ.*76.*in fine*, Morot. *loc. cit.num.*9. quò loci adeò ſe rigorosè geſſit, vt dixerit, ſimplicem venditionis ſcientiam non ſufficere, ſed opus eſſe, vt in cunctis partibus contractus tenor, minori, maiori effecto, innotuerit; Caſtill.*cit.deciſ.*18. *num.*54.& alij.

Vndè cum in caſu noſtro Domini Actores de iniuſtitia venditionis, non niſi in anno 1626. notitiam habuerint, & ſub nube, quo tempore venditionem illam expreſsè impugnarunt, non eſt, cur hodie dici poſſit, tacitè illos ratificaſſe, ex eo, quia intra quinquennium à die, quo maior eorum ætas aduenit, alienationem non impugnarunt, non enim, quod ignorabant impugnare poterant; ad text. *in l.cùm ſex* 55.
57 *ff.de ædilit.edicto*, pro qua quidem impugnatione ad tacitam ratificationem tollendam, ſat eſſe dixerunt Doctores, extraiudicialem querelam, ita Gloſ. Salycet. & omnes in *l.*1.*C.ſi maior factus, &c.* Corn.*conſ.* 36.*num.*19. *lib.*2. Natt. *in addit. ad Alex. conſ.*117. *lib.*5.& alij.

58 Quibus ſic ſtantibus, dico indubitanter, nullam faciendam eſſe vim, quòd Domini Actores maiores effecti, exegerint annuos fructus obuentos ex pretio Caſalis venditi, in emptionem tot locorum Montium inueſtito; etenim alicuius momenti eſſet, quando Actores ipſi de venditionis nullitate non ignari, fructus, ſiuè redditus illos annuos, aut menſtruos exegiſſent è manibus emptoris, qui ſoluendo declaraſſet ſoluere pro totidem debitis ex cauſa emptionis factæ Caſalis Turris nouæ; cúmque in caſu noſtro exactiones vti de ſorte patrimoniali factæ fuerint nec aliter per illas potuerint pupilli maiores effecti, de venditionis nullitatibus, & defectibus notitiam habere; ergo.

Quódque mea hæc aſſeueratio vera oſtendatur, videantur, quæſo, omnes Doctores, qui in terminis *d.l.fin.* dixerunt, ratificationem non tantùm tacitè; ſed etiam facto induci poſſe, ſic exigendo; quia inueniemus locutos fuiſſe, quando minor factus maior, intra quinquennium, vel poſt, pretium rei malè alienatæ, vel eiuſdem pretij annuos redditus ſolui conuentos, è manibus emptoris exegerit, ſicquè, vt emptor, vel eius hæres, aut alter, eorum nomine ſoluerint, cauſam ſolutionis declarantes; in his enim terminis locutus fuit *Bald.* qui originaliter hoc dixit, & quem omnes poſt eum, huius dicti in authorem allegant *conſ. ſuo* 184. *Ad intelligentiam, vol.*2. vbi cùm prædij cuiuſdam minoris in emphyteuſim perpetuam, iuris ſolemnitatibus non ſeruatis, facta eſſet conceſſio, minor, factus maior, annuum canonem ab emphyteuta exegit, & demùm contractum impugnare intendebat, conſultus *Bal.* reſpondit, non licere, quia recipiendo conſtitutum cenſum, conceſſionem approbauit; ſi etiam locutus fuit Alex. *conſ.* 117. *Viſo proceſſu, vol.*5. vbi contractum venditionis, ſiuè locationis perpetuæ rei minoris à tutrice ſine decreto factæ, pro valido habendum eſſe conſuluit, ex eo, quòd minor, maior factus, egit ad penſiones ex illo contractu, & ſic dicitur ratificaſſe; ſic pariter locutus fuit Aret.*conſ.*127. *Eximie Doctor, col.*1.*ver.ſed quando lex ipſa*, vbi minor, factus maior, pretium rei ſuæ nulliter alienatæ ab emptore receperat; ſic etiam Dec. *conſ.*231. *Dura admodum, ante num.*4.*verſ. quia non ſolùm verbis*, ſic Natta *conſ.*341.*num.*4.*lib.*2. Montan.*cit.cap.*33. *num.*540. & in terminis noſtris benè Caſtil.*cit.deciſ.*18.*num.*3.55.& 58. vbi cùm ex pretio prædij minoris, iuris forma non ſeruata alienati, empti eſſent quidam annui redditus, quos minor ille maior effectus exegerat, agens demùm pro reuocatione factæ alienationis, nulla de exactione facta fuit habita ratio: *primò*, quia non erat probata ſcientia nullitatum alienationis, & cum ſuis qualitatibus; *ſecundò*, , quia exegerat minor maior effectus, dum re ſua priuatus extiterat, quo caſu, ne careret ille re, & pretio; dictum fuit, etiam data ſcientia, ratificationem inductam cenſeri non poſſe; allegat Rebuff. vt ibi, ſic in caſu ſimili iudicatum teſtantem.

Et vt omnis tollatur dubietas, circa obiectum præ- 59
tenſæ tacitæ ratificationis, eſt aduertendum, hic non agi ſolummodò de reuocatione alienationis rei pupilli, vel minoris, vti factæ non ſeruatis de iure ſeruandis; ſed inſimul de vindicanda re, cuius alienatio ab acquirentibus ſatis rigorosè prohibita erat; vndè ſi diceremus, venditum fuiſſe Caſale, de quo agimus, ab ipſis Dominis Actoribus, non in pupillari, ſed in minori ætate conſtitutis, venditionemquè ſolemni iuramento firmaſſent, quo caſu ex vulgari diſpoſitione text. *in Authen. ſacramenta puberum, C.ſi aduerſ.vendit.* contractus validus redderetur, in caſu noſtro, quia cum prohibitione legis minorum bona diſtrahi vetantis; concurrit inſimul prohibitio hominis, permittitur reuocatio omni tempore; ita ex Authore damnatæ memoriæ in *addit.ad Alex. conſ.*93. *num.*8.*lib.*7.& *conſ.ſuo* 7.*num.*15. Tiraquell. *ad finem tract.de retract.conuent.num.*15. Benincaſ. *de paupertate, in* 4.*ſpeciali contractuum*, Imol.*in l.filiusfamilias* 117.§. *Dini, num.*12. *verſ. nàm ex intellectu Bar.ff.de leg.*1.& aliis notat Montan. *de tutel.cit.c.*33.*n.*604. quò loci *num.ſeq.* addit, vt nec *Imperator* poſſit minorem habilitare ad vendendum bona, quorum alie- 60
natio à teſtatore prohibita eſt.

Dico plus, vt idem ſit, ſi ratificatio in caſu noſtro verbis expreſſis à pupillis maioribus effectis facta eſſet; nam cùm actum peregiſſent contra præceptum teſtatoris, qui, vt diximus, rigorosè ſe geſſit in prohibitione alienationis ſuorum bonorum, ipſimet poſſent venire contrà, factamquè ratificationem reuocare; hæc eſt enim magis communis ſententia, & quæ frequentius in iudiciis obtinuit, vt alienans bona à teſtatore alienari prohibita, quia propter prohibitionem illam dominium in emptorem tranſlatum non fuit, poſſit ipſemet alienationem contra ius factam reuocare, ſicquè contra factum proprium, quamuis iuratum, venire; eoquè caſu limitari regulam *l.vindicantem, ff.de euict.* & *l.poſt mortem, ff.de adopt.* ita Bald.*in l.quoties, la prima, num.*10.*C. de fideicomm.* Paul.de Caſtr.*in d.l.filiusfam.*§.*Dini, num.*3.*in fine, ff. de leg.*1. Tiraquell.*de retract. lignag.*§.26.*gloſ.*2.*n.*6. Afflict.*deciſ.*240.*num.*8. Gram. *deciſ.*93.*n.*3. Magon. *deciſ.Florent.*92.*num.*29.*cum pluribus ſeqq.* Ant.Gam. *dec.Luſit.*111. Viu.*deciſ.*185.*num.*8. Mangil. *de euict. quæſt.*62.*num.*10.& alij.

Quintò, vt omnis tollatur obiectio, quæ aduersùm 61
noſtram, quam tuemur, ſententiam, fieri poteſt; dico, quòd ad ſatis miſerabile refugium recurrerent aduerſarij,

ſarij: ſi in hac cauſa præſcriptionis terminos ſubingrederentur, ſiue quadriennalis, ex diſpoſitione *l. benè à Zenone, C. de quadrien. præſcript.* ſiuè longi, aut longiſſimi temporis.

Etenim quod attinet ad præſcriptionem, de qua in *d. l. benè à Zenone* (qua ſancitum extitit, vt habens cauſam à Fiſco ſuper re acquiſita, poſt quadriennij lapſum, à nemine moleſtari poſſit, qua quidèm diſpoſitione attenta videatur, quod Excellentiſſima conuenta ſit tuta, cùm à Fiſco cauſam habeat; immò ſic expreſſè in contractu venditionis conuentum, vt tranſlatum diceretur in emptorem omne ius, & priuilegium competens habentibus cauſam à Fiſco, & Principe) dicimus, *huius leg.* exceptionem tot habere limitationes, vt auſus ſit affirmare D. Reg. Ioannes Franciſcus de Ponte, qui in his ſupremis Tribunalibus vti Aduocatus, & Iudex inferior, & ſupremus diù mirificè præfuit, *legem hanc* nunquàm vidiſſe in iudicijs locum habere, idquè in *conſ.* 59. *num.* 49. *& ſeq. lib.* 1. *& conſ.* 131. *numer.* 140. *& ſeq. lib.* 2. vbi addit, adeò ſtrictè intelligendam, vt quilibet modicus ſufficiat error ad faciendum, vt lex illa locum non habeat; allegat Bald. *in proœm. Decret.* Felin. *in cap. quæ in Eccleſiarum, num.* 39. *de conſtit.* & Roder. Suar. *alleg.* 10. qui benè loquitur; & his addimus hoc idèm firmantes Socin. iun. *conſ.* 69. *nu.* 60. *& 61. vol.* 1. vbi plus voluit, quod diſpoſitio *huius leg.* ſapit iniquitatem; & quod, vt plurimum, eſt contra regulas iuris; quo fit, vt de iure Canonico, etiam inter merè laicos locum non habeat; idemquè poſt Gloſ. *in cap.* 2. *de reb. Eccleſ. non alien.* & in *Authen. quas actiones. C. de ſacroſ. Eccleſ.* ſcripſerunt alij relati per Ant. Gabr. *commun. concluſ. lib.* 5. *in tit. de acquiren. poſſeſſ. concluſ.* 1. *num.* 22. *&* 35. Duen. *regul.* 258. *in* 3. *limit.* & per Fabium de Anna omninò videndum *conſ.* 11. *à num.* 24. *vſque ad num.* 34.

62 Inter alias autem limitationes, quæ afferuntur, ad caſum noſtrum applicantur ſequentes, & primò conſidero, an Vrbis Gubernator de ordine Principis tenutam, de qua agimus, vendiderit vti rem ad hæreditatem Franciſci ſpectantem, provt ex chirographis, & inſtrumento celebrato nimis clarè conſtat, & certè *lex prædicta* locum non habet, cùm ab omnibus ſine contradictore intellecta ſit, vt procedat, quando Princeps bona fide vendit rem vti ſuam, & ad ſe ſpectantem, ità dixerunt *Doctores nuper citati*; quibus addendi ſunt & alij, quos refert, & ſequitur Peregr. *de iur. Fiſci, lib.* 6. *tit.* 4. *num.* 18. vbi dicit, ſemper in hoc caſu verum dominum poſſe agere, & ab emptore rem ſuam vindicare; eoquè magis ſi Fiſcus vendiderit, ſed minus ſolemniter, provt in caſu noſtro: aut verò aſſerere velimus, Vrbis Gubernatorem vendidiſſe vti rem ad Cameram ſpectantem, & hoc caſu, quia in chirographis expreſſa fuit à *Pontifice* cauſa, vnde Caſale prædictum in Fiſci poſſe peruenerat; nimirùm confiſcationis, quæ quidem confiſcatio vti executa in bonis fideicommiſſo ſubiectis, nullo pacto ſubſiſtebat, ex his, quæ *in principio huius noſtri reſponſi* probauimus, & in hoc etiam caſu communiter *lex prædicta* limitatur, ità in puncto originaliter dixit Cyn. *in l.* 1. *C. de hered. vel act. vend.* Soc. ſen. *conſ.* 121. *n.* 25. *lib.* 4. Suar. *alleg.* 11. *in fine*, Ant. Gabr. *loc. cit. n.* 26. Grammat. *deciſ.* 65. *num.* 79. *verſ. item lex illa*, Peregr. *loco dit. verſ. quintò declara*, Fachin. *conſ.* 80. *nu.* 4. *lib.* 3. D. Reg. de Ponte *cit. conſ.* 131. *num.* 143. *lib.* 2. fuit pariter *lex prædicta* limitata à Gram. *relata deciſ.* 65. *nu.* 80 *verſ. vltimò, quando venditionis tempore rei venditæ verus Dominus eſſet minor*, provt in caſu noſtro, in quo eò fortiùs hæc limitatio procedit, cùm ob ampliſſimas clauſulas in chirographis contentas impediti fuerint Domini agere, atque in iudicio iura ſua experiri, ſicque ſine dubio ceſſat prorſus *dictæ legis* beneficiũ; provt in terminis terminãtibus dixerũt Alciat. *conſ.* 9. *n.* 31. *& ſeq. lib.* 3. & Fach. *cit. conſ.* 80. *n.* 6. *lib.* 3.

Reſpectu autem præſcriptionis, longi, ſiuè longiſ- 63 ſimi temporis, quòd Dominis Actoribus non obſtet, eſt pariter indubitatum; *Primò*, quia tempore alienationis erant illi infantes, quorum fauore omnis præſcriptio excepta eſt, *vulgata l. ſicut, C. de præſcript.* 30. *vel* 40. *annorum.*

Secundò, quia cum tractetur de bonis fideicommiſſo ſubiectis, quando fideicommiſſarius agere non 64 potuit, vel quia pupillus, provt in caſu noſtro, vel quia fideicommiſſi conditio adhuc non euenerat, nec hæres, nec quilibet tertius poſſeſſor, etiam cum titulo, contra fideicommiſſarium taliter impeditum præſcribere poteſt, adhuc ſi tempus 30. 40. 60. & centum annorum elapſum eſſet, vt pluribus ad nauſeam relatis ex recentioribus probant Peregr. *de fideicomm. artic.* 41. *num.* 16. & Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt.* 528. *num.* 4. vbi ſic obtentum refert.

Tertiò, præſcriptionis termini in caſu noſtro non 65 ſubintrant, ſtante ſcientia emptoris fideicommiſſi, quæ ex venditionis inſtrumento ſatis clarè probatur, & ſic cùm emptor ille ſciebat, Caſale prædictum vendi non poſſe, quia fideicommiſſi vinculo ſuppoſitum, mala fides ei aſſiſtit, quæ rem emptam facit impræſcriptibilem, *c. fin. de præſcript.* ità in puncto Cephal. *conſ.* 624. *nu.* 46. quem citat, & ſequitur Fuſar. *loco iam* 66 *dicto, n.* 20. quæ quidem mala fides non ſolum nocuit primo rei acquiſitori; ſed etiam eius hæredibus, ex propria perſona præſcriptionem inchoaſſe prætendentibus; *l. cum hæres, ff. de diuerſ. & tempor. præſcript.* Abb. *in* c. de Butt. & omnes in *cap. ſi diligenti, de præſcript.* Alexand. *conſ.* 99. *lib.* 4. Capyc. *deciſ.* 4. Rot. Ianuenſ. *dec.* 103. Eſcob. *de ratiocin. cap.* 3. *n.* 17. & alij.

Quartò, ex alio Caſale prædictum redditur impræ- 67 ſcriptibile, cùm nè alienaretur extent expreſſæ prohibitiones, & cum rationabilibus cauſis, ſicquè fit locus diſpoſitioni notabilis *tex. in l.* 2. *C. de vſucapion. pro emptore*, & ibi Gloſ. & DD. omnes, Bar. *in l. vbi lex* 24. *num.* 1. *verſ. idem ſi contra voluntatem defuncti, de vſucap.* Abb. *in cap. cùm non liceat, nu.* 9. *verſ. quandoquè res eſt prohibita alienari, de præſcript.* Craſſus in *§. fideicommiſſum, quæſt.* 56. *num.* 7. & alij.

Sextò, & vltimò, pro complemento remanet, vt vi- 68 deamus, an reſtitutio hæc, quam Dominis Actoribus omni iure deberi, demonſtrauimus, ſit pariter facienda vnà cum fructibus per poſſeſſores collectis, facta tamen illis reſtitutione, vel compenſatione pretij ſoluti, vnà cum annuo interuſurio percepto? Et citra omne dubium affirmatiuè reſpondeo; id quod ratione, & authoritate probatur.

Ratione, & primò, nam quoties fit locus nullitati contractus emptionis, & venditionis, qui rem emit, tenetur illam cum fructibus ab initio perceptis, vero Domino reſtituere; & qui pretium recepit, illud vnà 69 cum intereſſe emptori exburſare cogitur; hoc enim operatur nullitas contractus, vt reſoluatur provt ex tunc, & ideò hìnc indè fit reſtitutio pretij cum intereſſe, & rei cum fructibus, ac ſi nunquam contractus ille, qui annullatur, celebratus eſſet, probant *Doctores* concluſionem hanc ex iuribus in *l. filio, §.* 1. *ff. de inoffic. teſtam. in l. item quod dictum eſt*, vbi Gloſ. *in verb. venditori*, & in *l. Imperator, ff. de in diem addict. in l. illud, §. condemnato*, & in *l. facta, ff. de ædilit. edict.* optimè Arius Pinell. poſt alios, quos citat in *l.* 2. *par.* 2. *c.* 4. *n.* 2. *&* 13. *C. de reſcind. vend.* & Marcell. Marcian. omninò vidẽdus *conſ.* 49. *n.* 3. *li.* 1. & meliùs Rota Romana *in Interamnen. pecuniarum* 29. *Iunij* 1635. *coràm R. P. D. Pirouano*, vbi dicit, nihil referre, an bona, vel mala fides in poſſeſſione adfuerit.

70 Authoritate etiam, legis ſcriptæ in terminis terminantibus probatur concluſio noſtra, nam quòd facta venditione prædij pupillaris, non ſeruatis de iure ſeruandis, ſit prædium illud ſic diſtractum pupillo domino, vnà cum fructibus per emptorem collectis, reſtituendum, ſoluto tamen illi pretio, quod pupilli creditoribus exburſauit, vnà cum vſuris, dixit Paul. I. C. *in l. penult. §. fin. ff. de rebus eorum.*

71 Secundò, quòd in caſu noſtro fructus ſint omninò reſtituendi ab emptore, dubitandum non eſt, ſciens enim ille, Caſale Turris nouæ ad pupillos ſpectare illudque fideicõmiſsi vinculo ſuppoſitum eſſe, nulla iuris ſolemnitate ſeruata emere voluit, ſic in legem committens, ſcientia quoad vtrumque probatur nimis clarè ex inſtrumenti deliberationis lectura, & ex illius ratificatione, quæ à prætenſa tutrice per eius Miniſtros extorta fuit, atque ex aliis pluribus modis, qui in facti nota demonſtrantur; vndè hoc ſtante fit locus communi concluſioni deſumptæ ex tex. *in l. ſi prædium* 16. *C. de præd. minor.* & in *l.* 2. *C. ſi quis ignorans rem minoris eſſe, &c.* quibus iuribus expreſsè cautum eſſe comperimus, data mala fide emptoris in emendo rem minoris, non ſeruatis de iure ſeruandis, rem illam ſic diſtractam vna cum fructibus reſtituendam eſſe, ſicquè indiuidualiter ſcripſerunt Couarr. *lib.* 1. *var. cap.* 3. *num.* 6. *in fine, verſ. ex his apparet*, Caldas *in l. ſi curatorem habens, in verbo, contractum fecisti, n.* 1. *verſ. ſi deniquè, de in integ. reſtitut.* Riminald. iun. *conſ.* 255. *n.* 27. *& ſeq. lib.* 3. Decian. *conſ.* 20. *n.* 83. 84. & 85. Montan. *de tutel. cap.* 33. *num.* 89. Io. Gutier. *eodem tract. cap.* 5. *num.* 9. 10. *&* 11. vbi poſt alios dicit, tunc emptorem rei minoris fructus ſuos facere, quando bonæ fidei poſſeſſor extitit, & talis erit cenſendus, vbi rem, quam emit, minoris, ſiuè pupilli eſſe ignorat; Caſtil. *deciſ.* 18. *num.* 25. *lib.* 1. Franc. Niger. *controu. iur.*

72 *cap.* 219. *num.* 38. & alij hoc idem firmantes in emptore bonorum Eccleſiæ, non ſeruatis ſolemnitatibus à ſacris canonibus requiſitis, vt ad huc fructus a die alienationis percepti, ſint, vnà cum re alienata Eccleſiæ reſtituendi, id quod ſatis notáter per Rotam deciſum fuit in vna *Placentina Decimarum ſub die* 13. *Maij* 1630. *coram Reuerendiſſimo P. Durano*, quam vide.

73 Tertiò, redditur indubitata in caſu noſtro fructuum reſtitutio, cùm tractetur de reſtituendo prædio, quod Excellentiſsimus Dominus Ioannes Franciſcus emit, & detinuit, ſciens, illud fideicommiſsi vinculo ſubiectum eſſe, ſicquè ad fructuum reſtitutionem tenetur hodiè Excellentiſsima Principiſſa neptis, provt eſt tex. nimis clarus in *l. domum, C. de rei vindicat.* benè Peregr. *de fideicomm. art.* 49. *num.* 108. vbi dicit, quòd quando res alienari prohibita alienatur, quia nulla, & inualida eſt alienatio, & per conſequens illius rei dominium ſtatim vocato acquiritur, ſunt eidem reſtituendi fructus, quos poſſeſſor percepit; allegat Zanch. *in repet. l. hæredes mei, §. cùm ita, numer.* 408. *ff. ad Senat. Conſult. Trebell.* Petr. *de fideicom. quæſt.* 3. *num.* 3. & Capt. *conſ.* 163. *col. fin.*

Hæc ſatis pro tenui mea facultate ad demonſtrandam iuſtitiam Dominorum germanorum Fratrum de Cinciis.

Donatus Antonius de Marinis.

Audio, ſecundùm hìc allegata fuiſſe per Illuſtriſſimos, ac Reuerendiſſimos Dominos de Camera Apoſtolica iudicatum coram Eminentiſſimo Domino Cardinali Rapacciolo, tunc eiuſdem Cameræ Clerico.

SVMMARIVM.

1 *Bona fideicommiſſo ſubiecta poſſunt ex cauſa dotis conſtituendæ, vel reſtituendæ alienari;*

Sed an hoc dotis priuilegium tranſeat in mulieris ceſſionarium, vid. numer. 2. 3. 4. 5. *&* 6.

7 *Hæres mulieris an iuuetur beneficio introducto ex diſpoſitione tex.* in authen. res, quæ: C. commun. de legat. *& numer. octauo &* 10.

9 *Limitata cauſa limitatum producit effectum.*

11 *Ceſsionarij mulieris pro dote recuperanda an habeant priuilegium prælationis, quo mulier ipſa potitur, & nu.* 12. 13. 14. *&* 16.

Et quid in hærede mulieris, num. 15.

17 *Mulier ſi ceſſerit iura ſua pro dote recuperanda, & alteri pro conſequutione antephati, vter ex his ceſſionariis ſuper bonis viri ſit præferendus, ſi illa ad vtrique ſatisfaciendum non ſufficiant & nu.* 19. 21. *&* 22.

18 *Dos cauſam continet onéroſam, antephatum verò lucratiuam.*

20 *Mulier cum hypotheca tacita poſteriori vt præferatur tacitam habenti anteriorem, procedit in dote; ſecus in antephato.*

23 *Præferri ſemper debet ille, qui agit de damno vitando, illi, qui agit de lucro captando.*

ARGVMENTVM.

Alienatio, quæ iure permittente fit bonorum fideicommiſſo ſubiectorum ex cauſa dotis conſtituendæ, vel reſtituendæ, nùm poſſit pariter permitti, inſtante eius hærede, ſiuè perſona, cui mulier iura ſua dotis recuperandæ in forma valida ceſſit. Priuilegium prælationis mulieri indultũ ex diſpoſitione tex. *in l. aſſiduis, C. qui potiores in pign. habean.* an tranſeat in eius ceſſionarium, ſiuè hæredem. Concurrentibus ſuper bonis viri ceſſionario mulieris pro dote recuperanda, & ceſſionario eiuſdem pro conſequutione antephati lucrati, vter præferendus, ſi bona illa ad vtrique ſatisfaciendum ſat non ſint; & de aliis ad materiam.

CAPVT

CAPVT XIX.

1 ALIENATIONEM bonorum fideicommiſſo ſubiectorum ex cauſa dotis conſtituendæ, vel reſtituendæ, iure permittente fieri poſſe, eſt vulgatum axioma, deſumptum ex text. in *auth. res, quæ, C. commun. de legat.*

2 Sed videamus breuitèr, an hoc priuilegium mulieri indultum tranſeat in eius ceſſionarium?

Paul. de Caſtro *conſ. 15. circa finem, ver. tertium principaliter*, in puris terminis *dictæ auth. res, quæ:* affirmauit, prouiſionem huius text. quæ pro mulieribus, nè indotatæ remanerent, fuit introducta, extendi poſſe, vt proſit fideiuſſori pro dotis reſtitutione dato; cui mulier ob aſſequutam ab illo ſatisfactionem iura ſua ceſ-
3 ſit; tres aſſignat rationes; quarum prima eſt, quia ceſſio fuit facta ex neceſſitate; ſecunda, quia ius competens ex diſpoſitione *d. auth.* fuit in eſſe formatum antè ceſſionem; tertia ratio, quia illa, quæ ſunt tranſmiſſibilia ad hæredes, ſunt pariter ceſſibilia, *vulgaris iuribus:* iſtamquè Paul. Caſtrenſ. ſententiam ſimpliciter pro ceſſionario inſequuntur Crauet. *conſ. 191. num. 2. verſ. idem in priuilegio*, Boër. *deciſ. 130. n. 11.* Menoch. *de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 189. num. 141. & 152.* & Nicol. Noalis *in tractat. de tranſmiſ. caſu 22. num. 6.*

4 Iaſ. *in d. auth. res, quæ, num. 32. in 14. notab.* recitat opinionem *Paul. de Caſtro*, & dicit, quæſtionem hanc à nemine, niſi ab illo tactam vidiſſe; ſed ab eodem cauendum eſſe monet, ex rationibus, quas *ibidem* ponderat: verùm in concluſione cogitandum reliquit.

5 Io. Maria Nouar. poſtremo loco de his agens *quæſt. forenſ. lib. 1. quæſt. 48.* intrepidè affirmat, ceſſionarium hoc priuilegio mulieri conceſſo in terminis *d. auth. res, quæ,* nullatenus gaudere poſſe, ex rationibus, vt *ibi* per eum.

6 Ego nouiſſimus ſuper hoc articulo aliàs conſultus, cum diſtinctione reſpondi, ceſsionem conſiderando, vel titulo oneroſo peractam, aut lucratiuo; vt in prima tranſeant in ceſsionarium iura eo modo, provt extant penes mulierem cedentem; etenim diſpoſitio hæc, vt propter dotem conſtituendam, vel reſtituendam, bona fideicommiſſo ſubiecta diſtrahi poſsint, aliud non reſpicit, niſi mulieris beneficium, vt dotem habeat, cum qua nubere, & viuere poſsit; modò, quòd volens ipſa agere ad dotem conſequendam, inueniat perſonam, quæ ceſsis iuribus prætenſam dotis quantitatem eidem exoluat; quæ bona ſuadet ratio, vt ceſsionarius agere non poſsit ſuper bonis, ſuper quibus poterat mulier agere: certum eſt enim, quòd omnimodò mulier erat actura ad iura ſua conſequenda, ergò dùm alius rem gratam fecit, de proprio exburſando, id, quod maximo incommodo, & ſumptu mulier conſequutura erat, non eſt cur dubitari poſsit, poſſe ceſsionarium iuribus ceſsis vti, eo modo, provt poterat cedens; non ſic quando ceſsio cauſam haberet lucratiuam, vt quia mulier iura ſua pro dote aſſequenda in alium donationis titulo tranſtulit; eo enim caſu ceſſat finis diſpoſitionis text. in *dicta authen. res, quæ*, ac proindè ceſſare debet ipſa diſpoſitio; & hoc eſt, quod in effectu voluerunt DD. citati per Nicola. Noal. *relato caſu 22. numer. 6. & 7.*

7 Qua diſtinctione ſic ſtante, videtur valdè dubia opinio illorum, qui putarunt, priuilegium, de quo in *dicta authen. res, quæ*, ad mulieris hæredes tranſire, ex eo, quòd hæres inſtitutus, vel ab inteſtato veniens, non niſi lucratiuo titulo acquirat: Quarè in hac re duos caſus conſtituendos eſſe arbitror, primum, ſi tractatur de dote reſtituenda? & teneo indubitanter, hæredes mulieris diſpoſitione *d. authen. res, quæ*, omninò iuuari, vt ad bona mariti fideicommiſſo ſubiecta pro dotis recuperatione agere poſſint, provt poterat mulier: eſtquè ratio manifeſtiſſima, quia cùm priuilegium hoc ſit doti tributum, provt ex Bart. Curt. & aliis probat Noal. *citato caſu 22. num. 1. & 2.* & dos adhùc dicitur ſoluto matrimonio ante tempus reſtitutionis, *toto tit. ff. ſolu. matrim. quemad. dos pet.* ibiquè in *Rubr.* Bart. Caſtrenſ. Alex. Iaſ. aliiquè recentiores relati per noſtrum Molfeſ. *in comment. ad Conſuet. Neap. part. 6. tit. de iure dot. quæſt. 3. num. 17.* conſequens eſt dicere, priuilegia omnia doti conceſſa ad mulieris hæredes tranſire, ſiuè ſint ſui, ſiuè extranei, imò etiam ſi eſſet Diabolus, vt ratiocinatur Bart. *in l. poſt dotem, num. 34. ff. ſolu. matr.*

Alter caſus eſt, ſi tractatur de dote conſtituenda, 8
vt quia cùm poſſet mulier petere, vt ex bonis fideicommiſſo ſubiectis dos ei conſtitueretur, adhùc, vt condigno viro nubere poſſet, deceſſit aliquo hærede inſtituto; modò ſi quæras, an ius illud petendi dotem ſuper bonis fideicommiſſatis mulieri competens tranſmiſſum ſit ad illius hæredem, affirmatiuè reſpondent Bald. *in d. authen. res, quæ, num. 11.* & Paul. de Caſtr. *num. 8.* Sed contrarium, & melius defendit Curt. iun. *ibidem, num. 22.* vbi Bald. & Caſtr. ſententiam non admittens, dicit, & benè, quòd in hoc caſu ceſſant omnes rationes, quæ à Doctoribus conſiderantur pro diſpoſitione *dicta authen.* Ceſſat prima, nimirùm, quòd ſi fideicommittens viueret, dotare cogeretur; nam dùm filia defuncta eſt, fruſtrà de dotandi obligatione tractari poſſet. Ceſſat etiam & alia in publica vtilitate fundata, quæ priuatæ præfertur, vt *textus* annuit; nam dum matrimonium ob mortem, quæ ſuperuenit, contrahi non poteſt, non eſt cur de publica vtilitate tractari poſſit. Ceſſat & tandem altera, de qua in *l. mulier. 22. §. cùm proponeretur, ff. ad S. C. Trebel.* vbi pariter mulieri permittitur de bonis reſtitutioni obnoxiis ſe dotare, quia ſic eius pudicitiæ, & fideicommittentis voto congruum eſt; mors enim hæc omnia ceſſare facit, ac proindè ſubdit *Curt.* quòd ceſſare quoquè debet præfata diſpoſitio, *vulgata l. adigere, §. quamuis, ff. de iurepatr.* nam cùm alienatio pro dote dùmtaxat fieri poſſit, de qua dote ob ſuperuenientem dotandæ mortem ampliùs tractari non poteſt, conſequens eſt, vt ſucedat vulgata regula, 9
quòd limitata cauſa limitatum producit effectum; *l. in agris, ff. de acq. rer. domin.* iſtamquè *Curt. iunior.* ſententiam ex recentioribus amplexus eſt Peregrin. *tract. de fideicomm. art. 42. à n. 42. vſq; & per tot. n. 44.* vbi dicit, ſecus dicendum eſſe, ſi mulier nupta eſſet, & filiis 10
ſuperſtitibus deceſſiſſet, nam eo caſu poſſent filij pro dote, quæ ad eorum matrem ſpectabat, ſuper bonis fideicommiſſo ſubiectis recurrere; Contrarium autem, ſi mulieris nuptæ hæredes eſſent extranei, pro illis enim in practica obtinere ſatis difficile exiſtimat Pergr. *loco cit.* quia adhùc ceſſant rationes *d. auth.* per Curt. ponderatæ. Vndè, &c.

Hæc credo benè procedere reſpectu priuilegij, 11
quod deſumitur ex *d. auth. res, quæ*, Sed an idem dicendum, videamus, reſpectu alterius, nimirùm prælationis, quod mulieri ſoluto matrimonio pro dote recuperanda in concurſu aliorum creditorum competit ſuper bonis viri, vt cedens iura ſua alteri, valeat ceſſionarius eodem prælationis iure potiri? Hæc eſt difficilis quæſtio; eamque plenè tractarunt DD. *in l. 1. C. de priuileg. dotis, in §. fuerat, Inſt. de action.* & in *§. 1. auth. vt exactione inſtante dotis*, Bart. Angel. Imol.

Imol. Alex. Roman. & cæteri in *l. poſt dotem* 41. *ff. ſoluto matrimonio*, Ripa *in l. 2. §. fin. num.* 18. *ff. de priuileg. creditor.* Iaſ. *in d. §. fuerat, num.* 94. Gomez *num.* 36 Neguſant. *de pignor. memb. 4. ſecunda partis, num.* 107. quò loci aduertit, quæſtionem eſſe valdè dubiam, in eaque vario modo DD. loquutos fuiſſe, itavt, quæ ſit communis opinio rectè perpendi non poſſit; Bald. Nouell. *tract. de dote, par.* 12. *ante num.* 18. *verſ. ego autem in tanta varietate, fol. mihi* 250. Affl. *deciſ.* 306. *num.* 7. vbi Vrſil. *num.* 6. Gregor. Lopez. *in l.* 33. *tit.* 13. *partita* 5. *in gloſ. ſus hiios*, Barboſ. *in l.* 1. *par.* 6. *num.* 13. & in *dicta l. poſt dotem, num.* 56. *& ſeq. ff. ſolut. matr.* Meyrer. *in tract. de priuil. creditor. lib.* 2. *tit.* 5. *num.* 17. *&* 18. Mynſing. *ſingular. obſeru. cent.* 3. *obſer.* 3. Menoch. *de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 189. *num.* 153. Gaſp. Theſ. *quæſtionum forenſ. lib.* 1. *quæſt.* 5. Valenz. *conſ.* 15 *lib.* 1. Amat. Rodriguez *de concurſu credit. par.* 1. *art.* 1. *à num.* 16. Fontanell. *de pact. nuptial. clauſ.* 7. *gloſ.* 3. *par.* 8. *à num.* 20. noſter Gaïtus in *ſuo vtiliſſimo tract. de credito, cap.* 4. *quæſt.* 11. *à num.* 1669. *vſquè ad* 1714. Gallup. *in prax. S.C. par.* 4. *in tit. de concurſu creditor. cap.* 3. *num.* 12. & nouiſſimè, cæteris omiſſis, Conſiliarius Arias de Meſa *var. reſolut. lib.* 1. *c.* 21. *à n.* 12.

Etenim ex his DD. alij ſimpliciter aſſeruerunt, actionem de dote cum iure prælationis, vti perſonaliſſimo, nullo pacto in mulieris ceſſionariũ, ſiue hæredem extraneum tranſire, ſed tantùm ad filios: Alij verò inſequuti fuere diſtinctionem Bart. in *loco cit. n.* 35.
12 vt hoc prælationis iure ceſſionarius potiri valeat, ſi ceſſio ex vtraque parte, mulieris nimirùm, & ipſius ceſſionarij eſſet neceſſaria, provt in exemplis poſitis per Gaitum *loco cit. num.* 1713. poſt Georg. *alleg.* 39. *n.* 13. Secus verò, quando ceſſio ex contrahentium voluntate proceſſit, quo caſu dicunt; ceſſionarium mulieris iura cum prælatione nullatenus per ceſſionem
13 acquirere: Alij, & tandèm reiecta funditùs hac *Bart.* diſtinctione, quæ verè omni prorſus iuris fundamento caret, &, vt infrà dicemus, cui directò obſtat diſpoſitio tex. *in l. ex pluribus* 43. *ff. de adminiſt. tut.* & in *d. §. 1. auth. vt exactione inſtante dotis*, magis communiter affirmarunt, vt ceſſionarius eodem prælationis iure vtatur, ſi ceſſio mulieris cedentis commodum & vtilitatem reſpiceret, provt in caſibus per *Bald. Nouell. & Menoch.* conſideratis; nimirùm, vt quia mulier ſoluto matrimonio iterùm nubens, iura, quæ aduerſus viri hæredes habet ex cauſa dotis, huic alteri nouiſſimo viro cederet, vel etiam ſi alius ipſius mulieris nomine dotem promitteret, & ſolueret; animo tamen repetendi, propter quod ipſa mulier huic promiſſori hæredis viri debitoris nomen cum ampliſſima iurium ceſſione in ſolutum dedit: vel pariter conſidero ego, ſi matrimonio per viri mortem ſoluto, vt mulier virum alterum inuenire poſſit, pater ſuus, frater, vel aliquis conſanguineus, ſiuè affinis dotem illam, quæ ab hæredibus viri venit recuperanda, eidem mulieri ſolueret, eo tamen inſerto pacto, vt ſi mediante iurium ceſſione, quæ aduerſus hæredes viri fit, hic, qui nunc ſoluit, in exigendo dotem, quæ ceditur, eodem prælationis iure, quo ipſa mulier fulcitur, non ſuffragaretur, teneatur eo caſu mulier, quod per ceſſionem ab ipſa factam conſequuta eſt, ceſſionario ſoluenti reſtituere, & exburſare; in his enim, & ſimilibus caſibus, quia verè hæc omnia ad mulieris prouidentiam proceſſerunt, & vt ipſi eſſet conſultum, non eſt cur dubitari poſſit, ceſſionario eodem prælationis iure ſuccurri, quia ſi ſecus foret, ille, qui ſoluit, contra ipſam mulierem regreſſum haberet.

14 At ſi ceſſio, non mulieris, ſed ceſsionarij commodum & vtilitatem reſpicet, quod contingeret, ſi mulier actionem pro dote recuperanda, donationis titulo in alium transferret, vel ſi creditor poſterior offerret ei creditum, quod habet, dotis ceſsis ſibi iuribus; vel ſi Tertius accommodaret pecuniam hæredibus viri vinculatam pro illa ſoluenda mulieri dotis creditrici, ceſsis iuribus ad beneficium ipſius Tertij ſoluentis; Aut & tandèm, ſi exiſtente muliere alicuius debitrice, fuiſſet illa ad ſoluendum condemnata, & vt creditori ſuo ſatisfaceret, cederet ei, ſiuè in ſolutum daret actionem illam, quam aduerſus hæredes quondam viri ſui habet dotem exigendi, & recuperandi: in his enim caſibus affirmat *Bald. Nouel.* quem magis communiter ſequuntur, nullo pacto in talem ceſsionarium prælationis priuilegium tranſire, ſed fieri locum nimis claræ diſpoſitioni tex. in *d. §. fuerat, Inſt. de action.* & in *d. §. 1. auth. vt exactione inſtante dotis*, quibus quidem iuribus expreſsè cautum eſſe comperimus, vt hoc prælationis priuilegium non niſi ipſi mulieri, cùm de dote ſua experiatur, eiuſque filiis tribuatur, nullatenus autem eius extraneis hæredibus, 15
aut creditoribus, ſicque illud actionem non reſpicit, quo caſu per ceſsionem transferret mulier in ceſsionarium omnia priuilegia actioni cohærentia, ſed meram exequutionem, poſtquàm ad iudicij conflictum fuerit deuentum, vt optimè ratiocinatur Barboſ. *in d. l. poſt dotem, num.* 56. *&* 57. vbi *num. ſequenti*, his pro veriſsimis ſuppoſitis, benè ſubdit, *Bart.* diſtinctionem funditùs corruere, nam ſi controuerti non poteſt hoc prælationis ius exequutioni fuiſſe tributum, non autem actioni, conſequens eſt dicere, vt indiſtinctè prohibeatur tranſitus in ceſsionarium, ſiuè voluntarium, ſiuè neceſſarium; id quod benè probatur in tex. *cit. l. ex pluribus* 43. vbi Gloſ. *ff. de adminiſt. tutor.* vbi agitur de priuilegio, quod habent pupilli, vt cæteris tutorum creditoribus perſonalem actionem habentibus præferantur; Item de ceſsione neceſſaria ex vtraque parte, quia tutor ex neceſsitate ſolidum ſoluit, & pupillus ex neceſsitate pariter tenetur ei cedere actiones ſibi aduerſus alios contutores, pro quibus ſoluit, competentes, & nihilominùs hoc prælationis priuilegium in tutorem ceſsionarium non tranſit.

Inſupèr aduertit *Barboſ.* Bartoli diſtinctionem aduerſari diſpoſitioni tex. *in d. §. 1. auth. vt exactione inſtan. dotis*, vbi ſi dotis actio per mulierem creditoribus cedatur, & ſic ex neceſsitate, ad tex. *in l. fin. ff. de ſeparat.* prælationis priuilegium ad illos non tranſit; vndè meritò cum *Barboſ.* concludimus, *Bart.* diſtinctionem omni iure improbaſſe Imolam in *eadem l. poſt dotem, circa finem*, Roman. *numer.* 49. Alex. *numer.* 34. Bolognettum *numer.* 253. Campeg. *de dote, par.* 1. *quæſt.* 82. Ripam *in l. 1. nu.* 33. *ff. ſol. matr.* & Neguſan. *de pignor. cit. 4. memb. 2. par. num.* 107. fuiſſe pariter 16
improbatam addimus, nè rerum iudicatarum deficiat authoritas, à Sacro, & ſupremo huius Regni Senatu ſub die 18. menſis Iunij proximi præteriti currentis anni 1647. referente præſtantiſsimo Domino Regio Conſiliario Franciſco Antonio Muſcettula, in cauſa Ioannis Antonij Ciraci, qui vti ceſsionarius crediti dotalis Lauræ de Angiullo, & Franciſci de Maſſariis coniugum Terræ Griptaliarum, ſuper bonis, & iuribus Octauiæ Vacca matris dictæ Lauræ, ac dotium eiuſdem debitricis, prætendebat præferri Catharinæ de Angiullo, quæ licèt dicebatur, quòd eſſet creditrix anterior pro redditione cõputorum tutelæ adminiſtratæ per dictam Octauiam communem matrem, tamen quia non niſi tacitam hypothecam habebat anteriorẽ, ad tex. *in l. pro officio* 20. *C. de admi. tutor.* non poterat concurrere cum credito dotali dictæ Lauræ, quãuis poſteriore ceſſo, vt diximus, dicto Ioãni Antonio, cuius quidẽ crediti priuilegiũ eſt, vt cuilibet creditori tacitam hypothecam habenti anteriorem

præferatur,

præferatur, *d.l.aſſiduis*; ſed è cõtrà replicabat Catharina, cuius partes pro viribus tuebatur doctiſſimus Dominus Bartholomæus Paſchalis inter primarios S. C. cauſarum Patronus, illius præſtantiſſimi Regij Conſiliarij Philippi digniſſimus filius, quòd licèt hoc verum ſit, non tamen priuilegium hoc dotis ceſſionario prodeſſe poterat, ſed tantùm mulieri; ad cuius commodum, & vtilitatem Ioannes Antonius ceſſionarius non agebat, quod proindè ex ſuperiùs dictis hoc dotis priuilegio, non actioni, ſed mulieris perſonæ tributo non poterat ille vti, ſicque deciſum extitit penes Cioffum S. C. Actorum Magiſtrum. Demùm deciſionem hanc ſuper allegationibus datis per Dominos Aduocatos reperi fuiſſe notatam propria manu præſtantiſſimi Regij Conſiliarij Domini Io. Franciſci Marciani, illius magni Conſiliarij Marcelli filij, qui vti Iudex in cauſa illa interuenit, & per hæc verba: *Die 18. Iunij 1647. fuit deciſum pro opinione Barboſæ, & aliorum contrà Bart. & Affl. etiam quòd eſſet viua Laura Angiullo, ex quo ceſſionarius egit nomine proprio, & ad ſui vtilitatem; & ſic fuit deciſum, quod procedatur ad expeditionem cauſæ contentorum in decretis S. C. oppoſitis pro parte Ciraci in comparitione præſentata fol. . . vbi hoc erat oppoſitum, non obſtantibus*; demùm ſubnectuntur hæc verba; *in comparitione non erat oppoſitum ſpecificè. ſed in allegationibus fuit productum, & allegatum.*

17 His ſic viſis; dùm hæc ſcriberem, audiui in hac
materia in dubium reuocari, ſi exiſtente muliere cre-
ditrice hæreditatis viri ex cauſa dotis ſolutæ, & ante-
fati lucrati, acceſſerint Petrus ſoluens ei dotem, &
Antonius ſoluens antefatum, quibus mulier ipſa iu-
ra ſua in forma valida ceſſit; in concurſu ſuper bonis
viri, quæ ad ſoluendum dotem, & antefatum haud
ſufficientia reperta fuere, an ceſſionarius dotis ſit præ-
ferendus ceſſionario antefati, vel vterquè in eodem
gradu pro rata quantitatis ſolutæ concurrant? Ratio
dubitandi contra ceſſionarium antefati, quod ei præ-
ferri debet ceſſionarius dotis, ea eſt, quia dos cauſam
18 continet onerosam, antefatum verò lucratiuam; & de
iure ex duobus pariter priuilegiatis, ille, qui agit de
damno vitando, ſemper præfertur ei, qui agit de lucro
captando; ad tex. *in l.verum, §.item queritur, ff.de minorib.* idque in terminis, de quibus agimus, videtur fir-
maſſe Fontanel. *de pact. nupt. tom. 2. clauſ. 7. gloſ. 1. par.
2. n. 18. 19. & 20. fol. mihi 529.*

19 Sed hac dubitandi ratione non obſtante, contraria
ſententia, citra omne dubium tenenda eſt, nimirùm,
vt omnes in eodem gradu concurrant; etenim quam-
uis concluſio modò indicata, veriſſima ſit, procedit
tamen in eo dumtaxat caſu, nimirùm quando cum
muliere concurreret alius creditor anterior, qui ſuper
bonis defuncti viri tacitam haberet hypothecam, hic
enim ſi concurreret cum muliere dotis, & antefati cre-
ditrice, certò mulier nullatenus præferri poſſet, niſi
20 pro ſumma, & quantitate, quæ dotem importaret; nam
vt mulier tacitam, vel expreſſam habens hypothecam
poſteriorem tacitam habenti anteriorem præferatur,
procedit in dote tantùm, ex *vulgata l. aſſiduis*, ſecus
verò in antefato; pro quo licèt habeat pariter tacitam
hypothecam, non tamen habet illam priuilegiatam
reſpectu anterioris temporis; vt dixerũnt DD. com-
muniter, ſignanter Innocent. & Io. Andr. *in cap. ex li-
teris, de pignoribus* Cyn. per illum tex. *in d. l. aſſiduis,
num. 5.* & in *l. vbi adhuc, C. de iure dot.* Bald. Nouel.
de dote, par. 12. num. 60. fol. 267. Neguſant. *tract. de pi-
gnor. 4. membr. 2. par. numer.* 64. Ant. Gomez. *in l. 51.
Tauri, numer.* 41. Barboſ. *in l. 1. par. 6. numer. 16. ff.
ſolut. matrim.* vbi alios citat, Rodriquez *in tract. de
concurſ. cred. par. 1. art. 1. num.* 21. Vrſill. ad Affl. *de-
ciſ. 291. numer.* 3. vbi ſic per S. C. deciſum refert,
Regens de Ponte *conſ. 80. num. 8. lib. 1.* & alij, quos re-
fert Gaitus *de credito, cap. 4. queſt. 11. num.* 1667. vndè
ſi bona viri non eſſent ſufficientia ad ſoluendum cre-
ditum anterioris creditoris, dotem, & antefatum mu-
lieris; hæc præferretur pro dote, poſtponeretur verò
pro antefato.

At ſi concurſus eſſet tantum inter hos ceſſionarios, 21
non video, quo iure, quauè ratione poſſit ceſſionarius
dotis præferri ceſsionario antefati, cùm vterque mu-
lieris iura ex eodem fonte, vno, eodemquè inſtanti
orta repræſentent, mediante ceſsione ei facta, quæ
quidem iura reſpectu ipſius mulieris, & ſucceſsiuè
eius ceſsionariorum, dùm alius creditor anterior non
concurrit, non aliter poſſunt conſiderari, quòd reſpe-
ctu dotis, quia cauſam continet onerosam, ſint maio-
ris importantiæ, quàm reſpectu antefati, quod cau-
ſam continet lucratiuam; Et quòd hoc ſit verum, fac,
vt valor bonorum viri non niſi ad ſummam ducato-
rum mille aſcendat, & mulier pro dote ſit creditrix
pro ſumma ducatorum bis mille, & pro antefato in
alia mille, nonnè fruſtatoria, ne dicam ridicula eſſet
contentio, ſi inueſtigandum, ſiue quærendum eſſet,
an quantitas illa ducatorum mille, ad quam bonorum
viri valor aſcendit, ſit adiudicanda vxori in partem
dotis, potiùs quàm pro antefato, quod enim emolu-
mentum mulieris vnquam eſſe poterit, quòd illa
mille ſoluantur ei potiùs pro dote, quàm pro antefa-
to; vel potiùs pro antefato, quàm pro dote? etenim ſi
in partem dotis ei ſolueretur, remanebit pro antefato
excluſa; & ſi pro antefato, remanebit excluſa pro do-
te. Suppoſita igitur hac veritate, nimirùm, quod in
perſona mulieris, dùm alius creditor cum ea non con- 22
currit, iura eius conſiderari non poſsint, quòd ſint
maioris importantiæ reſpectu dotis, quàm reſpectu
antefati, ſequitur certè dicendum, vt idem ſit iudican-
dum in ceſsionariis dotis, & antefati reſpectiuè mu-
lieris iura repræſentantibus.

Nec his omnibus in aliquo obſtat deciſio relata
per Io. Petr. Fontanell. *d. clauſ. 7. gloſ. 1. p. 2. num.* 18.
& 19. ibi enim perſona, quæ agebat pro conſequutio-
ne antefati, non aliter agebat repræſentans iura mu-
lieris; ſed filiorum, qui in illius lucri proprietate ſuc-
ceſſerant; Caſus erit, in quo ſuper bonis viri concur-
rebant hæredes mulieris pro recuperatione dotis ad-
huc non reſtitutæ, & hæredes filiorum pro conſe-
quutione proprietatis antefati, in qua neceſſariò ſup-
ponendum eſt, filios ſucceſſiſſe; ad tex. in *vulgata auth.
hæres, C. de ſecund. nup.* cùmque bona mariti, qui ea pro
reſtitutione dotis, & conſtitutione antefati eodem
tempore obligauerat, ad vtrumquè debitum ſoluen-
dum ſufficientia non eſſent, dicebant hæredes mulie-
ris, dotis debitum primò ſolui debere, & integrè ſa-
tisfieri, nam licèt vno, eodemquè inſtanti orta eſſet
obligatio reſtituendi dotem, & ſoluendi antefatum, at-
tamen quia hæredes vxoris agebant de damno vitan-
do, hæredes verò filiorum de lucro captando, Reg. de
Ponte *conſ. 80. num. 9.* conſequens erat, vt in pari cau-
ſa ille, qui de damno vitando agit, ſemper veniat præ- 23
ferendus ei, qui de lucro captando contendit, *d. l. ve-
rum. §. item quæritur, ff. de minoribus*, & ſi non defuerunt
DD. qui dixerint, licet non benè, vt creditor poſte-
rior ex cauſa onerosa ſit præferendus creditori ante-
riori ex cauſa lucratiua, qua de re latè per Rouit. *de-
ciſ.* 48. quantò magis, quando eorum creditum eodem
tempore ortum habuit? hæc enim fuit ratio, nec alia
eſſe poterat deciſionis per *Fontanell.* relatæ; quæ qui-
dem ratio caſui noſtro non conuenit, in quo tàm ceſ-
ſionarius dotis, quàm ceſſionarius antefati, mulieris
iura repræſentant. Vndè, &c.

SVMMARIVM.

1 *Bona ſtabilia venduntur in Regno Neapolitano pro certo pretio, quod quomodo ſoluatur, explicatur.*

2 *Interuſurium conuentum pendente ſolutione pretij rei venditæ an poſſit peti, vt moderetur, ſi excederet fructus, qui ex re vendita percipiuntur, & num.* 3. 4. 5. 6. *&* 7.

8 *Intereſſe pretij conuenti, an, & quando debeat eſſe recompenſatiuum ex fructibus rei venditæ.*

9 *Pecuniæ numeratio requiritur, vt cenſus conſtitutio ſuſtineri poſſit.*

Sed quid in Regno Neapolitano, nu. 11.

10 Bulla S.M. Pij V. *ſuper conſtitutione cenſus in Regno Neapolitano recepta non eſt.*

ARGVMENTVM.

Alienatione rei ſtabilis facta cum pacto, quòd pendente ſolutione pretij conuenti teneatur emptor loco interuſurij certam annuam præſtationem venditori ſoluere, ſi interuſurium conuentum excederet fructus, qui ex re vendita percipiuntur, an eo caſu poſſit emptor inſtare, vt interuſurium illud moderetur, nè excedat fructus, qui ex re vendita colliguntur, & de aliis.

CAPVT XX.

1 ALIENATIONES bonorum ſtabilium, quæ vbiquè locorum frequentiſſimæ ſunt, in hoc Regno, vel fiunt præſenti pecunia, vel promittit emptor infrà certum tempus pretium ſoluere, vel & frequentiùs quandocunquè ipſi placuerit in perpetuum, & interim, nè videatur re, & pretio frui, ſe obligat loco interuſurij certam annuam præſtationem venditori ſoluere, pactis omnibus adiectis, quæ in venditionibus annuorum introituum apponi ſolent; ſic enim ſe habet communis obſeruantia, de qua per Reg. Rouit. *deciſ.* 9. *n.* 3. *&* 4.

2 Sed his diebus in quadam Ciuitate Regni huius, audio fuiſſe dubitatum, quid dicẽdum, ſi interuſurium conuentum, & ſic annua illa præſtatio venditori ſolui promiſſa excederet fructus, qui ex re vendita percipiuntur, an eo caſu poſſit emptor inſtare, vt interuſurium illud à principio taxatum moderetur, vt non excedat fructus, qui ex re illa empta colliguntur.

3 Pro ratione dubitandi videbatur affirmatiuè reſpondendum, quandoquidem nonnulli non inferioris nominis Doctores in terminis textus *vulgata l. curabit, C. de actionib. empt.* voluerunt, poſſe à principio taxari intereſſe certum, & vniforme, illudquè tuta conſcientia exigi, dummodò taxatio fructibus, qui ex re vendita percipiuntur, correſpondeat; ità poſt alios Cagnol. in *d. l. curabit. numer.* 57. *cum ſeq.* Rot. *deciſ.* 187. *& ſeq.* penes Cæſarem de Graſſis; Roderic. *de annuis reddit. lib.* 1. *quæſt.* 7. Caldas *de empt. & vendit. cap.* 23. *num.* 34. Petr. Io. Anchar. *quæſt.* 23. *lib.* 2. Fachin. *contr. iur. lib.* 2. *cap.* 32. *verſ. verùm iſtis non obſtantibus*; & Coſta, aliis omiſſis, *de facti ſcient. & ignor. quæſt.* 84. *num.* 10. Suppoſita hac concluſione, quando dicimus, interuſurium taxatum pendente ſolutione pretij conuenti, excedere fructus, qui ex re vendita percipiuntur, conſequens eſt dicere, vt poſſit emptor inſtare pro illius moderatione, nimirum vt fructibus correſpondeat.

Sed hac dubitandi ratione non obſtante, dixi de his conſultus, quòd quicquid ſit de veritate concluſionis modò firmatæ; in Regno, contrario iure vtimur, nimirùm interuſurium à principio taxatum, fuiſſe apud nos omni tempore, abſque diminutione ſeruatum, ſiue illud correſponderit fructibus, ſiue eorundem annuam perceptionem exceſſerit, nec vnquam apud Noſtrates bonos, & graues fuiſſe de hoc dubitatum, ſignanter in venditionibus vrbanorum prædiorum, quæ in Ciuitatibus, & Terris paruis, aut parum, aut nihil reddunt, ſicquè tuta conſcientia affirmare poſſumus, ſuper huius contractus validitate in hoc Regno conſuetudinem introductam eſſe, provt in Ciuitate Bononiæ teſtatur Carol. Ruin. *lib.* 1. *conſ.* 73. *num.* 4. *verſ. & in terminis noſtris, & num.* 6. *verſ. & tantò magis*, in quibus locis huius contractus iuſtitiam tuetur, quamuis interuſurium in fructuum recompenſationem fuerit expreſsè promiſſum: & *num.* 7. propoſitam difficultatem abſoluens, hæc ſuggerit verba: *Vndè ex his ſequitur, quòd etiam ſi quantitas promiſſa excedat valorem fructuum, quòd omninò contractus erit licitus, quin licet contrahentibus, &c.* 4

Hanc eandem tuetur ſententiam Card. Pariſ. *lib.* 1. *conſ.* 60. *num.* 28. ſub illis verbis, *Nec attenditur, an ex fructibus perceperit plus, vel minus, eò quòd promiſit annuatim ſoluere, &c.* & infrà, *num.* 29. ſic loquitur, *& Paul. de Caſtr. &c. tenet in terminis d. l. curabit, cum ſimilibus, taxationem loco vſurarum poſſe fieri ad rationem decem, vel octo pro centenario, ſecundùm quod frequentatur in Regione, licèt fructus, vel vſus minus valeant, &c.* Et *num.* 37. hoc eo magis procedere affirmat, vbi emptor interuſurium à principio conuentum per longum tempus venditori ſoluerit, per hæc verba: *Provt etiam idem dicendum attenta obſeruantia, & executione ipſius annui redditus, cùm ipſe D. Balthaſſar venditor toto tempore, quo vixit, & poſtmodùm eius hæredes per aliquos annos ſoluerint dictum annuum redditum ſecundùm taxationem prædictam; quæ obſeruantia, & exequutio tantò magis dictam taxationem confirmant, &c.* 5

Et ex Noſtratibus Reg. de Ponte, qui in *tract. de poteſt. Proreg. in tit. de Regalibus impoſit.* §. 5. *nu.* 64. *& ſeq.* contendit, & meritò, terminos *d. l. curabit*, ab hac quæſtione extraneos eſſe. Audi Præceptorem ſic loquentem: *Et quid de venditione rei pro certo pretio ſoluendo infrà certum tempus, vel quandocunque; quodque interim donec illud non ſoluatur, præſtetur certa quantitas pro intereſſe; an, inquam, valeat conuentio, vel reiiciatur tanquàm vſuraria; quæ quæſtio licèt in Curia Romana habuerit difficultatem, & diuerſa ſint facta deciſiones; tamen in Regno nullam habet dubietatem, ſecundùm communem deciſionem Scribentium, etiam Theologorum, à qua quæſtione extranei ſunt termini tex. in l. curabit, C. de actionibus empti, qui procedunt in mora irregulari, quæ contrahitur abſque interpellatione, & temporis præfinitione re ipſa, ſecũdùm Bart. Bald. Salycet. & cæteros poſt Cynũ in eadẽ l. curabit, & ſic quicquid dicitur, quòd intereſſe* 6

non.

non poteſt excedere fructus rei venditæ, benè procedit, dum nulla præcedit conuentio, & nulla eſt commiſſa mora; ſed conſideratur tantùm ea, quæ re ipſa contrahitur propter perceptionem fructuum ex æquitate legis, & propterea intereſſe ad fructus commenſuratur, ſed quando ſumus in conuentione, alius eſt articulus, &c. Hæc D. Reg. de Ponte.

7 Et indiuidualiter de conſuetudine, & more Regionis noſtræ atteſtans, verbaque faciens de interuſurio taxato pendente ſolutione pretij prædij vrbani venditi, quod moderari inſtabat emptor, iuxta reditus domus venditæ, Reg. Capyc. Galeot. *contro. lib. 1. contr. 61. num. 27.* vbi multorum authoritate probat, licitè ab initio contractus venditionis vſuras pretij rei venditæ paciſci poſſe, & ad certam quantitatem, etiam quòd excedat fructus rei diſtractæ, modò quantitatem intereſſe communis, iuxta morem Regionis non excedat, inuehens contra *Incertum Authorem* contrarium ſentientem in *conſ. 153. lib. 2.* inter *conſ. Reg. de Ponte*; etenim Dom. Galeota per ſuos tramites articulum pertractans; principali obiectioni, quæ fit, vt intereſſe pre-
8 tij conuenti debeat eſſe recompenſatiuum fructibus rei venditæ, reſpondet *num.* 49. hoc procedere, quando verſaremur in mora irregulari, & pro ſeruanda æqualitate contractus intereſſe pretij non ſoluti peteretur; de quo quidem intereſſe propriè loquitur text. *in d. l. curabit*; ſecus verò quando mora eſt regularis, vt cùm ſtatim emptor ex conuentione in mora ſoluendi pretium conſtituitur, quo caſu, ſi ceſſaret mora ex parte emptoris, ſicquè venditor pretium conuentum haberet, cum alio contraheret, annuumquè cenſum redimibilem acquireret ad rationem octo, nouem, vel decem pro centenario, ſed quia pretium non numeratur, ille contractus, qui fieret cum Tertio, ſi pecunia numeraretur, fit cum eodem emptore, tranſeundo de contractu ſimplicis emptionis & venditionis ad contractum cenſus, mutato prorſus primo contractu venditionis, ita vt per contractum cenſualem emptor euadit venditor, & venditor emptor, nec remanet ampliùs locus petitioni pretij, cùm illud pro demortuo habeatur; & vt dicit Gutierr. *pract. quæſt. lib. 2. quæſt. 172. num. 4.* ab eodem Dom. Galeota citatus *num. 53.* ex hac nouatione, ſeu tranſlatione contractus ſimplicis venditionis in contractum cenſus, fingitur pecunia numerata pro pretio rei venditæ, & poſtmodum à venditore emptori pro cenſu conſtituendo retrodata; ad text. in vulgata *l. ſingularia, ff. ſi cert. pet.* quibus ſic ſtantibus concluſio in principio a Doctoribus citatis firmata, etiam iure communi attento, redditur valdè dubia.

9 Nec his obſtat, (addit *Dom. Galeota*) quòd vt cenſus conſtitutio ſuſtineri poſſit, requiritur pecuniæ numeratio, quæ in contractu, de quo nos agimus, deficit omninò: Nam reſpondetur, quòd hoc requiſitum pecuniæ numerationis habetur, ex Bulla ſanctæ memo-
10 riæ Pij V. ſub *datum Romæ 14. Kalen. Febr. 1569.* quæ in Regno noſtro nunquam recepta fuit, prout teſtantur Domini Reg. de Ponte, & Conſtantius, ille in *conſ. 41. num. 37. lib. 2.* iſte in *l. 1. num. 42. C. de fiſcalibus vſur. lib. 10.* vbi *num. 44.* hoc in ſpecie aduertit, nimi-
11 rùm in Regno, vbi ſeruatur Bulla *Nicolai*, ad validè conſtituendum cenſum, pecuniæ numerationem non eſſe neceſſariam, cùm ſat ſit confeſſio de recepto, vel quòd, qui cenſum conſtituit, ex alia cauſa ſit debitor in ea ſumma, pro qua conſtituitur cenſus; ad quod citat P. Salas *tract. de contract. in tit. de cenſ. dub. 8. n. 13. &* Reg. Rouit. *in prag. 1. num. 8.* vbi alios allegat *de cenſib.*

Per hæc verba reſpondi Religioſiſſimo Patri Fr. Zenobio Catacenſi Eremitæ Camaldolenſi, vitæ probitate, doctrinæ præſtantia, omnique virtutum genere ornatiſſimo, propoſiti dubij reſolutionem à me expoſcenti.

SVMMARIVM.

1 *Annuus cenſus ſuper feudo conſtitutus, & à feudatario acquiſitus, ad quem ſpectat, defuncto feudatario cum duobus hæredibus, altero in feudo, altero verò in allodio, & num. 2. 5. 6. 7. 10. 13. 14. 15. 23.*

3 *Creditor ſi ceſſerit debitori ſuo hypothecam, quam in aliquo fundo habebat, fundus ille per ceſſionem efficitur liber.*

4 *Dominium, & hypotheca ſunt incompatibilia; ſed declaratur n. 7. 8. 9. 19.*

10 *Dominium, quod habet feudatarius ſuper feudo, an ſit perpetuum, vel potiùs temporale, & n. 16. & 18.*

11 *Poſſeſſor bonorum maioratus, cuius bona ſunt cenſui obnoxia, ſi ſuccedat creditoribus illius annui cenſus, an per hoc cenſeatur extincta hypotheca, & n. 12.*

13 *Cenſus ſuper feudo conſtitutus, & demùm per vaſallum acquiſitus, an ſpectet ad hæredem vaſalli, qui ſine legitimo ſucceſſore in feudo illo deceſſit.*

14 *Succedens in feudo hæreditario dicitur hæres vltimi morientis, non autem primi acquirentis; ſecus in feudo ex pacto, & prouidentia.*

17 *Feudatarius decedens poteſt grauare legitimũ ſucceſſorem pro concurrenti feudi valore.*

20 *Conſuetudine Neapolitana cautum eſt, vt aliquo ab inteſtato decedente, in illius bonis omnibus ſuccedat proximior ex parte patris, exceptis maternis, in quibus ſuccedunt proximiores ex parte matris, & omnes tanquàm hæredes vltimi morientis.*

21 *Hypotheca, quam habet mater ſuper bonis viri ſui, in quibus ſucceſſit filius pro reſtitutione dotium, an cenſeatur extincta, quia demùm filius ſucceſſit matri ſuæ, & n ſeq.*

24 *Feudum dicitur recipere incrementum, quando feudatarius illud liberat ab onere annui cenſus.*

25 *Augmentum, quod in feudo factum reperitur ſpectat ad hæredem in allodio, tàm ſi aperitur Domino, quàm ſi in illo ſuccedit agnatus; & de ratione, num. 26.*

Sed an idem dicendum ſit de illo augmento, quod fecit vaſallus, feudum ab aliquo onere liberando, n. 27. 30. 31. 34. 35. & 38.

28 *Text.* in cap. 1. §. ſi vaſallus, hic finitur lex. *de quo augmenti genere loquatur.*

29 *Seruitus ſuper feudo conſtituta, ſi à vaſallo fuerit, oneroſo, vel lucratiuo titulo acquiſita, illius æſtimatio ſpectat ad hæredem in allodio.*

32 *Poſſeſſor feudi ſi ad illud relaxandum fuerit condemnatus, poteſt vti retentione, donec ei ſoluatur melioratio.*

33 *Retentio competit hæredi vaſalli pro meliorationibus,*

tionibus, quando feudum aperitur Domino, donec ei illarum æſtimatio ſoluatur.

36 *Seruitutis remiſsio an ſit noua,& diſcreta acquiſitio,quæ fit ſuper feudo.*

37 *Meltoratio an dicatur eſſe in re,quando feudum ab aliquo onere liberatur.*

39 Cedere *verbum quid importat.*

40 *Clauſula*, quibuſcunque & quibus dederit,*quid importet.*

41 *Aſſenſus non requiritur, quando creditor ſuper feudo, vult illud ab onere cenſus liberare.*

42 *Clauſulæ*, ad maiorem cautelam,quatenus opus ſit,& non aliàs,*quid importent.*

43 *Clauſulæ appoſitæ in exequutiuis contractus non mutant principalem diſpoſitionem.*

ARGVMENTVM.

Annuo cenſu ſuper feudo legitimè conſtituto, & demùm à ſucceſſore in feudo illo acquiſito, defuncto feudatario acquirente, duobus ſuperſtitibus hæredibus, altero in feudo,altero verò in allodio; an vti allodialis annuus ille reditus ſpectet ad hæredem in allodio, vel potiùs dicendum ſit, per acquiſitionem à defuncto feudatario quocunque titulo factam, fuiſſe illum extinctum, & ſic feudum à tali onere remanſiſſe liberum, reuocabile, & temporale, vel potiùs irreuocabile, & perpetuum dic. tur dominiũ, quod habet feudatarius in feudo hæreditario. Augmentum feudi an dici poſſit, quando feudatarius feudum ab aliquo onere liberat,& ſi tale cenſendum, an idem de illo iudicandum ſit, ſicut iudicatur de manufacto, ad ornatum text. *in cap.1.§. ſi vaſallus, in tit.hic finitur lex.* & de aliis ad materiam pertinentibus,&c.

CAPVT. XXI.

1 ANnuus cenſus ſuper fructibus feudi, Regio accedente aſſenſu à feudatario pro certo pretio recepto conſtruitus, ſi à ſucceſſore in feudo huic oneri obnoxio fuerit vniuerſali, ſiue particuiari titulo acquiſitus,quæſtio inſurgit elegantiſſima,mortuo demùm ſucceſſore iſto,qui annuum cenſum oneroſo, ſiue lucratiuo titulo acquiſiuit, duobus ſuperſtitibus hæredibus,altero in feudo,vti a lege inueſtituræ vocato;altero verò in allodio;nùm annuus ille cenſus vti allodialis ſpectet ad hæredem in allodio, vel potiùs per acquiſitionem à prædeceſſore feudatario, quocunquè titulo factam; extinctus cenſeatur, ita vt ob hanc ſubſequutam acquiſitionem feudum liberum remanſiſſe dicendum ſit.

Et quòd per ceſſionem à domino cenſus, & ſic à 2
creditore in feudatarium debitorem factam, feudum liberum remanſerit, ita vt hæres in allodio a ſucceſſore in feudo annuum illum cenſum, qui ante ceſſionem allodialis dicebatur, prætendere non poſſit, ſuadet ratio manifeſtiſſima; quotiès enim creditor debi- 3
tori ſuo hypothecam, quam in aliquo fundo habet, cedit,ſiue renunciat, fundus ille per hanc ceſſionem penitùs liber remanet, non enim quis poteſt eſſe dominus alicuius rei; ſimulquè in ea hypothecam habere, cùm res propria nemini deſeruire poſſit; & vt aiun *Doctores*,ſunt dominium, & hypotheca incom- 4
patibilia, confunduntur namque actiones, cùm debitor in creditoris ius ſuccedit, & è contrà; ſunt iura ſatis vulgata hæc omnia diſponentia in *l.nequè pignus 46.ff. de reg.iur. in l. Stichum, aut Pamphilum 9. ſ.ſ. aditio,ff.de ſolution.in l.1.ff.quemad.ſeruit.amitt.in l.debitori 7.C.de pact.& ſimilib.* Reg. de Pont. *conſ.8.n.2. lib.1.& conſ.169.num.5.lib.2.* Anna *conſ.35.n.1.* Cenc. *de cenſib.par.3.cap.1.quæſt.5.per tot.*

His igitur ſtantibus, in quæſtione propoſita, non 5
eſt cur dici poſſit, hæredem in allodio ſucceſſiſſe feudatario in hypotheca, ſeu in annuo illo cenſu ſuper feudo conſtituto, ex quo affirmando, in allodiali patrimonio defuncti remanſiſſe talem hypothecam, repugnant prorſus iura ſuprà proximè citata.

Sed his,& ſimilibus, quæ afferri poſſent,non ob- 6
ſtantibus, contrariæ ſententiæ adhærendum eſſe affirmo indubitanter:nimirum,vt annuus cenſus,de quo in quæſtione propoſita, per mortem feudatarij cum duobus hæredibus,ſpectet ad hæredem in allodio,nec aliter iure, aut ratione probari poſſe, per illius acquiſitionem à defuncto factam, ſiue emptionis, ſiue donationis,aut quouis alio titulo,feudum illud huic oneri obnoxium liberum remanſiſſe.Quod vt fiat manifeſtiſſimum,ſciendum eſt,quòd quamuis concluſio ſu-
prà pro contraria parte firmata,in ſe veriſſima ſit,om- 7
niquè prorſus careat dubio,illam tamen tunc demùm procedere eſt aſſerendum,quoties poſſeſſor fundi, ſuper quo conſtituta fuit ſpecialis hypotheca annui cenſus, dominus ſit perpetuus, & irreuocabilis, & ſic vt fundum hypothecatum poſſideat irreuocabiliter,quòd propriè conſideratur in illis bonis, de quibus poteſt eorundem Dominus in vita, & in morte ad ſui libitum diſponere;ſecus autem omninò dicendum,quando quis rei ſuæ perpetuus dominus cenſeri non poteſt, quia rem, ſuper qua fuit conſtituta hypotheca, poſſidet reuocabiliter, ex eo, quòd in morte neceſſariò illam certæ,ac determinatæ perſonæ reſtituere tenetur; hoc enim caſu nullatenus affirmari poteſt, dominium,& hypothecam eſſe incompatibilia; ſed benè poſſe quem cenſeri dominum alicuius fundi, & in eo hypothecam habere,quod trahit ſecum neceſſarium conſequens, vt mortuo demum fundi Domino, hypotheca ante mortem illi à creditore ceſſa,& renunciata, iure quidem exerceri poſſit per eius hæredem contra perſonam, quæ in re illa,ex legis,vel hominis diſpoſitione ſucceſſit; probant concluſionem hanc Bart.& DD. communiter, per illum text.*in l.ex ſtextante 30.§.Latinus,ff.de except. rei iudic.*idem Bart. *in l.ſi finita,§.Iulianus,num.48.ff. de damn. infect.* Dec. *in d.l.nequè pignus, num.2.ff.de reg.iur.* Bald. *conſ.167. num.2.lib.1.* ſub illis verbis: *Nec obſtat,quòd hypothe-*

caria

yhpothecaria non poſſit cedi domino rei ſuper eadem re.
Quia illud eſt verum,quando res non ſubiacet reſtitutioni,
nam ſi ſubiacet , etiam ſuper eadem re competere poteſt,
vt ff.de capt.& poſtlim. reuer.l.in bello,§. ſi quis ſeruum,
& ff.de except.rei iudic. l. ex ſextante, §. Latinus: Ant.
Negusant. tract. de pignor.4.membr.5. par.n.2. verſ.non
8 *obſtat* , quò loci hæc dicit verba : *Et non obſtat , quòd*
hoc modo res ſua videatur obligata ipſi venditori , contra
l.neque pignus,ff.de reg.iur.quia reſpondet ibi Bart.quòd
d.l. neque pignus procedit in re, qua abſolutè, & ſimpli-
9 *citer eſſet illius,qui prætendit pignus,quia tunc in ea obli-*
gatio cadere non potſt;ſecus autem eſt in re, quæ ſubiacet
reſtitutioni,& alteri eſt tradenda;nã tunc in ea poteſt ca-
dere pignus,vel quaſi;l.ex ſextante,&c. hęc ille: Afflict.
*deciſ.*8.*num.*1. *& deciſ.*16. *numero* 4. *verſic. nec obſtat,*
quòd , & meliùs *deciſ.*237. vbi Vrſil. ante *num.*3.di-
cens,quòd in hoc caſu actiones, ſiue hypothecæ non
confunduntur, & nullum Doctorem diſſentire , Cra-
uet.*conſ.*298.*num.*2.Anna *cit.conſ.*35. *num.*4. Seraph.
*deciſ.*872.*num.*3. quem citat Cenc. *loco ſup. cit.n.*13.
Steph. Gratian. *diſcept. foren. lib.*2.*cap.*204.*num.*25.
Camil.de Medic.*conſ.*86.& alij ſine contradictore.

10 Modò applicando hæc omnia ad caſum noſtrum,
cùm certiſſimum ſit, vtile feudi dominium in feuda-
tarij perſona haud conſiderari poſſe perpetuum,& ir-
reuocabile;ſed, vt aiunt *Feudiſtæ* , reuocabile, & tem-
porale,ſeu commutatiuum, ex quo in morte neceſſa-
riò cogitur feudatarius feudum,quod poſſedit,ſiuè ex
pacto illud ſit,ſiuè mixtum , quod in Regno dicimus
hæreditarium,reſtituere perſonæ à lege inueſtituræ vo-
catæ, hoc facit (dicunt Doctores)vt creditor cedendo
feudatario hypothecam,quam in feudo habet, ceſſio-
ne ſiuè remiſſione ſequuta, benè poſſit in ſuo robore
ſuper feudo obligato ceſſa hypotheca remanere, eiuſ-
démque feudi vtilis eſſe dominus ceſſionarius , in cu-
ius vita, quamuis actiones confuſæ videbantur , poſt
tamen eius mortem reuiuiſcunt , súntque reſolutæ,
ac reſtauratæ,in illis ſuccedente hęrede in allodio;ſic-
que nè in propriis terminis noſtris authoritate carea-
mus, tradiderunt Henric. de Roſental. *tom.*1. *de feud.*
*cap.*7.*concl.*37.à *num.*9.*vſque ad* 13.& Gaſpar.Roder.
omninò videndus *tract.de annuis reddit.lib.*2.*queſt.*19.
*num.*43. vbi dubium in hunc modum proponit:ſinga-
mus nimirùm , quòd Titius annuum habens reditum
ſuper maioratu Sempronij, Regia facultate conſtitu-
tum , teſtamento ſuo Sempronium debitorem hære-
dem inſtituat , qui quidèm Sempronius adita Titij
creditoris ſui hæreditate abſquè inuentario , decedat
ſimilitèr , Ioannem in bonis liberis hæredem inſtitu-
endo , Agnatum autem in bonis maioratus ; dubitat
modò *Roder.* quid fiet de annuo illo reditu , nùm ex
eo , quia Sempronius annui reditus debitor ſucceſſit
in ius Titij creditoris , illa hypotheca , quam Titius
pro annui reditus conſequutione in maioratu habe-
11 bat,remanſerit extincta,& per conſequens bona ma-
ioratus libera , adeò vt ſit Ioanni hæredi Sempronij
in bonis liberis prorſus præcluſa via agendi , ſeu pe-
tendi dictum annuum reditum à ſucceſſore in ma-
ioratu ? Et quòd annuus ille reditus ſpectet ad Ioan-
nem hæredem Sempronij in bonis liberis , non ob-
ſtante,quòd Sempronius debitor in ius Titij credito-
ris ſucceſſerit , concludit , *Roder.* ea quidèm ratione,
nam quemadmodùm quando annui reditus creditor
hypothecarum acquirit dominium commutabile,re-
ſtituuntur hypothecæ finito dominio,idem è conuerſo
in debitore reditus dicendum eſt, ſi is dominium hy-
pothecarum, non perpetuum; ſed temporale habens,
acquirat perpetuum ius reditus , nam finito hypothe-
carum dominio , debet reditus reſtaurari , & reſtitui,
quia contrariorum eadem debet eſſe diſciplina.

Hanc eandem ſententiam antè *Roder.* firmauerat
elegantiſſimè Ludouic.Molin.*de Hiſpan.primog.lib.*1.
*cap.*26.*num.*10.loquens in terminis, quando dominus
maioratus annuum centum in illo conſtitutum,parti- 12
culari, emptionis nimirùm, vel donationis titulo ac-
quiſiuiſſet,vt defuncto demùm domino,& poſſeſſore
maioratus,qui annuum illum reditum acquiſiuit, te-
neatur ſucceſſor in maioratu eundem annuum cen-
ſum acquirentis hæredi in bonis liberis ſoluere, ex-
cepto,ſi in acquiſitione per prædeceſſorem facta actũ
eſſet expreſsè,cenſus redemptionem ideò fieri,vt ma-
ioratus remaneret liber , ſicquè etiam Molinam ſe-
quendo concludit Io.Garz.*tract.de expenſ.& meliorat.*
*cap.*22.*num.*15. *fol.mihi* 203. vbi ſimilitèr loquitur de
annuo reditu conſtituto ſuper maioratu , feudo , em-
phyteuſi,& re dotali, idemquè Henric.Roſental.tam
in *loco ſupra cit.* quàm expreſſius *tom.*2. *cap.*10.*q.*44.
*num.*10.vbi loquitur in terminis,quando feudum an- 13
nuo cenſui obnoxium, ob lineam finitã deuolueretur
ad dominum,vt ſi annuus ille reditus fuiſſet per defun-
ctum vaſallum particulari titulo quęſitus,teneatur do-
minus hæredi vaſalli eundem annuum ſoluere cen-
ſum.

Hæc omnia ſupra iam dicta, aduerſus quæ non in-
ueni *Doctorem* , qui contrarium aſſerere auſus fuerit, 14
nullum poſſunt recipere obſtaculum,ſi quæſtio agere-
tur in hoc citerioris Siciliæ Regno , vbi feuda omnia
ſunt hæreditaria, vellétque quis opponere , Doctores
omnes ſuprà citatos alloquutos eſſe in terminis feudi
ex pacto,& maioratus,in quibus ſuccedit agnatus vti
à primo acquirente vocatus , non ſic,qui ſuccedit in
feudo hæreditario; is enim vti hæres vltimi morien-
tis , non autem primi acquirentis in feudo ſuccedere
dicitur;ergò Doctores prædicti apud Nos in quæſtio-
ne propoſita allegari non merentur.

Reſpondeas , oppoſitionem omni prorſus carere
fundamento;etenim ſi feudum ex pacto,& hæredita- 15
rium;quod verè apud nos dicitur *mixtum,* inter ſe, in
mille differrent,pro eo,quod ad caſum noſtrum perti-
net , diſcrimen aliquod inuenies nunquam ; ſed quòd
inter ſe prorſus conueniant : quemadmodùm enim
feudatarius è viuis diſcedens, feudũ,quod poſſidet ex
pacto , agnato à primo acquirente vocato relin-
quere tenetur,ſic pariter feudum hæreditarium pro-
ximo ſucceſſuro à lege inueſtituræ vocato , ſecundùm
Regni huius iura,& Conſtitutiones,vt benè obſeruat
Regens Villan.*in Reſponſo* poſt *Camer.n.*27.& Camer.
*in cap.Imperialem,§.prӕterea Ducatus.fol.*102.*lit.F.*ſub
illis verbis:*Si verò ſunt hæreditaria,filio primogenito de-*
bentur ex reſtitutione neceſſaria , *&c.* Georg. *alleg.*19.
*num.*17.Ex quo neceſſarium oritur conſequens,illud-
què eſt , quòd quemadmodùm dominium commuta-
tiuum,ſeu temporale,& reuocabile , in ea conſidera- 16
tur perſona,quæ feudum poſſidet ex pacto, ſic paritèr
in illo,qui poſſidet hæreditarium. Idquè adeò verum
eſſe,nam quamuis in Regno,ex eo,quia feuda omnia
ſunt hæreditaria,valeat feudatarius decedens eius gra-
uare ſucceſſorem pro concurrenti feudi valore,ad tra-
dita per D.de Franch.*deciſ.*1.*&* 704. & apud Noſtra- 17
tes paſſim; quando tamen eſſet tractandum de ipſius
diſpoſitione , neceſſariò illud proximo ſucceſſuro re-
ſtituere cogitur,ergò neceſſariò etiam eſt aſſerendum,
feudatarium in feudo hæreditario dominium non ha- 18
bere perpetuum,& irreuocabile, ſed temporale pror-
ſus,reuocabile,& commutatiuum.

Quibus ſic veriſſimis ſtantibus, benè Doctores *ſu-*
prà relati apud nos allegari merentur , omniquè iure 19
concludendum , ſubintrare concluſionem *ſuprà* fir-
matam, nimirùm dominium , & hypothecam nulla-
tenus eſſe incompatibilia ; ſed poſſe omninò ſimul
ſtare,quando qui dominium habet rei,in qua annexa
eſt hypotheca , dominus perpetuus conſiderari non
poteſt,

poteſt;ſed prorſus temporalis,prout in caſu,ſuper quo noſter eſt ſermo.

20 Quodquè omni prorſus careat ambiguitate,ex alio corroboratur;nam cùm ex lege municipali huius Ciuitatis,decedente aliquo ſine filiis ab inteſtato,in bonis illius omnibus,maternis exceptis,ſuccedant proximiores ex parte patris, in maternis autem proximiores ex parte matris, non quidem vti hæredes, & ſucceſſores primi bona acquirentis; ſed vti hæredes, & ſucceſſores vltimi decedentis, vt dixerunt Napod. *in Conſuet. Et ſi teſtator,in verb.diſponere, num.*13.*ver. non obſtat pactum, fol. mihi* 179. *& in verb. perueniat*, vbi Scip. Bucin.*in addit.* incip. *An talem medietatem, verſ.tamen durum eſt*, Capyc. ad Napod.*in Conſuet. Si moriatur,§.ea autem,in addit.*incip.*Ad Napod.fol.mihi* 91.Minad.*in Conſt. In aliquibus, in* 4.*notab.n.*15. D.de Franch. *deciſ.*89.*num.*1. *& ſeq.*92.*num.*4.518.*ante numer.*12.525.*num.*8.536.*n.*1.*& alibi*, D. Reg.de Pont. *conſ.*12. *num.*21.*&* 22.*& conſ.*52. *num.*21.22.*&* 23. omninò videndus *lib.*1.Bammacar.*in cap. Titius,n.*28.

21 *tit.ſi de feud.def. cont.fol.*189. cùm dubitatum eſſet,an per ſucceſſionem filij in dotibus maternis in pecunia conſiſtentibus,ad quarum reſtitutionem filius ipſe vti patris hæres matri tenebatur,extincta eſſet hypotheca, quam mater ipſa habebat ſuper bonis viri ſui præmortui, in quibus filius ſucceſſerat, itavt decedente demùm filio ipſo ſine liberis, & ab inteſtato, eiquè agnatis ſuccedentibus, proximiores ex parte matri dotes maternas petere non poſſent; reſolutum fuiſſe inuenimus,non aliter confuſas fuiſſe actiones,nec hypothecam extinctam, quia filius exiſtens hæres patris,& ſic debitor matris, eidem matri ſucceſſerat,& per conſequens proximiores ex parte matris tanquam eiuſdem filij vltimo loco defuncti in bonis maternis hæredes,actione reali benè poſſe ſuper bonis pro dotium reſtitutione obligatis,de eorum iuribus experiri aduerſus proximiores ex parte patris, qui in bonis illis filio defuncto ſucceſſerunt:idquè non alia ratione, niſi ex eo,quia dominium rerum paternarum,in quibus filius ſucceſſerat ,non alitèr cenſeri poterat in eiuſdem filij perſona irreuocabiliter quæſitum ; ſed prorſus reuocabiliter, ex quo virtute legis municipalis,bona illa paterna , dùm de illis in vita non diſpoſuerat filius, erant reſtitutioni obnoxia ad fauorem agnatorum, & ſic quamuis filius ſucceſſerat hypothecæ matris creditricis ſuæ , quia tamen dominium bonorum paternorum, in quibus erat annexa hypotheca illa,non poterat in perſona filij perpetuum, & irreuocabile conſiderari;ſed temporale, & commutatiuum; remanſit ſine dubio ſuper eiſdem bonis paternis per filium vti patris hæredem poſſeſſis firmata,& illæſa hypotheca in inſtrumento dotali contenta, ad effectum, vt poſt ipſius filij mortem proximiores ex parte matris, ad quos dictam hypothecam exercere tunc ſpectat, dotes illas recuperare poſſent, idque vt diximus, non obſtante ſucceſſione filij debitoris in iuribus matris creditricis ſubſequuta;ſic ſanè per Sac. Conſ.& Regiam Cameram pluriès deciſum fuiſſe atteſtantur Afflict. *deciſ.*237. ibique Cæſar Vrſil. omninò videndi,Reg.de Pont.*conſ.*8.*num.*10.*& ſeq.lib.*1. & latiùs, ac doctiſſimè in *conſ.*143. *lib.*2. Camil.de Medic. *conſ.*162. *num.*29. Et ſic vides, dari caſum, in

22 quo ſuccedat quis in aliquo bonorum genere,non vti hæres primi acquirentis,ſed vltimi morientis; qui illorum bonorum dominium non habebat perpetuum & irreuocabile, ſed temporale & reuocabile; ex quo neceſſariò in morte veniebant bona illa alteri reſtituenda,quamuis in vita potuiſſet liberè diſponere,& tandèm non fuiſſe extinctam hypothecam,nec in aliquo confuſas actiones,ex eo, quia hic vltimus decedens vti hæres patris, exiſtens matris debitor, ſucceſſerat in hypotheca, quam mater ipſa ſuper bonis per filium tanquàm dominum poſſeſſis tenebat : quibus ſic ſtantibus ceſſat prorſus obiectio ſuprà facta, eoquè magis fundata, ac penitùs indubitata redditur huius controuerſiæ determinatio.

Sed vlteriùs progrediendo, ſi annuum cenſum,de quo agimus,extinctũ eſſe diceremus, (quia cùm particulari titulo feudatarius illum acquireret, expreſsè conuenit,vt remaneret extinctus,cùm aliàs talis nunquàm dici poſſet,per ea,quæ ſuprà dicta ſunt)ex alio dicimus in quæſtione propoſita, hæredis in allodijs iura in tuto eſſe;poſſet enim ille eo caſu hæredem in feudalibus cogere ad ſibi ſoluendum, & exburſandum id, quod per defunctum feudatarium pro extinctione illius annui reditus erogatum eſt,vel ſi nil impenſum eſſet, quia lucratiuo titulo ſucceſſit extinctio,ad æſtimationem eius, quod impendi potuiſſet: 23

conſtat enim, per hanc extinctionem feudum recepiſſe incrementum, illudquè augmento intrinſeco melioratum fuiſſe, ex quo ab obligatione; & onere ſoluendi cenſum, cui erat obnoxium, extitit à ſuo feudatario liberatum; vt dixerunt Afflict. *deciſ.*232. *num.*6.*verſ.creditor ergo*,& ibi Prosp. Carau. *in addit. in princ.*Camer.*in cap. Imperialem, fol.*15.*col.*3. *lit.O.* Marcel.de Maur.*alleg.*42.*n.*10. Reg.de Pont. *conſ.*17. *num.*60.*verſ. nam quando, lib.*2. & cæteri noſtri communiter. 24

Modò cùm certum & indubitatum ſit, augmentum omne,quod in feudo factum reperitur,ſiuè titulo oneroſo, ſiue lucratiuo,ſpectare ad hæredem in allodio, ſiuè ſeparabile illud ſit, ſiuè inſeparabile, & ſic ſiuè extrinſecum, ſiuè intrinſecum, idque ſiuè feudum aperiatur domino, ſiuè in eo ſuccedat legitimus ab inteſtato ſucceſſor, ex lege inueſtituræ vocatus,vt dixerunt Capyc. *in inueſtit. feudal. in verb. feudorum augmenta,in princ.*D. Reg.dePont.*conſ.*11. *num.*8.*verſ. ſecunda erit concluſio*, & latiùs, ac meliùs *conſil.*52 à *num.*31.*ad finem,lib.*1. *& conſ.*58.*n.*2.*lib.*2.*& deciſ.*4. *num.*33.Fab.de Anna.in *addit.ad alleg.*6.*ſui Genitoris*, Henric.de Roſent.*de feud. tom.*2.*cap.*10.*quæſt.*44.*n.*4. Scrader.*de feud.part.*2. *vndecima princ. ſect.*1.*quæſt.*5. *num.*20.21.38.39.& 47.*concl.*7.Ioan.Andr.de Georg. *alleg.* 1.*num.*12.Piſtor.*quæſt.iur.lib.*2.*quæſt.*42. *num.*22. Nicol.Reuinner *deciſ.*24.*lib.*3.Borrell. *in ſumma deciſ. part.*1.*tit.de feud.num.*563.564.& 565.D. Reg. Conſtant.*in tit.C.pæn.fiſcal.credit.prefer. num.*152. *lib.*10. Ant. Monach. *de rect. feud. interpr. cap.*65. *num.*24. Nicol. Noal. *de tranſmiſ. caſu* 37. & alij ſine contradictore,conſequens eſt dicere,augmentum hoc,quod recepit feudum,dùm mediante perſona ſui feudatarij liberatum extitit ab onere ſoluendi cenſum, cui per priùs erat obnoxium,ſiuè illius æſtimationẽ ſpectare etiam, & pertinere in caſu, de quo agimus,ad hæredem in allodio. 25

Aſſignat rationem D.Reg.de Pont. *cit.conſ.*52.cur augmentum omne,quod in feudo reperitur,ità ſpectet ad hæredem in allodio, quando feudum aperitur domino, per iura expreſſa hoc diſponentia, & quando in eo ſuccedit agnatus;& ea eſt,nam ſi meliorationes per ſe ſubſiſtunt,reputantur burgenſatica ; ſin autem illa per ſe ſubſiſtere non poſſunt, datur actio pro illis conſequendis,quæ quidem actio feudalis non eſt, ſed burgenſatica;& ſi datur contra dominum,ita quòd teneatur ille ad iuſtæ æſtimationis ſolutionem, ergò eſt penes feudatarium,conſequenter illi in ea ſuccedunt, qui in cæteris bonis.& iuribus burgenſaticis ſunt ſucceſſores;& ſic nil refert,quòd feudum vadat ad dominum,vel ad agnatum;& vt dicit Ioan.Andr.de Georg. *loc.cit.* Ratio illa, quæ in hoc etiam affertur, ne quis locupletetur cum aliena iactura,ſicut ligat dominum; ſic pari modo ligat agnatum,qui multotiès contra defuncti 26

functi voluntatem in feudo ſuccedit.
17 Concluſio hæc,de qua nemo hucuſque dubitauit,
nullum poteſt recipere obicem , ſi quis opponendo
contendere vellet , Doctores omnes *ſuprà* citatos, qui
meliorationes in feudo factas , defuncto demùm feu-
datario , ad eius hæredem in allodio pertinere dixe-
runt, loquutos eſſe de augmento manufacto,ſiuè ſe-
parabile illud ſit,vti prædium,quod feudo non accreſ-
cit,ſiuè inſeparabile , quia feudo annexum, pro quo
ad æſtimationem datur actio ; nemo autem loquutus
ſuit de hoc augmenti genere ſcilicèt cùm feudatarius
feudum ab aliquo onere liberet,ergò.

Reſpondetur enim , idem eſſe , nec diſcrimen ali-
quod inter vtrumque augmenti genus conſiderari
poſſe;id quod iuribus , rationibus Doctorum, rerum-
que iudicatarum authoritate probamus ; Etenim ne-
gari non poteſt,augmentum feudi eſſe,ab onere ali-
quo illud liberare , & quamuis non manufactum, &
ſic apparens,benè tamen intrinſecum,ſic enim dixiſ-
ſe annuimus Afflict.Camer.Reg. de Ponte , alioſquè
plures *ſuprà* relatos:Modò, vt idem ſit iudicandum de
augmento merè intrinſeco , quale eſt illud , de quo
agimus,ſicut iudicatur de illo,quod manufit,probatur
ex punctuali deciſione text.*in cap.*1.§. *ſi vaſallus,in tit.*
28 *hic finitur lex*, quem Doctores omnes *ſuprà* citati al-
legant an probandum, meliorationes in feudo factas
ad vaſalli hæredem in allodio ſpectare ; de vtroque
enim augmenti genere loquitur text. ille , & ſic tàm
de manufacto , prout eſt ædificium , & quid ſimile,
&c.quàm de merè intrinſeco;prout eſt ſeruitus,quam
pretio feudatarius feudo acquiſiuit, cuius quidem ſer-
uitutis inter alias ſpecies eam eſſe , cùm ſuper re ali-
qua annuus cenſus conſtitutus reperiretur , eſt apud
omnes indubitatum,vt dixerunt Gloſ.*in c.*1.*de cenſib.*
Anchar.*conſ.*30.*num.*8.Caroc. *deciſ.*103. Peregr. *de fi-
deicom. art.*49. *num.*68. Auend. *tract.de cenſib.cap.*74.
*num.*3. Rot. *deciſ.*1. *num.*4. & 71.*num.*11.*in recol.per
Cenc.*Coſta *conſ.*9.*num.*2.& alij, ſicque attenta diſpo-
29 ſitione text.prædicti, *Doctores* concorditer dixerunt,
ſeruitutis pecunia acquiſitæ æſtimationem ad hære-
dem in allodio pertinere , vt per Andr. *ibi numer.*17.
verſ.idem ſi acquiſiuit ſeruitutem, Bald. Aluar.& com-
muniter Scribentes, Matienz. *in l.*6.*tit.*7.*lib.*5.*recom-
pil.gloſ.*3.*n.*7. Ant. Gomez.*in l.*46. *Taur. intra num.*3.
*verſic.ſimiliter & in reb. feudalib.*Barboſ. *in l.diuortio,
par.*1.§.*fin. num.*112.*verſ. vltimò notabis, in fin*.Piſtor.
*cit.q.*42.*num*....Molin.*de Hiſpan.primogen. cit cap.*26.
*num.*11.vbi tamen *num.præced.* ſupponit,liberari feu-
dum, ſiuè maioratum ab annuo cenſu, cui eſt obno-
xium,augmentum eſſe per ſe ſubſiſtens,ac proindè ad
hæredem redimentis ſpectare . Subdit demùm, idem
eſſe de augmento , quod per ſe ſubſiſtere non poteſt,
prout eſt ſeruitus; quæ licet maioratui cedat , venit
tamen illius æſtimatio poſſeſſoris hæredi ſoluenda:
idemque aſſerit *num.*12.ſi donatione conceſſa fuiſſet
ſeruitus, dummodò poſſeſſoris contemplatione, & vt
ipſi,ac hæredibus eius acquiratur,quia ſecus ſi con-
templatione maioratus,& familiæ.

30 Quódque in terminis propoſitæ quæſtionis , feu-
dum liberare ab annuo reditu , cui reperitur obno-
xium,ſit verè augmentum,aut per ſe ſubſiſtens,vt ali-
qui præſupponunt,aut merè intrinſecum,ità vt quoad
effectum rei diſcrimen aliquod conſiderari non poſ-
ſit,quando feudatarius addit feudo , & quando illud
ab aliquo onere liberat, illa palpabili ratione proba-
tur;fac enim, vt poſſidente Titio feudum , quod erat
in reditu centum, illud augmento manufacto melio-
rem reddat, vineam nimirùm, vel oliuetum plantan-
do , ita vt poſtmodùm ex hoc melioramento ſit feu-
dum in fructu biſcentum,certè augmentum hoc, ſiuè
illius æſtimationem , mortuo demùm feudatario , ad
eius hæredem in allodio ſpectare,nemo dubitauit,ſiuè
feudum deuoluatur ad dominum , ſiuè ad agnatum.
Finge autem modò , vt quis poſſideat feudum , quod
ſit in fructu biſcentum;at feudatarius non exigat niſi
centum,quia alia centum exigit Caius,qui ſuper feu-
do illo tantæ ſummæ annuum tenet cenſum ; ſi de-
mùm hic feudi poſſeſſor cenſum hunc annuum.one-
roſo,ſiuè lucratiuo titulo acquirat,nonnè in poſterum
biſcentum exiget feudatarius , qui per priùs non niſi
centum exigebat ? certè ſic:ergò dicendum eſt , feu-
dum hoc ob ſubſequutam à tanto onere liberationem
recepiſſe incrementum, illudque ad feudatarij bene-
ficium melioratum fuiſſe in centum , ac proindè illo
demùm defuncto,duobus ſuperſtitibus hæredibus, al-
tero in feudo,altero verò in allodio , vel ex teſtamen-
to,vel ab inteſtato, huius augmenti æſtimatio ſimili-
ter ad hæredem in allodio ſpectare debet ; prout ſpe-
ctat æſtimatio manufacti,cùm quoad effectum rei,vt
diximus,congrua diuerſitatis ratio conſtitui non poſ-
ſit,quando feudatarius addit feudo,& quando illud ab
aliquo onere liberat; vtroque enim caſu , pari modo
feudatarij conſideratur vtilitas ; ſicquè in puncto fir-
maſſe inueni , quamuis in alia facti ſpecie , doctiſ-
ſimum Iacobum Gallum *conſ.* 120. *num.*5. & 6.vbi
fundat elegantiſſimè , prout de more , augmentum 31
feudi eſſe,illud liberare ab onere vitæ, & militiæ, cui
annuæ præſtationi erat obnoxium. Nec referre, quod
non videatur in re facta melioratio:nam inquit,quòd
ſatis in re eſſe cenſetur, cùm quis ab onere aliquo, &
ſeruitute rem liberet, idquè apertè probari ait in *d.*§.
ſi vaſallus, in quo determinari dicit,ſatis eſſe, vt feu-
dum melioratum cenſeatur,ſi ſit vtilitas aliqua feudo,
vt puta redimendo illud à ſeruitute,ac proindè in caſu
ſuo ſubdit *Gallus* , licere poſſeſſori ſic melioranti ad 32
feudum relaxandum condemnato vti illius retentio-
ne,donec augmentum hoc, & melioratio ſibi ſolua-
tur, prout licitum eſſet pro aliis meliorationibus ma-
nufactis , ex quo lex feudalis non abhorret, quòd is,
qui bona fide meliorationes fecit , non valeat ſuper
feudo illas recuperare, vt habetur in eodem §.*ſi vaſal-
lus,* cuius quidem text. diſpoſitione attenta , dixerunt
ibi Doctores communiter, quos citat,& ſequitur Mo-
lignat.*de retention.quæſt.*104.deuoluto feudo ad domi- 33
num,ob feudatarij mortem ſine legitimo ſucceſſore;
illius hæredi in allodio licere feudum retinere,donec,
& quouſquè meliorationes à defuncto in feudo factæ
ſibi ab ipſo domino ſoluantur, vel ab agnato,ſi in illo
ſucceſſit agnatus , & ità paſſim apud nos iudicari te-
ſtatur Reg.de Ponte *deciſ.*4. *num.*33. & quod dubita-
tum aliàs fuerit , illud tantum ſit,nimirùm , quid de-
beat dominus ſoluere , an quod fuit impenſum, vel id
tantum, quod fuit melioratum, qua de re latè proſe-
quitur *deciſ.*12.& per Reg.Conſtant. *loco ſup. cit.*vbi
deciſionem refert.

Probatur etiam concluſio iſta; nimirùm idem eſſe, 34
quòd feudatarius addat feudo,& quòd illud ab aliquo
onere liberet;authoritate rerum iudicatarum:ſic enim
de anno 1591. determinaſſe inueni Regiam Came-
ram Regni huius, in cauſa tunc vertente inter Mar-
chionem Terræ Ipſirò,cum Regio Fiſco.

Pro cuius deciſionis intelligentia ſciendum eſt,
quòd inter alia corpora feudalia , quæ in dicta Terra
poſſidebat Marchio Ferdinandus Spinellus,& ad præ-
ſens poſſidet ſucceſſor eius Princeps Tarſiæ,ſunt quæ-
dam defenſæ ,vulgò dictæ,*la Piana,Capelliere, e Santa
Venere,* quæ vno anno ſeruntur, altero verò fructum
reddunt ad vſum paſcui ; in quo quidèm anno cùm
Vniuerſitas per menſes quatuor ius haberet paſcendi,
cupiens Marchio prædictus defenſas illas ab hac ſer-
uitute liberare,procurauit, vt Vniuerſitas remitteret
illam, prout remiſit, pretio recepto ducatorum quin-
que

que millium, & ſic remanſerunt defenſæ additæ ſeruitute liberatæ. Contigit demùm poſt aliquos annos, vt idem Marchio redimens in illo anno e viuis decederet, in quo in dictis defenſis paſcuum ſumebatur, cùmque ob hanc ſubſequutam mortem ſoluendum erat Regiæ Curiæ releuium, quod eſt medietas fructuum, qui in illo anno, quo anno, quo feudatarius moritur, à feudo percipiuntur, dicebat Fiſcus, ſucceſſorem in dicta Terra pro medietate fructuum perceptorum in dictis defenſis ſoluere teneri Ducatos tercentũ ſeptagintaquinque, cùm omnes Ducatos ſeptingentosquinquaginta importarent; & cùm ità exequutum eſſet, ſentiens ſucceſſor feudatarius ſe grauatum, inſtitit, à quantitate prædicta deducendam fore quartam partem pro rata iuris paſcendi olim Vniuerſitati competentis, & ab ipſa pecunia redempti, & ſic titulo particulari à prædeceſſore vaſallo acquiſiti, nàm ſi ab Vniuerſitate non extitiſſet ſeruitus illa remiſſa; dubio procul Ciuium animalia paſcua ſumpſiſſent, ſicque in illo anno, quo mori contigit Marchio, nullatenus à defenſis prædictis ſumma, & quantitas Ducatorum ſeptingentorum quinquaginta percepta eſſet. Cui quidem inſtantiæ non eſſe locum Fiſcus dicebat, ex eo, quia illud, quod obtinuerat Marchio Ferdinandus, aliud non importabat, niſi ſimplicem remiſſionem ſeruitutis iuris paſcendi Vniuerſitati competentis, quæ remiſſio non alitèr dici poterat noua, & diſcreta acquiſitio; ſed potiùs quædã conſolidatio, & ſic perperam à ſucceſſore prætendi poterat locum fore deductioni petitæ. His tamen non obſtantibus, exiſtente Commiſſario Domino Regente de Ponte tunc Regij patrimonij vno ex Præfectis, Regia Camera pro ſucceſſore in feudo prædicto pronunciauit, deducendo à ſumma dictorum Ducatorum ſeptingentorum quinquaginta ratam illam, quę quartam partem dictæ quantitatis importabat, & ſic extitit Regius Fiſcus condemnatus ad reſtituendam ratam prædictam iam exactam, ſuntquè deciſionis verba, quæ ſequuntur.

35 *Super deductione petita Ducatorum nonaginta trium, tarenorum trium, & granorum quindecim per Ill. Ioſeph. Spinellum Marchionem Ipſirò à ſignificatoria expedita contra eundem pro releuio debito ob mortem Ill. q. Ferdinandi eius fratris pro rata iuris paſcendi in defenſis nuncupatis*, la Piana, Capelliere, e ſanta Venere, *empti per dictum Marchionem ab Vniuerſitate Terræ prædicta pro pretio Ducatorum quinque mille, ſtante declaratione facta, eſſe burgenſaticum, & fuiſſe denumeratum feudale in petitione præſentata in anno 1578. in liquidatione facta releuij ob mortem Magnifici Ioannis Vincētij Spinelli Domini Terrarum VerZini, CalapiZati, & Terræ prædictæ Ipſirò; ſtante etiam deductione facta quantitatis prædictæ, pro eadem cauſa, in liquidatione vltimo loco facta releuij ob mortem dicti Ill. Ferdinandi.*

Die quinta Nouembris 1591. facta relatione per ſubſcriptum Mag. Rationalem, viſis ſcripturis præſentatis, ac liquidatione facta in anno 1579. releuij prædicti, ob mortem dicti Magnifici Ioannis Vincentij Spinelli, in qua liquidatione non fuit deducta rata iuris paſcendi defenſarum prædictarum, ac deductione facta Ducatorum nonaginta trium, tarenorum trium, & granorum quindecim. Pro cauſa prædicta à ſignificatoria vltimi releuij, ob mortem dicti Marchionis Ferdinandi, ac etiam ſolutione facta ſignificatoriæ releuij prædicti anni 1579. fuit prouiſum, condemnari, prout præſenti decreto condemnatur Regius Fiſcus ad reſtituendum dicto Ill. Ioſeph. Spinello Marchioni moderno dictos Ducatos nonaginta tres, tarenos tres, & granos quindecim, & expediantur literæ certificatoriales Regiæ Generali Theſaurariæ pro reſtitutione ipſorum, qui breui manu ſoluantur Regiæ Generali Theſaurariæ prædictæ in extinctionem ſignificatoria Ducatorum 1510. 2. 7. in quibus vltimo loco fuit liquidatum releuium prædictum hoc ſiuum, &c.

Ioannes Franciſcus de Ponte.

Fabritius Cardinus Rationalis.

Die 10. Octobris 1592. facta relatione, fuit prouiſum, quod deducantur ipſi Ducati 93. 3. 15. à ſignificatoria prædicta Ducatorum 1510. 2. 7. vltimo loco expedita ſub die 15. Iunij 1591. & iam fuerunt deducti.

Vides igitur ex hac deciſione, ſimplicem ſeruitutis remiſſionem habuiſſe Regiam Cameram pro noua, ac diſcreta acquiſitione à defuncto feudatario in feudo facta, ac ſi verè in fundo alterius, ad feudi augmentum nouam iuris paſcendi acquiſiſſet ſeruitutem, iuxta literam §. *ſi vaſallus*, ac proindè ius illud remiſſum vti quid burgenſaticum pro rata tangente fuiſſe deductum in liquidatione releuij, quod certè deduci non poterat, ſi remiſſio illa ſeruitutis conſolidationem tantùm importaſſet. 36

Idem ergò & maiori cum ratione dicendum eſt in caſu, de quo agimus, vt ſit vera, & diſcreta acquiſitio, quæ fi. à feudatario, dùm feudum liberat ab annuo cenſu, cui reperitur obnoxium; ſicquè concludendum doctè ſatis dix ille Gallum *loco cit.* nil referre meliorationem in re factam non eſſe, ex quo ſatis in re eſſe dicitur, cùm res illa ab aliquo onere, vel ſeruitute eximatur, ad id expendendo text. *in d. §. ſi vaſallus*; cuius quidem diſpoſitione attenta, in caſu deciſionis prædictæ, ſi Marchio Ferdinandus, qui ſeruitutis remiſſionem procurauit, ſine legitimo ſucceſſore è viuis deceſſiſſet, quod proindè feudum extitiſſet ad Dominum Regem noſtrum deuolutum, certè ſumma illa Ducatorum quinque millium à defuncto vaſallo exburſata veniebat omnimò à Fiſco ſoluenda hæredi vniuerſali bonorum allodialium; & pari cum ratione, attento themate, ſuper quo noſter eſt ſermo, ſi caſus contigiſſet, vt feudum, quod erat annuo cenſui obnoxium, apertum eſſet domino, debitor vtiquè extitiſſet Fiſcus, obligatuſquè remanſiſſet ad ſoluendum hæredi in allodio cenſum illum, ſiuè illius æſtimationem, prout in terminis terminantibus reſoluit Roſental. *citato cap. 10. quæſt. 44. n. 10.* Et dùm *Doctores* nullum conſtituunt diſcrimen, quando feudum aperitur domino, & quando in illo ſuccedit agnatus ex lege inueſtituræ vocatus: ſed eandem militare rationem aſſerunt, ſicquè per Sac. Conſ. deciſum penes D. de Franch. *deciſ. 19. &* 572. conſequens eſt dicere, vt agnatus hæres in feudo teneatur hæredi in allodio annuum illum ſoluere cenſum à defuncto feudatario quæſitum, ſiuè illius æſtimationem. 37 38

Scribebam hæc pro Illuſtriſſimo Domino meo Don Franciſco Peretto Abbate Claraualien. nunc S. R. E. Cardinali digniſſimo Excellentiſſimi patris ſui in bonis allodialibus hærede vniuerſali, in caſu tamen, in quo ad fundandam illius intentionem tanta dote non indigebam: nam vt cenſus ſuper feudo conſtitutus, & demùm à ſucceſſore in feudo illo acquiſitus non potuiſſet cenſeri extinctus; ſed proſus ad hæredem in bonis liberis tranſmiſſibilis, pluribus mediis conſtabat apertiſſimè; illud enim erat in facto certiſſimum, Excellentiſſimam Donnam Camillam Perretti, illius magni Sixti germanam in anno 1591. emiſſe Comitatum Celani, & Baroniam Piſcinæ in Prouincia Aprutina, pretio Ducatorum tercentum ſeptem millium, & quingentorum, quos pro ſumma Ducatorum biſcentum quinquaginta millium exburſauit de propria pecunia Domini Cardinalis Montalti eius ex filia nepotis, ad cuius ſauorem, donec ſors reſtitueretur, annuum conſtituit cenſum Ducatorum decem millium, ad rationem quatuor pro centenario, quam quidèm annuam præſtationem, vt authoritate propria ex fructibus feudorum potuiſſet Dominus Cardi

Cardinalis exigere, fuit expreſsè conuentum, Regio aſſenſu in omnibus legitimè accedente, demùm eademmet Donna Camilla feuda prædicta Domino Principi Peretto eius ſimiliter ex filia nepoti, & immediato ſucceſſori ampliſſimè refutauit, aſſerendo, feuda illa ab omni onere libera, & immunia eſſe, adoha tantùm excepta, & annuo cenſu prædicto ad fauorem Domini Cardinalis conſtituto, qui Dominus Cardinalis volens demùm Principi Germano rem gratam facere in anno 1613. eundem cenſum illi donauit, & vt mediante hac donatione, cenſus ille in futurum extinctus minimè potuiſſet cenſeri; ſed quòd ſemper in ſuo robore permaneret, curarunt expreſsè contrahentes, vt ex inſtrumenti lectura conſtat euidentiſſimè.

Primò enim apparet, D. Cardinalem non aliter liberaſſe feuda ab hoc annuo cenſu; ſed illum Principi fratri donaſſe, & ceſſiſſe, ibi in diſpoſitiuis contractus; *donauit donationis titulo irreuocabiliter inter*
39 *viuos, ceſſitquè, renunciauit, &c.* quæ ſanè verba, quando agitur de translatione iurium, idem operantur quod tradere in corporalibus; ex notatis in *l. final. C. quando fiſc. vel priu.* & ſic Cedere, idem eſt, quod à ſe abdicare, ſiue à iure illo diſcedere, & alium loco ſui ponere; vel vt proprio ſermone vtar, Cedere nil aliud eſt, niſi ius aliquod incorporale in alium transferre, Gloſ. & Bart. *in 2. lectur. col. pen. ad fin. in l. 1. C. de act. & oblig.* Bald. *in l. ex legato, num. 2. C. de leg.* Caſtr. *in l. per diuerſas, C. mand.* Papien. *in prax. gloſ. 1. verſic. ceſſit, in princip.* & Bertaz. *de clauſ. inſtrum. clauſ. 27. gloſ. 4. num. 2.*

Secundò, recepit, & acceptauit D. Princeps cenſus donationem pro ſe, eiuſquè hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque, & cui ipſe dederit, ſub illis verbis immediatè ſequentibus: *dicto Illuſtriſſ. & Excellentiſſimo Domino Principi D. Michaeli Peretto gratias agenti, & recipienti, ſtipulanti, & acceptanti pro ipſo Excellentiſſ. Principe, eiuſquè hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque, & quibus ipſe Excellentiſſ. Dom.*
40 *Princeps, &c. dederit*, hoc enim importat clauſula *quibuſcunque, & quibus dederit*, vt recipiens ius illud, quod recipit, poſſit tàm in vita, quàm in morte in alium transferre, Andr. Aluar. & omnes in *capit. 1. de eo, qui finem fecit agnat.* Camer. *in captt. Imper. fol. 29. lit. D.* cum *pluribus ſeqq.* & alij, quod certè aliis tradi, & dari non poſſet, ſi diceretur ius illud extinctum.

Tertiò, donauit D. Card. fructus decurſos, & in futurum decurrendos, ibi, *& omnes, & ſingulos fructus vſque ad præſentem diem, quomodolibet decurſos, & decurrendos in futurum.* Ex his verbis conſtat etiam liquidiſſimè de contrahentium voluntate, vt cenſus eſſe debuiſſet omninò tranſmiſſibilis; nam ſi ſortem extinxiſſet; nullos fructus illa in futurum producere, & parere potuiſſet.

Quartò, donauit, & ceſſit D. Card. Principi fratri ſpecialem hypothecam, quæ ipſi competebat ſuper dictis feudis, ad finem, vt potuiſſet ſortem donatam conſequi ab ipſomet Domino Principe, & à quibus opus fuiſſet, ibi, *Pro conſequenda d. ſcuta ducentum quinquaginta mille moneta ſuper dictis Statibus ab ipſomet Domino Principe, & à quibus opus fuerit, &c.* & demùm, *nec non tandem ſupradictam ſpecialem obligationem dictorum Statuum, & omnia alia iura, actiones, & hypothecas, &c.* Ex hoc etiam colligebatur enixè contrahentium mens, & intentio, vt voluerint transferre, & vt viua ſemper remaneret actio ſuper feudis, ad finem, vt poſſet illam exercere Princeps contra feudorum poſſeſſorem, qui in futurum extitiſſet; poterat enim dari caſus, vt Princeps feuda illa huic oneri obnoxia in alium transferre voluiſſet, vel in ſuum proximè ſucceſſorem refutare, cum reſeruatione tamen huius annui cenſus, eo modo, & forma, prout extitit ab eius Auia ad Cardinalis fauorem conſtitutus, in cuius exactione potuiſſet demùm impedimentum recipere, & eo caſu vti actione hypothecaria ſuper feudis vigore ceſſionis à Domino Cardinale ſibi factæ.

Quintò, & vltimò, quòd hæc fuerit contrahentium mens, & intentio tantis mediis declarata, vt penitùs ceſſaret omnis dubitatio, curarunt ſuper hac ceſſione Regium obtinere aſſenſum, prout obtinuerunt, cuius impetratio in ſimplici cenſus extinctione nullatenus erat neceſſaria; conſtat enim apud nos vſu receptum eſſe, quòd quando tractatur de liberando feudum ab onere hypothecæ, aſſenſu non indige- 41
mus, vt poſt Barth. de Capua, & Ant. de Alex. teſtatur Afflict. *deciſ. 232.* ibique *Add.* Capyc. *deciſ. 156.* Camer. & alij noſtri communitèr, & quotidiana docet praxis, benè tamen aſſenſu egemus in translatione, ſeu ceſſione actionis ſuper feudo, quam habens D. Cardinalis ſuper Statu Celani, & Baronia Piſcinæ, & volens in Principem transferre, ad hoc, vt in illius perſona radicari potuiſſet, conſultò impetrarunt aſſenſum.

Nec his omnibus obſtare dicebam verba, quæ poſt perfectum contractum ſequuntur, extinctionem denotantia, ibi, *nec non extinxit dictum intereſſe, ad dictam rationem quatuor pro centenario, & liberauit, & abſoluit dictos Status ab onere dictæ ſpecialis obligationis in fauorem ipſius Ill. Dom. Card. contractæ, &c.* ex his. enim verbis eo magis dignoſcitur contrahentium voluntas, quòd voluerint cenſum facere tranſmiſſibilem: nàm priuſquam Dom. Cardinalis illa proferret, declarauit, id omne ad maiorem Principis cautelam peragere, & quatenus opus eſſet, & non aliter, ſub illis verbis immediatè præcedentibus: *Cuius quidèm ſupradictæ donationis cauſa prædictus Illuſtriſſ. D. Cardinalis, ad maiorem cautelam, quatenus opus ſit, & non aliàs, &c.* Nam cùm per priùs ex pluribus ſe declarauerint contrahentes, quòd volebant cenſum transferre, non autem illum extinguere, demùm dubitantes forſan, ſi id peragere potuiſſent; ad hoc, vt Dom. Princeps de cætero moleſtari non potuiſſet, Dom. Cardinalis extinxit intereſſe, ſeu annuum cenſum, Statum ab illo onere liberando, cum clauſulis tamen prædictis, *quatenus eſſet neceſſarium, ad maiorem cautelam, & non aliàs*; quaſi dicere volebat, *transfero in te Principem cenſum; at ſi tranſlatio hæc iuris habet reſiſtentiam, remaneat liber Status ab hoc onere:* & ſic prima, & principalis diſpoſitio nullatenus remanſit vulnerata; vndè cùm tranſlatio in Principis perſonam benè poterat de iure fieri, vt ſuprà in diſcurſu quæſtionis, ratione, & authoritate fundauimus; verba illa extinctionem denotantia, pro non appoſitis haberi debent, dùm conditionaliter apponuntur, 42
hocquè dicimus de iure importare clauſulas illas ſic iunctas, *ad maiorem cautelam, quatenus opus ſit, & non aliàs*; vt docet Ruin. *conſ. 152. numer. 4.* quem refert D. Card. Tuſch. *pract. concl. lit. C. concl. 311.* & Surd. *conſ. 188. num. 10. vol. 2.*

Et quòd de verbis illis extinctionem denotantibus nulla prorſus poſſit haberi ratio, ex alio redditur indubitatum, dùm appoſita non extiterunt in diſ- 43
poſitiuis contractus, & ſic in illo actu, in quo ceſſio ſuam accepit firmitatem; ſed poſtquàm erat iam contractus ex omni ſui parte perfectus, & ſic fuerunt prolata in exequutiuis contractus, tempore, quo principalis diſpoſitio ampliùs infirmari non poterat; prout eſt text. *in Clemen. 1. de preben.* vbi Canoniſtæ communiter, & ex Noſtris dixerunt D. Præſ. de Franch. *deciſ. 6. num. 6. & 213. n. 53.* & D. Reg. de Pont.

conſ. 54. *nu.* 16. & magis in puncto *conſ.* 57. *num.* 54. *&* 55. quò loci regulam à *Doctoribus* traditam reaſſumit, vt cognoſci poſſit, quando clauſulæ in diſpoſitiuis, & quando in exequutiuis appoſitę intelligantur; & dicit, quòd quando principalis diſpoſitio eſt in ſe perfecta, nec pro illius validitate aliquid remanet agendum, omnes clauſulæ, quæ demùm ſequuntur, cenſentur in exequutiuis appoſitæ; hic eſt propriè caſus noſter, nam poſtquam D. Cardinalis donauerat tam ſortem, quàm fructus decurſos, & in futurum decurrendos, Princepſquè donationem receperat iam pro ſe, & hæredibus quibuſcunque, & cui ipſe dare voluiſſet, ità vt nihil aliud pro contractus firmitate peragendum ſupererat, ſubſequebantur demùm verba illa extinctionem denotantia, de quibus ſi poſſet aliqua haberi ratio, totalis contractus principalis diſpoſitionis ſequeretur deſtructio; quòd proindè vti aduerſatiua ſubſtantiali diſpoſitioni, ſunt omninò abolenda: tantò magis, quòd conditionaliter, vt diximus, ſunt appoſita; Vndè ex his omnibus dicebam, Illuſtriſſ. Dominum meum Abbatem in hoc articulo ab omni dubitatione ſemper fuiſſe procul.

SVMMARIVM.

1 *Anteſatum per vxorem Rebellis lucratum, ad quem, ea defuncta, ſpectet? & numer.* 2. 3. *&* 27.

4 *Filij Rebellis ſunt alieni ab omni ſucceſſione.*

5 *Filiæ fœminæ rebellis an habeant legitimam ſuper bonis maternis; & an in eu procedat text.* in l. quiſquis, §. filiis, C. ad l. Iul. Maieſt.

6 *Filiæ fœminæ an ſuper lucro anteſati earum matris habeant legitimam; in terminis tex.* l. quiſquis, §. vxores, C. ad l. Iul. Maieſt. *& num.* 7. 8. 9. *&* 25.

10 *Anteſatum in ciuitate Neap. ſpectat ad filios vt hæredes patris, & num.* 12.

11 *Matthæus de Afflict.* in deciſ. 314. *fuit malè recordatus.*

13 *Textus* in l. quiſquis, §. vxores, C. ad l. Iul. Maieſt. *declaratur, & numer.* 15. 16. 17. 24.

14 *Donata à viro vxori, ea ad ſecunda vota tranſeunte, reſeruantur filiis primi matrimonij.*

18 *Practica antiqua, qua vtimur Neap. circa conſtitutionem anteſati, quæ ſit.*

19 Conſuetudo Neap. *incip.* Quartam autem: *quid diſponat, declaratur.*

20 *Filij tam primi, quàm ſecundi matrimonij conſequuntur anteſatum per ſecundam vxorem lucratum in Ciuitate Neap.*

21 *Anteſati proprietas donec viuit vxor, non eſt in diſpoſitione propter futurum euentum, & num.* 26.

22 *Vxor mortuo viro quoad conſequutionem anteſati, habet electionem, vel petendi pecuniam, vel vt hæredes correſpondeant.*

23 *Donatio propter nuptias an differat à Quarta, ſeu Anteſato.*

ARGVMENTVM.

Anteſatum, quod mulier ob viri mortem quoad vſumfructum lucrata fuit, cuinam ſit reſtituendum, filiis, vel ſocero conſtituenti, vel potius Fiſco, qui propriis filiis excluſis in bonis præmortui viri ſucceſſit, propter crimen læſæ Maieſtatis ab illo patratum. Filia Rebellis an ſuper lucro anteſati, quod mortua matre ad Fiſcum ſpectat, poſſit legitimam conſequi. Exornatur text. *in l. quiſquis, §. vxores, Cod. ad l. Iul. Maieſt.* vbi plura de eius materia. Donatio propter nuptias an differat ab anteſato? refertur ſingulàre reſponſum *Dom. Io nnis Angel. Piſanelli*, adhuc non impreſſum, cum deciſionibus ſacri Conſilij.

CAPVT XXII.

ANTEFATVM per mulierem lucratum 1
quoad vſumfructum, illius morte ſe-
quuta, proprietati conſolidatum, dixi-
mus *lib.* 1. *cap.* 15. ſpectare ad Regium
Fiſcum, ſiuè extent, ſiuè non, filij il-
lius matrimonij, caſu contingente, quòd eſſent illi pa-
terna ſucceſſione indigni, tanquàm ex patre rebelle
geniti; ſicque retulimus aliàs de annno 1556. per Re-
giam Cameram determinatum in cauſa Corneliæ
de Taxis cum Regio Fiſco, quam deciſionem refert
etiam Vrſil. ſed non benè de facto informatus, in *ad-
dit. ad Afflict. deciſ.* 127. id quod obſeruaui demùm
pariter affirmaſſe Dom. de Franch. *deciſ.* 689. *in fin.*
quam refert Taſſon. *in pragmat. de anteſat. verſic.* 4.
obſer. 4. *numer.* 65. *fol.* 310. Verùm exiſtente patre,
qui anteſatum illud pro filio rebelle conſtituerat, ad
eundem Fiſco excluſo referri debere, probaui, 2
ſicque iudicaui de anno 1570. per eandem Regiam
Cameram deciſum me inueniſſe *in quibuſdam Alle-
gationibus manuſcriptis D. Scipionis Santini*, vbi hæc
deciſio notatur propria manu D. Bernardini de San-
cta Cruce, qui fuit Regiæ Cam. Præſidens, & Lo-
cumtenens; quam quidèm determinationem pro Fiſ-
co ſequutam, quando pater in medio non extaret,
locum habere dixi ſemper, non modò, quando in hoc
lucro ſuccederent filij, vt hæredes patris, prout 3
lege municipali in hac Ciuitate cautum eſt, ſed
etiam ſi ex pacto vti filij, prout communiter hodie
in capitulis matrimonialibus paciſcitur; ſunt enim
filij Rebellis ab omni ſucceſſione alieni, ſiue paterna,
ſiue materna, ſiue prorſus extranea, vt nimis clarè 4
probatur in *l. quiſquis, §. filiis, C. ad l. Iul. Maieſt.*
Legitima tamen in bonis maternis filiabus tan-
tùm reſeruata, cuius ſucceſſionis eas capaces eſſe, 5
voluit textus ſequens in §. *ad filias*, ac cuiuslibet alte-
rius ex teſtamento, ſiue agnatorum, ſiue extraneorum,
vt per Regiam Cameram deciſum refert Reg. Re-
uert,

uert. *deciſ.* 350. *per totam* , & defendit Reg. de Pont.
conſ. 50. *lib.* 2. in quibus locis hi præſtantiſſimi, & ma-
gni nominis Iureconſulti ſatis benè probant, textum
in *d.* §. *filiis*, in filia fœmina non procedere, rationibus,
vt per eos.
6 Sed aliàs fuit in controuerſiam deductum , an ſu-
per lucro Antefati , quod mortua vxore Rebellis, ad
Fiſcum ſpectat, poſſit filia fœmina Legitimam conſe-
qui ? Dubium faciebat textus, qui ſequitur in §. *vxo-
res*, vbi diſponitur , nuptiales donationes , quæ illius
naturæ ſunt, vt filiis reſeruentur , ad Fiſcum ſpectare,
verùm ex illis Legitimam pro filiabus tantùm, nō au-
tem filiis, detrahendam eſſe, cùmque Antefatum hu-
ius ſit naturæ, vt ſemper filiis defuncta matre ſit reſti-
tuendum , ergò videtur dicendum , ſuper hoc lucro,
quod Fiſco defertur, attenta diſpoſitione *d.* §. *vxores*,
filiabus Legitimam competere.
7 Dominus Reg. Reuert. in *deciſ. ſua* 23. dicit , quæ-
ſtionem hanc eſſe nouam, eamque vſquè ad ſua tem-
pora deciſam non inueniſſe ; tandem ad partes ea diſ-
putata, teſtatur , per Regiam Cameram nemine diſ-
crepante deciſum pro Fiſco, contra filiam; ſicque con-
clulum, tex. in *d.* §. *vxores*, in Antefato non procede-
re, cauſæ Commiſſario D. Regente Salernitano, tunc
eiuſdem Regiæ Cameræ Præſidente.
Miror tamen , cur *Dom. Reg. Reuert.* notitiam non
habuerit , quod ſuper hoc articulo , & pro hac opi-
nione (qua de re maximè Ego gauiſus ſum) doctiſſi-
mum conſilium ſcripſerat magnus ille Iureconſultus
Dom. Ioannes Angelus Piſanellus, quod ab illius tem-
poris cauſarum Patronis non ſemel inueni relatum,
per hæc verba, *Dom. Io. Angelus Piſanellus in quodam
ſuo conſilio, quod non reperitur impreſſum* ; niſi dicamus
ſcriptum in hac cauſa per ipſum *Dom. Regentem* rela-
ta , quod quidèm conſilium cùm vſque ad hæc tem-
pora pariter non impreſſum permanſerit, vt ampliùs
non ſit in abſcondito decreui, & vt hic imprimeretur
curaui ; etenim in mei poſſe originale , propriáque
eius manu ſcriptum reperitur in *quodam libello Nota-
bilium, in* 11. *quæſtione*, illudque eſt tenoris ſequentis.

Ieſus , Maria.

8 Dùm Magnificus Ferdinandus Pandonus , vt poſ-
ſeſſor bonorum , quæ fuerunt qu. Magnifici Franciſ-
ci de Raynaldis olim Baronis Siani eſſet conuentus à
Magnifica qu. Siluia de Cioffis vxore dicti Franciſci
pro dotibus, & antefato, & ipſe Magnificus Ferdi-
nandus ſoluiſſet Antefatum , cum obligatione ipſius
Magnificæ Siluiæ de reſtituendo , ex quo propter fi-
lios tantùm lucrata fuerat quoad vſumfructum , iuxta
Conſuetudinem Neapolitanam , in tit. de iure Quartæ ,
eſſetque Siluia mortua, & antefatum reſtitutum præ-
dicto Ferdinando , inſurrexerunt filiæ Franciſci , &
Siluiæ , & petierunt Legitimam , per textum in *l.
quiſquis* , §. *vxores* , *C. ad l. Iul. Maieſt.* per quem
tex. prima facie multi doctiſſimi viri Officiales Cæ-
ſareæ Maieſtatis videbantur inclinare in ſententiam,
quòd ſuper dicto Antefato dabatur actio dictis filia-
bus , etiam quòd pater fuiſſet de rebellione condem-
natus ; Ego tamen, quia aliàs in calamitatibus huius
Regni, tempore inuaſionis in anno 1528. requiſitus
vt pro iſta parte conſulerem , quia mihi videbatur
contrarium , & patrocinando pro multis familiari-
bus qu. Illuſtriſſimi Principis Orangiæ Viceregis Re-
gni , cuius eram generalis Auditor , vt dederam vo-
tum meum ſuæ Illuſtriſſimæ Dominationi, dixi præ-
9 fatis Dominis , qui cauſam decidere debebant, quòd
in caſu præſenti ceſſabat diſpoſitio *d.* §. *vxores* , &
præſupponebam vnum apud Nos indubitatum, quòd
virtute *Conſuetudinis præfatæ*, quando ex matrimonio
procreantur filij , vxor eſt mera vſufructuaria , ergò
dominium ſemper fuit mariti , & demùm moriente
vxore poſt mortem viri conſolidato vſufructu cum 10
proprietate , illa proprietas, quæ remanſerat in hære-
ditate viri, vadit ad filios, vt hæredes patris, ſicut alia
bona, quæ in hæreditate remanſerunt; & ità Ego pa-
trocinando pro Magnificis de Ruffis cum Magnifi-
ca Eleonora de Maſtroiodice in anno 1521. 13. Iu-
lij , relatore , & Commiſſario cauſæ viro integerri-
mo D. Cicco Loffredo , quo tempore erat Præſidens
Sac. Conſ. conſummatiſſimus Doctor D. Antonius
de Ianuario, fuit determinatum ; & tunc idem D. An-
tonius dixit mihi, quòd Mazzeus , qui in *deciſ.* 314. 11
dixerat aliter deciſum , fuerat male recordatus , im-
mò atteſtabatur , Sacrum Conſ. iudicaſſe contra id,
quod dixerat Mazzeus in *alia cauſa Io. Petri de Olina
cum hæredibus Matthæi Ferraioli* , & tunc fuit oſten-
ſus proceſſus , in quo extat ſententia lata , relatore
cauſæ Conſiliario D. Antonio Palmerio viro ſummæ
memoriæ, & antiquæ experientiæ die 23. Decembris
1513. & idem per totum Sacrum Conſilium in an-
no 1535. fuit deciſum in cauſa Magnificæ Beatricis
Zurulæ cum Magnifica Paula Spina , & hæredibus
qu. Magnifici Berardi Piſcicelli, & ſic in caſu iſto di- 12
cebam , quòd cùm proprietas ſemper ſteterit in bo-
nis mariti , non poterat deuenire ad filios , niſi vt
hæredes , ergò ſicut alia bona patris fuerunt confiſ-
cata , & iſta proprietas nunquam fuit ſeparata à bo-
nis patris , ergò tàm filij , quàm filiæ reddebantur
incapaces bonorum patris , per tex. in *d. l. quiſquis* ,
C. ad l. Iul. Maieſt. & ſic quòd Magnificus Fer-
dinandus non poterat moleſtari à filiabus dicti Fran-
ciſci.
Et quia tota difficultas conſiſtit in *d.* §. *vxores*, 13
dicebam , quòd quando ſimpliciter maritus facit do-
nationem propter nuptias, tunc ipſa donatio reſtitui-
tur marito , ſi vxori reſtitueretur dos , ità quod ipſa
donatio erit pro ſecuritate , & cautela dotium , vt
declarat Gloſ. *in* §. *eſt & aliud* , *Inſtit. de donat.* vbi
Aret. *in verſ. in eadem*, & per DD. in *Authen. dos da-
ta* , *C. de donation. ant. nupt.* aliquando verò maritus
donat propter nuptias cum pacto expreſſo , quòd ce-
dat totaliter lucro mulieris , & tunc etiam quòd re-
ſtituatur dos , vxor non tenetur reſtituere donatio-
nem ; propter pactum expreſſum de lucro faciendo,
l. ſi mater veſtra , *C. de donation. ant. nupt.* & iſto ca- 14
ſu ſi mortuo marito mulier tranſit ad ſecunda vota, in
ſui odium, & filiorum fauorem, quibus fit iniuria, pro-
prietas ipſius donationis acquiritur filiis , qui vocan-
tur à lege ad ipſam proprietatem , & ipſa remanet
tantùm vſufructuaria, *l. fœminæ. C. de ſecund. nupt.* de-
clarat Roman. *in conſ.* 219. *Ex themate* , *col.* 1. *verſ.
quartò idem probatur.* Dùm igitur tex. in *d.* §. *vxores*,
dicit, quòd reſtituta dote, ſi fuerint vxores in ea con-
ditione, vt quæ acceperunt titulo donationis, & de iu-
re debebāt reſeruare filiis tēpore, quo vſusfructus fini-
tur, ea omnia, quæ reſtituenda erant filiis, debeāt tradi
Fiſco, falcidia tantùm filiabus reſeruata, ſequitur igi- 15
tur, quòd tex. iſte loquitur ſecundùm terminos *l. fœmi-
næ: C. de ſecund. nup.* & ſic in donatione, quæ non erat
viro reſtituenda ; & per conſequens totaliter lucrata
per vxorem , quæ per tranſitum ad ſecunda vota de-
bebat reſeruari filiis, & iuxta legem, vt dicit tex. filiis
debebatur, & ſic iuxta *l. fœminæ*, ità declarat rectè in-
tuenti Gloſ. *ibi, in verb. omnia ea*, dùm dicit , *Omnia ea
ſcilicèt filiis omnibus reſtituenda, vt d. l. fœminæ* ; quaſi
quòd illa verba tex. *filiis debeant reſeruari*, & verba,
quæ iuxta legem filiis debebātur, intelligantur ſecūdùm
diſpoſitionē *l. fœminæ*, quæ loquitur de donatione per-
fectè, & perpetuò quæſita vxori, cuius proprietas per-
ditur per tranſitū ad ſecunda vota, remanente tantùm

vſufructu penes vxorem, quo extincto, & conſolidato cum proprietate, proprietas per matrem debebat reſeruari filiis, quibus erat acquiſita.

Et hoc apertiùs voluit Gloſ. *ibi in verbo titulo donationis*, dùm intelligit tex. loquentem de donatione, ſcilicèt de valida, & quæ per mortem viri, vel crimen non infirmatur, immò magis confirmatur; allegat tex. optimum in *l. reos, C. de donation. int. vir. & vxor.* non enim poterat ſecundùm intellectum Gl. loqui ille tex. de donatione propter nuptias facta pro ſecuritate dotium, cùm illa per reſtitutionem dotium factam vxori veniebat viro reſtituenda, vt *ſuprà* dixi; ergo, quia tex. ille *in principio* dicit recuperata dote, dùm loquitur de donatione non infirmanda, neceſſariò ſequitur, quod donatio erat facta vxori ad lucrum eius, & nullatenus reſtituenda, quæ ex iuris diſpoſitione per tranſitum ad ſecunda vota debebat filiis reſeruari, & per hoc Gloſ. *ibi* allegat *d. l. fœminæ*,
16 & ſic verus intellectus erit, quòd illa proprietas donationis, quæ ex tranſitu ad ſecunda vota fuit applicata filiis, & quæ per *l. fœminæ* reſeruabatur filiis tempore, quo vſusfructus abſumitur, & finitur; ſi ſunt maſculi, quia *ſuprà* in §. *filiis* diſpoſuerat, quòd nec de bonis paternis, nec maternis aliquid percipiant, tunc totum illud, quod erat reſeruatum eis, debet tradi Fiſco; & quia per tex. *in d. §. ad filias*, in bonis tantùm maternis Legitima erat ex clementia reſeruata filiabus, poſtquàm iſta proprietas fuerat matris, & ab ea per tranſitum ad ſecunda vota reſeruabatur filiis, & ſic à matre progrediebatur ad filios, voluit *Imperator* hunc caſum etiam determinare, & nedum de eis, quæ ſecundùm voluntatem matris expreſſam conficiendo teſtamentum, vel tacitam moriendo ab inteſtato, iuxta *l. conficiuntur, ff. de iur. codicil.* debebant deuenire ad filios, ipſæ fœminæ habebant Legitimam, vt in *d. §. ad filias.* Sed etiam eorum bonorum, quæ contrà voluntatem matris, & ſic per ipſum tranſitum ad ſecunda vota reſeruabantur filiis, ipſæ fœminæ habeant Le-
17 gitimam, ſi hoc demonſtrat illa implicatiua *etiam*, poſita in *tex.* quaſi voluerit dicere, quòd nedum de bonis contentis *in §. ad filias*; ſed de iſtis etiam legitima deputata videatur.

Et vt dictæ declarationi de iure fundatæ ex verbis *tex.* & mente *Gloſſarum*, addatur authoritas, videatur *ibi* Cynus *col. fin. in verſ. & tamen*, vbi dicit hæc formalia; *Et tamen in §. vxores dicitur, quòd ſi pater donauit vxori donationem propter nuptias, quam vxor lucrata eſt ex pacto, & mater poſteà ſecundò nubit, filij, qui vocantur aliàs ad proprietatem prædictæ donationis excluduntur, & vocatur Fiſcus, &c.* & ſic apertè Cyn. intelligit *illum* §. de donatione propter nuptias, quam ex pacto erat lucrata, & cuius proprietas perdita fuit per ſecundum matrimonium; & ſic *d. §. vxores* nullo pacto erat allegandus ad caſum iſtum, quia ſemper proprietas antefati fuit in bonis Franciſci, & nunquam in bonis Siluiæ vxoris, & per conſequens cùm tam filij, quam filiæ, à bonis patris ſint excluſi, vt in *§. filiis, d. l. quiſquis*, ceſſare debet petitio Legitimæ, & ſic diſpoſitio d. §. *vxores*.

Et ad fundandam iſtam opinionem in caſu prædi-
18 cto dicebam, quòd antiqua Practica, qua vtimur Neapoli, eſt, vt in inſtrumentis dotalibus conſtituatur Antefatum, *in locum Quartæ, ſeu donationis propter nuptias, lucrifaciendum per mulierem ſecundùm Conſuetudinem Ciuitatis Neapol. in ſcriptis redactam, & de lucrifactione Quartæ facientem mentionem*: Conſuetudo enim non dicebat de Antefato, ſed de Quarta, cùm ex vſu Ciuium fuiſſet inuentum hoc nomen, & nè fortè mulier Quartam prætenderet vltra Antefatum, fuit expreſſum, quod conſtitutum eſſet Antefatum in locum Quartæ conſtituendæ; & vt tolleretur dubium, ſi ad totale lucrum mulieris, vel quomodò practicatur, pone, *lucrifaciendum dictum Antefatum ſecundùm Conſuetudinem loquentem de lucrifactione Quartæ*, vt ità vxor lucretur hoc Antefatum, ſicut lucraretur Quartam, ſi ipſa conſtituta eſſet, & per conſequens ſecundùm terminos Conſuetudinis ſcriptæ, incipientis, *Quartam autem*, ſub *tit. de iure Quartæ*, quæ diſponit, quòd ſi maritus moritur, relictis filiis, vxor erit tantùm vſufructua- 19
ria; ſi ſine liberis, erit plena proprietaria: & ſic in iſto caſu poſtquam maritus commiſit rebellionem, & fuit in rebellione mortuus cum filiis, quo caſu proprietas erat ſua, & inſtrumentum dotale in conſtitutione Antefati proprietatem haud reſeruauit, referendo ſe ad Conſuetudinem, *l. aſſe toto*, cum vulgatibus, *ff. de hered. inſtituendis*; ergò nunquam fuit quæſita Siluiæ vxori, & per conſequens non poteſt dici, ab ea reſeruari, vel deberi filiis, vt haberet locum ratio *d. §. vxores*, à ceſſante igitur ratione, ceſſat diſpoſitio *illius* §.

Et hoc confirmabam, nam in *dicta Conſuetudine, Quartam*; dicitur, quòd ſi maritus duxit aliam vxorem, cui conſtituit Quartam, mortua prima vxore 20
relictis filiis, ſi moritur ſecunda vxor cum filiis, quæ per mortem viri fuerat lucrata antefatum, conſolidato vſufructu per eius mortem, illa proprietas eſt diuidenda inter omnes filios, tàm primi, quàm ſecundi matrimonij; & ſic illa proprietas, quæ remanſit in bonis mariti, ſpectabit ad omnes filios: quod non eſſet, ſi illa proprietas fuiſſet quæſita vxori, cùm in bonis matris filij ſui tantùm debuiſſent ſuccedere, *l. 1. cum vulgatibus, C. ad Tertull.* vtitur enim illa *Conſuetudo*, verbo *peruenire*, ſcilicet *ad omnes filios perueniat*, quod tanquàm commune adaptatur ad ſucceſſionem, vt per Bart. *in l. centurio, col. penul.* ibi, *modò his regulis, ff. de vulg. & pupil.* & quia illa *Conſuetudo* loquebatur de Quarta, quæ conſtituebatur in bonis ſtabilibus, vt patet in *tex.* dùm loquitur de capiendo propria authoritate, & de fructibus bonorum, vt *ibi* per Gloſſatorem; ideò vt ſciatur, quòd hoc Antefatum, licèt conſtituatur in pecunia, ſit intentio, quod reguletur ſecundùm Quartam, mos introduxit dici *in locum Quartæ illius contentæ in Conſuetudine redacta in ſcriptis, faciente mentionem de Quartæ lucrifactione*; vt ità lucretur hoc Antefatum, ſicut in Quarta illa diſ- 21
ponebatur.

Benè verum eſt, quod hæc proprietas, donec viuit vxor, non eſt in diſpoſitione propter futurum euentum, quia ſi filij præmoriantur matri, proprietas accreſcit vſuifructui; ſi mater præmoriatur, vſusfructus accreſcit proprietati, vt probatur in *d. Conſuet.* & clariùs declarat Napodan. Gloſſator *ibi, in verb. habet, in verſ. & ſi opponis.* Et 22
ſub iſta conſideratione eſt introductum, quòd detur electio vxori, vel habendi pecuniam, & ſic vſum concernentem proprietatem cum cautione de reſtituendo poſt mortem ſecundùm *Conſuetudinem*, vel petendi vſumfructum ad tantum pro centenario, remanente proprietate penès hæredes, vt per d. Gloſſatorem *in verb. fructus.*

Et dùm in textura verborum Practicæ prædictæ nedum dicitur *in locum Quartæ*, ſed ſubnectitur, *ſeu donationis propter nuptias*, cum magna ratione fuit hoc introductum, vt maritus non teneretur ad conſtituendum donationem propter nutias, ſed quòd hoc Antefatum eſſet in locum eius; nàm ſi hoc non eſſet dictum, vltra Antefatum tenebatur maritus facere donationem prædictam, quæ veniebat conſequutiuè ad dotes datas; *d. auth. dos data*, & per Bald. *in auth. ſinè à me, C. ad S.C. Velleiã.* ità in ſpecie declarat Napod. gloſſator in *Conſuet. Dos, & Quarta, in verb. Quarta, in tit.*

de

de iure Quart. & ſic vt tollatur hoc dubium ponitur in inſtrumentis, *in locum donationis propter nuptias:* & nè poſſit hæſitari, quòd ſi datur loco donationis propter nuptias, habeat aſſumere naturam eius, ſpecificatur, quod hoc Antefatum reguletur in lucro ſecundùm *Conſuetudinem in ſcriptis redactam*, & per conſequens ſi non ſunt filij, ſit in totum vxoris; & hoc eſt contra naturam donationis propter nuptias, quæ reſtituta dote, debebat, vt ſuprà dixi, reſtitui viro: ſi ſunt liberi, ſit poſt mortem viri vſufructuaria, & hoc ſimiliter eſt contra naturam donationis propter nuptias, quia vxor reſtituta dote, nihil debebat habere in donatione prædicta; ideò *Napod.* qui loquitur de Quarta ſecundùm *Conſuetudinem*, & in *fine ſua gloſ.* dicit de hoc antefato, in *rubr. de iure Quartæ*, di-
23 ſtinguit inter donationem propter nuptias, & Quartam, ſeù Antefatum, tenens, quòd nullo pacto habeāt conformitatem: & clariùs in *gloſ. in verb. ante Quarta conſtitutionem, col. 2. verſ. ſed certè*, vbi dicit, hæc formalia: *Sed certè non eſt bonum arguere de donatione ante nuptias ad Quartam, cùm longè differant, vt plenè tractaui ſuprà in rubrica, &c.* propterea perſiſtens in hac differentia in *Conſuetudine, Dos, & Quarta, in gloſ. 1. in verſ. item pro hoc intellectu*, dicit hæc verba: *Nec eſt ſimilis Quarta donationi propter nuptias, immò diſſimilis per omnia, vt ſuprà in rub. dixi, &c.*

Ex quo ſuccedit, quòd quando propriè textus *in §.*
24 *vxores*, loqueretur de donatione propter nuptias, ſimpliciter, & purè ſumpta, non eſſet licitum arguere de vna ad aliam; quantò magis, quia videmus in vſu, non fieri talem donationem, & ab ipſa *Conſuetudine* eſſe ſublatam, poſtquàm per Quartam, ſeù Antefatum eſt conſultum vxori; ità Napod. *in gloſ. in verb. Quarta*, & nunc verificatur Gloſ. *in auth. æqualitas, C. de pactis conuentis*, quæ dicit, ex conſuetudine non fieri talem donationem, quia poſtquàm Neàpoli habemus id, quod fit loco eius, & ex vſu ſit ſublata, benè poterit dici, non ſeruari iſtam donationem, vt etiam declarat Bald. *in d. auth. dos data*, & latiùs Abbas *in cap. fin. col. fin. de donation. int. vir. & vxor.* & per conſequens concluditur, quòd cum vxor ſemper fuerit vſu-
25 fructuaria, de cuius vſusfructus natura eſt, quòd proprietas eſſet in bonis viri, & nunquam accreuerit vſuifructui, quòd conſolidato vſufructu proprietati, & ſic deuento ad caſum, quo proprietarius potuiſſet ad libitum diſponere, ſicut ſi maritus non commiſiſſet rebellionem, hæredes eius haberent illam proprietatem, & diſtribueretur inter eos, ſicut dicit tex. *in d. Conſuetud. Quartam*, ita pariformiter Fiſcus, qui loco hæredis habetur, etiam quòd eſſet ius conditionale, poſtquàm dependebat à contractu, & inſtrumento dotali, regulato ſecundùm Conſuetudinem, *l. inter ſocerum. §. fin. ff. de pact. dotal.* per quam ita in confiſcatione conſuluit Roman. *ſing. 247. primò dici poteſt, col. 1.* ideò Paul. de Caſtr. *in conſ. 56. ſuper primo quæſito, in primo vol.* dixit, quòd iſta iura conditionalia, donec purificatur conditio, debent eſſe penes poſſidentem, & futurus euentus iudicabit, & declarabit, quid iuris eſſe debeat, allegat notata per Gloſ. *in l. 2. ff. ſi pars hæred. pet.* & per Bart. *in l. planè, §. ſi coniunctim, ff. de leg. 1.* in quæſtione de duobus inſtitutis, vno purè, alio ſub conditione; & videmus, ſeruari in terminis noſtris, quia donec viuit vxor, ſi eligit velle pecuniam & dare cautionem de reſtituendo ſecundùm practicam, de qua per Napod. *in d. gloſ. in verb. fructus*, & per Mazzeum *deciſ. 291*, non diſponitur per Curiam, nec per filios de ipſa proprietate, quia futurus euen-
26 tus iudicabit, vt ſi præmoriantur filij, erit plena proprietaria; ſin autem præmoriatur mater, erit proprietas plenè in diſpoſitione, vel Fiſci, vel filiorum. Et quòd iſta iura conditionalia, & pendentia à futuro euentu ex contractu perueniant in Fiſcum, eſt tex. *in d. l. inter ſocerum, §. fin.* & firmat Alex. *in l. 3. §. illud quoquè, ff. quod quiſque iuris*, idem Alex. *in l. ſi mariso, col. 1.* ibi. *ſed ſi actio, ff. ſol. matrim.* Et ſic ſiuè teneamus
opinionem veram, quòd Antefatum vadit ad filios vt 27
hæredes, Fiſcus, qui eſt loco hæredis, habebit illud, vt ſuprà dixi; ſiuè teneamus, quòd vadit ad filios patris, & pariformiter id, quod vadit ad filios, debet eſſe Fiſci, per tex. *in d. l. quiſquis, §. filiis*, & ſic quòd omninò filij rebellis ſunt excluſi; & huius ſum opinionis.

Io. Angelus Piſanellus.

SVMMARIVM.

1 *Antefatum quouis nuncupetur nomine, in effectu donatio eſt.*

2 *Filij iure communi attento ſuccedunt in Antefato per eorum matrem lucrato vti filij, non autem vti hæredes; ſed quid de iure conſuetudinario Ciuitatis Neapolis, ibid.*

3 *Cautela traditur, qua mediante in Ciuitate Neapolis filij in antefato ſuccedunt vti filij, non autem vti hæredes.*

4 *Pactum, vt in antefato ſuccedant filij vti filij, non autem vti hæredes, donationem importat; ſed an ſubſiſtat, ſi tendat in perniciem filiorum primi matrimonij, num. 10. & 12.*

5 *Mater ſecundò nubens ſicut non poteſt plus donare filiis ex ſecundo matrimonio, quàm primis; ità & pater.*

6 *Donatio filiis ex ſecundo matrimonio naſcituris à parentibus facta in perniciem filiorum ex primo matrimonio non ſubſiſtit.*

7 *Donatio ſimplex, vel potius ob cauſam, reſultat ex pacto, quo mediante paciſcitur, vt in antefato ſuccedant filij, non autē vti hæredes.*

8 *Donatio, ex* Parladorij *ſententia, quæ dicatur ſimplex, & quæ ob cauſam.*

9 *Donatio facta filiis ex certo matrimonio naſcituris dicitur ob cauſam, ac proindè collationis, & imputationis regulis ſubiecta.*

11 *Filij ex ſecundo matrimonio ſuſcepti an ſoli ſuccedant in antefato per eorum matrem lucrato, & num. 12.*

13 *Antefatum, quod ſecunda coniux lucrata eſt, an ſolui debeat à filiis huius ſecundi matrimonij.*

ARGVMENTVM.

Antefatum, quod ſecunda coniux ob viri mortem lucrata eſt, nùm ſolui debeat, tàm à filiis huius ſecundi, quàm primi matrimonij. Pater in Ciuitate Neap. ſecundas contrahens nuptias, num poſſit in perniciem filiorum primi matrimonij cum futura coniuge paciſci, vt in conſtituto antefato ſuccedant tantum filij ex hoc ſecundo matrimonio naſcituri, in

in quo aliàs ex lege municipali ſuccederent omnes, & ſic tàm ex ſecunda, quàm ex prima vxore ſuſcepti, dummodò patris ſint hæredes. Item cùm hoc pactum aliud non importet, niſi donationem in filios naſcituros collatam, an talis cenſenda ſit donatio, vt collationis, & imputationis regulis ſubiaceat?

CAPVT XXIII.

1 ANtefatum, quod à viro futuræ coniugi in capitulis matrimonialibus conſtituitur, ſiue donatio propter nuptias, ſiue ſponſalitia lagitas, ſiue dotarium, ſiue antipherna, ſiue Quarta, ſiue alio, ſecundùm Regionis morem, nuncupetur nomine; in effectu donatio eſt, cùm non niſi lucratiuo titulo acquiratur, in illaque quamuis iure communi attento ſuccedant filij, licèt patris hæredes non ſint, *vulgata auth. heres, C.*
2 *de ſecund. nupt.* De iure tamen conſuetudinario huius Ciuitatis, non niſi vt hæredes patris ſuccedere poſſunt, per *Conſuet. Quartam autem*, ſicque non modò filij ex ſecunda vxore ſuſcepti; ſed omnes, dummodò patris ſint hæredes, vt centies ſic deciſum teſtantur Ioan. Angel. Piſanel. *in reſponſo, cap. præcedenti, impreſſo.* & cum eo Addentes ad Afflict. *deciſ.* 314. D. de Franch. *deciſ.* 106. *num.* 7. Fab. de Anna *conſ.* 74. *nu.* 7. 8. & 9. Camil. de Medic. *conſ.* 43. *numer.* 19. Molfeſ. *ad Conſuet. Neap. part.* 7. *q.* 2. Camil. Borrel. *in ſumm. deciſ. par.* 3. *tit. de donation. propt. nupt. num.* 83. & alij noſtri citra controuerſiam.

3 Eſt tamen verum, quòd in hac Ciuitate Maiores noſtri cautelam inuenerunt, & ea eſt, vt in capitulis matrimonialibus ſpeciali pacto caueatur, vt in hac, de qua agimus donationis ſpecie, ſuccedere debeant filij vti filij, non autem vti hæredes; vt per Molfeſ. *loco cit. par.* 1. *cap.* 3. *numer.* 21. *in finalibus verbis, fol.* 7.

Quo pacto ſic ſtante, in vna facti contingentia dicendum videbatur, Antefatum à viro ſecundæ vxori conſtitutum, & iam lucratum, ea mortua, ſpectare debere integrum ad filiam huius ſecundi matrimonij, nec in eo ius aliquod ſuccedendi habere filiam alteram ex primo matrimonio ſuſceptam.

At Ego, qui iſtius primæ ſobolis partes pro viribus tuebar, hoc pacto non obſtante eidem pro medietate antefatum illud fore decernendum per iuris tra-
4 mites diſſerendo, Conſideraui *primò*, negari non poſſe, pactum hoc aliud non importare, niſi vt filiis naſcituris, & demùm natis ex hoc ſecundo matrimonio cenſeatur facta donatio illius pecuniæ quantitatis, ad quam conſtitutum Antefatū aſcendit; nam cùm aliàs ex municipalis conſuetudinis prouidentia omnes filij ex quacunque vxore ſuſcepti in quantitate illa ſucceſſiſſent, dùm ex hoc pacto ſuccedunt tantùm filij ex ſecundo matrimonio, & tanquàm filij, non autem vti hæredes, ſine dubio cenſetur ipſis huius quantitatis facta donatio.

Hoc poſito dicebam, illud in facto certum eſſe, filiam ex primo matrimonio ſuſceptam de bonis communis patris tantundèm præcipuum non habuiſſe; conſtabat enim, patrem earum in vltimis cōſtitutum, vtramque filiam æquis portionibus hæredem inſtituiſſe, nec in aliquo filiam ex primo matrimonió ſuſceptam melioraſſe, ad hoc, vt ambæ filiæ æqua lance à communi patre honoratæ dici, ac cenſeri poſſent, 5
quo fit, vt ſubintret omninò vulgata diſpoſitio tex. *in l. hac edictali, C. de ſecund. nupt.* cuius tenore attento, iuxta receptiſſimam Doctorum ſententiam, ſicùt non poteſt mater tàm inter viuos, quam in vltima voluntate plus donare, vel legare filiis ex ſecundo matrimonio, quam primis, vt per D. de Franch. *deciſ.* 435. Theſ. *deciſ.* 170. Maſtril. *deciſ.* 175. *nu.* 14. & 25. alioſque innumeros Doctores, tam antiquos, quam recentiores, ità & pater, cùm certum ſit, *legem* illam, vtrumque coniugem ad diſponendum prohibuiſſe, & ab vtroq. fraudem excluſiſſe, vt *ibidem* Bald. obſeruauit *num.* 1. & Theſ. *loc. cit. n.* 12. *verſ. ad tertium reſponderi poteſt*, & latè per Me *lib.* 1. *cap.* 274. *à num.* 11. & hoc non niſi in gratiam filiorum primi matrimonij, ad hoc vt ex parentum ſecundis nuptiis damnum aliquod non patiantur; de quo multum curauit Imperator *in §. optimè, in authen. de nupt.* cuius tenor in hac materia eſt omninò attendendus; ſcripta enim eſt lex illa ad declarationem *d. l. hac edictali*; Vndè Rolan. à Val. *conſ.* 29. *vol.* 4. *in princ.* affirmauit, omnium Doctorum dicta in matre, ex rationis identitate, in diſpoſitione facta à patre procedere, prout erat caſus *ſui conſilij*. Idemq; ante ipſum affirmarunt Odof. *in d. l. hac edictali*, Bertrand. *ibid. num.* 12. *cum ſeq.* Boër. *deciſ.* 101. *num.* 6. Corne. *conſ.* 33. 44. & 118. *vol.* 1. Io. de Gattonib. *in rubr. C. de ſecund. nupt. par.* 1. *num.* 73. Rimin. iun. *conſ.* 428. *lib.* 4. & *conſ.* 771. *n.* 33. *vol.* 7. Lancel. Galiaula *conſ.* 18. & ex Recentioribus hoc idem affirmauit Simon de Præt. *de interpr. vlt. volunt. lib.* 5. *interpr.* 1. *dub.* 1. *nu.* 76. & *ſeq.* Io. Petr. Fontanel. omninò videndus in *tract. de pact. nupt. clauſ.* 5. *gloſ.* 8. *par.* 4. vbi *num.* 5. expreſſis verbis dicit, reprobari omninò hæreditamentum, quod in capitulis matrimonialibus fit in fauorem filiorum ex ſecundo matrimonio naſcendorum, exiſtentibus liberis primi matrimonij: ſubdens *num.* 21. quòd ſemper filij prioris matrimonij inter ſe diuidunt æqualiter, licèt inæqualiter ſint à patre tractati. Et Rouit. noſter *deciſ.* 12. *num.* 17. dicit,
quòd quando donatio eſt facta filiis naſcituris in ca- 6
pitulis matrimonialibus, caſus eſt extra omnem dubitationem contra filios ſecundi matrimonij, ex eo, quòd in illis non natis non ſolùm aliqua merita conſiderari non poſſunt; ſed nec vlla veriſimilis cadit affectio diſponentis; ad text. *in l. qui filiabus, ff. de leg.* 1. quod proinde omnis affectio in ſecundam coniugem retorquetur allegat Bardellon. latè, & doctè de his agentem *conſ.* 4. *num.* 54. *cum pluribus ſeq.* hoc idem P. Molfeſ. *ad Conſuet. Neap. par.* 3. *quæſt.* 13. *num.* 3. quò loci verbis dicit expreſſis, *l. hac edictali* procedere, tam in matre, quam in patre, non ſolum de iure communi; ſed etiam ex diſpoſitione *noſtratum Conſuetudinum*, quòd proindè ſubdit, ab hac opinione in Regno noſtro recedi non poſſe, præcipuè ob tot iudicaturas indè ſequutas; vndè ex hac ſola ratione in caſu propoſito negari non poſſe dicebam, quin filiæ primogenitæ iuſtitia in tuto eſſet.

Secundò conſideraui, quòd cùm largitas hæc à
communi patre in filios ex ſecundo matrimonio pro- 7
creandos collata non aliter ſimplex; ſed ob cauſam dicatur, dùm vtramque filiam æquis portionibus inſtituendo huiuſmodi largitatis collationem non prohibuit; ſine dubio ad æqualitatem ſeruandam collationis regulis ſubiacet: eſt tex. nimis clarus, & vulgatus in *Authent. ex teſtamento. Cod. de collation.* & in *corpore* vndè ſumitur, ibi, *ex teſtamento, & ab inteſtato ceſſat dotis, & aliorum datorum collatio, ità demùm ſi*

parens

parens hoc deſignauit expreſſim: ergò vbi pater expreſ-ſè collationem non vetuit, ſit illi locus, id quod nemo, nouiſſimo iſto iure attento, in controuerſiam po-ſuit.

Quòd autem donatio hæc ob cauſam, & finalem, ſit prorſus cenſenda, probatur, cùm non ex mera do-nantis liberalitate, nulloquè iure cogente, ſed ex ne-ceſſitate proceſſerit; nimirùm quia ſic mulier, cum qua matrimonium contraxit, voluit, ad hoc vt filij procreandi ditiores euaderent, illàmque quantitatem non vt patris hæredes, futuris paternis creditoribus obnoxiam, ſed à die capitulorum donatam haberent:
8 videatur (quæſo) Parlador. *differ. quotid. differ.* 150. quò loci indagando, quæ ſimplex, & quæ ob cauſam dica-tur donatio, quicquid in hoc multi multa dixerint, quos ipſe refert; tandèm *num.* 4. ſatis notantèr, & ad rem noſtram dicit illam ſibi videri cēſendam eſſe do-nationem ſimplicem, quæ ex mera animi liberalitate à patre donante facta proponeretur; cæterùm ſi ali-qua concurreret cauſa neceſſaria in donando, ob cau-ſam diceretur talis donatio, non autem ſimplex, ſicquè collationis regulis ſubiecta; ſubdens, hoc probari ex *l. 1. ff. de donation.* ex *l. illud, C. de collation.* & ex *l. cùm multa, C. de donat. ante nupt.* & quòd in hanc ſenten-tiam iuerunt Gutier. *pract. quæſt. lib. 2. quæſt.* 65. *num.* 6. Ayora *de partitio.* 2 *part. quæſt.* 13. Angul. *in l. 29. Tauri, gloſ.* 4. & Ioan. Garz. *de donation. remunerat. num.* 49. & 50. quibus addo Molfeſ. *ad Conſuet. Neap. par.* 4. *q.* 25.
9 *num.* 9. quò loci *coactam* hanc vocat *donationem*, & in terminis, quando donatio eſt collata in filios ex certo matrimonio naſcituros, quòd collationis, & imputa-tionis legibus ſubiaceat, vltra Doctores antiquos, & recentiores relatos per Reg. Rou. *conſ.* 41. *n.* 17. *lib.* 1. & per Dominos Hortenſium Petium, & Alexandrum Palmerium Aduocatos noſtri temporis primarios in *duobus Allegationibus*, quas imprimi curauit Ioan. Ba-ptiſta de Thoro *part.* 2. *compend. deciſ. in verbo, donatio facta contemplatione matrimonij*, dico, quòd ſemel atque iterùm fuit nouiſſimè per Sacrum Conſilium Regni huius deciſum, iunctis Dominis Conſiliariis duarum Aularum, & cum Adiunctis in cauſa vertente inter hæredes quon. Ioannæ de Tranſo, cum Monaſteriis Sanctorum Franciſci de Aſſiſio, & de Paula de Sueſ-ſa, penès D. Fœlicem Actorum Mag. Sacri Conſilij, contra opinionem per Me firmatam *lib.* 1. *cap.* 85.
10 Nec prædictis obſtant, quæ ſcripta reliquit Ioan. Ant. de Nigris in *cap. Reg.* ſecundùm eius ordinem 165. incip. *Mulier dotarium, num.* 97. quò loci in quæ-ſtione, quam proponit, an Quarta, ſiue Antefatum per virum ſecundæ vxori conſtitutum, eo præmortuo ſit
11 ſoluendum, tàm à filiis ſecundi, quàm primi matrimo-nij, qui communis patris hæredes ſunt vniuerſales, pro indubitato ſupponit, in hoc lucro ſuccedere filios ſecundi matrimonij tantùm; hæc enim apud ipſum erat ratio dubitandi, nàm dicebat, quòd videbatur te-nendum, ſoluendum eſſe à filiis ſecundi matrimonij, ea quidem ratione, quia illi tantùm in eo ſuccedebant; ad hoc allegando text. *in l. cum aliis, C. de ſecund. nupt.* & in § *nec illud, auth. de nupt.* Etenim fas ſit mihi di-cere, *Nigrum*, in hoc præſuppoſito, verè ſed denigraſ-ſe, nullibi enim in *his iuribus*, nec in aliis hoc proba-tur, cùm illud dùmtaxat ab Imperatoribus fuerit *ibi* ſancitum, vt mulier, quæ ad primas, & ſecundas feſti-nauit nuptias, ſi tàm à primo, quàm à ſecundo viro prædefunctis antenuptiales donationes aſſequuta fuit, ea demùm defuncta, in lucris habitis à primo viro ſuccedent filij ex illo matrimonio ſuſcepti; in lucris verò habitis à ſecundo, filij ex hoc coniugio procreati, & in cæteris bonis propriis illius, omnes æqua lance.

Hæc diſpoſitio, quæ ſummaò ratione nititur, ad ca-ſum noſtrum non pertinet; non enim iuſtum erat, vt moriente muliere, in his, quæ à primo viro lucratiuo titulo acquiſiuit, filij ex ſecundo matrimonio partem haberent, & è contra; ſed vnuſquiſque in his, quæ à parente ſuo obuenerunt, ex integro ſuccederent; hoc dico, quod non applicatur ad caſum noſtrum, in quo tractatur, ſi antefatum per virum ſecundæ coniugi 12
conſtitutum, ea mortua, obuenire debeat ad filios om-nes patris conſtituentis, tàm ex primo, quàm ex ſe-cundo matrimonio ſuſceptos, vel tantùm ad illos; qui ex ſecundo nati ſunt, ſtante pacto in capitulis matri-monialibus appoſito, vt ipſi ſuccederent; & præſup-poſitis duobus in iure veriſſimis, *primò*, quòd pater ex diſpoſitione *l. hac edictali* non poſſit plus donare, vel legare filiis ſecundi matrimonij, quam primi; & *ſe-cundo*, quòd hæc cùm ſit donatio in filios ſecundi ma-trimonij collata, vti ob cauſam facta collationis re-gulis ſubiaceat, nulla poteſt cadere controuerſia, quin in ea filij ex primo matrimonio geniti portionem habeant.

Pergit vlteriùs *Niger*, & concludendo, quòd hoc 13
antefatum ſit ſoluendum tàm à filiis ſecundi, quàm primi matrimonij, id quod Ego paritèr affirmo, ag-noſcenſque difficultatem maximam circa inæquali-tatem, quæ ex hoc oritur, dùm ſupponit, quòd de-mùm mortua hac ſecunda vxore, non niſi filij ex hoc matrimonio ſuccedent, dicit, quòd non obſtat hoc, quod opponitur de inæqualitate, ea quidem ratione, quia ex quo pater habuit ſecundam vxorem in ſui ob-ſequio, dotiſque fructus in eius vtilitatem, & ſucceſ-ſiuè in commodum omnium filiorum conuerſi fue-runt, meritò, qui ſentit commodum, debet & incom-modum ſentire.

Hæc ratio, dico Ego, quòd ad tollendum obicem datum circa inæqualitatem iſtorum filiorum, ſatis eſt ridicula; *Primò*, quia non conuincit, quòd hæc com-moditas, quam ſupponit *Niger*, filios primi matrimo-nij ſenſiſſe, ſit talis, vt compenſari poſſit cum ea An-tefati portione, quæ illis deberetur, ſi hoc commo-dum non ſenſiſſent, ſicque ex hoc reſultare æqualita-tem. *Secundò*; ſi dicas, filios primi matrimonij ſenſiſſe commodum ex fructibus dotis ſecundæ vxoris, ean-dem commoditatem, dico Ego, ſenſiſſe filios ſecundi matrimonij ex fructibus dotis primæ vxoris, quibus communis pater, dùm vixit gauiſus eſt; mortua enim prima coniuge, remanſit ille adminiſtrator legitimus, & vſufructuarius illorum bonorum, ſiue dotalium, ſiue extra dotem, vti ad communes filios, & hæredes ſpectantium, *l.* 1. 2. & 3. *C. de bonis maternis*, nec per tranſitum ad ſecunda vota eorundem bonorum vſum-fructum patrem ipſum amiſiſſe dici poteſt, *l. fin. C. eod.* Boër. *deciſ.* 198. vnde firma remanet mea opinio, prout ſuprà, à qua nec in iudicando, neque in conſu-lendo recedi poſſe indubitanter teneo, ſaluo tamen ſemper rectiori iudicio, cui me libenter ſubmitto, &c.

Poſt hæc ſcripta obſeruaui Dom. Reg. Capyc. La-tro, qui in *conſul.* 35. à *n.* 55. *lib.* 1. videtur tenere contra-rium eius, quod hìc Ego firmaui; quod proindè quando caſus occurrerit, erunt benè omnia conſideranda.

SVMMARIVM.

1 *Antefatum vt debeatur mulieri per mortem viri quæ concurrere debeant.*

2 *Mulier, quæ dotem non ſoluit an lucretur an-tefatum, ſi illud conſtitutum apparet pro-pter dotem recipiendam, & ob alias cauſas, &c. & n.* 3. 4. 5. 6. 8.

7 *Mulier an ex ſolo oſculo lucretur Anteſatum.*

9 *Anteſatum ſi fuerit conſtitutum minus, quàm eſt in* Reg. Pragm. *taxatum, ſoluto matrimonio an poſſit peti iuxta taxam in* Reg. Pragm. *contentam.*

10 *Donatiuum, de quo in* Prag. vnica, de donat. propter nupt. *ſi promiſſum non fuit, nùm ſoluto matrimonio per mortem viri poſſit à muliere peti.*

ARGVMENTVM.

Anteſatum vt debeatur mulieri per mortem viri, quæ concurrere debeant. Mulier, quæ dotem non ſoluit, num poſſit ſoluto matrimonio à viri hæredibus anteſatum petere, dum conſtitutum illud apparet habito reſpectu ad dotes, & ex aliis cauſis viri mentem mouentibus. Anteſatum num poſſit conſtitui in minori, quàm ſit à ſtatuto taxatum Donatiuum, quod ex *Conſuetudine* tranſmittitur à ſponſo ſponſæ ante contractum matrimonium per verba de præſenti: Et ſi illud in capitulis matrimonialibus conſtitutum non apparet, an ſoluto matrimonio ſit mulieri debitum? & de aliis ad ornatum *Prag.* 1. *ſub tit. de donation. propter nupt.*

CAPVT. XXIV.

1 ANteſatum, certum eſt, quòd ad hoc vt per mortem viri, mulieri ſit debitum, duo de neceſſitate concurrere debent? Primò, quòd ſit illud à viro conſtitutum, vel ſaltem conſtitui promiſſum, nam ſi ſecus, nullatenus peti poſſet; ſic enim vno ore fatentur Gloſ. in *verb. exactio,* & communitèr omnes in *auth. Dos data, Cod. de donation. ante nupt.* Gloſ. *in Conſt. Mulier, quæ dotarium, in princip.* Andr. *in cap.* 1. *num.* 6. *verſ. per hoc patet, in tit. quibus mod. feud. pote. olim alien.* Lucas de Penn. *in l.* 1. *col.* 1. *in fine, C. quando, & quibus Quart. pars deb. lib.* 10. Afflict. *in Conſt. Licentiam, num.* 4. *& deciſ.* 242. *num.* 1. *&* 2. Niger. *in Cap. Reg. Mulier dotarium, num.* 26. Grammat. *deciſ.* 97. *num.* 4. Secundò quòd contracto, & conſummato matrimonio, dos ſit cum effectu ſoluta; nàm ſi ſecus, denegaretur Anteſati petitio: eſt text. nimis clarus in *§. illud, auth. de non elig. ſecund. nuben.* vbi expreſſis verbis ſtatuitur, vt mulier, quæ nihil omninò de dote ſoluit, nihil de Anteſato lucretur, & ſi partem dotis ſoluit, partem tantùm lucretur de Anteſato.

2 Sed de illo in hac materia lucrifactionis Anteſati, Noſtrates dubitaſſe comperio, nimirùm, an mulier, quæ dotem non ſoluit, poſſit ſoluto matrimonio ab hæredibus viri Anteſatum petere, ſi conſtitutum apparet illud habito reſpectu ad dotes, & propter alias cauſas viri conſtituentis, mentem mouentes, paſſim enim Tabelliones noſtri Anteſati conſtitutionem in capitulis matrimonialibus extendunt per hæc verba; *Et hauendo riſpetto alla dote promeſſa, e per altre cauſe mouentino la ſua mente conſtituiſce detto Sig. Spoſo l'anteſato, &c.*

Ioan. Angel. Piſanel. primus omnium excitat hunc articulum in *addit. ad Napodan. in Conſuet. Quartam autem,* in *apoſtilla*, quæ incipit, *Nota ex iſta gloſ. fol. mihi* 252. quò loci arguit pro, & contrà, & tandem cogitandum reliquit. 3

Rouitus verò *conſ.* 50. *num.* 17. & *ſeq. lib.* 2. intrepidè contra mulierem reſpondet, nimirùm, vt nunquam poſſit mulier ob viri mortem Anteſatum petere, niſi dote ſoluta, verbis illis, *e per altre cauſe mouentino la ſua mente*, non obſtantibus, ſicquè teſtatur in facti contingentia pro hæredibus viri Sacrum Conſilium iudicaſſe. 4

At Scipio Theodor. *alleg.* 15. *num.* 16. inſequendo Georg. *alleg.* 45. *num.* 11. *&* 18. adeò pro muliere ſuam profert ſententiam, vt affirmare auſus ſit, ceſſare prorſus temporibus noſtris antiquam illam quæſtionem, an Anteſatum debeatur ſolummodò pro rata dotis exactæ, ex eo, quòd hodiè conſtituitur illud, tam reſpectu dotium, quàm ex aliis cauſis, &c. ſicquè pro muliere per Sac. Conſ. deciſum fuiſſe refert, prout audiui ſic pariter fuiſſe deciſum hodiè 11. Iulij 1635. pro Lucretia de Puteo contra hæredes eius viri, referente Domino Conſiliario de Franchis morigeratiſſimo, penes Strinam Sac. Conſ. Actorum Magiſtrum; idémque affirmat Marcian. *conſ.* 58. à *n.* 7. *lib.* 2. 5

Ego autem, vt in hac re breuiter dicam quid ſentio, nunquam animum meum diuertere potui à prima opinione contra mulierem, ſiquidem, vt benè aduertit P. Molfeſ. hoc idem tenens in *comment. ad Conſuet. Neap. part.* 7. *cap.* 6. *num.* 4. *&* 5. vt mulier poſſit anteſatum petere, duo copulatiuè requiruntur; & *Primò*, vt dos promiſſa verè ſoluatur: *Secundo*, vt matrimonium contrahatur, & per carnalem copulam conſummetur. In caſu autem, de quo agimus, deficit primum, nam licèt conſummatum ſit matrimonium, non tamen dos fuit ſoluta, & ſic agendo mulier pro Anteſato, iniuſtè ageret; obſtaret enim ei exceptio non adimplementi ex parte ſua: ſubdens idem *Molfeſ. num.* 6. illud, quod dicunt Noſtri, nimirùm, mulierem ex ſolo oſculo lucrari Anteſatum, intelligi, ſi verè dos fuit ſoluta, & non alitèr: id quod Ego adnotaui *lib.* 1. *cap.* 14. 6 7

Et quòd hæc ſit veriſſima ſententia, ponderatur argumentum *Piſanelli*, qui videns illud ſatis contra mulierem vrgere, reliquit cogitandum; dicit enim *Piſanell.* quòd ſi vera eſſet opinio pro muliere, vt lucraretur Anteſatum, etiam dote non ſoluta, propter illa verba, *e per altre cauſe mouentino la mente, &c.* ſequeretur, ſat eſſe pro lucro Anteſati, vt matrimonium per verba de præſenti contrahatur, quamuis nulla ſit ſequuta copula, nec dos aliqua ſoluta, quod aſſerere eſſet abſurdum; etenim verba illa paulò antè repetita ſic generalia, cenſenda ſunt potiùs à Notariis, quàm 8 de partium voluntate, & conſenſu in capitulis poſita; ſi enim voluiſſet vir conſtituere mulieri Anteſatum etiam dote non ſoluta, ſed proptèr aliam cauſam, puta ratione deflorandæ virginitatis, dixiſſet expreſsè, & cùm non dixerit, non video, quo pacto verba illa ſic generaliter poſita, poſſint eſſe tantæ potentiæ, vt deſtruat cauſam ſpecialem tàm benè declaratam, nimirùm propter dotem, quæ quidem ſola cauſa extitit à iure conſiderata, & non alia.

Dixi

9 Dixi ſuprà (vt alia ad materiam pertinentia obitèr tangam) non deberi Antefatum, quando illud à viro conſtitutum non fuit, vel promiſſum conſtitui, nec mulier conſtante matrimonio egit, vt conſtituatur: Sed quid ſi conſtitutum fuit; at in minori quantitate, quàm à nouiſſima Reg. ſanctione taxatum fuit, an per hoc, matrimonio per viri mortem ſoluto, poſſit illud petere mulier iuxta taxam in *præfata Regia ſanctione* contentam? Dic, veram eſſe concluſionem, mulierem nullatenus audiendam eſſe, ſi matrimonio per mortem viri ſoluto, ab illius hæredibus Antefatum peteret ad rationem in *pragmatica* præſcriptam, dùm in minori quantitate in capitulis matrimonialibus conſtitutum apparet; etenim Sanctio illa voluit proſpicere, nè in exceſſu conſtituantur Antefata, & ſic vt non poſſit excedi quantitas *ibi* taxata; non quòd Legislatoris mens fuerit, vt minor quantitas conſtitui non poſſit: videatur Afflict. poſt Andr. *in Conſt. Licentiam, num. 2. in 3. quæſt.* quò loci expreſſis verbis docet, mulierem non eſſe audiendam, ſi illam ſe læſam dixerit, ex eo, quòd Antefatum extitit ſibi à viro conſtitutum in minùs, quàm ex Iuris, vel ſtatuti diſpoſitione conſtitui debebat, ſequitur Niger *in Cap. Regni, Mulier dotarium, n. 63.* & Nuncius Pellic. *ad Conſuet. Auerſanas, cap. 5. num. 157. cum ſeqq.*

10 Dubitatur inſupèr, cùm in *eadem ſuprà citata Reg. pragm.* quæ eſt *vnica de donation. propter nupt.* non modò Antefatum ad certam rationem taxetur, ſed etiàm & Donatiuum, quod ſponſus ad ſponſam tranſmittere tenetur, an ſi in capitulis matrimonialibus promiſſum non apparet, poſſit demum mulier ſoluto matrimonio illud ab hæredibus viri petere? Pro reſolutione dicito, quod Donatiuum, de quo loquitur *Pragmatica*, eſt illa pecuniæ quantitas, quæ ante matrimonium contractum per verba de præſenti tranſmittitur à ſponſo ſponſæ, ad hoc vt ſibi emat veſtes, & alia pro eius ornatu neceſſaria; cuius quidem quantitas ex quo antiquis temporibus, maximè in hac Ciuitate erat in exceſſu, extitit à *Reg. Sanctione* moderata; notat Taſſon. *ibidem, verſ. 4. obſer. 3. num. 4. & 5. fol. mihi* 292. At ſi ſponſus pecuniam illam ad ſponſam non tranſmitteret, ex quo onus voluit ipſe aſſumere emendi veſtes, & alia neceſſaria impendere pro futuræ coniugis ornatu, nihil de cætero mulier occaſione huius Donatiui poterit vnquam prætendere, nec conſtante matrimonio à viro, nec illo ſoluto ab illius hæredibus; & hoc iure vtimur, ſicque pluriès per Sac. Conſ. deciſum.

SVMMARIVM.

1 *Antefatum quando dicatur lucratum per mulierem pleno iure, & quando quoad vſumfructum tantum, & quid attento nouiſſimo iure Regni, num. 2.*

3 *Mulier ſoluto matrimonio an poſſit petere Antefatum in pecunia contanti, ſi hæres vſuras ſingulis annis præſtare ſe offert, & num. 4. 5. 7. 9. & 10.*

6 *Vſufructuario præſtita cautione de benè vtendo & fruendo, traditur poſſeſſio rei, in qua vſumfructum habet.*

8 *Proprietarius an audiatur, ſi cupiens rem penes ſe habere, vſufructuario cautionem obtulerit de ei ſingulis annis præſtando fructus ex re illa percipiendos.*

ARGVMENTVM.

Antefatum quando dicatur lucratum per mulierem pleno iure, & quando quoad vſumfructum tantum, & quid attento nouiſſimo iure Regni. Mulier, matrimonio per viri mortem ſoluto, num poſſit à viri hæredibus conſtitutum Antephatum in pecunia numerata petere, offerens de ea ſumma cautionem poſt eius mortem reſtituenda, vel potius dicendum erit, in hæredis electione remanere, vel Antephatum ſoluere, vel pro eo, mulieris vita durante, tot annuos correſpondere? ad ornatum *Prag. 1. de donation. propter nupt.* vbi deciſio Sacri Conſilij.

CAPVT. XXV.

ANtephatum, matrimonio per viri mortem ſoluto, eſt iuris notiſſimi, mulieri pleno iure deberi, filiis non extantibus, *§. ſi igitur,* ſiuè, *filio, authen. de nupt.* illis autem ſuperſtitibus, ſi ſecundas reiterauerit nuptias, quoad vſumfructum tantùm, *l. fœmina, C. de ſecund. nupt. §. ſi verò expectet, authen. de nupt.* ſi verò in viduitate permanſerit, portionem proprietatis Antephati pro liberorum numero conſequetur, *authen. ſi tamen,* vbi Bald. *C. de ſecund. nupt.* idémque eſt de iure Regni diſpoſitum per *cap. Regis Caroli,* quod incipit, *Mulier dotarium,* vbi Niger *num. 44.* ſecundùm cuius ordinem eſt 165. 1

Verùm hodiè hæc omnia apud Nos ceſſant, ex nouiſſimo iure Regio, quo cautum eſt, mulierem, matrimonio ſoluto, ſiue ſuperſint, ſiuè non filij, quoad vſumfructum tantùm antephatum lucrari, eaque demùm mortua, redditur illud mariti hæredibus, vt in *prag. 2. in anno 1617. promulgata,* ſub *tit. de donation. propter nupt. in nouiſſima compilatione,* de qua meminimus *cap. præcedenti, & alibi.* 2

Sed reuocatur in dubium, an matrimonio ſoluto, poſſit mulier ab hæredibus viri conſtitutum antephatum in pecunia contanti petere, offerens de ea ſumma cautionem poſt eius mortem reſtituenda; vel dicendum ſit, eſſe in hæredis electione, vel illud ſoluere, vel ipſius mulieris vita durante, tot annuos correſpondere, dùm certum eſt, vigore *dictæ Pragmaticæ,* antephati proprietatem omnimodò ad hæredem ipſum ſpectare, nec in ea lucranda mulierem ſpem aliquam habere. 3

Et breuitèr, ac reſolutiuè procedendo, dico, nullam probabilem me habere difficultatem in hac Ciuitate pro muliere reſpondere; per *Conſuetud. Quartam autem,* vbi Napod. noſter in *verb. fructus, numer. 78.* quem ſequuntur Afflict. *deciſ. 291. in princip.* Capyc. *deciſ. 65. num. 2.* & Gramm. *deciſ. 103. num. 97.* qui hac de re agentes in terminis *Conſuetudinis prædictæ* concludunt, quando antephatum in pecunia conſtitutum eſt, in mulieri ſelectione eſſe, an velit ipſa ab hæredibus 4

viri

viri conſequi pecuniam, præſtita cautione de ea vtendo, & fruendo, iuxta tex. *in l. 2. ff. de vſufruct. earum rer. quæ vſu conſum.* an verò [t] vſuram recipere competenté.

5 Quid autem de iure communi dicendum, & attenta diſpoſitione *præcitata Pragmatica*, breuiter videamus? & idem citra omne dubium affirmandum eſſe fateor; nam cùm certum ſit, nec ius commune, nec Pragmaticam *ſuprà* relatam circa hoc aliquid diſpoſuiſſe, & iuris eſt notiſſimi, mulierem in antephato vſufructuariam appellari, dùm de modo, quo illo vti frui debet, dubitamus, ad iuris communis

6 regulas recurrendum eſt, cúmque indubitatum ſit, in omni vſufructu, ſiue conſtitutus ille ſit in rebus ſoli, ſiue in mobilibus, & iis rebus, quæ vſu conſumuntur, præſtita priùs cautione, de qua in *l. 1.* & in *l. vſufructu conſtituto, C. de vſufruct.* in *§. conſtituitur, Inſtit. eod.* & in *l. 2. ff. de vſufruct. earum rerum, quæ vſu conſum.* rerum traditio vſufructuario denegari non poſſit, vt illis ſcilicet vtatur & fruatur propriis manibus, *iuribus*

7 *allegatis*; idem in muliere antephati vſufructuaria aſſeuerare debemus, vt nimirùm præſtita per illam cautione de antephato in pecunia conſtituto eius vita durante vtendo & fruendo, illud eidem in pecunia tradi, ſiue ſolui debet, iuxta diſpoſitionem *d. l. 2.* & in *d. §. conſtituitur, verſ. itaquè ſi pecuniæ vſusfructus.*

8 Nec dices, aliquos tenuiſſe Doctores, poſſe proprietatis Dominum rem penes ſe retinere, ac ſatiſdare de ſingulis annis ſoluendo vſufructuario fructus omnes ex re illa percipiendos; loquuti ſunt enim attenta vſufructuarij paupertate, propter quam, cùm non poſſit fideiuſſorem inuenire, aliteruè cauere, ſic proprietario conſuluerunt, vt videre eſt penes D. de Franchis hac de re agentem *deciſ. 497.* & Surd. *deciſ. 141.* Imò dico, adhùc in hoc caſu aliquos exiſtimaſſe, non eſſe proprietarium vſufructuario præferendum, ſed rem ipſam potiùs penès aliquem fide dignum ſequeſtrandam, qui vſufructuario de fructibus reſpondeat, vt per Guid. Pap. *deciſ. 250.* Arium Pinell. in *repet. l. 1. num. 70. C. de bonis matern.* & Sicard. *commun. opin. in verb. vſufructuarius tenetur præſtare cautionem.*

9 Quare, ne in puncto authoritate careamus, ex his rationibus in facti contingentia pro muliere Senatum Dolanum pronunciaſſe, teſtis eſt Ioan. Griuell. *dec. 42. num. 3.* qui tamen *num. 9.* pro huius ſententiæ, & deciſionis limitatione permultos ex Dominis Senatoribus in ea fuiſſe opinione teſtatur, vt procedat, & locum habeat, quando poſt viri mortem, pecunia in hæreditate reperta eſt, quæ ſat ſit ad antephatum perſoluendum, quia ſecus longè æquius eſſe dicebant, & benignius, hæredes de iuſtis, & legitimis vſuris idoneè cauentes audiri, quam quòd à vidua muliere vrgeantur ad immobilium venditionem pro illius ſummæ ſatisfactione, quæ ad eos tandem poſt mulieris mortem reuerſura eſt; idque argumento text. *in §. aliud verò quidem, authen. de non eligen. ſecundò nuben.* & in *authen. ſed ſi anrum, C. de ſecund. nupt.*

10 Quam æquitatem annis ſuperioribus Sacrum Conſilium Regni huius amplectens, iuxta hanc limitationem iudicare ſibi viſum fuit, idque in cauſa vertente inter Dominam D. Conſtantiam Siſcaram, & Dominum Marcellum Lanfrancum ſocerum, qui non aliter ad prædictæ nurui antephatum in pecunia ſoluendum, iuxta per eam petita, condemnatus fuit, ſed ad correſpondendum tot annuos, vita durante dictæ nurus, ad rationem ſeptem cum dimidio pro centenario; deciſio fuit de anno 1628. ſub die 3. menſis Nouembris, in Banca Figliolæ S.C. Actorum Magiſtri, idemque in alia facti contingentia teſtis eſt D. Reg. Merlin. *controuer. cent. 2. c. 16.* iſtámque ſententiam poſt hæc ſcripta vidi, ſequutum fuiſſe Ioan. Petr. Fontanell. *tom. 2. de pact. nupt. clauſ. 7. gloſ. 1 part. 1. num. 58.* Quid autem circa hoc ſeruetur in Regno Valentiæ, eſt videndus Reg. Leo *deciſ. 184. per totam, lib. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Scribens apocham Bancho, vt ſoluat Titio mille, quæ debentur à Caio, pecunia in Bancho non reperta, num obligatus remaneat, & num. 3. 4. & 5.*

2 *Obligans ſe pro alio procuratorio nomine, de ſuo non tenetur.*

6 *Promittens ſoluere quod alius debet, loco fideiuſſoris habetur, niſi nouatio ſubintraret; & num. 7.*

8 *Exceptio ordinis, ſiuè diſcuſſionis, quæ fideiuſſori competit, tunc demùm locum habet, cùm illa opponitur.*

9 *Exceptio ordinis, ſiuè diſcuſſionis nùm poſſit opponi poſt litem conteſtatam, & num. 10.*

ARGVMENTVM.

Apocham bancho ſi quis ſcripſerit vt ſoluat Titio mille, quæ debentur à Caio, pecunia in Bancho non reperta nùm obligatus remaneat, vel potiùs cenſendum ſit, vti Caij debitoris procuratorem ſe obligaſſe. Obligans ſe vti alterius procurator, ſi de mandato non conſtat, an vti principalis obligatus remaneat. Exceptio diſcuſſionis an in quacunque iudicij parte opponi poſſit, & de aliis.

CAPVT XXVI.

APocha, quam nos bancalem appellamus, 1
his quæ ſequuntur verbis ſcripta reperiebatur: *Banco pagate per me a Titio ducati mille, dite ci le pago in nome, e parte di Caio, per tanti che li deue. Di caſa, &c.* fuit dubitatum, cùm pecunia in Banco non eſſet reperta, nùm ſcribens ex vi huius chirographi ad mille ſoluenda cogi poſſet?

Ad id teneri negabat conuentus, excipiendo, omne totum ſcripſiſſe ipſum vti Caij debitoris procuratorem, ſiuè negotia gerentem, nec aliud importare verba illa, *in nome, e parte di Caio*, & ſic iuuari eum diſpoſitione text. in *l. fin. ff. de inſtit. action.* cum mille concordantibus, ex quibus *Doctores* communem illam elegerunt concluſionem, vt qui pro alio procuratorio nomine ſe obligauit, de ſuo proprio non teneatur. 2

Contrariam tamen Ego amplexus fui ſententiam, nimirùm, vt omninò ad mille ſoluenda cogi poſſit ſcribens, nec aliter ſubueniri poſſit illi concluſione 3

præ

prædicta, cùm tunc demùm procedat, vbi de manda-
to conſtaret, ſcribentem ſcilicet debitoris eſſe pro-
curatorem, ſecus autem, vbi nullum procurationis
mandatum appareret, eo enim caſu, eſto, quòd quis
vti alterius procurator ſe obliget, ſi tamen de man-
dato ad obligationem illam contrahendam non con-
ſtet, hic talis, qui ſe obligauit, vti principalis, non au-
tem vti procurator tenetur, ità in puncto ex Bart. &
aliis probat elegantiſſimè Auguſt. Bero. *conſ.*199. *per
totum,* prætertim *num.*7. *lib.*1. vbi expreſſis verbis di-
cit (quando non conſtat de mandato) idem eſſe aſſe-
rere, *promitto nomine Titij,* quantum eſt dicere, *promit-
4 to ſoluere pro Titio;* legantur, quæſo, Bero. verba quæ
ſunt: *Prætereà in caſu noſtro benè conſideranda ſunt ver-
ba promiſſionis, & obligationis; nam Laurentius dixit,
quas pecunias promitto nomine dicti Domini Iacobi ſo-
luere certo tempore, abſque exceptione aliqua: ex
quibus verbis, cùm non conſtet de mandato aliquo ipſi
Laurentio facto, Laurentius videtur non tanquam Nun-
cius, nec tanquàm Procurator, ex quo non habuit manda-
tum per prædicta, ſed tanquàm expromiſſor, & interceſſor
pro Domino Iacobo ſe obligaſſe, & interceſſiſſe, quoniam
tantum eſt dicere; Promitto nomine Titij, quantum eſt di-
cere, Promitto ſoluere pro Titio: vt colligitur ex verbis
Bart. quem alij ſequuntur in l.*1. *§. nunciatio, ff. de noui
oper. nunciat.* hæc Bero. cuius ſententiam ex recentio-
ribus ſequutus fuit D.Cardin. Tuſch. *pract. concluſ. lit.
P. concl.*823. *num.*18. ibi, *Limita, quia in omnibus ca-
ſibus, in quibus ſe obligat quis vti miniſter alterius, de-
bet conſtare, quòd ſit talis, aliàs de ſuo tenetur, &c.*

5 Dixi tamen in facti contingentia, illud certiſſimum
eſſe (facto depoſito, ex quo tractabatur de apocha ban-
cali, aduerſus quam apud nos ſcribens ex legis Regiæ
diſpoſitione audiri non poteſt, niſi in vinculis, vel
facto depoſito) competere in hoc caſu ſcribenti or-
dinis beneficium, vt nimirùm priùs principalis debi-
tor diſcutiatur, cùm ſcribens non niſi vti debitoris fi-
deiuſſor cenſeri debeat, qui ordinis beneficio non re-
nunciauit: quotiès enim quis id, quod Titius debet
6 creditori, ſoluere promittit, quamuis verbis, & loquen-
di modo attentis, vt principalis ſe obligare videatur,
tamen quoad iuris effectum pro fideiuſſore habendus
eſt, qui ex iuris diſpoſitione, priuſquàm principalis
debitor excutiatur, conueniri non poteſt; ita in puncto
poſt Claſſicos docuerunt Capell. Tholoſ. *dec.*80. Guid.
Pap. *deciſ.*570. *num.*6. & *ſing.*604. Petr. de Rauenn.
ſing. 200. & Gayl. *pract. obſeru. lib.*2. *obſeru.*28. *num.*1.
7 *&* 2. vbi tamen *num.*4. id limitat, ſi in tali promiſſio-
ne nouatio ſubintraret, quia tunc ordinis beneficium
ceſſaret, ſed de nouandi animo clarè conſtare debet,
cùm hodiè nouatio non fiat, niſi hoc expreſsè actum
ſit, *l. final. C. de nouation.*

8 Sed cùm certum ſit, tunc demùm excuſſionis ex-
ceptioni locum eſſe, cùm illa opponatur; conſtat nam-
què, ea non oppoſita, acta contra fideiuſſorem, ſiuè
conſtituentem, ſiuè tertium poſſeſſorem hypothecaria
conuentum, iuridica eſſe; vt Cyn. & Specul. authorita-
te concludunt Capell. Tholoſ. *deciſ.*81. Guid. Pap. *de-
ciſ.*94. *numer.*3. *&* 432. *num.*9. *&* Iaſ. *in §. item ſi quis,
9 num.*81. *Inſtit. de action.* Occurrit dubium, an talis ordi-
nis exceptio poſt litem conteſtatam opponi poſſit?
Negarunt nonnulli, exiſtimantes, dilatoriam eſſe ex-
ceptionem hanc, quæ de iure ante litem conteſtatam
opponi debet, *l. ità demùm, C. de procurat.* ac proindè ſi
poſt litem conteſtatam opponatur, de ea ratio aliqua
haberi non poteſt; ità ſcripſerunt Iacob. de Aren. Cyn.
Bald. & Salycet. in *l. exceptionem, C. de probation.* Bart.
in l. prolatam, C. de ſent. & interlocution. omnium Iudic.
in *authen. hoc ſi debitor, C. de pignor.* & in *l.*2. *ff. de ex-
ception.* idem Bald. & Salyc. in *authen. præſente, C. de fi-
deiuſſor.* Addent. ad Capel. Tholoſ. *cit. deciſ.*81. Guid.
Pap. *cit. deciſ.*94. *&* 570. *num.*6c. Neguſant. *tract. de
pignor. membr.*1. *octaua par. num.*34. Ant. Ranch. *in ad-
dit. ad Guid. Pap. deciſ.*94. *ſuprà relata,* ibi, *quæ exceptio
ordinis ſtatim in initio debet opponi, & ante litem con-
ſtatam; aliàs talis exceptio poſt, non eſſet admittenda,
&c.*

At contrariam ſententiam vſu forenſi receptam 10
eſſe, non dubitamus, cùm verè exceptio hæc excuſſio-
nis anomala ſit, quæ in quacunque iudicij parte op-
poni poteſt; iuxta Gloſ. magnam communiter rece-
ptam in *l. exceptiones, la prima, ff. de exception.* ſicque
reſponderunt Signorol. de Homodeis *conſ.*150. *col.*1.
verſ. item & ſi in vim peremptoria, inter *conſilia Bald.
lib.*2. Io. de Anania *conſ.*60. Corne. *conſ.*35. *col.*1. *vol.*4.
vbi expreſſis verbis dicit, exceptionem hanc opponi
poſſe, nedùm poſt litem conteſtatam, ſed imò & poſt
ſententiam, Calcane. *conſ.*29. *n.*12. Crauet. *conſ.*263.
*num.*5. Purpurat. *conſ.*277. *à num.*2. *vſque ad* 6. *vol.*1.
Ioan. Baptiſta Coſta omninò videndus *conſ.*47. *per to-
tum,* Ant. Gabr. *commun. concluſ. tit. de fideiuſſor. concl.*1.
*num.*9. & Ferrer. aliis infinitis omiſſis, *in addit. ad Guid.
Pap. citat. deciſ.*94. vbi ſic paſſim in Parlamento Tho-
loſano iudicari teſtatur, ibi, *Veriùm in iudicando Nos
non ſequimur hanc opinionem, diſcuſſio enim eſt beneficium
iuris, & ideò in quacunque parte litis opponi poteſt, etiam
poſt ſententiam in cauſa appellationis; l. per hanc, C. de ap-
pellat. & ità in hoc Parlamento Tholoſano iudicatur,
quod verius, & æquius eſt; nam hæc exceptio dicitur ano-
mala, vt notat Gloſ. &c.*

SVMMARIVM.

1 *Aſſenſus Apoſtolicus an requiratur, quando Ec-
cleſia in alium vult transferre, ſiue cedere
iura ſua, & num.*6.

2 *Verbum,* alienare, *quomodo interpretandum.*

3 *Aſſenſus Apoſtolicus an requiratur, quando
Eccleſia vult in alium transferre hypothe-
cam, quam ſuper alieno prædio habet acqui-
ſitam, & num.*4.

5 *Actio ad rem immobilem loco rei immobilis
habetur.*

7 *Aſſenſus Apoſtolicus an requiratur, quoties Ec-
cleſia bona ſua alicui generaliter obligaret
occaſione emptionis alicuius rei per ipſam
factæ, & num.*8.

9 *Hypotheca generalis an ita intelligitur pro-
hibita ſicut ſpecialis, in terminis text.* in
c. nulli, de rebus Eccleſ. non alien.

10 *Aſſenſus Apoſtolicus an requiratur, quando
proceditur ad venditionem bonorum Eccle-
ſiæ pro ſatisfaciendo creditori, qui abſque
aſſenſu habet bona illa obligata; & num.*11.
12. 15. *&* 16.

13 *Aſſenſus Apoſtolicus an requiratur, quando Ec-
cleſia vult conuertere in emptionem bono-
rum ſtabilium pecuniam, quam habet con-
ſtitutam in proprietate.*

14 *Statutum Vrbis* cap. 151. *an habeat locum,
quando minor vult emere bona.*

ARGVMENTVM.

Aſsẽſus Apoſtolicus nũ requiratur, quã-do Eccleſia pretio mediante vult in alium transferre hypothecam, quam ſuper alieno prædio habet conſtitutam. Bona Eccleſiæ num ſubhaſtari poſſint pro eius debito ſub generali obligatione contracto pro exoluendo pretio bonorum abſque Aſſenſu Apoſtolico emptorum, vbi nouiſſima *deciſio Sacræ Rotæ Romanæ*, & de a iis ad materiam pertinentibus.

CAPVT XXVII.

1 ASSENSVS Apoſtolicus, dixi *lib.1.c.6. num.*8. quòd ſicut, attenta diſpoſitione *extrauagantis, Ambitioſæ, de reb. eccleſ. alien. vel non*, requiritur in omni translatione, quæ fit in alium de directo, vel vtili dominio bonorum Eccleſiæ, ſic pariter in omni ceſſione, ſiuè remiſſione iurium, & actionum: proba-
2 uimus enim, in his terminis, verbum *alienare* latè interpretandum eſſe, non autem ſtrictè, & ſic pro ſolo actu, quo directum, vel vtile transfertur dominium, provt eſt in venditione, vel emphyteuſis conceſſione, ſed etiam omnem comprehendere actum, per quem ius in alium transferretur, provt ſunt pignoris datio, hypothecæ conſtitutio, ſeruitutis ſubmiſſio, & ſimilia, ad quod citauimus Gloſ. *in cap. nulli, in verb. alienationis, de rebus Eccleſiæ alienan. vel non*, Nouar. *in tract. de alienat. bonor. Eccleſ. num.*1. Quarant. *in ſum. Bullar.* in *verb. Alienatio bonorum Eccleſiæ, numer.*17. & 26. Azor. *inſtit. moral. par.*2. *lib.*9. *cap.*1. *verſ. ſecundò quæritur*, Riccius *deciſ.*376. *num.*1. & 3. *part.*4. & *reſol.*41. *part.*1. *prax. Eccleſ.* Bonacin. *tom.*1. *eius operum, tract. de alienat. bonor. Eccleſ. quæſt. vnica, puncto* 2. *numer.*1. & Auguſt. Barboſ. *in collect. ad d. extrauag. Ambitioſæ, num.*5.

3 Modò occurrit dubium, an idem dicendum ſit in ceſſione, ſiuè remiſſione hypothecæ, quam Eccleſia pro ſui crediti ſecuritate habet ſuper prædio alieno conſtitutam? Dixi de hoc conſultus, nullam requiri ſolemnitatem, quando perſona, cui Eccleſia cedit, vel remittit hypothecam, eſt debitor Eccleſiæ, vel tertius poſſeſſor rei hypothecæ ſubmiſſæ. Eſtque ratio maniſeſtiſſima, cùm ceſſio hæc, ſiuè remiſſio ex parte Eccleſiæ voluntariè non procedat, ſed ex neceſſitate; cogitur enim Eccleſia recipere eius creditum, dùm debitor, vel rei poſſeſſor ab illo onere ſe liberare volunt, dummodò debiti ſatisfactio ſit abſque diminutione, quia ſi integra non eſſet ſolutio, quamuis pro reſiduo eſſet aliàs Eccleſiæ conſultum, agendo contra principalem debitorem, nulla iure licito poſſet ſequi hypothecæ remiſſio ſuper illa re per tertium poſſeſſa, eo enim caſu ius Eccleſiæ abſque dubio efficeretur deterius, quia poſſet euenire, vt in temporis progreſſu principalis debitor deficeret, ſicque Eccleſia ſuum amitteret; quod tolerandum non eſt.

4 Quandò autem ceſſio hypothecæ fieret in prorſus extraneum pretio mediante, vt quia vellet quis ſuper alieno prædio acquirere hypothecam illam, quam ibi tenet Eccleſia; tunc teneo indubitanter, illammet requiri ſolemnitatem, quæ requiritur in omni rei ſtabilis alienatione: nàm ſi verum eſt, vt ſuprà diximus, Eccleſiam non poſſe abſque ſolemnitate eius bona hypothecæ ſubmittere, quia alienatio eſt, ad text. *in l. fin. C. de reb. alien. non alienand.* quod nimis clarè probatur in *d. extrauag. Ambitioſæ*, vt benè obſeruat Quarant. poſt alios, quos citat *loco iam dicto, num.*17. ſic pariter quando Eccleſia acquiſitam hypothecam in alium pretio mediante transferre vult, actio enim ad rem immobilem, qualem dicimus eſſe 5
hypothecariam, loco rei immobilis habetur, ac proindè in alium abſque ſolemnitate transferri non poteſt; Abb. in *c.*1. *num.*8. *de depoſit.* & *in cap. cùm pridèm num.*4. *de pact.* Idquè eo magis procederet, ſi conſtituta eſſet hypotheca ad fauorem Eccleſiæ pro conſequutione annui cenſus, qui certè inter immobilia connumeratur, Quarant. *loco cit. num.*22. & diximus *dict. cap.*6. *num.*8. & 10. *lib.*1.

Vltimò eſt hic aduertendum ad id, quod in prin- 6
cipio dicebamus, nimirùm vt Aſſenſus Apoſtolicus non ſolùm requiratur in omni translatione, quæ fit in alium de directo, vel vtili dominio bonorum Eccleſiæ; ſed etiam cùm illius bona hypothecæ, ſiue ſeruituti ad alicuius fauorem ſubmitterentur: etenim conclusionem hanc quoad hypothecæ conſtitutio- 7
nem dices non procedere, quoties Eccleſia bona ſua alicui generaliter obligaret occaſione emptionis alicuius rei per ipſam factæ, vt putà ſi facta eſſet venditio, habita fide de pretio, vel ſi pro ſoluendo pretium venditori, mutuo à Tertio Eccleſia acciperet pecuniam, ſic eis bona ſua generaliter obligando, hoc enim caſu cùm Eccleſia acquirat, poſſet certè abſque alia ſolemnitate propria bona ſub generali hypotheca ſubmittere, iſtamquè generalem obligationem nullatenus dici comprehenſam ſub prohibitione alienandi bona Eccleſiæ: ita ſatis notabiliter hoc anno 1645. decidit Sacra Rota in *vna Amerina bonorum coram Illuſtriſſimo Domino Royas*, cuius deciſionis tenor alibi adhùc non impreſſus, eſt tenoris ſequentis.

Veneris 2. Iunij 1645.

De ordine Sanctiſſimi reuiſis deciſionibus in hac 8
cauſa hucuſquè emanatis, illiſque ad trutinam per binam propoſitionem redactis, Domini receſſerunt à deciſis, quatenus in eis reſolutum fuerat, bona Monaſterij poſſe ſubhaſtari pro eius debito contracto ſub obligatione generali occaſione pretij bonorum à Præſide eiuſdem Monaſterij abſque licentia Sedis Apoſtolicæ emptorum.

Nam licèt Domini adhuc tenuerint veram concluſionem firmatam in aliis deciſionibus, nempè quòd obligatio generalis contracta occaſione emptionis, ſit valida abſque aſſenſu Apoſtolico, provt in puncto firmat Pater de Lezana *in ſum. qq. Regul. verb. alienare, num.*5. *poſt medium, verſic. an autem poſſint Regulares, tom.*3. motus eadem ratione, de qua in prædictis deciſionibus coram me, nempè quòd cùm Eccleſia acquirat, poteſt ſub hypotheca generali obligare ſua bona, & talis hypotheca generalis non eſt comprehenſa ſub prohibitione alienandi bona Eccleſiaſtica, vt tradunt DD. *in cap. nulli, de reb. Eccleſ. alien. vel non*, qui licèt loquantur in terminis *d. cap. nulli*, in quo cùm 9
fuerit ſolùm prohibita hypotheca ſpecialis, non indè poterat dici prohibita generalis, tamen quia ſubdunt, dictam prohibitionem non eſſe extendendam, ex eo, quòd hypotheca generalis, per ſeipſam nihil ſapit alienationis, cùm per eam non transferatur ius aliquod in re, §. *item Seruiana, Inſt. de act. l. ſi rem, §. propriè, ff. de pignor. act.* vtiq; eadẽ ratio videtur militare in terminis

Extrauag. Ambitioſa, Pauli II. *de reb. Eccl. non alien.* licèt prohibeat hypothecam ſimpliciter ſub forma generis, quod cùm non contineat ſub ſe, niſi quæ ſunt eiuſdem naturæ, ad tradita per Bald. *in l. 1. num. 4. C. commod.* patet, quòd non poteſt comprehendere hypothecam generalem tanquam diuerſæ naturæ ab alienatione, quæ fuit ſola ratio *prædictæ Conſtitutionis Paulinæ*, quia ad eam non eſt directè, & principaliter ordinata hypotheca generalis; ſed vt magis creditori cautum ſit, adeò vt cùm non niſi in conſequentiam poſſit per eam ſequi alienatio, indè ſequatur, quòd quouſquè non producatur in eſſe dictus effectus, nunquam poterat dici (attenta primæua ſua natura) quòd poſſit de ea cenſeri, quod de alienatione; qua prohibita, non poteſt dici prohibitum omne id, per quod ad illam poteſt deueniri, non quidem directè, & principaliter, ſed ſecundariò, & in conſequentiam, cùm ea, quæ in conſequentiam, & ſecundariò veniunt, non qualificent actum; *l. ſi quis nec cauſam, ff. ſi cert. pet.* Ruyn. *conſ. 98. num. 21. vol. 2.* Rol. *conſ. 15. num. 20. & conſ. 48. num. 18. & 19. vol. 4.* Cancer. *var. reſol. lib. 1. cap. 24. num. 11.* & ideò etiàm in terminis *d. Extrauag.* eam ſententiam tuentur Redoan. *de reb. Eccl. non alien. quæſt. 2. cap. 6. per tot.* aliique plures relati per Barboſ. *in collect. ad d. cap. nulli, num. 5.* Ferd. à Caſtro Palao *oper. moral. tract. 12. diſput. vnica, punct. 15. §. 2. num. 2. tom. 2.* Molin. *de iuſt. & iur. tract. 2. diſput. 466. in princ.* & Bonac. *diſput. 3. de contract. fend. quæſt. 8. par. 4. num. 31. in fin.* Immò & in terminis decreti S. Congregationis Concilij data fuit eiuſdem S. Congregationis declaratio, illud non comprehendere hypothecam generalem.

10 Attamen placuit DD. declaratio adducta ex Bero. *in d. cap. nulli, num. 13. verſ. animaduert. tamen eſt, de reb. Eccl. alien. vel non*, & Redoan. *de reb. Eccl. non alien. quæſt. 2. cap. 6. n. 13. & 16. verſ. vbi etiam*, quòd licèt ex prædictis valida ſit hypotheca generalis abſque aſſenſu Sedis Apoſtol. contracta, nihilominus nequeat abſque illo per eam deueniri ad ſubhaſtationem bonorum Eccleſiæ, cùm tunc deueniatur ad caſum, à quo ſine beneplacito Apoſtolico non poteſt incipi, & ceſſat ratio *ſuprà* allegata, quòd ſcilicet hypotheca generalis in ſua primæua origine nihil ſapiat alienationis, quia cùm producat in eſſe effectum prohibitum, debet & ipſa reputari prohibita, tanquàm cauſa efficiens dicti actus prohibiti, non autem ex ſua natura, quæ poteſt ſtare, & plures alios effectus producere, quàm iſtum prohibitum; nam aliàs ſi admitteretur, quòd vigore hypothecæ generalis poſſit deueniri ad diſtractionem bonorum Eccleſiæ, daretur caſus alienationis eorundem abſque licentia Sedis Apoſtolicæ, contra diſpoſitionem *d. Extrauag.* & aperiretur via pluribus fraudibus, ad quas euitandas fuiſſe inuentam *d. Conſtitutionem Paulinam* dixerunt Rebuff. *conſ. 109. nu. 8. & conſ. 111. num. 9. & ſeq.* cum aliis per Quarant. *in ſumm. Bull. v. verb. Alienatio rerum Eccleſiæ, n. 24. verſ. ad cuius opinionis corroborationem.*

11 Nec viſum fuit obſtare, quòd cùm per d. hypothecam generalem nequeat deueniri ad alienationem, fruſtratoria ſit d. validitas, tanquàm inutilis, quia prætermiſſo, quòd data vtilitate, poteſt præbere occaſionem Summo Pontifici aſſentiendi diſtractioni per eum faciendæ, vtilitas eſt euidens, cùm valeat creditor eius vigore agere vtili Saluiano ad bona hypothecata, ad effectum ſibi ſatisfaciendi ex fructibus, & in hoc erit præferendus creditoribus Chirographariis.

12 Multoque minus facit, quòd hoc caſu d. hypotheca generalis fuerit promiſſa occaſione contractus emptionis, qui cum habeat præſumptionem vtilitatis pro ſe, non videtur patiendum, quòd Eccleſia poſſit retinere bona aliena, & nequeant pro eorum pretio diſtrahi propria, cùm enim in alienatione bonorum Eccleſiaſticorum copulatiuè requiratur, & vtilitas, & ſolemnitas, *cap. tua nuper, de his, quæ fiunt à Prælat. can. ſine exceptione, 12. quæſt. 2. c. 1. de reb. Eccl. non alien. in 6.* Rot. *deciſ. 119. num. 12. & 201. num. 3. par. 1. rec.* Cæuall, *deciſ. 288. num. 1* Durand. *deciſ. 250. num. 1. & per tot. & deciſ. 397. num. 1.* & alibi paſſim, parum refert, quòd contractus poſſit eſſe vtilis, niſi etiam concurrat licentia Sedis Apoſtolicæ; provt in fortioribus terminis habetur, quòd pecunia conſti- 13
tuta in proprietate, & non in vſu, nequeat conuerti in emptionem bonorum pro Eccleſia abſque licentia Sedis Apoſtolicæ, iuxta magiſtralem deciſionem coram fel. record. Cardinali Hieronymo Pamphilio in *Veneta pretij bonorum 13. Nouembr.* 1602. quam referunt, & ſequuntur Ricc. *in prax. for. Eccleſ. reſol. 59. num. 3. verſ. verùm limitatur, part. 1.* & Barboſ. *de offic. & poteſt. Epiſc. par. 3. alleg. 95. num. 43.* ſibiquè imputet venditor, ſi vendiderit rem Eccleſiæ habita fide de pretio, cùm ſciat, bona eiuſdem non poſſe alienari abſque licentia Sedis Apoſtolicæ, admiſſa etiam vtilitate, quæ nihilominùs poteſt abeſſe à contractu emptionis, ſtante periculo læſionis, quæ poteſt interuenire, tam reſpectu venditoris, quam reſpectu emptoris, ex notatis ad *l. 2. C. de reſcind. vend.* ità quòd Statutum Vrbis *c. 151.* requirens ſolemnitates, non 14
in ſola alienatione, & permutatione bonorum minoris, provt de illis Eccleſiæ, ſed etiam in omnibus contractibus, in quibus minor poteſt lædi, habet locum, etiam in emptione, ad plenè tradita per Penzon. *ibidem, à numer. 38. per plures ſequent.*

Nec pariter obſtare dictum fuit, quod non re- 15
quiratur aſſenſus Apoſtolicus in diſtractione bonorum Eccleſiæ, quæ fit per Iudicem, tanquam neceſſaria, Ideóque declaratio Bero. ac Redoan. *ſuprà* citata, ſit intelligenda in terminis diſtractionis faciendæ ex voluntate Adminiſtratorum Eccleſiæ, pro ſoluendo ære alieno contracto vigore hypothecæ generalis, non autem in terminis diſtractionis neceſſariæ, quæ fit per Iudicem ad eundem effectum ſoluendi æs alienum contractum ſub hypotheca generali. Nam Domini exiſtimarunt, d. concluſionem (quòd in diſtractione Iudiciali non requiratur nouus aſſenſus) non procedere, niſi quando Iudex venit ad eam, vigore obligationis contractæ cum ſolemnitatibus, ex eo, quòd in tantum valet Iudex deuenire ad alienationem, in quantum ſolemnitas interpoſita in natiuitate obligationis, cùm porrigat ſuum effectum ad tempus alienationis, dicitur interpoſita ſuper eadem alienatione, quemadmodum luculenter explicat in puncto Eccleſiæ, Bald. *in l. ſi pupillorum, §. ſi pupillus, ff. de reb. eor. qui ſub tutel. vel cura ſunt*, & faciunt tradita per Molin. *de primog. Hiſpan. lib. 4. cap. 5. num. 3. verſ. nec obſtat*, & Capyc. Latro *deciſ. 56. num. 5. & 6.*

Nec contrarium elicitur ex DD. per Informantes pro Paulo Parca allegatis; cùm omnes, vel loquantur cum ſuppoſito, quòd debitum, cuius vigore deuenitur ad Iudicialem diſtractionem fuerit ritè, & ſolemniter contractum, vel loquuntur generaliter itavt etiam ipſi ſint intelligendi cum eodem ſuppoſito.

16 Et quidem nullo vnquàm iure reperitur, poſſe deueniri ad diſtractionem Iudicialem occaſione obligationis initæ abſque beneplacito Sedis Apoſtolicæ, niſi in caſu ſoluendi debita contracta ab aliquo authore Eccleſiæ, qui eidem reliquerat plura ſua bona, ad tradita per Bordon. *reſol. regul.* 27.

num. 63. in quibus terminis loquitur deciſio pro Paulo Parca allegata in *Romana locorum montium* 18. *May* 1645. *coram D. meo Meltio*, cùm tali caſu æs alienum fuerit ab initio ritè, & rectè contractum, ex quo author Eccleſiæ non tenebatur vllas adimplere ſolemnitates, ſicquè dicatur prouenire ex neceſſaria cauſa Auctoris, & non ex propria voluntate Eccleſiæ, vt benè animaduertit Fontanella *deciſ.* 278. *num.* 6. *&* 7. qualitatem enim voluntarij, vel neceſſarij metimur ab origine obligationis, an ſcilicèt origo proueniat ex facto hominis, vel legis, latè Tiraquell. *de retract. lign.* §. 1. *gloſ.* 14. *num.* 13. Menoch. *præſum.* 110. *& ſeqq. lib.* 4. & alios congerit in terminis alienationis Don. Ferdin. Arias de Meſa *var. reſol. lib.* 3. *cap.* 26. *nu.* 4. *&* 5. vndè etiam, licèt permiſſum dicatur æs alienum contrahere ex cauſa neceſſaria, certè talis permiſſio non comprehendit neceſſitatem, in quam quis ſpontè ſeſe conijcit; Seraph. *deciſ.* 654. *num.* 4. provt in caſu noſtro fecit Præſes Collegij emendo bona ex ſua voluntate, facta obligatione de ſoluendo pretium, & provt non dicitur facere Eccleſiam, quæ adiuerat hæreditatem, licèt lucroſam, tamen ære alieno grauatam.

Nequè vllius momenti fuerunt, quæ deducebantur circa facultatem liberè diſponendi, contentam in erectione Montis Communitatis, de cuius locorum diſtractione eſt quæſtio: nam quicquid ſit circa intelligentiam d. facultatis reſpectu Eccleſiæ, ceſſabat omnis difficultas, cùm in literis patentibus locorum d. Collegij legatur appoſita prohibitio expreſſa de illis non alienandis ſine licentia Papæ in ſcriptis; quæ peculiaris prohibitio certè tollit generalem permiſſionem in erectione Montium exiſtentem, quæ non derogat pactis facientibus in contrarium, vt in fortioribus terminis Regens Galeota *contr. iur.* 48. *numer.* 24.

Et ità reſolutum, vtraque parte acerrimè, & pluries informante.

SVMMARIVM.

1 *Aſſenſus Regius habetur pro præſtito ſuper feudorum obligationibus, quæ fiunt à viris pro reſtitutione dotium mulierum Neapolitanarum, idquè ex gratia ſpeciali, quæ prodeſt, non ſolum mulieri, ſed eius hæredi, quamuis extraneo.*

Sed quid ſi bona feudalia fuiſſent à viro quæſita poſt mortem vxoris, num. 2.

Ratio dubitandi quæ, num. 3.

Reſolutio dubij, num. 4. 5. 7.

6 *Aſſenſus tacitus intelligitur præſtitus inſtrumento dotali.*

8 *Dos an dici poſſit ſoluto matrimonio priuſquam reſtituatur.*

9 *Priuilegia omnia contractui dotis conceſſa tranſeunt ad quemcunq; mulieris hæredem.*

10 *Aſſenſus tacitus conceſſus inſtrumento dotali, an ſit ſubſidiarius in defectum bonorum allodialium, & num.* 11.

12 *Aſſenſus tacitus an intelligatur præſtitus ſuper bonis ſubfeudalibus viri.*

13 *Aſſenſus tacitus an procedat quando dos fuit tantùm confeſſata.*

14 *Aſſenſus tacitus an proſit mulieribus Neapolitanis naturalibus.*

15 *Aſſenſus tacitus an extendatur ad bona ſoceri vxoris, & ad bona ſoceri mariti, n.* 16.

17 *Aſſenſus tacitus an intelligatur præſtitus in caſu, quo obligans feudum legitimo careret ſucceſſore, an præſtitus intelligatur quando non fuit in capitulis matrimonialibus reſeruatus, ibidem.*

18 *Aſſenſus tacitus an intelligatur præſtitus donationibus contemplatione matrimonij factis in capitulis matrimonialibus.*

19 *Aſſenſus tacitus an ſuum ſortiatur effectum ſuper bonis feudalibus tacitè obligatis, & num.* 25. *&* 26.

Et quid ſi in capitulis matrimonialibus fuerit conuentum, vt ſtipularetur inſtrumentum dotale ad conſilium ſapientis, num. 20. 21. 23. *&* 24.

22 *Hypotheca pro conſequutione dotis habet originem à die promiſſionis, nō autē ſolutionis.*

27 *Obligatio facta ſimpliciter à duobus fideiuſſoribus an intelligatur in ſolidum.*

28 *Specialia duo an poſſint ſimul concurrere circa idem.*

ARGVMENTVM.

Aſſenſus Regius generaliter conceſſus obligationibus bonorum feudalium pro reſtitutione dotium mulierum Neapolitanarum, num extendatur ad beneficium hæredis mulieris, ſuper bonis feudalibus ſoluto matrimonio per virum quæſitis. Aſſenſus iſte an ſit ſubſidiarius? An extendatur ad feuda plana, & de tabula? An comprehendat bona feudalia viri mulieri tacitè obligata? Inſuper an præſtitus intelligatur donationibus contemplatione matrimonij à parentibus factis filiis in capitulis matrimonialibus? & de aliis ad materiam, & ornatum Gratiarum per Regem Catholicum conceſſarum *anno* 1505. de quibus in *cap.* 20. *&* 21. *inter Priuileg. Ciuitati, & Regno Neap. conceſſa* fol. 42. à tergo.

CAPVT XXVIII.

ASSENSVS Regius, qui in bonorum feudalium obligatione ſpecificus, & in forma probanti pro contractus validitate interuenire debet, ex tunc Regis noſtri munificentia in feudorum obligationibus, quæ pro reſtitutione 1

reſtitutione dotium mulierum Neap. à maritis fiunt, pro impetrato, & præſtito habetur.

Et quamuis aliàs non parum apud nos fuerit controuerſum, an Capitulum illud Neapolitanis conceſſum hoc diſponens, procedat non modò, quando per viri mortem Mulier ſuper bonis viri obligatis pro dotis reſtitutione inſtaret, quod eſt indubitatum; ſed etiã ſi per vxoris mortem matrimonium eſſet ſolutum, & pro dotium recuperatione inſtarent eius hæredes ex corpore non deſcendentes? tamen communiter receptum eſt, ius hoc etiam ad extraneos hæredes extendi, & ità aliàs Sacrum Conſilium determinaſſe, teſtatur Marin. Frecc. *de ſubfeud. in prima auth. quæſt.* 12. *intrà num.* 20. *verſ. memini aliàs*, licèt in diſcurſu multa hinc inde ponderet; ſed de hac opinione in hæredum fauorem, vt vlteriùs non ſit dubitandum, teſtis eſt Reg. de Pont. *tract. de poteſt. Proreg. tit. de aſſenſ. Reg. ſuper dot. in princ. à num.* 45. *vſque ad* 47. Theodor. *alleg.* 67. *num.* 5. nec diſſentit Rouit. *in pragm.* 8. *num.* 3. *de feud.* Quicquid ſibi dixerit Reg. de Curte *in ſuo diuerſ. feud. p.* 2. *cap.* 4. *num.* 67. 68. *&* 69.

2 Illud autem, de quo his diebus interrogatus fui, à Noſtris, quos vidi, tactum non inueni; nimirùm an hæc concluſio procedat, quando inſtarent mulieris hæredes pro dotis recuperatione ſuper bonis feudalibus viri, poſt coniugis mortem quæſitis; vel dicendum eſt, aſſenſum pro præſtito intelligendum eſſe ſuper obligatione bonorum feudalium conſtante matrimonio quæſitorum.

3 Ratio dubitandi contra hæredes ea eſt, nam cùm certum ſit, ad mulieris fauorem ſuper bonis feudalibus viri acquirendis hypothecam oriri non poſſe, priuſquam bona cum effectu à viro acquirantur, & in caſu propoſito, acquiſitionis inſpecto tempore, mulier, cuius reſpectu aſſenſus pro præſtito intelligitur, reperitur mortua, & ſic ius aliquod ſuper bonis feudalibus poſt eius mortem à viro quæſitis acquirere non potuit, quod ad hæredes tranſmiſſum dici poſſet; ſequitur ergo &c.

4 Sed hac dubitandi ratione non obſtante, maturius re conſiderata contrarium reſpondi, vt nimirùm aſſenſus, de quo agimus, pro præſtito intelligatur, etiam ſuper bonis feudalibus poſt vxoris mortem à viro quæſitis, quæ in generali bonorum obligatione contracti matrimonij tempore facta, ſine dubio veniunt; ex diſpoſitione *l. fin. C. quæ res pignor. obligar. poſſ.* & per conſequens poſſe ſuper illis mulieris hæredes pro dotium recuperatione inſtare, idque ex ſequentibus.

5 Et Primo ſuppono, in promiſſione facta à viro reſtitutionis dotis, cùm matrimonium ſolueretur, ex parte vxoris, ſiuè alterius, qui dotem exburſauit, initam fuiſſe ſtipulationem pro ſe, eiuſque hæredibus, & ſucceſſoribus, hoc enim diſpoſitum inuenimus in inſtrumento dotali, cùmque gratiæ tenore attento, aſſenſus non mulieri, ſed inſtrumento dotali pro præſtito intelligatur, decedat mulier cùm Domino placuerit, quia adhùc, ſemper quòd dos non reſtituitur, inſtrumentum, in quo ſub bonorum feudalium obligatione fuit promiſſa dotis reſtitutio, dotale cenſetur, & vti tale, aſſenſus etiam ſuper bonis feudalibus poſt mulieris mortem à viro quæſitis, ad hæredum fauorem ſuum operatur effectum; ſunt enim hæc *Gratiæ*, ſiuè *Capituli* verba: *Item ſupplicano, che in tutti l'inſtromenti dotali, che da quà auante accaderanno farſi in queſta Città di Napoli, illo tunc, che ſiano fatti l'inſtromenti dotali, & obligationi de' beni feudali de' loro mariti con reſeruatione del Regio aſſenſo, ſe intenda eſſer preſtito l'aſſenſo di voſtra Catholica Maeſtà. Placet ad beneplacitum Regiæ Catholicæ Maieſtatis.* Vides igitur ex *huius Capituli* tenore, liquidò conſtare, aſſenſum non pro 6 Neapolitanis mulieribus, ſed ſimpliciter ſuper inſtrumentis dotalibus generaliter fuiſſe petitum, ſimpliciterque conceſſum; ergò non eſt, quòd dubitari poſſit, vt in omnem caſum, prout loquitur inſtrumentum, in quo fuit promiſſa dos mulieri, & eius hæredibus, impetratus, & obtentus aſſenſus intelligatur, ex deciſione Andr. *in cap.* 1. *num.* 7. *qui ſucceſſ. teneantur*, quem pro explicatione *huiuſmet Capituli*, licèt in alio caſu expendit Reg. de Pont. *loco cit. num.* 26. 27. *&* 34.

Ceſſat etiam omnis dubitatio ex *altero Capitulo* 7 emanato in *anno* 1586. per Regem noſtrum Philippum Secundum, pro declaratione primi *ſuprà* deſcripti, dùm in eo expreſsè diſponitur, aſſenſum obligationibus bonorum feudalium viri pro præſtito intelligi ad beneficium illorum omnium, quibus in caſu reſtitutionis dotis fuit promiſſa illius reſtitutio, ſeruata forma inſtrumenti dotalis, cùmque in inſtrumento dotali dotem reſtitui fuerit conuentum mulieri, & eius hæredibus, ergò (quamuis matrimonio ſoluto ſuperueniat bonorum feudalium acquiſitio, quia vti bona futura continentur ſub illa generali obligatione, de qua in inſtrumento, ex *citata l. fin. C. quæ res pign. obligar. poſſ.*) ſine dubio hæredes, ad quorum fauorem aſſenſus pro dotis recuperatione extenditur, ſuper bonis illis feudalibus poſt mulieris mortem quæſitis inſtare poſſunt; eſt enim hic tenor *Capituli anni* 1586.

Item eſſi fideliſſima Città, Baronaggio, e Regno eſponeno a V. M. come la Sereniſſima Maeſtà del Rè Catholico, e dopo la Maeſtà Ceſarea di glorioſo ricordo hanno conceduto aſſenſo ſopra l'obligationi de' beni feudali, così à beneficio del marito per la conſequutione delle doti, e mutui da eſſi dependentino con l'interuſurij nelli caſamenti, li quali ſe faceano trà perſone, delle quali vna almeno ſia Napolitana habitante in Napoli, iuſta la continentia, forma, e tenore di eſſi inſtromenti, e perche Catholica Maeſtà detto aſſenſo conceduto per modum legis in remunera de' ſeruitij ſenza clauſula quoad expreſſa tantum, relatiuè alla forma, e clauſula di eſſi inſtromenti, deue intenderſi preſtito à beneficio di tutti quelli, à quali ſe promette la reſtitutione d'eſſe doti nell'inſtromenti dotali, alli quali eſſo aſſenſo ſi referiſce generalmente, deſiderando però eſſi ſupplicanti di reconoſcere dalla mano liberaliſſima di V. M. per gratia tutto quello, che per ragione d'eſſi ſupplicanti ſi doueſſe, la ſupplicano ſe degni ordinare, che detto aſſenſo ſe intenda preſtito in detta hipotheca di beni feudali à beneficio di tutti quelli, alli quali ſi deue fare il pagamento, ò reſtitutione di dette doti, mutuo, & interuſurio, ſecondo la forma d'eſſi inſtromenti. Placet Regiæ, & Catholicæ Maieſtati, citra tamen præiudicium Regiæ Curiæ, quandocunque & quomodocunque dicta feuda ei deuoluentur, &c.

Vltimò pro dictorum corroboratione dico, nam 8 cùm certum ſit, præfata *Capitula* dotis fauore fuiſſe condita, admittunt omnes, ſoluto matrimonio priuſquam dos reſtituatur, adhuc illam dotis nomen habere, omniaque retinere priuilegia, quæ in matrimonij conſtantia à iure fuerunt ei tributa, ſicque procedere *titulum, ff. ſoluto matrimonio, quemadmodùm dos petatur*, aduertunt omnes in *ea Rubr.* ſignanter Bart. & Paulus de Caſtr. *in princ.* Alex. *num.* 24. Iaſ. *num.* 9. Soc. ſen. *n.* 10. & alij relati per Andr. Fachin. *controuerſ. iur. lib.* 10. *c.* 27. & Molfeſ. *ad Conſuet. Neap. p.* 6. *tit. de iur. dot. quæſt.* 3. *nu.* 17. Vbi *num. ſeq.* aduertit, quòd quàuis aliqui teneant, hoc omne in vxoris hæredibus procedere ex corpore deſcẽdẽtibus, tamen vt etiam ad extraneos extendatur, pro indubitato affirmat, citans inter alios, Bart. *in l. poſt dotem, num.* 34. *ff. ſolut. matrim.* vbi affirmat, dotis priuilegium, 9 antequam

9 antequam ea reſtituatur, etiam ad Diabolum mulieris hæredem tranſire, ſequitur Loffred. *conſ. 31.* vbi *num. 11.* de his agens inquit, Priuilegia omnia contractui dotis conceſſa, ad quemcunque mulieris hæredem tranſire; & ante *num. 12.* citando Bart. *in dict. l. poſt dotem*, dicit, quòd quando priuilegium cœpit procedere in perſona mulieris, tunc tranſit ad quemcunque hæredem; & vide Theſ. filium *quæſt. 5. lib. 1. quæſt. forenſ.* & quæ Ego latiùs circa hoc exaraui *ſuprà, cap. 19. num. 11.* quò loci huius articuli veritatem habes.

Si igitur, dico Ego, ſoluto matrimonio, quouſquè dos verè reſtituatur, dos dicitur, omniáque dotis retinet priuilegia, & aſſenſus pro dotis recuperatione in inſtrumento dotali, pro præſtito habetur, bona omnia feudalia, quæ maritus quocunque tempore acquirit, & ſic tàm conſtante, quàm ſoluto matrimonio, pro dotis reſtitutione, ſeruata forma obligationis in inſtrumento contentæ, obnoxia, & hypothecæ ſuppoſita eſſe cenſentur; & per conſequens mulieris hæredes ſuper illis, ſine dubio inſtare poſſunt. Nec eſt, quod opponi poſſit, illos carere aſſenſu; cùm iam in inſtrumento dotali, ex cuius fonte oritur obligatio bonorum feudalium tàm præſentium, quàm futurorum, pro præſtito, & impetrato habeatur. Hæc occurrunt. &c.

10 Modò ad alia me conferendo, dubitatur an aſſenſus, de quo in *præfatis Capitulis*, ſubſidiarius intelligatur, nimirùm, vt tunc poſſit mulier eo vti, ſi facta bonorum allodialium diſcuſſione, dotem conſequi non poſſit? Et in hoc dico, quòd ſuper articulo iſto noſtri Regnicolæ variè loquuti fuerunt, quandoquidem Camer. *in cap. Imperialem, fol. 71. lit. M. verſ. limitatur, & in cap. 1. num. 157. an agnat.* in eam deſcendit ſententiam, vt aſſenſus, de quo agitur ſit ſubſidiarius, in defectum nimirùm bonorum allodialium, ſicquè alias deciſum annuit Rouit. *in pragm. 8. numer. 7. de feud.* ſed frequentius contrarium fuiſſe obtentum, conſtat ex deciſione facta per Conſiliar. de Altomare, de qua per Annam *alleg. 115. in fine*, & in *Conſtitut. Conſt. tutionem diuæ memoriæ, num. 240.* & ex relatis per Reg. de Ponte *loco cit. à num. 14. ad 17.* vbi dicit, *Camer.* in hac quæſtione determinanda, friuolis, & erroneis rationibus fuiſſe motum, iſtamque ſententiam veriorem eſſe dicit Rouit. *loco cit.* licèt non figat pedes. Sed certè gratiæ verbis attentis, ab ea re-
11 cedi non poteſt, niſi ſecundùm me, in vno tantùm caſu, & erit, quando mulier, vel eius hæres tam ſuper bonis feudalibus, quàm allodialibus petiiſſet aſſiſtentiam, illamque demùm obtinuiſſet, vt ſi poſſet commodè ſuper bonis burgenſaticis ſatisfieri, non obſtante iure eligendi mulieri ipſi competenti, bonus Iudex, vt ſuper bonis feudalibus ſententia exequatur, permittere non debet, prout aliàs Sacr. Conſil. haud permiſiſſe inuenio apud Minad *deciſ. 13.*

12 Dubitatur inſuper, an aſſenſus, de quo agimus ad mulieris beneficium intelligatur etiam præſtitus ſuper ſubfeudis viri? Negatiuam partem amplexus fuit Marin. Frecc. *tract. de ſubfeud. in tit. different. int. feud. quatern. & plan. ac de tabul. in 14. differ. num. 20.* & alibi, Rouit. *in d. pragm. 8. num. 6. de feud.* latè Taſſon *alleg. 14.* inter *obſeru. ad pragm. de antephato*, *fol. 280.* quicquid in contrarium ſcripſerit Petrus Garz. à Toleto *deciſ. 56.*

13 Item, an procedat, quando dos fuit tantùm confeſſata, ſed non ſoluta? dic, quòd ſic, ſi præceſſit promiſsio, & ſunt elapſa tempora opponendi exceptiones non numeratæ dotis, Camer. *loc. cit. f. 57. lit. S. & f. 18. lit. B.*

14 Item, an procedat ad beneficium mulierum naturalium? quòd ſic, dicit deciſum Anna *in Conſt. Conſtitutionem diuæ memoriæ, num. 240.* Rouit. *in pragm. 3. de feud.* negatiuè autem in filia Neapolitani, quæ ſit ſpuria, ex matre extera nata, D. de Franch. *dec. 452.* Rouit. *in pragm. 2. numer. 2. eod. tit.* & Reuert. *dec. 4.*

Item, an extendatur ad bona ſoceri? quòd ſic, & 15
ad alia omnia cuiuslibet ad dotis reſtitutionem obligati, dixit Frecc. *lib. 2. de ſubfeud. in 1. author. quæſt. 13. per totam, fol. mihi 198.* Minado *conſ. 3.* Camer. *in d. l. Imperialem, fol. 53. lit. Q.* Rouit. *in d. pragm. 8. n. 4.*

Item, an operetur ad fauorem mariti agentis ad bona ſoceri vigore inſtrumenti mutui dependentis ex 16
reſta dotium? quod ſic, habes deciſum in *Apoſtill. ad pragm. 3. de feud. verſ. in cauſa creditorum.*

Item dubitat Rouit. an præſtitus intelligatur hic aſſenſus in caſu, quo obligans feudum legitimo care- 17
ret ſucceſſore? & negatiuè reſpondit in *d. pragm. 2. in fine*: & quid ſi in obligatione bonorum feudalium non ſit reſeruatus aſſenſus Regius, an operetur hic tacitus? vide eundem Rouit. *conſ. 17. n. 12. lib. 2.* & Apoſtill. *ad cap. 21. Regis Cath. f. 43.*

Vlterius, dùm ex tenore *Cap. ſuprà inſerti, nu. 5. & 6.* liquidò conſtat, aſſenſum, de quo agimus ſuper 18
inſtrumentis dotalibus fuiſſe conceſſum, & obſeruauit Dom. Reg. Capyc. Latro *conſult. lib. 1. conſult. 29. num. 7. 33. & 40.* dubitatur eleganter, an intelligatur pariter præſtitus donationibus, quæ à parentibus in eiſdem inſtrumentis filiis contemplatione matrimonij factæ reperiuntur? Super hoc dubio, quod adhuc non obſeruaui à Noſtratibus tactum, niſi à D. Reg. Merlin. *controuerſ. lib. 2. cap. 160. num. 17.* inueni D. Præſidentem Iulium Cæſarem Minadoum, virum doctiſſimum, in *quodam eius libello manuſcripto*, his verbis reſpondiſſe: *Fuit difficultatis, an Capitulum Regis Catholici dùm aſſentit capitulis matrimonialibus, intelligatur aſſentire donationibus factis per patres filiis contemplatione matrimonij? Difficultas oriebatur, ex quo aſſentit contractibus, ergò omnibus in eis contentis, & ſic donationibus factis contemplatione matrimonij, quæ donationes ſunt correſpectiuæ ad dotes. Pro contraria parte, quod adſunt alia capitula circa donationes factas filiis contemplatione matrimonij reſeruato vſufructu, & quòd ſint feuda antiqua, & alia circa hoc. ergò in primo capitulo non comprehendebantur; nam ſi comprehenderentur, fruſtrà iterùm fuiſſet ſupplicatum: item illa capitula concernunt tantùm ſecuritatem dotium, nec ad alium finem fuerunt conceſſa, ergò non debent vltrà operari, & ſic fuit concluſum in Regia Camera.*

Vltimò dubitatur, an præfatus aſſenſus ſuum operetur effectum in bonis feudalibus viri tacitè obliga- 19
tis? Negatiuam ſententiam tuetur Camer. *in pluribus locis d. l. Imperialem*, relatis per Rouit. *in d. pragm. 8. in fine*, & per Theodor. *alleg. 67. numer. 29.* & ità deciſum annuit Apoſtilla *in d. prag. 3. verſ. quid ſi in inſtrumento*, in impreſſis Neap. *de anno 1623.* Contrarium verò defendit Præſ. Amat. *conſ. 35. per totum*, rationibus vt per eum. Veritas eſt, quòd iuris regulis attentis, à *Camer.* ſententia recedi non poteſt, niſi in capitulis matrimonialibus Partes conuenerint, fore ſtipulandum publicum inſtrumentum cum hypotheca bonorum feudalium ad conſilium ſapientis, in hoc enim caſu promiſſio hæc conficiendi publicum inſtrumentum cum hypotheca bonorum feudalium, veram, & realem bonorum feudalium obligationem importaret, vt ſatis benè, ac doctè, prout de more aliàs defendit nobiliſſimus, ac primarius cauſarum Orator *D. Carolus Brancatius* feudiſta inſignis, nunc Senator ampliſſimus, dùm Ill. Marchionis Orioli partes in vna facti contingentia tuebatur, prout mihi conſtat ex ſequenti eius Reſponſo,

quod

quòd è manibus Domini Marchionis habui;quamuis pro contraria parte non minus doctè, quam eleganter ſcripſerit nobiliſſimus pariter, ac maximus Feudiſta *D. Hector Capyc. Latro*, nunc Regiam Cancellariam Regens meritiſſimus, Collateralis Conſiliarius, & Marchio Torelli *conſultat.iur.lib.1.conſult. 29.* Verùm neceſſe eſt, vt expreſsè fiat promiſſio obligationis bonorum feudalium,quia ſi ſimpliciter dictum eſſet, vt *ſtipularetur publicum inſtrumentum ad conſilium ſapientis*, non addito, *& cum obligatione bonorum feudalium*, gratia Regis Catholici non prodeſſet; ità ſane per Sacrum Conſilium deciſum inueni in cauſa Don Lucij Capycij filij,& hæredis quondam D. Ramundettæ Palagano cum Spectabili Præſide S. C. Andrea Marcheſio, quam quidem deciſionem non inuenies, niſi regiſtratam in *libro Votorum*,idque ſub die 2. Martij 1626.Commiſſario præſtantiſſimo D. Conſiliario Cioffi.

Ieſus, Maria, Iumarini.

20 Decretum S. C. latum ſuper anterioritate dotium maternarum Don Alexandri Pignoni confirmandum eſſe, ex duobus breuiſſimè demonſtratur.

Primò, quia dùm in Capitulis matrimonialibus Marchio Orioli deliberatè promiſit ſe obligare pro dotium reſtitutione per publicum inſtrumentum cum hypotheca bonorum feudalium, etiam titulatorum ad conſilium Sapientis, dubitari non poterit, quòd talis promiſſio habeatur pro reali,ac vera obligatione, ſecundùm receptam doctrinam Io.And. *in addit. ad Specul. in rub. de obligat. & ſolut.* à qua non eſſe recedendum,dixit Hermanottus Detus *in l.4. §. Cato, num. 132. ff.de verb.oblig.*cùm ſit communis,æquior, rationabilior, & vtilior, ſecundùm Purpur. *in l. cum ſeruum, §. ſeruum tuum imprudens, num. 14. ff.ſi cert. pet.* quem ad hoc adducit Præſ. de Franch. *deciſ. 574. num. 5.* & hanc opinionem frequentiori DD. calculo receptam, poſt alios oſtendit Tiraquel. *de retr.conuen. §.fin.num.28. & ſeq.* vbi plurimos cumulat, quibus addo Couar. *in cap. quamuis, in 3.par.init.num. 3. de pact.* Tell. Fernand. *in l.22.Taur. num.15.*Roland. *conſ.69. num.25.verſ. 3. reſpondetur, vol. 3.* Garziam *dicto iur.19.*Marant.*conſ. 141.num.5.*Villalob. *in ærario lit. P. num. 518.* Cartar. *dec. Ian. 29. num. 12.* Fabrum *in ſuo Cod.lib.2.tit.27.defin.36.nu. 4.* Conſiliarium Georg. *Alleg.45.num.27.*

Et licèt ab hac vera, ac communi opinione aliqui recedere conati ſint,vt eſt videre apùd D.de Franch. *ibid.num.4.* nihilominùs illa eſt verior, communior, ac ſaltem indubitabilis fauore dotis, vt in terminis fatetur Affl. *deciſ.61.* Anton. de Alexandr.*in Conſuet. Quartam autem, in verb. conſtituta, in verſ.ſentit, nu. 15.fol. 152.* vbi quoque Marin. Frecc. *verſ. incip.vide Andream*; & in iudicando per S. C. ſemper fuiſſe receptam, teſtantur Vrſill. *in d.deciſ.61.in princ.*quem refert, & ſequitur D.de Franch. *ibid.ſub num.5.*Grammat.in *ead. Conſuet. ſub numer. 22. verſ. mulier, fol. mihi 253.* Campagn. omninò legendus in *cap. Regni Mulier dotarium, num. 29.* & nouiſſimè Molfeſ. *ad Conſuet. Neap.part.7.tit.de iur.Quartæ,quæſt.2. n.10. in add.*cùm Marchio promiſerit conficere inſtrumentum cum obligatione bonorum feudalium, etiam titulatorum, iuramento,ac clauſulis neceſſariis ad conſilium Sapientis, penitùs dubitari non poterit, quin promiſſum inſtrumentum habeatur pro confecto; ita punctualiter Surd.*conſ.457.num.12.verſ.ſecundò facit, 4.vol.*Ann.*conſ.8.num.17.*Regens de Pont.*conſ. 10. n. 22.* & de communi teſtatur Craſſ. *comm. opin. lib. 1. c.6.q.20.*

21 Nec obſtat, quòd in capitulis matrimonialibus Marchio promiſerat facere cautelas ſequuta ſolutione partis dotis, ac confecto inſtrumento mutui pro ſolutione reſtantis quantitatis; nam cùm re vera facta fuiſſet ſolutio dotium promiſſarum, non erat neceſſarium inſtrumentum mutui, & proindè promiſſio ſtatim fuit ſortita effectum ſuum, vt tenet Theſ. *deciſ.233.num.10.* dicens, hoc caſu inſtrumento opus non eſſe, niſi ad probationem, ex *l.contrahitur, ff. de pignor.* immò ſtante promiſſione reſtituendi dotem 22 in caſu ſoluti matrimonij, attenditur tempus ipſius promiſsionis, non autem ſequutæ ſolutionis,per tex. *in l.1.*vbi omnes,*ff.qui potiores in pign. hab.* per quem tex. hoc punctum non habere difficultatem, dixit Præſ.de Franch. *in deciſ. 677. num. 4.* quicquid circa hoc ſibi dixerit Regens Rouit. *conſ.57.lib. 2.* Et cum qualitas illa ſolutionis faciendæ tacitè inerat, promiſſio non dicetur conditionalis, ſed pura, vt probat Ann. *eod. conſ.8.num.15. & 17.* Immò poſito, quòd fuiſſet conditionalis; ſequuta demùm conditione ob factam ſolutionem totius dotis, hypotheca orta fuiſſet à die capitulorum, vt in ſimili concluſum fatetur Gamma *in deciſ.355.*non enim erat in poteſtate Marchionis pecuniam promiſſam non accipere, dùm ſuſtinebat onera matrimonij, ſecundùm Gloſ.*in d.l. 1. verſ. compellitur*, Igitur attenditur tempus promiſſionis, quamuis ſub conditione factæ, vel ad certum diem dilatæ, prout ſunt iura aperta in *l.potior, & in l. qui balneum*, vbi DD. omnes,*ff.qui pot.in pign.hab.* ſequuta enim ſolutione habetur, ac ſi ſine conditione promiſsio facta eſſet, *d.l. potior, verſ. ſed verior:* quorum iurium diſpoſitionem procedere in feudis, quando diſpoſitio eſt valida, ſcilicèt facta cum aſſenſu domini,colligitur ex dictis per Vrſill.poſt Affl.*dec. 286.num.4.*

Quibus ſic poſitis non erit controuertendum, an 23 talis concluſio locum habeat in obligatione bonorum feudalium, cùm illorum diſpoſitio ſit ad inſtar allodialium, quando adeſt aſſenſus hominis, vel legis, And. *in cap. Imperialem, verſ. ſed ſi vendebatur, de prohib. feud. alien. per Fred.* & cùm in caſu noſtro habeamus aſſenſum Capitulorum Regis Catholici, quorum expreſſa fit mentio in noſtris Capitulis, ſufficit, quòd Ius ita velit, vt comprehendatur ab aſſenſu, ſecundùm Iſern. in *cap. 1. numer. octauo verſ. hoc ergò*, vbi bona Additio, *qui ſucc. ten.* & punctualiter, quod doctrina *Io. And.* procedat in bonis feudalibus ex vi comprehenſiua aſſenſus, poſt Reg. de Pont. *conſ. 10. numer. 22.* Surd. *ibid. numer. 12.* tenet Ann. *conſ. 8. num. 17.* & proptereà Affl. *in Conſt. Licentiam, numer. 5. in 10. quæſt.* in terminis *illius Conſtit.* permittentis conſtitutionem dotarij ſuper feudis, notabiliter dixit, ſufficere, quòd vir promiſerit conſtituere dotarium, quia talis promiſſio habet aſſenſum vigore *illius Conſtitutionis.* Quod latiùs exornat Niger. in *cap. Mulier dotarium, in additione, num.29.* vbi ſub *num.19.*æquiparat aſſenſum præſtitum per illam Conſtitutionem, *Licentiam*, cum aſſenſu *Capituli:* & ante *num.30.*dixit, dictam deciſionem eſſe notandam,quia multoties poterit caſus contingere, quando ſolùm ſunt facta capitula matrimonialia,quæ ſola ſufficere, vt aſſenſus *Capitulorum* locum obtineat, dixit Camer. *in cap. Imperialem, fol. 15.lit. F.*

Nec quidquam opitulantur Parti poſita per Grammat. *deciſ. 103.* Quia *ibi* punctus non fuit deciſus, vt 24 *in fine deciſionis* patet; dùm fuit reſeruata melior deliberatio compilato proceſſu contra tertios poſſeſſores, ſed illæ rationes relatæ per *Grammat.* fuerunt adductæ pro ratione dubitandi, & proptereà in contrarium adductis non reſpondit, vt aduertit Vrſill. *d. deciſ.*

d.decis.61.in princ. Et quando verè *Grammat.* tenuiſſet illam opinionem, ex ſupradictis apparet, nedum loqui contra communem, ſed fundari in falſis rationibus; ſiquidem dùm dicit, hanc obligationem reſultantem ex promiſſione faciendi inſtrumentum non comprehendi ab aſſenſu, ex eo, quia tale inſtrumentum fictiuè habetur pro facto, & *Capitulum* loquitur in inſtrumento vero, & formali; longè fallitur, cùm illud comprehendatur ex vi aſſenſus, vt aduertit Anna *ibid.* 17. cùmque mens *Capituli* non fuerit hunc, vel illum caſum conſiderare, ſed omnem caſum, per quem mulier remaneret indotata, conſiderauit illud, quod Ius vult, & proindè hanc præſumptam obligationem, ità inquit Camer. *fol.53.lit. E.* quæ præſumpta obligatio cùm dependeat ab expreſſo, ſcilicèt ex promiſſione faciendi inſtrumentum cum obligatione bonorum feudalium, abſque dubio comprehendetur ab hoc aſſenſu *Capitulorum*, iuxta doctrinam Iſern. *in d.cap.1.num.8.qui ſucc.ten.* quam ità in propriis terminis intelligit Camer. *fol.* 55. quod etiam voluit Frecc. *lib.2. quæſt.:.nu.8.fol.mihi* 180. Immò quamuis inſtrumentum hoc caſu non eſſet reale, ſed potiùs fictum, ſiue præſumptum, quia tamen illud reſultat miniſterio, & fictione legis, & mens, & ratio *Capitulorum* viget, operabitur aſſenſus, vt optimè oſtendit Camer. videndus *fol. 9. lit.T.* & Frecc. *vbi ſuprà, num.8.in fin.*

25 Vltimo, ad ſaturitatem non eſſet ponere os in Cœlum aſſerere, in terminis *Capitulorum Regni* ſufficere tacitam hypothecam à lege ſubintellectam, licèt negare non poſſim, eſſe ſatis arduum hoc tentare, propter *Camer.* authoritatem; tamen ſi aderunt doctiſſimi Viri, qui fortè, & doctrina, & opinione *Camerarium* ſuperarunt, contrarium tenentes, illud adnotaſſe non pœnitebit; & præter ea, quæ doctiſſimè de more ſcripſit D. Amatus Collega in *conſ.* 35. vbi *Camer.* opinionem authoritatibus, & rationibus deſtitutam ex pluribus oſtendit; tamen quòd quando lex aſſentit diſpoſitioni rerum feudalium tacita hypotheca dotis fauore a lege inducta ſuum operetur effectum ſuper bonis feudalibus, expreſsè tenuit Bartholom. de Capua vir ſatis notus in *d. Conſtit. Licentiam, in 1.quæſt.* quem refert, & multùm commendat Affl. *ibid.num.8. & 9.* ſequitur Petr. de Monteforti omninò legendus in *apoſt. ad eandem Conſt. Licentiam, in fin.* Campag. *num.* 19. & apertè etiam colligitur ex dictis per Frecc. *lib.2.quæſt.3.num.6.* & hoc propriè voluit Iſern. *in d.cap. 1.n.8.qui ſucc.ten.* & alibi ſæpiùs, dùm inquit, quòd illud, quod ſubintelligitur à iure, non eſt neceſſarium exprimi, & propterea ſtatutum, quod ſtrictiſſimè intelligitur, dans paratam exequutionem inſtrumento, operabitur etiam circa hypothecam tacitam reſultantem ex receptione dotis in bonis mariti, ſecundùm Bal. *in l. vbi adhuc, ver. ſed aduerte, C.de iure dot.* quem refert D. de Franch. *deciſ.* 325. *num.* 1. non erat enim neceſſarium hypothecam exprimi ab homine, dùm lex expreſſerat Regi, vt ſingulariter dixit Frecc. *ibid. ante num. 9.verſ. hoc eſt expreſſum.*

26 Nec me mouet *Camerarij* reſponſio, quòd doctrina *Iſern.* procedit, quando tacitum dependet ab expreſſo, ità vt ſecus ſit, quando nihil exprimitur: Nam, vt optimè aduertit *D. Amatus*, reſponſio non eſt applicabilis, nam ſicut in recipiente feudum lex ſubintelligit de deſcendentibus, quamuis non exprimatur, & aſſenſus ad vtrumque trahitur, ità etiam in recipiente dotem lex hypothecam inducit, etiam ſi omittatur: quemadmodùm igitur aſſenſus *ibi* trahitur ad perſonam tacitè à lege ſubintellectam, ità quoque & hic aſſenſus trahetur ad hypothecam à lege pariter, etiam ſi non exprimatur, inductam; & iura, quæ allegat *Iſern.* generaliter loquuntur, nam tex. *in cap. 1.in §.cùm verò*, decidit, feuda tranſire ad deſcendentes, ex hoc arguit *Iſern.* non eſſe neceſſarium exprimi de deſcendentibus, vt comprehendatur ab aſſenſu, cùm ſufficiat, quod Ius illud ſtatuerit, ità etiam in *l. 3.*
C.de fideiuſſ. obligatio facta à duobus fideiuſſoribus, 27
intelligitur, vt vterque teneatur in ſolidum, quamuis hoc non fuerit expreſſum, cùm illud oriatur ex legis diſpoſitione, vt dicitur in *tex.* ſic dicemus in caſu noſtro, vt quamuis promittens dotis reſtitutionem, non exprimat hypothecam bonorum feudalium, adhùc mulier habeat actionem hypothecariam virtute aſſenſus *Capitulorum*, cùm ſufficiat, quòd ità à iure ſit diſpoſitum, vt ſuper tali promiſſione ſtatim ſit inducta tacita hypotheca, quamuis à Partibus non fuerit expreſſa.

Nec ſimiliter obſtat ratio, quam aſſignat Reg. 28
Rouit. *in repet. Prag.8.de fenoris, in fin.* ne ſcilicet duo ſpecialia concurrant circa idem, *vulgata l.1.C.de dot.promiſſ.* nam facilis eſt reſponſio, regulam illam limitari dupliciter, *Primò* fauore dotis, ita Crot. *in l. u, qui pro emptore, num.*186. *de vſucap.* Soc. *in l. 1. n.* 52. vbi etiam Marian. *num.* 219. *ff. ſol. matr.* & alij, *Secundò* quoties vnum ſpeciale concurrit principaliter, & aliud conſequutiuè, & dependenter, ſecundùm Salyc. *in d.l.1.num.3.* ſed in caſu noſtro aſſenſus *Capitulorum*, quod eſt vnum ſpeciale datur promiſſioni reſtitutionis dotium, quæ ſecum trahit tacitam hypothecam; meritò igitur non debet ei facere difficultatem concurſus duorum ſpecialium, ſtante, quòd vnum ab alio dependet. Cætera ſuppleat religio; & doctrina Domin. Conſiliariorum.

Carolus Brancacius.

Fuit deciſum ſecundùm hic allegata per nobiliſſimum, ac præſtantiſſimum D. Conſulentem, vt videre eſt penes Dom. Regentem Sanfelic. *deciſ.*99.

Cetera ſatis notabilia ad hanc materiam pertinentia videnda ſunt apud D. Reg. de Curte *in ſuo diuerſ. feudali, par. 2. cap. 4.* quò loci *num.* 65. prætæteris agit, an hic tacitus aſſenſus procedat in ſorte dotis tantum, vel etiam in illius intereſſe: & *num.* 66. an locum habeat in inſtrumentis dotalibus extra Ciuitatem Neapol. confectis: & *num.*70. an procedat hic tacitus aſſenſus in capitulis matrimonialibus non confecto inſtrumento dotali: & *num.* 71. quid ſi nec capitula, nec inſtrumentum dotale eſſent confecta; ſed tantummodo eſſet numerata dos: & de aliis notabilib.

SVMMARIVM.

1 *Aſſenſus Regius an ſit concedendus donationi factæ à patre filio ſecundogenito de feudo, primo contradicente, & num. 3.5.6. 7. 9. & num. 23.*

2 *Feudum hæreditarium poteſt pater alienare, & ſi filius primogenitus contradicat.*

4 *Aſſenſus Regius impetratus ſuper donatione feudi facta à patre filio ſecundogenito, an ſit ſubreptitius, dùm de primogenito nulla fuit facta mentio.*

8 *Vita, & militia debetur ſecundogenito ſtatim facto caſu ſucceſſionis primogeniti, ſiuè per mortem patris, ſiuè per refutationem.*

10 *Prorex an poſſit præſtare aſſenſum, ſi pater vult inſtituere hæredem in feudo filium ſecundogenitum,*

cundogenitum, & num. 14.

11 *Feudatarius, qui ex nouiſſima gratia habens in immediatum ſucceſſorem, fœminam, poteſt maſculum remotiorem, ſed in gradu ſucceſſibili hæredem in feudo inſtituere, an poſſit quemlibet ex maſculis in eodem gradu exiſtentibus inſtituere, & numer. 12. & 13.*

15 *Pater in feudo, in quo viuitur iure Longobardo, an poſſit filium primogenitum tantùm hæredem inſtituere, & num. 16. 17. 20. 22. 25. 26. & 27.*

18 *Feudatarius non poteſt alterare naturam feudi in agnatorum præiudicium.*

19 *Teſtamentum facere in bonis feudalibus non licet.*

21 *Pater an poſſit vni ex filiis donare feudum nouum ſine conſenſu Domini.*

24 *Text.* in cap. 1. de ſucceſſ. feudi, *procedit tàm in diſpoſitione, quæ fit inter extraneos, quàm inter filios.*

ARGVMENTVM.

Aſſenſus Regius an ſit concedendus in donatione, quæ de feudo hæreditario à patre fit ſecundogenito, primo ſe opponente. Secundo genitus feudi, refutatione ſequuta, an poſſit à fratre, patre adhùc viuente, vitam, & militiam petere. Prorex attenta Prag. *nouum Capitulum in quarto cap.* quæ in *vol. prag.* eſt 4. in ordine, ſub *tit. de feud.* an poſſit aſſentire, vt pater in teſtamento valeat feudum ſecundogenito relinquere.

Item cum ex nouiſſima gratia poſſit in Regno feudatarius fœminam in immediatum ſucceſſorem habens, illam à feudi ſucceſſione excludere, & maſculum, in gradu tamen ſucceſſibili, hæredem inſtituere, ſi plures habuerit maſculos in eodem gradu, an poſſit ex illis minorem natu, attenta gratia prædicta, hæredem inſtituere. Pater poſſidens feudum, in quo ex iure Longobardo omnes filij ſuccedunt, an poſſit in eo filium primogenitum tantum hæredem inſtituere? vbi ſingulare reſponſum *D. Ioannis Angel. Piſanelli* non impreſſum hactenus.

CAPVT XXIX.

ASSENSVS Regius, contingit aliquando 1
dubitari, nùm ſit concedendus donationi, quæ inter viuos de feudo à patre fit
in ſecundogeniti beneficium, primo ſe
opponente: & affirmatiuè dicendum videtur; conſtat enim, quòd quando feudum eſt hæreditarium, ſiuè illud nouum ſit, ſiuè antiquum, poteſt 2
per patrem in extraneum, Domini accedente conſenſu, alienari, & ſi filius primogenitus futurus hæres,
& ſucceſſor contradicat, vt per Andr. *in cap. 1. §. hoc quoquè, de ſucceſſ. feud.* & in *cap. 1. de natur. ſucceſſ. feud.*
& in *cap. 1. §. Titius, ſi de feud. defunct. milit. fuer. controuerſ.* Si igitur poteſt pater feudatarius in extraneum 3
alienare, ergò & in proprium filium ſecundogenitum.
Et ita in puncto ad ſecundogeniti beneficium, non
ſemel deciſum refert Rouit. *prag. 1. à num. 125. vſquè ad 128. de titulor. abuſu,* & in *conſ. 39. lib. 2.* Vbi *in fine*
dicit, non poſſe hodiè ampliùs controuerti, quin pater poſſit filio ſecundogenito feudum donare, nedùm
abſque conſenſu primogeniti, ſed etiam ipſo expreſsè
contradicente, ſubdens ſatis in hoc articulo conferre,
quæ ſcripſit Gizzarel. *deciſ. 22.* & alij *ibi* relati, idemquè per S.C. ſua tempeſtate deciſum refert Ioan. Angel. Piſanell. *in reſponſo hìc imprimendo, num. 23.*

Ioan. Thom. Minad. *in Conſt. In aliquibus, in princip. num. 27. & 28.* de his agens affirmat, ſuo tempore
ſæpe fuiſſe iudicatum, dolo, & fraude ceſſante, valere
donationem, quę de feudo hæreditario cum Regio aſſenſu fit à patre filio ſecundogenito, quamuis totum
feudum primogeniti Legitima nuncupetur, quod ſequi videtur Regens de Pont. *tract. de poteſt. Proreg. tit. 6. de aſſenſ. Reg. ſuper dotibus, §. 2. numer. 14.* & *ibi*
Thor. *in additione*, qui alios ex noſtris allegat.

Marin. verò *lib. 2. de ſubfeud. in 1. queſt.* incip. *Supereſt, vt aliqua*, proponit dubium, de quo eo tēpore diſ- 4
ceptabatur, nimirùm, an ſubreptitius ſit iudicandus
aſſenſus ſuper feudi donatione per patrem ſecundogenito facta impetratus, dùm in ſupplicatione nulla
de primogenito fuit facta mentio? Et poſtquàm articulum ad partes diſputauerit, in effectu ante *num. 15. verſ. non reperitur hìc caſus*, concludit, Sacrum Conſilium, duobus tantùm ex Conſiliariis contradicentibus,
iudicaſſe, aſſenſum fuiſſe ſubreptitium. Verùm cùm
eſſet ab hoc decreto reclamatum, reclamatione pendente, Partes articulum iudicandum Domino tunc
Regenti Reuerterio compromiſerunt, qui pro aſſenſus
validitate reſpondit, provt etiam idem S. C. in alia
facti contingentia de anno 1563. determinauit, vt
idem Frec. *in fin.* aduertit, ſubdens, pro ſecundogenito
fuiſſe benè iudicatum.

Camerar. autèm in *cap. Imperialem, fol. 44. lit. C.* 5
& 57. ſimiliter *lit. C. verſ. nec iudicio meo*, teſtatur, in
propoſito articulo Dominos Regentes Regiam Cancellariam indiſtinctè haud aſſentire, cùm pater feudum, quod habet hæreditarium, vellet primogenito
excluſo, ſecundogenito donare; ſed tantùm vix aſſenſum præſtare, quando tria eſſent feuda, vt ſcilicèt de
tribus poſſet vnum donare; argumento *Conſtit. Si quis Baro*, ſicque Sacrum Conſilium iudicaſſe de anno
1540. in cauſa Caroli Bozuti (de qua meminerunt
etiam Minad. & Frecc. *locis cit.*) quicquid tamen iudicauerit demùm *Dom. Fran. Reuert.* quem acutiſſimi
ingenij virum appellat *Camerar.* nàm dicit ipſo, quòd
eius ſcripta non fuerunt præfato *D. Reuerterio* oſtenſa, propter eius à Regno abſentiam.

Huius dicti ratio aſſignatur potiſſima, quia ſi in 6

6 caſu propoſito aſſenſus concederetur, verè diceretur contra feudi naturam, formam, & legem præſtitus, quæ forma, natura, ſiuè lex eſt, vt primogenitus tantùm ſuccedat, iſtamquè formam Rex nunquàm mutare conſueuit; indè videmus ſemper dùm aſſenſus in feudorum diſtractionibus præſtantur, illam apponi clauſulam, *feudi natura in aliquo non mutata.* Modò, ſi pater poſſet donando in ſecundogenitum feudum transferre, tota ferè lex, & feudi natura ſubuerteretur. Videmus etiam, nunquàm in vltimis voluntatibus Reges aſſenſiſſe, vt feuda valeat pater ſecundogenitis relinquere, ex quo in viuentibus iure Francorum repugnat feudi natura, vt in *Conſt. Vt de ſucceſſionibus,* vbi in ſucceſſione maior natu minorem excludit, & maſculus fœminæ præfertur; ſi igitur ea eſt natura in ſuccedendo in actu vltimæ voluntatis; quare non ea-
7 dem dùm transfertur in vita? & ſic dùm in vltima voluntate denegatur aſſenſus, debet etiam denegari in actu inter viuos, cùm congrua diuerſitatis ratio aſſignari non poſſit; donatio enim hæc, quæ in ſecundogenitum fieret, ſucceſſio etiam vere diceretur; argumento text. *in l. vndè, §. 1. verſ. nam & l adius, ff. de itiner. actuquè priuat.* quem in terminis ſucceſſionis per actum inter viuos allegat Gulielm. de Pern. *conſ. 7. col. 3. verſ. & per conſequens.* Et quòd ſit verum, videmus, quòd licèt donatio in terminis noſtris ſit con-
8 tractus inter viuos, retinet tamen omnes qualitates vltimæ voluntatis, ex quo ſoluitur Regi releuium, fratribus vita, & militia, & paragium ſororibus, vt per Ioan. Vincent. de Anna *in repet. c. 1. in verb. refutatum. num. 24. de vaſall. decrep. ætat. & in allegat. 21.* Rouit. *in pragm. 24. num. 8. de feud: & in conſ. 9. num. 9. cum ſeqq. lib. 2.* vbi de feudi refutatione agens, quæ in actu inter viuos fit, dicit, ſecundogenito vitam, & militiam deberi ſtatim facto caſu ſucceſſionis primogeniti, ſiuè per mortem patris, ſiue per refutationẽ puram, & ſimplicem, & ſic æquiparat ſucceſſionem, quæ fit inter viuos illi, quæ fit in actu vltimæ voluntatis; ſic *Ioan. Vincent. de Anna* per Sacrum Conſilium per binas ſententias iudicatum referens, & extat in Senatu Panormitano elegans deciſio D. Garz. Maſtrill. 248. *lib. 3.* quam omninò vide.

9 Non obſtat, quod in principio dicebamus, poſſe patrem in vita, etiam filio primogenito contradicente, feudum, ſiuè nouum, ſiuè antiquum, in extraneum alienare; nàm non per hoc ſequitur, *ergò poteſt ſecundogenito donare:* in primo enim caſu feudi lex, & natura non ſubuertitur, ſecùs in ſecundo; per ea, quæ ſuprà dicta ſunt: Item quando pater vendit extraneo, pecunia ex feudo vendito redacta in hæreditate reperitur, nulláque afficitur iniuria filius primogenitus, dùm voluit ſecundogenitum in pretio æquare, at quando vult donare ſecundo genito, & in re, & in pretio grauatur primogenitus; quod proindè id fieri poſſe negauit Gulielm. de Pern. *citat. conſ. 7. col. 2. verſ. vndè licèt, & conſ. 12. col. 3. verſ. non obſtat,* vbi allegat, Andr. ità dixiſſe in *cap. omnes filij, ſi de feud. defunct. milit.* qui licèt verè loquatur in feudo ex pacto, loquitur tamen in feudo ex pacto nouo, quod reſpectu primi acquirentis, eiuſque filiorum vti hæreditarium iudicatur, ſecundùm eundem Andr. *in c. 1. §. huius autem generis, ex quibus cauſ. feud. amitt. verſ. quando verò dicit hæredibus, & liberis, &c.* & Camerar. *loco cit. fol. 19.* & in *cap. 1. in 4. quæſt. num. 46.* in *tit. an agnat.* hanc eandem opinionem firmauit Canner. *in repetit. cap. volentes,* illius Regni Siciliæ, *fol. mihi 83. verſ. at retenta opinione, n. 6.* vbi ampliat, nedùm patrem non poſſe ſecundogenito donare, ſed nec etiam in primogeniti perniciem alienare, *ibiquè* duos alios Siculos Doctores id firmaſſe refert: & hæc opinio in puncto iuris mihi verior videtur, vbi pater vnum tantùm feudum haberet.

Hìnc Octau. Bammacar. de his agens in *Comment.* 10
ad tit. ſi de feud. defunct. content. ſit inter Dom. & agnat. vaſall. in cap. omnes filij, quæſt. 4 per totam, fol. 105. dubitans, an attenta pragmatica *nouem capitum*, quæ eſt *4. in tit. de feud. in 4. capite,* quo Regni Proregibus denegatur poteſtas aſſentiendi, vbi feudatarius in vltimis conſtitutus vellet in alium, quàm in proximè ſucceſſurum de feudo diſponere; an, inquam, aſſentire poſſent, quotiès pater in feudo ſecundogenitum inſtitueret hæredem, negatiuè concludit, ſed ad Regem recurrendum eſſe: aſſignat rationem, nàm cùm per *Regni Conſtitutiones* cautum ſit, vt in feudis, in quibus viuitur de iure Francorum, primogenitus ſolus ſuccedat cum onere vitæ, & militiæ ſecundogenitis tribuendæ, dùm inſtituitur ſecundogenitus, feudi natura mutatur; non enim *Conſtitutiones* ſecundogenitos immediatè vocarunt, dùm ergò illi inſtituuntur, inſtitutionem fieri dicitur in perſonam ſucceſſoris extra terminos *Conſtitut. Regni*, quòd proindè Proreges aſſentire nequeunt. idemque Taſſon. *in pragm. de antephato, verſ. 2. obſeru. 2. n. 130. fol. 67.*

Cuius Theorica motus Ego in terminis gratiæ 11
Regni feudatariis conceſſæ, de qua in *pragm. final. eodem tit. de feud.* (vbi ſtatutum habemus, vt valeat feudatarius, qui in immediatum ſucceſſorem habet fœminam, illam a feudi ſucceſſione excludere, & maſculum remotiorem, in gradu tamen ſecundùm Regni leges ſucceſſibilem inſtituere) dixi, nullam cenſendam eſſe diſpoſitionem a quodam feudatario de feudo in teſtamento factam, dùm vnicam habens filiam fœminam, nepotem ex fratre ſecundogenito præmortuo, & fratrem tertiogenitum iam viuum, fratrem ipſum tertiogenitum, attenta gratia prædicta inſtituerat hæredem: etenim gratia prædicta aliud non dixit, niſi vt poſſit feudatarius illum de familia inſtituere hæredem, qui fœmina non exiſtente, diſpoſitionis tempore eſſet ſecundùm Regni iura legitimus ſucceſſor, ſed in illo caſu, diſpoſitionis tempore, ſecundùm leges Regni legitimus ſucceſſor erat nepos ex fratre ſecundogenito, ergò illum poterat, filia excluſa, inſtituere hæredem, & ſic gratia voluit, vt in hac ſucceſſione feudi natura (fœmina de medio ſublata) omninò ſeruaretur, ſed ſi vere fœmina non extitiſſet, in viuentibus de iure Francorum non poterat, niſi nepotem ex ſecundogenito inſtituere, cùm ille legitimus immediatè ſucceſſor ſecundum iura Regni dicebatur, ergò.

Et ſi dicas, nos verſari in re gratioſa, ac proindè 12
non eſſe ſic rigoroſè procedendum, ſed ſat eſſe, quòd inſtituatur perſona, quę eſſet in eodem gradu cum illo, qui ætatis prærogatiua attenta ab inteſtato ſuccederet; Reſpondeo primò, gratiam iàm diſpoſuiſſe, vt paulò antè dicebamus, vt ille maſculus poſſit in feudo hæres inſtitui, qui fœmina non exiſtente, diſpoſitionis tempore eſſet legitimus ſucceſſor, & ſic ad alium, qui eo tempore non poſſet ſuccedere, quamuis in eodem gradu cum immediatè ſucceſſuro, extendi non poteſt.

Reſpondeo & ſecundò, prout in caſu ſuo obie- 13
ctioni factæ reſpondet Bammacar. *num. 62. & 64.* nàm poſtquàm firmauerit concluſionem, nimirùm, Proregem attenta Pragmatica *nouem capitum in 4. capite,* non poſſe aſſentire, vt pater in teſtamento feudum ſecundogenito legaret, opponit, *pragmaticam* illam intelligendam eſſe, quando feudatarius vellet inſtituere hæredem illum, qui ſecundùm Regni leges in feudorum ſucceſſione non comprehenditur; ſecùs verò quando inſtituitur perſona in inueſtitura comprehenſa: nàm quamuis non ſit proximè, & immediatè, ſucceſſura, non tamen, dùm ſuccedit, feudi natura mutatur, huic enim obiectioni reſpondet, adhùc feudi naturam mutari, nàm cùm in inueſti-

toris

iuris ſolitus Cancellariæ Regni,& regularis ſtylus, & forma ſit, *pro te, & hæredibus ex corpore legitimè deſcendentibus, ſexus,& ætatis prærogatiua ſeruata*;id quod etiam ſtatutum eſt in *Conſtit. Vt de ſucceſſionibus*, eo ipſo, quòd poſtmodùm ætatis prærogatiua in feudi ſucceſſione non ſeruatur, feudi natura ab homine inueſtiente, & à Regni lege data mutata cenſetur, & conſequentèr dicit *Bammacar.* in caſu ſuo, non poſſe
14 Proreges,attenta *pragmatica* prædicta aſſentire,vt pater in teſtamento poſſit, filio primogenito excluſo, ſecundogenitos in feudo inſtituere, ſed eſſe prorſus de reſeruatis Regiæ Coronæ. Sic dicendum in caſu per nos dubitato, nàm quamuis ibi frater tertiogenitus conſiderabatur in gradu ſucceſſibili, tamen quia non immediatè,propter ætatis prærogatiuę defectum, dum inſtitutus extitit, feudi natura dicitur mutata, vndè meritò inualida debet cenſeri talis diſpoſitio.

15 Alia ad huius materiæ ornatum videnda ſunt penes D. Reg. de Ponte *cit.tract.de poteſt. Proreg.tit.*8. §.10.*per totum*,vbi *num.*8.poſt Afflict.*in Conſtit.Regni Conſtitutionem diuæ memoriæ,n.*6.& Loffred. *in conſ.*1. *num.*147.celebrem illam tangit quæſtionem,quamuis perfunctoriè,nimirùm an in feudo,in quo viuitur iure Longobardo poſſit pater abſque Domini aſſenſu in teſtamento ſuo diſponere, vt ſolus primogenitus ſuccedat; in qua quidem quæſtione, quia doctè ſatis, provt de more ſcripſit inſignis Feudiſta *D. Ioan. Angelus Piſanellus*, ſic parendo mandatis Domini Cardinalis Columnæ, tunc in hoc Regno Imperatoris Caroli vices implentis, contentus ero eius verba referre,quæ, vt hic imprimerentur, curaui, & ſunt tenoris ſequentis in 10.*quæſt.eius notabilium.*

Ieſus, & Maria.

16 Illuſtriſſimus, & Reuerendiſſimus Cardinalis Columna exiſtens Locumtenens generalis Cæſareæ Maieſtatis in hoc Regno,dùm ad dulcem Leocopetram, ab Excellente Domino Bernardino Martirano viro literatiſſimo,& liberaliſſimo Regni huius Secretario, eſſet in conuiuio receptus, poſt cœnam interrogauit me,multis ibi aſtantibus, de caſu infraſcripto, de quo provt ipſe dicebat, erat per eum prouidendum.Si viuebatur iure Longobardo, ita quòd in feudis omnes filij erant ſucceſſuri, iuxta terminos *cap. omnes filij, ſi de feudo fuerit contr.&c.*an pater in teſtamento potuiſſet diſponere, quòd ſolus primogenitus ſuccederet:in promptu dixi, quòd non; cùm nulla ordinatio valeat ſine Superioris conſenſu, *capit.*1. *de ſucceſſione feudi*, Præcepit mihi, quòd ſcriberem, quæ occurrebant, &
17 ſi demùm ſcripſi ſuæ Dominationi,quòd quamuis Paul. de Caſtr.*in conſ.*161.*In cauſa,quam Magnificus Dominus Titius,columm.*5. dixerit,quòd licèt omnes filij debeant æqualitèr ſuccedere in feudo de iure communi feudorum,*cap.*1.*in fin.qui feud.dare poſſunt*, tamen pater poteſt in teſtamento diſponere,quòd ſolus primogenitus ſuccedat,quia *cap.*1.*de ſucceſſ. feudi*, dùm prohibet ordinationem Teſtatoris in feudo, intelligitur in extraneo,in quem non poteſt feudatarius diſponere, ſed non in perſonam vnius ex filiis ſuis, & maximè quando hoc facit pro bono, & reſultat vtilitas publica,vt contingit ſecundùm eum,quando feudum eſt iuriſdictionale, vt Ciuitatum, Caſtrorum, & Terrarum, quia vtilitas eſt,ſubditos regi per vnum, quàm per plures,*ff.de orig.iur.l.*1.*§.nouiſſimè.* & etiam propter diſcordias,quæ inter plures Præſidentes oriri poſſunt ratione communionis, iuxta text.*in l. cùm pater, §.dulciſſimis. ff. de legat.*2.& ideò ſubdit, quòd licèt æquum non ſit, quòd alij filij eorum iure priuentur, *l.*2.*§.*1.*ff.de his,qui ſunt ſui, vel alien. iur.* quod tamen propter bonum, quod indè ſequitur,tolerari debet, iuxta notata in *l.*1.*in princip.ff.de iuſt.& iur.*præcipuè propter conſeruationem, quæ ſolet eſſe in dominiis terrarum, quòd primogenitus ſuccedat; argumento *l. venditor,§.ſi conſtat,ff. communia prædior.* & ſecundum iſtam opinionem conſuluit Iaſ.*in conſ.*236.*col.fi.vol.*2. idem Iaſ.in *conſ.*107.*col.*3,*vol.*4.

Tamē hoc non obſtante,verius mihi videbatur con- 18
trariū,ex regula, quòd feudatarius nō poteſt alterare naturam feudi in præiudicium agnatorum,ad quos dictum feudum eſt reuerſurum,niſi ipſi conſentiant; text.eſt,vbi hoc notat Aluarot.in *cap.*1.*col.*4. *an agnatus*,facit *cap.*1.*§ prætereà,quib.mod. feud.amittat*, item quia ius teſtandi in feudo non competit,nam formam, & originem feudi feudatarius mutare non poteſt, *c.*1. *de ſucceſſ.feud.& c.*1.*§.donare*, vbi Bald.*col.*2.*qual.olim feud.pot.alien.* niſi eſſet feudum francum, & liberum, vt voluit Bald.in *authen.niſi rogati,in fine,C.ad Treb.* indè dicitur,quòd nulla ordinatio teſtamenti valet in feudis, *d.cap.*1.*de ſucceſſ. feudi*, niſi Dominus conſentiat,vt voluit Bald.*in d.§.donare,col.*2. & in *l.Imperialem,in princip.col.*6.*de prohib.feud.alienat.per Federic.* & præterea refert Martinus Laudenſis *in capit.*1. *in princip.col.*1.*qui feud. dare poſſunt*, quòd dùm eſſet in via accedendi Papiam, & deceſſiſſet Illuſtr. Marchio Manticæ,fuit ab eo quæſitum, an valuerit teſtamentum dicti Marchionis, in quo hæredem vniuerſalem primogenitum inſtituerat? & dicit,ſe reſpondiſſe,quòd non;quia in bonis feudalibus non licet fa- 19
cere teſtamentum,per text. *in d.cap.*1.*de ſucceſſ.feudi*, quod dictum refert,& ſequitur Iaſ.*in l.de quibus,n.*65. *ff.de legibus*, cui opinioni accedat, quod voluit Bald. *in l.item videndum, §.item videamus. ff.de petitione hæred.*Bald.& Angel.*in l.apud Iulianum, §.ſi quis alieni, de legat.*1. qui dixerunt, quòd pater non poteſt legare 20
feudum vni ſuorum filiorum, quia ius, quod habet, eius morte finitur,argumento *l. vxor patrui,C.de legatis*,idem voluit Andreas Barbatia in *rubr.ext.de feudis, col.*4. vbi refert, de hoc fuiſſe arduam quæſtionem in Vrbe inter Excellentiſſimos Dominos de Sabbellis,& addit, quòd in iſta quæſtione conſuluerunt valentiores Doctores Italiæ,aliqui,pro vna parte,& aliqui pro alia,& quòd ipſe conſuluit pro parte negatiua, quòd nullo modo poterat prælegari vni filiorum:idem voluit Alex.in feudo antiquo,dicens,iſtam eſſe communem opinionem in *conſ.*56. *Illud in medium afferam, col.*9.*vol.*4. vbi multa allegat, quinimmo Andreas de Iſern.*cap.*1.*de natura ſucceſſ. feudi, col.*6. voluit, quòd pater etiam feudum nouum non poſſit vni ex filiis 21
dare ſine conſenſu Domini,per rationem iam dictam, quia ſine Domini conſenſu nulla valet ordinatio in feudo:& idem Andr. *in cap.omnes filij,ſi de feudo fuer. controuer.*dicit,quòd vaſallus poteſt aſſignare feudum vni ex ſuis hæredibus, niſi lex, & pactio dati feudi aliud inducat:& ſubdit,quòd vbi viuitur iure Francorum, non poſſet pater ſecundogenito feudum dare, niſi primogenitus eſſet ingratus;& ſimilitèr in feudo, 22
in quo omnes filij æqualiter ſuccedunt,non poteſt pater diſponere, vt vnus ſuorum filiorum habeat duas partes in feudo,alter verò tertiam; & ſi ipſe ità diſpoſuiſſet,hoc non obſtante eius filij æqualiter vocarentur ad feudum,vt voluit Andr.& clariùs Aluarot. in *d. cap.*1.*in princip.de ſucceſſ.feud.*vbi refert,ità conſuluiſſe *Cardinalem Florentinum* in facto,& credo, quòd ſit *conſ.*100. incipiens *Redemptoris noſtri inuocato ſuffragio*:& licèt Bald.*in cap.*1.*§.decedente, qui feudum dare poſſunt*, referens Iacobum de Ardizone, dixerit,quòd poteſt pater vni ex filiis totum feudum hæreditarium aſſignare,de quo etiam meminit Alex.*in conſ.*12.*Proſpectis his,in* 5.*col.* tamen illud debet intelligi cum aſſenſu Regio, aliàs ſecùs, provt expreſsè terminat Andr.in *d.c.*1.*col.*6.*de natura ſucceſſionis feudi*,& Iacobus

bus de Ardizo. *in ſumm. ſua in rubricell. verùm vni ex filiis poſſit aſſignari*, & Aluarot. in *d. cap. omnes filij*, & Alex. *in conſ.* 28. *in cauſa, & lite vertente, circa finem, in* 5. *vol.* vbi ità conſuluit in cauſa Dominę Antoninæ Tomacellæ filiæ quondam Græci Tomacelli? in qua cauſa idem conſuluerunt quamplures famoſiſſimi DD. & ita ordinauit Sereniſſimus *Rex Ferdinandus I.* debere obſeruari, vt mihi retulerunt *Dominus Sigiſmundus Loffredus, & Dominus Ciccus Loffredus*, & ego vidi, quia iam de præſenti Domina Antonina poſſedit Caſtrum illud, ſecùs tamen eſſet in feudo ex pacto, & prouidentia, vt per Alex. *ibi*, & teſtantur Bald. & Angel. *in d. l. item videndum*, §. *fin.* idem Bald. *in d. cap. Imperialem, col.* 5.

23 Ex quibus omnibus reſultat vera concluſio, quòd pater feudum nouum, & etiam antiquum, dummodò ſit hæreditarium, poteſt vni ex filiis in totum legare, cum conſenſu tamen Domini; aliàs ſi conſenſus non interueniſſet, vel eſſet feudum ex pacto, & prouidentia, non valeret legatum, & ità me aduocante pro Magnifico Aloyſio de Reſtanio Barone Bonatorum fuit in S. C. declaratum contra Dominum *Mazzeum de Afflicto*, qui pro Aduocato interuenit filiæ primogeniti, in cuius præiudicium auus eius pater Aloyſij ſecundogeniti diſpoſuerat.

24 Nec eſt verum, quòd diſpoſitio *d. cap.* 1. *de ſucceſſ. feud.* debeat intelligi, & reſtringi ad diſpoſitionem, quæ fit inter extraneos, non autem ad eam, quæ fit inter liberos proximè ſucceſſuros; prout dicit Paul. de Caſtr. *in d. conſil.* Quia expreſsè contrarium determinant DD. allegati, & maximè Andr. *in d. cap.* 1. *de natura ſucceſſionis feudi*, Iacobus de Ardiz. in *loco allegato*, Aluarot. *in c. omnes filij*, Alex. *in conſ.* 28. & idem etiam videtur tenere Andr. *in Conſt. Regni, Hac edictali, la ſeconda*, vbi ipſe reprehendit Gulielm. *ibi* volentem, valere teſtamentum in feudo, dùm generalitèr dicit, nulla ordinatione Teſtatoris in feudo manente, inter eos, qui eſſent aliàs ſucceſſuri; per text. *in d. cap.* 1. *de ſucceſſ. feud.* & ſic vult, quòd talis diſpoſitio in teſtamento non valeat etiam inter eos, qui ſunt ſucceſſuri.

25 Hanc eandem concluſionem firmat idem Andr. in *Conſtit. Regni Conſtitutionem, in princip.* dùm firmat, quòd in feudo, in quo viuitur iure Longobardo, & ſic in quo omnes filij æqualitèr ſuccedunt, non poteſt pater diſponere ſine conſenſu Regis in præiudicium alterius filij: Idem etiam voluit Bald. *conſ.* 397. *Præmittendum eſt ad euidentiam, in* 4. *vol.* vbi dixit, quòd legatum feudi non valet, etiam in proximè ſucceſſurum ſine conſenſu Domini, idemque in *conſ.* 259. alias 261. *Cum eſſent plures fratres, in* 3. *vol.* vbi conſuluit

26 quòd ſi plures fratres ſucceſſerunt in feudo, non poteſt vnus eorum alteri partem ſuam legare, quia nulla ordinatio defuncti in feudo valet in præiudicium eorum, qui ex lege feudi ſuccedunt, niſi eis conſentientibus, *d. cap.* 1. *de ſucceſſ. feud. in princ. cap.* 1. *qualiter olim feud. poterat alien. & cap.* 1. *de gradib. ſucceſſ. in feud.* Et reſpondet ad id, quod dicitur, quòd permittitur alienatio feudi inter agnatos, licèt non permittatur inter extraneos: per text. *in cap.* 1. *de alienat. feud. patern. & in cap.* 1. §. *ſed & res, per quos fiat inueſtitura*, quod procedit in alienatione inter viuos, ſed non in diſpoſitione, quæ fit in teſtamento, & iſtud clariùs conſuluit Ludouicus *in conſ.* 476. *Chriſti nomine repetito huic felici.*

72 Et ſic conſului prædicto Illuſtriſſimo Domino, quòd talis diſpoſitio non tenebat, & ſicuti ipſemet diſponens potuiſſet reuocare per *Conſt. Conſtitutionem diuæ memoriæ*, pariformitèr eius hæres; vt concludit Andr. *in d.* §. *donare, col.* 7. & ità demum dixit mihi idem Reuerendiſſimus Dominus, quòd obſeruari fecit, & quòd dùm de hoc etiam interrogaſſet prædictos Dominos *Sigiſmundum, & Ciccum*, qui erant Collaterales Conſiliarij, approbauerunt mea ſcripta, & in eandem ſententiam concurrerunt, & pro diſtinctione iam facta de feudo hæreditario, & ex pacto, & prouidentia, in illo caſu, in quo conſuluit Alex. *in conſ.* 28. idem tenuit ante Alex. per priùs conſulendo, Ant. de Alex. noſter Neapolitanus, qui fuit vir ſummi ingenij, & doctrinę, & Præſidens S. C. ac Viceprotonotarius, vt videri poterit eius *conſilium*, quod poſuit ipſe Dominus Sigiſmundus pro *vltimo in ſuis* 52. *conſiliis impreſſis.*

Io. Angelus Piſanellus.

SVMMARIVM.

1 *Aſſenſus Domini an requiratur, quando feudatarius ſuper feudo vellet ſeruitutem imponere, & num.* 2. 5. 7. 8. 20. 12. 13. 20. 22. *&* 25.

3 *Feudum abſque aſſenſu Domini neque diminui, neq; commutari poteſt.*

4 *Feudo ad directum dominũ reuerſo, an ſeruitutes à feudatario impoſitæ extinguantur.*

6 *Alienationis appellatione an veniat ſeruitutis impoſitio, & num* 11. *& vſusfructus conſtitutio, num.* 17.

9 *Feudatarius, & Emphyteuta an poſſint vſumfructum conſtituere abſque aſſenſu, & num.* 15.

13 *Communio herbagiorum inter duas Vniuerſitates an fieri poſſit abſque aſſenſu Regis, & numer.* 14. *vbi ponderatur cap. Regni,* Pondus æquum.

16 *Seruitus impoſita ſuper aliquo fundo an dicatur pars illius fundi.*

18 *Feudum dicitur magis alienari per conſtitutionem vſusfructus, quàm per conſtitutionem ſeruitutis.*

19 *Subinfeudatio abſque aſſenſu de iure communi feudorum erat permiſſa, ſecus de iure* Conſt. Regni.

21 *Ius nouum ſemper recipit interpretationem à iure antiquo.*

23 *Aſſenſus Domini non requiritur in alienatione feudi, quando per alienationem ipſius Domini conditio melior fit.*

24 *Feudatarius an poſſit abſque aſſenſu concedere terras de domanio feudi parum vtiles.*

26 *Feudum à vaſallo in conuaſſallum an poſſit abſque aſſenſu alienari; & quid in pluribus emphyteutis, an illi inter ſe ipſos poſſint emphyteuſim alienare.*

ARGVMENTVM.

Aſſenſus Regis num in Regno requiratur in alicuius ſeruitutis impoſitione, quæ à feudatario ad alicuius fauorem fieret ſuper feudo; quod poſſidet,

ſidet, ità vt ſi impetratus non fuerit, fiat locus reuocationi factæ conceſſionis, vigore *Conſt. Regni Conſtitutionem Diuæ memoriæ.* Aſſenſus Regis, vel Baronis requiritur in Regno, quando duæ Vniuerſitates vellent inter ſe communionem facere iuris paſcendi; & declaratur C. Regni, *Pondus æquum*, vbi ſingulare reſponſum *D. Ioannis Angeli Piſanelli*, & de aliis ad materiam pertinentibus.

CAPVT XXX.

1 Aſſensvs Regius, dubitarunt Noſtrates, an requiratur in alicuius ſeruitutis impoſitione, quæ à feudatario ad alicuius fauorem fieret ſuper feudo, quod poſſidet, ita vt ſi impetratus non fuerit, fiat locus apud nos reuocationi factæ conceſſionis, vigore *Conſtit. Regni, Conſtitutionem Diuæ memoriæ.*

2 Partem negantem amplexus fuit Afflict. *in d. Conſtit. num. 19. verſ. ſicut non eſt alienatio*, vbi expreſſis verbis dicit, ſeruitutis conſtitutionem alienationem non eſſe, cùm in nihilo directo Domino præiudicetur: allegat text. vulgatum in *cap. 1. §. quid ergò, de inueſt. de re alie. fact.* præiudicat tamen ſibi feudatarius, quem propterea à iure ſuo cadere dici non poteſt. Nec obſtare addit *Conſtitut. præfatam*, per quam non ſolùm alienatio, ſed omnis feudi diminutio, aut commutatio
3 vetatur. Quia reſpondet; ſeruitutis impoſitionem, feudi diminutionem non eſſe; non enim dicit, per ſeruitutis impoſitionem feudum minui, ex quo ius Domini ſemper ſaluum manet: huiuſmet opinionis mihi videtur fuiſſe Capyc. in *ſua inueſt. in verb. feudorum deuolutio, verſ. ſeruitutes*, vbi dicit, quòd ſi feudum ad dominum
4 vt dominum deuoluatur, ſeruitutes impoſitæ extinguuntur; ſecus verò ſi ad dominum vt donatarium, vel hæredem vaſalli, quia tunc tenebitur ſeruitutes ſeruare: ſupponit ergò neceſſariò, quòd in ſeruitutis impoſitione aſſenſus Domini non interuenerit, quia ſi interueniſſet, fruſtra de hoc quæreret, nam ſeruitus cum aſſenſu impoſita ſemper durat, ſiuè feudum ad dominum vt dominum, ſiuè vt donatarium, aut hæredem vaſalli obueniret, vt idem Capyc. *ibi in verſic. ſequenti*, hoc benè explicat in hypotheca ſuper feudo cum aſſenſu, vel ſine, conſtituta: hanc eandem ſententiam latiùs, & inſigniotibus mediis amplexus fuit D. Ioannes Angel. Piſanellus *in obſer. 22. manuſcripta hìc imprimenda*, vbi adeò doctè, & copioſè materiam deguſtauit, vt nihil pluris in hoc articulo deſiderari poſſit.

5 Contrariam verò ſententiam, & ſic, quòd apud nos in ſeruitutis impoſitione Regius requiratur aſſenſus, adeò vt eo non impetrato fiat locus diſpoſitioni citatæ Conſtitutionis, *Conſtitutionem Diuæ memoriæ*, inſequutus eſt Marin. Freec. *li. 2. de ſubfeud. in 1. authorit. Baron. in quæſtione incipien. Pluribus autem modis, à num. 16. vſquè & per totum num. 18.* vbi *Afflict.* improbando dicit, per *l. Federici Imperialem*, omnem aliena-
6 tionem, quæ fieret de re feudali prohibitam eſſe, & cùm *alienationis* appellatione veniat etiam ſeruitutis impoſitio, ad text. *in l. fin. C. de reb. alien. non alien.* ergò; & pro hac parte addit, ſibi videri, eſſe text. *in C. Reg. Pondus æquum*, & quòd impoſitio ſeruitutis ſpecies ſit alienationis, conſiderat, quia ſi conceſſionarius impoſita ſeruitute vteretur pro eo tempore, quo feudum penes feudatarium, & hæredes eius duraret, poſſet tantum labi tempus, quòd pro illo logæuo vſu, & tempore poſſet contra dominum præſcriptio allegari, vndè concludit, eius opinionem in Regno tenendam eſſe: quam tamen limitat, vbi ſeruitium per ſeruitutis impoſitionem non minueretur, & in alio feudo fieret augmentum.

Quid dicendum? crederem, quòd excluſa ſeruitute 7
iuris paſcendi, vel lignandi, quæ verè, ad feudi diminutionem tendit, niſi in alterius feudi augmentum conſtitueretur, ab *Afflict.* ſententia recedi modo aliquo poſſet, per rationes, quas *D. Piſanellus* conſiderauit, & omnes DD. alienigenæ ab vtroque Anna citati *in ſingul. 565.* à Maſtril. *deciſ. 83. n. 8.* & Laratha in *ſuo Theatro feud. tom. 2. par. 12. dilucidat. 81. num. 6.* qui voluerunt, in ſeruitutis impoſitione Domini aſſenſum requiri, loquuti ſunt ad finem, vt ipſi Domino præiudicium inferatur; vndè tu Regnicola, quando caſus occurret, conſulas magnum hunc Feudiſtam *Piſanellum*, quem, vt diximus ſupra *cap 6. num. 4. verſ. poſt hæc*, Aduocatorum Principem appellauit Ioan. Vinc. de Anna *ſingul. 6.* & admirabilis Camerarius *in dialogo cum illo habito*, poſt Camnet. *in extrauag. Si aliquem*, Iuriſconſultum in illa ætate nemini ſecundum reputatum vocat; per hæc enim verba *D. Piſanel.* ſuam fundat ſententiam, licèt *Afflictum* non allegat.

Ieſus, Maria.

Habui dare votum in dubio infraſcripto inter duos 8
Barones meos amicos. Conceſſerat vnus, quòd alter potuiſſet facere ſeptum, ſeù cluſam, vel vt vulgo dicitur, *palatam* in territorio ſui Caſtri, ad finem, vt aqua ex flumine intermedio duceretur ad molendinũ, quod de nouo alter Baro cõſtruere volebat in ſuo territorio. Reuocauit concedens. Fuit dubitatum, an potuerit reuocare, & ſic an requirebatur aſſenſus Regius? Et mihi viſum fuit, non potuiſſe reuocare; nàm nulli dubium eſt, quòd de iure communi feudorum, poteſt vaſallus imponere ſeruitutem in feudo in præiudicium ſui, & non Domini, duraturam tandiu, quandiu durat ius eius, vt probat text. & *ibi* notat Bald. *in cap. 1. §. quid ergo, de inueſt. de re alien. fac. & in l. in prouinciali, C. de ſeruit.* & Iaſon *in l. fin. col. 227. verſ. 8. quæro, C. de iur. emphyt.* & propterea videmus, quòd feudatarius, emphyteuta, & ſimiles poſſunt vſumfructum conſtituere 9
ſine conſenſu Domini, vt notat Gloſ. *in cap. 1. in princip. in gloſ. magna, de capit. Corrad.* Bart. *in l. 1. §. fin. de ſuperficieb.* Bald. *in l. 3. in princip. quib. mod. vſusfr. amit.* Florian. *in l. ſi cui, §. 1. ff. quemad. ſeruit. amit.* & Alex. *in l. 3. §. ex contrario. ff. de acquir. poſſeſ.* vbi refert, ſe aliàs hoc habuiſſe in facto, & in *conſ. 121. Super eo, quod quæritur, in fine, vol. 1.*

Et licèt Alexander. *in conſ. 18. Attentis narratis, in 5. vol.* ponderetur pro contrario; tamen quamuis dicat, quòd in caſu ſuo non erat conceſſio vſusfructus, vel alicuius ſeruitutis; ſed ſolùm quædam obligatio perſonalis, quæ non erat prohibita fieri per feudatarium, tamen non propterea negat, quin vſusfructus, & ſeruitus imponi non poſſit in feudo in præiudicium vaſalli.

Nec poteſt dici, quòd aliud ſit de iure *Conſtitutio-* 10
num Regni, per Conſtitutionem, *Conſtitutionem Diuæ memoriæ.* Nam rectè intelligendo, magis erat prohibita alienatio de iure communi *feudorum*, quam de iure *Conſtitutionum Regni.* Probo, nàm de iure *Conſtitutionum Regni* prohibetur alienatio feudi diminuendo, ſed non ampliando; nam ampliando benè poteſt

teſt alienari, quod ſecus eſt de iure communi *feudo-
rum*, quia non adhibetur illa diſtinctio, an alienatio
fiat in augmentum, an in diminutionem, ſed indi-
ſtinctè videtur eſſe prohibita alienatiò ſine conſenſu
domini, vt patet in *cap.1. de prohib.feud.alien.per Lo-
thar.*& in *l.Imperialem,in princip. de prohib.feud alien.
per Freder.*& hoc expreſsè voluit Andr.*in cap.1. §.fin.
in ſua addit.col.2. de Capitan. qui cur.vend.*

11 Et ſi diceretur, quòd prohibita alienatione videtur
prohibita impoſitio ſeruitutis, per text. *in l.fin. C.de
reb.alien.non alienan.*Reſpondeo,quòd iſtud procedit,
niſi aliud lege cautum ſit, provt dicit *ibi* text. ergò
cùm de iure communi *feudorum*, quo iure erat pro-
hibita alienatio, tamen non erat prohibita im-
poſitio ſeruitutis, vt prædictum eſt; idem etiam di-
cendum videtur de iure *Conſtitutionum Regni*, ma-
ximè cùm verba *d. Conſtitutionis* non ſint magis am-
pla,quàm verba *d.l.Imperialem*,ex quo ſicut *dicta Con-
ſtitutio* prohibet alienationem, & quoſcunquè con-
tractus ſuper feudis, & rebus feudalibus, ità etiam
prohibet *d.l.Imperialem*,vt patet,dùm dicit,*non liceat
feudum in totum, vel in partem vendere, pignora-
re, vel quocunquè modo diſtrahere, ſeù alienare, vel
pro anima iudicare*; quæ verba videntur eſſe magis
prægnantia,quàm verba *d.Conſtitutionis.*

12 Prætereà ſi per verba.*d.Conſtit.*eſſet prohibita im-
poſitio ſeruitutis, certè ſine dubio *Andr.* qui notas
habebat omnes Conſtitutiones Regni,hoc dixiſſet in
d.§.quid ergò,provt fecit in ſimili, in *cap. ſi vaſallus de
ſuo feudo, in tit.ſi de feud. fuer.contr.int.dom. & agnat.*
vbi dicit, quòd licèt de iure illò potuiſſet fieri tran-
ſactio feudi, ſine conſenſu Domini, tamen ſecus de
iure *Conſtit.Regni*: vndè ſi hoc dixit in tranſactione,
in qua non erat aliquod dubium, quia expreſsè *dicta
Conſtitutio* prohibet tranſactionem, multò fortius
idem dixiſſet in ſeruitute, in qua erat maius dubium.

13 Nec prædictis obſtat Capitulum Regni, *Pondus
æquum.*Quia loquitur in communione, per quam in-
ducitur alienatio herbagiorum, & palmarum, & ſic
fructuum feudi,quæ alienatio etiam de iure communi
feudorum erat prohibita in perpetuum,quia non po-
terat feudatarius alienare fructus feudi, niſi durante
vita ſua,vt dixit Andr.*in d.l.Imperialem,& in d.Con-
ſtit. Conſtitutionem*, & per conſequens non poteſt ar-
gui de communione ad alias ſeruitutes, quæ imponi
poſſunt in præiudicium vaſalli, vt prædictum eſt; ma-
ximè cùm per communionem diminuantur iura, &
reditus feudi, & non per iſtam ſeruitutem, de qua in
præſentiarum agitur, provt inferiùs dicam.

14 Prætereà ſi rectè conſiderentur verba *d. Cap. Pon-
dus æquum*,text.ille non prohibet communionem ſine
aſſenſu Regis;ſed ſine licentia Baronis:quia loquitur,
quando communio erat facta per vaſallos,& homines
aliquorum locorum ſine licentia Domini, & ſic Ba-
ronis,vt patet, dùm dicit,*ſine Superioris licentia*,& *ibi*
dùm dicit, *communionem prædictam præceſſiſſe legitimè
inter eoſdem homines eorundem Caſtrorum, & habitato-
res, ſeu morantes in dicta Terra*, quæ verba clare indi-
cant, quòd communio erat facta inter homines
abſque conſenſu Baronis, & poſtea clariùs ſubdit,
quòd non poteſt quis in ipſa Terra, vel eius territorio,
ſine voluntate Domini illius loci paſcua ſumere, vel
ligna incidere, ſeu aliud facere; & iſtò modo intelli-
gendo, ille textus probat intentum meum, videlicèt
quòd cum licentia ipſius Baronis poſſint huiuſmodi
ſeruitutes imponi.

15 Nec obſtat,quod voluit Andr. *in allegata Conſtitu-
tione, Conſtitutionem*,& in *cap. Imperialem, in princi-
pio*,dùm vult,quòd feudatarius non poteſt ſine aſſenſu
Domini vſumfructum conſtituere. Nam dico, quòd
eſt differentia inter ſeruitutem vſusfructus, & alias
ſeruitutes. Oſtènditur, nam de iure communi *feudo-
rum*, non eſt dubium, quòd poteſt conſtitui ſeruitus
duratura tandiu, quandiu durat ius ipſius conſtituen-
tis,etiam ſine aſſenſu Domini,vt ſuprà dixi,& tamen
ſecus eſt in vſufructu; provt voluit Andr.in *d.cap.Im-
perialem*, vbi propriè loquitur de illo iure, & ſecun-
dùm terminos *illius Cap.* Et idem voluit Præpol. &
Aluar.*ibi*, qui cum non habeant notas *Conſtitutiones*
Regni, non poterant loqui, niſi ſecundùm terminos
iuris communis *feudorum*:& idem voluit Gloſ.magna
in cap.1.in princ.de cap. Corr. provt eam allegat Alex.
in conſil. 18. *in* 5. *vol.* licet in meo libro eam non re-
peterim.

Et ratio diuerſitatis inter vſumfructum, & alias
ſeruitutes poteſt eſſe iſta,quia vſusfructus dicitur eſſe
pars dominij, *l.4.ff. de vſufr.* & ſic quis conſtituendo
vſumfructum in feudo, videtur partem ipſius feudi
alienare, quod eſt omninò prohibitum, cùm penitus
ſit interdicta alienatio feudi, & prohibitus à toto, di-
citur etiam prohibitus à parte,*l.ſi quis cùm totum,ff.de
except.rei iudic.* & facit *l.qua de tota, ff. de rei vendic.*
quæ ratio ceſſat in aliis ſeruitutibus, quæ non dicun-
tur eſſe pars rei, provt ſentit Gloſ.*in d.l.4.*& Gloſ. *in* 16
*l.vſusfructus ab initio,ff.de vſufr.*quæ enumerat multa,
in quibus differunt vſusfructus, & aliæ ſeruitutes; &
proindè non poteſt dici, quòd per conſtitutionem
aliarum ſeruitutum videatur alienari feudum in to-
tum, vel in partem, nam ſi per vſumfructum non di-
citur quis verè alienare, ſed iſtud procedit potiùs ex
quadam interpretatione,quam ex proprio ſignificatu,
quia verè non eſt alienatio, niſi quando dominium
transfertur, vt notat Gloſ. & Salycet. *in l.fin.C.de reb.
alien.non alien.*ergò multò minus dicitur quis alienare
per impoſitionem ſeruitutis.

Nec obſtat text. *in d. l. fin.* vbi videtur æquiparari 17
vſusfructus cum aliis ſeruitutibus,quoad hoc,vt pro-
hibitus alienare,videatur etiam prohibitus vſumfru-
ctum,& alias ſeruitutes conſtituere:nam text.ille ex-
cipit caſum, in quo aliud lege cautum ſit,cùm ergò
per legem communem *feudorum* à prohibitione alie-
nationis feudi ſeruitutis impoſitio excepta ſit, vt pa-
tet in *d.cap.1.§.quid ergò*,ſecundùm quod *ibi* commu-
nitèr intelligitur per Doctores.*de inueſtit. de re alien.
fac.*ergò non mirum,ſi vaſallus, qui prohibetur alie-
nare feudum ſine conſenſu Domini, poteſt ſeruitu-
tem conſtituere:Nec poteſt dici,quòd idem ſit in vſu-
fructu, pro eo, quia conſtitutio vſusfructus compre-
henditur ſub illa generali prohibitione alienationis
feudi,& non reperitur exceptuata à dicta regula, & à
dicta probibitione, ſicut reperitur impoſitio ſeruitu-
tis. Et ratio poteſt eſſe illa, quam prædixi, quia per 18
conſtitutionem vſusfructus magis dicitur alienari
feudum,quam per conſtitutionem alterius ſeruitutis,
cùm vſusfructus ſit pars dominij,vt dictum eſt.

Et ex prædictis patet ſolutio ad id, quod voluit
*in d.cap.1.§.prætereà,de capit.Corr.*dùm vult, quod per
Conſtitutionem Diuæ memoriæ,eſt prohibita infeudatio,
& etiam omnis alienatio, quæ erat permiſſa de iure
communi *feudorum*:nam cùm impoſitio ſeruitutis non
ſit propriè alienatio, vt dictum eſt, non poteſt dici,
quòd per *dictam Conſtit.*inducatur correctio iuris an-
tiqui quoad impoſitionem ſeruitutis:maximè quia,vt
ſuprà dixi,magis erat prohibita alienatio feudi de iu-
re communi *feudorum*,quàm de iure *Conſtit.Regni.* Et
ſi contra hoc inſtaretur, quòd immò iſtud non ſit
verum pro eo, quia de iure communi *feudorum* erat 19
permiſſa infeudatio, quæ hodie eſt prohibita per *d.
Conſtit.* Reſpondeo, quòd iſtud,videlicet quòd de iu-
re communi *feudorum* fuiſſet permiſſa infeudatio,
non procedebat ſub illa conſideratione, quòd minus
ſtricta fuiſſet prohibitio feudorum de iure communi,
quam

quàm de iure *Conſtitutionum Regni*, ex quo verba d.
Cap. *Imperialem*, ſunt magis ampla reſpectu dictæ
prohibitionis, quam verba *d. Conſtitutionis*, vt ſuprà
dixi; & ideò ſine dubio de iure communi feudorum
fuiſſet prohibita etiam infeudatio, niſi hoc expreſsè
fuiſſet prouiſum, legibus ſic diſponentibus, vt patet
in *cap. 1. qualiter feud. poter. alien. per Lothar.* & in *d.
Cap. Imperialem*, §. *callidis*, quibus iuribus expreſsè
cauetur, quod vaſallus poteſt rem feudalem in feu-
dum alteri concedere ſine aſſenſu Domini, dolo, &
fraude ceſſantibus, vt etiam voluit Andr. *in cap. 1. col.
3. qui feud. dar. poſſ. in cap. Titius, ſi de feud. fuer. contro-
uer. inter dom. & agnat. & in cap. 1. verſ. ſiuè alienaui, de
controuerſ. inter me. & dom. de portio. feud. fratris mei*,
& Abb. *in cap. quæ in Eccleſiarum, de conſtit.* Et ſic ra-
tiò, quare poterat iſta ſubinfeudatio fieri de iure cō-
muni *feudorum*, non eſt illa videlicet quòd minus ſit
prohibita alienatio feudi de *illo iure*, quàm de iure
Conſtit. Regni; ſed iſta videlicet quòd ità reperitur *illo
iure* ſpecialiter prouiſum, quod tamen ſecus eſt de iu-
re *Conſtit. Regni*, cùm de *illo iure* ſit prohibita omnis
alienatio ſine aliqua reſeruatione, & nedum aliena-
tio, ſed etiam commutatio, quæ quidem commuta-
tio intelligitur tàm reſpectu rei, quam perſonæ; &
ideò tùm per dationem in feudum fit commutatio
feudi de vna perſona in aliam, meritò non mirum, ſi
ſub iſta prohibitione includitur etiam infeudatio, &
ità per prædicta expreſsè voluit Andr. *in d. cap. 1. §.
prætereà, de capit. Corradi*; Sed non ſic eſt in impoſi-
20 tione ſeruitutis, cùm per eam non inducatur propriè
alienatio, nec commutatio feudi; & proptereà non
poteſt dici, quod ſub iſta prohibitione includatur im-
poſitio ſeruitutis; quia, vt dixi, verba d. *cap. Imperia-
lem*, ſunt magis ampla reſpectu dictæ prohibitionis;
item & *d. lex Imperialem*, eſt poſterior *d. § quid ergò*,
& tamen nulli dubium eſt, quòd de *illo iure* ſub illa
prohibitione non includebatur impoſitio ſeruitutis.

Immò & fortiùs, dato, quòd dicta *Conſtitutio* com-
prehēderet etiam impoſitionem ſeruitutis, Dico, quòd
deberet diſtingui ſecundùm ius commune *feudorum*,
21 ex quo ius nouum quantumcunque generaliter, & in-
diſtinctè loquens, intelligitur, & recipit diſtinctionem
à iure antiquo, etiam ſi in lege noua eſſet clauſula,
non obſtantibus legibus in contrarium facientibus, vt no-
tatur in *l. ſed & poſterioris, ff. de legibus, in l. ſciendum,
ff. qui ſatiſdar. cogant.* vbi Bart. dicit, iſtud eſſe valdè
notabile pro ſtatutis, & reformationibus nouiter fa-
ctis, idem Bart. *in l. omnes populi, in 3. quæſt. princip. in
fine, ff. de iuſtit. & iur.* & ſic, quòd talis ſeruitus ſit
prohibita imponi in præiudicium domini; ſed non in
præiudicium conſtituentis feudatarij. & hoc expreſ-
sè ſentit Paris *in tract. de reintegrat. feud. c. 40.* inci-
piente. *Et iuxta prædicta ſequitur quæſtio*, vbi loquen-
22 do de impoſitione ſeruitutis, dicit, quòd Dominus
poteſt dictam ſeruitutem reuocare, per d. *Conſtit. Re-
gni*, ex quo talis impoſitio ſeruitutis non tenuit in ſui
præiudicium: & paulò ante dixerat, quòd impoſitio
ſeruitutis valet in præiudicium vaſalli, ſed non in præ-
iudicium Domini, allegando Bal. *in d. § quid ergò*, &
Ludouic. *in l. 3. §. deniquè, ff. de aqua plu. arcen.* & ità
reſidet Curt. *in tract. feud. in 4. par. verſ. decimo-quartò
quæro*, & Iacobin. in *verb. ità etiam, col. 4. verſ. vlte-
rius eſt quærendum.*

Et hoc modo reſpondeo ad id, quod voluit Andr.
in d. *Conſtit. circa finem*, & Luc. de Penn. *in l. ſi quis,
C. de agricol. & cenſ. lib. 11.* dùm dicunt, quòd ſicut
prohibetur alienatio rerum, ità & iurium, vt ſerui-
tutum; quia remittere ius, quod quis habet in feu-
do, eſt donare; *l. ſi mulier, ff. de condict. ob cauſam:*
nam dico, quod iſtud procedit in præiudicium
Domini, ſed non in præiudicium Vaſalli, licèt
prædicti Doctores propriè non loquantur in conſti-
tutione ſeruitutis, ſed in remiſſione; inter quæ videtur
eſſe aliqua differentia.

Conſiderabam etiam, quòd vbi per alienationem 23
ſit melior conditio Domini, non requiritur aſſenſus
Domini; quia debet fieri vtilitas Reipublicæ, & Fiſ-
cus & Reſpublica idem ſunt, vt dixit Andr. *in cap. Im-
perialem, in princ. col. 11. in c. 1. an ille, qui interf. fratr.
Domin. ſui, in c. 1. §. fin. de Capit. qui cur. vendid. in ad-
dit. in c. 1. §. prætereà, de capit. Corrad. & in c. 1. §. è
contrario, de inueſt. de re alien. fact.* & exemplificat
Andr. in *locis præallegatis*, quando habens feudum
pro vno ſeruitio, alienat pro duobus, vel ſi habens
filios, alienat non habenti filios, non infeſto, nec
odioſo Domino, ità quod dictum feudum veroſimi-
liter citius eſt deuoluturum ad Dominum; ſed in pro-
poſito per dictam impoſitionem ſeruitutis augentur
reditus, & introitus Baronis conceſſionarij ratione
dicti molendini, & non minuuntur introitus conce-
dentis; ſequitur, quod efficitur melior conditio Re-
giæ Curiæ ratione ſeruitij militaris, & iuris adohæ,
& releuij, quod debetur pro rata fructuum feudi;
ergò.

Ad quod etiam facit, nàm de iure *Conſtitutionum* 24
Regni prohibetur illa alienatio, per quam Regia
Curia perdit ſeruitium, vel reditum ſibi debitum, vt
patet in *Conſtit. Hac edictali, in 3. lib.* & proptereà
dixit Andr. *in d. c. 1. in fine, an ille, qui interf. fratrem
Domini*, quod vaſallus poteſt terras parum vtiles de
domanio feudi concedere ſine aſſenſu Regis, nec po-
teſt poſtea reuocare, & dicit, ità contineri in *Con-
ſtitut. Imperatoris*, quæ conſeruatur in Archiuio; idem
voluit Andr. *in c. 1. § prætereà, col. 2. de capit. Corrad. &
in d. Conſtit. Conſtitutionem diuæ memoriæ.*

Et ſi forſan diceretur, quod molendina conceden- 25
tis patiuntur damnum, cùm ex conſtructione iſtius
noui molendini non habeant tantum concurſum,
prout per priùs habebant, & ſic, quod eſt in damnum
feudum concedentis: Dico ego, quod tale intereſſe
non eſt conſiderabile, quia dependet à voluntate mo-
lentium, in quo molendino voluerint molere, vt di-
xit eleganter Bald. *in l. vnica, in 13. oppoſit. C. de ſen-
tent. quæ pro eo quod inter. & in cap. Eccleſia Vulterra-
na, de elect.* Signorol. *conſ. 34.* incip. *Ex quodam flu-
mine publico*, Alex. *conſ. 193. volum. 2.* & propriè, quod
non dicantur pati damnum, voluit ſingulariter Alex.
in l. ſi manifeſtè, in fine, C. de ſeruit. vbi dixit, quod ſi
vnus ex fratribus habentibus molendinum commune,
conceſſerit alteri fratri aquam communem, vt poſſit
illam ducere ad ſua prædia, cum hoc pacto, quod id
faciat ſine damno communis molendini; quod ſi iſte
vult facere aliud molendinum, per quod non aufer-
tur aqua molendino communi, ſed tantùm aufertur
commoditas euntium ad illud molendinum, quod
non obſtante illo pacto poteſt fieri illud nouum
molendinum, quia non dicitur facere cum dam-
no primi, licet primum molendinum minus ha-
beat ad molendum, quia concurſus molentium, in
quorum poteſtate eſt ire, vel non, non eſt in conſi-
deratione.

Conſiderabam etiam, nàm vaſallus ſine licentia 26
Principis poteſt alienare feudum in conuaſallum,
qui eſt eiuſdem conditionis, & ſub eodem dominio
aſtrictus, vt voluit Gloſ. *in Conſt. Hac edictali*, alle-
gat text. in argumentum in *l. 1. C. non licere habitato-
ribus Metrocomiæ loca ſua ad extraneum transfer. lib.
11.* & ideo communiter dicitur, quod plures vaſalli,
vel emphyteutæ poſſunt alienare inter ſe ipſos ſine
conſenſu Domini, vt voluit Bart. in *l. qui Romæ, §.
duo fratres, in 10. quæſt. ff. de verbor. obligat.* & in *l. &
ideò, ff. de condict. furt.* latè Barbat. *in cap. potuit, col. 6.*

locat. ſed ſic eſt, quòd dicta impoſitio ſeruitutis fuit facta pro vno, qui erat Baro, & gratus Principi, ergò non requirebatur aſſenſus; facit deciſio Andr. *in cap. 1. §. commercium, verſus finem, de probib. feud. alienat. per Lothar.*

Io. Angelus Piſanellus.

SVMMARIVM.

1 *Aſſenſus Regius an de iure requiratur in locatione, quæ fieret de feudo cum iuriſdictione, & vaſallis, & n. 6. 7. 10. 12. 15. & 16. & 18.*

2 *Iuriſdictio eſt de Regalibus.*

3 *Dominium non transfertur ex locatione.*

4 *Iuriſdictionis vſus an transferatur per locationem.*

5 *Conductor an ſit ad inſtar vſufructuarij.*

8 *Alienatione feudi prohibita an locatio vetita intelligatur, & num. 9.*

11 *Barones in Regno dicuntur Iudices ordinarij vaſallorum.*

13 *Iudex ordinarius poteſt iuriſdictionem ſuam alteri demandare.*

14 *Ratio quænam ſit, vt in contractibus venditionum bonorum feudalium Domini aſſenſus requiratur.*

17 *Officia, quæ dicuntur in Regno de Regalibus an abſque Regij aſſenſu poſſint locari.*

ARGVMENTVM.

Aſſenſus Regius num requiratur in locatione, quæ fit de feudo cum iuriſdictione, & vaſallis, àdeò vt ſi obtentus non fuerit, fiat locus diſpoſitioni Conſtitutionis Regni, *Conſtitutionem diuæ memoriæ*: & de aliis ad ornatum *Conſtitutionis præfatæ*; & alterius, quæ incipit, *Scire volumus*.

CAPVT XXXI.

1 ASSENSVS Regius, ſcio aliquando dubitatum, an de iure interuenire debeat in locatione, quæ fieret de feudo cum iuriſdictione, & vaſallis, ità vt ſi obtentus non fuerit, fiat locus reuocationi contractus vigore Conſt. Regni, *Conſtitutionem diuæ memoriæ?*

Camillus de Medic. partem amplexus fuit affirmatiuam in *conſ. ſuo* 147. vbi ex ſufficienti partium enumeratione, vt ipſe dicit, totis viribus conatus eſt demonſtrare, in locatione iuriſdictionis aſſenſum Regium requiri, ſicque vbi in hoc contractu aſſenſus ſupremi Domini non impetratur, fieri locum reuocationi, vigore *Conſtitutionis, Conſtitutionem diuæ memoriæ*, idque ex pluribus.

2 Et primò, quia cùm iuriſdictio ſit de Regalibus, *c. 1. quæ ſint Regal.* in alium ex diſpoſitione Conſtitutionis, *Scire volumus*, vbi Afflict. in 4. *notab.* abſque Regio aſſenſu transferri non poteſt.

Secundò, quia cùm per rei locationem in conductorem dominium non transferatur, *vulgata l. non ſolet, ff. locat.* conſequens eſt dicere, vt conductor iuriſdictionis tanquam non dominus ius illud iuriſdictionem exercendi non habeat. 3

Tertiò, quia ſi diceremus, per locationem transferri vſum iuriſdictionis, vtiquè non poſſet conductor tanquàm ſimplex vſuarius Magiſtratum creare, ex Alciat. *lib. 2. paradox. cap. 6.* in *fine*. 4

Quartò, quia ſi diceremus, per locationem iuriſdictionis transferri ius in fructibus, ità vt conductor ſit ad inſtar vſufructuarij, & nec etiam ille iuriſdictionem exercere poſſet, quia ius Magiſtratum creandi, ad proprietarium, non autem ad vſufructuarium ſpectat. 5

Sed pace tanti viri, Ego in iudicando contrariam ſequerer ſententiam; *Primo*, quia nulla Regni lege cauetur, vt in locatione feudi cum iuriſdictione, & vaſallis, pro contractus validitate Regius requiratur aſſenſus; Conſtitutio enim, *Conſtitutionem diuæ memoriæ*, in principio citata, & altera, quæ incipit, *Scire volumus*, ſic etiam & ius commune *feudorum*, aſſenſum ſupremi Domini requirunt in translatione dominij, quæ fieret de feudo, vel de Regalibus; in locatione autem, vt eadem vigeat prohibitio, in *præcitatis iuribus* non legimus; quod vtiquè ſi Legiſlator voluiſſet, dixiſſet; vndè cùm nihil quoad hunc contractum, tàm iure communi *feudorum* attento, quàm Regni huius cautum inueniamus, conſequens eſt dicere, vt ad ius commune Romanorum recurramus, vt faciendum eſſe docet text. in *c. 1. de feudi cognition.* quo quidem iure attento expreſsè ſtatutum habemus, vt alienatione prohibita, locatio vetita non intelligatur, immò omninò permiſſa; hic eſt text. in *l. codicillis, §. inſtituta*, vbi Gloſ. & DD. communiter, *ff. de legat.* 2. cum aliis concordantibus relatis per Gloſ. in d. Conſtitutione, *Conſtitutionem diuæ memoriæ*, in *verbo, locare*, vbi in terminis noſtræ quæſtionis poſt diſputatum articulum, an ſub prohibitione *illius Conſtitutionis* includatur contractus locationis feudi? negatiuè concludit; cuius Gloſ. ſententiam videns de Medic. *loco citato, num.* 20. opinioni ſuæ aduerſari, reſpondere inueſtigauit, quòd illa non loquitur ſpecificè de feudo cum vaſallis; ſed genericè, & ſic dicit, quòd ipſe intelligit illã de feudo ſine vaſallis. 6 7 8

Sed parcat mihi, quia eius intelligentia non probatur, quia eius intelligentia non probatur, quia ſi Gloſ. de feudo ſine vaſallis, vt locari illud poſſet ſine aſſenſu, intellexiſſet, ſecus verò ſi cum vaſallis, hac diſtinctione vſa eſſet; etenim Imperator in *illa Conſtitutione* geminatè loquitur, tàm de feudo, quam de rebus feudalibus, vt ſine aſſenſu alienari non poſſint, & ſic tàm de feudo cum vaſallis, quam ſine; vndè quærens *Gloſ.* an locationis contractus ſub *illa lege* includatur? & negatiuam amplectens partem, certè abſque alia diſtinctione illius ſententia accipienda eſt; argumento text. in *l. de pretio, ff. de public. in rem action.* ſicque hanc inſequendo ſententiam loquuti ſunt etiam Alienigenæ, de locatione tamen non ad longum tempus facienda; & hi ſunt Iul. Clar. *in §. feudum, quæſt.* 33. Vulteius, Roſental. & alij relati per Addent. ad *Iul. Clar. loco citato, n.* 1. quibus addo Caroc. *tract. de locat. & conduct.* in *tit. de feudo, fol. mihi* 118. 9

Hinc videmus, nunquam, aut rarò in Regno ſupplicari pro aſſenſu, quando feuda cum iuriſdictione, & vaſallis locantur; & quando interdùm id factum eſſe comperitur, nunquàm certè ad finem vt locationis contractus cõualidetur, ſed vt conductor ſuper feudi corpore hypothecam acquirat pro contractus 10

obſeruantia

obſeruantia, nè ſcilicèt tempore locationis durante amoueri ille poſſit, ſi in alium aliquo titulo feudum illud transferretur.

11 *Secundo* confirmatur hæc mea ſententia, conſiderando, illud certum eſſe, per conceſſionem, quæ fit à ſupremo Domino de iuriſdictione alicuius Caſtri, effici conceſſionarium vtilem Dominum iuriſdictionis conceſſæ pro iuſtitia miniſtranda, ſicque dixerunt Noſtrates, Barones Regni huius vaſallorum dici Iudices ordinarios; & quamuis de meritis cauſarum non cognoſcant, hoc euenit, nè vaſalli Domini facie territi iuſtitiam petere omittant, quod proindè Capitaneos, & Iudicices ad iuſtitiam miniſtrandam eligunt, ſic Andr. in *c. 1. num. 2. col. 4. in tit. quid ſit inueſtit.* & in *c. 1. §. prætereà, de prohib. feud. alien. per Feder.* Frecc. *de ſubfeud.* in 13. *authorit. Baron.* Reg. de Ponte *tract. de poteſt. Proreg. tit. de prouiſion. fieri ſolit.* §. 1. Reg. Conſtant. *in l. nullus, qui nexu, nu. 67. C. de Decurion. lib. 10.* Reg. Rouit. *in pragm. 2. & 3. de ſuſpic. Official.* & alij paſſim.

12 Hoc poſito, vellem ſcire Ego, vbi conſideratur inconueniens, vbi ſupremus Dominus contemnitur, & in quo lex reſiſtit, vt hic, qui eſt Dominus iuriſdictionis, ſiuè Iudex ordinarius vaſallorum, non poſſit abſque Domini Regis aſſenſu alium mediante contractu locationis in exercitio iuriſdictionis ſubſtituere. & vt ad paucos annos ipſius Domini vices gerat: Etenim ſi Iudicis ordinarij conſideramus poteſtatem, inuenimus illam tantæ præeminentiæ, vt qui Iudex dicitur ordinarius, poſſit alium loco ſui ſubſtituere, & ſic ei iuriſdictionem demandare; hic eſt
13 tex. vulgatus in *l. more maiorum, ff. de iuriſd. omnium Iudic.* vbi DD. communiter, & nos diximu *lib. 1. cap.* 216. hinc videmus, in hoc Regno Officiales in Ciuitatibus, Terris, & Caſtris ad iuſtitiam miniſtrandam deputatos poſſe in caſu abſentiæ, modico tamen tempore duraturæ, Locumtenentes ad eorum vices ſupplendum ſubſtituere; ità D. de Franch. *deciſ.* 98. *in fine*, D. Reg. Conſtant. *in d. l. nullus, qui nexu, num.* 48. D Reg. Rouit. *in pragm. 1. num. 54. de ſyndicat. Official.* Si ergò hoc Iudici ordinario iure proprio permittitur nec ad id peragendum, conſenſu ſupremi, vel vtilis Domini indiget, cur non eſt permittendum Baroni, vt ſimiliter iure proprio, & citra ſupremi Domini conſenſum, iuriſdictionem, quam per Regis conceſſionem vti Dominus tenet, alteri locare valeat, ſicque alium ſui loco ſubſtituere?

14 *Tertiò*, & tandem conſidero finem, propter quem tàm de iure communi *feudorum*, quàm *Regni huius*, ſtatutom eſt, vt in contractationibus feudorum, & iurium Regalium, ſupremi Domini requiratur aſſenſus, eſt enim finis, vt ſciat Dominus ſuum feudatarium, ſicque vt habeat de illo notitiam propter ſeruitia, releuia, & deuolutiones; quòd proindè ſemper eſt regiſtrandus in quinternionibus Regiæ Cameræ; ità Andreas in *d. cap. Imperialem*, Frecc. *de ſubfeud. lib. 2. in 23. quæſt.* Reg. de Ponte *conſ.* 17. *num.* 8. *lib.* 2. Reg. Tap. *deciſ. 47. num.* 2. hic finis ceſſat om-
15 ninò, quando locatur feudum, & iuriſdictio, cùm in conductorem nullum feudi dominium transferatur, ad tex. in *d. l. non ſolet, ff. locat.* vndè conductor non dicitur poſſidere, ſed Dominus locator mediante perſona conductoris, etiam ſi mille fierent ſublocationes, prout eſt tex. nimis clarus in *l. qui vniuerſas* 30. *§. ſi ego tibi commodauero, ff. de acquir. poſſeſſ.* ſi ergò locator dicitur poſſidere, & conductor aliud non facit, niſi gerere vices Domini, ſicque illius nomine poſſidere, non eſt, cur dici poſſit, in contractu locationis, quæ fieret de feudo cum vaſallis aſſenſum Regium requiri.

16 At ſi quis diceret, aſſenſum requiri, ad finem vt conductor ſit perſona habilis ad iuriſdictionem exercendam: Dico iterùm, quod à principio dicebam, quòd cum nulla lege id caueatur, ſicque nulla in illo conſideretur legalis inhabilitas, cùm non ſit noua perſona in feudo, nec quod facit, ſuo nomine facere dicitur, ſed Domini, qui verè poſſidet, & vti illius procurator, ſiuè ſubſtitutus, conſequens eſt dicere, vt inanis, ac penitùs fruſtratoria ſit talis aſſenſus impetratio.

Hinc dicimus, quòd *vbi Rex voluit, dixit*: conſtat enim pluribus Regiis Ordinationibus in Regno ſtatutum eſſe, vt officia, quæ ſunt de Regalibus, & ma- 17
ximè illa magni momenti, ad Regiæ Coronæ collationem ſpectantia, abſque expreſſa Regis noſtri licentia locari non poſſint, in illiſquè per ſubſtitutum deſeruire, vt conſtat ex elegantiſſime dictis per Reg. de Ponte *deciſ. 28. à num. 45. vſque ad* 48. de locatione autem feudorum cum iuriſdictionibus, & vaſallis, penès Barones exiſtentium, verbum nullum: & meritò cùm vt feuda cum iuriſdictionibus locari per Barones non poſſint abſque Regis licentia, nil Regiæ Coronæ intereſt; quibus ſic ſtantibus Camilli de Medic. ponderationes in hoc articulo corruunt prorſus, ſaluo tamen iudicio rectiùs ſentientis.

Poſt hæc ſcripta, & impreſſa, prodierunt Repeti- 18
tiones feudales poſthumæ Io. Andreæ de Georgio, qui *cap. 10. num. 20. fol.* 55. teſtatur contra ſcripta per D. Camillum de Medic. fuiſſe per Sacrum Conſ. deciſum, nimirum vt in locatione feudi cùm iuriſdictione, & vaſſallis, nullatenus Regius requiratur aſſenſus; vnde eò magis hæc mea ſententia indubitabilis redditur, cùm adhuc rerum iudicatarum authoritate confirmata remaneat: idèmque & ſatis notabiliter Iacob. Ant. de Mauro *allegat.* 48. *num.* 3. vbi ex Bal. *in l. ſi domus, §. fin. ff. de legat.* 1. addit, quod poteſt locari feudum vſque ad centum annos; ſi tamen expreſsè conueniatur, quod per talem locationem conductori aliquod non quæratur dominium, nec vtile, nec directum.

SVMMARIVM.

1 *Aſſenſus Regius an præſtari poſſit à Proregibus ſuper alienatione, vel obligatione feudorum, quæ titulo aliquo decorata ſunt.*

2 *Aſſenſus præſtitus à Proregibus Regni ante annum 1561. ſuper obligationibus omnium feudorum debitoris obligantis, exceptis feudis titulatis, an proſit etiam quoad feuda titulata, ſtante gratia à Rege conceſſa, de qua in* prag. 17. *ſub* tit de feudis, *& num.* 3. 4. 5. 6. 8 *&* 9.

7 *Confirmatio quid ſit.*

ARGVMENTVM.

Aſſenſus Regius præſtitus à Proregibus Regni ante annum 1561. ſuper obligationibus omnium feudorum debitoris obligantis, exceptis feudis titulo decoratis, an proſit etiã quoad feuda titulata, ſtante gratia à Rege conceſſa, de qua in *pragm.* 17. *ſub tit. de feudis.*

CAPVT XXXII.

1 ASSENSVS Regius ſuper alienatione,ſiue obligatione illorum feudorum, quæ aliquo Principatus,Ducatus, Marchionatus, vel Comitatus titulo decorata ſunt, certum eſt in Regno, quòd per Proreges Excellentiſſimos præſtari prohibetur, ex diſpoſitione *Regia Prag.* quæ eſt 4. *in tit.de feud.in 9. cap.* Verùm, eſſe diſpoſitionem illam quoad caput obligationis, & hypothecæ correctam, eſt etiam iuris notiſſimi,ex gratia Regno conceſſa de anno 1561. per illam enim ad Regni ſupplicationem præcedentem fuit ſancitum,poſſe Proreges obligationibus, & hypothecis ſuper feudis titulatis per feudatarios conſtitutis,vel conſtituendis aſſentire,vt habetur in *prag. 17.eodem tit.in nouiſſima recompilat.*

2 Sed de illo ad præſens in cauſa magni momenti controuerti audio; nàm cùm in dicta gratia,vt ſuprà obtenta de anno 1561. fuerit etiam Regi ſupplicatum, vt dignaretur confirmare, provt confirmauit omnes aſſenſus per Proreges præſtitos vſquè ad illum diem ſuper alienatione, vel obligatione feudi titulati, & magni momenti, nùm per talem gratiam dici poſſit, ſuper feudo titulato aſſenſum habere creditorem illum, qui ante eiuſdem gratiæ publicationem aſſenſum obtinuerat à Prorege ſuper omnibus feudis ſui debitoris,præter tamen feuda titulata?

3 Dubium facit clauſula illa, *præter feuda titulata*; nàm ſi in aſſenſu appoſita non eſſet,ſed ſimpliciter dictum, *fiat in forma*, nulla caderet difficultas, vt per gratiam ſuperuenientem omnes aſſenſus à Proregibus conceſſos confirmantem, confirmati etiam dicantur aſſenſus,qui ſic ſimpliciter,ſine clauſula prædicta obtenti extiterant; ſed quia expreſsè declaratum fuit, vt aſſenſus nullatenus conceſſus intelligeretur ſuper obligatione feudi titulati, videtur dicendum, quòd hæc gratia, quæ ſuperuenit confirmans omnes aſſenſus vſquè ad illum diem per Proreges conceſſos, confirmare non potuerit aſſenſum, quem nunquam apparet fuiſſe à Proregibus conceſſum.

4 Verùm aliqui contrarium putabant, nullum conſtituentes diſcrimen inter decretationem, quæ communiter fit, nimirùm *fiat in forma* ſimpliciter; & illam, de qua ſupra, nimirùm *fiat in forma*, addito, *præter feuda titulata.* Et ea fuit aſſignata ratio, nàm dicendo Prorex, *fiat in forma*, ſimpliciter, certum eſt, talem decretationem feudi titulati, & magni momenti obligationem non comprehendere,etſi de ea ſupplicatum eſſet, ex quo talis aſſentiendi poteſtas erat de reſeruatis Regiæ Coronæ, addendo autem huic decretationi clauſulam illam, *præter feuda titulata*, aliud non importabat, niſi declarare, quod erat in vtero legis; & ſic dicebatur, quòd dùm nullum poteſt conſiderari diſcrimen inter vnam, & alteram aſſentiendi formam, quemadmodum per gratiam prædictam veniebant confirmati omnes aſſenſus anteà per Proreges ſimpliciter ſuper obligatione omnium feudorum præſtiti, & ſic etiam feudi titulati; ità etiam affirmare debemus, vt per gratiam prædictam præſtitus etiam dicatur aſſenſus ſuper feudi titulati hypotheca, quamuis in decretatione fuerit additum, *præter feuda titulata.*

Idquè eo magis verum eſſe dicebatur, nam ſi tunc Domino Noſtro Regi fuiſſet in ſpecie ſupplicatum pro confirmatione aſſenſuum per Proreges præſtitorum, vt ſcilicèt non obſtante clauſula prædicta, *præter feuda titulata*, aſſenſus ſuper feudis titulatis pro præſtitis haberentur, certè eodem modo Rex aſſenſiſſet, quod proindè fatendum eſt, huius indiuidualis ſupplicationis omiſſionem in caſu propoſito nocere non poſſe, ad tradita per Reg. Rouit. *conſ. 12. numer. 14.& ſeq. lib. 1.*

His tamen non obſtantibus, contraria ſententia 5 mihi verior videtur, vt nimirùm nullatenus per gratiam prædictam dici poſſit, ſuper feudo titulato habere aſſenſum creditorem illum, qui ante gratiæ promulgationem aſſenſum à Prorege obtinuerat,cum clauſula prædicta, *præter feuda titulata*; etenim ſatis diuerſam puto decretationem, quæ ſimpliciter fit, nimirùm *fiat in forma*, ab illa, cui additur clauſula *præter feuda titulata*;in prima enim aſſentiendi forma, dùm ſupplicatum extitit pro aſſenſu ſuper omnibus bonis feudalibus, & ſimpliciter fuit aſſenſus impartitus, certè impartitus intelligitur etiam ſuper feudis titulatis, quamuis ex defectu poteſtatis aſſentientis, reſpectu feudi titulo decorati, nullius ſit roboris, & momenti; vndè confirmando demùm Rex per gratiam generalem omnes aſſenſus per Proreges præſtitos ſuper obligatione, vel alienatione feudorum titulatorum, certè confirmatus cenſetur aſſenſus ille à Prorege ſuper his feudis præſtitus.

In ſecunda autem aſſentiendi forma, cùm expreſ- 6 sè declaratum fuerit,vt aſſenſus ad feuda titulata nullatenus porrigeretur, confirmando demùm Rex per gratiam generalem omnes aſſenſus per Proreges præſtitos ſuper alienatione, vel obligatione feudorum titulo decoratorum, certè confirmatus dici non poteſt aſſenſus ille à Prorege cum expreſſa declaratione præſtitus, vt non porrigatur ad feuda titulata: Etenim cùm Rex in gratia prædicta loquutus ſit per verbum, *confirmare*, & confirmatio aliud non eſt, niſi iuris priùs quæſiti corroboratio, vt per Hoſtienſ. 7 Imol. & Dec. in *Rubr. de confirmat. vtil. vel inutil.* in tantum, quòd neceſſariò præſupponit confirmatio aliquid eſſe priùs, quàm confirmetur, vt per Bal. *in l. nominationis, circa finem, verſ. conclude, C. de appellation.* dùm in quæſtione, de qua agimus, aſſen- 8 ſus ſuper feudis titulatis per Proreges nullatenus apparet præſtitus,immò expreſsè dictum, vt non porrigeretur ad feuda titulata,gratia,quæ demùm ſuperuenit confirmando aſſenſus per Proreges præſtitos ſuper feudis titulatis, potuit-nè confirmare aſſenſum nullo tempore ſuper talibus feudis conceſſum? certè non: vndè in puncto ſuccedit concluſio Baldi *loco cit. verſ. illud certum eſt*, vt confirmatio ſemper commenſuretur ad illud, quòd confirmatur, ità vt non extendatur vltrà, quam actus confirmatus ſe extendit; id quod ſatis notanter obſeruauit Carau. *in Rit. 301. num. 8.* ſi igitur in caſu noſtro actus confirmatus,qui 9 eſt aſſenſus à Prorege ante gratiæ promulgationem præſtitus, non ſolùm non ſe extendit ad feuda titulata; ſed expreſsè dictum, vt ad illa non extendatur, quonam pacto in quæſtione propoſita defendi poteſt, vt per gratiam prædictam confirmantem aſſenſus per Proreges ſuper feudis titulatis præſtitos,Rex comprehendat etiam aſſenſum illum, in quo expreſsè fuit declaratum, vt non porrigatur ad feuda titulata? hæc breuiter conſiderabam.

SVMMA

SVMMARIVM.

1 *Aſſenſus Regius an poſſit impetrari ſuper obligatione bonorum feudalium poſt feudatarij obligantis decoctionem. & num. 2. 3. & 5.*

4 *Decoctus an pro mortuo habeatur.*

6 *Aſſenſus Regius an poſſit impetrari ſuper contractu defuncti, abſque nouo hæredis cõſenſu.*

ARGVMENTVM.

Aſſenſus Regius, qui ſuper bonorum feudalium obligatione impetrari non poteſt poſt feudatarij obligantis mortem, num obtineri poſſit poſt ſequutam illius decoctionem.

CAPVT XXXIII.

1 ASſenſus Regius, quòd ſuper feudi obligatione tempore habili contracta impetrari poſſit, adhùc ſi impetrationis tempore feudatarius, qui obligauit, fuerit decoctus effectus, ex pluribus probaui *lib. 1. capit. 25.* vbi hoc idem tenentem citaui præſtantiſſimum Conſiliar. Marcian. *conſ. 36. lib. 1.* poſt quotum ſcripta cùm de hoc in quadam cauſa magni momenti dubitari contigiſſet, iſtámque concluſionem vti veriſſimam, ac iuris principiis conſentaneã Ego pariter defendiſſem, vnùs ex Dominis Iudicantibus, cuius anima requieſcat in pace, auſus fuit mihi dicere, falſam eſſe illam: quod cùm ægrè tuliſſem, volui de his diſſerere cum olim Domino Regente Ferdinando Brancia Feudiſta doctiſſimo; qui
2 mihi reſpondit, adeò veram eſſe, quòd in vna facti contingentia, maxima diſcuſſione præcedente, ità iudicauerat inſignis Feudiſta *Regens Lanarius*; oſtenditquè mihi determinationis verba, quæ conſeruabat; ſubdens, ſuo tempore apud bonos, & graues de hac opinione nunquàm dubitatum fuiſſe, demùm maximo cum gaudio inueni, eandem deciſionem retuliſſe celebrem Feudiſtam Reg. de Curt. in *ſuo diuerſiiuris feud. par. 2. cap. 5. num.* 131. & per hæc verba, quæ hìc imprimi curaui, cùm non ab omnibus legantur.

3 *Altera fuit notabilis quæſtio tractata; pone, quòd aliquis contraxit cum Titio debitore ſuo, qui tempore contractus poſſidebat feudalia, & contractus initus fuit cum reſeruatione Regij aſſenſus, quatenus opus eſt ſuper feudalibus; verùm non fuit ſtatim impetratus aſſenſus, ſed poſt decoctionem debitoris habuit aſſenſum hic creditor, an talis aſſenſus poſſit illum iuuare, ità vt tanquàm creditor cum aſſenſu poſſit præferri aliis creditoribus non habentibus aſſenſũ? videbatur omninò negandũ, aſſenſũ huiuſ-*
4 *modi illi prodeſſe, quia decoctus reputatur tanquàm mortuus; & cùm diximus, quòd poſt mortem tenentis feudum, aſſenſus non datur, nec proficit; Contrarium tamẽ indica-*
5 *tum fuit per Regentem Lanar. in decoctione Banci de Raſtherio, me exiſtente Aduocato: & ratio fuit illa, quia dominium bonorum feudalium non erat adhuc viuo exiſtente debitore vlli quæſitum, & proptereà poterat operari aſſenſus, cuius contrarium erat mortuo vero debitore, quia ſtatim dominium bonorum feudalium hæredi quæſitum fuerat, in cuius præiudicium Rex non poterat aſſenſum præſtare, ſine nouo ipſius conſenſu; & proptereà dicit Andr. quòd opus eſt nouo conſenſu hæredis. Nota hanc deciſionem, quia in hac materia eſt notabilis.* hæc ille doctiſſimus Reg. & Præſes de Curte.

SVMMARIVM.

1 *Gratia conceſſa feudatario legitimo carenti ſucceſſore, vt poſſit teſtari de feudo in aliquem conſanguineum, an conceſſa intelligatur, vt reddatur validum non ſolùm primum teſtamentum, ſed etiam ſecundum, ſi primum fuit reuocatum, & n. 3. 5. & 6.*

2 *Epiſcopus an poſſit vti facultate ſibi conceſſa diſponendi in morte de bonis per ipſum quæſitis ex redditibus Eccleſiæ, totiès, quotiès teſtamentum condere voluerit.*

4 *Teſtamentum eſt actus de ſui natura reuocabilis.*

7 *Teſtamentum primum tollitur per poſterius.*

ARGVMENTVM.

Aſſenſus Regius à feudatario legitimo in feudo carente ſucceſſore impetratus, vt poſſit de feudo teſtari in aliquem conſanguineum, ſiuè alium prorſus extraneum, num impartitus intelligatur, non ſolum vt reddatur validum primum teſtamentum, ſed etiam ſecundum, ſi primum fuit reuocatum.

CAPVT XXXIV.

ASSENSVS Regius à feudatario legitimo in feudo carente ſucceſſore impetratus, vt poſſit de feudo teſtari in aliquem conſanguineum, ſiuè alium prorſus extraneum, contigit aliàs dubitari, an conceſſus intelligatur, non ſolùm, vt reddatur validum primum teſtamentum, ſed etiam ſecundum, ſi feudatarius primum, quod ſcripſit, reuocauerit, & aliud condiderit? 1

Philipp. Dec. *conſ.* 512. & poſt eum Soc. iun. *conſ.* 89. 2
lib. 1. excitant quæſtionem hãc in terminis facultatis, quam Romanus Pontifex concedere ſolet Epiſcopis diſponendi in morte de bonis per illos ex redditibus Eccleſiæ acquiſitis? & in ea reſident ſententia, vt hæc teſtandi licentia ità coarctanda ſit, vt pro primo dumtaxat teſtamento conficiendo conceſſa intelligatur, non autem pro ſecundo; argumento tex. *in l. bones, § hoc ſermone. ff. de verb ſignif. in l. dotis promiſſio. ff. de iur. dot.* & in *cap. non poteſt, §. 1. de prebend. in 6.*

Sed contrarium in puncto, ratione, & DD. authori- 3
tate defendit inſignis Couar. *in cap. cum in officiis, nùmer. 8. extra. de teſtam.* vbi dicit, Decij & Socin. ſententiam nullo pacto, neque in iudicando, nequè in conſulendo admittendam; & meritò quidem, nàm cùm facultas data ſit ad teſtandum, perperam

aſſeuerari poteſt, concedentis mentem fuiſſe, vt intelligatur conceſſa pro primo teſtamento tantùm; eſt 4 enim teſtamentum actus de ſui natura reuocabilis, cùm ambulatoria ſit noſtra voluntas vſque ad mortem, vndè conceſſa licentia teſtandi, intelligi debet, vt proſit ad validandum illud poſtremum teſtamentum, cum quo teſtator decedit, non autem primum tantùm, quod de ſui natura eſt reuocabile.

5 In indiuiduo autem propoſitæ quæſtionis, hanc inſequendo ſententiam authoritate Camer. per hæc verba reſpondit D. R. & Præſ. de Curt. in *ſuo diuerſ. iur. feud. p. 2. c. 5. num. 67.*

Magis ad propoſitum fuiſſet quæſtio, ſi habita licentia teſtandi, & facto teſtamento, ſi illud reuocauit, quod facere poſſet, abſque dubio teneo, ſi aliud vult conficere teſtamentum, requiratur alius aſſenſus Regis? quæ quæſtio determinatur, an diſpoſitio tex. in l. boues, §. hoc ſermone, locum habeat in hac quæſtione, vt intelligatur de primo actu teſtandi? & tenerem, ſaluo ſemper rectio- 6 *ri iudicio, quòd poſſit ſecundò teſtari: quia videtur aſſenſus ex prædictis datus ſecundùm naturam actus, ſuper quo interponitur, ſcilicèt quòd poſſit mutari, maximè quando genericè data, & impartita fuit licentia teſtandi, quia vt aliquid operetur hæc licentia, neceſſariò intelligi debet, vt poſſit teſtamentum mutare; aliàs ſequeretur, quòd non eſſet reuocabile teſtamentum, tum maximè, quia in hoc nullum vertitur intereſſe directi domini, quandoquidem non plures actus validantur, ſed vnus tantùm, per ſecundum teſtamentum pri-* 7 *mum tollitur, §. poſteriore, Inſtit. de teſtam. Quam opinionem latiſſimè tractat Camerar. illamque dilucidat in cap. Imperialem. car. 62. col. 4. lit. Q. vbi videas, quia eius dictis nihil ſuperaddi poteſt, quò loci, bonum Senem, appellat Affl.* Hæc ille vir doctiſs. Præſ. de Cur.

SVMMARIVM.

1 *Baro an teneatur ſoluere collectam pro animalibus, quæ in territoriis feudalibus paſcua ſumunt, & num. 2. & 3.*

4 *Fructus qui percipiuntur ex territoriis feudalibus.*

5 *Collectam ſoluere in proprio incolatu an quis teneatur pro animalibus, quæ in diuerſis locis poſſidet.*

ARGVMENTVM.

Barones in Regno, num poſſint ab eorum ſubditis cogi ad Communitatibus ſoluendum collectas pro animalibus, quæ in territoriis feudalibus ad impinguandum tenent. Animalia poſſidens in alio loco, quam in illo, in quo domicilium habet, an pro illis collectam ſoluere teneatur.

CAPVT XXXV.

BArones, qui in Regno, pro bonis burgenſaticis, quæ in eorum Terris poſ- 1 ſident, collectam ſoluere tenentur, vti tamen bonatenentes, ſæpè ſæpiùs dubitatur, nùm pro animalibus, quæ in territoriis feudalibus paſcua ſumunt, ſimilitèr in collectis contribuere cogi poſſint?

Et affirmatiuè dicendum videtur, ex dictis per Andr. *in tit. quæ ſint Regalia, in verb. & plauſtrorum,* 2 *num.* 58. vbi cenſuit, ad aliquid contribuendum Baronem non teneri, pro illis tantùm animalibus, quæ ad feudi inſtructionem tenet, vt pro bobus, & ſimilibus ad feudum impinguandum paratis: hæc enim animalia feudalia ſunt, & pro feudalibus cenſentur; ſecus verò pro animalibus ibi ad commercium, & induſtriam repoſitis, nàm illa cùm ad feudum pertinentia dici non poſſint, de eis contribuet Baro in collectis: iſtamquè Andr. ſententiam recitat Lucas de Penna tam in *l. 2. n. 9. ver. quid de pecoribus, C. de bonis vacant. lib.* 10. quàm in *l. fin. ante n. 3. ver. quid autem de mobilibus, C. de fund. limitrophis, lib.* 11.

Contrarium autem firmauit Ant. Capyc. *in inueſt.* 3 *feudal. in verb. feudatariorum immunitas, verſ. aliqui, per id, quod tenet, &c.* dùm dicit *Andr.* loquutum eſſe de illa induſtria, quæ ex feudo non fit; ſed ex pecunia, vel negotiatione pecuniæ; ſecus verò de illa, quæ fit ad percipiendum maiores fructus de feudo, ſine qua fructus à feudo percipi non poſſunt; tunc enim boues, porci, oues, & ſimilia animalia feudi inſtrumentum eſſe videntur, iſtamque Capyc. traditionem ſequuti ſunt Liparul. in *addit. ad Andr. loco cit. in verb. ex induſtria,* aliiquè relati per Io. Franc. Capiblanc. in *prag.* 12. *de Baronibus, numer.* 14. & 15. ſub illis verbis, *Nam de frumentis, ouibus, & porcis, qui ex nemoribus ſuis impinguantur, de iis licèt mercetur Baro, non tenetur, &c.* id quod certè euidenti ratione probatur, conſtat enim, ex territo- 4 riis feudalibus, vel percipi fructus oliuarum, vel quercuum, vel herbagij; dico modò, ſi in nemoribus quercuum Baro non immitit porcos, & in herbagiis non immitit animalia vaccina, bouina, & ſimilia, poteſtnè ex his territoriis fructus percipere? certè non: ergò quonam pacto, pro his animalibus, quæ ex fructibus feudalis territorij impinguantur cogi poteſt Baro ad collectam ſoluendam? tantum enim eſſet dicere, vt Baro cogatur ad contribuendum in collectis pro animalibus, quæ ad ea impinguandum tenet in feudis, quantum aſſerere, vt cogatur ſoluere collectam pro fructibus territorij feudalis: quod quantum in Regno ſit abſonum, quis eſt, qui non videt?

Vbi autem animalia hæc, cuiuſuis generis ſint, ex 5 territoriis feudalibus paſcua non ſumerent; ſed vel ex allodialibus prædiis ipſius Baronis, vel particularium ciuium ſubditorum, & in hoc nulli dubium eſt, quòd Baro ad collectam teneretur, & hoc ſiuè domicilium habeat in eius Baronia, ſiuè in loco, vbi natus eſt; illud enim, quod ex Gloſ. Bart. Ang. Rebuff. & aliis diximus *lib.* 1. *cap.* 67. *num.* 1. nimirùm, vt quis in propria patria ad collectarum ſolutionem teneatur, etiam pro bonis, quæ in alio loco poſſidet; procedit ſine dubio, quando bona illa ſolutioni tributorum in loco, vbi ſita ſunt, obnoxia non eſſent; ſecus verò ſi aliter poſſeſſor ad onus aliquod ſubeundum ibi cogi poſſet: videatur quæſo Io. Ant. de Nigris *in cap. Regni* 194. quod incipit, *In ſingulis, num.* 8.

vbi

vbi in propriis terminis quærit, an pro animalibus, quæ in diuerſis locis quis poſſidet, collectam in loco proprij incolatus ſoluere teneatur, vel potiùs in locis, in quibus animalia illa tenet, & quòd ſit taxandus in loco, vbi animalia paſcua ſumunt, quamuis ibi domicilium non habeat; per plura concludit: vide illum, quia doctè, & diſtinctè loquitur.

SVMMARIVM.

1 *Electio Syndicorum, & Electorum, an fieri poſſit in perſonas illorum Ciuium, qui aliàs ad Regias triremes damnati fuerunt, & num. 2. & 4.*

3 *Conſideranda quæ ſunt in electione Syndicorum, & Electorum.*

5 *Damnatus ad Regias triremes ab Ordinum ſusceptione repellitur.*

6 *Electio facta de digno, omiſſo digniore valida eſt.*

7 *Baro an poſſit confirmare Officiales Vniuerſitatis minora ſuffragia habentes.*

ARGVMENTVM.

Barones, ad quos in Regno ſpectat ius confirmandi Syndicos, cæteroſque Vniuerſitatum Officiales, nùm teneantur confirmare electos illos, qui aliàs ad Regias triremes propter maleficium commiſſum damnati fuere. Et ſuppoſita hac confirmandi facultate, an poſſint confirmare Officiales minora ſuffragia habentes? vbi Deciſiones S. Conſilij.

CAPVT XXXVI.

1 BARONES multi ſunt in hoc Regno, qui ex priuilegio, vel legitima præſcriptione habent ius confirmandi Syndicos, cæteroſquè Officiales, qui in eorum Terris ab Vniuerſitatibus ad benè gubernandum eliguntur; contigit, fuiſſe electum in Syndicum Ciuem, qui aliàs ad Regias triremes, propter maleficium commiſſum certo tempore damnatus extitit, fuit dubitatum, an Baro illum confirmare teneatur, ſicque electionem factam approbare?

2 Reſpondi de hoc conſultus, Baronem electionem factam nullatenus tuta conſcientia confirmare poſſe, ſi hic talis fuit ad Regias triremes damnatus propter delictum, quod irrogat infamiam, etenim dubitari non poteſt, electionem fuiſſe a principio nullam propter vitium, quod conſideratur in perſona electa; cùm illi dumtaxat in Syndicos, & Adminiſtratores eligendi ſint, qui adeò bonam, & laudabilem conditionem habent, quòd meritò eligi mereantur; ita ex text. *in cap. 3. de elect.* Ioan. de Plat. & aliis, in terminis, de quibus agimus, docet Montanar. ad interpretat. *prag. 2. num. 324. de adminiſt. Vniuerſ. ſolo mihi* 188. inter *com-ment. diuerſ.* ſubdens, in illorum electione fore conſi- 3
derandam nobilitatem, prudentiam, fidelitatem, & bonam conſcientiam, cum mentis integritate; quæ certè in eo, qui propter aliquod graue facinus ad Regias triremes, quamuis limitato tempore damnatus extitit, conſiderari non poſſunt, & in terminis terminantibus dixi, quòd hanc amplexus fuit ſententiam Rouit. in *eadem pragm. 2. num.* 11. vbi expreſſis verbis
dixit, non eſſe admittendum in Officialem Vniuerſi- 4
tatis, qui atrocis iniuriæ pœna eſt damnatus: aſſignat rationem, quia infamis eſt, & allegat text. cum Gloſ. *in l. Diuus, ff. de iniur.*

Hinc meritò aliàs dixi, ad Regias triremes damna- 5
tum tanquàm infamem ab Ordinum ſuſceptione repellendum, *lib. 1. cap. 182. num. 3.* vbi autem electio de perſonis dignis, & idoneis proceſſerit, tenetur omninò Baro illam confirmare, quamuis digniores, & idoneiores eligi potuiſſent, cùm ſat ſit Vniuerſitati, idoneos
elegiſſe, ſatisfactum enim dicitur in foro exteriori, ſi 6
eligatur dignus, digniore; & magis idoneo omiſſo, vt in his terminis probat Nouar. *de grauam. vaſal. lib. 1, grauam. 135. & ſeq.*

Placet etiam hic notare, quod quando Baro in ele-
ctione Officialium Vniuerſitatis non habet niſi ius 7
confirmandi, facta electione, non poterit confirmare illos, qui habent minora ſuffragia; ſed cogitur præciſè confirmare maiora ſuffragia habentes, dummodò illi digni ſint, & aliquem non patiantur defectum: allegatur communiter text. vbi Canoniſtæ omnes, in *cap. dudum 22. extra. de electione*, optimè Paul. Staiba. *conſ.* 52. vbi latè hoc fundat, ſicquè pluries per Sacrum Conſ. deciſum teſtatur D. Reg. Rou. *in prag. 2. nu. 49. de adminiſtrat. Vniuerſ.* & ſemel atquè iterũ pro Vniuerſitate Hemigliani, me patrocinante, contra eius Baronem Principem Terroli, idquè ſub die 16. Martij 1637. confirmando decretum ſic latum anno præcedente, referente D. Conſiliario Prouenzale penes Carbonam S. C. actorum Mag.

Et quamuis in cauſa Vniuerſitatis Vulturariæ, cum eius Barone in ſecunda inſtantia fuerit per Sacrum Conſ. data libera facultas Baroni confirmandi, quem voluiſſet, reuocando decretum pro Vniuerſitate latum; id euenit, vt aduertit idem D. Reg. Rou. *loco cit.* quia fuit producta quædam ſententia antiqua reintegrationis, per quam conſtabat potuiſſe Baronem confirmare, quos voluiſſet ad ſui libitum, vt conſtat ex illo proceſſu, quem vidi.

SVMMARIVM.

1 *Salarium, quod à Barone præſtari debet vaſallo pro illo laboranti, quomodò taxatur in Regno, & num. 2.*

3 *Baro an poſſit cogere vaſallum ad ſeruitia præſtandum alteri, & num. 5. & 7.*

4 *Carolus V. Imperator ingreſſus fuit Ciuitatem Neap. 25. Nouembris 1535.*

6 Prag. 1. & 2. de ſalario eorum, &c. *declaratur.*

8 *Seruituti alterius hominẽ addicere, graue eſt.*

9 *Baro an poſſit cogere vaſallum ad ſeruiendum pro mercantia.*

10 *Baro poteſt cogere ſubditos, vt prius Terras ſuas, quàm aliorum colat.*

11 *Salarium per* Pragm. *ſtatutum non niſi ſemel à Barone debetur.*

ARGVMENTVM.

Baro num poſſit vaſallos cogere, vt ſoluta eis mercede alteri præſtent ſeruitia. Baro exercens mercantiam an poſſit cogere vaſallos ad ei in illa mercantia inſeruiendum. Salarium quodnam à Barone ſolui debet, in illa die, in qua Operariis diuerſimodè à cæteris Conciuibus ſolutum eſt, & de aliis, vbi ſingularis obſeruatio *D. Io nnis Angeli Piſanell.*

CAPVT XXXVII.

1 BARONES cùm à vaſallis burgenſibus perſonalia exquirunt ſeruitia, tenentur illis in futuri laboris recognitionem certam præſtare mercedem, ſic dictantibus duabus Regiis ſanctionibus, in quibus merces hæc, ſiuè ſalarium, iuxta ſeruitij qualitatem taxatur, quæ in *volum. Pragm.* ſunt 1. *&* 2. *in tit. de ſalar. eor. qui mittunt. pro negot. ſeù ſeruit. Reg.* taxa autem in dictis Regiis ſanctionibus præſcripta, ſemper fuit interpretatum, vt locum habeat, quando ſeruitia extra territorium iniungentur; at ſi intra fines feudi, ſiuè infra dietam, ideſt vſque ad viginti milliaria, non ſemel declaratum extitit, vt præſtetur ſalarium, provt inter Ciues, ita Præſ. de Franch. *dec.* 526. *num.* 3. Reg. Rouit. in *d. prag.* 1. *&* 2. *n.* 6. *&* 7. Barbat. *de diuiſ. fruct. par.* 2. *cap.* 11. *num.* 39. & Nouar. *de grauam. vaſall. lib.* 3. *grau.* 71. *& deciſ.* 188. *num.* 2. *&* 3. circa
2 quod tamen Noſtrates animaduertunt, quod ſi illa die, qua vaſallus Baronis ſeruitio incumbit, vnus ex Ciuibus pro Operarij ſeruitio carolenum ſolueret vnum, alter verò granos duodecim, & alter quindecim, Baro non niſi illud, quod eſt minus ſoluere tenetur, ita ex Guid. Pap. *deciſ.* 252. per text. *in l qui concubinam, §. cùm ità, ff. de legat.* 3. dixerunt Petra ad Capyc. *deciſ.* 163. Barbat. *d. cap.* 11. *n.* 39. & Nouar. *d. dec.* 188. & in *d. grauam.* 71. *num.* 4.

3 Sed reuocatur in dubium; fac, vt Baro vaſalli ſeruitio in aliquo miniſterio non indigeat; ſed benè eo indigeret aliquis eius conſanguineus, amicus, ſiuè alter vaſallus diues, nùm valeat Baro ipſe vaſallum, qui operas ſuas locare ſolet, cogere, vt ſoluta ſibi mercede, conſanguineo, amico, vel alteri diuiti vaſallo præſtet ſeruitia?

Excitarunt quæſtionem hanc Matthias Berlichius *dec. Lipſienſ.* 67. cæterique relati à Nouar. *tract. de grauam. vaſall. lib.* 1. *grau.* 79. qui vnanimi conſenſu negatiuè reſponderunt, exiſtimantes, tunc demùm ſeruitia hæc à vaſallis fore præſtanda, cùm Domini iis opus habeant, ſicquè ad propriam Baronum vtilitatem neceſſaria iudicentur, non autem aliorum, qui in vaſallos nullam habent iuriſdictionem; ſed omnium primus eandem firmans ſententiam, de his egit inſignis Io. Angel. Piſanellus *annotatione*, ſiuè *obſer.* 18. quam habeo cum aliis propria eius manu ſcriptam, *impreſſa iàm poſt illius mortem, ſub tit. commentarij ad d. prag.* 1. *inter comment. diuerſ.* ſed certè citra *Authoris* mentem, provt ex diſcurſu patet, ſunt enim verba hæc.

Ieſus, Maria.

Quando Cæſarea Maieſtas venit Neapolim, cuius 4
ingreſſus fuit in die Sanctæ Catharinæ de menſe Nouembris 1535. in ſuo regreſſu deputauit Iudices circa grauamina vaſallorum: in diſcuſſione multarum cauſarum, in quibus Ego pro Baronibus, & feudatariis
interueni; inter alia grauamina fuit propoſitum vnum, 5
quia Baro volebat, quòd ſeruitia, ad quæ vaſalli tenebantur Domino, præſtarentur alteri. Et vt intelligatur perfectiùs dubium, Nos in Regno habemus plura *Capitula, & Conſtitutiones*, de ſeruitiis præſtandis per vaſallos; & quia Paris de Put. *de ſyndic. in tit. de vaſal.*
Baron. illa refert, ſolùm ſubdam de Pragm. *Regis Fer-* 6
dinandi Primi, per quam ſtatuitur ſalarium, & vaſalli tenentur ſeruire, & vt pluriès dixi in diſcuſſione cauſarum, illa *pragmatica* licèt videatur facta ad releuamen vaſallorum, tamèn videtur mihi, quòd ſit in damnum vaſallorum, quia vaſalli poſſunt cogi ad ſeruitia præſtanda, cum ſalario tamen; & ita continuò pra-
cticatur, & ſæpiſſimè iudicatum eſt. Formabatur igi- 7
tur difficultas, an ea ſeruitia, quæ Baroni debebantur, vel cum propria perſonâ, vel cum beſtiis, potuiſſet Baro ordinare vaſallo, quòd illa præſtaret alteri cum eodem ſalario? Et quamuis pro Barone allegaretur *Iacobin.* qui dubium format *in ſua inueſtit. in tit. de roidis, in princip.* vbi limitat in obſequialibus; Tamèn mihi viſum fuit, nullo modo poſſe vaſallum aſtringi ad ſeruiendum alteri.

Hoc fundabam primò, quia *omnia Capitula, Conſtitutiones, & Pragmatica* loquuntur pro ſeruitiis Curiæ Baronis, ideſt, quando pro vſu Baronis, & eius domus, ergò non debet fieri extenſio ad alias perſonas, poſtquam ſunt onera vaſallorum: ita decidit Andr. *in Conſtit. Regni perſonas*, quæ eſt *Conſtit.* 5. *in* 3. *lib. verſus finem*; vbi conſiderat, quòd etiam ſi eſſet minus damnum ſeruire alteri, tamen eo inuito non poteſt adſtringi, cùm ſatis ſufficiat, ſi ei non placet, *l. fin. ff. de vſu, &*
& habit. & vt ipſe dicit *in principio*, addicere homi- 8
nem ſeruituti alterius, eſt contra ius; & ſatis eſt quòd vaſallus dicat, ſe ita commodè præſtare non poſſe, vt poſſent multi caſus conſiderari in facto; vt limitando contrariam opinionem ſentit Paul. de Caſtr. in *l.* 2. ibi, *quintò, & vltimò, ff. ſolut. matr.* quem ad hoc allegat Purpurat. *in tract. de offic. aſſeſſor. num.* 229. ibi, *& pro hac limitatione*. Et pro hoc facit deciſio Parid. *vbi ſuprà*
volentis, non poſſe Baronem pro mercantia cogere 9
vaſallum ad ſeruiendum, vel ad culturam terrarum: quod vltimum de cultura, puto intelligendum, niſi terræ eſſent de feudo; quia *pragmatica* vult in effectu, quod intus territorium ſeruetur id, quod in loco ſeruatur: quæ verba ſemper interpretata fuerunt, vt fiat ſeruitium cum eo ſalario, ſicut inter Ciues ſoluitur, & hoc videtur determinare Andr. *in tit. quæ ſint Regal. in verb. Angaria*, dùm exemplificat de vinea Imperatoris. Et pro hac opinione videtur deciſio Lucæ de Penn. *in l. generali*, ibi, *item, C. de Decur. lib.* 10. vbi voluit, poſſe Baronem cogere vaſallos colere agros, de quibus reditus ſibi debentur, ideò idem Lucas *in l.* 2. *in fine, C. de cenſib. & cenſit. lib.* 11. decidit, quod Baro
poteſt cogere ſubditos ſuos, vt potiùs Terras ſuas co- 10
lant, quàm Terras aliorum; & poſtquam de ſeruitiis præſtandis loquuti ſumus, quia iam pluriès deciſum eſt, quòd ſeruitia debeantur extra territorium, quando, vt dictum eſt, pro ſeruitio Baronis, & hoc colligitur tam ex *Capitul. Regni*, quam ex *dicta Pragmatica*, dum de ſalario pro quolibet milliari, quando extra locum loquuntur, non poteſt fieri fundamentum in opinione Iacobini *in d. tit. de roidis, col.* 3. ibi, *an autem Dominus*, qui videtur tenere contrarium de iure: & tetigit Guid. Pap. *in dec.* 217. *in fine*, & ita ſeruatum vidi indifferen-

ter

ter: & Ego in Baronia mea ita ſeruo. Quibus conferunt, quæ nouiſſimè poſuit Boër. *in deciſ.* 212. *num.* 19. *cum.ſeq.*

11 Eſt etiam ſciendum, quòd ſalarium ſtatutum per *Pragm.* non debetur niſi ſemel, ideſt tam pro acceſſu, quam regreſſu, talitèr quòd ſoluta mercede vnica, non tenetur Dominus in reuerſione duplicare ſalarium: hoc pluries determinari feci; & pro iſta opinione eſt deciſio in ſimili Paridis *de ſyndic. car. mihi* 75. *in cap. Index in officio proceſſit, verſus, finem*, ibi, *& intelligo illam Conſtitutionem, &c.*

Io. Angelus Piſanellus.

SVMMARIVM.

1 *Barones Regni multa habent priuilegia erga vaſallos burgenſes, & præ ceteris illa, quæ continentur in Conſtit.* Quamplurium; *ſed an eiſdem priuilegiis potiantur illi, qui ſub alterius nomine, propria tamen pecunia feuda emere procurant, & cum ſolita recognitione, &c. & num.* 2. 3. 6. 8. 9. 11. 22. 27. 28. 29. 30. 32. 37. *&* 39.

4 *Dominium illi acquiritur, cuius contemplatione actus geritur.*

5 *Plus valet quod agitur, quàm quod ſimulatè concipitur.*

7 *Praxis, quarè ſit introducta in Regno, vt quis ſub alterius nomine feuda emat, & numer.* 34.

10 *Releuium exigitur à Fiſco per mortem illius, qui emit feudum, quamuis ſimulatè, non autem per mortem illius, cuius pecunia, & contemplatione feudum fuit emptum.*

12 *Dominium feudi non poteſt reſidere penes duos in ſolidum, & num.* 31.

13 *Recognitio, quæ fit ab emente feudum ad beneficium illius, cuius pecunia, & contemplatione eſt illud emptum, in effectu non importat niſi ſpecialem hypothecam, & num.* 33. *&* 35.

14 *Dominium, & hypotheca ſunt incompatibilia; ſed limitatur, ibidem.*

15 *Contractus alienationis rei liberæ duos habet contrahentes, tres autem contractus alienationis rei feudalis.*

16 *Rex quando contractui alienationis rei feudalis præſtat aſſenſum, conſiderat tantùm perſonam, quæ feudum acquirit; non autem illam, cuius pecunia, & contemplatione feudum emitur.*

17. *Regula*, plus valere quod agitur, quàm quod ſimulatè concipitur, *in feudis non procedit; & explicatur text.* in cap. 1. de benef. fratr. *n.* 20. *& num.* 38.

18 *Frater attento iure communi feudorum, fratri in feudo nouo non ſuccedit.*

19 *Acquiſitum ex re communi per gerentem commune negotium, vtrique quæritur.*

21 *Aſſenſus eſt ſtricti iuris, ac proindè extenſionem aliquam non recipit.*

23 *Poſſeſſio ſola feudi quem Baronem non facit.*

24 *Tenuta feudi eſt ius merè allodiale, & numer.* 36.

25 *Feudum poteſt poſſideri etiam per illum, qui eſt incapax ſucceſſionis, & dominij, quando tamen agitur de acquirenda ſimplici tenuta.*

26 *Baro quis non efficitur ex ſimplici tenuta, quam conſequitur feudi, vbi deciſio S. Conſ.*

ARGVMENTVM.

Baro an cenſendus ſit ille, ad effectum, vt priuilegiis, & prærogatiuis Baronibus conceſſis potiri poſſit, qui ſub alterius nomine feudũ emit; ſi ante, vel poſt emptionis contractum, perſona, quæ emptoris vicem geſſit, declarauerit, quòd feudum emit, vel empturus eſt pecunia, & contemplatione alterius, quem conſtituit procuratorem irreuocabilẽ ad fructus omnes ex feudo percipiendum, & ad iuriſdictionem adminiſtrandam, & cum promiſſione de vendendo, cedendo, in ſolutum dando, vel obligando feudum illud ad omnem inſtantiam, & requiſitionem illius, cuius pecunia, & contemplatione fuit facta emptio. Dominium feudi empti ex aliena pecunia nùm Domino pecuniæ aliquo modo quæri poſſit. Titulus *C. plus valere, quod agitur, quàm quod ſimulatè concipitur*, an procedat in contractatione bonorum feudalium. Tenuta feudi an quæri poſſit hæredi extraneo, vel feudorum ſucceſſionis penitùs incapaci, & de aliis ad materiam pertinentibus.

CAPVT XXXVIII.

1 BARONES Regni huius inter alias prærogatiuas, iura, & priuilegia, quibus erga vaſallos burgenſes potiuntur, illa maximi ponderis à Noſtratibus ſemper habita fuere, quæ continentur in Conſt. *Quamplurium*, ſub tit. *de adiutor. exig.* & præ ceteris ius illud, quod habent cogendi vaſallos ad adiutoria præſtanda, quando proprias filias, vel ſorores nuptui tradunt; circa quod nonnullæ huius ſupremi Senatus ortæ ſunt

ſunt deciſiones, provt videre eſt penes D. de Franch. *deciſ.* 42.73.76.83.131.& 215.

2 Sed fui aliàs interrogatus, an his iuribus, priuilegiis,& prærogatiuis,potiri poſſint illi,qui ſub alterius nomine, propria tamen pecunia feuda emere curant: Etenim ab aliquibus annis in hoc Regno praxis inoleuit, vt ſi quis careret ſucceſſore, ſiuè eſſet exterus, aut bonorum feudalium incapax,puta Monaſterium, vel Clericus, velléτque feudum emere,procurat,vt de propria pecunia à Regnicola ſucceſſores habente illud ematur, à quo, vel ante, vel poſt emptionis contractum,publico mediante inſtrumento cautelam aſſequitur, qua mediante declarat emptor, cuius pecunia, cuiuſuè contemplatione feudum emit, indequè perſonam,quæ verè pecuniam exburſauit procuratorem conſtituit irreuocabilem ad iuriſdictionem exercendam,& fructus,ac emolumenta percipiendum; & cum ampliſſima promiſſione ad illius requiſitionem de feudo diſponendi, quod quidem inſtrumentum, ſuper quo Regius impetratur aſſenſus; nos vulgo *Recognitionem* appellamus;Modò dubitatur,an hic talis, qui in hunc modum feudum emere procurauit,potiri poſſit in feudo empto illis priuilegiis,iuribus,& prærogatiuis,quibus cæteri Barones potiuntur,& ſignantèr, vt quando contigerit filiam, vel ſororem nuptui tradere, poſſit à vaſallis conſuetum exigere adiutorium?

3 Reſpondi Amico interroganti,quòd iuris communis regulis attentis,forſan quis non erraret,ſi affirmatiuam inſequeretur ſententiam; etenim negari non poteſt, attenta declaratione, modo, quo ſuprà facta, ſatis,ſuperquè conſtare, perſonam, quæ in contractu acquiſitionis feudi emptoris vicem geſſit, non pro ſe, eiúſque hæredibus,& ſucceſſoribus,ſed pro illo,cuius pecunia fuit facta acquiſitio feudum acquirere voluiſſe; quid enim clariùs loqui poterat, dùm pecunia,& contemplatione alterius, non autem ad ſui commodum feudum emiſſe faſſus fuit? vndè fit certè locus vulgatiſſimæ regulæ, quam communitèr deſumunt Doctores ex *l. ſed ſi plures* 10. *§. in arrogato, ff. de vulg. & pupil. ſubſt. in l. aditio* 45. *ff. de acqu. hæred. & in l.* 4 *filiiſfamilias* 42. *ff. de conditio. & demonſtrat.* vt rei dominium,& commodum illi acquiratur,cuius contemplatione actus geritur; contractus enim acquiſitionis reſpectu illius, qui emit, eſt pluſquam certum, quòd imaginarius, ac prorſus ſimulatus fuit; nam vt omnibus compertum eſt, tractatus fit cum illo, qui pecuniam exburſauit, & qui verè emere vult;ſed quia aliqua ſe offert cauſa,vt proprio nomine emere non poſſit; ſupplicatur Amico, qui ad emendum obicem non habet,vt emptoris,ſimulatè tamen,vicem gerat,& ſic in rei veritate ille, cuius pecunia feudum emitur, dicitur emptor,& ſimulatè, qui nudum nomen accom- 5 modat;quo fit vt ſuccedat alia iuris regula, nimirùm, vt plus valere debeat, quod verè agitur, quàm quod ſimulatè concipitur, *vulgato tit. & l.* 1. *C. plus valer. quod agitur, quàm quod ſimul. concip.*

6 Sed his,& ſimilibus, quamuis veriſſimis, non obſtantibus, contraria ſententia in caſu propoſito citra omne dubium tenenda eſt, nimirùm, vt pro Barone haberi non poſſit ille, ad finem vt iuribus,& priuilegiis Baronibus conceſſis frui poſſit, qui ſub alterius nomine feudum emere procurat, demùmque Recognitionem obtinet. Et vt pateat de veritate, eſt priùs 7 inueſtiganda ratio, quarè praxis inoleuit in hoc Regno, vt aliqui ſub aliorum nomine feuda emant, dùm poſſunt proprio nomine abſque impedimento aliquo emere, & contrahere, hi, qui ſic contrahunt, vt plurimùm, vel ſunt exteri, vel etiam Regnicolæ, qui legitimo carent ſucceſſore,cauſas quæ mouit exteros ad emendum ſub aliorum nomine ea eſt, quia ſi proprio nomine emerent, volentes demùm vendere, id ſatis difficile eis eſſet,vt experientia docuit:ponderentur,quæſo, verba *prag.* 17. ſub *tit. de feud.* impreſſa per Me *lib.* 1. *cap.* 67. *in notis*, & quæ inibi pro illorum intellectu Egomet ſcripſi, & ponderaui. Eadem, & maior difficultas ad diſtrahendum conſideratur in Regnicolis ſucceſſoribus carentibus, attenta *Regia ſanctione*, quæ eſt 4. *in* 2. *cap. cit. tit. de feud.* ad cuius ornatum, & intellectum ſcripſi paritèr & Ego nonnulla *eod. cit. lib.* 1. *cap.* 21. vndè ad hunc obicem euitandum, hæ perſonæ procurant emere ſub nomine illorum, qui ad vendendum demùm obſtaculum aliquod non habent.

Suppoſita hac cauſa, vt paulatim ad articuli reſo- 8 lutionem deueniamus,nonnè eſt neceſſariò affirmandum,vt exteri,& ſucceſſoribus carentes, qui ſub aliorum nomine emunt, voluerint verè, vt feudi dominium illi acquiratur,qui emptoris vicem in contractu gerit,quamuis ſimulatè?Si enim recognitio, quæ fit, operaretur,vt dominium illi acquireretur, qui pecuniam exburſauit,quando demùm ad feudi empti venditionem deueniri deſideraretur,certè ad contractum perficiendum eadem ſe offerret difficultas; & tamen illa ceſſat omninò, quando attenta forma huius contractus feudum,modo,quo ſuprà emptum, alienatur.

Dico plus, ſi attenta forma horum contractuum dominium acquireretur illi,cuius pecunia,& contem- 9 platione feudum emitur, ſi hic talis ſucceſſorem in feudis non haberet,iuxta Regni Conſtit. *Vt de ſucceſſionibus*,certè feudum illud ad Regem ſupremum Dominum reuerteretur, provt & cætera illorum, qui abſque ſucceſſore decedunt,& tamen,vt accuratè pro more in propriis terminis,de quibus agimus, aduertit D. Reg. Capycius Galeot. in *loc. infrà citando*, quando caſus accidit, provt in dies accidere videmus, nunquàm Fiſcus circa hoc aliquam habuit prætenſionem, quam certè habuiſſet,ſi ius bonum fouiſſet: intereſſe autem,quod Fiſcus habet,illud duntaxat eſt,nimirùm 10 quando moritur ille, qui in contractu emptoris vicem geſſit,licèt ſimulatè,nam ſi abſque legitimo ſucceſſore decedit,feudum emptum ad Dominum reuertitur; ſin autem cum ſucceſſore,exigit ab illo conſuetum releuium,eiquè inueſtituram confirmat,ergò indubitatum eſt, feudi dominium in illius perſona radicatum dici,qui in contractu emptoris vicem geſſit, quamuis ſimulatè, non autem in perſona illius cuius pecunia,& contemplatione verè feudum emptum fuit.

Secundò validius,ad demonſtrandum,quòd per re- 11 cognitionem, quæ fit,feudi dominium nullatenus tranſlatum dici poſſit in perſonam illius, cuius pecunia, & contemplatione feudum verè emitur, ſat eſſet aſſerere,quòd in nulla huius contractus parte hoc legitur; ſi enim illius verba ponderemus ſubſtantialia, & principaliora,clarè conſtat de contrario,ex quo poſitiuè contrahentes ibi voluiſſe noſcitur,vt dominium ſit penes ſimulatum emptorem,qui licèt declarauerit, alterius pecunia, & contemplatione feudum emiſſe, vel emendum fore, hoc dicit, vt rationem redderet, quarè promittit demùm ad omnem inſtantiam,& requiſitionem illius, qui pecuniam exburſauit feudum vendere, obligare, & alienare; fuſtratoria enim eſſet hæc promiſſio,ſi per hanc recognitionem dominium transferretur in illum, ad cuius beneficium recognitio fit; ex quo nihil ſupereſſet vt transferri poſſet, nam cùm ſemel quis ſit effectus dominus, non poterit iterùm effici talis,nec dici poteſt,quòd dominium 12 remanſerit penes vtrumque in ſolidum,quia in feudis præcipuè hoc prohibetur, vt per Andr. *in cap.* 1. *§. ſi quis per triginta, circa finem, in tit. ſi de feud. def. milit.* & per Ann. *allegat.* 41. *num.* 3.

Vndè

Vndè benè in vna facti contingentia dixi Ego, di-
ctumquè meum à Supremo Regni huius Senatu fuit
approbatum, vt recognitio hæc in effectu aliud non
13 importet, niſi ſpecialem hypothecam ad fauorem il-
lius, cuius pecunia, & contemplatione feudum emp-
tum fuit, & ad hunc finem aſſenſum Regis ſuper hoc
recognitionis contractu impetrari, quia aliàs non eſ-
ſet neceſſarius: id quod nimis clarè vt idem D. Reg.
Galeota obſeruauit, ſuadent verba illa, quæ in calce
contractus apponuntur, nimirùm, vt pro obſeruantia
omnium, & ſingulorum in eo contentorum, qui re-
cognitionem facit, obligat ad beneficium illius, cuius
pecunia, & contemplatione feudum emitur, & in ſpe-
cie illud, eiuſquè corpora, & membra burgenſatica,
& feudalia, cum eius iuriſdictione, & integro ſtatu
hypothecat, talitèr quòd præferatur omnibus credito-
ribus eiuſdemmet emptoris; ergò conſtat enixe de vo-
luntate pecuniam exburſantis, vt voluerit feudi empti
dominium acquiri illi, qui in acquiſitionis contractu
14 emptoris vicem geſſit; quia aliàs in re propria pignus,
& hypotheca inſimul conuenirent, contra text. in *vul-
gata l. nequè pignus, ff. de regul. iur.* Et quamuis aliquan-
do dominium, & hypotheca ſint compatibilia, id ve-
rè, & realitèr erit, quando quis dominus, & poſſeſſor
exiſtens alicuius rei, quæ ex aliqua cauſa reſtitutioni
ſubiaceret, ceſſionem obtineret hypothecæ ab illo,
qui rem ipſam obligatam tenet, in hoc enim dumta-
xat caſu, à noſtro ſatis procul, dominium, & hypotheca
inſimul ſtare, & conuenire poſſunt; nam facto caſu
reſtitutionis, hypotheca illa à creditore ceſſa poterit
exerceri à ceſſionario olim rei obligatæ domino, ſiuè
eius hærede, contra perſonam, quæ in re illa ex legis,
vel hominis diſpoſitione ſucceſſit, ita Bar. & DD.
communiter per illum text. in *l. ex ſextante 30. §. latius,
num. 48. ff. de except. rei iudic.* idem Bart. *in l. ſi finita, §.
Iulianus, num. 48. ff. de damno infecto*, Bald. *conſ. 167.
num. 2. lib. 5.* Dec. *in d. l. nequè pignus, num. 2.* Afflict. *de-
ciſ. §. num. 1. & dec. 16. num. 4. verſ. nec obſtat. & dec. 237.*
vbi Vrſil. ante *numer. 3.* Neguſant. *tract. de pignor. 4.
membr. 5. par. n. 2. verſ. non obſtat*, & alij per Me relati
ſuprà *cap. 21. num. 8.*

15 Tertiò, & meliùs, pro dictorum confirmatione eſt
omninò animaduertendum, quòd licèt in omni con-
tractu alienationis, quæ fit de re libera, duo tantùm
ſint contrahentes, nimirùm venditor, & emptor, in
illo tamen, qui fit de feudo tres ſunt perſonæ, quæ con-
trahunt, venditor ſcilicet, emptor, & directus dominus,
cap. Imperialem, vbi Camer. *fol. 24. lit. S. de prohib. feud.
alien. per Feder.* & habetur in *Conſtit. Conſtitutionem
diuæ memoriæ*, D. Reg. de Pont. *conſ. 45. num. 14. lib. 2.*
Vndè ſi dices, quem ſimulatè feudum emiſſe, ex quo
alterius pecunia, & contemplatione emit, hoc erit in-
ter ipſos contrahentes, de ſimulatione participes; ſecus
16 autem reſpectu Regis, qui cùm huius ſimulationis ſit
penitus ignarus, quando contractui præſtat conſen-
ſum, conſiderat tantùm perſonam feudum acquiren-
tem, in quam conſentit, non autem illum, cuius pecu-
nia, & contemplatione feudum emitur; quo quidem è
Noſtratibus perpenſo, in propriis terminis, de quibus
agimus concluſionem firmarunt, quoad acquiſitio-
nem dominij rei feudalis, nullius conſiderationis eſſe,
de cuius pecunia feudum emitur; ſed conſiderari dum-
taxat perſonam acquirentem, in quam D. Rex con-
ſenſit, ita ſatis benè D. Reg. de Curte in *ſuo diuerſ.
iur. feudal. par. 1. cap. 14. num. 104. fol. 53. à ter.* D. Reg.
de Pont. omninò videndus *cit. conſ. 45. à num. 14. vſque,
17 & per totum num. 20.* quò loci hæc omnia explicando
dicit, *titulum, cum ſuis ll. C. plus valere, quod agitur, quàm
quod ſimulatè concipitur*, & alterum, *ſi quis alteri, vel
ſibi*, in feudis non procedere; quia id, quod verè agitur
non eſt notum Regi, ſed tantum id, quod ſimulatè eſt
conceptum; & in hoc eſt aſſenſus, non autem in eo,
quod eſt verè actum: allegat text. egregium *in cap. 1.
de beneſic. fratr.* nam cùm de iure communi feudorum
ſit diſpoſitum, vt in feudo nouo frater fratri non ſuc- 18
cedat, *cap. 1. §. ſin autem, de his, qui feud. dar. poſſ. & c. 1.
de duobus fratr. de nouo benef. inueſt.* addit text. *in d. c. 1.
de benef. fratr.* quòd hoc fallit, ſi de pecunia communi
fuerit feudum acquiſitum, dummodò (nota) hoc ſit
cum conſenſu Domini, quia aliàs nihil prodeſſet; &
ſic text. voluit apertè, ita demùm in acquiſitione feudi
conſiderari perſonam, cuius pecunia feudum emitur,
ſi Dominus directus in actu acquiſitionis hoc ſciue-
rit, ſecus ſi ignorauerit; Indè Andr. in *eo text.* circa
huius ſcientiæ importantiam, quærens, quare aliàs ac-
quiſitum ex re communi per gerentem commune ne- 19
gotium vtrique quæritur, idemquè ſi fuerit communi
nomine acquiſitum, ex diſpoſitione text. in *l. ſi patruus,
C. commun. vtriuſque indic.* reſpondet, hoc procedere
in bonis liberis, ſecus in feudo, vbi ſemper Domini
ſcientia requiritur, ea quidem ratione, quia non tene-
tur Dominus inuitus habere vaſallum, ergò ſubdit
Reg. de Pont. non attendi quod verè actum eſt; ſed
inſpici dumtaxat id, quod eſt ſcriptum.

Hanc eandem ſententiam his, & aliis diſertiſſimis 20
mediis defendit, & pro indubitata tenet D. R. (apyc.
Galeot. *contr. iur. lib. 1. contr. 28. à num. 1. vſque & per
tot. num. 18.* vbi in *principio* dicit, eſſe merè ſomnium
vigilantium illorum, qui dicerent, dominium feudi
venditi iuxta praxim ſuprà traditam ex contractibus,
& declarationibus, quæ fiunt, acquiri illi, cuius pecu-
nia, & contemplatione feudum emitur, *ibiquè in fine*
pro hac ſententia huius Supremi Senatus deciſionem
refert, quam vide omninò; nullibì enim, vt ſuperiùs
diximus, in his declarationibus leguntur verba domi-
nij tranſlationem importantia, & Regius aſſenſus,
qui ſuper hoc recognitionis contractu petitur, non
aliter impetratur ad finem, vt ſimulatio ſit nota Regi,
& ſucceſſiuè vt ex ea dominij tranſlatio de perſona
in perſonam cauſari poſſit, ſed ad finem dumtaxat, vt
feudum, quod emitur, remaneat validè obligatum pro
obſeruantia eorum, quæ in illo recognitionis con-
tractu promittuntur, ſicque nullatenus extendi poteſt,
vt importet pariter dominij tranſlationem, de qua
verbum nullum, nec in contractu, nec in ſupplicatio-
ne, quæ pro aſſenſu porrigitur, prout ex illorum te-
nore, quando caſus acciderit, videri poteſt, eſt enim
hic aſſenſus ſtricti iuris, ac proinde extenſionem ali- 21
quam non recipit nec de re ad rem, nec de perſona in
perſonam, nec de contractu ad contractum, nec de
tempore ad tempus, vt probant Andr. & cæteri om-
nes in *cap. Imperialem, de prohib. feud. alien. per Feder.*
ibique Camer. *fol. 49. lit. E.* Montan. *num. 45. 46. &
47.* Frecc. *de ſubf. lib. 2. quæſt. 9. per totam, fol. mihi* 189.
Lanar. *conſ. 60. num.* 120. & dixi Egomet *lib. 1. cap. 28.
numer.* 11. dùm *ibi* de aſſenſu Apoſtolico verba fa-
cerem.

Quibus ſic ſtantibus, cauendum erit omnino à de- 22
terminatione nouiſſimè facta per Dominos de Rot.
in *vna R ossanen. decimarum, coram Illuſtriſſ. Domino Bi-
chio ſub die Veneris 28. Iunij currentis anni* 1641. dùm
præſtantiſſimi illi Patres iuris communis regulas at-
tendentes, fidemque præſtantes atteſtationibus ali-
quorum Cauſidicorum huius Ciuitatis, ac depoſitio-
nibus duorum teſtium deponentium, in hoc Regno
conſuetudinem vigere, vt exteri feuda iuxta praxim
ſupra traditam ementes, Barones euadant; contrarium
eius, quod modò firmauimus, reſoluerunt. Etenim
quoad iuris fundamenta, quæ in illa *deciſione* haben-
tur, ſatis ex concluſionibus ſuprà poſitis corruunt;
nam ſi illa vera eſſe fateri volumus, procedunt in con-
tractatione bonorum allodialium, in quibus terminis
loquũ

loquuntur omnes Doctores per *Rot.* citati; ſecùs verò in bonis feudalibus, in quibus indiuidualitèr, & in propriis terminis, de quibus agimus, loquuti ſunt, & alij per Me *ſuprà* relati.

Quò verò ad conſuetudinem, vt demonſtrarem, quòd ſit merè ſomnium illorum, qui de ea teſtati ſunt, plura mihi ſe offerrent, quæ præ modeſtia taceo; duo tamen dicam libenter. Primum, ſatis, ſuperque contrarium conſtare ex ſcriptis per tres Dominos Regentes Regiam Cancellariam, De Ponte nimirùm, De Curte, & Capycium Galeot. *locis* per Me *ſuprà citatis*, qui omnes fuerunt Viri conſummatiſſimi, & Feudiſtæ inſignes; vtique enim præſumendum non eſt, ſcripſiſſe hos peritiſſimos Doctores ſuper articulo, qui ex Regni conſuetudine diffiniebatur, nec ſequi poterat deciſio per D. Reg. Capycium Galeot. relata in *præcitata controu.* 28. quæ fuit facta iunctis Dominis Conſiliariis duarum Aularum, & vt propriis oculis vidi ex *libro Votorum*, qui conſeruatur penes Magnificum Secretarium Sacr. Conſil. nemine contradicente: & cùm pariter his diebus de hoc verba facerem cum Dominio Regente Brancia, Viro doctiſſimo, & maximo Feudiſta, qui fuit commiſſarius illius cauſæ, ſuper qua Dominus Regens Galeota ſcripſit, reſpondit mihi, apud Regni huius Peritos de his nunquam dubitatum fuiſſe: ſubiungitque ita aliàs in proximo præcedenti ſeculo, dùm viuebat magnus ille Præſes de Franchis, cum illius interuentu per S.C. determinatum fuiſſe in cauſa Aloyſij Antonij Minutuli hæredis Marini Minutuli, qui terram Cancellariæ ſub alterius nomine emerat, cum ſorore eiuſdem Marini, in qua fuit habitum pro abſoluto, vt quandoquis feudum emit ſub nomine alterius, à quo ante, vel poſt contractum acquiſitionis feudi, ſolitam obtinet recognitionem, non niſi pro creditore ſuper illo feudo habeatur, non autem pro Domino.

Alterum, quod pro reſponſione ad allegatam conſuetudinem mihi occurrit, illud eſt, quod meo paruo intellectu percipere non poſſum, quo pacto, in hoc Regno conſuetudine induci poſſit, vt Petrus cum Regis aſſenſu emat feudum, fidelitatem iuret, conſuetum quotannis ſupremo Domino præſtet ſeruitium, in generalibus parlamentis, quæ ſæpe ſæpiùs in Regno celebrantur, vt Baro ad votum præſtandum vocetur, & quò l alius eiuſdem feudi ſit Baro, potiaturque omnibus priuilegiis, & prærogatiuis, quibus & cœteri Barones fruuntur? certè hæc eſt admirabilis conſuetudo, quæ Rege inſcio Barones ſic creat, & facit, eòque magis admirabilis redditur, ſi conſideramus, per illam tot Monaſteria, & perſonas Eccleſiaſticas, quæ in dies feuda ſic emunt, Barones euadere, contra expreſſum text. in *cap.* 1. *§. qui clericus, in tit. ſi de feud. defunct. controu. ſit*, & in *Conſt. Regni, Errores eorum:* Noſcitur verè, teſtes, & Cauſidicos noſtros, qui de hac conſuetudine teſtati ſunt, ex eo allucinatos, eſſe, quia vident has perſonas, quæ ſub alterius nomine feuda emunt, eorundemmet feudorum fructus, & emolumenta percipere, omniáque poſſidere, regere, & gubernare, ac ſi verè, & realiter Domini eſſent, haud conſiderantes, quòd poſſeſſio ſola non facit quem Baronem, vt dicebat Andr. *in cap.* 1. *num.* 23. *in fin. de Capit. qui cur.*

23 *vend.* quòd dominium feudi, per cuius allequutionem quis propriè efficitur Baro, eſt penes emptorem, quamuis ſimulatum, & quòd hæc perceptio fructuum, & emolumentorum, gubernium, & adminiſtratio feudi,

24 quam nos in Regno vulgò *Tenutam* appellamus, ſit ius quoddam merè allodiale, cuius eſt capax etiam, qui feudorum eſt penitùs incapax, vt in terminis loquebatur D. Reg. Galeot. *cit. lib.* 1. *contron.* 36. *à num.* 20. *vſque ad* 34. vbi authoritate Andr. de Iſern. *in cap. Imperialem, §. illud, à num.* 68. *ad* 71. docet, quòd quando non agimus de dominio feudi, ſed de ſimplici tenuta, 25

ſiuè poſſeſſione, poteſt feudum poſſideri, etiam per illum, qui eſt incapax ſucceſſionis, & dominij. Ratio aſſignatur, quia poſſeſſio eſt facti, ſicque iure Ciuili infirmari non poteſt, poſſumus enim poſſidere rem, dicit Andr. cuius proprietatem habere non poſſumus, ad text. *in c. non dilectis*, 12. *q.* 1.

Et quòd hæc perceptio fructuum cum ampliſſima 26 adminiſtratione feudi, quæ per inſtrumentum recognitionis datur illi, cuius pecunia, & contemplatione feudum eſt emptum, ſit ius merè allodiale, à feudi dominio prorſus diſtinctum, ac ſeparatum, & ſucceſſiuè, vt per illud quis Baro effici non poſſit, Dico, fuiſſe per Sacrum Conſilium iunctis Dominis duarum Aularum, & nemine contradicente deciſum, vt ſimilitèr ex *libro Votorum* vidi, in anno 1615. & 1616. in *cauſa Fuluiæ Scondita cum D. Maria Roſſa*, cuius decreti verba habes penes Thor. in *ſuo compend. deciſ. part.* 3. *in verb. hæres an debeat immitti, in fine*, quem, vt cernitur ex allegatis per ipſum *ibi*, noſcitur appertè, nullam huius cauſæ habuiſſe intelligentiam, nec cognitionem aliquam, quam cùm nec Ego pariter haberem, volui videre proceſſum, ſuper quo incidit de his diſputari; & inueni, annis longè antè decurſis emptã fuiſſe Terrã Centulæ Prouinciæ Principatus Citrà à Marino Ruſſo nobili Sedilis Montaneæ de propria pecunia, & ad contemplationem Camilli Portij nobilis Meſſanenſis, ad cuius beneficium Marinus ipſe ampliſſimã fecit recognitionem, & cum omnibus clauſulis, quæ pro cautela Camilli excogitari poterant; contigit demùm, Camillum in anno 1580. è viuis decedere, inſtituta hærede Fuluia Scondita nepte vxoris ipſius Camilli (Deus ſcit quomodo) vndè orta fuit controuerſia ſuper ſucceſſione dictæ Terræ inter Aſcanium Ruſſum filium Marini ſimulati emptoris eo tempore defuncti, & ſucceſſiue inter D. Mariam filiam Aſcanij ex vna, & prædictam Fuluiam Camilli hæredem ex altera; dicebat Aſcanius, feudum prædictum ad ipſum tanquam filium Marini emptoris ſpectare debere, nec aliquid prætendere poſſe Fuluiam hæredem ſcriptam, tùm *primò*, quia dominium feudi nunquam penes Camillum extitit, ſed penès Marinum emptorem, & ſucceſſiuè penes ipſum Aſcanium filium, tùm *ſecundò*, quia adhùc ſi dominium feudi extitiſſet penes Camillum, Fuluia tanquam hæres prorſus extranea in illo feudo tam de iure communi feudorum, quam Regni huius ſuccedere prohibebatur. Econtra Fuluia hæres concedendo, quod negare non poterat, dominium feudi extitiſſe, & extare penes Aſcanium emptoris filium, nec vnquam penes Camillum, pro iurium ſuorum tuitione dicebat, ipſam nunquam prætendiſſe ſuccedere in dominio dictæ Terræ, quia hoc erat impoſſibile, ſed tantùm ſuccedere in illud ius percipiendi fructus ex illo feudo eo modo, & forma, prout percipiebat Camillus defunctus, quod quidèm ius cùm feudale dici non poterat; ſed merè allodiale, poterat transferri in ipſam Fuluiam hæredem, quantumuis extraneam. Vndè dubitatum fuit, vter litigantium meliora iura foueret? Sacrum Conſilium habuit pro vero, Camillum per recognitionem ſibi factam à 27 Marino feudi emptore aliud allequutum non fuiſſe, niſi ſimplicem Tenutam dicti feudi, ipſamque Tenutam eſſe merè allodialem, ſicque ad quemlibet hæredem extraneum transmiſſibilem, ac proindè mandauit, in poſſeſſionem Tenutæ prædictæ immittendam eſſe Fuluiam hæredem ſcriptam.

Hac deciſione ſic ſtante, vt omni, qua decet reuerentia ſatisfaciamus Dominis de Rota, peto Ego, quo pacto affirmari poſſit, in hoc Regno conſuetudinem inductam eſſe, vt Exteri, qui à Regnicolis propria eorum pecunia feuda emere procurant, ex recognitionibus,

bus, quæ ante, vel poſt ampliſſimè fiunt, Barones euadant, ac pro talibus habeantur? Si enim Camillus, qui erat Siculus ex recognitione ad ſui fauorem à Marino feudi emptore facta, effectus fuiſſet Baro, ſicquè illius feudi dominium aſſequutus, certè non poterat tractari, an Fuluia, quæ fuit eius hæres, in Tenutam dicti feudi immitti poterat, quia aperto iure in eo feudo ſucceſſiſſet agnatus, ſi quem habuiſſet, vel eo deficiente Fiſcus; Item ſi in cauſa, ſuper qua pro veritate ſcripſit D. Reg. Galeot. in *relata controu.* 28. Marchio Boualini effectus fuiſſet Dominus Terræ Sancti Lucæ ex declarationibus factis per ſimulatum emptorem Terræ prædictæ, Sacrum Conſilium nullatenus determinare potuiſſet, vt filia emptoris in poſſeſſione illius feudi manuteneretur Alexander Marchionis frater, & in feudis immediatus ſucceſſor.

28 Sed dicet quis, quarè in cauſa Terræ Centulæ non fuit conſeruatus in poſſeſſione hæres ſimulati emptoris, prout extitit in cauſa terræ Sancti Lucæ? Reſponſio eſt ſatis patens, nimirùm quòd in cauſa Centulæ non aliter diſputatum extitit, quiſnam in dominio illius feudi ſuccedere deberet, quia fuit habitum pro indubitato, dominium extitiſſe penes emptorem, quamuis ſimulatum, & eo defuncto in eius hæredem translatum, nec vnquam illud acquiſitum Camillo, cuius pecunia, & contemplatione feudum emptum fuit; ſed tantùm dubitatum, an annua illa perceptio fructuum feudi, quæ extabat penes Camillũ, dùm viuebat, vti ius merè allodiale transferri poterat in Fuluiam eius hæredem, & ſic quæſtio fuit circa Tenutam feudi inter hæredem ſimulati emptoris, & hæredem Camilli; At in cauſa terræ Sancti Lucæ controuerſia fuit ſuper plenaria ſucceſſione illius feudi, & Alexander Loffredus, qui pleno iure ſuccedere volebat, erat frater Marchionis, cuius pecunia, & contemplatione feudum emptum extiterat; Verùm qui feudum emerat, quamuis ſimulatè, & ſucceſſiuè eius filia excipiebat, quòd Alexander nullum ius fouebat bonum, nam quoad acquiſitionem dominij illius feudi, cùm nunquàm illud extitiſſet penes Marchionem, conſequenter in eius immediatum ſucceſſorem transferri non poterat; & quoad alia, quæ prætendere potuiſſet, vel circa Tenutam, vel circa pretium, cùm hæres, & donataria bonorum allodialium, & certorum feudorum ex Regia diſpenſatione eiuſdem Marchionis vxor extitiſſet. Alexander frater in teſtamento à Marchione nullo modo nominatus, nil prætendere poterat: Et quamuis demùm in petitorio ſuper pretij conſequutione egiſſet, quia malam fouere cauſam compertum fuit, ab inſtituto iudicio deſtitit, nec ampliùs litem proſequutus fuit, venditaque Terra Sancti Lucæ, pretium obuentum vxori Marchionis hæredi inſtitutæ ſolutum fuit.

Vnde ex his omnibus ſic benè, vt ſpero, enucleatis, ex omni ſui parte tutiſſima redditur noſtra ſententia, nimirùm vt ille verè, & realiter dicatur Baro, qui feudum emit, quamuis ſimulatè; illum autem, cuius pecunia, & contemplatione feudum fuit emptum, per recognitionem, quæ fuit Regio aſſenſu vallata, non aliter aſſequi eiuſdem feudi dominium, per cuius aſſequutionem efficitur quis Baro; ſed ſimplicem Tenutam, quæ eſt merè allodialis, & ſucceſſiuè hunc talem nullatenus Baronem appellari, & cenſeri poſſe, ad finem vt priuilegiis, immunitatibus, & prærogatiuis Baronibus Regni huius conceſſis potiri poſſit. Hæc occurrunt.

Sacra Rota conſideratis his omnibus hìc per Me allegatis, exiſtimauit, in caſu propoſito, & meritò recedendum eſſe à deciſis in *d. Roſſanen. decimarum, dicta die* 28. *Iunij* 1641. prodiitquè anno ſequenti alia *deciſio* coram *eodem Illuſtriſſimo Domino Bichio*, ſecundùm hanc, quam nos tuemur, ſententiam; quæ quidem determinatio, cùm adhùc in aliorum Codicibus non legatur, curaui, vt hìc imprimeretur, & eſt tenoris ſequentis.

Mercurij 18. *Iunij* 1642.

In hac quarta propoſitione dubij ſuper attentatis cuius reſolutio pendet à pertinentia tituli Baroniæ Coriolani, Informantes pro Reuerendiſſ. D. Archiepiſcopo noua fundamenta, & in facto, & in iure excitarunt, ex quibus Rota, reiectis prima, & tertia deciſione, ſecundam confirmauit, emiſſam 4. Iulij 1640. in qua dictum fuit, non conſtare de attentatis, quia titulus Baroniæ non eſt penes Iacobum Salutium, ſuper cuius animalibus fuit facta executio, quæ ideò attentata prætendebatur, ſed penès Leonem Pariſium.

Quod apparet tàm ex inſtrumento venditionis di- 29
cti feudi factæ à Duce Rhodi ipſi Leoni Pariſio proprio nomine ſtipulanti, cui propterea Baronia quæſita fuit, quamuis ex aliena pecunia emiſſet; *l. ſi ex ea, C. de rei vend. l. qui aliena pecunia, l. nihil prohibetur, C. ſi quis alteri, vel ſibi*, Menoch. *conſ.* 123. *nu.* 15. Neguſant. *de pignor. 2. memb. par. 2. num.* 13. Oſaſch. *deciſ.* 140. *num.* 4.

Quàm etiam ex alio inſtrumento recognitionis ante dictam venditionem ſtipulato inter Salutium, & Pariſium; Tùm quia illud continet expreſſam declarationem, quod dominium feudi acquiratur Pariſio, eiuſquè hæredibus, & ſucceſſoribus, ibi, *Adeò, quòd transferatur, & transferri intelligatur in ipſum Leonem, eiuſquè hæredes, & ſucceſſores, & per eos acquiratur dominium, & poſſeſſio dictæ Terræ, & feudorum, &c.* & infrà, ibi, *Et donec dominium dictæ terræ, &c. fuerit penes ipſum Leonem*, & non ſemel Leo enunciatur Dominus vtilis eiuſdem Terræ, ibi, *Item ad procuratorio nomine ipſius Leonis, & pro eo tranſigendum, &c. de quibuſuis differentiis, &c. inter ipſum Leonem vtilem Dominum dictæ Terræ, Caſalium, & feudorum, &c. & quaſuis perſonas vertentibus, &c.* & infra ibi, *Item pro ipſo Leone tanquam vtili Domino Dictæ Terræ, &c.* Ac tandèm ibi, *Item ad nominandum, &c. in quibuſuis Abbatiis, &c. ad collationem ipſius Leonis tanquàm vtilis Domini, &c. ſpectant.*

Tùm etiam, quia Salutius conuênit, quod *Leo ad* 30
omnem illius requiſitionem teneatur feudum in ſolutum dare, cedere, renunciare, aut alio quouis titulo transferre; id quod ſupponit dominij acquiſitionem in perſona Leonis, citra quam Leo feudum per ceſſionem, aut aliam alienationis ſpeciem in alium transferre non potuiſſet; ad tex. *in l. nemo plus iuris, ff. de regul. iur.* in terminis Menoch. *conſ.* 122. *num.* 67. Rota *dec.* 130. *num.* 13. *p.* 5. *recent.* & demonſtrat, apud Leonem reſidere facultatem diſponendi de titulo feudi, per quam in eundem dicitur tranſlatum dominium, Angel. *in Auth. de reſtit. ante nu.* 1. *verſ. nota*, Menoch. *conſ.* 381. *n.* 6. quia de ea dominiũ formalitèr prædicatur, *l. in re mãdata, C. mãdat.* Corn. *in l.* 1. *n.* 32. *C. de hered. inſt.* Menoch. *cõſ.* 492. *n.* 12. Rota *dec.* 263. *n.* 1. *par.* 1. *diuerſ.*

Ex incluſione autem Leonis venit in neceſſariam 31
conſequentiam excluſio Salutij, quia impoſſibile eſt, dominium eiuſdem rei, & generis, apud duos in ſolidum eodem tempore reperiri, *l. ſi vt certo, §. ſi duobus vehiculum. ff. commodat. l.* 3. *§. ex contrario, ff. de acquirend. poſſeſſ.* latè Gomez. *in l.* 45. *Tauri, numer.* 98. & in terminis dominij vtilis, Iſern. *in cap. primo §. ſi quis per triginta, ſub numer. octauo, ſi de feud. defunct. milit. & in cap.* 1. *numer. decimo,*

& 11.de capit. Corrad. Menoch. *conſ.* 226. *num.*154. Anna *alleg.* 41. *num.*3. Surd. *dec.*282. *num.*22. Gamma *deciſ.Luſit.*244.*n.* 1. Et gratis dicitur, dominium Leonis conſiderabile eſſe reſpectu dumtaxat deuolutionis feudi ad Cameram Regiam, & ſolutionis releuij; quia in præfatis inſtrumentis hæc reſtrictio nullatenus legitur.

32 Quinimmò, quòd apud Salutium nullo reſpectu dominium, ac titulum Baroniæ Partes reſidere voluerint, comprobat vlteriùs tàm ſupradicta promiſſio Leonis dandi inſolutum, cedendi, & renunciandi feudum Salutio ad omnem eius requiſitionem, ſignum euidens, quòd ante huiuſmodi ceſſionem, ſeu renunciationem Salutius dominio caruit, & caret, quia alioquin inutilis illa foret, cùm quod noſtrum eſt, ampliùs noſtrum fieri non poſſit, & impoſſibilis ſit in eadem perſona titulorum ſucceſſiua multiplicatio reſpectu dominij; *l.* 3. §. *ex pluribus, ff. de acquir.poſſeſſ.c. inter dilectos, circa fin.de fid.inſtr.* Cancer. *var.reſolut.par.3.cap.7.num.* 313. Rot. *deciſ.* 218.*num.* 10.*par.* 6. *recentior.* Nec ſola promiſſio cedendi, dominium tranſtulit, Faber *de laudem.decad.* 1.*error.*4.*num.*16.

33 Tùm explicita conſtitutio hypothecæ ſpecialis, quam Salutius ſibi reſeruari voluit ſuper bonis feudalibus cum prælatione quibuſcunque creditoribus Leonis, donec ſequatur dicta ceſſio, aut renunciatio, ſeù pretij ſolutio; nam quia hypotheca in re propria non cadit, *l. nequè pignus, ff. de reg. iur.* Ruin. *conſ.* 174.*num.*15.*lib.*1. Surd. *conſ.*195.*num.*6. eius reſeruatio denotat, dominium non reperiri penes reſeruantem, vt benè ad propoſitum ratiocinatur Socin. *conſ.*93. *n.* 6 *lib.*1. Aret. *conſ.*159.*num.*15. *verſ. ſed qui promittit,* Surd. *conſ.*184. *nu.*3. Vinc.de Franc. *deciſ.*506.*num.*12. *& ſeqq.*

34 Idemque ſuadet cauſa finalis, ob quam Salutius emit feudum proprio nomine, vt facilè poterat, ſed nomine Leonis, quia ſcilicet cùm ſit aduena, non potuiſſet poſtmodùm de feudo diſponere abſque conſenſu Regiſmet, obſtante *Pragmatica* 17. *de Feudis,* qui difficiliùs, aut ſaltem tardiùs impetratur, quàm conſenſus Proregis, qui ſolus ſufficit, quando vendit Regnicola, qualis eſt Leo; & ob id inoleuit praxis in Regno, quòd Exteri procurant per Regnicolam feuda emi de propria eorum pecunia, reſeruata ipſis ad partes poteſtate, & mandato ad iuriſdictionem adminiſtrandam, feuda regendum, & fructus percipiendum, vt deponunt plures teſtes pro D. Archiepiſcopo examinati, & atteſtantur inſignes Doctores Neapolitani, Regens Capyc. Galeota *controuerſ.* 28. *ſub num.*6.*lib.*1. & Donat Anton. de Marin. *reſolut. quotid. cap.* 38.*num.*2. *&* 7. *lib.* 2. At verò ſi dominium feudi fuiſſet quæſitum Salutio, quando demùm ad feudi empti venditionem deueniri deſideraretur, eadem ſe offerret difficultas, & neceſſitas aſſenſus Regiſmet, quam Salutius euitare, vt ſuprà, voluit: & ſic etiam ex hoc colligitur voluntas contrahentium acquirendi dominium ſoli Leoni, à qua voluntate dominij acquiſitio pendet, *l. in omnibus, ff. de act.& obligat.* Senat. Dolan. apud Griuell. *deciſ.* 142. *num.*6.

35 Ex quibus non obſtat, quòd in eodem inſtrumento recognitionis, Leo declarauerit ſe empturum contemplatione Salutij, eidemque reſeruata fuerit ampliſſima facultas regendi, & gubernandi bona feudalia, iuſtitiam miniſtrandi, Officiales deputandi, & redditus, ac emolumenta omnia in proprios vſus erogandi; Quia perſona Salutij contemplata fuit, non reſpectu acquiſitionis dominij Leoni tantùm iuxta prædicta acquirendi, ſed reſpectu acquiſitionis hypothecæ ſpecialis, ac emolumentorum, præſatæque ampliſſimæ facultatis gubernandi, quæ differt à dominio feudi, vt pluribus probat Salon. de Pace *ad ll. Tauri in proœm.numer.*59.*& quatuor ſeqq.* Cabot.*lib.*1.*quaſt.c.*18. quos refert, & ſequitur Cyriac. *controuer.*401. *numer.*50. Et vulgo in Regno appellatur, *Tenuta*, teſte Donat. Ant. de Marin. *dicto cap.*38. 36
*num.*24. qui addit, eſſe ius merè allodiale, cuius eſt capax, etiam qui feudi incapax eſt, ex doctrina Iſern. *in cap. Imperialem,* §.*illud, ex num.*68.*& ſeqq.de prohibit. feud. alien. per Federic.* quem ſequitur Anna *ſingular.* 535. aliique allegati per Galeot. *controuer.*36 *num.*31. *& ſeqq.lib.*1. ac ita fuiſſe deciſum in Magno Conſilio Neapolitano, iunctis Aulis, refert idem Donatus Antonius *ibidem num.*26.

Nec opus eſt quærere, an in caſu noſtro ſimul con- 37
currere potuerint in perſona Salutij dominium, & hypotheca, ſiuè, an intret regula plus valere quod agitur, quam quod ſimulate concipitur, ac tertiò, an aſſenſus Proregis Salutium Baroniæ dominum effecerit. Cùm enim ex inſtrumentis emptionis, ac recognitionis, Partes voluerint acquiri dominium Leoni, Salutio verò hypothecam, ac tenutam, ceſſant præfatæ quæſtiones; Et aſſenſus Proregis, qui non extendit recognitionem vltra ibi diſpoſita, ſed ab ea regulatur; Frecc. *de ſubfeud.lib.*2.*quaſt.*2. *numer.*14.*fol.*177. *& quaſt.*12.*num.* 16.*fol.*195. operatur ſolùm, vt valida ſit Tenuta, & hypotheca feudi ad fauorem Salutij, etiam in præiudicium ſucceſſorum, ac Regij Fiſci, Iſern. *in cap.*1.§.*quid ergò, num.*5. *de inueſt.de re alien. fact.* Præpoſit. *in cap.Imperialem, numer.*4. *in fin.de prohib.feud. alien. per Feder.* Frecc. *de ſubfeud.lib.*2.*quaſt.*29. *num.*7. *verſ. ſecundò fallit, & num.*8.*fol.*360. Roſental. *de feud. cap.*9. *membr.*1. *concluſ.*14.*num.*3.*& concluſ.*18.*num.*1.*&* 2.

Et magis in ſpecie ad regulam *plus valere quod agi-* 38
tur, reſpondetur, eam procedere in allodialibus, non autem in feudalibus: eſtquè ratio differentiæ, quia in his vltra perſonas venditoris, & emptoris interuenit etiam Dominus directus, qui conſentiendo contractui tollit obſtaculum reſpectu alienantis, & videtur dare, & conferre reſpectu acquirentis; Vndè fit, vt ſemper attendi debeat perſona, in quam ille conſenſit, nequè referat, de cuius pecuniis feudum fuerit emptum, Camill. de Curt. *in diuerſ. iur. feud. par.*1. *capit.*14. *num.* 140.*fol.* 53. *à tergo*, ſeu quid in occulto verè Partes ſenſerint, quia Domino directo non eſt notum id quod vere agitur, ſed tantùm id quod ſimulatè eſt conceptum, & in hoc eſt eius aſſenſus, non autem in eo, quod eſt verè actum, vt benè aduertit Ioan.Franc.à Ponte *conſ.*45.*num.*14.*& pluribus ſeqq.lib.*2.

Prove nequè curandum eſt de ex aduerſo alle- 39
gata conſuetudine, ac teſtibus deponentibus, quod per huiuſmodi inſtrumenta recognitionum Dominus pecuniæ in emptionem erogatæ efficitur Baro, omnibuſque Baronalibus priuilegiis potitur. Quia tam ex prædictis, quàm ex pluribus aliis per Informantes pro D. Archiepiſcopo adductis, dicti teſtes probantur in multis alieni à veritate, & præualent teſtes Archiepiſcopi contrarium deponentes, quibus inhærent fides extraiudiciales Aduocatorum Curiæ Neapolitanæ, inter quos ipſe Ioannes Baptiſta de Thoro, recedendo ab iis, quæ aliàs dixerat, & Galeot. *d.controuer.*28.*n.*1. *& ſeqq.* vbi, quòd contrariũ aſſerere, eſt merè ſomnium vigilantium, ipſumquè ſequitur Donat Ant.de Marin. *d.c.*38.*quotid.reſol.n.*22. ac *n.*26.*&* 27. vbi in idem refert deciſiones Magni Cõſilij emanatas iunctis Aulis, & concordat alia deciſio Collateralis Conſilij Neapolitani data *Summar. impreſſo D. Archiepiſcopi, num.*7.

Et

Et in caſu noſtro hoc ipſum comprobauit obſeruantia, vt latiùs in *ſecunda deciſione*, & in *Summario Domini Archiepiſcopi num. 10. & ſeqq.* non obſtantibus aliquibus actibus pro Salutio adductis, quia referri poſſunt ad ius Tenutæ illi competens, & ad mandatum procuratæ in dicto inſtrumento recognitionis contentum, nè aliàs erronei iudicentur.

Et ità deciſum, vtraque, &c.

SVMMARIVM.

1 *Appellare an liceat à decreto Portulani ad Iudicem ſecundarum cauſarum, & num. 3.*

2 *Appellatio à decretis, quæ proferuntur à Baiulis locorum, num interponi poſſit ad Barones, ſiuè eorum Capitaneos.*

ARGVMENTVM.

Barone poſſidente Portulaniam, num à decretis Portulani, quem elegit, poſſit appellari ad Iudicem ſecundarũ cauſarum, ſicut appellatur à Iudice primarum? & quid à decretis Baiulorum, an poſſit ad Baronem, ſiuè eius Capitaneum recurſus haberi.

CAPVT XXXIX.

1 BAro habens primas, & ſecundas cauſas in ſua Baronia, ſi demùm à Reg. Curia emerit Portulaniam, & Portulanum elegerit pro iuſtitia miniſtranda, aliàs dubitatum fuit, an à decreto Portulani ſit ad Iudicem ſecundarum cauſarum appellandum, eo modo, quo appellatur a decreto Iudicis primarum cauſarum?

2 Noſtrates tractarunt articulum in terminis decretorum, quæ proferuntur à Baiulis locorum; & communiter dixerunt, vt ab illis appelletur ad Barones, qui in eorum Terris Iuſtitiarij dicuntur, ità Affl. in *Conſt. Regni Magnæ Curiæ Noſtræ, num. 6. verſ. hodiè verò Barones*; Niger *in cap. Reg. Ad quietem publicam, num. 13 & ſeq.* Marin. *de ſubfeud. lib. 2. in 16. author. fol. mihi 349.* Vbi *in fine* addit, hoc procedere, etiam ſi fuerit appellatum ad Capitaneos eorum, & hoc propter impenſas vitandas, idemquè annui Ego *lib. 1. cap. 213. num. 23.*

3 In dubio autem propoſito inueni in quibuſdam manuſcriptis *Domini Iulij Cæſaris Minadoi* Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentis, his, quæ ſequuntur verbis, inſignem illum Iureconſultum reſpondiſſe.

Fuit dictum in Regia Camera, quòd ſicuti Baro, licèt habeat ampliſſima priuilegia, non per hoc habet Portulaniam, niſi expreſsè dicatur, vt per Dominum meum, & alios, & ità paſſim iudicatur: ità ſi habet ſecundas cauſas, non intelligitur de cauſis Portulanis, niſi expreſsè dicatur: neceſſè igitur, quòd appelletur ad Iudicem legitimum Portulani, & erit, vel Portulanus Prouinciæ, vel Regia Camera: in cauſis ſummariis Portulanus Regius: in cauſis ordinariis erit Regia Camera Iudex competens, & ità ſeruatur. hæc ille.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdotalis qualitas an requiratur in præſentando ad beneficium, ea lege fundatum, vt qualibet die Miſſæ ſacrificium in eo celebraretur, & n. 5. 6. 7. 8. 9. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. & 21.*

2 *Canonicatum an quis poſſit habere in Eccleſia Collegiata, & inſimul in plebe rurali ſimplex Altare.*

3 *Beneficia plura habere ius non reſiſtit.*

4 *Capellanus an ab Epiſcopo cogi poſſit ad reſidendum in ſimplici beneficio.*

10 *Gratificationi quando locus eſt in pluribus præſentatis ad beneficium de iurepatronatus.*

18 *Obſeruantia eſt aqua interpres dubiæ voluntatis teſtatoris.*

19 *Presbyteri nomen an comprehendat quemlibet Clericum, etiam in minoribus conſtitutum, & num. 20.*

ARGVMENTVM.

Beneficium ſi fuerit ea lege fundatum, vt ſingulo quoque die in eius Altari à Beneficiato pro tempore Miſſæ ſacrificium celebretur, an illo demùm vacante, in præſentatione reſpectu præſentandi Sacerdotalis qualitas requiratur, vel ſat ſit, ſi præſentetur quilibet Clericus, adhuc in minoribus conſtitutus? vbi *nouiſſima deciſio* Rotæ Romanæ.

CAPVT XL.

BEneficium ſub titulo Sanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, de iurepatronatus laicorum ea lege, eóque iniuncto onere fundatũ reperiebatur, vt ſingulo quoque die in eius Altari à Beneficiato pro tempore Miſſæ ſacrificium celebraretur; fuit dubitatum, an vacante beneficio in præſentatione reſpectu præſentandi Sacerdotalis qualitas requiratur, vt ſcilicèt qui præſentandus eſt, actu Sacerdos eſſe debeat; vel ſat ſit, ſi præſentetur quilibet Clericus, adhùc in minoribus conſtitutus? 1

Intricata eſt quæſtio hæc, quandoquidèm Lapus *allegat. 15.* in quæſtione illa. An quis abſque Apoſtolica diſpenſatione poſſit in Eccleſia Collegiata habere Canonicatum, & inſimul in plebe rurali ſimplex Altare, in quo teſtator mandauit, à Presbytero eligendo diuina celebrari. Affirmatiuam amplexus fuit ſententiam, ea quidèm ratione, quia ius non reſiſtit, vt quis plura poſſideat beneficia, ad text. in *c. dudùm*, vbi Gloſ. magna *de præbend.* 2 3

Nec in aliquo obſtare, ſi quis opponeret, quòd illud Altare perſonalem exigit reſidentiam, ex eo, quòd iuſſum fuit, ædificari pro Miſſis celebrandis. Quia ſatis teſtatoris voluntati prouiſum cenſetur, ſi ibi per alium diuina celebrentur; nec iure cautum eſt, quòd hoc caſu Beneficiatus per ſe, & non per alium deſeruire debeat, ſicquè in anno 1579. Sacram Congregationem Sacri Tridentini Concilij Interpretem
4 determinaſſe comperimus, *ſeſſ.* 22. *cap.* 4. *de reform.* dùm mandauit, Capellanum abſentem non poſſe ab Epiſcopo cogi, vt ipſemet occaſione celebrandi in beneficio reſideat, licèt in fundatione diſpoſitum ſit, vt Capellani perſonaliter celebrent, cùm iſtis Miſſarum oneribus rectè per ſubſtitutum ſatisfiat; cuius quidem Sacræ Congregationis determinatione, & *Lapi* authoritate moti Domini de Rota, in terminis caſus propoſiti in *vna Romana Capellaniæ ſub die* 19. *Maij* 1589. *coram D. Pamphilio* cenſuerunt, Capellanum
5 præſentandum non debere neceſſariò eſſe Sacerdotem.

Nec refragari, quod Fundatoris verba in perſonam ipſius Capellani directa videbantur, cùm dixerit, quòd beneficium pro tempore obtinens, certas Miſſas in qualibet hebdomada celebrare debeat; quia illa non reſpiciebant factum ipſum celebrationis, ſed potiùs poſita erant ad demonſtrandum obligationem, & onus, quod Fundator Capellæ impoſuerat: idemque Domini ipſi de Rota priùs firmauerant in *alia Romana Capellaniæ* 19. *Martij*, & 14. *Nouembris* 1586. *coram eodem D. Pamphilio*, quarum tenor eſt apud Garziam *tract. de benefic. part.* 7. *cap.* 1. *à num.* 79. candém-
6 que amplexus fuit ſententiam Hieronymus Gonzalez *ſuper regula* 8. *Cancell. gloſ.* 5. *à num.* 72. Vbi *num.* 74. dicit, veriorem eſſe ſententiam, non aliter requiri, quòd præſentandus præſentationis tempore Sacerdos eſſe debeat, neque in ea ætate, vt infrà annum ad Sacerdotium promoueri poſſit: rationem aſſignat, quia per illa verba, quòd præſentetur Capellanus, qui celebret, vel in qualibet hebdomada, vel menſe tot Miſſas dicat, non excluſit Fundator, quòd per ſubſtitutum non poſſit præſentatus eas Miſſas celebrare; ſequitur Gratian. *diſcept. forenſ. tom.* 1. *cap.* 133. *num.* 2. & nouiſſimè aliis relatis P. Diana *reſol. moral. part.* 4. *tract.* 4. *miſcell. reſol.* 237.

7 Contrariam vero ſententiam firmarunt Andr. Barbat. *conſ.* 33. *num.* 9. *verſ. & ex iſtis infertur, lib.* 2. & Lambert. *de iurepatron. par.* 1. *lib.* 2. *in* 27. *art.* 7. *quæſt. princip. numer.* 2. *fol. mihi* 78; hi enim putarunt, quod vbi ea lex à beneficij Fundatore data fuit, vt in qualibet hebdomada tot Miſſæ per Capellanum præſentandum celebrari debeant, quod neceſſario præſentandus eſt actu Sacerdos, non autem quilibet Clericus hoc ſacro Presbyteratus ordine non inſignitus: quam quidem opinionem centies comperimus pariter amplexam fuiſſe Rot. vt videre eſt in *deciſ.* 496. *tom.* 1. & 216. vbi aliæ referuntur *tom.* 2. *in collectis per Farinac.* in quibus fuit dictum, quod vbi in fundatione ordinatum extitit, vt pro celebratione Miſſarum deputetur, vel eligatur Sacerdos, ſiuè Presbyter, quod non niſi qui actu eſt Sacerdos præſentari debeat.

8 Quid dicendum? *Iulian. Vinian.* ad hanc controuerſiam dirimendam ſex conſtituit caſus in *ſua prax. iuriſpatronat. part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 6. *à numer.* 24. *ad finem.* Placet tamen bifaria diſtinctio nouiſſimè tradita à Rot. in *vna Maceratenſ. beneficij ſub die* 1. *Aprilis* hoc anno 1639. coràm *D. Merlino*; nàm cùm tota huius quæſtionis reſolutio à ponderatione verborum fundationis dependeat, illorum tenor eſt benè attendendus, ad tex. *in cap. præterea, de iurepatron.* Etenim aut fundans quis beneficium onus Miſſas celebrandi adiungit proſequutioni, & aptitudini præſentati, prout erat caſus à me *in principio* propoſitus, nimirùm, quando Fundator mandauit, vt tot Miſſæ in qualibet hebdomada à Beneficiato pro tempore celebrari debeant, vel ſi dixerit, quod perſona illa, quæ hoc beneficium, ſeu hanc Capellaniam obtinuerit, tot Miſſas in qualibet hebdomada celebrare habeat, & tunc quia verba hæc non aliter reſpiciunt factum ipſum celebrationis Miſſarum ab ipſo Capellano; ſed potiùs (vt benè aduertit Viuian. *loco citato num.* 32.) poſita ſunt ad denotandum obligationem, & onus à Fundatore impoſitum; citra omne dubium dicendum eſt, non aliter requiri, quod omnimodò præſentetur Sacerdos actu, ſed ſat eſſe, ſi præſentatur habitu tantùm, vt nimirùm ſit ille talis, qui in proſequutione, & tractu temporis Sacerdos effici poſſit, in his enim caſibus, cùm Sacerdota- 9
lis qualitas potiùs Sacello, & beneficio inhæreat, quàm perſonæ præſentandæ, ſatis dicimus Fundatoris voluntati prouideri, ſi onus ab illo iniunctum circa Miſſarum celebrationem adimpleatur, vel per ipſum Beneficiatum, vel per alium loco ſui; & ità procedit opinio à principio relata. Aut & tandem fundans quis beneficium, Sacerdotalem qualitatem in ipſo præſentationis, ſiuè electionis actu exegit, vt quia in iniuncto onere Miſſarum in qualibet hebdomada celebrandi, mandauit, vt pro illarum celebratione præſentetur, ſiuè eligatur, vel deputetur Sacerdos; & eo caſu non eſt, cur dubitari poſſit, vt Sacerdotalis qualitas in ipſo præſentationis, vel electionis actu requiratur, & procedit ſecunda opinio: verba autem *deciſionis* Rotæ in *dicta Maceratenſi beneficij coram D. Merlino*, adhùc non impreſſæ, vbi hæc ſynodalis diſtinctio habetur, ſunt quæ ſequuntur.

Veneris 1. *Aprilis* 1639.

Domini Angelus, & Antonius Maria fuerunt præ- 10
ſentati ad hoc beneficium, quod vtrinque præſupponitur de iurepatronatus familiæ quondam Comitis de Benedictis, & ambo medietatem vocum habuerunt, & ſub eadem data derogationem pro alia medietate obtinuerunt a S. D. N. paréſque videbantur in qualitatibus, vel ſaltem vnius qualitas, & prærogatiua æquari poterat cam altéra alterius præſentati, adeò vt in hoc æquilibrio meritorum potuiſſet eſſe locus gratificationi, vt per Abb. *in cap. cùm autem ſub num.* 3. *de iurepatron.* Lambert. *de iurepatr. p.* 3. *lib.* 2. *quæſt.* 4. *princ. artic.* 11. *numer.* 1. Cæſar. de Graſſis *deciſ.* 1. *numer.* 9. *de iurepatron.* Card. Caualer. *deciſ.* 517. *num.* 7.

Cæterùm Dominis viſum fuit, hoc Beneficium 11
eſſe Sacerdotale, ità vt opus fuerit præſentari Sacerdotem actu, vndè cùm Angelus ſuper hoc obtinuerit diſpenſationem à Papa, perinde eſt, ac ſi eſſet actu Sacerdos, ex notatis per Dec. *in cap. at ſi Clerici, §. de adulteriis, num.* 168. *de iudiciis*, Oldrad. *conſ.* 215. *num.* 6. Rot. *in recentior. deciſ.* 12. *num.* 13. *p.* 5. Lother. *de re benef. lib.* 1. *quæſt.* 40. *num.* 167. & *ſeqq.* Hanc autem diſpenſationem non obtinuit Antonius Maria, & proptereà eò potior iudicari debet Angelus, cùm 12
habeat qualitatem præſcriptā à Fundatore, ex *can. decernimus*, 16. *quæſt.* 7. Rochus de Curt. *in tract. de iurepatron. verbo, Honorificum, num.* 21. Rebuff. *in praxi, tit. requiſita ad collationem, n.* 15. Rota *in Toletana Capellania* 14. *Februarij* 1583. & *in Salamantina Capellaria del Vote* 13. *Nouembris* 1585. *coram Orano*, illa relata per Garz. *de benef. p.* 7. *c.* 1. *nu.* 117. & coram Card. Seraphin. *deciſ.* 774. *nu.* 1. coram bonæ memoriæ Buratto *deciſ.* 680. *in princ.* Io. Baptiſta Ciarlinus *controu. forenſ.*

forenſ. c. 1. nu. 97. & ſic Domini dixerunt, D. Angelum eſſe præferendum.

12 Quod autem hoc Beneficium ſit Sacerdotale, vt neceſſarium fuerit præſentari Sacerdotem actu, deſumebatur ex verbis fundationis, ibi (*Hæredes prædicti debeant eligere vnum Presbyterum in Capellanum, qui teneatur bis in hebdomada celebrare Miſſas*) in quibus ponderandum eſt, quòd teſtator inſimul iunxit actum electionis cum qualitate Presbyteratus in Capellanum, & cum onere celebrandi, adeò vt qualitas illa Presbyteratus, & oneris celebrandi Miſſas, per conſequens debeat ineſſe, & concurrere de ipſo tempore electionis, cùm qualitas adiecta verbo, intelligatur, & referenda ſit ad tempus verbi, *l. in delictis, §. ſi extraneus, ff. de noxal.* Gloſ. *in cap. nemo, verbo, Sacerdotio, de elect. in 6.* ità in puncto concludunt Abb. *in clem. vt hi, num. 12.* & *ibi* Imol. *num. 27. & 28.* Vitalin. *in § an illa, num. 16. de ætat. & qualit.* idem Abb. egregiè in *c. cùm in cunctis, §. inferiora, num. 10. & ſeq. de elect.* & *ibidem* Dec. *num. 7.* idem Dec. *conſ. 129. nu. 5.* Rip. *in l. ex facto, num. 31. ff. de vulg.* Pariſ. *conſ. 50. num. 13. & ſeqq. lib. 4.* Lambert. *de Iurepatron. lib. 2. p. 1. quæſt. 7. art. 27. & art. 29.* Guttier. *conſ. 1. num. 9. & ſeqq.* Caſtr. Palao *tract. 13. diſput. 1. punct. 6. num. 11. & 12.* vbi in his præciſis terminis fuit dictum à Fundatore, vt beneficium conferretur Presbyteris, & fuit reſolutum in *Parmen. iuriſpatronatus* 8. *Iunij* 1523. *coram Card. Blanchetto,* quæ eſt *deciſ. 580. p. 4. diuerſ.* in *Firmana iuriſpatronatus* 26. *Nouembris* 1582. *coram bonæ memoriæ Card. Pamphilio, & in Placentina beneficij* 3. *Iunij* 1613. *coram R. P. D. meo Pirouano,* quæ eſt *deciſ. 496. p. 1. rec.* vbi aliæ deciſiones allegantur *num. 2.* & in *Recanaten. Beneficij* 4. *Martij* 1608. *coram bonæ memoriæ Cardin. Lancellotto,* quæ eſt *deciſ. 216. par. 2. rec.* vbi etiam mandabatur eligi Presbyterum.

13 Nec contradicit *deciſ. in Romana Capellaniæ* 23. *Ianuarij* 1589. *coram bo. me. Card. Pamphilio,* quæ eſt apud Marcheſ. *de commiſſ. p. 1. fol. 140.* Nec *allegatio* Lapi 35. *num. 1. & allegatio* 117. cum ingenti cathalogo Doctorum, quos refert Sanchez *conſ. moral. lib. 7. cap. 1. dub. 48. num. 12.* & Pater Diana *reſolut. moral. lib. 4. reſol. 227. tract. 4. miſcel. verſ. verùm ego.* Quoniam pro reſponſione tunc ponderanda verba fundationis, à quibus hæc quæſtio tota definienda eſt; *cap. præterea, el 2. de iurepatr.* Abb. *d. §. inferiora, num. 11. de elect.* Lambert. *de iurepatr. p. 1. lib. 2. quæſt. 7. art. 28. num. 1.* Rota *d. deciſ. 496. num. 2. p. 1. & d. deciſ. 216. num. 2. par. 2. rec.* Pariſ. *d. conſ. 50. num. 14. lib. 4.* Barbat. ab omnibus citatus *conſ. 33. num. 8. lib. 2.* Garz. *de benef. par. 7. cap. 1. num. 84.*

14 Aut onus celebrandi, & qualitas Sacerdotalis exigitur ad actum, & in actu electionis; & tunc qualitas Sacerdotalis, & celebrandi per ſe ipſum actu requiritur in ipſo tempore, & in actu electionis, & præſentationis, & in his terminis loquuntur Abb. *in d. §. inferiora, num. 10.* Vitalin. *in d. §. in illa, num. 16. & 17.* & alij cumulati etiam ab ipſo Sanchez *d. dub. 48. n. 10.* & in his terminis loquuntur etiam dictæ Deciſiones *Parmenſ. Firmana, & Placentina,* ac *Recanaten. ſuprà* allegatæ, & faciunt tradita per Lother. *de re benef. lib. 2. quæſt. 47. num. 16. & ſeqq.*

15 Aut verò qualitas Sacerdotalis, & onus celebrandi non adiungitur ipſi actui electionis, ſed illius proſequutioni, & aptitudini præſentati, & tunc non requiritur, quòd præſentatus ſit actu Sacerdos, quia vel in proſequutione, & tractu temporis fiet Sacerdos, & onus implebit per ſe, vel per alium; & videtur, quòd in hoc caſu talis celebratio potiùs inhæreat Sacello, & Beneficio, ſcilicèt vt ibi celebretur, non autem perſonæ præſentatæ, & ſatis tunc eſſet ſatisfactum voluntati Fundatoris, dùm à quocumque ibi ſacra celebraretur Lithurgia, Abb. *in d. c. cùm in cunctis, §. inferiora, num. 10. in primo caſu, de elect.* & *ibidem* Dec. *d. n. 7.* & *d. conſ. 129. ad fin. verſ. allegata in contrarium,* & Rip. optimè in *d. l. ex facto, d. num. 31. ff. de vulg.* Pariſ. *conſ. 50. num. 17. lib. 4.* Roch. de Curt. *de iurepatron. verbo, Honorificum, quæſt. 4. num. 21. verſ. ſi autem.* In hoc autem ſecundo caſu loquitur *d. deciſ. Romana Capellaniæ* 23. *Ianuarij* 1589. *coram bonæ memoriæ Card. Pamphilio,* quia *ibi* non erat qualitas Sacerdotalis adiecta actui præſentationis, ſed proſequutioni, & aptitudini præſentati.

Lapus autem *d. alleg. 35.* non contradicit; *ibi* enim 16
Fundator celebrationem Miſſarum non iniunxerat electo, ſed independenter dixerat, pro Miſſis celebrandis, & ſic *ibi* erat ſatisfactum Fundatori, ſi à quocunq; celebrarentur Miſſæ; quod ſecùs eſt in verbis præſentis fundationis, *Eligant vnum Presbyterum in Capellanum, qui teneatur bis celebrare;* & relatiuum illud (*Qui*) eſt perſonaliſſimum, & ad oculum demonſtrat, Presbyterum in Capellanum eligendum debere illas Miſſas celebrare.

Alij autem Doctores, qui poſſent allegari, vel lo- 17
quuntur iuxta dictam diſtinctionem, vel ſi prædictæ diſtinctioni aduerſantur, non ſunt audiendi, quia loquuntur contra communem opinionem, & à Rota approbatam, & illorū rationes concludunt ſolum, quando qualitas Sacerdotalis, & celebrandi reſpicit proſequutionem, & aptitudinem præſentandi, non autem quando reſpicit initium, & ipſum actum electionis. Nec vis facienda eſt, an verbis affirmatiuis, vel negatiuis exigatur iſta qualitas Sacerdotalis, & onus celebrandi, dummodò eandem aſſequamur fundatoris voluntatem, vel hiſce, vel illis verbis explicatam, *Pariſ. d. conſ. 50. num. 17. lib. 4.* nec lex impoſita eſt verbis, & meritò Rota *in d. Placentina coram R. P. D. meo Pirouano,* hoc cōtēpſit, vt etiam contēpſit Caſtr. Palao, qui loquitur in verbis affirmatiuis.

Hæcque opinio eo magis in caſu præſenti viſa eſt 18
conſona iuri, & retinenda, quoniam vltimus ſtatus ſtat pro qualitate Sacerdotali; Gaſparinus quippè, per cuius obitum nuper vacauit Beneficium, erat Sacerdos tempore eius præſentationis, & illius etiam anteceſſor, qui in concurſu cum alio Clerico præſentato articulauit, & probauit qualitatem Presbyteralem, & ſententiam obtinuit: quæ obſeruantia ſolet eſſe æqua interpres dubiæ voluntatis teſtatoris, vt in hac ſpecie tradunt Lother. *de re benef. p. 2. quæſt. 47. num. 30.* Modern. Piſan. *de iurepatron. lib. 6. cap. 6. numer. 39. & ſeqq.* & dixit Rota in *allegata Salamantina Capellania del Vote* 13. *Nouembris* 1585. *coram Orano,* & coram Card. Seraph. *deciſ. 871. ſub num. 1.* coram bonæ memoriæ Buratto *deciſ. 680. in fin.* & in *Piſcien. Beneficij* 31. *Ianuarij* 1635. *coram R. P. D. meo Pirouano,* & aliàs ſæpius.

Minus obſtat, quòd verba illa *Vnum Presbyterum,* 19
poſſint intelligi de quolibet Clerico; ex proprietate enim ſermonis, nomen Presbyteri ſignificat Seniorem, D. Auguſtinus *in quæſt. ſuper Geneſim, quæſt. 70. ad med. tom. 4. p. 1. can. cleros, §. Presbyter, diſt. 21.* Carol. de Graſſ. *de effect. cleric. in prælud. numer. 390.* & venit etiam ſimplex Clericus, præſertim in materia lata, & fauorabili, ex text. *in cap. veſtra, & in cap. ſi quiſquam,* vbi Gloſ. *de cohabit. cleric.* Rota *in d. Piſcien. coram R. P. D. meo Pirouano;* ex communi autem vſu loquendi in lingua vernacula, dùm dicimus (*Prete*) comprehendi quemcunque Clericum, in Sacro ordine etiam non conſtitutum, teſtatur Rota coram Card. Mantic. *deciſ. 129. numero tertio* quem allegat, & ſequitur Gonzal. *ad 8. reg. Cancell. gloſ. 5. num. 86.* & dixit etiam aliàs Rota *in Salamantina Capellania,* & in *Alexandri-*

na Decanatus, vtraque ſub *die 12. Iunij 1598. coram Orano*,& in *illa deciſ.216.p.1.rec.*ibi,*maximè quia fundatio non fuit concepta vulgari ſermone,&c.*Pariſ.*d.conſ.50.num.19.lib.4.*& innuit Modern. Piſan. *de iurepatr. lib.6.c.6.num.37.*

20 Quoniam Domini dixerunt, non ſolùm illud verbum. *Vnum Presbyterum*, ſeparatim eſſe ponderandum, ſed iunctum cum aliis, ibi (*eligant mei hæredes vnum Presbyterum in Capellanum, qui teneatur celebrare bis in hebdomada*, quæ verborum ſtructura deſignat vnum Presbyterum, electum in Capellanum, bis in hebdomada celebrantem, & ſic non intelligitur de omni Clerico, cùm ſolùm Sacerdos actu poſſit in Capellanum eligi ad celebrandum Miſſas; vt in ſpecie obſeruat Garz. *de beneſ.par.7.c.1. num. 58.verſ. & Capellania*,& Rota *in dict.deciſ.496.num.3.p.1.& deciſ.216.num.5.p.2.rec.*

21 Denique non obſtat, quòd inſtrumentum fundationis, exhibitum ab Antonio Maria, habeat verba diuerſimodè concepta, nempè, *Eligant vnum Presbyterum, ſeù Capellanum.* Quoniam inſtrumentum exhibitum ab Angelo, multis ab hinc annis datum fuit à ſucceſſore in officio, & tempore, quo nulla erat ſuſpicio, quòd Notarius potiùs vni, quàm alteri vellet fauere; & quatenus (ſine veri præiudicio) loco in *Capellanum* diceret, *ſeù Capellanum*) non eliderctur vis antecedentis verbi *Presbyterum*, & ſubſequentium verborum, *qui teneatur celebrare bis in hebdomada*, & quòd hæc qualitas requiratur in actu præſentationis, non autem in proſequutione, vt ſuprà oſtenſum fuit.

Et ità vtraque parte, &c.

SVMMARIVM.

1 *Bona immobilia debitoris vt legitimè vendi poſſint, requiritur, vt præcedat illorum appretium, & quid in bonis mobilibus, num. 3. 4.5.& 6.*

2 *Adiudicatio bonorum exequutorum eſt facienda creditori iuxta appretium, niſi alius maius offerat pretium.*

7 *Adiudicatio bonorum debitoris quomodò eſt facienda creditori, ſi bona illa longè excedunt importantiam crediti.*

ARGVMENTVM.

Bona mobilia debitoris ſi fuerint exequuta; vt legitimè creditori adiudicentur, neceſſe eſt, vt præcedat illorum appretium, ſicut practicatur in adiudicatione bonorum immobilium. Bona immobilia exequuta, cum venerint creditori adiudicanda, ſi longè excedunt importantiam crediti, quòd proindè eſt adiudicanda tanta pars, ad quam aſcendit ſumma debiti, an tota res ſit priùs æſtimanda, vel potius pars illa, quæ ſummam debitam importat? vbi ſingularis obſeruatio *D. Io. Angeli Piſanelli.*

CAPVT XLI.

BOna immobilia debitoris, quando ad creditoris inſtantiam exequuntur, vt ad illorum venditionem legitimè procedi poſſit, neceſſe eſt, quòd prius per Expertos, quos nos Tabularios appellamus, appretientur; hic eſt tex. in *l.ſiquis, antepenult.*vbi Caſtrenſ.*num. 2. C. de reſcind.vend.* Bald. *conſ.121.num. 4. lib. 3.* Roland. *conſ.33.num.35.lib.1.*Afflict. *deciſ. 358. num. 5.* vbi inter alias rationes, quibus S. C. ſententia retractata fuit, illa eſt, quia bona exequuta, creditori, nulla præcedente Expertorum æſtimatione, adiudicata fuere; idemque Rota *deciſ.463.num.3.p.1. in poſth. Farinac.*quamuis aliter in Tribunalibus Vrbis ſeruari *ibi* dicatur, Rouitus *in pragm. 1. num. 35. de aſſiſtentia*, vbi ex Capyc.*deciſ.41.*addit, faciendam eſſe creditori adiudicationem bonorum exequutorum, iuxta appretium per Expertos non ſuſpectos faciendum, niſi tamen alius maius offerat pretium, nàm tunc pro pretio oblato, licèt ſit longè maius, quàm ſit appretium, eſſet facienda adiudicatio, & hoc etiam contra mulierem, ob viri vergentiam ad inopiam, aſſecurationem ſuper illius bonis pro eius dotibus petentem; id quod inquit Rouitus, ſibi mirabile videri. 1 2

Sed de duobus dubitatur, & *primò* an hæc, quæ dicimus de bonis immobilibus, vt neceſſariò antequàm ad illorum venditionem procedatur, ſint per Expertos æſtimanda, procedat pariter in venditione facienda bonorum mobilium. *Secundò*, quando eſt procedendum ad bonorum ſtabilium adiudicationem, ſi bona illa longè excedunt importantiam crediti, quòd proindè eſt adiudicanda tanta pars, ad quam aſcendit ſumma debita, an tota res ſit prius æſtimanda, vel potius pars illa, quæ importat ſummam debitam? Super vtroque dubio *Dominus Ioannes Angelus Piſanellus*, admirabilis Iuriſconſultus, per hæc verba propria eius manu ſcripta in *2.& 16.quæſt.ſuorum notabilium* reſpondit. 3

Ieſus, & Maria.

Dùm eſſet facta exequutio in veſtibus Magnificæ Iſabellæ de Scortiatis, ad inſtantiam Nobilis Sebaſtiani de Laudo pro certa pecuniarum quantitate, eſſentque veſtes poſitæ ad incantum, & ſubhaſtatæ, & prætenderet dicta Iſabella, quòd non reperiebatur iuſtus emptor, & ſic volebat, quod adiudicarentur creditori pro iuſto pretio, ſicut dicimus in rebus immobilibus, *l. à diuo Pio, §. ſi pignori, ff. de re indicata*, orta de hoc controuerſia in M.C.V. & tandem cauſa deuoluta per appellationem ad S. C. vt aſſolet fieri, quia quando aliquis prætendit ſe grauatum à M. C. eſt ſtylus, quod per S. C ordinetur M. C. quòd per vnum ex Iudicibus informatum de negotio fiat verbum in Conſilio, vt prouideri poſſit. Facta igitur relatione per Iudicem cauſæ, Ego allegabam, debere fieri diſtinctionem inter bona mobilia, & immobilia, vt per Bart. *in l.ſuus, col.2.ff. de condictione furtiua*, nàm in bonis mobilibus, inter alia, vt dicit Bart. debet attendi, quod tantùm valet res, quãtũ vendi poteſt in loco publico, idem Bart. *in l.pretia rerum, ff.ad l.falcid.* 4 5

Tandem

Tandem in *dicta cauſa* fuit factum decretũ in anno 1532. de menſe Aprilis, quòd in veſtibus non ſeruetur ille ordo, qui in rebus immobilibus ſeruatur, & ſic quòd non eſſent appretiandæ, ſed liberari deberẽt pro pretio, quod ad ſubhaſtationem reperiretur in loco
6 publico, vbi ſubhaſtatio ſolita erat fieri: Verùm ſi eſſent veſtes pretioſæ, debuiſſet ſeruari id, quod in rebus immobilibus, in quibus Ego vidi indifferenter practicari, quòd tam in eis, quàm in pretioſis, quando non reperitur iuſtus emptor, & appretiarentur, quòd creditor poterit recipere pro ſexta parte minus, quo appretiabuntur, & ſic releuabitur creditor in accipiendo aliud pro alio in ſexta parte, immò vidi practicatum, quòd ſi eſſet læſio in ſexta parte, adiudicaretur ei, qui fuit vltimus licitator.

7 Inſupèr, quia quotidie videmus proferri ſententias, præſtando aſſiſtentiam, & mediante appretio adiudicari pro quantitate petita, pro exequutione ipſarum ſolet fieri commiſſio Tabulario, quod officium eſt in hac Ciuitate, nam per Decuriones Ciuitatis, & nos vtimur vocabulo *Electorum* creantur duo, vel tres, qui vocantur *Tabularij*, vſuale enim verbum Ciuitatis eſt, qui Tabularius debet æſtimare bona, quæ adiudicanda, & conſignanda ſunt; fuit ortum dubium circa modum æſtimationis, quia dicebat actor, æſtimetur tanta pars, quæ aſcendat ad ſummam debiti; dicebat poſſidens, æſtimetur tota res, quia pars iuncta cum toto valet plus, quàm ſeparata; circa hanc difficultatem dùm poſſidens petijſſet à me conſilium, dixi, quòd tota erat æſtimanda, & vnita, & non per partes; allegaui de hoc caſum in *l. Meuius, §. fin. ff. famil. erciſc.* per quem text. ita declarant ibi Doctores, maximè Paul. de Caſtr. *in l. Meuius, §. in fundo. ff. de legat. 2.* & ita fuit per Sacrum Conſilium ordinatum, & ſic multoties practicaui.

Io. Angelus Piſanellus.

SVMMARIVM.

1 *Capitulum Sede vacante an poſſit conferre beneficia ad Prælati collationem ſpectantia. & num. 8.*

2 *Clericus ſi de facto obtinuerit beneficium à Capitulo Sede vacante, an fori priuilegio gaudeat, & num. 5. & 6.*

3 *Clericus beneficiatus fori priuilegio non gaudet ſi habitum, & tonſuram non deferat; ſed quid ſi de facto beneficia retinet.*

4 *Clericus beneficio propter delictum priuatus, ſi aliud patrauerit crimen, num fori priuilegio gaudeat, quamuis beneficio priuatus ſit.*

7 *Prouiſus ab Ordinario de beneficio reſeruato an ad fructuum perceptorum reſtitutionem teneatur.*

ARGVMENTVM.

Capitulum Sede vacante nùm poſſit beneficia conferre, & dato, quòd non valeat, ſi de facto reperiretur aliquod collatum, nùm Clerico proſit, ad effectum vt poſſit fori priuilegio gaudere. Illegitimè natus ſi obtinuerit beneficium, aſſerendo ſe legitimum, & naturalem, nùm talis impetratio ei proſit pro eodem effectu gaudendi priuilegio fori? & de aliis.

CAPVT XIII.

Capitulum Sede vacante, certum eſt, 1
quod beneficia ad Prælati collationem ſpectantia conferre non poteſt, ſed tantum ad illa præſentatos inſtituere: iura ſunt aperta in *cap. 2. ne Sede vacant. & in cap. 1. de inſtit. in 6.*

Sed quid dicendum, ſi de facto beneficium alicui 2
conferret, nùm Clerico obtinenti proſit, ad effectum vt ſi ciuiliter, vel criminaliter coram Iudice ſeculari conueniretur, valeat de illius Iudicis incompetentia opponere, ſeruata diſpoſitione Concilij Tridentini *ſeſſ. 23. cap. 6. de reformat.*

Dicerem, quod ſic, quia obtinentis perſona inſpecta, beneficij collatio doloſa, ſiuè fraudulenta conſiderari non poteſt; credebat enim ille, quòd dùm à Superiore, qui Epiſcopo ſucceſſerat in omnibus, quæ iuriſdictionis ſunt, ei beneficium conferebatur, collatio de iure procederet, & ſic intruſus ad collatum beneficium conſiderari non poteſt; per ea, quæ diſcurrit Maceraten. *var. reſol. lib. 1. reſol. 55. per tot.* quemadmodum aliqui dixerunt in terminis *Conſtitutionis Sixti Quinti* æternæ memoriæ, per quam conſtitutum eſt, quòd 3
Clerici ſub pœna priuationis beneficiorum habitum, & tonſuram portent, nàm ſi de facto priuati non ſint, ad effectum vt valeant fori priuilegio potiri, ſat eſt, quòd in beneficij poſſeſſione exiſtant; immò ſufficere dixerunt, quod tamen mihi non placet, intruſionem in beneficio; ita Mandoſ. *in Regul. 16. Cancel. quæſt. 39. num. 3.* quem citat, & ſequitur Nicol. Gatz. *tract. de benef. par. 2. cap. 2. num. 5. & 6.* prorſus reprehendens Gutierr. qui contrarium ſentire videtur *pract. qq. lib. 1. quæſt. 7.*

Et quòd hæc verá ſint, faciunt pro confirmatione, 4
quæ ſcripta reliquit Camil. de Medic. *conſ. 93.* vbi per noſtram Magnam Curiam deciſum fuiſſe teſtatur, ad Iudicem Eccleſiaſticum remiſſum fuiſſe Clericum de homicidio inquiſitum, nullum eo tempore beneficium habentem, nec ſeruitium in diuinis, ex quo, illo, quod per priùs obtinuerat, propter aliud delictum à ſuo Ordinario fuerat priuatus: & ſic conſiderabat *De Medic.* non eſſe locum in hoc caſu diſpoſitioni Concilij Trid. *cit. cap. 6.* quod loqui dicebat in Clerico, qui nec beneficium obtinuit, nec in habitu inceſſit, nec Eccleſiis inſeruiuit; aliud verò, vbi aliàs beneficia obtinuerat, quibus demùm à ſuo Superiore exutus fuerat: hoc enim caſu, dicit, non remanere ſub terminis *Concilij Trid.* ſed iudicandum ſecundùm ſacros Canones, qui alia concurrenda conſiderarunt, vt Clericus fori Eccleſiaſtici priuilegium amittat. Sed hac vice parcat mihi *Camil. de Medic.* cùm hæc eius interpretatio tuta non ſit: non enim idem eſt ad effectum, vt Clericus fori priuilegio gaudere non poſſit, nunquam illum obtinuiſſe benecium; vel obtinuiſſe, ſed cùm demùm coram Iudice ſeculari conueniretur, illo exutum reperiri? certe ſic, &c.

Contrarium tamen putarem in terminis caſus pro- 5
poſiti, vbi obtinentis perſona cõſiderata beneficij collatio nulla eſſet, quia erat inhabilis ad beneficium obtinendum; exemplum poſſet poni in illo, qui natalium defectum patitur, propter quod abſque diſpẽſa-

tione beneficia obtinere non poteſt, *capit. 1. de filiis Presbyt. in 6.* ſi enim hic talis aſſerens ſe legitimum, & naturalem, beneficium impetrauerit, cenſerem, quoad effectum gaudendi priuilegio fori, obtentum beneficium in nihilo ei prodeſſe, idque propter dolum, qui ex ipſius obtinentis parte concurrit, faciendo ſe habilem, & capacem eius, cuius erat incapax; in tantum, quod vti malæ fidei poſſeſſor fructus, quos ab impetrato beneficio percepit, ſuos feciſſe dicendum non eſt; *cap. grauis,* vbi Abb. & omnes, & *cap. conquerente, de reſt. ſpoliat.* Rot. *dec. 7. de iurepatr. in nouis,* & alij relati per Garz. *p. 5. c. 5. n. 70. cum ſeq.* & ſic diſtinguerem,
6 quando collatio conſideratur nulla, inſpecta perſona beneficium conferentis, quia conferendi poteſtatem non habebat; & quando redditur inualida ob inhabilitatem perſonæ obtinentis; vt in primo caſu, ad effectum, vt Beneficiatus fori priuilegio gaudeat, obtentum beneficium proſit, cuius fructus ſuos facit Beneficiatus vti bonæ fidei poſſeſſor, Rot. *deciſ. 74.* penes
7 Ludouiſ. vbi prouiſus ab Ordinario de beneficio reſeruato, ad reſtitutionem fructuum perceptorum ante motam litem non tenetur, quia fuit bonæ fidei poſſeſſor, & *ibi* Oliuer. Beltram. *in addit.* pluriès per eandem Rot. deciſum fuiſſe teſtatur, ad effectum, vt Beneficiatus fructus faciat ſuos, talem qualem titulum ſufficere, etiam inualidum, & putatiuum, dummodò reprobus non ſit, ſecus in ſecundo caſu, in quo aliàs dicebam, non militare ea, quæ deciſa reliquit D. de Franch. *deciſ. 189. per tot.*
8 Vltimò eſt hìc aduertendum, concluſionem in principio firmatam; nimirùm Capitulum Sede vacante non poſſe beneficia conferre, limitari, quoties eſſet in poſſeſſione conferendi, vt ex Seraph. *deciſ. 237.* docet Pariſ. *de reſignat. benef. lib. 7. quæſt. 13. num. 40.* vbi dicit *num. ſeq.* ex vnica collatione effectum ſortita conferendi poſſeſſionem acquiri, citat Gloſ. *in c. cùm Eccleſia, in verb. trium, de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* Abb. *in c. bonæ, el. 2. de poſtul. Prælat.* Dec. *conſ. 126.* Ferrett. *conſ. 2* & alios, vt *ibi.* Alia in hac materia videnda ſunt penes Garz. *loc. cit. par. 5. cap. 7. &c.*

SVMMARIVM.

1 *Citatio prima an poſſit incipere à procuratore.*
2 *Citatio domi ſufficit, quando principalis eſt citandus.*
3 *Citari in quo loco debet, qui eſt abſens à Regno.*
4 *Citatio contra Baronem an ſat ſit, ſi fiat in loco feudi.*
5 *Citatio contra beneficiatum an ſat ſit, ſi fiat in loco beneficij.*
6 *Citari in quo loco debeat Regnicola, qui eſt abſens à Regno.*
7 *Citari quomodò debeant exteri, qui ſunt ab hoc Regno abſentes, & n. 10.*
8 *Hæredes an poſſint cogi ad ratificandum contractum defuncti, ad finem impetrandi ſuper illo Regium aſſenſum.*
9 *Iudice mandante, vt quis procedat ad ſtipulationem alicuius contractus, eo recuſante, quid agendum.*
11 *Citatio per edictum in quo loco affigi debet.*
12 *Citatio per edictum relaxatur per Rotam, præcedente commiſſione Papæ cum facultate procedendi per edictum.*
13 *Citatio per edictum vt concedatur, iuſta cauſa eſt depoſitio teſtium reputantium impoſſibile, vt quis citetur de perſona, & numer. 14. 17. & 18.*
15 *Citatio partis ad videndum iuramenta teſtium an aliquando omitti poſſit, & numer. 16.*

ARGVMENTVM.

Citatio prima num poſſit incipere à procuratore. Feudatarij, priuati Regnicolæ, & huius Regni Alienigenæ, ſi ab hoc Regno fuerint abſentes, eóſque in ius vocari contigerit, in quo loco, & quomodò citandi ſint. Iudice mandante, vt quis procedat ad ſtipulationem alicuius contractus, eo parêre recuſante, quid praxis obſeruet. Citatio collitigantis ad videndum iuramenta teſtium an aliquando omitti poſſit; & de aliis ad materiam pertinentibus.

CAPVT XLIII.

CITATIO prima, quòd poſſit incipere à 1
procuratore, Bart. Alex. & Iaſon authoritate probat Aluar. Valaſc. *conſultat. lib. 2. conſult. 144. in princip.* vbi addit, hanc communem eſſe concluſionem, quamuis contrarium ex Caſtrenſ. Menoch. & Maſtril. dixerit noſter Rouit. *in prag. 1. num. 5. de citation.* Sed quicquid ſit de hoc, certum eſt, quòd quando eſt citandus principalis, ſat eſt illum domi ſuæ ſo- 2
litæ habitationis citari, eſt text. in *l. 4. §. prætor ait,* ibi, *domum, in qua degit, ff. de damno infect.* & in *prag. 2. de ordine iudicior.* At ſi certa non eſt domus, ſicquè citandus apud nos eſt abſens à Regno, contigit aliàs dubi- 3
tari; quid eo caſu agendum? Ego in hoc dubio reſpondere ſolitus ſum, inſpiciendum eſſe, quisnam ſit hic, qui in ius eſt vocandus, an Regni feudatarius, an priuatus Regnicola, an exterus?

Etenim ſi feudatarius, ſat erit, ſi ille in loco feudi 4
citetur; ita Andr. in *cap. 1. num. 7. 8. & 9.* Bald. *num. 6. & 7.* & Afflict. *num. 36. in tit. de controuerſ. inter vaſal. & alium de benef.* Capyc. *in inuiſt. feud. in verb. feudorum citationes, fol. mihi 92. col. 2. in fine,* Anna pater *ſingul. 153.* Reg. Tap. *in annotation. ad Co.ſt. Edictorum, num. 10.* & Nouar. aliis omiſſis *in d. prag. 2. n. 3.* prout iure Canonico cautum eſſe inuenimus in citatione facienda, quando eſt appellatum ad Sedem Apoſtolicam, & appellatus in domo, in qua habitare conſue- 5
uit, non inuenitur, ſiuè domus eadem in remotis exiſtat, vt ſat ſit, ſi citetur in Eccleſia, in qua habet beneficium, ita habetur in *Clement. cauſam, ver. quòd ſi forſan, de electiõ.* Anna poſt alios, quos refert *loco cit.*

Iu

6 In priuato autem Regnicola Aſtl. noſter in *Conſt. Edictorum, num.* 16. dicit, vt conſulatur agere volenti contra illum, qui eſt abſens à Regno, quòd ſi habet domum in Regno, ipſum in domo illa citari faciat, iuxta formam in *ſequenti Conſtit.* traditam, incipiente, *Citationis litera*, At ſi domum non haberet, nihil aperit: ſed ex dictis per eum in *eadem Conſtit. num.* 15. in ea ſum opinione, vt ſi perſona citanda degit in loco certo, ſit ibi citanda, & dirigetur citatio Iudici illius loci, qui rogabitur, vt per ſuum Nuntium perſonam illam citari faciat, iuxta illius citationis formam; ſin autem ignoratur manſio, quia fortè citandus per Orbem vagatur, Maſtril. *in dec.* 226. dicit, in illo Regno ſeruari, vt probata ſimpliciter à Regno abſentia, procedatur ad dationem curatoris, cum quo iudicium inſtituitur, in his tamen Supremis Tribunalibus practicamus citationem per edictum, quæ in Palatio M. C. affigitur, ita Marant. *in prax. par.* 6. *in rub. rectè concipiatur citatio, num.* 83. *fol. mihi* 319. de quo memor fuit Gayl. *pract. obſ. li.* 1. *obſ.* 57. *n.* 4. Troyſius poſt alios, quos citat in *d. prag.* 2. *num.* 19. *de ordine iudicior.* Idemquè ſeruandum addo, ſi citandus, eſſet perſona certa, & in loco certo, verùm Iudex illius loci recuſaret Brachium impartiri literis citatoriis cum illius brachij imploratione emanatis; hoc etiam caſu dicimus, ſat eſſe citationem per Edictum, ex Iaſ. in *l. à Diuo Pio, §. ſententiam, num.* 19. *ff. de re iudic.* Molin. *de brachio ſecul. c.* 25. *num.* 12. & Rouit. *loco cit. n.* 3. *in fine.*

7 In exteris verò, & ſignantèr Ianuenſibus, qui multa
poſſident in hoc Regno, ex quo in illo Dominio
propter *ſtatutum*, quod viget ſub *tit. de non vocan. in ius*
ad alienas Curias, cap. 19. *lib.* 3. *fol. mihi* 106. impoſſibile
eſt, vt citari poſſint, relaxatur citatio per edictum, cu-
ius copia datur Domino Conſuli Nationis, ad finem,
illum, qui in ius vocatur, certiorē faciat, & demùm vt
ſi non comparet, contumaciis incuſatis proceditur
in cauſa; & ita in dies practicamus: ſicquè annis ſupe-
rioribus ſemel, atquè iterùm me aduocante pro Do-
mino Marchione Proſpero Coſtaguta fuit ſeruatum
contra hæredes qu. Pauli, & Iacobi Serra, primò co-
ram Domino Conſiliario Merlino, nunc in ſupremo
Italiæ Senatu Regente meritiſſimo ſuper impetratio-
ne Brachij mandati exequutiui Rotæ Ianuæ; & de-
8 mùm coram Domino Conſiliario de Aquino, vt co-
gerentur hæredes prædicti per nouum contractum ra-
tificare inſtrumentum ceſſionis annui reditus ſcuto-
rum duorum millium, & octingentorum auri in auro,
conſtituti per qu. Octauium Serra ſuper Terra Caro-
uinei, ſtipulatum ſiquidem per d. qu. Paulum ad fauo-
rem dicti Domini Marchionis, ad finem impetrandi
ſuper illo Regium aſſenſum, iuxta praxim traditam
per D. Reg. de Ponte *in tract. de poteſt. Proreg. tit.* 6. §. 1.
num. 22. In vtraque enim cauſa obtentis commiſſio-
nibus à D. Præſide S. C. per dictos DD. Conſiliarios,
& Commiſſarios fuerunt interpoſita decreta, quod
expediatur citatio per edictum, & eius copia con-
ſignetur Magnifico Conſuli Nationis, & demum con-
tumaciis incuſatis, & ſeruatis de iure ſeruandis, per
S.C. fuit impartitum Brachium mandato exequutiuo,
& ordinatum dictis hæredibus, vt ratificarent contra-
ctum prædictum, ad finem impetrandi aſſenſum: cui
ordinationi cùm non paruiſſent, fuit iniunctum Actu-
9 ario cauſæ, vt dictorum hæredum nomine contractum
prædictum ceſſionis ratificaret, ad finem, vt diximus,
impetrandi aſſenſum, prout fuit exequutum: id quod
ſemper Sacrum Conſilium ſeruat, quando alicui man-
dat, vt procedat ad ſtipulationem alicuius contractus;
nam eo parere recuſante, deputatur Actuarius cauſæ,
ſiuè & magis frequentèr perſona Secretarij S. Con-
ſilij, ad hoc vt procedat ad ſtipulationem illius actus,
quem ſtipulari fuit ordinatum: quæ praxis fundatur
ex dictis per Bald. *in l. vidua, ſub numer.* 4. *verſ. pone,*
quòd minori, ibique Addentes, *in verbo, pone, in fine, ver.*
& Paulus de Caſtro, C. de nuptiis, idemquè in *l. cum*
ſententiam, ſub num. 6. *verſ. ſed ſi, C. de ſentent. & inter-*
loquution. omnium iudic. Add. ad Bart. *in l. ſi cùm dotem. §.*
eo autem tempore, ff. ſol. matr. Abb. *conſ.* 65. *lib.* 2. Maxil.
ad Conſuet. Baren. in illa, quæ incipit, *Cùm Mundual-*
dum, num. 2. *fol.* 170. *in magnis*, Ioſeph Mel. *in addition.*
ad GizZarell. dec. 60. *num.* 1. & Montan. *in cap. Imperia-*
lem. fol. 99. *lit. V.* Et cùm demùm in adiudicatione di-
ctæ Terræ Carouinei petita pro parte dicti D. Mar-
chionis, per dictos hæredes, qui poſtea comparuerunt,
fuiſſet acerrimè oppoſitum de nullitate dictorum
actuum; Sacrum Conſilium, referente prɛſtantiſſimo,
ac ſummæ integritatis viro Domino Conſiliario
Gamboa Commiſſario Delegato, oppoſitiones omnes
reiecit, adiudicando Terram prædictam dicto Domino
Marchioni, ſiuè perſonæ per eum nominandæ, idque
ſub die 20. Menſis Septembris anni præteriti 1646.
penes Solatium Actorum Magiſtrum pro Curia: hunc
Ill. Marchionem protegente doctiſſimo Iureconſulto 10
nunquam ſatis laudato viro Domino Abbate Hiero-
nymo Gaſtaldo Ianuenſe, in negotiis tractandis ad-
mirabili, & indefeſſo, omnibus numeris abſolutiſ-
ſimo, quem Omnipotens pro Amicorum tutela, ac
Reipublicæ ornamento diù ſeruet incolumem.

In tantùm, vt ad rem, de qua agimus, reuertamur,
praxis obſeruat, vt citentur exteri per edictum, quod
fundatur ex iuribus in *in cap. ſtatuimus, de officio deleg.*
in 6. *in Clement.* 1. *de iudiciis, in Clemen vnica, de foro*
compet. & in Clement. cauſam, de elect. quibus quidem
iuribus cautum eſt, citationem per edictum fore de-
cernendam, quotiès domicilia, ſiuè loca illorum, qui
in ius vocandi ſunt, tuto, liberéue adiri non poſſunt:
id quod ſatis benè obſeruauit Andr. Gayl. *pract. obſer.*
lib. 1. *obſer.* 57. *num.* 2. qui licèt addat, ex *d. Clem. vnica,*
de foro compet. & ex *cap. vbi periculum, §. porro, de elect.*
in 6. hunc citationis modum in loci vicinis ſequi de- 11
bere, & loca vicina intelligi, quæ domicilio citandi
ita vicina ſunt, vt veroſimiliter ille citationis notitiam
habere poſſit; ad text. *in l. dies cautioni, §. toties, ff. de*
damno infect. aliàs in locis remotioribus affixam cita-
tionem citatum non arctare, *d. Clement. cauſam, §. fin.*
Rot. *deciſ.* 8. *de dolo, & contum. in nouis, & deciſ.* 5. *n.* 1.
de reſcript. in nouis, Vant. *de nullit. ex defect. cit. n.* 140.
attamen quia hæc ſolemnitas apud nos practicari
non poteſt, ſuppletur præuia conſignatione copiæ ci-
tionis Domino Conſuli Nationis, à quo citatus de
moto iudicio certior fieri poteſt.

Et nè in concluſione firmata, nimirùm, quòd quando in ius vocandus, in loco ſui domicilij tutò citari non poteſt, ſufficiat citatio per edictum, nouiſſima rerum iudicatarum authoritate careamus, Dico, ſic anno præterito fuiſſe per Sacrum Romanum Auditorium iudicatum in *vna Mechlinienſi nullitatis matrimonij, coram Illuſtriſſimo, ac ſumma integritatis viro Domino Corrado*, cuius *deciſionis* tenor adhuc non impreſſæ ſequens eſt.

Lunæ 16. *Aprilis* 1646.

Commiſſa per Sanctiſſ. D. N. in Rota cauſa prætenſæ nullitatis matrimonij inter Excellentiſſ. D. Henricum de Lotharingia Guiſanum Ducem, & Illuſtriſſ. D. Honoratam de Berghes Comitiſſam de Boſsù contracti, cum poteſtate citandi etiam per Edictum, conſtito ſummariè, & extraiudicialitèr de non tuto acceſſu, productáque pro parte D. Ducis commiſſione, ac obtenta citatione cum inhibitione, quæ ad partes transmiſſa non potuit executioni mandari contra d. D. Comitiſſam; inſtabatur, decerni citationem per

Edi

Edictum; Verum quia cauſa eſt grauis, mandarunt Domini ſuper hoc dubium particulare proponi; Quo hodie propoſito, atquè diſcuſſo decernendam eſſe cenſuerunt.

12 Nam ex ipſa commiſſione conſtat de ſpeciali facultate à Summo Pontifice Rotæ conceſſa procedendi per Edictum, quæ ex diſpoſitione Sacrorum Canonum eſt neceſſaria, vt habetur in *Extrauag. unic.* ibi, *id nobis ſpecialitèr, & ex certa ſcientia iubentibus, &c.* ac *ibid.* Gloſ. *in verb. Albo, de dol. & contum. & in Clem.* i. ibi, *ipſo Papa ſpecialitèr, & ex certa ſcientia id mandante, &c. de iudic.* ibique Gloſ. *in verb. ſpecialitèr*, & in *verb. ex certa ſcientia*, ac DD. Batt. *in Extrauag. ad reprimendum, in verb. per Edictum, num. 2. verſ. ſed de iure Canonico.* Rot. *in Ianuen. ſeparat. tor.* 8. *Martij* 1627. *in §. quantum enim attinet, & 16. Ianuarij* 1632. *in §. & quantum attinet, verſ. Attamen de iure Canonico, &c. coram bo. me. Coccin. in recent. dec.* 104. *num. 2. par. 6.* cum aliis relatis per Vant. *de nullit. ex defect. citat. ſub n.* 125. *verſ. Et propterea, &c.*

13 Iuſta verò cauſa probatur ex diſpoſitionibus teſtium, non ſolùm in Vrbe examinatorum, affirmantium ſe reputare impoſſibile, ſeu ſaltem non tutum ob bella in Belgio ingruentia, & ex aliis etiam per eos adductis rationibus, ad illas partes accedere, ad effectum exequendi huiuſmodi citationes, quæ ſanè probatio in propoſito ſufficiens eſt; Felin. *in cap. Quoniam frequenter, num. 16. verſ. pro practica autem, vt lit. pend.* Rot. *deciſ. 22. num. 2. verſ. ſi autem petatur, de reſcript. in antiq.* & penes Caſſador. *dec. 2. num. 2. ver. & quando conceditur, &c. de dol. & contum.* & Achil. *dec. 22. num. 3. verſ. Idem dixerunt, de probat.* ac bo. me. Burat. *deciſ. 943. ſub num. 2. verſ. Item per deponentes de credulitate, &c.* vbi firmatur, quòd teſtes etiam ſingulares ſufficiunt, & rursùs in *d. Ianuenſ. ſeparat. tor. 8. Martij* 1627. *coram Cocc. in §. Quantum vero ad cauſas*, & alios referunt Veſtr. *in prax. lib. 4. cap. 2. ſub num. 1. verſ. oportetq. hoc caſu, &c.* & Vant. *d. tit. de nullit. ex defect. citat. ſub n. 126. verſ. qui teſtes ſatis eſt, quòd dicant*; ac Maſcard. *de probat. concl.* 18.

14 Verùm etiam illorum, qui ad eadem loca ſe contulerunt cum ipſis citationibus Rotalibus, earumquè executionem repetitis inſtantiis, ac diligentiis, nedum obtinere non potuerunt, ſed pluribus obiectis, ac comminatis periculis (quæ alter Notarius paulo antè ad idem miſſus, iam ſeriò, vt ipſe atteſtatur, fuerat expertus) quam citò abire coacti fuerunt, vt legitur in eorum depoſitionibus, coram Vicario Generali Archiepiſcopi Pariſienſis receptis, quæ in hoc etiam Sacro Tribunali fidem faciunt; attentis verbis illius ſolitæ clauſulæ commiſſionis, *conſtito ſummariè, & extraiudicialiter, &c.* Nam hoc caſu ſufficit ad validitatem proceſſus, quòd conſtet quouis modo de non tuto acceſſu, etiam ex teſtibus coram alio Iudice examinatis, vt in his terminis reſpondit Rot. *in Seguntin. præſtim. 1. Iunij* 1590. *coram b. me. Orano, deciſ. 27. num. 1. & per tot. p. 4. diuerſ.* ac penes Buratt. *d. dec. 943. ſub num. 1. ver. Et licet ex dictis teſtibus.*

Nec refert, quòd prædictæ teſtium depoſitiones fuerint receptæ, d. D. Comitiſſa legitimè non citata.

15 Quia præter quòd in Curia Archiepiſcopali Pariſienſi fuerunt præmiſſæ citationes eo modo, quo fieri potuit; Reſpondetur, quòd cùm illæ tendant ad probandam qualitatem non tuti acceſſus, ob quam citatio legitimè ſecundùm ordinarias iuris regulas fieri non poteſt, ad hoc ipſum vt Iudex illam iuridicè poſſit decernere, congruum eſt quòd præcedant, nec de eius defectu opponi poteſt; Batt. *in dict. verb. per Edictum, ſub numer. 4. verſ. Puto tamen, &c.* Socin. *in tract. de citation. art. 23. quæſt. 5.* & benè explicat Mandoſ. *ad. Reg. de Annal. quæſt. 71. ſub num. 8. verſ. In vim dictæ, vel ſimilis clauſulæ, &c. & verſ. immò ad hoc fit examen, &c.* dicens, ſatis eſſe, quòd ſolus Notarius examinet teſtes abſque interrogatoriis, nulloque citato, cùm nullus legitimè citari poſſit, immò ad hoc fit huiuſmodi examen pro decernenda citatione, P. Rebuff. *ad Conſt. Gall. tom. 3. tit. de citat. in Præfat. ſub num. 98. verſ. quartò qualiter, &c.* Præſertim ſtante dicta ſolita clauſula in commiſſione appoſita, *Conſtito ſummariè, & extraiudicialitèr de non tuto acceſſu, &c* quia tunc ſufficit ipſius Iudicis informatio, quæ citationis ſolemnitatem non expoſcit. Batt. *in d. verb. per Edictum, ſub num. 6. verſ. Et ex eo, quod dicitur, &c.* Ferret. *conſ.* 82. *ſub num. 1. verſ. Ad idem allego, &c. lib.* 1. Mandoſ. *ad d. Regul. de Annal. d. quæſt. 71. ſub num. 8. verſ. In vim dictæ, vel ſimilis clauſulæ*, Rot. penes Put. *deciſ. 432. lib. 2. & d. deciſ. 27. num. 2. verſ. neque enim hoc caſu, &c. par. 4. diuer.* Veſtr. *d. lib. 4. cap. 2. ſub num. 3. verſ. Et tunc opus extraiudicialiter, &c.* Vant. *d. tit. de nullit. ex defect. citat. ſub d. num. 126. verſ. Vndè Iudex talis, &c.*

16 Et hinc tollitur defectus legitimæ citationis ad dicendum contra commiſſionem, quæ cum illius reproductione regularitèr requiritur ad firmandam Iudicis iuriſdictionem, antequam ad alios actus procedat, vt dixit Rot. *in deciſ. 30. de ſent. excom. in Antiq.* & in *Placentin. fideiuſſ. 22. Maii* 1592. *coram bo. me. Penia*, ac in *recent. deciſ. 325. ſub num. 1. & deciſ. 493. ſub n. 8 part. 5.* & ſæpè in aliis.

17 Quia cùm huiuſmodi legitima citatio ob non tutum acceſſum alio modo fieri non poſſit, quam per Edictum, neceſſarium eſt vtique quòd præcedat illius qualitatis probatio pro informatione Iudicis, vt illam deindè rite valeat decernere, iuxta formam Sacrorum Canonum, & facultatem ipſi conceſſam. Intereà verò ſufficit pro fundamento iuriſdictionis, quòd fuerit producta, & reproducta commiſſio, obtenta citatio cum inhibitione, & pluriès procurata eius intimatio D. Comitiſſæ, examinatiquè teſtes ſuper non tuto acceſſu, ac eorum depoſitiones productæ, & aliæ factæ diligentiæ, quæ fieri poſſunt in huiuſmodi caſibus; Lex enim non arctat ad ea, quæ fieri nequeunt, *l. 1. §. Dies autem iſtos, ff. quand. appell. ſit. l. ea, quæ dari, ff. de Reg. iur. l. ſi ideò, C. de his quib. vt indign.* Rom. *conſ.* 410. *Vt clarior reddatur propoſita concluſio, &c. num. 1. verſ. cùm præſumatur conſtitutio*, & in his terminis benè aduertit Mandoſ. *d. quæſt. 71. ſub num. 8. verſ. cùm nullus iam citari poſſit, &c.* Et cùm ex omnibus prædictis actibus plenè conſtet de ratificatione, ac vſu eiuſdem commiſſionis pro parte D. Ducis, ſatis dicitur fundata iuriſdictio Rotæ, ita vt validè procedi poſſit, iuxta tradita per Felin. *in cap. nonnulli, §. ſunt & alij, ſub num. 13. verſ. limita hanc fallentiam. extr. de reſcript.* & fuit dictum in *Hiſpalen. præeminent. 16. Nouembris* 1618. coram bo. me. Vbald. *in §. nullitas autem, verſ. ſed hoc non obſtante, &c. & in Ariminen. fideicommiſſ. 7. Aprilis* 1642. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano, *in §. Non enim, verſ. quia cum, &c.* & in *recent. deciſ. 57. num. 43. verſ. quæ eo magis, part. 7.*

Eademquè ratione remouetur obiectus defectus citationis perſonalis, quæ regularitèr edictalem præcedere debet, præſertim in cauſis grauis præiudicij.

18 Quia non procedit, quando iuſta ſubeſt cauſa, vt potè, quòd citandus faciat, impediat, vel procuret per ſe, vel per alios quoquomodo, nè ad eum poſſit citatio peruenire; vel quòd eius domicilium ſit in loco, qui non poſſit tutè, ac liberè adiri; Et principis concurrit authoritas (vt in hoc caſu) tunc enim nulla etiam præcedente citatione perſonali in quacunquè graui cauſa decernitur edictalis; quæ perindè afficit, ac ſi ille fuiſſet perſonalitèr citatus, nam ità Princeps ex iuſta cauſa concedere, atquè iubere poteſt, vt habe-

tur

tur in *d. Extrauag. vnic.* ibi, *ſic valeant, ac arctent citatos poſt terminum lapſum, &c. ſicut ſi eos perſonalitèr apprehendiſſent, &c.* ibique Gloſſ. *in verb. perſonalitèr, de dol. & contum. & in d. Clem.* 1. ibi, *ſic valeant, atquè arctent citatos poſt lapſum terminum, &c. ac ſi ad eos perſonaliter deueniſſent, &c. de iudic. & ibidem* Gloſ. *in verb. perſonaliter*, & Card. ſub *num.* 16. *verſ. ſeptimò quæro, cum ſeq.* & Imol, ſub *num.* 15. *verſ. ſed benè conſtituit, &c. & verſ. Ex prædictis Gloſ. concludit, quòd omnis proceſſus, &c.* Caſtr. *in l. Ad peremptorium, ſub num.* 6. *verſ. Dicas ergò, ff. eod. tit.* Rot. penes Card. Seraph, *deciſ.* 1018. *ſub num.* 4. *verſ. niſi in caſu*, Vant. *de nullit. ex defect. citat. num.* 124. *verſ. Et quæ ſupra diximus, & infr. verſ. Ideò in principio cauſæ, &c.*

Quarè cùm in propoſito caſu, Principis commiſſio, & iuſta cauſa ex præmiſſis ſatis apparens concurrant; Ideò fuit concluſum, concedendam eſſe petitam citationem per Edictum contra d. D. Comitillam, vt aliàs Rot. reſoluit in *d. Roman. nullitat. contr.* 26. *Iunij* 1626. coram Burat. *dicta deciſ.* 943. & in d. *Ianuen. ſeparat. tor.* 8. *Martij* 1627. *& in Bracaren. Theſaurar.* 10. *Martij* 1632. *coram bo. me. Pirouano*, & in aliis, &c.

SVMMARIVM.

1 *Clericus an ligetur ſtatuto laicorum, de iure retractus loquente: & ſuppoſito, quòd legitur, an hoc iure poſſit coram Iudice ſeculari conueniri, & num.* 2. 3. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 27. 28. 29. 30. *&* 40.

4 *Actio, quæ competit pro retractu an ſit realis, vel perſonalis in rem ſcripta.*

5 *Iudex laicus an ſit competens contra Clericum, in actionibus realibus, & n.* 23. 25. *&* 26.

6 *Iudex laicus excommunicatur excommunicatione contenta in Bulla Cœnæ, canon.* 15. *quando Clericum ad ſuum Tribunal trahit præter iuris Canonici diſpoſitionem, & numer.* 24.

31 Thomas Triuiſ. & Marius Giurba *commendantur; ſed* Doctores *allegati per ipſos in articulo, an Clericus poſſit conueniri iure retractus coram Iudice ſeculari, allegari non merentur, num.* 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. *&* 39.

41 *Tex.* in cap conſtitutus, de in integr. reſtit. *explicatur, & de vero intellectu illius.*

42 *Eccleſia, & Eccleſiaſticæ perſonæ an poſſint petere reſtitutionem in integrum coram Iudice Eccleſiaſtico aduerſus contractum initum cum laico, & n.* 43. *&* 44.

45 *Retrahens an dicatur reus in cauſa iuris retractus, & n.* 47.

46 *Reus quarè ſic nominatur.*

48 *Actio eſt inſtituenda coram illo Iudice, qui eſt competens illius, contra quem inſtituitur.*

49 *Actus, ſiue contractus extra iudicium nullus conſideratur, ex quo efficiatur quis reus ità & taliter, vt non poſſit eſſe actor.*

50. *Clericus diffamans an poſſit à laico diffamato coram Iudice ſeculari conueniri.*

ARGVMENTVM.

Clericus[1], cum à laico iure Retractus conuenitur, num poſſit conueniri coram Magiſtratu ſeculari. Deteſtatur ſententia Thomæ Triuiſani *deciſ.* 34. *par.* 1. & Marij Giurb. *deciſ.* 25. *num.* 10 *& obſeru.* 2. *à numer.* 15. *part.* 1. Eccleſia, & Eccleſiaſticæ perſonæ an pro obtinenda in integrum reſtitutione aduerſus contractum initum cum laico poſſint coram Iudice Eccleſiaſtico comparere; & plura de intellectu *cap. conſtitutus, extra. de in integr. reſtit.* ac de aliis ad materiam pertinentibus.

CAPVT XLIV.

CLERICVM actiuè, & paſſiuè ligari ſtatuto, quod ius Retractus induxit, ratione, & authoritate probatur *lib.* 1. *c.* 55. 1
id quod obſeruaui demùm longa manu comprobaſſe Matienz. *lib.* 5. *recopilat. tit.* 11. *l.* 7. *gloſ.* 2. *à numer.* 11. *vſque ad* 19. Didac. Perez *in l.* 7. *lib.* 5. *titul.* 7. *ordinam. tom.* 2. cæteroſque Hiſpanos *in l.* 70. *Tauri*, quicquid diſtinguat P. Diana *p.* 2. *reſolut. moral. tract.* 1. *reſol.* 43. poſt Surd. *conſ.* 2. *num.* 27. *lib.* 1. Modò quæritur, cùm hoc iure conueniatur Clericus, nùm coram ſeculari Iudice conueniri poſſit?

Audio in præſentiarum de his agi in quadam Cu- 2
ria Baronali Regni huius, vbi cùm hoc iure Retractus eſſet quidam Clericus conuentus, fori declinatoria oppoſita, Iudex ordinarius decreuit, remiſſione petita non obſtante, fore in cauſa procedendum coram ipſo, à qua determinatione ſentiens ſe Clericus admodùm grauatum, conſilium expoſcebat, an eius grauamen iuris fundamento niteretur, qua de re conſultus Ego reſpondi, decretum prædictum non poſſe
ſubſiſtere, ſicquè vt eius indemnitati conſuleretur, ad 3
Supremos Regios Magiſtratus pro reuocatione determinationis factæ recurſum eſſe habendum.

Etenim ad veritatem demonſtrandam dicebam, 4
actionem hanc, quæ pro retrahenda re aduerſus illius emptorem vicino competit, ſiuè perſonalem ſimpliciter, ſiuè perſonalem in rem ſcriptam, ſiue prorsùs realem conſideremus, fiet ſemper locus communi omnium concluſioni, quæ in noſtra Italia Catholicum
contradictorem nuſquam habuit, nimirùm vt Iudex 5
laicus in omnibus, & quibuſcunque cauſis tam ſpiritualibus, quam temporalibus, tam ciuilibus, quam criminalibus aduerſus Clericum, nullam, nec quoad perſonam, nec quoad bona cognitionem habeat, quacunque de re, & quocunque modo ille conueniatur, exceptis tamen caſibus expreſsè in Sacris Canonibus, & Pontificiis Conſtitutionibus præſcriptis, inter quos certum eſt, caſum, de quo agimus, nullatenus connumeratum inueniri; idque tam Cæſareo, quàm Pontificio iure attento: ſiquidèm de iure Ciuili probatur hæc concluſio in *authent. ſtatuimus, C. de Epiſcop. & Cleric.* & de iure Canonico in *can. deniquè, & per tot.*

tot.96.diſtinct.in cap.2.in cap.at ſi clerici,in cap.cùm non ab homine, & in cap. qualitèr,extra de indic.in cap .in cap.ſi diligenti,& in cap.ſignificaſti,extra.de for.compet. in cap.ſeculares,eod,tit.in 6.in cap.ſi Iudex laicus,de ſen-
6 tent. excommunic. in 6.& in Bulla Cœnæ canon.15. vbi expreſſis verbis excommunicatur Iudex ille ſecularis, qui ex officio, vel ad Partis inſtantiam perſonas Eccleſiaſticas ad ſuum Tribunal, præter iuris Canonici diſpoſitionem traxerit, vel trahi fecerit directè, vel indirectè,quouis quæſito colore:id quod vno ore faſſi ſunt innumeri Doctores, quos more Siculorum ex recentioribus citant, & ſequuntur Conſiliarius Carleual.tract. de iudic. lib.1.tit.1.diſputat.2.quaſt.6. ſect.1. num.392.& Epiſcop.Marant.reſp.7. à numer.5. par.4. vndè meritò in terminis terminantibus,

Ex noſtris Regnicolis,

7 Napodan. poſt firmatam concluſionem, nimirùm Clericum noſtra municipali lege de iure Retractus loquente ligari, admonet,quòd vbi hoc iure veniret iſte conueniendus, coram noſtro Archiepiſcopo ſit vocandus;idque ſcripſit in Conſuet.Vbi domus,num.59. ſub tit.de iur.Congr. ſub illis verbis: conueniatur tamen ad hoc ius Congrui coram Iudice Eccleſiaſtico,&c.ac meliùs in Conſuet.ſequenti, quæ incipit,Si Eccleſia, ante num.76.ibi,Sed tunc vbi conueniuntur Clerici iure Congrui?reſpondeo coram Archiepiſcopo,nam Conſuetudines poſſunt allegari in Curia Epiſcopi. ff.de poſtul.l.ex ea, licèt Gloſ. non aperiat ibi contra quos,in Curia autem ſeculari non trahentur,&c.extra.de for.compet.c. ſi diligenti, hæc ille: idémque affirmarunt

8 Afflict.in Conſt.Sancimus, in princ. num 10. ſub illis verbis: ſed debet Clericus conueniri ſuper iure Congrui coram Iudice Eccleſiaſtico,vt in c.ſi diligenti,de for.compet. quia actor ſequitur forum rei. & in Curia Eccleſiaſtica poterit allegari conſuetudo iuris Congrui, vt dicit idem Sebaſt. in d.Conſuet.Si Eccleſia: per notata in l.ex ea, ff.de poſtul. licèt male ſeruetur in Curia Archiep. Neap.&c.

9 Alber.Oliua in ritu Curiæ Archiepiſc. huius ciuitatis 22.num.6.ibi,& ſi Clericus reperitur dominus,debet coram ſuo Iudice conueniri, etiam in cauſa Congrui;vt dicit Napod.in Conſuet.Vbi domus,in gloſ.in verſ.Eccleſia, & dicit, quod in foro Eccleſiaſtico poterit allegari conſuetudo,ergò & ſimilitèr lex,ſancimus,&c.

10 Ant. Caput. in d.Conſt.Sancimus,§.eſt autem,gl.Eccleſia, num.3.inter comment. Proſper. Rendell. fol.432. ſub his verbis:Sed quia ſolet reputari,quòd d. Conſtitutio ſit communis, per approbationem, & conſuetudinem Clericorum, & laicorum communiter obſeruata, quæro hoc caſu, vbi conueniuntur Clerici hoc iure protomiſeos? reſpondeo, coram Epiſcopo; nam leges, & conſuetudines poſſunt allegari coram Epiſcopo in eius Curia.ff.de poſtul. l.ex ea,licet Gloſ.non aperiat ibi contra quos: & faciunt iura allegata ſuprà in quaſt. præcedenti. In curia autem ſeculari non trahatur Clericus,cùm renunciare non poſſit foro ſuo,extra.de for.compet.cap.ſi diligenti,& cap.ſignificaſti,&c.

11 Præſ.de Franch.in addit. ad Napod.loc. cit.fol.341. vbi in facto conſuluit,ad euitandum Ritum huius Archiepiſcopalis Curiæ,vt hoc iure Retractus conueniretur quidam Clericus Capellanus Regius in Curia Reuerendi Capellani Maioris, dicit enim hæc verba: Accidit de facto inter Magnificum Io.Antonium Palmerium,& Reuerendum Ioan.Antonium Retundum, contra quem vti Regium Capellanum Ego feci mouere litem ſuper Congruo.vt euitarem Ritum Curiæ Archiepiſ. coram Reuer. Capellano Maiore, & tandèm multis diſcuſſis, &c. idémque affirmauit in deciſ.285.num.2. ibi, quod ius Congrui daretur contra Clericum conuentum in Curia Archiepiſc.in qua erat conueniendus,&c. & paulo poſt, ibi,quod quidam Clericus, qui erat Canonicus Neapolit. & Reg. Capellanus conueniretur coram Reuer. Capellano Maiore, qui eſt Iudex Regius,& quod coram eo laicus obtinuerat contra Clericum,&c.

Baldaſſ.Benedel.in d.Conſt.Sancimus, §. vlt.num.15. 12 ibi,quid in Clerico?concludit hìc Maxil. quòd Marant. eius diſp.8.& Ant.Caput.in Conſt.Sancimus,& Napod. in d.Conſuet.Eccleſia,affirmat,quod tenetur, & quod hac eſt communis opinio, quam etiam eſſe communem affirmat Ioan.Ant.de Nigr. hac eadem Conſt. Sancimus:& vide ad hoc,quæ ſcripſi ſuprà in princ. Conſt.in verb.per venditionem, ampl.11.tamen conueniendus eſt coram Iudice Eccleſiaſt.c.ſi diligenti,de for.comp.&c.

Proſp. Rendell. in eadem extrauag. Sancimus, §. eſt 13 autem,gloſ. Eccleſia,num.21. verſ. vbicunque autem;fol. 348.quò loci hæc dicit verba:Vbicunque autem tenuimus, vt & communiter tenetur, perſonas Eccleſiaſticas ſubijci iuri Congrui, & protomiſeos, in ſuo foro conueniri eas oportere non eſt dubium,etiam propter actionis naturam, cum ſit realis: in ſpecie Napod. in alleg.Conſuet.Si Eccleſia,num.75.in fin. & in Conſuet. Vbi domus, n.59. & eſt communis opinio de qualibet reali actione,ſecundum Cauenſ. in Rit. 235.4. fallent. atque in terminis iuris protomiſeos agi coram Epiſcopo firmauit hìc Caput. &c.

Ex Hiſpanis,

Ioan. Lup.in l.70.Tauri,n.15.ibi.Vide etiam Georg. 14 in repet. c. quamuis pactum, de pact. in 6.col.56.vbi hoc idem vult per text.in d.c. conſtitutus, per quem ibi poſt Doctorem de Villadiego tenui, quod Clericus poteſt vti beneficio huius legis,& contra Clericum ſimiliter habebit locum Retractus,qui petendus eſt coram Iudice Eccleſiaſtico,vt ibi probatur,& coram eo fieri depoſitio pretij, & alia ſolemnitates.

Michaël de Cifuentes in d.l.Tauri 70.in 52.q. per 15 hæc verba:Quinquageſimo ſecundò dubitatur,coram quo Iudice ſit conueniendus Clericus ſuper iure Retractus? & dic,quod coram ſuo Iudice Eccleſiaſt. vt tenet Matthe. in d.§. tota hac res,in 5.col. Quod intellige verum, quando ipſe Clericus conuenitur, ſecùs tamen ſi ipſe conuenit, quia tunc coram Iudice Conuenti debet litigari, per text.notabilem in l.2.C.vbi,& apud quem.

Didac.Caſtel.in eadem l.Tauri 70.col.10. in fin.ſub 16 his verbis, ita quod ſi coniunctus contra prohibitionem dictæ legis fundum patrimonialem vendit clerico, nihilominus coniunctus venditoris laicus poſſit coram Iudice Eccleſiaſtico cōparere,& petere fundum pro tanto;& iſte erit vnus caſus,in quo Iudex Eccleſiaſticus in foro ſuo terminabit cauſam ſecundùm leges,&c.

Azeued. lib.5. recompil.tit.11.l.7.num.25. per hæc 17 verba: Coram quo tamen Iudice petatur, ſi Clericus eſt emptor,dico,quòd ſi venditor eſt Clericus. & emptor itidem,nulli dubium,quin coram Eccleſiaſtico ſit Retractum intentandum:ſed ſi venditor eſt laicus,& Clericus emptor, hoc dubitabile eſt;quicquid tamen alij dubitent, teneo intrepidè,coram Eccleſiaſtico,ſicut in præcedenti eſſe intentandum Retractum,nam cùm Retractus contra emptorem ſit dirigendus, & cum eo agitandum iudicium, laicus in Clericum nullam habet poteſtatem eum iudicandi, & ſic coram ſuo Iudice conueniendus: ſi verò emptor ſit laicus, quamuis venditor ſit Clericus,nulli dubium,niſi quod coram ſeculari eſt agendum. Et hæc procedunt, ſiuè retrahens ſit Clericus,ſiuè laicus;& ſic teneo, & conſulo.Hæc Azeued.

Ioan.Gutierr.pract.quaſt.lib.2.quaſt.156. num.6. his 18 verbis: Clericus hoc caſu coram ſuo Iudice Eccleſiaſtico conueniendus erit,vt in regula iuris vulgata,quòd actor debet ſequi forum rei,&c.

Gaſpar Hermoſil.ad Gregor.Lopez gloſ.8.l.55.tit.5. 19 p.5.

p. 5. num. 34. fol. mihi 262. ibi, quando vero res à Clerico retrahitur, coram ſuo Iudice conueniendus, eſt, Azened. &c.

20 Auguſt. Barboſ. in *d. cap. conſtitutus, nu. 2.* ſub his verbis, *quod Clericus, à quo res retrahitur, conueniendus eſt coram Iudice Eccleſiaſtico, &c.*

21 Quibus ſic ſtantibus, non obſtant quæ in contrariũ ſcripſerunt aliqui, putantes, Iudicem ſecularem in hoc iudicio contra Clericum benè eſſe competentem; & ſit omnium primus inſignis Tiraq. *de retract. lignag. §. 8. gloſ. 5. num. 16.* etenim loquitur in terminis generalis conſuetudinis, quam in Gallia vigere teſtatur, vt in actionibus realibus, & in ſpecie in cauſa Retractus Iudex ſecularis aduerſus Clericum ſit competens, ſubdens ex Io. Fabr. *in §. item Seruiana, Inſt. de act.* Galliæ Prælatis interdictum eſſe, nè de realibus actionibus cognoſcant; vndè cùm loquutus ſit *Tiraquell.* in terminis conſuetudinis Galliæ, conſequens eſt dicere, quòd vbi hæc conſuetudo non viget, *Tiraquell.* allegari non meretur.

22 Secundò minùs obſtant dicta per Thom. Triuiſan. qui in *deciſ. ſua Veneta 34. lib. 1.* firmans *in principio* concluſionem, vt Clericus non niſi coram Iudice Eccleſiaſtico ſit conueniendus; eam limitat, quoties Clericus iure Retractus conueniretur: & vt hoc eius dictum ratione, & authoritate probaret, pro ratione ſupponit pro vero id, quod eſt omninò falſum, & à noſtris Catholicis Scriptoribus omni tempore improbatum, nimirùm vt in actionibus realibus contra Clericum, ſit Magiſtratus ſecularis Iudex competens: & cùm hæc actio (dicit ipſe) pro retrahenda re à Clerico emptore ſit realis, conſequens eſt dicere, vt poſſit Clericus coram Iudice ſeculari hoc iure Retractus conueniri: pro authoritate citat Afflict. in d. *Conſtit. Sancimus*, Marant. *diſp. 8. num. 34.* & Marc. Mant. *dialogor. iur. lib. 2. dialog. 39. circa finem*: & cum his credidit *Triuiſan.* opinionem ſuam ratione, & authoritate probaſſe.

Etenim vt huic Veneto Doctori reſpondeamus, & ad rem: quoad rationem dico, vt modò annui, falſum eſſe omninò axioma illud, quod abſque vllo fundamento pro indubitato ſupponit, nimirum in actionibus realibus aduerſus Clericum, Iudicem ſecularem
23 eſſe competentem; peto enim, qua lege, quo canone, quaue Pontificia conſtitutione hoc probari poteſt? demonſtrauimus enim *in principio*, tàm iure Ciuili, quàm Canonico attento, Iudicem Eccleſiaſticum tantùm eſſe competentem, quoquo modo, quacunque de cauſa Clericus conueniretur, exceptis caſibus à iure Canonico expreſſis, inter quos certum eſt, quod non reperitur, vt in actionibus realibus Magiſtratus ſecularis ad Clericum cognoſcendum ſit Iudex competens; vnde meritò diſtinguebat Nicol. Boër. inter Gallos primæ Claſſis *deciſ. ſua 69. num. 20.* vt attenta conſuetudine Franciæ ſit Magiſtratus ſecularis Iudex competens, at ſecus de iure, allegat text. *in dict. authent. ſtatuimus*, & in *d. cap. ſignificaſti*, & in *d. cap. ſi diligenti, de for. compet.* id quod hodie in omnibus Chriſtiani Orbis partibus, in quibus tamen de Clauium poteſtate bene ſentitur, eſt citra controuerſiam, ſtante Bulla Cænæ *ſuprà* relata in *d.*
24 *canon. 15.* vbi verbis admodùm claris excommunicatur Iudex ille ſecularis, qui ex officio, vel ad Partis inſtantiam ad ſuum Tribunal Clericum vocat, præter iuris Canonici diſpoſitionem. Hoc formidabili Canone ſic ſtante, quo pacto poſſet vnquam Catholicus Iudex Clericum ad ſuum Tribunal vocare, eumque cogere ad collaterali relaxandum iure Retractus fundum, quem emit, quis enim cognitionem hanc ei tribuit?

25 Nec me latet, celeberrimos noſtræ iuriſprudentiæ Profeſſores hanc erroneam & deteſtabilem concluſionem firmaſſe, nimirùm vt in actionibus realibus poſſit Iudex laicus contra Clericum procedere: ſed ferè omnes Galli. & Germani extitêre, hoc iure ex inueterata conſuetudine in eorum Regionibus vtentes (inter quos ex Gallis Tiraquell. & Io. Fab. *locis cit.* & ex Germanis Gayll. *obſer. 37. n. 4. li. 1.* & de *pign. obſer. 7. n. 2.* & Minſyng. *obſer. 22. cent. 1. & obſer. 95. n. 2. cẽt. 2.*) vt benè obſeruarunt Couarr. *pract. q. c. 31. n. 5. in fine*, quò loci dicit, opinionem hanc apud Hiſpanos nuſquam admiſſam vidiſſe, ſed ſemper Clericos etiam in realibus actionibus apud Iudicem Eccleſiaſticum, non ſecularem, conuentos: itemquè hunc Galliæ, & aliarum Prouinciarum vſum pro viribus deteſtantes, Mayner. in *regula, aliud, §. refertur, num. 96. & ſeq. de regul. iur.* Azeued. *in l. 10. num. 30. tit. 1. lib. 4. recompil.* & alij, quos citat Bouadill. in *ſua polit. lib. 2. cap. 18. num. 164. in fine*, & ex noſtris Italis, quòd Iudex ſecularis in actionibus realibus contra Clericum ſit penitùs incompetens, dixerunt Socin. Sen. *conſ. 15. num. 30. lib. 4.* vbi allegat Io. Andr. *in cap. qualiter, de iudic.* Roland. *conſ. 12. num. 37. lib. 2.* Vant. *tract. de nullitat. in tit. de nullit. ſentent. ex defect. iuriſdict. num 54. verſ. quæ procedunt*, Rot. *deciſ. 5. de foro compet in antiquis*, optimè Sigiſmund. Scacc. *tract. de iudic. cauſ. ciuil. & criminal. lib. 1. cap. 11. num. 28. & 30.* vbi relatis, & reiectis contrariis opinionem hanc communem eſſe teſtatur; Proſp. Farinac. *in prax. crim. part. 1. in tit. de inquiſit. quæſt. 8. num. 21.* ſub illis verbis: *Aduerte tamen, quòd horum Doctorum authoritas procedit non de iure, ſed de locali apud eos conſuetudine, de qua ipſa ipſi teſtantur; quam non valere; & ad alias Regiones non extendi optimè dixit Couarr. &c.* 26
& de obſeruantia in Regno noſtro Neapolitano, quòd Clerici, etiam in realibus ad ſeculares Iudices non trahantur, teſtatur ipſa quotidiana praxis, & cum ea Octau. Bammacar. *in opuſculo de legit. remed. Regibus competent.* &c. *num. 52.* Viuius *deciſ. 49. num. 3. lib. 1.* Maria *tract. de Iuriſdict. part. 4. cent. 2. caſu 125. per totum*, & Reg. Rouit. *deciſ. 42. num. 1.* opinionemque contrariam penitùs abolendam dixi pariter & Ego *lib. 1. cap. 189. numer. 8.* Hæc quoad rationem per *Triuiſanum* conſideratam.

Quò verò ad authoritates *Afflict. Marant.* & *Marc. Mant.* per ipſum relatas, fas ſit mihi dicere, iſtorum doctrinam hallucinatum obſeruaſſe; quandoquidem *Afflict.* verbis admodùm claris affirmauit contrarium eius, ad quod allegatur, vt *ſuprà* fuit demonſtratum. *Marant.* & *Marc. Mant.* aliud non dixerunt, niſi, quòd Clericus actiuè, & paſſiuè municipali lege, quæ ius Retractus induxit, ligatur: id quod nos pro viribus defendimus *cit. cap. 55. lib. 1.* ſed cùm ſit ille conueniendus, coram quo Iudice conueniri debeat? de hoc verbum nullum protulerunt, nè dicamus, *Marant.* noſtram inſequutum ſententiam, dùm allegauit, & ſequutus eſt Napodan. in *locis ſuprà citatis*, vbi firmat concluſionem, Clericum pro iure Retractus coram Iudice Eccleſiaſtico conueniendum; quo fit, vt dicamus, pariterque concludamus, *Triuiſan.* ſententiam ratione, & authoritate eſſe penitùs deſtitutam, illamque meritò improbaſſe Scacc. *tract. de iudic. lib. 1. cap. 11. num. 100.*

Tertiò non obſtant dicta per Farinac. *cit. quæſt. 8.* 27
num. 124. vbi dicit, Sigiſmund. Scac. in *loco modò à me citato*, ex Triuiſan. in *d. deciſ. 34.* poſuiſſe duos caſus, in quibus ſecularis Iudex eſt competens, etiam contra Clericum, primum ſcilicèt, in cauſa iuris Congrui; ſecundum, in cauſa Affictus domus; perfunctoriè, nè dicam inconſideratè, hoc dixit *Farinac.* eiuſquè lapſus dupliciter detegitur, primò dũ citat *Scac.* qui *Triuiſanum* improbat, non autem ſequitur: ſecũdò

ſi in *eadem quaeſt.* 8. *num.* 21. enixè, vt par erat, ſuſtinuit, deteſtandam eſſe opinionem illorum, qui tenuerunt, Iudicem ſecularem in actione reali contra Clericum eſſe competentem; quo pacto in *hoc num.* 124. poterat affirmare, vt Iudex ſecularis ſit competens aduerſus Clericum iure Retractus conuentum, nonnè actio hæc, ſecundùm vnam opinionem realis eſt; vel ſecundùm alteram, quæ eſt Io. Anton. de Nigris, & aliorum in *d. Conſtit. Sancimus*, in rem ſcripta?

28 Vltimò, nec obſtare dicebam, quòd huiuſmet opinionis pro ſeculari Magiſtratu extiterit Marius Giurba *deciſ.* 25. *num.* 10. quæ in caſu propoſito contra Epiſcopum afferebatur: nàm cùm doctus iſte I. C. materiam non deguſtauerit, & non niſi *Triuiſani* authoritate id ſcripſerit, de eius opinione in hoc articulo nulla poterat haberi ratio; quapropter non abs re, ipſum, & Triuiſan. ſatis licenter hac in re alloquutos dixerim Ego in *cit. cap.* 55. *num.* 6. *lib.* 1.

In hanc ſententiam reſpondi cuidam Baroni amico, & clienti, huius articuli veritatem in currenti anno 1645. à me ſcire cupienti, qui demùm ſecundùm hìc allegata ab eius Officiale exequi feciſſe, me certiorem fecit.

29 Proſequor materiam coactus, nè dicam petulanter laceſſitus à Mario Giurba I. C. Meſſanenſi, qui ægrè ferens, me dixiſſe in *cit. cap.* 55. *num.* 6. id, quod pauló antè repetij, ipſum, & Triuiſa. licenter ſatis in hoc articulo alloquutos; aduerſus me elatus nouiſſimè inſurrexit *obſer.* 2. *à num.* 15. *par.* 1. *ſuarum obſeruat.* quò loci quærens primò, in quo *Triuiſanus* peccauerit, vt tàm ignominioſo Epitaphio, reprobatione dignus fuerit? ſubdit, me potiùs erubeſcendum, cùm ad meam probandam intentionem, nec legem, nec Doctoris authoritatem adduxerim; contra tex. in *l. illam, C. de collation.* & quamuis citare potuiſſem, addit, Barboſ. Guttierr. Mut. Panor. Turrett. & Surd. *in locis per ipſum relatis num.* 17.

Attamen his non obſtantibus in ſuo lapſu tàm claro, tàm certo, tàm manifeſto perſiſtens, ſuam confirmat ſententiam authoritate nonnullorum, quos affirmaſſe præſupponit, in cauſa Retractus contra Clericum, ſecularem Magiſtratum eſſe competentem; & hi ſunt iuxta ordinem, quo illos allegat, Marcus Mant. Marant. & Affl. *in locis per me citatis*, Marc. Ant. Bard. *tract. de iure protomiſ.* Guſman. *de euiction. quæſt.* 7. *num.* 36. Staiban. *in ſchol. ad Staiban. Sen. conſ.* 41. *num.* 4. Nouel. *de iure protomiſ.* §. 8. *num.* 48. Tiraquel. *in loco per me cit.* Carpan. *Mediol. Stat. c.* 417. *num.* 174. *p.* 1. Ricc. *coll.* 6. Scacc. & Farinac. *in locis ſuprà per me relatis*: & quòd ità in *Pinziano Senatu* pro laico in Curia ſeculari retrahente contra Clericum deciſum fuerit, laudat in authorem Chriſtophor. Paz *tract. de Tenuta, quæſt.* 63. *num.* 32. *ad finem* (quibus relatis Doctoribus poterat *Giurba* addere & alium, qui *Triuiſani*, & ſuam inſequutus ſententiam, & is eſt Octauius Caracciolus *in tract. de fori priuilegiat. remiſſ. quæſt.* 17.) citat pariter & inſimul tex. in *d. cap. conſtitutus, extra de in integr. reſtit.* quo, inquit, probari Retractum coram retrahentis Iudice fore concedendum, quia retrahens reus eſt; ex Innocent. in *c. dilecti, de except.* & Caſtrenſ. *in l. teſtamenta, nu.* 7. *C. de teſtam.* quem ſequutus eſt Paz *loco cit. nu.* 23. Faber *diff.* 55. *nu.* 18. *C. de Epiſcopis, & Cleric.* & Teſtay *allegat.* 25. *n.* 17.

Ad quorum corroborationem conſiderauit demùm, diſſimile non eſſe, quod de Clerico diffamante dixit Capyc. *deciſ.* 18. vt à laico diffamato rectè poſſit ille coram Iudice ſeculari conueniri; quicquid in contrarium ſcripſerit Affl. *dec.* 268. cùm *Capyc.* ſententia crebriùs obtinuerit, vt per Addẽtes *vtrobique*, & Cõtard. *in l. diffamari, quæſt.* 1. *C. de ingen. manumiſſ.* qui *Affl.* reprobat.

Quibus ſic ſe habentibus, concludit in hoc certamine, potiùs *Scac.* & *Farinac.* Romanis Eccleſiaſticam iuriſdictionem callentibus, quam mihi Neap. credendum eſſe, cùm pro illis ſtet *Pinziani Senatus* deciſio, & *Triuiſan.* ſententia: tandèm pro hac opinione tùm in Straticotali, tum in M. R. C. Auditorio illius Regni de anno 1610. deciſum refert.

30 Hæc ſunt dumtaxat, quæ *Marius Giurba* ad ſuam confirmandam ſententiam, ſiuè mauis ad ſuum detegendum errorem, & in pœnam mei patrati facinoris conſiderauit, quibus reſpondere non pigebit; poſſem vtique me abſtinere fœliciter, ſi tamen quæ *ſuprà* exaràui, attenta conſideratione penſentur, ex illis namque conſtat enixè, quantum & *ipſe* & *Triuiſanus* in huius articuli reſolutione peccauerint, & quantum contra communem omnium ſententiam loquuti fuere; ſed vt eo magis veritas eluceſcat,

31 Ad primum reſpondeo; nuſquàm in animum veniſſe meum, *Triuiſani*, & *Giurb.* ignominioſo Epitaphio reprobatione dignos eſſe, ambos enim ſummæ doctrinæ Viros agnoſco, ſummaquè exiſtimatione emeritos, credidi tamen in hoc articulo, Eccleſiaſticam libertatem eos multùm læſiſſe, quos proindè dixi, pace tantorum virorum, licentèr ſatis alloquutos. Eſt tamen verum, ad hoc demonſtrandum, nec legem, nec Doctoris authoritatem me attuliſſe. Ratio fuit, quia dè his principaliter non agebam, cùm meum fuerit de illo ſolummodò videre, nimirùm an Clericus actiuè, & paſſiuè ligetur municipali lege, quæ ius Retractus induxit? & tandem admiſſa affirmatiua ſententia, coram quo Iudice ſit ille conueniendus, nullatenus in dubium reuocaui; annui ſolum, ſed perfunctoriè; quid *Triuiſanus* & *Giurba* in hoc ſenſerint: At cùm demùm circa hanc Iudicis competentiam diſſerere annis non longè decurſis mihi contigiſſet, an quod ſcripſi, ratione, & authoritate probauerim, ità vt factus non ſit locus regulæ, quæ deſumitur ex *l. illam, C. de collat.* & clariùs ex §. *conſideramus, Auth. de triente, & ſemiſſ.* ſatis credo fuiſſe *ſuprà* demonſtratum.

32 Sed deueniamus ad Doctores, quos *Giurb.* pro ſua opinione allegat *num.* 18. vbi dicit, Alphonſ. Guzma. *tract. de euiction. q.* 7. *num.* 36. affirmaſſe, Clericum in cauſa Retractus coram Iudice ſeculari fore conueniendum, authoritate Marci Mant. *dialog. iur. lib.* 2. *dialog.* 39. Marant. *diſput.* 8. Affl. *in Conſtit. Sancimus, in Rubr.* Marci Ant. Bard. *in tract. de iure protomiſ.* & *Triuiſa. cit. dec.* 34. *lib.* 1. Reſpondeo, verum eſſe, *Guzma.* iſtorum authoritate hoc dixiſſe: ſed certè hallucinatum eos allegaſſe; quòd proindè de eius dicto nulla poteſt haberi ratio, quandoquidem, vt fuit *ſuprà* demonſtratum, quando *Triuiſanum* confutauimus. *Affl.* firmat contrarium. *Marc. Mant.* & *Robert. Marant.* dixerunt ſolummodò, vt Clericus actiuè, & paſſiuè ligetur ſtatuto, de iure Retractus loquente; ſed quando conuenitur, coram quo Iudice ſit conueniendus, verbum nullum, *Marcus Ant. Bard.* nullo pacto allegari meretur, cùm aliud non dixerit in ſuo *tract. de iure protomiſ. in proœmio num.* 4. niſi, quod vigore *Conſt. Sixti IV.* & *Leonis X.* cauſæ omnes iuris Retractus, ſiuè Congrui, tàm inter laicos, quam inter Clericos, Eccleſias, & loca pia quæcunque, etiam exempta, in Alma Vrbe agitantur coram Magiſtratu viarũ, Præſidente Domino Cardinale Camerario; proſequitur *Giurb.* alios allegans Doctores, & iuxta eius ordinem.

33 Staiban. iun. ad præſens Iudex noſtræ C. meritiſſimus, in *addit ad ſenior. conſ.* 41. hic nec etiam allegari meretur, cùm remiſſiuè loquatur: quærit enim *num.* 4.

na

an Clerici in cauſa iuris protomiſeos coram ſeculari Iudice ſint conueniendi? & nihil determinans citat Giurb. *decis.* 25. *n.* 10.

34 Nouel. *de iure protomiſ.* §. 8. *num.* 48. hic nec etiam allegari meretur, in *hoc* enim *num.* nihil dicit; ſed tantùm *numer.* 38. quærit; an Clerici poſſint agere iure Congrui contra laicos? & affirmatiuè reſpondet *num.* 42. quia Clericus poteſt agere coram Iudice laico, quando agitur de ſuo patrimonio, ſicquè in facto deciſum teſtatur: demùm *num.* 43. dubitat, an Scholæ, & Confraternitates illius Ciuitatis poſſint iure Congrui actionem intentare, & an ſtatutum laicorum Clericos, Eccleſiaſticas perſonas, & loca conſecrata comprehendat? & citando ad hoc Bart. & alios, addit hæc verba: *Et hoc iudicium poteſt intentari coram Iudice laico, vt Doctores moderni in cap. cùm inter, col. 7. de except. & ibi D. Dec. D. Marian. Soc. in ſuo tract. de citation. art. 5. ver. 13. Afflict. dec. 24. num. 8. ratione enim temporalium Clerici Regibus, & Iudicibus laicis ſunt ſubiecti, &c.* ex hoc loquendi modo non habemus, an *Nouel.* ſenſerit, ſi hoc iudicium poſſit agitari coram Iudice laico, Clerico retrahere volente, vel vbi ille hoc iure conueniretur? *Doctores* enim, quos allegat, nequè vnum, nequè alterum probant, dicunt ſolùm, edictum generale Iudicis ſecularis admonens omnes ad comparendum, ſi in negotio, de quo agitur, ſua putauerint intereſſe, Clericum ligare; vellem modò ſcire à *Nouel.* quid hæc concluſio commune habeat cum articulo, an iudicium iuris Retractus, vel ad inſtantiam Clerici contra laicum, vel ad inſtantiam laici contra Clericum poſſit coram Iudice ſeculari intentari? addit, Clericos ratione temporalium Regibus, & Iudicibus laicis eſſe ſubiectos, benè dicit, in his tamèn, in quibus ius Canonicum expreſsè diſpoſuit: ad text. *in cap. cæterùm, in cap. ex tranſmiſſa, & in cap. verum, de foro competent.*

35 Tiraqu. *1. retract.* §. 8. *gloſ.* 5. *num.* 16. itemquè Carpan. *Mediol. Stat. cap.* 417. *num.* 124. *p.* 1. loquuntur in terminis conſuetudinis Franciæ, & ſic nihil ad rem noſtram.

36 Riccius, cuius memoriæ tantum debeo, quantum poſſum, *collect.* 6. *verſ. item an Clericus*, non aperit, quæ in hoc articulo fuerit ſua opinio; voluit enim in illo opere omnes ſupremorum Senatuum deciſiones referre; & quærens, an Clericus pro iure Congrui coram Iudice ſeculari conueniri poſſit, citat Triuiſan. *deciſ.* 34. *lib.* 1. qui affirmatiuæ fuit opinionis; ſed quòd conueniendus ſit coram Eccleſiaſtico apertè demonſtrauit *in deciſ. Curiæ Archiep.* 180. *p.* 3.

37 Farinac. *in prax. crim. par.* 1. *tit. de inquiſit. quæſt.* 8. *num.* 124. in hoc articulo inconſideratè proceſſit, vt fuit *ſuprà* demonſtratum, quando illius dicta confutauimus.

38 Scaccia *de iudic. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 100. non ſolum non dicit id ad quod allegatur à *Giurba*, ſed contendere poſſumus, contrarium firmaſſe; per hæc enim verba loquitur: *Adde etiam regulam, & limitationes, quas ponit Triuiſan. dec.* 34. *num.* 2. *& ſeq. lib.* 1. *dicens, quòd Iudex ſecularis poteſt eſſe competens Iudex Clerici in cauſa iuris Congrui, item in cauſa Affictus domus conductæ, & deniquè in actione reali, quas tamen regulam, & limitationes hìc non firmo, &c.*

39 Chriſtophor. Paz vel allegari non meretur, vel benè ponderatus noſtram confirmat ſententiam, in *tract. de Tenuta, cap.* 63. vbi à *num.* 23. in quo de his agere cæpit poſt multa, quæ conſiderauit pro Iudice ſeculari; ſignantèr *numer.* 31. tandèm *numer. ſeq.* 32. ait, quòd licèt, quæ ſuperiùs dixerat magni momenti eſſent, tamen quæſtionem diffinire non audebat, quia per clauſulam Conſtituti, vel per traditionem ciuilis poſſeſſio ſimul cum dominio in Clericum fuit tranſlata, vndè ſi hoc iure conueniretur, apud Iudicem ſuum conueniri deberet, illos ad hoc allegans Doctores, qui hoc probant; ſubdit demùm, audiuiſſe (teſtis eſt de auditu) in illa Regia Cancellaria ſemel iudicatum fuiſſe contra Clericum; ſed ſua tempeſtate (nota) nullam huiuſmodi cauſam vidiſſe, quod proindè rem dubiam exiſtimabat, & conſideratione dignam, quando caſus occurriſſet: per hæc enim verba doctus iſte Iureconſultus loquitur, quibus an *Giurba*, vel potiùs mea confirmetur ſententia, me remitto.

Sed *quanquàm hæc magni momenti ſint* (hæc ſunt verba Chriſtoph. Paz) *non vero quæſtionem audeo diffinire; ex venditione enim, vel per clauſulam Conſtituti, vel per traditionem ciuilis poſſeſſio ſimul cum dominio in Clericum fuit tranſlata, conſanguineúſque ſi contendat ei rem competere, retraheréque conetur, iuſtum poſſeſſorem, & dominum apud Iudicem ſuum debet conuenire: & huius opinionis ſunt Villadieg. & alios referens Palat. Runios in d. l.* 70. *Tauri, num.* 15. *qui defendit, contra Clericum emptorem Retractum locum habere, eſſe tamen petendum coram Iudice Eccleſiaſtico, & coram eo debere fieri depoſitionem pretij, aliáſque legis ſolemnitates ſupereſſe: vt ex exteris eiuſdem opinionis fuit Napodan. in tit. de iure Cong. in Conſuet. incip. Si Eccleſia, & in procemio, in verb. tenorem, Matth. de Afflict. in tract. de iure protomiſ. in principio legis, verſ. item quæro, num.* 10. *ad finem, quamuis aſſerat, non facilè ſeruari hanc opinionem in Curia Archiepiſcopali Neapolitana, audiuiquè in hac Regia Cancellaria ſemel iudicatum fuiſſe in fauorem retrahentis, oppoſita declinatoria fori per Clericum; mea tamen tempeſtate nullam huiuſmodi cauſam vidi, dubiamquè rem puto, & conſideratione dignam, quando caſus occurret.* Hæc Paz. 40

Pergit vlteriùs *Giurba* allegans text. in *cap. conſtitutus, extra. de in integr. reſtit.* in quo dicit, Retractum concedi coram Iudice retrahentis; Vellem Ego ſcire, quid boni pro ſua opinione ex hoc colligit *Giurba*? nam ſi ſentit, probari in *hac Decretali*, vt Retractus ſit coram Iudice retrahentis petendus; hoc verum non eſt, quia nullibi in *text.* legitur: dicet quis probari hoc modo, cùm in eo ſupponatur fuiſſe fundum à laico venditum, & cùm iuxta municipalem conſuetudinem laicorum in emptione veniebant præferendi duo fratres venditoris filij, quorum alter erat Clericus, quia intra annum, & diem, propter eorum minorem ætatem pro Retractu non comparuerunt, qua de re ſe læſos dixerunt, ſupplicarunt Summo Pontifici, vt dignaretur, ad reſtitutionis in integrum beneficium eos admittere, prout admitti mandauit, quatenus preces veritate niterentur: Eccè igitur, dicet quis, quòd Clericus pro Retractu obtinendo comparuit coram Iudice Eccleſiaſtico, qui ipſius retrahentis erat competens, ſicque bene probatur, quòd Retractus conceditur coram Iudice retrahentis. 41

Etenim reſpondetur primò, in *text.* non haberi, an emptor fundi iuri Retractus obnoxij erat laicus, vel Clericus, ita vt non deſunt Doctores relati à Felin. in *loco infrà allegando*, qui dixerint, quòd erat Clericus, ſicquè Clericum pro Retractu alium Clericum coram Iudice Eccleſiaſtico conueniſſe; & Petr. de Anchar. *ibidem in principio*, dicit, ſe non videre, ſi emptor fuiſſet laicus, quo iure ſuper iſta reſtitutionis cauſa poterat ille coram Papa trahi, id quod placuit Conſiliario de Carleual. *in loco infra allegando.*

Admiſſa tamen communi intelligentia, quòd emptor verè fuiſſet laicus, vt per Anchar. Ant. de Butr. Abb. Zabarel. & omnes in d. *cap. conſultus*, Didac. Caſtelli in *l.* 70. *Tauri, col.* 5. *verſic. item ſi magiſter*, Matienz. *lib.* 5. *recompilat. tit.* 11 *l.* 7. *gloſ.* 2. *numer.* 22. &

& alios, non per hoc ſequitur, probari in *eo tex.* in cauſa Retractus Iudicem retrahentis eſſe competentem; ſed benè probari ſecundùm Canoniſtas, ſpe-
42 ciale eſſe in Eccleſia, & in Clerico læſis, vt pro obtinenda reſtitutione in integrum, etiam contra laicum poſſint coram Iudice Eccleſiaſtico comparere (id quod aliis non permittitur, per tex. ſatis clarum, & expreſſum in *l. 1. C. vbi, & apud quem cognit. in integr. reſtit. agitan. ſit*, vbi verbis ſatis expreſſis deciditur, in cauſa reſtitutionis in integrum actorem rei forum ſequi debere) ità ſatis apertè dixerunt Canoniſtæ in *d. cap. conſtitutus*, ſignanter Ant. de Butr. *in 7. notab.* vbi dicit, hoc notandum pro mirabili, Abb. *per tot. num. 1.* quò loci inquit, in *hoc tex.* eſſe caſum, in quo Clericus gaudet quoad priuilegium fori in rebus ſuis eo fauore, quo gaudet in rebus Eccleſiæ: id quod menti tenendum commendat Zabarell. in *6. notab.* Felin. in *cap. cùm ſit generale, col. 2. verſ. Eccleſia reſtituitur, extra, de foro competen.* Roman. *ſing. 113.* Marant. *in prax. 6. par. in verb. & quandoque appellatur, num. 113.* & alij, quos citat Sforz. Odd. *tract. de reſtit. in integr. par. 1. quaſt. 32. art. 15. num. 124.* ſed quòd etiam in hoc caſu ſpeciale præ-
43 dictum in Clerico admittendum non ſit, ſicquè, vt ille, cùm ex aliquo contractu cum laico inito ſe læſum credat, volens in integrum reſtitui, coram Iudice ſeculari pro reſtitutione in integrum contra laicum obtinenda comparere teneatur, ſupradictorum Doctorum ſententia reiecta, dixerunt, & ſatis benè Io. de Imol. *in d. cap. conſtitutus, num. 8.* vbi expreſſis verbis dicit, Clericum in hoc caſu teneri ſequi forum Rei, per tex. *in d. l. 2.*

Nec obſtare, inquit, præcitatam *Decretalem*; quia poteſt dici, quòd illud municipium, in quo erat conſuetudo approbata laicorum, vt diſtracto fundo patrimoniali, poſſent vendentis coniuncti proximiores intra annum comparere, illiúſque emptori pretio exburſato reſtituto, ab eius poſſe retrahere, vel erat de Terris ſubiectis Eccleſiæ, & ideò potuit agi coram Eccleſiaſtico, ad tex. in *cap. ſi duobus, de appell.* vel erat conſuetudo loci, quòd vbi actor eſſet Clericus, poſſet reum trahere ad forum Eccleſiaſticum: idémque doctè ſatis, prout de more, inſignis Couarr. *var. reſol. lib. 1. cap. 4. num. 2.* Barboſ. *in l. heres abſens, §. proindè, num. 31. ff. de indic.* Parlador. *differ. quotid. differ. 9. §. 3. num. 8.* Sforz. Odd. *loco cit. n. 125.* & omnium ſingulariſſimè Conſiliarius Carleual. *lib. 1. de iudic. tit. 1. diſp. 2. q. 4. à num. 193. vſque ad num. 196.* quò loci per hæc verba reſpondet ad *tex.* in d. *cap. conſtitutus*, nimirùm: *Neque item obſtat tex. in d. cap. conſtitutus, eodem tit. quoniam credendum eſt, Pontificem, à quo petita eſt ibi reſtitutio, eſſe Iudicem competentem rei, contra quem eſt petita; eò quòd, vel eſſet Clericus is, contra quem petebatur, vel Prouincia ipſa ſubiecta Romanæ Eccleſiæ quoad ſecularem iuriſdictionem: neque verò hoc eſt diuinare; nam cùm in eo textu non ſit principalis quaſtio de foro, ſed potiùs de reſtitutione in integrum petenda, præſupponi poſſunt termini habiles quoad forum, abſque vitio diuinationis; l. qui teſtamento, cum ſimilibus, ff. de teſtam. vt eleganter animaduertit Barboſ. in d. §. proindè, num. 35. tametſi Couarr. huius ſolutionis primus author eam diuinationi obnoxiam ferè fateatur, minus hoc reputans incommodi, quàm oppoſitæ ſententiæ acquieſcere.* hæc Carleual.
44 Etenim ſatis eſſet impertinens in Terris Imperij, ſi Eccleſia, vel Clericus pro reſtitutione in integrum obtinenda aduerſus laicum vellet coram Iudice Eccleſiaſtico comparere, ſuffulti diſpoſitione *præcitatæ Decretalis*, dùm legem habemus expreſſam Imperialem, vt in iudicio reſtitutionis in integrum actor forū rei ſequi cogatur, in *d. l. 2. C. vbi, & apud quem, &c.*

Vlteriùs aſſirmat Giurb. *num. 19.* in hoc iuris Re- 45
tractus iudicio retrahentem eſſe reum, ad quod allegat Innocent. Paul. de Caſtr. Ant. Fabr. Paz, & Teſtay in *locis ſuperiùs citatis*, vndè vti reus debet coram Iudice ſuo ſeculari conueniri: Sed reſpondetur, hos Doctores, excepto *Paz* (qui verè in hac quæſtione allegari non meretur, cùm nihil determinet) nec ſomniaſſe ſimilem inepiam affirmare, ſed hoc tantùm dixiſſe, vt ſi à Iudice laico emanaret citatio, admonens quoſcunque generaliter, vel etiam Clericum ſpecialiter ad comparendum, quatenus ſua intereſſe putauerit, quòd ſi Clericus compareret, dicitur ille potiùs actor, quàm reus, ex eo quòd comparere non compellitur, ſi non vult. Hoc non applicatur, quando Clericus à laico collaterali conueniretur ad relaxandum iure Retractus fundum, quem emit, eo enim caſu laicus, qui retrahit, dicitur verè actor; & Clericus, qui eo iure conuenitur, reus omninò: & hæc fuit principalis ratio Doctorum *ſuprà* relatorum, qui dixerunt, vt Clericus non niſi coram Iudice Eccleſiaſtico in iudicio Retractus conueniri debeat, quia actor debet ſequi forum rei: etenim, hiſce mediis probari nuſquam poterit, vt poſſidente Clerico rem, quam emit, & pro qua pecuniam impendit ſuam, comparente demùm laico collaterali pro Retractu, hic retrahens dicatur reus, ſicque vt non niſi coram Iudice ſuo ſeculari ſit de iuribus ſuis tractandum; quid enim ab illo petit Clericus, qui pacificè emit rem quam poſſidet, non nè reus nuncupatur à re, quæ petitur, *c. forus, de verb. ſignif.* diceretur 46
enim hic retrahens reus, quãdo inito contractu inter vẽditorẽ fundi, & Clericũ emptorem, priuſquàm iſte fundi empti poſſeſſionẽ acquireret, laicus collateralis poſſeſſionẽ rei vẽditæ inuaderet, & pretiũ corã Iudice ſeculari deponeret, eo enim caſu, ſi Clericus emptor ex vi contractus initi cum fundi venditore vellet illius corporalem poſſeſſionem acquirere, vtique ad dimittendum intruſum poſſeſſorem coram Iudice ſeculari comparere teneretur, & hoc modo laicus, qui ſic de facto retraxit, diceretur reus; ſed vbi Clericus emptor pacificè, & quietè poſſidet, & collateralis contra illum iure Retractus vti vult, non video, quo pacto retrahens reus in hoc iudicio denominari poſſit: id quod benè conſiderauit Paz *loco cit. num. 32.* quicquid per priùs inconſultò dixerit *num. 23.*

Idemque reſpondemus Octauio Caracciolo, qui in 47
cit. quaſt. 17. Triuiſan. & Giurb. in *allegatis deciſionibus*, inſequutus, hoc idem ſcripſit, nimirum, vt in hoc iudicio Retractus laicus retrahens dicatur reus, ex quo à Clerico emptore ad retrahendum prouocatur, ipſe autem Clericus vti prouocans actor, etenim Clericus emendo nunquàm putauit vicinum ad retrahendum prouocare, immò ſemper ſperauit, ſuper prædio empto à nemine moleſtari: quòd autem vicinus poſſit retrahere, eſto, millies prouocatus, vt *Giurb.* & *Caracciolus* inaniter præſupponunt, hæc prouocatio non poteſt illum conſtituere reum, ſed prorſus actorem; oritur enim ex hoc ei actio ad retrahendum contra nouum emptorem, in ſuique facultate eſt, an velit ea vti. Vndè cùm primùm deter- 48
minat actionem illam exercere, neceſſariò comparere tenetur coram eo Iudice, qui eſt competens illius, contra quem actio illa inſtituitur, ſiuè intentatur: ſunt iura nimis clara, & vulgata in *l. 2. Cod. de iuriſd. omnium indic.* & in *l. fin. Cod. vbi in rem actio*: & quod vulgò dicimus, vt prouocans ſit actor, prouocatus verò reus, intelligitur, quando prouocatio in iudicio fit; prout eſt tex. in *l. in tribus, in fine*, ibi, *eum videri actorem, qui ad iudicium prouocaſſet, ff. de indic.* vbi autem non eſt iudicium, ceſſant prorſus hæc nomina

Actoris,

Actoris, & *Rei*:hinc in terminis ſatis eleganter diſſerendo Conſiliar. Carleual. *loco cit. num.*202. inquit, nullum in iure conſiderari actum, aut contractum extra iudicium, ex quo efficiatur quis reus, ità & taliter, vt non poſſit eſſe actor: nec alicuius momenti eſſe conſiderationem illam, quæ aliquando fit de reo originario, aut actore originario, cùm ille, qui hodiè conſideratur reus originarius, ſeù reus in potentia, poterit alia die actor eſſe actu: & è contra. quarè ſubdit, illum verè cenſendum eſſe actorem, qui ad iudicium prouocat: allegat tex. in *d. l. in tribus*, & in *cap. forus, de verb. ſignif.* Bart. *in l. libertus, n. 2 ff. de in ius vocando*, ibique Bal. *in 1. lect.* Dec. *conſ.* 43. ex *num.* 1.

50 Addit *Giurba*, nec diſſimile eſſe, quod de Clerico diffamante dixit *Capyc.* contra *Afflict.* vt à laico diffamato coram Iudice ſeculari conueniri rectè poſſit: id quod ſatis doctè, prout de more affirmauit, ſic nouiſſimè per Supremum Regni huius Senatum determinatum referens nobiliſſimus, ac nunquam ſatis laudatus D. Reg. & Marchio Capyc. Latro *deciſ. ſua* 89. de qua immemor fui *cap.* 6. *num.* 1. cùm hanc eandem probauerim ſententiam. Etenim reſpondetur, nedùm diſſimile eſſe; ſed inter vnum, & alium caſum non paruum conſiderari diſcrimen; ideò enim in iudicio iactantiæ laicus diffamatus Clericum diffamantem poteſt coram Iudice ſeculari ad ſua iura proponendum conuenire, quia circumſcripto hoc iudicio, ſi Clericus vellet de iuribus ſuis experiri contra laicum, neceſſariò coram Iudice ſeculari comparere teneretur, quo caſu diceretur actor; vndè meritò magis communiter receptum eſt in iudicio iactantiæ intentantem remedium *l. diffamari*, naturaliter, & verè dici reum; illum autem, contra quem intentatur, actorem; ſicque ad Iudicem ipſius diffamati poſſe diffamantem trahi: vt per D. Reg. Capyc. Latro *loco cit.* poſt D. Præſid. de Franch. *deciſ.* 657. & alios plures, quos allegat *numer.* 5. quibus addo Conſiliar. Carleual. *loco ſuperiùs cit. num.* 202. *verſ. hoc dumtaxat*: at in iudicio Retractus, cùm Clericus rem emptam poſſideat, dùm vt poſſidere deſinat, cupit collateralis, neceſſe eſt, vt illum ad relaxandum conueniat, & dùm conuenitur, dicitur omninò reus, & conſequenter coram Iudice ſuo citandus.

51 Vltimò remanet, vt reſpondeamus contrariis deciſionibus ſequutis, tùm in Straticotali, tùm, vt *Giurba* teſtatur, in M. R. C. Auditorio illius Regni: ſed quia ſimilibus determinationibus reſpondet *Conſiliar. Carleual.* cuius anima requieſcat in ſancta pace, *cit. tract. de iudic. lib.* 1. *tit.* 1. *diſp.* 2. *q.* 7. *ſect.* 3. *n.* 967. ideò ad *ibi* dicta me remitto.

52 Hæc ſunt, quæ ſe offerunt in hoc legali certamine habito inter me, & Marium Giurbam; quis autem noſtrum meliora induerit arma, cuique magis credendum, & an in me, vt *Giurb.* præſupponit, vel potiùs in ipſum, vt arbitror Ego, afferri poſſit *Hieremiæ* dictum *cap.* 13. quod in calce *præcitatæ obſerv.* 2. verborum vanitate inflatus allegat, videant hi, ad quos de his videre, & iudicare ſpectabit.

SVMMARIVM.

1 *Clericus diues patris ſui filius primogenitus, & hæres vniuerſalis, an poſſit petere ab hærede in feudalibus vitam, & militiam ſuper feudis antiquis, & pretium erogatum in feudis nouis, & n.* 2. 11. [illegible] 16. *&* 18.

3 *Vita, & militia, quæ debetur ſecundogenitis, eſt onus feudi.*

4 *Vita, & militia debetur ſecundogenito, tàm laico, quàm Clerico, ſiuè pauper ille ſit, ſiuè diues, & num* 6. 8. *&* 9.

5 *Vita, & militia, quæ debetur ſecundogenitis an debeatur loco alimentorum, an loco portionis hæreditariæ, an verò loco Legitimæ.*

7 *Vita, & militia an debeatur in linea collaterali.*

10 *Secundogenitus, cui legatum eſt vnum feudum, an poſſit à fratre primogenito petere vitam, & militiam ſuper aliis feudis, in quibus ille ſucceſſit.*

11 *Vita, & militia debetur ſecundogenito, quamuis ſit ille hæres vniuerſalis, & de ratione, num ſeq.*

14 *Legitima vt non debeatur, requiritur, vt expreſſa illius renunciatio concurrat.*

15 *Lex diſponit de caſu, qui communiter accidit.*

17 *Vita, & militia an debeatur ſecundogenito Clerico, cui pater, vel frater procurauit beneficium Eccleſiaſticum.*

18 *Secundogenitus hæres vniuerſalis patris ſui an poſſit petere à primogenito hærede in feudalibus pretium integrum exburſatum per communem patrem ſuper feudis nouis: & n.* 23. 24. 25. 29. *&* 34.

Et quid ſi hæres in feudo non ſit filius, ſed collateralis, n. 42. 43. 44. 45. 46. 48. *&* 49.

19 *Secundogeniti electio eſt in Regno, ſuper feudo nouo, vel conſequi vitam, & militiam, vel partem pretij, quo feudum illud emptum eſt; & quid ſi feudum, non pecunia, ſed propriis meritis pater acquiſiuit, & num.* 20.

21 *Ratio quæ ſit, vt fuerit in Regno introductum, eſſe ſecundogenito præſtandam partem pretij erogati in feudo nouo, & n. ſeq.*

26 *Tempus quodnam ſit attendendum in ſolutione partis pretij feudi noui, quæ debetur ſecundogenito, emptionis, vel mortis patris.*

27 *Feudo nulliter alienato legitimus ſucceſſor illud recuperat ſine reſtitutione pretij, cum id onus ſit hæredis in allodio.*

28 *Venditor feudi cum pacto de retrouendendo, ſi pactum illud exercet cum primogenito emptoris, pretio reſtituto, pecunia erit hæreditatis burgenſatica.*

29 *Pretij pars, quæ debetur ſecundogenito ſuper feudo nouo, qua actione petatur, & n.* 30. *&* 32.

31 *Collationis vinculo non ſubiacent ea, quæ poſt patris mortem filiis deferuntur.*

33 *Feudale patrimonium, cui eſt annexa qualitas hæreditaria, non eſt ſeparatum à patrimonio allodiali.*

35 *Collatio in quibus caſibus ceſſat, & quæ requirantur, vt illa locum habeat, n.* 42.

36 *Primogenitus tenetur conferre pretium feudi noui, ſiuè velit, ſiuè nolit in reliquis bonis defuncti ſuccedere, vbi deciſio S.C. n.* 37.

38 *Andr. theorica in* cap. Imperialem, §. præterea Ducatus, in addition. num. 39. cum ſeq. de prohib. feud. alien. per Freder. *explicatur.*

39 *Collatio habet locum inter filios hæredes, quamuis filius ille, à quo petitur collatio, ſit hæres in obolo.*

40 *Feudum dicitur Legitima primogeniti.*

41 *Filius primogenitus ſucceſſor in feudo an poſſit à patre grauari pro concurrenti feudi valore.*

47 *Filius quando ſuccedit cum extraneo, non tenetur conferre, ſed quomodò procedat, ibidem, & de ratione, n. 48.*

50 *Legato feudo an debeatur æſtimatio.*

ARGVMENTVM.

Clerico diuiti, tam ex reditibus Eccleſiaſticis, quàm ex patrimonio, nùm Vita, & Militia debeatur? & quid ſi eſſet ille primogenitus, qui propter Clericatum à feudi ſucceſſione fuit excluſus. Item, cùm certum ſit, in feudo nouo competere ſecundogenito partem pretij, quo feudum illud emptum fuit, ſi contigerit, Feudatarium mori, cui duo ab inteſtato ſuccederent, alter in feudo, alter verò in allodio, nùm bonorum allodialium hæres poſſit integrum feudi pretium vti allodiale ab hærede in feudalibus petere? & de aliis ad materiam pertinentibus.

CAPVT XLV.

1 CLERICVS patris ſui filius primogenitus, & hæres in allodio, reuocatur in dubium, an poſſit ab hærede in feudalibus petere ſuper feudis antiquis vitam, & militiam, quæ in Regno ex *Conſtit. Comitibus*, ſecundogenito debetur, & pretium integrum in feudi noui acquiſitione erogatum, quod ex conſuetudine ſic iudicandi filius primogenitus poſt patris feudatarij mortem fratribus ſecundogenitis conferre tenetur.

De hoc articulo in Supremo Regni huius Senatu diſputari contigit in cauſa vertente inter Illuſtriſſimum Dominum meum Don Franciſcum Perettum Abbatem Clarauallenſem, nunc digniſſimum S.R.E. Cardinalem ex vna, & Excellentiſſimam Dominam Principiſſam Albani, & Venafri eius ſororem, ac Excellentiſſimum Dominum Ducem Bracciani in iudicio vocatum, quatenus ſua intereſſe putauerit, ex altera: pro quo Illuſtriſſimo Domino meo Abbate patrocinando, ſequentes ſcripſi iurium Allegationes, & ſunt videlicèt.

Ieſus, Maria, Ianuarius.

2 Ab inteſtato defuncto Excellentiſſimo Don Michaële Peretto Principe Venafri, ac vtili Domino Status Celani, & Baroniæ Piſcinæ, delatáque in poſſeſſorio per geminata decreta, bonorum omnium feudalium ſucceſſione Excellentiſſimæ Principiſſæ Albani eius filiæ, ob incapacitatem Illuſtriſſ. Domini mei Don Franciſci Peretti Abbatis Clarauallenſis, idem Illuſtriſſimus Abbas ſupplicationem in Sacro Conſilio porrexit, qua mediante inſtitit, declarari ſuper Statu, & Baronia prædictis eidem competijſſe, & competere vitam, & militiam à die mortis præfati Excellentiſſimi Patris, nec non & pretium interum erogatum in emptionem Ciuitatis Venafri, vnà cum intereſſe, ad quod omne Excellentiſſiam eius Germanam dictorum feudorum vtilem Dominam, & poſſeditricem, audito Excellentiſſimo Duce Bracciani, quatenus ſua intereſſe putauerit, modis omnibus condemnari inſtantiſſimè petit.

Quòd autem iuſtiſſima ſit petitio, nullam in ſe continens iuris reſiſtentiam, eſt adeò apud nos indubitatum, vt exiſtimem, ad illam de iure fundandam nulla indigere librorum reuolutione; paſſim enim, quando hac de re in Supremis Regni huius Tribunalibus dubitari contingit, ſic citra controuerſiam pronunciatur. Etenim, quod attinet ad vitam, & militiam ex *Regni Conſtitutione, Comitibus*, ſecundogenitis debitam, quam onus feudi eſſe, ex altero Regni iure *Alienationis Actus* Noſtrates dixerunt, nulli dubium eſt, illam Illuſtriſſimo actori competere, in nihilo obſtante, quòd habeat aliundè, tam ex bonis paternis, quia Patris eſt bonorum allodialium hæres; quàm ex reditibus Eccleſiaſticis: & quòd hoc *ſecundogeniti* nomen non mereatur, ex quo potuit vti primogenitus, & vnicus patri ſuo maſculus in feudis ſuccedere, & voluntariè ſe excluſit; Ordines aſſumendo Clericales. 3

Conſtat enim quoad primum, vitam, & militiam ſecundogenito deberi quantumuis locupleti, diuiti, & aliundè habenti, ex quo opulenter viuere poſſit, ſiuè ſit ille laicus, ſiuè ſimplex Clericus, ſiuè Prælatus, aut Cardinalis, quia *Conſtitutio* indiſtinctè ſecundogenitis hanc annuam tribuit præſtationem, ex feudi fructibus per primogenitum ſoluendam, nam cùm illi à feudorum ſucceſſione per natu maiorem veniant excluſi, voluit *Imperator Federicus*, illius *legis* conditor, ad eorum Beneficium vitam, & militiam inſtituere; nec alitèr diſtinguit, an ſint pauperes, vel diuites, an laici, vel Clerici; minuſquè declarauit, talem annuam præſtationem, ad quam primogenitus tenetur, in cuius locum deberi, an forſan in locum alimentorum, an verò portionis, quam aliàs ſecundogeniti fuiſſent ſuper feudo conſequuturi, ſi in eo de Longobardorum iure viueretur, an & tandem in locum Legitimæ; id quod indagare, quamuis antiquitus noſtrorum Maiorum ingenia contorſerit, noſtris tamen temporibus de his diſquirere, maxime ad effectum, vtrùm nec nè vita, & militia ſecundogenito debeatur? eſt prorſus inutile, vt ex *infrà* dicendis apparebit; Videbis enim in diſcurſu, quòd ſi noſtræ petitioni obſtaret aſſerere, deberi vitam, & militiam loco alimentorum, vel eſſe illam ſubrogatam in locum portionis, in qua aliàs ſecundogeniti eſſent ſuper feudo ſucceſſuri, oppoſitionem nullatenus eſſe ſuſtentabilem: idemquè ſi loco Legitimæ deberi contenderetur: etenim communitèr Noſtros affirmaſſe comperimus, vitam, & militiam ſecundogenito deberi, etſi non egenti, ſed omninò diuiti, aliundequè habenti, ex quo viuere poſſit; ita enim vno ore fatentur, 4

5

Andr. noſter, feudorum Pater, in *eadem Conſt. Comitibus, in princip. verſ. ſed an ſi minor ſit locuples*, & iterùm *in repetitione ſequen.* ſimilitèr *in pr.* ſub illis verbis, *Si ſit locuples, non videtur, ff. de lib. agnoſc. l. ſi quis à liberis, §. ſed ſi filij, & §. ſi impubes, & §. alimenta. Periti Regnicolæ dicunt cõtra, & benè, quia hoc eſt onus feudi, &c.*

Patis

Paris de Puteo *de reintegr. feud. c.* 40. quod incipit, *Nunc videndum, num.* 25. ibi, *Tamen Andr. dicit, quòd etiam ſi minor habeat vndè ſe alat aliundè, quòd iſta vita militia ſibi debetur, &c.*

Andr. Tiraq. *de iure primog. q.* 75.

Petrus de Greg. *tract. de vit. & milit. q.* 4.

Ioan. Thom. Minad. *conſ.* 1. *num.* 67. ibi, *Sed vita, & militia debetur ſecundogenito etiam ditiſſimo, & iure actionis, &c.*

Camill. Salern. *in addit. ad Napod. in Conſuet. Quòd ſi aliquis, in addit.* incip. *Vita militia, circa fin.* ibi, *Contrarium dicas, quantumcunque enim ſecundogenitus ſit diues debet habere vitam, & militiam, eo quia illa debetur conditione ex lege, &c.*

Guliel. de Pern. *conſ.* 11. *numer.* 10. inter *conſil. feudalia.*

Ioan. Petr. Surd. *tract. de aliment. tit.* 7. *q.* 15. *num.* 22. & 27. ibi, *Quarè cùm lex, vel conſuetudo deferens ſucceſſionem integram primogenito, mandat, ſecundogenitum ali, tunc datur actio, & non officium Iudicis, & conſequentèr ſecundogenitus, quamuis diues, eam petit.*

Iacob. Menoch. *conſ.* 411. *n.* 6.

Octau. Bammacar. *in Comment. ad. tit. ſi de feud. defun. in cap. qui Clericus, à quaſt.* 10. *num.* 203. *in fine*, ſub illis verbis, *Militia ver ſecundogenitis etiam ditiſſimis iure actionis realis debetur.*

Nicol. Intrigliol. *de feud. cent.* 1. *queſt.* 57. *num.* 20. per hæc verba, *Item debetur, etiam quòd frater ſecundogenitus ſit locuples, vel alimentatus fuerit aliundè, & habitauerit extra domum fratris ſui primogeniti, &c.*

Don. Garſ. Maſtrill. *deciſ.* 85. *n.* 20.

Paul. Staiban. *conſ.* 2. *n.* 4.

Camill. Borell. *in ſum. deciſ. par.* 1. *tit. de vita, & militia, num.* 16.

Scipio Theodor. in hac cauſa iudicaturus *allegat.* 25. *num.* 1.

Mercurial. Merlin. *tract. de Legit. lib.* 2. *tit.* 1. *quaſt. num.* 9. & alij paſſim, citra controuerſiam.

6 In ſpecie autem, quòd debeatur Clericis ſecundogenitis, cæteriſquè Prælatis, dixerunt Paris de Puteo *loco cit. in fine*, vbi aſſerit, ſic temporibus ſuis in beneficium cuiuſdam Protonotarij Apoſtolici per Sacrum Conſilium fuiſſe deciſum.

Matth. de Afflict. in *dicta Conſt. Comitibus*, *in* 3. *quaſt. num.* 6.

7 Antonius Capyc. *deciſ. vltima*, quæ tamen in caſu ſuo tuta non videtur, dum in ea deciſum habemus, vitam, & militiam Clerico ſecundogenito deberi, etiam in linea collaterali, contra expreſſum caſum *dicta Conſtitutionis*, quæ loquitur de linea deſcendentiæ; & ſic, vt petentes vitam, & militiam ſint filij, ſiuè deſcendentes illius, de cuius ſucceſſione agitur: ſicquè ſe habere declarationem, in cauſa illa emanatam, ab *Imperatore noſtro Carolo* immortalis memoriæ, ſub *datum Bononiæ de anno* 1530. dum expreſsè ordinauit, vitam, & militiam non eſſe præſtandam in caſibus in *dicta Conſtitutione* non expreſſis; nec de extenſione aliqua tractari poſſe. Qua de re ſunt nouiſſimè videndi Ann. *conſ.* 6. Gizzarell. *deciſ.* 36. per totam, Camill. de Medic. *conſ.* 8. & D. Conſiliar. Theodor. *alleg.* 20. vbi *num.* 38. illius Imperialis reſcripti verba tranſcripſit.

Petrus de Gregorio *tract. de dot. de parag. q.* 22. *n.* 6.

Ioan. Thom. Minad. *in Conſtit. In aliquibus, in verb. filiorum, num.* 7.

Io. Ant. de Niger. *in c. Reg. Alienationis actus, n.* 16.

Fab. de Anna *conſ.* 120. *in princ.*

Ioan. Aloyſ. Mormil. *in d. Conſt. Comitibus.*

Carol. de Graſſis *de effect. cleric. effect.* 4. *n.* 257.

Nicol. Intrigliol. *de feud. cent.* 1. *quaſtion.* 57. *numer.* 22.

Doctor Marta Neapolitanus *tract. de iuriſdict. par.* 4. *caſu* 23.

Don. Garſ. Maſtrill. *deciſ.* 165. *n.* 3.

Paul. Staiban. *conſ.* 2. *num.* 3.

Ioan. Franc. Reg. de Pont. *tract. de poteſtate Proreg. tit.* 7. §. 4. *à num.* 28. vbi dicit, ſic communitèr in Regno 8
practicari, & in dies decidi, vt Clericis omnibus, etiam in Sacris conſtitutis vita, & militia debeatur; Bammacar. reprehendens, qui ſolus impertinentibus mediis contrariam auſus fuit firmare ſententiam in *comment. ad tit. ſi de feud. defunc. q.* 10. *n.* 162. cum *pluribus ſequentibus.*

Marc. Ant. Genuenſ. *in pract. Eccleſ. q.* 65. *per totam*, vbi ſigillatim omnia reijcit argumẽta per *Bammacar.* contra Clericos ſecundogenitos adducta.

Camill. Borell. *cit. tit. de vita, & milit. n.* 26.

Andr. Molfeſ. *conſ.* 9. *n.* 4.

Ioſeph Mele *in addit. ad Gizzarell. deciſ.* 36. *n.* 46.

Scip. Theodor. *alleg.* 20. *n.* 23. & *alleg.* 25. quã ſcripſit 9
in gratiam olim D. Cardinalis Aſcanij Columnæ, qui licèt ſententiam contra ipſum reportauerit, id euenit ob peculiare factum, quod in cauſa illa concurrebat; non enim, qui partes Comeſtabuli fratris, ſeu nepotis tuebantur, Domino Cardinali vitam, & militiam ſuper feudis in Regno exiſtentibus non deberi contendebant; ſed quia ex paterno teſtamento apertiſſimè cernebatur, fuiſſe illum à tali petitione excluſum, vt ex allegatis pro Comeſtabulo apud Annam, & Staiban. *loc. cit.* clarè videri poteſt, & cernitur ex conſultatione eiuſdem D. Conſiliarij Theodori *in allegat. ſeq.* 26. qui vti veritatis amator Dominum Cardinalem ad concordiam hortabatur, cauſam dubiam ſatis exiſtimando, propter verba in dicto teſtamento adiecta, quibus mediantibus, ab huius vitæ, & militiæ conſequutione veniebat excluſus, deque tali paterna excluſione teſtatur Bammacar. *loco cit. n.* 212. *fol.* 88.

Inſupèr, vt videant Domini Iudicantes, *Doctores* 10
omnes, qui in terminis *Conſtitutionis noſtra, Comitibus*, loquuti ſunt, ſenſiſſe indubitantèr, hanc annuam vitæ, & militiæ præſtationem ſecundogenitis deberi, quantumuis diuitibus, & aliundè habentibus, vt dixerint, quòd vbi pater plura poſſidens feuda vnum ſecundogenito cum aſſenſu legaret, ſiuè aliud pingue legatum ordinaret, quòd non per hoc ſuper aliis feudis, in quibus primogenitus ſucceſſit, vita, & militia ſecundogenito alterius feudi legatario denegabitur: ſic enim tempore ſuo Dominos de Conſilio dixiſſe affirmat Afflict. *deciſ.* 138. *n.* 4. & in *dicta Conſt. Comitibus, n.* 18. quem ſequuti ſunt

Andr. Tiraq. *de iure primog. q.* 75. *n.* 5.

Petr. de Greg. *de vit. & milit. q.* 5. *in fin.*

Scipio Bucinian *addit. ad Napod. in Conſuetudine, Et ſi teſtator, in addit. incip. Circa hanc Conſuetudinem, verſ. ſimile videmus in vita, & militia.*

Ioan. Ant. Lanar. *conſ.* 33. *n.* 25. & 28.

Ioan. Petr. Surd. *de alim. tit.* 7. *quaſtion.* 15. *num.* 22. & *ſeq.*

Marcell. de Maur. *alleg.* 28. *n.* 11. *verſ. immò ſi de pluribus feudis, &c.*

Nicol. Intrigliol. *de feud. cit. q.* 57. *n.* 35. & *ſing.* 48. *lib.* 1.

Marius Mut. *in c. Reg. Sicil.* 33. *n.* 188. *lib.* 1.

Scipio Reg. Rouit. *in prag.* 24. *n.* 9. & 16. *de feud.*

Camill. Borell. *cit. tit. de vit. & mil. n.* 15.

Scip. Theodor. *relata alleg.* 25. *n.* 2.

Ioſeph Mele *ad Gizzarel. loc. cit. n.* 19. & alij.

Idemquè, vbi ſecundogenitus bonorum allodia- 11
lium eſſet hæres, nam non per hoc vita, & militia ſuper feudis, in quibus primogenitus ſucceſſit, denegabitur illi; ſic enim indubitanter aſſeuerant

Andr. Tiraq. *cit. q.* 75. *per totam.*

Ioan.Ang. Piſanell. magnus Iureconſultus *in comment. de pragm. editam Thori num.* 50. vbi loquitur in caſu fortiori, nimirùm in ſorore, vt non obſtante, quòd ſit bonorum allodialium hæres, ſine dubio competat ei paragium ſuper feudo. Audi Doctorem iſtum ſic docentem; *Nàm ſi prætenderetur paragium ſuper feudo, vt contigit in caſu Padulæ, in quo non requiritur aliqua diſcuſſio, Franciſca Carbona habuerat omnia bona burgenſatica, vt ſic de directo competeret ſuper Padula, & perpetuò haberet, poſtquam eſſet onus feudi, &c.*

Sigiſmund. Reg. Loffred. *in capit. 1. §. quid ergò, in verb. vel danda militia fratri minori, col. 2. in princip. in tit. de inueſt. de re alien. fac.* vbi hoc pro indubitato ſupponit, dum fundat, ideò vitam, & militiam ſecundogenito deberi, quia per primogenitum à feudi ſucceſſione excluditur; non autem ratione filiationis, vt à paterna hæreditate excluſo; quia ſi hoc eſſet verum, haberet ſecundogenitus ſolùm vitam, & militiam, & à burgenſaticis repelleretur: quod dicit *Loffredus* ipſe, verum non eſſe, cùm ſuccedat in burgenſaticis, & conſequitur vitam, & militiam.

Marcell. de Maur. *citata alleg.* 28. *num.* 11. ſub illis verbis, *Non enim ex hoc, quòd pater filium ſecundogenitum in allodialibus heredem inſtituit, videtur voluiſſe, quòd non habeat vitam, & militiam, immò, &c.*

Don Garſ. Maſtrill. qui attenta noſtri Afflict. theorica, ſic teſtatur in illo Siculo Senatu deciſum, in *addit. ad Petr. de Greg. de vita, & militia, quæſt. 4. lit. A.* quò loci hæc dicit verba, *Et quid ſi filius ſecundogenitus ſucceſſit in allodialibus, an debeat habere vitam, & militiam? vide Afflict. deciſ. 138. in 2. dub. & Vrſill. ibi in addit. vbi tenent, quòd ſic, ſecundùm quam opinionem ita aliàs audio fuiſſe deciſum in M. R. C. die 16. Ianuarij 1545. pro Baroniſſa Raduſæ, & ita concludit Tiraq. de primog. q. 75. n. 8.* Hæc ille.

12 Et hoc ſumma cum ratione, nam non per hoc, quia ſecundogenitus patris ſui bonorum allodialium eſt hæres vniuerſalis, ſiuè ex teſtamento, ſiuè ab inteſtato, cenſetur prohibitus petere id, quod ex Legis diſpoſitione ei debetur, dum contraria non obſtat hominis expreſſa diſpoſitio; prout in caſu noſtro, in quo nec expreſſa, nec tacita conſiderari poteſt, dùm de inteſtati ſucceſſione tractatur; In Conſtitutione enim noſtra, *Comitibus*, ſimplicitèr diſponitur, vt frater maior, qui in feudo ſucceſſit, ſecundogenito vitam, & militiam præſtare debeat, nec alitèr illius *Imperialis ſanctionis* Author diſpoſitionem hanc reſtrinxit, quando frater ſecundogenitus eſſet patris hæres bonorum allodialium, vel aliud paternum feudum à patre aſſequutus eſſet, ſiuè ex quouis alio titulo aliundè haberet, quòd proindè dum Lex illa ſimplicitèr loquitur, eſt etiam ſimplicitèr intelligenda; & ex quo non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, *vulgaris iuribus.*

13 Hæc omnia *ſuprà* iam dicta ſic communitèr à Maioribus noſtris, Regni huius peritis, ſine controuerſia recepta, nullum poſſunt recipere obſtaculum ex obiectione, quæ fieri poteſt; nimirùm, quòd volũtariè Illuſtriſſimus Dominus meus Abbas à feudorum ſucceſſione ſe excluſit, Ordines aſſumendo Clericales, & ſic non poſſe cum *ſecundogeniti* nomen obtinere.

Nam reſpondetur, quòd licet hoc verum ſit, non tamen per hoc ſequitur, quòd excludendo ſe à feudi ſucceſſione, voluit ſimilitèr à vita, & militia ſe excludere, nam ſi debetur ſecundogenito Clerico, multò fortius eſt debita primo, ex cuius perſona maius commodum ſecundogenitus laicus eſt conſequutus, & proindè magis rationabile eſt, vt debeatur Clerico primogenito, quam ſecundo: Item cùm expreſſa huic vitæ, & militiæ renunciatio non interuenerit, non poteſt dici, ab illius petitione voluiſſe Dominum meum Abbatem, dum ſacris initiabatur Ordinibus, ſe excludere; exemplo Legitimæ, quæ expreſſam, & 14
ſpecificam requirit renũciationem; ad text. *in l. ſi quando, §. & generalitèr, C. de inoffic. teſtam.* validum eſt enim argumentum de Legitima, ad Vitam, & Militiam, & è contra; vt per Loffred. *in d. cap. 1. §. quid ergo, verſ. vel dando, de inueſt. de re alien. fac.* & D. de Franch. *deciſ. 61. num. 3.*

Inſupèr non obſtat, quòd non conſideratur ſecundogenitus, de quo propriè loquitur Conſtitutio, *Comitibus*; diſponit enim Lex illa de caſu, qui communi- 15
tèr accidit, iuxta legum naturam. *l. nam & ea, ff. de legibus*; etenim communitèr videmus, primogenitos bonorum feudalium vtile dominium aſſequi; quia illos tantum lex feudalis vocat, & ideò de Vita, & Militia per eos ſecundogenitis præſtanda, præcitata *Conſtitutio* loquitur; ſed dum caſus contingit, in quo primogenitus propter ipſius incapacitatem ſuccedere non poteſt, nonne erit iudicandum ſecundum legem in caſibus communitèr accidentibus conditam? ad tradita per Dec. *in l. ea, quæ raro, ff. de reg. iur.*

Ac proindè, his principalioribus rationibus atten- 16
tis, dum is caſus aliàs apud nos diſputari contigiſſet, in cauſa olim D. Cardinalis Vitelli, Vitam, & Militiam petentis ab eius fratre ſecundogenito, qui propter ipſius Cardinalis incapacitatem in Terra Amatricis ſucceſſerat, ſic in puncto ad Cardinalis fauorem Sacrum Conſilium pronunciauit, vt teſtatur D. Præſ. de Franch. in eius *vulgata deciſ. 20. per totam*, de qua meminerunt Dom. Reg. de Ponte *loco cit.* Octau. Bammacar. *in d. cap. qui clericus, num. 162.* Mart. *cit. caſu 25. num. 36.* Maſtrill. *deciſ. 85. num. 11. & deciſ. 165. num. 3.* Camil. de Medic. *conſ. 8. num. 13.* Mormil. *loco cit. n. 51.* Genuenſ. *relata q. 65. n. 3.* D. Reg. Rouit. *in pragm. 24. num. 7. de feud.* ibi, *Et dicitur ſecundogenitus in hac materia, nedum qui eſt minor natu, ſed etiam, qui eſſet maior natu, & primogenitus; ſed propter inhabilitatem, vel aliud impedimentum non potuit in feudo ſuccedere, &c.*

Minus etiam obſtaret, ſi huic tam iuſtæ petitioni ex 17
aduerſo opponeretur, ex alio non eſſe illi locum, cùm Dominus meus Abbas inſignibus fruatur Eccleſiaſticis beneficiis ipſi à Domino tunc Cardinale Montalto eius patruo reſignatis: id quod opponendum fore mihi perſuadeo, cum hoc ſit per Aduerſarios in facto deductum, articulatum, & probatum, ex quo forſan præſupponunt, reſignationem illam intuitu, & contemplatione Principis patris ſequutam eſſe, tantæque eſſe efficaciæ, vt Dominus Abbas à petitione facta Vitæ, & Militiæ veniat excluſus; Etenim ſi caſus daretur, vt Aduerſarij ſic opponerent, facili quidèm modo reſponderi poteſt; nàm aut prætenditur, per hanc ſic factam probationem conſtare ſatis, quòd Dominus Abbas ſit diues, & ex *ſuprà* iam dictis inanis eſt prætenſio: aut verò credunt, Principem patrem à Cardinali fratre beneficiorum procuraſſe reſignationem ad fauorem Domini mei Abbatis, vt excluderetur ille ab annua Vitæ, & Militiæ conſequutione, & hoc aſſerere, verè eſſet infirmitas intellectus: tum *primò*, quia in facto nullatenus conſtat, reſignationem ad Principis inſtantiam, illiúſque contemplationem factam fuiſſe; tum *ſecundò*, & melius, quia etſi conſtaret, non per hoc peregit Princeps pater, vt eo mortuo, vnicum filium ſuum maſculum à Vita, & Militia, quæ ſuper feudis antiquis, ex iuris diſpoſitione illi competebat, excludere voluerit; nunquam enim intelligi poteſt, patrem per amplam donationem, ſiuè legatum, aut hæredis inſtitutionem, ad ſecundogeniti fauorem factam, voluiſſe illum à Vita, & Militia excludere, niſi expreſsè id declarauerit, vt per Afflict. *cit. dec. 138.* & Intrigliol. *d. q. 57. n. 45.* & melius *ſing. 48. lib. 1.* ibi, *niſi expreſsè dixerit, quòd reliquerit in recompenſationem Vitæ, & Mi-*

litiæ

litiæ, Etenim tunc, dixerunt *Doctores*, filium ſecundogenitum per beneficium, vel Prælaturam obtentam, à Vita, & Militia eſſe excludendum, quando beneficium illud ad fratris primogeniti inſtantiam eſſet ei collatum; nam cùm huius annuæ præſtationis ſit ille debitor, procurando fratri ſuo beneficium, præſumitur id feciſſe, vt ſe ab onere Vitæ, & Militiæ liberaret; ſicquè per text. *in l. 1. §. ſed ſcimus, C. de Latin. liber. tollend.* dixerunt Bald. & DD. *ibi*, Proſp. Catau. *in additio. ad Afflict. in citat. deciſ.* 138. Camil. Saler. *ad Conſuet. Quod ſi aliquis, in addit.* incip. *Vita Militia, verſ. & ſi primogenitus quæſiuit fratri ſecundogenito*, Maſtrill. *in addit. ad Petr. de Gregor. cit. quæſt. 4. lit. A.* Amendol. *ad D. de Franch. dec.* 20. & alij; Secus autem eſt dicendum in patre beneficia filio ſecundogenito procurante, nam cùm ille nunquam poſſit dici, & cenſeri filij debitor Vitæ, & Militiæ, cùm onus hoc poſt ipſius patris mortem oriatur, non eſt cur dici poſſit id feciſſe, vt poſt eius mortem filius primogenitus debitor remaneret à tali onere liber. Hæc ſatis quoad petitionem Vitæ, & Militiæ.

18 Quò verò ad alteram, totius pretij per Excellentiſſimum Principem communem Patrem in Ciuitatis Venafri emptionem erogati; dicimus, nullam etiam hanc petitionem in ſe continere iuris reſiſtentiam. Et vt pateat de veritate, credo, nemini ex Noſtratibus fuiſſe vnquam ignotum, in feudo empto per pa-
19 trem, in ſecundogeniti electione eſſe, vel Vitam, & Militiam, iuxta *Conſtit. Comitibus*, vel pretij partem conſequi, iuxta Cõſuetudinem ſic in Regno iudicandi receptiſſimam, quæ nunquam habuit contradictorem; idquè ex doctrina Andr. *in cap. Imperialem, §. præterea Ducatus, in addit. n.* 39. & 40. *de prohib. feud alienat. per Feder* quem ſequuti fuère

Lucas de Pen. *in l. 1. num.* 31. *verſ. nam ſi pater acquirit feudum, C. de impoſition. lucrat. deſcript.*

Matth. de Afflict. *in d. §. præterea Ducatus, intra numer. 90. in antiquis.*

Antonius Capyc. *deciſ. 2. n. 6.*

Sigiſmund. Loffredus *in d. §. præterea Ducatus, fol. mihi* 59.

Bartholom. Camer. in *eodem §. præterea Ducatus, fol.* 106. *& ſeq.*

Ioan. Thom. Minad. *in Conſtit. In aliquibus, in verb. in ſucceſſione, intra n.* 30.

Marin. Frecc. *de ſubfeud. lib. 3. in tit. differ. ant. feud. ex pact. & hæreditar. in* 33. *differen. n. 3. &* 4.

Nard. Liparul. *in addition. ad Andr. in d. §. præterea Ducatus, n.* 39. *lit. Q.* vbi hæc ſubdit verba, *Et ſcias, quòd iſta opinio Andr. videlicèt, quòd primogenitus ſuccedens in feudo empto à patre teneatur dare fratribus ſecundogenitis partem pretij, recepta eſt in Sac. Conſ. & ab ea non eſt recedendum, &c.*

Ioan. Vinc. de Anna *ſing.* 200.

Marcel. de Maur. *alleg.* 52. *n.* 4.

Franc. de Amic. *de feud. in tit. de his, qui feud. dar. poſ. in quæſt.* incip. *Hanc quæſtionem, numer. 2. & 3. fol.* 98.

Ioan. Iacob. Maſul. *in addit. ad Capyc. deciſ. 2. numer.* 10.

Camil. de Medic. *conſ.* 124. *num.* 8. vbi adeò conſuetudinem hanc apud nos ſeruari dicit, vt affirmare auſus ſit, partem pretij feudi noui, onus eſſe intrinſecum ipſi feudo, prout eſt Vita, & Militia.

Fab. de Anna *conſ.* 26.

Scipio Reg. Rou. *in pragm.* 24. *num.* 3. *de feud.* ſub illis verbis; *ſed in feudis nouis eſt in electione ſecundogeniti, ſi mauult partem pretij ipſorum feudorum ſemel conſequi, & non Vitam, & Militiam, & è contra; vt paſſim receptum eſt in ſupremis huius Regni Tribunalibus, &c.*

Anellus Amat. *conſ. 6. per totum*, vbi dicit, in Regno notiſſimi iuris eſſe, ſecundogenito in feudo nouo pretij partem competere, iuxta doctrinam *Andr.* ſemper, & vbiquè receptam; nec attendendum eſſe, vndè pretium prouenerit, cùm nihil interſit, an de propria, vel de aliena pecunia quid ematur, ſed cuius acquiratur nomine.

Proſp. Petr. *in addit. ad Capyc. in d. dec.* 2.

Fuluius Reg. Conſtant. *in l. 1. num.* 69. *C. de filiis offic. militar. qui in bello moriuntur*, ibi, *Indè receptum eſt in hoc Regno, filium primogenitum debere aliis fratribus tribuere partem pretij feudi empti à patre, &c.*

Fabius Capyc. Galeota *in addit. ad præcit. conſ. Camil. de Medic.* 124. *in princip.* vbi ex Alienigenis citat Ant. Fab. hoc idem tenentem, *lib. 2. de erroribus pragm. decad.* 41. *error.* 10. cui addo Harthm. Piſtor. *quæſt. iur. lib. 3. q.* 38. *ſub n. 7. verſ. denique.*

Conſuetudo iſta ſic in Regno iudicandi adeò apud 20
nos ſeruatur, vt eam procedere dixerint Noſtri, etiam ſi non pecunia pater feudum acquiſiuerit, ſed in ſeruitiorum remunerationem, vt adhùc pretij pars ſecundogenitis debeatur, ſicquè per S. C. de anno 1556. deciſum fuiſſe, teſtatur Ioan. Vinc. de Anna *ſing.* 201. cuius verba ſunt: *Feudi donati ob ſeruitia an debeatur pars pretij? in S. Conſ. in cauſa delli Fedeli fuit deciſum quòd ſic; coram D. Felice de Rubeis Conſiliario doctiſſimo de anno 1556. Act. Iubeno, &c.* quam deciſionem eſſe iuri conſonam, probat elegantiſſimè D. Reg. Rouit. in *cit. prag.* 24. *num.* 28. vbi tamen declarat ipſe, ſi merita, & ſeruitia eſſent talia, pro quibus feudum recipienti competebat actio, vel Iudicis officium ad illorum meritorum congruam conſequendam mercedem, ex quo tunc feudum illamet actione emptum cenſetur, & quemadmodùm ante feudi acquiſitionem erat illa actio in defuncti patrimonio, ita & poſt, cuius omnes filij ſunt capaces; & habetur, ac ſi remunerans ſeruitiorum mercedem priùs in pecunia defuncto ſoluiſſet, & demùm pro illa mercede in pecunia ſoluta, eidem feudum vendidiſſet, iſtamque D. Regent. Rouiti declarationem nouiſſimè amplexus fuit D. Reg. Conſtant. *in d. l. 1. num.* 65. *verſ. ſed in hac quoque ſpecie*, & de deciſione prædicta memores etiã fuerunt Abb. de Maur. *in addit. ad alleg. Marcel.* 52. Anel. Amat. *citat. conſ. 6. num.* 13. Petr. *in addit. ad Capyc. dec.* 2. Ricc. *collect. deciſ. collect.* 609. Camil Borell. *in ſum. deciſ. par. 1. tit. de feud. n.* 706. quibus addo Franc. de Amic. *in tit. de his, qui feud. dar. poſſ. fol.* 99.

Ratio autem, quare conſuetudo hæc in Regno fue- 21
rit introducta iudicandi, vt feudo nouo primogenito delato, illius pretium inter fratres diuidatur, illa aſſignatur à *Luca de Penn.* quem nonnulli ex citatis Doctoribus ſequuntur, nimirùm, cùm antequam feudum emeretur, pretium illud impenſum in patris bonis reperiebatur, in eóque ſi feudum emptum non fuiſſet, velut in arca reperto, omnes filij æquis portionibus ſucceſſiſſent: emit pater feudum, in quo vti indiuiſibili, quia de iure Francorum primogenitus ſuccedit ſolus, cæteris filiis penitùs excluſis, & ſic tantum de bonis ſuis diminuit, ſiuè ex ipſius patris re, vt feudum emeretur, abſceſſit; vndè æquum eſt, nè inter filios inæqualitas detur, vt filius primogenitus, qui in feudo ſuccedit ſolus, illúdque præcipuum conſequitur, pretium, quo emptum eſt, hæreditati paternæ refundat, ad hoc vt demùm inter filios omnes, eoſdémque Germanos diuidatur: ſicque in terminis indiuiſibilis emphyteuſis, iuxta Luſitanas ſanctiones loquebatur Aluar. Valaſc. *in prax. partition. & collation. c.* 13. *num.* 102.

Aliam verò rationem conſuetudinis præfatæ ad 22
fauorem ſecundogenitorum ſic iudicandi introductæ aſſignat D. Reg. Rou. in *cit. prag.* 24. *à num.* 26. *vſque ad*

ad 38.dicit Dominus iſte Regens, deberi ſecundogenitis partem pretij feudi noui, non ex eo, quòd pretium illud emptionis tempore abſceſſit à defuncti feudatarij patrimonio, & quòd ſi non fuiſſet abſumptum, reperiretur in arca, & ſic omnes filij ſuccederent; ſed quia verè pretium illud, quamuis in feudi emptionem erogatum, permanſit tamen ſemper in patrimonio patris, prout & alia bona burgenſatica, nec aliter ab illo fuit vnquam abſumptum, ſed quòd ſit tantùm mutata qualitas; nam quod priùs conſiſtebat in quantitate, conſiſtit demùm in corpore, in locum pretij, quo emptum eſt, ſubrogato; prout in terminis emphyteuſis à patre pro filio primogenito pretio comparatæ, loquitur Cald. Pereir. *de iur. emphyt. lib.* 3. *cap.* 15. *num.* 14. *verſ. verùm hoc limitandum cenſeo.* Et dum pretium illud in vita patris erat in eius patrimonio, ſequitur certè dicendum, poſt illius mortem in hæreditate permanſiſſe, & ita venit inter fratres diuidendum. Id quod dicit D. Rouit. ſatis ſuperquè probari authoritate Frecc. & Camer. in *locis* per ipſum *relatis*: & vltra illos pro huius ſententiæ fundamento, text. adducit ſatis celebrem, & punctualem in *l. pater* 23. *ff. de adimend. legat.* vbi, cùm pater, filiis inſtitutis hæredibus, mandaſſet, vt eius filia fratrum cohæres ex commodo cuiuſdam adminiſtrationis per ipſum factæ trecentos aureos præcaperet, poſt teſtamentum pecuniam illam ſic legatam in prædij emptionem expendit; & demùm è viuis deceſſit; dubitatum fuit apud *Papinianum*, an filiæ cohæredi prælegatum illud aureorum trecentorum deberetur? & pro dubio videbatur negandum, ex quo pecunia illa erat conſumpta, ſiuè abſumpta, & ita legatum dicebatur extinctum: At omninò filiæ deberi, reſpondit I. C. ſui reſponſi reddens rationem, per hæc aurea verba, *non enim abſumptum videtur, quod in corpus patrimonij verſum eſt*; ecce igitur, ſubdit *D. Rou.* hunc text. in indiuiduo eius probare axioma, nimirùm per feudi emptionem nunquam pretium à patris patrimonio abſceſſiſſe dici poſſe: iſtiuſque ſententiæ mihi videtur fuiſſe Afflict. *in d. §. preterea Ducatus, intra n.* 90. *in antiquis, &* 33. *in nouis*, dum expreſſis verbis dixit, pretium hoc eſſe inter fratres diuidendum, ex quo in defuncti feudatarij hæreditate reperitur, ibi, *Nec obſtant in contrarium allegata: quia fateor, quòd quæſita poſt mortem non veniunt in collationem, ſed tale feudum non venit in collationem, ſed eius pretium, quod eſt in hæreditate, benè venit diuidendum inter fratres, &c.* hoc idem Reg. Lanar. *infra* allegandus.

23 His ſic peractis, deueniendo ad rem noſtram, Dico, quòd ſiue primam, ſiuè poſtremam attendamus rationem, vtraquè facit, vt non pretij partem, & ſic medietatem, vbi non poteſt cadere controuerſia, ſed totum quod impenſum eſt, cogatur Domina Principiſſa conuenta ſuo Germano fratri præſtare: dicunt enim *Authores* primæ rationis, ideò in Regno eſſe inductam conſuetudinem iudicandi, vt pretium feudi noui, in quo primogenitus ſuccedit ſolus, ſit inter filios omnes, eoſdemquè fratres diuidendum, quia ſi pater feudum non emiſſet, poſt eius mortem pretium totum in illo erogatum in hæreditate reperiretur, in eoquè vti merè allodiali omnes filij æquis portionibus ſuccederent, & ſic non ſolùm primus, ſed cæteri omnes ſecundo, & tertio loco nati; quod proindè æquum eſt, vt primogenitus, qui feudum præcapit, cogatur id quod impenſum eſt, exburſare; ad hoc vt demùm ex fratribus vnuſquiſque pecuniæ exburſatæ ſuam accipiat portionem.

Modò dico Ego in caſu noſtro, ſi Dominus Princeps, Actoris, & Reæ conuentæ communis pater, Venafri Ciuitatem non emiſſet, certè pecunia erogata in hæreditate burgenſatica reperiretur, ſoluſquè Dominus meus Abbas ſuccederet; nullus enim cum illo vnico maſculo ſuperſtite concurrere potuiſſet: Non ſoror, dupliciter, *primò*, quia vti dotata, ſtante maſculo, à bonis omnibus veniebat excluſa: *ſecundò*, propter ampliſſimam renunciationem ad eiuſdem fratris beneficiū factam; ita vt, eſto quòd ſoror ipſa ſuccedere potuiſſet, per renunciationem ſe excluſit, & ſic ſolus frater legitimus extitiſſet ſucceſſor: Non etiam potuiſſet alius cum eo concurrere, quia ſi caſus euenisſet (quod Deus non permiſit) vt Dominus Princeps Pater, ſolo Domino Abbate filio ſuperſtite deceſſiſſet, & ita alius in gradu ſucceſſibili huius feudi extitiſſet ſucceſſor, ex eadem ratione, quia tractatur de rei allodialis ſucceſſione, & ſic de pretio prædicto, ſolus quoquè Dominus meus Abbas vti filius in eo ſucceſſiſſet.

Sin autem alteram attendamus rationem, quæ eſt *D. Rouiti*, ceſſat prorſus omnis quæſtio: nam cùm Dominus iſte *Regens* aſſerat, ideò ſecundogenitis partem pretij deberi, quia pretium illud in feudi emptionem erogatum, & ante, & poſt patris emptoris mortem extitit ſemper in illius hæreditate, & adhùc extat (dico Ego) vti burgenſaticum, ſine dubio integrum ad D. Abbatem ſpectat: Etenim attenta quauis ex ſupradictis duabus rationibus, ſi diceremus, medietatem tantùm deberi, fas ſit mihi dicere, notoriam ſubintrare iniuſtitiam, & ea eſſet, dùm D. Principiſſa conuenta ad ſuccedendum habilitaretur in bonorum allodialium certa portione, à qua, ſtante eius dotatione, omninò venit excluſa; nam cùm certum ſit, pretium integrum eſſe burgenſaticum, quod qui in feudo ſuccedit exburſare tenetur, aſſignando D. Abbati medietatem illius tantùm, nonnè D. Principiſſa ſuccederet in reliqua. 24

Eſt forſan (quæro Ego) diuerſæ naturæ pretij medietas, quæ aſſignatur D. Abbati, ab illa, quæ remaneret penès D. Principiſſam? certè non, quia pretium integrum eſt pecunia, quæ eſt merè allodialis, non enim (attendamus quæſo) eſt in Regno conſuetudo introducta, vt primogenitus, qui in feudo à patre empto ſucceſſit, retenta ſibi certa, ac determinata pretij parte, teneatur alteram fratribus ſecundo, & tertiogenitis tradere, ad hoc vt inter illos ea diuidatur, ſed ſic ſe habet, vt pretium totum, quo feudum emptum eſt, conferat, ad hoc vt demùm illud inter omnes fratres æquis portionibus diuidatur. Et ſi dicas, ſemper in Regno filium primogenitum, qui in feudo ſucceſſit, de pretio erogato partem ſuam accepiſſe. Reſpondeo id verum, quia cum fratribus ſecundogenitis bonorum allodialium fuit cohæres, & ſic capax; quod non eſt in caſu noſtro, in quo D. Principiſſa à bonorum allodialium ſucceſſione eſt prorſus excluſa, & ſic partem pretij, quod eſt burgenſaticum, nullo modo conſequi poteſt.

Sed dicet quis, quòd dum hic caſus euenit, vt vnus ex filiis ſuccedat in patrimonio burgenſatico, alter verò in feudis, ratio ſuadere videtur, vt feudorum ſucceſſor, dum non eſt cohæres bonorum allodialium, non alitèr moleſtari poſſit ab illo, qui illorum bonorum vniuerſalis eſt ſucceſſor, ad pretium feudi noui, ſi quod in hæreditate feudali reperitur, exburſandum: Reſpondeo Ego, hoc eſſe aduerſari omninò conſuetudini præfatæ; nam cùm, vt ſupra dicebamus; in electione ſit ſecundogeniti, quando feudum eſt nouum, petere à primogenito, vel Vitam, & Militiam, ex *Conſt. Comitibus*, vel partem pretij, ex dicta conſuetudine ſic iudicandi inducta, & per tot ſecula recepta, ſi licitum eſt ſecundogenito, quamuis ſit bonorum allodialium vniuerſalis hæres, petere à primogenito Vitam, & Militiam, ergò licitum eſt ei, iuxta electionem, quam habet, petere pretium, non dico partem, 25

ſed

ſed integrum,ex rationibus iam dictis,quia totum eſt
allodiale:& ratio, quæ dat partem; in caſu noſtro tri-
buit totum. Quòd autem filius ſecundogenitus, qua-
muis ſit bonorum burgenſaticorum hæres, poſſit à
fratre primogenito, qui in feudo ſucceſſit, Vitam,&
Militiam petere, iuxta *Conſt. Comitibus*, ratione, &
authoritate probauimus *ſuprà*, dùm de illius petitione
agebamus.

26 Nec dici poteſt, quòd ſi hæc, quæ de toto pretio
diximus, vera eſſent, ſequeretur,in perſona Dominæ
Principiſſæ eluſoriam eſſe Principatus Venafri ſuc-
ceſſionem, dum cogitur feudi valorem Germano ex-
burſare:nam Reſpondemus, id verum non eſſe,quia
non ſolùm eluſoria conſiderari non poteſt, ſed non
modicæ æſtimationis: quamuis enim inter Noſtros
fuerit controuerſia de qua nouiſſimè per D.Conſiliar.
& Præſid. Capycium Galeot. *in addition. ad præcit.
conſ.124.Catill.de Medic.num.36.* in huius pretij ſo-
lutione, quodnam ſit attendendum tempus, an mor-
tis parentis, an verò emptionis? tamen illorum ſen-
tentia, quòd attendatur tempus emptionis,præualuit
ſemper, vt contra Afflict. & alios teſtatur Franciſcus
de Amic.*cit.tit.de his,qui feud.dar.poſ. §.ex his cauſari
poteſt,in fine,fol.mihi 96.* Anna pater *ſing.200.* Reg.de
Pont.*de feud.lect.7. num.5.* Marcel. de Maur. *loco pro-
ximè cit.* & *ibi* Abb.Io. Hieronym. *in addit. Ric. loco
cit.*& alij; in caſu noſtro ſi conſideramus id quod in
emenda Ciuitate Venafri fuit expenſum, quod per
Dominam Principiſſam eſt ad præſens exburſandum,
& ſimul conſideramus id, quanti modò feudum hoc
æſtimatur, inueniemus certè, ſucceſſionem hanc
Dominæ Principiſſæ ſatis eſſe proficuam;conſideran-
do etiam reperiri Ciuitatem illam, poſt emptionem à
Domino Principe factam, Principatus titulo decora-
tam;quod quantæ ſit conſiderationis,quis eſt qui non
videat?

27 Secundò poſſet reſponderi, quòd ſi verè ſucceſſio
hæc in perſona Dominæ Principiſſæ vana,& eluſoria
redderetur, de nihilo conqueri poſſet, dùm Dominus
Abbas frater id petit, quod ius ei tribuit: etenim vi-
demus aliquando à commodo pretij, quod eſt bur-
genſaticum, excluſum ſucceſſorem feudalem, prout
exemptum ab onere reſtituendi pretium, quod in pa-
trimonio burgenſatico reperitur; feudo enim nullitèr
alienato, legitimus ſucceſſor poteſt ſine dubio illud
ab emptore recuperare, nec alitèr ad pretij exburſati
reſtitutionem compelli poteſt,ſi bonorum allodia-
lium hæres non eſt, cùm id onus ſit hæredis in allo-
dio; vt per Andr.*in cap.1.§.ſed & plures,num.5. verſ.
compellitur reſtituere talitèr infeudatus*, poſt Gloſ. *ibi,
in verb.reſtituere,in tit.per quos fiat inueſtit.* idem Andr.
*in cap.1.§.Titius, in fine,verſ. hic non reſtituit pretium,
& ibi* Liparul.*in verb.hæres tenetur ad pretium, & in §.
ſequ. quòd ſi Titius. in verb. ſecus ſi hæreditarium eſſet,
circa medium,in tit.ſi de feud.defun.fuer.controuer.* Loſ-
fred.*in d.§. Titius,verſ.item licèt alias agnatus.*

28 E contra verò, ſi in alicuius defuncti hæreditate
reperiretur feudum,quod eſſet emptum cum pacto de
retrouendendo, dicit D.de Franch. *deciſ.64. num.13.*
ex quorundam Pariſienſium ſententia,eſſe locum iuri
primogenituræ: verùm ſi venditor pactum de retro-
uendendo exerceret, pretio reſtituto,erit pecunia illa
hæreditatis burgenſaticæ, & ſic inter filios diuidetur,
qui patris hæredes in allodio ſunt,in tantum,dico Ego,
probari,etiam in pretio;quòd à patrimonio abſceſſit,
quod quando redit,ſpectat illud ad ſucceſſorem in al-
lodio.Quod eo magis procedit in caſu noſtro, in quo
ſatis egregiè tueri poſſumus, pretium erogatum nun-
quam abſceſſiſſe à patrimonio Principis defuncti,
ſed permanſiſſe illud non abſumptum, dum in cor-
poris emptionem fuit conuerſum, vt ex ſenten-
tia *Domini Regen. Rouiti* fuit, ſupra demonſtratum.

Sed contra prædicta opponunt *primò* Aduerſarij
præſupponentes,pretium,de quo agimus;nec in toto,
nec in parte poſſe Illuſtriſſimo Domino meo Abbati 29
decerni,ex quo ad illud conſequendum caret actione,
nam cùm contendant,partem pretij non alia actione
ſecundogenitis in Regno deberi, quàm collationis
iure,ex Andr.theorica in *d.§.præteream,nu.39. & ſeq.*
& in caſu vertenti,dum Domina Principiſſa conten-
ta,vel ea non exiſtente, Dominus Dux Bracciani ne-
dum nolit; ſed non poſſit in bonis allodialibus ſuc-
cedere, in quo quidèm patrimonio collatio petitur;
ſequitur certè dicendum; quòd dum ſucceſſio ceſſat,
ceſſare quoque debeat & ipſa collatio; idque per iura
hæc, nimirùm in *l. filiæ, la 2.* & in *l. ſi maritus, C. de
collation.in l.ex cauſa,C.famil.erciſc.* & in *l.penul. & fin.
ff.de collat.dot.*

Reſpondeo, infirmam eſſe ſatis, nulliuſquè mo- 30
menti obiectionem hanc:quod vt pateat,Dico primò,
nullatenus aſſeruiſſe *Andr.* teneri primogenitum ad
partem pretij fratribus præſtandam illa actione dire-
cta,qua eſt inducta collatio: non enim veriſimile eſt,
Virum tanta doctrina decoratum collationis termi- 31
nos ignoraſſe, ſciebat namquè ea, quæ poſt patris
mortem ad filios deferuntur, collationis vinculo non
ſubiacère, obſtantibus duobus *Imperatorum* reſcriptis
in *l.ſi donatione*, & in *l.nec emancipati, C. de collation.*
ſed loquutus fuit per ſimilitudinem, nimirùm, vt te-
neatur primogenitus pretium conferre,ad inſtar mili-
tiæ,à patre pro filio, comparatæ, allegando text. in *l.
omnimodò.§.fin.C.de inofficioſ.teſtam.* Id quod benè ob-
ſeruauit D. Reg. Rouit. *deciſ.38. num.2.* vbi dicit,in
illius cauſæ diſcuſſione maiorem Dominorum Iudi-
cantium partem habuiſſe pro vero, hanc pretij par-
tem in feudis nouis nullo modo collationis iure ha-
beri poſſe; & quòd *Andr.* qui hoc collationis exem-
plo vſus fuit, non propriè;ſed impropriè, & abuſiuo
modo fuerit loquutus.

Admiſſo autem, citra veri præiudicium, quòd pre- 32
tiũ hoc in feudi emptionẽ erogatum,nõ alia actione,
niſi collationis tantùm iure à ſecundogenitis peti poſ-
ſit,quia ſic communitèr Maiores noſtri *Andr.* theo-
ricam interpretati ſunt, licèt manifeſtiſſimus ſit iuris
error, vt per eundem D. Reg. Rou.*loco cit.num.3.* ex
pluribus dico, factam oppoſitionem Domino meo
Abbati aduerſari non poſſe: Etenim ſi per *iura ſupra
proximè allegata*, nimirùm in *l.filiæ.la 2.* & in *l ſi mari-
tus,C.de collation.in l.ex cauſa, C. famil. erciſc.* & in *l.
penul.& fin.ff.de collation.dot.* eorum intendunt Aduer-
ſarij probare axioma, rogo Dominos meos, vt illa
benè obſeruent;quia inuenient certè,petitioni noſtræ
iuſtiſſimæ nullatenus obſtare poſſe, inibi enim diſpo-
nitur, ea non eſſe collationi obnoxia, quæ filius, qui
patri ſuo ſuccedere nolit,in vita ab eodem patre par-
ticulari titulo aſſequutus fuit:At in terminis caſus no-
ſtri, pretium, quod conferri petitur, non alitèr ad fi-
lium primogenitum in vita patris particulari titulo
deuenit: ſed poſt mortem, & titulo vniuerſali, nam
quamuis fingant Noſtri,cenſeri patrem, dùm feudum
emebat, pretium erogatum donaſſe primogenito; in
eo tamen,patre mortuo, filius ipſe non niſi vti hæres
ſucceſſit, & vti talis ad omnia onera per patrem con-
tracta,poſt feudi emptionem factam,tenetur;ad quod
vtiquè cogi non poſſet,ſi in pretio illo,particulari ti-
tulo ſuccederet,nimirùm vti donatarius.

Secundò,& meliùs, vt filius ad conferendum cogi 33
non poſſit, ex eo in caſibus dictorum iurium extitit
diſpoſitum, quia patris hæres eſſe nolit,quod non eſt
in caſu vertenti,in quo Domina Principiſſa patris ſui
feudalis patrimonij eſt hæres, quod quidem feudale
patrimonium,cùm ſit ei annexa qualitas hæreditaria,
ab

ab allodio, in quo ſucceſſit Dominus meus Abbas, ſeparatum non dicitur;ſed vnicum:vt *Frecc. & Camerar.* authoritate firmat verbis expreſſis D.Reg.Rou.in *prag.24. num.27. de feud.* ibi, *nam feudum emptum à patre cum qualitate hæreditaria. eo modo cenſetur, quo reliqua bona hæreditatis, & reputatur vnicum patrimonium, nec eſt diuerſum a bonis burgenſaticis: ſed eſt vnicum, & idem, &c.* ſi ergò, dico Ego, feudum emptum à patre eodem modo cenſetur, quo reliqua bona hæreditatis, quonam pacto aſſerere poſſumus, per *iura allegata* probari, quòd dum Domina Principiſſa non ſucceſſit in bonis allodialibus, non teneatur ad pretium conferendum, cùm certum ſit, quòd eſt hæres patrimonij feudalis, quod non dicitur ſeparatum ab allodio, in quo ſucceſſit Dominus meus Abbas; ergò manifeſte patet, *iura* prædicta non eſſe applicabilia.

34 Et ſi dicas, quòd non ſuccedit in bonis burgenſaticis:quia non vult, vel quia non poteſt. Reſpondeo, hoc in caſu noſtro operari, vt pretium feudi, quod à patre emptum fuit, integrum veì burgenſaticum ad hæredes in allodio perueniat: neceſſe enim eſſet pro contraria tuenda ſententia, vt iure cautum demonſtraretur, filium primogenitum, qui patri ſuo, vniuerſali titulo ſuccedit in re indiuiſibili, cuius pretium de iure, vel conſuetudine cum fratribus conferendum eſt, non teneri ad illius collationem, dum in reliquo hæreditatis ſuccedere nolit, vel non poſſit: ſed cùm hoc nullo caueatur iure, vndiquè remanet robuſtiſſima Domini Abbatis intentio, vt ſat ſit ei demonſtrare, DominamPrincipiſſam eſſe Principis communis patris hæredem; quod ſecum trahit conſequens, vt ad pretium conferendum cogi poſſit: vt ex *iuribus in l.1.§.3.& 4.ff.de collat.bonor.* & in *l.vt liberis, C.eod.* deducit Craſſ. *in §.collatio bonorum, quæſt.4.* ſub illis verbis, *Contra verò, quicunque ſuccedit titulo vniuerſali, ſeu vt hæres eſt, conferre cogitur, &c.* etenim Legislatores, qui collationem induxerunt, nulla certè vſi ſunt diſtinctione quoad bona, in quibus filij vniuerſali titulo patri ſuccedunt; ſed vt collationi locus ſit, illud tan-

35 tùm exquirunt, vt patris ſint hæredes, illiſquè duobus tantùm caſibus collationem ceſſare dixerunt, nimirùm cum pater eam in teſtamento prohibuerit; *Authen.ex teſtamento, C.de collation.* & quoties ille, à quo petitur collatio, patris hæres eſſe recuſat, *l.ex cauſa, C. famil.erciſc.* cum *concord. allegatis.*

36 Tertiò, factam oppoſitionem non obſtare, probo authoritate D.Reg.Rouit. *in dict.pragm.24. num.25.* quò loci firmat verbis expreſſis, primogenitum ad partem pretij teneri, ſiuè velit ille, ſiuè nolit in reliquis bonis defuncti ſuccedere; & contrarium aſſerere fatuum eſſe; & meritò quidèm, propter maximum, quod orietur inconueniens:nam poſſet dari caſus, vt pater patrimonium haberet burgenſaticum valoris centum mille, ex quibus nonaginta mille in feudi emptionem erogaret; modò, patre ipſo defuncto, ſi filio primogenito, qui ſucceſſit in feudo illo, fratribus ſecundogenitis dicere liceret, Ego nolo ſuccedere vobiſcum in bonis allodialibus, & dum non ſuccedo, ad pretium conferendum cogi non poſſum, cùm ceſſet collatio, quotiès qui conferre tenetur, cum aliis in defuncti hæreditate non ſuccedit; ex *allegatis iuribus:* nonnè, dico Ego, maximum orietur abſurdum? videremus enim, filium primogenitum de bonis paternis aſſequi nonaginta mille, cæteros verò fratres decem tantùm; quod an tolerari poſſet, videant Senatores præſtantiſſimi.

37 Quartò, oppoſitionem factam nullius eſſe momenti probo authoritate rei iudicatæ, demonſtrabo enim, filium primogenitum in bonis allodialibus non ſucceſſiſſe, & tamen ad pretium feudi noui conferendùm fuiſſe per Sacr. Conſil. iunctis Aulis condemnatum: idque in cauſa filiorum ſecundogenitorum Comitis S. Agathæ, cum fratre primogenito, etenim cùm à communi patre eſſent ſecundogeniti, qui vocabantur Carolus, & Fabricius Ram hæredes inſtituti vniuerſales in bonis allodialibus, eodem patre mortuo petierunt à fratre primogenito, qui in feudis ſucceſſerat, duas partes pretij erogati in emptionem quorundam corporum feudalium: Et cùm pro parte primogeniti eſſet replicatum, ad id non teneri, pluribus ex cauſis, & rationibus, vt legitur *in proceſſu fol.70.* & ſignantèr, quia primogenitus non erat fratrum cohæres in bonis allodialibus, & quòd patrimonium burgenſaticum erat maioris æſtimationis patrimonio feudali:His tamen, & ſimilibus non obſtantibus, ſub die 24. menſis Decembris 1560. referente tunc Conſiliario Gonſaluo Bermundez, fuit condemnatus primogenitus ad petita, vt legitur in *ſententia fol. 194. penes de Capua, nunc de Amico S.C. Actorum Magiſtr.* cuius deciſionis rationem notauit D.Fælix de Rubeis, qui in cauſa illa fuit vnus ex votantibus, in *apoſtilla manuſcripta ad Andr.in §.præterea Ducatus,* dicens, ex coàdunatum Conſilium ad lìc decidendum motum fuiſſe, quia vt filius primogenitus ad pretium conferendum cogi poſſit, ſat eſt, quòd habeat feudum hæreditarium, quamuis non ſit fratrum cohæres in bonis allodialibus: quam quidem *Domini de Rubeis* adnotationem obſeruatam inueni ab Incerto Authore in quibuſdam antiquis manuſcriptis per hæc verba: *Et in anno 1560. referente Domino Gonſaluo Bermundez in cauſa filiorum Comitis Sanctæ Agathes fuit deciſum in Sac. Conſil. Primogenitum etiam teneri ad ſolutionem partis pretij feudi noui aliis fratribus, etiam quòd dictus Primogenitus non fuiſſet hæres in allodialibus ex facto patris, cùm ſufficiat, quòd habeat feudum hæreditarium: quondam Conſiliario Domino Felici de Rubeis viro doctiſſimo Regio Conſiliario, & poſtea meritiſſimo Epiſcopo Tropienſi viſum fuit notabile, per ea, quæ ipſe notauit ad Andr.in cap.Imperialem, §.præterea Ducatus, ſub n.38. vbi de prædicta deciſione fecit mentionem, quæ Ego habeo ad pennam, &c.* Remanet ergò ex his omnibus abſolutiſſimum, factam oppoſitionem circa actionis carentiam nullius eſſe momenti, ac prorſus fundamento carere.

Opponunt ſecundò Aduerſarij, petitioni factæ per 38 Dominum meum Abbatem ex alio non eſſe locum, dum præſupponunt, *Andr.* doctrinam fundatam eſſe in æqualitate; & quòd ſupponat, filium primogenitum in feudis nouis ſuccedentem eſſe etiam fratrum in allodio cohæredem, quod proindè, vt inter fratres ipſos nõ ſit inuidia, ſed ſeruetur æqualitas, dixerit *Andr.* teneri primogenitùm ad pretium feudi noui conferendum, cùmque in caſu noſtro Domina Principiſſa bonorum allodialium fratris ſui Domini mei Abbatis non ſit cohæres, bonàque feudalia, in quibus ſucceſſit minoris ſint æſtimationis patrimonio burgenſatico, in quo ſucceſſit Dominus meus Abbas, ſequitur certè dicendum, ceſſare *Andr.* traditionem in collationis, paternæque ſucceſſionis adæquationis, iure fundatam, nec extra illius terminos trahendam eſſe, cùm id nullo iure caueatur, ſed conſuetudine tantùm receptum ſit, quæ quidèm conſuetudo vltra ſuos terminos extendi non poteſt, ex vulgatis *Doctorum* traditionibus.

Huic oppoſitioni duplicitèr reſpondemus; & *primò,* 39 nam ſi dicamus, *Andr.* doctrinam eſſe fundatam in iure adæquationis, & nè ſit inter fratres inuidia; hæc, inquam, ratio in caſu noſtro nullius conſiderationis eſſe poteſt, cùm Domina Principiſſa nullam poſſit in fratrẽ ſuũ habere inuidiã, ſi habet ille ex bonis paternis maiorem partem: cùm adæquatio, quæ in toto Chriſtiano Orbe ſeruatur inter fratres, & ſorores, patri

patri ſuccedere volentes, ea ſit hodie, vt maſculi bona omnia præcapiant, fœminæ verò, vt congrua dote remaneant contentæ.

39 Reſpondeo *ſecundò*, nil releuare, quòd bona feudalia minoris ſint æſtimationis patrimonio burgenſatico, ita vt videatur per hoc conſideratam ceſſare adæquationem; nam ex hoc non ceſſat, vt Domina Principiſſa ad pretium conferendum cogi non poſſit, cùm illud tantùm à collatione filium reddat immunem, nimirùm quando hæredis nomen non meretur, ſed quando hæres demonſtratur, ſat eſt, vt in obolo ſit talis, ad hoc vt ad conferendum veniat cogendus, non enim, quia vnus ex filiis eſt hæres in Centum; dùm aliquid à patre aſſequutus eſt collationi ſubiectum, cogi forſan non poteſt ad conferendum ab altero, qui eſt hæres in Mille, quia ſufficit, vt diximus, quòd ſit hæres, quamuis in vncia, ſic ſanè ſcripſerunt Iacob. de Aren. *in l. ſi cùm dotem, §. ſi pater, ff. ſolut. matrim.* Bald. *in l. quoniam in prioribus, num. 6. Cod. de inoffic. teſtam.* Paul. Caſtrenſ. & Iaſ. *in l. quoniam nouella, C. eod. tit.* Alex. *in l. ſi emancipati, num. 12. C. de collat.* ibique Roman. & Fulgoſ. vterque *n. 9.* Corne. *n. 14.* Dec. *in authent. ex teſtamento: C. de collation. in vlt. quaſt.* vbi dicit, eſſe ſuper hoc bonum text. *in l. 2. §. ſi tres emancipati, ff. de collation. bonor.* Ant. Gomez. *in l. 29. Taur. num. 11. verſ. pulchrum tamen dubium eſt*: Aluar. Valaſc. poſt alios, quos citat in *prax. partition. & collation. c. 19. num. 7.* & fuit de mente Gloſ. ad quam multi in hac materia non aduertunt, in *l. ex parte 40. §. 1. in verb. indiuiſũ. ff. famil. erciſc.*

40 Opponunt tertiò Aduerſarij; ex alio Dominum meum Abbatem petitum pretium obtinere non poſſe; quia hoc feudum nouum cùm ſit filij primogeniti Legitima, nullo iure poteſt maſculus à feudorum ſucceſſione excluſus integrum feudi noui pretium petere, quia hoc modo fœmina, quæ in feudis ſucceſſit, per indirectum Legitima priuaretur, quam lex feudalis ei tribuit, iuxta Thoming. *deciſ. 2.* & Harthman. *quaſt. 58. ſub n. 63. p. 2.* Idemque dicendum, ſi fateremur, Legitimam eſſe Tertiam totius feudi valoris, iuxta Caner. ſententiam in *capit. Imperialem, §. præterea Ducatus, fol. 99. & 104.* quam ſequitur D. Conſil. Theodor. *alleg. 22. ſub num. 12. & alleg. 79. poſt num. 2.*

Pro reſponſione dico, quòd ſatis opportuna eſſet oppoſitio, quando ſucceſſor in feudis aliàs à patre Legitimam portionem non habuiſſet; eo enim caſu neceſſe eſſet, vt ſuper feudo, in quo ex lege inueſtituræ ſucceſſit, Legitimam conſequeretur, etſi defuncti patris voluntas obſtaret, provt deciſum per Regiam Cameram in illo caſu relato per Io. Vinc. de Anna *alleg. 126. & ſeq.* & habetur per D. de Franch. *deciſ. 1. intra n. 39.* At ſecus omninò dicendum, quando pater aliàs in vita legitimam portionem filio aſ-

41 ſignaſſet, quia tunc filium primogenitum in feudo inſtituendo, certè poſſet illum grauare pro concurrenti feudi valore, nec alitèr alia Legitima ſuper feudo illo per filium peti poſſet: Et hic eſt caſus noſter; nam cùm certum ſit, Dominam Principiſſam in vita patris ampliſſimè fuiſſe ab illo dotatam, certè ſtante tali dotatione, & renunciatione indè ſequuta, ſi pater ipſe teſtatus mori voluiſſet, potuiſſet vtique D. Principiſſam in feudis hæredem inſtituendo, provt de iure tenebatur, illam grauare vſque ad feudorum valorem, nec filia ipſa aliter conqueri potuiſſet, cùm negandum non ſit, ideò Dominum Principem patrem bonorum feudalium renunciationem à filia accepiſſe, dum eam nuptui traderet, ad hoc vt libera remaneret ei facultas de bonis ſuis diſponendi, & ſic nullatenus ex teſtamento potuiſſet filia vltra dotem acceptam prætendere; ſic ſanè ſcripſerunt Bart. *in l. final. §. vlt. ff. ad S.C. Trebell. & conſ. 37. & 44.* Alber. *de ſtat. par. 2. quaſt. 104.* Signorol. *conſ. 153. in fine,* Guid. Pap. *deciſ. 296.* Afflict. *deciſ. 158.* & alij infiniti ad nauſeam, provt de more relati per Tiraquell. *de iure primogen. quaſt. 53. num. 22.* quibus nouiſſimè addo Merlin. *de legit. lib. 3. tit. 1. quaſt. 14. num. 17. & ſeq.* at cùm inteſtatus mori voluerit, quod proindè deficit acceptæ renunciationis cauſa, quamuis feuda omnia fuerint aperto iure Dominæ Principiſſæ delata, non per hoc obſtare poteſt, vt agendo Dominus meus Abbas hæres vniuerſalis in allodio pro integro pretio in Ciuitatis Venafri emptionem exburſato vti merè allodiale, poſſit Domina Principiſſa excipere, quòd ei competit ſuper feudo illo Legitima, quam ſemel à patre conſequuta fuit; ergò.

Opponunt inſuper D. Ducis Bracciani iura tuentes, ex alio Dominum meum Abbatem à pretij conſequutione eſſe excludendum, nam cùm contendant, collationis iure illud deberi, quæ quidem collatio ex communi DD. ſententia habet requiſitum neceſſarium, vt qui illam petit, & à quo ea petitur, ſit de liberis; ceſſare prorſus videtur, ſi caſus daretur (quod eſt impoſſibile) vt in petitorio cauſæ ſucceſſionis Dominus Dux Bracciani ſuccederet, ex quo ille Principi defuncto non niſi extraneus cenſetur, cùm certè de liberis non ſit, ſic enim vno ore dixerunt Gloſ. & DD. *in l. ſi emancipati, C. de collation.* ſignanter Bald. *num. 4.* vbi hæc dicit verba, *Ex prædictis nota tres concluſiones, Prima eſt, donaui amico meo, quem poſtea hæredem inſtitui cum filio meo, quòd non tenetur conferre,* &c. & Iaſ. *ibidem num. 25.* ſic ſubdit, *Et ſic ſtat concluſio ex Gloſ. quòd penitus extraneus ſuccedens cum filio non tenetur conferre,* &c. id quod latiùs proſequitur Aluar. Valaſc. *in prax. partition. & collation. cap. 12. numer. 31. & ſeq.* poſt Ant. Gomez. *ad l. Taur. 29. n. 31.* & alij. 42

Poſſent Domini Iudicantes ex eo dumtaxat de hac ſic facta oppoſitione nullam habere rationem; cùm videant, Aduerſarios melioris conditionis facere tranſuerſalem in feudis ſuccedentem; quàm defuncti feudatarij proprium filium: quando enim ſuccedit filius, indubitatum eſt, quòd à fratribus ſecundogenitis ad pretium conferendum cogi poteſt; ergò à fortiori dicendum eſt, quando ſuccederet agnatus. Sed attendamus, quæſo, reſponſiones, ex quibus hoc Aduerſariorum motiuum, & oppoſitio penitùs diruitur. 43

Et Primò dicò, quòd dum aduerſarij hanc, in caſu de quo agimus, impertinentem collationis materiam ſubingredi volunt, debent articulos, quos proponunt intelligere in illis terminis, in quibus DD. loquuntur; etenim ſi dicamus, quòd qui non eſt filius, cui aliquid eſt à defuncto donatum, dum cum filio hæres inſtituitur, non teneatur id quod fuit donatum, filio cohæredi conferre, intelligunt DD. de ea donatione extraneo hæredi in vita donantis facta, cui non niſi particulari titulo ſucceſſit, nimirum per contractum: dicit modò Dominus meus Abbas, non diſcedamus à terminis, in quibus DD. loquuntur, quid dicunt aduerſarij, Principis feudatarij hæredem ſperari in feudalibus Dominum Bracciani Ducem (quod oculi eorum nunquam videbunt) quicquid à Principe defuncto in vita aſſequutus ille fuit, & cui particulari titulo ſucceſſit, non conferat, non enim petitur, vt ea conferantur, quæ ſucceſſor in feudo in vita feudum acquirentis habuit (de hac enim acquiſitione; vt collationi non ſubiaceat DD. loquuntur) ſed illud petitur, vt refundat hic, qui in feudo nouo ſucceſſit, hæreditati burgenſaticæ pretium, de quo agimus, quod eſt merè allodiale, 44

& in quo poſt acquirentis mortem ſucceſſit, & titulo vniuerſali, non autem per contractum.

45 Secundò, Doctores omnes *in l. ſi emancipati*, dùm collationem locum non habere dixerint, niſi inter filios, loquuti ſunt, quando prorſus extraneus, cui eſt facta donatio, cum donantis filio ſuccedit, at in caſu noſtro Dominus Dux Bracciani, ſi diceremus, illum in auunculi feudis ſucceſſiſſe, nullatenus cenſeri poſſet extraneus, imò reſpectu Principis prorſus hæres neceſſarius, dùm in feudorum ſucceſſionibus ille tantùm dicatur extraneus, qui non eſt feudatario immediatus ſucceſſor, quod proindè dixerunt omnes, filium ſecundogenitum etiam extraneum eſſe, dùm primus ætatis prærogatiua illum præcedit. Quódque hoc verum ſit, patet; nam ſi Princeps feudatarius alium in immediatum ſucceſſorem non habuiſſet, niſi Ducem Nepotem, nonnè potuiſſet in illum feuda omnia, tam in vita, quàm in morte ſine aſſenſu transferre? certè ſic; ſunt iura nimis clara *in cap.* 1. §. *& ſi libellum, de alienat. feudi pater. in cap.* 1. *de eo, qui finem fec. agnat.* & *in cap.* 1. *de vaſal. decrep. ætat.* vbi Andr. & Doctores communiter, Reg. de Pont. *de poteſt. Proreg. tit.* 8. *num.* 4. id quod omninò ei prohibitum eſſet, ſi Ducem extraneum diceremus, maximè in Regno, obſtante Conſtitutione, *Conſtitutionem diuæ memoriæ*, per quam omnis feudi alienationis actus, citra Supremi Domini aſſenſum prohibetur; ſic ſanè in terminis ſcripſerunt Io. Vinc. de Anna *in d. Conſtit. Conſtitutionem diuæ memoriæ, num.* 95. & Io. Andr. de Georg. *allegat.* 12. *num.* 13. & *in repetition. feudal. cap.* 48. *n.* 19.

46 Tertiò, ex alio factam oppoſitionem non obſtare dico, cùm illud in Regno certiſſimum ſit, eo ipſo, quòd Pater è viuis decedit, feudo in hæreditate relicto per eum pecunia quæſito, ſuper petito exburſato acquiritur ius ſecundogenitis, vt illorum vnuſquiſque ſuam accipiat portionem, niſi malint Vitam, & Militiam ad eorum electionem conſequi, vt per Loffred. *in* §. *præterea Ducatus, fol. mihi* 62. *num.* 4. & D. Reg. Rouit. *in pragm.* 24. *num.* 3. *de feud.* dicit modò Dominus meus Abbas, ſiuè ſuccedat ſoror mea, quæ primogeniti locum tenet, ſiuè Dominus Dux Bracciani, vtar iure meo in aſſequendo pecuniam, per patrem meum in feudi emptionem exburſatam, cùm ea ſit penitus allodialis, nam quemadmodùm ex *Conſtit. Comitibus*, potuiſſem ſuper eodem feudo Vitam, & Militiam conſequi, vt ſolidiſſimè fuit *ſuprà* fundatum, dùm de illius petitionis iuſtitia agebamus; ſic etiam & pretium ad mei electionem: nullo enim iure in hoc Regno cauetur, vt quando ſit locus ſucceſſioni ad beneficium agnati propter aliquam defuncti feudatarij filij incapacitatem, non poſſit filius ipſe, quia ſucceſſit agnatus, Vitam, & Militiam obtinere; quæ enim bona ſuadet ratio, vt ſuccedendo feudatarij filius primogenitus teneatur ſecundogenitis ad pretium conferendum, vel ad Vitam, & Militiam præſtandam ad illorum electionem, & ad illud idem non teneatur agnatus? nonnè ſic aſſerendo, maximum oriretur inconueniens, & abſurdum? ergò.

47 Quartò, factæ oppoſitioni reſpondemus, Doctores omnes, qui *in principio* traditam concluſionem firmarunt, nimirum, vt non ſit locus collationi, quando extraneus cum filio ſuccedit; loquutos fuiſſe, quando extraneus, cui eſt donatum, cum donantis filio ex teſtamento ſuccedit; at nos verſamur in cauſa inteſtati, ergò non loquuntur in terminis noſtris. Et ſi dixeris, non potuiſſe Doctores caſum ponere in cauſa inteſtati, quia ab inteſtato extraneus non poteſt cum filio ſuccedere: Reſpondetur, eo magis motiuum creſcere; Doctores prædictos in caſu noſtro allegari non poſſe, cùm præcogitare nunquam potuerint, poſſe caſum euenire, vt ab inteſtato ſuccedant filius, & extraneus, ſed tantùm ex teſtamento.

Quintò, & tandem ceſſabit prorſus omnis dubitatio, ſi attendamus rationem, qua moti ſunt Doctores ad affirmandum, vt collatio illud habeat requiſitum neceſſarium, vt qui eam petit, & ille, à quo petitur, ſint de liberis; ea eſt enim, quam nouiſſimè expendit Petr. Gilken. *in d. l. ſi emancipati, num.* 43. nimirùm quia nulla poteſt conſiderari donatio collationi obnoxia, quando in non filium facta proponitur, cùm omnis donatio, quæ fieret extraneo, non niſi ſimplex ſit, quæ à collationis iure eſt penitùs exempta: *l. illud, verſ. illa verò, C. de collation.* ſi ergò donatio, quæ fit non filio, non poteſt niſi ſimplex cenſeri, quæ collationis vinculo non ſubiacet; quid mirum ſi Doctores dixerint, vt quando extraneus, cui eſt facta donatio, à donatore cum proprio eius filio hæres inſtituitur, non teneatur extraneus ille ad rem donatam conferendum? At cum in caſu noſtro impertinenter affirmare velimus, pretium feudi noui collationis vinculo ſubiacere, dùm in feudo illo ſucceſſiſſe, dicere volumus D. Bracciani Ducem, qui in tali ſucceſſione nullatenus ex ſuperiùs dictis extraneus dici poteſt, ſed potiùs ſuus; non eſt, cur dici poſſit, quia non eſt filius, ergò ad pretium conferendum cogi non poteſt: ceſſat enim in caſu noſtro illa ratio, quarè dixerint DD. vt collatio non niſi inter filios locum habeat; ergò nec poſtrema hæc oppoſitio obſtat. 48

Vt autem præſenti conſultationi finem imponam, pro dictorum omnium complemento, nè in indiuiduo caſus noſtri, Doctoris grauiſſimi careamus authoritate; Dico ſic, iuxta hanc, quam tuemur, ſententiam reſpondiſſe inſignem illum Feudiſtam Reg. Lanar. *conſ.* 80. *num.* 49. quòd loci non diſcedendo à terminis collationis firmat verbis expreſſis, quòd vbi duo filij eſſent patris, ſiuè matris hæredes, alter ſcilicèt in allodio, alter verò in feudis, quòd ſi in hæreditate feudali reperitur feudum nouum, pretium totum, quo emptum eſt feudum illud, ſpectat ad hæredem in allodio: attendamus, quæſo, caſum *conſilij*, qui talis eſt; Marchioniſſa Lauelli cùm duos haberet filios, Marchionem ſcilicèt primogenitum, & Io. Antonium ſecundogenitum, in vltimis conſtituta Io. Antonium hæredem Vniuerſalem in allodio inſtituit, eique feudum vnum, quod pecunia acquiſierat, legauit; verùm quia feudi legatum carebat aſſenſu, fuit de illo per Regiam Cameram inueſtitus Marchio primogenitus. Inſtitit demùm Io. Antonius hæres vniuerſalis, vt condemnaretur Marchio frater ad æſtimationem feudi legati, præſupponendo, quòd dum feudi legatum erat inutile propter defectum aſſenſus, debeatur eius æſtimatio; ſcripſit pro Marchione Magnus ille Iuriſconſultus *Io. Vincentius de Anna*, & per *duas*, quas in prima, & ſecunda inſtantia produxit, *Allegationes*, quæ ſunt 126. & 127. fundauit, nec etiam legati æſtimationem deberi: ſcripſit pro Io. Antonio ſecundogenito *D. Reg. Lanar.* tunc Aduocatus, & contrarium præſuppoſuit, fundando, feudi legati æſtimationem de iure deberi. Verùm quia credidit forſan rem aggredi difficilem, vt Clientem tutè ad portum duceret, alium ſubingreſſus fuit articulum, & fundauit, quòd vbi legati æſtimatio veniret deneganda, poſſet legatarius vti matris hæres in allodio integrum pretium, quo feudum illud legatum emptum erat, petere; ſic enim in principio *Conſilij* D. Lanarius dubia proponit. 49

Diſceptandum erit de pluribus, &c. Et primò, an

actori

actori debeatur æſtimatio feudi, de quo agitur, ſtante legato dicti feudi, et per Marchioniſſam facto, poſtquam non tenet legatum reſpectu feudi propter defectum aſſenſus.

Secundò, an verum ſit, quòd Marchio, vel ad æſtimationem non teneatur, vel in ſubſidium tantùm, vt Aduerſarij, neſcio, quo iure, prætendunt.

Tertiò, an ſaltem feudi pretium dicatur remanſiſſe in hæreditate Marchioniſſæ, quæ feudum emit, & ſucceſſiuè integrum debeatur Domino Io. Antonio heredi vniuerſali.

Diſcuſſis per *D. Conſulentem* duobus primis; ad tertium, qui eſt caſus noſter, per hæc verba reſpondit, *num.* 49.

Circa tertium caput principale ad probandum, quòd Illuſtris Marchio tenetur D. Io. Antonio ad totum pretium feudi, de quo agitur ſinè dubio, aduerto, quòd in Regno veriſſima, atque indubitata eſt concluſio, quòd licèt primogenitus ſuccedat in feudo empto per defunctum feudatarium, tamen tenetur conferre partem pretij ipſius feudi fratribus ſecundogenitis, quaſi hæc pecunia remanſerit in hæreditate, poſtquàm non poteſt fieri collatio in corpore feudi, quia indiuiſibile; ita concludit Iſern. in c. 1. §. præterea Ducatus, in 2. addition. numer. 36. de prohib. feud. alienat. per Feder. quem refert, & ſequitur Martin. Laudenſ. in tract. de primogenit. q. 36. Afflict. in d. cap. Imperialem, §. præterea Ducatus, num. 27. & ſeq. Loffred. ibi. Camer. facit de hoc dialogum in fine operis fol. 106. Luc. de Penn. in l. 1. C. de imponen. lucrat. deſcript. Capyc. deciſ. 2. num. 6. Marin. Frecc. 3. lib. in 33. differ. feudi hæredit. & ex pacto, & prouiden. ſi pretium hoc confertur, ergò effectualitèr remanet in hæreditate, quia omnia, quæ conferuntur, dicuntur remanere in hæreditate defuncti: text. eſt in l. certum, vbi Gloſ. 1. C. fam. erciſc. ſi remanſit in hæreditate hoc pretium, ergò debetur D. Io. Antonio heredi vniuerſali. Hæc ille vir doctiſſimus *Reg. Lanar.* qui, vt teſtatur Anna *locis citatis*, ad relationem Magni Regentis Moles, tunc Regiæ Cameræ Præſidentis, tam in prima, quam in ſecunda inſtantia ſententiam pro Cliente reportauit, dùm condemnatus extitit Marchio primogenitus ad legati æſtimationem ſoluendam, deducta Legitima liquidanda, quæ de iure ipſi ſuper feudo illo competebat: Poſſum ſine dubio credere, principale Dominorum tunc Iudicantium motiuum ad ſic deci-
50 dendum, non illud fuiſſe, quia legato feudo ſine aſſenſu, de iure debeatur æſtimatio, hoc enim aſſerere eſſet contra magis communem omnium Noſtrorum ſententiam, vt conſtat ex *relatis* Annæ *allegationibus*, vbi Filius *in addit.* &. per alios vbiquè, id quòd hodiè apud Nos eſt ſine controuerſia; Sed ex eo ſic decretum, quia exiſtente ſecundogenito matris hærede vniuerſali in burgenſaticis, cùm feudum, in quo Marchio primogenitus ex lege inueſtituræ ſucceſſerat, erat nouum, & pretiũ quo emptum fuerat vti burgenſaticum ad ipſum in allodio hæredem ſpectabat, & ſic Marchio ſuccubuit.

51 Vides igitur ex his omnibus, ſententiam, quam in præſenti tuemur, tam reſpectu primæ ſuper feudis antiquis Vitæ, & Militiæ petitionis, quàm alterius integri pretij feudi noui; multiplici ratione, grauiſſimorùmque Iuriſconſultorum authoritate roboratam eſſe; quod proindè Senatores, præſtantiſſimi in hac cauſa iudicaturi, religione morum probitate, ac doctrina inſignes illi aſſentiri, adſtipulari, & adhærere tenentur; prout ſic ſperat Illuſtriſſimus Abbas, quem, Dominos meos rogo, vt conſiderent vnicum patri ſuo maſculum paternis, & auitis feudalibus bonis exutum: conſiderent ſimul, precor, cauſæ huius oppoſitorem; eſt enim ille ipſius actoris Patris, de cuius ſucceſſione agitur, ex ſorore Nepos, nullo exemplo. Hæc occurrunt: ad laudem Omnipotentis Dei.

Donatus Antonius de Marinis.

Huius cauſæ deciſio, ob articuli nouitatem; reſpectu petitionis integri pretij Dominis Iudicantibus non parum difficilis viſa fuit, quòd proindè per plures menſes ſteterunt ancipites in expeditione cauſæ; tandèm ſub die 29. Menſis Ianuarij 1635. facta relatione de ordine Excellentiſſimi Proregis in Regio Palatio per Dominum Andream Prouenzalem Regium Conſiliarium, & cauſæ Commiſſarium, dum Votantes eſſent numero vndecim, prodijt deciſio pro Illuſtriſſimo Cliente, quoad caput Vitæ, & Militiæ, & quoad medietatem tantùm pretij vnà cum intereſſe pro tempore, & quantitate liquidando. Verum, vt audiuimus ab aliquibus ex eiſdem Dominis, quatuor ex eis votarunt ſecundùm hìc allegata, nimirùm eſſe Domino meo Abbati integrum pretium decernendum, vnus cenſuit, D. Principiſſam eſſe abſoluendam, alter, eſſe expectandum exitum cauſæ petitorij, quæ ſuper ſucceſſione dictorum feudorum agitabatur inter D. Principiſſam Albani conuentam feudorum poſſeditricem, & D. Ducem Bracciani Principis defuncti ex ſorore nepotem; quinque autem cenſuerunt, deberi medietatem tantùm, ſecundùm quorum ſententiam prodijt deciſio.

Iudices fuerunt,

† Dominus D. Bernardinus Montaluus Marchio Sancti Iuliani, Reg. Cancell. Regens, & M.C.L.

* Dominus D. Ioannes Enriquez Marchio Campli Regiam Cancell. Reg.

† Dominus Scipio Rouitus Reg. Cancell. Regiens.

Dominus Petrus Antonius Carauita Regius Conſiliarius.

† Dominus D. Franciſcus Sapius Regius Conſiliarius.

† Dominus Andreas Prouenzalis Reg. Conſiliarius, & cauſæ Commiſſarius.

* Dominus Scipio Theodorus Regius Conſiliarius.

Dominus D. Didacus de Minditta Regius Conſiliarius.

Dominus Alonſus Vargas Dux Cagnani Reg. Conſiliarius.

Dominus D. Ferdinandus Ezguerra Reg. Conſiliarius, &

† Dominus Franciſcus Antonius Muſcettula Reg. Conſiliarius.

Proceſſus eſt in Banca de Fælice.

SVMMARIVM.

1 *Clericus nùm poſſit à Principe habilitari, vt in feudis à patre relictis ſuccedere valeat, non obſtante, quòd ſequenti in gradu ſucceſſio delata ſit, & n. 3. 5. 6. 10. 12. 22. 23. 24. 25. & 26.*

2 *Satis eſt controuerſum inter DD. an Clericus poſſit in feudo ſuccedere; ſed in Regno indubitata eſt pars negatiua, & quæ ſit ratio? num. 4.*

7 *Princeps an poſſit ius alteri quæſitum ſine cauſa auferre, & n. 8. 9. 11. 13. & 26.*

14 *Princeps an poſſit filium illegitimum poſt pa-*

tris mortem legitimare in præiudicium ab inteſtato venientium,& n.24.

15 *Banuitus à Principe reſtitutus an recuperet bona proximioribus quæſita,& n.16.*

17 *Monachus in Religione incapaci profeſſus, ſi ad capacem tranſitum fecerit,an recuperet bona,quæ in ſeculo poſſidebat.*

18 *Monachus effectus Epiſcopus nùm poſſit reſcindere renunciationem ante Religionis ingreſſum ad conſanguineorum fauorem factam.*

19 *Feudatarius ob aliquod crimen feudo priuatus an à Principe reſtitutus illud recuperet à poſſe agnati,cui fuit quæſitum.*

20 *Princeps poteſt tollere ea, quæ iuris ciuilis ſunt.*

21 *Princeps nùm poſſit diſpenſare, vt in feudo, in quo primogenitus ſolus ſucceſſit,ſuccedant inſimul omnes defuncti feudatarij filij.*

ARGVMENTVM.

Clericus feudorum ſucceſſionis incapax,nùm poſſit à Principe tuta conſcientia habilitari, ſeu in integrum reſtitui, vt in feudis per patrem relictis ſuccedere valeat, non obſtante,quòd tempore mortis feudatarij, ob eiuſdem filij incapacitatem,ſequenti in gradu ſucceſſio delata fuerit; & de aliis ad materiam pertinentibus.

CAPVT XLVI.

1 CLERICVS feudorum ſucceſſionis incapax,elegans eſt indagatio, nùm poſſit à Domino Rege noſtro habilitari, ſeu in integrum reſtitui,vt in feudis per patrem relictis ſuccedere poſſit, non obſtante, quòd tempore mortis patris feudatarij,propter eiuſdem filij incapacitatem, ſequenti in gradu ſucceſſio delata fuerit.

Pro cuius dubij reſolutione in vna facti contingentia dixi primò, illud hac in re certiſſimum eſſe, quòd quamuis magna fuerit inter noſtros *Feudiſtas* controuerſia, an Clericus, ſiuè in minoribus, ſiuè
2 in ſacris conſtitutus Ordinibus, poſſit in feudo ſuccedere, vt conſtat ex diſputatis per Doctores nouiſſimè relatos per Octau.Bammacar. *in comment. ad tit. ſi de feud.defunct. in cap. qui Clericus, in 4.quæſt.n.73.* per D.Reg.de Pont.*deciſ.4.num.*1.& per Paulum Staiba.*conſ.*55.InRegno tamen noſtro per *Conſtit. Errores eorum*,vt benè aduertit idem Bammacar. *num.*77. abſolutum eſt, Clericum huius ſucceſſionis incapacem eſſe: negari tamen non poſſumus, communem eſſe ferè omnium Scribentium ſententiam, poſſe Principem illum habilem facere, & diſpenſare,vt in feu-
3 dis ſuccedere poſſit, etiam in agnatorum, & venientium ab inteſtato præiudicium, quibus ius fuiſſet ſpe quæſitum; ſic enim firmarunt Bald. *in d.cap. qui Clericus, ſi de feud.defun. milit.* dum inquit, quòd ſi Vaſallus Sacerdos efficiatur,ita demùm feudum amittit, ſi Dominus velit, Andr. noſter de Iſern.*in c.1.de Cleric. qui inueſt. fecit*,vbi in *fine*, dicit, poſſe Dominum gratiam Clerico facere, vt feudum penès ſe habeat, Crauet. *conſ.*303. *n.6.* D. Reg. Tap.*in authen.ingreſſi, in verb.ſua,cap.14. num.38. in fine, C. de ſacroſ. Eccleſ.* Marcabr.optimè *conſ.23.num.*180.Grat.*conſ.9.n.*169. *lib.*1. alijquè plures relati per Carol. de Graſſ. *tract. de effect. clericat. effect.4. num.* 269. quibus addo noſtrum Genuenſ. *in practicab. Eccleſ. quæſt.*10. vbi latè articulum diſputando, in effectu ſic concludit: Huius concluſionis ratio affertur, nam quod Clericus ad 4
feuda tenendum inhabilis reputetur, fuit in Domini fauorem ſtatutum, non autem agnatorum, cùm non poſſit ille à Clerico ſeruitium conſequi,prout à laico, ac proindè habilitando Clericum ad ſucceſſionem, ſibi ſoli Princeps ipſe præiudicat,non autem agnatis: ita Menoch.*conſ.*181.*n.70.lib.*2.Intriglio.*de feud.cent.2.art.1.n.*215.Pancirol.*conſ.*111.*n.*17.quos,& alios refert de Graſſ. *loc.cit.n.*206. & his addo Genuenſ. *loco iam dicto*,vbi aliam ſubdit rationem; & eſt, quia ſic Princeps peragens, aliud non facit, niſi obicem ab vno tollere,qui eum alicuius iuris incapacē reddebat, remouendo(vt dicunt)*prohibens*;idquè Principē peragere poſſe probatur in *l.quæro,ff.de natal.reſtit.*& in *§. ſi quis verò, Auth quib.mod.natural.efficiant.legi.*& dixit Couar. *3.var.c.6.n.1.verſ.3.& num.7.ver.3. non obſtat.*

Hoc poſito videamus,an concluſio ſic firmata procedat in caſu propoſito, nimirùm in iure quæſitò, vt 5
ſcilicet poſſit Rex, ſiuè quilibet ſupremus Princeps Superiorem non recognoſcens, Clericum habilem facere, vt ſuccedere poſſit in feudis à patre relictis, in quibus propter ipſius incapacitatem (quia Clericus)ſuccedere non potuit, quòd proindè fuit factus locus ſequenti in gradu, qui bona illa iam præoccupauit? Et quòd non poſſit,dixit Carol.de Graſſ. *loco cit. à num.*219. illa vnica ductus ratione, ab ipſo tamen non ruminata, quia agitur de iure iam alteri quæſito, quod Princeps, ſecundùm communes regulas,tollere non poteſt.

At Ego contrariam ſequens ſententiam, id benè 6
poſſe tuta conſcientia in agnatorum præiudicium, quibus fuit ius quæſitum, Principem peragere, nec alitèr illos conqueri poſſe, apertiſſimè, ac breuitèr demonſtrare conabor; & cùm tota huius quæſtionis vis ſita ſit in perſcrutando, an verè valeat Princeps ius alteri quæſitum ſine cauſa auferre,operæ pretium 7
duxi de his diſquirere;nam cognita huius rei veritate, facilis erit propoſiti dubij reſolutio; ad quod Dico, quòd licèt hæc grauis ſit quæſtio inter *Iuriſtas*, vt conſtat ex relatis per Ant. Gabr.*comm.concl. lib.3. in tit. de iur. quæſit. non tollen.per totum*, Communis tamen reſolutio eſt ſine contradictore, Principem ius, ſiuè dominium alteri de iure naturali, vel gentium quæſitum ſine cauſa tollere non poſſe; ſunt enim iura illa immutabilia, §.1. *Inſt. de iur. natur. gent. & ciuil. §. fin. Inſt. de legit. agnat. tutel.* DD.communitèr in *l.ex hoc iure,ff.de iuſt.& iur.*

Eſt tamen difficultas, an id peragere poſſit, quan- 8
do dominium, ſiuè ius aliquod iuris ciuilis artificio eſſet alteri quæſitum, quod propriè dicitur illud, quod ex lege feudali acquiritur, aditione hæreditatis, per ſententiam, per vſucapionem, aut præſcriptionem, &c. vt per Paul. de Caſtr. *conſ.*178.*col. fin. verſic. ſexto, quia ius adeundi, &c.* Et in hoc affirmatiuè reſponderunt Doctores;nam cùm Princeps in ſua Ditione ſupra ius illud ſit,vt probant Dec.*in c. quæ in Eccleſiarum,num.29.de conſtit.*& Minſyng.*ſing. obſer. cent.5. obſer.* 97. *numer.* 10. tale ius, quamuis alteri quæſitum,auferre poteſt: ita ſanè diſtinguendo ſcripſerunt

ſcripſerunt Baldus *in l. fin.C. ſenten.reſcind.non poſſ.& in conſ.*214.*in fine, libro* 2.Paul. Alexand. qui de communi teſtatur, Aret. Ioan.Crot. & Iaſon.*in l.Gallus*,§. *& quid ſi tantum,ff.de liber. & poſthum.* Andr.de Iſern. infra citandus. Angel. *in l. Lucius* 11. *ff. de euiction.* Dyn.*conſ.*10.Abbas *conſ.*84.*lib.*1.*per totum,& conſ.*77. *col.*3. *libro* 2.Paul. Caſtrenſ. *citato conſil.*178. & 180. *& in l. cùm heredes, ff. de acquir. hered. & in l.*3. *ff.de teſtam.* Alex. *conſ.*229. *lib.*2.Socin.*conſ.*220.*n.*8. *lib.*3. Curt.Iun.*conſ.*1.*num.*20.*conſ.*138.*num.*10. *& conſ.*174. *num.*9.*cum ſeqq.* vbi dicit, hanc communem eſſe opinionem, Gozad. *conſ.*5.*num.*17.*conſ.*14.*num.*9.*& conſ.*26.*num.*15.Dec.*conſ.*498.*num.*24.*lib.*2. Brun. *conſ.*10. Caſſan.*conſ.*66.Ruin. *conſ.*7.*conſ.*21.*& conſ.*175. *lib.*1. *conſ.*80. & 104. *lib.*3. *conſil.*71.*lib.*4. *& conſ.*21. *lib.*5. & alij infiniti, quibus addo noſtrum Reg. de Ponte *conſ.*152.*num.*8.vbi expreſſis verbis dicit, poſſe Principem etiam ſine cauſa,ea, quæ iuris ciuilis ſunt,tollere;Rot.*deciſ.*4.*de ſent.& re iud.*penes Mohed.& melius in terminis noſtris Couarr. *loc. cit. num.*7. *verſ.*6.

9 Et quamuis non deſint *Doctores*, qui in articulo generali contra hanc ſic fundatam concluſionem inſurrexerunt,quos refert Ant. Gabr. *loco cit. numer.*17. *verſ. contrarium*; illam tamen,vt ex infra dicendis apparebit,magis vſu receptam eſſe,non dubitamus,maximè quando dominium iuris ciuilis miniſterio quæſitum æquitatem non haberet annexam, vt inferiùs dicemus.

10 Modò, hoc iacto ſolidiſſimo fundamento, ad noſtrum deueniendo caſum, Dico, quòd cùm certum ſit, Clerici inhabilitatem in ſuccedendo, quæ fuit cauſa,vt ſequens in gradu ſuccederet,ex alio non proceſſiſſe, niſi quia ſic in Regno *Regia ordinatione* ſtatutum eſt; & cùm idem Rex ſit ſupra Conſtitutionem illam, conſequens eſt dicere, ius illud ita agnato acquiſitum cenſeri, vt per D. Regem pro libito voluntatis tuta conſcientia auferri poſſit, ablata, ſeù derogata à ſe lege in contrarium ſancita; nec ſic diſponendo, agnato illi iniuriam inferri dici poſſe,cùm ea ſuprema vtatur poteſtate, quæ penes illum reſidet, & qua iure vti poteſt; ad notata per *Alphonſ. Modit. in §. Principum placita, dubit.* 223. *numero quinto*
11 dum dixit, quòd quoties Princeps ex ſua voluntate fuit cauſa,quòd aliquod ius alicui quæratur, tunc ius ipſum poteſt ſine cauſa, ſed ſola voluntate auferre; ad quod allegat Angel.*in d.l. Lucius,ff.de euiction.* vbi firmat, poſſe ſine cauſa Imperatorem rem ex præſcriptione, ſeu vſucapione alicui quæſitam ab eo auferre; ea quidèm ratione, quia talis acquirendi modus ab ipſo Principe imperante inductus fuit, ac proindè ab eodem,etiam ſine cauſa auferri poteſt: id quod etiam ſatis notanter obſeruauit Mart. *in ſum. ſucceſ.legal. par.*4. *quæſtion.*4.*art.*4. *in append. num.*15. ſub his verbis,*Octauus caſus eſt, Princeps poteſt auferre ius quæſitum, quando ipſe fuit cauſa acquiſitionis mediante ſua noua lege,&c.* Reg.Rouit.*conſ.*15.*numer.*22. *lib.*1.poſt alios, quos citat Reg.Tap.*dec.*3.*numer.*66.
12 *S.C.*Cumque in quæſtione noſtra Rex fuerit in cauſa vt feudi ſucceſſio, quæ de iure naturali, gentium, & ciuili,ad filium ſpectabat, deferretur Agnato; poterit ipſe idem Rex tuta conſcientia diſpenſare,vt non obſtante filij inhabilitate,quæ ad Principis fauorem fuit inducta,eidem filio deferatur.

Quod maximè procedere dicimus in hoc caſu, vbi quòd feudorum vtile dominium Agnato quæratur, nulla ſuaſit æquitas, ſed potiùs rigor; æquitatis enim dictamen fuiſſet,vt filius quamuis Clericus ſucceſſiſſet,non autem illum ſucceſſione priuare,ea ſola,quam allegant, ratione, quia *illi pugnare non licet*: & ſic certum eſſe dico, ius hoc Agnato quæſitum propter filij Clerici incapacitatem, æquitatem non habere annexam: quo caſu omnes concedunt, poſſe Principem ius alteri de iure ciuili quæſitum,ab eodem auferre;ſic Bald.*in l.cauſas,in fine,C.de tranſact. & in l. reſcripta,C.de precib.Imper.offer.*Abb. *in cap. per tuas, de Arbitr.*Felin.*in cap.ad audientiam,il* 2.*num.*4.*ver.vt latè probat Dominus Abbas, de reſcript. & in cap. quæ in Eccleſiarum, de conſtit.* Hippol. de Marſ. *in l.*1.§. *ſi quis vltrò, verſ. & facit etiam, nam licèt Princeps, ff. de quæſtion.*Ruin.*conſ.*46.*n.*16.*verſ.non obſtat, quod poſſit, lib.*1. Ant. de Burg.*in Rubr.de emption. & vendit.*quos omnes citat,& ſequitur Ant. Gabr.*d. concl.*1. *num.*10.
vbi dicit,tunc demùm ſuſtineri poſſe, Principi non 13
licere, dominium iuris ciuilis artificio alteri quæſitum, ab eodem auferre, cùm ius illud annexam haberet æquitatem; ponamus exemplum, fac me eſſe Caij creditorem in mille, pro qua ſumma, & quantitate fundum obligauit, certè pro hac pecunia recuperanda ſuper fundo obligato actio mihi competit hypothecaria, iuris ciuilis miniſterio inducta,prout omnes actiones; poteſt nè Princeps de poteſtatis plenitudine actionem illam à me auferre, ita vt ea vti non poſſim? ſic certè de iuris rigore; ſed tuta conſcientia non poteſt, cùm annexam habeat æquitatem, vt exerceri poſſit; & ità in hoc, & ſimilibus caſibus libenter cum illis concurro, qui dixerunt, non poſſe Principem ius alteri de iure ciuili quæſitum auferre; & idem vbi teſtantium voluntati aduerſaretur, ad notat. per Couar. *loc.cit. num.*5. *& ſeq.*ſecus autem dicendum affirmo in omni caſu, vbi ius de iure ciuili quæſitum nullam haberet annexam æquitatem,vt in caſu de quo agimus;prout in puncto aduertit Genuenſ. *cit. quæſt.*10.*à num.*4.qui ſic diſtinguit,poſt Ant.Gabr,& alios ſuprà relatos, quibus addo Modit. *in §. Principum placita, dubit.*58. *numer.*2. quoque hoc verum ſit,videmus ſic ſemper in caſibus ſimilibus *Doctores* reſpondiſſe.

Et primò non deſunt, qui aſſerere auſi ſunt, poſſe 14
Principem filium illegitimum poſt patris mortem legitimare in præiudicium ab inteſtato venientium, illiſque præiudicare, non ſolùm in iure quærendo, verùm etiam in iure quæſito; huius enim opinionis fuerunt Bart. *in l. Gallus*, §. *& quid ſi tantùm, num.*14. *per totum,ff.de liber.& poſthum.* Dyn. *conſ.*10. Paul. Caſtrenſ. *in l.*2. *numer.*4. *ff. de teſtam. in l. cùm heredes,ff.de acquir. poſſ. & in conſ.*178.*col.*2. *lib.*1.Felin.*in c.quæ in Eccleſiarum,n.*28.*ver. & ideò dicit Paul. de Caſtr.de conſtit.* Alexand. *conſ.*2.*num.*14. *verſ.Princeps poteſt,lib.*1.Gozad.*conſ.*26.*num.*56. *& conſ.*85.*numer.*1. Curt. Iun. *conſ.*1. *num.*21. aliique plures relati per Carol. de Graſ. *cit.effect.*4. *num.*167.168.*&* 169. ſed in hoc non inſiſto.

Secundò idem reſolutum inuenimus in bannito, 15
qui cùm per ſententiam condemnatoriam mortis ciuilis Reus fuerit effectus, eius bona proximioribus fuerunt delata; nam ſi hic à Principe demùm plenariè reſtitueretur, non ſimpliciter crimini indulgendo, bona conſanguineis quæſita recuperabit, ſic ſcripſerunt Bald. *in l.fin.num.*6.*verſ. ex prædictis,C.de ſentent. paſſ.* ibiquè Fulgoſ.*n.*12. idem Bald. *in l.ſi pater filiam, ff. de adoption.*Iacob. de Beluiſ. *in l. fallaciter,Cod.de abolition.*Caſtrenſ. *in l.intercedit, ff.de condit. & demonſtrat.* Crot. *in d.l. Gallus*, §. *& quid ſi tantùm,num.*118.vbi etiam Ruin. *num.*181.& Fortun. Garſ. *numer.*132. *ff.de liber. & poſthum.* Felin qui de communi teſtatur *in cap. inter quatuor, n.*4. *de maior. & obedient.*Natt.*conſ.*470. *num.*31. admonens,ab hac opinione neque in iudicando, neque conſulendo eſſe recedendum; Dominus Præſ.de Franch. *deciſ.*213. *à num.* 39. & Dominus Regens Rouit. *deciſ.*37. *n.*9. alijquè plures hanc firmarunt ſententiam, quos ſequendo congerit Sforz. Oddus *in tract. de reſtit. in*

integr.par.2.diſt.99.art.10.numer.74. qui ſub *num.94.* *& ſeqq.*concluſionem hanc ampliat,etiam ſi talia bona ex cauſa fideicommiſſi, vel vulgaris ſubſtitutionis purificatæ propter incapacitatis caſum eſſent fratribus, vel aliis agnatis quæſita, vt per gratiam, ſiuè reſtitutionem ea recuperet, ita & taliter, ac ſi
16 nunquam agnatis quæſita fuiſſent, ea quidem *ſuprà* relata ratione, quia cùm ſententia ſit de iure Ciuili, poteſt Princeps illam ad ſui libitum, etiam in Tertij præiudicium tollere; ac etiam, quia quando ius competit alicui ex ſolo impedimento,vel inhabilitate alterius, ſi inhabilis à Principe habilitetur,ſiuè reſtituatur,poteſt etiam in Tertij præiudicium, inhabilitate iam ceſſante,quod ſuum erat recuperare, Alban. *in addit.ad Bar. in l. ſed ſi mors,n.7.C. de donation. int. vir.& vxorem.*

17 Ex qua etiam ratione idem dixerunt in Monacho in Religione incapaci profeſſo,qui ex Summi Paſtoris diſpenſatione ad aliam capacem tranſitum fecit, vt nimirùm recuperet bona, quæ ante ingreſſum, ſiuè emiſſam profeſſionem in ſeculo poſſidebat, vel ei poſt profeſſionem delata fuerunt, & ipſius proximioribus quæſita; vt poſt Bald.Iaſon. & alios,quos congerit, fundat latiſſimè P. Molfeſ.*conſ.1.num.21.* & quaſi à mortuis reſurgens eius bona recuperabit, ea ab hæredibus, quibus erant quæſita, auferendo vt poſt Gloſ.*in leg.nam ſeruus, ff. de action. & obligat. & l.nam & ea,ff.de legibus,* ibiquè Rayner. Guliel. de de Cun.& poſt Bald.docuit Abb. *in cap. fraternitatis, n.22.de frigid.& malefic.*Io. de Plat. *Inſtit. de capit.diminut.num.6.*& alij, quos refert,& ſequitur Sforz.*d. par.2.ar.1.num.4.*& in puncto Io.Andr.Hoſt.& Abb. *in cap.quod ad te,de Cleric.coniug.* & inter omnes notanter P.Molfeſ.*cit.conſ.1.num.23. & ſeq.* qui per *to-*
18 *tum conſ.* de Monacho effecto Epiſcopo non incongruis rationibus defendit, quòd poſſit reſcindere renunciationem ante Religionis ingreſſum ad ſuorum beneficium factam;bonàque illis quæſita recuperare: id quod etiam nouiſſimè pluribus mediis probauit Epiſcopus Genuenſ. *in practicabilibus Eccleſ.q.262. per totam.*

Et cùm in *anno 1626.* difficilior caſus contigiſſet in Almo Doctorum Collegio huius Vrbis Regiæ Neapolis de quodam Clerico Regulari Theatinæ Religionis, ſenectute confecto, ad Epiſcopalem dignitatem aſſumpto, prætendente Almi Collegij honoribus,& emolumentis illum gaudere debere, & in illum ſubintrare locum,qui tempore,quo in Religione viuebat,vacauit,iam per alium occupatum, ſic per Dominos Doctores de Collegio in Epiſcopi fauorem fuit decretum; hic fuit *D. Raphael Raſtellius* Epiſcopus Caprenſis, qui his diebus vniuerſæ carnis debitum perſoluit.

Verùm in hoc articulo, an Monachus ad Epiſcopalem aſſumptus dignitatem valeat aduerſus renunciationem per ipſum ante profeſſionem factam inſurgere?negatiuè decíſum,ipſo referente,teſtatur Dominus Regens Rouit.*dec.10.per totam,* ad quam cùm caſus acciderit omninò recurre.

19 Tertiò his proximè magis ad rem accedit noſter Andr. feudorum Pater, qui *in cap.1. num.4. de vaſal. decrept.ætat.*dubium proponit,nùm feudatario,qui crimen commiſerat tale, propter quod feudo priuatus extiterat, & ſic agnato quæſito,à Principe demùm reſtituto, recuperet feudum illud,vt diximus, proximiori quæſitum? arguit primò quòd non; quia iure communi ius alicui quæſitum, eo inuito non auferτur;allegat *l.ſi cùm hermes.C.loca.l.penul ff.de pact. l. ſi poſt mortem,§.fin ff.de bonor.poſſeſſ. contr. tabul. & l.ad quod veſtrum,ff.de reg.iur.*Dicit demùm, quòd de hoc eſt diuerſitas inter *Canoniſtas*,& quòd Goffred. firmauerat, vt ad illa non reſtituatur ſine conſenſu illius, ad quem fuerunt reuerſa: *Barth.* verò *Brixien.* quòd diſtinguendum ſit, an fuerit appellatum, vel non: alioſquè dixiſſe, an Princeps præuenerit ita, vel ne: Concludit demùm.verius eſſe, vt ad illa etiam feuda agnato quæſita reſtituatur. Aſſignat rationem, quia Princeps ea tollere poteſt, quæ de iure Ciuili ſunt; 20
Inſtit.de iure naturali,§. penul.l.fin.C. ſi contra ius,vel vtil.publ. ſed ſententia eſt de iure Ciuili, per quam priuatus extiterat;ergò indulgendo, (dicit *Andr.*)abſtulit ea,quæ ex ſententia ſequuta fuerunt.

Nec Dicas, quòd Andr. aliud firmare videatur *in cap.1.num.14.verſ. Item, quod ſi Princeps, in tit.quæ ſit prima cauſa benefic. amitt.* quem locum malè vidit Octau.Bammacar. *in cit. cap.qui Clericus,quæſt.8.numer.149.& ſeq.* cum *in fine* remittat ſe ad ea, quæ dixerat *in cap.1.nu.4.de vaſall.decrep.ætat.* id quod benè obſeruauit Genuenſ. *cit. q.10.intra num.3.* ibi, *Andr. etiam noſter in cap.1.num.4.de vaſall.decrep. ætat.tenet, poſſe Principem vaſallum ex ſententia priuatum reſtituere ad feudum ad alios deuolutum, quia ſententia eſt de iure ciuili, & quæ ſunt iuris ciuilis tolli poſſunt à Principe.* & pouló poſt dicit: *Secundò non obſtat dictum Andr.*(quem in *principio quæſtionis* citauerat *in d.c.1. quæ ſit prim.cauſ.benefic.amitt.*) *quòd Princeps non poteſt facere gratiam primogenito rebelli in præiudicium ſecundogeniti; nam Andr. dicit contrarium in d.cap.1.de vaſall.decrep.ætat.&c.*

Quartò pro prædictorum corroboratione ſtringunt multum, quæ ſcripta reliquit Aymo. Grauet. 21
conſ.135. ante num.18. verſ. deſcendo nunc ad tertium, vbi præſupponit,quòd cùm in quodam dominio omnes filij patri feudatario in feudis ſuccedebant, illius dominij Princeps generale promulgauit decretum, vt de cœtero non niſi primogenitus ſuccedere poſſet, cum onere tamen fratribus ſecundogenitis debitum præſtandi victum;euenit, vt cùm moreretur quidam feudatarius,cui primogenitus ſucceſſit ſolus,non modò ex vi generalis decreti,ſed etiam ex tenore inueſtituræ,dum præſupponebatur,iſtorum liberorum patrem feudum pro ſe,& filiis acquiſiuiſſe, primogenitum ſemper anteferendo; filij ſecundogeniti ſupplicarunt Principi, vt diſpenſare dignaretur, quòd decreto non obſtante, vnà cum primogenito, qui iam feudorum poſſeſſionem adeptus fuerat, ſuccedere poſſent; vndè fuit dubitatum,an Princeps ille in primogeniti præiudicium porrectis precibus aſſentiri potuiſſet; & pro parte affirmatiua conſuluit *Graues.* optimis rationibus id totum fundans, non obſtante, quòd ius,ſiuè feudorum vtile dominium perfectè primogenito quæſitum fuiſſet; hac principaliori ductus ratione, quia acquiſitio illa,iuris Ciuilis miniſterio ſequuta fuerat, & ſic vigore generalis decreti in illa Ditione promulgati, ſupra quod Princeps ille erat: Nec dices, quòd in eodem generali decreto reſeruauerat ſibi Princeps contra illud,diſpenſandi facultatem, ſuper quo *Aym.* multùm inſiſtere videtur: cùm nulla reſeruatione facta, idem eſſet; nam cùm dicamus,Principem iuri Ciuili derogare poſſe, ex quo ſupra illud eſt, vt illud idem abrogare queat,dùm diſponit,nulla indiget reſeruatione.

Si igitur, vt ad rem noſtram deueniamus, in caſibus prædictis tanta conſideratione dignis,reſponderunt *Doctores*,poſſe Principem iuri alterì quæſitò præiudicare;cur idem caſui propoſitò non erimus reſponſuri,vbi eadem militat ratio? 22

Scribebam hæc in caſu,vbi omnis ceſſabat difficultas;nam perſona, cui erat delata bonorum feudalium hæreditas, vt deferretur Clerico incapaci, qui ſi non fuiſſet talis,ſucceſſiſſet,præſtabat conſenſum; & quamuis alius contradicebat,ſub prætextu,quod ſucceſſio 23
ad

ad eum ſpectabat, non autem ad perſonam, cui erat delata; de oppoſitione tamen non erat ratio aliqua habenda: nam eſto, quòd in prætenſione bonum fouiſſet ius, prout malum fouebat, ius illi non erat perfectè quæſitum, ex quo in feudorum poſſeſſione nunquam extitit, & ſic illorum vtile dominium ad eundem non erat tranſlatum: ſed tantùm quando iuſtitiam fouiſſet, ius ſuccedendi poterat dici delatum; quo caſu magis communiter dixerunt DD. tuta conſcientia poſſe in alterius præiudicium Principem diſpenſare; & cum hac diſtinctione, quam ſubiicimus, conueniunt omnes in materia legitimationis filiorum naturalium, vt non poſſit poſt patris mor-
24 tem illos Princeps legitimare, in venientium ab inteſtato præiudicium, ſi iam illi hæreditatem adiuerunt, ſecus verò ſi hæreditas non eſt adita, ſed tantùm ius ſuccedendi delatum; quia tunc benè Princeps poſſet: procedétque legitimatio in agnatorum præiudicium: Rationem aſſignant, quia cùm ius illud adeundi ſit merè de iure Ciuili, *l. lege obuenire, ff. de verb. ſignif.* poteſt Princeps ad ſui libitum illud tollere: ſic ſanè ex ſententia Bald. Paul. & Salyc. diſtinguit Alex. quem omninò vide *in d. §. & quid ſi tantùm, num. 26. &* 27. vbi de communi teſtatur; ſequitur Iaſ. *num. 122. verſ. ſi autem hæreditas nondum eſt adita*, Franc. Aret. ſimiliter omninò videndus *intra num. 26. verſ. ſed dubitatur*, Soc. *num. 22.* Crot. *num. 131.* Rip. *in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, n. 45. ff. ad S. C. Trebell.* Boër. *deciſ. 122. num.* 8. & alij paſſim, quibus addo noſtrum Reg. de Pont. ſemper doctiſſimum in *relato conſ. 152. num. 6. 7. &* 8. ibi, *& ſi attendamus opinionem*
25 *Paul. de Caſtr. in eodem §. & quid ſi tantùm, col. fin. pariter habemus intentum, qui diſtinguit, an hæreditas ſit adita, ità quòd dominium eſt tranſlatum perfectè in ſucceſſorem; & legitimatio non extenditur: aut verò hæreditas non eſt adita, ſed tantùm ius ſuccedendi delatum; & tunc procedit legitimatio in præiudicium agnatorum, quia iſtud ius deferendi eſt merè de iure Ciuili, quòd Princeps tollere poteſt, &c.*

Id quod etiam pro indubitato reſoluit Mart. *in ſummâ ſucceſſ. legat. cit. part. 4. quæſt. 4. artic. 4. in appendic. num. 37. fol. mihi* 91. vbi hæc ſuggerit verba: *Ergò antequam hæreditas adita ſit, vel bonorum poſſeſſio apprehenſa, poteſt liberè Princeps ius aditionis tollere, Innocent. & cæteri in d. cap. quæ in Eccleſiarum, de conſtit. DD. in l. fin. C. ſi contra ius, vel vtilit. public. & omnes Doctores hoc probant in caſu legitimationis factæ per Principem in præiudicium agnatorum, dummodò fiat ante aditam hæreditatem, de quo plenè ſcripſit Simon de Prat. de interpr. vltim. volunt. lib. 1. fol. 13. n. 11. & ſeq. fol. 26.* Hæc Mart.

Hoc idem fundat, cæteris omiſſis Alph. Modit. *citato §. Principum placita, dubit. 223. num. 4. verſ. ſecus*
26 *in his, quæ ſunt*, quò loci firmando priùs, poſſe Principem dominium de iure Ciuili quæſitum tollere, vt putà ſententia mediante, ex qua licèt (dicit ipſe) ſit tranſlatum dominium, valebit tamen reſcriptum Principis reſoluentis, non obſtante ſententia; & tunc amittitur dominium, quia venit conſequutiuè ad ſententiam, & reſciſſo principali, reſcinditur acceſſorium. Subdit demùm *Modit.* quòd licèt hoc dictum aliquid poſſit habere difficultatis, poſtquàm dominium eſt perfectè quæſitum; tamen clariſſimum eſſe dicit, quòd quando lex modum dedit acquirendi dominium, & ipſum modum tollit Princeps, antequàm quis dominium acquiſiuerit, putà ſi venientibus ab inteſtato ius adeundi tolleret, benè id Princeps poſſet.

Hæc occurrunt.

SVMMARIVM.

1 *Clericus grauiter offenſus à minore 18. annis, an poſſit Principis forum eligere; & num. 2. 4. 12. & 17.*

3 *Minor patrem habens inutilem, an habeat fori electionem, & num. 23.*

5 *Clericus, qui non habet requiſita Concil. Trident.* ſeſſ. 23. cap. 6. de reformat. *propter quod fori priuilegium amiſit, an cæteris clericalibus priuilegiis potiatur, & num. 9. 10. & 11.*

6 *Clericum ſine habitu, & tonſura incedentem percutiens an in excommunicationis ſententiam incidat.*

7 *Clericus ſine habitu, & tonſura incedens an gaudeat priuilegio, Clericali Ordini indulto.*

13 *Priuilegiatus contra pariter priuilegiatum ſuo priuilegio vti non poteſt, & n. 20.*

Sed quid, quando priuilegia non eſſent æqualia, num. 14. 18. 19. & 21.

15 *Offenſio facta in Clericum, cenſetur facta Eccleſiæ.*

16 *Fori priuilegio, nullo iure cauetur, vt minor 18. annis, & maior 14. gaudeat.*

22 *Priuilegium electionis fori non competit in pupillari ætate conſtitutis, patrem habentibus.*

24 *Fori electio, & variatio perſonis priuilegiatis, bis, & ter in eadem cauſa permittitur.*

ARGVMENTVM.

Clericus lethaliter offenſus à minore decem, & octo annis; ſed maiore quatuordecim, nùm valeat vindictam proſequens, Curiam Principis in forum eligere, illamquè inferiorem loci delicti declinare. Clericus incedens ſine habitu, & tonſura, ac Diuinis non inſeruiens, propter quod amittit priuilegium fori, ex diſpoſitione Sacr. Trid. Concil. *ſeſſ. 23. cap. 6. de reformat.* nùm pariter amittat priuilegium Canonis *Cap. Odoardus*, Electionis, & variationis fori, aliáque priuilegia Clericis conceſſa. Clericus Neapolitanus, qui liberè poteſt diſponere de bonis antiquis, & non ſeruata diſpoſitione *Conſuetud. Et ſi teſtator*, nùm ſimiliter valeat liberè diſponere, ſi fori priuilegium amiſit. Concurrentibus in

in forum eligendo duobus priuilegiatis, ſed vno maiori priuilegio ſuffulto, an priuilegia ſint confundenda? & de aliis, ad ornatum text. *in l. vnic. C. quando Imper. inter pupill. & vid* & Conſtit. Regni, *Statuimus.*

CAPVT XLVII.

1 CLERICVS grauiter offenſus à minore decem & octo annis; ſed maiore quatuordecim, patrem tamen habente, dubitatur, an vt offendens condigna pœna puniri poſſit; valeat Curiam Principis in forum eligere, illámque inferiorem loci delicti declinare?

De hoc articulo his diebus dubitari contigit in Sacro Regni huius Senatu, ad relationem M.C. quæ pro fori electione iudicauerat in cauſa Clerici Philippi de Amato nobilis Ciuitatis Amantheæ, qui cùm lethaliter vulneratus eſſet à Hiacynto Ruſſo nobile de Montalto, Marci Antonij filio, carcerato pro hoc delicto intus carceres Regiæ Audientiæ citerioris Calabriæ, Magnam Curiam in forum elegit, ſic iurando, in illa Prouincia, vbi delictum patratum extiterat, aduerſarij potentiam perhorreſcere: ad tradita per Io. Vinc. de Anna *in penult. allegat.*

Contradicebat inquiſitus, & non niſi in Prouincia de his agendum, ſicquè de peracta fori electione nullam haberi poſſe rationem contendebat, his rationibus, & cauſis.

Primò, in facto negando Clericatum Philippi, ex quo non conſtabat habere requiſita Sacri Trident. Concil. *ſeſſ. 23. cap. 6. de reformat.*

2 Secundò; quatenus de Clericatu conſtaret, id inquiſito non obeſſe, quia exiſtens ille minor decem & octo annis, cui pariter fori priuilegium competit, ex deductis per Scip. Rouit. *deciſ.* 27. ſubintrat vulgatum axioma, quod in Regno cunctis diebus in ore omnium inuenitur, vt concurrentibus ad ſuprema Tribunalia Actore, & Reo priuilegiatis, ceſſet priuilegium; ſicquè ad ius commune recurritur, quo cautum eſt, vt Actor forum Rei ſequi debeat: ad text. *in cap. cùm ſit generale, de for. compet.* & *in l. fin. C. vbi in rem actio*: & eſt etiam prouiſum de iure ſpeciali Regni huius per *Rit. M.C.* 228. *&* 231. ac ità in terminis electionis fori firmarunt Andr. & Afflict. *in Conſt. Statuimus.* Dom. de Franch. *deciſ.* 188. & alij Noſtrates paſſim ſine contradictore.

3 Tertiò dicebatur, concluſioni modò firmatæ non obſtare, quòd minor ipſe ſub patria poteſtate conſtitutus reperiebatur, ſicquè ceſſare priuilegium *l. vnic. C. quando Imper. inter pupill. & vid.* & Conſtitut. Regni, *Statuimus*, vt per DD. communiter in locis prædictis, & per D. de Franch. *deciſ.* 671. quandoquidem pater ille inutilis erat ipſi filio delinquenti, ex quo vti pauper, & miſerabilis perſona bonis ceſſerat; ſicque contendebat, paria eſſe, patrem non habere, & habere ſed inutilem, ad id expendens Rouit. *deciſ.* 49.

4 His tamen in nihilo electioni factæ obſtantibus, vt amico morem gererem, pro confirmatione decreti M. C. iuſtiſſimè prolati; ad primum reſpondi, ſatis de Clericatu Philippi conſtare ex documentis in actis præſentatis, quibus apparet, Philippum minoribus Ordinibus ab Ordinario ſuo inſignitū eſſe, nec aliud requiri, vt pro Clerico ſit ille reputandus; etenim in manifeſtiſſimum iuris errorem incideret, qui affirmare auderet, pro Clerico non eſſe habendum illum, qui *Sacri Tridentini Concilj* re- 5
quiſita non haberet, quandoquidèm defectus contentorum in *citato cap. 6. ſeſſ. 23. de reformat.* aliud non operatur, niſi quòd ſi Clericus ciuiliter, vel criminaliter eſſet coram Iudice ſeculari conuentus, de Iudicis incompetentia opponere non poſſet; cæteris autem priuilegiis à ſacris Canonibus, & Imperialibus Conſtitutionibus, Clericis conceſſis, non eſt, quo iure defendi poſſit, vt Clericus ille, qui *Sacri Tridentini Concilij* requiſita non habet, gaudere non poſſit; nullo enim Canone cauetur, Clericum, qui Diuinis non inſeruit, nec in habitu, & tonſura Clericali incedit, Clericalibus priuilegiis exutum eſſe; ſed tantùm prouiſum per *Concil. Trident.* vt fori priuilegio non gaudeat; in cæteris autem remanet ius Canonicum incorrectum; vndè percutiens Cle- 6
ricum ſine habitu, & tonſura incedentem, in excommunicationis ſententiam incurrit; hic eſt text. *in cap. audientia, & in cap. contingit, il ſecundo, de ſentent. excommun.* excepto, ſi trina ad habitum ſuſcipiendum præceſſiſſet monitio, deque illa Clericus monitus non curaſſet, vt in *dictis iuribus* habetur, & probauit P. Auil. *tract. de cenſur. part. 2. cap. 5. diſput. 3. dub. 13. verſ. quintus caſus eſt.*

Item Clericus ſine habitu, & tonſura incedens, neč 7
Diuinis inſeruiens, adhuc aliis priuilegiis à Sacris Canonibus Ordini Clericali indultis gaudere debet, ex quo illa nullam habent dependentiam à fori priuilegio; vt in terminis Concil. Trident. *citato cap. 6.* dixerunt Garz. *tract. de benefic. part. 2. cap. 3. num. 5. in fine, fol. mihi* 111. ſub illis verbis: *Et Concilium ſolùm reſtringit priuilegium fori, non autem cætera priuilegia, &c.* P. Comitol. omninò videndus *reſponſ. moral. libro ſexto quæſtion.* 20. qui cùm de tribus in hac materia dubitaſſet, & *primò*, an Clericus, qui ex Tridentinæ Sanctionis præſcripto fori priuilegio priuatur, eo priuatus dici poſſit, licèt trina monitio non præceſſerit? *Secundo*, vtrum adem-
pto fori priuilegio, eodem quoquè tempore adem- 8
ptum ſit priuilegium *Canonis, Si quis ſuadente Diabolo*, 17. *quæſtion.* 4. Tertiò, & *tandem*, an & alia priuilegia Clericis conceſſa, quæ à Canonis, & fori priuilegio ſepoſita ſint, ſit ſimiliter eo ipſo priuatus Clericus, dùm *Concilij* requiſita non habet? voluit citatus Doctor ſuper his omnibus *Sacram Congregationem Trident. Sanctionis interpretem* conſulere, cui, his quæ ſequuntur verbis, ab Antonio Carrafa Cardinale Ampliſſimo tunc eiuſdem Sacræ Congregationis Præfecto reſponſum fuit.

Molto Reuerendo Padre Sono ſtati altre volte con- 9
ſiderati, e riſoluti nella Congregatione del Concilio i dubi, che mi ſcriue la R. V. Quanto al primo è ſtato deciſo, che chi non hà beneficio, e non camina con habito, e tonſura, ſenza altra monitione viene eſcluſo dal priuilegio del foro. Quanto al ſecundo, la Congregatione hà ſentito, che i Chierici, che mancando nelle coſe contenute nel capo 6. ſeſſ. 23. non godeno il priuilegio del foro, non per queſto ſe intendono priuati del priuilegio del canone, Si quis ſuadente Diabolo. *Da queſta ne ſegue la riſolutione del terzo queſito, perche non togliendo il Concilio, ſe nò il priuilegio del foro, tutti quelli altri priuilegij, che competeno à Chierici, rimangono nella diſpoſitione della ragione commune; con che immaginandomi hauer ſodisfatto alle ſue domande, e con dicendole altro del caſo matrimoniale, che mi propone, del quale aſpetto di eſſer informato, mi raccomando alle ſue ſante oratione, e le priego da Dio ogni bene. Di Roma il dì 22.*

d'Agoſto

d'Agoſto 1581. *di V. R. come fratello amoreuoliſſimo. Antonio Cardinale Carrafa.*

10 Sic pariter iterùm, Sacram Congregationem declaraſſe inuenimus ſub *die* 18. *Septembris* 1595, dùm cenſuit, Clericum prima tonſura inſignitum gaudere beneficio *cap. Odoardus, de ſolution.* quamuis ille habitum Clericalem, & Tonſuram non deferat, nec Diuinis inſeruiat: Id quod ſatis benè probatur ex his, quæ dixerunt Sell. *ſelect. canon. cap.* 18. *numer.* 23. quem refert, & ſequitur Barboſ. *in collect. ad Concil. Trident. eodem cap.* 6. *num.* 34. quibus ex Recentioribus adſtipulantur Riccius *part.* 1. *prax. Eccleſ. reſolut.* 431. *num.* 5. Bonacin. *de legibus, diſp.* 10. *quæſt.* 2. *punct.* 1. §. 4. *num.* 20. Pater Diana *reſolut. moral. part.* 1. *tract.* 2. *de immunit. Eccleſ. reſol.* 36. & Paul. Squill. cæteris omiſſis in *tract. de priuil. Cler. cap.* 12.

11 *per totam primam dubitationem*, vbi docet, priuilegium Clericis conceſſum de bonis aduentitiis poſt Clericatum quæſitis diſponendi, ſicut de caſtrenſibus, adhùc ſuffragari illi Clerico, qui *Sacr. Trident. Concil.* requiſita non haberet; ad id expendens P. Sanch. *in Summa tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 13. *num.* 33. Nauar. *conſ.* 24. *de priuileg.* & Gonzal. *in regul.* 8. *Cancell. gloſ.* 5. §. 5. *num.* 6. *&* 7. quorum dictis fretus alias Ego probaui in terminis *Conſuet. noſtræ, Et ſi teſtator*, qua Clerici non ligantur, vt ex pluribus S. C. deciſionibus probaui *lib.* 1. *cap.* 55. *num.* 18. *in nouis*, Clericum, qui caret requiſitis *S. T. Conc.* adhùc non ligari *Conſuetudine præfata*, ſicquè de bonis antiquis eidem ab agnatis, & cognatis obuentis, ad ſui libitum diſponere poſſe.

12 Si ergò, vt ad caſum noſtrum reuertamur, Clericus, qui non habet *Trid. Concilij* requiſita, excepto fori priuilegio, in omnibus aliis reputatur Clericus, quo pacto defendi poſſe dicebam, vt priuilegio electionis, & variationi fori Clericis tributo gaudere non poſſit ille, qui diſpoſitione præfata *Tridentinæ Sanctionis* iuuari non non poteſt.

13 Ad ſecundum quo dicebatur, ſuppoſito Clericatu Philippi, ceſſare in illo hoc electionis fori priuilegium, dùm contendit cum Minore, cui pariter illud idem priuilegium competit, ſicquè ſubintrare regulam, vt priuilegiatus ſuo priuilegio vti non poſſit contra pariter priuilegiatum, ad tex. *in l. ſed & milites. ff. de excuſat. tutor. in l. verum*, §. *item quæritur, ff. de minoribus, & in* §. *ſed & hoc præſenti, in auth. de Sanctiſſ. Epiſcopis*, reſpondi, Regulam de plano procedere, quando priuilegia eſſent æqualia, ſic enim loquuntur *iura nuper allegata*, & in terminis noſtris, *Ritus M.* C. 231. Andr. & Affl. *in d. Conſt. Statuimus*, & D. de Franch. in *allegata deciſ.* 188. quod contingit, quando pupillus vellet vti priuilegio electionis, vel variationis fori contra alium pupillum, vel viduam, nam cùm eorum quilibet eſt priuilegiatus de iure communi ex *d. l. vnica, C. quando Imper. inter pupil. & viduas*, ceſſat prorſus priuilegium; & obſeruatur illud, quod generaliter idem ius commune ſtatuit, nimirùm, vt actor Rei forum ſequi cogatur; ſic ratiocinatur Affl. in *loco proximè citato, num.* 20.

14 *verſ. tene ergò iſtam concluſionem*; At quando priuilegia non eſſent æqualia, vt quia vnus eſſet magis priuilegiatus, quam alter, provt in caſu noſtro, ceſſat regula prædicta, ſicquè perſona, quæ maiori priuilegio præfulget, trahit illum, qui minori priuilegio munitus eſt; ita ſanè Sacrum Conſilium Regni huius determinaſſe teſtatur Affl. *deciſ.* 56. vbi Vrſill. *in addit. num.* 3. ad id expendens Alex. *in l. Marcellus, ff. ad S. C. Trebell.* idemquè Petra ad Capyc. *deciſ.* 160. *num.* 2. *verſ. ſed nota, quòd ſi concurrunt*, & iſtorum primus Lucas de Penna *infrà* allegandus.

15 Quod autem Clericus in fori electione, & variatione maius priuilegium habeat, quàm minor decem & octo annis, maior autem quatuordecim, patet maniſeſtiſſimè: & *Primò*, quia cùm offenſio in Clerici perſonam illata, cenſeatur facta Eccleſiæ, *c. ſi is qui,* 29. *quæſt.* 4. immò Deo Omnipotenti, *can. nonnulli,* 3. *q.* 1. quod proindè dicunt, cuilibet de populo ad vindictam proſequendam ius competere; ad tex. *in l. ſi quis in hoc genus*, vbi Bart. *C. de Epiſcopis, & Cler.* & ſatis ad propoſitum Viuius *deciſ.* 27. poſt Annam *alleg.* 146. conſequens eſt dicere, vt maioris ponderis ſit priuilegium Clerici offenſi, quàm Minoris offendentis.

16 *Secundò*, & meliùs conſidero, nullo Iure cautum eſſe minori decem & octo annis, & maiori quatuordecim, fori priuilegium competere; ſed ſic ſe habet opinio aliquorum *Doctorum*. Nam ſi verba *Rubr.* & *tex.* in *ſupra citata l. vnica, C. quando Imper.* perpendimus, verbum nullum de Minore; ſed tantùm de pupillis, viduis, diuturnoquè morbo fatigatis: ſin autem ad *præcitatam Conſtit. Regni, Statuimus*, & *Rit. M. C.* recurrimus? idem: quæ quidem *Doctorum* opinio non eſt ſine notabili controuerſia, quandoquidem non deſunt *Doctores*, & numero maiores, qui hoc electionis fori priuilegium Minoribus denegarunt, & hi ſunt Io. Franciſc. Capibl. *in pragm.* 8. *par.* 1. *num.* 314. *de Baronibus*, Horat. Viſcont. *in addit. ad D. de Franch. dec.* 100. ad *num.* 17. vbi contra Minorem per Magnam Curiam, referente tunc Iudice D. D. Ferdinando de Quadra, demùm Conſiliario meritiſſimo, deciſum refert; Epiſcopus Ricc. *in collect. deciſ. collect.* 2360. Thor. *in compend. deciſ. par.* 1. *in verb. minor*, & iterùm *voto* 66. *num.* 25. Thomat. *dec. Rota Macerat.* 85. *num.* 39. & Io. Maria Nouar. *in praxi elect. fori, par.* 1. *ſect.* 2. *quæſt.* 4. *à num.* 5. *& par.* 2. *ſect.* 2. *quæſt.* 4. *& in collect. ſuper. prag. in Rubr. de Infantibus perditis, num.* 5. *& ſeq.* quibus in locis, ratione, & authoritate nixus fuit probare, *ſuprà allegatam deciſionem* 27. Reg. Rouit. iuris fundamento carere; idemque nouiſſimè, vt Minoribus fori priuilegium nullatenus competat, defendit Nicola. Ant. de Palma *in miſcellaneis diuerſ. iuris communis, & Regni, par.* 2. *gl.* 16. *num.* 1. *fol. mihi* 276. quo fit, vt neceſſariò dicamus, quæſtionem eſſe ſatis controuerſam.

17 In Clericis autem, quòd electionis, & variationis fori priuilegium illis competat, non ex Doctorum opinione, ſiuè Prudentum interpretatione prouenit; ſed ex particulari diſpoſitione iuris Regni, ſic dictantibus *tribus M. C. Ritibus*, ſecundùm ordinem Carauitæ 67. 229. *&* 233. & meminit Anna *alleg.* 146. in quibus quidem *iuribus*, Clericus inter pupillos, & viduas in forum eligendo connumeratur: Modò dico Ego, ſi Clericus dùm forum eligit, innititur iuris diſpoſitione, ſicque vtitur priuilegio incluſo in corpore iuris Regni, nonnè cogimur affirmare, vt magis priuilegiatus ſit ille, ſic iuris priuilegio munitus, quàm Minor, qui in forum eligendo, non ſolùm iuris aſſiſtentiam non habet, ſed adſunt contra ipſum *Doctores*, & geminæ deciſiones hoc priuilegium eidem denegantes; Quomodò ergò ſtantibus prædictis, in caſu propoſito ipſe dicebam, poteſt eſſe locus regulæ confuſionis priuilegiorum, nimirùm vt concurrente Clerico in eligendo, & Minore in contradicendo electioni, ſint priuilegia conquaſſanda? Videatur, quæſo, ad propoſitum, & in fortioribus terminis ſingularis Theorica Luc. de Penn. *in l. nè ad diuerſa, num.* 4. *C. de ſilentiar. lib.* 12. vbi notabiliter 18
dicit, quod ſi in forum eligendo contenderent vidua, & alia perſona, quæ ex particulari ſuo priuilegio haberet fori electionem, debet præferri vidua. Reddit rationem, quia illa vtitur iure communi, at

at qui forum eligit ex priuilegio, innititur tantùm priuilegio, & contra ius commune, cùm priuilegium *lex priuata* nuncupetur, & ad priuatum commodum inducta dicatur contra ius; vndè dicit *Lucas*, qui eligit forum de iure communi, gaudet eodem priuilegio, & vtitur iure communi, ergò præferri debet, cùm faciliùs tollatur priuilegium, quàm ius commune; allegat tex. *in l. antiquæ, C. ad S.C. Velleian.* & in §. *quia verò ſimile, in Auth. de non alienan. vel permut. rebus Eccleſ.*

19 Qua concluſione ſic ſtante, nulla eſt habenda ratio de opinione Carau. qui in *Rit.* 228. *num.* 3. dicit, quòd ſtante *illo Ritu*, generaliter diſponente, vt nullus priuilegiatus alium trahat priuilegiatum; ſequitur clara & indubitata deciſio, quòd ſiuè actor ſit priuilegiatus maiori priuilegio, quàm reus, ſiuè non, nunquam priuilegiatus contra alium priuilegiatum forum eligit, idque ſubdit voluiſſe Affl. *in d. Conſtit. Statuimus, num.* 19. *& ſeq.* Etenim aduertendum eſt, nullo pacto *Carau.* ſententiam ex diſpoſitione *dicti Ritus* probari, ex quo nullibi in eo hoc legitur; ſed tantùm canitur vulgata iuris regula; vt *priuilegiatus alium priuilegiatum trahere non poſſit*; quod nos vti veriſſimum Axioma ſine controuerſia admittimus: nec pariter probari dicimus ex *Affl.* cuius theoricam credo certè *Carauitam* perfunctoriè obſeruaſſe, ex quo Vir ille doctiſſimus non ſolùm non dicit, quod *Carau.* affirmat; ſed totum contrarium: illud enim, quod *Affl.* ſcripſit, eſt, vt ſi miſerabilis Curiam Prin-

20 cipis in forum eligens, alium miſerabilem conuenerit, non eſſe conſiderandum, quis ſit magis miſerabilis, ad hoc vt ille minus miſerabilem trahere poſſit; ex eo, quòd tex. *in l. vnica, C. quando Imperator*, non diſtinguit inter magis miſerabilem, & minus miſerabilem, ac proindè generaliter debet intelligi; ad tex. *in l.* 2. *ff. de aleator.* Benè dixit *Affl.* cùm ratio maioris miſerabilitatis in fori electione nullius ponderis eſſe poſſit; quid enim refert, quod Actor ſit duobus brachiis priuatus, & per conſequens miſerabilior Reo, cui forſan vnum tantùm deficit; ſemper enim eadem miſerabilitatis ratio in vtroque militat; vndè meritò priuilegia confunduntur: ſecus au-

21 tem, in ſpecie ſubiungit *Affl.* in duobus priuilegiatis priuilegio fori, vt nimirùm in illis maior ratio priuilegiati conſideranda ſit, ad hoc vt illud priuilegium, in quo eſt maior ratio, ſit attendendum; ſicque per S. C. deciſum teſtis eſt in *dec.* 56. quam *ſuprà* retulimus.

22 Ad tertium, quo mediante, omne dubium ceſſare dicebam, ſatis inquiſito obeſſe, quòd ſub patria poteſtate conſtitutus reperiebatur, cùm exploratiſſimi iuris ſit, quod hoc fori priuilegium nec etiam pupillis patrem, vel auum paternum habentibus concedendum ſit; ceſſat enim ratio priuilegij in patris carentia, & ſic in defenſoris defectu fundata, ac proindè ceſſare debet ipſum priuilegium: videantur D. de Franch. *deciſ.* 671. Reg. Rouit. *cit. deciſ.* 27. *nu.* 11. *& dec.* 49. *n.* 1. Conſiliar. Paſchal. in *ſuo tract. de viribus patria poteſt. par.* 2. *cap.* 2. *numer.* 92. *verſ. & conſequenter.*

23 Nec obſtare dicebam limitationem, quæ huic indubitatæ concluſioni accommodabatur, nimirùm vt non procedat, quando pater eſt inutilis, & pro tali inquiſiti patrem habendum fore, dùm bonis ceſſerat: ſicquè idem eſſe, patrem non habere, vel habere ſed inutilem; exemplo mulieris nuptæ, cui quamuis fori priuilegium non competat, communis tamen ſe habet opinio, vt benè competat, quando vir eſſet inutilis: Etenim reſpondi, inutilitatem, quæ allegabatur, ad caſum, de quo agebatur, non pertinere; tunc enim dixerunt *Doctores* mox allegandi, virum dici mulieri inutilem, quando non poteſt in iudicio comparere ad coniugem defendendum, & exemplificarunt, ſi vir eſſet ad triremes condemnatus, ſiuè in manibus inimicorum reperiretur, aut exularet, aut forjudicatus, ſiuè quouis alio modo ciuiliter mortuus, aut & tandem incurabili infirmitate oppreſſus; in his enim caſibus vir vxori, & pater filio pupillo dicuntur inutiles; non autem ſi diceretur, eos inutiles eſſe, quia bonis ceſſerunt; nam quantò magis bonis ceſſerunt, eò ſecurius in iudiciis ſiſtere poſſunt ad mulierem, ſiuè filium defendendum, quia certi ſunt pro contractis debitis carcerari eos non poſſe; videantur Gloſ. *in l. fin. in verb. orbitates, C. ad l. Flau. de plagiar.* ibique Bal. Salycet. & omnes, Felin. *in cap. ſignificantibus, num.* 8. *de offic. delegat.* Couar. *pract. quæſt. cap.* 7. *num.* 2. *verſ. eſt & in hoc*, Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *caſu* 66. *num.* 13. Polydor. Rip. *obſer.* 121. Vincent. de Franch. *deciſ.* 100. *num.* 18. Viuius *deciſ.* 197. *&* 521. Carolus de Tap. *tom.* 2. *iur. Reg. fol.* 254. Anel. Amat. *conſ.* 31. *num.* 13. Imbrian. *de* 1. *&* 2. *beneficio, conſid.* 5. *num.* 6. & alij penes Nouar. *de elect. & variar. fori, par.* 1. *ſect.* 2. *quæſt.* 7. *num.* 2. *fol. mihi* 75. quorum dictis non aduerſatur *Reg. Rouit.* ex aduerſo allegatus *deciſ.* 49. quia loquitur in caſu à noſtro ſatis diuerſo, vt videri poteſt.

Vndè his omnibus concurrentibus, decretum M. 24
Curiæ omni iure per Sacrum Conſ. confirmari debere ipſe tuebar; eoque magis, nam cùm de his diſputaretur, inquiſiti maior ætas ſuperuenit, ſicquè prætenſum minoris ætatis priuilegium ceſſabat prorſus, fruſtratoria enim eſſet remiſſio ad Iudicem loci delicti, ex quo poſſet demùm Clericus iterùm M. Curiam in forum eligere, quo tempore inquiſitus minoris ætatis clypeo ſe tueri non poſſet, etenim receptiſſimum eſt apud Noſtrates, fori electionem non ſemel tantùm perſonæ priuilegiatæ eſſe permiſſam; ſed bis, & ter; poteſt enim in Regno perſona comprehenſa ſub diſpoſitione *l. vnica, C. quando Imper.* & Conſtit. *Statuimus*, M. C. in forum eligere, & poſtmodùm ad Curiam Baronis variare, & à Curia Baronis iterùm ad M. C. recurrere, iſtamquè variationem nedum ante, & poſt litem conteſtatam permittiſed etiam poſt concluſum in cauſa, & ità in dies practicatur in cauſis criminalibus: videantur Affl. *in d. Conſtit. Statuimus, num.* 26. & *ibidem* Foller. *nu.* 128. Carau. *d. rit.* 233. *num.* 8. 9. *&* 10. Alex. Trentacinq. *var. reſol. lib.* 2. *tit. de citation. reſol.* 2. *per totum num.* 10. Muſcatell. *in prax.* S. C. *gloſ. competentes, n.* 39. & alij penes Nouar. *in prax. elect. & variar. fori, par.* 1. *ſect.* 1. *quæſt.* 3. *num.* 1.

SVMMARIVM.

1 *Clericus an poſſit alienare bona, ad quorum titulum Sacris inſignitus eſt, ſiuè ſuper illis annuum conſtituere cenſum, num.* 2. *&* 4.

3 *Solemnitates quæ requiruntur in alienatione bonorum Eccleſiæ, requiruntur pariter in conſtitutione annui cenſus ſuper illis.*

5 *Bona Clerici, ad quorum titulum Sacris inſignitus eſt, ſi de facto hypothecæ ſubmiſſa reperiuntur, an Clerico defuncto poſſit creditor ſuper illis recurſum habere, & nu.* 7. *&* 11.

6 *Hæres*

6 *Hæres poteſt venire aduerſus contractum à defuncto nulliter factum.*

8 *Reditus annuus ſuper obligatione perſonali principaliter fundatur.*

9 *Sententia requiritur declaratoria, vbi actus eſt ipſo iure nullus.*

10 *Sententia requiritur declaratoria, ad hoc vt excommunicatus Eccleſiaſtica ſepultura careat.*

ARGVMENTVM.

Clericus, cùm bona ad quorum titulum Sacris inſignitus eſt alienare non poſſit, ex diſpoſitione Sacri Trident. Conc. *Seſſ.* 21. *cap.* 2. *de reformat.* num pariter prohibeatur ſuper bonis illis cenſum conſtituere; & quatenus ſic, ſi de facto reperiretur cenſus conſtitutio facta, an Clerico defuncto, illius hæres actione hypothecaria conuentus poſſit de contractus nullitate opponere? Item num quando Lex aliquem actum ipſo iure declarat nullum, hominis ſententia requiratur, & de aliis.

CAPVT XLVIII.

1 CLERICVS, certum eſt hodiè, quòd bona, ad quorum titulum Sacris inſignitus eſt, alienare non poteſt, niſi alienationis tempore congruam habuerit ſuſtentationem, ſic diſponente Tridentina ſanctione *ſeſſ.* 21. *c.* 2. *de reform. circa finem*, & pro indubitato docent infiniti relati per Cæuall. *comm. contra comm. q.* 527. Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 159. & per Ricc. *p.* 1. *prax. Eccleſ. reſol.* 71. *in notis*, quam concluſionem ſine dubio procedere dico, non modò in reali, & effectiua alienatione, de qua propriè loquitur *Decretum Concilij*, ſed etiam, vbi 2 Clericus ſuper patrimonio, ad cuius titulum ordinatus eſt, vellet cenſum conſtituere, ſiue annuos reditus pro capitali recepto vendere ad formam Bullarũ *Nicolai, & Pij, Summorum Pontificum.* Ratio enim finalis *Concilij*, quæ militat in diſtractione, verificari etiam poteſt in annui reditus conſtitutione; nam quotiès Clericus conſtituens, annuum illud conſtitutum non ſolueret, poſſet creditor hypothecariam exercendo actionem, bona illa diſtrahi facere, qui3bus Clericus demùm exutus mendicare cogeretur; quodque hoc iuris ſit indubitati, videmus ſic per *Doctores* tentum in aſſenſu Apoſtolico, qui in bonorum Eccleſiæ alienatione requiritur, vt etiam omninò requiratur in cenſus conſtitutione; vt nouiſſimè aliis omiſſis reſolutum fuiſſe teſtatur D. Ricc. *part.* 1. *prax. Eccleſ. reſol.* 46. *&* 57. *& dec.* 153. *par.* 2. & dixi Ego *lib.* 1. *cap.* 28. & in puncto, de quo agimus, Cened. *quæſtion. pract. quæſt.* 11. *à numer.* 11. poſt hæc ſcripta vi4ſus, vbi *in fine* hæc ſubdit verba: *Ex quibus quæſtioni propoſita reſolutiuè reſpondetur, quod prohibitus alienare bona, ad quorum titulum fuit promotus, ea ſpecialiter non poteſt obligare ſine incurſu cenſurarum Concilij, benè tamen poteſt ea generaliter obligare, per rationem dictam, cùm in generali obligatione non comprehendantur huiuſmodi bona, ad quorum titulum fuit promotus per ſupradicta, &c.*

5 Sed dubitatum audiui, ſi de facto cenſus conſtitutio ſuper patrimonio, ad cuius titulum Clericus ordinatus eſt, facta reperiretur, nùm Clerico debitore defuncto poſſint eius hæredes à creditore conuenti de contractus nullitate opponere? Ratio dubitandi in partem affirmantem illa eſt, quia contractus prædictus cenſus conſtitutionis fuit à principio ipſo iure nullus; Decretum enim *Concilij* per dictionem illam, *nullatenus*, actus nullitatem in caſibus prædictis ipſo iure induxit; vt probarunt DD. *ſuprà* relati, & alij citra controuerſiam; ſi igitur fuit ipſo iure à principio nullus, benè poteſt per Clerici hæredes de illius nullitate opponi; conſtat enim, aduerſus contractum à defuncto inualidè, ac nulliter factum, eius 6 hæredem venire poſſe, nec eo caſu procedere tex. *in l. cùm à matre, C. de rei vend.* ità probàtur in *l. quemadmodum, C. de Agricol. & cenſit. lib.* 11. Gloſ. *in l. Lucius, ff. ſolut. matrim.* Affl. *deciſ.* 240. *n.* 8. Grammat. *deciſ.* 93. *n.* 9. Cacher. *deciſ.* 180 *in princip.* Rot. *deciſ.* 110. *n.* 1. *par.* 2. *diuerſ.* Viuius *dec.* 56. *num.* 9. & alij ab illis relati.

7 Cæterùm in caſu propoſito contrariam amplexus fui ſententiam, & vt pateat de veritate ſciendum eſt, quod licèt hæc omnia pro dubitandi ratione adducta in ſe vera ſint; in quæſtione tamen noſtra allegari non merentur: idquè ex duobus potiſſimum; & *Primò*, nàm licèt verum ſit, non potuiſſe Clericum ſuper patrimonio, ad cuius titulum promotus extiterat, cenſum conſtituere, non tamen per hoc ſequitur, quin ipſe actione perſonali obligatus remanſerit; nam vt aliàs diximus in *citato cap.* 28. reditus annuos ſuper obliga8tione perſonali principaliter fundari, reiquè ſubmiſſionem loco certioris, & facilioris ſolutionis fieri; qua de re latè per D. de Franch. *deciſ.* 159. *num.* 3. poſt Couarr. *var. reſol. lib.* 3. *cap.* 11. *n* 5. *verſ. his profecto libenter addiderim*, & Guttier. *pract. quæſt. lib.* 2. *quæſt.* 168. *n.* 6. *verſ. hoc enim manifeſtè eſt falſum*: ſi igitur remanſit ſine dubio Clericus actione perſonali obligatus, conſequens eſt dicere, vt & eius hæres ad continuationem ſolutionis annui cenſus cogi poſſit.

9 Secundò validiùs dico ſic; nam etſi verum ſit, *Decretum Concilij* ipſo iure actus nullitatem inducere; attamen negari non poteſt, quin ſententia requiratur declaratoria, à Iudice competente proferenda; eſt enim abſolutiſſimum, quòd vbi actus ipſo iure, & ſic per ſolam iuris reſiſtentiam nullus declaratur, ſaltem ad exequutionis eſſentiam hominis ſententia requiritur; ſic in priuato ipſo iure beneficio dixerunt Oldrad. *conſ.* 227. *num.* 4. *verſ.* 2. *obiicit*, & Anchar. *conſ.* 189. *n.* 3. *&* 4. vbi etiam dicit, quòd ſi quis propter aliquam 10 cauſam fuerit ipſo iure excommunicatus, morte ſuperueniente, Eccleſiaſtica non carebit ſepultura, ſi dùm viuebat talis declaratus non extitit, & in aliis caſibus latè D. Card. Tuſch. *pract. concl. lit. D concl.* 98. & alij plures relati per Ricc. *par.* 2. *prax. Eccleſ. reſol.* 245.

11 Si igitur Iudicis ſententia declaratoria requiritur, inſtando hæres pro illius prolatione extrema non inuenit habilia, nam vt nulla cenſeatur diſtractio, quæ fit à Clerico de bonis, ad quorum titulum Sacris inſignitus eſt, fuit ſtatutum, nè diſtractione ſequuta mendicare cogeretur; hæc enim fuit mens *Concilij* per verba expreſſà in *Decreto prædicto* declarata; iſtud modò in hærede ceſſat, in illius enim perſona

ratio

ratio *Concilij* verificari non poteſt, ac proinde nec Canonis diſpoſitio; & ſic concludo, quòd etiam Clericus patrimonium, ad cuius titulum ordinatus eſt, verè alienaſſet, per eius hæredem illud vti nulliter, & ſic contra ius alienatum vendicari non poſſet.

SVMMARIVM.

1 *Clericus creditorum mole grauatus ſuccurritur beneficio tex.* in cap. Odoardus, de ſolution.

2 *Clericus aſſequutus beneficium* cap. Odoardus, *laicus demum effectus an eo potiri poſſit, ſi fuerit à creditoribus conuentus coram Iudice ſeculari, & num* 4. 5. *&* 7.

3 *Clauſula priuilegij ceſſante, ceſſat ipſum priuilegium.*

Sed limitatur, num. 6.

4 *Exceptio rei iudicatæ oppoſita in Curia Eccleſiaſtica, an poſſit opponi in Curia ſeculari.*

ARGVMENTVM.

Clericus aſſequutus priuilegium, ſiuè beneficium, de quo in *cap. Odoardus, extra. de ſolution.* num poſſit illo gaudere, ſi Clericatu dimiſſo laicus efficeretur; ità vt ſi à ſuis creditoribus coram Iudice ſeculari conueniretur, valeat de obtento beneficio opponere?

CAPVT XLIX.

1 CLERICO creditorum mole grauato, & non ſoluendo exiſtente, ſtatuit Summus Pontifex Gregorius IX. *in cap. Odoardus, extra. de ſolution.* vt ille moleſtari non poſſit, recepta tamen priùs ab eo idonea cautione, vt ſi ad pinguiorem deuenerit fortunam, debita perſoluat.

2 Suppoſito hoc priuilegio Clericis indulto, ſcio aliàs in vna facti contingentia dubitatum, an vbi à loci Ordinario, Clerico ſuo Diœceſano, viſis videndis, fuerit illud impartitum, adeò proficuum dicatur, vt ſi Clericus ille laicus efficeretur, & à ſuis creditoribus coram Magiſtratu ſeculari conueniretur, adhùc eo priuilegio potiri valeat, ſicquè rei iudicatæ exceptionem opponere?

3 Pro ratione dubitandi videbatur negatiuè reſpondendum, ex regula, *Ceſſante cauſa*, quam etiam in priuilegio procedere dixit inſignis Tiraquel. in *tract. ceſſante cauſa*, *num.* 110. vnde cùm cauſa huius priuilegij fuerit Clericatus, illo demùm ceſſante, quia Clericus, qui priuilegium obtinuerat, laicus euaſit, proindè ceſſare quoque debet illud beneficium.

4 Sed hac dubitandi ratione non obſtante, contrariam in caſu propoſito amplexus fui ſententiam, primò per tex. *in cap. fin. de except. in 6.* vbi ſtatuit *Bonifacius Octauus*, quòd ſi inter eaſdem partes coram Iudice ſeculari de re aliqua dubitari contingeret, ſuper qua Iudex Eccleſiaſticus pronunciauit, oppoſita per conuentum rei iudicatæ exceptione, tenetur Iudex ſecularis etiam per Eccleſiaſticas cenſuras, ſi opus fuerit, oppoſitam admittere exceptionem, & è contrà; cuius textus diſpoſitionem in ciuilibus ſignanter procedere, & locum habere, dixerunt Abb. *in cap. ſi Clerici, numer.* 11. & Mant. *num.* 20. *extra. de iudic.* Valaſc. *deciſ.* 48. poſt *numer.* 11. & Triuiſan. *deciſ.* 17. dequè hoc nunquam fuiſſe dubitatum teſtatur ex Noſtris, D. de Franch. *deciſ.* 512. *num.* 5. Vndè
in caſu noſtro cùm beneficium hoc *cap. Odoardus,* 5
Clerico debitori, creditoribus ſuis in foro Eccleſiaſtico auditis, & iuris ordine ſeruato conceſſum proponatur, non eſt, cur dubitari poſſit, quòd ſi idem Clericus laicus efficeretur, & in foro ſeculari ab eiſdem creditoribus conueniretur, rei iudicatæ exceptio obſtaret.

Quo ſic ſtante, ad regulam, *Ceſſante cauſa*, facili 6
modo reſpondetur; illam enim non procedere dicunt communiter *Doctores*, quotiès priuilegium effectum conſummatum produxerit; argumento tex. in *l. fin.* ibi, *nihil obeſſe ei, quò minùs id, quod acquiſiuit, retineat*; *ff. vndè liberi*, & in *l. inter ſtipulantem*, § *ſacram, de verb. oblig.* ſicquè in puncto dixerunt Tiraquel. *loco citato, limit.* 12. *num* 1. *& ſeq.* Gamma *deciſ. Luſitan.* 27. *num.* 4. *&* 5. & alij, quos refert, & ſequitur
Aluar. Valaſc. *dec.* 57. quem omninò vide; quare 7
cùm in caſu, de quo agimus priuilegium hoc ſuum ſortitum fuerit effectum, mediante ſententia Iudicis Eccleſiaſtici competentis. quæ in rem iudicatam tranſitum fecit, eóque beneficio, qui illud obtinuit, donec in Clericatu permanſit, gauiſus eſt, conſequens eſt dicere, vt adhùc illo gaudere debeat, quamuis laicus effectus ſit.

SVMMARIVM

1 *Clericus in Ciuitate Neap. non ligatur Conſuetudine exordiente,* Et ſi teſtator.

2 *Clericus Neapolitanus ſi beneficio renunciauerit, non tamen ſeruata forma iuris, an demum teſtamentum condens cogatur diſponere ſecundùm Conſuetudinem*, Et ſi teſtator.

Et quid ſi feudi inueſtituram petierit, nu. 4.

3 *Beneficij renunciatio vt valida iudicetur, quæ concurrere debeant, & nu.* 7.

5 *Clericus beneficiatus potens in feudo ſuccedere, ſi beneficium retinuerit, videtur ſucceſſioni renunciare.*

6 *Clericus, mortuo agnato feudatario, poteſt petere tempus ad deliberandum, an velit in feudo ſuccedere.*

7 *Tex.* in cap. admonet, de renunciat. *an de conſuetudine ſeruetur.*

ARGVMENTVM.

Clericus qui non ligatur *Conſuetudine Neapolitana*, quæ incipit, *Et ſi teſtator*,

tor, nùm poſſit in morte liberè de bonis antiquis diſponere, dum exiſtens beneficiatus Clericatui, & beneficio renunciauit, non ſeruata forma tex. *in cap. admonet, de renunciat.* Clericus beneficiatus an beneficio renunciare videatur, petendo inueſtituram feudi, in quo propter conſanguinei mortem ſucceſſit. Diſpoſitio tex. *in d. cap. admonet, de renunciat.* an de conſuetudine ſeruetur; & de aliis.

CAPVT L.

1 CLERICVS, apud nos indubitati iuris eſt, quòd non ligatur huius Ciuitatis Conſuetudine exordiente, *Et ſi teſtator*, per quam ſtatutum eſt, non poſſe Ciuem in vltimis conſtitutum, dùm filiis caret, de ſuo, quod à Maioribus habuit, diſponere, niſi de medietate; cùm reliquum illis teneatur relinquere conſanguineis, à quorum linea bona illa obuenerunt; quæ quidem *Conſuetudo*, an ſicut in Clerico procedit actiuè, procedat etiam paſſiuè? videndi ſunt Capyc. *deciſ.* 98. De Franch. *deciſ.* 411. Molfeſ. & alij relati per Squillant. *tract. de priuil. cler. capit.* 7. *à num.* 97. vſque ad 102.

2 Sed contigit aliàs dubitari, an liberè potuiſſet de bonis antiquis diſponere quidam Clericus beneficiatus, in minoribus tamen Ordinibus conſtitutus, qui parum temporis ante mortem, ſed poſt conditum teſtamentum, per actum publicum coram Notario, & teſtibus, Clericatui, & beneficio renunciauerat, ac inſimul inueſtituram petierat feudi, in quo per fratris mortem ſucceſſerat?

Dicebant, qui hæredis ſcripti partes tuebantur, aduerſus Agnatos bonorum antiquorum medietatem vindicantes, iure quidem potuiſſe teſtatorem vti Clericum de integro eius patrimonio diſponere, nec aliter fuiſſe ligatum *Conſuetudine prædicta*; nam quam-
3 uis Clericatui, & beneficio renunciaſſe apparebat, non tamen iuris forma ſeruata; conſtat enim, renunciationem, quæ fit de beneficio eſſe prorſus inefficacem, nulliuſque momenti, quando ea coram proprio Prælato non ſequitur; hic eſt tex. *in cap. admonet, extra. de renunc.* cumque hic diſponens in renunciatione per eum facta, formam à ſacris Canonibus præſcriptam non ſeruauerit, non eſt cur dici poſſit, per talem ſic peractam renunciationem, beneficium vacaſſe; ſed adhuc renunciantem, Clericum & Beneficiatum remanſiſſe, talémque defunctum eſſe.

4 At Ego contrariæ inhærendo ſententiæ dicebam, teſtatorem prædictum non aliter Clericum defunctũ eſſe, ſed prorſus laicum, ſicque non potuiſſe illum de ſuo, quod à Maioribus habuit diſponere, niſi ſeruata forma *Conſuetudinis præfatæ*: nam quod non obſtante diſpoſitione tex. *in d. cap. admonet*, ſat ſit, vt Clericus beneficiatus reputetur laicus, ſi inueſtituram à Domino petierit feudi, quod alicuius prædefuncti conſanguinei fuit, ſatis doctè, prout de more defendit Io. Vinc. de Anna *alleg.* 98. nunquam enim in Regno videmus, Clericum feudum poſſidere, prout hic poſſidebat; repugnant namque iura feudalia, vt quis ſit miles ſeculi, & inſimul miles Chriſti, *cap.* 1. *de vaſal. milit. qui arm. bellic. depoſuer. & cap.* 1. *§. qui Clericus, ſi de feud. defunct. milit.* Etenim ſicut re- 5
tinendo beneficium, qui poteſt in feudo ſuccedere videtur ſucceſſioni renunciare, ſic è contrà, ſubdit Anna *loco cit. num.* 4. ſuccedendo in feudo, videtur beneficio renunciaſſe; hæc eſt enim vera beneficij renunciatio, nimirùm actum peragendo contrarium, habere beneficium pro derelicto, cùm impoſſibile ſit, vt quis beneficio ſeruiat, ac ſeruitio Domini directi feudi vacet.

Nec obſtare dicebam id, quod ad hoc cauillandum 6
allegabatur, nimirùm, quòd hic prætenſus Clericus feudum tenebat cum licentia Collateralis Conſilij, à quo tempus obtinuerat ad deliberandum, an voluiſſet in Clericatu perſiſtere, vel feudum habere, iuxta cautelam traditam ab Anna *loco cit. in fine*, cuius meminit Bammacar. *in comment. ad tit. ſi de feudo defunct. & in cap. qui Clericus, quæſt.* 3. *num.* 82. *& ſeq.* etenim ex actibus demùm ſubſequutis apparuit euidenter, in feudo ſuccedere voluiſſe, non autem Clericatum continuare, cùm feudum illud, cuius adeptus fuerat inueſtituram, ſoluendo etiam releuium Domino Regi noſtro, alteri vendiderit, & ſic, quæ maior animi deliberatio? non enim poterat eſſe Clericus, & feudum taliter penes ſe habere, vt alteri vendere potuiſſet.

Secundò, pro conualidanda renunciatione Cleri- 7
catus, & beneficij, dicebam Ego, quòd quamuis Clericus beneficiatus non poſſit de iure renunciare beneficio, abſque proprij Epiſcopi licentia, vt in *d. cap. admonet*, cui concordat text. *d. cap. niſi cùm pridem, §. verum, eod. tit. de renunc.* eſt tamen veriſſimum, quòd diſpoſitio dictorum Canonum de conſuetudine non ſeruatur, ſed ſat eſſe tacitam renunciationem per actum contrarium incompatibilem, vt poſt Io. Andr. & Abb. *in d. cap. admonet, & in cap. ex ore, de his, quæ fiunt à maior. par. Capit.* teſtatur noſter Reg. de Pont. *dec.* 4. *num.* 14. *cum ſeq.* Vndè, &c.

SVMMARIVM.

1 *Clericus vti alicuius fideiuſſor conuentus an excuſſionis exceptionem opponere poſſit, & num.* 3. *&* 6.

2 *Exceptio excuſſionis eſt de iuris apicibus;*

Sed an poſſit opponi de iure Canonico, n. 4.

5 *Ius ciuile ſeruatur in Curiis Eccleſiaſticis in his, in quibus ius Canonicum non diſpoſuit.*

ARGVMENTVM.

Clerico vti alicuius fideiuſſori cõuento, num ordinis beneficio ſuccurratur? Exceptio excuſſionis an poſſit de iure Canonico opponi? & de aliis.

CAPVT. LI.

CLERICVS, ſi conuenitur vti alicuius fideiuſſor, inueni apud Doctores dubita- 1
tum, nùm de iure, dùm ordinis beneficio non renunciauit, valeat, nécne, excuſſionis exceptionem opponere?

Et quòd hoc beneficio à iure fideiuſſoribus impar-
tito vti non poſſit, ex Recentioribus tenuerunt Vin-
cent. Caroc. *tract. de excuſſion. bonor. par. 2. quæſt. 51.
num. 3.* & Carol. de Grall. *tract. de exception. except.
10. num. 75. & de effectibus clericat. effect. 27. per to-*
2 *tum.* Aſſignant rationem, cùm excuſſionis exceptio
ſit de iuris apicibus, de quibus ius Canonicum non
curat, cuius concluſionis allegant in Authorem, Iaſ.
*in §. item ſi quis in fraudem, num. 78. verſ. & ex iſta
ratione infero, Inſt. de action.* quem ſimpliciter ſequu-
ti fuêre Hieron. Grat. *conſ. 37. num. 25. lib. 1.* & alibi,
Iacob. Cancer. *var. reſol. par. 2. cap. 5. de fideiuſſor.
n. 149.* & Fontanel. cæteris omiſſis *tom. 1. de pact. nup.
clauſ. 4. gl. 9. par. 5. n. 33.*

3 Sed certè erronea ſatis eſt opinio hæc, tantiſquè
Viris inconueniens admodùm; fundatur enim autho-
ritate *Iaſ.* qui id pro vero nunquam affirmare auſus
fuit; dicit *Iaſ.* ſibi videri, excuſſionis exceptionem
non procedere de iure Canonico, cùm eo attento
non ſit de iuris Ciuilis apicibus curandum; ad text.
in cap. dilecti, extra. de iudic. At agnoſcens, hoc affir-
mare, eſſe valdè periculoſum, hæc verba ſubdit: *Et
ſi hoc eſt verum, eſt maxima limitatio, & multùm ſigmu-
da, quam tamen non audeo verbis veram affirmare, &c.*
4 vbi enim in iure Canonico fundatur, in fideiuſſio-
num contractibus ordinis beneficium non eſſe admit-
tendum, quod expreſsè ius Ciuile induxit, vulgato
tex. *in auth. præſente, C. de fideiuſſor.* nonnè expreſsè
Summus Pontifex ſtatuit, quòd vbi contigerit in fo-
5 ro Eccleſiaſtico de negotio tractari, per ius Canoni-
cum non diffinito, ſed benè per ius Ciuile, quòd ſe-
cundùm hoc eius iudicandum ſit; in *cap. 1. de noui
oper. nunciat.* vbi *Canoniſtæ* communiter. Si ergò cir-
ca caſum propoſitum nihil de iure Canonico diſpoſi-
tum habemus, ſed benè de iure Ciuili, attendendum
eſt id, quod ius Ciuile ſtatuit; nimirùm, quòd vbi
conuenitur alicuius fideiuſſor ad ſoluendum pro prin-
cipali, ordinis beneficio iuuetur; *d. auth. præſente*;
prætermittere modò hanc diſpoſitionem ſub colore,
quòd excuſſio ſit de iuris apicibus, de quibus ius Ca-
nonicum non curat, eſt equidem ſatis ſophiſtica
aſſertio.

6 Nè autem videar hanc meam ſententiam, quam-
uis ratione roboratam, ſine tamen authoritate fun-
dare, Dico, illam ſimiliter tenuiſſe Schrader. *de feud.
cap. 5 miſcellan. n. 51.* & Ant. Hering *tract. de fideiuſ-
ſor. cap. 27. num. 291. cum ſeq.* ſub illis verbis: *Supra-
dictis affine eſt quod aſtruunt, excuſſionis exceptionem de
iure Canonico locum non habere, ſiquidem iure iſto api-
ces iuris non curantur, Gugl. de Bened. in cap. Raynun-
cius, verbo, ſi abſque liberis, numer. 52. extra. de teſtam.
Grat. reſponſ. 87. num. 23. lib. 2. Duen. regul. 315. limit. 4.
Iaſ. in §. item ſi quis in fraudem, Inſt. de action. Gayl. d.
obſer. 27. num. 28. Franc. d. cap. 5. num. 400. & 401. Iere-
mias Setſerus in ſelect. diſput. ſuis, diſp. 23. theſ. 10. in glo.
1. Verùm hanc ſententiam meritò reiecit Schrader. in miſ-
cel. cap. 5. n. 51. ſiquidem nullo iure fundatur, & præterea
etiam leges ciuiles in foro Canonico ſeruantur, ſi contra-
rium non ſit expreſsè cautum, &c.*

SVMMARIVM.

1 *Clericus ſi litem habuit coram Iudice laico, con-
uentus demùm ab eius Aduocato coram eo-
dem Iudice ad ſalarium præſtandum, nùm
fori declinatoriam opponere poſſit, & nu. 3.
& 6.*

2 *Salarij petitio eſt quid dependens à cauſa prin-
cipali.*

4 *Iudex laicus nec actu, nec potentia iuriſdi-
ctionem habet in Clericum.*

5 *Reconuentio conuentionem ſupponit.*

ARGVMENTVM.

Clericus, qui vti Actor coram Iudice laico litem habuit, nùm poſſit ab eius Aduocato, vel Procuratore pro conſtituto ſalario coram eodem Iudice conueniri.

CAPVT LII.

CLERICVS ſi diù vti Actor litem ha- 1
buit coram Iudice laico, elegans eſt in-
dagatio, nùm coram eodem Iudice ad
inſtantiam Aduocati, & Procuratoris,
qui pro ipſo patrocinati ſunt, poſſit ad
conſtitutum ſalarium ſoluendum conueniri?

Et affirmatiuè dicendum videtur, ex relatis per
Hieronym. Leo. *dec. 177. lib. 2.* vbi per illam Regiam
Audientiam deciſum refert, per Aduocatos, & Pro-
curatores poſſe ſalarium peti coram illo Iudice, coram
quo cauſam patrocinati ſunt, quamuis clientes eſ-
ſent alterius fori, & aliàs extra domicilium conue-
niri non poſſent. Ratio aſſignatur, quia hæc ſalarij 2
petitio eſt quid dependens à cauſa principali, & ità
Iudex cauſæ principalis, debet ſimiliter eſſe Iudex in
cauſa acceſſorij; allegat hanc concluſionem tenentes
Mandoſ. *tract. de commiſſion. formula 11.* in *verſ. vali-
ditate iuriſdictionis*, Gratian. *diſcept. forenſ. ca. 154. n. 24.*
Cancer. *var. reſol. par. 2. cap. 15. de liter. requiſitor. n. 66.*
& Flor. Diaz de Men. *lib. 1. quæſt. 12. n. 50.*

Contrariam tamen in caſu propoſito Ego ſequor 3
ſententiam; nam etſi prædicta deciſio vera ſit, proce-
dit tamen in caſu ſuo, quando conuenitur cliens lai-
cus, cuius Iudex, ille, coram quo litem habuit, aliàs
poſſe eſſet actu & potẽtia cõpetẽs, & licèt alterius ſit
domicilij, non tamen illius ſpeciei iuriſdictionis, quæ
ab alio fonte originem haberet, quàm ab illo, à quo
dependet iuriſdictio Iudicis, apud quem lis agitaba-
tur; ambo enim hi Iudices à Principe temporali do-
minante eorum ducunt iuriſdictionem; Secùs autem
in cliente Clerico, contra quem Iudex laicus, iuxta 4
illud vetuſtiſſimum principium, nec actu, nec po-
tentia iuriſdictionem habet, niſi in caſibus à ſacris
Canonibus exceptis, vt per Canoniſtas in *cap. ſi dili-
genti, de foro comp.* & per Ciuiliſtas *in l. 1. ff. de offic.
eius, cui mand. eſt iuriſd.* ab vno enim fonte dependet
iuriſdictio ſecularis, & ab alio Eccleſiaſtica, vt cer-
tum eſt; & ſic vt caſum propoſitum abſoluamus, non
poteſt dici, vt Aduocatus per viam reconuentionis
Clericum ad conſtitutum ſalarium præſtandum con-
ueniat, quo caſu Iudex laicus non eſt competens con-
tra Clericum, vt communiter dixerunt Canoniſtæ in
cap. at Clerici, de Iudic. & per alios *vbique*; Reconuen- 5
tio enim ſupponit conuentionem, quæ præcedere de-
bet; ſic autem quando Aduocatus Clericum clientem
conuenit, per viam principalis petitionis conuenire
dicitur; quo caſu ad verè competentem recurrere de-
bet: *c. cùm ſit generale, de for. compet.* DD. in *l. 2. C. de
iuriſd. omnium iudic.*

Nec dicas, quòd Clericus in caſu noſtro compa- 6
ruit

fuit coram Iudice laico, & per hoc illius iuriſdictioni ſe ſubiecit. Nam reſpondetur, hoc verum eſſe, quantum reſpicit fauorem ipſius Clerici, qui à Magiſtratu ſeculari contra laicum iuſtitiam expoſcit; ſecus autem vbi perſona Clerici præter caſum reconuentionis vti Reus in iudicio compareret, tunc enim ſubintrarent quæ dicunt omnes in *d. cap. ſi diligenti, & in cap. ſignificaſti, de foro compet.*

SVMMARIVM.

1 *Clericus veniens in cauſa poſt ſententiam latam in actione reali, an ſit audiendus, ſi allegauerit, fuiſſe prolatam ſuper illius bonis, & num. 2. & 4.*

3 *Tertius allegans, eſſe exequutum in bonis propriis, eſt audiendus, quando ſententia fuit prolata in actione perſonali.*

ARGVMENTVM.

Clericus veniens in cauſa poſt ſententiam aduerſus aliquem in actione reali prolatam, nùm ſit audiendus, ſi allegauerit, ſuper ipſius bonis fuiſſe prolatam; & quid ſi de mota lite habuerit notitiam, &c.

CAPVT LIII.

1 Clericvs veniens in cauſa poſt ſententiam contra aliquem prolatam in actione reali, dubitari contigit, an ſit audiendus, ſi allegauerit, prolatam fuiſſe ſuper ipſius bonis, quòd proindè inſtaret, non poſſe de illius exequutione tractari?

Et eſſe audiendum ad ſententiæ exequutionem impediendam, inueni fuiſſe iunctis Aulis per Sacrum Conſ. Regni huius deciſum ſub die 27. Martij 1635. & iterum hoc anno 1636. in gradu Reclamationis confirmatum; idque in cauſa Eleonoræ Bonello cum Io. Ferdinando Riccardo, referente Domino de Franchis Reg. Conſiliario digniſſimo.

2 At Ego, quando de his diſputari audiebam, contrariam ſequebar ſententiam; nuſquam enim legi, Tertium in cauſa venientem poſt ſententiam prolatam in actione reali eſſe audiendum, allegando, eſſe illam prolatam ſuper bonis propriis: Inuenio tamen, Communem eſſe in contrarium, nimirùm vt nunquam hic Tertius ſit audiendus; ſed quòd debet ſententia exequutioni demandari, & hoc ſumma cum ratione; eſſet enim hic Diabolicus modus pro ſententiæ exequutione dilatanda, ita originaliter dixit Innocent. *in cap. veniens ad Sedem, num. 1. de teſtibus*, quem ſequuti fuere Bart. Alex. & Iaſ. *in l. à Dino Pio, §. ſi ſuper rebus ff. de re iudic.* Abb. & Felin. *in d. cap. veniens,*
3 & Cacher. aliis omiſſis *deciſ.* 28. Illud enim, quod in dies ſeruari videmus, eſt, vt ſit Tertius audiendus; allegans, eſſe exequutum in bonis propriis, quando ſententia in actione perſonali profertur, & hoc iure vtimur, ſecus autem, ſi in actione reali. Id quod eo ma-
4 gis procedere dicebam, cùm in caſu, de quo agebatur, Clericus, qui poſt ſententiam ad illam impediendam comparuerat, litis motæ contra perſonam conuentam habuerat notitiam, quo caſu nunquam eſt Tertius veniens audiendus; ita Imol. *in l. à ſententia, poſt n. 13. verſ. aduerte in quantum, ff. de appellat.* Alex. in *d. l. à Dino Pio, §. ſi ſuper rebus, num. 24. ff. de re iudicat.* latè Honded. *conſ. 25. n. 19. lib. 1.* Ioſeph. Ludou. *deciſ. Peruſ. 26. n. 6.* Couarr. *pract. quæſt. c. 13. num. 2.* quos ſequitur Statil. Pacific. *de Saluian. interd. inſpect. 4. c. 4. num. 36.* omninò videndus, & benè Scip. Rouit. *deciſ. 1. n. 33. verſ. in hoc tamen caſu.* Vndè, &c.

SVMMARIVM.

1 *Collecta ſi pro bonis in alieno territorio ſitis fuerit ſoluta in loco, vbi hic bona poſſidens eſt originarius, quia in loco, vbi ſita ſunt, viuebatur per gabellas, nùm ſi hic locus vult viuere per cataſtrum, poſſint inibi bona illa collectari?*

Et quid ſi in illo loco, vbi ſita ſunt bona, adhuc per cataſtrum Ciues vixerunt, num. 2. 6. 10. 11. & 12.

3 *Tex.* in cap. Regni Pondus æquum, *declaratur, & num. 5.*

4 *Tempus immemorabile Regij aſſenſus vim obtinet.*

7 *Forenſis nùm pro bonis, quæ in alieno territorio poſſidet, per illius Ciuitatem, vel Caſtrum collectari poſſit.*

8 *Collecta an ſit onus mixtum.*

9 *Collectari an quis poſſit de iure, ratione ſolius poſſeſſionis, quam in alieno territorio habet.*

13 *Collecta an præſcribi poſſit.*

ARGVMENTVM.

Collectari an poſſint bona exterorum in territorio alicuius Ciuitatis ſita, ſi bona poſſidens, per longum, ſiue longiſſimum tempus pro bonis illis collectam ſoluit in loco originis, ſiue domicilij. Forenſis, qui pro bonis quæ poſſidet collectam ſoluere tenetur Vniuerſitati, in cuius territorio bona illa ſita ſunt, nùm ius illud collectandi, quod habet Vniuerſitas, præſcribere poſſit. Declaratur inſuper tex. *in cap. Regni Pondus æquum*; Et de aliis ad materiam pertinentibus.

CAPVT LIV.

Collecta (vt diximus *lib. 1. cap. 63.*) 1
ſi pro bonis, quæ extra territorium Ciuis poſſidet, per tempus immemorabile fuerit ſoluta in loco, vbi bona poſſidens eſt originarius, & commoratur, ex eo, quia Ciui-

tas, ſiuè Caſtrum, in cuius territorio ſita ſunt bona illa, viuebat per gabellas, non per hoc, ſi Ciuitas hæc, ſiuè Caſtrum, vellet demùm viuere per cataſtrum, bonaquè prædicta collectare, obſtaret ei præſcriptio aliqua, rationibus, vt *ibi*.

2 Sed occurrit demùm dubitari, quid dicendum, ſi in illa Ciuitate, vel Caſtro, in cuius territorio ſita ſunt bona, extitit ſemper viuendi mos per cataſtra, non autem per gabellas, an per hoc in aliquo ſibi præiudicauerit, vt non poſſit demùm in præiudicium illius loci, vbi in præteritum fuit collecta ſoluta, bona prædicta collectare?

Contigit mihi aliàs de hoc diſſerere in cauſa in Regia Camera vertente inter Vniuerſitatem Caſtri Vetecuſij ex vna, & illam Vallis Campi Ciuitatis Venafri pertinentiarum ex altera: pro qua quidem Vniuerſitate Vallis, negatiuam ſequendo ſententiam, ſequentia breuiter ponderabam. Etenim dicebam, aut bona, de quibus agebatur, ſita eſſe affirmandum erat in Territorio vtrique Vniuerſitati communi, prout ex his, quæ in facto deducta erant, eſt veriſſimum, ac indubitatum; & ſine dubio, dùm pro illis ſoluunt poſſeſſores collectas in loco eorum originis, & domicilij, qui eſt Caſtrum Vallis, allibrari modo aliquo poterunt, poniquè in æſtimo Caſtri Vetecuſij, ea nimirùm ratione, nè poſſeſſores contra omnium placita duplici onere grauentur, idquè in Regno inter Ciuitates, Terras, & Caſtra, quæ territoria habent communia, nunquam controuerſum fuiſſe audiui; nil obſtante in caſu noſtro diſpoſitione *c. Pon-*
3 *dus æquum*, ſecundùm ordinem Nigri 271. vbi diſponitur, nullius eſſe momenti eam territoriorum communionem, quæ inter duas Vniuerſitates abſque Regio aſſenſu facta proponitur; nam duplici modo reſpondemus.

Et Primò, quia *tex. prædictus* loquitur, vbi per prius territoria fuiſſent diſtincta; eo enim caſu, citra Regium beneplacitum communio contrahi non poteſt; Secus autem in caſu noſtro, in quo modo aliquo de tali diſtinctione conſtabat: Nam quod attinebat ad inſtrumentum donationis, quod producebatur Comitis Vgonis, dicebam, quòd nunc de eo nulla poterat haberi ratio, egebat enim ſententia, & in termino dando nonnulla produci poterant, ex quibus, donationem prædictam appareret non poſſe Vniuerſitati Vallis Campi nocumenti eſſe.

Secundò, dato, quòd verè de diſtinctione conſtaret, & ſic verſaremur in terminis *dicti cap. Pondus æquum*. cùm communio hæc, quæ allegabatur, per tempus viguerit, cuius initij memoria hominum
4 non extat, dicendum eſt, tale immemorabile tempus, Regij aſſenſus vim operari, vt ex *pluribus iuribus* in his terminis probat Afflict. *deciſ.* 254. *intra num.* 4. Capiblanc. in *pragm.* 11. *num.* 118. *de Baronib.* & meliùs Niger *in d. cap. Pondus æquum, num.*
5 4. vbi plus dicit, quòd licet communio vigore *illius tex.* ſine Regio aſſenſu nulla ſit; id tamen limitandum eſſe docet, reſpectu inducendæ præſumptionis: nam ſi probatur, diù fuiſſe territoria poſſeſſa vt vnita, dicitur præſumptiuè probata vnio; ad quam allegat Io. Andr. Alex. Felin. & alios, idque ſubdit, ſatis prodeſſe, quia ſi Villa, vel Caſtrum per 40. annorum ſpatium reperitur in poſſeſſione cõmunionis territoriorum, Vniuerſitas illa, quæ communionem allegat, lite pendente communionis poſſeſſione ſpoliari non poteſt, cum pro ſe præſumptionem habeat.

6 Aut verò aſſerere fas erat, nimirùm bona prædicta ſita eſſe in territorio Vetecuſij; & idem etiam iure, & facto, ſuper quibus verſabamur, attentis, dicendum omninò erat. Etenim quamuis fuerit inter noſtros Iuriſtas controuerſia, nùm forenſis pro bonis, quæ in alieno territorio poſſidet, per illius Ciuitatem, 7
ſiuè Caſtrum collectari poſſit, receptior tamen ſemper fuit *Bar.* negatiua ſententia, nam cùm collecta 8
onus ſit mixtum, imponitur enim perſonis pro rebus, Gloſ. & omnes in *l. reſcripto*, §. *fin. ff. de muner. & honor.* ad hoc vt onus mixtum imponatur, oportet quòd perſona, cui imponitur, ſit ſubdita; & ſic ad illam ſoluendam non ſubditi, modo aliquo cogi non poſſunt, nullam enim in illos, Collectantes iuriſdictionem habent; ſic ſanè ſcripſit Bart. in *l. libertus*, §. *ſola, ff. ad municip.* vbi allegat text. in *d. l. reſcripto*, §. *fin.* dixit hoc idem in *l.* 1. *C. de mulier. & in quo loc. lib.* 10. & in *l. munerum*, §. *patrimoniorum, ff. de muner. & honor.* Bart. ſequuti fuere Alex. *conſ.* 68. *num.* 1. *lib.* 2. 9
vbi expreſſis verbis dicit, communi iure attento non poſſe quem ratione ſolius poſſeſſionis, quam in alieno territorio habet, ad collectas ſoluẽdas cogi Io. de Plat. *in d. l. vnica, C. de mulier. & in quo loco, lib.* 10. Rom. *cõſ.* 161. Curt. Iun. *conſ.* 42. *n.* 2. vbi de communi teſtatur, Dec. *conſ.* 694. Ruin. *conſ.* 195. *in princ.* latiſſimè Pariſ. *conſ.* 25. *n.* 4. *& ſeqq. lib.* 1. Guid. Pap. *deciſ.* 396. aliique plures relati per Mynſing. *ſing. obſeru. cent.* 5. *obſeru.* 22. & per Fab. de Ann. *conſ.* 59. *num.* 2.

Et quamuis ipſimet *ſuprà* relati Doctores, & ſi- 10
gnanter *Minſyng.* communem hanc, & iuridicam concluſionem reſtrinxerint, vbi aliàs Ciuitas, in cuius territorio forenſes poſſident bona, ad has imponendas collectas priuilegium haberent, vel de conſuetudine receptum eſſet, id Vallis Campi Communitati obeſſe non poterat; nam quod attinet ad priuilegium, illud Vetecuſij Caſtrum non produxerat: quo verò ad conſuetudinem, ſi loquimur de ſpeciali illius loci, & nec etiam eam fundatam habebamus; ſi verò de generali, prout in Italia vigere dixit Bar. *locis cit.* & in hoc Regno noſter Capyc. *in inueſt. feudal. in verb. collectis, verſ. forenſis, fol.* 120. quem ſequitur Fab. de Ann. *loco cit.* & nec etiam dico, talem conſuetudinem Vetecuſij Communitati prodeſſe, & ſuffragari poſſe; in facto enim ſatis demonſtratum extitit, contrariam conſuetudinem in Caſtro Vallis Campi inoleuiſſe, cùm ex tempore, cuius memoria non extat in contrarium, illius Caſtri Ciues ſemper pro bonis, de quibus agebatur, collectas ſoluerint præfatæ eorum Communitati Vallis Campi, non autem Vniuerſitati Vetecuſij; & ſic
eſto millies verum, prout eſt à veritate procul, quod 11
territoria eſſent protſus diſtincta abſque vlla communione, bonáque, de quibus agebatur ſita eſſe in illo Vetecuſij, dùm id, quod ex generali conſuetudine ad ſui beneficium inductum erat, exigere neglexerat, cõſequens eſt dicere, huic facultati, ſiuè per priuilegium, ſiuè per conſuetudinem acquiſitæ præſcriptum eſſe, ſatque eſſe tempus, ſecundùm aliquos, decem annorum; ſed magis communiter triginta: ſic vno ore fatentur Corn. *conſ.* 168. *lib.* 4. Pariſ. *conſ.* 25. *nu.* 27. *& ſeq. lib.* 1. Curt. iun. *d. conſ.* 42. *n.* 6. Alex. *conſ.* 30. *num.* 12. *lib.* 5. latiſſimè Aym. Crauet. *conſ.* 111. & in *reſponſ. pro Republica Sauiliani, nu.* 24. Alex. Trentacinq. *conſ.* 23. *n.* 8. *lib.* 1. Balbus *tract. de præſcript. part.* 2. 5. *part. principalis, q.* 5. & alij plures; quos citat, & ſequitur Fab. de Ann.
cit. conſ. 59. *num.* 55. *&* 57. vbi *num.* 56. ex Mandell. *conſ.* 12
290. *n.* 4. *libr.* 2. dicit, poſſeſſionem tanti temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium, in hac materia probari, eo ipſo, quòd in libris Cameræ, ſeù Cõmunitatis, id quod ſolui debuiſſet, ſcriptum non reperitur. Vndè meritò in caſu propoſito concludebam, Vniuerſitatem Vallis Campi omninò conſeruandam in ea poſſeſſione, ſeù quaſi, in qua ab immemorabili tempore reperiebatur, eius Ciues collectandi pro bonis prædictis.

Lis adhùc pendet indeciſa.

Poſt

13 Poſt hæc ſcripta, & impreſſa circa concluſionem modò tentam, nimirum fieri locum præſcriptioni iuris collectandi, quoties Vniuerſitas, quæ forenſium bona in propiio Territorio ſita, per longum, ſiue longiſſimum tempus collectare neglexerit, obſeruaui, vt benè, & ſine controuerſia procedat, quantum reſpicit præſcriptionem pro eo quod debetur de præterito; ſecùs autem aduerſus futuram præſtationem, quæ nondum indicta fuerat: eo enim caſu, nullo pacto ſecundùm magis communem ſententiam affirmandum, vt pro futura collecta fiat locus præſcriptioni, itavt forenſis, qui prætendit nuſquam collectas ſoluiſſe pro bonis quæ in alieno territorio poſſidet, in futurum non teneatur.

Ratio aſſignatur, quia collecta ſingulo quoque anno, ſiue biennio, aut triennio, aut in aliquibus Regionibus quinquennio indicitur: ita ſanè ſcripſerunt Io. de Platea *in l.1. C. de excoctione, & tranſlatione militarium annonarum lib.12.* ſub illius verbis: *Et allegatur hac lex, quod vbi quis ex longiſſima conſuetudine per tantum tempus, cuius non extat memoria, non ſoluit collectas, quòd poſſit ſe tueri ne grauetur ad ſoluendum in futurum contra antiquam conſuetudinem; ſicut hic poteſt quis ſe tueri ab excoctione panis militaris, ſtante conſuetudine in contrarium videtur etiam Communitas perdidiſſe ius imponendi ei collectam, non vtendo tanto tempore: arg. leg.1. ff. de nundin. & leg. fin. ſuprà de ſeruit. DD. tamen dicunt contra, quia non debetur collectio niſi à tempore, quo fuit indicta, l.1. ſecundum vnam lecturam, ſuprà de apoch. public. & ita aduerſus futuram præſtationem, qua nondum erat indicta, non potuit præſcribere: arg. leg. cum notiſſimi, §. in his, ſuprà, de præſcription. triginta annorum, vide Gloſ. & quod ibi dixi, in l. in fraudem ſupra, de annon. & tribut.* hæc ille. Affl. *in Conſtit. Regni. Quadragenalem, ſub num.9. verſ. iſta gloſ. tenet.* Alex. *conſ.136. num.19. vol.2.* Curt. Iun. *conſ.60. verſ. procedit etiam, à num.17.* Grammat. *in conſ.69. in Ciuilibus, à n.12.* Regens Lanar. omnino videndus *conſ.27. à num.48. ad 50.* ibi, *Item ad idem probandum, quod iſta non exactio non potuit in futurum præiudicare, ſed tantum in præteritis exactionibus; quare iſte actus tacitus non exactionis, non poteſt vltra extendi*: Gloſ. *in Clement. ſæpè, verſ. partibus, de verb. ſignific.* Gaſp. Theſ. doctè pro more *quæſt. forenſ. lib.1. quæſt.8. ſub num.6. verſ. primus caſus eſt*: Thomaſ. *in tract. de collect. §. exactio, ſub num.12. verſ. nec procedit, & verſ. fateor, quod non poteſt præſcribere*, & alij: faciunt dicta per Bald. *in l. malè agitur, col.2. verſ. per quas leges dicunt: C. de præſcript. 30. vel 40. annor.* vbi eleganter docet, quod ſi Dominus per centum annos ſeruitium vaſſallo non impoſuit, vel ab illo homagium non petiit, non per hoc vaſſallus libertatem præſcripſit, quia nunquam habuit aliquam poſſeſſionem libertatis antequam fuerit requiſitus. Idemque Bart. Ang. & Alex. *in d. l. malè agitur*, & Affl. *in c. licèt, ſub num.1. verſic. ex quo ſequitur, in tit. ſi de feudo fuer. controu. inter Dom. & Agnat.* eſt pariter videndus pro veritate factæ diſtinctionis, aut pro præterito, aut in futurum, Rimin. Iun. *conſ.10. vol.1. & conſ.589. vol.5.* vbi pluribus inſignioribus mediis Alex. ſententiam tuetur *in d. conſ. 136.* aduerſus malè dicta per Crauet. *in d. conſ.111.* Idemque Pancirol. *conſ.161. num.10.* & D. Card. Tuſchus, aliis omiſſis, *pract. concluſ. lit. P. concluſ.538. à num.5. lit. E. concluſ.553. à num.6.* & alij, &c.

SVMMARIVM.

1 *Conductor finito locationis tempore cogitur rem conductam relaxare, nec aliter dominij, ſiue hypothecæ quæſtionem referre poteſt.*

Quæ concluſio quomodò intelligatur, num.2. & 3.

4 *Text.* in l. ſi quis conductionis, C. locati, *an locum habeat in alio contractu, quàm locationis, & n.5.20.21.22.23. & 24.*

Et an allegari poſſit contra ſingularem ſucceſſorem, num.11.

6 *Requiſita quæ ſint pro obtinendo in iudicio, in quo agitur remedio* l. ſi quis conductionis, C. locat. *& num.8. & 9.*

7 *Inſtrumentum reddit rem certam, & facit probationem probatam.*

10 *Locator, qui timet, nè dominij quæſtio ei referatur, quid in libello exprimere debet pro reacquirendo rem locatam.*

12 *Text.* in l. ſi quis conductionis, C. locat. *an procedat in contractu emphyteutico, & feudali, & n.15.18. & 19.*

13 *Linea emphyteuta vbi deficit, poſſeſſio ciuilis directi domini ſtatim ad ſe trahit naturalem.*

14 *Poſſeſſio ciuilis ſat eſt ad dandam manutentionem directo Domino ad finem recuperandi naturalem.*

16 *Ius accreſcendi an locum habeat de linea vnius ex ſimultaneè inueſtitis, ad lineam alterius, & num.25.*

17 *Dicto* in ſolidum, *an importet ius accreſcendi inter inueſtitos.*

26 *Nomen* rata, *quomodò accipitur.*

27 *Dictio* æquè, *quid importet.*

28 *Ius piſcandi eſt indiuiduum, & in fructu conſiſtit.*

29 *Conceſſio non dicitur facta in ſolidum ex eo, quòd conceſſionarij voluerint, vt ſinguli in ſolidum conueniri poſſint.*

30 *Verba*, durantibus lineis maſculinis prædictorum in perpetuum, *appoſita in contractu emphyteutico, quid importent.*

31 *Inueſtitura noua attenditur, & non antiqua, vbi conceſſionarius ſub nouis pactis ſe obligauit.*

ARGVMENTVM.

Conductor num completo locationis tempore poſſit locatori dominij quæſtionem referre, ex cauſa ſuperueniente poſt conductionis contractum.

Text. *in l. ſi quis conductionis, C. locat.* an

locum habeat in contractu emphyteutico, & feudali, vbi *deciſiones Rotæ Romanæ*; & de aliis ad materiam pertinentibus.

CAPVT LV.

1 CONDVCTOR prædij vrbani, vel ruſtici, ſi cōpleto locationis tempore à locatore ad prædium conductum ſibi dimittendum conueniatur, cogitur præciſè illud relaxare, nec alitèr excipiendo dicere poſſet, prædium conductum iure dominij ad ſe ſpectare, idque ne locatori per hanc dominij exceptionem illudatur: ſequuta autem dimiſſione, poterit pro arbitrio de proprietate litigare: hic eſt text. vulgatus in *l. ſi quis conductionis*, *C. locat.* ſecundùm cuius diſpoſitionem in facto, quod contigit, decidit Sacrum Conſilium Regni huius apud Afflict. *deciſ.*12. Item ſicut ante relaxationem, dominij quæſtionem conductor ipſe referre non poteſt, ſic paritèr, & multò minus quæſtionem hypothecæ, quæ infirmior eſt; ita Curt. Iun. *conſ.*172.*num.*1. Socin. Iun. *conſ.*56.*num.*8.*lib.*2. Caroc. *de locat. part.*6.*remed.*14.*ad hanc legem, ſi quis conductionis, n.*3. Cald. *quæſt. forenſ. lib.*1.*quæſt.*14.*num.*4. & Peguera, qui ſic ſemel, atque iterum deciſum teſtatur *deciſ.*162. *num.*5. cuius quidem legis diſpoſitionem ſubintrare dixit Gloſ. *in l. ſi quis fundum* 10. §. *fin. in verb. ex locato*, *ff. locat.*
2 quamuis res, quam ego conduxi, verè eſſet aliena, & poſt conductionē à vero domino acquiſiero, vt adhùc illam priùs dimittere cogar, & demùm ſuper proprietate ius meum deducere; ſequitur Caroc. *loco cit. n.*9.

Sed contrarium firmauit Alber. *in d. l. ſi quis fundū*, §. *fin.* vbi reiecta ſententia *Gloſ.* vti falſa, dicit, *legem, ſi quis conductionis*, loqui quando conductor dominij exceptionem opponit ex cauſa antiqua ſcilicet quam ipſe habebat ante conductionem; ſecùs ſi cauſa ſuperuenerit noua, poſt ſcilicèt conductionis contractū: iſtámque *Alber.* interpretationem ſequuti ſunt Iaſ. *conſ.*158.*num.*8.*verſ. quintò principalitèr, lib.*2. Plot. *in l. ſi quando, numer.*193. *verſ. fallit ſecundò, C. vnde vi*, Vrſil. ad Afflict. *in d. deciſ.*12.*num.*9. Menoch. *de recuper. poſſeſſ. remed.*11. *num.*42. Valaſc. *deciſ.*42. *num.*3. Cancer. *var. reſol. p.*1.*tit. de locat. & conduct. num.*84. *verſ. niſi noua ſuperueniſſet cauſa*, Giurb. *deciſ.*69.*n.*22. & Barboſ. *in d. l. ſi quis conductionis, num.*11. quorum ſententiæ adhæreo pariter & Ego, ſed cum declara-
3 tione, quam tradit Flor. Diaz de Mena in *addit. ad Gamm. deciſ. Luſit.*12. nimirùm vbi dominij exceptio adeò eſſet notoria, vt euidentèr locatoris dolum concluderet in petendo id quod ſtatim reſtituturus eſſet; & ita intelligo *d.* §. *fin. l. ſi quis fundum*, cum *leg. ſeq.* cum his, quæ diſſerit Anton. Fab. *de errorib. pragm. decad.* 6. *error.*5. *in princip.* quia aliàs ſi turbida eſſet exceptio hæc, ita vt altiorem requireret indaginem, non video, quo pacto locatori agenti remedio *huius legis, ſi quis conductionis*, poſſit dominij exceptio opponi, eſſet enim magna limitatio ad lege prædictam, quæ cùm non alitèr diſtinguat; an cauſa dominij, quæ allegatur, competeret ante contractum locationis, vel ſuperuenerit poſtea; nec nos diſtinguere debemus: ad text. vulgatum in *l. de pretio*, *ff. de publician. in rem. action.* Intelligendo ſemper hanc materiam, dummodò locator intentet remedium *huius legis*, iuxta *conſilium* Ang. *ibi*, quod ſequuti ſunt Dec. *conſ.*28. Vrſil. *loco cit. num.*5. Cartarius omninò videndus *deciſ.*41. Barboſ. *loco iam dicto*, *num.*8. Menoch. *d. remed.*11.*n.*35. & alij.

Sed quicquid ſit de his omnibus, videamus breuitèr an text. *in d. l. ſi quis conductionis*, locum habeat in 4
alio contractu, quam locationis, nimirùm in emphyteuſi, in feudo, & alio ab eo diſſimili: Et ſubintrare in his contractibus remedium hoc, multorum authoritate ſemel, atque iterùm decidit Rota *in vna Portuenſis Stagni, ſub diebus* 27. *Aprilis* 1640. & 16. *Decembris* 1641. coram Eminentiſſimo D. Panzirolo, quarum deciſionum tenor adhuc non impreſſus ſequens eſt.

Veneris 27. *Aprilis* 1640.

Cùm ad fauorem Eminentiſſimi D. Cardinalis 5
Burgheſij Commendatarij Abbatiæ S. Gregorij de Vrbe reſolutum fuiſſet, conſtare de domino Eccleſiæ, ad effectum, vt ipſa in Stagno, de quo agitur, in Dominam directam recognoſcatur, prout latè in *deciſione coram me emanata ſub die* 19. *Iunij* 1637. Idem eminentiſſ. D. Abbas inſtitit diſputari, An ad Eccleſiæ fauorem intret diſpoſitio text. *in l. ſi quis conductionis, C. locat.* in quo per hæc verba diſponitur, *Si quis conductionis titulo agrum, vel aliam quamcunque rem accepit, poſſeſſionem priùs reſtituere debet, & tunc de proprietate litigare.*

Hodiè igitur habita ſuper hoc diſputatione, Domini diſpoſitionem *d. l.* ad fauorem Eccleſiæ procedere dixerunt; fuit enim ponderatum, quòd hoc Stagnum ab antiquo tempore in decem æquales partes diuiſum reperitur, de quarum quinque, totidem fratres de Catalanis, de duabus aliqui de Collatiis, de reliquis tribus duo filij ſimul cum patre familiæ de Quinque erant inueſtiti. Qui omnes cùm denegaſſent ſoluere conſuetum canonem clar. me. Cardinali Baronio, tunc temporis d. Abbatiæ Commendatario, acceptata per eum deuolutione, Tandem de anno 1602. agnoſcentes omnes iſti Participantes bonam fidem, mediante perſona Ioan. Baptiſtæ Catalani, eundem D. Cardinalem Commendatarium in directum Dominum, & proprietarium eiuſdem Stagni recognouerunt, cum narratiua, quòd illud ſibi ipſis, ac ſuorum authorum filiis legitimis, & naturalibus, ac deſcendentibus maſculis tantùm, ac de legitimo matrimonio procreatis durante linea maſculina in perpetuum iure emphyteutico fuerat conceſſum. Promittentes vlteriùs Stagnum ab indè citra ad inſtar rei emphyteuticæ retenturos, ac durantibus lineis prædictis, non ſolùm futuros canones, verùm etiam decurſos ſoluturos. Et vice verſa D. Cardinalis caducitatem ex quocunque capite incurſam illis remiſit, prout latiùs in inſtrumēto dato in præterita diſputatione, *Sum. n.*5.

Cùm igitur ad obtinendum in hoc iudicio tria re- 6
quirantur. *Primò*, ſcilicet, quòd conſtet de locatione. *Secundò*, quòd emphyteuſis ſit finita. *Tertiò*, quòd adſit contumacia non reſtituentis. Viſum eſt Dominis, quòd de omnibus iſtis clarè conſtet.

Quod enim attinet ad locationem, iſta indubitata redditur ex conceſſione d. nouæ inueſtituræ per Cardinalem Baronium factæ, tanquam de re emphyteotica cum expreſſa inueſtitorum aſſertione, quod
Stagnum iam antea erat de directo dominio Ec- 7
cleſiæ, Inſtrumentum autem reddit rem certam, & manifeſtam, & facit probationem probatam, Bart. *in l.*1.*nu.*8. & *ibi* Iaſ. *num.*10. *ff. de nou. oper. nunc.* Bald. *in l. intereſt, in vlt. notab. C. de ſolut.* Rot. *dec.*431.*n.*1.*p.*1. *rec. Ludouiſ. deciſ.*157. *num.*13. cum ſimilibus, iuncta præſertim ſolutione canonis vltra ſpatium 30. annorum, quæ probat effectuationem, vt plenè in *dec.*349. *ſub n.*12.*verſ. maximè, par.*5 *recent.*

Quòd

8 Quòd autem emphyteuſis ſit finita reſpectu linearum aliquorum ex inueſtitis, eſt etiam in confeſſo, & patet omnium illorum obitus ex fide Parochi, data *in Sum. num.* 3. Imol. *conſ.* 11. *in fine*, Rebuff. *in tract. de regeſtr. ſeu libro Baptiſ.* Greg. *deciſ.* 78. *num.* 2. vbi latè Add. *lit. A.*

9 Et demùm de contumacia non reſtituentium aperpertiſſimè viſum eſt conſtare, dùm Fratres de Quinque, ac Theulus partes prædictas ſic vacantes, non ſolùm vti proprias ſibi applicarunt; ſed vlterius Eccleſiæ dominium denegarunt: Itavt pro illarum vtili vendicatione intret diſpoſitio *d. l. ſi quis conductionis*, abſque eo, quòd per contradictores opponi poſſet de proprio, vel alieno dominio aduerſus Eminentiſſ. D. Abbatem, vt ſpecialiter notat *ibi* Ang. ante *num.* 1. dicens, quòd ſecundùm hoc iſta lex redditur ſingu-
10 laris, & ideò locator, qui timet, nè quæſtio dominij referatur, in libello exprimere debet, quòd intentat condictionem ex *hac l.* Caſtr. *in l. qui rem, n.* 3. *ff. depoſit.* vbi dicit, quòd ſi ago vtili condictione, quæ oritur ex *l. ſi quis conductionis*; tunc non poſſes mihi obiicere exceptionem de dominio proprio, quia videtur agi poſſeſſorio reſtituendæ, in quo non admittitur exceptio proprietatis, etiam ſi excipiens paratus eſſet incontinenti de ea docere, quia ſpoliatus ante omnia eſt reſtituendus; Bart. *in l. non ab re, n.* 1. *ante med. verſ. certè Gloſ. dicit verum, & num.* 4. *C. vndè vi*, Felin. *in cap. inter dilectos, num.* 22. *poſt med. verſ. vbi autem locator, de fid. inſtr.* qui dicit, quòd ſi locator ageret condictione ex *l. ſi quis conductionis*, non excipitur de dominio proprio, nec alieno, ſed oportet, vt res priùs reſtituatur; Purpur. *in l.* 2. *num.* 21. *& ſeq. ff. ſi cert. pet.* Dec. *conſ.* 28. *num.* 3. *paulo poſt med. verſ. & ſecundùm Angel.* Neuiz. *conſ.* 37. *num.* 21. *in fine*, Rota *deciſ.* 290. *num.* 9. & 10. *par.* 1. *deciſ.* 79. *num.* 8. *par.* 5. *recent.*

11 Neque viſa ſunt releuare, quæ pro parte Participantium afferebantur. Nam quòd remedium *l. ſi quis conductionis*, ſolùm habet locum inter ipſum locatorem, & conductorem, non autem contra ſingulares ſucceſſores, iuxta Text. *in l.* 1. *§. ſi heres, ff. ad Trebell. l. fin. §. fin. ff. de contrah. empt.* Reſponſum fuit ſecundùm veriorem, & magis communem opinionem, hoc remedium competere aduerſus omnes habentes cauſam ab agente, Ang. *in d. l. num.* 1. *in fin. verſ. quod dicitur*, Felin. *in cap. inter dilectos, num.* 2. *verſ. & hoc habet, ff. de fid. inſtr.* Purpur. *in l.* 2. *n.* 22. *verſ. locum habente, ff. ſi cert. pet.* Dec. *conſ.* 28. *num.* 3. *verſ. nam illa*, Neuiz. *conſ.* 37. *num.* 22. Marant. *in ſpecul. part.* 4. *diſtinct.* 7. *princ. num.* 49. *verſ. ſed vtilis*, Nicol. Bellon. *ſupput. iur. lib.* 4. *cap.* 6. *num.* 2. *poſt med. verſ. nam illa.*

12 Nec dicatur, quòd *l. ſi quis conductionis*, non procedit contra emphyteotam, qui ſibi, non Domino poſſidet; ea ratione, quia ſi conductor finito tempore reſtituere recuſet, ſpoliare dicitur, non autem emphyteota, qui ratione vtilis dominij ſibi naturaliter poſſidet; vt per Ang. *in d. l. fin.* Dec. *conſ.* 28. *n.* 3. *& conſ.* 56. *ſub num.* 4. Cephal. *conſ.* 47. *num.* 40. *lib.* 1. & in his terminis Rimin. Sen. *conſ.* 94. *num.* 19. *& pluribus ſeqq. libro* 1. Multipliciter enim fuit reſponſum.

Et primò, quòd in contrarium dicunt Alberic. *in l. non ab re, C. vndè vi*, Bart. *in l. legata inutilia, ff. de adimen. legat.* Clar. *in §. emphyteuſis, quæſt.* 25. *in princ.* Corbul. *de iur. emphyt. in princ. num.* 2. Caroc. *de locat. par.* 6. *remed.* 14. *num.* 4. *&* 5. Valaſc. *de iur. emphyt. quæſt.* 18. *num.* 17. *poſt med. verſ. quamuis*, ſubdens, huiuſmodi opinionem tenendam pro communi vtilitate, nè emphyteotæ Domino ex facto ſuo queant præiudicium inferre; & hanc opinionem ſequuta eſt Rota *in dicta deciſ.* 290. *num.* 9. & 10. *par.* 1. *& deciſ.* 79. *num.* 8. *par.* 5. *recent.*

Secundò fuit reſponſum, portiones illas, quæ fuerunt effectæ caducæ, non poſſe dici, quòd Participantes ſibi aliquo iuſto titulo poſſideant, ſed potiùs illarum dicuntur inuaſores, & Eccleſiæ ſpoliatores contra iuramentum præſtitum de illas reſtituendo in caſu deficientis lineæ inueſtitorum, cum clauſula, *Conſtituti*: Et ſic Eccleſiæ competit aduerſus illos remedium reintegratorium, ſi denegetur reſtitutio, vt diſertis verbis in terminis emphyteoſis, in vim *l. ſi quis conductionis*, loquitur *d. deciſ.* 290. *n.* 10. *par.* 1. *recent.*

Tertiò reſponſum fuit, quod ſicut per deficientiam lineæ reſpectu partium, quæ fuerunt apertæ, 13
poſſeſſio ciuilis Eccleſiæ ſtatim ad ſe traxit naturalem, & vtramque conſolidauit in Abbate, iuxta Bald. *in l.* 1. *numer.* 38. *verſ. & nota, quod tenetur, ff. de rer. diuiſ. in l. clam poſſidere, §. qui ad nundinas, num.* 73. *verſ. adde ſecus, ff. de acquir. poſſ.* Schrader. *de feud. par.* 3. *cap.* 2. *num.* 14. *verſ. Præterea*, Roſental. *eodem tract. cap.* 7. *concluſ.* 23. *num.* 2. *in fin. & concluſ.* 60. *n.* 13. *verſ. quo caſu, ſub littera H.* & D. Argel. *de legit. contradict. quæſt.* 16. *art.* 1. *num.* 12. *&* 13. Quinimmò ratione ſolius ciuilis eſſet debita manutentio Eccleſiæ, ad 14
effectum recuperandi naturalem, Bart. *in l.* 1. *§. quod ait Prætor, num.* 17. *ff. vti poſſid.* Honded. *conſ.* 21. *n.* 19. *lib.* 1. Menoch. *de retinend. remed.* 3. *n.* 22. Gregor. *deciſ.* 203. *num.* 3. Rota *deciſ.* 359. *num.* 2. *par.* 5. *recent.* Ità non erit durum dicere, quòd remedium *l. ſi quis conductio-* 15
nis, habeat locum etiam in emphyteota, itavt ſtatim illi auferatur poſſeſſio, quandoquidem eidem emphyteotæ mediante manutentione poſſeſſio pariter auertur, & Eccleſiæ conceditur, reſeruato, quòd in plenario iudicio ſuper dominio diſſeratur; & ideò contra opinionem Riminaldi & aliquorum concludendum videtur, quòd inter hæc duo remedia merè poſſeſſoria nullum adſit diſcrimen; & propterea vtrũque indiſtinctè habere locum, tàm in contractu emphyteotico, quàm in alio diſſimili; cùm ius non ſtet in diuerſitate contractuum, ſed quòd emphyteuſis ſit finita, vel nè; Quia dato, quòd probetur finita, ille, qui dat de ſua poſſeſſione, in concurſu poſſeſſionis Eccleſiæ proprietariæ non auditur, niſi priùs reſtituta re conceſſa, ſicut in iudicio manutentionis probato fine conceſſionis.

Minùs obſtat, quòd Participantes prætendant, hoc Stagnum pertinere ad ipſos pleno iure vigore concordiæ initæ de anno 1573. cum Abbate Regulari, & ſic cùm ipſi poſſint referre quæſtionem dominij, ceſſare remedium *l. ſi quis conductionis.* Etenim, vt in *alia deciſione* reſponſum fuit, verum eſt, quòd in dicto inſtrumento anni 1573. cum Abbate Regulari celebrato, Participantes ſtuduerunt enarrare ſuas poſſeſſiones, quòd ſcilicèt recognitio ducatorum 20. de carolenis ſolui ſolita Abbatij, eſſet correſpectiua paſcuis, lignis, ac faſcinis, quæ pro animalibus, & pro claudendo Stagno reſpectiuè percipiebantur in Caſali Malagrottæ, per cuius ademptionem ipſi Monaſterio, ceſſaſſet quoquè iſta correſpectiua reſponſio: Sed Domini in *dicta deciſione* ponderarunt, quòd illa narratiua Participantium magis videtur confirmare directum Eccleſiæ dominium, dùm non obſtantibus oppoſitis, quæ in omnibus ab Abbate impugnabantur, non ſolùm Participantes decurſa ei ſoluerunt, ſed decurrenda etiam ſoluere promiſerunt, & quidem ſumma ratione; quia ſi poſt ademptum Caſale, nihilominus recognitio Eccleſiæ ſoluebatur, non poterat dici, quòd illa eſſet pro lignis, & faſcinis præſtitis pro claudendo Stagno, & pro paſcuo equorum, ſed veriùs in recognitionem

L 4 directi

directi dominij ipſius Stagni, vt prætendebat Abbas,qui mediante dicta concordia intentum aſſequutus eſt, firmando dominium in Stagno per receptionem canonis; ita vt mirum non ſit, ſi poſtea de anno 1602. tempore Cardinalis Baronij hæc veritas fuerit iterùm à Participantibus agnita, & primum inſtrumentum per ſecundum dilucidatum; vt fuit animaduerſum *in deciſ.776.ſub n.1.& 4.par.1.diuerſ.*

16 Nec ad euitandum dd. partium caducatarum reſtitutionem poteſt à Participantibus haberi confugium ad ius accreſcendi: Quia, cùm verſemur in emphyteuſi per Eccleſiam inferiorem titulo lucratiuo ſub ſola modici canonis quantitate, ſcilicet ſcutorum quindecim in recognitionem proprietatis, ac directi dominij conceſſa, non habet locum ius accreſcendi de linea vnius ex ſimultaneè inueſtitis, ad lineam alterius; Bald. *in l.ſi mihi,& Titio,* ſub *num.2. & 3.* vbi Alex. *num.14.verſ. quod intellige*, Iaſ.*n.10. verſ. aut ego*, Alciat. *num.21. verſ. aliàs eſſet*, Zaſ.*numer.5.verſ.cæterùm,ff.de verb.oblig.* Rip. *in l.re coniuncti, num.228 ff. de leg.3.* qui teſtatur de communi, Gabr. *conſ.66. n.9. lib.1.* Bellon. *de iur. accreſc.tom.1. cap.6.quæſt.18. n.5.caſ.161. & ſeqq.* Seraph. *deciſ.97. n.1.& deciſ.640.num.10.*

17 Nec contrarium ſuadent illa verba inſtrumenti, ibi, *Affirmantes medio iuramento, quibus ſupra nominibus, & quilibet eorum in ſolidum aliàs emphyteotico iure ſibi, &c.* Etenim aduerbium illud, *in ſolidum* viſum eſt, non importare ius accreſcendi inter inueſtitos, ſed ſolùm, quòd in ſolidum omnes præſtabant iuramentum ſuper veritate conceſſionis,ſcilicèt quòd aliàs eſſet facta emphyteotico iure ſibi ipſis, & eorum authorum filiis legitimis, & naturalibus,& deſcendentibus maſculis tantùm, & de ipſorum prole, & de legitimo toro procreatis, aut procreandis; quæ verba viſa ſunt perſonaliſſima, & poſita in ſenſu diuiſo, ac deſignare partes viriles cuiuſquè lineæ inueſtitorum; non autem importare complicitatem vnius lineæ,cum alia.

Et quamuis vnuſquiſque ex inueſtitis voluit poſſe in ſolidum conueniri pro ſolutione canonis: Non ideò ex hoc infertur, quòd conceſſio ſit facta inſolidum; vt benè diſtinguit Alciat. *conſ.7. num.11.lib.1.* Mantic. *de coniect.lib.22.tit.34.n.6.& 24.prope finem, verſ.porrò.*

Et licèt prætendatur, quòd inter Participantes adſint particulares conuentiones circa modum ſuccedendi,& fruendi emolumentis; Iſtæ tamen leges vt factæ inter ipſos,non ſunt aptæ nocere Abbati, qui illas non approbauit,ſed potiùs vti Eccleſiæ præiudiciales hodie impugnat,cùm prius de illis nullam habuerit notitiam.

Et ita vtraque parte informante, &c.

Lunæ 16. Decembris 1641.

18 Cùm per binas deciſiones reſolutum fuiſſet ad fauorem Eminentiſſ. Dom. Cardin. Burgheſij Abbatis Commendatarij S.Gregorij de Vrbe, intrare diſpoſitionem *l.ſi quis conductionis, C.locat.* Participantes in hoc Stagno inſtiterunt audiri etiam pro tertia vice, quorum petitioni libenter Domini inclinarunt.

Hodiè igitur propoſita cauſa non impugnarunt Participantes omnia fundamenta *deciſionis*, cùm enim aliàs in præcedentibus diſputationibus ſub die 27. Aprilis 1640. allegaſſent, diſpoſitionem *d.l.ſi quis conductionis,* tantummodò habere locum in contractu locationis, non autem in emphyteutico, feudali, aut alio ab eo diſſimili, iuxta latè deducta per Riminal. ſen. *conſ.94. numero 19. & pluribus ſeqq. lib.1.* Attamen ex poſteà allegatis conſtitit, contrariam opinionem eſſe communiorem, & veriorem.

Quòd enim *dicta lex* procedat in contractu emphyteutico, eſt opinio Bart.*in l.legata inutilia,num.2. verſ. nam ſi quidem,ff.de adim. lega.* Pariſ.*in addit.ad Bart.in d.l.ſi quis conductionis, littera A.poſt med* Bal. *conſ.177.n.4. verſ.ſi emphyteota,lib.5.* Burſat.*conſ.530. num.3.& 4. lib.3.* Florian. *conſ.1. num.213. verſ.addo,* Caroc.*de locat.par.6. remed.14. num.4. & 5.* Corbul. *de iur.emphyt.in princip. num.6.* Specul. *de loca.§. nunc aliqua,n.82.* Pract. Papienſ. *in forma libelli, quo agitur ad affictì præſtationem,verb.ſuper ſolutione,ſub n.5. verſ. immò compellendus*, Anton.Gamm.*dec. Luſit.12.*Mant. *de tacit. lib.22. tit.31.num.6.* cum aliis adductis ſub *d. die 10.Iunij præſentis anni.*

Quòd autem *dicta lex* militet etiam in materia feudali;tenent Iacob.de Beluiſio *in c.1.verſ. prædictis modis,quæ fuit prima cauſa beneſ.amitt.* Præpoſ. *eodem tit. §.item qui Domino,col.2.circa med. verſ.vel conditione: l.ſi quis conductionis,*Bald.*in cap.1 .num.2.ver.item quia prætendit cauſam ab eo,tit.de controu.inter Domin.& empror.feudi,* Scrader.qui alios cumulat *par.9.2.p.princ. ſect.9.num.25.* 19

Et demùm,quòd *eadem lex,ſi quis conductionis,* habeat paritèr locum in quolibet contractu ipſi locationi etiam diſſimili,dummodò habeat cauſam ab agente,docet Angel.in *explanatione d.l.in fine, verſic. quod dicitur,*felin.*in cap.inter dilectos,num.1. verſ. & hoc habet,de fid.inſtrument.* Purpur.*in l.1.num.22. verſ.locum habente,ff.ſi cert.pet.*Dec.*in conſ.28.num.3.verſ.non illa,*Neuizan. *conſ.57.num.12.* Marant. *in ſpecul. par.4. diſt.7.num.49. verſ. Sed vtilis,*cuius opinionis veritas ex aliis ſolidiſſimis rationibus comprobatur in *allegata deciſione emanata 10.Iunij coram me.* 20

Tota igitur vis pro parte Participantium fiebat in duobus;& *Primò,*quòd conceſſio in emphyteuſim facta de hoc Stagno à præclaræ memoriæ Cardinali Baronio de anno 1602.tanquàm de re ad Eccleſiam ſpectante fuerit penitùs erronea, cùm ex inſtrumento concordiæ inito de anno 1573.inter Abbatem Commendatarium Regularem,& Participantes appareat, Stagnum non ad Abbatem,ſed ad eoſdem Participantes pleno iure ſpectare,cùm in eo inſtrumento vocentur Domini,& poſſeſſores ipſius Stagni,ita vt perperam acceperint in emphyteuſim, quod erat ipſorum proprium. 21

Verùm viſum eſt, quòd huic obiecto ſatis abundè reſponſum fuerit in *tribus aliis deciſionibus*, ſcilicèt ſub die 19.Iunij 1637.27. Aprilis 1640. & 10. Iunij proximè præteriti, ſiquidèm dicebant Domini, quòd inſtrumentum anni 1573.non apparet celebratum ad oſtendendum abſolutum dominium Participantium in hoc Stagno,vt ipſi prætendunt,ſed ſolùm ex eo elicitur, quòd cùm Participantes in hoc Stagno de eo tempore ſummoperè ſtuderent denegare directum dominium Eccleſiæ,& ab illo ſe ſubtrahere, allegarunt, quòd ſolutio ducatorum 20.de carolenis erat correſpectiua paſcuis, & lignis,ac faſcinis, quæ pro animalibus,& pro claudẽdo Stagno reſpectiuè percipiebãtur in Caſali Malagrottæ, per cuius ademptionem ipſi Monaſterio factam,ceſſaret quoque iſta correſpectiua reſponſio,ſed dùm non obſtante hac prætenſione; Abbas Regularis, qui prædicta acritèr impugnabat,non ſolùm decurſa conſequutus eſt,ſed Participantes decurrenda etiam ſoluere ſe obligarunt, ſignum eſt, quòd ſolutio prædicta non erat fundata in paſcuis, lignis, & faſcinis, quæ ampliùs ab Abbate præſtari non poterant,ſed in alio, & ſic pro recognitione directi dominij huius Stagni, vt prætendebat Abbas, iuxta text.*in l.cenſualis, C.de donat.*Valaſc.*de iur.* 22

iur. emphyt. quæſt. 9. num. 18. cum aliis allegatis in *præterita*; licèt hoc ius Eccleſiæ in dicto inſtrumento non ita clarè fuerit expreſſum, attamen ſublata poſtea fuit omnis ambiguitas, dùm de anno 1602. d. Cardinalis Baronius acceptando caducitatem huius Stagni, ex quo ab emphyteutis ceſſatum fuerat per nouennium in dicta ſolutione annui canonis, poſtea benigniùs agendo, idem Stagnum ſub annuo canone ſcutorum quindecim iure emphyteutico eiſdem iterum conceſſit, & Io. Baptiſta Catalanus vnus ex inueſtitis tam proprio, quàm aliorum Participantium nomine, directum dominium agnoſcendo expreſsè confeſſus fuit, hoc idem Stagnum ſibi ipſis, & ſuorum authorum filiis legitimis, & naturalibus, ac deſcendentibus maſculis tantùm, & de legitimo matrimonio procreatis durante linea maſculina in perpetuum iure emphyteutico fuiſſe conceſſum, promittens vlteriùs, omnes inueſtitos ab indè citrà, illud ad inſtar rei emphyteuticæ retenturos, ac durantibus lineis prædictis non ſolùm futuros canones, verùm etiam decurſos ſolutores, præuia conceſſione nominis debitoris pro ſumma ſcutorum 135. in hanc cauſam tunc decurſorum: ſub expreſſa lege, quòd ſi aliquis ex dictis Participantibus hoc inſtrumentum ratificare recuſaſſet, aut impugnaſſet, tunc remiſſio prædicta ſic recuſanti, aut impugnanti non prodeſſet, ſed iſtius rata ad eundem Cardinalem directum Dominum deuolueretur, qui eam in gratiam non contrauenientium concedere poſſet. Et hæc eadem recognitio vti nomine omnium Participantium facta, poſtea ab omnibus æqualiter fuit ratificata: Vndè ſtante hac ſerie facti dicebant Domini, quòd inſtrumentum anni 1573. potiùs videbatur fauere ipſi Eccleſiæ, dùm ius ipſius, quatenus non ità clarè expreſſum fuiſſet, poſtea per ſecundum fuit elucidatum, & magis ad ſpeciem deductum, iuxta terminos *deciſ. 776. ſub n. 1. & 4. par. 1. diuerſ.*

23 Prætereà ponderabant Domini, quòd cùm Participantes in inſtrumento Cardinalis Baronij narrauerint, quòd anteà fuerat facta inueſtitura ſibimet ipſis, & eorum authorum filiis, non potuerint intelligere de hoc inſtrumento anni 1573. in quo legitur conceſſum in emphyteuſim, & ideò non poteſt allegari ad eum finem, de quo inſtrumentum nullo modo loquitur.

24 Nec ex eo, quòd in d. inſtrumento anni 1573. Participantes appellentur Domini, & Patroni ipſius Stagni, viſum eſt inferri poſſe, quòd non minus dominium vtile, quàm directum ad illos ſpectaret: Quia vti in *præterita* dicebatur, verba prædicta non viſa ſunt repugnare qualitati emphyteuticæ poſtea recognitæ, & iuratæ de anno 1602. cùm nomen *Domini*, & *Patroni* conueniat etiam Domino vtili, qui habet ius inferius, vt benè explicat Rebuff. *in l. alienatum 67. verſ. duplex eſt, de verb ſignif.*

Et multò minus poteſt fieri fundamentum, quòd in d. inſtrumento anni 1573. ſolutio ſicut. 20. de carolenis non appelletur *canon*, ſed *annuus redditus pro omni, & toto eo, quod Abbatia prætendere poſſet in, & ſuper d. Stagno.* Quia canon, etiam dicitur annuus redditus emphyteuticus, Roder. *de ann. redd. lib. 2. quæſt. 22. num. 3.* ex quo eius ſolutio certa die ſingulis annis redeat, prout tradit Rebuff. *in l. mulieris, §. detinere, verſ. indè, & in l. frugem 77. verſ. inſuper, ff. de verb. ſignif.* Sicuti nec viſum eſt, quòd verba illa *Pro omni, & toto eo*, ſint apta excludere proprietatem, ac directum dominium, ſed potiùs illud includere, vt ſubſequens inſtrumentum poſteà declarauit; iuxta text. *in l. legatorum petitio 34. §. qui plures*, vbi Bald. *num. 1. in fin. de leg. 3.*

25 *Secundò* principaliter adducebatur à Participantibus, quòd partes ipſius Stagni ſic caducatæ per mortem inueſtitorum ſine filiis maſculis ad ipſos ſpectare dicantur per ius accreſcendi, ſeu per ius non decreſcendi. Quia iam hoc obiectum bis fuit ſublatum *in aliis*; cùm hæc regula locum non habeat de linea vnius ex ſimultaneè inueſtitis ad lineam alterius, quando eſt quæſtio, prout in præſenti, de re in emphyteuſim conceſſa per Eccleſiam inferiorem titulo lucratiuo, ſub ſola modici canonis recognitione, niſi ex verbis inueſtituræ aliud eliciatur; vt loquitur text. *in cap. 2. de fratr. de nou. benef. inueſtit. de feud.* vbi Bald. *numer. 1. & 2. in l. ſi mihi, & Titio, ſub numer. 2. & 3.* vbi Alex. *num. 14. verſ. ſed intellige*, Iaſ. *numer. 10. verſ. aut ego*, & reliqui Scribentes, *ff. de verb. obligat.* Alexand. *conſ. 17. numer. 9. lib. 5.* Honded. *conſ. 54. num. 16. & ſeq. lib. 1.* Gabr. *conſ. 87. num. 2. & per tot. lib. 1.* Serephin. *deciſ. 604. num. 10.* cum aliis relatis per Bellon. *de iur. accreſcen. lib. 1. cap. 6. quæſt. 38. caſ. 5. n. 161.*

Et in caſu præſenti viſum eſt, nos verſari in claris; etenim dum in inſtrumento Card. Baronij dicitur, quòd ſi aliquis ex Participantibus in d. Stagno nollet illud ratificare, vel aliàs impugnaret, rata illius ſic recuſanis deuolueretur ad Cardinalem directum Dominum, qui eam in gratiam non contrauenientium concedere poſſet, &c. non poteſt dici, quòd inter Participantes haberet locum ius accreſcendi, quia aliàs malè fuiſſet conuentum, quòd portio non ratificantis, aut impugnantis rediret ad directum Dominum, qui eam per nouam inueſtituram alteri poſſet concedere; vt ad propoſitum Alciat. *conſ. 16. num. 3. lib. 1.* Mant. *de tacit. lib. 22. tit. 24. num. 24. prope fin.* Gratian. *diſcept. 272. num. 23.* nomen enim illud, *rata*, accipi debet pro ea parte, quæ ſe opponit toti, ac ſolido; iuxta Gloſ. *in l. 1. verb. pro rata*, id eſt virili, non in ſolidum, *C. vndè* [*vi*] *lib.* Coſta *de ration. rat. præmiſſ. 1. n. 1. verſ. porrò.* 26

Nec ex eo, quòd in d. inſtrumento 1573. Participantes appellentur *æquipares*, poteſt dici, quòd omnes in ſolidum fuerint inueſtiti. Quia diſtributiua, *æquè*, iuncta verbo, *paribus*, potiùs viſa eſt demonſtrare, ſingulos eorum authores fuiſſe inueſtitos in ſenſu diuiſo pro ſua rata, & portione, non autem in ſolidum; & ſic cum iure, ſaltem habitu, quoad totum: vt per text. *in l. interdùm, in princ. ff. de hæred. inſtit.* vbi notat Bald. *ſub num. 1.* quòd dictio, *æquè*, eſt diſtributiua, & diuiſiua æqualium, non obſtante coniunctione: & Caſtr. *num. 1. & 2.* dicit, quòd operatur, vt coniuncti non habeantur pro vno, ſed pro pluribus, & quilibet cenſeatur per ſe nominatus: & idem repetit *in l. fin. num. 2. C. de impub. & aliis ſubſtit.* & idem firmat Dec. *in conſ. 97. n. 14. lib. 2.* 27

Et quamuis dùm vni ex Participantibus minor pars, aliis verò maior competat, poſſet dici, quòd non ſint pares; animaduerſum fuit, ſatis eſſe, quòd æquiparentur quoad ius reſpectu ratæ partis vnicuique competentis, non autem reſpectu totius, itavt ſicut dictio *æquè*, ſignificat paritatem iuris diſtributiui in ſua parte dumtaxat, & ſic realem diſiunctionem importat, ità quoquè debet excludere applicationem iuris accreſcendi, ſeu non decreſcendi, cùm exigat idem ius in toto quoad habitum, licèt actu ſit diuiſum in plures.

Nec in contrarium faciunt allegati Doctores pro Participatibus; etenim Laderch. *in conſ. 40. numer. 7.* & Rot. *deciſ. 186. num. 7. p. 5. rec.* cum aliis, loquuntur de conceſſionibus factis pluribus in ſolidum, veluti *pro ſe, & quolibet eorum*, qui caſus viſus eſt longè differre à præſenti, vbi nihil tale legitur in conceſſione; ſed ſolùm habetur, quòd Participantes medio iuramẽto, & quilibet eorum in ſolidum aſſeruit, quòd aliàs ſibi

ſibi ipſis,& eorum authorum filiis legitimis, & naturalibus hoc Stagnum emphyteutico iure fuerat conceſſum, itavt aduerbium *inſolidum* non cadat ſuper conceſſione,ſed ſolùm ſuper confeſſione,vt fuit etiam ponderatum in *præterita*.

28 Nec refragatur, quòd verſemur in iure piſcandi, quod eſt indiuiduum,itavt ex natura rei conceſſio dicatur facta in ſolidum,& intrare ius non decreſcendi; Iaſ.poſt alios in *d.l.ſi mihi,& Titio,num.* 5.*verſ.pro iſto, ff.de verb.oblig.* Aym.*conſ.*965.*num.* 3.Bellon.*de iur.accreſcend.cap.*6.*quæſt.*57.*n.*71.*verſ.*3.*&* 72.*& quæſt.*58. *num.*61. Quoniam vltra quòd Doctores prædicti loquuntur de iure piſcandi in feudum conceſſo,quo caſu ex natura feudi infertur,quòd intrat ius accreſcendi;in quibus tamen terminis nos non loquimur. Reſponſum fuit,etiam in iure piſcandi in feudum conceſſo ceſſare ius accreſcendi,ſi tale ius piſcandi, prout in caſu noſtro, conſiſtat in fructu, quia hoc pacto iura huiuſmodi partes recipiunt;Alciat.*in l.ſi mihi,& Titio, num.*2 *ff.de verb.oblig.*& ibi Iaſ.*num.*9.& in his terminis benè diſtinguit Bellon.*in d. tract. de iure accreſcend.c* 6.*quæſt.*37 *num.*49.*ver. quamobrem.*Et pro hoc facit regula,quòd valdè differunt inter ſe vſusfructus, & ipſa commoditas,quæ ex vſufructu percipitur;iuxta tradita per Bald.*in l.*1.*num.*7.*C.qui bon.ced.poſſ.& in cap.quæ in Eccleſiarum,de conſtit.* Couar. *var.lib.*1 *c.*8. *num.*7.Pacif.*de ſalu.inſpect.*3.*cap.*2.*num.*296.Sanchez *ſuper Decalog.lib.*2. *cap.*18.*num* 16. Molin. *de primog. lib.*1. *cap.*19. *num.*23. Et proindè cùm totum ius piſcandi conſiſtat in fructu, vt eſt notorium,&,clarè denotat ipſum verbum, *Participantes*, dicendum eſt nos verſari in re diuidua, vt ipſum vocabulum denotat, argumento ducto ab Etymologia vocabuli,de quo latè Euerar.*in loco ab Etymologia,n.*1.*& ſeqq.*

29 Nec obſtat,quòd ſinguli ex Participantibus voluerint poſſe conueniri pro ſolutione integri canonis: Quia non idcircò conceſſio dicitur facta in ſolidum; nam omiſſo, quòd huiuſmodi clauſula clarè denotat contrariam intentionem, itavt ſtipulatio ſit intelliſienda ſano modo,videlicèt,quòd quiſque durantibus ſingulis lineis, nempè vtili dominio apud ſingulas lineas,canonem ſolueret inſolidum, nè Dominus directus à ſingulis ratam partem cogeretur exigere; non autem quòd conceſſio inſolidum facta cenſeatur: vt poſt Alciat.*in conſ.*7.*num.*11.*lib.*1. ponderat Mant. *de tacit.conuent.lib.*22.*tit.*34.*n.*6.*&* 26. *ante fin.ver.porrò*, & in *aliis deciſionibus* fuit firmatum.

Nec viſum eſt alicuius momenti, quòd ſi per deficientiam alicuius ex lineis inueſtitis, reliquæ ſuperſtites tenentur ſoluere totum canonem, ex hoc reſultet, quòd portio deficientium accreſcat ſoluentibus: cùm non alia ratione ad ſolutionem integri canonis cogi poſſent, niſi quia ſint inſolidum inueſtiti. Quia cùm non agatur de canone ſoluendo in recompenſam fructuum,ſed de canone debito in modica quantitate pro ſola recognitione directi dominij huius Stagni, cuius ſingulæ partes reddunt quotannis pingue emolumentum, non eſt inconueniens, quòd etiam non dato iure accreſcendi inter inueſtitos teneantur ſinguli ad ſolutionem integri canonis, etiam quòd aliquæ partes ad Eccleſiam concedentem redierint. Et ita debent intelligi *Doctores* pro Participantibus allegati.

30 Neque vis vlla fieri poteſt in illis verbis inueſtituræ, ibi, *Durantibus lineis maſculinis prædictis in perpetuum*, quaſi fuerit conuentum, nè Stagnum ad Eccleſiam rediret, priuſquam ſingulæ lineæ defecerint; iuxta opinionem Specul. *tit. de emphyt.* §. *nunc aliqua, num.*89. Etenim Speculator,& omnes,qui ab eo hanc doctrinam mutuati ſunt,loquuntur, quando in emphyteuſi pluribus conceſſa dictum fuit, quòd poſt eorum mortem redire debeat ad Eccleſiam, quaſi ſenſus ſit, quòd donec aliquis ipſorum ſit ſuperſtes,emphyteuſis non redeat. Qui tamen ſenſus non poteſt aliquo pacto adaptari verbis præſentis conceſſionis, quæ ſolùm ſunt apta exprimere progreſſum conceſſionis in filios deſcendentes durante linea maſculina, cùm in ſingulis lineis hoc benè verificari poſſit abſque iure accreſcendi de vna linea ad alteram, vt rectè declarat Gabr.*conſ.*87.*num.*1.*verſ. deindè,& n.*3. *verſ.ſed Hieronymus, lib.*1. Cald.*de iur. emphyt. lib.*3. *cap.*13.*n.*42. *verſ. cuius tamen*, quod etiam declaratur ex illa voce,*ſingulis*,quæ in totum aduerſatur clauſulæ *inſolidum*.

Nec viſum eſt releuare, quòd de tempore confectionis inſtrumenti anni 1573. inter Participantes adeſſet etiam familia de Iubileis,cùm tamen iſtorum linea defecta de anno 1590.eorum portiones non fuerunt deuolutæ ad Eccleſiam, ſed remanſerunt penes ſuperſtites. Quoniam quicquid ſit de illo inſtrumento anni 1573.quod iam ſupra probatum fuit,potiùs comprobare ius Eccleſiæ, adhùc inſpecta noua conceſſione anni 1602. quæ ſola viſa eſt attendenda, ſi non conſtat de præcedenti inueſtitura, ad quam ſe refert, in ea partes agnouerunt,non Iubileis,ſed ſibi ipſis,ac eorum filiis legitimis, & naturalibus, & deſcendentibus maſculis tantùm, & de eorum toro legitimè procreatis, & procreandis durante linea maſculina in perpetuum conceſſum fuiſſe; & ideò cùm hæc inueſtitura Cardinalis Baronij legatur facta in viriles partes, non eſt attendendum quid fuerit enunciatum in inſtrumento anni 1573.quod non ſonat in conceſſionem, & nullum continet gradum comprehenſorum; 31
ſed potiùs attendi debet, quid in hac vltima inueſtitura contineatur;& quibus illa conceſſa fuerit; Afflict. *deciſ.*112.*num.*5. vbi quòd recipiens de nouo ſub nouis pactis, videtur primæ conceſſioni renunciare in manibus inueſtientis, & voluiſſe de nouo hoc modo inueſtiri.Natt.*conſ.*505.*num.*16. Burſat.*conſ.*3.*num.*11. Cyriac. *controu.*112.*num.*7. prout Catalani, & cæteri Participantes, non ex antiqua, ſed ex hac noua conceſſione per publicum inſtrumentum declarauerunt, cuius vigore ius accreſcendi ex ſupradictis penitus excluditur.

Reliqua, quæ denuò ad impugnandum reſolutiones Rotales allegata fuerunt, viſa ſunt adeò fuiſſe in *aliis prioribus deciſionibus* ſublata, vt non ſit opus hac tertia vice illis reſpondere.

Et ità vtraque parte informante Domini permanſerunt in totiès deciſis,&c.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudines Neapolitanæ Ciues adſtringentes,vt de bonis antiquis diſponere non poſſint,niſi de medietate;Clericos non ligat.*

2 *Laicus habens in proximiorem, Clericum, poteſt in Ciuitate Neapolit. liberè de bonis ſuis diſponere?*

*Sed an hoc procedat in præiudicium ſequentis in gradu,n.*3.4.5.6.*&* 9.

7 *Filius naturalis patri ab inteſtato decedenti an ſuccedat.*

8 *Conſuetudines Neapolitanæ ceſſant, patre, & matre in medio exiſtentibus.*

10 *Mulier extera,quæ contrahens matrimonium cum Neapolitano ſe ſubmiſit diſpoſitioni Conſuet*

Conſuetudinis, Si qua moriens, *an teneatur ſeruare legem illius Conſuetudinis, etiam reſpectu bonorum ſibi ab agnatis obuentorum, quæ extra territorium ſita ſunt, & num.* 11. 14. 16. *&* 17.

12 *Ciuis quis dicitur illius loci, vbi domicilium ſuum tranſtulit cum animo ibi perpetuò permanendi, adeò vt in loco originis conueniri non poſſit.*

13 *Mulier forenſis dicitur ciuis, & originaria illius loci, in quo nupſit.*

15 *Conſuetudo Capuanæ, & Nidi, quæ patrem à filij ſucceſſione excludit, an procedat in bonis extra diſtrictum.*

18 *Conſuetudo Neapolitana ciues adſtringens, nè poſſit de bonis antiquis liberè diſponere ceſſat data facultate ab agnatis libere diſponendi.*

ARGVMENTVM.

Conſuetudines Neapolitanæ, quæ reſpectu diſpoſitionis bonorum antiquorum non ligant Ciues, quando in proximos ſucceſſores habent Clericos, idquè ad æqualitatem ſeruandam, nùm procedant, quādo remota perſona Clerici proximioris ſupereſſet laicus ſequens in gradu. Conſuetudo Capuanæ, & Nidi, quæ patrem à filij ſucceſſione excludit in bonis intra diſtrictum, an ſic pariter in bonis extrà? Mulier extera Neapolitano nupta adſtricta ex pacto ſeruare Conſuetudines Neapolitanas, an in præiudicium filiorum poſſit liberè diſponere de bonis ſibi ab agnato obuentis extra territorium ſitis. Conſuetudo Neapolitana prohibens, nè Ciuis de bonis ſibi obuentis ab agnatis, & cognatis poſſit diſponere vltra medietatem, an ceſſet, quando agnatus teſtando, vel donando dedit poteſtatem liberè diſponendi; & de aliis.

CAPVT. LVI.

1 CONSVETVDINES Neapolitanas Ciues adſtringentes, vt de bonis antiquis diſponere non poſſint, niſi de medietate, Clericos non ligare, ex receptiſſima Noſtratum ſententia probauimus *lib.* 1. *cap.* 55. *à num.* 18. *ad finem*, vbi etiam ad æqualitatem ſeruandam idem communiter receptum affirmauimus, quando laicus in proximū ſucceſſorem haberet Clericum, vt ille in præiudicium Clerici poſ- 2
ſit liberè de bonis ſuis diſponere; & hoc, ſiuè Clericus, vel quælibet perſona Eccleſiaſtica eſſet de deſcendentibus diſponentis, ſiuè de collateralibus; contra *Molfeſ.* malè in hac re diſtinguentem.

Nunc ponitur in controuerſiam, an reſpectu libe- 3
ræ diſpoſitionis laici procedat concluſio hæc, nimirùm, vt habens quis in proximiorem, Clericum, poſſit liberè diſponere in præiudicium ſequentis in gradu? ponitur exemplum; Ciuis laicus in primo gradu habet filium, vel fratrem Clericum, & in ſequenti ſobrinum laicum, cùm certum ſit, quòd in præiudicium filij, vel fratris Clerici poſſit liberè diſponere, nùm pariter liberè diſponere valeat in præiudicium ſobrini, qui in gradu ſequitur, vel reſpectu huius, legem Conſuetudinis ſeruare teneatur.

Horatius Montanus *in ſuo libro controuerſ. cap.* 11. 4
intra num. 2. *verſ. eſt tamen aduertendum*, exiſtimauit, id Ciui laico non licere; & vbi liberè in extraneum diſponeret, quamuis proximior agnatus, qui eſt Clericus, factam diſpoſitionem impugnare non poſſit, competere tamen ſequenti in gradu actionem ad diſpoſitionem illam infringendam. Rationem aſſignat, nam cùm proximior remoueatur vti ſub hoc iure municipali non comprehenſus, ex quo eſt perſona Eccleſiaſtica, ſequitur, vt ſubintret omninò agnatus, ſiuè cognatus, qui in gradu ſequitur: huiuſquè ſententiæ laudat in Authorem Napod. *in conſuet. Si quis, vel ſi qua, in verb. proximiores, n.* 262.

At Ego de his conſultus, ab omni dubio procul 5
contrarium reſpondi, dixique *Montanum* noſtrum ſatis in hoc erraſſe, & *Napodanum*, quem allegat erroneitatem hanc nunquam ſcripſiſſe; etenim *Napod.* in terminis *Conſuet. Si quis, vel ſi qua*, per quam diſpoſitum eſt, vt decedente ciue ab inteſtato ſine liberis, in bonis omnibus ſuccedant proximiores ex parte patris, in maternis verò proximiores ex parte matris; quærit *num.* 249. quod ſi iſti proximiores ſint Monachi Eccleſiæ proprium habentis, an hi ſuccedant? & per plura, quæ diſſeruit, affirmatiuè concludit. Quærit demùm *num.* 259. quid ſi iſti Monachi proximiores ſecundùm Regulam proprium habere non poſſint, an ad ſucceſſionem admittantur? & poſt multa hinc indè conſiderata, tandèm *numer.* 262. (quem locum allegat *Montan.*) dicit, quòd vbi in præmiſſis caſibus non quæritur Ordini, ſeù Eccleſiæ (ſic legitur in *Codicibus antiquis*; in *nouis* verò, *non relinquitur*, ſed falſo:) tunc acquiritur ſequentibus proximioribus agnatis; Bone Deus! vbi dixit *Napod.* id, ad quod per *Montan.* allegatur? ſatis enim clarè loquutus fuit in caſu, quo agnati proximiores ſuccedere non poſſent, ex quo in aliqua Religione bonorum incapace profeſſi ſunt, quòd tunc acquiratur ſequentibus in gradu, idque ſiuè ab inteſtato, ſiuè ex teſtamento deferatur ſucceſſio; de vtroque enim caſu loquitur *Napod.* nam ſi moritur quis ab inteſtato cum bonis antiquis, ſuperſtite Monacho incapace, & eo caſu ob incapacitatem proximioris admittitur ſequens in gradu, & ex teſtamento ſi Monachi incapaces proximiores agnati inſtituerentur, quia ſunt incapaces, fit locus ſequentibus in gradu.

Ex his cùm conſtet apertiſſimè, *Napod.* non dixiſ- 6
ſe id, ad quod allegatur, nec dicere potuiſſe, deuenio ad rationem conſideratam per *Montan.* dùm aſſeruit quòd cùm proximior remoueatur vti non comprehenſus ſub hoc iure municipali, ſcilicèt quia eſt perſona Eccleſiaſtica, ſubintrat in locum eius ſequens agnatus, vel cognatus; hæc ratio non conuincit, immò eſt

eſt prorſus impertinens , ſi attentè conſideramus diſ-
poſitionem *Conſuetudinum* , de teſtata ſucceſſione lo-
quentium ; per illas enim diſpoſitum eſt , vt Ciuis de
bonis antiquis non poſſit diſponere,niſi de medieta-
te , & quòd reliqua medietas perueniat ad proximio-
res,ſic legitur in *Conſuetud. Et ſi teſtator :* & in altera
præcedenti, *Si aliquis moriens*, ſancitur, quòd habens
liberos cogatur medietatem illis relinquere , ſicquè
Conſuetudines iſtæ adſtringunt Ciuem , vt ſi filios ha-
bet, teneatur illis medietatem relinquere; ſi autem fi-
lios non habet, proximioribus:Fac modò,vt quis ha-
beat filium, ſed Clericum, ſi in eo ceſſat *Conſuetudo*,
quis ſanæ mentis tueri poſſet,vt remota perſona Cle-
rici ſubintret ſequens in gradu ? *Conſuetudo* arctat
patrem,vt diſponat de medietate inter liberos,ſi mo-
dò habeat liberos , quibus non cogitur relinquere,
iuxta diſpoſita in *Conſuetudine* , ergò *Conſuetudo*, illa
ceſſat prorſus,ac ſi non extaret. Idémque ſi quis non
haberet filios,ſed alium agnatum proximiorem, cùm
Conſuetudo cogat diſponentem, vt medietatem relin-
quat proximiori,ſi hic proximior eſt Clericus,cui ali-
quid relinquere non tenetur , ergò ceſſat *Conſuetudo*,
& ſucceſſiuè poteſt liberè diſponere.

Idem ſi legimus *Conſuetud.Si qua moriens*,quæ man-
dat, vt mulier filios habens non poſſit niſi de decima
tantùm bonorum antiquorum diſponere, & quòd in
nouem partibus habeat os clauſum;Fac,vt habeat fi-
lium Clericum, cum quo *Conſuetudinem* ſeruare non
tenetur, nonnè ſequitur oris aperitio, vt poſſit liberè
diſponere ? hanc enim libertatem operatur exiſtentia
perſonæ Eccleſiaſticæ,quæ cùm ipſa liberam habeat
bonorum ſuorum diſpoſitionem, ad æqualitatem ſer-
uandam eſt in cauſa , vt laicus,qui in proximum ſuc-
ceſſorem habet Clericum , poſſit ſimilitèr liberè diſ-
ponere, quia aliàs exiſtentia Clerici proximioris nul-
lum commodum Ciui diſponenti afferret.

7 Nec eſt nouum tam de iure communi , quam con-
ſuetudinario,vt exiſtentia vnius,qui non ſuccedit,pa-
riat impedimentum aliis , qui ad ſuccedendum aliàs
admitterentur;etenim de iure communi eſt text. *in l.
licèt,C. de naturalib. liber.* vbi filius naturalis patri ab
inteſtato decedenti in duabus vnciis ſuccedit; hoc ta-
men ſi vxor in medio non extaret ; quia ea exiſtente,
in nihilo ſuccedit , & tamen vxor illa nihil capit : id
quod notat *ibi* Gloſ.*in verb.coniux legitima*, & ad rem,
de qua agimus,obſeruauit Dom. Præſ. de Franch. *de-
ciſ.*91.*num.*18.vbi & in *dec ſequ.*hoc exemplificat de
8 iure noſtro Conſuetudinario,quo attento quando mo-
ritur filius, patre , vel matre in medio exiſtentibus,
quia illorum exiſtentia facit ceſſare diſpoſitionem
Conſuetudinis , poterit de bonis antiquis , relicto pa-
renti debito bonorum ſubſidio , liberè in extraneos
diſponere , nec alitèr agnati , ſiuè cognati conqueri
poſſent,ſicquè illorum bonorum medietatem præten-
dere,dummodò non adſint in medio fratres, qui cum
communi patre ad inteſtatam fratris ſucceſſionem
admittuntur , vt per eundem Dom. Præſid. *deciſion.*
486.& ſatis clarè explicaui *lib.*1.*cap.*142.

Etenim his attentis , ſi vera eſſet noſtri *Montani*
ſententia,vt non obſtante exiſtentia Clerici proximio-
ris,cogatur Ciuis ſequentibus in gradu medietatem
bonorum antiquorum relinquere,ſequeretur,vt quan-
do pater eſt in medio,relicto illi debito bonorum ſub-
ſidio , non poſſet filius de bonis maternis, niſi de me-
dietate diſponere , quod falſum eſt omninò; cùm, vt
omnibus notum eſt , liberam habeat diſpoſitionem :
& hoc credo,quod in terminis terminantibus decide-
9 re voluit idem Dom.Præſ.*deciſ.*411. vbi *n.*5. firmans
concluſionem,vt frater Clericus non poſſit infringere
diſpoſitionem fratris laici, qui eo præterito alios fra-
tres laicos inſtituit hæredes : demùm *num.ſeq verſ. &
ſic eſt deciſus alius caſus*, firmat,idem eſſe,quando non
exiſtentibus fratribus laicis,ſed tantùm ipſo Clerico,
extraneus eſſet inſtitutus.

Contingit etiam in hac cauſa dubitari ; nam cùm 10
perſona, quæ de bonis ſibi ab agnato obuentis diſpo-
ſuerat,erat fœmina filios habens, ſed extera;adſtricta
tamen ex pacto ſeruare *Conſuetudinem* huius Ciuita-
tis, *Si qua moriens*; an reſpectu bonorum extra territo-
rium exiſtentium potuiſſet liberè diſponere? Qui diſ-
poſitionis nullitatem tuebatur, dicebat, quòd quam-
uis receptiſſimum ſit , *Conſuetudines Neapolitanas* de
bonorum diſpoſitione in morte loquentes, non com-
prehendere bona extra territorium;attamen quòd hoc
axioma procedit, quando qui diſponit eſt Neapolita-
nus;ſecus autem ſi forenſis, qui *Conſuetudinibus* huius
Ciuitatis pacto ſe ſubmiſit, ſicque dicebatur, mulie-
rem exteram , quæ contrahendo matrimonium *Nea-
politanæ Conſuetudini , Si qua moriens*, ſe ſubiecit, non
poſſe in morte de bonis ſuis , tam intra , quàm extra
territorium ſita , niſi de decima diſponere : & ad hoc
allegabantur Phanut.*de lucr. dot. gloſ.*9.*n.*35. & Con-
ſiliarius de Anna.*conſ.*92.*n.*57.*lib.*2.

Dixi Ego,diſpoſitionis validitatem defendens, op- 11
poſitionem hanc ad caſum,de quo agebatur,non per-
tinere ; non enim hæc mulier forenſis forenſi nupta
erat,& in loco extero,ſed in hac Ciuitate; virúmque
duxerat Conſiliarium Regium,qui licèt natione Hiſ-
panus,effectus tamen fuit Ciuis Neapolitanus ex do-
micilio , quod in hac Ciuitate contraxerat,ſicquè ve-
rè,& propriè Neapolitanus dicebatur, prout ex Goſ-
fredo de Caieta in puncto docet Rouit. *in prag.*1.*n.*9.
de immunit.Neapolit. vbi dicit, quòd quotiès quis do- 12
micilium ſuum in aliquem locum transfert,cum ani-
mo ibi perpetuò permanendi, abſque aliquo priuile-
gio efficitur verè Ciuis illius loci,ac ſi ibi natus eſſet :
idquè adeò verum addit ex Bart. & aliis relatis per
Afflict.*deciſ.*384.*num.*6.vt in loco originis non poſſit
ampliùs conueniri , niſi ibi reperiatur : Præſuppoſita
hac ciuilitate , de qua dubitari non poteſt, dicebam
Ego,quòd quando mulier forenſis ducit virum Nea- 13
politanum,quamuis non ſe ſubmittat *Conſuetudinibus
Neapolitanis* , adeò efficitur de domo viri, & eius fo-
rum ſortitur , vt propriè dicatur Ciuis , & originaria
huius Ciuitatis, in qua nupſit ; ſicquè ligatur *Conſue-
tudinibus* eo modo,& vinculo , quibus ligatur mulier
in hac Ciuitate nata. Probant concluſionem hanc iu-
ra,& Doctores,quos,& quæ citant Antoni.Theſaur.
*deciſ.*123.Petr.Cabal.*conſ.*125.*n.*4. *lib.*2. Reg. Rouit.
*deciſ.*75. Reg. Galeot. *controuerſ. iur.lib.*1.*contr.*13.&
alij penès me *lib.*1.*cap.*22.vbi *num.*7.dixi,matrimonij
potentiam tantam eſſe, vt vxor propriam amittat ori-
ginem,illamquè viri ſortiatur:ſi igitur in caſu,de quo
agebatur mulier ſic nupta ex matrimonio in hac Ci- 14
uitate contracto,non poterat denominari niſi Neapo-
litana , accedente etiam continua habitatione anno-
rum ſupra quadraginta,quo pacto poterat illa appel-
lari forenſis, ad finem , vt dum ſe ſubmiſerat *Conſue-
tudini Neapolitanæ*,non potuiſſet diſponere,nec etiam
de bonis extra territorium ſitis , de quibus ſine con-
trouerſia diſponunt omnes mulieres in hac Ciuitate
natæ ?

Illud autem, quod ex *Phanut.*dixit Conſiliarius de 15
Anna in *relato conſ.*92.*num.*57.ad caſum,de quo age-
batur , non applicatur : etenim diſputatio *Annæ* in eo
verſatur nimirùm,an Conſuetudo Capuanæ,& Nidi,
quæ patrem à filij ſucceſſione excludit,ſicut ſine du-
bio procedit in bonis intra diſtrictum , ſic paritèr &
in bonis extra?& affirmatiuè concludit contra Con-
ſiliarium de Georgio *alleg.* 23. in eadem cauſa ſcri-
bentem : quorum quidèm ſententias Ego aliàs de his
agens ſic fore conciliandas exiſtimaui , vt procedat
opinio

opinio *Conſiliarij de Georgio*, quotiès in capitulis matrimonialibus eſſet ſimplicitèr conuentum, vt matrimonium contractum intelligatur ſecundùm vſum Capuanæ, & Nidi, hoc enim caſu nuſquam mihi perſuadere potui, quid maius operari poſſit Conſuetudo non ſcripta, quam aliæ in ſcriptis redactæ, quas, certum eſt, non habere locum in bonis extra diſtrictum: procedere autem *Fabij de Anna* ſententiá, vbi contrahentes ſponſi matrimonium iuxta vſum Nobilium Capuanæ, & Nidi expreſsè inter eos eſſet conuentum, vt non poſſint ſuccedere filiis, ſic illorum futuris inteſtatis ſucceſſionibus renunciantes; hoc enim pactum vltra Conſuetudinem Capuanæ, & Nidi operatur, vt parentes filiis demùm natis, & defunctis ab inteſtato, ſuccedere non poſſint, tam in bonis intra, quam extra diſtrictum; quia conſtat, iam voluiſſe illos à totali ſucceſſione pacto ſe excludere.

16 Hæc ratiocinatio ad caſum, de quo agebatur, non pertinet, dum in eo tantùm quærebatur, an mulier forenſis, Ciui, ſiuè perpetuo habitatori Neapolitano nupta, eo inito pacto, vt in morte non poſſit diſponere, niſi iuxta vſum ſiuè *Conſuetudinem Neapolitanam* in ſcriptis redactam, dum bona poſſidet antiqua, tam intra, quam extra diſtrictum, poſſit teſtamentum condens, arbitrio non refrænato de bonis extra diſtrictum diſponere? & cum ex *ſuprà iam dictis* conſtet enixè, per matrimonium ſic *vt ſuprà* contractum, effectam fuiſſe Neapolitanam, nec ampliùs denominari poſſe forenſem, ſequitur certè dicendum, vt quemadmodùm mulier in hac Ciuitate nata filios habens, bonáque poſſidens extra diſtrictum (non loquor dè dote) poſsit de illis liberè diſponere, Conſuetudine, *Si qua moriens*, qua ligatur, non obſtante; ſic paritèr & quælibet forenſis Ciui Neapolitano cum eodem vinculo nupta.

17 Plus ipſe in facto dicebam, eſto millies, quòd mulier illa verè, & propriè forenſis diceretur, forenſi nupta, & in loco extero; quòd adhuc res in tuto erat: cùm *Conſuetudini, Si qua moriens*, ſe ſubmiſerat quoad diſpoſitionem dotium tantùm, & bona, de quibus agebatur, erant ab agnato obuenta, cùmque *Conſuetudo hæc* duo bonorum genera comprehendat, nimirùm dotem mulieris, & bona obuenta ab agnatis, & cognatis; ſi dicamus, forenſem ſe ſubmittere voluiſſe *Conſuetudini* quoad dotem, ergò quoad diſpoſitionem bonorum ab agnatis obuentorum libera eſſe voluit: nam ſi voluiſſet ſuum refrænare arbitrium, tam reſpectu dotium, quam bonorum ab agnatis obuentorum, vel obueniendorum, dixiſſet ſimplicitèr, vt quoad diſpoſitionem in morte ſe ſubmittebat *Conſuetudini Neapolitanæ* in ſcriptis redactæ; & hoc modo vtrumque bonorum genus complectebatur: non dixit, nec ſe reſtrinxit niſi ad dotem; ergò quoad aliorum bonorum diſpoſitionem libera remanſit.

18 Hæc conſiderabam in vna facti contingentia, in qua ex alio ceſſabat omnis dubietas: nam cum tractaretur de annullanda diſpoſitione facta de bonis obuentis ab agnato, hic Sacerdos exiſtens, & in Theatinorum Congregatione profeſſus, ſanctéque viuens, publico mediante inſtrumento, cum iuramento declarauerat, bona, de quibus agebatur ita donaſſe, vt perſona, cui donauerat, potuiſſet de bonis donatis, tam in vita, quam in morte liberè diſponere, & prout illi pro voluntatis arbitrio meliùs videretur: ſicque ſubintrare dicebam communem, ac receptiſſimam Noſtratum concluſionem, nimirùm vt *dictarum Conſuetudinum* diſpoſitio ceſſet prorſus, quotiès ita ab agnato donatur, vt poſſit donatarius de re donata liberè diſponere; ita Anton. Capycius in *ſua inueſtit. feud. in verb. feudorum diuiſio, in 4. limit. circa finem, verſ. quartò noto, fol. 164. col. 1* Præſ de Franch. *dec. 4. num. 18.* Scipio Bucinus *in Conſuet. Si aliquis moriens, in addit.* quæ incipit, *Quòd ſi quis, fol. 162.* & in *d. Conſuet. Si qua moriens, in addition.* quæ incipit, *ſtatutum, fol. 196.* Scipio Sanctinus in *eadem Conſuet. eod. fol. 196. in addit. incip. Pater,* Liparul. in *addition. ad Andr. in cap. 1. in tit de eo, qui finem fecit agnat. de feud. patern. in verb. nouo feudo, in fine, verſ. & hoc nota ad Conſuet. Neapolitan.* Naucler. *in Conſuetudin. Si aliquis moriens,* & in *Conſuet. Si qua moriens,* Conſiliar. de Bottis *in d. Conſuet. Si qua moriens, in addit. incip. ſi mulier, fol. 196.* Viuius *comm. opinion. lib. 2. opin. 790. n. 5.* Molfeſ. *ad Conſuetud. Neapol. par. 3. q. 3. per totam, & conſ. 2. n. 35. & 36.* Thor. congerit aliam deciſionem *par. 1. sect. 2. in verb. mulier an poſſit.*

Hæc occurrunt.

SVMMARIVM.

1 *Neapolitanus in vltimis conſtitutus non poteſt de bonis antiquis diſponere, niſi de medietate.*

2 *Agnatus in Ciuitate Neapol. an poſsit immiſſionem petere ſuper medietate bonorum antiquorum, extraneo vniuerſali inſtituto hærede.*

3 *Agnatus dicitur ab inteſtato hæres medietatis bonorum antiquorum, contra* Molfeſ. *num 5.*

4 *Remedium* l. fin. C. de edict. Diui Hadriani tollen. *an competat hæredibus ab inteſtato venientibus.*

6 *Filius in Legitima hæreditario titulo ſuccedit, & tamen pro illa portione ad onera per patrem in teſtamento ordinata non tenetur.*

7 *Poſſeſſio medietatis bonorum antiquorum non poteſt ab agnato propria authoritate capi pendente lite ſuper illorum conſequutione.*

ARGVMENTVM.

Conſuetudine Neapolitana attenta, quà proximiores, defuncto agnato, in medietate bonorum antiquorum ſuccedunt, num proximiores illi ſuper illo bonorum genere poſſint petere immiſſionem virtute *l. fin. C. de edict. Diui Hadr. tollen.* extraneo exiſtente hærede in teſtamento ſcripto, immiſſionem ſimilitèr petente ſuper omnibus bonis vigore teſtamenti. Remedium *l. fin. C. de edict. &c.* an exerceri poſſit per hæredes venientes ab inteſtato.

CAPVT. LVII.

1 CONSVETVDINE Neapolitana in ſcriptis redacta, quæ incipit, *Et ſi teſtator*, diximus *lib.1. cap.70.* cautum eſſe, non poſſe Neapolitanum in vltimis conſtitutum de bonis antiquis vltra medietatem diſponere, cùm reliqua medietas ad illos ſpectet proximiores, è quorum linea bona illa obuenerunt: ità vt ſi extraneum ſimpliciter hæredem inſtitueret, nulla de agnato mentione facta, diſpoſitio quamuis vniuerſalis non niſi quoad medietatem facta intelligitur; ſic enim Noſtrates vno ore fatentur.

2 Sed an eo caſu poſſet agnatus ſuper medietate dictorum bonorum immiſſionem petere? non inutilis eſt indagatio; cui breuiter, & reſolutiuè reſpondendo, Dico, quòd ſi vera eſt *Napodani* Theorica (quam à Noſtris omnibus, excepto *Molfeſio*, receptam inueni) *in d. Conſuetudine, Et ſi teſtator, in verb. perueniat*, & *alibi*, à qua poſt multas oppoſitiones recedere non potuit Scipio Bucin. *ibidem in Addition. incip. An talem medietatem*, & ante eum Capyc. *in addit. ad Napod. in conſuet. Si moriatur, §. ea autem, in addit. incip. Ad Napod. fol. mihi 91.* Minad. *in Conſt. In aliquibus, in 4. notab. num.15.* D. de Franch. *deciſ.89. numer.1. & ſeq. deciſion.525. numer.8. deciſ.536. numer.1. ac alibi*, & D. Reg. de Ponte *conſ.52. numer.21.22. & 23. libro primo*, dùm voluerunt, agnatum ab inteſtato dici hæredem medietatis
3 bonorum antiquorum, illámque non niſi hæreditario iure præcapere; dico Ego, illud oriri conſequens, poſſe agnatum ipſum ſuper medietate dictorum bonorum immiſſionem petere.

Etenim quamuis immiſſionis directum remedium concedatur virtute *l. fin. C. de edict. Diui Hadr. tollen.* quæ de ſcriptis hæredibus tantùm loquitur; non pro-
4 pterea hoc idem remedium, vtile tamen, hæredi ab inteſtato non competit: ab omnibus enim receptum eſt, poſſe ab inteſtato hæredem, Iudicis implorando officium, petere immiſſionem ſuper bonis in defuncti hæreditate remanſis; ſic poſt Gloſ. Sal. Socin. & antiquos omnes ex Recentioribus firmarunt Peregrin. *de fideicomm. art.48. numer.2.* Menoch. *remed.4. adipiſcend. numer.85.* Mart. *par.4. in ſumm. ſucceſſ. quæſtion.16. art.1. numer.55. & 56.* Argel. *de acquir. poſſeſſ. quæſt.4. art.1.* qui omnes vnanimi conſenſu dixerunt, quoad effectum nullam poſſe conſtitui differentiam inter hæredes ſcriptos in poſſeſſionem mittendos, & hæredes ſuccedentes ab inteſtato, ſimiliter in poſſeſſionem mittendos, quia vtrique per Iudicis officium nobile in poſſeſſionem mittuntur, illi per remedium directum *l. fin.* iſti per remedium vtile. Idque locum habere dixerunt, non modò in ſuis, ſed etiam in quolibet legitimo hærede ab inteſtato ſuccedente; vt per Roland. à Valle *conſ.1. num.61.* & Pariſ. *conſ.22.n.67.* quos citat, & ſequitur Argel. *loco citato num.54.& 55.*

5 Non obſtant ponderata per Molfeſ. *p.4. de ſucceſſ. ab inteſt. quæſt.61.* vbi fundare nixus fuit, bonorum antiquorum medietatem ad proximiores agnatos, vel cognatos, non iure hæreditario, ſed ex prouidentia *Conſuetudinis* ſpectare, qua nimirùm attenta ſententia, certè locus eſſe non poſſet immiſſionis remedio. Etenim dicere fas eſt, loquutum fuiſſe *Molfeſ.* contra omnium Noſtrorum placita, illaſquè rationes, quas pro fundanda ſua intentione ponderat, verè non contemnendas conſiderauerat priùs Scipio Bucinus *ſuprà* relatus; & tandem concludit, durum eſſe contra ſtimulum calcitrare: & ſic tenere contra *Napod.*

Etenim principalis ratio, quæ ex aduerſo ponderatur, nimirùm, quòd ſi verum eſſet, deberi medietatem bonorum antiquorum iure hæreditario, illud orietur conſequens, quòd tenerentur proximiores, qui ſuccedunt, onera ſubire defuncti, illiúſque adimplere voluntatem in teſtamento declaratam; & tamen certum eſt, ad id nullatenus teneri agnatum. Reſpondeo enim neceſſariam non eſſe conſequentiam, *ſuccedit quis titulo hæreditario, ergo tenetur habere ratum factum defuncti*: videmus enim filium in Legitima hæreditario titulo ſuccedere; §. 6
aliud quoque capitulum, auth. vt cùm de appell. cognoſc. & tamen pro illa portione ad onera per patrem in teſtamento ordinata non tenetur; ad text. *in l. quoniam nouella, in l. quoniam in prioribus, & in l. omnimodò, C. de inofficioſ. teſtam.* ſicque in puncto dixit Minad. *loco citato*; nec contradicit Anna *ſing.19.* vbi per S. C. deciſum refert, fuiſſe reuocatam poſſeſſionem 7
propria authoritate captam ab agnato medietatis bonorum antiquorum; nam in illo caſu poſſeſſio capta fuit lite pendente, & ſic poſtquam hic agnatus ſupplicationem porrexerat ſuper conſequutione medietatis bonorum antiquorum.

Hæc breuiter occurrunt.

SVMMARIVM.

1 *Creditor an poſt ſententiam in iudicio reali obtentam poſſit illius exequutionem deſerere, & pro crediti conſequutione ad alia debitoris bona recurrere, & num.2. 3.4.5.7.14.& 15. vbi deciſiones Sacri Conſilij.*

6 *Creditor an poſtquàm nactus eſt tenutam bonorum debitoris, poſſit inſtare pro illius carceratione.*

8 *Creditorum arbitrium oſtenditur in quibus caſibus ſit refrænandum, & in quibus non; num.9.10.11.12.& 13.*

ARGVMENTVM.

Creditor anterior poſtquàm obtinuerit in iudicio reali ſuper bonis debitoris à Tertio poſſeſſis, num poſſit ſententiæ exequutionem deſerere, & pro ſui crediti conſequutione in præiudicium creditorum poſteriorum ad alia debitoris bona recurrere. Caſus omnes enumerantur, in quibus creditoris arbitrium eſt refrænandum: & de aliis ad materiam pertinentibus, vbi deciſiones Sacri Conſilij.

CAPVT

CAPVT LVIII.

1 CREDITOR anterior agens iudicio reali ſuper bonis ſui debitoris à Tertio poſſeſſis, ſi ſententiam pro ſe obtinuerit, dubitatur, nùm poſſit illius exequutionem deſerere, & pro ſui crediti conſequutione in præiudicium creditoris poſterioris ad alia debitoris bona recurrere?

Contigit ſuperioribus diebus de his in S. C. dubitari in conſurſu creditorum Ill. Principiſſæ Scillæ ſuper liberatione depoſiti obuenti ex venditione Terræ Flumariæ de Muro; inter quos cùm concurreret Baro Franciſcus Antonius. de Laurentiis nobilis Sueſſanus, fuit à creditoribus poſterioribus oppoſitum, liberationem omninò fore ei denegandam; idque duobus potiſſimùm perpenſis.

2 Primò, quòd cùm Baro pro ſui crediti conſequutione greſſus ſuos direxerat contra Ducem Cruſiæ poſſeſſorem Terræ Petræpaulæ ſibi obligatæ, ità vt ſententiam in actione reali obtinuerat, non poterat demùm illius ſententiæ exequutionem deſerendo, in præiudicium tot creditorum, quamuis poſteriorum, ſuper aliis bonis communis debitoris recurrere: ad tradita per Bart. *in l. cum, qui certarum*, §. 1. *num. 4. ff. de verb. obligat.* quem ſequitur Capyc. *in vulgatiſſimis deciſionibus* 33. & 46. in quibus per S.C. deciſum fuiſſe teſtatur, variationem non eſſe admittendam.

3 Secundò, quòd dùm Baro habebat ſententiam pro ſe, & in actione reali, ſicque inſtitutum iudicium proſequi volens, poterat commodè ſuum conſequi, veniebat omninò eius arbitrium refrænandum, nec aliter permitti, vt recurſum haberet ſuper pretio ex aliis bonis communis debitricis redacto, in quo cæteri concurrebant creditores; ſic enim æquitas ſuadebat: nec eſt nouum in iure, vt creditoris arbitrium refrænetur.

4 Cæterùm his non obſtantibus, Dominus Fabritius Bonitus, Dominus Eraſmus de Ponte, Aduocati primarij, moribus, ac natalibus præclariſſimi, & Ego, qui Baronis iura tuebamur, inſiſtendo reclamationi interpoſitæ aduerſus decretum S.C. latum ſub die 23. Octobris 1625. per quod variationis beneficio fuerat ille priuatus, eiuſque arbitrium refrænatum: ad vtraque obiecta breuiter, ac facili quidem modo reſponſum dedimus.

5 Ad primum diximus, ceſſare prorſus in caſu, de quo agebamus, veterem illam quæſtionem circa variationem permittendam, vel denegandam creditori, qui ſemel elegit ſuper vna re debitoris iura ſua conſequi: nam cùm Baro ſpeciali pacto ſibi proſpexerat, vt ei variare liceret toties, quoties ſibi placeret, etiam ſi ad bonorum exequutionem, & venditionem eſſet deuentum; fruſtrà quærebamus, an in variatione, qua ad præſens vtebatur, iuris haberet reſiſtentiam: Etenim opportuna fuiſſet indagatio, quando hoc pactum in medium non ſe obtuliſſet, eòque caſu dicebamus, forſan meliora iura Baronem fouere: nam quamuis Bart. *in d. l. cum, qui certarum*, §. 1. cui adhæſit Sacrum Conſilium in *deciſionibus* per Capyc. *relatis*, in ea fuerit ſententia, creditori non licere variare, dùm ſemel elegit ſuper vna re obligata de iuribus ſuis experiri; attamen *D. Præſ. de Franch.* cui ſatis credendum eſt, teſtatur, Communem eſſe in contrarium, ipſúmque indiſtinctè vidiſſe variationem admiſſam, per rationem relatam *deciſ. ſua* 53. idemquè Reg. Reuert. *deciſ.* 173. vbi refert, per Regiam Cameram fuiſſe contra opinionem *Bart.* deciſum, variationemque admiſſam, etiam poſt ſententiam, & eius pluries petitam exequutionem: & idem Bart. *in l. conſentaneum, in fine,* 6 *C. quomod. & quand. Iudex.* in caſu forſan maioris ponderis dixit, quòd licèt creditor debitoris bonorum tenutam nactus ſit, non tamen ad illam adſtringitur, quo minus ad eiuſdem debitoris capturam procedere poſſit: ſequitur Bal. *In l. ignorare, in fine, C. de reſtit. milit.* & *in l. 1. §. fin. ff. ſi quis ius dicen. non obtemp.* Ang. *in l. ſi vacantia, C. de bonis vacan. lib. 10.* Dec. *conſ.* 12. & 562. Natta *conſ.* 496. *num* 18. *lib.* 3. vbi *num. ſeq.* addit, quòd ſi creditor bona ſequeſtrata habet, non per hoc debitum petere prohibetur, quia per ſequeſtrum non dicitur ſibi ſatisfactum; allegat Bal. *in l. qui legati, C. vt in poſſeſſ. legat.*

7 Dicebamus inſuper, ex alio, in caſu propoſito ceſſare quæſtionem, an liceat creditori variare, poſtquàm ſemel ſuper vna re ſibi obligata obtinuit. Etenim Doctores, qui Negatiuam amplexi fuerunt ſententiam, loquuti ſunt in terminis, quando creditor eandem actionem hypothecariam inſtitutam ſuper vna re, vellet ſuper alia intentare, vel vti poſſeſſa à principali debitore, vel à tertio poſſeſſore: dicebatur enim, quòd dùm commodè poteſt creditor ſuum conſequi ſuper re, quam elegit, & ſuper qua iam obtinuit, non debet eandem exercendo actionem recurrere ad aliam, quamuis ſibi obligatam, ad finem vt ſeruatis ſeruandis poſſit illam vendi facere; conſideratur enim in hoc caſu ſaltem maxima ipſius creditoris iniquitas, ſic moleſtans, vel ipſum debitorem, vel tertium illius rei poſſeſſorem: in his enim terminis loquuntur Capyc. *in deciſionibus allegatis*, & Doctores huius opinionis ſectatores. In caſu autem, de quo agebatur, ceſſabat vtrumque; *primum*, quia Baro ſuper Terra Petræpaulæ non ſolùm non poterat commodè ſuum conſequi, ſed cum maxima difficultate, & magno ſumptu, provt in facto demonſtrabatur: ceſſabat & *alterum*, cùm Baro deſiſtens à iudicio aſſiſtentiæ inſtituto ſuper Terra prædicta, non recurrebat ad aliam, cùm eadem actione ſic moleſtans Principiſſam debitricem, vel alium rei poſſeſſorem, qui à Principiſſa debitrice cauſam haberet, ſed quod agebat, eſt, nam cùm diſtractum erat corpus ſibi obligatum, quod eſt Terra Flumariæ, & per illius emptorem erat factum depoſitum pretij, concurrebat pro liberatione ſuper illo, quod erat in poſſe Iudicis, cuius partes erant, depoſitam pecuniam liberare creditori anteriori, provt iuris eſt, ſic illius indemnitati prouidendo; ac etiam ſecuritati emptoris depoſitantis, cuius maximè intererat, iuxta legem, quam in eius oblatione appoſuerat, vt pecunia ſua liberaretur crediteri anteriori, ad finem, vt illius iura per ceſſionem acquirere potuiſſet, non autem poſterioribus, quorum iurium acquiſitio, vt plurimùm inutilis eſſe ſolet.

8 Ad alterum dicebamus audacter, terminos refrænationis arbitrij creditoris ſatis eſſe in caſu, de quo agebatur, impertinentes. Quod vt luce meridiana clarius fieret, inueſtigandos eſſe duximus omnes caſus, quibus iura, & Doctores voluerunt fore refrænandum creditoris arbitrium, quod ex *Modeſtini* reſponſo in *vulgata l. creditoris arbitrio, ff. de diſtract. pign.* creditor quilibet hypothecarius liberum, & effrænatum habet.

9 Etenim primus caſus habetur in *vulgata l. 2. C. de pignor.* vbi creditor anterior, qui habet hypothecã ſuper bonis debitoris ſui generalẽ in omnibus, & ſpecialẽ in quibuſdam, ſi certũ eſt, poſſe ſuum cõſequi ſuper bonis

ſibi ſpecialiter obligatis, non poterit recurſum habere ad rem ſub generali obligatione contentam in præiudicium creditoris poſterioris, qui ſuper re illa hypothecam habet ſpecialem; ſed teneretur de iuribus ſuis experiri ſuper bonis ſibi ſpecialiter obligatis, ſic ſuum refrænando arbitrium: hic caſus ad rem, de qua agebatur, non pertinebat; Baro enim qui erat creditor anterior, nullam habebat ſuper Terra Petræpaulæ ſpecialem hypothecam; ſed in omnibus bonis, communis debitricis generalem: & quando ſpecialiter hoc feudum fuiſſet ſibi obligatum, ceſſabat ex alio refrænatio, propter clauſulam, quam in inſtrumento legebamus, nimirum, *vt generalitas ſpecialitati non deroget, nec è contrà*: iuxta ea quæ deciſa reliquerunt Præſ. de Franch. *dec.*5. quam ad propoſitum refert Conſil. Theodor. *alleg.*29.*ante num.*9. Surd. *deciſ.*44. Griuel. *deciſ.*79. Put. *deciſ.*38. & Cacheran. aliis omiſſis *deciſ.*159.*in fine.*

10 Secundus caſus refrænationis ponitur per Bar. & DD. *in eadem l. creditoris arbitrio*, qui nec etiam ad noſtrum applicabatur, & erit, quando creditor, qui omnia ſui debitoris bona obligata habet, potens ſibi ſatisfacere ſuper corpore viliori, inſtat pro venditione rei pretioſioris; in hoc enim caſu dicunt Doctores communiter, arbitrium refrænari debere, nè debitor, cæterique creditores poſteriores damnum patiantur: & præ cæteris ex Recentioribus Ant. Gamma *deciſ.*40.& 77.& Marta *dec.Piſan.*130.

11 Tertius caſus refrænationis conſideratur inter creditorem, & ſolum debitorem; qui nec etiam noſtro conueniebat: & eſt, quando creditor habens bona feudalia, & burgenſatica obligata, dimiſſis allodialibus, inſtat pro venditione feudalium, in hoc enim caſu eſt omninò eius arbitrium refrænandum, nec aliter permittendum, vt procedatur ad venditionem feudalium, dùm ſuper bonis allodialibus poteſt ſuum conſequi: Idemquè quando debitor feuda poſſideret titulata, & non titulata, vt priùs ſuper non titulatis ſit facienda exequutio; ità ſcripſerunt Minadous *in Conſt. Reg. In aliquibus, in verb. Comitum, & Baronum, num.*42. *&* 43. *& in deciſ.*13. *per totam*, vbi nouiſſimi Addentes, Anna pater *alleg.* 141.*num.*4.*&* 6. Anna filius *conſ.*63.*n.*4. *& conſ.*76. Reg. de Pon. *de poteſt. Proreg. in tit. de aſſenſ. Reg. ſuper dot.in princ. num.*38. Reg. Tap. *in Conſtit. Reg. Contumaciam, num.*3.*&* 4. *lib.*3.*fol.*71. Anel. Amat. *conſ.*95.*num.*10. Mart. *de iuriſd.p.*2.*cap.*32.*num.*25.*& ſeq.* vbi ex Ludouico Valaſco *in l.*49.*Tauri gloſ.*9. addit, idem eſſe, quando tractatur de exequendo ſuper bonis Maioratus, vt priùs ſuper liberis ſit facienda exequutio: iſtoquè iure vtimur in Regno.

12 Quartus, & vltimus caſus refrænationis, qui à Noſtratibus conſideratur; eſt inter creditorem anteriorem, & poſteriorem; nimirùm quando creditor anterior habet bona debitoris allodialia obligata, ac etiam feudalia cum aſſenſu, at poſterior allodialia tantùm, quia ſuper feudalibus caret aſſenſu; in hoc caſu ſi creditor ille anterior intendit de iuribus ſuis experiri ſuper allodialibus, prohibetur omninò; ſed cogitur eius arbitrium ſic refrænando ad feudalia recurrere, ad hoc vt ſuper burgenſaticis ſit conſultum poſteriori, qui ſuper feudalibus nullum ius habet hypothecæ; ità Io. Vinc. de Anna *in ſuprà relata alleg.* 141. Anna filius *in cit. conſ.*76. *in principio*, Anel. Amat. *conſ.*95. vbi ſic per Regiam Cameram deciſum refert, & alij ſine contradictore, quos retuli *ſuprà cap.*16. *num.*15. Hunc caſum dicebamus, nec etiam ad rem noſtram pertinere; non enim creditores poſteriores, qui concurrebant ſuper liberatione pecuniæ depoſitæ per Emptorem Terræ Flumariæ, poterant Baroni creditori anteriori opponere, quòd non poterant ipſi habere recurſum ſuper Terra Petræpaulæ, & aliis bonis feudalibus Principiſſæ debitricis, quòd Baroni permittebatur; ſicquè vt niſi eis conſuleretur ſuper hoc depoſito; eorum creditum amittebant; ſatis enim in hoc caſu Baronis arbitrium veniſſet refrænandum; At quia cæteri creditores poſteriores ius habebant hypothecæ ſuper omnibus bonis feudalibus communis debitricis, non erat cur dici poſſet anterioris arbitrium refrænandum, eo ſolo conſiderato, quòd ſententiam obtinuerat ſuper vno corpore, dùm ex ſpeciali pacto ei permittebatur variatio, quæ certè tunc fuiſſet omninò refrænanda, pacto non obſtante, quando poſteriores ad corpus illud, ſuper quo anterior obtinuit, regreſſum habere non potuiſſent; & hoc ſolùm Doctores noſtri, & non aliud conſiderarunt.

Vltimò dicebamus, Doctores omnes *ſuprà* relatos, alióſue, qui refrænationis arbitrij materiam deguſtarunt, pro requiſito neceſſario habuiſſe, quòd creditor, qui ſuum arbitrium refrænare compellitur, poſſit faciliter ſuper re, quam elegit, abſque eius incommodo, & ſumptu ſuum conſequi; immò pro arbitrij refrænatione obtinenda conſiderarunt, an ex parte anterioris creditoris fraus, & dolus in medium ſe offerant; nam illis ceſſantibus, ceſſare dixerunt & ipſam refrænationem: ità vltra Doctores præcitatos, Gloſ. *in l. quandiù, C. de diſtract. pignor. in verb. amittit, lit. H.* Couar. *lib.*3. *variar. cap.*14.*n.*8. *verſ. item communis*, & Caroc. *deciſ.*53.*n.*3. 13

Id quod eſt adeò verum, vt pro Regula tradiderunt, quòd quando aliquis ſuper alterius bonis excuſſionem facere tenetur, ab excuſſione facienda liberatur, ſi ſuper eiſdem bonis de aliqua lite dubitaretur; nam eo caſu poterit ille abſque excuſſione recurrere ad bona, quæ citra litem, & controuerſiam conſequi poteſt, litigioſis bonis penitùs omiſſis; ità probat text. *in l. à diuo Pio, §. ſi ſuper rebus, verſ. ſed & illud, ff. de re iudic.* Gloſ. *in eadem l. § ſic quoque, in verb. aliud*, Ang. *in Auth. de fideiuſ. §. ſed nequè, in fine*, Neguſant. *de pignor. in primo membro*, 8. *par. principalis, num.*44. & Pariſ. *conſ.*50. *num.*65.*lib.*1. quos citat, & ſequitur Molin. *de primogen.lib.*4.*cap.*17. *num.*29. *verſ. quæ omnia*, ſicquè practicatum affirmat Ambroſ. *deciſ.* 2. *per totam*, & Theſſ. filius, cæteris omiſſis, *quæſt. forenſ. lib.*1. *q.*7. *num.*6. *verſ. cùm iſte caſus*, quò loci ex ſententia illius 14 Senatus denegans creditori variationem, quando perfecta eſt bonorum debitoris exequutio, ità vt ad illorum ſubhaſtationem, & deliberationem deuentum ſit; hoc limitat, quoties legitima ſe offerret cauſa variandi, nimirùm, vt quia ſuper exequutione facta aliquis ſe opponeret, vel bona exequutiua intricata reperta eſſent, in vnoquoque enim iſtorum caſuum variationem fore permittendam affirmat; & ſemper abſque cauſa, vbi ad ſubhaſtationem bonorum exequutorum proceſſum non fuerit; vndè cùm in caſu propoſito, ex his, quæ in facto demonſtrabantur, Baro creditor anterior ſuper re, quam elegit, & ſuper qua iam obtinuit, non niſi cum magno eius incommodo, & diſpendio ſuum conſequi poterat, ſicquè ex parte ſua ceſſabat prorſus dolus, & fraus in variando; ſequebatur omninò dicendum, licuiſſe ei variare, & omiſſo iudicio reali ſuper Terra Petræpaulæ inſtituto, recurſum habere ſuper liberatione pecuniæ depoſitæ ex venditione Terræ Flumariæ, & cum aliis creditoribus, iuxta temporis anterioritatem concurrere.

Cauſa relata in S.C. per D. Conſiliarium Theodorum ſub die 5. menſis Martij 1646. cum interuentu ſpectabilis Præſidis S.C. Domini Andreæ Marcheſij partibus pleniſſimè auditis, fuit deciſum, 15

præfatum

præfatum Baronem Franciſcum Antonium ſuper dicto pretio obuento ex venditione Terræ Flumariæ poſſe concurrere, ſic reuocando decretum latum ſub die 23. Octobris 1645. A qua determinatione cùm pro parte aliorum creditorum fuiſſet reclamatum, facta iterum relatione in S. C. per eundem D. Theodorum ſub die 26. Ianuarij currentis anni, fuit decretum dicta die 5. Martij latum confirmatum. Verba autem omnium decretorum in dicta cauſa interpoſitorum ſunt, quæ ſequuntur:

Die 23. Octobris 1645. Neap.

Facto de prædictis verbo in S. R. C. per Magnificum V. I. D. Scipionem Theodorum Regium Conſiliarium, & cauſa Commiſſarium, Decreto S. C. prouiſum eſt, quòd Fratres de Laurentio proſequantur pro eorum credito exequutionem ſententiæ ab illis obtentæ contra Ducem Cruſiæ, & proindè pretium Terræ Flumariæ de Muro liberetur aliis creditoribus per S.C. declarandis, præſtitis cautionibus in forma, hoc ſuum, &c.

Scipio Theodorus.
Franciſcus Antonius de Mercati Sec.

Die 5. Martij 1646. Neap.

Facto de prædictis verbo in S.R.C. per Mag. V. I. D. Scipionem Theodorum Regium Conſiliarium, & cauſa Commiſſarium, Decreto S. C. prouiſum eſt, quòd Franciſcus Antonius de Laurentiis non impediantur pro ſuis creditis concurrere etiam ſuper pretio Terræ Fumariæ de Muro, hoc ſuum, &c.

Scipio Theodorus.
Franciſcus Antonius de Mercati Sec.

Die 26. Ianuarij 1647. Neap.

Facto de prædictis verbo in S.R.C. per Mag. V. I. D. Scipionem Theodorum Regium Conſiliarium, & cauſa Commiſſarium, per S R.C. declaratum eſt, benè fuiſſe, & eſſe prouiſum per idem S. C. per decretum latum die 5. Martij 1646. hoc ſuum, &c.

Scipio Theodorus.
Franciſcus Antonius de Mercati Sec.

Proceſſus eſt in Banca Litti S. C. Actorum Magiſtri ſecundi volum. Ill. Ducis Balneariæ liberationis pretij Terræ Flumariæ de Muro, &c.

SVMMARIVM.

1 *Ciues particulares alicuius Ciuitatis, qui pecuniam ab aliquo acceperunt conuertendam ad beneficium totius Communitatis, an, & quando validè obligati cenſentur, & num. 2. & 8.*

Et quid ſi Vniuerſitas principaliter ſe obligauit, & in eodem inſtrumento particulares ciues pro creditoris maiori ſecuritate, & num. 3. 4. & 6.

5 Pragmatica 11. de adminiſtrat. Vniuerſ. *declaratur, & num. 9.*

7 *Ciues particulares coguntur ſe obligare ad beneficium Communitatis pro ſecuritate creditoris, qui Vniuerſitati pecuniam dat.*

10 *Cautela traditur pro reddenda valida obligatione ciuium particularium, qui pro Vniuerſitate ſe obligant.*

ARGVMENTVM.

Creditor, qui pecuniam ſuam particularibus Ciuibus alicuius Ciuitatis mutuo, vel ſub vſuris dedit, num poſſit Ciues illos iuxta eorum obligationem ad conuentas vſuras ſibi ſoluendum cogere, dum conſtat, pecuniam illam non ad ipſorum particularium obligatorum, ſed Communitatis beneficium fuiſſe conuerſam. Caſus omnes ponuntur, qui in hac materia contingere poſſunt, ad ornatum *Pragm. 11. ſub tit. de adminiſtrat. Vniuerſitatum.*

CAPVT LIX.

CREDITOR, qui particularibus Ciuibus alicuius Ciuitatis, Terræ, vel Caſtri, pecuniam ſuam ſub vſuris, vel mutuo dedit, quæ tamen veniebat conuertenda iuxta præcedentem tractatú cum Ciuitate habitum ad totius Communitaits beneficium; dubitaui *lib. 1. c. 77.* an ciues illos ſic obligatos, ad pecuniæ reſtitutioné, ſiuè vſurarum ſolutioné cogere poſſit: Et pro dubij reſolutione duos conſtitui caſus. 1

Primus eſt, quando creditor cum Communitate tractatum habuit, & cum qua conuênit; verùm voluit, ſecuriùs credens negotiari, vt non ipſa Communitas, ſed aliqui particulares Ciues ſe obligarent, ac ſi verè ad illorum beneficium pecunia eſſet conuertenda; Dixi in hoc caſu, quòd ſi iſti particulares obligati ad ſoluendum conuenti, tractatum præcedentem inter creditorem, & Vniuerſitatem habitum probauerint, moleſtari eos non poſſe, rationibus, vt *ibi*; ſicquè demùm inueni pariter firmaſſe Io. Bapt. de Thoro *in compend. deciſ. par. 1. in verb. inſtrumentum certorum annuorum introituum, verſ. aut enim ſi non expreſsè,* quò loci dicit, quòd ſi particulares Ciues ſe obligauerint, accedente ſi non expreſſa, ſaltem tacita creditoris voluntate, vt pecunia conuertatur ad beneficium Vniuerſitatis, quia id omne doloſè, & fraudulenter peragitur, his probatis, nulla remanet obligatio; vndè meritò in dies videmus, per Collaterale Conſilium expediri prouiſiones, locorum Officialibus directas, quòd audito creditore, probata antecedente conuentione cum Vniuerſitate habita, prouideant, nè particulares Ciues ſic obligati moleſtentur.

Alterum poſui caſum, quando Vniuerſitas pecunia indigens, ad aliquem pro illa ſub vſuris, vel mutuo recipienda accederet; at ille omninò petitioni factæ contradiceret, declarans nolle pecuniam ſuam Vniuerſitati mutuo, vel ſub vſuris dare: demùm accedentibus aliquibus Ciuibus, cùm illis conuênit, ac eis pecuniam iuxta habitam conuentionem tradit, quam tamen conſtitit poſtea; ad illius 2

lius Communitatis beneficium fuiſſe conuerſam, nulla tamen concurrente ſcientia, aut participatione creditoris, qui pecuniam dedit: probaui in hoc caſu, hos Ciues verè effectos eſſe debitores illius, qui pecuniam dedit; ſicquè retuli per Sacrum Conſ. deciſum in cauſa Ducis Salandræ, cum Particularibus ciuibus Caſalis Sancti Antami: cuius deciſionis, me referentes, memores fuerunt Nouar. *in prag 11. num. 11. de adminiſtr. Vniuerſ.* & Thor. *in compend. deciſ. p. 3. in verb. creditor. fol. 252.* idemquè priùs firmauerat idem Thor. *in ſuprà cit. par. 1. d. verb. instrumentum certorum annuorum introituum, verſ. & tunc ſi tales obligati*: vbi expreſſis verbis dicit, quòd ſi hi particulares obligati pecuniam, quam acceperunt in Communitatis vtilitatem conuertunt, nulla, nequè expreſſa; nequè tacita creditoris accedente voluntate, nullius præiudicij illi vnquam eſſe poterit.

3 Et poſt hæc ſcripta, fuit à me quæſitum, cur alterum non conſtituerim caſum, nimirùm quando creditor pecuniam ſuam daret Vniuerſitati, cum qua à principiò conuênit; ſed pro maiori eius ſecuritate, & cautela voluit, vt ſimul cum Vniuerſitate, in vno, eodemque inſtrumento Ciues particulares ex ditioribus, & principalioribus inſolidum ſe obligarent, provt ità actum fuit; an hoc caſu ſi in temporis progreſſu Ciues ſic obligati pro contractus obſeruantia à creditore conuenirentur, aliqua poſſint ſe tueri exceptione, ſicque contendere ad nihilum eos teneri, dùm pecunia directò data fuit Vniuerſitati, & in eius vtilitatem conuerſa, abſque vlla ipſorum obligatorum participatione, ità ſciente, & volente ipſo creditore?

4 Reſpondi ſic interroganti, meritò quidem hoc me in dubium non reuocaſſe, nè viderer de re indubitabili diſſerere; quandoquidèm vel dicimus, contractum hunc Ill. Proregis carere decreto, & caſum legis habemus *prag. 11. verſ. & perche intendemo, ſub tit. de adminiſtr. Vniuerſ.* qua mediante huiuſmodi obligationes tàm reſpectu Vniuerſitatis, quàm particularium obligatorum expreſſis verbis annullantur, rationibus, vt *ibi*; vel affirmamus, ſuper contractu prædicto D. Proregem ſuum interpoſuiſſe decretum, & non eſt cur dubitari poſſit, hos Ciues particulares validè fuiſſe obligatos, adhùc attento te-

5 nore *præfatæ pragmaticæ ſanctionis*, ibi, *ancorche dopoi in detti cōtratti non ſe accapi, ò interponghi il Regio aſſenſo, ò decreto*, & clariùs paulò infrà ſub illis verbis, *comandamo, che la da quà auanti non ſi poſſino fare ſimili contratti ſenza Regio aſſenſo*; ergò à contrario ſenſu (quòd argumentum fortiſſimum eſſe *pluribus iuribus citatis* probat Euerard. *in ſua Topica, in loco, à contrario ſenſu*) ſi decretum interuenit, valida remanet obligatio.

6 Secundò, quando decreto præcedente particulares Ciues inſimul cum Vniuerſitate ſe obligant, nulla conſideratur ratio dubitandi, quòd pro contractus obſeruantia adſtringi non poſſint; quandoquidem, nulla lex reperitur, neque communis, neque Regni huius, quæ vetet vt particulares Ciues pro Vniuerſitate ſe obligare non valeant, dùm obligatio ſequitur præcedente Superioris decreto. Et ſi dicas, eam eſſe dubitandi rationem, quia pecunia verſa eſt in vtilitatem Vniuerſitatis tantùm. Reſpondetur, quòd non per hoc ſequitur, quin validè obligati non dicantur; nàm ſi hæc eſſet bona ratio, poſſent ea vti fideiuſſores omnes, in quorum poſſe, certum eſt, non peruenire pecuniam, quæ principalibus obligatis numeratur: & tamen eos, principalibus non ſoluendo repertis, ad ſoluendum quod promiſerunt teneri cautum eſt tàm de iure Ciuili, quam Canonico per *totos titulos, de fideiuſſor.*

7 Tertiò, & tandem dico, adeò verum eſſe, vt hi particulares, quando inſimul cum Vniuerſitate pro re ad illam ſpectante ſe obligarent, validè obligati remaneant; quòd ſi Vniuerſitas ſola in contractu interueniens pro creditoris ſecuritate, & cautela promitteret, quòd decem, vel viginti ex ditioribus Ciuibus proprio nomine ſe obligare habeant, eo modo, & forma, provt ipſa Vniuerſitas ſe obligat, quòd renuentibus demùm Ciuibus particularibus ſe obligare, paſſim per Collaterale Conſilium expediuntur prouiſiones, quòd tales Ciues cogantur, & aliquando in eorum contumaciam decretum interponitur, quòd pro obligatis habeantur; ſic atteſtante D. Reg. de Pont. *in tract. de poteſt. Proreg. tit. de diuerſ. prou ſ. fieri ſolit. in quæſt. de alienat. fieri ſolit. bonor. Vniuerſ.* vbi addit, iuſtam eſſe Collateralis Conſilij prouiſionem, ad hoc vt publicis Vniuerſitatum occurratur neceſſitatibus, quæ aliàs pecuniam non reperirent, in damnum Fiſci, ad functiones fiſcales perſoluendas, aliorúmque onerum ſubſidium pro neceſſaria illarum ſuſtentatione.

Inſuper conſiderat, quòd quando debitum legitimè eſt contractum per Vniuerſitatem, illa demùm non ſoluendo reperta, ab omnibus Ciuibus, qui ſoluendo ſunt, exoluendum eſt: ad quod facit ſingularis theorica Bal. *in l. etiam, num. 16. C. de exequut. rei iud.* cuius meminit Gregor. Lopez. *in l. 14. in gloſ. à perſonas, tit. 2. par. 3.* vndè ſubdit *D. Reg.* ex prouiſione Vniuerſitatum, & ex obligationibus faciendis per particulares verè, & ſubſtantialiter nullum eis inferri grauamen; ac proindè aſſeuerandum, iuſtam eſſe communem practicam contractationum Vniuerſitatum Regni. Hec *Regentis de Ponte* ratiocinatio hunc tertium caſum prorſus indubitatum reddit; nam ſi praxis viget, vt ditiores Ciues cogi poſſint ad ſe inſimul cum Vniuerſitate obligandum, & hoc pro ſecuritate creditoris; quid dicemus, vbi ſpontè obligati reperiantur?

His tribus caſibus poteſt addi quartus, & erit, 8
quando particulares Ciues ad aliquem accederent, illum rogando, vt eis certam pecuniæ quantitatem ſub vſuris, vel mutuo daret, conuertendam, hoc expreſſo, pro totius Communitatis neceſſitatibus, provt verè actum fuit; an in hoc caſu, dùm proprio nomine ſe obligarunt; validè obligati remaneant? iure communi attento dicerem, quòd ſic; argumento text. *in l. ſi fænebris, C. ad S. C. Velleian.* Præſ. de Franc. *deciſ. 279. n. 2.*

Sed contrarium omninò dicendum apud Nos, attentis rationibus diſpoſitionis *citatæ pragmaticæ ſanctionis 11. verſ. & perche intendemo, de admini-* 9
ſtrat. Vniuerſ. vbi ideò nulla redditur obligatio Ciuium particularium, qui abſque decreto inſimul cum Vniuerſitate ſe obligarunt, quia ex hac obligatione ſummoperè Vniuerſitates damnificantur; nam cùm Ciues, qui obligantur ex ditioribus, & potentioribus ſint, hi demùm quicquid creditori exoluunt, ex peculio vniuerſali exigunt, ſicque verè, & ſubſtantialiter totum intereſſe eſt Vniuerſitatis. Aſſignatur & alia ratio, quia ſi hi particulares de proprio ſoluerint, non autem de pecunia vniuerſali, fiunt impotentes ad ſoluendum gabellas, collectas, aliáque onera Vniuerſitati debita. Hæ rationes *in pragmatica* expreſſæ, dico Ego, quòd ſicut militant, quando Ciues particulares inſimul cum Vniuerſitate abſque decreto ſe obligant, ità pariter vbi, Vniuerſitate non interueniente, pecuniam mutuo, vel ſub vſuris ſoli accipiunt, aſſerentes in contractu, pro Communitatis neceſſitatibus accipere, creditore pecuniam dante præſente, & audiente; hi etiam indubitanter illud, quod poſteà creditor ex huius contractus nexu exburſant, ab Vniuerſitate recuperant, ſicquè

ſicquè Vniuerſitas etiam eſt illa, quæ damnum patitur, & ſi de proprio ſoluunt, adhùc impotentes euadunt ad ſoluendum quod Vniuerſitati debent; vndè nullum verè, & realitèr conſideratur diſcrimen inter vnum, & alium caſum ac proindè ſequitur omninò dicendum, quòd ſicut nullitèr contrahunt Ciues, quando abſque decreto inſimul cum Vniuerſitate ſe obligant, ita paritèr quando ſoli Ciues, hoc expreſſo creditori, quòd pecuniam pro Vniuerſitatis neceſſitatibus accipiunt. Sint igitur cauti
10 creditores, ſi ſcopulos euadere cupiunt, quando conſcij ſunt, & participes, quòd eorum pecunia pro Communitate accipitur, quòd Vniuerſitas inſimul cum aliquibus ex ditioribus Ciuibus ſe obligent, Collateralis Conſilij decreto præcedente; quod certè nunquam interponitur, niſi cauſa cognita, & ſic capta prius informatione, quòd expedit, ac viſo conſenſu omnium Ciuium, ſiuè maioris partis in loco ſolito, vbi de his tractari conſuetum eſt, loci Gubernatore aſſiſtente, declarato & demùm, quòd pecunia verè, & realitèr erogetur pro neceſſitatibus, quæ fuerunt expreſſæ, & quæ à Collaterali Conſilio pro veris, & realibus cognitæ, & habitæ fuerunt, ſic enim contractantes de eorum creditis erunt ſecuri.

SVMMARIVM.

1 *Caſus proponitur, & reſoluitur num.* 2.

3 *Hypotheca vt acquiratur creditori, quodnam tempus inſpicitur, an bonorum debitoris obligationis, vel potiùs pecuniæ numerationis, & num.* 4. 5. 6. 7. 8. *&* 9.

ARGVMENTVM.

Creditor anterior in bonis communis debitoris, vt quis dici poſſit, quodnam tempus ſit inſpiciendum, celebrati nimirùm contractus, vel numeratæ pecuniæ, ſi poſt contractus ſtipulationem, ante tamen pecuniæ numerationem, alij debitor bona obligauerit.

CAPVT LX.

1 CREDITOR anterior in bonis cõmunis debitoris quiſnam in caſu ſequenti cenſeri deberet, aliàs interrogatus fui. Locauerat Caius Titio fundum de menſe Auguſti per quinquennium, ſub annua penſione Ducatorum centum, quos Colonus ipſe ſingulo quoquè anno ſub hypotheca bonorum omnium ſoluere promiſerat; in menſe autem Octobris proximi ſequentis eiuſdem anni idem Titius conductor ſuper certo corpore ſuorũ bonorum Sempronio vendidit annuos Ducatos centum, pro capitali Ducatorum mille, ad formam *Bullarum Nicolai, & Pij*; demùm per tres annos continuos pro fundo conducto Caio locatori promiſſam ſoluit penſionem, ceſſauit per alios duos, quibus tranſactis pro penſionis conſequutione ad ſummam Ducatorum biſcentum aſcendentis ſuper ipſius debitoris bonis fuit iudicio hypothecario actum: concurrebat autem Sempronius pro eius credito, petens, ſuper eiſdem bonis communis debitoris omninò præferri: contradicebat Caius, ex quo contractus locationis erat anterior, quia celebratus de menſe Auguſti, ille autem Sempronij de menſe quentis, vndè quid iuris quæreba Octobris ſetur?

Dicebam, Sempronium pro eius credito in bonis 2
Titij communis debitoris eſſe anteriorem, Caium autem pro ſumma Ducatorum biſcentum, quam importabat penſio duorum poſtremorum annorum integri quinquennij poſteriorem eſſe: & ex illo ad id affirmandum mouebar; nam etſi verè contractus cum Caio celebratus, illum cum Sempronio confectum præceſſerat, non tamen Caius ipſe pro fructibus eius fundi per Titium debitorem in poſtremo biennio integri quinquennij collectis hypothecam ſuper ipſius Titij bonis acquiſierat, niſi eo tempore, quo verè collectio ſequuta fuit, non autem tempore contractus locationis, quo inſpecto eſſet anterior; acquiſiuit enim hypothecam Caius ſingulo quoque anno peracta fructuum collectione, cuius intuitu, & contemplatione obligauit ſe Titius ad ſingulos annos centum penſionis loco ſoluere; quo enim pacto poſſum ego ſuper alicuius bonis priùs hypothecam acquirere, quam pecuniæ numeratio, vel quid aliud ex parte mea interuenerit? hoc enim facit hypothecam acquiri; eſt text. ſatis celebris, & punctualis in *l. penult. ff. quæ res pignor. oblig. poſſ.* vbi cùm Titius mutuam pecuniam 3
accipere vellet à Mæuio, cauit ei, & per publicum inſtrumentum ſub ſpe futuræ numerationis bona obligauit, demùm cum Titius ipſe ex bonis obligatis quædam vendidiſſet, pecuniam à Mæuio habuit numeratam, quæſitum fuit, an bona vendita Mæuio creditori obligata cenſerentur? & affirmatiuè dicendum videbatur, ſi inſtrumenti ſtipulati tempus erat inſpiciendum; placuit tamen ea tantùm bona iuri hypothecæ ſuppoſita iudicari, quæ in bonis debitor numeratæ pecuniæ tempore habuerit. Idem probatur in *l. potior* 11. *ff. qui potior. in pignor.* 4
habe. vbi magis in puncto determinatur, quòd ſi ego centum tibi mutuare promiſero, accedente ex parte tua bonorum obligatione, ſi demùm ab alio pecuniam acceperis, eadem obligando bona, & poſteà à me pecuniam accipias, non ego, qui priore loco contraxi, ſed ſecundus, qui poſt me ſtipulatus eſt, ſed priùs pecuniam numerauit, potior erit: id quod benè obſeruauit Cyn. in *l. cùm tibi, C. qui potior. in pign. hab.* & DD. communitèr in *ſupra allegatis iuribus.* Hic eſt caſus, quo agimus, nam etſi priùs fuerint Titij bona Caio locatori obligata, & demùm Sempronio, tamen quia Caij hypotheca non poterat acquiri, niſi cùm demùm fructus ex fundo (quorum intuitu acceſſerat bonorum obligatio) collecti eſſent, quo tempore Sempronius propter pecuniæ numerationem iam priùs factam ſuper communis debitoris bonis pignus acquiſierat, ergò ex diſpoſitione *dictorum iurium* Sempronius creditor anterior iudicandus erit.

Re tamen melius perpenſa, contrariam amplexus 5
fui ſententiam; nam licèt hæc omnia ſupra iam dicta, vera ſint; caſui tamen propoſito non ſunt applicabilia: procedunt enim iura prædicta, provt expreſsè loquuntur, quando in debitoris poteſtate eſt, vt perficiatur obligatio, tunc enim illud perfectionis tempus venit inſpiciendùm, non autem contractus initium; ſic loquitur text. *in d. l. Titius*, ibi, *cùm in poteſtate fuerit debitoris poſt cautionẽ interpoſitam pecuniam*

niam non accipere,&c. & in *d.l.potior*, ibi *, poterat enim licèt antè conuenit non accipere ab eo pecuniam , &c.* Se-
6 cus autem dicendum, vbi in debitoris poteſtate eſt, pecuniam, vel quid aliud conuentum non recipere, tunc enim non tempus numeratæ pecuniæ, ſed celebrati contractus eſt inſpiciendum; eſt tex. ſatis apertus in *l.1.ff.qui potior. in pignor.habe.* vbi habetur, quòd ſi ego pro muliere dotem promiſero, & ſponſus ad eam reſtituendam ſe obligauerit; ſi ante numerationem ſponſus ipſe alij bona hypothecauerit, ſubſequuta demùm dotis ſolutione, in concurſu anterioritatis crediti, reſpondit *Papinianus*, ſolutionum tempora obſeruanda non eſſe; ſed dies contractæ obligationis, qua mulier prior reperitur: Rationem aſſignat
7 *I. C.* quia in viri poteſtate non erat dotem ſibi non numerari, nè mulier indotata remaneret. Nec dices, text. prædictum procedere fauore dotis, provt præſupponebat Cynus in *d.l.cùm tibi.* Quia communiter eius opinio fuit reiecta, vt nimirùm idem ſit in quolibet alio creditore, qui modo prædicto cogitur recipere ſolutionem, provt *ibi* interpretati ſunt Gloſ. in *verb. compellitur*, & alibi, Bart. Bald. Salycet. & omnes: Neguſant. *tract. de pignor.4. memb.2. par. num.77.& 78.* D. Præſ. de Franch. *deciſ.677.* & alij. Quódque hoc verum ſit, obſerua, quæſo, modum, quo loquitur *I.C.* vt minimè ad dotis cauſam referre voluerit diſpoſitionem; ſed vt exemplum neceſſariæ numerationis conſtituere poſſet; ſubiungit enim conformando ſe *Pauli* dicto in *allegata l. Titius*, ſic loquendo: *Alia cauſa eſt eius, qui pignus accepit ad eam ſummam, quam intra diem certum numeraſſet, ac fortè prius, quàm numeraſſet, alij res pignori data eſt, &c.*

8 Videamus modò in caſu noſtro, ſi erat in Titij conductoris poteſtate fructus in poſtremo illo biennio integri quinquennij non colligere, vt pro penſione promiſſa obligatus non remaneret, & per conſequens eius bona haud eſſent hypothecata? certè non; fidem enim ſuam aſtrinxerat de rem conductam tenendo per quinquennium, cuius contractus vigore, etiam ſi fructus colligere noluiſſet, adhùc ad penſionem ſoluendam obligatus eſſet, in tantum, quòd aſſerere nobis neceſſe eſt, quòd licèt ex fructuum collectione facienda hypotheca ad Caij locatoris fauorem oriebatur, nec aliud poterat illum creditorem conſtituere, tamen quia non colligere in conductoris poteſtate non erat, ad effectum vt non remaneret obligatus, ſequuta demùm fructuum perceptione vt iudicaretur pro conſequutione penſionis promiſſæ in controuerſia anterioritatis, quodnam tempus venit inſpiciendum, illud contractus, non autem collectionis attendere debemus; & ſic in caſu propoſito Sempronium poſteriorem cenſeri: quod clarè etiam probatur in *l. qui balneum*, & in *d.l.potior, in 2.reſponſo, ff. qui potior. in pignor. habeantur*, & in his iuribus *Doctores* communitèr.

9 Diſtingue ergò ſemper in hac materia, & non errabis, an in debitoris poteſtate ſit poſt celebratum contractum ſe non obligari, & ſic pecuniam non recipere, vt tunc numerationis tempus inſpiciatur; & procedit text. in *d. l. Titius*, & in *d.l.potior, in 1.parte*: an non, & eo caſu conuentionis tempus, & procedunt iura in *d.l.1.in d.l. qui balneum*, & in *d. l. potior, in 2.par.* provt benè diſtinguit Gloſ. ſuperiùs allegata in *eadem l.1.in verb.compellitur*, & in *d.l.qui balneum, in verbo, debere*, & poſt illam *Doctores* omnes, & vide Greg. Lopez. *in l.32.tit.13.p.5.*

SVMMARIVM.

1 *Creditor poſterior cum aſſenſu an præferatur creditori anteriori aſſenſu carenti.*

2 *Ceſſionarius creditoris, qui ſuper feudi obligatione aſſenſum obtinuit, ſi ſuper ceſſione aſſenſum non impetrauit, an poſſit ſuper pecunia ex feudo redacta concurrere, & numer.5.6.7.& 8.*

3 *Ceſſionarius non poteſt vti aſſenſu cedentis, & num.10.*

4 *Aſſenſus Regius requiritur in ceſſione actionis ad feudum.*

9 *Ceſſionarius conſtitutus à cedente procurator in rem propriam, poteſt omnia, quæ poterat cedens.*

ARGVMENTVM.

Creditor poſterior, qui ſuper liberatione pecuniæ ex feudo cum aſſenſu obligato redactæ præfertur anteriori aſſenſu carenti, num ſit paritèr præferendus, quando creditor anterior aſſenſum haberet, verùm ipſe non ageret; ſed eius ceſſionarius, qui tamen in ceſſione aſſenſum, provt tenebatur, non procurauit; & de aliis.

CAPVT XLI.

CREDITOR poſterior cum aſſẽſu, quòd in concurſu liberationis pecuniæ ex re feudali redactæ, priori creditori aſſenſu carenti præferatur, nemo ex noſtris huc uſque dubitauit; ſic enim ſe habet ſtylus, & noſtri Sacri Conſilij obſeruantia, vt teſtatur D. Præſ. de Franch. in *vulgata deciſ.64.n.1.& 16.* 1

Sed audiui his diebus non parum apud Nos dubitatum, an hæc concluſio procederet, vbi creditor anterior haberet aſſenſum: verùm ipſe non concurreret, ſed eius ceſſionarius, qui tamen in ceſſione aſſenſum, provt tenebatur, non procurauit? 2

Et pro ratione dubitandi videbatur idem dicendum eſſe, cùm abſolutum ſit, in tantum poſſe ceſſionarium agere ſuper re feudali pro credito ei ceſſo, in quantum ſuper ceſſione adſit aſſenſus, nec in aliquo intereſſe, quod cedens illum obtinuerat, cùm eo ceſſionarius vti; ac iuuari non poſſit; ea vulgata in Regno ratione, quia aſſenſus non extenditur de re ad rem, nec 3
de contractu ad contractum, nequè de perſona in perſonam, vt probant omnes; ſignanter Andr. *in cap. Imperialem, de probib. feud. alienat. per Feder.* idem D. Præſ. de Franch. *deciſ.153.num.24.* D. Reg. de Ponte *tract. de poteſt. Proreg. tit.4.§.7.num.26.& tit.6.num.42.* & dixi Ego *lib.1. cap.28. num.10.* & in ſpecie, quòd in ceſſione actionis ad feudum, ſiuè ratione dominij, ſiuè hypothecæ, Regius requiratur aſſenſus, provt requi- 4
ritur

ritur in ceſſione, ſeu alienatione feudi, dixerunt D. de Franch. *deciſ.* 593. *num.* 9. Reg. de Ponte *tract. de poteſt. Proreg. tit.* 8. §. 11. *à n.* 14. *ad finem*, & Conſil. de Georg. aliis omiſſis in *repetition. feudal. cap.* 43. *n.* 24. *fol.* 290. vbi *num. ſeq.* ſubdit, limitari text. *in l.* 1. *C. de his, qui in prior. cred. locum ſucceſſ.* quæ ad hoc, vt in feudis operetur, directi Domini aſſenſus requiritur.

5 Sed hac dubitandi ratione non obſtante, contrariam amplexus fui ſententiam, idque potiſſimùm ex duobus; & *primò*, cùm in hoc caſu ceſſet ratio, quæ mouet Sacrum Conſilium ad determinandum, vt potiùs liberetur pecunia creditori poſteriori cum aſſenſu, quam anteriori, qui illo caret, ideò enim hoc fit; nam licèt de iure eſſet liberanda anteriori, etſi aſſenſu carenti, cùm pecunia illa, quamuis ex re feudali redacta, non tamen feudalis, ſed merè allodialis iudicetur: vt ex Andr. & Afflict. pro indubitato firmauit D. Præſes *eadem deciſ.* 64. *num.* 3. Anna pater *alleg.* 141. *num.* 10. *&* 11. & ſic dum talis conſideratur, nil intereſſe videtur, quòd creditor aſſenſu indigeat; attamen 6 fit liberatio creditori poſteriori cum aſſenſu, ad hoc vt hypothecæ, quæ ſuper feudo ſub haſta vendito extant, extinguantur; ita vt emptor ſit de feudo illo empto ſecurus, non enim extinguerentur per venditionem illam, niſi facta ſolutione creditoribus cum aſſenſu; parum namquè intereſt venditoris, vt anteriori ſatisfiat, cùm ſuper feudo empto nullum ius ei competat; hæc, inquam, ratio ceſſat in caſu pro- 7 poſito, in quo, eo ipſo quòd ſatisfit ceſſionario, reſoluitur hypotheca prioris creditoris cedentis, qui de cætero, ſtante ſatisfactione eius ceſſionario facta, ſuper feudo ſibi cum aſſenſu obligato recurrere non poſſet, & ſic intereſt emptoris, vt illi pecunia liberetur, etſi ſuper ceſſione aſſenſum non habeat; potiùs quam creditori poſteriori, quia aliàs non eſſet ſecurus; poſſet enim cedens, & ceſſionarius ceſſionem 8 pro non facta declarare, & demùm eundem creditorem cedentem cum eius aſſenſu ſuper feudo hypothecariam exercendo, de ſuis iuribus experiri; nec in concurſu poteſt recipere obſtaculum ceſſionarius, ex quo ſuper ceſſione caret aſſenſu, quia ad effectum, vt concurrere poſſit ſuper liberatione pecuniæ, quæ ex feudo vendito prouenit, aſſenſu non indiget, tunc enim eo indigeret, quando intendens iura exercere cedentis, hypothecaria actione ſuper feudo agere vellet, ſecus vbi inſtaret ſibi ſatisfieri ſuper pretio, quod eſt merè burgenſaticum, vt ſupra dicebamus, quamuis ex re feudali prouento.

9 Secundò, quòd in caſu, de quo agimus, veniat ceſſionarius præferendus, aliud etiam fuit conſideratum; nam cùm in quauis ceſſione, quæ apud Nos conficitur, de communi Notariorum ſtylo ſemper in inſtrumento conſtituatur ceſſionarius cedentis procurator in rem propriam (de cuius clauſulæ vigore latè Bertaz. *de clauſ. inſtrum. clauſ.* 29. *gloſ.* 1. *&* 2.) agendo ceſſionarius vti talis, non modò poteſt concurrere, & præferri ſuper liberatione pecuniæ, quæ ex feudo cedenti obligato prouenit, ſed etiam ſuper feudo in vim mandati actione hypothecaria agere, non, inquam, vti ceſſionarius, cum propter aſſenſus defectum, actione illa careat, ſed vti creditoris procurator, iudicium Principalis nomine inſtituendo.

10 Immò dixit plus Capyc. *deciſ.* 51. *num.* 10. ex ſententia *Ant. de Alex.* poſſe nimirùm ceſſionarium ſuper feudo iure aſſiſtendi agere, quamuis in ceſſione aſſenſu careat, ſi, in inſtrumento inter creditorem cedentem, & debitorem celebrato, reperiatur hypotheca ſuper feudo Regio mediante aſſenſu conſtituta, cum poteſtate capiendi propria authoritate, & illud vendendi, alienandi, vel in ſolutum retinendi, vt nimirùm in hoc caſu nouus in ceſſione non requiratur aſſenſus, ſed ſat eſſe illum à creditore cedente obtentum, qui, ſtante clauſula prædicta, in omni contractu per eundem creditorem demùm celebrando, præſtitus videtur; & hanc etiam ſententiam pro indubitata amplexus fuit Hercul. Mareſcot. *variar. reſol. lib.* 1. *c.* 40. *per totum*, de quo meminit Thor. *in addit. ad Reg. Salernit. deciſ.* 49. *in princip.* Verùm hæc *Capyci*j ſententia magis communitèr ab alis Noſtris fuit reiecta, vt conſtat ex relatis per *D. Reg. de Ponte*, qui illam vti fundamento carentem prorſus damnauit *cit. tit.* 8. §. 11. *à num.* 14. *vſque ad finem*: & quàuis Mareſcot. referat, ſecundùm ſcripta per eum fuiſſe per noſtrum Sacrum Conſilium iudicatum, nulla in hoc eſt ei, vti Regni extero, & in his Tribunalibus non verſato adhibenda fides; licèt ſaluari poſſet, veram eſſe deciſionem, ſi in cauſa illa ceſſionarius qui in ceſſione aſſenſu carebat, vti cedentis Procurator, eiuſquè principalis nomine iudicium inſtituiſſet.

SVMMARIVM.

1 *Creditor de iure non poteſt agere ad bona ſibi obligata per Tertium poſſeſſa, principali debitore non diſcuſſo; ſed limitatur, quando inſtrumentum continet Conſtitutum, & precarium.*

Et quid ſi eo caſu debitor reperiretur mortuus, n. 2. *&* n. 4.

3 *Conſtitutum, & Precarium nùm per conſtituentis mortem extinguatur.*

5 *Creditor hæreditarius nùm pendente diſcuſſione inuentarij poſſit hypothecaria actione agere aduerſum tertium poſſeſſorem bonorum ſibi obligatorum.*

ARGVMENTVM.

Creditor, qui habet bona debitoris ſui obligata cum Conſtituto, & Precario, num poſſit principali debitore mortuo, agere aduerſus tertium poſſeſſorem bonorum ſibi obligatorum, non facta prius diſcuſſione cum hæredibus debitoris? ad ornatum text. *in l. fin. C. de acquir. poſſeſ. &* *Prag.* 1. *ſub tit. de aſſiſtent. in antiquis*. Creditor pendente iudicio diſcuſſionis inuentarij, an poſſit hypothecaria agere aduerſus tertium poſſeſſorem bonorum ſibi obligatorum.

CAPVT LXII.

CReditor, quamuis ex diſpoſitione 1 text. in *vulgata authen. ſed hodie, C. de action. & obligat.* & in *authen. hoc ſi debitor, Cod. de pignor.* non poſſit hypothecaria actione aduerſus tertium Poſſeſſorem bonorum ſibi obligatorum agere, principali

cipali debitore priùs non diſcuſſo; Attamen vulgatiſſimum eſt axioma, id ei licere, quoties bonorum obligatio continet Conſtitutum,& Precarium, prout eſt text. de iure communi in *vulgata l.fin.C.de acquir. poſſeſſ.* & de iure Regni in *pragm.* 1.ſub *tit.de aſſiſtent.* in *antiquis*; vbi expreſſis verbis ſancitum habemus, poſſe creditorem,qui ſui debitoris bona obligata habet cum Conſtituto, & Precario, contra tertium poſſeſſorem recta via agere, nulla ſuper bonis per principalem debitorem poſſeſſis diſcuſſione facta.

2 Sed videamus breuiter illud, ad quod noſtri Regnicolæ his temporibus non aduertunt, nimirùm,an hæc concluſio procedat, non modò viuo debitore conſtituente, ſed etiam eo defuncto? & Dico, quòd non; communiter enim intellexerunt *Doctores* concluſionem iſtam viuo debitore, qui cum Conſtituto, & Precario ſe obligauit; ſecùs autem eo mortuo; tunc
3 enim, quia Conſtitutum, & Precarium per conſtituentis mortem extinguitur, *l. cum precario, § precarij,ff.de precar. cap. fin. extra. eod.* nullo modo poterit creditor aduerſus tertium poſſeſſorem agere, hærede principalis debitoris priùs non diſcuſſo: ſic ſanè pro limitatione *d.l.fin.C.de acquir. poſſeſſ.* ſcripſerunt Roman,*conſ.* 189.*in fine*, vbi Mandoſ. addens, Iaſ. *in §. item ſi quis, num.*77. *Inſtit. de action.*Corne.*conſ.* 190. *num.*5.*lib.*1 Ruin.*conſ.*127.*num.*8.*lib.*5.Gozad.*con.*42. *num.*4.*&* 18.Grat.*conſ.*63.Alciat. *in l. quod meo,col.*2. *in princ.de acquir.poſſeſſ.*Neguſant.*de pignor.*1. *membr.* 6.*p.num.*;6.*verſ adde tu.*

4 Et ex Noſtratibus pro limitatione *citata pragm.* 1. ſub *tit.de aſſiſtent.* affirmarunt Gramm. in *ead. pragm. num.*1.*&* 2. Marant. *tract.de remed.poſſeſſ. numer.* 61. Trentacinq. *conſ.*13. *per totum, lib.*2. quem vide omnino; Viuius *deciſ.*12.*à num.*5.*ad finem*, Rouit.*in ead. pragm.*1.*num.*40.& Barbat.*de aſſiſtent.gloſ.*7. *num.* 57. in nouis.

5 Confirmabam hæc omnia in facti contingentia; & ex alio dicebam, non licuiſſe creditori aduerſus tertium poſſeſſorem hypothecaria agere, non diſcuſſis priùs hæredibus principalis debitoris, ex quo pendebat iudicium diſcuſſionis inuentarij; ad id allegando doctiſſimũ Ant.Fabr.*diffin.*40.*C.de iur deliber.* quò loci rationibus non vulgaribus oſtendit, creditorem hæreditarium, pendente diſcuſſionis inſtantia, nullatenus poſſe aduerſus tertium poſſeſſorem agere remedio *l fin. C. de acquir. poſſeſſ.* quod in Regno noſtro *Aſſiſtentiam* appellamus.

SVMMARIVM.

1 *Creditor in actione perſonali an poſſit agere aduerſus poſſeſſorem bonorum ſui debitoris, ſaltem in ſubſidium.*

2 *Creditores mulieris in actione perſonali an poſſint recurſum habere ſuper bonis in dotem marito aſſignatis, & num.* 3.4.5. *&* 6.

7 *Muliere conſtante matrimonio pro delicto condemnata, an ſuper bonis dotalibus in viri præiudicium exequutio fieri poſſit.*

8 *Tutore in actione perſonali ad computa reddendum condemnato, facta liquidatione an liceat pupillo exequi facere contra tertium poſſeſſorem, in quem poſt ſuſceptam tutelam bona ſua tutor alienauit; & num.* 9. *&* 10.

11 *Denunciatio in caſu euictionis non requiritur, quando venditor,& emptor ſimul fuerunt conuenti.*

ARGVMENTVM.

Creditores mulieris in actione perſonali num poſſint ſuper bonis in dotem viro aſſignatis agere, illáque exequi facere. Tutore in actione perſonali ad computa reddendum condemnato, facta demùm liquidatione an liceat pupillo exequi facere contra tertium poſſeſſorem, in quem poſt ſuſceptam tutelam tutor bona ſua alienauit? vbi ēlegans annotatio *D. Ioannis Angeli Piſanelli*

CAPVT LXIII.

CREDITOR in actione perſonali, certum eſt, quòd pro ſui crediti conſecutione aduersùs poſſeſſorem bonorum ſui debitoris, nec etiam in ſubſidium recurrere poteſt, cùm tantùm id permittatur, quando bona illa onere hypothecæ ſunt affecta: ità dixerunt Doctores communiter in *auth. hodiè,C. de action. & obligat.* & in *authen. hoc ſi debitor,C.de pignor.* 1

Sed occurrit mihi dubium, an hæc concluſio procedat in marito, vt ſuper bonis in dotem ei aſſignatis, ad inſtantiam creditorum mulieris perſonalem tantùm actionem habentium, pro debitis ante matrimonium contractis exequi non poſſit? Et quòd eadem concluſio procedat, facit ratio, cùm maritus, matrimonio conſtante, rerum dotalium nedum dicatur poſſeſſor, ſed dominus, *vulgata l. doce ancillam, C. de rei vend.* & in *l. de his, C. de iur. dot.* quomodò ergò creditores mulieris in actione perſonali ſuper bonis illis exequi facere poſſint? 2

At contrarium reſpondi per tex. expreſſum in *l. mulier bona,ff.de iur.dotium*, vbi habetur, quòd licèt maritus,qui omnia ſuæ coniugis bona in dotem accepit, quaſi eiuſdem mulieris hæres ad debita perſoluenda ante matrimonium contracta conueniri non poſſit, tamen illud, quod ſuper bonis in dotem aſſignatis eſt æris alieni, in dotem datum non videtur, vndè ſuper eo pro concurrenti debiti quantitate in bonis dotalibus poteſt fieri exequutio; & per *hunc tex.* in caſu, quo æs alienum ante matrimonium eſſet contractum, quòd condemnata demùm vxore in actione perſonali, poſſit fieri exequutio in bonis dotalibus per virum poſſeſſis, in diuerſis Supremis Tribunalibus deciſum inueni; ſic enim Gratianopoli iudicatum teſtatur Guid. Pap. *deciſ.* 447. in noſtro Sacro Conſilio teſtis eſt Capyc. *deciſ.*128. *in* 1.*dubio*, & poſt eum D. de Franch. *deciſ.* 636. in Rota Ianuenſi penes Cartar. *dec.*24. in Senatu Sabaudiæ penes Anton. Fabr. *diffin.vnica,C.nè vxor pro marito*, in Senatu Valentiæ apud Hieronym. Leo *deciſ.* 50. *per totum*,& in Regia Audientia Cathaloniæ teſtatur Io. Petr. Fontanell. *tom.*2. *de pact.nuptial. clauſ.*6. *gloſ.*1. *p.*3.*à num.*14.*ad finem*, vbi plures illius Senatus deciſiones 3 4

ſiones refert, cum hoc tamen, vt in exequutioae fa-
cienda vir audiatur, vel ſaltem, quòd habeat ille
ſcientiam de ſententia contra vxorem lata. Hanc
5 eandem opinionem firmauit Iacob. Cancer. *variar.*
reſol. par. 1. cap. 13. tit. de empt. & vendit. n. 58. ſub his
verbis: *Oportet tamen ſcire, quòd ſi mulier antequàm*
nuberet debita contraxiſſet, pro illis poſſet fieri exequu-
tio in rebus dotalibus, etiam conſtante matrimonio, quia
cenſetur dotem attuliſſe, deducto ære alieno, &c. hoc
idem voluit Camill. Borrell. omninò videndus *conſ.*
6 54. *per totum*, & alij, qui tamen vnanimiter firma-
runt, ſecus eſſe, ſi debita conſtante matrimonio eſ-
ſent contracta; immò etiam ſi eo tempore verſare-
mur in re criminali, iuxta caſum poſitum per Gaſ-
par. Theſ. *quæſt. forenſ. lib. 4. q.* 3. ibi enim cùm quæ-
7 dam mulier conſtante matrimonio pro delicto per
eam patrato in certa ſumma ad partis læſæ benefi-
cium pro ſuis damnis, & intereſſe, & Fiſci pro pœ-
na, condemnata eſſet, volentes demùm, pars offen-
ſa, & Fiſcus ſuper bonis dotalibus agere, cùm de præ-
latione inter ſe pugnarent; fuit vterque excluſus, &
deciſum, non eſſe virum ſuper pecunia dotali mole-
ſtandum.
8 Plus voluit in hac materia D. Ioannes Angelus
Piſanellus in *quadam eius annotatione manuſcripta*, ni-
mirùm; tutore in actione perſonali ad computa red-
denda condemnato, facta demùm liquidatione lice-
re pupillo exequi facere contra tertium poſſeſſorem,
in quem poſt ſuſceptam tutelam bona ſua tutor alie-
nauit, dummodò in diſcuſſione facta, ſi tutor ipſe
erat ſoluendo, & in liquidatione computorum exti-
terit tertius ille poſſeſſor pro ſuo intereſſe citatus:
audi, quæſo, verba huius præclariſſimi Doctoris.

Ieſus, Maria.

9 Illuſtriſſimus Dominus Dux Amalphiæ, cuius ſum
generalis totius ſtatus cauſarum appellationum Au-
ditor, vt ſedaret magnam litem in Comitatu Celani
in Prouincia Aprutij, voluit à me intelligere, ſi facta
lite ſuper redditione computorum inter quemdam
pupillum, & olim tutorem, eoquè tutore condemna-
to in actione perſonali ad reddendum computum, &
facta liquidatione, ſi poterat exequi contra tertium
poſſeſſorem, in quem poſt tutelam ſuſceptam alie-
nauerat, vel requirebatur de nouo agere contra poſ-
ſeſſorem: coram me allegabatur *deciſio* Capycij 91.
in cauſa, quæ olim agitata fuit cum Excellente Do-
mino Ioanne de Tufo Barone Lauelli patre moderni
10 nunc Ill. Marchionis Lauelli mei Auunculi, in qua
deciditur, non poſſe ex illa ſententia ſine nouo pro-
ceſſu moleſtari, vt referente eodem *Capycio* in anno
1513. fuit declaratum. Ego tamen contrarium deter-
minaui, motus ea ratione, quia quando fuit facta
diſcuſſio, ſi tutor erat ſoluẽdo, & in liquidatione com-
putorum fuit citatus ille tertius poſſeſſor pro eius in-
tereſſe, vt colligitur ex deciſione Bal. *in l. fin. ff. ſi*
cert. pet. & in *l. 2. C. quando Fiſcus, vel priuatus,*
Ang. Imol. & DD. *in l. decem* 116. *ff. de verb. obli-*
11 *gation.* ſicut dicimus in caſu euictionis, quòd quan-
do venditor, & emptor ſimul conueniuntur, non
requiritur denunciatio; vt per Alex. poſt alios in *l.*
2. §. voluntatem, ff. ſolut. matrim. & ità demùm
relatore Domino Martiale fuit practicatum me ad-
uocante in cauſa Nobilis Iacobi Lauelli cum illis
de Calamatia, dùm opponeretur exceptio diſcuſ-
ſionis.

Io. Angelus Piſanellus.

SVMMARIVM.

1 *Creditor anterior quando poſſit auocare pecuniam poſteriori creditori à communi debitore ſolutam, remiſſiuè.*

2 *Hæres debitoris condemnatus ad ſoluendum omnibus creditoribus hæreditariis, ſi ſoluerit vni creditum ſuum totum, & in hæreditate nihil remanſit, quid eo caſu agendum, & num. 4. 5. & 6.*

3 *Hæres debitoris ſoluens creditori hypothecario poſteriori, ſciens adeſſe anteriorem, quid iuris?*

7 *Bancum ſoluens pecuniam vinculatam, non adimpletis prius adimplendis, an directò conueniri poſſit ad pecuniæ reſtitutionem, vel potiùs erit prius conueniendus qui pecuniam à Banco exegit.*

ARGVMENTVM.

Creditor anterior, an, & in quibus caſibus poſſit auocare pecuniam poſteriori creditori à communi debitore ſolutam? Hæres debitoris condemnatus ad ſoluendum omnibus creditoribus hæreditariis, ſi ſoluerit vni creditum ſuum totum, & in hæreditate nihil remanſit, vt cæteris creditoribus ſatisfieri poſſit; an de ſuo ſoluere teneatur, ex quo doloſè gratificari voluit; vel potius teneantur creditores agere contra concreditorem, cui fuit ſolutum? Banci Officiales ſi ſoluerint pecuniam in Banco depoſitam vinculis alligatam, non adimpletis prius adimplẽdis, num deponens poſſit pro recuperatione pecuniæ malè ſolutæ directo agere contra Bancum, vel potius teneatur prius agere contra illum qui pecuniam in Banco depoſitam malè exegit, & in ſubſidium contra Bancum.

CAPVT LXIV.

CREDITOR anterior quando poſſit 1
auocare pecuniam poſteriori creditori
à communi debitore ſolutam, & bona
fide conſumptam, diximus latè *lib. 1.*
cap. 71. Vbi *num.* 8. inter alios caſus,
quibus auocationi locum eſſe demonſtrauimus, quan-
do

do par fuit omnium creditorum diligentia, & tamen poſterior fuit à debitore gratificatus.

2 Modò, in hac gratificationis materia dubitatur, ſi omnes creditores eſſent in actione perſonali, & is, qui ſoluit, eſſet hæres principalis debitoris, & vti talis condemnatus ad ſoluendum omnibus creditoribus hæreditariis, ſi ſoluerit vni creditum ſuum ex integro, & in hæreditate nil aliud remanſit, vt cæteris creditoribus ſatisfieri poſſet, nùm hæres ipſe de ſuo ſoluere teneatur, ex quo doloſè voluit gratificari, ſicquè noluit, dùm ſoluit, omnes creditores audire, prout tenebatur, ſtante ſententia condemnatoria; vel potius teneantur creditores greſſus ſuos dirigere aduerſus concreditorem, cui fuit ſatisfactum? dixi, ſi

3 omnes creditores eſſent in actione perſonali; quia ſi in actione hypothecaria, & hæres ſoluerit creditori poſteriori, ſciens adeſſe anteriorem, procederent ea, quæ ſcripſerunt Gloſ. & DD, quos citat Minad. *dec.* 9. *nu.* 1. vbi Addentes, quicquid ſibi dixerit Ant. Fab. *diff.* 33. *C. de iur. deliber.*

4 Reſpondeo breuiter, illud circa caſum propoſitum, particulari lege cautum eſſe, quòd dùm in hæreditate nil aliud ſupereſt quo cæteris creditoribus poſſit eſſe conſultum, tenetur creditor ille, cui ſolutum eſt, quod accepit cum aliis communicare: hic eſt tex. *in l. ſi non expedierit*, §. *ſi pupillus*, *verſ. quod ſi vtroque*, *ff. de bonis author. Iud. poſſiden.* & in *l. pupillus*, *verſ. diſtinguamus*, *ff. quæ in fraud. credit.* quæ iura in hac materia gratificationis omnes commendant, vt nouiſſimè videre eſt apud Addent. ad Affl. *deciſ.* 190. Statil. Pacific. *de Saluian. interd. inſpect.* 3. *cap.* 2. *num.* 100. Gaſpar. Theſ. *quæſt.* 16. *num.* 14. *lib.* 2. *quæſt. forenſ.* Mareſcot. *lib.* 2. *var. reſol. cap.* 36. *num.* 3. Laratha *conſ.* 64. Fontanell. *de pact. nupt. tom.* 2. *clauſ.* 5. *gloſ.* 8. *p.* 7. *numer* 25. & Ant. de Amat. *var. reſol. lib.* 2. *reſol.* 51. *num.* 26.

5 Hac diſpoſitione ſic ſtante, exiſtimo indubitanter, quòd dùm creditoribus illis, quibus ſolutum non eſt, lex conſuluit, vt agant aduerſus concreditorem, cui ſatisfactum eſt; & illa actione, de qua per Gloſ. *in d.* §. *ſi pupillus*, *in verb. communicandum*; non poteſt hæres, qui ſoluit, moleſtari; vtiquè enim ſi in iuribus citatis *Paulus*, & *Scæuola* Iureconſulti voluiſſent, vt hæres teneretur, idque propter doloſam illius gratificationem, hoc dixiſſent; non dixerunt, ergò.

6 Eſt tamen verum, quòd ſi inanis eſſet actio aduerſus creditorem, cui ſolutum eſt, ex quo forſan effectus eſſet ille non ſoluendo, tunc hæres, qui doloſè vni ſoluit, ſic Iudicis ſententiam contemnens, cæterorumquè creditorum diligentiam paruifaciens, actione de dolo tenebitur de ſuo omnibus ſatisfacere. Hæc eſt ſententia Gloſ. aduerſus quam neminem inſurrexiſſe legi, in *l. tutores* 61. *in verb. dolo*, *ff. de condiction. indeb.* Salycet. *ibidē*, *verſ. quærit etiam*, & cæteri omnes.

7 Nec eſt nouum, addo, vt duo ad alicuius pecuniæ reſtitutionem teneantur; & tamen quia pecunia ad vnius tantùm manus peruenit, non poſſit creditor directò contra alterum agere, niſi diſcuſſo priùs eo, in cuius poſſe pecunia illa peruenerat. Videantur quæſo dicta per Roman. in *l. ſi cum dotem*, §. *transgrediamur*, *intra num.* 16. *verſ. licet ſi is*, *ff. ſoluto matrim.* & quæ pleniùs ſcripſi Ego *lib.* 1. *cap.* 191. ob quod nouimus paritèr non ſemel Sacrum Conſilium iudicaſſe; quod ſi Officiales Banci pecuniam in illo vinculis alligatam depoſitam ſoluerint, non aliter conſtito priùs de adimplementis in depoſito præſcriptis, deponens agendo pro recuperatione pecuniæ contra formam depoſiti ſolutæ, vtiquè non poſſet directò conuenire Bancum; ſed cogetur præciſè agere priùs contra eum, qui pecuniam à Banco exegit, vinculis in depoſito contentis non adimpletis, iſtoquè (facta diſcuſſione) non ſoluendo reperto, in ſubſidium teneri, & obſtringi poſſe Bancum, cuius Officiales depoſitam pecuniam, non adimpletis adimplendis, ſoluerunt: ità ſanè has determinationes refert M. A. Gizzius in *obſeruat. ad deciſ.* 17. *num.* 12. *D. Reg. Hectoris Capyc. Latro.*

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſor ſi pro aliquo debitore carcerato ſe obligauerit de ſoluendo debitum infrà certum tempus, vel de præſentando illum, nùm die adueniente poſſit cogi ad ſoluendum, ſi debitorem præſentare paratus eſt; Et quid ſi debitor ille repertatur mortuus. & n.* 3. 7. *&* 8.

2 *Alternatiuarum electio cuius eſt, debitoris, vel creditoris? & num.* 4. *&* 5.

6 *Promittens ſoluere certa die, vel dare pignus, nùm die adueniente præciſè cogi poſſit ad ſoluendum, quamuis pignus dare ſit paratus.*

9 *Debitor alternatiuè duo promittens, an vna re perempta remaneat obligatio in alia.*

10 *Nouatio an inducatur, vt fideiuſſor cenſeatur liberatus per prorogationem factam à creditore debitori ad ſoluendum, & num.* 12.

11 *Nouatio non ſolùm expreſſè, ſed etiam per coniecturas inducitur.*

13 *Exceptio diſcuſſionis, & diuiſionis, quæ fideiuſſoribus, & correis debendi competit, an ceſſet, quoties in inſtrumento fuerit renunciatum ſimpliciter cum dictione, &c. vel ſi obligatio eſſet facta in forma Cameræ Apoſtolicæ, & n.* 14.

ARGVMENTVM.

Debitor ſub clauibus conſtitutus, ſi pro ſe à vinculis liberando fideiuſſionem præſtiterit de ſoluendo infrà certum tempus, vel de redeundo ad carceres, an die adueniente poſſit creditor præciſè fideiuſſorem cogere ad ſoluendum, ſi debitor promptus eſt ſe præſentare? Et quid ſi eiuſdem debitoris præſentatio eſſet impoſſibilis, quia ante, vel poſt tempus in ſoluendo, vel præſentando præſcriptum, mortuus eſt? In Alternatiuis cuius eſt electio, debitoris, vel creditoris? Promittens alternatiuè certa die duo præſtare, an vna re perempta, remaneat obligatio

in alia? Exceptio diſcuſſionis, vel diuiſionis, quæ fideiuſſoribus, & correis competit, an opponi poſſit in obligationibus Cameralibus? Nouatio an inducatur ad finem, vt fideiuſſor ſit liberatus, quando creditor prorogat debitori ſuo tempus ad ſoluendum, & de aliis ad materiam pertinentibus.

CAPVT LXV.

1 DEBITOR ſub clauibus conſtitutus, ſi pro ſe à vinculis liberando, fideiuſſionem præſtiterit de ſoluendo debitum infra certum tempus, vel de redeundo ad carceres: Dubitatur, nùm tempore elapſo, & debito non ſoluto, poſſit creditor fideiuſſorem ad ſoluendum cogere, quamuis fideiuſſor ipſe ſit paratus debitorem exhibere, & intus carceres præſentare; vel ſi debitoris præſentatio eſſet impoſſibilis, quia forſan antè, vel poſt tempus in ſoluendo, vel præſentando præſcriptum, è viuis diſceſſit?

2 Pro ratione dubitandi videtur negatiuè reſpondendum, ſicque attento tenore fideiuſſionis præſtitæ, ſatis dici fideiuſſorem adimpleuiſſe, dùm debitorem ad carceres præſentare ſe offert, nam quamuis infra certum tempus ſoluere promiſerit, non tamen ſimpliciter ad ſoluendum ſe obligauit; ſed alternatiuè, ad ſoluendum, vel ad præſentandum; cùm igitur in alnatiuis electio ſit debitoris, vulgato tex. *in l. plerumque, in fi. ff. de iur. dot.* & in *regula, in alternatiuis, de regul. iur. in 6.* ſequitur dicendum, vt adimplendo vnum, ab alio, ad quod ſe obligauit, liberatus cenſeatur: & idem ſi debitor reperiretur mortuus, cùm impoſſibilis ſit illius præſentatio, ad quam fideiuſſor alternatiuè ſe obligauit, & ad impoſſibile nemo tenetur; *vulgatis iuribus.*

3 Sed certè in caſu propoſito contrarium eſt reſpondendum, nimirùm, vt fideiuſſor omninò ad ſoluendum cogi poſſit, ſiuè mortuus ſit debitor, ſiuè viuus, illumque præſentare ſit paratus: Probo ratione, & authoritate: Ratione, quia principalitèr debiti ſo-
4 lutio fuit promiſſa, & quamuis fuerit addita Alternatiua, vel de redeundo ad carceres; hoc fuit pro maiori creditoris cautela, & ſecuritate, quo caſu ipſius eſt electio, non autem debitoris: Etenim tunc electio in Alternatiuis eſt debitoris, quando Alternatiua cadit inter duo, quorum vtrumque eſt in obligatione, & in ſolutione. Ponitur exemplum, de quo in *d. l. plerumque*, ſi maritus obligando ſe ad dotis reſtitutionem, fundum in dotem datum, vel illius æſtimationem reſtituere promiſerit; tunc quia vtrumque eſt in obligatione, & in ſolutione, ſoluto matrimonio, mariti debitoris eſt electio in reſtituendo fundum, vel illius æſtimationem. Aliud ponitur exemplum per Gloſ. *in d. cap. in alternatiuis*, vt ſi promiſi tibi tali die equum, vel ſcuta decem, tunc mei erit electio in dando equum, vel decem, quia vnumquodque ex promiſſis eſt in obligatione, & ſolutione: & ſic quamplura exempla poni poſſunt, quæ
5 ſparſim à *Doctoribus* ſcripta inueniuntur.

Cæterùm quando nullo pacto dici poteſt, quòd vnumquodque ex promiſſis ſit in obligatione, & ſolutione; ſed vnum dùmtaxat, prout in caſu noſtro, in quo promiſſio tantùm ſoluendi eſt in obligatione, & ſolutione, cùm promiſſio præſentandi in carceribus dici non poſſit quòd ſit in ſolutione; tunc aliud, quod alternatiuè apponitur, pro maiori creditoris ſecuritate appoſitum dicitur, & conſequenter ipſius creditoris eſt electio; nè quod in illius fauorem appoſitum eſt, in eiuſdem odium redundet. vulgatis iuribus in *l. nulla iuris, ff. de legibus*, & in *l. quod fauore, C. eodem.*

Authoritate etiam diximus, hanc probari ſententiam in caſu fortiori noſtro, & in puncto: in caſu 6
fortiori, nimirùm in debitore, qui certa die promiſit ſoluere, vel dare fideiuſſores, vel tradere pignus, vt die adueniente poſſit creditor ad eius electionem præcisè debitorem ad ſoluendum cogere, nec poſſe debitorem illum replicare, eſſe paratum dare fideiuſſores, vel pignus, & hoc modo adimplere id, ad quod ſe obligauit; ex quo ex tribus promiſſis, vnum tantùm, ſcilicèt promiſſio ſoluendi eſt in obligatione, & ſolutione; & aliud dandi fideiuſſores, vel tradendi pignus, ad creditoris cautelam tantùm appoſitum dicitur, vt ſit ille magis ſecurus; cùm nullo pacto affirmari poſſit, quòd ſit in ſolutione, vt patet ad ſenſum, ſicque non cogitur creditor recipere pignus; ſic ſanè de communi ſcripſerunt,

Guliel. de Cuneo *in l. quamuis, ff. de pignor.*

Bar. *ibidem num 2. & ſeq.*

Paul. de Caſtr. *in l. 4. §. ſi ex conuentione, num. 5. ff. de re iud.*

Alex. *in l. 1. in 1. notab. ff. qui ſatiſd. cogant. & in d. §. ſi ex conuentione, n. 5.*

Felin. *in cap. inter cæteras, n. 4. verſ. fallit ſecundò, extra. de reſcriptis.*

Iaſ. *in §. ſi quis agens, verſ. huic autem, num. 10. Inſtit. de actionib.*

Ripa *in d. l. 4. §. ſi ex conuentione, numer. 3. ff. de re iud. & in dict. cap. inter cæteras, num. 69. & 70. de reſcriptis.*

Dec. *conſ. 12. col. 2. verſ. ſecundò probatur.*

Chaſſan. *in Conſuet. Burgun. rubr. 9. §. 11. f. mihi 1300. verſ. & propterea infert ibi Bart.*

Neguſ. *tract. de pignor. 1. membr. 5. par. num. 5. & ſeqq.*

Marant. *in l. ſi actor, numer. 24. verſic. tertiam electionem, ff. de procurat.* poſt *pract. fol. mihi 684.*

Catel. Cot. in *ſuis memorab. in verb. Alternatiuarum electio.*

Euerard. *in Topica, in loco, à natura Alternatiuorum, in 3. fallen.* vbi dicit, concluſionem hanc eſſe perpetuò menti tenendam, quia eſt ſubtilis, ſingularis, & quotidiana.

Burſat. *conſ. 457. nu. 5. vol. 4.*

Bellon. *conſ. 45. nu. 1. & ſeq.*

Io. Vincent. de Anna *ſingul. 238.*

Stracc. *de aſſecur. in præfat. num. 63. & ſeq.*

D. Cardin. Tuſch. *pract. concl. lit. A concl. 316. num. 14. lit. E. concl. 102. num. 14. & lit. F. concl. 90. num. 6. & 7.*

Cancer. ſatis benè *variar. reſol. lib. 2. cap. 6. num. 55. 56. 57. & 58.*

Ego ipſe *lib. 1. cap. 297. num. 2. & 3.*

In puncto autem, & ſic in fideiuſſore, qui pro 7
debitore principali promiſit ſoluere, vel eundem exhibere, & carceratum conſignare, vt non liberetur ſi promptus eſt conſignare, vel ſi illum præſentare impoſſibile ſit, fretus authoritate Bart. & aliquorum ex *ſuprà* allegatis conſuluit inſignis Andr. Barbat. *conſ. 15. nu. 28. 29. & 30. lib. 2.* præſertim ſub illis

illis verbis: *Cùm ergò dictus Gerardus alternatiuè promiſerit procuratori dictæ Communitatis ſe ſatisfacturum de ſuo proprio reſiduum deb ti, ſeù conſignare præfatum Iacobum debitorem principalem in manibus Domini Roberti, ſeù eius matris, non potuit ipſe eligere in hac Alternatiua, & dicere; Volo conſignare principalem debitorem in manibus veſtris: immò Communitas, ſeù eius procurator debet eligere in hac Alternatiua, & dicere; Volo quòd ſoluat totum debitum de ſuo proprio, & nolo conſignationem principalis debitoris, quia illa Alternatiua fuit poſita in meũ fauorem; ideò electio eſt agentis: vt fuit intentio Guliel. de Cuneo, & Bart. in d. l. quamuis, & voluit Gulielm. & Bald. in d. l. fin. C. de petit. hæred. licèt ergò ſit impoſſibile illi Gerardo præſentare dictum debitorem principalem, & conſignare; ſequitur, quòd nihilominus ipſe Gerardus remanet obligatus ſoluere de ſuo tantùm, & integrum debitum, & ſic illa difficultas non excuſat eum, quia in tali Alternatiua dictus Gerardus non habuit, nec adhùc habet electionem, ſed illam electionem, ſed illam electionem habent Procuratores dictæ Communitatis, quia ad fauorem eiuſdem Communitatis fuit appoſita; ideò ad ſuum fauorem debet retorqueri, & non ad ſuum incommodum, & præiudicium: l. quod fauore, C. de legibus, cap. quod ob gratiam, de regul. in 6. & ità mihi videtur concludendum eſſe de iure circa iſtum articulum.* Hæc ille: cuius ſententiæ adhæſit Dominus Card. Tuſch. in *cit. lit. F. concl. 90. n. 6. & 7.*

8 Et magis indiuidualiter, quotiès principalis debitor mortuus ſit, ratiocinatur Franciſc. Viuius *dec. 485. per totam*, vbi cùm quidam carceratus exiſtens, cautionem præſtitiſſet de ſe præſentando infrà menſem in carceribus, vel de ſoluendo debitum, & infra terminum ſibi præſcriptum, diem ſuum clauſerit poſtremum, inſtitit creditor, fore cogendum fideiuſſorem ad ſoluendum, qui verè ad ſoluendum condemnatus extitit, nulla habita ratione de oppoſitione per eum facta circa mortem ſubſequutam principalis debitoris, & de *regula, in Alternatiuis*; quia fuit habitum pro abſoluto, reſpectu Alternatiuæ, promiſſionẽ illam de repræſentãdo fuiſſe ad creditoris cautelam emanatam, qui quidem creditor nunquam debitoris habilitationi conſenſiſſet; niſi eo tempore de ſolutione ſibi facienda ſui crediti certus remanſiſſet: Et reſpectu mortis ſubſequutæ fuit conſideratum, quòd adhùc ſi electio fuiſſet debitoris, quia principalis debitor deceſſerat, non per hoc fideiuſſor li-
9 beratus remanſit; nam quoties quis ad duo alternatiuè præſtanda ſe obligat, vnare perempta, remanet obligatio in alia, illámque cogitur debitor præcisè præſtare: id quod latiùs, & meliùs probat Ant. Gomez. omninò videndus *var. reſol. tom. 2. cap. 11. num. 40.* quò loci ad hoc probandum allegat multa iura concordantia, nimirùm text. *in l. Stichum, aut Pamphilum, ff. de ſolut. in l. non vtique, ff. de eo, quod certo loco; in l. cùm is, ff. de condict. indeb. in l. ſtatuliberum, §. Stichum, aut Pamphilum, ff. de legat. 2.* In his enim iuribus cautum reperies, quòd ſi promiſi tibi duos dare ſeruos, Stichum ſcilicèt, aut Pamphilum, quamuis mei debitoris ſit electio tradere, quem velim; attamen ſi alter putà Stichus moreretur, extinguitur electio, & remanet obligatio in ſuperſtite, ſicquè Pamphilum, qui viuit, teneor præcisè tibi conſignare; nec aliter dicere poſſum, *Offero tibi mortuum.* Id quod etiam notat expreſsè Glo. in *iuribus prædictis*, & Iaſ. in *Apoſtilla ad d. l. non vtiq.* ſub illis verbis, *dic, quòd non poſſit eligere mortuum, quia ſolus viuus remanet in obligatione.* Idemquè affirmat Greg. Lop. *in l. 23. tit. 11. part. 5.* Vndè quando imprudenter, & temerariè quis affirmare auderet in caſu propoſito, eſſe in electione fideiuſſoris ſoluere, vel in vinculis debitorem præſentare, quia impoſſibilis eſt præſentatio propter mortem debitoris ſubſequutam, electio extinguitur, & remanet obligatio ſola in promiſſione facta de ſoluendo.

Quibus ſic ſtantibus in caſu mihi propoſito, nul- 10
lius momenti eſſe, ipſe dicebam, alias oppoſitiones, quæ ad impediendam ſolutionem per fideiuſſorem proponebantur, nimirùm quòd elapſo termino ad ſoluendum, vel ad præſentandum, creditor ipſe debiti partem à debitore receperat, ſicquè fuiſſe prorogatum terminum ad ſoluendum, per quos actus dicebatur inductam fuiſſe nouationem, qua mediante fideiuſſor liberatus remanſerat; cùm nouatio
non ſolum expreſsè, prout diſponit tex in *vulgata l.* 11
final. C. de compenſ. ſed etiam ex coniecturis fieri poteſt; ad tradita per Affl. *deciſ. 44. num. 15.* vbi Addentes; per D. Vincent. de Franch. *deciſ. 15. per totam*; & per alios *vbiquè*: Siquidem circa hoc obſtabat factum, obſtabat & ius. In facto enim nullibi conſtabat de prorogatione, ſed tantùm de receptione partis debiti; & quando per publicum inſtrumentum terminus ad ſoluendum fuiſſet prorogatus, non per hoc de Iure nouatio aliqua, nec expreſsè, nec ex coniecturis inducebatur, ad finem vt fideiuſſor remaneret liberatus. Videantur poſt Bal. & Ang. *in l. ſi vnus, §. ſi cum reo*, vtrumque *num. 3. ff. de pactis*, & Iaſ. *in l. 1. & in l. lecta, num. 9. ff. ſi cert. pet.* & alios antiquos, Rot. *deciſ. 1.* aliàs 860. *de depoſ. in antiquis*, Ant. Gabr. *commun. concl. tit. de fideiuſſ. concl. 3.* Gayll. *pract. obſer. lib. 2. obſer. 30. num. 11.* Theſ. *deciſ. 125. per totam*; Alex. Trentacinq. poſt infinitos, quos allegat. *var. reſol. lib. 3. in tit. de fideiuſ. reſol. 1.* & noſter Præſ. Amat. omninò videndus *conſ. 45.* vbi ſic per noſtrum S. C. deciſum refert, quorum ſententiæ adhæſi pariter & Ego *lib. 1. cap. 133. num. 12.* quò
loci demonſtraui, tunc per prorogationem termini 12
ad ſoluendum à creditore debitori factam, fideiuſſorem liberatum eſſe, quando fideiuſſor ipſe pro principali debitore vſque ad tale tempus ſe obligaſſet; hoc enim caſu ſi adueniente tempore ad ſoluendum præſcripto, creditor terminum prorogaret, certè liberatus cenſetur fideiuſſor: Ratio eſt, quia fidem ſuam vſque ad tale tempus, & non vltra aſtrinxit; Cæterum ſi ſimpliciter debiti ſolutio in tali tempore, ſiuè infra tale tempus promiſſa extiterit; prorogato termino debitori, fideiuſſor, ſub prorogatione includitur, ſicquè liberatus non cenſetur: id quod doctè ſatis comprobat Ant. Gomez. *variar. reſol. tit. de fideiuſſor. numer. 21.* vbi poſt multos relatos dixit, prorogationem cum ſua qualitate factam cenſeri; & quod quamuis aliqui in contraria fuerint ſententia, attamen noſtram, quam tuemur, veriſſimam fatetur, ab eaquè nec in conſulendo, nec in iudicando recedendum eſſe admonet, & quòd nullo modo contraria ſi tenenda opinio; vide illum, quia benè loquitur.

Minus etiam obſtare dixi exceptionem alteram, 13
quæ à fideiuſſore in caſu propoſito opponi poſſet, ordinis nimirum, ſeù diſcuſſionis principalis debitoris; de qua in *vulgata Authen. præſente, C. de fideiuſſor.* & diuiſionis debiti inter alios confideiuſſores, ſi ſoluendo ſunt, ex beneficio *Epiſtolæ Diui Hadriani*, de qua in *§. ſi plures, Inſtit. de fideiuſſ.* Etenim reſpondi, quicquid ſit de obligatione per fideiuſſores ad creditoris beneficium principaliter, & in ſolidum facta, qua mediante omnes exceptiones ceſſare videntur, licèt non ſine magna controuerſia, de qua per DD. paſſim in *locis vulgaribus*, & ab vtraque parte relatos per Theſ. in *ſua vulgata deciſ. 166.* in caſu, de quo agebatur, ceſſabant prorſus;

cùm

cùm illis renunciatum apparebat: & quamuis non expreſsè, legebantur tamen verba expreſſam renunciationem importantia, nimirùm *cum ſolitis clauſulis*, &c. & demùm *renunciarunt*, &c. quod ſat eſſe, vt exceptionibus prædictis renunciatum cenſeatur, dixerunt Curt. ſen. *conſ.* 6. Ant. Gabr. *commun. concl. lib.* 3. *tit. de fideiuſſor. concl.* 1 *num.* 87. Bertaz. *de clauſ. inſtrum. clauſ.* 40. *gloſ.* 4. *num.* 4. ſub illis verbis: *Immò ſatis eſſet, ſi in inſtrumento eſſet dictum, renuncians, &c. ſecundùm Curt. ſen. conſ.* 6. *in princ. cùm de communi ſtylo Notariorum dicta clauſula eſſet extendenda, vt cenſeatur renunciatum d. benficio*. hæc ille.

14 Secundò (& cum hoc tollitur omnis difficultas) obligatio, qua fideiuſſores ligabantur, facta apparebat ſeruata forma obligationis Cameralis; qua attenta, quamuis fideiuſſores, ſiuè rei debendi beneficiis pro illorum tutela à iure introductis, ſiuè ordinis, ſiuè diuiſionis non renunciauerint; quia pro principalibus habentur, priuilegiis, ſiuè exceptionibus fideiuſſoribus competentibus vti non poſſunt: eoquè magis, cùm in obligatione adiecta reperiebatur clauſula, *omni meliori modo*, ità ſanè ſcripſerunt Hieronymus Grat. *conſ.* 87. *ſub n.* 15. *verſ. ſed vltimò*, Vinc. Caroc. *de excuſſion. bonor. p.* 2. *quæſt.* 5. ſicquè ſemel, atquè iterùm per *Rot.* determinatum, primò in *vna Romana Indemnitatis de Odeſchalchis* 5. *die Nouembris* 1578. *coram D. Lancelloto*, ſecundò in *vna Aſculana fideiuſſionis ſub die* 23. *Maij* 1614. *coram D. Veroſpio*, habetur in *deciſ.* 147. *numer.* 2. in *poſthumis Farinac. fol. mihi* 152. ſic pariter ſemel, atque iterùm per Supremum Sabaudiæ Senatum determinatum, teſtis eſt Ant. Fab. C. *de fideiuſſ. diff.* 22. *per totam*, & in *alleg. ibid. n.* 6. omninò videndus, Gratian. poſt alios, quos citat, *diſcept. forenſ. lib.* 1. *cap.* 122. *nu.* 10. & Gait. in *ſuo docto tract. de Credit. cap.* 2. *tit.* 2. *quæſt.* 5. *num.* 1967. *& ſeq.* Mareſcot. *var. reſol. lib.* 2. *cap.* 65. *nu.* 7. *&* 8. Beltram ad Ludouiſ. *dec.* 321. intra *num.* 13.

Poſt hæc ſcripta obſeruaui D. Regentem Capycium Latro, qui in *conſult.* 53. *lib.* 1. multa ad propoſitum huius materiæ ſcripſit.

SVMMARIVM.

1 *Debitor ſi creditorem ſuum præuenerit præuia fideiuſſione, &c. inſtrumenti incuſationem euitabit.*

2 *Fideiuſſio per debitorem præſtanda in cauſa præuentionis ad effectum euitandi inſtrumenti incuſationem, an ſicut præſtanda eſt, quando præuentio fit, volens debitor debiti ſatisfactionem probare, ità pariter quando vellet allegare inſtrumentum ſimulatum, falſum, vſurarium, &c. & n.* 3. 6. 7. *&* 10.

4 *Verbum,* ſolutio, *intelligitur de quacunque ſatisfactione, & num.* 10.

5 *Debitor ſoluens creditori creditoris ſui an liberetur.*

8 Pragm. 1. de præuent. moderan. *declaratur, & num.* 9. *&* 11.

ARGVMENTVM.

Debitor, qui ad euitandam inſtrumenti guarentigiati exequutionem poteſt creditorem ſuum præuenire, dummodò fideiuſſionem præſtet de ſoluendo debitum, & pœnam in caſu ſuccumbentiæ; num teneatur fideiuſſionem hanc præſtare, non ſolum quando præuentio ordinatur ad ſatisfactionem debiti probandam, de qua loquitur *Pragm. vnica, de præuent. moderan.* ſed etiam quoties allegaretur alia cauſa, qua mediante, non eſſe ſe ad ſoluendum aſtrictum prætenderet, vbi ſingulare reſponſum *D. Io. Angeli Piſanelli*7. inter *ſua notabilia manuſcripta.*

CAPVT LXVI.

DEBITOR vigore inſtrumenti guarentigiati, quod nos *liquidum* appellamus, ſi creditorem ſuum præuenerit, allegando debiti ſolutionem, exequutionem euitabit, quouſque facta publicatione in cauſa de iuribus ſuis conſtiterit, dummodò tamen fideiuſſionem præſtet de ſoluendo debitum, & pœnam, in caſu ſuccumbentiæ. 1

Sed dubitatur, an ad huius inſtrumenti incuſationem euitandam, neceſſariò teneatur debitor fideiuſſionem præſtare, adhùc ſi ſequatur præuentio ex alia cauſa, quàm allegatæ ſatisfactionis, nimirùm ſi allegauerit inſtrumentum ſimulatum, ſiuè per vim, & metum extortum, falſum, aut vſurarium, &c. 2

Ratio dubitandi ea eſt, quia *Pragmatica* ſenſiſſe videtur, vt præſtetur fideiuſſio, quando allegat debitor ſe ſoluiſſe, ſicquè per ſolutionem liberatum, ibi in textu, *caſu, quo de ſolutione in cauſa præuentionis legitimè probatum non fuerit, &c.* idemque in *Ritu* 189. quem *eadem Pragmatica* ſeruari mandat, ibi. *Et ſi actor probauerit, pecuniam fore ſolutam eidem creditori per debitorem, ſeù alium eius nomine, aut per alias legitimas probationes, quòd fuerit ſatisfactum dicto creditori, &c.* ex quibus quidem verbis videtur rectè deſumi poſſe, vt ſit præſtanda fideiuſſio, quando allegatur, debitorem creditori ſuo debitum ſoluiſſe, vndè ſi alia allegetur cauſa, videtur quòd non ſit aſtrictus debitor ad fideiuſſionem præſtandam, cùm eo caſu nulla lex hoc fieri mandet.

Hoc non tangunt DD. noſtri, quos viderim, ſed benè communiter dicunt, licere debitori præuenire, non ſolùm, quando allegatur ſatisfactio, de qua loquuntur *Pragmatica*, & *Ritus*, ſed etiam ex alia quauis cauſa; ſic enim apertè colligitur ex his, quæ diſſeruit Afflict. in *deciſ.* 387. in qua debitor allegauit eius obligationem ex pluribus cauſis nullam; non autem dicebat, quòd ſoluerat: & licèt fuiſſet contra ipſum debitorem pronunciatum, non tamen quia fuiſſet tentum, allegatam cauſam ad incuſationem vitandam non fuiſſe ſufficientem, ſed quia vna, eadémque die conſtabat, creditorem inſtitiſſe pro exequutione iuratæ obligationis, & debitorem petiiſſe, illam nullam declarari; Vndè cùm non 3

conſtaret, an præceſſerit citatio, vel potiùs præuentio, fuit deciſum, eſſe præſumendum, priùs fuiſſe incæptam cauſam ſuper exequutione obligationis, ex quo actus iſte præcedit; vt per Dyn. *in l. cum teſtamento, §. hac verba, ff. de hæred. inſtit.* idemquè firmauit Annibal Troyſ. *in d. pragm. vnica num. 7.* vbi notando verbum illud, *ſolutio*, aut *ſatisfactio*, dicit, generaliter intelligi debere, ex quacunque ſatisfactione, per quam creditoris obligatio ſoluta ſit; ad text. *in l. ſolutionis verbo, ff. de verb. ſignif.* ità quòd ſi debitor præueniens illud probauerit, ob quod eſſet ipſo iure, vel ope exceptionis liberatus, debet in cauſa præuentionis obtinere: exemplum conſtituens, ſi debitor probaret, ſoluiſſe creditori creditoris ſui, quia à ſuo creditore liberatur; ad text. & *ibi* dicta per Alex. *in l. ſolutam, ff. de ſolution.* & in *l. ſolutum, §. ſolutam,* vbi Bart. *ff. de pignor. actione*, Ang. *conſ.* 70. aliique per me relati *lib.* 1. *c.* 191. idemque ſcripſerunt Carauit. in *ritu* 190. *num.* 2. Vrſil. ad Afflict. *citata deciſione* 337. *num.* 2. Viuius *deciſ.* 204. *num.* 4. Bernard. Pand. *de liquid. inſtr. p.* 4. *conſid.* 19. *num.* 118. & nouiſſimè Nouar. *d. pragm. vnic. num.* 1.

4

5

6 In puncto autem, de quo agimus, quòd fideiuſſio ſit ſemper præſtanda, non ſolùm quando allegatur ſolutio, ſed in omni caſu, quo debitor ex quauis cauſa creditorem ſuum præuenerit, ſicquè *Pragmaticam ſuprà allegatam*, omni tempore hanc recepiſſe intelligentiam, ſcripſit, & ſatis notanter, provt de more, Dominus Io. Angelus Piſanellus, per hæc verba, quæ habeo propria eius manu ſcripta, in *quæſtione*, ſiuè *obſeru.* 7. *ſuorum notabilium.*

Ieſus, Maria,

7 Fuit oblata ſupplicatio in Sacro Conſilio per Magnificum Baronem Paulum Toloſam, contra Magnificum Manfredinum de Buchis, petendo, inſtrumentum debiti caſſari tanquàm vſurarium, volens vti remedio *Pragmaticæ Regis Ferdinandi I.* incipientis, *Malitiis litigantium*, ſub *tit. de præuent. moder.* Et pro parte Mãfredini fuit oppoſitum, quòd præſtetur cautio de ſoluendo debitum, & pœnam, iuxta formam *d. Regiæ pragmaticæ*: ortum fuit dubium, an iſta cautio eſſet præſtanda, nedum quando allegabatur ſatisfactio, ſed alius defectus? Ego pro Manfredino interueniens dicebam, *pragmaticam ipſam* habere locum quomodocunque opponeretur contra inſtrumentum: pôderabam *Ritum* incipientem, *Item, quòd ſi debitores*, *car. mihi* 99. *col.* 111. ibi, *& ſi fortè dicti principales debitores, ſeù eorum fideiuſſores aſſerant, dicta inſtrumenta fore falſo modo confecta, vel aliter voluerint dicere, & allegare, quòd inſtrumenta ipſa non valeant, &c.* clariùs per *alium Ritum dictæ M. C.* incipientem *In primis, quòd vbi aliquis habet, cart. mihi* 107. *col.* 1. vbi loquendo de præuentione facienda contra inſtrumenta mutui, depoſiti, ſeù alterius contractus, dicit hæc formalia; *& debitor, ſeù fideiuſſores eius velint præuenire ſuum creditorem, quòd ſibi eſt ſatisfactum, ſeù aliter quouis modo velint dicere contra dictum inſtrumentum, &c.* & ſic nedum loquitur, ſi allegatur ſatisfactio debiti, verùm etiam ſi fuerit in præuentione obiectum de alia inhabilitate; taliter quòd inſtrumentum non poſſit ſuum debitum effectum ſortiri: & ſic inferebam, quòd *Pragmatica*, quæ occurrere volebat malitiis eorum, qui præuentiones faciebant ad euitandum præſentationem inſtrumentorum, intelligi debebat de præuentione in omni caſu, in quo præueniebatur, prætendendo, inſtrumentum debere caſſari, vel de eo non haberi rationem, poſtquàm nedum ſatisfactio, ſed alij defectus obiici poterant in præuentione contra inſtrumentum. Et ponderabam

8

etiam, quòd *Pragmatica* dicit, *præueniendo creditorem ſuum*; iſtud enim verbum, *creditor*, eſt generale, continens quemcunque caſum, ex quocunque modo aliquid debeatur, vt in *l. creditores, ff. de verb. ſignific.* & ſic quando ſubiungit de cautione præſtanda de ſoluendo debitum, ſi non fu t ſolutum, intelligitur de omni debito, nedùm pecuniario, provt debitum, & creditum intelliguntur; & *ſolutio*, verbum eſt generale pro omni ſatisfactione; *l. ſolutionis, ff. de verb. ſignificat.* & ſic dicitur ſolutum, & ſatisfactum, quomodocunque creditor remaneret contentus; *l. ſi rem alienam, §. omnis pecunia, ff. de pignor. action.* vt ſic ipſa *Pragmatica* intelligi debuiſſet, quòd quomodocunque eſſet aliquis creditor, & debitor præueniſſet, eſſet præſtanda cautio: tantò magis, quia iàm *Pragmatica* mandabat ſeruari *Ritum*, ad finem vt detineatur debitor; quæ detentio, vt per *Ritus* apparet, erat permiſſa in omni contractu, & quando nedum de ſolutione oppoſita, ſed ſi quis alius defectus oppoſitus fuiſſet, vt *ſuprà* dixi. 9

10

Quibus rationibus auditis, dùm eſſent ordinatione Illuſtriſſimi Don Raymundi de Cardona Viceregis aggregati cum Sacro Conſilio Excellentes Ludouicus Montaltus Siculus, Hieronymus de Colle Barcinonenſis Regentes Regiam Cancellariam, vt cautiùs procederetur, voluerunt habere informationem ab antiquis Practicantibus, & præcipuè à Notario Melchiore de Troianis, Notario Nardo Andrea Fronda, Notario Florillo Certa, Notario Antonio Sartiano, Notario Franciſco Bimontio, Notario Bartholomæo Mollo, qui fuerunt celebres Procuratores, & à multis aliis, qui retulerunt, quod ſemper *Pragmatica* ipſa fuit ità intellecta, ſcilicèt quòd nedum quando erat facta præuentio, allegando ſatisfactionem debiti, ſed etiam, quando fuiſſet dictum de aliis defectibus contra inſtrumentum, per quos dicebatur caſſari debere, quòd debebat cautio præſtari; pro qua practica fuit viſa *deciſio* Mazzei 137. vbi referendo illam *pragmaticam*, intelligit etiam generaliter in præueniente, vt caſſetur inſtrumentum debiti ex aliqua iuſta cauſa, quam allegat, non ſe reſtringendo ad ſolutionem tantùm. 11

Et ſic fuit interpoſitum decretum, referente præſtantiſſimo Domino de Martiale, cum voto dictorum Dominorum Regentium, quòd Baro Toloſa præſtaret cautionem iuxta formam *Pragmaticæ.*

Et dùm idem caſus occurriſſet in cauſa Illuſtr. Marchionis Oitæ cum Vniuerſitate Francauillæ, Ego allegaui pro Marchione prædicto; & tandèm relatore Domino Marino Fritia cauſæ Commiſſario Viro doctiſſimo, Præſidente Regij Conſilij præſtantiſſimo Patritio Neapolitano Domino Hieronymo Seuerino, ità etiam fuit deciſum, & ſic ex bina determinatione iſte caſus poteſt pro indubitato teneri.

Io. Angelus Piſanellus.

SVMMARIVM.

1 *Doctores Legum an ad munus Ærariatus ab eorum Baronibus cogi poſſint, & numer.* 2. *&* 5.

3 *Doctoratus an ſit dignitas.*

4 *Doctor ignarus an potiatur priuilegiis Doctoribus conceſſis.*

ARGV

ARGVMENTVM.

Doctores Legum num in Regno ab eorum Baronibus cogi poſſint ad Ærariatus munus ſuſcipiendum? vbi deciſio Regiæ Cameræ.

CAPVT LXVII.

1 DOCTORES legum, contigit aliàs apud nos dubitari, nùm in Regno ab eorum Baronibus ad Ærariatus munus ſuſcipiendum cogi poſſint?

Et affirmatiuè reſpondendum videtur, ſi adhærendum eſt ſententiæ illorum, qui tenuerunt, tunc demùm Doctoratus gradu decoratos à perſonalibus muneribus exemptos eſſe, ac immunes, ſi Aduocati ſunt, vel Lectores; cæterùm ſi ſolo nomine ſunt Doctores (provt ſunt nonnulli in hac Ciuitate, & Regno) putarunt aliqui, vt à muneribus perſonalibus, ſiuè ab Vniuerſitatibus, ſiuè à Baronibus iniunctis nullatenus eximi poſſint, ſicſicquè intelligenda eſſe iura in *l. 3.* & in *l. Sancimus, C. de Aduocat. diuerſ. iudic.* & hi ſunt Bal. in *d. l. 3.* Rip. *in 1. reſp. de numer. & honoribus, col. 2. verſ. & in eadem perſiſto*, Rolan. à Val. *conſ. 66. numer. 40. & ſeq. lib. 1.* Menoch. *de arbitr. iudic. lib. 2. cent. 4. caſu 579. n. 12.* nec diſſentiunt Guid. Pap. *deciſ.* 88. Petr. Benius *de priuileg. Iuriſconſultorum, p. 3. priuileg. 96. n. 2. 5. & ſeq.* & alij relati per Auguſt. Barboſ. in *collect.* ſuper *d. l. Sancimus, n. 3. & 4.*

2 Sed (pace tantorum Iuriſconſultorum) contrariam probabiliorem eſſe ſententiam teneo indubitanter, per tex. nimis clarum in *l. Medicos, de Profeſſor. & Medic. lib.* 10. vbi *Imperator Conſtantinus* deſcribendo perſonas, quæ ab omnibus muneribus, vel ciuilibus, vel publicis immunes eſſe debent; inter alias determinat, vt ſint legum Doctores, nulla facta diſtinctione, an ſint Aduocati, vel Lectores, an docti, vel ignari; ſicquè non video, quo pacto à nobis hæc ſit facienda diſtinctio, contra regulam tex. in *l. de pretio, ff. de public. in rem action.*

3 Etenim indecorum ſatis exiſtimandum eſt, muneribus perſonalibus implicatam videre perſonam, quæ in Dignitate conſtituta eſt; Doctoratus enim negari non poteſt, quin ſit Dignitas, & quòd legum Doctores in Dignitate ſint, vt ex Bar. *in l. 1. C. de nou. Cod. compon.* & aliis pluribus de communi probat Viuius *commun. opin. lib. 1. opin. 197. num. 1.* vndè in ho-
4 norem huius Dignitatis, quamuis, qui illam aſſequutus eſt propter eius imperitiam omni honore, & beneficio indignus eſſe deberet, pro digno tamen erit habendus, ad finem vt ab omnibus oneribus liber ſit, ſimulquè & immunis; argumento eorum, quæ dixit Gloſ. in *can. precipimus 26.* in *verb. ſacrilegium, 93. diſtinct.*

Hinc indiuidualiter, vt priuilegiis Doctoribus conceſſis gaudeat paritèr quilibet Doctor, quamuis ignarus, dixerunt Franciſc. de Aret. Ant. de Butr. & Felin. *in cap. Clerici, extra. de iudic.* idem Felin. *in rubr. de maior. & obed. numer.* 4. qui omnes affirmant, dictum Barbat. contrarium tenentis *conſ. 57. vol.* 2. & alibi, falſum eſſe; idemque Petrus de Leuandin. *in tract. de Doctoribus in* 13. *quæſtion.* 1. *quæſt. princip.* & Viuius aliis omiſſis *loco cit. opin. 196. num. 3.*

Et nè mea hæc ſententia rerum iudicatarum au- 5
thoritate careat, addo, ſic fuiſſe per Regiam Cameram deciſum ſub die 23. Nouembris 1641. ad fauorem Doctoris Io. Marci de Rogerio, qui in Ærarium Baronalium introituum Terræ Caſtri Abbatis Prouinciæ Principatus citrà, electus fuerat à Magnifico Paulo Galterio, qui Terram prædictam in affictum tenebat; ſicquè prouiſum, non eſſe illum moleſtandum; cauſæ Commiſſarius extitit Præſidens Martinus de Burgueda.

SVMMARIVM.

1 *Filiæ fœminæ an inſimul cum maſculis ſuccedere poſſint in donatione facta ab Auo, eorum Patri, contemplatione matrimonij, & filiis ex eo naſcituris, & num. 3. 4. 5. 6. 7. 21. 22. & 23. vbi deciſio S.C.*

2 *Deſcendentes cenſentur vocati in acquiſitione ſecundùm Statuti, non autem Iuris communis diſpoſitionem.*

3 *Filiorum appellatione an veniant fœminæ, & num. 18.*

8 *Filij quomodò ſuccedunt in donatione facta eorum patri contemplatione matrimonij,* vti filij, *vel* vti hæredes, *& nu. 9. 10. 14. 17. 19. & 20.*

11 *Pater ſtipulando ſimpliciter* pro ſe, & filio, *cenſetur* filio vti hæredi *ſtipulari, non autem* vti filio.

12 *Donatio facta filiis Titij, cuius contemplatione facta cenſeatur? & num. 13.*

15 *Filiæ fœminæ an ſimul cum maſculis ſuccedant in Antephato per eorum matrem lucrato, & num. 16.*

20 *Conſtit. Regni,* In aliquibus, *an procedat in contractibus.*

24 *Filij in Antephato, cæteriſque lucris nuptialibus an ſuccedant* vti filij, *vel* vti hæredes *patris in Ciuitate Neap.*

ARGVMENTVM.

Donatione matrimonij contemplatione facta à patre filio, & filiis ex illo naſcituris, natis demum maſculis, & fœminis, num omnes vtriuſque ſexus ſuccedere poſſint, vel tantum maſculi? Item in donatione prædicta filij an ſuccedant *vti filij*, vel *vti hæredes*. Reſoluitur inſuper, an filiæ fœminæ concurrant cum maſculis in Antephato lucrato per eo-

rum matrem, attento Statuto fœminarum excluſiuo; & an, vt in illô ſuccedi poſſit, requiratur, vt filij ſint patris hæredes; & de aliis ad materiam.

CAPVT LXVIII.

1 DOnatio matrimonij contemplatione; ſi a patre filio, & filiis ab illo naſcituris facta reperiatur, elegans eſt indagatio, an filiæ fæminæ ex filio donatario natæ, vnà ſimul cum maſculis in præfata donatione ſuccedant? Et affirmatiuè fuit per Sacr. Conſil. deciſum hodiè 10. Decembris 1632. ad fauorem Ioannæ, & Catharinæ Mariſeulæ, contra creditores Alexandri Mariſeuli dictarum mulierum fratris.

Etenim cùm Ioannes Vincentius Mariſeula matrimonij contemplatione Felici filio, & filiis ex dicto matrimonio naſcituris ſummam Ducatorum octo millium donaſſet, natis demùm Alexandro maſculo, ac Ioanna, & Catharina fæminis, inſtiterunt hæ in Sacr. Conſil. declarari, donationem prædictam æquis portionibus tam Alexandro maſculo, quam ipſis fæminis competere; provt fuit declaratum.

In nihilo obſtante (dicebat Aduocatus, qui victoriam obtinuit & cui Ego ſemper multum deſideraui.) quòd oppoſitum firmauerat noſter P. Molfeſ. ad *Conſuet. Neap. part. 4. quæſt. 33. num. 6. & tom. 2. tit. de per-*
2 *ſonis, in addit. ad quæſt. 7. num. 3.* dum aſſeuerabat, ideò in hac, de qua agimus, donatione, fæminas non venire, cùm vnuſquiſque tam in vltimis voluntatibus, quam in contractibus deſcendentes vocare cenſeatur, & ſecundùm Statuti, non autem Iuris communis diſpoſitionem acquirere, vt nimirùm in illis bonis illi ſuccedant, qui Statuti forma ſeruata ſuccedere poſſunt, & non alitèr.

3 Reſpondebatur enim, & primò, donationem prædictam filio, & filiis ex illo naſcituris factam, fæminas etiam comprehendere aptam fuiſſe, quia *filiorum* appellatione fæminæ veniunt; *l. liberorum, ff. de verb. ſignif.* cum *mille concord.* & in ſpecie in contractibus, quòd appellatione *deſcendentium* fæminæ comprehendantur, tenuerunt Alex. *conſ. 160. lib. 2.* & Dec. *conſ. 32. numer. 3. & conſ. 607. numer. 13. & 14.* vbi de donatione contemplatione matrimonij facta loquitur.

4 Dicebatur ſecundò, hoc in puncto tenuiſſe Decian. *reſp. 7. num. 13. vol. 1.* quem citat, & ſequitur Io. Petr. Fontanel. *de pact. nuptial. tom. 1. clauſ. 4. gloſ. 9. part. 1. num. 30.* & alios, quos refert, & ſequitur Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. tom. 2. lib. 13. tit. 21. num. 7.*

5 Tertiò conjecturabatur, Auum donantem in donatione prædicta non aliter filios tantùm maſculos vocaſſe; quia ſi voluiſſet, dixiſſet: ad tradita per Alex. *conſ. 5. vol. 3.* & Curt. Sen. *conſ. 63. num. 15.* vocauit enim filios naſcuturos, abſque quòd maſculinitatis qualitatem adderet, quòd proindè fæminæ includebantur; Bart. *in l. cùm auus, verſ. quæro, ff. de condit. & demonſtrat.* Minus etiam dicebatur contẽplaſſe familiam, cùm liberam apparebat fuiſſet factam donationem, immò de bonis donatis diſponendi filio donatario liberam fuiſſe traditam poteſtatem.

6 Dicebatur vltimò, ſed perfunctoriè, ideò ſic aſſeruiſſe *P. Molfeſ.* quia ſemper fuit illius opinionis, quòd in donatione contemplatione matrimonij, filij naſcituri, & demùm nati, niſi ſint patris donatarii hæredes, ſuccedere non poſſint; quod oppoſitum de iure verius eſſe fundatur per Amat. *conſ. 68. num. 16.* & per Maſtrill. *deciſ. 301. part. 4.*

Ego, vt in hac re dicam quid ſentio, poſtquàm 7
deciſionem prædictam ſic emanatam audiuiſſem, cùm dura admodùm mihi viſa eſſet, volui huius articuli veritatem inueſtigare: & tandèm Dixi, quæſtionis reſolutionem vere pendêre ab alia, de qua in hoc poſtremo dicto, nimirùm quomodò in præ- 8
fata donatione, filij naſcituri, & demùm nati ſuccedere poſſint, nempè vti hæredes patris donatarij, vel vti filij? quia ſi vti hæredes, certum eſt, fœminas non venire, cùm in illis qualitas hæreditaria propter maſculorum ſuperexiſtentiam non concurrat: ſi verò ſat eſt quòd ſint filij, nec vt ſuccedere poſſint alio indigent, eo etiam caſu minimè dubitarem, fæminas eſſe cum maſculis æquis portionibus admittendas, filius enim ita eſt patri ſuo maſ- 9
culus, ſicut & fæmina, vt certum eſt, & fuit *ſuprà* demonſtratum: quam quæſtionem Ego ipſe omnium nouiſſimè latè pertractaui *lib. 1. cap. 89.* vbi dixi, filios vti filios abſque qualitate hæreditaria tunc demùm poſſe ſuccedere, quando pater donatarius, vel Notarius pro illis expreſſè *vti filiis* ſtipulatus fuerit: & in hoc ſenſu aſſeueraui loquutos fuiſſe Dec. *citato conſ. 607. num. 8. verſ. ſequitur ſecundum principale dubium,* & Fontanell. *de pact. nuptial. tom. 1. clauſ. 4. gloſ. 9. part. 1. num. 7.* vel ſi pactum eſſet, quòd in donatione ſuccederent filij naſcituri vti filij, non autem vti hæredes, quod pro cautela tradit Molfeſ. *conſ. 2. numer. 16.* & Laratha *conſ. 9. num. 62.* Secus verò vbi ſti- 10
pulatio eſſet concepta pro *filiis hæredibus*, tunc enim quia ſumus in claris, non poſſent filij demùm nati abſque qualitate hæreditaria ſuccedere.

Et idem, quando ſimplicitèr pater donatarius pro filiis ſtipulatus ſit, abſque quòd addidiſſet, *hæredibus* ita vt verſaremur in re dubia, an acquirere intellexerit pro filiis *vti filiis*, an verò *vti hæredibus?* eſt enim ab omnibus recepta, & canonizata Gloſ. vt diximus *d. cap. 89. num. 14. in l. ſi tibi decem, §. ſi pactus, in verb. proderit, verſ. ſed quid ſi dubitetur, ff. de pact.* quòd quando quis aliquid ſtipulatur, quod de ſui 11
natura poteſt etiam ad extraneos tranſire, ſtipulando *pro ſe, & filio* ſimplicitèr, cenſetur *filio vti hæredi* ſtipulari, non autem *vti filio*; provt in terminis donationis obſeruauit Andr. *in cap. 1. §. & ſi libellum, num 13. verſ. non in dubio, de alienat. feud. pater.* vbi in donatione facta *tibi, & filiis*, vel *liberis tuis*, ſi 12
non apparet, cuius contemplatione, ex perſonis, & cauſis dicit, poſſe indè conjecturam ſumi; nam ſi filij inſeruiſſent donanti, vel illius coniuncti eſſent, ſiuè ſocij, vel amici, illorum contemplatione facta donatio præſumeretur: ſi verò hoc, vel eorum aliquid, per quod poſſet conjectura ſumi non appareret, aut dixit donans *Seio filio tuo*, vel *filiis tuis* ſine nomine proprio filiorum; aut donatio à coniuncto, putà Auo, vel Proauo facta eſſet, vel ſi hic eſſet anniculus; in his caſibus patris contemplatione vti perſonæ mediæ, putauit *Andr.* factam videri donationem, in eaquè filios non niſi cum qualitate hæreditaria ſuccedere.

Idque eo magis procedere, ex *Aff.* docuit Camill. 13
de Medic. *conſ. 142. num. 13.* ſi donatum eſſet *Titio, & filiis ex eo naſcituris*, tunc enim quia nulla conjectura poteſt in illis conſiderari, quòd donans eorum contemplaſſet perſonas, patris contemplatione nominati cenſentur; iſtamque ſententiam in indiuiduo donationis contemplatione matrimonij vltra Bertrand. *conſ.*

*cõſ.73.à n.6.li.2.& conſ.281.n.2.vol.3.*Fab.de Laratha Anna *conſ.52.n.22.*Molfeſ.*conſ.2.*Medic.*d conſ.142.& conſ.9.* quos *citato cap.89. num.29. & ſeq.* citauimus, tenuerunt etiam Marcabr. *conſ. 111. num.6.* Gerard. Mazol. *conſ.1. num.96.* vbi expreſſis verbis affirmat, filios in bonis donatis non ſuccedere, niſi ſint patris donatarij hæredes, & Burſat. *conſ.31.n.8.* & alij quos citat,& ſequitur Molfeſ.*d.conſ.2.num.14.* Vbi *num.33.* cum communi omnium Scribentium ſententia affirmat, omnem ceſſare in hac re quæſtionem,quotiès donans filio donatario de re donata diſponendi poteſtatem dediſſet; tunc nulli dubium eſſet, filios naſcituros in donatione vocatos, demùm natos,non poſſe, niſi patris donatarij exiſtant hæredes, donationem præcapere;quod etiam obſeruauit Laratha *cit. conſ.9. num.69.verſ.ad quartam,& vltimam.*

14 Et quamuis non deſint *Doctores*, qui contra hanc ſententiam ratione, & authoritate roboratam tenuerunt, ſatis credo *citato cap.89.* fuiſſe illis reſponſum: nam vel loquuntur contra notiſſimos iuris terminos, vel in illis caſibus,in quibus filij naſcituri vti filij in donatione vocati ſunt;& ſic liquidò conſtat,fœminas in quæſtione propoſita ita demùm ad virilem vnà cum maſculis admittendas fore,cùm pater donatarius pro filiis naſcituris vti filiis ſtipulatus fuerit, vel pro eis Notarius, qui tamen expreſsè de contrahentium voluntate,& mandato,pro filiis ſimiliter vti filiis ſtipulari debet; quia aliàs, dicit Molfeſ. *eod.conſ.2.n.42.* eius ſtipulatio regularetur,provt illa patris donatarij, cum quo ſimul ſtipulatus fuit.

15 Id quod etiam à *Doctoribus* tentum comperimus in Antephato, & aliis lucris nuptialibus, in quibus vigore text.in *auth.hæ res, C.de ſecund. nupt.*ſuccedunt filij, licèt non ſint patris hæredes, & ſic vti filij,non autem vti hæredes, certè in illorum ſucceſſione, ex quo qualitas non requiritur hæreditaria, ita ſuccedit maſculus, ſicut & fœmina, Statuto fœminarum excluſiuo non obſtante, eſt ſolemne *Deciani* reſponſum *396.Viſis his,per totum, lib.2.* & in terminis Conſtit. Regni noſtri, *In aliquibus*, obſeruauit Petr. Mangrel. *in addit.ad Bart.in l.generalitèr, §.in iis autem,C. de ſecund.nupt.* ibi, *ſuper quæ cogita,quia filia excluſa à ſucceſſione vigore Conſt. Regni, non excluditur à talibus lucris, &c.* & in *adnotation. ad text.in d.auth. hæ res*,ibi, *ſtatutum excludens fœminas non intelligitur in his bonis*, &c.& latiùs Niger *in Cap. Reg. Mulier dotarium, numer.92.*qui in hac re videatur,& Dom.Reg.de Pont. *conſ.110.per totum,lib.2.*

16 Quorum tamen ſententiæ Sacrum Conſilium Regni huius non adhæſit, dùm in Antephato Ducatorum quatuor millium lucrato per Iuſtinianam Milone ob mortem Ioannis Baptiſtæ de Sadeolis eius viri,in quo fuit ſpeciali pacto in capitulis matrimonialibus conuentum, vt filij,*vti filij*, non autem *vti hæredes* ſuccedere deberent,noluit filias fœminas ad virilem admittere, ſed tantùm condemnauit fratrem ad pingue paragium perſoluendum:idque ſub *diebus 19.Nouembris 1618. & 10. Aprilis 1619.* referente Domino Conſiliario Rouito:proceſſus eſt,quem vidi,in Banca de Figliola: de qua quidem determinatione meminit Caput. *ad Conſuet. Neap. Si moriatur, par.2. §.5. numer.36.* titulus, *Proceſſus Aloyſij de Sadeolis cum ſororibus.*

17 Vbi autem ſtipulatio eſſet facta pro *filiis hæredibus*, vel eſſemus in dubio,an pro *filiis hæredibus*,vel pro *filiis vti filiis?* & in illis caſibus fœminæ cùm propter maſculorum ſuperexiſtentiam patris donatarij hæredes eſſe non poſſint, dicendum eſt,in donatione,de qua agimus,eas ſuccedere non poſſe.

18 In nihilo obſtantibus ex aduerſo allegatis:& *Primò* ad illud,quod dicebatur,*filiorum*, ſiuè *deſcendentium* appellatione fœminas venire, etiam in contractibus: Reſp.quòd procedit Regula hæc in bonorũ acquiſitione,vbi maſculi non ſupereſſent;etenim ſi mihi,& filiis, ſiuè deſcendentibus meis fuerit aliquid conceſſum,aut donatũ, me demùm defuncto cũ filiabus fœminis tantùm, illæ certè ſuccedent, quia maſculi non ſuperſunt; & in hoc ſenſu loquutus eſt Alex. *allegato conſ.160. lib.2.* & Dec. in terminis donationis contemplatione matrimonij in *d. conſ.607.à num.8. verſ. ſequitur ſecundum principale dubium.* Vbi *n.13.& 14.* concludit, in donatione contemplatione matrimonij facta à Marcello Iulio fratri,eiuſquè filiis deſcendentibus,filias ex eodem Iulio donatario natas ſuccedere poſſe:benè conſuluit,quia etſi ex eodem matrimonio natus erat maſculus,Camillus nomine, tamen in vita eiuſdem Iulij patris mortuus in pupillari ætate reperiebatur, & ſic ſolæ fœminæ ſupererant, in tantum, quòd poſſumus aſſerere, implicite in caſu ſuo præſupponere *Dec.* quòd ſi filius maſculus ſupereſſet, fœminæ non ſucceſſiſſent,nam ſi maſculo non exiſtente dubitauit, an fœminæ ſuccedere potuiſſent, quid dixiſſet,ſi maſculus ſupereſſet?

Ad ſecundum, qood dicebatur de authoritate *Io. Petr. Fontanel.* Dico, nullibi in eo legi,in donatione contemplatione matrimonij facta à patre filio, & filiis ex eo naſcituris, donatario demùm defuncto,eius filios tam maſculos, quam fœminas æquis portionibus concurrere: probat enim ex Decian.*reſp.7.n.13. vol.1.*donationem factam *Titio,& eius deſcendentibus*, eſſe aptam, tam maſculos, quam fœminas comprehendere: verùm in eo caſu maſculos tantùm cenſeri vocatos,ex quo pro cauſa finali fuerat in illa adiectum, quòd volebat donans, per eos conſeruari nomen, & Arma,quæ per fœminas non conſeruantur: ſi arguatur modò, Ergò vbi donans non dixerit, donationem ad poſteros deuenire, ad hoc vt per illos nomen, & Arma conſeruentur, fœminas cenſeri vocatas; nego conſequentiam; non enim hoc dixit *Fontanel.* nec eius dictum, cùm ſit ſimplicis Doctoris à contrario ſenſu ſumi poteſt:vt per Alex. *in l.1.n.28.in fine.ff.de legat.1.*Cacher.*deciſ.58.n.30.* quos ipſe retuli *eod.cap.89.num.31.* 19

Minus etiam id firmarunt *Doctores*, quos citat, & ſequitur Card.Mant.*allegato lib.13.tit.21.num.7.* Quæſtio enim, quæ per *Mant.* proponitur, eſt,an donatio facta *filiis Titij*, filios tam maſculos quam fœminas comprehendat? & affirmatiuè reſpondet per rationes ab illo ponderatas,quæ mihi non diſplicent:diuerſum enim eſt, vbi donatio facta proponeretur *Titio, & filiis ſuis*,provt patet in *quæſtione præcedenti* per eundem Mant. facta *num.6.* dum dixit; quòd quando donatio facta ſit *alieni, & eius filiis,ac deſcendentibus*, ſi ipſius patris contemplatione facta dicetur,poſſe illum de bonis donatis diſponere, ex quo ei liberè acquiſita cenſentur,allegat Menoch. *conſ.286.num.15.& 16.* Quamuis *in fine* ſubdat, eſſe diligentèr perpendendum, quibus verbis concepta ſit donatio:Id quod ſimilitèr nos ſuperiùs ex *Andr.*firmauimus. 20

Et in terminis quæſtionis, an in donatione matrimonij contemplatione ſuccedant filij *vti filij*, vel *vti hæredes*, ſatis notantèr obſeruauit Laratha *cit. conſ.9. num.20.*dum ex Bald.*in Auth. ſi quas ruinas, C. de Sacroſ. Eccleſ. & in d. l. ſi tibi decem,§.ſi pactus, num.3.ff. de pact.*dicit, filios tanquam filios tunc demùm poſſe venire,quando relictum,ſiuè datum non incipit à perſona patris; ſed quando ab illius perſona incipit,tunc filij non venirent,niſi ſint patris hæredes.

Et hoc etiam modo reſpondetur illis, qui aſſerunt, Conſtitutionem noſtram, *In aliquibus*, procedere tantùm in vltimis voluntatibus, & ab inteſtato, non autem in contractibus;hæc enim concluſio vera eſt,vbi aliquid

aliquid donatur, vel conceditur *filiis Titij*, vt tunc fœmina per maſculos non excludatur; ſecus autem vbi donatio, ſiuè conceſſio fieret *Titio, & filiis ſuis*; tunc enim mortuo Titio donatario, eſt recurrendum ad modum donationis, quibus nimirùm verbis fuerit concepta, vt ſi fuerit ſtipulatum pro *filiis vti filiis*, vel expreſsè in contractu conuentum, quòd ſuccedere habeant *vti filij*, non autem *vti hæredes*; eo caſu *Conſtitutio prædicta*, ſiuè quoduis Statutum fœminarum excluſiuum non procedet, ſed in re, vel quantitate donata concurreret ita maſculus, ſicut & fæmina; ſecus verò vbi ſtipulatio concepta apparebit pro *filiis vti hæredibus*, vel ſimpliciter *pro filiis*, abſque nomine *hæredum*; eo enim caſu, mortuo patre donatario, benè Statutum ſubintrat, ac ſi in cæteris bonis per patrem quæſitis ſuccederetur: vt ex *Andr.* & aliis fuit *ſuprà* demonſtratum.

21 Ad tertium; quòd ſi auus donans voluiſſet, vt maſculi tantùm ſuccederent, dixiſſet: retorquetur, immò ſi voluiſſet, vt fæminæ admitterentur, ſic diſpoſuiſſet: nam cùm in dubio, tam in contractibus, quam in vltimis voluntatibus videatur ſe legi municipali conformare, per quam fœminæ excluduntur, dùm donabat, poterat cogitare, vel ſaltem dubitare, quòd in ea donatione filiæ naſcituræ propter maſculorum ſuperexiſtentiam concurrere non poſſent, ac proindè ſi eiuſdem donantis voluntas extitiſſet pro fœminarum admiſſione, dixiſſet: non dixit; ergò &c.

22 Inſupèr quoad coniecturam contemplationis familiæ, dùm dicebatur, ideò filias in donatione, ſuper qua fuit emanata *deciſio prædicta*, ſuccedere debere, quia familiæ conſeruationem, quæ fit per maſculos, non contemplauit Auus donans, dùm filio donatario liberam tradiderat de ſumma donata diſponendi facultatem; Reſpondetur, hoc factum ſolùm ſat fuiſſe ad determinandum, in donatione prædicta fæminas ſuccedere non potuiſſe; quotiès enim ſic diſponit donans, ceſſat omnis dubietas, an in donatione facta cõtemplatione matrimonij filij ſuccedant *vti filij*, vel *vti hæredes*, cùm nullus hucuſque negare auſus fuerit, quòd eo caſu ſuccedant *vti hæredes*, & ſic cum qualitate hæreditaria, cuius fœminæ maſculis extantibus prorſus carent; vt ſuperiùs fuit demonſtratum.

23 Quarè in propoſita principali quæſtione concludendum eſt omninò, in donatione matrimonij contemplatione facta *filio, & filiis ex eo naſcituris*, maſculis, & fœminis demum natis, fæminas non alitèr in portione, ſed in paragio dumtaxat, nimirùm vſque ad quantitatem Legitimæ poſſe ſuccedere: & ita poſt hæc ſcripta fuit per S. C. deciſum in *cauſa Dominæ Dianæ Galluccio, cum Domino Cæſare eius fratre*, qui prætendebat etiam à paragio eam excludere; quam deciſionem nouiſſimè refert Dom. Reg. & Marchio Capyc. Latro *deciſ.* 38. *à n.* 48. *ad finem.*

24 Vltimò eſt hìc aduertendum ad illud, quod ſuperiùs annuimus, filios in Antephato, cæteriſque lucris nuptialibus *vti filios*, non autem *vti patris hæredes* ſuccedere, iuxta text. *in d. auth. hæres*, & obſeruauit noſter Afflict. *deciſ.* 37. & 314. vbi Vrſil. & Niger *in d. cap. Mulier dotarium, num.* 44. & 92. procedere de iure communi, quod per Regni legem correctum non habemus; ſecus de iure conſuetudinario huius Ciuitatis in ſcriptis redacto, in quo filij ſuccedunt *vti patris hæredes*, non autem *vti filij*: vt conſtat ex pluribus deciſionibus relatis per Piſanel. & Vrſil. *in addit. ad allegatam Afflict. deciſ.* 314. D. de Franch. *deciſ.* 106. & 621. Fab. de Anna *conſ.* 74. Addentes ad Capyc. *dec.* 65. Reg. de Pont. *tract. de poteſt. Proreg. in tit. de ſucceſſ. mulier. num.* 25. Molfeſ. *par.* 7. *de iure Quartæ, quæſt.* 2. *à numer.* 7. & nouiſſime ſcripſit Io. Dom. Taſſonus ad *pragm. de Antephato, verſ.* 4. *obſer.* 4. *n.* 62 *fol.* 310.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta à patre filio ad finem euitandi Retractum, an valida ſit? & numer.* 2. 7. & 9.

3 *Donatio ex quibus ſimulata præſumenda ſit, & num.* 4. & 5.

6 *Pater an, & quando dicatur legitimus adminiſtrator bonorum, quæ filio donauit; vel aliorum, in quibus vſumfructum non habet, & n.* 7. 10. 12. & 15.

8 *Pater an habeat vſumfructum ſuper bonis per ipſum filio donatis.*

11 *Pater quid habet in bonis feudalibus filij, & num.* 13.

14 *Pater legitimus adminiſtrator bonorum filij an de adminiſtratis rationem reddere teneatur.*

16 *Pater pro filio feudatario infante an poſſit comparere vti pater, vel potius vti curator.*

ARGVMENTVM.

Donatio, an, & quando ſimulata præſumatur. Pater an ſit legitimus adminiſtrator bonorum filij, in quibus vſumfructum non habet, ſingulariter explicatur. Pater an aliquod ius habeat ſuper bonis feudalibus filij, & an pro filio feudatario infante poſſit comparere *vti pater*, vel potius *vt curator*; & de aliiis notabilibus, vbi ſingularis obſeruatio *Dom. Ioannis Angeli Piſanelli.*

CAPVT LXIX.

DONATIO à patre filio facta de re nouiter acquiſita, ad finem euitandi Retractum vicino competentem, quem nos *Ius Congrui* appellamus, dubitatur, an valida ſit cenſenda, ad hoc vt demùm poſſit filius donatarius patrem donantem cogere ad rem donatam ipſi relaxandum. 1

Contigit aliàs in Sacro Conſilio de hoc dubitari in cauſa Gratiæ Apicellæ cum Dominico eius patre, qui cùm ſub die 14. menſis Auguſti 1631. domum emiſſet intus hanc Ciuitatem ſitam, ſub die 16. proxima ſequenti illam dictæ Gratiæ, & Conſtantiæ filiabus adhùc infantibus, vt vicinorum Retractum euitaret, donauit, (quod in hac Ciuitate permiſſum eſſe, iuxta Noſtratum cautelam, *hodiè, emo, cras dono*, docent Napod. in *Conſuet. Si quis emit, in verb. poſſidet, ſub tit. de Iur. congr.* Afflict. *dec.* 338. *in fine*, Vrſil. *ibidem in addit. num.* 4. & alij) & cùm poſt annos ſex dicta Gratia donataria cum dote Ducatorum ſex millium Doctori Cõſtatino de Viuo nupſiſſet, maritalibus ſuaſionibus

ſionibus inducta patrem dotantem ad medietatem donatæ domus relaxandum in ius vocauit: contradicebat pater conuentus; vndè quid iuris dubitabatur.

2 Reſpondi, partes noſtri Supremi iuſtitiæ Senatus eſſe, Dominicum ab impetitis per filiam abſoluere; ſicquè dicebam de præfata donatione vti ſimulata nullam haberi poſſe rationem; aderant namquè in medio omnes coniecturæ, quæ à *Doctoribus* conſiderantur ad talem ſimulationem probandam: quibus quidèm coniecturis ſtandum eſſe, ex Caſtrenſ. & Socin. tradit ex Recentioribus Stephan. Gratian. *diſcep. forenſ. tom. 3. cap. 479. num. 59.* ſubdens *num. ſeq.* ſat eſſe in hac ſimulationis materia adhùc ſi leues afferrentur coniecturæ.

3 Et prima ſe offerebat cauſa, quæ mouit donantem ad donandum, nimirùm vt à iure Retractus vicinis competente emptam domum defenderet, non quòd verè donare voluiſſet: vndè hæc intentio bonorum defenſionis ſufficiens dicitur cauſa ad ſimulationem detegendam: probant concluſionem hanc Socin. ſen. *conſ. 264. num. 2. vol. 2.* Gratian. poſt Aret. & Becc. quos allegat, *diſcept. forenſ. tom. 3. cap. 479. num. 75.* Maſcar. *de probat. lib. 1. concl. 558. num. 11. & concl. ſeq. num. 29.*

4 Secunda deducebatur ſimulationis coniectura, dum facta erat donatio coniunctis perſonis, & ſic propriis filiabus, adhùc infantibus, nullis expoſcentibus meritis; *l. data, C. de donation. l. penult. C. de bon. quæ liber.* Bart. *in l. poſt contractum, num. 3. ff. de donat.* Bald. *conſ. 70. in prin. lib. 1.* Socin. *cit. conſ. 264.* Afflict. *deciſ. 370. num. 14.* vbi Vrſil. in terminis, de quibus agimus *num. 7.* Franc. Beccius *conſ. 52. num. 55.* Mart. *vot. 39. num. 15.* Barz. *deciſ. 83. num. 13.* Caſtil. *deciſ. 72. num. 20.* Reg. Rouit. *deciſ. 3. n. 9.* & alij penès Gratian. *loco cit. numero 67.* & Maſcard. *d. concl. 559. numer. 17.*

5 Tertia, & vehemens conſiderabatur ſimulatio, cùm poſt peractam donationem remanſerit pater donans in poſſeſſione domus donatæ, illam vti propriam locans, penſiones annuas percipiens, ad fauorem Conſtantini de Viuo actricis viri, hypothecæ ſubmittens, ac demùm pro dotibus alterius filiæ in dotem aſſignans; quo caſu omnes conueniunt, donationem præſumi ſimulatam: ex *l. ſicut, §. ſuperuacuum. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſol.* ibique Bart. *num. 5.* & in *d. l. poſt contractum, num. 4.* Bald. *cit. conſ. 70. num. 4.* Raphael Cuman. *conſ. 155.* Dec. *conſ. 187. intra num. 8. verſ. ſecundò efficax, & conſ. 648. ante num. 4. verſ. non obſtat, quòd venditor,* Bellam. *deciſ. 715.* vbi tamen dicit, non per hoc ſolùm, quòd donator poſt factam donationem rei donatæ poſſeſſioni inſiſtit, poteſt dici, donationem in fraudem factam fuiſſe, niſi aliqua alia fraudis indicia appareant; Maſcard. *loco cit. num. 3. 4. 5. 6. & 17.* Giurb. *deciſ. 22. num. 11.* Card. Mant. *de tacit. & ambig. conuent. lib. 13. tit. 36. numer. 9.* Marant. *diſput. 9. num. 25.* Peguer. *deciſ. 50. num. 4.* Valaſc. *deciſ. 71. numer. 7.* Bottel. *conſ. 35. numer. 29.* Anel. Amat. *conſ. 93.* Rouit. *deciſ. 3. numer. 11.* Gratian. *loco cit. numer. 63.* Theodor. *alleg. 78. num. 6.* D. Reg. Capyc. Latro *deciſ. 46. numer. 5. & 7.* & alij per me relati *lib. 1. cap. 47. num. 14.* qui ferè omnes loquuntur, etiam ſi in donationis contractu appoſitum eſſet Conſtitutum, & Precarium, & Notarius pro filiis donatariis ſtipulatus eſſet; vt adhùc ſimulationis, & fraudis vigeat præſumptio; alioquin facile eſſet legem circumuenire donando, & retinendo.

6 Nec huic incontrouerſæ concluſioni in aliquo obſtare, dicebam actum, qui præſupponebatur per patrem donantem poſt celebratam donationem geſtus, nimirùm capturæ poſſeſſionis dictæ domus, nomine, & pro parte filiarum, ſicquè per hoc non aliter dici potuiſſe, remanſiſſe illum in poſſeſſione rei donatæ; ſed vti patrem, & legitimum adminiſtratorem bonorum filiarum poſſediſſe, in hunc modum cauſam poſſeſſionis mutando: Nam reſpondi, actum hunc, quartam ſimulationis coniecturam importare, vt ex Bald. *in l. 1. verſ. ex hoc patet, C. de donation. ante nupt.* & in *l. 1. verſic. ſed quæ eſt ratio, C. de ſuffrag.* Ang. *in d. §. ſuperuacuum, verſ. fallit, quando talia*: & aliis in terminis terminantibus, immò fortioribus docet Proſp. Rendel. in *comment. ad Conſtit. Sancimus, §. cauſa verò dotis, numer. 49. de iure protom.* quò loci ſimulatam oſtendit donationem de aliquo fundo nouitèr acquiſito à patre filiæ factam in cauſam futuræ dotis, ſic ſimulans, vt vicinorum Retractum euitaret, & per conſequens eſſe locum in hoc caſu Retractui; quamuis proteſtatio accedat à modò, adminiſtratorio nomine poſſidere, mutata ſibi poſſeſſionis cauſa: quicquid hac in re dubitet Camil. Salern. ad Napod. *in d. Conſuet. Si quis emit, in addit.* quæ incipit, *Quid autem, ſi pater*: vbi videtur pro filia tenere; ſed ex ratione, quam aſſignat, eo fortiùs caſus propoſitus indubitatus reddebatur, dum dicit, non eſſe locum iuri Retractus, ſi pater rem emptam filiæ 7
in cauſam futuræ dotis donauerit, quamuis in rei donatæ poſſeſſione remanſerit, ſi tamen proteſtatur, quòd tanquàm pater, & non vt Dominus adminiſtrat, nè filia ipſa donataria aliàs indotata remaneret, quia pater ampliùs non donaret, & pecuniam conſumeret: hæc ratio ceſſabat prorſus in caſu, de quo agebatur, dùm pater, qui duabus filiabus donationem fecerat domus emptæ Ducator. quatuor millibus, & quingentis, collocauit demùm filiam donatariam, quæ in hoc iudicio erat actrix cum dote, vt ſuprà annuimus, Ducatorum ſex millium, ſicquè maioris importantiæ extitit dotatio, quàm prior ſimulata donatio: iſtámque quam tuemur ſententiam paritèr amplexus fuit, & in puncto Anel. Amat. *conſ. 48. cum ſeq.* qui omninò videatur.

Secundò, obiectioni factæ reſpondi, nullo pacto 8
affirmari poſſe, patrem donantem ex actu captæ poſſeſſionis filiarum nomine, non vti dominum, ſed vti patrem, & legitimum adminiſtratorem poſſediſſe; etenim dicebam, ſuper re à patre filio donata ſicut pater ipſe vſumfructum habere non poteſt, Gloſ. magna *in l. frater à fratre, & ibi* Bart. *numer. 16.* & Iaſ. *numer. 44. ff. de condict. indeb.* D. Præſ. de Franch. *deciſ. 4. n. 17.* & alij, ita nec poteſt eſſe legitimus adminiſtrator; Io. Vinc. de Anna *alleg. 73. à n. 3. ad 8.* D. Reg. Rouit. omninò videndus *deciſ. 3. num. 13. & ſeq.* D. Reg. Capyc. Latro *cit. deciſ. 46. numer. 7.* id quod generale eſt, vt in omnibus caſibus, in quibus patri non quæritur vſusfructus, legitimus adminiſtrator eſſe non poſſit; Gloſ. communitèr recepta in *Authen. excipitur, C. de bonis, quæ liber.* Iaſ. *in l. ſi infanti, Cod. de iur. delib.* Camil. de Medic. *conſ. 98. num. 51. & 53.* & hoc etiam ſi filius eſſet minor, cùm eo caſu ſit illi dandus curator, Gloſ. *in l. ſi longius, §. 1. in verb. dignitatem, circa finem, verſ. item ſi eſt minor*: & ibi Ang. *num. 7. ff. de iudic.* Bald. *conſ. 408. lib. 3.* Card. Tuſch. *pract. concl. lit. P. concl. 125. num. 1. & 2.* vndè cùm donans in caſu 9
propoſito donatam domum poſſidere non potuerit vti pater, & legitimus filiorum adminiſtrator, conſequens erat dicere, vt tanquam Dominus poſſederit, ſicquè fiebat locus concluſioni firmatæ, quæ concurrentibus aliis indiciis contradictorem non habet; nimirùm, vt quotiès donans in poſſeſſione rei donatæ permanet, donatio pro ſimulata, & fraudulenta habenda ſit: quam quidèm ſimulationem, & contractus nullitatem potuiſſe per patrem conuentum excipiendo allegari, ex Recentioribus dixerunt Tiraquel. antiquis relatis, de *retract. lignag.* §. 1.

§.1.*gloſ.* [illegible] *num.*24. Honded. *conſ.*46. *num.* 31. *& ſeq.* Magon. *deciſ. Lucenſ.* 25. *num.*35. Mut. *deciſ.*73. *num.*26. *& ſeq.* Iacob. Gallus *conſ.*126. *num.*14. Mangil. *de euiction. q.*110. *num.*3. & alij. Vndè, &c.

10 Poſt hæc ſcripta, circa concluſionem paulò antè firmatam, nimirùm, vt pater cenſeri non poſſit legitimus adminiſtrator in caſibus, in quibus ſuper bonis filij vſusfructus ei enim quæritur: obſeruaui *D. Io. Angelum Piſanellum* Iuriſconſultum præclariſſimum, & in hoc Regno primæ claſſis, in patre filij feudatarij infantis aliter firmaſſe, vt tàm in feudo, in quo certum eſt quòd non habet vſumfructum, quam in cæteris bonis, in quibus ei vſusfructus non quæritur, legitimus cenſendus ſit adminiſtrator; & quòd ità practicari fecit pro Domino Antonio Cantelmo Auo paterno Domini Franciſci Antonij, vt vidi in eius *obſeru.* 26. propria ſua manuſcripta, hic im-
11 primenda: Quamuis pariter *ibi* aſſerat, habere patrem commoditatem fructuum ex feudo prouenientium; prout & alij hoc etiam tenuerunt, tàm ex Noſtratibus, quàm alienigenis, quos citat D. Præſ. de Franch. *deciſ.* 10. *num.*9.

Verùm, credo, quòd hæc opinio reſpectu commoditatis fructuum (quæ quid importet, explicant Paul. Caſtrenſ. *conſ.*255. *lib.*2. Borgnin. Cauale. *de vſufr. mul. rel. num.*182. & Franc. Milan. *deciſ.*3. *num.*74. *lib.*2. ſuſtineri non poteſt, ſi benè ponderantur, quæ nouiſſimè ſcripſerunt Reg. de Pont. & Conſiliar de Georg. *ille in lect.*7. *à num.*56. *ad finem, in tit. de his, qui feud. dar. poſſ.* iſte *in repet. feudal. cap.*40. *à num.*25. *verſ. alij ſunt, qui tenent, vſque ad finem*; quorum dictis prorſus confutatur opinio Ang. Aret. *in §. igitur, num.*6. *verſ. ſed tu aduerte, Inſtit. per quas perſo. nob. acquiritur*, quam falſam exiſtimarunt Molin. *de primogen. lib.*1. *cap.*19. *num.*33. Cald. *de reſtit. in integr. in verb. læſis, num.*145. & alij plures relati à Caſtil. *de vſufru. cap.*3. *num.* 58. Maſtril. *deciſ.*82. *num.*5. & Paſcal. *de viribus patr. poteſt. par.*1. *cap.*3. *num.*9. voluit enim *Aret.* licèt ſub dubio, patrem in caſibus, in quibus ſuper bonis filij vſusfructus ei non quæritur, commoditatem habere: etenim nulla lege hoc cautum eſſe comperimus, nec modo aliquo iura, quæ allegat *in l. plenum, §. equitij, verſ. quanquàm,* & *in l. filiofamilias, ff. de vſu, & habitat.* hoc probare defendi poteſt; vndè meritò de hac opinione dubitauit D. Franch. *deciſ.*161. *num.*8.

12 Quibus ſic ſtantibus, pro maiori declaratione eorum, quæ diximus reſpectu legitimæ paternæ adminiſtrationis filij infantis, vel etiam minoris, tàm ſuper bonis feudalibus, quàm cæteris aduentitiis, in quibus patri vſusfructus non quæritur, dicito ſemper patrem ſuper bonis filij minoris, in quibus ex hominis diſpoſitione vſusfructus ei non quæritur, pro legitimo adminiſtratore haberi non poſſe: nam dùm quis legando, vel donando tibi bona ſua, prohibet nè ſuper illis patri tuo vſusfructus quæratur, videtur certè teſtator, vel donator de illo diffidere, & conſequenter ad legitimam eorundem bonorum adminiſtrationem admitti non poteſt, ſed dandus erit curator; cæterùm ſi lex eſt illa, quæ prohibet, nè pater ſuper bonis filij vſumfructum habeat, iſta legalis prohibitio non eſt tantæ importantiæ, ſicut illa hominis, vt patrem à legitima adminiſtratione bonorum filij minoris repellat, ſicquè benè erit ille legitimus adminiſtrator: vndè cùm ex communi Feudi-
13 ſtarum ſententia ſine contradictore lex prohibeat, nè pater ſuper bonis feudalibus filij, eidem à matre, vel aliàs obuentis, vſumfructum habeat; item cùm lex vetet, nè pater vſumfructum conſequatur ſuper portione, ad quam fuit admiſſus eius filius, quando inſimul ſucceſſerunt in bonis alterius filij præmortui, *Authen. item hereditas, C. de bonis, quæ lib.* Item cùm lex pariter prohibeat, nè pater ſuper bonis, quæ filio verè, & realiter omni fraude, & ſimulatione ceſſante donauit, vſumfructum retineat; vt probat Gloſ. *ſuprà* citata *in l. frater à fratre, ff. de cond. indeb.* Anna *in d. alleg.* 73. *num.*3. Præſ. de Franch. *d. deciſ.*4. *num.*17. hanc dico, legalem prohibitionem non importare, vt quia pater ſuper bonis filij minoris vſumfructum non habet, veniat pariter ab illius legitima adminiſtratione repellendus, ità ſatis diſertè ex *Iſern.* docet Affl. *in Conſtit. Minoribus, num.*10. quem ſequitur Reg. de Pont. *conſ.*19. *n.*29. & *conſ.*31. *num.*3. & 4. *lib.*1. Idemquè ex Alienigenis ſenſerunt Corne. *in l. cùm non ſolum, §. ſin autem in ſecunda, n.*5. *C. de bon. quæ liber.* Cagnol. *in d. l. frater à fratre, num.*161. *ff. de condict. indeb.* Cald. Pereir. *ad l. ſi curatorem, in verb. læſis, num.*147. *C. de in integ. reſt.* & alij penes Caſtil. *de vſufr. in ſuprà cit. cap.*3. *à numer.*59. *vſque, & per totum* 64. eſt autem *D. Piſanelli* obſeruatio ſuperiùs relata hæc, quæ ſequitur.

Ieſus, Maria.

Mortuo primogenito relicto filio feudatario, fuit 14
hæſitatum, quid habere debuiſſet Auus paternus? nàm ratione patriæ poteſtatis de iure dicitur Auus legitimus adminiſtrator, ità quòd non teneatur reddere rationem, ſeu computum ſuæ adminiſtrationis; caſus eſt *in l. cùm oportet, §. cùm autem, C. de bonis, quæ liber.* & propterea non tenetur conficere inuentarium, vt in particulari determinat Alber. *in l.*1. *C. de bon. matern. in verſ. ſed nunquid pater.* Et licèt in bonis feudalibus Pater, ſeù Auus non habeat vſumfructum, vt voluit Andr. *in cap.*1. *qui feud. dar. poſſ.* & *in Conſt. Regni, Minoribus,* & Bal. *in cap.*2. *de duobus fratribus de nouo beneficio inueſt.* & *in l. ſi vxor, C. de condit. inſert.* tamen iure patriæ poteſtatis patri quæritur commoditas, ſecundùm Bald. *in d. l. cùm oportet, in princ. col. fin. verſ. quando eſt de feudo*, dicens, quòd quæ non poſſunt acquiri plenè, acquiruntur quoad commoditatem, pro quo facit Gloſ. notabilis *in auth. idem eſt, C. de bon. quæ liber.* quæ voluit, quòd in caſibus, in quibus patri non quæritur vſusfructus, acquiritur commoditas fructuum, & iſtud etiam in terminis tenet Alex. *in apoſtil.* ad Bald. *in d. l. ſi vxor, in fin. de cond. inſert.* & quia habet commoditatem fructuum, de iure dicitur legitimus adminiſtrator, vt in terminis firmat Bald. *in l.*1. *C. de bonis mater. in verſ. quæro, ſi filio,* dicens, quòd
pater dicitur legitimus adminiſtrator, non ſolùm 15
quia habet vſumfructum, ſed quia habet ſolam commoditatem; quod dicit eſſe notabile: nec in alienatione requiritur decretum Curiæ; tùm quia in caſibus, in quibus pater, qui eſt legitimus adminiſtrator filij, poteſt alienare ſine decreto; vt voluit Bald. *in l. præſes, C. de tranſact.* quem ſequuntur *ibi* Papien. & alij; tùm etiã, quia in dubio nũc occurrenti de faciendo retrouenditionem per Auum, fit concurrente voluntate, & promiſſione filij præmortui, quo caſu non requiritur decretum, vt eſt caſus *in l.* 1. *C. quando decre. opus non eſt*, & tenet Azo *in ſum. C. de bonis, quæ liber.* quem refert, & ſequitur Bal. *in l.*1. *ff. de rebus cor.* & *in l.*2. *C. de prædiis minor.* facit text. *in l. magis puto, §. ſi pater, ff. eod. tit.* & ità practicari feci pro Domino Antonio Cantelmo Auo Magnifici Franciſci Antonij Cantelmi, mortuo Domino Honofrio primogenito, dùm tractaretur de retrouenditione facienda feudi empti per Honofrium cum pacto de retrouendendo.

Et quia tractabatur de iure feudali, vidi alterca- 16
tionem,

tionem, an comparere potuerit pater pro filio infante,agendo in materia feudali tanquam Curator, vel tanquam Pater? Dixi, quòd poterat tanquam Pater; text. eſt in *l.patri, ff. de minor.* adducebam Gloſ. *in l. tutores, in verb. inferre,* iuncto text.*ff.de administr.tutor.* poſuit Specul. & poſt eum Io.Andr. *in tit. de procurat.§. coniuncta perſona, verſ. itemquè his,* & pro iſta opinione allegabam Bald.& Ang.in *l.ſed & hi, ff. de procur.*& poſita per DD. in *l.exigendi, C.eod.tit.* dicebam etiam, quòd hoc conceditur cuilibet perſonæ coniunctæ, ſi illa perſona non habeat tutorem, vel curatorem, vt in *prædictis iuribus*, & per Bald. in *l. Senatus,C.qui accuſ.non poſſ.* per illum text.& ſic multò fortiùs eſt hoc concedendum patri,ex quo de patre eſt text. clarus in *in d. l.patri*, & ex hoc inferebam, quòd pater licèt in feudis non habeat vſumfructum, vt *ſuprà* allegaui, & conſequentèr non ſit legitimus adminiſtrator, quia dicitur legitimus adminiſtrator, quando habet vſumfructum,vt per Gloſ.& Doctores *in Auth. excipitur, C. de bonis, quæ liber.* non omitto doctrinam Bart. *in l. ſi infanti, col.3.* quam Alex.poſt alios ſequitur *in 6.notab. Cod. de iur. delib.* vbi voluit per illum text. quòd pater pro filio infante dicitur eſſe legitimus adminiſtrator, etiam in bonis, in quibus non acquiritur vſusfructus, & per conſequens in iſto dubio pater non modò poteſt comparere vt perſona coniuncta, vt *ſuprà* dixi, verùm etiam pro filio infante poteſt agere tanquam legitimus adminiſtrator, etiam in feudalibus, in quibus patri non acquiritur vſusfructus;& per conſequens non video neceſſarium diſcutere, an vt Curator? & ita pertranſeo in hac difficultate.

Io.Angelus Piſanellus.

SVMMARIVM.

1 *Donatio nulla eſt, quæ à patre filio in poteſtate fit, niſi fuerit iuramento roborata.*

2 *Pater an poſſit rem donatam filio abſenti, Notario pro illo ſtipulante,ante acceptationem reuocare, & in alium transferre; & num.3.4.10.11.& 13.*

5 *Donatio dicitur reuocata, quotiès donans poſt donationem rem donatam in alium tranſtulit.*

6 *Notario pro abſente ſtipulante,ius illi irreuocabile acquiritur.*

7 *Iuramentum ſupplet defectum abſentiæ.*

8 *Dominium transfertur in donatarium ex donatione ei facta,retento vſufructu.*

9 *Dominium transfertur ex clauſula Conſtituti.*

12 *Donatarij acceptatio an requiratur,ad finem vt donatio irreuocabilis reddatur.*

ARGVMENTVM.

Donatio facta à patre filio,an, & quando nulla ſit cenſenda.Pater poſt donationem factam filio abſenti; ſed Notario pro illo acceptante, & ſtipulante; cum retentione vſusfructus,ac iurata promiſſione de non reuocando, Conſtituto, & Precario; poſſit rem donatam in alium transferre, antequam filij donatarij ſequatur acceptatio. Stipulatio Notarij pro abſente, an illi ius acquirat ante ratificationem. Retentio vſusfructus in donatione an importet translationem dominij proprietatis in donatarium. Clauſula Conſtituti, & Precarij appoſita in contractu donationis abſenti factæ,an impediat dominij tranſlationem, cùm donator rem vni donatam in alium transferre vellet.

CAPVT LXX.

DONATIO à patre filio ſuo in poteſtate existenti facta, quòd nulla ſit de iure, eſt text.ſatis vulgatus in *l. donationes, quas parentes, ff. de donation.inter vir.& vxor.* eſt tamen certum, quòd ſi iuramento roborata extiterit, omnes affirmant, ex iuramenti virtute illam validam reddi: ſic innumeris congeſtis probant Iul. Clar. in *§.donatio, quæſt.8.numer.*8.ibiquè Addentes, & Rota *dec.1184.n.7.* penes Seraphin. 1

Hoc præſuppoſito quæro, ſi pater filio ſuo in poteſtate conſtituto, ſed abſenti, Notario tamen pro illo ſtipulante, rem aliquam vſufructu retento donauerit,cum iurata promiſſione de non reuocando, Conſtituto, & Precario in ampliſſima forma, nùm ſi res illa, priuſquam donatarij acceptatio accederet, fuerit ab eodem patre donante in alium lucratiuo, ſiuè oneroſo titulo diſtracta, & tradita, poſſit filius donatarius patre mortuo rem illam ſibi donatam, & à Tertio poſſeſſam condicere, vel potiùs in hoc caſu dicendum ſit, eſſe locum vulgatæ diſpoſitioni text. *in l.quotiès,C.de rei vendication.* 2

Didacus Couar. de his agens in *Rubr.de teſtamentis, par.3. à num.13. verſ. eſt enim neceſſaria, ad finem numeri*, videtur in ea reſidere opinione (ſed non deguſtato articulo) id primo donatario non licere, dum reiecta Paul. Caſtrenſ. ſententia in *conſil.195. lib.2.* exiſtimauit, poſſe donatarium ex vi ſtipulationis Notarij, mortuo donante, donationem acceptare, ſicquè ab hærede donatoris rem donatam conſequi, nec alitèr ob acceptationem in vita donantis non factam cenſeri illius hæredi ius quæſitum; excepto (& hic videtur, quòd ſit caſus noſter) niſi res donata ex titulo ſpeciali eſſet in alterum tranſlata, vt in ſingularem ſucceſſorem, quo caſu, dicit ius eſſe illi quæſitum, & per conſequens in eiuſdem præiudicium acceptationem fieri non poſſe; allegat text. in *d. l.quotiès, Cod. de rei vendicat.* & Deci. *in conſ.226.*quod *in nouis eſt 225.Magiſter Ioannes,lib.1.* & de Didaco in *hoc loco* meminit Rot. *deciſ.472.numer.6.* penes Seraphin. & 883. *inter nouiſſimas diuerſ. par.1.* eiuſdemquè opinionis eſſe videntur Tiraquel. *de iure Conſtit.in 30.limit.n.51.*D.de Franch.*dec.339. num.3.verſ.quia quando eſſet ius,*& Franciſc.de Amic. *de feud.fol.73.n.3.* 3

Cæterùm in caſu propoſito,illius facti qualitate attenta 4

tenta. Contrariam amplexus fui ſententiam, nimirùm licere filio donatario rem ſibi à patre donatam à poſſeſſoris manibus condicere, nec aliter potuiſſe patrem donantem rem illam, vt ſuprà donatam, in
5 alterum quouis titulo transferre, ſic factam donationem reuocando (reuocata enim dicitur donatio, quoties donans de bonis donatis inter viuos, vel in vltima voluntate diſponeret, vt ex Oldrad. Bertr. & aliis probat Cancer. *variar. reſolut. part.* 1. *cap.* 8. *num.* 41.) id quod libenter erit ab omnibus concedendum, ſi ex *infra dicendis* probabimus, dominium rei donatæ in inſtanti donationis factæ, fuiſſe in filium quamuis abſentem tranſlatum. Etenim ex dictis per DD. tàm antiquos, quàm recentiores, inue-
6 nio, veriſſimam, & incontrouertibilem eſſe hodiè concluſionem illam, quæ ſe habet, ex ſtipulatione Notarij pro abſente ius irreuocabile eidem abſenti acquiri, abſque vlla ceſſione, etiam ante acceptationem, ſeù ratificationem contractus initi, nec ad actum validandum acceptatione opus eſſe, cùm ſat ſit Notarij acceptatio pro abſente: ſic ſanè in terminis puræ donationis abſenti factæ, Notario pro illo ſtipulante, omiſſis antiquioribus ſcripſerunt infraſcripti, poſt innumeros, quos citant, de receptiſſima ſententia, & communi practica totius Mundi atteſtantes; videlicèt Corne. *conſ.* 50. *vol.* 1. Crauet. *conſ.* 251. Fab. Turret. *conſ.* 60. *lib.* 2. Roland. à Valle *conſ.* 19. *num.* 22. *lib.* 1. Reg. de Ponte *conſ.* 120. *lib.* 2. Bertazz. *tract. de clauſ. inſtrum. clauſ.* 18. *gloſ.* 5. Guid. Papa *deciſ.* 49. Cacheran. *deciſ.* 33. De Franch. *deciſ.* 339. Caualcan. *deciſ.* 42. *à num.* 13. *lib.* 1. Magon. *deciſ. Florent.* 57. *num.* 1. Cæſar. Barz. *deciſ.* 26. *num.* 10. Theſaur. *deciſ.* 70. *poſt num.* 8. & *ibi* Filius addens, Surd. *deciſ.* 206. & *alibi*, Stephan. Gratian. *deciſ. Marchiæ* 39. *num.* 9. & his addo nouiſſimè Iacob. Cancer. *variar. reſol. par.* 1. *cap.* 8. *num.* 43. *& ſeq.* Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 22. *tit.* 7. *num.* 12. & Philipp. Paſchal. *de viribus patriæ poteſtat. part.* 1. *cap.* 8. *n.* 158.

7 Quæ quidem concluſio in caſu, de quo agimus, eò magis noſtram confirmat ſententiam, cùm donatio à patre filio abſenti facta, iuramento extiterit roborata, & cum promiſſione de non reuocando, quo caſu, eſto quòd Notarij ſtipulatio deficeret, iuramentum interpoſitum abſentiæ defectum ſuppleret, ſicque donationem irreuocabilem remanſiſſe; hoc enim operatur iuramentum, vt per illud ius abſenti irreuocabiliter quæratur: Mant. *loco cit. num.* 22. Theſaur. *cit. deciſ.* 70. *num.* 8. *verſ. pro concordia*, Mancin. *de effectibus iuram. part.* 4. *effect.* 23. *num.* 1. vbi dicit, non mediocrem effectum eſſe, quem iuramentum operatur in actibus abſente parte geſtis, cùm ſuppleat eius præſentiam, & valeant, ac ſi parte præſente facti fuiſſent; & paulò poſt *num.* 3. inquit, iuramentum æquiparari ſtipulationi Notarij; idemque affirmat Cancer. *loco cit. num.* 44. *verſ. & idem eſt, ſi in donatione*, & *par.* 3. *cap.* 7. *num.* 349. & Paſchal. *vbi ſuprà, verſ. & multò fortius.*

8 Corroborantur prædicta, ac penitùs indubitata redduntur, cùm hæc, de qua agimus, donatio à patre filio abſenti facta fuerit cum retentione vſusfructus, quæ quidem retentio iuris fictione operatur, vt rei donatæ dominium in donatarium transferatur: eſt text. ad literam *in l. quiſquis*, & *in l. ſi quis argentum*, §. *ſed ſiquidem*, *C. de donation.* vbi DD. omnes; Guid. Pap. *deciſ.* 46. & 112. Cancer. *cit. cap.* 8. *num.* 31. vbi idem dicit, quando in donatione adeſſet Conſtitutum) quod pariter in donatione, de qua agimus, legimus) illo enim in contractu deſcripto, ad donationis perfectionem nulla requiritur realis traditio,
9 ex quo clauſula iſta Conſtituti, eſt verè tranſlatiua dominij, & poſſeſſionis, eoſdemque quoad dominij acquiſitionem parit effectus, ſicut vera, & realis traditio; *vulgata l. quod meo*, vbi DD. communiter, *ff. de acquir. poſſeſſ.* hinc Alber. de Roſ. *in Rubr. C. de donation.* quem citat, & ſequitur Iaſ. *in citata l. quoties, C. de rei vendic. num.* 16. dixit, quòd ſi quis teſtamentum faciens, dixerit, ſe inter viuos donare illa, quæ legatariis legauit, conſtituens ſe eorum nomine poſſidere, quòd ſi demùm aliquid ex illis, quæ in teſtamento reliquerat, alteri inter viuos donaret, & traderet, legatarium, ſeù primum donatarium in re illa donata ſecundo præferendum eſſe, aſſignat rationem, quia teſtator conſtituens ſe pro illo tenere, & poſſidere, in eundem dominium, & poſſeſſionem transfulit: idemquè affirmauit Cancer. *loco proximè allegato*.

Stantibus igitur prædictis in facto, & in iure ve- 10
riſſimis, quibus enixè conſtat, donationem factam filio, quamuis abſenti, irreuocabilem remanſiſſe, ad eundemque filium dominium ſuper re donata, in actu celebratæ donationis tranſlatum fuiſſe; quæro Ego, quo iure affirmari vſquàm poterit, vt opinio *Paul. Caſtrenſ.* procedat, vbi res vni primo donata, Notarij acceptatione accedente, in alterum demùm particulari titulo, vt in ſingularem ſucceſſorem transferretur? etenim tunc contraria ſententia de plano procederet, quando verſaremur in puris terminis *citata l. quoties*, *C. de rei vendicat.* quam *Couarr.* ad eius dictum firmandum allegat, nimirùm ſi vni eſſet hodiè res donata, nulla donatarij præcedente acceptatione, aut Notarij ſtipulatione, vel ſi præcederet, abſque tamen iuramento, & Conſtituto, ſiuè rei donatæ vſusfructus retentione, & demùm cras eandem donator alteri donaret, vel venderet, & inſimul traderet.

Sed quando in prima donatione Notarij accepta- 11
tio præcedit, donatoris iuramentum concurrit, & Conſtituti clauſula in inſtrumento deſcripta reperitur, eòque magis & retentio vſusfructus rei donatæ, per quos quidem actus redditur donatio irreuocabilis, & dominium in donatarium transfertur, vt meam poſſem mutare ſententiam, & contrariæ adhærere, indigerem, vt particularis lex mihi allegaretur, quæ expreſſis verbis diſponeret contrarium eius, quod *ſuprà* firmaui; quò fit, vt nulla ſit habenda ratio de dictis per Dec. *in d. conſ.* 225. *Magiſter Ioannes*, quem *Couar.* allegat, vbi authoritate Paul. Caſtrenſ. *in citato conſ.* 195 *lib.* 2. dicit, reuocabilem eſſe donationem abſenti factam, quamuis Notario pro illo acceptante,
quouſque donatarij acceptatio non concurrit, ſicque 12
ante ratificationem nullum ius donatario acquiritur; etenim *Paul. & Dec.* ſententia magis communiter reijcitur; & vt benè aduertunt Cacheran. *in citata deciſ.* 33. *n.* 10. *verſ. non quoquè obſtat*, & De Ponte *in relato conſ.* 120. *n.* 2. ſunt hi *Doctores* in hoc articulo tàm in *lecturis*, quàm in *conſiliis* ſibi contrarij, quòd proindè allegari non merentur.

Et nè mea hæc ſententia, *Doctoris* authoritate de- 13
ſtituta videatur, allego in terminis terminantibus Soc. Iun. *conſ.* 118. *vol.* 2. vbi donatio abſenti facta proponebatur cum retentione vſusfructus, donec viueret donator, Notario ſtipulante, & acceptante, ac donatoris iuramento accedente, demùmq; eadem bona alteri donata extiterant, conſultus *Soc.* quiſnam ex his duobus donatariis meliora iura foueret? pro primo reſpondit, per *ſupradicta*, & alia, quæ videri, & ponderari poſſunt; ſubdens *Soc.* quòd licèt *Paul. Caſtrenſ.* & *Dec.* authoritas magna ſit; tamen in hoc articulo illud de eis dici poſſe ait, *quandoquè bonus dormitat Homerus*: niſi dicamus (addo Ego) *Paul.* & *Dec.* loquutos fuiſſe in puris terminis *d. l. quoties, C. de rei vendicat.* prout loquutus fuit Couar. *loco iam dicto*, & poſt eum, Iul. Clar. *in citato* §. *donatio, quæſt.* 13. *per totum num.* 3.

Hæc occurrunt.

SVMMA.

SVMMARIVM.

1 *Donatiua gemmarum, quæ fiunt à ſponſo ſponſæ ante matrimonium conſummatum, an donata cenſeantur*, *& num.* 2.4.5.6.7.13. 14.15.16.18. *&* 19.
Et quid de illis donatis à conſanguineis ſponſi, num. 8.9.10.11.
3 *Vxor quicquid habet in ſui poſſe præſumitur ex bonis viri acquiſitum.*
12 *Munera à Principibus Ambaſciatoribus data, cui acquiruntur.*
17 *Verbum*, dono, *aliquando impropriatur.*
20 *Anulus ſponſalitius à ſponſo ſponſæ traditus an cenſentur donatus, & num.* 21.
22 *Gemmæ modici valoris à ſponſo ſponſæ traditæ, an donatæ cenſeantur.*

ARGVMENTVM.

Donatiua gemmarum, quæ fiunt à ſponſo ſponſæ ante contractum matrimonium per verba de præſenti, num donata cenſeantur; & quid de gemmis donatis à conſanguineis ſponſi. Anulus ſponſalitius in die nuptiarum à ſponſo ſponſæ traditus, an donatus præſumatur? & de aliis notabilibus, vbi nouiſſima deciſio *Sacræ Rotæ Romanæ*.

CAPVT LXXI.

1 DONATIVA gemmarum, quæ fiunt à ſponſo, eiuſque conſanguineis ſponſæ ſuæ in domo patris, antequam matrimonium per verba de præſenti contraheretur, dubitaui *lib.* 1. *cap.* 90. an ipſi ſponſæ donata cenſeantur, ità vt tam in vita, quàm in morte poſſit de illis liberè diſponere? & ex pluribus, quæ exaraui, verſantes in re dubia, nimirùm quando plenè, & perfectè de ſponſi animo non conſtat, an donare voluerit, (quia quando conſtat, quòd ſponſus donare voluit, res eſt ſine dubio, vt nouiſſimè refert deciſum Reg. Leo. *deciſ.* 15. *par.* 3. *omninò videnda*, quando de his dubitari contigerit) demonſtratum fuit, quòd nullatenus donata cenſeantur.

Sed quia poſt hæc ſcripta, in hoc articulo quamplurimæ inter noſtros Nobiles, & populares primi Ordinis, huius Supremi Senatus in contrarium prodierunt deciſiones, nonnullaſque pariter obſeruaui relatas à Ioan. Baptiſta de Thoro *in compend. deciſ. p.* 1.2. *&* 3. *in verb. donatiua*, *in verb. pecuniæ miſſæ*, *& in verb. veſtes*, adeò vt certo modo videatur his temporibus inducta conſuetudo ſic pro muliere iudicandi, cogor nunc ſatis de mea opinione in hac Ciuitate dubitare. Verùm quòd in puncto iuris, hæc, quam tutatus ſum, ſententia, nullatenus in dubium reuocari poſſit, credo, ſatis veritatem hanc *d. cap.* 90. me demonſtraſſe, & vt quæ *ibi* dixi eo magis inpræſentiarum robur recipiant, rogo noſtræ Iuriſprudentiæ Profeſſores, vt quando in poſterum de his dubitari contigerit, adeant determinationem nouiſſimè à Rota Romana in hoc articulo emanatam in *vna Romana localium, ſub die* 11. *Decembris anni* præteriti. 1641. coram doctiſſimo *Domino Merlino*, cuius quidem deciſionis aurea verba, & tanto Authore digna, vt omnibus innoteſcant hìc imprimi curaui, & ſunt tenoris ſequentis.

Lunæ 11. *Decembris* 1641.

Hæres bonæ memoriæ D. Marchionis Vincentij Iuſtiniani, coram A. C. petiit à D. Eugenia Spinula vxore dicti Marchionis, gemmas, & alia iocalia, quæ aſſerebat, fuiſſe tranſmiſſa, & tradita eidem Dominæ Eugeniæ, partim à Viro, partim à bonæ memoriæ D. Ioſepho patre, partim à claræ memoriæ Cardinale Iuſtiniano, fratre eiuſdem Marchionis Vincentij, & per ſententiam condemnata fuit Domina Eugenia ad reſtituendum. Cauſa verò appellationis coram me introducta, hodiè Domini reſponderunt, iocalia, de quibus in ſententia A.C. eſſe reſtituenda, exceptis inauribus. 2

Et pro reſolutione, Domini duas firmarunt concluſiones; vnam in facto, alteram in iure.

Primam in facto; Quòd conſtet de traditione, & valore dictorum Iocalium ex confeſſione ipſius Dominæ Eugeniæ; ex libris bonæ mem. Ioſephi, per eandem iudicialitèr approbatis; ex depoſitione Domini Camilli de Maximis, nepotis Domini Marchionis Vincentij; & ex ſchedula eiuſdem Marchionis; quæ omnia habentur in *ſummario, n.* 2.3.4. *&* 5.

Siquidem D. Eugenia in proteſtatione, dum exhibuit, & penès Patrem Carmelitam depoſuit Iocalia, ingenuè faſſa eſt, hæc Iocalia tradita ſibi fuiſſe à ſuis affinibus, qui nulli alij eſſe poterant, quam conſanguinei D. Marchionis Vincentij; qua confeſſione, præſertim iudicialiter facta, nulla maior datur probatio: Ioſephus verò in libris ſingula Iocalia deſcripſit, cum nomine, ac determinato pretio. Camillus autem de Maximis teſtatur, hanc eandem traditionem factam Dominæ Eugeniæ, qui teſtis, licet vnicus, tanquam de facto proprio deponens, ac nepos mariti, videtur omni exceptione maior, & vtpotè, qui nullum in hac cauſa intereſſe habebat, & cum hac depoſitione mortuus iam eſt, multum certè probat; Bart. *in l.* 1. *§. idem, num.* 3. *ff. de quaeſt.* Rot. apud Cæſar. de Graſſ. *deciſ.* 3. *n.* 6. *de prob. & in recent. dec.* 311. *n.* 7 *p.* 6. fuitque in ſimili firmatum in *Firmana penſionis* 10. *Iunij præteriti coram bon. memoria Pirouano*. Præſertim iuncta iuris aſſiſtentia, & præſumptione, quòd omnia exiſtentia penès vxorem, præſumantur tradita à marito, vel acquiſita de eius bonis, *l. Quintus Mutius, ff. de donat. inter vir. & vxor.* Rota coram Biſignetto *dec. vnic. n.* 9. *de donat. inter vir. & vxor.* quæ iuris aſſiſtentia indubiam teſti tribuit fidem, Abb. *in c. auditis, num.* 15. *de præſcript.* Rot. *deciſ.* 480. *ſub num.* 3. *& dec.* 512. *etiam n.* 3. *p.* 1. *recent.* & demùm Marchio Vincentius in ſchedula recenſuit illa, tanquam exiſtentia penès Dominam Eugeniam, quæ facit non leue adminiculum, cùm reperiatur verificata, quòd alia Iocalia iam per eam fuerint reſtituta, atque fuerit facta tempore non ſuſpecto; & idem Marchio ſub eadem aſſertione deceſſerit, nec ſit cenſendum, cum voluiſſe decedere cum peccato. 3

Poſita autem hac probatione de traditione Iocalium, & de eorum exiſtentia, intrat iuris concluſio (& hæc eſt altera concluſio à DD. firmata) quòd data per 4

Marchionem Vincentium maritum, cùm ſint pretioſa, & magni valoris, neque deſtinata ad vſum quotidianum, ſed feſtiuum,& deferenda dum in publicum prodiret ſponſa, non præſumuntur donata, ſed tantùm accommodata ad vſum, & cauſa,ac gratia ipſius mariti, eiuſquè honoris, vt ornatior ſponſa incederet; *l. ſi vt certo, §. interdum, ff.commod.* ibi, *vel ſi ſua dumtaxat cauſa commodauit ſponſæ fortè ſua, vel vxori,quò honeſtius culta ad ſe deduceretur*; vt communitèr Doct. *in l. penult. §. ſeruis vxoris, ff.ſolu. matrim.*Baldus *in Authen.ex teſtamento, num.30. C.de collat.* Angel. *conſ.339. num.2. verſic.contrarium*, Anchar.*conſ.181.n.3.*qui refert,ita conſuluiſſe,ac ſenſiſſe Io. de Canamonte, Raynerium de Foroliu. & alios celebres I.CC.Caſtrenſ.*conſ.438.n.2.p.2.*Boër.*in Conſuet.Biturig.c.8.col.4.poſt med.*vbi dicit, ita plures fuiſſe iudicatum contra viduas,Afflict.*dec.315.n.1.& 2.* qui dicit, ita fuiſſe iudicatum in Conſilio Neapolitano tribus vicibus contra nobiles fœminas, Surd. *deciſ.166.n.4.& ſeqq.* Card. Mant. *de tacit. lib.21.tit.6. n.5. & 6. ac ſeqq.* qui de receptiſſima teſtatur ſententia, latiſſimè Sanchez *de matrim.lib.6.diſput.25.n.10. & ſeq.* Cyriac. *controu.120.num.50.& 67.* & Rota ſequuta eſt hanc opinionem,vt coram Biſignetto *d.dec. vnic.ſub n.4.verſ.quoad vaſa,& iocalia.& n.ſeqq. de donat. inter vir. & vxor. in Vrbeuetana Iocalium 12. Iunij* 1589.coram Orano,*in Ferrarien.Lucri dotis* coram bo. mem. Patriarcha Manzanedo, quæ eſt *deciſ. 113. part.1. recent.* & coram Sanctæ mem. Gregorio XV. *deciſ.474.*

5 Euidenſque ratio eſt, quia dum poteſt credi, maritum tradidiſſe hæc Iocalia ad pompam, & dignitatem ſuæ familiæ, vt ſatisfaceret conſuetudini Patriæ (dedecus enim illi fuiſſet, ſi inculta ſponſa eius prodiiſſet) reiicienda eſt præſumptio donationis, quæ nunquam ſolet admitti, dum alia recipi poteſt, *l.cùm de indebito,ff.de probat.* Sanchez, Cyriac. & alij *ſuprà* allegati,& perpendit Rota *in d.deciſ. vnic.n.6.* coram Biſignet.*de donat.inter vir. & vxor. & in d. deciſ.113. num.4.p.1.recent.*

6 Nec verò vlla facienda eſt diſtinctio, an illa tradita fuerint, conſummato iam matrimonio, vel ante matrimonium, provt putabat Antonius Gomez, quia,quocunque tempore inſpecto,nunquam cenſentur donata, quando ſunt pretioſa, ſemper enim militat eadem ratio non præſumendæ donationis, dum alia capi poteſt præſumptio; & benè hoc probat text.*in d.l.ſi vt certo,d.§.interdum*, ibi, *ſponſæ fortè ſua, vel vxori, ff. commod.* Imol.*in l.penult.§.ſeruis, ſub numer.12.verſ. item attende, ff.ſolut.matrim.*Roland.*conſ. 10.num.13.vol.1.*Clar.*§. donatio, q.10.n.3.*Rot.*d.deciſ. 113. num.7. p.1. rec.* & coram ſanctæ memoriæ Gregorio XV. *d. dec.474. num.2.* & Rota *in d. deciſ.113. num.9.* prudentèr dubitauit de opinione *Antonij Gomez.*quem poſtea,& inſupèr *Mantaluum,ac Matienz.* malè diſtinguentes apertè reprobauit Gutierrez *pract. queſt. ciuil. lib.2.q.19.per tot.* & hanc etiam reprobat diſtinctionem Sanchez *de matrim. d.li.6.diſp.25.n.28.*

7 Et hæc quidèm certiora fiunt in caſu noſtro, quia Marchio Iuſtinianus, vt cautiùs ageret, mandauit in ſuo teſtamento vendi iocalia, quæ diſpoſitio, vel indicat, à principio nullam ipſum habuiſſe voluntatem donandi, & ſe conformaſſe cum præſumptione iuris; vel quatenus fuiſſet donatio, eam reuocauit, provt facere potuit, dum huiuſmodi donatio morte tantùm confirmabatur; Abb. *in c.donatio,num.3. & 7. de donat.inter vir.& vxor.* benè in his terminis Corn. *conſ.101.n.11.vol.1.*Honded.*conſ.30.n.15.vol.2.* Card. Mantic.*de tacit. d.lib.21. tit.6.n.15.* Cyriac. *d.controuerſ.120.n.78.*

8 Procedunt autem hæc etiam & reſpectu iocalium, quæ bonæ memoriæ D. Ioſephus ſocer tranſmiſit ad D. Eugeniam nurum, illa enim neque cenſentur donata, ſed tranſmiſſa, vt impleret ipſe partes filij, cui onus incumbebat honorificè, & condecentèr veſtiendi, & ornandi vxorem; ita de traditis à ſocero nurui,Bald.*in l.omnimodò, §. imputari,ſub n.4.verſ. Quid ergò,C.de inoffic.teſtam.* Surd.*d.deciſ.166.n.5.* Sanchez *de matrim.d.lib.6.diſp.25.n.33.* Fontanell. *de pact.nuptial.clauſ.7 gloſ.3 p.6.n.91.*

Hìc verò, vltra hanc præſumptionem iuris, habemus etiam expreſſam declarationem voluntatis eiuſdem Ioſephi ſoceri, exaratam in libris, in quibus expreſſit,ſe emiſſe pro vſu D.Eugeniæ,vxoris ſui filij, quæ declaratio omnem excludit donationem, Roman.*conſ.146.ſub num.2.verſ.Eſt & ſecundum,* Fontanell.*d.loco,n.84. & 85.* vbi, quòd cùm ſit de his, quæ pendent à voluntate, ſufficit proteſtatio extraiudicialis,& etiam abſente parte facta. 9

Idemquè dicendum paritèr eſt reſpectu Margaritarum, quas claræ memoriæ Cardinalis Iuſtinianus frater mariti eidem D. Eugeniæ tranſmiſit, quia cenſetur tradita quidèm vxori fratris, ſed vt ornatior ipſa incederet, fratri enim intererat conſeruare familiæ ſplendorem, vt fratris vxor mundo muliebri compta prodiret in publicum; non autem eidem vxori donata cenſentur, ſed potiùs fratri, ratione ſanguinis; neque enim vlla alia ratione moueri potuit Cardinalis,vt margaritas illas tranſmitteret, niſi charitate erga fratrem, & amore erga propriam familiam: ita in his terminis Bart. *in l.ſed ſi plures,§.in arrogato,num.4.*& ibidem Alex.*num.1. ff.de vulg.*Iaſ.in *eadem l.§.ad ſubſtitutos, num.9.* vbi, quòd durum eſt in practica ab hac opinione diſcedere; quæ etiam tutior eſt, Caſtrenſ. *d. conſ.438. ſub eodem num.2.p.2.* Roland.*d. conſ.10.ſub num.11.verſ.tamen in dubio,vol.1.*Clar.*§.donatio,d.q.10.n.2.*Sanchez *de matrim.d.lib.6.diſp.26.n.4.6.& 11.*Fontanell.*de pact. nuptial. d. clauſ.7.gloſ.3.p.6.n.92.* qui teſtatur, ita fuiſſe deciſum in Senatu Cathaloniæ. 10

Et quamuis in contrarium allegentur nonnulli: tamen hæc eſt communior opinio, & aliqui ex illis allegatis loquuntur, quando conſanguineus mariti tranſmittit ad ſponſam iocalia, & alia ratio conſiderari poterat, præter motiuum ſanguinis, vt puta ſi ipſa ſponſa eſſet benemerita de donante, & donans aliquid poſſet ſperare ab ipſa, vel illius contemplatione, vel alia huiuſmodi motiua concurrerent, quæ, vel æquè vrgerent, vel ſuperarent motiuum conſanguinitatis cum marito, ita vt conſanguineus mariti non donauerit intuitu ipſius mariti, ſed potiùs ſponſæ, vndè eidem etiam ſponſæ illa tali vrgente coniectura cenſenda eſſent donata; vt benè per Menoch.*præſumpt.26.n.1. lib.3.* Gratian. *diſcept.189. ſub n.8.verſ. Quod etiam eſſet in vxore,*Sanchez *de matrim.d.lib.6.d.diſp.26.num.6. & 7.* hìc autem non poteſt conſiderari alia ratio,propter quam Ioſephus, & Cardinalis Iuſtinianus donauerint, niſi quòd ille pater, hic autem frater eſſet Marchionis Vincentij mariti. 11

Alij verò *Doctores* loquuntur in muneribus factis per Principes Ambaſciatoribus, quæ munera Ambaſciatoribus ipſis,non autem eorum Principibus, à quibus miſſi ſunt, cenſentur acquiſita; quandoquidèm eſt in his ius præcipuum, vt donatum à Principe, cenſeatur donatum, & acquiſitum iis, quibus res tradita eſt; non autem quorum contemplatione donatum eſt: *l.cùm multa, Cod.de bonis,quæ liber.*Bart. *in l.ſi verò, §. item quicquid,ſub num.3.ff.ſolut.matrim.* Caſtrenſ. *in l.dotalem,numer.6.ff.eodem,* Brun.*de legat. cap.6. lib.4.*Roland. *d.conſ.10. num.9. vol.1.* Menoch. *d.præſumpt.26.num.8.& 23.lib.3.* Sanchez *de matrim. d.lib.6.* 12

d.lib.6.diſp.26.ſub num.15. verſ. ſecundò, nam in dona-
tis: & quia, vt plurimùm, huiuſmodi munera, quæ
Ambaſciatoribus traduntur, ſunt proportionata con-
ditioni Ambaſciatorum, non autem Dignitati Prin-
cipum, & ideò ſi eſſent munera magni valoris, &
congrua Principibus mittentibus, ad eoſdemmet
Principes ſpectârent; Roland. d.conſ.10. ſub num.11.
verſ. vltimò non obſtat, vol.1. Menoch. præſumpt. 27.
num.3. lib.3. Sanchez d. diſp.26. ſub num.15. d. verſ.
ſecundò, nam in donatis, lib.6. de matrim. In mune-
ribus autem ordinariis præſumitur, quòd Principes,
& mittentes, & donantes intelligant, vt huiuſmo-
di munera Ambaſciatoribus acquirantur. Sed hìc ceſ-
ſat omnis difficultas, quia idem Camillus de Maxi-
mis, nepos etiam Cardinalis, & optimè informatus,
deponit de hac voluntate donantium, ibi, *Tanto il
Signor Marcheſe Vincenzo, quanto il Signor Gioſeppe,
ſuo padre, & il Cardinale predetto, compiacendoſi di ve-
der comparire la Signora trà l'altre Dame riccamente
ornata, &c.*

Deciſio autem coram bonæ memoriæ Cardin. Se-
raphin. 1108. numer.5. & 6. incidenter loquitur,
quia ibi principaliter agebatur in materia penſionis,
nec conſtat, quòd res eſſet pretioſa.

13 Non obſtat, quòd donatio iocalium præſumatur
in Nobilibus, & Magnatibus: quoniam immò con-
traria ſententia eſt verior, vt iocalia pretioſa, ne-
que in Nobilibus cenſeantur donata, quemadmo-
dùm de prætioſis ornamentis, traditis filiæ Ducis
Vrbini à Roberto Malateſta coniuge, conſuluit
Corn. d. conſ.81. vol.1. & ſequuntur, ac approbant
Laderch. conſ.118. num.1. & 4. & Honded. d.conſ.30.
vol.2. & de Magnatibus Regni, atque opulentiſſimis
Viris loquitur Gutierrez pract. quæſt. d.li.2. d.q.19. n.4.
& 9. & de Familia Bentiuolia, quæ Nobiliſſima eſt,
emanauit deciſio illa 113. p.1. recent. contrariáque opi-
nio aliquam probabilitatem haberet, ſi coniuges di-
ſparis conditionis eſſent, vt notat Surd. d. deciſ.166.
num.22. Gratian. d.diſcept.189. num.19. & 20. & con-
ſiderauit eadem Rota d. deciſ.113. num.14. p.1. recent.
quæ diſparitas hìc ceſſat.

14 Neque vrgent in contrarium coniecturæ ponde-
ratæ, quia ad inducendam donationem requiruntur
plures, & validiſſimæ, quæ vim habeant probatio-
nis concludentis, Dec. conſ.176. ſub num.1. verſ. vndè
actor, Corn. conſ.11. ſub num.5. verſ. qui dicit, vol.3.
Riminal. Iun. conſ.342. num.111. Aldobrand. conſ.99.
num.15. lib.1. cùm ſemper facienda ſit interpretatio
excluſiua donationis, & vt potiùs præſumatur fatui-
tas, d. l. cùm de indebito, ff. de probat. Bald. in l.1. ſub
n.3. C. ad Trebell. Menoch. de arbitr. caſu 88. n.3. Bero.
conſ.55. n.10. vol.1. Rimin. Iun. conſ.274. n.54. & ſeqq.
& conſ.484. n.40. Rot. dec.69. n.1. & ſeqq. part.7. recent.

Deductæ autem ſunt leuiſſimæ; verba illa Nuncij
15 deferentis lineam margaritarum, *vi mandano queſti
coſi per giocare*, ſunt verba blanda, & iocoſa, ad hoc
prolata, vt puellæ ſponſæ animum, & gemmis, &
verbis recrearet, non autem, vt indè deſumi poſ-
ſet argumentum donationis; quemadmodùm dici-
tur de verbis iactatoriis, & blandis, in cap. cùm ve-
niſſent, & ibi Canoniſtæ, de iuſtit. & in l. ità ſtipu-
latus, vbi Iaſ. num.5. ff. de verb. obligat. & in his ter-
minis Sanchez de matrim. d.lib.6. diſp.25. ſub n.14. verſ.
tertiò, quia ibi, ſed vrbanitatis, & officij gratia dicta,
quæ obligationem non pariunt.

Tempus tranſmiſſionis iocalium, quòd cōtigerit in-
16 ter Solemnia Natalitia, non concludit, nec infert do-
nationem; quia hæc iocalia erant notabilis voloris,
ità vt inter ſtrenas aptè referri non poſſent, & eo tem-
pore tradita ſunt iocalia, quia tunc contigit aduentus
ſponſæ ad Vrbem.

Verba illa, quibus vſus fuit Nuncius, dùm obtu- 17
lit iocalia, *Vi dona il Signore, &c.* vel debent impro-
priari, ità vt intelligatur donatus vſus, non autem
proprietas, vt in his terminis benè Bart. in l.1. §. nec
caſtrenſe, num.10. ff. de collat. bonor. Bald. d. authent. ex
teſtamento, num.31. & 32. C. de collat. Alex. conſ.155.
num.11. lib.7. Roland. d.conſ.10. num.15. vol.1. Laderch.
d.conſ.118. num.2. Sanchez de matrim. d.lib.6. d.diſp.
25. num.14. & 15. Fontanell. de pact. nupt. d. clauſ.3.
num.76. p.6. Rot. d.deciſ.113. num.11. par.1. recent. vel
docendum eſſet de facultate Nuncii, deferentis dicta
iocalia pretioſa, vt poſſet donare; Bald. d. authent. ex
teſtamento, ſub n.32. C. de collat. Honded. d.conſ.30. n.35.
vol.2. Rot. d.deciſ.113. num.1. p.1. recent.

Quòd hęc iocalia eſſent congrua ſponſæ tantum, 18
& ad vſum mulierum ordinata, paruifaciendum vi-
detur tale argumentum: quia vt plurimum, iocalia,
quę dantur mulieribus tempore nuptiarum, viris non
conueniunt & ideò hanc diſtinctionem, an iocalia
conueniant ſoli vxori, vel marito, non admiſerunt,
ſed indiſtinctè, quòd nunquam intelligantur donata
vxori, ſed ſolùm ad vſum conceſſa, firmarunt Imol.
in l. ſi pater, d. §. ad ſubſtitutos, ſub num.11. verſ. ſed certè
hæc opinio, ff. de vulg. Alex. in d.l. ſed & ſi plures, §. in
arrogato, num.14. ff. eodem, Roland. d.conſ.10. ſub n.11.
verſ. ſed quando donantur munera, vol.1. Lup. de donat.
§.45. num.8. & ſeq. Menoch. d.præſumpt.26. n.9. lib.3.
Sanchez de matrim. d.lib.6. d.diſp.26. ſub num.15. verſ.
probabilius autem credo, & ſemper ſtat inconcuſſa ra-
tio illa, quòd dicantur tradita, vt maritus, & con-
ſanguinei illius conſulant dignitati familiæ, & quia
illos puderet è domo eorum exire ſponſam incom-
ptam, & ſine conſueto ornatu, & capienda eſt om-
nis alia interpretatio pro excluſione donationis.

Demùm cadit tota vis coniecturarum, quæ dona- 19
tionem poſſent arguere, dùm ex teſtamento Ioſephi,
& Vincentij, ex ſchedulis, & alijs euidenter apparet,
iſtos noluiſſe donare, ſed tantùm ad vſum accommo-
dare, vndè coniecturæ pro donatione debent cedere
coniecturis validioribus, immò probationibus exclu-
dentibus donationem.

Non obſtat, quòd anulus, vnà cum Adamante 10
notabilis valoris, tanquàm ſponſalitius ſpectet ad D.
Eugeniam, & ei cenſeatur donatus; Bald. in d. authent.
ex teſtamento, ſub num.31. verſ. item quæritur, C. de col-
lat. Roman. d.conſ.146. ſub num.2. verſ. nunc verò in iſto
caſu, Natta conſ.317. num.3. Crauet. conſ.443. ſub n.15.
verſ. quintò anulus, & ſequitur Honded. d.conſ.30. ſub
num.41. verſ. prout & tertiò, vol.2. Cardin. Mantic. de
tacit. lib.20. tit.1. ſub num.17. verſ. ſecundò eſt aduerten-
dum, Giurb. ad Conſuetud. Meſſan. c.13. gloſ.4. num.1.
Theſ. iun. q.15. num.2. lib.3. Surd. d.deciſ.166. num.1.
Peregr. deciſ.140. ſub n.1. verſ. videamus quid, Gratian.
deciſ. Marchiæ 118. ſub num 9. verſ. adde, quòd iſti, qui
loquuntur, etiam quòd anulus eſſet pretioſiſſimus,
vt Ant. Faber in ſuo Codice, lib.5. tit.1. de donat. ante
nupt. definit.2. verſ. anuli nuptialis, Fontanell. de pact.
nupt. d. clauſ.7. gloſ.3. num.56. p.6. Cyriac. d. contro-
uerſ.12. num.59. & ſeq.

Quoniam, quicquid ſit de veritate iſtius opinionis, 21
quæ habet contradictores, nempè Caſtill. ad l.
Taur.52. in fin. & Sanchez de matrim. d. lib.6. diſp.23.
num.10. & videtur dubitaſſe Peregr. d.deciſ.140. ſub d.
verſ. videamus, quid, in fin. & Bertazzol. conſ. ciuil.59.
nu.21. & alij, & in hoc anulo ſponſalitio dùm eſt pre-
tioſus, militare videtur eadem ratio, vt ſponſus tra-
diderit pro ſeruando ritu Eccleſiæ in nuptijs, non
autem animo donandi, & Doctores illi pro com-
muni opinione allegati, innituntur tex. l. ſi quis pro
vxore, & l. ſi donata res, §. ſi ſponſus, ff. de donat. inter vir.
& vxor. qui text. emanarunt eo tempore, quo anuli

ſponſalitij non erant pretioſi, immò nec aurei, ſed ferrei; vndè nil mirum, ſi tunc cenſebantur donati, quaſi quotidiani, & exigui valoris; omnes enim Doctores in hac materia excludunt donationem in pretioſis, & rebus feſtiuis, & ſolùm admittunt in quotidianis, & modici valoris: hocque idem ſenſerunt *Statuentes Romani*, qui *lib.1. cap.135.* permiſerunt donationem, & induxerunt præſumptionem illius quoad anulum ſubharrationis, quatenus tamen ſit ſine lapide, & ſic exigui valoris; in quo *Statuentes* videntur reſpexiſſe ad priſcum illud tempus, & morem, quo Romani ſponſi ſubharrabant ſponſas anulo ferreo, & ſine gemma, vt ex Plinio, & D. Hieronymo deſumunt Briſſon. *de rit. nuptiarum, in princ. verſ. his à Paulo relatam*, Petr. Gregor. Tholoſ. *ſyntagm. iur. par. 21. lib. 8. cap. 7. num. 3.* Roſin. *antiqu. Roman. lib. 5. c. 37. in princ. verſ. ferreum vero anulum*, Alex. ab Alexandro *genialium dierum lib. 2. cap. 5. verſ. anulus tamen ſponſa.*

Non eſt opus in præſenti examinare huiuſmodi controuerſiam, quia non probatur, hoc anulo pretioſo, ac magni valoris deſponſatam fuiſſe Dominam Eugeniam.

21 Quò autem ad inaures illas, cum quibuſdam notis, vt dicitur, *à Cifra*, Domini dixerunt, illas ſpectare ad D. Eugeniam, quia ſunt modici valoris, attenta coniugum nobilitate, & ad quotidianum vſum deſtinatæ, licèt ſint cum aliquibus adamantibus, qui tamen ſunt exigui ponderis, vndè Domini arbitrati ſunt, non congruere illis nomen rerum pretioſarum, proindèque benè poſſe, ac competenter ſpectare ad viduam, prout in ſimilibus terminis de Torque aureo, & anulis non magni valoris, & aliis, inter Nobiles arbitratus eſt Senatus Neapolitanus, teſte Afflict. *d. deciſ. 315.* & admittit Menoch. eſſe Iudicis partes hoc arbitrari, *caſu 218. num. 5. de arbitr. iudic.* Gutier. *pract. quæſt. d. lib. 2. d. q. 19. num. 9.* Cyriac. *d. controu. 120. num. 54. & 72.* Surd. *d. deciſ. 166. num. 8.* Caſtill. *deciſ 93. num. 9.*

Et ità vtraque parte informante, ter diſcuſſa cauſa, reſolutum fuit, &c.

SVMMARIVM.

1 *Electio Superiorum in monaſteriis per vota ſecreta fieri debet, ità vt ſingulorum eligentium nomina nuſquàm publicentur.*

2 *Electio Superiorum an nulla cenſenda ſit, ſi ſcrutatores publicauerint, omnium conſenſu electionem fuiſſe factam.*

3 *Nominatim fieri dicitur, quod ità exprimitur, vt de eo nequeat dubitari.*

4 *Ratio quæ fuerit Concilij Trid.* ſeſſ. 25. cap. 6. de Regularibus, *vt per vota ſecreta fieret electio.*

5 *Legis mens potiùs quã verba ſunt attendenda.*

ARGVMENTVM.

Electio ſuperiorum in Monaſterio nùm irrita ſit cenſenda, attenta diſpoſitione Concilij Trid. *ſeſſ. 25. cap. 6. de Regularibus*, vbi ſcrutatores, illam omnium conſenſu fuiſſe factam publicarent.

CAPVT LXXII.

Electio Superiorum in Monaſteriis quibuſcunque certum eſt, quod non niſi per vota ſecreta fieri debet, ità vt ſingulorum eligentium nomina nunquam publicentur; ſic ſtatuit Tridentina ſanctio *cap. 6. ſeſſ. 25. de Regular.* expreſsè diſponens, quòd vbi contra illius *Decreti* conſtitutionem aliquis electus fuerit, electio irrita ſit. 1

Sed audiui, in dubium reuocari, an nulla cenſenda eſſet electio, vbi votis omnibus iam datis, vnus ex vocalibus à ſcrutatoribus poſtularet, vt publicarent, ſi, vel nè electio cum omnium votis, & conſenſu ſequuta eſſet? cui affirmatiuè reſponderent, quòd omnes, nimirùm, in electum eligendo concurrerunt, an, inquam, per hanc publicationem *Concilij decreto* contrauentum ſit? 2

Certè, ſi verba *Concilij* perpendimus, videtur, ad electionem non ritè fuiſſe proceſſum; quia publicando, quòd omnes in electionem concurrerent, aliud non eſt, niſi implicitè ſingulorum vocalium nomina propalare; argumento text. *in l. 1. ff. de liber. & poſthum.* vbi id nominatim fieri dicitur, quod ità exprimitur, vt de eo nequeat dubitari; At ſi mentem 3 *Concilij* attendamus, ſecus dicendum erit; etenim non alia ratione, teneo indubitanter, ſic vt ſuprà *Sacroſanctum Concilium* ſtatuiſſe, quia cùm vt plu- 4 rimùm, & ferè ſemper electio non ſequatur cum omnium conſenſu, ſi vota publicarentur, ſciret electus illum, qui votum ei non dedit, & ſic de facili odium inter eos naſci poſſet, cum ea conſequentia, quæ inter Fratres, & Monachos conſiderari poteſt; hæc, inquam, ratio ceſſat in caſu propoſito, nam dum publicatur, electionem vnico omnium ſpiritu fuiſſe factam, non eſt, quòd ex hac publicatione aliquid mali oriri poſſit: cumque mens, non autem legis verba ſint attendẽda, *l. non dubium,* 5 *C. de legib.* & in caſu notabili dixi Ego *lib. 1. cap. 1. num. 50.* proindè non multum dubitarem in aſſerendo, electionem, de qua ſuprà, ritè peractam; ſcio tamen in facti contingentia contrarium conſuluiſſe Virum quendam in vtroque Iure conſummatiſſimum, qui demùm, quæ eſſet hac in re mea opinio, ſcire voluit, &c.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta alienans rem emphyteuticam irrequiſito Domino incidit in Commiſſum, quæ concluſio limitatur pluribus modis, num. 2. 3. 4. 5. 6. & 7.*

8 *Emphyteuta alienans ſaluo aſſenſu Domini cum clauſula*, nec aliter, nec alio modo, *an incidat in Commiſſum; & num. 10. 11. 12. 16. 17. 18. 23. & 25.*

9 *Clauſula*, nec aliter, nec alio modo, *quid importat.*

13 *Emphyteuſis quando eſt hereditaria tranſit ad quemlibet, etiam extraneum heredem; & num. 19. & 20.*

14 *Conſenſus directi Domini an requiratur, quando emphyteuſis in alium transfertur iure Congrui, & num. 15.*

21 *Emphy*

21 *Emphyteuta alienans irrequiſito Domino, poſſeſſione non tradita, non incidit in Commiſſum;*

Sed quid ſi in contractu adiecta eſt clauſula Conſtituti, & *n.22.*

23 *Emphyteuta alienans irrequiſito Domino, ſed ſaluo eius aſſenſu; an tradita poſſeſſione ad euitandum caducitatem poſſit pro aſſenſu ad Dominum recurrere.*

ARGVMENTVM.

Emphyteuta nùm incidat in Commiſſum, ſi rem ſibi in emphyteuſim conceſſam alienauerit, ſaluo tamèn aſſenſu Domini, & cum clauſula; *nec alitèr, nec alio modo.* Emphyteuta alienans, & poſſeſſionem tradens ſaluo aſſenſu Domini, an ad caducitatem euitandam poſſit Dominum præuenire, & conſenſum petere, & infrà quantum tempus. Caſus enumerantur, in quibus emphyteuta poteſt rem emphyteuticam alienare ſine directi Domini conſenſu: & de aliis; vbi nouiſſima deciſio *Sacræ Rotæ Romanæ.*

CAPVT LXXIII.

1 EMphyteuta ſi emphyteuſim, directo Domino priùs non requiſito, alienauerit, quòd incidat in Cómiſſum, cautum eſt vtroq; iure; ſi quidèm de iure Ciuili eſt text. vulgatus in *l.fin.Cod.de iur.emphyt.* & de iure Canonico in *c.potuit, extra. de loca.*

Eſt verum, quòd aliquando hæc iuris concluſio fuit à *Doctoribus* in pluribus caſibus limitata; & præ
2 cæteris *Primò,* vt non habeat locum, quando emphyteuta in alium titulo lucratiuo emphyteuſim transferret; ita Gloſ. *in d.l.fin.in verb.aliis vendere,* Bald. & Imol. *in l.ſi domus, §.fin.ff. de leg.*1. alijquè plures relati à Iul. Clar. in §. *Emphyteuſis, quæſtion.*15. Se-
3 cundò, quotiès pater rem emphyteuticam pro filia collocanda in dotem daret, vt ex Specul. Io. Andr. Iaſ. & Soc. probat Hippolyt. Marſil. *ſingul.*443. Tertiò non incideret emphyteuta in Cómiſſum, ſi tenens emphy-
4 teuſim communem cum aliò, in illum partem ſuam alienaret; ita ex Bart. & Ang. probat idem Marſil.
5 *ſing.*24. Quartò nec paritèr à iure ſuo caderet emphyteuta, ſi ſuper fundo emphyteutico, domino irrequiſito, ſeruitutem aliquam imponeret; *l.1.ff.de ſeruit.* ibiquè Florian. & Paul. Caſtrenſ. Cæpol. *de ſeruit.vrban.prædior.cap.*14.*num.*4. Quintò vbi alienatio ex ne-
6 ceſſaria cauſa ſequuta eſſet, Afflict. *decíſ.*191. Sextò, aliis omiſſis, quotiès emphyteuta ſub pacto legis
7 Commiſſoriæ, vel Addictionis in diem venderet emphyteuſim, Iaſ. *in d.l.fin.n.*138.*C.de iur.emphyt.*

8 Sed inſiſtendo concluſioni in principio firmatæ, quid dicendum, ſi emphyteuta rem ſibi conceſſam in aliquem alienauerit, ſaluo aſſenſu Domini, cum clauſula, *nec aliter, nec alio modò?*

Hæc eſt vulgata quæſtio, eamque ex profeſſo tractarunt innumeri Doctores, quos refert Barboſa *de clauſ. vſufreque.clauſ.*81. *num.*18. Apud nos autem quando de his tractari contingit, pro Cómiſſo, clauſula prædicta non obſtante, ſolet allegari Grammat. *deciſ.*49. cui non contradixit Præſ. de Franch. *deciſ.*267. & Genuenſ. *in Praxi Archiepiſc. cap.*44. dicunt enim, quòd cùm hæc proteſtatio ſit contraria facto, nil debet operari.

Pro contraria verò parte ſolet ponderari huius 9
clauſulæ vis, quæ conditionem importat; vt dixerunt DD. quos ad nauſeam refert Barboſ. *loco citato, num.*11. vndè ſi facta in hunc modum alienatione, ad Dominum directum pro conſenſu recurritur, eumquè ille denegaret, reſoluitur alienatio ac ſi nunquam facta eſſet, ac proindè non eſt cur de Commiſſo tractari poſſit: huiuſquè ſententiæ fuerunt nonnulli ex illis, quos refert Barboſ. *loco cit.n.*18. ſignantèr Ant. Gamma *deciſ.Luſit.*147. *numer.*4. vbi optimè Diaz de Mena; qui dicit, hanc magis communem eſſe ſententiam, quamuis ſequuta traditione plures contrarium teneant; quorum opinionem in- 10
telligit veram, ſi contrahentes poſt traditionem ſequutam nimium diſtulerint conſenſum à directo Domino petere, nam tunc, vel proteſtatio (dicit ipſe) fuit appoſita in fraudem Domini; vel tacitè videntur ab illa receſſiſſe: vndè addit, vt proteſtatio excuſet, tenentur contrahentes intra modicum tempus Domino denunciare, aliàs in Commiſſum caderent, & proteſtatio tanquam fraudulenta non iuuaret; ſicquè eſſet aperta via fraudibus.

Hanc eandem ſententiam, quòd alienata emphy- 11
teuſi cum hac clauſula, notabiliquè mora non concurrente ad conſenſum à directo Domino petendum, nulla ſubintret pœna Commiſſi, ſemel atque iterùm anno præterito amplexa eſt Rota in *vna Romana deuolutionis domus,* coram Reuerendiſſimo D.P. Merlino ſub *diebus* 17. *Iunij,* & 20. *Nouembris* 1641. quarum deciſionum tenor adhùc non impreſſus eſt ſequens.

Luna 17. *Iunij* 1641.

Iudex primæ inſtantiæ pronunciauit, Domum eſſe 12
deuolutam ad RR. Moniales S Syluestri; ſed introducta cauſa appellationis coram me, hodiè Domini dixerunt, Non conſtare de deuolutione, & ſic ſententiam eſſe infirmandam.

Non conſtat de deuolutione; quia aut illa præ- 13
tenditur ex linea finita, & hæc prætendi non poteſt, cùm emphyteuſis ſit hæreditaria, & tranſitoria ad extraneos, vt ex inſtrumento anni 1584. Et obſeruantia hoc etiam declarauit, quia tranſiuit de Mangiotto ad Menghinum, & de Menghino ad Ianuarium.

Aut deuolutio prætenditur, eo quòd Alexander 14
Menghinus vendiderit Ianuario, & Ianuarius D. Abbati Paulo, abſque conſenſu Domini directi, nempè dictarum Monialium, *cap. potuit emphyteota, de locat. l.fin.C.de iur.emphyt.* Card. Mant. *de tacit. lib.*2.*tit.*28. *num.*1.5.& *ſeq.* Et hæc prætenſa deuolutio euitatur ex duobus.

Primò, quia agitur de alienatione neceſſaria, D. 15
enim Abbas retraxit vigore *Bullæ* ſuper iure Congrui *fel.rec. Gregorij XIII.* & Ianuarius dicitur compulſus, cùm potuerit compelli, & in terminis ex hoc capite Rota euitauit deuolutionem in *Romana domus* 11. *Decembris* 1587. & 22. *Iunij* 1588. & 13. *Maij* 1595. *coram Orano.* Mant. *de tacit.d.lib.*22. *tit.*28.*n.*10. & Gratian. *diſcep. forenſ.cap.*784. *numer.*6.& 7. Nec ipſe Gratianus *diſcept.cap.*544.*n.*10.& 20. contrarium

dicit, quia *ibi* loquitur ad effectum, vt Dominus directus non priuetur laudemio, & hunc locum idemmet Gratianus declarat in *d. capit.* 784. vbi addendo ad *d. capit.* 544. *numer.* 19. *&* 20. expreſsè admittit, non requiri conſenſum in alienatione facta vigore *Bullæ Gregorianæ*: In caſu autem præſenti D. Abbas, nedùm non recuſat laudemium, ſed à multo tempore illud depoſuit. Nec hìc adeſt ſuſpicio colluſionis, quia apparet de monitorio, & de pluribus aliis actis in hac lite ſuper Retractu inter D. Abbatem, & Ianuarium.

16 Secundò, euitatur etiam hæc caducitas, quia in inſtrumento venditionis D. Abbas, & Ianuarius reſeruarunt expreſsè conſenſum Domini, ibi: *Reſeruato in primis, & ante omnia conſenſu, & beneplacito dictarum Reuerendarum Monialium.* Vndè ceſſat deuolutio, quia ſi Dominus conſentit, non dicitur alienaſſe inuito Domino; ſi verò diſſentit, reſoluitur venditio, ob non purificationem conditionis appoſitæ; Bald. *in c.* 1. *§. hoc quoquè, verſ. ſed hic quæro, de ſucceſſ. feud.* Curt. ſen. *conſ.* 8. *numer.* 7. *& ſeq.* Roland. *conſ.* 63. *numer.* 16. *lib.* 4. Mant. *d. lib.* 22. *tit.* 28. *numer.* 18. Et verba huius conceſſionis videntur etiam inferre, quòd poſt alienationem ſufficiat petere conſenſum RR. Monialium.

17 Nec obſtat, quòd fuerit etiam deuentum ad traditionem domus, & apprehenſa poſſeſſio à D. Abbate, & propterea reſeruatio illius conſenſus Domini non ſuffragetur, Corb. *de iur. emphyt. tit. de cauſ. priu. ob alienat. ampliat.* 2. *num.* 8. *&* 9. Mant. *d. tit.* 28. *n.* 21. *&* 24. Quia non conſtat, quòd fuerit deuentum ad traditionem poſſeſſionis ante petitionem conſenſus Domini, de quo benè deponunt duo teſtes; & ante legitimè acceptatam caducitatem D. Abbas petijt conſenſum, & depoſuit laudemium. Nec monitorium antecedens eſt attendendum, quia non conſtat, quòd ille, qui declarauit, haberet ſpeciale mandatum, cùm tamen requiratur ad declarationem caducitatis faciendam; Curt. Iun. *conſ.* 149. *num.* 7. Bero. *conſ.* 151. *n.* 18. *lib.* 1. Corb. *de iur. emphyt. tit. de cauſ. priuat. ob non ſolut. canon. ampliat.* 45. *n.* 13.

18 Sed ceſſat difficultas, quia reſeruarunt contrahentes conſenſum Domini directi cum clauſula; *Et non aliàs, nec alitèr, nec alio modo*, quæ excludit caducitatem, etiam ſi fuerit deuentum ad traditionem; cùm & ipſa traditio habeat eandem conditionem: & ſi iuſtè Dominus conſenſum deneget, poſſeſſio non habetur pro tradita, nec apprehenſa, ita ſecundùm magis communem opinionem, Felin. *in capit. quæ in Eccleſiarum, ſub numer.* 84. *verſic. Quinta declaratio eſt, & num.* 85. *de conſtitut.* Burſat. *conſ.* 26. *col.* 2. Rim. Iun. *conſ.* 834. *num.* 29. *& ſeqq.* Grammat. *deciſ.* 49. *num.* 3. *& ſeq.* Guido Pap. *deciſ.* 46. *per totam*, Rot. coram Card. Mantica *deciſ.* 37. *numer.* 7. & fuit dictum in *vna Senogalien. Bonorum* 20. *Iunij* 1597. *coram Orano, in Romana deuolutionis domus* 20. *Aprilis* 1598. *coram Penia.* Et hæc opinio eſt æquior, quam & Eccleſia amplecti debet, cùm & ipſa ſit cultrix æquitatis, & pietatis. Et quando agitur ad effectum euitandi pœnam caducitatis, non ob lineam finitam, ſemper Rota humaniorem ſententiam ſequi conſueuit, & ſi fieri poteſt, pœnam caducitatis declinat: teſte Card. Mantica, olim noſtri ordinis Collega, *de tacit. d. lib.* 22. *tit.* 28. *num.* 35.

Et eo facilius modo hìc declinanda eſt pœna caducitatis, quia ad hunc effectum ſufficit, rem eſſe dubiam, vt admittatur excuſatio, & purgatio moræ, cùm non ſit effectum deterius ius Eccleſiæ, vt ſæpiſſimè Rota reſpondit.

Quæ dicuntur de prælatione Domini directi, non ſunt præſentis indaginis, & Iudex primæ inſtantiæ ſuper hoc non cognouit, nec potuit cognoſcere, cùm hoc RR. Moniales non petierint.

Et ità vtraque parte, &c.

Mercurij 20. *Decembris* 1641.

Informantes pro Monialibus non tuebantur ampliùs primam ſententiam extra Rotam latam ex deuolutione ſequuta ob alienationem factam à Ianuario in Dominum Abbatem, ſed mordicùs inſiſtebant ſuper alienatione priùs facta à Menghino in Ianuarium, cùm Ianuarius non petierit conſenſum Monaſterij Domini directi. Verùm neque ex hac alienatione, cenſuerunt Domini, induci deuolutionem: Et ideò ſteterunt in deciſis. 19

Primò, quia conceſſio huius domus ab initio facta eſt pro hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunquè, & ſic erat tranſitoria ad extraneos; neque prohibita fuit abſolutè alienatio, ſed immò permiſſa, reſeruato conſenſu Monialium, qui tamen in hac alienatione facta in Ianuarium non videbatur neceſſarius; cùm ſtatim D. Abbas ab eo retraxerit domum emptam: vndè habetur ac ſi Ianuarius nunquam retrò acquiſiuiſſet; Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 29. *gloſ.* 2. *num.* 5. Gomez. *ad l. Tauri* 75. *num.* 35. Burg. *de l. eadem. part.* 2. *inſpect.* 5. *num.* 5. *&* 6. Et fruſtra Ianuarius petijſſet conſenſum pro domo, quæ penès ipſum permanſura non erat. D. autem Abbas petijt conſenſum vigore monitorij, & in omnem caſum, etiam ſi non petijſſet, potuiſſet excuſari, dum acquirebat domum in vim *Bullæ Gregorianæ*, vt iam fuit firmatum in *deciſ. verſ.* 1. 20

Secundò, quia ſi concludentèr non probatur, verè traditam fuiſſe Ianuario domus poſſeſſionem, caducitas prætendi non poteſt; Speculat. *in §. nunc aliqua, n.* 118. *de emphyt.* Alex. *in l. ſi à me, n.* 4. *verſic.* 2. *limitari, ff. ad l. facid. & conſil.* 171. *numer.* 2. *lib.* 2. Iaſ. qui de communi in *l. fin. numer.* 132. *C. de iur. emphyt.* Tiraq. *de retract. lignag.* §. 1. *gloſ.* 2. *num.* 45. vbi quòd ita tenet vniuerſa cohors Scribentium, Clar. §. *Emphyteuſis, q.* 13. *verſ. ſed nunquid*, vbi de communi, Corbul. *de cauſ. priuat. ob alienat. limit.* 38. vbi paritèr de communi, Molin. *de contract. diſp.* 459. *num.* 8. Mantic. *de tacit. lib.* 22. *tit.* 28. *n.* 23. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 58. *num.* 45. Giouagn. *conſ.* 14. *n.* 19. *lib.* 1. Giurb. *deciſ.* 80. *num.* 16. Rota coram ſan. mem. Gregor. XV. *dec.* 388. *num.* 2. 21

Neque ſuffragatur clauſula Conſtituti, quia per eam non vera, & actualis traditio poſſeſſionis reſultat, ſed ficta tantùm, quæ caducitatem non inducit; Bald. *conſ.* 9. *numer.* 1. *in fin. lib.* 1. quod eſt repetitum *conſil.* 183. *lib.* 3. Guido Pap. *deciſ.* 101. Corbul. *de cauſ. priuat. ob alienat. ampliat.* 30. *num.* 3. Redoan. *de reb. Eccleſ. non alien. quæſt.* 66. *num.* 35. *&* 36. Menoch. *conſ.* 58. *num.* 43. Schrader. *de feud. par.* 9. *cap.* 1. *num.* 34. *& ſeqq.* *Mantic. de tacit. lib.* 22. *tit.* 28. *num.* 33. Giurb. *deciſ.* 80. *numer.* 29. Fuſar. *de ſubſt. quæſtion.* 718. *numer.* 33. & hanc tanquam magis receptam, æquiorem, & humaniorem ſequuta eſt Rota *coram bon. mem. Marižendo deciſ.* 16. *num.* 8. *part.* 4. *recent.* & coram ſan. me. Gregor. XV. *deciſ.* 520. *num.* 6. & coram bo. me. Coccin. *in Imolen. bonor.* 18. *Iunij* 1618. 22

Tertiò, eſto etiam (veritate illæſa) deuentum fuiſſe ad actualem traditionem poſſeſſionis, hæc non obſtaret, dum extat clauſula, *reſeruato conſenſu Monialium, & non aliàs, alitèr, nec alio modo*, per quam clauſulam qualificatur nedum ipſa alienatio, ſed etiam traditio, quæ fit conditionalis: nec Dominus directus læditur, quia nullus ei fit contemptus, & facilmè remouet emptorem: ita communiter DD. cumulati in *prima deciſione, verſ. ceſſat difficultas*, vbi etiam 23

etiam deciſiones allegabantur, & idem firmarunt Burſat. *conſ.26.num.1.2.& 3.& conſ.381.num.14.* & vtrobique atteſtatur de communi, & in facto ſe obtinuiſſe in Senatu Mantuano Roland. qui pariter de communi *conſ.51. num.30. verſ. verùm iſtam partem, lib.2.& conſ.63.num.29.& ſeqq.lib.4.* Menoch. *conſ.38. num.21.& conſ.866.num.8.* Giouagn. *conſ.44.num.12. lib.2.* Cioſ. *conſ.9.num.9.& ſeqq.* Corbul. *de cauſ.priuat. ob alienat.limit.37.* Redoan. *de reb. Eccleſ. non alienan. quæſt.79.cap.8.num.16.& cap.9.num.42.* Mareſcot. *variar.reſol.lib.1.cap.78.nu.2.* vbi ſimiliter de communi, Roſental. *de feud.cap.9.concluſ.61.* Trentacinq. *variar. lib.3. tit. de iur.emphyt. reſol.8.num.3. verſ. ſecunda eſt opinio,* Theſaur. *qu.forenſ.13.num.2.& ſeqq.lib.1.* vbi de magis communi, & refert ità deciſum in Senatu Pedemontano: Gratian. *diſcept.633.num.27.* vbi quòd ità paſſim ſeruat Rota: Gramm. *deciſ. Luſitana 147. num.4.* Giurb. *deciſ. Sicil.80. num.7.verſ. nihilominus,* Mart. *dec. Piſan.* ſeù *vot. 196. num.2.* & Riminaldum iuniorem, quo nitebantur informantes, tanquàm eorum Achille *in conſ.285.num.44.& ſeqq.* in ſpecie reprobant Burg. *de Laudem.part.2.inſpect.2.n.30.& 31.* Petr. *de fideic.q.8.n.19.& 20.*

24 Nec obſtat, quòd Ianuarius diſtulerit petere conſenſum Monaſterij: quia non adeſt hic notabilis mora; vix enim effluxit integer menſis, dùm ab eo, domus vigore *Bullæ* retracta fuit, & poſſe infra ſex menſes denunciari venditionem Domino directo, tradunt Burg. *de Laudem.par.2.inſpect.2.num.34.* Giurb. *d.deciſ.80. n.3.* & poſt annum admittunt Redoan. *de reb. Eccleſ.non alien. quæſt.79.cap.9. num.42. verſ. & facta alienatione,* Bardellon. *conſ.14.num.60.* Theſaur. *qq.forenſ.lib.1.d.quæſt.53.num.2.*

Et quicquid ſit in concluſione iuris, ex facto ceſſat difficultas, quia ità obſeruatum fuit ab ipſis Monialibus, quæ dederunt conſenſum poſt ſex menſes Menghino authori Ianuarij, vt in *Sum.Abbatis, n.2.* Et hæc obſeruantia eſt attendenda, vel ſaltem tribuit iuſtam excuſationem pro euitanda deuolutione, cùm ad hunc effectum etiam erronea cauſa, & irrationabilis admittatur: Rota *diuerſ. deciſ.896. num.2. par.4. & in recent. deciſ.261.num.5.par.1.& par.2.deciſ.577.num.4.& par.3.deciſ.92.* & coram ſanct.mem. Gregor. XV. *deciſ.388. num.4.* Nec inueſtitura expreſsè declarat, an hic conſenſus requirendus ſit ante, an poſt traditionem rei: vndè dubietas ſufficeret ad effugiendam caducitatem; Rot. coram Put. *deciſ. 401.num.2.lib.3.* & coram Card. Seraph. *deciſ.794. num.20.* & *in Romana deuolutionis 12. Ianuarij 1610.* coram bo.me.Penia.

25 Neque obſtat quòd clauſula, *Non aliàs*, referenda ſit ad ſolutionem laudemij. Quia lectura inſtrumenti contrarium ſuadet, ibi, *Reſeruato in primis, & ante omnia conſenſu, & beneplacito dd.RR. Monialium impetrando, & obtinendo ſumptibus communibus, & non aliàs, &c.* & ideò clauſula hæc poſita in fine refertur ad totam diſpoſitionem, ad principalem, & ad immediatam, cùm nulla ratio vrgeat, quòd referatur potiùs ad materiam Laudemij remotam, quàm ad beneplacitum Domini directi proximè reſeruatum, *cap. inquiſitioni, de appellat.l. talis ſcriptura, §. fin.ff. de legat.1.* Alex. *conſ.101.num.10.lib 3. & conſ.212.num.6. lib.6.* Corn. *conſ.83.num.6.lib.2. & conſ.43.numer.5. lib.3.* Gabr. *de clauſ.concluſ.9.num.1.* Rot. coram ſan. mem. Greg. XV. *deciſ.378. num.3.* & coram Reuerendiſſ. Vrgellen. *deciſ.36. num.32.* & *in Bononienſ. ſucceſſionis 10. Iunij 1633.coram me,* quæ eſt *deciſ.167. num.5.part.6. recent.* & ad euitandam caducitatem capienda eſt hæc interpretatio, cùm ipſa deuolutio, quando non eſt ex capite lineæ finitæ, ſit materia multùm odioſa, & ius Eccleſiæ effectum non eſt deterius, & laudemium per D. Abbatem ſtatim depoſitum fuit.

Oppoſitiones contra dicta teſtium à Dominis reiectæ fuerunt, & benè ab informantibus pro D. Abbate eliduntur.

Et ità vtraque parte informante, &c.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio hoſtica nùm opponi poſſit contra Eccleſiam, & num.4. & 14.*

2 *Milites actu militantes dicuntur abſentes ex cauſa Reipublicæ.*

3 *Exceptio hoſtica an opponi poſſit aduerſus mulierem pro dotis recuperatione agentem, & num.15.*

5 *Eccleſia, & Eccleſiaſtica perſona an ligentur Conſtitutionibus Regni.*

6 *Conſtitutio Regni*, Sancimus, de iure protom. *an liget Eccleſiam, & Eccleſiaſticam perſonam.*

7 *Statutum laicorum ſi aliquid continet, quod Diuino, Naturali, vel Canonico iuri conformetur, Clericos ligat.*

8 *Clericus an ligetur in Regno diſpoſitione text.* in cap. Conuentus.

9 *Compromiſſum nùm poſſit in Regno peti contra Clericum, pro iuris ſui conſequutione agentem.*

10 *Eccleſia an ligetur in Regno diſpoſitione* pragm.4.ſub.tit.de poſſeſſor.non turban.

11 *Clericus an ligetur* pragm. 1. de Senatuſconſult. Maced.

12 *Clericus an ligetur diſpoſitione* pragm. 1.ſub tit. de præuent. moder.

13 *Clericus an ligetur diſpoſitione Conſuetudin. Neap.* Et ſi teſtator.

15 *Exceptio hoſtica eſt exceptio fauorabilis.*

ARGVMENTVM.

Exceptio hoſtica, de qua in Conſtitutione Regni exordiente, *Hoſtici exceptionem, ſub tit. de exception. hoſtic. ponenda*, nùm poſſit opponi contra Eccleſiam, & Eccleſiaſticam perſonam, pro ſui iuris conſequutione agentem? & de aliis ad materiam pertinentibus.

CAPVT LXXIV.

EXCEPTIO hoſtica, de qua in Conſtitut. Regni huius, *Hoſtici exceptionem,* dubitari contigit, an opponi poſſit contra Eccleſiam, & Eccleſiaſticas perſonas? Hoc non tangunt Noſtrates, ſed pro dubio videbatur affirmandum, cùm ex- 1

 ceptio

ceptio iſta ſit fauorabilis, ex quo tractatur de fauore publico principaliter; Milites enim actu militantes,
2 dicuntur abſentes ex cauſa Reipublicæ; *l. milites, ff. ex quibus cauſ. maior.* Afflict. in *d. Conſtit.n.*8.ac proindè cùm in loco,, vbi conueniuntur, ſtante publica occupatione intereſſe non poſſint, omni iure eorum regreſſus eſt expectandus, quamuis actrix ſit Eccle-
3 ſia, vel Eccleſiaſtica perſona. Hinc oppoſita exceptione hac contra mulierem pro dotis recuperatione agentem, eidem obſtare teſtatur in Sacro Conſilio deciſum Afflict. *in d. Conſtit. num.*28.& aliàs tempore ſuo Capycius in *inueſtit.feud.in verb. feudatariorum exceptiones,verſ. hoſtes exceptione*:ea quidem ratione, quia licèt fauor dotis ſit fauorabilis, attamen plus eſt fauor publicus principaliter, quàm fauor dotis publicus ſecundariò, *l.* 1. *ff.ſolut. matrim.* & cùm *Conſtitutio* generaliter loquatur, debet omninò dotis cauſam comprehendere, ergò & Eccleſiæ, & Eccleſiaſticarum perſonarum.

4 Cæterùm his non obſtantibus, in vna facti contingentia contrariam amplexus fui ſententiam; ea quidem ratione, cùm hoſtica hæc exceptio non ſit à iure communi introducta; nulla enim *lege* cauetur, vt actu militans ab aliquo conuentus, poſſit actori hoſticam opponere exceptionem, ſicquè vt Eccleſia agens, ea diſpoſitione ligetur; ſed eſt exceptio introducta à *lege municipali huius Regni*, & ſic à ſtatuto particulari, quo certum eſt, Eccleſiam, & Eccleſiaſticam perſonam non ligari; quamuis fauorabile illud eſſet: ad tradita in *vulgato cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ*, vbi Canoniſtæ communiter, *de conſtitution.*

5 Hinc videmus, quòd quando aliàs in caſibus aliarum *Conſtitutionum*, & *Pragmaticarum* Regni huius dubitari contigit, an illarum diſpoſitione Eccleſia, & Eccleſiaſticæ perſonæ ligentur, negatiuè Noſtrates reſpondiſſe comperimus, ſic Afflict. in *Conſt. Baiulos, nu.*30. vbi dicit, Eccleſias, Monaſteria,& alia loca Eccleſiaſtica non ligari *illa Conſtitutione*, tùm quia poteſtas ſecularis non extenditur ad Eccleſias, vt per Abb *in d.c.Eccleſia Sanctæ Mariæ*;tum etiam quia eſt contra libertatem Eccleſiæ, ex quo impediuntur perſonæ Eccleſiaſticæ facere ea, quæ à iure communi ſunt eis conceſſa; Ius enim commune in caſu noſtro ſtatuit, vt quilibet omni tempore poſſit de iuribus ſuis contra quemlibet experiri, ſtatutum autem noſtrum hoc reſtrinxit, vt contra perſonam actu militantem, belli tempore durante, agi non poſſit; modò, ſi aſſeueramus, hoc ſtatuto ligari Eccleſiam, certè illa priuatur libera facultate,quam habet à iure agendi pro acquiſitione, vel recuperatione iurium ad illam ſpectantium, & pertinentium; & ſic dicitur verè *Conſtitutio* iſta, quamuis fauorabilis reſpectu perſonæ militantis, odioſa tamen reſpectu Eccleſiæ, & Eccleſiaſticarum perſonarum, & per conſequens contra illarum libertatem.

6 Secundò idem dixerunt noſtri in terminis *Conſt. Sancimus, de iure protomiſ.* qua ſtatutum eſt, vt emptores bonorum ſtabilium, iure Retractus,ſiuè Congrui,cogantur ad relaxandum bona empta pro eodem pretio ad beneficium illorum, qui in bonis illis habent prædia vicina: cùm autem dubitatum eſſet, an *Conſtitutio* iſta liget Clericum emptorem? negatiuè reſponderunt Afflict. *ibid.§.fin. numer.*15.*& ſeq.*D. de Franch. *dec.*285. Paul.Staib.*conſ.*41. Tap. *in d.Conſt. n.*66.Molfeſ.*conſ.*27.*nu.* 13.Mart.*in tract. de iuriſdict. par.*4. *caſu* 30. *à n.*8.Squillant.*tract. de priuileg. cleric. c.*7. *à num.*96.

Et quamuis Ego *lib.*1.*cap.*55 contrarium,& meliùs cenſuerim;hoc dixi, non vt Clericus ligetur ſupra dicta Regni Conſtit. ſed quia ſtatutum, quo inductum eſt ius Retractus, extitit à iure Canonico approbatum; vt in *cap.conſtitutus,de in integr. reſt.* aduertens *num.*11. *& ſeqq.* quod quando laicorum Statutum aliquid continet, quod Diuino, Naturali, vel Canonico iuri eſſet conforme, tunc Clericos li- 7
gat, & comprehendit; non tamen vti Ius, & ſtatutum laicorum, ſed quia Naturali, Diuino, vel Canonico iuri conformatur: ad quod citauimus plures DD. relatos per Carol. de Graſſ. *de effect. cler. effect.*2.*num.*112.vbi dicit, quod tunc Statutum addit, ſupplet, & coadiuuat ius Canonicum: ſubdens *num. ſeq.* Iudicem Eccleſiaſticum illud ſeruare non teneri vti ſtatutum, ſed ratione naturæ, veluti à iure Diuino,vel Canonico ſtatutum & mandatum, vel prohibitum.

Tertiò habemus *cap. Regni*, quod incipit *Conuentus*, quo ſtatutum eſt, vt moto iudicio in actione 8
reali, bonisque ſuper quibus fuit mota lis in alium tranſlatis, poſſit iudicium cum reo conuento compleri, ſententiaque demùm proferenda exequi contra nouum poſſeſſorem; ſed cùm dubitatum eſſet, an comprehendat perſonas Eccleſiaſticas, quæ lite pendente bona illa litigioſa emerunt, negatiuè deciſum teſtatur D. Præſ. Vinc. de Franch. *dec.* 545. Iacob. Anell. de Bott. *in addit. ad præcitatum cap. Conuentus. incip. Sententia lata*; & P. Molfeſ. *ad Conſuet.Neap. par.* 2.*tit.de perſonis*, *q.*8. *num.* 32.Ego ipſe *lib.*1. *cap.* 256.*num* 4.*in fin.*quamuis poſteà S. C. ab *hac* D.Præſid. *deciſ.* pluriès receſſerit; vt annui *lib.* 1. *cap.* 54. *num.* 10.

Quartò habemus *Prag.*1.*de Arbitr.* qua ſtatutum 9
eſt,vt quando quis actionem aliquam in iudicio proponit aduerſus conſanguineum, qui quarto gradu conſanguinitatis, vel affinitatis coniungitur, tenetur reo inſtante cauſam compromittere: ſed cùm dubitatum eſſet, an lex iſta comprehendat Clericum: negatiuam partem contra Capyc.*dec.*66. per plura media probant Borrell. *in comment.* ad *d.prag.§.* 1. *gloſ.* 3. *à num.* 213. *vſque, & per totum* 261. Arnon. *ſing.* 38. *in libro meo*, Mart. *tract.de iuriſdict.p.*4.*caſ.*40.*cent.* 1. *n.*14.Beller.*diſquiſit.cler,p.*1.*tit. de exempt. cleric. à ſtat.laic.§.*3.*n.*10.Rouit.in *eadem prag.n.* 5. in nouiſſimis.

Quintò habemus *prag.*4.*ſub tit.de poſſeſſor.non turb.* 10
vulgo dictam, *Edita Thori*, qua ſtatutum eſt, vt nemo Rege inconſulto litem aliquam intentare præſumat aduerſus poſſeſſores bonorum, qui habent cauſam à Regibus Aragoneis, vt *pragmatica* hæc non comprehendat Eccleſias, fuiſſe per S. C. iudicatum, teſtatur Rouit.in *ead.prag.num.*11.

Sextò habemus *prag.* 1. *de Senatuſconſ. Maced.* 11
qua prouiſum eſt, vt filiusfamilias nullum poſſit facere contractum abſque conſenſu patris, vt non cõprehendat Clericum, dixerunt Carau. *ibi §.* 9. *numer.* 21. Borrel. *de comprom. §.* 1. *gloſ.* 3. *numer.* 157. *fol. mihi* 35. & latè dixi Ego *lib.* 1. *cap.* 62. *per tot.*

Septimo habemus *prag. vnic. ſub tit. de præuent. moder.* qua ſtatutum eſt, vt quando debitor obliga- 12
tus virtute publici inſtrumenti, vel obligationis, penes acta vult in iudicio præuenire creditorem, tenetur præſtare cautionem de ſoluendo debitum in caſu ſuccumbentiæ, & ſoluere pœnam vnciarum decem:ſed cùm dubitatum eſſet,an lex iſta comprehendat Clericum, negatiuè reſpectu cautionis præſtandæ pro pœna, reſponderunt Minad.*dec.*4.& Rouit.in *eadem prag.n.*3.

Octauò, & tandem extat in hac Ciuitate *Conſuetudo* in ſcriptis redacta, incip. *Et ſi teſtator*, qua diſ- 13
poſitum eſt, vt moriens ſine filiis, de bonis eidem à

Maioribus

Ma ioribus obuentis non poſſit, niſi de medietate diſponere; fuit dubitatum, an lege iſta municipali ligetur Clericus: fuit centies deciſum, quòd non: ex doctrina *Napod.* relata à Capyc. *dec.* 98. Præſ. de Franch. *dec.* 411. Reg de Pont. *conſ.* 30 *num.* 11. & ab aliis quos habes penes Molfeſ. *ad Conſuet. noſtras, p. 2. tit. de perſonis, q. 7.*

24 Ecce igitur (vt ad caſum, de quo principaliter agimus, reuertamur) tot Regni iura, quibus cùm dubitatum eſſet, Eccleſia, & Eccleſiaſtica perſona ligentur, extitit ſemper pro negatiua ſententia reſolutum; cur ergò idem dicendum non erit in caſu prouiſo in *citata Conſt. Hoſtici exceptione*, vt nec etiam diſpoſitione illa Eccleſia, & Eccleſiaſticæ perſonæ ligari poſſint?

25 Non obſtant ea, quæ pro contraria ſententia in principio ponderaui, nimirùm quòd exceptio iſta vti fauorabilis dotis cauſam comprehendat; vt per Affl. & Capyc. *in principio* relatos. Nam vltra quod de dote, ad Eccleſiam, nulla poteſt fieri illatio, hæc quæſtio, an exceptio iſta competat conuento ad dotem reſtituendam, vel aſſignandam, non eſt ſine difficultate; quandoquidem multum de ea fuit dubitatum tempore Præſ. de Franch. vt videre eſt in *deciſ. ſua* 286. vbi caſus ob articuli difficultatem non fuit deciſus, ſed ex relatis in *deciſione illa*, videtur, S. C. pro muliere inclinaſſe, contra *deciſiones* per Afflict. & Capyc. *relatas*: Vndè, &c.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicationis ſententia an ligetur Iudex laicus, ſi ad inſtantiam creditoris Clerici, mandauerit Inquilinis, ſiuè Colonis Clerici, vt de quantitatibus per Clerico debitis faciant depoſitum penes ipſum Iudicem laicum, & n.* 3. 4. 7. 8. *&* 12.

2 *Iudex laicus neque directè, neque indirectè poteſt Clericum ad ſuum Tribunal trahere, neque ſuper illius bonis ius dicere, & nu* 5. *&* 6.

9 *Citatio per edictum*, ſi quis ſua putauerit intereſſe, *nùm comprehendat, & liget perſonas Eccleſiaſticas.*

10 *Sequeſtrantes bona patrimonialia Clerici, an incidant in ſententiam excommunicationis, contentam in* Bulla Cœnæ, canon. 15. *& num.* 11.

13 *Clericus conuentus coram Iudice ſeculari ad ſoluendum annuum cenſum alicui debitum, ex eo, quòd dùm eſſet laicus, condemnatus extiterat ad ſoluendum in præteritum, & correſpondendum in futurum, nùm de Iudicis incompetentia opponere poſſit.*

ARGVMENTVM.

Excommunicationis ſententia contenta in *Bulla Cœnæ Domini*, qua ſancitum eſt, nè perſonæ Eccleſiaſticæ directè, vel indirectè ad forum ſeculare trahantur, nùm comprehendat caſum, vbi exiſtente Clerico alicuius debitore ex cauſa cenſus, Iudex laicus mandat Inquilinis, ſiuè Colonis, qui fundum cenſui obnoxium à Clerico conductum tenent, vt de quantitatibus ex cauſa affictus per illos debitis, ſiuè debendis penes ipſum Iudicem laicum depoſitum faciant? & de aliis.

CAPVT LXXV.

EXCOMMVNICATIONIS ſententia contenta in *Bulla Cœnæ, canon.* 15. dubitatur, an comprehendat caſum, quãdo exiſtente Clerico Petri debitore ex cauſa cenſus, cui obnoxium eſt prædium, quod ab ipſo Clerico poſſidetur, Iudex laicus mandat Inquilinis, ſiuè Colonis, qui prædium illud conductum tenent, vt de quantitatibus per illos ex cauſa affictus Clerico debitis, ſiuè debendis, faciant depoſitum, ad finem ſatisfaciendi Domino cenſus de eo, quod illi debetur? verba *Canonis* ſunt hæc: *Quinè ex prætenſo eorum officio, vel ad inſtantiam Partis, aut aliorum quorumcunque perſonas Eccleſiaſticas, Capitula, Conuentus, Collegia Eccleſiarum quorumcunque coram ſe ad ſuum Tribunal, Audientiam, Conſilium, vel Parlamentum præter Iuris Canonici diſpoſitionem trahunt, vel trahi faciunt, vel procurant, directè, vel indirectè, quouis quæſito colore, &c.* 1

Hic articulus diſcuſſione non indiget; Etenim nimis clara eſt litera *textus*, caſum propoſitum comprehendens: nam cùm ex tenore huius formidabilis *Pontificiæ Conſtitutionis* cautum ſit verbis expreſſis, nè quis ex prætenſo eius officio, vel ad inſtantiam Partis, præter Iuris Canonici diſpoſitionem valeat directè, vel indirectè, quouis quæſito colore perſonam Eccleſiaſticam ad ſuum Tribunal trahere: mandante Iudice laico vt Colonus, vel Inquilinus Clerici, de eo, quod eidem Clerico pro penſione debet, faciat depoſitum coram ipſo Iudice laico, ad finem ſatisfaciendi Domino cenſus, importat nè aliud, hoc præceptum, niſi per indirectum Clericum ad Tribunal ſeculare trahere? Probatur, nam cùm primùm videret Clericus ſuos inquilinos, ſiuè colonos à Iudice laico citari pro cauſa, non ad illos, ſed immediatè ad ipſum dumtaxat Clericum ſpectante, coactè pro ſui defenſione, & vt iura, quæ contra eius creditorem habet, allegare poſſet, coram eodem Iudice compareret; ſicquè certe per indirectum Clericus ille ad Iudicem ſecularem traheretur: id quod in *præfata Pontificia Conſtitutione* nimis clarè prohibetur, ſub illis verbis: *vel indirectè, quouis quæſito colore:* quæ quidem verba commodiùs, ſiuè certiùs verificari non poſſunt, niſi quando laicus à Magiſtratu ſeculari citaretur pro re, cuius intereſſe non ad citatum, ſed ad perſonam Eccleſiaſticam ſpectaret, prout in caſu, de quo agimus; nàm quòd inquilinus, vel colonus Clerici ſoluat penſionem Clerico, vel potiùs de illa penès Iudicem laicum faciat depoſitum, ſic iniuncto præcepto obtemperans, nullum conſideratur ipſius intereſſe, ſed Clerici ſolummodò: vnde Doctores commentantes *præcitatum canonem* 15. in puncto hanc firmant ſententiam. 2 3 4

tiam. Videantur, quæſo, Bartholomæus Vgolinus *tract. de cenſuris Pontifici reſeruatis, part.* 2. ſuper explicatione *dicti capit.* 15 .§.2. *fol. mihi* 348. Marius Alterius *tom.* 1. *de cenſur. diſput.* 16. *lib.* 5. *cap.* 1. *colum. penult. ver. hinc ſequitur, fol. mihi* 681. Vincent. Filliuc. *tom.* 1. *qq. moral. tract.* 16. *cap.* 10 *quæſt.* 6. *num.* 61. *verſ. primò Iudex, fol. mihi* 472. & nouiſſimè Leonardus Duardus *in commentar. ad Bullam Cœnæ, lib.* 2. *canon.* 15. *quæſt.* 12. *fol. mihi* 568. huicquè ſententiæ adſtipulantur etiam Anton. Theſaur. *deciſ.* 22. *in fine, verſ. fallit ſeptimò,* & Doctor Marta *tract. de iuriſdict. part.* 4. *centur.* 2. *caſu* 122. *num.* 10. hi enim poſt firmatam concluſionem, cui libentèr aſſenſi paritèr & Ego *lib.* 1. *cap.* 117. *numer.* 4. vt c loni, & inquilini Clericorum, & Eccleſiaſticarum perſonarum coram Iudice ſeculari conuenti, nequeant de fori Eccleſiaſtici priuilegio excipere; limitant, quotiès Clerici ad colonos illos defendendum neceſſariò coram eodem Iudice laico comparere deberent; nam hoc caſu cauſæ cognitio ad Eccleſiaſticum ſpectaret.

5 Secundò, quòd in caſu propoſito ſit Iudex laicus penitùs incompetens, etiam circumſcripta diſpoſitione *citatæ Pontificiæ Conſtitutionis,* & ſic in puris terminis Iuris communis, conſidero, quòd cùm penſiones per inquilinos, ſiuè colonos debitæ ad Clericum fundi dominum ſpectent, ſicquè actio ad illas conſequendas habetur inter bona, & iura ipſius Clerici, certè ad ius dicendum ſuper illis nulla Iudici laico à ſacris Canonibus eſt tributa poteſtas, immò expreſsè denegatamá cũ bona ad Clerici perſonã acceſſoria dicantur, ſequitur certè dicendum, vt illa, ſicut & perſona, à Iudicis ſecularis iuriſdictione exempta ſint: probant hoc Canoniſtæ communitèr *in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, de conſtitut. in cap. qualitèr, & quando, & in cap. final. de iudic. in cap. ſi Clericus laicum, de foro compet. & in c. quamquam, de cenſibus, in* 6. idemque & Iuriſtæ *in Authen. ingreſſi, Cod. de ſacroſ. Eccleſ. in Auth. ſtatuimus, Cod. de Epiſc. & Cler.* Maranta ſatis benè *conſ.* 37. *n.* 5. Marta *de iuriſdict. part.* 4. *centur.* 1. *caſu* 16. *num.* 16. Capibl. *de author. Baron. pragm.* 8. *part.* 3. *num.* 18. *in penult. impreſſione;* alijquè plures ad nauſeam relati per Carol. de Graſſ. *tract. de effectib. Cleric. effect.* 1. *num.* 10. & 13.
6 quorum dictis prorſus confutatur aliquorum ſententia, qui putarunt, in actione reali contra Clericum, Iudicem laicum eſſe competentem; nam omnes, qui hoc dixerunt, ſunt Vltramontani, nimirùm Galli, & Germani, de conſuetudine illarum Regionum atteſtantes; nec vllo quidèm tempore in noſtra Italia extitit eorum opinio recepta, immò nec in Hiſpania religioſiſſima: vt ex Couarr. *pract. quæſt. cap.* 31. *num.* 5. *in fine,* probat D. Conſiliarius Carleual. *tract. de iudic. diſput.* 2. *quæſt* 3. *num.* 154. *fol. mihi* 75. in nihilo huic aſſertioni aduerſante Io. Gutierrez, qui *lib.* 2. *pract. qq. cap.* 132. *num.* 9. authoritate Gulielm. de Cuneo, Bald. Greg. Lopez, & aliorum affirmauit, Iudicem ſecularem eſſe competentem ad relaxandum mandatum de exequendo ſuper re Clerici pro cenſu, cui res illa obnoxia eſt, loquitur enim de cenſu, & tributo Principi debito, cui prædium illud priuſquam ad perſonam Eccleſiaſticam tranſiret, ſubiiciebatur; & ſic nihil ad caſum noſtrum, in quo quæſtio eſt ſuper ſolutione cenſus priuatæ perſonæ debiti. Suppoſita igitur exemptione hac, qua lege, quo iure, quauè ratione poterit in caſu noſtro Iudex laicus ſuper penſionibus per inquilinos laicos Clerico debitis iuriſdictionem exercere? quod enim diſcrimen conſtitui poſſet, ſi Iudex laicus cogeret colonos, ſiuè inquilinos Clerici, nullum in negotio intereſſe habentes, ad depoſitandum quod Clerico debent, pro ſatisfaciendo creditori ipſius Clerici; vel ſi directò recurreret ad publicum Bancum, vbi Clericus pecuniam ſeruatam tenet, illamque apprehenderet, & creditori eiuſdem Clerici liberaret? certè nullum.

Tertio, hæc, quam tuemur, ſententia, eo magis cor- 7
roboratur, conſiderando hoc Iudicis ſecularis præceptum Clerici inquilinis, ſiuè colonis iniunctum de depoſitando, facto depoſito, eluſorium, ac penitus fruſtratorium cenſeri; ex quo ad illius liberationem non poterit Iudex procedere, ſi ius ſuum vnicuique tribuere vult, niſi Clerico audito; nuſquam enim vidimus, nec audiuimus, depoſitam pecuniam creditoribus liberari, principali debitore non audito, ad hoc vt iura; ſi quæ habet, contra eius creditores proponere poſſet; & hoc iure vtimur: Modò, cùm debitor ſit perſona Eccleſiaſtica, peto Ego, quam iuriſdictionem habebit Iudex ad Clericum citandum, ad hoc vt deducere poſſit quicquid ſua intereſt circa concernentia liberationis faciendæ?

Vlteriùs fingamus, quòd Clericus habita notitia de 8
depoſito per eius inquilinum, vel colonum facto, non alitèr citatus compareret, ſequè debitorem non eſſe allegaret, idquè promptum eſſe probare, quando aduerſarius coram Iudice competente eum vocaret; quæritur an cõparitio hæc dicatur voluntaria, vel potiùs neceſſaria? certò certiùs neceſſaria dicitur. Probatur, nam videns Clericus ipſe, ſe à Iudice laico ſpoliatum iure, quod habebat in aſſequendis penſionibus ſibi ab inquilino, vel colono debitis, coactè pro ſuorum iurium tuitione comparet; quò fit, vt verè dicatur reus neceſſarius; non enim priuſquam fieret depoſitum, ſiuè antequam inquilinis iniunctum eſſet mandatum de depoſitando, comparere indigebat; ſed poſtea: vndè mandatum illud, ſiuè depoſitum factum cauſa fuit comparitionis, & ſic inſtigatus acceſſit, ac ſi perſonalitèr citatus eſſet: hìnc *Doctores* affirmaſſe
comperimus, citationem à Iudice ſeculari per edictum 9
emanatam, *ſi quis ſua putauerit intereſſe,* quæ certè arctatoria non dicitur, reſpectu Eccleſiaſticarũ perſonarum ex defectu iuriſdictionis, nullius momenti eſſe; nam quotiès Clericus dubitans, nè Iudex laicus aliquid faceret, quod ſibi præiudicium inferret, compareret, reus dicetur neceſſarius; ita Rolland. à Valle *conſ.* 29 *num.* 18. *lib.* 2. Dec. *in cap. cùm inter, num.* 38. *de exception.* Marta *de iuriſd. cent.* 4. *caſu* 37. *num.* 16. & ſatis benè Phanuc. *tract. de inuent. quæſt.* 240. *à num.* 22. *cum ſeqq.* ſub illis verbis, ante *numer.* 24. *Non obſtat, quòd dicatur reus voluntarius, quoniam iſtud eſt verum reſpectu comparitionis tantùm, ſed non reſpectu proceſſus, in quo cogitur ſe defendere, cuius reſpectu verè poteſt dici neceſſarius, &c.* & ante *num.* 23. aduertit, nè Iudex ſecularis in hac re decipiatur, deceptuſquè æternę damnationis laqueo innodetur, falcem immittendo in meſſem alienam, nimirùm in iuriſdictionem
Eccleſiaſticam, quæ de iure Diuino eſt. 10

Quartò, hæc omnia ſuprà iam dicta, quibus timoratæ conſcientiæ vir nuſquam congruè reſpondebit, nullum poſſunt recipere obſtaculum, ex his, quæ in contrarium ſcripſit Franciſc. de Petris *conſ.* 9. *à num.* 1. *vſquè & per totum num.* 10. vbi conſuluit, non poſſe in hoc articulo de cenſurarũ incurſu timeri, ex eo, quòd *Bulla Cœnæ canon.* 17. procedit aduerſus bona Eccleſiæ, ſiuè fructus Eccleſiaſtici beneficij ſequeſtrantes; ſecus autem in caſu noſtro, in quo de ſequeſtro rei prophanæ agitur, quamuis ſub dominio perſonæ Eccleſiaſticæ: ad quod allegat P. Duard. in *explicatione eiuſdem canon.* 17. *quæſt.* 1. *concl.* 3. itemque *eiuſdem canonis* cenſuram procedere in Iudice ſequeſtrante, ſecus in Partibus ſequeſtrum procurantibus, ex Nauarr. *conſ.* 34. *de ſen. excomm.* in *antiquis,* & 37. in *nouis,* de quo meminit Dom. Epiſc. Ricc. *dec.* 160. *in fine. lib.* 5.

Reſpondeo enim, veriſſimam eſſe aſſertionem 11
hanc; ſed ad caſum noſtrum non applicari; nam ſi quis

ex

ex diſpoſitione *præcitati canonis* 17. aſſerere auderet, non poſſe Iudicem ſecularem abſque timore excommunicationis incurſus procedere ad ſequeſtrum fructuum bonorum patrimonialium Clerici, neceſſe eſt, procedendo cum modeſtia, eundem rogare, vt *Canonem* illum perlegat; quia demùm certè hoc aſſerere non præſumeret: ſi enim *Canon* de ſequeſtro fructuum bonorum Eccleſiaſticorum, ſiuè beneficiorum loquitur, quo pacto verſantes nos in materia pœnali, poteſt extendi ad ſequeſtrum rerum prophanarum Clerici? hoc certè nullam patitur difficultatem; ſed ſi demùm ex hoc ſequeſtro, quod fit in bonis Clerici, mandante Iudice ſeculari, vt coloni, & inquilini illius de eo, quod pro penſione debent, faciant depoſitum, reſultaret, vt per indirectum ad Tribunal ſeculare traheretur perſona Clerici, qui cùm videret ſe ſuper bonis propriis moleſtiam pati, ad ſe defendendum compareret; vnde fit locus certè diſpoſitioni *canon.* 15. *ſupra relati.*

12 Vltimò, minus etiam obſtat, ſi diceretur, priuſquàm prædium cenſui obnoxium ad perſonam Eccleſiaſticam perueniret, Iudicem ſecularem ſolitum fuiſſe inquilinis, ſiuè colonis pro tempore exiſtentibus conſimile mandatum de depoſitando iniungere, ſicquè illud idem continuare poſſe, poſtquàm prædium illud ad Clericum peruenit; etenim hoc nullo Iure probatur, niſi dicamus, cauſam fuiſſe à Iudice ſeculari præuentam; ſed quia præuentionis termini deficiunt omninò, cùm nulla lis inter Dominum cenſus, & inquilinos, ſiuè colonos in caſu noſtro conſiderari poſſit; ergò.

Et ſi dicas, citationem illam ad depoſitandum factam, iudicium conſtituiſſe inter illos, & Dominum cenſus, ſicquè dici cauſam fuiſſe à Iudice citante præuentam: ad *tex. in cap. propoſuiſti, de foro compet.* Reſpondeo, hoc benè poſſe procedere contra inquilinum citatum, vt ſcilicèt dicatur ille præuentus; ſed facto demùm ab illo depoſito, ſic Iudicis parendo mandatis, iudicium illud ceſſauit ominò, nec Domino cenſus remanſit aliquid agendum; ad tradita per D. Conſiliarium Carleual. *tract. de indic. diſput.* 2. *quaſt.* 7. *ſect.* 3. *num.* 963. *verſ. preuentio autem eatenus durat*; vndè cùm primùm prædium illud cenſui obnoxium tranſeat ad perſonam Eccleſiaſticam, à qua ſucceſſiuis temporibus fit locatio, vel prioribus, vel nouis inquilinis, recuſante Clerico poſſeſſore cenſum ſoluere, opus eſt noua citatione ad depoſitandum, ad quam concedendam, quia bona reperiuntur penes Clericum, nec eſt cur dici poſſit, cauſam fuiſſe præuentam ſilet prorſus Iudicis ſecularis iuriſdictio, ſicque Eccleſiaſticus eſt adeundus: prout à ſimili in notabili caſu doctè ſatis, iuxta morem ratiocinatur D. Conſiliar. Carleual. *cit. tract. de indic. diſput.* 2. *q.* 7. *ſect.* 3. *à num.* 962. *vſquè & per totum num.* 967. quò loci docet

13 Clericum annui cenſus debitorem à creditore ſuo coram Iudice ſeculari ad ſoluendum vocatum, remittédum eſſe ad Iudicem Eccleſiaſticum competentem, non obſtante, quòd dùm eſſet laicus, ab eodem Iudice ſeculari condemnatus extiterat ad cenſus decurſos ſoluendos & ad in futurum ſingulis annis correſpondendum, nullam de allegata præuentione rationem habens, ex quo lis ante Clericatum ſuper annua præſtatione cæpta, ſententia mediante erat finita, & exequutioni pro cenſibus tunc debitis demandata, & ſic ampliùs non pendebat; ad text. *in l. à Diuo Pio*, §. *ſi poſt addictum, ff. de re iudic.* Et quamuis in vna facti contingentia Sacrum Conſilium contrarium iudicaſſe referat; ex his tamen quæ exarat, timoratus Iudex videre poterit, an ſic factæ determinationi ſtandum ſit: & quoad rei iudicatæ authoritatem, pondera, quæſo, verba, quæ profert; nam eodem modo reſpondeo

Ego deciſioni in caſu, de quo agimus, relatæ per Io. Baptiſtam Hodiernam in *addit. ad* 1. *deciſ. Io. Petri Surdi.* Vndè, &c. Neapoli Kalend. Aprilis 1640.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus an ſit, qui percutit conſanguineum Clerici, contemplatione ipſius Clerici, quem odio proſequitur, & num.* 3. 4. *&* 7.

Et quid in Officiali, vel Principe, qui propter odium, quod gerit in Clericum, damnum infert conſanguineo Clerici, num. 8.

2 *Metus illatus conſanguineis Clerici, cenſetur Clerico illatus.*

4 *Tex.* in cap. ſciant cuncti, de elect. in 6. *declaratur, & num.* 5. *&* 6.

ARGVMENTVM.

Excommunicationis ſententia, de qua in *Canon. Si quis ſuadente Diabolo*, 17. *q.* 4. num procedat in percutiente, & moleſtante conſanguineum Clerici, vel illius bonis damnum inferente, propter odium, quod gerit in ipſum Clericum. Et quid, ſi quis authoritate publica, nimirum propter Officium, vel Superioritatem, quam habet, ex quo Clericum grauare non poteſt, damnum infert conſanguineo Clerici.

CAPVT LXXVI.

Excommvnicationis ſententia, ex *Canon. ſi quis ſuadente Diabolo*, 17. *q.* 4. aduerſus Clericos, aliaſuè Eccleſiaſticas perſonas percutientes inducta, aliàs ſcio controuerſum, an perſonam illam comprehendat, quæ Clerico iniuriam non infert, ſed eius conſanguineo, contemplatione tamen, & occaſione ipſius Clerici, quem odio proſequitur? 1

Affirmant Ludou. Rom. in *Rubr. ff. de recept. arbitr. num.* 56. *verſ. vbi habes caſum ſingularem*, Hippol. de Marſ. *ſing.* 204. Andr. Tiraquell. *tract. de pœn. temper. cauſa* 51. *num.* 74. Hieronym. Giachar. ad Iul. Clar. §. *fin. quaſt.* 77. *verſ. idem in percutiente*, Io. Cephal. *conſ.* 587. *num.* 2. *&* 3. *lib.* 4. ſub his verbis: *Sed metus illatus conſanguineis Clerici cenſetur illatus Clerico, c. ſciant cuncti, de elect. in* 6. *Glo. in Clem.* 2. *in verb. quomodolibet, de ſentent. excommun. & ità eſt excommunicatus, ſicut ſi immediatè vulneraſſet Clericum, Roma. &c.* Io. Baptiſta Baiard. in addit. ad Iul. Clar. in *citat quaſt.* 77. *num.* 3. ibi, *Item adde, quòd percutiens conſanguineum Clerici, reſpectu tamen ipſius Clerici, incidit in excommunicationem dicti can. ſi quis ſuadente, vt per Marſ. &c.* Lodulph. Schrader. *tract. de feud. par.* 9. *c.* 4. *n.* 16. 2

ibi,

ibi, *Quæ ſententia & ex eo confirmatur, quòd is, qui conſanguineum Clerici in odium, vel ignominiam Clerici lædit, vel offendit, perindè ipſo iure excommunicationis ſententiam incurrat, ſicut is ipſo iure excommunicatur, qui Clericum offendit, vel lædit, Roma. &c.* Carol. de Graſſ *tract. de effect. clericat. effect. 9. num.* 116. ſub his
3 verbis, *Ampliatur 31. prædictus nouus effectus, vt habeat locum etiam in eo, qui non infert iniuriam perſonalem ipſi Clerico, ſed ſuis conſanguineis, contemplatione, & occaſione ipſius Clerici, quem odio proſequitur, quia iſte talis erit excommunicatus, ac ſi ipſum Clericum percuteret; Roma. &c.* allegant omnes pro hac concluſione firmanda celebrem text. in *cap. ſciant cuncti, de elect. in 6.* vbi hoc idem firmat Auguſt. Barboſ. in *collect. numer. 5.* & in *cap. quicunquè, num. 3. de ſent. excommun. eodem lib. 6.* per hæc verba, *Paria ergò ſunt aliquem vexare, opprimere, grauare, aut conſanguineos ipſius; & æquè punitur offendens conſanguineum Clerici, ac ſi ipſum Clericum offendiſſet, &c.* idemque affirmat Petrus Garſia in *ſuis dictis iuris, dicto* 178.

4 E contra verò, quòd hæc concluſio in *d. cap. ſciant,* generalitèr non probetur, ſed tantum in caſu *inibi,* expreſſo, ita vt ſpecialis ſit excommunicatio lata, dum quis tali diſpoſitioni contrauenerit; ſcripſerunt Gloſ. *ibidem, in verb. conſanguineos,* Felin. *in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, num. 99. verſ. ſed iſtud, de Conſtitut.* ibi, *Sed iſtud de vulnerante conſanguineum Clerici non probatur in d. cap. ſciant, generalitèr, ſed eſt ſpecialis excommunicatio lata in caſu illius cap. & hinc eſt, quòd percutiens ipſum Clericum in caſu illo, incurrit nouam excommunicationem, vltra excommunicationem Canon. ſi quis ſuadente, &c.* Iaſ. *in l. de pupillo, § ſi quis ipſi prætori, numer. 12. ff. de nou. oper. nunciat.* Socin. *in l. mulieri, & Titio, ff. de cond. & demonſtr.* Duen. *regul. 99. ampliat.* 11. Tiber. Decian. *tract. crim. tom. 2. lib. 6. capit. 17. num.* 15. Iacob. Menoch. *tract. de arbitr. iud. caſu 389. num.* 18. & alij.

5 Quódque iſtorum procedat ſententia, ex illius *Canonis* lectura cerni videtur. Etenim *Greg. X.* Pontifex ſanctiſſimus cupiens, vt electio, quæ fit de perſona ad Dignitatem, ſiuè ſuperioritatem, in eligentium perſonis libera ſit, nec vt hic, aut ille eligatur, cogi poſſent, ſtatuit in *d. cap. ſciant cuncti,* vt ſi quis perſonam Eccleſiaſticam, ſiuè illius conſanguineum grauare præſumpſerit, ex cauſa, quòd illum eligere noluit, quem eligi expoſcebat, excommunicationis laqueo ſit hic talis innodatus: & ſic clarè cernitur, caſum eſſe ſpecialem. Ponderentur, quæſo, verba text. ibi, *pro eo, quod rogati, &c.* & hìnc videmus, quòd Docto-
6 res, qui excommunicationes in *Sexto Decretalium* contentas nulli reſeruatas connumerare voluerunt, iſtam in *d. c. ſciant,* ſimplicitèr recitant, nimirùm circa Eccleſiaſticæ libertatis læſionem in libero vſu electionis, nullatenus extra caſum *illius Decretalis* generale proponendo dubium, ſic enim ratiocinati ſunt Syluestr. in *ſumm. verb. Excommunicatio 9. cenſura 11. n.* 34. Angel. *verb. Excommunicatio 7. caſu* 14. Suar. *in 3. Sancti Thomæ tom. 5. diſp. 23. ſect.* 4. Nauarr. *in ſumm. cap. 27. n.* 122. Sayr. *de cenſur. c. 34. n.* 8. Vinc. Filliuc. *qq. moral. tom. 1. tract. 14. num.* 55. & alij.

7 Conſtat igitur enixè, ab hac ſententia nullatenus recedi poſſe, ſed aſſerere fas eſſe, *Ludou. Roman.* illiúſque ſequaces *ſuprà* relatos, perperam, & inconſideratè in caſu prædicto loquutos fuiſſe; cùm verè nullibi in iure generalitèr excommunicatio hæc aduerſus Clericorum conſanguineos percutientes lata reperiatur, ſed aduerſus moleſtantes perſonas Eccleſiaſticas tantùm in *d. canon. ſi quis ſuadente,* & in *cap. non dubium,* cum pluribus ſimilibus, *extra. de ſentent. excom.* in quibus *Conſtitutionibus* ſi Summi Pontifices de percutientibus conſanguineum Clerici, propter odiũ in ipſum Clericum, ſentire voluiſſent, diſpoſuiſſent; cùmque in pœnalibus verſemur, & in materia rigoroſa, de vno ad alium caſũ extenſio aliqua fieri non poteſt; *vulgatis iuribus.*

Illud autem hac in re pro indubitato apud me ſem- 8
per fuit, quod vbi quis authoritate publica, nimirum propter Officium, vel Superioritatem quam habet, ex quo Clericum grauare non poteſt damnum infert conſanguineo Clerici, ſiue in perſona, ſiue in bonis; eo caſu ſine dubio dicendum eſt, hunc talem ipſo iure excommunicationis ſententiam incurrere, ſunt exempla ſatis aperta in *cap. ſciant cuncti, de elect. in 6. c. quoniam, de immunit. Eccleſ. eod. lib. in c. quicunque, de ſent. excomm. eod. lib. & in Clem.* 2. vbi Gloſ. *in verb. quomodolibet, eod. tit. de ſent. Excommun.* & in *Bulla Cœnæ Can.* 16.

Eſt tamen verum, quod concluſio hæc non ſic ſimpliciter, & indiſcriminatim procedit, ſed cũ diſtinctione, nimirum vt tunc demum locum habeat, quando moleſtia, quæ infertur conſanguineis Clericorum, ſiue Prælatorum, in iſtorum odium adhibetur, cui nullam querimoniæ cauſam Principi laico dediſſent, ſed iuſtè, & ſanctè proceſſerunt; verum, vt reducerentur illi ad faciendum ea, quæ facere non debent, authoritate publica conſanguineis ipſorum Clericorum, ſiue Prælatorum moleſtia infertur; de hoc enim caſu Iura paulò antè citata loquuntur. At quando Prælati ſunt infeſti, ſic occupantes, ſiue turbantes Regalem iuriſdictionem, & moniti deſiſtere nolunt, tunc & eo caſu, vt Princeps Sæcularis, qui impeditur ſua iuriſdictione vti, ab hac illata moleſtia ſe tueri poſſit, non eſt cur dicatur Iura prædicta procedere, cum in ſubditos ſuos laicos, Clericorum, ſiue Prælatorum conſanguineos manus inijciat; quamuis ad vindictam, & in odium Prælatorum, non plus tamen, & alio modo, quàm iuſtitia poſtulat: ita ſanè ratiocinati ſunt

Caiet. *in ſum. in verb. excommunicatio, cap.* 36.
Nauar. *in ſum. cap. 27. n.* 99.
Alter. *de cenſur. lib. 5. diſput. 7. cap. 1. ad fin.*
Vgolin. *in explicat. Bullæ Cœnæ can. 16. n. 2. & § 2. verſ.* 4.
Filliuc. *tract. 16. c. 10. q. 10. n.* 277.
Duard. *in explicat. dictæ Bullæ d. can. 16. q. 1. n.* 3.
Ant. de Souer. *in explicat. d. can. 16. c. 17. n.* 4.
Bonacin. *in explic. d. canon. 16. punc. 1. n.* 4.
Et Reg. de Ponte *in ſuo tract. de iuriſdict. tit. 1. verſ. diximus quartò.*

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus an cenſeatur qui percuſſerit mulieres, quæ commorantur in Conſeruatoriis Ciuit. Neap. & n. 3. 4. 6. & 7.*

2 *Mulieres quæ commorantur in Conſeruatoriis Ciuit. Neap. quæ?*

4 *Excommunicatus cenſeri non poteſt excommunicatione contenta in can.* ſi quis ſuadente Diabolo, *17. q. 4. qui non percuſſerit perſonam, quæ Ordinis charactere inſignita non eſt, vel quæ ſub aliqua Religione non viuit, & n. 5.*

ARGVMENTVM.

Excommunicationis ſententia, de qua in *Canon, ſi quis ſuadente Diabolo, 17. qu. 4.*

num

num feriantur percutientes mulieres commorantes in Conſeruatoriis Ciuitatis Neapolis, in quibus Deo inſeruiunt, quotidiè diuinum Officium in Choro canendo, aliáque peragendo diuina miniſteria.

CAPVT LXXVII.

1 EXCOMMVNICATIONIS ſententia, quam diximus *lib. 1. cap. 114. numer. 12.* incurrere illos, qui violentas manus iniicere audent in mulieres Tertiarias, ſeù Mantellatas alicuius Religionis, quæ vulgò *Monache bizoche* appellantur, audiui aliàs dubitatum, an liget, & comprehendat percutientes mulieres, quæ commorantur in Conſeruatoriis huius Ciuitatis?

2 Ratio dubitandi in partem affirmantem ea eſt, quia in his locis, vltra viduas, & virgines quæ nubere intendunt, & coniugatas, quæ cum viris malè ſe habent, commorantur etiam aliquæ mulieres pauperes, vulgò appellamus *Mortificate*, quæ cùm propter earum paupertatem condigno viro nubere non poſſint, vitam ducunt perpetuò in his Conſeruatoriis, & quotidiè in Choro Cappellarum ibi exiſtentium diuinum recitant Officium, aliaque diuina peragunt miniſteria, vndè videntur quodammodò, quòd ſint perſonæ Eccleſiaſticæ, ſicque in terminis, de quibus agimus, firmare videtur Decian. *tract. crim. p. 2. lib. 6. c.*
3 *17. num. 12. & 13.* quem citat Carol. de Graſſ. *tract. de effect. clericat. effect. 9. num. 73.* ſub illis verbis, *Et adducit alias rationes pro iſta opinione Decian. d. c. 17. num. 12. & 13. qui dicit, idem eſſe dicendum de offendentibus offenſione perſonali mulieres, quæ non ſunt profeſſæ, ſed vt Deo ſeruiant ſe recludunt in vna domo, ſiuè loco.*

4 Hac tamen dubitandi ratione non obſtante, Contrariam ſequor ſententiam: conſtat enim, nullo Canone, nullauè Pontificia Conſtitutione caueri, vt percutiens perſonam, quæ Ordinis charactere inſignita non eſt, vel quæ ſub aliqua Religione à Sancta Sede Apoſtolica approbata non viuat, ſiuè vnius ſiuè alterius ſit ſexus, excommunicationis laqueum incurrat: etenim explorati iuris eſt, Statum harum Mulierum à Sancta Sede Apoſtolica approbatum non eſſe; eſt text. nimis clarus in *cap. indemnitatibus 43. §. ſupradicta, in fin. de elect. in 6.* ſi ergo approbatus non eſt, dico Ego, quonam pacto quis affirmare vnquam poterit, vt percutientes perſonas in hoc ſtatu viuentes, excommunicationis incurrat cenſuras?

5 Nec placet diſtinctio, quam recitat Rot. *dec. 2. de ſentent. excom. in antiquioribus*, vbi loquendo de mulieribus, quæ *Canonicæ ſeculares* nuncupantur, & quærens, an illas verberans ſit excommunicatus? reſpondet, quoſdam affirmatiuam amplexos eſſe ſententiam, alios negatiuam, alios verò diſtinctione vſos eſſe; & diſtinctio eſt, vt opinio affirmantium procedat, donec, & quouſque hæ mulieres canonicatus portent habitum, & in diuinis Deo ſeruiant: negantiū autē ſentētia procedat, quando exierunt, & extra ſeruitiū Deo exhiberi ſolitū in propriis domibus habēt manſionē. Etenim diſtinctio hæc caret prorſus iuris fundamento; iura enim, quæ ſuper hac materia
6 prodita ſunt de Clericis, Monachis, & Sanctimonialibus tantùm loquuntur: de Clericis, & Monachis loquitur tex. *in can. ſi quis ſuadente, 17. q. 4.* de Sanctimonialibus, tex. *in cap. de monialibus, extra. de ſenten. excomm.* de Mulieribus autem, de quibus nos loquimur, non ſolùm Summi Pontifices, qui pro tempore fuerunt, aliquid ſuper hoc diſponere non intellexerunt, ſed quodammodò contrarium ſtatuere intenderunt, dùm, vt ſuperiùs diximus, Statum harum mulierum ſic viuentiū approbare noluerunt, *in d. cap. indemnitatibus, §. ſupradicta, in fin.* Si ergò nullam 7
habemus Pontificiam Conſtitutionem, quæ ſuper hoc aliquid diſpoſuerit, conſequens erit dicere, vt id, quod à ſacris Canonibus diſpoſitum eſt aduerſus percutientes Moniales, dùm in materia verſamur pœnali, & rigoroſa, nullatenus extendi poſſit ad percutientes mulieres, de quibus agimus.

SVMMARIVM.

1 *Falſi crimen grauiſſimum eſt, ità vt ſub generali criminum abolitione non includatur.*
2 *Falſi ſuſpicio in ciuilibus pro veritate habetur.*
3 *Teſtes falſos, & ſcripturas in iudicio producens, illiſquè vtens, cauſam amittit, & falſi pœna punitur.*
4 Prag. 1. de falſis, *quam interpretationem receperit, declaratur.*
Et an illius diſpoſitio procedat in cauſa feudali, n. 6 8. 14. & 16.
5 *Declaratio circa vſum an fieri poſſit ſub aliqua conditione.*
7 *Falſi accuſatione propoſita in cauſa ciuili, an ſuperſederi debeat in procedendo, donec de falſitate cognitum ſit.*
9 *Feudalis cauſa nunquam comprehenditur in diſpoſitione, vbi expreſſè de feudis mentio facta non eſt.*
10 *Cauſæ amiſſio inducitur per falſitatem in beneficialibus.*
11 *Rota Romana non admittit renunciationem iuris in beneficialibus, ſed benè litis, & cauſæ.*
12 *Poteſtas, & voluntas integrant actum.*
13 *Feudum non amittitur per renunciationem, niſi fiat in manibus Domini.*
15 Pragm. 1. de compromiſſ. *excepit cauſas feudales.*

ARGVMENTVM.

Falſos teſtes, & ſcripturas producens, nùm inſtante Parte aduerſa, vt declaret, ſi illis vti velit, poſſit ſub aliqua clauſula, vel cum aliqua proteſtatione declarare. *Pragmatica 1. ſub tit. de falſis*, qua cautum eſt, vt producentes falſos teſtes, & ſcripturas, vltra cauſæ amiſſionem

falſi pœna plectantur, an locum ſibi vendicet in cauſa feudali? & de aliis notabilibus, vbi ſingulare reſponſum *D. Io. Angeli Piſanelli*, ad huius *Pragmaticæ* ornatum.

* * * * * * * * * * * * *

CAPVT LXXVIII.

1 FALSI crimen quantum graue, & enor-
me, quantum atrox, & odioſum ſit, nemo
eſt qui ignoret: non enim deſunt, qui
dixerint, nullum in hoc Orbe Terrarum
poſſe patrari crimen, quod maiorem irroget infa-
miā, ſtatumque hominis tam vituperet, quàm facinus
hoc; ità Paul. Caſtrenſ. *conſ.* 151. poſt *princ. lib.* 1.
Iul. Clar. *in prax. crim. in* §. *falſum, & in* §. *fin. q.* 58.
num. 17. vbi ſubdit, inter publica connumerari faci-
nora, & propter eius grauitatem nonnulla in ſe con-
tinere ſpecialia, illúdque præcipuum, vt ſub gene-
rali criminum abolitione non includatur; ad tex. *in l.
Lucius*, vbi Bar. *in fin. ff. ad S. C. Turpil.* Gram.
poſt alios, quos citat *dec.* 2. *num.* 18. Maſtril. *de in-
dult. c.* 38. *num.* 3. Ricc. *dec.* 132. *num.* 8. *par.* 4. vbi
2 plura notabilia; & in *deciſ.* 17. *par.* 2. vbi addit, ſo-
lam falſi ſuſpicionem in ciuilibus, pro veritate, &
falſitate haberi, nè inſtrumento fides detur: idemque
Capyc. *deciſ.* 30. *num.* 4. vbi ad hoc allegat text. *in
canon. in memoriam*, 19. *diſt.* Iul. Clar. *in d.* §. *falſum, n.*
38. *& ſeq.* & alij.

3 Hìnc meritò huius delicti atrocitate perpenſa, Se-
reniſſimum tunc Regem noſtrum *Ferdinandum pri-
mum* pragmatica ſanctione diſpoſuiſſe comperimus,
vt litigātes falſos teſtes, ſiuè falſas ſcripturas in cauſis
producentes, illiſquè vtentes, vltra cauſæ amiſſionem
falſi pœnæ à iure communi introductæ ſubiiciantur;
4 in *prag.* 1. *ſub tit. de falſis*, quam tamen illam inter-
pretationem recepiſſe non ignoramus, vt ſola falſo-
rum teſtium, & ſcripturarum productio ſat non ſit,
vt producens tanta plectatur pœna; ſed expreſſa re-
quiritur declaratio, nimirùm quod teſtibus, & ſcri-
pturis productis vti vult, aduerſarij collitigantis in-
ſtantia ſuper declaratione facienda præcedente, ſic-
què in praxi ſeruari deſumpta ex tex. in *l.* 3. *C. de fide
inſtrum.* & in *l. penult.* vbi Bart. *ff. de falſis*, dixerunt
Afflict. *deciſ.* 189. *num.* 2. *&* 4. Foller. *in praxi*, *in
verb. item quòd commiſit falſitatem*; *per totum num.* 45.
5 & Rouit. *in d. pragm.* 1. *num.* 4. quam quidem decla-
rationem purè fieri debere, non autem ſub aliqua
proteſtatione, vel cum clauſula, *ſi, & in quantum*, ſi-
uè cum conditione vti velle, quatenus teſtes verum
dixerint, & ſcriptura vera ſit, ſcripſerunt Marant.
in praxi p. 6. *actu* 8. *num.* 38. Cæpol. *cautel.* 53. *num.* 1.
Boſſius *in praxi, tit. de falſis, num.* 109. *&* 119. Vrſill.
ad Afflict. in citata deciſ. 189. *num.* 9. Farinac. *de falſit.
quæſt.* 169. *num.* 59. *&* 67. aliique plures ad nauſeam
relati à Ludouico Poſtio *in tract. de manuten. obſeru.*
100 *à n.* 1. *vſque ad* 9. vbi tamen poſt Cancer. *var. reſol.
lib.* 1. *cap.* 20. *num.* 59. *in nouis*, hanc declarat concluſio-
nem, vt illa benè procedat, ſi pars quæ reſpondere de-
bet, ſit veroſimiliter de rei veritate informata; aliàs
optimè poterit ſub prædictis clauſulis, conditionibus
& proteſtationibus reſpondere, ſiuè declarare, velle
vti, donec & quouſque fuerit de contrario certio-
rata.

6 Sed elegans inſurgit quæſtio, an huius Regiæ
ſanctionis diſpoſitio locum habeat in cauſa feudali?
ſuper hoc dubio à nemine ex Noſtratibus, quos vide-
rim, tacto, *D. Ioannes Angelus Piſanellus* ſua tem-
peſtate ſummæ venerationis Iureconſultus, his, quæ
ſequuntur, verbis propria ſua manu ſcriptis reſpon-
dit, prout in *quæſt.* 3. *ſuorum notabilium*, quam habes
impreſſam inter *comment. diuerſ. ſuper pragmaticas
Regni, in pragm.* 1. *ſub. tit. de falſis*, ſed poſt Autho-
ris mortem, & ex errore illius, qui etiam in *illo loco*
& ſub nomine *Commentarij* imprimi curauit, diſcur-
ſum confundens, coniungit enim *n.* 9. cum hac quæ-
ſtione aliam ſequentem, quæ incipit, *Dicit Capycius*,
& quæ materiam continet ab iſta proriùs diſtinctam,
& ſeparatam; prout videre eſt *infrà c.* 107. quod in-
cipit, *Inſtrumentum in iudicio productum.*

Ieſus, Maria.

Quamuis hodiè per *pragmaticam* ſub nomine Re- 7
gis Catholici factam *anno* 1509. ſit ſublatum du-
bium, an per accuſationem falſi ſuperſederi debeat in
cauſa? de quo per Afflict. *in deciſ.* 229. & dùm ca-
ſus accidiſſet in cauſa Terræ Oppidi fuit deciſum, vt
per Capyc. *in deciſ.* 25. & ſuper illo caſu facit conſi-
lium Loffred. *conſ.* 6. nam ad remouendum illam dif-
ficultatem diſponitur ex *illa pragmatica*, quòd non re-
tardetur, nec proceſſus cauſæ, nec deciſio, & ſuper
vtroque procedatur, donec conſtiterit de falſitate;
aliàs dubitaui, ſi *pragmatica Regis Ferdinandi Primi*, 8
quæ incipit, *Teſtem falſum, ſub rubr. de falſis teſtibus*,
vendicet ſibi locum in re feudali, ſcilicèt quòd con-
uictus de falſitate puniatur in cauſæ amiſſione? Du-
bium oriebatur, quia *pragmatica* diſponit de produ-
cente in cauſa, & ſic dat regulam in cauſis ſimplici-
ter prolatis, vt ſic non facta mentione de feudis, non 9
dicantur comprehendi cauſæ feudales; ita arguit Bald.
in cap. cum ordinem, *col.* 2. *verſ. iſtud eſt argumentum,
de reſcript.* quem ſequitur Felin. *ibi col.* 5. *verſ. per
iſtum textum*, & quando voluit Rex ipſe diſponere ſu-
per feudis, iam meminit, dùm in *pragmatica antece-
denti*, incipiente, *Odia, ſub rubr. de compromiſſis*, fa-
ciens mentionem in principio de cauſis, in quibus
fieri debebat compromiſſum, exceptuat cauſas feu-
dales, vt ſic vna pars declaretur per aliam; *l. vtrùm*,
cum concord. *ff. de petition. hered.* & innuatur ex men-
te Conditoris eſſe, vt loquendo de cauſis, nolit com-
prehendere feudales, quia ſi voluiſſet, ſicut antea in
alio caſu expreſſit, ità in caſu fortiori expreſſiſſet;
l. 1. §. *ſin autem ad deficientis, C. de caduc. tollen.* ſi enim
expreſsè voluiſſet feudatarius renunciare feudum, non
poſſet ſine aſſenſu, vt in *Conſtit. Regni*, *Conſtitutio-
nem diuæ memoriæ*, cum *concord.* & qui non poteſt
alienare, non poteſt pati quod præſcribatur; vt per
And. *in c.* 1. §. *quid ergò*, ibi. *item quid in feudo anti-
quo, de inueſtit. de re alien. fact.* per Dec. *conſ.* 445.
num. 45. *verſ. tertiò principaliter*, poſuit Rub. *in conſ.*
13. *verſ. ſecundò principaliter*, aliàs eſſet aperire viam
ſine aſſenſu transferendi ius ſuum alteri, quod ab-
horrent iura feudalia; & plura exempla ponit
Capyc. *in deciſ.* 156. in qua cauſa Ego allega-
ui.

Et licèt pro contraria parte potuiſſet allegari tex. 10
in cap. fin. de crim. falſ. vbi in beneficialibus per fal-
ſitatem inducitur amiſſio cauſæ, & beneficij, & ta-
men non valet renunciatio ſine aſſenſu Superioris; vt
in c. *quod in dubiis, & in cap. admonet, de renun-
ciat.* Tamen ille tex. procedit, quando fuit factum
pactum, & obligatio coram Ordinario, qui poterat
recipere renunciationem, nedùm litis, ſed iuris, vt 11
in *dictis capitulis*; & ità intelligit Rot. *in nouis, in tit.
de renunciat. in deciſ. incipien. Si actor*, vbi dicit, quòd
de facto ſeruatur, quòd nullus Auditor renun-
ciationem

ciationem iuris in beneficialibus admittit, ſed benè litis, & cauſæ;& ſentit hoc Anania *in d.cap. fin.* *nu.* 3. *notab.* vt ſic videatur inferri, quòd per falſitatem non poteſt induci renunciatio iuris, & amiſſio cauſæ, quia etſi per falſitatem videatur renunciare, & adſit voluntas, ſiuè colligatur voluntas; tamen concurrere debet poteſtas: cùm ſecundùm Boëtium, relatum à

12 Bal. *in l. cùm teſtamentum, col.* 1. *C. de iuris, & fact. ignor.* poteſtas, & voluntas integrant actus humanos; & propterea infert Iaſ. *in l. Gallus, §. quidam rectè, col. penul.* ibi, *ſecundò, quia per renunciationem. ff. de liber. & poſthum.* quòd per renunciationem feudi non perdi-

13 tur feudum, niſi fiat in manibus directi Domini, vel patiatur alium inueſtiri: latiùs per Curt. ſeniorem *in conſ.* 50. *Memoria recolenda, car. mihi* 16. *verſ. ad decimum argumentum*, ibi, *corroboro præmiſſa:* & parificantur in hoc beneficia, & feuda, vt ſicut beneficia non poſſunt renunciari, niſi in manibus Superioris, vt dixi, & talis, qui poſſit recipere reſignationem, vt etiam tenet Felin. *in cap.* 1. 12. *quæſt. col.* 2. *verſ. declara hoc primò, de offic. Delegat.* ità nec feuda, vt arguit Felin. *in cap. quæ in Eccleſiarum, col.* 27. *verſ. ſecundò fallit, de conſtit.*

14 In contrarium occurrebat, quia de ſui natura ſi committatur falſitas, venit perditio cauſæ, vt allegatur Gloſ. *in cap. cùm venerabilis.* iuncto tex. *de religioſ. domib.* & per Alex. *in l. diuus, col.* 2. *verſ. item nota, ff. de re iudic.* & ſic dum ſtatuit Rex in *dicta Pragmatica*, quòd perdatur cauſa, intelligitur in omni cauſa, poſtquam cum prohibitione legis communis concurrit etiam noua lex; vt arguit Gl. *in l. fin. in fin. C. de reb. alienis non alienan.* Bal. *in l.* 1. *in fine* 7. *oppoſit. C. de pact.* facit Regula, quia duo vincula debent magis ligare, quàm vbi vnum eſt; *Authen. itaque, C. commun. de ſucceſſ. cap.* 1. *de treuga, & pace.* Item quia ſi per *pragmaticas præfatas* datus fuit ordo in cauſis, & iam fuit intentionis, quando voluit excipere feudales, exprimere, ſequitur quòd intentio fuit, vt eſſet lex generalis in omnibus cauſis, etiam feudalibus, & ſic illa exceptio declarat regulam; *l. nam quod, §. fin. ff. de penu leg.* & exceptio debet eſſe de regula, Dyn. *in rub. de reg. iur.* Bart. *in l.* 1. *ff. de reg. iur.* vt ſic reſpódeatur ad *prag. de*

15 *cõpromiſ.* quòd fuerit intentio Regis omnes cauſas cõprehendere, & voluit excipere cauſas feudales, quia ſine aſſenſu non poterat ſuper eis compromitti, vt in *Conſtit. Regni, Conſtitutionem Diuæ memoriæ*: ergò cùm in illo caſu noluit *pragmaticam* intelligi, videtur fuiſſe intentionis, in omnibus aliis intelligi *pragmaticas* ipſas loqui: ità arguit ex mente Alex. & aliorum Dec. *in cap. cùm dilecta, col.* 2. ibi, *ſed ſi conſtituo procuratorem, de confirmat. vtili, vel inutili*; & ſic licèt Partes non poſſent contrahere ſine aſſenſu, tamen ſi lex dictat, quòd per falſitatem perdatur cauſa, eo ipſo, quòd quis falſitatem committit, lex eſt, quæ pœnam imponit mediante facto ſuo, vt in ſimili dicitur in *cap.* 1. *ex quibus cauſis feud. amitt. & quæ ſit prim. cauſ. benef. amitt.* cum *concord.* & videtur datus aſſenſus, quòd per falſitatem cauſa perdatur: & poſtquàm ità voluit Rex legem condendo, ceſſat difficultas, quòd renunciatio non valeat in præiudicium Regis, cuius conſenſus requirebatur; vt per Ang. *in §. ſit itaquè, col.* 5. *Inſtit. de action.* vndè eo poſt conſenſum præſtante, renunciatio reconualidatur, Alex. *lib.* 1. *conſ.* 196. *quoad præſens, col. penult.* & interim antequam Superior conſentiat, renuncians excluditur ab agendo, licèt iure non priuetur, vel illud in alium non transferatur; vt per Felin. *in cap. per tuas, il primo, vlt. notab. de ſimon.* ex quo talis renunciatio inducebat vacationem beneficij, ſecundùm Felin. *in cap. lator, col.* 7. *verſ. conſiderabam ſecundò, de re iudic.* licèt poſſeſſio perderetur ſine Superioris conſenſu;

vt per Rot. *deciſ.* 306. *& in antiquis, deciſ.* 708. *Nota quòd Auditor*, & ità videtur fuiſſe intellectum per S. Conſ. in *illa cauſa Oppidi*; dùm dicitur, quòd fuit decretum, fore ſuperſedendum; præcipuè quia in Regno eſt *pragmatica*, quòd cauſa perdatur, vbi quis produxerit falſos teſtes; vndè congruit expectare finem falſitatis, ad hoc vt ſciatur de amiſſione cauſæ, iſta ſunt verba *dictæ deciſ.* 25.

Et aliàs dùm eſſet lis in Sacro Conſilio inter Magnificum Troianum Mormilem, & Magnificam Corneliam de Marra ſuper Caſtris Cagnani, & Caprini, eſſetquè propoſita querela falſi, fuit referente Domino de Martiale Hiſpano Viro doctiſſimo, & integerrimæ conſcientiæ 1. Iulij 1511. interpoſitum decretum, quòd non obſtantibus petitionibus ſuper falſo oblatis, procederetur in cauſa principali ad actus incumbentes; & nihilominùs audiendas eſſe Partes ſuper petita declaratione amiſſionis cauſæ, iuxta *Regiam pragmaticam*, inſtantia mediante; vt ſic ſi ſenſiſſet Sacrum Conſilium, quòd *pragmatica* non comprehendiſſet cauſas feudales, non ſtatuiſſet eſſe audiendas ſuper cauſæ perditione, iuxta *pragmaticam prædictam*; & in hanc ſententiam ex præfatis inclino: demùm vidi *deciſ.* Boëtij 291. ad quem me refero. 16

Io. Angelus Piſanellus.

SVMMARIVM.

1 *Fatalia an currant in S. C. & num.* 7.
2 Prag. 1. de appel. *an procedat in reclamationibus, quæ fiunt à ſententiis S. C.*
3 *Fatalibus lapſis ligatæ ſunt manus Iudicis, quamuis de deſertione non ſit oppoſitum.*
4 *Appellatio habetur pro non interpoſita, quando fatalia ſunt elapſa, & num.* 8.
5 *Iudex à quo nùm fatalibus lapſis poſſit ſuam exequi ſententiam, cauſa priùs deſerta non declarata.*
6 *Impedimenta quæ eſſe debeant, vt elapſo primo fatali concedatur ſecundum, & num.* 9.
10 *Appellationis inſtantia non currit facto inter litigantes compromiſſo.*

ARGVMENTVM.

Fatalia an currant in Sacro Conſilio. Impedimenta quæ eſſe debeant in proſequutione appellationis, ad hoc vt elapſo primo fatali concedatur ſecundum. Et de pluribus notabilibus, ad ornatum *Prag.* 1. *ſub tit. de appel. & 53. de offic. S. R. Conſilij*, vbi ſingularis obſeruatio *D. Ioannis Angeli Piſanelli.*

CAPVT LXXIX.

1 Fatalia, de quibus in *Authen. ei, qui*, vbi Gl. in *verb. manet*, *C. de tempor. appellat. & in Conſt. Rgni, Appellationum tempora*, quòd currant in Sacro Conſilio expreſsè ſtatutum eſt in *pragm. 1. ſub t. t. de appell.* ità vt ſi in hoc ſupremo Tribunali appellationis cauſa introducta, qui appellauit, appellationem non eſt proſequutus, ſicquè non fecit quantum potuit, vt in hac ſecunda inſtantia intra annum, vel legitimo concurrente impedimento intra alium annum, aut ad ſummum, ſuppoſito eodem, vel nouo impedimento, intra tertium alium annum lis terminaretur, ſententia lata firma remanet, ac ſi ab illa nunquam fuiſſet appellatum.

2 Sed quia dubitabatur, an hæc *Pragmatica* procederet in reclamationibus, quæ à ſententiis S. Conſ. interponuntur, vel tantùm in appellationibus, quæ à ſententiis inferiorum Iudicum in hoc ſupremo Tribunali introducuntur, & aliquando fuerat negatiuè iudicatum, vt per Loffred. *conſ. 14. num. 22. verſ præterea*, & per Piſanel. *infrà* allegandum: ad hoc dubium tollendum in *anno* 1539. fuit per modum legis condendæ, Domino tunc Prorege conſulto, interpoſitum decretum, quòd *pragmatica prædicta*, quæ mandat, appellationum tempora ſeruari in S. Conſ. etiam circa fatalia, quòd pariter obſeruetur in cauſis reclamationum à ſententiis eiuſdem S. Conſ. interpoſitarum, & interponendarum: quod quidem decretum poſitum eſt in *prag. 53. de offic. Sacri Reg. Conſ.* à quo quidem tempore vſque ad hodiè continuatis temporibus ſic ſemper obſeruatum nouimus; quicquid, ſalua pace tanti Viri, in contrarium ſcripſerit D. Reg. Capyc. Galeot. *controuerſ. illuſtr. lib. 1. contro. 19.* ſic enim ſuo tempore non ſemel iudicatum teſtatur Grammat. *deciſ. 13.* quam ſcripſit etiam in *illa cauſa*, in qua decretum prædictum interpoſitum fuit: idemquè D. Io. Angel. Piſanel. *in obſer. hic imprimenda*; Marcel. de Mauro ſatis benè *alleg. 100.* vbi Abb. Io. Hieronym. eius filius; D. Præſ. de Franch. *deciſ. 646.* vbi ſic centies deciſum refert: & quòd procedat etiam in reclamationibus ad Collaterale Conſilium interpoſitis, D. Reg. de Pont. ſingulariter *conſ. 62. cum ſeq. lib. 2.* Muſcatel. inſignis Practicus in *prax. S.C par. 2. gl. finiendum, num. 2.* D. Reg. Rouit. tàm in *d. prag. 1. num. 2. de appel.* quàm in *d. prag. 53. de de offic. S. R. Conſilij*, D. Reg. Sanſelic. *deciſ. 144. n. 16.* Nouar. *in collect. ad d. prag. 1. nu. 45. de appel.* doctiſſimus cauſarum Patronus D. Franciſcus Maria Pratus vir quidem omnibus numeris abſolutiſſimus in *addit. ad Muſcatel. in cit. gloſ. finiendum*, quò loci ſatis benè, & eleganter prout de more loquitur.

3 Quæ omnia adeò vera eſſe putauit D. Reg. de Pont. *d. conſ. 62. num. 6. & conſ. ſeq. num. 3.* poſt Ant. de Butr. in *cap. ex ratione, num. 11.* & Philip. Franc. *nu. 79. de appellat.* vt lapſis iam fatalibus, quamuis qui in prima inſtantia ſententiam obtinuit, in hac ſecunda appellationem, ſiuè reclamationem eſſe deſertam non allegauerit, non poſſit de cætero Iudex ſuper interpoſita appellatione, ſiuè reclamatione pronunciare, quia per temporis lapſum prima ſententia iam firma remanſit, ideóque ſi pronunciauerit, hæc ſe-
4 cunda ſententia ex defectu iuriſdictionis nulla diceretur, ex eo quòd habetur, ac ſi appellatio interpoſita non eſſet: & cùm ex hoc diceretur, primam ſententiam in rem iudicatam tranſitum feciſſe, *d. Authen. ei, qui, & Clement. ſicut appellationem, de appellat.* diceretur ſententia contra ſententiam: idemquè, & ſatis benè Minſynger. *ſingul. obſer. lib. 2. obſer. 59.* quò loci expreſſis verbis dicit, quod ſi appellatio eſt deſerta, licèt vtraque pars deſertione non attenta, nec de ea mentione aliqua facta, appellationem vſque ad ſententiam ſit proſequuta, non per hoc Iudex ſuper principali pronunciare poteſt, quod ſi fecerit, dicetur ſententia nulla propter iuriſdictionis defectum, quia prima ſententia fatalibus lapſis abiit iàm in rem iudicatam, ideóque ſubdit, ipſo iure reuolutam eſſe iuriſdictionem ad Iudicem à quo, adeò vt poſſit ille, addit Fachin. *lib. 1. controu. cap. 79.* & 5
Maſtril. *deciſ. 222.* ſuam exequi ſententiam, abſque declaratione deſertionis Iudicis ad quem; quod tamen non placuit Caualer. *dec. 333. num. 3.* vbi dicit, per ſolam deſertionem litem finitam dici non poſſe, niſi ſuper deſertione ſententia interponatur, & quòd ità praxis ſe habeat, annuit Reg. Rouit. *in d. pragm. 1. num. 10.* & iure quidem, nam poſſet dari caſus, vt prima ſententia, à qua eſt appellatum, eſſet notoriè iniuſta, quo caſu fatalium lapſu non obſtante poſſet ex eiſdem actis per Iudicem ad quem reuideri; Rota *dec. 245* penes Seraphin. & *deciſ. 317.* apud D. Ludouiſ. cui ex Noſtratibus adhæſit Reg. Rouit. *loco proximè cit. num. 34.*

Sed cum elapſo primo fatali, & ſic anno, vt poſ- 6
ſit appellans, ſiuè reclamans ſecundi fatalis gaudere beneficio, neceſſe ſit, vt conſtet de impedimento, cur in primo anno appellationis, ſiuè reclamationis cauſam terminari non fecerit, & ſic in ſecundo, & tertio; quærunt *Doctores*, impedimenta hæc, quæ eſſe debeant? illa conſiderando, prout conſiderat Abb. *in d. cap. ex ratione*, & poſt eum Præſ. de Franc. *cit. dec. 646.* vel ex parte ipſius appellantis, vel ex parte appellati, vel ex facto vtriuſque, vel & tandem ex facto Iudicis; & an, & in quibus caſibus requiratur proteſtatio circa impedimenta, quæ ſe offerunt, quo minus appellatio, ſiuè reclamatio intra præſcriptum tempus non fuit terminata, conſulas in factorum contingentiis Præpoſ. *in d. cap. ex ratione, de appel.* Theſ. *deciſ. 10.* Sigiſm. Scacc. *in tract. de appel. quæſt. 15. à num. 181.* Reg. de Pont. *cit. conſ. 62.* vbi *num. 3.* docet, concluſionem eſſe *Doctorum* indubitatam, quòd appellans ad hoc nè fatalia currant, vel quòd ſi fuerint decurſa, poſſit reſtitui, non ſolùm impedimentum probare tenetur, ſed opus habet demonſtrare, totum poſſe feciſſe, vt impedimentum tolleretur: conſulas etiam D. Prat. ad Muſcatel. *cit. par. 2. gloſ. prima, col. 1. & 2. fol. 410.* vbi ſatis doctè, & eruditè de his agit, conſulas & tandem magnum Iureconſultum D. Io. Ang. Piſanel. *obſeruat. ſua manuſcripta 27. & poſtrema*, cuius verba ſunt hæc.

Ieſus, Maria.

Aliàs vidi dubitatum, nunquid in Sacro Conſilio 7
currant fatalia? & quod non, videtur facere tex. *in Authen. ſed & lis, C. de tempor. appel.* vbi poſtquàm cauſa appellationis introducta eſt in Conſiſtorio Principis, non currunt tempora appellationis, qui tex. eſt canonizatus in *Decretis, 2. quæſt. 6. in can. anteriorum, in §. ad hæc ſancimus, ſi quando lis*, & ſumitur ex *Auth. de appellat. & infra quæ tempor. in princ. collat. 4.* quem tex. allegat Specul. *in tit. de appel. §. 7.*

Sed quòd currant, facit *Regia pragmatica*, qua cauetur, quòd etiam in Sacro Conſilio currunt fatalia, 8
& fatalibus elapſis habetur, ac ſi non eſſet reclamatú, vel appellatum; vt in *l. tempora, & in l. per hanc, C. de tempor. appel.* Item facit, quia ſententia Præfecti prætorio poſt duos annos tranſit in rem iudicatam, vt dicit Gloſ. notabilis in *l. 1. C. de ſent.*

tent. Præfect. prætor. & iſta opinio hodiè ſeruatur in Sacro Conſilio per decretum laturn de menſe Augu- ſti 1539. licèt per priùs ſeruaretur contrarium, vt pluries obtinui, & meminit Affl. *deciſ.* 78. *in fine*, & Capyc. *deciſ.* 109. & ſic ſtante iſta opinione, quòd
9 currant, in facto euenit, quòd in *quadam cauſa Aquilana* quidam Dominus Bartholomæus de Prata reclamauit, & pendente reclamatione habuit hæc impedimenta, quia relicto procuratore fuit procurator ipſe mortuus, ſuperuenerunt induciæ conceſſæ Aprutinis, nam à menſe Iunij vſque ad 15. diem Septembris eſt eis prohibitus acceſſus ad Ciuitatem Neapolitanam, propter intemperiem aëris, fuerat ibi infirmus, ſteterat cum parte in tractatu concordiæ; dubitabatur, an fatalia eſſent decurſa? dicebatur quod non; quia quando appellatio eſt introducta in Conſiſtorio Principis, tunc qualitercunque appellans eſt impeditus, non currunt ſibi fatalia, nec annale, nec biennale tempus; ſola enim negligentia imputatur, vt notanter voluit Archid. *in d. cap. anteriorum, col. 2. verſ. ad hoc lis appellationis*, allegat ipſe in argumentum optimum, *ff. de excuſat. tutor. l. ſcire oportet*, §. *ſufficit, in cap. ſæpè, verſ. ſalnis, de appellat.* facit tex. *in cap. reprehenſibilis, verſ. ſi verò*, ibi, *fortè neglexerint*, & in *cap. ex ratione*, & in *cap. peruenit. in fine, de appellat.* quæ iura ad hoc propoſitum allegauit idem
10 Archid. Facit, nàm inſtantia appellationis non currit ſtante compromiſſo, quod fit inter partes, vt habetur in *Authen. ſi tamen*, *C. de tempor. appellat.* & per Doctores, vbi hoc diſputant in *l. properandum, in principio*. *C. de iudic.* Et ità in hac cauſa fuit in Sacro Conſilio pronunciatum, & proceſſum in cauſa reclamationis; quia negligentia non affuit.

Io. Angelus Piſanellus.

SVMMARIVM.

1 *Tempus vnius anni, & diei, præſcriptum eſt hæredi ad petendum feudi inueſtituram, feudatario defuncto.*

2 *Pœna amiſſionis feudi ob non denunciatam mortem feudatarij in Regno, remiſſa eſt; & loco illius ſoluitur Regiæ Curiæ duplicatum releuium;*

Sed an hoc locum habeat in feudis planis, & de tabula, num. 3.

4 *Pœna amiſſionis feudi an ſubintret, ſi legitimus hæres mortem defuncti feudatarij non denunciauit, ex eo, quòd feudum non poſſidebat, & nũ 5.*

Et quid ſi negligenter ſe geſſit in feudum recuperando, n. 6. 7 & 8.

9 *Spoliato poteſt obijci de notorio defectu, etiam poſt ſpolium.*

ARGVMENTVM.

Feudatario defuncto, ſi infra tempus à lege feudali præſcriptum legitimus ſucceſſor inueſtituræ renouationem non petierit, ex eo, quia non ipſe, ſed alius feudum poſſedit; nùm locus ſit pœnæ Commiſſi, dùm negligenter in feudo recuperando ſe geſſit. Feudum poſſidens, quod nos dicimus *planum*, & *de tabula*, an incidat in Commiſſum, ſi infra annum & diem, Baroni, à quo feudum tenetur, defuncti feudatarij mortem non denunciauerit, vel potiùs teneatur ad duplicatum releuium? affertur ſingularis annotatio manuſcripta *D. Io. Angeli Piſanelli.*

CAPVT LXXX.

FEVDATARIO defuncto, præſcriptum eſt tempus hæredi, qui feudi poſſeſſionem capit, vt infra annum & diem, ſub pœna amiſſionis feudi compareat coram Domino, & defuncti feudatarij mortem denunciando nouam petat inueſtituram; ſunt hæc iura nimis vulgata in *cap. 1. quo temp. miles*, in *cap. 1. quæ ſit prima cauſ. benef. amitten.* & in *cap. 1. de cap. Corrad.* Hoc tamen de iure communi feudorum, 2
ſecus in Regno, in quo hæc pœna remiſſa eſt, & loco illius ſoluitur Regiæ Curiæ duplicatum releuium, vt in *Cap. Regni*, quod incipit, *In nomine Domini*, aliàs *Apud Fogiam*: Andr. *in cap. Imperialem*, §. *ſcriba*, *col. 2. verſ. in Regno Siciliæ, de prohib. feud. alien. per Freder.* & in *cap. 1. §. fin. qui feud. dar. poſſ.* Grammat. *deciſ.* 103. *numer.* 224. Io. Ant. de Nig. in *d. cap. Apud Fogiam, numer.* 26. & alij communiter; ſed hoc in feudis Quaternatis, de quibus tex. *d. cap.* 3
loquitur; ſecus verò in planis, & de tabula; etenim ſi hæres vaſalli feudum tenens planum, & de tabula, infra annum & diem poſt hæreditatem aditam inueſtituræ renouationem à Domino ſuo non petierit, feudum amittit; & hæc eſt vna ex differentiis, quam poſuit Frecc. inter feudum Quaternatum, & Planum, *lib. 3. de ſubfeud. hoc tit. numer. 19. in 13. differ.*

Sed contigit aliàs dubitari, an Baro, à quo 4
feudum immediatè, & in capite tenebatur, iure egerit ex hac cauſa pro deuolutione in caſu ſequenti. Deceſſerat feudatarius ab inteſtato, duobus ſibi ſuperſtitibus germanis fratribus, ſed natu maiore abſente, præſente verò minore, qui feudi poſſeſſionem nemine contradicente adeptus fuit; maiore autem poſt aliquos annos reuerſo, quia erat ille in ſenili ætate conſtitutus, & vt creditur volens rem gratam facere fratri, feudum, ad cuius ſucceſſionem aperto iure vocabatur, vendicare non curauit: At quia defuncti feudatarij mors Baroni directo Domino nuſquàm denunciata fuerat, egit hic pro deuolutione contra poſſeſſorem, qui cùm nullam haberet defenſionis cauſam, procurauit vt compareret frater ſuus maior natu, prout comparuit, inſtans declarari, feudum ad ſe ſpectare, illudquè malè à natu minore occupatum, nec tempus à lege feudali præſcriptum vnius anni & diei ad inueſtituram petendam, ſuper quo petita fundabatur deuolutio, ſibi cucurriſſe, cùm non niſi vaſallo poſſidenti labi *Doctores* dixerint; vndè meritò dubitatum extitit, vtra Partium meliora foueret iura?

5 Ego pro Barone reſpondi, ſicquè dixi, ſactum eſſe caſum reuerſionis huius feudi ad directum Dominum; Etenim quamuis receptiſſima ſit omnium Feudiſtarum concluſio, nimirùm, vt vnius anni & diei tempus hæredi legitimo ad inueſtituram petendam præſcriptum, non à die mortis feudatarij, ſed aditæ hæreditatis currere incipiat, & ſic ab eo die, quo legitimus ſucceſſor feudi poſſeſſionem nanciſcitur, ita vt ſi feudum illud ab alio poſſideretur, nullum intelligatur ſucceſſori currere tempus, vt ex Noſtratibus dixerunt Andr. & Afflict. in *d. capit.* 1. *quo tempor. mil. in d. cap.* 1. *quæ ſit prima cauſa beneſic. amitt.* & in *d.cap.* 1. *de capit. Corrad.* Marin.Frecc.*de ſubfeud.lib.*2. *in* 3.*author.n.*8.Io.Thom.de Marinis *de gener. & qualit. feud. lib.*1.*tit.*6. *de feud. ex pacto, & prouic. antiq. num.*63.*fol.*47.Niger in *d.cap.Apud Fogiam, num.*27. & ex Alienigenis alij multi ad nauſeam relati per Schrader.*tract.feud.par.*6.*cap.*2.*n.*21.*tom.*1.& per Roſental. *eodem tract.cap.*6.*concl.*30.*tom.*1. Qua ſic ſtante concluſione, in caſu propoſito videbatur dicendum, quòd dum frater maior, qui defuncto feudatario legitimus in feudo erat ſucceſſor, nuſquam illud poſſederit, dici non poterat, tempus ad nouam inueſtituram petendam vnius anni, & diei illi cucurriſſe, ad effectum,vt eſſet locus pœnæ Commiſſi. Attamen

6 hæc omnia procedere himet *Doctores* dixerunt, quando nulla culpa,ſeu negligentia ad feudum recuperandum poteſt legitimo ſucceſſori imputari; quia ſi poſtquam agnouit, prout in caſu, de quo agebatur, ad ipſum vti legitimum ſucceſſorem ſpectare, & ab alio non iure poſſideri, & non fecit quicquid potuit, vt feudum illud recuperaret, tunc dicendum eſt, negligentiæ ſuæ omninò eſſe imputandum, ſicquè fieri locum pœnæ Commiſſi,ita indiuidualitèr Paul. Caſtrenſ. *conſ.*46. *viſo, & examinato puncto, numer.*1. *verſ. ſed ſi quæritur,lib.*2. ſub illis verbis. *Sed ſi quæritur, an ex eo, quòd non petierunt ſe inueſtiri infra annum & diem,ceciderunt à iure ipſorum.per l.Imperialem, §.præterea ſi quis,de probib.feud.alien.per Freder.videtur ad hoc dicendum,quòd non,quia ipſi non poſſidebant, ſed dictus Petrus, cui dominus Epiſcopus conceſſerat; & ſic videtur,quòd ei non curreret dictum tempus; vt notat Bald. poſt Guliel. de Cun. in l. ſolemnibus, Cod. de rei vendic. ſed in contrarium facit, quia illud dictum poſſet procedere, ſi feciſſent diligentiam in auocando poſſeſſionem ab illo, & auocare potuiſſent, ſed quia nullam diligentiam fecerunt,ſed malitioſè, vt videtur,tacuerunt & neglexerunt, talis negligentia videtur eis debere nocere,quia videtur fuiſſe in poſſeſſione,ex quo ſtetit per eos, quominus eſſent; & hoc per text.cum Gloſ. in cap. fin.extra. de elect.* hæc ille: idemquè Afflict.in *in d.cap.*1.*in princ. num.*10. *quo temp. miles,* Frecc.*de ſubfeud.in cit. author.*3.*n.*8.Pariſ.*conſ.*23.*num.*227.*lib.*1.& Schrader. *loco ſup.relato, verſ. quod tamen.*ſicquè per Sac. Conſ. deciſum teſtatur D. Io. Ang. Piſanellus in *quadam ſua annotatione manuſcripta* 8. *in ordine*, & per hæc verba.

Ieſus, Maria,

7 Dùm eſſem Auditor generalis totius Principatus Melphiæ, Ducatus Grauinæ, & Comitatus Venafri Illuſtriſſimi qu.Domini Principis Oranciæ Viceregis huius Regni, voluit ille à me intelligere, an feudatarius,qui non poſſidebat feudum, & ſtetit per annum non petendo inueſtituram; vel ſi commiſit delictum; vtroque caſu ſibi præiudicauerit? Dixi Suæ Excellentiæ, quòd ſi iſte feudatarius non fuiſſet negligens in recuperando feudum, ſed fecerit quicquid potuerit, tunc donec pendet lis, non imputatur ſibi quòd inueſtituram non petierit; & ita procedit deciſio Bald. in *l.ſolemnibus,in fine, Cod. de rei vindicat.* dùm dicit, non eſſe imputandum feudatario,quandiù litigat cum poſſeſſore; ſecus tamen ſi iſte feudatarius fuiſſet negligens in recuperando feudum, nam tunc non excuſaretur, ita declarat Veronenſ.in *Ciuilibus*, *in conſ.* 25. *col.*5. *in fin.* & in hanc ſententiam videtur inclinare Baldus *in conſil.* 466. Andreas feudatarius, *in primo dub. vol.*1. & clarius Paul. de Caſtr. *in conſil.* 158 .*viſo, & examinato puncto,prima col. verſic. ſed ſi quæritur*, ſecundùm *antiquam formam*; aſſignat rationem, quia videtur fuiſſe in poſſeſſione: idem tenet Card.*in capit.* 1.*col.*1. *quo tempor.miles, verſ. hoc tamen declaratur.*

Et ex hoc inferebam ad ſecundum quæſitum,quòd propter iſtam negligentiam non excuſatur à fidelitate, talitèr quòd ſi feloniam committit, debet perdere feudum,quamuis non poſſidebat, ita Paul. *ibi in verſ. ſimilitèr dicendum eſt*, quia ſi iniuſtè feudum ab alio tenetur, iam ipſe retinet dominium, & ius in feudo, vndè quia remanet feudatarius, & retinet dominium & ius in feudo, non debet ſibi licere committere feloniam, & imputatur ſibi, ſi fuit negligens in comparendo pro recuperatione; & ita rectè intuenti declarat Card. *in cap.ſi quis deceſſerit, in fine, ſi de feud. fuer. controuerſ.* & ita arguit Alex. *in conſ.*11. *in fine, vol.*5. & pro iſta opinione faciunt, quæ habentur in *c.item cùm quis,de reſtit. ſpoliat.*quòd poſſit obiici ſpoliato de notorio defectu reſultante etiam poſt ſpolium. 8

9 Et dum retuliſſem prædictam opinionem prædicto Illuſtriſſimo Domino Principi, cui per quendam ſuum vaſallum fuerat datum memoriale, quod ex errore fuit lectum in Conſilio Collaterali, ex quo non erat res tangens officium Viceregis, ſed proprium ſuum, & perueniſſet ad manus Domini Sigiſmundi Loffredi Regentis Regiam Cancellariam, Viri literatiſſimi, quem de ordine dicti Domini Principis de præfatis alloquutus fui,in mei præſentia dixit dicto Domino Principi, quòd vera erat mea opinio, & quòd ipſe audiuerat à qu. Domino Antonio Ianuario, Domino Antonio Palmerio, & Domino Antonio de Ragho, qui fuerunt Doctores celeberrimi, & magni Conſiliarij, quòd tempore *Regis Ferdinandi Primi* in Sacro Conſilio ita fuerat pronunciatum, Præſidente illo viro conſummatiſſimo Domino Antonio de Alexandro, & ſic per d.Dominum Principem fuit in iſto caſu obſeruatum.

Io. Angelus Piſanellus.

SVMMARIVM.

1 *Feudatarius an abſque Regio aſſenſu poſſit legitimum ſucceſſorem in feudo grauare,vt alicui certam pecuniæ quantitatem ſoluat; & donec nõ ſoluerit, quòd poſſit legatarius feudi poſſeſſionem ingredi,illúdq; retinere, & fructus percipere, & n.*2.5.8.10.12.15.16. *&* 17.

3 *Feudatarius an abſq; Regio aſſenſu poſſit legitimum in feudo ſucceſſorem grauare, vt de fructibus feudi ſingulis annis certam pecuniæ quantitatem Titio praſtet,& n.*7.

4 *Hæres grauatus ad aliquid annuum ex tali fundo alicui præſtandum, nùm poſſit fundum illum diſtrahere.*

6 *Legatis annuis fructibus fũdi Corneliani,perindè eſt,ac ſi vſusfructus fundi legatus eſſet.*

Legatum

9 *Legatum fructuum feudi importat conſtitutionem iuris in corpore feudi, quod ſine aſſenſu non permittitur.*

11 *Feudi tenutam poteſt nanciſci hæres illius, qui feudum illud poſſidebat, quamuis non ſit in feudo legitimus, ac immediatus ſucceſſor.*

13 *Iuriſdictio eſt de Regalibus, ſicq. Officiales Baronales dicuntur habere iuriſdictionem à Rege.*

14 *Fructus feudi poſſunt ſequeſtrari ad inſtantiam creditoris aſſenſu carentis, iuriſdictio autem non.*

15 *Deciſiones ad propoſitam quæſtionem referuntur, & num.16. & 17.*

ARGVMENTVM.

Feudatarius in hoc Regno teſtamentum condens, hæredémque in feudo grauans ad certã pecuniæ quantitatem alicui præſtandam, nùm poſſit abſque Domini noſtri Regis aſſenſu diſponere, & ordinare, vt donec legata quantitas ab hærede grauato ſoluatur, valeat legatarius feudi poſſeſſionem propria authoritate ingredi, fructus percipere, & iuriſdictionem exercere, vbi deciſiones S.Conſ. & de aliis.

CAPVT LXXXI.

1 FEVDATARII in hoc Regno, in quo omnia feuda ſunt ex pacto cum qualitate hæreditaria, quando cum legitimis ſucceſſoribus malè ſe habent, dùm teſtamenta condunt, ſæpè ſæpiùs illos grauant, vt certam pecuniæ quantitatem, quæ vt plurimùm ad feudi valorem aſcendit, extraneo, vel remotiori conſanguineo præſtent, & donec, & quouſque quantitas legata non ſoluitur, mandant, vt legatarius poſſit feudi poſſeſſionem ingredi, illudque retinere, fructus percipere, ac iuriſdictionem exercere; vndè ob defectum aſſenſus Domini noſtri Regis, non ſemel de huius diſpoſitionis validitate dubitari contigit.

Dominus Conſiliarius Marcellus Marcianus de his indiuidualiter agens *conſ.26.n.13.per totũ*, reſpondit, ſtante hac diſpoſitione, D.Beatricẽ Vrſinã Principis eius viri pro ſũma duc.octoginta quatuor millium legatariam iure licito potuiſſe ingredi poſſeſſionẽ Terræ Montis Caueoſij, non tamen ad finem dominium acquirendi, ſed tenutam, & naturalem poſſeſſionem retinendi, donec legatum ſolueretur; idque nullo pacto fore inconueniens, etiam quòd dominium ad alium pertineat; cùm nullibi hoc eſſe prohibitum legamus, ex quo Dominus Rex non læditur, neque contemnitur.

2 Cæterùm, pace tanti *Conſiliarij*, ſi iuris principia ſtrictiùs inueſtigemus, credo, quòd contraria ſententia ſit magis vera, iurique conſentanea, ſicquè puto, diſpoſitionem ſic, vt ſupra, ſine Regia facultate factam, expreſſam iuris habere reſiſtentiam: Et vt pateat de veritate, eſt nobis breuiter inueſtigandum, an per hoc legatum ius aliquod in feudo conſtituatur.

Etenim illud ſuppono ſine controuerſia, nullum 3 ius ſuper feudo conſtitui, quoties verſaremur in caſu, quo feudatarius hæredem grauaret, vt de fructibus feudi ſingulis annis certam pecuniæ quantitatem Titio præſtaret. Ratio aſſignatur, quia non dicitur diſponere de re feudali, ſed de fructibus ab hærede percipiendis, & à ſolo ſeparandis, de quibus, vt de re hæredis diſponit feudatarius, hæredem ſuum hoc modo grauando, ſicque feudum vere non tangitur, nec vllum ius ſuper eo conſtituitur; ita Bal. *in cap.1. num.8. de ſucc.feud.* Alex. *conſ.18. lib.5.* Capyc. *in inueſt. feudal. in verb. feudorum fructus, verſ. futuri fructus, fol.205.* Camerar. *in cap. Imperialem, fol.18. lit.V. & fol.20. lit.F.* Frecc. *de ſubfeud.in 21. limit. ad Conſtitutionem, Conſtit. Diuæ memoriæ,* Dominus Reg. de Pont. *in lectionibus feudalibus, lect.14. num 33.* vbi ſic eo referente per Regiam Cameram decretum refert, D. Reg. Rouit. *in prag.4. de feud.* & alij ad id 4 expendentes textum ſingularem *in l. feudi Trebatiani 38. ff. de vſufruct. leg.* vbi ſi hæres grauatur ad aliquid annuum ex tali fundo alicui præſtandum, poterit fundum illum vendere, & legatario annuam præſtare quantitatem, quam teſtator viuens ex locatione percipere conſueuerat, quod certè prohiberetur, ſi legatarius ius aliquod in fundo illo acquiſiuiſſet: id quod latiùs explicaui Ego ipſe *lib.1.cap.119.*

At contrarium omninò aſſeuerandum in caſu pro- 5 poſito, in quo certæ quantitatis Caio ſit legatum, eo addito, vt quouſque quantitas illa non ſoluitur, valeat legatarius feudi poſſeſſionem ingredi, illiúſque fructus propria authoritate percipere, ac iuriſdictionem exercere; hæc enim diſpoſitio aliud non importat, niſi conſtituere ius formatum in corpore feudi, ac ſi vſusfructus feudi eſſet legatus. Probat hoc tex. in *l.cum ita 41.ff.cit. tit.de vſufr.legat.* vbi legatis an- 6 nuis fructibus fundi Corneliani, perinde eſt (inquit I.C.) ac ſi vſusfructus fundi eſſet legatus, quo ſit, vt dicamus, multum intereſſe, an grauetur hæres ad præſtandos Titio fructus fundi, de quo legati genere loquitur tex. in *d.l.fundi Trebatiani,* vbi Gloſ. *in verb. dari,* vel directò legare Titio fructus fundi, de quo loquitur tex. *in d.l.cum ita.* In primo enim caſu, pro eo, quod ad rem noſtram pertinet, conſideratur tantùm actio perſonalis hæredis ad adimplendam voluntatem defuncti feudatarij, qui voluit, 7 vt ſucceſſor in feudo tanquàm eius hæres obligetur perſonaliter ad præſtandum legatario fructus illos ex corpore feudi ſeparandos, ſiue vti burgenſaticos, & hæreditarios, ſiue vti proprios; ac proinde non eſt cur de huius diſpoſitionis validitate dubitari poſſit, vt benè animaduertit Dom. Reg.de Ponte *cit. loco.* In ſecundo verò caſu, quia ex legato verbis di- 8 rectis facto trãsfertur ius in Tertium percipiendi fructus propria authoritate, dicitur conſtitutum ius in corpore feudi, quod ſine Regio aſſenſu, nec momento permittitur; vt communiter tradiderunt Gloſ. & DD. *in cap.1. de cap. Corrad.* & in *Conſtit. Conſtitutionem Diuæ memoriæ,* ſicque in puncto firmauit Reg. Rouit. in *cit. pragm.4. num.46. de feud.* vbi admittens, vt feudatarius poſſit abſque aſſenſu ſucceſſorem grauare ad præſtandum alicui fructus feudi, negat omninò, vbi tractaretur de transferendo in Tertium ius illos percipiendi propria authoritate. Quod ſenſit etiam Cõſiliarius de Anna *conſ.46.n.29.*

idemque latè, & ſatis benè confirmat Horat. Montanus in *comment. ad l. Imperialem, in princ. à num. 4. ad* 8.
9 Vbi *numer. 6.* cùm probare voluerit, quòd ſit conſtituere ius in corpore feudi, dum directò ſit legatum fructuum feudi, dicit, quòd perceptio fructuum ex fundo, vel arguit dominium, ad text. *in l. Herennius,* & in *l. fructus, ff. de vſur.* & in *l. fructus, ff. ſol. matr.* & per Couar. *pract. qq. c. 37. n. 5. in fin.* vel arguit vſum, ſi vſque ad certum vſum licet percipere, *§. 1. Inſtit. de vſu, & habit.* vel arguit vſumfructum ſi vſque ad certum tempus, *§. finitur. Inſt. de vſufr.* vndè ſit quòd vtcumque ius formatum in illo feudo conſtituitur; nam quod Dominus habeat ius in re, patet; quod habeat vſuarius, eſt text. *in l. fundi vſu, in fin.* & in *l. fin. ff. de vſu, & habitat.* quòd habeat vſufructuarius, eſt text. in *§. 1. Inſtit. de vſufr.*

10 Secundò, pro huius diſpoſitionis inualiditate conſidero, quòd illius tenore attento, verè, & realitèr perſonæ, cui certæ nummorum quantitatis ſit legatum, feudum pignori traditur, nam ſi vult teſtator, vt legatarius feudum habeat, ſiuè retineat, donec legata quantitas illi ſoluatur, hoc aliud non importat, niſi pro ſumma legata feudum pignori tradere: etenim negari non poteſt, quin per legatum conſtituatur legatarius creditor quantitatis legatæ; ad text. in *§. noſtra autem, Inſtit. de legat.* vbi Gloſ. & DD. omnes, vndè ſi demùm iubet teſtator, vt poſt mortem ſuam habeat legatarius feudum, donec hæres pecuniam legatam ſoluerit, mandat, vt pro pecunia legata feudum pignoretur, quod ſine aſſenſu eſt omni iure prohibitum; vt dixerunt communitèr Feudiſtæ *in cap. Imperialem,* Aluarot. *in cap. 1. §. aut ſi libellario, num. 2. in tit. quib. mod. feud. amit.* Afflict. noſter ſatis benè in *Conſtit. Conſtitutionem Diuæ memoriæ, n. 8.* & cæteri omnes: & ex hoc oritur aliud abſurdum, nam cùm legatum poſt mortem legantis vires ſumat, eo tempore vtile dominium, quod erat penès feudatarium defunctum, ad legitimum eius ſucceſſorem tranſlatum fuit, ſicque ſine facto ſucceſſoris, & hæredis, quo iure poſſit legatarius feudi poſſeſſionem ingredi, illudque loco pignoris poſſidere, donec legata quantitas ei ſoluatur.

11 Quibus ſic ſtantibus, non obſtant ſcripta per Dom. Reg. Capyc. Galeot. *controu. iuris lib. 1. controu. 36. à numer. 31.* dum allegando Andr. *in cap. Imperialem, §. illud, poſt num. 69. verſ. non poſſunt, & poſt num. 70. verſ. nam licèt feudum, & num. 71.* dicit, tenutam, ſeu poſſeſſionem feudi poſſe nanciſci ab hærede illius, qui feudum illud poſſidebat; quamuis non ſit in feudo legitimus, ac immediatus ſucceſſor, loquitur enim in caſu, quo cùm quis haberet feudi tenutam, & ſic fructuum perceptionem, ex eo, quòd propria pecunia fuerat illud ab alio emptum cum ſolita recognitione, inſtituit ſibi hæredem coniunctum, qui in bonis feudalibus non erat immediatus ſucceſſor, quamuis in gradu ſucceſſibili; vndè contradicente proximiore, dicebat hæres ſcriptus, quòd non tractabatur de ſuccedendo in feudo, ſed tantum in ea detentione, quæ erat penes defunctum; id quod ad caſum noſtrum non
12 pertinet, in quo ſupponimus, eſſe vocatum legitimum ſucceſſorem, illúmque grauatum ad certam pecuniæ quantitatem extraneo præſtandam, eo addito, vt donec, & quoúſque quantitas legata non ſoluitur, quòd poſſit legatarius feudi poſſeſſionem ingredi, illiuſquè fructus percipere, & iuriſdictionem exercere: quæ quidèm diſpoſitio ex ſuprà traditis ius formatum ſuper feudo conſtituit, quod eſt omni iure prohibitum.

Nec ad rem pertinet theorica Andr. relata per Dom. Capyc. Galeot. Etenim Andr. in *locis citatis* inſiſtens concluſioni, de qua in *eo text.* nimirùm, vt feudum alienari non poſſit, dicit, quòd ſi alienaretur in perſonas inhabiles, provt ſunt mutus, ſurdus, debilitatus, mulier, Clericus, Religioſus, &c qui feuda tenere non poſſunt, licèt in illos dominium non tranſeat, poſſeſſio tamen ſic; quia poſſumus poſſidere rem, cuius proprietatem habere non poſſumus: ad text. *in can. dilectis, 12. quæſt. 1.* & ſic nihil ad caſum, de quo agimus.

Hæc omnia ſuprà iam dicta, quæ de plano procedunt reſpectu perceptionis fructuum, indubitata redduntur reſpectu exercitij iuriſdictionis; eſt enim iuriſdictio de Regalibus, *cap. 1. quæ ſunt Regalia,* dequè iure publico conſideratur etiam in poſſe Baronis; nam Officiales à Baronibus ad iuſtitiam miniſtrandam electi, adhùc *Regij* appellantur, quia cùm ipſi Barones, qui eos conſtituunt, merum, & mixtum imperium à Rege habeant, etiam eorum Officiales dicuntur à Rege iuriſdictionem habere, vt per Carau. *in Ritu M. C. 49. num. 7.* Et ex hoc ſequitur, poteſtatem hanc Regalem Magiſtratus conſtituendi, ab alio, quam ab eo, cui à Rege communicata eſt, ſine eiuſdem Regis conſenſu exerceri non poſſe; ita Camill. de Medic. *conſ. 147. à num. 3. ad 13.* quò loci citat Afflict. in *Conſtit. Regni, Scire volumus, in 4. notab.* vbi dicit, omnia Regalia priuatis perſonis conceſſa, ſiuè magna, ſiuè parua, ſiuè in allodium, ſiuè in feudum, per quemcunque contractum non poſſe in alium ſine Regis licentia transferri; ſequitur Montan. in *tract. de Regalib. in verb. poteſtas conſtituendorum Magiſtratuum, num. 3.* hinc Reg. Rouit. tam in *prag. 3. n. 16. & ſeq. de ordin. iudic.* quàm in *conſ. 77. à num. 5. lib. 2.* ſatis apertè demonſtrat, ad inſtantiam creditoris aſſenſu carentis 14
poſſe ſequeſtrari fructus feudi, ſed nullo pacto ipſam iuriſdictionem: meminit Montan. *loco cit.* vbi addit, iuriſdictionem ſtare in Caſtro ex ſe, non tanquam fructus Caſtri, immò eſſe illam quid maius Caſtro; & Caſtrum ſtare vti acceſſorium ad iuriſdictionem; non è contra.

Vltimò confirmatur hæc, quam tuemur ſententia, 15
authoritate rerum iudicatarum; nam quòd feudatarius è viuis decedens inſtituendo in feudo perſonam, quæ ſecundùm ius commune feudorum, & Regni huius ſuccedere prohibetur, nullo pacto poſſit diſponere, quòd vbi hæredis inſtitutio locum non haberet, teneatur legitimus ſucceſſor perſonæ inſtitutæ tantam ſoluere pecuniæ quantitatem; & donec, & quovſque quantitas illa legata non fuerit ſoluta, poſſit legatarius feudi poſſeſſionem propria authoritate ingredi, illudquè retinere, ac fructus percipere, fuit ſolemnitèr per S. C. iunctis Dominis Conſiliariis duarum Aularum deciſum in cauſa ſucceſſionis bonorum feudalium Nicolai Antonij Viſconte, qui duos habens filios, teſtamento ſuo ſecundogenitum, etiam in bonis feudalibus hæredem inſtituit; cum hoc, quòd ſi inſtitutio reſpectu bonorum feudalium iuris haberet reſiſtentiam, ſicquè ſuccederet primogenitus, teneretur ille ſecundogenito ſoluere Ducatos triginta mille, quorum ſolutione pendente potuiſſet hic ſecundogenitus feudum retinere: nam cum de viribus huius diſpoſitionis dubitatum eſſet, quamuis per Regiam Prouincialem Audientiam fuiſſet ſecundogenitus immiſſus in poſſeſſionem, ſeruata forma paternæ diſpoſitionis, habito tamen recurſu ad S. C. cauſaque commiſſa olim Regio Conſiliario Ioanni Baptiſtæ Meliori viro doctiſſimo, fuit datus terminus in cauſa, & interim immiſſus primogenitus in poſſeſſionem feudi in actis deducti, nulla habita ratione de præfata diſpoſitione; idquè ſub die 18. menſis Nouembris 1616. penès Carbonum Actorum Magiſtrum, de qua deciſione meminit Reg. Galeota *controu. lib. 1. contr. 24. n. 37.*

Secundò

16 Secundò, fuit hoc idem iudicatum iunctis Dominis Conſiliariis Duarum Aularum in cauſa ſucceſſionis Principis Montis Caueoſij, ſuper qua ſcripſit Conſ. Marcianus *relato conſ.* 26. nam cùm Principiſſa vxor hæres, & legataria, illius Terræ poſſeſſionem propria authoritate ingreſſa fuiſſet, idquè vigore poteſtatis ſibi à Viro tributæ, donec legatum Duc. 84. m. à legitimo hærede grauato ei ſolueretur, ac etiam vigore priuilegij, quod obtinuerat Princeps diſponendi de dicta Terra Montis Caueoſij, tam inter viuos, quàm in morte in perſonam extraneam, ab ipſo tamen Domino Rege noſtro approbandam; quia adhùc non conſtabat de approbatione præfatæ diſpoſitionis, quæ à ſua Catholica Maieſtate erat omninò facienda, ſeruata forma priuilegij in actis producti, fuit datus terminus in cauſa, & ſequeſtratum feudum, vſque ad declarationem faciendam à Sua Maieſtate, ſeruata forma dicti priuilegij, nulla habita ratione de poſſeſſione capta per Principiſſam vigore poteſtatis à Principe viro in dicto teſtamento ei tributæ: idque ſub die 15. Decembris 1612. referente Domino Reg. Ferdinando Brancia Feudiſta doctiſſimo, tunc Regio Conſiliario digniſſimo, penès Borrellum S.C. actorum Magiſtrum.

17 Tertiò, & tandèm, iuxta hanc, quam tuemur, ſententiam, fuit per S.C. iunctis paritèr Conſiliariis duarum Aularum, iudicatum hac die 14. Nouembris 1645. in cauſa ſucceſſionis bonorum feudalium qu. Marchioniſſæ Caſabonæ Eleonoræ Piſciottæ, quæ cùm annis ſuperioribus ex nunc pro tunc ſequuta morte donaſſet Don Pompeo Campitello eius ſecũdo viro ducatorum triginta tria millia, conſequenda ſuper omnibus eius bonis feudalibus, & allodialibus; Regio aſſenſu ſuper feudalibus impetrato; in vltimis conſtituta teſtamento ſuo donationem prædictam confirmans, eundem virum donatarium, tam in bonis feudalibus, quàm allodialibus, vniuerſalem inſtituit hæredem, & expreſſo, quòd vbi inſtitutio facta reſpectu bonorum feudalium iuris haberet reſiſtentiam, ei liceret bona illa feudalia retinere, fructus percipere, & iuriſdictionem exercere, donec, & quovſque eidem à legitimo hærede ſolueretur quantitas in dicta donatione contenta, vna cum aliis Ducatis ſeptem mille, quos in hoc euentu prælegauerat, ſummam facientibus Ducatorum quadraginta millium; cuius diſpoſitionis, ac donationis vigore cùm prædictus Don Pompeus bonorum feudalium poſſeſſionem cæpiſſet, inſtando præuia ſupplicatione in S. C. porrecta, in ea manuteneri, & conſeruari, comparuit Cornelia Piſciotta, Marchioniſſæ defunctæ ſoror vtrinque coniuncta, & in bonis feudalibus immediata ſuccedit rix, præfatæque diſpoſitionis inualiditatem allegans, Partibus pleniſſimè per plures menſes auditis, me pro Cornelia patrocinante fuit per S.C. datus terminus in cauſa, & inſimul Ordinatum, quòd bona prædicta feudalia ſequeſtrarẽtur, nulla de capta poſſeſſione virtute præfatæ teſtamentariæ diſpoſitionis, ac donationis ratione habita, referente præſtantiſſimo, & humaniſſimo Regio Conſiliario D. Marco Antonio Cioffi, ac Præſidente in Senatu D. Andrea Marcheſio feudorum interprete, qui publicè in diſcuſſione cauſæ teſtatus fuit, eo patrocinante, fuiſſe ſic aliàs per S. C. facta relatione in Collaterali Conſilio iudicatum in cauſa ſucceſſionis Marchionis Pinelli: proceſſus prædictarum de Piſciotta eſt in Banca Caprilis.

SVMMARIVM.

1 *Feudatarius nùm poſſit ſucceſſorem pro concurrenti feudi valore grauare, & n.* 10.

Et quid ſi grauamen verum excederet valorem, an eo caſu teneatur ſucceſſor defuncti voluntatem adimplere in eo, quod valor excedit, dùm reperiatur perſona, quæ feudum emat pluſquàm illud valet, num. 2. 4. 8. 9. *&* 11.

3 *Hæres in feudo renitens legata ſoluere, poteſt cogi ad feudum vendendum.*

5 *Filius hæres in feudo non poteſt grauari pro concurrenti feudi valore, ſed in eo, quod Legitimæ valorem excedit.*

6 *Legitima debetur filiois corpore.*

7 *Feudum totum dicitur filij primogeniti Legitima.*

12 *Valor iuſtus feudi quomodò probetur.*

13 *Valor rei an per ſubhaſtationem probari poſſit, & num.* 14.

ARGVMENTVM.

Feudatarius cùm poſſit ſucceſſorem pro concurrente feudi valore grauare, dubitatur, ſi ſucceſſor iſte vltra Feudi valorem grauatus, legatariis paratus eſt ſatisfacere pro ſumma, quæ importat verã feudi æſtimationem, nùm cogi poſſit ad feudum vendendum ex eo, quòd inuenitur emptor, qui in feudo impenderet pluſquam illud valet; ob quod legatariis omnibus integrè ſatisfieri poſſet. Valor rei quomodò probetur? & de aliis.

CAPVT LXXXII.

FEVDATARIVS, certum eſt; quòd poteſt legitimum in feudo hæreditario inſtituendo ſucceſſorem, illum pro concurrenti feudi valore grauare, iuxta receptiſſimam in Regno ſententiam, de qua per D. de Franch. *deciſ.* 1. & alios Noſtrates paſſim, adeò quòd ab illa recedere, temerarium eſſe dixit Conſiliarius de Vera *in voto per eum prolato in cauſa DD. de Grimaldis*, quod imprimi curauit Rouit. *in pragm.* 4. *n.* 124. *de feudis.* 1

Sed in facti contingentia dubitatum audiui, ſi grauamen excederet verum feudi valorem, quia forſan eſſet grauatus hæres ad ſoluendum Titio centum mille, feudum autem, iuxta æſtimationem per Expertos factam, valorem non excederet octoginta millium, ſed inuenitur emptor, qui in illo ſummam impenderet legatam, nimirùm centum mille, nùm hæres per hoc teneatur ſummam illam Ducatorum centum millium 2

millium legatario ſoluere? vel ſi renitens eſſet, cogi poſſit ad feudum vendendum, iuxta *aliam deciſionem Sacr. Conſil.* penès eundem D. de Franch. quæ eſt
3 704. vbi fuit dictum, hæredem in feudalibus ad inſtantiam legatariorum, & creditorum in actione perſonali poſſe cogi ad feudum vendendum, quando legata, & debita ſoluere recuſat.

4 Et reſolutiuè procedendo teneo indubitanter, hæredem in difficultate propoſita non poſſe à legatario cogi, niſi ad ſoluendum Ducatos octoginta mille, ad quam ſummam verus feudi valor, iuxta factam æſtimationem aſcendit; quam quidem ſummam ſi ſoluere eſt paratus, ad feudum vendendum cogi nullatenus poteſt, ſub prætextu quòd inuenitur emptor, qui in feudo illo impenderet centum mille.

5 Etenim, vel eſt filius, & ſic deſcendens hic, qui eſt grauatus; vel tranſuerſalis. Si filius, res eſt ſine difficultate; nàm cum illi ſuper feudo debeatur Legitima, grauamen modo aliquo ſuſtineri non poteſt pro concurrenti feudi valore, ſed tantùm in eo, quod Legitimæ valorem excederet, vt per D. de Franch. *cit. deciſ. 1. num. 39. verſ. ſecundùm quæ iura*, Franciſc. de Amicis *in tit. de his, qui feud. dar. poſſ. fol. mihi 11. num. 3.* Modò, cùm notiſſimi ſit iuris, Legitimam in
6 corpore filio deberi, nec aliter, vt illam in pecunia numerata accipiat, cogi eum poſſe; quamuis teſtator id mandaſſet expreſsè, *vulgata l. ſcimus, C. de inofficioſ. teſtam.* ibique Doctores communiter Anton. Fab. *diffinit. 9. C. eod. tit.* omninò videndus, Iacob. Cancer. *var. reſolut. lib. 1. cap. 3. num. 4.* & alij, ſine contradictore, conſequens eſt dicere, vt ſuper ipſo feudi corpore ſit filio Legitima aſſignanda; & vt ſcire poſſimus, ad quam ſummam aſcendat portio illa, deuenitur ad feudi æſtimationem; Alex. *conſ. 3. num. 6. verſ. conſtat etiam, lib. 3.* Merlin. *de Legit. lib. 5. tit. 3. q. 7. num. 5.* Franc. de Amic. *loco citato*, non quidem ad finem illud vendendi, nam ex quo neceſſario, vt diximus, ſuper ipſo feudi corpore filio Legitima debetur, & vt dicunt Noſtrates adeò feudum eſſe filio
7 debitum, vt totum dicatur Primogeniti Legitima; ad text. *in cap. licet, de voto*: Camill. de Curt. *in diuerſ. iur. feud. lib. 1. fol. 55. col. 2.* Io. Andr. de Georg. *alleg. 20. num. 21.* non eſt cur de venditione tractari poſſit, ſed tantùm fit æſtimatio, ad finem vt ſciatur, facta per Expertos feudi æſtimatione, deductáque filij Legitima portione, quænam quantitas in ipſius poſſe remaneat, ad hoc vt ex illa legatariis ſatisfieri poſſit: & ſic eſto millies, quòd inueniretur feudi emptor, qui in illo impenderet pluſquam verè feudum valet, ſicque grauamen iniunctum integre ſatisfieri poſſet, modo aliquo de illius diſtractione tractari non poteſt; quia ſi ſecùs, cogeretur filius Legitimã ſibi in corpore tangentem, in pecunia accipere: id quod prorſus expreſſam habet iuris reſiſtentiam.

8 Si tranſuerſalis, idem, quod in filio diximus erit aſſeuerandum: nam quamuis illi ſuper feudo, in quo ex lege inueſtituræ ſucceſſit, nulla debeatur Legitima portio, vt per D. de Franch. *cit. deciſ. 1. num. 39. verſ. ſi ergo*, nòn tamen à prædeceſſore feudatario poterat grauari, niſi pro concurrenti feudi valore, & vbi vltra appareret grauatus, in eo, quod valorem excedit, ſucceſſor non tenetur; ſic enim omnes Noſtri vno ore fatentur. Modò, cùm ſucceſſor oneri iniuncto ſatisfacere ſe offerat, nullo quidem pacto de ipſius feudi diſtractione tractari poteſt, ſub prætextu quòd inuenitur emptor, qui in feudo impenderet pluſquam illud valet, ſicque legatariis integrè ſatisfieri poſſet; ſic enim aſſerendo, maximum oriretur abſurdum, ex quo eſſet in libera feudatarij facultate legitimum ſucceſſorem à lege inueſtituræ vocatum, per indirectum feudi ſucceſſione priuare; ad tradita per Montan. *de Regalib. fol. 212. col. 1.* quis namque reperiretur adeò mentecaptus, vt vellet hæres eſſe in feudo, quod valorem non excedit octoginta millium, onúſque ſubire legatariis ſoluendi centum mille?

Quódque hoc verũ ſit, patet ex deciſis *in ſupra alle-* 9
gata dec. 1. D. de Frãch. *ante n. 40.* nam cùm *ibi* dubitatũ eſſet de validitate diſpoſitionis factæ per defunctũ feudatarium, nimis feudũ onerãdo legatis, fuit reſolutũ, poſſe grauamen imponi pro cõcurrenti feudi valore, & vt ſucceſſor, qui in eo caſu erat collateralis, grauatus non remaneret circa legatorũ ſatisfactionẽ, fuit ordinatum, eſſe faciendum appretium; & cùm ita exequutum eſſet, apparuit, ſucceſſorem non modò non eſſe grauatum vltra feudi valorem, ſed inſtitutionem eſſe vtilem; quod proindè decreuit Sacrum Conſilium, eſſe hæredem cogendum ad integrum legatum legatario præſtandum.

Ratio in caſu illo dubitandi fuit, cùm non modica 10
fuerit inter Noſtros controuerſia, an verè poſſit hæres in feudo hæreditario grauari pro concurrenti feudi valore, nec defuerunt, qui negatiuam amplexi fuerunt ſententiam, dùm rationibus non vulgaribus conati ſunt demonſtrare, fore hæredi ſuper feudo, in quo ſucceſſit, tantum relinquendum, vt militare poſſit; vt conſtat ex latè deductis per Camill. de Curt. *in diuerſ. iur. feud. fol. 54. à num. 109.* Admiſſa autem contraria ſententia pro receptiori, vt nimirùm poſſit grauamen iniungi vſquè ad verum feudi valorem, nulla bona ſuadet ratio, vt de feudi diſtractione tractandum ſit, quando ſucceſſor grauatus vltra valorem, pro concurrenti valore legatariis ſatisfacere ſe 11
offert: in nihilo obſtante, quòd inuenitur emptor, qui in feudo impenderet pluſquàm illud valet, ob quod legatarijs abſque legatorum diminutione ſatisfieri poſſet: nam cùm certum ſit, grauamen non poſſe excedere iuſtum valorem, ſemper quòd ſecundùm illum ſucceſſor in feudo onera à defuncto feudatario impoſita ſubire ſe offert, ad aliud non tenetur; vt communiter Noſtri dixerunt, & præ cæteris Franc. de Amic. *loco citato.*

Quomodò autem veniat probandus iuſtus feudi 12
valor, ad finem vt ſciatur pecuniæ quantitas, quam hæres grauatus legatariis præſtare tenetur, habemus communem Bart. Cagnol. & omnium practicam in *l. 2. C. de reſcind. vendit.* vt ſcilicèt adhibeantur Experti, quos in hac Ciuitate *Tabularios* vocamus, & hi ſecundùm regulas Artis procedunt ad rei æſtimationem, illámque demùm cauſæ Commiſſario in ſcriptis referunt; iſte enim modus probandi rei valorem per Expertorum electionem, eſt modus à iure approbatus, *l. hac edictali, §. his illud, C. de ſecund. nupt.* Rot. ſatis notanter *deciſ. 665.* penes Seraphin. & apud nos extat ſingularis *deciſio Sac. Conſil.* penes D. Præſid. de Franch. *in ordine 54.* in qua cum mulier conſtante matrimonio ſuper bonis viri ob illius vergentiam ad inopiam aſſecurata eſſet pro concurrenti ſumma dotium, & antephati, facta inſtantia per mulierem illam pro appretio rerum, ſuper quibus extiterat aſſecurata, quamuis viri creditores inſtitiſſent, appretium eſſe faciendum mediante ſubhaſtatione, ad id allegantes Capyc. *deciſ. 41.* & Ang. alioſquè ſequaces in *l. pretia rerum, ff. ad leg. falcid.* vbi dixerunt, iuſtum rei valorem poſſe per ſubhaſtationem probari, cùm per hunc modum nullum inferebatur mulieri præiudicium, ex quo ſuum conſequebatur, & creditoribus ſuccurrebatur, ſi in ſubhaſtatione maior accedebat oblatio; Tamen his non obſtantibus, Sacrum Conſilium contrarium cenſuit, nimirum, non eſſe faciendum appretium per ſubhaſtationem, ſed eſſe bona æſtimanda per Tabularios, ſubditque *D. Præſes*, hanc practicã in dies S. Conſilium ſeruare;

cum

cùm vera, & communis ſit omnium concluſio, per
13 ſubhaſtationem rei valorem non probari: idque maxima cum ratione, ex quo ſolent vt plurimùm licitationes eſſe animolæ, *l. licitatio, in princ. ff. de publican. & vectigal.*

Dictumque fuit, non obſtare id quod creditores aſſeuerabant, nimirùm, nullam mulieri inferri iniuriam, poſtquam ſi ſubhaſtata re maius pretium inueniebatur, ipſa ſuum conſequebatur, aliiſque creditoribus de ſuperfluo ſatisfiebat: dicebatur enim, iniuriam inferri, dum priuilegio ei conceſſo in materia aſſecurationis contra eius voluntatem priuabatur; prout in caſu, de quo agimus, magna inferretur iniuria, & præiudicium ſucceſſori, ſi cogeretur ille ad feudum vendendum perſonæ, quæ in illo vltra verum valorem impenderet: nam ex hoc, feudi ſucceſſione priuaretur, vel ſi vellet feudum pro ſe retinere, veniret grauatus ad onera ſubeunda vltra feudi valorem: id quod Noſtri communitèr improbarunt.

Quòd proindè concludit *D. Præſes*, de quo meminit Staiban. *conſ.* 73. *num.* 10. *& ſeqq.* Sacrum Conſilium non debere curare, niſi de vero, & communi pretio, quod per æſtimationem iudicatur; & non ex eo, quòd accidere poſſet, nimirùm, quòd in ſubhaſtatione poſſet maius pretium offerri; id quod per animoſitatem fieri præſumendum eſt: ad tradita per Imol. *in l. in ratione, §. vendere, ff. ad leg. falcid.* & ſatis bene per noſtrum Napod. *in Conſuet. Si quis emit, num.* 45. *circa finem, de iur. Congr.* Pinell. *in l.* 2. *par.* 3. *num.* 18. ibi, *nec attendi debet pretium, quod daret qui-*
14 *libet emptor, &c. C. de reſcind. vendit.* Reg. Rouit. *conſ.* 38. *num.* 2. ibi, *vt pretia rerum non ex affectione emptorum metiantur, &c. p.* 2. & Conſil. Theodor. *alleg.* 92. *num.* 10. vbi ſingularitèr probat, quòd quando quis offert iuſtum pretium pro tuenda re iam acquiſita, tunc verus valor non ex aliorum oblationibus, ſed ex communi exiſtimatione attenditur.

SVMMARIVM.

1 *Feudo alienato ſine aſſenſu fit locus in Regno reuocationi contractus.*

2 *Reuocato contractu alienationis feudi ex defectu aſſenſus, nùm pacta in contractu illo reuocato appoſita, non feudi corpus, ſed contrahentium intereſſe reſpicientia corruant, & n.* 4. 6. 8. 9. 11. *&* 14.

3 *Contractu annullato an omnia acceſſoria corruant, & n.* 10.

5 *Tutor, qui bona ſua obligauit pro obſeruantia contractus pupilli, nulli demùm declarati, an validè dicatur obligatus.*

7 *Vtile per inutile non vitiatur, ſed quid in feudis, ibidem.*

12 *Vendito feudo ſine aſſenſu, ſi venditor euictionem promiſerit an efficacitèr teneatur, Domino caducitatem declarante.*

13 *Contractu alienationis feudi reſoluto ex diſpoſitione* Conſtit. Conſtitutionem Diuæ memoriæ, *an venditor teneatur ad intereſſe ex inobſeruantia pacti, quo ſe aſtrinxit, vt Dominus conſentiret.*

15 *Fructus an veniant cum intereſſe compenſandi, facta per emptorem reuocatione contractus alienationis feudi ob defectum aſſenſus, & n.* 16. 17. 18. 19. *&* 20.

ARGVMENTVM.

Feudi alienatione reuocata, ſicque contractu reſoluto ex diſpoſitione Conſtitutionis, *Conſtitutionem Diuæ memoriæ*, num pacta in contractu illo reuocato appoſita corruant, vel potiùs dicendum eſt illa ſubſiſtere, & in ſuo robore permanere. Emptore reuocante, an pretium cum vſuris ſit reſtituendum, & res cum fructibus; vel potiùs ſit locus compenſationi? & de aliis ad materiam pertinentibus.

CAPVT LXXXIII.

FEVDI alienationem citra Domini Regis noſtri conſenſum ſequutam, poſſe in hoc Regno ab altero ex contrahentibus iure proprio reuocari, cautum eſt in *vulgatiſſima Conſt. Conſtitutionem Diuæ memoriæ.* 1

Sed reuocatur in dubium, facta reuocatione, ſicquè contractu reſoluto, nùm pacta in contractu illo reuocato appoſita, non feudi corpus, ſed contrahentium intereſſe reſpicientia corruant, vel potiùs dicendum eſt, illa ſubſiſtere, & in ſuo robore permanere?

Contingit in præſentiarum de hoc diſputari in cauſa in S.C. vertente inter Illuſt. Dominum Ducem Balneoli, & D. Carolum Campori Tribiſatiarum Baronem, qui cùm Terram Sanctimanghi præfato D. Duci ſine Domini noſtri Regis aſſenſu vendidiſſet, curauit apponi pactum, vt in caſu reuocationis per Dominum Ducem faciendæ fructus cum intereſſe compenſari deberent, & quòd pretium nullatenus venditor ipſe reſtituere cogeretur, ſed pro eo tantùm correſpondere ad rationem trium pro centenario; vnde cùm poſt octo annorum ſpatium Dominus Dux emptor ob defectum aſſenſus reuocaſſet, inſtat hodiè, cogi venditorem ad pretium exburſatum ſibi reſtituendum. Contradicit D. Carolus, & ad id ex vi pacti non teneri contendit. Vndè quid iuris dubitari contingit, verba pacti ſunt hæc:

Et quoniam Terra prædicta reperitur decorata titulo Principatus, & in inſtrumento venditionis illius facta per Ill. Dominum Principem Sanctimanghi ipſi Carolo fuit conuentum, quòd dictus Dominus Princeps infra annos ſex à die dictæ venditionis debeat transferri facere titulum prædictum in aliam Terram, aliàs liceat dicto Carolo elapſis dictis annis ſex, & translatione prædicta non facta, titulum prædictum transferri facere ſumptibus dicti Domini Principis; ideò fuit conuentum, quòd elapſis dictis annis ſex, & non tranſlato titulo prædicto in aliam Terram, liceat dicto Domino Duci illud transferri facere ad expenſas dicti Caroli, quas valeat retinere ex tertiis dictorum annuorum duc. 237. 1. 5. *& ſi reempti reperirentur, illos repetere à d. Carolo.*

Inſupèr quia tam ſuper emptione facta per dictum Carolum,

Carolum, & ſuper præſenti venditione obtineri debeat Regius aſſenſus,qui impetrari non poteſt antè tranſlationem tituli prædicti;propterea fuit conuentum,quòd ſi interim dicta præſens venditio, vt ſuprà facta,reuocaretur per dictum Carolum,dictus Dominus Dux,& eius heredes non teneantur relaxare poſſeſſionem dictæ Terræ,nec cogi poſſit ad illam relaxandam; niſi priùs depoſitatis per dictum Carolum dictis duc.5000. vt ſuprà receptis, & prædictis duc.3750. capitalis debiti per dictam Sacram Domum Spiritus Sancti, non obſtante quòd per dictam domum reſtituti non eſſent. Et in caſu reuocationis fortè faciendæ per ipſum Dominum Ducem emptionis prædictæ, aut per eius heredes, dictus Carolus poſſit retinere prædictos duc.5000. & prædictos duc.3750.ad rationem duc. trium pro centenario, & in vtroque caſu reuocationis, fructus compenſati remaneant cum intereſſe pro toto tempore præterito, vſque in diem reuocationis faciendæ.

3 Pro ratione dubitandi videbatur dicendum, pactum prædictum, ſtante reuocatione per Dominum Ducem facta, prorſus corruere, nullamquè penitus habere ſubſiſtentiam;cùm ſatis ſit vulgatum, vt principali contractu annullato, omnia acceſſoria corruant. *l. non dubium, in 2. par.*vbi Iaſ.& omnes, *C.de legib.l.cùm principalis, ff. de reg.iur.cap.acceſſorium, eodem tit. in 6.*& vtrobiquè Gloſ. iura afferens concordantia,Grat.*conſ.*91.*n.*31.*lib.*1.Ant.Gabr.*comm. concl. lib.*7.*tit.de clauſulis,concl.*10.Iacob.Menoch.*conſ.*559.*num.*2.*&* 19.*lib.*6.& alij.

4 Sed hac dubitandi ratione non obſtante,Ego partes Doctoris Caroli pro viribus tuendo dixi, pactum prædictum iure aliquo non reſiſtente fuiſſe appoſitum,ſicquè omninò fore ſeruandum.

Primò per text.in *l.ſtipulatio iſta,habere licere. verſ. ſed ſi quis, ff.de verb. oblig.* vbi deciditur, quòd ſi quis ad factum alienum præſtandum fidem ſuam aſtrinxerit, pacto adiecto,vt promiſſis non adimpletis,ad pœnam,vel ad intereſſe teneatur,quamuis principalis promiſſio nullius ſit momenti,pœna tamen debetur,& ſi ad principalem facti alieni promiſſionem acceſſoria ſit,ergò.

5 Secundò,& ſtrictiùs noſtram confirmat ſententiam celebris text.*in l.& ſi is 9.C.de prædiis minor.*vbi ſancitum inuenimus,nullam prorſus eſſe alienationem bonorum minoris ſine competentis Iudicis decreto fafactam: verum ſi Tutor,ſiuè Curator, qui ſic contra ius diſtraxit,pro contractus obſeruantia bona propria hypothecæ ſubmiſerit,efficacitèr obligatus remanet: ecce ergò, quòd caſum legis nimis clarum habemus, in quo venditionis contractu annullato, firma remanent acceſſoria. Ratio huius diſpoſitionis à Gloſ. *ibi* aſſignatur,quæ caſum noſtrum determinat; nimirùm quia promiſſio facta à tutore, eſt extra cauſam prohibitionis,ſicquè pupillum non onerat: in caſu, de quo agimus,ideò lex vetat,nè feudum citra Domini conſenſum alienetur,nè commutatio perſonæ vaſalli contra Domini voluntatem obueniat,vndè facta reuocatione, & ſic prouiſo, nè dominicalia iura lædantur, pacta omnia,quæ à contrahentibus fuerunt appoſita, vt non apponerentur, lex illa, quæ feudum diſtrahi vetat,non prohibuit.

6 Tertiò validiùs, cùm negari non poſſit, pactum prædictum eſſe actum ſatis diſtinctum,& à feudi diſtractione ſeparatū, videtur certè,quòd in inſtrumento,in quo illud legitur, duo ſint celebrati contractus, alter venditionis feudi;alter verò,vt in caſu,quo venditio fuerit reſoluta; quia venditor remanet debitor pretij, remaneat pro eo ad fauorem emptoris conſtitutus annuus cenſus;vndè ſi dicamus feudi alienationem inutilem propter defectum aſſenſus, hoc nullo pacto affirmari poteſt reſpectu conſtitutionis annui cenſus, & ſic verſantes nos in actibus prorſus ſeparabilibus,ſuccedit regula, vt vtile, quod eſt promiſſio 7
cenſus,per inutile, quod eſt venditio feudi,non vitietur: ad text.*in l.1.§ ſed ſi mihi,ff.de verb. oblig.* eoque magis cum ſemper interpretatio facienda ſit,vt actus potiùs valeat,quàm pereat;ad text.*in l. quoties, ff. de reb. dub.* & ita in terminis contractus rei feudalis firmat Cannet. *in extrauag. volentes, in quæſt. incip. Et corollariè,fol.*157.*num.*29. quò loci ex communi *Doctorum* ſententia docet, quòd quando diſpoſitiones ſunt diuiduæ,vna diſpoſitio inutilis,aliam,quæ ſuam continet eſſentiam perfectam, vitiare non poteſt; quod ſecus eſſe addit, vbi actus eſſet indiuiduus: de quo loquitur inſignis Camerar. *in cap.Imperialem,fol.* 32.*lit.N.& fol.ſeq.lit.A.*vbi dicit,quòd in feudis vtile per inutile perpetuò vitiatur;loquitur enim de ipſa feudi alienatione, nimirùm ſi illius pars diſtraheretur, vel feudi proprietas retento vſufructu; Roſental. *de feudis, cap.*12. *num.*2. vbi ex Bart. *in l.non dubium, num.*28.*C.de legib.*& Alex. *in conſ.*4. *num.*9. *lib.*1. addit,quò quando vtrumque per ſe ſtare poteſt,quoad ſuos effectus vnius nullitas, alterum inutile non reddet; idémque ſcripſit noſter Georg. *in reper. feudal. cap.*38.*n.*8.*fol.*239.

Quartò, ſuppoſito quòd pactum, de quo agimus, 8
ſit acceſſorium ad feudi alienationem, & quòd non alitèr ſint duo contractus in vno, eódemque inſtrumento, vt modò fuit demonſtratum, Dico perperàm in caſu noſtro affirmari poſſe, vt pacta in dicto contractu adiecta tanquam ad feudi venditionem reſolutam acceſſoria corruant; Etenim opportuna eſſet aſſeueratio hæc, ſi contractus propter defectum formæ annullaretur(formam in contractibus appellamus contrahentium interrogationem præcedentem, & reſponſionem ſubſequentem, ex Bertaz. *de clauſulis, clauſ.4.gloſ.*29.*num.*2.) Secus autem ſi propter defectum materiæ, provt in caſu, de quo agimus:vt quia res,quę fuit diſtracta,diſtrahi prohibebatur,hoc enim caſu, reſoluto contractu principali, quòd acceſſoria non corruant;ex Ang.& Paulo Caſtr. *in l. cùm lex, ff. de fideiuſſor.*probat Mangil.in *ſuo tract. de euict. q.*58. *num.*8.*&* 9. Id quod citra controuerſiam procedit, quando eadem ratio, quæ militat in principali, non militat in acceſſorio, vel quando clauſula acceſſoria de per ſe ſtare poteſt; id quod in caſu noſtro concurrit.

Ratio enim, quæ militat,vt feudi diſtractio annul- 9
letur,quod eſt principale, reſpicit dumtaxat intereſſe Domini;hæc eadē ratio non poteſt militare reſpectu pacti,de quo agimus,quod falsò acceſſorium appellamus, nec ius aliquod reſiſtit; vt de per ſe ſtare non poſſit;ita Bart.*in l.ita ſtipulatus, ff.de verb. oblig. & in l ſi fideiuſſor,ff.de leg.*1.Bald.*in l.non dubium,C.de legib.* Alex.*conſ.*4.*num.*5.*lib.*1.Curt.Iun. *in l.vnica, num.*24. *Cod.quando non petent. part.* Dec. & Cagnol. *in l.cùm principalis,ff.de reg. iur.* & alij penès Ant. Gabr. *commun.concl.lib.*7.*tit.de clauſ.concl.*10.*n.*8.*&* 9. Mangil. *loco proximè cit.n.*20.

Et his ſatis ad rem addo D.Conſ. Arias *lib.2.var.* 10
*reſol.cap.*31.*num.*2. vbi regulam, quæ ſe habet, vt ſublato principali corruat acceſſorium, temperandam eſſe docet, nè illa procedat, quotiès aliquo iure ſpeciali principale tollitur, provt in caſu noſtro ex ſpeciali fauore *Conſtit.Conſtitutionem Diuæ Memoriæ*;nam tunc acceſſorium ſuſtinetur, ad quod probandum allegat text.*in l.fin.§.1.ucius,ff.de condict. indeb.* vbi Iaſ. *num.*9.& in *cit.l.& ſi is 9.C. de prædiis minor.*Fel.*in c. cùm olim,de accuſ.*Aret.*in l.cùm in vna,in fine. ff.de appel.*& Paril. *in conſ.*16. *num.*112. *lib.*2. & ad rem no- 11
ſtram faciunt ſatis, dicta per Camil. de Curt. in *ſuo diuerſ. iuris feud. par.2. cap.5. num.*130. quò loci poſt

Andr.

Andr. & Loffred. quos citat, hæc profert verba: *Dubitatum præterea fuit; quia certum eſt, quòd inſtrumentum, & contractus quilibet initus ſuper re feudali non tenet abſque aſſenſu, an confeſſio ſequuta, & reſultans ex tali inſtrumento, & contractu valeat? & videbatur dicendum, quòd non; quaſi quòd lex ipſum inſtrumentum, & omnia in eo contenta inualidauerit: ſed contrarium eſt verius, vt dicit Loffred. conſ. 44. ante n. 12. verſ. nec obſtat. Hippolyt. ſing. 593. Bar. in l. certi condict. o. §. ſi nummos, ff. ſi cert. pet. & in l. 1. §. ſi quis ità, ff. de verb. oblig.* Andr. noſter *in c. 1. §. & quia, de ſucceſſ. feud.* hæc ille.

12 Quintò corroborantur hæc omnia ex his, quæ magis communitèr dixerunt *Doctores* in promiſſione, quæ in inſtrumento venditionis feudi à venditore facta reperitur; nimirùm vt in caſu euictionis pretium receptum emptori reſtituere cogatur; nam cùm de huius promiſſionis validitate dubitatum eſſet, vbi contingeret, vt Dominus directus feudi caducitatem declararet, ex eo, quòd venditor, & emptor ſcientèr ſuper re feudali aſſenſu non impetrato contraxerunt; quamuis Andr. *in capit. Imperialem, §. Imperator Lotharius*, exiſtimauerit, promiſſionem hanc propter malam fidem emptoris nullius eſſe momenti: attamen contra *Andr.* dubitandum non eſt magis eſſe communem opinionem, quam poſt alios attenta diſpoſitione text. *in l. ſi fundum ſciens, Cod. de euictionibus*, tuetur Cæſar Vrſil. *in addit. ad Afflict. dec. 278. num. 3. verſ. an ſi emptori, an finem*, vbi ſic contra Andr. in *cauſa Comitis Murconis* per S. C. deciſum teſtatur: ſubdens, his non obſtare obiectionem, quæ fit, vt annullato contractu principali, omnia corruant; nam ſingulariſſimè reſpondit, hoc procedere reſpectu Domini feudi, ſecus reſpectu, ſeu intuitu venditoris de fraude participantis; qui cùm euictionem promiſerit, ad promiſſa obnoxius eſſe debet: & vt dicit Curt. *in tract. feudorum*, ab eodem Vrſil. citatus, reſpectu venditoris euictionem promittentis contractus non dicitur nullus, ſed promiſſa per eum ſunt omninò obſeruanda, maximè ſi iuramentum acceſſerit.

13 Sextò, & tandèm noſtram confirmat ſententiam Horatius Montanus, qui in *repet. cap. Imperialem, à num. 199.* excitat quæſtionem, an reſoluto contractu alienationis feudi, ex diſpoſitione *Conſtit. Conſtitutionem Diuæ memoriæ*, teneatur venditor ad intereſſe ex inobſeruantia pacti in inſtrumento adiecti, nimirùm vt quia promiſerat, ſe curaturum, & facturum, quòd Dominus factæ alienationi conſentiret, & per plura, quæ exarat, affirmatiuè concludit, in nihilo obſtante, quòd hæc ſecundaria obligatio promiſſionis *ſe facturum, & curaturum, &c.* ſtet vti acceſſoria ad principalem obligationem, & quòd per hoc annullato principali, corruere debeat acceſſorium, *iuribus in principio allegatis.* Nam ſatis notantèr reſpondet *lit. O.* hoc procedere, vbi eadem ratio annullans principale concurrat in acceſſorio, aliàs ſecùs: allegat Gloſ. *in d. l. & ſi is, C. de prædiis minor.*

14 Item quando pactum, quod in principali contractu apponitur, corpus feudi reſpiceret, ſubdens per hoc, quòd licèt contractus alienationis feudi, ſaluo Domini aſſenſu celebratus, quoad corpus feudi, dum non fuit impetratus aſſenſus, nullus iudicetur, non tamen ſequitur, probat ipſe, vt annullanda ſint acceſſoria, dum (nota) rationes prohibitionis reſpectu corporis feudi, & ſic principalis, deficiunt prorſus in acceſſoriis, in quibus certè Dominus non læditur, ſed vaſallus dumtaxat, qui contraxit. Vide illum, quia doctè loquitur, & meliùs, ac latiùs hæc omnia probat, & exornat in *ſuo lib. controuerſiarum, capit. 15. per totum*, vbi in puncto principali per plura ſatis notabilia ſuſtinet, atquè tuetur, valere pactum in contractu venditionis feudi appoſitum, vt in caſu reuocationis fructus à feudo percepti cum intereſſe pretij ſoluti compenſati intelligantur, ita vt ſequuta demùm reuocatione cum effectu, conuentioni initæ ſit ſtandum; in contrarium allegatis per D. Conſ. Marcian. *conſil. 49. per totum*, ſigillatim reſpondens.

15 Sed in hoc, pro eo, quod ad caſum noſtrum pertinet, non inſiſto; ſumus enim in emptore reuocante, quo caſu, adhùc ſi hoc pactum appoſitum non eſſet, fructus cum intereſſe veniunt de iure compenſandi, nec alitèr aſſeuerandum, pretij ſoluti intereſſe poſſe emptorem prætendere: ea quidèm ſolidiſſima ratione, cùm nulla lege cautum fuiſſe inueniamus, vt reuocato contractu per emptorem teneatur venditor cum pretio recepto illius vſuras exburſare: Etenim *Conſtitutio, Conſtitutionem Diuæ memoriæ*, hoc non diſponit, ſed tantùm alienato feudo ſine aſſenſu præbet contrahentibus facultatem contractum reuocandi.

Et ſi dicas; hoc poſſe probari de iure communi per iura in *l. ſi fundus 13. §. 1. ff. de reb. eor. in l. vtere 14. & in l. ſi prædium 16. Cod. de præd. m. & aliis reb. minor.* quæ ſæpè in hac materia allegantur ad probandũ, vt data nullitate contractus emptionis alicuius rei, pretium ſit reſtituendum cum intereſſe emptori, & res cum fructibus venditori. Reſpondeo, ſatis impertinentèr iura hæc allegari, quando emptor pro contractus nullitate inſtat; Etenim loquuntur in venditore, qui cùm minor eſſet, rem ſuam non ſeruatis ſeruandis alienauit; nam ſi pretium in ſui vtilitatem fuiſſe conuerſum probaretur, volens prædium diſtractum cum fructibus condicere, doli mali exceptione repellitur, ſi cum pretio, quod habuit illius vſuras non offert; Vndè meritò *horum iurium* diſpoſitione attenta fuit ſemper apud Nos iudicatum, vt venditore reuocante teneatur ille pretium cum vſuris reſtituere; conſideratur enim dolus ex parte ipſius venditoris in reuocando, ex quo aſſenſum impetrare potens, illum obtinere non curat, ſed potiùs emptorem à feudo ei vendito expellere; ſicque meritò dolo, & fraude ex ipſius venditoris parte conſideratis, exemplo minoris cogitur pretij recepti vſuras emptori, qui forſan contractui ſtare vult, exburſare.

Hæc omnia non conueniunt, quando emptor reuocat; nam ſi verum eſt, prout veriſſimum, & indubitatum, diſpoſitionem *d. l. ſi fundus, §. 1. l. vtere, & l. ſi prædium*, fundatam eſſe in dolo, & fraude minoris alienantis, ſi dicamus in caſu noſtro, attentis his iuribus, poſſe feudi emptorem non ſolùm pretium, quod ſoluit, recuperare, ſed etiam illius vſuras, quia ex ipſius parte dolus paritèr, & fraus in reuocando conſideratur, ex quo aſſenſum impetrare poſſet, & obtinere non curat; ſequeretur, vt ex dolo proprio beneficium reportaret, quod permitti non debet, cùm ex *vulgatis Regulis*, dolus proprius nemini prodeſſe debeat: fac enim in caſu *dictorum iurium*, emptorem prædij minoris velle à contractu recedere, poſſet nè ille petere, vt cogatur minor pretium, & illius vſuras exburſare, offerens rem cum fructibus perceptis reſtituere? certè non; quia contractum obſeruare tenetur: Fulgoſ. *in l. cùm hi, §. eam tranſactionem, ff. de tranſaction.* Riminal. Iun. *conſ. 199. n. 8. & ſeq.* Matheſ. *ſing. 155.* & alij. 16

17 Quò verò ad alia iura, quæ allegantur pro reſtitutione pretij cum intereſſe, & rei cum fructibus, nimirùm in *l. debet 27.* & in *l. illud 29. ff. de Ædilit. edict.* & in *l. item 9.* vbi Gloſ. *in verb. venditoris, ff. de in diem addict.* nec etiã ad caſũ noſtrũ applicantur: Nam quòd emptor in *d. l. debet*, & in *d. l. illud*, recuperet mancipij

mancipij venditi pretium,ac illius vſuras, fuit ſumma cum ratione ſancitum, nimirùm propter dolum venditoris,qui ſeruum ſciens morboſum, ſiuè vitioſum,pro bono, & ſano doloſè vendidit; vndè vitio, ſiuè morbo detecto, repetit emptor pretium cum vſuris; In text. verò *cit. leg. item 9. ff. de in diem addict.* fuit facta venditio cum pacto, quòd res ſit inempta, ſi intra certum tempus quis meliorem conditionem offerret; vndè adueniente meliori conditione, ex pacto inito poteſt venditor, ſi vult, à contractu recedere, & rem venditam vnà cum fructibus ab emptore perceptis rehabere: addit Gloſ. *in verb. venditori*, ergò è contra venditor ipſe pretium cum vſura reſtituet: benè dicit Gloſ. quia ſi venditor eſt ille, qui vult vt contractus ſuum non ſortiatur effectum, ſicquè cum fundo vendito petit fructus, quos percepit emptor, conſequens eſt, vt reſtituat pretium cum vſuris: id quod ad caſum noſtrum non pertinet, in quo emptor nullo venditoris facto, vel fraude præcedente reuocat,ſed potiùs dolo ſuo ſic à contractu recedens.

18 Quò fit, vt dicamus, meritò Sacrum Conſilium paſſim, emptore reuocante, iudicaſſe, vt fructus cum intereſſe compenſentur,vt per D.Reg.Tap. *deciſ.S.C.*8. vbi poſt diſputatum articulum *num.*20.teſtatur, Sacrum Conſilium in hac materia reſtitutionis rei cum fructibus, & pretij cum intereſſe, pro vero tria habuiſſe.

Primum, diſcrimen aliquod conſtituendum eſſe, quando reuocatio fit à venditore,& quando ab emptore; nam licèt vtrumque reuocare poſſe hodiè non dubitetur, reſpectu tamen emptoris non ita apertè per *Conſtitutionem* permittitur, ſed potiùs ex Prudentum interpretatione; nam non deſunt *Doctores*, & grauiſſimi, qui dixerint,*Conſtitutionem* non loqui de emptore; inter quos Frecc.*de ſubfeud. libro* 2.*in quæſtion.*quæ incipit, *A Regnicolis*, & Anna pater in *d. Conſtitution. Conſtitutionem Diuæ memoriæ, à num.* 255. *vſquè & per tot.*257. Vndè ſi huic noſtrorum Prudentum interpretationi addamus,vt emptor non

19 ſolùm poſſit reuocare, ſed etiam venditorem cogere ad ei ſoluendum vſuras pretij recepti,nouam addimus legi ſcriptæ diſpoſitionem; id quod ad Principem dumtaxat,non autem ad nos priuatos pertinet; ad tradita per DD. *in l.de pretio, ff. de public. in rem action.*

Conſiderauit ſecundo Sacrum Conſilium fraudem ex parte emptoris reuocantis, cùm curam non habuerit impetrandi aſſenſum.

Et tandèm teſtatur,fuiſſe ab aliquibus ex Dominis Conſiliariis conſideratum, nullam eſſe differentiam inter fructuum valorem, & intereſſe; nam licèt apparentèr inferior ſit valor fructuum, re tamen benè perpenſa ſunt æquales,commoditatibus,aliiſquè honoribus feudi conſideratis;iſtamquè ſententiam tuetur pariter Capibl.*de Baron.p.*2.*c.*21.*à n.*14.

20 Nec, quæſo, ſit vnquam pronis auribus audienda reſponſio illa, quam D. Conſ. Marcian. *conſ. cit. col. penult* deciſionibus indè ſequutis tradit, nimirùm vt illæ proceſſerint ex eo,quòd ſuper venditionibus extiterat impetratus aſſenſus per verbum, *fiat*, quamuis demùm per biennij lapſum reſolutus; ſecus verò vbi nunquam modo aliquo impetratus: Etenim cernere non poſſum, quodnam diſcrimen conſtitui poſſit, quando fuit aſſenſus impetratus, ſed demùm ex aliqua cauſa reſolutus, & quando modo aliquo fuit obtentus;immò quòd paria ſint,non eſſe aſſenſum impetratum, vel eſſe, & ipſo iure ex aliqua legali diſpoſitione annullatum, in propriis terminis reuocationis probant Regentes de Pont. & Rouit. ille in *conſ.*5.*n.*85.*lib.*1.iſte in *pragm.*26.*n.*15.*de feud.* poſt inſignem Camerar. *in repetit. capit. Imperialem, fol.*57.*lit.A.cum ſeq.de prohib.feud.alien.per Feder.*

Vndè ex his omnibus pro D. Carolo iudicandum dicebam audactèr,& vnà mecum D. Marius Baldachinus in cauſa collega, Aduocatus doctiſſimus, moribus,ac natalibus præclariſſimus, cui propter ſingularem eius in me beneuolentiam tantū debeo, quantum poſſum.

Hæc occurrunt. Proceſſus eſt in Banca Figliolæ in S.C.prodiitque deciſio iuxta allegata.

SVMMARIVM.

1 *Pœnæ pecuniariæ an veniant in liquidatione fructuum reſtituendorum per emptorem feudi, cuius alienatio per venditorem fuit reuocata,& n.*5.6.11.12.*&* 13.

2 *Valor rei ex reditibus dignoſcitur.*

3 *Fructuum appellatione an veniant pœnæ pecuniariæ, quando proceditur ad venditionem alicuius feudi Regia Curia.*

4 *Releuij in liquidatione an veniant prouentus ex feudi iuriſdictione percepti.*

7 *Rei vendicationis iudicij natura eſt,vt veniant omnes fructus per poſſeſſorem percepti.*

8 *Donatiua an veniant in liquidatione fructuum per emptorem feudi reſtituendorum, reuocato contractu alienationis virtute Conſtitut. Regni*, Conſtitutionem diuæ memoriæ.

*Et quid in munere, quod ſingulis annis Vniuerſitas Baroni præſtitit,n.*9.

*Et quid de eo,quod Baroni ſolutum fuit in recognitionem Cameræ reſeruatæ,n.*10.

14 *Pedagium vbi eſt commune inter duos,poterit vnus collectorem deputare, nè fraudetur.*

15 *Venditione facta cum pacto de retrouendendo,eo expreſſo, vt volente venditore redimere, teneatur ille per duos menſes antè, hoc emptori declarare;facta demùm declaratione,& duobus elapſis menſibus,ſi venditor nihil dixit, an teneatur expectare per alios duos menſes,quādo redimere vult.*

ARGVMENTVM.

Feudi alienatione nulla declarata ob defectum Regij aſſenſus nùm in reſtitutione fructuum facienda venditori veniant prouentus, ſiuè pœnæ pecuniariæ, quas emptor ex iuriſdictione conſequutus eſt? & de aliis ad materiam pertinentibus, vbi ſingularis Annotatio manuſcripta *D. Ioannis Angeli Piſanelli.*

ARGV

CAPVT LXXXIV.

1 FEVDI alienatione, ob defectum Regij aſſenſus, venditore inſtante, nulla declarata, cùm cogatur emptor feudum relaxare, & fructus perceptos reſtituere, pretio, quod ſoluit vnà cum intereſſe ſibi priùs reſtituto, ſcio fuiſſe aliàs dubitatum, an in liquidatione horum fructuum veniant prouentus, ſiuè pœnæ pecuniariæ, quas emptor ipſe, & poſſeſſor ex iuriſdictione conſequutus fuit?

Dubium faciebant contra venditorem geminatæ deciſiones per Regiam Cameram factæ in ven-
2 ditionibus Terrarum domanialium; nam cùm pro ſciendo iuſto valore rei, quæ venditur, neceſſario ſint liquidandi eiuſdem rei fructus, ſiuè reditus, *l. ſi quis, C. de reſcind. vendit. l. ſi fundum 94. ff. de leg. 1. & l. ſi fundus, ff. de reb. eor.* Io. de Plat. *in l. 2. n. 2. verſ. & nota hunc text. Cod. de prædiis, & aliis reb. nauicular. libro 11.* dicebat Fiſcus, quòd in liquidatione fructuum ſubintrabant prouentus, tanquam fructus iuriſdictionis.

3 Sed contrarium fuit per Regiam Cameram deciſum, nimirùm quòd appellatione *fructuum* hi prouentus non veniebant, idque non ſolùm in liquidatione pretij feudi, quod venditur, ſed etiam vbi con-
4 tingit feudatarium mori; vt in liquidatione fructuum pro ſoluendo Releuio Regiæ Curiæ, nec etiam hi prouentus veniant; ita ſemel, atque iterum determinatum refert Reg. Moles *deciſ. 9.* in meis, in *tit. de iure Releuij*, Reg. Conſtant. *in l. 1. n. 67. & ſeq. C. pænis fiſcal. credit. præfer.* & alij ex Noſtratibus.

5 At Ego in caſu propoſito contrariam amplexus fui ſententiam, nec deciſiones hæ vim aliquam mihi fecerunt; habent enim particulares rationes, quæ ad caſum noſtrum applicantur: nam quòd in liquidatione redituum pro ſciendo iuſto feudi valore hi prouentus non veniant, facit ratio euidens; quia prouentus, fructus ſunt incerti, & ſemper inæquales, quòd proindè ſuper illis nulla poteſt cadere liquidatio; & quòd non veniant in liquidatione Releuij, fuit ſumma cum ratione decretum; nam cùm prouentus fructus ſint iuriſdictionis, hæc iuriſdictio, quando feudum à Rege venditur cum vaſallis, ſemper intelligitur gratioſè conceſſa, abſque quòd alicui oneri remaneat obnoxia; vt benè vtrumque declarat idem Reg. Moles *loco citato*.

6 Quarè in caſu, de quo nos agimus, quod in liquidatione fructuum venditori reuocanti reſtituendorum veniant etiam prouentus, ſiuè pœnæ pecuniariæ, quas emptor percepit, conſidero *Primò*, hoc iudicium reuocationis eſſe illud idem rei vendicatio-
7 nis, vt notat D. de Franch. *deciſ. 172. n. 12.* cuius natura eſt, vt veniant omnes fructus, quos actor vendicans habiturus erat: hic eſt text. in *l. præterea, ff. de rei vendicat.*

8 Et quamuis in *deciſione modò relata* fuerit dictum, in hoc iudicio non venire donatiua, quæ nouus emptor, & Dominus à vaſallis ratione iucundi aduentus aſſequutus fuit; quod affirmaui pariter & Ego *libro 1. capit. 125.* & Pellic. ad *Conſuetud. Auerſ. cap. 8. numer. 237.* nec non & ſubuentiones, quas habuit pro emenda Terra, ſiuè pro filia maritanda, in terminis *Conſtit. Quamplurium*; ex eo fuit ſic deciſum, quia venditor horum neutrum conſequi potuiſſet, vt nimis clarè loquitur idem de Franch. *loco cit.* qui pro-
9 indè ſubdit, contrarium fuiſſe determinatum, vt nimirum veniat in reſtitutione fructuum munus vniforme, quod ſingulis annis Vniuerſitas nouo Baroni ſoluit, quia illud idem primo Domino feudi venditori ſolutum fuiſſet. Et ex eadem ratione, memini, olim D. Reg. Brancia Feudiſtam doctiſſimum mihi 10
dixiſſe, ipſo referente, Sacrum Conſilium aliàs iudicaſſe, vt in reſtitutione fructuum veniat etiam id quod ſoluit Vniuerſitas nouo Domino in recognitionem, quia nominauit eam in Cameram reſeruatam, quia hoc etiam fieri poterat à primo Domino.

Et in terminis, quòd appellatione *fructuum*, ve- 11
niant pœnæ pecuniariæ, inueni in caſu forſan maioris conſiderationis Sacrum Conſilium iudicaſſe: nam cùm venditum eſſet feudum cum pacto de retrouendendo ad rationem decem pro centenario, eo inſerto pacto, quòd ſi fructus non ſufficerent, ſicque ad ſummam determinatam ad dictam rationem non aſcenderent, quòd teneretur venditor ex aliis ſuis introitibus ſupplere; prætendente demùm emptore, quòd fructus verè ſummam conſtitutam non importabant: è contra dicebat venditor, quòd computatis pœnis pecuniariis erant ſufficientes; & cùm ſuper hoc eſſet inter Partes diſceptatum, fuit pro venditore deciſum, non obſtante pacto appoſito, quòd prouentus cederent pro Officialis prouiſione, & ſalario, ſic atteſtante Magno illo Iureconſulto, & cauſarum patrono D. Ioanne Angelo Piſanello in *quadam eius annotatione propria ſua manu ſcripta*, quam habeo, & per hæc verba, & eſt 12. *ſuorum notabilium*.

Ieſus, Maria.

Solemus practicare multùm emptiones feudo- 12
rum cum pacto de retrouendendo: euenit caſus, quòd quidam Baro habens tria Caſtra, vendidit vnum ad rationem decem pro centenario, & quòd prouentus iuriſdictionis cederent pro Officialis prouiſione, & ſalario; & quòd ſi fructus non ſufficerent, nec aſcenderent ad ſummam determinatam ad dictam rationem, teneretur venditor ſupplere ſuper aliis ſuis introitibus. Fuit orta differentia poſt traditam poſſeſſionem Caſtri; quia dicebat venditor, quòd prouentus vltra prouiſionem debebant computari in numero fructuum: Item quòd ipſe intendebat deputare vnum, qui aſſiſteret circa recollectionem fructuum, ad finem, nè fraudaretur, & cùm ambo eſſent mei amici, & clientes, in me compromiſerunt; & diſcuſſis rationibus, quæ per ambas partes allegabantur, fuit mihi viſum, quòd ex quo pœnæ ſunt fructus iuriſdictionis, vt eſt deciſio Bart. 13
in l. ſi. ff. ſolut. matrim. poſuit Iacob. in *ſua inueſtitura, in verb. Marchio, col. 3.* & in *verb. de Caſtro, col. 3.* Deci. *conſ. 4. col. 2.* quòd deductis expenſis, & ſalario pro conſueta prouiſione ſolita dari Officialibus, omne illud, quod vltra fuiſſet perceptum, deberet computari in numero fructuum: & hanc determinationem collegi ex Bonifacij VIII. *extrauag. poſita ſub tit. de decimis, in extrauagant. commun. in verſ. de his quoquè, quæ conſiſtunt*, ſecundùm quam ita me aduocante determinatum fuit in Sac. Conſil. inter Magnificum Marium Loffredum, & Magnificam Hippolytam Carafa ſuper Terra Caſſani.

Ad aliud dubium ſimilitèr dixi, licere dicto ven- 14
ditori deputare vnum pro ſuo intereſſe, nè decipiatur: hoc collegi ex ſimili quæſtione de eo, qui debet habere decimam; prout iudicatum fuiſſe teſtatur Iacobin. poſt Ang. *in d. verb. de Caſtro, col. 2.* ibi, *quæro vtrum tempore guerræ*: proptereà Chriſtophor. de Caſtellione conſuluit, quòd ſi pedagium erat commune inter duos, poteſt vnus deputare collectorem, ne fraudetur in eo, quod ad eum tangit: dicens plus, non poſſe

per vnum vendi in ſui præindicium abſque eius ſcientia, vt patet inter conſilia Bald. in 1. *vol.* ſecundùm *antiquam ſtampam, num.* 87. incipit, *Quæritur, an Dominus Spineſa,* & ſequitur Bal. *in ſeq. conſ.* & eſt in *noua ſtampa, in* 2. *vol. n.* 210. Et cùm incidiſſet dubium, cuius expenſis? dixi, quòd expenſis venditoris, vt tenet Chriſtophor. *in d. conſ.* vbi in ſpecie loquitur, &
15 quia aderat pactum, quòd venditor per duos menſes antè, debuiſſet requirere emptorem, & declarare, quòd volebat redimere, ſi facta requiſitione, & declaratione, adueniente lapſu duorum menſium ipſe emptor dixit ſe paratum reuendere, & venditor nihil dixit, quod ſi demùm venditor offerret pecuniam, dixi, quòd ſtante mora venditoris differentis ſoluere, quòd erat danda noua dilatio emptori ad retrouendendum, & ſic erat expectandum per alios duos menſes: hanc determinationem collegi ex text. *in l. ſi per emptorem, §. quòd ſi fundum*, cum declaratione Paul. Caſtrenſ. *ibi, ff. de action. empt.* & ita iudicaui, & ſeruatum fuit in omnibus ſupradictis dubiis.

Io. Angelus Piſanellus.

SVMMARIVM.

1 *Feudatario defuncto cum feudo nouo, filij ſecundogeniti conſequuntur à primo, qui in feudo ſucceſſit partem pretij in illo feudo per patrem communem erogati,*

Sed qua actione, num. 2.

Et quid ſi omnes filij à patre fuerint diuiſim hæredes inſtituti, n. 3. 4. 5. *&* 15.

6 *Ratio quæ ſit, vt filij ſecundogeniti conſequantur partem pretij à communi patre in feudi emptione erogati.*

7 *Collatio inter fratres ceſſat, vbi pater illam prohibuit.*

Sed an tacitè prohiberi poſſit, n. 8.

Et quæ ſint coniecturæ, quòd pater voluerit prohibere, n. 9. 10. 11. 12. 13. *&* 14.

16 *Conſuetudo eſt ſtricti iuris, & tantum habet de potentia, quantum habet de vſu.*

ARGVMENTVM.

Feudi noui pretium, quod in Regno ex conſuetudine iudicandi venit conferendùm inter omnes defuncti feudatarij filios, & hæredes vniuerſales, nùm ſit pariter conferendum, quando pater, qui feudum emit, filium primogenitum in illo hæredem inſtituit, ſecundogenitos verò in allodio, facta bonorum diuiſione, & aſſignata vnicuique ſua portione, prout ſibi viſum fuit.

CAPVT LXXXV.

FEVDVM vbi à patre emptum fuiſſe conſtat, eo mortuo, pretij erogati partem filiis ſecundogenitis competere, eſt hodiè in Regno citra controuerſiam; & hoc non alia actione, niſi iure collationis, ex conſuetudine præſcripta ſic in Regno iudicandi, quæ ſumpſit originem à vulgatiſſima theorica Andr. *in cap. Imperialem, §. præterea Ducatus, à num.* 19. *in addit. de prohib. feud. alien. per Frider.* non quòd in Regno lex aliqua vigeat, quæ primogenitum, qui in feudo ſucceſſit nouo, ad id hac, vel alia actione teneri mandet, vt benè poſt Antiquos, & Recentiores obſeruarunt Minad. *in Conſt. In aliquibus, in rubr. num.* 30. Loffr. in *eodem §. præterea Ducatus.* Ann. filius *conſ.* 26. *n.* 10. Montan. *in repet. prælit. § præterea Ducatus, num.* 128. *in princip. & in fin. & num.* 131. & Reg. Rouit. aliis omiſſis, *deciſ.* 38. 1
quò loci reſpectu actionis dicit, quòd quamuis pro maiori parte Votantium in *illa cauſa* fuerit habitum pro vero, quòd hæc pars pretij in feudis nouis nullo pacto collationis iure deberi poſſit, ex quo termini verè repugnant, & quòd *Andr.* loquutus fuerit impropriè, attamen quia Maiores noſtri ſemper hanc *Andr.* theoricam ſequuti fuere, quòd ſcilicèt debeatur hæc pars pretij iure collationis, & non alia actione, nullo pacto eſt ab ea recedendum, licèt dicamus, fundatam eſſe illam in errore iuris manifeſto: nam, vt dicit Rouit. ex *vulgatis regulis*, communis error facit ius. 2

Hac ſuppoſita concluſione, reuocatur in dubium, an illa procedat, quando filij à communi patre fuerint diuiſim in teſtamento hæredes inſtituti, ſicque certa portione vnicuique aſſignata, v. g. ſi pater dixerit: Petrum filium meum primogenitum in feudo per me empto hæredem inſtituo, Alexandrum autem filium meum ſecundogenitum in bonis ſitis in tali loco hæredem facio, & Carolum filium tertiogenitum ſuper annuis introitibus mihi per Paulum debitis vnà cum eorum ſorte hæredem nomino: an, inquam, hoc caſu poſſint Alexander, & Carolus ſecundogeniti, & hæredes in certis nominatis corporibus à Petro fratre primogenito partem pretij in feudi emptionem à communi patre erogati petere, & obtinere? 3

Contigit aliàs de hoc dubitari in S. C. in cauſa vertente inter Euariſtam Furietti, & Baronem Franciſcum eius fratrem primogenitum, quos cùm vnà cum duobus aliis filiis, Troiano ſcilicèt, & Lanfranco communis pater Aurelius diuiſim hæredes inſtituiſſet, ſicque vnumquemque in certis nominatis corporibus, videlicèt, Franciſcum filium primogenitum in feudo Valenzani, bonis mobilibus, auro, argento, & gemmis, in domo exiſtentibus, in duc. 30. mil. implicatis in emptionem tot annuorum introituum ſuper gabellis Vniuerſitatis Terræ Martinæ, ac etiam in domo palatiata exiſtente in Ciuitate Bari: Troianum, & Euariſtam inſimul ſuper domibus, iuribus, actionibus, ac integro ſtatu illarum exiſtentibus in hac Ciuitate, & Lanfrancum ſuper ſtabilibus, & annuis reditibus ſitis in Ciuitate, & Comitatu Bergomi, ac ſuper functionibus fiſcalibus ann. duc. 2300. ſuper diuerſis Terris Prouinciæ Terræ Bari. Poſt tot annorum ſpatium, & geminatas paternæ diſpoſitionis approbationes, inſurrexit Euariſta, neſcio certè, quo ſuadente ſpiritu, & mediante ſupplicatione in S. C. porrecta, petiit à Franciſco 4

fratrè

fratre ſuo primogenito quartam partem pretij à communi patre in emptionem Terræ prædictæ Valenzani erogati, ad illámque admitti inſtantiſſimè rogabat: contradicebat Baro Franciſcus: vndè dubitatum fuit quid iuris?

5 Ego, qui partes Domini Baronis rei conuenti toto corde tuebar, quòd hæc actoris Euariſtæ prætenſio eſſet merè ſomnium vigilantium, ratione, & authoritate probaui.

Ratione & *Primo*, cùm hæc conſuetudo iudicandi, vt pretium à communi patre in feudi emptionem erogatum inter omnes filios æquis portionibus diuidatur, primogeniti perſona connumerata (& hoc ſat eſſet ad occurrentem controuerſiam terminandam) nullo vnquam tempore fuerit practicata, niſi mortuo patre ab inteſtato, vel ex teſtamento, vbi fuerint omnes filij vniuerſalitèr inſtituti hæredes, nulla bonorum facta à patre particulari diuiſione; in quibus ſanè terminis loquitur Afflict. *in d. §. præterea Ducatus, numer.* 27. Quando autem pater filium primogenitum in feudo, quod emit, inſtituit hæredem; ſecundogenitos verò in allodio, aſſignata vnicuique eius portione, per tot ſecula iam elapſa poſt tempus *Andr.* non legimus, nec audiuimus, ſecundogenitos hanc habuiſſe prætenſionem; & tamen eſt caſus, qui in dies contingit: nam nec anni tempus in hoc Regno labitur, in quo feudatarij ſic diſponentes non moriantur, & in hac Ciuitate ex tot inſignibus Feudiſtis, qui ſcripſerunt, nemo hoc pro ſecundogenitis attentare auſus fuit.

6 Et quòd hoc ſit verum, adeò vt à Peritis controuerti non poſſit; inueſtigemus, quæſo, rationem, quæ à Noſtratibus aſſignatur, quarè ſecundogeniti conſequi debeant partem pretij à communi patre in feudi emptionem erogati? Ea enim communitèr aſſignatur, quia ſi non eſſet pecunia illa erogata in emptionem feudi, poſt patris mortem reperiretur in patrimonio burgenſatico, & vt aliqui aiunt, in arca, in eáque non ſolùm primogenitus, ſed omnes filij æquis portionibus ſuccederent; vndè cùm iam reperiatur conſumpta in emptione feudi, quod ex lege Francorum vti indiuiſibile ad ſolum primogenitum peruenit, iuſtum & conueniens eſt, quòd dum non poteſt diuidi feudum, communicet frater primogenitus cum ſecundogenitis æſtimationẽ illius: ita ſanè ſcripſerunt

Afflict. *loco ſuprà cit.*

Marin. Frec. *de ſubfeud. lib.* 3. *in tit. de differ. inter feudum ex pacto, & hæredit. in* 33. *differ. fol. mihi* 458. *verſ. ſicut ſi pecunia.*

Franc. de Amic. *de feud. in tit. de his, qui feud. dar. poſſ. fol.* 97. *in cap.* quod incipit, *Et ratio iſtius, in fine.*

Marcell. de Maur. *alleg.* 52. *n.* 4.

Camill. de Medic. *conſ.* 124. *num.* 8. & *ibid.*

D. Reg. Capyc. Galeota *in addit. in pr.* & alij, quibus addo

Aluar. Valaſc. ſic in terminis indiuiſibilis emphyteuſis iuxta Luſitanas ſanctiones loquentem in *praxi partit. & collat. cap.* 13. *n.* 102.

Hac ratione ſuppoſita, qua mediante omnes filij partem pretij aſſequuntur; ſequitur neceſſariò dicendum, vt tunc ſecundogenitus pretij partem petere poſſit, vel quando moritur pater ab inteſtato, vel ex teſtamento, inſtitutis omnibus filiis hæredibus vniuerſalitèr, nulla bonorum facta particulari diuiſione; nam in his dumtaxat caſibus, ſicut ratiocinatur Afflict. *loco citato*, poteſt dicere ſecundogenitus, ſi pecunia non eſſet erogata à patre meo in emptione feudi, reperiretur in arca, & in ea ita ſuccederem ego, ſicut & frater meus primogenitus.

Quando autem pater in teſtamento inæqualitèr filios inſtituit hæredes, vel cuilibet, inſtituto primogenito in feudo certam bonorum allodialium aſſignat portionem, nullo pacto partem pretij petere poterunt, quia ceſſat ratio, propter quam pretium venit inter omnes conferendum: nam ſi ratio eſt illa, quia ſi non eſſet pecunia erogata in emptione feudi, omnes in illa ſuccederent; quando pater facit teſtamentum, & filios inæqualitèr inſtituit hæredes, nemo affirmare poterit, quòd omnes filij ſucceſſiſſent æqualitèr in illa pecunia, quia conſtat iam de contraria voluntate patris teſtantis.

Quarè neceſſariò eſt concludendum, verè rationem illam, propter quam pretium confertur, & inter omnes filios æquis portionibus diuiditur, locum habere non poſſe; niſi mortuo patre ab inteſtato, vel ex teſtamento, inſtitutis omnibus filiis vniuerſalitèr hæredibus, nullâ bonorum facta diuiſione.

Cùm autem in caſu, de quo hic ſermo habetur, Euariſta fuerit ab Aurelio patre tantummodo inſtitutus hæres in domibus in hac Ciuitate exiſtentibus, in vanũ certe laborabat, petendo à Barone fratre quartam partem pretij Terræ Valenzani; quia certum eſt ex voluntate patris teſtantis, quòd ſi pecunia, quæ fuit erogata in emptione feudi prædicti reperta eſſet in arca, non aliter præfatus Euariſta in illius parte aliqua ſucceſſiſſet, dum eius pater voluit, vt eſſet ille contentus de certis dumtaxat corporibus, hìc Neapoli exiſtentibus.

Secundò, fratris primogeniti iuſtitia in caſu propoſito ex alio in tuto reddebatur; diximus enim in principio, & pro indubitato, licèt contra iuris regulas, ſuppoſuimus, quòd hæc pars pretij non alia actione peti poſſit, quàm iure collationis, ex quo ſic Noſtrates *Andr.* theoricam *in d. §. præterea Ducatus,* inſequuti fuere; nunc addimus, axioma hoc intelligendum eſſe, dummodò non conſtet de contraria voluntate patris, collationem nimirùm prohibentis; Etenim ceſſat prorſus collatio, quotiès pater illam prohibuerit, & non ſolum expreſsè, ad text. *in auth. ex teſtamento, C. de collat.* ſed etiam tacitè ex præſumpta illius mente, ſiuè ex probabilibus coniecturis; vt habetur *in l. ex parte, §. inteſtato, ff. famil. erciſcund.* & indiuidualitèr poſt *Bald. & Socin.* quos allegant, ſcripſerunt 7 8

Cephal. *conſ.* 183. *n.* 6. *lib.* 2.

Dec. *conſ.* 59. *n.* 2. *verſ. ſed tamen diligenter.*

Crauet. *conſ.* 85. *n.* 8. & 125. *n.* 5.

Decian. *reſp.* 22. *num.* 15. *vol.* 2. ibi, *Tertiò collationis materia recipit declarationem, & interpretationem à voluntate patris, ſi appareat de voluntate eius, de cuius bonis agitur; nam etiam ſi ſumus in caſibus, in quibus debet fieri collatio, illa tamen ceſſat, ſi appareat de voluntate etiam coniecturata patris, quòd noluerit conferri.*

Craſſ. *lib.* 2. *recept. ſentent. in artic. collatio bonorum, quæſt.* 3. *num.* 2.

Ant. Gamma *dec. Luſit.* 33. *n.* 12. vbi poſt *Dec.* teſtatur de communi, & his addo

Caſſan. relatum ab Ariſm. Tepat. *lib.* 2. *tit.* 642. *c.* 5. *in princ.* & Mangil. *tract. de imputat. quæſt.* 19. *num.* 5. euidens enim dicitur voluntas, quæ ex coniecturis deducitur, *l. licèt Imperator* 76. vbi Iaſ. *ff. de leg.* 1. latè Molin. *de Hiſpan. primog. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 39. & *ſeq.* & Petr. de Salazar *de vſu, & conſuet. cap.* 12. *num.* 69. vbi poſt Gloſ. Bald. & Ang. *in l. prætor, in princip. ff. de noui oper. nunc.* dicit, pro expreſſo haberi, quòd ex mente poteſt colligi, & euidenter apparere, quod ex legitimis coniecturis apparet; Afflict. *dec.* 44. *n.* 15. Franch. *deciſ.* 15. coniectura probabilis, & præſumpta mens patris, quòd voluerit collationem prohibere, illa communitèr recipitur, nimirùm quando pater voluit, vt inter liberos non ſeruetur æqualitas, nam cùm collatio non ad alium finem à legibus ſit introdu- 9

ſta, niſi ratione æqualitas inter liberos ſeruandæ, ac diſcordiæ, & inuidiæ inter eoſdem euitandæ, *l. vt liberis, & l. illud, Cod. de collat.* ceſſat prorſus argumentum Dec. *loco citato, verſ. tertio loco hoc comprobatur,* quotiès pater voluit, vt ſeruetur inæqualitas à ceſſante ratione; & hoc erit, quando pater in teſtamento bona ſua diuiſit, plus vni, quam alteri dando, provt in caſu, de quo agebatur: nam Aurelius pater non alitèr contentus extitit Franciſcum filium primogenitum in feudo tantùm hæredem inſtituere, ſed etiam in tot aliis bonis mobilibus, auro, argento, & gemmis, in Caſtro ſuæ habitationis exiſtentibus, bonis ſtabilibus, & annuis introitibus, in longè maiori ſumma illum meliorando, provt in teſtamento legitur, Euariſtam autem inſimul cum Troiano in domibus dumtaxat hic Neap. exiſtentibus; ergò ſic diuidendo clarè colligitur mens patris, quamlibet collationem prohibentis, ſed quòd vnuſquiſque ſua portione contentus eſſe deberet. Videatur & omninò vltra DD. nuper citatos,

Socin. ſen. *conſ.* 127. *per tot. n.* 14. præſertim ſub illis verbis: *Item patet, quia ſingularitèr diuiſit multa alia bona: facit ad hoc, quod habetur in d. §. inteſtato, cum Gloſ. ex quibus conſtat, quòd teſtator voluit, filios eſſe inæquales, & non æquales; vndè non poſſumus dicere, quòd fiat collatio ratione æqualitatis ſeruandæ, iuxta l. vt liberis, & in l. illud, in fin. C. de collat. quia hoc eſſet contra mentem teſtatoris, &c.* idémque ſcripſerunt

Dec. *citato conſ.* 59. quod eſt attentè legendum.

Didacus Caſtelli *in l.* 26. *Tauri, gl.* 1. *n.* 1.

Roder. Suar. *in repet. l. quoniam in prioribus, q.* 5. *n.* 9. *C. de inoff. teſtam.*

Parlador. *different. quotid. differ.* 150. §. 1. *n.* 9.

Fachin. poſt alios, quos citat *contr족. lib.* 5. *contron.* 78. *in fine,*

Et his addo Io. Vinc. de Anna *ſing.* 94. vbi ſic per S.C. deciſum teſtatur.

Et Griuel. *deciſ.* 139. *à n.* 16.

10 Tertiò, in propria materia noſtra, quòd collatio pretij in feudi emptione à communi patre exburſati ex mente, & coniecturis prohibita dicatur, reſponderunt Io. Franc. de Ponte, & Marcell. de Mauro, provt videre eſt in eius *alleg.* 52. *à num.* 6. *ad finem,* vbi ambo conſuluerunt, prohibitam *Primò* cenſeri collationem pretij in feudi emptione erogati, quotiès pater, qui emit, inſtituendo primogenitum in feudo, & ſecundogenitos in allodio, in principio teſtamenti dixerit, quòd volebat de bonis ſuis diſponere, & ſalubritèr ordinare, nè inter hæredes, & ſucceſſores poſt eius obitum diſcordia aliqua oriretur. Vel & *ſecundò,* vbi prohibuerit defalcari Falcidiam, ſeù Trebellianicam, aut aliquid pro debito bonorum ſubſidio: In vnoquoque enim iſtorum caſuum firmarunt præcitati DD. quòd non ſolùm tacitè, ſed etiam expreſsè pretij collatio prohibita cenſetur, cùm nimis clarè conſtet de mente, & voluntate patris volentis, vt filiorum vnuſquiſque ſit ſua portione contentus, ſic enim eius voluntas redditur indubitabilis; nam ſi ſecundogeniti pro collatione inſtarent, oriretur inter fratres inuidia, & permitteretur detractio, vtrumque à patre in teſtamento prohibitum. Hoc ſanè conſilium inſequutus fuit Aurelius iſtorum litigantium communis pater; nam in principio teſtamenti non ſolùm dixit, quòd volebat de bonis ſuis ſalubritèr diſponere, & ordinare, nè poſt eius mortem inter hæredes, & ſucceſſores ſuos aliqua oriretur, vel oriri poſſet diſcordia, ſed etiam verbis ſatis apertis prohibuit detrahi, ſeù aliquid defalcari ratione falcidiæ, Trebellianicæ, aut pro debito bonorum ſubſidio, nec (nota) pro aliqua quauis cauſa; vndè non erat vlteriùs de eius voluntate dubitandum.

Et magis in puncto in articulo, de quo agimus, 11 indiuidualitèr hanc, quam Ego tueor, ſententiam amplexus fuit doctus Iureconſultus Læl. Caput. *in comment. ad Conſuet. noſtram exordientem, Si moriatur, par.* 2. §. 8. *per totum num.* 11. *fol.* 239. quò loci attenta theorica Andr. *in d. §. præterea Ducatus,* firmat verbis expreſſis, ceſſare prorſus collationem, quando pater, qui feudum emit, de burgenſaticis non itadiſpoſuit æqualiter, vt veriſimilitèr iudicari, & præſumi poſſit, quòd eius voluntas fuerit, velle, inter filios æqualitatem ſeruari; & quòd tunc ex teſtamento collatio locum habere poteſt, quando filij ſecundogeniti ex intentione patris teſtatoris ſunt vocati ad omnia bona vniuerſalitèr, quo caſu cum voluerit pater ipſe, inter liberos æqualitatem ſeruari in omnibus bonis, præſumptio eſt, quòd voluerit ſimilitèr, vt pretium, quod in feudi emptione erogauit, conferatur: vide illum, quia doctè loquitur.

Vltimò, ius bonum, quod in hoc articulo foue- 12 bat primogenitus, rerum iudicatarum authoritate confirmatur. Nam quòd nullo pacto ſit locus collationi partis pretij, quotiès ſecundogeniti eſſent inſtituti hæredes in allodio, primogenitus verò in illo feudo, cuius pretij collatio petitur, iudicauit Sacrum Conſilium in cauſa filiorum ſecundogenitorum Michaëlis Ieſualdi cum primogenito; ſic atteſtante Dom. Regente Reuerterio, longè poſt hæc à me ſcripta viſo, *in ſuis deciſionibus manuſcriptis deciſ.* 13. *circa finem, libro* 2. & per hæc notabilia verba: *Licèt omnes Domini de Sacro Conſilio tenuerint, provt aliàs fuit votatum in fauorem Domini Fabij, tamen non aperuerunt ſupradictam difficultatem, immò pro hac ratione ſatis dubia in fauorem dicti Fabij votauerunt, & cum alia ratione ſequenti, nimirùm, quia Dom. Michaël in ſuo teſtamento inſtituit hæredem in omnibus bonis feudalibus Dominum Fabium eius primogenitum, & ſignantèr in Terris Peſch: Pagani, & alterius Caſtri, videlicèt Rubi, & in bonis burgenſaticis inſtituit hæredes omnes tres fratres: ex hac autem hæredum inſtitutione conſtat de voluntate Domini Michaëlis excludere alios filios à parte pretij dictarum functionum fiſcalium, poſtquàm Fabiũ hæredem inſtituit in omnibus bonis feudalibus, & alios in burgenſaticis, & diſpoſuit de ſuo patrimonio, provt ius diſponit, vt in feudalibus, in quibus iure Francorum viuitur, ſuccedat primogenitus, iuxta Conſtitutionem Regni, Vt de ſucceſſionibus: in aliis verò bonis burgenſaticis ſuccedant omnes pro æqualibus portionibus, non enim ſunt grauati alij filij, poſtquàm à patre in burgenſaticis inſtituti fuere, & Fabius in omnibus feudalibus; ideò ex eo, quòd Fabius fuit inſtitutus in omnibus feudalibus, oportet dicere, quòd pater voluit excludere alios fratres à parte pretij; aliàs non eſſet inſtitutus in omnibus feudalibus, quia ſoluendo partem pretij aliis fratribus, non haberet in effectu omnia bona feudalia, quod eſſet expreſsè contra mentem teſtatoris.*

Et ſi mihi diceretur, licèt de iure antiquo collatio non habebat locum, quando quis ſuccedebat ex teſtamento, ſed ſolùm quando ab inteſtato, vt eſt text. in l. 1. *C. de collation. hodiè verò habet locum, tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato, niſi expreſsè per teſtatorem ſit prohibita collatio. vt eſt text. in auth. ex teſtamento, eodem tit. Sed in caſu noſtro non apparet, quòd dictus Michaël in ſuo teſtamento prohibuerit collationem, ergò debet habere locum, non obſtante inſtitutione facta.*

Quia reſpondeo, quòd ſufficit prohibitio expreſſa ver- 13 *bis generalibus, & non requiritur expreſſa verbis ſpecialibus, ſeù in indiuiduo, provt habetur in gloſ. in l. fin. C. quod cum eo: quòd expreſſum dicitur triplicitèr, vt per Bart. in l.* 1. *ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. vbi Aret. & omnes Moderni, idem Aret. in l. cum, qui. ff. ſi cert. pet. & in l. illud, ff. de acquir. hæred. in quibus duobus vltimis locis*

declara

declarat, quomodò dicatur expreſſum illud, quod ſuprà dixi: magis expreſsè confirmatur ex notatis per Ang. in l. Centurio, ff. de vulg. & pupill. vbi dicit, quòd licèt tex. in §. ſi verum expreſſum, in auth. de hæredib. & falcid. dicat, quod teſtator poteſt prohibere falcidiam, ſi hoc expreſsè dicat, ſi tamen diceret teſtator in ſuo teſtamento, Mando hæredi reſtituere Titio totam hæreditatem, ex his verbis cenſetur prohibita detractio Trebellianica, ſeù falcidia; & tamen non eſt prohibita verbis ſpecialibus, ſed benè verbis generalibus; quod ſufficit, vt ibi latè per Aret. qui tenet hanc opinionem, & ſubtiliter diſcutit ibi num. 10.

14 *Ità eſt in caſu noſtro, quòd per verba ſuprà adducta inſtitutionis omnium bonorum feudalium cenſeatur prohibita ſaltem verbis generalibus detractio falcidiæ.*

Et tantò magis eſt amplectenda iſta opinio, cùm opinio Andr. in repet. cap. Imperialem, §. prætereà Ducatus, num. 29. in 2. addit. eſt ſatis dubia, vt latiſſimè ibi ad partes eam diſputat Camer. quæ licèt in iudiciis ſit acceptata, Ego tamen in puncto iuris, & de eius rigore cum ea non procederem, ſed potiùs ex quadam æquitate, vt filij ſecundogeniti, qui ſunt excluſi à ſucceſſione feudi, in quo ſolùm primogenitus ſuccedit, quando in eo iure Francorum viuitur, ideò voluit æquitas, ex qua mouetur Andr. vbi ſuprà, vt aliquam partem pretij, quo feudum nouum fuit emptum, haberent ſecundogeniti; quia ſi emptum non fuiſſet, hoc pretium reperiſſent in hæreditate, in qua omnes ſuccederent, quæ æquitas in caſu noſtro ceſſat, quia iam ipſi in burgenſatico hæredes inſtituti fuerunt. Hæc ille Dom. Reg. Reuert.

15 Vndè ex his omnibus credo, ratione, & authoritate fuiſſe plenè fundatum, conſuetudinem iudicandi, vt pretium feudi noui inter omnes filios æquis portionibus diuidatur, iuxta theoricam Andr. in ſæpè *citato §. prætereà Ducatus. num. 39. & ſeq.* non fuiſſe practicatam, niſi defuncto patre acquiſitore ab inteſtato, vel ex teſtamento, quotiès filij omnes vniuerſaliter fuiſſent inſtituti hæredes. Quando autem filius primogenitus eſſet inſtitutus hæres in feudo, & bona allodialia pater in teſtamento diuiſit, aſſignando vnicuiquè filiorum portionem ſibi viſam, per tot ſæcula iàm elapſa poſt tempus Andr. non legimus, nec audiuimus, vt *ſuprà* fuit demonſtratum, ſecundogenitos partem pretij feudi à communi patre empti prætendiſſe. Quo fit, vt non videam, quarè conſuetudo iſta ſic iudicandi præſcripta ex authoritate
16 *Andr.* in caſibus dumtaxat *ſuprà* enarratis, vltra ſuos terminos extendi poſſit; eſt enim conſuetudo ſtricti iuris, & proprios terminos non excedit, nec extendi poteſt ad terminos etiam eiuſdem naturæ, & tantum habet de potentia, quantum habet de vſu, vt benè ad propoſitum ratiocinantur Tobias Nonius *conſ.* 48. *num.* 23. Roland. à Valle *conſ.* 35. *ſub num.* 30. *lib.* 3. & Houded. *conſ.* 87. *num.* 49. *lib.* 1. *& conſ.* 75. *n.* 46. *lib.* 2. Die Martis 11. Iulij 1645.

Facta relatione in S.C. per nobiliſſimum Regium Conſiliarium Antonium Mirobullum cauſæ Commiſſarium, Virum doctiſſimum cum interuentu D. Præſidis S.C. Andreæ Marcheſij fuit deciſum pro cliente ſecundùm hìc allegata.

SVMMARIVM.

1 *Feudum an ſit ex pacto, vel potiùs hæreditarium ex inueſtitura, quæ canit,* Concedimus tibi, & hæredibus tuis ex tuo corpore legitimè deſcendentibus, &c. *& num.* 3. *&* 5.

2 *Francorum iure attento primogenitus ſuccedit ſolùs in feudo.*

4 *Ius Francorum in Regnis vtriuſque Siciliæ, ius commune eſt.*

6 *Feudatarij in viuentibus iure Francorum, an in alienatione feudi filij primogeniti conſenſum procurare teneantur, & num.* 8.

7 *Regnum Neapolitanum eſt hæreditarium ob inueſtituræ formam* Carolo I. *ab* Vrbano IV. *&* Clemente *ſimiliter* IV. *factæ.*

9 *Feudum quomodò dignoſcatur, an ſit ex pacto ſimpliciter, an hæreditarium, an verò ex pacto cum qualitate hæreditaria.*

ARGVMENTVM.

Feudum quodnam dicatur, ex pacto nimirùm, vel hæreditarium, facta conceſſione *nobis, & hæredibus ex corpore legitimè deſcendentibus*, illa adiecta clauſula, *ità quòd maior natu minori, & maſculus fœminæ præferatur.* Examinatur; & demum reiicitur Affl. Theorica in *Conſtit. Vt de ſucceſſionib. n. 69. & in c. 1. an agnat. n...*

CAPVT LXXXVI.

FEVDVM, fuit à me quæſitum, quodnam eſſet cenſendum, ex pacto forſan, vel hæreditarium, vbi inueſtitura caneret, *Concedimus tibi, & hæredibus ex tuo corpore legitimè deſcendentibus, ità quòd maior natu minori, & maſculus fœmina præferatur?* 1
Et quòd ſit iudicandum *ex pacto*, cenſuit Afflict. tàm in *Conſtit. Vt de ſucceſſionibus, num.* 69. quàm in *c.* 1. *num...* in *tit. an agnat.* de quo ex Regnicolis, quos vidi, ſolus meminit Puluerin. in *addition. ad eundem, deciſ.* 140. idque propter verba illa adiuncta, *ità quòd maior natu minori, & maſculus fœmina præferatur*; quod deſignare dicit, fuiſſe factam conceſſionem more Francorum; quo attento primogenitus ſuccedit ſolus, 2
& filius maſculus fœminam excludit; ac proindè in viuentibus iure Francorum, patrem non poſſe citra filij primogeniti conſenſum feudum alienare.

Sed certè decipitur ſatis *Affl.* ſemperque hæc eius ſententia non digna tanto Viro mihi viſa fuit: & vt 3
quanta in hoc ſit eius fallentia dignoſcatur, primò aduerti rogo, illud in hoc Regno certum eſſe, Barones alio iure non viuere, niſi illo Francorum; quod 4
dicit Cannet. *in repetition. extrauag. Si aliquem, in cap. incip. ſed præſtat quærere*, in vtroque Siciliæ Regno ius commune eſſe; quo (inquam) iure attento feuda omnia illam ſumpſerunt naturam, vt primogenitus ſuccedat ſolus, vt maſculus præferatur fœminæ, & vt feudum diuidi non poſſit; ſic ratiocinati ſunt Ioann. Vinc. de Anna *alleg.* 41. *numer.* 25. Reg. de Ponte *conſ.* 3. *numer.* 38. 39. & 48. & in *tract. de poteſt. Proreg. tit.* 8. *de refut. feud. poſt numer.* 31. *verſ. & vlteriùs in Regno*, & §. 10. *num.* 8. Bammacar.

car. in *repet. cap. Titius, §. omnes filij, num. 64. in tit. ſi de feud. defunct.* & nouiſſimè Reg. Conſtant. *in l. vnica, num. 35. C. de Conſul. lib. 12.* vbi id pro abſoluto teſtatur fuiſſe habitum in Collaterali Conſilio ad relationem Regiæ Cameræ, in cauſa tunc vertente inter D. Principem, & Fratres de Sabellis clariſſimos Romanos, & Marchionem Antredochi Bandinum Nobilem Florentinum.

5 Hoc poſito, & pro indubitato, illud à noſtro *Affl.* ſcire vellem, qua lege in Regno cauetur, vt in viuentibus iure Francorum, dum pater feudum alienare vult, eius filij primogeniti conſenſus requiratur? Etenim ſi *Conſtit. Vt de ſucceſſionibus, & cap. Conſiderantes*, ſecundùm ordinem *Nigri* 188. inſpiciamus, per quæ iura magis communitèr in Regno aſſerunt Noſtrates, ius generale Francorum fuiſſe ſtatutum? verbum nullum de hoc in illis, nec in aliis iuribus inuenies; quo modo ergò potuit *Afflict.* hoc gratis aſſerere? poteſtnè exemplum aliquod trahi, vt in his Su-
6 premis Tribunalibus nulla fuerit declarata feudi diſtractio à patre, abſque filij primogeniti conſenſu facta, ex eo, quia in feudo illo Francorum iure viuebatur? certè non; immò oppoſitum quotidiana docet praxis.

Et ſi dicas, hoc vidiſſe *Afflict.* vt ipſe teſtatur *loco cit. num. 70.* Reſpondeo, id verum eſſe, dixiſſe; ſed in terminis, quando vetuſtiſſima illa vigebat opinio, maximè Siculorum (vt annuit Reg. de Ponte *conſ. 154. num. 88. lib. 2.*) quæ ſe habebat, feudum cenſeri ex pacto, ſi in illo Francorum iure viuitur: cùmque hodiè fatuus eſſet Regnicola hoc aſſerere, ex quo in omnibus feudis, vt diximus, viuitur iure Francorum, & tamen hæreditaria illa cenſentur, ad inſtar Regni,
7 quod eſt Caput, & hæreditarium eſt, ob hanc inueſtituræ formam *Carolo I.* ab *Vrbano IV.* & *Clemente* ſimilitèr *IV.* ſucceſſore factæ, provt poſt antiquos ſcripſerunt Loffred. *conſ. 1. num. 30. & 54. & conſ. 14. à num. 40. & 41.* Frecc. *de ſubfeud. lib. 3. in different. 16.* Anna *in cap. 1. verſ. quidam maſculus, num. 170. de vaſall. decrep. ætat.* Camil. de Curt. *in 1. part. diuerſ. feud. pag. 45. num. 11.* Conſil. Theodorus *alleg. 12. n. 11.*
8 & cæteri omnes; ergò. Quòdque hoc verum ſit, videas Io. Thom. de Marin. *de feud. tit. 15. de feud. iuris Francor. num. 15.* vbi pro indubitato tenet, poſſe patrem in primogeniti præiudicium feudum, in quo viuitur iure Francorum alienare, nec alitèr poſt patris mortem filium ipſum alienationi contrauenire poſſe.

9 Dic ergò Regnicola, & non errabis in æternum, quòd quotiès feudorum leges inueſtituras, in illiſquè *hæredis* nomen inuenies; vel ſimplicitèr hæreditaria, vel ex pacto cum qualitate hæreditaria feuda illa iudicabis; etſi verba quæcunque addita ſint: ſolumque illa ex pacto dices, vbi ſimplicitèr fuit facta conceſſio, *pro te, & filiis*, & tunc opportuna erit conſultatio pro filio, vt feudum à patre citra eius conſenſum alienatum vendicare poſſit, dummodò cùm in defuncti patris hæreditate ſe immiſcuerit, inuentarium confecerit, quia citra illius confectionem, licèt feudum ſit ex pacto, à venditione excluderetur, vt communitèr Noſtri dixerunt, ſignantèr Andr. *in c. 1. de alienat. feud. pater. & in cap. 1. qui ſucceſſ. teneantur*, Afflict. *locis cit.* Loffred. *dict. conſ. 1. & 14.* Minad. *in Conſtitut. In aliquibus, not-b. 3. n. 10. & in cap. 1. an agnat.* & cæteri Noſtri communitèr, &c.

Hæc reſpondi cuidam Doctori Romano, qui vti noſtrorum feudorum qualitatem ignorans, ſimplicitèr *Afflict.* ſequendo, ſecundùm illius opinionem conſuluerat.

SVMMARIVM.

1 *Feudo ſine aſſenſu alienato ſubintrat diſpoſitio Conſtitutionis*, Conſtitutionem diuæ memoriæ.

2 *Feudo vendito ſine aſſenſu pro mille, eoquè demùm ab emptore ſimilitèr ſine aſſenſu vendito pro mille, & quingentis, primo venditore reuocante, & aduerſus hunc nouum emptorem agente, quodnam pretium erit exburſandum, & n. 6. & 7.*

3 *Feudo vendito ſine aſſenſu, ius commune ſtatuit, vt venditor feudum, & emptor pretium amittant.*

Sed quid ſeruetur in Regno, n. 4.

5 *Emptor feudi ſine aſſenſu, venditore reuocante, non poteſt à ſua poſſeſſione expelli, niſi priùs ſibi reſtituto pretio, quod exburſauit.*

ARGVMENTVM.

Feudo vendito ſine aſſenſu pro mille, eoquè demum ab emptore ſimilitèr ſine aſſenſu vendito pro mille & quingentis, primo venditore reuocante, & aduerſus hunc nouum emptorem agente, quodnam pretium erit poſſeſſori reſtituendum; illud forſan, quod ipſe exburſauit, vel potius, quod venditor receperat? & de aliis notabilibus.

CAPVT LXXXVII.

FEVDVM quotiès in hoc Regno, citra potentiſſimi Regis noſtri beneplacitum alienatum reperiretur, notiſſimi 1 iuris eſt, poſſe contrahentes, & ſic tam venditorem, quàm emptorem factam alienationem reuocare; ſic diſponente vulgata Conſtitutione, *Conſtitutionem diuæ memoriæ.*

Suppoſito hoc vulgatiſſimo axiomate, in præſen- 2 tiarum dubitari contingit, ſi facta feudi alienatione ſine aſſenſu, perſona, quæ feudum emit, alteri demùm illud vendiderit, maiori autem pretio, quo fuit facta prima venditio, ſequuta reuocatione quodnam pretium ſit reſtituendum, primum, vel ſecundum?

Pro huius dubij reſolutione ſuppono primò, illud 3 certum eſſe, quòd vbi feudum abſque directi Domini conſenſu alienatur, ius commune feudorum ſtatuiſſe, vt venditor feudum, & emptor pretium amitterent; ita cautum eſt in *c. 1. de probib. feud. alienat. per Lothar.* & in *cap. Imperialem, de probib. feud. alien. per Federic.* Superuenit demùm *Conſtitutio noſtra ſupra* 4 *citata*, & benigniùs agendo permiſit, vt contrahentes factam alienationem reuocare poſſent, ſicquè ex peculiari illius legis beneficio venditor feudum,

&

& emptor pretium recuperant; ita dixerunt Gloſ. Andr. Afflict. & communitèr Regnicolæ in *lege prædicta*.

5 Suppono ſecundò, ex receptiſſima Noſtratum ſententia feudi emptorem ſine aſſenſu, data reuocatione nunquam poſſe à feudi poſſeſſione eiici, niſi priùs ſoluto ei pretio erogato, ſicque retentionem ſibi competere, donec, & quouſque ſolutum pretium cum intereſſe exburſetur; ita Petr. de Monteforti in *d. Conſtitut. num. 9.* inter *comment.* D. Bartholomæi de Capua, Afflict. *ibidem, num. 44. in fine, verſ. quòd emptor.* Marin. Frecc. *lib. 2. de ſubfeud. in quæſt.* quæ incipit, *à Regnicolis, fol. mihi* 148. vbi dicit, ſequuta reuocatione neutrum in damno eſſe debere, & ſic nec venditorem, nec emptorem; ſunt enim emptor, & venditor correlatiui, quòd proindè ad imparia non ſunt iudicandi; idemque dixit Marcell. de Mauro *alleg.* 47. *numer.* 6. & *alleg.* 54. *numer.* 7. vbi Filius addens.

6 His ſic ſuppoſitis, ad propoſiti dubij reſolutionem deueniendo, diſtinguo perſonas reuocantes, an ſit hic vltimus emptor, & feudi poſſeſſor, an primus venditor, qui feudum citra aſſenſum diſtraxit, vt ſi vltimus ſit emptor, qui reuocauit, & contra primum venditorem, Dico, quòd nullatenus poterit venditor ille cogi ad exburſandum, niſi pretium ab illo receptum; poteſt enim dicere, Ego nolo à contractu recedere, ſed illi perſiſtere: at ſi tu emptor, & poſſeſſor vis recedere, ſicque *Conſtitutionis* iuuari beneficio, non poſſum tibi reſtituere, niſi pretium quod habui, non autem illud à te exburſatum, quod Ego nunquam recepi; durum enim eſſet, & nunquam auditum, vt cogeretur hic primus venditor exburſare illam pecuniæ quantitatem, quam nunquam habuit, nec recepit.

7 At ſi ipſe venditor eſſet ille, qui alienationem reuocaſſet, & contra vltimum emptorem, & feudi poſſeſſorem (nam contra primum inutilis eſſet reuocatio, cùm non poſſet ille venditori reuocanti reſtituere feudum, quòd in alterius poſſe exiſtit) & in hoc caſu, ex eadem ratione in primo conſiderata teneo indubitantèr, non poſſe hunc emptorem à feudi poſſeſſione repelli, niſi priùs ſoluto illi pretio ab eodem exburſato; nam dum venditor vult recuperare feudum à poſſe vltimi emptoris, & poſſeſſoris, non ex alio, quia emit ille, nullo accedente Regis cònſenſu, id poterit, niſi reſtituta priùs eidem illa pecuniarum quantitate, quam in aſſequendo feudum illud exburſauit, hoc enim pretium inuenitur in contractu vltimi emptoris, non autem illud, quod à primo emptore fuit erogatum; ſicque cùm ipſi, ex dictis per Afflict. Frecc. & alios *ſuprà* citatos competat retentio, donec ei pretium ſoluatur, pretium intelligi debet, quod ipſe erogauit, non autem, quod venditor recepit: nam ſi durum eſſe diximus, quando emptor reuocaret, vt cogatur venditor, qui contractui non contrauenit, exburſare pretium quod nunquam recepit, ſic paritèr duriſſimum eſt, vt reuocando venditor poſſet à manibus poſſeſſoris, qui à contractu non recedit, feudum recuperare, haud ei ſoluto priùs pretio, quod in illius feudi acquiſitione impendit: Hæc eſt mea ſententia pro nunc in caſu propoſito; ſi caſus contingat, meliùs cogitabo.

SVMMARIVM.

1 *Fideicōmiſſarius, an, & quando poſſit propria authoritate ingredi poſſeſſionem bonorum fideicommiſſo ſubiectorum, & legitimus ſit contradictor aduerſus hæredem agentem ex remedio* l. fi. C. de edict. Diui Hadrian. tollen. *& n. 2. & 14.*

3 *Fideicommiſſa, & legata regularitèr à manibus hæredis grauati accipi debent.*

4 *Fideicommiſſarius ſecundus, & tertius, an poſſint propria authoritate fideicommiſſi poſſeſſionem capere.*

5 *Hæreditate vacante, fideicommiſſarius, & legatarius poſſunt propria authoritate rei legatæ, & fideicommiſſo ſubiectæ poſſeſſionem apprehendere, & n. 6. 7. & 8.*

9 *Fideicommiſſarius poteſt propria authoritate fideicommiſſi poſſeſſionem capere, quotiès teſtator hanc facultatem ei tribuit, ſiuè expreſsè ſiuè tacitè; & numer. 10. 11. & 13.*

12 *Detractiones vbi per hæredem grauatum facienda non ſunt, poteſt fideicommiſſarius, ſiuè legatarius rei fideicommiſſatæ poſſeſſionem propria authoritate capere, & numer. 15.*

ARGVMENTVM.

Fideicommiſſarius, an & quando poſſit propria authoritate ingredi poſſeſſionem bonorum fideicommiſſo ſubiectorum, ac legitimus sit contradictor aduerſus hæredem agentem ex remedio *l. fin. C. de edict. Diui Hadr. tollend.* Detractiones vbi per hæredem grauatum faciendæ non ſunt, an poſſit fideicommiſſarius, siue legatarius rei fideicommiſſo ſubiectæ poſſeſſionem propria authoritate capere? & de aliis notabilibus.

CAPVT LXXXVIII.

FIDEICOMMISSARIVS, ſiuè legatarius, ſæpè ſæpiùs dubitari ſolet, an, & quando poſſit propria authoritate ingredi poſſeſſionem bonorum fideicommiſſo ſubiectorum, ac legitimus ſit contradictor aduerſus hæredem agentem ex remedio *l. fin. C. de edict. Diui Hadr. tollend.*

Contigit mihi de his diſſerere in cauſa Magnifici Sebaſtiani Marulli Patritij Barolitani cum Venerabili Monaſterio Sanctæ Luciæ eiuſdem Ciuitatis, hærede qu. D. Ioannis Leonardi Marulli poſſeſſoris quorundam bonorum fideicommiſſo ſubiectorum, à quo quidèm Magnifico Sebaſtiano ad fideicommiſſum vocato, vt de iure reſponderem requiſitus Ego ſequentia exaraui. 1

Cùm

Ieſus, Maria, Ianuarius.

2 Cùm ex his, quæ in facto deducta ſunt, controuerti non poſſit, duo iſta Tenimenta, vulgò dicta la *Matina de Lama caminata, e la Matina di Puzzo cupo*, nouiſſimè remanſa inter alia bona in hæreditate qu. D. Io. Leonardi Marulli Barolitani patritij ſubiacere arctiſſimo vinculo perpetui fideicommiſſi ordinati per qq. Troianum Marullum ſeniorem, & Iacobum eius filium, eiuſdem D. Io. Leonardi Proauum, & Abauum reſpectiuè, vt cernitur ex eorum teſtamentis conditis in anno 1542. & 1566. & ex propria oris confeſſione q. Troiani iunioris, dicti q. Ioan. Leonardi patris, qui à paternis creditoribus vexatus, ad illorum excluſionem articulauit, & probauit, bona prædicta, & alia propriis nominibus in actis Sacri Conſilij deducta remanſiſſe in hæreditate dictorum qq. Troiani ſenioris, & Iacobi eius filij, ac ſucceſſiuè ſubiacere fideicommiſſis per dictos qq. eius Aſcendentes ordinatis; ſequitur certè dicendum, Sebaſtianum Marullum præfati q. Io. Leonardi fratrem vtrinquè coniunctum, cuius partes toto corde tuemur, iure licito dictorum duorum corporum particularium poſſeſſionem cæpiſſe, ipſumque in illorum poſſeſſione conſeruandum aduerſus quemlibet D. Io. Leonardi hæredem, ex remedio *l. fin. C. de edicto Diui Hadr.* agentem.

3 In nihilo ei obſtante vulgato illo iuris axiomate, deſumpto ex *l. filiam fratribus*, & in *l. facta, ff. ad S. C. Treb.* & in *l. non eſt dubium, C. de leg.* & in *§. reſtituta, Inſt. de fideic. hæred.* cum aliis cumulatis per Pereg. *de fideic. art. 47. n. 78 circa fi. verſ. & in terminis*, in quibus quidèm iuribus Legiſlatores expreſsè ſtatuiſſe cõperimus; fideicommiſſa, & legata omnia ab hæredum manibus fore accipienda; etenim iuris hæc concluſio multifariam, multiſque modis à DD. fuit declarata, & limitata.

4 Et primò, pro eo, quod ad caſum noſtrum pertinet, dixerunt DD. vt procedat in primo fideicommiſſario; is enim, verum eſt, vt non niſi à manu hæredis rem legatam, ſiuè reſtitutioni obnoxiam capere poſſit; ſecus verò in ſecundo, tertio, & cæteris fideicommiſſariis; quotiès enim primus fideicommiſſarius à manu hæredis acceperit, illo demùm defuncto vtiles actiones ipſo iure in ſecundum fideicommiſſarium tranſeunt, ſicque poterit iſte propria authoritate capere, nec aliter opus eſt, vt hæres vltimi morientis reſtituat, videantur

Rip. *in l. 1. §. de illo, numer. 6. & 7. ff. ad S C. Trebell.*

Bero. *conſ. 54. n. 42. conſ. 58. num. 3. lib. 2. & conſ. 47. num. 15. lib. 3.*

Cephal. *conſ. 215. n. 27. & conſ. 49. n. 17.*

Decian. *conſ. 44. n. 181. lib. 3.*

Surd. *conſ. 92. n. 22.*

D. Card. Tuſc. *pract. concl. lit. F. concl. 268. n. 69.*

Craſ. *in §. fideicommiſſum, q. 43. n. 8.*

Camil. de Medic. *conſ. 68. n. 13.*

Argel. *de legitim. contrad. quæſtion.* 8. *art.* 10. per totum.

Hercul. Mareſcot. *variar. lib. 1. capit. 1. numer. 17.* vbi ſecundùm hanc declarationem pluriès per Rotam deciſum teſtatur; vndè in caſu noſtro cùm verſemur non modò in ſecundo, ſed tertio, & quarto fideicommiſſario, ergò.

5 Secundò declaratur, vt procedat concluſio *ſuprà* firmata, quando hæres hæreditatem adiuit, ſicquè bonorum hæreditariorum nactus eſt poſſeſſionem; ſecus verò ſi hæreditas eſſet vacans, quia nondùm ab hærede ſcripto adita eſt; vel ſi adita, rerum hæreditariarum poſſeſſio non fuit apprehenſa; ad text. *in l. cùm hæredes 23. ff. de acq. poſſ.* tunc enim poterit fideicommiſſarius rerum particularium, ſiuè legatarius propria authoritate rei legatæ, ſiuè fideicommiſſo ſubiectæ poſſeſſionem capere; ita

Gloſ. communitèr approbata in *d. l. non eſt dubium, C. de legat.*

Bart. *in l. fin. numer. 16. verſ. ego puto, Cod. de edict. &c.*

Rip. *in cap. ſæpè, n. 93. de reſt. ſpol.*

Corn. *conſ. 207. in fin. lib. 2.*

Natta *conſ. 1. vol. 2.*

Ant. Gabr. *comm. concl. lib. 5. tit. de acqu. poſſ. concl. 1. num. 98.*

Grat. *diſcept. for. cap. 542 n. 1.*

Staibanus noſter *conſ. 69. n. 36.*

D. Conſil. Theodor. *alleg. 18 num. 65. & ſeq.* vbi de 6
ſimplici legatario loquens dicit, quòd ſi ille, antequam hæreditas ab hærede ſcripto adita ſit, poſſeſſionem rei legatæ vacantis propria authoritate cæperit, non dicitur cum vitio poſſidere, ac proindè in poſſeſſione conſeruandum.

Hercul. Mareſc. *loco cit. n. 14.*

Peregr. qui à prædictis non diſſentit *de fideic. art.* 7
47. *numer.* 61. vbi *num.* 33. dicit, quòd eo ipſo, quòd poſſeſſor moritur, poſſeſſio dicitur vacans; quòd autem in caſu noſtro poſſeſſio fuerit vacans, ſatis in facto conſtat, cùm eadem die 27. menſis Auguſti proximi præteriti, qua D. Io. Leonardus ſuum poſtremum clauſit diem, Sebaſtianus frater dictorum duorum corporum ſtabilium pacificè, & quietè nactus fuit poſſeſſionem ipſiquè neminem contradixiſſe legimus.

Tertiò declaratur, vt eò magis procedant, quæ 8
modò dicta ſunt, ſi exiſtente poſſeſſione vacante Iudicis officium fuerit imploratum, nimirùm ſi Iudex viſo teſtamento, & de caſu fideicommiſſi facta fide ſummaria, fideicommiſſarium in rerum vacantium poſſeſſionem immiſerit, prout euenit in caſu, de quo agimus, in quo Sebaſtianus cum decreto, & authoritate Iudicis ordinarij Reg. Cur. Ciuitatis Baroli in poſſeſſione dictorum bonorum particularium immiſſus fuit; vndè magis communitèr voluerunt DD. in hoc caſu, Interdictum, *quorum bonorum*, ſiuè *quorum legatorum*, hæredi ſcripto, qui demùm hæreditatem adiuit, inſtante fideicommiſſario, denegari; ita

Paul. Caſtrenſ. *conſ. 152. numer. 3. verſ. præterea, lib. 2.*

Zuccard. *in d. l. fin. numer. 379. Cod. de edict. Diu. Hadrian.*

Berous *conſ. 56. col. penult. ver. nec obſtat, & conſ. 118. num. 39. verſ. præterea, lib. 2.*

Decian. *conſ. 44. n. 181. & ſeq. lib. 3.*

Nonius *conſ.* 80. *col.* 3.

Bertaz. *conſ. ciuil. 36. n. 30.*

Menoch. *de adipiſcen. poſſeſſ. remed. 2. numer.* 81. *cum ſeqq.*

Surd. *deciſ.* 33. vbi loquitur in terminis fideicommiſſi vniuerſalis, refertquè deciſum, in poſſeſſionem hæredem ſcriptum immittendum non eſſe; ſed in ea fideicommiſſarium, qui cum decreto Iudicis immiſſus fuit, fore conſeruandum.

Card. Tuſch *pract. concl. lit. F. concl. 268. n. 70.*

Quartò, concluſio firmata limitatur, ſi teſtator 9
fideicommittens dediſſet fideicommiſſario licentiam propria authoritate ingrediendi poſſeſſionem rei, ſuper qua fideicommiſſum ordinauit, idquè non ſolùm expreſsè, quia dixit, vt eueniente caſu fideicommiſſi poſſit fideicommiſſarius authoritate propria rei legatæ, ſiuè fideicommiſſatæ poſſeſſionem apprehendere; ſed etiam tacitè, vt puta ſi rei alienationem prohi

prohibuerit, quia voluit, vt in familia perpetuò conſeruetur, hoc enim caſu, quia videtur in euentu alienationis manus iniectionem fideicommiſſario conceſſiſſe, benè exiſtente poſſeſſione vacante poterit fideicommiſſarius poſſeſſionem rei fideicommiſſo obnoxiæ propria authoritate capere, & apprehendere; ſic ſanè ſcripſerunt

Alciat. *in l. nemo poteſt, n.43. verſ. ſed quid ſi teſtator, ff. de leg.1.*

Aret. *conſ.37. in fine.*

Mareſcott. *cit. cap.1. num.24. & ſeq. verſ. ſimilitèr*, vbi alios citat; quòd autem in caſu noſtro rerum alienatio expreſſis, ac geminatis verbis prohibita fuerit, ſatis ſuperque conſtat ex teſtamento Iacobi Proaui, in quo hæc verba leguntur: *Item eſſo predetto Magnifico Teſtatore ordina, vuole, e comanda, che nulla delle ſue robbe ſtabili non ſi poſſono, ne vendere, ne alienare, ne pignorare in nullo futuro tempo per qualſiuoglia vrgente neceſſita*, etiam ex cauſa dotis, *ne per qualſiuoglia alcuna occaſione, quanto ſi ſia neceſſaria*, etiamſi *fuſſe tale, della quale biſognaſſe farne ſpecial mentione, ma detti beni ſi debbiano perpetuamente conſeruare in famiglia maſculina* tantùm *delli deſcendenti di detto Magnifico Teſtatore*, ita, & talitèr, *che detti beni debbiano ſempre ſtar ſoggetti, ſottopoſti, & vinculati al predetto fideicommiſſo contenuto nel preſente teſtamento.*

10 Tacitè etiam cenſetur data poteſtas fideicômmiſſario ingrediendi propria authoritate poſſeſſionem rei fideicommiſſo ſubiectæ, ſi fuerit ille à teſtatore vocatus per verba directa, probant omnes de his diſſerentes, ad nauſeam relati per Ant. de Amat. *var. reſol. lib.1. reſol.39. num.*179. Et quamuis in teſtamentis, de quibus agimus verba directa non legantur, cùm fuerint deſcendentes vocati per verbum commune, *ſuccedat*, nimirùm, vt altero abſque filiis decedente ſuperſtes ſuccedat; Attamen eſt aduertendum in caſu noſtro, quia verbum illud, *ſuccedat*, ad perſonam relatum reperitur; diſpoſuit enim Troianus Abauus, dum Iacobum, & Federicum filios inſtituebat hæredes, vt ſi contingeret, alterum ſine filiis legitimis, & naturalibus ex corpore legitimè deſcendentibus mori, quòd ſuccederet ſuperſtes, & quòd hæc diſpoſitio intelligi deberet, *tam in perſonam prædictorum Federici, & Iacobi, & eorum filiorum maſculorum* (ſunt verba teſtatoris.) *quam etiam in perſonam omnium, & ſingulorum poſterorum ex ſupradictis deſcendentium*; Vndè ex hoc modo diſponendi probauit Ang. Aret. verbum, *ſuccedat*, directum eſſe; idquè in *§. extraneo, num.7. verſ.9. verb. ſuccedat, de pupil. ſubſtit.* & ſucceſſiuè importare, vt eueniente caſu fideicommiſſi, poſſit fideicommiſſarius propria authoritate rei fideicommiſſatæ poſſeſſionem apprehendere; & ita in puncto affirmat Dominus Conſil. Capycius Latro *decif.*108. *n.*19.

11 Simili quoquè modo cenſuerunt *Doctores*, vt tacitè ſit à teſtatore conceſſa poteſtas fideicommiſſariis ingrediendi propria authoritate poſſeſſionem rei fideicommiſſo ſubiectæ, quotiès teſtator ipſe in ordinando fideicommiſſum, ſicquè in vocando fideicommiſſarios, appoſuerit clauſulam, quam legimus in teſtamento Troiani, nimirùm, *omni alio modo meliori*, vt ſit illa tanti ponderis, vt vbi in caſu vocationis ſubſtitutorum appoſita reperitur, tacitam, & implicitam importet permiſſionem de ingrediendo propria authoritate; probant

Curt. Iun *in d. l. fin. n.49. C. de edicto diu. Adr.*

Berous *conſ.16. n.33 lib.2.*

Grat. *conſ. vlt. in fine, lib.1.*

Peregr. *de fideicom. art.47. n.54.*

Hondedeus *conſ.28. n.27. lib.2.*

Maſtrill. *deciſ.72. n.4.*

Mart. *in ſum. ſucc. leg. par.4. q.19. art.1. n.7.*

Mareſcott. *cit. c.1. n.26. verſ. pari ratione.*

Chriſtoph. Mart. *deciſ. Senen.23. n.10.*

D. Conſil. Capycius Latro *cit. deciſ.*108. *num.*33. 34. & 35. quò loci inter alios citat Morot. qui in *conſ.50. num.*10. & 11. notabilitèr voluit, fauore agnationis ſemper intelligi conceſſam poteſtatem fideicommiſſariis propria authoritate ingrediendi poſſeſſionem rei fideicommiſſo ſubiectæ.

Quintò declaratur, vt tunc demùm defuncti hæres Interdicto, *quorum bonorum*, ſiuè *quorum legatorum*, ſuccurratur aduerſus fideicommiſſarium, ſiuè legatarium, qui propria authoritate rem legatam, ſiue fideicommiſſo obnoxiam apprehēdit, ſi ab ipſo hærede aliquid eſt detrahendum: cæterùm ſi ex teſtantis prohibitione, ſiuè expreſſa, ſiuè tacita, nulla venerit facienda detractio, vel ſi locus erit detractioni, fideicommiſſarius, ſiuè legatarius cautionem offerret de ſoluendo quod fuerit iudicatum, certè non poſſet ſua legati, ſiuè fideicommiſſi poſſeſſione priuari, cùm oblata cautio ſat ſit pro detrahendorum ſecuritate, ſicquè fideicommiſſarium legitimum contradictorem eſſe aduerſus hæredem immiſſionem petentem, ſcripſerunt 12

Corn. *conſ.223.*

Gabr. *conſ.45. n.27.*

Cacher. *deciſ.34. in fine.*

Surd. *deciſ.333.*

Alex. Raudenſ. *deciſ. Piſan.30.*

Fuſar. *de ſubſtit. q.613. n.26. & q.672.*

Gratian. *diſcept. forenſ. lib.5. cap.954. numer.*22. vbi alios citat.

Chriſtoph. Mart. *cit. deciſ.23. n.6.*

Quòd autem in caſu noſtro ab aſſerto hærede D. Io. Leonardi nulla poſſit prætendi detractio, vltra ea, quæ diſpoſita ſunt in *l.1. §. deniquè, verſ. indè Neratius, & in l. ſi patroni 55. §. qui fideicommiſſariam, ff. ad S. C. Trebell.* & in *l. lex falcidia 47. §. nunquam, ff. ad l. falcid.* & quæ habentur per Manticam *de coniect. vlt. vol. lib.7. tit.12. num.21.* & Craſ. *in §. Trebellianica, quæſt.3. num.6.* ſatis probatur ex tam ampla prohibitione bonorum alienationis à Iacobo Proauo facta, & paulo antè relata: cuius quidèm prohibitionis importantia eſt, vt à fideicommittentibus ſemper cenſeatur quæuis detractio prohibita, ſiuè falcidiæ, ſiuè Trebellianicæ, ſic vno ore ſcripſerunt 13

Bald. per *illum text.* ibiquè Salyc. *in Auth. ſed in ea, C. ad l. falcid.*

Aret. *conſ.37.*

Guid. Pap. *deciſ.51. n.2.*

Mant. *conſ.291. n.10.*

Ruin. *conſ.115. n.25. vol.3.* & alibi.

Corn. *conſ.22. & 182. vol.2.*

Pariſ. *conſ.126. n.34. & ſeq. vol.1. conſ.17. n.30. & conſ.51. n.12. lib.3.*

Burſat. *conſ.13. n.42. lib.1.*

Grat. *conſ.21. n.57. lib.2.*

Ant. Gabr. alios citans *commun. concl. lib.4. in tit. ad Trebell. concl.9. n.1. & 2.*

Molin. *de Hiſp. primog. lib.1. c.17. n.15.*

Craſ. *in §. Trebellianica, q.8. n.8.*

D. Præſ. de Franch. *deciſ.612. n.6.*

D. Conſil: Capycius Latro *deciſ.108. n.78.*

Confirmantur hæc omnia nouiſſima noſtri Supremi Senatus determinatione in cauſa Dominorum de Maſtrillis, & in caſu fortiori noſtro; nam cùm Marchio Sancti Marzani D. Hieronymus Maſtrillus è viuis deceſſiſſet, ſuperſtite D. Mariana ſorore vtrinquè coniuncta, Don Carolus Maſtrillus de eodem ſanguine; ſed in quinto gradu poſt paucas ho- 15

ras

ras mortis dicti Marchionis authoritate propria nullo Iudicis accedente decreto ingreſſus fuit poſſeſſionem cuiuſdam domus palatiatæ fideicommiſſo ſubiectæ, ad cuius ſucceſſionem propter defectum maſculorum Marchionis vocabatur; Et cùm pro parte D. Marianæ ſororis, & hæredis vniuerſalis Marchionis inſtaretur immitti in poſſeſſionem omnium bonorum remanſorum in hæreditate eius fratris, & ſignantèr dictæ domus, quæ dicebatur fideicommiſſo ſubiecta, nulla habita ratione de poſſeſſione per D. Carolum capta, tanquam vitioſa, abſque Iudicis authoritate; fuit tamen D. Carolus per Sacrum Conſilium iunctis Dominis duarum Aularum, etiam in gradu reclamationis in poſſeſſione conſeruatus, oppoſitionibus aduerſus illum factis, nimirùm, quòd fideicommiſſum eſt accipiendum à manu hæredis, & aliis, quæ dabantur in facto, aliqua conſideratione dignis penitus reiectis; ſic teſtatur Dominus Conſil. Capycius Latro in *cit. deciſ.* 108 *per totam.*

16 Et in fortioribus terminis, nimirùm fideicommiſſi vniuerſalis, quando non ſunt faciendæ detractiones; ſed tota hæreditas eſt reſtituenda, quòd tunc ad inanem circuitum euitandum ſit deneganda hæredi immiſſio, & fideicommiſſarius in poſſeſſione conſeruandus, determinauit *Rot.* coram Eminentiſſimo Cardinali Sacrato, vt teſtatur Oliuer. Beltram. *in addition. ad D. Ludouiſ. deciſ.* 206. *num.* 12. idemquè Supremus Sabandiæ Senatus penès inſignem Ant. Fab. *diffin.* 2. *C. de edicto D. Hadriani toll.* vbi dicit, quòd quando fideicommiſſarius in poſſeſſione bonorum hæreditariorum ſine vitio reperitur, ac de iure ſuo in promptu docere paratus eſt, non erit poſſeſſione ſua priuandus; vt eam poſtmodum per hæredis manus recipiat: quinimmò pro legitimo contradictore in hoc caſu haberi debet, ſi aduerſus eum hæres in poſſeſſionem rerum fideicommiſſo ſubiectarum immitti petat, ſiuè ex teſtamento, ſiuè ab inteſtato: quòd autem in caſu noſtro Sebaſtianus in poſſeſſione abſque vitio reperiatur, ex *ſuprà iam dictis* ſatis benè conſtat; & quòd de iure ſuo in promptu docere paratus ſit, ad hoc alio non indiget, niſi vt Domini Iudicantes patientèr audiant verba teſtamentorum in actis productorum; & pro bonorum identitate confeſſionem Troiani iunioris communis patris, ac probationes ad eius inſtantiam factas: quibus perpenſis, iuſtitia eius tam in poſſeſſorio, quàm in petitorio vndique tuta, luceque meridiana clarior redditur.

Hæc occurrunt. Neap. Kal. Octob. 1641.

Donatus Antonius de Marinis.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſpecies proponitur.*

2 *Fideicommiſſum reciprocum nunquam intelligitur inductum, niſi expreſsè illud in teſtamento legatur.*

3 *Fideicommiſſum reciprocum an cenſeatur inductum, quando filiis inſtitutis ſint ſubſtituti eorum deſcendentes, & n.* 4.

5 *Diſpoſitio, quando ſuum poteſt parere effectum, citra multiplicationem nouorum fideicomiſſorum, nunquam per eam cenſetur inductum nouum fideicommiſſum.*

6 *Agnationis ratio à teſtatore conſiderata reſtringitur ad gradum expreſſum.*

7 *Prohibitio alienationis regulatur iuxta terminos fideicommiſſi præcedentis.*

8 *Inueſtiti ſi fuerint duo de feudo,* pro ſe, & deſcendentibus maſculis, *quibus deficientibus vt ſuccedere deberent fæminæ, ſi contigerit alterum ex inueſtitis filia tantùm ſuperſtite decedere, illa ad feudi ſucceſſionem admittitur, & n.* 10.

9 *Argumentum de feudo ad fideicommiſſum, validum eſt.*

ARGVMENTVM.

Fideicommiſſum reciprocum an cenſeatur inductum, quando filiis inſtitutis ſubſtituti ſunt eorum deſcendentes. Inſtitutis à patre filiis, illiſque eorum liberis, & deſcendentibus maſculis in infinitum ſubſtitutis, nùm reciprocum inter deſcendentes iſtos dici poſſit inductum eſſe fideicommiſſum, ita vt per deficientiam lineæ maſculinæ alterius ex inſtitutis, ſuperſtites maſculi alteriùs lineæ veniant admittendi? vbi deciſio Sacri Conſilij.

CAPVT LXXXIX.

FIDEICOMMISSVM, his, quę ſequuntur, verbis, à Cæſare de Maio Nobili Sedilis Montaneæ huius Ciuitatis ordinatum extiterat, poſtquam Pompeium, & Flaminium filios æquis portionibus inſtituerat hæredes. 1

Item vuole eſſo teſtatore, e così eſpreſſamente ordina, che qualſiuoglia di detti ſuoi figli, & heredi, e loro heredi, e ſucceſſori non poſſano, nè debbiano vendere, nè alienare in qualſiuoglia modo la parte, che à qualſiuoglia di eſſi toccarà, e ſpettarà delli ſtabili di ſua heredità, nè donare, permutare, nè in modo alcuno obligare, nè ſommettere à qualſiuoglia peſo, nè obligatione; ma ſempre detti ſtabili habbiano da ſuccedere à detti ſuoi figli, & heredi, e ſucceſſori, quali debbiano eſſere vſufruttuarij tantùm di detti ſtabili, e della parte, che à ciaſcheduno d'eſſi toccarà di detta ſua heredità, ma la proprietà ſempre habbia da reſtar libera, & in detti ſtabili ſempre in futurum *debbiano ſuccedere li maſcoli dependentino, e deſcendentino da qualſiuoglia di detti ſuoi figli, & heredi, e da loro heredi, e ſucceſſori, e mancando la linea maſcolina dependente, e deſcendente da qualſiuoglia di detti ſuoi figli, & heredi,* in tali caſu *debbia ſuccedere in detti ſtabili la linea feminina dependente, e deſcendente da qualſiuoglia di detti ſuoi figli, & heredi, e loro heredi, e ſucceſſori, e quella femina, ſeù femine, che in tali caſu ſuccedeſſe, e ſuccedeſſero ſi debbia, ſeu debiano pigliare il giuſto prezzo, e così ſiano obligati à pigliarſi il giuſto prezzo delli detti ſtabili di detta ſua heredità, da dichiararſi ad arbitrio di communi amici, ſeu parenti*

più

più proſſimi, doue nõ ſia ſoſpettione, e detti ſtabili nel caſo predetto debbiano reſtare alli più proſſimi di caſa di Maio, che all'hora ſarãno delle dette femine, ſeù femina, che all'hora, e nel caſo predetto ſuccedeſſe, ò ſuccedeſſero, pagato che ſarà il detto giuſto prezzo da dichiararſi, vt ſuprà, *e tutti cõtratti, che ſopra detti ſtabili, ò parte di eſſi ſi faceſſero contro la volontà, e mente di eſſo teſtatore, e contro la ſua diſpoſitione, vuole che ſiano nulli, & inualidi, e che non habbiano effetto alcuno, atteſo vuole, che detti ſtabili ſempre* in futurum, in perpetuum *ſi conſeruino dalla famiglia di caſa di Maio maſcolina dependente da detti ſuoi figli, & heredi, e loro heredi, e ſucceſſori.*

Defuncto Cæſare teſtatore, defunctiſque demùm Pompeio, & Flaminio eius filijs, & hæredibus, ambobus tamen cum filijs, Pompeio ſcilicet ſuperſtitibus, Annibale, & alijs; Flaminio autem ſuperſtitibus Cæſare iuniore, & Portia; obiit & tandèm hic Cæſar ſine filiis, germana ſuperſtite: vndè orta fuit contentio inter Annibalem, eiúſque fratres, & Portiam, vter, attento præfato fideicommiſſo ad portionem bonorum ſtabilium Flaminii eſſet admittendus? prætendebant Annibal, & fratres, attentis fideicommiſſi verbis, eorum iura in tuto eſſe: contradicebat Portia; vndè dubitatum fuit quid iuris?

Ex verbis huius fideicommiſſi, vt reſolui potuiſſet, ad quemnam ſpectaret portio ſtabilium reſtitutioni ſubiectorum in Cæſaris iunioris hæreditate remanſuram, inquam, ad Portiam germanam, an verò ad Annibalem defuncti ſobrinum, illud tantùm inueſtigandum eſſe dixi, nimirùm an inter deſcendentes maſculini ſexus Pompei, & Flaminii reciprocum ſit inductum fideicommiſſum, ità vt per deficientiam lineæ maſculinæ alterius ex inſtitutis, ſuperſtites maſculi alterius lineæ eſſent admittendi? Et cùm attento
2 diſpoſitionis tenore verſabamur in claris, nullã probabilem habui difficultatẽ pro d. Portia reſpondere. Etenim illud certiſſimum eſſe dicebam, in nulla teſtamenti parte legi, reciprocum fuiſſe ordinatum fideicommiſſum inter deſcendentes vnius lineæ maſculineæ, Pompei nimirùm, ad aliam ſcilicet Flaminij, quod tantum ad illud excludendum allegare ſat eſſe, nonnullorum authoritate firmauit Rot. *deciſ.* 1023. penès Card. Seralpin. *num.* 1. & inter *nouiſſimas* 466. *p.* 4. ſubdens ex Cephal. *conſ.* 430. *num.* 12. *lib.* 3. vulgares eſſe regulas, vt fideicommiſſa tanquàm odioſa ſtrictè ſint interpretanda, nec alitèr vltra perſonas, & caſus expreſſos extendenda.
3 Secundò dicebam, illud receptiſſimum apud omnes ſemper fuiſſe, inſtitutis à patre filiis, eiſque eorum liberis, & deſcendentibus ſubſtitutis, etiam expreſſa addendo verba perpetuitatem denotantia, reciprocum fideicommiſſum inter hos deſcendentes nullatenus inductum dici poſſe, ità vt deſcendentes ab vno videantur ſubſtituti deſcendentibus ab alio, ſed tantùm per talem diſpoſitionem deſcendentes vnius in proprij parentis portionem vocati cenſentur; ſic Alciat. *conſ.* 82. *n.* 2. *lib.* 3. Ruin. *conſ.* 121. *n.* 8. *lib.* 2. & *conſ.* 115. *num.* 12. 134. *num.* 7. & 141. *num.* 13. *verſ. poſtremò, lib.* 3. Pariſ. *conſ.* 18. *n.* 61. *lib.* 2. Menoch. *conſ.* 327. *num.* 33. & 489. *num.* 9. Peregrin. *conſ.* 43. *n.* 2. *lib.* 1. & *de fideicomm. art.* 12. *num.* 72. & *art.* 27. *n.* 12. Caualcan. *deciſ.* 5. *num.* 68. *p.* 3. Rot. *loc. cit.* & Fuſar. cæteris omiſſis, *conſ.* 1. *num.* 10. & latiùs *de ſubſtit. quæſt.* 475. *num.* 45. vbi dicit, de hac concluſione nullatenus eſſe dubitandum, quando teſtator deſcendentes vocando, ad filiorum inſtitutorum deſcendentes, prout in fideicommiſſo, de quo ſuprà, verba direxit; ibi, *ma ſempre detti ſtabili habbiano da ſuccedere à detti ſuoi figli, & heredi, & à loro heredi, & ſucceſſori, & c.* tunc enim, dicit *Fuſar.* quòd cenſetur teſtator deſcendentes vocaſſe ad proprij aſcendentis portionem, non autem ad portionem alterius lineæ, cùm verba illa *eorum, vel ſuos deſcendentes*, deſcenſiuum tantùm important fideicommiſſum, ità vt cuiuſlibet filii ad parentis ſui portionem vocati cenſeantur.

Nec obſtare aſſuerabam, verba illa immediatè 4
ſequentia: *Ma la proprietà ſempre habbia da reſtar libera, & in detti ſtabili ſempre* in futurum, in perpetuum *debbiano ſuccedere li maſcoli dependentino, & deſcendentino da qualſiuoglia di detti ſuoi figli, & heredi, & da loro heredi, & ſucceſſori, & c.* nàm vt in puncto reſoluit Rot. *loco cit. num.* 4. verba iſta diſcretiuè intelligenda ſunt, ſingula ſingulis referendo, ſcilicet vt cuilibet decedenti intelligantur ſubſtituti proprij cuiuſlibet filij, & deſcendentes; ſubdens Rot. *num. ſeq.* 5
quòd quando diſpoſitio ſuum poteſt parere effectum citra multiplicationem nouorum fideicommiſſorum, nunquàm per eam nouum cenſetur inductum fideicommiſſum; allegat text. *in l. pater, §. filium, de legat.* 3. & aliàs ſic deciſum.

Minus etiam obſtare dicebam, Cęſarem fidei- 6
committentem in fideicommiſſo per illum ordinato ſuam conſideraſſe agnationem; nàm vt eadem Rot. reſoluit *loco cit. num.* 9. & aliàs, hoc ſimilitèr intelligitur reſpectu deſcendentium cuiuſcunque lineæ, dictáque agnationis ratio venit ad gradum expreſſum reſtringenda; ſubdens *num.* 10. nec ſimilitèr obſtare 7
alienationis prohibitionem, cùm talis reguletur prohibitio iuxta terminos ordinati fideicommiſſi.

Tertiò, cùm ex fideicommiſſi tenore, deficiente linea maſculina deſcendente à quolibet hæredum inſtitutorum, erant feminæ expreſſè à Cæſare fideicommittente vocatæ, ſub illis verbis, *Et mancando la linea maſcolina dependente, & deſcendente da qualſiuoglia di detti ſuoi figli, & heredi, in tali caſu debbia ſuccedere la linea feminina dependente, & deſcendente da qualſiuoglia di detti ſuoi figli, & heredi, & c.* pro dicta Portia ſubintrabat indiuidualis diſpoſitio text. *in c.* 1. *de duob. fratribus à Capitan. inueſtit.* quo cauetur, 8
quòd ſi duo fratres, Titius ſcilicet & Seius eſſent de feudo à Capitaneo inueſtiti pro ſe ipſis, eorúmque hæredibus, & ſucceſſoribus maſculis, quibus deficientibus ſuccedere deberent feminæ, ſi contingeret, alterum ex fratribus è viuis decedere, filia tantùm relicta, illam, decidit *textus*, ad patris ſui portionem admittendam eſſe, non autem patruum: hic erat caſus, de quo agebamus; diximus enim, deficientibus maſculis deſcendentibus à quolibet ex hæredibus inſtitutis, feminas fuiſſe expreſſè à Cæſare teſtatore vocatas: modò, extincta iàm linea maſculina Flaminij filij, qui fuit vnus ex duobus hæredibus à patre inſtitutis, ſuperſtite d. Portia eius filia, quis dubitare poterat, fore illam ad portionem bonorum ſtabilium fideicommiſſo ſuppoſitorum admittendam, excluſis prorſus maſculis à Pompeo patruo deſcendentibus? ſicquè hac feudali lege attenta, in terminis noſtris (cùm argumentari liceat à feudo ad fideicommiſſum, vt per DD. *in l. qui Romæ, §. duo fratres, ff. de verb. oblig.*) 9
dixerunt Peregrin. *locis cit.* poſt alios plures, quos allegat; & Fuſar. *relata quæſt.* 475. *num.* 8. id quod etiam confirmabatur ex dictis per Sforz. Odd. *conſ.* 65. *n.* 62. *verſ. ſecundò autem*, vbi inſtitutis à patruo duobus ne- 10
potibus, eiſque eorum deſcendentibus maſculis ſubſtitutis, defuncto demùm altero ex inſtitutis, fœmina relicta, conſuluit *Oddus*, illam ad patris ſui ſucceſſionem admittendam, excluſis prorſus maſculis ab altero inſtituto deſcendentibus; ſequitur Fuſar. *cit. tract. de ſubſtit. quæſt.* 311. *num.* 20.

Vltimò, quòd mens, & voluntas Cæſaris fideicommittentis extiterat, vt deficiente linea maſculina alterius ex filiis inſtitutis ſuperſtites maſculi alterius lineæ

lineę nullatenus ad portionem vltimi decedentis admitti potuiſſent, ſed quòd omninò eo caſu ſuccedere debuiſſent fœminæ proximiores, ex alio reddebatur indubitandũ, dùm teſtator vocando fœminas in defectum maſculorum, inſerat expreſsè, vt fœmina illa, quæ eſſet ſucceſſura, contentaretur verum iuſtumque bonorum ſtabilium valorem recipere, bona autem illis maſculis de familia reſtituere, qui ipſis fœminis tunc proximiores fuiſſent; dicebat modò d. Portia, ſi teſtatoris voluntas extitiſſet, vt deficiente linea maſculina alterius ex filiis inſtitutis ſuccedere debuiſſent maſculi alterius lineæ, excluſis fœminis defuncto proximioribus, nunquam caſus contingere potuiſſet, vt fœminæ, quæ expreſsè fuerunt à teſtatore vocatæ, iuſtum bonorum ſtabilium valorem aſſequi potuiſſent; conſtat enim, fideicommiſſum non alitèr fuiſſe ordinatum ad totius agnationis, & familiæ de Maio fauorem, ſed dumtaxat ab ipſo teſtatore deſcendentium, & ſic verè extitit conſiderata familia effectiua fideicommittentis, non autem contentiua, ibi in *finalibus verbis* diſpoſitionis, *Atteſo vuole, che detti ſtabili ſempre* in futurum, in perpetuum, *ſi conſeruano dalla fameglia di caſa di Maio maſcolina, dependente da detti ſuoi figli, & heredi, & loro heredi, e ſucceſſori.* Si igitur, attentis his verbis tranſuerſales agnati vocati non extiterant, ſed tantùm deſcendentes, affirmando, vt deficiente linea maſculina alterius ex filiis inſtitutis, ſuccedere deberent maſculi alterius lineæ, nunquam daretur caſus, vt fœminæ admitti poſſent ad verum iuſtumque valorem bonorum fideicommiſſo ſubiectorum: quarè dicebam, Cæſarem teſtatorem verè conſideraſſe caſum, qui contigit, nimirùm, vt deficientibus deſcendentibus maſculis alterius ex inſtitutis, ſuperſtitibus tamen fœminis, ſuccedere deberent maſculi deſcendentes ab altero ex ſcriptis hæredibus; fœminis tamen, quæ ſuperſtiterunt ex illa linea, iuſto, veróque dictorum bonorum valore priùs ſoluto, & non alitèr: & ſic fuit deciſum tam per M.C. quàm per Sacrum Conſilium hoc anno 1636. penès Solatium Actorum Magiſtrum pro Curia.

SVMMARIVM.

1 *Bona fideicommiſſo conditionali obnoxia an quouſquè purificetur conditio validè alienari poſſint, & n 9. & 10.*

2 *Prohibitio expreſſa, nè bona fideicommiſſo ſubiecta alienari poſſint, quos producit effectus, & n.5 11.12 13. & 14.*

3 *Fideicommiſſum ſuper feudis abſque aſſenſu Domini fieri non poteſt.*

4 *Prohibitio facta à feudatario, nè eius ſucceſſor feudum alienet, an aliquid operetur.*

6 *Fideicommiſſo ad fauorem vocati an fiat locus, hærede grauato delinquente; & n.7.*

8 *Sententia lata in contumaciam delinquentis, an probet delictum.*

ARGVMENTVM.

Fideicommiſſarius vocatus in caſu mortis, vel ſub aliqua conditione, an poſſit bona fideicommiſſo ſuppoſita per grauatum alienata, eo viuente vendicare. Prohibitio facta à feudatario ſine aſſenſu, nè ſucceſſor feudum alienet, an præbeat iuſtam cauſam Domino noſtro Regi in caſu alienationis aſſenſum denegandi? & de aliis ad materiam pertinentibus; vbi *nouiſſima deciſio* Sac. Rotæ Roman..

CAPVT LXXXX.

FIDEICOMMISSARIVS in caſu mortis, aliquando fuit dubitatum, an bona fideicommiſſo ſuppoſita per grauatum alienata, eo viuente vendicare poſſit; vel expectare debeat quouſquè fideicommiſſi dies ceſſerit? *Doctores* in hac materia duos caſus diſtinguere ſoliti ſunt, quorum *Primus* eſt, quandò reſtitutio purè, & ſic ſtatim poſt teſtatoris mortem, aut in diem certam eſt facienda: *Alter*, quando ſub aliqua conditione, vel in diem incertam. In primo caſu, ſine pugna concludunt omnes, talem alienationem, ſuſtineri non poſſe. Secundo verò, licèt Gloſ. *in l. Marcellus, §. rei quæ, ff. ad S. C. Trebel.* & in *l. fin. §. ſed quia, Codic. commun. de legat.* fuerit in opinione, de iure *Auth.* etiam nullam cenſeri; Receptior tamen eſt contraria ſententia, quòd benè valeat, conditione, vel die incerta pendente, ſed impleta poſtea conditione, vel adueniente die reſoluatur, & dominium in fideicommiſſarium transfertur abſque vlla reſtitutione: nam lex dat, & tribuit & ius, & vendicationem aduerſus quemlibet emptorem poſſidentem. 1

Verùm magis communitèr hoc intelligendum, niſi teſtator expreſsè alienationem prohibuerit; eo enim caſu, quia duplex concurrit prohibitio, nimirùm legalis, cùm bona reſtitutioni ſubiecta lex alienari vetat, & teſtatoris, ſemper poſtea hærede alienante, dicitur à principio nulla alienatio, non alitèr expectato, quòd fideicommiſſi conditio, vel hæredis grauati mors eueniat, & hic eſt vnus ſatis notabilis effectus expreſſæ prohibitionis, ſcilicèt quòd fideicommiſſum conditionale purum efficiatur, ita vt ſtatim per vocatum illud conſequi poſſit; ita ſatis notantèr Gloſ. *in l. cùm pater, §. libertis,* in *verb. nè id alienarent, ff. de legat. 2.* id quod menti tenendum dixit Paul. Caſtrenſ. *in l. filiusfamilias, §. diui, poſt numer. 7 verſ. ſed contra primum, ff. de legat. 1.* Craſſ. *in §. fideicommiſſum, queſt. 56. per totam.* vbi *in fine* concludit, talem alienationis prohibitionem ſequuta alienatione, præſcriptionem impedire, ex communi DD. ſententia *in d. §. Diui,* quos ipſe refert, Peregr. *de fideicomm. art. 14. num. 8. & art. 40. n. 17.* Intrigl. *de ſubſtit. cent. 3. q. 73. n. 10.* Grammat. *deciſ. 93. num. 1.* Barzius *deciſ. Bononienſ. 64. n. 47.* alijquè innumeri relati à Fuſar. *de ſubſtit. q. 554. num. 6. & ſeq.* vbi dicit, eum, in cuius fauorem prohibita eſt à teſtatore alienatio, poſſe diſtractione ſequuta authoritate propria bona alienata apprehendere. 2

Et hìc nota alium mirabilem effectum, ex hominis prohibitione reſultantem: ſciunt Noſtrates, tam iure communi feudorum, quàm Regni huius attento, non poſſe feudatarium ſine Domini aſſenſu prohibere, nè ſucceſſor in feudo illud alienet, *cap. 1. de ſucceſſ. feudi, prag. 4. in 6. capit. de feud.* at ſi fortè ſic prohibuerit, 3 4

prohibuerit, licèt hæres hac prohibitione non ligetur, tamen quia cum prohibitione legis, quæ feudum alienari vetat, concurrit prohibitio hominis, hæc prohibitio inſtante eo, qui habet intereſſe, præbet Domino noſtro Regi iuſtam cauſam denegandi aſſenſum contrahere volentibus; videatur inſignis Feudiſta *Io. Vinc. de Anna*, qui in vna facti contingentia, ſtante prohibitione prædicta, denegatum fuiſſe aſſenſum teſtatur in *Conſtit. Conſtitutionem diuæ memoriæ, n.* 46. 47. 48. *&* 49.

5 Vltimò, concluſionem ſic firmatam, nimirùm quòd data expreſſa teſtatoris prohibitione de non alienando, diſtractione ſequuta poſſit fideicommiſſarius, grauati morte non expectata, alienationem reuocare, nouiſſimè amplexa eſt Rot. poſt alios, quos citat in *vna Romana fideicommiſſi de Criſpoldis* ſub die 4. *Maij* 1646. *coram Illuſtriſſimo Royas*, in qua principalitèr fuit dictum, fieri locum fideicommiſſo ad fauorem vocatorum, vbi grauatus delictum patrauerit, per quod bona ſua veniunt confiſcanda, dum hoc expreſsè teſtator mandauerat, ſicque deciſum, non alitèr grauati morte expectata, potuiſſe vocatos bona per grauatum alienata condicere; ſuntque deciſionis verba, quæ ſequuntur.

Veneris 4. *Maij* 1646.

6 Cæſar Criſpoldus in teſtamento, ſub quo deceſſit, hæredem ſcripſit Scipionem Iotium ex ſorore nepotem, cui ſubſtituit eius deſcendentes in infinitum, nempè primogenitum maſculum, cum expreſſo onere aſſumendi nomen, cognomen, & arma ipſius teſtatoris; prohibuitque alienationem: & caſu, quo aliquis ex his hæredibus committeret delictum, ex quo intraret confiſcatio bonorum; voluit quod à die delicti ipſo iure intelligeretur, & eſſet priuatus, & incapax ſucceſſionis; mandauitque ſuccedere alium ſucceſſiuè vocatum. Quo Scipione primo hærede vita functo, hæreditas peruenit ad Cæſarem filium; qui ob homicidium fuit condemnatus in pœnam ordinariam; quibus ſtantibus dubitaui hodiè, an conſtaret de fideicommiſſo d. quondam Cæſaris Criſpoldi purificati ad fauorem Scipionis Cæſaris Iotij de Criſpoldis filij delinquentis? & Domini affirmatiuè reſponderunt, quia ex publico inſtrumento teſtamenti conſtitit de perpetuo fideicommiſſo ad fauorem Primogenitorum ſucceſſiuè deſcendentium à Scipione nepote Cæſaris teſtatoris, qualem ſe probauit dictus Scipio Cæſar, ex qua vocatione perpetua remanſit inductum fideicommiſſum perpetuum; *l. fin. Cod. de verb. ſignif. l. Titia Seia* 87. *§. Seia libertis*, *& l. Titia cum teſtamento* 34. *§. Titia, ff. de leg. & fid.* 2. Natt. *conſ.* 675. *n.* 1. Rim. Iun. *conſ.* 564. *n.* 14. *& ſeq.* Ruin. *conſ.* 22. *n.* 14. *lib.* 2. Peregr. *de fideic. art.* 11. *n.* 25. Fuſar. *de ſubſt. q.* 318. *n.* 77. cùmque fuerit conceptum tam in caſum mortis naturalis, quam delicti ab aliquo ex vocatis patrati, propter quod bona venirent confiſcanda; indè fuit dictum, fuiſſe purificatum fideicommiſſum ob tale delictum à Cæſare Iuniore commiſſum; ad *l. Imperator* 12. *ff. de fid. libert.* Alex. *conſ.* 23. *n.* 3. *& per tot. lib.* 1. Ruin. *conſ.* 129. *n.* 4. *lib.* 2. Rim. Iun. *conſ.* 50. *n.* 95. Rol. *conſ.* 56. *n.* 11. *lib.* 1. Odd. *conſ.* 53. *per tot.* Gabr. *conſ.* 184. *n.* 2. *&* 3. *lib.* 1. Clar. *in §. fin. quæſt.* 78. *ſub num.* 10. Cyriac. *controuerſ.* 346. *num.* 18. *&* 19. ita & talitèr, vt bona poſſint à tertiis poſſeſſoribus auocari, penès quos ante delictum diſtracta fuere; vt per Peregr. *conſ.* 40. *in primo dubio, n.* 3. *&* 4. *lib.* 4. latè Cyriac. *d. controuerſ.* 346. *n.* 17. *vſque ad fin.* Fuſar. *de ſubſtit. q.* 584. *n.* 4.

7 Præfatum verò delictum homicidij probatum fuiſſe in præſenti, deductum fuit, nedum per ſententiam Iudicis Criminalis, verùm etiam per teſtes formitèr in Rota examinatos, plenè d. delictum probàtes. *Summario Scipionis n.* 6. Felin. *in c. ex literis, n.* 20. *ver. niſi conſtaret de delicto, de conſtit.* Rot. *dec.* 165. *n.* 2. *poſt ſecundum vol. conſ. Farinac.* & in *Iuuen. Iuriſpatronatus* 25. *Iunij* 1607. *coram Lancellotto*, & in *Maceraten. hæreditatis* 16. *Nouembris* 1609. *coram Patriarcha Manzanedo.*

Quódque etiam homicidium præfatum fuerit appenſatum, & ſic dignum pœna confiſcationis, vt extat ſtatutum in *Conſtit. Aegid. lib.* 4. *c.* 54. quæ renouat antiquum Ius ciuile, de quo in *l. eiuſdem* 3. *§. legis Corneliæ* 5. ibi, *& omnium bonorum ademptio, ff. ad l. Corneliam de Sicar.* & comprobat *Bulla Sixti Quinti, la* 6. Prout paritèr de confiſcatione apparet tam per d. ſententiam, quàm de ordine Sacr. Conſultæ directo Gubernatori Reatis, ad hoc vt bona confiſcata dimitteret filiis delinquentis, eo quòd erant numero octo, iuxta diſpoſitionem text. *in l. fin. §. ſi plures, ff. de bon. damnat.* Tob. Non. *conſ.* 95. *n.* 12. Honded. *conſ.* 110. *n.* 7. *& ſeqq. lib.* 1. cum aliis latè congeſtis per Farinac. *de delict. & pœn. q.* 24. *n.* 39. Merlin. *de Legit. lib.* 3. *tit.* 1. *quæſt.* 29. *num.* 4. quæ dimiſſio facta à Fiſco in caſu, quo præceſſerat ſententia confiſcationis, & ex Indulgentia *Hadriani Imperatoris* ob numerum filiorum, probat in neceſſarium antecedens, quòd bona fuerant Fiſco incorporata, cùm priuatio ſupponat habitum, vt in terminis ceſſionis hæreditatis, Surd. *conſ.* 136. *num.* 41. *verſ. priuatio*, text. *in l. dotem, ff. de verb. oblig.* Crauet. *conſ.* 200. *n.* 1. Caſtr. *conſ.* 135. *col.* 2. *lib.* 1. Grat. *diſcept.* 568. *num.* 64. Rot. *in Callien. hæreditatis* 1. *Februarij* 1638. *coram Eminentiſſ. Card. Hieronymo Veroſpio, §. & ex his.*

Non obſtat, quòd dicta ſententia lata fuerit in contumaciam, nec propterea probet delictum, præſertim contra Tertium, Laderch. *conſ.* 6. *num.* 2. cum aliis in contrarium adductis, nec ſat eſt, delictum fuiſſe commiſſum, niſi ſequatur actualis confiſcatio, cùm teſtator id vnum reſpexerit, nè ſcilicèt bona ad Fiſcum deuenirent; vt perbellè ponderatum fuit in *Senogallien. fideicommiſſi* 9. *Maij* 1594. *coram bo. me. Card. Arigonio*, impreſſa apud Marcheſ. *de commiſſ. par.* 1. *fol.* 1298. *num.* 2. *&* 3. Nam fuit animaduerſum in præſenti, non verſari in terminis ſimplicis ſententiæ contumacialis, dum in actis conſtat de delicto per teſtes formitèr examinatos ex prædictis, in quibus terminis ſententia etiam contumacialis probat contra omnes, Abb. *in cap. penult. n.* 20. *in fin. de ſent. & re iudic.* Rot. *deciſ.* 6. *n.* 3. *& deciſ.* 303. *num.* 8. *poſt ſecundum vol. conſ. Farinac.* 8

Minus obſtat, quòd bona controuerſa fuerint ſubhaſtata iudicialiter pro ſoluendo ære alieno eiuſdem Scipionis primi hæredis grauati, quo viuente regularitèr alienatio ſuſtinetur; iuxta text. *in l. peto* 69. *§. prædium, ff. de legat.* 2. *l. Statius Florus* 48. *§. Cornelio Felici, de iur. fiſc.* Petr. *de fid. quæſt.* 8. *num.* 319. Peregr. *eodem tract. art.* 40. *ſub n.* 20. Odd. *de fideic. ex prohib. alien. quæſt.* 32. *n.* 8. ita & taliter, vt ante mortem naturalem dicti Scipionis hæredis grauati bona diſtracta non poſſint auocari, quamuis aliqua mutatio ſtatus contingeret in eodem grauato, Bald. *conſ.* 280. *lib.* 1. Decian. *reſpon.* 31. *num.* 23. *lib.* 5. Peregr. *de fid. art.* 28. *n.* 10. Idemquè *de iure fiſc. lib.* 3. *tit.* 5. *n.* 20. *circa fin. verſ. ſiuè enim.* 9

Quia dicto obiecto fuit multiplicitèr per Dominos reſponſum; & *Primò* fuit præmiſſum, quòd dicta ſubhaſtatio bonorum nequeat dici facta ex permiſſione teſtatoris fideicommittentis, dum immò illè expreſsè prohibuit omnibus vocatis, nè bona alienare, aut obligare valerent, etiam ex cauſa dotis, aliàs priuilegiata, aut quauis alia cauſa, ponde- 10

rando verbum *quauis* comprehenſiuum cuiuſlibet cauſæ excogitabilis alienandi, Crauet. *conſ.*294. *ſub n.*3.*ver.ad idem*,Rolan.*conſ.*27.*n.*15.*& ſeqq.li.*4.Rota *dec.*440.*ſub n.*4.*par* 1.*diuerſ.dec.*36.*n.*3.*& ſeqq.par.*5.*rec.*licèt enim in teſtamento ſubdatur ibi, *Eccetto,che venendo il caſo che fuſſero forzati à vendere*; hoc tamen non poteſt referri ad alienationem coactam ex cauſa æris alieni vocatorum , nè detur repugnantia verbis immediatè præcedentibus prohibitiuis obligationis bonorum ob huiuſmodi æs alienum , ſed benè ad aliam ſolam diſtractionem coactiuam, prouenientem ex facto Principis , vel legis,nempè ad publicum ornatum , vel publicum bonum , quando videlicèt poſſeſſor cogeretur vendere recepto pretio,vt patet, nedum ex ſupradicta præcedenti prohibitione,verùm etiam ex verbis ſubſequentibus,dum teſtator excepit à prohibitione caſum venditionis coactæ, & voluntariæ ad vtilitatem fideicommiſſarij ; addendo incontinenti conditionem , *dummodò pretium reinueſtiatur in aliis ſtabilibus , quæ ſuccedere debeant loco diſtractorum ; ſintquè ſuppoſita fideicommiſſo in perpetuum*;quæ conditio tanquam in fine poſita ſub eadē oratione poſt vtrumque caſum exceptuatum,ad vtrumquè venit referenda;ad text.*in l.talis ſcriptura, in fin.*& *ibi* Bart.*ff de legat. primo*,*l.*3.*§. filius*,& *ibi* DD. *de lib.& poſthum.cap.inquiſitionis*,*& cap.ſecundò requiris, de appell.* Mant.*de coniect. lib.*6. *tit.*13. *numer.*6. *in fin.*cum aliis congeſtis in *Romana electionis Puellarum* 27. *Nouembris* 1624 *coram bon. me.Pirouano*, præſertim inſpecta enixa mente teſtatoris conſeruandi bona perpetuò in fideicommiſſo, cum arctiſſima prohibitione alienationis ex quauis cauſa,quo caſu cenſetur prohibita etiam vſusfructus alienatio,*l.fin. Codic. de reb.alien.non alien.* vbi Bart. Baldus & communitèr Scribentes, Molin. *de H.ſp.*
11 *primog.lib.*1.*c.*20.*n.*8.ita & talitèr,vt ſequens ſucceſſor etiam in vita poſſeſſoris admittatur , *l. cum pater* 77.*§.libertis* 27.iuncta Gloſ.*verbo, nè id alienarent.ff. de legat.*2.per quem text. dicit Paul.de Caſtr.in *proprio loco*,*n.*4.*&*7.quòd alienatio voluntaria facta cōtra expreſſam voluntatem teſtatoris poteſt ſtatim reuocari ,.& ad reuocandum admittuntur, qui non alienarunt,nec alienationi conſenſerunt , non expectâta die fideicommiſſi;idem ſequitur Ripa *num.*47. Claud. de Seyſel. *ibidem,num.*12 .Crot.*n.*36. Anton. Gomez *l.*40.*Tauri*, *num.*88. Anton.de Padilla *in authen.res quæ*,*num.*2.*Cod.commun. de legat.*Zanch.*in l. heredes mei*,*§. cùm ita*,*ff.ad Trebell. numer.*405. Grat. *conſ.*21.*n.*34.*li.*2.ac ſi delinquens eſſet realitèr mortuus; Bellon. Iun. *conſ.*11.*n.*17. Fuſar.*quæſt.*683.*n.*16. Rot.*in Bonon.fideicommiſſi de Bologninis* 26.*Nouemb.* 1644.*coram.R.P.D.meo Ghiſilerio.*

12 Secundò reſponſum fuit , ſubſcriptam concluſionem in contrarium adductam eſſe intelligendam iuxta DD. allegatos, nempè quando probatum fuit, quòd non extabant alia bona,ex quibus æs alienum ſolui poſſet ; quod eſſet ex aduerſo probandum: Peregr. *de fid.art.*40.*ſub numer.*22. Et quando non eſt facta à teſtatore ſpecialis ſubſtitutio in caſum mutationis ſtatus , vel confiſcationis ; at vbi , vt in præſenti,fideicommiſſum reperitur relictum,ſiuè in caſum mortis, ſiuè delicti capitalis digni confiſcatione bonorum , qui eſt caſus noſter , licitum eſt purificato caſu delicti reuocare à tertiis poſſeſſoribus bona priùs diſtracta , non ſecus ac liceret, ſi ſolùm in caſum mortis naturalis fuiſſet facta ſubſtitutio, & caſus mortis naturalis eueniſſet , dum teſtator vtrumquè caſū in verbis æquiparauit,ibi, *come ſe foſſe morto*;mors enim ciuilis æquiparatur naturali,quando fuit à teſtatore in vtroque caſu diſpoſitum, paritquè effectum purificationis fideicommiſſi ; *l. actione* 65.*§. publicationem, ff. pro ſoc.* Ioan.Lopez *in rub. ff.de donat. inter vir. & vxor.* §.71. *num.*2. Rim. Iun. *conſ.*416. *lib.*4. Menoch. *conſ.* 227. *num.*45. *&* 388. *n.*23.Honded. *conſ.*63.*n.*40 *lib.*1. quos refert , & ſequitur Fuſar.*de ſubſtit.quæſt.*430.*n.*14.*&* 18. & Add. ad Buratt.*deciſ.*64.*numer.*14.*&* 15.& dum bona non poſſunt confiſcari ob expreſſam teſtatoris prohibitionem, certè ſubſtitutus ſtatim admittitur,non expectata morte naturali; Soc. Iun. *conſ.*49.*c.*3.*num.*3. *& ſeq.lib.*3. Menoch. *conſ.*484.*nu.*17. Petr.*de fideic. quæſt.*3.*num.*11.Fuſar.*de ſubſtit.quæſt.*441.*numer.*11. *&* 683.*num.*16. Rota in *dicta Bononien.fideicommiſſi de Bologninis* 26.*Nouembris* 1644.*coram R.P. D.meo Ghiſilerio.*

Tertiò , quia dictus teſtator in caſum delicti , & 13
confiſcationis bonorum,non priuauit delinquentem per verba particularia directa ad res particulares,ſed per verba vniuerſalia reſpicientia totam hæreditatem , ibi , *e ſia priuato di detta heredita*; indè purificato caſu confiſcations omnia bona deuoluuntur ad dictum Scipionem Cæſarem ſubſtitutum , quæ ad hæredem grauatum peruenēre , & conſequentèr etiam omnia alia bona iam priùs diſtracta: vt in puncto Cyriac.*conſ.*246.*per tot.*& ſignantèr *num.*13. *& ſeqq.*vbi adducit concordantes,cui nullus ex DD. in contrarium adductis contradicit in hoc caſu,dùm omnes loquuntur , quando non reperitur facta expreſſa ſubſtitutio vniuerſalis in caſum confiſcationis;ſic etiam Peregr.*conſ.*40.*ſub n.*4.*lib.*4.

Minùs applicatur *deciſ.*714.*n.*11.*par.*4.*rec. tom.*2. Quia loquitur de bonis non delatis delinquenti tempore cōfiſcationis;at in præſenti caſu iam bona fuerant ipſi delata , ſed idem delinquens alienauerat, indè alienatio reuocatur eueniente caſu fideicommiſſi,ex *ſupradictis.*

Demùm non obſtat , quòd factum hæredis non 14
debeat nocere emptoribus ; quia hoc præiudicium non naſcitur primario ex delicto hæredis, ſed ex diſpoſitione teſtatoris fideicommittentis, qui in caſum delicti alterum ſubſtituit in omnibus bonis;prout in ſimili, Sarmiento *ſelect. interpr.lib.* 1. *cap.*8.*n.*4.*&* 5. Laderch.*conſ.*23.*num.*21.*& ſeqq.* Rot.*dec.*319.*n.*8.*& ſeqq.p.*5.*rec.*

Et ita reſolutum , vtraque parte informante, &c.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum à teſtatore ordinatum ſuper fundo , quem habebat communem cum hærede, quem inſtituit, an cenſeatur impoſitum ſuper toto fundo , & numer.*4. 5. 6. *&* 7.

2 *Teſtator poteſt rem hæredis legare, vel ſuper ea fideicommiſſum ordinare.*

3 *Hæres adeundo defuncti hæreditatem videtur quaſi contrahere cum creditoribus , & legatariis,& cauſam habentibus.*

ARGVMENTVM.

Fideicommiſſo impoſito ſuper re, quam teſtator fideicommittens habebat communem cum hærede, quem inſtituit;nùm cenſeatur illud impoſitum ſuper tota re, vel potiùs

ſuper

ſuper parte tantùm, quæ ad fideicommittentem ſpectabat.

CAPVT XCI.

1 FIDEICOMMISSVM ſi fuerit à teſtatore impoſitum ſuper re, quam cum hærede, quem inſtituit, communem habebat, quæritur elegantèr, an cenſendum ſit illud impoſitum ſuper tota re, vel potiùs ſuper parte, quam cum hærede pro indiuiſo poſſidebat?

Occurrit aliàs de hoc articulo diſceptari in cauſa in Sacro Conſilio Regni huius vertente inter Antoniam, & Magdalenam de Capograſſis ſorores, quarum partes ipſe tuebar, & Paulum Aemilium eiuſdem cognominis, Nobiles Salernitanos. Etenim in facto ſupponebatur, anno 1547. Sigiſmundum Capograſſum Archidiaconum Salernitanum duos ex fratre germano pronepotes vniuerſales inſtituendo hæredes, Iacobum ſcilicet & Aſcanium ſuper duobus fundis, altero vrbano, altero verò ruſtico, quos pro communi, & indiuiſo cum his pronepotibus hæredibus inſtitutis poſſidebat, fideicommiſſum pro maſculis de familia ſatis ordinaſſe, & cùm factus eſſet caſus illius ob mortem ſequutam Melchioris Capograſſi, ſuperſtitibus dictis Antonia, & Magdalena ſororibus, prætendebat Paulus Aemilius Capograſſus vti de teſtatoris familia vnicus ſuperſtes maſculus, his fœminis excluſis, in fundis fideicommiſſo obnoxiis ſuccedere. Contradicebant fœminæ, præſupponentes, fideicommiſſum per Archidiaconum ordinatum, non poſſe, niſi in medietate dictorum fundorum, quæ erat ipſius teſtatoris, verificari; ex quo altera ad Iacobum, & Aſcanium hæredes inſtitutos ſpectabat, quorum per intermedias perſonas Lælij eorum patris, & Melchioris fratris, fœminæ ipſæ erant hæredes; ſicque contendebant ſuper medietate, quæ erat propria Iacobi, & Aſcanij, pronepotum ab Archidiacono inſtitutorum, nullum cenſeri poſſe fideicommiſſi onus impoſitum; vnde quid iuris dubitabatur?

2 Et pro ratione dubitandi videbatur pro Paulo Aemilio reſpondendum, ſicque fideicommiſſum in caſu propoſito non modò cenſeri impoſitum ſuper medietate fundorum ad fideicommittentem ſpectante, ſed etiam ſuper alia ad hæredes, quos inſtituit, pertinente: Etenim indubitati iuris eſt poſſe teſtatorem rem hæredis, quem inſtituit, ſicut propriam alteri legare, vel ſuper ea fideicommiſſum ordinare; ſunt iura nimis vulgata in *l. vnum ex familia 69. §. ſi rem. ff. de legat. 2. in l. hæredum. Cod. de fideicommiſſ.* & in *§. non ſolùm autem, Inſtit. de legat.* cum *mille concordantibus*, & in *his locis* Gloſ. Cyn. Bart. Bal. Ang. Alex. & DD. communitèr, Ant. Gomez ex Recentioribus *variar. reſolut. to. 1. tit. de legat. 1. n. 14.* Marc. Ant. Peregrin. *de fideicomm. art. 33. n. 5.* vbi *n. 8.* huius
3 diſpoſitionis aſſignat rationem; nimirùm quia hæres defuncti adeundo hæreditatem, videtur ſuo conſenſu id, quod defunctus diſpoſuit, confirmare, & approbare, ſicquè per aditionem ſequutam quaſi contrahere cum creditoribus, legatariis, & cauſam habentibus cum defuncto; allegat Bald. id aſſerentem in *l. 1. num. 21. C. de legat.* poterat enim hæres inſtitutus defuncti hæreditatem reſpuere, ac ita à rei propriæ præſtatione ſe liberum facere. Vndè cùm in caſu, de quo agebatur, ſupponeretur, fideicommiſſum fuiſſe ordinatum ſuper fundis, quorum medietas ad hæredes ſpectabat, videbatur dicendum, vt tam ſuper medietate ad fideicommittentem ſpectante, quam ſuper alia ad hæredes pertinente, onus illud impoſitum cenſeatur, ex quo ius permittit, vt poſſit teſtator ſuper re hæredis fideicommiſſum imponere.

4 Sed hac dubitandi ratione non obſtante, contraria ſententia, citra omne dubium tenenda eſt; nimirùm, vt in caſu propoſito fideicommiſſum non niſi ſuper medietate ad teſtatorem ſpectante impoſitum cenſeri debeat; non autem ſuper medietate, quæ ad hæredes pertinebat. Etenim quamuis concluſio paulò antè firmata veriſſima ſit, nec de ea dubitari poſſit; ad caſum tamen, de quo agimus, non applicatur: procedit enim, quando res, ſuper qua fideicommiſſum imponitur, integra ad hæredem ſpectat, nec ius aliquod teſtator in ea habet; ſecùs autem, vbi teſtator partem haberet, quia tunc dum de parte hæredis, verbis expreſſis mentio facta non eſt, de illa tantùm portione, quæ erat in dominio teſtatoris, cenſetur facta diſpoſitio: hic eſt text. ad literam in *l. ſerui electione 5. §. cùm fundus, ff. de legat. 1.* cuius verba ſunt: *Cùm fundus communis legatus ſit, non adiecta portione, ſed meum nominauerit, portionẽ deberi conſtat.* concordant iura in *l. ſi domus, §. fin. ff. eod.* & alia, quæ allegat Gloſ. in *d. §. fin. in verbo habemus.*

5 Diſcriminis ratio inter vtrumque caſum aſſignatur à Io. Fabr. *in d. §. non ſolùm, num. 2. Inſtit. de legat.* & ea eſt, quia quando legatum fit de re communi, affert illud vtilitatem in portione teſtantis, ſed in re penitùs aliena, nulla ratio, ſeu portionis diuiſio fieri poteſt, cùm nulla ratione affirmari poſſit, magis in vna, quàm in alia portione legatum poſſe deberi; & ideò vt legatum emolumentum afferat, valet in totum: ſicque etiam notarunt Gloſ. in *d. §. cùm fundus, in verb. conſtat,* & *ibidem* Bar. Alber. Ang. Paul. de Caſtr. Imol. Aret. Alex. Iaſ. Rip. Dec. & communitèr omnes *in princ.* idem Paul. de Caſtr. in *l. Idem Iulianus 41. n. 5. ff. eod. tit. de legat. 1.* Ang. Aret. *in d. §. non ſolùm, n. 3. verſ. ſecundo caſu principali,* Ant. Gomez. *citat. tit. de legat. num. 15.* Craſſ. *in §. legatum, quæſt. 14. num. 9.* vbi alios citat, qui hanc concluſionem, vt legando rem, cenſeatur legatum ius tantùm, quod teſtator habet; ampliant, etiam ſi ius illud non eſſet de præſenti formalitèr quæſitum; ſed debitum ſub ſpe probabili, vt adhùc ius illud tantùm legatum intelligatur, non autem tota res.

6 Nec dices cum Bart. in *eodem §. cùm fundus, numer. 3. verſ. item quæro,* concluſionem prædictam procedere, quando teſtator diſponit de re, quam habet communem cum alio, quàm cum hærede, & ſic cum extraneo; ſecùs autem ſi cum hærede, quem inſtituit: nam eo caſu, dicit Bart. quòd tota res debetur, ac ſi eſſet ipſius teſtantis: & quòd de hoc eſt text. *in l. cùm filius 78. §. Dominus, ff. de legat. 2.*

Etenim text. iſte, vt benè aduertunt Rip. in *d. §. cùm fundus, num. 13.* Iaſ. *num. 22.* Socin. *numer. 3. verſ. ſecundò limito,* & alij, *Bart.* aſſertionem non probat: dicit text. in *1. par.* quòd ſi teſtator alicui legaret fundum, in quo habebat nudã proprietatem, ex quo vſusfructus ad hæredem, quem inſtituit, ſpectabat, tenebitur hæres abſque vſusfructus retentione legatum fundum legatario præſtare: hæc deciſio non applicatur, *Primo*, quia loquitur *text.* quando nuda proprietas eſt penès teſtatorem, vſusfructus autem penès hæredem; ac proindè vt legatum non ſit legatario inutile, dùm viuit hæres, pleno iure debetur; ſecùs autem vbi communio, quam vnius rei habent teſtator, & hæres, conſiſtit in proprietate, & vſufructu; quia tunc benè in parte, quæ eſt teſtatoris, eo defuncto, poteſt legatarij emolumentum

conſiſtere. *Secundò*, quia eſt caſus ſpecialis in vſufructu, nulla habita conſideratione, quòd hæres inſtitutus habeat vſumfructum, ex quo idem eſſet, ſi vſusfructus eſſet alterius Tertij, & non hæredis; prout eſt text. ad literam in *l. Mænius 68. §. fundo legato, citat. tit. de legat. 2.* vbi legato fundo in quo teſtator habebat proprietatem, & alius vſumfructum, tenetur hæres pleno iure relictum fundum legatario tradere; & hoc in ſpecie aduertunt Alex. Iaſ. Socin. & alij *ſuprà* citati.

7 Sed vtcunque ſit, ceſſat hæc diſputatio in caſu noſtro, nec alitèr pro defenſione concluſionis *ſuprà* firmatæ indigemus congruas ad text. *in d. §. Dominus*, accommodare reſponſiones; cùm attenta eiuſdem *Bart.* theorica, diſpoſitio *d. §. cùm fundus*, de plano procedat, quotiès teſtator diſponendo adijceret pronomen *meum*, v. g. *lego Titio fundum meum Cornelianum*, quia tunc, ſiuè fundum Cornelianum haberet teſtator communem cum extraneo, ſiuè cum hærede, non poterit niſi in illa parte, quæ erat teſtatoris, legatum verificari; ſicque illam tantùm partem deberi; & hoc in ſpecie notauit Bart. in *d. §. cùm fundus, num. 3.* & poſt eum, Pau. de Caſtr. *num.* 8. Ang. *in princ.* Alex. *col. 1. verſ. hoc tamen intelligunt*, Rip. *n.* 14. Iaſ. *num. 20. verſ. licèt Bart.* Ang. Aret. *in d. §. non ſolùm, numer. 2. verſ. item niſi eſſet communis*, Couarr. in *cap. filius noſter, num 3. verſ. quia etſi teſtator, de teſtament.* Ripol. *var. reſol. tit. de teſtam. num. 74. cum ſeqq.* hoc pronomine in caſu noſtro vſus fuit Sigiſmundus teſtator, qui intendens fideicommiſſum ordinare tam ſuper domo, quæ dicitur *delli Stellati*, quàm ſuper rure, quod dicitur *di Grottola*, in quibus bonis medietatem tantùm habebat, non alitèr dixit, *Volo, vt domus dicta* delli Stellati, *& rus, quod dicitur* di Grottola *nullo vnquam tempore alienari poſſint*, &c. ſed legitur in teſtamento ſic. *Item mandauit, & voluit teſtator ipſe, quòd domus ipſius teſtatoris, quæ dicitur* delli Stellati, *&c.* & demùm reſpectu ruris, *Item voluit, & mandauit, quòd poſſeſſio ipſius teſtatoris nuncupata,* Grottola, *ſit, &c.*

Vndè, &c.

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſio an ſit præſtanda à conuento petitione hæreditatis de reſtituendis fructibus perceptis, & lite pendente percipiendis, & n. 3. 4. 5. 9. & 12.*

2 *Iudicium petitionis hæreditatis an fructuum reſtitutionem importet.*

6 *Litigandi iuſtam habens cauſam excuſatur ab intereſſe.*

Item à pœna expenſarum, numer. 7. 18. 19. & 20.

8 *Hæres grauatus an vnà cum hæreditate teneatur pariter ad reſtitutionem fructuum.*

10 *Iuris error dubius an ſat ſit, vt poſſeſſor ſuos faciat fructus, & n. 11.*

13 *Obtinens in poſſeſſorio, ſuccumbens in petitorio, an ad fructuum reſtitutionem teneatur, & n. 14. & 16.*

15 *Sententia lata in petitorio an abſorbeat ſententiam latam in poſſeſſorio.*

17 *Obtinens in poſſeſſorio, iuſtam cauſam litigandi habet.*

21 *Poſſeſſor bonæ fidei an à tempore litis conteſtatæ efficiatur malæ fidei.*

ARGVMENTVM.

Fideiuſſio an præſtanda ſit à conuento petitione hæreditatis de reſtituendis fructibus perceptis, & lite pendente percipiendis in caſu ſuccumbentiæ, Actore illam petente, & præſtari inſtante; Et quatenus ſit præſtanda, an procedat in bonæ fidei poſſeſſore, qui iuſtam haberet litigandi cauſam, & quæ ſit iuſta cauſa litigandi. Obtinens in poſſeſſorio, ſi in petitorio ſuccumbat, an ad reſtitutionem fructuum perceptorum, & poſt litis conteſtationem percipiendorum condemnari poſſit: ac de aliis ad materiam pertinentibus.

CAPVT XCII.

FIDEIVSSIO, reuocatur in dubium, an præſtanda ſit à conuento petitione hæreditatis de reſtituendis fructibus perceptis, & lite pendente percipiendis, actore illam petente, & præſtari inſtante. 1

Pro cuius reſolutione dico, neceſſariò videndum eſſe primò, an hoc iudicium, reo condemnato, verè importet fructuum reſtitutionem? & in hoc citra omne dubium affirmatiuè reſpondendum videtur, ex iuribus in *l. item non ſolùm, in l. ſed & ſi lege, §. ſi ante litem, & §. conſuluit ff. de petition. hæred. & in l. 1. Cod. eod. tit.* cum hac tamen diſtinctione; quia ſi loquimur de fructibus ante litis conteſtationem perceptis, & ſumus in malæ fidei poſſeſſore; tenebitur ille, non modò ad perceptorum reſtitutionem, ſed ad illorum vſuras; ſin autem bonæ fidei extiterit poſſeſſor, teneri illum dicimus, quatenus ſit effectus locupletior: ſi verò de illis fructibus agamus poſt litem conteſtatam perceptis, tùnc quia videtur, nullum poſſe adhiberi diſcrimen inter malæ fidei, & bonæ fidei poſſeſſorem, venit fructuum reſtitutio. Ratio aſſignatur, quia poſt litem conteſtatam, ſiuè controuerſiam motam, omnes dicuntur pares, & in mala fide conſtituti, & cum hac diſtinctione tranſiuit Supremus Sabaudiæ Senatus penes Anton. Fab. *diff. 8. C. de petit. hæred. & 64. C. de fructib. & lit. expenſ.* & de materia eſt videndus Bart. *in l. & ex diuerſo 25. à n. 5. vſquè ad finem, ff. de rei vendicat.* 2

Hoc poſito, ad dubium propoſitum deueniendo, dico, locum eſſe petitæ ſatisdationi; nam quamuis text. *in l. diuus, §. diuus*, vbi Gloſ. *ff. de petition. hæred.* aliud non diſponat, niſi quòd teneatur poſſeſſor petitione hæreditatis conuentus de hæreditate reſtituenda. 3

enda, & non diminuenda, ſatiſdare; quia in hoc iudicio, ex *ſuprà* iam dictis venit etiam fructuum reſtitutio, ex quo augent hæreditatem, *d. §. item non ſolùm, verſ. fructus*, etiam de illis reſtituendis eſt præſtanda fideiuſſio: id quod etiam obſeruauit Ant. Hering. *tract. de fideiuſſ. cap. 10. num. 317.* vbi tamen de fructuum deſcriptione, & cautione de illis non minuendis verba facit.

4 Eſt tamen hic diligenter aduertendum, vt concluſio hæc ſic ſimplicitèr poſita procedat in eo poſſeſſore conuento, qui verè eſt in mala fide conſtitutus, & quòd bonæ fidei caſus conſiderari non poſſit; de illo enim loquuntur iura *ſuprà* allegata, & punctualitèr text. *in d. §. ſi ante litem*; nam diſponendo *ibi* I. Conſultus, vt teneatur poſſeſſor ad fructuum reſtitutionem, poſt litem conteſtatam perceptorum, ſiuè poſt controuerſiam motam, reddit rationem, quia cœpit ille ſcire, rem ad ſe non pertinere; ibi, *cœpit enim ſcire, rem ad ſe non pertinentem poſſidere ſe is, qui interpellatur, &c.*

5 Secùs autem omninò dicendum eſt, vbi in bona fide eſſet conſtitutus poſſeſſor iuſtam habens litigandi cauſam, quia tunc ſuos ſine dubio faceret fructus, & per conſequens ad fideiuſſionem præſtandam de illis reſtituendis minimè teneretur; quod contingere poſſet, ſi de iuris articulo ageretur, qui à Doctoribus difficilis reputaretur, vel ſi opinionum adeſſet varietas, nec facilè, quæ communis eſſet, diſcerni poſſet; hoc enim facit, vt reus iuſtam habeat litigandi cauſam, vt omnium latiſſimè in hac materia explicat Iaſ. *in l. properandum. §. ſin autem alterutra, n. 8.* & *ibi* Alex. *num. 17. C. de Iudic.* & ex recentioribus, Menoch. *de arbitr. Iud. caſu 177.*

6 Hinc à ſimili, cùm ex mora debeatur intereſſe, quia qui iuſtam litigandi cauſam habet, à mora excuſatur; Gloſ. communitèr approbata in *l. quod te, in verb. detrimentum, ff. ſi cert. pet.* excuſatur etiam ab intereſſe, Gloſ. *in l. in hac, in gloſ. magna, circa principium, verſ. nec illud placet, ff. de cond. triticar.* quam ſingularem appellat Bald. *in tit. qui ſucceſſ. tenean. lo 2. num. 6.* Dec. *in d. l. quod te, num. 5.* Aret. *conſ. 150. num. 9. verſ. quinimmo*, & Burſat. *conſ. 442. num. 31. vol. 4.* id quod pro indubitato dixerunt in terminis *l. 1. C. de vſur. & fructibus rei lega.* nam cùm Imperiali illa *Conſtitutione* ſancitum ſit, hæredem ad rei legatæ vſuras legatario præſtandas cogi poſſe, poſt tamen tempus litis conteſtatæ id negarunt, quotiès hæres iuſtam habuit litigandi cauſam, vt per Gloſ. *in d. l. 1. in finalibus verbis*, & eſt text. *in l. 2. Cod. eod.* & nimis clarus in *l. in fideicommiſſi, ff. de vſur.* & in *l. ſciendum, ff. eodem.*

7 Excuſat etiam iuſta litigandi cauſa à pœna expenſarum, *l. qui ſolidum, §. 1. ff. de legat. 2.* & notatur in *l. properandum, §. ſin autem, C. de iudic.* Menoch. *loc. cit.* D. Reg. Rouit. *in prag. 1. à n. 6. de expenſ.* Item à pœna contumaciæ, Gloſ. communitèr recepta in *l. ex conſenſu, §. fin. ff. de appellat.* Item à pœna compromiſſi, Io. Andr. ad Specul. *in tit. de arbitr. §. fin.* quæ omnia in propoſito conſiderauit Curt. Iun. *infrà* allegandus.

8 Et magis in puncto in reſtitutione fideicommiſſi, quod per hæredem ſtatim illo purificato fideicommiſſario reſtituendum venit, cùm certiſſimum ſit, data mora ex parte hæredis, fructus quoque poſt moram contractam reſtituendos eſſe, vt latè poſt antiquos ex Recentioribus proſequitur Surd. *deciſ. 25. per totam*, in facti contingentia condemnato hærede ad reſtituendum, Supremus Regni huius Senatus, abſoluendum eſſe illum à fructibus perceptis cenſuit, non alia ratione, dixerunt mihi aliqui ex Dominis votantibus, niſi quia habuit hæres propter articuli difficultatem iuſtam litigandi cauſam; idquè iunctis Aulis ſub die 14. Maij 1630. in cauſa tunc vertente inter Vincentium, & Doctorem Hadrianum de Siero actores, & Liuiam, & Victoriam de Siero conuentas Caietanæ Ciuitatis; Et quiſnam fuerit articulus ille tunc diſputatus, diſſerui Ego *lib. 1. c. 132.*

In indiuiduo autem, vt nimirùm in iudicio petitionis hæreditatis, quando poſſeſſor conuentus iuſtam habet litigandi cauſam, data demùm illius ſuccumbentia, quòd ad fructuum perceptorum reſtitutionem non teneatur, firmauit elegantiſſimè Curt. Iun. omninò videndus, *conſ. 6. in 4. concluſ. intra n. 25. vſquè ad 27.* vbi dicit, quòd licèt ſit inter *Doctores* controuerſia, num titulus nullus cum iuris errore probabili ſufficiat ad lucrum fructuum, ſubdit, communem eſſe concluſionem, quòd ſic; per text. optimum, & *ibi* Bart. *in d. l. ſed & ſi lege, §. ſcire, ff. de petition hered.* vbi loquendo *I. Conſultus* de eo, qui teſtamentum valere putabat, quòd non valebat, dicit, *non puto hunc prædonem, qui dolo caret, licèt erret in iure*; ergò argumentatur *Curt.* quòd voluit text. quòd lucretur fructus; allegat etiam Gloſ. & Bart. *in l. ſi fur, §. 1. de vſucapion.* Abb. *in cap. ſi diligenti, in 7. col. extra. de præſcription.* & Felin qui hanc materiam latè proſequitur in *in cap. de Quarta, col. 9. eod. tit.* & ſic firmitèr, & conſtantèr tenet, quòd quotiès in iuris errore dubio, & probabili verſamur, ſat eſſe, vt poſſeſſor ſuos faciat fructus, nec alitèr ad reſtitutionem eam teneri, etiam ſi ex illis eſſet locupletior effectus, ex eo, quia error probabilis iuris errori facti æquipollet; *cap. cùm dilectus*, quem *ibi* ad hoc extollit Imol. *col. 7. extra. de conſuet.* qui quidèm facti error, ſecundùm omnes bonam inducit fidem, cùm etiam prudentiſſimos fallat, *l. 2. ff. de iuris, & fact. ignorant.* & dicetur probabilis iuris error, quando ius eſt obſcurum; *l. cum prolatis, ff. de re iudic.* vel eſſet paſſus in iure difficilis, & aliis modis, vt per Felin. *in d. cap. de Quarta, n. 30.* 9 10

11 Et ſi dicas, Gloſ. *in d. §. ſi ante litem*, quam *ibi circa finem* allegat Bar. dixiſſe, iuris, & de iure præſumptionem eſſe, vt poſſeſſor poſt litem conteſtatam in mala fide conſtituatur quoad fructus. Reſpondeo, id concedi poſſe, quando ſimplicitèr mala fides tantùm adeſſet, provt eſt in ſimplici iuris errore non probabili; ſecùs autem omninò aſſeuerandum, vbi bona fides aſſiſteret poſitiuè, quia tunc modo aliquo dici poteſt, poſſeſſorem ſuos non facere fructus, etiam ſi ex illis factus eſſet locupletior, vt idem Curt. Iun. proſequitur *ante num. 27.* ſubdens ex *Felin.* eſſe ſatis notandum id quod in propoſito dixerat in *d. cap. de Quarta*, quòd in dubio quis non præſumitur locupletior factus; allegat etiam Angel. *conſ. 258. in lib. meo 260.* & multa etiam ad rem idem Curt. *conſ. 28. num. 6.*

Sed circa hoc, nimirùm, an quis in dubio præſumatur factus locupletior? pro veritate ſunt videndi Doctores pro vtraque parte relati per D. de Franch. *deciſ. 31.* & per Addentes *ibi*, & quomodò probetur, quem ex fructuum perceptione effectum eſſe locupletiorem, an ſcilicèt ſat ſit probari, poſſeſſorem in vſus proprios pro familiæ ſuſtentatione fructus conuertiſſe, vel potiùs ſit probanda ſpecies locupletationis, recurrere ad Ang. *d. conſ. 260.* Iacob. *d. l. ſi me, & Titium, ff. ſi certum petatur*, Io. Vinc. de Anna *alleg. 113.* & ex Recentioribus, Fachineum *controu. iur. lib. 2. cap. 46. per totum.*

12 Si igitur, vt concludam in iudicio petitionis hæreditatis, quando poſſeſſor iuſtam habet litigandi cauſam, etiam ſi demùm ſuccubuerit, ad fructuum reſtitutionem non tenetur, conſequens eſt dicere, eo caſu fruſtratoriam eſſe, & inanem actoris petitionem circa cautionem præſtandam de illis reſtituendis.

13 Poſt hæc ſcripta, ad maiorem noſtræ opinionis corroborationem, obſeruaui Matthiam Berlichium, qui *in ſua 7. deciſ. de anno* 1613. per illum Senatum reſolutum fuiſſe teſtatur, obtinentem in poſſeſſorio, & in petitorio ſuccumbentem, nullo pacto condemnari poſſe ad reſtitutionem fructuum, tàm ante, quàm poſt litis conteſtationem perceptorum; ea quidèm principaliori ratione, de qua ſuprà, quia dùm in poſſeſſorio obtinuit, iuſtam in petitorio habebat litigandi cauſam, ſicque ſemper hic conuentus extitit bonæ fidei poſſeſſor, Audi, quæſo, *huius deciſionis* verba.

Deciſio 7. Matthiæ Berlichij.

14 Quòd obtinens in poſſeſſorio excuſetur à reſtitutione fructuum per ipſum vſque ad litis conteſtationem in petitorio factam perceptorum, tradit Gloſ. *in cap. cùm ſuper Quarta, extra de cauſ. poſſeſſ. & propr. verb. reſtituendum, verſ. & hoc poſſit quandoquè, & ſeq.* Capell. Tholoſ. *qu.* 595. *in cap. an ille, qui obtinuit, n.* 1. *& ſeq. per tot.* à tempore verò litis conteſtatæ ſuper petitorio, bene tenebitur ad reſtitutionem fructuum; Gloſ. *in cap. ſignificauerunt 36. extra. de teſt. & atteſtat. verb. recurſum, verſ. ſed pone quòd, & ſeq.* Stephan. Aufrer. *in addit. ad Capell. Tholoſ. d. quæſt.* 595. *num.* 2. *poſt med. verſ. à tempore verò litis*, Felin. *in d. c. ſignificauerũt, extra. de teſtib. num.* 7. *verſ. & per hec inferri poteſt, & num.* 8.

15 Ratio eſt, quià ſententia lata in petitorio abſorbet ſententiam latam in poſſeſſorio, & eam reducit ad irritum, Gloſ. *in cap paſtoralis* 5. *verb. facultatem, verſ. quia ſententia, extra. de cauſ. poſſeſſion. & propriet.* Steph. Aufrer. *in addit. ad Capell. Tholoſ. d. dec.* 495. *num.* 2. *verſ. quòd licèt ſententia*, Si à ſententia, cuius contemplatione in rem poſſeſſor tenebatur, reducitur ad irritum, tũc res ipſa cum fructibus reſtitui debet; *l. filio, §. contra tabulas, ff. de inoffic. teſtam.* Ludouic. Roman. *conſ.* 454. incip. *In re præſenti, num.* 25. *ſub fin. verſ. his tamen non refragantibus, & num. ſeq.* Natta *conſ.* 535. incip. *Quoniam adhùc, num.* 2. ibi, *poſtremò vbi ad irritum, & ſeq.*

16 Contrarium tamèn, quòd indiſtinctè à reſtitutione fructuum etiam poſt litis conteſtationem perceptorum excuſetur, reſponderunt *Scabini Lipſenſes* menſe Aprili anno 1613. ad conſultationem A.M. ſub nomine Ciuis *Delitiani.*

17 Tum quòd is, qui in poſſeſſorio obtinuit, iuſtam litigandi cauſam, & ad iudicium petitorium prouocandi habere cenſeatur, Menoch. *de retinend. poſſeſſ. remed.* 3. *num.* 650. *& ſeq.* Crauet. *conſ.* 789. incip. *Cùm fructuum, num.* 2. *& ſeq.*

18 Qui autèm iuſtè ad iudicium prouocat, & iuſtam litigandi cauſam habet, poſt litis conteſtationem non efficitur malæ fidei poſſeſſor, nec ad fructuum perceptorum, & percipiendorum reſtitutionem tenetur; per text. *in l. ſi quis ſolutione* 24. *ff. de vſur. & fructib.* vbi Bal *in lect. antiq. num.* 2. *in princip.* Hug. Donell. *lib.* 19. *comment. c.* 14. *verſ. quod tamen non eſt perpetuum, & ſeq. pag. mihi* 362.

19 Tùm quòd habens pro ſe poſſeſſionem, licèt minùs canonicam, excuſetur à condemnatione expenſarum; Aegid. Bellam. *deciſ.* 190. incip. *Habens pro ſe, num. vnic. per tot.* ab vſuris autem ad fructus valet argumentum, *rubr. & tot. tit. C. de fruct. & lit. expenſ.*

20 Tùm quia, bonæ fidei poſſeſſor titulum habens etiam poſt litem conteſtatam excuſatur à reſtitutione fructuũ perceptorũ. Gloſ. *in l. ſi nauis* 62. *§. generalitèr, verb. generalitèr, verſ. vndè non habet, ff. de rei vendicat. l. ſi fundum* 17. *verb. non rectè, C. eodem.* Schneid. *in §. ſi quis à non domino* 36. *Inſtit. de rer. diuiſ. & A.R. D. num.* 5. *verſ. quod eſt vnum, & verſic. idem eſt, ſi habuit*, ergò multò magis excuſabitur, ſi ad titulum accedat, etiam ſententia in poſſeſſorio lata.

Tùm denique licèt bonæ fidei poſſeſſor à tempore litis conteſtatæ fiat malæ fidei poſſeſſor, & ad reſtitutionem fructuum perceptorum, & percipiendorum teneatur, *l. litigator* 2. *verſ. ex eo tempore, ex quo, C. de fructibus, & lit. expenſ. l. item veniunt* 20. *§. petitam, ff. de petition. hered. l.* 48. *§.* 2. *ff. de acqu. rer. dom.* Hoc tamèn verum eſt in illis, qui per litis conteſtationem verè in mala fide conſtituuntur, putà ſi res feudalis, vel emphyteutica, aut locata, aut prorſùs aliena petatur, aut vendicetur ob feloniam, ob Commiſſum, vel quia tempus locationis tranſactum ſit, veraquè ſit cauſa vindicationis, & petitionis, quam etiam ſcit poſſeſſor, conductor, emphyteuta, & vaſallus; ſed contendere obſtinatè nihilominùs velit; tunc meritò fit condemnatio fructuum perceptorum, & percipiendorũ; ſecùs eſt, ſi Ego rem emo ab eo, cuius eſſe putabam; Tu verò dicis, eam ad te pertinere, nihilque adducis præter petitionem, & nunciationem; tunc quia bonam fidem verè habeo, nunciatio, vel litis conteſtatio, me non verè, ſed fictè, efficit malæ fidei poſſeſſorem, & ob id à fructibus perceptis, & percipiendis meritò excuſor, donec ſententia diffinitiua feratur, & in rem iudicatam tranſeat; vt pulchrè, & elegantèr tradit Io. Garſ. *tract. de expenſ. & melior. c.* 23. *incip. ferè vltimus, num.* 44. ibi, *quo præmiſſo inſurgit, num.* 45. *& num. ſeq.* 21

SVMMARIVM.

1 *Filia dotata an in taxatione Legitimæ maſculorum ſit inter filios connumeranda, & num.* 5. *&* 8.

2 *Filius, qui renunciauit patri ſuo, an in taxanda Legitima filiorũ, ſiuè paragio fœminarum ſit inter filias connumerandus: diſtinguuntur duo caſus, & num.* 3. 4. 8. *&* 15.

6 *Filius in aliqua Religione profeſſus an in taxanda aliorũ Legitima ſit inter filios connumerandus, & num.* 9.

7 *Filia dotata à patre, ſi ex ſtatuto non poſſet ſuccedere matri, an in taxanda Legitima filiorum ſuper bonis maternis ſit inter filios connumeranda.*

10 *Renunciatio bonorum paternorum facta patri, an ſit ad hæredes patris tranſmiſſibilis, vel potiùs dicatur extinctiua, & num.* 11. 12. 13. 14. *&* 16.

17 *Deciſio S.C. in articulo per modum legis condenda.*

ARGVMENTVM.

Filius in Religione capaci profeſſus, qui nihilo accepto renunciauit patri, eiuſquè hæredibus, & ſucceſſoribus, nùm in taxanda Legitima maſculorum, ſiuè paragio fœminarum ſit inter filios connumerandus. Renunciatio facta patri, eiuſ-

què

quę hæredibus, & ſucceſſoribus in ampla forma, an reſpectu ſucceſſionis ſuper bonis paternis ſit tranſlatiua, vel potùs extinctiua? & de aliis.

CAPVT XCIII.

1 Filia dotata, quamuis grauiſſima ſit quæſtio inter Scribentes, an in taxatione Legitimæ maſculorum, ſiuè paragij fœminarum, computatis dotibus receptis, ſit connumeranda inter filios, de qua latè per DD. relatos ab Anton. Gabr. *commun. concl. lib. 6. tit. de Legit. concl. 2.* & ab Antonino Theſ. *dec.* 159. quorum meminit Præſidens noſter Anellus Amat. *conſ.* 75. *n.* 14. Attamen pars affirmatiua, nimirùm vt aggregatis in patrimonio patris dotibus receptis, ſit inter liberos connumeranda; & vt vulgo dicimus, faciat partem, licèt non admittatur ad partem; credo quòd hodiè apud Noſtrates procedit ſine controuerſia, vt videre eſt apud Afflict. *in Conſtit. In aliquibus, num.* 54. Capyc. *deciſ.* 158. Reg. Reuert. *deciſ.* 1. *&* 366. ſecundum meam compilationem, Præſ. de Franch. *deciſ.* 549. Reg. de Pont. *conſ.* 65. *lib.* 1. Io. Vinc. de Anna *ſing.* 214. Molfeſ. *ad Conſuet. Neap. par.* 4. *quæſt.* 17. *per totam*, & alios relatos à Reg. Capyc. Galeot. *in addit. ad conſ. de Medicis* 167.

2 Sed quæſtio inſurgit, an idem dicendum ſit in filiis, qui in manibus patris ampliſſimè cum iuramento renunciarunt, vt nimirùm adhuc iſti in taxanda Legitima, vel Paragio aliorum filiorum, ſiuè filiarum, connumerandi ſint.

3 In hoc reſolutiuè procedendo, iuxta communem omnium ſententiam, duo caſus ſunt diſtinguendi; quorum Primus eſt, quando filius ideò renunciauit, quia aliquid pro ſua portione recepit, & eo caſu ex communiori ſententia, benè hic in taxanda Legitima filiorum, ſiuè Paragio fœminarum, erit inter filios connumerandus; nam ex quo aliquid recepit, videtur ac ſi totalitèr patri ſuccederet, ac proindè in taxanda aliorum Legitima facit partem, licèt ad partem non admittatur.

4 Secundus caſus eſt, quando filius, nihilo accepto ex aliqua cauſa patri renunciat; id quod vt plurimùm euenire ſolet, quando Religionem aliquam profiteri cupit; & in hoc caſu nullatenus erit connumerandus, cùm pro mortuo habeatur. Ratio eſt patens, quia cùm ex renunciatione, nulla ſucceſſio in bonis patris fuerit illi debita, & vt dicit Napodanus noſter in *Conſuet. Si quis emit, num.* 12. *in fine, de iure Congrui*, non dicitur ampliùs de numero agnatorum, conſequens eſt, vt nec partem, nec numerum faciat; ſicquè vno ore faſſi ſunt.

Bald. *in l. vnica, ante num.* 191. *verſ. quid de filia, C. quand. non petent. partes*, ſub illis verbis, *Quid de filia, quæ renunciat cum iuramento in vita patris: Reſpondeo, ſi dote contenta eſt, tunc facit partem, quia videtur habere ſuam partem; ſi autem ex alia cauſa, putà quia ſic placuit ſibi facere, tunc habetur pro mortua in vita patris, & ideò non accreſcit fratribus aliquid ex connumeratione perſonæ ſororis, quia cùm ſua Legitima dies nunquàm ceſſerit, pro nulla debet haberi, &c.*

Fabian. de Giocchis *in repet. ſuper Authen. nouiſſima, intra num.* 21. *C. de inoffic. teſtam.* vbi *Bald.* inſequendo, hæc dicit verba; *Quid de filia, quæ renunciauit, eo quòd ſit dote contenta, tunc facit partem; quia videtur habere ſuam partem: ſi autem ex alia cauſa, puta quia placuit ſibi ſic facere, tunc habetur pro mortua in vita patris, &c.*

Io. Campeg. *tract. de dote, par.* 1. *in* 35. *quæſtione*, per hæc verba, *Concludo, quòd ſi filia in vita patris dixit, quòd erat ſua dote contenta, facit partem, quia videtur habere partem ſuam: ſi autem ex alia cauſa placuit ſibi ſic facere, non propter dotem datam, tunc habetur pro mortua in vita patris; & ideò non accreſcit aliquid fratribus ex connumeratione ſororis, &c.*

Hieronym. Gabr. *conſ.* 135. *num.* 14. *lib.* 2. ibi, *Nam quòd non renunciauerit ſimplicitèr, ſed dote habita; facit, vt ipſa partem faciat, ita vt reſiduum poſſit alteri applicari; quod fieri nequiret, ſi ſimplicitèr renunciaſſet, quia haberetur pro mortua, &c.* & paulò poſt *n.* 15. *q.* dicitur ſic, *ergo dotis receptio facit, vt filia, quæ renunciauit, faciat partem; quã non faceret, ſi ſimplicitèr renunciaſſet, &c.*

Peregr. *de fideicomm., art.* 38. *num.* 12. *verſ. ſi verò in vita patris*, ſub illis verbis; *Aut filius renunciauit, nihilo recepto, aut aliquo accepto: primo caſu adhuc ſubdiſtinguendum eſt, aut renunciatio fuit inualida, quia non iurata, ad text. &c. & tunc quia ſperatur admitti, facit numerum, & partem, &c. aut renunciatio fuit valida, quia facta ex certa ſcientia, & cum iuramento, ad notata in d. §. illud, & in c. 2. de pact. in 6. & tunc, quia nulla ſucceſſio ſibi debetur in hæreditate patris, is nec partem, nec numerum facit: ſic Bald. &c.*

Rot. *deciſ.* 266. *n.* 5. *par.* 1. *diuerſ.*

Surd. *deciſ.* 252. *n.* 2. *ad finem.*

Paul. Gallerat. *in tract. de renunciat. lib.* 2. *cap.* 5. *numer.* 23. *circa finem*, per hæc verba, *Quarè Bald. in dicta l. vnica, & ibi Cagnol. ita diſtinguit, aut filius, filiauè ideò renunciauit ipſi patri, quia rem aliquam accepit pro ſua portione, vel pro ſua dote, & hoc caſu facit partem, quoniam receptiſſe videtur portionem ſuam; aut verò renunciauit ex aliqua cauſa, & tunc procedit prior opinio, vt non faciat partem, ſed pro mortuo habeatur, &c.*

Mercur. Merlin. *in tract. de Legit. lib.* 1. *tit.* 4. *quæſt.* 5. *num.* 33. ibi, *Primus eſt, quando Religionem ingreditur, vel bannitus efficitur, vel renunciat viuo patre, tunc pro mortuo habetur, & moriente patre non poteſt facere numerum, cùm habeatur ac ſi non ſit in rerum natura; ideò Legitima erit taxanda iuxta numerum aliorum, non computato illo, ita, &c.*

Paulus Bellonus in *ſuo tract. de iure accreſ. capit.* 6. *quæſt.* 14. *num.* 6. *&* 7. his verbis; *Et tunc ſi quæramus, an ita excluſus debeat in numero liberorum computari, vel ad augendam, vel ad minuendam Legitimam, conſtat multùm referre, vtrùm renunciatio fuerit facta gratuitò, & mera voluntate, ac liberalitate renunciantis, an verò aliqua re mediante, puta dote; nam ſi gratuitò, verius eſt non computari, & ſic nec partem facere, nec numerum, &c.*

Et quò ! hoc nullo pacto controuerti poſſit, vbi renunciatio nihilo recepto facta proponitur, rogo obſeruandum id quod *in principio* indicauimus, nimirùm quantum grauis, & ingens ſit inter *Doctores* controuerſia in articulo, An filia, quæ recepit dotem, faciat partem? non enim deſunt, & infiniti, qui pro Negatiua ſcripſerunt ſententia, quorum Anteſignani Ang. & Caſtrenſ. *in l. planè, §. ſi duobus, ff. de legat.* 1. adeò vt propter varias Scribentium opiniones, & rationum conflictus nonnulli affirmauerint, vtramque defendi poſſe, & quòd nullam contrahat culpam Iudex ille, ſi in re tam dubia, & incerta, in vnam, vel alteram partem inclinet; ita Socin. *conſ.* 150. *lib.* 1. Dec. *conſ.* 667. *num.* 15. Petr. Gilken. *in authen. nouiſſima, n.* 14. *C. de inofficioſ. teſtam.* Gabr. *commun. concl.* 5

tit. de

*tit.de Legit.concl.2.num.*5. & Gratian.*diſcept. forenſ. cap.*676.*num.*10.Si igitur in filia,quæ recepit dotem, tanta extitit inter DD. controuerſia ; & qui magis communiter affirmatiuam inſequuti ſunt ſententiam, nimirùm vt faciat partem, non alio clypeo ſe defendunt , niſi vnica illa ratione , ſcilicèt quia ob dotem, quam habuit, videtur patri ſuccedere ; quid affirmare debemus , quando filia nihilo recepto renunciaret ? nonnè in hoc caſu ceſſat prorſùs ratio fundamentalis, quæ mouit Doctores illos, qui dixerunt , quòd ideò filia dotata partem facere debet, quia videtur patri ſuccedere ? certè ſic ; quæ enim aſſignari poteſt ratio , ſi temerario auſu affirmare vellemus,vt faciat partem filius, qui nihilo recepto patri renunciat?

6 Corroboratur eò magis hæc communis ſententia, ſi conſideramus vnicam illam rationem, quæ à Doctoribus aſſignatur pro deciſione quæſtionis, quàm tractarunt in *auth.nouiſſima, C.de inoffic.teſtam.* & in *l.planè,§.ſi duobus, ff de leg.*1.nimirùm an filius in aliqua Religione profeſſus in taxanda aliorum Legitima , ſit inter filios connumerandus ; dixerunt enim, quòd non eſt connumerandus , quotiès Religionem ingreſſus eſt incapacem, ſecus verò ſi capacem;illa enim ratio aſſignatur in primo caſu , quia ſtante incapacitate Religionis , Monaſterium ex perſona Religioſi ſuccedere non poteſt, ſicquè filius pro mortuo habetur, vt per Hartham.*quæſt.iur.lib.*4. *quæſt.*8.*num.*3.Idémque propter eandem rationem, quando filius eſſet iuſtè à patre exhæredatus, non ſic quando Religio eſt capax in communi , quia tunc Monaſterium ex perſona Religioſi , vel habebit portionem , ſi pater mortuus eſt ab inteſtato , vel ſaltem Legitimam , ſi ex teſtamento , ac proindè meritò partem facere debet ; Hac ratione attenta, deſumitur manifeſtè quòd vera ratio fundamentalis conſiſtit in potentia ſuccedendi , vt tunc filius Religioſus non faciat partem , ſi Monaſterium ex illius perſona ſuccedere non poteſt ; ſecus autèm ſi verè ſuccedit ; prout benè conſiderarunt Boer. *deciſ.*104. *num.*6.& meliùs Ant.Fab.*diff.*2.*C.de Epiſc.& Clericis*,& Griuell.*deciſ.*34.*num.*55.

Hoc poſito, quæro , quodnam diſcrimen conſtitui poteſt pro eo, quod ad rem noſtram pertinet, quando Monaſterium eſt penitùs incapax, & quando eſt in communi capax ; attamen propter Religioſi renunciationem ſuccedere prohibetur ? certè nullum; videantur Albert. Brun.*in tract.ſuper ſtatuto, ſtantibus maſculis, in* 13.*art.princip.num.*29.*verſ.facit quod notat Bald. & c.* & Merlinus in *cit.lib.*1.*de Legit.tit.*4. *quæſt.*3.*num.*32.*verſ.circa tertium articulum*,vbi æquiparant filium in Religione incapaci profeſſum , filio qui renunciauit, vel filio iuſtè exhæredato,ſiuè bannito , aut deportato.

7 Et hac etiam ratione attenta,idem dixerunt DD. in quæſtione , An ſtante ſtatuto , vt filia dotata à patre , non poſſit ſuccedere matri ; vel è contrà, vt dotata à matre non poſſit ſuccedere patri ? nam dato caſu, vt ſit dotata à matre, ſi demùm defuncto patre tractaretur de taxanda Legitima vni ex filiis , fœmina à ſucceſſione propter ſtatutum penitùs excluſa in filiorum numero non computabitur , ea quidèm *ſuprà* allegata ratione , quia nulla ſucceſſio in patris hæreditate eſt ei debita,& ſucceſſiuè partem aliquam facere non poteſt;ità ſcripſerunt Bald.*conſ.*490.*lib.*4. Paul. de Caſtr.*conſ.*286.Socin.ſen.*conſ.*84. Crauet. *conſ.*199. *lib.*1. Dec. *conſ.*603. quos omnes citat, & ſequitur Merlin. *d.q.*3.*num.*29.*per tot.*quò fit , vt

8 dicamus , verè quæſtionis vim in eo dumtaxat conſiſtere, an in bonis patris ſit filio,cuius perſonã connumerari petitur, ſucceſſio aliqua debita ? quia ſi dicamus deberi, vel ſi non debetur, fingimus vt ſuccedat in portione , quam à patre in vita habuit , tunc certè connumeratur ; & ſi nullo pacto ſuccedere poteſt,nec aliquid loco portionis Legitimæ in vita patris aſſequutus fuit,id quod euenit, vel quando filius nihilo accepto renunciauit,vel quando Religionem aliquam bonorum incapacem ingreſſus eſt , vel quando fuit iuſtè à patre exhæredatus , vel ex aliquo delicto à Iudice deportatus ; & tunc quia habetur pro mortuo quoad potentiam ſuccedendi , conſequens eſt , vt is nec partem , nec numerum faciat: vt benè obſeruant Bald.& alij, quos *ſuprà* retulimus.

His ſic ſtantibus , cùm in vna facti contingentia, 9
pro exequutione ſententiæ Sacri Conſilij , veniret taxandum Paragium debitum Annæ de Ligorio in bonis qu. Marci Antonii eius patris , duos illos Monachos , nimirùm Don Bernardum , & Don Thomam , qui Congregationem Caſſinenſem ingreſſi, patri ampliſſimè,nihilo accepto, renunciarunt,nullo pacto inter filios Marci Antonii reſpectu taxationis paragii Annæ connumerandos eſſe aſſeuerabam, ſed pro mortuis in vita patris illos haberi,ſicquè filios Marci Antonii, qui patri ſuperſtiterunt , non niſi ad numerum ternarium referendos , & ſucceſſiuè cùm paragium non poſſit eſſe minus Legitima , vt per Andr. Napod. & alios communitèr penès Ioan. Franciſc.de Pont.*conſ.*65.*num.*2.*lib.*1.& cæteros Recentiores,portionem Annæ debitam,attento numero trium filiorum , eſſe tertiam partem illius portionis, quam ab inteſtato habitura eſſet,ſi vti fœmina non excluderetur;vt ex Andr.*in Conſt.In aliquibus* , docet Petr.de Gregor *cit.quæſt.*29.*num.*2.

Nec prædictis obſtare dicebam vanam aduerſa- 10
riorum prætenſionem , dùm præſupponebant , cum duobus fratribus ſuperſtitibus, qui communis patris ab inteſtato hæredes extiterant vniuerſales , ac cum ipſa Anna eſſe omninò connumerandos præfatos Monachos Caſſinenſes , quamuis illi nihilo accepto renunciauerint , ex eo , quòd renunciatio illa facta apparebat patri, eiúſque hæredibus , & ſucceſſoribus, qui cùm eſſent ipſi fratres in ſeculo ſuperſtites, videbatur,illos in paterna hæreditate ſucceſſiſſe, etiam ex perſonis Monachorum renunciantium , & ſucceſſiuè partem facere , non ſolùm nominibus propriis,ſed etiam vti renunciatarios Monachorum; ad quod probandum nonnulli allegabantur Doctores,ex quorum dictis fratrum intentionem fundari credebatur.

Dixi , & iterùm dico , Doctorem aliquem ex tot, 11
tantiſquè,qui hucuſquè ſcripſerunt non inueniri , vt ſuppoſita renunciatione valida, adeò quòd nullo pacto reſcindi poſſit , affirmare auſus ſit , filium , vel filiam,qui nihilo accepto patri , eiuſquè hæredibus, & ſucceſſoribus renunciarunt , eſſe connumerandos inter filios , & ſic partem facere , dùm tractatur de taxanda Legitima, ſiuè Paragio alicuius ex filiis , ſiuè filiabus.Etenim deciperetur ſatis,ſi quis crederet, renunciationem bonorum paternorum factam patri , eiuſquè hæredibus , & ſucceſſoribus eſſe ad hæredes tranſmiſſibilem, quandoquidèm vt quis poſſit ad hæredes ſuos aliquid tranſmittere , neceſſe eſt, vt priùs acquirat, nàm ſine acquiſitione non poteſt dari tranſmiſſio: quando autèm pater recipit à filio renunciationem portionis ad illum ſuper bonis paternis ſpectantis , certum eſt , quòd nihil acquirit , eo enim tempore nihil habet filius quæſitum ſuper bonis patris , vt illud idem per renunciationem poſſit in patrem transferre ; nam cùm acquiſitionis caſus reſpectu portionis paternæ in vita ipſius patris exiſtere,& euenire non poſſit , quia viuentis non datur ſucceſſio, *vulgatis iuribus* ; renunciando filius portionem

nem paternam, nihil in patrem transfert, vt dici poſſit, patrem portionem illam renunciatam acquiſiuiſſe, & ſucceſſiuè eandem ad hæredes ſuos transmiſiſ-
12 ſe; Vndè neceſſario dicendum, renunciationem illam eſſe extinctiuam omninò, non autem tranſlatiuam, recipiquè à patre non ad alium finem, niſi vt renuncians ſuccedere non valeat, non autem vt per talem renunciationem ius aliquod in ipſum patrem, eiuſquè hæredes transferatur; ita ſatis egregiè Hieronym. Gabr. *conſ.* 135. *num.* 2. *& à num.* 22. *vſquè & per totum num.* 27. *lib.* 2. vbi ex Oldrad. Corne. Aymo. & aliis diſcrimen conſtituit inter renunciationem, quæ fit fratri, & illam, quæ fit patri; vt prima tranſlationem importet, ſub illa tamen conditione, *ſi bona renunciata ad renunciantem deferantur*; ſecunda autem meram, ac ſimplicem repudiationem, ſub illis verbis, *poſt num.* 24. *In patre enim idem operari nequit, quia conditio non poteſt exiſtere ante eius mortem, & ſic nihil ei acquiri poteſt.* Et poſt *numer.* 27. loquitur ſic, *Idcirco concludendum eſt, ſiuè pater moriatur inteſtatus, ſiuè teſtatus, renunciationem ei factam nihil ei iuris tribuere, ſed ſolùm efficere, vt filia nihil petere poſſit.* Oldrad. *dicto conſ.* 132. *cum aliis ſuprà adductis; renunciationes enim procurantur à parentibus ſecundùm communem vſum, ad effectum, vt filiæ ſuccedere nequeant, &c.* ſequitur Georgius omninò videndus *alleg.* 29. *à num.* 14. *vſquè ad finem*, Molfeſ. *ad Conſuet. Neap. in tit. de renunciat. quæſt.* 6. *n.* 23. D. Reg. Rouit. *conſ.* 70. *num.* 7. *lib.* 1. Medic. *cit. conſ.* 167. *num.* 2. & Dom. Reg. Capyc. Latro *conſult. lib.* 2. *conſult.* 76. *numer.* 47. qui omnes loquuntur in caſu fortiori noſtro, nimirùm in filia, quæ dote recepta renunciauit ad beneficium patris, eiuſquè hæredum, & ſucceſſorum, vt talis renunciatio tranſlationem iuris in patrem reſpectu portionis paternæ importare non poſſit: id quod ſentit etiam Afflict. *deciſ.* 350. *num.* 1 [illegible]

13 Et quamuis noſter Fabius de Anna *conſ.* 45. *n.* 46. 47. *&* 55. demonſtrare conetur, licèt ad aliud propoſitum, quòd renunciatio, quæ fit à filia, vel filio, portione recepta, importet tranſlationem (nam quando nihilo recepto, provt in caſu noſtro, expreſsè ſenſit contrarium *ibidem. num.* 65. *verſ. tertiò*) Attamen eſt aduertendum, quòd Doctores, quos allegat, eius non probant ſententiam, quandoquidem Bal. quē citat, & quem omninò legendum commendat *in l. pactum, col.* 2. *verſ. ſecundo quæro, C. de collation.* hoc non dicit; ſed de illo tantùm quæſit, nimirùm, An renunciatio facta a filia ad beneficium patris, noceat nepotibus? & negatiuè concludit, ſi nihilo recepto renunciauit; ſecus verò ſi dote recepta, quia tunc mortuo patre, videtur quòd filia ſuccedat in portione, quam habuit, ſicquè renunciatio illa nocet ſequentibus, non vi repudij, ſed vi ſucceſſionis; & in hunc ſenſum loquuntur pariter Alex. *conſ.* 149. *num.* 7. *vol.* 7. Franc. de Aret. *conſ.* 91. *per totam primam col.* & alij quos citat Caſanat. *conſ.* 10. *num.* 8. [illegible]

14 Alij autem Doctores, qui ab Anna citantur, provt ſunt Paul. de Caſtr. *conſ.* 252. *lib.* 1. & alibi; Soc. *conſ.* 34. *lib.* 4. & Surd. *conſ.* 244. *vol.* 2. loquuntur in renunciatione, quæ fit à filia patri, eiúſque hæredibus, & ſucceſſoribus de hæreditate materna delata, vt hæc tranſlationem iuris importet ad beneficium patris, & ſucceſſiuè eius hæredum, & ſucceſſorum; & quæſtio erat, An in bonis maternis per filiam patri, eiuſquè hæredibus renunciatis, mortuo demùm patre, filiis primi, & ſecundi matrimonij hæredibus inſtitutis, ſuccedere deberent tantùm filij primi matrimonij, quorum renuncians erat ſoror vtrinquè coniuncta, vel etiam filij ſecundi matrimonij; & quòd omnes ſuccederent, reſponderunt. Peregrinus verò *conſ.* 16. *lib.* 4. quem citat Dom. Reg. Galeot. *in addit. ad conſ. de Medic.* 167. loquitur de filio, qui mortuo patre cùm Religionem capacem profiteri vellet, Legitimam ſibi à patre in teſtamento relictam ad fratrum beneficium renunciauit; & cùm dubitaretur, an hic filius renuncians in taxanda Legitima aliorum filiorum faceret numerum? reſpondit *Peregrin.* & benè, quòd ſic; vndè conſtat enixè, Doctores prædictos loqui in caſibus diuerſis: provt loquitur ſimilitèr Rouit. *deciſ.* 85. vbi fuit facta renunciatio fratri de omnibus ſucceſſionibus deuolutis, & deuoluendis, & tractabatur, an renunciatarius virtute renunciationis prædictæ tam ex perſona propria, quàm fratris renunciantis, potuiſſet auunculo ſuccedere; qui quidèm caſus ad rem, de qua agimus, non pertinet.

Quò fit, vt concludamus, omninò renunciationem, quantumuis amplam, factam à filio patri, eiuſque hæredibus, & ſucceſſoribus, ſiue portione aliqua recepta, ſiue nihilo recepto, eſſe mere extinctiuam reſpectu ſucceſſionis bonorum paternorum, non autem tranſlatiuam, cùm eo tempore nullum ius habeat filius ſuper bonis paternis, quod poſſit per renunciationem in eundem patrem transferre, etiam reſpectu Legitimæ; ad tradita per Bald. *in l. lex Cornelia, ff. de vulg. & pupill.* per Afflict. *in cap.* 1. *infra n.* 4. *verſ. nec obſtat, in tit. quemadm. feud. ad filiam pert.* & latiùs per Me *lib.* 1. *c.* 143.

Sed illud tantùm conſiderati diſcrimen, quando fit renunciatio portione recepta, & quando nihilo recepto; vt quando filius renunciat aliquo recepto, faciat partem in taxanda aliorum Legitimam; nam ex quo aliquid recepit, videtur ac ſi totaliter patri ſuccederet; & hoc eſt, quòd voluit dicere Bald. *in d. l. pactum, C. de collation.* Eſtque ratio vnica, & fundamentalis illorum, qui voluerunt, vt filia dotata faciat partem, licet non admittatur ad partem: quando autem renunciauit nihilo recepto, quia tunc in patris hæreditate nulla ſucceſſio ſibi debetur, ſequitur neceſſariò, vt is nec partem, nec numerum faciat, & procedit theorica eiuſdem Baldi *in d. l. vnica, Cod. quando non petent. partes*, cui non aduerſantur dicta per Ant. Fab. *de erroribus pragm. decad.* 12. *error.* 8. *numer.* 14. de quo meminit Griuell. *deciſ. Dolan.* 34. *num.* 61. ſupponit enim *Faber*, renunciationem a filio factam nihilo recepto fore reſcindendam, ſicque filium renunciantem ſuccedere poſſe; etenim quando hic caſus euèniret, dubium non eſt, quòd filius, qui renunciauit, faciat partem, quia pariter ſtante nullitate renunciationis, ad partem admittitur; id quod ad caſum, de quo agimus, non pertinet. 15

Vltimò dicebam, quòd ſi contra iuris regulas aſſeuerare vellemus, vt renunciatio hæc eſſet vere tranſlatiua, adhùc filius, qui patri nihilo accepto renunciauit, in taxanda aliorum Legitima, ſiue Paragio non eſſet connumerandus: etenim ſuppoſita tranſlatione, ſequitur neceſſario affirmandum, portionem renunciatam in patris hæreditate remanſiſſe, in qua quidem hæreditate cùm ſit taxanda Legitima vni ex filiis, efficitur illa pinguior ex portione, quæ mediante renunciatione ad patrimonium acceſſit; quandoquidem magis communiter voluerunt Doctores, portionem à filio patri, eiúſque hæredibus, & ſucceſſoribus renunciatam, non niſi hæreditati accreſcere, non autem filiis hæredibus: & ſucceſſiuè quando tractatur de taxanda Legitima maſculorum, ſiue Paragio fœminarum, ad finem vt illa, ſiue illud augeatur, inter bona hæreditaria includitur portio renunciata; videantur Ant. Fab. *citata decad.* 12. *error.* 9. Ferret. *in addit. ad Guid. Pap. deciſ.* 295. *circa finem*, ſub illis verbis, *Verius ergò eſt, portiones filiorum renunciantium accreſcere hæreditati, non hæredi;* 16

hæredi: quod Ant. Fab. in tract. de errorib. pragm. rectè notauit decad. 12. error. 9. & 10. vbi differentiam eſſe docet maximam, an dicamus, hæredi, an verò hereditati has portiones accreſcere; nam ſi accreſcerent hæredi, illæ portiones non venirent in reſtitutionem fideicommiſſi, nec ex illis Legitima aliorum liberorum detraheretur, quod falſum eſt; quia certum eſt, huiuſmodi portiones tanquam hæreditarias in fideicommiſſi reſtitutionem venire, & ex illis, vt ex reliquo patrimonio patris Legitimam aliorum liberorum detrahi, &c. idemquè aliis pluribus omiſſis affirmauit Griuel. *cit. deciſ. 34. n. 63. verſ. ſi verò facta ſit in gratiam patris*, ſicque deciſum per Sacr. Conſil. habetur ex *deciſione relata* per Rouit. *cit. conſ. 70. in fin.* contra id quod in *ea conſultatione* tuebatur, quem nunc malè Me inſequutum fateor *lib. 1. c. 252. n. 10. & 11.*

17 Quibus omnibus plenè, ac maturè diſcuſſis in cauſa prædicta de Ligoriis fuit deciſum ſecundum hìc per Me allegata, interuenientibus Domino Præſide S. C. ac ſex aliis Dominis Regiis Conſiliariis, prodiitque deciſio per modum legis condendæ, his, quæ ſequuntur verbis.

Die 19. menſis Decembris 1644.

Facto de prædictis verbo in S. R. C. per Regium Conſiliarium Andream Prouenzalem;

Per S. R. C. declaratum eſt, Fratres Monachos profeſſos in Religione S. Benedicti in liquidatione Paragij, ſiuè Legitimæ, non facere partem, ſtante renunciatione facta per ipſos, nihilò recepto, hoc ſuum, &c. Andreas Prouenzalis.

Acta conſeruantur in Banca de Amico.

SVMMARIVM.

1 *Filia naturalis à patre minus congruè dotata, an patre mortuo, nulla ſuperſtite legitima ſobole, poſſit congruæ dotationis petere ſupplementum, & numer. 3. 6. 12. & 13.*

2 *Filia ſpuria quid à patre prætendere poteſt, & num. 10.*

4 *Filia debet eſſet contenta dote, quam pater ei aſſignauit, & n. 5. 7. & 11.*

8 *Filiæ naturali nec hæreditas, nec Legitima debetur, ac proindè contratabulare non poteſt; & n. 9.*

ARGVMENTVM.

Filia naturalis minus congruè à patre dotata, patre mortuo, nullo relicto Legitimo deſcendente, nec coniuge, an poſſit ab hærede teſtamentario congruæ dotis petere ſupplementum, maximè ſi in dotatione enormiſſima concurrat læſio. Portio filiabus naturalibus in bonis patris debita, quanta ſit, & an illis aliqua ſuperſit actio ad paternum teſtamentum infringendum? & de aliis ad materiam pertinentibus.

CAPVT XCIV.

Filia naturalis à patre minus congruè dotata, reuocatur in dubium, num patre mortuo, nulla ſuperſtite Legitima ſobole, nec coniuge, poſſit ab extraneo hærede inſtituto congruæ dotationis petere ſupplementum, ſicquè proponere, incongruè fuiſſe dotatam? 1

De hac quæſtione hòc anno in Supremo Regni huius Senatu diſputari contigit, in cauſa Lucretiæ de N. filiæ naturalis, ſeu potiùs ſpuriæ quondam Camilli de N. quæ cùm fuiſſet à patre dotata, aſſignatis annuis duc. 70. pro capitali ducatorum millè debitorum per Marchionem Gagliati, mortuo patre, ac demùm Marchione N. eiuſdem Camilli nepote, & hærede teſtamentario, ſupplicationem in Sacr. Conſil. porrexit, in qua aſſerendo, fuiſſe ipſam in dotatione à patre facta enormiſſimè læſam; petijt cogi hæredes dicti Marchionis, hæredis Camilli, ad aſſignandam, & præſtandam integram portionem, quæ de iure ipſi filiæ debebatur, habita conſideratione ad facultates per patrem relictas, aſcendentes ad ducatos centum mille; & quatenus hæc petitiò non militaret, condemnari hæredes ad congrua, & condecentia alimenta præſtandum; Vndè dubitari contigit, quid iuris?

Ego, qui hæredum iura tuebar, pro excluſione intentionis actricis, cui omne ius reſiſtebat; conſideraui *Primò*, quòd cùm ex in facto deductis, Lucretia non poterat, niſi Camilli filia ſpuria denominari; vti talis, ſi à patre in vita dotata non extitiſſet, aliud ab hæredibus Camilli prætendere non potuiſſet, niſi vt dotaretur; quam quidem dotationem, quantitatem, & valorē alimentorum excedere non poſſe; ſcripſerunt Bart. in *authen. ex complexu, Cod. de inceſt. nupt.* & in *l. fi. ff. de his, quibus vt indignis*, Capyc. *dec.* 181. *n.* 1. Benintend. *deciſ.* 22 *num.* 11. Roland. *conſ.* 74. *num.* 43. *lib.* 1. & hoc ex ſumma iuris Canonici æquitate, & indulgentia, *cap. cùm haberet, in fine, de eo, qui dux. in matrimonium, quam polluer. per adulter.* vbi Gloſ. Abb. & Canoniſtæ communitèr, Surd. *de aliment. tit. 1. quæſt. 10. poſt num.* 5. cùm de iure Ciuili, filiò ſpurio neque alimenta debeantur; *§. fin. authen. quibus modis natur. efficiant. ſui, authen. ex complexu, Cod. de inceſt. nupt. l. humanitatis, & in authen. licèt, Codic. de natur. liber.* 2

Et in filia merè naturali, quòd pater non teneatur ad aliud, niſi ad eam dotandam pro concurrenti quantitate, ex qua viuere poſſit, tenuerunt Bald. *in l. neque mater, num. 3. C. de iur. dot.* Nicol. Euerard. *in loco ab alimentis ad dotem, col. 2. verſic. quartò iſtud facit*, Tiraquell. *de iure primogen. quæſt. 62. numer. 12. verſ. quanquam nè tu hìc*, Bal. Nouell. *de dot. par. 6. priuileg. 16. col. 2. verſ. non tamen poſſet*, & Io. Campeg. *tract. de dot. part. 1. quæſt. 17. verſ. & tenetur in dotem dare tantum, quod ad alimenta ſufficiat*; vndè cùm Lucretia fuerat iam dotata, & ſatis congruè, nam vltra dotes ducatorum mille ei aſſignatas, fuerant eidem legati per Marchionem N. Camilli hæredem alij ducati quadringenti, quæ quidem quantitates ſimul iunctæ faciebant ſummam ducatorum 1400. non videbam, quid ampliùs prætendere potuiſſet. Se- 3

cundò,

4 Secundò, ceſſare etiam ex alio dicebam omne
dubium; nam cùm dotata fuerat Lucretia à Domi-
no Camillo eius patre, etiam ſi incongruè dotata
fuiſſet (prout contrarium manifeſtè apparebat) re-
ceptiſſima ſuccedebat Scribentium ſententia, vt re-
manere deberet contenta de dote accepta, nec ali-
ter admittenda ad incongruam dotationem alle-
gandam; ità Bal. *in authen. res quæ, num.* 16. ibi, *vel
dic contra, quòd debet ſtare contenta quacunque dote, C.
commun. de legat.* Paul. de Caſtr. *in d. authent. res quæ,
n.*8. ibi, *quia tunc ipſe pater eſt moderator, & arbiter
congruæ dotis*; & clariùs *conſ.*403. *n.*2. Alex. *conſ.*23.
*n.*4. *li.*4. Iaſ. *in l. voluntatis, n.*2. *C. de fideicommiſſ.* Dec.
*conſ.*26. vbi *n.*2. ait, dotem, quæ patri competens viſa
eſt, in dubium reuocari non poſſe, nec ei eſt referen-
da quæſtio, quòd incongruè dotauerit: Alciat. *de præ-
ſumpt. regul.* 1. *præſumpt.* 2. *per totam*, & *n.*8. Burſat.
*conſ.*8. *n.*5. *& ſeq. lib.*1. Tiraquell. *ad l. ſi vnquam, in
præfat. num.*36. quò loci citando Paul. de Caſtr. dicit,
in paterna dotatione ſubtilem indagationem fa-
ciendam non eſſe, Ruin. *conſ.*52. *num.*13. *lib.*2. Hon-
ded. *conſ.*10. *num.*32. *lib.*1. vbi doctè loquitur, La-
derch. omninò videndus *conſ.*126. *& ſeq.* Camill. Sa-
lern. *ad Cõſuet. noſtras*, in illa, quæ incipit, *Si moriatur,
in additione incipiente, Paragium, fol. mihi* 96. *liter. F.*
vbi dicit hæc verba: *Et nouiſſimè in cauſa Antoniæ Cã-
giano cum Magnifico Ceſare, & fratribus, quæ cùm ha-
buiſſet dotes vnciarum quadraginta, quæ attentis facul-
tatibus tempore mortis patris, non aſcendebat ad Legiti-
mam, petiit ſupplementũ illius; & non obſtante quòd nec
etiam renunciauerat, iunctis Aulis, de conſenſu omnium
celeberrimorum Patrum, die* 9. *Aprilis* 1552. *fuit lata
ſententia, abſoluendo dictos cõuentos ab impetitione dictæ
Antoniæ actricis, referente Domino Io. Andrea de Curte,
ſententia extat penès Coppulam; & idem fuit deciſum in
cauſa Lucretiæ Cerellæ cum fratribus, referente Magni-
fico Scipione de Aretio, Actuario Iubeno, & ſimiliter in
cauſa Magnificæ Iſabellæ de Rugerio cum Magnifico
Matthæo filio primogenito, referente Magnifico Io. Tho-
ma de Minadois, Mangusio Actorum Magiſtro, nec non
& in cauſa Franciſcæ Caſanoua cum Io. Carolo eius fra-
tre.* hæc Camill. Salern. Rot. *deciſ.*940. *num.*6. penès
Seraphin. & *deciſ.*432. *num.*11. *in poſthum.* Farinac.
Theſaur. filius *quæſt. forenſ. lib.*4. *q.*4. *num.*11. *&* 12.
Cæſar. Barz. *deciſ.*29. *n.*24. *cum ſeq.* Menoch. *conſ.*247.
*num.*47. & alij.

Fuit ſimiliter annis ſuperioribus ſecundùm hanc
opinionem per Sacr. Conſil. deciſum *in cauſa Iu-
liæ Zito*, quæ cùm dotata eſſet à Io. Alphonſo pa-
tre cum dote ducatorum trium millium, cum quin-
gentis, patre mortuo, inſtitit condemnari Domi-
num Anacletum Zito V.I.D. eius fratrem, commu-
nis patris hæredem vniuerſalem ad paragij ſupple-
mentum, allegans, paternas facultates tranſcende-
re ducatos ſeptuaginta mille, ſicque dicebat, fuiſſe
in dotatione enormiſſimè læſam, compilatóque
proceſſu, fuit Dominus Anacletus frater ab impe-
titis per ſororem abſolutus; referente Conſiliario de
Angulo, viro Hiſpano morigeratiſſimo; ſub die 22.
Maij 1627. penès Romanum Actorum Magiſtrum.

5 Hac ſtante concluſione, non obſtare dicebam
ea, quæ deciſa refert Gramm. *deciſ.*101. *cum ſeq.*
nam in caſu *illius deciſionis* fuit conſiderata quali-
tas viri, cui filia à patre dotata nupſerat, & cùm
dotes ſummam non tranſcendiſſent ducatorũ octin-
gentorum, & facultates patris dotantis excederent
ducatos viginti mille, ac vnicus ſupereſſet filius, cen-
ſuit Sacrum Conſilium, petitum ſuplementũ non niſi
in aliis ducatis octingentis eſſe arbitrandum; & ta-
men Legitima, quæ ad hanc filiam de iure ſpectabat,
importabat ſupra ducatos tres mille, cum trecentis.

Sed quicquid de hac concluſione ſit iudicandum, 6
ceſſabat prorſus omnis dubitatio in occurrenti
controuerſia, in qua actrix, quæ congruæ dotis pe-
tebat ſupplementum, non erat filia legitima & na-
turalis, de cuius incongrua dotatione Doctores di-
ſputarunt, ſed ſpuria prorſus; & ſi illi fauere velimus,
naturalis dumtaxat; quæ quidem naturalis filia ſi à
patre dotata proponitur, nemo hucuſquè in dubium
reuocare auſus fuit, an ſi dicat, ſe incongruè dota-
tam, defuncto demùm patre dotante cum teſta-
mento, audiri debeat, dotis petens ſupplementum,
adhuc dico, ſi renunciatio non interueniſſet; ete- 7
nim ſi adhærere velimus Doctoribus illis, qui te-
nuerunt, poſſe filiam incongruenter à patre dotatam,
dotis ſupplementum poſt patris mortem petere, fal-
lacem dicebam Partis aduerſæ argumentationem,
dùm contendebat, quòd ſicut filia ex legitimo ma-
trimonio ſuſcepta incongruè dotata à patre, & mi-
nùs quàm ferat Legitima, poteſt patre mortuo,
illius petere ſupplementum, ita filia naturalis, cui de-
bentur duæ vnciæ, ſatis enim diuerſa ratio conſide-
ratur in filia legitima, ac in naturali; lex enim ſtatuit,
vt filiis legitimis, tam ex teſtamento, & ab inteſtato,
quàm contra teſtamentum Legitima debeatur; vndè
qui contra magis communem, & receptam opinionẽ
dixerunt, vt filia incongruè à patre dotata poſſit do-
tis petere ſupplementum, ex illa vnica ratione hoc
affirmarunt, quia fuit fraudata in Legitima, ſicquè
dotis illud ſupplementum ab hæredibus patris ſup-
plendum arbitrati ſunt pro concurrenti quantitate
Legitimæ, quam ſemper filij petere poſſunt, niſi ſpe-
cialiter fuerit ei renunciatum; vt dicebat Gramm. *cit.
dec.*101. *cum ſeq.* Hæc ratio ceſſat prorſus in filia na- 8
turali, cui nec hæreditas, nec Legitima aliqua debe-
tur, *l.* 1. *& toto tit. C. de natur. liber. l.* 1. *in princ. ff. de
bonor. poſſeſſ. contra tabul.* Bald. *in d. authent. res quæ,
num.*7. ibi, *Item Legitima debita iure naturæ, non debe-
tur naturalibus*: & quamuis ex eſſe toto duæ debean-
tur vnciæ, hoc tamen intelligendũ ab inteſtato, nulla
legitima ſuperſtite ſobole; nec coniuge, vt *in authent.
licèt, C. de natur. liber.* & *in* §. *ſi vero filius, authent. qui-
bus mod. natural. effic. ſui*, decedente autem patre cum
teſtamento, vbi perſona, quamuis extranea inſtituta
eſt hæres, naturalis filius, vel filia, quamuis præteriti 9
de nihilo conqueri poſſunt, cùm nulla ſuperſit eis
actio ad paternum teſtamentum infringendum: ſunt
iura *in l. humanitatis*, ibi, *ſi hoc ſcilicèt naturalis pater
voluerit*, & *in l. fin.* ibi, *ſed hoc in iis tantummodò ſanci-
mus, in quibus voluntate aliquid conſequuti ſunt*; *C. de
natur. liber.* Gloſ. *in d. l.* 1 *ff. de bonor. poſſeſſ. contra tabul.*
Bart. *in* §. *ſi quis igitur*, *num.*8. *authent. quibus mod.
natur. efficiant. ſui*, Bald. *in d. l. fin. num.* 1. *C. de natur.
liber.* & *in l. fin. n.*8. *C. vndè legit.* & *in l.* 1. *in princ. C.
quorum bonorum*, Franc. Marc. *deciſ.*12. Maſtrill. *de-
ciſ.*85. *num.*19. Craſſ. *in* §. *Legitima, quæſt.* 2. *num.* 2.
vbi quòd nec etiam pater poteſt cogi ad filiam na-
turalem dotandum, Mart. *in ſum. ſucceſſ. legal. part.* 1.
*quæſt.*16. *art.*1. *num.*7. *&* 8. vbi alios citat, Peregr.
*de iure Fiſci, lib.*3. *tit.*18. *num.*24. Bortell. *in ſumm.
deciſ. part.* 3. *tit. de Legit. num.*61. *cum ſeq.* & his addo
Salernit. *deciſ.*9. *num.*4. ſub illis verbis, *quod Ego non
crederem; quia pater inſtituendo extraneum hæredem,
ipſa dictis vnciis priuatur.*

Si igitur filiæ naturali nulla debetur legitima
portio contra patris voluntatem, quo pacto, dice-
bam Ego, argumentari poſſet à filia legitima ad na-
turalem?

Nec valet dicere, addebam, deberi ſupplemen- 10
tum dotis filiæ naturali, habita conſideratione ad
alimenta, quæ ipſi, ſecundùm patris dignitatem,
& facultates debentur: nam hoc nulla lege, ratione,

aut Doctorum authoritate probatur; quando filia naturalis eſt iam à patre dotata, & virum habet: videatur, quæſo, notabilis doctrina Petri de Benintend. *deciſ. 22. num. 9.* vbi in hæc aurea verba prorumpit; *Cum igitur Iudittha haberet maritum, vt conſtat ex proceſſu, & habuerit dotem, dicitur habere vndè ſe alat, ex eo, quia maritus tenetur vxorem alere, nulla etiam dote conſtituta, ſiue data, &c.* Etenim exclamabam, perniciosum ſatis eſſe in Chriſtiana Republica introducere, vt filia ſpuria, ſiue naturalis, in vita à patre dotata, poſſet patre mortuo, ab illius hæredibus teſtamentariis dotationis petere ſupplementum, ſub prætextu quòd dos conſtituta ad ſubminiſtrationem eorum, quibus indiget, non ſufficiat: peto enim, quæ dos datur hodiè etiam legitimis, & naturalibus, ſiue Magnates, ſiue Populares inſpiciamus, vt ſat ſit ad ſubminiſtranda ea, quæ mulieribus nuptis neceſſaria ſunt? Illa enim controuerſia, quam confiteor non leuem inter Doctores, an in præſtandis alimentis ſpuriis, & naturalibus liberis, ſit perſonarum qualitas inſpicienda, vel potiùs habita ratione ad neceſſariam, & ſimplicem illorum ſuſtentationem, ad caſum noſtrum non pertinebat; ſed tantùm de illius veritate indagandum, quando filij naturales maſculi apud patrum hæredes inſtant pro alimentis; in filiabus autem, quæ dotem à patre receperant, nemo de hoc dubitauit;

11 & meritò, nam ſi magis communiter tenuerunt Doctores, vt quando dos data eſt à patre filiabus legitimis, non ſit de cætero quærendum, an congrua, vel incongrua ea fuerit, quid dicemus de ſpuriis, & naturalibus, quibus nulla legitima portio contra patrum voluntatem à lege tributa fuit; tùm etiam, quia viros habeant, quorum onus eſt coniuges alere? Iacob. de Aren. & Bal. *in l. ſi cùm dotem, §. ſin autem in ſaniſſimo, ff. ſolut. matr.* Cyn. *in l. quod in vxorem, C. de negot. geſt.* quos refert, & ſequitur Benintend. *cit. deciſ. 22. num. 9.*

12 His ſic ſtantibus, non obſtare dicebam ea, quæ deciſa refert Reg. Salernit. in *ſuperiùs relata deciſ. 9.* de qua aduerſarij faciebant magnum feſtum: ſatis enim diximus, deciſionem illam eſſe ad caſum noſtrum inapplicabilem; loquitur enim *Salernit.* de patre naturali, qui ab inteſtato deceſſit; Camillus autem deceſſerat cum teſtamento, nepotem ex germano fratre inſtituendo, quod proinde non mirum, ſi Sacrum Conſilium, ſecundùm quod in deciſione illa refertur, iudicauit, nimirùm vt filia naturalis inteſtato patri ſuccedere deberet in duabus vnciis, imputatis dotibus à patre in vita receptis.

13 Inapplicabilis erat etiam *deciſio* Præſ. de Franch. 283. vbi dicit, non eſſe iudicandum exceſſum, vt filiæ ſpuriæ ex locuplete, & Clariſſimo viro natæ dentur in dotem ducati tres mille; etenim in caſu *illius deciſionis*, pater, qui erat Marchio, & Capitaneus Generalis, & cum opibus aſcendentibus ad ſummam ducatorum centum ſexaginta millium fecerat in teſtamento huius quantitatis legatum filiæ ſpuriæ pro eius dotibus, de cuius ſatisfactione cùm poſt mortem patris legantis controuerteretur, fuit pro filia iudicatum; eo maximè perpenſo, cùm filia hæc erat nuptui tradenda, & in Regno, ſpuriæ niſi auro onerentur, virum de facili inuenire non poſſunt.

Die 20. Nouembris 1636. fuit deciſum ſecundùm hic allegata, vt videre eſt penès D. Reg. Capyc. Latro *deciſ. 99.*

SVMMARIVM.

1 *Filij reorum criminis læſæ Maieſtatis omnium ſucceſſione priuantur.*

Sed quæſtio eſt, an hæc concluſio intelligenda ſit in filiis ante delictum natis, num. 2. 5. 7. & 8.

Et quid in filiabus, num. 9.

3 *Filij nati ante delictum non poſſunt dici proceſſiſſe ex radice infecta.*

4 *Conceptus ſi quis fuiſſet à primis noſtris parentibus, ante tranſgreſſionem mandati diuini, originale peccatũ non contraxiſſet.*

6 *Libertus ſi fuerit propter aliquod delictum in ſeruitutem reuocatus, hæc reuocatio non nocet filiis ſuis natis ante delictum.*

10 *Pœnæ incapacitatis impoſita filiis Rebellium, an fœminas comprehendant.*

11 *Maſculinum an, & quando fœmininum concipiat.*

ARGVMENTVM.

Filij reorum criminis læſæ Maieſtatis diuinæ, vel humanæ, ante delictum nati, nùm parentum, cæterorumquè ſucceſſione ſint priuandi, ſicut priuantur qui poſt delictum à patre commiſſum procreati ſunt. Pœnæ incapacitatis ſucceſsionis, & infamiæ impoſitæ aduerſus filios Rebellium, an filias fœminas comprehendant; & de aliis notabilibus ad materiam pertinentibus.

CAPVT XCV.

FILIOS Reorum criminis læſæ Maieſtatis diuinæ, vel humanę, parentum, cæterorumque aſcendentium, & collateralium ſucceſſione priuari, probant iura nimis vulgata *in cap. vergentis, de hæret. in 6. & in l. quiſquis, §. 1. C. ad l. Iul. Maieſt.* & vtrobiquè DD. communiter. 1

Sed quæſtio eſt non modica inter DD. an diſpoſitio hæc intelligenda ſit, non ſolùm de filiis poſt cõmiſſum crimen procreatis, ſed etiam de aliis ante delictum natis? cuius veritatẽ cùm indagare voluiſſem, inueni, crebriùs obtinuiſſe ſententiam illorum, qui tenuerunt, pœnas *d. cap. vergentis, & d. l. quiſquis*, non niſi filios poſt patris delictum procreatos afficere; illos autem, qui antea geniti ſunt, his pœnis non ligari. Rationes principaliores ſunt hæ, & 2

Prima ſe offert, quia filij nati ante delictum, non poſſunt dici proceſſiſſe ex radice infecta, provt orti poſt delictum; timor enim, nè parentum mores in Reipublicæ perniciem inſequantur, non ità vrget in filiis ante patris crimen natis, ſicut in illis poſt delictum procreatis; ex quo ſtirps, vndè primi profluxere, nondùm erat infecta. 3

Secunda

4 Secunda ratio deducitur ab exemplo peccati originalis, & pœnarum, quibus nos *Adami* poſteri ob illud punimur; ſi quis enim natus, vel conceptus fuiſſet antequam *Adam* Dei præceptum tranſgreſſus fuiſſet, vtiquè neque peccatum originis contraxiſſet, nec pœnis, quibus à Deo genus humanum ob illud punitur, fuiſſet affectus, probant ex *D. Auguſtino* Theologi communiter 1.2. *quaſt.*81.

5 Tertia vrget ratio, quæ deſumitur ex text. *in l. ex facto* 17. *§. ex facto, ff. ad S.C. Trebel.* vbi habetur, quòd ſi hæredi inſtituto eſt iniunctum grauamen de reſtituenda hæreditate alicui, *ſi ſine liberis decederet,* & hic talis demùm propter aliquod graue delictum deportatus eſſet, filij ex eo nati tunc demùm conditionem illam, *ſi ſine liberis,* facerent deficere, ſi nati eſſent poſt patris delictum, ſeù deportationem; ſecus verò ſi ante. Ratio aſſignatur in *text.* quia nati poſt deportationem, videntur ex alio homine geniti, non ſic illi, qui anteà procreati fuere; vndè voluit *I. C.* conſtituere differentiam inter natos ante, & poſt delictum.

6 Quartò ſtringit fortiſſimè diſpoſitio text. *in l. 2. C. de libertis, & eorum liberis,* vbi ſi libertus propter aliquod delictum, ſiue ingratitudinem in ſeruitutem reuocetur, hæc reuocatio filiis natis, dùm libertate fruebatur, non nocet, & ſic remanet liber: reddit rationem *text.* per verba nimis clara, nimirùm, *quia illis parentum delicta non nocent, quos ante delictum natos eſſe conſtat.*

Quibus, & aliis rationibus attentis pro filiis ante
7 delictum natis reſponderunt,

Petrus, Cynus, Io.Fab.& Ang. *in d.l.quiſquis.*

Lucas de Pen. *in l.*1. *num.*8. *C. de petition.bonorum ſublatis;lib.*10.

Io. Calder. *in cap. vergentis, de hæret.* & in *conſ.*3. *eodem tit.*

Io. de Anania *in d. cap. vergentis.*

Iul. Clar. *in §. Hæreſis, num.*17.*& in §. læſæ Maieſtatis crimen, num.*12.

Gregor. Lopez *in l.*2. *in verb. ſu hijos, tit.*2.*de las trayciones, par.*7.

Molin. *de Hiſp.primog. lib.*4.*c.vlt.ſub n.*55.

P.Molin. *de iuſtit. & iur. tract.*2.*quaſt.*658.*n.*20. *& ſeq.*

Symancas *de cathol.inſtitut.tit.*29.*n.*23.

Farinac. ſic deciſum referens, *tract. de crim. læſæ Maieſt.q.*116.*§.*3.*ſub n.*92.

Ant. Gomez *in l.*9.*Tauri, num.*51. *verſ. nec obſtat text. in l. quiſquis.*

D.Io. Vela *de pœnis delictorum, c.*21. *verſ. ſecundò puniuntur.*

Io.Franc. de Ponte *conſ.*50. *num.*9. *lib.*2. quamuis *num. ſeq. in fine* affirmet opinionem contra filios in Regno eſſe indiſputabilem, & de Domino de Ponte memor fuit Philip. Paſcal. *in ſuo tract. de patria poteſt. par.*4. *cap.*5. *num.*42.

Hieronym. Ceuallos *comm. contra comm. q.*653. qui latè, & doctè quæſtionem diſputans, hanc defendit ſententiam, innumeros referens DD. tam antiquos, quàm recentiores, illam inſequentes; eamquè veriorem, æquiorem, & magis communem fatetur; ſicque, vt nullo modo, neque in iudicando, neque conſulendo ab ea recedatur: atteſtans & tandem *ſub num.*30. *&* 39. ſic aliàs in ſupremo Regis Hiſpaniarum Conſilio iudicatum.

Rot. Rom. ſemel, atquè iterùm in *vna Romana fideicommiſſi de Cinciis,* coram olim *Eminent. Virili, ſub die* 17. *May* 1627. & coram *D. Buccabella ſub die* 15. *Nouembris* 1638.

Hanc eandem ſententiam amplexi fuere Domini de Regia Camera Regni huius, in cauſa perduellionis olim Principis Santiæ, quorum filij ante delictum nati, ad gentilitium fideicommiſſum fuerunt admiſſi, & vt dixit mihi vnus ex Dominis Votantibus, nemine contradicente.

Et ad generalitatem text. *in d. l. quiſquis, §. fi-* 8
liis, & in *d. cap. vergentis,* ſatis benè fuit reſponſum per P. Molin. Ceual. & alios *ſuprà* relatos; nimirùm, quòd cùm diuerſa ratio conſideretur inter natos ante, & poſt delictum, non eſt inconueniens, vt iura *in d.cap.vergentis,* & *in d.l.quiſquis, §.*1. indiſcriminatim loquentia diſtinguantur, declarentur, & interpretentur ſecundùm alias leges, aliáque iuris principalia; vndè ſi certam legem habemus, vt delicta parentum filiis ante criminis patrationem natis nocere non poſſint, vt diſponitur *in d. l.*2. *C. de libertis, & eorum liberis,* quando demùm generaliter ſancitum inuenimus *in d.cap. vergentis,* & *in d. l. quiſquis,* vt filij hæreticorum, & rebellium parentum, cæterorumque aſcendentium, & collateralium ſucceſſione priuentur, intelligenda, & interpretanda eſt hæc diſpoſitio, vt loquatur de filiis poſt parentum crimen natis; & non de aliis antea procreatis.

Dixi *in princ.* filios Reorum criminis læſæ Ma- 9
ieſtatis diuinæ, vel humanæ, parentum, cæterorumque aſcendentium, & collateralium ſucceſſione priuari, ex nimis clara diſpoſitione text. *in c. vergentis, de hæret. in* 6. & *in l. quiſquis.§.*1.*ad leg.Iul. Maieſt.* Nunc volo, vt aduertamus, concluſionem hanc reſpectu filiarum fœminarum non ſic ſimpliciter, & indiſcriminatim procedere, prout in filiis maſculis procedit; ſed cum diſtinctione; nimirùm, vt hæ pœnæ in filiabus locum habeant quatenus conſideremus parentum ſucceſſionẽ; ſecùs verò quoad ſucceſſionem collateralium: prout in vna facti contingentia breuiter, & eleganter reſpondit eximius ille Iureconſultus Dominus Fabricius Brancacius, ſua tempeſtate, vt à Maioribus audiuimus, Aduocatorum facilè Princeps, & his, quæ ſequuntur, verbis.

Deus illuminatio mea.

Illud continet conſultatio ſuæ Catholicæ Maie- 10
ſtati facienda, nimirùm, an Iſabella Cameraria filia Bartholomæi Camerarij, olim Regiæ Cameræ Locumtenentis, ſit declaranda habilis ad ſuccedendum omnibus ſuis agnatis, & cognatis; eſſo quod fuerit filia patris rebellis? Et hoc modicam continebit difficultatem; ſi quidem communis, & vera eſt opinio, quòd pœnæ incapacitatis & infamiæ impoſitæ filiis, Rebellium, ad filias non tranſeant, ſed ipſæ poterunt cuilibet ſuccedere, præter ſucceſſionem matris, in qua falcidiam tantùm detrahunt, & infames non erunt.

Dixi hanc opinionem eſſe communem, ſiquidem eam tenuit Bart. *in l.*1. *ff.de verb. ſignificat.* dum allegat *l.quiſquis,* Imol. *in l.ſi ita ſcriptum,ff.de leg.*2. Salicet. *in d.l.quiſquis, §.ad filias, C.ad leg. Iul. Maieſt.* Iacob. Butrigar. *in addit.ad l. quicunque, C. de ſeruis fugit.* & *ibidem* Bal. *num.*17. Iaſ. *in l.ſi quis id quod, ff.de iuriſdict.omnium iudic.n.*17. Franc. Aret. *conſ.*39. Curt. Iun. *conſ.*176. *num.*8. Martin. de Laude *in ſuo tract. de crim. læſæ Maieſt. quaſt.*9. Afflict. *in cap.*1. *§. donare, num.*27. *in tit. qualiter feud alienari pot.* Hieronym. Gigas *de crim.læſæ Maieſt.lib.*3.*quaſt.*14. Incertus Author *in tract. crim. læſæ Maieſt. quaſt.*5. vbi ſatis plenè.

Dixi hanc opinionem eſſe veram, ſiquidem Do- 11
ctores quæſtionem illam brocardicam, an maſcu-

linum concipiat fœmininum, *in l.1. ff. de verb. ſignif. in l.1. §. quare ff. de ventre in poſſeſſ. mitten. & in l. ſi ita ſcriptum, ff. de lega.2. in l. quicunque, ff. de ſeruis fugit. & in l. ſi quis id, quod, ff. de iuriſdict. omnium iudic.* tractantes, præſuppoſerunt maſculinum non comprehendere fœmininum, vbi ſumus in odioſis, & odio irrationabili; prout vltra prædictos Doctores conſiderarunt hanc rationem Bal. *in tract. de Statut. num.130. in libro meo,* & Alber. *num.76.* loquentes de ſtatuto, quod filij Bannitorum expellantur à Ciuitate, quod non includantur fœminæ, qualis eſſet caſus noſter, dum filius luit pœnas pro rebellione patris. Vel *ſecundò* vbi ſumus in materia differenti, qualis eſt iſte caſus, cùm in maſculo exemplum hæreditarij criminis timeatur, non autem in fœmina. Vel *tertiò* vbi adeſt particularis diſpoſitio loquens de fœminis, qualis eſt iſte caſus; cùm adſit text. *in §. ad filias*, ſpecialiter loquens de pœna impoſita fœminis, inhabilitando eas tantùm ad ſucceſſionem vniuerſalem matris, prout pro corroboratione harum limitationum ero contentus allegationibus Doctorum in id concordantium, quos retulit Iacob. Philipp. Rouit. *quæſt.7. lib.3.* & Ant. Gabr. *quæſt.7. lib.7.* poſt Andr. Tiraquell. pleniſſimè *de retract. ſang. §.1. gl.9. num.194.* & iterum *in l. ſi vnquam, in verbo, patronus, C. de reuocan. donat.*

Ita vt ex his liqueat, veram, & communem eſſe opinionem, quòd Iſabella non eſt inhabilitata ad ſucceſſionem aliorum agnatorum, & cognatorum; eſto quòd ſit filia Rebellis, & quòd eſt fœmina; licet potuiſſem allegare, quòd text. *in §. vt in filiis,* non procedat in filiis ante crimen natis; de quo prædictus incertus Author inter Tractantes varios criminales diſputat *quæſt.7.*

12 Potuiſſem etiam allegare, quòd non fuit Camerarius declaratus Rebellis ex primo, vel ſecundo capite; quo caſu filij nõ ſuſtinent pœnam incapacitatis, prout tradit Gigas *de crim. læſæ Maieſt. lib.3. quæſt.1.* Sed hæc omnia omiſi, cùm in caſu præſenti Iſabella vti fœmina non debet ſubire pœnam incapacitatis, & infamiæ ex paterna rebellione. Hæc occurrunt, licet fuerint ſuperflua, cùm nõ debeat plus nocere delictum patris, quàm prodeſſe ſeruitia viri in negotio, quod fiſco nullum affert damnum, ex vera opinione.

Fabricius Brancacius

SVMMARIVM.

1 *Filius abſtinens ſe à patris hæreditate, poteſt ſe pœnitere, & in illa intra certum tempus ſe immiſcere.*

Et quid ſi iudicialiter abſtentionem declarauerit, num.2.

Et quid ſi bona hæreditaria hoc medio tempore alienata reperiuntur, vel à ſubſtituto, aut à venientibus ab inteſtato præoccupata, & num.3.4.5. & 6.

7 *Filius immiſcens ſe hæreditati paternæ, an poſſit demùm ab illa ſe abſtinere, cùm detexerit illam magno ære alieno grauatam, & num.8.9. & 16.*

10 *Reſtitutio competit etiam maioribus concurrente iuſto errore, & facti ignorantia, & num.12. & 13.14. & 15.*

11 *Reſtitutio conceditur maioribus ex clauſula generali,* ſi qua mihi iuſta cauſa &c.

17 *Inuentarij beneficium Florentinis non ſuffragatur.*

ARGVMENTVM.

Filius, qui mortuo patre ab illius hæreditate ſe abſtinuit, nùm poſſit ſe pœnitere, & in illa ſe immiſcere, ſi infra tempus ad pœnitendum ſibi præſcriptum bona hæreditaria à ſubſtituto, vel venientibus ab inteſtato præoccupata fuere: & de vero intellectu *l. fi. C. de repud. vel abſtinen. hæredit.*

Filius immiſcens ſe hæreditati paternæ an poſſit ſe abſtinere, ex quo detexit, illam magno ære alieno eſſe grauatam? & de aliis ad materiam pertinentibus, vbi nouiſſima deciſio *Sacræ Rotæ Romanæ.*

CAPVT. XCVI.

FILIVS in maiori ætate conſtitutus 1 ſi paternam ſibi delatam hæreditatem recuſauerit, poterit infra triennium, à die ſcilicet abſtentionis ſe pœnitere, & in illa ſe immiſcere, dummodò bona hæreditaria hoc medio tempore diſtracta non reperiantur; ſin autem minor ſit; iſtud idem triennij tẽpus ad pœnitendum conceditur, decurrendum tamen à die elapſi quadriennij, quod maioribus completa minori ætate ad petendam reſtitutionem à iure conceſſum eſt; hoc dicit text. vulgatus *in l. fin. C. de repud. vel abſt. hæredit.* Cuius diſpoſitionem procedere te- 2 neo indubitanter, quamuis in iudicio filius comparens abſtentionẽ declararet; nam cùm *lex* iſta non diſtinguat, an reuocatio fuerit extraiudicialis, vel iudicialis, nec nos diſtinguere debemus: ſicque libenter adhæreo ſententiæ *Bal.* hoc firmantis *in d. l. fi. in fine;* quicquid contrariũ priùs ſenſiſſe videatur *in l.2. n.3. C. de iuris, & fact. ignor.* Idemquè ſatis benè tenet Iaſ. *in eadem l. fin. in 4. limit.* vbi dicit, limitationem à *Bal.* traditam *in d. l.2.* falſam eſſe: ac ideò meliùs contrarium ſcripſiſſe *in d. l. fin.* Hoc idem ſatis notanter Gugliel. de Bened. omninò videndus *in c. Raynutius, in verb. mortuo itaque teſtatore, il 2. n.132.* vbi addit, iudiciorum rigorem in hoc nihil operari.

Diximus, *eiuſdem l.* tenore attento, dummodò bo- 3 na hæreditaria intra illud triennium ad reuocandam abſtentionem conceſſum, alienata non reperiantur, intellige à creditoribus, vt ſatis credo probari *in d. l. fin.* & expreſsè dixit Gloſ. *in l. quod ſi minor 25. §. Scæuola, in verbo, repellendum, ff. de minor.* ſed quid ſi à ſubſtituto, quem pater filio dedit, præoccupata ſunt, vel eo non exiſtente à cohærede, vel & tandem à venientibus ab inteſtato? Gloſ. *ibi in verb. referuetur,* ſenſit, *legem* illam intelligendam eſſe in filio, cui à patre ſubſtitutus, vel cohæres datus non fuit; ſicquè ipſis exiſtentibus, ceſſare prorſus *eiuſdem l.* beneficium; ſecus verò in venientibus ab inteſtato. Paulus verò Caſtrenſ. de ſubſtituto verba faciens *in d. l. fin. n.5. verſ. mihi videtur,* contrarium tenet

net, ſicquè contendit, ſubſtitutum adire non poſſe, quovſquè filius poteſt abſtentionem reuocare, & adire, eóque pendente tempore excluſum cenſeri non poſſe, cùm ſubſtitutus nunquam admitti poſſit, niſi excluſo priùs penitus inſtituto, *l. quandiù, ff. de acquir. hæredit.* Alij autem diſtinguunt inter ſubſti-
4 tum, & cohæredem; vt in primo, eo ipſo quòd filius abſtinuit, non ſit ampliùs locus reuocationi abſtentionis; in ſecundo verò, & ſic in cohærede idem, ſi hæreditatem ille adiuit; ſecus verò ſi res eſſet integra: ita Iaſ. poſt alios, quos citat in *d. l. fin. in 2. amplia. & 7. limit.* Idemquè ex profeſſo Guliel. de Benedict. *loco cit. num.* 127. 130. & 139. in quibus locis loquendo tam de ſubſtituto, & cohærede, quàm de venientibus ab inteſtato, dicit, quòd ſi bona reperiuntur diſtracta, vel per alium hæredem legitimum ſequentem in gradu, ſiuè per cohæredem, aut ſubſtitutum fuerit hæreditas adita, non audietur filius volens adire, quod ſemel repudiauit, niſi eſſet minor; cum æquiparentur hæc, bona eſſe alienata, vel hæreditatem eſſe alteri per aditionem quæſita, ex Bald. *in d. l. 2. n. 2. C. de iuris, & fact. ignorant.* ſequitur Chaſſan. in *Conſuet. Burgund. Rubr. 7. §. 13. in tex. par benefice, n. 3.* quòd loci abſtentio reuocationem in filio admittit, ſi reuocationis tempore res in eodem ſtatu reperiuntur: quod placuit paritèr Mercurial. Merlin. *tract. de Legit. lib. 5. tit. 3. quæſt. 2. num. 8.* vbi de ſubſtituto loquens ait, pœnitentiam non admitti in præiudicium eius, cui medio tempore per acceptationem, ſiuè acquiſitionem fuit ius quæſitum.

5 Ego autem nouiſſimus, vt dicam quid in hac re ſentio ſemper, dicam libenter, animum meum à *Pauli Caſtrenſis* ſententia nunquam diuertere potuiſſe, ſiuè, qui bona hæreditaria per filij abſtentionem præoccupauit, ſit ſubſtitutus, ſiuè coheres, ſiuè legitimus ab inteſtato veniens, idquè, ni fallor, ſatis probari in *d. l. fin.* nam ſi in eo text. *Iuſtinianus Imperator* abſtentionis reuocationem intra triennij tempus in Suo admittens, vnũ dumtaxat excipit caſum, in quo huiuſmodi reuocatio filio abſtinenti prodeſſe non poſſit, & erit, quando continget, vt reuocationis tempore bona hæreditaria vendita reperiantur, intellige, à creditoribus; & vbi alienata non erunt, expreſſis verbis *ibi* ſancitur, vt reuocationi intra triennale tempus fiat locus.

Suppoſito hoc, quæro Ego, poteſt nè dici vendita eſſe bona hæreditaria, ſi à ſubſtituto, vel à cohærede, vel à legitimo ab inteſtato veniente vniuerſali ſucceſſionis titulo acquiſita illa ſint? certè nullo pacto;
6 etenim ſi hunc caſum comprehendere voluiſſet *Imperator*, vtique ſicut expreſſit illum tantùm venditionis, generalitèr diſpoſuiſſet, vt concederetur filio abſtentionis reuocatio intra triennium, dummodò bona hæreditaria alteri quæſita non reperiantur; Dicere modò cum Bald. *in d. l. 2. n. 2.* in terminis *d. l. fin.* duo iſta æquiparari, bona eſſe alij applicata per aditionem, vel per venditionem, credo, quòd eſt ſumma ineptia, ſatquè eſt aſſerere, hoc nullibi cautũ reperiri.

Quarè omninò concludendum puto, quòd dum generalitèr in *eo text.* eſt diſpoſitum, vt filius ad bonorum paternorum ſucceſſionem, quam ſemel recuſauit, poſſit intra triennium à die declaratæ abſtentionis redire; niſi hoc medio tempore à creditoribus vendita bona illa non ſint, dum verè hic caſus exceptus non euenit, volente demùm ſuccedere, ſit omninò ad ſucceſſionem admittendus, quomodòcunque ab aliis adita ſit hæreditas, & ſic ſiue à ſubſtituto, ſiuè à cohærede, ſiuè à venientibus ab inteſtato, cùm infra triennale illud tempus filio ad reuocandam abſtentionem conceſſum perperam ab iſtis præoccupari poterat hæreditas.

Sed quicquid ſit de his, quæritur magis vtilitèr, 7
quid dicendum in caſu contrario, nimirùm, ſi filius mortuo patre paternam adiuerit hæreditatem, ſiuè in ea ſe immiſcuerit, nùm agnoſcens demùm, magno ære alieno eſſe illam grauatam, ſicque ipſi damnoſam, poſſit, creditoribus hæreditariis auditis, aduerſus aditionem, ſiuè immixtionem illam, reſtitutionem petere ex clauſula generali, *ſi qua mihi iuſta cauſa?* Et affirmatiuè fuit ſingulariſſimè deciſum per Rotam in *vna Romana* ſeù *Florentina reſtitutionis in integrum, ſub die 10. Maij 1641. coram Eminentiſſimo D. Cardinale Panzirolo*, & per hæc verba adhùc alibi non impreſſa.

Veneris 10. Maij 1641.

Cùm poſt mortem bonæ memoriæ Marchionis 8
Bernardini Capponij ſequutam in Ciuitate Florentiæ, D. Vincentius eius filius, quamplurima bona, tam in Statu Eccleſiaſtico, quàm in Ditione Florentina in paterna hæreditate inueniſſet, ac inter alia vigere Florentiæ rationem bancariam magni nominis, ac etiam Romæ accomanditam, credens propterea, tam ex his, quam ex inferiùs deducendis, hæreditatem eſſe maximè lucroſam, licèt ſuper illius aditione nullum fecerit actum expreſſum, nihilominus continuando in paterna domo habitare, & bona vt priùs poſſidere, dictum eſt, adiuiſſe hæreditatem ſimplicitèr; ſtante Statuto Florentino *ſub rubr. 29. de heredibus, & hæreditatibus debitorum contemdis*, in quo diſponitur, quòd hæres maſculus maior annorum 18. poſſidens, ſeu detinens bona hæreditaria poſt 15. dies a die obitus teſtatoris, hæreditatem ſimplicitèr adiuiſſe intelligatur.

Verùm cùm illinc ad quatuor menſes ſuper præ- 9
dicta hæreditate maximum detectum fuiſſet æs alienum, quod de tempore ſupradictæ tacitæ aditionis omninò latebat, abſorbens nedum totam ſubſtantiam, ſed ſuperans illius vires in ſcut. ferè ducentis millibus. Ideò d. D. Vincentius, qui huiuſmodi debita prorſus ignorabat, omnibus præfatis bonis, vnà cum illorum poſſeſſione priù, liberè dimiſſis, obtinuit à Signatura *Iuſtitiæ*, committi cauſam reſtitutionis in integrum, prout de iure aduerſus creditores Bernardini patris, cum reſcripto A.C. vt de voto Rotæ procederet cum clauſula, *ſi qua mihi iuſta cauſa.* Quapropter ſæpiſſimè monitis prædictis creditoribus, vt ex faſciculo citationum exhibitarum, & informare negligentibus, tãdem hodie propoſita Cauſa, reſolutum fuit, conſtare de cauſis reſtitutionis in integrum.

Licèt enim regulariter hoc remedium ſit pro mi- 10
noribus læſis, attamen concurrente iuſto errore, vel ignorantia facti, vel ex noua, & magna cauſa competere etiam maioribus 25. annis, tradunt Oinotom. *in §. extraneis, num. 5. verſ. vel etiam ſi maiores, Inſtit. de hæred. qual. & differ.* qui dicit, Prætorem deceptis ſuccurrere per reſtitutionem in integrum, etiam ſi maiores ſint, quoties grande æs alienum latens ab adita hæreditate præter opinionem emerſerit, ſiue ſint milites, ſiue Pagani, Maurit. *de reſtit. in integr. capit. 130. numer. 6. verſic. ſed qui opinor, tract. tom. 5. fol. 145.* vbi dicit, poſſe maiori ſuccurri per reſtitutionem in integrũ, ſi adſit rationabilis cauſa, vt puta, quia hæreditatis ſubſtantiam ab initio ſcire non potuit, & poſtea comperit eſſe debitis onuſtam, nec longum tempus effluere permiſit ab ea aditione; cui opinioni adſtipulantur etiam Rebuff. *in Conſtit. Regias tom. 1. tit. de reſtit. art. 1. gloſ. 1. numer. 33.* vbi dicit, maioribus ſe vidiſſe ſuccurrere, Odd. *de reſtit. in integr. par. 1. quæſt. 62. art. 14. numer. 133.* vbi dicit,

cit, quòd ſi maior iuſto errore, vel ignorantia facti, lapſus eſt, adeundo hæreditatem primo aſpectu lucroſam, & quam quilibet oculatiſſimus paterfamilias talem iudicaſſet, & adiuiſſet, , ſed poſtea reperitur plena ære alieno, litibus, & periculis, audiendus eſt, ſi deſiderat, aduerſus dictam aditionem reſtitui, & malit huiuſmodi hæreditatem creditoribus relaxare, & *quæſt*.89. *art*.7. *num*.52.*verſ.primò,vt procedat*, & ſub *num*.53. ſubdit; ad hunc effectum magnam cauſam reputari, ſi maior poſt aditam hæreditatem, caſu reperiat, adeſſe magnum æs alienum, quod prius ignorabatur, tunc enim, inquit, ex capite iuſtæ ignorantiæ ſuccurritur etiam maiori; per text. ſingul. in § *extraneis*, *verſ.ſciendum tamen*, *Inſtit.de hered.qualit. & differ*. Capel.Tholoſ. *deciſ*.55.*num*.7. Gratian. *diſcept*.797. *num*.19. *& ſeq*. vbi de veriori, Marcheſ.*de commiſſ.reſtit.in integr.par*.2.§.3. *numer*.154. *fol*.185. vbi dicit, quòd maior aduerſus non confectum inuentarium, vel eius confectionem non reſtituitur in integrum, niſi magna ſubſiſtente cauſa, nempè ſi adita hæreditate reperiatur magno ære alieno conflata, quod aditionis tempore ignorabatur.

11 Et quòd generalitèr ex clauſula, *ſi qua mihi iuſta cauſa*, quæ datur ex edicto minorum, competat reſtitutio in integrum, etiam maiori aduerſus hæreditatem inconſultò aditam, Caſtrenſ. *conſ*.398.*numer*.3. *verſ.tertiò*, *lib*.2. Corn.*conſ*.184.*ſub num*.9. *verſ. tamen licèt*, *lib*.3. Menoch.*conſ*.932.*numer*.11. Phanuc. *de inuent*.*p*.1.*numer*.20. *& p*.2. *numer*.22. *&* 23. Franciſcus Marc.*deciſ*.291.*num*.3.*part*.1. Marc. *clauſ*.366. *num* 2.

12 Quòd autem in D. Vincentio filio adfuerit iuſta ignorantia, non ſolùm ex eo patere viſum eſt, quod regularitèr in hærede illa præſumitur, *l. qui in alienis*, vbi Doct.*ff.de reg.iur*. & in terminis reſtitutionis in integrum firmauit Rota *deciſ*.43.*num*.2.poſt Moder.Peruſ.*de cenſ.in addit*. Caualer. *deciſ*.141. *num*.1. ſed ſpecialitèr dum vidit, quòd Marchio Bernardinus pater, qui pro viro ſummæ prudentiæ, & aliàs oculato patrefamilias communitèr ab omnibus reputabatur, vt deponunt teſtes formiter examinati, non ſolùm reliquit quamplurima bona ſtabilia maximi valoris, tam in Statu Eccleſiaſtico, quàm in Ditione Florentina, cum ratione bancaria, & accomandita, provt *ſuprà* dictum fuit, ſed, quod magis eſt, in eius teſtamento, & codicillis perpetuum fideicommiſſum ad fauorem deſcendentium maſculorum ordinauit, & de opulentiſſima hæreditate ſe diſponere ſuppoſuit, vndè nil mirum, ſi D. Vincentius filius lucroſam paritèr paternam hæreditatem credidit. Præſertim cùm ipſe longo tempore à patria abſuerit, & dum in ea permanſit, nunquam in rebus domeſticis, & multò minus in rationi bancariæ adminiſtratione ſe ingeſſit, quod pro cauſa reſtitutionis in integrum aduerſus aditionem etiam maiori 25. annis ſufficere tradit Odd.*vbi ſupra*,*q*.62.*n*.133.

13 Accedit, quòd idem D. Vincentius mortuo patre ſuas adhibuit diligentias cum Miniſtris per patrem viuentem retentis, pro habenda notitia virium hæreditatis, & iſti (qui aliàs communitèr pro viris probis, & fide dignis habebantur) firmiter aſſerebant, hæreditatem eſſe maximè lucroſam, vt etiam ſuper his benè deponunt teſtes, adeò vt cùm poſt quatuor menſes à die obitus Bernardini patris in ipſius hæreditate maximum æs alienum, quod antea latebat, emerſerit; ſuperans illius vires in ſcut.200.mil. negari non poteſt, quin appareat de iuſta cauſa, per quam debeat in integrum reſtitui, iuxta mentem Doctorum *ſuprà* allegatorum.

14 Quæ quidèm facilius amplectenda ſunt, ex quo D. Vincentius nititur maxima æquitate, nè ſcilicèt ex ſola diſpoſitione ſtatuti, vltra vires hæreditarias, ſoluat ſcut.200.mil. ex proprio. Si enim reſtitutio ex iuſta cauſa ignorantiæ conceditur maiori ad lucrum quærendum per aditionem hæreditatis, quam priùs repudiauerat, *l. Pantonius ff. de acquir hæred*. vbi Bart. Alex.*conſ*.169.*n*.15.*in princ.lib*.2. Surd.*conſ*.212. *num*.43. multò fortius videtur concedenda D. Vincentio maiori agenti de damno tantùm euitando, inter quos maxima viget differentia, teſte Alex.*d. conſ*.169.*n*.14.*in princ*.

Nec releuare viſum eſt, quòd poſt mortem Bernardini Miniſtri rationis bancariæ nonnulla cambia continuauerint. Quia aut hæc fecerunt pro ratione Bancaria, quæ adhuc cantabat ſub nomine defuncti, aut quando etiam id de ordine D. Vincentij filij feciſſent, quemadmodum ei ſuccurendum eſt aduerſus hæreditatem aditam, ita pariformitèr ſi poſt aditionem fecerit aliquem contractum ex eadem cauſa aditionis, dummodò ex eo nihil perceperit, vel paratus ſit refundere, ſi quid percepit; ex addoctis per Odd. *d. quæſt*.62.*art*.14. *numer*.133. Et facit regula, quòd maioribus 25. annis etiam in contractibus enormitèr læſis beneficio reſtitutionis ex iiſdem ſupradictis cauſis ſuccurritur, iuxta *l. in contractibus*, *C. quib. ex cauſ. maior*. cum aliis adductis per Odd. *d. quæſt*. 51. *art*.1. *num*.4. *& ſeqq*. Et quidèm ſi corruit aditio, omnes etiam actus ex ea dependentes corruere debent, *l. cùm principalis*, *ff.de reg.iur*. & in his terminis eſt text.*in l*.3.§ *Seio*.*ff.de minor*. vbi de minore, qui paternæ hæreditati ſe immiſcuerat, & maior factus pecunias hæreditarias exegerat, quòd nihilominus reſtituitur, de quo per Ang. *in l.damni*, §.*Sabini*,*n*.2.*ff.de damn.infect*. 15

Nec aduerſari viſa fuit opinio quamplurimorum Doctorum, quòd ſcilicèt maiores aduerſus aditionem ex capite iuſtæ ignorantiæ non ſint reſtituendi, ex quo habent beneficium Inuentarij, provt iuxta text. *in* §.*pupullis*, *& in* §.*quia verò*, *authen. de hæred. & falcid*. tradunt Bart. *conſ*.154. *numer*.2. *&* 4.*lib*.1. Felin.*in cap.quoniam*,*n*.5. *de Simon*. Alciat. *conſ*.139. *num*.7.*lib*.9. Rol.*de inuent. quæſt*.81. *col*.2.*fol*.59. Petr. PecK.*de teſtam.coniug.c*.23.*num*.2. Phanuc.*de inuent. par*.1.*num*.24. Mar. Anton. *var. lib*.2. *reſol*.11.*num*.9. *in fin*. Quia nihilominus alia opinio in præſenti caſu magis placuit Dominis. Tùm quia æs alienum, quod fuit detectum, eſt maximum, & propterea ſuadente inſigni aliqua cauſa etiam maioribus ſaltem ex æquitate Iudicis officio ſuccurrendum eſſe, vltra Doctores allegatos tenet idem Petr. PecK.*d.cap*.23.*ſub numer*.6 *verſ.ego exiſt.mo*, tum etiam, quia D. Vincentius beneficio inuentarij, quatenus etiam voluiſſet, vti non poterat, propter Statutum Florentiæ, quòd hæres inuentario non obſtante creditoribus hæreditariis ſatisfacere cogatur; de quo tradit Phanuc. *de inuent.par*.6.*num*.138. quo caſu ſicut non potuit vti beneficio inuentarij, ita nec etiam priuari debuit beneficio reſtitutionis in integrum, vt poſt Caſtrenſ.*conſ*.312. quod incipit, *Viſo puncto*, *num*.3. *lib*.1. cum aliis allegatis in terminis d. Statuti Florentini tradit Phanuc.*vbi ſupra*,*num*.138. & certè durum admodum videretur, quòd ſimul, & ſemel denegaretur inuentarium, & reſtitutio in integrum, etiam quando, provt hic, ſemoto in hærede omni dolo, magnum æs alienum latens, contra communem omnium Ciuium expectationem, & credulitatem in hæreditate emergeret. 16 17

Et ita D. Vincentio ſolùm informante reſolutum fuit, &c.

SVMMA

SVMMARIVM.

1 *Filiusfamilias Regni huius ſi abſque patris conſenſu in Vrbe contraxerit, an conuentus in Regno iuuetur Pragmatica ſanctione* de S.C. Macedon.*& numer.2.3.& 7.*

4 *Statutum Vrbis* 152. *ſub* tit. de contractib. prohib.cum filiisfam.*an ſit ſimile Pragmatica Regni huius,ſub* tit. de S.C. Mac.

5 Statuti Vrbis 152.*verba referuntur.*

6 Statutum Vrbis 152. *forenſes Romæ contrahentes non ligat.*

8 *Statutum an, & in quibus caſibus forenſes liget.*

ARGVMENTVM.

Filiusfamilias Regni Neapolis, qui abſque patris conſenſu in Alma Vrbe contraxit,conuentus in Regno ſuper contractus obſeruantia, nùm poſſit iuuari beneficio Pragmaticæ ſanctionis,ſub *tit.de S.C. Macedon.*Statutum inhabilitans perſonas ad contrahendum, ſiuè dans formam contractibus, an forenſes liget? & de aliis ad materiam pertinentibus.

CAPVT XCVII.

1 FILIVSFAMILIAS Regni huius ſi adhùc ſub patris poteſtate exiſtens abſque illius conſenſu in Alma Vrbe contraxerit, dubitatur, an in hac Ciuitate ſuper contractus obſeruantia conuentus poſſit iuuari beneficio *pragmaticæ Sanctionis,ſub tit.de S.C. Maced.*

Contigit ſuperioribus diebus de hoc dubitari in cauſa quorundam mercatorum Romæ degentiū cum Pompeo Parlato huius Ciuitatis tractarum vini arrendatore, qui à dictis mercatoribus in his ſupremis Tribunalibus conuentus ad eis ſoluendum pecuniarum quantitates, quas intra certum tempus ſoluere in Vrbe ſe obligauerat,excepit, ſuam obligationem nullitatis vitio laborare, prætextu quòd initæ obligationis tempore ſub patria poteſtate erat conſtitutus,vndè quid iuris dubitabatur?

2 Ego mercatorum iura defendens reſpondi, Pompei prætenſionem vanam eſſe ſatis,cùm nimis vulgatum ſit Noſtratum axioma, nimirùm præfatam Regiam ſanctionem nullo pacto comprehendere obligationes à filiisfamilias Regnicolis extra Regnum contractas; ita Præſ. de Franchis, qui ſic per S.C.deciſum teſtatur,*deciſ.*72.Reg.Rouit. *in d.prag. num.*19.Conſiliar.de Georg.*alleg.*44.*n.*30. Conſiliar. Paſchalis *in tract.de virib. patr.poteſt. part.*1. *capit.*6. *num.*31.& alij.

Hanc concluſionem Pompei ſtatuentes non impugnabant,ſed contendebant, illam procedere,quotiès in loco extero, vbi contracta eſt obligatio,non viget conſimile ſtatutum, quod in hoc Regno habemus; ſed cùm idem vigeat in Vrbe, vbi pompeus ſe obligauerat, ſequitur quòd à principio nulla fuit obligatio. 3

Replicaui, in toto volumine *Statutorum Vrbis*,me non inueniſſe ſtatutum aliquod noſtro ſimile,ſed tantùm in vno, quod eſt 152.ſub *tit.de contractibus prohib. cum filiisfamilias*, Sancitum eſſe, filiosfamilias Romanos Ciues,vel Incolas,ex nullo pacto poſſe ſe, aut eorum bona quoquo modo obligare; hæc enim ſunt verba Statuti. 4

Authoritate Sanctiſſimi Domini noſtri Papæ in hac parte nobis ſpecialitèr attributa ſtatuimus, vt filijfamilias Romani Ciues,vel Incolæ, etiam Clerici, ex nullo contractu poſſint ſe,aut ſua bona quoquo modo obligare, etiam ſi cum alio filiofamilias contrahant,& liquidò conſtet,bona,& pecunias,pro quibus ſe obligauerunt, ad eos cum effectu perueniſſe,ſed contractus, & obligationes ab eiſdem,& eorum fideiuſſoribus etiam principaliter obligatis facta nullius ſint roboris,& momenti; etiam ſi contractus prædicti quouis iuramento,quod dolo,& metu extortum eſſe cenſeatur, & nihil operetur, obligatione Camerali,Cenſurarū,aut mandati exequtiui, ſiuè termini ſuſceptione, vel quocunque alio arctiori vinculo fuerint roborati, nec ſi ipſi filijfamilias quandocunquè ſui iuris effecti fuerint huiuſmodi contractus vnquam robur aliquod accipiant, aut conualeſcant. Excipimus autem, ſi ijdem filijfamilias de conſenſu,& voluntate,aut mandato patris, vel Aui,in cuius poteſtate ſunt,contraxerint, vel acceptā pecuniam in rem patris,vel Aui,ſeu in id, quod oneribus patris,vel Aui incumbit, verterint;aut ſi mercatores,negotiis præpoſiti, inſtitoreſuè ſint, aut à patre ſeorſum habitent,& publicè pro patribusfamilias habeantur;& reliquos caſus,quibus filijfamilias ex cauſa mutui de iure communi ſine iuramento, non obſtante Senatuſconſulto Macedoniano obligantur. 5

Io.Bapt. Fenzonius olim Vrbis Senator *huius ſtatuti* Gloſſator, *num.*10. aduertit, conſulto ſtatuentes dixiſſe, *filijfamilias Romani Ciues, & Incolæ*, ad demonſtrandum, non placuiſſe, aduenas, ſeu forenſes comprehendere, quia regularitèr ſtatuentium mens eſt prouidere ſuis ciuibus, non autem exteris;allegat Rot.quæ hoc probat *deciſ.*673. *num.*2. *par.*1. *diuerſ.* & in *vna Imolenſ. bonorum coram Domino Cardinale, Pamphilio ſeniore* 10.*Aprilis* 1592.Si igitur,dicebam, Statutum loquitur de Ciuibus, & Incolis Romanis, Pompeum qui erat forenſis, comprehendere non poterat. 6 7

Plus addidi,nimirùm Statutum hoc nec etiam forenſes comprehendere potuiſſe, adhùc ſi ſimplicitèr dixiſſent Statuentes, vt filijfamilias ſe obligare non poſſint, abſque quòd addidiſſent verba illa tam clara, *Romani Ciues, & Incolæ*; eſt enim receptiſſima concluſio,quæ contradictorem non habet,nimirùm, quòd quotiès Statutum inhabilitat perſonas ad contrahendum,provt conſideratur in *ſtatuto prædicto*,in quo inhabilitantur filiifamilias ad contractus peragendos, forenſes non comprehendit, ſed tantùm, quando reſpicit ſolemnitatem contractus, provt in *ſtatuto præcedenti, ſub tit. de contractibus ſine cert. ſolemn. non valit.* ſic vno ore faſſi ſunt Bart. & cæteri Scribentes in *l. cunctos populos, C. de ſumm. Trinit.& fide Catholic.* Cæſar de Graſſ.*deciſ.*2.*num.*16. *de donation.*Seraphin.*deciſ.*791.Caualer.*deciſ.*157. *num.*4. Picus *ad ſtatutum* modò *cit. de contract. ſine cert. ſolem non valit.gloſ.*1.*num.*37. *fol.mihi* 11. Buratt.*deciſ.* 75.*num.*16.Rot. in *vna Vrbeuet.cenſ.coram Motmanno ſub die* 23.*Iunij* 1634.id quod citatus Fenzon.pa- 8

ritèr

ritèr obſeruauit ſuper *ſtatuto* 47. quo diſpoſitum eſt, vt quis in vigeſimo anno exiſtens maior dicatur, quamuis de iure communi vſque ad vigeſimumquintum talis appellari non poſſit, ad text. *in l.vlt.C. de his,qui veniam ætat.impetrauer.* aduertit modò Fenzonius *num.*1.& 14. hoc ſtatutum foreníes non comprehendere, allegat Verall.*deciſ.*283.*par.*1.& Rot.in *Tudertina*, ſeu *Romana nullitatis* 4. *Iulij* 1614. *coram Buratto*, habet enim Statutum verba directa in perſonas, ac proindè non poteſt, niſi ſubditos comprehendere, non autem forenſes.

Vndè meritò dicebam, Pompei prætenſionem omni prorſus iuris fundamento carere, quam cùm demùm talem ipſe agnouiſſet, mercatoribus ſatisfacere procurauit, illis intra certa tempora, quod debebat ſoluere promittens, &c.

SVMMARIVM.

1 *Filiusfamilias non poteſt eſſe in iudicio ſine conſenſu patris; & quid ſi eſſet Clericus beneficiatus, in cauſis ſui beneficij, ibidem.*

2 *Pater an habeat vſumfructum ſuper beneficiis filij ſui Clerici, & ſi illos percepit, an ad eorundem reſtitutionem, filio inſtante teneatur, n.*3.

4 *Pater ſi perceperit fructus beneficij ſui Clerici, conuentus ab illo ad reſtitutionem perceptorum, an poßit opponere, eſſe compenſandos cum alimentis, quæ ipſi præſtitis, & num.*5.

ARGVMENTVM.

Filiusfamilias Clericus nùm poſſit cogere patrem ad reſtitutionem fructuum, quos illè percepit ex beneficio Eccleſiaſtico ipſius filij, & an eo caſu poſſit pater opponere, eſſe compenſandos cum alimentis, quæ eidem filio Clerico beneficiato præſtitit? vbi ſingularis annotatio manuſcripta *D.Io.Angeli Piſanelli.*

CAPVT XCVIII.

1 FILIVSFAMILIAS, quamuis regularitèr in iudicio abſque patris ſui cõſenſu eſſe non poſſit, *l.cum nõ ſolùm, circa finẽ, Cod.de bonis, quæ liber.* in cauſis tamen ſui Eccleſiaſtici beneficij, quòd poſſit abſque patris conſenſu in iudicio comparere, & procuratorem ſuo nomine conſtituere, eſt textus notabilis in *c.ſi annum, de iudic.in* 6.

2 Ratio aſſignatur, quia fructus beneficij filiifamilias Clerici, patri non quæruntur, *l. ſacroſancta*, vbi Bald.*C.de Epiſc.& Cler.* Boër.*deciſ.*199.*num.*4. & in caſibus, in quibus non quæritur vſusfructus patri, filiusfamilias poteſt ſine illius conſenſu in iudicio eſſe, Bart. *in l.fin.§.pupillus,ff.de verb.obligat.* quem ſequitur Io. Lup. *in repet.rubr.de donat.int.vir.& vxor.* §.42.*ante num.*10. *fol.mihi* 101. hinc meritò Sacrum Conſilium Regni huius aliàs iudicaſſe comperimus, 3 fore cogendum patrem fructus beneficij filij ſui Clerici, quos percepit, ſiuè illorum pretium, eidem reſtituere; ſic atteſtante Afflict.*deciſ.*241.ex doctrina Abb.in *cap. quia nos, extra. de teſtam.* Card. Zabarel. qui addit, filiumfamilias Clericum in beneficiis eſſe extra patriam poteſtatem, idemquè Boër.*deciſ.citata* 199.*num.*4. Paſcal.*de viribus patr. poteſt.par.*1.*cap.*3. *num.*104.& alij.

Sed hìc dubitatur vtilitèr, an pater à filio ſuo Clerico ad horum fructuum reſtitutionem conuentus 4 poſſit opponere, eſſe illos compenſandos cum alimentis, ſi quæ ei præſtitit? Affirmatiuam ſententiam conſulendo amplexus fuit Paul. Caſtrenſ. *conſ.* 415.*in* 2.*dub.lib.*2.quem ſequutus eſt Io. Lup.*loc.cit. num.*11.vbi dicit, quòd ſi pater fructus beneficij filij ſui Clerici percepit, & pro eo aliquos ſumptus in ſtudio, vel aliàs fecit, videtur animo compenſandi cum fructibus feciſſe; idemquè Dominus Ioannes Angelus Piſanel.in *addit.ad cit.deciſ.Afflict.*241. ſed meliùs, & clariùs ſic vti compromiſſarius decidens in *ſua annotatione manuſcripta* 12. quam habeo, per hæc verba.

Ieſus, Maria.

Dùm eſſet magna altercatio coram me, inter 5 patrem, & quendam filium Clericum beneficiatum, qui à patre petebat reſtitutionem fructuum perceptorum per eum de beneficiis filij, & pater dicebat, ſe præſtitiſſe alimenta filio, & ſic debebant compenſari; filius dicebat ſe habere intentionem fundatam, per ea, quæ in facto, dum incidiſſet, tenet *Mazzeus*, Doctores referens in *deciſ.* 241. Ego amicus communis conſiderabam, quòd quatenus pater alimentaſſet filium, quòd debuiſſent alimenta compenſari cum fructibus, per ea, quæ in ſpecie conſuluit Paul. de Caſtr.*in conſ.*415.*Viſo, & examinato, verſ. ſuper ſecundo, vol.*2. præcipuè, ſi tempore præſtationis alimentorum fructus erat penès patrem, per ea, quæ poſuit Bertrand. *in conſ.* 34. *col.*2. *vol.*2. nam pro rata fructuum eſt præſumptio quòd alimentaſſet, vt in ſimili conſuluit Alex.*in conſ.*110.*in fine, vol.*7.& iſtam opinionem tenet Io. Lup. in *repet.cap. per veſtras*, in §.42. *verſ.ex his infero, de donation.int.vir.& vxor.* & ſatis colligitur ex his, quæ poſuit Dec. *in conſ.*616. ibi, *& iſta concluſio clara videtur,* & ſic iudicaui inter eos, & meæ ſententiæ acquieuerunt.

Io. Angelus Piſanellus.

SVMMARIVM.

1 *Filius naturalis ad legitima natalia reſtitutus poteſt tam ex teſtamento, quam ab inteſtato patri ſuccedere; & ſi fuerit præteritus, poteſt contrabulare: ſed quid ſi in legitimatione fuerit adiecta clauſula,* citra præiudicium venientium ab inteſtato, *n.*2.3.5.6.7.9.10.11.12.13. & 14.

4 *Verbum,* legitimamus, *vel* diſpenſamus, *à Papa prolatum, an plenariam importet legitimationem.*

Legitima

8 *Legitima an debeatur filio naturali, quando fuit legitimatus ad ſuccedendum patri, ſed non ab inteſtato.*

ARGVMENTVM.

Filius naturalis legitimatus nùm poſſit ſuper bonis paternis integram petere Legitimam, ſi in legitimatione fuerit dictum, *vt poſſit ſuccedere in eo tantum, quod ei relinquetur.* Legitimatio ſi fuerit facta in ampliſſima forma, adiecta tamen clauſula, *ſine præiudicio venientium ab inteſtato*, an ſi condito per patrem teſtamento fuerit filius ſic legitimatus præteritus, poſſit allegare teſtamentum nullum, vel ſi eſſet inſtitutus in minus Legitima, agere ad illius ſupplementum? & de aliis, vbi nouiſſima deciſio *Sacræ Rotæ Romanæ.*

CAPVT XCIX.

1 FILIVS naturalis plenariè per legitimationis priuilegium ad legitima natalia reſtitutus, ita vt capax ſit effectus omnium illorum, quorum capax eſt verè legitimus, magis communitèr voluiſſe *Doctores* comperimus, vt patri tam ex teſtamento, quam ab inteſtato ſuccedat; & ſi fuerit præteritus, poteſt teſtamenti nullitatem proponere; tenebatur enim pater in portione Legitimæ illum hæredem facere, adhùc ſi in legitimatione fuerit dictum, *vt poſſit patri ſuccedere in eo tantùm, quod ei relinquetur*; quia ſubintelligitur, vltra Legitimam: ita ſanè ſcripſerunt Pariſ. *conſ.7. numer.15.& 45. lib.2.* Cephalus *conſ.117 num.7. lib.1.* Decian. *conſ.49. num.43. lib.2.* Riminal.Iun. *conſ.469. num.13. vol.4.* Menoch. *conſ. 757. num.6. lib.8.* Molin. *de primog. Hiſp. lib.3. cap.3. num.38. verſ. ſed quamuis*, Anton. Gamma *deciſ. Luſit. 11.* vbi Diaz de Mena in *addit.* in *fine*, Marta *de ſucceſ. legat. par.1. q.18. art.2. numer.8.* Molfeſ. *ad Conſuet. Neap part.2. de perſonis, q.10. n.56.*

2 Sed dubitari ſolet, quid ſi legitimatio facta fuerit in ampliſſima forma, adiecta tamen clauſula, *ſine præiudicio venientium ab inteſtato, aut alia valida diſpoſitione*; an ſi condito per patrem teſtamento, fuerit filius ſic legitimatus præteritus, poſſit nè ille teſtamentum allegare nullum; vel ſi eſſet in eo inſtitutus in minus Legitima, agere ad illius ſupplementum? & negatiuè reſoluit Rota in *vna Bononienſi ſupplementi legitimæ* ſub die 5. Maij 1638. *coram Ill. D. Ghiſlerio*, quamuis pater extraneum, non autem venientes ab inteſtato hæredem inſtituiſſet; quicquid in hoc ſibi dixerit Coſta *de ratione rata, quæſt.156. n.8.* ſunt autem *deciſionis* verba, quæ ſequuntur.

Veneris 5. Maij 1638.

Antonius Maria de Nigro Presbyter Bonon. obtinuit à fœl. recor. Gregorio XV. facultatem teſtandi, vel aliàs diſponendi, tam de patrimonialibus, & aliis bonis, de quibus teſtari; vel aliàs diſponere poterat, quàm etiam de omnibus aliis bonis emphyteoticis, feudalibus, Eccleſiaſticis, & aliis quibuſcunquè, quæ tempore mortis, ſeu diſpoſitionis, ab eo poſſiderentur; & quæ aliàs ſine tali facultate ad Cameram Apoſtolicam deuolui debuiſſent; vſque ad ſummam 4000. ducatorum auri de Camera ad fauorem conſanguineorum, affinium, nepotum & amicorum, & quarumuis aliarum perſonarum, etiam de iure prohibitarum, & ad ſuccedendum penitus incapacium, & præſertim ad fauorem Antonij Mariæ filij, ex eo iam tunc in Sacris conſtituti, ex ſoluta ſuſcepti, *ſine tamen præiudicio venientium ab inteſtato; aut alia valida diſpoſitione; Et ad effectum præmiſſum*, obtinuit, dictum filium legitimari, & habilitari, ac ab eo omnem illegitimitatis maculam aboleri: cùm autem in teſtamento relictis filio legitimato nonnullis bonis pro omni, & toto eo, quod ex bonis, & hæreditate ipſius prætendere poſſet, inſtituerit hæredem vniuerſalem Congregationem Verecundorum Bononiæ, & ab hærede d. Antonij Mariæ prætenderetur ſupplementum Legitimæ, fuit per ſententiam Rotalem abſoluta Congregatio à petitis, à qua interpoſita appellatione, & cauſa mihi commiſſa confirmando dictam ſententiam tanquam validam, & iuſtam iterùm fuit dictum, non deberi ſupplementum Legitimæ. 3

Quia etiam ſi negari non poſſit, quin Antonius Maria filius fuerit verè legitimatus, cùm Papa ab eo abſterſerit omnem maculam natalium, verbum enim illud, *legitimamus*, quo Papa eſt vſus, veram, atquè plenariam legitimationem importat, vt poſt Angel. *in conſ.17.* & Aretin. *in l. Galius, §. & quid ſi tantum, ff. de liber. & poſthum.* tradit Ruin. *conſ.75. numer.5. & 13. & conſ.86. num.6. verſ. quinimò arbitror, lib.3.* Peregr. *de fideic. art.13. num.35.* & firmauit Rota *deciſ.626. num.3. par 2. recent.* vbi, quòd illud per ſe ſolùm ſufficit, vt filius cenſeatur in ampliſſima forma legitimatus, etiam ſi aliæ clauſulæ id ſignificantes non adſint, ex *ibi* allegatis, & in *Romana legitimæ 16. Decembris 1636. coram bo. me. Sacrato*, poſt Merlin. *de legit. deciſ.62. num.2.3. & 4.* vbi, quòd hoc procedit, etiam ſi Papa vſus fuerit verbo, *Diſpenſamus*, quia & ipſum poteſt importare legitimationem, Abb. *in cap. per Venerabilem, qui fil. ſint legit.* Oldrad. *conſ.327. in fin.* Gozad. *conſ.6. num.66. & 67.* Attamen cùm legitimatio habeat clauſulam *ſine præiudicio venientium ab inteſtato, aut alia valida diſpoſitione*, & ſic ſit limitata, non ſolùm præſeruat præiudicium venientium ab inteſtato, ſed etiam voluntatem, & diſpoſitionem Antonij Mariæ patris, itavt ſic legitimatus teneatur illius iudicium ſequi, & nullatenus ipſius diſpoſitionem impugnare, tanquam habilitatus ad ſuccedendum in ea tantum parte, quæ patri placebit, & quatenus ei relinqueret, non autem vt ſuccederet patri non diſponenti, & contra, vel præter eius voluntatem, petendo Legitimam non relictam, vel eius ſupplementum; vt tenet Decian. *conſ.41. num.33.* Peregr. *conſ.18. num.5. & ſeqq. lib.4.* Coſt. *de port. rat. quæſt.156. num.3. cum ſeqq.* Lup. *de illegit. comment.3. §.1. num.62. poſt med.* latiſſimè infinitos cumulans firmat Caſtill. *de coniect. vlt. vol. cap.22. num.158.* vbi teſtatur de veriori, & communiori, Rimin. ſenior *conſ.41. num.9.* vbi dicit, ſe in hoc non reperiſſe contradictorem, Gabr. *conſ.30. num.29. lib.1.* vbi alios refert, Rota *in Rom. de Bonellis 24. Ianuarij 1635. coram me*, & coram Cæſ. de Graſſ. *deciſ.3. num.10. & num.15. verſ.* 4 5

verſ. neque obſtat, qui fil. ſint legit. & coram San. mem.
6 Gregor. XV. *dec.* 135. & 201. *ſub num.* 4. Vbi ſub *numer.* 6. ſubdit, non eſſe bonam conſequentiam, *legitimatus ſine praiudicio venientium ab inteſtato, eſt verus legitimus, & filius; ergò illi debetur Legitima:* quia licèt dicta clauſula non limitet legitimationem, limitat tamen ſucceſſionem, cùm poſſit dari vera legitimatio, quæ effectum ſucceſſionis habeat limitatum, vt tenet Soc. *conſ.* 246. *num.* 3. *verſ. ſecundò prima legitimatio, lib.* 2. Decian. *conſ.* 258. *in fin.* Ruin. Pariſ. & Soc. Iun. in *dicta deciſione* allegati: & facit, quia ſucceſſio non eſt de eſſentia ſubſtantiali legitimationis, cum ſint quid diuerſum, nec de vno ad aliud inferatur.

7 Et propterea cenſuerunt DD. gratiam, de qua agitur principalitèr, non emanaſſe ſuper legitimatione, ſed ſuper facultate teſtandi conceſſa Antonio Mariæ patri, vt poſſet teſtari ad fauorem quarumcunque perſonarum incapacium, & poſſet in iſtum filium ſpurium hæreditatem transferre; vndè ſequitur, verè fuiſſe diſpenſatum, ſeu legitimatum, ſolùm ad effectum ſuccedendi ex teſtamento patri, cùm ex tenore diſpoſitionis pateat, in conſequentiam, non principalitèr factam fuiſſe hanc legitimationem; Diſpenſatus autem huiuſmodi, ſeu limitatè legitimatus ſuccedit ſolùm in eo, quod ei fuit relictum, & non in Legitima, ex quo ei non eſt tributa facultas ſuccedendi ab inteſtato; vt rectè firmatum fuit in *deciſione R. P. D. mei Veroſpij 2. Martij ſuperioris anni*, Dec. *conſ.* 263. *num.* 3. *ad med. verſ. ſed quidquid*
8 *ſit*, Honded. *conſ.* 89. *num.* 59. & *ſeqq. lib.* 1. vbi concludit, Legitimam non deberi, quando filius legitimatus fuit ad ſuccedendum patri, ſed non ab inteſtato, Gabriel. *conſ.* 24. *num.* 11. & *num.* 24. *lib.* 2. Peregrin. *de fideicom. art.* 36. *num.* 9. & latiùs *conſ.* 18. *num.* 2. & *ſeq. lib.* 4. vbi reſpondet contrariis, Caldas *in commentar. ad l. ſi curatorem, verſ. ſi curatore, num.* 53. *C. de in integr. reſtit. min.* cum aliis allegatis per Rotam coram me in *ſupradicta Romana de Bonellis* 24. *Ianuarij* 1635. Ea ratione, quia filius legitimatus, qui non poteſt ſuccedere ab inteſtato, neque poteſt prætendere Legitimam, quæ eſt portio portionis debitæ ab inteſtato, ex latè deductis in *dicta Romana de Bonellis.*

Quod clarius aſſequimur ex verbis facultatis teſtandi, in qua poſt ampliſſima verba ſubiungitur: *Ac ad effectum premiſſum dictum filium legitimamus, & habilitamus, &c.* qui effectus erat, vt in ipſum per patrem poſſet hæreditas transferri, nec non ex clauſula *ſine praiudicio venientium ab inteſtato*, quæ operatur, vt talis legitimatus non conſequatur Legitimam, quia Legitima eſt quota ſucceſſionis ab inteſtato, & per dictam clauſulam legitimatùs excluditur à ſucceſſione ab inteſtato, ex receptiſſima Doctorum ſententia, Paul. de Caſtr. *in l. Gallus, §. & quid ſi tantùm, numer.* 16. *in fin. ff. de liber. & poſthum.* Capra *conſ.* 157. *num.* 43. *in fin.* Socin. *conſ.* 95. *num.* 43. *lib.* 4. Ruin. *conſ.* 72. *num.* 15. *verſ. ſecundò non valuit, lib.* 3. & conſequentèr etiam à Legitima, cùm clarum ſit, Legitimam ei non deberi, qui ab inteſtato non ſuccedit, cùm ſit portio portionis debitæ ab inteſtato; Aretin. *in d. l. Gallus, §. & quid ſi tantùm, num.* 21. *ff. de liber. & poſthum.* Dec. *conſ.* 576. *ſub num.* 6. Aym. *conſ.* 11. *num.* 13. Rota *coram Bubalo in Aſculana Legitima* 2. *Decembris* 1588. impreſſa apud Merlin. *de Legit. deciſ.* 39. *in Romana ſupplementi Legitima* 8. *Februarij* 1593. *coram Cardinali Arigonio*, impreſſa *vbi ſuprà deciſ.* 36. & latè coram ſanctæ memoriæ Greg. XV. *d. deciſ.* 135. & in *dicta Romana de Bonellis* 24. *Ianuarij* 1635. *coram me:* & verè facultas conceſſa per ſanctæ memoriæ *Gregorium XV.* eſt reſtricta ad diſpoſitionem ex teſtamento, nec in ea ſit aliquod verbum de ſucceſſione ab inteſtato, quæ propterea non cenſetur conceſſa, dum non legitur in facultate; Redoan. *de ſpol. Cleric. q.* 7. *in princ. n.* 7. Nauar. *eod. tract.* §. 7. *n.* 6. & 15. *in fine.*

Et hic intellectus eſt conformis tam petitioni An- 9
tonij Mariæ limitatæ ad facultatem teſtandi, quàm conceſſiòni, ibi, *ſuis in hac parte ſupplicationibus inclinati*; cui correſpondet totus contextus indulti, vt ex lectura, ex qua apparet, totum indultum fuiſſe conceſſum ad inſtantiam, & contemplationem patris illud petentis, vt ipſe poſſet ſecundum eius voluntatem expreſſam in teſtamento, vel codicillis, aut donationibus liberè diſponere ad fauorem quorumcunque, etiam incapacium, & facta fuit ſpecialis mentio filij, ex quo illi magis reſiſtebat ius commune, & Conſtitutio ſanctæ memoriæ *Pij V.* non autem, vt ex hoc limitaretur facultas patri, cui poſt habitam mentionem filij apertis verbis datur abſoluta facultas diſponendi, nullis regulis limitata, per illa verba; *pro tui arbitrio, & voluntate abſolutis, &c.* Concurrentibus igitur ſimul, quòd patri data fuit libera, & abſoluta facultas expreſsè diſponendi, nullis iuris regulis limitata, & è conuerſo limitata ſit habilitas ſpurij ad ſuccedendum *ſine valida diſpoſitione*, & quidèm acceſſoriè ad indultum patri conceſſum, ſequitur, vt dum pater ei reliquit bona, de quibus in teſtamento cum prohibitione aliud petendi, non poſſit contra voluntatem patris prætendere ſupplementum Legitimæ, ex *ſupra deductis.*

Non obſtat, quòd clauſula illa præſeruet tantùm 10
iura venientium ab inteſtato, hic autem non fuerit inſtitutus veniens ab inteſtato, ſed locus Prius. Quia immò cenſuerunt Domini dicendum, illam clauſulam importare, vt legitimatus non poſſit ſuccedere, etiam ſi fuerit inſtitutus extraneus, cùm per illam legitimatus cenſeatur ſolum habilitatus, vt ſuccedat in eo, quod ſibi fuerit relictum, nec poſſit venire contra, vel præter voluntatem legitimantis; vt fuit firmatum ex *allegatis ſuprà.* Vndè non attenditur ſolummodò fauor venientium ab inteſtato, ſed conſideratur potiùs fauor legitimantis, vt liberas habeat habenas diſponendi, & in terminis *Rota* coram Cæſare de Graſſ. *deciſ.* 4. *num.* 10. & 15. *cum ſeq. qui fil. ſint legit.* reprobando Pariſ. *conſ.* 7. *lib.* 2. nec non Cephal. qui eum ſequitur *conſ.* 117. *li.* 1. & Dec. *conſ.* 264. firmauit, talem legitimationem cum clauſula, *ſine praiudicio venientium ab inteſtato*, etiam quòd non agatur de præiudicio venientium ab inteſtato, non ſolùm præſeruare hoc præiudicium, ſed etiam facere, vt ſola voluntas teſtatoris attendi debeat, cùm non poſſit ſic legitimatus voluntatem paternam impugnare, per *ſupradicta.*

Quæ clariora redduntur, attento, quòd nedum adeſt clauſula, *ſine praiudicio venientium ab inteſtato*, ſed etiã alia clauſula, *aut alia valida diſpoſitione*, & alia clauſula, *aut aliàs pro tui arbitrio, & voluntate abſolutis*, quæ indubitanter cõcedunt patri liberam poteſtatem diſponendi, ita vt Papa voluerit præſeruare iura venientibus ab inteſtato, & voluntatem legitimantis, ita vt poſſet ad arbitrium diſponere; & ſic patet, referri debere ad Antonium Mariam patrem diſponentem, vt firmatum fuit in *deciſione Domini mei Veroſpij.* Valida enim erat diſpoſitio qualiſcunque facta fuiſſet per Procuratorem, iuxta formam indulti *ibidem* expreſſam, & ſicut per ſucceſſionem ab inteſtato ſuccedebatur patri per conſanguineos legitimos, & naturales, ita etiam alia valida diſpoſitio intelligi debet de alia ſimili, per quam eidem ſuccederetur, ſtante dictione, *alia*, quæ ſimilitudinem ſignificat, & non Alternatiuam, quæ paritèr ponitur inter ſimilia; non autem de alia diſpoſitione ex qua ſuccederetur aliis

anteceſſoribus: nec ex his tollitur facultas diſponendi quocunque modo, & forma, & ſolemnitate non ſeruata; quoniam diſpoſitio valida intelligi debet ſecundùm formam Indulti, non autem prout de iure communi.

11 Pariter nihil facit, quòd iſta clauſula non ſit appoſita legitimationi, ſed facultati teſtandi, cùm non poſſit ſubſiſtere talis interpretatio, quia ſi Papa abſolutè præſeruaſſet ſucceſſionem ab inteſtato, abſtuliſſet, non conceſſiſſet facultatem teſtandi, ſed re vera clauſula immediatè eſt appoſita reſpectu ſucceſſionis ipſius filij iuxta ſolitum, cùm apponatur ſolùm in legitimationibus, nó auté in facultatibus teſtandi.

12 Quoad generalitatem verborum Indulti, DD. placuerunt reſponſiones datæ in *deciſione Domini mei Veroſpij*, cum quibus tranſierunt; quia per talem generalitatem conceditur libera facultas diſponendi inter viuos, ac in vltima voluntate, non autem ab inteſtato; vt firmatur in *deciſione*, iuxta naturam facultatis diſponendi, quæ de ſtylo non comprehendit ſucceſſionem ab inteſtato, niſi expreſsè concedatur: ſed quatenus etiam Indultum comprehenderet facultatem diſponendi ab inteſtato reſpectu patris, illa tamen fuit reſtricta reſpectu filij legitimati, ex ſupradicta clauſula *ſine tamen præiudicio venientium ab inteſtato, aut alia valida diſpoſitione*, per quæ verba prohibitum eſt ei contrauenire, non ſolùm ſucceſſioni ab inteſtato, ſed etiam alij validæ diſpoſitioni paternæ.

Nec facultas codicillandi poteſt operari, vt liceat tranſmittere ab inteſtato, ſed tantùm, vt habens talem facultatem poſſit abſque teſtamento diſponere, vndè fit, ex facultate diſponendi per codicillos non benè inferri ad facultatem tranſmittendi ab inteſtato, cùm ſint inter ſe diuerſa, codicillaris diſpoſitio, & ſimplex ſucceſſio: & propterea datur caſus, quòd is, qui habet bona patrimonialia, poſſit habere hæredem in eis, etiam ſi in aliis acquiſitis ex bonis Eccleſiaſticis ſuccederet Camera; & ſic ex illis verbis, *nec non quòd omnia bona per te pro tempore relinquenda nullo modo tanquam ſpolia ad Sedem, & Cameram Apoſtolicam deuoluantur, vel ſpectent, ſeu deuolui, aut ſpectare dici, vel cenſeri poſſint, pariter concedimus, & indulgemus, &c.* non eſt dicendum, Papam conceſſiſſe ſucceſſionem ab inteſtato; cùm dicta verba fuerint appoſita ex eo, quòd ſupra in principio Indulti fuerat data facultas teſtandi, & diſponendi de bonis, quæ ceſſante Indulto ſpectarent ad Cameram. Ideò in hac parte fuit dictum, quòd bona relinquenda nullo modo tanquam ſpolia ſpectent ad Sedem, & Cameram Apoſtolicam.

13 Nec prædictis obſtant deciſiones in *Romana Legitima, coram bo. mem. Sacrato 57. & 62.* poſt Merlin. *de Legitim.* quia non applicantur, ſiquidem ex illarum lectura patet, in illa legitimatione contineri facultatem ſuccedendi ab inteſtato, & deficere clauſulam, *ſine præiudicio venientium ab inteſtato, aut alia valida diſpoſitione, & ad effectum præmiſſum*; quæ cùm concurrant in iſto caſu; indè ſequitur, illas non applicari: & nil mirum, ſi in *illis deciſionibus* fuit firmatum, quòd Robertus potuerit detrahere Legitimam, non obſtante patris prohibitione.

14 Deniquè nec releuat, quòd pater filium inſtituendo agnouerit, ipſum habere Iura ſuitatis. Quia cùm teſtator in inſtitutione vſus fuerit clauſula, *ac aliàs omni meliori modo, quo potuit, &c.* dicendum eſt, illum cenſuiſſe, quòd filius nullo modo poſſet cótratabulare, ponderando, illum prohibuiſſe, nè aliquid ampliùs peteret, ſignum euidens, quòd credidit, non poſſe aliud conſequi, niſi ab eo fuerit relictum, non obſtante quacunque legitimatione.

Ex quibus vtraque parte informante pro confirmatione ſententiæ Rotalis fuit reſolutum, &c.

SVMMARIVM.

1 *Filius naturalis in certis bonis à patre hæres inſtitutus, eo addito, vt ſi Religionem aliquam profiteretur, non niſi certum quid annuum petere poſſet: ſi Congregationem aliquam Sacerdotum ſecularium ingrederetur, an fiet locus diſpoſitioni paternæ ſuper annua præſtatione, & num. 3. & 7.*

2 *Religioſus ille dicitur, qui tria Vota ſubſtantialia Regulæ profeſſus eſt.*

4 *Congregati more Religioſorum an gaudeant immunitatibus Religioſis conceſſis.*

5 *Gabella an ſit ſoluenda à Fratribus, & Sororibus Tertij Ordinis Sancti Franciſci.*

6 *Legatum alicui relictum ſoluendum, ſi ad Monachatum peruenerit, an debeatur, ſi legatarius efficiatur Tertij Ordinis Sancti Franciſci.*

8 *Mens potiùs, quàm verborum vis in omni diſpoſitione attenditur.*

9 *Religioſi noua acquirere Monaſteria prohibentur, non citatis priùs omnibus Mendicantibus illius loci; ſed an hoc procedat in Clericis ſecularibus, qui vti Religioſi viuunt.*

ARGVMENTVM.

Filius naturalis à patre in certis bonis hæres inſtitutus, eo expreſſo, quòd ſi Religionem aliquam profiteretur, non niſi certam annuam quantitatem vitalitiam conſequi poſſit, ſi ingrederetur Congregationem aliquam Sacerdotum ſecularium, qui ex permiſſu Sanctæ Sedis Apoſtolicæ vti Religioſi in Communitate viuunt, an fiet locus diſpoſitioni teſtatoris quoad annuam præſtationem vitalitiam ordinatam? & de aliis ad materiam pertinentibus.

CAPVT C.

FILIVS naturalis in certis bonis hæres à patre inſtitutus, eo addito quòd ſi Religionem aliquam profiteretur, profeſſione ſequuta non poſſit ab hærede vniuerſali, niſi certam annuam petere quantitatem; dubitari contingit, ſi ingrediatur Congregationem aliquam Sacerdotum ſecularium, 1

cularium, qui ex permiſſu Sanctæ Sedis Apoſtolicæ vti Religioſi in communitate viuunt, certas obſeruantes regulas, prout ſunt in hac Ciuitate Patres Oratorij, ac Pij Operarij, num inſtando pro manutentione, ſiuè immiſſione bonorum, in quibus titulo particulari fuit hæres inſtitutus, poſſit hæres vniuerſalis aduerſus illum excipere de ingreſſu Congregationis, & ſucceſſiuè, vt non niſi illam certam annuam præſtationem à patre ordinatam conſequi valeat, ac ſi Religionem aliquam profeſſus ſit?

2 Pro ratione dubitandi videbatur pro filio reſpondendum, cùm hic talis Religioſus non ſit, de quo verba fecit teſtator; etenim iuris eſt indubitati, illum dici, & cenſeri verè Religioſum, qui tria vota ſubſtantialia Regulæ profeſſus eſt; *cap. cùm ad Monaſterium, de ſtatu regul.* & tradit D.Thom. *in 2.2.q.186. art.3.4.* & 5. ergo.

3 Sed hac dubitandi ratione non obſtante, contrariam ſequor ſententiam, ſecundum quam pater, qui ſic diſpoſuit, ſi interrogatus eſſet, reſpondiſſet; quamuis enim concluſio modo firmata veriſſima ſit, deque ea dubitari non poſſit, attamen quoad iuris effectum pro eo, quod ad caſum noſtrum pertinet ex germana interpretatione voluntatis patris, nullum eſt conſtituendum diſcrimen, quòd hic filius ingreſſus eſt Congregationem Sacerdotum, in qua Collegialitèr, & Religioſè viuitur, vel ſi Religionem aliquam
4 profeſſus ſit: probo ſic, Certum eſt, & a nemine controuertitur, has perſonas ſic vti Religioſos in communitate viuentes gaudere omnibus prærogatiuis, immunitatibus, & exemptionibus, quibus veri Religioſi gaudent, ſic enim in anno 1602. declarauit Sacra Congregatio Dominorum S.R.E. Cardinalium *Sacri Trid. Concil.* Interpretum, cuius declarationis verba tranſcripſit Cherubin. in *Schol. Bullar. in Conſt.22. Leonis X fol. mihi* 99. Baſil. Pont. *de impedim. matrim. cauſa 27. cap.19.§.5.* Portel. *in dubiis Regul. in verb. Tertiarij, num.7.* & alij; gaudent enim canonis, & fori priuilegio; Ricc. poſt alios *deciſ.* 88. 88. *part.2.* & Barboſ. *de poteſt. Epiſcopi, p.2. alleg.12. numer.* 41. & à gabellarum ſolutionibus immunes reputantur; probat Ignat. Laſſart. qui in terminis legis Regiæ Regnorum Caſtellæ, & Legionis, qua cautum eſt, vt ex venditione cuiuſlibet rei ſoluatur Domino noſtro Regi decima pars pretij, quæ vulgò
5 *Alcauala* nuncupatur, quærit, an ſit ſoluenda à Fratribus, & Sororibus Tertij Ordinis Sanct Franciſci, qui priuatam agunt vitam cum vxoribus, & maritis? Et ex Gregor. Lopez, Didaco Perez, Franciſco Sarmien. & aliis affirmatiuè reſpondit, quia hæ perſonæ vti laici reputantur; ſecus autem, addit, ſi vti Religioſi in communitate viuerent, prout ſunt hodiè plura Monaſteria; hos enim omninò ab huius Decimæ ſolutione exemptos, & immunes eſſe affirmat in *ſuo tract. de Decima vendit. & permut. cap.19.n.91.* & poſt eum, Gironda *de Gabel. p.7.n.40. & 41.* Gutierrez *eod. tract. q.95.n.5.* & Ricc. *loco cit. in fine.*

6 Hocque adeò verum profiteor, quòd cum aliàs dubitatum eſſet, an legatum alicui relictum ſoluendum, ſi ad monachatum peruenerit, deberetur, ſi legatarius efficeretur Tertij Ordinis Sancti Franciſci, in quo nulla ſolemnis emittitur profeſſio? cum diſtinctione fuit reſponſum, vt nullatenus debeatur, ſi priuatam duceret vitam in propria domo, quamuis cum habitu illius Ordinis; ſecus verò ſi vt Religioſus in communitate viueret. Ratio aſſignatur, quia ſatisfit menti teſtatoris: probat Caſtill. *deciſ.* 88. *li.1.* vbi *in fine* ſubdit, diſtinctionem iſtam vti veriſſimam à magnis Viris in praxi vidiſſe receptam. *P. Diana*, qui in mulieribus Bizzochis indiſtinctè hoc affirmat, *part.1. reſol. moral. tract.2. reſol.84.* & in *additionibus ſecundariis reſol.28.* Nauar. *de elect. & variat. fori, ſect.1.q.66.n.16.* & alij.

Quæ concluſione ſic ſtante, ſi eſſet factum lega- 6
tum huic filio, cùm ad monachatum perueniret, poſſet vtiquè illud aſſequi, ingrediens Congregationem, in qua collegialitèr, & religioſè viuitur; quia diceremus ſatisfactum menti diſponentis; cur idem dicere non debemus, vt hæc fuerit mens patris in caſu propoſito, vt non niſi tot annuos hic filius aſſequi poſſet, cùm in clauſtris vti Religioſus viuere elegiſſet? vndè ſi certo modo repugnant verba diſponentis, quia loquutus fuit pater de Religione, aſſiſtit tamen mens illius, quæ verè fuit, vt quotiès hic filius mundum relinqueret, & vti Religioſus viueret, certam annuam haberet præſtationem, quæ ei pro neceſſariis ſat eſſet; quo fit, vt dicamus, in omni poſtre-
ma diſpoſitione potiùs attendendam eſſe mentem, 8
quàm verborum vim, & naturam; ita docet Bald. *in l. fin. col. pen. C. de impub. & aliis ſubſtit.* Bart. *in l. in ambiguo. ff. de reb. dub.* Iul. Clar. *in §. teſtamentum, q.76.* Menoch. *conſ.20.n.20. lib.1.* & in *tract. de præſumpt. lib.1. quæſt.26.* Mant. *de coniect. vlt. vol. lib.3. tit.5.* Peregr. *de fideicomm. art.11.* & alij penes Fuſar. *de ſubſt. quæſt.237. num.13.* vbi *num ſeq.* docet, in vltimis voluntatibus pro expreſſo haberi, quod teſtator expreſſiſſet, ſi interrogatus fuiſſet, vel de eo cogitaſſet: ad quod allegat Ant. Gabriel. *comm. concl. tit. de reg. iuris, concl.10.* Mant. *de coniect. vlt. vol. lib.1. tit.19.* Peregr. *cit. art.11. num.32.* & alios, vt *ibi*, quibus addo Afflict. *deciſ.44. num.26.* Ant. Gamm. *deciſ. Luſit.193. num.7.* Surd. *deciſ.254. num.37.* Cald. de Pereyr. *de emption. & vendit. cap.9. num.8.* & alios penes Nouar. *dec.206.*
per totam, vbi in terminis Bullæ *Clementis VIII.* con- 9
firmatæ per *Vrbanum* nouiſſimè defunctum (qua cautum eſt, nè Religioſi poſſint noua acquirere Monaſteria, non citatis priùs omnibus Mendicantibus, eiuſdem loci, & non conſtito coram Ordinario, quòd commodè ibi viuere poſſunt, abſque aliorum Mendicantium detrimento) quærit, an ſub *hac Conſtitutione* comprehendantur Clerici ſeculares, qui vti Religioſi viuunt, prout ſunt in hac Ciuitate Patres, vulgò dicti *Geronimini*, ac *Pij Operarij*, qui ſunt Patres Sancti Georgii Maioris, vt nimirùm in erectione nouarum domorum horum Patrum, ſit paritèr obſeruanda forma *huius Bullæ*? & affirmatiuè reſpondit, vbi hi Patres ex eleemoſynis viuerent; nam quamuis *Clementina Conſtitutio* verba faciat de Religioſis, de quorum numero Pij Operarij non ſunt; attamen quia ratio, quæ mouit Sanctiſſimum illum Pontificem, fuit, nè ex nouorum Monaſteriorum erectione, aliorum Mendicantium eleemoſynæ diminuantur: hæc quidem ratio verificatur, tam reſpectu vere Religioſorum, quàm Clericorum ſecularium in communitate viuentium: vndè quamuis verba *Conſtitutionis* repugnent, quia ſonant in Religioſis, ineſt tamen ratio, & mens Pontificis, quæ eſt apta comprehendere Clericos ſeculares Mendicantes, quæ quidem mens, & ratio eſt attendenda, vt diſpoſitioni, & verbis præualeat, Surd. *deciſ.19.n.1.*

SVMMARIVM.

1 *Filio naturali legitimato à patre herede inſtituto an ſit danda immiſſio virtute* l.final.C.de edict. diui Hadriani, *opponente ſe proximiore, & legitimationis defectum allegante.*

2 *Oppoſitio, quæ ſitin poſſeſſorio, altiorem requirens*

quirens indaginem, dicitur impertinens.

3 *Immiſſio non impeditur, oppoſitis exceptionibus petitorium reſpicientibus.*

4 *Exceptio ſpurietatis, inualiditatis, aut nullitatis legitimationis, an impediat immiſſionem virtute* l.fin C.de edict.diui Hadria.toll..

5 *Poſſeſſionis poteſt eſſe quis capax, licèt demum proprietatis fiat incapax.*

6 *Filia eſt immittenda in poſſeſſionem bonorum paternorum, quamuis allegetur, bona illa eſſe feudalia, quorum fœmina de iure communi feudorum dicitur incapax.*

ARGVMENTVM.

Filius naturalis legitimatus per reſcriptum Principis, nùm ſit immittendus in poſſeſſionem bonorum paternorum, in quibus inſtitutus eſt, ſi agnatus proximior comparuit, legitimationis defectum allegans, ſimulque, ac filiationem denegans.

CAPVT CI.

1 FILIVS naturalis, ſiuè ſpurius à patre mediante Principis reſcripto legitimatus, ac demùm hæres in ſolemni teſtamento inſtitutus, dubitatur, an ſi petierit ſe immitti in bonorum paternorum poſſeſſionem virtute *l. fin. C. de edicto diui Hadriani tollen.* immittendus ſit, vel potiùs in iudicio proprietatis audiendus, dùm agnatus proximior comparuit, legitimationis defectum allegans, ſimulquè, ac filiationem denegans.

Contigit in Sacro Conſilio de hoc dubitari in cauſa Don Franciſci Alderiſij filij ſpurij quondam Don Ioannis Alderiſij, ſed legitimati etiam quoad ſucceſſionem, qui cùm petiiſſet, ſe immitti in poſſeſſionem bonorum paternorum, & hoc vigore paterni teſtamenti in actis præſentati, non aboliti, nec cancellati, ſed omni ſolemnitate vallati, ſe oppoſuit Don Pompeus Alderiſius defuncti germanus frater, denegans, præfatum Don Franciſcum eſſe Don Ioannis filium, ac multa aduerſus legitimationis priuilegium allegans; quare an eſſet locus in hoc caſu remedio *d.l.fin.* dubitatum extitit.

2 Reſpondi vnà ſimul cum Domino Franciſco Rocco Aduocato doctiſſimo, & inter primarios S.C. partes Don Franciſci hæredis ſcripti tuentes, eſſe illum omnino immittendum, ac de oppoſitis per Don Pompeum non niſi in petitorio tractandum: Etenim negari non poteſt, quin vtraque hæc oppoſitio altiorem requirat indaginem; ad tradita in puncto per Paul.de Caſtro *in l.ſcriptum* 11.*C.de probation.* ac proindè in poſſeſſorio ſumario de his videre ſatis eſſe impertinens aſſeuerabamus: conſtat enim excep-
3 tiones omnes petitorium reſpicientes: & quæ in continenti non probantur, ex receptiſſima Scribentium

ſententia, immiſſionem ad hæredis ſcripti fauorem non impedire; notant omnes in *d. l. fin.* & in puncto, quòd exceptio ſpurietatis, & inualiditatis, aut 4
nullitatis legitimationis, immiſſionem virtute *d. l. fin.* non impediat, ratione, & authoritate probauimus. Ratione, quia ſpurij poſſeſſionis ſunt capaces, Pariſ. *conſ.96. num.7. lib.4.* Verall. *deciſ.341. part.2. in fine*, nec eſt inconueniens, vt quis ſit poſſeſſionis 5
capax, licèt demùm proprietatis fiat incapax. Authoritate, ſic enim in puncto ſcripſerunt Ruin. *conſ.87. ad finem, lib.3.* Bero. *conſ.57. num.3. & 172. lib.2.* Soc. Iun. *conſ.97. num.46. lib.2.* Roland. *conſ.22. num.15. & 36. lib.3.* Gozad. *conſ.6. num.87. cum ſeq.* Natta *conſ.473 in princ. tom.2.* Riminald. *conſ.69. num.115.* Alciat. *conſ.589.* Alex. Raudenſ. *tract. de analog. cap.36. num.73.* Cæſar. Coutard. *in l. vnica, num.12. in fine, & num.19. C. ſi de moment. poſſeſſ. fuer. appell.* Verall. *deciſ.342. lib.2.* Io. Vincen. de Anna, qui in fortiori caſu ſic per Regiam Cameram iudicatum teſtatur, *ſingul.515.* quem ſequitur D. Reg. Gale. *controu. lib.1. controu.36. n.33.* & ſatis benè Cæſar Argel. aliis omiſſis, in *tract. de acquir. poſſeſſ. quæſt.3. art.10. à num.550.* vbi *num.555.* vtitur exemplo filiæ à patre vniuerſa- 6
lis hæredis inſtitutæ, vt ad bona hæreditaria ſit immittenda, etiam ſi allegaretur, bona eſſe feudalia, quorum fœmina de iure communi feudorum dicitur incapax; allegat text. *in c.1. §. inter filiam*, in *tit. ſi de feud. defunct. fuerit controuerſ. tit. de teſtamen. §. penul. in fine*, Bald. in *c.1. verſ. vel quot, de controuerſ. de controuerſ. inter maſcul. & fœminam*: Alex. in *d.l.fin. circa finem, C. de edicto diui Adrian. tollen.* Feudiſtæ omnes in *d §. inter filiam*: Dec. *conſ.242. num.10. & ſeq.* Rol. *conſ.1. num.61. lib.1.* Bero. *conſ.57. lib.2.* Riminal. Iunior *conſ.69. num.55. lib.1.* & Menoch. *de adiſpicen. poſſeſſ. remed.4. n.357.*

SVMMARIVM.

1 *Frater ſuccedit fratri in feudo nouo pecunia quæſito, non obſtante inueſtitura* pro ſe, & hæredibus ex corpore.

Sed quid in feudo conceſſo in remunerationem ſeruitiorum n.2.7.8.9. & 11.

3 *Labor, & induſtria, pretio æquiparantur.*

4 *Frater primogenitus ſicut fratribus ſecundogenitis tenetur conferre pretium feudi noui pecunia quæſiti, ſic etiam & pretium feudi communi patri conceſſi in ſeruitiorum remunerationem.*

5 *Princeps concedendo aliquid ſubdito in remunerationem ſeruitiorum, non dicitur munificentiam exercere, ſed potiùs debitum ſoluere.*

6 *Remuneratio quando inſeruienti non eſt promiſſa, Iudicis ſubintrat officium ad illam conſequendam.*

10 *Inueſtituræ tenor ſemper attendi debet, cùm quis feudo ſuccedere velit.*

T ARGV

ARGVMENTVM.

Frater, qui vigore nouarum Gratiarum ſuccedit fratri in feudo nouo pecunia quæſito, non obſtante inueſtitura *pro ſe, & hæredibus ex corpore*, an poſſit etiam, eiſdem attentis Gratiis, ſuccedere in feudo nouo fratris, non pecuniâ, ſed in ſeruitiorum remunerationem conceſſo.

CAPVT CII.

1 FRATREM, ſiuè ex vtroque, ſiue altero tantùm latere coniunctum, poſſe hodiè vigore nouarum Gratiarum in feudo nouo fratris ſui pecunia quæſito ſuccedere, quamuis inueſtitura canat *pro ſe & hæredibus ex corpore*, ratione, & authoritate probauimus *lib.1. cap.126. num.44.* cum *pluribus ſeqq.*

2 Poſt quorum ſcripta dubitari contigit, an hæc indubitata concluſio procedat, vbi feudum acquiſiſſet frater, non pecunia, ſed in ſeruitiorum remunerationem? Pro dubio videtur affirmandum, ex eo, quòd à Noſtratibus *infrà* allegandis, idem ſemper iudicatum fuit de feudo pecunia quæſito, ac de illo in ſeruitiorum remunerationem à Rege conceſſo, 3 cùm labor, & induſtria æquiparentur pretio; *l. ſi conuenerit, §.1. ff. pro ſocio, can. ſunt nonnulli, 1. quæſt. 1.* vbi obſequia, & pecunia parem vim habent, Andr. *in cap.1. n.3. in fine, de feudo Guard.* quem citat Rouit. *in pragm.24.* aliàs *25. num.40. de feud.* hinc in Regno, 4 ſicut apud omnes indubitatum eſt, filium primogenitum ſuccedentem in feudo à patre quæſito, teneri pretium à patre ipſo in illius emptionem erogatum cum ſecundogenitis conferre; ex *vulgata* Andr. *theorica* in *cap. Imperialem, §. præterea Ducatus, in addition. num.39. & 40. de probib. feud. alien. per Feder.* ita paritèr teneri illum conferre pretium feudi à Rege patri in ſeruitiorum remunerationem donati, ſicque Sacrum Conſilium decreuiſſe teſtatur Io. Vinc. de Anna *ſing.201.* de quo memores fuerunt Abb. Maur. *in addition. ad allegationes Marcelli ſui patris, allegat 52.* Rouit. *loco cit.* Anellus Amat. *conſ.6 num.13.* Petr. ad Capyc. *deciſ.2.* Borrel. *in ſumma deciſ. par.1. tit. de feud. num.705. cum ſeq.* & alij.

5 Facit ſecundo, cùm in conceſſione, quæ fit propter ſeruitiorum remunerationem, non alitèr dici poteſt, Principem munificentiam in conceſſionarium exercere, ſed potiùs debitum ſoluere: eſt text. ſatis elegans in *l. Attilius Regulus 27. ff. de donation.* quem de his agens allegat Borell. *loco proximè cit.* ſubdens ex Bald. Matt. Laud. Card. Alex. Tiraquell. & aliis, feudi conceſſionem propter benemerita ob conceſſionarij ingratitudinem à concedente reuocari non poſſe: & Gloſ. *in d. l. Attilius Regulus, in verb. mercede,* 6 ſatis notantèr dixit, quòd quando inſeruienti remuneratio non eſt promiſſa, Iudicis ſubintrat officium ad illam conſequendam.

Vndè in caſu noſtro, concedendo Dominus Rex noſter feudum alicui in ſeruitiorum remunerationem, vnico actu videtur ſoluere inſeruienti pecuniam pro præſtitis ſeruitiis, & poſtea pro illa mercede in pecunia ſoluta feudum vendere, ſicque actus ille medius celeritate coniungendarum actionum occultatur, ita vt iudicetur feudi illa conceſſio potiùs contractus emptionis, & venditionis, quàm mera liberalitas; Rouit. *loco cit. num.38. & 39.* & in *prag. 1. num.161. de titul. abuſ. in ſcrib. ſublat.* poſt Franciſc. de Amic. *de feud. in tit. de his, qui feud. dare poſſunt, in quæſt.* quæ incipit *Ex hac igitur deciſione, fol. mihi 97.*

Si igitur, vt ad caſum, de quo dubitamus, reuertamur, idem iudicarunt Noſtri de feudo pecunia quæſito, & de illo in ſeruitiorum remunerationem conceſſo, conſequens erit dicere, vt quemadmodum frater, ſiue vtrinque coniunctus, ſiue vterinus, in feudo fratris pecunia quæſito, ſtante Gratia prædicta poteſt ſuccedere, non obſtante inueſtitura *pro hæredibus ex corpore*, ita paritèr in illo acquiſito in ſeruitiorum remunerationem.

His tamen non obſtantibus, quamuis veriſſimis, 7 crederem in hoc caſu contrariam ſententiam veriorem eſſe, idquè attétо tenore ſupplicationis Gratiæ prædictæ, & decretationis indè ſequutæ; nam cùm Barones ſupplicaſſent Domino tunc Regi noſtro, dignaretur ille gratiam concedere, vt in feudis nouis poſſent fratres, & ſorores ad inuicem ſuccedere, ſexus, & ætatis prærogatiua ſeruata, non obſtante quòd communis forma inueſtituræ in hoc Regno, quæ ſe habet *pro ſe, & hæredibus ex corpore,* repugnaret, vt gratiam hanc facilius aſſequi, & obtinere poſſent, dixerunt, quòd id non ſupplicabatur pro illis feudis, quæ Sua Maieſtas alicui donaret, vel in ſeruitiorum remunerationem concederet; ſed ſolùm pro feudis pretio acquirendis, ſub illis verbis, *Et in queſto non viene la Maeſtà Voſtra à parti danno alcuno, atteſo che queſto non ſi ſupplica per quelli feudi, che la Maeſtà Voſtra donaſſe, ò concedeſſe in remuneratione de' ſeruitij, ò per altra cauſa, ma ſolo per li feudi, che ſi compraranno, &c.* cui quidèm ſupplicationi ſequitur Regia decretatio in hunc modum: *In feudis, quæ per Regiam Curiam vendi contigerit, Regia, & Catholica Maieſtas vult, & iubet, fratres, ac ſorores emptoris poſſe ſuccedere, &c.*

Ex præfato ſupplicationis tenore, & prouiſione 8 indè ſequuta pluſquam certum eſt, gratiam prædictâ non comprehendere feuda in ſeruitiorum remunerationem conceſſa, ſed tantùm emptionis titulo acquiſita.

Confirmatur, nam cùm gratia iam obtenta loqueretur tantùm de feudis à Regia Curia emptis, ſucceſſit dubitatio, an illa procederet, quando feudum non a Regia Curia, ſed à priuatis emptum eſſet, quòd proindè neceſſe fuit aliam porrigi ſupplicationem, vt paritèr Rex gratiam concederet, etiam pro feudis à quauis perſona emendis; per hæc verba: *Si degni concedere detta gratia non ſolo delli feudi, che ſi comprano dalla Regia Corte, come già la Maeſtà Voſtra è reſtata ſeruita ordinare, ma in tutti li feudi, che ſi compraranno da qualſiuoglia perſona, &c.* cui quidèm ſupplicationi Rex aſſentiendo, in hunc modum reſpondit: *Quod verò attinet ad ſucceſſionem fratrum, & ſororum, eorum ſcilicet qui à priuatis perſonis feuda obtinuerunt, æquo animo votis præfati Regni annuit, &c.*

Ex quibus omnibus conſtat ampliſſimè, feuda in 9 ſeruitiorum remunerationem conceſſa, fuiſſe in Gratiis prædictis excepta, vel ſaltem ſub illis non comprehendi; cùm Barones non ſolùm pro Gratia iſta obtinenda non ſupplicarunt, ſed expreſsè in precibus oblatis proteſtati ſunt, quòd non alitèr ſupplicabatur pro feudis in ſeruitiorum remunerationem concedendis; vndè remanſit caſus ſub iuris diſpoſitione, iuriſque regulis ſuppoſitus: quo fit, vt cùm de eo dubitari contigerit, cogimur reſpondere illud idē, quod Noſtrates ante dictæ Gratiæ imperrationem dixere, in

ſucceſſione

ſucceſſione feudi à fratre pecunia quæſiti cum clauſula, *pro hæredibus ex corpore*, vt nullatenus in eo feudi genere frater fratri ſuccedere poſſet, cùm non
10 ſit ille ex corpore acquirentis, ſicque redditur ad ſuccedendum inhabilis, attento tenore inueſtituræ, quæ ſemper attendi debet; vt dixit Baldus quem citat, & ſequitur Afflict. *decis.* 293.*num.*2. licèt contrarium diſpoſitum eſſet per *Conſtitutionē:* quo quidē iure attento frater, ſiuè vtrinque coniunctus, ſiuè ex altero tantùm latere fratri ſuo in feudo pecunia, vel ex Principis munificentia quæſito ſuccedit, & hoc, quia
11 inueſtitura canebat *pro ſe, & hæredibus* ſimplicitèr; vndè cùm demùm communis forma ſe habuit, *pro hæredibus ex corpore*, qui non eſt ex corpore acquirentis, quamuis in gradu ſucceſſibili, in vim pacti ſuccedere prohibetur.

Et quamuis hodiè obſtet Gratia; de qua *ſuprà*; attamen quia illa, vt dictum eſt, loquitur tantùm de feudis pecunia quæſitis, attento tenore ſupplicationis, & decretationis indè ſequutæ, extendi non poteſt ad feuda in ſeruitiorum remunerationem alicui benemerito conceſſa cum clauſula prædicta, *pro hæredibus ex corpore*, ſicque quando caſus contigerit, pro Fiſco ad fratris excluſionem erit reſpondendum; ſaluo tamen iudicio rectiùs ſentientis.

SVMMARIVM.

1 *Frater an ſuccedat fratri in feudo, adhùc ſi coniunctus non eſt ex illo latere, vnde feudum prouenit.*

2 *Feudatario defuncto relicto feudo paterno, cuius inueſtitura canit*, pro se, & hæredibus, *ſimplicitèr, concurrentibus fratre vterino ſecundogenito, & nepote ex altero fratre vterino primogenito, vter meliùs induat arma, & n.*4.6.*&* 15.

3 *Filij fratrum ad feudi ſucceſſionem, an ita demùm vocentur per Conſtit. Regni*, Vt de ſucceſſionibus, *ſi feudum illud ab eorum Auo acquiſitum fuit, & n.*10.

5 *Conſtitutio*, Vt de ſucceſſionibus, *gradus & non perſonas connumerat, & numer.*7. *&* 12.

8 *Filij ſororum vocantur per* Conſtit. Vt de ſucceſſionibus, *quamuis de filiis fratrum tantùm* ibi *mentio fiat.*

9 *Patruus, & amita an ſint vocati per* Conſt. Vt de ſucceſſionibus

11 *Nepos an poſſit ſuccedere patruo in feudo ex largitione acquiſito.*

13 *Ratio, quando eſt eadem in caſu non expreſſo, quæ viget in caſu expreſſo, caſum non expreſſum comprehendere poteſt.*

14 *Statutum vocans ad ſucceſſionem fratrem, an cenſeatur paritèr vocaſſe fratris filium.*

ARGVMENTVM.

Frater vterinus ſecundogenitus in ſucceſſione feudi paterni fratris vterini, cuius inueſtitura canit, *pro ſe, & hæredibus*, ſimplicitèr, nùm præferendus ſit nepoti ex fratre vterino primogenito præmortuo? & de aliis ad ornatum Conſtit. Regni, *Vt de ſucceſſionibus.*

CAPVT CIII.

FRATREM fratri in feudo tam nouo, quam antiquo ſuccedere, ſiuè vtrinque coniunctus ſit ille, qui ſuccedere vult, ſiuè conſanguineus, ſiuè vterinus, ſatis apertè probatur in Conſtit. noſtra, *Vt de ſucceſſionibus*, quam magis communitèr Noſtrates intellexiſſe aliàs demonſtrauimus, adhùc ſi frater, qui ſucceſſurus eſt fratri defuncto, coniunctus ſit ex diuerſo latere, non ex eo, vndè feudum prouenit, dummodò inueſtitura canat, *pro ſe, & hæredibus*, ſimplicitèr; ſic enim contra *Marini Gloſſatoris* ſententiam ratiocinati ſunt Andr. Loffred. Reg. de Pont. Camil. de Medic. Præſ. Amat. & alij per me relati *lib.*1.*cap.*126.*num.*1.8.*&* 9. Quicquid in contrarium contra communem, ac receptiſſimam ſententiam nouiſſimè ſcripſerit olim noſter D. Præſ. Vrſil. in *ſuo tract. de ſucceſ. feud. par.*2.*q.*2.*art.*1. 1

Sed quæſtio inſurgit, data inueſtitura modo, quo ſupra, *pro ſe, & hæredibus*, ſimplicitèr; quid dicendum, ſi feudatarius deceſſerit cum feudo paterno, ſuperſtitibus ſibi nepote ex fratre vterino primogenito præmortuo, & fratre vterino ſecundogenito, vter iſtorum in feudo prædicto ſuccedet, & ſic an nepos patris ſui præmortui perſonam ſubingrediens, an vero frater ſecundogenitus ex propria perſona? 2

Et quòd ſuccedat tantùm frater ſecundogenitus, nepote ex primogenito præmortuo prorſus excluſo, videtur affirmandum ex diſpoſitione *Conſtit. Vt de ſucceſſionibus*, quæ tunc demùm fratrum filios ad feudi ſucceſſionem vocat, ſi feudum illud ab eorum Auo acquiſitum fuit; ibi, *Filij autem fratrum in his, quæ communis patris fuerunt, Aui eorum ſcilicèt, idem ius, quod pater eorum, habeant.* Cùm autem attento caſu propoſito feudum defuncto fratri ex patre ſuo, ſiue à Maioribus ſuæ agnationis prouenerit, nepos ex fratre vterino nullatenus ſuccedere poteſt: & ita indiuidualitèr affirmat Ioſeph. Cumia *in cap. ſi aliquem, in verb. non communibus, num.*1.*fol. mihi* 90. quò loci dicit, hunc caſum fuiſſe omiſſum per *dictam Conſtitutionem*; & cùm potuiſſet ſimplicitèr loqui, & clarè exprimere, & non expreſſit, nihilque dixit, ſequitur, quòd in hoc caſu diſponere noluit, & per omiſſionem contrarium diſpoſuit; argumento text. *in l. penul. §. ſi verò talis, C. de caducis tollendis.* 3

Sed certè contraria ſententia probabilior mihi videtur, nimirùm vt in caſu propoſito potiora ſint iura nepotis ex fratre vterino primogenito, quàm illa fratris vterini ſecundogeniti. 4

Probo ratione, & authoritate; Ratione, nam cùm *Conſtitutio* noſtra in linea collaterali, gradus, & non perſonas connumeret, vt ſatis apertè probatur in *§. in vlteriori autem gradu poſitis*, & pro indubitato affirmauit Gloſ. *ibi, in verb. non ſuccedunt*, (quamuis contrariū annuere videatur in *verb. habeant* (Andr. *in ver. filij autē fratrū*, & in *ver. idem ius*, & in *c.*1.*n.*4.*ver. prædicta quoque Conſtitutio, in tit. Imper. Lothar.* Petr. de Montefort. in *d. Conſtit. num.*9. *verſ. & quia dicta Conſtitutio, & num.*13.*in fine*, Afflict. *num.*42.*verſ. &* 5

quòd in veritate, Loffred.*in d.capit.*1.*Imper. Lothar.*
Io.Thom. de Marinis *de feud. tit.*12. *numer.*17. Cu-
mia *loco cit.in verbo,mortis,numer.*85. Anna pater *al-
legat.*34.*n.*4.17.& 19.omninò videndus, Anna filius
*conſ.*113. *numer.*19.20.& 21.Tap.*in d. Conſtit. in fi-
ne,verſ.in vlteriori autem gradu,lib.*6. *fol.*130. & alij,
ſequitur, dicunt omnes hi *Doctores*, vt ſubintret
ſucceſſio in omnibus perſonis, quæ ſunt infra illos
gradus, quaſi omnes perſonæ intra illos gradus exi-
ſtentes ſint expreſsè in *ea Regni lege* nominatæ:
6 Vnde cùm nepos ex fratre vterino primogenito,
defuncto feudatario ſit tertio gradu coniunctus,
vſquè ad quem quidem gradum, attenta *dicta Con-
ſtitutione*, extenditur ſucceſſio, non eſt cur dubitari
poſſit, vt ab *huius legis* Conditore vocatus cenſea-
tur, & cùm ex receptiſſima ſententia, ſecundum
quam fuit millies iudicatum, patris ſui perſonam
ſubingrediatur, præfertur patruo ſuo ſecundogenito.

7 Et quòd ſit verum, *Conſtitutionem* enumeraſſe gra-
dus, & non perſonas, ſubdit Andr.*locis proximè cita-
tis*, patruum, vel amitam, ad nepotis feudatarij ſuc-
ceſſionem à *dicta Conſtitutione* vocatos, ſiuè nomina-
tos non eſſe: & tamen, quia ſunt in tertio gradu, ve-
rius eſt quòd ſuccedant, ſicut nepos patruo; id quod
pariter conſtantèr affirmarunt Gloſ. *in verb.non ſuc-
cedunt*, Barthol.de Capua *ibidem*, Petr. de Montefor.
8 *n.*6.& 15.quò loci dicit, ex hac ratione filios ſororũ
in *d.Conſtitutione* includi, quamuis de filiis fratrum,
non autem ſororum *ibi* mentio fiat; Afflict.*n.*40.41.
& 42. & in *d.cap.*1. *Imper. Lothar.* in quibus locis
gloſſas, quæ videntur ſibi contrariæ; benè declarat, &
conciliat Loffred.*in d.c.*1.vbi latiſſimè hanc pro pa-
truo tuetur ſententiam in *tit.Imper.Lothar.* Guliel.de.
Perno *conſ.*21.& in *d.cap.ſi aliquem*, Petr.de Gregor
*de conceſſ.feudi,par.*6.*q.*12.*num.*8.Rouit.*in prag.*6.*de
feudis*, quicquid demùm ſibi dixerit in *dec.*94.Georg.
*alleg.*12.*n.*9. Io. Vinc. de Anna *cit.alleg.*34 Ego ipſe
*citato cap.*126.*n.*73.*verſ.minus etiam.*

9 Nec dicas, hoc abſolutè verum non eſſe, ex quo vt
patruus, ſiuè amita poſſint nepoti ſuccedere, opus
fuit vt pro illorum incluſione noua impartiretur gra-
tia, quam impetrari certè neceſſe non erat, ſi à *Con-
ſtitutione* vocati eſſent; huic enim obiectioni ſatis
benè reſpondet Io. Thom. de Marinis *de feud.cit.tit.*
12.*num.*17.*fol.*116 *à ter.* quò loci dicit, Gratiam non
alitèr fuiſſe impetratam, quia dubitabatur, an pa-
truus, vel amita ſub Regni *Conſtitutione* includeren-
tur; nam cùm in illa connumerentur gradus, cenſen-
tur etiam enumeratæ perſonæ, quæ in tertio gradu
reperiuntur, vt ſunt patruus, & amita, §. *tertio gradu,
Inſtit. de gradibus cognationum*; Sed vt impetraretur
hæc gratia, opus fuit ad tollenda dubia, quæ exorie-
bantur ex tenore inueſtiturarum, quæ cauebant,
pro heredibus ex corpore deſcendentibus: nam cùm pa-
truus ex defuncti nepotis corpore dici non poterat,
quamuis benè ex corpore primi acquirentis, ſicquè
Fiſcus illum excludere prætendebat; vt tolleretur
hoc dubium, dicit *Io.Thom.de Marinis*, opus fuiſſe
impetrari Gratiam prædictam, quæ in *tit.de feud. in
vol.Prag.*eſt 6.& 12.

10 Quibus ſic ſtantibus, & pro veriſſimis præſup-
poſitis, ad obiectum factum reſpondetur, ſatis va-
num eſſe aſſerere, nepotes ex fratribus, attenta litera
textus, non poſſe ſuccedere patruis, niſi in feudis,
quæ fuerunt eorum Aui; ibi, *filij autem fratrum*, &c.
Sicquè nepotem ex fratre vterino, cùm ſit feudum
defuncto patruo à patre obuentum, ſuccedere in
illo non poſſe. Etenim huic obiectioni benè ſa-
tisfiet, ſi ponderemus *Andreæ* Theoricam in *d.
Conſtit. col.* 6. *verſic. quod autem dicitur*, vbi ait,
verba illa text.*filij autem fratrum in his, quæ communis
patris*, &c. non alitèr fuiſſe appoſita pro expoſitione
§.*ex collaterali*, qui de fratre, ſiuè ex vtroque paren-
te, ſiuè ex altero tantùm ſimplicitèr, & indiſtinctè
loquitur; & de nepote verbum nullum: nam eſt in
medio §.*coniugata*; ſed ideò *illius legis* Conditorem
dixiſſe, *vt fratrum filij his, quæ communis patris fue-
runt, Aui eorum ſcilicet, idem ius, quod pater eorum
habeant*: ad conſtituendam differentiam pro illis feu-
dis, quæ patrui ex Regia largitione, vel alio titulo 11
acquiſiuerunt, vt nimirùm in illis nepotes ſuccedere
non poſſint; benè autem in his, quæ fuerunt Aui, de-
functi feudatarij patris: quod proindè eadẽ ratione ſub-
dit Imperator. *In acquiſitis autẽ patruo ex largitione no-
ſtra, vel quolibet titulo, nepotes ex fratribus nõ ſuccedũt.*

Nec dicat Cumia *loco cit.* caſum, de quo agimus,
fuiſſe omiſſum per *Conſtitutionem*: nam, aſſeueratio
hæc aduerſatur his, quæ aliàs idem Doctor Siculus
aſſirmauit in *eodem cap. ſi aliquem, in verb.mortis, nu-
mer.*85. *fol.*121. dum inhærendo ſententiæ Gloſ. &
Andr.dixit, *Conſtitutionem*, gradus, & non perſonas
enumerare; ſicquè patruum qui eſt in tertio gradu
nepoti ſuccedere: Etenim ſi *Conſtitutio* enumerat
gradus, nepos ex fratre vterino, qui eſt in tertio, in-
cluditur; & ſic non poteſt dici, caſum omiſſum: nam
vt *ſuprà* diximus, *Conſtitutio* non loquitur nec de
patruo, nec de filiis ſororis, & tamen quia ſunt in
tertio gradu, includuntur.

Immò dico plus, quod ſi audactèr contra lite- 12
ram, & mentem *text.* aliquorum ſententiæ commu-
nitèr reprobatæ adhærere vellemus, quòd *Conſtitutio*
perſonas, & non gradus enumeret; adhùc dico, nepo-
tis iura in tuto eſſe: nam quamuis in *textu* non niſi
fratris perſona nominata inueniatur, ſub illis ver-
bis, *ex collaterali linea venientes, vt fratres, ſiuè ex vtro-
que parente, ſiuè ex altero tantùm*, &c. attamen cùm
fratres nominauerit, cenſentur paritèr nõminati fra-
tris filij. Probatur, quia ratio *Conſtitutionis* non re-
pugnat; non enim maior conſideratur ratio in ad-
mittendo fratrem vterinum, & fratris vterini filium; 13
ſicquè ſuccedit concluſio, quòd quando eadem eſt
ratio in caſu non expreſſo, quæ viget in caſu ex-
preſſo, & Legiſlatoris verba adhùc impropriè ſum-
pta caſum non expreſſum comprehendere poſſunt,
tunc verba Statuti latè ſunt accipienda, vt ad caſum
non expreſſum extendantur; ſic poſt Bart. Baldum &
alios, quos allegat ſatis elegantèr ratiocinatus eſt
Alex. in *conſ.*36. *à numer.*11. *lib.*6. vbi reſpondet ad
obiectum, quod fieri poteſt, nimirùm; quòd in ma-
teria correctoria ex identitate rationis extenſio pro-
hibetur, ad text.*in l præcipimus, C.de appellat.* Reſpon-
det enim, quòd in hac facti ſpecie caſus non includi-
tur ſub Statuto per extenſionem, ſed ex omnimoda
mente ipſius Statuti, quia vbi in caſu non expreſſo
in Statuto viget ratio, quæ eſt in caſu expreſſo, tunc
caſus non expreſſus dicitur venire ex mente Statuti,
non autem ex extenſione; allegat Gloſ. *in cap. ſi poſt-
quam, de elect. in* 6. & in *c.*1. *de tempor.ordin.in* 6. &
alios, vt *ibi*, ſubdens per hoc, *numer.*13. ſingulare di-
ctum pro deciſione caſus, de quo agimus, quòd ſi
Statutum vocat ad ſucceſſionem fratrem, cenſetur 14
paritèr vocaſſe fratris filium, quamuis ſub lata, vel
impropria ſignificatione, quia filius fratris ſucce-
dit in locum patris ſui, & ſic in locum fratris: ad text.
in §. *ſi igitur defunctus, Auth. de heredibus ab inteſt.
venient.* & §.1.cum *rubrica, Auth.vt fratrum filij*: ergò,
dicit Alex. appellatione fratris ſub larga ſignificatio-
ne debet comprehendi perſona, per quam repræſen-
tatur frater, ſicquè Statuentes intellexiſſe, vt ſub
prouiſione facta de fratribus, fratris filij comprehen-
dantur: id quod etiam ſentire videntur Io. Andr. *in
addit. ad Specul. in tit.de ſucceſſ. ab inteſt.* Anchar. *in*

cap.1. de conſtit. & Napodan. *in Conſuet. Si moriatur, fol. mihi 37. lit. D.* conferunt ſcripta per D. de Franch. *deciſ. 542.*

15 Confirmatur hæc mea ſententia indiuiduali authoritate Andr. qui in *d. Conſtit. Vt de ſucceſſionibus, col. 2. & 3. in verb. fratres, verſ. è contra,* pro indubitato ſuppoſuit, *Conſtitutionem,* fratrem, & nepotem fratris admittere, ſiuè ex vtroque, ſiuè ex altero parente ſit coniunctus. Obſerua, quæſo, verba Andr. quæ ſunt; *è contra, quòd non, quia conſuetudo erat, vt remoti quantumcunque ſuccederent: quæ correcta eſt eo quòd excludebat filiam, vt ſupra l. proxima, & hoc in aliis arctatur, & tantùm fratrem, & nepotem fratris admittit ſimpliciter, ſiue ex vtroque, ſiuè ex altero parente ſit coniunctus, non diſtinguit, ſi ſit coniunctus ex illo latere, vndè eſt feudum, vel non; ſimpliciter dictum, ſimpliciter debet intelligi, &c.*

Hæc breuitèr, & currenti calamo ſcripſi, quando caſus continget, meliùs cogitabo, quia articulus eſt ſatis difficilis.

SVMMARIVM.

1 *Fructus percepti per hæredem grauatum poſt purificatum fideicommiſſum an, & quando, & à quo tempore ſint fideicommiſſario reſtituendi; & n. 3. 5. 6. & 7.*

2 *Poſſeſſor fundi fideicommiſſo ſubiecti an vnà cum fundo, quem poſſedit, teneatur reſtituere fructus, quos bona fide percepit.*

4 *Hæres grauatus poſt caſum fideicommiſſi tenetur fructus, quos percepit, reſtituere fideicommiſſario.*

8 *Fructus, qui vnà cum re ſunt reſtituendi vero domino, ad quam rationem liquidentur; & num. 9. & 10.*

11 *Valor prædij quomodò probetur, & num. 12. 13. & 14.*

ARGVMENTVM.

Fructus percepti per hæredem grauatum poſt purificatum fideicommiſſum, an, & quando ſint fideicommiſſario reſtituendi. Poſſeſſor bonorum fideicommiſſo ſubiectorum à quo tempore teneatur reſtituere fructus, quos bona fide percepit, à tempore forſan purificati fideicommiſſi, vel à die litis motæ? Valor fundi quomodò probetur? Fructus ex prædio ruſtico, vel vrbano percepti, cùm ſint vero domino reſtituendi, ad quam rationem liquidentur? vbi deciſio *Sacræ Rotæ Romanæ.*

CAPVT CIV.

Frvctvs percepti per hæredem grauatum poſt purificatum fideicommiſſum, dum quæritur, an ſint vnà cum re fideicommiſſario reſtituendi, communiter negatiuè reſponderi ſolet; vbi fideicommiſſarius in petendo fideicommiſſum fuerit negligens, ſicque eius negligentia ſuppoſita, hæres illos tantùm reſtituet, quos poſt petitionem, ſiuè litem conteſtatam percepit: at ſi negligentia conſiderari non poteſt, quia fideicommiſſarius ideò fideicommiſſum non petiit, quia de illo nullam habebat notitiam, & eo caſu habetur, ac ſi hæres à die purificati fideicommiſſi interpellatus eſſet, & conſequenter ab eodem die ſunt fructus reſtituendi, idemque quotieſcunque bonorum fideicommiſſariorum dominium ipſo iure abſque reſtitutionis miniſterio in fideicommiſſarium transfertur, vt in caſibus, quos enumerat Gloſ. *in l. penult. in fine, C. ad S. C. Trebell.* in illis enim fructus ſunt paritèr reſtituendi à die euenientis conditionis, licèt nulla interuenerit petitio: ita ſanè ſcripſerunt Bart. *in l. in fideicommiſſarium, ff. ad S.C. Trebel.* in *l. eius, qui in prouincia, ff. ſi cert. pet.* & in *l. qui Romæ, §. duo fratres ff. de verb. obligat.* Alciat. *conſ. 777. in fine,* Hieronym. Grat. *conſ. 132. num. 7. & 8. lib. 3.* Viuius *deciſ. 262. à num. 36.* Surd. *deciſ. 25. num. 11. & 19.* Fuſar. *de ſubſtit. quæſt. 626.* Mareſcott. *var. reſol. lib. 2. cap. 112. n. 41. & 49.* & cæteri communitèr in *locis vulgaribus.* 1

Sed dubitatur elegantèr, an in caſibus, in quibus hæc fructuum reſtitutio à die purificati fideicommiſſi fieri debet, poſſit fideicommiſſarius illos prætendere, vbi poſſeſſor bonorum fideicommiſſo ſubiectorum fuerit in bona fide, quia ignorabat bona illa fideicommiſſo ſubiecta eſſe, id quod contingere poteſt in perſona hæredis grauati ſiuè cuiuſuis alterius bonæ fidei poſſeſſoris? Et non eſſe illos reſtituendos à die purificati fideicommiſſi, niſi quatenus eſſet effectus locupletior, ſed tantùm quos conuentus percepit poſt litem motam, reſoluit Rota in *vna Auximana fideicommiſſi ſub die 26. Maij 1642. coram Domino Dunozetto,* & per hæc notabilia verba adhùc alibi non impreſſa: 2

Lunæ 26. Maij 1642.

Poſtquàm ſemel, atquè iterùm fuit reſolutum, dandam eſſe immiſſionem DD. Franciſco Cino, & Federico de Simonettis vocatis ad fideicommiſſum quondam Federici Sinibaldi ſuper domo, molendino, & prædio eidem fideicommiſſo ſubiectis. Dubio etiam pro faciliori reſolutione in plura diuiſo, iiſque ſæpiùs propoſitis acerimè diſcuſſis, & deciſis, tandèm ad inſtantiam eorundem fideicommiſſariorum propoſui dubium, an fructus dictorum bonorum deberentur, à quo tempore, & ad quam ſummam. 3

Et quoad primam illius partem, res viſa fuit carere difficultate. Quia cùm hæres grauatus poſt caſum fideicommiſſi non capiat fructus iudicio teſtatoris, abſque dubio tenetur illos reſtituere fideicommiſſariis, iuxta *l. in fideicommiſſariam* 18. & *ibi Doct.* & præſertim Rip. *num. 5. ff. ad Trebel.* Burſat. *conſ. 71. num. 25. lib. 1.* Menoch. *de arbitr. caſu 256. numer. 25.* Craſſ. *in §. fideicommiſſum, q. 49. num. 4. & 5.* Peregr. *de fideicomm. art. 49. n. 85.* Fuſar. *de ſubſtit. q. 626. n. 46.* vbi alios cumulat. 4

5 Maior difficultas fuit in ſecunda parte dubij, ſcilicèt, à quo tempore fructus deberentur. Nam fideicommiſſarij prætendebant, deberi à die purificati fideicommiſſi, nempe ab anno 1589. quo per obitum Alexandri ſenioris hæredis grauati ſine filiis legitimis, & naturalibus, factus fuit locus ſubſtitutis ſub iſta conditione.

Placuit tamen Dominis, deberi à die motæ litis, nempè ab anno 1628. de quo tempore Alexander iunior conuentus ad reſtitutionem prædictorum bonorum, fuit in mala fide conſtitutus, & excitatus ad inquirendum de iure ſuæ poſſeſſionis; l. ſed etſi lege 28. §. etiam ſi ante, ff. de petit. hered. l. in interd. 3. ff. de interd. ſeu extr. act. l. nemo 10. C. de acquir. poſſeſſ. Cancer. var. reſol. lib. 3. cap. 16. n. 105. Caputaque dec. 27. num. 2. p. 2. Caualer. dec. 409. n. 5. latè Rota dec. 3. n. 1. & ſeqq p. 7. recent.

6 Non obſtat, quòd hæres grauatus teneatur reſtituere fructus à die purificati fideicommiſſi, præſertim in hoc caſu, quo ſtatutum Auximanum mandat, ipſo iure deuolui bona in ſubſtitutos abſque miniſterio reſtitutionis, quo ſtante hæres grauatus non poteſt prætendere fructus ex negligentia fideicommiſſarij non petentis reſtitutionem, Fuſar. conſ. 161. n. 7. & d. queſt. 626. numer. 53. Mareſcott. var. reſol. lib. 2. cap. 112. num. 49. Peregr. de fideicomm. art. 49. num. 84. Pacific. de ſalu. interd. inſpect. 3. c. 4. num. 440. Surd. deciſ. 25. num. 11. & multò magis, quando fideicommiſſarius habuit ignorantiam fideicommiſſi, provt habuiſſe præſumitur, Bart. in l. eius, qui in Prouincia 41. num. 5. ff. ſi cert. pet. Ruin. conſ. 122. in fin. lib. 5. Fuſar. queſt. 595. n. 1. & d. q. 626. n. 53. cum aliis relatis in prima deciſione huius cauſæ 22. Martij 1638. §. Et in omnem euentum, coram me.

7 Nam huic obiecto viſum fuit Dominis, poſſe reſponderi, quòd & ſi Alexander iunior non fecerit fructus ſuos ratione negligentiæ fideicommiſſariorum, potuit nihilominus illos ſibi acquirere ratione bonæ fidei ſui ipſius, qua ſtante non tenetur reſtituere fructus, niſi quatènus eis factus ſit locupletior, text. eſt expreſſus in l. item veniunt 22. §. præter hæc, ff. de petit. heredit. ibi: *Eos autem, qui iuſtas cauſas habuiſſent quarè bona ad ſe ſpectare exiſtimaſſent; eo vſq; dumtaxat, quo locupletiores ex ea re facti eſſent, condemnandos eſſe*; Couarr. in regul. peccatum, par. 3. in princip. num. 3 & var. reſol. lib. 1. cap. 3. num. 6. Odd. de reſtit. in integr. q. 45. art. 2. num. 18. & ſeqq. Surd. conſ. 155. n. 19. in fin. & dec. 45. num. 15. cum aliis pleno calamo congeſtis per Rot. d. deciſ. 3. num. 38. & ſeq. p. 7. recent. quæ locupletatio, quia non præſumitur, debet per Allegantem probari, & quidem ſpecies locupletationis; vt inquit Curt. ſen. conſ. 71. num. 11. verſ. ſeptima concluſio, quem refert, & ſequitur Surd. conſ. 290. n. 50. & Gratian. diſcept. forenſ. c. 101. n. 8.

8 Quoad tertiam partem dubij, ſcilicèt, ad quam ſummam fructus deberentur; diſtinctè procedendo, quoad domum cum ſuis pertinentiis, quæ fuit inhabitata per Alexandrum iuniorem, Domini dixerunt, deberi ad rationem annuorum ſcutorum 84. pro qua ſumma potuiſſe locari probatum fuit ex articulis datis per ipſummet Alexandrum inter eaſdem partes, in eiſdem actis, & ad eundem effectum liquidationis; ex quibus licèt non deducatur plena probatio, quia articulans non fatetur, Greg. XV. deciſ. 247. numer. 15. tamen ad effectum liquidationis, in qua leuiores ſufficiunt probationes, Seraphin. deciſ. 955. num. 3. Caualer. dec. 361. num. eodem, viſi fuerunt ſufficientes; nam articuli non dantur ſine magna conſideratione, Rot. deciſ. 320. num. 2. in fin. poſt 2. vol. conſ. Farin. cum aliis relatis per Add. ad Greg. dec. 143. num. 5. & per Add. ad Buratt. deciſ. 600. num. 18. & in Peruſina de Alphanis 20. Maij 1624. coram bonæ memoriæ Coccino, quæ eſt deciſ. 105. num. 1. inter impreſſ. poſt Merlin. de Legit.

9 Quoad molendinum, & prædium, dixerunt Domini, deberi fructus ad rationem quinque pro centenario illorum valoris; provt præſumuntur reddere bona ſtabilia, iuxta Gloſ. fin. in authen. perpetua, in verb. iuſta, C. de ſacroſanct. Eccl. quam paſſim ſequitur Rot. vt in deciſ. 512. num. 2. p. 2. recent. deciſ. 571. n. 6. & 10. p. 3. deciſ. 135. num. 8. p. 6. & in terminis de fructibus prædij in Bonon. prædij 21. Maij 1640. coram R. P. D. meo Ghiſilerio, & 28. Ianuarij, & 7. Iunij 1641. coram R. P. D. meo Peutinger. & de fructibus molendini in Beneuentana molendini 28. Iunij 1634. coram Reuerendiſſ. D. meo Merlino Decano, in quibus aliæ recenſentur.

10 Valor autem molendini ſatis viſus fuit iuſtificatus ex duobus inſtrumentis, altero de anno 1596. quo fuerunt per tutorem Alexandri, eidem Alexandro acquiſitæ quatuor vnciæ, & ſic tertia pars eiuſdem molendini à Carlo Siniibaldo Condomino pro ſcutis 1250. monetæ illius temporis, quæ faciunt ſcuta 1125. monetæ currentis, & ſic pro ſcutorum 281. 25. pro qualibet vncia, altero verò de anno 1607. quo idem Alexander vendidit Iulio Cæſari Sinibaldo duas ex dictis quatuor vnciis eiuſdem molendini emptis à Carolo prædicto pro ſcutis 565. monetæ currentis, & ſic pro ſcutorum 282. 50. pro qualibet vncia. Ex quibus patet, valorem portionis huius molendini, de qua agitur, conſiſtentis in tribus vnciis, vt fuit firmatum in deciſione ſuper eo emanata 28. Ianuarij 1641. §. nec paritèr dicatur, &c. aſcendere ad ſcuta 847. 50. nam inſtrumenta veterum emptionum, vel venditionum regularitèr probant valorem, & æſtimationem eiuſdem rei; Bald. in l. 2. num. 27. verſ. demum quæro, C. de reſcind. vend. Maſcard. de probat. concl. 657. num. 9. Rot. in Bonon. de Guidalottis 24. Maij 1619. §. poſſeſſionem verò Bagnarolæ, & §§. ſeqq. coram Card. Caualerio.

11 Valor etiam prædij ſatis probari viſus fuit ex inſtrumento emptionis factæ de anno 1602. per eundem Alexandrum iuniorem de aliis terris contiguis, & confinantibus eidem prædio eiuſdem qualitatis ſalmarum ſexdecim pro ſcutis 3350. & ſic pro ſcutis 209. 25. pro qualibet ſalma, cùm etiam in hoc caſu ex pretio prædiorum vicinorum ſufficientèr probetur valor alterius prædij cohærentis, vt tradit Gloſ. in l. 2. in verb. indic. circa finem, verſ. dic ergò, inſpici venditiones, &c. & ibi Bart. numer. 19. verſ. eſt ergò aliud remedium, &c. & Cagnol. num. 233. verſ. aut loquimur, &c. C. de reſcind. vendit. & ſequitur Rot. in d. Bonon. de Guidalottis, coram Caualer. & in d. Bonon. prædij coram RR. PP. DD. meis Ghiſilerio, & Peutinger. Ac proindè liquet, prædium, de quo agitur, conſtans ſeptem ſalmis, & tribus quartis, vt fuit firmatum in deciſione ſuper eius identitate edita 22. Aprilis 1641. §. quo denique ad menſuram, &c. atténta hac æſtimatione aſcendere ad valorem ſcutorum 1621. 69. Verùm quia dabatur etiam fides publicorum æſtimatorum Ciuitatis Auximi, quòd terræ in eadem Contrada communitèr valent ſcuta 150. pro qualibet ſalma, ideò attenta hac minori ſumma cenſuerunt Domini, valorem prædij eſſe firmandum ad eandem rationem ſcutorum 150. pro qualibet ſalma, & ſic ad ſcuta 1162. 50. in totum.

12 Nec dicatur, quòd ſimilia inſtrumenta non probant, niſi ſint plura, & recentia, ſecundùm Bald. in l. 2. n. 58. C. de reſcind. vend. nàm hoc procederet, ſi ageretur de plena probatione valoris, ſed vbi præſùmptiua ſufficit, provt hìc, dicta inſtrumenta plenè, & concludentèr probant, etiam quòd non ſint plura, vt

admittit

admittit idem Bald. *loco proximè citato,num.*89.Maſcard. *d. concl.*657. *num.*7. & in his terminis Rot. *in d. Bonon. de Guidalottis coram Caualer.d.§.poſſeſſionem verò Bagnarola*, *& ſeq.* in qua deſumptus fuit valor quoad vnum prædium ex inſtrumento emptionis de eo factæ vſque de anno 1577. & quoad alterum ex alio ſimili inſtrumento de anno 1582.quam ſequuta fuit Rota *in d. Bonon. pradij 7. Iunij* 1641. *in §. nam quicquid ſit,&c.coram R.P.D.meo Peutinger.*

13 Neque obſtare viſa fuerunt ea, quæ contra identitatem huius prædij opponebantur per Alexandrum, qui prætextu cuiuſdam inſtrumenti nouiter producti inſtabat pro reuiſione *deciſionis* ſuper eo emanata *d. die* 22. *Aprilis anni prateriti.* Quia Domini etiam d. inſtrumento maturè ponderato cenſuerunt, ea non obſtare. Nam ex deductis in *deciſione* liquet, quòd Federicus teſtator poſſedit præfatum prædium ab ipſo emptum vſque de anno 1530. & quòd illud diuiſum in plures petias deuenit poſtea ad Alexandrum hæredem grauatum, qui etiam illud locauit de anno 1596. & quòd inter eas petias, vna præcipuè aderat ſalmarum trium circiter, poſita in Contrada Montis Freddi, iuxta viam, *detta la Trauerſa* ab vno latere, viam, quæ dicitur *del Vallato* ab alio, & bona eiuſdem Federici teſtatoris ab altero. Et hanc petiam hodiè poſſideri ab Alexandro, viſum fuit, tunc concludenter conſtare ex conuenientia prædictarum demonſtrationum, cùm petia per eundem Alexandrum poſſeſſa in Contrada S. Dominici inter eoſdem confines, nempè à capite *la Trauerſa*, à pede *il Vallato*, & à latere bona eiuſdem Alexandri. Et licèt petia empta per Federicum teſtatorem dicatur exiſtere in Contrada Montis Freddi, petia verò poſſeſſa per Alexandrum in Contrada S. Dominici, attamen quia Contrada S. Dominici eſt limitanea cum Cõtrada Montis Freddi, & propter vicinitatem de facili nomina confunduntur, ideò hanc diſcrepantiam, præſertim in antiquis, reſolutum fuit non obſtare, vt in *præfata deciſione,§.nec releuat.quòd iſta, &c.*

14 Quibus ſic præmiſſis non obſtat, quòd ex inſtrumento nuper exhibito doceatur, Alexandrum hæredem grauatum in eadem Contrada S. Dominici iuxta eadem confinia acquiſiuiſſe de anno 1544. tres ſalmas terrarum à quadam Diademâ, & ex iſta acquiſitione excludi dicatur identitas dictæ petiæ fideicommiſſo ſubiectæ, propter maiorem conuenientiam, quam habet reſpectu Contradæ petia acquiſita per hæredem grauatum cum petia modò poſſeſſa per Alexandrum. Quia obiectum procedere poſſet, ſi intra dictam Contradam, & eoſdem confines Alexander non poſſideret, niſi iſtas tres ſalmas. Verùm cùm ex planta ab ipſo exhibita conſtet, petiam, quam ibi poſſidet, aſcendere ad vndecim ſalmas circiter, vtique luce clariùs apparet, eſſe locum vtrique petiæ, ſcilicèt fideicommiſſatiæ, & acquiſitæ per hæredem grauatum, & cùm iſtæ duæ inſimul conſtituant ſolas ſex ſalmas circiter, apparet etiam, quòd adhùc quinque aliæ ſalmæ remanent Alexandro.

Minus releuat, quòd omnes illæ vndecim ſalmæ dicantur acquiſitæ per hæredem grauatum. Quia hoc non probatur, quinimmò ex prædicto inſtrumento emptionis factæ de anno 1530. à Federico teſtatore, manifeſta reſultat veritas in contrarium.

Neque obeſt, quòd iſtæ tres ſalmæ fideicommiſſo ſuppoſitæ fuerint per eundem hæredem grauatum datæ in ſolutum Tarquinio teſtatoris legatario pro ſatisfactione legati alimentorum,& poſtea fuerint per eundem hæredem grauatum redemptæ ad proprium commodum, non autem ad commodum hæreditatis. Quia huic obiecto multipliciter fuit reſponſum in *dicta deciſione*, *§. denique non obſtat, quòd Federicus, &c.* quæ reſponſiones etiam hodiè Dominis placuerunt.

Et ità fuit deciſum, vtraque parte informante quoad identitatem prædij, & vnâ tantùm quoad fructus, alterâ tamen ſæpiùs monitâ, & intimatâ.

SVMMARIVM.

1 *Hæres ſoluens creditori anteriori, an ſuper re obligata poßit à creditoribus poſterioribus actione reali conueniri, & n.*3.5.5.8.10.*&* 11.

*Et quid ſi ſolutio facta eſt creditori poſteriori primò venienti,num.*12.

2 *Emens à priore creditore an poßit à poſteriore ſuper re, quam poßidet conueniri.*

4 *Text. in* l.1.C.ſi antiq.cred. *limitatur.*

7 *Exceptio diſcußionis inuentarij an poßit opponi poſt ſententiam.*

9 *Hæres cum beneficio legis ſoluens creditori poſteriori, ſciens ſupereße anteriorem, malè ſoluit.*

13 *Hæres retinebit ex patrimonio quicquid in cauſam hæreditatis expenderit.*

14 *Creditor anterior auocat pecuniam ſolutam ab hærede poſteriori creditori.*

15 *Deciſio* D. de Franch.272. *examinatur.*

16 *Hæres vendens rem hæreditariam, vt non teneatur de euictione, debet exprimere, quòd vendit tanquam hæres, & vt emptor non poßit actione hypothecaria conueniri, debet curare, quòd pretium ſoluatur creditoribus hæreditariis, & num.*17.

18 *Hæres ſoluens de propria pecunia creditori primò venienti an habeat bonorum hæreditariorum retentionem.*

ARGVMENTVM.

Hæres ſoluens creditori anteriori præuia iurium ceſsione, nùm poſsit à poſteriore hypothecaria, ſiue iure aſsiſtendi conueniri ſuper re, quam poſsidet. Exceptio diſcuſſionis inuentarij, nùm poſt ſententiam, ad illius exequutionem impediendam, opponi poſsit. Hæres ſoluens creditori primò venienti, ſciens, alium extare anteriorem, an legitimè eum ſoluiſſe dicendum ſit; & de aliis ad materiam, &c.

CAPVT CV.

1 HÆRES, qui ſoluit creditori anteriori, à quo ſuper re obligata iurium ceſſionem obtinuit, dubitatur, nùm poſſit ſuper eadem re à poſterioribus conueniri actione hypothecaria?

2 Ratio dubitandi contra creditores poſteriores ea eſt, quia hic, qui ſoluit, non poteſt vti hæres conueniri, ex quo vti talis non poſſidet; ſed potiùs vti emptor; minus etiam vti ſimplex poſſeſſor, quia abſolutum eſt, eum, qui à priore creditore emit, non poſſe à poſterioribus ſuper re, quam poſſidet conueniri: hic eſt text. ſatis vulgatus *in l.1.C.ſi antiq.credit.* imò in hoc caſu ex *l.2. eod. tit.* denegatur poſterioribus ius offerendi, quod aliàs à iure conceditur, *l.prior* cum ſimil.C. *qui potior.in pignor.habeant.*

3 Hac tamen dubitandi ratione non obſtante, contrarium determinant Gloſ. Paul. de Caſtr. & communiter omnes *in l.2.C.de repud.vel abſtin.hæred.* ea quidem ratione, quia in hoc caſu videtur quodammodò facta emptio de re propria hæredis, quæ de iure firmitatem non habet; *l. rei tua, ff. de contrah. emption.* & ſic cenſetur potiùs reluitio, quam em-
4 ptio; Etenim inter alias limitationes, quæ à Doctoribus traduntur ad text. *in d.l.1. C.ſi antiq. cred.* illa eſt, vt non procedat, quando à creditore anteriore debitoris hæredi res obligata venditur, Neguzant. *de pignor.3. membr.5.par.num.5. in quinta reſtrictione,* ſub his verbis; *Quintò reſtringitur dicta limitatio, quando primus creditor venderet rem hæredi debitoris, tunc enim non dicitur propriè emptio; ſed reluitio, & dictus hæres poterit, conueniri ſuper dicta re, actione hypothecaria, ab aliis creditoribus, iſta eſt Gloſ. notabilis in l.2.verſ.conueniris, C.de repud.hæred. quam Paul. de Caſtr.dicit eſſe perpetuò menti tenendam, & quòd de facili quilibet diceret oppoſitum, & ità etiam refert ibi Iaſ.* &c. Hoc idem obſeruauit Bero.*quæſt.63.* Magon. *deciſ. Florent.59. num.14.* & dixi Ego *lib.1. cap.219. num.12.* vbi ex Morot. *in quæſt. de iur. offer.* ſcripta poſt *ſua reſponſa num.22.* firmaui, ſubintrare in hoc caſu ius offerendi ad poſterioris creditoris beneficium; & ſic limitari text. *in d.l.2.C.ſi antiq.cred.* per rationem ſuprapoſitam.

5 At eſt hìc omninò aduertendum, hæc omnia vera eſſe, vbi quis ſimpliciter extiterit debitoris hæres; ſecus autem ſi cum beneficio legis, & inuentarij; eo enim caſu, pro eo, quod ad propoſitam quæſtionem ſpectat, reputabitur vt quilibet extraneus, & vti talis actione hypothecaria ſuper re, quam poſſidet, conueniri non poterit; ſicque ſuprà iam dicta intelligenda eſſe aduertunt Bal. & Salycet. *in d.l.2. C. de repud.hæred.* Morot. *loco cit.n.22.in fine,* & nos etiam annuimus *d.cap.219.n.11.* hoc enim operatur Inuentarium legitimè confectum, vt hæredis iura ſint penitùs diſtincta, & ab hæreditate ſegregata; *l.fin.§.in computatione, verſ.ſi verò,* vbi DD. communiter, *C.de iur. deliber.* Gloſ. *in l.debitori, in verb.confuſa eſt, C.de pactis.*

6 Hæc conſiderabam in caſu, vbi erat iam actum hypothecaria; ſiue remedio *l. fin. C. de acquir. poſſ.* quod nos in Regno *Aſſiſtentiam* appellamus, & obtinuerat iam creditor, qui cùm pro ſententiæ exequutione inſtaret, ad illam impediendam debitoris hæres exceptionem oppoſuit diſcuſſionis Inuentarij; vndè dubitabatur quid iuris? Dicebat creditor, omninò ſententiam eſſe exequendam, remquè, ſub qua fuerat Aſſiſtentia præſtita, ſub haſta poni, eáque vendita in pretio omnes audiri: Dicebam Ego, creditorem non eſſe audiendum; ſed omninò ad Inuentarij diſcuſſionem procedendum, per quam apparebat, hæredem ex perſona creditorum anteriorum in maxima nummorum quantitate hæreditatis creditorem eſſe, & ſic iuuari diſpoſitione *d.l.1. C.ſi antiq. credit.* conſtat enim, exceptionem diſcuſſionis In- 7
uentarij poſt ſententiam condemnatoriam opponi poſſe, illamquè vti modificatiuam, exequutionem impedire, Rol. à Val. *in tract.de inuent. quæſt.212.in mag.diuerſ.* Sebaſt.Montic. *eod.tract.q.233.num.9.* ſimiliter *in magn.diuerſ.* Doctor Præſ. Ancl. Amat. in terminis terminantibus de ſententia Aſſiſtentiæ loquens, vt illius exequutio impediatur, oppoſita per hæredem exceptione diſcuſſionis Inuentarij *conſ.88. per totum,* de quo meminit Thor. *in compend. deciſ. in verb.exceptio diſcuſſionis Inuent.par.1.& 2.*

Nec in caſu meo obſtare dixi, quòd ex proceſſu 8
cauſæ vertentis inter Rinaldum, & fratres de Corcione, cum creditoribus eorum patris; ſuper qua conſuluit *Præſ. Amat.* conſtabat, fuiſſe per S.C. deciſum contra hæredem: nam priore loco, vt ipſe refert, fuit determinatum, eſſe procedendum ad venditionem bonorum, ſuper quibus fuerat præſtita Aſſiſtentia, oppoſita diſcuſſione Inuentarij non obſtante; demùm in gradu nullitatum huius decreti prouiſum, quòd ſuſpenſo decreto infra menſem diſcutiatur Inuentarium, quo tempore *præcitatum conſilium* fuit cum aliis ſequentibus impreſſum: poſtea cùm ab hoc decreto, quo mediante, fuit admiſſa exceptio diſcuſſionis Inuentarij, fuiſſet reclamatum, relata iterùm cauſa in S. C. per D. Conſiliarium Rouit. *ſub die 22. Nouembris 1619.* iunctis Dominis Conſiliariis duarum Aularum fuit illud reuocatum, & primum confirmatum: ſicquè videtur, quod contra opinionem à me modò firmatam habemus deciſionem Sacri Conſilij.

Etenim aduertendum eſſe dicebam, poſtremam hanc S. Conſilij determinationem primæ confirmatoriam, in alio non eſſe fundatam, niſi quia creditores anteriores conſtare fecerunt, hæredem 9
illum, quamuis cum beneficio legis, & Inuentarij ſoluiſſe primò venientibus, tempore, quo plenam habebat notitiam, eſſe illos poſteriores, aliósque ſupereſſe anteriores; quo caſu cùm hæres ſit in dolo, beneficio diſcuſſionis Inuentarij iuuari non poteſt: vt docent Gloſ. Bart. & cæteri communiter *in d.§.& ſi præfatam,* optimè Greg. Lopez *in l.7. gloſ. que las deudas, tit.6.part.6.* Minado. *deciſ.9.num.1.* ibiquè Addentes, Vinc. Caroc. *deciſ.109. num.49.* Michael Crall. *lib.2. recept. ſentent. in articulo, Inuentarium, quæſt.20.num.4.* Aluar.Valaſc. *deciſ.52. num.38.verſ. ſed quæritur, vſque ad finem,* Iacob. Cancer. *var.reſol. lib.3.in tit.de Inuentar.num.146.* Gratian. *diſcept. forenſ. lib.3.cap.532. num.6.* Gaſp. Theſſ. *quæſt. forenſ. lib.2. quæſt.16. numer.17.* Gait. noſter *tract.de credit. cap.4.quæſit.11.n.1358.* Mangil. *de ſubhaſt.quæſt.112. num.3.* & alij ſicquè determinationem prædictam in calce allegationum editarum pro dictis fratribus de Corcione notatam inueni manu D. Reg. Ferdinandi Braicia tunc Regij Conſiliarij, & vnius ex Dominis votantibus, per hæc verba.

Die 22.Nouembris 1619.Sacrum Conſilium cenſuit, non eſſe locum diſcuſſioni Inuentarij oppoſita per fratres de Corcione; pro maiori parte noſtrorum fuit habitum pro vero, fratres de Corcione fuiſſe in dolo dum ſoluerunt creditoribus poſterioribus, habita ſcientia anterioris crediti illorum de Albaſiis.

Et ex hac eadem ratione proceſſit his diebus alia 10
eiuſdem S.C. determinatio contra Io. Vincentium Macedonium, filium, & hæredem qu. Andreæ, referente

referente humaniſſimo Patritio Domino Ioan. Baptiſta Filingerio Regio Conſiliario, omnibus numeris abſolutiſſimo; Etenim creditores in facto demonſtrarunt, præfatum Io. Vincentium, qui bonorum hæreditariorum prætendebat retentionem, tempore ſolutionum factarum creditoribus primò venientibus, ſciuiſſe alios ſupereſſe creditores anteriores, ex quo per priùs aduerſus omnes creditores ſeparationem oppoſuerat bonorum hæreditariorum à bonis propriis ipſius hæredis, ad hoc vt ſuper hæreditariis bonis creditoribus omnibus ſatisfieri potuiſſet, & cùm omnes creditores tam anteriores, quàm poſteriores in S.C. inſtitiſſent pro ſatisfactione quantitatum ipſis debitarum, cernitur, omnia bona hæreditaria ſequeſtrata fuiſſe, vndè meritò dicebatur, non potuiſſe hæredem illum poſt litem motam, illis ſoluere creditoribus, quibus melius illi placuerat: ſic obſeruaui ex Allegationibus in facto, & in iure, quas pro creditoribus doctiſſimè ſcripſit Dom. Ioſeph Magaldus Aduocatus præſtantiſſimus, & inter primarios Sacri Conſilij ſummæ integrita-
11 tis; at (vt reuertamur ad caſum noſtrum) quando ſolutio fit ab hærede cum beneficio legis, & Inuentarij, de propria eius pecunia creditori anteriori cum iurium ceſſione, vſque adhuc non inueni Doctorem, qui contra hæredem ſic ſoluentem reſponderit.

12 Idemquè addo, ſi ſolutio facta eſt creditori poſteriori primò venienti, concurrente tamen bona fide ex parte hæredis penitus ignorantis, quòd alius ſupereſſet anterior; nam ſi verum eſt, ex diſpoſitione *d. §. & ſi præfatam*, emptorem rei hæreditariæ, cuius pecunia fuit dimiſſus creditor poſterior, qui diligens primò ad hæredem pro ſui debiti conſequutione acceſſit, ſecurum eſſe à moleſtia creditorum anteriorum; cur idem non erit dicendum, quando hæres cum beneficio legis, bona fide ex ſui pecunia præuia iurium ceſſione ſoluit primò venienti, quanuis poſteriori? demonſtrauimus enim ex Bald. & Salycet. *in cit. l. 2. C. de repud. hered.* nullum conſiderari diſcrimen inter emptorem extraneum, & hæredem, cum beneficio tamen legis, & Inuentarij, cuius pecunia fuit dimiſſus creditor hæreditarius,
13 hoc enim priuilegium *Imperator Iuſtinianus* tribuit hæredi Inuentarium legitimè conficienti, vt pro omni eo, quod in neceſſarias cauſas hæreditatis expenderit, poſſit tot bona hæreditaria retinere, hic eſt text. *in §. in computatione*, qui eſt continuatiuus ad *§. & ſi præfatam*, id quod longa manu comprobat Amat. *loco cit. à num. 2. ad* 12. Nec in hoc anterior poteſt conqueri, ſi hæres ei non ſoluit, quia diligens non fuit, prout poſterior, ſicquè ſibi imputandum; *vulgata l. pupillus, ff. quæ in fraud. credit.*
14 vndè contentus eſſe debet condicere, ſiue auocare pecuniam illam poſteriori ſolutam, quod eſt vnicum remedium, quo potitur à iure, prout eſt text. ſatis clarus *in d. §. & ſi præfatam*, vbi DD. communiter, Barboſ. *in l. 1. par. 6. num. 25. ff. ſolut. matrim.* & in terminis noſtris Theſ. *fil. cit. quæſt. 16. numer. 16.* vbi benè loquitur, idemque Gait. *d. cap. 4. quæſit. 11. num. 1355.*

15 Vltimò hic videre puto neceſſarium, ſi quæ aduertenda monuit D. Præſes de Franch. *dec. ſua* 272. quem ſequitur Cancer. *loco cit. num.* 148. iuris habent fundamentum; dicit Dom. Præſes ante *num. 3. verſ. item diximus, vſquè, & per totum num. 4.* quòd hæres cum beneficio legis, & Inuentarij, quando creditori ſoluit primò venienti, debet declarare, quòd ſoluit vt hæres cum beneficio legis, ac de bonis hæreditariis; idémque quando corpus aliquod vendit hæreditarium, vt exprimat, quod vendit tanquam hæres cum beneficio legis, & Inuentarij; nam ſi credens maius ius conſequi, ſoluit creditoribus primò venientibus, & dicit ſoluere de propria pecunia, curans per hoc ſibi fieri ceſſionem iurium, decipitur ſatis; quandoquidèm ſuperuenientibus demùm creditoribus anterioribus, & ſuper bonis hæreditariis ſatisfieri petentibus, hæres condemnabitur, nec poterit opponere de ſolutione facta creditori primò venienti, cum ceſſione iurium obtenta: hæc aduertit *D. Præſes*, ſed legem aliquam non allegat, ſuper quo monitum iſtud fundetur: laudat tamen in authorem huius dicti, Paul. Caſtrenſ. tam *in d. §. & ſi præfatam*, vbi etiam Corne. quàm & melius, vt ipſe dicit, *in §. licentia, in fine*, & Aluar. Valaſc. *conſult. lib. 1. conſult. 52. in quinta vtilitate Inuentarij, num. 40. verſ. ſecundò declaratur*, ſubdens, addendum eſſe Magon. *deciſ. Florent.* 59. quia confert ad huius puncti deciſionem, quibus Doctoribus Cancer. addit Celſum Hugonem *conſ. 110. num. 1.* Quarè uidendum eſt de veritate huius opinionis, ſicque an Paul. Caſtrenſ. cæterique Doctores mo[d]ò relati probent id, ad quod allegantur.

Obſeruaui illorum doctrinam, nec aliud eos dixiſſe inueni, niſi quòd ad finem vt hæres cum beneficio legis & inuentarij, vendens rem aliquam hæreditatis non teneatur de euictione, nec emptor poſſit à creditoribus hereditariis hypothecaria actione conueniri, debeat hæres vendere vt hæres cum beneficio legis, & inuentarij, non autem vti propriam, & pro ſatisfaciendis creditoribus hæreditariis; emptor autem benè aduertere, vt exprimatur in inſtrumento emptionis, quòd talis hæres vt hæres cum beneficio legis, & inuentarij, pro ſatisfaciendis creditoribus hæreditariis vendidit, ſimulquè curare, vt pretium, quod exburſat, verè creditoribus, & legatariis ſoluatur; de alia autem concluſione, quam *D. Præſes* firmat, vt nihil proſit hæredi, ſi creditoribus hæreditariis ſoluit de propria pecunia cum iurium ceſſione, ſicquè ad finem vt rectè ſoluat, debeat ſoluere vt hæres cum beneficio legis, & inuentarij, & de bonis hæreditariis, verbum nullum Doctores prædicti, quos refert, protulerunt. 16

Quoad primam concluſionem, dico, veriſſimam eſſe, ſatiſquè probari ex diſpoſitione *d. §. & ſi præfatam*, ſicquè conſultò dixiſſe Paul. Caſtrenſ. & aſſeclas, vt hæres quando vendit, debeat declarare, quòd vendit vt hæres cum beneficio legis, & Inuentarij, & emptor curare, quòd pretium creditoribus hæreditariis ſoluatur; quia aliàs ſi venderet hæres rem hæreditariam vti propriam, ſempèr de euictione tenebitur, & emptor poſſet actione hypothecaria à creditoribus hæreditariis conueniri; idémque vltra Doctores *ſuprà* citatos voluerunt Rola. à Val. *in tract. de Inuent. quæſt. 159. num. 2. in tract. diuerſ.* quò loci ex Bart. addit notabile dictum, & iudicio meo, menti tenendum, nimirùm ſatis dici probatum, hæredem vendidiſſe pro ſatisfaciendis creditoribus hæreditariis, quando creditori ſatisfactum reperitur; Sebaſtian. Montic. *eod. tract. quæſt. 223. n. 155. & quæſt. 232. num. 28. diuerſ.* Vinc. Carec. *tract. de excuſſ. bonor. p. 2. q. 59. n. 1.* & alij. 17

Quò verò ad alteram concluſionem, nimirùm, quòd hæres ſoluendo, debeat ſoluere vt hæres; credo pariter, quòd ſit indubitatum, & hoc benè probari poſſe ex *d. §. & ſi præfatam*; ſed quòd ſoluens vt hæres, ſi ſoluit de propria pecunia primò venienti, non ſit ſecurus reſpectu creditoris anterioris, ità vt per hoc, bonorum hæreditariorum pro quantitate ſoluta non habeat retentionem, hoc dico, nullo iure, ratione, aut authoritate probari; imò quodammodò aduerſari diſpoſitioni *eiuſdem l. fin. §. in* 18

computa

computatione, *C. de iur. deliber.* ibi enim verbis admodum claris, & expreſſis ſancitum habemus, quòd ſi hæres, qui ſolemniter Inuentarium confecit, ab aliquo creditore hæreditatis conueniretur, poterit contra illum excipere, & ex bonis hæreditariis retinere quicquid in funus defuncti teſtatoris, vel in teſtamenti inſinuatione, vel Inuentarij confectione, vel (nota) in alias neceſſarias cauſas hæreditatis de propria eius pecunia expenderit; hac legis diſpoſitione ſic ſtante, quæro, poteſtnè ratio aliqua diuerſitatis aſſignari, cur poſſit hæres bona hæreditaria retinere pro quantitate de propria pecunia in cauſam hæreditatis ſoluta, nullatenus verò, quando ſoluit pariter de ſua pecunia creditori hæreditario bona fide, & ab omni dolo procul, certè nulla, imò affirmare poſſumus, hoc expreſsè diſpoſuiſſe *Imperatorem* ſub illis verbis, *vel in alias neceſſarias cauſas hereditatis approbauerit ſeſe perſoluiſſe*; neceſſaria enim cauſa eſt creditori ſoluere, vt benè in his terminis probat Bero. *quæſt.63.num.4.*& Præſ. Amat. *d.conſ.*88.*num.*11.*verſ.neceſſaria autem cauſa*,& *n.*19. 20.21.& 22.

Vndè dicendum eſt, *D. de Franch.* verè in hac re ſenſiſſe, vt non proſit ſolutio facta ab hærede de propria pecunia, quando ſoluit vt extraneus; nam ſi idem ſenſiſſet, quando ſoluit de propria pecunia vt hæres cum beneficio legis, & inuentarij, hoc eius dictum aduerſaretur diſpoſitioni *d. §. in computatione*,& authoritatibus *Doctorum*, qui contrarium ſcripſerunt; id quod non eſt de tanto Viro dicendum, vt prudenter dixit Præſ. Amat. *loco cit. num.*17.*in fine*, nam quòd hæres cum beneficio legis, & inuentarij, ſoluens de propria pecunia creditori primò venienti, bonorum hæreditariorum habeat retentionem aduerſus quemlibet creditorum anteriorem, dixerunt in puncto Bero. Rom. Phanuc. & alij relati ab eodem Amat. *loco cit. num.*12. Vndè, &c.

SVMMARIVM.

1 *Hæres ſcriptus ſi petierit hæreditatem vigore teſtamenti an poſſit variare, illámque petere vigore codicillorum, & numero* 3. *&* 4.

2 *Electione vnius ex viis contrariis, alterius inducitur renunciatio, & num.*7.

5 *Textus* in l. fin. C. de iure codicill. *an ſicut limitatur in linea aſcendenti, & deſcendenti, ità pariter quando in minus ſolemni teſtamento fuerit pia Cauſa hæres inſtituta, & num.*6.*&* 8.

9 *Clauſulæ codicillaris vis quæ ſit, & n.*10.

11 *Actionum ſpecies ſi diuerſæ ſe offerunt, & dubitetur, quæ actio actori competat, pro declaratione Iudicis arbitrio remittitur.*

ARGVMENTVM.

Hæres ſcriptus petens hæreditatem vigore teſtamenti, quod fuit detectum nullum, an, & quando poſſit variare, & petere iure obliquo ex eadem ſcriptura, vt ex codicillis. Text. *in l. fin. C. de iure codicill.* (quo ſancitum eſt, quem non poſſe ex eadem ſcriptura potere hæreditatem ex teſtamento, & ex codicillis, ſed vna via intentata alteram tolli) an ſicut limitatur inter Deſcendentes, & Aſcendentes, ità pariter fauore piæ Cauſæ, vbi ſingularis deciſio *Sacr. Rot. Rom.*

CAPVT CVI.

HÆRES ſcriptus in teſtamento nullo, 1
ſi ex ea ſcriptura hæreditatem ſibi
decerni petierit, agnoſcens poſteà ſe
obtinere non poſſe, vel etiam ſi in ea
petitione ſuccubuerit, nullatenus ei
licebit viam, quam elegit, teſtamenti deſerere; &
ad clauſulam codicillarem in ea fortè ſcriptam recurrere, vt nimirùm cogantur venientes ab inteſtato hæreditatem adire, eamque ipſi reſtituere: hoc dicit *text.* vulgatus, ſed ſingularis *in l. fin. C. de iure codicill.*

Cuius diſpoſitionis ratio ea eſt, quia per electio- 2
nem vnius ex viis contrariis, alterius inducitur renunciatio, ſicque per hanc renunciationem ius fuit quæſitum ab inteſtato venientibus: vt benè per Roman. *conſ.*125. qui addit, huic concluſioni fieri locum, ſiue ſcriptus hæres ſcienter, ſiue ignoranter teſtamenti viam elegit, quia hic error nullo pacto prodeſſe poteſt, cùm cadat circa electionem vnius ex duabus viis, ex eadem ſcriptura cauſatis: item-
què, quod eſt notabile dictum, ſi hic hæres actio- 3
nem propoſitam ex teſtamento, ante litem conteſtatam mutare vellet, cùm per ſolam petitionem hæreditatis ex teſtamento ità intelligitur viæ codicillari renunciatum, vt ſtatim hæreditas ad ſucceſſores ab inteſtato incipiat pertinere, ità Boër. *deciſ.*33.*numer.*13.& 14. D. Camill. de Medic. *conſ.*40. *num.*19. D. Capyc. Galeot. *conſ.ſeq.* D. Merlin. *controu. cent.*1.*cap.*12.*num.*4. vbi *in fine* per M. C. pro venientibus ab inteſtato deciſum refert.

Eſt tamen verum, quòd hæc omnia locum ha- 4
bere Noſtrates dixerunt in Actore, ſecùs verò in Reo, qui poteſt plures exceptiones etiam contrarias opponere, prout eſt caſus indiuidualis in *deciſ.* Afflict. 234. quam exornat D. Conſil. Marcian. *conſ.*1. *num.*8. *lib.*2. nec contradicunt De Medic. *loco cit. num.*43.*verſ.inde etiam non obſtat*,& D. Conſil. Theodor. *alleg.*17. *numero* 18.*&* 20. qui omnes in vna, eademque cauſa, ſed ad inuicem pugnantes ſcripſerunt.

Sed cùm in *text.cit.l.fin.* limitatio tradatur,& eſt, 5
vt permittatur variatio in agnatis, & cognatis per lineam aſcendentem, & deſcendentem, vt præcitati DD. obſeruarunt, quæritur eleganter, an procedat limitatio hæc, quando in minus ſolemni teſtamento fuerit pia Cauſa hæres inſtituta, vt ei, poſtquàm teſtamenti viam elegerit, liceat demùm ad aliam codicillorum reuerti? & ſatis ſingulariter affirmatiuè deciſum comperimus per Rotam in *vna Callienſ. hæreditatis ſub die* 15. *Aprilis* 1639. *coram Eminentiſſimo D. Cardinale Veroſpio, tunc illius Sacri Auditorij*

Auditorij Conſenatore, & per hæc notabilia verba adhùc non impreſſa.

Mercurij 15. menſis Aprilis 1639.

6 Orta fuit dubitatio in expeditione huius cauſæ, an Congregatio Patrum Oratorij hæres ex teſtamento Cæſaris cogi poſſet eligere alteram ex duabus viis, quæ ei competebant occaſione dicti teſtamenti; quia cùm obtinere poſſet immiſſionem ſuper ea hæreditate iure directo, & iure obliquo ex citato fideicommiſſo, quod continebatur in clauſula codicillari, quæ erat in eodem teſtamento; dicebatur, non poſſe Eccleſiam ſuper vtraque via inſiſtere, ſed teneri vni earum adhærere: quod cautum dicebatur *in l. vlt. C. de codicill.* in qua continetur reſcriptum *D. Theodoſij*, quod in illius *Cod.* eſt ſub *tit. 4. lib. 4* & in eo expreſsè prohibetur, vt non poſſit quis eandem hæreditatem petere ex teſtamento, & ex codicillis, ſi teſtator voluerit, idem teſtamentum valere etiam iure codicillorum; ideò vt electione vnius viæ cenſeatur alteri renunciatum.

7 Huic exceptioni cauſam dedit nullitas eiuſdem teſtamenti ex iniuſta exhæredatione matris, cuius cauſa in *vltima decif. facta ſub die 10. Decembris anni præteriti*, dictum fuit, vt quando idem teſtamentum non poſſet ſuſtineri iure directo, adhùc Eccleſia perſequi potuiſſet eandem hæreditatē ex vi clauſulę codicillaris, cuius occaſione grauati cenſebantur illam reſtituere ipſi Eccleſiæ, qui aliàs ſucceſſuri fuiſſent Cæſari ab inteſtato, vt deductum fuit *in eadem deciſione* ex doctrina Bart. *in authentica, ex cauſa, num. 24. C. de liber. præterit.* & *in l. 1. num. 9. ff. de iure codicillorum*, quibus addi poterit *Bal.* qui in ſpecie loquitur in caſu nullitatis teſtamenti propter matris præteritionem, *in conſ. 191. lib. 4. in fin.* & ità cum Eccleſia proſequeretur petitionem eiuſdem hæreditatis ex teſtamento, dicebatur, non debere eſſe liberum, aut in illius facultate redire ad iura, & viam fideicommiſſi, quando contingeret declarari nullitatem eiuſdem teſtamenti, nè aliàs exitus iudicij diceretur pendere à futuro euentu cum præiudicio alterius Partis; argumento text. *in cap. vt quis duas, de electione, lib. 6.* & notant DD. ſuper *eadem l. vlt.* & voluit *ibi* Bart. *numer. 2.* & *in l. Clodius 96. num. 2. ff. de acquir. hæredit.* Roman. *conſ. 125.* Boër. *deciſ. 33. num. 13.* & tenuit Rot. *in deciſ. 506. num. 4. lib. 3. p. 3. diuerſ.*

8 Verùm pluribus modis huic exceptioni reſponſum fuit, & primò conſideratum, quòd diſpoſitio *eius text.* limitari debebat in pia Cauſa: quia cùm expreſsè in *eo text.* declaretur, vt non procedat prohibitio in illo contenta in liberis, & deſcendentibus, idem dici debebat in Eccleſia, cuius priuilegium, & fauor non erat minor, quàm eſſet fauor liberorum; vt notatur *in authent. ſi qua mulier, C. de ſacroſanct. Eccleſ.* & tradit *ibi* Bald. *num. 6.* Iaſ. *in l. vlt. C. de codicillis*, & voluerunt Alex. *in conſ. 92. numer. 12. lib. 3.* Dec. *conſ. 428. n. 6.* Abb. *conſ. 11. col. 3. in princ. lib. 1.* & alij, qui referuntur per Cardin. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib. 5. tit. 15. num. 36.*

Et adducitur in *eodem text.* ratio, quarè illius prohibitio non habeat locum in filiis; quia non poteſt in illis conſiderari acquiſitio alicuius lucri, cuius cauſa cenſeatur adempta facultas variandi, ſed potiùs damnum, ſiue amiſſio eiuſdem lucri propter ius, quod eis competit ſuper hæreditate ſuorum parentum: & ex hac ratione limitat *Archid.* diſpoſitionem *eius text.* generaliter in omnibus caſibus, in quibus agatur de iure iam quæſito, non autem de nouo acquirendo, *in d. cap. vt quis duas, de elect. lib. 6.* quam ſequuti fuerunt Lap. *ibi num. 1.* Io. Andr. & Butr. *num. 3.* Gemin. *num. 5.* Franch. *num. 3.* Prob. *in addit. ad Monach. num. 1.* Calder. *conſ. 7. num. 2. eod. tit. de elect.*

Secundò reſponſum fuit eidem exceptioni, quòd 9 conſideranda erat vis clauſulæ codicillaris propter diuerſas illius formulas, quibus concipi ſolet; quia aliquando ità exprimitur in teſtamento, vt apta ſit aperire hæredi vtramque viam, dum nimirùm illius electioni permittitur, vt etiam non rupto teſtamento agere poſſit ex codicillis, & clauſula ità concepta eſt, *vt teſtamentum valeat, & vti teſtamentum, & vti codicilli*; & hoc caſu erit in libertate hæredis eligere, quam viam maluerit, cuius fauore prodita ſunt hæc duo remedia; vt notatur *in l. ſi quis ſeruo, ff. de manumiſſ. teſtamento*, & *in l. recuſare, §. Titius heres, ff. ad Senatuſconſ. Trebell.* & in his terminis procedunt diſpoſita *in d. l. vlt.* vt poteſtas, quam habet hæres eligendi, Iudicis officio, conuerti debeat in neceſſitatem; vt aduertit Gloſ. ſuper *eadem l. in verbo, poteſtatem*, & colligitur ex *eodem text.* dum conſiderat caſum, quo teſtator faciens teſtamentum, iuſſerit, illud valere debere etiam pro codicillis. Aliud eſt, quando eadem clauſula concepta fuit ſub conditione negatiua, vt ſi teſtamentum iure teſtamenti valere non poſſet, valere deberet iure codicillorum, quia hoc caſu non poteſt operari effectum ſuum, niſi in ſubſidium, cùm ſcilicèt compertum fuerit, idem teſtamentum non valere, aut ſuſtineri poſſe iure teſtamenti, & non habebit hoc caſu hæres electionem vtriuſquè viæ; vt declarat Gloſ. ſuper *eadem l. in verbo, valere, & in verbo, præcluſiſſe*; eò quia minùs propriè ea dici poſſit electio, dum vna ſolùm via patere debeat hæredi, antequàm declarata ſit nullitas teſtamenti; & hanc diſtinctionem appoſitè conſiderauit Bart. ſuper *eadem l. vltima, num. 4.* Bald. *n. 14. & in conſ. 69. n. 3. lib. 2.*

In caſu verò *huius deciſionis*, teſtator ſecundo hoc 10 modo expreſſerat eam clauſulam in ſuo teſtamento, quia vt ex illius inſpectione apparebat, ità ille in eo cauerat, quòd volebat, illud valere in vim teſtamenti, & quando hoc modo valere non poſſet, volebat illud valere in vim codicillorum, ſeù donationis cauſa mortis; vndè videbatur conſtare de voluntate teſtatoris, vt effectus eius clauſulæ non deberet pendere à poteſtate, aut electione hæredis, ſed à futuro euentu, & caſu qui contingere poterat, vt idem teſtamentum non ſubſiſteret; vt optimè declarat Bal. *in d. conſ. 69. eod. num. 3.* argumento text. *in l. cùm pupillus, §. vlt. ff. de condit. & demonſtrat.* & *in l. ſi hæredi plures, ff. de condit. inſtitut.*

Quod eò magis dicendum erat, conſiderata natura eorum verborum, vt ſi teſtamentum eo modo non valeret, valere deberet iure codicillorum: quia illa tanquàm apta ſui naturâ ſignificare tempus futurum, poterant exprimere, & referre effectum eius clauſulæ ad tempus, quo conſtaret de nullitate, aut validitate eius teſtamenti, vt dicitur de eadē clauſula, quando eſt ità concepta per verba futuri temporis, vt poſſit conuertere in fideicommiſſariam, ſubſtitutionem directam, quæ ſola continebatur in teſtamento; vt ſuper ea conſiderauit Rip. *in l. Lucius, num. 45. ff. de vulgari*, Soc. Sen. *conſ. 6. num. 5. lib. 3.* Soc. Iun. *conſ. 166. num. 1. ante fin. lib. 2.* & quòd illa ità concepta poſſit operari effectum fideicommiſſi in caſu agnationis poſthumi, ità vt eius natiuitate non rumpatur teſtamentum, voluit Alex. *in conſ. 142. num. 9. lib. 2. & conſ. 30. num. 1. lib. 3.*

Addebat vnus ex DD. aliam reſponſionem ex do- 11 ctrina Bart. *in l. Gallus, ff. de liber. & poſthum.* qui in *§. ſi eius, in fin. ſub n. 5.* voluit, quòd ſi diuerſæ actionum ſpecies

ſpecies ſe offerant, & dubitetur quæ actio competat actori, non poſſit ille cogi hoc declarare; ſed ſatis eſſe, ſi relinquatur arbitrio Iudicis, qui id definiat; & notauit Pomat. *in addit. ad eundem Bart. in l. 1. §. 1. ff. quorum legatorum*, Alex. *conſ.* 182. *num.* 4. *lib.* 2. quæ confirmari poterant ex deductis in *cauſa Lunen. Iarſen. Capellania* 20. *Iunij* 1601. *coram Cardinali Sacrato*, in qua *deciſione* firmatum fuit, quòd ſi quis habebat duas prætenſiones, poterit vtraque vti, ſi incertus ſit, quam eligere debebat, propter ignorantiam iuris Tertij; & idem refertur deciſum fuiſſe *in vna Forolivien. S. Mercurialis* 10. *Iunij* 1582. *coram Bubalo*.

Et ità, &c.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum in iudicio productum, cuius fides eſt ſemel approbata, debet iterùm produci, dum aduerſarius vult illud de falſo redarguere, quod quomodò intelligatur, ibidem.*

2 *Text.* in l. fin. C. de fid. inſtrum. *an procedat in teſtibus, & num.* 8. *&* 9.

3 *Teſtes an ſint iterùm producendi, dum aduerſarius illos de falſo redarguere vult, & num.* 4 *&* 7.

5 *Iudex vnus poteſt per alium exequi facere ſua præcepta.*

6 *Conſilium Neapolitanum de ordine Cæſareæ Maieſtatis reformatum in anno* 1539.

ARGVMENTVM.

Inſtrumento in iudicio producto, an teneatur producens ex diſpoſitione text. *in l. fin. C. de fid. inſtrum.* illud iteratò producere, ſic inſtante Parte ex aduerſo de falſitate redarguere volente; ità pariter teneatur præſentare teſtes, quos pro ſe teſtimonium ferre curauit, dum illos aduerſarius, falsò depoſuiſſe probare ſe offert; & de aliis notabilibus, vbi ſingularis obſeruatio *Dom. Io. Angeli Piſanelli.*

CAPVT CVII.

1 INSTRVMENTVM in iudicio productum, cuius fides ſemel eſt probata, inſtante parte, contra quam fuit præſentatum, & iuramentum præſtante, quòd illud de falſo redarguere vult, erit iterùm per producentem exhibendum; hoc dicit text. *in l. fin. C. de fide inſtrument.* hic *text.* neceſſario intelligendus eſt, quando ſcriptura fuit in iudicio producta, & remanſit in actis exemplum; tunc enim ſi perſona, quæ de falſo redarguere vult, inſtat pro exhibitione originalis, quod eſt penès producentem, cogitur ille iteratò producere, & exhibere, ità notabiliter aduertunt Afflict. *deciſ.* 350. *num.* 2. *verſ.* 2. *limitatur*, & Minado. *deciſ.* 40. *num.* 1. at ſi originale non eſſet penès eum, qui edidit; ſed penès Notarium, apud quem hodiè omnia inſtrumenta, quæ ſtipulantur, reperiuntur; tunc hic *text.* locum habere non poſſet; ſed fieret locus (reiecta *deciſione* Capycij 40.) aliàs deciſis per S.C. penès D. de Franc. *deciſ.* 194. vbi Addentes, Cacher. *deciſ.* 16. Tap. *in annotat. ad conſtit. Regn. Inſtrumentorum robur*, Fontanel. *de pact. nupt. tom.* 2. *clauſ.* 13. *gloſ. vnica, à n.* 13. qua de re latiùs per me *lib.* 1. *cap.* 186.

Sed quæritur vtiliter, an text. *in d. l. fin.* ſicut loquitur de iterata inſtrumenti productione, practicari poſſit in productione teſtium, vt ſcilicet qui teſtes pro ſe deponere fecit, inſtante demùm aduerſario, & de falſo illos redarguere volente, teneatur ad iterùm illos in iudicio præſentandum, adeò vt præſentatione non ſequuta, nulla ſit eis adhibenda fides? tangit hoc Bal. *in d. l. fin. num.* 11. & poſt eum Capyc. *deciſ.* 60. & Foller. *in prax. in ver. item, quid commiſit falſitatem, num.* 43. ſed latè, & notanter inſignis *D. Ioannes Angelus Piſanellus*, qui affirmatiuam inſequendo ſententiam per hæc verba, quæ ad pennam habeo in 4. *quæſtione ſuarum notabilium*, confusè, & ex errore poſt eius mortem impreſſa inter *Comment. diuerſ. ſuper prag. Reg. in rubr. prag.* 1. *de falſis num.* 9. provt notaui *ſuprà cap.* 78. propoſitæ dubitationi reſpondit; audi, quæſo, Præceptorem ſic ratiocinantem. 2

Ieſus, Maria.

Dicit Capycius *deciſ.* 60. quòd potiùs commiſſatiuè, quàm aliter, dùm tractaretur de falſitate teſtium fuit decretum, quòd producens teneretur illos præſentare, aliàs eorum depoſitionibus nulla fides adhiberetur; aliàs dum ego eſſem Aduocatus Magnifici Capitanei Roſales, qui litigabat cum Vniuerſitate Aſculi de Marca Anconitana, & tractaretur de repulſa, imò quòd erant teſtes falſi, & quòd teneretur Vniuerſitas illos præſentare, aliàs quòd de eis non haberetur ratio; allegabam pro iſta opinione Imol. *in l. cùm ab initio, in fine ff. quemadm. teſtam. aper.* vbi in teſtibus extra iuriſdictionem dat cautelam, quòd per indirectum Iudex cogat Partem ad faciendum, quòd illi compareant, & hoc ſcilicèt non audiendo eum quoad receptionem teſtium; & licèt loquatur quoad receptionem teſtium exterorum, ratio ſua viget in hoc caſu; quia ſi non reproducit eos, non audiet Partem, ſcilicèt in non adhibendo fidem, vel denegabit audientiam, ſi eſt actor; & iſtud in ſimili dixit Alex. *in conſ.* 3. *col.* 1. *vol.* 2. dum in actore, qui tenebatur edere, & fuit iuſſus à Iudice, vt ederet, ſi non edit, denegabitur audientia; & quod ſi teſtes dicuntur falſi, quòd teneatur iteratò producere; allegabam Bal. *in l. fin. col. fin. verſ. quæro, nunquid ſint iteratò, C. de fid. inſtrum.* 3 4

Colligebam etiam hoc ex deciſione eiuſdem Bal. *in l. nullum, C. de teſtib.* dum dixit, quòd ſi Iudex Peruſinus commiſit examen Iudici Florentino, & teſtes dicuntur falſi, quòd Iudex Peruſinus cognoſcit, & inquirit; non enim poſſent puniri, & cognoſci, ſi non præſentarentur Iudici Peruſino. Ponderabam etiam eundem Bald. *in d. l. fin. C. de fid. inſtrum.* dum poſt *Nicolaum de Mattarell.* aſſignando rationem, quare teſtes, qui dicuntur falſi, ſunt iteratò producendi, dicit, quòd in eis requiritur præſentia: & ſubdit etiam, quòd contumacia non noceret, & ſic parum

parum operaretur, quòd virtute *pragmaticæ Regis Ferdinandi I.* loquentis de falſis teſtibus, eſſerit contumaces; dicebam, quod niſi ità diceremus, eſſet inuenire fraudem, vt examinarentur teſtes extra Regnum, qui nunquam poſſent puniri, nec poſſet *pragmatica* de amiſſione cauſæ practicari.

Nec mihi videbatur tutum id quod dicebatur, ſe non habere facultatem producendi: quia ſicut habuit facultatem, vt ex commiſſione Iudicis Regni, alius Iudex examinaret, ità potuit impetrare, quòd Iudex, qui examinauit, & habebat iuriſdictionem in teſtes, cogat eos, & illos tranſmittat; ità dicebat Andr. *in cap. 1. §. quòd ſi veritatem,* ibi, *ratio autem, in tit. ſi de inueſtit. inter Dom. & vaſal. quæſtio oriatur,* idem annuit *in Conſtit. In pecuniariis, p. col.* ibi, *quod verò dicitur.* Allegabam etiam id quod dicitur
5 *in l. à diuo Pio, §. 1. ff. de re iud.* quòd vnus Iudex poteſt per alium exequi facere ſua præcepta, facit tex. optimus *in c. 1. §. contrahentes, de foro compet. in 6.* & cùm poſſet mediante Iudice teſtium prouidere, & remouere impedimentum, non opitulabatur allegare, non habere facultatem, vt docent Bal. & alij *in l. quibus diebus, in princip. ff. de condit. & demonſtrat.* vbi Imol. propriè in teſtibus loquitur, & in ſimili allegabam Felin. *in cap. qui perpetuus, in fine, de fid. inſtrum.* circa diligentiam, qua vti debet appellans pro habendo ſententiam à Notario.

Et ſic per Sacrum Conſilium *in dicta cauſa* fuit decretum, quòd Vniuerſitas Aſculi procuraret, quòd teſtes venirent: extat proceſſus penès nobilem Pyrrhum Antonium Locterium Actuarium omnium cauſarum Rebellium; & tunc præſidebat in Sacro Conſilio ille integerrimus Vir Patritius Neapolitanus D. Ciccus Loffredus; & aderant antiqui doctiſſimi, & practici Conſiliarij.

6 Et dum demùm per viſitationem factam ordine Cæſareæ Maieſtatis, Sacrum Conſilium in menſe Decembris 1539. eſſet reformatum (nam ipſe Dominus Ciccus fuit aſſumptus in Regentem Regiam Cancellariam) eſſentquè deputati aliqui Conſiliarij, partim Hiſpani, partim de Regno, & oriretur ſimile dubium inter Ill. Iuliam Gonzagam, & Ill. Dominam Principiſſam Sulmonis, pàm examinati erant aliqui teſtes exteri de Terra Iennazani ad inſtantiam ipſius D. Iuliæ, qui dicebantur falſi pro parte d. D. Principiſſæ, & fuiſſet petitum, quòd præſenta-
7 rentur in Regno, ad finem vt potuiſſet de falſo procedi, de qua falſitate etiam ex lectura aliquorum teſtium præfatorum cœperat conſtare; & ad euitandum prædictam præſentationem iurabatur per D. Iuliam, habere difficultatem; volens ipſa vti remedio *l. fin. C. de fid. inſtr.* per me pro ipſa D. Principiſſa fuerunt allegata omnia ſupradicta, ac fuit oſtenſum decretum factum *in prædicta cauſa Capitanei Roſales*: & dicebam magnam potentiam ipſius D. Iuliæ quæ tam in Regno, quàm extra Regnum potens erat opere, & ſermone, vt omnibus notum erat; ità quòd non erat permittendum, ſub hoc velamento deludi iura, & falſitates impunitas pertranſire.

Non potui tamen tantum cantare, quòd ipſa potentia per me allegata non obſtitiſſet; nàm ipſi noui Conſiliarij decreuerunt, eſſe in cauſa procedendum, reiiciendo petitam præſentationem; & ſic totum contrarium eius, quod à tot conſummatiſſimis Viris erat determinatum.

Sed quia in multis cauſis, quæ iam erant ventilatæ in Tribunalibus Neapolitanis erat perfectè cognitum, qualis, & quantus fauor fuerat præſtitus dictæ D. Iuliæ, & Sacrum Conſilium vendicauit ſibi authoritatem Regiam, & dare arbitrium, cui forſan æquum ſibi viſum fuerit, ità quòd in cauſa ipſa voluit illa facultate vti; non multum curaui, ſi vt prætendebam contra veras rationes, & alia decreta fuiſſet determinatum, nam de iure non poterat aliter dici; quia cùm eſſet oblata probatio falſitatis, ceſſabat re- 8
gula *l. fin. C. de fid. inſtrum.* vt in ſpecie docet Cæpol. *in cautela 148. regula eſt, quod amiſſio*: quæ cautela tantò fortiùs procedit, quanto plures vrgebant præſumptiones contra D. Iuliam; nam ipſa erat magna Domina, quæ multo pollebat fauore in partibus Iennazani, & cum ſummo Pontifice, qui Terram ipſam tenebat; erat conſanguinea omnium Dominorum de Gonzaga, item Illuſtriſſimi Ducis Vrbini, taliter quòd de facili poterat obtinere, vt teſtes cogerentur ad veniendum; per *totum titulum de teſtibus cogendis,* & ſic ceſſabat diſpoſitio *dictæ l. fin.* vt (per relatos per *Eum in deciſ. 30.*) deciditur per *Mazzeum.*

Et cùm tractaretur de magna cauſa, & tota ſubſtantia conſiſtebat in illis teſtibus, & tractabatur de magno præiudicio, ſic etiam ceſſare debebat deciſio 9
d. l. fin. vt per Alex. *in l. huiuſmodi, §. ſi ità, verſus finem ff. de legat. 1.* & quia ſcire debebat ipſa D. Iulia, quæ habebat peritiſſimos Aduocatos, cum quibus omnia in facto conſulebat, & volebat de iure reſolui, quod per *prag. Regni*, & de iure poterat agi contra teſtes, & producentes, de falſo; & quòd ad finem, vt contra teſtes potuiſſet agi, vel repulſa fieri, cogebatur ad illos in iudicio producendum, & exhibendum, vt in ſpecie decidit Lucas *in l. quotiens, col. 2. C. de naufrag. lib. 11.* & ſic videbatur eſſe in culpa, ſi non producebat, & per conſequens ceſſare debebat *illa lex finalis,* vt declarat Felin. poſt alios *in cap. accepimus, verſus finem, de fide inſtr.* facit text. *in l. cùm ſi exhibuiſſet,* vbi Bart. & alij, *ff. de publicanis.* Et profectò ſi alia perſona litigaſſet, eſſentquè omnes Iudices ſine acceptione perſonarum, vnanimi conſenſu, fortè, imò ſine fortè, non fuiſſet ità deciſum; & ego, qui & antiquos Conſiliarios, & nouos cognoui, & quorum omnes de nouis noſtri Regni fuerunt mei Collegæ in quamplurimis cauſis, fateri clarè poſſum, quòd hoc arbitrium in hac cauſa datum fuit ex facultate Regia, qua vtitur Sacrum Conſilium, non autem ex iuris diſpoſitione; quia ex *ſuprà allegatis* poterit diſcerni, ſi de iure ſententiatum fuiſſet, qui meliùs, an primi, an noui Conſiliarij determinaſſent?

Io. Angelus Piſanellus.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum num incuſari poſſit in foro crediteris ex pacto præcedente, & num. 3. 4. & 6.*

2 *Iudex fori crediteris nullam habet iuriſdictionem in debitorem alterius fori.*

5 *Iuriſdictio quibus modis prorogari poſſit.*

7 *Iudex originis an ſit competens ſui originarij, qui domicilium ſuum alibi tranſtulit.*

ARGVMENTVM.

Inſtrumentum nùm creditore inſtante poſſit in eius foro incuſari contra debitorem alterius fori, ſtante pacto, quòd vbi debitor fuerit in mora ſoluendi, poſſit conue-

ueniri in foro creditoris, in quo exritit deſtinata ſolutio, & certa domus pro citatione aſſignata. Iuriſdictio quibus modis prorogari poſſit, & de aliis.

CAPVT CVIII.

1 INSTRVMENTVM ſtipulatum inter creditorem, & debitorem, qui ſunt diuerſi fori, eo ſpeciali inſerto pacto, vt incuſari poſſit in foro creditoris, in quo extitit deſtinata ſolutio, & certa domus pro citatione aſſignata, ſi cum effectu fuerit in illo foro incuſatum, dubitatur, nùm incuſatio de iure ſubſiſtat.

2 Pro ratione dubitandi videtur nulliter ad incuſationem fuiſſe proceſſum, ex defectu iuriſdictionis; *vulgata l. fin. ff. de iuriſd. omnium Iudic.* nullam enim iuriſdictionem habebat Iudex fori creditoris in debitorem, contra quèm in cauſa incuſationis proceſſit, ergò. Hinc aliàs cùm eſſet incuſatum instrumentum in loco contractus contra debitorem alterius fori, ex quo in illo clauſula legebatur, & ampliſſima facultas debitorem conueniendi vbiquè locorum, & in omni Curia, loco, & foro, fuit tam per M.C. quàm per S. C. nulla declarata incuſatio, vt teſtantur Franciſc. de Petr. *conſ. 25. per totum*, ipſo patrocinante, Io. Baptiſta Thor. *in compend. deciſ. Reg. par. 3. in verbo, inſtrumentum,* & *in voto* 84. *num.* 155. & Io. Maria Nouar. *in pragm. 1. col. 2. num. 4. de inſtrumentorum liquid.* quibus ex alienigenis addo Chartar. *deciſ. Rot Gen. 6. per totam.*

3 Sed hac dubitandi ratione non obſtante, contrarium reſpondi, nimirùm in caſu propoſito ritè, & rectè fuiſſe ad incuſationem proceſſum, duobus potiſſimùm perpenſis: & *Primò*, quia in foro creditoris fuit deſtinata ſolutio, ſicquè illius Iudex ratione deſtinatæ ſolutionis fuit effectus competens, vt coram eo debitor conueniri poſſit: hic eſt text. *in l. contraxiſſe* 20. *ff. de action. & obligat.* Bart. ſatis benè *in l. non vtique, §. ſi quis ità, num. 3. verſ. concludo ergò, ff. de eo, quod cert. loco.* Carleual. *de iudic. lib. 1. tit. 1. diſp. 2. queſt. 4. num.* 248.

4 Secundò, licèt verum ſit, vt pactum illud generale in inſtrumento appoſitum, vt poſſit debitor in omni Curia, loco, & foro conueniri, nullius ſit importantiæ, ac eo non obſtante ſit debitor coram ſuo Iudice citandus, & non coram alio, vt per eundem Bart. *loco proximè citato*; attamen quando fuit electus certus forus, & debitor priuſquàm fuerit coram illius Iudice conuentus, pactum illud non reuocauit, prove poterat, ex nimis clara diſpoſitione text. *in l. ſi conuenerit, ff. de iuriſd. omnium Iudic.* tunc non eſt cur dubitari poſſit, Iudicem eſſe competentem illum,
5 quem in inſtrumento debitor elegit; eſt enim vulgatiſſimum, iuriſdictionem Iudicis nedùm de tempore ad tempus, de re ad rem, & de loco ad locum prorogari poſſe, ſed etiam de perſona in perſonam; nimirùm vt Iudex vnius Ciuitatis ius dicere poſſit in ſua iuriſdictione inter duos alterius loci, & ſic non ſubditos; ſunt iura nimis vulgata, tam *in d. l. ſi conuenerit,* à contrario ſenſu, quàm *in l. 1. & 2. § conuenire, ff. de iudic.* Marant. *in Spec. par. 4. diſt. 12. n. 3.* & alij communiter. Vndè in caſu propoſito cùm
6 debitor ex ſpeciali pacto remanſerit contentus, vt conueniri poſſit in foro creditoris, certam domum ibi pro citatione deſignans, prorogauit iuriſdictionem illius Iudicis, qui non valens de iure contra eundem vti non ſubditum procedere, ex eiuſdem conſenſu fuit effectus competens, vt ius dicere poſſit, ſicquè iuriſdictio illa, quæ erat limitata inter perſonas illius territorij tantùm, ex partium conſenſu fuit extenſa, & prorogata ad alias perſonas non ſubditas; vt benè declarat Marant. *loco cit.* ac proindè non eſt, cur ambigi poſſit, ritè, & rectè Iudicem illum ad inſtrumenti incuſationem proceſſiſſe.

Circumſcripto autem pacto prædicto, firmanda 7
eſt Regula, vt quis ex quauis cauſa nullo pacto conueniri poſſit, niſi in loco ſui domicilij, vel etiam in loco originis, dummodo ibi reperiatur: nam quamuis Iudex originis dicatur competens ſui Originarij, requiritur tamen vt ibi hic Originarius reperiatur, nam aliter conueniri non poſſet ratione competentiæ ſolius originis: videantur Bart. *in l. aſſumptio, ff. ad municipalem,* DD. omnes *in l. cum quædam puella, ff. de iuriſdict. omnium Iudic.* Paul. de Caſtro *in l. 2. C. eodem tit.* Ant. de Butr. *conſ.* 21. Abb. *in cap. poſtulaſti, de foro comp.* quos omnes refert, & ſequitur noſter Afflict. *deciſ.* 384. *num. 6. & 7.* & his addo Carleuall. *de iudic. libro 1. tit. 1. diſput. 2. quæſt. 2. numero* 63. vbi addit neceſſariam eſſe in loco originis præſentiam Rei conueniendi, vt aduerſus ipſum procedi poſſit; nam aliàs Iudex originis non eſt legitimus, & competens ad procedendum aduerſus abſentem: allegat Gl. *in l. 1. in verbo, muneribus, C. de municipiis, & originariis, lib.* 10. & alios vt *ibi.*

SVMMARIVM.

1 *Maritus, vxore mortua, ſi erit moroſus in reſtituenda dote mulieris hæredibus, tenetur ad intereſſe; Sed quid ſi in non reſtituendo iuſtam habuerit litigandi cauſam, & nu. 3. 5. 8. & 10.*

4 *Debitor non dicitur eſſe in mora, quando iuſtam habuit litigandi cauſam.*

5 *Intereſſe denegatur, vbi mora non contrahitur.*

6 *Cauſa iuſta litigandi dum excuſat à mora, excuſat etiam ab intereſſe.*

7 *Hæres, qui eſt in mora præſtandi legatum teſtatoris, tenetur ad intereſſe lite conteſtata; ſed an hoc procedat, quando iuſtam habuit litigandi cauſam.*

9 *Mora non ſubintrat ad effectum, vt debeatur intereſſe, vbi quis, quod ſoluere debet, ignorat.*

11 *Cauſa iuſta litigandi quæ ſit?*

12 *Debitor nunquam cenſetur eſſe in mora, quando creditor ab illo petit pluſquàm debet.*

ARGVMENTVM.

Intereſſe ratione moræ nùm debeatur illius ſortis, ad quam debitor diffinitiua ſententia fuit condemnatus, ſi iuſta concurrit litigandi cauſa; & quæ ſit hæc iuſta litigandi cauſa? & de aliis ad materiam pertinentibus.

CAPVT CIX.

1 INTERESSE dotis, quæ in pecunia conſiſtit infra annum mortis mulieris per virum non ſolutæ, reuocatur in dubium, nùm viro ipſo ad reſtitutionem condemnato, debeatur, dum in non reſtituendo iuſtam habuit litigandi cauſam.

De hoc articulo diſputari contigit in Sacro Conſilio in cauſa hæredum qu. Mariæ Griffæ cum Regio Conſiliario Scipione Theodoro, pro quo hoc breue, quod ſequitur, ſcripſi reſponſum.

Ieſus, Maria.

2 Dominum Conſiliarium Theodorum ad dotium intereſſe per hæredes qu. Dominæ Griffæ petitum non teneri, facti, in quo verſamur, qualitate attenta, breuiter, ac apertiſſimè demonſtrare conabor. Et ſi enim, tam iuris communis, quàm noſtri municipalis diſpoſitione attenta, vbi dos, quæ in pecunia conſiſtit, infra annum mortis mulieris, illius hæredibus non reſtituitur, conſtituatur vir in mora, quæ ſortis intereſſe parit; ad text. & *ibi* dicta per Doctores *in l. vnica, §. exactio. C. de rei vxor. action.* & *in Conſuet. Si mulier, de iur. dot.* tamen in caſu noſtro præfatum D. Conſiliarium ex cauſa reſtitutionis non factæ nunquàm moroſum cenſeri poſſe, indubitanter affirmo.

Quod vt pateat, attendamus, quæſo, ante omnia, ſi tempus inuenire poſſimus, quod D. Theodorum in mora dotem non reſtituendi conſtituerit; & priuſ-
3 quàm hoc videamus, illud in facto pro veriſſimo eſt ſupponendum, in continenti motæ litis per hæredes prædictos, Dominum conuentum de reſtitutione iam facta excepiſſe, publicum præſentando inſtrumentũ, omni ſui parte roboratũ, quo mediante dotiũ reſtitutionem Dominæ Mariæ factam eſſe apparebat.

Hoc ſtante, ſi iuris illud tempus, quo dos in pecunia conſiſtens venit reſtituenda, ſiuè litis motæ inſpicimus, certum eſt, moram conſiderari non poſſe; conſtat enim, D. Theodorum calumnioſè ad reſtitutionem non teneri, haud excepiſſe; ſed iuſta ductum cauſa, quia verè coniugi dum viuebat, reſtituerat, & de reſtitutione publicum apparebat documentum, quòd proindè ad aliud non teneri, iuſtè contendebat: Vndè illa apud omnes incontrouerſa ſubintrat
4 iuris concluſio, nimirùm moroſum debitorem cenſeri non poſſe illum, qui iuſtam litigandi cauſam habet: eſt text. ſatis clarus *in l. ſi quis ſolutioni, ff. de vſur.* cuius verba ſunt: *Si quis ſolutioni moram fecit, iudicium autem accipere paratus eſt, non feciſſe videtur moram, vtiquè ſi iuſtè ad iudicium prouocauit, &c.* per quẽ tex. hoc in ſpecie notarunt Gloſ. *ibi, in verbo, prouocauit:* Roman. *conſ. 244. n. 5.* Rip. *in l. quod te, n. 55. ff. ſi cert. pet.* & *ibi* Purpur. *num. 72.* Corne. *conſ. 176. n. 18. lib. 1. conſ. 40. n. 12. lib. 2. & conſ. 77. num. 3. lib. 3.* Alex. *conſ. 48. col. 1. in fine, lib. 2.* Curt. Iun. *conſ. 28. num. 10. conſ. 34. in fine,* & *conſ. 132. num. 11.* Menoch. *de arbitr. caſu 220. num. 50.* & *conſ. 381. num. 46. lib. 4.* Riminal. Iun. *conſ. 52. num. 6.* & *643. num 6. vol. 6.* Gizzarell. *deciſ. 20. n. 33. verſ. debitor quidem,* & alij citra controuerſiam.

5 Si ergò data iuſta litigandi cauſa, mora conſiderari non poteſt, conſequens eſt dicere, quòd nullum debetur intereſſe; vbi enim mora non contrahitur, intereſſe denegatur: ſunt iura ſatis clara *in l. 2. §. ſi nauis, ff. ad l. Rhod. de iact.* & *in l. lecta, ff. ſi cert. pet.* & *ibi* Doctores communiter; Crauett. *conſ. 87. num. 5.* Couarr. poſt alios *lib. 3. variar. cap. 4. n. 5.* Ant. Gabr. *commun. concl. tit. de ſolution. concl. 10.* Nauarr. *in comment. de vſur. n. 46.* & alij relati per eundem D. Theodorum in eius *ſolemni alleg. 40. n. 43. cum. ſeq.* Et in
6 puncto, quòd iuſta litigandi cauſa, dum excuſat à mora, excuſet etiam ab intereſſe, dixit Gloſ. *in l. in hac, in gloſ. magna, circa princ. verſ. nec illud placet, ff de condict. triticar.* quam ſingularem appellat Bald. *in tit. qui ſucceſſ. teneant. l. ſecondo, num. 6.* Dec. *in d. l. quod te, num. 5.* Aret. *conſ. 150. num. 9. verſ. quinimmò,* & Burſat. *conſ. 442. num. 31. vol. 4.* Idquè etiam pro indubitato dixerunt in terminis *in l. 1. C. de vſur. & fructibus rei legat.* Nam cùm *Imperiali illa Conſtitutione* ſancitum ſit, hæredem ad rei legatæ vſuras legatario præſtan-
7 das cogi poſſe, poſt tamen tempus litis conteſtatæ, id negarunt, quoties hæres iuſtam habuit litigandi cauſam; vt per Gloſ. *in d. l. 1. in final. verbis,* & eſt text. *in l. 2. C. eod.* & nimis clarus *in l. in fideicommiſſi, ff. de vſur.* & *in l. ſciendum, ff. eod.* dum dixit *ibi* I. Conſultus, non omne, quod differendi cauſa optima ratione fiat, moræ annumerandum eſſe; qui enim ſine dolo malo ad iudicium prouocat, moram facere non videtur; *l. qui ſine dolo, ff. de regul. iur.* & abſque dolo intelligitur, quando Conuentus iuſtam excipiendi cauſam habet; vt dicebat *ibidem* Dec. *in princ.*

8 Conſtat igitur, inſpecto hoc primo tempore, moram in caſu, ſuper quo verſamur, nullatenus conſiderari poſſe; ſed quid dicendum, ſi ſententiæ tempus inſpicimus, dum per illam de præfata reſtitutione non fuit habita ratio? Et hoc etiam inſpecto tempore ſecuriùs dicemus, nec moram ſubintraſſe; etenim illud hac in re Dominos Iudicantes reminiſci rogo, nam lata hac ſententia, quia nimis D. Theodorum grauauerat, coactus fuit, nulliter, & contra caſum tot iurium prolatam fuiſſe, demonſtrare, alios iuris excitando articulos, quibus verè nulla reddebatur.

Cúmq; ſeruatis ſeruandis, ea de re iterũ in Sacr. Cõſil. agеretur, votorũ prodiit parilitas, aliquibus ex Dominis putantibus, ſententiam eſſe nullam, aliquibus id negantibus; peto modò, vſque ad hoc aliud tempus poteſt dici, D. Theodorum in mora conſtitutum? certè non; quid enim reſtituere debere ſciebat, ſi pars Iudicum, qui in ſententia votarunt, illam nulliter prolatam extitiſſe putauit, nonnè per hanc parilitatem effectus fuit D. Theodorus ignarus, penitùſque inſcius ſuper eo, quod verè eſſet reſtituturus; ſi ignarus, vbi ex ſui parte mora conſiderari poteſt, vt ad intereſſe teneatur?

9 Et ſic illa in hac re ſuccedit iuris concluſio, nimirùm, moram non ſubintrare, ad effectum vt intereſſe debeatur, vbi quis quod ſoluere debet, ignorat; ità dixerunt Doctores *in l. inſulam, ff. de verb. obligat.* & *in l. vnica, C. de ſentent. quæ pro eo, quod inter.* Cæpol. *cautel. 27.* & alij, quos citat, & ſequitur idem D. Theodor. *d. alleg. 40. n. 45.* quibus addo Afflict. *deciſ. 205.* vbi Addentes; fuit enim latè tunc diſputatus articulus, nempè; aſſignata dote in tot debitorũ nomi-

nibus, eo inſerto pacto, quòd ſoluto matrimonio ſit in vxoris, vel eius hæredis electione accipere, & rehabere, vel nomina illa debitorum aſſignata, vel pecuniam in contanti, cuiuſnam illorum periculum constante matrimonio eſſe deberet, viri nimirũ, vel vxoris, & ſic in illis nominibus aſſignandis quodnam tempus eſſet attendendum, an dotis conſignationis, vel potiùs reſtitutionis? qua de re latè dixi Ego ipſe *lib. 1. cap. 91. per totum.*

10 Et ſi dicas, datis demùm pro paritate dirimenda Adiunctis, allegatas nullitates non obſtare (neſcio tamen, quo fato) fuiſſe declaratum; vides, quòd cùm eſſet ab hoc decreto petita in integrũ reſtitutio (quã aliàs diximus Dominis Conſiliariis competere *lib. 1. c. 309.*) iterùm relata cauſa, alia prodiit parilitas: & cum pro hac vltima tollenda paritate, iterũ ea de re ageretur, decretum prodiit, per quod ſententia reformata remanſit; & ſic enixè apparuit, iuſtam illum habuiſſe litigandi cauſam, quæ verè à *Doctoribus*

11 conſideratur, quando iuris articulus difficilis reputatur, prout in præſenti cauſa per Dominos Iudices habitus fuit, vel quando opinionum adeſſet varietas; nec facilè, quæ verè communis ſit, diſcerni poſſet; vt omnium latiſſimè in hac materia explicat Iaſ. *in l. properandum, §. ſin autem alterutra, n. 8. ibi* Alex. *n. 17. C. de iudic.* & ex recentioribus, Menoch. *de arbitr. iud. caſu 177. per totum*, tradunt & alia exempla Ruin. *conſ. 27. num. 28. lib. 3.* & Burſat. *conſ. 9. n. 58. cum ſeq. vol. 1.*

12 Non etiam his attentis ex altero capite poteſt conſiderari, D. Theodorum in mora cõſtitutum fuiſſe, cùm in litis exitu apparuit, actores plus ab illo petiiſſe, eo, quod fuit iudicatum; quo caſu debitorem nunquam moroſum cenſeri poſſe, nec etiam reſpectu partis, quæ in omnem euentum venit omninò ſoluenda, dixerunt Bart. *in l. qui ſolidum, in princ. ff. de legat. 2.* Paul. Caſtr. *in l. 2. C. de vſur. & fruct. rei legat.* Imol. *in d. l. qui ſolidum*, Guid. Pap. *deciſ. 496.* optimè prout de more Couarr. *var. reſol. lib. 1. cap. 2. n. 5.* & nouiſſimè ex noſtris Gizzarell. omninò videndus *relata deciſ. 20. num. 5. 15. & ſeq.* vbi illud magis eſſe dicit, quòd poterit eo caſu debitor in iudicio vocatus ſimpliciter totum negare, ex eo, quia iuſtam litigandi cauſam habet; Marcian. *conſ. 61. lib. 2.* quicquid nullo iuris fundamento ſuffultus ſibi dixerit Carauit. *ſuper Rit. M. C. 166. numer. 24. ver. ſextò nota ibi.*

Vndè in præſenti inſpectione remanet, vt illud tantùm conſiderent Aduerſarij tempus, quo poſtremum Sacri Conſilij prodiit decretum; ab illo enim die moræ in non ſoluendo locus fuit, illúdque intereſſe ab eo tempore decurſum peti poſſe, non ambigitur; & quouſque verè iudicata ſors ſoluta non fuit, cui iam ad præſens non, mediocri D. Theodori bonorum iactura, & detrimento, ſatisfactum nouimus; hæc occurrunt.

Donatus Antonius de Marinis.

SVMMARIVM.

1 *Intereſſe quantitatis debitæ nunquam debetur, vbi mora non ſubintrat.*

2 *Adminiſtrator alicuius bonorum, qui in rationibus reddendis moroſus extitit, an teneatur ſoluere intereſſe illius quantitatis, in qua rationibus calculatis debitor appareat, & num. 3. & 7.*

4 *Tutor, qui poſtquam pupillus ad pubertatem peruenit, in tutelæ rationibus reddendis moram fecerit, ad reliqua ſoluendum cum vſuris tenetur.*

5 *Adminiſtratores alicuius bonorum, qui rationem de adminiſtratis certo tempore reddere tenentur, à pœna excuſantur, ſi ſtatuto tempore computa præſentant.*

6 *Mora non ſubintrat, quoties quis, quod ſoluere debet, ignorat.*

8 *Intereſſe pro modica quantitate non debetur.*

9 *Intereſſe, quod Iudicis officio debetur, an poſſit duplum quantitatis debitæ excedere.*

ARGVMENTVM.

Intereſſe quantitatis intra ſummam ducatorum centum, an peti poſſit. Adminiſtrator alicuius bonorum, qui in rationibus reddendis moroſus extitit, an teneatur ſoluere intereſſe illius quantitatis, in qua rationibus calculatis debitor apparuit, quæ tamen quantitas nunquàm fuit liquida. Itẽ an intereſſe, quod Iudicis officio debetur, poſſit duplum quantitatis debitę excedere? vbi Deciſiones Sacri Conſilij.

CAPVT CX.

INTERESSE quantitatis debitæ, certum eſt, quòd à creditore peti non poteſt, vbi debitor non eſt in mora ſoluendi, notant omnes per illum text. *in l. mora, ff. de vſur.* & *in l. lecta, ff. ſi cert. petat.* & idem, quoties quid ſoluendum ſit, debitor ignorat: quod propriè contingit, quando debitum non eſt liquidum, nam quouſque liquidetur, non dicitur eſſe in mora, & per conſequens ceſſat intereſſe: DD. *in l. inſulam, ff. de verb. obligat.* Paul. de Caſtr. *in l. 3. in fine, ff. de eo, quod cert. loco,* Theodor. *alleg. 40. num. 45.* 1

Sed quid dicemus in Adminiſtratore, qui certo tempore ex pacto, vel legis diſpoſitione rationem de adminiſtratis reddere tenetur, ſi adueniente tempore illam non præſtiterit, nùm conuentus demùm, & ad reliquorum reſtitutionem condemnatus, cogatur ſimul illorum intereſſe ſoluere? Et ex ſuprà iam proximè dictis videtur negatiuè reſpondendum, ex quo mora conſiderari non poteſt, dum illud, quod reſtitui fuit iuſſum, liquidum non erat; ergò. 2

At in contrarium eſt veritas; nam ſtatim atquè quòd ceſſit dies redditionis computorum, fuit mora contracta in non reddendo de adminiſtratis rationem; Afflict. *deciſ. 150. ante num. 4.* quare pernicioſum eſt, reliquorum reſtitutionem abſque intereſſe fieri, ſi computa poſt diem, quo reddi debebant, illinc ad notabile temporis ſpatium redderentur. Etenim ſi hoc ſub eo prætextu admitteremus, quòd reliqua non erant liquida, poſſet Adminiſtrator com- 3

putorum

putorum redditionem ad longum protrahere tem-
pus, cùm eſſet tutus, illud, in quo verè debitor appa-
reret, abſque intereſſe exburſare, & ſic mora, quæ
per ſe eſt delictum, ei prodeſſet.

4 Ex qua ratione credendum eſt, hoc I.C. determi-
naſſe in Tutore, dum cenſuit, Tutorem, qui poſt-
quam pupillus ad pubertatem peruenit, in tutelæ
rationibus reddendis aliquandiu moram fecit, re-
liqua ſoluere vnà cum vſuris teneri; id, inquam, *in l.
ſi poſteaquam* 10. *ff. rem pupill. ſal. for.* Ergò idem ex
identitatis ratione in omni adminiſtratore dicen-
dum eſt, prout loqui videtur Eſcobar *tract. de ratiocin.
c.4. num.21. per totum*, & ante eum Cæpol. *in tract. de
cautel. cautel. 27.* dum cautelã tradit, ad hoc vt Merca-
5 tores, & negotiorum Factores, qui rationem de ad-
miniſtratis certo tempore reddere tenentur, à pœna
excuſentur, debent computa præſentare, ſéque para-
tos offerre, omne totum ſoluere, in quo rationibus
calculatis verè debitores apparerent; imò plus vo-
luit Cæſar Vrſill. *in addition. ad Afflict. deciſ. 205. n.4.*
dum dixit, illud, quod dicitur, quem non eſſe in mora,
6 dum quod ſoluere debet, ignorat; intelligendum eſſe,
quando quis aliqua debere eſt penitùs ignarus, nam
ſi vniuerſaliter ſciret, ſcire etiam poſſet, ſe in aliqua
parte debitorem eſſe, & liquidum offerre teneretur,
& pro alio offerre, verbo ſaltem, cum cautione; ad
quod allegat Imol. *in l. prætor ait, §. ſi quis paratus, ff. de
non. oper. nunciat.* & Alex. *in l. ſi mora, n.4. fallent. 3. ff.
ſolut. matrim.*

7 Et ne rerum iudicatarum authoritate careamus,
dico, ſecundùm hanc opinionem hoc anno 1633. iu-
dicaſſe Sacrum Conſiliũ in cauſa vertente inter hæ-
redes quondam Octauij Carafa Marchionis S. Eraſ-
mi cum Vniuerſitate, & aliquibus particularibus Ca-
ſalis Paſcarolæ. Nam cùm eſſent cõuenti Ærarij, qui
pro tẽpore fuerunt, Baronalium introituum dicti Ca-
ſalis, ad reddenda computa, & demùm cõdemnati ad
reliquorum reſtitutionẽ vnà cum intereſſe, Vniuerſi-
tas prædicta (de cuius intereſſe agebatur, ex quo facta
cum Ærariis diſcuſſione, illiſq; non ſoluendo repertis,
tenebatur de proprio dicto Marchioni vtili Domino
ſatisfacere) à condemnationis ſententia petiit, ſe in
integrum reſtitui, læſionem fundando, quia fuerunt
Ærarij condemnati ad intereſſe ſoluendũ quantita-
tis, quæ ante ſententiam nunquam extitit liquida; &
tandem per prædicta, Decreto S.C. prouiſum fuit, nõ
eſſe deferendum reſpectu intereſſe partitatum exce-
dentium ſummam Ducatorum centum; ſecùs autem
reſpectu illarum infra Ducatos centum; cùm recep-
tiſſimum ſit, non deberi intereſſe pro modica quan-
8 titate, ex rationibus traditis per Cæſar. Vrſill. *in ad-
dit. ad Afflict. deciſ. 291. num.6.* quem ſequitur Theo-
dor. *alleg. 40. num. 37.*

Et cùm demùm fuiſſet de nullitate dictum, nul-
litatibus propoſitis, & in Sac. Conſ. relatis ſub die
14. Martij 1634. decretum fuit, illas non obſtare;
in quarum nullitatum diſcuſſione fuit etiam diſce-
9 ptatum, an intereſſe, quod Iudicis officio debetur,
poſſit duplum quantitatis debitæ excedere, & pro
parte negatiua allegabatur text. *in l.1. C. de ſentent.
quæ pro eo, quod inter.* vbi ſic decidi videtur; Alciat.
lib.6. parerg. cap.15. circa finem, verſ. finge ergò, quem
magno applauſu citat, & ſequitur D. Carolus An-
tonius Moccia Iuriſconſultus, vitæ moribus, doctri-
næ præſtantia, ac generis nobilitate præclariſſimus
in ſylu. caſuum forenſ. cap. 29.

Sed contrarium fuit deciſum ex dictis per Cagnol.
& DD. magis communiter in *eo text.* qui iuxta om-
nium placita loquitur de intereſſe ſingulari, ſeù affe-
ctionis; non autem de illo communi, quod Iudicis
officio debetur, vel de cõuento; vt *ibi* per DD. & ſatis
notanter Alex. Trentacinq. *var. reſol. lib.1. in tit. de
intereſſe, reſol.1. num.41.* & Card. Tuſch. *pract. concluſ.
lit. I. concl. 313. in princ.* vbi expreſſis verbis dicit, in-
tereſſe commune poſſe ad quamcunque ſummam
aſcendere, ac proinde ſi per plures annos deberetur,
iuxta decurſi temporis ſpatium taxatur; vide etiam
P. Salas *de contract. tit. de vſur. dub.20. n.22. verſ. pro
foro autem externo.* Actuarius fuit cauſæ prædictæ
Simeonus pro Fælice.

SVMMARIVM.

1 *Inuentarium vt legitimè confectum iudice-
tur, opus eſt, vt in illius confectione omnes
creditores hæreditarij citentur, & n.2. & 3.*
4 *Citationis defectus in confectione inuentarij,
reſpectu creditorum abſentium an ſit re-
leuans, & num.5. & 6.*
7 *Inuentarium an proſit hæredi, vbi ex credi-
toribus aliqui ſunt citati, aliqui non.*
8 *Inuentario declarato valido cum vno ex cre-
toribus, aliis non citatis an noceat.*
9 *Regula*, Res inter alios actas Tertio non
nocere, *an habeat locum, quando Inuen-
tarium cum vno ex creditoribus eſt vali-
dum declaratum.*
10 *Inuentarij diſcuſſio facta cum vno ex credi-
toribus, an aliis noceat.*

ARGVMENTVM.

Inuentarium ab hærede confectum,
an nullum cenſendum ſit, vbi ali-
quis ex creditoribus defuncti ci-
tatus non fuerit. Hæres an vt Inuen-
tarium ei non proſit, conuinci de-
beat, habuiſſe ſcientiam creditoris
in confectione non citati. Regula,
Res inter alios actas Tertio non nocere,
an procedat, quando Inuentarium
cum vno ex creditoribus eſt vali-
dum à Iudice declaratum, aliis
non auditis. Inuentarij diſcuſſio
facta cum vno ex creditoribus, an
proſit, vel noceat cæteris? & de
aliis.

CAPVT CXI.

INVENTARIVM, vt ab hærede legi- 1
timè confectum iudicetur, inter alias,
quas requirit, ſolemnitates, illa po-
tiſſimùm conſideratur, vt in illius con-
fectione defuncti teſtatoris creditores
citentur, ad hoc vt in actu aditionis compareant,
eorúmque iura, ſi quæ habent, vt Inuentarium,
quod conficitur, hæredi non proſit, proponant: ſic

enim ſe habet communis Schola Scribentium *in l. fin.C.de iure deliber.*& prę cæteris Bal.*in § cum igitur*, & Salycet. *in §.ſin autem dubius*, Roland. *de Inuent. quæſt.*89. *num.* 3. *in tract.diuerſ.* Marant. *in ſpec.p.*6. *in verb. rectè concipiatur citatio*, *num.*98. Loffred. *conſ.*32. *num.*8. Phanuc. *de Inuent. quæſt.*240. *n.*12. Ant. Fab. *diffin.*26.*&* 37.*C.de iur.delib.*

2 Verùm cum receptiſſima,& à nemine controuerſa hæc concluſio ſine dubio procedat, quando hæres defuncti creditorum notitiam habuit, dubitari ſolet, an ad finem vt reſpectu creditoris non citati Inuentarium non proſit, requiratur præcisè, vt de ſcientia conuincatur hæres,ſicque illum de creditore non citato notitiam habuiſſe? Et affirmatiuè eſt reſpondendum; nam ſecùs nemo ſani capitis affirmare poterit,vt ſit citandus creditor, cuius hæres non habet cognitionem, ſed eo caſu ſat eſſe citationem per edictum; ità ſatis clarè deſumitur ex Capyc. *de-*
3 *ciſ.* 101. vbi Sacrum Conſilium contra Inuentarium pronunciauit,ex eo, quia creditor, qui Inuentario ſe oppoſuerat,demonſtrauit, hæredem habuiſſe notitiā de eius credito: idemquè ſcripſerunt Salycet. *in d §. ſin autem dubius,n.*8.*in fine*,& alij, Rot.*deciſ.*151.*n.*6. penès Coccinum,vbi *Salyceti* authoritate dicit, difficile eſſe aſſerere, aliquem eſſe certum creditorem.

4 Imò plus voluit *Rot.* nimirùm vt citationis defectus nullius ſit importantiæ,adhùc ſi creditores eſſent certi, ſi tamen illi aditionis tempore abſentes reperirentur; nam tunc ſat eſſe citationem per edictum, decreuit *in deciſ.*371. penès Card.Seraphin. ſub illis verbis, *n.*4.*&* 5. *Tertiò opponebatur defectus citationis ex eo,quòd cùm Epiſcopus eſſet certus creditor deſcriptus in inuentario, non ſufficiebat generalis citatio: ſed fuit per Dominos approbata reſponſio; quæ datur ex aduerſo, quòd abſentes non ſunt ſpecialiter citandi, §. fuit igitur,authent.de hæred.& falcid.&c.*idemque elegantiſſimè eadem Sacra Rota affirmauit *in vna Carpentoracten. bonorum, ſub die Lunæ* 18. *Decembris* 1617. *coram tunc Illuſtriſſimo D.Pamphilio*,nunc *Sanctiſſimo Domino noſtro Papa Innocentio X.* provt videre eſt in *deciſ.*597. *par.*2. *in poſthum. Farinac.* vbi *numer.*3. Sanctiſſimus iſte *Pontifex*, qui Sanctam Eccleſiam mirificè regit, ouesquè ſuas paſcit opere, & exem-
5 plo, hæc aurea profert verba: *Defectus citationis ex eo,quòd cùm Domini Caij, & Berton, eſſent creditores certi,deberent nominatim citari, viſus fuit Dominus admodum leuis,quia non conſtat, quòd illi tunc eſſent præſentes,cùm aliàs abſentes non ſint ſpecialiter citandi; §. fuit igitur,authent.de hæredibus, & falcid. Seraphin.d. dec.*371.*n.*5 *eo minus, quòd creditum ipſorum eſſet notū hæredi, & certum, & tamen difficile eſſet aſſerere, aliquem creditorem certum eſſe;Salycet.in l.fin.§.ſin autem dubius,n.*8.*in fine,C.de iure delib.& fuit dictum in cauſa Romana Inuentarij* 29.*Ianuarij* 1604.*coram Reuerendiſſimo Domino meo Decano*; hæc ille Sanctiſſimus: de quo memores fuerunt Beltram.*in addition. ad Gregorium XV. ſanctæ memoriæ deciſ.*473.*num.*22.
6 & Ioan. Franc. Ferentil. *in addition.ad Buratt. deciſ.* 750. qui concluſionem aſſumunt,tunc Inuentarium citatos non afficere, quando intereſſe eſt certum, & notum,nec ſat eſſe probare,creditores eſſe certos, ſed etiam illos eſſe præſentes, per hæc enim verba loquitur Ferentillus: *Inuentarium non citatos non afficit; quando tamen intereſſe eſt certum, & notum: & in his terminis loquuntur adducti in hac deciſione, & coram ſanctæ memoriæ Gregorio XV.deciſ.*473.*num.*1.*& dixi ſuprà ad deciſ.*637.*num.*17. *Reuerendiſſimus Dominus Coccinus Decanus dec.*151.*n.*5. *in princ. & fuit dictum in Romana cenſus* 25.*Iunij* 1629.*coram R.P.D. Veroſpio. Verum non ſufficit probare,creditores eſſe certos,quod difficile reputatur per Salyc. in l. fin. §. ſin autem dubius,num.*8.*in fine,C.de iure deliber.fuit dictum in Romana cenſus* 22. *Iunij* 1609. *coram bonæ memoriæ Pen a, Reuerendiſſ.Coccin.deciſ.*151. *inter eius impreſſas num.*6. *& poſt conſ. Farinac. deciſ.*193. *Zacch. de obligat.Camer.dec.*96. *Marcheſ. de commiſſion.to.*1.*fol.* 731.*& fuit dictum in præfata Romana cenſus coram D. Veroſpio; ſed probari debet,illos eſſe præſentes, nam abſentes,etiam certi,non ſunt ſpecialiter citandi; Seraph. deciſ.*371. *n.*5. *fuit dictum in Carpentoracten.bonorum* 18. *Nouembris* 1617.*coram Eminentiſſ. D. Cardinale Pamphilio, & in deciſ.*151.*n.*5.*coram Decano, in Romana cenſus coram Penia, & in d. Romana cenſus coram D.Veroſpio,&c.* hæc ille.

Et magis in puncto, ac in fortioribus terminis, 7
hæc omnia confirmat D.Præſ.de Franch. *deciſ.*229. *num.*5.vbi ex ſententia Bart.*in conſ.*154. docet,quòd quando eſt confectum inuentarium, & plures ſunt citati, & aliqui non, quòd Inuentarium proderit, etiam reſpectu aliorum non citatorum, cùm lex non ſit omninò contempta; nam pro modico peccato quis tantum damnum pati non debet; & quòd hoc eſt æquum,& rationi conſentaneum; contrariáque procedere, quando nullum penitùs eſt confectum inuentarium;id quod placuit pariter Gratian.*diſcept. forenſ.lib.*4.*c.*797.*n.*16.

Hæc breuiter in vna facti contigentia in Sacro 8
Conſilio allegabam pro Magnifico Iulio Comite quondam Petri Antonij patris ſui hærede cum beneficio legis,& inuentarij;aduerſus quem cùm inſurrexiſſet Donna Eleonora Griſone, inuentarij nullitatem reſpectu ſui allegans, ex eo,quòd exiſtens illa creditrix dicti Petri Antonij defuncti, in inuentarij confectione citata non fuerat; ob quod prætendebat, d.Iulium de proprio teneri, nec aliter inuentarij beneficio ei ſuccurrendum;Sed per hæc ſuprà iam dicta,in vanum eam laborare demōſtraui,eoquè magis, quòd cùm antea alij creditores hoc idem prætendiſſent,allegantes,neminem penitùs fuiſſe citatū, ſed tantum contra incertos emanatam citationem per edictum, dato termino ſuper allegata nullitate inuentarij,ac & tandem compilato proceſſu, Sacrum Conſilium, iunctis Dominis Conſiliariis duarum Aularum ſub die 8. Iunij 1618. decreuit,propoſitam exceptionem nullitatis, & inualiditatis inuentarij non obſtare; provt conſtat ex proceſſu Hectoris Caraccioli *fol.*559.*in Banca nunc Solatij.*

Nec ſuffragari D. Eleonoræ, addidi, illud, quod 9
in hoc replicabat, nimirùm, quòd hæc Sacri Conſilij determinatio ipſi nocere non poterat,vti res inter alios acta; Nam reſpondi,quòd cùm hæc deciſio perſonæ conditionem afficeret, nam faciebat,vt dictus Iulius denominaretur hæres cum beneficio legis,& inuentarij,creditoribus etiam non vocatis,nec auditis nocumentum afferebat; ad quod indiuidualem ſupremi Sabaudiæ Senatus deciſionem allegabam,quam refert inſignis Ant.Faber *diff.*1.*C.res inter alios act.*& ſatis ad propoſitum,quæ exarat D.Reg. noſter de Pont. *conſ.*71.*lib.*1.vbi conſuluit,diſcuſſionem Inuentarij factam cum vno ex creditoribus, 10
cæteris omnibus nocere,& prodeſſe, adhùc non citatis,nec auditis; taliter quòd iterata diſcuſſio nullatenus facienda ſit.

SVMMARIVM.

1 *Index ſecularis requiſitus pro imploratione Brachij ſuper exequutione ſententiæ latæ per Iudicem Eccleſiaſticum in cauſa matrimoniali concernenti ſeparationem Tori, &*

& dotis reſtitutionem, an de illius viribus cognoſcere poßit reſpectu reſtitutionis dotis; & n.4 & n.8.

2 *Iudex Eccleſiaſticus non ſolùm ſuper diuortio, ſed etiam ſuper dotis reſtitutione eſt competens.*

3 *Dos eſt cauſa incidens, & acceßoria ad matrimonium.*

5 *Præſumptio eſt pro ſententia.*

6 *Iudex ſecularis quando dicitur mixtus exequutor ſententiæ Iudicis Eccleſiaſtici.*

7 *Iudex ſecularis mandat fieri dotis reſtitutionem, ſtatim atque Iudex Eccleſiaſticus pronunciauit ſuper ſeparatione matrimonij.*

9 *Appellans à ſententia Papæ ad Iudicem ſecularem, eſt excommunicatus.*

ARGVMENTVM.

Iudex ſecularis requiſitus pro imploratione Brachij ſuper exequutione ſententiæ, per Iudicem Eccleſiaſticum in cauſa matrimoniali latæ, matrimonij ſeparationem, & dotium reſtitutionem concernentis, nùm poſſit reſpectu reſtitutionis dotis de viribus ſententiæ cognoſcere? & de aliis ad materiam.

CAPVT CXII.

1 IVDEX ſecularis requiſitus pro imploratione Brachij ſuper exequutione ſententiæ, per Iudicem Eccleſiaſticum in cauſa matrimoniali latæ, concernentis matrimonij ſeparationē quoad torum, ac dotium reſtitutionem, contigit aliàs in ſupremo Regni huius Senatu dubitari, an reſpectu reſtitutionis dotis, viro inſtante, de viribus ſententiæ cognoſcere poſſit, vel abſque cauſæ cognitione tanquam merus exequutor auxilium ſuum exhibere teneatur?

Reſpondeo, Iudicem ſecularem in hoc caſu, ſententiæ Iudicis Eccleſiaſtici non niſi merum exequutorem conſiderari; ſicque illum teneri abſque vlla cauſæ cognitione virum ad dotis reſtitutionem cogere: & ita paſſim in S. C. Regni huius ſeruatur, quando huiuſmodi ſententiæ in illo Tribunali præſentantur, quæ vt plurimùm in Romana Curia proferuntur, provt his temporibus practicatum vidimus in cauſa D. Principiſſæ Hyeracij cum D. Principe eius viro, cuius decreti verba imprimi curauit Thorus *in compend.decr.par. 3.in verbo, fructus dotis*, Idémque ſeruatum in imploratione Brachij petita pro parte Dom. Barbaræ Spinulæ contra eius virum: nec de hoc dubitatur, ſuppoſita Iudicis Eccleſiaſtici in his determinandis competentia; de qua in *cap. 1. 2. & 3. de donat. inter vir. & vxor.* quibus ſanctionibus generalitèr ſtatutum eſt, vt poſſit Iudex Eccleſiaſti-
2 cus non ſolùm ſuper diuortio, ſed etiam ſuper dotis reſtitutione pronunciare, & hoc ſiuè matrimonium quoad fœdus, ſiue quoad torum ſeparetur, iſtóque iure vtimur, nec habemus Catholicum Doctorem huic concluſioni aduerſantem.

Ratio aſſignatur in *iuribus præfatis*, quia in hoc 3
caſu dos eſt cauſa incidens, & acceſſoria ad matrimonium, cùm dos ſine matrimonio eſſe non poſſit; & generale eſt, vt Iudex cauſæ principalis ſit pariter Iudex cauſæ incidentis, & acceſſoriæ; vt per Canoniſtas per illa iura in *cap. tuam, de ordin. cognit.* & in *cap. lator. qui filij ſint legit.* ſcripſit ſatis benè, & in terminis, de quibus agimus, Cancer. *variar. reſolut. lib. 3. cap. 11. à num.* 169. vbi plures refert, & deciſum teſtatur; huicquè ſententiæ adhæſi paritèr & Ego *lib. 1. cap. 349. num.* 8. Suppoſito hoc;

Quòd Iudex ſecularis in caſu propoſito ſit merus 4
exequutor, nec vllam in his poſſit habere cauſæ cognitionem, probatur euidentiſſimè; nam cùm iuſtitia reſtitutionis dotis ab illa ſeparationis matrimonij habeat neceſſariam dependentiam, ſicque vt ita demùm ſit locus reſtitutioni dotis, ſi ſecundùm ius ad matrimonij ſeparationem fuerit proceſſum, modò volens Iudex ſecularis de iuſtitia reſtitutionis cognoſcere, cogitur neceſſario deguſtare iuſtitiam ſeparationis; cuius quidèm cognitionis, cùm verſemur ſuper re ſpirituali, redditur certè penitùs incompetens. Vndè ex hoc oritur, quòd cùm præſumptio ſit 5
pro ſententia, *l. ſerno inuito 65. §. 1. ff. ad S.C. Trebell.* nec de illius validitate, vel nullitate coram Iudice ſeculari dubitari permittitur, nullo pacto in dubium reuocari poteſt, an in hoc caſu Magiſtratus ſecularis ſit merus exequutor, cùm mixtus tunc demùm dici poſſit, quando aliàs eſſet competens in cognoſcendo 6
de iuſtitia eius, de quo Eccleſiaſticus principalitèr cognouit; in quibus ſanè terminis loquuti ſunt Abb. Ant. de Butr. & cæteri *in cap. 1. de offic. Iudic. Ordin.* aliique, quos ex Recentioribus allegant Gayl. *pract. obſeru. lib. 1. obſeru.* 115. Aluar. Valaſc. *deciſ. 48. num.* 13. Pet. Garz. *deciſ.* 2. D. Capyc. Latro *deciſ.* 82. & Franc. Molin. aliis omiſſis *de Brach. ſecul. lib. 1. capit. 11. numer.* 471.

Et quòd hoc ſit verum, patet; nam cùm aliàs con- 7
tigiſſet, Iudicem Eccleſiaſticum ſuper matrimonij ſeparatione ſimplicitèr pronunciaſſe, nulla circa dotis reſtitutionē prouiſione facta, Sacrum Conſilium viſa ſententia Iudicis Eccleſiaſtici, nulla de illius iuſtitiæ cognitione habita, mandauit, dotē eſſe reſtituendam: Reuideatur Dom. Præſ. de Franch. *deciſ.* 312. vbi duo in hac materia pro indubitatis fuerunt habita.

Primum, quòd quomodocunque matrimonium ſoluatur, dummodò dos non amittatur, eſt facienda dotis reſtitutio; idque ex deciſione Abb. per illum text. qui generalitèr loquitur, in *cap. 1. de donat. inter vir. & vxor.* quem idem Præſ. aliàs allegauerat in *deciſ.* 244. vbi de his ſimilitèr egit.

Alterum, quòd dotis reſtitutio veniat in conſequentiam ſeparationis matrimonij, ita vt quotiès ſeparatur matrimonium, ſubintret dotis reſtitutio, nec de hoc legimus, vllo vnquam tempore dubitatum fuiſſe; nam cum dos propter onera matrimonij ſuſtinenda viro tradatur, *l. dotis fructus, ff. de iur. dot. l. pro oneribus, C. eod.* quotiès Iudex Eccleſiaſticus à ſimultanea cohabitatione, toróque maritali coniuges ſeparat, illóſque à mutua obligatione de obſequiis ad inuicem præſtandis abſoluit, quia ceſſat cauſa, propter quam dos fuit tradita, eſt ſine dubio facienda illius reſtitutio, quia aliàs vir dotis fructibus frueretur, abſque quòd matrimonij pondus ſuſtineret.

Quibus ſic ſtantibus, dum mulier ad Magiſtratum 8
ſecularem

ſecularem recurrit pro imploratione Brachij ſuper exequutione ſententiæ ſeparationis,& dotis reſtitutionis,ab Eccleſiaſtico prolatæ,eſt illud omninò impartiendum, nec erit vir audiendus, ſi quoquo modo aduerſus ſententiam illam ſe opponere vellet: nam cùm ex ſupra enarratis, Iudex ſecularis non niſi merus, nudúſque exequutor conſideretur, adhùc ſi coram eo ſententiæ nullitas allegaretur; nullitatem illam reiicere tenebitur; vt poſt Innocent. *in cap. cùm olim, de priuileg.* Bald. *in l. etſi non cognitio, C. ſi contra ius, vel vtil. publ.* Cardin. *in cap. paſtoralis, §. quia verò, de offic. deleg.* & in *clem. 1. §. pen. in 5. quæſt. de for. compet.* & Angel. *in l. ſi vt proponis, C. de exequut. rei iudic.* probat ſatis benè Frater Michaël de Agia *in tract. de exhiben. auxil. concl. 8. caſu 1. fol. mihi 150.*

Id quod ſine vlla controuerſia procederet, ſi ſententia fuerit prolata à Summo Pontifice, à cuius determinatione ſi quis ſe grauatum ſenſerit, ad eundem recurrere debet; aliàs ſi ad Magſtratum ſecularem confugeret, impediendi cauſa exequutionem decreti Pontificis, ſiuè Sacri Romani Auditorij, alligaretur certè excommunicationis ſententia,
9 de qua in *Bulla Cœnæ, cap. 3.* vbi excommunicantur omnes, qui per appellationem, vel quouis alio modo ad Curias ſeculares recurrerent, ſic literarum Apoſtolicarum exequutionem impedientes; vt ſatis doctè probat Mar. Alter. *tract. de cenſur. tom. 1. diſp. 14. lib. 5. c. 1. fol. mihi 653. col. 1. verſ. qui prætextntes*, quò loci hæc verba profert: *Vbi enim quis ſentit ſe grauatum à literis Apoſtolicis, ſeu ex decreto Papæ ad eundem recurrere debet; cap. meminimus, cap. ad hæc, il ſecondo, de appellationibus. Illudque quoque eſt animaduertendum, Summum Pontificem in hoc loco voce Appellationis, ſignificare velle omnem modum, quo quis ſolet ad Curias ſeculares confugere, ſiuè id faciat per appellationem, ſiuè per recurſum, aut ſupplicationem, aut inuocando Brachium ſeculare, vel quouis alio modo, ſemper enim incurritur excommunicatio; tùm quia nulla aſſignari poteſt ratio diuerſitatis, tùm etiam quia id probari videtur ex dictione illa, Aut, &c.* Hæc ille, cuius ſententiæ nouiſſimè adhæret P. Duard. *in explicat. eiuſdem Bullæ lib. 2. cap. 13. quæſt. 2.* quem omninò vide. Hæc conſiderabam in vna facti contingentia pro Marchioniſſa Machiagodenæ; pro qua tamen obtinere non potui; Deus ſcit quomodo.

SVMMARIVM.

1 *Iudex de numero Ordinariorum nouiſſimus præcedere debeat ſupernumerarium antiquiorem, & n. 3. 11. & 12.*

2 *Temporis prioritas in materia præcedentiæ attenditur.*

4 *Supernumerarij vox quid ſuadet.*

5 *Canonicus receptus vltra numerum an gaudeat iuribus Canonicalibus.*

6 *Supernumerarius in Collegio an dicatur eſſe de corpore Collegij, & n. 7. 9. & 10.*

8 *Legatum factum Canonicis non debetur illis, qui ſunt vltra numerum.*

ARGVMENTVM.

Iudex alicuius Tribunalis intra numerum Ordinariorum nouiſſimè receptus, nùm præcedere debeat Iudicem ſupernumerarium, in illo munere antiquiorem. Iudices ſupernumerarij an potiantur eiſdem beneficiis, & immunitatibus, quibus Ordinarij gaudent? & de aliis, ad ornatum text. *in l. 1. §. quod autem, Cod. de Collegiatis, lib. 11. in l. vnicuique, C. de prox. ſacr. ſcrin. lib. 12. & in l. final. Cod. de apparitoribus Magiſtrorum militum, eod. lib.*

CAPVT CXIII.

IVDEX alicuius Tribunalis de numero Ordinariorum, dubitari contingit, num in ſedendo, & aliis actibus publicis, & ſecretis præcedere debeat Iudicem ſupernumerarium, in illo munere antiquiorem? 1

Ratio dubitandi in partem negantem ea eſt, cùm regularitèr in materia præcedentiæ temporis prioritas ſit ſemper anteferenda, vt qui prior, ſeu antiquior eſt in tempore receptionis, cœteris præferatur iunioribus; hic eſt text. *in l. vnicuique, in princ. Cod. de prox. ſacr. ſcrin. lib. 12.* ibi, *vt nemini penitus liceat, cùm ſit poſterior tempore, locum præcedentis ambire*; ſicque vno ore fatentur Ioan. de Plat. Luc. de Pen. & DD. omnes, tam *ibi*, quàm in *l. 1. C. de Conſulib. lib. 12.* aliique relati per Fab. de Anna *conſ. 40. n. 17. & 23.* 2

Sed hac dubitandi ratione non obſtante, contrariam ſententiam in caſu propoſito omninò amplecti debemus, vt nimirùm Iudex de numero Ordinariorum, ſupernumerarium, quamuis in officio antiquiorem, præcedere debeat: Etenim licèt concluſio modò firmata in ſe veriſſima ſit; perperam tamen ad rem, de qua agimus, venit applicanda, cùm ea dumtaxat, cœteris paribus, procedat; ſecus autem probant iura prædicta, & *ibi* DD. communitèr, quotiès inter contendentes de præcedentia diſparitas aliqua conſideratur; quæ quidèm diſparitas, vt in caſu, de quo agimus, innoteſcat, infraſcripta breuitèr ſe offerunt ponderanda. 3

Et primò, nam cùm contentio ſit inter Iudicem ordinarium, & ſupernumerarium, ſuadet vox iſta, *ſupernumerarij*, vt ſit ille extra numerum illorum, qui ſunt in Collegio. Gloſ. & DD. *in c. cùm M. Ferrarienſis, de conſt.* Barboſ. *in tract. de Canon. & Dignit. c. 3. num. 6.* ſi extra numerum, dicito mihi, quo pacto præcedere poterit illum, qui eſt de numero, & corpore Collegij? hinc Felin. poſt Abb. *in d. cap. cùm M. Ferrarienſis, num. 23.* notabilitèr dixit, quòd quamuis receptus vltra numerum Canonicorum, iuribus gaudeat Canonicalibus, attamen limitatur, quando à Capitulo extitit expreſsè declaratum, vt ſit ſupernumerarius; tunc enim, quia noluit Capitulum frangere numerum, ſed tantùm quoddam ius extraordinarium dare, aliter receptus non dicitur habere ius integrum; ſed tantùm obtinere quoddam ius præparatorium, ad futurum ius integrum conſequendum; ſubdens proindè, quòd ex quo numerus non frangitur, non poteſt ſupernumerarius cum aliis connumerari: quod etiam firmare videtur Io. de Plat. *in d. l. vnicui* 4 5

*vnicuique num.*1.*verſ.& ſic nota,C. de prox.ſacr. ſcrin. lib.*12.vbi dicit, quòd quando ſupernumerarius loco
6 alicuius numerarij in Collegio ſubrogatur, ſubrogari debet quantum ad incorporationem, vt nimirùm ſit incorporatus,ſicut numerarius erat; ſicque ſupponit, ſupernumerarium, antequam ille in locum alicuius numerarij ſubrogetur, non eſſe de corpore Collegij, ſi igitur de corpore cenſeri ille non poteſt, quo pacto intra Corpus collocari poſſit, vt inter numerarios ſedeat, ſicquè ex illis aliquem præcedere? nonnè maximum orireтur abſurdum, illúdque eſſet, vt ſcinderetur Corpus, ad inſerendum membrum quod non eſt de Corpore illo.

7 Quodque hæc omnia vera ſint, videmus; iure communi,ac generali conſuetudine cautum eſſe,eos, qui ſupra numerum ad Collegium admittuntur,eiuſdem Collegij beneficiis,& immunitatibus haud potiri; non enim conſueta ſtipendia illorum, qui ſunt intra numerum conſequi eis permittitur; eſt text.*in l.*1.*§. quod autem,* vbi Bart.Rebuff. & omnes,*Cod.de collegiat.lib.*11.Corſet.*ſing.*315.idem Rebuff. *in l. decurionibus,num.*7.*Cod. de ſilentiariis, & decurionibus,*
8 *lib.*12.quò loci dicit, quòd ſi appareret factum legatum Canonicis S.Saturnini,in illiúſque Eccleſia eſſent aliqui vltra numerum, quòd illi nil de legato debeant participare; ſequitur Maſtrill. *deciſ.*156.*numer.*31.32.*&* 33.

9 Item fori priuilegium Collegiatis de numero conceſſum, ſupernumerariis denegandum eſſe ſtatuit text.*in l.fin C.de Apparitoribus Magiſtr.milit. lib.*12. vbi Andr.de Barul.Luc.de Pen. & omnes,ſicque per S.C.Regni huius deciſũ teſtatur D.Præſ.de Franch. *deciſ.*234.*num.*6.D.Reg.de Pont. *tract.de poteſt.Proreg.tit.*4. *de Regalibus impoſitionibus*, §. 8.*numer.*54. Aloyſ.de Leo *in l.*4.*num.*11. *Cod. de ſacroſ. Eccleſ.* & Ioan.Maria Nouar.cœteris omiſſis in *tract.de elect. & variat. fori,ſect.*4. *quæſt.*35.vbi regulam conſtitu-
10 endo, vt electionis, & variationis fori beneficium per miſerabiles perſonas nullatenus aduerſus Officiales Regios allegari poſſit,illam declarat,vt procedat in Magiſtratibus de numero Ordinariorum; ſecus autem in Officialibus ſupernumerariis,quos,certum eſſe dicit,gaudere non poſſe priuilegiis, & immunitatibus illis de numero conceſſis; inferens ſingularitèr *n.*7.quòd quamuis per *Ritum M.C.* Regni huius de delictis Officialium ſola M. C. cognoſcat, hoc non procedat in delictis Officialium ſupernumerariorum.

11 Ex his omnibus ſequitur, quòd dum priuilegia, quæ conceduntur Iudicibus de numero Ordinariorum,denegantur ſupernumerariis,& ſignantèr quoad conſequutionem ſtipendiorum, ſequitur,inquam,dicendum,vt ſemper ille,qui eſt de numero,præcedere debeat ſupernumerarium;ius enim ſtatuit,illum ſemper præcedere debere,qui maiora obtinet ſtipendia: probant hoc mihi tria iura concordantia, nempè text. *in l.*2.*in fin.C.de offic. Mag. Offic.*ibi,*vt is gradu cæteros antecedat,quem ſtipendia meliora, vel labor prolixior fecerit anteire, in l.*1. *Cod. de agentibus in rebus, lib.*12.*& in l.fin.C.de Tyromb.eod.lib.*DD. communitèr in *l.cùm quid,ff.ſi cert.pet.* vbi Alex. *numer.*8. Iaſ. *num.*15.Abb.*in cap.Clerici.de iudic.*& alij,quos citat, & ſequitur Iacob.Menoch.*conſ.*784.*num.*2.*lib.*8. vbi conſuluit,& benè, Lectorem ordinarium,extraordinarium præcedere debere,ex eo,quia meliora conſequebatur ſtipendia.

12 Concludendum eſt igitur ex prædictis, Electum intra numerum Ordinariorum, quamuis iuniorem, ſupernumerarium, quamuis antiquiorem, vel extra numerum exiſtentem præcedere debere, & ita iudicandum,ſaluo,&c.

SVMMARIVM.

1 *Iudex an poßit recuſari, ne interueniat in cauſis alicuius pupilli,ex quo Tutoris eſt inimicus;& n.*5.

2 *Iudex an poßit recuſari,ne interueniat in cauſis alicuius Eccleſiæ,ex quo eſt conſanguineus Prælati;& n.*3.*&* 4.

6 *Recuſatio ceßat, quoties in perſona Iudicis, qui recuſatur,non conſideratur intereſſe odij,vel amoris.*

7 *Iudex nunquam contrahit inimicitiam cum tota Ciuitate, ad effectum, vt ex hoc capite recuſari poßit.*

8 *Iudex an poßit recuſari ab Electis, ſiue Decurionibus,nomine Ciuitatis.*

9 *Iudex an poßit recuſari ſi nimis grauat litigantem.*

10 *Iudex poteſt recuſari ſi habet litem cum aliquo ex litigantibus coram ipſo.*

11 *Decretum, à quo eſt appellatum,per lapſum fatalium ſatis tranſitum in rem iudicatam.*

12 *Tempus à Iure præſcriptum ad proponendam recuſationem in perſonam Iudicis, coram quo lis agitur,an, & quando currat à die Scientiæ,& n.*14.

13 *Iudex ſemel approbatus, an recuſari poßit.*

15 *Decretum dicitur nullum,ſi in eius prolatione interuenit Iudex, qui fuit illius cauſæ Aduocatus.*

16 *Diſcrimen quodnam conſtituitur inter recuſationem legalem, & illam,quæ proponitur ab homine.*

17 *Iudex non ſolùm non poteſt interuenire in cauſa, in qua fuit Aduocatus; ſed etiam in alia, quæ dependet ab illa: & numer.*18.

ARGVMENTVM.

Iudex an poſſit recuſari,nè in iudicando interueniat in cauſis alicuius pupilli, ex quo tutoris eſt inimicus. Iudex, qui eſt conſanguineus, vel inimicus alicuius Prælati, nùm poſſit interuenire in cauſis illius Eccleſiæ.Iudex an poſſit recuſari à Ciuitate ex capite inimicitiæ. Procurator ad lites nùm abſque ſpeciali mandato poſſit Iudicem recuſare. Electi, ſiue Decuriones an poſſint recuſare Iudicem abſque Speciali mandato.Iudex, qui non poteſt interuenire in cauſa, in qua fuit Aduocatus, nec in alia ab illa dependente,

dente, ſi interuenerit, propoſita demùm recuſatione, & admiſſa, nùm acta coram eodem Iudice facta ſint nulla, vel potius ſubſiſtant? & de aliis notabilibus.

CAPVT CXIV.

1 IVDEX nùm poſſit recuſari, ne in iudicando interueniat in cauſis alicuius pupilli, ex quo tutoris eſt ille inimicus? aliàs dubitatum audiui; cuius dubij reſolutio ex his, quæ ſequuntur facilè apparebit.

2 Specul. *in tit. de Iudice deleg. §. ſupereſt, num.* 9. de quo meminit D. Reg. Rouit. *deciſ.* 80. *num.* 2. mouet quæſtionem; an quis vti Iudex poſſit interuenire in cauſis alicuius Eccleſiæ, cuius Prælatus eſt conſanguineus eiuſdem Iudicis? & ex ſententia Ægidij affirmatiuè concludit; nec aliter in hoc caſu recuſationi locum eſſe: ea quidem ratione, cùm non ſit cauſa Prælati, ſed Eccleſiæ: ad quod multa iura allegat; eandemque ſententiam amplexus eſt Io. Petrus Fontanella *deciſ.* 15. *num.* 19. *lib.* 1. vbi in illo Cataloniæ Senatu ſic ſeruari teſtatur; nimirum, vt nullatenus admittatur recuſatio in perſonam Iudicis, coram quo litem habet Eccleſia, ſiue Capitulum, in quo ipſius Iudicis filius, ſiue quælibet coniuncta perſona eſt Canonicus.

At contrariæ ſententiæ adhæſerunt Io. Andr. ad Specul. tàm *in loco citato*, quàm in *cap. inſinuante, de offic. & poteſt. Iudic. deleg. in gl. hoc videtur*: & Abb. *in cap. poſtremo* 36. *num.* 6. *de appellat.* aliique plures relati per Rouit. *loco cit. n.* 4. quibus addo Io. Chriſtoph. Suelues *cent.* 1. *conſ.* 23. (vbi tamen pro Prælato deciſum refert, ex eo quod non agebatur de materia pecuniaria; ſed ſolùm præeminentiæ:) Ratio-
3 nem aſſignant, nàm & ſi principalitèr cauſa dicatur Eccleſiæ, conſequtiuè tamen honor, & emolumentum ad Prælatum ſpectat, ac proinde inconueniens
4 eſt, vt eius conſanguineus, vel inimicus interueniat: Et hæc ſententia iudicio meo verior eſt, quam pariter nouiſſimè recenſet Apicella *in tit. de ſuſpec. Official. num.* 89. *&* 90. *verſ. quod ſi Iudex eſt.*

5 In quæſtione autem propoſita, ſiue pro ea decidenda, Speculatoris, ſiue Io. Andr. & Abb. attendamus ſententiam; dixi in facti contingentia, nullo modo Iudicis recuſationi locum eſſe: ſi enim Speculatori adſtipulemur, cauſa dicitur pupilli, non autem tutoris; ac proindè Iudex, qui eſt Tutoris inimicus, recuſari non poteſt: ſin autem Io. Andreæ & Abb. aſſentimur, idem; illi enim ideo dixerunt, Iudicem Prælati conſanguineum recuſari poſſe, quia emolumentum ad illum pertinet, ſecus autem ſine dubio reſpondiſſent, vbi Prælati commodum non conſideraretur: in hoc autem caſu, cùm nullum Tutoris conſideretur intereſſe, ex quo vtile, & damnum eſt Pupilli. Ergo non eſt, vt coniecturari, & credi poſſit, Iudicem velle malè ſe aduersùs Pupillum gerere, ex eo quod illius Tutoris eſt inimicus: impius enim hic talis eſſet, maximàque dignus animaduerſione.

6 Etenim ceſſat ſemper Iudicis recuſatio, quoties in eo conſiderari non poteſt intereſſe odij, vel amoris erga litigantem, prout in caſu propoſito: & aliquãdo contingere ſolet, in recuſatione, quæ proponitur ab Electis, ſiuè Decurionibus alicuius Ciuitatis, Terræ, vel Caſtri, allegantibus Iudicem coram quo Vniuerſitas litem habet, inimicitiam cum Ciuitate contraxiſſe; nàm cùm nullum ex parte Iudicis in Vniuerſitatem odium, vel affectio conſiderari poſſit, recuſationi locus eſſe non poteſt: Sicque deciſum teſtatur D. Reg. Sanfelicius *deciſ.* 82. Et his diebus hoc pro indubitato habuimus in Collaterali Conſi- 7
lio, in cauſa Recuſationis propoſitæ per Dominos Electos huius Ciuitatis, in perſonam Domini Regentis Franciſci Antonij Muſcettula: nàm cum quinque eſſemus Votantes, duo nimirum Domini Regiam Cancellariam Regentes, duo Domini Conſiliarij, & ego Regiæ Cameræ Summariæ Præſidens, vnico ſpiritu, vnanimique conſenſu cenſuimus, propoſitam recuſationem nullatenus admittendam: Idque tàm ordine, quàm iuſtitia perpenſis.

In ordine, reſpectu perſonæ recuſantis; propone- 8
batur enim recuſatio ſub nomine Ciuitatis, & hæc nullam de propoſita recuſatione habebat notitiam; Capita enim recuſationis ſubſcripta apparebant ab Electis, qui Ciuitatem non repræſentant; niſi in negotiis Annonæ: & quando dicimus, eos repræſentare Ciuitatem, non ſunt niſi Procuratores Ciuitatis, & vti tales Iudicem ſine ſpeciali mandato recuſare non poſſunt: ita ſanè ſcripſerunt Robert. Lancellott. *de attent. part.* 2. *cap.* 6. & Rebuff. *ad Conſtit. Gallic. in tit. de recuſat. art. primo gloſ.* 1. *fol. mihi* 717.

In iuſtitia, quando de ſpeciali mandato conſtitiſſet, licèt plures ſint cauſæ recuſationis in cauſis particulariũ, de quibus per Couarr. *pract. quaſt. queſt.* 26. & Franciſcũ Marc. *dec.* 732. in cauſis tamen Vniuerſitatum vnica eſt recuſationis cauſa, nimirum Inimicitia; vt per Canoniſtas communiter in *cap. poſtremo*, 9
de Appellat. Cauſa autem inimicitiæ, quæ allegabatur in perſonam Domini Regentis, illa erat, quia cùm reperiretur Delegatus Tribunalis Reuiſionis huius Ciuitatis, inordinatè, ſiuè præcipitanter in cauſis procedebat; nimium grauando Ciuitatem: ad quod reſpondebatur, quod cùm proceſſerit vt Iudex, affirmari non poterat inter ipſum Regentem, & Ciuitatem inimicitiam eſſe contractam, & ſucceſſiuè neque recuſationi locum eſſe: hic eſt text. in *l. vnum, ff. apud eum à quo appellatur*: D. Reg. Rouit. *in pragm. prima, n.* 8. *de ſuſpec. Offic.* & Acacius Ant. de Ripoll. *var. reſol. tit. de recuſat. omn. Iudic.*

Minúſque habuimus in conſideratione aliquã, aliam recuſationis cauſam quæ allegabatur; nimirum, quia inter D. Regentem vti Baronem Caſalis Mileti, & Ciuitatem lis vertebatur; & certum eſt, 10
quòd Iudex qui habet litem mecum, poteſt à me vt ſuſpectus recuſari, ſi contigerit inter me, & aliquem, coram ipſo Iudice litem agitari; ita Abb. in *cap. cum ſuper, n.* 3. *de offic. & poteſt. Iudic. deleg.* Caraui*t. in Ritu Mag. Cur.* 288. *num.* 32. Viuius *deciſ.* 397. Maynard. *deciſ.* 92. Maſtrill. *deciſ.* 151. *num.* 88. de Graſſi *tract. de except. in except.* 28. Apicell. *de ſuſpec. Offic. n.* 97. Fontanell. *deciſ.* 14. *num.* 25. vbi alios citat.

Etenim reſponſum fuit, Primò, litem, quæ per DD. Electos allegabatur, fuiſſe iam finitam: nam cùm eſſet per Collaterale Conſilium pronunciatum, Caſale Mileti eſſe Comprehenſum in concluſionibus huius fideliſſimæ Ciuitatis, D. Muſcettula ab hoc decreto reclamauit, ſed reclamationem non fuit pro- 11
ſecutus, ſicque per lapſum fatalium, Decretum fecit tranſitum in rem iudicatam: ad tradita per D. Reg. de Ponte *conſ.* 62. *&* 63. *lib.* 2.

Secundò reſpondebatur, quod quando dicere vellemus adhuc litem vigere, tempora non largiebantur ad recuſationem proponendam; nam ſi Domini Electi contendere vellent de lite non habuiſſe notitiam, ſicque tempus in pragmatica præſcriptum non

non currere, niſi à die ſcientiæ, ad tex. *in cap. paſtoralis, de exceptionibus*, Couarr. qui hoc dixit indiuidualitèr, *cit. cap. 26. num. 2.* eſt aduertendum, quod attenta diſpoſitione *Pragmatica 15. §. 9. de ſuſpec. Official.* dum cauſa eſt de præterito, recuſatio proponi ampliùs non poteſt, nec etiam per viam reſtitutionis in integrum, quamuis aliàs de iure admitteretur; vt per Couarr. *dicto cap. 26. n. 4.* Ripoll. *loco citato n. 216.*

Tertiò reſpondebatur; Quando dicimus tempus fuiſſe præſcriptum, vt hoc procedat quando recuſatio probatione indiget; secùs verò, ſi cauſa recuſationis eſſet notoria: vt per Couarr. *dicto cap 26. num. 2.* & Fontanell. *dec. 19.* vbi hoc obiectum alicuius eſſet

13 momenti, quando D. Muſcettula vei Iudex non proceſſiſſet de præterito in aliis litibus Ciuitatis; ſed quia per ſpatium tot annorum fuit Iudex in tot litibus Ciuitatis in S.C. vertentibus, dicebatur per hoc approbatus, vt de cætero ſine noua cauſa recuſari non poſſet: ità ſatis bene Gugliel. de Cun. *in l. cum qui, ff. de conſtit. pecun.* Roman. *ſingul. 45.* Ripoll. *loc. cit. n. 84. 85. 86. & 87.*

Vndè his omnibus, & aliis perpenſis, facta relatione in Collaterali Conſilio, & coram Excellentiſſimo D. Prorege Comite Pignoranda per D. Regentem Dom. Felicem Lanzina de Vlloa ſummæ probitatis Virum, ſub die 22. menſis Ianuarij 1659. deciſum exiſtit, quod D. Regens Muſcettula interueniat; & contigit in cauſa, quæ adhuc pendet inter Ciuitatem, & Caſtellanum Caſtri noui: verum mandauimus, quod ex cauſis in S.C. diſcuſſis, depoſitum factum per Ciuitatem pro pœna, eidem Ciuitati reſtitueretur: pro vt obſeruatum fuit in cauſa relata per D. Regentem Sanfelicium *cit. deciſ. 82.*

14 Diximus ſuperiùs, tempus ad recuſationem proponendam in Statuto præſcriptum non currere, niſi à die, quo Pars recuſans habet ſcientiam cauſæ recuſationis: Itemque de tempore non curandum, quando recuſationis cauſa eſſet notoria; ſed ſolùm quando recuſatio probatione indigeret: Nunc addo, vt hæc concluſio benè procedat in recuſatione, quæ proponitur ab homine: hæc enim recuſatio certo præſcribitur tempore, niſi eſſet notoria; ſecus verò aſſeuerandum omninò, quando recuſatio eſſet legalis: nimirum, quia lex vetat, vt Iudex in cauſa illa interueniat; quia tunc recuſatio nullo præſcribitur tempore; & pro notoria habetur; immò nec eſt neceſſe, vt proponatur.

15 Idque adeò verum, quòd ſi Iudex in cauſa procederet, omnia acta & decreta, quæ eſſent per illum interpoſita, Parte demum conquerente, nulla dicerentur. Etenim licèt regulariter Iudicis recuſatio, futura tantum reſpiciat, non autem præterita, ſicque, vt omnia acta, & Decreta interpoſita ante propoſitã recuſationem, remaneant valida, vt ſatis bene ratiocinantur Auendañus *de exequendis mandatis, lib. 2. cap. 23. num. 12.* & Reg. Rouitus *in prag. 9. n. 5.*

16 *de ſuſpec. Offic.* Attamen Communiter receptũ eſt, vt diſtinguamus inter recuſationem quæ fit ab homine, & illam, quæ fit a lege: vt in primo caſu, benè procedat concluſio modo firmata; ſecùs verò in ſecundo, & ſic quando recuſatio eſt legalis: ponitur exemplum, lex prohibet, ne qui fuit Aduocatus vnius cauſæ, poſſit demùm effectus Iudex, in illa iudicare; prout ſunt Iura ſatis vulgata in *l. Pretor, ff. de Iuriſdict. omn. Iudic. & in l. fin. C. de Aſſeſſoribus*, & in Regno viget lex particularis, vt nec etiam de conſenſu Partium interuenire poſſit, vt in *prag. 15. §. 18. de ſuſpic. Officialium*, de qua meminerunt D. Reg. Sanfel. *deciſ. 80. num. 11.* & D. Reg. Merlinus *contr. forenſ. cent. 2. contro. 37.* Modò fac, vt hic, qui fuit Aduocatus vnius cauſæ, in illa iudicauerit, hoc enim caſu, quia lex prohibet, non eſt neceſſe, vt proponatur recuſatio, & ſucceſſiuè omnia, quæ facta ſunt per Iudicem, qui à principio ex defectu poteſtatis non poterat interuenire, ſunt irrita, & nulla; ità ſatis bene

Baldus in *l. eos, num. 4. C. de appell.* ſub illis verbis, *Iſta enim eſt ſuſpitio Iuris, & de Iure, qua non indiget recuſatione, adeo quod etiam ſi procederetur ſponte coram eo, proceſſus eſt irritus ipſo Iure: quod bene menti &c.*

Iaſ. in *l. qui iuriſdictioni, num. 7. ff. de iuriſd. omn. Iudic.* vbi ſic loquitur: Nota *quod ſententia lata per Iudicem ſuſpectum ſuſpicione Iuris, eſt ipſo Iure nulla, etiã ſi per Partem non fuerit recuſatus.*

Iacob. Cancer. *var. reſol. lib. 3. cap. 13. num. 197.* ibi, *Et cumlus facit aliquem ſuſpectum in aliqua cauſa, non valet eius ſententia, etiam ſi non recuſetur à Parte; &c.*

Scipio Rouit. in terminis *pragmatice 9. ſub tit. de ſuſpect. Offic.* qua ſancitum eſt, vt Officiales non votent in cauſis illorum, à quibus eorum filij ſunt præſentati in Beneficiis Eccleſiaſticis, dicit ſic: *num. 5. Et aduertas, quod dum hac Pragmatica facit ſuſpectum Officialem ipſo iure, in his caſibus debet Officialis de per ſe abſtinere à votando abſque Partis recuſatione, aliàs ſi votaret, etiam non recuſatus, ſententia non valeret:* & in terminis Iudicis, qui fuit cauſæ Aduocatus, in *Pragmatica num. 49. eod. titulo* poſt Bertazzol. *conſ. crimin. 550. lib. 2.* ſic loquitur, *Verum tamen nunquam tibi excidat à memoria, quod is, qui fuit Aduocatus in vna cauſa, non poteſt vllo modo in ea interuenire vt Iudex; & proinde acta fortè facta coram ipſo in eadem cauſa, tanquam Iudice, ſunt nulla, etiam ſi nulla fuerit propoſita ſuſpicio à Parte aduerſa, vt pulchrè Bertazol. &c.*

Concluſio modò firmata, dicito ſemper, vt non 17 ſolùm procedat, quando Iudex fuit Aduocatus illius cauſæ, in qua poſtea iudicauit; ſed etiam in alia, quæ forſan eſſet eidem connexa, vel dependens ab illa, in qua fuit Aduocatus; ita ſatis bene

Ant. Capyc. *deciſ. 146. num. 2.* ſub illis verbis: *nam is, qui fuit Aduocatus etiam in alia cauſa, dummodo ſit connexa, & inuicem dependens cum illa in qua vult eſſe Iudex, poteſt recuſari.*

Franc. de Auiles *in c. 3. Pratorum, in verbo, Abogatos num. 3. fol. mihi 93.* ibi, *ſecus autem in alia cauſa, niſi forſan eſſet connexa, vel dependens ab illa in qua fuit Aduocatus &c.*

Bertaz. omnino videndus *citat. conſ. 550. n. 2. & 3. lib. 2.* vbi ſic loquitur. *Et hæc concluſio ampliatur, vt procedat, etiamſi cauſa non ſit eadem, vel idem negotium, in quoquis fuit Aduocatus, ſed eidem connexa, vel ab eo dependens.*

Fabius Capyc. Galeot. *rap. Fiſcal. 30. num. 9.* ibi, *nec contrarium voluit D. Capyc. deciſ. 146. num. 2 quia loquitur in cauſa nedum ſimili; ſed connexa, & inuicem dependente.*

Io: Franc. Sanfelic. *deciſ. 78. num. 8.* ibi, *poſſe recuſari Iudicem, qui patrocinatus eſt, dummodo ſit eadem cauſa, vel connexa, & inuicem dependens, &c.*

Dom. Franc. Merlin. *loco cit. num. 11.* ſub illis verbis: *Verumtamen Sacrum Conſilium iudicauit, ſuſpectum quoquè reddi Iudicem, etiam ſi cauſa non ſit numero eadem cum illa, in qua patrocinium præſtitit, dummodò connexa ſit eidem, vel quoquo modo ab illa dependeat, ex ſolemni doctrina Philip. Franch. in c. poſtremo. col. 2. de appellat. &c.*

Sicquè his diebus, ne in concluſione modò fir- 18 mata deficiat rerum iudicatarum authoritas, comperimus iudicatum per Dominos Iudices Delegatos in cauſa homicidiorum anno præterito commiſſorum in Terra Marianellæ, in perſona D. Ioſephi, & D. Hectoris Carafa, in qua cùm vti fiſci Patronus Magnæ

Magnæ Curiæ interueniſſet D. Don Thomas Carauita, qui inſtitit in M. C. pro foriudicatione illorum, qui homicidia patrarunt, formata demum iuncta Regiorum Conſiliariorum (ex quo contigit poſtea inquiri, & in vinculis tradi Baronem Pompilium, Gaglianum, eo præſuppoſito, quod occiſoribus conſilium dederat, vt delicta prædicta patrarentur,) inter alios fuit denominatus vnus ex Iudicibus præfatus D. Carauita, propriis meritis ad officium Regij Conſiliarij promotus; & cùm à prædicto Pompilio carcerato recuſatus extitiſſet, ex eo quod fuit illius cauſæ fiſci Aduocatus, quamuis nullam inſtantiam contra Pompilium propoſuiſſet; quia conſideratum fuit, inquiſitionem Pompilij eſſe annexam cauſæ prædictæ, vel ſaltem ab ea dependere; fuit, & meritò, iudicatum, quod non interueniat; non enim propoſitæ recuſationi obſtare poterat, ſi dicebatur, quod tempore, quo D. Carauita interuenit in cauſa vti fiſci Patronus, Pompilius non erat inquiſitus, ſiuè vt meliùs dicam, nomen eius inter Reos poſitum; quia ſatis erat, quod fuerat fiſci Patronus huius cauſæ: nec curandū, quòd inquiſitio reſpectu vnius ex delinquentibus ſuperuenerat tempore, quo non erat fiſci Patronus; quia Iudex, vt *ſuprà* fuit demonſtratum, non ſolùm non poteſt interuenire in cauſa, in qua fuit Aduocatus, ſed nec etiam in alia, quæ forſan eſſet connexa, vel dependens ab illa, in qua fuit Aduocatus.

Vnde meritò, ſummoquè iure propoſita demum nullitate aduerſus Decretum, quod interpoſitum extiterat contra Pompilium, ex eo, quod præfatus D. Carauita in illius prolatione vti Iudex interuenerat, cùm per priùs fuiſſet cauſæ fiſci Patronus, fuit indicatum, Decretum ſic interpoſitum, fuiſſe inualidum, & nullum: Et pro dictorum confirmatione facit ad propoſitum ſingularis theorica Raphael. Cuma. *in l. quidam. numer. 7. ff. de re indic.* quò loci dicit, quod quando iuriſdictio iudicis incompetentis prorogari non poteſt, prout apud Nos, in terminis *citata prag. 15. §. 18. de ſuſpect. Official.* vbi ſancitum eſt, vt nec de Partium litigantium conſenſu poſſit quis eſſe Iudex in cauſa, in qua fuit Aduocatus, ſententiæ nullitas poteſt quandocunquè opponi.

SVMMARIVM.

1 *Baro an extra proprium territorium valeat in ſubditos ſuos iuriſdictionem exercere.*

2 *Baro an poſſit eſſe quis vnius territorij, & alter in illo habere iuriſdictionem, & numer. 6.*

3 *Iuriſdictio cohæret territorio, ſicut nebula ſuper paludem.*

4 *Barones priſcis temporibus nullam habebant iuriſdictionem.*

5 *Feudum nihil commune habet cum iuriſdictione.*

7 *Iuriſdictionem habere cum titulo, vel cum legitima præſcriptione, idem eſt.*

8 *Præſcribens iuriſdictionem in ſubditos in alieno territorio an poſſit punire forenſes ibi delinquentes.*

9 *Tempus quodnam requiritur ad præſcribendum iuriſdictionem.*

10 *Feuda an in Regno præſcribi poſſint ob Regis abſentiam, & n. 11.*

12 *Præſcriptio immemorabilis æquiparatur priuilegio Principis.*

13 *Præſcriptione prohibita, nunquàm centenaria prohibita intelligitur.*

14 *Aſſenſus Regius per quodnam tempus præſumatur.*

15 *Turbatus an cogatur ſuæ poſſeſſionis oſtendere titulum in poſſeſſorio ſummariſſimo, & n. 16. 17. & 18.*

ARGVMENTVM.

Iuriſdictio an ſit à territorio ſeparata, vel potius cohærens territorio. In Regno nùm præſcriptione aliqua quæri poſſit, vt Baro vnius Ciuitatis, vel Caſtri, contentioſam iuriſdictionem exercere valeat in alieno territorio inter ſubditos illos, qui illùc traxerunt domiciliū. Item an iuriſdictio ſit præſcriptibilis, & per quantū tēpus. Et deniquè an in poſſeſſorio ſummariſſimo turbatus, ſuæ poſſeſſionis cogatur oſtendere titulum, præſertim cùm verſemur in materia iuriſdictionali, & de aliis ad materiam pertinentibus.

CAPVT CXV.

IVRISDICTIONEM in ſubditos extra proprium territorium exercer non poſſe, cautum eſt in *l. fin.* vbi Gloſ. & DD. omnes, *ff. de iuriſdict. omnium iud.* & in *l. fin. ff. de offic. præfect. vrbis*, & Canoniſtæ per illum textum *cap. ſtatutum, §. in nullo quoque, de reſcript. in 6.* 1

Sed cùm ex priuilegio id fieri poſſe admittant omnes in *l. Imperium, ff. eod. tit. de iuriſdict. omnium iud.* aliàs dubitari contigit, an in Regno præſcriptione aliqua quæri poſſit, vt Baro vnius Ciuitatis, vel Caſtri, contentioſam iuriſdictionem in alieno territorio exercere valeat in ſubditos illos, qui illuc traxerunt domicilium?

Pro cuius dubij reſolutione, dixi, videndum eſſe primò, an ius aliquod reſiſtat, vt vnus ſit Baro vnius territorij, & in illo alter habeat iuriſdictionem; cognita enim huius rei veritate, facilis erit propoſiti dubij reſolutio. Et in hoc dicimus, quòd quamuis regularitèr loquendo, iuriſdictio cohæreat territorio, ſicut nebula ſupra paludem, ſiue, vt rectius loquar, ſicut ſeruitus in fundo; tamen negari non poteſt, quin ſint duo prorſus ſeparata, non dico ſeparabilia: idque in Regno nemo hucuſquè dubitauit, attenta *Conſtitutione*, quæ incipit, *Ea, quæ ad ſpeciale decus:* ex qua conſtat, antiquitùs Barones non extitiſſe, niſi ſimplices feudorum poſſeſſores, abſque aliquo iuriſdictionis exercitio, ex quo omnis iuriſdictio erat penès Regem, & per Magnam Curiam in ſubditos 2 3 4

omnes

omnes exercebatur, ſicquè ſeruatum legimus vſquè ad *Regis Alphonſi I.* tempora, qui primus Baronibus merum, & mixtum imperium concedere cœpit, quod priùs per *d. Conſtitutionem* erat illis denegatum; vt *ibi* poſt *Aſſl. n. 7.* ſatis elegantèr diſſerendo notat Reg. de Tap. *num.* 11. & ante eum, Franc. de Amic. omninò videndus *de feud. in tit. de his, qui feud. dar. poſſ. fol.* 47.
5 vbi etiam dicit, feudum nil commune habere cum iuriſdictione: & quòd ſi quis habens Caſtrum, emerit in eo iuriſdictionem, iuriſdictio illa ſtabit per ſe, cum mœnia Caſtri poſſint eſſe vnius, & iuriſdictio alterius; ſicquè dari Dominium feudi reſpectu reddittuum, ſimulquè & alium reſpectu iuriſdictionis: id quod priùs dixerant Innocent. *in cap. cæterùm, n.* 4. *de iudic.* Bald. *in c.* 1. *§. è contrario*, & *ibidem* Aluarot. *de inueſtit. de re alien. fact.* Oldrad. *conſ.* 121. *& in cap.* 1. *de allodiis*, Capyc. *deciſ.* 27. *n.* 36. & alij.

Et nè ad hanc probandam concluſionem tempus teramus, dico, quòd adhùc temporibus noſtris in quamplurimis Regni huius locis practicari agnoſcimus, quem poſſidere feudum cum vaſallis, in illoquè alterum criminalem habere iuriſdictionem, quam omnimodam appellat Franc. de Amic. *loco cit. num.* 1. Scimus etiam, in hac Prouincia fælicis Campaniæ Dom. D. Proſperum Suardum ex Comitibus Bergomi Ducem Caſtri Ayrolæ vti Baronem feudi, quod vulgò dicitur *della Cerra* in pertinentiis Capuæ iuriſdictionem exercere in homines viginſeptem familiarum, in Ciuitate, & territorio Capuano commorantium: & cum annis ſuperioribus illius Ciuitatis Gubernator prætenſionem habuiſſet cognoſcendi perſonas illas, vti in eius iuriſdictione commorantes, ibiquè delinquentes, fuit per Collaterale Conſilium ad relationem olim Domini Regentis Conſtantij immortalis memoriæ, diffinitiuo decreto ordinatum, vt Gubernator abſtineret: & cùm demùm vnus ex dictis ſubditis reperiretur in Magna Curia Inquiſitus, & carceratus, de vulnere illato in perſonam cuiuſdam Birruarij Regiæ Curiæ dictæ Ciuitatis, concurrentibus ſuper remiſſione d. D. Duce, & Gubernatore Capuano, obtinui Ego pro Barone, referente Domino Conſiliario Conſtantio, tunc eiuſdem M. C. Iudice oculatiſſimo, ac iterùm in S. Conſ. in alia facti contingentia ad relationem eiuſdem Domini Conſtantij; in tantum quòd (vt concludam) ſuper hoc nulla poteſt cadere controuerſia.

6 Qua concluſione ſic ſtante, propoſiti dubij facilis erit reſolutio: nam ſi verum eſt, nullum reſiſtere ius, immò aſſiſtere protſus, vt quis ſit Dominus territorij reſpectu redditũum, & quòd in eo alter iuriſdictionem habeat, ſequitur certè dicendum, quòd quemadmodum ex priuilegio, ſiuè aliqua alia conceſſione, vel lucratiua, vel oneroſa, poteſt hæc iuriſdictio in alieno territorio acquiri, pari modo & præſcriptione; probant Canoniſtæ communitèr per illum text. *in cap. fin. verſ. de pacifica ſic obtenta conſuetudine, extra. de offic. Archid. in cap. cùm contingat, verſ. conſuetudine ſpeciali, de foro compet.* & in *cap.* 1. *de offic. Ordinar. in* 6. & Legiſtæ omnes per illa iura in *l. Magiſtratus ff. ad municip. & in l. probatorias, C. de diuerſ. offic. lib.* 12. DD. *in d. l. Imperium*, Bart. *conſ.* 189. Baldus *conſ.* 439. *lib.* 3. & alij, quos citat, & ſequitur Peregr. *de iur. Fiſc. lib.* 1. *tit.* 2. *n.* 64. quibus addo Ego Camil. de Curt. in *ſuo diuerſ. iur. feud. par.* 1. *in quæſt.* quæ incipit, *Declarata igitur materia, num.* 94. *fol. mihi* 73. Mart. *tract. de iuriſd. par.* 2. *cap.* 31. *n.* 13. vbi benè loquitur, Iacob. Cancer. *var. reſol. par.* 3. *tit. de manuten. num.* 43. vbi authoritate *Innocent.* in *locis* per eum
7 *citatis*, æquiparat, habere iuriſdictionem cum titulo, vel cum legitima præſcriptione, ſicquè ſpolium præſupponit, quando Princeps aliquem ſua iuriſdictione ſpoliat dum titulum oſtendit, vel legitimam præſcriptionem; idque adeò pro indubitato firmauit Io. Franc. Balb. *tract. de præſcrip.* 2. *par. pr. n.* 28 *fol. mihi* 57. vt dicere auſus ſit, præſcribentem iuriſdictionem in ſubditos in alieno territorio, poſſe punire etiam 8 foreñſes in illo territorio, vbi iuriſdictionem præſcripſit, delinquentes; ad quod allegat Bald. *in additton. ad Specul. in tit. de iuriſdict. omn. iud. §. fin.* Florian. *in l. ſi quis diuturno, ff. ſi ſeruit. vendic.* & Felin. *in cap. auditis, de præſcription.* & his addo Capyc. noſtrum *deciſ.* 209. *num.* 32.

Eſt tamen aduertendum, concluſionem hanc 9 eſſe ſanè intelligendam, vt illa procedat, non in præſcriptione decem, viginti, triginta, vel quadraginta annorum; ſed neceſſe eſt, vt ſit talis, quæ habeat eandem vim, quam habet Principis conceſſio; per quam verè acquiritur iuriſdictio, ita vt pro titulo præſumptionem inducat iuris, & de iure; & hæc erit præſcriptio immemorabilis; vt pluribus relatis docet Peregr. *loco cit. n.* 65. *& lib.* 6. *tit.* 8. *n.* 15. vbi dicit, tanti temporis vſum vim priuilegij habere, tantæque efficaciæ eſſe, quòd iuris & de iure inducat præſumptionem, contra quam in contrarium non admittitur probatio; ſicque aſſeuerandum, vt omnia quæſibilia priuilegio, immemorabili tempore quærantur; hoc idem Roſental. *de feud. c.* 5. *concl.* 17. Rot. *deciſ.* 312. *num.* 5. in recollectis per Poſt. in *ſuo tract. de manuten.* Montan. *tract. de Regal. in prælud. n.* 31. *per totum*, & in *verb. poteſtas conſtituendorum Magiſtratuum, n.* 45.

Idque eo magis in Regno procedere dicimus, in 10 quo licèt ob Regis abſentiam in feudis non detur præſcriptio, vt per Annam *ſing.* 194. Georg. *de feud. cap.* 25. & alios per me relatos *lib.* 1. *c.* 234. *n.* 12. *&* 13. id tamen contra Fiſcum, ſecus verò contra priuatum; conſtat enim, præſcriptione per triginta annos continuata, bona fide, & præſtatione ſeruitij directo Domino concurrentibus, feudatario tamen præſente, feudum contra priuatum in Regno præſcribi, vt nimis clarè determinatur in *Conſt. Conſuetudinem prauam hactenus*; ad cuius ornatum dixi aliqua Ego *loco cit.*

Idque adeò verum, vt quamuis eadem attenta 11 Conſtitutione, res particularis feudi pro franca, & ſic à ſeruitio libera, nullo quidèm tempore præſcribi poſſit, aduertit tamen *ibi* Marin. de Caraman. & poſt eum Rouit. *in pragm.* 4. *numer.* 37. *de poſſeſſor. non turban.* quòd hoc non intelligitur de præſcriptione immemorabili, nam cùm illa Principis priui- 12 legio æquiparetur, *l. iam hoc iure, §. ductus aquæ, ff. de aqua quotid. & æſtiua, cap. ſuper quibuſdam, §. præterea, de verb. ſignif.* Afflict. *in prælud. Conſtit. quæſtion.* 2. *numer.* 2. omnia poteſt præſcriptio centenaria, quæ Principis priuilegium poteſt, vbicunque enim lex, vel ſtatutum prohibet præſcriptionem, illamque reiicit, & reprobat, nunquã immemorabilis prohibita dicitur, 13 ſed ſemper illa excepta intelligitur; allegat Marinus ad hoc, Ang. *in l.* 1. *& in l. omnes, ff. de præſcript.* 30. *vel* 40. *annor. in l.* 1 *ff. annal. except. in l.* 1. *ff. de quadrienn. præſcript. & in authen. Vt de cætero non faciant, §.* 1. & Roman. *in l.* 1. *C. de vſucapion.* & his addo Ego alios, quos refert, & ſequitur Bald. *cit. tract. de præſcript.* 2. *par.* 3. *principalis, in* 6. *q. n.* 21. *fol. mihi* 121. & Capyc. *dec.* 4. *numer.* 20. *verſ. & quòd excluſa præſcriptione.*

Nec, quæſo, pro hac centenaria præſcriptione 14 roboranda, Regis aſſenſum requiri dicamus, ſicquè illũ à præſcribente exhiberi opus eſſe, cùm per tanti temporis ſpatium in qualibet feudi acquiſitione ſemper interueniſſe præſumatur, vt probant Patis de Put. de

*de reintegrat.feud.in quæſt.*quæ incipit,*Reperitur,Eccleſiam poſſidere,num.*30.Frecc. *lib.*2.*de ſubfeud.quæſt.*28.*num.*4.De Ponte *conſ.*155.*num.*12.*& ſeq.lib.*2.qui omnes dicunt,quòd quamuis in Regno, regulariter loquendo, Regius aſſenſus non præſumatur; tamen ex immemorabili tempore,& longiſſima poſſeſſione interueniſſe præſumitur,ex eo,quia præſcriptio tanti temporis,vt ſuprà diximus, vim habet priuilegij,& ſolemnis conceſſionis; & de hoc nemo ex Noſtris dubitauit.

15 His ſic ſtantibus, ſupereſt, vt pro huius materiæ plena cognitione,videamus, an omnia ſuprà iam dicta, quæ in proprietatis iudicio, & ſic in petitorio obicem aliquem nuſquam receperunt, procedant quoquè, ſimúlque locum habeant in ſummariſſimo poſſeſſorio, quod *Interim* nuncupatur, vt nimirùm, qui iuriſdictionem in alieno territorio in ſubditos ſuos ibi commorantes exercuit, ab illius territorij Domino turbatus; ſit ne à Iudice manutenendus, dum per tempus immemorabile in poſſeſſione, ſeu quaſi iuriſdictionem exercendi ſtetiſſe allegat? Et in hoc quamuis pro manutentione reſpondendum videatur,cùm in poſſeſſorio ſummariſſimo ſit ab omnibus receptiſſimum,illum fore manutenendum,qui in rei poſſeſſione reperitur,poſſeſſionis iuſtitiam, vel iniuſtitiam non alitèr attendendo, vt pluribus relatis docet Franc. Milanenſ.*deciſ.*1.*numer.*98.*&* 99. & *deciſ.*3. *num.*178.179. *&* 180.*lib.*1. attamen pro eo, quod pertinet ad materiam noſtram,inuenio *Doctores* duos conſtituiſſe caſus.

16 Primus eſt, quando Dominus territorij, qui turbat, eſt Princeps Supremus, qui dicitur Regni,ſiue alicuius Status directus Dominus, & in hoc communitèr omnes affirmaſſe comperimus, manutentionem eſſe denegandam, quouſque allegata immemorabilis probetur, niſi titulus oſtendatur; vtitur enim in hoc caſu Princeps iure ſuo:ita Luc.de Penn. *in l.*2.*n.*2.ferè *per totum,C.de fund.limitrophis, lib.*11. Roland. à Valle *conſ.*89.*n.*24. *cum ſeq. lib.*2. Couarr. *pract.quæſtion.cap.*17.*num.*6.*verſ.primum, vbi de iuribus*,Iacob.Cancer. *var.reſol.par.*3.*c.*14.*n.*42. Peregr. *de iure fiſc.lib.*6.*tit.*8.*n.*24.& alij.

Eſt tamen verum,communem hanc concluſionem in Regno noſtro, ob Regiam benignitatem, nunquam fuiſſe practicatam; hucuſquè enim nec vidimus, nec à Maioribus audiuimus, Regem noſtrum poſſeſſores earum rerum, quæ ſunt de Regalibus, de facto ſpoliaſſe, ſed praxis in Regia Camera inoleuit,vt citentur poſſeſſores ad oſtendendum titulum eorum,quæ poſſident,ſiuè iuriſdictionis, quam exercent, & hoc tam contra Barones, quàm contra Regni Vniuerſitates,quæ comparendo, ex quo titulum oſtendere nequeunt, immemorabilem allegant, ſicque abſque quòd Fiſcus ad aliquem actum procedat, deſtinatur Commiſſarius in partibus ad capiendam informationem de allegata centenaria; illaquè demùm capta, & in Regia Camera præſentata, conſtito de allegatis,mandat Supremum illud Tribunal, vt Conuentus de cætero non moleſtetur; & hoc iure vtimur.

17 Secundus eſt caſus noſtræ controuerſiæ nimirùm, quandò Dominus territorij turbans,non eſt niſi priuatus: & in hoc non inueni Doctorem,qui affirmare auſus ſit,eſſe manutentionem denegandam,ex eo, quia turbatus ſuæ poſſeſſionis, ſeu quaſi, non oſtendit titulum, dum immemorabilem allegat, cùm ſat ſit pro manutentione concedenda, ſi ex actibus poſſeſſiuis,qui afferuntur,apparet, poſſeſſorem reperiri, non dico in immemorabili, ſed tantum in diutina poſſeſſione, quæ eſt decem annorum, quamuis illa ad obtinendum in poſſeſſorio plenario non eſſet ſufficiens: ita Menchac. *controuerſ.illuſt. cap.*89.*num.*9. Iacob.Cancer.*loco cit.num.*45.& ante iſtos,Lucas de Penna *loco cit.ante numer.*3. ſub illis verbis: *Secus ſi inter alios priuatos cauſa de bonis his ventiletur, tunc enim poſſeſſor ſuæ poſſeſſionis titulum, & ius oſtendere non cogitur,*&c.Matt.ſatis benè *tract.de iuriſdic.par.*2.*cap.*5.*num.*33.vbi dicit hæc verba;*Et ferè omnes prædicti Doctores loquuntur in poſſeſſorio iuriſdictionalium contra Dominum, qui ex iuris præſumptione fundatur; & ſi quis,in genere loquitur, quòd ſpoliato quaſi poſſeſſione iuriſdictionis ſufficiat iuſtificare poſſeſſionem ex titulo colorato, intelligi debet de ſpoliato ab ipſo Principe, vel Domino; quia contra priuatum nulla eſt neceſſaaria probatio tituli, etiam colorati, &c.* idemquè dixit *n.*36.*verſ.ex qua concluſione*: ſic paritèr firmauit Iacob. Menoch. *de retinen. poſſeſſ.remed.*3.*num.*593. *verſ.hoc enim intelligitur*, vbi declarando concluſiones *numeris præcedentibus* firmatas, nimirùm, vt in interdicto *Retinendæ* teneatur quis edocere de titulo illius 18
rei, quam ſine titulo poſſidere non poteſt, vt puta in laico, qui Decimas poſſidere dicit, in Abbate prætendente ſe eſſe in quaſi poſſeſſione iurium Epiſcopalium,vel in eo,qui aſſerit,ſe iuriſdictionis quaſi poſſeſſionem habere intra fines territorij Baronis, vel Principis: hæc omnia intelligenda eſſe admonet,quando poſſeſſio,quæ allegatur,eſt recens; ſecùs verò quando appareret diutina, quia tunc de titulo edocere,qui poſſidet,neceſſe non habet.

Sicquè etiam intelligendos eſſe dicimus omnes Doctores, qui in poſſeſſorio ſummariſſimo poſſeſſionem ſine titulo non admittunt; nam qui perfunctoriè,& indigeſtè id non dixerunt, loquuti ſunt, vel in Principe turbante, vel ſi inter priuatos,in terminis recentis poſſeſſionis, vel antiquæ producto titulo infecto,vel in materia noſtra, quando allegatur præſcriptio iuriſdictionis in alieno territorio in ſubditos Domini illius territorij: in quibus ſanè caſibus à noſtro longè ſatis diuerſis loquuti ſunt Rouit. & cæteri, quos allegat in *prag.*1.*de iuriſdict.inuicem non turban.à n.*29.vſque, & per *totum num.*33. poſt Reg. dePont.*dec.*40.Hæc occurrunt.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſpecies proponitur.*

2 *Agnatus præfertur extraneo in venditione feudi ex pacto antiquo,ſecus autem in feudo ex pacto nouo,vel hæreditario antiquo, & n.*3.*&* 6.

4 *Feudatarius in vita poteſt Agnato ſuo in feudo hæreditario præiudicare,& in morte illum grauare pro concurrenti feudi valore, at ſecus in feudo ex pacto,n.*5.

7 *Rationes à Doctoribus aſſignatæ, cur in feudi diſtractione præfertur Agnatus extraneo emptori? reijciuntur; & quæ ſit vera, demonſtratur,n.*8.

9 *Prælatio ceſſat, quando Agnatus proximior aſſenſit venditioni de feudo factæ.*

10 *Decretum Iudicis in contractibus minorum interpoſitum facit,vt minor non poſſit recedere ab eo,quod geſſit.*

11 *Minor quando poſſit reſtitutionẽ petere aduerſus contractum per ipſum factum,in quo*

Iudicis

Iudicis decretum interuenit.

12 *Decretum Iudicis in contractibus minorum poteſt præcedere, & ſubſequi contractum.*

13 *Iuramentum ſupplet defectum minoris ætatis.*

14 *Decretum Iudicis non requiritur in contractibus minorum, qui cum iuramento promittunt, à promiſſis, & conuentis non recedere.*

15 *Minor Curatorem habens, ſi abſque illius interuentu cum iuramento contraxerit, an validè eum contraxiſſe dicendum ſit;*

Et quid ſi contrahere eſſet ei prohibitum, ibidem.

16 *Prælatio an competat Agnato in venditione feudi, quando partem pretij recepit.*

17 *Ius Retractus, quod iure ſanguinis competit in venditione feudi, non eſt cognitum à iure Regni, ſed tantùm à iure communi feudorum.*

18 *Fœmina de iure communi feudorum eſt incapax ſucceſſionis feudi, ſecus de iure Regni.*

19 *Tempus vnius anni eſt præfixum Agnato, vt poſſit in venditione feudi prælationẽ petere.*

Sed an currat minori ipſo iure, n. 20.

21 *Minor ad hoc vt poſſit reſtitui aduerſus lapſum temporis, læſionem paſſam probare tenetur, & n. 22. & 23.*

24 *Minor reſtituitur aduerſus lapſum temporis ad retrahendum præſcripti, ſi tamen læſionem probauit.*

Sed quid probare teneatur, n. 25.

26 *Andr. Fachinei ſententia in* conſ. 64. n. 15. *ab aliquorum oppoſitionibus defenditur, & num. 29.*

27 *Intellectus traditur ad text.* in l. ſi in emptionem 36. ff. de minoribus, *n. 28.*

30 *Ius Retractus, quod competit iure ſanguinis, illi competit, cui competit alienantis inteſtata ſucceſſio.*

31 *Extraneus ſemper dicitur, qui ab inteſtato non ſuccedit.*

32 *Succeſſorium edictum non habere locum in iure Retractus, quod in venditione feudi competit Agnato, demonſtratur, & n. 38. 40. 43. & 46.*

33 *Rationes ſunt ponderandæ in deciſionibus cauſarum potiùs, quàm Doctorum numerus attendendus.*

34 *Ius Retractus eſt ſtrictiſſimè interpretandum, cùm iuris communis regulis repugnet.*

35 *Iura omnia feudalia de Retractu loquentia proximiorem tantùm vocant, non autem remotiorem, & n. 37.*

36 *Ius Retractus, pretio reſtituto, ſecundùm communem ſententiam non competit alienantis filiis, & n. 42.*

39 *Text.* in c. 1. §. Titius, ſi de feud. defunct. controu. ſit *explicatur; & n. 40.*

41 *Ratio agnationis conſeruandæ, quæ conſideratur ab aliquibus in iure Retractus, reiicitur.*

43 *Proximior conſanguineus ſi nolit defuncti hæreditatem adire, admittitur ſequens.*

44 *Succeſſorium edictum quare à iure communi introductum.*

45 *Text.* in c. 1. §. ſed etiam res, per quos fiat inueſtit. *declaratur; ſimulquè demonſtratur* Roſentalli *error in illius intelligentia.*

47 *Prælatio vbi competit, eſt deneganda, quando res, ſuper qua præferri petitur, in petentis poſſe non eſt tempore duratura.*

ARGVMENTVM.

Ius Retractus, quod in venditione feudi ex pacto competit Agnato, vigore text. *in capit. 1. §. ſed etiam res, per quos fiat inueſtit.* in *cap. 1. §. porro, qual. olim poter. feud. alien.* & in *cap. 1 §. Titius, ſi de feud. defun. controuerſ. ſit inter Dominum, & Agnat.* nùm locum habeat in feudo hæreditario; Et quatenus in hoc feudi genere procedat, an iure illo vti poſſit Agnatus, qui tempore minoris ætatis alienationi aſſenſit, pretiíque partem factus maior recepit? Item an minor, læſione non probata, reſtitui poſſit aduerſus lapſum temporis ad retrahendum à iure præſcripti? Ius retractus an competat vlteriori Agnato, quando feudatarius cum proximioris conſenſu feudum alienauit? & de aliis ad materiam pertinentibus.

CAPVT CXVI.

IVs Retractus, quod in venditione feudi ex pacto competere Agnato diximus *lib. 1. cap. 233. num. 1.* non ſemel in ſupremo Regni huius Senatu diſputari contigit, an locum habeat in feudo hæreditario mixto?

Scripſi aliqua ſuper hoc articulo in cauſa prælationis petitæ per DD. Carolum, & Liuiam Zattarã ſuper Terra Mariliani, à D. Cæſare Zattara D. Iulio Maſtrillo tunc Magnæ Curiæ Fiſci Patrono, nunc Regio Conſiliario, & Duce Mariliani digniſſimo vendita, in qua de pluribus notatu dignis diſputari occurrit, & ſignantèr, an in hoc Retractus iure ſit locus ſucceſſorio edicto, & per hæc verba, quæ ſequuntur, Dom. Iulij partes defendens, ſuper omnibus dubiis reſpondi.

Ieſus, Maria, Ianuarius.

D. Iulius Maſtrillus Magnæ Curiæ Fiſci Patronus 1 intendens

intendens ſuperioribus annis emere Terram Mariliani; ſub vtili dominio Cæſaris Zattara tunc exiſtentem, poſtquam cum venditore ſuper pretio, & quoad modum, & quoad tempus ſolutionis conueniſſet, ita vt nil remaneret agendum, nunquam ad contractus ſtipulationem deuenire voluit, niſi venditioni faciendæ aſſentirent mater, & fratres venditoris, prout ita extitit exequutum; apparet enim, ſub die vigeſimoſeptimo menſis Septembris 1633. dictum Cæſarem, publico mediante inſtrumento, omni ſolemnitate vallato, & cum Regio aſſenſu in forma conſueta expedito vendidiſſe Terram prædictam D. Iulio pro pretio ducatorum centum quadraginta millium, præſentibus, eorumquè conſenſum præſtantibus Io. Auguſtino, Octauio, & Carolo Zattara fratribus, ac D. Eugenia Catanea matre, vt ex inſtrumento, *fol.6.* in proceſſu liberationis depoſiti.

Demùm elapſis ferè annis tribus, pretioquè integro ſatisfacto, Carolus Zattara ſupplicationem in Sacro Conſilio porrexit, qua mediante inſtitit, prout ad præſens inſtat, præferri D. Iulio in emptione prædicta pro eodem pretio, vt ex ſupplicatione *fol.* 1. Indèque ad paucos dies comparuit D. Liuia Zattara dictorum fratrum ſoror vtrinquè coniuncta petens ſimilitèr præferri, quatenus tamen iudicaretur, dicto Carolo prælationem non competere, vt ex alia ſupplicatione *fol.4.*

Et cùm ex communi Partium conſenſu eſſet prouiſum, procedendum fore ad expeditionem cauſæ abſque termino, ex quo tractatur de ſimplici iuris articulo, nullam facti mixturam continente, reſtat ſolummodò, vt Sacrum Conſilium videat, prout de more, vter litigantium in motis iudiciis meliora foueat iura.

2 Contendunt Actores, potiorem eorum eſſe cauſam; nam vt Agnatus in emptione feudi à Maioribus obuenti, extraneo emptori pro eodem pretio præferatur, extant iura nimis vulgata in *cap.* 1. §. *ſed etiam res, per quos fiat inueſtit.* in *c.* 1. §. *porro, qualit. olim feud. poter. aliena.* & in *cap.* 1. §. *Titius, ſi de feud. defunct. controuerſ. ſit, &c.* & in his locis DD. communitèr.

At Ego, qui D. Iulij emptoris iura tueor, libenti animo onus aſſumo demonſtrare, & facili quidèm modo, quàm inanis ſit actorum prætenſio, ſine ratione, & fundamento; ipſiuſquè Conuenti quàm patens ſit iuſtitia, luceque meridiana clarior.

3 Et vt iuxta ordinem inſtituti iudicij, Caroli inſtantiam priùs reiiciamus, dico primò, iura prædicta pro occurrentis controuerſiæ reſolutione allegari non poſſe, loquuntur enim in terminis feudi ex pacto antiqui, ſiuè paterni, non autèm hæreditarij, de quo nos agimus, vel ex pacto noui, in cuius quidèm feudi hæreditarij, vel ex pacto noui diſtractione prælationi locum non eſſe, tenuerunt infraſcripti mox allegandi, ea quidèm patenti, ac palpabili ratione, cùm in feudo hæreditario, vel ex pacto nouo poſſit pro ſuo arbitrio Feudatarius Agnato
4 præiudicare; nam in vita poteſt cum conſenſu Domini feudum in extraneum transferre, nec de hoc poterit vnquam Agnatus conqueri, cum nulla ei ſuperſit actio ad alienationem factam reuocandam: & quamuis in morte teneatur Agnatus proximiorem in feudo hæreditario hæredem inſtituere, poteſt tamen illum pro concurrenti feudi valore grauare, ſicque tanquam hæres tenetur habere ratum factum defuncti; ſecus autem in feudo ex pacto
5 antiquo, vel paterno, in quo mortuo alienante, infra annos triginta iure proprio, vti à primo acquirente vocati, poſſunt venire Agnati ad reuocandum alienationem per defunctum feudatarium factam, illiquè demùm ſuccedere dicuntur, non quidèm vti hæredes vltimi morientis, prout ſucceditur in feudo hæreditario; ſed tanquam hæredes primi acquirentis, vndè dicitur feudum ex pacto, & prouidentia; ex pacto nimirùm acquirentis pro ſe, & deſcendentibus, & prouidentia concedentis; quòd proindè non mirum, ſi in huius feudi diſtractione ad fauorem proximioris Agnati à primo acquirente vocati, locus eſt iuri Retractus; ſic ſanè ſcripſerunt

Ex Noſtris

Andr. *in d. §. Titius.*
Afflict. *ibid. n.4. & in Conſt. Prædeceſſorum.*
Paris de Put. *de reintegrat. feud. in quæſtione incip. An ſi vendantur res feudales, in fine, numer.* 17. *fol. mihi* 135. *à ter.*
Grammat. *deciſ.* 103. *n.* 207.
Camerar. *in cap. Imperialem, car.* 89. *&* 90. *col.* 3. *verſ. quarta concluſio.*
Loffred. *conſ.* 1. *num.* 202. *& conſ.* 14. *n.* 51. *& in d. §. Titius.*
Marin. Frecc. *de ſubfeud. lib.* 3. *diff.* 2. *inter feud. ex pacto, & hæredit.*
Lanar. *conſ.* 96.
D. Præſ. de Franch. *deciſ.* 1. *n.* 29.
Ba'zaran. *in d. §. ſed etiam res, per quos fiat inueſtit.*
Bammacar. *in d. §. Titius, in pr. n.* 14. *fol.* 187.
D. Conſiliarius Theodor. *alleg.* 92. *n.* 1.
D. Reg. Capycius Latro ad ſaturitatem *conſult. lib.* 1. *conſult.* 27. *à n.* 21. & in *conſult. ſeq.*

Ex Alienigenis

Alex. *conſ.* 26. *n.* 9. *verſ. non obſtat, lib.* 7.
Dec. *conſ.* 144. *&* 390.
Alber. Brun. *conſ.* 80. inter *conſ. feud. diuerſ.*
Zaſ. *de feud. par.* 8. *n.* 61.
Rol. à Vall. *conſ.* 57. *n.* 76. *lib.* 3.
Cephal. *conſ.* 133.
Ruin. *conſ.* 1. *n.* 15. *lib.* 1.
Riminald. Iun. *conſ.* 5. *n.* 54. *lib.* 1.
Gozad. *conſ.* 9. *n.* 55.
Menoch. *conſ.* 745. *n.* 43.
Craſſ. *comm. opin. q.* 27.
Cannet. *in c. volentes, §. proſpexit etiam, n.* 11.
Intrigliol. *de feud. cent.* 1. *q.* 51. *n.* 11. *& cen.* 2. *art.* 32. *num.* 4.
Maſtrill. *conſ. vnico, impreſſo poſt* 1. *lib. deciſionum, num.* 63.
Theſ. *deciſ.* 99. *in pr.* & alij.

Et quamuis per Collaterale Conſilium contrarium 6
iudicatum referat olim Reg. de Ponte *deciſ.* 11. vbi Rouit. in *reſponſo ibi impreſſo*, vt nimirùm ius Retractus etiam in feudo hæreditario competat, idque in cauſa Iuliæ Muſceptulæ cum Mutio Simonetta; dicere tamen ſolebat olim Dominus Regens Conſtantius immortalis memoriæ, qui illius cauſæ extitit Commiſſarius, quòd Iudices, qui in illa votarunt potiùs mederi voluerunt, ſicque Matronam illam conſolari, quàm per iuris tramites articulum iudicare, & quòd omnes Iudices, excepto Domino Reg. de Ponte, in articulo generali conuenerant cum ipſo, qui ſemper in feudo hæreditario prælationem agnato denegandam eſſe aſſeuerabat, ſatiſque impatientèr audiebat Iudices illos, & cauſarum Patronos, qui contrariæ ſententiæ inhærebant; vndè meritò in alia facti contingentia ſupremus Regni huius Senatus iunctis Aulis receſſit à deciſione prædicta; idquè ſub die 16. Decembris 1626. in cauſa D. Annæ Mariæ Carafa cum Don Alonſo Sancio, vbi fuerunt vndecim

vndecim Votantes, & vt audiuimus, omnes concordes, quòd in feudo hæreditario non habet locum prælatio.

7 Etenim ratio illa in honeſtate fundata, quam aſſignant contrariæ ſententiæ ſectatores numero duodecim, quos refert Rouit. *loco cit. num.* 73. & in *rubr. Pragm. de feud. n.* 32. ideò in feudi diſtractione concedi agnato prælationem, quia fuit res Maiorum; quæ ſanè ratio ſicut militat in feudo ex pacto, militat quoquè in feudo hæreditario mixto, eſt prorſus falſa; nam ſi vera eſſet, ſequeretur, vt in feudo merè, & abſolutè hæreditario, ac in omni re, quæ fuit Maiorum noſtrorum, dum à Domino, & poſſeſſore illa venderetur; omnes, qui à primo illius rei acquirente deſcenderent, poſſent prælationem prætendere; id quod idem *Rouit.* negat omninò *cit. reſponſo, n.* 47.

Nec ad rem faciunt iura, quæ pro contraria ſententia allegantur in *l. ſi in emptionem 36. ff. de minor.* in *l. libertus, qui ſoluendo, ff. de bonis libert.* & in *l. lex, quæ tutores. C. de adminiſtrat. tutor.* vbi intereſt noſtra, penès nos conſeruari ea, quæ noſtrorum Maiorum fuerunt: loquuntur enim in caſu à noſtro ſatis diuerſo, vt ex *illorum iurium* lectura patet euidentèr.

Eſt etiam falſa ratio altera, quæ aſſignatur ab Andr. Fachin. *controu. iur. lib. 7. c.* 17. vbi dicit, quòd ideò in feudis ius Retractus introductum fuiſſe credendum eſt, vt feuda in agnatione, & familia conſeruarentur: hæc enim ratio, ſi vera eſſet, ſequeretur, vt facta venditione in vnum ex agnatis, quamuis remotiorem, proximiori prælatio non competeret; quod eſt falſum omninò, & contra text. *in d. §. Titius.*

8 Vndè ſemper Ego exiſtimaui veram, iuriſque conſentaneam rationem iurium *ſuprà* allegatorum diſponentium, in venditione feudi antiqui Agnatum pro eodem pretio præferri extraneo emptori, illam eſſe, nimirùm, quia feudatarius feudum, quod à Maioribus habuit, non poteſt vendere, niſi proximiori Agnato, nec vnquam alteri abſque eiuſdem proximioris conſenſu; & vbi citra Agnati conſenſum extraneo venderet, idem proximior Agnatus poſt alienantis mortem iure proprio vti à primo acquirente vocatus feudum illud ſic alienatum a cuiuſuis manibus recuperat; id quod nimis clarè probatur in *d. §. ſed etiam res,* & in *d. §. Titius.* Quæ quidem ratio in feudo ex pacto tantùm procedit, cùm in eo, iure proprio ſuccedatur; non autem in illo hæreditario, in cuius alienatione ſufficit tantùm ſupremi Domini conſenſus, nec alitèr, vt Agnatus proximior conſentiat, opus eſt; vt *ſuprà* probauimus.

9 Secundò, quando impertinentèr aſſerere vellemus, iura prædicta etiam in feudo hæreditario procedere, illa dicimus Carolo actori nullatenus opitulari poſſe, cùm expreſsè venditioni factæ ſuum præſtiterit conſenſum, renunciando emptori, non modò, ius illud prælationis, quod ipſi Carolo in emptione prædicta competere potuiſſet, ſed etiam omnia, & quæcunquè alia iura, omneſque actiones, obligationes, & hypothecas, quæ, & quas ſuper dicta terra tenebat; vt ex inſtrumento *fol. 31. lit. A.* in proceſſu liberationis depoſiti: quo caſu prælationi locum non eſſe, expreſsè diſpoſitum extitit, tam in *d. §. porro,* quàm in *d. §. Titius,* & *ibi* DD. omnes.

Nec poterit in hoc ſe tueri Carolus, tempore contractus initi, præſtitique conſenſus fuiſſe illum in minori ætate conſtitutum; conſtat enim ex fide Baptiſmatis in actis præſentata *fol.* 10. quòd adhuc decimum ſeptimum non expleuerat annum: quandoquidem ſuper præſtito conſenſu Magna Curia præuia cauſæ cognitione ſuum interpoſuit decretum, & iudiciariam præbuit authoritatem, quam in venditionis inſtrumento reſpectu ipſius minoris reſeruaue-

raſſe cõtrahentes, quatenùs tamen opus eſſet, & non 10
alitèr; & ſic fuerunt omnia ritè, rectéque tractata, & geſta, iuxta ordinem à iure præſcriptum; quod ſat eſt, vt minor ab eo, quod geſſit, recedere non poſſit, nec in integrum reſtitui, dum læſionem, quam allegat, non probat; prout in caſu noſtro: ſic Fab. de Mont. *in tract. de empt. & vendit. 5. quæſt. princip. tit. de ſolemnit. in alienat. rer. minor. num.* 95. *in fine,* Abb. *in cap. conſtitutus, n. 8. de reſtit. in integr.* vbi notabilitèr dicit, Iudicis decretum in Minorum, & Eccleſiarum contractibus interpoſitum præſumptionẽ inducere, vt omnia ſint legitimè acta, quamuis præſumptio illa dici non poſſit iuris & de iure; cùm in contrarium admittatur probatio, id quod etiam dixerunt infiniti relati per Octau. Simoncell. *tract. de decret. lib. 3. tit. 7. numer. 1. & ſeq.* & per Sforz. Odd. *tract. de reſtit. in integr. part. 1. quæſt.* 22. qui omnes vnanimi conſenſu probant, tunc demùm, decreto non obſtan- 11
te, minori in integrum reſtitutionem poſſe concedi, ſi læſionem allegauerit, illámque inſimul plenè probauerit, & non alitèr: quæ quidèm læſio cùm in caſu noſtro non ſit modo aliquo probata, ſequitur &c.

Nec Parti ſuffragari poteſt, decretum hoc, quod 12
cum cauſæ cognitione interpoſuit Magna Curia, non alitèr fuiſſe interpoſitum ante contractus ſtipulationem, ſed poſtea; ſtat enim in ore omnium concluſio, in contractibus minorum poſſe Iudicis decretum præcedere contractum, interuenire in contractu, & ſubſequi contractum, Paul. de Caſtr. *in l. actor, ff. rem rat. habe.* Alexan. *in l. ſciendum, numer. 28. ff. de verb. oblig.* Iacob. Mandel. *conſ. 4. num.* 50. vbi indiſtin- 1
ctè dicit, decretum quodlibet Iudicis poſſe ſequi ex interuallo; Natt. *conſ.* 126. *numer. & vol.* 1. Viuius *deciſ.* 130. *num.* 1. cum *ſeqq.* vbi dicit, hanc communem eſſe ſententiam, Vrſil. ad Afflict. *deciſ.* 353. *numer.* 9. Coſt. *de retrotraction. c. 8. caſu* 10. *num.* 8. & D. Præſ. de Franch. aliis omiſſis *deciſ.* 242. *num.* 6. vbi ait, de hac concluſione Sacrum Conſilium nunquam dubitaſſe, quando cauſa cognita interponitur decretum, prout in caſu noſtro, in quo tot fuerunt examinati teſtes de vtilitate deponentes, quam dictus Carolus, qui ad præſens eſt in iudicio, cæterique venditoris fratres aſſequuti fuerunt ex venditione Terræ Marſiani; & ex renunciatione facta hypothecæ, quam ſuper illa tenebant, & iuris prælationis, quod ipſis vti agnatis competere potuiſſet: legantur, quæſo, teſtes viri digni, timorati, & omni exceptione maiores *fol. 17. 18. 19. 20. 21. & 22.*

Tertiò, quando pro contractus confirmatione 13
Magnæ Curiæ decretum ſubſequutum non eſſet, ex alio dicimus, minoris ætatis defenſionem Carolo non prodeſſe, cùm prælationi, quæ ei vti agnato competere potuiſſet, ſolemni iuramento renunciauerit: hic eſt enim vnus, ex pluribus, iuramenti vulgatus effectus, vt minoris ætatis ſuppleat defectum, minorem maiorem repræſentet, contractúmque ex defectu ætatis inualidum, validum, firmum, & ſuſtentabilem faciat; hic eſt text. lippis, & tonſoribus notus in *authen. ſacramenta puberum, C. ſi aduerſ. vendit.* cuius diſpoſitionem, dicunt *ibi* DD. non modò procedere in contractibus reciprocis, & ſic vltro, citróque obligatoriis, quales ſunt venditio, locatio, ſocietas, & ſimiles, ſed etiam in non reciprocis, quales ſunt donatio, renunciatio, ceſſio, fideiuſſio, & ſimiles; ſic Alber. *ibi n.* 14. Curt. *n.* 41. Corne. *n.* 24. Iaſ. *num.* 71. Bertran. *conſ. 175. n. 1. lib.* 1. Caldas *in l. ſi curatorem habens, C. de in integr. reſtit. min. in verb. contractum feciſti, n.* 23. vbi dicit, Iudicis decretum in contractibus 14
minorum non eſſe neceſſarium, quando iuramentum interuenit; Imol. *in cap. cùm contingat, de iureiur.* Cardinal. Pute. *deciſ.* 244. *numero* 5. *libro* 3. Sforz.

cit.tract.de reſtit.in integr. par. 1.quæſt.26. art.6.n.32. fol.mihi 200.Polydor.Rip.*obſeru.30.num.4.* Theſ.*deciſ.66.*vbi minori,qui curatorem habens conſanguineo ſuo maiorem partem ſuorum bonorum donauerat,petita reſtitutio aduerſus factam donationem extitit per Senatum illum denegara, ex quo illam iuramento firmauerat; Paul.Bellon.*tract. de poteſt. eor. quæ fiunt incontinen.c.157.num.1.2.& 3.*Scip. Rouit.
15 *in pragm.1. num.33. de minorib.* vbi authoritate triginta quatuor *Doctorum*, quos refert,probat, concluſionem prædictam adhuc procedere in eo minore, qui curatorem habens, ſine illius authoritate cum iuramento contraxerit;(quod tamen mihi nó placet) idemque dicendum eſſe affirmo, vbi minor prohibitionem haberet de non contrahendo,vt ſi cum iuramento contraxerit,validè,ac iuridicè eum contraxiſſe dicendum ſit;ſicque communem *Canoniſtarum*, & *Legiſtarum* ſententiam ſe habere, pluribus relatis docet Iaſ. *in d. authen. Sacramenta puberum, num.51. ver.quid tenendum,*vbi rationem aſſignat,quia quando lex, vel ſtatutum aliquid præcipit, quod tantùm reſpicit fauorem eius,cui præcipit,conſilium potiùs, quam præceptum illud dicitur,ac proindè contractus iuramento firmatus erit omninò ſeruandus; id quod ſatis elegantèr firmauit etiam Couarr. *in cap. quamuis pactum,2.par. relect. §.2.numer.7. verſ. primum.*

16 Quarto, & tandem accedat prædictis contractus ratificatio, quam Carolus maior effectus facto peregit,verbis potentiorem, dum à Cæſare venditore, inſimul cum aliis fratribus partem pretij Terræ prædictæ aſſequutus fuit;quod facit,vt ſi ab alio D. Iulius ſuper Terra prædicta moleſtiam reciperet, ſicque ſequeretur euictio,poſſet vtique Carolum actione ex empto conuenire;hic eſt text.ſatis notabilis in *in l.quidam ex parte* 12.vbi Bart.& communitèr Doctores,*ff.de euiction.* Bald.*ibidem in noua addition.*aſſerens,quòd æquiualet dicere,*vendo*, & dicere,*pretium recipio*;quia ſubintelligitur *vendo*,Mangil.*de euiction. quæſt.113.num.3.& 17.*In tantum, quòd dicere poſſumus, in præſenti cauſa obſtare Carolo regulam *l. vendicantem,ff.eod. tit. de euict.* Vndè meritò inſignis *Tiraq.*in terminis terminantibus, attenta diſpoſitione text.*in d.l.quidam ex parte,*voluit,repellendum eſſe conſanguineum à iure Retractus,dum rei venditæ partem pretij recepit; idque in *tract.de Retract. lignag.§.1.gloſ.9.num.160. fol.mihi* 128. quamuis contrarium firmare videatur Rot.*dec.657.numer.2.& 3.* penès Caualerium. Hæc ſatis pro repellendo Carolo.

17 Quo verò ad D.Liuiam,in qua credo omnem Aduerſariorum ſpem reſidere, ex pluribus etiã demonſtrabo,eſſe illam à petito prælationis iure excludendam,quamuis ſit in facto veriſſimum, in venditione à Cæſare fratre facta,ad conſenſum præſtandum non interueniſſe; id quod vt fiat manifeſtiſſimum, dico primò,illud certum eſſe,ius hoc Retractus,quod dicimus iure ſanguinis in feudi venditione Agnato competere,ab huius Regni iure non eſſe cognitum: nullam enim legem in Regno habemus,quæ in feudorum venditione hoc ius Retractus induxerit; ſed tantùm communi iure feudorum id cautum eſſe inuenimus in *d.§.ſed etiam res,in d.§.porro,& in d.§.Titius,*Dico modò, ſi Actrix hoc iure attento prætendit in petitione ſua obtinere,inueniet certè,hoc idem ius non modò ei non aſſiſtere; ſed prorſus reſiſtere: eſt enim abſolutum, ius commune feudorum fœmi-
18 nam non cognouiſſe,cùm ne in feudis ſuccedere illa poſſit, expreſsè prohibeat in *c.1.§. hoc autem notandum,de his,qui feud. dar. poſ.c.1. §.filia, de ſucceſ.feud.* cum aliis cumulatis per Conſil. de Georg.in ſuis *repetition.feudal.cap.9.num.14. & cap.51. num.1.* & ſic quando ius iſtud commune feudorum ius Retractus induxit,certè vt illud competeret fœminis,quas ſuccedere prohibuerat,ſentire non potuit.

Et ſi dicas, fuiſſe demùm illas per legem Regni, *In aliquibus*, effectas iam feudalis ſucceſſionis capaces: non per hoc ſequitur,vt inſimul dici poſſint capaces iuris Retractus,quod de iure Regni,vt dixi, eſt penitùs incognitum,&ſic concludo;D.Liuiæ vti fœminæ in petita prælatione nullum ius aſſiſtere; non commune Romanorum,quia eo attento nullum datur ius Retractus,*l.dudum,C.de contrah. emption.*non illud feudorum, quia iure illo fœmina non eſt cognita,*d.cap.1.§. hoc autem notandum*, cum aliis *ſuprà* relatis;non & tandem noſtrum municipale,cum nullam in Regno legem inueniamus, de hoc Retractus genere loquentem,ergò.

Secundò,ſi diceremus, ſub diſpoſitione iurium in 19
d.§.ſed etiam res,in d.§.porro,& in *d.§.Titius*, expreſſis verbis fœminam comprehendi; prout certum eſt,quòd non comprehenditur;adhuc dico,D.Liuiam in petitione ſua ex alio ſuccumbere debere,cùm eiſdem attentis iuribus, ad petita obtinendum tempora non largiantur: Conſtat enim ex *iuribus prædictis*, tunc demùm ius Retractus Agnato proximiori competere, ſi intra vnius anni circulum, poſt perfectam venditionem, pro illo inſtaret, & non vltra; idque, ſiue alienatio in agnatum remotiorem, ſiue in prorſus extraneum ſequuta ſit; vt ſatis benè explicarunt Harthm.Piſtor,*lib.2.quæſt.8.& quæſt.12.num.*18.19.20.21.& 22.Andr. Fachin.*controuerſ.iur.lib.7.cap.9. verſ.poſtremo,& cap.15.verb.ego puto,*Ioan. Kop.*deciſ.54.num.58.& 59.*& Rouit.aliis omiſſis,in *pragm.63. pragm.63.num.8.de offic.procur. Cæſar. in nouiſſimis.* Illud autem, quod DD. dixerunt,vt intra triginta annorum ſpatium poſſit Agnatus redimere,ad eum tantùm pertinet caſum, quando defuncto feudatario alienante,Agnatus proximior ex propria perſona vti in inueſtitura comprehenſus,nullo refuſo pretio,feudum recuperare vult; ſecus verò quando viuo alienante agere vult iure Retractus, in cuius exercitio pretium venit omnino exburſandum, tunc enim annus tantùm conceditur ad retrahendum, vt nimis clarè probatur in *§. Titius,in fine*, & probant Doctores *ſuprà* relati;cumque in caſu noſtro paſſa ſit D. Liuia,ſicut & Carolus frater,ius hoc Retractus exercentes, fere trium annorum ſpatium labi; ſequitur &c.

Nec dicant Aduerſarij,extitiſſe ſemper D.Liuiam 20
in minori ætate conſtitutam, prout ad præſens extat, cùm adhuc vti nata de menſe Martij 1619. decimum octauum non expleuerit annum: nam reſpondetur,quòd non per hoc,quia tempore venditionis erat in minori ætate conſtituta, vnius anni tempus non fuit lapſum,eſt enim receptiſſimum tempus vnius anni,de quo in *iuribus præfatis*,ad retrahendum Agnato conceſſum,minori ipſo iure currere; vt videre eſt penes Schrader.*de feud.par.8.cap.7. num.49. & ſeqq.*Roſental.*de feud.cap.9.concl.92.num.14.*& in *addit.ibidem lit.Q.*& Harthm.Piſtor,poſt alios,*quæſt. iur.lib.2.quæſt.12.num.33.*vbi *num.ſeq.* huius dicti rationem aſſignat; cùm regulariter in præſcriptionibus, quæ lucrum tantùm excludunt, vt in hoc caſu, tempus contra minorem currat;allegat Bart.*in l.etiã, la 2.in vlt.quæſt.ff. de minor.*& in *l.fin.C.in quib.cauſ. in integr.reſtit.non eſt neceſſ.*Ant.de Butr. & Abb.*in c. conſtitutus,de reſtit.in integr.* & Tiraquel. *de præſcrip. §. 1.gloſ.9.* quicquid in contrarium ſcripſerit noſter Afflict. *in d.§.porro, numer.73.* vbi authoritate *Baldi* præſupponit, hoc tempus Minori ipſo iure non currere;nam vt aduertit Piſtor,*loco cit. ante n.36*.Afflictus

ctus

ctus non ſatis prouidè in hac re loquutus fuit, cùm
Bald. de pupillo, non autem de minore loquutus
fuerit.

21 Et quamuis non ignorem, ſubintrare in hoc, &
ſimilibus caſibus, in integrum reſtitutionis benefi-
cium; attamen tunc demùm illi locum eſſe, eſt atte-
rendum, cùm minor, qui aduerſus temporis lapſum
petit ſe in integrum reſtitui, læſionem probet, quam
Actrix in occurrenti controuerſia, non modo non
probauit; ſed nec etiam in eius ſupplicatione allega-
uit; conſtat enim, nulla lege caueri, minorem eſſe re-
ſtituendum ex eo, quia minor; ſed quia læſionem paſ-
ſus eſt: item nec dici poſſe læſum minorem eo ipſo,
quòd paſſus ſit labi tempus ad aliquod faciendum à
lege conceſſum; ſed tenetur, legitimis probationibus
de læſione edocere, quam allegat minor ipſe ſe paſ-
ſum eſſe; alioquin audiri non poteſt: ſic ſane ſcripſe-
runt Bart. *in l. nam poſtea 9. §. ſi minor. num. 6. ff. de iu-
reiur.* ibique Ang. *num.* 3. Salyc. *num.* 7. Alex. *numer.* 8.
Bellamer. *in c. auditis, num.* 8. *de reſtit. in integr.* Boich.
in c. 2. num. 1. & 2. eod. tit. Cephal. *conſ.* 14. *numer.* 313.
lib. 3. Cacher. omninò videndus *deciſ.* 158. *num.* 9. *verſ.
contraria vero, & num.* 13. *verſ. non etiam nocet*, alijquè
plures relati per Viuium *deciſ.* 534. *num.* 42. & Sforz.
Odd. *in trac. de reſtitut. in integr. part. 1. quæſt. 36. art.* 4.
22 vbi dicit, communem hanc eſſe ſententiam: illám-
que tunc demùm limitandam, quando conſtat Iudi-
ci, quòd ex ſolo temporis lapſu minor læſus ſit: & ve-
rè ab hac ſententia nullo modo recedi poteſt, maximè
cùm minor de lucro captando agat, prout in caſu no-
ſtro: ſicque in hac materia placuit mihi ſemper Ra-
phael. Cuma. ſententia, quam dixit Paul. de Caſtr. om-
nem tollere dubitationem, quæ accidere poſſet, in *l.
fin. numer. 5. & 6. C. in quib. cauſ. reſtit. in integr. non eſt
neceſ.* Alex. *conſ.* 115. *circa finem, lib.* 5. & ea eſt, vt nun-
23 quam ſit minori concedenda reſtitutio, ſi læſionem
non probat, quando minor ipſe in reſtitutione pe-
tita, eſt Actor; ſecus autem ſi Reus: & cum hac di-
ſtinctione judicatum in Senatu Pedemontano refert
Cacher. *cit. dec.* 158. *in fin.*

24 In caſu autem noſtro ad firmatam concluſionem
probandam, per tot ſuffragia vagari, eſt prorſus tem-
pus terere, cùm vt vnius anni tempus iure ſanguinis
ad retrahendum Agnato competens currat contra
minorem, & quòd tunc demùm ſit illi concedenda
reſtitutio, ſi læſionem probauerit, & non alitèr; eſt
text. ad literã in *c. conſtitutus, de in integr. reſtit.* vbi gl.
in verb. conſtiterit, & Canoniſtæ communitèr vndè
cùm in eorum prætenſionibus D. Liuia, & Carolus
ad præſens pro iure Retractus inſtantes, tempus ad
retrahendum à feudalibus conſuetudinibus præſcri-
ptum labi paſſi fuerint, nec alitèr id, quod in inſti-
tuto iudicio probandum erat, conſtare fecerunt; quis
ſanæ mentis vir non affirmabit, ab impetitione facta
fore Conuentum abſoluẽndum?

Ceſſat tamen omnis admiratio, ſi Actores iſti in
eorum ſalutari defecerunt, cùm probatio, qua in mo-
to iudicio indigebant, non modò apud ipſos erat dif-
ficilis; ſed prorſus, penitúſque impoſſibilis; quid au-
tem probare tenebantur, non minus doctè, quàm ele-
25 gantèr explicat, ſimulquè docet inſignis Andr. Fa-
chin. *conſ.* 64. *viſis actis, ante n.* 15. *verſ. venio ad quar-
tum, lib.* 1. vbi dicit, probandum eſſe, quòd tempore
alienationis minor poterat emere, quòd habebat in
promptu pecuniam, & quòd talis Retractus fuiſſet ei
vtilis, ad idque ſummè aduertendum, ex quo eſſe poſ-
ſet, vt aliquando non ſit minoribus vtile aliquid
emere, vel quia non habent pecuniam, vel quia ære
alieno oppreſſi ſunt, vel quia ad alios vſus magis ne-
ceſſarios pecuniam erogare ſit magis expediens,
ſubdens demùm, neminem affirmare poſſe, minori
vtile eſſe aliquid emere, ſi ad hoc faciendum neceſ-
ſe haberet pecuniam ſub vſuris accipere, vel alium
damnoſum facere contractum.

Nec dices, contra concluſionem iſtam à *Fachineo* 26
firmatam inſurrexiſſe Franc. Ant. Coſt. *conſ.* 94. *n.* 36.
Marium Giurba *deciſ.* 78. *num.* 13. & Caſtil. *dec.* 244.
num. 2. & 12. lib. 3. aſſerentes, læſionem ſatis eſſe in
hoc caſu probatam, ſi res, ad quam retrahendam pe-
tit minor reſtitui, ſuorum Maiorum fuerit, ſicquè
ſat eſſe, paſſum fuiſſe Minorem affectionis intereſſe;
ad text. *in l. ſi in emptionem* 36. *ff. de minorib.* Triplici
enim modo huic obiectioni reſpondetur.

Et primò, Doctores omnes, quos inueneris ſic ſe
Fachinei ſententiæ opponentes, loquutos eſſe contra
caſum text. *in cap. conſtitutus, de in integrum reſtitut.*
vbi Summus Pontifex tunc demum permittit reſti-
tui conſanguineum minorem aduerſus omiſſam pe-
titionem iuris Retractus, quod infra annum, & diem
à tempore contractus alienationis, ſecundum fori
conſuetudinem proximiori conſanguineo competit,
ſi læſionem probauerit, & non alitèr; ibi, *& eos læſos
eſſe conſtiterit, &c.* quæ *text.* verba Gloſ. *ibidem* expli-
cando, ſic loquitur, *probabunt ergò iſti, ſe eſſe minores,
& læſos, aliàs non audientur.*

Secundò reſpondetur, text. *in d. l. ſi in emptionem*, ex 27
quo colligitur intereſſe affectionis, quia res fuit Ma-
iorum; ad caſum noſtrum non applicari: *ibi* enim
tractatur de auocanda re de manu minoris, qui rem,
quæ fuit Maiorum emerat cum pacto addictionis in
diem, & ſic agit minor de damno vitando; hìc de lu-
cro captando, & de damno inferendo Tertio rei poſ-
ſeſſori; vt benè explicant Curt. ſen. *conſ.* 58. & Soc.
Iun. *conſ.* 45. *num. 8. & 9.* & *conſ. ſeq. n.* 42. *verſ. quantum
verò ad ſecundum, lib.* 4.

Tertiò reſpondetur, quòd in text. *d. l. ſi in emptio-* 28
nem, ſecundùm explicationem Gloſ. *ibi* in *verb. audie-
tur*, ſupponitur, potuiſſe minorem tempore addictio-
nis tantum offerre, quantum alius dare obtulit, & re-
cuſauit, quæ quidèm potentia de reali, & effectiua,
nimirùm per pecuniæ numerationem, non autem de
verbali eſt certè intelligenda; vndè ſtante hac poten-
tia, quam neglexit minor, ſtatuit *Iuriſconſultus*, vt
ſuccurratur illi hoc reſtitutionis auxilio. Sed fac, vt
minor, qui cum hoc pacto emerat, tempore, quo alius
intra tempus ſtatutæ addictionis maius obtulit pre-
tium, pecuniam ab illo oblatam non habuiſſet, po-
tuiſſet nè rem ab ipſo emptam aſſequi? certè non;
quia deficiebat in ſalutari. Modò, ſuppoſita hac im-
potentia, peto Ego, potuit nè in *eo text.* ſentire *I.C.*
eſſe minorem illum reſtituendum, ex quo omiſit of-
ferre, quod alius obtulit? certè non; quia etſi obtuliſ-
ſet, fruſtratoria extitiſſet oblatio propter ipſius im-
potentiam: ergò, dico Ego, neceſſariò intelligenda
eſt reſtitutio, de qua in *text. prædicto*, cùm minor rea-
litèr, & effectiuè per pecuniæ numerationem offer-
re potuit, quod alius obtulit, & neglexit.

Nunc videamus in caſu noſtro, dum Actores pe-
tunt, ſe in integrum reſtitui aduerſus omiſſam peti-
tionem iuris Retractus, ſi verè intra annum à die em-
ptionis factæ per D. Iulium conuentum iure illo vſi
eſſent, habuiſſent nè promptã ſummam, & quantita-
tem centum quadraginta millium, pro ea D. Iulio
emptori exburſanda? Conſiderent, quæſo, hoc Do-
mini Iudicantes, & demùm ſolita eorum integritate
videant, ſi in præſenti cauſa, attenta diſpoſitione
text. *in d. l. ſi in emptionem*, poſſit de in integrum reſti-
tutione tractari?

Ex his ergò vides, quantum vera, iurique conſen- 29
tanea ſit ſuprà relata *Fachinei* ſententia, dum exiſti-
mauit, in hac Retractus reſtitutione aſſequenda, ne-
ceſſarium fore, vt minor, qui aduerſus temporis

lapſum reſtitutionem petit, probet, pecuniam habuiſſe promptam alienationis tempore, ſicquè illum potuiſſe Retractum exercere, & neglexit; nam ſi dari poſſet caſus, vt minor audiri non poſſet, etiam ſi offerret intra tempus ad retrahendum præſcriptum, & hoc propter ipſius impotentiam, quonam pacto poſſet, elapſo tempore, reſtitutionis auxilio ei ſubueniri? dicendum eſt ergò, requiri neceſſariò, vt conſtet de potentia, qua mediante detegitur læſio, ſicquè Iudicem arbitrari poſſe, an minor, qui reſtitutionem petit aduerſus temporis lapſum, tanto beneficio dignus ſit; iuxta diſpoſita in *d.c.conſtitutus*, cui congrua reſponſio dari non poteſt.

30 Tertiò, pro excluſione D. Liuiæ aliud etiam in medium affertur, conſiderando, illud in hac materia certum eſſe, ius hoc Retractus, quod competit iure ſanguinis, illi tantùm competere, qui in re vendita, Agnato venditore defuncto, ab inteſtato ſucceſſurus eſſet; non enim poteſt ius Retractus competere, cui inteſtata venditoris ſucceſſio non competit; ſic Guliel. de Benedic. *in cap. Raynut. in verb. & vxorem nomine Adelaſiam, num. 636. in antiquis, & 74. in 5. deciſ. in nouis*, Rendel. *in Conſtit. Sancimus, §. in primis, in verb. ſocij, num. 12. fol. 112.* & Simon Piſtor, *in addit. ad Genit. quæſt. 12. circa finem*, ſub illis verbis; *ſi enim intuitu ſucceſſionis ius retractus introductum eſt, vtiquè ſequitur, ei, cui ſucceſſio non competit, nec ius Retractus competere, &c.* Vndè ſemper diceretur extraneus,

31 quantum ad hoc, quia ab inteſtato nõ ſuccedit; Gloſ. *in l. hereditas, in verb. extraneis*, & DD. communitèr per illum text. *C. de pact. conuen. ſuper dot.*

Hoc poſito, videamus, vtrùm in Terra Mariliani, Cæſare venditore, ſine filiis abinteſtato defuncto, ſucceſſiſſet D. Liuia ſoror? & nulli dubium eſt, quòd non; cùm perſona adfuiſſet in medio, quæ ratione ætatis, & ſexus illam excluſiſſet, nimirùm Ioannes Auguſtinus frater ſecundogenitus; ſi ergò, dico Ego, Cæſari venditori ab inteſtato D. Liuia ſoror non ſucceſſiſſet, quo pacto ad petitum ius Retractus poteſt admitti, quod non niſi ab inteſtato ſucceſſuro competere poteſt?

32 Nec dicant Aduerſarij; quòd quando perſona, quæ ab inteſtato venditori ſuccederet, negligit, vel non poteſt prælationem conſequi, fit locus ſucceſſorio Edicto, vt nimirùm admittatur ſequens in gradu, iuxta Afflict. ſententiam in *d. §. ſed etiam res, n. 2. & in d. §. porro, num. 81. verſ. ſed aduerte*, quem plures ſequuti fuere, inter quos nouiſſimè Andr. Fachin. *controuerſ. iur. lib. 7. cap. 17. per totum*, Henric. de Roſent. *de feud. memb. 2. concl. 82.* & alij relati per Rouit. in *cit. reſponſo, impreſſo poſt deciſ. 11.* Reg. de Pont. *n. 92.* Nam reſpondetur, quòd ſi in cauſarum deciſionibus

33 rerum rationes ſunt ponderandæ, potiùs quàm Doctorum numerus attendendus, iuxta *Imperatoris* præceptum in *l. vn. ca. §. ſed neque, C. de veter. iur. enucle.* de quo poſt alios meminit D. de Franch. *deciſ.* 30. dicam audacter, Domini Iulij iuſtitiam in tuto eſſe.

Quòd autem *Afflict.* & ſequacium ſententia ſit prorſus omni deſtituta fundamento, ſatis doctè, & elegantèr poſt Cuiac. *in d. §. ſed etiam res, tit. 4. lib. 2.* defendit præſtantiſſimus Harthm. Piſtor. *quæſt. iur. lib. 2. quæſt. 12. num. 66. verſ. veruntamen in contrarium*, vbi rationibus, quibus congruè reſponſum nuſquam vidi, docet, nullatenus Agnatum remotiorem ad ius Retractus in feudi diſtractione admitti poſſe, quando proximior iure illo non vtitur, vel vti non poteſt; & ſupponendo in primis, hoc ius Retractus ſtrictiſ-

34 ſimè interpretandum eſſe, vti de per ſe odioſum, cùm iuris communis regulis repugnet, vt dixerunt DD. communitèr *in l. dudum, C. de contrah. empt.* Tiraquel. *de vtroque Retrac. in præfation. num. 60.* & alij, quos refert Rendel. *in rubr. Conſt. Sancimus, n. 27.* ponderãda

35 eſſe admonet iura omnia feudalia, de hoc Retractu loquẽtia *in d. §. ſed etiã res, in d. §. porro*, & in *d. §. Titius*, quæ proximiorem tantùm Agnatum ad ius iſtud vocant; de remotioribus autem verbum nullum: quos ſi includere voluiſſent, dixiſſent, prout in alia iuris Retractus ſpecie dixit Imperator Freder. *in Conſt. Sancimus*, & Conſuetudo Gallorum apud Tiraquel. *de retract. lignag. §. 14.* ſicquè affirmare modò, quòd quando proximior non poteſt, vel negligit pro hoc iure inſtare, fiat locus ſequenti in gradu, aliud non eſt, niſi iuribus prædictis addere alium caſum *ibi* non prouiſum; id quod non ad legum Interpretes, ſed tantùm ad legum Conditores ſpectat, ſicquè cùm ſit extenſio in re ſtricta, & rigoroſa; nullo modo eſt recipienda; id enim, quod *lex* non dicit, nec nos dicere debemus; *vulgata l. de pretio, ff. de publician. in rem action.*

Hinc nonnullos affirmaſſe comperimus, ius hoc 36 Retractus filiis alienantis, dum eorum pater viuit, etiam pretio reſtituto, non competere, docent idem Harthm. *eod. lib. 2. quæſt. 3.* Vulte. *de feud. cap. 11. n. 88.* & Fachin. *controuerſ. iur. lib. 7. cap. 19.* illa principali ori ratione moti, cùm nulla feudalis lex afferri poſſit; ex qua ius iſtud alienantis filiis competere, demonſtrari poſſit; quicquid nulla legis authoritate contrarium præſuppoſuerit Rodulfus Scradet. *de feud. par. 8. cap. 7. num. 54.* Nam quod attinet ad text. *in d. §. Titius*, ibi verbum nullum; quòd hoc ius filiis competat, ſed tantùm Agnato proximiori, & cùm verſemur in materia ſtricta, non poteſt latè fieri interpretatio: ex quo ius iſtud iuris regulis maximè aduerſatur, *d. l. dudum*; immò attentè conſiderato text. *in dicto §. Titius*, apertè in eo contrarium probatur.

Addit aliud *Harthm.* huius rei veritatem ex alio 37 patere, cùm in *iuribus prædictis*, hoc verbum *proximior*, bis repetatur; adeò quòd propter hanc geminationem dicere fas ſit, illorum iurium Authores vim quandam in proximiore feciſſe, vt ad alios extenſio fieri non poſſet; ſed tantùm in materia tam exorbitanti; ſimplicitèr ſtandum eſſe verbis *dictorum iurium*: ad tradita per Gloſ. *in Clement. 1. verſ. diœceſanis, de iure patr.* & per Iaſ. *in l. ſi conſtante, n. 83. ff. ſolu. matr.* etenim ſi verè voluiſſent iura prædicta agnatos omnes etiam remotiores ad ius hoc Retractus inuitare, quando dixerunt, vt ſequutã feudi diſtractione, proximior Agnatus alienationem illam reuocare poſſet, dixiſſent vtiquè, id licere agnatis omnibus, gradus, & ætatis prærogatiua ſeruata; hic namquè extitiſſet diſponendi modus, vt ad hoc ius admitti potuiſſet remotior Agnatus, negligente, vel renunciante proximiore.

Conſiderat deniquè *Harthm.* quòd attenta diſpo- 38 ſitione text. *in d. §. Titius*, impoſſibile ſit, vt illius diſpoſitionis Authores ſentire voluiſſent, in feudi diſtractione pro iure Retractus eſſe locum ad fauorem agnatorum ſucceſſorio edicto, cùm ſic aſſerendo fruſtratoria prorſus, nulliuſquè vtilitatis eſſet pro Agnatis remotioribus talis prouiſio; Etenim dicit *text.* quòd cùm Titius feudum haberet (ſecundùm Andr. 39 *ibi, auitum ex pacto, & prouidentia filiis, & ſucceſſiuè Agnatis debitum*) de feudo illo partem conceſſit extraneo, & partem Agnato remotiori; fuit dubitatum, an id in præiudicium Sempronij proximioris Agnati fieri potuiſſet? & concluditur, quòd mortuo Titio alienante ſine filiis, Sempronius Agnatus proximior feudum alienatum, nullo dato pretio recuperabit: dicit modò *Piſtor.* ſi per hunc *text.* remotior Agnatus, cui fuit feudum alienatum, abſque vlla erogati pretij recuperatione feudum proximiori Agnato relaxare tenetur, quid vtilitatis eſſe illi vnquam poterit, ſi

exercendo

exercendo ius Retractus vti Agnatus, ſicquè à poſſe extranei emptoris feudum conſequendo? in omni caſu, cùm veniet proximior, gratis tenebitur illi feudum relaxare; nonnè hac ſtante diſpoſitione dicendum eſt, fruſtratoriam prorſus eſſe huiuſmodi retrahendi facultatem, nulliúſque momenti? certè ſic; nec, quæſo, dicat *Fachin.* contingere poſſe, vt remotior Agnatus tranſigat cum proximiore, nè mortuo venditore quæſtionem ei moueat, ſicque vtile ei eſſe feudum emiſſe, hoc enim eſt vaticinari potiùs, quàm per iuris tramites diſſerere.

40 Inſupèr his omnibus addo Ego, quòd non ſolùm ex *præcitatis iuribus* nullatenus fundari poteſt, in feudi diſtractione, pro iure Retractus fore locum ad fauorem Agnatorum ſucceſſorio Edicto; ſed ſi benè ponderatur text. *in d. §. Titius, in fine*, totum contrarium in eo probatur. Diximus enim, probari in *eo text.* quòd quando feudum eſt alienatum, defuncto demùm alienante ſine filiis, poſſe Agnatum proximiorem, nullo dato pretio illud ab emptoris poſſe recuperare; ſubiunxit demùm *text.* id licere Agnato proximiori etiam in vita alienantis, qui filios haberet, pretio tamen emptori reddito: concludit & tandèm, quòd ſi, proximior hic Agnatus factæ alienationi conſenſerit, vel per annum tacuerit, de cætero ad retrahendum non admittitur.

Hoc poſito vellem Ego ſcire, diſpoſitio hæc, vt repellatur Agnatus proximior à iure retrahendi, quando alienationi conſenſit, vel per annum tacuit, poteſtnè aliud importare, niſi ſecurum reddere emptorem ab omni moleſtia, quam ex cauſa iuris Retractus pati poſſet? certè, non aliud; ſi ergò aliud quàm hoc importare non poteſt, quonam pacto poterit demùm pro eodem iure inſtare remotior Agnatus ab hac feudali lege non vocatus; ſic enim inſtando, non diceretur emptor ſecurus, quem certè talem facere voluerunt *illius text.* Authores: Et ſi dicas, *text. prædictum* emptorem reddidiſſe ſecurum, vt moleſtari non poſſet ab illo proximiore Agnato, qui alienationi conſenſit; dicam Ego, habemus nè aliam feudalem diſpoſitionem, qua prouiſum eſſet, vt quando non poteſt retrahere proximior, quia conſenſit, poſſint retrahere remotiores? hanc diſpoſitionem vellem, vt contrariæ ſententiæ Sectatores mihi afferrent, ſicquè cum illis concurrerem libentèr; ſed hoc nullo iure cauetur: ergò.

41 His ſic ſtantibus, corruunt prorſus *Fachinei* argumenta pro contraria ſententia allegata. Et ad primum, in quo dicitur, dum ius Retractus introductum fuiſſe credendum eſt, nè feuda ab acquirentis familia exeant, ratio expoſcit, vt ius illud non tantùm proximiori, ſed etiam remotiori de familia competat. Triplici namque modo huic argumento reſpondetur.

Et *Primò*, pro eo quod attinet ad caſum, de quo agimus, in eo illud prorſus ceſſare dicimus; nam cùm perſona, quæ pro Retractu inſtat, ſit fæmina, licèt agnata, finis tamen eſt agnationis ſuæ, ſicquè cùm primùm nupſerit, ad alienam tranſit familiam. *Secundò* aliàs diximus, rationem hanc, vt competat Retractus agnatis etiam remotioribus, nè feuda ab acquirentis familia exeant, falſam eſſe; quandoquidèm ſi vera illa eſſet, ſequeretur, vt facta alienatione in remotiorem agnatum, proximior eo iure vti non poſ-

42 ſet; quod falſum eſt omninò. *Tertiò* Fachinei argumentum propriis armis conuincitur; nam ſi audactèr defendit *eod. lib. 7. cap. 19. ſuprà citato*, alienantis filium, qui agnatus dicitur, *l. filius, ff. de ſuis, & legit. hæredib.* patre viuente hoc iure vti non poſſe, quia nulla feudalis lex proferri poteſt, ex qua ius iſtud filiis competere demonſtrari poſſit, & cùm iuris communis regulis repugnet, venit ſtrictè interpretandum; quo ergò pacto, iura prædicta, quæ de proximiore tantùm loquuntur, extendi poſſunt ad remotiorem, de quo verbum nullum fuit vnquam prolatum?

Ad aliud, in quo aſſeritur, ius commune ſtatuiſſe, 43 inteſtati hæreditatem proximiori deferendam eſſe, ideſt ei; quem nemo antecedit; *l. poſt conſanguineos, §. hæreditas, & §. legitima, ff. de ſuis, & legit. hæredib.* At illo adire recuſante, eodem iure cautum eſſe, eum, qui in gradu ſequitur, adire poſſe, quaſi iam proximior ſit; *l. 1. §. proximus, ff. vndè cognat. l. 1. C. de ſucceſſor. edict. §. placebat, Inſtit. de legit. agnat. ſucceſſion.* Suppoſita hac concluſione pro vera, argumentatur *Fachin.* eandem interpretationem adhibendam eſſe in hoc iure Retractus, vt proximiore retrahere recuſante, vel non valente, ſequens quaſi proximus redimere poſſit.

Reſpondetur, argumentum hoc non eſſe tanto 44 Viro dignum, nam vt hæreditas deferatur ad remotiorem; quando proximior adire recuſauit, fuit à iure ſtatutum, nè bona hæreditaria remanerent vacantia; & ſic ſine poſſeſſore: quod multum intereſt, ad hoc vt defuncti creditores habeant quem conuenire poſſint, vel vt ſciatur, an bona illa vti vacantia ad Fiſcum ſpectent; hic eſt text. *in l. 1. in princ. ff. de ſucceſſ. edict.* quæ quidèm ratio ad ius Retractus applicari non poteſt: nam quòd iure illo proximior agnatus non vtatur, nil dici poteſt vacans remanere, eſt enim hoc beneficium ad proximioris Agnati fauorem introductum, cui quidèm beneficio ipſe idem proximior Agnatus, abſque quòd aliquis conqueri poſſit, renunciare poteſt; addendo in caſu, de quo agimus, quòd Agnatus proximior, cui ius hoc competebat, eo vſus eſt, dum illud publico mediante inſtrumento ceſſerit emptori, cui poteſt validè cedi, quamuis Tertio non; fac enim in terminis edicti ſucceſſorij, vt proximior, cui conſanguinei hæreditas delata eſt, ius illud adeundi alteri cedat, poteritne vnquam, qui in gradu ſequitur hæreditatem illam præoccuparet? certè hoc nullo iure cautum eſſe inuenies; ergò.

Corruit ſimilitèr *Roſental.* ponderàtio *citata concl.* 45 *82. num. 11.* quò loci in hoc articulo remotioris Agnati partes ſuſtinens, dicit, pro illo eſſe text. *in d. §. ſed etiam res, per quos fiat inueſtit.* ſub illis verbis; *tibi, vel alij proximiori*, quaſi *ibi* diſpoſitum eſſet, non licere feudatario feudum antiquum alienare, niſi tibi Agnato ſuo, vel alij proximiori, (addit Roſental.) *intellige, quàm tu es, vt ſi tu nolis, alij poſt te proximiori vendere permittatur*; fateor, provt ante me faſſus eſt Simon Piſtor. *infrà* allegandus, *Roſentallum* virum alioquin doctiſſimum, in *huius text.* intelligentia ſatis fuiſſe hallucinatum, & quis hoc non videt? dicit verbo *proximiori* addendum eſſe, *quàm tu es*, hoc eſt non licere feudatario feudum vendere, niſi tibi Agnato ſuo, vel alij te proximiori: demùm volens id meliùs declarare, incidit in foueam, quam verè in hoc articulo fecit, dum dixit, quòd ſi tu Agnatus nolis emere, liceat venditori alij Agnato vendere, qui poſt te eſt proximior: bone Deus! ſupponebat priùs feudatario alienanti adeſſe Agnatum te proximiorem, ſub illis verbis, *vel alij agnato proximiori, intellige, quàm tu es*, & mox hunc proximiorem facit remotiorem, ibi, *Vt ſi tu nolis, alij poſt te proximiori vendere permittatur.* Vndè meritò vterquè *Piſtor.* explicando, quid verè ſenſerit in *eo text.* illius Author, dicunt, quòd *ibi* habetur ſermo cum vno ex Agnatis feudatarij, qui feudum vendere cupiebat, & de hac futura venditione diſſerendo, noluit dicere Author ille, non licere feudatario vendere, niſi tibi Agnato ſuo, quia eſſe poterat, alium adeſſe te proximiorem, quòd

proindè

proindè addit *tibi,vel alij proximiori*, quod idem eſt, ac ſi dixiſſet,non licere vendere, niſi tibi,dummodò proximus ſis; ſin minus, alij;qui proximior eſt te: & ſic benè verba *textus* ponderata bis ad *proximiorem* redacta,prevt & alia iura concordantia,in quibus de remotioribus verbum nullum, apertè noſtram fundant ſententiam,tantis fultam rationibus,quam poſt *Harthman.* nouiſſimè longa manu defendit Simon filius *in addition. ad eandem ſupra citatam quæſt.*12. vbi omnibus rationibus, & argumentis pro contraria parte adductis adeò doctè, & copioſè reſpondit, illáque me longè melius abſoluit, vt aliud pro huius articuli veritate deſiderari non poſſit.

46 Quam partem fuit etiam amplexus Herman. Vult. *de feud. lib.*1.*cap.*11. *num.*101. vbi ſucceſſorium edictum ad feudorum ſucceſſionem tantùm admittendum eſſe docet,vt nimirùm recuſans,vel non valens proximior Agnatus defuncti feuda præcapere, ſequens in gradu admittatur; at ſecus in reuocatione, quæ fit iure protomiſeos,vt proximiore feudum alienatum retrahere nolente,vel non valente,nullatenus admitti poſſent ſequentes; enixè admonens, ab hac ſententia,vti veritati iuris magis conſentanea,neque docendo,neque cõſulendo,neque iudicando recedendum eſſe,hæc proferens verba; *Atque in reuocatione, quæ fit iure ſucceſſionis,nullum eſt dubium, quin ius reuocationis, ſi proximior agnatus eo vti noluit, aut non poſſit,ad ſequentes in gradu ex capite Edicti ſucceſſorij deuoluatur: ſed an idem ſit in reuocatione, quæ fit iure protomiſeos,vt proximiore nolente retrahere feudum alienatum admittantur ſequentes proximiores? & licèt communitèr placuerit admitti, atque adeo in caſu etiam reuocationis,quæ fit iure protomiſeos, ſucceſſorium Edictum locum habere, Afflict.in d. §.ſed etiam res, num.*2. *& in d.§.porro,num.*81. *Sonsbec.part.*13.*num.*119. *Cacher.deciſ.Pedemont.*177.*num.*4. *verſ. hinc fit. Negatiuam tamen amplexus eſt, & defendit Harth. Piſtor.*2. *quæſt.*12.*num.*62.*vſque ad finem,quæ ipſa etiam veritati iuris magis eſt conſentanea, & mea quidem ſententia non docendo tantùm,ſed conſulendo etiam, & iudicando ſequenda,&c.*

Hanc eandem ſententiam amplexus eſt noſter Fab. de Anna *pract. obſeru. decad.*1.*obſeruat.*10. poſt *opuſculum collectaneorum*,vbi Harthman.& Vult.*locis citatis* inſequendo, dicit, ſic de anno 1603.diſſeruiſſe cum doctiſſimo Viro, & in feudis verſatiſſimo,& quòd miratus fuerit de aliquibus illius temporis Aduocatis,qui contrarium affirmare auſi fuêre.

Hoc idem nouiſſimè firmauit Iul.Cæſar. Gallupp. in *ſua methodo iur. feudal. part.*2. *capit.*11.*numer.*25. *fol.*33.

Quibus omnibus ſic ſtantibus, deciſio ſequuta in cauſa Iuliæ Muſceptulæ,etſi eſſet rationabilis, & in iure fundata,D.Iulio obſtare non poteſt,ex quo venditori erat illa proximior,& in feudis immediatè ſuccedtrix.

Quartò, & tandèm, hæc omnia ſupra iam dicta, quibus Aduerſarij nunquam congruè reſpondebunt, indubitata redduntur,& penitùs ſine vlla controuerſia,ex impotentia,in qua verſantur tam Carolus frater, quàm D. Liuia ſoror in emendo Terram, ſuper qua extraneo emptori hodiè præferri petunt: conſtat enim,ex diuiſione inter fratres omnes, & ſororem facta de pretio Terræ Mariliani,quæ in communis patris hæreditate remanſit,cuiuſlibet portionem ad ſummam non aſcendere ducatorum quindecim millium ſuper functionibus fiſcalibus diuerſarum Terrarum, ac certis debitorum nominibus ſituatorum, vt ex diuiſionis inſtrumento *fol.*15. in proceſſu prælationis: pretium autem Terræ prædictæ ad ducatos centum quadraginta mille,vltra meliorationes per emptorem factas, quæ certè ſummam tranſcendunt ducatorum dècem millium.

Hoc poſito,vellem ſcire, quibus mediis poterunt actores Terram prædictam conſequi? Etenim nullo eſt pacto credendum,Carolum,qui vigeſimum adhùc non excedit annum, itémque & D. Liuiam,quæ adhùc in decimooctauo perſiſtit anno,cum alterius pecunia ſub vſuris certè accipienda feudum tanti momenti pro ſe ipſis emere velle,ſicque exigere demùm ad rationem quatuor, & creditori correſpondere ad minus ad rationem ſeptem pro centenario, quòd proindè credidi ſemper Ego,iudicium hoc prælationis de Cæſaris venditoris ordine motum; vt notum eſt Deo, & Hominibus, non ad alium finem fuiſſe inſtitutum, niſi vel ad defatigandum emptorem ſub ſpe, vt in temporis progreſſu oriri poſſet id, quod oriri ſolet,quando Rei Iudicis ſententiam expectare timent,& in vanum laborant;vel & ſecundò, vt obtenta prælatione, poſſint Terram alteri, cum quo forſan ſecretò conuenerunt, vendere; ſicque lucrum aliquod conſequi: & in hoc ius reſiſtit expreſſum; eſt enim receptiſſimum, quòd vbi competit prælatio, (quam in caſu, de quo agimus,vt demonſtraui, certum eſt non competere,)eſt illa prorſus deneganda, quando res,ſuper qua præferri petitur, in petentis poſſe non eſt permanſura; allegant omnes Guid. Pap. *deciſ.* 411. & ex Noſtris, ſatis disertè id docet Cæſar Vrſill.*in addition.ad Afflict. deciſ.*238. *num.*6. vbi in caſu maioris conſiderationis,nimirùm in venditione emphyteuſis ab emphyteuta extraneo facta, conceſſa per ſententiam Sacri Conſilij prælatione directo Domino,qui demùm rem illam,in qua prælationem obtinuit, alteri conceſſit, idem Sacrum Conſilium, ſententiam, qua mediante fuit directo Domino conceſſa prælatio, reuocauit; factámque primo loco ab emphyteuta venditionem confirmauit: & ſic habuit pro abſoluto, in caſibus,in quibus de iure competit alicui prælatio, non eſſe illi locum, quotiès res illa, ſuper qua præferri petitur, non eſt permanſura in dominio prælationem petentis, prout ſine dubio vt oculis videmus, & manibus palpamus contingeret in hoc caſu, adhùc ſi diceremus,actores in articulo,de quo agimus, bonum fouere ius, prout fouent peſſimum,& deſperatum. 47

Id quod etiam ſatis benè ad rem noſtram aduertit Andr.Gayl. *pract. obſeru.lib.*2.*obſeru.*19. *à num.*8. vbi connumerando requiſita, quæ concurrere debent, ad hoc vt fiat locus Retractui, quod competit iure ſanguinis,*num.* 10.dicit hæc verba: *Tertiò requiritur,vt ſibi retrahat, & in vſum ſuum,non in vtilitatem alterius,& in fraudem emptoris; nam hac in re perniciosè quandoque peccatur, &c.* ſequitur Io. Baptiſta Coſta *de rat.portion.quæſt.*100.*num.*3.Caſtill.*deciſ.*89. *num.*16.ſub illis verbis, *& de iure vt aliquis obtineat in Retractu, eſt neceſſe, quòd ſibi retrahat, & in vſum ſuum;non verò ad alterius vtilitatem, vel alitèr in fraudem emptoris; &c.* Marius Giurb. omninò videndus *deciſ.*51. vbi *num.*11. plurium authoritate docet; hac in re Iudicis partes eſſe in cognoſcendo, an pro alio, vel in ſui vtilitatem conſanguineus velit retrahere, idque dignoſci poſſe ait ex qualitate perſonarum, rerum, & locorum;ſubdens, quòd ad ſimulationem hanc probandam leues ſufficiunt coniecturæ; ex Becc.*conſ.*52.*num.*50.& *ſeq.*vbi dicit, ad Iudicis arbitrium hoc eſſe remittendum: ſed illam credit Giurb. potiſſimam eſſe ſimulationem, quam ſcripſit Veral. *deciſ.*143. *lib.*1. in caſu, de quo nos agimus, literis aureis adnotandam,nimirùm ſi pauper ſit retrahens, & ad ſoluendas pecunias pro Retractu neceſſarias inhabilis, adeò vt mutuo pecunias ab alio eſſet recepturus, quæ quidem ſimulatio cùm in caſu *illius*

deciſionis

deciſionis concurreret, prout concurrit in caſu noſtro, ſupremum illud Siculum Conſiſtorium confirmando ſententiam Magnæ Regiæ Curiæ, prælationem Agnato denegandam eſſe cenſuit, emptorémque ab impetitis abſoluit; prout paritèr in occurrenti controuerſia Dominum Iulium fore abſoluendum, illiquè in tanta vexatione ſuccurrendum, ſpero indubitanter.

Donatus Antonius de Marinis.

Die ſexta Menſis Iunij 1637.

Facta de his omnibus relatione in Sacro Conſilio per D. Petrum Antonium Carauita Regium Conſiliarium, & cauſæ Commiſſarium, fuit per S.C. deciſum, ex cauſis diſcuſſis non competere prælationem Carolo, & D. Liuiæ Zattara; & ſic fuit Dominus Cliens abſolutus, vt videre eſt penès *D. Conſiliarium Capycium Latro*, nunc Regentem meritiſſimum, qui in hac cauſa elegantiſſimam ſcripſit *deciſionem*, & eſt 57. *in ordine.*

SVMMARIVM.

1 *Ius Retractus an competat Baroni iuriſdictionis ciuilis, quando venditur iuriſdictio criminalis, & numer. 6. 11. 18. 19. & 20.*

2 *Prælatio non competit, niſi concurrente altera ex tribus cauſis, quæ enarrantur.*

3 *Dominus directus præfertur, quando emphyteuta, ſeu feudatarius vult extraneo feudum, ſiuè emphyteuſim vendere.*

4 *Agnatus proximior præfertur, quando feudatarius vendit extraneo feudum.*

5 *Vicinus præfertur, quando venditur res ſibi collateralis.*

7 *Ius Retractus in feudis ratione vicinitatis denegatur.*

8 *Vniuerſitates Terrarum Regni Neapolis poſſunt petere domanium, quando ad illarum venditionem proceditur, immò illas præferri, quando venditur à Rege particularis iuriſdictio, putà criminalis, ſecundarum cauſarum, &c.*

9 *Vniuerſitatibus ad domanium prouocantibus, videtur quodammodò ipſe Rex principalitèr tale ius exercere.*

10 *Iuris Retractus natura quæ ſit, explicatur.*

12 *Emptor rei cum pacto de retrouendendo an ſit præferendus in ceſſione iuris luendi, à venditore extraneo facta, & numer. 15. & 16.*

13 *Emphyteuta completo conceſſionis tempore, præfertur extraneo, cui directus Dominus rem illam ſimilitèr in emphyteuſim concedere vellet; & ſic de feudatario, volente Domino denuo infeudare.*

14 *Conductor primus prædiorum fiſcalium præfertur ſecundo conducere volenti.*

17 *Emphyteuta an præferatur in venditione directi dominij.*

21 *Prælatio an competat, quando venditur iuriſdictio criminalis.*

22 *Eccleſiæ nunquam competit prælatio in feudis, quia feudum deueniret in Manusmortuas; ſed quid ſi Eccleſia inſtaret, vt poneretur in manus ſecularis.*

23 *Titulus,* C. plus valere, quod agitur, quàm quod ſimulatè concipitur, *non procedit in feudis.*

24 *Prælatio denegatur, quando eſt elapſum tempus, intra quod petenda eſt; vbi exempla.*

25 *Læſio eſt probanda, quando petitur reſtitutio in integrum aduerſus lapſum temporis iuris Retractus.*

ARGVMENTVM.

Ius Retractus an competat Baroni iuriſdictionis ciuilis, quando venditur iuriſdictio criminalis ab illius Domino. Prælatio quibus ex cauſis competere poteſt. Ius Retractus cuius naturę ſit. Emptor rei cum pacto de retrouendendo, an præferendus ſit in ceſſione iuris luendi à venditore, pretio mediante, alteri facta. Eccleſia ſi in feudi venditione præferri non poſſet ex eo, quòd dicitur Manus-mortua, an petere poſſit, vt feudum illud ponatur in manus perſonæ ſæcularis. Titulus *C. plus valere quod agitur, quàm quod ſimulatè concipitur*, an procedat in feudis. Perſona priuilegiata, læſione non probata, nùm reſtitui poſſit aduerſus lapſum temporis ad retrahendum à iure præſcripti? & de aliis.

CAPVT CXVII.

IVs Retractus, ſiuè prælationis, dubitatur, nùm exerceri poſſit per Baronem iuriſdictionis ciuilis, quando Dominus iuriſdictionis criminalis iuriſdictionem illam in alium, venditionis, ſiue locationis titulo transfert? 1

Contigit aliàs in ſupremo Regni huius Senatu de hoc dubitari in cauſa prælationis petitæ pro parte Reuerendi Capituli Sancti Protectoris mei Nicolai Barenſis, vtilis Domini in ciuilibus Terræ Sancti Nicandri, ſuper venditione, cũ pacto de retrouendendo, ſiuè decennali locatione iuriſdictionis criminalis à Domino Comite Molæ, Domino Franciſco Griſono facta; & non eſſe ius hoc præfato Capitulo concedendum, ratione, & authoritate reſpondi.

Ratione,

2 Ratione, ſiquidem iuris tramitibus attentis, prælatio, ſiuè ius Retractus non niſi altera ex tribus
cauſis competere poteſt. *Primò* nimirùm ratione directi dominij, quod quis habet in re, quæ in alium
diſtracta proponitur; & de hoc iure eſt tex. *in l. fin. C.*
3 *de iur. emphyt.* vbi directus Dominus in venditione
emphyteuſis extraneo emere volenti præfertur; & in
materia noſtra eſt tex. de iure communi feudorum,
in *cap. 1. §. porrò, in tit. qualiter olim poter. feud. alien.* ibi
enim expreſſis verbis illius feudalis ſanctionis Au-
4 thores ſtatuiſſe comperimus, vt in venditione feudi
à vaſallo feudatario facienda, directus Dominus extraneo emptori præferatur.

Secundò poteſt eſſe locus Retractui ratione ſanguinis, & de hoc eſt tex. *in cap. 1. §. Titius, in tit. ſi de
feudo defun.* & in *cap. 1. §. ſed etiam res, in tit. per quos
fiat inueſt.* vbi Agnatus proximior in venditione feudi
5 à feudatario Agnato remotiori, ſiuè prorſus extraneo
facta præfertur.

Tertiò, & tandem ſubintrat Retractus ratione vicinitatis; & de hoc eſt *text.* de iure Canonico in *cap.
conſtitutus, de in integr. reſtit.* & de iure Regni huius
in *vulgata Conſtit. Sancimus, de iur. protom.* Nam de
iure Ciuili, ius hoc ratione vicinitatis expreſsè prohibitum habemus *in l. dudum, C. de contrah. empt.* ſic
enim, quamuis in alio caſu, ratiocinatur Dominus
Camill. de Curte in *ſuo diuerſ. iur. feud. in quæſtione,*
quæ incipit, *Licèt autem veriſſima, num. 40. fol. 8. à
terg.*

6 Modò, in caſu noſtro, ſiuè primam, ſiuè ſecundam,
ſiuè tertiam ex his cauſis conſideremus, ceſſat prorſus petita prælatio, cùm nullum ex parte Baronis in
Ciuilibus directum dominium, ſiuè ius ſanguinis
conſideretur; & quatenus vicinitatis termini eſſent
applicandi, prout ſunt inapplicabiles, obſtat directò
7 communis Schola Scribentium, dùm in feudis ius
Retractus ratione vicinitatis, nemine contradicente,
denegarunt; vt per Afflict. *in d. Conſt. Sancimus, in pr.
num. 7. & 37.* Tiraq. Præſ. de Franch. Reg. de Pont.
Roſent. & alij per me relati *lib. 1. cap. 233. numer. 2.*
quibus addo Maſtrill. *in conſ. vnic. poſt 1. p. dec. numero 35.*

8 Et quamuis nulla ex prædictis cauſis vigente in
venditionibus Ciuitatum, Terrarum, & Caſtrorum
Regni huius, Vniuerſitatibus ipſarum, ſiuè cuilibet
particulari ciui ius hoc prelationis ad emptorum excluſionem paſſim fuerit conceſſum, immò adhùc ſi
vendita extiterit particularis iuriſdictio, nimirùm
ciuilis, ſiuè crimininalis, ſecundarum cauſarum, Siclæ, Portulaniæ, &c. vt conſtat ex relatis per Dom. de
Franch. *dec. 17.* D. de Curte *loc. cit. num. 65. 66. & 67.*
& D. Camil. de Med. *conſ. 164. num. 3.* poſt alios, quos
citant, quo fit, vt dicamus, etiam in caſu, de quo
agimus, ius hoc Retractus exerceri poſſe: Reſpondetur tamen cum eodē D. de Curte *n. 47. & 54.* quòd
hoc procedit ex inueterata conſuetudine ſic iudicandi; quę legis vicem obtinet, non quòd iuris termini aſſiſtant; quæ quidèm conſuetudo ex eo poteſt
defendi, nè dicamus, illam iuris diſpoſitioni funditùs contradicere, cùm certo modo petens Vniuerſitas ad hoc ius ſe admitti, videatur quodammodò
9 ipſe Rex vti Dominus directus principalitèr tale ius
ad ſui beneficium exercere, quamuis mediante pecunia Vniuerſitatis: ex quo negari non poteſt, Vniuerſitate ad domanium admiſſa, vtile dominium,
quod per priùs erat penès Baronem, conſolidari cum
directo, quod eſt penès Regem; vt ſatis benè poſt
D. de Curte *loc. cit. num. 52.* notat Maſtrill. *conſ. vnic.
ſuprà relato, numero 71.* id quod temporibus noſtris
occaſione inſtantis belli propriis oculis vidimus, &
adhùc videmus, ac manibus palpamus; paſſim enim
Ciuitates, & Terræ, quæ propria pecunia fuerunt
ad domanium admiſſæ, venduntur, & alienantur,
vti bona ad D. Regem noſtrum ſpectantia; quæ omnia in caſu, de quo nos agimus, nullatenus conſiderari poſſunt; ac proindè non eſt, cur prælationis termini ad propoſitam quæſtionem ſint applicandi.

Secundò, quòd Retractus, ſiuè prælationis ter- 10
mini in caſu, de quo agimus, ſint penitùs impertinentes, huius iuris naturam conſidero, quæ eſt, vt
quis rem ſuam alteri vendere non poſſit, niſi priùs
requiſito illo, cui prælatio competit, ſi emere vult,
ſic poſt Authorem damnatæ memoriæ ſcripſit D. de
Franch. *cit. dec. 17. num. 9.* vndè ſi dicimus, directum
Dominum ſemper præferri extraneo vtile dominium
emphyteutæ ementi, ex diſpoſitione *l. fin. C. de iur.
emphyt.* id ex eo procedet, quia eadem *lege* attenta
Dominus directus eſt priùs requirendus, an velit
emere pro illo pretio, quod ab alio offertur; ſic
etiam, quando quis vult diſtrahere rem alteri collateralem, ſiuè vicinam; nam antequàm vendat, vicinum requirere tenetur, an ipſe velit emere; vt
nimis clarè legitur *in d. Conſt. Sancimus.* Idemquè in
iure Retractus, quod competit iure ſanguinis; ſi
enim feudatarius feudum alienare vult, lege feudali
cautum eſt, vt non poſſit, niſi Agnato proximiore
priùs requiſito, vt expreſſis verbis habetur in *d. cap.
1. §. ſed etiam res, per quos fiat inueſtit.* Hæc requiſitio,
ſiuè denunciatio in caſu occurrentis controuerſiæ
ceſſat omninò, cùm nulla lège in hoc Regno cautum ſit, vt Dominus iuriſdictionis criminalis, illam vendere intendens, teneatur priùs requirere
Dominum iuriſdictionis ciuilis, an emere cupiat;
ergò.

Tertiò ad demonſtrandū, quòd ius Retractus, ſiuè 11
prælatio nullatenus practicari poſſit, niſi concurrente
altera ex tribus cauſis in principio enarratis, quę in
caſu noſtro ceſsāt prorſus; rogo aduertatur, quòd ſi in
reuolutione chartarū, inuenias ius hoc in multis caſibus à DD. admiſſum, quāuis nulla ex prędictis tribus
cauſis cōcurrat, id non niſi legis authoritate ſcriptū,
ſemperquè denegatum reperies, quotiès ex legis,
ſiuè ſtatuti prouiſione permiſſum non extitit; videatur, quæſo, ſynodalis deciſio *Sac. Rot. Rom.* pro caſus
noſtri reſolutione, attentè legenda: & eſt 547. *tom.
4. in recollect. per Farin.* vbi cùm dubitatum eſſet, an 12
emptor rei cum pacto de retrouendendo audiendus
ſit, ſi præferri petierit in ceſſione iuris luendi à venditore, pretio mediante alteri facta, quamuis videbatur affirmandum, quia ſic æquitas ſuadet, nimirum vt ille, qui ità emit, debeat pro æquali pretio
præferri ceſſionario d. pacti; prout à ſimili in em- 13
phyteuta, qui completo conceſſionis tempore, ſiuè
generatione finita, præfertur extraneo, cui directus Dominus rem illam ſimilitèr in emphyteuſim
concedere vellet; & ſic de feudatario, volente Domino denuò alteri infeudare; ad tradita per Bart.
in l. 1. §. permittitur, ff. de aqu. quotid. & æſtiu. & è
contrà de infeudato fructus feudi extraneo vendere
volente, vt Dominus præferatur, Luc. de Pen. *in l. 1.
num. 2. verſ. item faciat hæc lex, C. de metallar. lib. 11.*
& de primo conductore prædiorum Fiſcalium, vt 14
præferatur ſecundo conducere volenti, Boer. *dec. 107.
num. 3.* Reg. de Ponte *conſ. 23. num. 11. lib. 1.* Gizzar.
deciſ. 5. in princ. & per alios *vbiquè.*

Contrariū tamē *Sac. Rot.* ſemel, atquè iterùm determinauit, exiſtimans, quòd quicquid ſit de iſtarū con- 15
cluſionū veritate, ſi verę ſunt, hoc erit (nota) quādo ità
particularitèr reperiretur iure cautum; vndè cùm in
caſu, vbi venditor cedit alteri ius luendi, nihil reperiatur lege aliqua prouiſum, vt emptor rei cum
pacto de retrouendendo ceſſionario huius pacti præferatur,

feratur;non videtur,quòd propter imaginariam æquitatem ſit hic nouus laqueus priuatorum rebus iniiciendus,cùm potiùs æquitas ſuadeat, vt quis ſit rerũ

16 ſuarum moderator,& arbiter; ad text. *in l. in re mandata , Codic. mandat.* & experientia docet, vt difficilius vendantur res , in quibus competit aliis prælatio , ex quo nemo, dum emit,cupit viuere in ſuſpenſo,donec quis declaret,an velit ſuper re empta præferri : ſubdens Rota *eodem citato loco in fine* , ob has

17 rationes aliàs denegaſſe audientiam emphyteutæ, qui inſtabat pro prælatione ſuper venditione directi dominij,à directo Domino alteri facta : id quod etiam deciſum habemus in S. C. penes D. de Franc. *deciſ.*17. *num.*8. cùm tantùm ſit iure cautum , vt directus Dominus præferatur , quando emphyteuta vendit vtile dominium, *d.l. fin. Cod.de iure emphyt.*è contra autem nulla lege cauetur. Idemque Franciſcus de Clapper. *in centur. Cauſarum fiſcalium , cauſa* 69.*quæſt.*2.*part.*3.*fol.mihi* 97.

18 Huius deciſionis rationes , negari non poteſt, quin propoſitam quæſtionem determinent ; nam ſi ideò emptori cum pacto de retrouendendo fuit denegata prælatio ſuper ceſſione iuris luendi, à venditore extraneo facta,ex eo, quòd nulla lege prouiſum reperitur , vt præferatur ; item quia ſuadet æquitas, vt quis ſit rerum ſuarum moderator , & arbiter , & & quòd priuatorum bonis nouus laqueus non inferatur; ſed quòd potiùs illa ſint in libero commercio; cur idem non erit dicendum in caſu noſtro , in quo iſtæmet rationes,&longè maiores militant?quo enim iure,petebam Ego,quauè lege prælatio à Reuerendo Capitulo petita iuſtificari,ſiuè defendi poteſt ? inſupèr,quæ ratio ſuadet,vt emptor,ſiuè conductor huius criminalis iuriſdictionis poſt tantum tempus , tanto eius detrimento, tantóque intereſſe eiiciatur,ſic propria bona,quæ ibi poſſidet,deſerendo?

19 Authoritate etiam annuimus hanc probari ſententiam in caſu fortiori , & in puncto ; in caſu fortiori ſic deciſum habemus per Senatum Burdegalenſem;etenim cùm duo vnius Caſtri eſſent Domini, quorum alter partem ſuam extraneo vendiderat, petiit Conſors ſuper parte vendita pro æquali pretio præferri , ſed fuit ei denegata prælatio ; ſic teſtatur Arnold.Ferron. Reg. Conſil. *in comment.ad Conſuet. Burdegal. lib.*1. *tit.*1.*de Retractu,§.*2.*verſ. quod attinet ad conſortem, fol.mihi* 28. ſub illis verbis : *Sed tamen pro opinione Iaſ. & Ang. Senatus noſter nuper iudicauit in cauſa Regis Nauarræ , & Dominici Caſſij Viri nobiliſſimi , qui tanquàm conſors ad Caſtri partem venditam,cuius pro parte erat Dominus,admitti volebat, nec eſt admiſſus , magnáque ratione motus ampliſſimus Ordo ità ſtatuit, &c.* quam quidèm ſententiam ex Noſtris amplexus fuit Præſ.Lanar.*in addit.ad Patruum,in repet.§.ſed etiam res : per quos fiat inueſt.numer.*7.*fol.*317.

20 In puncto autem , & ſic in indiuiduo caſus noſtri Proſper Rendel.*in tract.de iur.protom.§. in primis, num.*54.*verſ.fortius dico.fol.mihi* 126.vbi refert,quòd cùm Baro iuriſdictionis criminalis Terræ Ciſternini Barenſis Prouinciæ iuriſdictionem illam pro certo pretio conuento vendidiſſet Io. Vincentio de Tolfa, Vniuerſitas petiit prælationem , & obtinuit , ex eo, quòd Cathedralis Eccleſia Monopolitana, quæ eiuſdem Terræ ciuilem , & mixtam iuriſdictionem habet , prælationem prætendere non poterat , quia quando res ad Eccleſiam deuenit,incidit in Manum, vt vocant , Mortuam ; quòd proindè non patitur Dom. Rex noſter , in ipſa Eccleſia conſolidationem , & acquiſitionem fieri ; allegat text. *in capit.* 1. *§.*1. *de alien. feud.* Spec. *in tit. de locat. §. alim* , Maſuer.in *ſua prac.de loc.& iur.emphyt.num.*14.*verſ.item ſi res*,& Chaſſan. *in Conſuet.Burg.sub.des mains-mortes : §.*10.*in pr.n.*54.*verſ.ex quibus omnibus.*

Et quatenus citatus *Rendel.* ſi non eſſet Eccleſia, in qua militat manus-mortuæ ratio,ſupponit , quòd ſi Baro iuriſdictionis ciuilis eſſet merè laicus , poſſet prætendere præferri emptori iuriſdictionis criminalis, & quòd ita fuerit in S. C.deciſum , penès Marin. Frecc.*lib.*2.*de ſubfeud.in* 2.*auth. Baron.num.*26. Modernos Addent. ad Napod. *in proœm. noſtrarum Conſuet.§.præfati,lit. F.*& Vinc.de Franch.*deciſ.*17.rogo, aduertatur , quod *Rend.* in hoc ſatis fuit deceptus; nunquàm enim hic articulus penès citatos DD. neque alios, quos vidi,fuit in S.C. deciſus , minuſquè vllo vnquam tempore diſcuſſus. Illud enim , de quo verba fecit *Marin. Frec.* eſt , an vaſallis competat 21
prælatio , quando venditur iuriſdictio criminalis? & negatiuè concludit;quia cùm ſint vaſalli alterius habentis iuriſdictionem ciuilem , ceſſat ratio And.*in §. ſed nec dominus,de prohib.feu.alien.per Fed.*& Io.Fabr. *in.§. dominus, Inſtit. de noxal.* Sed etiam in hoc caſu fuit demùm in Reg.Cam. deciſum contra *Frec.*& in fortioribus terminis , nimirùm competere prælationem vaſallis , etiam in caſu , quo Dominus iuriſdictionis criminalis,iuriſdictionem illam Baroni iuriſdictionis ciuilis venderet,teſtatur D. Cam. de Curte *loco cit. num.*67. quo fit , vt dicamus,*Rendel.*ſententiam,vt denegetur prælatio Baroni iuriſdictionis ciuilis,quando venditur criminalis;procedere,ſiuè Baro iuriſdictionis ciuilis ſit Eccleſia,ſiue merè laicus, cùm in vtroque militent rationes, & cauſæ , de quibus *ſuprà.*

Dico plus,quamuis non neceſſariò; quòd ſi certa 22
lex reperiretur , quæ ius Retractus , de quo agimus, Baroni iuriſdictionis ciuilis concederet , in caſu noſtro ob vrgentiſſimam rationem à *Rend.* conſideratam,eſſet illud omninò denegandum; cui quidem rationi ſatisfieri non poſſet , ſi Capitulum pateretur, prout ſe offert,ſcopulum videns ineuitabilem, vt iuriſdictio conferatur in Tertium laicum : etenim ex hoc maximum orietur abſurdum , & inconueniens, illudquè eſt,vt prælatio verè huic Tertio concederetur;non autem Capitulo. Probatur,cùm vtile iuriſdictionis dominium in hunc Tertium transferatur,non autem in Capitulum , à quo licèt exburſaretur pecunia pro prælatione obtinenda , non tamen eſt in conſideratione , ex quo in feudorum acquiſitionibus non attenditur de cuius pecunia feudum eſt emptum; ſed conſideratur dumtaxat perſona , in quam Dominus conſenſit ; hìnc in Regno inoleuit praxis , vt ſi quis careret ſucceſſore , ſiuè eſſet exterus,aut bonorum feudalium incapax , puta Monaſterium, & vellet feuda emere , illa de propria pecunia emere procurat ab habentibus ſucceſſores , à quibus demùm obtinet inſtrumentum , quod nos appellamus *Recognitionem*, quæ quidèm Recognitio reſpectu Regis nullius eſt conſiderationis , ſed attenditur tantùm perſona, quæ feudum emit , *titulus* enim *Codic.plus* 23
valere, quod agitur , quàm quod ſimulatè concipitur,in feudis non procedit ; quia attenditur , quod eſt ſcriptum , quamuis ſimulatè ; & non alitèr , quod verè actum eſt : probant hæc omnia D. Reg. de Ponte *in conſ.*45. *dumer.*18. *&* 22. & D. Reg.Capyc. Galeot. *controu.lib.*1.*controu.*28.*num.*1.7. *&* 17. vndè in caſu noſtro licèt verè prælatio concederetur Capitulo, & ſimulatè Tertio,qui à Capitulo nominatur, ſimulatio tamen eſt illa,quæ attenditur, non autem veritas , ſicque Tertius nominatus verè diceretur prælatus,non autem Capitulum.

Vltimò,vt nihil remaneret intactũ,non quòd ſuaderet neceſſitas,illud omninò animaduertendũ dicebã,quòd ſi in caſu noſtro concurreret altera ex tribus 24

cauſis in principio enumeratis,ſicquè verſarentur in puris terminis iuris Retractus, ſiuè prælationis, adhùc D.Franciſcus conuentus ab impetitis per Capitulum eſſet abſoluendus,cùm pro aſſequendo,quod Canonici petunt, tempora non largiantur: conſtat enim,alienationem, ſiuè locationem iuriſdictionis, de qua agimus, ſequutam fuiſſe *anno* 1637. inſtantiam verò Capituli pro Retractu *currenti anno* 1640. & ſic poſt trium annorum ſpatium; vndè cùm vnius dumtaxat anni tempus ſit à Legiſlatoribus præſcriptum ad hoc ius exercendum; eo elapſo ampliùs peti non poteſt; Sic quando eſt locus prælationi ratione directi dominij,ſtatutum eſt in *cit.capit.*1.*§.porrò, qualitèr olim pot.feud. alien.* vbi expreſſis verbis determinatur, prælationis beneficium denegandum omninò directo Domino, qui paſſus fuit labi annum ad illud petendum; Idemquè in agnato, & ſic in Retractu iure ſanguinis debito ſancitum eſt in *citato capit.*1.*§.Titius,ſi de feud.defun.controu.ſit, &c.* Sic & tandèm in eo Retractu ratione ſimplicis vicinitatis competente, niſi obſtaret particularis loci conſuetudo, diffinitum habemus *in Conſt.Sancimus, §.ſcriptum eſt*,ibi, *poſt annum verò nullum ius protomiſeos habent, &c.* & pluribus relatis probat Rend. *citato tract.de iur.protomiſ.in §.tranſeunte autem*,per tot. *n.*10.*f.*286.& in *d.§.ſcriptum eſt,ver.vnius anni,f.*311.

Iſtudmet vnius anni tempus ad domanium prouocandum abſque vlla reſtitutionis in integrum ſpe Vniuerſitatibus Regni huius præſcriptum eſſe conſtat ex *Pragmatica ſanctione*,quæ eſt 64.§.1. *&* 5. *de offic.Proc.Cæſ.*Io. Vinc. de Anna *alleg.*27. *numer.* 22. & aliis omiſſis Cam. de Curte *loco cit. fol.*9.*à ter.*
25 *num.*56. cum *pluribus ſeqq.* Quamuis ante huius legis promulgationem fuerit dubitatum, an elapſo anni circulo potuiſſent Vniuerſitates aduerſus temporis lapſum in integrum reſtitutionem petere? & qui pro Vniuerſitate reſponderunt, hoc admiſerunt, dummodò læſio probata ſit,prout in Minore eſt text. nimis clarus *in cit.cap. conſtitutus*, vbi Gloſ. *in verb. conſtiterit, de in integr.reſt.* quia nullibi in Iure legimus dici quem læſum eo ipſo,quòd paſſus ſit labi tempus ad aliquid faciendum à lege conceſſum, ſed cogitur inſimul, ſi reſtitutionem aſſequi vult, de allegata læſione edocere; ita Bart.*in l.nam poſtea* 9.§. *ſi minor,num.6.de iureiur.*vbi Aug. *num.*3. Salyc. *numer.*7. Alex. *num.*8. Viu. *deciſ.*534. *numer.*42.& alij: illud autem, quod in hoc iudicio venit probandum, explicat Io. Vinc.de Anna *cit.alleg.*27. *numer.*24. & ſatis elegantèr Andr. Fachin.*conſ.*64.*ante numer.*15. *ver.venio ad quartum,lib.*1.nimirùm,quòd intra tempus ad retrahendum præfixum,perſona priuilegiata, cui hoc ius competebat, habebat in promptu pecuniam pro Retractu exercendo neceſſariam, & quòd res erat ei vtilis.

Huius cauſæ exitum habes penès Dom. Reg. Sanfelic. in *additionibus ad ſuam deciſ.*322. & apud D. Reg.Capyc.Latr.*dec.*168.*p.*2.

SVMMARIVM.

1 *Ius prohibendi,quod Barones habent, nè vaſalli ad alia molendina, furnos,& tapeta accedant,quàm ipſorum Baronum,an procedat, quando vaſalli accederent extra territorium,& n.*2.3.*&* 4.

5 *Prohibitum quando aliquid eſt à lege,vel ab homine, omnis ſequela,per quam peruenitur ad id,prohibita cenſetur.*

6 *Ius prohibendi, quod habent Barones in furnis, molendinis, & tapetis,tangit perſonas vaſallorum, illorúmque oſſibus affixum dicitur.*

7 *Mulier nupta,quæ vigore Statuti non poteſt ſe obligare ſine certa ſolemnitate, ſi in fraudem ſe obligauerit extra territorium, ſolemnitate non obſeruata, nulitèr obligata dicitur,*

8 *Sententia,quæ perſonam afficit, vbique vim ſuam exerit.*

9 *Epiſcopus prohibens ſub pœna Clericis ſuis armorum aſportationem, ſi extra Diœceſim reperitur Clericus cum armis, incidit in pœnam edicti.*

10 *Gabella,quæ ſoluitur de quolibet animali naſcente in territorio, debet etiam ſolui, ſi naſceretur extra, quando Domnus in fraudem animalia conduxit extra territorium ad pariendum.*

11 *Ciues conuiciniorum Ciuitatis Neapolis nullo gaudent priuilegio, quia Neapoli nati ſunt, ex quo eorum patres in fraudem, vxores prægnantes ad Neapoli pariendum duxerunt.*

12 *Actus prohibitus in territorio,ſi fraudulentèr fieret extra,habetur ac ſi in Ciuitate factus eſſet.*

13 *Vaſalli, circumſcripto iure prohibendi, quod Barones habere ſolent,non poſſunt deſerere molendina Baronalia, & extra territorium ad molendum accedere.*

ARGVMENTVM.

Ius prohibendi, quod Barones in eorum dominiis habent, nè vaſalli ad alia Molendina, Furnos, & Tapeta accedant,quàm ipſorum Baronum, an procedat, ſi vaſalli accederent ad Molendina, Furnos, & Tapeta extra territorium exiſtentia? & de aliis notabilibus ad materiam pertinentibus.

CAPVT CXVIII.

IVs prohibendi, quod nonnulli Barones Regni huius ex ſpeciali priuilegio, vel conſuetudine legitimè præſcripta in eorum Ciuitatibus, Terris, & Caſtris habent, ne vaſalli ad alia molendina, furnos, & tapeta accedant, quàm ad illa ipſorum Baronum; aliquando controuerſum audiui, an procedat,ſimulque locum habeat, quando vaſalli ad molendina,furnos,& tapeta exterorum extra territorium exiſtentia accederent? 10

Ioannes Franc.Capiblancus,qui *in tract.de author. Baro.* iuribus Baronalibus quantum potuit, detraxit, putauit 2

putauit in *pragm.*14. *n.*17. ius iſtud prohibendi intra
Baronis territorium tantùm verificari, non autem
extra, ſicquè licere ſubditis ad molendina, furnos, &
tapeta exterorum extra territorium exiſtentia acce-
dere: cuius concluſionis laudat in Authores Rip. *de
remed. ad conſeru. vbert. n.*301. & Soc. *conſ.*272. *vol.*1.
quos cùm videre voluiſſem, non inueni, eos dixiſſe
id, ad quod allegantur.

3 Nouarius verò in *tract. de grauam. vaſall. par.*1.
*grauam.*62. videns hanc *Capiblan.* ſententiam non
tutam, exiſtimauit, tunc illam procedere, quando ius
hoc prohibendi præſcriptione eſſet à Barone quæ-
ſitum; quæ cum odioſa ſit, videtur quòd extenſionem
non recipiat; ſecus verò ſi ex priuilegio ius illud ha-
berent Barones, eo enim caſu putauit, vaſallos nul-
latenus ad molendina, furnos, & tapeta extra territo-
rium exiſtentia accedere poſſe.

4 Ego autem nulla habita ratione de *Capiblan.* ſen-
tentia, quæ ratione, & Doctorum authoritate caret:
ſimulque & de *Nouar.* diſtinctione, quæ verè non
probatur; Dico indiſtinctè; dato hoc iure prohiben-
di, nullatenus vaſallis licere ad molendina, furnos, &
tapeta exterorum accedere, tam intra, quàm extra
territorium exiſtentia, ſed neceſſariò illis tantùm
ſuorum Baronum vti teneri.

Probatur primò ratione palpabili, quia aliàs elu-
ſorium prorſus ius illud prohibendi eſſet, ac de vento
ſeruiret, cùm liceret vaſallis aliò ſe conferre, ſicquè
Baronem ſuo iure priuare, eundemquè reſpectu ip-
ſius pareret effectum acceſſus ad furnos, & molen-
dina extra territorium, quàm intra; vndè vt ius illud
à Barone priuilegio, vel præſcriptione quæſitum,
ſuum ſortiatur effectum, neceſſariò dicendum eſt,
eſſe prohibitum acceſſum, tam intra, quàm ex-
5 tra territorium: etenim iuris Regula ſe habet, quòd
quando aliquid à lege, vel ab homine prohibetur,
omnis ſequela, per quam peruenitur ad illud; prohi-
bita cenſetur: hic eſt text. *in cap. cùm quid* 19. *de re-
gul. iur. in* 6. & clariùs in *cap. cùm quid vna via* 84. *eod.
tit.* vbi determinauit Sum. Pontifex, quòd quando
aliquid vna via eſt mihi prohibitum, ad illud alia
via non debeo admitti; id quod ſatis benè exornat
Bellug. *in Spec. Princip. rubr.*1. *num.*10. *&* *rubr.*12. §.
*quadam, num.*20. & 32. ſi enim vna via prohibitum
eſt vaſallis accedere ad coquendum, vel emendum
panem in alio furno, quàm Baronis, quomodò alia
via poſſunt ſe à prohibitione eximere, habendo ac-
ceſſum ad coquendum, ſiuè emendum in furnis ex-
6 terorum, extra territorium exiſtentibus? Hæc nam-
que prohibitio vaſallorum tangit perſonas, non au-
tem locum, & ſic territorium; illorúmque oſſibus af-
fixa dicitur, vndè quò illi vadunt, aſſiſtit prohibitio.

Hinc meritò *Doctores* affirmaſſe comperimus,
quòd quotiès quis faceret actum extra territorium,
qui quidem actus intra eſſet prohibitus, conſiderata
fraude, habetur ac ſi in Ciuitate factus eſſet, ponunt
7 exemplum; dicit Statutum alicuius Ciuitatis, quòd
mulier nupta, ſub nullitatis contractus pœna, abſque
duorum propinquorum conſenſu ſe obligare non
poſſit, hoc Statutum quamuis videatur, quòd non
ſe extendat extra territorium Statuentis, ad text. *in
c. vt animarum*, §.1. *de Conſtit. in* 6. *in cap. à nobis, de
ſenten. excomm.* & *in l. fin. ff. de iuriſd. omnium iudic.* at-
tamen ſi in fraudem Statuti, & ſic ad illius ſolemni-
tatem euitandam mulier extra territorium abſque
proximorum conſenſu ſe obligaſſet, nulla cenſetur
obligatio, ac ſi in Ciuitate, vbi prohibitiuum Sta-
tutum viget, facta eſſet. Reddunt rationem, quæ ca-
8 ſum noſtrum determinat, & ea eſt, quia ſententia,
quæ perſonam afficit, vbiquè vim ſuam exerit;
ità opinati ſunt Petr. de Anchar. *in repetit. cap. Ca-*

nonum ſtatuta, in 12. *quæſt. de Conſt.* Franc. Aret. *conſ.*
54. Alex. *conſ.*41. *num.*8. *& ſeq. lib.*5. Rol. à Val. *conſ.*
33. *vol.*3. Pariſ. *conſ.*99. *n.*58. *vol.*1. Caualca. *deciſ.*42.
*num.*35. *par.*1. & alij, quos refert, & ſequitur Ricc.
*dec.*124. *par.*1. vbi in puncto principali deciſum fuiſſe 9
teſtatur, Edictum Curiæ Archiepiſcopalis huius Ci-
uitatis armorum aſportationem Clericis prohibens,
ligare Clericum illum diœceſanum, qui extra Diœ-
ceſim in fraudem edicti propè finem arma aſporta-
uerit.

Pro cuius *deciſionis* confirmatione, ad fraudes eui-
tandas, refert in *fine* ſingulare dictum Bart. *in l. cùm
ſatis, num.*12. *C. de agricol. & cenſit. lib.*10. vbi voluit,
quòd ſi in aliqua Ciuitate, Statutum extaret, vt pro 10
quolibet animali naſcente in territorio, teneatur
Ciuis, qui Dominus eſt animalium gabellam ſolue-
re, ſi animalia prægnantia extra territorium Domi-
nus aſportauerit, vt ibi parerent, quia id in fraudem
Statuti peractum fuit, adhùc gabellam ſoluere tene-
bitur; nam aliàs gabellæ exactio eluſoria redderetur,
ſicquè Ciuitas fraudibus opprimeretur.

Hinc propter eandemmet rationem fraudis eui- 11
tandæ, non ſemel Regiam Cameram determinaſſe
inuenimus, Ciues conuiciniorum huius Ciuitatis
Neap. cogendos eſſe ad ſoluendum eorum Commu-
nitatibus gabellas, aliaſquè fiſcales functiones, non
obſtante quòd in hac Ciuitate, quæ aliàs redderet il-
los immunes, nati ſint; ex quo demonſtratur, eorum
patres, qui vxores habebant prægnantes, in fraudem
ad hic pariendum duxiſſe, teſtatur D. Moles in *ſuis
deciſionibus manuſcriptis*, quas recenſet Nouar. *in
prax. elect. fori, ſect.*3. *quæſt.*63. *n.*27. & probauit Gra-
tian. *diſcept. forenſ. lib.*1. *cap.*57. *n.*17.

Si ergò in caſibus prædictis actus geſti extra ter- 12
ritorium, habentur, ac ſi intus geſti eſſent, ſicquè ſem-
per fieri locum Statutis prohibitiuis, idem paritèr ci-
tra omne dubium dicendum erit in caſu propeti æ
quæſtionis, vt eadem ad beneficium Baronis vigeat
prohibitio intus, quàm extra territorium, ſicquè ac-
cedens vaſallus ad emendum panem in furno extra
territorium exiſtente, fieri locum pœnis ſtatutis ad-
uerſus ſubditos illos, qui ad alium furnum, quàm
Baronis accederent.

Secundò confirmantur hæc omnia ex hiſ, quæ 13
in caſu fortiori dixerunt Noſtrates in puris terminis
*Pragm.*14. *de Baronibus*, & ſic vbi ius hoc prohiben-
di Baro non haberet, vt adhùc, quando teneret ille
furnum, tapetum, vel molendinum in Oppido, vel
in territorio aptum, & ex acceſſu ad illa, vaſalli
damnum, ſiuè intereſſe aliquod non paterentur, quia
idem ius exigitur in furnis, vel molendinis, ſiue ta-
petis Baronis intus eius territorium, vel in Oppido
exiſtentibus, quod exigitur in illis exterorum extra
territorium ſitis, non poterunt certè eo caſu ſubditi,
circumſcripto iure prohibendi, ad alia molendinà,
furnos, & tapeta extra territorium accedere, ſed præ-
cisè illa Baronum adire coguntur, quia aliàs dicere-
tur, ad æmulationem, & in damnum Baronalium
introituum id fieri, quod tolerandum non eſt: ſicquè
pluriès Sacrum Conſilium determinaſſe innenimus;
& teſtantur Marin. Frec. *de ſubfeud. li.*2. *in* 41. *author.*
Io. Vincent. de Anna *in repetit. rub. de vaſal. decrep.
ætat. num.*69. *& ſeqq.* Fab. de Anna *in addit. ad patrem,
ſing.*557. Scip. Rouit. *in citata pragm.*14. *n.*5. *de Baron.*
Fuluius Lanar. *in addit. ad Reg. Patruum, in repet.* §. *ſi
quis per triginta, ſi de feudo defun. contr. ſit*, *&c. n.*68.
*verſ. vnum tamen eſt notandum in praxi, fol.*529. & Io.
Maria Nouar. aliis omiſſis, *tract. de grauam. vaſall.
grau.*58. *n.*4. *lib.*1. Modò quid dicendum in caſu pro-
poſitæ quæſtionis, in qua ſupponimus, Baronem ius
prohibendi habere? hæc occurrunt, &c.

SVMMARIVM.

1 *Pactum in compromiſſo adiectum, vt de nullitate laudi proferendi dici non poſſit, an de iure ſubſiſtat, & numer.* 3. 4. 6.7. *&* 8.

2 *Pacta, quæ bonis moribus non aduerſantur, ſunt omninò ſeruanda.*

5 *Appellationi an poſſit pacto renunciari.*

9 *Reductio ad arbitrium boni viri à laudo Arbitratorum quando peti poſſit.*

10 *Marchionum Torrecuſij, eorumque filiorum laudes.*

ARGVMENTVM.

Laudum ab Arbitris prolatum nùm allegari poſſit nullum, ſi in compromiſſo facto fuerit ſpeciali pacto inter Partes conuentum, vt de nullitate dici non poſſit? & de aliis ad materiam pertinentibus.

CAPVT CXIX.

1 LAVDVM ab Arbitris de litigantium voluntate electis prolatum, aliquando dubitatum extitit, an nullum allegari poſſit, ſi in compromiſſo iuri dicendi de nullitate expreſsè renunciatum fuerit.

Contigit mihi annis ſuperioribus de hac quæſtione diſſerere in cauſa D. Marchionis Torrecuſij cuius partes ipſe pro viribus tuebar, cum D. Principe Montis-herculis, & Vniuerſitate Vitulani ſuper executione laudi ad beneficium D. Marchionis prolati, circa declarationem per Arbitros factam territorij, ad iuriſdictionem Terræ Torrecuſij ſpectantis, nam cùm laudi prædicti pro parte D. Principis, eiuſque Terræ Vitulani fuiſſet de nullitate dictum, quia id omne pacto aduerſabatur in compromiſſo adiecto, per quod extiterat expreſsè vetitum, nè ad iſtud nullitatis refugium, aliuduè recurri poſſet, propoſitarum nullitatum ſupplicationes reiiciendas eſſe, deque illis nullam haberi poſſe rationem, breuitèr ratione, & authoritate demonſtraui.

2 Ratione, cum pacta omnia, quæ bonis moribus non aduerſantur, ſint omninò ſeruanda: ſic enim noſtri *Iuriſtæ* vno ore fatentur in *l. iuriſgentium*, *§. prætor ait*, per illum text. *ff. de pact.* Signorol. *conſ.* 187. *in pr.* Neuizan. *inter conſ. Brun. conſ.* 12. *num.* 23. vbi dicit, quòd illa Prætoris verba, *pacta conuenta ſeruabo*, ab ore Dei procedunt: ſubdens *num. ſeq.* nullam cerni poſſe maiorem juſtitiam, quàm pacta ſeruare: & *Concilium Africanum*, pacem ſeruandam, pactaquè cuſtodienda mandauit, ſtudioſéque agendum, vt ea, quæ promittuntur, opere compleantur: ſic habetur in *capit.* 1. *&* 3. *extra. de pact.* Abb. *conſ.* 62.
3 *lib.* 2. cúmque certiſſimum ſit, hoc pactum, quod in compromiſſo apponitur, vt de laudi proferendi nullitate dici non poſſit, bonis moribus non aduerſari, venit omninò illud ſeruandum: maximè cum roboratum extiterit iuramento, à cuius obſeruantia, citra animæ detrimentum, iuxta omnium placita in *cap. cùm contingat*, & in *cap. ſi verò, de iureiur.* recedi nullo modo poteſt. Quid enim pactio hæc laudi nullitatum excluſiua importaret, ſi de ea non eſſet habenda ratio, nonnè fruſtratoria redderetur, nullo iure id dictante?

Dicet quis, pactum hoc iuri naturali repugnare, 4
ex quo renunciando quis nullitatis ſiuè appellationis remedio, futuræ ſimul renunciaret defenſioni, quam iure naturæ introductum agnoſcimus, *vulgatis iuribus*; cui quidèm naturali iuri pacto renunciari non poſſe, dixerunt Doctores *in l. ſi vnus, §. pacta, quæ turpem ff. de pact.* ergò contra bonos mores.

Huic enim oppoſitioni reſpondet ſatis notantèr Angel. *infrà* citandus, duplicem conſiderando defenſionem, cui quis renunciare poteſt; aliam nimirùm, quæ fieri poſſet aduerſus illicitam oppreſſionem, & huic pacto renunciari non poteſt, proceduntque dicta per Doctores *in d. §. pacta, quæ turpem.* Aliam verò eſſe, dum quis defenſioni renunciaret, aduerſus licitam, honeſtamquè, & à iure permiſſam oppreſſionem, qualis eſt illa, quæ per Iudicis ſententiam fit, & huic, cùm iuſta ſit oppreſſio, renunciari poteſt: nam quamuis id, quod continet ſententia, iudicari poſſet iniuſtum, oppreſſionis tamen modus eſt iuſtus, pendet enim ſententia à ſuprema poteſtate totalitèr opprimendi, ac proindè aduerſus hanc oppreſſionem poteſt quis ſibimet præcludere viam; appellationi, iuri dicendi de nullitate, omniique remedio renunciando, cùm modus iſte à iure inductus ſit.

Quódque hoc verum ſit, videmus ſic in renunciatione iuris appellandi, expreſſis verbis decréuiſſe Imperatorem *in l. fin. §. fin. C. de tempor. appellat.*
dum dixit, quòd vbi litigantes inter ſe ſcriptura in- 5
teruenientè conuenirent, neutri Parti licere prolata ſententia ad prouocationis auxilium peruenire, ſed eorum pactionem firmam eſſe, cenſeri debere: aſſignat *Iuſtinianus* rationem, nimirùm, ad hoc vt legis auſteritas litigantium pactis mitigetur: quæ ſanè ratio ſicut militat in renunciatione iuris appellandi, procedit quoque in illa, quæ fieret iuris dicendi de nullitate, vt per Cæſar. Vrſill. *in addition. ad Afflict. deciſ.* 91. *n.* 12. vbi allegat Anani. *conſ.* 50.

Authoritate etiam annuimus; hanc probari ſen- 6
tentiam, ſiquidèm concluſionem hanc, vt non poſſit quis de nullitate dicere, dum pacto promiſit, nullitatem non allegare; firmarunt Ang. *conſ.* 187. Alex. *conſ.* 32. *numer.* 5. *lib.* 2. Ruin. *conſ.* 14. *numer.* 9. *lib.* 2. Io. Vinc. de Anna *in Conſtit. Conſtitutionem diuæ memoriæ, num.* 283. *& ſing.* 299. vbi dicit, ſemper vidiſſe exequi laudum, allegata nullitate non obſtante, quando fuit in compromiſſo nullitatibus renunciatum; ſicque in Sacr. Conſil. deciſum teſtatur Fab. de Anna *in addition. ad citatum ſui Genitor. ſing.* 299. Reg. Rouit. *in pragm.* 2. *num.* 14. *de arbitr.* Ruginell. *tract. de appellat.* §. 3. *c.* 3. *in pr.* Vinc. Mancin. *tract. de iurament. p.* 4. *effect.* 242. *num.* 3. vbi dicit, quòd quando Partes laudo per Arbitrum ferendo cum iuramento ſtare promiſerunt, & aduerſus illud quacunque ex cauſa non venire; quamuis laudum nullum cenſeri poſſet, quia tamen in compromiſſi inſtrumento iuratum extitit, quod fuerit laudatum obſeruare, nullóque pacto contrauenire, ob iuriſiurandi vinculum eſt omninò obſeruandum, nequitque impugnari: ad quod allegat Lopez *in cap. per veſtras, in fine, num.* 30. *de donat. inter virum, & vxorem,* & Gozad. *conſ.* 100. *num.* 17. *&* 20.

Hæc indubitata concluſio, ratione, & autho- 7
ritate fundata, nullum poteſt recipere obicem, ex

Minad.

Minad. ſententia *deciſ*.19. de qua memores fuerunt Reg.Tap.*lib*.3.*iur.Regni,tit.de arbitr. prag*.2. *num*.5. *fol*.25. & Conſiliar. Theodorus *allegat*. 77. *nummer*.9. dum dixit, eſſe impediendam laudi exequutionem, illo nullo allegato, non obſtante quòd in compromiſſo fuerit nullitatibus renunciatum; quandoquidem ſi mihi dicere fas eſt, concluſionem hanc, nec ratione, nec authoritate probauit *Minadous*: nam quamuis *Alex*. allegauerit *conſ*.35. *vol*.2. nullatenus hoc in *eo reſponſo* legitur: & ſi fortè dicamus, corrupte fuiſſe allegatum, cùm de his egerit Alex. *conſ*. 32.*eod. vol*.2. legatur, quæſo, quia expreſſis verbis noſtram fundat ſententiam. Quo verò ad *Specul*. quem ſimilitèr refert in *tit.de Arbitr*. §.1. *verſ. quidèm*, nec etiam hoc dixit, nec, licèt multùm elaboraſſem in illum percunctando, hoc alibi dixiſſe reperi.

At ſtando authoritati rei iudicatæ, quam allegat, ſimulque & rationi, ſuper qua dicit *Reg.Tap*. fundari poſſe *Minad*. ſententiam, nimirùm, quia ſententia contra ius litigatoris lata non valet, iuxta Ioannis de Arnon.*dictum ſing*.83. neceſſariò aſſeuerandum eſt, tunc demùm opinionem iſtam procedere poſſe, cùm aduerſus laudum nullitates illæ alle-
8 gantur, ex quibus verè venit illud nullum declarandum, non obſtante quòd nullitatibus in compromiſſo ſit renunciatum: & hæ plures à *Doctoribus* fuerunt conſideratæ; ex quibus in caſu, de quo agebatur, nulla extitit ab Aduerſariis propoſita.

Et *Primò*, quotiès nullum allegatur laudum ex Arbitrorum poteſtatis defectu, putà quia ſuper re, & cauſa ſententiarunt in compromiſſo non deducta, & incognita, compromiſſi formam excedentes: Idemque vbi Partes compromiſerunt ſuper re, de qua ad eorum libitum diſponere non poſſunt, provt de re feudali, citra directi Domini conſenſum. *Secundò*, vbi laudi nullitas allegaretur ex Aduerſarij dolo, quia Arbitros, ſiuè Arbitratores pecunia corrupit. *Tertiò*, ſi ex laudo perplexitas, & repugnantia oriretur, cùm etiam Legiſlator repugnantem actum in eſſe producere non poſſit; ad text.*in l. vbi repugnantia*, *ff. de regul. iur*. *Quarto*, ſi eſſet laudum contra minorem indefenſum prolatum. *Quintò*, & tandèm, ſi nullitas ex ipſo ſententiæ tenore appareret, & ex iuris errore expreſſo, quia forſan euidens enormiſſima concurreret læſio, in his enim dumtaxat caſibus, dixerunt *Doctores*, laudi nullitatem allegari poſſe, non obſtante quòd in compromiſſo fuerit illis renunciatum: ſic ſanè dixerunt Ang.*cit. conſ*.187.*in fine*, Io.de Arnon. *à Reg.Tap*. relatus, Camill.Borrell.*in tract. de compromiſſ*.§.7.*gloſ*.1. *num*.1. Ruginell. omninò videndus *loco ſupra relato fol*.191.Ioſeph.Ludou.*deciſ.Lucenſ*.27 Iacob. Cancer. *var.reſol.par*.1.*de arbitr. num*.9. Cæſar Barz.*deciſ*.86. *num*.11.12.*&* 13.*& deciſ*.112.*n*.4. quarum meminit Reg. Rouit. *loco cit*. Iacob. Anton. de Maur. *alleg*.2. *n*.3.Gratian.*deciſ*.6.*n*.44.*& ſeq*.& nouiſſimè Flamin. Monach.ad *allegatam* Minad. *deciſ*.19.*n*.3.Extra verò hos caſus, nemo ex noſtris Iuriſprudentiæ Profeſſoribus aſſerere auſus fuit, poſſe de laudi nullitate opponi, vbi in compromiſſo pactione fuerit iuri dicendi de nullitate renunciatum: cumque, vt diximus, ex his iam relatis, in laudo, de quo agimus, nullitas aliqua non eſſet allegata, cùm verè allegari non poterat, remanet vndique roborata concluſio per me fundata, vt ſtandum ſit pacto.

9 His ſtantibus, laudi noſtri exequutionem minus controuerti potuiſſe, dicebam, ſub eo prætextu, quòd ad boni viri arbitrium ſubintrabat reductio: ſiquidèm ſtantibus ampliſſimis clauſulis in compromiſſo adiectis, vt poſſent electi Arbitratores de facto ſecundum eorum voluntatem arbitrari, & ab vna parte tollere, & alteri dare, tam in modica, quam in magna quantitate; reductio hæc ad boni viri arbitrium peti nullo modo poteſt: ſic ex *Panorm*. ſententia in *c*.1.*n*.4. per illum text. *de his, quæ fiunt à Prælat. ſine conſ.Cap*. doctè ſatis, provt de more firmauit Reg. Rouit.in *relata pag*.2.*num*.6. vbi ſimilitèr allegat Dec. *in l. captatorias*, *n*.7.*C. de teſtam. milit*. quò loci dixit, eum, qui liberam habet voluntatem, iniquum æquo præferre poſſe. Subdit demùm idem D. Reg.*n*.8. quòd licèt clauſula hæc de duplici poſſit intelligi voluntate, de regulata nimirùm ſecundùm iuris communis diſpoſitionem, & de altera irregulata ſecundùm ſenſualitatis voluntatem; tamen in dubio dicit, ſemper intelligi debere de hac poſtrema ſenſualitatis: ad quod allegat Gemin *in can. habeo liberum*, *num*.6.*diſt* 16.& his conferunt ſcripta per Io.Bapt.Peruſ.*in tract.de arbitr.lib*.8.*c*.16. dum dixit, quòd quando in compromiſſo eſt actum, vt valeat Arbitrator ius vnius auferre, & alteri dare, Arbitratoris poteſtatem omni caſu importare, vt poſſit pronunciando lædere, pro bono pacis & concordiæ: & *lib*.10.*c*.14. dicit, quòd quotiès verbum de facto ad cognitiones, & deciſiones cauſarum refertur, poſſet tunc Arbitrator ad ſui libitum gratis remittere, & de iure vnius auferre, & alteri dare.

Hæc ſcripſi, vt parerem Dominæ Marchioniſſæ 10
Torrecuſij Donnæ Victoriæ Rauaſcheriæ ex Lauaniæ Comitibus, Heroinæ præſtantiſſimæ, recolendæ memoriæ, in cuius interitu ſummæ tum prudentiæ, tum pietatis exemplar nobis ereptum defleuimus: aſſiduis adeò ſe precibus intentam præbuit, vt nuſquam inanitèr loqui, ac pia non meditari videretur; rem domeſticam tanto conſilio, & cura geſſit, vt in ea nihil deſideraueris viri; in egenos benigniſſimã ſemper ſe dedit; deniquè fato ceſſit die Lunæ vigeſima ſeptima Aprilis, hora noctis quarta circitèr, anno MDCXXXVII. annum agens quadrageſimum ſecundum; quam ſuperſtites excepêre Carolus Maria, Hieronymus, Philippus, ac Syluia Maria filij, è Nobiliſſima Caracciolorum Proſapia.

Primus Dux Sancti Georgij, Ordinis Calatrauæ, atque acerrimæ indolis miles, cum vix quartum ſupra decimum ageret annum, Patrem inſequens Regiæ militiæ nomen dedit, primò apud Belgas & Germanos, mox apud Hiſpanos equeſtris exercitus Dux Generalis, vbi florente adhùc æuo, dum in perduelles Cathalaunios ſumma tum ſpe, tum robore inueheretur, tormenti ictu percuſſus, immaturè nimium occubuit, annum agens vigeſimũ quintũ, iactura ſanè intolerabili, niſi ætatẽ impleſſet meritis, ac virtute.

At verò Hieronymus Ordinis Alcantaræ titulo fratris, ac funeri ſuperſtes, dum hæc ſcribo, Torrecuſij Marchio, Dux Sancti Georgij, Campaniæ Princeps, Paraledæ Commendatarius, Regis clauis aureæ cubicularius, & inter Hiſpaniarum Magnates nulli poſtremus, animo, ac ſtrenuitate, quam hæreditariam veluti hauſerat, cæteris ità antecellit, ac præſtat, vt facem ſolus præferrè inclyti, tum conſilij videatur, tum animi; inter recentiores turbas, quas Plebs Neapolitana ſeditiosè excitauerat, Regias partes, vt par erat, tutatus ſemper eſt acerrimè, ac tantæ ſe prætulit virtutis, ac roboris ducem, vt inter primos in eam Vrbis partem, quam proterua Plebs occuparat, fortiſſiméque tuebatur, audactèr ſe, ſuoſquè immitteret, & Caſtrum, quod Capuanum vocant, primus itidem in Regiam iuriſdictionem redegit, die mihi, huicquè præclariſſimæ Ciuitati ſummæ letitiæ ſexta Aprilis inſtantis anni MDCXLVIII. Philippum adoleſcentulum immaturum æuo inter Equites Hieroſolymitanos adſcriptum mors abri-

puit,fato nimis properato,annum agentem decimum octauum.

Syluia Maria hodiè Sancti Marci Marchioniſſa matrem præſtantiſſimam non tam ore refert, quam conſilio, ac virtute. è qua hauſiſſe non tam ſanguinem viſa eſt, quàm prudentiam, viuat diu felicitèr.

At ſilentio prætereundum haud duxerim horum Dominorum inuictum Ducem & patentem Carolum Andream Caracciolum, Torrecuſij Marchionem,qui ſupra triginta felicitèr, ac ſtrenue peractis annis,quibus proRege vbiquè militauerat,inter Hiſpaniarum Magnates adſcriptus, ſupremi Ordinis Conſiliarius,quem *Status* vocant,creatus,ac deniquè in Cathalaunios, & Luſitanos perduelles Capitanei generalis dignitate condecoratus,demùm in patriam non tam annis, quàm victoriis grauis reuerſus eſt; vbi dum degeret, cum à Gallis Coſſa, ſeu Orbitellum,longa,ac valida obſidione premeretur, dies inter,vt vocant, Caniculares, Regis commodo vitam deuouens libentiſſimè illuc cum exercitu Imperator tam felicitèr ſe contulit,vt in fugam Gallum militem quantocyùs verterit;mox in Vrbem hanc Regiam reuerſus,concepto,qui latuerat;morbo apertiùs correptus, quamauſpicatiſſimè occubuit die Dominica quinta Auguſti,hora vigeſima ſecunda circitèr; anno MDCXLVI. annum agens ſexageſimum tertium,proh dolor!

SVMMARIVM.

1 *Legato facto Eccleſiæ pro Miſſis celebrandis, ad quemnam ſpectet ius illud conſequendi.*

2 *Teſtator ſi ordinauit celebrari quotidiè in tali Eccleſia Miſſæ ſacrificium pro eius anima, & vt teneatur hæres facere aſſignamentum certi corporis pro eleemoſyna, ad quemnam ſpectet ius eligendi Sacerdotem, & n.3.4.7.8.9. & 11.*

5 *Capellani electio pro Miſſis celebrandis eſt de præcipuis iuribus adminiſtratoris.*

6 *Laici an ſint capaces iuris eligendi Capellanum pro Miſſis celebrandis;& n.7.*

10 *Teſti deponenti de proprio iudicio nulla fides adhibenda.*

ARGVMENTVM.

Legato facto certæ Eccleſiæ pro Miſſis quotidiè celebrandis; & quòd pro eleemoſyna teneatur hæres aſſignare ſortem, cuius fructus Sacerdoti celebranti perſolui debeant; facta hac aſſignatione, ad quemnam Sacerdotis electio ſpectare debeat, an ad ipſum hæredem, vel potiùs ad Rectorem Eccleſiæ pro tempore? & de aliis; vbi deciſio *Sac. Rot. Rom.*

CAPVT CXX.

LEGATO facto alicui Eccleſiæ certæ pecuniarum quantitatis pro Miſſis celebrandis, cùm fuiſſet dubitatum, ad quemnam ius illud exigendi ſpectaret,an ad Eccleſiam,ſeu eius Occonomos, an verò ad Sacerdotem eiuſdem Eccleſiæ Rectorem?ex pluribus reſoluit Ricc.*deciſ.*2 *to.par.*4. ad Rectorem ſpectare, cum legatum pro Miſſis celebrandis ſemper factum cenſeatur contemplatione perſonæ Sacerdotis,qui Miſſas celebrare debet,Contrarium tamen videtur firmaſſe Imol. *in capit. officij, num.*26.*extra. de teſtam.* quem ſequuta eſt Rot. *deciſ.* 1149.*n.*7.penès *D.Seraph.*vbi quòd in dubio Eccleſiæ intuitu factum videtur, non autem perſonæ particularis quæ Miſſam celebret, vel celebrari faciat; idemquè Petr.de Vbald. *in tract. de canon.portion.c.*7. *num.*57. 1

Sed quicquid ſit de hoc, quæritur elegantèr, ſi fuerit per teſtatorem ordinatum, vt in tali Eccleſia quotidiè pro eius anima Miſſæ ſacrificium celebraretur,& pro elemoſyna,vt teneatur hæres, quem inſtituit,aſſignare ſortem,cuius fructus Sacerdoti Miſſam celebranti perſolui debeant; facta hac aſſignatione, ad quemnam Sacerdotis electio ſpectare debeat,an ad ipſum hæredem, vel potiùs ad Rectorem Eccleſiæ pro tempore? & ad iſtum ſpectare elegantiſſimè reſoluit Rota in *vna Lucana legati, ſub die* 6. *Iunij* 1644.*coram Reuerendiſſimo D.Peutingero*,& per hæc verba adhùc non impreſſa. 2

Luna 6. Iunij 1644.

Io. Petrus de Comitibus legatum pro Miſſa in Eccleſia S. Chriſtophori pro eius anima quotidiè; & quatenus ibi non poſſit, in Eccleſia S.Iuſtinæ Lucæ celebranda reliquit, mandans, per hæredem ſuum ad officium Abundantiæ ſcuta 1200. deferri, cuius fructus Sacerdoti Miſſas celebranti, mediante fide dictæ Eccleſiæ Rectoris, perſolui deberent: ac contentione inter hæredem, & præfatæ Eccleſiæ Rectorem orta, ad quem ipſorum Sacerdotis electio ſpectet? dubio propoſito, Domini reſoluerunt, electionem ad Rectorem Eccleſiæ S. Chriſtophori pro tempore ſpectare, ea ratione, quia cum agatur de ſimplici legato Eccleſiæ relicto, pro celebrandis tot Miſſis,nullum videtur competere poſſe ius hæredi; 3

Sed eidem Eccleſiæ, cuius contemplatione, vt in 5
ea Miſſæ celebrentur, legatum factum eſt, vt voluit Imol.*in cap. officij, num.*26. *de teſtam.* & tradit Felin. *conſ.*45.*n.*6.& firmauit Rot.coram Seraph.*deciſ.*652. *& deciſ.* 1149.*numer.*7. hìcenim non agitur de iure aliquo patronatus, nec de deputatione alicuius Capellani certi, & perpetui, quo caſu ius nominandi tanquàm illi annexum,dum de eo particularitèr non fuit diſpoſitum, cenſeri debet ad fauorem hæredis diſpoſitum; per text. *in cap.nobilis,de iurepat.*in quo ſenſu loquitur *deciſ. Romana iur. nominandi* 10. *Febr.* 1640. *coram R. P. D. meo Royas* cum aliis per informantes contra Rectorem pro hærede allegatis, quæ huic caſui, vbi Capellanus non eſt certus, & perpetuus,non rectè applicantur: & hanc fuiſſe mentem teſtatoris, docent illa teſtamenti verba, *& in tutto queſto laſcia eſſecutore di queſta ſua volontà li Signori Rettori* &c. quæ tanquam vniuerſalia excludere, & prohibere ſolent quamcunque detractionem. Maximè quando ſunt directa in Executores, qui habent facultatem

facultatem eligendi, ſeù nominandi, in quam cauſam bona à teſtatore pro Anima relicta, conuerti debeant; vt conſuluit Abb. *conſ.* 11. *numero* 3. *par.* 2.

5 Accedit etiam, quòd electio, ſeù deputatio Capellani, eſt de præcipuis iuribus adminiſtratoris, vt firmauit Rota *d. deciſ.* 264. *par.* 2. *diuer.* & coram *Reuerendiſſimo Vrgellen. deciſ.* 454. *num.* 3. vndè cùm teſtator totam curam circa huius legati executionem ab hærede ademerit, & in Rectores dictæ Eccleſiæ tranſtulerit, ac potiſſima pars executionis in electione Sacerdotis conſiſtat, conſequenter hæc quoquè eorum fidei cenſetur commiſſa; iuxta text. *in l. alio, ff. de alim. & cib. leg.* & *in* §. *ſi quis autem pro redemptione, in auth. de Eccleſ. tit.* & *ibi* Gloſ. *in verb. compleri*, Gloſ. *in cap. Religioſus, in verb. mortuo*, vbi notant Doct. *de teſtam. in* 6. & in ſpecie tradit Ioan. de Anan. *conſ.* 86. incip. *Pro expeditione, numer.* 1. Cephal. *conſ.* 628. *num.* 11. & *ſeq.* Simon. de Præt. *de interpr. vlt. volunt. fol.* 489. *num.* 70. Gratian. *diſcept.* 220. *num.* 10. Imò hoc rationi maximè congruit, & magis conuenit hoc miniſterium qualitati Rectoris, ſub cuius directione Sacerdos electus Miſſas celebrare debet, quàm hæredi, ità vt teſtator in hoc exercitio Rectorem meritò prætulerit; vt probat Curt. Iun. *conſ.* 305. *n.* 23. & *ſeq.*

6 Non obſtat, quòd laici non ſint incapaces huius iuris eligendi, ſecundùm Feder. de Sen. *conſ.* 45. *verſ. item ſuper eo, quod quæritur*, Lambert. *de iur. patr. lib.* 2. *par.* 1. *quæſt.* 5. *art.* 5. *num.* 5. & *par* 7. *art.* 6. *num.* 3. *verſ. ſi verò.* Vndè dicendum videtur, hoc ius tranſire in hæredem cum vniuerſitate bonorum; ſecundùm Abb. *in cap. cùm ſeculum, de iurepatron.* Lambert. *de iurepatron. par.* 2. *lib.* 1. *quæſt.* 1. *art.* 15. Vgolin. *de poteſt. Epiſc. cap.* 5. *num.* 6. cum aliis per Informantes pro hærede allegatis.

7 Quia huiuſmodi auctoritates, & rationes non procedunt, quando conſtat, aliam fuiſſe teſtatoris voluntatem, quæ ex modo deputationis Executoris perpetui, & verbis teſtamenti dignoſcitur; tunc enim voluntas teſtatoris præ cæteris attendi debet; *l. ille aut ille, ff. de leg.* 3. Seraph. *deciſ.* 762. *num.* 1. Rot. *in d. Romana iuris nominandi* 10. *Febr.* 1640. *coram R. P. D. meo Royas.* Et ſumus extra omnem difficultatem, quia pertinentia nominationis non ſolùm prouenit ex officio executionis, ſed ex natura legati, in quibus terminis nemo ex allegatis contradicit, imò quòd Rector, ſeu Executor poſſit nominare Sacerdotem alienigenum, tradit Franc. Capr. *tract. de exec. & commiſſ. teſtam. lib.* 2. *cap.* 19. *n.* 11.

8 Nec refert, quòd accepto hoc intellectu, fraus fieri poſſit voluntati teſtatoris, dum legatum pinguius ius Sacerdoti celebranti redderet, quàm aliàs pro celebratione Miſſarum erogari ſolet: Quia vltra, quòd nemo de hoc conqueri poteſt, dum ſic iuſſit teſtator, omnes fructus pecuniæ depoſitæ ſolui Sacerdoti celebranti, ſaltem dum non mandauit, vt pecuniæ quæ ſuperſunt in aliam cauſam conuertantur, cenſetur voluiſſe, illas in ſuffragium Animæ ſuæ cedere Eccleſiæ, iuxta diſtinctionem Bald. *in l. ſi quis, num.* 11. *C. de Epiſc. & Cler.* & ferè in ſimilibus terminis tradit Genuenſ. *in practic. Eccl. quæſt.* 526.

9 Et parùm facit obiectum, quòd ſequeretur inconueniens, ſi Rector, retento hoc ſenſu, per ſe ipſum Miſſas celebraret, & fructus pecuniæ conſequeretur: quia ſi in iure non prohibetur, nullum ſequitur abſurdum, cùm Anima teſtatoris æquè ſubleuetur per ſacrificium Rectoris, quàm alterius Capellani, & quemadmodùm hæres, ſi ad ipſum deputatio ſpectaret, poſſet deputare Rectorem, ità Rector, huiuſmodi facultatem diſtribuendi habens, pro celebratione Miſſarum, ſe ipſum deputare poteſt; ex allegatis per Mart. *reſp.* 18. *num.* 22. *lib.* 2. Peralt. *in repet. l. vnum ex familia, numero* 27. *ff. de leg.* 2. M. Anton. de Amat. *deciſ. Ferrar.* 78. *numero* 37. & 38. Viu. *deciſ.* 305. Flau. Amendol. *in addit. ad deciſ. Franc.* 484. *numer.* 4. ſecundùm *impreſſionem Taurinen.*

Nec contrarium ſuadet depoſitio Sacerdotis in 10
ſummario hæredis, num. 3. qui teſtamentum ſcripſit, & notam habuit intentionem teſtatoris, quòd noluerit, Rectores habere hanc nominationem, ſed ſuos hæredes, &c. Quia legenti totum huius teſtis examen patet, ipſum potiùs deponere de proprio ſuo iudicio, & credulitate; vndè fides illi adhiberi non debet: Greg. *deciſ.* 290. *numer.* 1. Ruin. *conſ.* 12. *numer.* 45. *lib.* 5. nec rationes per eum allatæ concludunt, etiam ſi ipſe ſcripſerit teſtamentum, vt in fortioribus terminis de Notario dixerunt Angel. *in l. Imperator, numer.* 1. *in fin. ff. de ſtat. hom.* vbi cæteri *Scrib.* etiam ſequuntur Rimin. Iun. *conſ.* 610. *numero* 54. Iacob. Ferrett. *conſ.* 113. *numer.* 15. Peregr. *deciſ.* 112. *num.* 5. & *ſeq.* bon. mem. Coccin. *deciſ.* 24. *num.* 7. & 8.

Itaquè Domini, ius nominandi Sacerdotem, 11
non ad hæredem, ſed ad Rectorem pro tempore Eccleſiæ S Chriſtophori ſpectare cenſuerunt, vtraquè Parte informante.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſpecies enarratur.*

2 *Tutelæ excuſatio an legati priuationem inducat, & num.* 3. *&* 4.

Et quid quando excuſatio prouenit ex legitima cauſa, num. 5.

6 *Legatum annuæ quantitatis pendente ſolutione ſortis an peti poſſit à die mortis, vel potiùs à die petitionis debeatur, & num.* 7. *&* 9.

8 *Intereſſe legati an à die mortis, vel petitionis debeatur.*

ARGVMENTVM.

Legatum relictum filiis Petri, qui in eodem teſtamento relictus fuit tutor filiorum legantis, nùm poſſit de iure peti, ſi Petrus ipſe tutelæ onus ſubire recuſauit. Inſuper an vſuræ quantitatis legatæ à teſtatore taxatæ, vt ab hærede præſtentur, quouſque legatum fuerit ſolutum, debeantur à die mortis teſtatoris, vel potiùs à die petitionis, &c.

CAPVT CXXI

1 LEGATVM his verbis à patruo duabus eius neptibus factum proponebatur, *Item in ſegno de amoreuolezza laſcio alla Signora D. Maria mia cariſſima nipote, & alla Signora D. Felice ſimilmente mia cariſſima nipote, figlie del Sig. Gio. Battiſta mio fratello docati mille per ciaſchuna, quali ſe li debbiano pagare quandocunquè alli miei heredi parerà, & piacerà, & interim, & inſino all'effettiuo pagamento di eſſi ſe li dianno docati cinquanta per ciaſchuna per ragione de intereſſe à cinque per cento ogni anno, terza, per terza.*

Legatariæ cùm poſt quinque annorum ſpatium annuos ducatos quinquaginta pro ipſarum qualibet à die mortis teſtatoris à ſcripto hærede petiiſſent, fuit de duobus dubitatum; & *Primò*, an legatum prædictum de iure peti poſſet, ex quo Ioannes Baptiſta legatariarum pater cùm tutor filiorum teſtatoris, ipſiuſquè nepotum relictus eſſet, tutelam aſſumere recuſauit, quam quidem recuſationem, dicebatur, de iure relicti priuationem operari.

Secundò, quando hoc legatum de iure peti poſſet, an annua illa quinquaginta in cauſam intereſſe relicta, à die mortis teſtatoris deberentur, vel potiùs à die petitionis, ſiue litis conteſtatæ, dum in ſoluendo hæredum mora conſiderari non poteſt.

2 Ego de his conſultus ad primum reſpondi, legatum omninò deberi, nec tutelæ excuſationem relicti priuationem inducere. Probatur, nam quamuis in iure ſine controuerſia procedat, vt qui in teſtamento datus eſt tutor, amittat legatum ſibi à teſtatore factum, ſi tutelæ onus ſubire recuſat, vt nimis clarè habetur *in l. Neſennius 35. ff. de excuſat. tutor.* & *in l. poſt legatum, §. amittere, ff. de his, quibus vt indignis*: & in ſpecie, quòd hoc procedat, adhùc ſi filiis ipſius relicti tutoris legatum factum eſſet, vt habetur *in l. qui tutelam 28. ff. de teſtament. tutel.* Attamen pro eo, quod ad caſum propoſitum pertinet, triplici ex cauſa tutelæ excuſatio relicti priuationem non induxit. Primò reſpectu ipſarum teſtatoris neptum, quibus legatum factum fuit; nam attenta litera text. *in d. l. qui tutelam*, concluſio ex allegatis iuribus deſumpta procedit, quando patris contemplatione legatum relictum eſſet; ſecus ſi propria, *ibi*, in d. text. *modò ſi legata filij, non affectione propria, ſed in honorem patris meruerunt*, quòd autem in caſu, de quo agebatur, non patris; ſed filiarum affectione legatum fuerit relictum, ſatis conſtat ex verbis factæ diſpoſitionis, dùm teſtator dixit, legatum facere in ſignum affectionis, quam ergà dictas eius neptes gerebat, illas ſibi cariſſimas vocans.

3 Secundò, quando patris contemplatione, & affectione, imò ſi ipſimet patri legatum factum eſſet, concluſio ſuprà firmata limitatur communiter, cùm teſtator aliàs fuiſſet relicturus, vt quia ille, quem in tutorem elegit, eſſet ipſius legantis ſanguine coniunctus, prout in caſu noſtro; & ità iura *ſuprà* allegata, ac text. *in §. his omnibus, Auth. de hered. & falcid.* interpretati ſunt Bal. *conſ. 356. col. 1. verſ. ſecundo caſu, lib. 4.* Ang. *conſ. 166.* Pariſ. *conſ. 84. n. 27. & conſ. 87. num. 21. lib. 1.* Couar. *in cap. Ioannes, n. 3. de teſtament.* Spino *in ſuo ſpec. teſtam. gloſ. 29. num. 26.* Gutier. omninò videndus *in tract. de tutelis, & curis, cap. 22. num. 12.* Menoch. *de præſumption. lib. 4. præſumpt. 124. num. 5.* Galter. *in prax. tutelar. par. 1. rubr. & vel ſe à tutela excuſet, num. 35. verſ. limita tertiò,* qui omnes ad hanc limitationem probandam allegant text. *in l. tutor 31. §. 1. ff. cit. tit. de excuſat. tutor.*

Et quamuis non deſint *Doctores*, qui attenta diſpoſitione nouiſſimi iuris *Auth. in d. § his omnibus*, tenuerint, vt nullatenus debeatur legatum, dum legatarius tutelæ onus ſubire recuſauit, ſiue teſtator aliàs fuiſſet relicturus, vti ſanguine coniunctus, ſiue non; vt videre eſt penès citatos per Menoch. *loco ſuprà relato, num. 7.* Attamen, quòd ſententia modò per nos firmata ſit verior, & receptior, nullo pacto dubitari poteſt; etenim *in d. §. his omnibus*, nullibi legimus id, ad quod *text.* ille allegatur; ſed tantùm *ibi* habetur, vt honoratus commodo hæreditario priuetur, ſi teſtatori fuerit inobediens: vndè ex noſtro capite non eſt iuri nouiſſimo addendum illud, quod *ibi* non legimus: ſicquè per *Bononienſe Collegium* fuiſſe tentum, teſtatur Salycet. *in l. fin. intra num. 6. verſ. hodiè verò, C. de fideicommiſſ.* & quòd ab hac opinione, nequè in iudicando, nequè conſulendo ſit recedendum, admonet Ant. Piag. *de tutore, & curatore, quæſt. 10. num. 3. & 4.* quem citat, & ſequitur Gutier. *loco cit. per totum num. 14.* 4

Id quod in caſu noſtro eo fortiùs ſine controuerſia procedere dicebam, cùm vt ſit locus priuationi legati, requiratur, vt ille, qui tutor eſt relictus, ſit monitus, & interpellatus ad onus tutelæ ſubeundum; iuxta text. *in auth. hoc amplius, C. de fideicomm.* quod in caſu, de quo agebatur, deficiebat omninò: probant hoc Alex. *in l. ſi legatarius, in fin. C. de legatis,* & Menoch. *loco cit. num. 8.*

Tertiò, ex alio legatum deberi affirmaui, cùm excuſatio à tutela proceſſerit ex cauſa; in facto enim demonſtrabatur, Ioannem Baptiſtam tutorem relictum, à Cæſare eius patruo prohibitionem accepiſſe, nè aliorum tutelam, etiam conſanguineorum aſſumere auderet, & ſi ſecus, fore priuandum ſucceſſione bonorum, ad quam illum admiſerat; & ſic excuſatio proceſſit ex hac cauſa, qua exiſtente, & per Magnam Curiam admiſſa, legatum debetur, etiam ſi extraneo relictum eſſet; quia adhùc ſi voluiſſet tutelam aſſumere, non potuiſſet; ità ex text. *in l. ab adminiſtratione, C. de legatis*, ſcripſerunt Ang. *cit. conſ. 166.* Gutierr. *loco cit. num. 10.* vbi alios refert, Menoch. ſimiliter *loco relato, numer. 12.* & Galter. *vbi ſuprà, verſ. limita ſecundò.* Conſiderabatur etiam alia excuſationis cauſa, nimirùm decrepitæ ætatis ipſius tutoris relicti, quæ legitima dicitur, vt quis ab onere tutelæ ſe excuſare poſſit; vt diſponit Imperator *in §. Item maior, Inſtit. de excuſ. tut.* hæc pro reſolutione primi dubij. 5

Ad ſecundum, in quo fuit dubitatum, an quinquaginta illa annua, in cauſam intereſſe relicta, poſſint à legatariis peti à die mortis teſtatoris, vel potiùs à die petitionis, iuxta text. *in l. 1. & fin. C. de vſur. & fructibus legator.* cùm ante petitionem nulla hæredum mora in ſoluendo conſiderari poſſit? Et peti poſſe à die mortis teſtatoris, teneo indubitanter. Ad quod de iure probandum, ſciendum eſt. 6

Primò, teſtatorem in legato, de quo agimus, vſum fuiſſe eiſdem verbis, quibus vſus fuit Vlpianus *in l. 3. §. fin. ff. de annuis legat.* vbi ſic legitur, *Si cui certa quantitas legetur, & quoad præſtetur in ſingulos annos certum aliquid, veluti vſuras, iuſſerit teſtator præſtari; legatum valet, &c.*

Huius *text.* tenore attento, extitit magna controuerſia inter DD. an illius diſpoſitio ſit hodie à nobis recipienda, cùm ex *hoc text.* vſuræ per ius Canonicum prohibitæ permittantur; ſunt enim, qui exiſtimarunt, nullo pacto legatario licere annua illa legata, donec hæres ſortem ſoluerit, exigere; nam aliàs

aliàs vſura committeretur: & hi ſunt Aret. *conſ.* 151. Barbat. *conſ.* 66. *lib.* 2. Iaſ. *in l. cunctos populos, in prima lect. num.* 60. *C. de ſumm. Trinit. & fide cathol.* Cagnol. & alij, quos refert Menoch. *conſ.* 441. *numer.* 20. *lib.* 5. quò loci in hoc articulo tres *Doctorum* ſententias recitat.

7 E contra verò, quòd quando annuum illud in cauſam intereſſe relictum, legitimum vſurarum modum non excedit, iuxta literam text. *in d.* §. *fin.* quòd iure permittente exigi poſſit, quandiu hæres ſortem non ſoluerit, ſcripſerunt Bar. Bal. Rip. & alij, quos refert, & ſequitur Couar. *variar. reſol. lib.* 3. *cap. fin. num.* 9. Alciat. *lib.* 5. *paradox. cap. vlt.* Felician. *de cenſibus lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 3. Peregr. *de fideicomm. art.* 11. *num.* 78. Roder. *de annuis reddit. lib.* 3. *quaſt.* 6. *num.* 8. & alij relati per Menoch. *loco cit. num.* 10. *verſ. prima fuit eorum, &c.*

Principalis ratio, quæ ab his *Doctoribus* aſſignatur, ea eſt, cùm legatum ſit alternatiuum; hæredique debitori data fuit electio ſoluendi quantitatem legatam, vel annuam vſuram, ſicquè legatarius, qui dicitur creditor, nullo pacto poteſt ſummam principalem legatam petere, non poteſt dici vſura, cùm in legato alternatiuo, vt probant *Doctores* prædicti, vſura conſiderari non poſſit.

Hoc poſito dico Ego, ſi legatum eſt alternatiuum, de quo verè dubitari non poteſt, in alternatiuis duo ſunt in obligatione, *l. illud, aut illud,* vbi Gloſ. *ff. de conſtit. pecun.* Gloſ. *in l. ſi duo* 128. *in verb. quia, ff. de verb. oblig.* Bar. *in l.* 1. *ff. de reb. dub.* ſicquè in caſu noſtro tam quantitas ducatorum biſmille legatorum, quàm annua centum in cauſam intereſſe relicta, in obligatione continentur: ſi vtrumquè diſtinctè in obligatione continetur, ſequitur certè dicendum, vt legatum reſpectu intereſſe dicatur omninò annuum, quod cum petatur, vt ſors in obligatione contenta, à die mortis teſtatoris debetur, non autem à die petitionis, proùt eſt text. ad literam *in l. nec ſemel, ff. quando dies legat. cedat.* ſecundum cuius diſpoſitionem in vna facti contingentia Sacrum Conſilium iudicaſſe teſtatur Dom. de Franch. *deciſ.* 634. de qua memores fuerunt Molfeſ. *ad Conſuet. Neap. par.* 4. *quaſt.* 3. *n.* 14. Reg. Rouit. *deciſ.* 90. *num.* 1. Ego ipſe *lib.* 1. *cap.* 200. *numero* 3.

8 Non obſtat text. *in l.* 1. *& vlt. C. de vſur. & fructibus legat.* vbi intereſſe legati non niſi à die petitionis, ſiuè litis conteſtatæ debetur: nam procedit in illo intereſſe, quod petitur vti acceſſorium ad ſortem, & quod venit à Iudice liquidandum, nec aliqua actione debetur, ſed Iudicis officio dumtaxat, vt dixerunt communiter DD. *ibi*; ſecus autem in

9 caſu propoſito, in quo intereſſe annuum petitur vt ſors, & illa actione, qua petitur legatum; de quo *in* §. 1. *Inſtit. de legat.* nec venit à Iudice liquidandum, cùm ſit iam à teſtatore liquidatum.

Et nè mea hæc ſententia indiuiduali authoritate deſtituta videatur, ſicquè, vt quando vſuræ rei legatæ à teſtatore taxatæ fuerunt, debeantur à die mortis, non autem petitionis, ſiue litis conteſtatæ; dico affirmaſſe Ant. Fabr. *diff.* 1. *C. de vſur. & fruct. legat.* vbi vulgarem illam firmando concluſionem, quæ deſumitur ex *d. l.* 1. *& fin.* vt vſuræ, & fructus legatorum non niſi à die petitionis peti poſſint, eam limitat, niſi ipſi quoquè fructus, ſiue vſuræ in legato ſint; & *in allegat. ibidem num.* 6. ſubdit notabile dictum, nimirùm, aliud eſſe quærere de fructibus, & vſuris legatis; & aliud de fructibus, & vſuris legatorum: idemquè affirmat *in diff.* 12. *eod. tit.* quò loci enumerando caſus, in quibus legatorum fructus, & vſuræ à die mortis teſtatoris debeantur, ſic loquitur *in principio*: *Excipiendi tamen ſunt caſus illi, de quibus iam dictum eſt in ſuperioribus, id eſt ſi fructus ipſi, aut vſura legata in legato ſint,* &c. ſequitur Riccius *collect.* 589.

Vndè, &c.

SVMMARIVM.

1 *Legatum omnium librorum alicui factum an comprehendat libros, quos teſtator poſt conditum teſtamentum acquiſiuit, & num.* 2. *&* 9.

Et quid ſi eſſet factum coniuncta perſona, num. 17.

3 *Legatum factum amico de eo, quod Titius teſtatori debet, an comprehendat illud, quod Titius debebat in diem, vel ſub conditione.*

4 *Legatum factum à creditore debitori ſuo de omni eo, quod debet, an comprehendat debitum illud, quod teſtator ab eodem acquiſiuit poſt teſtamentum.*

5 *Legatum argenti, an comprehendat argentum poſt teſtamentum quæſitum.*

6 *Legatum pecuniæ in Banco repoſita, an comprehendat pecuniam ibi repoſitam poſt teſtamentum.*

7 *Legatum factum à viro vxori omnium bonorum mobilium, an includat mobilia poſteà acquiſita, num.* 10. 11. *&* 15.

8 *Legatum factum tertiæ partis omnium bonorum, an includat bona poſteà quæſita.*

12 *Prohibitio teſtatoris de non alienando bona extra familiam, an comprehendat bona, quæ teſtator poſt teſtamentum quæſiuit.*

13 *Legatum certarum rerum, an comprehendat res, quæ teſtaments tempore non extabant.*

14 *Legatum vniuerſale omnium bonorum indefinitè, an comprehendat bona poſt teſtamentum quæſita.*

16 *Legatum vſusfructus locorum montium an includat loca montium poſteà quæſita.*

18 *Legatum factum earum rerum, quæ vſu conſumuntur, ſi teſtator eas conſumpſit, & alias acquiſiuerit, an ſuper illis verificetur.*

19 *Legatum factum de certa re Loco pio, an fauore piæ Cauſæ comprehendat augmentum factum per teſtatorem ſuper illa re.*

20 *Legatum factum rei, quæ recipit augmentum, & diminutionem, an includat, quod poſt teſtamentum acquiſitum eſt.*

21 *Legatum factum bonorum ſtabilium an comprehendat bona illa acquiſita per teſtatorem poſt teſtamentum cum ea pecunia, quam teſtamenti tempore habebat promptam pro emendis ſtabilibus.*

ARGV

ARGVMENTVM.

Legatum earum rerum, quæ in pondere, numero, & menſura conſiſtunt, an comprehendat augmentum ſuper eiſdem rebus poſt teſtamentum à teſtatore factum? & de pluribus notabilibus ad materiam pertinentibus.

CAPVT CXXII.

1 LEGATVM, his, quæ ſequuntur, verbis, à Domino D. Ioſepho Minadoi huius maioris Eccleſiæ Neapolitanæ Canonico, Illuſtriſſimo olim Polignanenſi Antiſtiti, nunc digniſſimo Surrentino Archiepiſcopo factum proponitur: *Item laſcio à Monſignor Illuſtriſſimo Don Antonio del Pezzo Veſcouo di Polignano tutti li miei libri, in ſegno ſolo, che in queſto eſtremo mi racordo di lui, qual tanto teneramente hò amato in vita.*

Dubitatur, cùm præfatus teſtator poſt conditum teſtamentum per aliquos annos ſuperuixerit, multóſque emerit libros, an in legato prædicto comprehendantur, non ſolùm libri, quos teſtamenti tempore habebat, ſed etiam illi, quos demùm de nouo acquiſiuit?

2 Reſpondi, libros poſt teſtamentum conditum acquiſitos in legato prædicto non eſſe comprehenſos, ſicque hæredem ad illos legatario præſtandos cogi non poſſe; ſed tantùm, quos teſtamenti tempore legans habebat. Probatur primò ex celebri *I.C.* re-
3 ſponſio *in l. ſi ità ſcripſiſſet 47. ff. de legat. 2.* vbi habetur, quòd ſi quis amico ſuo legauerit, quicquid Titius ei debet, illud dumtaxat legato contineri, quod Titius teſtamenti tempore purè debebat, adeò quòd ſi poſt teſtamentum aliquid aliud Titium debere conſtiterit, vel etiam ſi teſtamenti tempore debebatur, non tamen purè, ſed in diem, vel ſub conditione, in legato non continetur.

4 Secundò probatur ex text. *in l. Aurelius 19. §. teſtamento, il primo, ff. de liberat. legat.* vbi *Scæuola* reſpondet, quòd ſi creditor debitoribus ſuis, quod debent, legauerit, non cenſentur debitores liberati à debitis poſt teſtamentum contractis; id quod benè obſeruauit D. Card. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib. 3. tit. 11. num. 5.*

5 Tertiò ſtrictiùs, & indiuidualiter hoc probatur *in l. ſi ità legatum 8. & in l. fin. ff. de aur. & argent. leg.* vbi deciditur, quòd ſi ego amico meo argentum meum legauero, illud ſolum argentum legatum dicitur, quod teſtamenti tempore habebam; non autem, quod poſt teſtamentum acquiſiui. Ratio eſt in promptu, quia regulariter quando quis diſponit, non poteſt cogitare, vt in diſpoſitione comprehendatur, niſi id, quod habet, tenet, & poſſidet de præſenti; non autem id, quod adhùc non acquiſiuit, & ſic quod in eſſe non eſt, quibus quidem ſanctionibus attentis, ità nonnullos iuris Interpretes in ſimilibus, & longè maioribus factorum contingentiis reſpondiſſe comperi, & præ cæteris hi ſunt.

6 Paul. de Caſtr. *in l. cùm ſtipulamur, num. 3. ff. de verb. obligation.* vbi cùm quidam Hoſpitali legaſſet quicquid de ſuis pecuniis, ſolutis debitis, remaneret in Monte Florentiæ, & tempore teſtamenti reſtabant mille, ac poſteà per teſtatorem fuerunt in Monte illo alia duo millia repoſita, conſuluit *Paul. de Caſtr.* mille ſolùm Hoſpitali deberi; quia ſatis eſt, quòd legatum aliquid operetur, & valeat pro quantitate, quæ reperiebatur teſtamenti tempore, ſubdens ità Florentiæ iudicatum: id quod placuit Alex. *in eadem l. cùm ſtipulamur,* & Felin. *in cap. ad hæc, col. 2. verſ. & iſta important, extra. de reſcript.* Card. Mant. *loco cit. num. 6.* Menoch. *de præſumption. lib. 4. præſumpt. 127. num. 12.*

Fulgoſ. *conſ.* 100. vbi conſuluit in legato à viro 7
facto vxori, omnium & ſingulorum bonorum mobilium, non includi ea, quæ poſt teſtamentum acquiſita fuerunt.

Alex. *conſ. 171. num. 1. & ſeq. lib. 5.* vbi cùm teſta- 8
tor reliquiſſet amico tertiam partem omnium ipſius teſtatoris bonorum, conſuluit, legatarium conſequi non poſſe, niſi tertiam partem bonorum exiſtentium tempore teſtamenti, non autem mortis.

Ludouic. Rom. indiuidualiter de legato librorum, 9
imò in caſu fortiori noſtro, *ſingul.* 503. vbi quærit, ſi quis teſtamentum condens libros ſuos alicui legauerit, & demùm alios emerit libros, aliúdque condiderit teſtamentum, primum reuocans, ſed legatum librorum confirmans, an in legato librorum contineantur, non ſolùm libri, quos teſtator habebat tempore primi teſtamenti, ſed etiam illi, quos demùm emit, & quos tempore ſecundi teſtamenti habebat? Reſpondit, illos tantùm libros legato contineri, quos teſtator tempore conditi primi teſtamenti habebat, ſubdens, de hoc eſſe caſum ſingularem *in cit. l. Aurelius, § teſtamento, ff. de liberat. leg.* iſtúdque dictum amplexi ſunt Curt. Iun. *conſ.* 277. *num. 6.* Iacob. Menoch. *de præſumption. lib. 4. præſumpt. 127. num. 16. & 17.* & nouiſſimè D. Conſiliar. Arias *var. reſol. lib. 3. c. 11. n. 10.*

Marianus Soc. *in conſ. 99. lib. 3.* vbi in legato facto 10
à viro vxori vſuſfructus, ac totius commodi, & vtilitatis ſuæ habitationis vnà cum omnibus, & quibuſcunque bonis mobilibus, & ſupellectilibus, & maſſaritiis quibuſcunque, nec non & beſtiis, ac animalibus quibuſcunque, ad ipſum teſtatorem quomodolibet ſpectantibus, & pertinentibus; conſuluit *Socin.* in legato prædicto non contineri bona illa mobilia, quæ poſt conditum teſtamentum vir legans acquiſiuit.

Michaël Craſſ. *recept. ſentent. in § legatum, quæſt. 29.* 11
vbi probauit, in legato vſuſfructus omnium bonorum, non comprehendi vſumfructum illorum bonorum poſt teſtamentum acquiſitorum.

Petr. Garz. à Toleto *deciſ.* 24. vbi deciſum refert, 12
prohibitionem factam à teſtatore inter hæredes de non alienando bona extra familiam, non comprehendere bona illa poſt teſtamentum quæſita, idque authoritate Alex. Cyn. Ang. Bal. & Imol. quos *ibi* citat, & Laurentij Silua. *in conſ. 49. num. 85. libro 1.*

Borgninus Caualcan. *in tract. de vſufruct. mulieri* 13
relict. num. 86. de his agens, nullatenus dubitandum eſſe dicit, quòd quando legatum fit certarum rerum, prout in caſu propoſito, attenta diſpoſitione text. *in d. l. ſi ità,* cùm *ibi* notatis per *Bar. & DD.* quòd in legato non continentur, niſi res, quæ extabant tempore teſtamenti; non autem, quæ demùm acquiſitæ fuerunt, & hoc quantumcunque factum ſit legatum verbis generalibus, & vniuerſalibus, vtputà *Relinquo omnia bona mea mobilia.* Illud autem, de quo dubitabatur, eſt, quando fit legatum vniuerſale 14
omnium bonorum indefinitè, ſiue vſuſfructus omnium bonorum; nam ſunt, qui Bar. *in d. l. ſi ità* interpretantur,

pretantur, vt in hoc legato quæſita poſt teſtamentum comprehendantur; ità Menoch. *cit. præſumpt.* 127.*num.*28. id quod eſt ipſa veritas, ſi vniuerſalem titulum inſtitutionis importaret; ſecùs autem dato hærede in proprietate, nam tunc legatum vſusfructus omnium bonorum diceretur certæ rei, ſicque ille, cui eſt factum relictum, loco legatarij haberetur; & ſucceſſiuè vti legatum particulare, acquiſita poſt teſtamentum non comprehenderet: ità ſanè ſcripſerunt Borgninus *loco cit.* poſt alios, quos allegat, quibus addo Peregrin. Sforz. Odd. Caſtill. & alios, quos citat, & ſequitur D. Conſiliar. Arias *loco ſuprà cit.*

15 Theſaurus *deciſ.*168. vbi contigit, teſtatorem vxori ſuæ reliquiſſe vſumfructum omnium bonorum, tam mobilum, quàm immobilium, cúmque in Senatu dubitatum fuiſſet, an cenſeretur relictus vſusfructus bonorum poſt teſtamentum acquiſitorum? refert *Theſaur.* Senatum illum litigantes ad concordiam reiteratis vicibus perſuaſiſſe; illis tamen renitentibus, tandem re benè diſcuſſa, & intellecta, in legato prædicto vſusfructum bonorum poſt teſtamentum à teſtatore quæſitorum non contineri iudicauit.

16 Doctor Marta *vot.*6. vbi deciſum teſtatur, in legato vſusfructus omnium locorum montium, non venire vſumfructum illorum montium poſt teſtamentum à teſtatore acquiſitorum, adhùc ſi legatarius eſſet Locus pius, vel coniuncta perſona.

17 Et quamuis non ignorem, concluſionem ſic *ſuprà* firmatam aliquas à *Doctoribus* recepiſſe limitationes; attamen illis benè perpenſis, nullam inueni ad caſum propoſitum applicabilem, ea enim à *Doctoribus* fuit tradita prima limitatio, vt non procedat concluſio prædicta, quoties legatum eſſet factum coniunctæ perſonæ; tunc enim ratione coniunctionis ſanguinis, vt debeat attendi tempus mortis, non autem tempus teſtamenti, dixit Bar. *in d. l. ſi ità*, & *in l. ſi cognatis*, *ff. de reb. dub.* quem ſequitur Ioſeph. Ludouic. *deciſ. Peruſ.*61.*num.*37. vbi dicit, *Bar.* ſententiam eſſe veriorem, æquiorem, & communem, illámque pariter inſequutum Bero. *conſ.*44. *num.*22.*lib.*2. & Craſſ. *cit. quæſt.*29. *verſ. intellige tamen*: Sed etiam in hoc contrarium ſenſerunt Cagnol. *in l. fin. n.*229. *C. de pactis.* Addentes ad Roma. *in d. ſing.*503. Sforzia *conſ.*69. *à num.*28.*lib.*1. Caſtill. *de vſufruct. cap.*44.*num.*11. Fachine. *controu. iur. lib.*12. *cap.*76. Honded. *conſ.*63.*num.*67.*verſ. ex prædictis igitur, lib.*1. Marta *d. vot.*6. *num.*18. & Conſiliar. Arias *loco cit. num.*28.*in fine*, vbi dicit, nullam efficacem rationem eſſe, quæ in coniunctis perſonis magis euincat; quibus me ſubſcribo.

18 Secunda traditur limitatio, ſi eſſet legata res, quæ vſu conſumitur, puta granum in horreo exiſtens, vinum, quod reperitur in cella vinaria, & quid ſimile; nam ſi poſt factum teſtamentum teſtator illa conſumpſerit, & alia ſubrogauerit, non tempus conditi teſtamenti, ſed mortis inſpicitur; ità Bar. *in d. l. ſi ità*, *num.*8. *ff. de auro, & argen. legat. & in l. quidam hæredem, num.*2. *ff. de tritico legat.* Card. Mant. *cit. lib.*3. *de coniect. tit.*11.*num.*16.

19 Tertia accommodatur limitatio, ſi legatum factum eſſet Loco pio, veluti Eccleſiæ, vel Hoſpitali, vt in eo mortis tempus ſit attendendum; ità Bar. *in l. placet, in fine ff. de liber. & poſthumis*, Soc. Sen. *in l.*1. *in* 5. *notab. num.*9. & 10. *ff. de rebus dubiis*, Bero. *cit. conſ.*44. *num.*45. *lib.*2. Mantic. *loco cit. num.*28. Genuenſ. *in practicab. Eccleſ. quæſt.*177.*num.*2. Sed contradicit Mart. *loco cit.*

20 Quarta datur limitatio, ſi legatum factum eſſet rei, quæ recipit augmentum, & diminutionem; vt putà ſi legatum eſſet peculium, grex, & quid ſimile; hic eſt text. *in l. grege* 21. *ff. de legat.* 1. & *in l. peculium* 67. *ff. de legat.* 2. Bar. *in d. l. ſi ita, numer.*4. Menoch. *loco cit. num.*26.

Quinta, & ſingularis traditur limitatio, quando quis faciens legatum bonorum ſtabilium, habebat pecuniam promptam, ex qua decreuerat alia emere bona ſtabilia, prout cum effectu poſt conditum teſtamentum emit; nam quod in legato prædicto ſpectandum ſit tempus mortis legantis, probat Hieron. Gabr. *conſ.*120.*num.*8. & *ſeq. lib.*1. 21

Hæc occurrunt.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſpecies proponitur.*

2 *Familiaris vt quis dicatur alicuius Principis, quæ concurrere debent, & n.*3.

4 *Libertus matris meæ an poßit eſſe particeps legati, quod Ego feci libertis meis.*

5 *Familiaritas ea dicitur, quæ corpore, & dentibus fit.*

6 *Familiaris poteſt quis eſſe alicuius Principis, quamuis ſit abſens, ſi eiuſdem Principis voluntas talis eſt.*

ARGVMENTVM.

Legato certæ pecuniæ quantitatis à Cardinale familiæ ſuæ relicto, nùm de illo particeps eſſe poſſit perſona, quam Cardinalis per litteras familiaritatis familiarem ſuum declarauit, nulla tamen ei victus portione aſſignata, ſed eo expreſſo, vt quamuis ab actuali ſeruitio eſſet abſens, haberetur pro præſente, & actu inſeruiente, ſicque omnibus gauderet prærogatiuis, ac ſi actuali ſeruitio vacaret.

CAPVT CXXIII.

LEGATVM his verbis à Domino Cardinale Hippolyto Altobrandino ſuperioribus diebus defuncto familiæ ſuæ factum proponebatur: *Familiæ ſuæ ſcuta ſex mille arbitrio hæredis eius, & pro ea infraſcriptorum Adminiſtratorum, iuxta perſonarum, ac ſeruitij qualitatem, temporiſquè, quo inſeruierunt diuturnitatem diſtribui, ac veſtes lugubres, ſolitamquè quadragenam præſtari mandauit, &c.* 1

Cuius quidem legati tenore ſic ſtante, fuit à me quæſitum, an huius legatæ quantitatis particeps eſſe poſſet Alexander de Magiſtris de Sonnino, qui poſt diuturna obſequia olim Cardinali Petro Altobrandino præſtita, anno 1622. à dicto Domino Cardinale Hippolyto nepote literas obtinuerat familiaritatis,

miliaritatis, quibus mediantibus Cardinalis declarauit, vt prædictus Alexander, quamuis abſens gaudere deberet omnibus prærogatiuis, immunitatibus, priuilegiis, & exemptionibus, quibus actu inſeruientes potiebantur; & cum declaratione, quòd obſequia per eundem præſtanda Dominæ Ducisſæ Mondragonis Cardinalis ſorori germanæ, exiſtimabantur, ac ſi præſtarentur propriæ perſonæ eiuſdem Cardinalis, quia ſic erat eius voluntas; vndè attenta hac voluntate, ſic per literas familiaritatis, declarata, prætendebat dictus Alexander vti de familia Cardinalis teſtatoris, eſſe illum capacem ad participandum de legato prædicto.

2 At Ego, ſtatim quæſtione propoſita, negatiuam amplexus fui ſententiam, nec aliter mihi perſuadere potui, Alexandrum verè dici, & cenſeri poſſe de Cardinalis teſtatoris familia, ſed fictè tantùm: etenim illud in hac materia ſine controuerſia eſt, vt quis verè dicatur familiaris, ſiue de alicuius Principis familia, duo debent copulatiuè concurrere; nimirùm, vt ſeruiat actu, & viuat expenſis Domini; hic eſt text. *in cap. fin. in fin.* vbi Io. Andr. Archid. Gemin. & omnes, *de verb. ſignif. in* 6. Ludouic. Gomeſ. *in comment. ad Regul. Cancel. in regul. de impetrat. benef. vacant. per obitum famil. Card. quaſt.* 13. *in princ.* vbi ſic coram ipſo in *vna Seneſcen.* per Rotam *de menſe Februarij* 1538. deciſum teſtatur, Card. Tuſch. *pract. concluſ. lit. F. concl.* 72. *num.* 4. *&* 29. Rot. *deciſ.* 464. *num.* 2. *lib.* 1. *&* 403. *num.* 1. *lib.* 2. *in poſth. Farinac.* & *deciſ.* 593. penès Buratt. Addentes ad Ludouiſ. *deciſ.* 164. *num.* 10.

3 Cæterùm ſi Princeps aliquem familiarem ſuum nominat, vel reputat, illi tamen alimenta non miniſtrat, non verè, ſed fictè familiaris dicitur, ac proindè familiarium prærogatiuis gaudere non poteſt; ità ſatis egregiè Paul. de Caſtr. *conſ.* 340. *num.* 2. *lib.* 1. quò loci ad hoc probandum, inter plura, quæ allegat iura, citat text. *in l. alimenta, § libertis, ff. de aliment. & cibar.*

4 *legat.* vbi voluit *Iuriſconſultus*, libertum matris cuiuſdam teſtatoris, qui legatum alimentorum, ac quorundam fundorum omnibus libertis ſuis fecerat, non poſſe de legato illo eſſe participem, quamuis oſtenderet, teſtatorem illum ſic legantem literis mediantibus libertum eius matris, libertum proprium ſemper nominaſſe; illa enim, ait Geminian. *in d. cap. fin.*

5 dicitur vera familiaritas, quæ corpore, & dentibus fit: ſequitur Gomeſ. *cit. quæſt.* 13. *in princip.* & poſt *num.* 3. vbi ex Felin. *in cap. Clerici, de iudiciis*: loquendo de familiaribus Cardinalium, dicit, quòd ſi quis actu ſeruiret Cardinali, ſed Cardinalis expenſis non comederet, non per hoc familiaris diceretur, ad effectum, vt ſub regula illa comprehendi poſſet.

6 Et quamuis idem Gomeſ. *n.* 9. quem citat Tuſch. *loco cit. num.* 40. aſſerat, actuale ſeruitium non eſſe neceſſarium, quando Cardinalis voluntas talis eſt, vt ſit abſens, cùm ſufficiat quòd per familiarem non ſtet, quominus inſeruiat, ſicque patientiam illam Cardinalis loco ſeruitij haberi; attamen hoc affirmat, dummodò Cardinalis huic tali ex domo ſua præſtet victus portionem, & non aliter. Vndè (vt concludam) cùm in caſu noſtro Alexander, non expenſis Cardinalis, ſed Ducisſæ ſororis hic Neapoli commorantis per plures annos vixerit, prout ad præſens viuit, per hæc, quæ breuiter diſſerui, mihi viſum fuit, eundem in prætenſione ſua nullum bonum fouere ius: ſaluo tamen iudicio rectiùs ſentientis.

SVMMARIVM.

1 *Legatum cenſetur ademptum per alienationem rei legatæ.*

2 *Facti ſpecies enarratur.*

3 *Legatum nominis debitoris poſtea à teſtatore exactum an debeatur, & num.* 4.

5 *Legatum certæ pecuniæ quantitatis ſoluendæ ex tali corpore, quando dicatur demonſtratiuum, vel taxatiuum.*

Et quid in annuis præſtationibus legatis, n. 6. 7. 8. 9. *&* 10.

11 *Baro ſi mandauerit ſolui prouiſionem Officiali ſuo ex prouentibus iuriſdictionis, ſi contigerit in illo anno, nullos, vel paucos fieri prouentus, an ex aliis introitibus ſupplere teneatur.*

ARGVMENTVM.

Legato facto alicui de mille, quæ per hæredem ſolui mandauit teſtator ex ſimili, vel maiori ſumma, quam conſequi dicebat à Caio, nùm cenſeatur illud ademptum, ſi demùm teſtator ipſe tale debitoris nomen exegerit. Item annua præſtatione relicta ex certo fundo percipienda, ſi contigerit poſteà, tot non percipi fructus, vt ex iis annuum illud legatum ſolui poſſit, nùm hæres de aliis bonis hæreditariis ſupplere teneatur; & quid ſi ſemel eſt legatum præſtandum.

CAPVT CXXIV.

LEGATVM, quòd cenſeatur ademptum per alienationem rei legatæ, eſt text. 1 nimis clarus, & vulgatus *in l. rem legatam* 18. *ff. de adimen. legat.* licèt cum aliquibus declarationibus, de quibus per Rom. *ſing.* 435. *Quæritur*, & Manc. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 12. *tit.* 6. *n.* 25.

Sed circa hanc materiam contigit hoc anno dubitari in Sacro Conſilio ſuper diſpoſitione quond. 2 Ferdinandi Imparati: & caſus erat, nam cùm Hieronyma Imparata teſtamento ſuo (quod confecerat de anno 1612.) Ferdinando patre hærede inſtituto, Iſabellæ nepti tempore maritagij in ſuarum dotium augmentum ducatos biſcentum quinquaginta legaſſet, percipiendos ex annuis redditibus per Ciuitatem iſtam ei debitis, anno ſequenti 1613. dictus Ferdinandus pater, & hæres, ſuum condens teſtamentum, quia dicta Iſabella legataria ſe nolle nubere, ſed vitam ducere cœlibem declarauerat; diſpoſuit, quòd ſingulis annis ab eius hærede eidem ſoluerentur fructus ſortis legatæ à die mortis dictæ Hieronymæ,

ronymæ, percipiendi ab annuis redditibus dotalibus eiuſdem. Defuncto demùm Ferdinando anno 1620. & aperto teſtamento, inſtitit Iſabella, ſibi exburſari redditus capitalis legati à die mortis Hieronymæ, ſeruata forma teſtamenti Ferdinandi: Contradicebat filius, & hæres, Franciſcus nomine, dicens, non niſi à die mortis Ferdinandi, quo tempore illius teſtamentum vires ſumpſit; nam & ſi fructus, vt à die mortis Hieronymæ deberentur, fuerat ordinatum; ipſe idem teſtator vſquedum vixit redditus omnes hæreditatis filiæ exegerat, & ſic pro eo tempore videbatur voluiſſe annuum illud legatum adimere; fuit dubitatum quid iuris?

3 Et videbatur pro hærede iudicandum per text. *in l.penul.§.fin.ff de adimen.legat.* vbi apertè probatur, per exactionem quantitatis, ſiue ſummæ legatæ, legatum illud à teſtatore, qui exegit, ademptum cenſeri; ergò idem in caſu propoſito, dum Ferdinandus, poſtquam legaſſet fructus ducatorum 250 à die mortis Hieronymæ perſoluendos, vt perciperentur ex annuis redditibus eiuſdem, ipſe idem donec vixerat, illos exegit; quomodò ergò poteſt cogi Franciſcus hæres; nonnè per exactionem illam cenſetur facta legati ademptio?

4 Sed contrarium Sacrum Conſilium iudicauit hodiè 20. Decembris præſentis anni 1632. referente Domino Conſiliario de Franchis penès Scacciauentum, vt ſcilicèt ſortis legatæ fructus ad rationem ſex pro centenario à die mortis Hieronymæ, Iſabellæ debeantur; per text. rotundum *in l.quidam teſtamento 99.ff.de legat.*1. vbi probatur, quòd ſi centum alicui legentur, quæ ſoluere habeat hæres ex ſumma per Titium teſtatori debita, ſi demùm teſtator nomen illud debitoris exegerit, adhùc ipſo cum eodem teſtamento defuncto, legatum debetur. Ratio aſſignatur, quia vt ſoluerentur ex ſumma per Titium debita, dictum fuit cauſa demonſtrationis, non autem taxationis; prout in caſu *dicti §.fin.* vbi fuit à patre legatum filiæ in poteſtate exiſtenti nomen debitoris, quod erat eiuſdem filiæ peculium, & demum pater ipſe nomen illud exegerat: Reſpondit *Iuriſconſultus*, hæredem ad nihilum teneri: aliud enim eſt dicere,
5 *Lego Titio illa mille, quæ mihi debet Caius:* & *Lego Titio mille, quæ hæres ſoluet ex ſimili, vel maiori quantitate, quam mihi debet Caius.* In priori caſu, legatum fit gratia taxationis, & procedit tex. *in d.§.fin.* In ſecundo verò, gratia demonſtrationis, & procedit text. *in d.l.quidam teſtamento*, cum quo concordat alter *in l. Paulo Callimacho 27.§.fin.ff. de legat.*3. Bald. optimè *conſ.*151.*lib.*5. Iacobin. *in l.ſi fideicommiſſum,§. tractatum, n.7.ff.de iudic.* Loffred.*conſ.46.nu.*5. Felin.*in cap. ſuper literis, num.4 de reſcript.* Rot. *deciſ.*860.*num.*8. *de teſtam.in antiq.* Ferrer.ad Guid.Pap.*deciſ.*8. Rouit. *deciſ.57.num.*11.

6 Quibus iuribus attentis, ex ſententia Bart. *in l. inter ſtipulantem,§.ſacram, num.6. ff. de verb.oblig.* & Caſtr. *in conſ.*338.*lib.*1. dixerunt Addentes ad Guid. Pap. *deciſ.*8. nimirùm *Rauch.* & *Ferrer.* in annuis penſionibus relictis, vel donatis, ſiue aſſignatis ſuper certo corpore, vt ſi demùm contigerit, corpus illud non eſſe in tanto fructu, vt ex eo annuum illud relictum præſtari poſſit, & dubitetur an hæres ex aliis corporibus, ſiuè redditibus legatario ſupplere teneatur, ſit recurrendum ad diſtinctionem, de qua *ſuprà*, & penès Anel. Amat. *conſ.*32. *per totum*, an corpus ſit cauſa demonſtrationis aſſignatum, vel taxationis; nam ſi annuæ penſionis legatum præcederet, demúmque locus, vel res aliqua, vnde ſolui debeat, ſubiicitur; eo caſu, locus, demonſtrationis gratia, adiectus intelligitur: dat exemplum *Ferrer.* ſi teſtator, vel donator dixerit, *Lego*, vel, *dono Titio annua decem, quæ ex fundi Seiani fructibus ſolui volo:* ſi enim fundus ille Seianus chaſmate periret, vel fructus ad penſionem ſoluendam non ſufficerent, nihilominus cogetur hæres ex aliis bonis legatum perſoluere integrum; ſin verò vnica tantùm eſſet oratio, rem legatam, aut donatam ſignificans, & deſi- 7
gnans locum, ex quo ſolui debeat; tunc locus taxationis gratia adiectus intelligeretur, ità vt hæres vltra quantitatem fructuum, qui ex loco illo percipiuntur, ſoluere non cogeretur, & ſi fundus chaſmate periret, nihil deberetur. Exemplum eſſet, ſi teſtator, vel donator dixiſſet, *Ex fundo Seiano decem annua ſolui volo, & dari Titio.* Hanc eandem diſtinctionem amplexus eſt Surd. *tract. de alimen. tit.4. quæſt.26. num.*5. vbi allegat Bar. tam *in d.§.ſacram, num.6.* quàm *in l. Lucius, ff. de alimen. & cib. legat.* & Caſtrenſ. *conſ.*330.*n.*3. & alios, vt *ibi*.

Ego autem, vt in hac re dicam quid ſentio, non 8
video, quonam modo diſtinctio hæc in annuis præſtationibus ſubſiſtere poſſit, nec hucuſque mihi perſuadere valui, aliud eſſe dicere, *Lego Titio annuos decem frumenti modios ex illo, quod colligitur ex Rure meo Seiano*; & aſſerere, *Ex fundo meo Seiano ſolui volo Titio annuos decem frumenti modios*; nonnè in effectu eadem ſunt verba? Dic proindè, & non errabis, ſic diſtinguendo; Aut enim vnicum eſt legatum ſemel ex fructibus, vel reditu alicuius fundi præſtandum, vt putà, *Ex vino, quod in præſenti anno in Rure meo colligetur, Lego Titio dolia decem*; vel è conuerſo, *Lego Titio dolia vini decem de eo, quod naſcetur in præſenti anno in Rure meo*; & in hoc caſu, ſi ſex, vel octo tantū dolia colligerentur, hæres ad integra decem ſupplenda non tenebitur; eſt text. ſatis clarus *in l.cùm certus* 5. *ff.de tritico, vino, & oleo legat.* cuius verba ſunt, *Cùm certus numerus amphorarum vini legatus eſſet ex eo, quod in fundo Semproniano natum eſſet, & minus natum eſſet, non ampliùs deberi placuit*; & quaſi taxationis vicem obtinere hæc verba, *quod natum erit.*

Nec obſtat text. *in l.Firmio 26. ff. quan. dies lega. ced.* vbi videtur, quòd ſi legatum ex fructibus prædij in illo anno per teſtatorem deſignato, integrè ſolui non poſſit, ex fructibus ſequentis anni præſtari debet; in hoc enim text. vt benè aduertit Cuiac. *in d.l. cùm certus*, quem refert Ferrer. *vbi ſuprà, in vlt.addit.* certa pecunia relicta eſt ex fructibus fundi, hoc anno naſcituris; ibi, *Firmio Heliodoro fratri meo dari volo quinquaginta ex reditu prædiorum meorum futuri anni, &c.* & ſic apparet, teſtantis mentem fuiſſe, vt omninò quinquaginta ſoluantur; At *in d.l. cùm certus*, non pecunia; ſed fructus ad modum illorum, qui naſcuntur, legati ſunt, credens teſtator, tot fore colligendos, quantos legauit; ac proindè non natis fructibus nihil debetur; vel ſi minus percipiatur, id ſolùm quod perceptum eſt, eſſe præſtandum; & vt dicit Gloſ. *in d.l.Firmio, in verbo, fructibus, in dicta l. cùm certus*, aliud ex teſtatoris mente apparere: puto etiam in caſu propoſito, quando legatum eſſet ſemel præſtandum certæ quantitatis fructuum, non eſſe contemnendam eiuſdem *Cuiac.* diſtinctionem, quam ſimiliter refert Ferrer. *vbi ſuprà, in finalibus verbis*; nimirum, aut teſtator dixit, *Lego Titio decem pondera olei ex fundo meo*; vel, *ex eo, quod naſcetur hoc anno ex fundo meo*; vt primo caſu ſit locus ſuppletioni legati, ſecundo verò non item.

In annuis verò præſtationibus, vel in pecunia, 10
vel in fructibus legatis, ſiue teſtator dixerit, *Lego Titio annua decem, quæ ex fundi Seiani fructibus ſolui volo*; ſiue dicat, *Ex fructibus fundi Seiani annua decem Titio dari volo*, ſi demùm contigerit, ex fundo illo vno anno non percipi niſi quinque, illa tantùm percipiet legatarius, ac ſequentis anni expectet vbertatem,

tatem , & tunc præcedentis quinque,decemque inſtantis obtinebit ; videantur , quæſo,iura, quæ ad literam hoc dicunt *in l.legatum ità 17.§. ff. de annuis legat.* & *in l.ex eo vino 13. ff. de trit. vin. & oleo legat.* Quam concluſionem eò magis procedere dic , ſi annuum legatum pro alimentis , vel in aliam piam Cauſam factum eſſet , vt tunc integrum ſemper præſtet hæres legatum, provt eſt text.*in l.Lucius 12. ff.de alim.& cibar.legat.*Guid.Pap.*d.dec.*8. & *ibi* Ferrer.*in 1.annotatione*, qui omninò videatur.

11 Poſt hæc ſcripta, ex diſpoſitione text. *in d. l. Firmio , ff. quand. dies lega. cedat* , inferebam ad alium caſum , ſuper quo conſulere habui : In hoc enim Regno , dum Barones in eorum Terris , & Caſtris Gubernatores pro iuſtitia miniſtranda eligunt,communiter in literis commiſſionalibus decernunt ſalarium,vulgò *prouiſionem* appellant ; ibique addunt,vt percipere habeant ex prouentibus per eodem Officiales faciendis:contigit illo anno,nullos,aut paucos fieri prouentus , ex quibus Officialis conſtitutum ſalarium conſequi non poteſt ; fuit dubitatum , an Baro ex aliis introitibus ſupplere teneatur ? & affirmatiuè ipſe reſpondi ; nam cùm ſalarium Officiali omninò debeatur pro onere , quod ſuſtinet in iuſtitia miniſtranda , illudquè vt ſoluatur conſtituit Baro , quamuis dixerit, ex prouentibus per vos faciendis , id ſtatuit potiùs demonſtrationis gratia , quàm taxationis ; ac proindè nullis factis prouentibus, ex aliis redditibus ſupplendum eſt.

SVMMARIVM.

1 *Liber rationum priuati an faciat fidem pro ſcribente, & num.2.*

Et quid in libris Eccleſiarum , Collegiorum, &c.num.2.

4 *Liber tutoris an faciat fidem pro ſcribente.*

5 *Libris Aromatariorum an fides ſit adhibenda.*

6 *Liber rationum priuati an faciat fidem contra ſcribentem.*

7 *Librorum priuatæ perſonæ ſi petatur exhibitio,nùm poſſit is, à quo petitur, excipere, quòd aduerſarius caueat de ſtando dictis libris ; & num.8.9.& 11.*

10 *Ratio continens capitula contingentia an poſſit pro parte acceptari , & pro parte non.*

ARGVMENTVM.

Libri rationum priuatæ perſonæ qualem faciant fidem ? & ſi petatur exhibitio, nùm poſſit is, à quo petitur, offerens ſe paratum exhibere, inſimul excipere, quòd aduerſarius exhibitionem petens , caueat de ſtando dictis libris , non ſolùm in his, quæ pro ſe faciunt, ſed etiam in his quæ faciunt contra? & de aliis ; vbi ſingularis obſeruatio *D.Io.Ang.Piſanelli.*

CAPVT CXXV.

LIBER rationum priuati in iudicio 1
productus , dum quæritur an fidem faciat pro ſcribente, ſiue producente? regulariter negatiuè eſt reſpondendum ; ità Gloſ. *in l. Publia , §. fin. ff. depoſ.* Bar. *in l. admonendi, col.6 .ff. de iureiur.* & *in l. Aurelius,§.idem quæſi.t,ff.de liber. legat.* Abb. *in c.2. de fide inſtrum.*Roman.*conſ.*346.*In hac cauſa,num.*4. Rip.*in l.admonendi, n.*121.*& ſeq.ff.de iureiur.* vbi tamen aliquas ſubnectit limitationes, quas pariter recenſent Guid.Pap.*deciſ.*441.Maſcard.*de probat. concl.* 975. Surd. *deciſ.* 200.*n.*11. Rot. *deciſ.* 344.*n.*9. penès Burſat.& alij paſſim *in locis vulgaribus.*

Huius concluſionis ratio aſſignatur à *Grammat.* 2
poſt alios , quos citat , *conſ. ciuil.*82. *num.*1. nimirùm , quia non plus priuatæ ſcripturæ mercatoris,quàm eiuſdem viuæ voci credi poteſt ; at ſi quis viua voce pro ſe deponeret, nil ei crederetur ; *l. omnibus, C. de teſtib.* ità nec eius ſcripturæ pro ſe nihil plus credi debet.

Id quod affirmarunt DD. procedere , non ſolùm 3
in libris rationum priuatæ perſonæ , ſed etiam in libris rationum Eccleſiarum , Collegiorum , Canonicorum , Epiſcoporum, & ſimilium,quos quidem libros nec pro ſcribentibus probare,dixerunt nonnulli relati à Maſcard. *de probat.tom.*2.*concl.*976.*n.*48. inter quos noſter Afflict.*deciſ.*364.*n.*7.vbi ait,quòd ſi Monaſterium in libro ſuo ſcriberet, rem meam eſſe ipſi reddititiam, talis ſcriptura nihil mihi noceret ; Rota *deciſ.*159.*num.*2.penès *D.Ludouiſ.*

Idemque in libris Tutorum , Curatorum , Exe- 4
quutorum,negotiorum geſtorum , & procuratorum, vt pro ſcribentibus fidem non faciant,ſcripſerunt & alij ab eodem Maſcard.relati *d.concl.*976.*n.*60.

Inter alias autem limitationes, ſeù declarationes, quæ ad firmatam regulam à *Doctoribus* traduntur, vltra poſitas per Chriſtophorum Martium *dec. Senenſ.*88.illa eſt,vt nõ procedat,quoties in aliquo loco conſuetudo vigeret, vt libro priuati mercatoris plena ſit adhibenda fides, etiam in his , quæ faciunt pro ſcribente ; ità poſt alios Eſcobar *tract. de ratioc. cap.*11.*n.*14.vbi tamen ex *Couarr.*addit, conſuetudinem hanc non eſſe temerè admittendam , ſed tunc demùm,cùm aliquot ex cauſis,& circumſtantiis iuſtificaretur.

Idémque noſter Borell. *conſ.*82. vbi dicit, in hoc 5
Regno conſuetudinem vigere, vt libris Aromatariorum circa medicamenta , quæ ibi ſcripta inueniuntur fuiſſe alicui tradita , plena adhibeatur fides ; ad quod citat Foller. *in addit. ad Marant. in praxi indic. part.*6. *actu* 6. *num.*44. quamuis contrarium ſentire videatur Grammat.*dict.conſ.*82.at quando caſus contigerit,conſulas Purpur. *conſ.*31.*vol.*1.& Nicol.Genua *de ſcript.priuat.lib.*4.*in tit.de libris Aromatariorum,fol.mihi* 254.

Quando autem liber rationum priuatæ perſo- 6
næ aliquid contineret contra ſcribentem , non eſt dubitandum , quòd contra ſcribentem plenam fidem faciat. Ratio eſt manifeſta , nimirùm , quia non eſt veriſimile , quòd contra ſe quis aliquid ſcripſerit,niſi veritas ità ſe haberet;ità Gloſ.*in l.quadam, §.nummularios , ff. de edend.* & *in clem.*1.*§.cæterùm,in verb.rationum,de vſur.*Bar.*in d.§.nummularios, num.*2. *& in d.l.admonendi,n.*26.*ff.de iureiur.* vbi etiam DD. omnes,& *alibi*,quos ad nauſeã refert Nicolaus Genua *cit.tract.de ſcript.priuat.lib.*4.*tit.*1.*n.*95.*fol. mihi* 188.

Sed

7 Sed quæſtio inſurgit, an ſi libri rationum priuatæ perſonæ peteretur exhibitio, poſſit is, à quo petitur, offerens ſe paratum exhibere, inſimul excipere, quòd aduerſarius exhibitionem petens caueat de ſtando dicto libro, non ſolùm in his, quæ pro ſe faciunt, ſed etiam, in his, quæ faciunt contra? Bar. *in d. §. nummularios*, Iaſ. *in d. l. admonendi*, *num.* 129. noſter Foller. *ad Marant. d. actu 6. num.* 33. aliique relati à Maſcard. *d. concl. 976. num.* 79. dicunt, quòd ſi in libro rationum plura connexa, & indiuidua capitula reperiuntur, quæ commodè ſeparari non poſſunt, & aliqua ſunt pro ſcribente, aliqua contra, teneri in hoc caſu eum, qui librum exhiberi petit, omnimodò approbare ea, quæ pro ſcribente faciunt, dum approbat ea, quæ faciunt pro ſe contra ſcribentem; ſicquè aiunt, librum rationum in caſu iſto probare pro ſcribente ratione connexitatis. At *D. Io. Angelus Piſanellus* de propoſito dubio interrogatus, conſideratis iis quæ pro vtraque parte ſe offerebant, in effectu concludit, quòd ad dubitationem tollendam bona eſſet reſponſio; ſi exhibitionem petens, ſe paratum offerret ſtare libris in omnibus, quatenus de iure ſtare teneretur; ſubdens ſic pariter reſpondiſſe Purpurat. *in l. 1. C. de edend.* Audi, quæſo verba Magiſtri *in ſua obſeruatione* 21. quam propria eius manu ſcriptam habeo.

Ieſus, Maria.

8 Dùm eſſet lis in Curia Romana inter Reuerendiſſimum Dominum Fabium Arcellam Archiepiſcopum Capuanum cum certis Mercatoribus, petenſque procurator dicti Domini Fabij, vt dicti Cãpſores ederent libros, iuxta ea, quæ habentur per Bart. *in l. quadam, §. nummularios, ff. de edend.* qui Campſores excipiebant, quòd ſi volebat ipſe procurator editionem, quòd caueret de ſtando dicto libro, non ſolùm in his, quæ facerent pro ſuo principali, ſed etiam in his, quæ facerent contra; & dubitabatur de hoc Romæ, dictus Dominus Fabius voluit à me intelligere, quid ſentirem? dixi, quòd de iure tales libri non faciunt fidem pro ſcribente, ſed ſolùm
9 contra ſcribentem; vt per Bar. *in d. §. nummularios.* Si ergò ius dat hoc beneficium, quòd eis non ſtetur, videtur, quòd non poſſit aſtringi ad ità cauendum.

Pro contrario tamen ſe offerebat deciſio Mattheſil. *in notab.* 78. incip. *Nota doctrinam mirabilem*; vbi videtur tenere, quòd quando liber continet data, & accepta, quòd teneatur quis ſtare libro, etiam in partitis contrariis ſibi; & ſi vult quis editionem, tenetur cauere de ſtando etiam in contrariis

Sed dixi, quòd *Mattheſil.* loqui videtur in actore petente à reo librum rationis ad eius fundandam intentionem, prout ſunt verba ſua; non tamen dicit, quòd teneatur cauere: & ſi rectè conſideretur illud *notabile*, non videtur verum, quia Bart. *in d. §. nummularios*, quem ipſe allegat, vult quòd
10 tunc non poſſit ratio pro parte acceptari, & pro parte non; quando continet capitula contingentia, ſed capitula contingentia ſunt illa, quorum vnum venit tanquàm qualitas ad aliud; Bart. *in l. Aurelius*, §. *idem quæſiit, in fine, ff. de liberat. legata*, v.g. *promitto ſub conditione*, & ſimilia. Præterea inter epiſtolam, & rationem, non eſt differentia; voluit expreſsè Alber. *in cap. 2. col. 4. de fide inſtrum.* & ſentit Bar. *in d. §. nummularios*, loquens de rationibus, *in fine* allegat *l. Publia*, loquentem de epiſtola; & vide *Apoſtillam in d. notab.* 78.

11 Et ſic fuit mihi viſum, ad tollendam dubitationem, quod eſſet bona reſponſio, quòd promittat procurator ſtare libris, quatenus de iure teneretur ſtare; & cùm optaret quòd Ego ſcriberem votum meum pro inſtructione Magnificorum Aduocatorum ſuorum in Curia Romana, circa hoc incidens; licèt reſpondiſſem, quòd erant peritiſſimi Viri, & aliorum adminiculo non indigebant; tamen quia ità voluit; ità ſcripſi, & reſpondi, & addidi particularem deciſionem *Purpur.* qui ità dat cautelam reſpondendi; & lætatus ſum, me habuiſſe eundem ſpiritum cum tanto Viro, *in l. 1. col. 4.* ibi, *vidi practicando, C. de edend.* vbi dicit hæc verba: *Vidi practicando, cùm editio petitur à Mercatore, fieri interrogatorium à Mercatore, an petens editionem vellet ſtare pro, & contra? quia ſi reſpondeatur quòd non, dicit Mercator ſe non teneri exhibere: ſed ſoleo reſpõdere, quòd volo ſtare, ſi, & prout iuris, & non aliter; & iſta reſponſio tuta eſt: quia de Iure non eſt ſtandum, niſi in capitulis connexis, ſecus in ſeparatis, ſecundùm Bal. hic col. fin. vt ibi latius per eum, &c.* & ità demũ Romæ fuit practicatum.

Io. Angelus Piſanellus.

SVMMARIVM.

1 *Caſus proponitur, & num. 2. & 3.*
4 *Filiorum appellatione veniunt fœminæ, tàm in vltimis voluntatibus, quàm in contractibus, & num. 5.*
6 *Maſculinitatis qualitas in vna parte teſtamenti appoſita an cenſeatur in alia repetita, & n. 7. 8. 9. 11. & 15.*
10 *Filia fœmina an faciat deficere conditionem,* ſi ſine filiis deceſſerit.
12 *Maſculinitatis qualitas an cenſeatur conſiderata ex grauamine illato per teſtatorem, vt hæres illius nomen, & arma deferre debeat.*
13 *Fœminæ an cenſeantur excluſæ, quando teſtator vocauit filios filiarum viuentium, & non ipſas filias.*
14 *Prohibitio alienationis, ad hoc vt bona conſeruentur in familia, an fœminarum excluſionem inducat.*
16 *Relatum eſt in referente cũ qualitatibus ſuis.*
17 *Verbum,* filij legitimi, & naturales, *ex ſui generalitate comprehendit fœminas.*
18 *Maſculis vnius perſonæ vocatis, ſi diſpoſitio in filios maſculos primi gradus ſuum fuerit ſortita effectum, an cæteri deſcendentes maſculi ſub illa diſpoſitione comprehendantur, & num. 19.*
20 *Maſculorum vocatio an ſit apta ad inducendum fideicommiſſum in fauorem deſcendentium ex primis maſculis, & n. 21.*
22 *Fideicommiſſum non eſt ſomniandum in caſu, de quo teſtator non ſit loquutus.*
23 *Subſtitutio ordinata, caſu quo inſtitutus ſine filiis maſculis deceſſerit, an locum habere poſſit, ſi inſtitutus mortuus eſt cum filio maſculo, qui demùm deceſſit, ſuperſtite tantùm ſibi filia fœmina.*
24 *Fœmina vt à Maioratus ſucceſſione excludi poſſit per maſculum, quæ requirantur.*
25 *Fœminarum excluſio apertiſſimis verbis, aut* euidentiſſi

euidentiſſimis coniecturis oſtendi debet, & num. 26.

27 *Fœmina an ſit excludenda à ſucceſſione Maioratus ex ſimplici vocatione maſculorum.*

28 *Maſculus ex fœmina an ad Maioratus ſucceſſionem admitti poſſit, vbi expreſſim fuerint excluſæ fœminæ, & n. 29.*

30 *Maſculorum appellatione, an maſculi ex fœminis comprehendantur.*

31 *Fœmina ad Maioratus ſucceſſionem admittitur, quamuis fuerit ille conſtitutus pro maſculis, ſi nullus ſuperſit maſculus deſcẽdens per lineam maſculinã à primo vocato.*

32 *Maſculus remotior an fœminam proximiorem à Maioratus ſucceſſione excludat.*

33 *Maſculus ex fœmina alterius lineæ nùm à Maioratus ſucceſſione excludat fœminam ex maſculo, ſi reperiantur in eodem gradu coniuncti vltimo poſſeſſori tranſuerſali.*

34 *Maſculus ex fœmina ad ſubſtituti excluſionem admittitur, quando ex primò vocatis nemo ſuperſit, niſi ipſe.*

35 *Maſculus ex fœmina remotior an à Maioratus ſucceſſione excludat fœminam ex maſculo proximiorem.*

36 *Maſculus remotior, vt fœminam proximiorem à Maioratus ſucceſſione excludere poſſit, quæ requirantur, & n. 37.*

ARGVMENTVM.

Maioratus in ſucceſſione, concurrentibus maſculo remotiore ex fœmina orto, & fœmina proximiore ex maſculo nata, ſi tractatur de ſuccedẽdo vltimo poſſeſſori tranſuerſali, nùm potior ſit maſculus ex fœmina remotior, quam fœmina ex maſculo proximior? In contractibus, maximè lucratiuis an filiorum appellatione veniant fœminæ. Maſculinitatis qualitas adiecta in vna parte teſtamenti reſpectu filiorum Petri, an in alia reſpectu filiorũ Antonij ſimpliciter vocatorum, repetita intelligatur. Fœminę an cẽſeantur excluſæ à Maioratu ob grauamen ab Inſtitutore adiectum, vt ſucceſſores teneantur ferre illius nomen, & Arma. Excluſio propriarum filiarũ an maſculinitatis qualitatem inducat, vt neptis ſuccedere non poſſit. Vocatis filiis maſculis naſcituris ex Petro, nùm vocatio hæc ſit apta ad inducendum fideicommiſſum in fauorem deſcendentium ab illis. Maſculus ex fœmina an capax ſit ſucceſſionis Maioratus conſtituti pro maſculis cum perpetua excluſione fœminarum? & de aliis ad materiam pertinentibus.

CAPVT CXXVI.

MAIORATVS in ſucceſſione, concurrentibus maſculo remotiore ex fœmina orto, & fœmina proximiore ex maſculo nata, ſi tractatur de ſuccedendo vltimo poſſeſſori tranſuerſali, dubitatur, nùm potior ſit maſculus ex fœmina remotior, quàm fœmina ex maſculo proximior?

De hoc articulo contigit dubitari in ſupremo Aragonum Senatu apud Potentiſſimum Dominum Regem noſtrum reſidente, in cauſa ibi vertente inter Dominum D. Franciſcum Ledda Comitem Bonorbæ, & Dominam D. Theodoram Carillo Marchioniſſam Toraluæ in Regno Sardiniæ, à qua cùm de voto eſſem Ego requiſitus, vt tantæ Matronæ pro viribus parerem, ſic reſpondi.

Adſit Gratia Spiritus Sancti.

Dominus Bernardus Simon Regens in Regno 1
Sardiniæ quinque habens filios, tres maſculos, nimirùm Ioannem Michaëlem primogenitum, Marcum Antonium ſecundogenitum Canonicum Barcinonenſem, & Andream tertiogenitum, ac duas fœminas, D. Annam ſcilicèt, Domino D. Michaëli Carillo deſponſatam, & Dorotheam nondùm nuptam; cupiens naturaliter generis, proliſquè ſuæ perpetuationem, vt Dominus Ioannes Michaël primogenitus dilectiſſimus vxorem duceret, curauit, eiquè hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunquè, cauſa, & contemplatione matrimonij contrahendi cum Domina D. Helena Bellet nonnulla magni momenti bona irreuocabiliter inter viuos, ſequuta tamen eius morte, publico mediante inſtrumento donauit; eo verò inſerto vinculo, lege, conditione, prohibitione, ac reſeruatione, & non aliter, vt præfato filio donatario cum filiis maſculis legitimis & naturalibus è viuis decedente, ſuper bonis donatis filij ipſi maſculi naſcituri, & poſt eos illorum filij in infinitum, donatarij nepotes, ac donantis pronepotes, primogenituræ ordine ſeruato ſuccedere deberent; Illis autem deficientibus, Marcum Antonium filium ſecundogenitum vocauit, cui vti Omnipotentis Dei ſeruitio addicto, ſub paterna obedientia iniunxit, vt bona donata, Andreæ filio tertiogenito, ipſiuſquè Marci Antonij Germano fratri, ac filiis maſculis eiuſdem legitimis & naturalibus in infinitum, cum eodem ordine primogenituræ renunciaret; poſt quorum deficientiam, filios maſcũlos legitimos & naturales in infinitum ex filiabus dicti Ioannis Michaëlis deſcendentes inuitauit, cum hoc tamen, vt perpetuò nomen, & inſignia ipſius Domini donatoris aſſumere tenerentur; Et vbi hi ſimiliter deficerent, filios maſculos ex filiabus Andreæ legitimos & naturales, vſquè ad infinitum deſcendentes, cum eodem onere aſſumendi nomen, & Arma, vocatos eſſe voluit; Quibus omnibus deficientibus, nulla maſculinitatis, nec perpetuitatis expreſſa qualitate, voluit, ac expreſsè ordinauit,

ordinauit, vt ſuper bonis donatis primogenituræ tantùm ordine ſeruato, filij legitimi & naturales Dominæ D. Annæ filiæ, quam Nobilis Domini D. Michaëlis Carrillo coniugem nominauit, ſuccedere deberent, eo adhùc expreſſo onere aſſumendi Domini Donatoris nomen, & Arma; vocauit & tandem, his non ſuperexiſtentibus, filios maſculos, vſquè ad infinitum deſcendentes ex Domina Dorothea filia ſimiliter eiuſdem Domini Donatoris, cum eodem ordine primogenituræ, & onere, vt ſuprà, deferendi nomen & Arma prædicta; Adiecit poſtremò generalem prohibitionem filiis, & ſucceſſoribus ad dictà bona vocatis, eorumquè deſcendentibus in infinitum, nè bona donata perpetuò alienari, pignorari, vel quouis modo diſtrahi poſſent, ex quo volebat, vt perpetuò in ipſius Donatoris familia conſeruarentur, abſque aliqua Legitimæ detractione, vt ex inſtrumento donationis latiùs, & plenè conſtat.

2 Hac peracta diſpoſitione, cum qua Dominus Regens donator mori voluit, euenit, Deo ſic volente, vt ex omnibus prænominatis filiis maſculis, ac etiam ex Dorothea filia deſcendentes non ſuperſtiterint, quòd proindè factus fuit caſus vocationis filij primogeniti Dominæ D. Annæ, qui D. Sebaſtianus Simon Carrillo nominabatur; Hic cùm in bonis, vt ſuprà donatis ex auita diſpoſitione pleno iure ſucceſſiſſet, vxorem duxit, ex qua duos ſuſcepit filios, D. Ioannem ſcilicèt primogenitum, & D. Iſabellam ſecundogenitam familiæ de Ledda nuptui traditam, & cùm demùm ex D. Ioanne nati eſſent duo alij filij, nimirùm D. Ignatius, & D. Theodora, & ex D. Iſabella procreatus eſſet D. Franciſcus de Ledda, D. Ignatius, qui in bonis, vt ſuprà, donatis ſucceſſerat, tandem abſque filiis, ſicut Altiſſimo placuit, poſtremum ſuum clauſit diem, ſuperſtite ſibi dicta D. Theodora ſorore germana, quæ putans abſque obice ad fratris ſui plenariam ſucceſſionem aperto iure venire, ſe oppoſuit dictus D. Franciſcus de Ledda frater amitinus præfatæ D. Iſabellæ filius, cuius perſona propter eius ſubſequutum obitum à D. Franciſco Iuniore eius filio hodiè repræſentatur, & prætendit ſucceſſionem bonorum à Domino Regente donatorum per mortem D. Ignatij vltimi poſſeſſoris, ad ipſum tanquàm maſculum, licèt à Domina Iſabella fœmina deſcendentem ſpectare, & pertinere, excluſa prorſus Domina D. Theodora, vti fœmina, quamuis ex maſculo nata, quæ licèt conſiderata perſona vltimi poſſeſſoris ſit proximior, attenta autem illa Domini Regentis donatoris eſt in pari gradu cum ipſo D. Franciſco, omnes enim ſunt donatoris abnepotes, vndè dubitari contingit, vter iſtorum Dominorum meliora foueat iura?

3 Reſpondi de hoc conſultus, adeò potiora eſſe iura d. Dominæ Theodoræ, & ſine vlla controuerſia, vt putem abſque librorum reuolutione, ſed dumtaxat ex lectura contractus donationis pro ea fore iudicandum: Siquidem, ſi contentio huius ſucceſſionis cauſetur ex eo, quòd qui D. Franciſci Iunioris partes tuentur, putant, bona, vt ſuprà donata, adhùc maſculinitatis vinculo ſubiacere, & ſucceſſiuè eſſe illa obnoxia reſtitutioni ad fauorem ipſius D. Franciſci, in cuius perſona ipſa maſculinitatis qualitas conſideratur, quamuis à fœmina deſcendentis; & certè decipiuntur, quandoquidem ex lectura diſpoſitionis conſtat enixè, bona hæc à maſculinitatis vinculo libera tranſiuiſſe, non dico ſolùm in perſonam D. Ignatij, de cuius ſucceſſione agitur, & D. Ioannis eius patris; ſed etiam D. Sebaſtiani Aui, qui fuit D. Annæ filius priore loco vocatus; Etenim Dominus Regens in defectum filiorum maſculorum Ioannis Michaëlis, & Andreæ, ac etiam maſculorum deſcendentium ex filiabus eorundem, filios legitimos, & naturales D. Annæ eius filiæ ſimpliciter abſque maſculinitatis qualitate; ſed tantùm inter illos primogenituræ ordine ſeruato, vocauit, & nominauit; vndè ex hac vocatione ſic ſimpliciter facta filiorum, negari non poteſt, quin ſub illa, tam maſculi, quàm fœminæ cóprehendantur; cùm in iure ſine controuerſia procedat, vt *filiorum* appellatione veniant fœminæ, 4
l. ſi quis ità. ff. de teſtam. tut. l. ſi ità ſcriptum, ff. de leg. 2. l. qui duos, & l. ſemis. ff. de leg. 3. quæ quidem iura licèt in vltimis voluntatibus prodita videantur, idem tamen dicendum eſt in contractibus, maximè lucratiuis, & ſic in contractu donationis, de qua nos agimus; vt ſatis benè probant Angel. *conſ.* 162. Iaſ. *in l. ſi quis id quod, num. 23. ad fin. verſ. 4. tu limita, ff. de iuriſd. omn. iud.* Dec. *in l. fœmina, num.* 107. *verſ.* 1. *ff. de reg. iur.* & *in conſ.* 32. *num.* 3. *verſ. & retenta iſta opinione,* & *conſ.* 607. *num.* 14. Rom. *conſ.* 98. Corn. *conſ.* 127. *num.* 4. *lib.* 4. Burg. de Paz. *conſ.* 29. *num.* 33. & 34. & eleganter Dominus Card. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 13. *tit.* 21. *à num.* 7. *ad* 12. qui omnes affirmant, in donatione facta filiis Petri, filias eiuſdem comprehendi; & quòd in contractibus maſculinum 5
concipiat fœmininum, probarunt Bart. *in l. 1. ff. de verb. ſignif.* Bald. *in l. 1. C. de iure emphyt.* ibiquè Salyc. *num.* 17. Imol. Dec. & alij, quos refert Fular. *tract. de ſubſtit. quæſt.* 311. *n.* 90.

Et ſi dicas, ſenſiſſe Dominum Regentem de filiis D. Annæ maſculis, ex quo in præcedenti oratione, dum vocauerat filios Ioannis Michaëlis, & Andreæ, ſemper cum hac maſculinitatis qualitate illos nominauit, ergò idem præſumendum in vocatione filiorum D. Annæ, iuxta nonnullorum ſententiam, quos refert Anton. Gabr. *commun. concl. tit. de teſtam. concluſ.* 10. *num.* 1. & Molin. *de Hiſpan. primogen. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 59.

Reſpondetur, hoc non procedere ſine maxima 6
controuerſia: non enim deſunt, qui contrarium tenuerunt, nimirùm quod vbi verbum *filij* in vna parte fuerit expreſſum cum dictione *maſculi*, & in alia parte ſimpliciter fuerit prolatum verbum *filij*, etiam filias comprehendit, nec intelligitur de maſculis; quoniam ſi diſponens de maſculis intelligere voluiſſet, id expreſſiſſet, ſicut in præcedentibus expreſſit: huius namquè ſententiæ fuerunt nonnulli magni nominis *Doctores* ab eodem *Anton. Gabr.* relati *loco cit. num.* 6. & ex noſtris, Io. Vinc. de Ann. *alleg.* 138. *num.* 13. & Mart. *in ſum. ſucceſſ. legalis, par.* 4. *quæſt.* 6. *art.* 3. *num.* 8. & 9. vbi dicit, hanc eſſe magis communem ſententiam.

Sed citra præiudicium veritatis, admiſſa pro nunc 7
Prima opinione pro vera, quæ certè ex hinc indè dictis per *Doctores* redditur valdè dubia, pro eo, quod ad caſum noſtrum pertinet, Secunda contraria procedit indubitanter, & ſine controuerſia; nam ſententia illorum, qui tenuerunt, verbum *maſculi* in vna parte diſpoſitionis adiectum, in alia repetitum fore cenſendum, ſemper declarationem recepit, vt procedat, quando verbum *maſculi* cum eſſet adiectum in filiis certæ perſonæ, demùm in eadem oratione de filiis eiuſdem ſimpliciter abſque adiectione verbi *maſculi* mentio facta fuit, & in his terminis loquuti ſunt *Doctores* relati per D. Valenz. *conſ.* 113. *n.* 33. & 34. *lib.* 2.

At ſi in vna parte diſpoſitionis de filiis maſculis vnius facta eſſet mentio, & in alia de filiis alterius ſimpliciter, prout in caſu, de quo agimus, tunc qualitas maſculinitatis reſpectu, & contemplatione vnius appoſita, non cenſebitur repetita

reſpectu alterius perſonę,quin filię fœminæ ſuccede-
re poſſint;ita ſanè ſcripſerunt Ioan.de Anan.conſ.22.
Curt.Sen.conſ.63.num.11. Socin. Iun.conſ.100. num.
20.lib.1. Anton. Rub. Alex.conſ.14.num.7.conſ.31.
num.6.& conſ.71.n.6. Carol. Ruin.omninò videndus
conſ.124.n.5. in fine,verſ.ſed iſtud poſſet procedere, &
conſ.168.per tot.num.13.lib.3. Beto.conſ.114.num.14.
lib.2.Roland.a Val.conſ.38.n.56.& ſeqq.lib.4. Æmil.
Ferret. conſ.11. num.9. Simon de Præt. conſ.90.num.
23. in fin. Decian.conſ.12. num.39.40.41.43.& ſeq.
lib.1. Molin.de Hiſpan. primogen.lib.3.cap.5.num.60.
Surd. conſ.21. num.9. & [illegible] ,lib.1. Menoch. conſ.95.
num.83.lib.1. Ruſtic. ad leg.cum auus. cap.10. n.159.
lib.3.ſub illis verbis: Prædicta concluſio maximè pro-
cederet,quandò teſtator (vt ſapè Ruin.ſcripſit) in vna
parte teſtamenti feciſſet mentionem de filiis maſculis
vnius,& in altera parte de filiis alterius ſimpliciter,nam
in ſecunda parte de filiis maſculis, & fœminis intelle-
xiſſe diceretur, &c. Peregrin. de fideicom.art.25.n.30.
& 33 Dom.Mantic.de coniect.vlt.volunt.lib.6.tit.13.
num.9.verſ.non omitto, Honded.conſ.57.num.33.lib.1.
Bertaz.conſ.96.num.18.lib.1.Caſanat. conſ.6.num.21.
conſ.38.num.103.& conſ.47.num.54. Fuſar. de ſubſtit.
quæſt.385.num.29.& 403.num.25. Addentes ad Mo-
lin. de primog.lib.3.cap.5.num.59. vbi alios quamplu-
res refert, Rot.Rom. coram Domino Ludouiſ. de-
8 ciſ.514. num 6. quæ loquitur in propria materia no-
ſtra; nimirùm quando in vna parte diſpoſitionis
ſunt vocati filij filiorum teſtatoris cum qualitate
maſculinitatis, & in alia parte filij filiarum ſimpli-
citer; vt in iſtis maſculinitatis qualitas repetita non
intelligatur, cum diuerſa ratio conſideretur in voca-
tione filiorum filij teſtatoris, & filiorum filiæ eiuſ-
dem; ſubdens num.13.& 14. nullam habendam eſſe
conſiderationem de excluſione propriarum filiarum
ipſius teſtatoris, ex quo iſta coniectura non ſufficit
ad excluſionem neptis.

Id quod in caſu noſtro verè in dubium reuocari
non poteſt, cùm ex contextura diſpoſitionis conſtet
patenter, noluiſſe Dominum Regentem donatorem
maſculinitatis vinculum apponere reſpectu filiorum
D.Annæ; nam in illorum vocatione non ſolùm, vt
diximus, verbum maſculi non legitur, nec ſubſtitu-
tionem ad fauorem deſcendentium ab illis,provt pe-
regit,quando alios inuitauit, quibus eorum deſcen-
dentes ſubſtituit, ſed demùm quando in illorum de-
fectũ vocauit filios Dorotheæ eius filiæ vltimogeni-
tæ, & deſcendentes ab ipſa, adhùc mentionem fa-
ciens de filiis D. Annæ, maſculinitatis qualitatem
omiſit; & illicò, eodemquè inſtanti vocando filios
Dorotheæ, qualitatem hanc adiecit,ſic dicendo: Et
ſi dicta D.Anna (quòd Deus non permittat) abſque fi-
liis decederet, &c. tunc, & eo caſu bona donata perue-
niant ad filios maſculos deſcendentes in infinitum ex
Domina Dorothea filia ipſius Domini Donatoris,&c.

Inſuper quando in vocatione dictorum filiorum
D.Annæ cum ordine primogenituræ adiecit graua-
men ferendi nomen, & Arma ipſius Domini Do-
natoris, dixit,quòd ſi ille,qui in bonis donatis ſucce-
deret,hoc onus ſubire recuſaret;tùnc, & eo caſu bo-
na prædicta peruenire deberent ad propinquiores
deſcendentes ipſius D.Annæ,qui in aſſumendo onus
prædictum,ſe offerrent,nulla etiam in hac alia parte
factæ diſpoſitionis maſculinitatis qualitate adiecta,
ſicquè ex tribus vicibus,quibus D.Reg.filios,& deſ-
cendentes D.Annæ vocauit, nuſquam verbum maſ-
9 culi adiecit;Signũ euidens,dico Ego,quòd vbi maſcu-
linitatis qualitatẽ donator apponere voluit,appoſuit,
& vbi illam non expreſſit, noluit; nam ſi voluiſſet,
expreſſiſſet: arg. text. in cap.ad audientiam, extra. de
Decimis, & in l. vnica, §. ſin autem ad deficientis. vbi
Paul. de Caſtr. C. de caduc. toll. & in terminis termi-
nantibus,Ioannes de Anan.Curt.Sen.Decian.& Ru-
ſtic. locis cit. qui dicunt, ex geminata mentione fi-
liorum abſque maſculinitatis qualitate argui delibe-
ratam diſponentis voluntatem,quòd noluit illos cum
hac qualitate vocare.

Idemquè ſatis benè ſcripſit Ludouicus Bologni-
nus conſ.53.num.17.lib.4.inter conſilia Alex. quò loci
hæc notabilia verba dicit; Nunc opera pretium eſt,vt
oſtendam, quod etiam iſtud fuit de mente teſtatoris in
caſu noſtro.Quod primò probo ſic: Teſtator in prima in-
ſtitutione dictorum ſuorum filiorum maſculorum nato-
rum, & naſciturorum, fecit mentionem de filiis maſcu-
lis,excludendo filias proprias, dotando eas; ſimiliter fe-
cit in ſubſtitutione Alexandri, & in ſubſtitutione Lu-
douici.in quibus ſubſtitutionibus, & gradibus ſubſtitu-
tionum ſemper expreſſit illam qualitatem Maſculorum:
dum autem in ſecundo gradu fecit mentionem de filiis
illorum trium filiorum,non ſemel, ſed etiam bis nũſquam
expreſſit illam qualitatem: imò eam tacuit,quam expri-
mere ſciuiſſet, & potuiſſet, ſi voluiſſet,ſicut expreſſit in
aliis gradibus: vndè manifeſtè apparet ex hoc,quod no-
luit excludere neptes, non apponendo ibi illam qualita-
tem, quam appoſuit in omnibus gradibus inſtitutorum,
& ſubſtitutorum,& iſtud erat facilè apponere; vndè non
dixit ipſe,ergò nec nos dicamus: l.ſi ſeruum,§.non dixit
Prætor, ff. de acquiren.hæredit.l.de pretio.ff.de publica.
l.2.§.generaliter,ff de legat.præſtand. Et eo maximè di-
cendum eſt, hanc fuiſſe mentem, & voluntatem dicti te-
ſtantis; nam geminando iſtum actum,& iſta verba, ſine
filiis legitimis & naturalibus, commemorando filios
filiorum ſuorum, ſemper tacuit illam qualitatem maſ-
culorum, quæ geminatio multum operatur; l.1. §.1.ff.
de conſtit.pecun.&c. Hæc ille.

Et hoc maximè procedit in caſu noſtro, dum do-
nans erat perſona, quæ noſtram profitebatur Iuris
prudentiam, & benè dubitare poterat, quòd diſpo- 10
nendo ſimpliciter, vt ſi D. Anna moreretur ſine fi-
liis,ſuccederent filij maſculi Dorotheæ: quòd ſi mo-
reretur cum filia fœmina, hæc ad ſubſtitutorum ex-
cluſionem conditionem deficere faciebat;vt probant
Doctores communiter in l.1.C. de condit. inſert. The-
ſaur. deciſ.188.Magon.deciſ.Lucenſ.5.num.7. Anton.
Gam.deciſ.137.num.11. Surd. deciſ.66.numer.7. Rot.
deciſ.880. penès Dom. Seraphin. & deciſ.483.484.
485.& 507 lib.4.in ſelect. per Farinac. D.de Franch.
deciſ.586.Barz.deciſ.11.Giurb.deciſ.32.Poterat etiam
ſcire, quòd ſi quandoquè ab hac concluſione ex vr-
gentiſſimis coniecturis fuerit receſſum, quando ca-
ſus eſt dubius, pro fœmina eſt iudicandum; vt ſcri-
pſerunt Burſat. conſ.300.num.40. & ſeqq. lib.3. Hon-
ded. conſ.57.in fine, Molina de primogen. lib.3.cap.4.
num.32.& Fuſar.de ſubſtitut.quæſt.402.n.114.

Vndè ad tollenda hæc dubia, quæ eius volunta- 11
tem deſtruere poterant, ſi verè voluiſſet, vt filij D.
Annæ maſculini ſexus tantùm ſuccederent, & quòd
fœminæ repellerentur, dixiſſet vtiquè; provt in eo-
dem inſtanti loquutus fuit de filiis Dorotheæ, &
paulò ante de filiis Ioannis Michaëlis, & Andreæ,
adeò quòd præſumi non poteſt obliuio, & in Viro
tanta prudentia, & doctrina decorato,qui vt paulò
ante diximus, noſtram legalem Philoſophiam pro-
fitebatur: id quod indiuidualiter conſiderauit Simon
de Præt. de interpret.vltim.volunt. lib.2. dubit.1. ſo-
lut.3.n.79.fol.147.in impreſſis Venetiis de anno 1582.
quò loci authoritate Socin.Fulgoſ.Curt. Sen.Roma.
Cagnol. Riminal.Decian.& aliorum,probauit,maſ-
culinitatis qualitatem in vna parte diſpoſitionis ad-
iectam, in alia nunquam cenſeri repetitam,quando
diſponens extitit Iuriſperitus: ſequitur Fuſar.de ſub-
ſtit.quæſt.403.n.291.

Eoquè

Eoquè magis, adde tu, in caſu, de quo agimus; in quo vocatio filiorum D. Annæ non ſolùm conſideratur in diuerſa oratione donationis, in diuerſis perſonis, & in diuerſa linea, ſed etiam in diuerſa familia, & progenie, quæ ipſi donatori erat certa, & benè cognita: vndè non video, cur in vocatione perſonarum huius Nobiliſſimæ Familiæ, poſſit quis ſanæ mentis dubitare, an qualitas maſculinitatis adiecta in filiis Io. Michaëlis, Andreæ, & Dorotheæ, repetita cenſeatur in filiis D. Annæ, de quibus D. Regens donator tot vicibus ſimpliciter meminit, abſque huius qualitatis repetitione, nec vllo pacto addito verbo, *vſquè in infinitum*, quod in aliorum vocatione adiecerat, cum qua voluntate mori voluit, dum omnia in præfata donatione contenta, virtute poteſtatis ſibi in eo contractu reſeruatæ, teſtamento ſuo confirmauit; ſicquè nullatenus dubitari poteſt, quin de Domini Regentis voluntate pleniſſimè conſtet, vt in linea D. Annæ maſculinitatis qualitatem adiicere noluerit.

Et ex his ceſſat prorſus fallax argumentatio, ſiue obiectum, quod ex aduerſo fieri poteſt; nimirùm D. Theodoram non poſſe in bonis donatis ſuccedere vti fœminam, ex quo D. Regens donator ſemper loquutus fuit de maſculis, & in nulla parte factæ diſpoſitionis vocauit fæminas.

Nam opportuna eſſet hæc oppoſitio, quando Dom. D. Theodora, ac Dom. Comes D. Franciſcus eius aduerſarius eſſent de deſcendentibus illorum, qui cum maſculinitatis qualitate vocati fuere, non autem in caſu præſenti, in quo vterque deſcendit à perſona, abſque maſculinitatis qualitate vocata, & in quo ſatis dici poteſt, vocatas eſſe fœminas ſub ſimplici vocatione filiorum legitimorum, & naturalium, vt paulò antè tantorum Iuriſconſultorum authoritate probauimus.

12 Secundò, ceſſat & alia, ſi quæ fieret oppoſitio, nimirùm in vocatione filiorum D. Annæ dubitari non poſſe, maſculinitatis qualitatem fuiſſe conſideratam, ex quo Dominus Regens donator grauauit illos, vt ipſius nomen, & Arma deferre deberent; ex quo quidem grauamine agnationis, ſiue maſculinitatis præſumptionem elici ſcripſerunt Corn. *conſ.* 41. *n.* 12. *lib.* 4. Grat. *conſ.* 5. *num.* 16. *&* 67. *n.* 10. *lib.* 2. Curt. Iun. *conſ.* 39. *intra numerum* 16. *verſ. quimmò & fortiùs*, & alij.

Etenim dictum hoc, quod fuit noſtrorum Italorum, in Regnis Hiſpaniarum non recipitur; ibi enim cùm generali conſuetudine receptum ſit, vt Nominis, & Armorum grauamen æquè à fœminis, ac à maſculis adimpleri poſſit, dicunt *Doctores* Hiſpani, nunquam viſum, nec auditum, ex tali grauamine maſculinitatis qualitatem, aut conſeruandæ agnationis coniecturam elici, ex quo nullo pacto effici poteſt, quòd quis ſit agnatus, qui in rei veritate, & natura non fuerit.

Et quòd licèt aliqui *Doctores* Itali in contraria fuerint ſententia, fundamentum ſumentes in Statutis noſtræ Italiæ, tamen in Regnis prædictis, in litibus, & controuerſiis iudicialibus, quæ hactenus euenerunt, nunquam fuit illa recepta:ità ſanè vno ore atteſtantur Molin. *cit. tract. de primogen. lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 9. & *lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 78. Auendan. omninò videndus ad *l.* 40. *Tauri, gloſ.* 9. *à num.* 25. *ad numer.* 28. Mierez *tract. de maioratu par.* 2. *quæſt.* 6. *num.* 23. vbi punctualiter ſcripſit per grauamen à Maioratus Inſtitutore adiectum ferendi illius Nomen, & Arma, fœminas nullo pacto excludi: Idemquè Burg. de Paz *conſ.* 29. *n.* 75. cum *pluribus ſeqq.* Garz. *de Nobilit. in diuiſione operis, num.* 42. & ſatis benè Dom. Valenz. *conſ. ſuo* 97. *à numer.* 120. *vſque ad* 124. *lib.* 1. Caſtill. *tom.* 5. *controu. cap.* 136. *numer.* 75. *& cap.* 160. *numer.* 6. Addentes ad Molin. *lib.* 2. *cap.* 14. *numer.* 8. *&* 9. vbi aliis relatis ex *Raudenſ.* inquit; hoc grauamen in Regnis Hiſpaniæ, Familiæ conſeruationem, in genere tantùm reſpicere.

Tertiò, minus etiam obſtat, ſi opponeretur in hac, de qua agimus, diſpoſitione, non niſi maſculos contemplatos, ſiue vocatos eſſe, & nuſquam fœminas, ex quo Inſtitutor proprias habens filias, potiùs voluit filios illarum vocare, quàm ipſas; ſicque nitidiſſima elicitur coniectura, ſub vocatione *filiorum* D. Annæ, maſculinitatis qualitatem ſubintelligi; quia ſi voluiſſet includere fœminas ex D. Anna naſcituras, illam priùs vti propriam filiam, & magis dilectam vocaſſet; & ex hoc ſequitur, Dominam D. Theodoram cenſeri excluſam vti fœminam, quamuis ex maſculo natam; & D. Franciſcum incluſum vti maſculum, quamuis ex D. Iſabella D. Annæ nepte deſcendentem. 13

Etenim huic obiectioni reſpondent *Doctores*, ſatis leuem eſſe maſculinitatis coniecturam modò indicatam, vt ob illam recedi poſſit à communi concluſione, quæ ſe habet, vt fœmina ex maſculo proximior nullo pacto à Maioratus ſucceſſione excludi poſſit, propter exiſtentiam maſculi vlterioris gradus, & lineæ; nec ad illam excludendam ſat eſſe vulgatum illud, quod deſumitur ex text. *in l. ſi viua matre, C. de bon. matern.* ne ſcilicèt minus dilecta melioris ſit conditionis, quam magis dilecta; non enim inconueniens eſt, vt melioris conditionis ſit neptis, quàm filia; ità Ludouic. Bolognin. *cit. conſ.* 53. *ante num.* 18. *verſ. & ſi quis dicet*, & ex text. *in l. cùm auus, ff. de condit. & demonſtr.* & *in l.* 2. *tit.* 15. *part.* 2. & *in l.* 40. *Tauri*, probat in propriis terminis noſtris Burg. de Paz *relato conſ.* 29. *num.* 81. de quo memor fuit noſter Præſ. de Franch. *cit. deciſ.* 586. vbi ſic pluries per S.C. Regni huius iudicatum refert: idémque Molin. *cit. c.* 5. *n.* 52. *verſ. hac autem exactiùs*.

Et generaliter, quòd Regula, quæ elicitur ex *d. l. ſi viua matre*, nullius ſit momenti, & quòd Rot. Rom. paſſim illam non admittat, teſtantur Seraphin. *deciſ.* 880. *&* 1216. & Dom. Ludouiſ. *deciſ.* 514. *n.* 13. *&* 14. & per eandem Rotam fuit dictum *in vna Florentina de Guidaciis coram Reuerendiſſ. Patre Dunozet, ſub die* 21. *Iunij* 1628. quam Ego vti ſingulariſſimam imprimi curaui *lib.* 1. *cap.* 279. *n.* 19. Martic. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 6. *tit.* 15. *n.* 10. *& lib.* 11. *tit.* 14. *num.* 6. Fuſar. *conſ.* 15. *num.* 23. *& conſ.* 16. *n.* 5. *verſ. non obſtat*: quorum dictis prorſus confutantur ſcripta per Dom. Valenz. *conſ.* 113. *numero* 35. *verſ. vlteriùs, & num.* 40. *lib.* 2. quò loci verè loquitur contra communem.

Quartò, nec pariter obſtat prohibitio alienationis bonorum donatorum, expreſſa ratione, Quia volebat donator, vt illa perpetuò in eius nomine, & familia conſeruari deberent: nam non per hoc, maſculinitatis qualitas fuit inducta, ad finem, vt fœminæ ſuccedere non poſſint. 14

Quinimmò, quòd ratio conſeruationis bonorum in familia, ſtirpe, progenie, domo, parentela, &c. comprehendat tam maſculos, quàm fœminas, ſicquè, vt fœmina admittenda ſit ad ſucceſſionem bonorum, quæ teſtator mandauit, vt perpetuò in eius familia eſſent, ex pluribus probat Socin. Iun. *conſ.* 2. *à n.* 13. *ad* 18. *lib.* 2. & in terminis Maioratus pro indubitato ſcripſit Burg. de Paz *in cit. conſ.* 29. *à num.* 73. *ad* 80. & *in proœm. leg. Tauri*, in quibus locis dicit, de generali conſuetudine Hiſpaniæ, fœminas familiam, genus, & Arma tueri, illaſquè vti defunctorum proximiores ad ſucceſſionem Maioratuum quamplurium, & præcipuarum domorum admiſſas eſſe: idemquè

docent Molin. *lib.3.cap.4.n.10. de Hiſpan. primogen.* vbi Addentes, Reg. Leo *deciſ.60. Auendan.* elegantiſſimè *ad l.40. Tauri, gloſ.9. à num.15. ad* 20. & Fuſar. *conſ.17.n.141.* omninò videndus.

15 Quintò, nec obſtat vana conſideratio, quam aduerſus D. Theodoram fieri audio; nimirùm fœminas deſcendentes ex D. Anna in Maioratu, de quo agimus, ſuccedere non poſſe, ex quo ſi hæc fuiſſet Dom. Donatoris mens, & intentio, expreſſis verbis dixiſſet; nam ſi cum maſculinitatis qualitate vocauit deſcendentes ab aliis filiis, facilè quippè ei erat vocare filios D. Annæ, etiam fœminei ſexus.

Etenim reſpondetur, nullius momenti eſſe argumentum hoc, nam ſatis dicitur expreſsè vocatàs fœminas ex D. Anna deſcendentes, dum ſimplicitèr illius filios vocauit, vt iuribus, & Doctorum authoritatibus probatum fuit *ſuprà num.4.* Immò retorquetur argumentum; nam ſi tam facilè fuit D. Regenti vocare filios Io. Michaëlis, Andreæ, & Dorotheæ, cum qualitate maſculinitatis; ſic facilitèr cum hac qualitate vocare poterat filios D. Annæ; vndè dum illos ſic non vocauit, certo certius eſt, quòd noluit; ſicque ſubintrat concluſio ſuperiùs firmata *à num.7. vſque & per tot. n.11.*

16 Sextò, non obſtat aliud, quod ſit obiectum, nimirùm, negari non poſſe filos D. Annæ cum maſculinitatis qualitate vocatos fuiſſe, ex quo illorum vocatio relatiua fuit ad ſubſtitutionem filiorum filiarum Io. Michaëlis, qui cum maſculinitatis qualitate vocati fuerunt: dixit enim D. Regens (vtor Latino ſermone) *cum eiſdem pactis, onerrbus, & conditionibus appoſitis in filiis filiarum Io. Michaelis, &c.* vndè dicunt Aduerſarij, dum hæc vocatio eſt relatiua ad ſubſtitutionem filiorum filiarum Io. Michaëlis, illi cum maſculinitatis qualitate vocati fuere, ergò & iſti ex D. Anna deſcendentes, vt relatum ſit in referente cum qualitatibus ſuis, *l. aſſe toto*, vbi Bar. & DD. *ff. de hared. inſtit.*

Pro reſponſione huius obiecti, vt debita vtar modeſtia, qua certè in motiuo tam leui, & puerili vti non deberem; rogo Dominos Iudicantes, vt verba vocationis filiorum D. Annæ integralitèr legant; ſic enim fiet clarum, argumentum hoc omni prorſus fundamento carere, abſque quòd aliam iuris quæſtionem ingrediamur, de qua per Bero. *conſil.115. numer.22. verſ. poſtremo*, relato per Addentes ad Molin. *lib.3. cap.5. num.64.65. & 66. verſ. caterùm*; etenim Dom. Regens donator verba illa, *cum eiſdem pactis, oneribus, & conditionibus appoſitis in filiis filiorum Io. Michaëlis, &c.* illicò, eodemque inſtanti continuato ſermone declarauit, vt intelligatur, filios D. Annæ adſtrictos eſſe, ac omninò teneri ad ſuſcipiendum nomen, & Arma ipſius Dom. Donatoris cum conditionibus ſupradictis, ſub pœna priuationis bonorum donatorum; ſic enim dixit (vtor paritèr Latino ſermone) *cum eiſdem pactis, oneribus, & conditiombus appoſitis in filiis filiarum dicti Don. Io. Michaelis*; *hoc eſt* (nota) *vt teneantur ſumere nomen, & Arma dicti Dom. Donatoris cum conditionibus prædictis, ſub pœna priuationis, &c.* Hoc enim pactum, onus, & conditionem appoſuerat Dom. Regens in ſubſtitutione filiorum maſculorum filiarum Io. Michaëlis, aliámque conditionem, ſiue modum adiecerat, vt ſi contingeret, dictos filios filiarum Io. Michaëlis in alia hæreditate ſuccedere, quòd poſſint illi aliud Nomen, & Arma addere, dummodò illa Dom. Regentis præcedant, & in dextera manu collocentur; quare cernitur apertè, relationem ad ſubſtitutionem filiorum filiarum Io. Michaëlis aliud non importare, niſi onera, & conditiones prædictas tam bene à diſponente declaratas; ſicque nullo pacto referri poſſe ad maſculinitatis qualitatem, quam in tota diſpoſitione reſpectu filiorum Io. Michaëlis, & Andreæ, ac filiorum filiarum eorundem conditionalitèr fuiſſe appoſitam non legimus; nullibi enim ſcriptum comperimus, dixiſſe Dominum Regentem, *Volo, vt ſuccedant filij Io. Michaëlis, vel Andreæ, & filij filiarum ipſorum cum conditione, quòd ſint maſculi*, vel *ſi erunt maſculi*; ſed illos ſimplicitèr maſculos vocauit.

Septimò, & tandèm non obſtat alia vana oppoſitio, nimirùm fœminas ex D. Anna deſcendentes non poſſe in bonis per Dom. Regentem donatis ſuccedere, quamuis vocatio filiorum D. Annæ legitimorum, & naturalium ex ſui generalitate etiam fœminas comprehendere poſſit, ex quo fuit expreſſa ratio conſeruandæ agnationis, ſicque verba illa, *filij legitimi & naturales*, ſunt coarctanda ad filios maſculos tantum; quia per fœminas, in quibus illarum familia, & agnatio finitur, conſeruari non poteſt; quibus maximè ſuffragatur (addunt Aduerſarii) rei iudicatæ authoritas in lite mota, & diſcuſſa inter D. Sebaſtianum Carrillo, D. Annæ filium, ipſiúſque D. Theodoræ Auum contra Ioannam filiam poſthuman ex Io. Michaële Simon primo donatario ſuſceptam, ac Mariam, & Leonoram ex Andrea Simon ſecundo donatario natas, quæ tanquam fœminæ licèt ex maſculis deſcendentes à d. D. Sebaſtianno, D. Annæ filio, excluſæ fuerunt; ergò dicant Aduerſarij, ſic paritèr eſt excludenda hodiè D. Theodora vti fœmina per D. Franciſcum de Ledda vti maſculum. 17

Attendamus reſponſionem, benè quidem confitetur ex aduerſo, vocationem filiorum D. Annæ legitimorum, & naturalium ex ſui generalitate eſſe aptam comprehendere fœminas; id quod videntes Aduerſarij, de iure negari non poſſe, quærunt, eſſe illam coarctandam ad maſculos propter rationem conſeruandæ agnationis, quæ per fœminas conſeruari non poteſt. Sed vellem Ego ſcire, vbi eſt maſculus de familia de Simon, ſiuè de Carrillo, per quem poſſit conſeruari agnatio hæc? ſi dicas, extat Dom. Franciſcus; Reſpondeo, hunc non eſſe de agnatione, neque de Simon, neque de familia Carrillo, in qua D. Regens in defectum deſcendentium ex Io. Michaële, & Andrea voluit ſuum nomen, & Arma conſeruari, ſed eſt de familia Ledda, quam vti prorſus extraneam Donator ipſe nunquam in cognitione habuit, nec de ea per ſomnium ſentire potuit; quo ergò pacto poteſt affirmari, quòd ſi eſſet excluſa Dom. D. Theodora, quia fœmina, & per quam agnatio conſeruari non poteſt, ſit includendus maſculus ex fœmina deſcendens? qua enim lege, qua ratione, quaue Doctoris authoritate hoc fundari poteſt? nonnè ſine contradictore procedit illa communis concluſio, quòd vbi eſt excluſa fœmina propter rationem conſeruandæ agnationis, cenſetur paritèr excluſus maſculus ex fœmina deſcendens? ſic enim vno ore faſſi ſunt Baldus, Gregor. Lop. Molin. Anton. Gom. & alij *infrà* relati *n.28.29. & 30.*

Nec ad hunc caſum pertinet exemplum rei iudicatæ inter D. Sebaſtianum, D. Annæ filium, & filias Io. Michaëlis, & Andreæ, ex quo illæ à Donatore nuſquam vocatæ fuere, ſicque ad ſucceſſionem concurrebat D. Sebaſtianus expreſsè vocatus in defectum maſculorum Io. Michaëlis, & Andreæ, & maſculorum procreandorum ex filiabus eorundem, qui caſus iam euenerat; vndè volentes filiæ Io. Michaëlis, & Andreæ ad ſucceſſionem venire, benè eis replicabatur, *de vobis non loquitur ſubſtitutio*; ſed tantùm *de filiis maſculis à vobis deſcendentibus*, qui cùm adhùc in rerum natura non eſſent, ſuccedere non poterant.

His ſic ſtantibus, ad maiora deuenientes, fingamus, 18

mus, D. Annæ filios cum maſculinitatis qualitate expreſſis verbis vocatos fuiſſe, provt certum eſt, quòd cum hac qualitate vocati non ſunt; adhùc dico, bona donata poſt mortem D. Sebaſtiani libera à maſculinitatis vinculo in D. Ioannem eius filium tranſiuiſſe; nam cùm D. Sebaſtianus D. Annæ filius ad ſuccedendum in bonis donatis, tanquam maſculus fuerit admiſſus, voluntatique Aui donatoris in aſſumendo illius nomen, & Arma, paruerit libentèr; vinculum illud maſculinitatis, quod antea Dom. Regens in vocatione propriorum filiorum, & ab illis deſcendentium appoſuerat, ſimulque expreſſerat, penitùs extinctum remanſit.

19 Probatur hoc ex communi illa concluſione, quæ ſe habet, quòd quando quis fideicommiſſum ſuper bonis ſuis ordinauit, & in defectum illorum, ad quorum beneficium fuit illud principalitèr inſtitutum, alios vocauit, cùm primùm, qui vltimo loco vocati ſunt, ob defectum primò vocatorum ad bona fideicommiſſata admiſſi fuerint, vincula omnia appoſita ſtatim extinguuntur; ita poſt Bartol. Alex. Aret. Fulgoſ. & alios, quos citant, probant Ioan. Cephal. *conſ.* 88. *n.* 34. *li.* 1. Petr. Anguiſſola, omninò videndus *conſ.* 80. *per tot. lib.* 6. Ioann. Botta *conſ.* 50. Ludouic. Bell. *conſ.* 15. *num.* 6. *verſ. quod quidèm*, vbi citat Bart. *in l. liberorum, numer.* 18 *ff. de verbor. ſignif.* quò loci dicit, quòd ſi in aliqua diſpoſitione reperiuntur vocati filij naſcituri ex tali, provt in caſu, de quo nos agimus; in huiuſmodi vocatione, ſi diſpoſitio in liberos primi gradus ſuum fuerit ſortita effectum, nepotes, & alij deſcendentes nullo pacto comprehenduntur. Id quod paritèr in contractibus procedere multorum authoritate probat Auguſt. Barboſ. *de appellat. verborum, appellat.* 99. *num.* 82. & 86. eòque magis, ſi perſona, quæ diſpoſuit, diſcretiuè loquuta fuit, provt in caſu noſtro; vti in terminis Maioratus probant Addentes ad Molin. *lib.* 1. *cap.* 6. *ad n.* 28. & 29. *in fine, verſ ſecundò fallit.*

Et paulò poſt idem Bellus *loco proximè citato*, ad rem noſtram indiuidualitèr affirmat, vt hoc procedat, adhùc ſi filij naſcituri cum maſculinitatis qualitate
20 vocati eſſent; nam dicit ipſe, vocationem iſtam *maſculorum* nó eſſe aptam ad inducendum fideicommiſſum in fauorem deſcendentium ex primis maſculis; citat Card. Mantic. *de coniectur. vltim. volunt. lib.* 6. *tit.* 15. *num.* 6. cui addo hoc idem aſſeuerantes, quos refert, & ſequitur Ioan. Botta *cit. conſ.* 50. *num.* 73. idémque Dec. *conſ.* 286. *num.* 7. *verſ. propriùs*, vbi expreſſis verbis dicit, teſtatoris diſpoſitionem factam in fauorem maſculorum reſtringendam eſſe ad perſonas dumtaxat, de quibus teſtator loquutus fuit. & ad alios non extendi; *ibiquè* Nicolaus Grauatius *in adnotationibus*, ſic iudicatum teſtatur; ſubdens, malè circa hoc Curtium Iun. *conſ.* 121. *n.* 16. conſuluiſſe contra *Dec.* illumquè reprehendiſſe.

Idemquè ſatis benè affirmauit Card. Pariſ. *conſ.* 44. *num.* 16. 17. & 18. *lib.* 2. & nouiſſimè noſter Reg. Scipio Rouit. *conſ.* 7. *lib.* 2. vbi conſuluit, ex ſubſtitutione
21 facta à me filio meo Iacobo, vt illo abſque filiis maſculis quandocunque decedente, in certis bonis alter filius meus Paulus, eiúſque filij maſculi ſuccedant, nullo pacto per hanc *maſculinitatis* qualitatem non ſemel repetitam, cenſeri inductum fideicommiſſum pro maſculis deſcendentibus in perpetuum ad excluſionem fœminarum, quæ vltimo bonorum poſſeſſori reperirentur proximiores: ſicquè probat *Rouit.* quòd ſi ex filio meo Iacobo ſupereſſent plures deſcendentes maſculi, & ille, in cuius poſſe peruenerunt bona ſubſtitutioni obnoxia, decederet cum filiabus fœminis tantum, iſtæ ad excluſionem aliorum maſculorum remotiorum, quamuis ex filio Iacobo deſcendentium, in bonis prædictis ſuccederent: aſſignat rationem, quam irrefragabilem appellat; nimirùm, quia 22
ego teſtator de hoc caſu loquutus non fui, ac proindè fideicommiſſum ex noſtro capite non eſt ſomniandum: allegat vtrumque Soc. Gozad. Decian. & alios, vt *ibi n.* 5.

Et quis eſt, qui in caſu noſtro hanc veritatem non fateatur? fac enim, quòd D. Sebaſtianus cum maſculinitatis qualitate vocatus, mortuus eſſet cum filia 23
fœmina, nullo relicto maſculo, ſuperſtitiſſet nè perſona, quæ illam à bonis donatis excludere potuiſſet? certè non: nam ſi in medium adfuiſſent filij maſculi Dorotheæ, qui poſt filios D. Annæ vocati erant, & nullo pacto poterant admitti, cùm vocationi eorum fieret locus in altero ex duobus caſibus tantùm; & *Primò* ſi D. Anna ſine filiis maſculis defuncta eſſet: *Secundò*, ſi filij illi maſculi eſſent nati, ſed Donatoris nomen, & Arma ſumere recuſaſſent, cùmque iſtorum caſuum neuter eueniſſet, nam D. Anna deceſſerat cum filio maſculo, qui nomen, & Arma Donatoris aſſumpſit: ergò nullo modo filiam, ſi quam D. Sebaſtianus reliquiſſet, excludere potuiſſent; ad tradita per Oldra. in *vulg. conſ.* 21. ab omnibus canonizato (quod licèt in Hiſpanorum primogeniis, ſecundùm aliquos, locum non habeat, benè tamen procedit, & locum habet, ad hoc vt maſculinitatis qualitas repetita non cenſeatur; vt probant Addentes ad Molin. *li.* 1. *c.* 6. *ad num.* 26. omninò videndi) per Crau. *conſ.* 98. *à num.* 4. *ad fin.* & Peregr. *in tract. de fideicom. art.* 29. *num.* 37. Dico modò Ego, ecce caſus, in quo ex deſcendentibus lineæ fœminæ D. Regentis donatoris ſuperſunt fœmina, & maſculus, & tamen fœmina à maſculo non excluditur, quo ergò pacto Comes D. Franciſcus de Ledda à D. Iſabella D. Sebaſtiani filia deſcendens, ſub vano, & figurato qualitatis maſculinitatis prætextu, D. Theodoram ex D. Ioanne eiuſdem D. Sebaſtiani filio natam excludere poterit? nullo quippe.

Vlteriùs, vt videar materiam ex omni parte per 24
ſuos tramites deguſtaſſe, Dico, quòd cùm controuerſia ſit ſuper ſucceſſione iſtorum bonorum per ſubſequutum obitum D. Ignatij vltimi poſſeſſoris, ad cuius plenariam ſucceſſionem D. Theodoram vti ſororem germanam vnicam ſuperſtitem iura diuina, & humana vocant, vt poſſit Dom. Franciſcus de Ledda remotior conſanguineus tanquam maſculus, illam vti fœminam excludere, neceſſe eſt, vt excluſionem demonſtret, vel ex clara diſpoſi- 25
tione hominis, vel ex diſpoſitione certæ, & particularis legis; quandoquidèm iure communi attento, fœminarum excluſio apertiſſimis verbis, aut euidentiſſimis coniecturis contrariæ voluntatis oſtendi debet; ſic enim ſcriptum eſt in *l.* 1. ibi, *niſi alia defuncti voluntas euidentèr probetur, C. de condit. inſert.* in *l. cùm ita, §. in fideicomm.* ibi, *niſi ſpecialitèr, ff. de leg.* 2. *in l. nuptura*, ibi, *niſi euidentiſſimè contrarium probetur, ff. de iure dot.* in *l. libertas, §. fin.* ibi, *niſi aliud ſenſiſſe patremfamilias rationibus probauerit, ff. de manumiſſ. teſtam.* & in *l. ſi plures*, ibi, *niſi alia fortè fuerit mens teſtatoris; quod vix credendum eſt, niſi euidentèr fuerit expreſſum: ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* quæ iura in propria materia noſtra ſigillatim refert D. Valenz. *cit. conſ.* 97. *n.* 71. vbi *num.* 111. addit, ſatis eſſe odioſum, vt fœminæ propter maſculos remotiores, aut alterius lineæ, excludantur, & vt intelligamus, quòd adſit fœminarum excluſio, vbi illam expreſsè non legimus.

Et Molin. *cit. lib.* 3. *de primogen. cap.* 4. *num.* 32. ait, 26
fœminarum excluſionem apertiſſimè probandam eſſe; quia aliàs in dubio ſemper eſt pro fœmina iudicandum: & demùm *num.* 37. & 38. addit, non niſi euiden

euidentiſſimis, & clariſſimis coniecturis, & talibus, quæ nihil aliud, quàm fœminarum excluſionem inducere valeant, cenſentur excluſæ; nam cùm fæmina pro ſe præſumptionem, & iuris regulas habeat, maſculus remotior, vel alterius lineæ, qui fœminam excludere conatur, durioribus probationibus oneratur; adeò quòd ex tribus ſtatibus, quos maioratus ſucceſſio ſortiri poteſt, Primo claro pro fœmina, Alio claro pro maſculo, & Tertio dubio, non niſi in caſu medio certo, & indubitato poteſt obtinere maſculus.

Id quod etiam vno ore faſſi ſunt Mierez *de maiorat.part.2.cap.6.numer.96.& ſeq* Ludouic. Caſanat. *conſ.47.num.4.* & D. Valènz. *cit. conſ.97.num.71.72.73.& 74.* & his addo Garſ. *in tract. de Nobilit. in diuiſione operis, numer.* 18.19.& 20. quò loci authoritate
27 Greg. Lopez, & Ludouic. Molin. affirmat, quòd quamuis in maioratus conſtitutione vocetur maſculus, attamen ſi Inſtitutor expreſsè fœminas non excluſit, non per hoc exiſtimandum eſt, illas excluſas eſſe; citat paritèr text. à *Molin.* relatum in *l.2.tit.15.par.2.* vbi probatur, maſculinitatis expreſſionem, fœminarum excluſionem non inducere, ſed prælationem dumtaxat in eodem gradu. Id quod etiam animaduertit Parlador. *quæſt.*1 poſt *librum quotid. differ.n.6.* ſub illis verbis: *Cùm igitur l. Regia expreſſim cautum ſit, tunc maſculos excludere fœminas in ſucceſſione maioratus, cum eiuſdem ſint lineæ, & gradus, non cùm ſint remotioris; vt diffinitum extat in d.l.2. &c.* Idemque ſcripſit Dom. Valenz. *cit. conſ.97.num.*108. omninò videndus, & nouiſſimè Fuſar. *de ſubſtit. quæſtion.*385. *num.*39. & Addentes ad Molin. *lib.3.cap.4. num.*34. 41.& *ſeq.*

Vndè cùm in caſu occurrentis controuerſiæ, Comes D. Franciſcus, D. Theodoræ excluſionem, nec ex diſpoſitione hominis, non dico clara, ſed nec etiam dubia, neque ex diſpoſitione legis oſtendere, ac demonſtrare poſſit; non video, quo ſuadente ſpiritu, illius apertiſſimis iuribus ſe opponere auſus fuerit; nam ſi ius bonum fouere credit, ex quo ad bona, de quibus agimus, fuerunt inuitati filij D. Annæ maſculi, & cùm ipſe ſit maſculus, quamuis ex fæmina præferendus ſit D. Theodoræ vti fœminæ, quamuis proximiori, & ex maſculo deſcendenti. Et certè, ex *ſuprà* diſcuſſis, conſtat patentèr, prætenſionem hanc eſſe merè ſomnium vigilantium; quandoquidèm non ſolùm demonſtrauimus, filios D. Annæ cum maſculinitatis qualitate vocatos non eſſe, ſed etiam quando illi cum hac qualitate vocati eſſent, D. Theodoram à bonorum donatorum ſucceſſione excludi non poſſe.

28 Et nunc ad ſaturitatem addimus, quòd data expreſſa vocatione filiorum maſculorum ex D. Anna deſcendentium, cum expreſſa excluſione fœminarum, adhùc iuſtitia D. Theodoræ in tuto eſſet, ex quo bona, de quibus agitur, libera à maſculinitatis vinculo ad ipſam deuenirent, cùm D. Ignatio vltimo maſculo poſſeſſori, cui ſucceditur, non ſuperſtiterit maſculus ex D. Anna deſcendens; nam & ſi D. Franciſcus de Ledda videatur eſſe maſculus deſcendens ex D. Anna, attamen ſupponendo, quòd ſint excluſæ fœminæ, quia ipſe ex fœmina deſcendit, quamuis ſit maſculus, attento tenore Maioriæ ſuccedere non poſſet: ſic elegantèr ratiocinatur inſignis Greg. Lopez *in l.3.tit.13.part.6.col.7.in fine, ver. ſed an excluſis fœminis, fol. mihi* 89. quò loci citat *Bald.* quem dicit ſemper ad hoc allegari, in *l.1. ff. de Senat.* vbi ex hoc in-
29 fert, quòd dum filia Regis Francorum ex rationabili illius Nationis conſuetudine in Regnis Galliæ ſuccedere non poteſt, ſic paritèr & eius filius, quamuis maſculus: Ratio aſſignatur, quia non poteſt plus virtutis eſſe in cauſato, quàm in influenti potentia cauſæ, nam ſi fœmina ipſa viuens à ſucceſſione excluderetur, ſimilitèr etiam maſculus ab ipſa deſcendens.

Id quod aliis relatis comprobant Ant. Gomez *in l.40. Tauri, num.*61. Michaël ab Aguirre *de ſucceſſ. Reg. Portugalliæ, part.3.num.*32. *fol. mihi* 78. Menoch. poſt multos, quos citat *conſ.*1229.*num.*20. vbi de maioratu loquitur, Molin. *cit. lib.3.c.5.num.45.46.& 47.* vbi concluſionem firmat, quòd quando in aliqua diſ- 30
poſitione vocantur filij, ſeu deſcendentes maſculi, diſpoſitio illa de maſculis deſcendentibus ex maſculis, non autem de maſculis, qui à fæmina deſcendunt, intelligenda eſt; nam eo ipſo, quòd vocantur deſcendentes, cum expreſſione maſculinitatis, cenſetur contemplata agnatio, & cùm maſculi deſcendentes ex fœmina non agnati, ſed cognati appellentur, conſequens eſt, dicit *Molin.* vt illi in diſpoſitione, in qua agnatio conſideratur, non comprehendantur: Et quamuis demùm *num. ſeq.* hanc limitet concluſionem, quotiès non eſſet contemplata agnatio, vt tunc ſub appellatione maſculorum, maſculi ex fœminis deſcendentes comprehendantur, hoc intellige, prout declarat *num.*71. dummodò non concurrat fœmina ex maſculo proximior, quia ſi concurreret, illa præfertur.

Vltra quòd in caſu noſtro, præſuppoſito, vt diximus ad ſaturitatem contra facti veritatem, quòd ſint vocati filij maſculi deſcendentes ex D. Anna, cum perpetua excluſione fœminarum, benè cenſeretur contemplata agnatio de Simon, quam Dominus Regens in agnatione de Carrillo, ſibi dilectiſſima conſeruari, & perpetuari voluit, vt ex tenore diſpoſitionis clarè conſtat; ſicque eſſemus in caſu conſiderato per Greg. Lopez in *loco paulò antè relato*, vt maſculi ex fœminis nullo pacto ſuccedere poſſint, quo fit, vt cùm D. Franciſcus, huius contemplatæ agnationis non ſit, & D. Ignatio non ſuperſtiterint agnatus maſ- 31
culus, nec alij, quibus forſan ex mandato, & diſpoſitione Domini Regentis donatoris eſſet facienda reſtitutio maioratus, ſine dubio à maſculinitatis vinculo liber remanſit, ac ſucceſſiuè D. Theodora vti proximior agnata, quamuis fœmina ad plenariam germani fratris ſucceſſionem admittitur: videatur, quæſo, Molin. *lib.1.cap.6. num.*38. præſertim ſub illis verbis: *Sed tota differentia aſſignanda eſt in hoc, vtrum ſcilicèt diſpoſitio finiatur in ipſo deſcendente ex virili ſexu, & tunc fœmina comprehenditur; an verò ad alios deſcendentes pertranſire debeat, & tunc ſicut deſcendentes ex fœmina excluduntur, ita & ipſa fœmina excludi debeat.* Hæc ille. Gaſpar. Theſaur. ſatis benè in *addit. ad Genitorem, deciſ.*37. vbi deciſionem refert, & Caſtill. *controuerſ. tom.6.c.143.à n.4.*

Vndè reſtringendo materiam, tres caſus in occur- 32
renti controuerſia conſtituo, quorum *Primus* eſt, quando ad Maioratus ſucceſſionem concurrunt maſculus & fœmina eiuſdem agnationis, & ſic per lineam maſculinam à primo Inſtitutore ambo deſcendentes, ſed vltimo poſſeſſori, cui in Maioratibus ſucceditur (ad tradita per Molin. *lib.1.cap.6.num.47.& lib.3.c.9.* & per alios Hiſpanos paſſim) fœmina eſt proximior, & in hoc dico, attendendum eſſe tenorem conſtitutionis Maioriæ, quia aut Inſtitutor dixit, vt ſuccedant omnes eius deſcendentes, nulla expreſſa maſculinitatis qualitate, & in hoc caſu, quia indifferentèr admittuntur maſculi, & fœminæ, eſt attendenda prioritas gradus, & tunc maſculus præfertur, quando vltimo poſſeſſori in pari gradu exiſtit cum fœmina: cæterum, ſi fœmina eſt proximior, ipſa admittitur; Aut verò deſcendentes cũ expreſſione maſculinitatis vocati fuère, & vt bona conſeruentur in familia, & tunc maſculus remotior fœminam in

gradu

gradu propinquiorem excludit, quia in hoc caſu voluit Inſtitutor agnationem ſuam conſeruare: ita ſanè pluribus relatis Doctoribus ſcripſit Gregor. Lopez *in cit. l. 3. tit. 13. p. 6. col. 7. verſ. in hoc tamen videtur latius conſiderandum, fol. mihi* 89. Molin. *lib. 3. de primogen. capit. 4. numer.* 12. Parlador. *quæſtion.* 1. *numer.* 2. poſt *lib. quotid. differ.* Dom. Valenz. *cit. conſ.* 97. *num.* 68. *lib.* 1.

33 *Secundus* caſus eſt, quando tractatur de ſuccedendo vltimo poſſeſſori collaterali, cui tam maſculus ex fæmina, qui eſt alterius lineæ, quàm fæmina ex maſculo, quæ eſt eiuſdem lineæ defuncti, in æquali reperiuntur gradu; & in hoc multi opinati ſunt, maſculinitatem vincere agnationem, & ſic maſculum ex fœmina, fæminæ ex maſculo in ſucceſſione præferri: & hi ſunt Anchar. Fulgoſ. Aret. Iaſ. & Tiraq. quos refert, & ſequitur Auendañ. *ad l.* 40. *Taur. gl.* 9. *n.* 75. *fol. mihi* 115. *à tergo*, Caldas *de iure emphyt. lib.* 1. *cap.* 15. *num.* 39. Anton. Gam. *dec.* 51. vbi Addent. aliíque per Me relati *lib.* 1. *cap.* 126. *num.* 66. *in nouiſſ.* & ita intelligo dicta per Gregor. Lop. *in cit. l.* 3. *col.* 6. *ver. ſed quid ſi ex diſpoſitione Maioriæ*, & per Reg. Lanar. *conſ.* 1. Quod tamen admitti poſſet, dummodò in conſtitutione Maioratus non ſit contemplata agnatio, quia ſi eſſet expreſſa ratio conſeruationis agnationis, procederet concluſio ſuperiùs ex Gregor. Lopez, & aliis firmata, vt maſculus ex fæmina ſuccedere non poſſit, & benè admitteretur fœmina ex maſculo, ſi alij de agnatione, licèt remotiores non extarent; ad tradita

34 per Molin. & Gaſpar. Theſaur. *loc. cit.* Admitteretur etiam maſculus ex fæmina, quando vltimo poſſeſſori tranſuerſali non ſupereſſet fœmina ex maſculo proximior, ſed alij maſculi deſcendentes à ſubſtitutis, & vocatis in alio gradu ſubſtitutionis; tunc enim maſculus ex fœmina, quia deſcendit, quamuis per lineam fæmininam à primo inſtituto, benè excluderet maſculum deſcendentem à ſubſtituto; nam donec ſupereſt perſona, quæ prouenit ab inſtituto, ſiuè per lineam maſculinam, ſiue fæmininam deſcendens, non poteſt eſſe locus ſubſtitutioni factæ ad beneficium aliorum vocatorum, & hic eſt caſus, ſuper quo latiſſimè ſcripſit Larrea *dec.* 34.

35 *Tertius* eſt caſus ille, de quo agimus, ſi imprudenter contra facti veritatem ſupponere volumus, D. Reg. vocaſſe filios ex D. Anna eius filia deſcendentes cum expreſſa maſculinitatis qualitate, & quòd fœminæ excludantur; verùm non dixit, velle eas excluſas, etiam propter maſculos remotiores; & in hoc caſu ſi ad defuncti collateralis ſucceſſionem concurrerent maſculus ex fæmina remotior, & fœmina ex maſculo proximior, iſta præferretur. Ratio eſt, quia excluſio illa fæminarum à Maioratus Inſtitutore expreſſa, intelligenda eſt propter maſculos eiuſdem lineæ, & gradus, non autem propter maſculos alterius lineæ remotiores, ità vt maſculo eiuſdem lineæ, & gradus deficiente; fœmina proximior in illius defectum, remotis aliis quibuſcunquè ad Maioratus ſucceſſionem admittitur.

Probant concluſionem hanc doctiſſimus Couar. *lib.* 3. *variar. cap.* 5. *num.* 5. *circa finem*, ſub illis verbis: *Ex quibus dum Petri Perticenſis opinionem ſequuntur, ipſe colligo, fæminam proximiorem ei, qui vltimo maioratum obtinuit, præferendam fore maſculo remotiori, & qui eiuſdem lineæ particeps non eſt, ſimul & gradus*, &c. Molin. *cit. cap.* 5. *num.* 71. Aluarad. *de coniect. mente defuncti, lib.* 2. *cap.* 3. *§.* 4. *num.* 31. *verſ. quod quoties*, Burg. de Paz omninò videndus *conſ.* 29. *num.* 8. 9. 10. *&* 41. & in *Proœmio legum Tauri, num.* 120. cum *ſeqq.* Mier. *tract. de maiorat. part.* 2. *quæſt.* 6. *num.* 97. Petr. de Salaz.

36 *in tract. de vſu, & conſuetud. c.* 12. *num.* 68. vbi expreſſis verbis affirmat, ad hoc vt maſculus remotior fœminam proximiorem à Maioratus ſucceſſione excludere poſſit, opus eſſe, quòd vltra vocationem maſculinitatis exprimatur, quòd ſuccedat maſculus, etiam in gradu remotior, & fœminæ præferatur: idemque latiùs ſcripſit Parlador. *cit. quæſt.* 1. *numer.* 5. 6. 7. *&* 8. vbi dicit, tunc maſculum alterius lineæ, & remotioris gradus fœminam ex maſculo, ſiue ab vltimo poſſeſſore deſcendentem à Maioratus ſucceſſione excludere, ſi ita conſtat de expreſſa voluntate Inſtitutoris, quia ſic voluit.

Cæterùm ſi de aperta eius voluntate non conſtat, quòd fœminam propter maſculos alterius lineæ excludere voluerit, ſed ſimpliciter maſculos illis prætulit, inhærendo *Molin.* ſententiæ exiſtimat, in hoc caſu maſculum alterius lineæ remotiorem fœminam proximiorem, ſiue ab vltimo poſſeſſore deſcendentem excludere non poſſe; Dominus Valenz. *cit. conſ.* 97. *num.* 68. ſub illis verbis: *Et ſolùm poſſe illis præferri maſculum eiuſdem lineæ, & gradus, & non remotiorem, aut alterius lineæ*, &c. Ioſeph. Ramon. *conſ.* 100. *num.* 483. *per tot. fol. mihi* 954. Molin. Ieſuita inſignis *de Iuſtitia, & iure, diſput.* 625. *num.* 5. *verſ. ſecundo loco poſt lineam*, Caſtil. *tom* 5. *controuerſ. capit.* 92. *num.* 53. *& cap.* 143. *§. vnico, num.* 3. Ioan. Petr. Fontanella, omninò videndus, *deciſ.* 35. *num.* 11. Addentes ad Molin. *de Hiſpan. primog lib.* 3. *c.* 4. *num.* 41. *&* 42. *& cit. c.* 5. *num.* 71. *& ſeqq.* quò loci concluſionem hanc in Regnis Hiſpaniarum, tam in iudicando, quàm in conſulendo veriſſimam, atque receptam eſſe teſtatur; & his magni nominis Hiſpanis Doctoribus ex noſtris Italis addo præſtantiſſimum Surd. *conſ.* 316. *n.* 11. *& ſeqq. & conſ.* 317. *n.* 38. *lib.* 3. & Fuſar. *tractat. de ſubſtit. q.* 385. *n.* 12. *&* 30. 37

Hæc credo, ſat eſſe ad demonſtrandam iuſtitiam Dom. D. Theodoræ; puto enim, Deo auxiliatore, ſatis feliciter ratione, grauiſſimorumque Iuris Conſultorum authoritate, tria à me fuiſſe plenè probata. *Primum*, D. Annæ filios cum maſculinitatis qualitate non fuiſſe vocatos. *Alterum*, quando quis temerariè, & imprudenter contrarium aſſeuerare attentaret; maſculinitatis vinculum per mortem D. Sebaſtiani, D. Annæ filij penitùs remanſiſſe extinctum. *Tertium*, & tandem, quando illud adhùc duraret, ac data etiam fæminarum excluſione, in ſucceſſione Maioratus, de quo agimus, D. Theodoram vti ex maſculo deſcendentem, vltimóque poſſeſſori proximiorem, Comiti Don Franciſco ex fæmina orto remotiori conſanguineo omninò fore præferendam. Omnia autem ſub correctione, & cenſura Ampliſſimi, ac Supremi Senatus, ad quem de his videre, & iudicare ſpectabit. Neap. die 20. menſis Octob. 1642.

Donatus Antonius de Marinis.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum factum puellæ de non contrahendo matrimonium, an dicatur ſpretum, ſi ſponſalia contraxerit, & n.* 3.

2 *Matrimonio prohibito an cenſeantur prohibita ſponſalia, & n.* 4.

3 *Mulier vidua ſi contraxerit ſponſalia intra annum luctus, an ſubiaceat pœnis à iure ciuili impoſitis mulieribus infra annum luctus nubentibus.*

4 *Text. in* l. oratio, ff. de ſponſal. *declaratur.*

Legatum

5 *Legatum puellæ factum ſub conditione non nubendi, an amittatur, ſi ſponſalia tantùm contraxerit.*

ARGVMENTVM.

Mandatum à Iudice puellæ factum, nè ſub certa pœna, ipſo Iudice inconconſulto, matrimonium contrahat, nùm ſpretum dici poſſit, & ſucceſſiuè pœnæ exactio ſubintret, ſi ad ſtipulationem capitulorum matrimonialium poſt mandatum iniunctum proceſſum fuerit.

CAPVT CXXVII.

1 MANDATVM à iudice puellæ, vel eius parentibus iniunctum, de non contrahendo matrimonium, ipſo Iudice inconſulto, ſcio aliàs dubitatum, an ſpretum dicatur, ità vt pœna pecuniaria in illo contenta exigi poſſit, ſi ad ſtipulationem capitulorum matrimonialium tantum proceſſum fuerit.

2 Pro ratione dubitandi videbatur affirmatiuè reſpondendum; per text. nimis clarum in *l. oratio* 16. *ff. de ſponſal.* vbi *Vlpianus* reſpondit, quòd quando nuptias, & ſic matrimonia contrahi prohiberetur, cenſentur quoquè ſponſalia prohibita; ex quo text. Bart. & cæteri DD. *ibi* vulgatam illam deſumunt concluſionem, nimirùm, quòd vbi aliquid prohibetur, omne prohibitum cenſetur, per quod peruenitur ad illud; & è contra, quando aliquid eſt permiſſum.

Sed hac dubitandi ratione non obſtante, contrariam in caſu propoſito amplexus ſui ſententiam. Primò, per text. in *l. ſolet* 10. *ff. de his, qui notant. infam.* vbi quamuis mulier vidua ſub certis pœnis à iure Ciuili prohibeatur intra annum luctus matrimonium contrahere, attamen ſi ſponſalia contraxerit, nulla ligatur pœna, ibi in textu, *intra id tempus ſponſam fuiſſe non nocet*: reddit *ibi* rationem *Gloſ.* quia odia ſunt reſtringenda: & magis in puncto, quòd pœna appoſita, ne matrimonium contrahatur, ad ſponſalia extendi non poſſit, dixit ſatis notantèr Gloſ. in *Clemen, vnica, in verb. contrahere, de conſang. & affin.* & Addentes ad Bart. in *d. l. oratio*, niſi poſt ſimplicia contracta ſponſalia carnalis copula ſequeretur.

3 Ad text. in *d. l. oratio*, reſpondemus; legem illam eſſe ſpecialem contra Senatores, ad ius dicendum electos, vt matrimonia contrahere non poſſint; & per conſequens nec ſponſalia: ſicque in *eo textu* prohibitio eſt perpetua; ſecus autem, ſi temporalis, provt in caſu noſtro; vt benè aduertit *ibi* Bald. in *prima lectura antiqua.*

Secundò reſpondetur, quòd *textus* ille non loquitur de pœna; ſed tantùm diſponit, quòd ſi Senatores, quibus matrimonium contrahere eſt à iure prohibitum, ſponſalia contraxerint, nullius momenti illa erunt; id quod benè obſeruarunt Addentes ad Bart. *loco cit.*

4 Tertiò reſpondeo Ego, quòd vbi non eſt delictum, de generali conſuetudine nuſquam pœnæ locus eſt; vndè dico, quòd adhuc ſi matrimonium per verba de præſenti contractum eſſet, tuta conſcientia pœna aliqua exigi non poſſet, cùm prohibitiones iſtę vti contra matrimonij libertatem fieri non poſſint; vt in puncto dixit Andr. noſter in *Conſtit. Honorem noſtri diadematis, in princ.* quem omninò vide, niſi cùm timor adeſſet, nè puella non digno Viro nuberet, quod in hac Ciuitate ſæpe ſæpius practicamus, inſtantibus puellæ conſanguineis.

Corroboratur hæc mea ſententia ex dictis per 5 P. Sanchez. *tract. ſuo de matrim. lib. 7. dub.* 91. *num.* 44. quò loci elegantèr probat, legatum mulieri relictum ſub conditione non nubendi, non alitèr amitti, ſi ſponſalia tantùm fuerint contracta: Audi quæſo verba Magiſtri: *Circa vltimam diſputationis partem, an id legatum amittatur, ſi ſecunda illa nuptiæ non ſunt conſummata, id certum videtur non amitti per ſponſalia de futuro, quod cùm tunc nondum ſit ſecundum matrimonium initum, minimè defecerit conditio adiecta legato non tranſeundi ad ſecundas nuptias: nec diſpoſitum in matrimonio quoad pœnam ex eo incurrendam, procedit in ſponſalibus.* Hæc ille.

SVMMARIVM.

1 *Mater nùm poſſit filium inſtituendo maritum bonorum adminiſtratione tacitè priuare, & per conſequens vſufructu; & num.* 2.

3 *Vſusfructus an tacitè prohibitus cenſeatur, vbi vxor filium inſtituendo ordinauerit, nè illius pater poſſit bona ſua adminiſtrare, & num.* 4.

5 *Mater poteſt expreſsè ordinare nè vſusfructus ſuorum bonorum, in quibus filius ſuccedit, marito quæratur; ſed an talis prohibitio operetur reſpectu fructuum Legitimæ, ibidem, & n.* 7.

6 *Vſusfructus, quem habet pater in bonis filij, eo delinquente confiſcabitur.*

8 *Mater filios habens Neapoli non poteſt diſponere niſi de decima parte ſuarum dotium.*

Sed an in aliis nouem poſſit maritum vſufructu priuare? n. 9.

10 *Pater non poteſt imponere onus in Legitima filio debita.*

11 *Dictio, tantùm, eſt reſtrictiua.*

12 *Lex municipalis eſt ſtricti iuris.*

13 *Pater an poſſit filium pupillum inſtituendo, tutori computorum redditionem remittere, & n.* 14.

ARGVMENTVM.

Mulier Neapolitana, quæ filios habens non poteſt niſi de decima ſuorum bonorum parte diſponere, nùm poſſit teſtamento ſuo prohibere, nè marito filiorum patri in reliquis nouem partibus quæratur vſusfructus, qui aliàs ex iuris diſ-

poſitione

poſitione ad illum ſpectaret, & de aliis, &c.

CAPVT CXXVIII.

1 MATER an poſſit filium inſtituendo hæredem, tacitè maritum bonorum adminiſtratione priuare, & per conſequens illorum vſufructu, non parum à *Doctoribus* controuertitur; quandoquidèm inter nouiſſimos Scribentes Don. Garſ. Maſtrill. *deciſ.* 59. per illud Siculum Conſiſtorium deciſum refert, ex datione tutelæ à matre facta in perſonam eius patris, & ſoceri, cenſeri patrem bonorum maternorum filij vſufructu, & adminiſtratione priuatum. Contrariam
2 autem amplexus fuit ſententiam Io. Petr. Fontanel. modernus Hiſpanus *tract. de pact. nuptial. tom.* 1. *clauſ.* 4. *gloſ.* 7. *part.* 3. *n.* 24. 25. *& ſeq.* vbi dicit, magnam de hoc fuiſſe in illo Cathalauniæ Senatu altercationem; & tandèm ad patris fauorem declaratum,
3 quòd ſcilicet per adminiſtrationis prohibitionem vſusfructus prohibitus non cenſeatur, rationibus, vt per eum; quicquid in contrarium, dicit ipſe, inuolucrè firmaſſe Maſtril. *loco cit.* admonens, attentè illum legendum, ac omninò videndos *Doctores*, quos allegat, an id probent, ad quod allegantur, idemque prolixius voluit *tom.* 2. *gl.* 1. *part.* 3. *clauſ.* 4. *à n.* 42. vſque ad 51. vbi alias referens Senatus deciſiones, conſtantèr
4 poſt *n.* 50. commendat, ab hac opinione, quòd per adminiſtrationis prohibitionem vſusfructus prohibitus non cenſeatur, haud eſſe recedendum, cui me ſubſcribo.

5 Sed quicquid ſit, negare non poſſumus, poſſe expreſſis verbis matrem filium inſtituendo; eius patrem vſufructu priuare; ad text. *in Authen. excipitur, C. de bon. quæ liber.* ſed an totius hæreditatis? dubitarunt *Doctores*; & frequentius negatiua præualuit ſententia, nimirùm, vt talis prohibitio non poſſit ad Legitimam extendi, filio in dictis bonis debitam; ita Bart. & alij in *d. Authen. excipitur*, Alex. *in l. mulier, ff. ad S.C. Trebel.* vbi dicit cum *Bart.* communem eſſe *Doctorum* opinionem; Ant. Gomez *in l. Tauri* 48. *n.* 11. Riminal. Iun. *in §.* 1. *num.* 152. *Inſtit. per quas perſon. nob. acquir.* Gutier. *in repetit. c. quamuis, in verb. nullam, num.* 20. *ver. immò, quod eſt fortius, de pact. in* 6. Fachin. *lib.* 5. *controuer. cap.* 21. Viuius *deciſ.* 187. *numer.* 10. *& ſeq.* Galganett. *de condit. & demonſtrat. part.* 2. *cap.* 1. *quæſt.* 58. *n.* 2. *&* 3. Roder. Suar. *in repetition. legis, quoniam in prioribus, in prima limitat. num.* 10. *& ſeq. C. de*
6 *inofficioſ. teſtam.* quò loci verbis tenet expreſſis, patre delinquente, ita & talitèr, vt eius bona veniant confiſcanda; confiſcandum eſſe etiam vſumfructum, quem in bonis habet filij, niſi ipſi fuiſſet prohibitus, quo caſu tantùm Fiſcus habebit vſumfructum in Legitima, ad quam talem prohibitionem extendi non poſſe affimat; ſequitur Caualcan. *de vſufr. mulier. relict. num.* 216. aſſerens, hoc eſſe notatu dignum; & allegat Ruin. *conſ.* 194. *ſub n.* 3. *vol.* 2. & Bar. *vbi ſupra*, Fachin. elegantiſſimè *controuerſ. lib.* 5. *c.* 21. quibus ipſe etiam me ſubſcribo.

7 Quicquid in contrarium ſcripſerit Dom. Præſ. de Franch. *deciſ.* 161. vbi deciſum fuiſſe teſtatur, potuiſſe matrem filios inſtituendo hæredes, eorum patrem bonorum dotalium vſufructu priuare, talemque prohibitionem etiam reſpectu Legitimæ filiis à iure naturæ debitæ operari; adhærendo ſententiæ Gloſ. *in Authen. vt liceat matri, & auiæ in verb. participium*; quam communem eſſe, magiſque filiis fauorabilem dicit Boër. *deciſ.* 194. ab eodem *D. de Franch.* citatus.

Sed certè, pace noſtri ſupremi Senatus, deciſio hæc omni prorſus caret fundamento; nam cùm ſit tantùm illa in filiorum fauore fundata, non poteſt illorum tantus eſſe fauor, vt mater in eo filiis proſpiciat, quod in ſua libera diſpoſitione non eſt; ſi enim verum eſt, provt veriſſimum, & indubitatum, filiorum Legitimam, parentum debitum eſſe legale; quando mater filium in Legitima hæredem inſtituit, id perſoluit quod de iure naturæ debet, ſi igitur debitum filio ſoluit, quo pacto ad illius fauorem poteſt inducere, vt fructus ex corpore Legitimæ percipiendi, ſint proprij ipſius filij, adeò vt in illis ius patri non quæratur? nonne enim ridiculum eſſet, vt ſoluens ego creditori meo mille, quæ ei debeo, dicerem illi, *volo vt creditores tui ſuper hac mille nihil prætendere poſſint?* hic proprie eſt caſus noſter; mater è viuis decedens, filij debitrix in Legitima reperitur, pater filij eſt creditor, ſic à iure Ciuili declaratus in bonorum omnium aduentitiorum vſufructu; modò, quonam iure cautum eſſe demonſtrare poterimus, vt mater ſoluens filio Legitimæ debitum, dicere poſſit, *volo, vt in huius Legitima vſufructu pater illius legalis creditor nil prætendere poſſit?* ſi enim hoc matri liceret, exiſtente filio ære alieno grauato; poſſet ſimilitèr diſponere, vt illius creditores ſuper Legitima nil prætendere poſſent; id quod omninò fatuum eſſet aſſerere, & ſic concludo, matrem, vel patrem in vltimis conſtitutos, non poſſe niſi ſimplicitèr filiis Legitimæ debitum perſoluere, qua ſatisfactione ſequuta, legis ſubintrat diſpoſitio, vt qui in ea ius aliquod habet, exerceat illud.

Ex his in facti contingentia, in terminis *Conſue-* 8
tudinis huius Ciuitatis, quæ incipit, *Si qua moriens*, per quam ſtatutum eſt, matrem filios habentē de bonis ſibi ab Agnatis, & Cognatis obuentis diſponere non poſſe, niſi de decima illorum parte tantùm, (idquè etiamſi naturales eſſent filij, vt per Anel. Amat. *conſ.* 43.) ita vt neceſſariò reliquas nouem filiis relinquere teneatur, ex quo in illis inteſtabilis reputatur; & vt dicit *ibi* Napod. *in verſ. tantum*, habet labia clauſa, manus ligatas, & arbitrium refræ- 9
natum; non poſſe eandem, ipſe dicebam, filium inſtituendo, illarum nouem partium vſufructu maritum priuare, etiam in filij beneficium; quia cùm ſuccedant filij in illis vti filij, & non vti hæredes, vt per Camil. Saler. *in addit. ad d. Conſuet. in verb. ex hac Conſuetudine, verſ. ſed an in iſtis nouem partibus*, & per Moleſ. *in comment. part.* 7. *de iur. Quar. quæſt.* 14. *num.* 3. regulari debent in hoc caſu eiſdem regulis, quibus & Le- 10
gitima; nam quemadmodum in Legitima non poteſt mater eius virum communium filiorum patrem illius portionis vſufructu priuare, vt ſupra fuit demonſtratum, ita etiam & in his nouem partibus, quæ filiorum Legitima cenſentur; & ſicut in Legitima aliquod non poteſt imponi onus, neque fideicommiſſum, Gloſ. Bart. & communitèr omnes in *d. l. quoniam in prioribus*, Craſſ. *in §. Legitima, quæſt.* 38. ita etiam &
in his nouem partibus; vt per Napod. *loco proximè* 11
citato, vbi ponderando dictionem illam Conſuetudinis, *tantùm*, quæ reſtrictiua dicitur, inquit, talitèr in nouem partibus mulierem inteſtabilem eſſe, vt nec etiam in caſu mortis filiorum poſſit de illis diſponere, cùm indiſtinctè, & ſimplicitèr de reliquis nouem partibus *Conſuetudo* prohibeat; ergò indiſtinctè etiam intelligenda, *l. ſi verò*, *§. de viro*, *ff. ſolut. matrim.* & lex
municipalis cùm ſtricti ſit iuris, interpretatio- 12
nem non recipit extenſiuam, *l. Conſtitutionibus*, *ff. ad municip. & l. vt gradatim*, *ff. de muner. & honor.*

Id quod ex alio etiam corroboratur, nam licèt grauis ſit inter DD. controuerſia, an poſſit pater filium
13 pupillum inſtituendo, eius tutori computorum redditionem remittere, de qua latè per Eſcobar *tract. de Ration. cap.* 5. quicquid tamen de illius veritate ſit, receptiſſimum eſt, non poſſe, nec talem remiſſionem extendi debere ad bona Legitimæ filij, vt notanter *ibi* firmat Eſcob. *num.* 22. vbi ex Ferdinan. Lances *in repetition. l. filiusfamilias, §. diui, numer.* 7. *ff. de legat.* 1. docet, inuentarij conficiendi remiſſionem à patre in
14 teſtamento tutori factam, iuxta text. *in l. fin. §. fin. C. arbitr. tutel.* quoad bona Legitimæ filij non extendi, nec quoad eam tenere: quam ſententiam tenet etiam Couarru. *lib.* 2. *var. cap.* 14. *n.* 4. *in fine*, Et ratio ſecundùm ipſos vrgentiſſima eſt, quia aliàs pater per indirectum, filij Legitimam, contra text. *in d. l. quoniam in prioribus*, grauare poſſet. Et ſic concludo in terminis *dictæ Conſuetudinis*, cùm nouem partes eiſdem regulentur regulis, quibus & Legitima regulatur; teneri matrem in illis portionibus filios ſimplicitèr hæredes inſtituere, nec poſſe in eorundem beneficium aliquid in diſpoſitione addere, per quod pater illo iure veniat priuandus, quod à lege ſuper bonis debitis de iure naturæ filiis eſt ei tributum. Hæc occurrunt, ſaluo, &c.

SVMMARIVM.

1 *Mater per ſubſtitutionem pupillarem à patre filio factam an à Legitima excludatur in Ciuitate Neap. & num.* 2. 3. 4. 5. 12. 13. 16. *&* 17.

6 *Conſuetudines Neapol. de ſucceſſione tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato loquentes ceſſant, patre, vel matre in medio exiſtente.*

7 *Filius Neapolitanus tenetur Legitimam ſuper bonis antiquis parentibus relinquere.*

8 *Neapolitanus condens teſtamentum, bonaque poſſidens antiqua, non poteſt cenſeri teſtatus decedere, niſi in medietate tantùm bonorum.*

9 *Subſtitutio facta à Neapolitano non niſi in medietate bonorum verificari poteſt.*

10 *Subſtitutus filio in pupillari ætate, in qua ille deceſſit, ſuccedit in omnibus bonis defuncti pupilli, ſed an procedat in Ciuitate Neap.*

11 *Neapolitanus attento iure conſuetudinario poteſt decedere pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus.*

14 *Statuto exiſtente, vt mater non poſſit ſuccedere filio morienti, ſuperſtitibus fratribus carnalibus, an ſuccedere poſſit, ſi filius fecerit teſtamentum, & fratre præterito extraneum non indignum inſtituerit hæredem.*

15 *Statutum quoties alicui inteſtatam prohibet ſucceſſionem, ex teſtamento contra defuncti voluntatem nihil prætendere poteſt.*

18 *Pater de iure conſuetudinario Ciuitatis Neap. non poteſt filio pupillo ſuper bonis antiquis pupillarem ordinare ſubſtitutionem.*

ARGVMENTVM.

Mater quæ iuxta receptiſſimam Scribentium ſententiam per pupillarem ſubſtitutionem à patre filio ordinatam excluditur à Legitima, quæ de iure ad filium ſuper bonis prædefuncti patris ſpectabat, nùm ſit paritèr excludenda, attento iure municipali huius Ciuitatis Neap. ad ornatum *Conſuetud. Si aliquis moriens.*

CAPVT CXXIX.

MATREM, per ſubſtitutionem pupillarem à patre filio ordinatam, repelli à ſucceſſione Legitimæ portionis, quæ ad filium ſuper bonis prædefuncti patris ſpectabat, ex receptiſſima Scribentium ſententia diximus *lib.* 1. *cap.* 265. 1

Modò occurrit dubitari, an concluſio hæc procedat in hac Ciuitate, attento illius iure municipali, quod incipit, *Si aliquis moriens*, vbi diſponitur, decedente Ciue aliquo cum filiis, poſſe illum de bonis per eundem quæſitis pro voluntatis arbitrio diſponere, liberis debito bonorum ſubſidio reſeruato; de bonis autem antiquis, non niſi de medietate tantùm, cùm altera, ex *eiuſdem Conſuetudinis* prouidentia ſpectet ad ipſos filios, ità vt in ea non poſſit moriens pater plus vni, quàm alteri ex filiis relinquere. Modò fac, vt pater filium habens pupillum, vniuerſalem illum inſtituat hæredem, eique in pupillari ætate decedenti aliquem ſubſtituat, caſu eueniente, vt hic filius in pupillari ætate decedat, matre ſuperſtite, nùm mater ipſa ſtante hac expreſſa pupillari, a Legitima excludatur?

Et reſolutiuè procedendo, puto, duos diſtinguendos eſſe caſus; quorum *Primus* eſt, ſi pater decedens bona tantùm per ipſum quæſita in eius hæreditate reliquit; & in hoc teneo indubitantèr, matrem excludi, cùm circa hoc nihil ſit per ius municipale immutatum, quod eſt de iure communi; videatur Ant. de Alex. in *d. Conſuet. Si aliquis moriens*, in *addit.* quæ incipit, *Immò videtur*, qui licèt loquatur, quando cum ſubſtituto concurrunt agnati; ratio tamen, quam aſſignat, verificatur etiam quando concurrit mater, ſub illis verbis; *Hoc autem videtur abſurdum; quòd pater in bonis quæſitis per ſe ipſum non poſſit imponere legem, quam vult, & eam relinquere filio pupillo, ità quòd poſt mortem pupilli alius ſit heres.* 2

Secundus eſt caſus, quando bona, ſuper quibus pater filium pupillum hæredem ſcripſit, eique pupillaritèr ſubſtituit, non ſunt per ipſum quæſita, ſed antiqua, & ſic à Maioribus ei obuenta; & in hoc putauit Ant. Capyc. *in Conſuetud. Filiusfamilias*, in *addition.* quæ incipit, *Quid autem*; quem ſequitur P. Molfeſ. *par.* 2. *de bonis, quæſt.* 23. *numer.* 5. matrem non ſolùm excludi à Legitima ſuper medietate, de qua potuit pater diſponere, quod non eſt dubium; ſed etiam ab altera medietate, quam dicit, excluſa matre, ſpectare ad proximiores agnatos; adeo vt ſemel excluſa per pupillarem ab illa medietate, de qua 3

poterat

poterat pater diſponere, cenſeatur etiam excluſa ab altera, ſicque fieri locum proximioribus agnatis, ac ſi mater ipſa in medio non extaret. Eandémque opinionem implicitè amplecti videtur Afflict. *deciſ.* 310.
4 dum dicit, ſubſtitutionem pupillarem à patre filio factam de bonis antiquis, defuncto demum filio in pupillari ætate, non poſſe verificari, niſi in medietate bonorum antiquorum, cùm altera medietas ſpectet ad proximiores agnatos; quæ propriè illorum *Legitima conſuetudinaria* appellatur, & quod illa magis ſit debita agnatis, quàm matri in bonis filij, à qua poteſt mater per patrem priuari, ſic filio pupillarem ordinando ſubſtitutionem, ad text. *in l. precibus, C. de impub. & aliis ſubſtit.* cum aliis per eundem *Afflict.* allegatis.

5 Sed certè, ſalua pace tantorum Virorum, à contraria ſententia nunquam animum meum diuertere potui; nimirùm, vt in hac Vrbe Regia præclariſſima nullatenus mater à Legitima portione, de qua infra ob expreſſam pupillarem ſubſtitutionem à patre pupillo filio ordinatam excludi poſſit: & hoc, ſupponendo pro veriſſimis duas conclusiones, de quibus nuſ-
6 quam Noſtrates dubitarunt; quarum *Prima* eſt, Conſuetudines noſtras tam de ſucceſſione ex teſtamento, quam ab inteſtato loquentes ceſſare prorſus, matre, vel patre in medio exiſtente, ita vt ſi quis ab inteſtato deceſſerit cum bonis antiquis paternis, matre, & proximioribus ex parte patris ſuperſtitibus, mater ad integram filij ſucceſſionem admittitur, & agnati proximiores excluduntur, ſicque non eſſe locum *Conſuetudini*, quæ incipit, *Si quis vel ſi qua*, vt benè declarat Napod. *ibi num.* 132. & 180. Capyc. Minado. De Franch. & alij per me relati *lib.* 1.
7 *cap.* 70. *num.* 5. & 6. & *c.* 142. *in princ.* & ſi cum teſtamento filius deceſſerit, tenetur parentibus Legitimam ſuper bonis antiquis relinquere; vt in *Conſuetud. Filiusfamilias*, vbi Napod. *verſ. ſi nolit, n.* 18. & in *Conſuetud. Et ſi teſtator in verbo proximiores*, vbi Ant. Capyc. *in addit.* quæ incipit, *Si ergò habet patrem, vel matrem:* Ioan. Ang. Piſanell. in *addit.* incip. *Vide in proxima conſuetudine*, & Præſ. de Franch. *dec.* 606. *numer.* 9. vbi dicit hæc verba; *An pater, vel mater ſint in medio, poſtquam eis, moriente filio cum filiis, nihil debetur; cuius contrarium eſt, quando moritur ſine filiis, quia tunc, cùm eorum ſit prima cauſa, vel debetur ſucceſſio tota, vel pars ipſius, morientibus filiis ab inteſtato, vel Legitima, eis decedentibus cum teſtamento, &c.*

8 *Secunda* concluſio eſt, Neapolitanum cum bonis antiquis decedentem, condito teſtamento, non poſſe cenſeri teſtatum deceſſiſſe, niſi in medietate tantum dictorum bonorum, ex quo in reliquo inteſtatus decedere dicitur, ſiue ſuperſint filij, ſiue agnati, qui ab inteſtato in medietate ſuccedere dicuntur; ita Napod. tam in *Conſuetud. Et ſi teſtator, num.* 26. quàm in *Conſuetud. Filiusfamilias, num.* 11. *in finalibus verbis*, Marin. Frec. *in d. Conſuet. Et ſi teſtato, in addit.* quæ incipit, *Nota, quod poteſt quis decedere*; & Bucin. *ibidem in addit. ſequenti, verſ. tamen durum eſt*
9 *contra ſtimulum calcitrare:* hinc communitèr dixerunt, ſubſtitutionem ab vno ex noſtris ciuibus in teſtamento ordinatam, non niſi in medietate bonorum verificari poſſe, ſiuè filius, ſiuè proximior agnatus hæres inſtitutus fuerit; ita Napod. *in d. Conſuetud. Si aliquis moriens, n.* 22. vbi loquendo de ſubſtitutione pupillari filio facta, ſi contingeret, filium inſtitutum in pupillari ætate mori, ſubſtitutum non niſi in medietate bonorum ſuccedere poſſe, cùm in reliqua medietate ſuccedant proximiores agnati; ſubdens, hanc eſſe veritatem: Idemque latiùs aſſerit in *Conſuetud. Filiusfamilias, in verb. poſſunt*, vbi dicit, quòd
10 licèt ad ſubſtitutos pupillares, non ſolùm bona paterna ſpectent, ſed etiam materna, ac vndecunque filio obuenta; ad text. *in l. ſed ſi plures, §. ad ſubſtitutos, ff. de vulgar. & pupill.* Attamen cùm filius in pupillari ætate decedat, proximiores ex parte matris bonorum maternorum medietatem auocabunt, ac ſi ipſe filius teſtamentum condidiſſet.

Id quod ſatis benè explicat etiam Molfeſ. *par.* 4. *de ſucceſſion. ab inteſtat. qu.* 61. *à n.* 15. *ad finem*, quò loci ſuppoſito ſecundùm Conſuetudines noſtras poſſe quem decedere pro parte teſtatum, & pro parte inteſtatum, dicit, ſubſtitutionem pupillarem à patre filio factam non poſſe habere locum ſuper bonis præmortuæ matris, vel aliundè filio obuentis; Primò, quia ſubſtitutio recipit declarationem ab inſtitutione, & in illis bonis facta cenſetur, in quibus fuit facta inſtitutio, *iuribus* per ipſum *citatis*. Secundò cùm iure iſto municipali attento, poſſit quis decedere 11 pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, ſequitur neceſſario dicendum, vt ſubſtitutiò à patre filio facta ita interpretari debeat, vt valeat quoad illa bona, de quibus poterit & pater, & filius diſponere.

Nec obſtat, ſubdit Molfeſ. pupillarem ſubſtitutionem trahi etiam ad bona pupilli, ad text. *in d. §. ad ſubſtitutos*, de quo tamen aliqui dubitarunt, ſed male, vt benè per Viuium *commun. opin. lib.* 2. *opin.* 864. *num.* 6. quem *Molfeſ.* non vidit; nam vt idem *Viuius* aduertit, hoc procedit ad tollendum inconueniens, de quo in *l. ius noſtrum, ff. de reg. iur.* nimirùm ne diceretur pupillus pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus deceſſiſſe; quod quidèm inconueniens, cùm attento iure noſtro municipali ceſſet omninò, ſequitur certè dicendum, vt de hac oppoſitione curandum non ſit, & ſucceſſiuè, vt pupillaris ſubſtitutio verificari non poſſit, niſi quoad ea bona, de quibus pupillus maior effectus diſponere potuiſſet, idémque & ſatis bene D. Io. Franc. Marcian. *diſput.* 46. *n.* 4. *lib.* 1.

Quibus ſic præſuppoſitis, ad propoſiti dubij reſo- 12 lutionem deueniendo, dico ſic; ſi verum eſt, provt veriſſimum, ſubſtitutionem, quæ à Neapolitano fit, filio, vel agnato hærede inſtituto, verificari non poſſe, nec alitèr locum habere, niſi in medietate tantum bonorum antiquorum, de qua liberè poterat diſponere, adhùc ſi filio pupillo facta eſſet, eueniente caſu ſubſtitutionis, ſicque in caſu noſtro moriente filio in pupillari ætate, ſuperſtitibus ſubſtituto, matre, & agnatis, ſubſtitutus præcapit tamùm medietatem illam, ſuper qua cadit ſubſtitutio, & de hoc nemo dubitat: in alia autem medietate, in qua ſubſtitutio cadere non poteſt, concurrentibus ad illam acquirendam agnatis, & matre, certè agnati, vt ſuccedere in illa poſſint, alio iure ſe tueri non poſſunt, niſi diſpoſitione *Conſuetud. Si quis, vel ſi qua*: ſed quia diſpoſitio illa ceſſat omninò ex dictis in prima concluſione, patre, vel matre exiſtente in medio, ſequitur certè dicendum, vt mater, agnatis prorſus excluſis, in medietate illa ſuccedat; ſemper enim, quãdo mater cum agnatis prædefuncti filij concurrit, ſi ſumus in cauſa inteſtati, omnes excludit, ſin autem in cauſa teſtati, tenetur filius Legitimam illi relinquere, vt ſupra fuit demonſtratum: & pro indubitato affirmat Præſ. de Franch *deciſ.* 606. *n.* 9. *ſuprà allegata, verſ. an pater, vel mater.* ergò.

Nec mea hæc ſententia obſtaculum aliquod re- 13 cipere poteſt, quia Anton. Capycius *loco in principio citato*, contrarium ſenſit, quem ſequutus fuit Molfeſ. *cit. quæſt.* 23. *n.* 5. *par.* 2. *tit. de bonis*, gratis enim Capyc. aduerſus matrem reſpondit ſine lege, ratione, aut DD. authoritate, citat Bart. *in l.* 1. *§. ſi pater, ante n.* 3. *ver. ex hoc concludo ad aliam quæſtionẽ, ff. de coniung. cum emancipat. liber.* quem etiam retulit in *d. dec.* 210.

*n.*5.cuius theorica eſt ſatis ad caſum noſtrum inapplicabilis.

14 Quærit enim *Bart.* an ſtante Statuto, vt mater non ſuccedat filio morienti, ſuperſtitibus ſibi fratribus carnalibus, ſuccedere poſſit, ſi filius fecerit teſtamentum, & fratre præterito, extraneum non indignum inſtituerit hæredem? Arguit *Primò*, quòd ſuccedere debeat, quia frater tunc non ſuccedit, ex quo præteritus;ſed concludit contra, quia frater in hoc caſu priuatur ſucceſſione facto defuncti,& actus priuationis non præcedit actum tranſlationis in alterum: benè dixit *Bart.* quia exiſtentia fratris, vigore Statuti facit excludi matrem: in terminis verò noſtrarum Conſuetudinum, totum oppoſitum; quia exiſtentia agnatorum nullius conſiderationis eſt matre ſuperſtite. *Secundò*, in caſu *Bart.* Statutum eſt illud,quod excludit matrem ab inteſtati filij ſucceſſione, ſtante fratre, & cùm propter fratris exiſtentiam, ab inteſtato nulla matri debeatur Legitima portio, ſic etiam ex teſtamento: quotiès enim Lex,

15 vel Statutum alicui inteſtatam prohibet ſucceſſionem,certè ex teſtamento, contra defuncti voluntatem nihil prætendere poteſt; Alex. *in l.Gallus*, §. *& quid ſi tantùm, num.*16. ibi, *quia non ſuccedit ab inteſtato,ff.de liber.& poſthum.*ibique Bald. & DD. communitèr,Mart.*vot.*23.*num.*10. In caſu autem noſtro, & ſic attento iure municipali huius Ciuitatis, & ab inteſtato, & ex teſtamento defertur matri ſucceſſio; ergò.

16 Nec ſimilitèr obſtat deciſio relata per Afflict. *in deciſ.*310. *ibi* enim non fuit de hoc articulo dubitatum,ex quo mater non erat in medio. ſicquè agnati aperto iure, & abſque aliquo obſtaculo ſucceſſerunt in medietate bonorum,ſuper qua pupillaris ſubſtitutio cadere non poterat: & quamuis *Afflict.* aſſerat poſſe priuari matrem Legitima, faciendo pater pupillarem ſubſtitutionem; hoc tamen affirmat in terminis iuris communis,dum allegat *l.precibus, Cod.de impub & aliis ſubſtit.*& ſuper bonis, in quibus pater liberam habet diſpoſitionem; volens demonſtrare, quòd in hac Ciuitate,vbi pater familias de bonis antiquis non poteſt diſponere, niſi de medietate, non poſſit ſuper alia medietate in præiudicium agnatorum filio pupillarem ordinare ſubſtitutionem: & ſic in caſu *illius deciſionis* quæſtio erat inter agnatos, & ſubſtitutum, non inter agnatos, & matrem;provt in caſu noſtro.

17 Et quatenus *Afflict.*aſſerat, alio iure deberi Legitimam iſtis agnatis& alio iure Legitimam matri, ex quo iſta medietas debetur agnatis per ſucceſſionem virtute *Conſuetudinis*,ſicque dicit,magis eſſe illis debitam, quàm Legitimam matri in bonis filij. Reſpondeo,verum eſſe, medietatem deberi agnatis virtute *Conſuetudinis*, & quòd illa ſit magis debita agnatis,quàm de iure communi debetur Legitima matri,ex eo, quòd agnati nunquam medietate iſta priuari poſſunt,ſecùs mater, quæ de iure communi poteſt priuari Legitima, in illo tamen dumtaxat caſu, quando pater filio pupillo pupillarem ordinauit ſubſtitutionem: ſed quòd attento iure conſuetudinario, concurrentibus ad ſuccedendum in medietate agnatis,& matre,potior ſit cauſa agnatorum, quam matris, ſicque magis medietatem illam dici debitam agnatis,quàm matri,nec *Afflict.* nec alius ex *Noſtratibus*,quantumuis magnæ authoritatis Vir defendere vſquam poterit. Probo, nam ſi apud Nos procedit

18 ſine controuerſia concluſio *ſuprà* firmata, nimirùm patrem in medietate bonorum antiquorum non poſſe filio pupillo pupillarem ordinare ſubſtitutionem, provt poteſt de iure communi in Legitima filio de iure naturæ debita;dico Ego, quòd quando fit caſus ſubſtitutionis, & ſubſtitutus ſuccedit in medietate, ſuper qua cadit ſubſtitutio, remanet alia medietas abſque ſubſtitutione, in eaque ſubintrát inteſtata pupilli ſucceſſio, ad quam acquirendam, ſi inſtant agnati iuris municipalis prouidentia muniti, opponente matre, fit certè locus vulgato Noſtratum axiomati, vt parentibus in medio exiſtentibus idem ius municipale ceſſet,& ſucceſſiuè mater illos excludit, vt ſuprà fuit latiùs demonſtratum.

Vndè,&c.

SVMMARIVM.

1 *Dos eſt reſtituenda vxori vnà cum antefato,matrimonio ſeparato quoad Torum culpa mariti.*

*Sed an ſimul cum dote, & antefato ſint reſtituendi fructus, quos maritus lite pendente ſuper diuortio ex corporibus dotalibus percepit,n.*2.3.6.*&* 18.

4 *Sententia operatur,vt omnia ab initio retrotrahantur,& n.*7.

5 *Mater tenetur in ſubſidium alere filios.*

6 *Sententia à Iudice Eccleſiaſtico ſuper diuortio prolata, an declaratoria cenſenda ſit, vel potiùs priuatiua,& n.*11.*&* 13.

8 *Sententia, quæ dicatur declaratoria, & quæ priuatiua?& n.*9.

10 *Feudatarius occidens fratrem, ad hoc vt in communi hæreditate ſuccedere poſſit,feudo priuatur.*

12 *Vxor poteſt petere ſeparationem Tori,viro adulterante.*

14 *Clericus homicida beneficio priuatur, ſed an ipſo iure.*

15 *Clericus Beneficiatus beneficio ſententia mediante priuatus, an fructus medij temporis ſuos faciat,& n.*17.

16 *Feudatarius committentis crimen læſæ Maieſtatis,an quouſquè feudo per ſententiam priuetur,fructus feudi ſuos faciat.*

ARGVMENTVM.

Matrimonio ſeparato quoad Torum culpâ mariti, an poſſit mulier, nedum repetere dotem, & donationem propter nuptias,ſed etiam fructus dotis, quos maritus lite pendente ſuper diuortio percepit. Sententia quæ dicatur declaratoria, & quæ priuatiua? & de aliis ad materiam pertinentibus, vbi deciſiones *Sacr. Rot. Rom.*

CAPVT

CAPVT CXXX.

1 MATRIMONIO quoad Torum, propter viri adulterium, vel ſæuitiam in vxorem, Iudicis Eccleſiaſtici ſententia ſeparato, eſſe locum reſtitutioni dotis, & donationis propter nuptias, ſiuè antefati, fuit ſemper apud vtriuſque iuris probatos Authores, citra controuerſiam; ſic enim probant Canoniſtæ communitèr per illum text. *in cap. 1. de donationibus inter vir. & vxor.* & Iuriſtæ *in §. mitiores, Auth. de nupt.* Seraph. *deciſ.* 1315. Vincent. de Franch. *deciſ.* 244. *&* 312. Gratian. *diſcept. forenſ. lib. 3. c.* 455. *n.* 13. & alij plures relati per Riccium, & Nouar. in *addit. ad D. de Franch. locis citatis.*

2 Sed eleganter dubitatur, an ſimul cum dote, & antefato poſſit vxor petere fructus, quos maritus lite pendente ſuper diuortio ex corporibus dotalibus percepit?

Negant Paul. de Caſtr. *conſ.* 65. *col. vlt. verſ. ſecundò, quod non eſt verum;* Barboſ. *in rubr. ff. ſolut. matr. par.* 2. *num.* 45. *& ſeq.* Colet. *de alimen. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 18. *cum ſeq.* Gratianus *diſcept. forenſ. lib.* 2. *cap.* 244. *numer.* 19. *&* 20. & alij aſſerentes, nullatenus licere mulieri in caſu propoſito dotis fructus petere, quos lite pendente ſuper diuortio maritus exegit, ſi tamen pro illo tempore alimenta aſſequuta eſt, ex eo, quia maritus ante Tori ſeparationem verus dominus dotis dicitur; pro hac etiam ſententia afferri poſſet authoritas Gloſ. *in d. cap.* 1. *de donation. inter vir. & vxor. in verb. totam,* dum quærens, an inſimul cum dote, ſeparato matrimonio, ſint etiam reſtituendi fructus dotis, dicit, quòd non reſtituuntur, niſi illi, qui ante matrimonium obuenerunt, quia illi ipſo iure augent dotem; ſed poſt matrimonium obuenientes, fiunt mariti propter onera matrimonij ſuſtinenda; ergò argumentari poteſt, quòd dum *Gloſ.* ſenſit, non eſſe reſtituendos, niſi fructus obuentos ex corporibus dotalibus ante matrimonium, non autem illos conſtante matrimonio perceptos, implicitè negauit reſtitutionem lite pendente ſuper diuortio perceptorum, dum ante ſeparationis ſententiam adhùc matrimonium conſtans dicebatur.

3 Contrariam verò ſententiam pro muliere ſemel, atque iterùm probauit Rota primò *in vna Ianuenſ. fructuum, ſub die Lunæ* 15. *Maij* 1634. *coram Illuſtriſſimo Domino Coccino Decano,* & in *alia Ianuenſ. ſeparationis Tori ſub die Lunæ* 3. *Iulij eiuſdem anni coram Illuſtriſſimo Domino Pirouano.* His, inquam, principalioribus fundamentis, nimirùm, quia lite pendente extitit vir in mala fide, quæ per litis conteſtationem contracta fuit, ſicque cœpit ſcire, dotem ad ſe non pertinere, nec eum æquitate aliqua iuuari poſſe, ex quo æquitas illa ſemper contra Virum vrget, quòd in legem matrimonij deliquerit, ac proindè non debet ex delicto fructum conſequi.

Nec obſtare, dictum fuit, quòd vxori lite pendente fuerunt præſtita alimenta: Quia non per hoc dici poteſt, plenariè ſuſtinuiſſe virum onera matrimonij, ſed tantùm pro illa rata alimentorum, quæ ſimilitèr pro rata inter dotis fructus excomputanda veniunt.

Nec aliquid facere *Barboſ.* & aliorum aſſertionem, quòd lite pendente maritus ſit dominus dotis. Quia cùm per litem motam conſtituatur in mala fide, ſequuta demùm Tori ſeparatione, ſicut tenetur dotem reſtituere, ſic etiam & fructus, cùm hoc operetur ſententia, vt omnia vſque ab initio retrotrahantur. 4

Nec & tandem aliquid obſtare, ſuſtiniſſe Virum onera matrimonij, computando onus alendi communes filios: Nam cùm Tori ſeparatio facta fuerit culpa mariti, ad ipſum filios alere ſpectabat, non autem ad mulierem, quæ ſolùm in ſubſidium tenetur; 5 *§. illud, Auth. vt liceat matri, & auiæ, Auth. ſi quando, Cod. de diuort.* Gutierr. *Canonic. quæſtion. lib.* 1. *cap.* 24. *numer.* 19. ſicquè in *eadem Rot.* iudicatum *coram eodem Illuſtriſſimo Domino Decano, in vna Romana fructuum dotis, ſub die* 12. *May* 1625. hæc ſunt principaliora motiua, quæ Sacrum illud Auditorium ſemel, atque iterùm mouerunt ad ſic pro mulieribus decidendum.

Quid autem dicendum? huius articuli reſolutio, 6 iudicio meo, pendet ab inueſtigando, an ſententia ſuper diuortio propter viri ſæuitiam, vel adulterium à Iudice Eccleſiaſtico prolata, declaratoria cenſenda ſit, vel potiùs priuatiua? nam ſi declaratoria, non eſt dubium, quòd fructus dotis lite pendente per Virum percepti, ſunt vxori inſimul cum dote, & antefato reſtituendi; ſin verò priuatiua, ſecus; ſententia enim declaratoria ad tempus commiſſæ culpæ, 7 vel ſaltem litis motæ ſemper retrotrahitur, priuatiua verò non; Coſta *in tract. de retrotrac. capit.* 8. *caſu* 7. *n.* 14. vbi allegat Capyc. noſtrum *deciſ.* 162. *n.* 15.

Id quod vt fiat manifeſtiſſimum, ſciendum eſt, 8 illam dici ſententiam declaratoriam, quando Lex, vel Statutum diſpoſuit, vt ſi quis tale patrauerit crimen, ſit ipſo facto, vel ipſo iure reus talis pœnæ, vel mox, ſiue ſtatim incidat in talem pœnam ? modò patrato illo delicto, ſententia, quæ à Iudice profertur pro exequutione illius pœnæ, declaratoria appellatur; declarat enim, Titium tale commiſiſſe delictum, propter quod pœnam à iure impoſitam meretur.

Exemplum inter multa poni poteſt in Clerico beneficiato delictum famoſum committente, puta aſſaſſinium, propter quod cùm à ſacris Canonibus ſtatutum ſit, vt ipſo facto cenſeatur excommunicatus, ac ab omni dignitate, honore, Ordine, officio, & beneficio depoſitus, *cap. pro humani, de homicid. in* 6. ſententia, quæ contra talem Clericum profertur, declaratoria appellatur; ſic etiam in committente crimen læſæ Maieſtatis, pro quo ſtatutum eſt, vt ipſo facto, ipſoque iure tanti facinoris Reus bona amittat, vt in *cap. Regni, Bona proditorum,* ſecundùm ordinem *Nigri* 171.

Sententia verò priuatiua illa dicitur, quoties 9 Lex pro aliquo commiſſo delicto pœnam imponit; ſed non diſpoſuit, vt ſic delinquens ipſo iure in pœnam illam incurrat; ſed mandat priuari: Exemplum eſt etiam in Clerico ſimplex homicidium patrante, pro quo delicto ſtatuerunt Sacri Canones, vt ab Eccleſiaſtico Iudice beneficio priuetur, *cap. cùm non ab homine, de iudic. cap. Clericus, nè Clerici, vel monachi, cap. ex literis, de exceſſ. Prælatorum.* Modò, ſententia, qua mediante hic Clericus beneficio priuatur, dicitur priuatiua. Eſt etiam aliud exemplum in *capit.* 1. *in tit. an ille, qui interfec. fratrem,* &c. *in vſibus feud.* vbi ſi feudatarius fratrem ſuum occiderit, ad hoc 10 vt in communi hæreditate ſuccedat; feudo priuabitur, at non ipſo iure, prout ſi occidiſſet Dominum ſuum; ſed à Iudice per ſententiam, quæ priuatiua dicitur. Idemquè in filio vaſalli Dominum offendente, ſi enim vaſallus à Domino requiſitus, vt filium ſic delinquentem coram ipſo exhibeat, & non obediat, feudo priuabitur; *capit. Imperialem, §. inſuper, de prohib. feud. alienat. per Feder.* quæ amiſſionis feudi ſententia indè ferenda, priuatiua etiam appellatur,

appellatur,ſecundùm Iacobin. *de feud. in verb. dictique vaſalli,num.*9.Videantur,quæſo,*Doctores*,qui hos terminos benè declarant in *cap.*1 .*de feud. ſine culp. non amitt.*vbi Bald. *n.*3.Affl.*n.*3.Aluar. optimè*eod.n.* & in *c.*1.*§.item ſi fidelis,n.*8.& *ibi* Præpoſ.*n.*4.*in titul. quib.mod.feud. amitt.* Felinus omninò videndus in *c. Rodulphus* 35.*n.*25 *per totum, de reſcriptis*,idem Affl. *in Conſtit.Si dubitatio, n.*14. Crauet. *conſ.*212.*num.*2. Scrader.elegantèr *de feud.tom.*1.2.*part.*9.*princip.ſect.* 8.*num.*47.Garz. *in tract. de benefic .part.*11. *capit.*10. *num* 58.

11 His ſic cognitis,inueſtigemus illud , de quo *ſuprà* dubitauimus , nimirùm an ſententia ſuper diuortio prolata quoad totum , ſit declaratoria diiudicanda, vel potiùs priuatiua?& quòd nullatenus declaratoria appellari poſſit,ſed tantum priuatiua , affirmo indubitantèr;nullo enim Iure,nullove Canone, aut Pontificia Conſtitutione cautum eſſe inuenimus,vt propter viri adulterium, velſæuitiam in vxorem, ſit ipſo iure locus diuortio quoad totum , & ſucceſſiuè reſtitutioni dotis : nam quantum attinet ad adulterium, nec Canonem habemus, quo diſpoſitum eſſet,vt viro adulterante poſſit coniux petere diuortium , omnes enim Canones (quibus cauetur,vt propter adulterium ſit locus diuortio ; & ſucceſſiuè reſtitutioni dotis) de vxoris adulterio loquuntur;vt in *cap. ex literis , de diuortiis, in cap. plerumque, de donation. inter virum,& vxor. & cap. tua,de procur.*cum *aliis concordant.*

Nam quantum attinet ad text.*in cap.*1. *vt lite non conteſt.* in quo vxor accuſauit virum de adulterio, non fuit *ibi* dubitatum , an eſſet locus diuortio , ſed aliud determinatur,vt videri poteſt.

Minus etiam id probatur in *can. Chriſtiana Religio,*37.*quæſt.*6.ibi enim de diuortio verbum nullum, ſed tantùm in eo dicitur , quòd Chriſtiana Religio adulterum in vtroque ſexu pari ratione condemnat; Illud autem à ſacris Canonibus ſtatutum eſſe comperimus, vt viro ſpirituale committente adulterium,
12 & ſic à Chriſtiana Religione recedente, poſſit vxor diuortium petere. Eſt tamen veriſſimum ex communi *Doctorum* ſententia , poſſe mulierem propter viri adulterium ſeparationem petere,ſicque millies deciſum ex identitate rationis , vt videre eſt penès Ricc. *deciſ.*5.*par.*3.ſed non quòd ita ſit expreſsè à Iure diſpoſitum.

Quantum verò attinet ad ſæuitiam, tantum abeſt, quòd propter illam ſit locus diuortio ipſo iure , vt particulari *Conſtitutione* ſtatutum ſit,nè valeat coniux à viro recedere,lite ſuper diuortio pendente;&vbi propria receſſerit authoritate,poſſe virum reſtitutionem petere,cùm ſemper præſumptio ſit contra eam, quæ ſine iudicio Eccleſiæ,ſed ſua tantum temeritate receſſit à viro ; ſunt verba textus *in vulgato cap. literas , de reſtit. ſpoliat.* vbi hoc tantum limitat Sum. Pontifex , quoties tanta eſſet viri ſæuitia,vt mulieris trepidantis non poſſit ſufficienter ſecuritati prouideri,tunc enim non ſolùm non eſt marito reſtituenda, ſed ab eo potiùs amouenda.

13 Dico ergò in vtroque caſu,adulterij nimirùm, & ſæuitiæ , nullo iure cautum eſſe , vt viro ſic delinquente,ipſo iurè,vel ipſo facto ſit locus diuortio, ità vt ſententia,quæ indè proferretur,dici poſſet delicti declaratiua : ſicque cùm talis nullo modo , nullóque pacto cenſeri poſſit , cogimur affirmare, vt non ſit niſi priuatiua,quod trahit ſecum neceſſarium conſequens,vt fructus, qui ex dote percipiuntur lite pendente,ad virum ſpectent irreuocabilitèr, non autem ad vxorem,quouſque per ſententiam fuerit ſuper diuortio pronunciatum.

Probatur hoc axioma ex communitèr dictis per *Canoniſtas* , ſignantèr recentiores in materia beneficiali;quòd quamuis à ſacris Canonibus,vt *ſuprà* an- 14
nuimus,ſtatutum ſit, vt Clericus homicida ſit beneficio priuandus , quia tamen non ipſo iure , ſed per ſententiam,vt in *c.cùm non ab homine,in c.clericis*,& in *c.ex literis*.ſuprà *allegatis*.dixerunt omnes,quòd donec per ſententiam priuetur , ſuos facit fructus irreuocabilitèr,quia ſi poteſt vſque ad ſententiam beneficium licitè retinere,poterit & fructus licitè percipere , & ſuos facere : ita Cardin.*in Clement. Conſtitutionem,§. cæterum,in fine,de election.*Felin *in c.de Quarta, n.*33. *de præſcript*.Boër.*dec.*98.*n.*4.Nauar. *conſ.*41.*de homicid.conſ.*69.*& conſ.*97.*de Simon.& conſ.*14.*de Cler.excom.*Io.Vel.*de pœnis delict.c.*15.*ver.ſecundo ex prædicta doctrina*,Gutier.*li.*2.*Canonic.qu.c.*5.*à n.*7.Cæuall.*com. cõtra com,q.*569.vbi ſic deciſũ teſtatur,Gloſſã allegando inſignem,quã dicit Io.Vela *paulò antè* citatus,à nemine ante ipſum fuiſſe allegatam , in §.1.*in verbo minere , in fine , de inceſt.nupt.*quæ vult, priuatum per 15
ſententiam ſuos fructus facere medio tempore perceptos;& alij plures,quos citat , & ſequitur Garz.*de benef.par.*11. *cap.*10. *num* 48. vbi *numeris ſequentibus* multorum authoritate docet,ſecus eſſe in Clerico famoſum patrante delictum, pro quo ipſo iure dicitur beneficio priuatus,vt in aſſaſſino,in occidente Epiſcopum,proprium Prælatum , Cardinalem,&c.in his enim caſibus , quia ſententia , quæ indè profertur, Declaratoria appellatur,ſicque ad tempus delicti retrotrahitur,ad differentiam Priuatiuæ, quæ retrotrahi non poteſt , vt ex Coſta *ſuprà* diximus , fructus omnes poſt delictum à Clerico ipſo perceptos ſuos feciſſe dici non poteſt.

Et in feudatario committente crimen læſæ Maie- 16
ſtatis,quia ipſo iure,vt *ſuprà* diximus,feudi , ſuorúmque bonorum omnium amittit dominium ; fructus à die commiſſi criminis ſuos non facere delinquentem,ſed illos ad Principem offenſum ſpectare , dixerunt Doctores *in l.*1.*Codic.de his,quibus vt indig.* vbi Paul.de Caſtr.*num.*3. & Iaſ.*eod.num.* Tiraquel.*in l.ſi vnquam,in verbo, reuertatur. num.*268.*&* 272.*Cod.de reuocand. donat.* Bellug.*in ſpecul. Princip. rubr.*14. *§. nunc videam, num.*8. & *ibi* Borrel. noſter in *addit. lit.* C.Io.Vel.*loco cit.cap.*21.*verſ puniuntur autem, in fine,* Tel.Fernand.*in l.*4.*Taur.num.*45.Alfar.*de offic. Fiſcal. gloſ.*20.*§.*10.*n.*172.& Peregr. *de iur. fiſc.lib.*5. *tit.*1.*n.* 174.vbi diſtinguẽdo pro Regula tradit,quòd quoties pro aliquo patrato facinore venit quis bonis ſuis pri- 17
uandus ipſo iure,fructus ex bonis illis à die commiſſi delicti percepti ad Fiſcum ſpectabunt ; at in aliis criminibus , pro quibus delinquens bonis ſuis per ſententiam priuatur,fructus, non à die commiſſi delicti ; ſed à die ſententiæ prolatæ Fiſco quæruntur, ſicque medio tempore perceptos ſuos facere delinquentem; ſubdens *Peregr.*ità diſtinguere Curt. Sen. *conſ.*60.*n.*30.ſicquè etiam ſeruari apud Sereniſſimum illud Venetum Dominium.

Vndè pro marito in occurrenti controuerſia 18
firma remanet noſtra ſententia , quam in foro fori , ſuppoſita alimentorum præſtatione lite pendente , nullam poſſe pati difficultatem conſtantèr affirmo ; licèt in foro interiori ſatis de ea dubitarem : maximè quando ſeparationis iudicium ad longum tempus , viro calumnioſè dilatante fuerit protractum , prout in caſibus *dictarum* Rotæ *deciſionum.*

SVMMA

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium iure communi attento quomodò celebratur.*

Et quid attenta diſpoſitione Sacri Trid. Conc. *& num.2.*

3 *Denunciationes pro matrimonio celebrando an ſint de ſubſtantia matrimonij.*

4 *Matrimonium vt legitimè contractum dicatur ſufficit Parochi præſentia, quamuis diſſentiat.*

5 *Matrimonium attenta diſpoſitione iuris communis an dicatur legitimè contractum, ſi ſcriptura aliqua mediante, vir & mulier declarauerint, quòd inuicem matrimonium contrahant, & n.6.7.9.10. 12.& 14.*

8 *Conſenſus eſt cauſa efficiens & ſubſtantialis matrimonij.*

11 *Dictio* inuicem, *&* viciſſim, *quid importat.*

13 Concilium Tridentinum *non fuit publicatum in Ducatu Montenſi Archiepiſcopatus Coloniæ.*

ARGVMENTVM.

Matrimonium, attento Iure communi, nùm legitimè per verba de præſenti contractum dici poſſit, ſi ſcriptura aliqua mediante vir & mulier declarauerint, quòd inuicem matrimonium contrahunt, nec ſe fore ſeparandos, quouſque Deus, & mors ſeparet, ſic declarationem hanc propria manu ſubſcribentes; vbi deciſio *Sac. Rot. Rom.*

CAPVT CXXXI.

1 MATRIMONIVM Iure communi attento, quòd legitimè contractum intelligatur abſque alia ſolemnitate, eo ipſo, quòd vir & mulier inuicem promittunt, quòd ab eo tempore ſe pro coniugibus habebunt, eſt textus ſatis clarus, & vulgatus *in cap. ex parte, extra. de ſponſal. & matrim.* Idemquè ſi vir dixiſſet, *nolo aliam, niſi te in vxorem habere*, & mulier per eadem verba reſponderit: vel ſi dixerit vir, *promitto, quòd non dimittam te pro meliori, vel peiori*; ſic pariter muliere reſpondente; ità poſt Hoſtienſ. & Ang. docet. Syluest. *in ſumm. in verb. Matrimonium, il 1. num.10.* vbi addit, quòd quando de contrahentium mente, vel intentione conſtat, quòd voluerint maſculus & fœmina matrimonium contrahere, de verbis quoad Deum, & in foro conſcientiæ curandum non eſt: quia quoties contrahere intendunt; quocunque ſigno concomitante, ſemper eſt Matrimonium, adhùc ſi verba in conſenſum de futuro ſonarent.

Hoc tamen, vt dixi, de iure communi; ſecus verò attenta diſpoſitione Sacri Trid. Conc. *ſeſſ.24. c.1. de refor. matr.* quo ſancitũ habemus, tunc dici Matrimonium legitimè contractum eſſe, quando peractis à proprio contrahentium Parocho in tribus continuis diebus feſtiuis in Eccleſia inter Miſſarum ſolemnia tribus denunciationibus, vt Populo innoteſcat, inter quos erit matrimonium contrahendum, nullo ſe offerente impedimento, vir, & mulier in facie Eccleſiæ ſe præſentant, & coram Parocho, duobus, vel tribus teſtibus præſentibus, eorum mutuum conſenſum ad eiuſdem Parochi interrogationem præcedentem declarent; quo intellecto, dicat Parochus, *Ego vos coniungo in matrimonium, in nomine Patris, &c.* 2

Eſt tamen verum, pro intelligentia huius ſacroſanctæ diſpoſitionis, denunciationes non eſſe ità de ſubſtantia, aut forma, vt earum omiſſio vitiet matrimonium ſine illis contractum, ſed tantùm grauiter peccare Parochum ſic matrimonium ſine legitima cauſa celebrantem; ità Nauar. *in ſumm. cap.22. num.70. verſ. ſecundò aduertendum, & conſ.17. n.4. de ſponſal. in nouis,* Sanchez *de matrim. lib.3. diſput.5.* Rot. *deciſ.390. n.5. par.2. in collect.* per Farinac. *& dec.241. num.12. in collect.* per Poſtium *poſt tract. de manuten.* & alij infiniti, quos refert Barboſ. *in collect. ad Conc. Trident. d. cap.1. n.28. & 29.* 3

Sic pariter nec dici poteſt, Matrimonium non fuiſſe legitimè contractum ex eo, quòd Parochus virum, & mulierem de eorum mutuo conſenſu non interrogauit; cùm ad ſubſtantiam matrimonij ſufficiat eius præſentia tantùm, quamuis ſit ille compulſus, & doloſè ad certum locum ductus; dummodò probè intelligat contrahentium verba, licèt ipſe nulla verba proferat, imò aures claudat, & affectatè contrahentium conſenſum non audiat, nequè intelligat; ità pluribus relatis docet Rot. *deciſ.431. tom.2. par.4. recent.* vbi Addentes, *& dec.625. tom.3. eiuſdẽ part.4. recentior.* Ricc. *par.1. prax. Eccl. reſol.215.* & de anno 1591. declarauit Sacra Concilij Congregatio ad interpretationem *d. cap.1.* & per hæc verba, *Congregatio Concilij cenſuit, Matrimonium coram Parocho, & teſtibus contractum, niſi aliud obſtet, validum eſſe; quamuis Parochus inuitus interfuerit, & alia de cauſa, quàm vt matrimonio intereſſet à contrahentibus accerſitus fuerit, cùm tamen ad actum matrimonij verè, & formaliter fuerit adhibitus.* 4

Sed attenta in matrimonijs contrahendis diſpoſitione iuris communis, quo nulla eſt certa forma determinata, & in illis Catholicæ Religionis Prouinciis, in quibus hoc *Sacrum Tridentinum Concilium,* Eccleſiæ Sanctæ Dei lumen, non fuit publicatum, quæritur eleganter, an matrimonium legitimè per verba de præſenti contractum dici poſſit, ſi ſcriptura aliqua mediante, vir, & mulier declarauerint, quòd inuicem matrimonium contrahunt, nec ſe fore ſeparandos, quouſquè Deus, & mors ſeparet, ſic declarationem hanc propria manu ſubſcribentes? & affirmatiuè reſoluit Rota *ſub die 22. Ianuarij 1640. in vna Colonienſ. Matrimonij, coram Eminentiſſimo D. Cardinale PanZirolo, tunc Sacra Rota digniſſimo Auditore*, & per hæc notabilia verba, adhùc alibi non impreſſa. 5

22 *Ianuarij* 1640.

Degenardus, & Margarita apocham exararunt per hæc verba, *Nos Degenardus à Buiren, & Margarita à Bauruninckel profitemur coram Deo, & hominibus,* 6

nibus, quòd nobis inuicem matrimonium addicimus, & contrahimus, nec nos ſeparaturos, quouſquè nos Deus, & mors ſeparet; quod promitto Ego Margarita, viciſſim Ego Degenardus, ſub priuatione ſalutis vtriuſquè noſtrum; atquè ità commendamus nos inuicem in fidem, & patrocinium Altiſſimi, &c. quam apocham propria manu ſubſcripſerunt.

7 Cùm autem Degenardus inſtaret, quòd Margarita ſibi vti vero coniugi obſequia præſtaret, Margarita verò prætenderet, quòd apocha ſolùm contineret promiſſionem de contrahendo, non autem matrimonium ratum; Degenardus eam conuenit coram Officiali Colonien. qui ſeruatis ſeruandis pronunciauit, apocham prædictam continere matrimonium ratum, non autem promiſſionem de contrahendo, quæ ſententia fuit poſtea tam à Domino Nuntio Apoſtolico ibi degente, quam tertio loco ab Epiſcopo Ruremundenſi confirmata, ac demùm illarum executio Archiepiſcopo Moguntino in vim reſcripti Sanctiſſimi demandata, quatenus ei conſtaret de tribus, provt de illis conſtare pronunciauit.

8 Verùm quia, prædictis non obſtantibus, Margarita cauſam mihi committi obtinuit, ſub prætextu reſtitutionis in integrũ ex capite notoriæ iniuſtitiæ; dedi dubium, an inter prædictos conſtaret de matrimonio valido, & poſt plures cauſæ propoſitiones pro Affirmatiua reſponſum fuit, quia ex dicta apocha vtriuſque manu ſubſcripta viſum eſt apparere de mutuo eorundem conſenſu, importante matrimonium, qui conſenſus eſt illius cauſa efficiens, ac ſubſtantialis; *cap. cùm locum, cap. cùm apud, cap. cùm tua, de ſponſal. & matr. can. ſufficiat, 27. quæſt. 2.* Card. *in cap. ad id, num. 1. verſ. ratio decidendi*, vbi Abb. *num. 4. de ſponſal. l. nuptias, ff. de reg. iur.* Pariſ. *conſ. 86. num. 39. lib. 3.* Spino *in ſpec. teſtam. gloſ. 1. num. 1. & ſeqq.* Sanchez *de matrim. lib. 2. diſput. 1. num. 4.* Gutier. *eod. tract. cap. 46. num. 1.* Mantic. *de tac. lib. 20. tit. 1. num. 8. & tit. 3. num. 7.* Grat. *diſcept. 754. num. 39.* Rot. *deciſ. 687. num. 2. par. 2. rec.* ità vt ſtante conſenſu copula non requiratur, *l. nuptias, ff. de reg. iur.* Abb. *in cap. licèt, num. 4. de ſponſ. duorum*, Caualer. *deciſ. 166. num. 4.*

9 Quòd autem apocha contineat mutuum conſenſum importantem matrimonium de præſenti, ex eo deducebatur, quòd coniuges vtuntur his verbis: *Nobis inuicem matrimonium addicimus, & contrahimus, &c.* qui autem coram Deo profitetur, ſe matrimonium contrahere, dicitur præſtare conſenſum actui de præſenti, non autem promittere actum de futuro: ad probandum enim matrimonium ſufficit, quòd verba inter coniuges prolata poſſint importare mutuum conſenſum, inſpecta eorum ſignificatione; iuxta text. *in cap. ex parte, c. ex literis, cap. tuæ, de ſponſal.* Gloſ. *in can. ſi quis, 30. quæſt. 1.* & dixit Rot. *in Granaten. matrimonij 28. Aprilis 1636. coram R. P. D. meo Veroſpio*, ea ratione, quia cùm ad contrahendum matrimonium de iure non ſit determinata certa forma, ſatis ſit, quòd conſenſus quoquo modo exprimatur; Card. *in Clem. vnic. num. 10. ad fin. verſ. quia nulla ſunt, de conſang. & affin.* Lap. *alleg. 56. num. 17.* Rot. *deciſ. 74. num. 2. ante med. verſ. nulla enim: par. 4. recent.*

10 Præterea ponderabatur, quòd ſtatim poſt verbum *contrahimus*, ſubdunt coniuges illa verba; *nec nos ſeparaturos, quouſquè nos Deus, & mors ſeparet: &c.* dum enim nolunt ſe poſſe ſeparari ab alio, quàm à morte, ſignum eſt, quòd ſe indiſſolubiliter in matrimonium coniunxerunt, cum de eſſentia matrimonij tam rati, quàm conſummati ſit, durare vſque ad mortem; vt *in cap. vnic. de voto, in 6.* & ſtatuit Sacr. Concil. Trid. *ſeſſ. 24. de matrim.* latè Sanchez *in ſuo tract. lib. 2. diſput. 13. ſub num. 4.* quem etiam intellectum fortius confirmant illa verba apochæ, ibi, *quod promitto Ego Margarita me obſeruaturam, viciſſim Ego Degenardus ſub priuatione ſalutis vtriuſque noſtrum*: hæc enim mutua reſponſio inter contrahentes videtur importare Matrimonium de præſenti, non autem ſponſalia, iuxta tradita per Doct. *in cap. ex parte, de ſponſal.* Iaſ. *in l. actione, ſub num. 4. verſ. item ad prædicta*, vbi Dec. *ſub num. 7.* teſtatur de communi, *C. de tranſact.* Alex. de Neuo. *conſ. 8. num. 4. verſ. quid deponunt*, Dec. *conſ. 162. num. 1 verſ. nonnè eſtis, lib. 1.* Ferret. *conſ. 79. num. 7. in fin. cum ſeq. l b 1.* Caputaq. *deciſ. 24. lib. 2. in manuſcript.* Seraphin. *deciſ. 270. num. 1.* vbi etiam de communi, & reprobat opinionem *Couar.* contrarium tenentis.

Vlteriùs mutuus conſenſus inter prædictos clarè 11 videbatur elici ex dictionibus *inuicem*, & *viciſſim*, ſæpiùs in tam breui apocha repetitis; ibi, *inuicem matrimonium addicimus*, & ibi, *viciſſim Ego Degenardus*, & ibi, *atque ità commendamus nos inuicem, &c.* ità vt de mutuo conſenſu non liceat dubitare, cùm ſimus in matrimonio, & in dubio pro eo ſit præſumendum; vt poſt Butr. *in d. c. ex parte, num. 10. poſt med. verſ. ſi ſine dictione, de ſponſal.* tradit Menoch. *lib. 3. præſumpt. 3. in fin.*

Non obſtat, quòd apocha, de qua agitur, cùm 12 ſit Germanico ſermone concepta, verbum *vertrauen*, in ea appoſitum, à Scribentibus pro Margarita dicatur importare ſponſalia, non autem Matrimonium: quia vltra quòd ex tribus ſententiis conformibus prolatis in partibus ad fauorem Degenardi conſtat de contraria dicti verbi intelligentia; nihilominus cùm agatur de cauſa matrimoniali, pro cuius deciſione nulla diligentia videtur ſuperuacanea; Domini ordinauerunt, vt apocha à duobus Viris omni exceptione maioribus de partium conſenſu eligendis interpretaretur, provt Partes vnanimi conſenſu ad hoc elegerunt Patrem Aſſiſtentem Germaniæ Societatis IESV, ac Patrem Pœnitentiarium inferioris Germaniæ in Eccleſia S. Petri de Vrbe, cum facultate in caſu diſcordiæ eligendi tertium Peritum de partibus vicinis Coloniæ, qui Patres vnanimi voto apocham interpretati ſunt, provt ſuperiùs poſita fuit; affirmantes inſuper, d. vocem Germanicam *vertrauuen*, ſe non eſſe interpretatos per verbum *deſponſamus*, quod latius patet, quàm idiotiſmus patriæ, hoc eſt Germaniæ inferioris patiatur, ſed per verbum *contrahimus*, quod dictionis, *vertrauuen*, propriam, ac genuinam ſignificationem in materia conſenſus in matrimonium ex vſu patriæ plenè reddit, & exhaurit; & proinde Idiotæ præſertim, & Vulgares homines malint hoc ſermone *vertrauuen* in matrimoniis contrahendis vti, quàm aliis quibuſuis plenioribus, & ſimplicioribus verbis; puta *in vxorem, & maritum accipere.*

Poſt quam interpretationem cùm Scribentes pro Margarita allegauerint, quòd prædicti Patres interpretati quidem fuerint apocham, quæ reperitur in proceſſu confecto in prima inſtantia coram Officiali Colonienſ. non autem illam, quæ eſt in proceſſu coram me producto, Domini ordinarunt, vt ad interpretationem apochæ coram me deueniretur, quocircà Patres prædicti retulerunt, ſingrapham Germanicam ab ipſis interpretatam, eſſe eiuſdem omninò tenoris, & de verbo ad verbum concordare cum alia, quæ reperitur in proceſſu coram me producto, ità vt eadem interpretatio vtrique conueniat, quapropter cùm ex verbis apochæ reſultet matrimonium ratum, non autem ſponſalia, vt *ſuprà* firmatum fuit, procedendum eſt iuxta terminos

minos *cap. ex literis, il primo, de ſponſal.& matr.* vbi quòd verba obſcurè prolata ad communem intelligentiam ſunt reducenda, ità vt qui illa protulerunt, cogantur poſtea in eo ſenſu retinere: & facit text. *in l.non aliter, ff. de leg.*3. Couat. *in epit.ſuper* 4. *Decret.p.*2. *cap.*4. §.1. *num.*4. *verſ. vel ſi communis*, Gutierr. *can. quaſt. lib.*1. *cap.*21. *numer.*3. vbi de communi, Sanchez *de Matrim. lib.*1. *diſp.*18. *in fin.* & *num.*26. Rot. *deciſ.*121. *num.*23. *verſ. vel quando, par.*1. *diuerſ.* Seraph. *deciſ.*140.

13 Nec refragatur, quòd cùm hoc matrimonium non fuerit contractum iuxta formam præſcriptam à Sacr.Concil.Trid. *ſeſſ.*24. *cap.*1. *de reform.* non videatur attendendum: Quia cum in Ducatu Montenſi Archiepiſcopatus Coloniæ, *Concilium* non fuerit publicatum, vt conſtat ex atteſtatione in forma authentica tranſmiſſa, *Concilij* diſpoſitio non ligat, vt habetur *in fine decreti publicationis in eo appoſiti*; & ideò ſufficit, ſi matrimonium ſit contractum iuxta diſpoſitionem iuris antiqui: ita Sanchez *de matrim. lib.*3. *diſp.*18. *num.*1. Pontius de Leon. *eod tract. cap.*7. *num.*7. *lib.*5. Seraphin. *deciſ.*189. *num.*3. Rot. *deciſ.*610. *num.*4. *p.*5. *recent.*

14 Minùs releuat, quòd Margarita à Degenardo non requiſita ſponte aliam apocham confecerit, ex qua videtur colligi, quòd inter ipſos non interceſſit matrimonium de præſenti, ſed tantùm ſponſalia: quia apocha prædicta videtur potiùs continere tranſactionem ſuper lite facta occaſione dicti matrimonij, quàm receſſum à matrimonio. Idquè euidenter ex eo conſtat, quòd Degenardus poſt aſſertam concordiam, litem proſequutus eſt,& pro validitate ſui matrimonij tres ſententias fauorabiles reportauit, & in Rota illarum confirmationem, ac exequutionem inſtanter petit, vltra quòd quando etiam Degenardus à matrimonio recedere voluiſſet, non potuiſſet, cùm non ſit in poteſtate Partium à matrimonio recedere; iuxta vulgat. *Quos Deus coniunxit, homo non ſeparet.* §.1. *Inſtit. de nupt. cap. illud, in fin. de præſumpt. cap. ſuper eo, de eo, qui cognouit conſang.* Sanchez *de Matrim. lib.*2. *diſp.*1. *num.*1. & 8. Mantic. *de tacit. lib.*12. *tit.*17. *num.*7. *cum ſeq.* & in terminis, quòd non poſſit tranſigi ſuper matrimonio iam contracto ad illud diſſoluendum, eſt text. *in cap. fin.* & ibi Gloſ. *verb. Sacram. de tranſact.*

Non obſtat, quòd ſi Margarita verè cum Degenardo matrimonium contraxiſſet, ad alias nuptias non conuolaſſet, nec cum alio ſe carnaliter copulaſſet; quia credulitas Margaritæ quòd primæ non eſſent nuptiæ, ſed ſponſiones, non facit, quòd ipſa licitè ad ſecundum matrimonium deuenire potuerit, cùm in hac materia, non opinio partium, ſed veritas per Eccleſiæ iudicium ſit attendenda. Et ità, &c.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium ſi quis malis artibus contraxerit, an pœna aliqua puniri poſſit.*

2 *Conſenſus parentum an requiratur in matrimoniis perficiendis.*

3 *Mala multa oriuntur ex matrimoniis, quæ malis artibus contrahuntur.*

4 *Statutum puniens Matrimonium contrahentem cum aliqua puella abſque illius patris conſenſu, an ſubſiſtat.*

5 *Matrimonium, quod inter fideles contrahitur, quandoque Deo Omnipotenti gratum non eſt, ex ſententia* Card. Bellarmin.

6 *Liberum eſſe ad malum faciendum, potiùs imperfectio eſt libertatis.*

7 *Sponſalia ſi malis artibus contracta ſunt, omninò veniunt dirimenda.*

8 *Iuſtitia ad malum faciendum non obligat.*

9 *Conſtitutio Regni,* Sancimus, *ſub* tit. de matrim. contrahendis, *quid diſponat, annuitur.*

10 *Matrimonium contrahere abſque parentum authoritate, eſt contra ciuilem, & naturalem rationem.*

ARGVMENTVM.

Matrimonium ſi quis furtim, ac malis artibus contraxerit, nullo præcedente patris, vel matris puellæ conſenſu, nùm Principis ſecularis arbitrio pœna aliqua puniri poſſit.

CAPVT CXXXII.

MAtrimonivm furtim, ac malis artibus ſi quis contraxerit, nullo præcedente patris, ſiue matris puellæ conſenſu, dubitatur, an Principis ſecularis arbitrio pœna aliqua puniri poſſit? 1

Reſpondeo, citra omne dubium affirmatiuè, ratione publici ſcandali,& iniuriæ, quam parentes paſſi ſunt; nam quamuis attento nouiſſimo iure Sacri Trid. Conc. *ſeſſ.*24. *cap.*1. *de reformat. matrim.* nullus parentum conſenſus in matrimoniis perficiendis requiratur, indéque ſtatutum, vt matrimonij eſſentia in ſolo coniugum conſenſu, & Parochi præſentia, cum duobus, vel tribus teſtibus conſiſtat; attamèn ex receptiſſima DD. ſententia negari non poteſt, quin hi tales, qui ſic furtim, & malis artibus contraxerunt, mortalitèr peccauerint; ità poſt Sanch. Ægid. de Coninch. & Vazqu. docent Gaſp. Hurtad. *de matrimon. diſput.*6. *difficul.*10. & Auguſtin. Barboſ. *in collect. ad præcit. cap.*1. *Sacr. Trid. Conc. num.*2. 2

3 Etenim matrimonia hęc dùm ſecretò celebrantur, & vt plurimùm per procuratores, quos puellæ parentibus inſcijs conſtituunt, certo modo Clandeſtina appellantur, indéque ſcandalum Reipublicæ, odium parentum in filios, diſſenſiones inter conſanguineos, cæteraquè magni ponderis mala oriuntur. Videatur, quæſo, *Didacus Perez*, Doctor Hiſpanus; qui hæc omnia benè obſeruauit ad *l.*1. *tit.*1. *lib.*5. *ordinam.* vbi etiam notabilitèr dicit, quòd quamuis laicorum Statutum puniens contrahentem Matrimonium cũ aliqua puella abſque patris, vel matris conſenſu, 4 non ſubſiſtat; ex Io. Andr. *in cap. Statutum, de hæret. in* 6. attamèn, quia bonos mores omnium concernit, & maximè prudentum; tenet, non quia matrimonii ſubſtantiam vetet (hoc enim ſolius ſummi Paſtoris eſt) ſed quia punit malos mores, & in Republica facinora ſeminantes.

Hinc magnus Cardinalis Bellarm. *de matrimonij ſacram.*

5 *tram. lib.1.capit.26.col.3.verſ. ſic igitur*, exiſtimauit,
Matrimonium, quod inter fideles contrahitur, quan-
doquè Deo Omnipotenti gratum non eſſe ; ſi
enim, dicit ipſe, ad libidinem explendam temerè, ſi-
ne patris, vel matris conſilio coniugium ineatur,
non erit author Deus, ſed Diabolus, vnde Princeps
ſecularis debet quantum poteſt tale matrimonium,
quod abſque ratione inuitis parentibus, & conſan-
guineis contrahitur, impedire, & Iudex Eccleſiaſticus
non ſolùm ex obligatione correctionis fraternæ ; ſed
etiam ex proprio paſtorali officio talia connubia
diſſuadere tenetur : docet P. Rebellus *de obligation.
iuſtitiæ, lib.2.tract. matrim.quæſt.14.ſect.1.col.3. verſ.
at dices*; nec ex hoc, addit hic *Doctor*, matrimonij li-
bertatem lædi; nam potiùs illa regulatur, & perfici-
tur, dum pater, vel mater ex officio, quo tenetur, cu-
6 rat, vt filia non malè, ſed benè nubat ; etenim eſſe
quem liberum ad malum faciendum, potiùs imper-
fectio eſt libertatis, & defectus, quàm conditio ne-
ceſſaria ; alioquin ſi neceſſarium eſſet ad libertatem,
vt quis poſſet facere malum, nec Deus, nec Angeli
Sancti, liberi dicerentur, vt ait D. Bernard. *lib. de gra-
tia, & libero arbitr.* ſiquidèm nec Deus, nec Angeli
poſſunt malè vti ſua libertate, cùm tamen perfectiſ-
ſima libertate præditi ſint, ſicque concludit *P. Re-
bellus*, nullatenus ab Eccleſia bonorum morum, ac
probitatis magiſtra facultatem filiabus in parentum
poteſtate manentibus concedi debere, ad cum pec-
cato contrahendum, idemquè affirmant P. Baſil. de
Leon, *lib.2.de matrim.cap.1.§.2.n.27.& 28.* & Iacob.
Menoch. *conſ.96.lib.1.à n.32.*

7 Quibus ſic conſideratis, putarunt aliqui, quod ſi
malis artibus ſponſalia eſſent contracta, illa omninò
dirimenda eſſe, ſi exindè graues inimicitiæ, & odia
inter conſanguineos ſponſi, & ſponſæ oriri poſſent;
ita Bonac. *quæſt.1.punct.2. tract. de magno matrim. Sa-
cram.* & Nauar. *eod. tit. cap.22. num.27. circa finem.*
8 Ratio aſſignatur, nam iuſtitia ad malum faciendum
non obligat : quòd autem malum ſit matrimonium
cum aliorum ſcandalo celebrare, exclamant P.
Sanch. *lib.1. de matrim. diſp.14.num.2.* Emmanuel Sà
in verb. reſtitutio, num.24. Vazqu. *de reſtit. cap.3.§.1.
dub.2.num.17.* Reginal. *lib.31.num.255. & 264.* Co-
ninch. *diſp.23.dub.8.num.68.* Azor. *inſtit. moral.3.par.
lib.5.quæſt.3.* & alij penes Io. Gutierr. *de matrim. ca-
pit.4.num.4.* qui loquitur etiam, vbi virginis deflo-
ratio ſub matrimonij ſpe ſequuta eſſet, & quòd inter
contrahentes nulla ſit diſparitas : quod paritèr pla-
cuit Sanch. *diſp.14.n.3.*

9 Vndè *Rogerius* olim Rex noſter, volens mala hæc
in hoc Regno euitare, particulari lege ſanciuit, ne-
ceſſitatemque ſub grauiſſimis pœnis vniuerſis ho-
minibus Regni impoſuit, & maximè Nobilibus, vt
matrimonia ſolemnitèr, & publicè celebrarentur; ita
cautum eſt in *Conſtit. Sancimus, ſub tit. de matrim. con-
trah.* & habetur etiam in *Cap. Regis Roberti*, quod in-
cipit, *Non ſine mortalis*, vbi Io. Ant. de Nigris *num.49.*
ex Bald. *in l. vnica, num.17. Cod. de rapt. virg.* notat,
eum, qui cupit aliquam in vxorem ducere, teneri
10 tam de iure, quam de conſuetudine puellæ parentes
requirere ; nam contra ciuilem, & naturalem ratio-
nem eſſe abſque parentum authoritate nubere, ſcri-
pſit Imperator *in §.1. Inſtit. de nupt.* quis enim non
videt, ex matrimonio, inſciis, vel inuitis parentibus
puellæ contracto, eiſdem grauem iniuriam inferri,
ſaltem propter iacturam virginalis pudoris propria-
rum filiarum ? ad tradita per D. Ambroſ. *in can. hono-
rantur; 32.quæſt.2.* & per Couar. *de ſponſal.2. par.§.8.
num.1.* & ſucceſſiuè dum quis ſic temerè contrahit,
vt ad aliorum exemplum trahatur, Principis arbitrio
venit omninò puniendus.

SVMMARIVM.

1 *Meliorationes in feudo facta, ſi inſeparabiles ſunt, defuncto feudatario meliorante cum duobus hæredibus, altero in feudo, altero in allodio, illarum æſtimatio ad hæredem in allodio ſpectat.*

Sed quodnam tempus in æſtimatione facienda ſit inſpiciendum? num.2.3.4.5.6.7.8.9.10.11.15.& 16.

12 *Succeſſor Maioratus, qui illum meliorauit, recuperat valorem, & æſtimationem meliorationum ſecundùm tempus ſolutionis.*

13 *Emphyteuta, emphyteuſi finita, meliorationes in re factas à directo domino recuperat, reſtitutionis inſpecto tempore.*

14 *Poſſeſſor alicuius rei, hypothecaria conuentus, eoque condemnato, recuperat meliorationes in re factas, iuxta æſtimationem temporis condemnationis.*

17 *Maritus, qui matrimonio conſtante meliorauit fundum dotalem, eo demum ſoluto, recuperat meliorationũ æſtimationes, habito reſpectu ad tempus reſtitutionis dotis.*

18 *Exceptio meliorationum oppoſita poſt ſententiam condemnatoriam ad relaxandũ, an illius exequutionem impediat, & numer.19.*

ARGVMENTVM.

Meliorationes inſeparabiles in feudo factæ, quæ per Hæredem in feudalibus hæredi in allodio ſoluendæ ſunt, cùm venerint æſtimandæ, quodnam tempus inſpiciendum ſit, reſtitutionis forſan, an verò illud quo impenſæ factæ ſunt? cuius occaſione latè tractatur hæc meliorationum æſtimatio, pro ornatu, & declaratione text. in *l. in fundo 39. ff. de rei vendicat.* & in *l. Domos 61. ff. de legat.1.* Item exceptio meliorationum an ſententiæ exequutionem impediat.

CAPVT CXXXIII.

MELIORATIONES in bonis feudalibus 1
factæ, ſi inſeparabiles ſunt, defuncto feudatario meliorante cum duobus hæredibus, altero in feudo, altero verò in allodio, certum eſt de iure, quod illarum æſtimatio ad hæredem in allodio ſpectat; ita Reg. de Pont. *conſ.52.num.r.34. ad finem*, Scrader. *tract. de*

feud.2.

feud.2.par.11.principal. quaſt.5. num.47. & per alios paſſim.

2 Sed quæſtionis eſt, quonam modo ſit facienda æſtimatio hæc, vt ſcilicèt illud ſoluatur, quod impenſum eſt, vel potiùs meliorationum valor ſit attendendus, mortis feudatarij tempore inſpecto?

Doctores noſtri in articulo generali proponunt quæſtionem, cùm meliorationum æſtimatio ſit poſſeſſori melioranti ſoluenda, vel eius hæredibus, quodnam ſit tempus attendendum, an præteritum, factæ nimirum meliorationis, quod eſt quantum in meliorando expenſum eſt; an verò præſens, quanti meliorationes æſtimantur? Sunt enim, qui putarunt, præteritum tempus eſſe inſpiciendum, & ſic vt illud tantùm ſoluatur, quod in meliorando impenſum eſt, ità vt ſi centum expendero, ob quam impenſam res eſt in ducentis meliorata, centum duntaxat debeantur; & è contra, ſi expendero biſcentum, ſed fundus non niſi in centum fuerit melioratus, vt non niſi centum repetere poſſim; ſic ſanè attenta diſpoſitione tex. *in l. in fundo 39. ff. de rei vend.* ſcripſerunt Gloſſ. *ibidem, in verbo, plus pretio*, Abb. *in cap. 1. de reſtit. in integr. & in cap. quod quibuſdam, de fideiuſſor.* Felin. *in cap. cùm cauſa, num. 28. de re iudic.* & *in conſ. 42. num. 9.* vbi dixit, quòd ſi plantata reperitur vinea, quæ præſenti inſpecto tempore fertiliſſima eſt, id quod nunc valet, plantanti ſoluendum non eſt; ſed id tantùm, quòd in plantatione impenſum eſt; Paul. de Caſtr. *conſ. 270. col. 3. verſ. & per l. in fundo, lib. 2.* Curt. Iun. *conſ. 144. num. 7. lib. 2.* Ant. Capyc. *deciſ. 93. num. 9.* Burſat. *conſ. 11. numer. 40. & conſ. 71. num. 22.* Brun. *conſ. 106. in fine*, Syluan. *conſ. 45. num. 75.* Marzar. *tract. de fideicom. quaſt. 65. verſ. regula enim eſt*, vbi dicit, ità per Rotam Florentinam iudicatum, Neguſanz. *tract. de pignor. 4. membr. 5. par. num. 11.* Alciat. *conſ. 186. num. 7.* Ioſeph. Ludouic. *deciſ. Peruſ. 58. num. 15.* Garz. *tract. de expenſ. & meliorat. cap. final. num. 1.* Tiraquel. *tract. de retract. conuent. §. 7. num. 8.* Ant. Gam. *deciſ. 137.* Petr. *tract. de fideicom. quaſt. 15. num. 271.* Gratian. *deciſ. March. 225. num. 19. verſ. licèt ſecundùm alios*, vbi plures citat, Fuſar. *tract. de ſubſtit. quaſt. 669. numer. 4.* aliiquè paſſim.

3

4 Contrariam verò ſententiam, nimirùm, vt in æſtimandis meliorationibus, ſit reſtitutionis, & ſic præſens tempus attendendum, non autem quod in meliorando impenſum eſt; per text. expreſſum *in l. domos 61. ff. de legat. 1.* fundarunt *ibidem* Iacob. de Aren. Bart. Bald. Ang. Paul. de Caſtr. Imol. Alex. Iaſ. & alij, Boër. *deciſ. 44. numer. 12.* Crauet. *conſ. 792. num. 12.* Rol. *conſ. 28. numer. 14. lib. 1.* Natt. *conſ. 28. & 323. num. 11. lib. 2.* Aluar. Valaſc. *de iur. emphyt. quaſt. 25. num. 28.* Bertaz. *conſ. 79. num. 15.* Dom. de Franch. *deciſ. 109.* Theſ. *deciſ. 251. in fine*, vbi ſic deciſum teſtatur, Ruin. *conſ. 117. lib. 3.* Menoch. *de arbitr. caſu 258. n. 51.* vbi pro hac opinione vigintiquinque connumerat Doctores, & *de Recup. remed. 15. num. 557.* Molin. *de Hiſpan. primog. cap. 26. num. 13. lib. 1.* poſt Gomez. *in l. 46. Taur. numer. 3.* Coſt. *de remed. ſubſidiar. remed. 99. n. 6.* Gayl. *pract. obſer. lib. 2. obſeru. 21. nu. 12.* & alij penès Mareſcot. *variar. reſol. lib. 2. cap. 114. n. 4. & 5.* & Barz. *deciſ. 23. n. 15.*

5 Quid dicendum? inuenio Recentiores noſtros de his agentes pro dictarum opinionum ad inuicem pugnantium conciliatione, varia vſos eſſe diſtinctione; ſunt enim, qui putarunt, diſtinguendum eſſe inter meliorationes in prædio ruſtico, & inter illas in vrbano factas, vt primo caſu procedat prima opinio, in ſecundo verò altera: diſtinctionis rationem aſſignant; quia in prædio ruſtico factis expenſis in meliorando, incrementum, quod ex illis demùm contigit, cauſatur à ſolo, ac proindè æſtimatio fieri debet, detracto melioramento ſucceſſiuo ab ipſo ſolo, & ſic peractæ impenſæ tempus venit attendendum, non ſic in prædio vrbano, vbi augmentum ex alio cauſari poteſt, ſic enim ex ſententia Cæſar. de Vrſil. *in add. ad Afflict. deciſ. 87. num. 3.* & aliorum, diſtinguit Maugil. *tract. de euictione. cap. 176. num. 27.* poſt Barz. *deciſ. 23. num. 16. verſ. in quorum omnium æſtimatione.*

Alij autem diſtinguunt inter augmentum pretij, & valoris fundi contingens ex cauſa melioramentorum ſupra menſuram impenſæ, & aliud contingens in pretiis rerum in fundo expenſarum, vt primo caſu reſtituendum ſit impenſum tantùm, & reliquum cedat Domino rei; in ſecundo verò reſtitutionis tempus eſſe attendendum: ſic ratiocinatus eſt Peregr. *tract. de fideicom. art. 50. num 72.* de quo memor fuit Maceraten. *var. reſol. lib. 1. reſol. 23. n. 11.* 6

Alij fuerunt in opinione, vt diſtinguendum ſit inter expenſas voluptuarias, & neceſſarias; vt primo caſu procedat prima opinio, vt nimirùm ſit attendendum, quod impenſum eſt, & ſic tempus erogatæ impenſæ; in ſecundo verò altera, tempus ſcilicèt reſtitutionis, & cum hac diſtinctione Senatum Pedem. tranſiuiſſe, dicit Gaſp. Theſ. *in addit. ad Patrem, relata deciſ. 251.* 7

Alij & tandem in huius controuerſiæ reſolutione exiſtimarunt, eſſe totum Iudicis arbitrio remittendum, qui Iudex tempora omnia, & qualitates conſiderare debeat; ſic ex aliorum ſententia putauit Macerat. *citat. reſol. 23. num. 15.* 8

Sed his reiectis diſtinctionibus, quæ verè ſunt de vento, dic; *Doctores* pro vtraque opinione relatos (ſi benè illorum perpendamus dicta) rectè loquutos fuiſſe: etenim illi, qui putarunt, tempus factæ meliorationis eſſe attendendum, & ſic vt illud tantùm ſoluatur, quod impenſum eſt, non autem quod melioratum, ſi plus eſt, pro eorum fundanda ſententia allegant text. *in d. l. in fundo, ff. de rei vend.* dic tu terminis *illius text.* ab hac opinione recedi non poſſe; loquitur enim in conuento rei vendicatione; & diſponit, quòd quoties quis hoc iudicio conuenitur, qui putans ſe eſſe dominum, cùm verè non eſſet, rem, ſuper qua mota eſt controuerſia, bona fide meliorauit, condemnato ad relaxandum, quod in meliorationibus impenſum eſt, venit illi per rei dominum exburſandum: huius diſpoſitionis ratio eſt manifeſta, quia expenſæ à Domino factæ non fuerunt, ſed tantùm à ſimplici poſſeſſore, qui propter dominium, quod nunquàm habuit, aliud recuperare non poteſt, niſi quod verè expendit, ad inſtar negotiorum geſtoris; nam quod eſt melioratum, cedit ei qui dominium habet; & ità ſtando in puris terminis *dicta l. in fundo*, primam opinionem incontrouertibilem eſſe dico. 9

Illi autem, qui contrariam firmarunt ſententiam, vt nimirùm ſit attendendum quod eſt melioratum, non autem quod impenſum, benè etiam reſponderunt; loquuntur enim in hærede grauato, qui in bona grauamini ſubiecta conditione pendente meliorauit, & ex diſpoſitione text. *in d. l. domos 61. ff. de legat. 1.* ſecundùm magis communem intellectum, non quod impenſum eſt, ſed id, per quod pretioſior facta res eſt reſtitutionis tempore, fideicommiſſarius ſoluere tenetur: & quamuis noſter Præſ. de Franch. *in allegata deciſ. 109.* in terminis *d. l. domos*, aſſerat *num. 5.* per Sacrum Conſilium non fuiſſe deciſum, quid veniat ſoluendum, quando meliorationes excederent pretiũ, quod impenſũ fuit quia (dicit ipſe) quòd raro accidit; id benè dixit in caſu ſuo, dum loquitur de meliorationibus in prædio vrbano factis, vbi 10

vbi in temporis progreſſu poteſt æſtimari augmentum minus eo, quod impenſum eſt; ſecus autem in ruſticis, in quibus ſemper tempus contrarium operatur, ac proindè id etiam in illis prædiis, nimirùm, vt id ſoluendum ſit, quod eſt melioratum, aſſerere debemus. Rationem aſſignant *Doctores* diſpoſitionis *d.l.domos*, quia in his hæres conſideratur habere dominium, quamuis ſolubile, quod non eſt in poſſeſſore, attenta diſpoſitione *d. l. in fundo*, & ſi hæc ratio dominij facit, vt in æſtimandis meliorationibus per hæredem grauatum factis, reſtitutionis tempus ſit attendendum, à fortiori erit idem dicendum in omni perſona, quæ vel rei dominus, & verè habens dominium meliorauit, vt benè reſoluit Florez Diaz de Men. *in addit. ad cit. Ant. Gam. deciſ.*137. *circa finem*, ibi, *Communis reſolutio eſt, quòd poſſidens cum titulo valido, & vt Dominus ſaltem vtilis, deducit valorem melioramentorum, ſecundùm tempus præſens: poſſidens verò pro poſſeſſore, & cum titulo inualido, ſolum deducit quod expenſum eſt, niſi expenſa ſit maior, quàm præſens melioramentorum valor, & ſic dicit practicari Aluar. Valaſc. vbi ſuprà, & iuxta eius dicta intelligenda eſt præſens deciſio; aliàs contra communem opinionem loqueretur.* Hæc ille.

11 Et ſic clarè patet, quòd vbi, qui meliorauit, rei habebat dominium, meliorationum deducit valorem, præſenti inſpecto tempore, non autem præterito, quo in meliorando impenſum eſt: quódque hoc verum ſit, videmus ſic ſemper *Doctores* in caſibus particularibus reſpondiſſe,

12 Et primò, in ſucceſſore Maioratus tradit poſt alios Molin. *Hiſpan.primogen.lib.*1.*cap.*26 *numer.*13. per hæc verba: *Hæc autem æſtimatio ſemper iuſta, ac vera, ſecundùm tempus ſolutionis præſtanda eſt, non autem ex eo, quod expenſum eſt, æſtimanda, ac conſideranda, ſiue eodem tempore plus valeat, ſiue minus; l. domos hereditarias, &c.*

13 Secundò, in emphyteuta, qui rei, quam in emphyteuſim tenet, vtile habet dominium, vt adhùc emphyteuſi per temporis curſum finita, vel per generationem completam, à directo Domino meliorationes in re factas recuperet, reſtitutionis inſpecto tempore, non autem habito reſpectu ad tempus factæ impenſæ, probat multorum authoritate, Aluar. Valaſc. *de iur. emphyt. quæſt.*25. *numero* 28. *per totum*, maximè ſub illis verbis: *Cæterùm in melioramentis factis ab emphyteuta (retinendo opinionem, quam tenuimus ſuprà, num.*16.) *non debet inſpici valor rei tempore, quo facta fuerunt impenſæ, ſed ſtatus, & valor præſens tempore reſtitutionis; vndè ſi eo tempore minus valeat, quàm ſit impenſum, ille dumtaxat valor debebitur: & idem ſi plus valeat, quàm ſit impenſum; &c.* hoc idem affirmat Mart. *vot.*61. quem omninò vide.

14 Tertiò, idem determinatum inuenimus in tertio poſſeſſore conuento actione hypothecaria, vt ſcilicèt condemnato, inſtante creditore, ad rei relaxationem ad effectum vendendi, vel adiudicandi, & vt nos dicimus præſtita aſſiſtentia, deducet meliorationes in re illa factas, habito reſpectu ad tempus præſens, ſcilicèt condemnationis, quia factæ dicuntur à Domino, & res non auocatur iure dominij, ſed iure hypothecæ: eſt text. ſatis clarus *in l. Paulus* 29. *§. domus*, ibi, *ſed bonæ fidei poſſeſſores non aliter cogendum creditoribus ædificium reſtituere, quàm ſi ſumptus in extructionem erogatos, quatenus pretioſior res facta eſt, reciperent; &c. ff. de pignor.* & dixit Neguſan. hoc tamen text. non allegato, *in tract. de pignor.*4. *membr.*5. *par. num.*21. *verſ. & intellige æſtimationem rei*, ſed de eo memor fuit Barboſ. *in l. diuortio, §. fin. num.*96. *verſ. cùm igitur hoc augmentum, ff. ſolut. matr.* vbi etiam allegat Couar. idem tenentem *var. reſol. lib.*1.*cap.*9. *num.*2. ſicquè in puncto per noſtrum Sa-
crum Conſilium deciſum teſtatur Anna pater *ſin-* 15
*gul.*182. cuius notabilia verba hìc inſerere volui, vt ſequitur.

*Expenſæ in melioratione fundi quo tempore appretiari debent, an vt valent tempore, quo fiunt; an quo reſtituitur fundus; l. domos, ff. de leg.*1. *vbi Bald. Paul. de Caſtr. & Iaſ. optimè concludunt. Ego autem ſoleo diſtinguere. Aut actum eſt rei vendicatione, & fuit iudicatum pro actore; quia expenſæ non fuerunt factæ à Domino, ſed tantùm à poſſeſſore, qui nunquàm fuit Dominus, & tunc expenſæ reſtituendæ ſunt, vt tempore erogationis; ſi minus, quàm hodie valent: ſi verò hodie reſtitutionis tempore minus valerent, minus reſtituitur: ſed ſi expenſæ factæ ſunt à Domino, & res non auocatur iure dominij, ſed iure hypothecæ, quia ſunt factæ à Domino, & in re propria, appretiantur, vt plus valent tempore reſtitutionis: ità colligebam ex text. & Rip. in l. vbi purè, §. in diſtrahendis, ff. ad Trebell. & ità reuocari feci decretum latum per D. Ioan. Andream de Curtis Regiũ tunc Conſiliarium in cauſa Lucretiæ Caudera agentis hypothecaria, qui appretiari iuſſerat arbores paſtinatas in anno* 1518. *prout tunc valebant ducatorum quatuor; At Sacrum Conſilium decreuit, atendi valorem anni* 1561. *ducatorum* 45. *tempore Alonſi Santillani Præſidentis integerrimi Sacri Conſilij, Felicis de Rubeis, Ludouici Quadra, Regiorum Conſiliariorum omni laude meritorum; Balſamus Actorum Magiſter.* Hæc magnus ille Anna.

In quæſtione autem *in principio* à me propoſita, 16
idem dicendum eſſe, ſine dubio eſt aſſerendum, nàm cùm feudatarius vtilis ſit feudi Dominus, qui vti talis meliorauit, eùm æſtimatio meliorationum, quæ ſunt allodiales, æſtimandæ ſint, vt hæredi bonorum huius naturæ ſolui poſſint, certè præſens tempus erit attendendum, mortis ſcilicèt vaſalli: quod expreſſis verbis annuit Dom. Reg. de Pont. *deciſ.*12. & 52. *num.*31. ſub illis verbis: *Non attendendo quid fuerit expenſum, ſed quid fuerit melioratum; ex regula text. in l. domus. &c.* id quod etiam firmare videtur Iul. Clar. *in §. feudum, quæſt.*88. *n.*2. *ibiquè* expreſſiùs Addentes; Reg. Conſt. *in tit. C. pæn. fiſcal. cred. præfer. num.*152. *per totum.*

Idem etiam eſſe dicendum puto in marito, qui 17
dotalem fundum meliorauit, nam cùm dicatur ille conſtante matrimonio dominus dotis, *l. doce ancillam, C. de rei vendic.* illo ſoluto, quod eſt in fundo melioratum ſolui debet, *l. diuortio, §. fin. verſ. planè, ff. ſolut. matr.* Ant. Gomez. *in l.*46. *Taur. numer.*3. & illud, quod inſpecto tempore ſoluti matrimonij, ſeù reſtitutionis dotis venit æſtimandum, & ex hac eadem ratione dominij, illud idem dico in vſufructuario, qui fundum, in quo vſumfructum ſua vita durante habebat, meliorauit.

Hæc dùm ſcriberem, amicus quidam voluit à 18
me ſcire, an exceptio meliorationum poſt ſententiam condemnatoriam ad relaxandum oppoſita, illius exequutionem impediat? Reſpondi, vt inter nouiſſimos Scribentes videret Mareſcot. *cit. lib.*2. *var. reſol. cap.*112. *num.*18. ſic dicentem. *Octauò, dicta concluſio ampliatur, vt procedat, licèt quis in iudicio nõ allegauerit huiuſmodi impenſas, & meliorationes à ſe factas; ideóque Iudex condemnauerit, rem reſtituere; nam adhuc poteſt in exequutione ſententiæ, vel rei iudicatæ, excipere de dictis melioramentis, & illa probare, & rem retinere; donec ei perſoluantur: cùm talis exceptio non impugnet ſententiam, ſed reſpiciat illius exequutionem, quæ fieri non debet, niſi ſolutis melioramentis; ità Bart. in d.l. ſi in fundo, num.*16. *ff. de rei vendic. Specul. in tit. de exequu. ſent. §. poſtremò, verſ. quid ſi bona fide ædificaui,*

ficaui,& ibi latè Io. Andr.in addit.Rip.in l. vbi purè,§. qui in diſtrahendis, ff. ad Trebel. Aymon. conſ.158. numer.2.Rol. conſ.28. numer.3. lib.1. Tiraquel.de retract.conuent. §.7. gloſ.1. numer.14. Neguſ. de pignor. d.4.membr.5.par.numer.10.verſ.2.concluſio, Beninten. deciſ.77.numer.2. Boer.deciſ.43. numer.7. & fuit reſolutum per Rot. in dicta cauſa Romana domus coram Cardinale Pamphilio, & in alia Romana Saluiani interdicti 19. Nouembris 1593.coram Penia, in qua fuit dictum, quòd ſi exceptio hæc in exequutione non admittatur, poterit legitimè appellari, per conſ. Alex.85. num.6.verſ. præterea etiam, lib.5. hæc ille: cuius dictis addo *Doctorum* catalogum relatum per Anton. de Amat. *var.reſol.lib.1.reſol.14.n.42.*

19 Sed an eo caſu, dum victus ad ſententiæ exequutionem impediendam de meliorationibus opponit, poſſit per actorem replicari, offerendo cautionem de ſoluendo quicquid fuerit circa meliorationum æſtimationem iudicatum? vide Pute.*deciſ.461. lib.2.* Maſtril. *deciſ.98. lib.1.* & Viuium *deciſ.192. numer.3.lib.1.* poſt alios, quos ipſi citant, qui in effectu concludere videntur, quòd ſi melioramenta eſſent liquida, vel incontinenti liquidanda, tunc, vt ſententia mandetur executioni, cautionis oblationem non prodeſſe; ſi verò eſſent illiquida, eo caſu ſat eſſe pro ſententiæ exequutione, vt cautio præſtetur; niſi forſan in ſententia expreſsè fuerit dictum, *ſolutis priùs meliorationibus*, tunc enim, eſto quòd illiquidæ eſſent meliorationes, de ſententiæ exequutioné tractari non poteſt, ſub prætextu oblatæ cautionis de ſoluendo quicquid fuerit, liquidatis melioramentis, iudicatum: Noſter verò Præſ. de Franch. de his agens *deciſ.112.* teſtatur, quid circa hanc materiam apud nos in S.C. practicetur; hæc, quæ ſequuntur, ſuggerens verba, *num.15.* ibi: *Adde etiam iis, quæ ſuprà dicta ſunt circa retentionem pro meliorationibus, quòd hodiè in Sac. Conſ. ad finem impediendi, vel non impediendi exequutionem ſententiæ, quando ſunt factæ meliorationes in re, ad cuius relaxationem quis eſt condemnatus, ſeruatur, quòd ſi meliorationes ſunt deductæ ante ſententiam, indiſtinctè impediatur ipſius exequutio, donec cum effectu fuerit facta ſolutio pretij ipſarum; ſin autem opponitur de eis poſt ſententiam, fit exequutio ſententiæ cum fideiuſſione, de quo vide, &c.*

SVMMARIVM.

1 *Meliorationes factæ per poſſeſſorem feudi, qui fuit condemnatus ad illud relaxandum, nùm ſoluendæ illi ſint, vel poſſit dicere victor, quòd remaneant ad commodum meliorantis.*

2 *Malæ fidei poſſeſſor nùm recuperet meliorationes per eum factas, & n.7.*

3 *Meliorationes neceſſariæ quæ dicantur, & quæ vtiles? num.4.*

5 *Meliorationes factæ in feudo per vaſallum, eo mortuo abſque liberis, hærede extraneo inſtituto, an per Dominum ſoluendæ ſint, & numer.6.8.10.11.12.13.15.16.17. 18.& 19.*

9 *Meliorationes quo tempore inſpecto æſtimantur, & num.14.*

ARGVMENTVM.

Meliorationes, quo tempore inſpecto æſtimantur. Feudi alienatione nulla declarata, ob defectum Regij aſſenſus, nùm cogatur venditor, qui feudum reacquiſiuit ſoluere emptori victo pretium meliorationũ ibi per eum factarum, vel poſſit dicere, dum ſunt meliorationes, quæ per ſe ſubſiſtunt, quòd remaneant ad cõmodum ipſius emptoris meliorantis. Feudo reuerſo ad Dominum ob lineam finitam, ſi meliorationes ibi factæ reperiuntur, nùm hæredi in allodio ſoluendæ ſint? & de aliis pro intellectu, & ornatu .1.§.*ſi vaſallus, hic finitur lex*, vbi *deciſio Regentis Moles.*

CAPVT CXXXIV.

MELIORATIONES in feudo factæ per illius emptorem, qui fuit condemnatus ad illud venditori relaxandum, pretio priùs reſtituto, ſtante venditionis reuocatione, vigore *Conſtit. Regn. Conſtitutionem Diuæ memoriæ*, dubitatur, an præcisè ſoluendæ ſint per venditorem, qui feudum recuperauit, vel poſſit ille dicere, dum non ſunt melioramenta, quæ fundos feudales meliores reddant, quod remaneant ad commodum, & beneficium ipſius victi emptoris meliorantis? 1

Super hac quæſtione à nemine ex Noſtris, quos viderim, tacta, ſemel meum proferre iudicium mihi contigit, non in materia iudicij reuocationis, ſed in alia reintegrationis: fuerat enim quoddum Caſtrum à capite Baroniæ, citra Regis noſtri aſſenſum diſmembratum, cùmque ſucceſſor particularis in Baronia Caſtrum illud vti diſmembratum membrum ad caput reintegrari petiiſſet, provt diffinitiuè extitit ſententiatum, prætendebat Reus iam victus, ſibi exburſandum eſſe pretium per eundem erogatum in emptionem cuiuſdam domus palatiatæ, ac cum Iardeno, & Vinea eidem domui adiacentibus, à Particularibus Ciuibus eiuſdem Caſtri emptis; contradicebat venditor: vndè fuit dubitatum quid iuris.

Dixi, non incongruis rationibus defendi forſan potuiſſe, has meliorationes, ſi tamen hoc nomine merentur, tanquam in caſu, de quo agebatur, à malæ fidei poſſeſſore factas amiſſas cenſeri: Sed quia æquitati ſemper adhærendum eſt, videndum eſſe primò conſiderabam, quænam meliorationes illæ eſſent, & ſic an neceſſariæ, an verò vtiles; quia ſi neceſſariæ, cum communi omnium ſententia, non obſtante quòd Caſtri diſmembrati emptor malæ fidei poſſeſſor extiterit, illas, reintegrationem petentem ſoluere teneri, eſt affirmandum; ex text. *in l.domum, C.de rei vend.* & *in l.planè, ff.de petit.hæredit.* & tradit Bar.*in l.fundo, num.2.ff.de rei vendicat.* quem ſequitur Boër. *deciſ.44. n.7.* Alciat. *in l.impenſæ, ff.de* 2

verb.ſignif.& communem eſſe dixit Menoch. *remed.* 15.*de recuper. poſſeſ. num.*514. quos omnes refert, & ſequitur Ioſeph. Ludou. *in ſua notabili dec. Peruſ.*24. *num.*13. quibus ipſe addo Io. Garz. *de expenſ. & me-*
3 *liorat.cap.*2.*circa princ.*& Peguer. *deciſ.*104. Quæ autem ſint meliorationes neceſſariæ, connumerantur *in l.*1.2.*&* 3.& *in l.impenſa,ff.de impen.in rebus dotal. fact.* vt vetera ædificia, quæ ruinam minabantur, reſtaurare; flumina auertere, vites propagare, ſiue in locum demortuatum ſubſtituere, & ſimilia facere, quæ niſi facta fuiſſent, res in totum, vel in partem periiſſet, vt dicit Gloſ. *in d.l.impenſa*, quam ſequuntur Doctores *ſuprà* citati.

Harum meliorationum ſpecies in caſu propoſito conſiderari non poterant, cùm nulla ex enumeratis per conuentum confecta apparebat: emerat enim feudi poſſeſſor, vt ſuprà fuit enunciatum, quandam domum cum Iardeno, & Vinea, ad hoc vt ibi cum familia commodiùs morari poſſet, & ſic feudi melioramenta appellari non poterant; ſed dato quòd hoc nomine cenſeantur, illas vtiles, & non neceſſarias dici oportet; illas enim dicunt
4 vtiles *Doctores*, ſignanter Bar. *loco cit.* quæ abſque nulla præcedente neceſſitate fiunt, quam enim neceſſitatem (ipſe dicebam) diſmembratum Caſtrum habebat, vt domus,& hortus,ipſi ab eius malæ fidei poſſeſſore emerentur? certè nullam: etenim Baronia habet Palatium, vbi commodè eius vtilis poſſeſſor inhabitare poteſt, vndè non erat opus alio in dicto Caſtro: præſertim quia Baronia erat, & eſt tam vnita, vt nec milliare interſit inter vnam, & alteram feudi partem.

Nè tamen emptor in prædictorum emptione pecuniam erogatam amitteret, alij bona prædicta vendere eum poſſe, dixi, vel ibidem morari, & ſi dedignaretur, abraſione vti poſſe, nam & hoc remedium, quod eſt vnicum, conſequebatur à iure, & eius communi Interpretum ſententia, quam docemur ab intelligatis Doctoribus, ſignanter à Io. Garz. *loco cit. ante numer.*2. & à Mareſcot. *variar.reſolut. lib.*2. *cap.*109. cum *duobus ſeqq.* & in terminis noſtris eſt text. *in cap.*1. §. *ſi vaſallus, in tit.hic finitur lex*, vbi ſtatuitur, mortuo vaſallo ſine filio maſculo,
5 hærede extraneo relicto, licèt feudum Domino aperiatur, tamen ſi meliorationes ibi fecit, Dominus aut patiatur ædificium tolli, aut hæredi vaſalli melioramenta ſoluat,& ſic non cogitur præcisè Dominus illas ſoluere,quia hæres apud ſe retinere poteſt, tanquam ad feudum non pertinentes:& idem determinatur *in cap.*1.§.*ex contrario,de inueſtit. de re alien. fact.* vbi ſi quid fuerit à vaſallo feudo additum, ſi quidem tale additum ſit, quòd per ſe ſubſiſtere poſſit, ideſt, vt per ſe cenſeatur vt prædium, id non accreſcit feudo, non tamen decidit, id à Domino hæredi ſoluendum eſſe. Idem quoquè ſtatuitur *in cap.*1. §.*ſi quis de manſo,de controuerſ.inueſtit.*quæ iura doctè perpendit, poſt *Bal.* & communiter Doctores *ibi*, Paris *de reintegrat. feudor. in quæſtione de meliorationibus factis in bonis feudalibus*, *à n.*14. *fol.*10. in impreſſis hìc Neapoli.

6 Et nouiſſimè id comprobant Reg. de Pont. *conſ.* 52.*à num.*31.*vol.*1. & Iul.Clar. *in* §.*feudum,quæſt.*88. vbi apertis verbis,ex *citatis iuribus* firmat, in domini electione eſſe, vel ſoluere vaſallo æſtimationem ipſarum meliorationum, vel pati, quòd ædificium tollatur: quæ iura, vt vides, in fortioribus terminis caſus noſtri militant,dum de feudatario, qui legitimè poſſedit, loquuntur; ità vt in caſu noſtro, illud quod à principio ſignificaui, benè defendi potuiſſet, cùm non à bonæ fidei poſſeſſore, domus, & hortus, quæ Melioramenta emptor victus vocabat, empta fuère; & ſic dum probauimus, illa non fuiſſe neceſſaria, ſed vtilia, conuentus, vt malæ fidei poſſeſſor amittebat; ità in terminis Hercul. Ma- 7
reſcot. *cit.cap.*110.*num.*41. & 42. id ex pluribus iuribus,& Doctoribus firmans,ſignanter ex tex. *in l.adeò,* §.*ex diuerſo, ff. de acquir.rer.domin. & in* §.*ex diuerſo, Inſtit.de rerum diuiſ.* ex Corne.*conſ.*243.*num.*6. *lib.*2. Neuizan. *conſ.*78. *in fine*, & ex Rot. *in vna Sutrina melioramentorum,ſub die* 9. *Decembris* 1589.*coram* D. Seraphino,vbi in puncto principali fuit dictum,melioramenta lite pendente facta non deberi, ſi vtilia ſint; ſed tantùm neceſſaria.

Verùm, quicquid ſit de his omnibus, quæ apud 8
me de plano procedunt, quando venditor reuocationis, vel reintegrationis iudicio feudum recuperat, aliter tamen æquitate inſpecta dicendum eſt, quando feudum reuertitur ad Dominum ob lineam feudatarij finitam; nam quamuis attenta rigoroſa diſpoſitione *dicti* §. *ſi vaſallus*, videatur in Domini electione remanere, vel ædificium in feudo factum pati quòd tollatur, vel vt illius ſoluatur æſtimatio; attamen ſuadet æquitas, vt realiter hæredi defuncti vaſalli ſuccurratur ad æſtimationem conſequendam, imò & ipſa iuſtitia, benè conſiderata diſpoſitione *dicti* §. *ſi vaſallus*, ſicquè in facti contingentia per Regiam Cameram Regni huius deciſum teſtatur Reg. Moles *in ſuis deciſionibus manuſcriptis,in tit.de iure deuolut.quæſt.*4. vbi plura in hac materia pro ornatu *dicti* §. *ſi vaſallus*, inuenies notabilia; & ſignanter, quòd in appretiandis his meliorationibus reſtitutionis tempus ſit inſpiciendum,
licèt plus fuerit impenſum; & quòd hæredi vaſalli 9
quouſquè fuerit ſibi de meliorationum valore ſatisfactum, competat feudi retentio, id quod etiam ſatis benè poſt Affl.& alios *in d.*§.*ſi vaſallus* comprobant Reg.de Pont.*deciſ.*4.*nu.*33.& *deciſ.*12.Scrader. *tract.de feud par.*2.*vndecima principalis,ſect.*2.*quæſt.*5. *numer.*30.*concl.*7.Reg.Conſtant. *in tit.C.pœnis Fiſcal. credit.præfer.numer.*152.*lib.*10. & Io.Petr. Molignat. *in tract. de retent. quæſt.*104. & vt ſtudioſis Feudiſtis latiùs,& clariùs hæc omnia pateſiant, rogo illos,vt quando hi caſus acciderint, ad *ſuprà relatam deciſ.* Reg. Moles, quæ in hac materia eſt notabiliſſima, recurrant; eſt enim illa tenoris ſequentis.

Deciſio D. Regentis Moles.

Quando feuda deuoluuntur ad Curiam, dubita- 10
tum eſt in Regia Camera, ſi intelligantur deuoluta etiam ea,quæ per feudatarium conſtructa,meliorata, vel impenſa ſunt in feudo; in qua quæſtione conſueuit Camera decidere, quòd ſi ſunt impenſæ, non ad perpetuam vtilitatem feudi; ſed temporalem illius, vel præcedentis anni, quo moritur, vel pro aliqua commoditate feudatarij; tunc hæres illas non repetit, ex quo ad feudatarium impenſas illas facere ſpectabat, vt deciditur in fundo dotali, *l.*3. §. *nos generaliter*, *ff. de impenſ. in rebus dotalibus fact.* idemquè ſi fuit impenſa, ad quam feudatarius pro vtili ſuo dominio tenebatur, iuxta text. *in l. hactenus,ff.de vſufruct.*ità firmat Andr. *in cap.*1.§. *ſi vaſallus,hic finitur lex,verſ.ſecus ſi ad præſentis anni, & ibi* Præpoſ.& omnes.

Si verò expenſæ factæ perpetuam feudi vtilita- 11
tem concernunt, tunc ſi quid eſt emptum per feudatarium,quod meliorem reddat feudi conditionem, tamen id extra feudum eſt, nec cum feudo vnitum; putà erat fundus feudalis, vel domus, & feudatarius alium fundum confinem, & conuicinum, vel aliam domum iunctam emit; tunc licèt deſtinatione patrisfamilias vnicum feudum fuerit reputatum,tamen feudo

feudo deuoluto, non deuoluitur illud, quod à feudatario fuit emptum, ex quo non extitit feudo vnitum, vt eandem feudi qualitatem ſortiretur; ſed remanet in dominio hæredis in burgenſaticis, tanquam res extra feudum, & ſeparatam conditionem habens, & ideò diuerſo iure cenſeri debet; de quo eſt caſus *in cap.1.§.è contrario, de inueſtit. de re alien. fact. in 1. reſponſo*: Quod idem diximus in quacunque alia re empta per feudatarium pro feudo, vel in beneficium, aut in augmentum feudi; probat text. *in l. ſed addes, §. ſi inquilinus, ff. locat.* quem allegat Aret. *conſ.111. in fin.* hoc tamen ſi illa res poterit conſiderari ſeparata, vel ſeparabilis à feudo, per regulam generalem, quam dat *text.* ad literam *in d. §. è contrario, in princip.* vbi *Bal.* firmauit idem in iuriſdictione quæſita nouo titulo in Caſtro feudali, poſtquam poteſt conſiderari vt res à Caſtro ſeparabilis, & quæ nihil commune habet cum eo, per ea quæ dixit Bald. *in l. à procuratore, C. mand.* & Oldrad. *in conſ.179.*

12 Si verò aliquid eſt emptum, vel melioratum in feudo, quod adeò annexum eſt ipſi feudo, vt ab eo ſeparari non poſſit, putà quæſita eſt ſeruitus realis fundo feudali, tunc dicit idem text. *in d. §. è contrario*, in ſecundo caſu, quòd eodem iure debet cenſeri, prout ipſum feudum, quia eadem res eſt ſeruitus fundo debita cum ipſo fundo, vt notat Bart. *in l.1. ff. de vſu, & vſufruct. leg.* Item quia ædificium in ipſa re feudali, factum ex iuris diſpoſitione ipſi rei cedit, & ſtatim acquiritur domino directo quoad dominium directum, & quoad vaſallum ſubiacet vtili dominio, prout ipſa res feudalis, vt dixit etiam Bal. *in c.1. §. ſi quis de manſo, de controuerſ. inueſtit.* ideò ſi feudum deuoluitur, hæc omnia etiam intelliguntur deuoluta, per iura prædicta.

13 Attamen in iſto ſecundo caſu, cautum eſt per text. *in cap.1. §. ſi vaſallus. in tit. hic finitur lex*, quòd vaſallus non amittat id, in quo ſuis expenſis feudum verè melioratum eſt; quia, vt dicit Andr. *in d. §. ſi vaſallus*, quòd licèt, qui ſcienter impendit in re aliena, perdit impenſam, *Inſtit. de rer. diuiſ. §. certè, & §. cùm in ſua*, tamen in vaſallo eſt ſecus, quia vtile dominium, quod habet vaſallus in re feudali, facit, vt poſſit repetere expenſas, prout maritus in re dotali; *l. in fundo, ff. de rei vendicat.* & ideò dixit Gloſ. *in d. §. ſi vaſallus*, quòd ineptè loquuntur, qui dicunt, has impenſas ad dominum pertinere; nam non eſſet iuſtum, dominum locupletiorem fieri impenſis vaſalli, qui bona fide, & citra animum donandi, in re ſua tunc, & ad perpetuam ipſius rei vtilitatem ædificauit, & ideò omnes *Doctores* indiſtinctè tenent, quòd ope exceptionis, & per retentionem ſuccurritur hæredi pro expenſis prædictis contra dominum, vt per Gloſ. & Andr. vbi etiam omnes Doctores *in d. §. ſi vaſallus, & in d. §. è contrario*, omnes Ciuiliſtæ, *in l. Seius, §. Marcellus, ff. de legat.1.* Bald. *in authent. excipitur, C. de bonis, quæ liber.* Iaſ. *in l.2. C. de iur. emphyt.* firmant *Conſulentes* omnes, nimirùm Paul. de Caſtr. *conſ.237. vol.1.* Cuman. *conſ.57.* Alex. *conſ.76. vol.2. & conſ.44. vol.3.* Dec. *conſ.483. & 528.* Brun. *conſ.106. & in tract. de augmen. concl.70.* Guid. Pap. *dec.169. & 438.* & nouiſſimè Moderniores, Boſſ. *in praxi, tit. de Principe*, Capyc. *in inueſtit. feudal. in verb. feudorum augmenta*, & Gloſ. Pariſienſ. *in tit.1. de materia feudali, §.1. gloſ.5. num.44.67. & ſeq.* vbi latè examinat materiam, & Beto *in quæſt.96.* Iul. Clar. *in §. feudum, q.88.*

Verùm licèt Camera indiſtinctè tenuerit, has
14 impenſas, & meliorationes deberi hæredibus vaſalli, vidi tamen quandoquè dubitari circa duo. Primum, quantum ſit id quod debeatur, an id quod fuit expenſum per vaſallum, licèt tanti res empta, vel meliorata non valeat.

Et in hoc iudicandum eſt, prout in aliis meliorationibus bona fide factis ſolet iudicari, quòd attendatur valor ipſius rei, licèt plus expenſum fuerit; & ità iudicauimus in cauſa Magnificæ Violantis de Sangro hæredis Magnifici quondam Pardi Pappacoda, me referente in Collaterali Conſilio die 26. Aprilis 1572. per text. *in l. domos, ff. de legat.1.* vbi Bar. Bald. Alex. Iaſ. & omnes DD.

Secundum, de quo dubitauimus in Camera, eſt, 15
poſtquam text. *in d. §. ſi vaſallus*, dicit, eſſe in electione Domini, vel ſoluere æſtimationem meliorationum, vel pati, quòd ædificium tollatur, an poſſit dicere Dominus, *Nolo ſoluere æſtimationem, ſed eligo, quòd tu tollas ædificium?*

Aliqui *Doctores* tenuerunt quòd ſic, ſtante diſpoſitione text. *in d. §. ſi vaſallus*; & *ibi* videtur firmaſſe Bald. *in d. authent. excipitur, C. de bonis, quæ liber.* quod videtur ſequi Iaſ. *in l.2. C. de iur. emphyt.* & Boër. *in d. quæſt.96.* vbi ſubdunt etiam, quòd propter hoc Dominus poterit dicere, *Nolo ſoluere æſtimationem ruderum, & pretium ædificij diruti, cùm tanti, & non ampliùs interſit vaſalli.* Quibus addebant aliqui ex Dominis Præſidentibus, ipſos non legiſſe aliquem Doctorem dicentem, quòd Dominus compellatur præciſè ad ſoluendum æſtimationem meliorationum.

Sed his non obſtantibus decidimus contrarium, 16
ſequuti regulam Andr. & Gloſ. *in d. §. ſi vaſſallus*, tenentium, quòd Dominus ope exceptionis tenetur ad æſtimationem meliorationis; & quòd text. *in §. ſi vaſallus*, non dat electionem Domino, niſi quando meliorationes poſſunt ſeparari integrè à feudo, putà ſi eſſet aliquod ligneum, vel ligatum, quod tolli, & reſici integrè poſſit; vt dicit *ibi* Andr. aliàs non poſſet dici, quòd habeat aliquam electionem Dominus, poſtquam idem text. *in d. §. ſi vaſallus*, ſubdit indiſtinctè, idem eſſe dicendum in ſeruitute, in qua non eſt dubium, quòd non poteſt Dominus pati, quòd ſeruitus penitùs extinguatur, hoc ſatis eſſet durum intelligere, cùm induceretur per indirectum, quòd hæredes excluderentur à pretio meliorationum prædictarum; quod eſt contra deciſionem *illius textus*, qui dùm diſponit, quòd Dominus tenetur ad expenſas, aut vt patiatur ædificium tolli, debet ſanè intelligi, quòd non per hoc Dominus indiſtinctè habeat electionem, niſi in caſu, vbi cadere poteſt electio, ſcilicèt quando ædificium integrè tolli, & refici poteſt; vt intellexit *Andr.* ſi benè eius verba conſiderantur.

Et cum hoc intellectu non eſt neceſſarium dicere, quòd text. *in d. §. ſi vaſallus*, à Barbaris, & Imperitis fuerit compilatus, vt dixit Gloſ. Pariſienſ. *loco ſuprà allegato, num.98.* & ità ſemper iudicauit Camera, quòd teneatur Dominus Rex ſoluere hæredi in burgenſaticis id, quod meliorationes factę valent appretiari, & æſtimari poſſunt, ſecundùm verum, & rectum Expertorum, & boni Iudicis iudicium; per text. *in d. l. domos, de legat.1.* & *l. in fundo, ff. de rei vendication.* & ità fuit iudicatum in dicta cauſa hæredis quondam Pardi Pappacoda, in qua condemnauimus Fiſcum ad pretium ducatorum 8000. & in cauſa hæredis quondam Marchionis Padulæ appretiauimus meliorationes in duc.14000.

Hæc omnia limitationem recipiunt, & intel- 17
ligi debent, vt procedant in ædificiis, quæ expenſis, & induſtria hominis facta ſunt; ſecus in his, quæ à natura cum fundo feudali ſunt vnita, putà ſi rei feudali per alluuionem aliquid accreuit, vel ex tempore fundus feudalis incrementum ſuſcepit, nam tunc idem fundus eſt, & acquiritur, & deuoluitur eo iure, quo ipſe fundus, per text. *in l. adeò, §.1. ff. de acquir. rer. domin.* & *l. ſi ego, §. idem ait, ff. de Publician.*

in rem action. & probat text. *in c.1.§ ſi quis de manſo, & §.rurſus,de controuerſ.inueſtit.* vbi Bal. & alij,& in tali caſu feudo deuoluto nullum ius remanet hæredi in burgenſaticis.

18 Secundò, hæc omnia prædicta limitantur, non procedere, quando feudum deuoluitur,delicto, aut alia culpa vaſalli, ità omnes DD. intelligunt hanc materiam *in d. §. ſi vaſallus*, argumento ab emphyteuſi, per text. & Gloſ. *in l.2.ff.de iur.emphyt.* Bal. *in cap.1.§. ſi quis de manſo,de controuerſ. inueſtit.* & *in l. fin.C.commun.de legat.*& omnes alij DD.*in locis ſuprà allegatis*, vbi hanc materiam tractant, diſtinguentes hunc caſum à præcedentibus,nimirùm, vt in iſto caſu expenſarum refectio non debeatur.

19 Ego autem miror, quòd *Doctores* in hac materia poſuerint hunc caſum pro limitatione ad regulam, quia verè hæc limitatio non eſt de Regula, poſtquam culpa vaſalli in crimine rebellionis habet ſuam pœnam,vt tam feudalia,quàm allodialia amittantur; & tamen meliorationes factæ in feudo deuoluuntur ad dominum ex crimine rebellionis, non quia diuerſæ ſint, vel diuerſo iure cenſeantur, ſicut quando per lineam finitam feudum deuoluitur, quia aut meliorationes ſunt ſeparatæ, & non poſſunt in feudo deuolui; per text. *in d.cap.1.§. è contrario*: aut ſunt vnitæ fundo feudali, & tunc deuoluuntur in omni caſu cum feudo, licèt ope exceptionis Rex teneatur ad expenſas, vt *ſuprà* eſt relatum:quod non procedit, quando committitur crimen rebellionis, ob quod bona, iura, & actiones, quæcunque ſunt, ad dominum deuoluuntur,& confiſcantur.

SVMMARIVM.

1 *Miles dum ſe militem adſcribit, perpetua ſeruitute ligatur.*

2 *Milites multa mala in bello patiuntur.*

3 *Cauſæ quæ ſtatutæ ſunt, quibus milites dimitti poſſunt.*

4 *Miles veteranus,qui honeſtam obtinuit miſſionem, nùm gaudeat priuilegiis militibus conceſſis, ſignanter circa fori declinatoriam,& num.7.& 9.*

*Et quid in milite actu inſeruiente. num.*10.11. 12.13.*& 14.*

5 *Miles veteranus quis dicatur.*

6 *Tempus captiuitatis an militi connumeretur.*

8 *Miles dicitur veteranus, qui per 20. annos inſeruiuit.*

ARGVMENTVM.

Miles veteranus, qui honeſtam, vel cauſariam obtinuit miſſionem,nùm priuilegiis gaudere poſſit militibus actu ſeruientibus conceſſis, ſignanter circa fori declinatoriam, & vt ad munera perſonalia, & onera realia non teneatur? & de aliis.

CAPVT CXXXV.

MILES dum ſe militem adſcribit, perpetua ſeruitute ligatur, cum voluntariè à Militia abſque Superioris permiſſu ſe liberare nequeat; *l. non omnes, §. qui in pace, ff. de re milit.* & probat Ioann. de Plat. *in l. nè cui, C. de Comment. lib.12.* Eſt quoque verum, quòd Milites in militia tot, tantóſque labores,languores, & ſudores patiuntur, vt vix exprimi poſſint; & quod durius videtur, ex militia, nec pro conſanguineo adiuuando, nec pro ſe ipſis à mortis periculo liberandis, ſine Supremi Ducis licentia diſcedere poſſunt, adeò quod ſi deceſſerint, vti militiæ deſertores graui pœna puniuntur; prout hæc omnia benè, & eleganter probat Iul. Ferrett. *in ſuo tract. de antiq. inſtaur. & Illuſtr. militia.* Quarè ſanctiſſimè Iura ciuilia quatuor tantummodò cauſas ſtatuiſſe inuenimus, quibus milites dimitti poſſunt, *Honeſtam* nimirùm, quæ tempore militiæ impleto datur; *Cauſariam*, cùm quis vitio animi, vel coporis minus idoneus militiæ renunciatur; *Ignominioſam*, cùm quis propter delictum Sacramento ſoluitur, vt eſt text. *in l. milites agrum 13. §.1. verſ. miſſionum,ff.de re milit.* & *in l.2. §. ignominioſè, ff. de his,qui notan.infam.* vbi additur *Quartum genus miſſionis*, vt putà ſi quis euitandorum munerum cauſa Militiam ſubiiſſet, vt *ibi*, de quibus eſt etiam videndus Reg. Rouit. *in pragm.5.de milit.n.18.* 1 2 3

Ex his breuiter inueſtigandum mihi eſt de quæſtione illa, de qua interdum controuerti ſolet, & eſt, nùm Miles veteranus, qui honeſtam, vel cauſariam miſſionem obtinuit,dum tot, tantóſque labores paſſus eſt, gaudere debeat priuilegiis militibus conceſſis, ità vt ad munera perſonalia, & onera realia Communitati non teneatur, foríque priuilegio potiri valeat? 4

Reſpondeo, illud in hac re certiſſimum eſſe, Militem dici veteranum, veteranorúmque priuilegia conſequi,qui viginti annorum ſpatio in legione, ſeù vexillatione militauerit;ſecùs in cohorte,vt ſunt Milites nouæ militiæ: ad text.*in l.veteranis,C.de his, qui non implet.ſtipen.Sacram.ſolu.ſunt,lib.* 10. vbi Bart. & *l.viginti,C.de re militar.lib.12.* & *ibi* D.Reg.Conſtant. *n.15. & 16.* vbi hoc tempus neceſſarium eſſe, ait,vt Milites præmia,& emerita,quæ Veteranis debentur,conſequi poſſint,in eoquè captiuitatis tempus connumerari multorum authoritate probat. Modò, ſi huiuſmodi veteranus Miles præfato tempore elapſo honeſtam, vel cauſariam obtinuerit miſſionem, iuxta text. *in l.2.cit. tit. de his, qui non implet.ſtipen.* à muneribus perſonalibus immunis cenſebitur: prout eſt text. *in d.l. veteranis*, nec ad onera extraordinaria, ſiue ad nundinarum vectigalia, aut pedagij ſolutionem cogi poterit,*l.1.C.de veteran.lib.12.*ſecùs tamen quoad onera realia, & patrimonialia, vt *ibi* Gloſ.& Io.de Plat.notarunt;eſtque tex.*in l.2.ff.de priuileg. milit. veteran.* Reſpectu tamen pœnarum pariter erit priuilegiatus, vt mitius, & honeſtius puniri debeat; gaudet etiam aliis prærogatiuis de quibus *in l.1.cum ſeq.ff. eodem tit.de priuil.milit.veteran.* & per Dominum Regentem Conſtantiũ *in tit.Codic. de filiis Officialium militarium qui in bello moriuntur, lib.12. num.14. cum ſeq.* vbi inter cætera, iuribus,& authoritatibus probat pro aſſignandis præmiis Veteranis, ac Emeritis Militibus, licere Principi priuatorum prædia capere, pretio Dominis ſoluto, & ipſis militibus concedere.Quod autem miles dicatur Veteranus, 5 6 7 8

8 Veteranus, qui viginti annorum ſpatio in Legione militauerit, quódque hic veteranorum priuilegia conſequatur, paſſim, quando caſus contingit Regia Camera decreto mediante decernit: & his diebus, me referente, in cauſa Capitanei Simeonis Mazza, cum Vniuerſitate Terræ Ottayani, & Regio Fiſco, cuius quidem determinationis verba ſunt, quæ ſequuntur.

Die 26. menſis Aprilis 1659.

In cauſa Capitanei Simeonis Mazza Terræ Ottayani cum illius Vniuerſitate, & Regio Fiſco ſuper immunitate, qua dictus Simeon gaudere prætendit tanquam Miles Veteranus, ex quo continuauit ſeruitium militiæ S.C. Maieſtatis per annos viginti, & plus; vt ex actis.

Viſis actis per Dominum Militem V.I.D. Donatum Antonium de Marinis Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentem, & cauſæ Commiſſarium, factaque per eundem de prædictis omnibus relatione in Regia Camera coram aliis Dominis Præſidentibus ipſius, vocata Vniuerſitate prædicta, & audito Domino Fiſci Patrono, fuit per ipſam Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum, prout præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod ſupradictus Capitaneus Simeon Mazza declaratur Miles Veteranus, ad finem vt gaudere poſſit omnibus priuilegiis, exemptionibus, immunitatibus, & prærogatiuis, quibus gaudent, gauderéque ſolent, & debent cæteri Milites Veterani. Hoc ſuum &c. Donatus Antonius de Marinis.

9 Quo verò ad fori declinatoriam, expreſsè ſtatutum inuenimus, vt nec volens, nec inuitus Veteranus Miles, qui militare deſiit, à Militum Magiſtro cognoſci poſſit, ita vt ſententia ab illo fortè lata, nulla cenſeatur: hic eſt text. *in l. final. C. de Veteranis, lib. 12.* Ioannes Franciſcus de Ponte *de poteſt. Proregis, tit. 7. §. 7. num. 29.* vno tantùm excepto caſu, nimirum quando lis ante miſſionem coram Militum Magiſtro inchoata eſſet. Id quod aduertit pariter Andreas *in conſtit. Regni, Magiſter Iuſtitiarius in verbo, & alios Officiales*: & Dominus Conſiliarius Marcianus *conſ. 63. lib. 2.* vbi ſecundum hanc ſententiam circa fori præſcriptionem pro Illuſtri Caſertano Principe contra quemdam eius vaſſallum Veteranum Militem pronunciatum annis ſuperioribus extitiſſe, teſtatur.

10 In Milite autem, qui militari ſeruitio eſt addictus, & ad inſeruiendum paratus quoties vocatur, certum eſt de iure communi gaudere illum fori priuilegio in cauſis ciuilibus tantùm, & criminalibus militaribus; in delictis verò omnibus, ſignanter grauibus, nullatenus: hic eſt Text. *in l. finali, §. fin. C. de re militari, lib. 12.* Gloſſ. ab omnibus canonizata *in l. Magiſteriæ poteſtati, C. de iuriſdict. omnium iudicum,* vbi Iacobus Butrigar. & Petrus de Bellapert. Salycet. tam *ibi*, quàm *in l. 1. C. de exhibendis Reis*, Greg. Lopez *in l. 3. tit. 29. part. 7.* Bouadilla *lib. 4. cap. 2. numer. 67.* Vinc. de Franchis *deciſ. 88.* (cui non obſtat altera 723. prout malè opinatus eſt eſt Patignus *in prag. 11. ante num. 20. de militibus*:) Ioannes Franciſcus de Ponte *in tract. de poteſtat. Proregis, tit. 7. §. 7.* Viuius *deciſ. 154.* Carolus de Tappia *lib. 2. iuris Regni, in tit. de officio Magni Admirati fol. 389. num. 7.* Capiblancus *de authorit. Baronum Prag. 8. part. 2. numer. 174.* Scipio Rouit. *in Prag. 11. numer. 2. & 12. de Militibus*, Caſtill. *deciſ. 105.* & Maſtrillus *de Magiſtratibus, in tit. de officio Auditoris Generalis, num. 18. 19. & 20.* hoc iure communi attento.

11 In Regno autem noſtro, in Militibus tam Equeſtris, quàm pedeſtris militiæ, in Penſionariis, in Officialibus ſcribæ portionis, Theſaurariæ generalis arcæ militaris, & in aliis Officialibus exercitûs, qui Milites non ſunt; habemus diſpoſitionem *nouiſſimæ Pragmaticæ Sanctionis, ſub die... Octobris 1614. promulgata 11. ſub tit. de Militibus*, in qua habetur, quod cum vigore banni emanati *ſub die 13. Auguſti 1599.* prouiſum eſſet, vt omnes Hiſpani Equeſtris, & pedeſtris militiæ, & illi, qui cùm milites extitiſſent, reperiebantur, vulgò dicti *Interteniti*; itemque & qui ob ſeruitia in bello facta annuos redditus tenebant, ſubiecti eſſent tam in cauſis Ciuilibus, quàm Criminalibus, & mixtis, Regio Generali Auditori; ac demum vigore alterius banni *ſub die 29. Maij 1608.* determinatum, vt ſimiliter Regio Generali exercitus Auditori in omnibus cauſis Ciuilibus, & Criminalibus ſubeſſent omnes de Equeſtri, & pedeſtri Hiſpanica militia, ac ſtipendiarij Suæ Catholicæ Maieſtatis, de illis tamen, qui ſunt de militia Equeſtri, & terreſtri.

Pro intelligentia dictorum Bannorum aliqua fuerunt ſuborta dubia, ad quæ tollenda, fuit primò determinatum, vt omnes de Equeſtri, & pedeſtri militia, itémque & continui Excellentiſſimi Proregis, ac penſionarij, qui à Sua Catholica Maieſtate in ſeruitiorum remunerationem penſiones liberè obtinuerunt abſque aliquo militiæ onere, in cauſis Ciuilibus locorum Ordinariis ſubiecti ſint; nec in illis modo aliquo Regius Generalis exercitus Auditor procedere poſſit: & cùm pariter dubitatum eſſet, an ſub Equeſtri, & pedeſtri militia comprehenderentur Officiales Tribunalis ſcribæ portionis, Theſaurariæ generalis arcæ militaris, aliique exercitus Miniſtri, qui milites non ſunt? declaratum fuit, fuiſſe, & eſſe illos comprehenſos, prout & omnes Officiales illos, qui actu ſeruiunt in negotiis militaribus, tam in terris, quàm in mare, quorum omnium Iudex ſit competens Regius Generalis exercitus Auditor.

Sed hac ſtante declaratione, memini aliàs in M.C. dubitatum, an Superintendens Regij Arſenalis inquiſitus, & carceratus de mandato iniuncto ad occidendum; remitti deberet ad Regium Generalem exercitus Auditorem, qui pro hac obtinenda remiſſione ardenter inſtabat; ſic contendens, vt hic Officialis comprehenderetur inter alios ſuprà expreſſos, & denominatos, & per M.C. (Domino Fiſci Patrono admodùm reluctante) fuit deciſum eſſe locum remiſſioni petitæ; me tamen contradicente, cùm voti extitiſſem, vt conſuleretur Excellentiſſimus Dominus Prorex, an inter Officiales exercitus, qui milites non ſunt, de quibus in *præcitata pragmatica 11. in 4. capite*, comprehenderetur Superintendens Arſenalis.

Inſuper, in *ſupradicta Pragmatica Sanctione* prouiſum, & declaratum fuit, vt in Bannis prædictis comprehenderentur pariter omnes, qui ſunt de familia Excellentiſſimi Domini Proregis. 12

Item, & milites illi, qui dicuntur *le Piazze morte*, vt hi etiam tractari debeant, prout tractantur *l'Interteniti* S.C. Maieſtatis; ita vt in eorum cauſis tam Ciuilibus, quàm Criminalibus, & mixtis, non poſſint cognoſci niſi à Regio Generali Auditore; dummodò tamen in hac Ciuitate Neapoli domicilium habeant: quia ſi extra hanc Ciuitatem habitauerint, exemptio intelligatur reſpectu cauſarum criminalium tantùm; In cauſis verò Ciuilibus ſit cognitio Iudicum ordinariorum. In cauſis autem tam Ciuilibus, quàm Criminalibus vxorum, filiorũ, & famulorum dictorum Militum Equeſtris, & pedeſtris Militię *Continuorum, Intertenitorum, e Piazze morte*, Iudices remaneant competentes locorum Ordinarij. 13

14 Habemus & aliam nouiſſimam pragmaticam ſanctionem promulgatam *ſub die* 13. *Iunij* 1652. & eſt vigeſima in ordine *cit. tit. de Militibus*, qua ſancitum eſt, vt quando contigerit per aliquem ex dictis Militibus, & Officialibus committi furta, quæ dicuntur *di ſtrada publica*, ac delicta armationis per campaneam, ſit cognitio Officialium locorum Ordinariorum; prout & cauſarum omnium Ciuilium, feudalium, fideicommiſſorum, ceſſionis bonorum, ac aſſiſtentiæ: in cæteris verò tam Ciuilibus, quàm Criminalibus, abſque alia diſtinctione, an delicta ſint militaria, vel communia, in Prouincia Terræ laboris procedat Regius Generalis exercitus Auditor priuatiuè quoad alios Iudices: in cæteris verò Prouinciis cognitio in prima inſtantia ſit Præſidis Prouincialis cum voto vnius ex Magnificis Auditoribus: in ſecunda verò Inſtantia Iudex Appellationis ſit Regius Generalis Auditor.

SVMMARIVM.

1 *Minor effectus maior nùm poſſit reſcindere donationem factam tempore minoris ætatis iuramento roboratam, & num.* 6.

2 *Pupillo interdicta dicitur omnis bonorum alienatio, niſi aliquibus concurrentibus ſolemnitatibus.*

3 *Pupillus nec cum tutoris authoritate donare poteſt, imò nec cum Iudicis decreto, & num.* 4.

5 *Lex vbi remouet potentiam ab actu, ibi ex traditione non transfertur dominium.*

6 *Text.* in Authen. Sacramenta puberum, *quomodò procedat, & num.* 19.

7 *Iuramentum minoris quando contractum validat.*

8 *Iuramentum ad ignorata non trahitur.*

9 *Solemnitas extrinſeca non præſumitur.*

10 *Ignorantia iuris in minore, muliere, & ruſtico toleratur.*

11 *Certioratio licèt proſit adulto, non tamen pupillo iuuat, etiam pubertati proximo.*

12 *Abſolutio à iuramento neceſſaria non eſt, vbi in contractu enormiſſima læſio interuenit.*

Et quæ ſit ratio. num. 13.

14 *Minor ſine cauſa ſe obligans errare cenſetur.*

15 *Iuramentum tres comites habere debet.*

16 *Læſio præſumitur ex immodica donatione.*

17 *Donatio eſt magna deceptio.*

18 *Læſio quæ in donatione conſideretur.*

20 *Deciſio ad quæſtionem refertur.*

ARGVMENTVM.

Minor maior factus nùm poſſit ad Iudicem recurrere pro reſciſſione donationis à ſe factæ, iuramento roboratæ, tempore, quo quartumdecimum adhùc non expleuerat annum. Abſolutio à iuramento nùm neceſſaria ſit, vbi in contractu enormiſſima concurrit læſio? & de aliis ad materiam pertinentibus, vbi deciſio *Sacr. Conſ.*

CAPVT CXXXVI.

MINOR effectus maior, quæſtionis eſt, 1
nùm poſſit reſcindere donationem à ſe factam tempore minoris ætatis iuramento roboratam, & quid ſi abſolutione non obtenta agere cœperit, an per hoc periurus ſit cenſendus.

Ex pluribus in facti contingentia pro minore effecto maiore reſolutum fuiſſe ſcio, donationem ſcilicèt ſic factam, inualidam eſſe, & per conſequens dominium in donatarium minimè tranſlatum, & in periurium donantem, ſuper contractus reſciſſione agentem, non incidiſſe; nec aliter à iuramento abſolutionem impetrare neceſſarium fuiſſe; ex quo illud in facto verum erat, donationis tempore donatorem illum nondum quartumdecimum annum expleuiſſe; in tantùm, quòd adhùc pupillus dicebatur, cui omnis bonorum alienatio interdicta eſt, 2
niſi præcedentibus octo ſolemnitatibus à iure requiſitis, quæ notabiliter ſcribuntur per Affl. *in Conſt: Regn. Minorum iura, col. fin. num.* 24. & *in deciſ.* 249. ex mente *Bal.* licèt ille nonam addat, & Iodoc. *in tract. de ſubhaſtat. cap.* 2. *num.* 11. dicat vndecim neceſſaria ad alienandum rem minoris, cui etſi omnis alienatio interdicatur, *l. obligari*, cum ſimil. *ff. de author. tutor.* 3
præcipuè tamen donatio interdicta eſt etiã tutore authore, *l.* 1. *in princ. verſ. ſed ſi non mortis, ff. de tutel. & ration. diſtrah. l. tutor ad vtilitatem, ff. de adminiſtr. tutor. l. non ſolùm, C. de præd. minor.* quæ nec cum Iudicis decreto permitteretur, *l. fin. C. ſi maior. fac.* argumento *l. ab agnato, & l. fin. C. de curat. furioſ.* Bal. *in d. l. fin.* cùm donare ſit perdere, *l. filiusfamilias, ff. de donation.* argumento *l. contra iuris, §. ſi filius. ff. de pact. l. prohibere, §. planè, ff. quod vi, aut clam*; & nulla iuſta, aut vrgens cauſa conſiderari poteſt in donationibus à minoribus faciendis, quæ ſemper in alienationibus minorum exigitur; *l. magis puto, §. nè paſſim, ff. de reb. eor. l. lex, quæ tutores, C. de adminiſtrat. tutor.* Bald. & Salycet. *in l.* 1. *C. ſi aduerſ. donat.* Paul. de Caſtr. *in l.* 2. *C. eod.* Petr. de Anchar. *conſ.* 69. *col.* 1. Ruin. *conſ.* 107. *num.* 12. *lib.* 1. Menoch. *conſ.* 29. *n.* 14. *lib.* 1. & *in tract. de recup. poſſeſſione, remed.* 15. *nu.* 162. Rol. à Val. *conſ.* 14. *n.* 29. *lib.* 2.

Quapropter ſiue interueniant authoritas, & decre- 4
tum, ſiue non, idem eſſet; quia perperam interpoſitum decretũ abſque iuſta cauſa cenſeretur, Paul. de Caſtr. *in d. l.* 2. *in fin. C. ſi aduerſ. donat.* per *d. l. ab agnato*, & donatio etiam nulla remaneret, & ex ea nullum dominium in donatarium tranſlatum intelligeretur; text. eſt, qui id ad literam dicit, *in d. l. fi. C. ſi maior fac.* quem ad id expendit Cald. *tract. de reſtit. in integ. in verb. contractum feciſti, n.* 37. ex quo ſuccedit Regula, quod vbicumq; lex remouet potentiam ab actu, ibi ex traditione non tranſit dominium; *l. quemadmodùm, C.* 5
de agricol. & cenſ. lib. 11. cum aliis ad hoc adductis per Bald. *in c.* 1. *ſub n.* 9. *in tit. quid ſit inueſt.* & dum loquimur de donatione, quæ inducit priuationem, paria ſunt quoad nullitatem ipſius, eam fieri ab impubere, ſeu pubere, & adulto, cùm etiam in adulto requireretur

retur curatoris authoritas ad eam conualidandam,
& nulla poterit conſiderari iuſta cauſa dandi curato-
rem ad donandum, Bald. *in d.l.1. Cod. ſi aduerſ. donat.*
Rolan. à Val. *d. conſ.14. num.30.* cum *tribus ſeq. lib.2.*
Octau Simoncel. *de decret. lib.1. tit.2. de donat.* qui
multos congerit; ergò ſemper donatio nulla rema-
net.

6 Nec opitulatur, donationis contractum firmum
remanere ex iuramento, minori ætate non obſtante,
per text. *in authen. ſacramenta puberum, Cod. ſi aduerſ.
vend.* Nam reſpondetur, diſpoſitionem illam locum
ſibi vendicare in pubere, annis quatuordecim maio-
re, ſecundùm veriorem Legiſtarum opinionem, vt
per Afflict. *in §. item ſacramenta, ſub num.4. de pac. iur.
firm.* quæ opinio licèt ſecundùm Canoniſtas habeat
in ſe aliquid difficultatis in impubere doli capace,
& forſan his temporibus receptior ſit, vt per Cald.
tract. de reſtit. in integr. in verb. minoribus, à num.8. cum
pluribus ſeq. tamen quia iſta qualitas capacitatis eſt
facti, niſi probetur, non præſumitur; ad text. *in l. ſcien-
dum, ff. de verb. oblig.*

7 Quarè ſtandum eſſet Legiſtarum opinioni, quam
tenet etiam Andr. *in d. §. ſacramenta, ante num.40. ver.
quid ergò dicit, & num.40* accedente etiam, quòd tunc
demum iuramentum minoris contractum validat,
ex *d. authen. ſacramenta puberum*, quando minor, qui
iurat, eſſet certificatus, & certioratus de beneficio mi-
noris ætatis, & reſtitutionis in integrum, quod ſibi
competeret, & nihilominus iuraret; ſed minore igno-
rante, & non certificato, provt in caſu, de quo age-
8 batur; iuramentum non obeſt, quia ad ignorata non
trahitur; *l. fin. ff. ad municip. l. mater, ff. de inoff. teſtam. l.
qui cum tutoribus, §. fin. de tranſact.* & ita limitat, & in-
telligit *d. auth.* Din. *conſ.5.* quem ſequutus fuit Imol.
& Ant. de Butr. *in cap. penul. de emption. & vend.* Feder.
de Sen. *conſ.199.* poſt Cyn. *in l.2. quæſt.6. num.6. Cod.
de reſcind. vend.* Marian. Soc. Iun. *conſ.48. col.7. lib.1.*
qui opinionem hanc magis veram, & communem di-
cit, Ang. *in d. Authen. ſacramenta puberum*, Seraphin.
de priuileg. iuram. priuileg.83. num.59. Simoncel. *de de-
cret. lib.3. tit.8. n.204.* & Petr. Bellug. in *Spec. Princ. in
tit. de iuram. rubr.12. §. quadam, num.90. cum ſeq.* quæ
certioratio, quando non conſtat quòd fuerit facta,
non præſumitur: ſubdens idem Bellug. *num.93.* quia
9 hoc, quòd ſit certioratus, eſt facti, & eſt ſolemnitas
extrinſeca, quæ non præſumitur, *l. quicunque, §. fin. ff.
de public. in rem act.* notatur in *d. l. ſciendum. ff. de verb.
oblig.* & debet probari, quòd quis aliquid mente agi-
tauerit, Andr. *in cap.1. §. huius autem generis, in prin.2.
10 col. in tit. ex quibus cauſ. feud. amitt.* & ignorantia iuris
in muliere, minore, & ruſtico toleratur; *l. cùm de inde-
bito, de probat. l. regula, §.1. ff. de iur. & fac. ignor.*

A qua opinione, quamuis multi authoritate *Bart.*
receſſerint, ita vt nequeat cognoſci communior opi-
nio; cum *Din.* tamen eſt verior, quam ſequuti fuerunt
antiquiores *Doctores*, & qui *Bart.* ſequuti fuerunt,
adeò eam difficilem exiſtimarunt, quòd cautelam
addiderunt, vt tutius eſſet in contractibus minorum
11 adiicere, quòd fuerint certiorati, quæ certioratio licèt
prodeſſet adulto, imbuberi tamen & pupillo, etiam
pubertati proximo prodeſſe non poteſt, cum quicquid
agat, ex imbecillitate ætatis ignoret, vt experientia
docet, & perinde iuramentum impuberi non obeſ-
ſet.

12 Nec abſolutio à iuramento neceſſaria eſt, enor-
miſſima, ſiue enormi concurrente læſione, ſecundùm
communem opinionem, de qua per Curt. Iun.
conſ.141. Dec. *conſil.180.* Syluan. *conſil.13.* Natt.
conſ.173. ante num.8. verſ. quinimo; Capyc. *deciſ.159.
n.21.* Rip. *reſp.4. tit. de donation.* Rolo. à Valle *conſ.7.
num.43.* Riminald. Iun. *conſ.5. num.120.* Cephal. *con-
ſil.208. num.18. lib.2.* Cagnol. *in l.2. num.98. & 109.
C. de reſcind. vend.* Ioſeph. Ludou. *deciſ. Peruſ.18. n.67.*
Gabr. *comm. concl. tit. de minor. concl.5. num.7.* conten-
tus ſola authoritate Curt. Iun. *d. conſ.141.* Ratio eſt 13
aperta, quia vbi adeſt enormiſſima læſio, dicitur in-
teruenifle dolus re ipſa, *l. omnes, §. Lucius, ff. quæ in
fraud. cred.* qui quidèm æquiparatur dolo ex propo-
ſito; Dec. *conſ.180.* & Ludou. *d. deciſ.18. num.59. cum
ſeq.* & propterea iuramentum non obligat, fortiùs in
minore, muliere, & ruſtico, quibus de facili propter
perſonæ qualitatem iura ſubueniunt; *d. l. regula, ff. de
iur. & fact. ignor.* quod rationabile viſum fuit Corne.
conſ.189. col.1. lib.1. ex qualitate enim perſonæ mi-
noris de facili arguitur dolus, quando læſio eſt eui-
dens, *l. ſi ſuperſtite, Cod. de dolo*, ibi, *ſi læſa es im-
modicè.*

Hinc notabilitèr dicebat Bald. *in rubr. Cod. de rer.* 14
permut. verſ. item quarè donatio, minorem promitten-
tem, & ſine cauſa ſe obligantem, potiùs errare, & per
ſimplicitatem cenſeri promiſiſſe, quàm ex mera li-
beralitate, vel donandi animo, *d. l. cùm de indebito, ff.
de probation.* adeò quòd ſi ſuper tali promiſſione iu-
ramentum minor præſtitiſſet, id captioſum, & iniu-
ſtum præſumeretur, & propterea relaxandum; quan-
doquidẽ iuramentũ licèt repræſentet quem maiorẽ,
non tamen facit prudentẽ, & ſagacem. Idem videtur
ſentire ipſemet Bal. *conſ.238. Punctus talis eſt A.B.C.
li.1.* & Siluan. *d. conſ.13. n.7. & n.10.* cùm iuramentum
tres comites habere debeat, Veritatem nimirùm, Iu- 15
cium, & Iuſtitiam, *can. animaduertendum, 22. quæſt.2.*
quæ non poſſunt concurrere in iuramento à minore
præſtito, per *prædicta*, & notat Rola. *d. conſ.7. num.48.*
Rip. *d. reſp.4. numer.7.* cum aliis per dictos allegatis,
quæ breuitatis cauſa omittuntur, cùm ſint notiſ-
ſima.

Donatio autem in propoſito fuerat à minore fa- 16
cta, quaſi ad totam ipſius ſubſtantiam aſcendens;
Quarè dicendum eſt, quòd ex immodica donatione,
& exceſſiua, læſio præſumitur; Cephal. *conſ.142. nu-
mer.53. lib.1.* Mandel. *conſ.77. num.22. & conſ.100.
num.5.* Contra illud, quod dicebatur, in donationibus
non dari læſionem, cùm ex mera liberalitate proce-
dant; quod non erit verum in minore per dictos DD.
qui non præſumitur, quòd ſciat valorem ſuæ ſubſtan-
tiæ, & proindè iuramentum etiam relaxari debet;
Alex. *in quodam ſuo conſilio, non impreſſo*, relato tamen
per Ruin. *conſ.107. num.16. cum ſeq. lib.1. conſ.170.
num.21. cum ſeq. eod. lib. conſ.60. num.24. lib.3.* Curt.
Iun. *d. conſ.141. num.16.* Natt. *ad conſ.* Alex. *125. lib.1.*
Gramm. *deciſ.103. num.53.* quapropter dicebat Ant.
de Butr. *d. cap. penul. in fine, de empt. & vend.* quòd do-
natio eſt magna deceptio, & læſio; & niſi minor iu- 17
raret, & renunciaret, & quòd vellet contractum vale-
re, etiam ſi eſſet læſus in maxima quantitate, iura-
mentum, & renunciatio non tenerent.

Et omittendo tractare, quæ *Doctores* tractant, provt
refert Simoncel. *citat. tract. de decret. tit. de donation.
inſpect.3. num.27.* nimirùm, quæ læſio debeat con-
ſiderari in donatione, cùm nullum adſit pretium, vt
poſſit dici læſio vltra ſextam, vel dimidiam; attamen
cùm donare ſit perdere, vt ſupra dictum fuit, & ex-
plicauimus *lib.1. cap.144. num.9. & 10.* integra dona- 18
tio eſt læſio, cùm donando minor lædatur; & in no-
ſtris propriis terminis in donatione iurata, dixit no-
tabilitèr Alciat. *reſp.107. num.11.* quòd quando quis
donat vltra dimidiam bonorum ſuorum, dicitur 19
enormitèr læſus, & eo caſu non procedit *authen. ſa-
cramenta puberum*, quia minor per talem contractum
fraudatur, *d. l. ſi ſuperſtite, C. de dolo*, cùm paria ſint,

quòd dolus ex propoſito, vel re ipſa interueniat; *l. ſi quis cùm alitèr, ff. de verb. obligat.* cum aliis adductis per Alciat. *ibidem*, Quod etiam firmauit Abb. *conſil.* 107. *num.* 4. *lib.* 2. vbi quòd quis donando omnia ſua bona materna aſcendentia ad ſummam duorum florenorum, dicitur enormiſſimè læſus, accedente etiam legis prohibitione, ætate, & fragilitate, quo caſu iuramentum nihil operaretur: & ita in his ter-
20 minis inueni fuiſſe per S. C. Regni huius deciſum, iunctis Aulis, *ſub die* 29. *Martij* 1588. referente olim Regio Conſiliario Pompeio Salernitano, ad fauorem Domini Ferdinandi de Roſſis, qui in minori ætate conſtitutus Comiti Caiatiæ eius fratri contemplatione matrimonij totam eius ſubſtantiam donauerat, ad ſummam ducatorum triginta millium aſcendentem; quam donationem effectus maior reſcindere intendens, ſententiam in ſui fauorem reportauit: prout apparet in proceſſu penes Fœlicem S.C. Actorum Magiſtrum.

SVMMARIVM.

1 *Minor Curatorem habens, ſi contraxerit præter illius conſenſum, ſed cum decreto Iudicis, an contractus validus ſit cenſendus.*

2 *Authoritas Iudicis an ſuppleat defectum Tutoris, vel Curatoris.*

3 *Minor Curatorem habens, abſque illo contrahens cum iuramento, an contractus validus ſit cenſendus, & n.* 4.

5 *Minor æquiparatur Prodigo.*

6 *Iuramentum non confirmat contractum Prodigi.*

7 *Minor poteſt præſentare Clericum in beneficio, quod eſt de ſuo iure patronatus; itémque pupillus maior ſeptennio.*

ARGVMENTVM.

Minor curatorem habens, ſi abſque eius authoritate contraxerit; ſed cum decreto Iudicis, nùm contractus ille iuramento roboratus de iure ſubſiſtat? Iudicis decretum an ſuppleat Tutoris, vel Curatoris defectum. Pupillus maior ſeptennio nùm poſſit abſque Tutoris authoritate præſentare Clericum in beneficio, quod eſt de eius iure patronatus; & ſi duplex concurreret præſentatio, nimirùm pupilli, & Tutoris, quænam præualebit.

CAPVT CXXXVII.

MInor curatorem habens, ſi abſque eius authoritate contraxerit, ſed cum decreto Iudicis, dubitabatur, an contractus validus ſit cenſendus? 1

Gloſſa in *l. ſi curatorem habens. C. de in integr. reſtit. minor.* 25. *annis, in verb. abſimilis, in fine*, pro validitate reſpondit.

Bart. tamen *ibidem num.* 6. quem omnes ferè ſequuntur, diſtinguit, & meliùs, dicens, quòd quidam ſunt actus, in quibus requiritur Iudicis, & curatoris, ſiue tutoris authoritas, vt in alienatione bonorum immobilium, *tot. tit. Cod. de præd. minor.* & authoritas ſola Iudicis non ſufficit, quia vnum deficit ex ſubſtantialibus; allegat text. *in l. cùm hi, §. ſi prætor. ff. de tranſact.* Quidam verò ſunt actus, in quibus curatoris tantum authoritas ſufficit, & tunc dicit *Bart.* aut celebratur actus neceſſarius, & Iudicis authoritas ſufficit; aut actus voluntarius, & tunc ſi loquimur in curatore, authoritas Iudicis curatoris ſupplet defectum; ſecùs verò in tutore, quia tunc neceſſarium eſt, quòd eius interueniat authoritas, niſi forſan de facili tutor haberi non poſſet; eo enim caſu Iudex poſſet illius ſupplere defectum. Subdit tamen *Bart.* notandum eſſe in praxi, quòd vbicunque Iudex ſupplet defectum tutoris, debet Notarius de hoc in actis expreſſam facere mentionem, dicendo; ſciens, & cognoſcens dictus Iudex, eum eſſe minorem, & prædicta ſine tutoris authoritate facere, ſuum interponit decretum. 2

Sed quid dices, ſi minor curatorem habens contraxerit ipſe ſolus, iuramento interueniente, an procedant ſupra ennarrata, ita vt actus cum iuramento geſtus, illius vigore validus cenſeatur, iuxta diſpoſita in *authen. Sacramenta puberum, C. ſi aduerſ. vend.* Reſpondeo, in hoc caſu *Doctores* ſatis variaſſe: Nonnulli enim exiſtimarunt ex vi iuramenti, etiam ſi minor curatorem habuerit, dum cum iuramento contrahit, ritè, & rectè eum contrahere, pro qua opinione videndi ſunt Cynus *in d. authent. Sacramenta puberum, in* 11. *quæſt.* Crauet. *conſ.* 7. *num.* 16. Seraphin. *de priuileg. iuram. priuil.* 83. *n.* 78. *verſ. decimoſeptimo*, & *priuileg.* 129. *num.* 2. & alij relati per Mancinum, cum quibus ipſe pertranſire videtur in *tract. de iuram. quæſtion.* 15. 1. *effectu, num.* 2. & per Rouit. *pragm.* 1. *n.* 33. *de minoribus*; illámque ſolam afferunt rationem, quia vbi adeſt iuramentum, de curatoris authoritate non curatur; ſed quod procedat text. *in d. authen. Sacramenta puberum.* 3 4

Contrariam tamen opinionem ſequuti ſunt Butrigar. relatus ab Imol. in *c. cùm contingat, num.* 48. *de iureiur.* Curt. Iun. *conſ.* 53. *num.* 6. Tobias *conſ.* 57. *n.* 20. aſſerentes, minoris contractum abſque curatoris authoritate celebratum, quamuis iuramento roboratum, nullius eſſe efficaciæ, nec fore locum *authen. ſacramenta puberum*, iſtámque ſententiam receptiorem eſſe teſtatur Pariſ. *conſ.* 96. *num.* 12. & *ſeq. lib.* 1. quæ opinio mihi ſemper viſa fuit iuri conſona; quia ſi ſecùs, fruſtratorius eſſet actus dationis curatoris minori, cùm ſemper contrahere poſſet cum iuramento, & ſic actus valerent, & curator ad nihil deſeruiret. Item 5 cùm minor Prodigo æquiparetur, vt probat text. *in d. l. ſi curatorem habens*, ex quo eſt ille à Iudice bonorum adminiſtratione priuatus, ſi cum iuramento con- 6 traxerit, adhùc contractus nullius eſt roboris; ex doctrina Bart. communitèr recepta in *l. ſi quis cùm alitèr*,

ter. ff. de verb. obligat. ergò idem dicendum eſt in minore curatorem habente, vt nimirùm iuramentum confirmare non poſſit contractum ab eo initum, dum citra curatoris conſenſum celebratus extitit.

7 Limitantur tamen hæc omnia in actu per minorem explendo circa præſentationem Clerici in beneficio; quod eſt de ſuo iurepatronatus; poterit enim minor curatorem habens, itemquè pupillus maior ſeptennio, abſque Tutoris, ſiue Curatoris authoritate Clericum præſentare in beneficio, quod eſt de eorum iurepatronatus; immò, quod eſt plus, ſi duplex concurreret præſentatio, Tutoris nimirùm, & pupilli; prævaleret pupilli præſentatio: vt probant *Lambert. de iurepatron. lib. 2. part. 1. quæſt. 2. art. 9. & 10. fol. mihi 9.* cæterique relati per Viuian. *in prax. iurispatro. p. 2. lib. 5. c. 3. n. 15. cum ſeqq.*

SVMMARIVM.

1 *Monaſterium num ex perſona Monachi profeſſi tempore grauiſſimæ infirmitatis, & in ea mortui, poſſit in illius patris bonis petere legitimam portionem, quæ ei competebat, & n. 6 8. 9. & 10.*

2 *Nouitius non eſt ad profeſſionem admittendus poſt annum probationis, ſi pro Religione inhabilis reperiatur.*

3 *Argumentum de matrimonio carnali ad ſpirituale validum eſt.*

4 *Actum faciens in articulo mortis, per quem præiudicium fit Tertio, nullum producit effectum.*

5 *Ingrediens Religionem mortis tempore, præſumitur id factum in fraudem ſubſtituti.*

7 *Profitens Religionem in mortis articulo, ſalutem recuperans non poteſt ſe pœnitere.*

8 *Matrimonium quis poteſt contrahere cum concubina ad effectum filios legitimandi.*

11 *Deciſio ad quæſtionem refertur.*

ARGVMENTVM.

Monaſterium ex perſona Monachi tempore grauiſſimæ infirmitatis profeſſi, & in ea defuncti, nùm poſſit agere ſuper bonis paternis, & maternis, pro conſequutione legitimæ portionis, quæ huic Monacho ſuper eiſdem bonis competebat? vbi deciſio *Sacri Conſilij.*

CAPVT CXXXVIII.

1 MONIALIS ſi emiſerit profeſſionem tempore grauiſſimę infirmitatis, ex qua mortua eſt, elegans eſt indagatio, an poſſit Monaſterium in bonis paternis, & maternis ſic profeſſæ, legitimam portionem filiæ huic competentem petere: Et negatiuè reſpondendum videtur, cùm vigore Tridentinæ ſanctionis *ſeſſ. 25. c. 15. & ſeq. de Regular.* expreſsè cautum ſit, Nouitios poſt annum probationis, ſi inhabiles illi inueniantur pro 2
Dei, & Religionis cultu, ad profeſſionem non eſſe admittendos; cùm igitur hæc Monialis profeſſionis tempore reperiatur quaſi de ſalute deſperata, ergò pro Religione inutilis, & proindè etſi profeſſa ſit, parentibus tamen nocere non debet.

Secundò, cùm valeat argumentum à matrimonio 3
carnali ad ſpirituale, & ſignantèr quoad dotem, Bald. *in l. fin. C. de dotis promiſſ.* ſicut enim dos datur marito propter matrimonium carnale, pro oneribus eiuſdem ſuſtinendis, *l. pro oneribus, C. de iur. dot.* adeò quòd ſi maritus onera matrimonij non ſuſtineat, eidem fructus dotis nullo modo debentur; Gloſ. *in cap. ſalubritèr in verb. onera, de vſur.* Bart. *in l. ſi ante, num. 3. ff. ſolut. matrimon.* ita in matrimonio ſpirituali, vt Monaſterium non poſſit fructus dotis conſequi, quando onera alimentandi Monialem non ſuſtinuit, neque ſuſtinet.

Tertiò, vera eſt *Doctorum* concluſio, quòd quando 4
conſtitutus in articulo mortis facit actum, per quem præiudicium infertur ei, qui habet ius in re, prout in caſu noſtro, in quo ſi profeſſio effectum produceret, reſpectu bonorum, præiudicium afferret Parentibus; hoc ſanè caſu actus ex hoc ſolo, quòd ſit in articulo mortis, nullum producit effectum in Tertij præiudicium; argumento text. *in l. filia mea emancipata, & ægra 60. ff. ſolut. matrim.* Alciat. *in l. poſt contractũ, ff. de donat. n. 61.* qui in puncto expreſsè voluit, 5
ingredientem Religionem mortis tempore, in ſubſtituti fraudem præſumi ingreſſum fuiſſe, & proindè non remanebit ſubſtitutus ille excluſus; ſequitur Crauett. *conſ. 82. num. 3.* & tenuit Menoch. *conſ. 266.*

Sed in contrarium pro Monaſterio facit text. *in* 6
cap. ſicut nobis, de Regul. & tranſeunt. ad Religion. vbi profeſſio in mortis articulo emiſſa valet, per quem text. pro indubitato hoc affirmat Io. Andr. *in cap. ſine culpa, numer. 1. verſ. quinto multùm, de regul. iur. in 6.* ſubdens, tam matrimonium carnale, quàm ſpirituale in articulo mortis contractum haberi, ac ſi fuiſſet in ſanitate contractum, ergò ſi valet profeſſio, bona monaſterio acquiruntur.

Secundò, in tantum eſt verum, quòd profeſſio in 7
mortis articulo valeat, quod ſi talis profiteri volens ſalutem recuperauerit, non poteſt ſe pœnitere, ſed Regulam obſeruare compellitur, vt *in d. text.* probatur; ergò ſi ad obſeruantiam compellitur, profeſſio dicitur ſolemnis, & per hoc profitentis bona Monaſterio acquiruntur.

Tertiò, ſi licitum eſt, vt *ſuprà* diximus, arguere de 8
matrimonio carnali ad ſpirituale; & vera, ac magis recepta eſt *Doctorum* concluſio, licitum eſſe infirmo in articulo mortis exiſtente matrimonium cum concubina contrahere, ad effectum filios legitimandi, vt per illos ſubſtituti excludantur; prout multis authoritatibus concludunt Menoch. *de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 81. numer. 28. verſ. cæterum,* & de Pont. *conſ. 114. num. 2. verſ. nec de ægritudine*; ergò & permiſſum eſt Moniali in mortis articulo profiteri, etiam vt eius bona Monaſterio acquirantur.

Quid dicendum? Ego in hac quæſtione diſtinguendo reſponderem, nimirùm, aut profeſſio fuit emiſ- 9
ſa ante completum annum probationis, attenta *Bulla Pij V.* emanata *ſub die 23. Auguſti 1570.* aut poſt annum completum, vt primo caſu procedat, & vera ſit prima opinio, nempe quòd per talem profeſſionem bona monaſterio acquiſita non cenſeantur, cùm per illam voluit Summus Pontifex nouitiis in articulo mortis exiſtentibus ſuccurrere, etiam non completo anno probationis, ex debito deuotionis, ad hoc vt

decedentes

decedentes Indulgentias, & alias conſequantur gratias, quas & alij, aliæve, profeſſi, ſeu profeſſæ conſequuntur (in tantum, quòd ſi nouitius ille ſic in mortis articulo profeſſus conualuerit, & ſic ex ea infirmitate non deceſſerit, teneri eum, dixerunt *Doctores* complere integrum probationis annum, & profeſſionem de nouo emittere: ſic Fran. Eman. *tom.* 3. *q.* 15. *art.* 6. Petr. de Ledeſm. *in ſumm. par.* 2. *trac. de los ſtat. de los Relig. cap.* 7. *concl.* 2. *difficult.* 1. quos citat Barboſ. *in remiſſion. ad Concil. Trid. cap.* 15. *de Regular.*) & proindè quod factum eſt ad vnum finem, Indulgentiarum ſcilicet conſequendarum, non debet ad alium, acquiſitionis ſcilicet bonorum, operari, & ſic intelligendi ſunt Ricciu *reſolut.* 493. *in prax. variar. reſolut.* & alij primæ opinionis Authores: Secundo verò
10 caſu, indubitantèr tenendum eſt, ſecundam opinionem procedere, vt ſcilicet Monaſterium omni iure legitimam portionem, quæ filiæ Moniali talitèr profeſſæ in bonis parentum competebat, petere poſſit; per ea, quæ ſunt *ſuprà* ponderata: ſicuti in facti contingentia *de anno* 1626. maxima diſcuſſione præcedente per S.C. Regni huius, iunctis Aulis in Colla-
11 terali Conſilio fuit deciſum ad fauorem Monaſterij Sancti Ioannis Baptiſtæ huius Ciuitatis Ordinis Sancti Dominici, contra hæredes Marcelli de Iudice, cuius filia nomine ſoror Maria Magdalena poſt annum probationis incurabili preſſa infirmitate, in qua mortua fuit, profeſſionem emiſit; quæ per Sacram Congregationem valida fuerat declarata: & ſic fuerunt condemnati dicti hæredes ad præſtandum Monaſterio dotem conſuetam, vnà cum fructibus à die profeſſionis; penes Cioffum S.C. Act. Magiſtrum; & extat *deciſ.* 40. D. Reg. Rouiti, poſt hæc ſcripta *impreſſa.*

SVMMARIVM.

1 *Mulier ſoluto matrimonio per mortem viri an abſque hæredum viri conſenſu poſſit agere pro dotis promiſſæ recuperatione, & num.* 2. 6. 7. 8. 9. *&* 13.

3 *Inſtrumentum in iudicio productum an fidem faciat, ſi non eſt productum in charta pergamena, ſeruata forma Conſtit. Regni,* Inſtrumentorum robur, *& num.* 14. 15. *&* 16.

4 *Refutatarius an in actione perſonali cogi poſſit ad ſoluendum debita defuncti, non dato alio hærede, & n.* 17.

5 *Actio realis an inſtitui poſſit ſuper feudo, quod non eſt ſpecialitèr obligatum, & numer.* 24.

10 *Mulieri abſenti in dote pro illa conſtituta ius perfectè quæritur, adeò vt ſi matrimonium illud ſequi non poteſt, dos nullatenus per patrem de cætero diminui poteſt, venitque præferenda omnibus paternis creditoribus, qui poſt illius dotis conſtitutionem contraxerunt.*

11 *Textus in* l. ſi pater, C. de dotis promiſſ. *ceſſat, vbi in contractu promiſſionis dotis mulier dotata interuenit.*

12 *Textus in* Authen. ſed quamuis, C. de rei vxor. action. *declaratur.*

18 *Refutatio eſt præmatura, ſiue anticipata ſucceſſio.*

19 *Refutatarius, refutatione facta, tenetur fratribus ſecundogenitis Vitam, & Militiam præſtare, & Paragium ſororibus, & num.* 21.

20 *Donatarius omnium bonorum habetur loco hæredis, ita vt ad omnia debita donantis, etiam actione perſonali cogi poſſit.*

22 *Feudum ſi emptionis titulo ad legitimum ſucceſſorem deuenit, adhùc antiquum dicitur, ita vt vaſalli ad domanium prouocare non poſſint.*

23 *Releuium ſoluitur Fiſco ex refutatione omnium feudorum.*

24 *Dictio,* &c. *poſita in obligatione omnium bonorum, an comprehendat bona feudalia.*

25 *Text. in* cap. 1. §. in generali, ſi de feud. defun. controu. ſit: *an de conſuetudine ſeruetur.*

Et ſuppoſito, quòd ſic, an procedat in obligatione vniuerſali, n. 26.

Et an limitetur fauore dotis, n. 29.

Vel vbi aſſenſus hominis, vel legis præcederet, n. 30.

27 *Cauſæ feudales an agitari poſſint cum procuratore, qui vniuerſale habet mandatum ad omnes cauſas.*

28 *Feudatarius ſi obligauerit generalitèr bona ſua, quo tempore non habebat niſi bona feudalia, an illa obligata cenſeantur.*

ARGVMENTVM.

Mulier, ſoluto matrimonio, nùm poſſit abſque hæredum viri ceſſione agere pro recuperatione dotis viro promiſſæ, & non ſolutæ. Inſtrumentum, quod in iudicio in charta pergamena non eſt productum, an fidem faciat? vbi geminatæ S. C. deciſiones. Refutatarius bonorum feudalium, non dato hærede vniuerſali, an loco hæredis habeatur. Text. *in c.* 1. §. *in generali, ſi de feudo defun. controu. ſit:* an procedat, quando feudatarius vniuerſalitèr bona ſua obligauit; & quid ſi non habebat, niſi bona feudalia. Item an limitetur fauore dotis, & vbi hominis, ſiue legis aſſenſus præcederet; & de aliis.

CAPVT

CAPVT CXXXIX.

1 MVLIER, ſoluto matrimonio per mortem viri, dubitatur, an abſque hæredum viri ceſſione poſſit agere pro dotis promiſſæ recuperatione? & quid ſi conuentus non eſſet dotantis hæres; ſed bonorum feudalium refutatarius, num in actione perſonali condemnari poſſit? & an cum actione perſonali poſſit inſimul agere actione hypothecaria ſuper feudis refutatis, quæ tamen pro dote promiſſa ſpecialitèr obligata non reperiuntur; ſed tantùm generalitèr?

Contigit hoc anno de his in S.C. diſputari in cauſa Dominæ D. Iuliæ Beltranæ actricis cum Domino Comite Conuerſani conuenti, cuius quidèm D. Iuliæ partes Ego defendens, ſequentes ſcripſi iurium Allegationes.

Ieſus, Maria, Ianuarius.

Domini Comitis Cõuerſani iura tuentes, pluribus mediis demonſtrare conantur, Domnam Iuliam Beltranam repellendam eſſe à iuſtiſſima petitione facta ducatorum decem millium matri ſuæ D. Camillæ de Aquauiua, à Ducibus Neritoni Genitoribus dotis nomine promiſſorum, cùm deſponſaretur Don Ferdinando Beltrano Myſanearum Comiti; &

2 Primò, quia actrix ipſa caret actione, cùm promiſſio Comiti Myſanearum eius patri facta fuerit; ſicque illi, non autem dotatæ hæredibus ad dotem promiſſam conſequendam competit actio; ad text. *in l. ſi pater, Cod. de dotis promiſſ.* & tradita per D. de Franch. *dec.* 31.

3 Secundò, quia inſtrumentum Capitulorum matrimonialium, quo mediante conſtat de credito prædicto, non eſt in actis præſentatum in charta pergamena, ſeruata forma Conſtit. Regni, *Inſtrumentorum robur*, & alterius incipientis, *Conſuetudinem*; ſed Bammacina, & Notarius, à quo ſtipulatum fuit, ad præſens mortuus reperitur, inſtitúmque fuit à conuento pro exhibitione protocolli, quod D. Iulia actrix exhibere non curauit.

4 Tertiò, quia fuit D. Comes conuentus in actione perſonali ad ſoluendum vti hæres Ducum dotantium per intermediam perſonam D. Catharinæ matris, quam nullatenus in proceſſu conſtat fuiſſe hæredem Ducis patris, ſed tantùm Ciuitatis Neritoni refutatariam.

5 Quartò, quia actrix vltra actionem perſonalem, quam aduerſus D. Comitem ſobrinum inſtituit, egit inſimul iure aſſiſtendi ſuper Ciuitate Neritoni, quæ in Capitulis matrimonialibus obligata non reperitur, ſed tantùm generalitèr dotantium bona hypothecæ ſubmiſſa, ſub qua quidèm generali obligatione feuda non includuntur; ad text. *in cap. 1. §. in generali, in tit. ſi de feud. defun. &c.*

6 At Ego, qui D. Iuliæ iura tueor, breuitèr, & facili quidèm modo demonſtrabo, omni iure D. Comitem in actione perſonali condemnandum eſſe, & pro petitis quantitatibus ſuper bonis in iudicio deductis aſſiſtentiam fore præſtandam, oppoſitionibus, quæ ex aduerſo fiunt, in nihilo refragantibus.

7 Et quoad primam attinet, nimirum quòd actrix actione careat, cùm ad dotem promiſſam conſequendam, viro, ſiue eius hæredibus, non autem mulieri competat actio, *citata l. ſi pater, C. de dot. promiſſ.* aduertatur, illud in hac re certum eſſe, ſoluto matrimonio per mortem D. Camillæ, ſuperſtite D. Iulia actrice eius filia, D. Comitem Myſanearum, dum illam nuptui tradidit primò D. Didaco Beltrano, & demum D. Franciſco Pignatello, dotis nomine ceſſiſſe infra maiorem ſummam, eandẽ quantitatem ducatorũ decem millium, ſibi à Neritoni Ducibus promiſſorum, ſicquè non eſt, cur hodiè dubitari poſſit, an D. Iulia actrix actionem habeat ad hanc ſummam, & quantitatem conſequendam.

Secundo, verſantes nos in mero, ac puro iuris articulo, omiſſa diſpoſitione *d. l. ſi pater*, quæ certè, vt benè aduertit Ant. Faber *infrà* allegandus, loquitur conſtante matrimonio, vt eo tempore non vxori; ſed marito competat actio ad dotem promiſſam exigendam; fateor, ſatis fuiſſe inter DD. controuerſum, an eadem diſpoſitio procedat, quando matrimonium per alterius ex coniugibus mortem fuerit ſolutum. 8

Sed ruminatis vtriuſquè ſententiæ fundamentis, exiſtimo, ſatis, ſuperque conſtare, opinionem pro muliere, vt abſque vlla hæredum viri ceſſione agere poſſit, magis receptam eſſe, tum rationibus, tum rerum iudicatarum, ac Doctorum authoritate.

Rationibus ſiquidèm, & primò, quia hoc æquitas ſuadet, vt pro dote ſua recuperanda abſque ceſſione agere poſſit mulier, ad text. *in l. 1. §. videamus, & in §. accedit, Cod. de rei vxor. action.* Nec eſt nouum, vt ex æquitate actio concedi ſoleat alij, quam illi, cum quo negotium geſtum eſt; ad text. *in l. ſi me, & Titium, ff. ſi cert. pet.* quam quidèm æquitatem eo fortius in hoc caſu omninò amplecti debemus, ſi conſideramus inconueniens, quod oriri poſſet, ſi actionem, de qua agimus, mulieri denegaremus; illudque eſt, quia poſſet dari caſus, vt mulier indotata remaneret, cùm poſſent viri hæredes dotis promiſſorem liberare, illóſque demùm effici non ſoluendo, ſicque mulieri nullo pacto eſſe conſultum; vt benè aduertit Fontanel. mox allegandus.

Secundò, pro muliere multum ſtringit virtus iuramenti, à dotis promiſſore in Capitulis matrimonialibus præſtiti, ac Notarij ſtipulatio, vt omnibus, quorum intereſt, ſine ceſſione ius acquiſitum cenſeatur. Probant hoc Natt. *conſ.* 534. *num.* 8. *lib.* 3. Rot. *deciſ.* 769. *in nouitèr nouiſſimis collectis per Farinac.* & alij penes D. Card. Mant. *de tacitis, & ambiguis conuent. lib.* 13. *tit.* 7. *n.* 22. & Vincent. Mancinum *in tract. de effect. iuram. par.* 4. *effect.* 23. *n.* 1. 9

Tertiò, quòd mulier nulla indigeat hæredum viri ceſſione, ſed ad finem agendi ſat ei eſſe promiſſionem à patre dotante olim viro ſuo factam; conſidero actum illum dotationis, in quo pater dotem dans, vel promittens, videtur illam filiæ donare, *l. fin. C. de dot. promiſ.* Et quamuis filia ſit abſens, dicitur ius illi quæſitum, cùm ſpeciale ſit in dote, vt ex contractu inter alios celebrato mulieri abſenti in dote pro illa conſtituta ius perfectè quæratur: reuideatur text. *in l. vnica, §. accedit, C. de rei vxor. action.* cum aliis allegatis per Dec. omninò videndum *conſ.* 35. vbi per decem columnas adeo ex promiſſione dotis futuro viro à ſocero facta filiæ dotatæ ius quęſitum cenſeri probat, vt ſi matrimonium illud ex aliqua cauſa ſequutum non fuerit, dos nullatenus per patrem de cætero minui poſſit, ſicque in hoc caſu adhùc procedere diſpoſitionem text. *in auth. ſed quamuis, C. de rei vxor. action.* id quod paritèr probant & alij per me relati, *lib.* 1. *cap.* 92. quò loci retuli ſingulare dictum Philippi Paſcalis, qui *in ſuo tract. de viribus patr. poteſt. par.* 1. *cap.* 4. *num.* 34. ſuſtinuit, ex dotis promiſſione à patre pro filia in Capitulis matrimonialibus facta, adeò ius irreuocabile filiæ acquiri, vt etiamſi matrimonium illud non ſequatur, veniat nihilominus filia ſuper bonis paternis, omnibus creditoribus, qui 10

poſtea

poſtea cum patre contraxerunt, præferenda. Et de-
11 mum *eodem cap.4.num.*117. probat, ceſſare prorſus diſpoſitionem text. *in d.l.ſi pater*, quotiès in contractu promiſſionis dotis interuenerit mulier, quæ dotatur, provt in caſu noſtro, in quo verum eſt D. Camillam dotatam inſimul cum Comite viro in inſtrumento promiſſionis dotis interueniſſe: quo fit, vt pro eo, quod ad nos pertinet, ceſſet prorſus omnis dubitatio, nam ſicut ex vi interuentus D. Camillæ in ſtipulatione, poterat ipſa agere etiam conſtante matrimonio, ita paritèr poteſt nunc agere D. Iulia eius filia, & hæres.

12 Quartò, rogo aduertendum, quòd ſi contrariam inſequeremur ſententiam, ſicquè diceremus, ex dotatione nullum fuiſſe ius quæſitum mulieri, & ſucceſsiuè matrimonio ſoluto per mortem viri, non poſſe illam pro dotis exactione agere aduerſus patrem promittentem, niſi priùs iurium ceſſione obtenta ab hæredibus viri, cui fuit dos promiſſa, loqueremur certè contra diſpoſitionem text. *in ſupra citata auth. ſed quamuis, Cod. de rei vxor. action.* nam diſponitur *ibi*, non licere patri dotem filiæ ad ſe per viri mortem reuerſam minuere, ſi filia ipſa alteri nubere voluerit. Hac diſpoſitione ſic ſtante, dico Ego, ſi ex prima dotatione non fuiſſet filiæ ius quæſitum, quænam actio ei ſupereſſet aduerſus patrem, vt dos illa primo viro aſſignata, iterùm ſecundo abſque diminutione tradatur? certè nulla; & tamen contrarium determinatur in *text. prædicto*: ergò ſuppoſuit *Imperator*, ex prima dotatione fuiſſe ius filiæ quæſitum, vt ſemper abſque alterius miniſterio actionem habeat ad dotem promiſſam conſequendam: id quod nimis clarè diſpoſitum erat in *lege Codicis*, provt videre eſt in *d.§.accedat*, ibi, *tunc præſumitur, mulierem ipſam ſtipulationem feciſſe, vt ei dos ex huiuſmodi caſu accedat, &c.*

13 Aſſiſtit etiam pro muliere, vt deueniamus ad punctualitates, rerum iudicatarum authoritas; ſic enim in Senatu Gratianopolitano deciſum, teſtis eſt Guid.Pap.*deciſ.*375. in Senatu Pariſienſi, Io. Papon. *lib.*15. *tit.*4. *arreſt.*3. in Rota Romana, Gratian. *diſcept.forenſ.cap.*49. & 262. in Senatu Sabaudiæ, inſignis Ant.Fab.*diff.*6.*C.ſolut.matr.* in Senatu Cathalauniæ, Fontanel. omninò videndus, *tom.*2.*de pact. nuptial.clauſ.*6. *gloſ.*1.*par.*1. *num.*20. vbi *num.*32. & *ſeq.* huic opinioni tanquam æquiori omninò adhærendum fore ſuadet, quia illam tot Viri docti, & Senatus eminentiſſimi inſequuti fuère, & hoc ad circuitum prorſus inutilem, vt ipſe dicit, euitandum: Idemquè affirmarunt Ioan. Bapt. Laderch. *conſ.*131. *per tot.* & Io.Vincent.de Anna *alleg.*129. & *ſing.*601. vbi fatetur, olim D. Regentem Reuerterium Virum eruditiſſimum ſibi dixiſſe, Guid.Pap.*deciſionem* veriſſimam eſſe, & nouiſſimè Sanfel.*dec.*130.

14 Ad ſecundum obiectum, probaui aliàs dum de his agerem; *cit lib.*1.*cap.*186. *num.*15. & 16. in obtinendo in quibuſuis iudiciis, excepto illo, in quo agitur via ritus M.C.V. ſat dici, & cenſeri in forma probanti inſtrumentum, quod in charta bammacina producitur, in quo nec teſtes per Notarium adſcribuntur, nec ab aliis fit ſubſcriptio, dummodò adſit fides eiuſdem Notarij, per quem confitetur, extractam eſſe copiam à proprio originali, vbi adſunt Iudex, & teſtes in numero opportuno; ſicque paſſim apud nos tam in M.C. quam in S.C. praxim obſeruate; ad id-
15 que citaui Minad D. R. Tap. & alios vt *ibi*: quibus nunc addo Vrſil. ad Afflict. *deciſ.*245. *num.*1. & 2. vbi deciſionem refert; Annam *ſing.*246. vbi paritèr ſic per S. C. in caſu maioris conſiderationis determinatum teſtatur, Ricc. *collect. deciſ.*1322. & Barbat. *de aſſiſtent. gloſ.*4. *num.*9. ſicquè noſtris temporibus in diuerſis factorum contingentiis iudicatum inuenimus, & ſignantèr in cauſa Viti Antonij de Calce, cum Ioſepho, & Michaële de Calce pupillis, qui cùm in M. C. quatuor propoſuiſſent nullitates aduerſus decretum aſſiſtentiæ, per Curiam Salernitanam latum ad fauorem dicti Viti Antonij, illamquè præcipuam, & primam; quia inſtrumenta, ſuper quibus erat fundatum decretum, confecta erant *anno* 1591. nec alitèr redacta in formam probantem, ſeruata forma *Conſtit. Reg.* & Notarius, & teſtes mortui erant, fuit per M.C. ſub *die* 25. *Menſis Februar.* 1630. prouiſum, nullitates propoſitas non obſtare; & cùm eſſet appellatum ad S. C. indèque in gradu appellationis lata eſſet ſententia ad fauorem eiuſdem Viti Antonij, petierunt pupilli, qui ſuccubuerunt, reſtitutionem in integrum, læſionem fundantes, quia proceſſum erat ad reſciſſionem inſtrumentorum, quæ reaſſumpta non erant, ſeruata forma *Conſtit. Regni*; ſed facto verbo in S.C. ſub *die* 30. *Iunij* 1631. fuit dictum, non eſſe deferendum in integrum reſtitutioni petitæ: proceſſus eſt in Banca Solatij pro Curia.

Idem paritèr determinatum in cauſa Doctoris Didaci de Pace, & Portiæ de Eliſæo coniugum, cum Nicolao, & Franciſco Vaccaris, vbi in ſpecie fuit oppoſitum, non poſſe tractari de exequutione inſtrumenti in actis producti, ex quo carebat requiſitis *Conſtit. Regni, Inſtrumentorum robur*: & tamen oppoſitione hac penitùs reiecta, fuit per S. C. ordinatum, quòd conuenti ſoluerent Tertias, idquè ſub *die* 18. *Maij* 1632. referente olim Regio Conſiliario Salgado, penes Scacciauentum actorum Mag.

Idémque hoc anno deciſum in cauſa Doctoris Antonij, & fratrum de Fraia, cum Nobilibus Puteolanis; qui cùm allegaſſent, ſententiam reintegrationis Nobilitatis pro dictis de Fraia per S.C. latam, nullam eſſe, ex quo fundata erat ſuper inſtrumentis non alitèr redactis in publicam formam, iuxta *Regni Conſtit.* inſimulquè alias propoſuiſſent nullitates; facta relatione per D. Conſiliarium Sapium, cauſæ Commiſſarium, fuit per S. C. iunctis Dominis duarum Aularum prouiſum, nullitates non obſtare: proceſſus eſt in Banca de Litto.

Item de hac eadem oppoſitione, nulla per S. C. fuit ratio habita hodie, quæ eſt.. *menſis Octobris* 1641. in cauſa Franciſci Antonij Sacrato cum Catharina Arteſia Ciuitatis Caſtellanetæ, referente Doctiſſimo Domino Conſiliario Merlino, penes Solatium actorum Magiſtrum pro Curia. Quarè de his ampliùs dubitare, fas ſit mihi dicere, dubitantem grauiſſima intellectus infirmitate laborare.

Nec obſtat in caſu noſtro, quòd Notarius, qui in- 16
ſtrumentum Capitulorum matrimonialium ſtipulatus fuit, tempore moti iudicij, mortuus reperiebatur: etenim oppoſitio hæc alicuius conſiderationis eſſet, ſi inſtrumentum præſentatum poſt mortem ſtipulantis ab alio Notario à matrice extractum eſſet; ſed quia ab ipſomet Notario dum viuebat, ceſſat obiectum, vt in puncto dixit Gramm. *conſ. ciuili* 70.*n.*4. ſub illis verbis; *Ex quo quando facta eſt copia ab eodem Notario, qui originalem ſcripturam illam confecit, illa poteſt dici copia, & etiam poteſt dici originale, quia pertinet ad eius officium, cùm ipſe fuerit originaliter rogatus, &c.* idemquè dixit Horat. Viſcont. *in addit. ad D. de Franch. deciſ.*77. poſt alios, quos citat. Nec dicat aduerſarius, inſtitiſſe pro exhibitione Protocolli per Actricem faciendam; Nam reſpondetur, quòd dum in ſui poſſe non reperitur; ad talem exhibitionem non cogitur, provt in puncto per S.C. deciſum teſtatur D. de Franch. *deciſ.*194. & alij per Me relati *proximè citato c.*186.*n.*4. & 5.

Ad tertiam oppoſitionem, qua mediante conten- 17
ditur

ditur ex aduerſo, D. Comitem non alitèr per intermediam perſonam D.Ducißæ eius matris, Dominorum Ducum dotantium hæredem eſſe; ſed tantùm Ciuitatis Neritoni refutatarium, vt ex refutatione *fol.*115.aliorumquè bonorũ omnium donatarium,vt ex ampliſſima donatione *fol.*19.*à tergo*;ſicquè hodiè condemnationẽ in actione perſonali ſequi non poſſe.

Etenim pro reſponſione huius nunquam auditæ oppoſitionis;vellem Ego videre *Doctorem*, cuius authoritate poſſent aduerſarij affirmare, refutatarium, non dato alio hærede vniuerſali;provt in caſu noſtro pro hærede haberi non poſſe;omnes enim,quos vidi vno ore affirmaſſe inueni, refutatarium vere,ac propriè refutantis hæredem dici, cenſeri, & vocari;ac non minus talem per refutationem nominari, quàm per ſucceſſionem in morte; cùm Refutatio aliud non
18 ſit,niſi præmatura, accelerata, ſiuè anticipata ſucceſſio, & in omnibus regulatur, provt ſucceſſio poſt mortem: & vt dixit Loffred. *conſ.*3.*num.*30. eſt refutatio eiuſdem naturæ,& qualitatis, cuius res ipſa foret, ſi præuentum non eſſet: idemquè probant Fab. de Ann.*conſ.*127.*num.*41.*lib.*2.Marcell. de Mauro *alleg.*28. *num.*6. Conſiliarius Theodorus *alleg.*4. *n.*12. Laratha *de feudis*, *tom.*2.*fol.*334.*num.*70. & Camil. de Medic. *conſ.*49. *num.*6. vbi dicit, feudatarium in actu refutationis iura ſua reſtringere,& tollendo eius perſonam de medio præmaturè feudorum ſucceſſionem immediato ſucceſſori conſignat, ac proindè
19 teneri refutatarium tanquã hæredem ad omnia onera refutantis ante refutationem contracta; ſcripſit Rouit. *conſ.*9.*n.*9.*lib.* 2.ſubdens *num. ſeq.* refutatione à patre filio primogenito facta, ſtatim ſecundogenitis ad Vitam,& Militiam conſequendam, & ſororibus Paragium obtinendum competere actionem: Idemque dixerat *in pragm.*24. *n.*8. *de feud. in nouiſſimis Comment.* Quod per priùs Sacrum Conſ. per binas ſententias conformes determinaſſe, teſtis eſt Anna pater; quamuis contra eius, quam tuebatur, ſententiam; *alleg.*23.& Laratha *loc.cit.*& de Noſtratibus memores fuerunt Maſtrill. *deciſ.*248. *num.*21. & 22. & Giurba *in conſuetud. Meſſan.cap.*4. *gloſ.*5. *numero* 26. Nec eſt hæc noua Noſtrorum opinio; quoniam in terminis donationis omnium bonorum
20 hoc idem dixerunt & alij Doctores; nimirùm, vt donatarius omnium bonorum habeatur loco hæredis, & vti talis ad omnia debita donantis, adhùc in actione perſonali teneantur; videantur Guid.Pap. *deciſ.*105. & Ludouic. à Peguer. *deciſ.*121.poſt alios, quos citant, quibus addo noſtrum Fabium de Anna *conſ.*108.*num.*27. & Intrigl. *deciſ.*30.*n.*2.
21 Et quòd de hac communi noſtrorum Maiorum determinatione dubitandum non ſit, patet; nam ſi diceremus, refutatarium ex quo habet feudum à refutante in vita, non poſſe hæredem vocari, & ad refutantis onera perſoluenda adſtringi, ſequeretur, vt feudum illud refutatum in ipſius refutatarij perſona nouum, non autem antiquum remaneret; & tamen quòd remaneat antiquum,nemo hucuſque dubitauit: imò, quod eſt plus, dixerunt communiter
22 Feudiſtæ, vt adhùc feudum antiquum dicatur, ſi pretio mediante feudum in proximè ſucceſſurum deueniret, quamuis aliàs feudum alienatum in acquirentis perſona nouum dicatur, ex quo venditio illa, quæ fieret in proximè ſucceſſurum, in vim refutationis reſoluitur; ità ex text.*in c.*1.*de vaſal.decrep. ætat.* & *in cap.*1. *de eo*, *qui finem fec.agnat.* vbi Bal. Afflict.Frecc.& alij;probaui *lib.*1.*c.*23.vbi *n.*9.attuli ſingularem deciſionem Regiæ Cameræ, relatam per Octauium Bammacar. *in comment. ad tit. ſi de feud. defunct.num.*112. *fol.*244. quò loci deciſum teſtatur, denegatum fuiſſe Vniuerſitati Terræ-Molæ dominum, ad quod per alienationem ſequutam illius Terræ ſe admitti petebat, ex quo compertum fuit, diſtractionem, quamuis pretio mediante in proximè ſucceſſurum, ſequutam fuiſſe; ſicquè illam propriè alienationem dici non potuiſſe, nec vaſalli in nouam redigebantur ſeruitutem, ſed potiùs antiquum continuabant dominium.

Inſuper ſi diceremus, refutationem, ex quo illa ſequitur in vita refutantis,non regulari in omnibus, provt ſucceſſio poſt mortem, ſequeretur, vt neceſſario ſuper refutationis contractu Domini noſtri Regis aſſenſus eſſet impetrandus; & tamen incontrouerſum eſt, illum non requiri: ad text. *in cap.*1.§. & *ſi libellum,de alienat feud.patern.in c.*1.*de eo, qui finem fec.agnat.*& *in cap.*1.*de vaſall.decrep.ætat.* D. Reg.de Pont. *tract.de poteſtat.Proreg.tit.*8.§.1.*num.*22.& alij, 23
ſequeretur etiam,vt refutatarius, quãdo è viuis decedit refutans, (loquor de refutatione omnium feudorum) ad releuium Fiſco ſoluendum haud teneretur, quod eſt contra vetuſtiſſimam Regiæ Cameræ obſeruantiam, vbi, defunctis refutantibus, refutatarij debitum releuium Fiſco perſoluunt; vt per Reg.Rouit. *in prag.*1.*num.*10.*de officio Procurat.Cæſaris*, poſt Io. Vinc. de Anna *in repetit. rubr. de vaſal. decrep. ætat.n.*224.& *ſeqq.* & Reg.Moles *deciſ.*7. *in princip. tit.de iure Releuij*; ad quod certè non tenerentur, ſi refutatio ad inſtar ſucceſſionis poſt mortem non regularetur, indequè maxima orirctur fraus, poſſent enim feudatarij ingens æs alienum contrahere, demùmque filiis feuda refutare, illóſque,refutationibus,& morte refutantium ſequutis,ad onera contracta perſoluenda nullatenus teneri; ſicque pauperes creditores decipere, quod an pronis auribus audiendum ſit,videant Senatores præſtantiſſimi.

His ſic ſtantibus remanet, vt Quartæ oppoſitioni ſatisfaciamus, dum audacter, & ab omni dubitatione procul prætenditur ex aduerſo,Dominam actricem Dominorum Ducum dotantium bona feudalia hypothecata non habere, ſicque malè ſuper illis iure aſſiſtendi egiſſe; Dixi aliàs pro reſponſione, quòd huic oppoſitioni obſtat factum, obſtat & ius: 24
In facto enim conſtat, Dominos Duces dotantes pro dotis promiſſæ ſatisfactione omnia eorum bona obligaſſe cum dictione, &c. ibi *in Capitulis matrimonialibus*, fol.48. à terg. *pro quorum obſeruantia obligauerunt ſeipſos, hæredes*, & *ſucceſſores*, & *bona omnia*, &c. quam quidem dictionem expreſſam, & ſpecificam, bonorum feudalium obligationem importare, dubitandum non eſt;ſic enim paſſim dictio hæc, &c. à Notariis huius Ciuitatis,qui peritiſſimi ſunt, extenditur,& deſcribitur,provt notum eſt, & producitur fides Notariorum de tali extenſione atteſtantium, *fol.*130. ſicque omnem ceſſare controuerſiam puto ex dictis per Octauium Bammacar. *loco cit. intra num.*40.*verſ.ſed quoniam plures adſunt*; & eſt de mente omnium,vt ſub clauſula,ſiue dictione, &c. maximè ſi abbreuiatè à Notario ſcripta eſt, includantur omnia, quæ de ſtylo in ſimilibus inſtrumentis extendi conſueuerunt, & quæ ſunt de conſuetudine loquentis in illa materia; vt poſt Bar.Bal. Zabarell.Iaſ.& alios probat D.Cardinal.Tuſch *pract. cõcluſ.lit.C.cõcl.*302.& Mart.*de clauſ.par.*1.*clauſ.*276.

Secundò, quando in inſtrumento, quod producitur Capitulorum matrimonialium ſimplex adeſſet 25
bonorum omnium obligatio, abſque dictione, &c. adhùc bona feudalia in caſu noſtro hypothecæ ſubmiſſa eſſe dubitandum non eſt. Etenim quamuis ex vulgari diſpoſitione text. *in cap.*1. §. *in generali, ſi de feud. defunct. controuerſ. ſit inter dom. & agnat. vaſal.* in generali bonorum obligatione bona feudalia non comprehendantur; attamen ex receptiſſima

Noſtratum,ſententia diſpoſitio illa vti irrationabilis vbique non ſeruatur, ſed tantùm ſecundùm Andr. *ibid.* vbi viget vſus,& conſuetudo, quam in hoc Regno vigere nemo hucuſque affirmare auſus fuit, & ita in terminis noſtri taciti aſſenſus concluſionem hanc doctè ſatis, prout de more comprobat Gizzarell.*deciſ.*87. quò loci poſt deguſtatam materiam dicit,omnia ſcripſiſſe ad confuſionem illorum, qui articulum tam clarum,& irrefragabilem, in illa cauſa noſtræ ſimili controuertere auſi fuerunt: ſubdens, Sacrum Conſilium ab eius opinione tanquam veriſſima nullatenus diſcrepaſſe, vnumquò ex Dominis dixiſſe,quòd diſpoſitio *d.c.*1.§. *in generali*, in Regno recepta non eſt,& quòd paſſim contra diſpoſitionem illam iudicatum extitit.

26 Sed circumſcriptis his omnibus,non diſcedendo à diſpoſitione *illius text.* ſed ea omninò attenta, Dico, quòd pro huius cauſæ determinatione quatuor ad *text. prædictum* accommodantur limitationes: & illa prima ſe offert; nam cùm illius feudalis ſanctionis Authores verba fecerint de generali bonorum alienatione, ſiuè obligatione, ſecus fore dixerunt magis communitèr Feudiſtæ in vniuerſali, vt puta ſi dictum eſſet, prout in caſu noſtro, *vendo*, ſiuè *hypothecæ ſubmitto omnia bona mea*, ſicque per Sacrum Conſilium deciſum tẽpore *Afflict.* ipſe teſtatur *in eod. text.num.*9. nam cùm dubitatum eſſet, an cauſæ feu-
27 dales agitari poſſent cum procuratore, qui vniuerſale habebat mandatum ad omnes cauſas, pro affirmatiua opinione determinatum fuit: Idémque tempore ſuo deciſum fatetur Anna pater *in repetition. cap.*1.*de vaſall.decrepit.ætat.num.*43. & in *ſingul.*328. vbi addit, quòd ſi quis vniuerſalitèr renunciauerit omnibus bonis,videtur paritèr renunciatum feudalibus; ad quod allegat Corn. Dec. Crauett. & alios, vt *ibi:* Idémque firmauit in *ſing.*477. & quòd in Regno opinio illorum,qui tenuerunt,ſub vniuerſali bonorum omnium obligatione bona feudalia comprehendi, verior, atquè magis communis ſit, teſtis eſt Octau. Bammacar.*in eodem* §.*in generali*, *quæſt.*2. *numer* 40. idémque poſt alios ſcripſerunt Maſtrill. *dec.*86.*num.*6.& de Ponte *dec.*23.*num.*2. nec diſſentit D.Conſiliar. Theodor. *alleg.*25.*n.*13.*verſ.& omiſſa diſputatione.fol.*193.

28 Secunda limitatio,quæ ad *text.prædictum à Doctoribus* traditur, illa eſt, nimirùm quoties qui bona ſua hypothecæ ſubmittit, non niſi feudalia habeat, prout in hac cauſa Aduerſarij affirmant, cùm ſupponant,Ducem Neritoni non alia bona niſi Ciuitatem illam poſſediſſe, hoc enim caſu, nè obligatio fruſtratoria reddatur, ſed quòd habeat in quo ſubſiſtere poſſit, vt cenſeantur obligata feudalia, dixerunt Lipatul. *in addition. ad Andr.in d.§. in generali*, & alij relati per Gizzarell.*cit.dec.*87.*n.*5.

29 Tertia limitatio datur fauore dotis,de cuius conſequutione agimus: nam quòd dotis fauore à rigoroſa diſpoſitione *dicti* §.*in generali*, recedere debeamus,poſt Bartholem.de Capua,& Marin.Frecc.quos allegat,probat P.Molfeſ.*conſ.*3.*n.*33 *& ſeq.*

30 Quarta limitatio, vt generalis diſpoſitio etiam bona feudalia comprehendat, accommodatur, quoties actus eſſet talis, per quem licitè bona feudalia ſpecialitèr obligari potuiſſent; & hoc erit,vbi aſſenſus hominis, vel legis præcederet; prout in caſu noſtro, in quo ex munificentiſſimi tunc Regis noſtri ſpeciali gratia conceſſa eſt facultas feudatariis Neapolitanis pro dotibus ſoluendis, vel reſtituendis, bona feudalia obligare;ita dixerunt Bald. *in eodem* §. *in generali.ante num.*2.*verſ.quadam ſunt*; ibique Præpoſ.*in princip.*Crauet.*in conſ.*256.*num.*5. *verſ. & quod feudum veniat*, Maſtrill.*citata deciſ.*86.*num.*3. P.Molfeſ.*cit.conſ.*3.*num.*9.& Præſ. Amat. poſt quamplures, quos citat *conſ.*35.*n.*15.omninò videndus.

Vnde reiectis oppoſitionibus,in vtraque inſtituta actione, pro D. Iulia actrice pronunciandum fore ſpero indubitantèr.

Donatus Antonius de Marinis.

Hæc cauſa non fuit deciſa,ex quo D.Comes conuentus videns malum fouere ius, ceſſit liti,& publico mediante inſtrumento quantitates petitas infra certum tempus ſoluere promiſit.

SVMMARIVM.

1 *Mulier ſoluto matrimonio an poſſit agere contra hæredes viri pro recuperatione dotis,quæ vere non fuit ſoluta, ſed eam recepiſſe maritus confeſſus fuit, interueniente inſtrumento mutui, & num* 2.3.4.5.6.7. 12.13.*&* 16.

8 *Contractus venditionis annui cenſus ex pretio rei venditæ an ſubſiſtat.*

9 *Text.in* l.vir ab eo 50.ff.de iure dot. *declaratur.*

10 *Exceptio non numeratæ dotis,an, & quando locum habeat,& n.*11.

14 *Pecunia dotis cauſa promiſſa, an adhùc in dotem ſit.*

15 *Antefatum an debeatur mulieri, non obſtante, quòd dos ſoluta non fuit, ſtante quòd maritus dotem à ſocero recepiſſe confeſſus fuit, interueniente demum Mutui contractu.*

16 *Ant. Capycij ſententia in* deciſ.183. num.4. *examinatur.*

18 *Interuſurium an peti poſſit à viro ex contractu Mutuì, quod dependet à promiſſione dotis,& n.*19.*&* 20.

ARGVMENTVM.

Mulier ſoluto matrimonio nùm poſſit agere contra hæredes viri pro recuperatione dotis, quam vir confeſſus fuit recepiſſe, ſed verè non recepit; ex quo dotantes poſt inſtrumentum confeſſionis dotis, alio mediante confeſſi fuerunt, mutuo à viro recepiſſe pecuniam illã,eidem ex cauſa dotis obuentam,quam intra certum tempus ſoluere promiſerunt, vel quandocunquè,& interim correſpondere; vbi ſingularis obſeruatio *D.Ioan.Angeli Piſanelli.*

CAPVT CXL.

1 MVlier, ſoluto matrimonio per mortem viri, quandoquè dubitatum extitit, num poſſit agere contra illius hæredes pro reſtitutione dotis, quam vir publico mediante inſtrumento recepiſſe confeſſus fuit, non obſtante quòd liquidò conſtet, confeſſionem fuiſſe ſimulatam, ex quo poſt inſtrumentum confeſſionis dotis ad mulieris beneficium ſtipulatum, dotantes alio mediante confeſſi fuerunt, mutuo à viro recepiſſe pecuniam illam eidem ex cauſa dotis obuentam, quam intra certum tempus ipſimet viro reſtituere promiſerunt, vel in hoc caſu ſat erit hæredibus viri ſe offerre paratos actionem cedere mulieri aduerſus dotantes, qui per inſtrumentum Muuti viro ſe obligarunt.

Antiqua eſt quæſtio hæc, in eàque diuerſimodè loquuti ſunt *Doctores*; quandoquidem nonnulli, mulieri licere affirmarunt, aduerſus viri hæredes pro dotis reſtitutione agere, nec oblatam actionis ceſſionem in aliquo prodeſſe; Alij vero funditus negarunt; Alij & tandem ad bifariam diſtinctionem deuenerunt.

Etenim affirmauit, & omnium primus Iacob. de Aren. *in l.penul.§.ſi vir,ff.ſolut. matrim.* Bart. *ibidem, num.*1.Paul.de Caſtr.*num.*2.Alex. *in princ.* Bald. *in l. vir ab co,ff.de iur.dot.* vbi Iacobin. optimè, Rip.*in l. generalitèr.num.*116. *Cod.de reuocand. donat.* Cagnol. *in l.*2.*num.*20.*verſ.ego oppoſitum cenſui*, *Cod. de pact. inter empt.& vendit.*Abb.*conſ.*72.*per tot.lib.*2. Alex. *conſ.* 36. *col.*1. *lib.*2. & *conſ.* 148. *col.* 1. *lib.*5. Corne. *conſ.*151.*lib.*1.Socin.ſen.*conſ.*179.*col.*4.*verſ. confirmatur poſtremo, lib.*2. & *conſ.*88. *col. fin.lib.* 4. vbi dicit, ſemper vidiſſe in praxi ſic ſeruari; Ruin. *conſ.* 197. *num.*25.*lib.*1.Natt.*conſ.*316.*num.*1. Crauet.*conſ.*253. *in fine,& conſ.*282.*poſt n.*2.*verſ. ſeptimo*; & *conſ.*285. *col.penult.verſ.non obſtat,quod ſolùm*, Morot. *conſ.*60. *num.*16. Neuizan. *in ſua ſylua nuptial. lib.*2. *num.*73. *verſ.redeundo ergò ad propoſitum*, vbi dicit, ita pro muliere contra viri hæredes in Senatu Mediolani obtinuiſſe, Anton. Capyc. *deciſ.*183. *num.*8. & *dec.*195. *num.*1. Campeg. *de dot. par.*1. *quæſt.*52. *num.* 3. *verſ. animaduertendum tamen eſt*, & *par.*5. *quæſt.*75. Ioan. Ang.Piſanel.*in addition.ad Afflict.deciſ.*242. & 323.
2 in quibus locis teſtatur, per iſtam doctrinam Bart. *in d.§.ſi vir*, anno 1516.conſuluiſſe,& obtinuiſſe, data confeſſione dotis, ſequuto demum inſtrumento Mutui,& conſtituto Antefato, quòd mulier illud lucretur, licèt dos actualiter ſoluta non fuerit, ſic limitando,& declarando *deciſ.illam Afflict.*242.ſubdens, ita paritèr *anno* 1540. in alia cauſa iudicatum fuiſſe, Cæſar Vrſil.*in addit.ad Afflict.in ſupradicta dec.*323. ante *num.*3.vbi pro hac opinione aliam S.C.deciſionem *de anno* 1549. refert, nimirùm mulierem fore aſſecurandam virtute inſtrumenti dotis confeſſatæ ſuper bonis ipſius viri, & hoc non obſtante inſtrumentò Mutui demùm confecto de dictis dotibus, per quod clarè demonſtrabatur, dotes nunquam viro fuiſſe ſolutas; Iacob. Menoch. *de præſumptionib. lib.*3. *præſumpt.* 12. *numer.* 90. Fachin. *controuerſ. iur.lib.*8.*cap.*74. *per totum*, vbi hanc communiorem eſſe ſententiam teſtatur, Cardinal. Mant. *de tacit. & ambig.conuent.lib.*11.*tit.*20. *num.*33. vbi benè loquitur, Ant.Fab.*diff.*15.16.& 17.*C.de iur.dot.* & *diff.*8.*in ſchol.n.*4.*C.de dot.caut.non numer.*Bellon.*de poteſt.cor. quæ incontin.fiunt, cap.*137.*n.*4. & Polydor. Rip. aliis omiſſis *ſingul.obſeruat.in & per totam obſer.*38.

Negarunt & alij, contendentes, nullo pacto in 3
caſu propoſito viri hæredes cogi poſſe ad ſoluendam dotem, quam liquidò conſtat defunctum non recepiſſe; ſed ſat eſſe illis, ſi mulieri dotem petenti offerant cedere actionem aduerſus dotantes, qui per inſtrumentum Mutui viro ſe obligarunt: & hi ſunt inter alios, Ang.*conſ.*145. Roman. *conſ.*445. Barbat. *conſ.*19.*lib.*2.& Curt.ſen.*conſ.*54.*ante num.*4. *verſ. ſed præmiſſis omnibus non obſtantibus.*

Diſtinctione vſus eſt Bald. *in l.legem, num.*3.*C.de* 4
pact. an dotantis noua obligatio incontinenti ſequuta ſit, ſiue eadem die, qua vir dotem recepiſſe confeſſus fuit, an demum ex interuallo; vt ſi incontinenti, procedat negatiua opinio, quæ in ea ratione fundatur, nimirùm, quia cùm ambo inſtrumenta vno contextu celebrata ſint, propter hanc contextualitatem, & actuum vicinitatem iudicandum eſt, ac ſi vnus eſſet actus, ita vt quod vni actui ineſt, alteri ineſſe credatur, ſecus verò vbi noua dotantium obligatio ex interuallo ſequuta eſſet: & huiuſmet opinionis eſſe videtur Fontanel. *de pact. nupt. tom.*2. *clauſ.*14.*gloſ.vnic par.*2.*num.*15.16.17.& 18 quamuis *n.*10.dixerat,*Bald.*in hoc communitèr reprobari. 5

Alij aliam conſtituerunt diſtinctionem, nimirùm, an qui poſt dotis confeſſionem ſe per inſtrumentum Mutui obligauit, ſit pater, vel extraneus; vt ſi ſit mulieris pater, non poſſit eo caſu vxor ſoluto matrimonio à viri hæredibus dotis reſtitutionem petere, ac ſi verſaremur in terminis *vulgatæ l.ſi extraneus,ff.de iur. dot.*ſecus verò, ſi hic, qui de nouo ſe obligauit, eſſet extraneus; ita Cæſar Vrſil. limitando quæ ſuperiùs dixerat *ad d.dec.Affl.*232.*n.*3.*verſ.& inſuper in prædictis*, &c. idemquè Maſul. in *addition.ad Capyc.in cit. deciſ.*183.*lit.C.* 6

Quid dicendum? Ego multùm elaboraui, an in puncto iuris ſecundam negatiuam poſſem tueri ſententiam; itémque diſtinctionem illam, an qui poſt dotis confeſſionem per inſtrumentum Mutui de nouo ſe obligauit; ſit mulieris pater, vel extraneus: ſed certè poſt multa, exploſis prorſus ſecunda Negatiua, ac diſtinctionibus factis, à prima Affirmatiua animum meum diuertere non potui, non magnam vtiquè faciendo vim, quòd ſit illa magis communis, & quòd maiori *Doctorum* numero probetur, ſed quia verè ſolidiore iuris fundamento fulcitur.

Et vt pateat de hac veritate, conſiderandum eſt *Primò* cum Communi, confeſſionem illam dotis receptæ non alitèr ſub ſpe futuræ numerationis à ſponſo factam eſſe; ſed omninò ſub ſpe illius obligationis, ſiue promiſſionis à dotante per contractum Mutui faciendæ, & demùm poſt confeſſionem factam incontinenti ſequutæ, adeò quòd ſequuta hac promiſſione, ſiue obligatione, impleta dicitur cauſa, ſub qua confeſſio dotis receptæ facta fuit; ita vt cenſeatur maritus nouam illam Mutui obligationem talitèr acceptaſſe, ac ſi pro dote promiſſoris nomen in ſolutum accepiſſet; & vt dicit Cardinal. Mantic. *cit. tit.*20.*num.*33. ſicut debitoris nomen poteſt in ſolutum dari, ita paritèr maritus ſub ſpe acquirendi nomen promiſſoris, poteſt, cautam reddens vxorem, confiteri dotem accepiſſe: idemquè ſi poſt dotis confeſſionem verè ſequuta eſt noua dotantis obligatio, omnis prorſus remouetur oppoſitio, quia promiſſionis cauſa impleta eſt: ſicq; ſubdit, illius nominis periculum ad maritum ſpectare; & ſucceſſiuè ad dotis reſtitutioné, ſoluto matrimonio, eum teneri.

Conſideraui *Secundò*, in hoc contrahendi modo, ex illo primo contractu dotis promiſſæ, & demùm confeſſatæ, tandèm in mutuum transfuſo, fingi, pecuniam pro dote promiſſam fuiſſe verè à dotante ſponſo in numerato ſolutam; & illico, incontinentique

nentique ab eodemmet ſponſo dotanti mutuo datam: ad text.*in vulgata l. ſingularia, ff. ſi cert. pet.* & quæ dixit Gutierr.*pract. quæſt. lib. 2. quæſt. 172. num. 4.* quem ſequitur Reg. Galeot. *controu. iur. lib. 1. controu.*
8 61. *n.* 53. hi enim tuentes, ſuſtineri contractum venditionis annui cenſus per emptorem ad beneficium venditoris conſtituti ex pretio rei venditæ, non obſtante defectu numerationis pecuniæ, dicunt, ex hac tranſlatione contractus ſimplicis venditionis in contractum cenſus, fingi pecuniam numeratam pro pretio rei venditæ, & poſtmodum à venditore emptori pro cenſu conſtituendo retrodatam; qua de re latè per Me *ſuprà capit.* 20. *per totum.* Quo ſic ſtante, non eſt de quo dubitari poſſit, mulieris iura contra hæredes viri pro dotis recuperatione in tuto eſſe.

9 Et nè ad hoc confirmandum deſit indiuidualis legis ſcriptæ authoritas, allego text. ad literam in *l. vir ab eo* 50. *in finalibus verbis, ff. de iur. dot.* inibi enim quærit *Iuriſconſultus*, ſi maritus pecuniam pro dote ſibi promiſſam accepiſſe iam à dotante confeſſus fuerit, an ea pecunia ſic promiſſa adhùc in dotem eſſet? Ratio dubitandi erat, quia verè pecunia illa ſic pro dote promiſſa, ſoluta non erat. Reſpondet, quòd ſi maritus recepiſſe confeſſus non fuiſſet, ſubintraret inueſtigatio, an culpa mariti ea pecunia exacta non eſſet, ſed quia acceptam fecit, omninò ad eum periculum pertinebit, *perinde enim eſt*, hæc ſunt verba text. *ac ſi acceperit pecuniam, & eandem promiſſori donauerit.* Ecce igitur caſus *legis*, quòd quando maritus dotem ſibi promiſſam accepiſſe confeſſus fuit, quam verè non recepit, pro eo, quod ad vxoris ſecuritatem ſpectat, habetur, ac ſi verè accepiſſet, & eandem promiſſori donaſſet.

Et ſi dicas, hodie iure *Codicis* attento, ſupereſſe marito, qui ſic dotem accepiſſe confeſſus eſt, exceptionem non numeratæ dotis, quam intra certum tempus non ſolùm ipſe, ſed hæredes eius opponere
10 poſſunt; *l. fin. iuncta authen. ſequenti, Codic. de dot. caut. non numer.* Reſpondeo, hoc nihil ad rem noſtram; ſit enim huic exceptioni locus, quando maritus confeſſus fuit dotem recepiſſe, ſub ſpe tamen futuræ numerationis, & ad alios actus non fuit progreſſus; ſecùs verò, quando ſub ſpe futuræ promiſſionis poſtea completæ, prout in caſu noſtro, in quo poſt dotem confeſſatam dotans per alium contractum, nimirum Mutui, quantitatem illam; ad quam dos aſcendit, ſoluerere promittit; eo enim caſu, non eſt cur de hac non numeratæ dotis exceptione tractari poſſit: ita ſatis notabilitèr Io. Petr. Fontanell. *cit. clauſ. 14. gloſ. vnica, part. 2. n. 11.*

Secundò, & meliùs reſpondetur, exceptionem non numeratæ pecuniæ dotalis ſubintrare, quotiès in eodem inſtrumento promiſſionis dotis, & ſic in capitulis matrimonialibus vir confitetur dotem recepiſſe; ita loquitur text. *in d. l. fin. in pr. C. de dot. caut. non nu-*
11 *mer.* Vel ſecundum aliorum intelligentiam; quando ante confectionem capitulorum matrimonialium maritus confitetur, dotis nomine, pro matrimonio contrahendo cum Berta, tantam pecuniæ quantitatem accepiſſe, & demùm ſequitur promiſſio in tabulis dotalibus; ſecùs verò quando factæ dotis promiſſione in capitulis matrimonialibus demùm ex interuallo per aliud inſtrumentum maritus confitetur dotem recepiſſe; eo enim caſu nullo pacto ſupereſt marito, ſiue eius hæredibus, exceptio hæc dotis non numeratæ: ita ex text. indiuiduali in *l. in contractibus, §. ſed quoniam, in fine, C. de non numer. pecun.* dixerunt *ibi* Petr. Cyn. Salycet. & Paul de Caſtr. idem Salycet. *in d. l. fin. in fine*, Rom. *in l. ſi conſtante, n. 44. ff. ſolut. matrim. & in conſ.* 445. Afflict. *deciſ.* 402 *n. 2. &* 12. Barboſ. *in l. 1. par. 6. n. 54. ff. ſolut. matrim.* Couar. *lib. 1. var. cap. 7. n. 6.* Gomez *in l. 50. Taur. n. 52.* aliiquè relati ab Aluar. Valaſc. *conſult. lib. 1. conſult. 5. n. 9.* quibus addo Auguſt Barboſ. *in collect. ad d. l. fin. num. 3. & 4. Cod. de dot. caut. non numer.*

Quibus ſic ſtantibus, corruit proſus diſtinctio 12
Bald. *in d. l. Legem, num. 5. Cod. de pact.* nam ſi verum eſt in caſu, de quo agimus, per confeſſionem receptæ dotis, & Mutui contractum indè ſequutum, iuris fictione cenſeri pecuniam dotalem fuiſſe verè marito numeratam, & demùm ab eodem dotanti mutuo traditam: ac inſuper ſi abſque vlla controuerſia procedit, vt ceſſet funditus in caſu præſenti non numeratæ dotis exceptio, non eſt cur vis aliqua fieri poſſit, quòd vno, eodémque die maritus confeſſus fuerit dotem recepiſſe, & quòd dotans per alium contractum ab eodem pecuniam dotalem mutuo accepiſſe declarauerit, ſunt enim actus proſus diſtincti, qui à iure non modò non improbantur, ſed permittuntur.

Corruit paritèr diſtinctio altera Cæſar. de Viſil- 13
lis, & Io. Iacobi Maſulli *locis cit.* an pater mulieris ſit ille, qui poſt confeſſionem dotis receptæ à genero factam per nouum Mutui contractum ſe obligauerit, vel extraneus; vt in patre ſubintret diſpoſitio *l. ſi extraneus, ff. de iur. dot.* Etenim reſpondetur, *huius leg.* terminos à caſu noſtro eſſe valdè remotos; loquitur enim *ibi* Iureconſultus, quando gener dotem à ſocero ſibi certa die promiſſam exigere non potuit, vel non curauit; vt eo caſu ad vxorem ſpectet dotis promiſſæ periculum, nec poſſit illa vnquam marito imputare, cur patrem non vrſerit: qua de re ſcripſimus *lib. 1. c. 14. n. 3.* At in caſu noſtro, ſocer non ampliùs generi debitor ex cauſa dotis conſideratur, ſed potiùs Mutui, dotem enim gener recepiſſe confeſſus fuit, quod ſat eſt mulieri, vt dicatur de ſuis dotibus cauta, nec aliud inueſtigare tenetur, ſicque videre, an pater ſuus, quod viro debebat, ſoluerit.

Hinc meritò Iuriſconſultus *in d. l. vir ab eo, eod. tit.* 14
de iur. dot. in quæſtione ſuperiùs indicata; an pecunia dotis cauſa promiſſa adhuc in dotem ſit, ſi maritus eam recepiſſe confeſſus fuerit, diſcrimen conſtituit, quando nulla interuenit confeſſio, & quando illa adeſt; vt in primo caſu ſit quærendum, cuius culpa dotalis pecunia exacta non ſit, pro cuius deciſione ſubintrat directò diſpoſitio *d. l. ſi extraneus*; at in ſecundo nullatenus, cùm omnimodò periculum ad virum pertineat; & perindè eſt, ac ſi pecuniam ille accepiſſet: nulla in *text.* diſtinctione facta an maritus confeſſus ſit, dotem ab extraneo, vel à ſocero accepiſſe: Et ſic caſum *legis* habemus expreſſum, quòd quando interuenit confeſſio ſemper mariti eſt periculum.

Quarè exiſtimo indubitantèr; ſatis iuridicam, iurique conſentaneam eſſe S.C. deciſionem à *Piſanello* relatam in *addit. ad cit. deciſ. Afflict.* 242. nimirùm, vt
mulier integrum lucretur antephatum, non obſtante, 15
quòd dos ſoluta non fuerit; ſtante quòd maritus à ſocero dotem ſibi promiſſam accepiſſe confeſſus fuerit, interueniente demùm Mutui contractu; ſicque tentum, confeſſionem illam, veram eſſe ſolutionem: ita declarando, & limitando *deciſionem illam*, in qua fuit dictum, non eſſe alitèr mulieri ſoluendum antephatum; niſi pro rata dotis ſolutæ: & ſi nihil eſſet ſolutum, quòd nihil paritèr de antèphato ſolui debeat: dicit Modò *Piſanell.* deciſionem iſtam fore limitandam, quotiès maritus in vita dotem à ſocero promiſſam recepiſſe confeſſus fuerit, Mutui inſtrumento indè ſequuto; & ſic habemus deciſionem in terminis, quando pater per inſtrumentum Mutui eſt obligatus: quo fit, vt dicamus, paritérque

conclu

16 concludamus,primam Affirmatiuam abſque vlla diſtinctione veram eſſe ſententiam, à qua neque iudicando, neque conſulendo reced. poſſit: Negatiuam autem illis dumtaxat caſibus amplectendam, vbi concurreret facti ſpecies,de qua per Afflict. *cit.dec.*323. vel vbi contractatio hæc præſente, vel conſentiente muliere ſequeretur; qua de re Fontanell. poſt DD. quos citat *in d.gloſ.vnica,num.*13. *&* 14. Vel & tandem, vbi ſpeciali pacto eſſet conuentum, vt adueniente caſu dotis reſtitutionis Mutuo pendente, quòd Mutuum illud cederet in cauſam reſtitutionis,prout in facti ſpecie relata per Piſanell. *in ſequenti ſua annotatione manuſcripta.*

17 Ex his corollariè ad alia infertur ad materiam pertinentia, etenim verſantes nos in puris terminis propoſitæ quæſtionis, exiſtimo,ſatis de iure fundari Ant.Capyc.ſententiam *in cit. deciſ.*184. *num.*4. *verſ. ego eram in voto contrario*; in qua etſi nihil per S.C. deciſum fuerit, quia Partes ad concordiam deuenêre; cernitur tamen apertiſſimè,eius opinionis fuiſſe, vt dato hoc contractu Mutui, quamuis ab illo dotali dependente, non poſſit vir, eo quia ſuſtinuit onera matrimonij, & ſolutio in tempore præſcripto ſequuta non fuerit, interuſurium exigere: ea quidèm principaliori ratione, quia antequam Mutui inſtrumentum ſtipularetur, vir confeſſus fuit dotem recepiſſe,promiſſorem liberando;vndè dicit *Capyc.*(de quo in hoc memores fuerunt Lanar. *conſ.*18. *num.*9.& Maur.ſen. *alleg.*72. *num.*3. non vigore nouationis, ſed totalis extinctionis primam cenſeri ſublatam obligationem. Et quamuis inſignis *Piſanell.* in hoc videatur contrariam ſententiam amplexus; dico,quod ſuppoſita eius facti ſpecie, poteſt eius ſuſtineri opinio. Audi, quæſo, Præceptorem, qui per hæc verba *in ſua* 17. *annotatione manuſcripta ſuorum Notabilium*,loquitur.

Ieſus, Maria.

18 Omni die contrahuntur Capitula matrimonialia, per quæ promittuntur magnæ dotes ſoluendæ certis annis;& fit pactum, quòd ſoluta prima paga, vir debeat confiteri recepiſſe totum; & conſtituit antephatum, quod ſuccedit ſecundùm noſtras *Conſuetudines* in locum donationis propter nuptias;& quòd dotans debeat ſe obligare per inſtrumentum Mutui ſoluere marito in illis terminis, in quibus dos promittebatur;& cum pacto, quòd adueniente caſu reſtitutionis dotium pendente Mutuo, quòd Mutuum excomputetur in dote, & ſolet in Mutuo exprimi, quando dotans facit ſe debitorem, quòd eſt pecunia peruenta ad virum ex dote ſuæ vxoris. Contigit, quòd dotans non ſoluit Mutuum, & maritus petit Mutuum vnà cum interuſurio, quia ſuſtinuit onera matrimonij: fuit ortum dubium inter quondam Ill. Ducem Neritoni,& Ill.Principem Biſignani; de quo dubio demum Capycius facit *deciſ.*183. in qua cauſa nihil fuit deciſum, quia Partes venerunt ad concordiam.

Ego tamen Aduocatus Ill. Ducis allegaui, quòd deberetur interuſurium: rationes ipſe Capycius *ibi* refert; & cùm caſus iterum eueniſſet, vidi pronunciatum,quòd attentis ſupradictis verbis, quæ ſolent poni in inſtrumentis dotalibus ceſſet nouatio, & ſic debetur intereſſe, quia non eſt totalis receſſus à prima promiſſione; & ita rectè intuenti tenet *Bald.* qui de dote loquitur in *conſ.*268. *Practica Ciuitatis, verſ. item dubitatur, vol.*3. in antiqua ſtampa, quod *conſilium* Ego primus allegaui ad hoc, & quòd non ſit facta nouatio, Ang.*in* §.*actionum,col.*15. *Inſtit. de actionibus,in ver.vltimo quoniam.*Et tantò magis hodiè ceſſat dubium, quia quando fit inſtrumentum Mutui, ſolent Notarij apponere clauſulas, quòd in caſu contrauentionis, & pro ſatisfactione poſſit præſentari inſtrumentum iuxta formam *Ritus M. C. V.* & quòd promittuntur damna,expenſæ, & intereſſe; & ſic ſiue petatur intereſſe propter onera matrimonij, & ſic damni emergentis,ſiue lucri ceſſantis, maximè ſi ſolitus erat facere emptiones,vel ponere ad honeſtum lucrum,omni capite debetur intereſſe. Et licèt Alex. *in d. l. diuortio,col.*7. ibi, *fortius ſubdit,ff. ſolut. matrim.*impugnet opinionem *Paul.de Caſtr.*volentis, poſſe peti intereſſe, quando fuiſſet empturus fundum, quod dicit *Alex.*procedere in eo, qui conſuetus erat mercari; tamen dicit *ibi* Lancell. Dec. quòd communis opinio eſt contra *Alex.*& ſic etiam,quòd ſi non ſit ſolitus facere emptionem,ſi erant promptæ emptiones, debetur intereſſe commenſuratiuum ad illos fructus, quos ex illa emptione potuiſſet percipere: & illam *Pauli* opinionem ſequitur idem Alex. *conſ.*200.*vol.*6. vbi tangit, quando erat ſolitus mercari, vel tenere pecuniam ad mercantiam, mediante 20
filio,quia illud, quod cum honeſto lucro ſolitus erat percipere, poteſt peti,& hoc de honeſto lucro, latè proſequitur Bolognin.*in conſ.*19. & Cæpoll. *in conſ.*15.*in Ciuilibus*,& Io.Lup.*in repet.c.per veſtras,col.*76. *verſ.vnum tamen quoad prædicta*,ibi,*fatetur tamen*; & opinionem *Pauli* ſequitur contra *Alex.* idem Lup. *in a repet.chart.*42.ibi,*idem eſſet,ſi forſan,&c.*

Io. Angelus Piſanellus.

SVMMARIVM.

1 *Mulier ſoluto matrimonio ſi per longum tempus vſuras dotis ab hæredibus viri non petierit,an illæ remiſſæ dicantur,ita vt ea mortua à ſuis hæredibus peti de cætero non poſſint,& n* 4.

2 *Pater ſi vſumfructum, quem in bonis filij habet,in vita non petierit,eo demum defuncto eius hæredes illum petere non poſſunt.*

3 *Maritus ſi per longum tempus exiſtentis matrimonij viuens promiſſas vſuras,ſiue intereſſe dotis non petierit,ampliùs petere non poteſt,& n.*4.*&* 5.

6 *Mulier ſoluto matrimonio ſi cum viri hæredibus permanſerit,alimenta ab illis percipiens,dotis intereſſe nunquàm petens, cenſetur illud remittere.*

ARGVMENTVM.

Mulier,ſoluto matrimonio, ſi per longum tempus in viduitate permanens, dotis intereſſe nuſquam petierit, nùm ea defuncta poſſint eius hæredes illud petere? & de aliis ad materiam.

CAPVT CXLI.

1 MVLIER, ſoluto matrimonio, ſi per longum tempus in viduitate permanſerit, dotiſquè intereſſe, ſiue Iudicis officio, ſiue actionis iure debitum nuſquam petierit, dubitatur, num ea defuncta hæredes eius illud petere poſſint?

2 Reſpondeo negatiuè, hoc enim in his caſibus operatur diuturnum illud ſilentium cum morte ſubſequuta. Probatur primò ex text. *in l. cum oportet, §. ſin autem, Cod. de bonis quæ liberis*, vbi ſi pater vſumfructum, quem in bonis filij habet, in vita non petierit, eo demùm mortuo hæredes eius petere non poſſunt, quia per diuturnam donationem illum remiſiſſe cenſetur.

3 Secundò, magis in puncto probatur in *l. vir vſuras, ff. de donation. int. vir. & vxor.* vbi habetur, quòd ſi vir per longum tempus exiſtentis matrimonij viuens promiſſas vſuras, ſeu intereſſe dotis ſibi in tempore non ſolutæ haud petierit, ſilentium illud operatur, vt harum vſurarum tacita remiſſio inducta intelligatur; quem *text.* ita intellexerunt Bart. *ibi*, & communitèr DD. Roman. ſatis benè in *l. in inſulam, §. vſuras, num. 16. ff. ſoluto matrim.* & in *conſ.* 517. *etiam num.* 16. in quibus locis dixit, hunc text. eſſe benè notandum, quia eſt vnicus in Iure; Aret. *in §. fuerat, n.* 27. *Inſtit. de action.* idemque Boër. *deciſ.* 196. *num.* 4. Cacher. *dec.* 131. vbi ſic paritèr in Senatu illo deciſum refert; Andr. Fachin. *controu. iur. lib.* 10. *cap.* 9. vbi loquitur in caſu fortiori, Ant. Fab. *diffin.* 55. *Cod. de iur. dotium*, cuius verba ſunt: *Dotis vſuras, quæ marito ſolui debuerunt, ſi earum petitio nulla facta ſit, nec aliquo voluntatis indicio retenta, mariti hæres, quaſi tacitè remiſſas, donataſquè petere nullo modo poteſt, &c.* ergò idem dicendum in caſu propoſito, cùm diuerſitatis ratio aſſignari non poſſit.

4 Nec huic concluſioni obſtat deciſio relata per Gramm. *in deciſ.* 70. vbi mulier poſt viginti duos annos à die ſoluti matrimonij dotis vſuras ſibi nuſquam ſolutas petiit, & obtinuit, tanti temporis curſu in nihilo ei obſtante; Nam reſpondetur, quod ad caſum noſtrum deciſio hæc non applicatur: procedit enim, prout loquitur, quando mulier ipſa viuens in iudicio comparet, & vſuras dotis petit; at nos loquimur, ea mortua, & poſt longum tempus ſeparati matrimonij, quo quidèm caſu, dum in vita non petiit, præſumptio eſt, quòd voluit remittere, ſicquè ius illud ad hæredes tranſire non potuit; ex quo in inſtanti eius mortis fuit extinctum: & cum hac diſtinctione quæſtionem fore ſoluendam, dixerunt Cacheran. *cit. deciſ.* 132. Magon. *deciſ. Florent.* 83. *numer.* 10. Viuius *dec.* 423. *in fine*, Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 25. *num.* 6. 7. & 10. Riccius *in collect. deciſ. par.* 1. *collect.* 272. Petra *in addit. ad Gramm. citata dec.* 70. *num.* 2. Fontanel. *de pact. nuptial. clauſ.* 6. *gloſ.* 2. *par.* 6. *n.* 25. 26. & 28. & Dom. Capycius Latro poſt alios, quos citat *dec.* 97. *n.* 18. & 19.

5 Minus etiam concluſioni noſtræ obſtant dicta per Dec. *conſ.* 571. vbi ſuſtinet, potuiſſe hæredes mariti dotis fructus illi conſtante matrimonio non ſolutos petere, & conſequi, iuribus *in d. l. vir vſuras*, & in *l. cum quidam. §. diuus, ff. de vſur.* non obſtantibus; nam, vt ipſemet *Dec.* aduertit, in caſu, ſuper quo conſuluit, non erat diuturnum tempus elapſum, quod pro decennio intelligitur, ex Bart. *in l.* 1. *§. quod autem. ff. de ſuperfic.* ſed tantum ſeptennium, quo tempore matrimonium durauit: item in caſu *præcitati conſ.* maritus dum viuebat fructuum partem exegerat, ſicquè de eius voluntate conſtabat quòd donare nolebat; in caſu autem, de quo nos agimus, ſupponimus, longum, immò longiſſimum tempus decurſum eſſe, nec vnquam mulierem in vita aliquid pro intereſſe, ſiue dotis fructibus petiiſſe: ergò.

Quæ omnia eò magis ſine controuerſia procedere affirmo, ſi mulier ſoluto matrimonio ſteterit cum filiis, ſiuè mariti hæredibus, & ab eis alimenta receperit, dotis intereſſe nuſquàm petens; nam tunc ex quo viam alimentorum elegit, non autem conſequutionis intereſſe, ampliùs illud peti non poteſt, adhùc ſi mulier ipſa viuens in iudicio compareret, & pro dotis intereſſe inſtaret; ſic deciſum poſt alios, quos citat, teſtatur Præſ. de Franch. *dec.* 217. cui non aduerſatur alia *eiuſdem* 338. Viuius *commun. opin. lib.* 1. *opin.* 360. Surdus *deciſ.* 211. P. Molfeſ. *ad Conſuet. Neap. par.* 4. *tit. de iur. dot. quæſt.* 10. *à num.* 17. vbi alias conſimiles refert deciſiones, Petra ad Grammat. *loco cit.* & in *addit. ad Capyc. deciſ.* 24. 6

Alia in hac materia, ad maiorem huius ſententiæ confirmationem, videnda ſunt apud Fachin. *controu. iur. lib.* 3. *cap.* 103. Chriſtophor. Matt. *deciſ. Senenſ.* 60. & D. Reg. Capyc. Latro *conſult.* 154. *n.* 27. *lib.* 2.

SVMMARIVM.

1 *Mulier, mortuo viro, num pro dotis reſtitutione poſſit propria authoritate ingredi poſſeſſionem bonorum viri, & n.* 2. 3. 4. *&* 5. *Et pro augmento, pro bonis paraphernalibus, & pro legatis eidem à viro factis, n.* 6.

ARGVMENTVM.

Mulier, viro ſuo defuncto, nùm pro dotis recuperatione poſſit abſque Iudicis permiſſu; ſed propria authoritate pro concurrenti quantitate ingredi in poſſeſſionem bonorum mariti ſibi obligatorum.

CAPVT CXLII.

MVLIER, mortuo viro, ratione hypothecæ contractæ ſuper bonis viri, cum Conſtituto, & Precario pro reſtitutione dotium in pecunia numerata; dubitatur, num poſſit propria authoritate ingredi, & capere poſſeſſionem bonorum mariti poſt eius mortem remanſorum?

Reſpondeo, quòd ſic; etenim hypotheca hæc tribuit ius poſſeſſionis, & facultatem apprehendēdæ, retinendæ, & petendæ poſſeſſionis; prout eſt text. *in l. ſi cùm venditor, in princ. ff. de euiction.* & per *illum text.* hoc fundat Albert. Brun. *conſ.* 1. *numer.* 8. & Bald. *in l.* 1. *num.* 4. *C. de ſer. pignor. dat. manumiſſ.* Dec. *conſ.* 241. *numer.* 2. & maximè, quando mulier ex cauſa dotis poſt mortem mariti cauſam poſſeſſionis mutare velle declarauerit, & pro dotibus poſſidere, dum per priùs iure familiaritatis cum marito poſſidebat; ita præ cæteris tradit Baldus *in l. penult. ff. de pignorat.* 1

actiom.

action. & poſt eum, Dec. *d. conſ.* 231. *&* 400. *num.* 5. *verſ. non obſtat.* & Bal. Nouel. omninò videndus *in*
2 *tract. de dot. par.* 8. *in* 6. *priuileg. num.* 20. qui dicit, poſſe mulierem viro mortuo, propria authoritate intrare, & apprehendere poſſeſſionem bonorum mariti, etſi ab alio apprehenſa fuiſſent: & non ſolùm bonorum dotalium, in quibus nulla cadit difficultas; ſed etiam aliorum bonorum propriorũ ipſius mariti, pignori incumbere volentem, quo caſu mulier ſine vitio intrare videtur in poſſeſſionem, ex quo ſtabat in quadam poſſeſſione iure familiaritatis, Rolan. *conſ.* 77. *num.* 27. *vol.* 1. Ioſeph. Ludouic. *deciſ. Peruſ.* 61. *par.* 2. Rot. *deciſ.* 325. *à num.* 12. *in collect.* per Poſtium.

3 Et ſecundum hæc à Maioribus audiui fuiſſe per Sacrum Conſilium Regni huius deciſum, ad fauorem D. Barbaræ Rauaſcheriæ, quæ, mortuo viro, illius bonorum poſſeſſionem cœpit, publicis inſtrumentis mediantibus; ac ità pariter per Senatum Sabaudiæ determinatum refert Fab. *diff.* 4. *C. ſol. matri-*
4 *mon.* ſecùs autem eſſet dicendum, vbi mulier hypothecam tantùm haberet, ſine Conſtituto, & Precario; quia tunc nullatenus ei liceret abſque competentis Iudicis authoritate bonorum dotalium poſſeſſionem ingredi: prout eſt text. ad literam *in l. dotis actione. C. ſolu. matr.* & eleganter pro more obſeruauit Ant. Fab. *diffin.* 10. *C. de rei vxor. action.*

5 Cætera pro dictorum confirmatione videnda ſunt apud Ioannem Petrum Molignatum *in tractatu de Retentione, quæſt.* 20. vbi poſt DD. *ſuprà* relatos, & alios ad nauſeam, quos citat; inter quos Iaſon *in §. item Seruiana, num.* 72. *Inſtit. de action.* Franc. Marc. *deciſ.* 181. *num.* 1. *par.* 1. Thom. Grammat. *deciſ.* 58. *num.* 3. *& deciſ.* 92. *num.* 19. Capyc. *deciſ.* 119. *num.* 3. Borgnin. Caualc. *de vſufruct. mulier. relict. num.* 201. ait, communem eſſe concluſionem, & ab omnibus tentam, vt vxor ratione tacitæ vel expreſſæ hypothecæ, poſſit viri bona retinere; maximè attento Conſtituto, & iuramento; propriàque authoritate in illius poſſeſſionem ingredi, donec, & quouſque
6 dos ſibi actualiter reddatur. Et non ſolùm pro dote, ſed & pro omnibus iuribus dotalibus, ac etiam pro bonis paraphernalibus. Quódque retentio hæc, & inſtantia bonorum viri procedat adhuc pro legatis eidem vxori à viro factis, ac pariter pro augmento: Licèt demùm addat, vt hæc omnia procedant, atque intelligi debeant, quando poſſeſſio fuiſſet vacans, & à nemine occupata; quia ſi bona fuiſſent à viri hæredibus occupata, vtique ait, quod non poſſet vxor ipſa, propria authoritate inuadere; ſed contra hæredes experiri deberet actione ſupra citatæ legis, *dotis actione, C. ſol. matrim.* allegat Ioſeph. Ludouic. *loc. cit.* & Dec. *in l. dotis, num.* 2. *C. de collat.* vbi dicit vxorem hanc poteſtatem non habere ingrediendi poſ-
7 ſeſſionem bonorũ quondam viri ſui propria authoritate, niſi viri hæredibus, qui hæreditatem adiuerunt, conſentientibus: Secùs verò ea nondum adita: idémque Rolan. *conſ.* 77. *num.* 34. *lib.* 1. vbi addit, quod aliàs mulier ipſa ſic poſſeſſionem bonorum viri propria authoritate ingrediens, non citato priùs poſſeſſore, diceretur poſſidere cum vitio: Sicque magis communiter affirmant, vt locum habeat retentio, requiri præcisè poſſeſſionem eſſe vacuam, & quod ea ſine vitio ad vxorem perueniat.

8 Etenim licèt verum ſit, & apud omnes indubitatum, dominium rei dotalis poſt mariti mortem ipſo iure ad vxorem reuerti, *vulgata lege, in rebus, C. de iure dotium.* Secus tamen eſt in poſſeſſione: ad text. *in l. cum hæredes, ff. de acquir. poſſeſſ.* Bald. *conſ.* 35. *vol.* 3. Dec. *conſ.* 131. *&* 400. Roland. *loc. proximè cit. num.* 36. Ioſeph. Ludouic. *in relata deciſ.* 61. *num.* 9. *&* 10. & ſatis benè Borgnin. Caualc. *loc. cit. num.* 201. vbi ait ſemper ipſum intellexiſſe, vt hæc retentio mulieri competat, quando nemo bona poſſideret, niſi maritus: & hoc continget, quando domo mariti exiuiſſet, illiúſque bona ſecum aſportaſſet, aut bonorum poſſeſſionem retinuiſſet: tunc enim ſemper vxor contendere poſſet ante aliorum occupationem ſe retinuiſſe, & accepiſſe, & pro ſuis dotibus retinere, donec, & quouſque ſibi ſit ſatisfactum: præſumeretur enim, potiùs iuris ſui conſeruandi cauſa, quàm furandi, & contrectandi animo à principio accepiſſe: nam ſi alius poſſideret antequam vxor declaraſſet, dicta bona pro ſuis dotibus retinere velle, tunc vtique retinere non poſſet, adhuc ſi in eius Inſtrumento dotali appoſitum eſſet Conſtitutum, & pactum de ingrediendo propria authoritate.

SVMMARIVM.

1 *Mulier, vergente viro ad inopiam, poteſt curare ſe aſſecurari ſuper bonis viri pro eius dotibus.*

2 *Creditores viri an habeant ius offerendi mulieri petenti dotium aſſecurationem ſuper bonis viri.*

3 *Mulier num poſſit petere aſſecurationem ſuarum dotium ſuper corpore maioris æſtimationis, dum ex minori poteſt eſſe ſibi conſultum, & num.* 5. *&* 6.

4 *Creditor, qui plura corpora habet obligata, propter modicum debitum non poteſt rem magni valoris diſtrahi facere.*

7 *Gloſ.* in l. quandiù, C. de diſtract. pignor. *declaratur, & num.* 8.

9 *Muliere petente dotium aſſecurationem ſuper bonis viri, quomodò illa apprecientur.*

10 *Subhaſtationes ſolent eſſe animoſæ, & quando ad illas deueniri debeat.*

ARGVMENTVM.

Mulier, quæ viro ad inopiam vergente, ex iuris diſpoſitione petere poteſt pro dotibus ſe aſſecurari, an valeat in præiudicium aliorum creditorum aſſecurationem petere ſuper corpore magni valoris, alio minoris æſtimationis, ſuper quo poteſt eſſe ſibi conſultum, omiſſo.

CAPVT CXLIII.

MVLIER, ob viri vergentiam ad inopiam, ex iuris diſpoſitione, pro eius dotibus, & antefato poteſt ſe ſuper bonis viri 1
aſſecurari facere, ad hoc vt habeat vndè ſe, ſuóſque alat, & onera matrimonij ſuſtineat, *vulgata l. ſi conſtante, ff. ſolut. matrim.* & *l.*

vbi adhùc,C.de iur.dot. vndè oritur, vt diximus *lib.*1.
2 *cap.*119. *num.*15. viri creditores non poſſe dotes, & antefatum mulieri in pecunia offerre, cùm illa non ſit vera dotis reſtitutio; ſed prouiſio in matrimonij fauorem introducta: vt paſſim in S.C. Regni huius deciditur: ad notata per D. Franch. *in vulgata deciſ.*54. poſt Afflict. *deciſ.*199. de quibus inter cæteros meminit Bernard. Greuæ. *pract.concl.lib.*2.*concluſ.*112.

3 Sed in hac materia occurrit mihi dubium, & eſt, ſi diuerſa bonorum corpora vir poſſidet, vnum tamen altero maioris æſtimationis, nùm poſſit mulier, dum bona minoris æſtimationis pro dotium, & antephati ſecuritate ſufficiunt, illa reſpuere, & maius corpus petere; iuſti pretij ſupplementum viri creditoribus repugnantibus ipſi offerentibus, iuxta appretium faciendum?

4 Et quòd non poſſit, facit Gloſ. *in l. quandiù, C.de diſtract. pignor.* vbi dicit, non licere creditori plura corpora obligata habenti, propter modicam pecuniam, maximam diſtrahere rem, cùm viliorem diſtrahendo poſſit debitum conſequi.

5 Secundò, id contra mulierem in indiuiduo dixit Bald. Nouell. *in repetition.l.*1.*nu.*406.*ff.ſolut.matrim.* dum aſſerit, quòd mulierem non decet eſſe in lucro in caſu aſſecurationis in perniciem creditorum, & ſic eligere magnum *podere* de bonis mariti, ob illius vergentiam ad inopiam,ſed tantùm pro quantitate, & valore dotium,& antephati.

6 Sed his non obſtantibus, contrarium tenendum eſt; vt nimirùm poſſit mulier illud eligere corpus, quod ſibi videtur, iuſtum ſupplendo pretium, quando maius eligit, idquè ratione generalis hypothecæ, cuius reſpectu habet mulier ipſa facultatem eligendi de bonis mariti rem pretioſiorem; Bal. *in authent.hoc niſi debitor, num.*1. *C. de ſolution.* eſt enim peculiare mulieris priuilegium in dote, vt ius prælationis habeat, dixit Bald. *in l.*1.*§.& vt plenius,n.*3. *C. de rei vxor. action.* ac proindè poſſe bona emphyteutica, vel feudalia, pro dotium aſſecuratione retinere, notauit Grammat. *conſ.*107. *num.*2. *&* 3. licèt illa magni ſint valoris, & vltra dotem, dummodò pretij reſiduum ſoluat, iuxta appretium per Expertos faciendum, tradit Hieron.Gabr.*conſ.*147.*num.*1. *verſ. & ſi excederet, lib.*1. caſum in muliere conſtituens, aſſecurationem petente ſuper quodam Caſale maioris pretij dotium, oblato pretio admiſſa, quilibet enim creditor habet electionem incumbendi cui voluerit ex rebus ſibi obligatis; *vulgata l. creditoris arbitrio, ff. de diſtract. pignor.* nec plus accipere dicitur, ex quo quamlibet rem in ſolidum obligatam habet; Paul. de Montepico *in repetition. l. in Quartam, num.*139.*ff.ad leg.falcid.*

7 Nec aliquid facit Gloſ.*in d.l.quandiù,* pro contrario allegata,loquitur enim in creditore,qui condemnationis ſententia obtenta, debitoris bona vendere vult, tunc enim non cenſeretur in bona fide verſari, ſi pro modico rem maximam & pretioſiorem vendi eligeret, dum ex aliis minus damnoſis ſibi conſuli poſſit; & ſic conſiderat Gloſ. illa, debitoris beneficium,penès quem reliqua bona remanent,non vendenda; quod non eſt in caſu noſtro, vbi potiùs tractatur de adiuuando debitore, quàm de damnificando; & reliqua bona, quæ remanent, ad cæterorum creditorum inſtantiam venditioni ſubiacent.

8 Dicimus inſuper Gloſ. prædictam, ac notata per Bar.& Doctores *in l. à diuo Pio,§.in venditione, ff. de re iudic.* procedere in venditione Iudicis authoritate facienda,diffinitiua mediante ſententia; ſecùs autem in materia aſſecurationis dotium, maxime ſtante pretij ſuppletione in reſiduo, quod corpus illud electum excedit; cùm tali caſu dici non poſſit, mulierem aliquid in creditorum perniciem lucrari; nam cùm mulier iuſtum ſupplere pretium offerat, creditorum ceſſat intereſſe: ac proptereà Bart.*in d.l ſi conſtante,numer.*95.*verſ. & illo caſu,* & *num.*98. *verſ. non ergo*, dicit, quòd reuocatur datum mulieri pro dotium aſſecuratione, quatenus magni pretij bona data eſſent, illúdque in mulieris beneficium caderet, & in creditorum perniciem:ergo ſi in mulieris beneficium non cadit,dum ex pretio ſupplet, excludi illa non poteſt: & ità intelligendus eſt Bald.Nouell. *ſuprà* ex aduerſo allegatus.

Nec creditores in hoc caſu prætendere poſſunt, 9
dum mulier pro aſſecuratione corpus maioris æſtimationis elegit, quod pretium per eam ſupplendum ex licitationibus, & ſubhaſtationibus publicè faciendis regulari debeat, ſiquidem apud Nos hoc abſolutum eſt, cùm æſtimatio per Tabularios, & Appretiatores fieri debeat: ex plenè deductis per D. de Franch. *cit.deciſ.*54. *in* 2. *dubio*, iuxta practicam, quam tradit Bar. *in l.*2.*num.*20. *C. de reſcind. vendit.* fundatam *in d. l. hac edictali,§.his illud, C.de ſecundis nupt.* Idquè optima ratione, cùm vt plurimùm ſub- 10
haſtationes animoſæ eſſe ſoleant, *l.locatio,in princ.ff. de public. & vectigal.* aliquando ob emptorum inuidiam, quandoque verò propter rei vicinitatem, *l. ſi cui fundum.ff.de leg.*1. vel quia bona vendenda,antiquorum fuerunt; *l. ſi in emptionem, ff.de minor.* ità vt Napod. *in Conſuetud.Si quis domum, in verb.fuerit,de iure Congrui*, dixerit,in ſubhaſtationibus ſæpè fraudes fieri, ad illáſque tunc deueniri debere, quando aliud non ſubeſt remedium.

SVMMARIVM.

1 *Neophytus ad Ordines promoueri non poteſt.*
2 *Neophytorum duæ ſunt ſpecies, & num.*3. *&* 5.
4 *Impedimentum, quod conſideratur in Neophytis circa Ordinum ſuſceptionem, vſque ad quod tempus duret.*
6 *Epiſcopus quis eligi non poteſt, niſi poſt ſex annorum ſpatium, quo fuit Sacris inſignitus.*
7 *Ordinari non poſſunt Religioſi durante anno probationis.*
8 *Abbatiſſa in qua ætate eligi debet.*

ARGVMENTVM.

Neophyti an, & quando ad Ordinum ſuſceptionem admitti poſſint. Impedimentum, quod conſideratur in Neophytis circa Ordinum ſuſceptionem vſque ad quod tempus duret. Ordinari nùm poſſint Religioſi probationis anno durante.

CAPVT

CAPVT CXLIV.

1 NEOPHYTI, iuris eſt notiſſimi,
quòd Ordinum ſunt incapaces; vnum
enim ex impedimentis, quæ Sacri
Canones in perſona promouenda ſta-
tuerunt, in Neophytis conſideratur,
quorum (vt plena habeatur cognitio) duæ ſunt ſpe-
cies, prima illorum, qui de recenti veniunt ad Fi-
2 dem, *can. quoniam*, 48. *diſt.* & hi nedum ſacros, ſed
ne quidem minores Ordines ſuſcipere valent; imò
neque ad ſecularia officia admitti poſſunt: Couarr.
in clem. ſi furioſus, par. 1. §. 2. *ſub num.* 7. *verſ. ſecunda*
concluſio, Roman. *ſing.* 679. aliique relati per Auil. *de*
cenſur. par. 7. *diſp.* 4. *dub.* 4.

3 Altera Neophytorum ſpecies eſt illorum, qui re-
center ſuſceperunt Religionis habitum, *can. ſicut, ead.*
diſt. Ratio in vtraque ſpecie affertur à Diuo Hiero-
nymo *ſuper Epiſtola Pauli ad Titum*, nimirùm, quia
non licet, vt qui heri erat Cathecumenus, hodie fiat
Epiſcopus: qui heri erat in Theatro, hodiè ſedeat
in Eccleſia; qui veſpere erat in circulo, hodiè mini-
ſtret Altari; qui dudùm fuerat Hiſtrionum fautor,
hodiè Virginum conſecrator exiſtat.

4 Sed quoad primam ſpeciem, quouſquè tale im-
pedimentum duret, dubitatur? & dico, quouſque
dici poteſt de recenti baptizatus: poſtea verò ſi eius
ſtudium, & Fides probabilis ſit, diſpenſatio de facili
conceditur; Felin. *in c. cùm ſit, ante num.* 1. *de iudic.*
& *in cap. eam te, ſub numer.* 12. *de reſcript.* Sed quan-
do dici poſſunt, non de recenti baptizati? varia-
runt *Doctores*; Alij enim exiſtimarunt, poſt decen-
nij lapſum, à quo baptizati fuerunt, Alij poſt trien-
nium, Alij verò, & fortè meliùs poſt biennium, cùm
quicquid infra biennium factum ſit, videtur de re-
centi eſſe; ergò ſi poſt, non de recenti: Hoſtienſ. *in*
cap. cùm inter, de re iudic. quod placuit Campanil. *in*
eius *diuerſ. iur. Canon. rubr.* 11. *cap* 7. *poſt num.* 4. aſſe-
renti, eam nequaquam ſibi diſplicuiſſe reſolutio-
nem, vt tandiù dicatur de recenti baptizatus, quan-
diù ea neſcit de lege Euangelica, quæ Neophyti ſo-
lent ignorare.

5 Quò verò ad ſecundam Neophytorum ſpeciem,
diſcrimen aliquod conſtituendum erit, licèt quoad
Ordinum ſuſceptionem nulla adſit differentia inter
Clericum ſecularem, & regularem, nempe quoad
temporis interuallum ab vno ad alium Ordinem;
vnuſquiſque etenim ipſorum eadem interſtitia ſer-
uare debet, ſeruata forma Sacri Trid. Concilij *ſeſſ.* 23.
6 *de reform. cap.* 11. & ad Epiſcopatum, non niſi poſt
ſex annorum ſpatium, quo fuerit quis ſacro Ordine
inſignitus aſcendere valeat; iuxta diſpoſitionem
eiuſdem Sacr. Trid. Concil. *ſeſſ.* 22. *cap.* 2. *de reform.*
Quò verò ad cætera diſcrimen aliquod conſideratur
inter Clericũ ſecularem, & regularem; nam ille ſerua-
tis interſtitiis iam dictis promoueri non impeditur,
7 Regularis autem profeſſionis tempus expectare te-
netur, cùm durante probationis anno nè quidem
ad minores Ordines aſcendere poſſit, *can. Monaſte-*
8 *riis*, 19. *quaſt.* 3. & in Abbatiſſa, Prioriſſa, vel quo-
cunque alio nomine præfecta, non minore annis
quadraginta, vt eligi poſſit, ſaltem octo annorum
ſpatium poſt probationis annum erit expectandum,
ſecundùm ſancita per idem Sacr. Trid. Concil. *ſeſſ.* 25.
cap. 7.

Cætera, & ſatis notabilia ad materiam pertinen-
tia, vide apud Auguſt. Barboſam *de poteſt. Epiſcopi,*
par. 1. *tit.* 2. *gl.* 17.

SVMMARIVM.

1 *Neptis ex filio, vel fratre, in terminis Statuti fœminas excludentis, ſtantibus maſculis, in aui, vel patrui ſucceſſione an amitam excludat, & num. 4. 5. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 14. 15. & 16.*

2 *Neptis ex filio præmortuo ad aui ſucceſſionem de iure communi vnà ſimul cum amita concurrit.*

Sed quid ſi auus priùs mortuus eſt, & demùm filius, qui tamen deceſſit patris hæreditate non adita, num. 3.

6 *Neptis ex filio non conſideratur ſimpliciter fœmina.*

13 *Statutum, ſiue Conſuetudo extra caſum expreſſum, & vltra perſonas nominatas extendi non poteſt.*

ARGVMENTVM.

Neptis ex filio, attento Statuto, quòd ſtantibus maſculis fœminæ non ſuccedant, nùm de iure amitam excludat; idquè tam in bonis burgenſaticis, quàm feudalibus? & quid de iure Regni, & Conſuetudinario Ciuitatis Neapolis; & quid in linea tranſuerſali? Item neptis ex filio primogenito an à feudorum ſucceſſione patruum ſecundogenitum excludat; & an in bonis allodialibus æqualiter concurrant? & de aliis.

CAPVT CXLV.

NEPTIS ex filio, vel fratre, antiqua
eſt quæſtio in terminis Statuti fœmi- 1
nas excludentis, ſtantibus maſculis,
an in eius aui, vel patrui ſucceſſione
amitam excludat; vel ambo æquis
portionibus ſuccedant?

Pro cuius reſolutione, dixi ſemper, apud Nos di-
ſtinguendum eſſe inter ſucceſſionem, quæ fit in bo-
nis aui, & ſic in linea aſcendenti; & alteram, quæ
fit in bonis patrui, & ſic in linea tranſuerſali; ſi enim
loquimur de prima, ſubdiſtinguendum eſt inter Ius
commune, Regni, & Conſuetudinarium huius Ci-
uitatis: Etenim quoad Ius commune, in terminis
Statuti prædicti, communis eſt omnium Scriben-
tium ſententia, tam antiquorum, quàm recentiorum,
neptem ex filio præmortuo ad aui ſucceſſionem vnà 2
ſimul cum amita æquis portionibus concurrere, nec
aliter iuuari; quòd ſit filia maſculi, qui ſi viueret
ſororem excluſiſſet; ceſſat enim in nepte ratio con-
ſeruationis familiæ, quæ dedit cauſam Statuto; &
cùm dici non poſſit, maſculinitatis qualitatem in
illam

illam tranſire, ità nec legis, ſiue Statuti diſpoſitionem: ſic firmarunt Cyn. *in l.1.C. de adulter.* Bar. *in l.liberorum, num.12.ff.de verb.ſignif.* Salycet.Ang.& Iaſ. *in d.l.1.* idem Salycet.Fulgoſ.& Alex. *in l.2.C.de in ius vocan.* Alciat. *in d.l.liberorum, num.27.* Paul. de Caſtr. *conſ.47.in 2.dub.conſ.85.& conſ.111.lib.1.* Alber. *in 2.par. ſtatut. quaſt.102.* Ang. *conſ.81.* Aret. *conſ.141.* Socin. Sen. *conſ.116.vol.1.& conſ.196.n.4. vol.2.* Ruin. *conſ.142.num.3.vol.2.* Cephal. *conſ.13. num.9.* Crauet. *conſ.108.num.1.* Tiraquel. *de iur.primogen.quaſt.40.num.54.* Albert. Brun. *in tract.ſtantibus maſculis, art.6.num.142.& art.12.num.234.* Ant. Gabriel. *comm. concl. lib.6. tit.de verb. ſignif. concl.1. numer.21.* Franc. Barry *in tract. de ſucceſſ. ab inteſt.in princ.ſub numer.6.verſ.certè neptis ex filio,* Craſſ. *in §. ſucceſſio ab inteſtato, quaſt.2. num.6.* Ioſeph. Ludouic. *deciſ. Peruſ.11.* Mart. *in ſumm. ſucceſſ. legal. part.1. quaſt.12.art.1.* & Mangil. cæteris omiſſis in *tract.de imput. Legit.quaſt.63.ſub num.27.* vbi dicit, fuiſſe originalem ſententiam Iacobi de Aren. *in d.l.1. C. de adulter.* aſſerentis, quòd quamuis neptis in aui ſucceſſione patris ſui locum præcapiat, præcapit tamen vt fœmina, non vt maſculus; ac proindè eius amitam excludere non poteſt.

Secùs tamen eſſet dicendum, ſi priùs auus mor-
3 tuus eſſet, & demùm filius huius neptis pater, quamuis hæreditate non adita; eo enim caſu dicendum eſt, adeundi ius ad filiam tranſmiſiſſe, & ſic amitam omninò neptis excludet: ità Cyn. *in d. l.1. in fine,* Dec. *conſ.131.* Crot. *in l.re coniuncti, num.81.ff.de legat.3.* Crauet. *conſ.185.* Iaſ. *in l.ſi arrogator, num.18. ff. de adoption.* Mangil. *loco cit.quaſt.67.numer.32.* Ant. Gabr. *tit.de ſtatut.concluſ.4.num.28.* Craſſ. *in §.tranſmiſſio, quaſt.23.* D. de Franch. *deciſ.32.* Alex. Trentacinq. cæteris omiſſis, *var. reſol. lib.1. tit. de Stat. reſol.1.ſub numer.4.* vbi dicit, ab hac opinione nec in conſulendo, neque in iudicando recedendum eſſe.

Quò verò ad ius Regni, in terminis *Conſtit. no-*
4 *ſtra, incip. In aliquibus,* dico, quæſtionem hanc diuerſimodè à Noſtris fuiſſe tractatam, & deciſam, nam quòd neptis ex filio amitam non excludat, ſed quòd vnà ſimul auo, & patri reſpectiuè æquis portionibus ſuccedant; & ſic vt procedat concluſio *ſuprà* de iure communi firmata, dixerunt Afflict. *in eadem Conſt. In aliquibus, n.65.* Gramm. *deciſ.63.* vbi ſic per S.C. deciſum refert, Vrſil. ad Affl. *deciſ.161. num.2.* ſic etiam *de anno 1564. menſis Nouembris* per S.C. iunctis Aulis, referente Conſiliario de Altomare deciſum fuiſſe inueni in cauſa Ioannæ, & Benaduce de Francolino Ciuitatis Auerſæ, vt nimirùm neptes ex filia, collatis dotibus maternis, vnà ſimul cum nepte ex filio ad communis aui ſucceſſionem admitterẽtur pro neptibus ex filia patrocinantibus *Domino Vincentio de Franch.* qui fuit deinde eiuſdem Senatus Conſiliarius, & Præſes; & *D. Vincentio Siccodo,* qui fuit M.C.Fiſci Patronus, prout habeo ex originalibus allegationibus in illa cauſa per dictos Dominos emanatis; in quibus propria manu præfati D. Præſidis notatur deciſio per hæc verba: *Et ità deciſum iunctis Aulis de menſe Nouembris 1564. referente D. Altomare, Villalta Act.* quas Allegationes ſtudendo poſt hæc ſcripta inueni de verbo ad verbum, nihil addito exemplatas, & expreſſas inter *Allegationes Claudij Tutij,* qui illarum ſe fecit Authorem, referens etiam hanc eandem deciſionem, quam falsò fingit ſibi retuliſſe *D. Rutilium Monitium V.I.D.*

E contra verò, quòd attenta *Conſtitutione prædicta,*
5 neptis ex filio, patris ſui perſonam ſubingrediendo, amitam, tam à bonis feudalibus, quàm allodialibus excludat, & quòd ità fuerit ſemper in Regno practicatum, latè, ac doctè pro more fundat Minado. *in Conſt. prædicta, in 3. notab. à num.118. ad finem,* vbi hoc idem firmaſſe Carol. de Tocco, Andream de Barulo, Napodan. & Ant. de Ralio, quorum authoritas in hoc Regno ſibi maior videri dicebat, quàm aliorum, qui ſecus dixerunt; ac propterea de Aduerſariorum authoritate in hoc Regno non eſſe curandum: & præcipuè de *Gramm.* cui reſpondetur, vt *ibi*: Neptis enim ex filio, dicit *Minado.* quòd non 6
conſideratur ſimpliciter fœmina, ſed per patris repræſentationem ſubingreſſionis virtute, illius ſexum aſſumere dicitur, quod non conſideratur in amita, & ſic de ea, tanquam de maſculo iudicari debet: quia ſi aliter diceremus, ſequeretur, quòd neptis dote accepta, à patruo excluderetur, etiam in viuentibus iure Francorum, quod eſt falſum; vt apparet ex deciſionibus relatis per Reg.de Pont.& Rouit. *infrà* allegandos.

Nec etiam in aliquo obſtare, conſeruandæ agnationis rationem, per quam fœmina excluditur, in nepte ceſſare: Quia omninò in hoc caſu cauſa illa non ceſſat, cùm neptis iſta ſit de familia, deſcenditque per virilem ſexum, & maſculum patrem ſuum repræſentat, cuius memoria, & reliquiæ in ipſa filia durant, & operari debent; quódque repræſentatio hæc per ſubintrationem in locum patris cauſata tantæ ſit efficaciæ, ex eo probat Minado. *num.130.* quia primogenitus in ſucceſſionibus præfertur ad familiarum conſeruationem, & tamen ius primogenituræ tranſit in filiam.

Hanc eandem ſententiam amplexus eſt D. Reg. 7
Pont. ſemper doctiſſimus *in tract. de poteſt. Proreg. tit.9.de ſucceſſ. mulier. à num.37. vſque ad finem,* vbi dicit, de hoc in Regno non eſſe ampliùs dubitandum, vt nimirùm neptis ex filio, ſui patris locum, & perſonam, ſiue ſexum ſubingrediatur, amitam excludendo: nam quemadmodùm abſolutum eſt per tot declarationes Regias, & deciſiones deſuper emanatas, fœminas in feudalibus ſexum repræſentare, & vti maſculum ſuccedere (*Conſtitutio* enim, *In aliquibus*, de ſucceſſione generaliter loquens, fœminam ad ſuccedendum habilitauit, maſculos in gradu remotiori excludens) dicit *Reg. de Pont.* neceſſariam oriri conſequentiam, quòd vti maſculus in allodialium ſucceſſione erit iudicanda, cum eadem res eodem tempore diuerſo iure cenſeri non debeat.

Hoc idem pro indubitato firmauit Rouit. *conſ.74.* 8
vol.1. quem omninò vide, vbi loquitur tam de excluſione amitæ à ſucceſſione bonorum allodialium, quàm de excluſione patrui à bonis feudalibus; & in puncto principali, vt in bonis burgenſaticis neptis, & patruus, æquis portionibus concurrant: ſubdens *in fine num.12.* hæc verba: *Non omittam, hanc opinionem adeò veriſſimam eſſe, vt illa fuerit vſu, & moribus in foro comprobata, & recepta, nedùm in ſucceſſione burgenſaticorum, prout atteſtatur Minado. vbi ſuprà: ſed etiam in ſucceſſione feudalium, vt ſcilicèt neptis ex filio primogenito mortuo in vita patris ſui, excludat patruum à ſucceſſione aui, vt atteſtatur Affl. in cap.1. de nat. ſucceſſ. feud. numer.54. in fine, verſ. ſed contrarium, &c.*

Hanc eandem ſententiam in caſu, vbi ad aui ſuc- 9
ceſſionem concurrit neptis ex filio, & neptis ex filia, contra deciſionem, vt *ſuprà* adductam, ad relationem Conſiliarij de Altomare, vt neptis ex filio ſola ſuccedat, amplexus eſt Marcel. de Maur. *allegat.12. per totam,* vbi *num.6.* expreſſis verbis dicit, maſculinitatis qualitatem in filiam tranſmitti; ibi, *ſatis enim eſt, quod iſta filia ſubintret in locum patris maſculi, & ſic cum ſubintret, repræſentat gradum patris; ergò excludit neptem filiam filiæ, &c. Et num.3.*

argumenta

argumentatur, quemadmodùm indubitatum eſt, in ſucceſſione aui in feudis, neptem ex filio primogenito patruum excludere, ità & multò fortiùs filiam amitæ omni iure excluſæ à ſucceſſione bonorum allodialium excludere debere. Idémque etiam firmauit Molfeſ. *par.4. quæſt.32.* ſed allegari in hac quæſtione non meretur, cùm ad illius reſolutionem confusè, & nulla adhibita diſtinctione proceſſerit, vt dicemus *infrà*, & obſeruauit Caputaq. qui hanc eandem opinionem ſic pro nepte firmatam ſequutus fuit *in Conſuet. Si moriatur, par.1.§.9. numero 14. fol.151.*

10 De iure autem Conſuetudinario idem dicendum eſſe, quod de iure Regni firmauimus; eſt apud omnes indubitatum: neptis enim, eo iure attento, in locum patris ſuccedit, cum omnibus qualitatibus, quæ patri competiiſſent, ſi ſucceſſiſſet; vt in *Conſuet. Si moriatur, & ibi* Napod. *num.2.verſ. ex hoc reſultat.* & *num.114.* vbi expreſſis verbis dicit, quòd frater præmortuus ius ſuccedendi, quod habuit, tranſmiſit in filiam, quæ ex perſona, & ſexu patris, cuius locum ingreditur, auo ſuccedit; & paulò ante *num.102.vſque ad num.107.* inquit, neptem ex patris perſona admitti virtute *legis Vellea*, quòd proindè neptis ſola ad ſucceſſionem admittitur, amita penitùs excluſa; provt in terminis *Conſuet. prædicta*, vltra Napod. dixerunt Minado. Reg. de Pont. & Molfeſ. *locis cit.* Capyc. *in eadem Conſuet. Si moriatur, in annotatione*, quæ incip. *Nota in eo*; ibi, *Item quando tractatur de ſuccedendo patri, neptis ex maſculo excludit amitam, &c.* Caput. *in d. Conſuet. Si moriatur, par.3.§.3.numer.1. verſ. ſecundò comprobatur, & par.1. §.9. à num.11.vſque ad 14.* & cæteri Noſtri omnes; ex quorum dictis clarè patet, malè circa hoc ſenſiſſe Mart. *cit. art.1.num.6. in fine*, dum aduerſus *Napod.* inſurrexit.

11 His ſic, vt *ſuprà*, reſolutis; remanet vt videamus, quid dicendum circa quæſtionem propoſitam in linea collaterali, an neptis ex fratre ad patrui ſucceſſionem amitam defuncti ſororem excludat, vel ambo æquis portionibus concurrant? Et reſolutiuè procedendo dico, nulli dubium eſſe, iure communi attento, quòd vtraque venit admittenda, quia etiamſi ſupereſſet huius neptis pater, in fratris defuncti ſucceſſione ſororem non excluderet, ſed ambo ſimul concurrerent; per text. *in vulgata authent. defuncto, C. ad S.C. Tertull.* vbi DD. communiter, ergo à fortiori, idem in filia, quæ ad ſucceſſionem venit patrem ſuum repræſentando. Idem etiam dic procedere in Regno; quia *Conſtit. In aliquibus*, loquitur tantùm de ſucceſſione deſcendentium aſcendentibus, & ſic in linea collaterali nihil diſpoſuit, quòd proinde remanſit articulus decidendus de iure communi, provt dictum eſt. Quod tamen intellige circa ſucceſſionem bonorum allodialium, ſecus ſi tractaretur de ſuccedendo patruo in bonis feudalibus; quia tunc neptis amitam defuncti ſororem penitùs excluderet: nam cùm ſubingrediatur illa perſonam patris ſui, qui ſi viueret, ſororem ſine dubio excluderet, ergo & illius filia defuncti neptis: & hoc eſt indubitatum.

12 Remanet tamen difficultas, quid dicendum, attento iure Conſuetudinario huius Ciuitatis, quo cautum eſt, fratrem in fratris ſui ſucceſſione ſororem excludere, vt in *Conſuet. Sed ſi morienti*: & dicendum videtur, quòd amita veniat excludenda: nam cum ſæpiùs ſit repetitum, neptem in his caſibus ſubingredi locum, & perſonam patris ſui, qui ſi viueret, ſororem hoc iure municipali attento excluderet, ergo & ipſius filia.

13 Sed certè in contrarium eſt veritas, cùm caſus iſte à *Conſuetudine* minimè comprehendatur: qui proinde remanſit in diſpoſitione iuris communis, quo mediante, vt diximus, amita in fratris ſucceſſione per neptem non excluditur, ſed tantùm per fratrem, qui ſupereſſet: Statutùm enim, ſiue Conſuetudo extra caſum expreſſum, & vltra perſonas nominatas extendi non poteſt; Grat. *conſ.21.n.27. lib.2.* Bero. *conſ.148. num.15. cum ſeq. lib.2.* Honded. *conſ.1.num.13.& 14.lib.1.* Dec. *conſ.446. num.6.* Camill. Salern. *in Conſuetud. Si moriatur, in princ. in annotation. incip. Ad hanc Conſuetudinem, verſ. vnde aliàs fuit dubitatum, fol.75.* Molfeſ. *par.4.quæſt.27.num.3.* Idque ſine dubio procedit in Statutis correctoriis iuris communis. vt perſonæ ex eodem iure communi vocatæ nunquam excluſæ intelligantur, niſi nominatim excludantur; & in caſu, de quo quæritur, & à perſonis tunc vocatis; quia ſi perſonæ excludentes non adeſſent, nunquam nominatæ excluderentur: ità Corne. *conſ.82.num.12.lib.4.* Ruin. *conſ.169. col.fin. lib.2.* Socin. Iun. *conſ.187. lib.2.* Pariſ. *conſ.51. in fine, lib.2.* Alex. *conſ.97. numer.11. libro 2.*

Quódque hoc verum ſit, inuenimus, dum aliàs apud nos hac de re dubitari contigiſſet, ſic Sacrum Conſilium determinaſſe, vt nimirùm in fratris ſucceſſione neptis ex altero fratre præmortuo vnà ſimul cum amita admittatur; vt teſtatur Capyc. *deciſ.21.* ea quidem *ſuprà* relata ratione, quia non eſt caſus à *Conſuetudine* comprehenſus; idem Capyc. *in Conſuet. Si moriatur, in addition.* quæ incipit, *Nota ex Gl.ſ.* Scip. Bucin. *in d. Conſuet. Sed ſi morienti, in addit. incip. Subingreſſio, verſ. quid autem in ſorore*, Colut. Coppul. *ibidem, in addit.* quæ incipit *Sc as*; & Piſanell. *in alia ſequ.* quæ incipit, *Ego*: Alex. Trentacinq. *var. reſol. lib.3. tit. de Statut. reſol.1. num.4.* & alij Noſtri, quibus addo Mart. *cit. art.1. num.6. verſ. & ſecundùm hanc opinionem*, & Tepat. *var. ſentent. tit 648. cap.3.* vbi de noſtro *Capycio* memor fuit; hoc idem Coſt. *de rat. portion. cap.169.* 14

Quare cauendum eſt à Rouit. *cit. conſ.74. num.10.* dum dixit, *Capycij* deciſionem fuiſſe expreſsè à Minad. *loco cit.* reprobatam, nullibi enim hoc leges *in Minado.* ſed tantùm intendens ille firmare, de iure Regni, neptem ex filio amitam excludere, inquit intra *num.118.* non obſtare *Capycij* deciſionem; quia illa procedit, & loquitur in terminis *Conſuetudinis Neapolitanæ* in linea tranſuerſali: & ſentit, diuerſum eſſe in linea aſcendenti. Reprobat tamen Grammat. *in cit. deciſ.63.* & benè, vt *ibi*. 15

Cauendum eſt etiam à Molfeſ. *in cit. quæſt.32.* dum poſtquam latè diſſeruit, an neptis amitam excludat? & pro opinione affirmatiua concludens, ſubdit *num.27.* non obſtare deciſionem Sac. Conſil. per *Capyc.* relatam, quia eſt illa fundata in æquitate, dic, *Molfeſ.* circa propoſitam quæſtionem, vt *ſuprà* annuimus, nimis confusè ſe geſſiſſe, cùm nulla adhibita diſtinctione pertractauerit illam, haud conſiderando, quòd *Minadous* perpendit, *Capyc.* loqui in terminis *Conſuetudinis Neapolitanæ* in linea Collaterali, non autem in linea Aſcendenti, in quarum linearum ſucceſſionibus caſus in principio propoſitus venit diuerſimodè reſoluendus; provt iam reſoluimus: quòd proindè non mirum, ſi Lælius Caput. *in cit. Conſuet. Si moriatur, par.1. §.9. num.14.* dixerit, *P. Molfeſ.* in hac quæſtione potiùs veritatem obumbraſſe, quàm declaraſſe. 16

Et ità pro hac opinione ad fauorem nepotum ex ſorore, vt ad ſucceſſionem auunculi in bonis omnibus, tam intra, quàm extra diſtrictum huius Ciuitatis, inſimul cum neptibus ex fratre præmortuo concurrere poſſint, fuit per S.C. Regni huius, iunctis

Dominis

Dominis duarum Aularum, ſolemniter deciſum *hodiè* 10. *Iunij* 1637. in cauſa Magnificorum Ludouici, & Hieronymi de Follerio nepotum ex ſorore quondam Scipionis Rendina, de cuius ſucceſſione agebatur cum Magnificis Franciſca, & ſorore Rendina ex fratre præmortuo neptibus; penès Scaccia-uentum S.C. Actorum Magiſtrum.

SVMMARIVM.

1 *Nobilitas non præſumitur; ac proindè, qui Nobilitatem allegat, eam probare debet.*

2 *Nobilitatis tria ſunt genera.*

3 *Fœlicitas prima eſt in Ciuitate naſci.*

4 *Nobilis minoris nobilitatis, qui ex nobiliſſima Ciuitate originem ducit, Nobiliori alterius inferioris Ciuitatis præferendus eſt.*

5 *Nobilitatem allegans, eámque probare intendens in loco ſuæ originis, vbi nulla diſtinctio Nobilium ab ignobilibus, an ſit audiendus: & numer. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. & 13.*

11 *Probationes non ſunt de iure reſtringendæ.*

14 *Interamnenſis Ciuitas nobilis, & illuſtris in Prouincia Vmbria.*

15 *Princeps poteſt creare quem Nobilem.*

ARGVMENTVM.

Nobilitatem allegans pro aſſequenda aliqua aliqua prærogatiua, quæ non niſi Nobilibus conceditur, nùm audiendus ſit, ſi illam probare intendit in loco ſuæ originis, in quo nulla adeſt diſtinctio Nobilium à popularibus? vbi deciſio *Sacræ Rotæ Romanæ.*

CAPVT CXLVI.

1 NOBILITAS, cùm ex receptiſſima DD. ſententia nullo pacto præſumatur, ex quo res eſt aduentitia; nec aliter nobis à Natura proueniens, ſicque præſumitur quilibet potiùs popularis, quàm Nobilis, ideò illam alleganti onus incumbit probandi; ità Bald. *in l. non ignorat, ff. qui accuſ. non poſſ.* Afflict. noſter *in c. 1. §. ſi ruſticus, in 1. notab. in tit. de pace tenen.* Tiraquell. poſt alios quos citat *in tract. de Nobilit. c. 10. numero 13.*

Et cùm Nobilitatis tria ſint genera, poterit qui
2 illam allegat, alterum ex his tribus probare, vel & primum, quod ex Virtute, & optimis actionibus noſtris oritur; vel & ſecundum, quod ex honeſtiſſimarum diſciplinarum cognitione proficiſcitur; vel & tertium, quod ex diuitiis, aut natalium picturis, & Maiorum ſtemmate æſtimatur; quod vltimum, dixit ſatis eleganter *Catellianus Cotta,* nullum omninò eſſe, niſi à virtute fuerit profectum, *in ſuis memorab. in verb. Nobilitas*: faciliùs autem quis Nobilitatem ſuam probabit ſi alicuius inſignis Ciuitatis eſt originarius, quàm ſi alicuius parui Oppidi; hinc vulgò
dicimus, *Prima fœlicitas eſt in Ciuitate naſci*: cùm illa 3
ad ſuorum Ciuium nobilitatem, gloriam, & honorem multum faciat; vt ratiocinatur Tiraquell. *loco cit. cap. 12. in princip.* vbi ex Gloſ. Bart. Ang. Io. de Plat. & Rebuff. *in l. 1. C. de Alexandriæ Primatibus, lib. 11.* addit, Virum minoris nobilitatis, qui ex no- 4
biliſſima Ciuitate originem ducit, Nobiliori alterius inferioris Ciuitatis præferendum eſſe: idemque Dec. *in cap. Clerici, col. 6. de iudic.* & Chaſſane. *in catalog. gloriæ mundi, par. 11. in 14. conſiderat.*

Sed dubitatur eleganter, an quis prætendens 5
aliquam prærogatiuam, militiam, officium, beneficium, & ſimilia, quæ non niſi Nobilibus conceduntur; ſit audiendus, cùm ſuam Nobilitatem probare velit in loco ſuæ originis, in quo tamen nulla adeſt diſtinctio Nobilium à popularibus? & affirmatiuè ſatis notanter reſpondit Rota *ſub die* 20. *Februarij* 1621. *in vna Interamnenſi Habitus, coram Illuſtriſſimo Domino Royas,* & per hæc verba adhùc in aliorum Codicibus non impreſſa.

Mercurij 20. *Februarij* 1641.

Cùm D. Nicolaus de Simonettis intenderet ſuſci- 6
pere habitum Religionis Hieroſolymitanæ, comparuit in Capitulo Prouinciali Prioratus Vrbis, & obtinuit deputari Commiſſarios, ad hoc vt viderent ſcripturas eius Nobilitatis; quibus viſis, fuit per eos relatum, nihil inueniſſe contra *Stabilimenta* Religionis; propterea benè eſſe deputandos ſecundos Commiſſarios pro formando proceſſu Nobilitatis dicti Simonetti, vt in *Stabilimentis* cauetur: in cuius executionem in Commiſſarios fuerunt nominati DD. Commendatores Roggerius Raynerius, & Vincentius Macchiauellus cum infraſcripto decreto, quòd priuſquam inciperetur proceſſus, ſe informarent, an Interamnij adeſſet diſtinctio inter Nobiles, & populares? qua non exiſtente, ſe abſtinerent à confectione proceſſus.

Succeſſiuè fuit denegata expeditio præfatorum 7
Commiſſariorum, & habito recurſu ad Rotam, fuit cauſa commiſſa bon. mem. *Coccino*, in cuius locum ſubrogatus propoſui hodie dubium datum, an Commiſſarij deputati ab Aſſemblea eſſent expediendi? & affirmatiuè Domini reſoluerunt.

Ex eo, quia D. Simonettus adimpleuit omnia ex 8
parte ſua, quæ in *Statutis* ordinantur circa illorum expeditionem, & primi Commiſſarij retulerunt, nihil inueniſſe contra *Stabilimenta* Religionis in iuribus oſtenſis circa Nobilitatem; quominus eſſent dandi ſecundi Commiſſarij pro formando proceſſu Nobilitatis, iuxta *Stabilimenta* Religionis *in tit. de recept. fratrum, num. 17.* vbi dixit Rota coram Buratt. *deciſ. 42. num. 1. cum ſeqq.*

Vltra quòd ſecundùm ius commune huiuſmodi 9
probationes non ſunt denegandæ, nec coanguſtandæ; iuxta text. *in l. curet, ff. de teſtibus, l. ne quid, §. de his, ff. de incend.* Caputaq. *deciſ. 68. num. 1. par. 3.* Gregor. XV. *deciſ. 208. nu. 1. & 403. num. 4.* Ex quo eſſet iniquum præcludere viam, ne veritas aperiretur, vt per Soc. *in cap. fraternitas, num. 8. de teſtib. & in 4. art. num. 9.* cum aliis per Surd. *deciſ. 253. num. 25.*

Nequè obſtant conditiones adiectæ in com- 10
miſſione deputatorum pro recipiendis probationibus Nobilitatis Nicolai, itavt priùs quàm deueniretur ad confectionem proceſſus, eſſet cognoſcendum, an in dicta Ciuitate adeſſet diſtinctio inter Nobiles, & Populares; quapropter cùm Interamnæ talis diſtinctio non reperiatur, ideo Commiſſarios non eſſe tranſmittendos.

Cui

Cui obiectò fuit reſponſum, nec de iure communi, neque in *Stabilimentis* Religionis à Sede Apoſtolica confirmatis, talem facultatem eſſe conceſſam Magno Magiſtro, aut Linguæ, vt per Rom. *conſ.* 428. *num.* 12. Indéque Statutum, in quo hoc non diſponitur, non autem dictum decretum, eſſe attendendum;
11 ideò ſicuti probationes de iure non veniunt reſtringendæ, ſed ſunt recipiendæ ſecundùm morem, & ſtylum Religionis; vltra quòd intendit probare Nobilitatem prouenientem à Sanguine, quæ nunquam amittitur, vt per Card. Caualer. *deciſ.* 6. *num.* 8. & quòd Familia *de Simonettis* ſemper Nobilis extiterit, ac vti talis communiter reputata, & in ea adeſſe qualitates neceſſarias pro obtinendo habitu Religionis Hieroſolymitanæ, prout dixit Rot. *deciſ.* 290. *poſt* 2. *col. conſ. Farinac.* Quo caſu non veniunt denegandi Commiſſarij; & Nobilitatem poſſe probari ex aliis, quàm ex publicis muneribus ſolitis dari tantummodò Nobilibus, non eſt in iure nouum; vt in caſu *deciſ.* Caualer. 440. *num.* 4. Buratt. *deciſ.* 358. *n.* 1. *&* 7. Seraphin. *deciſ.* 70. *per totam*; cùm ſatis ſit, quòd probetur Nobilitas, vt diſponitur in *Stabilimentis* Religionis, in quibus admittuntur omnes, qui probauerint Nobilitatem parentum, iuxta conſuetudinem Regionum: vt dixit Rota *deciſ.* 357. *&* 358. *coram Buratt.* Greg. XV. *deciſ.* 322. *n.* 11.

12 Reſponſum etiam fuit, dictum præceptum in Cõmiſſione Aſſembleæ, & Linguæ appoſitum, continere manifeſtum grauamen, & ideò benè fuiſſe appellatum ad Rotam, & Auditores Rotæ vigore *Clem. Auditor, de reſcrip.* poſſe tranſmittere Commiſſarios, præſertim cum ſit certum, paucis ab hinc annis in Ciuitate Interamneñ. fuiſſe admiſſos alios Equites Hieroſolymitanos, non obſtante tali confuſione; ex qua admiſſione prouenit obſeruantia: Cæſ. de Graſſ. *deciſ.* 185. *n.* 17. *& par.* 1. *diuerſ. deciſ.* 503. *n.* 2.

13 Minus obſtat dicta confuſio inter Nobiles, & Populares ſecuta per *Conſtitutionem Pij IV.* ex quo conſtat, ante *Pium IV.* in Ciuitate Interamneñ adfuiſſe diſtinctionem Plebis à Nobilitate; & inter diſtinctos enumeratam fuiſſe Familiam *de Simonettis*, & Familiam *de Cittadinis*; deductas per dictum Simonettum in probationibus factis propter conſanguinitatem, & affinitatem; ideò benè poſſe dictam antiquam diſtinctionem ſuffragari Simonettis; cùm certum ſit, per dictam *Conſtitutionem*, Nobiles non amiſiſſe eorum Nobilitatem, ſed illam retinuiſſe, & non obſtante *dicta Conſtitutione*, Nobiles antea non fuiſſe effectos Populares; ex quo poſſunt ſtare ſimul, quòd Nobiles, & Populares admittantur ad munera Ciuitatis, & quòd Nobiles ſemper conſiderentur vti verè Nobiles ſeparati ab ignobilibus; vt per Bald. *in l. per adoptionem, ff. de adoption.* Alex. *conſ.* 32. *num.* 6. *lib.* 5. Maſtrill. *de Magiſtr. lib.* 3. *cap.* 10. *n.* 106. *ante finem.*

14 Et Interamnam in Vmbriæ Prouincia ſitam, eſſe Ciuitatem Nobilem, illuſtrem, inſignem, antiquam, conſtat ex Liuio *lib.* 7. *decad.* 3. *de bello Punico*, & ex Lucio Floro *lib.* 3. *cap.* 21. & quamplurium antiquarum Familiarum Nobilitate decoratam; inter quas enumerari Familias *de Simonettis*, & *de Cittadinis*, conſtat etiam ex Hiſtoricis, teſte Sanſouino *in libro de celebrioribus Italiæ Vrbibus*, *fol.* 128. vt per Bald. *in l.* 1. *ff. de offic. Quaſt.* & prius Gloſ. *in cap. inter dilectos, in verbo, magis, de fid. inſtr.* iunctò *capitulo, Venerabilem, verbo, tranſtulit, de elect.* Et hoc genus probationis aliàs amplexa eſt Rot. *poſt.* 2. *vol. conſ. Farinac. deciſ.* 290. *n.* 7. & coram Buratt. *deciſ.* 358. *n.* 4.

15 Rursùs cùm Pius IV. *in dicta Conſtitutione*, facta ſuper aggregatione Plebis cum Nobilibus mandauerit omnes in poſterum reputandos eſſe Nobiles, ac Patricios Interamneñ. ad ſedandas diſcordias; non venit ideò dicendum, fuiſſe ſublatam Nobilitatem antea habentibus, ex prædictis, ſed potiùs Populares fuiſſe Nobiles creatos à Summo Pontifice, de cuius poteſtate non eſt dubitandum, cùm Nobilitas etiam à Principe procedat; Alberic. *in l. Imperator, in princ. ff. de Decur.* Caſtr. *conſ.* 22. *num.* 2. *lib.* 2. Guido Papa *deciſ.* 146. Tiraq. *de Nobilitate, cap.* 6. *num.* 1. *&* 54. cum aliis per eum congeſtis.

Et ità reſolutum, &c.

SVMMARIVM.

1 *Nominari pro regimine Vniuerſitatis nùm poſſint conſanguinei nominantium, & num.* 2. *&* 7.

3 *Syndici, & Electi vnius Vniuerſitatis, non poſſunt pro illius ſeruitio deſtinare eorum conſanguineos.*

4 *Statutum ob publicam vtilitatem extenditur ad ſimilia.*

5 *Exhæredari poſſunt filij, etiã ob alias Cauſas non expreſſas* in §. aliud quoque capitulum, auth. vt cùm de appellat. cognoſc.

6 *Lex non dicitur extendi, quando in vno caſu eſt per omnia eadem ratio cum alio: ſed ille alius caſus cenſetur in lege comprehenſus.*

ARGVMENTVM.

Nominari, & proponi pro regiminæ Vniuerſitatis nùm poſſint homines illi, qui Nominantium Conſanguinei, & Affines ſunt? & de aliis Notabilibus.

CAPVT CXLVII.

NOMINARI, & proponi pro Regimine Vniuerſitatis, dubitatur, nùm poſſint homines illi, qui nominantium Conſanguinei, & Affines ſunt? 1

De hac quæſtione ſæpè dubitari contigit in Terris, & Ciuitatibus Regni huius; in quibus Syndicus, & Electi vnius anni, in fine eorum adminiſtrationis, & officij, nominant pro regimine anni ſequentis eorum Patruos, Cognatos, Fratres, & Sobrinos; Quare dubitatum audiui, an talis nominatio de iure ſubſiſtat?

Ego ſemper negatiuè reſpondi; nam etſi nulli ſit dubium, Patruos, Cognatos, & Fratres conſobrinos, tam de iure communi, quàm vigore *Regiarum prag. ſub tit. de adminiſtr. Vniuerſit.* continuare munera, & honores, prohibitos non reperiri; tamen Lucas de Penna ſapientiſſimus *in l.* 1. *n.* 1. *C. de muner. & honor. non contin. lib.* 10. exponendo verba *text.* ibi, *honores, & munera in eadem domo continuare non oportet*; *&c.* notat, quòd omnes illi Domini domeſtici, qui in eadẽ domo ſunt, item & omnes propinqui continuare non debent; allegans text. *in l.* 1. *C. de emendat. propin.* 2

quod clariſſimè corroboratur ex *Regia pragm.4. eod.*
3 *tit. de adminiſtra. Vniuerſ.* diſponente, quòd Syndici, & Officiales non poſſint deſtinare pro ſeruitio Vniuerſitatis, filios,& conſanguineos: cuius diſpoſitionis rationem aſſignat Montanar. *ibi, num.4.* quia parentes, & conſanguinei ſæpè ſæpiùs eligunt filios, & conſanguineos affectu ſanguinis, qui idonei non ſunt; argumento *l. falſus tutor, ff. quod falſo tut. author. geſt. eſſe dicet.* & ſi tales non poſſunt deſtinari pro ſeruitio Vniuerſitatis à talibus, quo pacto poſſunt nominari in eorum locum, & in eorum ſuc-
4 ceſſores? ſiquidem Statutum ob publicam vtilitatem extenditur ad ſimilia; Alex. *conſ.50.vol.2.* Paul. de Caſtr. *conſ.23.* & D. de Franch. *deciſ.315. num.9.*

Secundò extenditur ex paritate rationis, vel identitate ad caſum, qui ſub verbis etiam proprietatis comprehendi poteſt, etiam exorbitantibus: Cyn. *in in l.1. in 4. oppoſit. C. quæ ſit long. conſuet.* & Ant. de Butr. *in cap. fin. de Conſuet.* & etiam in pœnalibus, Bal. *in cap.1. §. porrò, col.3. quæ ſit prim. cauſ. benef. amitt.* & Innocent. *in cap. qualiter, & quando; de accuſation.*

5 Tertiò extenditur, quando eſt eadem, vel ſimilis ratio, vt videmus *in §. cauſas autem, auth. vt cùm de appell. cognoſc.* in quo licèt enumerentur quatuordecim cauſæ, propter quas filius poteſt exhæredari, nihilominus extenditur ad ſimiles cauſas; vt dicit Gugliel. de Cun. *in l. non licet, C. de liber. præter.* & Sacrum Conſilium noſtrum extendit *l. fin. C. ad S.C. Velle.* loquentem de dote, ad antefatum, teſte eodem D. Franchis *deciſ.182.*

6 Præterea, quando in vno caſu eſt per omnia eadem ratio cum alio, non dicitur lex extendi, ſed comprehendere alium caſum, & in ſumma non eſt extenſio, ſed comprehenſio; vt notat Anchar. *in cap. cùm non ab homine, de iudic.* quem allegat D. de
7 Franch. *deciſ.570. num.2.* Eadem enim ratio eſt, vt concludam, imò maior, & rationabilior, quòd qui non poſſunt deſtinari pro ſeruitio Vniuerſitatis à conſanguineis, non poſſint nominari in eorum locum, & ſucceſſionem in adminiſtratione Vniuerſitatis: adſunt & aliæ rationes, quas omitto; & vide ad materiam, Auguſt. Caput. Coſentinum *in ſuo tract. de Regim. Reipubl. cap.3. per tot.*

SVMMARIVM.

1 *Pater ſi poſſidens aliquod officium, in eo filium nominauerit, nùm poſſit nominationem illam reuocare, & alium nominare; & num.2.4.6.9.10. & 14.*

3 *Articuli tres proponuntur pro deciſione quæſtionis.*

5 *Mandatum poteſt reuocari, etiam ſi in eo appoſitum fuerit iuramentum de non reuocando, & num.11.*

7 *Argumentum de feudo ad officium, validum eſt, & num.8.*

12 *Iuramentum non debet operari magis, quàm actus, cui apponitur.*

13 *Officia adæquantur feudis.*

ARGVMENTVM.

Nominatio, quam ſemel peregit pater de officio, quod tenet à Rege, poſt ipſius mortem in perſonam filij, vigore ampliationis obtentæ, nùm reuocari poſſit, eamque in alterius filij perſonam facere. Mandatum nùm poſſit reuocari, quando mandans cum iuramento promiſit illud non reuocare? & de aliis.

CAPVT CXLVIII.

Nominatio facta per patrem de officio in perſonam vnius ex filiis poſt ipſius mortem, ſuper qua Regius aſſenſus impetrandus eſt, aliàs dubitatum fuit, nùm ante aſſenſus impetrationem reuocari poſſit, eamque in alterius filij perſonam fieri? Sunt enim in hac Ciuitate, & Regno, vt diximus *cap.183. num.4.* nonnulla officia, quæ pecunia mediante à Domino Rege noſtro conceduntur, qualia ſunt Regni, & Prouinciarum Secretariorum, Scribæ portionis, Curſoris maioris, Scribarum à mandatis, Actuariorum Sacri Conſilij, Regiæ Cameræ, Magnæ Curiæ, aliaque ſimilia; quorum emptores ex generali gratia eiuſdem Domini Regis, ſoluta certa pecuniarum quantitate, obtinent demùm eorundemmet officiorum pro vno hærede ampliationes; Modò dubitatur, ſi quis ex his officia tenentibus, poſt emptionem de officio factam nominauerit vnum ex filiis, vt poſſit ille in eius perſonam ampliationem obtinere, nùm ante aſſenſus impetrationem valeat hic pater, qui nominauit, nominationem illam reuocare, eàmque in alterius filij perſonam facere? 1

Reſpondeo, de hac quæſtione (vt reperi in quibuſdam antiquis manuſcriptis) in Regia Camera Regni huius diſputari contigiſſe, & anno 1577. in cauſa cuiuſdam Antonij Paſſal'acqua contra Fabium eius fratrem: nam cùm eorum communis pater, nomine Camillus, Prouinciarum Calabriæ eſſet Secretarius, cupiens officium illud poſt eius mortem in vnum ex filiis ampliari, præfatum Antonium filium primogenitum procuratorem conſtituit, vt valeret Domino Regi pro ampliatione prædicta in eius perſonam ſupplicare, promiſitque cum iuramento ſub omnium bonorum obligatione, *ex nunc, prout ex tunc, & è contra*; mandatum, ſiue nominationem illam non reuocare: Accidit, quòd ante obtentam ampliationem prædictam, pater ipſe nominationem in filij Antonij perſonam factam reuocauit, aliam faciendo in perſonam Fabij ſecundogeniti: verùm, quia hoc medio tempore Antonius Regi ſupplicauit, vt ſuper nominatione illa aſſenſum præſtaret, prout impetrauit; dùm credebat, nominationem in Fabij fratris perſonam factam ei in aliquo non obeſſe, orta fuit inter eos contentio, quænam ex his duabus nominationibus valida cenſeri deberet? Dicebat Antonius, pro ſua iudicandum eſſe; nam ex quo in ea iuramentum erat appoſitum de non reuocando, ſeruari illud debebat, cùm abſque interitu ſalutis æternæ non ſeruari nō poterat: ad tex. *in c. cùm contingat*, cum *ibi* plenè notatis *de iureiuran.* Quarè pro rei veritate de tribus viſum fuiſſe inueni; & *Primò*, ſi mandatū factum in perſonam dicti Antonij poterat, non obſtante iuramento in ea appoſito, reuocari. 2 3

reuocari. *Secundò*, nùm reuocato mandato poterat reuocari nominatio in eiuſdem Antonij perſonam facta *Tertiò*, & tandem, nùm aſſenſus Regis ab Antonio poſt reuocationem nominationis impetratus retrotrahebatur, prædictámque nominationem validabat, quatenus inualida eſſet cenſenda.

4 Ad primum, dictum fuit, iure potuiſſe patrem nominantem mandatum prædictum reuocare; ex quo actus de ſui natura reuocabilis eſt; ac proinde non poteſt ex pacto alterari:ità Bart.*in l.cùm precario, ff.de precar.*Bal.*in l.& in perpetuum, ff.de procurat.* &
5 Ang. *in l.Stichum,§.vſumfructum,ff.de ſolution.*neque impedietur reuocatio per iuramentum dè non reuocando appoſitum, vt per Gloſ. *in cap.fin. de procurat. in 6. in verb.reuocatus*, quam communiter *Doctores* ſequuntur; Alex.*conſ.29.col.5.verſ.circa tertium dubium,lib.5.*Dec.*conſ.475.n.18.*Ang.*conſ.125.*Caſtrenſ. *conſ.57.*Io.Andr. & alij *in cap.tua nobis, de offic.Vicar.* & *in regula quod ſemel,de reg.iur.in 6.* Capyc.Galeot. *controu.lib.1.controu.60.num.1.*

Verùm quia ex aduerſo opponebatur, quòd licet mandatum eſſet reuocabile; tamen quia in eo inſertus erat actus nominationis, qui ſi validus eſt, reuocato mandato, reuocatus non cenſebatur, id-
6 circò ad Secundum dubium deuentum fuit, ad illudque reſponſum,non obſtare, quòd in dicto mandato aderat nominatio in perſonam Antonij, cùm nominatio illa nulla, & inualida erat, eámque nullum ius nominato tribuiſſe,vti factam ab eo, qui nominandi poteſtatem, ſiue de officio diſponendi, ex defectu aſſenſus non habebat,ad inſtar feudi; validum
7 enim eſt argumentum de vno ad aliud,cùm officium feudum dici poſſit; per ea, quæ ſcripſit Andr.*in c.1. n.3.de feud.Guard.*ſicut enim feudum illud,de quo in *eo text.* erat annale,ità officium, *l.Publius,ff.de condit.& demonſtrat.l.pridiè, ff. de feriis,* idémque voluit Camer.Andr. ſequendo *in c. Imperialem,fol.27.col.3. verſ.nonnè,& fol.10.in fine,col.4. verſ.ſecundò certum,* poſt Capyc. *deciſ.121. num.5.* Hac ergò exiſtente æquiparatione, actus ille nominationis nullus fuit;
8 ac proinde potuit per nominantem, ſiue diſponentem reuocari; iuxta *Regni Conſtit.Conſtitutionem diuæ memoriæ.*

9 Nec minus etiam obſtare (vt Tertium Dubium reſoluatur)aſſenſum,qui demùm ſubſequutus fuit:ita vt dici potuiſſet, quòd retrotrahebatur virtute clauſulę in nominatione appoſitæ,*ex nunc,provt ex tũc,& è contra;* ad tradita per Gloſ.*in l.1.C.de codic.*per Bart. *in l.ſi ità ſtipulatus 126.* per illum text.*ff.de verb.obligat.*per Ang.& alios *in l.huiuſmodi,ff.eod.*& per Alex. *conſ.82.vol.2.verſ.confirmatur*: Id enim procedere dictum fuit, vbi retrotractionis tempore extrema habilia reperirentur; vt per Bar.*in l.quoties,in fine,* per illum text. *ff.de nouation.*& præſertim rebus exiſtentibus integris;ſecùs autem,quando mutatio aliqua interuenit,provt in hoc caſu;idem Bar.*in l. ſi vxor, §.ſi quis vxorem,ff.de adulter.*Alex.*in l.quod meo, n.6.ff.de acquir.poſſeſſ.* per text. *in l. bonorum, ff. rem rat.haber.* debet enim res eſſe in eodem ſtatu, in quo erat, quando fuit facta: & ità per retrotractionem ratificatur, vt ait Alex. *conſ.78.col.penult.verſ.quartò vnde, vol.5.* Actus enim medius in caſu propoſito, qui fuit ſecunda nominatio,obuiauit coniunctioni extremorum; ità Bal.& Salycet.*in l.fin.ff.ad S.C.Maced.*Dec. *conſ.247. num.4.* & Canoniſtæ *in cap. ratihabitio, de regul. iur. in 6.* Quarè fuit pro Fabio iudicatum, vt habeo ex quodam reſponſo ad eiuſdem Fabij fauorem ſcripto,vbi adeſt ſequens *apoſtilla* manu *D.Præſidentis Bernardini de Sancta Cruce*, qui obiit Locumtenens eiuſdem Regiæ Cameræ per hæc verba.

Die 27.Iulij 1577.facto per me verbo in Camera,fuit 10
communi voto prouiſum,ſecundam nominationem factam in perſonam Fabij eſſe validam;ideò abſoluendũ eſſe,ſaluo iure quoad intereſſe Magnifico Antonio Paſſalacqua;in qua cauſa fuerunt diſcuſſa duo puncta: quorum Primum fuit, an pater potuerit reuocare mandatum procuratorium,ſtante nominatione facta in eo de perſona Antonij. Secundum, dato,quòd non potuerit reuocare de iure, ſi haberet locum in officio, & ſic in caſu iſto? & fuit per omnes concluſum, quòd non obſtante iuramento poſito in mandato procuratorio,quòd potuerit reuocare, ex quo de 11
natura actus reuocabilis erat, vt per iura allegata per Partem, quicquid dicat Alber.in l.ante litem, & in l.ſi procuratorem,n.11.ff. de procur. & Gramm. conſ. ciuili 31.& 32. & alij Doctores, quia eſt contra communem opinionem Doctorum,vt dicit Corne.conſ.102.Io. Andr. in regul.quod ſemel,& gl. magna in cap. fin. de procur. in 6. Alex. conſ.29. verſ. circa tertium dubium, vol.5. nam iuramentum non debet operari magis, quàm actus, 12
cui apponitur; neque habet vim vitiandi talem actum; vt per Innocent.in cap.dilecto, de præbend. & per Canoniſtas in cap.intellecto,de iureiur.

In ſecundo puncto certum eſt, officia feudis adæquari, 13
in quibus ſine aſſenſu Principis quilibet actus eſt nullus, & ſic poteſt reuocari ſemper, vſquequò Princeps conſentiat,vt per Conſtit.Conſtitutionem Diuæ memoriæ.& renunciatio officij debet fieri in manibus Domini, vel ſaltem quando vult diſponere poſſeſſor,debet obtinere licentiam à Principe,vt per l.legatus,ff.de offic.Præſid.& cap. quod autem,de iurepatron. Nequè obſtat clauſula appoſita in procuratione, Ex nunc,pro vt ex tunc,& è contra; cùm ex aſſenſu ſubſequenti non potuit validari prima nominatio,licèt retrotrahatur aſſenſus, quia extrema non ſunt habilia;vt per Bar.in l.quoties, ff.de nouation.l.qui balneum,& l.qui potior,ff.qui potior.in pignor.habe præſertim rebus exiſtentibus integris; ſecus quando mutatio aliqua interuenit,provt in caſu iſto;in quo Camillus nominauit Fabium,vt per Bar.in l.vxor, §. ſi quis vxorem, ff.de adulter. & ſic ſtante ſecunda nominatione in perſonam Fabij, & eius habilitate, & quia expendit pecuniam pro dicta ampliatione, & quòd pater perſiſtit 14
in eius nominatione, & ingratitudine Antonij probata, licèt non erat neceſſaria; fuit prouiſum provt ſuprà. Hæc ille vir doctiſſimus Bernardinus de Sãcta Cruce.

SVMMARIVM.

1 *Notarius vaſallus prohibetur conficere contractus,tam pro,quàm contra Baronem: & quid in obligationibus, quas vulgò* penès Acta, *nuncupamus? num.2.3.6.8.*

4 *Obligatio penès Acta, quæ propriè dicatur, & num.5.*

7 *Actorum Magiſter an quis eſſe poſſit in propria patria.*

9 Deciſio 118. *Præſidis de Franchis, non procedit ſine controuerſia.*

ARGVMENTVM.

Notarius vaſallus qui prohibetur publicos conficere cõtractus,tàm pro, quàm contra Baronem, nùm prohibeatur ſimiliter recipere obligationes *penès Acta*, quibus median-

tibus ſubditi ad beneficium Baronis, ſiue Ærarij Baronalis Curiæ certa die aliquid ſoluere, vel præſtare ſe obligant; & de aliis ad ornatum *Cap. Regn.* quod incipit, *Non ſine prudentis.*

CAPVT CXLIX.

1 NOTARIVS, qui eſt vaſallus burgenſis, diximus *lib.* 1.*c.*280.*n.*1. quòd prohibetur omninò publicos conficere contractus, tam pro, quàm contra Baronem; ſic diſponente *Regia Sanctione*, de qua *ibi*, & *hìc* inferiùs.

Poſt quorum ſcripta dubitari contigit in Sacro Conſilio in cauſa Ill. Ducis Io. de Zæuallos cum Vniuerſitate, & Particularibus Ciuitatis Hoſtuni, quam
2 Ioannes ipſe à Regia Curia emerat, an *Regia* hæc *ordinatio* procederet in obligationibus forſan capiendis per Notarium vaſallum, quibus mediantibus ſubditi ad beneficium Baronis, ſiue Ærarij Baronalis Curiæ certa die aliquid ſoluere, vel præſtare ſe obligarent? Etenim præſentauerat præfatus Baro in actis Sacri Conſilij quamplurimas obligationes per Notarios vaſallos ad ſui beneficium in illa Ciuitate ſtipulatas, ad quarum incuſationé in ſua Baronali Curia procedere prætendebat; eo præſuppoſito pro indubitato, nimirùm obligationes *penès Acta*, non comprehendi ſub diſpoſitione prohibitiua huius Regni, ſic enim exarauerat in eius ſupplici porrecto libello. Contradicebant Ciuitas, & Particulares, qui ſic ſe obligauerant: Vndè dubitatum fuit in S.C. vtra Partium meliora foueret iura.

3 Ego Ciuitatis, eiuſquè Particularium iura defendens dixi, Baronis inſtantiam omni prorſus iuris fundamento carere; duobus in iure mihi præſuppoſitis citra controuerſiam. *Et primò*, lege Regia inuiolabiliter omni tempore ſeruata in hoc Regno cautum eſſe, Notarium, qui eſt vaſallus burgenſis nullo pacto poſſe recipere inſtrumenta, ſcripturas, & contractus publicos, in quibus ageretur de intereſſe Baronis; ſic enim diſpoſuit Rex Ladiſlaus *in cap. Regni*, quod incipit, *Non ſine prudentis*, ſecundùm ordinem *Nigri* 289. quod à Noſtratibus paſſim *in locis vulgatis* allegatur.

4 Secundò, illam dici, & cenſeri obligationem *penès Acta*, quæ eſt recepta ab actorum Magiſtro in Banca, de mandato, vel in præſentia Iudicis: cæterùm ſi non fuerit recepta per Actuarium; vel ſi ab Actuario, non tamen Iudice mandante, vel in eius præſentia; obligatio minimè ſubſiſtet: ità Lucas de Penna *in l. inſtar, C. de iur. Fiſci, lib.* 10. Affl. *in Conſtit. Magiſtri Camerarij, num.* 14. vbi dicit, ipſum ſemel in Sacro Conſilio exclamaſſe, obligationem quandam iudicialiter ſtipulatam non valere, quia in ea, & per eam non conſtabat, Iudicis præſentiam, ſiue mandatum interueniſſe, nec pariter publicam ſcripturam illam cenſeri poſſe, ex quo ſine Iudice ad contractus facta apparebat. Idemque ſenſit in *Conſtit. Cordi nobis, n.*17. vbi ſubdit, quòd non ex eo, quòd obligatio dicit, *penès Acta Curiæ*, Iudicis præſentia probatur: ſequitur Marant. *in prax. par.*6. *actu* 10. *num.* 19. Viſil. *in addition. ad* Afflict. *deciſ.* 3. *num.* 8. Borrel. ſingulariſſi-
5 mè *conſ.* 38. *à nu.* 9. vbi loquitur in propriis terminis obligationum captarum penès Acta Curiarum Baronalium; aduertens *nummer.* 12. nullitatem hanc de facili contingere poſſe in Terris Baronalibus, in quibus Officiales ſunt annales, & vt plurimum ab Oppidis, & Caſtris, in quibus ius dicunt, ſunt abſentes, quòd proinde ait, eo magis de eorum præſentia, & mandato conſtare opus eſſe: & Galter. *in prax. liquidat. inſtrum. p.* 1. *rubr.* 2. *num.* 39. *fol. mihi* 29. dicit, quòd Magiſtri Actorum M.C. ſemper dicuntur habere mandatum à Iudicibus obligationes capiendi, ex Viſill. *loco cit.* in aliis verò locis addit, ſtylum eſſe, vt Actuarius conficiat rubricam in principio libri obligationum capiendarum, & inde Capitaneus, ſeù Gubernator licentiam concedat, ſuàque propria manu ſubſcribat, & tunc omnes obligationes in eo libro, & anno deſcriptæ, dicuntur Iudice mandante conceptæ.

His duobus ſic præſuppoſitis, in caſu, de quo agebatur, conſequens eſſe dicebam, obligationes præſentatas pro parte Ill. Ducis Zæuallos, nullam habere poſſe ſubſiſtentiam. Primò, vti ſtipulatas à Notariis vaſallis contra legem Regni prohibitiuam; in nihilo refragantibus his, quæ ſcripta reliquit D. Præſ. de Franch. *in vulgata ſua deciſ.* 118. vbi per S.C. ad relationem M.C. deciſum teſtatur, validam fuiſſe obligationem in Baronis fauorem receptam per Notarium vaſallum: loquitur enim de obligationibus, quæ capiuntur per Notarium vaſallum vti Curiæ Baronalis Actuarium; non autem per Notarium. Reddit rationem, quia ex proœmio *illius Regiæ Sanctionis* apparet, quòd mens Regis fuit prouidere circa ſcripturas faciendas per Notarios vti Notarios, ſuper quibus *Regni Conſtitutiones* erant emanatæ: ergò, dicit *D. Præſes*, diſpoſitio illa extendi non poteſt ad ſcripturas per Notarios faciendas, quæ citra officium Notarij fieri poſſunt; quemadmodùm enim quilibet vaſallus non Notarius poſſet hoc officium exercere (quando tamen Vniuerſitas non contradiceret, ad tradita per eundem Dom. Præſ. *deciſ.* 98.) actaquè facta per ipſum valida dicerentur, ſic pariter quando Actorum Magiſter eſſe Notarius. Addit *D. Præſes* aliam rationem *num.* 10. ideò obligationes *penès Acta*, non comprehendi ſub lege prohibitiua Regni, quia illa fiunt Iudice præſente, vel mandante; vnde cùm in caſu, de quo agebatur, hæ obligationes, quas præſentatas agnouimus, receptæ fuerant per Notarios vaſallos vti Notarios, penès quos conſeruabantur, non autem vti Actorum Magiſtros; conſequens erat dicere, vt nullam haberent ſubſiſtentiam, ad effectum, vt paratam tenerent exequutionem, ſicut illæ, quæ recipiuntur per Actorum Magiſtros Curiarum, ſeruatis ſeruandis. 6 7

Secundò dixi, quando appareret, obligationes præfatas fuiſſe ſtipulatas per Notarios vaſallos vti Actorum Magiſtros, quod in facto deficiebat, ſiue per quemlibet Actuarium alienigenam, & ſic non vaſallum; nec etiam illæ potuiſſent paratam habere exequutionem, ex quo requiſita non interuenerant, de quibus *ſuprà*; nimirùm præſentia Iudicis, vel mandatum eiuſdem; quæ ex ſuperiùs dictis, conſtat enixè omninò interuenire debere. 8

Vltimò ad exuberantiam dicebam, *deciſionem* D. Præſ. 118. *ſuprà* relatam, etiam in caſu ſuo non procedere ſine controuerſia, quandoquidem aliàs Sacrum Conſilium iudicaſſe comperimus, diſpoſitionem *dicti cap. Non ſine prudentis*, adhuc locum habere, quando obligationes capiuntur per Notarium vaſallum vti Actuarium; idque in cauſa Vniuerſitatis Flumariæ cum Carolo Siripando Barone, referente Regio Conſiliario de Bottis; ſic atteſtantibus Iulio Cæſare Gallup. *in prax. S. Conſ. par.* 2. *cap.* 12. *n.* 10. Io. Maria Nouar. *quæſt. forenſ. lib.* 2. *quæſt.* 156. *num.* 11. 9

*n.*11. Io. Bapt. Thoro *in compen. dec. par.*2. *in verb. obligationes penès acta*, & Ioſepho Mele *in addition. ad Gizzarel. deciſ.*24. *num.*78. Quarè facta de his omnibus relatione in Sacro Conſilio, per doctiſſimum Regium Conſiliarium Io.Bapt. Amendola ſub die 30. Ianuarij 1646. Partibus pleniſſimè auditis fuit deciſum ſecundùm hìc allegata: prodiitquè decretum, quòd audiantur Partes ſuper omnibus hìnc indè prætenſis, præſtita tamen obligatione per Particulares obligatos de ſtando iuri, & ſoluendo quicquid fuerit iudicatum. Proceſſus eſt Banca Borrelli, Sacri Conſilij Actorum Magiſtri.

SVMMARIVM.

1 *Nouitius Neapoli quomodò de ſuo diſponere poteſt.*

2 *Proximiores an excludantur à Monaſterio per ingreſſum Religionis à portione debita per* Conſuet.

3 *Religioſus intra annum probationis dicitur laicus.*

4 *Diſpoſitio facta per Nouitium ante Religionis ingreſſum, an ſit diiudicanda inter viuos, vel potiùs vltimæ voluntatis; & num.*6. *&* 8.

5 *Neapolitanus de bonis antiquis non poteſt diſponere in vltima voluntate, niſi pro medietate.*

7 *Actus inter viuos dicitur irreuocabilis.*

9 *Teſtamentum conditum à Religioſo ante Religionis ingreſſum, ſed illius intuitu, nulla diſpoſitione facta de bonis antiquis, quomodò venit infringendum, & n.*10 *&* 13.

11 *Refutatio feudi non poteſt fieri abſque aſſenſu, niſi in immediatè ſucceſſurum.*

12 *Mater Neapolitana non poteſt diſponere de nouem partibus ſuæ dotis, etiam conditione appoſita*, ſi filij moriantur abſque liberis.

14 *Teſtamentum rumpitur per Religionis ingreſſum.*

ARGVMENTVM.

Nouitius alicuius Religionis, Neapolitanus, ſi moriatur, & de ſuo diſponere velit, nùm teneatur diſponere ſicut & cæteri Ciues Neapolitani, ſeruata forma Statuti. Diſpoſitio facta à Nouitio ante profeſſionem per viam contractus inter viuos, nùm potiùs diiudicanda ſit vltimæ voluntatis. Teſtamentum conditum à Nouitio Neapolitano, qui demùm ſolemniter profeſſus fuit, nùm illius morte ſequuta infringi poſſit, tanquam factum non ſeruata forma Statuti.

CAPVT CL.

NOVITIVS in Religione, quæ poteſt habere bona in communi, & ſuis Religioſis ſuccedere, fuit aliàs dubitatum, quonam modo attentis *Conſuetudinibus* huius Ciuitatis Neapolis diſponere poſſit, & an illis ligetur? 1

Reſpondeo, quòd quamuis *Napod.* dubitauerit, an per ingreſſum Religionis proximiores excludantur per Monaſterium à portione debita per *Conſuetudinem*, in *Conſuet. Si moriatur*, *num.* 10. & afferat tria argumenta, quòd non debeant excludi à medietate, & in hac opinione tanquam vltimo loco relata reſidere videatur; & Capyc. *deciſ.*98. *num.*4. nihil decidat; attamen quia D. de Franch. *deciſ.*40. etiam ex relatione Conſiliarij Fœlicis de Rubeis atteſtatur fuiſſe deciſum, quòd debeant excludi, etiam à medietate; Ideò pro nunc cum hac opinione pertranſeo, cui etiam ſe ſubſcripſerunt Georg. *alleg.*30. *num.*23. & alij Noſtri. 2

Verùm hoc in Profeſſo procedere eſt aſſerendum; de eo enim loquitur *D. de Franch.* dum autem eſt Nouitius, ſi decedat ab inteſtato, ſuccedunt proximiores Agnati venientes ab inteſtato, non autem Monaſterium; vt decidit Iaſ. *in authen. ſi qua mulier, n.*58. *C. de ſacroſ. eccleſ.* poſt Luc. de Penna *in l. ſtigmata, col.*2. *in fine*, *C. de fabric. lib.*11. quos refert, & ſequitur Addit. *ad d. Conſuet.* incipiens, *Quid ſi ingreſſus, ſub n.*7. & Alij, quos congerit Molfeſ. *ad Conſuet. Neap. tom.*2. *par.*4. *quæſt.*64. *nu.*2. Ratio affertur, quia intra annum probationis non eſt Religioſus, ſed diiudicatur vt laïcus; ex regula text. *in cap. Religioſo, de ſenten. excomm. in* 6. cùm igitur reputetur vt laicus, non erit dubium, quòd dum diſponit, tenetur diſponere vt cæteri laici, & ſic ſeruata forma *Conſuet. Neapolit.* 3

Idémque & ſatis benè Horat. Montanus *controu.* 46. *per totam*, ſignanter *num.*16. vbi ait, quòd cum probaſſet Nouitium verè, & propriè eſſe laïcum, & donec profeſſionem emittat, bonorum ſuorum dominium retinere; conſequenter ſi ante emiſſam profeſſionem è viuis decedat, nulla de bonis ſuis peracta diſpoſitione, ſuccedent ſibi agnati, & cognati, ab inteſtato venientes: ſic noſtris Conſuetudinibus *de inteſtata ſucceſſione* diſponentibus, ſubintrantibus. At ſi Nouitius diſponeret ſeruata forma Concilij Tridentini, quia diſpoſitio hæc (dicit ipſe) vltimæ voluntatis, quocunque modo fiat, ſapit naturam, ſucceſſiuè ſubiicitur noſtris Conſuetudinibus de *ſucceſſione teſtata* diſponentibus, quoad medietatem bonorum antiquorum in beneficium proximiorum: excepto caſu, quo diſponeret de bonis ſuis in beneficium Monaſterij, in quo profeſſionem emittet; nam iſto caſu agnati, & cognati proximiores certè à Monaſterio bonorum antiquorum medietatem non auocabunt; ea quidem ratione, quia ſi Nouitius nullam feciſſet diſpoſitionem, Monaſterium præcaperet bona, ex iuris diſpoſitione; vt in *præcitata Authen. Ingreſſi*: ſicque diſpoſitio in Monaſterij beneficium facta reſoluitur in non titulum, vt habeatur ac ſi facta non eſſet: & in hoc caſu obſeruat, & benè, Montan. procedere deciſionem à Domino Regente Rouito relatam *in conſ.*27. *n.*4. *li.*2. At ſi Nouitius in beneficiū aliarū perſonarū diſponeret, vtiq; infringeretur diſpoſitio quoad medietatem bonorum antiquorū, ſeruata forma *noſtrarū* 4

Conſuetudinum, quibus aſſeuerandum eſt omninò Nouitium vti merè laïcum ſubiici, ipſiúſque diſpoſitionem vtì in fraudem dictarum Conſuetudinum factam, fore infringendam.

4 Quid ergo dices, vbi ante profeſſionem Nouitius de ſuo diſpoſuerit, an talis diſpoſitio per illum facta per viam contractus inter viuos, ſit potiùs diiudicanda diſpoſitio vltimæ voluntatis, vel inter viuos? effectus, qui ex hoc ſequitur, patet; quia ſi iudicatur vltimæ voluntatis, non poteſt, niſi de medietate diſponere; ſi verò inter viuos, ſecus, eſt enim ſæpiùs repetitum, *Conſuetudines* noſtras circa bonorum diſpoſitionem non habere locum in contractibus inter viuos.

5 Ad quod dico, certum eſſe, per *Conſuetudines noſtras*, quem diſponere non poſſe in morte, niſi de medietate; vt eſt text. *in Conſuet. Et ſi teſtator*; verbum enim, *diſponere*, proprium eſt morientium, & ideò refertur ad vltimam voluntatem, vt per Napod. *ibi, num.4.* vnde *ibidem num.7.* reaſſumit, ſecus eſſe in donatore, ingreſſore, & venditore, niſi talis diſpoſitio eſſet in fraudem; fraudem namque probabit, qui eam dicit, *num.12.* & tandem tradit plures
6 modos probandi fraudem; hæc autem diſpoſitio, dubitari non poſſe videtur, quin ſit actus vltimæ voluntatis potiùs, quàm actus inter viuos; patet, quia emittitur hodie ſeruata forma Concil. Trid. *ſeſſ.25. cap.16.* & dum vult Nouitius emittere profeſſionem in Religione, & ſic cùm ciuiliter certo ſit moriturus, diſponit priùs de ſuis bonis, quod proprium eſt morientium; vt dicebat Napod. *in d. Conſuet. Et ſi teſtator, §. diſponere, n.4.* afferens dictum ſacræ Scripturæ; *Diſpone domui tuæ, quia morieris, & non viues.*

7 Prætereà actus inter viuos eſt irreuocabilis, iſte autē ſequitur naturam actus vltimæ voluntatis, quia ſi profeſſio non eſſet valida, & annullaretur; vel alio modo de licentia Religioſus exiret à Clauſtro, diſpoſitio non valeret, & bona recuperaret; Abb. *in cap. quod à te, num.4. verſ. ſi verò fecit profeſſionem, tunc ſi receſſus licitè, & num.5. verſ. ſecundus caſus, & verſ. expreſsè contulit, & num.8. verſ. alij dixerunt, & verſ. ſecus in patrimonialibus, extra. de Cler. coniug.* & Rebuff. poſt alios *de priuileg. Scholarium, priuileg.63. num.2.* cùm igitur hæc diſpoſitio fiat occaſione profeſſionis, & ſit reuocabilis, vltimæ voluntatis actus diiudicandus indubitanter videtur.

8 His tamen non obſtantibus, ſcias, in facti contingentia contrarium deciſum fuiſſe per Sacr. Conſil. Regni huius, vt refert Molfeſ. *ad Conſuet. Neap. par.3. quæſt.7. à n.12.* licèt ipſe contrarium per priùs tenebat; fuit, inquam, deciſum, talem diſpoſitionem potiùs ſapere naturam contractus, quàm vltimæ voluntatis, & conſequenter non eſſe ſubiectam diſpoſitioni *Conſuetudinum*: ad quam deciſionem comprobandam plures affert rationes. Contrariis ſigillatim reſpondens. Tu autem cùm caſus acciderit, cogita; quia ex facti qualitate meliùs quæſtio reſolui poteſt: & pro nunc tranſeo cum opinione contraria, quam nouiſſimè tuetur Montanus *citata controu.46.*

9 Sed cùm ſuperiùs fuerit dictum, Nouitium intrà annum probationis dici, & reputari laïcum, ſi ante profeſſionem, vel etiam ante Religionis ingreſſum, illius intuitu, & ſic de Monachatu mentionem faciendo, teſtamentum condiderit, de bonis antiquis nulla diſpoſitione facta, ſeruata forma *Noſtrarum Conſuetudinum*, profeſſione demùm ſequuta, & deinde morte naturali, quonam modo talis diſpoſitio infringi poterit? & ſic an attendatur tempus diſpoſitionis factæ, dum illam volumus annullare, vel potiùs tempus mortis? nam ſi attendatur tempus, quo iſta diſpoſitio infringitur, quia id accidit poſt factam profeſſionem, Monaſterium eſſet hæres ab inteſtato, nec aliquid poſſent agnati, vel cognati prætendere; iuxta *allegatam* D. Franch. *deciſ.40.* vbi Monaſterium ſucceſſit Moniali profeſſæ, tam in bonis, quæ habebat tempore ingreſſus, quàm in illis, quæ poſt profeſſionem illi ex conſanguinei ſucceſſione obuenerunt. Si verò attenderetur tem- 10
pus actus celebrati, ex quo fuit ante profeſſionem, & tempore, quo iſte diſponens adhùc erat laïcus, ſucceſſores ab inteſtato erunt proximiores agnati, vel cognati.

Dic, in hoc caſu attendendum eſſe tempus actus geſti quoad poteſtatem diſponendi, & actus validitatem; quod probatur authoritate Camer. *in c. Imperialem, fol.30. lit.P.* vbi firmat, refutationem non 11
poſſe fieri abſque aſſenſu, niſi in immediatè ſucceſſurum; & oportet vt immediatus ſucceſſor ſit tempore, quo fit actus, non autem tempore euenientis caſus: quod in terminis terminantibus fundat authoritate Napod. *in Conſuet. Si qua moriens, verſ. tantùm, num.13.* qui dixit, in diſpoſitione, quæ virtute *d. Conſuetudinis*, fit cum filiis; attendatur tempus facti teſtamenti, & non facti caſus: & ideò ma- 12
ter non poterit diſponere de nouem partibus, exiſtentibus filiis, ſub conditione, *ſi moriantur filij*; quia quoad validitatem actus contra *Conſuetudinem*, inſpicitur tempus actus geſti; præcipuè quando impedimentum eſt ratione perſonæ, vt in hoc caſu; quia perſona eſt prohibita diſponere, niſi de certa parte, ex regula *l. ſi filiusfamilias, & l. is, qui, ff. de teſtam.* quæ iura ad hoc propoſitum *ibi* allegantur per *Napod.* Quicquid ſit, ſi impedimentum eſſet ratione rei: quæ omnia latè firmat nouiſſimè Milanenſ. *deciſ.8. num.297.* improbando Annam, & *num.315.* & *deciſ.9. num.165. cum ſeq.*

Diximus, ſi ante Religionis ingreſſum, illius in- 13
tuitu, & ſic de Monachatu mentionem faciendo teſtamentum condiderit, quia ſi Monachiſmi non meminerit teſtator, per Religionis ingreſſum, ſeù Profeſſionem demùm factam, ac poſthumi agnationem teſtamentum rumperetur, vt per Doctores omnes *in authent. ſi qua mulier, C. de ſacroſ. Eccleſ.* & per Vaſq. *controuerſ. illuſtr. lib.3. cap.102. num.2.* qui remittit ſe ad Couar. *de teſtam. cap.2. num.4.* & ſic his ſtantibus, non eſſet de alio diſputandum, cum vendicaret ſibi locum *allegata* D. de Franch. *deciſ.40.* & quæ de Monachi Profeſſi bonis diximus, vt nimirùm in omnibus Monaſterium ſuccedat, penitùs Profeſſi agnatis excluſis.

SVMMARIVM.

1 *Occiſor occiſi ſucceſſione priuatur.*

2 *Filius an patris ſucceſſione priuetur, ex eo, quòd nouercam occidit.*

4 *Vxor eſt pars corporis viri.*

4 *Frater an priuetur fratris ſucceſſione ex eo, quòd illius filium iuſtè occidit.*

5 *Text.* in l. his conſequenter, §.1. ff. famil. erciſc. *declaratur.*

6 *Vaſallus dominum occidens, feudo priuatur. Quod limita ibidem.*

7 *Indignus quis efficitur non ſolùm à ſucceſſione eius, quem occidit, ſed etiam hæredis eius cum declarationibus, vt num.8.9.10.*

9 *Maritus vxorem in adulterio repertam occidens dote priuatur.*

ARGV

ARGVMENTVM.

Occiſor cum regulariter occiſi ſucceſſione priuetur; dubitatur nùm filius occidens nouercam, patris ſucſione priuetur; & quid in fratre, an fratris ſucceſſione priuetur, ex eo, quòd illius filium iuſtè occidit? & de aliis, ad ornatum text. *in l. his conſequentèr, §. 1. ff. famil. erciſcund.*

CAPVT CLI.

1 Occiſor, certum eſt, quòd occiſi ſucceſſione priuatur: *l. Lucius, ff. de iur. fiſc.* vbi Gloſ. *l. ſororem, C. de his, quibus vt indign.* cum aliis relatis per Peregr. *de iur. fiſc. lib. 2. tit. 5. in princip.* & Alfar. *de offic. fiſcal. gloſ. 54. §. 7. n. 159.* ſed an Fiſco, vel potiùs proximiori agnato deferatur ſucceſſio? plenè agit Annæus Robert. *rer. iudicat. lib. 3. c. 7.* vbi pro agnato proximiore deciſum refert.

2 Sed ſemel interrogatus extiti, an filius eſſet patris
ſui ſucceſſione priuandus, ex quo illius coniugem,
ipſiúſque occiſoris nouercam per priùs occidiſſet?
& affirmatiuè reſpondit, per text. particularem in *l.*
his conſequenter, §. 1. ff. famil. erciſcund. vbi iuxta com-
munem intellectum probatur, quem non ſolùm ef-
fici Titij hæreditatis indignum, ex quo illum occi-
dit, ſed etiam ſi vxorem, vel eiuſdem filium occidiſ-
ſet; quod etiam probauit Bald. *in l. hereditas, n. 8. C. de*
his, quib. vt indign. aſſerens, text. illum notabilem eſſe;
idémque firmauit Gulielm. de Benedict. *in repetition.*
cap. Raynutius, in verb. mortuo itaquè teſtatore, il primo,
3 *num. 39.* vbi rationem aſſignat, quia vxor eſt pars
corporis viri, & vna caro cum ipſo; iuxta illud *Gene-*
ſis 2. Et erunt duo in carne vna: & ſic cenſebitur, ac ſi
illum, cui ſuccedere vult, occidiſſet; hoc idem ſcripſit
Peregr. *loco cit. n. 12.* & Alfar. *vbi ſuprà, verſ. quia &*
vxorem defuncti, aliique citra controuerſiam.

4 Contrarium tamen in facti contingentia dicebam, in ſucceſſione cuiuſdam fratris; vt nimirùm potuiſſet frater fratri ab inteſtato defuncto ſuccedere, non obſtante quòd per priùs illius filium, ipſiúſque occiſoris nepotem necaſſet: conſtabat enim, iure licito, ac lege permittente id peregiſſe, pro defenſione propriæ perſonæ, cùm nepos ille occiſus patruum occiſorem, vt eum occideret, nulla iuſta ſubſiſtente cauſa agreſſus erat; occiſúſque remanſit, Deo forſan id permittente.

5 Nec obſtare dicebam text. *in d. l. his conſequentèr,*
§. 1. & quæ in caſu præcedenti diximus: Quia illa
vera ſunt, & de plano procedunt, vbi iniuſtè occiſor
defunctum conſanguineum occidit, ſecùs verò ſi
iuſtè, prout in indiuiduo ponit exemplum Gulielm.
de Benedict. *loco cit. n. 40.* in eo, qui pro vitæ defen-
ſione alium occidit, vel quia cum vxore in adulterio
reperit; citans ad id Bart. Alex. & DD. *in l. ſi ab hoſti-*
bus, §. fin. ff. ſolut. matrimon. ſubdens, pro huius conclu-
6 ſionis corroboratione, quòd licèt vaſallus ſub pœna
priuationis feudi Dominum, quem habet, vel olim
habuit, offendere nô debeat; non tamen punitur, ſi ab
illo aggreſſus ipſum offenderit: ſecundum Gloſ. *in*
c. 1. in tit. hic finit. lex, cum aliis per Gulielm. relatis.

Vltimò in hac materia ſciendum eſt, quòd licèt 7
quis efficiatur indignus, non ſolùm illius ſucceſſio-
ne, quem occidit, ſed etiam eiuſdem hæredis; in
bonis tamen ab occiſo obuentis, ſecus in propriis; 8
ità vt caſu eueniente, bonorum ſeparatio facienda
ſit, vt Fiſcus capiat bona illius interfecti, occiſor
autem bona hæredis; vt per Bar. *in d. l. Lucius, ff. de*
iur. fiſc. Iaſ. *in l. ſororem, C. de his, quib. vt indign.*
alióſque relatos per Peregr. *loco ſuprà cit. num. 4.* Id
tamen non procedet in marito, qui vxorem in adul- 9
terio repertam occidit; is enim etſi propter mortem,
quam in coniugem intulit, dotem amittat, quam
propter adulterium lucratus erat, vt ratione, & au-
thoritate contra Bart. & Sectatores oſtendimus
li. 1. c. 164. per totum, ſi tamen per vxoris mortem, filij
communis matrimonij ſucceſſerunt, illis demùm 10
defunctis, ſiue eorũ cuilibet ſuccedet pater, etiam in
dote, quam ab occiſa matre habuerunt; Iura enim, quæ primam concluſionem probant, procedunt, quando iuſtè, & ſine cauſa quis alium interfeciſſet; ſecùs verò ſi cum cauſa, vt in hoc caſu, in quo licèt priuetur vir à ſucceſſione occiſæ coniugis, non tamen ipſius hæredum; vt notabiliter ſcripſit Anton. Gomez. *in comment. ad l. Taur. 83. num. 64.* quem omninò vide.

SVMMARIVM.

1 *Caſus proponitur, & reſoluitur, num. 2.*

3 *Donatio perfecta non recipit diem, neque conditionem.*

4 *Donatio, quæ à Principe fit, omnis diminutionis expers eſſe debet.*

5 *Regula,* ceſſante cauſa, &c. *declaratur, & num. 6.*

7 *Feudum, quod ab vno aufertur, & alteri conceditur, ſi denuò iterum primo concedatur, an dicatur in illius perſona antiquum, vel potiùs nouum.*

8 *Renunciatio iuris ſui in dubio non præſumitur.*

ARGVMENTVM.

Officium, Regis munificentia, vel pecunia à Titio acquiſitum, quod demùm eiuſdem Regis motu proprio amiſit, verùm in excambium certo quodã annuo aſſignato; aliàs dubitari contigit, ſi in temporis progreſſu Officium illud eidem Titio denuo conceſſum fuerit, nùm ceſſet conceſſio illa annuæ præſtationis, ità vt per hanc nouam Officij conceſſionem, ſublata cenſeatur illa ſecunda annuæ penſionis.

CAPVT CLII.

1 OFFICIVM, Regis munificẽtia, vel pecunia à Titio acquiſitum, quod demùm eiuſdem Regis motu proprio amiſit, verùm in excambium certo quodã annuo aſſignato; aliàs dubitari contigit, ſi in temporis progreſſu Officium illud eidem Titio denuo conceſſum fuerit, num ceſſet conceſſio illa annuæ præſtationis, ita vt per hanc nouam Officij conceſſionem, ſublata cenſeatur illa ſecunda annuæ penſionis?

Et pro dubio videtur affirmatiuè reſpondendum; conſtat enim, conceſſionem annuæ præſtationis, ex cauſa, quia fuit Officium ſublatum, factam fuiſſe; ergò cauſa illa ceſſante, quia iterùm ſequuta fuit Officij conceſſio, debet ceſſare alia gratia conceſſionis annuæ præſtationis, argumento *l. adigere, §. quamuis, ff. de iurepatron.*

2 Contrarium tamen in facti contingentia per Regiam Cameriam de anno 1574. deciſum fuiſſe inueni, in quibuſdam antiquis manuſcriptis D. Præſidentis, & Locumtenentis de Sanctacruce, quæ penes me conſeruantur, in cauſa vertente inter Donnam Mariam de Rongeualles vti matrem, & tutricem filiorum, & hæredum quondam Secretarij Antonij de Puente, & Regium Fiſcum, ſuper præſtatione annuorum Ducatorum ducentorum, vita durante dicto Antonio conceſſorum, ex cauſa, quia fuerat ei ſublatum Officium Perceptoris ſignificatoriarum tempore Regiæ Viſitationis factæ de ordine Cæſareæ Maieſtatis Caroli V. nam cùm deindè ob nouam Officij conceſſionem non fuiſſet dictæ annuæ præſtationis facta ſolutio vſque ad mortem dicti Antonij; Actricis intentio in petendo integralem ſolutionem, quæ eius viro fieri debebat, fundabatur ex regula text. *in l. perfecta donatio, C. de donation. quæ ſub mod.* vbi do-
3 natio perfecta non recipit diem, nequè conditionem: quare non poteſt ex pòſt facto reuocari, nec diminui, maxime donatio à Principe facta; proprium enim eſt Imperialis Maieſtatis conceſſa non auferre, vt in
4 *authent. de Referend. in princ.* quia Principum donationes omnis diminutionis expertes eſſe debent, vt in *§. illud, authent. quæ de dignit.* ac proindè exclamabat *Andr.* contra Curiam Capuanam, quæ in omnibus conceſſionibus conditionem intelligere volebat, per quam conceſſio irritatur, vel dominium acquiſitum reuocatur; vt latiſſimè hæc omnia dixit *cap. 1. num. 24. in fine, & num. 25. in tit. de Capitan. qui Curiam vendidit, &c.* cùm igitur perfecta conceſſio ſimplicitèr ad vitam Antonij facta apparebat, certum erat, quòd illius vita durante illos annuos conſequi debebat, & dum non conſequutus fuit, ad eius hæredes tranſmiſit.

5 Nec obſtare dictum fuit, quòd de regula *Ceſſante cauſa, &c.* per Fiſcum opponebatur: Primò, quia gratia illa annuæ præſtationis non habet hanc conditionem expreſſam, vt habito Officio extinguatur.
6 Secundò, quòd regula illa non procedit, quando cauſa habuit effectum conſummatũ, ex regula text. *in l. fin. ff. undè liber.* per quem text. communitèr *Doctores* dixerunt, quòd quando eſt effectus conſummatus, ceſſante cauſa, non ceſſat gratia; ita Bart. *in l. 2. §. fi. ff. de donation.* latè Dec. *conſ. 14.* vbi plura hunc caſum concernentia deduxit. Quod maximè procedebat in caſu illo, de quo agebatur; cùm dici non poterat, cauſam ceſſaſſe propter acquiſitionem Officij, ex eo, quia non fuit ſtatim Antonio reſtitutum, ſed alteri conceſſum; & demùm per alterius mortem ſibi nouiter conceſſum: quo caſu noua dicebatur Gratia, ex relatis per Andr. *in c. 1. de vaſſal. decrep. ætat.* vbi voluit, quòd quando feudum eſt ſublatum, & al- 7
teri conceſſum, licèt demum primo concedatur; dicitur feudum nouum, & non antiquum, quia habuit ex noua Gratia, quæ naſcitur ex alio fonte, quàm prima: ſi enim ex noua cauſa Officij conceſſio facta fuit, non autem ex cauſa antiqua, nec in vim reſtitutionis, non poterat tractari de regula *Cauſa ceſſante, &c.*

Nec aliquid fuit dictum obſtare aliud, quod pro Fiſco opponebatur, nimirùm de tempore quo Anto- 8
nius non exegit, cùm in dubio præſumendum non erat, iuri ſuo renunciaſſe; *l. cùm de indebito, ff. de probation.* maximè quia ſciebat, illud durare, & ſaluum eſſe; *l. ſicut, §. non videtur, ff. quib. mod. pign. vel hypothèc. ſoluit.* & tempus, quo tacuit, habile non fuit ad Gratiam iam quæſitam amittendam; *l. falſo, C. de diuerſ. reſcript. cap. accedentibus, de priuileg.* recipiendo enim nouam Officij gratiam, non videbatur alteri de annuis ducatis ducentis renunciare; non enim ſunt gratiæ prædictæ incompatibiles: vt per *Canoniſtas* ſignantèr Panorm. *in cap. cùm acceſſiſſent, de Conſtit.* & Ant. de Butr. in *d. cap. accedentibus*, ex quibus omnibus, vt dixi, ad fauorem dictorum hæredum deciſum inueni.

SVMMARIVM.

1 *Ordinari quis poteſt ab vno ex tribus Epiſcopis, de quibus in* cap. cùm nullus, de temp. ordin. in 6.

2 *Ordinari num quis poſſit ab illo Epiſcopo, in cuius Diœceſi beneficium habet, ſed exigui reditus, & n. 3. & 5.*

Et quid ſi tenuiſſimum eſſet, n. 7.

4 *Titulus pro ſacris Ordinibus ſuſcipiendis debet eſſe ſufficiens ad vitam ſuſtentandam.*

6 *Text.* in cap. cùm nullus, de tempor. ordinat. in 6. *beneficium cuius qualitatis eſſe debeat, non explicat.*

8 *Beneficium tenuiſſimum quod dicitur, remiſſiuè.*

ARGVMENTVM.

Ordinari cùm quis poſſit non modo ab Epiſcopo originis, & domicilij, verum etiam & beneficij; dubitarunt Doctores an hæc concluſio procedat, vbi quis in aliena Diœceſi beneficium haberet, ſed exigui reditus; ita vt ab illius loci Ordinario ad cęteros Ordines promoueri poſſit? Et de aliis ad ornatum text. *in c. cùm nullus, de tempor. ordinat. in 6.*

CAPVT

CAPVT CLIII.

1 ORDINARI cùm quis poſſit, non modò ab Epiſcopo originis, & domicilij, verùm etiam & beneficij,& iſtorum vnuſquiſque proprius ordinandi dicatur Antiſtes, vulgato text. *in cap. cùm nullus, de*
2 *tempor.ordinat.in* 6.dubitarunt *Doctores*,an id procederet, vbi quis in aliena Diœceſi beneficium haberet,ſed exigui reditus; ita vt ab illius loci Ordinario ad cæteros Ordines promoueri poſſit?

Dominus *Ricc.*ex Recentioribus excitat quæſtionem hanc in *1.par.prax. Eccleſ.reſol.*260. *per totam*, & tandèm pro negatiua opinione concludit: Sed quòd vt præcitata diſpoſitio *cap. cùm nullus*, locum habeat, requiratur; vt ad victum honeſtum ſit ſufficiens beneficium, non autem tenuis valoris; idquè attenta diſpoſitione Sac.Trid. Concilij *ſeſſ.*21.*cap.*2. *de reformat.* & authoritate Vgol. *de poteſt.Epiſc. capit.*26.§.3.*ad finem, verſ.poſtremo excipitur*, Quaran. *in ſumm.Bullar. in verb. Ordo, verſ.circa ſecundum*, & Piaſec.*in prax.Epiſcop.par.*1.*cap.*1.*num.*10. *verſ ratione beneficij.*

3 Contrariam verò ſententiam,nimirùm, quòd ſufficiat qualecunque beneficium, vt quis beneficiatus ab Epiſcopo illius loci,vbi ſitum eſt, ordinari poſſit, inuenio tenuiſſe Henriquez ab eodem Ricc.citatum *in ſumm.lib.*10.*capit.*22.§.1. Maceraten. *variar. reſol. lib.*1.*reſol.vlt.caſu* 28.Garz.*tract.de benef.par.*2.*cap.*4. *num.*8.*verſ.ſecundò ampliatur*, & Epiſcop. Campanil. *in ſuo diuerſ.iur. Canon. rubr.*9.*cap.*8. *à num.*11. *vſquè ad* 13.Rationem aſſignant, quia text.*in d. capit. cùm nullus*,valorem, & beneficij qualitatem non explicat,ſed ſimpliciter & generatim loquitur; ac proindè Regula ſubintrat, vt generalitèr intelligi debeat *l.*1. *§.generalitèr,ff.de legat. præſtand.l.de pretio, ff. de public.in rem action.*

Quam ſequendo ſententiam,non obſtant per *Ricc.* ponderata. Nam dum ſe tueri vult diſpoſitione Sac. Trid.Concilij *in d.cap.*2.*ſeſſ.*21.*de reform.* Dico Ego, quòd pro huius quæſtionis reſolutione, allegari text. ille non meretur: non enim hìc agimus de beneficio, quod quis habere debet,ad hoc vt valeat Sacris
4 initiari Ordinibus, quod cum pro titulo deſeruire debeat, ſufficiens requiritur ad Ordinandi vitam ſuſtentandam;ſed de illo tantùm beneficio,per quod Ordinandus, ſubditus fit illius Antiſtitis, in cuius Diœceſi ſitum eſt;de quo propriè loquitur text. *in d. cap.cùm nullus.* Etenim ſi de beneficio, de quo diſponit *Sacrum Trident. Concilium*, loqueremur in caſu noſtro,nec etiam Epiſcopus originis, vel domicilij, id exequi poſſet; cùm expreſsè ſancitum ſit, quem non poſſe ad ſacros promoueri Ordines, niſi beneficium Eccleſiaſticum habeat, vel patrimonium ad victum ſufficiens; ac proindè, inquit Campanil. *loco cit.verſ. text. autem Sacri Trid. Conc.* aliud eſſe, ſi quæramus, num beneficium ſufficiat pro titulo; & aliud ſi ſufficiat, vt tanquam ſubditus ratione bene-
5 ficij promoueatur? ſupponimus enim nos, dum de tenuis valoris beneficio loquimur, vt ab Epiſcopo, vbi ſitum eſt,poſſit Clericus promoueri, vel ad reliquos minores Ordines, quos adhùc conſecutus non eſt; vel ſi Sacris vult initiari, vt requiſita *Sac. Trid. Concilij* habeat;nimirum, vel quòd alibi pingue habeat beneficium,vel ſufficiens patrimonium: in tantum quòd quæſtio noſtra in eo tantùm reſidet,ſi ſubditus quis dicatur(ad effectum,vt promoueri poſſit) illius Epiſcopi,in cuius Diœceſi tenue habeat beneficium? & cùm,vt ſupra indicauimus, text. *in d.cap. cùm nullus*,non diſtinguat de beneficij qualitate; ſed 6
ſimpliciter loquatur,& diſponat,vt ab vno ex tribus Epiſcopis,nimirùm originis,domicilij, vel beneficij ordinari poſſit, meritò dicendum eſt, ſat eſſe, licèt tenue ſit beneficium: & *Doctores*, præſertim *Vgolin.* per Ricc. relati; loquuntur de beneficio reſpectu tituli, quibus nos non aduerſamur, cùm benè locuti ſint: ſubdit tamen Campanil.*eodem citato loco, verſ. cùm verò beneficium*, & in terminis caſus noſtri fatetur, aliud eſſe, vbi tenuiſſimum eſſet beneficium, 7
idque ratione præſumptæ fraudis, ex ſententia Sacræ Congregationis *ibidem* relata,*ibique* quale dica- 8
tur tenuiſſimum beneficium explicat;vide eum,quia doctè pro more loquitur.

SVMMARIVM.

1 *Ordinari quis non poteſt abſque titulo ad ſacros Ordines.*

2 *Titulus pro Ordinibus ſuſcipiendis qualis eſſe debeat.*

3 *Magiſter Grammaticæ an ordinari poſſit ad titulum ſuæ profeſſionis,& n.*4.*&* 9.

5 *Doctor Clericus an poſſit cum titulo Doctoratus ſacris inſigniri Ordinibus.*

6 *Deciſio Sacræ Congregationis pro Quæſiti reſolutione affertur.*

7 *Gratian.*diſceptat.forenſ.tom.1.c.57.n.30. *reiicitur.*

8 *Epiſcopus tenetur prouidere ordinato de beneficio, dum eo caret;licèt artificium,ex quo viuere ille poſſit,habeat.*

ARGVMENTVM.

Ordinari cùm quis non poſſit ad Sacros Ordines abſque titulo, ex diſpoſitione Sacri Tridentini Concilij *ſeſſ.*21.*cap.*2.*de Reformat.* dubitatur an ſatisfactum dici poſſit Tridentinæ ſanctioni mandanti,quem non poſſe abſque titulo ad Sacros Ordines promoueri, vbi quis profeſſionis titulum haberet, vt quia eſſet Iuriſperitus, vel Magiſter Grammaticæ, ex cuius exercitio commodè viuere poteſt.

CAPVT CLIV.

ORDINARI quem non poſſe ad ſacros 1
Ordines abſque titulo, cùm non deceat eos, qui diuino miniſterio adſcripti ſunt, cum Ordinis dedecore mendicare; diſpoſuit Sacrum Trid. Conc. *ſeſſ.*21. *cap.*2. *de reform.* veteri inhærendo ſanctioni in *can. Diaconi ſunt*, 93. *diſt.*cum aliis relatis per Garz. *tract.de benefic. par.*2. *cap.*5.

*cap.*5.*n.*1. vbi *n. ſeq.* id tantùm cùm quis ad maiores Ordines promoueri cupit procedere aduertit, ſecùs autem ad minores: licèt contrarium de iure antiquo conſtitutum fuiſſet, vt in *can.neminem*, vbi Gloſ. 70.*diſt.*

2 Verùm cùm his titulus Eccleſiaſtici beneficij eſſe debeat, vel ſaltem ſufficientis patrimonij, memini ſemel, quendam Clericum Grammaticæ Magiſtrum
3 à me ſcire voluiſſe, an ad ſacros Ordines promoueri potuiſſet, dum in ſua Patria publicè Grammaticam docebat, ex cuius exercitio à Communitate centum ſingulis annis pro ſalario conſequebatur, ita vt cum hoc titulo *citatæ Tridentinæ Sanctioni* ſatisfactum cenſeretur?

4 Et affirmatiuè reſpondendum videbatur ex dictis per Rodriq. *in ſua ſumm.par.*2.*cap.*15. *de Ordin.n.*15. & per Gonzal. *ad regul.*8.*Cancel. de Alternat. gloſ.*4. *num.*36. quos refert, & ſequitur Gratian. *diſcept.forenſ.to.*1.*cap.*57.*num.*30. & per alios, quos citat Garz. *loco iam dicto, num.*139. qui omnes putarunt, non obſtante *relata* Sacri Trid. Concilij *ſanctione*, poſſe Cle-
5 ricum Doctorem, quamuis pauperem, & beneficio carentem Sacris initiari, ea ratione, quia veriſimile eſt, poſſe illum ob doctrinam commodè ſuſtentari, cùm leges non permittant, illarum Profeſſores in egeſtate viuere, neque in anxietate mori, §. *fin. in fine, Auth.de hered.& falcid.* ergò idem in caſu propoſito dicendum, dum in actu apparebat, Clericum illum non modò ab egeſtate alienum, ſed cum magna commoditate viuere.

6 Sed contrarium in puncto inueni, Sacram præfati Concilij Congregationem determinaſſe *ſuper dicto cap.*2. per hæc verba: *Quid ſi tantùm habeat, quod ex induſtria, vel honeſto labore lucratur; puta quòd ſit Muſicus, Magiſter Grammaticæ, Pictor, vel alterius licitæ profeſſionis, idque ſit ſufficiens ad ſuſtentationem vitæ, an poſſit promoueri? De induſtria, vel honeſto labore item cenſuit non poſſe.* Qua declaratione, ſeu deciſione
7 ſic ſtante, nullo modo recipiendam eſſe cenſeo Gratiani & aliorum *ſuprà* relatorum ſententiam, etiam in caſu, de quo loquuntur; prout illam in indiuiduo reiiciendam eſſe putauit Epiſcopus Campanil. *in ſuo diuerſ.rubr.*8.*cap.*4. *num.*6.*verſ. Epiſcopo inſuper*, vbi in puncto citat Imol. *in cap.tuis quæſtionibus, nu-*
8 *mer.*12.*verſ.immò plus, de præbend.* in ſpecie decidentem, teneri Epiſcopum prouidere Ordinato carenti titulo, & habenti artificium, ex cuius exercitio poſſit ſibi quærere victum: Idemque firmauit Bertrand. eiuſdem Imolæ authoritate *in conſ.*55. *poſt num.*5. *vol.*2. & nouiſſimè Emmanuel Sà *in ſuis Aphoriſ. in verb.Ordo, n.*27. ab eodem Campanil. relati, & Barboſ. *de poteſt.Epiſc.par.*2.*alleg.*19.*n.*27.

Hæc concluſio nitidiſſimo fulcitur fundamento, cùm in hoc finalis mens, & intentio *Sacræ Tridentinæ ſanctionis*, ſi benè illius verba perpendamus, fuerit, vt titulus, ſuper quo quis ordinari petit, certus ſit, nimirùm vt vel habeat beneficium, vel quid annuum proprium, quod ad vitam ſuſtentandam ſat ſit; licèt alicui miniſterio, ſiuè exercitio non vacet; nonnè forſan euenire poſſet, vt hic talis, qui ex induſtria viuit, in malam incideret valetudinem, ita
9 vt elaborare non eſſet ei permiſſum, & ſic in eo ſtatu mendicare eſſet coactus, vbi caſu hoc eueniente, *Sacro Concilio* ſatisfactum diceremus? quot enim Iuriſperitos ſcimus, & non vulgaris doctrinæ, maximè in hac Ciuitate, ita negotiis derelictos, vt pro vitæ ſuſtentatione eleemoſynalitèr quærant ſibi victum? ſi hoc igitur verum eſt, ratio ex aduerſo ponderata tuta non eſt; ac proindè opinio illa fundamento caret, ſicque eam ſequi non debemus.

SVMMARIVM.

1 *Ordinari quis non poteſt, niſi à proprio Epiſcopo.*

2 *Pœna quænam imponitur Ordinato ab Epiſcopo non ſuo.*

3 *Clericus loci exempti debet ordinari ab Epiſcopo Diœceſis, infra cuius fines locus ille ſitus eſt: & ſi ſecus, contrahit ſuſpenſionem: ſed à quo veniat abſoluendus? numer.*4.

5 *Literæ commendatitiæ pro Ordinibus ſuſcipiendis à quo Epiſcopo impetrari debeant? vbi deciſio Sacræ Congregationis.*

6 *Ordinatus ſiquis fuerit à non ſuo Epiſcopo, an fori priuilegio gaudeat, & n.*7.

8 *Vicarius Capitularis, Sede vacante, infra annum an poſſit laico ſibi non ſubdito litteras dimiſſorias concedere, vt ab aliquo Epiſcopo prima Clericali Tonſura inſigniri poſſit, ea de cauſa quia eſt præſentandus ad beneficium, quod eſt de iure patronatus, & n.*9.*&* 10.

11 *Laicus an poſſit præſentari ad beneficium, quod eſt de iure patronatus? Et quid ſi de proximo eſſet clericandus, ibidem.*

ARGVMENTVM.

Ordinatus ſi quis fuerit à non ſuo Epiſcopo, nùm fori priuilegio gaudeat. Clericus loci exempti à quonam ſit abſoluendus, dum ſuſpenſionem incurrit, ex eo quia Ordines ſuſcepit ab alio Epiſcopo, quàm illius Diœceſis, intra cuius fines locus ille exemptus ſitus eſt. Vicarius Capitularis, Sede vacante, infra annum an poſſit laico ſibi non ſubdito literas Dimiſſorias concedere, vt ab aliquo Epiſcopo prima Clericali Tonſura inſigniri poſſit, ea de cauſa, quia eſt ille præſentandus ad beneficium, quod eſt de iurepatronatus. Laicus de proximo clericandus, an poſſit præſentari ad beneficium, quod eſt de iure patronatus? & de aliis; ad ornatum text. S.C.T. *ſeſſ.*7.*cap.*10.

CAPVT

CAPVT CLV.

1 ORdinari, ſiue promoueri ad minores, aut maiores Ordines, certum eſt, quem non poſſe, niſi à proprio Epiſcopo; de quo in *c. cum nullus, de tempor. ordin. in 6.* adeò quod ſi ab alio, quàm ſuo promoueri quis
2 attentauerit, à ſuſceptorum Ordinum exequutione, quandiu proprio Ordinario videbitur, ſuſpenſus remanebit; ſic diſponente Sacra Tridentina Sanctione *ſeſſ.23.c.8. de reform.* qua de re latè per Barboſam *de poteſt. Epiſc. par.2. alleg.8. num.13.* cuius diſpoſitionem procedere indubitatum eſt, etiamſi Ordinatus nul-
3 lius eſſet Diœceſis; ſtatutum eſt enim in *eadem ſeſſ. cap.10.* Clericorum loci exempti ordinationem ad eos pertinere Epiſcopos, intra quorum Diœceſis fines locus ille exiſtit, itavt non valeat Abbas, ſiue alius Prælatus illius loci exempti ſubditis literas dimiſſorias, vt ab aliis Ordinentur, concedere; cùm eas impartiri, ad Epiſcopos, de quibus ſuprà, ſpectet; vbi illi Ordinationes facere impediti eſſent.

4 Sed de illo in vna facti contingentia controuerſum ſcio; ſi quis loci exempti Ordinandus cum literis tantum dimiſſoriis eius Abbatis, ab extero Epiſcopo promoueri voluerit (quia certum eſt, hunc talem ex decreto Concilij ſuſpenſum remanſiſſe) abſoluendi facultas ab incurſa ſuſpenſione, ad quemnam pertineat?

5 Reſolutum fuit, ad Epiſcopum illius Diœceſis, intra cuius fines locus exemptus exiſtit, ſiue ad Epiſcopum, in cuius Diœceſi promotus beneficium poſſidet Eccleſiaſticum, ad quos quidem Ordinarios literas commendatitias ad Ordines ſuſcipiendos concedere ſpectabat; idque ex ſententia Sacræ Congregationis ſuper *cit. cap.8. ſeſſ.23. de Reformat.* cuius verba ſunt hæc: *Abſoluere à ſuſpenſione eos, qui nullius Diœceſis exiſtentes ſine literis dimiſſoriis Ordinati fuerunt, ſpectat ad Epiſcopum, ad quem ex Concilio pertinebat illis Dimiſſorias concedere. Proprius autem Epiſcopus ad hoc vt poſſit Dimiſſorias concedere, dicitur ille, in cuius Diœceſi Ordinandus beneficium habet.* Et ita fuit iudicatum *in vna Leodien.* ſi rectè conſideretur.

6 Eſt tamen hic omninò aduertendum, quod licèt verum ſit, vt in principio dicebamus, Ordinatum à non ſuo Epiſcopo ſine licentia proprij, ab Ordinum ſuſceptorum exequutione cenſeri ſuſpenſum, illumque ad beneficia impetranda inhabilem reddi: ſecùs tamen dicito ſemper, quoad fori priuilegium, nàm non per hoc, quod de facto eſt Ordinatus à non ſuo Epiſcopo, Clericus non dicitur, quia verè talis eſt; in illiuſque anima fuit character impreſſus; & & per conſequens delinquendo, ab Eccleſiaſtico venit cognoſcendus: ſi tamen requiſita Sacri Tridentini Concilij haberet, *ſeſſ.23. cap.6. de Reformat.* ita Antiquis relatis, firmarunt Carol. de Graſſis *de effect. Cleric. effect.1. n.634. & ſeqq.* Ricc. *in prax. Eccleſ. par. 2. reſol.150. & par.3. reſol.318.* Barboſa *loco in pr. cit. num.19.* P. Diana *reſol. moral. par.4. tract.1. reſol.16.* & Paul. Squillante *de priuil. Clericor. cap.7. num.29.* Ego ipſe *in obſeruat. ad dec. Dom. Reg. Reuerterij* 101. Quicquid in contrarium, & malè tenuerint Purpurat. *conſ.408. num.6. lib.2.* Cephal. *conſ.572. num.12. lib.4.* Flam. Pariſius *in tract. de reſignat. benefic. lib.4. quæſt.2. num.85.* & Maſcard. *in tract. de probation. concluſ.1140.* etenim apud bonos & graues fuit ſemper vndique receptiſſimum, Clericum quantumuis ſuſpenſum, interdictum, & excommunicatum, fori priuilegium non amittere, vt coram Iudice ſæculari conueniri poſſit.

At hic volo vt aliud non ignoremus, nimirùm 7
concluſionem modo firmatam, vt Clericus fori priuilegio gaudeat, quamuis à non ſuo Epiſcopo Ordinatus ſit, intelligendam eſſe, ſi Ordines aſſequutus fuerit ſine vlla proprij Ordinarij licentia: quia ſi cum licentia, ſed falſa, tunc nullo pacto dicendum eſt hodie gaudere poſſe cum fori priuilegio; idque ex particulari conſtitutione Vrbani Papæ VIII. ſub *Datum 11. Decembris* 1624. cuius verba ſunt hæc: *Illos vero, ſi quos in poſterum Clericali charactere inſigniri, vel ad minores Ordines promoueri ab alieno Epiſcopo cum falſis Dimiſſoriis contigerit, etiam ſi qualitatibus per Concilij Tridentini decretum cap.6. ſeſſ.23. requiſitis præditi ſint; nihilominus (ſequuta tamen prius deſuper Iudicis Eccleſiaſtici declaratione) fori priuilegio minimè gaudere, ſed ſæculari iuriſdictioni, vt antea, plenè in omnibus ſubiacere, & ſubiectos eſſe reſpectiuè volumus.*

Hæc conſtitutio fuit his diebus allegata in Re- 8
gia Camera; quamuis non neceſſariò, & ad rem, de qua agebatur, non pertinens, in cauſa Iacobi Pinti Neapolitani, qui ob debitum fiſcale exiſtens in carceribus Magnæ Curiæ Vicariæ, petiit ſe remitti ad Curiam Epiſcopalem Nolanam, eo ſub prætextu, quod eſſet Clericus, & Beneficiatus, & ad Clericatum probandum, conſtare fecit, fuiſſe Ordinatum ab Epiſcopo Cauenſe cum literis Dimiſſoriis Vicarij Capitularis Nolani, à quo demum inſtitutus extiterat in beneficio, quod erat de Iure Patronatus; ſed pro parte Regij Fiſci dicebatur, perperam Vicarium Capitularẽ Nolanum literas Dimiſſorias Iacobo conceſſiſſe, & ſucceſſiuè malè Epiſcopum Cauenſem eidem minores Ordines contuliſſe; nàm cùm Iacobus eſſet laicus, & Neapolitanus, nullo pacto poterat ille Ordinari cum *Reuerendis* alterius Ordinarij, quàm ſui; hic enim Nolano Ordinario ſubiectus non erat, neque ratione originis, neque domicilij, neque beneficij, ad text. *in cap. cum nullus, de tempor. ordin. in 6.*

Et quamuis allegabatur, Vicarium Capitularem Nolanum ideo *Reuerendas* conceſſiſſe, quia extiterat Iacobus præſentatus in quodam beneficio, quod erat de Iure patronatus, ſicque fuiſſe locum diſpoſitioni
Sacri Tridentini Concilij *ſeſſ.7. cap.10.* cuius verba 9
ſunt: *Non liceat Capitulis Eccleſiarum Sede vacante, infra annum à die vacationis, Ordinandi licentiam, aut literas, ſeu* Reuerendas, *vt aliqui vocant, tam ex Iuris communis diſpoſitione, quàm etiam cuiuſuis priuilegij, aut conſuetudinis vigore alicui, qui beneficij Eccleſiaſtici recepti, ſiue recipiendi occaſione arctatus non fuerit, concedere, ſi ſecus fiat &c.*

Etenim fuit reſponſum, quod hæc Sacri Concilij Tridentini diſpoſitio, ad caſum, de quo agebatur, allegari non poterat; quia neceſſariò procedit, prout loquitur, cum ſibi ſubdito; nàm cum Sacrum Tridentinum Concilium prohibere voluiſſet, prout prohibuit, ne Capitulum, Sede vacante, infra annum poſſet ſubditis ſuis Dimiſſorias concedere, vt ab alieno Epiſcopo Ordinarentur; hoc reſtrinxit, vbi laicus eſſet promouendus ad beneficium, quod eſt de iure patronatus; vt nimirum non obſtante, quod non ſit elapſus annus mortis Epiſcopi, poſſit hoc tantum caſu literas Dimiſſorias concedere: ſicque pariter cenſuit Sacra Concilij Congregatio ſuper decreto prædicto, & per hæc verba: *Vicarius Capituli Sede va-*
cante infra annum poteſt concedere Dimiſſorias ad pri- 10
mam Tonſuram ei qui eſt præſentandus à Patronis laicis ad beneficium Eccleſiaſticum Iuris patronatus ipſorum, vt illud obtinere valeat. Ad cuius quidem determinationis

tionis

tionis ornatum, videndi ſunt Garzia *de benefic.par.7. cap.1.num.30.* & Nouar. *quaſt.forenſ.part.2.quaſt.78. per tot.*

Vnde non eſt quod dubitari poſſit, Vicarium Capitularem Nolanum, non potuiſſe ex iuriſdictionis defectu literas Dimiſſorias Iacobo ſibi non ſubdito concedere, & ſucceſſiuè malè Epiſcopum Cauenſem (cui ex tenore literarum Dimiſſorialium notum erat, Iacobum eſſe Neapolitanum, ſicque Nolano Ordinario non ſubditum) eidem minores Ordines contuliſſe. At quia noſtrum non erat hoc determinare, cùm articulus ſit merè Eccleſiaſticus, ad tradita per D. Præſ.de Franch.*deciſ.512.& 551.*per D. Reg. Sanfelic.*dec.15.*& per me *lib.1.c.60.* Ideo relata cauſa in Regia Camera per Dominum Præſidentem Io.Dominicum Aſtutum Commiſſarium, hac die 3. Decembris 1660. vnico ſpiritu, vnanimiquè conſenſu cenſuimus, quod remittatur ad Sanctiſſimum articulus Iuris decidendus validitatis, vel inualiditatis collationis minorum Ordinum, & beneficij, quo exitu viſo, per Regiam Cameram prouideretur ſuper remiſſione per Iacobum petita ad Iudicem Eccleſiaſticum.

11 In articulo autem, an Laicus poſſit præſentari ad beneficium, quod eſt de iure patronatus? Reſpondeas ſemper negatiuè: quia cùm Laicus ſit incapax rerum ſpiritualium, beneficium Eccleſiaſticum, non niſi Clerico, non autem Laico conferri poteſt: vt plenè probant DD. relati per Viuian.*in prax. Iur.patronatus, lib.6.cap.1. & 3.* Bene tamen poteſt Laicus nominari à Patronis ad beneficium, quod eſt de iure patronatus: ſed per hanc nominationem nullum nominato acquiritur ius, niſi ſolemnitèr præſentetur, eo iam ad Clericatum promoto, vt per Rot. *in dec.6. de iur. patronatus*, penès *Dom. Card. Creſc.* Et quamuis Dom. Ricc. *in prax.for. Eccleſ. part.1. dec.157. in fin.in antiquis*, ſcripſerit, poſſe Laicum præſentari ad beneficium de proximo clericandum; quia hæc opinio ſuſtineri non poteſt, *in Secunda impreſſ. reſol.* 140. propoſito hæc fuit delata.

SVMMARIVM.

1 *Pactum initum inter patrem ſponſa, & ſponſum ante confectionem capitulorum matrimonialium, vt quamuis mille promittantur, non niſi octingenta ſoluenda ſint, num mulieri de hoc inſcia præiudicet, & num.3.4.5.6.7.& 9.*

Et quid ſi eadem die ſtipulantur capitula, & ſeparatim fit pactum, n.10.

2 *Pacta omnia ante matrimonium facta valent quoad dotis diminutionem, ſecus poſt contractum, & n.8.*

ARGVMENTVM.

Pactum inter ſponſum, & futurum ſocerum ſecretò celebratum, vt quamuis mille pro dote in capitulis matrimonialibus promittantur, non niſi octingenta effectiuè ſint ſoluenda, nùm validum firmumque ſit cenſendum in præiudicium mulieris de hoc tractatu penitùs ignaræ.

CAPVT CLVI.

Pactvm in Albarano, & ſic priuatè 1
factum à ſponſo cum patre, vel fratre ſponſæ mulieris, ea inſcia ante capitulorum confectionem, vt quamuis mille pro dote in tabulis dotalibus conſtituenda ſint, tamen re vera, non niſi octingenta promiſſa intelligantur, tantùque quantitas ſuo tempore exigenda, & non integra mille, prout quotidiè ad pompam, inter Nobiles maximè in hac Vrbe Regia Neapolitana practicatur, dubitatur, num ſequutis ptiis in mulieris præiudicium validum, & firmum ſit cenſendum, ita vt in caſu diſſolutionis matrimonij, non niſi octingenta verè numerata à viri hæredibus petere poſſit, & ad illam ratam Antepſiatum?

Reſpondeo, *Doctores* in hoc diſtinguere, & pro 2
Regula firmare, quòd omnia pacta ante matrimonium facta, permiſſa ſint; pacta verò conuenta poſt matrimonium inualida cenſeantur: ita notabilitèr ante omnes, Innocent. in *cap.donatio, num.1.in fine, de donat.inter vir.& vxor.* ibi, *ante nuptias autem poteſt eſſe diſparitas, & in quantitate dotis, & donationis, & in pactis ſuper lucris; poſt nuptias verò hoc non licet, &c.* hanc notabilem doctrinam refert, & ſequitur Ang. *in l.ex morte*, ante *num.1. Cod. de pact. conuent. ſuper dot.* vbi dicit, perpetuò menti tenendam: Io.de Amic. *in conſ.5.numer.17.* allegans *Salyc.* & ſubdens, quòd *Doctores* magis communitèr ſequuntur; & ex Recentioribus; Honded.*conſ.48.num.29.lib.1.* vndè cùm in caſu propoſito Albaranum capitulorum matrimo- 3
nialium ſtipulationem præceſſerit, indubitatum eſt, pactum verè quantitatis dotis in Albarano contentum obſeruandum eſſe; non autem quantitatem ſimulatè in capitulis expreſſam: hanc eandem ſententiam firmauit Aluar.Valaſc.*deciſ.5.lib.1.conſult.n.21. verſ quintus caſus*, vbi dicit; quòd quando quis ſimulatè dotem recepiſſe honoris cauſa confitetur, vel vt ſatisfaciat patri ſuo, vel conſanguineis, quibus contradicentibus vxorem ducere vult, cùm tamen nulla dos ſit, vel multò minor, addit, quando talis ſimulatio probatur, non eſt dubium, huiuſmodi confeſſionem nullam eſſe: Rationem aſſignat, quia deficit conſenſus, & ſic ſubſtantia, & eſſentia contractus, quæ ſimulatio probatur etiam ex coniecturis: allegat Affl. *in capit.1. quæſt.11. de feud. dat. in vicem leg. commiſſ.*

Faciunt etiam pro hac opinione text. optimi in 4
l.1.Cod.de dot.caut. & non numer. & in *l. ſi poſt hac 9. in princ.verſ.dos etiam. Cod.de bon.proſcript.* ibi: *Dos etiam, non quæ aliquotiès inaniter dotalium inſtrumentorum tenore conſcribitur, quàm ſe corporalitèr tradidiſſe docuerit, repræſentetur; &c.* Ecce quòd etiam antiquitus aliquando dos inanitèr capitulis conſtituebatur, quæ non erat vera quantitas dotis promiſſæ, prout hodiè multotiès fieri ſolet: id quod animaduertit Annæ.Robert.*rer.indicat.lib.1.c.1.fol.6. à terg. in fine*, ibi, *nam & olim non ignotas fuiſſe huiuſmodi inanes dotis repromiſſiones indicant Imperatores in d.l.9. C.de bon.proſcript.&c.* hoc idem deciſum refert Ant. 5
Faber *diffinit.11.C.de pact.conuent.ſuper dot.* ibi enim cùm ſponſæ pater, ſponſi genitori dotem mille ducatorum promiſiſſet, & ſoluiſſet, ad quam ratam fuerat

Augmentum;

Augmentum, ſiue Antephatum promiſſum, pacto ante matrimonium contractum ſecretò adiecto inter patrem ſponſæ dotantem, & ſponſum, vt quamuis mille enumerarentur, teneretur tamen poſteà reddere tercentum, prout fuit deinde factum, exequutum, & adimpletum: Mortuo viro petebat à ſocero mulier dotem integram ducatorum mille ſoluturum, vnà cum Antephato, quod iuxta Conſuetudinem, habito reſpectu ad mille, erant quingenta: Excipiebat pater mortui viri de his factus certior de poſteà tractatis, & geſtis, eo inſcio, inter eius filium, & ſocerum: Quare dubitatum extitit,
6 quid iuris? Et contra mulierem reſolutum fuit, ex quo in tractatu non tantùm præſentem, ſed & conſentientem eam fuiſſe conſtabat; ac proinde plus valere debuiſſe, quod re vera geſtum, quam quod ſimulatè conceptum erat. Et licèt annuat *Faber*, ſecus eſſe, ſi mulier inſcia fuiſſet, id tamen neque iure, ratione, aut Doctorum authoritate probat, cùm tantùm aſſerat, non debere filiæ nocere, quòd gener cum ſocero de minori dote tranſegit; hoc enim vltra quòd eſt contra magis communem omnium ſententiam, aduerſatur ipſiuſmet dicto: nam dum loquebatur, data mulieris ſcientia, firmauit, plus valere debe-
7 re, quòd re vera tractatum eſt, quàm quod ſimulatè conceptum; dico Ego, ſi quod verè geſtum eſt, attendere debemus, quid importat mulieris ſcientia, vel ignorantia? certè nihil; ac proinde ſiue mulier de tractatu ſit inſcia, ſiue particeps, dum tamen celebratus ſit ille, antequam ad capitulorum matrimonialium confectionem deuentum ſit, ſemper dicendum eſt, attendendam eſſe veram dotis numeratio-
8 nem, & ad eandē ratam, Antephati conſtitutionem; ſecus autem ſi poſt: per rationem ſuprà in *principio* allegatam; nimirùm quia non licet poſt dotem conſtitutam, & promiſſam, ſuper illius diminutione pacta apponere: ad text. *in authent. ſed quamuis, C. de rei vxor. action.* & dicta per nos *c. 92. lib. 1.* Quibus non aduerſatur id, quod per Senatum Dolanum deciſum
9 refert Griuell. *deciſ. 48. per totam*, valere, inquam, Albaranum, in quo dos fuit diminuta, poſt celebratas nuptias factum: in illo enim caſu acceſſerat conſenſus vxoris, & dos in capitulis conſtituta inofficioſa erat, & immenſa: quare ex iſtis, quæ in facto erant, motus fuit Senatus pro validitate pacti determinare, etſi initi poſt capitulorum ſtipulationem.
10 Sed quid dices, ſi iſti duo actus, nempè pactum dotis diminutionis, & capitulorum ſtipulatio eodem die, eodémque momento, ſeparatè tamen confecti eſſent? dic, quòd mulieri opitulari non poſſent, quia duo iſti actus correſpectiui ſunt, & ex voluntatis indiuiduo vnus ſine altero non poſſet valere; nam Partes aliter non contraxiſſent: vt ſatis eleganter declarat Camer. *in repetition. l. imperialem, fol. 58. lit. T. & V. de prohib. feud. alienat. per Feder.* Thom. de Marinis *de feud. quæſt. 16. num. 1. & 6.* Reg. de Ponte *conſ. 21. numer. 36. cum ſeq. lib. 1.* vbi dicit, quòd ità paſſim deciſum vidimus: Rot. Rom. *in nouiſſ. recollect. per Farinac. par. 2. tom 2. deciſ. 272. numer. 2. 4. & 6.* vbi plenè tractat articulum, & allegat Lanar. *conſ. 96. num. 7 & 8.* Surd. *deciſ. 155. num. 5. & ſeq.* & Menoch. *de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 12. num. 87. & lib. 6. præſump 12. per totam.*

SVMMARIVM.

1 *Pactum adiectum in venditione prædij, vt ſi in futurum vendentis conſanguineus vellet pro ſe illud emere, quòd teneatur emptor relaxare, an perpetuum, vel temporale ſit cenſendum, & n. 5.*
2 *Pactum de retrouendendo per quantum tempus præſcribatur.*
3 *Ius offerendi, quod competit poſterioribus creditoribus per quantum tempus præſcribatur.*
4 *Redimendi ius, quod habet debitor aduerſus pignoratitium creditorem, quanto durat tempore.*

ARGVMENTVM.

Pactum adiectum in venditione prædij, vt ſi in futurum vendentis conſanguineus vellet pro ſe illud emere, quod teneatur emptor relaxare; an perpetuum, vel potiùs temporale ſit cenſendum? Pactum de retrouendendo per quantum tempus præſcribatur? & de aliis.

CAPVT CLVII.

PActvm in contractu venditionis alicuius prædij à venditore adiectum, vt ſi in præſentiarum, vel in futurum, affinis aliquis, vel conſanguineus ipſius vendentis pro ſe redimere prædium illud vellet, quòd teneatur emptor illi relaxare; dubitatur, an perpetuum, vel temporale ſit conſiderandum? 1

Hæc quæſtio ſemel mihi in facto euenit, & priuſquam *Doctorem* particularem eam decidentem inueniſſem, dicebam, triginta annorum ſpatio tale pactum expirare, ad inſtar perſonalis actionis; iuxta vulgata *in l. ſicut*, & in *l. omnes, C. de præſcript. triginta, vel quadraginta annorum*, prout magis communitèr, 2 eodem tempore pactum de retrouendendo præſcribi voluerunt *Doctores*, vt videre eſt penes Boër. *dec. 182. & dec. 351. n. 6.* Polydor. Rip. *obſeruat. 162.* & nouiſſimè per Ant. Fabr. *diffinit 3. & 4. citato tit. C. de præſcript. 30. vel 40. annor.* vbi ſic per Sabaudiæ Senatum deciſum refert; licèt centum annorum tempus requiri voluerit Camera Imperialis, vt per Minſyng. *obſer. cent. 1. obſeruat. 16.* quod etiam poſt alios tenuit Gomez. *variar. reſol. in tit. de emption. & vend. numer. 28.* Placet tamen prima opinio, quæ forſan limitari poſſet, & ſecunda procedere, quando in pacto eſſet adiecta clauſula illa, *totiès, quotiès*; nulla data temporis præſcriptione.

Hoc eodem tempore annorum triginta præſcribi 3 ius offerendi, quod competit poſterioribus creditoribus, contra priores, ad proprium pignus conſeruandum; voluit Vinc. de Franch. *deciſ. 69. num. 12.* & Ant. Fab. *diffin. 7. cit. tit.* vbi alitèr dicit circa ius offerendi, 4 & redimendi facultatem, quæ competit debitori aduerſus pignoratitium creditorem, vt nimirùm poſt centum annorum ſpatium valeat prædium pignori datum redimere; & late hoc idem probat Cacher. *deciſ. 115. per totam.*

In ſpecie tamen propoſita alitèr voluit Franc. 5

Stephan. *deciſ. 15.* nempè, vt tale pactum nulla certi temporis præfinitione vallatum ex contrahentium ſententia, non niſi ad municipalem legem referri, ita vt ſi affinis poſt decem, vel viginti, aut triginta annos comparere vellet, non audiatur; ſi lex municipalis dictat *pt.* intra menſem, vel annum locus ſit retractui; ſecus verò ſi lege municipali, moribus, aut conſuetudine, nulla eſt ad retrahendum præfinita dies; tunc enim actio, quæ ex tali pacto datur, non niſi triginta annis, vt reliquæ perſonales actiones, præſcribi poteſt; iuxta text. *in d. l. ſicut*, & ita conſului. In materia tamen præſcriptionis iuris Congrui vide Sempron. Aſciam *in determinat. 179. per totam*, vbi doctè ſcripſit.

SVMMARIVM.

1 *Pactum initum inter coniuges de perpetuo incolatu in certo loco habendo, validum eſt, & n. 2. 6. & 7.*

Et quid in foro animæ n. 3.

Limitatur n. 5. 8. 9. 10. 11. & 12.

4 *Text. in* l. Titio centum, §. Titio centum, il 2. ff. de condition. & demonſtrat. *declaratur.*

ARGVMENTVM.

Pactum inter coniuges in capitulis matrimonialibus celebratum de perpetuo incolatu in certo loco habendo, an de iure ſubſiſtat? vbi decil. S.C. & Rot. Rom.

CAPVT CLVIII.

1 PActum vbi inter coniuges in contractu matrimonij appoſitum de perpetuo incolatu in certo loco, ſub pœna, ſæpè controuerti ſolet, num validum, & licitum ſit cenſendum.

Reſpondetur, pro parte negatiua tenuiſſe Gomez. *variar. reſol. tom. 2. c. 10. in rubr. de Indiuid. num. 24.* & illam affert rationem; *Primo*, quia nemo tenetur ad facti promiſſionem præciſè: *Secundò*, quia eſſet quædam ſpecies ſeruitutis, argumento text. *in l. Titio centum, §. Titio centum, il 2. ff. de condit. & demonſtrat.* quæ à iure improbatur.

2 Contrariam verò ſententiam vti veriorem, vſuque receptam amplexati ſunt Hoſtien. *in ſumm. de coniug. ſeruor. § & an conſenſus, in fine*, Abb. Io. Andr. Andrar. Butr. & communiter omnes in *cap. 1. quima-trimon. conſ. poſſ.* quos ſecuti ſunt Diaz *de regul. vtriuſque iur. regul. 800.* & Syluest. *in ſumm. in verb. vxor, q. 8.* & ſic concluſum refert Capell. Tholoſ. *dec. 87.* & Franc. Marc. *deciſ. 740. in princ.* & Lup. *in rep. rubr. cap. per veſtras, in princip. in verſ. quoad primum, §. 2. in fin. de donat. int. vir. & vxor.* Capyc. *deciſ. 195.* qui ſimiliter hanc opinionem tenet, licèt in diſcurſu teneat, valere pactum, quatenus ſit in beneficium vxoris, quæ habet ius in viro: allegat Gloſ. *in cap. 1. de coniug. ſepr.* ſed nec prælegati Doctores, & præſertim Franc. Marc. & Diaz nullam fecerunt differentiam, ſi in beneficium vxoris, vel Parentum allegâtes cauſas intereſſe parentum pro appoſitione huius pacti: & ſic concludunt; cum quibus indiſtinctè etiam pertranſit Sylu. Nuptial. *lib. 2. in verb. diuitiarum, eſt nubendum, poſt num. 8. in fine* & Nauar. *in Manual. in verb. de peccat. coniugat. quæſt. 2. 4. num. 29.* vbi etiam in foro animæ dicit, quòd exiſtente tali pacto mulier non 3 tenetur ſequi virum; ſic etiam firmans Vrſil. ad Affl. *deciſ. 507. num. 2.* qui adducit Lup. & Capel. Tholoſ. licèt per priùs retulerit Capyc. *in ſupra allegata deciſ.* Eandem etiam opinionem ſecuti ſunt Andr. Sicul. *in cap. cæterum, 2. col. de iuram. calumn.* & Bart. de Baldin. *in apoſtill. ad Abb. in d. cap. 1.* & Iacob. *in ordin. de iur. dot.* a Gomez adductus, Genuenſ. *in praxi. iudic. Eccleſ. quæſtion. 772.* illamque veriſſimam eſſe in facti contingentia decidit Sacrum Conſilium Regni huius, vt teſtatur Gizzarell. *deciſ. 119.* Et iterùm nouiſſimè de anno 1628. menſe Iulij in cauſa D. Beatricis Maiorga cum Ill. D. Ioſepho Galeota Principe Monſteracij, penes Borrellum Sacr. Conſ. actorum Magiſtrum.

Non obſtat text. *in d. §. Titio centum*, quem pro 4 contraria opinione adduxit Gomez. Quia loquitur in teſtatore legante, & non acceptato legato cum tali conditione à legatario; at nos ſumus in pacto appoſito in contractu ſecuto, & conſummato omnium contrahentium voluntate; & ſic militat Regula, Quod à principio voluntarium, ex poſt facto neceſſarium. Et ratio, quæ ducitur de ſeruitute, non procedit, quia dum poteſt ſe vendere liber homo ad pretium participandum *vt in l. ſi manumiſſum, §. 1. de ſtat. homin.* & in *§. penult. Inſtit. de iur. perſon.* ergo multo fortiùs poteſt operas ſuas locare in perpetuum, & tale pactum etiam promittere, ſecundùm opinionem Petri *in l. antiquitus, C. de vſufr.*

Limitant tamen hæc omnia citati Doctores, & 5 prædictam reſtringunt opinionem, ſi cauſa ſuperuenerit, propter quam hoc pactum obſeruari non poſſet; vt putà ob infirmitatem, & aëris intemperiem, vel ſuperuenientes inimicitias capitales, ſecundùm quorum ſententiam comperimus, anno præterito determinaſſe Rotam *in vna Tridentina matrimonij coram Ill. D. Celſo*, cuius quidèm deciſionis tenor adhùc non impreſſus eſt ſequens.

Mercurij 27. Iunij 1646.

In Capitulis matrimonialibus inter Iacobum Fer- 6 rum, & Euam Scaiteriam initis conuentum fuit, quòd idem Ferrus teneretur habitare in Germania, & præcipuè Auguſtæ, ſiuè Bulſani; Verùm quia ob aëris intemperiem ſibi penitùs aduerſi, & inimicitias capitales contractas, non poterat ibi morari, niſi cum maximo vitæ diſcrimine; ideò ad Ciuitatem Bononiæ eius Patriam vnà cum dicta vxore ſe conferre decreuit: ſed recuſante ipſa è Germania diſcedere, & lite in Partibus introducta, plures emanarunt hinc indè ſententiæ: Prima, nempè ad fauorem Iacobi: Secunda verò, & Tertia illius moderatoriæ, à quarum vltima cùm appellatio fuerit mihi commiſſa, propoſui dubium: An Ferrus teneretur ſeruare pactum, de non traducendo vxorem extra locum conuenta? & Domini ipſo tantùm informante fuerunt Negatiuam amplexi.

Nam licèt ſatis controuerſa ſit quæſtio, an pacta 7 huiuſmodi inter Coniuges de non recedendo à certo loco, veniant de iure ſeruanda? cuius Affirmatiuam tenet Villalob. *comm. opin. verb. vxor, num. 74.* Emmanuel Soarez *recept. ſenten. vod. verb. num. 110.* Pont. *de matrim. lib. 2. c. 20. num. 8.* Negatiuam verò latè tuetur

tuetur Couar. *tit. de matrim. par. 2. c. 7. num. 5.* Gomeſ. *var. reſol. lib. 2. cap. 10. de Indiuid. num. 24.* Sanazar. *de ſponſal. & matrim. c. 4. n. 37. & ſeqq.*

8 Certum eſt tamen, quòd quando iuſta, & legitima ſuperuenit cauſa, ob quam maritus in loco conuento inhabitare non valet, tunc vxor maritum tenetur ſequi; etiam non obſtante pacto: Abb. *in c. 1. num. 5. verſ. & hoc verum: qui matrim. accuſ. poſſ.* ibiquè Præpoſit. *eod. num. verſ. niſi nouus caſus*, Hoſtienſ. & Io. Andr. *in pr.* Butr. *num. 9. verſ. quæro*, & Anchar. *num. 5.* Tiraquell. *de legib. connub. l. 1. gloſ. 1. n. 37. in fin. verſ. atquè etiam*, Palat. Ruuios *in rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 2. n. 3. ver. quod tamen intelligunt*, Rebuff. *de priuil. ſchol. priu. 76. n. 6. ver. eodem tenore*, Simon de Præt. *de interp. vlt. vol. lib. 4. dub. 8. n. 55. verſ. intellige, & declara*, Giurb. *ad Conſuet. Meſſan. par. 1. c. 1. gloſ. 1. n. 49. ver. & ſi matrimonij tempore*, Azeued. *lib. 6. recopil. tit. 3. l. 29. circa finem*, Cancer. *var. lib. 3. cap. 7. num. 9. verſ. niſi aliqua*, Burſat. *conſ. 207. num. 13. verſ. maritus tamen, lib. 2.* Bimius *conſ. 253. num. 47. lib. 3.* Capel. Tholoſ. *dec. 87. num. 1. verſ. niſi aliud*, Capyc. *dec. 135. n. 2.* Vrſil. ad Afflict. *dec. 307. num. 7. ver. & meliùs.* Franc. Marc. *deciſ. Parlam. Delphin. 740. n. 2. ver. & hoc verum, par. 2.* & fuit deciſum in *Fauentina datis 11. Martij 1624. coram bo. me. Coccino.*

9 Quæ opinio procedit, etiam ſi huiuſmodi pactum fuerit iuramento firmatum, vt probat Abb. *in d. c. 1. numer. 5. verſ. nam ſic daretur*, ibiquè Alex. de Neuo, *num. 6. qui matrim. accuſ. poſſ.* optimè Sanchez *de matrim. lib. 1. diſp. 40. n. 2. & 4.* quem refert, & ſequitur Pont. *eodem tract. cap. 20. n. 8. in fin. verſ. limitanda tamen, lib. 12.* In propoſito autem caſu ſatis docet Ferrus de ſuperuenientia iuſtæ cauſæ; dum probat neceſſitatem recedendi à locis conuentis, & reuertendi ad Patriam, ad effectum ſe liberandi ab infirmitatibus iam incurſis, vt conſtat ex diſpoſitionibus teſtium, & præcipuè Medicorum, quibus tanquam in arte peritis ſtandum eſt; *l. ſeptimo menſe, ff. de ſtat. homin. l. ſemel, C. de re milit. lib. 12.* Bart. *in l. 2. n. 3. verſ. quæro, de teſtam.* Bald. *conſ. 237. num. 1. verſ. de quo ſtandum eſt, lib. 2.* Rot. *Diuerſ. dec. 620. n. 3. par. 1.* & coram ſan. me. Gregor. *dec. 125. n. 9.* Caualer. *dec. 220. n. 6. & deciſ. 778. n. 2.* coram Buratto.

10 Quæ quidèm cauſa infirmitatis, ad effectum, de quo agitur, iuſta, & ſufficiens reputatur; vt per Sylueſtr. *in ſumma, verb. Vxor, q. 8. verſ. quia ſic*, Angel. de Clauaſ. paritèr *in ſumma, eodem verbo, num. 9. verſ. niſi poſt pactum.* Et in ſpecie de infirmitate contracta, vel periculo illam contrahendi ob Cœli intemperiem, & aëris inſalubritatem firmat Hoſtien. *in ſumma, tit. de coniug. ſeruor. n. 5. in fin.* Henric. Boich. *in cap. de illis, n. 2. verſ. & dico, de ſponſal.* Capibl. *de iur. Baron. pragmat. 9. ſub n. 51. verſ. limita*, Pelaez *de maioras. part. 1. q. 57. n. 53. & ſeqq.* Sanchez *de matrim. diſp. 40. num. 3.* Farinac. *de delict. carn. q. 141. num. 281.* Capell. Tholoſ. *d. dec. 87. n. 1. verſ. niſi aliud.*

11 Concurrit etiam cauſa inimicitiæ contractæ in dictis locis, de qua deponũt iidem teſtes *in Summ. Iacobi n. 4.* quam paritèr eſſe legitimam, & ſufficientem, vltra Doctores proximè allegatos probat Nauarr. *in manual. c. 14. ſub n. 20. verſ. niſi verò*, Bernard. Diaz *reg. 800. verſ. qui ponit exemplum*, Ricc. *in collect. deciſ. collect. 1789. verſ. vbi limitat.* Et quòd Iacobus omnia ſua bona habet Bononiæ, & nihil penitùs poſſidet in locis prædictis, neque in tota Germania, ita vt malè, & cum maxima iactura ſuæ ſubſtantiæ ibi domicilium perpetuum retinere poſſit.

12 Et hanc ſententiam eò libentiùs Domini fuerunt amplexi, quia cauſa recedendi ab huiuſmodi pacto, remittitur vt plurimùm arbitrio Iudicis, qui perpenſis omnibus circunſtantiis poteſt ex facti contingentia omnia eius arbitrio moderari, ad tradita per Maſul. ad Capyc. *deciſ. 135. num. 8.* Menoch. *de arbitr. caſ. 469. per tot.* facit text. *in l. Mæuia, §. vxore, ff. de ann. legat.* Et in dubio cùm arbitrium reguletur à iure, eam Iudex debet capere reſolutionem, quòd vxor virum ſequi teneatur; vt eſt text. *in can. vnaquæque, 13. quæſt. 2.* Gloſſ. *in cap. ſi quis neceſſitate, in verb. eum ſequi, in fin. verſ. vel dic. 34. quæſt. 2.* Bart. *in dicta l. Mæuia, § vxore, num. 4. ff. de ann. legat.* cum aliis adductis per Tiraquel. *de legib. connub. l. 1. num. 8. & 12.* & tradit Menoch. *de arbitr. caſ. 364. n. 8. & ſeq.* Præſertim quia aliàs daretur occaſio incontinentiæ; vt ponderat Abb. *in dicto cap. 1. num. 5. in fin.* Henric. Bohic. *in cap. de illis, num. 2. verſ. tunc enim. de ſponſal.*

Et ità, &c.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſpecies proponitur.*
2 *Pactum quale dicitur perſonale, & quod reale, & n. 3. 4. & 5.*
6 *Immunitas à ſolutione gabellæ conceſſa Titio pro fructibus eius prædij nũm tranſeat ad emptorem eiuſdem prædij.*
7 *Immunis an quis ſit à ſolutione gabellæ pro fructibus prædij, empti à Fiſco, vel Eccleſia.*
8 *Succeſſoris appellatione in dubio non veniunt niſi vniuerſales.*
9 *Text. in* l. qui Romæ, §. cohæredes, ff. de verb. oblig. *pro quæſtionis reſolutione ponderatur, & declaratur.*

ARGVMENTVM.

Pactum illud, quod in diuiſione duarum domorum communium vnus tantùm frater fratri ſuo fecit, nè poſſet in poſterùm domum, quæ ſibi contigit, aliis vendere, niſi in ſcriptis fratre priùs requiſito, nùm reale, vel potiùs perſonale cenſendum ſit? elegans, ac noua indagatio, vbi deciſio *Sacri Conſilij.*

CAPVT CLIX.

PACTVM an reale, vel perſonale erit 1 cenſendum, ſi facta diuiſione inter duos fratres de duabus eorum domibus contiguis, vnus dumtaxat alteri pactum fecerit, nè illi liceret domum, quæ ſibi contigit, aliis vendere (cum ſpeciali illius domus obligatione) niſi in ſcriptis fratre priùs requiſito; ad hoc vt ſi voluerit, cæteris quibuſcunquè emere volentibus præferatur; & ſi domus illius, cui fuit facta hæc promiſſio, ad alium titulo particulari peruenerit, an teneatur promittens, domum ſuam vendere intendens, requirere ſucceſſorem

illum particularem, vigore illius pacti in diuiſione inter dictos fratres initi?

Reſpondeo, abſque ſcrupulo perſonale tale pactum cenſeri, ac proindè hanc prælationem ſingulari ſucceſſori non competere: quod his ſequentibus mediis probo, conſiderando. *Primò* hoc pactum licèt reale, reſpectu domus illius, qui promiſit, ob hypothecam, & obligationem de non alienando factam, cum ſpeciali illius domus obligatione; iuxta tradita per Neguſ. *tract. de pignor. in 2. par. prin. num. 5.* & quæ ſcripſit Mant. *de tacit. & ambig. conuent. lib. 4. tit. 30. per totum*; perſonale tamen eſſe reſpectu illius, cui facta eſt promiſſio: nam cùm initum illud ſit in diuiſione inter hos duos fratres facta, ideò ſic contractum, vt ambæ hæ domus, quæ paternæ fuerant, in eorum Deſcendentibus conſeruarentur, & conuenientius eſſe, vt vendere cupiens ſuam, alter, & non extraneus illam emat: hanc enim, neceſſariò eſt aſſerendum, fuiſſe promittentis mentem, & illius, cui fuit facta talis promiſſio; hocquè illos impuliſſe ad ſic contrahendum: nam ſi ſecùs, ad quid tale pactum peragendum? vtiquè enim ſi frater ille, cui fuit facta hæc promiſſio, animum domum propriam vendendi habuiſſet, hanc prælationem tanquam ſibi non neceſſariam haud quæſiuiſſet, nec alter ſic pollicitus eſſet.

2 Et hoc credo voluiſſe firmare Dom. Cardin. Tuſch. *pract. concl. lit. P. concl. 10.* vbi declarando, quale perſonale, quodvè reale dicatur pactum, *n. 15.* querit, perſonale, an reale in dubio debeat cenſeri? & ex Crauet. *conſ. 929.* firmat, quòd ex mente, & cauſa diiudicatur, prout in caſu noſtro, his mediis, pactum initum fuiſſe perſonale conſideratur, ex mente ſcilicet iſtorum fratrum; quæ, vt diximus, fuit, vt in caſu alienationis ad ipſorum vnum vtraque domus perueniret, & non ad alios, ex cauſa, vt in propria progenie conſeruaretur: cùm igitur in caſu, de quo agimus, hæc omnia ob alienationem factam ab illo, cui fuit facta hæc promiſſio, ceſſent, conſiderata ad præſens perſona, quæ particulari titulo, ſcilicèt emptionis in domo prædicta ſucceſſit, ceſſare etiam debet quæuis diſpoſitio, quæ attento vinculo iſtorum fratrum in diuiſione fuit facta.

3 Pergit vlteriùs *Tuſch.* quòd quando ex verbis conſtat, quòd ratione perſonæ, puta meritorum, fuerit pactum initum, tunc perſonale cenſetur. Et rurſus ex eodem Crauetta diſtinguit, & caſum noſtrum in puncto determinat, quòd licèt in dubio reale cenſeatur quoad hoc, vt tranſeat ad hæredes, non autem, vt ad ſingulares ſucceſſores; & quamuis hæc promiſſio ab vno tantùm fuerit facta, & alter, cui fuit prælatio promiſſa, vti poſſeſſor domus, quæ ipſi contigit, talem promiſſionem receperit, non per hoc ſequitur, vt particulari titulo ad alium domo illa tranſlata, qui ſucceſſit, eandem prælationem

4 conſequi poſſit; & ita pactum reale dicatur: tunc enim pactum rei contemplatione factum cenſetur, & ſic reale, quando verba non ſunt concepta in perſonam, ſed in rem ipſam, quia ſi in perſonam concepta ſunt, etiam quòd eſſent contemplatione rei, adhùc tamen diceretur perſonale; vt ex text. *in l. qui in futurum 58. §. ſi ex altera, ff. de pact.* probant Duaren. *in l. ſi marito, §. 1. in fine, ff. ſolut. matrim.* Mant. *de tacit. & ambig. conuent. lib. 1. tit. 7. num. 3.* & ex pluribus iuribus, nempè *l. 1. §. permittitur, ff. de aqua quotid. & æſtiu. l. forma, §. quanquam, ff. de cenſib.* & aliis probant Gloſ. *in cap. cùm veniſſent, in verb. fuiſſe, de inſtit.* Bart. *in l. 1. num. 2. ff. de conſt. pecun.* Ruin. *conſ. 117. numer. 16. in fine, lib. 1.* & Barbat. qui hos, & alios citat in *l. quia tale 14. ſub num. 2. verſ. his ita explicatis, & ſub num. 4. verſ. ſi autem, ff. ſolut. matr.* vbi citat Gloſ. *in clem. 1. in verb. ad excolendas, ad finem, de Decim.* & iterùm *in eadem . quia tale, ſub n. 25. & 26.*

In caſu verò, de quo agimus, verba pacti prædicti non ſunt concepta in rem, ſed in perſonam; inquit enim, *Nè illi liceret domum, quæ ſibi contigit, aliis vendere, niſi in ſcriptis, fratre prius requiſito, ad hoc vt ſi voluerit cæteris quibuſcunque emere volentibus præferatur:* hoc igitur modo pactum non erit reale, vt tranſire poſſit cum ipſa domo, ad quemcunque illa peruenerit, & ſic ad ſingulares ſucceſſores. 5

Hinc, vt aliàs dixi *lib. 1. cap. 169.* immunitatem alicui Magnati conceſſam, vt pro fructibus eius ruris quoad gabellarum ſolutionem immunis reputetur, non per hoc, ſi rus illud ad alium titulo particulari tranſeat, ſucceſſori prodeſſe; quia per mutationem illius perſonæ, cui fuit facta conceſſio, fuit etiã ruris mutata conditio; argumento *l. Paulus*, aliàs incipit, *per Procuratorem 89. ff. de acquir. hæredit. l. fin. in fine, C. de inoffic. teſtament.* ſic in emente à Principe, Fiſco, vel Eccleſia firmarunt Bertach *de Gabel. par. 10. ſub n. 23.* Capyc. *in inueſtit. feud. in verb. feudatariorum immunitas, verſ. ementes, fol. 246.* vbi allegat Luc. de Pen. *in l. ementes, C. de iur. Reipub. lib. 11.* hoc idem Peregr. *de iur. Fiſc. lib. 6. tit. 4. n. 46.* Io. de. Amic. *conſ. 18. n. 4.* & aliis omiſſis Bertaz. *de clauſul. inſtrument. clauſul. 21. gloſ. 24. in prin.* vbi ex Curt. Iun. *conſ. 60. n. 10.* id procedere firmat, etiam ſi Princeps venderet rem cum ſuis immunitatibus, & exemptionibus, quibus vti conſueuerat, emptori *pro ſe, & ſuis hæredibus* recipienti, quòd huiuſmodi exemptio ad ſingularem ſucceſſorem non tranſiret: quam concluſionem abſque ſcrupulo veram credo, etiam ſi adiectum eſſet *ſucceſſoribus*, vt adhùc ſingulares nullatenus comprehendantur; appellatione enim *ſucceſſoris*, niſi ſuperadderetur *cuiuſcunque*, in dubio de vniuerſali tantùm intelligitur, non autem de ſingulari; *l. quadam, §. nihil intereſt, ff. de edendo*, & *l. dabimus, §. ſi quis cùm tutor*, vbi Rip. *numer. 2. ff. de priuileg. cred.* & Felin. *in capit. quia hi, de iudic. num. 5.* vbi id expreſſis verbis firmat, & allegat Bald. *in l. emptorem, C. locat.* & Imol. *in l. quod dicitur, ff. de verb. obligat.* vbi dicit, quòd inueſtitus *pro ſe, & ſucceſſoribus ſuis*, intelligitur de vniuerſalibus, & non de particularibus. 6 7 8

Inſuper hæc noſtra ſententia confirmatur ex punctuali deciſione text. *in l. qui Romæ, §. cohæredes, ff. de verb. obligat.* vbi ita ait Scæuola, *Cohæredes cùm prædia hæreditaria diuiſiſſent, vnum prædium commune reliquerunt ſub hoc pacto, vt ſi quis eorum partem ſuam alienare voluiſſet, eam vel cohæredi ſuo, vel eius ſucceſſori venderet centum viginti quinque. &c.* vbi notandum eſt, quòd in eo pacto, vt in venditione præferatur cohæres, fuit non ſolùm expreſſa perſona cohæredis, ſed etiam ſucceſſoris, inquit enim, *eam vel cohæredi ſuo, vel eius ſucceſſori venderet*, quod ſignum euidens eſt, ideò fuiſſe expreſſam etiam perſonam ſucceſſoris, quia ſi expreſſa non fuiſſet, tale pactum in beneficium illius non porrigeretur, ſed tantùm in perſonam cohæredis, non etiam ſucceſſoris locum haberet; ita expreſsè, & punctualitèr voluit Socin. *in eodem §. n. 5.* vbi dicit, ita intelligendum, quòd talis promiſſio non tranſiret ad ſucceſſores, aliàs viderentur verba illa ſuperfluè poſita. 9

Et ita ſecundùm hanc noſtram opinionem, cùm de propoſita quæſtione diſputari contigiſſet in S. C. Regni huius intèr hæredes pupillos quondam Horatij de Afflicto actores, & Philippum Ferrarium conuentum, cuius partes ipſe tuebar per hunc Supremum Senatum deciſum fuiſſe ſcio, referente Domino Ioanne Franciſco Sanfelicio Regio Conſiliario digniſſimo, & cùm pro dictorum pupillorum parte, qui in cauſa ſuccubuerunt, fuiſſet aduerſus deciſionem

deciſionem hanc in integrum reſtitutio petita, facto demum verbo in hac die 20. Octobris 1629. per Dominum Scipionem Theodorum, ſimiliter Regium Conſiliarium meritiſſimum, per Sacrum Conſilium declaratum fuit, non eſſe deferendum petitæ in integrum reſtitutioni, penes Figliolam pro Amico Sacri Concilij Actorum Magiſtrum, &c. Poſt hæc ſcripta vidi *deciſ.* 172. D. Reg. Sanfelicij in hac cauſa emanatam.

SVMMARIVM.

1 *Pactum de retrouendendo ad certum tempus collatum, eo elapſo ampliùs exerceri non poteſt.*

Et an ſit illud licitum in foro conſcientiæ, n. 2.

Et quid ſi adeſſet læſio in pretio, ibidem.

3 *Contractus cenſetur vſurarius, quotiès ſit venditio cum pacto de retrouendendo, pretij modicitate concurrente.*

4 *Tempus quodnam attendi debet, vt rei valor inſpiciatur.*

5 *Minor non reſtituitur aduerſus lapſum temporis adiecti in pacto de retrouendendo.*

6 *Pactum de retrouendendo ad certum tempus collatum an apponi poſſit in contractu venditionis annuorum introituum, & numer.* 12.

7 *Pactum de retrouendendo an ſit licitum, vbi apponitur, vt exerceri illud poſſit poſt tantum temporis, & non ante, & n.* 8.

Et quid in venditionibus annuorum introituum, n. 9.

10 D. Marcellus Marcianus *Regius Conſiliarius commemoratur.*

11 D. Io. Camillus Cacacius *commemoratur.*

12 *Contractus venditionis annuorum introituum num iure ſit improbatus, vbi in eo appoſitum eſſet pactum de retrouendendo ad certum tantùm tempus, & non vltra.*

Et quid ſi data eſſet emptori facultas ſortem repetendi, n. 13.

14 *Pactum de retrouendendo in rei venditione appoſitum an ſit licitum, ſi conuentum ſit, vt exerceri poſſit per emptorem tantum, num.* 15.

ARGVMENTVM.

Pactum de retrouendendo in contractu cenſuali ad certum tantùm tempus collatū, an de iure ſubſiſtat, ita vt elapſo illo tempore per venditorem annui cenſus exerceri non poſſit. Et quid ſi è contra fuerit dictum, vt perpetuò exerceri poſſit, elapſo tali tempore, & non ante; & quid ſi appoſitum eſſet in venditione aliarum rerum? Facultas redimendi annuum cenſum, quæ ſemper debet eſſe libera in perſona venditoris, nùm per eius fideiuſſorem pacto reſtringi poſſit, vt redimat infra certum tempus? & de aliis.

CAPVT CLX.

PACTVM de retrouendendo ad certum 1
tempus collatum, quòd eo elapſo non
poſſit exerceri, de iure abſolutum eſt;
per text. *in vulgata l.* 2. ibi, *quandocunque, vel intra certa tempora*, *Codic.*
de pact. int. emptor. & vend. vbi communiter DD.
Bald. *conſ.* 108. *lib.* 5. Tiraquell. *de retract. conuent.*
§. 1. *gloſ.* 2. *numer.* 40. & 42. Socin. Iun. *conſ.* 46. *num.* 3.
lib. 4. D. Ludouiſ. *deciſ.* 559. ac proindè licite poſſe
in contractibus apponi, etiam in foro conſcientiæ, 2
dixit Cæpoll. *in tit. de ſimulat. contract. in* 12. *præſumpt.*
numer. 94. *in nouiſſimis*, niſi, addit Vrſill. ad Afflict.
deciſ. 73. *numer.* 3. adeſſet læſio in pretio, quo caſu
pactum ſemper exerceri poſſet: & ita pluries per
Sacrum Conſilium deciſum teſtatur, quotiès enim
cum pacto de retrouendendo pretij iniuſtitia con- 3
currit, dixit Afflict. *deciſ.* 65. vſurarium cenſeri contractum, & ſic pactum temporale, perpetuum efficeretur: Iacobin. *in l. mutuum, in princip. ff. ſi cert. petat.* Socin. Iun. *conſ.* 104. *lib.* 3. & alij relati per D. Card. Tuſch. *pract. concluſ. lit. P. concl.* 30. *à num.* 10. *ad* 13. vbi dicit, tempus venditionis attendendum
eſſe, non autem finiti pacti, vt rei venditæ valor con- 4
ſideretur, & pretij modicitas dignoſcatur; & *num.* 14. hanc concluſionem, nimirùm pretij iniuſtitia non concurrente, quod poſt tempus pactum exerceri non poſſit, ampliat, vt neque hæres minor prætextu mi-
noris ætatis aduerſus lapſum termini reſtitui poſſit, 5
niſi ignorantia concurreret, quia tunc ex clauſula generali eum reſtitui debere putat; citat Bero. *conſ.* 121. & *ſeq. lib.* 3. & Tiraquell. *loco cit. num.* 54. vbi firmauit, vt nec etiam prætextu ignorantiæ reſtitui poſſit; licèt demum *n.* 57. de hoc dubitauerit.

An autem idem dicendum ſit, ſi tale pactum ap- 6
poſitum eſſet in venditionibus annuorum introituum, inferiùs dicemus.

Sed videndum eſt, an hoc pactum ſit ſemper iure 7
licitum, quouis modo in contractibus apponatur; & negatiuè reſpondendum videtur; non enim valere dixerunt Hoſtienſ. & Ioan. Andr. per illum text. *in cap. ad noſtram, de empt. & vendition.* quotiès appoſitum eſſet, vt exerceri non poſſit, niſi poſt quinque, ſex, octo annos, &c. & non antè, ita vt non niſi poſt tale tempus redimendi facultatem habeat venditor. Ratio eſt, quia hoc caſu apparet, quòd emptor voluit eſſe pro illo tempore in lucro percipiendorum fructuum, dubitauit enim, quòd venditor eſſet de proximo redempturus, & ita apponi procurauit tale pactum, vt certus ſit de commodo, & lucro ſuæ pecuniæ, vndè dixerunt præfati *Doctores*, fraudem inſurgere, & proindè pactum illicitum, & vſurarium eſſe: hanc eandem ſententiam ſecutus fuit B. Bernard. *tract. de contract. & vſur. in* 13. *ſermon. art.* 2. *cap.* 1. Hoſtienſ. tantùm, & Ioan. Andr. *loco ſupra cit.* allegando, nec ab illa diſcedere videtur, immò omninò eam amplecti Aymon. Crauett. *conſ.* 156. *à numer.* 5.

8 Contrarium tamen, & melius firmauit Bald. *in cap.1.num.7. verſ. quæro de quibuſdam pactis, in tit.de feud.dat.in vic.leg.commiſſ.* nimirùm pactum, de quo agimus, licitum eſſe, nec ex eo contractum fœneratitium, ſiue vſurarium oriri, quia nulla Lex, vel Canon hoc dicit; Baldum ſecuti fuere Iaſ.*conſ.153.lib.4.* de quo meminit Card. Tuſch. *loco cit. concl.26. num.5.* Cæpol.*vbi ſup.in 10.præſump.num.90.* vbi declarando *Bald.* id verum eſſe aſſerit, niſi alitèr de fraude, & contractus ſimulatione conſtaret, vt quia cum hoc pacto aliæ adeſſent coniecturæ, & præſumptiones, ex quibus fraus dignoſceretur, prout *in dicto cap.ad noſtram*, in quo Summus Pontifex non tantùm in dicto pacto ſe fundat, ſed etiam in pretij enormitate: *& in cap.illo vos, extra.de pignor.* in quo etiam dictum pactum improbari videtur, concurrentibus tamen coniecturis & præſumptionibus, ex quibus contractus diſcernitur vſurarius, vt *ibidem*: idemquè Vrſill. ad Afflict. *d. dec.65. num.4.* & in fortioribus terminis omnium optimè, notantèr, & latè D. Reg.Con-
9 ſtant. *in tit. de fiſcal. vſur. num.* 40. vbi inueſtigando, an hoc pactum valeat appoſitum in emptione annuorum introituum, vt non liceat venditori intra certum tempus annuos redditus venditos redimere, ſed poſt, quicquid ſibi dixerint Couar. Lup. Roder. & alij, quos citat, ratione, & authoritate fundat, tale pactum validum, ac omni iure firmum eſſe. Vide eum, quia ſatis doctè pro more locutus fuit: illud tantùm tanti Viri dictis addendo, nimirùm ſecundùm eius ſententiam in facti contingentia deciſum fuiſſe; nam cùm caſus diſputandus contigiſſet in Sacro Conſilio Regni huius de menſe Iunij anni 1625. iunctis duabus Aulis fuit ſolemnitèr deciſum pro hac opinione, vt teſtatur Reg. Scipio Rouitus poſt hæc ſcripta impreſſus, *dec.33.* in cauſa Iulij Sardi cum Duraſtante de Roſatis, à quo emerat Iulius annuos redditus ducatorum quingentorum octuaginta vnius pro capitali ducatorum ſeptem millium, & quingentorum; cum pacto, quòd non liceret Dura-
10 ſtanti intra annum redimere: Commiſſarius fuit præſtantiſſimus ille Vir Dominus *Marcellus Marcianus*, qui vti olim inter cauſarum Patronos fuit primus, nunc inter Senatores eſt nemini ſecundus, pro
11 Iulio patrocinante omnium ſcientiarum Magiſtro Domino Præceptore meo *Ioanne Camillo Cacacio* cauſarum Oratore primario, vitæ integritate, ac doctrinæ eminentia ornatiſſimo, nunc Regij Patrimonij Præſidente vigilantiſſimo, & in Supremo Italico Senatu Regente electo, qui pactum hoc, ſolemniſſimo *Reſponſo*, quod impreſſum cum aliis eruditiſſimis quantò citius (Deo dante) habebimus, validum eſſe firmauit. Actuarius fuit Turinus pro Cantone.

12 Non ſic tamen è contra dicendum, ſi in contractu venditionis annuorum introituum appoſitum eſſet pactum, vt liceret venditori intra certum tempus tantùm, putà quinquennium, decennium, &c. annuos redditus, ſiuè cenſum venditum redimere, quo elapſo amplius redemptio fieri non poſſit, ita vt perpetuus remaneat cenſus; vel ſi dictum fuerit, vt in cenſus emptoris arbitrio remaneat, & poteſtate, poſt idem tempus ſortem, ſiuè cenſus pretium repetere, in his enim duobus caſibus multorum authoritate probarunt *Cenc.* pactum illicitum, & reprehenſibile; *in tract.de cenſibus, par.2. capit.1. quæſtion.3.art.8. numer.37.& 38.* & Maſtrill.*in addition. ad Petr. de Gregor.quæſt.5.n.267.cum pluribus ſeqq.* Medic. *conſ.114. numer.1.* vbi dicit, ſic pluries per Sac. Conſ.deciſum; quemadmodum iniuſtum, & implicitè vſurarium
13 communis Schola Scribentium damnauit contractum illum, vbi emptor à principio venditorem obligaret, vt quando emptor ipſe voluerit, cenſum redimat venditor; hæc enim redimendæ facultas in venditoris perſona tantùm à Summis Pontificibus collata fuit; quia aliàs mutuum interueniret implicitum, & pro eo lucrum, cùm emptor intermedias lucraretur penſiones, & venditor integram reddere ſortem, cùm voluerit emptor, cogeretur; quod perniciosum eſt, niſi vellet penſiones in ſortem excomputare; idque tam attenta Bulla *Nicolai*, inſerta in *pragm.1.de cenſibus*, quàm *Pij V.* ita dixerunt Cenc. *loco cit.num.17.& 8.* vbi infinitos allegat, præſertim Rot. Rom. *deciſiones* Maſtrill. *vbi ſupra, numer.237. & 254.* Salas *de contract.tit.de cenſib. dub.25.numer.4. & 5.* Roder. *de annuis reddit. lib.2.quæſt.13. num.28.* Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.8.tit.22.n.22.* Gratian. *diſcep t.forenſ.to.1.cap. 14.num.1. & cap.49. num.15.* quibus in locis hoc indubitantèr procedere dixerunt inter emptorem, & venditorem cenſus; ſecùs verò, vbi tale fieret pactum inter venditorem, & illos, qui pro eo in tali venditione fideiuſſerunt; illorum enim reſpectu validum cenſetur pactum, vt debitor teneatur redimere cenſum infra certum tempus, exemplo conuentionis factæ per debitorem de eximendo fideiuſſorem ab obligatione ad eius fauorem præſtita; quæ etiam dicitur valida: *l. huius, ff. mand.c.fin.* vbi Gloſ.*in verb.ſi diu, verſ. quartus eſt, de fideiuſſor.l.fideiuſſor pro venditore, ff.eod.*

Sed videamus, an idem dicendum ſit, ſi pactum 14
hoc appoſitum eſſet in emptionibus aliarum rerum, vt putà agrorum, domorum, &c. & idem putauit Cæpoll. *loco cit. num.92. in 11.præſumpt.* nimirùm illicitum eſſe, vbi appoſitum eſt pactum, quòd emptor teneretur reuendere vſque ad certum tempus, & demùm remaneat in ipſius emptoris libertate venditorem quandocunque ad redimendum cogere, & ita dicit in effectu tenere Hoſtienſ. *in ſumm. de vſur. §. fin.num.2.* vbi dicit, malam eſſe præſumptionem contra creditorem, quando vult, vt ſit in eius poteſtate, an velit reſcindere.

Sed certè *Capoll.* opinio in hoc caſu tuta non eſt, 15
& contraria verior, etiam ſi pactum hoc retrouendendi à principio in fauorem emptoris tantùm appoſitum eſſet, nimirùm vt venditor ſi emptori placuerit, redimere teneatur; ita Leſſ.*de iuſt. & iur. lib.2. cap.21.dub.14.num.117.* à quo diſcedere non videtur Salas *loco cit. num.3. verſ. quartò hoc pactum,* vbi alios allegat, ſed eo caſu, putauit *Leſſius*, debere emptorem rem illam emere pluris, quam ipſa per ſe valeret, vel quanti poſſet retrouendere. Rationem aſſignat, quia talis emptor rem in perpetuum conſequitur quantum ex ipſius parte eſt, perindè ac ſi alius abſque vllo pacto appoſito rem emeret, cùm autem venditori grauamen imponat, illud cum re pretio æſtimabili compenſare debet; non ſic tamen, ſubdit Leſſ.*n.120.* authoritate Medin. *quæſt.vlt. de vſur.* ſi pactum hoc appoſitum eſſet in vtriuſque fauorem, ita vt in venditoris poteſtate ſit redimere, & emptoris reuendere, cùm voluerit; quia tunc res debet minus vendi, quàm per ſe valeat, pluris tamen, quam ſi cum pacto redimendi in fauorem ſolius venditoris venderetur.

SVMMARIVM.

1 *Pactum de retrouendendo tranſit tam ad heredes venditoris, quam emptoris.*

2 *Pactum de retrouendendo an exerceri poſſit per venditorem contra tertium poſſeſſorem, & n.3.*

4 *Pactum de retrouendendo poteſt alteri cedi, ſed*

ſed an tunc emptor illud emere volenti præferatur, & n.14.15.& 16.

5 *Dominus cenſus præfertur emere volentibus rem cenſui ſuppoſitam.*

6 *Dominus directus præfertur in emptione fructuum rei emphyteuticæ, & è contra emphyteuta in venditione directi dominij, num.8.*

7 *Socius præfertur in emptione rei conſocij, alij rem illam emere volenti.*

9 *Baro præfertur extraneo in emptione fructuum qui à feudo percipiuntur; ſed quid in aliis? ibidem.*

10 *Vaſalli præferuntur extraneo in locatione iurium Baronalium.*

11 *Vniuerſitas præfertur, quando iuriſdictio locatur.*

12 *Vniuerſitas non præfertur Baroni, qui habet iuriſdictionem ciuilem, quando venditur criminalis; ſed benè quando venditur à Rege aliqua particularis iuriſdictio, & num.13.*

17 *Venditor, qui vigore pacti non poteſt rem ſuam vendere, aliquo irrequiſito, an poſſit in ſolutum dare.*

18 *Pactum de retrouendendo an poſſit per teſtes probari.*

19 *Pactum de retrouendendo quomodò probetur, remiſſiuè.*

ARGVMENTVM.

Pactum de retrouendendo, quod iuxta magis communem exerceri prohibetur contra Tertium rei poſſeſſorem, nùm exerceri poſſit, vbi pro contractus obſeruantia adeſſet generalis obligatio omnium bonorum emptoris præſentium, & futurorum. Dominus directus an præferatur extraneo in emptione fructuum rei emphyteuticæ; & an emphyteuta in venditione directi dominij; & an vaſalli in venditione iurium Baronalium. Pactum de retrouendendo ſi fuerit alteri ceſſum; an emptor, & poſſeſſor in illius emptione præferatur? & de aliis notabilibus.

CAPVT CLXI.

1 PACTVM de retrouendendo, cùm certum ſit tranſire ad hæredes tam promittentis retrouendere, quàm eius, cui retrouenditio promittitur, & ſic tam ad ſucceſſores venditoris, quàm emptoris, vt dixit Boër. *deciſ.*182. *num.*21. quem ſequitur D.Card.Tuſch. *pract.concl.lit.P.concl.*25.*num.*6. dubitarunt *Doctores*, an id reſpectu em- 2
ptoris intelligendum ſit, vt non modò ad vniuerſalem illius ſucceſſorem; ſed etiam particularem illius rei tranſeat, ità vt pactum hoc rem ipſam afficere dicatur, & per conſequens liberè alienatione ſequuta, valeat venditor à nouo emptore, & poſſeſſore rem illam vendicare.

Et affirmatiuè nonnullos præſertim ex Antiquioribus tenuiſſe comperimus; inter quos eſt Soc. *conſ.*80.*lib.*3.Boër. *deciſ.*182.*ſup.cit.*Corne. *conſ.*90.*vol.*3. Dec. *conſ.*88. & 614. aliique relati per Viuium *commun.opin.lib.*2.*opin.*579.*num.*2.& his addo Tiraquel. *de retract.conuent.*§.1.*gloſ.*7.*num.*6.*verſ. at in pacto retrouendendi*, Foller. *de cenſibus, in verb. huiuſmodi cenſus, num.*15. vbi alios refert, Magon. *deciſ. Lucenſ.*80. *numero* 2.& 3. hi enim dixerunt, vt oblato per venditorem pretio, ſtatim in illum ipſo iure, & ſine noua traditione vtile tranſeat dominium.

Contrariam verò ſententiam magis communem 3
eſſe, & ſecundùm eam pluries in Camera Imperiali, & alibi iudicatum teſtatur Gayllus *pract. obſer.lib.*2. *obſer.*16. *per totam*, Minſyng. *cent.*6. *obſer.*69. poſt Vrſil. ad Afflict. *deciſ.*161.*num.*4. Gabr. *conſ.*66.*n.*5. *& ſeq.* Gomez. *variar.reſol.in tit. de empt. & vendit. num.*29.Viuius *loco cit.num.*7.Franciſc.Steph.*dec.*23. Coſta *in ſuis memorabilibus, in verb.pactum de retrouendendo, verſ.ſed vt fugias difficultates*,Bellon. *de poteſt.corum,quæ in continent. cap.*74.*num.*5. hi enim,& alij infiniti firmarunt,quòd niſi adeſſet expreſſa alienandi prohibitio, illiuſque rei ſpecialis hypotheca, in alium tranſlationem non impediri, & conſequenter pactum hoc contra ſingularem ſucceſſorem exerceri non poſſe; ſed ſolùm ſupereſſe venditori actionem contra primum emptorem ad intereſſe; vide tamen Neguſant. *tract.de pignor.p.memb.*1.*pars. fol.mihi* 9.*num.*33. Marcel. de Maur. *allegat.*105.*n.*9. vbi dicunt, poſſe etiam pactum hoc de retrouendendo exerceri contra Tertium poſſeſſorem, ſi pro contractus obſeruantia generalis adeſſet obligatio omnium bonorum præſentium, & futurorum.

Sed cùm certum ſit, pactum, de quo agimus, poſſe 4
per venditorem alteri cedi, vt probat D.Card.Tuſch. *loco cit. lit. C. concluſ.*212. *num.*16. & *lit.P. concl.*33. *in princ.* quid dicendum, vbi venditor cum effectu ius illud, quod habet contra emptorem pro retrouenditione alteri venderet, nùm emptore, & poſſeſſore comparente, & ceſſionario præferri inſtante, ſit ille audiendus?

Pro dubio videtur affirmatiuè reſpondendum, 5
dum certo modo emptor, & rei poſſeſſor ius in re habere videatur, ac proinde ſuadet æquitas, vt alios nullum ius habentes excludere debeat; hìnc videmus, Dominum cenſus rem cenſui ſuppoſitam emere volentibus omninò præferri; ità in terminis *Conſtit. Pij Quinti*, dixerunt Cenc. *tract.de cenſibus, par.*2.*cap.*2.*art.*4. & D.Ludouiſ. poſt alios, quos ipſi citant, *deciſ.*425. ſic etiam putarunt alij, directum
Dominum præferendum eſſe aliis fructus rei em- 6
phyteuticæ ab vtili Domino emere volentibus; probauit Nouar. *queſt. forenſ. lib.*1. *quaſt.*41. vbi inter alia pro ſuæ opinionis fundamento conſiderat, ſocium præferri in emendo res ſocij, cùm potiùs ſocio
quis teneatur vendere, quàm extraneo, pretio ta- 7
men iuſto, & communi, licèt ab aliis plus offeratur; citat DD. *in l.ad officium,C.com.diuid.*& Caroc. *tract. de locat. & conduc. in tit.de emptor.* ſicque cautum tam de iure Regni, quàm conſuetudinario huius Ciuitatis, probant Afflict. *in Conſtit.Sancimus,fol.*19.

 *num.*17.

num.17.verſ.pone,quòd quis,Napod. in Conſuet.Si quis habet domum, in verb. inſuper, & Marant. in tract.de multipl. alienat. num.120. poſt conſilia; idemque in Regnis Caſtellæ lege Regia cautum tradit Couar. lib.3.var.cap.14. num.6. ſic etiam dixit, poſſe colonum à Domino locati fundi cogi, ne fructus alij, quàm ſibi vendat: ex Alex. & aliis in l.1. C. de dolo, Marſil.ſing.510.Tiraquel.tract.de Retrac.§.1.gloſ.18. num.2.Couar. variar.reſol.lib.3.cap.14. num.6. & his addo Steph.Gratian. deciſ.Marchiæ.77.

8 Sic etiam, quando directus Dominus rei emphyteuticæ vult vendere directum dominium, vt emphyteuta aliis præferatur, dixit Borrell. in ſumm. deciſ. part.1.in tit. de emphyt. num.404. in fine, quicquid diuerſimodè in hac re fuerit per S.C. Regni huius iudicatum, vt videre eſt penès Io. Vinc. de Anna ſing.150.Sed certè ab hac affirmatiua opinione recedendum non eſt, quam etiam tuentur DD. nouiſſimè relati per Anton. de Amat. lib.2.var.reſol. cap.54. numer.22.vbi num.24.contra Teſtay alleg.17. negauit,dari prælationem directo Domino, quando emphyteuta non vult vendere, ſed locare rem ſibi in emphyteuſim conceſſam; cui ſententiæ libenter me ſubſcribo.

9 Sic etiam in Barone determinatum, vt non modò præferatur ille in emptione fructuum, qui ex feudi territorio prouenerunt, dum vaſallus extraneo eos vendere vult,vt per Frecc. lib.2. de ſubfeud.in 38.author.num.1.& 2. poſt Luc.de Penn in l.1.C.de metall. lib.11. verſ. item facit hæc lex pro Dominis terrarum, & Afflict. in cap.1.§.poſt naturale,num.7.de pac.tenen. verùm etiam pro omnibus fructibus vndecunque perceptis ex propriis vaſalli territoriis, ſi tamen vaſalli eos habeant venales,& non aliter; prout ità per S.C. pluries deciſum fuiſſe, refert Capiblanc. in pragm.1.de authorit. Baron. num.154. & ſeq. ſubdens tamen, quòd pro iſta prælatione ad beneficium Baronis non poſſunt banna emanari, vt nemo vendat, niſi Baronem requiſierit, idem Rouit.in prag.15. ſub tit. de Baron. vbi per legem illam hoc in Regno abſolutum eſſe affirmat, idémque probauit Nouar. in collect.28. ſuper pragm. de Baronibus, numer.23. in antiquis.

10 Et è contra, vt vaſalli præferantur extraneis in locatione iurium Baronalium, probauit Laratha conſ.41.per totum, quem ſequitur Amat. loco cit. n.8. imò in affictu etiam ad modicum tempus, qui fieret
11 non modò de fructibus feudi, ſed etiam de iuriſdictione, vt adhùc Vniuerſitatibus prælatio competat, per S.C.iudicatum fuiſſe teſtatur Rouit. in prag.64. num.31.de offic.Proc.Cæſ.

12 Inſuper conſideramus, quòd Noſtrates dixerunt de Vniuerſitatum domaniis, quæ licèt in Terrarum venditionibus illis competant,tamen quando in eadem Terra duo adſunt Barones, alter ſcilicèt iuriſdictionis criminalis, alter verò ciuilis; ſi is,qui criminalem habet, vendere eam vult, & in emendo concurrunt pro domanio vaſalli, & Baro, qui habet ciuilem, ratione vnionis Baro præfertur, vt Frecc. authoritate probauit D.de Franch. deciſ.17. num.14. licèt contrarium per Regiam Cameram deciſum referat Camill.de Curt. in ſuo diuerſ. iur. feud. fol.10. num.67. vbi deciſionem illam improbare vi-
13 detur; illud dumtaxat num.præced. admittens,vt hæc vaſallis competat prælatio, quando aliqua particularis iuriſdictio à Rege venditur, vtputà illa Siclæ, Portulaniæ, ſecundarum cauſarum, &c.prout deciſum ad fauorem Vniuerſitatis Iungani contra Comitem Roccæ Aſpidis eius vtilem dominum, teſta-
14 tur D.de Franch.cit.deciſ.17.num.16. Etnè in puncto authoritate carere videamur, dic, ſic pro emptore firmaſſe Nouar. cit. lib.1.quæſt.forenſ. quæſt.21. per totam, inibi enim pluribus mediis probauit, emptorem cum pacto de retrouendendo præferendum eſſe, quando venditor rem venditam liberè aliis vendere vult,ergò idem quando ius illud redimendi diſtrahere in alium intendit.

Contrariam verò ſententiam, cui, iudicio meo, 15
omninò adhærendum eſt,vt ſcilicèt prælatio hæc ſit omninò emptori, ac rei venditæ poſſeſſori deneganda, amplexa fuit Rot. in vna Romana retrouenditionis ſcalæ, & portus coram Damaſceno, quæ eſt 547. tom.2.in recollectis per Farinac. vbi dicit, quòd quicquid ſit de veritate multarum ex prædictis concluſionibus, ſi veræ ſunt, procedunt, quando ſic particulariter iure cautum reperitur: Nam examinando ſingula ex aduerſo ponderata, dico Primò, quòd dominus cenſus ſit ſemper aliis rem cenſui ſuppoſitam emere volentibus præferendus, cautum eſt in Conſtitutione ſanctæ memoriæ Pij V.ſub illis verbis,Vbi autem vendenda ſit,volumus dominũ cenſus aliis omnibus præferri. Secundò, quòd emphyteuta in alienatione directi dominij ſit aliis præferendus, ſuadet ratio connexitatis, item & ratio æqualitatis ſeruandæ; eſt enim iure cautum, vt in venditione vtilis dominij directus Dominus aliis præferatur; l. final. C. de iur. emphyt. vnde non mirum, ſi admittenda eſt opinio, vt diſtrahente domino directo directum dominium, ſit emphyteuta habens vtile aliis anteponendus. Tertiò, quòd ſocius præferatur aliis, rem cum altero communem emere volentibus, ſuadet ratio pacis, & bonæ congruentiæ; intereſt enim ſocij ſuper re communi prælationem petentis extraneum non habere in conſocium; ſicque deciſum teſtatur Amat. loco cit.num.10. vbi allegat Scacc. in duriori caſu loquentem tract. de commerc.& camb. §.1. quæſt.7. ſub num.245. verſ.concludo, præferendum. Quartò, quòd vaſalli in locatione introituum Baronalium extraneis præferantur, ſuadet ratio æqualitatis, cùm ſit in Regno receptiſſimum, Baronem præferendum eſſe cuilibet extraneo in venditione fructuum, quos vaſalli tam in territoriis feudalibus locatis, quàm propriis colliguntur, vt per Luc.de Penn.Afflict.Frec. & alios ſuprà allegatos. Vltimò, quòd in venditione iuriſdictionis criminalis præferatur habens ciuilem cuique illam emere volenti, & è contra, ſuadet ratio vnionis vtriuſque iuriſdictionis, quæ quidem vnio trahit ſecum bonum publicum; etenim negari non poteſt, maximam redundare vaſallorum vtilitatem, vt ſub vnius dominio viuant, potiùs quàm duorum.

In caſu autem propoſito cùm nihil circa præla- 16
tionem, de qua agimus, iure cautum reperiatur,nec aliqua ex rationibus ſuprà ponderatis veniat applicanda, cenſuit Rot. non videri, quòd propter imaginariam æquitatem ſit hic nouus laqueus priuatorum rebus iniiciendus; cùm potiùs æquitas ſuadeat, quòd ſit quis iurium ſuorum moderator & arbiter; vulgata l.in re mandata,C.mand.iſtamque ſententiam Rotam inſequendo nouiſſimè amplexus fuit Amat. cit.reſol.54.num.26.lib.2. & in caſu maioris conſiderationis poſt hæc ſcripta inueni firmaſſe S.C.Regni huius, teſte Io. Ang. Piſanell. in Conſuet. Si quis emit, fol. mihi 333. in addition. quæ incipit, Sumpta occaſione.

Hæc dum ſcriberem,fuit à me quæſitum,quid di- 17
cendum, quando in contractu venditionis factæ cum pacto de retrouendendo fuerit cõuentum, quòd in caſu redemptionis non poſſit venditor deinde rem illam alteri vendere, ipſo primo emptore irrequiſito (quod pactum apponi poſſe dubitandum non eſt) ſi ſequuta demùm redemptione venditor prædiũ illud

illud alicui ſuo creditori, irrequiſito ipſo primo emptore, in ſolutum dederit, an contra pactum veniſſe dici poſſit, ac ſi rem verè vendidiſſet? ſcias, quòd in facti contingentia de quodam venditore ſic contrahente, qui poſt redemptionem genero ſuo rem illam pro dote in ſolutum dedit, fuit deciſum contra ipſum venditorem, & generum; & ad fauorem primi emptoris: vt teſtatur Ioſeph. Ludouic. *dec. Peruſ.* 60. *per totam*, rationibus vt per eum, quas vide.

28 Inſuper in materia quæro, an pactum de retrouendendo poſſit per teſtes probari? & dico, quòd ſic, dum atteſtantur, promiſiſſe emptorem venditori pro eodem pretio retrouendere; ità Soc. *conſ.* 253. *lib.* 2. vbi fatetur, etiamſi adeſſet vnus teſtis, qui contradiceret, quando tamen plures adeſſent pro pacto, Alex. *conſ.* 122. *lib.* 2. Tiraq. *de retract. conuent. ad finem tit. num.* 61. quos omnes ſequitur D. Card.
19 Tuſch. *pract. concl. lit. P. concl.* 34. *in principio*, vbi pluribus aliis modis docet, quomodò pactum hoc probetur.

SVMMARIVM.

1 *Pactum, per quod pater promittit in inſtrumento dotali, ſe filiam æquis portionibus inſtituere cum maſculo, an de iure ſubſiſtat, & num.* 7. 8. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. *&* 21.

Admiſſa autem negatiua ſententia, quid dicendum, ſi pater ipſe teſtatus deceſſerit, num. 2. *&* 3.

3 *Patris voluntas inter filios ſat eſt, quòd conſtet per quamcunque ſcripturam, & num.* 5.

4 *Pactum futuræ ſucceſſionis ſicut non habet vim contractus, ità nec vltimæ voluntatis.*

6 *Text.* in l. pactum, quod dotali, C. de Pact. *aliquando limitatur*

9 *Promiſſio facta omnium, & ſingulorum bonorum, eſt apta comprehendere iura, & actiones.*

10 *Iura, & actiones an veniant appellatione bonorum mobilium, & immobilium, & num* 11. *&* 12.

20 *Conſuetudo, quæ eſt contra bonos mores, & quæ inducit votum captandæ mortis, non eſt ſeruanda.*

ARGVMENTVM.

Pactum, per quod pater promittit in inſtrumento dotali, ſe filiam æquis portionibus inſtituere cum filio, an ſit de iure validum? & admiſſa negatiua ſententia, quid dicendum, ſi pater, qui ſic promiſit, inteſtatus deceſſerit, filio maſculo, & filia, cui fuit facta promiſſio, ſuperſtitibus; an in hoc caſu poſſit fœmina in vim pacti cum maſculo concurrere, ex quo pater volens teſtamentum condere, & inſtituere, quem voluiſſet, inteſtatus mori voluit? & de aliis notabilibus, vbi deciſio nouiſſima *Sac. Rot. Rom.*

CAPVT CLXII.

PACTVM, per quod pater promittit in inſtrumento dotali, ſe filiam æquis portionibus inſtituere cum filio, nullam producit obligationem, ſicque liberam teſtandi facultatem, quam pater habet, non aufert; hoc dicit text. *in vulgata l. pactum, quod dotali* 15. *C. de pact.* Eſt tamen verum, quòd communiter receptum eſt, ſuſtineri poſſe pactum hoc, ſi pater ſic promittens aliquid ſibi reſeruauerit, ſuper quo liberè teſtari poſſit; vt docent omnes *in l. ſtipulatio hoc modo concepta, ff. de verb. obligat.* Ruin. *conſ.* 112. *num.* 7. *&* 8. *lib.* 4. & alij penès Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt.* 308. *num.* 86. *&* 87. Sed quæ, & quanta eſſe debeat portio illa quæ reſeruatur? variant Scribentes; qua de re videndi ſunt Cagnolus *in l. fin. C. de pact.* Cephal. *conſ.* 485. *num.* 133. *lib.* 4. & DD. relati per Iul. Clar. *in §. Donatio, quæſt.* 19. *num.* 8. Tuſch. *pract. concl. lit. D. concl.* 648. *num.* 70. Et quid ſi illud, quod reſeruatur, fuerit conuentum, vt ad pias Cauſas tantùm conuertatur, an dicatur reſtricta facultas, taliter vt nullius ſit importantiæ reſeruatio? ſunt videndi Doctores per Rouit. relati *conſ.* 86. *num.* 9. *verſ. his pro coronide*, *lib.* 2. 1

Sed quæſtio eſt, iudicio meo, non mediocris ponderis, ſi pater, qui ſic promiſit, nullum condiderit teſtamentum, ſicquè inteſtatus deceſſerit, filio maſculo, & filia, cui fuit facta promiſſio, ſuperſtitibus; & extaret Statutum, vt ſtantibus maſculis filia fœmina non ſuccedat; an in hoc caſu poſſit in vim pacti fœmina cum maſculo ſuccedere, ex quo pater valens teſtamentum condere, & inſtituere, quem voluiſſet, inteſtatus mori voluit? 2

Alex. *in d. l. pactum, quod dotali*, *num.* 5. pro pacti validitate reſpondit; nam licèt (dicit ipſe) non valeat inter filios, quantum ad auferendam patri liberam teſtandi facultatem; tamen, alio teſtamento demùm non condito, debet valere in vim vltimi iudicij: & ad hoc allegat text. *in l. fin. C. famil. erciſc.* vbi inter liberos non refert quocunque modo pater voluntatem ſuam declarauerit, nam vt ſit ſeruandum eius iudicium, ſat erit, vt de illo conſtet, ſiue per teſtamentum imperfectum, ſiue per epiſtolam, ſiue per codicillos, ſiue per quamcunque aliam ſcripturam, licèt ab inteſtato liberi ſuccedere dicantur: Vndè dicit *Alex.* ſi iam conſtat de voluntate patris, volentis, vt in eius hæreditate æquis portionibus ſuccederent & maſculus, & fœmina, quid refert, quòd de hac voluntate conſtet per inſtrumentum dotale filiæ, vel per aliam ſcripturam, de qua *in d. l. fin. C. famil. erciſc.* poterat enim teſtamentum condere, & pacto non obſtante filium inſtituere, & eo caſu fœmina nihil prætendere potuiſſet, attenta diſpoſitione text. *in d. l. pactum, quod dotali*, Alex. ſequitur Iaſ. *ibidem, num.* 3. 3

At contrariũ firmauit Paul. Caſtrenſ. *in eodẽ tex.* nimirũ, vt nullatenus ſuſtineri poſſit pactũ hoc, ſiue pater teſtatus ſiue inteſtatus decedat; inquiens, de hoc 4
eſſe

eſſe caſum ſingularem *in l. licèt, C. eodem tit.* qua prouiſum eſt, vt pactum futuræ ſucceſſionis ſicut non habet vim contractus, ità nec vltimæ voluntatis, niſi in milite; idemque clariùs probatur *in l. hæreditas, C. de pact. conuent. ſuper dot.* iſtámque Caſtrenſ. ſententiam veriorem commendat Iacobin. *in d. l. pactum, quod dotali*, ſubdens, in ſecreto iuris tenendam eſſe, ſequitur Ant. de Alex. *ibidem*, cui & Ego libenter me ſubſcribo: & addo, quòd cùm pactum ſit à principio nullum, vt *in eo text.* habetur; qua ratione, abſque nouo patris iudicio conualeſcere poteſt? *vulgatis regulis.*

5 Non obſtat text. *in ciuil. fin. C. famil. erciſc.* vbi vt ſit ſeruanda voluntas patris circa diuiſionem bonorum inter filios faciendam, ſat eſt, vt de illa conſtet per quamlibet ſcripturam: nam text. ille loquitur, quando pater ex ſe declarat, quibus portionibus filij in eius bonis ſuccedere habeant, ſicque dicitur voluntas à ſolo patre procedens; ac proinde non mirum, ſi mandat *Imperator*, vt illa ſit ſeruanda, quamuis conſtet per epiſtolam, ſiue aliam quamcunque ſcripturam; at ſecus, quando per pactum præcedens pater aſtringeretur, vt in bonis ſuis maſculus, & fœmina æqualiter ſuccedant, tunc enim dici non poteſt, quòd ſucceſſerunt patri æqualiter maſculus, & fœmina, ex libera voluntate, ſed prorſus coacta; id quod leges abhorrent: Vndè cùm habeamus iura expreſſa, vt hoc pactum futuræ ſucceſſionis ſit inutile, tam in vim pacti, quàm in vim vltimæ voluntatis, vt *in d. l. licèt*, & *in d. l. hæreditas*, non eſt de alio inueſtigandum.

6 Hæc autem omnia poſſent limitari, quoties hæredis inſtitutio à patre in certis bonis tantùm promiſſa eſſet; quia tunc cùm remaneat libera teſtandi facultas in aliis, pater ſic promittens, validè obligatus remaneret; nec aliter procederet diſpoſitio *d. l. pactum, quod dotali*, quam ſic vno ore limitarunt Bart. & omnes *in l. ſtipulatio hoc modo concepta, ff. de verbor. obligat. & in l. fin. C. de pact.* Curt. Iun. *conſ. 1. num. 16.* Cacher. *deciſ. 100. num. 16.* Craſſ. *in §. ſucceſſio ab inteſtato, quæſt. 9. num. 10. per totum*, Theſ. *deciſ. 225. num. 11.* Hondedeus *conſ. 40. num. 38. lib. 1.* Peregr. *conſ. 76. num. 3.* Viuius *commun. opin. lib. 2. opin. 578. num. 7.* Cancer. *var. reſol. tit. de pact. num. 151. & ſeq.* Barzius *deciſ. Bononienſ. 14.* & alij infiniti, quibus in caſu fortiori eſt addendus Ant. Fab. *diff. 6. C. de pact. conuent. ſuper dot.*

Longè poſt hæc ſcripta pro maiori corroboratione concluſionis in principio firmatæ inueni, ſecundùm *ibi* allegata fuiſſe anno præterito deciſum per Rotam *in vna Auenionenſ. hæreditatis coram Illuſtriſſimo D. Royas*, cuius quidem deciſionis tenor plura continens notabilia, eſt vt ſequitur.

Lunæ 5. Martij 1646.

7 Ioannes de Gay intuitu matrimonij irreuocabiliter inter viuos donauit Thomæ filio integram medietatem omnium, & ſingulorum ſuorum bonorum præſentium, & futurorum, reſeruato ſibi vſufructu eius vita durante, eodémque inſtanti promiſit eundem inſtituere hæredem vniuerſalem in omnibus, ac ſingulis ſuis bonis præſentibus, & futuris, mobilibus, & immobilibus; quam promiſſionem inſtituendi hæredem de anno 1630. & 1640. idem Ioannes reuocauit in teſtamento, in quo hæredem vniuerſalem ſcripſit Iſabellam de Gay eius filiam.

8 Dicto Ioanne vita functo, orta controuerſia in partibus ſuper validitate d. promiſſionis de inſtituendo hæredem, fuit per Auditorem Legationis Auenionen. lata ſententia ſuper validitate eiuſdem promiſſionis, eáque fuit in gradu appellationis confirmata per R. P. D. V A I V M, tunc Auditorem Eminentiſſ. Cardinalis Legati; cauſa poſtmodùm mihi commiſſa, dubitaui hodie, an dicta promiſſio de inſtituendo hæredem contemplatione certi matrimonij eſſet valida, & irreuocabilis? & fuit reſolutum, donationem fuiſſe inualidam, & potuiſſe reuocari.

Moti ex vniuerſalibus, ac ex prægnantiſſimis 9 verbis d. donationis, ac promiſſionis, ibi: *promiſit facere, & inſtituere d. Thomam de Gay, filium ſuum hæredem vniuerſalem in omnibus, & ſingulis ſuis bonis præſentibus, & futuris, mobilibus, & immobilibus, in quocunque conſiſtentibus*; quæ verba certè ſunt apta comprehendere omnia bona, nec non iura, & actiones dicti Ioannis, iuxta text. *in l. bonorum 49. ff. de verb. ſignif.* Surd. *conſ. 4. num. 19.* Guiel. de Bened. *in cap. Raynutius, verb. cætera bona, num. 8. de teſtam.* vbi quòd quamuis appellatione bonorum mobilium 10 ac immobilium, non veniant iura & actiones, iuxta *l. à Diuo Pio, §. in venditione, ff. de re iud.* Guido Papa *quæſt. 341. in fi. & 499.* tamen quando adeſt dictio vniuerſalis, vt in præſenti, contrarium venit iudicandum; *l. 1. §. ſi ex fundo, ff. de hæred. inſtit.* Grat. *conſil. 25. num. 25. lib. 1.* Menoch. *præſ. 54. ſub num. 26. lib. 4.* Tiraq. *de retract. lign. §. 1. gloſ. 7. num. 20. & ſeq.* Rot. *deciſ. 681. num. 9. par. 1. recen.* & in *Albanen. hæreditatis 23. Iunij 1642. coram R. P. D. meo Cerro, in fin.* confirmata 2. *Martij* 1643. Io. Franc. à Pont. *conſ. 115. ſub num. 7. verſ. per quam dictionem, & num. 14. in fin. lib. 2.* Seſſ. *dec. Aragon. 52. num. 35. verſ. & appellatione, tom. 1.* Seraph. *deciſ. 384. num. 3. & 622.*

Nil obſtat, quòd hæc opinio habeat contradictores, ſi vnicum ſignum vniuerſale in ea legatur appoſitum, in quibus terminis ſub ea iura non comprehendi, dixerunt Rol. *conſ. 65. num. 9. lib. 1.* Ramon. *conſil. 27. num. 52.* Menoch. *præſumpt. 129. numer. 30. & 31. lib. 4.* Fontanell. *de pact. nup. clauſ. 4. gloſ. 27. par. 2. num. 45.* Peregr. *deciſ. 141.* Franc. Marc. *deciſ. 128. par. 2.* Put. *deciſ. 20. lib. 2. in correct.* Nihilominus in præſenti comprehenſionem eſſe claram, dictum fuit, attenta contrahentium mente, ac geminatione verborum; ibi, *Hæredem vniuerſalem, videlicet, in omnibus, & ſingulis*: quas binas dictiones omnia comprehendere, abſque vlla limitatione, fuit indubitanter tentum; Gloſ. *in cap. vt circa, verb. omnia, & ſingula, de elect. in 6.* Iaſ. *in l. 1. num. 24. ff. de leg. 1.* Crot. *conſ. 14. num. 15.* Olaſc. *deciſ. 92. num. 6.* eodémque modo comprehenſionem intelligi, ac ſi dictum fuiſſet, *in omnibus, & per omnia*; Cened. *ſing. 72. n. 3.* Barboſ. *clauſ. 46. num. 14.* cùm geminatio præfatarum dictionum vniuerſalium denotet, mentem promittentis fuiſſe comprehendendi etiam iura, & actiones, vt in propriis terminis Io. Franc. à Pont. *d. conſ. 115. nu. 7. verſ. nam cùm præcedant, lib. 3.* Menoch. *præſ. 54. ſub num. 27. verſ. vel dono, lib. 4.* Quando autem concurrit mens promittentis, appellatione *bonorum*, iura ſemper venire, tradunt Guttier. *de iuram. confirm. p. 1. cap. 11. num. 20.* Fontanel. *de pact. nupt. clauſ. 4. gloſ. 21. p. 2. num. 49.*

Minùs aduerſantur verba illa adiecta in inſtitu- 12 tione, ibi: *In quocunque conſiſtentibus, & conſiſtere valentibus*, quæ videntur reſtringere promiſſionem ad bona extantia in certo loco, & ſecludere comprehenſionem iurium, & actionum, quæ certo in loco non recipiunt circumſcriptionem; *l. Caius 86. in princ. ff. de leg. 2.* Peguer. in terminis donationis, *deciſ. 141. ſub num. 3.* Fontanel. *de pact. nupt. d. gloſ. 21. num. 45.* Nam aduertebant, D. Io. Franc. à Ponte *d. conſ. 115. n. 8.* apertis verbis dicere, quòd dicta verba non

non officiunt, quando ex verbis geminatis vniuerſalibus, vt in præſenti, comprehenſio iurium, & actionum certè reſultat; Aug. Bero. *conſ. 44. num. 15. & 16. lib. 2.* Sed quidquid ſit de hoc, ceſſat in præſenti omnis ſcrupulus, dum dictum pactum de donando non loquitur de bonis vbicunque exiſtentibus, ſiue ſituatis, prout in caſu *d. deciſ.* Peguer. 141. ſed benè in quocunque conſiſtentibus; *Summ. d. Thomæ, num.* 1. magnam autem eſſe differentiam inter vtrumque caſum, cùm verbum, *exiſtere*, & verbum, *vbicunque* locum deſignet; text. *in l. 1. ff. ſolut. matr.* Vulpel. *de Propoſit. & Aduerb. diction. vbi, verſ. vbicunque, pag.* 126. Barboſ. *de diction. dict.* 413. *n.* 2. verbum autem, *quocunque* & verbum, *conſiſtere*, vniuerſalius, eſt aptum denotare etiam materiam, ac rem loco non circumſcriptam, ac modum exiſtendi; vt per Vulpel. *de Propoſit. & Aduerb. dict. quoque modo, ſub numero 3. verſ. quocunque*, nempe *in quacunque ſpecie conſiſtunt*, & ſic etiam in iuribus, & actionibus.

13 Minus obſtat, quòd valeat ſuſtineri d. pactum ob reſeruationem vſusfructus, cùm facultas teſtandi fuerit conſeruata in illis fructibus reſeruatis; Caſtill. *contr. iur. lib. 4. cap. 53. num. 17. & ſeq.* Surd. *conſ. 450. num.* 54. Rot. *coram me in Romana donationis* 17. *Decemb.* 1640. Nam ceſſat obiectum, ex facto, dum reſeruatio vſusfructus adiecta legitur primæ parti, videlicèt, Donationi medietatis bonorum, de qua hìc non agitur; at verò in promiſſione inſtituendi hæredem, de qua eſt quæſtio, nulla legitur reſeruatio vſusfructus, ſed benè talis promiſſio comprehendit omnia bona, quæ dictus Ioannes de Gay promittens habebit in futurum tempore obitus, inde dicitur continere fructus in parte donationis reſeruatos, Io. Franc. à Pont. *d. conſ. 115. num. 13. lib.* 2.

14 Quibus ſtantibus fuit animaduerſum, promiſſionem præfatam non ſuſtineri, & eſſe manifeſtè inualidam, quia per eam remanſit ſublata facultas teſtandi dicto Ioanni de Gay, imò fuit inductum votum captandæ mortis, à quo multum iura abhorrent; vt ſunt text. expreſſi *in l. cùm donationes*, ibi, *Nec adimplendum promiſſum hæreditatis propriæ pollicitatione quiſquam aſtringitur*; *C. de tranſact. l. ſtipulatio hoc modo concepta 61. ff. de verb. obl. l. fin. C. de pact.* latiſſimè Vaſq. *de ſucceſſ. lib. 2. §. 18. num. 191. & 192.* Pereg. *de fideic. art. 51. num.* 26. Bart. *de ſucceſſ. lib. 2. de inſtit. circa pact. de hæred. inſt. num. 1. & 2.* vel ad minus fuit reuocabilis, vt euenit, cùm ille aſſenſus d. Ioannis promiſſoris habeat tacitam conditionem, quatenus vſque ad obitum perſeueraret in eadem voluntate; ad text. *in d. l. fin.* vbi notant omnes DD. *C. de pact.* Bart. *in d. l. ſtipulatio hoc modo concepta, num. 4. ff. de verb. obl.* Bald. *in c. ad noſtram, il 2. num. 17. de iureiurando.* Giouagn. *conſ. 24. num. 9. lib. 2.* Molfeſ. *conſ. 38. num.* 18. *Sententia,* Gomez. *ad l. Tauri 22. num.* 31. Molin. *de primog. lib. 2. cap. 3. num.* 4. Rota *in Romana donationis* 16. *Martij* 1643. *coram R. P. D. meo Bichio.* Quamuis interuenerit iuramentum, cùm illud non valide[t] acta contra bonos mores; ex theorica Bart. *in l. ſi ma[ter] in prima lect. num. 9. C. de pact.* Theſ. Iun. *quæſt. 29. num. 4. lib. 2.* Cyriac. *contr. 88. numer.* 16. Mart. *de iuriſd. lib. 12. tit. 34. num.* 14. & de veriori, & magis communi Rot. *in Aſculana bonorum* 13. *Iunij* 1618. *coram bonæ memoriæ Sacrato*, relata per Gratian. *diſcept. 692. num. 24. & ſeqq.*

15 Vlteriùs fuit animaduerſum, quòd licèt contra prohibitionem iuris Ciuilis non negetur, poſſe valere huiuſmodi prohibitionem, ſtante iuramento; in præſenti autem caſu eſſet contra legem naturæ: quia ſi locum ſibi vendicaret dictum pactum de inſtituendo hæredem in omnibus ſupradictis bonis, auferret Legitimam filiæ iure naturali debitam; *cap. Raynutius, c. Raynaldus, de teſtam.* Gothofred. *in l. pen. §. fin. lit. K. C. de inoff. teſtam. compilat.* 10. Molin. *de primog. lib. 2. cap. 1. à num. 14. ad n. 17.* Caſtil. *contr. lib. 3. cap. 5. num. 21. & 22.* Barboſ. *in collect. par. 4. in can. ius naturale 6. diſt. prima, à num. 23. ad num. 29.* Buratt. *deciſ. 115. num.* 5.

16 Hæcque locum habent, licèt promiſſio inſtituendi hæredem facta legatur in capitulis matrimonialibus, & ſic fauore certi matrimonij. Quia ſemper militat ratio deperditæ facultatis teſtandi, ac inductionis voti captandæ mortis; text. *in l. pactum, quod dotali 15. C. de pact.* vbi Dec. *num. 17. in 7. ampl.* notat, quòd pactum huiuſmodi, neque naturalem parit obligationem, & *ibidem* Salyc. *in princ.* vbi Iaſ. *num. 1. & 6.* Bald. *in l. cùm Archimedorum, num. 10. cum ſeqq. Cod. vt in poſſ. leg.* Grat. *conſ. 25. num. 27. lib.* 1. Io. Franc. à Pont. *conſ. 116. num. 2. lib.* 2. Rimin. Iun. *conſ. 60. num. 12. & ſeqq.* Peregr. *conſ. 65. num. 1. lib.* 1. Vaſq. *de ſucceſſ. edicto, § 8. num. 204. & 206. & ſeqq.* Andreas Fachin. *controu. iur. lib. 5. cap.* 87. Tiraq. *de iur. primog. quæſt. 6. num.* 17. Rot. *deciſ. 490. num.* 8. vbi quòd diſpoſitio *l. pactum, quod dotali* 15. locum ſibi vendicat, ſiue tota hæreditas, ſiue eius quota promiſſa legatur, *par. 4. recent.* & *in Aſculana bonorum coram bonæ memoriæ Sacrato*, relata per Gratian. *d. diſcept. 692. num.* 30. prout in propriis terminis deſfaciendo filium hæredem tradunt Gabriel. *conſ. 137. num. 3. lib.* 1. Menoch. *conſ. 794. n. 4. & 7. & conſ. 1028. num. 3. & 4.* Bel. Iun. *conſ. 22. num.* 3. vbi fauorabiliorem eſſe cauſam liberi arbitrij, quàm matrimonij; & *num.* 9. Cyriac. *controuer. 88. num. 10. & ſeqq.* Mart. *de ſucceſſ. legal. par. 4. quæſt. 25. art. 1. ſub num.* 2. Fontanell. *de pact. nupt. clauſ. 4. gloſ. 9. par. 4. num.* 15. quam promiſſionem, licèt factam in capitulis matrimonialibus, eſſe reuocabilem, vt exitus comprobauit, dixerunt Theſ. *quæſt. forenſ. lib. 2. quæſt* 79. *verſ. aliud,* Molin. *de rit. nupt. lib. 3. quæſt. 2. num. 74. & 75. verſibus adden.* reuocatam autem cenſeri præfatam diſpoſitionem ſic emanatam, ſtatim atque Progenitor alium ſcripſit hæredem, Anchar. *conſ. 404. num.* 3. Menoch. *conſ. 806. num. 1. & ſeqq.* Surd. *conſ. 100. num.* 18. Cyriac. *controu.* 351. *num.* 1. Rot. *deciſ. 33. numer. 1. & 4. par. 6. rec.*

17 Deciſio verò *in cauſa Lauretana donationis* 20. *Februarij* 1641. *coram Eminentiſſ. Card. Veraſpio* contrarium non decidit, dum in illa tantùm diſputabatur, an donatio eſſet inter viuos, vel cauſa mortis: præſens autem diſputatio tota verſatur in pacto de futura ſucceſſione, ac de inſtituendo Thomam de Gay hæredem vniuerſalem, & inducendo votum captandæ mortis; inde oritur diuerſitas caſuum, nec ſuſtinetur pactum controuerſum, licèt factum fauore certi matrimonij; text. *in l. pactum, quod dotali* 15. vbi Gloſ. *C. de pact.* Cyriac. *controuerſ. 88. numer. 11. & 12.* Gratian. *diſcept. 692. numer.* 32. cum aliis *vbi ſuprà*, vndè *dicta deciſio Lauretana* non applicatur.

18 Ponderatum etiam fuit, quòd coniuges, qui matrimonium contraxerunt ſub præfata promiſſione, neque ad hæreditatem, neque ad intereſſe agere valent, cùm cenſeatur, eos ſenſiſſe etiam à principio, quòd illa promiſſio inſtituendi hæredem, in tantùm valeret, in quantum promiſſor in eadem voluntate permaneret vſque ad obitum; *l. fin. C. de pact.* ibi, *& in ea vſque ad extremum vitæ ſuæ ſpatium perſeuerauerit, &c.* venitque imputandum coniugibus, ſi non ſibi conſuluêre illam promiſſionem irreuocabilem reddi, nec adhibuerunt illam diligentiam, quam adhibere tenebantur; Cagnol. *in l. exigere dotem, n. 5. ff. de re iud.* Alciat. *in l. licèt, numer. 6. & 7. C. de pact.*

&

& in propriis terminis, Bald. *in l.cùm Archimedorã, n.12.in fin Cod.vt in poſſ.leg.* vbi reprobat contrariam ſententiam, aitque ſtultum fuiſſe, qui ſic contraxerit; Cyriac. *controu.*88.*num.*13.*&* 14. Gomez.*ad l.Tauri* 22. *num.*21. *in fin. verſ. ex quo collige*, Theſaur. Iun. *quæſt.*79. *num.*10. *lib.*2. vbi ponderat, quòd ſi illud intereſſe eſſet debitum, omnes contractus, quos leges annullant, & in quibus promiſſio eſt ſubſequuta, per hanc rationem ſuſtinerentur, Peregr.*deciſ.Patau.* 50 *nu.*6. indéque fuit reiecta diſtinctio inter contractum ex cauſa oneroſa, vel lucratiua, adducta per Menoch. *conſ.*136. *num.*8. Gabr. *conſ.*137. *num.*2. *lib.*1. Grat. *diſcept.*692.*num.*44.

19 Demùm non obſtat conſuetudo Prouinciæ Occitanæ, in qua talis promiſſio facta legitur, & totius Galliæ, iuxta quam ſuſtineri huiuſmodi pacta, teſtatur Franc. Marc. *deciſ.*132. *num.*8. *par.*2. Add. ad Papon. *lib.*2. *tit.*3. *arreſt.*2. *verſ. eo quòd in Francia,* Griuell. *deciſ.Dolan.*147.*num.*1.*&* 2. Quia quidquid ſit de validitate huius conſuetudinis, quam non valere, dixit Bald. *in d.l. cùm Archimedoram, num.*12. *in fin.* & *ibi* Add. *lit.a.C.vt in poſſ.legat.cap. deteſtanda, de conceſſ.preben.in* 6. Calder. *conſ.*42.aliàs 4. *de conſuet.*ſat eſt reſpondere cum Theſ. *deciſ.*225.*n.*13. *verſ. ſed reſtringerem*, quòd in vim Conſuetudinis valeat fortè promiſſio, ſed adhùc ſit reuocabilis per d.Ioannem; iuxta text. *in l. fin. C. de pact. & in l.cum donationes, C.de tranſact.* & in his terminis Boër. *deciſ.*104.*num.*14 *circa fin.verſ. Et hoc probant, & ſeqq.* vbi adducit concordantes, Molin. *de primog. q.*81. *num.*8. Mart. *de ſucceſſ. legal.p.*4.*quæſt.*25.*numer.*4.6. *&* 7. Molin. *de rit.nupt. lib.*3.*quæſt.*2.*num.*41.*&* 53. vltra quòd talis Conſuetudo non probatur in loco, & Prouincia Auenionen.de qua eſt promiſſor, & in qua Prouincia bona ſituata reperiũtur, vt debet, Dec. *conſ.*225.*num.*6.*verſ.non obſtat*, Peregr.*de fideic.art.*51. *num.*35.Pedem.*deciſ.*100.*numer.*47.*verſ.& dato, quòd conſtaret.* Nec ſufficit, quòd locus contractus eſſet ſub Prouincia Occitana, in qua talis conſuetudo fortè viget; quia locus contractus attenditur tantùm quoad ſolemnitates in contractu adhibendas; Cancer. *variar.reſol.lib.*1.*cap.*10.*ſub num.*21.Rota *in Romana*, ſeù *Peruſina cenſus* 12.*Decembris* 1644.*coram R.P.D.meo Bichio.*

20 Vltrà quòd nec talis Conſuetudo vti contra bonos mores. & contra leges, & quæ inducit votum captandæ mortis, eſſet extendenda ad hæc bona exiſtentia extra Prouinciam, in qua talis Conſuetudo non viget; Giurb.*ad Conſuetud. Meſſan.in præfat. num.*33.*&* 34.Menoch.*conſ.*401.*num.*25. *& conſ.*86. *num.*23.

21 Quibus ſtantibus Domini dicebant, talem promiſſionem per præfatum Ioannem potuiſſe reuocari, provt fuit reuocata, ex quo, quæcunque diſpoſitio per modum vltimæ voluntatis, provt fuit controuerſa, non effectum ſortiatur, niſi mortuo teſtatore; *l.*4. *ff. de adim. & tranſmiſſ. leg.l.vltima,§.penult. C.de pact.*ibi, *ſi donec vixerit, permanſerit in eadem voluntate*; Bald. *conſ.*458. *Titius habens*, *lib.*5. idcircò ea fuit vſque ad vltimum eius vitæ ſpiritum reuocabilis, provt omnia teſtamenta, ex ſupradictis.

Et ità reſolutum, vtraque parte informante.

SVMMARIVM.

1 *Pactum reſciſſorium, quod communiter apponitur in inſtrumentis annuorum redituum, ſi ex Notarij incuria apponi fuit omiſſum, an pro appoſito ſit cenſendum, & n.*2.*&* 7.

3 *Notarius ſemper cenſetur rogatus apponere in inſtrumento clauſulas conſuetas.*

4 *Pactum, quod in capitulis matrimonialibus apponi ſolet, vt ſtipularetur publicum inſtrumentum ad conſilium Sapientis, cuius ſit importantia.*

5 *Bulla* Pij V. *de cenſibus, in Regno recepta non eſt.*

6 *Text.* in l.quæro, §. inter locatorem, ff.locat. *exornatur.*

8 *Pactum* de non opponendo, *quo Siculi vtuntur in contractibus, ſi per Notarium fuerit omiſſum, an pro appoſito habeatur.*

9 *Sententia an ſit nulla, ſi Iudex condemnauit reum in mille, cùm verè non niſi quingenta deberentur, & num.*11.

10 *Sententia vt dicatur nulla, neceſſe eſt in Regno, vt allegetur caſus legis.*

12 *Pragm.*4. §. 25. ſub tit. de dilationibus, *exornatur.*

ARGVMENTVM.

Pactum reſciſſorium, quod communiter in inſtrumentis conſtitutionis annui reditus apponitur, ſi ex Notarij incuria fuerit omiſſum, an pro appoſito habeatur. Sententia an ſit nulla, ſi Iudex condemnauit reum conuentum in mille, cùm non niſi quingenta deberentur & de aliis, ad ornatum *Pragm.*4 §.20. *&* 25.*in tit.de Dilation.*

CAPVT CLXIII.

PACTVM reſciſſorium, quod communiter apud Nos in inſtrumentis conſtitutionis annuorum redditium apponitur (nimirùm quòd vbi debitor in tempore conuento interuſurium non ſoluerit, poſſit creditor ſortem repetere) ſi ex Notarij incuria in inſtrumento appoſitum, ſiue expreſſum non inuenitur, num pro appoſito, & expreſſo habeatur? 1

Contigit aliàs de hoc dubitari in cauſa D. Diomedis, & Fratrum de Caraffa cum Principe Caſalis Maioris, qui cùm mediante ſententia S.C. eſſet condemnatus ad ſoluendum dictis Fratribus ducatos 20. mil. dixit de nullitate dictæ ſententiæ: & inter alias, quas propoſuit, nullitates, illa fuit, nimirùm quòd fuit condemnatus ad ſoluendam ſortem virtute Capitulorum matrimonialium Ill. Marchionum Antij, dictorum de Caraffa Genitorum, in quibus pro ſumma duc.25000. fuit promiſſum interuſurium ad rationem duc.7.pro quolibet centenario, de ſemeſtri in ſemeſtre ſoluendum; non aliter appoſito, ſiue expreſſo pacto reſciſſorio, quòd in caſu defectus ſolutionis interuſurij, poſſet ſors repeti; vndè dubitatum fuit, quid iuris?

Reſpondi,

2 Reſpondi, partes D. Diomedis tuendo, allegatam
non obſtare nullitatem; dictumque pactum pro
appoſito, & expreſſo haberi; idque ratione, & autho-
ritate probaui. Ratione, & *Primò*, nam cùm pactum
hoc iuris non habeat reſiſtentiam, & in Regno ma-
neat in viridi obſeruantia, vt docent Paris de Put. *in*
ſuo tract. de reinteg. feud. in quæſt. incip. Sequitur modò
quotidiana quæſtio, *num.* 33. & 34. & Reg. Rouit. *in*
pragm. 1. *num.* 35. *de cenſ.* ſicque de conſuetudine, &
communi Notariorum ſtylo paſſim in omnibus hu-
iuſmodi inſtrumentis apponatur; ſequitur, vt quando
ex Notarij incuria in aliquo inſtrumento deſcriptum
non inuenitur, pro deſcripto, & appoſito habeatur:
3 hoc eſt enim de iure, vt Notarius ſemper rogatus
cenſeatur apponere in inſtrumento clauſulas ordina-
rias, & conſuetas, & quòd vbi fuerint omiſſæ, pro
appoſitis habeantur; quia error, & incuria Notarij
contrahentibus nocere non debet: reuideatur text.
in l. fin. vbi hoc notant Bald. & communiter DD. *C.*
de fideiuſſ. Abb. *in cap. cùm M. Ferrarienſis, num.* 5. *de*
Conſt. ibique Felin. & Dec. ambo *num.* 6. Iaſ. *in l. certi*
condictio, §. *ſi nummus*, *num.* 24. *ff. ſi cert. pet. in l. Argen-*
tarius, *num.* 7. *ff. de eden.* & *in l. Gallus*, § *idem creden-*
dum, in 1. *lect. num.* 22. *ff. de liber.* & *poſthum.* vbi etiam
Socin. *col. fi. verſic. aliquando* & *octauo*, Ant. Gabr. *cõm.*
opin. lib. 6. *tit. de conſuet. concl.* 3. *num.* 1. aliíque ad nau-
ſeam relati per Tiraq. *de iur. Conſtit. in vlt. limit. nu.* 7.
& 8. quibus ex Noſtris addimus Afflict. *in Conſtit.*
Baiulos omnes, *num.* 13. 15. & 16. Capyc. *deciſ.* 159. *per*
tot. n. 39. Carol. de Graſſ. *tract. de except. in* 10. *excep.*
num. 44. & D. Conſil. Merlin. *controuerſ. cent.* 1. *cap.* 35.
num. 4. vbi Recentiores allegat.

4 Secundò, eo fortiùs in caſu, de quo agebamus,
pactum prædictum pro appoſito, & expreſſo haben-
dum eſſe dixi; ex quo in Capitulis matrimonialibus
fuit particulari pacto conuentum, vt ſtipularetur
publicum inſtrumentum ad conſilium Sapientis, cu-
ius quidem clauſulæ ea eſt vis, & virtus, vt legitimè,
& cautè liget contractus in ampla, & meliori for-
ma, quæ fieri potuit, & quòd intelligantur appoſita
in contractibus omnia, quæ ſunt de conſuetudi-
ne, & quæ Sapiens vigore arbitrij ſupplere poterit;
Gloſ. *in l. ſi mandato Titij*, §. *fin. in verb. accepta ff.*
mand. Specul. *in tit. de empt.* & *vend.* §. 1. *num.* 9. *verſ.*
ſed quid ſit, D. Conſiliar. Merlin. omninò videndus,
controuerſ. cent. 1. *c.* 5. *n.* 17. D. Reg. Galeot. *controu. iur.*
lib. 1. *controu.* 57. *n.* 27. & D. Reg. Sanfelic. *dec.* 99. *n.* 6.

5 Tertiò, circumſcriptis prædictis, dicebam, quòd
dum in caſu defectus ſolutionis interuſurij ius in
hoc Regno non reſiſtit, vt poſſit ſors repeti (in Re-
gno enim recepta non eſt Bulla *Pij V.* hoc prohibens,
vt teſtantur DD. Reg. de Ponte, & Conſtant. ille *in*
conſ. 41. *num.* 32. *lib.* 2. iſte *in tit. C. de fiſcal. vſur. n.* 42.
lib. 10.) ſuadent rigor iuſtitiæ, & ipſa æquitas, vt exi-
ſtente debitore moroſo in ſoluẽdo annuos promiſſos,
eoque ad ſoluendum monito, & ſoluere recuſante, in
pœnam fiat locus ſortis repetitioni, ſicq; promiſſioni
factæ de ſoluendo interuſurium tacitè ineſſe pactum,
vt in caſu defectus ſolutionis poſſit ſors repeti.

6 Probatur hæc concluſio ex ſingulari determina-
tione text. *in l. quæro*, §. *inter locatorem, ff. locat.* vbi ha-
betur, licere locatori; qui feudum per plures annos
alteri ſub certa annua penſione locauit, conducto-
rem ante tempus expellere, & fundum rehabere, dum
conductor ipſe in ſoluendo annuam penſionem pro-
miſſam fuit in mora; nec opponere eum poſſe,
quòd non niſi ad ſoluendam præteriti temporis pen-
ſionem cogi poſſit, adhùc ſi ſpeciali pacto eſſet con-
uentum de non expellendo, conductionis temporè
durante, quia hoc pactum tacitam habet conditionẽ,
ſi conductor in tempore conuento penſionem ſoluat:
id quod latius exornat Bar. *ibi*, dicens, hunc eſſe opti-
mum text. & ad multa facere; foréque notandum ad
omnes contractus, in quibus vltro, citróque aliquid
promittitur, idémq; affirmarunt nonnulli alij magni
nominis DD. quos refert, & ſequitur Vinc. Caroc. *in*
ſuo tract. de locat. in tit. de neceſſit. vſus, *q.* 14. *n.* 3. & 50.
fol. mihi 202. Vides ergò, Nos particularem legem
habere, qua permittitur contractus reſolutio ob non
ſolutionem annuæ præſtationis promiſſæ, quamuis
nullum in caſu prædicto reſolutionis præcedat pa-
ctum, imò adhùc ſi de contrario conſtaret, nimirùm
vt reſolui non poſſit, cùm in eo tacita ſubintelligatur
conditio, *ſi promiſſis fuerit paritum*; cur ergo idem
non erit dicendum in caſu propoſito?

Authoritate etiam dixi hanc probari ſententiam, 7
nam quòd pactum reſciſſorium ex Notarij incuria
omiſſum, dum de ſtylo, & conſuetudine apponi ſolet,
pro appoſito habeatur; ſicque licere creditori ob de-
bitoris moram in ſoluendo præſcripto tempore in-
teruſurium, ſortem repetere; dixit indiuidualiter
poſt alios, quos citat Reg. Scipio Rouit. *in pragm.* 1.
n. 35. & 36. *de cenſ.* ac ità cùm aliàs de hoc dubitari
contigiſſet, ſecundùm hanc opinionem per S. C. de-
ciſum inueni *in cauſa Lucretiæ delle Caſtelle cum Fran-*
ciſco de Amato, qui cùm ſub die 16. Nouembris 1619.
reſciſſo contractu condemnatus fuiſſet ad ſoluendam
dictæ Lucretiæ ſortem cum Tertiis decurſis, recur-
ſum habuit ad tunc D. Præſidem; eique narrando in-
iuſtitiam ſententiæ, quæ nullo modo ſequi poterat
reſpectu ſortis, ob defectum pacti reſciſſorij, quod in
inſtrumento non legebatur, obtinuit iterùm verbum
fieri, vt *ex ſupplicatione fol.* 33. *illius proceſſus*, & facto
iterùm verbo ſub die 14. Martij 1620. decreto S. C.
prouiſum fuit, ſententiam prædictam latam ſub dicto
die 16. Nouembris 1619. debitæ exequutioni de-
mandandam eſſe; referente tunc Regio Conſiliario
Carauita, penès Hieronymum de Amico actorum
Magiſtrum: Ad cuius quidem deciſionis maiorem 8
corroborationem affertur authoritas Siculorum; nam
cùm in illo Regno in quolibet inſtrumento promiſ-
ſionis ſolutionis, de ſtylo, & conſuetudine Notario-
rum apponatur pactum, quod dicitur *de non opponen-*
do, de cuius maxima importantia videndi ſunt Petr.
de Greg. *de cenſ. q.* 10. *n.* 10. & Carol. de Graſſ. *de except.*
in prælud. n. 256. cùm dubitatum fuiſſet, an pro expreſ-
ſo habeatur, ſi ex Notarij incuria in inſtrumento de-
ſcriptum non reperiretur? affirmatiuè fuit reſpon-
ſum, non ex alia ratione, niſi quia in omnibus in-
ſtrumentis eſt ſolitum apponi; videantur Franc. Mi-
lan. *deciſ.* 13. *n.* 32. *lib.* 3. Nicol. Intrigl. *ſing. lib.* 2. *ſing.*
173. *n.* 6. & Carol. de Graſſ. aliis omiſſis, *citato tract.*
de except. in 10. *except. num.* 47.

Quibus ſic ſtantibus, nec obſtare dixi aliam 9
nullitatem propoſitam, nimirùm, quòd ſententia
reſpectu ſortis contineat maiorem ſummam quàm
quæ verè debetur, ſicque nullam eſſe illam; ex diſpo-
ſitione text. *in l. ſi non ſortem*, §. *ſi certum, ff. de condict.*
indebit. Etenim nullibi *in eo text.* legitur, ſenten-
tiam eſſe nullam, ſi Iudex reum conuentum condem-
nauit in mille, cùm verè non niſi quingenta debe-
rentur, ſed tantùm *in eo text.* habetur, quòd ſi ego
debens tibi centum, credens debere biſcentum, fun-
dum ducentorum aſſignaui, competere mihi illius
repetitionem, & in centum dumtaxat debita mane-
re obligationem: Cum autem apud Nos, vt poſſit 10
tractari de nullitate ſententiæ, neceſſe ſit vt illa prola-
ta fuerit contra expreſſum caſum legis communis,
vel municipalis, ſic dictante *Reg. ſanctione*, quæ eſt 4.
§. 20. *in tit. de dilat. in nouiſſ. compil.* text. qui allegatur
in d. §. *ſi centum*, non aliter determinat caſum, de quo
agebamus, ſed alium; ergo allegari non merebatur,

vt poſſet dici, ſententiam S.C. de qua ſuprà, fuiſſe prolatam contra caſum *prædicti* §. *ſi centum.* Ad quod eſt ſemper à Noſtratibus benè ponderandum verbum illud Pragmaticæ *contro eſpreſſo caſo di legge*; quia aliud non importat, niſi vt tunc de iniuſtitia ſententiæ in gradu nullitatum tractari poſſit, quando ſententia eſt prolata contra id quod expreſsè diſponit ius commune, vel municipale; ita vt ſi ex alio conſtaret de iniuſtitia ſententiæ, quia forſan prolata contra communem opinionem *DD.* non per hoc apud Nos de tali iniuſtitia in gradu nullitatum tractari poſſet, vt nimis clarè probatur *in d.* §.20. & benè obſeruauit Rouitus *ibidem*, *numer.* 13.

11 Et quamuis non ignorem, nonnullos in caſu, de quo agimus, pro ſententiæ nullitate reſpondiſſe, vt videre eſt apud DD. quos citant Flam.Cartar. *dec.* 39. *num.* 12. & Camill. Borrell. *par.* 2. *ſumm. deciſ. tit. de ſent. diffin. nu.* 317. Attamen eſt opinio DD. cui quidem opinioni aliàs cum de hac nullitate apud Nos tractari contigiſſet, S.C. adhærere noluit, ſed potiùs pro ſententiæ validitate reſpondere; ſic atteſtante Ant.Capyc. *deciſ.* 51. *à num.* 1. *ad* 8. qua attenta, D. Diomedis iuſtitiam in tuto eſſe dicebam, adhùc ſi *pragmaticam ſanctionem* pro ſe non haberet.

12 Idémque reſpondi ad tertiam nullitatem propoſitam aduerſus decretum latum *ſub die* 7. *Iulij huius anni* 1642. per quod extitit ordinatum, eſſe conſignandas D. Diomedi literas exequutoriales ſuper bonis hæreditariis q. Principis Caſalis Maioris, & quòd procedatur ad inuentarij diſcuſſionem, quã Princeps hæres infra menſem præcisè, & peremptoriè procuret: Nam quatenus ex aduerſo prætendebatur, hoc decretum eſſe nullum, quia prolatum contra diſpoſitionem *citata Prag.* 4. *de dilat. in* §.25. aduertendum eſſe monui, nullibi *in eo tex.* legi, quòd non poſſit exequi ſententia S.C. ſi infra triginta dies à die latæ ſententiæ fuerit oppoſita exceptio diſcuſſionis inuentarij; ſed tantùm *ibi* cauetur, vt omnes exceptiones, etiam modificatiuæ, non poſſint opponi ad finem impediendi exequutionem ſententiæ elapſis triginta diebus à die illius notificationis; & ſi quis contendere vellet, exceptionem diſcuſſionis Inuentarij eſſe modificatiuam, reſponſio eſt, quòd hoc nulla lege cauetur, ſed eſt opinio DD. & non deſunt contrarium ſentientes, inter quos Imol. & Paul. de Caſtr. *in l. ex diuerſo*, §. *fin. ff. ſolut. matrim.* Verùm quicquid ſit de his omnibus, Dicebam, quòd decretum, de quo agebamus, fuit latum iuxta ſtylum noſtri ſupremi Senatus, in quo nunquam fuerunt creditori denegatæ literæ exequutoriales ſuper bonis hæreditariis principalis debitoris, ſiue exceptio diſcuſſionis Inuentarij fuerit oppoſita intra triginta dies poſt latam ſententiam, ſiue poſt, nulla enim iniuria infertur hæredi Inuentarij diſcuſſionem opponenti, dum in bonis hæreditariis mandatum exequutiuum relaxatur.

Partes ſe concordarunt, vt par erat inter perſonas ſanguine coniunctas.

SVMMARIVM.

1 *Parochialem ſi quis non Sacerdos obtinuerit, tenetur infra annum Sacerdotij aſſumere dignitatem, aliàs priuatus cenſetur: Quod ampliatur num.* 2.

3 *Epiſcopus an teneatur recipere permutationem, quam Clericus in Minoribus conſtitutus de Parochiali cum beneficio ſimplici facere vult in fine anni, à die, quo Parochialem impetrauit, & num.* 4.

5 *Parochus, qui propter temporis breuitatem excluſus cenſetur à Sacerdotij promotione infra conſtitutum annum, nùm poſſit Parochiam in alterius fauorem reſignare.*

6 *Rota* deciſio 6. *aliàs* 355. de rer. permut. in antiquis, *declaratur.*

ARGVMENTVM.

Parochialis Eccleſia ſi fuerit à Clerico in Minoribus obtenta, qui proinde tenetur infra annum ad Sacerdotiũ aſcendere; nùm permutari poſſit cum ſimplici beneficio, quod ab alio ſacris inſignito Ordinibus tenetur, ſi fine anni imminente non ſit Ordinatus; & an Epiſcopus teneatur talem permutationem admittere? ad ornatum text. *in cap. licèt canon, de elect. in* 6.

CAPVT CLXIV.

PAROCHIALIS Eccleſia, cùm ab aliquo non Sacerdote impetratur, eſt iuris notiſſimi, impetrantem teneri infra annum à die commiſſi regiminis computandum, Sacerdotij aſſumere dignitatem, prout expreſsè diffinitur *in cap. licèt canon, de elect. in* 6. alioquin ipſo iure abſque alia monitione priuatus cenſetur; vt *ibi*, & communiter omnes dixerunt, præſertim ex Recentioribus Rebuf. *in ſua prax. beneficial. in tit. de non prom. intra annum, in princ.* vbi *num. ſeq. huius Conſtitutionis* reddit rationem; quia Parochiæ præfectus, Parochianis ſeruire tenetur celebrando, confeſſiones audiendo, aliáque peragendo, quæ ad verum, & bonum Curatum ſpectant; quod, niſi promoueatur, præſtare non poteſt: & *n.* 72. adeò pro indubitata hanc firmauit concluſionem, quòd ſi talis Parochus anno elapſo promoueretur, non per hoc citra nouam collationem retinere poſſet, ac proinde ante nouam hanc collationem poſſet quilibet beneficium illud tanquam vacans impetrare; vt *ibi* per eum, quem ſequitur Epiſcop.Campanil. *in ſuo diuerſ. rubr.* 11. *c.* 23. *num.* 12. priùs autem, quòd anni circulus compleatur, nec priuatus cenſetur, nec priuandus venit; etiam ſi illius temporis calcem tetigerit, tótque pertranſierint dies, vt nequeat talis infra reliquos prædicto Sacerdotij inſigniri Ordine, ex alia Conſtit. *in cap. commiſſa, eod. cit. tit. de elect. in* 6. de qua meminit Epiſc.Campanil. *cit. rubr.* 11. *cap.* 23. *num.* 10. 1 2

Sed de illo eleganter memini ſemel annis ſuperioribus in facto dubitatum fuiſſe, an iure teneretur Epiſcopus recipere permutationem, quam quidem Clericus in minoribus conſtitutus, qui Parochialem obtinuerat Eccleſiam, de illa facere intendebat in fine anni, cum ſimplici beneficio, quod ab alio ſacris inſignito Ordinibus tenebatur? Ratio dubitandi in partem negantem fuit; nam cùm certum erat, hunc talem infra viginti dierum ſpatium, quod pro anni complemento remanebat, promoueri non potuiſſe, cenſebatur quodammodò Parochiali Eccleſia 3

cleſia priuatus, quam alteri poterat ad ſui libitum Epiſcopus intra breuiſſimum tempus conferre, & ſic permutatio fieri videbatur in fraudem iuris Epiſcopalis; quod permittendum non erat: vt in terminis reſoluit Rot. *in deciſ.6.* aliàs 355. *de rer.permut. in antiquis*, vbi promotus vltima die anni, de quo *in d.cap.licèt canon*, & *in cap.commiſſa, de elect.in 6.* permutare non potuit.

4 Sed contrarium citra omne dubium ipſe reſpondi per *aliam* Rot. *deciſionem*, quæ eſt 38. *aliàs* 187. *de praben. in antiq. num.2.* nimirùm teneri Epiſcopum permutationem prædictam recipere, prout in fortioribus terminis conſuluit Oldrad. omninò videndus *conſ.*203. quod incipit, *Factum tale eſt*, & poſt eum, Caſſad. *deciſ.*27.*n.*2.*&* 3. Aufr. ad Capel. Tholoſ.*deciſ.*472.& *in aliquibus Codicibus* 471. Pariſ. *de reſignat.benef. lib.3. quaſt.2.* & Epiſcop. Campan. cæteris omiſſis, *loco iam dicto, num.*11. qui omnes con-
5 cludunt, Parochum, qui propter temporis breuitatem excluſus cenſetur à Sacerdotij promotione, infrà conſtitutum annum poſſe Eccleſiam, quam impetrauit, in alterius fauorem reſignare, ſiue cum eo permutare, etiam in extrema die anni, & ſe ad tam modicum tempus reſtringere, quod certum ſit, non poſſe eum intra annum promoueri. Ratio per *Rot.* conſtituitur *in dicta deciſ.*38. aliàs 187. quia vſque ad vltimum diem anni habet ius in beneficio, nec priuatus cenſetur, niſi annus fuerit elapſus; vt ſuperiùs diximus, & notant DD. *in d.c.commiſſa.* & Io. Andr. ad Specul. *in tit.de rer.permut.* per *Rot.* allegati.
6 Nec obſtare dicebam allegatam *deciſ.6.* aliàs 355. *de rer.permut.in antiq.* nam, vt dicit Campanil. *loco cit.* poſt Pariſ. *vbi ſuprà num.*20. procedit illa, vbicunque euidenti facto de fraude conſtaret, non autem ſi illa abeſſet, vt in caſu propoſito.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum nùm per patrem in inſtru-*
2 *mento fieri poſſit ſuper re per eum filio*
3 *contemplatione matrimonij, vel in præmium emancipationis donata, & num.*2. 3.6.7.*&* 13.

4 *Donatio perfecta conditionem non recipit, vti irreuocabilis.*

5 *Ius ſemel mihi quæſitum vlteriùs à me inuito extorqueri non poteſt.*

8 *Donatio contemplatione matrimonij irreuocabilis efficitur, cùm ſit pars contractus matrimonij, & num.*9.

10 *Maynardi diſtinctio in* deciſ.36. num.3. lib.4. *reiicitur.*

11 *Donatio contemplatione matrimonij dicitur imperfecta, vbi matrimonium nõ ſequitur.*

12 *Text.* in l.fi.§.filiæ, ff. de legat.2. *declaratur.*

ARGVMENTVM.

Pater in vltimis conſtitutus nùm poſſit teſtamento ſuo, ſuper re, quam filio contemplatione matrimonij donauit, fideicommiſſum imponere? Declaratur text. *in l.fin.* §.*filiæ, ff.de leg.*2. & de aliis ad materiam pertinentibus.

D.de Marinis Reſol. Iur. P.II.

CAPVT CLXV.

PATER, non inutilis eſt indagatio, an poſſit teſtamento ſuo fideicommiſſum ordinare ſuper re, per eum filio contemplatione matrimonij donata? 1

Hanc quæſtionem, cùm mihi quidam amicus, ingenio, & virtute præclarus reſoluendam propoſuiſſet, adeò illam pro parte negatiua ambiguitate carere dicebam, vt cogitare non poteram, Doctorem eam tangentem reperiri; verùm cùm libros aperire cœpiſſem, adeò controuerſam inueni, quòd ex Doctoribus noſtris, Alij in affirmatiuam deſcenderunt ſententiam; Alij negatiuam partem amplexi fuere; Alij verò diſtinctione vſi ſunt.

Etenim quòd poſſit per patrem fideicommiſſum 2
imponi ſuper re ab illo per priùs filio contemplatione matrimonij donata, firmarunt Berengar. Ferdinan. *in c.vnico, de filiis natis ex matrimo. ad morg. contract.cap.7. prælud. num.8. verſ. ad tertium*, & Nicol. Boer. *deciſ.*204. *num.*33. freti forſan *Sceuolæ* reſponſo *in l.fin.§.filiæ, ff.de legat.*2. vbi diſponitur, poſſe patrem in teſtamento filiam, quam in matrimonio collocauerat, grauare, vt ea abſque liberis decedente, dotem, quam habuit fratribus reſtituere cogatur; ergò idem, imò maiori cum ratione in donatione facta filio contemplatione matrimonij peragi poteſt, nec poſſe diuerſitatis rationem aſſignari.

Contrariam verò ſententiam, quæ hanc fidei- 3
commiſſi imponendi facultatem patri denegari voluit, amplexus eſt doctiſſimus Iacob. Cancer. *variar. reſol.par.3.cap.7.de pact. num.*120. vbi dicit, primam ſibi non placere, nec ab illo Cathalauniæ Senatu receptam fuiſſe, obſtante text. *in l. perfecta, C.de donation.quæ ſub mod.* in quo diſpoſuiſſe *Imperatores* inuenimus, perfectam donationem conditiones demùm non recipere, cùm irreuocabilis ea ſit, ac proinde donatario inuito, cui per eandem irreuocabiliter ius quæſitum eſt, alterari, aut aliquo onere grauari non permittitur. 4

Addit Gerar. Maynard. hanc eandem firmans ſententiã, licèt demùm quæſtionẽ diſtinguendo reſoluat, vt paulò infrà dicemus, *deciſ.36.n.3.lib.5.* conſiderandum eſſe, quod aliàs de pactis, & perfectis conuentionibus dici ſolet, nimirùm ius per eas ſemel alicui acquiſitũ, vlteriùs ab eo inuito extorqueri non poſſe; 5
l.pater filium, ff. ad leg. falcid.l.cùm proponeretur, §. filiæ, ff.ad Senat.Conſ.Trebel. idem quoque de donationibus inter viuos fore cenſendum; nam quemadmodùm propria hæredis bona in fideicommiſſi reſtitutione non veniunt, ità nec venire debeant bona teſtatoris, quæ hæredi non per teſtamentum, ſed per donationem, aut alium actum inter viuos, imò etiam per donationem morte confirmatam, acquiſita fuerunt; ad text. *in l.fin.ff.de pact.*

Diſtinctione tandem hac in re vſus eſt Maynar. 6
loco iam dicto, num.6. an ſcilicet intendat pater ſuper re per eum donata fideicommiſſum imponere ad beneficium aliorum liberorum, & deſcendentium ipſius donatoris, vt putà, quòd moriente filio donatario abſque liberis, vel cum liberis, & illis demùm decedentibus, ſuccedat in re donata alter patris donatoris filius; & eo caſu prima pro fideicommiſſo procedat ſententia: aut verò ad fauorem extranei, & contraria locum habeat: & ità iuxta hanc diſtinctionem, & mediam opinionẽ ſæpiſſimè à ſuprema Tholoſana Curia in liberorum fauorem,

& reliquorum in recta linea deſcendentium indica-
tum fuiſſe teſtatur.

7 Sed certè hac diſtinctione, & prima affirmatiua
ſententia prorſus exploſa, à ſecunda negatiua per
Cancer. firmata nullo modo recedendum eſſe, in-
dubitanter affirmo: nam cùm veriſſimum ſit, dona-
tionem hanc, de qua agimus, adeò perfectam eſſe,
vt nemo auſus fuerit aſſerere, ex quauis cauſa ma-
8 trimonio ſecuto reuocari poſſe, ſed omninò vti con-
tractus matrimonij partem irreuocabilem cenſeri;
vt per D. Præſ. de Franch. *deciſ.*436. *num.*4. *& ſeq.*
& meliùs *in deciſ.*205. *per totam*, vbi Sacrum Conſ.
nullam cenſendo donationis reuocationem à pa-
tre poſt contractum matrimonium factam, donato-
rem illum reuocantem ad præterita non ſoluta huius
reuocationis causâ condemnauit. Quod procedere
dicit *Dom. Præſ.* etiam ſi filij donatarij conſenſus in
hac reuocatione, vel retrodonatione interuenerit,
vt nimirùm id peragi non poſſit in præiudicium
aliorum, qui in præfata donatione interuenerunt; &
ſic vxoris, vel eius patris, ſiue alterius dotantis; idque
attenta ratione prædicta: nam cùm ſit pars contra-
9 ctus matrimonij, quemadmodùm irritari illud non
poteſt, ità & hæc donatio, quæ eſt pars ipſius; & ità
in ſpecie ſubdit, firmaſſe Tell. Fernand. *ad l. Taur.*17.
*num.*73. cui addimus Peguer. *deciſ.*230. *in fine*, hoc
idem tenentem, alióſque, quos refert, & ſequitur
Fontanel. *tom.*1. *de pac. nup. clauſ.*4. *gloſ.*9. *numer.*5.
*par.*1. *& gloſ.*1. *num.*19. *&* 30. *cum ſeq.* Sequitur ex
hoc, patrem donatorem poſt donationis contractum
celebratum ampliùs in re donata os poni non poſſe,
cùm de cætero ſuper illa ius aliquod non habeat.

10 Quo ſtante vides, quantum congruâ caret ratio-
ne diſtinctio per Maynard. *loco cit.* tradita; nam ſi
verum eſt, perfectam dici donationem, nec de hoc
ambigi poſſe, quemadmodùm fidecommiſſum ad ex-
traneorum fauorem conſtitui non permittitur, ità &
ad beneficium filiorum; reſpectu enim vtriuſque ea-
11 dem conſideratur impotentia, propter contractus
perfectionem, provt eadem & vniformis potentia
cenſeretur, vbi imperfecta eſſet donatio, & eſſet,
quando matrimonium ſecutum non appareret; nam
cùm donatio hæc tacitam habeat conditionem, ſi
matrimonium ſequatur, & vbi non ſequeretur, nulla
dicitur; vt per Cancer. *loco cit. num.*114. & per Fon-
tanel. *cit. clauſ.*4. *gloſ.*1. *ante num.*13. poſt Barboſ. *in l.
ſi cùm dotem, in princ. poſt num.*57. *ff. ſolu. matr.* benè
eo caſu poſſet pater donans ſuper re donata quic-
quid ſibi placeret ordinare, vti ipſius propria.

12 Minus etiam erit habenda ratio de text. *in cit. l.
fin. §. filia, ff. de legat.* 2. in eo enim iuxta communem
intellectum, pater dotationis tempore expreſsè pa-
ctus erat, vt dos ſoluto matrimonio ad ipſum reuerte-
retur, ac proinde iure potuit in teſtamento filiam
grauare, vt ea ſine liberis moriente, ad eius fratres
teſtatoris filios, dos, quatenus ſit ſupra Legitimam,
perueniret, cùm omnimodò ad dotantem reuerſura
erat; quod non eſt, quando pater filio contemplatio-
ne matrimonij donat: ac proinde ad caſum propo-
ſitum allegari *reſponſum* illud non meretur; ad cuius
tamen ornatum eſt videndus Gaſp. Ant. Theſ. *quæſt.
forenſ. lib.* 1. *quæſt.*63. *per totam.*

13 Poſt hæc ſcripta vidi D. Reg. Rouitum, qui *in
conſ.*72. *lib.*1. in donatione facta à patre filio in præ-
mium emancipationis, hanc eandem tuetur ſenten-
tiam, ſecundùm quam per S.C. deciſum refert; eſt
etiam videndus Cutelli, qui in hoc articulo doctè,
provt de more loquitur, *in tract. de donation. lib* 1.
*partic.*10. *à num.*84. *ad finem*, *fol.*317. *in impreſſis
Panormi.*

SVMMARIVM.

1 *Filius maſculus ex generali conſuetudine to-
tius Chriſtiani Orbis, patri ſuo ab inteſta-
to defuncto ſuccedit cum onere maritan-
di ſororem de paragio.*

2 *Paragium eſt quid diuerſum à Legitima, &
quodnam diſcrimen conſideratur, n.* 3.

4 *Paragium an debeatur in pecunia, vel potiùs
in corporibus.*

5 *Paragium quoad iuris effectum in locum
Legitimæ ſuccedit.*

6 *Paragium, vel Legitima debetur ſorori ſine
dote nupta.*

7 *Paragium ſi fuerit in corpore ſorori aſſigna-
tum, quod demùm fuit euictum, an iterum
illud eadem actione peti poſſit.*

8 *Dos in corpore aſſignata, ſi fuerit euicta, an
poſſit ſoror ad primaua iura redire, &
num.* 9. *&* 46.

10 *Frater qui euicto corpore pro dote ſorori aſſi-
gnato, tenetur ad iterùm dotem ſiue Legi-
timam aſſignandam, an inſimul ad inter-
eſſe, ſiue fructus Legitimæ teneatur.*

11 *Legitima, quæ debetur filio maſculo à die
mortis communis patris, an peti poſſit vnà
cum fructibus, & n.*12.13. *&* 14.

15 *Soror vt nubere poſſit an valeat à fratre pe-
tere paragium vnà cum fructibus, & à
quo tempore.*

16 *Soror ſi ſemel à fratre dotem de paragio ha-
buerit, quæ demùm fuit euicta, an ad pri-
maua iura recurrens, poſſit ſuper bonis pa-
tris Legitimam vnà cum fructibus conſe-
qui; & n.*18.19. *&* 20.

*Et quid ſi egerit actione hypothecaria ex
cauſa euictionis paſſæ, & n.*21. *&* 22.

17 *Intereſſe ſortis vt peti poſſit quæ requi-
rantur.*

23 *Creditor anterior pro ſorte, an, & quando in-
telligatur pariter pro vſuris anterior, &
quid in dote? num.*24. *&* 27.

25 *Hypotheca tacita, quæ competit pro dote,
an pariter pro illius intereſſe competere
poſſit.*

26 *Aſſenſus præſtitus ſuper obligatione bonorum
feudalium pro dote, an cenſeatur præſtitus
pro illius intereſſe, & num.*34.

28 *Contractus dotis quoties in mutuum, vel con-
tractum cenſualem transfertur, cenſetur
de vno ad alium transfuſus cum omnibus
priuilegiis, quæ primò inerant, & n.*35. *&
quid in aliis contractibus, n.*29.

30 *Deciſio ad quæſtionem refertur.*

31 *Dotis promiſſio facta in capitulis matrimo-
nialibus an cenſeatur nouata per inſtru-
mentum Mutui, ſiue contractum cenſua-
lem inde ſequutum, & n.*43. *&* 44.

32 *Hypotheca pro ſorte ſimpliciter conſtituta,
an pariter pro intereſſe competat, & n.*33.

36 *Promiſſio*

36 *Promiſſio facta ſoluendi debitum tali die abſque intereſſe, eo elapſo, & ſolutione non facta, parit intereſſe.*

37 *Clauſula,* pro quibus omnibus obſeruandis, &c. *importat obligationem ad intereſſe.*

38 *Intereſſe dotis in tempore conuento non ſoluta qua actione petitur.*

39 *Intereſſe dotis poſt dotantium mortem promiſſæ, an debeatur abſque interpellatione, & num.* 40. 41. *&* 42.

45 *Dotis cauſa adeò fauorabilis eſt, vt nunquam eius conditio, etiam muliere volente, deterior fieri poteſt.*

ARGVMENTVM.

Patre defuncto, cui maſculus ſucceſſit cum onere dotandi ſororem de paragio, ſi eam dotauerit, & demùm corpus in dotem datum fuerit euictum, an, pro dote amiſſa iterùm à dotante obtinenda, competat illa-met actio, quæ ante dotationem ad paragium conſequendum competebat. Frater, qui euicta dote ſorori data, tenetur ad iterùm dotem, ſiue Legitimam illi aſſignandam, an inſimul teneatur ad ſoluendum eiuſdem Legitimę portionis fructus, quos à corpore pro dote in ſolutum dato, à die paſſæ euictionis ſoror ipſa percipere deſiit. Dos ſi fuerit promiſſa ſolui in certa die, qua adueniente dotantes tot annuos viro in ſolutum dederunt, nùm ex hoc contrahendi modo ſuper bonis dotantium habeat mulier anterioritatem à die promiſſæ dotis, non ſolùm pro ſorte, de qua non dubitatur, ſed pro illius interuſurio, ex hoc ſecundo contractu decurrendo. Creditor anterior pro ſorte an dicatur pariter anterior pro vſuris, quando iſtæ non ex conuentione, ſed ex mora debentur. Clauſula, *pro quibus omnibus obſeruandis*, an importet promiſſionem intereſſe? & de aliis notabilibus, vbi nouiſſima deciſio S.C.

CAPVT CLXVI.

PATRE ab inteſtato defuncto, filio 1
maſculo, & fœmina ſuperſtitibus, certum eſt, attentis Statutis, & Conſuetudinibus locorum totius Chriſtiani Orbis, quòd maſculus in bonis omnibus ſuccedit, cum onere tamen maritandi ſororem de paragio, hoc eſt, vt teneatur ei dotem aſſignare pro modo facultatum, & filiorum
numero, vt pari nubat: Hìnc *Doctores* dixerunt, 2
Paragium eſſe quid diuerſum à Legitima, quia hæc eſt certa, & limitata, ſine perſonarum diſtinctione, *Authen. nouiſſima, C. de inoffic. teſtam.* dos autem de pa-
ragio eſt incerta, regulata à perſonarum qualitate, 3
& locorum conſuetudine: item Legitima non eſt debita filiis in vita patris, ſed poſt mortem; *l. cùm quæritur, C. de inofficioſ. teſtam. §. 1. auth. de trien. & ſemiſ.* dos autem de paragio eſt debita etiam in vita patris; *l. fin. C. de dot. promiſ. & l. qui liberos, ff. de rit. nupt.* ità in terminis *Conſtit. noſtra, In aliquibus,* & *Conſuetud.* huius Ciuitatis, quæ incipit, *Si moriatur*, ratiocinantur Napodan. *ibi in verb. Paragium*, Gramm. *deciſ.* 1[illegible]1. *n.* 63. *& ſeq.* Felix de Rub. *in addit. ad præcip. Conſuet.* Vinc. de Franch. *deciſ.* 159. *num.* 14. Reg. Capyc. Latro *conſult.* 159. *num.* 37. aliique Noſtrates, & attento conſimili Vrbis Statuto, quod eſt 145. *lib.* 1. Rot. *deciſ.* 581. *n.* 5. *par.* 1. *recent.* & Mercur. Merl. *tract. de Legit. lib.* 3. *tit.* 1. *q.* 8. *num.* 23. debetur autem
dos de paragio in pecunia, ſi frater in feudo ſucceſſit; 4
ſin autem in bonis burgenſaticis, eſt in illius electione, vel in pecunia, vel in corporibus, ità ſatis benè poſt alios noſter Reg. Merlin. *controuerſ. cent.* 1. *c.* 13. *per totum.*

Eſt tamen verum, quòd quoad iuris effectum Pa- 5
ragium in locum Legitimæ ſuccedit, vt per Andr. *in Conſt. In aliquibus, col.* 10. *in fine, verſ. ſed hoc Paragium, & col. ſeq. in princ.* Reg. Galeot. *controu. lib.* 2. *contro.* 1. 15. Reg. Merl. *loco cit.* & faciunt dicta per Georg. *alleg.* 11. dicetur autem, ſemper dotem de Paragio
ſorori deberi, antequam illa nubat, nupta verò, nulla 6
dote à fratre ſibi aſſignata, non ampliùs dicetur dotem de paragio à fratre deberi, ſed Legitimam; ità ex Andr. docet Afflict. *in Conſt. In aliquibus, n.* 45. *& ſeq.* Vbi autem fuerit à fratre dos de Paragio, vel
Legitima in certo corpore ſorori aſſignata, quod 7
demùm fuerit per Iudicis ſententiam euictum, dubitandum non eſt, actionem eidem competere aduerſus fratrem hæredem, prout ante aſſignationem actio ad Legitimam conſequendam competebat; ità Merl. *cit. tract. de Legit. lib.* 5. *tit.* 4. *quæſt.* 6. *num.* 10. & Mangil. *de euiction. quæſt.* 95. *num.* 16.

Id quod in dote abſolutum eſt, nam vbi corpus 8
illud pro dote aſſignatum à creditoribus, vel patris, vel fratris euinceretur, poterit ſoror, quæ euictionem paſſa eſt, ad primæua iura redire, quæ conſidero Ego, vel reſpectu Legitimæ, quæ ſibi in bonis patris competebat, vel reſpectu hypothecæ, quam matrimonij contracti tempore acquiſiuit; ad text. *in l. qui res* 98. *ff. de ſolut.* ità Bar. *in l. ſi quis alium, ff. hoc tit.* Boër. *deciſ.* 337. *n.* 2. Hieronym. Gabr. *conſ.* 129. *n.* 10. Reg. de Ponte *conſ.* 92. *n.* 2. *lib.* 2. Anna filius *conſ.* 35. *num.* 10. Mangil. *cit. tract. de euiction. q.* 70. *n.* 16. Reg. Reuert. *deciſ.* 102. *lib.* 3. aliàs 293. ſecundùm meam compilationem, Aloyſius de Leo *in l.* 1. *n.* 6. *verſ. tamen hoc fallit, C. ſi aduerſ. tranſact.* Ant. Fab. *diſt.* 49. *n.* 17. *&* 18. *C. de ſolut.* Gaſp. Theſ. *quæſt. forenſ. lib.* 2. *q.* 88. *in fine,* Caſtil. *deciſ.* 5. Milanenſ. *deciſ.* 9. *num.* 110. *lib.* 1. *&* 13.

num.21.lib.1. Reg. Merlin. *contr.cent.1x.27.nu.15.* &
9 alij; Etenim iniquum ſatis videretur, ſi euicto corpore pro dote de paragio, à fratre ſorori in ſolutum dato, non poſſet ſoror ipſa ad bona paterna pro ſuæ Legitimæ conſequutione recurrere, maximè, quando non eſſet ſibi conſultum agere contra fratrem, quia forſan bona omnia hæreditaria alienaſſet.

10 Sed breuiter videamus, an eo caſu frater, vel tertius bonorum paternorum poſſeſſor, qui ad Legitimam aſſignandam tenetur, cogi inſimul poſſit ad ſoluendum eiuſdem Legitimæ portionis fructus, ſiue intereſſe? Ad quod reſpondeo, illud in hac ma-
11 teria certum eſſe, Legitimam regulariter deberi filio maſculo à die mortis communis patris, & vnà cum fructibus, ſiue intereſſe, quamuis nulla interceſſerit petitio; ità Gloſ. magna *in l. in fideicommiſſaria,* vbi Rip. *num.46.* & cæteri, *ff. ad Senat. Conſult. Trebell.* D. de Franch. *deciſ.16.n.13.558.num.5.* & *575. num.1.* Ego ipſe *lib.1.c.200.* vbi *num.4.* poſt Reg. Rouit. *conſ.20.n.8.* & *9.lib.1.* declaraui, hoc procedere,
12 quando Legitima, ſiue in corporibus, ſiue in pecunia ab hærede ſoluenda eſt; ſecus verò vbi pecunia hæreditaria eſſet penès Tertium, velletque filius ab illo auocare pecuniam pro rata ſuæ Legitimæ, eo enim caſu hic ad intereſſe non niſi à die petitionis tene-
13 tur. Idémque addo nunc, vbi tota hæreditas in pecunia conſiſteret, quo caſu adhùc hæres non niſi à die interpellationis, ad fructus, ſiue intereſſe cogi poſſet, non autem à die mortis, dummodò non appareat, quod pecunias exercendo, ſiue negotiando aliquid lucratus eſſet; probat hoc, & ſatis benè Cephal. *conſ.56.n.49.lib.1.* Alciat. *conſ.779.n.19.* Merlin. *de Legit. lib.2. tit.1. quæſt.1. num.35.* & Fab. de Anna *conſ.130. num.41.* & *obſeru.5. decad.1.* vbi idem deci-
14 ſum refert, quoties filius Legitimam ad ſe de iure ſpectantem à fratre, vel ſorore peteret ex titulo de inofficioſa donatione, vel dote, vt etiam hoc caſu non à die mortis patris donantis, ſiue dotantis, ſed à die interpellationis Legitima cum fructibus debeatur; ad quod plures citat, ſignanter Matienz. *lib.5. nouæ*
15 *recompil. tit.8. lib.3. gloſ.3. n.7.* in fœmina verò, quia frater eam ſecundùm paragium maritare tenetur, vtique non poſſet ſoror à fratre fructus, ſiue intereſſe paragij à die mortis patris petere, ſed tantùm à die contracti matrimonij, cùm antea non niſi alimenta debeantur; ita per illum text. *in l. qui filium, ff. vbi pupill. educar. deb.* notant *ibi* Bal. Socin. *conſ.57. lib.4.* Fœlix de Rub. *loco cit.* ſicque deciſum teſtatur Reg. Reuert. *deciſ.26. lib.5.* aliàs 417. ſecundùm meam compilationem, quam ſcripſit in cauſa, ſuper qua conſuluit Anna pater *alleg.70.* vbi *in fine* notatur deciſio Iacob. Anell. de Bott. *in addit. ad Napod. in Conſ. Si qua mulier, ſub nu.56.* D. de Franch. *deciſ.559. num.14.* & Capotaq; cæteris omiſſis *ad precit. Conſuet. Si moriatur, par.2. §.2. n.23. & 25.* Atque hæc, quando filius Legitimam, & filia dotem de paragio nunquam habuerunt.

16 Sed vis eſt videre, quid ſi ſemel à fratre ſorori ſuæ certum corpus pro dote de paragio fuerit in ſolutum datum, quod demùm ab eiuſdem fratris creditoribus fuit euictum, an hęc ſoror ad primęua iura recurrens, valeat ſuper bonis paternis Legitimam conſequi vnà cum intereſſe, ſiue fructibus, quos à corpore in ſolutum dato à die paſſę euictionis percipere deſiit? Hoc punctum non inueni à *Doctoribus,* quos viderim, tactum; ſed attentis iuris principijs facilis
17 erit Reſolutio negatiua, quandoquidem, vt intereſſe ſortis, ſiue quantitatis debitæ peti poſſit, neceſſe eſt, vt illud, vel ſit conuentum, *l. cùm quidam, §. ex locato,* vbi Gloſ. *ff. de vſur. l.3. C. eod.* vel quòd debeatur ratione moræ, per hominis, aut diei interpellationem contractæ; *l. magnam, C. de contrah. & commit. ſtipul. l. mora, ff. de vſur.* & *l. nulla 99. ff. de reg. iur.* Ant. Fab. *diff.31. C. de vſur.* & alij paſſim.

Suppoſito hoc, ſi primum inſpiciamus intereſſe, 18
nullo pacto ad illud ſoluendum frater, ſiue tertius bonorum paternorum poſſeſſor cogi poteſt, cùm nullibi fratrem promiſiſſe legamus, vt in caſu euictionis ſequuturæ corporis pro dote de paragio in ſolutum dati, teneatur ad Legitimam præſtandam vna cum fructibus, ſiue intereſſe, quod idem eſt; *l. vſura, ff. de vſuris:* Sed tantùm fuiſſe promiſſum illud intereſſe, quod oritur ex cauſa paſſæ euictionis; pro quo conſequendo ſorori non eſt conſultum actione illa ex empto, quæ competit ex diſpoſitione text. *in l. eleganter, ff. de pignor. action.*

Si verò aliud conſideramus intereſſe, quod ex mo- 19
ra contracta exoritur, & nec etiam hoc debetur, quia ſi diem inſpicimus nuptiarum, quæ ſtatim fratrem interpellat, vt per Reg. de Ponte *conſ.50. in fine, lib.2.* Theod. *alleg.7. n.16.* & Franc. Ant. Coſt. *conſ.35. n.25.* & nulla conſideratur mora, quia eo tempore frater dotem de paragio iam ſoluit, certum corpus pro illa in ſolutũ tradens; ſicq; non eſt, cur de intereſſe ſoluendo propter ſortem non ſolutam tractari poſſit. Vnde 20
hac in re, illa tantùm poteſt conſiderari mora, quæ contrahitur ex interpellatione ſororis, Legitimam ſuper bonis paternis petentis poſt euictionem ſequutã ſuper corpore, quod pro dote de paragio fuit eidem in ſolutum datum; hac enim mora conſiderata, iſtóque inſpecto tempore dubitandum non eſt, teneri fratrẽ ad fructus Legitimæ, à die nimirùm interpellationis, quos ſi frater ipſe ſoluere non poſſet, tenetur certè tertius bonorum paternorum poſſeſſor, quamuis reſpectu ſui nulla interceſſerit mora, iuxta ea, quæ exarat Theod. *cit. alleg.7.* & meliùs *alleg.81. num.50.*

His ſic ſtantibus, inueſtigemus, quid dicendum; ſi 21
ſoror, non ad primæua iura reſpectu Legitimæ recurreret, ſed ad illa reſpectu hypothecæ, quam acquiſiuit pro dote de paragio, à fratre in capitulis matrimonialibus ſibi promiſſa: diximus enim ex communi DD. ſententia per illum text. *in d. l. quiſ res 98. ff. de ſolut.* quòd quando pro dote de paragio frater ſorori ſuæ corpus aliquod in ſolutum dedit, quod demùm fuit euictum, poſſe ſororem, ſiue eius virum ad primæua iura redire, ſic exercendo actionẽ illam hypothecariam, quam à die initorum capitulorum matrimonialium acquiſiuit; dubitatur enim, 22
ſi dos de paragio reperitur promiſſa in capitulis matrimonialibus, ſoluenda in die nuptiarũ, vel poſt annum, ſiue aliud certũ tempus à die contracti matrimonij, infrà quod tẽpus frater alteri bona ſua obliggauit, an, inquam, ſoror ipſa in concurſu cum hoc ſecundo creditore ſuper bonis fratris, ſicut præfertur pro ſorte dotis, veniat ſimiliter præferenda pro fructibus non perceptis poſt euictionem paſſam corporis in ſolutum dati? & in hoc affirmatiuè reſpondeo.

Nam quamuis in terminis text. *in vulgata l. Lu-* 23
cius, ff. qui potior. in pignor. habe. verior mihi ſemper viſa fuerit illorum ſententia, qui dixerunt, vt creditor anterior pro ſorte, tunc demùm intelligatur pariter & pro vſuris anterior, quando vſuræ fuerunt conuentæ, ſecùs verò ſi dumtaxat ex mora deberentur, quia tunc cùm bona debitoris non niſi pro ſorte obligata cenſeri poſſint, non poterit primus creditor pro acceſſionibus præferi ſecundo, qui antequam ceſſiſſet dies ſolutionis ſortis primo creditori promiſſæ hypothecam acquiſiuit, vt ſatis benè, quicquid alij aliter dixerint, notant Soc. *conſ.14. num.19. lib.4.* Cannet. *in extrauag. volentes, in quæſt.* quę incipit, *At non erit otioſa quæſtio, n.12. fol. mihi 93.* Seraph. *deciſ.481. numer.5.* Ant. Fab. *diff.8. in alleg. num.5.*

num.5. Cod. qui pot. or. in pign. habe. quos allegaui *lib.1. cap.76. num.2.* Barboſ. *in l.1. par.3. num.28. verſ. nam ad primum, ff. ſolut. matrim.* Carleual. *de indic. tom.2. tit.3. numer.49. verſ. idemque planè probatur, & num. ſeq.* vbi benè loquitur, & Arias *var. reſol. lib.2. cap.30. num.19.*

24 Attamen in dote communitèr receptum eſt, vt mulier anterior pro ſorte, cenſeatur paritèr & pro vſuris; quamuis ex mora deberi videantur; ſicque vt bona dotem promittentis cenſeantur ab initio obligata, tam pro ſorte in certa die promiſſa, quàm pro vſuris poſt moram commiſſam decurſis, licèt illarum reſpectu nulla præceſſerit conuentio. Ratio aſſignatur, quia in hoc caſu intereſſe non tam ex mora debitoris, & in illius odium debeatur, quam ex natura contractus dotalis, in quo cùm primùm obligantur bona pro ſorte, cenſentur paritèr obligata pro interuſuriis, vbi in die nuptiarum, ſiue in alia præſcripta non fuerit ſequuta ſolutio, ac ſi expreſsè acceſſiones fuiſſent promiſſæ, & hoc in recompenſationem onerum matrimonij, quæ maritus ſuſtinet; ita Cannet. *loco cit. num.20. verſ. poſſet tamen opinio Blanchi in vno ſolo caſu procedere,* Milanenſ. *deciſ.8. num.381. & deciſ.13. num.29. lib.1.* Roder. *de annuis redit. lib.3. cap.7. num.46. & cap.8. num.15.* Maſtrill. *in addit. ad Petr. de Greg. de cenſ. quaſt.6. numer.91.* Reg. Galeota *controu. lib.1. controu.56. num.15.* Paſcal. *de viribus patr. poteſt. part.2. cap.7. num.40.41. & 42.* vbi ex Neguſ. *de pignor.4. membr.2. part. numer.54. & 55.* addit, tacitam

25 hypothecam, quæ pro dote competit, competere paritèr pro eius intereſſe, & *num.44. & 57.* ex Camer. *in cap. Imperialem, fol.51. lit. V.* reprobato *Afflict.* docet, aſſenſum præſtitum ſuper obligatione bonorum

26 feudalium pro dote, cenſeri pariter ex vi comprehenſiua conceſſum pro intereſſe, ob retardatam ſortis ſolutionem debito, ex eo, quòd dos, & intereſſe vt vnum, & idem conſiderantur, non autem vt duo ſeparata; ad text. *in l. quicunque §. penult. ff. de inſtit. action.* Dominus enim conſentiendo obligationi pro dote, cenſetur quoque cogitaſſe de illius intereſſe, quod venit in conſequentiam ipſius; ſicque per Sacrum Conſilium deciſum teſtis eſt Reg. de Ponte *conſ.64. num.19. & deciſ.24. num.38.* quamuis Reg. Galeot. *controuerſ. iur. lib.1. controu.21. num.23. & 24.* ex eodem Camerar. hoc intelligat in vſuris, ſeu intereſſe, ex iuris diſpoſitione debitis, quæ vnũ, & idem cum ſorte reputantur; ſecùs verò in his, quæ non veniunt à natura obligationis rei, ſed ſtant de per ſe vt ſeparata, & debentur ex promiſſione, & pacto hominis.

27 Quod latiùs ſubdit comprobaſſe Surd. *tract. de aliment. tit.9. quaeſt.31. num.36.65. & 69. verſ. tertiò dico,* & in caſu forſan maioris ponderis, nimirùm, vbi dos in certa die ſolui fuerit promiſſa, qua adueniente, dotantes, pecuniam præ manibus non habentes, vt ſatisfacerent, in ſolutum dederint tot annuos, ab eiſdem ſoluendos, cum promiſſione euictionis in forma, ac reſeruatione primorum iurium; quòd eo caſu mulier à die promiſſionis dotium non ſolum pro ſorte, ſed etiam pro interuſuriis, quamuis ex hoc ſecundo contractu decurrendis, dicatur anterior, docet, & ſatis benè Caſtill. *cit. deciſ.5. à num.37. & deciſ.17. ante num.23. verſ. & ſuper hoc fuit diſcuſſa quaſtio illa,* quem notantèr ſequitur Reg. Galeota *cit. controuer.*

28 *56. à num.23.* quò loci dicit, quotiès contractus dotis in mutuum transfunditur, ſiuè in contractum cenſualem, ſiue conſtitutionem annuorum redituum, quem Siculi *ſubiugatorium ad formam Bullæ* appellant, quòd cenſeatur de vno in alium transfuſus cum omnibus priuilegiis, & qualitatibus, quæ primo inerant, tam pro Capitali, quam pro Tertiis, & interuſuriis, ex eo, quòd in iure vniuerſali, cuiuſmodi eſt titulus dotis, debitum ex vno contractu poteſt conuerti in debitum ex alio, ita vt primum non tollatur, allegat Bart. theoricam in *l. ſingularia, num.4. ff. ſi cert. pet.* quamuis contrarium ſit dicendum in aliis contractibus non priuilegiatis, in quibus annui reditus ex ſecundo contractu dependentes non habebunt eandem anterioritatem, quam habet ſors ex primo contractu debita, vt ſatis elegantèr explicat Carleual *loco proximè citato, n.50.* 29

Et nè indiuiduali rerum iudicatarum authoritate careamus, Dico, ſic, prout ſupra fuit reſolutum, Sacrum Conſilium iudicaſſe in concurſu creditorum quondam Comitis Vgenti ſuper pretio ex venditione illius Ciuitatis peruento: Etenim cùm Domna Hieronyma Pandone à Comitibus patre, & fratre nuptui tradita eſſet cum dote ducatorum viginti millium, quorum pro ſumma ducatorum quinque millium fuit à dotantibus poſt eorum mortem promiſſa ſolutio, & quòd interim nullum curreret intereſſe, ſequuta iam morte, hæredes dotantium in ſatisfactionem dictorum ducatorum quinque millium complementi conſtitutæ dotis, tot annuos dotatæ, ſiuè eius viro Domino Mutio de Marra in ſolutum dederunt; verùm propter decoctionem Comitis indè ſequutam, contractibus omnibus reſciſſis, cùm loco illorum annuorum introituum, vulgò *Tertias* nos appellamus, intereſſe ad eandem rationem currere cœpiſſet, inſtabat D. Don Hieronymus de Marra filius, & hæres D. Hieronymæ dotatæ fore graduandum à die initorum capitulorum matrimonialium, non ſolum pro ſorte dictorum ducatorum quinque millium, ſed pro illorum intereſſe decurſo poſt reſciſſionem contractus in ſolutum dationis, ſed contendentibus hæredibus quondam Doro heæ Capyciæ, cui poſt matrimonium D. Hieronymę Comes Vgenti bona ſua obligauerat, dictum Don Hieronymum nomine, quo ſupra, non poſſe graduari à die, quo mater ſua nupſerat, niſi pro ſorte; ſecùs verò reſpectu intereſſe, quod cùm poſt dotantium mortem deberetur, non niſi mero Iudicis officio, non autem iure actionis, ſiue hypothecæ illud deberi dicebatur, cùm quid iuris dubitaretur, diſcuſſis omnibus de iure diſcutiendis, Partibus pleniſſimè auditis, prodiit deciſio pro Don Hieronymo, nimirùm vt graduaretur, tam pro ſorte, quàm pro intereſſe à die promiſſionis dotium, idquè ſub die 25. Maij 1641. referente Domino Conſiliario Duce Cagnani, & pro D. Hieronymo patrocinante D. Eraſmo de Ponte eius cognato Aduocato primario, natalibus, doctrina, morum candore, ac omnibus numeris abſolutiſſimo, qui in cauſa his, quæ ſequuntur, verbis de iure reſpondit. 30

Ieſus, Maria, Ioſeph.

Ad duo potiſſimùm reducuntur, quæ pro parte hæredum Dorotheæ Capyciæ aduerſus anterioritatem crediti quondam D. Hieronymæ Pannonæ pro complemento ipſius dotium, obiiciuntur. *Alterum,* promiſſionem in capitulis matrimonialibus initam, per inſtrumentum Mutui fuiſſe nouatam, illudque demùm de ſorte duc. quinque millium ſimplicitèr loqui, poſt mortem dotantium ſoluenda, & conſequentèr intereſſe, non ante debitum, quàm illorum morte, atquè hæredum interpellatione ſequuta, mero Iudicis officio, non autem iure actionis, ſiue hypothecæ. *Alterum,* contractum illum dotalem, ſiuè inſtrumentum Mutui omninò fuiſſe extinctum; ſiue nouatum per contractum cenſualem indè ſequutum, quamuis cum clauſulis reſeruatiuis, ſaltem reſpectu intereſſe; noua ſuccedente obligatione pro Tertiis ex illo 31

illo die, quo venditio annuorum introituum inita fuit, vt latiùs ex allegatis per Aduerſarium.

32 Hæc etſi reſponſionem non mererentur, tanquam directè contra communem noſtri ſupremi Senatus iudicandi ſcholam; Nihilominus, vt dignoſcatur ab Aduerſario, quam iuridicè, atquè ſecundùm rectos iuris tramites illa procedat, infraſcriptas commemorare receptiſſimas in iure concluſiones operę pretium erit.

Prima, illa nobis ſe offert, hypothecam, etſi ſimplicitèr, ſeu expreſsè pro ſorte conuentam, pro intereſſe quoque competere, ab vno, eodémque fonte, ſiuè contractu, intrinſecè, & ex natura illius, ſiue iuris intellectu prouenientem, iuxta vulgatum axioma *l. Lucius*, & *ibidem* Gloſ. *ff. de vſuris*, cùm vnum, & idem debitum reputetur ſors cum vſuris, licèt auctum, vt elegantèr dixerunt Authores mox citandi; ita ex Bart. Cyn. & aliis in *l. pignoribus, Cod. de vſuris*, & ex Baldo *in l. etiam, Cod. de iure dot.* Decio *in l. pecuniam, in primo not. ff. ſi certum petat.* Ripa *in l. priuilegia, in 8. ampliat. de priuileg.* Neguſant. *de pignor. 2. memb. 5. part. num.* 10. Socin. *conſ.* 41. *num.* 19. vbi allegat præ cæteris text. *in l. ſolutum, §. ſi in ſorte, ff. de pignor.* pro abſoluto alij tradiderunt, quos refert, & ſequitur Batzius *deciſ.* 108. Reg. de Pont. *deciſ.* 34. *n.* 37. *cum ſequ.* & 45. *cum ſequ. conſ.* 64. *num.* 19. & *conſ.* 76. *num.* 11. Vrſil. ad Afflict. *deciſ.* 186. Maſtrill. *deciſ.* 119. *num.* 11. *tom.* 2. Mantica *de tacit. tit.* 22. *lib.* 11. *num.* 32. & 33. Burſat. *conſ.* 103. *num.* 10. *cum ſequ.* Gratian. *diſcept.* 730. *num.* 19. & 20. elegantèr D. Conſil. Theodotus *allegat.* 5. *num.* 24. & *alleg.* 7. *num.* 13. *cum ſequ.* Gaitus *in ſuo ſolemni tract. de credito, cap.* 4. *quæſito* 10. *num.* 1171. Conſ. Paſchal. *de patr. poteſt. par.* 2. *capit.* 7. *num.* 40. & 41. & centum alij.

33 Qui omnes nedum hypothecam, verum etiam, & ſub eadem prælatione ſortis communitèr, & abſolutè concedunt, vt apud illos eſt videre pro veritatis teſtimonio. Cuiuſmodi receptiſſima ſententia inuiolabilis redditur in cauſa dotis, vt reſumptis omnibus teſtatur Neguſ. *de pignor. membr.* 4. 2. *par. n.* 10. & 48. *cum ſequ.* authoritate Bart. Alex. Salyc. Caſtrenſ. aliorúmque DD. *in l. ſi maritus, ff. ſolut. matrim.* & in *l. ſi cùm dotem, §. ſin autem in ſæuiſſimo, ff. eodem*, vt nupertimè vltra ſupracit. Authores, quibus addo Conſ. Paſchal. *loco ſupra cit. num.* 42. obſeruaui apud D. Regentem Galeotam *tom.* 1. *controuerſ.* 56. *num.* 14. & 15. ſic millies deciſum referens, teſte Regente de Ponte *conſ.* 77. *num.* 2. allegat præ cæteris poſt Minſynger. *cent.* 1. *obſeruat.* 64. Surd. *deciſ.* 240. *num.* 15. & 16. Hiſpanum Rodericum *lib.* 3. *quæſt.* 7. *numer.* 67. *verſ. ſed contraria*, qui hanc veriorem fatetur ſententiam ex Authoribus ſupra citatis, confutato Bald. Nouello, cæteriſquè contrarium ſentientibus, vt apud eum eſt videre, nè aliena tranſcribam.

34 Adeò hæc vera, vt aſſenſus, ſiue hominis, ſiue legis, ſeù *capituli*, dotali præſtitus contractui, & ſi regularitèr ſtricti iuris, vi tamen comprehenſiua intereſſe quoque amplectatur, & ſi non expreſsè in contractu deductum, intrinſecè tamen iuris intellectu, atque ex natura contractus proueniens, tanquam vnum, & idem cum ſorte, iuxta Camerarij ſententiam in *cap. Imperialem, chart. mihi* 51. & 52. vbi ſequitur *Neguſ.* & illum *doctiſſimum* appellat; vti ſic paſſim deciſum teſtatur Regens de Ponte *cit. deciſ.* 34. *n.* 38. *conſ.* 64. *num.* 19. & *deciſ.* 76. *numer.* 14. Frecciæ, atquè Cannetij cōfutata, ac penitùs reiecta ſententia, licèt etiam hi in caſu diuerſo, ac fortiori loquantur; vt rectè quoque poſt alios obſeruat idem Conſ. Paſchal. *loco cit. num.* 44. *cum ſeq.* ſignantèr *num.* 49. vbi nedum apud Regnicolas, verùm etiam per eoſdem Siculos Cannetium reprobatum teſtatur, præſertim per Milanenſem *deciſ.* 18. *num.* 360. *cum ſeq. lib.* 1. ita deciſum referentem, etiam reſpectu bonorum fideicommiſſo ſubiectorum; & latiùs idem Conſil. Paſchal. in proprio caſu *numer.* 57. *cum ſeq.* adeò vt deberet pudere Aduerſarium, doctrinas paſſim, ac ſæpè ſæpiùs in foro reiectas allegare, diuerſoquè caſu ferè loquentes.

35 Secunda concluſio ſatis quoque vulgata eſt, Pars tamen nos cogit illam commemorare. Inſtrumentum Mutui ex dotibus dependens, eadem dotis iura, atquè priuilegia identicè retinere, etiam reſpectu aſſenſus *capituli* ſuper dotibus à Rege Catholico elargiti ex vi illius comprehenſiua, iuxta veros iuris tramites, vt rectè obſeruare non omiſit oculatiſſimus Reg. Galeot. *cit. controuerſ. num.* 25. authoritate *Camer.* ſic paſſim iudicata *in cit. c. Imperialem, chart.* 52. & 53. & Reg. de Ponte *de aſſenſ. ſup. dotè, tit.* 6. *n.* 42. & 44. cæterique noſtri Pragmatici *in locis ſupra cit.* Capyc. atque Lanario confutatis, de hac veritate dubitantibus, altero *conſ.* 18. altero *deciſ.* 183. adeò vt non ſine ineptia hæc in dubium ampliùs reuocari valeant.

36 Tertia illa eſt concluſio, in caſu noſtro nos non verſari in intereſſe tacito ex natura contractus, ſiue iuris intellectu tantùm debito (quod vtique ſufficeret) ſed in expreſsè pacto, ſiue conuento; quandoquidèm Negatiua illa ſolutionis intereſſe limitata ad tempus (vt potè per illam clauſulam, *promiſerunt ſoluere reliquos duc. quinque mille poſt ipſorum mortem abſque intereſſe interim*) poſt temporis lapſum promiſſionem inducit, ex vulgata regula ſumpta per Socin. & alios ex *l. Imperator, Cod. de poſtul. l. pater filium, de leg.* 3. *l. ſi vnus, ff. de pactis*, cum *ſimilib.* ac latis ad rem cōferunt Bald. verba *in cit. l. etiam, Cod. de iure dot.* vt in acceſſoriis, ſiue conſequutiuis contractus, etiam vbi verba pro ſolemnitate requiruntur, mens, finis, ſiue contrahentium intentio potiùs ſit attendenda, quàm verborum formalitas, vt elegantèr quoquè in ſubiecta materia diſſerit Burſat *cit. conſ.* 103. *num.* 10. cum *ſeq.* vbi infinitos alios de more congerit.

37 Cuiuſmodi concluſio, nullam prorſus pati valet altercationem, quotiès, prout in noſtro inſtrumento, adeſt clauſula, *Pro quibus omnibus obſeruandis Partes ipſæ obligauerunt ſe, & bona omnia, &c. ad pœnam dupli, &c.* quam præcisè, ac ſignantèr obligationem ad intereſſe, vbiquè importare communitèr DD. voluerunt ex *vulg. l. ſtipulationes non diuiduntur, ff. de verb. oblig.* Oldrad. *conſ.* 114. *in fine*, Bald. & Salyc. *in l. per retentionem, Cod. de vſuris, in* 1. *not.* Socin. *conſ.* 41. *numer.* 19. de Ponte *cit. conſ.* 76. *num.* 4. & 5. & 64. *n.* 22. vt ſatis elegantèr obſeruat in puncto controuerſiæ peritiſſimus de Marinis *cap.* 76. *numer.* 3. *cum ſeq.* vbi alios recenſet Authores, quibus addo Gratian. *diſcept. forenſ.* 634. *num.* 14. & 15. vbi loquitur de ſimili clauſula apponi ſolita in obligationibus Cameralibus, quam etiam ad hypothecam pro alimentis extendit; ac ſtante huiuſmodi clauſula, nobis quoque conuenit Bald. Nouellus (licèt alitèr, & non rectè contrarium ſentiat) vt refert idem Gratian. ac magis digne nobis teſtatur Roderic. *loco ſupra cit. ante verſ. ſed contraria ſententia verior.* Adeò autem hæc vulgata, atquè in dies deciſa, vt non ſine ignauiæ nota ab Aduerſario ſatis in foro verſato impugnentur, eo magis in caſu noſtro, vbi aſſenſus hominis fuit ſpecificè impetratus (præter opus) tam ſuper ſorte, quàm ſuper intereſſe, cæteriſque clauſulis in inſtrumento dotali, ſiue Mutui contentis.

38 His iactis ſolidiſſimis fundamentis de facili corruunt Aduerſarij argumenta, ſiue Aſſumpta: & Primum, nempe in caſu noſtro, intereſſe deberi mero iu-

dicis

dicis officio ex mora hæredum,non autem iure actio-nis,ſine hypothecæ,deficit in iure,& in facto.

In iure quidèm (quia etiam dato , quòd de intereſſe non eſſet expreſsè pactum , ſiuè conuentum in contractu dotali , ſiue inſtrumento Mutui ex illo dependente , vt Pars ipſa adſtruit) adhùc hypotheca pro ſorte expreſsè conuenta , pro intereſſe quoque competeret , ex plenè deductis in *prima conclusione*. Quicquid in contrarium nonnulli tentaſſent , & præcipuè Bald. Nouellus , ſiue Chaſſaneus, cæterique alij à Parte forſitan allegati.

Eò magis, quòd in caſu noſtro intereſſe, non tam ex mora debitoris debetur in ipſius odium, quàm ex natura contractus dotalis , bonæ fidei,atque vniuerſalis iudicij, in locum fructuum , qui ex dote debentur, in compenſationem onerum matrimonialium, præter vllam conuentionem , ſiue taxationem,vt ſatis doctè de more ex Roderic.Molina , Couarruuia, cæteriſque grauiſſimis Authoribus comprobat idem Reg. Galeota *cit.controuer. num.*15. *cum ſeq.* videndus,nè aliena tranſcribam, vt meritò Neguſ.cæterique Authores per nos citati in *prima concluſione* , *in verſ.cuiuſmodi*,licèt forſitan in aliis contractibus,ſiue iudiciis dubitauerint , in dote verò indiſtinctè , & indifferentèr hypothecam conceſſerint ; etiam pro intereſſe,ſiue iure actionis , ſiue Iudicis officio debeatur ; quibus addo Burſat. *cit.conſ.*123.*numer.*21 ex Bart. Riminald. cæteriſque aliis, vt rectè quoquè in ſubiecta materia diſſerit poſt alios idem Conſil. Paſchal. *loco ſupra cit.* præcipuè *num.*62.*cum ſequ.* adeò vt hæc ipſa veritas Authorum numero , atquè rerum iudicatarum exemplis de iure comprobata remaneat.

Deficit in facto,ex deductis per nos in *tertia concluſione*,ex quibus inconuincibilitèr conſtat, nedum de ſorte,verum etiam,& de intereſſe fuiſſe præcisè, ac expreſsè conuentum ; quo caſu nedùm contrarij Authores , vtpotè Chaſſan.ſiuè Baldus Nouell. verum ipſamet Pars ſe deuictam fatetur in ſuis allegatis.

39 Solùm ſupereſt , vt ſatisfaciamus doctrinæ Chaſſanei, & Bart. *in loc à* Parte *cit.* Chaſſan. inquam,*in verſ. & venit mihi caſus, rubric.*4.§.23. *in textu* , ibi, *Dés le terme, cum ſeq.chart. mihi* 785. ponit ferè caſum ſimilem noſtro ; & concludit, intereſſe non ſtatim deberi poſt mortem dotantium,niſi priùs ſequuta hæredum interpellatione , nè eodem puncto,quo quis obligatur per euentum mortis,ſiue conditionis, eodem puncto conſtituatur in mora ; quod eſſet abſurdum,ad text. *in l. quod dicimus* , *ff. de ſolut.*cum *ſimilib.*quibus quoquè mouetur Bart.*in l.ita ſtipulatus, num.*41.& 42.*ff. de verb. obligat.* qui contra *Gloſ.* ſuſtinet , diem mortis vti incertum impedire nedum ortum ſolutionis,ſiue exactionis, verum etiam obligationis , ſiue actionis, adeò vt non niſi ab hæredibus,& contra hæredes actio incipiat;iuxta vulgatum text.*in l.*1.*cod.tit.vt ab hæredibus,&c.*

40 Pro reſponſione mitto primùm,Chaſſanei doctrinam ab ipſomet fuiſſe impugnatam,cùm antea ipſe contrariæ fuerit ſententiæ , & rectiùs quidèm ex *ſuprà* deductis ; cùm intereſſe dotis non tam ex mora debitoris ,quàm ex natura contractus intrinſecè debeatur , & cætera , de quibus *ſuprà* ; ac *Bart.*præcisè loquatur contra *Gloſ.* & *iura* per illam *allegata* , quæ probant, diem mortis , exercitium actionis differre, ſiuè ſolutionis diem impedire; optimè ac magiſtralitèr Oldrad.*conſ.*114. *num.*3.& 4. non autem ortum obligationis , quod in caſu noſtro nullatenus poteſt controuerti , quandoquidèm adeò conſtat,pro integra dote promiſſa ab initio conſtitutionis ipſius ortam obligationem , licèt dilatam ſolutionem in dotantium mortem , vt ab ipſo initio fuerit habita pro ſoluta, & exindè initum Mutui inſtrumentum ; quo caſu ceſſat Bart. & Chaſſanei abſurdum , quòd quis eodem puncto conſtituatur debitor,& in mora,iuxta tradita per eundem Bart.*n.*25.*in ead.leg.*

Sed data pro vera Chaſſanei, & magis Bart. ſententia,quòd dies mortis,vtpotè incertus, reſiduo dotis appoſitus (citra tamen veri præiudicium , cùm ſolutioni intelligatur appoſitus , vt modò diximus) conditionem faciat,*l.dies* 75.*de condit. & demonſtr.l. talis ſcriptura* 30.§.4. *ff. de leg.*1. & ſucceſſiuè ortum obligationis , & actionis impediat , *vulgatis iuribus:* Adueniente morte , & ſic impleta conditione , quis vnquam negabit,ex tunc ortam actionem retrotrahi ad tempus contractus , ſiue promiſſionis factæ per dotantes , cum obligatione bonorum pro obſeruantia omnium promiſſorum ? iura ſunt vulgaria in *l.*1. *in l.qui balneum,& in l.potior ff.qui potiores in pignor. habeant.* quæ paſſim practicantur , nedum in cauſa dotis , verùm etiam in quolibet contractus genere indiſtinctè , & indifferentèr , etiam ſi poſt mortem contrahentium,dies incertus, ſiue conditio euenerit; in hoc quidèm Bart. non contradicit , nec Chaſſaneus , qui expreſsè fatetur in *verſ. & aduerte , charta ſequenti*,etiam pro intereſſe, ſiuè vſuris hypothecam competere,quando pro eis quoque fuerit cautum,vt in caſu noſtro , licèt præter neceſſitatem , ex plenè deductis in *prima concluſione* , vulgatæ ſunt deciſiones quoad retrotractionem apud Franch *.deciſ.*677. Griuell.*dec.*67.& 133.Fontanell. *de pact.nupt.tom.*2. *clauſ.*7.*gloſ.*2.*par.*1.*num.*27.*& ſeq.*qui alios recenſet, quibus addo Reg.Galeotam *controuerſ.lib.*1.*c.*23.*n.*2. hæc & ſi vulgaria,Pars nos cogit exarare. 41

Hancque retrotractionem in ſpecie fieri nedum quoad ſortem principalem , verùm etiam quoad intereſſe exindè decurſum , poſt conditionis , ſiuè diei incerti euentum,in terminis voluerunt Roderic.*loco ſupra cit.ante num.*70.qui citat Neguſ.*par.*5.*membr.*1. *quæſt.*5.*num.*10.14.& 15.Surd. *cit.deciſ.*240.*num.*15. *in fine,&* 16.Burſat. *cit.conſ.*103. *num.*11.& Reg. de Ponte *cit.conſ.*77.*num.*2. Barz. *cit.deciſ.*108. *num.*11. & 12. cæterique alij per Coſtam recenſiti *in ſuo tract. de retrotract.cap.*8.*caſu* 31.*num.*13.de Ponte *cit. deciſ.*34. *num.*47.& 48. Surd. peroptimè *in tract. de alim.tit.*8 *priuileg.*49.*num.*18.& *l.cum oportet,§.finali, Cod.de bonis,quæ liber.* cæterique alij per nos allegati in *prima concluſione*,non tam ex natura conditionis, quæ ſemper retrotrahitur,quàm ex inuiolabili deciſione text.*in l. Lucius.ff.de vſuris*, adeò vt & ſi quodammodò illæ ex conditione poteſtatiua debitoris non ſoluentis ſortem debeantur (quapropter non procederet retrotractio in præiudicium creditorum, qui medio tempore contraxerint) nihilominus propter inſeparabilitatem ſortis ab intereſſe , conceditur,vt ſingularitèr aduertunt Gloſ.*in eadem l. Lucius,* & in *d.l.*1 *ff.qui potiores*, De Ponte ,cæterique alij, quos breuitatis gratia omitto ; adeò vt vndique vt ſpero remaneat ſatisfactum doctrinæ *Chaſſanei* , cæterorúmque forſitan per Partem allegatorum, 42

Remanet adhùc,vt diluamus ſecundum obiectum prætextu nouationis inductæ virtute contractus cenſualis, quæ prima facie quidquã obſtare videtur, ſed illa eadem facilitate,qua prima diſſoluitur , & primò expreſſa proteſtatione,atque reſeruatione ibidem in inſtrumento cenſuali facta, anteriorum iurium , & hypothecarum,iuxta cautelam traditam per Bart. & DD.*in l.elegantèr,ff.de pignor.act.*& in *l.ſi quis aliam, ff.de ſol.*vt rectè præ cæteris,quos viderim in eadem prorſus facti ſpecie obſeruat Caſtill.*deciſ.*4.*num.*5. & *deciſ.*17.*numer.*35. illámque operari nedum reſpectu ſortis; 43

ſortis, in quo nulla vnquam contigit dubitatio, verùm etiam intereſſe, ſiue Tertiarum; idem Caſtill. *cit. deciſ.* 5. *num.* 39. *& deciſ.* 17. *num.* 35. *cum ſeq.* allegat quoque Milanenſ. *deciſ.* 13. *num.* 21. *lib.* 1. & ſic ſemper in praxi ſeruatum teſtatur in illo Regno, abſque vlla controuerſia, atque ita in illo caſu eodem cum noſtro iudicatum refert *num.* 46. *cit. deciſ.* 17. poſt ſolutionem omnium in contrarium adductorum, vt apud eundem eſt videre, nè aliena tranſcribam, quem refert, & ſequitur idem Reg. Galeota *cit. controuerſ.* 56. *num.* 23. *cum ſeq.* vbi egregiè, ac doctè materiam in puncto noſtræ quæſtionis pertractat, vt nihil addi poſſit, videndus.

44 Non me tamen latent rerum iudicatarum in hoc noſtro Senatu in contrarium exempla, vt Tertiæ nempè decurſæ durante validitate noui contractus cenſualis, ante illius reſciſſionem, ex eiuſdem contractus die metiantur anterioritatem, licèt ſorte principali poſteriorem: quandoquidèm illa procedunt, quotiès diuerſæ ſucceſſiuis temporibus initæ fuerunt venditiones annuorum introituum, ac cum diuerſis perſonis, adeò vt incompatibile ſit, ac ferè contra contrahentium mentem (qui ſecundum inierunt contractum cenſualem, vt primum diſſoluerent per medium retrouenditionis factæ, ac quietationis, ſeù extinctionis primi contractus in beneficium debitoris) vt pro vnico pretio binus ſubſiſtat contractus cenſualis, ſecùs in caſu noſtro, in quo nulla adeſt incompatibilitas, vt hypotheca illa, quæ vigore dotalis contractus tam pro ſorte, quàm pro vſuris competebat, transfuſa, atque repetita intelligatur (prout expreſsè fuit conuentum ſub illa generali reſeruatione primorum iurium) in ipſo contractu cenſuali, vt quod priùs ſub nomine intereſſe debebatur, ſub nomine Tertiarum cum eadem anterioritate, & hypotheca deberetur; differentia quippè nominis, ſi verum dicere amamus, vt idem *Regens* meliùs quàm ipſe, diſſerit *loco ſupra cit.* & Pars ipſa non inficiatur, dicit ſolùm, primum contractum non continere hypothecam pro intereſſe, quod nimis erroneum eſt, ex deductis.

45 Hæc omnia comprobantur ex ſolamet cauſa dotali, quam ſemper & vbique præcipuam eſſe nobis conſtat, illúmque præ cæteris præſeferre iuris fauorem, vt nunquam eius conditio deterior, ſed melior quoquo contractus genere fieri valeat, ad vulg. iura in *l.* 2. *& l. Attilicinus, ff. de pact. dot.* Præſ. de Franchis *deciſ.* 54. *numer.* 4. etiam volente muliere, Afflict. *deciſ.* 154. & magis præcipuè ad caſum noſtrum, per quamlibet in ſolutum dationem, nouationem, delegationem, ſiuè quemcunque alium contractum nunquam primæua iura extingui, ſiue perimi, ſed ſemper illa illæſa, atque integra permanere ad mulieris opus, rectè præ cæteris in proprio caſu noſtro obſeruat Caſtill. *cit. deciſ.* 5. *num.* 7. ex ſing. text. vbi Bart. Alex. Caſtrenſ. cæterique omnes in *l. qui res, ff. de ſolut.* per quem text. dicit *Angelus* limitari omnia iura Mundi, dicentia, per dationem in ſolutum extingui primæua iura; vt latiùs idem Caſtill. cum aliis innumeris Authoribus, quos in vnum coaceruat D. Conſil. Merlin. *controu.* 27. *num.* 15. adeò vt hæc ipſa veritas apud omnes indubitata permaneat, quando cum cauſa dotis concurrit expreſſa proteſtatio, & reſeruatio primorum iurium, vt apud Caſtill. *citatis deciſionibus*, vbi loquitur in proprio noſtro caſu, nedum iiſdem terminis, quem refert, & ſequitur Reg. Galeot. *loc. cit.*

46 Et nè in hoc aliquis dubitandi ſcrupulus remaneat reſpectu incompatibilitatis, quatenus adeſſet, prout verè non adeſt, dicimus, atque fatemur, non ſimul, & eodem tempore, mulierem vtroque contractu, ſiue illorum iuribus vti, ac experiri, ſed alternatim, & ſignantèr, vt indiuidualitèr DD. loquuntur, quotiès per ſecundum contractum mulieri non eſſet conſultum, ſiuè res, vel pecuniæ ei ſolutæ, vel in ſolutum datæ, ſeu venditæ euictionem paterentur; nemo, inquam, iſto caſu, ex omnibus, quos viderim, contradicit, mulierem ex integro ad primæua iura redire poſſe, eò magis vnà cum cauſa dotis accedente expreſſa illius iurium reſeruatione; vt rectè diſſerunt Authores *ſuprà* citati; quibus addo Gratian. *diſcept. cap.* 759. *num.* 8. Sebaſtian. Medices *de nouat. quaſt.* 8. *verſ. decimoquinto, nouatio circa dotem non valet, niſi ſit vtilis mulieri*; & ſatis egregiè de more Antonius Faber *in ſuo Codice, lib.* 8. *definit.* 2. *in tit. de euict. in princip.* qui loquitur in propriis terminis, & in *defin.* 49. *in tit. praced. de ſolut.* & paſſim omnes alij, quos in vnum congerit D. Conſil. Merlin. *controuerſ. ſupra cit. numer.* 12. & Caſtill. *ſuprà cit. deciſ.*

Hæc pro articuli veritate, præter tamen cauſæ defenſionem ad claudendum os Partis, deduximus, quandoquidèm D. Hieronymus remanet nunc conſequi, non Tertias decurſas ante reſciſſionem contractus, ſed intereſſe ad eandem rationem decurſum poſt illius reſciſſionem, quo caſu nulla vnquam contigit dubitatio, eandem anterioritatem ſortis, intereſſe metiri, iuxta vulgatas deciſiones, de quibus apud Thorum *in ſuis compend.* & de Marinis *cit. reſolut.* 76.

Vnum tandèm in facto aduertendum quæſo, pro intereſſe, ſiue Tertiis ducatorum 934. dependentium à primo intereſſe, quòd iſtud intereſſe, quod ad præſens debetur D. Hieronymo, eſt totum ferè decurſum poſt venditionem factam Ciuitatis Vgenti, adeò vt illud ſolui ſpectat ad emptorem, non ad debitoris patrimonium, ſeruata forma oblationis, & decreti S. C. deſupèr interpoſiti, illis creditoribùs, quibus ab illo die ceptæ poſſeſſionis liberanda erat pecunia in computum pretij Ciuitatis emptæ, cuius reſpectu totum dicitur, & habetur pro Capitàli, vt paſſim ſeruatur in aliis patrimoniis. Hæc occurrunt ſub rectiori iudicio Dominorum Iudicantium.

Eraſmus de Ponte.

SVMMARIVM.

1 *Pater legitimus eſt ſucceſſor in bonis filij præ-defuncti, ſed quandoque ex pacto, vel conſuetudine excluditur, n.* 2.

3 *Conſuetudo Ciuitatis Bari, quæ incipit*, Dos à patre, *quid diſpoſuit, & numer.* 4. 5. *&* 14.

6 *Pactum, quod fratres extorquent à ſororibus in capitulis matrimonialibus de dote eis reſtituenda, morientibus illis ſine filiis, non ſubſiſtit, ſi dos prouenit ex bonis paternis, eoque magis, ſi abſentibus ſororibus interponitur, n.* 7.

8 *Ratificatio alicuius contractus, an, & quando inducatur, & n.* 9.

10 *Renunciatio, quæ fit à filia dum nubit, patri ſuo, operatur, vt dos cenſeatur appropriata ipſi filia.*

11 *Deciſio* Præſid. de Franch. 491. *declaratur, & num.* 12.

Filius

15 *Filius infans matris hæreditatem non aditam an ad patrem transmittat, & de intellectu* l. ſi infanti, C. de iure deliber.

ARGVMENTVM.

Pater, qui de omni iure legitimus eſt ſucceſſor in bonis filij prædefuncti, nùm ſit excludendus à ſucceſſione dotium maternarum, ſi dotis reſtitutionem dotanti promiſerit, ſeruata forma *Conſuetudinis Ciuitatis Bari*, quæ incip. *Dos à patre.* Inſupèr an validum ſit pactum, quod ſæpè ſæpiùs in capitulis matrimonialibus apponi curant fratres, vt decedente ſorore dotata ſine filiis, vel cum filiis, ſed illis in pupillari ætate decedentibus, dos ad dotantes reuertatur: & de aliis ad ornatum *Conſuetud. prædictæ*, & *l. ſi infanti, C. de iure delib.*

CAPVT CLXVII.

1 PATREM legitimum eſſe ſucceſſorem in bonis filij, mortalitatis ordine turbato prædefuncti, cautum eſt, tam de iure *Digeſtorum*, quàm *Codic. & Auth.* ita enim habetur in *l. nam & ſi parentibus, ff. de inoff. teſtam.* in *l. iure ſuccurſum, ff. de iur. dot.* in *l. ſcripto hærede, fin. ff. vndè lib.* in *l. ſancimus, Codic. commun. de ſucceſſ.* in *§. ſi igitur, il primo, authen. de hæred. ab inteſt. venient.* & in *vulgata authen. defuncto, C. ad S.C. Tertyll.*

2 Eſt tamen verum, quòd quandoque ab hoc indubitato axiomate receditur, vel ex pacto, quo parentes in capitulis matrimonialibus à filiorum ſucceſſione ſe excludunt, provt in hac Ciuitate in matrimoniis, quæ contrahuntur ſecundùm vſum Nobilium Platearum Capuanæ, & Nidi, vulgaritèr dictum, *alla noua manera*; vel quia in aliquo loco particulare vigeret Statutum, vt pater, filio ab inteſtato decedēti, in dotibus maternis ſuccedere non poſſit; ſed illas dotanti reſtituere teneatur, provt in Ciuitate Bari,

3 vbi viget *Conſuetudo* in ſcriptis redacta, exordiens, *Dos à patre profecta*, ſub *tit. de iur. dot.* quæ in effectu hoc dicit in ſumma; Dos à patre, vel ab alio profecta, muliere dotata ſine liberis decedente, ad dotantem redire debet, filiis autem ſuperexiſtentibus, ſed minoribus, adhùc dotanti reſtituitur, vt ab illo conſeruetur, quouſquè filij ad maiorem peruenerint ætatem; & ſi *iſto Interim* decederent, vel quandocunquè ab inteſtato, nulla nec in vita, nec in morte diſpoſitione facta, ſit locus plenariæ reſtitutioni, ſicquè dos ad dotantem pleno iure reuertitur.

4 Hac poſtrema Statuti parte attenta, in vna facti contingentia prætendebat Doctor Nicolaus Mineus Ciuitatis Polignani, fore condemnandum Doctorem Io. Ferdinandum de Pace eiuſdem Ciuitatis ad ſibi reſtituendas integras dotes eidem Io. Ferdinando aſſignatas, occaſione, & cauſa matrimonij contracti cum quond. Antonia Mineo, præfati Nicolai ſorore, ex quo filius, qui ſuperſtitit ex hoc matrimonio ſuſceptus, poſt menſes quinque à die mortis dictæ Antoniæ dotatæ, è viuis in pupillari ætate deceſſit; & in capitulis matrimonialibus reperitur expreſsè conuentum, inſcia tamen Antonia dotata, abſente, ac penitùs ignorante, vt circa dotis reſtitutionem obſeruari deberet *Conſuetudo* prædicta Ciuitatis Bari; quamuis contrahentes, exteri eſſent: Contradicebat Io. Ferdinandus, qui filio ſuo infanti ex omni iure ſucceſſit, & contendebat, in caſu, de quo agebatur, nullo pacto per *Conſuetudinem* præfatam eſſe proniſum. Vndè dubitatum fuit in S. C. vter iſtorum litigantium meliora iura foueret?

Vincentius Maxilla *in comment. ad Conſuetud. prædictam*, pro Io. Ferdinando reſpondet, ſi vnum in facto pro veriſſimo ſupponamus, nimirùm, dotem à Nicolao dotante aſſignatam non alitèr ex propria ſubſtantia prouenîſſe, ſed communium parentum, vt in facto conſtabat; vndè præſuppoſito hoc, inquit Maxill. *loc. cit. num.* 38. 39. & 40. mulierem decedentem in hoc caſu, dotem ad liberos trāſmittere de iure communi; dictámque *Conſuetudinem* prorſus ceſſare, quæ, vt ex litera *text.* apertè dignoſcitur, loquitur, quando aliquis ex liberalitate, & propria eius ſubſtantia dotem tradit, non autem quando coactus ex forma Statuti, vt in hoc Regno ex *Conſtit. In aliquibus*, vel coactus ex teſtamento paterno, tunc enim, quia nihil dat de ſuo, ceſſat *Conſuetudo*, quæ prouidet tantùm in caſu, quando dos eſt profecta à patre, vel ab alio ex propria ſubſtantia: & quamuis fratres dotem promittant, quia non ex propria ſubſtantia, cenſentur honoris cauſa, & tanquam ſororis miniſtri adhibiti: vt in fortioribus terminis loquitur Bart. *conſ.* 127. *Quidam fratres*, & habetur per DD. *in l. qua dotis, ff. ſol. matr.* & conſequentèr, dicit *Maxill.* quòd ſtipulationem circa dotis reſtitutionem ipſis faciendam remittere tenentur, id quod etiam *Maxill.* inſequutus firmauit Sempron. Aſcia *determ.* 170. *per tot. n.* 6. 5

Idemque dicebam Ego, Io. Ferdinandi defendens partes, ſi Nicolaus huius *Conſuetudinis* auxilio deſtitutus, illius diſpoſitione vti vellet in vim pacti, quo mediante contrahentes voluerunt, vt dotis reſtitutio fieri deberet ſecundùm *Conſuetudinem* Ciuitatis Bari, ac ſi bona, quæ in dotem promittebantur, ipſius Nicolai dotantis propria eſſent; nam cùm, vt modò ſuppoſuimus, dotatio contingebat de bonis paternis, & maternis, de tali ſtipulatione, ſeu pacto nulla pariter poterat haberi ratio; hic eſt text. *in l. hæreditas*, vbi Gloſ. notabilis, in *verb. nulla, Cod. de pact. conuent. ſupèr dot.* vbi pactum in inſtrumento dotali interpoſitum, vt dos reſtituatur illi, cui nullo titulo reſtitui debet, actionem non parit, ſicque promittentem non obligat. Id quod in terminis, de quibus agebamus, vno ore faſſi ſunt Bald. *in l. ſi avia, num.* 19. *C. de iur. delib.* Luc. de Penna omninò videndus in *l.* 1. *à n.* 47. *ad* 50. *Cod. de imponend. lucrat. deſcript. lib.* 10. vbi diſtinguit, quando frater dotem ex ſua liberalitate tradit, vel ex patrimonio communis parentis, Roman. *in l. poſt dotem* 41. *numer.* 68. *& ſeq. ff. ſol. matr.* Cagnol. *in l. fin. num.* 1. *Cod. de dot. promiſſ.* Maxill. *in Conſuetud. Barenſ. Dos à patre, num.* 19. Barboſ. *in l.* 1. *par.* 4. *n.* 136. *ff. ſolut. matrim.* Petr. de Anchar. ſatis notantèr *conſ.* 424. *per totum num.* 3. præſertim ſub illis verbis: *cùm ergo fratres iſti eſſent, vt hæredes patris, obligati ad ſororem ſuam dotandam, poſtquam igitur promiſerunt dotem, licèt ſtipulati ſibi fuerint reddi, dictā ſtipulationem tenentur ſorori remittere; quia videntur perſoluiſſe naturale* 6

rurale debitum , ad quod duplici vinculo tenebantur : &c. Ludou. Morot. poſt quamplurimos , quos citat, *conſ.* 19.*num.*6. Io. Vinc. de Anna *alleg.* 129. *numer.* 2. Dom. de Franch.*deciſ.*196.*num.*3. quam magnifacit Menoch.*de præſumpt.lib.*3.*præſumpt.* 10. *num.* 24. Viuius *deciſ.*9.*num.* 2. Paſchal.*de virib.patr.poteſt.part.* 2. *cap.*7.*num.* 22. Anel. Amat.*conſ.*54. *num.*4. Milanenſ *deciſ.* 10. *num.* 18. Aſcia *determin.* 170. *num.*6. & alij relati per Fontanell. *de pact. nupt. clauſ.*5. *gloſ.*10. *part.*1.*num.*9. quibus nouiſſimè addimus D.Reg. Sanfelic.*dec.*128.*lib.*1.

7 Quæ omnia eò fortiùs in caſu propoſito ſine controuerſia procedere aſſeuerabam, conſiderando , pactum prædictum , inſcia Antonia dotata, abſente, ac penitùs ignorante proceſſiſſe ; ſic enim ex confeſſione Nicolai dotantis conſtabat patentèr : quo quidèm caſu Dominos Iudicantes rogaui , vt aduerterent , quòd non inuenitur *Doctor* , qui pro pacti validitate reſponderit; nam Franciſcus Molinus, qui ab *allegata deciſ.* 196. D. Præſidis de Franchis recedere voluit , & poſt eum Fontanell. *tom.*2. *de pact. nupt. clauſ.*5.*gloſ.*10.*par.*1.*à num.*13.*vſque & per totum* 27. & ante ipſos, Cancer.*var.reſol.lib.*3.*cap.*2.*à num.*200. *vſque ad* 205. expreſsè loquuntur, quando ſoror pacto prædicto ſuum præſtitiſſet conſenſum , allegantes text.*in l.maritus,§.mulier,ff.de pact. dotal.* ſecus verò, inquit *Fontanel.* verbis expreſſis *num.*11. quando non conſtat, mulierem , quæ à fratre dotatur, pacto conſenſiſſe , provt in caſu noſtro ; ſicque non videbam, quo iure de Ioan. Ferdinandi iuſtitia dubitari potuiſſet.

8 Nec pronis auribus audiendum id , quod ex aduerſo ad prædicta impugnandum dicebatur , nimirùm Antoniam dotatam habuiſſe notitiam de his, quæ in capitulis matrimonialibus continebantur, ex eo, quòd fuit præſens , & conſentiens , quando ſtipulata fuerunt inſtrumenta receptionis dotium , & renunciationis, in quibus aſſeritur, recepiſſe virum dotem eo modo, & forma, provt continetur in capitulis matrimonialibus : ſiquidem reſpondi , dato , quòd pactum, cui inſiſtebat Nicolaus dotans , expreſſis verbis in capitulis matrimonialibus haberetur; illius tamen ſcientiam Antonia dotata ex tenore ſtipulationis inſtrumenti dotalis , & renunciationis nullo pacto habere potuit ; in facto enim controuerti non poterat, tempore, quo inſtrumenta hæc, muliere præſente & conſentiente, ſtipulata fuêre , capitulorum matrimonialium tenorem mulieri lectum , & declaratum non extitiſſe; id quod ad inducendam ratificationem contentorum in capitulis prædictis, omninò concurrere debebat : Etenim ſine controuerſia procedit illa iuris concluſio, nimirùm, vt tunc demùm dici poſſit, actum fuiſſe ab aliquo ratificatum, ſi conſtat , hunc talem ſciuiſſe tenorem eius , quod dicitur ratificatum ; nam ignorans dici non poteſt, quòd conſentiat, aut ratificet; *l. ſi per errorem,ff. de iuriſd.omn.Iudic.* immò dixerunt communitèr , ſimplicem actus ratificati ſcientiam non ſufficere; ſed opus eſſe , quòd ipſi ratificanti legatur tenor contractus, quem ratificat; ita Oldrad. *conſ.*324.*num.*10. Paul. de Caſtr.*conſ.*465. *Viſo compromiſſo,col.penult. lib.*1. vbi conſuluit , laudi ratificationem etiam iuratam non nocere, niſi ratificanti laudum illud lectum ſit : ſubdens demùm , in dubio ignorantiam in ratificante præſumi , Corne. *conſ.*165. *lib.*2. Crauett. *conſ.*197. *num.*14. Caualc.*deciſ.*46.*num.*103. D. Leo *deciſ.* 169. *lib.*2. vbi ſatis benè loquitur, Beccius *conſ.* 37.*num.*24. Surd.*conſ.*28.*num.*118.*lib.*1. Rot. *deciſ.*311. *num.*15. penes D.Ludouiſ.& in terminis , de quibus agimus, *deciſ.*160.*lib.*1.*in poſthum.Farinac.* vbi cenſuit, renun-
9 ciationem à ſponſo factam nomine ſponſæ in capitulis matrimonialibus, non cenſeri per coniugem ex ſubſequuto matrimonio ratificatam , niſi probetur, habuiſſe illam plenam ſcientiam pacti , in capitulis matrimonialibus inſerti : & indiuidualitèr D. Reg. Sanfelic.*citata deciſ.*128. vbi in terminis pacti in capitulis matrimonialibus circa dotis reſtitutionem ad fratris beneficium adiecti pro nullitate reſpondens, addit verbis expreſſis, nullius roboris cenſeri prætenſam mulieris ratificationem demùm ſequutam , ex quo ei non fuerunt lecta capitula matrimonialia, nec eorum tenor declaratus , quorum alter requirebatur , ad hoc vt actus ratificati ſcientia inducatur.

Et quamuis non ignorem , D. Præſ. de Franch. *in deciſ.*33.*circa fin.* dixiſſe , veriſimile non eſſe , quòd mulier, quæ fuit præſens in inſtrumento dotali , non habuerit notitiam de capitulis matrimonialibus, quę ibi enũciantur: loquitur tamen perfunctoriè ſine lege, aut ratione, immò contra communem omnium ſententiam , de qua *ſuprà :* Idémque reſpondi Reg. Rouit.*deciſ.*12.*num.*22. cuius dicta ex ſuperiùs enarratis prorſus confutantur. 10

Et ſi dicas, Anell.Amat.*conſ.*85.& P.Molfeſ. ſic paritèr reſpondiſſe *conſ.*14.*n.*3.4.5.7.9.*&* 13. Reſpondeo, benè in caſu illo conſuluiſſe , nec contrarium apud Nos in Nobilibus huius Ciuitatis (non tamen Magnatibus) defendi poſſe, vt aliàs demonſtraui. Vnde his ſtantibus dicebam ; quòd ſi Nicolaus actor dotem ſorori aſſignatam ſibi reſtitui petebat , quia dotis reſtitutio ſeruata forma *Conſuetudinis Barenſis* , à Io. Ferdinando viro fuit promiſſa ? & in vanum laborabat , quia *Conſuetudo* illa de caſu prædicto non prouidet; ſed tantum quando dos à patre , vel ab alio de eius ſubſtantia proficiſcitur : ſi verò ex pacto, quia fuit promiſſa dotis reſtitutio , iuxta *Conſuetudinem Barenſem* , ac ſi eſſet de bonis propriis ipſius Nicolai dotantis ? & idem ; quia cùm dos ex patrimonio paterno, & materno prouenìebat , & non ex ſubſtantia dotantis , ex dictis per Luc. de Pen. Bald. Anchar. & alios *ſuprà* relatos, pactum funditus corruebat.

Et eò magis in occurrenti controuerſia ſtante renunciatione Antoniæ dotatæ, quam Nicolaus frater dotans ad ſui beneficium procurauit in ampliſſima forma : vndè eſto, quòd verſaremur in puris terminis *Conſuetudinis* præfatę, nimirum, vt qui dotauit, provt fuit frater, extitiſſet pater , hæc renunciatio euidentem facit reſultare coniecturam , vt dos cenſeatur ipſi filiæ appropriata, & quòd penes ipſam loco portionis legitimæ remaneat ; indéque ſequitur totalis huius *Conſuetudinis* deſtructio, cum filij , dotem non à *Conſuetudine* , ſed tanquam matris hæredes aſſequantur , & ſucceſſiuè non erit patri dotanti reſtituenda, vt ab illo, quouſque dotatæ filij ad maiorem peruenirent ætatem, conſeruaretur; ac inſupèr ſi filij ante legitimam ætatem è viuis decederent, provt eſt caſus, de quo dubitabatur, dotem ad eorum patrem tranſmitterent , nec alitèr in ea dotans ius aliquod prætendere poſſet, quia ceſſat *Conſuetudo*, vt punctualitèr animaduertit Maxil. *ibidem,n.*21.*&* 22. attentè legendus , & de iure communi Capyc. *deciſ.* 176.*per tot.n.*6. 11

Sed prædictis omnibus fortitèr obſtare videbatur *deciſ.* Dom. de Franch. 491. vbi fuit dictum , dotem eſſe reſtituendam fratri dotanti , quamuis ex bonis paternis, & maternis obuentam , ſtante pacto in capitulis matrimonialibus inito , quòd muliere decedente ſine liberis; vel cum liberis, ſed illis in pupillari ætate decedentibus , dos ad dotantem rediret ; cùm demùm fuerit factus caſus mortis mulieris ab inteſtato , provt in caſu propoſito, licèt cum liberis, illis 12

tamen

tamen in pupillari ætate poſtea defunctis; ergò argumentabatur ex aduerſo, pactum hoc valere, quamuis dos à fratre dotante promittatur, & ſoluatur, non ex ſua liberalitate; ſed ex bonis paternis, & maternis, & vti coactus ex *Conſt. Regn. In aliquibus.*

12 Reſponſio eſt nimis patens relegenti *deciſionem* Domini Præſidis, quam ad caſum, de quo agebamus, nullo pacto applicari poſſe, conſtantèr affirmaui: Etenim in cauſa illa, ſuper qua orta fuit deciſio, fuerat præſentatum inſtrumentum dotale, ex quo conſtabat, matrimonium fuiſſe contractum ſecundum vſum Nobilium huius Ciuitatis, vulgò dictum *alla noua maniera*; quo attento pater, & mater à filiorum inteſtata ſucceſſione ſunt penitùs excluſi, & habentur vti prorſus extranei, ſiue ac ſi in Mundo non eſſent, vt omnes Noſtrates vno ore faſſi ſunt; quos retuli Ego *lib. 1. cap. 70. numer. 15. cum ſeqq. & cap. 142. n. 13.* non ſic, attenta *Conſuetudine Barenſi*, per quam in vno dumtaxat caſu pater non ſuccedit filio ſuo in dotibus maternis, nimirùm quando qui dotauit, eſt pater, vel ſi alius de propria ſubſtantia, & ex mera liberalitate dotem dedit: Vndè cùm aliàs de hoc in S.C. dubitari contigiſſet, hoc dumtaxat ponderato, nimirùm quòd *Conſuetudo* prædicta Ciuitatis Bari non conueniebat cum more, & vſu noſtrorum Nobilium, qui dicitur, *alla noua manera*, (quamuis in poſtrema impreſſione *Conſuetudinum* dictæ Ciuitatis ex errore fuerint addita illa verba, *concordat cum Conſuetudine Capuana*) S.C. iudicauit, patrem à filiorum ſucceſſione excluſum non eſſe, ſic atteſtante præſtantiſſimo D. Regente Hectore Capycio Latro *dec. 53.* quam rogo reuideri, quia loquitur in caſu fortiori; nam *ibi* dos à patre conſtituta fuerat, licèt tempore mortis dotatæ, & demùm vnius filiæ ex illo matrimonio procreatæ, dotans viuus haud reperiebatur; quo fit, vt dicamus oppoſitionem factam prorſus ceſſare.

13 Ceſſabat paritèr & alia, quæ fiebat, nimirùm Io. Ferdinandum ex alio filio infanti ſuccedere non potuiſſe, cùm non conſtaret, eundem filium, nec ipſum patrem, nomine filij, matris hæreditatem adiuiſſe; ſicquè illam ad patrem nullatenus tranſmittere potuiſſe. Nam reſpondi *Primò*, aliqua in facto proponi, ex quibus conſtabat, patrem filij infantis nomine matris hæreditatem adiuiſſe. *Secundò*, quando hoc ceſſaret, Dixi ſatis vulgatam eſſe iuris diſpoſitionem, de qua in *l. ſi infanti, C. de iur delib.* nimirùm, vt matris, vel aliorum hæreditas ad filium infantem delata, & per ipſum non adita, eo demùm mortuo, ad patrem tranſmittatur, ac ſi ipſi infanti quæſita fuiſſet.

Nec, quæſo, dicatur, text. *in d. l. ſi infanti*, eſſe hodiè correctum, ad tradita per Guid. Pap. *dec.* 300. & Matt. *vot. 111. num. 2.* Nam reſpondetur, illius *legis* correctionem, iure nouiſſimo attento, in hoc dumtaxat conſiderari, vt ſcilicet ad ſolum patrem non tranſmittatur hæreditas, vt *ea lege* cauetur; ſed etiam ad matrem, ad fratres, & ad ſorores ipſius filij defuncti; vt benè aduertit idem Marta *loco cit.* & Ranchinus omninò videndus in *addit. ad Guid. Pap. ead. cit. dec.* 300. ſub illis verbis: *Præterea in ea l. ſi infanti, deciſum eſt, eam hæreditatem ad ſolum patrem tranſmitti: hodiè verò cùm omnes ſuccedant vnà cum patre, remanebit ea lex in hoc correcta, quia non ſolum ad patrem, ſed ad fratres, & ſorores ipſius filij defuncti tranſmittatur ea hæreditas filio debita.* Hæc ille. Quibus addimus multa ad propoſitum diſcuſſa per Theſ. *deciſ.* 88. vbi Filius *in addit.*

Et quamuis noſter Capyc. *in deciſ. 176. num. 26. & ſeq.* contra id, quod firmauerat *num. 15.* videatur affirmaſſe in dote, vt ſcilicèt in illa, quæ eſt penes patrem, text. *in d. ſi infanti*, non procedat; ſicque vt dum à filio non fuit quæſita, ad patrem non tranſmittatur; Eſt tamen aduertendum, quòd hæc *Capyc.* aſſeueratio ad rem noſtram non pertinet: ſiquidèm recitans ille theoricam Bald. *in l. dos à patre, Cod. ſolut. matr.* loquitur in terminis illius vulgatæ quæſtionis; An dos à patre profecta, ad eundem redire debeat, filia cum filiis defuncta; de qua, inter nouiſſimos Scribentes, latè, & doctè per Theſ. *dec.* 190. vbi Filius addens: & in hac quæſtione voluit Bald. quem in eadem facti ſpecie Capyc. inſequitur, vt ſi filius matris hæreditatem non adierit, & deceſſerit, quòd dos, quæ eſt penès patrem, ſit reſtituenda auo materno dotanti; ſubdens, quòd hoc eſt ipſa veritas in dote, quæ ex *Martini Conſuetudine* retinetur per patrem: nam cùm *Conſuetudo* hæc filiorum fauore ſit inducta, eis ceſſantibus, & decedentibus ante agnitam dotem, ad patrem, illam non tranſmittant: At caſus, de quo agebatur, erat ſatis diuerſus, cùm in eo dos fuerat promiſſa, non à patre, ſed à fratre dotatæ mulieris, & de bonis paternis, & maternis; in quo quidem caſu non cadit diſceptatio, de qua in *d. l. dos à patre.* Vltra quòd *Capyc.* attentis terminis quæſtionis præfatæ, intelligit, Bald. loqui in alio, quàm infante, quia in infante eſt ſpeciale, dicit ipſe, vt tranſmittatur ad patrem, ex diſpoſitione *d. l. ſi infanti.*

Quarè, his omnibus ſic ſtantibus, nimirùm per *Conſuetudinem Barenſem*, quæ incipit, *Dos à patre*, caſum reſtitutionis, quando dos promittitur à fratre de bonis communium parentum non eſſe prouiſum; ſed dumtaxat quando traditur, & aſſignatur à patre filiam nuptui tradente, vel ab alio ex mera liberalitate, ac inſuper improbari pactum, quod ex dolo, & temeritate, vt dicit Lucas de Penna *loc. cit.* exquirunt fratres ſororem de bonis paternis, & maternis dotantes, vt moriente illa ſine liberis dos ipſis reſtituatur, (& hoc, dico Ego, ſiue demùm moriatur dotata ex teſtamento, ſiue ab inteſtato; nam cùm pactum ex ſuperiùs probatis, pro non appoſito habeatur, nulliúſque ſit importantiæ, nil refert, quòd mulier teſtata, vel inteſtata decedat, ad finem, vt pater, qui filij ſui hæres euaſit, vti illius ſucceſſor non adſtringatur ad obſeruandum id, quod lege repugnante vti maritus promiſit; prout in puncto ſcripſit Anchar. *citato conſ. 434. col. 2. verſ. ex quibus*, & in ſimili loquebatur Bart. *in l. filiusfamil. 22. ff. de ſolution.* Paul. de Caſtr. *in l. filia 23. C. de pact.* & Dec. *in l. quod initio 29. n. 3. ff. de reg. iur.*) ex hoc ſequi dicebam, Nicolaum actorem in inſtituto iudicio nullum bonum fouere ius, ac penitùs actione carere; ſicquè Io. Ferdinandum reum conuentum omninò abſoluendum. 14

Hæc cauſa pendet adhuc indeciſa, credo, quòd Partes ſe concordarunt.

SVMMARIVM.

1 *Pecunia deſtinata ad prædiorum emptionem an inter immobilia connumeretur, & num. 2. 3. & 4.*

ARGVMENTVM.

Pecunia ad prædiorum emptionem deſtinata nùm inter immobilia connumeretur, ita vt in terminis Statuti deferentis mobilia in beneficium viri, vxore in matrimonio

*vnica,C.de raptu virg.*ibi, *merito mortis damnatus ſupplicio,&c.*

Ex hoc text. apparet reſponſio ad text. *in d.l.*1. §. *impubes*, qui pro contraria adducitur ſententia; loquitur enim de impuberibus, qui erant cum Domino in itinere, vel ſub tecto, & auxilium ei non præſtiterunt, tunc enim minor ætas excuſat: & hanc
4 ſententiam, quòd in grauiſſimis minor ætas non excuſet quin pœna mortis ſit imponenda, tenuerunt Bald. *in d.l.adminiſtrantes,§.qui corporis,*& in *authen. Sacramenta puberum, Cod.ſi aduerſ.vendit.* Gloſ. *in l. auxilium,§.in delictis,in verſ.atrocioribus,in fine,de minor.*& in *l.fere in omnibus,verſ.aut atrociſſima,de regul. iur.*Petr.de Bellaper.*in l.*1.*C.ſi aduerſ.delict.verſ.ſi autem quaritur,col.*2. vbi Cyn.*num.*1. Anchar. *in cap.*1. *de delict.puer.num.*4. Alciat. *in d.l. ferè in omnibus,de reg.iur.*Gandin.*in tract.de pœn.reor.col.*10.*num.*30.per text.*in d.l.auxilium,§.in delictis, in* 2.*ſui par.*Ozerius *in tit.de iur.natur.gen.& ciuil.in prin.*Afflict. *in Conſt. Minorum iura,notab.*5.Duen.*regul.*259.*limit.*7. Plac. *in Epit.delict.cap.*32. *num.*5.Vulpel. *conſ.*101. *per totum*, & præcipuè *num.*13.& 14. vbi ſic conſuluit in cauſa duorum patricidiorum, Brun.à Sol.*in ſuo compen.iur.verſ.minor capax mali,fol.*135.Ioſeph. Ludou.
5 *deciſ. Lucen.*17.*num.*55.& 72.qui refert. fuiſſe ſuſpenſum puerum minorem quatuordecim annis, qui vna cum Graſſatoribus viarum tenuit habenas equi iter agentis, dum eum in via publica derobauerunt; Farinac.*in tit.de pœn.temper.quæſt.*92.*numer.*106. qui refert, tempore *Gregorij XIII.* ſic fuiſſe ſeruatum in
6 quodam adoleſcentulo, qui cum eſſet particeps fugæ, quam præparauerat facere quidam ab Arce, fuit per pedes ſuſpenſus: & hanc magis communem fatetur idem Farinac.*n.*108.licèt ipſe intelligat, duobus concurrentibus, nempè, quòd ſit maior quatuordecim annis, & quòd Princeps conſulatur, & ſecundùm hanc opinionem practicari Romæ teſtatur citatus Vulpel.*vbi ſup.* Gramm.*in Conſtit. Reg. tit. de reſtit.minor.num.*7.vbi ſic bis fuiſſe deciſum teſtatur,
7 Foller.ad Maran.4.*par.diſt.*1.*n.*83.vbi latè tenet, propter enormitatem criminis pœna mortis minorem plecti, & ſecundùm hanc opinionem Sacrum Conſilium iudicaſſe in quodam ſodomitico fatetur, & demùm ſic fuiſſe deciſum in S. C. de filio minore, qui patrem occiderat, teſtatur D.de Franch.*dec.*230.

Cùm igitur hæc ſententia iuribus, & rationibus, & tantorum Doctorum authoritatibus nitatur, & pluriès ſic in S. C. recepta, dicendum eſt, iudicandi conſuetudinem inductam eſſe, vt per eundem D.de Franch.*dec.*230.quod enim per duas vices fit, ſolitum dicitur. Affl.*dec.*305.

Ex his apparet, quòd Doctores, qui contrariam tuentur partem, non loquuntur in atrociſſimis delictis; ſed tantùm in atrocibus, vt ipſimet diſtinguunt:
8 Ad quæ omnia accedat, quòd licèt apud Doctores ſit controuerſia, vtrum Iudex teneatur ratione minoris ætatis minorare pœnam, de qua per Foller. ad Maran.*loco cit.*& D.de Franch. *deciſ.*230. tamen, vt idem de Franch.fatetur, ad tollendam omnem dubitationem fuit edita Regia Pragmatica, ſub *tit.de minor.*per quam eſt diſpoſitum, eſſe Iudici arbitrarium minorare pœnam, & tale arbitrium non ſubiacere neceſſitati, conſiderata delicti atrocitate, perſonæ qualitate, & delictorum reiteratione.

9 Præterea minor in crimine læſæ maieſtatis non excuſatur; Decian. *tract.crim. lib.*7.*cap.*49. *numer.*12. ſed occidens Dominum ſuum, incidit in hoc crimen, Bart.*in l.*1.§.*occiſorum,n.*3.*ff.ad Senat.Conſ.Syllan.* vbi ait, quòd ex ſola ſcientia quis pœna mortis non plectitur, niſi ſciat, delictum eſſe commiſſum in Principem; inquit deindè, idem eſſe, ſi ſciat filius, delictum

committi in Patrem, vel ſeruus in Dominum; & ſequitur idem Bart.*in l.vtrum,n.*3.*ff.de parricid.* Quarè fuit ſeruus prædictus, quamuis puer per M.C.ad mortem condemnatus.

Cætera ad materiã, & ſatis ſingulariã vide apud D. 10
Reg.Reuert.*dec.*525.vbi in terminis tex.*in l.auxiliũ, §.in delictis, ff.de minor.*fuit ſatis diſputatus articulus, nùm Iudex in delictis atrocibus à minore commiſſis, pro ſuo arbitrio valeat delicti pœnam minuere, vel potiùs ad id de iure cogatur, adeò quod pœnam à iure præſcriptam non minuẽs, grauamen inferre dicatur: vide pariter D. Reg.Sanfelic.*deciſ.*57. *per totam.*

SVMMARIVM

1 *Pœnæ pecuniariæ, quæ à lege, vel ſtatuto pro aliquo delicto applicantur, num debeantur Baronibus, quando in eorum Terris delicta illa patrantur; & n.*2.3.6.7.*&* 8.

4 *Delictum facere, quod non eſt, ad ſupremam pertinet poteſtatem.*

5 *Princeps poteſt facere de non delicto, delictũ.*

9 *Extractionis delictum an à Barone cognoſci poſſit, & n.*10 11.12 *&* 18.

13 *Regalia non niſi ex ſpeciali conceſſione veniunt, & n.*14.15.16 *&* 17.

ARGVMENTVM.

Pœnæ pecuniariæ, quæ à Principe imponuntur aduerſus illos, qui eiuſdem Supremi Domini decreta contemnunt, cuinam ſunt applicandæ, Fiſco nimirùm Regio, vel Baronibus inueſtitis in eorum Terris, & Caſtris de mero, & mixto imperio? & de aliis.

CAPVT CLXX.

POENAE pecuniariæ, quæ à Legibus, & Statutis Fiſco deferuntur; fuit aliàs dubitatum, num ipſi ſolùm debeantur, vel potiùs Baronibus inueſtitis in Terris, & Caſtris de mero, & mixto imperio, cum conceſſionibus pœnarum, & prouentuum. 1

Pro ratione dubitandi videbatur pro Fiſco reſpondendum, cùm verba legis, vel Statuti transfiguranda non ſint; *l.non alitèr, ff.de legat.*3.hocquè in terminis voluit Foller.*in prag.*5.*de adminiſtr.Vniuerſ.* 2

Contrarium tamen verius eſſe non dubitamus; facta namquè inueſtitura de mero, & mixto imperio, veniunt omnes pœnæ, & Barones in Fiſci locum ſubintrant; Boſſ.*in eius prax. in tit.de pœnis, num.*23. & in *tit.de Regal. num.*15. Carauit. *in rit.*44. *num.*8. poſt Capyc.*deciſ.*185.*num.*4. Theſ.*deciſ.*132.vbi *Filius in addition.* qui pro Barone vaſallo de mero, mixtoquè imperio inueſtito per Senatum illum deciſum referunt, Natt.*conſ.*34.*n.*9.*lib.*2.& 346.*n.*9.quem citat, & ſequitur D.Reg. Conſtant. *in l.*1.*n.*24. *& ſeq. C.pœn. fiſcal.cred.præfer.lib.*10.

3 Hocquè nullam habere difficultatem aſſerunt citati Doctores, in delictis de iure prohibitis, & cognitis: Sed ſi nouitèr pœna addatur ex Statuto faciente delictum, quod de iure non erat, vt in nonnullis Dominorum Proregum Regni huius Bannis, & Pragmaticis, videamus, quid dicendum? Dom. Præſ. de Franch. *deciſ.* 434. refert, quòd cùm fuiſſet emanatum bannum, vt nemo incederet per Ciuitatem vendendo bona vetera ſub pœna triennalis remigationis, cumque fuiſſet captus vnus, qui erat ſubditus Artis Lanæ, Conſules Artis petierunt remiſſionem ad eorum Curiam; & dum Magna Curia illam denegaſſet, ſub prætextu, quòd dictus inquiſitus contrauenerat Domini Proregis banno, de cuius exequutione tractabatur, per quod erat effectum delictum; quod tempore conceſſionis priuilegij Conſulibus Artis prædictæ non erat conceſſum, appellatione ad Sacrum Conſilium interpoſita, diſcuſſóque negotio, Magnæ Curiæ decretum reuocatum fuit, & cauſa remiſſa ad Conſules Artis prædictæ, & ita aliàs determinatum per Senatum Sabaudiæ in caſu ſimili teſtatur Amedæ. de Ponte *in ſuis quaſt. landem.q.* 29. ab eodem D. de Franch. relatus, ſicque ſemper fuiſſe ſeruatum in M. C. in diſcuſſione cauſæ prædictæ referebat D. Antonius Orificius, tunc Sacri Conſilij Præſes, & olim M.C. Fiſci patronus.

Ex quibus poſt Foller. *in eius prax. crim. in verb. audiantur excuſatores; num.* 137. & Theſ. *loc. cit.* Reg. de Pont. *in ſuo tract. de poteſt. Proreg. in tit. de prouiſion. fieri ſolt.* §. 3. *num.* 29. firmat; nam licèt de ſuprema ſit
4 authoritate delictum facere, quod non erat tale de iure communi; tamen eo ipſo, quòd deducta eſt ad actum, conſumpta eſt poteſtas cum legis publicatione, & ſic intrat authoritas infeudari generalitèr ei conceſſa, non tanquam quid nouum reſpectu ſuæ cognitionis, ſed tanquam quid antiquum vigore iuriſdictionis conceſſæ generalitèr contra delin-
5 quentes: & ſicut Princeps poteſt facere de non delicto, delictum; ſic è contra de delicto non delictum: & vti Baro debet eſſe contentus in vno, in alio eidem ſuffragari debet: quod tamen idem Reg. de Pont. limitat *loco cit. num.* 40. ſi ſpeciatim Princeps pœnas has ſibi reſeruauerit, vti nouitèr impoſitas; quo caſu (dicit ipſe) nec Barones poſſent conqueri, cùm nil ſit eis ablatum.

6 Obſeruandum tamen, quod Præſ. de Franch. *in allegat. deciſ.* 434. *in fine*, alitèr refert fuiſſe ſeruatum in cauſis contrauentionum bannorum circa venditionem frumenti, & contrauentionem in pretiis per *Pragm.* ſtatutis, in quibus dicit, ſemper cognouiſſe Regiam Curiam, non autem Barones, hocquè optima ratione deciſum tanquam in differenti, & ſpeciali caſu, voluit Reg. de Pont. *d.* §. 3. *numer.* 46. ex præſumpta mente ſtatuentis, ſic demùm legem declarantis, ob ſuſpicionem Tribunalis Baronum, qui vel ſolent eſſe principales, vt plurimùm in contraueniendo, vel poſſent ſubditos indebitè vexare, cauſâ ſibi applicandi omnia frumenta, & demùm carò vendere; quod non procedit in cæteris delictis indifferentibus: ſequitur D. Reg. Conſtant. *in d.l.* 1. *numer.* 25. vbi aliud tradit exemplum, quando
7 Baro omninò incapax eſſet cognitionis illius criminis, quod noua conſtitutione prohibetur, veluti ſi ſupremus Princeps ſub certa conſtituta pœna alicuius rei extractionem à ſuo Regno, vel Ditione prohiberet; nam cùm huiuſmodi prohibitiones fiant ſupremi imperij vi, ac poteſtate, quæ à Principis perſona nullo pacto ſeparari poteſt, nec in alterum, quibuſcunque verbis, ac clauſulis, etiam ampliſſimis transferri, Barones de his, qui in illam legem committunt, nec cognoſcent, nec mulctas exigent, quia eorum perſona ſupremi Imperij incapax eſt; citat ad id Menoch. *conſ.* 604. & refert, nunquam in 8
his caſibus delinquentium remiſſionem ad Barones in hoc Regno factam fuiſſe: & in fortiori caſu citat Reg. Moles, qui *in ſuis deciſionibus manuſcriptis in tit. de iure Tractarum, in quaſt.* quæ incipit, *quando aliquis Baro:* affirmauit, hanc procedere concluſionem, etiam ſi Baro ex ſupremi Domini conceſſione Tractarum ius haberet in eius Baronia, ita vt ſi quid indè extraheretur, portorium ſibi ſolueretur; & ſi quis vectigal illud fraudaret, res, quæ in Commiſſum incideret, ipſi Baroni applicaretur; nam ſi deindè Princeps ex cauſa à ſua Ditione iuſſerit, nè frumentum, vel vinum extraheretur, & quis illius Baronis ſubditus contra hanc Principis iuſſionem venerit, pœnam non Baroni, ſed Regi, ſiuè ſupremo Domino debebitur; & ita in facti contingentia per Regiam Cameram deciſum teſtatur, ſuntquè deciſionis verba, quæ ſequuntur:

Deciſio D. Regentis Moles.

Quando aliquis Baro habet in ſuo Priuilegio Ius 9
Portulaniæ, eſt apud Nos dubitatum; ſi quis extrahit vinum, frumentum, vel aliquid aliud abſq; Illuſtriſſ. Proregis licentia, an huius delicti cognitio ſpectet ad Baronem tanquam comprehenſum ſub conceſſione illius Regalis Iuris Portulaniæ? Hæc quæſtio incidit diſputanda inter Regium Fiſcum, & Ducem Amalfiæ, qui in ſuo Statu habet hoc Priuilegium Iuris Portulaniæ vnà cum omnibus aliis Regalibus, quæ numerantur *in titulo, Quæ ſunt Regalia:* Et pro parte ipſius Ducis fuit allegatum, quòd ſub illa tam ampla conceſſione ſibi per Regem facta, venit etiam Iuriſdictio, cum qua poterit pœnali iudicio fines rei ſuæ tueri: *l.* 1. *ff. ſi quis ius dicenti non obtemperauerit:* Venit enim Iuriſdictio tanquam ius cohærens, & quæ ſeparari non poteſt, ac ſi cum ipſa eadem re conceſſa cenſeatur: ad tradita per Bald. *in l. Imperium, ff. de iuriſdict. omnium iudicium in l. prima, §. cum Vrbem, ff. de Offic. Præfecti Vrbis*, Bald. *in cap. primo, de Capitaneo qui Curiam vendidit:* maximè quando conceſſio eſt generalis, & ampla, vt in themate propoſito; quo caſu omnia alia ſimilia conceſſa intelliguntur: ad tradita per Roman. *in conſ.* 271. vbi agit de conceſſione Terræ Sancti Luciti facta per Regem Ladiſlaum, & per Cumanum late *conſ.* 162. De qua concluſione vide ad ſaturitatem, & notanter Couarruu. *Practicarum quaſt. cap.* 1. *num.* 10. *vſque ad finem*, vbi latè, & notabiliter.

Si Iuriſdictio eſt conceſſa, nulli dubium eſt, quòd 10
pœnæ contrauenientium & intercepta, ac ſimilia ſpectant ad Baronem conceſſionarium; quia fructus ſuæ Iuriſdictionis ſunt: Bart. Bald. & Angel. *in l. fin. ff. ſoluto matrimonio*, Decius *conſ.* 4. vbi firmat, quòd emptores gabellarũ lucrantur pœnas fraudantium, quia ſunt in fructu: Cynus *in l. Creditor*, per illum text. *ff. de actionib. empti*, vbi multa cumulat, & probat per tex. *in l. ſi quis ſine, C. de Vectigal. & commiſſis*, & notat Guido Pap. *dec.* 413. Boër. *dec.* 5. & Tiraq. qui omnes recenſet, *de Retract. Conuentional.* §. 5. *gloſ.* 4. *n.* 21. & vltra allegatos per ipſum, hoc firmat, & notantèr Andreas *in cap.* 1. *§. hæreditatem, de Pace tenenda.*

Nec vim facit, quòd delictum naſcitur ex Regij 11
Banni contrauentione: Quia poſtquàm Baro habet Iuriſdictionem ordinariam, id quod aliàs erat licitum, fit illicitum, & punibile quidem per Bannum Regis; pœna tamen, & prouentus quæritur Baroni: ad tradita per Albert. *in l. eo, C. de modo multar.* Capyc. *dec....*

Sed his non obſtantibus, contrarium in Regia 12
Camera determinauimus, duobus in occurrenti quæſtione

quæſtione principaliter conſideratis. Et primò, ſi in illo Priuilegio quantumcunque amplo, ius *Exituræ* conceſſum intelligatur, poſtquàm de eo in ſpecie non ſit facta mentio, licèt de aliis Iuribus Regalibus ſic: Et facit dubiũ, quia cum illud ius Exituræ ſit de Regalibus, *cap. 1. § portus, ripatica, & vectigalia, in titulo, Quæ ſunt Regalia: & l. inter publica. ff. de verbor. ſignif.* oportet, quòd omninò fiat de eo ſpecifica mentio; ad tradita per Andream *in conſtitut. Regni, Ea qua ad decus*: & per Afflict. *deciſ.* 122. nam licèt alias de iure dixerint DD. quòd per conceſſionem Iuriſdictionis in genere, veniat merum, & mixtum Imperium, vt vt per Bald. *in capit. 1. de Capitaneo qui Curiam vendidit*, & latè cumulat Afflict. *in Rubr. præcit. Conſtit. Ea qua ad decus*; tamèn vt *ibi* ſubdit Afflict. *in fine*, in Regno hoc non procedit ex diſpoſitione *eiuſdem Conſt. Ea qua ad decus*: vbi eſt prouiſum, quòd hæc
13 Regalia non niſi in ſpeciali conceſſione veniant. Quod maximè etiam locum habet in his Regalibus, quæ aliàs non ſolent per Regem concedi; quia tunc non procedit, contra *allegatum conſ.* 271. vt per Afflictum *in dicta Conſtit. Regn. Ea quæ ad decus*: *n.* 13. & 14. Vide etiam notabiliter Paridem de Puteo *in tract. de Syndicatu, in tit. de exceſſibus Baronum, in §. excedunt*, & in ſpecie, in hoc iure multotiès decidit Camera, vt in Conſultatione ſua facta de immunitate ampla conceſſa Coroneis, quòd non comprehendat ius Exituræ; Regiſtrata *in Reg. Conſult.* 14. *anno* 1534. *fol.* 39 & in Priuil. Neap. & Caietæ, licèt ſint ampla, quotidiè ita declaramus, & adſunt decreta, & Prouiſiones Cameræ *in Regiſtr. Cur.* 24. *ann.* 1531. *fol.* 164. & meminit de hoc vſu Cameræ Loffred. *conſ.* 24.
14 Sed poſito quòd hoc Ius *Exituræ* veniat, poſtquàm eſt conceſſum Ius *Tracta*, & poſtquàm omnia alia Regalia ſunt conceſſa iuxta *conſ.* Romani *alleg.* 271. etiam quia eſſet in poſſeſſione exactionis illius iuris Illuſtr. Dux, adhuc maior, & ſecunda difficultas fuit per Regiam Cameram conſiderata, nimirùm poſito quòd Directus Iuris Exituræ ſpectet ad Baronem, ideſt ille Directus qui ſoluitur ad rationem Tarenorum trium pro vncia, qui debentur pro certis mercibus ſecundùm Ritum Regiæ Cameræ *ſub. Rub. de Iure Exituræ*, tamen facultas extrahendi res aliàs extrahi prohibitas; item facultas puniendi contrauenientes; eſt quid ſeparatum, & ità cohærens perſonæ Regis, quod non veniat ſub conceſſione Iuriſdictionis, nec ſub conceſſione quorumcunque Regalium, quia hoc Ius, eſt de illis Regalibus maioribus, quæ à perſona Regis ſeparari non poſſunt; & ideò non veniunt, nec venire poſſunt ſub generali conceſſione: ita Luc. de Penn. *in l. contra publicam, C. de re milit. lib.* 12. vbi enumerat Priuilegia, quæ reſident in perſona Regis tantùm, & eius oſſibus ſunt affixa. Et demum ſubdit *columm.* 4. *verſic. ſed po-*
15 *ne, Rex conceſſit Titio*: quòd ſub conceſſione Regalium non veniunt, nec venire poſſunt tanquàm inſeparabilia ab ipſo Rege. Idem, & meliùs dixit idem Lucas *in l. 1. C. de Priuil. Scholar. lib.* 12. *in penultima colum. in verbo, denegamus, & in l. 1. Cod. de Veteran. lib.* 12. *col.* 1. *in fin. in verbo, augere*, & alibi dixit Lucas, quod ſuprema Regis Iuriſdictio ab ipſo abdicari non poteſt; *in l. quicunque, C. de omn. agr. deſerto lib.* 11. Gulielm. de Benedictis *in cap. Raynutius in verſ. & vxorem, nomine Adelaſiam, in* 2. *deciſ. num.* 319. *de teſtamen.* Tradit etiam not. Couarru. *practic. quæſt. in princ.* qui non vidit Lucam *in prædictis locis*: de quo miror: Modern. Pariſien. late *in conſuetud. Pariſien.*
16 §. 1. *gloſ.* 5. *num.* 53. *cum ſeq.* vbi dicit, Ius Regium nunquam intelligi conceſſum; Alberic. *in l. fin. C. de Iuriſdict. omn. Iudic.* Iacobin. *de feud. in verb. de Caſtro*, 1.

colum. in verſ. dictique Vaſalli promiſerunt. Et ideò conſiderauit Camera, quod emanare Banna prædicta, ſpectat ad Regem ſolum, & maximè Banna, quę concernunt defenſionem, & vniuerſale Gubernium Regni, vt ſunt iſta, quòd certæ merces non extrahantur, hoc eſt enim fines Regni ſui tueri: *l. 1. Cod. quæ res aſportari non poſſunt. l. cotem, in princ. ff. de Publican. l. 2. C. de nauicular. lib.* 11.

Ideò etiam Rex in eiſdem, in quibus prædictus 17
Baro habet Dohanas, ipſe Rex habet cuſtodiam Portus, & ibi adſunt Magiſtri Portulani, & alij Regis littorum Cuſtodes, qui in Regno *Secreti* dicuntur, & eorum officium eſt intercipere, & nè extractiones contra banna fiant, vetare; iuxta conſtitutionem Regni, *Officiorum periculoſa.* Poſtquàm igitur Rex reſeruauit ſibi hanc Iuriſdictionem, quæ aliis verè concedi non poterat; fructus, & exercitium ipſius Iuriſdictionis erunt etiam Regis, & ad ipſum ſpectabunt, per rationes *ſuprà* allegatas: & quia Prouentus prædicti non poſſunt ſpectare ad alium, quàm ad habentem Iuriſdictionem ipſam tanquam fructus ipſius, vt *ſuprà*: Et per iſta fuit deciſum, cognitionem cauſæ contra delinquentes extrahentes ſine licentia, non ſpectare ad Baronem, & maximè quoad Officiales ipſius; contra quos ſolùm Rex poteſt cognoſcere, quia hæc ſunt etiam de reſeruatis ſoli Principi: ad tradita per DD. *in l. mancipia, Cod. de ſeru. fugit.* & per Ritum M. C. vbi de culpis Officialium ſola Magna Curia cognoſcit: & ità in Syndicatibus indiſtinctè practicamus; ſicque iudicatum *die* 12. *Auguſti* 1569. referente Domino Præſidentę Bernardino de Sancta-Cruce.

Non obſtant in contrarium adducta: Quia ve- 18
rum eſt quod in Priuilegio Illuſtr. Ducis Amalfiæ Iuris Exituræ legatur conceſſio, ideſt Directus, qui ex Exitura debetur: & verum etiam eſt, quòd intelligitur conceſſa Iuriſdictio in Debentes prædictum Directum; & verum conſequenter quòd Illuſtris Dux habet pœnas, & prouentus qui proueniunt ex prædicta Iuriſdictione contra fraudantes Directus prædictos, vt eſt pœna amiſſionis bonorum, duplicati Directus, & ſimilia, & etiam pœnas, quæ prouenirent ex Bannis Regiis, ſi Banna concernunt delictum fraudantis Directus; ſed iſta ſunt ſatis diuerſa à iure concedendi extractiones rerum, quæ de Iure communi, vel per Banna ſunt prohibita extrahi; nam hoc eſt de reſeruatis ſoli Principi, vt *ſuprà* eſt dictum; & ſic pœnæ, quæ debentur ab illis, qui extrahunt bona extrahi prohibita, etiam ſoli Principi debentur, tanquam fructus Iuriſdictionis ſuæ; ità fuit deciſum vt *ſuprà*.

SVMMARIVM.

1 *Penſio impoſita ſuper beneficio, quod eſt de iurepatronatus Regis, an ſoluenda ſit, ſi ſuper tali impoſitione Summi Pontificis conſenſus non interuenerit, & num.* 2. 5. 9. *&* 11.

3 *Simonia an committatur, vbi beneficium confertur cum onere, quòd Beneficiatus ſingulis annis alicui certum quid præſtet.*

4 *Simonia committitur, vbi Clericus, vt beneficium facilius conſequatur, maiorem penſionem, quàm beneficium ferre poteſt, ſoluere promittit.*

6 *Cenſus ſuper beneficio Eccleſiaſtico à Patronis*

nis imponi non poteſt,& quæ ſit pœna Patronorum imponentium,num.7.

8 *Beneficia abſque vlla defalcatione conferenda ſunt.*

10 *Penſiones imponi non poſſunt à Prælatis inferioribus Sum.Pontif.*

12 *Penſio num imponi poſſit à Sum.Pontif.ſuper beneficiis ad Regiam præſentationem ſpectantibus.*

13 *Beneficij collatio vbi nulla fuerit,num penſionis reſeruatio ſuper eodem beneficio facta,nulla quoque cenſenda ſit, & numer.14.*

ARGVMENTVM.

Penſio impoſita à ſupremo Principe ſuper beneficio, quod eſt de ipſius iurepatronatus, nùm à præſentato in illo beneficio ſoluenda ſit, ſi Penſionarius literas Apoſtolicas ſuper impoſita penſione impetrare non curauit. Papa nùm poſſit imponere penſionem ſuper beneficiis ad alicuius ſupremi Principis præſentationem ſpectantibus? & de aliis.

CAPVT CLXXI.

1 PENSIO impoſita à ſupremo Principe ſuper beneficio, quod eſt de ipſius iurepatronatus,dubitari contigit,num à præſentato in illo beneficio ſolui debeat, dum penſionarius literas Apoſtolicas ſuper impoſita penſione impetrare non curauit?

De hac quæſtione ſuperioribus annis in hac Ciuitate dubitari contigit; nàm cùm Inuictiſſimus Rex noſter Barenſem Prioratum Capellano ſuo contuliſſet cum onere certæ penſionis aliquibus aſſignandæ, intendebant penſionarij abſque literis Apoſtolicis, & Summi Pontificis conſenſu, impoſitam annuam exigere penſionem,quam Reuerendiſſimus Prior ſoluere recuſabat: Quarè dubitatum extitit, an id de iure prætendi poſſet? Et per hæc, quæ ſequuntur media ſcio,contra penſionarios quæſtionem
2 fuiſſe reſolutam; Etenim penſio hæc aut conſtituta conſideratur tanquam debitum perſonale præſentati;aut verò tanquam beneficij onus: primo enim caſu,id cenſetur pactum ſimoniacum, cùm temporale per ſpirituale daretur, ita D. Thom. 2.2.*q.* 100. *art.*5.& Couarr.*var.reſol.lib.*1.*cap.*3.*poſt num.*4. *verſ.*
3 *ſed ſi quis beneficium.*aſſerentes, conferentem beneficia ex pactione,vt certam pecuniæ, vel alterius rei quantitatem quot annis habiturus beneficium alteri det,ſimoniam committere; & generalitèr verior, & communior eſt ſententia Theologorum,& Canoniſtarum,vt indiſtinctè pro quibuſcunque beneficiis datio pecuniæ, ſeu rei temporalis, ſimoniam à iure diuino prohibitam inducat: probat D. Thom.*quodlib.*5.*quæſtion.*10.*art.*2.Caiet. *in tract. de ſimon. tom.*2. *tract.*9 *quæſt.*1. Sot. *lib.*9.*de iuſt.& iur. quæſt.*5.*art.*2. *circa med.*Nauar. *in manual.c.*23. *num.*10.*verſ.quinto, quod ex his*,aliique plures.

Hìnc dicimus, ſimoniæ labem incurrere Clericum, qui vt faciliùs beneficium conſequatur, maiorem penſionem, quàm beneficium ferre poſſit, ſoluere promittit, cùm tale pactum illicitum ſit; *cap. cùm Clerici,de pact.*Viuian.*in pract. iuriſpatron.par.*2. *lib.*13.*c.*9.*n.*40.*& lib.*5.*c.*5.*n.*85.*& ſeq.* 4

Si autem penſio hæc conſtituta conſideratur tanquam beneficij onus; & veriùs videtur in hoc etiam caſu, abſque Summi Pontificis diſpenſatione nullatenus imponi,vel induci poſſe, cùm rerum Eccleſiaſticarum ſaperet alienationem, quæ abſque Sedis Apoſtolicæ decreto fieri nequit;vt in *Extrauag.Ambitioſæ,de reb.Eccleſ.alien.vel non:*Et ob hanc rationẽ probant Abb. & DD. *in c.prohibemus*, *& in c.præterea,de cenſibus*, cenſum ſuper beneficiis Eccleſiaſticis à Patronis minimè imponi poſſe. Idémque probant Card. Zabarel. aliique communitèr per illum text. *in clem.*1. *§. nouos cenſus*, *de exceſſib. Prælat.* & probatur expreſsè, conceſſionem ad vitam, iuris, ac bonorum Eccleſiaſticorum alienationem cenſeri, præter *allegatam Extrauag. Ambitioſæ, in clem.*1. *in verb.ad vitam eius*,vbi Gloſ.& omnes, *de reb.Eccl.non alien.* Et de conceſſione ad beneplacitum, quæ ad vitam extendi poteſt, vt prohibita ſit rerum Eccleſiaſticarum,probant Corn.*conſ.*245.*num.*5.*col.*3.Dec. *conſ.*204. *numer.*5. ac latiſſimè Redoan. *tract. de reb. Eccleſ.non alienan. quæſtion.*2. *capit.*47.Pœna autem conſtituentis cenſum ſuper Eccleſiaſticis beneficiis, præter iuriſpatronatus priuationem eſt alia arbitraria imponenda, iuxta text. *& ibi* notata per Gloſ. Hoſtienſ.Ioan.Andr. Abb. & alios in *capit.grauis,de cenſib.* & præter alias, ea videtur grauiſſima, quæ imponitur quouis modo vſurpantibus bona, & iura Eccleſiaſtica *in capit. vlt. ſeſſ.* 22. *Sacri Trid. Conc.* 5 6 7

Secundò prohibita eſt retentio fructuum,vel conſtitutio penſionis in collatione beneficiorum,abſque conſenſu Summi Pontificis, cùm beneficia omnia abſque vlla defalcatione conferenda ſint; ex text. *in c.vnico,vt Eccleſ. benef. ſine diminut. conferant.in cap. maioribus,cap.tuæ fraternitatis,& in cap. cùm cauſa,de prebend.& can.ſi quis prabendas*,9.*q.*3. 8

Tertiò, quòd penſio exigi non poſſit abſque expreſſo Summi Pontificis conſenſu, & ſi ſoluatur, literis non expeditis, committatur ſimonia, & confidentia, expreſſiùs firmat Nauar.*in manual. cap.*23. *ſub num.*111. *& in conſ.*52. *de prabend. & in conſ.*37. *&* 52.*de ſimon.* Pariſ. *de confid.benef. quæſt.*43. Garz. *de benef.par.*4.*cap.*2. *num.*45. quos citat; & ſequitur Viuian. *loco cit. cap.*2. *num.* 20. & probatur *in d. cap. vnico.* 9

Hìnc eſt, quòd hodiè de ſtylo Romanæ Curiæ, Pontifice inferiores, penſiones ex quauis cauſa imponere non poſſunt,Sot.*de iuſt. & iur. lib.*9. *quæſt.*7. *art.*2.Rebuff.*in prax. benefic.tit. de reſeruat. num.*29. Garz.*de benef.par.*1. *cap.*5.*§.*2. *num.*340. Graff.*deciſ. caſ.conſcient.lib.*2.*cap.*49.*numer.*19 *par.*1. Viuian. *d. cap.*9.*num.*10. vbi citat *clem.*1. *vt lit.pend.* & Gigan. *de penſion.quæſt.*6. nec in Romana Curia conceditur confirmatio penſionis impoſitæ ab Ordinario, ſed de nouo,ſi iuſta fuerit,imponitur; vt ſtatuit Alexan. VI. *de ſignat. Grat.* vt refert idem Rebuff. *loco cit. numer.*19. Ratio huius concluſionis eſt, quia iura prohibent pactiones, & conuentiones, nedum conditionalitèr, ſed etiam ſub modo ſuper ſpiritualibus, aliàs eſſet ſimonia; *cap. cùm pridèm,c.fin.de pact. cap. tua, il* 3. *de ſimon.* quæ pactiones in penſione ſol- 10

uenda

uenda neceſſariò concurrunt, meritò impoſitio, & ſolutio penſionis prohibita eſt, niſi ſaluo, & reſeruato Summi Pontificis conſenſu.

11 Quarè fuit reſolutum in caſu propoſito, non potuiſſe Regem noſtrum mandare Proregi huius Regni, vt cogeret Priorem ad penſionis ſolutionem, dum Summus Pontifex adhùc ſuum non præſtiterat conſenſum. Quod etiam reſolutum fuiſſe allegabatur tempore Imperatoris Caroli, qui ſuper eodem Prioratu conſimilem impoſuerat penſionem, mandando, tunc Priorem ad ſoluendum compelli, & per Collaterale Conſilium fuit prouiſum, ſuperſedendum eſſe ſolutioni prædictæ, ex eadem ratione, quia literæ Apoſtolicæ ſuper impoſita penſione impetratæ non erant.

12 An autem poſſit Summus Pontifex ſuper beneficiis ad laicorum præſentationem ſpectantibus, abſque illorum conſenſu penſionem imponere? communiter affirmant DD. vt conſtat ex Gigan. *de penſion. quæſt.* 23. *numer.* 8. 11. *&* 12. Leſſio, *de iuſt. & iur. libro* 2. *cap.* 34. *dubit.* 38. & ità per Rot. deciſum teſtatur Seraph. *deciſ.* 1264. & alij, quos ipſe citat, quibus addo Viuian. *d. cap.* 9. *numer.* 22. & Ricc. *in* 1. *par. prax. Eccleſ. reſol.* 183. Sed hac poteſtate Summos Pontifices vſos eſſe nuſquam audiui; & vide Garz. *de benef. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 361. qui dicit, quòd Papa non ſolet imponere penſionem ſuper beneficio iuriſpatronatus laicorum.

13 Quæro inſuper, an vbi beneficij collatio fuerit nulla, penſionis reſeruatio ſuper eodem beneficio facta, nulla quoque ſit cenſenda? vide Ricc. *in* 1. *par. prax. Eccleſ. reſol.* 369. vbi ſatis eleganter negatiuè reſpondit: ad quod probandum, inter alia, quæ conſiderat, eſt illud, quod fuit reſolutum circa gratiam Coadiutoriæ; etenim ſi quis de ea fuerit prouiſus cum futura ſucceſſione, quamuis Coadiutus antequam Coadiutoria ſuum ſortiatur effectum, moriatur, tamen altera gratia fu-
14 turæ ſucceſſionis ad fauorem Coadiutoris remanet; citat Put. *deciſ.* 98. *lib.* 2. & Gonzal. *de Alternat. gl.* 5. §. 9. *numer.* 56. vbi *n. ſeq.* in puncto dicit, quòd quando gratia eſt nulla quoad prouiſum de beneficio; non idem erit in penſione, quæ debetur, ſi poſteà denuo impetratur per alterum, nulla reſeruata penſione in illa ſecunda gratia collationis.

Poſt hæc ſcripta, in articulo principali obſeruaui D. Reg. Rouit. qui *in conſ.* 59. *lib.* 1. multa ſatis notanda ſcripſit, quem vide; aliqua etiam notauit; ſed in alio caſu, Staibanus *conſ.* 20.

SVMMARIVM.

1 *Pignus non in creditoris vtilitatem, ſed ſecuritatem datur, vndè fructus ex fundo pignorato à creditore percepti, in ſortem debitam computantur.*

2 *Pactum, vt creditor ex fundo pignorato fructus percipiat loco intereſſe, quandiù debitor vtatur pecunia, an de iure ſubſiſtat, & numero* 3. 4. 5. 6. 7. 9. 10. *&* 12.

8 *Vſuras ex Mutuo percipi, iure Canonicò prohibetur, niſi ratione lucri ceſſantis, & damni emergentis.*

11 *Intereſſe recompenſatiuum cum fructibus omni iure permittitur.*

13 *Emptor rei cum pacto de retrouendendo, fructus ſuos facit, quamuis exceſſiuos, nec in ſortem computare tenetur.*

ARGVMENTVM.

Pignus cùm non in creditoris vtilitatem; ſed ſecuritatem detur, dubitatur, an pacto conueniri poſſit, vt creditor pro vſu pecuniæ, quam debitori dedit, valeat ex fundo in pignus ſibi tradito fructus percipere, ſicque vt quandiù debitor vtetur pecunia, creditor lucretur fructus? & ſuppoſita validitate pacti, quid dicendum, ſi valor fructuum commenſurato intereſſe datæ pecuniæ excederet decem pro centenario? & de aliis notabilibus, ad ornatū text. *in l.* 1. *&* 2. *C. de pignor. action. in l. ea lege, C. de vſur. in c. illo vos, extra. de pignor. in c.* 2. & *in cap. conqueſtus, extra. de vſuris.*

CAPVT CLXXII.

PIGNVS, cùm non in creditoris vtilitatem; ſed ſecuritatem detur, P. Salas *de contract. titul. de vſur. dub.* 28. meritò tam iure Ciuili, quàm Canonico cautum eſſe comperimus, vt fructus ex fundo pignorato à creditore percepti, in ſortem debitam computentur; ità de iure Ciuili ſancitum eſt *in l.* 1. *&* 2. *C. de pignorat. action.* & *in l.* 1. *C. de diſtract. pignor.* & de iure Canonico *in cap. illo vos, extra de pignor.* & *in cap.* 2. & *in cap. conqueſtus, extra. de vſuris.* 1

Sed quandoque dubitari ſolet, an concluſio hæc procedat pariter, vbi contrahentes pacto conuenirent, vt creditor ex fundo in pignus tradito fructus percipiat loco intereſſe pro vſu pecuniæ, quam debitori dedit, vt nimirùm quandiù debitor vtetur pecunia, creditor lucretur fructus? vulgò in Regno contractum hunc, *godere à godere*, appellamus. 2

In hoc dubio Alij pactum hoc validum eſſe affirmarunt, Alij negarunt, Alij diſtinctione vſi ſunt. Affirmarunt Gloſ. *in d. l.* 1. *in verb. minimè, C. de diſtract. pignor.* Alber. *in l. ea lege, C. de vſur.* Franciſc. Balduin. *in tract. de pignor. & hypoth. cap.* 16. Gayl. *pract. obſer. lib.* 2. *obſer.* 3. & ſatis notanter Mynſing. *ſingul. obſer. cent.* 6. *obſer.* 71. nec videtur diſſentire Boër. *deciſ.* 44. *num.* 34. *& ſeq.* Fundatur ſententia hæc *in l. ſi ea pactione, & in l. ſi ea lege, C. de vſur.* vbi pactum hoc propter incertum fructuum euentum nullatenus reſcindi poſſe ſancitur; poſſet enim dari caſus, vt pauci, aut nulli fructus naſcantur, & tamen creditor, qui pignus poſſidet, contentus eſſe debebit, nec contrarium poſtulaturus. 3

Negarunt Bal. *in d. l.* 1. *C. de diſtract. pignor.* vbi dicit, cauendum eſſe à Gloſ. *ibidem*, dum pro pacti validitate reſpōdit, Neguſant. *in tract. de pignor.* 5. *memb.* 5. *par. num.* 10. quò loci expreſſis verbis dicit, pactum hoc non valere, ſicque fructus in ſortem computari debere:

debere: idemque Caualcan. *deciſ.*48. *num.*32. *& deciſ.*49. *num.*13. *par.*2. Cacher. *deciſ.*143. vbi ſic pro pacti inualiditate contra Alber. ſententiam per Senatum illum deciſum teſtatur; excepto ſi aliunde
4 probaret creditor, qui pignus poſſidet, pecunia ſua tantundem lucratum fuiſſe, ad quantum fructuum perceptorum valor aſcendit, quia tunc non vſura, ſed legitimum dicetur intereſſe, Sebaſtian. Medic. *in tract. de compenſat. part.*1. *quæſt.*6. *num.*9. vbi dicit, pactum hoc vti vſurarium non valere, Io. Lup. *de vſur. comment.*3. §.6. *num.*10. Theſ. *deciſ.*78. vbi affirmatiuam ſententiam, quæ in iuribus *ſuprà* allegatis fundatur, nullo modo hodie procedere poſſe ait de iure Canonico, cui in materia vſurarum, & peccati, ſtandum eſt; Salas *in tract. de contract. tit. de vſur. dub.*28. *num.*6. *verſ. ſed quid*, vbi dicit, vſuram præſumi, adhùc ſi debitor à principio fructus ex fundo pignorato percipiendos creditori donauerit, ac etiam ſi ob merita donatio fieret; Alex. Trentacinq. *var. reſol. lib.*3. *tit. de pignor. reſol.*2. *num.*6. vbi *num. ſeq.* ſubdit, vt hoc procedat, tam in pignore conuentionali, quàm prætorio; Menoch. *conſ.*110. *numer.*7. *&* 8. Caſtil. *controu. iur. lib.*3. *cap.*23. *num.*65. & Auguſt. Barboſ. aliis omiſſis, *in collect. ad text. in d. l.*1. *numer.*3. *C. de pignorat. action.* & *in d. l. ſi ea pactione, num.*4. *&* 5. *C. de vſur.* vbi expreſsè firmat, de iure Ca-
5 nonico verius eſſe, pactum cum creditore initum, vt poſſit ille fructus pignoris retinere ratione intereſſe; abſque eo, quòd compenſentur cum ſorte, non valere, niſi tamen aliundè creditor intereſſe probet.

6 Diſtinctione autē mihi videtur, vſam fuiſſe Gloſ. *in d. l. ſi ea lege, in verbo, non poſſunt*, dum dixit, *illius l.* diſpoſitionem benè procedere, quando probabiliter dubitatur, an ex fundo pignorato tot fructus percipiantur, an verò minus, quia conſuetum fuit quandoque minus, quandoque tantùm accipi; cæterùm ſi communi opinione indubitabile videtur tantum percipi, quod legitimum vſuratum modum excedit, pactum initum, quatenus eſt vltra legitimum modum, reſcinditur, adhùc ſi aliter contingere poſſet: id quod clariùs explicat Salycet. *in eadem l. ſi ea lege*, & *in l. cùm non frumentum, C. eod. tit. de vſur.* de quo in hac materia meminit Ant. Gamma *deciſ. Luſit.*110. *num.*34. *verſ. ſeptimò.*

7 Quid dicendum? certè, ſi in hac controuerſia dubitandi rationem perpendamus, facilis erit propoſiti dubij reſolutio; ea eſt enim, quia creditor verè pecuniam mutuo dedit ei, qui fundum in pignus
8 tradidit: vnde ſi verum eſt, iure Canonico prohiberi verbis expreſſis, ne ex mutuo vſuræ percipiantur, *c. conſuluit, extra de vſur.* dum creditor fructus percipit ex fundo pignorato, verè, & realiter exigit vſuras pecuniæ mutuo datæ; id quod prohibetur omninò, & ſucceſſiuè pactum initum de lucrandis fructibus ex re pro accepto mutuo pignorata, prorſus improbatur; & hæc eſt ipſa veritas.

Sed quia adhùc iure Canonico attento, ratione lucri ceſſantis, vel damni emergentis, ex Mutuo poteſt vſura, ſeu intereſſe exigi, vt probant Canoniſtæ communiter, ſignanter Anchar. & Ant. de Butr. *in cap. ſalubriter*, & Abb. *in cap. conqueſtus, de vſur.* Syluеſt. *in ſum. in verb. vſura* 1. *num.*19. & cæ-
9 teri Summiſtæ; conſequenter in bis caſibus ſuſtinebitur pactum de lucrando, ſeu compenſando hos fructus, ex fundo pignorato percipiendos cum intereſſe, vſque tamen ad ſummam vſurarum permiſſarum; ita Bald. *in d. l.*1. *C. de diſtract. pignor.* Soc. Sen. *conſ.*29. *num.*27. *verſ. circa tertium, lib.*1. *& conſ.*19. *num.*4. *lib.*3. D. Card. Mant. *de tacit. & ambig. conuent. lib.*11. *tit.*8. *num.*18. vbi *num.*22. addit, in ſolito negotiari ratione intereſſe poſſe à principio paciſci, 10
vt fructus pignorum, primùm in vſuris, demùm in ſortem computentur: idèmque probant alij relati à Gaito *in ſuo tract. de Cred. cap.*4. *quæſit.*8. *num.*1007. *cum pluribus ſeqq.* diceretur enim hoc intereſſe, Re- 11
compenſatiuum cum fructibus, & intereſſe recompenſatiuum, ſeu vſuræ recompenſatiuæ omni iure permittuntur; vt de receptiſſima omnium ſententia teſtatur Io. Bap. Lup. *in l. curabit, C. de action. empt.* & *in comment. de vſur. comment.*1. §.7. quem citat Gait. *loco proximè citato.*

Vndè notemus in praxi, quod cùm in hac materia, tam in foro fori, quàm in foro poli ſtandum ſit his, quæ per ſacros Canones, cæteráſque Pontificias Conſtitutiones ſtatutum eſt, vbi contigerit, 12
huiuſmodi contractibus initis, debitorem velle demùm fundum pignoratum è creditorum manibus reacquirere, teneri creditorem illum, ſi ex fructibus perceptis aliquid exegiſſet vltra decem pro centenario, quod lucrum ex ſua pecunia mutuo data veroſimiliter conſequi potuiſſet, teneri, inquam, illud plus in ſortem computare, niſi probabiliter ſuſtinuiſſet periculum ex re pignorata, aut nullos, aut paucos percipiendi fructus; & in hunc ſenſum accipio Gloſ. *in d. l. ſi ea lege, in prima par.* nam, quòd ratione huiuſmodi periculi fructus ex re creditori in pignus tradita minus valeant, adhùc ſi deindè damnum aliquod non ſequatur, & integri percipiantur, docent DD. quos citat Bonacin. *tract. de Mutuo, diſp.*3. *quæſt.*5. *punct.*5. id quod quando caſus contigerit, in prudentis Viri arbitrium, facti qualitate conſiderata, remitto.

Ad euitandum autem hos ſcopulos, & vt ſecuriùs, tam in foro fori, quàm in foro conſcientiæ contrahatur, exiſtimauit P. Salas *cit. dub.*18. *num.*5. vt meliùs ſit, huiuſmodi contractus non per pignorationem, ſed mediante venditione cum pacto de retrouendendo celebrentur; hoc enim modo, quia rei dominium tranſit in emptorem, benè iſte, fructus 13
rei, quam emit, ſuos facit, quia de re propria illos percipit, & ſucceſſiuè in ſortem computare non tenetur: quod verum eſſe ait Panorm. *in cap. ad noſtram, de emption. & vendit.* quamuis in eo contractu ex parte venditoris læſio vltra dimidiam iuſti pretij interuenerit, quia res empta eſt emptoris, pactum enim de retrouendendo pretium minuit, ex quo per illud grauatur emptor, *l. fundi partem, ff. de contrah. emption.*

Alia in hac materia videnda ſunt apud Arias de Meſa *var. lib.*3. *cap.*46. *per totum*, vbi doctè loquitur.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium conceſſum à Rege Federico, cæteriſque de domo de Aragonia an à Rege noſtro ſit obſeruandum, & numer.*3.9.10.13.
2 *Priuilegium per non vſum decem annorum amittitur.*
4 *Reges Ferdinandus Primus, & Secundus, Alphonſus Secundus, & Federicus, an fuerint legitimi poſſeſſores Regni Neap. & num.*12.
5 *Rex Catholicus ſucceſſit in hoc Regno Regi Alphonſo primo, & num.*16.
6 *Reges noſtri Auſtriaci an teneantur obſeruare*

nare geſta per Reginam Ioannam Secundam

7 *Rex Alphonſus ſucceſſit Reginæ Ioannæ Secundæ per adoptionem.*

8 *Priuilegium ſi refertur in alio priuilegio, nullius ponderis eſt, ſi non producitur.*

11 *Dominium, & poſſeſſio, ſolo Regis priuilegio transferuntur.*

14 *Rege Alphonſo vita functo, in paternis Regnis ſucceſſit Ioannes eius frater ſecundogenitus.*

15 *Rex Ferdinandus Primus fuit filius adulterinus Regis Alphonſi Primi.*

17 *Rex Catholicus an teneatur obſeruare geſta per Reges Aragoneos Regni huius Neap.*

ARGVMENTVM.

Priuilegium conceſſum à Regibus Ferdinando I. & II. Alphonſo II. & Federico de Aragonia, nùm ſit à Regibus noſtris Auſtriacis ſeruandum. Priuilegium per non vſum an amittatur. Reges noſtri Auſtriaci an teneantur ſeruare geſta per Reginam Ioannam II. & de aliis notabilibus ad materiam pertinentibus.

CAPVT CLXXIII.

1 PRIVILEGIVM cuidam feudatario conceſſum, nundinas in die Sabathi cuiuſlibet hebdomadæ in certo loco ſui feudi faciendi, cùm à ſucceſſore primi conceſſionarij his diebus in Collaterali Conſilio præſentaretur, quia conceſſum apparebat à Rege Federico in anno 1499. dubitabatur, an eſſet illud exequutioni demandandum?

2 Ego de his conſultus negatiuè reſpondi, duobus potiſſimùm perpenſis; *Primò*, quia non conſtabat, prædeceſſores iſtius, qui priuilegium producebat, eo vſos fuiſſe, ſicque dicebam, communem ſubintrare iuris concluſionem, nimirùm per non vſum decem annorum priuilegium amiſſum eſſe; ad text. *in l. 1. ff. de nundin.* Bar. *in l. fin. n. 6. ff. de conſtit. Princip.* Felin. *in cap. cùm acceſſiſſent, num. 37. de conſtit.* Camill. Medic. *conſ. 65.* Reg. Tap. *in l. fin. cap. 1. num. 5. p. 6. de Conſtitut. Princip.* aliiſque plures, quos refert, & ſequitur Maſtrill. *deciſ. 96.*

3 *Secundò*, & meliùs, priuilegium hoc conceſſum apparebat à Rege Federico, cuius facto Rex noſter potentiſſimus ſtare non tenetur, ſciunt enim noſtrates, Reges noſtros Auſtriacos, qui nunc regnant, & qui, Deo benè adiuuante, pro ſanctæ Fidei tuitione regnabunt vſque ad conſummationem Mundi, non
4 eſſe obſtrictos ad obſeruandum contractus, & priuilegia conceſſa à Regibus Ferdinando I. & II. Alphonſo II. & Federico de domo Aragonea, quamuis dicamus, fuiſſe eos Regni huius legitimos poſſeſſores, & Reges; ſed tantùm tenentur habere rata
geſta per Alphonſum I. legitimũ Regem, cui legiti- 5
mè pariter ſucceſſerat Rex Catholicus, eius ex fratre nepos, immortalis memoriæ; ità ſatis diſertè D. Reg. Loffred. *conſ. 4. num. 18. & conſ. 21. numer. 12.* vbi dicit, nunquam vidiſſe, priuilegia dictorum Regum fuiſſe in his Supremis Tribunalibus exequutioni demandata; niſi priùs à Rege Catholico, vel Cæſarea Maieſtate Imperatoris Caroli confirmata apparerent: id quod pariter in pluribus locis aduertit D. Reg. Reuert. ſignanter *in deciſ. 87. p. 3. in manuſcriptis*, aliàs 286. *ſecundùm meam compilationem*, & & poſt eum ſatis eleganter, prout de more D. Reg. Moles *in deciſ. 10. art. 9. hìc imprimenda, in tit. de iure deuolut.* niſi conceſſionarij eſſent in poſſeſſione rerum, per hos Reges conceſſarum, quia tunc procederet diſpoſitio *Pragmaticæ ſanctionis* Regis Catholici editæ Thori.

Nec ſuffragari quod dicebatur, priuilegium Re- 6
gis Federici fuiſſe confirmatorium alterius Sereniſſimæ Reginæ Ioannæ II. cuius geſta, dubitandum non eſt, quòd Domini Reges noſtri ſeruare tenentur, cùm huius Reginæ per intermedias perſonas Regis Alphonſi I. & Regis Catholici legitimi dicantur ſucceſſores: nam ſi dicimus, Regem Catho-
licum ſucceſſiſſe Alphonſo I. ſuo patruo, hic ex le- 7
gitima adoptione ſucceſſit Reginæ Ioannæ II. vt ex Noſtratibus notat Frecc. *de ſubfeud. lib. 1. in tit. de antiquo ſtatu Regni, num. 38.* & in propriis terminis Afflict. *deciſ. 17. num. 5.* & de hoc nunquam fuit dubitatum, vt facili quidem modo cerni poteſt ex deciſis per Sacrum Conſilium *in deciſ. 207.* penès D. de Franch. (vbi cùm in anno 1578. Domini D. Fabritius, & Don Ferdinandus de Sylua, filij Dominæ Vincentiæ Oriliæ in Sacro Conſilio declarari petiiſſent, eos gaudere debere honoribus, & prærogatiuis Sedilis Capuanæ, & hoc ob priuilegium à dicta Sereniſſima Regina Ioanna Domino Carolo Oriliæ Conceſſum, nimirùm vt eius poſteri per lineam fœmininam gaudere potuiſſent in vna ex plateis nobilibus huius Ciuitatis, dummodò eſſent Nobiles, & quòd in aliis Ciuitatibus Regni non gauderent; dato termino in cauſa, conſtitoque de iſtorum Dominorum præclariſſima nobilitate, è domo, & familia Paſtranæ Ducis, Hiſpaniarum Magnatis, non aliter de huius priuilegij validitate, quia conceſſi à Regina Ioanna II. dubitatum extitit, ſed de aliis parui momenti, quibus reiectis, diffinitiua ſententia mediante, quam legi, pro actoribus per S.C. iunctis Dominis Conſiliariis duarum Aularum deciſum extitit, ſeruata forma priuilegij prædicti,) Etenim dicebam, quòd licèt hæc vera ſint, non tamen caſui propoſito ſuffragari poterant, ex quo non
conſtabat de priuilegio præfatæ Sereniſſimæ Regi- 8
næ, niſi per verba enunciatiua, à Rege Federico in dicto priuilegio prolata, & ex Partis aſſertione, ibi; *ſic pariter confirmantes priuilegium Sereniſſimæ Reginæ Ioannæ, Alexandro Auo dicti Ioannis de faciendis nũdinis prædictis, aliàs conceſſum, prout aſſeritur, &c.* vnde dum iſtud non producebatur, iſtáque verba ad Partis ſuggeſtionem prolata apparebant, relatum erat omninò probandum; vt per Rip. *lib. 2. reſponſ. cap. 6. in l. admonendi, num. 36. ff. de iureiur.* Bellon. *conſ. 36. per totum*, Bertazzol. *de clauſ. inſtrum. clauſ. 21.*
gloſ. 26. ante num. 2. verſ. ſecundò, quando Princeps, & 9
alij; vndè remanente ſolo priuilegio Regis Federici, non poterat Collaterale Conſilium illud exequi facere, niſi à Domino Rege noſtro priùs confirmaretur, in cuius libera, & abſoluta voluntate reſidet, an velit confirmare, cùm nullo pacto de iure teneatur, ſtante quòd dicto Regi non ſucceſſerit, vt per

Regentes

Regentes Loffred.& Reuerter.*in locis citatis*,& Moles *in d.art.9.* cuius verba ſunt.

Deciſio Domini Regentis Moles.

10 Sed in illa cauſa poſtmodùm maius dubium occurrit, quod incidenter hìc ſubnectimus: nam cùm Sereniſſimus Rex Catholicus diſpoſuerit de Caſale Marcianiſij in beneficium Ciuitatis Capuæ, non aliter reuocando titulum præcedentem, quem de Caſale prædicto à Rege Ferdinando II. de anno 1495. Dux Termulanorum habebat,an ex hoc Rex noſter Sereniſſimus, tanquam hæres Regis Catholici teneretur reſtituere prædicto Duci pretium dicti Caſalis, & ſic eidem obſeruare priuilegium prædicti Regis Ferdinandi II. in quo maximè fuit hæſitatum, quia non habebat dubium, quòd priuilegium, prædicti Regis Ferdinandi erat in ſe validum, tanquam factum à vero Rege, & pacifico huius Regni poſſeſſore, qui conceſſerat Caſale prædictum Duci Termulanorum propter ſua ſeruitia, quæ ſatis egregia fuerunt in perſonam dicti Regis Ferdinandi II. vt narrant *Hiſtoriæ*; ex cuius priuilegij verbis erat
11 tranſlatum dominium, ac etiam poſſeſſio, prout dicunt *Doctores*, quando Princeps ex ſolo priuilegio poſſeſſionem transferre intendit, vt in Rege Apuliæ dixit Bald. *in l.1.in finalibus verbis*, *C. de rer. permut.* Andr. *in prelud. feud.* & *in cap.1. tit.quibus mod.feud. conſtit.poteſt.*& *in cap.1.de capit.Corrad.*Dec.*conſ.191.*
12 *col.1.* & cum prædictus Rex Ferdinandus II. verus, & legitimus Rex huius Regni fuiſſet, eius factum à ſucceſſore ſuo obſeruari debebat, etiam quod non fuiſſet hæres ſuus vniuerſalis in hoc Regno, vt notat Alb.de Rege Manfredo huius Regni *in d.l.digna vox*, *C. de legibus*, & *ibi* omnes, & Canoniſtæ *in cap.1. de probat.* vbi Bal. Imol. Abb. & alij, firmat etiam And. *in pralud. feud. in 3. par. in verſ. & licèt depoſitus fuerit Imperator*, quem refert, & ſequitur latè Loffred. *in conſ.38. verſ.quoad ſecundum.*

13 Sed his non obſtantibus decreuimus in Collaterali Conſilio, habita præmatura diſcuſſione ſub *die 3. Octobris 1572.in prædicta cauſa Ducis Termulanorum*,quòd Rex Catholicus,& ſucceſſiuè Rex noſter Sereniſſimus eius hæres non teneatur ad obſeruantiam diſpoſitorum per Regem Federicum, & eius prædeceſſores, quia Rex Catholicus venit in Regno, tanquam hæres Regis Alphonſi I. excluſis Rege Ferdinando I. & ſucceſſoribus eius; nam Regina Ioanna Regem Alphonſum Aragonenſem adoptauit, ipſéque Regnum pacatum obtinuit vſque ad annum 1458. eóque demum ſine legitima ſobole
14 vita functo in paternis Regnis Aragonum ſucceſſit Ioannes eius frater ſecundogenitus, qui & Nauarræ erat Rex, ex quo natus eſt prædictus Rex Ferdinandus Sereniſſimus,qui & Catholicus Rex fuit poſteà nominatus,ad quem proinde legitima huius Regni ſucceſſio ſpectauit, excluſo Ferdinando I. præ-
15 fati Regis Alphonſi filio ſpurio,& adulterino, quippè nato ex Alphonſo iam vxorato, qui nulla lege legitimari poterat, vt in ſpecie in ſucceſſione Regni,& in Rege Aragonum,quòd Papa non poterat legitimare filium naturalem in præiudicium fratris ſecundogeniti, firmat Alex. *conſ.2. num 7.verſ.ſeptimò confirmo*, *vol.1.* ex cumulatis per Io. Dominic.& Geminian.*in cap.grandi,de ſuppl.neglig.Prælator.in 6.*
16 Ideò Rex ipſe Catholicus Ferdinandus non venit in hoc Regno vt hæres, nec vti ſucceſſor Regis Federici expulſi, ſed ex perſona Regis Alphonſi Primi, patrui, & in aliis Regnis paternis ſui ſucceſſoris, ac ex propria inueſtitura eidem facta per Alexandrum VI. Pontificem Maximum in anno 1501. & priuatione ipſius Regis Federici, & ex alia maiori Bulla Iulij II. Pontificis maximi de anno 1510. vbi integrum Regnum concedit eidem Regi Catholico, in quibus inueſtituris etiam reſeruauit ſibi Rex iura, quæ ſibi in prædicto Regno per priùs abſque noua eius inueſtitura competebat, dicens, *El Reyno, que nos pertenecia*; maximè quia ex pecunia, & iuribus Regnorum Aragoniæ erat hoc Regnum quæſitum, & ei vnitum, & in mandatis datis Gonſaluo Ferdinando Magno Capitaneo pro acquiſitione Regni contra Federicum vnà cum Rege Gallorum, ſecundùm dictam inueſtituram Alexandri VI. dixit, *pro recuperatione Regni, quod vni ex nobis competit*; ideóque etiam nunquam voluit vocari Ferdinandus III. Vndè Loffred. *in conſ.4. numer.18. & in conſ.21. numer.12.* firmauit, Regem prædictum Ca- 17
tholicum non teneri ad obſeruantias promiſſorum per Reges Ferdinandum I. Alphonſum II. Ferdinandum II. & Federicum, non quòd ipſi illegitimi fuerint Reges, quia ſtante legitimatione Ferdinandi I. & inueſtitura Pontificum,veri, & legitimi Reges interim fuerunt, *l. qui ſuperſtitis*, *ff. de acquir. hæredit.* & per alia allegata per eundem Loffr. *conſ.38. numer.18.* ſed Rex Catholicus non venit vt eorum ſucceſſor, & ideò tanquam Rex noua electione, & ex noua inueſtitura non tenebatur; vt per eundem Loffred. *d. conſ.4.* & per Freceiam, qui de eodem meminit *de ſubfeud.lib.2. in 27. q.* in materia aſſenſus, iſtámque interpretationem Regni huius Prudentes perpetuò habuerunt, nimirùm vt Rex Catholicus de factis præfatorum Regum prædeceſſorum non teneretur, niſi in his, quæ per eundem Regem per hanc *pragmaticam* editam Thori, fuerunt confirmata, & ſecundùm ipſam interpretationem iudicauimus in cauſa prædicta, vt videri poterit decretum in libro votorum Cameræ anni 1572. die 3. Octobris; referente D. Alphonſo de Salazar.

SVMMARIVM.

1 *Procurator ad lites, an, & quando per conſtitutionem noui Procuratoris reuocatus cenſeatur, & num.3.*

2 *Primum teſtamentum quando per ſecundum tollatur.*

4 *Procuratoris reuocatio non intimata nihil operatur.*

5 *Beneficij collatio facta à Vicario Epiſcopi reuocato, an valida ſit cenſenda.*

6 *Reuocatio ſimplex alicuius actus,an, & quando operatur.*

7 *Procurator lite conteſtata an in præiudicium collitigantis reuocari poſſit, ipſo Procuratore conſentiente, & numer 8.9. 10.& 11.*

ARGVMENTVM.

Procurator, qui lite conteſtata, eo inuito à principali conſtituente abſque cauſa reuocari prohibetur, nùm poſſit eo conſentiente reuocari in præiudicium collitigantis, alio non conſtituto? vbi ſingu-

laris

laris obſeruatio *D. Io. Ang. Piſanel.*
cum deciſionibus S.C.

CAPVT CLXXIV.

1 PROCVRATOR ad lites, ſiue ad nego-
tia conſtitutus, quòd cenſeatur reuoca-
tus, quoties principalis alium in nego-
tio, vel lite conſtituerit Procuratorem,
quamuis expreſsè alium non reuocauerit, eſt text.
ad literam *in c. non iniuſtè* 14. *extra. de procur. & in
l. ſi quis cum procuratorio* 31. §. *Iulianus ait, ff. eod. tit.*
id quod *ibi* Bal. Ang. Paul. de Caſtr. & alij proce-
dere dixerunt, quamuis hic, qui ſecundo l co eſt
conſtitutus, iniunctum mandatum non acceptaue-
rit, vt adhùc primum mandatum reuocatum dicatur;
Idemque Io. Andr. *in c. ſi duo, in gloſ.* 1. *de procur. in* 6.
Rot. *deciſ.* 20. *num.* 1. *circa fin. verſ. præterea dando ſe-
cundum, de procur. in nouis*, Boër. *deciſ.* 347. *num.* 4.
verſ. ità enim cenſetur, Vant. *de nullit. ſent. ex defect.
mand. num.* 165. & Menoch. *de præſumpt. lib.* 2. *præ-
ſumpt.* 36. *num.* 13. & 14. ad id expendentes text. *in §.
poſteriora, Inſt. quib. mod. teſtam. infirm.* vbi primum
2 teſtamentum tollitur per ſecundum, quamuis, qui in
ſecundo eſt hæres inſtitutus, hæreditatem repudia-
uerit; quod tamen himet DD. ſignanter Boër. *num.* 7.
nullatenus procedere dixerunt in electione Vicarij
Epiſcopi, hic enim ſi poſtquam Vicarium ſibi crea-
uerit, alium elegerit, primus, niſi exprimatur, reuo-
catus non cenſetur: ad quod facit text. *in l.* 1. *C. de
offic. præfect. vrb.* quem vide.
3 Eſt tamen principalis concluſio in principio fir-
mata intelligenda, quoties reuocatur Procurator ante
litis conteſtationem; nam ſi poſt, per conſtitutioné ſe-
cundi, primus reuocatus non cenſetur, hoc enim ſine
cauſæ cognitione fieri prohibetur, v bene declarat
Bart. *in d. §. Iulianus*, itẽ vbi Procuratoris reuocatio ad
Iudicis, vel Aduerſarij notitiam deuenerit, quia aliàs
ſi de ea ſcientiam non habuerint, non impediretur,
quominùs procedi poſſet ad vlteriora in cauſa cùm
eodem Procuratore, quantumuis reuocato, ſicque
acta omnia cum illo facta poſt reuocationem non
intimatam, legitimè facta dicerentur. Probatur hoc
ex his, quæ habentur *in l. vnic. C. de ſatiſdan. in l. ſi
Procuratorem abſentem, C. de procur.* & vtrobique Bart.
& Bal. item *in l.* 1. §. *ſed ego, ff. quod iuſſu, in c. ex parte
Decani, extra. de reſcript. in l. mandato, ff. de procur. in
clem.* 1. *de renunc.* per Cyn. *in l. mandatum, C. mand.* &
per Io. And. *in c. fin. de procur. in* 6. quæ quidem iura,
& DD. ad prædicta probandum allegat Io. de Ana-
nia *conſ.* 25. *in princ.* vbi expreſsè dicit, reuocatio-
4 nem non intimatam nihil operari, illamque abſque
notificatione perfectam non dici; & demùm *num.* 7.
hæc omnia meliùs declarans, ſic loquitur: *Poſtremò
iſtud ſic probatur; Iura primo loco allegata, & ſimilia,
quæ dicunt, intimationem reuocationis fieri debere, ad
hoc vt poſteà geſta per Procuratorem non teneant in præ-
iudicium Domini, loquuntur in actibus iudicialibus, qui
regulariter ſunt irretractabiles, & non iterabiles, iux-
ta notata in l.* 2. *C. de ſent. ex breuicul. recitand. & ideò
æquum eſt, quod ſi intimatio facta non ſit, actus teneat,
cum non ſit cur imputari poſſit Iudici, vel Parti, qui eam
ignorabant, &c.* Idémque ſatis benè Pract. Papienſ.
in form. reſponſ. lib. in action. hypothec. in *cap.* quod inci-
pit, *Mandatum reuocatum, num.* 3. vbi dicit, ſemper
quod Principalis poſt litem conteſtatam vult ſuum
reuocare Procuratorem, opus eſſe, quod certioretur
tam Procurator, quam Aduerſarius; id quod corro-
boratur ex alia magis communi concluſione illo- 5
rum Doctorum, qui voluerunt, validam fuiſſe col-
lationem beneficij factam à Vicario Epiſcopi reuo-
cato, dum collationis tempore reuocatio ei notifi-
cata non fuerat; ità Calder. *conſ.* 4. *in tit. de offic. Le-
gat.* vbi conſuluit, geſta per Legatum poſt reuoca-
tionem à Papa in publico Conſiſtorio factam, fore
omninò valida, præſuppoſito, quòd ad eius notitiam
reuocatio non peruenerit; concluſionem reaſſu-
mens, quod ſimplex reuocatio, ſine illius notitia, 6
non impedit, nec priuat actionem aliàs legitimè
geſtam poſt reuocationem in præiudicium gerentis,
vel eius, cum quo eſt geſtum, ſiue iudicialis ſit, ſiue
extraiudicialis; allegat text. *in cap. ex parte Decani,
extra. de reſcript.* idemque Roman. *ſing.* 58. *Fuit quæ-
ſtio Romæ*, & *ibi* ddentes, Rebuff. *in prax. benef.
in tit. de ſimon. in reſign. num.* 34. Boër. *cit. deciſ.* 347.
num. 22. Couarr. *pract. quæſt. cap.* 9. *num.* 7. *verſ. ſecun-
da concluſio*, ibi, *ſic Ludouic. Rom. in ſuis ſingularib.
aſſerit, &c.* & alij.
Sed dubitatur vtiliter, cùm Procurator lite con- 7
teſtata, eo inuito abſque cauſa a principali conſti-
tuente reuocari non poſſit, vt ſunt iura nimis clara
in l. poſt litem, ff. de procur. in l. Procuratoribus, C. eod.
& *in cap.* 2. vbi Gloſ. *in verb. nolente, eod. tit. in* 6. &
benè per *Bar.* iura concordantem *in d. §. Iulianus ait*,
nùm Procuratore ipſo conſentiente valeat Princi-
palis in præiudicium collitigantis illum reuocare,
neminem alium conſtituendo? Hæc quæſtio poteſt
contingere, quando reus, vel etiam actor in litis pro-
greſſu agnoſcens ſe malam fouere cauſam, ad defa-
tigandum aduerſarium, exiſtens à loco iudicij ab-
ſens, Procuratorem conſtitutum eo conſentiente
reuocaret, non aliter alium conſtituens, & hoc, ad
finem vt ad vlteriora in cauſa procedi non poſſet,
vndè eo caſu dubitari poſſet, an reuocatione non
obſtante poſſit cum Procuratore reuocato procedi?
Aliàs de hoc conſultus affirmatiuè reſpondi; cùm re- 8
ceptiſſimum ſit, in reuocatione Procuratoris poſt
litem conteſtatam, non ſolùm ipſius Procuratoris
conſenſum requiri, ſed etiam aduerſarij collitigantis;
ea quidem ratione, quam ponit Gl. 2. *in d. l. poſt li-
tem*, nè propter perſonarum mutationem aduerſa-
rius oneretur; vndè iſto diſſentiente, dicendum eſt,
reuocationem nullius eſſe roboris, & momenti; &
per conſequens in caſu, de quo quæritur, benè
poterit cum Procuratore reuocato ad vlteriora in
cauſa procedi. Videantur Abb. *in c. auditis, numer.* 8.
de procur. ſub illis verbis, *ſed ſaluando hanc lecturam,
non tamen in propriis terminis poſſumus dicere, quòd 9
poſt litem conteſtatam non potuit remoueri Procurator
ſine cauſa, contradicente aduerſario; intereſt enim ad-
uerſarij, vt Procurator ſine cauſa non reuocetur, nè va-
rietur iudicium mutatione perſonarum; vt probatur in
l. poſt litem, iuncta l. quæ omnia, & ibi Gl. ff. eod. tit. &
vide Gl. in cap.* 2. *infra eod. lib.* 6. *hæc ergo reuocatio, cùm
non appareat de cauſa legitima, non valuit, aduerſariò
contradicente, & ideò potuit ferri ſententia, Procura-
tore reuocato, &c.* hæc ille. Petr. de Anchar. *in d. c.* 2.
num. 2. *de procur. in* 6. per hæc verba. *Tertiò noto in
verbo, poſteà, quòd poſt litem conteſtatam Procurator
inuitus non poteſt à Domino reuocari, eo ergò volente re-
uocatio fieri poteſt. Quod intellige verum, etiam conſen-
tiente aduerſario, qui poteſt reſiſtere huic reuocationi,
ſicut ipſe Procurator, niſi cauſa ſubſit legitima; vt in
l. quæ omnia, in* 2. *reſp. ff. eodem: per litis enim conteſta-
tionem Procurator cum eo quaſi contraxit, vt l.* 3. §. *idem
ſcribit, ff. de pecul. quem quaſi contractum non poteſt
Procurator, vel Dominus diſſoluere ſine cauſa, aduerſa-
rio inuito, &c.* Idemque Philipp. Franc. *in eod. c.* 2. *n.* 5.
ibi, *ſine enim cauſa reuocari non poſſet, etiam Procu-*

ratore volente, niſi aduerſarius conſentiret, &c. Felin. *in cap. ex parte Decani* 33. *num.* 27. *extra. de reſcript.* quò loci Anchatan. & Abb. recitat theoricam per hæc verba, *Et dicit ibi Petr. de Anchar. in 4. notab. quòd quando renocatio fit poſt litem conteſtatam, non ſufficit, quòd fiat volente Procuratore, ſed etiam requiritur conſenſus aduerſarij, quia per litis conteſtationem Procurator quaſi contraxit cum eo: l. 3. §. idem ſcribit, ff. de pecul. quem quaſi contractum non poteſt Dominus, vel Procurator diſſoluere, aduerſario inuito, vt ibi; idem dicit D. Abb. in cap. auditis, verſ. ſed ſolnendo, de procurat. quia intereſt aduerſarij, vt Procurator ſine cauſa non reuocetur, nè varietur iudicium in mutatione perſonarum, &c.* idemque ſcripſit noſter Gallupp. *in praxi S.C. part. 2. cap. 8. num. 31. & 32.* ſicque aliàs de anno 1505. fuiſſe per Sacr. Conſil. deciſum, teſtis eſt Magnus I.C.D Io. Ang. Piſanellus hanc eandem defendens ſententiam *in obſeruatione*, ſiue *annotatione ſua manuſcripta* 23. cuius verba ſunt hæc.

Ieſus, Maria.

10 Habui dubium in Sacro Conſilio, an litigans per Procuratorem lite conteſtata potuerit ſine cauſa reuocaré mandatum volente Procuratore? videbatur quòd ſic; nam text. *in l. poſt litem, ff. de procur.* dicit, quòd Dominus poſt litem conteſtatam non poteſt ab inuito Procuratore litem in ſe transferre ſine iuſta cauſa; ergò à volente ſic: pro hoc facit Gloſ. *in l. ſi Procuratorem, ff. de procurat. in gloſ. fin.* quæ vult, quòd quando Procurator poſt litem conteſtatam patiatur ſe moueri, idem eſt, ac ſi lis non eſſet conteſtata; & ita illam Gloſ. allegat Bart. *in l. 1. vlt. col. verſ. vlteriùs oppono, C. de ſatiſdan.* & quia in caſu iſto altera Pars contradicebat reuocationi, dicebatur, quòd ſupradicta intelligebantur, quando eſſet differentia inter Procuratorem, & Dominum ſuper reuocatione, quia Dominus vult reuocare, & aduerſarius non contradicit, & tunc ſi Procurator conſentiat, vel ſit præſens, iſtud habeatur pro cauſa, & non requiritur alia cauſa: ſed quando aduerſarius contradicit reuoca-
11 tioni, & dicit, quòd non poteſt fieri; tunc ſolus conſenſus Procuratoris non ſufficit ſine cauſa: ità Abb. *in cap. auditis, verſ. ſed ſaluando hanc lecturam, de procur.* Petr. de Anchar. *in cap. 2. de procur. in 6. 3. notab.* vbi Franc. *col. 2. verſ. in gloſ. in verbo, nolente*, Felin. *in cap. ex parte Decani, col. penul. verſ. poſtremò ſcias*, ibi, *nota ex gloſ. de reſcrip.* refert primò Gloſ. *in d. l. ſi Procuratorem, de iudic.* Petr. de Anchar. & Abb. Et quamuis in ſua illatione, quam *in d. c. ex parte*, facit Felin. videatur tranſire cum Gloſ. tamen ipſe loquitur, quando aduerſarius non contradicebat, & ità intelligitur dicta Gloſ. & in hanc partem inclinarunt Domini de Conſilio, & tunc D. Antonius de Ianuario dixit, quòd aliàs in anno 1505. in principio ſui Præſidentatus fuerat ſimile dubium inter Baronem Sereni cum Comite Grypteariæ, & fuerat ità deciſum; & tunc fuit viſum decretum in poſſe Vincentij Saponi Actuarij tunc Sacri Conſilij.

Io. Angelus Piſanellus.

SVMMARIVM.

1 *Proximioribus de familia vocatis an concurrere poſſint illi, qui poſt ordinatum fideicommiſſum nati ſunt, & n. 2. & 5.*

3 *Text.* in l. cùm ità, §. in fideicommiſſo, ff. de legat. 2. *declaratur, & verùs illius intellectus traditur, & num. 8.*

4 *Tempus, quo euenit caſus ſuccedendi, inſpiciendum eſt in ſucceſſionibus, quæ purè ſiunt.*

6 *Nati in vita Teſtatoris an in ſucceſſione fideicommiſſi præferantur natis poſt mortem, quando proximiores de familia vocati ſunt, & num. 7.*

ARGVMENTVM.

Proximiores de familia vbi vocati ſint, caſu, quo filius, qui à patre hæres inſtituitur, ſine filiis mori contingeret; nùm conditione purificata, ad ſuccedendum admitti poſſint, tam nati tempore mortis fideicommittentis, quàm poſteà, qui in eodem gradu reperiuntur? ad ornatum, & veram intelligentiam text. *in l. cùm ita, §. in fideicommiſſo, ff. de legat. 2.*

CAPVT CLXXV.

PROXIMIORES de familia cùm à quodam teſtatore vocati eſſent, vbi contingeret, filium, quem inſtituebat hæredem, ſine liberis mori; purificata conditione, ad ſucceſſionem concurrebant non modò illi proximiores; qui tempore mortis teſtatoris nati erant, ſed etiam alij poſteà geniti, qui in eodem proximitatis gradu reperiebantur; vndè circa hoc quid iuris dubitabatur. 1

Qui natorum tempore mortis teſtatoris partes tuebantur, ad excluſionem illorum, qui poſteà nati fuerunt, dicebant, eſſe de hoc deciſionem indiuidualem *in l. cùm ità* 33. *§. in fideicommiſſo, ff. de legat. 2.* cuius verba ſunt: *In fideicommiſſo, quod familia relinquitur, ij ad petitionem eius admitti poſſunt, qui nominati ſunt, aut poſt eos omnes extinctos, qui ex nomine defuncti fuerint eo tempore, quo teſtator moreretur; & qui ex his primo gradu procreati ſunt: niſi ſpecialiter defunctus ad vlteriores voluntatem ſuam extenderit.* Ex his ſanè verbis exiſtimabatur, dubitandum non eſſe, vt in propoſita facti ſpecie illi dumtaxat proximiores eſſent admittendi, qui tempore mortis fideicommittentis nati reperiebantur, non autem qui poſteà geniti fuêre. 2

At Ego pro veritate conſultus, breuiter contrarium reſpondi, dixiquè, hoc *Modeſtini* reſponſum pro caſus propoſiti deciſione impertinenter allegari, cùm ex litera *text.* prout ex *l. ſi cognatis, ff. de reb. dubiis*, iuxta Gloſ. & omnium intelligentiam *ibidem*, ſine contradictore, procedat, quando fideicommiſſum, ſiue legatum eſt purum; grauatur enim hæres, vt inter proximiores de familia centum diſtribuat, quis eſt, qui non videat, ſenſiſſe teſtatorem de eo tempore natis tantùm; quo namque pacto naſcituri, & ſic penitùs incerti ſub hac diſpoſitione comprehendi poſſunt, dum ſtatim morte teſtatoris ſe- 3

quuta

4 quota quantitas legata ab hærede ſolui debet?etenim in ſucceſſionibus, quæ purè fiunt, ſemper inſpiciendum eſt tempus, quo euenit caſus ſuccedendi, ità vt illæ tantùm admittantur perſonæ, quæ eo tempore natæ reperiuntur, ideſt, tempore, quo moritur ille, de cuius ſucceſſione agitur; ità ratiocinatur Craſſ. *in §. fideicommiſſum, quæſt.* 17. at
5 ſecus, quando diſpoſitio eſt conditionalis, vel in tempus futurum, & incertum collata, eo namque caſu cùm proximiores de familia vocentur, credendum eſt, omninò teſtatorem tam de natis, quàm de naſcituris ſenſiſſe.

Probatur, quia non eſt præſumendum, vt teſtator non exiſtimauerit, quòd tempore euenientis conditionis poterant & alij de familia proximiores eſſe nati, vndè dum non ſe reſtrinxit ad natos tempore mortis, vel conditi teſtamenti, vocando proximiores, cenſentur verbis expreſſis & nati, & naſcituri vocati;quocirca,iure quidem in diſpoſitione cõditionali non procedere, nec locum habere poſſe text. *in d.l.ſi cognatis*, & *in d.§.in fideicommiſſo*, dixerunt Soc. Sen. *in eadem l. ſi cognatis, num.* 30. *verſ. ex quibus infertur limitatio*, Rol. à Val. *conſ.* 38. *num.* 37. *& ſeqq.lib.* 4. Surd. *conſ.* 125. *num.* 33. *lib.* 1. Craſſ. *cit. quæſt.* 17. Theſ. Fil. *quæſt. forenſ. lib.* 3. *quæſt.* 84. *num.* 12. aliique innumeri.

Et ſi dicas Curt. Iun. *conſ.* 57. *&* 58. prout & Menoch. *conſ.* 106. *n.* 82. *& conſ.* 413. *n.* 13. *verſ. veriùm*, & Ludouic. Caſanat. *conſ.* 58. *n.* 9. *&* 41. hanc non negantes concluſionem;ſed illam vti communem prorſ-
6 ius confirmantes, conſulendo reſpondiſſe, quòd vbi hic caſus contigerit, fore priùs admittendos natos in vita teſtatoris,ſicque illos præferendos aliis, qui poſteà nati ſunt;nec diſſenſiſſe Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 8. *tit.* 12. *n.* 22. & Mart. *in ſum. ſucceſ. legal. par.* 1. *quæſt.* 1. *art.* 6. *n.* 9. Reſpondeo, vt benè ipſe idem Curt. aduertit, Doctorem aliquem non reperiri, qui hoc dixerit; nec,addo Ego,lege aliqua cautum eſſe; & quamuis vina ratione, vt ait,hoc probari ſcripſerit,nimirùm,quia nati in vita teſtatoris vti cogniti, magis dilecti cenſentur, quàm illi,qui poſt mortem procreati ſunt; tamen, vt rectè intuenti patebit, ratio hæc, pro eo, quod ad caſum noſtrum pertinet, errorem continet manifeſtiſſimum, quandoquidem ea pro vera ſuppoſita,maximum orietur abſurdum; illudquè eſt, quia poſſet dari caſus,vt tempore exiſtentis conditionis aliquis de familia extaret, poſt mortem teſtatoris natus, qui & grauanti, & grauato proximior eſſet, quàm ille, qui natus erat in vita teſtatoris; vndè data huius caſus contingentia, quæro Ego, ſi interrogatus eſſet teſtator, quid tunc agendum, nonnè pro magis ſibi propinquo naſcituro reſpondiſſet ad omnimodam remotioris nati excluſionem? certè ſic; ad notata per Gloſ. Iaſ. & omnes *in l. tale pactum, §. fin. ff. de pact.* & in terminis noſtris per Fuſar. *tract. de ſubſtit. quæſt.* 318. *num.* 26. ergò nullius conſiderationis eſt affectio,quæ ponderatur magis in natis, quam in naſcituris: Videatur, quæſo,in terminis Cephal. *conſ.* 659. *à n.* 24. *lib.* 5. quò loci dicit, Curt. Iun. diſtinctionem *in conſ. ſuprà citatis* 57. *&* 58. eſſe omninò patuifaciendam, cùm ſolùm tempus purificatæ conditionis ſit ſpe-
7 ctandum; illudque conſideratum, de affectione natorum procedere poſſe, ait reſpectu eorum, qui nominati ſunt; ſecus verò, quando omnes per nomen appellatiuum explicari poſſunt,quia tunc,& nati,& naſcituri comprehenduntur, cùm conſtet, hoc caſu teſtatorem non minorem habuiſſe affectionem ad natos, quam ad naſcituros; idemquè, & ſatis benè Io. Vinc. Honded. *conſ.* 70. *num.* 55. *lib.* 1. vbi dicit, Curt. Iun. diſtinctionem confundi, ſicquè pro con-

curſu iudicatum teſtatur Peregr. *in ſuo tract. de fideicom. art.* 22. *num.* 69. *in fine*, & ſatis bene Fuſar. *tract. de ſubſtit. in cit. quæſt.* 318. *num.* 53. quorum dictis prorsùs confutantur Menoch. & Caſanat. *locis ſuprà citatis*, Crot. *in l. filiusfam. §. diui, num.* 164. *verſ. conſidera, ff. de legat.* 1. aliique, qui fuerunt, ſunt, ac erunt huius ſententiæ ſectatores: nam cùm ad fundandam prælationem natorum tempore mortis fi- 8
deicommittentis,allegant text. *in d §. in fideicommiſſo*, rationequè vtantur per *Curt. Iun.* conſiderata; certè textus ille, ex communi omnium ſententia,vt idem Curt. aduertit, non niſi fideicommiſſo, ſiue legato puro procedit, non autem conditionali, ſiue perpetuo, de quo noſter eſt ſermo; & ratio *Curt.* vt ſuperiùs fuit demonſtratum, fundamentum non habet: cui tamen ſi quis adhærere vellet, recurrat priùs ad Soc. Iun. *in conſ.* 173. *num.* 33. *lib.* 2. de quo memores fuerunt Zanch. *in l. hæredes mei, §. cùm ità, ſub num.* 81. *ff. ad S.C. Trebel.* & Simon de Præt. *in ſuo tract. de interpret. vlt. volunt. lib.* 3. *dubit.* 4. *ſolut.* 3. *num.* 46. *fol. mihi* 343. etenim conſuluit Soc. quòd inſtitutis à teſtatore filiis ſuis naſcituris eoquè ſine liberis decedente, vocatis filiis trium ſuorum fratrum; facto caſu non natiuitatis filiorum,ad ſucceſſionem fore admittendos, non modò filios vnius ex fratribus tempore conditi teſtamenti, ſiue mortis teſtatoris natos; ſed etiam & alios cæterorum fratrum, qui poſteà geniti, & nati fuerunt: addit demùm, nec obſtare dicta per Curt. Iun. *in conſ.* 58. nam ſi iſtius Doctoris ſententia (ſine tamen veri præiudicio) pro vera eſſet admittenda, procederet dumtaxat, quando verba teſtatoris totaliter,& propriè verificari poſſent in illis perſonis, quas ipſe nouerat, ità vt verè in eas affectionem habuiſſe, eſſet præſumendum.

SVMMARIVM.

1 *Querela inofficioſæ donationis filio competens intra quantum tempus à filio proponi debet.*

2 *Filius an tranſacto tempore ad proponendum querelam inofficioſæ donationis, aliquod habeat remedium pro conſequutione eius Legitimæ, & num.* 3. 5. 6. *&* 9.

4 *Legitima quid ſit, & infra quantum tempus à filio petenda, num.* 7. *&* 8.

ARGVMENTVM.

Querela inofficioſæ donationis intra quantum tempus à filio proponi debeat? Elapſo quinquennij tempore,quod datur filio poſt mortem patris pro conſequutione ſuæ Legitimæ ſuper bonis per patrem alteri filio, vel prorſus extraneo in vita donatis, nùm cenſendus ſit filius ipſe omni alio iuris remedio deſtitutus, adeò vt ampliùs Legitimam ſibi de iure debitam prætendere non poſſit.

CAPVT CLXXVI.

1 QVERELA inofficioſæ donationis, vel dotis, quæ competit vni ex filiis, quando pater in vita ſubſtantiam ſuam in extraneam perſonam, vel alterum ex filiis, ſiue filiabus, lucratiuo titulo tranſtulit, eſt remedium à iure proditum, ad hoc vt filius, qui legitimam portionem ſibi de iure competentem non habuit, poſſit illam ſuper bonis donatis, vel in dotem datis conſequi: probatur hoc *in Authen. vndè ſi parens*, *C. de inoffic. teſtam. in l. 1. in l. ſi totas*, & *tot. tit. C. de inofficioſ. donation.* & *de inoffic. dot.* quæ quidem actio, ſiue querela infrà quinquennium proponenda eſt, quo elapſo tempore, vt intelligatur præcluſa via filio de iuribus ſuis experiendi, ſtatuit text. *in l. final. C. cit. tit. de inoffic. donation.*

2 Sed aliàs interrogatus extiti, an vbi filius fuerit negligens in proponendo actionem infra quinquennium, eo tranſacto, ſuperſit ei aliud remedium pro conſequutione eius legitimæ portionis?

Reſpondi negatiuè, quicquid in contrarium ſcripſerint Io. Petr. Fontanel. *in tract. de pact. nuptial. tom. 2. clauſ. 5. gloſ. 5. par. 2. num. 47. 48. & 49.* & Mercurial. Merlin. *tract. de Legit. lib. 5. tit. 3. quæſt. 10. n. 15.* vbi allegat ad hoc Mangil. *tract. de imputat. quæſt. 10. num. 43. 44. & 45.* hi enim putarunt, excluſo remedio agendi per viam querelæ, poſſe filium infra annos triginta à die mortis patris Legitimam conſequi ſuper bonis donatis, & à Tertio poſſeſſis, & hoc freti ex communiter dictis per DD. contra *Bart.* vt ius petendi Legitimam, ſiue illius ſupplementum, ad inſtar illarum perſonalium actionum, non niſi triginta annorum ſpatio tolli poſſit.

3 Sed pace tantorum Virorum (& ſi mille inuenirentur Doctores hoc tenentes) fas ſit mihi dicere, eorum opinionem nullo iuris fundamento fulciri, imò continere prorſus errorem terminorum: Probo breuiſſimè, cùm de re nimis clara agamus; etenim illud eſt ſine controuerſia, Legitimam non niſi patre mortuo filio deberi, *l. 1. §. ſi impuberi, ff. de collation. bonor.* & ſuper bonis, quæ pater decedens in ſua hæreditate reliquit, *l. ſcimus, verſ. repletionem, C.*
4 *de inofficioſ. teſtam.* hinc dixerunt omnes per illa iura *in l. Papinianus, §. quarta, ff. de inofficioſ. teſtam. in l. cùm quæritur*, & *Authen. nouiſſima, C. eod.* Legitimam eſſe Quartam bonorum à defuncto patre relictorum tempore mortis: Hoc poſito, dico ſic, ſi ius ſtatuit, vt Legitima debeatur poſt mortem patris, & ſuper bonis, quæ pater decedens in ſua hæreditate dimiſit, qua
5 lege cauetur, vt filius poſſit petere Legitimam à tertio poſſeſſore bonorum, quæ in vita patris lucratiuo titulo ab illius patrimonio exierunt? in hoc nemo vſquam reſpondebit, niſi hoc cautum inueniri in iuribus *ſuprà* citatis tantùm, nimirùm in *Authen. vndè ſi parens, C. de inofficioſ. teſtam. in l. 1.* & *in l. ſi totas*, ac *toto tit. C. de inoffic. donat.* & *de inoffic. dotibus*, his namquè Imperialibus ſanctionibus habemus, poſſe filium per querelam inofficioſæ donationis, vel dotis, Legitimam ſibi de iure competentem conſequi, & recuperare à poſſe tertij poſſeſſoris bonorum donatorum, nec certè alio iure probari (præter hoc remedium agendi per viam querelæ) aliud ſupereſſe filio pro conſequutione ſuę Legitimę: Modò dicito mihi, cauetur-nè alio iure, vt (dum filius, qui in conſequutione ſuæ Legitimæ portionis aliud non habet remedium, niſi agendi contra donatarium per viam querelæ inofficioſæ donationis) poſſit remedio illo vti infra annos triginta? certè non; ſed tantùm infra quinquennium, *d. l. fin. C. de inoffic. donation.*

His ſic ſtantibus in iure veriſſimis, & ſine vlla 6
controuerſia, quo pacto quis vnquam affirmare poterit, vt poſſit filius infra annos triginta agere aduerſus tertium poſſeſſorem bonorum donatorum, dum non niſi hoc dumtaxat remedium agendi per viam querelæ inofficioſæ donationis à iure eſt filio tributum? vt enim *Fontanel.* & *Merlin.* ſententia defendi poſſet, onus eſſet defendentis demonſtrare, aliud etiam remedium, vltra illud querelæ inofficioſæ donationis à iure proditum eſſe ad filiorum fauorem, agendi pro Legitima; ſed hoc nullo penitus iure cauetur, ergò; Etenim ſi lege ſcripta cautum eſſe comperimus, vt filius poſſit ſuper bonis paternis Legitimam ſibi de iure debitam petere, & hoc condictione ex lege, & ſecundùm re- 7
ceptiſſimam ſententiam, infra annos triginta; lex illa non loquitur, niſi vt poſſit filius petere ſibi ſatisfieri ſuper bonis, quæ patre defuncto, in illius hæreditate, & patrimonio reperiuntur; *d. l. ſcimus, verſ. repletionem*, cum aliis *ſuprà* allegatis, non autem ſuper bonis, quæ exierunt iam in vita patris ab illius patrimonio; in illis enim, vt filio poſſit eſſe conſultum, certum tempus præſcripſit lex, intra quod poſſit filius de ſuis iuribus experiri, à cuius legis diſpoſitione cùm filius ipſe diſcedere voluerit, inueniet certè, ſe omni iuris auxilio deſtitutum: omnes enim Doctores, qui aduerſus Bart. ſententiam *in l. ſi quis filium, C. de inoffic. teſtam.* inſurrexerunt, docentes, ius petendi Legitimam, ſiue illius ſupplementum, non 8
minori tempore annorum triginta præſcribi, loquuti ſunt in terminis, quando filius vult agere aduerſus patris hæredem, ſiue aduerſus tertium poſſeſſorem bonorum paternorum, ad quem bona illa poſt patris mortem aliquo titulo peruenerunt, non autem vbi exiiſſent in vita patris ab illius patrimonio; eo namque caſu non ſubintrabat temporis diſceptatio, cùm lege particulari cautum erat ſuper hoc, nam aliter leges omnes ſcriptæ in *tit. prædictis*, de *inoff. donat.* & de *inoffic. dotibus*, nobis de vento ſentirent: Et ne pro hac noſtra ſententia confirmanda Doctoris grauiſſimi careamus authoritate, dico, ſic tenuiſſe doctiſſimum Io. Petr. Surd. *conſ. 148. n. 13. & 14. lib. 1.* per hæc formalia verba: *Tamen in præſenti caſu res eſt clara, quia non poteſt principaliter Legitima in bonis* 9
per prædictum Ioanninum peti condictione ex lege, nam ſupplementum Legitimæ ea condictione fit ex ſubſtantia patris, & de bonis, quæ pater decedens dimiſit in ſua hæreditate; l. ſcimus, §. repletionem, C. de inofficioſ. teſtam. hæc autem bona iam ante mortem patris per donationem exiuerant patrimonium paternum, proindè ex eis non poteſt fieri repletio, ſed ſi ad ſupplementum paternum aliquod ius competit, illud prouenit ex querela pro inofficioſa donatione, vt probatur toto tit. C. de inofficioſ. donation. querela autem inofficioſæ donationis proponi non poteſt poſt quinquennium, vt probatur in l. fin. C. eod. tit. de inofficioſ. donation.

Illud autem hîc omninò aduertendum puto; hæc 10
omnia, quæ ſuprà diximus benè procedere, quando bona paterna ſuper quibus competit filio Legitima, ſunt penès donatarium, & ſic tertium poſſeſſorem; ſecus verò dicamus ſemper, ſi penès ipſum filium patris hæredem, quia donatio adhuc ſuum non ſortita eſt effectum: fac enim, vt pater immodicè filiam ſuam in vita dotaſſet, vel amico, ſiue coniuncto, aut alteri ex filiis immodicè donaſſet, verum nec filia dotem, nec amicus, ſiue coniunctus, aut filius alter donationem in vita patris dotantis, ſiue

ſiue donantis conſequuti ſunt; modò, ſi hæc filia pro dote promiſſa conſequenda ageret aduerſus fratrem patris ſui hæredem, elapſo iam quinquennij tempore, certè excipiente filio patris hærede de inofficioſa dote, ſiue donatione, non eſt cur replicari ei poſſit, quinquennij illud tempus ad querelam inofficioſæ dotis, ſiue donationis proponendam fuiſſe elapſum, ſicque præſcriptioni eſſe locum. Ratio eſt manifeſta, quia actio illa ad immodicam dotationem, ſiue donationem reſcindendam, querela mediante contra ipſummet filium in Legitima grauatur, & ſuper bonis per ipſum poſſeſſis intentari, ſiue inſtitui non poterat; Vnde in hoc caſu, quod erat in actione, tranſiuit in exceptionem, quæ perpetua eſt: ità ſanè ratiocinati ſunt

Iacob. Menoch. *conſ.1019.num.4.& 5.*

Stephan. Gratian. *diſcept.forenſ.cap.602.numer.5. cum ſeq.*

Rota *deciſ.489.n.11.& 12.* coram D. Ludouiſio, & *ibi* Addentes, & *in vna Montis Faliſci ſupplem. Legitimæ 28. Iunij 1641. coram D. Bichio.*

Chriſtophorus Martius ſatis benè *deciſ. Senen.6. antè num.24.verſ. quia procederet*: & alij quos refert, & ſequitur Mercurialis Merlinus *in ſuo tract. de Legitima, lib.5.tit.3.quæſt.10.num.34.fol.mihi 561.*

SVMMARIVM.

1 *Ordinari prohibentur ratiociniis obnoxij.*

2 *Tutores ordinari prohibentur antequam rationes reddant, & quæ ſit ratio, num. 3.*

4 *Debitor ſi non habet in bonis, vt creditoribus ſatisfacere poſſet, an ordinari poſſit, vel in Religionem ingredi, & num. 5.*

6 *Clericus ſi poſt minores Ordines ſuſceptos vxorem duxerit, & mercari cœperit, an mortua vxore non ſatisfactis creditoribus, ad Eccleſiaſticum ſtatum redire poſſit.*

7 *Ordinari an poſſint hæredes debitorum, creditoribus priùs non ſatisfactis.*

8 *Clericus, qui publicam adminiſtrationem coram Iudice ſeculari ſponte ſuſcepit, an pro computorum redditione coram Iudice laico conueniri poſſit, & num. 10. & 13.*

9 *Clericus poteſt compelli ad ſuſcipiendam tutelam miſerabilium perſonarum.*

11 *Clericus non poteſt prorogare iuriſdictionem Iudicis ſecularis.*

12 *Clericus deponens falſum coram Iudice ſeculari, an ab eo puniri poſſit.*

ARGVMENTVM.

Ratiociniis obnoxij ob Reipublicæ adminiſtrationem, nùm ab Ordinum ſuſceptione & Religionis ingreſſu repellantur, quouſque à rationibus reddendis eximantur. Et quid in Clerico, qui poſtquam ad quatuor minores Ordines promotus fuit, vxorem duxit, & mercari cœpit. æs contrahens alienum, an vxore mortua ad maiores Ordines promoueri poſſit, creditoribus priùs non ſatisfactis. Clericus, qui publicam adminiſtrationem coram Iudice ſeculari ſponte ſuſceperit, an pro computorum redditione coram eodem Iudice conueniri poſſit? & de aliis ad materiam pertinentibus.

CAPVT CLXXVII.

RATIOCINIIS obnoxij, ob Reipublicæ adminiſtrationem, dubitarunt *Doctores*, nùm ab Ordinum ſuſceptione repellantur, quouſque à rationibus reddendis eximantur? 1

Et affirmatiuè reſponderunt; iſti enim ſicuti ad honores, antequam rationes reddant, admittendi non ſunt, *l. reſcripto*, *§. debitores. ff. de muneribus, & honor.* ità ab Ordinum ſuſceptione repelluntur; *can. præterea*, & *ibi* Gl. *in verb. functionibus, 51. diſt.* Syluest. *in verb. Ratiocinium*, *num.*1. Idemquè dicendum de aliis, qui non publicis ratiociniis, ſed adminiſtrationibus rerum particularium perſonarum ligati ſunt; quales ſunt Tutores, Curatores, Procuratores, Actores, Exequutores, & ſimiles. Hi enim etiam ordinari prohibentur, *cap. vnico*, *de obligat. ad ratiocin. can. magnus, 54. diſt.* quod impedimentum durabit, etiam adminiſtratione completa, ſi adhùc computorum redditio indeciſa apparet; vt per Abb. *in d. cap. vnico, num.*3. Alber. *in ſuo dictionar. in verb. obligatus ad ratiocinia*; quos ſequitur Campanil. *in eius diuerſor. rub.*11. *cap.*9. *num.*3. vbi rationem reddit, nè ſi poſteà de dolo condemnentur; quia fierent infames, deberent à promotione interim ſuſcepta deponi, quamuis innocentes deindè à Iudice declarentur; vt tenet Gloſ. *in can. tantis Daniel, verſ. obrepſit*, & *ibi* Archid. 81. *diſt.* poterit tamen promoueri cupiens ad hoc obſtaculum tollendum idoneam præſtare fideiuſſionem, Abb. *in d. cap. vnico*, *numer.*10. & Maiol. *de irregular. cap.*11. *lib.*2. *num.*14. ſubdens, hoc procedere, ſi fideiuſſor conſtituerit ſe principalem ad excuſſionem euitandam, aliàs ſecus. 2 3

Sed quid dicendum, ſi quis maximo ære alieno grauatus in bonis non haberet, vt omnibus ſatisfaceret? dic, nec etiam talem promouendum, quia ex fori mutatione creditores grauati remanerent; Abb. *in d. cap. vnico*, *numer.*9. Quod procedit etiam in illis, qui Religionem aliquam ingredi cupiunt, maximè vigore *Conſtit. Sixti V.* contra perſonas ingredi volentes Religionem, quæ incipit, *cùm de omnibus*, *§. cæterùm*, ſicut enim ad ratiocinia obligatus, vel maximo ære alieno grauatus ordinari prohibetur, ità & Religionem ingredi; verùm ſi ante adminiſtrationem, vel priuſquam debita contraxerit, erat iam minoribus inſignitus Ordinibus, non prohibetur quin ad altiores Ordines aſcendere valeat; prohibitum eſt enim, nè laicus Clericus fiat, nè ex talis habitus mutatione, creditores, vt diximus, grauentur; quæ ſanè ratio in illo, qui iam Clericus eſt, deficit: Campanil. *vbi ſuprà*, *numer.*11. quò loci ſingulariter, ipſum defendiſſe refert, non eſſe impediendum quendam Clericum, qui poſt minores Ordines ſuſceptos vxorem duxerat, & mercari cœperat, 4 5 6

ac deindè cùm mortua eſſet vxor, volebat ad Eccleſiaſticum ſtatum redire, cui conſuluit, vt habitum reaſſumeret, ac poſtmodùm peteret, ad ſuperiores Ordines admitti; & licèt vnus ex Examinatoribus, tempore, quoad maiores Ordines aſcendere intendebat, volebat illum exceptione mercaturæ impedire, ſuſpicatus, talem Ordines causâ iudicium temporale ſubterfugiendi aſſumere velle; reſpondit ex prædictis, oppoſitionem nullius eſſe momenti, cum iam eſſet Clericus: quod eſt notandum.

7 An antem impedimentum hoc extendatur ad debitorum hæredes? & quamuis affirmatiuè reſpondeat Maiol. *lib. 2. de irregul. cap. 11. num. 13.* placet tamen diſtinctio Regentis Tap. (quam Campanil. *loco citat. circa finem* ſequitur) *in commen. ad Authen. ingreſſi, cap. 8. in verb. ingreſſi, num. 17. C. de ſacroſ. Eccleſ.* vt licitum ſit his hæredibus ad Ordines aſcendere, ſi hæreditatem repudiauerint; ſi verò ſe immiſcuerint, certóque ſciretur, aut rationabiliter dubitaretur, eos, ad quos bona peruenta forent, æs alienum non ſoluturos, nefas eſſet, illos ordinari, ſiue Religionem profiteri; ſi verò illi eſſent talis qualitatis, vt iuſte credatur, creditoribus fore ſatisfaciendum, ſecus dicendum eſt.

8 Sed de illo, non ab re inueſtigari hic poteſt, an ſcilicet: Clericus, qui aliquam publicam adminiſtrationem coram Iudice ſeculari ſponte ſuſceperit, poſſit-nè pro rationibus reddendis coram eodem conueniri? tetigi quæſtionem hanc *lib. 1. c. 53. num. 2.* vbi ex Eſcobar. *in tract. de ratiocin. cap. 7. à num. 7.* duos diſtinguimus caſus: quorum *Primus* eſt, quando Clericus tutelam, vel curam alicuius miſerabilis perſonæ, miſericordia motus acceptauit; vel, addo Ego, quando legitimam voluit ſubire tutelam? & hoc ſanè caſu firmiter erit tenendum, nullatenus talem Clericum à ſeculari Iudice ad ratiocinandum aſtringi poſſe, cùm ex iuris Canonici permiſſione tutelam legitimam, vel miſerabilium perſonarum licitè acceptare poſſit Clericus; *can. peruenit,* 87. *diſt.* & *in can. 1. & 2. diſt. ſeq.* & *in l. Orphanotrophos, C. de Epiſc. & Cleric.* Genuenſ. *in practicab. Eccleſiaſt. quæſt.*
9 680. vbi, quòd poſſit compelli ad ſuſcipiendum tutelam miſerabilium perſonarum, concludit ex *citat. cap. 1.* & *can. Epiſcopus,* 88. *diſt.*

10 Secundus erit caſus, quando Clericus ipſe tutelam affectauit, cùm legitimè potuiſſet illam refutare; & in hoc, poſſe illum, dicimus, ad rationes reddendas per Iudicem laicum cogi, dum ab eius manibus tutelam illam habuit; quod intelligo tantùm, ſi in his adminiſtrationibus dolo verſatum fuiſſe reperiatur: vt *in cap. 1. nè Cler. vel Monac.* & ità intelligo D. Graſſ. *tract. de effect. clericat. effect. 1. num. 984.* quia hoc caſu nullatenus ab Eccleſia foret illi ſubueniendum: nam licèt Clericus etiam expreſ-
11 sè per pactum, Iudicis ſecularis iuriſdictionem prorogare non poſſit, vt *in cap. ſi diligenti, de for. compet.* tamen coram eo delinquendo contra ſacrorum Canonum ſtatuta, multis in caſibus poteſt ſecularis iuriſdictio prorogari; vt per Caſtrenſ. *in l. addictos, num. 6. C. de Epiſcop. audien.* prout inter alia exempla, quæ connumerari poſſunt, exemplificari
12 poteſt in Clerico illo, qui falſum coram Iudice ſeculari depoſuerit; vt ab eodem puniri valeat: ex Gloſ. *in cap. nullum, C. de teſtib.* licèt ſuper hoc contrarium fuerit deciſum per noſtrum Sac. Conſ. vt refert Afflict. *deciſ. 230.* nimirùm, quòd Clericus deponens falſum coram Iudice ſeculari, ſit ad Eccleſiaſticum remittendus, ſecundùm Hoſtienſ. ſententiam, quam ipſe refert, quod comprobat multis authoritatibus Vrſill. *in addit.* ad Afflict. *in eadem cit. deciſ.* & latè Farinac. *in prax. crim. in tit. de inquiſit. quæſt. 8. num. 16.* Foller. *in Conſt. Regn. De perſonis, num. 3.* & *ibidem* Tap. *in adnotation. num. 27.* & *in l. ſin. par. 1. cap. 4. num. 11.* & *12. ff. de Conſtit. Princip.* Peguer. *deciſ. 79. num. 5.* & alij plures, quos colligit Thor. *in compend. deciſ. Regn. in verb. Clericus committens falſum,* ex quorum dictis defendi poſſet, & forſan tutius pro anima, vt etiam in caſu propoſito, ſiue Cleri- 13
cus legitimam, vel miſerabilium perſonarum ſuſceperit tutelam, ſiue affectatè illam procurauerit, vt pro computorum redditione coram Iudice Eccleſiaſtico ſit ille conueniendus: qua de re latè per Rouit. *deciſ. 20*

SVMMARIVM.

1 *Appellari prohibetur à ſententiis præfecti Prætorio, antequam illæ executioni dentur.*

2 *Reclamatio à ſententia S.C. ſi interponatur infra decem dies, victor tenetur præſtare cautionem, ſecùs ſi poſt.*

3 *Sententiæ non intimantur in Sacr. Conſil.*

4 *Reclamatum vbi fuerit à ſententia S.C. per quam quis fuit condemnatus ad quantitatem liquidandam, nùm vt procedi poſſit in cauſa reclamationis expectanda ſit priùs liquidatio, & num. 5.*

ARGVMENTVM.

Reclamatio à ſententiis Præfecti Prætorio infra quantum tempus proponi poteſt. Reclamatum vbi fuerit à ſententia S. C. per quam quis fuit condemnatus ad quantitatem liquidandam, nùm vt procedi poſſit in cauſa reclamationis expectanda ſit priùs liquidatio, vel poterit ad vlteriora procedi, liquidationis curſu non impedito, vbi deciſio Sacri Conſilij; ad ornatum *authent. quæ ſupplicatio, C. de precibus Imper. offer.* & *prag. 5. de offic. Sacr. Conſ.* & *38. de offic. Procur. Cæſar.*

CAPVT CLXXVIII.

RECLAMATIONES à ſententiis, & de- 1
cretis Præfecti Prætorio, vt apud nos eſt Tribunal Sacri Conſilij, & Regiæ Cameræ Summariæ, certum eſt, ex *authent. quæ ſupplicatio, C. de precib. Imper. offer.* quòd admitti non poſſunt, niſi priùs ſententiis, ſiue decretis illis exequutis; & in ſpecie cautum eſt in Regno per *pragm. 5. ſub tit. de offic. Sacr. Conſil.* & *38. de offic. Procur. Cæſar.* & vtrobique D. Reg. Rouit. qui tamen *in d. prag. 38. num. 16.* aduertit, quòd licèt ſententiæ Regiæ Cameræ priuilegiatæ cenſeantur, ad inſtar ſententiarum Sacr. Conſil. quoad exequutionem paratam, & quoad reuiſionem

reuiſionem per eoſdem Iudices in cauſa reclamationis faciendam, tamen ab illis potiùs Appellatur, quàm Supplicatur; & Reuiſio petita potiùs Appellatio dicitur, quàm Reclamatio: quod patere dicit, nam in Tribunali Sacri Conſilij ad finem obtinendi Commiſſarium, & procedendum ad vlteriora in cauſa reclamationis, neceſſe eſt, vt porrigatur ſupplicatio, quæ dirigitur Regiæ Maieſtati, quod ſecus eſt in reclamationibus Regiæ Cameræ, quæ per ſimplicem comparitionem interponuntur, & pro commiſſione obtinenda ſufficit ſimplex memoriale, quod Domino Locumtenenti porrigitur.

2 Eſt etiam veriſſimum ex allegatis iuribus, quòd vbi à die latæ ſententiæ infrà decem dies reclamatum fuerit, ad hoc vt exequutioni ſententia illa demandetur, neceſſe eſt, per victorem præſtari cautionem de reſtituendo in caſu retractationis; aliàs autem reclamatione intra dictum tempus non interpoſita, ſed poſt, infra biennium ſententia exequutioni demandatur, abſque alia cautione: quod etiam notat D. Rouit. *in d. pragm.* 5. vbi dicit, decem illos dies computandos eſſe à die latæ ſententiæ, non aliter

3 aliqua illius intimatione expectata, cùm ex antiquiſſimo ſtylo ſententiæ Sac. Conſ. non intimentur.

4 His ſic ſtantibus aliàs apud nos dubitari contigit, ſi per ſententiam Sacri Conſilij fuerit quis condemnatus ad præſtandum aliquid liquidandum, ab eàque fuerit reclamatum, nùm in cauſa Reclamationis procedi poſſit, non expectato priùs decreto liquidationis quantitatis, ad quam condemnatio aſcendit?

Et videtur dicendum quòd ſic, cùm certum ſit, curſum Reclamationis ſententiæ exequutionem in aliquo non impedire; poteſt enim procedi ad terminandam liquidationem, & interim procedi in cauſa reclamationis, quæ ſententiæ exequutioni in nihilo officit.

5 Sed contrarium verius eſſe dicebatur, ea quidem ratione, cùm aliàs dari poſſet caſus, vt cauſæ Reclamationis finis imponeretur, priuſquam liquidationis iudicium compleretur, & hoc modo ſententiæ Præfecti Prætorio earum non haberent exequutionem, contra iura ſuperiùs allegata, quæ expreſsè mandant, non poſſe tractari de cauſis Reclamationum, niſi ſententiæ priùs exequutioni mandentur: & ità per S.C. deciſum ſcio in cauſa vertente inter Zenobiam de Alfiero, & Cæſarem Bonellum; nam cum ſub die 11. Decembris anni præteriti 1628. dictus Cæſar per idem S.C. condemnatus eſſet ad ſoluendum dictæ Zenobiæ Paragium ei debitum iuxta liquidationem faciendam, Reclamatione interpoſita à ſententia prædicta ſub die 14. Febuarij præſentis anni 1629. intendens Cæſar cauſam proſequi Reclamationis, prout proſequebatur, inſtante, & ſe opponente Zenobia, facto de his verbo in S.C. *ſub die* 21. *Martij* per Dominum Conſiliarium Conſtantium eiuſdem S.C. decreto prouiſum fuit, quòd exequuta ſententia Sacri Conſil. ſub die prædicta 11. Decembris 1628. procedatur in cauſa Reclamationis, ſicque Reclamationis prædictæ impeditus fuit curſus, extititq; expectata paragij liquidatio, ac ſẽtẽtiæ effectiua exequutio. Proceſſus eſt in Banca Ioãnis Antonij de Licto. S.C. actorũ Magiſtri.

SVMMARIVM.

1 *Reconueniri nùm poſſit Clericus in caſu, de quo proponitur, & num. 4. 8. & 13.*

2 *Recõuentio ſupponit cõuentionẽ, & quæ illa ſit.*

3 *Conuentio eſt Actoris, Reconuentio Rei.*

5 *Reconuentio non habet locum, quando quid à Iudice extraiudicialiter petitur.*

6 *Clericus, quæ ſit ratio, vt poſſit coram Iudice laico reconueniri.*

7 *Reconuentio ab Actoris voluntate procedit.*

9 *Clericus poteſt reconueniri coram Iudice laico, ſed quomodò procedat.*

10 *Clericus quando principaliter pro ſuo intereſſe comparet coram Iudice laico, debet remitti ad Iudicem Eccleſiaſticum, & num.* 11.

12 *Clericus debet remitti, vbi coram Iudice laico comparuerit vigore Edicti generalis, quemcunque monentis ad comparendum, ſi ſua putauerit intereſſe.*

14 *Reconuentio an practicari poſſit contra Eccleſiam intentantem remedium Capitulorum Regni aduerſus aliam Eccleſiam, & num.* 15. *&* 16.

16 *Reconuentio an locum habeat, quando laicus conuenitur à Clerico ſuper iniuria, furto, vel alio ſimili.*

ARGVMENTVM.

Reconuentio an practicari poſſit contra Clericum coram Iudice Seculari, quoties reconueniretur ſuper re, quæ nullam haberet connexitatem cum petitione facta. Clericus nùm poſſit reconueniri coram Iudice laico, coram quo comparuit, inſtando, tolli ſequeſtrum in bonis propriis factum ad inſtantiam alicuius falsò aſſerentis, eſſe bona illa in dominio Laïci. Reconuentio an practicari poſſit contra Eccleſiam intentantem remedium *Capitulorum Regni*, vbi ſingularis obſeruatio *D. Io. Ang. Piſanelli.*

CAPVT CLXXIX.

RECONVENTIO, ſemel in facto habui, nùm coram Iudice laico practicari poſſit aduerſus Clericum, vbi facto ſequeſtro ſuper illius bonis, ſub prætextu, quòd eſſent in dominio laici, contra quem fieri ad alicuius creditoris inſtantiam petitum eſt; Clericus ille coram eodem Iudice laico, qui ſequeſtrum ordinauit, comparuerit, allegando, bona ſequeſtrata propria ipſius Clerici eſſe, ac proindè ſequeſtrum factum omninò tolli debere? 1

Reſpondi, citra omne dubium negatiuè, his motus rationibus. *Primò*, cùm certum ſit, reconuentionem, conuentionem ſupponere, quia aliud illa non 2

eſt niſi actionis retorſio contra actorem, vt dixit Bernard. Roc. *in ſua prax. lib.1. in tit. de reconuent.* certè vbi conuentio non eſt, ibi reconuentio dari non poteſt; Conuentio Actoris eſt, Reconuentio au-
3 tem Rei; & ſic, vt Seius poſſit à Caio reconueniri, neceſſariò dicendum eſt, vt Caius ſit primò à Seio conuentus.

Hoc poſito, videamus, ſi Clericus, qui hodiè reconuenitur ab illo, ad cuius inſtantiam ſequeſtrum factum eſt, aliquam per priùs contra eundem coram eodem Iudice propoſuerit actionem, ità vt Actor Clericus, Reus hic, qui ſequeſtrum obtinuit, dici poſſint? certè non; nihil enim Clericus iſte à creditore illo petiit, ſed tantùm incidenter, & neceſſariò Iudicis laici, qui ſequeſtrum ordinauit, implo-
4 rauit officium, vt ſequeſtrum ſuper eius bonis factum tollatur, ac proindè cùm nullum inter has perſonas conſiderari poſſit iudicium, nulla quoque poteſt dari reconuentio: iuxta ea, quæ tradiderunt Cyn. *in l. fin. C. qui admitt.* Bal. *in cap.1. col. fin. de controuerſ. feud. apud par. terminan.* Barbat. *in rubr. de mut. petition. n.6. verſ. & vnum pondera*; Alex. Trentacinq. *variar. reſol. lib.2. tit. de mut. petition. num.31.* & Matt. cæteris omiſſis *in tract. de iuriſd. par.4. cent.2. caſu 107. num.7.* fuit enim in caſu noſtro, ſi benè aduertatur, Magiſtratus ſecularis ad ſequeſtrum tollendum imploratum officium, non in formam iudicij, ſed per modum
5 actus extraiudicialis, ſicut ſi fuiſſet petitum, teſtamentum aperiri, vel donationem inſinuari, vel fuiſſet familia petita ad poſſeſſionem acquirendam, ſiue aditus eſſet Iudex ſecularis, vt aliquem à violentia defenderet; in quibus, & aliis ſimilibus caſibus reconuentionem non dari, dixit omnium primus, Bald. *in d. cap.1. num.6.* Marant. *in ſpec. par.4. in verb. an ſit iudicium conuent. vel reconuent. n.37.* Bernard. Roc. *loco iam dicto, verſ. non proceditque*, & alij citra controuerſiam.

6 *Secundò*, quòd reconuentio in hoc caſu practicari non poſſit, conſidero inſuper rationem, quam aſſignarunt Doctores illi, qui poſſe Clericum coram Iudice laico reconueniri firmarunt; nimirùm, quia poſtquam agendo Clericus voluntariè Iudicem elegit pro ſe, non debet dedignari, eundem contra ſe habere Iudicem; ad text. *in l. cùm Papinianus, C. de ſent. & interloqu. omn. iud.* ità dixerunt Io. Andr. & omnes *in cap. at ſi Clerici, de iudic.* Bald. *in d. c.1. n.5. verſ. ad idem inducitur talis ratio.* Carau. *ritu 67. num.4.* de Graſſ. *tract. de effect. clericat. effect.1. num.747. verſ. attamèn non eſt recedendum*; & omnium notanter ex recentioribus Oter. *diuer. quæſt. iur. par.1. quæſt.28.*
7 *num.7.* vbi in puncto dicit, reconuentionem ab actoris voluntate, & conſenſu procedere, ità vt nunquam ea locum habere poſſit, niſi voluntariè actor Iudicem elegerit.

Videamus modò, ſi hæc ratio in caſu, de quo agimus, militet? certè id affirmari non poteſt; non enim Clericus iſte, de quo tractamus, Iudicis ſecularis implorauit officium voluntariè pro ſequeſtro tollendo,
8 ſed neceſſariò, & ſic coactè; ſi igitur acceſſus iſte ad Magiſtratum ſecularem ex voluntaria electione non fuit, quòd proindè reconuentionis ratio militaret, ſed coactè, ceſſante ratione, ob quam Doctores aſſirmarunt, poſſe Clericum reconueniri coram Iudice laico, ceſſat etiam & dicta deciſio, & ſic Iudicis laici aduerſus Clericum remanet incompetentia; quod in puncto obſeruauit Alex. Trentacinq. *loc. cit. n.33.*
9 vbi firmando, tam de iure communi, quàm Regni, poſſe Clericum coram Iudice laico reconueniri, id procedere, ſubdit, quando Clericus voluntariè agit contra laicum coram Iudice ſeculari; ſecùs autem ſi compelleretur; tunc enim reconuentio non permitteretur: ad quod citat Ang. *in authent. & conſequenter, C. de ſent. & interloqu. omn. iud.* Marian. Socin. *in cap.1. in 5. princip. in col.5, verſ. retenta tamen prima opinione, de mut. petition.* vbi dicit, in hoc concordare omnes, & Carau. *loco cit.*

Quòd autem Clericus noſter coactè, & præter eius voluntatem penès ſequeſtri Iudicem acceſſerit, patet; quia aliàs ſi non comparuiſſet, eius bona ſub prætextu, quòd fuiſſent talis debitoris, vendita eſſent; & ſic illis priuatus eſſet, & hoc credo quod voluit dicere Dec. omninò videndus *conſ. vlt. num.7.* poſt Petr. de Anchar. *in reg. ea quæ, quæſt.17. circa finem, de reg. iur. in 6.* vbi quòd quando perſona Eccleſia- 10
ſtica principaliter pro ſuo intereſſe coram Iudice ſeculari comparet, ad ſuum Iudicem remittendus venit: quod etiam aduertit Hondad. *conſ.25. num.16. lib.1.* & Phanuc. *de Inuent. quæſt.140. num.22. & 23. in tract. diuerſ.* vbi *prope finem* inquit, ſic fuiſſe deciſum in Rota Senenſi: quoties enim Clericus coram 11
Iudice laico pro ſuo intereſſe comparet, adeò quòd ſi non compareret, veniret condemnandus, & eius bonis priuandus, tunc non dicitur Actor, ſed neceſſariò Reus, & conſequenter erit concedenda remiſſio ad ſuum Iudicem competentem; ità Phanuc. *loc. cit. verſ. non obſtat, quòd dicatur reus voluntarius,* poſt Roland. à Vall. *conſ.29.* Capyc. *deciſ.8.* & alios, quos ipſe citat, quibus addo Surd. *deciſ.26.* & Matt. *de iuriſd. par.4. cent.1. caſu 37. num.16. verſ. ſed datur caſus*, qui omnes licèt loquantur in terminis generalis edicti, quod à Iudice laico emanatur, quemcunque monentis ad comparendum, ſi ſua parauerit intereſſe, vt nimirùm ſi Clericus compareat, ſit ad 12
Iudicem Eccleſiaſticum remittendus, maximè ſi poſſidere aſſeruerit, vt per Capyc. *loco cit.* poſt Petr. de Anchar. *in d. regul. ea quæ, in 17. quæſt.* idem tamen, & à fortiori dicendum eſt, vbi per Iudicem laicum Clericorum bona ſequeſtrata, ſiue exequuta ſunt, ſub prætextu, quòd eſſent laici; eo enim caſu Clerico ipſo comparente, & bona exequuta, ſiue ſequeſtrata, propria eſſe, illaque poſſidere aſſerente, maiori cum ratione ad Iudicem Eccleſiaſticum remittendus eſt; quicquid creditor, ad cuius inſtantiam exequutio, ſiue ſequeſtrum factum eſt, contra Clericum opponat, cùm coram Iudice competente id opponere debeat: magna enim in hoc caſu eſſet cautela pro Clerico conueniendo coram Iudice ſeculari, etenim 13
poſſet ſemper creditor petere, exequutionem fieri ſuper eius debitoris bonis, & demùm bona Clerici exequi, qui cùm neceſſariò pro ſuorum bonorum tuitione comparere cogeretur, poſſet creditor per viam reconuentionis Clericum illum coram eodem Iudice ſeculari conuenire; quod tolerandum non eſt, vti omne contra Eccleſiaſticam libertatem tendens; vt in ſimili conſiderebant Surd. & Matt. *loc. citat.* quorum dictis prorſus confutata remanet illorum ſententia, qui putarunt, citationis formam per edicta generalia, quoſcunque ad comparendum monentia, eſſe modum valdè ſingularem pro limitatione *cap. ſi diligenti, de for. compet.* qua de re latiùs dixi *lib.1. cap.51.*

Et nè in caſu ſimili, particulari determinatione careamus, Dico, quòd ſic practicatum vidi in cauſa Abbatis Ioannis Angeli Gambardella cum hæredibus Ioannis Dominici Venetiani: nam cùm dictus Abbas pro emptione per eum facta ſub haſta in S.C. de quodam rure, pretium in eodem Sacro Conſilio depoſitaſſet, in cuius liberatione dicti hæredes audiebantur, fuit ab illis per viam reconuentionis in eodem Sac. Conſil. conuentus ad relaxandum rus emptum, vti bona fideicommiſſo ſubiecta, quæ alienari non poterant: è cõtra cùm pro parte dicti

dicti Abbatis allegatum fuiſſet, reconuentionis terminos in tali caſu inapplicabiles eſſe; vt verè patet, de Iudicis incompetentia illo opponente, fuit ad Iudicem ſuum Eccleſiaſticum remiſſus per Dominum Conſiliarium Scipionem Theodorum Iuris-Conſultum doctiſſimum, & cauſæ Commiſſarium, & ampliùs de cauſa non fuit tractatum.

14 Faciunt pro dictorum corroboratione, quæ in terminis longè fortioribus ſcripſit Acacius Ant. de Ripol. poſt hæc ſcripta viſus, *var. reſol. cap.* 1. *de iuriſd. omnium indic. à num.* 122. *vſque & per totum num.* 128. quò loci aduerſus aliquorum ſententiam inſurgens defendit, concluſionem illam in omnium ore receptam, nimirùm poſſe Clericum coram Iudice ſeculari reconueniri, limitari, quotiès reconuentio caderet ſuper re diuerſa, & ſeparata, quæ nullam haberet connexitatem cum petitione per Clericum facta: conſiderata tamen, an propoſitio iſta vera ſit, & adde D. de Franch. *deciſ.* 193. *num.* 4. vbi allegat Guid. Pap. *conſ.* 183.

Longè poſt hæc ſcripta, & conſiderata in quodam
15 libello manuſcripto, quem conſeruo, illius magni nominis I.C. Domini Ioan. Angeli Piſanelli, *obſeruatione*, ſiuè *annotat.* 24. inueni in hac materia dubitatum, an reconuentio practicari poſſit contra Eccleſiam intentantem remedia *Capitulorum Regni* aduerſus aliam Eccleſiam? & per hæc, quæ ſequuntur. verba, magnus iſte Iureconſultus quæſtionem reſoluit, deciſionem referens, quam pariter refert inſignis Ioan. Vinc. de Anna, ſed non benè de nominibus litigantium recordatus, *ſing.* 432. D. de Franch. *deciſ.* 193. *num.* 11. D. Reg. Capyc. Latro *deciſ.* 69. *n.* 9. D. Reg. Tap. *lib.* 3. *iur. Reg. in Rubr. quando Rex inter Eccleſ. perſon. num.* 12.

Ieſus, Maria.

Fuit propoſitum Edictum iuxta terminos Capitulorum Regni, per Eccleſiam prætendentem, ſe violentari ab alia Eccleſia; comparuit Eccleſia, & reconuenit intentantem illa remedia; orta fuit dubitatio, an habeat locum reconuentio? videbatur quòd ſic; quia Clericus conueniens coram Iudice laico poteſt reconueniri coram eodem Iudice, vt per DD. *in cap. at ſi Clerici, de iudic.* & dicit Marian. *in cap.* 1. *de mut. pet. col.* 18. quòd licèt alia opinio contraria ſit verior, tamen hæc eſt magis æqua, & ſic, quia Monaſterium, ſiue Eccleſia primò egit in Sacro Conſilio vigore Capitulorum Regni; ergò alia Eccleſia, quam tangit dictum Edictum, poteſt reconuenire: Tamen
16 fuit viſum contrarium, per regulam, quòd vbi non eſt conuentio, non cadit reconuentio; ſed Eccleſia intentans illud remedium, non agit de directo contra aliam Eccleſiam, & non eſt citata certa perſona, ergò &c. Item adducitur, quia Eccleſia venit ad propulſandam cum brachio Regis, vim, & violentiam alterius Eccleſiæ, & eſt deciſio Ang. *in authen. & conſequenter, C. de ſent. & interloquutor. omnium Iu-*
17 *dic.* quòd quando laicus conuenitur à Clerico coram ſeculari ſuper iniuria, furto, vel alio ſimili, non habet locum reconuentio, pro qua Marian. *in d. c.* 1. 19. *col. verſ. Primò enim limitatur:* allegat Specul. *in tit. de reconuent.* §. 1. *verſ. quid ſi laicus.* Bald. *in l.* 1. *&* 2. §. *ſed ſi agant, de iudic.* & in *d. Authen. & conſequenter.* Præterea adducitur, nam in cauſa priùs cœpta per Eccleſiam proponentem fuit datus terminus ad probandum, & ſic litem habuit pro conteſtata, & citato ad publicandum fuit facta reconuentio, & ſic habuimus deciſionem Marian. *in d. c.* 1. *vlt. col.* quòd quoad materiam prorogationis inducendæ per reconuentionem debet fieri incontinenti, aliàs non inducitur prorogatio; ideſt, quòd lex prorogat iuriſdictionem laici in Clericum ex interuallo reconuenientis; & antequam hoc dubium decideretur, quia meus Collega erat conſummatiſſimus vir, *D. Bartholomæus Martialis*, fuit recordatus, quòd aliàs in S. C. fuerat ſimile dubium inter Monaſterium S. Mariæ Montis Oliueti, & Monaſterium S. Petri Martyris reconueniens, & perquiſitis proceſſibus fuit repertum decretum factum 22. Decembris 1505. quòd non poterat fieri reconuentio, quod vidi penès Antonium Mancuſium, Actuarium S. C. & ſic fuit in hac cauſa ſeruatum.

Io. Angelus Piſanellus.

SVMMARIVM.

1 *Reductio ad arbitrium boni viri à laudo Arbitratoris infra quantùm temporis petenda ſit, & quid à ſententia Arbitri, num.* 4.

2 *Ius petendi reductionem ad arbitrium boni viri, eſt perſonale.*

3 *Arbitrator quis dicatur.*

5 *Appellari an poſſit à ſententia Arbitri.*

6 *Appellatio à laudo Arbitrorum an admittenda ſit, priuſquam pœna in compromiſſo adiecta ſoluatur.*

7 *Reductio ad arbitrium boni viri coram quo Iudice petenda eſt.*

ARGVMENTVM.

Reductio ad arbitrium boni viri à laudo Arbitratoris, infra quod tempus, & apud quem Iudicem petenda ſit. Appellatio quando permittitur à ſententia Arbitri, an admittenda ſit, pœna in compromiſſo adiecta priùs non ſoluta.

CAPVT CLXXX.

Reductio ad arbitrium boni viri à laudo Arbitratoris, dubitarunt Doctores, infra quantùm temporis peti poſſit? Et licèt intra decem dies dicendum videbatur, iuxta text. *in auth. hodiè, Cod. de appellat.* tamen veriſſima, & magis communis eſt ſententia, intra triginta annos ad arbitrium boni viri recurſum haberi poſſe. Huiuſquè communis concluſionis ea eſt ratio, quia ius petendi reductionem ad arbitrium boni viri eſt perſonale, & per conſequens non præſcribitur niſi ſpatio triginta annorum. *l. ſicut, & l. omnes, C. de præſcript.* 30. *vel* 40. *annor.* Afflict. ſic deciſum teſtatur *deciſ.* 132. plures cumulat Gayl. *pract. obſer. lib.* 1. *obſeru.* 150. & Rouit. *in pragm.* 2. *numer.* 18. *&* 19. *de arbitris*, vbi *num. ſeq.* aduertit, quòd quando eſt petita reductio, habebit ſuam inſtantiam, quæ durat quantum inſtantia cauſæ principalis; allegat Caualer. *dec.* 292. *n.* 7. 1 2

3 Hæc autem omnia de plano procedunt in ſenten-
tia Arbitratoris, qui, vt omnes ſciunt, dicitur ille,
qui nulla iuris ſolemnitate obſeruata controuerſias
ex æquo, & bono, amicè diffinit; Abb. *in cap. Quinta-*
4 *uallis. de iureiurand.* Gayl. *vbi ſup.* In ſententia verò
Arbitri, qui partium conuentione loco Iudicis eligi-
tur, ita vt coram eo iuris ordine ſeruato procedatur,
iuxta text. *in l.1. ff. de recep. arbitr.* alitèr dicendum
5 eſt; ab ea enim ſententia, dubitarunt *Doctores*, an
appellari poſſit? & cum diſtinctione reſponderunt,
inter Arbitros nimirùm neceſſarios, qui vigore Sta-
tuti à Partibus neceſſariò eliguntur, ſicut eſt in hoc
Regno, vigore *Reg. pragm. Odia, ſub tit. de arbitr.* in
litibus, quæ inter conſanguineos, & affines ventilan-
tur; & inter Arbitros voluntarios, qui amicabilitèr
eliguntur à Partibus, vt ſeruato iuris ordine proce-
dant: vt primo caſu, citra omne dubium concedatur
appellatio; ſecundo verò aliqui contrarium æſtima-
runt, vbi in compromiſſo pœna adiecta fuerit, ſecus
verò ſi non fuerit adiecta. Placet tamen in hoc ca-
ſu; vt indiſtinctè, quando non apparet enormis læſio,
ſiue ſit adiecta pœna, ſiue non, à ſententia Arbitro-
rum ex Partium voluntate electorum appellari non
poſſit: Alber. Bart. Salycet. Caſtrenſ. Ang. & alij *in
l.1. Cod. de arbitr.* Imol. Alex. Iaſ. Rip. Crot. & alij *in
l. nemo poteſt, ff. de legat. 1.* Minſynger. *ſingul. obſer. cent.
4. obſer. 68.* Gayl. *loco cit. n. 8.*

6 Verùm cùm hodiè apud Nos, vt plurimum vi-
deamus, quaſi ſemper ab Arbitrorum ſententiis, ſiue
laudis appellationes concedi, in dubium reuocatur,
an appellatio admittenda ſit, non priùs ſoluta pœna
in compromiſſo adiecta? Et affirmatiuè, nimirùm
quòd admittatur, per Senatum Dolanum deciſum
fuiſſe teſtatur Griuel. *deciſ. 1. à num. 8. ad finem*, vbi al-
legat Boër. idem tenentem *deciſ. 284. num. 20. & ſeq.*
idémque apud Nos per Sacrum Conſilium deciſum
teſtatur D. Reg. de Tap. *deciſ. 32. per totam*, vbi dicit,
noſtrum Sacrum Conſilium nunquam conſueuiſſe,
quando laudum fuit exequutioni mandatum, Partem
appellantem ad pœnam ſoluendam cogere; quando
verò exequutio non eſt facta, tunc fieri, ſubdit, pro-
uiſionem, quòd exequatur, & ſic non ſeruata diſpo-
ſitione text. *in auth. decernit, Cod. de recept. arbitr.*
nec etiam eo, quod dicit Afflict. *deciſ. 135.* nimirùm
tunc demùm pœnæ exequutionem fieri, quatenus
cum intereſſe concurrat; quod etiam probauit Theo-
dor. *alleg. 53. num. 9 & 77. num. 15.* ab eodem Reg. de
Tap. relatus.

7 Sed conſequentèr dubitatur, quando fit reductio
ad arbitrium boni viri à laudo dato ab Arbitratori-
bus, coram quo Iudice petenda illa ſit? Reſpondeo,
intricatam eſſe quæſtionem. Quidam enim æſtima-
runt, apud Iudicem Arbitratoris reductionem peten-
dam eſſe, vt per Doctores, quos citat Afflict. *deciſ. 51.*
vbi Addentes, Iaſ. *in l. imperium, num. 3. verſ. ſeptimò
facit, ff. de iuriſd. omnium iudic.* & alios relatos à Bel-
lett. *diſquiſit. clerical. in tit. de fauore clericorum perſo-
nali, §. 16. num. 15.* & in *tit. de fauor. Cleric. reali, §. 5.
num. 66.* qui voluerunt, quòd ſi aliqua cauſa in Cle-
ricum, & laicum ſimul compromitteretur, & demùm
prolato laudo illius peteretur reductio ad arbitrium
boni viri; quòd ſit adeundus Epiſcopus Iudex com-
petens Clerici Arbitratoris. Alij voluerunt, apud Iu-
dicem loci, vbi fuit compromiſſum factum, redu-
ctionem eſſe faciendam; ita Specul. *in tit. de arbitr.
§. 1. verſ. ſed quis, num. 4.* Alij, apud Iudicem Ordinarij
illius, contra quem petitur reductio; ita Couar. *lib. 2.
variar. cap. 12. num. 1.* Alij verò & melius, exploſis
opinionibus iam dictis, exiſtimarunt, apud Iudicem
rei conuenti, qui Iudex competens cauſæ diceretur,
ſi cauſa compromiſſa non eſſet, reductionem eſſe fa-
ciendam; & fuit originalis ſententia Bart. *in l. ſocieta-
tem, §. arbitrorum. ff. pro ſocio*, quam multi DD. ſecuti
fuère, & iuxta quam in Camera Imperiali in pleno
Conſilio iudicatum fuiſſe teſtatur Gayl. *pract. obſer.
lib. 1. obſer. 149.* & bis per Senatum Pedemont. affir-
mat, contrariis ſatisfaciens Theſ. *deciſ. 14.* vbi latè, &
doctè pro more examinat quæſtionem, & de eo me-
minit Griuel. *loco iam dicto num. 5.* idémque Borrel.
in ſumm. deciſ. par. 1. tit. de comprom. num. 301. vbi hoc
limitat, quotiès Arbitri Iudices ſupremi extitiſſent,
nam tunc ad forum Principis pro reductione ad ar-
bitrium boni viri eſſet recurrendum, per rationem,
vt *ibi* per eum.

SVMMARIVM.

1 *Regulares in multis ſubſunt Epiſcopo, de qui-
bus remiſſiuè.*

2 *Epiſcopus num poſſit Regularibus prohibere,
nè Sacerdotes in eorum Eccleſiis celebrare
faciant.*

3 *Literæ commendatitiæ à quo ſint conce-
dendæ.*

4 *Abbas nullius, an poſſit ſubdito ſuo literas
concedere commendatitias?*

*Et an Vicarius Generalis Epiſcopi? nu-
mer. 5.*

Et an Capitulum, Sede vacante? n. 7.

6 *Epiſcopus Originis quis dicatur.*

ARGVMENTVM.

Regulares cùm in multis, ſubſint Epiſcopis, nùm prohiberi poſſint ab eiſdem locorum Ordinariis, nè in ipſorum Eccleſiis Sacerdotes exteros celebrare permittant? vbi Deciſiones Sacræ Congregationis. Epiſcopus ratione Originis quis dicatur? Capitulum, Sede vacante, an poſſit Commendatitias literas concedere? & de aliis notabilibus ad materiam pertinentibus.

CAPVT CLXXI.

Regvlares in multis ſubeſſe Epiſco- 1
pis, in quorum Diœceſibus Monaſteria
tenent, ex Recentioribus probat, & ſatis
eleganter Epiſcopus Campanill. *in ſuo
diuerſorio Iuris Canonici, rubr. 12. cap. 13.
per totum*, vbi attenta Iuris communis diſpoſitione,
Regulam conſtituit, nimirùm cunctos Regulares
Epiſcopis ſubeſſe, licèt omnes ferè hodiè Exemptio-
nis Priuilegio potiantur. Excipit tamen Sacri Tri-
dentini Concilij, & Rot. Rom. authoritate Viginti-
quinque caſus, doctè admodum per ipſum declara-
tos, in quibus omninò Regulares Epiſcopis ſubſunt:
in fine, demum *num. 167.* ſatis vtiliter perquirens, an

in

an in caſibus illis valeant Epiſcopi non modò Regulares ipſos punire, ſed etiam per cenſuras Eccleſiaſticas contra eos procedere? vide illum quia eruditè, & doctè pro more loquitur.

2 De illo autem his diebus à quibuſdam Religioſis coram me controuerſum audiui, an poſſet Epiſcopus præfatis Regularibus mandare, nè abſque ipſius licentia in eorum Eccleſiis Sacerdotes ſeculares exteros celebrare permittant? Dixi ego non poſſe hodiè de hoc dubitari, quod valeat Epiſcopus hoc Iure vti, ex declaratione S.Cõgregationis *ſuper c.16.S. Tridẽtini Concilij ſeſſ.23.de Reformat.* cuius verba ſunt: *An Epiſcopus loci Ordinarius prohibere poſſit, nè Regulares in eorum Eccleſiis Sacerdotes ſeculares exteros diuina Officia celebrare permittant, niſi priùs ab ipſo Epiſcopo viſis literis Commendatitiis ipſi Sacerdotes admiſſi fuerint? Congregatio Concilij cenſuit poſſe. Romæ 1. Nouembris,* 1594. Et ſecundum hanc declarationem inueni demùm deciſum per Curiam Archiepiſcopalem huius ciuitatis, ſic atteſtante Domino Epiſcopo Ricc. *deciſ.298.par.4.* Idémque affirmat Auguſtin. Barboſ. poſt alios plures, quos refert, *de poteſt. Epiſc. par.2. alleg.21.num.8.* quibus in locis ſic loquitur: *Miſſam nè celebrent exteri Sacerdotes in Eccleſiis Regularium poteſt Epiſcopus prohibere, niſi priùs ab ipſo Epiſcopo, viſis literis Commendatitiis, ipſi Sacerdotes admiſſi fuerint: ita deciſum refert* &c. Et cùm demùm dubitatum eſſet à quonam hæc literæ commendatitiæ concedendæ ſint? Sacra Congregatio *ſub die 1. Iulij* 1597.
3 his verbis reſpondit: *Congregatio Concilij cenſuit Ius concedendi literas commendatitias, ſine quibus ex decreto Concilij, cap.16.ſeſſ.22. de reformat. Clericus peregrinus ad diuina celebranda & Sacramenta adminiſtranda admitti non debet, eſſe obtinendas ab eo qui hu-*
4 *iuſmodi Clerici Ordinarius fuerit.* Sed quis propriè Clerici Ordinarius dicatur? vide text. tàm celebrem, quam vulgatum, *in cap. cùm nullus, de tempor Ordinat. in 6.*

Et an Abbas nullius Diœceſis poſſit ſubdito ſuo literas concedere commendatitias, vide Diaz de Mena *var. quæſt. lib.3. quæſt. fin.* & quæ ego dixi *lib.1. cap.1. n.....* Etenim attenta diſpoſitione text. *in d.c. cùm nullus*, vt benè aduertit Barboſ. *ibi, in Collect.* Epiſcopus originis, domicilij, ſiue Eccleſiaſtici beneficij, Commendatitias dare poteſt. Inferiores verò Prælati, aut Religioſi, nullatenus; niſi à Sancta Sede
5 Apoſtolica Indultum habeant ſpeciale. Liceret pariter has Commendatitias concedere Vicario Generali, Epiſcopo tamen in remotis agente, ita ſanè ſcripſerunt Sbroz. *de offic. Vicar. lib.2. quæſt.41.* Guttierr. *canon. quæſtion. lib.2. cap.17. numer.20.* Zerola *in praxi Epiſcop. par.2. in verb. Vicarius, §.4.* Azor. *inſtitut. moral. par.2. lib.3. cap.45. quæſt.7.* Vgolin. *de offic. Epiſc. cap.4. §.7. verſ.5. Dimiſſoriæ*, & Alij, quos refert, & ſequitur Barboſ. *loc. cit. n.16.*

Diximus paulò antè, Epiſcopum Originis hac fa-
6 cultate vti: ad quod notandùm eſt, Epiſcopum ratione originis non ſolum dici & cenſeri illum, in cuius Diœceſi Ordinandus, vel qui commendatitias literas obtinere vult, natus eſt; ſed etiam ille Epiſcopus, in cuius Diœceſi Pater Ordinandi ortus eſt; ſicque ratione paternæ originis poteſt quis Ordines ſuſcipere, & commendatitias literas obtinere ab Epiſcopo loci, in quo eius Pater natus eſt: Ita Vgolin. *de Offic. & poteſt. Epiſc. cap.26. §.1. num.4.* Paul. Comitol. *reſponſor. moral. lib.6 quæſtion.45.* Zerola *in praxi Epiſcopal. par.2. verbo, dimiſſoria*, Guttierez *de matrim. c.63. n.29.* Ricc. *dec.317. n.2. par.4.* & Alij penes Barboſ. *de poteſt. Epiſc. par.2. alleg.4. n.4. & n.15. & in Collectan. ad d. cap. cùm nullus, n.4.* in quibus locis addit, non poſſe Ordinandum, apud Epiſcopum Originis ſuæ matris, Ordines accipere, niſi Pater ipſius Ordinandi ſit naturalis: ex origine verò Aui, non dici nepotem ad Ordines ſuſcipiendos originarium illius loci, in quo Auus natus eſt: allegat Couarr. Ricc. Vgolin. & alios, vt *ibi*. An autem liceat Capitulis Eccleſiarum Sede vacante infra annum à die vacationis numerandum ordinandi licentiam, aut literas dimiſſorias concedere? pars negatiua probatur in Concilio Tridentino *ſeſſ.7. de reformat. c.10.* ad cuius ornatum videndi ſunt DD. per Barboſ. relati *in loc. citatis.*

SVMMARIVM.

1 *Releuium an ſit ſoluendum per mortem illius, qui feudum ſine aſſenſu emerat, & num.9.11 & 12.*

2 *Releuij ſolutioni vt locus ſit quæ concurrere debeant, & n.7.*

3 *Releuium an ſit debitum per mortem illius, qui feudum in vita cum aſſenſu donauerat, retento vſufructu.*

4 *Releuium nùm ſit ſoluendum ab hærede, qui infra annum mortis feudatarij feudum olim cum pacto de retrouendendo diſtractũ redemit? & quid ſi mortuus eſt feudatarius, qui feudum acquiſierat cum pacto de retrouendendo, n.5.*

6 *Releuium an ſit ſoluendum per mortem viri, cui feudum cum aſſenſu fuit in dotem datum.*

8 *Releuium ſoluitur pro obtinenda inueſtitura.*

10 *Aſſenſus non operatur, niſi vt ex nunc, non vt ex tunc.*

13 *Feudum an deuoluatur ad Regium Fiſcum ob mortem, vel rebellionem illius, qui feudum illud emerat, nullo tamen ſuper emptionis contractu impetrato aſſenſu, & num.14.*

15 *Aſſenſus impetrari poteſt ſuper contractu venditionis feudi poſt mortem emptoris viuo venditore, accedente hæredis conſenſu, vel approbatiuo, vel diſpoſitiuo.*

ARGVMENTVM.

Releuium nùm ſit Fiſco ſoluendum ob mortem illius, qui feudum ſine aſſenſu emerat, accedente paritèr hæredis declaratione, nolle contractum ratum habere, ſed potiùs illum reuocare, prout reuocauit, ex beneficio *Conſtitutionis, Conſtitutionem Diuæ memoriæ.* Feudo empto, nullo ſuper emptionis contractu Regis impetrato aſſenſu, ſi contigerit, emptorem mori abſque legitimo

legitimo ſucceſſore in bonis feudalibus, nùm fiat locus reuerſioni ad directum Dominum, & de aliis ad materiam pertinentibus, vbi Deciſ. Reg. Cam.

CAPVT CLXXXII.

1 Releuium, his diebus dubitari contigit in Regia Camera, an ſit Fiſco ſoluendum ob mortem illius, qui feudum ſine aſſenſu emerat, accedente paritèr hæredis declaratione, nolle contractum ratum habere; ſed potiùs illum reuocauit, ex beneficio *Conſtitutionis*, *Conſtitutionem Diuæ memoriæ*; & num ſuccedente demùm morte iſtius hæredis abſque legitimo ſucceſſore, feudum illud ad Regiam Curiam deuoluatur?

2 Reſpondeo negatiuè, ſi duo pro veriſſimis ſupponamus. *Primum*, releuium moribus in hoc Regno introductum nullo pacto poſſe à Fiſco prætendi, niſi per mortem illius, qui feudi vtile dominium in ſui perſonam radicatum habebat. *Alterum* verò, quòd ſucceſſor feudatarij mortem denunciando, à Regia Curia feudi inueſtituram petat, ſicque eiuſdem feudi vtile dominium nanciſcatur, quamuis per momentum.

Probatur concluſio hæc, ex dictis per Marin. Frecc. *de ſubfeud. lib. 2. in 3. auth. num.* 17. Reg. Reuert. *deciſ.* 14. *lib.* 5. aliàs 404. *ſecundùm meam nouiſſimam compilationem*, Reg. Tap. *in Conſt. Poſt mortem,*
3 *num.* 19. *cum pluribus ſeqq.* & per alios Recentiores, qui omnes per Regiam Cameram deciſum referunt, releuij ſolutioni locum non eſſe per mortem illius, qui feudum in vita cum aſſenſu donauerat, retento vſufructu: idque non alia ratione, niſi quia tempore mortis feudi dominium non habebat, ex quo erat penès donatarium, nec hæres pro inueſtitura inſtabat; & Dom. Reg. Moles *in ſuis deciſionibus manuſcriptis, deciſ.* 2. *de iure Releuij* poſt Iacob. de Ayel. *de*
4 *iure Adohæ, num.* 86 ſimilitèr per Regiam Cameram deciſum refert, hæredem, qui infra annum mortis feudatarij, feudum olim cum pacto de retrouendendo diſtractum reemit, ad Releuium Fiſco præſtandum cogi non poſſe. Ratio aſſignatur, quia tempore mortis dominium non erat penes defunctum, qui cum pacto de retrouendendo alienauit; & quamuis in hæreditate ius remanſerit reemendi, quod eſt feudale, tamen ius illud erat ſine fructu. Addit de-
5 mùm, fuiſſe deciſum contrarium, quando moreretur feudatarius, qui feudum tenebat acquiſitum cum pacto de retrouendendo, quamuis venditor ab hærede reemerit, quia tunc erit omninò ab hærede ipſo ſoluendum, ex quo ſufficit; ipſum fuiſſe hæredem, & quòd Baro mortuus fuerit cum dominio, & quod ſemel hæres eiuſdem feudi dominium nactus fuerit.

6 Idemquè in alio caſu, Dom. Reg. Reuert. *deciſ.* 41. *lib.* 1. vbi quærens, an per mortem viri, feudum cum aſſenſu fuit in dotem datum, ſit per illius hæredem Releuium ſoluendum? duos diſtinguit caſus: quorum Primus eſt, quando feudum fuit datum inæſtimatum, vel æſtimatum, ſed non ea æſtimatione, quæ emptionem & venditionem faciat, ſed vt tantùm ſciatur valor rei; & in hoc caſu Releuium non ſoluitur. Ratio aſſignatur, quia feudi dominium nunquam fuit in virum tranſlatum: in quibus ſanè terminis loquutus fuit Ioan. Vinc. de Anna *alleg.* 95. *num.* 1. *ad finem*; Secus verò, & hic eſt Secundus caſus; ſi fuerit feudum cum aſſenſu datum æſtimatum, ea quidèm æſtimatione, quæ emptionem & venditionem faciat, quia tunc dicitur dominium tranſlatum in virum; & ſucceſſiuè hæres eius, qui in feudo illo ſuccedit, Releuium ſoluere tenetur.

Quæ omnia adeò vera eſſe Noſtrates affirmarunt, 7
vt copulatiuè concurrere debeant, dominium in perſonam feudatarij defuncti, & quòd hæres, & ſucceſſor feudi inueſtituram petat; nam eſto millies, quòd defunctus feudi habuerit dominium, ſi tamen hæres nouam inueſtituram à Regia Curia noluerit, nec in feudo illo vllum introitum habere, certè ab onere Releuij erit exemptus, ita indiuidualitèr Camill. de
Medic. *conſ.* 55. *n.* 4. *ver. ex his infero*, ſoluitur enim Re- 8
leuium pro obtinenda confirmatione, ſeu renouatione inueſtituræ, vt nimis clarè probatur in *Conſtit. Poſt mortem*, vbi Gloſ. *in verb. recepto*, & pro indubitato dixerunt Loffred. *in cap.* 1. §. *ſed & res*, *col.* 3. *in fine, poſt verſ. ſed circa hanc*, *in tit. per quos fiat inueſt.* Frecc. *loco cit. num.* 21. Dom. de Franchis *deciſ.* 121. *num.* 7. *&* 15. Præſ. Amat. *conſ.* 14. *num.* 5. vbi in puncto principali defendit, per mortem vſufructuarij Releuium non deberi, Conſil. Marcian. *conſ.* 34. *n.* 8. Dom. Reg. Capyc. Latro *deciſ.* 92. *num.* 3. & Alij ſine contradictore.

Hæc ſi vera ſunt, ſicut pro veriſſimis ſuppoſuimus, 9
in caſu propoſito ſequitur certè dicendum, nullo ſuadente iure, poſſe Regium Fiſcum Releuium prætendere per mortem ſequutam vnius, qui feudi dominium propter defectum aſſenſus nunquam acquiſiuit, nec defuncti hæres pro inueſtitura inſtat; etenim dubitari non poteſt, contractū illum emptionis feudi à defuncto emptore factum, ex vulgatis iuribus in *c. Imperialem*, & in *Conſtit. Conſtitutionem Diuæ memoriæ*, fuiſſe, & eſſe nullum. Idquè adeò verum, vt ſtante morte, quæ ſuperuenit, emptoris, de cætero conualidari non poſſit, adhùc ſi hæredis conſenſus per nouum contractum cum venditore celebratum; & aſſenſus ſuper illo ſuperuenirent, quia quando hæc concurrerent, dominium acquireret hæres ex perſona propria, non autem ex perſona Patris, ſicquè nullatenus dici poſſet feudum illud repertum in
hæreditate defuncti. Et ea eſt vulgata ratio; quia aſ- 10
ſenſus non operatur, niſi ex nunc, non vt ex tunc, ita ſatis benè probat Dom. Reg. Rouit. *in prag.* 1. *num.* 18. *de fide memorial.* vbi *n.* 39. addit, dominium illud feudi, quod poſt factam venditionem pendente impetratione aſſenſus erat in ſuſpenſo, ſequuta morte emptoris adeò penès venditorem radicatum remanere, vt abſque nouo contractu ab eo euelli non poſſit, etiam nulla facta reuocatione; quid autem dicemus, prout in caſu propoſito, quando acceſſit hæredis emptoris reuocatio, per quam funditùs contractus remanet nullus, ac prorſus inualidus?

Et nè ferè indiuiduali rerum iudicatarum autho- 11
ritate careamus, Dico, ſic fuiſſe per Regiam Cameram deciſum in cauſa Regij Fiſci cum Comite Policaſtri, nam cùm Comes Terram Marianellæ Fabritio Caraffa vendidiſſet, Regio aſſenſu per verbum *fiat* impetrato, ſuperuenit mors Comitis venditoris, quæ reſpectu Terræ prædictæ intra annum, & diem, Regiæ Curiæ per hæredem denunciata non fuit, quòd proindè Fiſcus duplicatum petierat Releuium, ea quidèm ratione, quia tempore mortis Comitis venditoris dominium penes ipſum remanſerat: nam aſſenſus, qui per verbum *fiat* impetratus extiterat, euanuerat, ex quo infra tempus præſcriptum in forma Regiæ Cancellariæ redactus non fuerat.

Et

Et quamuis pro parte hæredis multa allegarentur,& principaliter, quia nulla eius accedente culpa denunciatio facta non erat ex quo mortis tempore Comes Terram non poſſidebat ; tandèm fuit condemnatus ad ſimplum Releuium , & Fabritius emptor ad illi ſoluendum , quicquid Regiæ Curiæ ſolueretur in caſu , quo voluiſſet Terram retinere,ſic atteſtante Io.Vincentio de Anna *loco cit.*

Habes igitur ex hac deciſione , feudo vendito ſine aſſenſu, Releuium exigi per mortem venditoris, in cuius perſona reſidet dominium ; non autem emptoris, per cuius mortem tunc demùm ab eius hærede exigeretur , ſi eſſet expeditus aſſenſus per verbum,*fiat*.è viuiſquè decederet infra biennium conceſſum ad expediendum in forma Regiæ Cancellariæ ,quia tunc dominium dicitur perfectè in emptorem ipſum tranſlatum,& per conſequens ad eius legitimum ſucceſſorem Releuij ſolutio ſpectat:videatur omninò Dom. Reg. Tap. *in cit. Conſtit. poſt mortem , num.*21.*in fin.* ſic atteſtans ex deciſionibus ma-
12 nuſcriptis Regiæ Cameræ penes D. Montaluum : in terminis autem terminantibus, nimirùm quòd nullo pacto poſſit Fiſcus prætendere Releuium , quoties tempore mortis illius , qui feudum emit,aſſenſus impetratus non reperitur, decreuit Regia Camera in cauſa Regij Fiſci cum Marchione Circhiatiæ, teſte Dom. Reg. de Ponte *conſ.*5.*num.*101. *lib.*1. ſub illis verbis ; *Et hic caſus fuit deciſus per Regiam Cameram inter Regium Fiſcum , & eundem Marchionem Circhiariæ , dum eius pater emeret à Duce Montis Alti Comitatum Belcaſtri , fuitquè poſtmodum per illius mortem petitum Releuium per Fiſcum , & tandem fuit iudicatum non deberi ; ex eo,quia Marchio ſucceſſor allegabat defectum aſſenſus , quia Terra erat Titulo decorata , ob quod aſſenſus Proregis , qui adducebatur , non erat ſufficiens ad tranſlationem dominij,ex defectu poteſtatis , &c.* Vndè pro opinione noſtra indiuidualem babemus deciſionem , quòd ad hoc vt ſit locus ſolutioni Releuij per mortem emptoris feudi , neceſſe eſt , vt ſuper contractu inito per emptorem defunctum Regius ſit impetratus aſſenſus . qui eſt cauſa tranſlationis dominij , eòque non impetrato ,ſicut non ſit locus ſolutioni Releuij,ita paritèr (vt ſecundum reſoluatur dubium) nec deuolutioni,ſuccedente demum morte huius hæredis abſque legitimo in feudis ſucceſſore.

13 Nec his omnibus obſtat ; ſi quis articulo non deguſtato opponeret,defectum aſſenſus in caſu propoſito Fiſco obeſſe non poſſe ,ex quo aliàs per Iudices Rebellium deciſum comperimus , non poſſe Fiſcum excludi , quin feudum ad ipſum deuoluatur per rebellionem illius , qui feudum ſine Regio aſſenſu tenebat,ea quidèm ratione , quia *Conſt.Conſtitutionem Diuæ memoriæ* , in damnum Domini non operatur : quam quidem deciſionem impugnatiuè refert Minad. *in Conſt. In aliquibus , in* 5.*notab.num.*8. Etenim reſpondetur,determinationem illam proceſſiſſe contraregulas Artis, & vt benè aduertit Minadous contra opinionem Andr.*in cap.*1.§.*donare,in tit.qual.olim pote. feud. alien.* dum dicit, quòd adulantes Fiſco dicunt,illam *Conſtitutionem*,Fiſcum non ligare; & ipſe reſpondit , *Patere legem , quam tu ipſe tuleris :* vndè meritò inſignis Feudiſta *R.de Pont.*omni dubio procul animaduertit , malè fuiſſe per Iudices illos Rebellium iudicatum,*in tract.de poteſt.Proreg.de Refut. feud.* §.2. *num.* 11. 12.& 13.conſiderans , quòd aut Fiſcus vult iure proprio venire ; & nullum habet, quia ſiuè ex contractu reſoluto ſuccedere velit , ſiue ex lege feudi propter delictum commiſſum , ſi non reperit dominium feudi in morte emptoris , nullum poterit prætendere ius:Idemquè ſi emptoris perſonam repræſentare velit , quia ſicut contractus nullitas cum illo eſſet indubitata , & reuocatio vigore *Conſtitutionis* procederet , ita etiam cum ipſo. Et ad oppoſitionem , quæ fiebat , nimirùm vt *Conſtitutio* prædicta contra Fiſcum operari non debeat , Reſpondet *Dom. Reg.* reuocationem per *Conſtitutionem* in fauorem Partium alienantium inductam eſſe , & contra Fiſcum , qui aliàs ex alienatione ſine aſſenſu facta feudum acquirebat, & in caſu , de quo agitur, reuocatio exercetur aduerſus contractum cum Tertio factum , non autem cum Fiſco ; quamuis ad finem vt Fiſcus non præueniat.Sicquè concludit,quòd dum ex contractu nullo propter defectum aſſenſus dominium in emporem nunquam fuit tranſlatum, Fiſcus nil prætendere poterit,ex quo nil reperit poſt mortem emptoris , in quo ſuccedere poſſit ; & dum ipſe non contraxit,non poteſt dici, quòd aſſenſit ſibi ipſi;& ſi poſt mortem aſſentire vellet, res non eſt integra,& aſſentiendo, diceretur , ſuper contractu defuncti aſſentire,non autem ſuo ; in quo quidèm contractu defuncti neceſſarius eſt explicitus aſſenſus, ex quo tacitus nunquam interceſſit , quia non contraxit,nec alienationis habuit notitiam.

Vlteriùs deciſioni per Iudices Rebellium factæ 14
reſpondeo Ego,quòd ad rem,de qua agimus,non applicatur : Etenim in caſu *illius deciſionis* emptor ante commiſſam rebellionem emptionis contractum aſſenſu carentem non reuocauerat, ac proindè dicebatur,eſſe ei imputandùm , cur ante caſum, reuocationem non fecerat : vndè præſupponebatur , quòd ſi reuocatio in medium ſe obtuliſſet , nullam poterat Fiſcus prætendere deuolutionem : In caſu , de quo nos agimus , antequam prætenſa contingeret deuolutio , duplex contigit reuocatio , legis nimirùm, & hominis ; legis ſtante morte emptoris, legitimo hærede ſibi ſuperſtite , ob cuius quidèm emptoris mortem contractus remanſit penitùs nullus , ex quo de
cætero ſupremi Domini aſſenſus impetrari non po- 15
terat , abſque nouo legitimi hæredis conſenſu , vel approbatiuo , iuxta Afflicti ſententiam in *cap. Imperialem,n.*21.*de probib.feud.alien.per Feder.* poſt Parid. quem non allegat, in *tract. de reintegr. feudorum,in quaeſt.*273.*num.*4.*fol.mihi* 267. quibus adſtipulantur Gizzarell. *deciſ.*2.*num.*14. & Piæſ. Lanar. *in addit. ad patruum,in repet. cap.*1. *num.*8. *in tit.ſi vaſall.feud. priuet.* vel diſpoſitiuo per nouum contractum,iuxta ea,quæ exarat Reg.Rouitus *in pragm.prima, num.*15. *de fide memorial.* cuius tamen ſententia circà hoc nunquam mihi placuit,dum ſemper putaui cum *Paride,& Afflicto* ſat eſſe conſenſum approbatiuum. Superuenerat etiam , & tollebatur omnis difficultas, hominis.& ſic expreſſa ipſius hæredis reuocatio,hic enim priùs quam è viuis abſque legitimo in feudis ſucceſſore deceſſiſſet,publico mediante inſtrumento contractum ab eius patre , ſine Regis aſſenſu celebratum reuocauerat , & ſeruata ad vnguem forma, de qua *in pragm.*11.*num.*75.*de offic. Iud.in nouiſſ.compilat.* Quibus ſic ſtantibus Iudicum Rebellium deciſio , vltra quòd in caſu ſuo expreſſam continet erroneitatem , quando impertinentèr aſſerere vellemus , proceſſiſſe per regulas artis , ad caſum, de quo nos agimus,non applicatur.

Quarè ex his omnibus ſic breuitèr ponderatis conſtat enixè,ſententiam noſtram ratione,& authoritate fulciri , ac proindè ab illa nullo pacto , nequè conſulendo , nequè in iudicando recedi poſſe exiſtimo,ſub correctione tamen meliùs ſentientis.

SVMMA

SVMMARIVM.

1 *Releuium debetur Regi per mortem feudatarij, & eſt medietas fructuum vnius anni, ſed an illius, quo feudatarius moritur, num.* 3.

2 *Releuium dum liquidatur num ſit habenda ratio tantum ad naturales fructus, vel etiam ad illos, qui ex induſtria feudatarij percepti ſunt, & n.* 9. *&* 10.

4 *Releuium an dicatur onus feudi, & numer.* 8.

5 *Releuium debetur pro inueſtitura obtinenda.*

6 *Releuium non ſoluitur in fructibus, ſed in illorum valore, & n.* 7.

11 *Pœnæ, & prouentus non veniunt in liquidatione Releuij.*

ARGVMENTVM.

Releuium, quod per mortem feudatarij ab illius hærede Domino Regi in hoc Regno ſoluitur, dum liquidatur, nùm ſit habenda ratio tantùm ad fructus naturales, qui ex feudo in anno mortis percepti ſunt, vel etiam ad illos, qui ex feudatarij defuncti induſtria collecti ſunt? & de aliis ad materiam.

CAPVT CLXXXIII.

1 RELEVIVM, eſt certum in Regno, mortuo feudatario, deberi Domino noſtro Regi; illudque per ſucceſſorem in feudo præſtandum, quod ad medietatem fructuum vnius anni, qui ex illo feudo percipiuntur, aſcendit.

2 Sed aliàs dubitari contigit, ſi vtilis Dominus, vt ex feudo ſuo vberiores perciperet fructus, illud (vt ſolebat) non locauit, ſed pro ſe coluit, num eo mortuo debeatur Releuium, & ſic medietas fructuum, habito reſpectu ad veros, & naturales fructus ex feudo prouenientes, & ex natura rei, vt puta quod ab aliis potuiſſet percipere feudatarius, vel potiùs habito reſpectu ad integros fructus prouenientes, tam ex natura rei, quàm ex induſtria, & cura ipſius qui coluit?

3 Reſpondeo, omiſſa quæſtione illa, an pro Releuio debeatur medietas fructuum vnius anni, vel potiùs illius, quo feudatarius moritur, de qua latè per Loffred. *in ſua paraphraſ.* ad Andr. *in cap.* 1. *§. ſed & res. per quos fiat inueſtit.* & poſt eum Frecc. *de ſubfeud.*
4 *in* 3. *author. Baron.* illud verum eſt, quòd Releuium non dicitur onus feudi, nec in eo ineſt, immò eſt quædam præſtatio extrinſeca à feudo, ex conſuetudine inducta; ita Andr. *in d. §. ſed & res, numer.* 11. quem omnes ſequuntur, ſignantèr Loffred. *ibi, in verſ. nec obſtat tertia ratio, quòd eſt penitùs ſeparatum à feudo*, & Frecc. *loco cit.* quòd eſt præſtatio perſonalis debita à ſucceſſore feudi, non autem à feudo.
Inſuper Releuium non debetur reſpectu fructuum, 5
ſed debetur pro obtinenda inueſtitura, & confirmatione feudi a Domino directo in perſonam ſucceſſoris in feudo, Loffred. *loco cit. verſ. comprobatur hoc, fol. mihi* 10. *col.* 4. *in fine*, & *fol.* 21. *in princip. col.* 2. *verſ. nec obſtat tertia ratio*, quod probat text. *in Conſt. Poſt mortem, in fine*, ibi, *recepto aliquo releuio, vt eſt moris pro aſſignanda poſſeſſione Terræ conceſſæ*. & Gloſ. Pariſ. §. 1. *gloſ.* 1. *num.* 49. in propriis terminis Releuij dicit, huiuſmodi releuamenta deberi in quoddam præmium renouationis inueſtituræ, nec ab illa tenetur vaſallus, niſi Dominus eum inueſtiat, quoniam reciproca eſt obligatio.

Præterea Releuium non ſoluitur propriè de fru- 6
ctibus, vt ſic debeatur medietas illorum fructuum in feudo naſcentium, ſed debetur medietas valoris fructuum feudi, & proindè hæres non eſt debitor certæ ſpeciei, ſcilicèt medietatis illorum fructuum, ſed eſt debitor in genere, videlicèt valoris illorum fructuum, pro medietate æſtimandorum, vt per Andr. *in d. Conſt. Poſt mortem*, dum dicit, quòd in feudo nouo inſpicitur regeſtrum, vt ſi ſit datum pro viginti, ſoluantur decem pro Releuio; ſed ſi eſt feudum antiquum, Curia inquirit de valore feudi, & recipit medietatem valoris inuenti per inquiſitionem: Illud idem dixit in *cap. ſancimus, col.* 4. *in fine, in tit. quo temp. mil.* vbi quòd in Regno Siciliæ Rex inquirit, ſi eſt filius, ſi habet fratres, ſi Francus, vel Longobardus, ſi ſit fidelis, & tandèm de valore Terræ propter Releuium: Idem dixit in *cap. fin. de feud. cognit.* dicens, patet in Regno Siciliæ, vbi denunciatione mortis facta, inquiritur inter alia de valore feudi propter Releuium. Idem dicit Andr. *in §. ſimilitèr, de capit. Corrad. ante prim. addit.* & ſic
Andr. apertè tenet, pro Releuio deberi medietatem 7
valoris fructuum, non autem medietatem fructuum: quod ſequitur, & declarat Loffred. *in d. §. ſed & res, fol. mihi* 20. *col.* 4. *& fol.* 21. *verſ. nec ſimilitèr obſtat quarta ratio:* ſubdens, quòd nedum hæres non dicitur debitor certæ ſpeciei, ſed nec etiam eſt debitor in genere reſpectu certæ ſpeciei fructuum, ſed pro inueſtitura habenda, vt *ſuprà* firmatum eſt; & quòd ita eſt in vſu, & ex conſuetudine ſic interpretatum.

Si ergò Releuium non eſt onus feudi nec in eo 8
ineſt, quinimmò eſt præſtatio extrinſeca penitùs ſeparata à feudo, ex conſuetudine inducta, debita à ſucceſſore feudi, non à feudo, & debetur pro habenda inueſtitura, & confirmatione feudi, & non debetur reſpectu fructuum, ſed in præmium renouationis inueſtituræ, nec propriè ſoluitur de fructibus, ſed ſoluitur medietas eorum valoris, dum de va-
lore inquiritur eſt facienda æſtimatio redituum 9
prouenientium verè, & ſimplicitèr ex feudo, ex ipſorum natura, non autem reditus prouenientis ex feudo, ex facto tamen feudatarij, eius induſtria, & diligentia: ac proindè dicamus, deberi medietatem fructuum naturalium, non autem induſtrialium, in quibus operatur plus induſtria hominis, quam natura rei: ad tradita per Bart. & alios *in l. in fundo, ff. de rei vendic.* ad quod facit text. *in l. fructus percipiendo, ff. de vſur.* vbi ſuos facit illos tantùm, quos ſuis operibus acquiſiuerit, veluti ſerendo, &c. & *in fine*, ibi, *quia non ex facto eius fructus naſcitur*, ex text. *in §. ſi quis à non domino, Inſtit. de rer. diuiſ.* dum diſponit, quòd bonæ fidei poſſeſſor facit fructus ſuos, dicit, *fructus, quos percipit, eius eſſe pro culturæ*, & *ibi* Gloſ. declarans illa verba ſubdit, *pro cultura, vt ſeges, pro cura, vt lac, & lana*; Et conſuetudo, quæ introdu-
xit Releuium, reſpexit valorem fructuum natura- 10
lium

lium feudi, qui propriè dicuntur fructus rei; & non, induſtrialium, qui principaliter proueniunt ex induſtria, & facto hominis: & quòd hoc ſit verum, vide-
13 mus, quòd etſi pœnæ, ſeu mulctæ, & prouentus, ſint fructus iuriſdictionis, vt per Bart. & alios *in l. fin. ff. ſolut. matr.* & Andr. *in cap.1. §. quia verò, in tit. quis dicat. Dux, vel March.* non tamen computantur inter fructus feudi, ex quibus debeatur Releuium, vt ait Frecc. *in 3. author. Baron. quæſt. fin.* Anna *in reper. cap.1. de vaſall. decrep. ætat. num.* 152. & nouiſſimè Reg. Conſtant. *in l.1. n.68. Cod. pœn. fiſcal. cred. præfer.* idquè non ex alio, niſi quia ex facto hominis procedunt, & ſunt incerti, vt latiùs per prædictos.

SVMMARIVM.

1 *Pœna pecuniaria in anno mortis feudatarÿ percepti an veniant in liquidatione Releuÿ, & admiſſa negatiua ſententia, quid ſi Terra alicui locata reperitur: n.2.3. & 4.*
5 *Expenſæ erogatæ in meliorando feudum an deducantur in liquidatione Releuÿ.*
6 *Feudo ad Dominum reuerſo, ſunt hæredi vaſalli ſoluendæ meliorationes, & n.7.*
8 *Releuÿ præſtatio conſuetudine inducta eſt.*
9 *Releuium an ſit onus feudi.*

ARGVMENTVM.

Releuij in liquidatione nùm deducantur pœnæ pecuniariæ, ſiue prouentus iuriſdictionis criminalis, in anno mortis feudatarij percepti, ſi eo anno feudum cum iuriſdictione, & vaſallis locatum reperiretur, prout deducerentur, ſi in defuncti Baronis domanio extitiſſet. Fundo feudali meliorato, an in liquidatione Releuij ſit facienda deductio ab introitibus illius fundi pro rata meliorationum factarum.

CAPVT CLXXXIV.

1 RELEVIVM, quòd Regiæ Curiæ ob feudatarij mortem debetur, cùm in ipſius liquidatione aliàs in Regia Camera dubitatum eſſet, an venirent pœnæ pecuniariæ, ſiue prouentus iuriſdictionis criminalis, in anno mortis percepti? negatiuè reſolutum fuit; ea quidèm ratione, quia deſeruiunt pro ſalario Officialium, expenſis Familiæ Baronalis Curiæ, & pro cuſtodia carcerum; ita D. Reg. Moles *dec.9. in meis, tit. de iur. Releuij*, Frecc. *de ſubfeud. lib.2. in 3. author. numer.43.* D. Reg. Conſtant. *in l.1. num.67. Cod. pœnis fiſcal. cred. præfer. lib.10.* Capan. *in tract. de iure Releu. par.4. q.2. num.13. & ſeq.* Ego ipſe *c.84. n.4. hoc lib.*

2 Sed dubitatur vtilitèr, an hæc concluſio procedat, quando Terra, ſiuè Caſtrum in anno mortis feudatarij alteri locata, vel locatum reperiretur, vt nimium in fructuum illius anni liquidatione deducantur ſimilitèr pœnæ pecuniariæ, & prouentus, prout deducerentur, ſi locatio facta non eſſet? Partem affirmatiuam aliqui inſequebantur, eâ quidèm ratione, cùm ex dictis per DD. modò citatos, hæc deductio fit, adhuc ſi Baro ſalarium Officialibus ſoluit, nec expenſas pro Familia, & carcerum cuſtodia erogat, ex eo, quòd aliquibus in locis fiunt expenſæ hæ ab ipſis Vniuerſitatibus, vndè dicebatur, quòd ſi deducuntur prouentus, adhùc ſi non erogantur in cauſas prædictas, ergò & eodem modo, quando feudum cum iuriſdictione, & vaſallis alteri locatum reperitur, quo caſu nec Baro Officialibus ſoluit ſalarium, nec alias pro Familia, & cuſtodia carcerum erogat expenſas.

Cæterùm contrarium per Regiam Cameram iudicatum, & ſeruatum inueni in quibuſdam manuſcriptis *Domini Iulij Cæſaris Minadoi*, eiuſdem Regiæ Cameræ Præſidentis, & per hæc, quæ ſequuntur verba, propria eius manu ſcripta. 3

In liquidatione Releuij, quando Caſtrum eſt affictatum cum iuriſdictione, non detrahitur aliquid pro iuriſdictione, licèt aliàs quando eſt in domanium, non debetur Releuium ex prouentibus, cùm cedant pro ſalario Officialis, & eſt quid incertum: & ratio diuerſitatis eſt, quia, quando ſunt affictati, eſt corpus certum, ſicuti fructus bamlationis, ſunt enim prouentus, ſed quia affictantur, faciunt corpus introituum feudalium certum; ideò ſoluitur Releuium, ſicuti & portulania, & ius ponderum, & menſurarum, cuius introitus ſunt pœnæ, & tamen quia affictantur, & exigitur ab Affictatore quantitas certa, ſoluitur Releuium: ita pluriès fuiſſe iudicatum vidimus, & ſic paſſim obſeruatur. Hæc ille vir doctiſſimus Præſidens *Minadous.* 4

Qui demùm alia in materia inueſtigans, quærit elegantèr, quid ſi Baro in ſolo, & aqua feudali molendinum conſtruxerit, an eo mortuo, in liquidatione releuij ſit facienda deductio ab introitibus illius molendini pro rata meliorationum factarum? Ratio dubitandi in partem affirmantem ea fuit, quia quando feudum ob lineam finitam reuertitur ad Dominum, ſi reperiretur, defunctum feudatarium, vel eius prædeceſſores molendinum in fundo feudali conſtruxiſſe, tenebitur Dominus expenſas in ea conſtructione factas hæredi in allodio ſoluere; ad text. *in c.1. §. ſi vaſallus, hic finit. lex*, ſi tenetur, ergò pro ea rata, quæ colligitur ex illius expenſis, ſiue meliorationibus, in liquidatione Releuij eſt facienda deductio; cæterùm contrarium per Regiam Cameram Dominus iſte Præſidens, deciſum fuiſſe refert, & per hæc notabilia verba. 5 6

Expenſæ factæ in conſtruendis molendinis, barcheriis, carteriis, & ſimilibus à Barone in ſolo, & aqua feudali, aperto feudo deducuntur, & ſoluuntur hæredibus in burgenſaticis: per text in c.1. §. ſi vaſallus, hic finitur lex & ibi Andr. fuit dubitatum in Regia Camera, an ſimilitèr in Releuio eſſet facienda deductio ab introitibus iſtorum molendinorum pro rata meliorationum, fuit deciſum, quòd non; nam iure non cauetur hoc, in Releuio, nec vnquam fuit practicatum, ſed in Releuio attenditur conſuetudo, vt in Conſtit. Poſt mortem, & ibi Aff. Andr. in c.1. §. ſed & res. per quos fiat inueſtit. Bal. in cap. quæ in Eccleſiarum, de conſtit. vbi dicit, præſtationem iſtam eſſe conſuetudine introductam. Frecc de ſubfeud, in 3. author. Baron. & Andr. dixit, ex improbo more Releuia deberi in c.1. de cap. Corradi, ergò ſi verò expenſæ eſſent factæ in illo anno mortis tunc ſecus, nam admitteretur deductio, ſicuti aliæ expenſæ; vt per Aff. in d. §. ſed & res. in fine, & per Frecc. in d. 3. author. Alia eſt ratio, quando 7 8

deuoluitur, quia tunc ſit diuiſiò hæreditatum allodialium, & feudalium, ſed in Releuio non datur iſta diuiſio,
9 *quia ſoluit Baro inueſtituram, ideò dicit, quod Releuium non ſit onus feudi, ſed feudatarij; vt per DD. ſupra adductos.*

SVMMARIVM.

1 *Religioſus profeſſus in Religione incapaci ſi fecerit tranſitum in capace, recuperat bona, quæ ante ingreſſum poſſidebat, & n. 3.*
Et quæ ſit ratio, n. 4.
Et idem in Monacho effecto Epiſcopo, n. 5.
2 *Bannitus à Principe reſtitutus recuperat bona.*
6 *Deciſio Almi Collegij Neapolitani ad quæſtionem refertur.*
7 *Religioſus ſi de monaſterio in quo profeſſionem emiſit, ad aliud tranſierit, num cum ipſo Religioſo tranſlato ipſius quoquè bona tranſeant? Et quid ſi tranſierit de vna Religione ad aliam.*

ARGVMENTVM.

Religioſus in Religione incapaci profeſſus, & ad aliam capacem tranſlatus, vel ad Epiſcopalem dignitatem aſſumptus, nùm recuperet bona, quæ ante ingreſſum in ſeculo poſſidebat, vel quæ poſt profeſſionem ei delata fuerunt, ſed proximioribus quæſita. Neapolitanus in Collegio Doctorum doctoratus, ſi Religioſus efficiatur, & demum ſenectute confectus ad Epiſcopalem dignitatem ſit promotus, nùm recuperet in Collegio illum locum ab alio occupatum, qui tempore, quo in Religione viuebat, vacauit. Religioſus ſi de vna Religione ad aliam tranſitum fecerit, nùm cum ipſo Religioſo tranſlato ipſius quoquè bona tranſeant? & de aliis notabilibus.

CAPVT CLXXXV.

1 RELIGIOSVS profeſſus in Religione incapaci, ſi ex Supremi Paſtoris diſpenſatione in Religionem capacem tranſitum fecerit, dubitarunt *Doctores*, an recuperet bona, quæ ante ingreſſum, & emiſſam profeſſionem in ſeculo poſſidebat, vel ei poſt profeſſionem delata fuerunt, & ipſius proximioribus acquiſita?

Et negatiuè reſpondendum videtur, ſi aſſentiendum eſt dictis per Bar. *in tract. Minoricar. lib. 4. c. 2.* allegando text. *in l. 1.* & *in l. Tutor, C. de ſentent. paſſ.*

Sed in vna facti contingentia contrariam amplexus fui ſententiam, ex ſequentibus: Etenim certum eſt, quod in hoc caſu ex vi obtentæ diſpenſationis, cauſa ad non cauſam deducitur, & habetur, ac ſi nunquam talis Religioſus in Religione incapaci profeſſus fuiſſet, & proindè bona aliis quæſita recuperabit, vt in fortioribus terminis de bannito à Principe 2
plenariè reſtituto concludunt Bald. *in l. fin. num. 6. verſ. ex prædictis, C. de ſenten. paſſis*, ibiquè Fulgoſ. *n. 12.* idem Bald. *in l. ſi pater filiam, ff. de adoption.* Iacob. de Beluiſ. *in l. fallacitèr, C. de abolition.* Caſtrenſ. *in l. intercedit, ff. de condit. & demonſtrat.* Crot. *in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, n.* 118. vbi etiam Ruin. *n.* 181. & Fortun. Garſ. *n.* 132. *ff. de liber. & poſth.* Felin. qui de communi teſtatur in *cap. inter quatuor, n. 4. de maior. & obedient.* Natt. *conſ.* 470. *n.* 21. admonens, ab hac opinione 3
neque iudicando, neque conſulendo eſſe recedendum, D. Præſ. de Franch. *deciſ.* 213. *à n.* 39. Rot. *deciſ. 37. n. 9.* aliiquè plures hanc firmarunt ſententiam, quos ſequendo congerit Sforza *in tract. de reſtit. in integr. part. 2. q. 99. art. 10. n. 74.* Et ſub *n. 94. & ſeqq.* concluſionem hanc ampliat, etiam ſi talia bona ex cauſa fideicommiſſi, vel vulgaris ſubſtitutionis purificatæ propter incapacitatis caſum, eſſent fratribus, vel aliis agnatis quæſita, vt per reſtitutionem ea recuperet, ita & talitèr, ac ſi nunquam agnatis quæſita fuiſſent; ea ratione, quia quando ius competit 4
alicui, ex ſolo impedimento, vel inhabilitate alterius, ſi inhabilis à Principe habilitetur, ſiue reſtituatur, poteſt etiam in Tertij præiudicium, inhabilitate iam ceſſante, quod ſuum erat, recuperare, Alban. *in addition. ad Bar. in l. ſed ſi mors, n. 7. C. de donat. inter vir. & vxor.*

Et licèt Doctores prædicti in bannito à Principe reſtituto verba faciant, idem tamen in Religioſo locum ſibi vendicat, ad Religionem capacem per Summum Pontificem habilitato, ita vt ſtatim velle, & nolle recupèret, vt poſt *Bal. Iaſ.* & alios, quos congerit, fundat latiſſimè Molfeſ. *conſ. 1. n.* 21. & quaſi à mortuis reſurgens bona recuperabit, ea ab hæredibus, quibus erant quæſita, auferendo; vt poſt Gloſ. *in l. nam ſeruus, ff. de action. & obligat.* & in *l. nam & ea, ff. de legibus*, ibiquè Rainer. Guliel. de Cuneo, & Bald. docuit Abb. *in c. fraternitatis, n. 22. de frigid. & malefic.* Io. de Plat. *Inſtit. de cap. diminut. n. 6.* & Alij quos refert, & ſequitur Sforza *d. par. 2. art. 1. n. 4.* & in puncto Io. Andr. Hoſt. & Abb. *in c. quod ad te, de cler. coniug.* & omnium notabiliſſimè P. Molfeſ. *cit. conſ. 1. n. 23.* & *ſeq.* qui *per totum conſ.* de Monacho effecto Epiſcopo 5
clariſſimis rationibus defendit, quòd poſſit reſcindere renunciationem ante Religionis ingreſſum, ad ſuorum beneficium factam, & bona illis quæſita recuperare; quod etiam nouiſſimè pluribus mediis probauit Epiſcopus Genuenſ. *in practicab. Eccleſ. q. 262. per totam*: Sed in hoc, contrarium determinaſſe S.C. teſtatur Rouit. *dec.* 10.

Et cùm in currenti anno 1626. fortior caſus con- 6
tigiſſet in Almo Doctorum Collegio huius noſtræ Ciuitatis, de quodam Clerico Regulari Theatinæ Religionis, ſenectute confecto, ad Epiſcopalem dignitatem aſſumpto, prætendente, Almi Collegij honoribus, & emolumentis illum gaudere debere, & in illum locum ſubintrare, qui tempore, quo in Religione viuebat, vacauit, iam per alium occupatum, ſic per Dominos Doctores de Collegio ad Epiſcopi fauorem fuit deciſum.

Non obſtat *Bar.* opinio pro contraria ſententia adducta; cùm iura, quæ allegat, potiùs noſtram firment ſententiam, dum diſponunt, pleniſſimam reſtitutionem operari quoad omnia: & licèt aliqui diſtinguant, ſi bona fuerint alienata, vel non, vt

refere;

refert Apoſtil.ad Gloſ. *in d.l.1. Cod.de ſentent. paſſ.* tamen, vt *ſupra* probauimus, communis, & recepta eſt Doctorum opinio, à Principe reſtitutum bona aliis quæſita recuperare, etiam ſi fideicommiſſi vigore in caſu incapacitatis, vel delicti, illa acquiſiuiſſet.

7 Sed hic ſatis ad rem, de qua egimus, dubitari poteſt, ſi, quis Religioſus de vno Monaſterio, in quo ſolemnem Profeſſionem emiſit, & cui bona ſua per Profeſſionem fuerunt quæſita, ad aliud eiuſdem Religionis ex Superiorum permiſſu tranſitum fecerit, ibi perpetuò permanſurus, nùm cum ipſo Religioſo tranſlato, ipſius quoque bona tranſeant. Hic caſus annis ſuperioribus in hac Ciuitate contigit: nam cùm aliquæ Moniales Venerabilis Monaſterij Sanctæ Mariæ Ægyptiacæ pro arctiori vita ducenda in aliam clauſuram ſe contuliſſent, dubitabatur, an dotes ipſi Monaſterio aſſignatæ, eſſent ſecundo Monaſterio reſtituendæ? ſuper qua quidem dubitatione D. Reg. Sanfelic. *ſuam* ſcripſit *deciſionem* in ordine 323. quam vide.

In articulo autem cuinam cedant bona Religioſi, qui de ſua Religione Apoſtolica authoritate ad aliam tranſitum fecit, Doctores ſatis variaſſe comperimus. Sunt enim qui exiſtimarunt remanere bona illa Religioni, in qua priore loco hic Religioſus profeſſus eſt: Alij autem contrarium cenſuerunt, vt videre eſt penes DD. relatos per Auguſtin. Barboſ. qui omnes collegit, *de Iure Eccleſiaſtico in tit. de tranſeuntibus ad Religionem, à num.* 91.

8 Placet tamen mihi ſententia illorum, quos citat D. Reg. Sanfelic. *loc. cit. n.* 11. vt proprietas remanere debeat in Dominio primæ Religionis, vſusfructus autem, durante vita Religioſi tranſlati, apud ſecundam: Sic enim loquitur. Alij tenuerunt, quando iuſtis de cauſis, & cum licentia ſui Prælati Profeſſus tranſit ad aliam Religionem, hoc ſanè caſu, ex communi Canoniſtarum, ſenſit Soc. Sen. *in conſ.* 2. *n.* 15. *lib.* 4. ex ſententia Calderini *in conſ.* 23. Bona huius tranſeuntis quoad proprietatem permanere debere apud primam Religionem, quoad verò vſumfructum, viuente Monacho, tranſire in ſecundum monaſterium, nè ſit eidem oneroſus. Eiuſdem opinionis ſunt Hoſtien. Imol. Specul. Butr. Corn. Caſtrenſ. Bald. Salycet. Petrus Peruſ. Syluester Florentin. quos refert, & viſus eſt probare Couarr. *de teſtam in cap.* 1. *colum. fin.* Refert Menoch. *de arbitrar. Iudic. lib.* 4. *q. caſ.* 436. *num.* 25. *verſ. quartus Caſus.* Et in hac videtur reſidere Franc. Emanuel Rodericus *quæſt. Regular. tom.* 2. *q.* 79. *art.* 112. Hæc ille.

SVMMARIVM.

1 *Remiſſio mercedis, vt propter ſterilitatem conductori fieri poßit, ad quam ſummam damnum conductoribus contingere debet, & num.* 2. *&* 3.

Et quid vbi renunciatum eſt & promiſſum quòd mercedis remiſſio peti non poßit, num. 4.

5 *Penſionis augmentum an locatori debeatur ob maximam fertilitatem.*

6 *Renunciatio caſuum fortuitorum quos caſus comprehendit, & n.* 7. 8. 9. *&* 10.

ARGVMENTVM.

Remiſſio mercedis, vt ob ſterilitatem à locatore conductori facienda ſit, ad quam ſummam damnum à conductoribus paſſum aſcendere debet. Penſionis augmentum nùm à conductore locatori faciendum ſit, propter maximam fertilitatem, quæ in fundo conducto accidit. Renunciatio caſuum fortuitorum an comprehendat inſolitos, & inopinatos? & de aliis.

CAPVT CLXXXVI.

REMISSIO mercedis, quæ ob ſterilitatem per locatorem conductori facienda eſt, anceps eſt quæſtio, ad quam ſummam damnum à conductoribus paſſum aſcendere debet, vt illa locum habeat? 1

Reſpondeo, quòd licèt in hoc variauerint Doctores, tam *in l. licèt, Cod. locat.* & in *l. ſi merces, §. vis maior, ff. eod.* quàm in *cap. propter ſterilitatem, extra. eod. tit. de locat.* adeò quòd nouem recenſentur opiniones ab Hieronym. Panteſchman. *variar. iur. quæſtion. lib.* 9. *quæſtion.* 1. Attamen circa damni quantitatem, quòd ſufficiat tertia parte minus recipere, quam communiter percipi conſueuit, voluerunt Hoſtienſ. & Abb. *in d. cap. propter ſterilitatem, numer.* 13. & quoad quartam partem voluit Alexand. *conſ.* 112. *lib.* 1. *in fine*, & quòd ſufficiat, ſi ſexta pars ſit deficiens, ſentit Bart. *in l. ſi ſocietatem, §. arbitrorum, ff. pro ſocio*, Rip. *in l. fin. Cod. de reuocand. donat. num.* 87. Cuman. *conſ.* 50. *num.* 3. Ruin. *conſ.* 51. *numer.* 1. Cephal. *conſ.* 207. *num.* 16. Alij vero, quando conductor remaneret læſus vltra dimidiam, habito reſpectu ad id, quod exigitur, deductis expenſis, vt per DD. quos citat, & ſequitur D. Reg. Galeot. *reſponſ. fiſcal.* 17. *num.* 46. & Ant. de Amat. *reſol.* 18. *n.* 20.

Magis tamen communis, & verior opinio eſt, ſecundum quam pluries in his Tribunalibus, ſignantèr in Regia Camera deciſum eſt, vt negotium Iudicis arbitrio committatur decidendum; vt per D. Reg. Reuert. *deciſ.* 509. Couarr. *pract. quæſt. cap.* 30. *verſ. aliis placet*, Sebaſtian. Medic. *in tract. de caſib. fortuit. part.* 2. *cap.* 3. *num.* 1. Boſſ. *in tract. de remiſſ. merced. num.* 12. Menoch. *de arbitr. iud. caſu* 76. *numer.* 3. Hieronym. Panteſchm. *loco cit. num.* 27. *&* 37. & Alij citati per Annam *conſ.* 64. *num.* 1. quæ omnia nedum in ſimplici conductore rei priuatæ locum habere dic, verum etiam & in conductore vectigalium; vt per Bart. *in l. cotem ferro, §. qui maximos, ff. de publican. & vectigal.* & in *ſua quæſt. incip. Publicanis*; & latè per Boſſ. *de remiſſ. merced. public. in princ.* & per Hieron. Panteſchm. *quæſt.* 18. *per totam*, qui infinitos allegat, quod procedet, etiam ſi cum iuramento fuiſſet renunciatum, & promiſſum de non petendo aliquod excomputum, ſiue remiſſionem; Ioſeph. Ludou. *commun. concluſ. concl. vnica, verſ. & quoniam altera opinio. in tit. de iur. emphyt.* Gomez. *var. reſol. lib.* 3. *c.* 3. *n.* 18. & Anna *conſ.* 64. *&* 65. 2 3 4

Ii 2 Quid

5 Quid autem dicendum è contra, an propter maximam fertilitatem penſionis augmentum faciendum ſit? Et in hoc erit reſpondendum, quòd ſi fertilitas conſiſtit in valore fructuum, quia longè plus valeant illo anno, quàm alio, tunc ſit augmentum, penſionis; & idem ſi fertilitas conſiſtit, non in valore pretij, ſed in abundantia, & in incremento fructuum; quia ex maxima bonitate, & proſperitate temporis, ac influentia elementorum magni fructus ſunt percepti, tunc enim omninò debet fieri augmentum penſionis: at ſi orta eſt fertilitas ex induſtria, & conductoris diligentia, vt quia ſollicitè laborauit, eo caſu non fieret penſionis augmentum: Gomez. *var. reſol. lib. 2. tit. de locat. c. 2. n.* 19. vbi infert ad doctrinam Bart. *in l. ſi merces, §. vis maior, ff. locat.* quod ſi quis conduxit molendinum, & alia vicina ſunt deſtructa aquarum impetu, debet fieri ad beneficium illius Domini penſionis augmentum: hoc idem Anchar. *in d. c. propter ſteril tatem, n.* 16. & Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 195. *n.* 13. *& ſeq.*

6 Hac ſumpta occaſione, cùm in omnibus contractibus locationis, & conductionis, ac ſimilibus, ad excompura, & alia excludenda, de communi conſuetudine fiat renunciatio caſuum fortuitorum; quæro quonam modo renunciatio iſta à Doctoribus intelligatur? Reſpondeo, intelligi eam de caſibus fortuitis ſolitis, & qui ſæpe contingere poſſunt; ſecus de inſolitis, & inopinatis; ita vt ſi quis in ſe ſuſceperit periculum caſus fortuiti, contingente demum inſolito, & inopinato, de illo nullatenus tenetur; ſic enim attenta diſpoſitione text. *in l. fiſtulas, §. frumenta,* & in *l. Seio. § Medico. ff. de annuis legat.* magis communiter tenuerunt Doctores, tam in *commentariis,* & *tractatibus,* quam in *conſiliis,* & *deciſionibus*; ſiquidèm.

7 In *Commentariis* affirmarunt Bart. *in l. ſed & ſi quis, §. quæſitum, in fine, verſ. vbicunquè dixi, ff. ſi quis caution.* ibiquè Conſiliar. de Butris *in addition. verſ. intellige dè ſol tis,* vbi teſtatur, ſecundùm *Bart.* doctrinam iudicaſſe Sacrum Conſilium Regni huius; idem Bar. *in d. §. Medico, n.* 4. Alber. de Roſ. *in d. §. frumenta,* Iaſ. *in d. §. quæſitum, num.* 13. Ant. de Butr. *in c.* 1. *extra. de commodat.* Felin. *in c. ſedes* 15. *n.* 3. *verſ. per iſtam regulam, de reſcript.* & alij.

8 In *Tractatibus,* Rip. *de priuileg. cōtrac. cauſ. peſt. n.* 97. *&* 98. Seb. Med. *de caſibus fortuit. par.* 1. *q.* 13. *n.* 10. Gomez. *var. reſol. tit. de locat. n.* 19. Gayl *pract. obſer. lib.* 2. *obſeru.* 23 *n.* 19. Bertaz. *in tr. de clauſ. fol. mihi* 113. *à ter. n.* 4. Caroc. *de locat. fol. mihi* 178. Cæuall. *comm. q.* 702. vbi *n.* 4. *&* 5. ſecundùm concluſionem *ſuprà* firmatam deciſum fuiſſe teſtatur, etiā ſi eſſet facta renunciatio caſuum opinatorum, & inopinatorum, Menoch. *tract. de arbitr. cent.* 1. *caſu* 80. vbi aliquos ex antiquioribus citans Doctores, qui concluſioni *ſuprà* firmatæ contradixerunt, *n.* 6. ex Corne. *conſ.* 121. *lib.* 4. diſtinguit, aliquos eſſe caſus ſic inſolitos, qui veriſimilitèr à prudenti viro cogitari non potuerunt, & hos excuſare ſuſcipientem in ſe caſus fortuitos, affirmat; ſicquè Bart. & ſequacium ſententiam procedere: aliquos verò eſſe caſus fortuitos inſolitos; ſed non ita inſolitos, vt à viro prudenti præuideri non poſſint; & hos nullatenus excuſare concludit, Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 5. *tit.* 8. *n.* 3. Seraphin. *de priuileg. iuram. priuileg.* 106. Mareſcot. *var. reſol. lib.* 2. *reſol.* 26. *n.* 4. *& ſeqq.* Stephan Gratian. *diſcept. forenſ. lib.* 1. *cap.* 195. *num.* 8. 9. 10. 11. *&* 12. vbi dicit, concluſionem in principio firmatam procedere, magiſque veram eſſe, quamuis fuerit promiſſum de omnibus caſibus, qui imaginari poſſint, & pro quacunque cauſa, quæ poſſet dici, vel excogitari, & quòd adſint verba apta includere caſus inopinatos, & maiores expreſſis.

9 In *Conſiliis,* Bald. *conſ.* 147. *num.* 2. *lib.* 3. Rube. Alex. *conſ.* 153. *in* 1. *dub.* vbi de molendinis tractat. Corne. *conſ.* 12. *n.* 4. *verſ. & ſecundùm hoc, lib.* 4. Ang. *conſ.* 174. & in *aliquibus Codicibus* 173. Alex. *conſ.* 18. *num.* 10. *lib.* 1. Crauet. *conſ.* 95. *n.* 12. Paril. *conſ.* 68. *n.* 24. *lib.* 1. Soc. *conſ.* 123. *vol.* 4. Petr. Cabal. *conſ.* 104. *n.* 11. *lib.* 2. Hippoly. Riminal. *conſ.* 637. *n.* 4. *&* 42. *lib.* 6. Alciat. *conſ.* 49. *n.* 1. *lib.* 8. Grat. *conſ.* 94. *n.* 42. *& ſeq. lib.* 2. Burſat. *conſ.* 81. *num.* 6. Neuiza. *conſ.* 91. *n.* 5. Alba. *conſ.* 1. *num.* 4.

In *Deciſionibus,* Rot. *deciſ.* 5. *de locat.* penes Mohedan. vbi *num.* 3. ex Socin. *loco cit.* dicit, per quaſcunque clauſulas nullo pacto venire caſum, de quo non eſt veroſimile Partes cogitaſſe; Rot. *dec.* 29. *lib.* 3. penes Puteum. Gamma *dec.* 394. *n.* 11. Magon. *dec. Forent.* 67. *n.* 15. Vrſil. ad Affl. *dec.* 51. *n.* 2. Surd. *dec.* 326. *n.* 52. vbi loquitur, etiam ſi inopinatis eſſet facta renunciatio; Rot. *in vna Ferrarien. ſ. affictus coram D. Buratto,* quam imprimi curauit Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 557. *tom.* 3. Anton. de Amat. *reſol.* 18. omninò videndus, Maſtril. *dec.* 299. *n.* 2. *& ſeq.*

SVMMARIVM.

1 *Remiſſio mercedis an facienda ſit conductori vectigalium impedito à locatore, quoad quantitatem non exactam; vel potius detur actio ad intereſſe? & n* 8. 9.

2 *Locationis contractus an reſoluatur quando rei locatæ ſubſtantia perimitur.*

3 *Remiſſio mercedis an concedenda ſit, quando Conductor paſſus eſt intolerabile dam ū. Et quo tempore peti debeat? n.* 4 *&* 6.

5 *Remiſſio mercedis ſi in anno ſterilitatis facta reperitur, ſuperueniente in annis ſequentibus vbertate, an quod pro remiſſione datum eſt, reſtituendum ſit.*

7 *Inſtrumenti rei locatæ exequutio, an impediatur, ſi conductor mercedis remiſſionem propter ſterilitatem vel aliam cauſam petierit.*

10 *Remiſſio mercedis eſt facienda, etiam ſi damnum facto Tertij conductori contigerit.*

11 *Factum Principis dicitur caſus fortuitus.*

ARGVMENTVM.

Remiſſio mercedis nùm conductoribus Gabellarum à locatore impeditis, facienda ſit quoad quantitatem non exactam, vel potius detur actio ad intereſſe ratione lucri ceſſantis? Et quid ſi impedimentum non culpa locatoris, ſed facto Tertij contigerit? Remiſſio mercedis, quando eſt locatio plurium annorum, an peti poſſit in illo anno quo ſterilitas contigit, vel potius in poſtremo locationis anno? & de aliis notabilibus ad materiam pertinentibus.

CAPVT

CAPVT CLXXXVII.

1 Remissio mercedis, num conductori, præſertim vectigalium, à locatore impedito, facienda ſit quoad quantitatem non exactam, vel potius detur actio ad intereſſe ratione lucri ceſſantis? dubitarunt Doctores: Pro cuius reſolutione præmittendum mihi eſt, in hac materia remiſſionis mercedis, conductorum fauore, tres caſus fuiſſe à DD. diſtinctos.

2 Primus eſt, quando perimitur ſubſtantia rei locatæ: de quo loquitur text. *in l. ex conducto* 16. §. 2. ibi, *ſed ſi ager terræ motu ita corruerit, vt nuſquam ſit, damno Domini eſſe: ff. locat.* & in hoc caſu communiter reſponderunt DD. contractum reſolui: ita antiquis relatis, probat Ægid. Boſſ. *in ſua prax. in tit. de remiſſion. merced. num.* 104. *per totum*: & nouiſſimè Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 534. *num.* 37.

3 Secundus eſt caſus, quando Conductor ſuper re locata paſſus fuit intolerabile damnum, vel propter peſtem, vel propter Bellum, vel propter ſterilitatem; & in hoc caſu, tam Iuris Ciuilis, quam Iuris Canonici diſpoſitione attenta, conductori remiſſio conceditur. De iure Ciuili ſunt iura *in l. ex conducto*, §. 1. *in l. ſi merces*, §. *vis maior*, & *in l. ſi vno ff. locat.* & *in l. licet, Codic. eod.* De iure Canonico, eſt tex. vulgatus

4 *in c. propter ſterilitatem, de locato.* Sed cum hac circunſtantia, vt ſi locatio eſt plurium annorum, & ſterilitas contingeret in ſecundo vel tertio anno, ſit locus mercedis remiſſioni; ſi tamen ſterilitas illius anni cum fertilitate præcedentium, vel ſubſequentium annorum compenſari non poſſet: quia ſi compenſari poteſt, remiſſio denegatur. Hinc Bald. *in d. l. licèt, num.* 15. dicebat, quod quando locatio eſt plurium annorum, debet confundi reditus annorum totius tẽporis locationis factæ: & ſi facta cõfuſione reſultat læſio vltra dimidiam, conceditur mercedis remiſſio. Idemque ſcripſerunt Molin. *de iuſtit. & iur. lib.* 2. *cap.* 24. *dub.* 2. *num.* 16. Caroc. *de locat. & conduct. in tit. de remiſſ. merced. quæſt.* 8. *num.* 46. de Ponte *conſ.* 137. *num.* 61.

5 Idquè adeò verum, quod ſi reperitur facta remiſſio in anno ſterilitatis, ſuperueniente demum vbertate in annis ſequentibus, quod pro remiſſione datum eſt, reſtitui debet: text. eſt *in l. ſi vno* 17. *ff. locat.* vndè meritò dixerunt DD. quod mercedis remiſſio peti non poſſit, niſi in poſtremo locationis anno; quia tunc conductoris iuſtitia verè noſcitur, & non ante: ita Borgn. Caualcan. *deciſ.* 28. *num.* 50. *par.* 2. Arim. Tepat. *de remiſſ. merced. tit.* 334. *par.* 2.

6 Papon. *arreſtor. lib.* 13. *tit.* 9. *arreſt.* 12. Ant. Fab. *diff.* 3. *C. locat.* vbi ſic loquitur: *Itaque non niſi finita locatione, omnibuſque annis præteritis, de mercedis remiſſione tractandum eſt*: & in *diff.* 35. *eod. tit.* ait: *Itaque fruſtra remiſſio petitur, quandiu ſpes eſt compenſari poſſe vnius anni ſterilitatem, cum ſequentium fertilitate.* Larrea *alleg.* 17. *num.* 21. ſub illis verbis: *Nec rectè in Conſilio Regalis Patrimonij audiri poterunt Gabellarij*

7 *vſquedum tempus conductionis finiatur &c.* Et interim inſtrumenti exequutionem impediri non poſſe, ſcripſerunt Rota *deciſ.* 11. poſt tractatum Sylueſt. Zacchiæ *de obligat. Cameral.* Molfeſ. *ad Conſuetud. Neap. tom.* 3. *tit. de locat. quæſt.* 23. *num.* 45. quò loci dixit, quod hæc exceptio altiorem requirit indaginem, & debet damnum aliundè probari: iſtóque iure vtimur in Regia Camera, in qua quoties à vectigalium conductoribus petitur mercedis remiſſio, datur terminus in cauſa, non impedita interim totali ſolutione.

Tertius eſt caſus dubij propoſiti, nimirum quando factо locatoris, vel etiam Tertij, conductor fuerit impeditus vtifrui re conducta? & in hoc, cum dubitatum eſſet an mercedis remiſſio facienda ſit quoad quantitatem non exactam, vel detur tantum actio ad intereſſe ratione lucri ceſſantis? vtrumque deberi à doctis Viris reſponſum fuiſſe comperimus: ex dictis per Bart. *in l. ſi vno*, §. *item cum quidam, ff. locat. in* 1. *membr. ſuæ dilucid.* D. Reg. Reuert. *deciſ.* 84. vbi multa obſeruaui, & per Ant. Fab. *diff.* 54. & *ſeq. C. locat.* 8

Quæ quidem concluſio ampliatur Primò, vt procedat etiamſi factum locatoris, ob quod impedimentum oritur, fuerit iuſtum: quia licet quoad ſe iuſtum ſit, attamen videtur eſſe in culpa quoad ſecum Contrahentem: ita notabiliter dixit Corne. *conſ.* 38. *lib.* 2. & *conſ.* 12. *lib.* 4. Alciat. *reſp.* 189. & Menoch. *conſ.* 55. *num.* 14. *lib.* 1. cenſetur enim locator promiſiſſe ſe nihil omiſſurum, propter quod impediatur vſus conductoris: Bald. *in cap. pen.* §. *ad hæc, de pace iuram. firm.*

Secundò ampliatur, quamuis prohibitio ſit Superioris, cum quo contractus initus fuit, ita notabiliter Burſat. *conſ.* 309. *lib.* 3. ibi enim agebatur de facto nedum iuſto, ſed neceſſario ob publicam vtilitatem, & tamen conſuluit eſſe locum mercedis remiſſioni, deductis expenſis; vt patet *num.* 30. ſub illis verbis: *quæ remiſſio fieri debeat pro tota ſumma deficiente ad integrum affictum promiſſum, vt ſi duodecim aureorum penſio exiſtat, nec ſint percepti niſi quinque, detractis priùs omnibus expenſis remittantur ſeptem, & per conductorem ſolum quinque eo tempore ſoluantur.* 9

Imò licèt damnum locatoris culpa non contingat, ſed facto Tertij; etiam iuſto, cui reſiſti nõ poterat; adhuc mercedis remiſſio fieri debet: ita Bart. *in cit. l. ſi vno*, §. *item cum quidam*, *ff. locat.* & *in l. cotem ferro*, §. *qui maximos ff. de public. & vectigal.* Bald. *in l. ſi ea lege, C. locat.* Ratio viua eſt, quia locator patientiam præſtare tenetur, quod conductor re conducta toto tempore vtatur, ipſumque omnibus iuris remediis defendere, Bart. & alij *in l. corruptionem, Cod. de vſufr.* & *in l. ſi quis domum*, vbi Paul. de Caſtro, *ff. locat.* Factum autem Superioris inter caſus fortuitos connumeratur, & pro eo mercedis competit remiſſio: Alex. *conſ.* 57. *col. penul. vol.* 1. Bald. *conſ.* 399. *vol.* 2. Angel. *conſ.* 119. *col.* 4. *in princip.* Boſſ. *de remiſſ. merced. num.* 66. Idquè procedere aſſeueramus, etiam ſi Superior contraueniret, publicæ vtilitatis fauore; vt ſupra dictum eſt, Bero. *conſ.* 146. *num.* 44. *lib.* 3. Menoch. *conſ.* 146, *in fine.* Hæc breuiter pro reſolutione dubij propoſiti. 10 11

SVMMARIVM.

1 *Remiſſio mercedis an peti poſſit per conductorem Baroniæ, ex quo in vno ex corporibus feudalibus ſterilitas contigit*, & *num.* 4.

2 *Remiſſio mercedis ſubintrat, quoties res particularis locata ſterilis efficeretur.*

3 *Locatio vnica dicitur, quando vnico pretio eſt locatum quid vniuerſale, ſub quo plura corpora conſiſtunt.*

5 *Venditio vnica dicitur, venditis duobus prædiis vnico pretio.*

ARGVMENTVM.

Remiſſioni mercedis nùm ſit locus, quando facta locatione Baroniæ, ſub qua plura conſiſtunt corpora feudalia, verbo ſignanter in locationis contractu deſcripta, in vno ex corporibus deſcriptis ſterilitas contingeret? & de aliis ad materiam.

CAPVT CLXXXVIII.

1 REMISSIO mercedis, fuit aliàs dubitatum, an facienda ſit conductori Baroniæ, propter ſterilitatem, quæ in vno ex corporibus feudalibus contigit: fuerat enim à quodam Feudatario Regni huius per quinquennium locata eius Baronia, corporibus verbo ſignanter deſcriptis ad rationem ducatorum bis mille pro quolibet anno; euenit demùm in tertio anno, defenſam quandam pro animalium paſculo deſtinatam, quæ ſingulo quoquo anno erat in reditu biſcentum, adeò deueniſſe ſterilem, vt nec eo tempore obolus ex illa perceptus fuerit. Quarè conductor pro remiſſione inſtabat. Contradicebat locator. Vndè quid iuris dubitatum extitit?

2 Reſpondi breuiter, conductorem in hoc caſu malum fouere ius: nam quòd propter ſterilitatem in re locata contingentem vtroque Iure cautum ſit, fieri locum remiſſioni mercedis, hoc procedit, quando vnius prædij, ſiue particularis rei ſit locatio; cæterùm vbi quid vniuerſale locatur, ſub quo plura conſiſtunt corpora, prout eſt Baronia, & vnico pretio, quamuis corpora verbo ſignanter deſcribantur, nulla lege cauetur, nec ratio aliqua expoſcit, vt propter ſterilitatem, quæ contingit in vno ex corporibus deſcriptis fiat locus remiſſioni mercedis. Probatur concluſio iſta ratione, & authoritate.

3 Ratione, quia nullum pretium diſtinctum pro penſione taxatum eſt, nec in illo corpore, quod ſterile effectum fuit, & propter quod remiſſio petitur, nec in aliis, vt dici poſſet, quot corpora, tot locationes; ad tradita per Bart. *in quaſt. 4. n. 17.* ſed tantùm vniuerſaliter conſideratis omnibus, quæ ſub Baronia ſubſunt, fuit de vnico, & certo pretio conuentum; quò fit, vt cùm magis communiter dixerint Doctores, tunc demùm eſſe locum remiſſioni mercedis, quando conductor propter ſterilitatem ſuperuenientem, læſionem vltra dimidiam paſſus eſt, vt multorum authoritate probat Vinc. Caroc. *in tract. de locat. & conduct. in tit. de remiſſ. mercedis, num. 4. fol. mihi 145. à ter.* (quamuis *ſup. cap.* 186. id omne ad Iudicis arbitrium remitti dixerim;) in caſu propoſito hæc læſio conſiderari non poteſt, ex quo cætera corpora fuerant illo anno in ſolito, & maiori reditu, ergò.

4 Authoritate, & in fortioribus terminis; ſic enim cenſuit Ægid. Boſſius *in tit. de remiſſ. merced. num.* 20. *cum ſeqq.* vbi dicit, quòd ſi facta ſimul plurium poſſeſſionum locatione, & vnico pretio, contingeret, vt vna ſterilis euaderet, at conſideratis aliis poſſeſſionibus conductor læſus vltra dimidiam non remaneret, nullatenus fieret locus remiſſioni mercedis, quia vnica eſt locatio, ſicut ſi plura emerentur prædia vnico pretio, vnica eſſet emptio; *l. ſi duos, ff. de* 5
contrah. emption. Bart. *in l. ſcire debemus, ff. de verb. obligat.* inferens ex hoc, dari caſum, vt conductor generalis, & ſic plurium poſſeſſionum vnico pretio, data ſterilitate in vna, mercedis remiſſionem conſequi non poſſit; & tamen illum ad remittendum cogi poſſe, ſi vnum ex fundis conductis alteri ſublocaret, in eòque ſterilitas contingeret.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio à filia dotata patri facta tempore, quo exiſtebant maſculi, euaneſcit, ſi tempore ſucceſſionis patris mortui reperiuntur.*

Quod ampliatur num. 2.

Et declaratur num. 3.

4 *Patrem de filia exhæredanda ſollicitum fuiſſe, nullo eſt pacto credendum, niſi in adſorum liberorum commodum, vel natorum, vel naſciturorum.*

5 *Renunciatio filiæ habet in ſe præſumptionem, vt intelligatur facta contemplatione maſculorum.*

6 *Renunciatio ampliſſima ad illa iura de futuro trahitur, quæ poſſunt competere ex cauſa de præſenti tantùm.*

7 *Veriſimilitudinem pro ſe habens, caſum legis habere dicitur.*

8 *Pater ſi in acquiſitione noluit includere filias fœminas, non eſt veriſimile, quòd voluerit includere extraneum maſculum.*

9 *Cauſæ enumerantur, propter quas parentes ſolent à filiabus recipere renuntiationes.*

10 *Renunciatio filiæ quando à patre non fuit recepta contemplatione deſcendentium, vel familiæ, intelligitur recepta, ad hoc vt pater ipſe liberam habeat diſponendi facultatem.*

11 *Deſcendentium contemplatio quando in renunciationibus denegatur, eſt à fortiori deneganda in tranſuerſalibus.*

12 *Stipulatio pro ſe, & hæredibus vniuerſalibus, & particularibus, quando non ſunt contemplati deſcendentes, intelligitur pro hæredibus teſtamentariis, & num. 34. & 60.*

13 *Stipulatio pro hæredibus particularibus non conuenit inteſtatæ ſucceſſioni.*

14 *Hæredis nomen ità coarctari debet, vt nullatenus extranei, qui ab inteſtato venire poſſunt, propriis filiabus anteferantur.*

15 *Renunciatio filiæ, quando non poteſt dici facta contemplatione deſcendentium, vel familiæ, euaneſcit, ſi pater ab inteſtato decedit, & num. 25.*

16 *Doctores, qui denegarunt filiæ renuncianti inteſtati*

inteſtati patris ſucceßionem, in quibus caſibus loquantur.

17 *Filia, quæ renunciauit, an ab inteſtato ſuccedat patri cum aliis deſcendentibus maſculis, & num.* 18.

19 *Filia, quæ renunciauit, an admittatur ad ſucceßionem patris inteſtati vnà cum ſororibus, quæ non renunciarunt, & n.* 20.

21 *Filia, quæ renunciauit tempore, quo nullus extabat deſcendens, nec demùm in die obitus patris ſuperſtes fuit, an ad eiuſdem patris inteſtati ſucceßionem admittatur.*

22 *Renunciatio filiarum Monialium ſemper dicitur realis.*

23 *Agnatus an excludat filiam renunciantem à patris ſui inteſtati ſucceßione.*

24 *Doctor non inuenitur, qui reſpondere auſus ſit pro tranſuerſali alterius familiæ contra filiam renunciantem.*

26 *Cauſa fauoris libertatis teſtandi an ceſſet, quando filia renunciauit ſucceßionibus ab inteſtato.*

27 *Renunciationes, quæ à filiabus, dotibus receptis, fiunt, ſemper intelliguntur factæ ab inteſtato.*

28 *Pactum, quod legitur in renunciationibus,* vt nunquam illæ dicantur expiratæ, vel factæ contemplatione familiæ, deficientibus dſcendentibus; *aliud non importat, niſi, vt libera ſit patri diſponendi facultas, & num.* 30. *&* 34.

29 *Filia, quæ renunciauit, tunc à patris ſui inteſtati ſucceßione repellitur, & collaterales admittuntur, quando illi ſunt in renunciatione contemplati; & in hoc caſu loquuntur* Collect. Ant. Gom. *& alij hìc citati, & num.* 35. *&* 90.

31 *Hæres particularis eſſe non poteſt, niſi teſtamentarius.*

32 *Patris mens eſt attendenda, quæ fuerit, ſimulquè & filiarum, in renunciationibus, quæ ab ipſis, dotibus receptis, fiunt.*

33 *Legis præſumptio repugnat, vt mens patris in renunciatione filiæ fuerit pro illa perpetuò excludenda, & includendo collaterali.*

35 *Filia ad hoc vt à patris ſui inteſtati ſucceßione excludi poßit per collaterales, requiritur, vt illi expreßè in renunciatione ſint contemplati.*

36 *Renunciatio, quæ fit à filia de feudali ſucceßione, ſemper dicitur perſonalis, & num.* 49. *&* 58.

37 *Clauſula,* quibus dederit, *& clauſula* quibuſcunque, *an idem importent, & numero* 59. *&* 70.

38 *Text.* in cap. vnico, de eo, qui finem fecit agnat. de feud. pater. *an procedat in feudo hæreditario, & num. ſeq.*

40 *Feuda in Regno Neapolitano dicũtur mixta.*

41 *Feudum mixtum, vnum, & idem eſt cum feudo ex pacto, & prouidentia.*

42 *Iura feudalia communia ſeruantur in Regno in defectum iuris municipalis.*

43 *Pater an ſuccedat filio in feudo refutato, vel potiùs frater, & num.* 44.

45 *Renunciatio, quæ fit de feudo omninò, vel in manibus Domini, dicitur realis.*

46 *Renunciatio in feudis quando dicitur facta omnino, in terminis text.* in cap. vnic de eo, qui fin. fecit, &c. *& num.* 47. *&* 48.

50 *Aßenſus Regis impetratus ſuper renunciatione bonorum feudalium an operetur, vt intelligatur facta renunciatio in manibus Domini, & num. ſeq. &* 57.

52 *Aßenſus Regis ſi impetratur ſuper contractu, quem contrahentes ſine illo perficere poßunt, habetur, ac ſi non eßet impetratus.*

53 *Refutatio feudi in proximè ſucceſſurum dicitur præmatura ſucceßio.*

54 *Refutatio feudi tunc dicitur facta in manibus Domini, quando feudum relaxatur in dominium, poteſtatem, & poſſeßionem Domini.*

55 *Rex aſſentiendo alienationibus bonorum feudalium nihil in emptores de nouo transfert; ſed tollit tantùm obſtaculum, & num. ſeq.*

61 *Decij lapſus* in conſ. 170. numer. 2. & 3. *circa æquiparationem, & diſcrimen clauſularum,* quibus dederit, & quibuſcunque: *& num.* 65.

62 *Emphyteuſis Eccleſiæ conceſſa Titio, & eius hæredibus, de ſui natura ad hæredes extraneos non tranſit; & num* 66.

Et quid ſi additum eſt, hæredibus, & quibus dederit, *num.* 63.

64 *Feudum an tranſeat ad hæredem extraneum, quando appareret illius conceßio* pro hæredibus quibuſcunque.

67 *Feudum ſi fuerit conceſſum* Titio, & eius hæredibus, *intelligitur conceßio pro* filiis *tantùm.*

68 *Clauſula*, & cui dederit, *poſita poſt verbum* hæredibus, *dicitur ampliatiua.*

69 *Alienatione permiſſa, intelligitur, vt fieri poßit, tam inter viuos, quàm in vltima voluntate.*

70 *Renunciatio ſicut dicitur perſonalis, quando eſt facta* patri, eiuſque hæredibus, & quibus dederit, *ſic etiam perſonalis cenſenda eſt, quando eſſet facta* patri, eiuſquè hæredibus quibuſcunque.

71 *Clauſulæ appoſita in renunciatione bonorum feudalium, quantumuis ampliſſimæ, non faciunt illam realem, ſed tantum quando fit in manibus Domini, vel nulla contemplata perſona.*

72 *Clauſula appoſita in renunciationibus, quæ à puellis fiunt, dotibus receptis, realitatem*

tatem denotantes, non poſſunt operari, niſi ad fauorem illorum, quibus eſt renunciatum.

73 *Rom.* in conſ.22. *declaratur.*

74 *Clauſula Aquiliana ſtipulationis facit renunciationem realem, ſed eſt relatiua ad perſonas contemplatas tantum, & num.ſeq.*

76 *Ius in re competere debet, vt aliquid deduci poſſit in Aquilianam ſtipulationem.*

77 *Deciſiones referuntur ſupremi Senatus Regni Neapolitani pro quæſtionis reſolutione, & num.*78.79.80.81.82.83.84. 85.*&* 86.

87 *Subſtitutio compendioſa comprehendit omnem caſum.*

88 *Clauſula codicillaris effectus, quando hæres inſtitutus præmoritur teſtatori.*

89 *Subſtitutio non poteſt. fieri in feudis ſine aſſenſu.*

91 *Renunciatio matris an obſtet filiis, ſi ex propria perſona illi ad Auo ſuccedendum inſtarent; & hoc tam quando mater præmoritur patri, quàm quando ſupereſt, & num.*92.93.94.96.97.98. 99.*&* 100.

95 *Iure accreſcendi ſublato, recurritur ad ſucceſſorium Edictum.*

ARGVMENTVM.

Renunciatio in ampliſſima forma facta à filia *patri, & fratri, eorumquè hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque*, eo expreſſo, *vt renunciatio intelligatur realis, & quòd taliter ſuum ſortiatur effectum, vt nunquam prætendi poſſit, quòd per mortem patris, vel fratris ſine deſcendentibus, ſit illa expirata; vel facta contemplatione familiæ, ſiue agnationis; ſed quòd ſemper habeat effectum ſuum in omnem caſum, vti realis*; ſi demùm contigerit, patrem abſque deſcendentibus ab inteſtato mori, dubitari ſolet, an pro non facta habeatur, ita vt ea non obſtante, filia ipſa, quæ renunciauit, inteſtato patri ſuccedere poſſit, vel potiùs per collaterales ſit à ſucceſſione repellenda. Renunciatio ſucceſſionis feudalis quando dicitur realis, & quando perſonalis? & de pluribus ad ornatum text. *in cap.1. de eo, qui finem fecit agnat. de feud. pater.* Renunciatio matris an obſtet filiis, quin ex propria perſona venire poſſint ad ſucceſſionem Aui, qui ab inteſtato deceſſit, ſuperſtite ipſa filia renunciante? & de aliis, vbi geminatæ deciſiones Sacri Regij Conſilij.

CAPVT CLXXXIX.

RENVNCIATIO in ampliſſima forma facta à filia patri, & fratri, eorumque hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque, eo expreſſo, vt intelligatur realis, quódque ſuum ſortiatur effectum, vt nuſquam prætendi poſſit, quod per mortem patris, vel fratris abſque deſcendentibus, ſit illa expirata, vel facta contemplatione familiæ; ſi demùm contigerit, patrem abſque deſcendentibus, & ab inteſtato mori, dubitari ſolet, an pro non facta habeatur, ità vt ea non obſtante, filia ipſa, quæ renunciauit, inteſtato patri ſuccedere poſſit, vel potiùs per collaterales ſit à ſucceſſione repellenda? 1

Contigit annis ſuperioribus apud nos de his diſputari, occaſione ſequuti obitus D. Principis Venafri in cauſa vertente inter D. Ducem Bracciani, ac D. Principiſſam Albani, ex cuius parte, vt pro veritate de iure reſponderem, requiſitus Ego, hæc, quæ ſequuntur, exaraui.

Ieſus, Maria, Iannarius.

Renunciationes futurarum ſucceſſionum, quæ à puellis, dotibus receptis, fiunt, dum matrimonia contrahunt, adeò frequentes omni tempore fuerunt, vt nil ſit mihi admirationis, ſi in dies illarum occaſione lites inſurgant.

Quæſtio diù in ſupremo Regni huius Senatu agitata inter Excellentiſſimum Paulum Iordanum Vrſinum, Bracciani Ducem ex vna, & Excellentiſſimam D. Mariam Fælicem Peretti, Albani Principiſſam ex altera; nunc, Deo benè adiuuante, intra domeſticos parietes, vt par eſt, terminanda, in eo conſiſtit; nimirùm, quiſnam iſtorum ad olim Excellentiſſimi Principis Venafri ſucceſſionem veniat admittendus, Dux forſan Principis defuncti ex Germana præmortua nepos, vel Principiſſa filia? contendit Dux, potiorem ſuam eſſe cauſam, nam & ſi Principiſſa vti filia ſit gradu proximior, ſe ipſam tamen excluſit ampliſſima renunciatione, cùm deſponſaretur Excellentiſſimo Principi Albani Bernardino Sabellio, inter alias enim clauſulas, quæ in renunciationis inſtrumento ſparſim leguntur, hæ ſunt:

Spontè, &c. & omni meliori modo, &c. irreuocabiliter inter viuos donauit, & renunciauit, & titulo donationis, & refutationis irreuocabilis, & inter viuos, etiam cum ſolemni iuramento, tactis, &c. per pactum de non petendo, & de non ſuccedendo, dedit, ceſſit, conceſſit, & tranſtulit iure proprio, & in perpetuum pro ſe, ſuiſque filiis, deſcendentibus, & hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque dicto Illuſtriſſimo, & Excellentiſſimo Domino Principi Venafri eius patri, ſuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque, quamcunque portionem ipſi Illuſtriſſimæ D. Mariæ Fælici quomodolibet competentem, & competituram, in, & ſuper quibuſcunque Terris, Caſtris, Ciuitatibus, & bonis allodialibus,

allodialibus, iurisdictionalibus, feudalibus, &c. tam in ſtatu Eccleſiaſtico, quàm in Regno Neapolitano, & aliàs vbilibet; & omnem, & quamcunque ſucceſſionem, qua ipſi, &c. peruenire, & competere poſſet, tam de præſenti, quam in futurum, &c. tam ex ſucceſſione ab inteſtato, quàm ex teſtamento, &c.

Et voluit, &c. & declarauit dicta Illuſtriſſima D. Maria Felix, quòd ſupradictæ renunciationes, & donationes ab ipſa, vt ſuprà, facta, tam de bonis paternis, & maternis, quàm de aliis, vt ſuprà, omnes ſint, & eſſe debeant reales, & vt habeant effectum, tam ad fauorem dicti Domini Principis eius patris, quàm dicti Illuſtriſſimi Don Franciſci, & aliorum heredum, & ſucceſſorum vniuerſalium, & particularium, adeò vt nunquam prætendi poſſit, quòd per mortem eorundem dominorum donatariorum abſque deſcendentibus ſint expirata, vel facta contemplatione familiæ, & agnationis, ſed ſemper effectum habeant in omnem caſum, vti reales, & omni meliori modo, &c.

Et ad dicta bona renunciata nunquam habere regreſſum, nec in toto, nec in parte ex quouis capite, & cauſa, etiam non cogitata, & nouiter ſuperueniente, & ex cuiuſuis morte, rebus mutatis, & aliter, quàm nunc ſe habentibus, &c.

Reſeruatis ſibi vltra dotem, & mobilia, tantummodò ſcuta triginta mille in caſu mortis Principis, & Don Franciſci ſine filijs legitimis, & naturalibus MASCVLIS, quia ſic ſibi placuit, & placet.

Ex præfato renunciationis tenore (quo mediante prætenditur, Dominam Principiſſam eſſe perpetuò excluſam, ac ſi in Mundo illa non eſſet) incapacitate Illuſtriſſimi Domini mei Don Franciſci Filij Abbatis Claraurallenſis, ac morte Donnæ Flauiæ, ſimiliter filiæ in capillo, ante patris obitum ſequuta, præſupponit Dominus Dux Bracciani, aperto iure ad Principis auunculi ſucceſſionem ipſum venire, vel de comprehenſis in inueſtitura ſuper feudis antiquis, & vti in gradu ſucceſſibili in feudis nouis, ſecundum Regni *Iura*, & *Conſtitutiones*.

At Nos, qui Dominæ Principiſſæ filiæ iura tuemur, libenti animo onus aſſumimus demonſtrare, & facili quidem modo, quàm inanis ſit Domini Ducis prætenſio, ſine ratione, ac penitùs *Doctorum* authoritate deſtituta, provt talem, verborum facundia, & calami doctrina ſemel, atque iterùm in poſſeſſorio demonſtrauit Nobiliſſimus ille Vir Dominus Antonius Caracciolus, tunc admirabilis cauſarum Orator, tunc Regij Patrimonij Regni huius digniſſimus, ac nunquam ſatis laudatus Præſidens, cuius doctiſſimis inhærendo reſponſis, illam in primis aſſumo concluſionem; nimirùm, nullius eſſe
2 momenti renunciationem à filia patri factam, nullámque de illa haberi poſſe rationem, quoties renunciationis tempore extabant fratres maſculi, qui demùm, dum ſit caſus ſucceſſionis patris, non extant, vel ad ſuccedendum ſunt incapaces, provt in caſu noſtro; in quo, tempore actus renunciationis à Domina Principiſſa initæ, extabant Dominus meus Don Franciſcus frater, qui tunc poterat ſuccedere, quamuis ad præſens non poſſit, obſtantibus Regni ſanctionibus, Clericos in feudis ſuccedere prohibentibus: itemque & Donna Flauia ſoror in capillo Principi patri præmortua; hanc enim communis Scribentium ſententia probauit, cauſam eſſe renunciationis, fauorem ſcilicet fratrum, aut ſororum, tempore actus initi exiſtentium; qua quidem cauſa ceſſante, quia tempore mortis patris non extant, vel ſi ſupereſſent, ſuccedere prohiberentur, conueniunt omnes eiuſdem patris inteſtati ſucceſſionem omninò renuncianti eſſe deferendam: ſic namque Doctores noſtri vno ore fatentur, tam in *Commentariis*, & *Tractatibus*, quàm in *Conſiliis*, & *Deciſionibus*.

In Commentariis.

Bal. *in l. Pactum, numer. 9. verſ. quartò quæro, C. de collation.*

Salyc. *in l. pactum, quod dotali, num. 5. verſ. aut paciſcitur filia, C. de pact.* vbi concluſionem prædictam firmat in terminis, quando filia dote accepta, iurauit, ampliùs ad bona paterna non habere regreſſum.

Paul. de Caſtr. *in d. l. pactum, num. 6. verſ. item quæritur, C. de collation.*

Io. de Imol. *in l. qui ſuperſtitis 93. in princ. verſ. item tertiò dicunt, ff. de acquir. hæred.*

Alex. *in l. ſtipulatio hoc modo concepta 61. num. 12. verſ. alias limitationes, ff. de verbor. obligation.*

Roman. *in d. l. qui ſuperſtitis, num. 2. verſ. ſecunda eſt, ff. de acquir. hæred.*

Rip. *in l. qui Romæ, §. duo fratres, num. 8. ff. de verb. obligat.*

Dec. *in d. l. pactum, num. 9. C. de collation.*

Hieronym. Buticell. *in d. l. ſtipulatio hoc modo concepta, num. 32.*

Io. Bolognett. *ibidem, num. 93.*

Philipp. Franc. *in cap. quamuis, numero 10. de pact. in 6.*

Georg. Natt. *ibidem in 8. limitation.*

Guillelm. de Benedict. *in cap. Rainutius, verſ. duas habens filias, num. 297. de teſtam.*

Napodan. noſter *in Conſuet. Si moriatur, in verb. ipſi ſucceſſores, num. 31. & 32. verſ. ſed quid ſi fecit promiſſionem.*

Io. Ang. Piſanell. *ibidem in addit. incipiente*, Bart. *circa finem, verſ. quod quando pater.*

Couarr. *in cap. quamuis pactum, 3. part. relect. §. 3. ante num. 4. verſ. decimoſexto.*

Ant. Gomez *in comment. ad l. 22. Taur. num. 11.* vbi doctè loquitur.

Tell. Fernand. *in comment. ad l. Tauri 6. num. 44. & 45.*

Io. Gutier. *in d. cap. quamuis pactum*, ſuper text. *verſ. omninò ſeruari, num. 14.*

P. Molfeſ. *in commentar. ad Conſuet. Neap. tit. de renunciat. quæſt. 1. num. 28.* & *quæſt. 3. num. 17. 18. 19. 20. & 21.* vbi loquitur in terminis, quando renunciatio eſt facta per Aquilianam ſtipulationem, & per pactum de vlteriùs non petendo: idemque dixit *quæſt. 17. num. 15. eod. tit.*

Lælius Caput *in Conſuet. Neap. Si moriatur, par. 3. §. 6. num. 17.* vbi deciſionem refert.

In Tractatibus.

Robert. Marant. *diſp. 10. num. 15. verſ. ſecunda concluſio ſit.*

Vaſc. *de ſucceſſion. creat. lib. 2. §. 18. num. 146.*

Ludouic. Molin. *de Hiſpan. primog. lib. 2. cap. 3. num. 146.*

Michaël Craſſ. *tract. de ſucceſſion. §. ſucceſſio ab inteſtato, quæſt. 10. num. 11.*

Seraph. *tract. de priuil. iuram. priuil. 21. n. 24.*

Corbul. *de iur. emphyt. tit. de cauſ. priuation. ob renunciat. num. 17.*

Baëz. *tract. de non melioran. dotibus, cap. 6. num. 4.*

Melchior à Mierez *tract. de maioratu, par. 4. quæſt. 1. limit. 1. num. 103.*

Franciſcus Molin. *tract. de rit. nuptiar. lib. 3. qu. 92. num. 22. 26. & ſeq.*

Iacob. Cancer. *var. reſol. lib. 3. cap. 15. n. 27. & ſeq.*

P. Sanchez *in præcept. Decal. lib. 7. c. 7. n. 19.*

Io. Baptiſta Coſta *de facti ſcient. & ignor. tit. aut ſciebat, aut ignorabat, cent. 2. diſt. 50. num. 16.*

Hartm. Piſtor. *lib. 4. quæſtionum iuris, q. 6. num. 56. verſ. quando renunciationis tempore.*

Paul

Paul Gallerat. *tract. de renunciat. lib.* 1. *cap.* 10. *à num.* 21. *ad finem.*

Io. Petr. Fontanell. *tract. de pact. nuptial. tom.* 2. *clauſ.* 9. *gloſ. vnica, par.* 1. *num.* 75.

Mart. *in ſumm. ſucceſſ. legal. part.* 3. *quaeſt.* 6. *art.* 1. *num.* 7.

Merlin. *tract. de Legit. lib.* 3. *tit.* 1. *quaeſt.* 5.

In Conſiliis.

Bal. *conſ.* 437. *lib.* 1.

Bertrand. *conſ.* 60. *vol.* 1.

Alex. omninò videndus *conſ.* 29. *num.* 4. *&* 9. *lib.* 5. *& conſ.* 149. *num.* 4. *lib.* 7.

Ang. *conſ.* 52.

Bertazz. *conſ. ciuil.* 199. *num.* 46. *lib.* 1.

Honded. *conſ.* 29. *num.* 7. *lib.* 1.

Crauett. *conſ.* 42.

Pariſ. *conſ.* 26. *num.* 19. *&* 20. *lib.* 3.

Phil. Corne. in præſenti cauſa omninò videndus *conſ.* 291. *vol.* 4. vbi in ſucceſſione cuiuſdam Viri ab inteſtato defuncti, ſuperſtitibus filia, quæ dote recepta ampliſſimè patri, eiuſque hæredibus renunciauerat; & eiuſdem defuncti ſorore; pro filia reſpondit, ad amitæ excluſionem, ex quo renunciationis tempore penes patrem, qui ampliſſimam receperat renunciationem, extabat nepos ex germano fratre præmortuo, quem vti filium amore proſequebatur; qui quidem nepos, patruo viuo, deceſſerat; id quod multis aliis comprobat rationibus, & illa ad propoſitum noſtrum efficaciſſima; nimirùm tempus conſiderando renunciationis huius filiæ, in quo dicit, nullam perſonam fuiſſe patri coniunctam, quæ eidem ſuccedere ſperaretur, & cuius contemplatione poſſit perſuaderi, tale de non ſuccedendo pactum fuiſſe à filia extortum, niſi aut ſororem, aut fratris filium: Profectò, dicit *Corneus*, quod attinet ad hunc nepotem, cùm patruo prædefunctus repertus eſſet, non erat ampliùs de illius fauore tractandum: minus etiam de ſorore, quæ contra neptem renunciantem inſurrexerat; nam cùm illa eiuſdem eſſet ſexus, quo filia, & iam nupſerat, alienamque habebat propagare familiam, & non propriam ipſius patris filiæ renunciationem ſtipulantis, prout & ipſa eius filia, ratio aliqua non expoſcebat, neque vlla poterat conſiderari veriſimilitudo, quod propter ſororem iam nuptam, voluiſſet pater ille propriam filiam ſua hæreditate priuare.

Rolan. *conſ.* 26. *num.* 34. *lib.* 3.

Hieron. Gabr. *conſ.* 131. *num.* 11. vbi dicit, caſum eſſe indubitatum.

Lanar. *conſ.* 49. vbi *num.* 6. concluſionem noſtram firmat, etiam ſi renunciatio eſſet facta patri, eiuſque hæredibus per Aquilianam ſtipulationem.

Io. Vinc. Anna *allegat.* 21. *num.* 20.

Io. Franc. de Pont. *conſ.* 39. *num.* 1. *&* 3. *lib.* 1.

Scipio Rou. *conſ.* 23. *à num.* 10. *vſque ad* 20. vbi iuxta noſtram concluſionem centies per Sacrum Conſilium deciſum refert, quantumuis generaliſſima eſſet renunciatio, & cum omnibus clauſulis, quæ excogitari poſſunt.

Scipio Theodor. *allegat.* 36. *num.* 14.

Iacob. Gall. *conſ.* 64. *num.* 8.

Camill. de Medic. *conſ.* 20. *num.* 3.

In Deciſionibus.

Nicolaus Boër. *deciſ.* 204. *num.* 27.

Ant. Capyc. *deciſ.* 190. *num.* 2.

Franc. Viuius *deciſ.* 316. *à num.* 8.

Io. Petr. Surdus *deciſ.* 252. *num.* 4.

Cæſar Vrſill. *in addit. ad deciſ. Afflict. deciſ.* 161. *num.* 4.

Ant. Fab. *diff.* 12. *C. de pact. conuen. ſuper dot. & de erroribus pragm. decad.* 13. *error.* 9. *circa finem.*

Ferrer. omninò videndus *in addition. ad Guid. Pap. deciſ.* 192. vbi concluſionem noſtram adeò veram dicit, vt procedat etiam ſi patre ab inteſtato defuncto ſupereſſent deſcendentes fœminæ, quas non aliter, dicit, excludere ſororem renunciantem, ſed vnà ſimul cum illo ſuccedere, ſicque paſſim in illo Parlamento iudicari, vbi fratres renunciationis tempore exiſtentes patri præmoriuntur. 2

Maſtril. *deciſ.* 65. *num.* 14. *&* 17.

Rot. *deciſ.* 538. *num.* 3. *in poſthum. F. rin. par.* 1.

Concluſionem ſuprà firmatam ſic communiter ab omnibus receptam Aduerſarij non impugnant, ſed caſui noſtro non applicari contendunt, aſſerendo, *Doctores* omnes *ſuprà* relatos, vel loqui, quando expreſsè filia renuncians patris deſcendentes contemplata eſt, vel nulla illorum, nec tacitè, nec expreſsè mentione facta: At cùm in renunciatione, de qua agimus, expreſsè ſit conuentum, quòd nunquam cenſeatur illa per Principis, eiuſque filij Domini mei Don Franciſci mortem abſque deſcendentibus expirata, ſiue facta familiæ contemplatione, vel agnationis; ergò. 3

Huic oppoſitioni duplici modo reſpondetur, & primò negamus omninò, in hac, de qua agimus, renunciatione, Principis deſcendentes non fuiſſe expreſsè contemplatos. Quod vt fiat manifeſtiſſimum, rogo Dominos Iudicantes accuratè aduertere, quod etſi tam in Capitulis matrimonialibus, in quibus fuit in ampla forma promiſſa renunciatio, quàm in ipſo renunciationis inſtrumento, in exequutionem dictæ promiſſionis ſtipulato, fuerit expreſsè dictum, & conuentum, quòd renunciatio nullatenus extincta diceretur, quantumuis Dominus Princeps pater, eiúſque filius Dominus meus Don Franciſcus abſque deſcendentibus decederet; attamen iidem contrahentes in vtroq; inſtrumento poſt pactum hoc, vt ſuprà extenſum, ſatis, ſuperque eorum mentem declararunt, nolle renunciationem aliquid operari, deficientibus deſcendentibus, tam maſculis, quàm fœminis; conſtat enim, illud in facto eſſe veriſſimum, tam in dictis Capitulis matrimonialibus, quàm in ſolemni renunciatione, poſt tot, tantaque diſpoſita pro renunciationis validitate, Principem patrem expreſsè filiæ renuncianti reſeruaſſe, & promiſiſſe, quòd vbi Princeps ipſe, eiúſque filius Don Franciſcus abſque filiis, & deſcendentibus legitimis, & naturalibus *maſculis* decederent, quòd eo caſu dos filiæ renunciantis aucta intelligeretur in aliis ſcutis triginta mille; hæc enim ſunt promiſſionis verba, quæ in Capitulis matrimonialibus habentur.

Et all'incontro detto Sig. Principe de Venafro, ancorche ſappia di hauer competentemente dotata detta Signora D. Maria Felice ſua figlia nel modo infraſcritto, tuttauia in ſegno di amor paterno, ogni volta però, che eſſa Signora, e ſuoi figli, e deſcendenti da queſto matrimonio non contrauenghino alle coſe ſudette, promette de più, che morendo S. Eccellenza, e Sign. Don Franceſco ſuo figlio ſenza figli, e deſcendenti legitimi, e naturali maſchi, ſi darà, & augumenterà à detta dote, e mobili aſſegnatoli, altri ſcudi trentamilia di moneta, da pagarſe à lei, e ſuoi figliuoli, e deſcendenti per vna ſol volta, dalli heredi di eſſo Signor Principe di Venafro, e Signor Don Franceſco, &c.

Dico modò, cùm certum ſit promiſſionem hanc fuiſſe à Principe patre factam, habito reſpectu ad quietationem, & renunciationem per filiam ſub verbis immediatè præcedentibus promiſſam, ſi voluiſſet Princeps ipſe caſum excludere, nimirùm defectus omnium deſcendentium; tam maſculorum, quàm fœminarum, & ſic, vt perpetuò eſſet filia excluſa, deficientibus omnibus deſcendentibus quando promiſit

promiſit ſcuta triginta mille in defectu filiorum ma-
ſculorum, dixiſſet vtique *maſculorum, & fœminarum*;
non autem *maſculorum* tantùm; nam cùm credebat
Princeps, deficientibus maſculis, ex ſuo, & Don
Franciſci corpore deſcendentibus, quòd ſuccedere
potuiſſet, & hæres eſſe Donna Flauia eius filia, tunc
temporis in viuis exiſtens, vel altera Don Franciſci
filij forſan procreanda, res ſatis ei videbatur dura, &
contra commune votum parentum, vt ſuccedendo
in vniuerſum patrimonium altera filia, vel neptis,
nil aliud ex paterno, maternovè opulento patrimo-
nio, quàm conſtitutam dotem Donna Maria Fœlix
primogenita conſequeretur, & ſic dico Ego, enixè
certè conſtare, exceptionem hanc pacti loquentis
de dotis augmento deficientibus deſcendentibus
maſculis, benè declarare, quod renunciatio non
habeat effectum ſuum, deficientibus omnibus deſ-
cendentibus vtriuſque ſexus, ſed tantùm operari
illam, quando deſcendentes exiſtunt maſculi, ope-
rari inſupér, quando illi deficiunt, & exiſtunt deſ-
cendentes fœminæ, ſed cum augmento dotis, vt in
dicto pacto; non autem, vt dixi, quando omnes de-
ficerent deſcendentes, maſculi nimirùm, & fœminæ.
In tantùm vt concludamus, ex illius caſus prouiſio-
ne non dubitari poſſe, quòd dùm Paciſcentes vo-
luerunt, in defectu deſcendentium maſculorum, fi-
liam renunciantem à ſorore, vel nepte fore exclu-
dendam, ſed cum augmento dotis; ergò in caſu non
exiſtentium, neque maſculorum, neque fœmina-
rum, clariſſima colligitur contrahentium mens, eſſe
illam includendam: ad tradita ſatis ad rem, de qua
agimus per Franciſcum Aret. *conſ.143. num.2. circa
medium, verſ. ſed ad hoc reſpondetur*, & ſic ſublato ipſi
filiæ renuncianti iure illo ſucceſſionis propter fœ-
minarum deſcendentium exiſtentiam, cum augmen-
to tamen dotis, fatendum omninò eſt, in caſu defe-
ctus omnium deſcendentium fori illi ſaluum; Gozad.
conſ.26. ante *num.49.*

His omnibus ſic ſtantibus, accedit etiam veriſimi-
litudo, in qua conſiderent Domini Iudicantes, &
ſolita eorum benignitate, paternoque effectu, ſi Do-
minus Princeps pater in hoc actu renunciationis à
filia extorto potuerit vnquam cogitare, in defectu
omnium ipſius deſcendentium fore filiam ipſam pa-
terna hæreditate priuandam, & admittere ex ger-
mana præmortua nepotem: etenim, vt vidiſtis, vo-
luerunt paciſcentes, filiam ipſam, maſculis exiſten-
tibus, cum conſtituta dote eſſe perpetuò excluſam;
voluerunt etiam, illam perpetuò excluſam, maſcu-
lis deficientibus; ſed fœminis exiſtentibus; at eo caſu,
non cum prima tantùm dote, ſed cum dicto augmen-
to; modò omnibus ſublatis deſcendentibus, poterit
quis ſanæ mentis affirmare, adhùc primam vigere
4 excluſionem? certè non, cùm nullo ſit pacto cre-
dendum, Principem patrem de hac filia exhæredan-
da ſollicitum fuiſſe, niſi in aliorum liberorum com-
modum, vel natorum, vel naſciturorum, vt in pun-
cto pro filia renunciante contra eius amitam, patris
ſororem, reſpondit Corne. *cit. conſ.291. num.4. vol.4.*
& poſt eum Harthm. *cit. quæſt.6. num.62.* ſubiungens,
quòd quantumuis filia renuncians ad dotem habue-
rit reſpectum, & hæc cauſa duret, quia tamen præ-
mortuis communi patri liberis, renunciationis tem-
pore exiſtentibus, ceſſat altera, quæ principalior eſt,
euaneſcit quidem renunciatio; & Iacob. Gall. ſum-
mus Iuriſta *conſ.64. à num.13. vſque ad* 17. in caſu
fortiori, nimirùm quando ad patris ſucceſſionem
concurrunt filia primogenita, quæ ampliſſimè re-
nunciauit, & ſoror in capillo, dicit, præſumendum
non eſſe, quòd pater filiam ſuam primogenitam
odio proſequutus fuerit, ſed ceſſare omninò in hoc
caſu renunciantis voluntatem, & illius, cui facta eſt
renunciatio; nam vterque, ſi interrogatus fuiſſet,
tam filia renuncians, quàm pater acceptans, vtique
reſpondiſſent, talem renunciationem facere con- 5
templatione maſculorum, cùm alia non poſſit con-
ſiderari cauſa, niſi familiæ conſeruationis, idque
etiam ſi renunciationis verba eſſent ampliſſima, &
ad iura de futuro traherentur, cùm venirent omninò
reſtringenda ad iura illa futura, quæ ex cauſa de præ- 6
ſenti competere poſſent, ad text. *in l. quod ſeruus, ff.
de condict. ob cauſ.* & *in cap.2.* vbi Gloſſ. & DD. *de re-
nunciat.* ſubdens *Gallus*, hoc procedere, etiam ſi ex-
preſsè iuri de futuro per pactum de vlteriùs non pe-
tendo fuiſſet renunciatum; ex Ant. de Butr. *in d.c.2.
de renunciat.*

Stat igitur ſine dubio pro filia incluſionis veriſi- 7
militudo, quæ ſola ſat eſſet ad extraneum repellen-
dum, cùm veriſimilitudinem pro ſe habens, illam-
que allegans, legis caſum habere, & allegare dica-
tur, quia iubet lex, veriſimile eſſe ſeruandum; *l. ſem-
per in ſtipulationibus, ff. de regul. iur.* Crau. *conſ.9. n.15.
& conſ.29. num.6.* Mantic. *de tacit. & ambig. lib.3. tit.1.
poſt num.15.* Hinc Alex. *in l. quod dicitur, num.17. in
fine, ff. de verb. obligat.* pro magno abſurdo habuit, in
acquiſitione facta à patre pro ſe, & hæredibus ma- 8
ſculis, vt filia fœmina in ea non comprehendatur,
maſculus verò extraneus ſic; reddit rationem per hæc
verba: *Quia ſi recipiens noluit includere ſuas filias fœ-
minas, non eſt veriſimile, quòd voluerit includere ex-
traneum maſculum, & excludere filias proprias, quod
eſſet abſurdum, l. cùm acutiſſimi, C. de fideicomm. & l.
cùm anus, ff. de condit. & demonſtrat.* vndè verbum
hæredibus, ratione abſurditatis euitandæ, etiam vi-
demus reſtringi ad deſcendentes tantùm, &c.

Secundò, quando hæc omnia, quibus ex aduer- 9
ſo congrua non poteſt dari reſponſio, in occurrenti
controuerſia deficerent, adhùc factam oppoſitionem
circa denegatam perſonarum contemplationem, ex
alio nullius eſſe momenti demonſtramus; cauſas
nimirùm conſiderando, propter quas Parentes has
recipiant renunciationes, cùm certum ſit, renuncia-
tionem ſine cauſa dari non poſſe, & ſi talis daretur
renunciatio, nulla, ac prorſus inefficax diceretur,
quamuis ampliſſimis eſſet concepta verbis; Dec.
conſ.181. & 379. Pariſ. *conſ.80. lib.3.* quos citat, &
ſequitur *Vrſil. ad Afflict. deciſ.179. num.4.* Iſtarum
autem renunciationum cauſas ad tres tantùm re-
ſtringi, & ſic quamlibet renunciationem vna ex tri-
bus rationibus fieri, apud *Doctores* comperimus; vel
& primò fauore, & contemplatione deſcendentium
natorum, vel procreandorum, prout ſemper ſic in
dubio ſecundùm communem ſententiam ea facta
præſumitur; vel ſecundò, fauore agnationis, & fa-
miliæ; vel & tandem, vt pater, cui fit renunciatio,
liberè de bonis ſuis diſponere poſſit; ſic ſatis egre-
giè *Philipp. Corne.* qui loquens de ampliſſima renun-
ciatione facta patri eiuſque hæredibus, tempore,
quo extabant nepos ex fratre præmortuo, & ſoror
ipſius patris, nulla conſideratione habita de ſororis
fauore, propter inueriſimilitudinem, de qua *ibi* per
eum, dicit, patrem illum renunciationis tempore
non potuiſſe contemplari, niſi vel nepotem ex fra-
tre, à quo domus, & familiæ ſuæ propagationem
ſperabat, vel futuros filios, vel vt de bonis ſuis li-
berè, tam inter viuos, quàm in vltimis diſponere
potuiſſet; idque *in citato conſ.291. num.6. lib.4. verſ.
niſi forſan coniecturetur*, & iterùm *num. ſeq.* ſub illis
verbis, *profectò iſtæ cauſæ poſſunt coniecturari, & nulla
alia, quæ ſit perſuaſione digna, &c.* Idemque dixit Crau.
citat. conſ.41. num.1. & 2. verſ. ideò reſtringi debens, vbi
dicit, quòd quantumuis renunciationis verba ſint
generalia,

generalia,& ampliſſima, ſemper ex mente,& intentione patris reſtringi debent, vt facta intelligatur renunciatio, vel vt pater poſſit de bonis reſtantibus ex arbitrio diſponere, vel contemplatione maſculorum naſciturorum; hoc idem ſatis eleganter firmauit Rot. *in vna Roman. Renunciat. ſub die 7. Iunij 1634. coram Reuerendiſſimo P. Dunozet*, ſub illis verbis: *Prædicta omnia facilius viſa fuerunt procedere ex eo, quia renunciatio facta ad fauorem fratris ſemper præſumitur facta in beneficium deſcendentium maſculorum de familia, vt bona in eis conſeruentur, vel vt frater liberè de bonis renunciatis diſponere poſſit, &c.*

10 Hac ſtante concluſione pro indubitata, & ſine contradictore, nimirùm vt ſemper intelligatur facta renunciatio ob vnam ex tribus cauſis, de quibus *ſuprà*, dico ſic, quòd dum aſſerere volumus, ex renunciationis tenore deſcendentes non fuiſſe contemplatos, nec natos, nec naſcituros, minuſque agnationem, ſeù familiam *Peretti*, conſequens eſt dicere, vt ſublata cauſa fauoris deſcendentium, & agnationis, ſeù familiæ, remaneat ſola illa fauoris libertatis teſtandi, cùm nemo ſublimis ingenij ſibi poterit vnquam perſuadere, voluiſſe Principem renunciationem à filia recipere ad perpetuam eius excluſionem, & incluſionem ex ſorore præmortua nepotum de aliena familia; nam ſi dicimus, nullatenus à filia accepiſſe renunciationem fauore deſcendentium, & vt illis prodeſſe potuiſſet, neque propriæ agnationis,& familiæ; quo pacto aſſerere quis vnquam poterit, accepiſſe pro tranſuerſalibus cognatis, qui ab inteſtato venire potuiſſent ad tradita per Alex. *in d. l. quòd dicitur, num. 17. ff. de verb. oblig.* Etenim, attendamus quæſo, vel in renunciatione, de qua agimus, deſcendentium contemplationem concedimus, vel illam denegamus; ſi concedimus, ſumus extra omnem difficultatem, nam cùm tempore mortis Principis patris illi non ſuperſtiterint, euanuit certè renunciatio: ſi verò deſcendentium contemplationem

11 denegamus, eſt etiam à fortiori deneganda in tranſuerſalibus, maximè cognatis; Aretin. *in l. qui ſuperſtitis 93. colum. 4. verſ. vndè oportet dicere, ff. de verbor. obligat.* Alex. *conſ. 29. n. 4. lib. 3.* Hieronym. Gabr. *conſ. 131. intra nu. 13. verſ. quia non eſt veriſimile, lib. 2.* Harthm. Piſtor. *quæſt. iur. lib. 4. quæſt. 6. num. 61. verſ. cùm autem exiſtimandum non ſit*, & ſic denegata contemplatione, neceſſariò dicendum eſt, remanſiſſe illam dumtaxat renunciationis cauſam, facultatis

12 nimirùm teſtandi, illamque Principis ſtipulationem *pro ſe, & hæredibus, ac ſucceſſoribus vniuerſalibus, & particularibus*, dum deſcendentium denegamus contemplationem, de neceſſitate intelligendam, pro hæredibus, & ſucceſſoribus teſtamentariis, quos fortè Princeps hæredes inſtituere voluiſſet, non autem ab inteſtato, ſic

Ang. *conſ. 52. num. 2.* ibi, *nec obſtat quietatio facta per Furlanam; quoniam ipſa quietauit parentibus ſtipulantibus pro ſe, & eorum hæredibus; vndè ſi dictus Ziglius alios inſtituiſſet hæredes, aut aliquis ex ſuis deſcendentibus ſuperuixeret, &c.*

Aymo omninò videndus *conſ. 289. num. 3. verſ. tertiò*, ibi, *& ſecundùm iſtum communem ſenſum pater voluit ſibi prouidere, acceptando quietationem pro ſe, & hæredibus ſuis, &c.*

Ludouicus Bolognin. *conſ. 35.* intra *n. 15.* ſub illis verbis, *& ratio eſt, quia voluit prouidere per tale pactũ, nè filia impugnaret iudicium ſuum, ſi aliis voluiſſet relinquere; ergò cùm inteſtatus decedat, ceſſat ratio, &c.*

Seraphin. *de priuileg. iuram. priuileg. 21. num. 24.* ſub illis verbis, *quia pater per renunciationem, puta filiæ, cenſetur voluiſſe prouidere, nè eius iudicium ſubuerti poſſet, caſu, quando alios inſtitueret, &c.*

Baëz. *de non melioran. dot. cap. 6. vt n. 12. circa finem*, ſub illis verbis, *Patremque maximè voluiſſe ſuam ſibi libertatem aſſerere, vt vel filio, vel filiæ, quæ non renunciauit, gratus, & beneficus eſſe poſſit, &c.*

Hieronym. Gabr. *cit. conſ. 131. nu. 14.* vbi loquendo in terminis renunciationis à patre acceptæ, tempore, quo deſcendentes non habebat, hæc ſubdit verba: *& quamuis is caſus non ſit explicatus, tamen ex mente omnium, quia mens patris ſpectatur tempore renunciationis, non poteſt intelligi renunciatio procurata fauore alicuius perſonæ; ſed ſolùm ad effectum adipiſcendæ facultatis liberè diſponendi, &c.*

Rot. *deciſ. 75. num. 1. par. 2. tom. 1. in recollect. per Farin.* ibi, *præſertim quando ſtipulatur, renunciationem pro ſe, & hæredibus, veriſimilis mens ipſius eſſe intelligitur, vt poſſit de bonis ſuis pro libito ſuæ voluntatis diſponere, &c.*

Eadem Rot. *in vna Romana Renunciationis, ſub die 7. Iunij 1634. coram R. P. Dunozet*, ſub illis verbis, *Nec obſtat, quòd renunciatio ſtipulata fuerit pro fratribus, & hæredibus, &c.* & paulò poſt, *Placuit tamen reſponſio, iſtam concluſionem procedere, quando recipiens renunciationem decedit teſtatus, inſtituto certo hærede.*

Quódque indubitanter de hoc hæredum genere 13
ſentire voluerit Princeps, ponderemus, quæſo, verbum illud, *hæredibus particularibus*, quod nullo pacto affirmari poteſt inteſtatæ ſucceſſioni conuenire; ſed tantùm ex teſtamento, vel inter viuos; hæres enim particularis ille tantùm dicitur, qui in certa re eſt inſtitutus, & loco legatarij habetur, *l. quoties, C. de hæred. inſtituen.* aliàs enim diceremus, maximam reſultare iniquitatem, & ea eſſet, vt ex hac ſtipulatione hæredes extranei, & ſic tranſuerſales ab inteſtato venientes ad excluſionem propriæ ſobolis admitterentur, contra mentem text. *in l. cùm auus, ff. de condition. & demonſtrat.* & *in l. cùm acutiſſimi, C. de fideicomm.* vndè ratione iniquitatis vitandæ, in caſu noſtræ controuerſiæ, & in ſimilibus, hoc *hæredis* nomen ità coarctari debet, vt nullatenus ex- 14
tranei, qui ab inteſtato venire poſſent, propriis filiabus anteferantur, Ang. elegantiſſimè *conſ. 306. num. 4.* ſub illis verbis; *Vndè hoc caſu hæredis appellatio coarctatur cauſa iniquitatis vitandæ, quæ reſultaret, ſi extraneus admitteretur, priuſquam filia, &c.* iſtamque *Angeli* theoricam amplexi ſunt Alex. *conſ. 36. à num. 6. lib. 3.* aliique relati per Peregrin. *de fideicomm. art. 32. num. 20.*

His ergo ſtantibus, dum in renunciatione, de 15
qua agimus, affirmare velimus, cauſam deficere fauoris deſcendentium, & ſimiliter agnationis, cùm quoque deficiat Principis patris diſpoſitio, ex quo ab inteſtato deceſſit, receptiſſima ſuccedit Scribentium ſententia, vt nunquam renuncians dici poſſit excluſa, ſed imò ex ſuperuenienti voluntate ab eodem patre vocata intelligatur; nam quemadmodùm filia, quæ renunciauit, ſi eſſet à patre hæres inſtituta in teſtamento, ante renunciationis ſtipulationem condito, poſſet ſuccedere, non obſtante renunciatione, ex eo, quia dum pater in eadem remanſit voluntate, nec eam mutauit, videtur reuocaſſe conſenſum ſuper renunciatione præſtitum, vt per Ant. Gomez. *in l. 22. Taur.* & Harthm. *cit. quæſt. 6. nu. 36.* dicunt *Doctores*; talis conſenſus reuocatio, ſicut per patrem fieri poteſt expreſsè, filiam hæredem inſtituendo, ità etiam tacitè, decedendo ſcilicet ab inteſtato: ſic ſanè ſcripſerunt.

Bald. *conſ. 437. per totum numerum 2.* quem omninò vide

Ang. *conſ. 52. circa finem, verſ. ſed in themate noſtro*, ſimiliter omninò videndus.

Philipp

Philipp. Corneus *cit. conſ.*291. *num.*8. qui probans filiæ renunciantis incluſionem, contra amitam, quæ defuncti fratris hæreditatem ad neptis excluſionem petebat, dicit, quòd dum de illa nulla poteſit haberi ratio, ex quo nulla poterat conſiderari veriſimilitudo, vt pater propter ſororem iam nuptam, quæ alienam propagabat familiam, propriam filiam excludere voluiſſet, quia nepos ex germano fratre erat iam præmortuus, ipſéque pater, nec in vita, nec in morte de bonis ſuis diſpoſuerat, ſed inteſtatus deceſſerat, omni iure illius inteſtati hæreditas ad filiam renunciantem erat deuoluenda, ſorore, ipſiúſque renunciantis amita penitùs excluſa, ſicque eſſe locum limitationi text. *in cap. quamuis pactum, de pact. in 6.*

Ludouic. Bologninus *relato conſ.*35. *intra num.*15. *verſ. vel & 2.*

Aymon Crauett. *cit. conſ.*42.

Marant. *diſp.*10. *numer.*14. *verſ. ſed ſi tempore mortis.*

Hieron. Gabriel. *conſ.*131. *intra n.*13. *& conſ.*135. *num.*34. *lib.*1.

Iacob. Cancer. *var. reſol. par.*3. *tit.*15. *num.*33. *verſ. non tamen, & numer.*40. *verſ. & in tali caſu, & num.*41.

Harthm. Piſtor. *quaſt. iur. lib.*4. *quaſt.*6. *num.*61. vbi loquitur in caſu fortiori noſtro, nempè in renunciatione facta à filia patri ſtipulanti *pro ſe, & eius heredibus*, tempore, quo alij non extabant deſcendentes, nec maſculi, neque fœminæ, nec naſcituri ſperabantur, ità quòd nulla poterat illorum conſiderari contemplatio: & tandem concludit, patre refutatario ab inteſtato defuncto, filiam renunciantem ei ſuccedere, agnatis, qui ab inteſtato venire potuiſſent, prorſus excluſis.

Scipio Rouit. *conſ.*23. *num.*21. *& conſ.*44. *num.*9. *verſ. quòd licèt filia, & num.*12. *verſ. & in hoc caſu, lib.*1. quem vide omninò.

Scip. Theodor. *alleg.*36. *num.*30. *verſ. imò dicunt omnes.*

Mercurial. Merlin. *tract. de Legit. lib.*3. *tit.*1. *q.*5. *num.*12. vbi doctiſſimè loquitur.

Seraphin. omninò videndus, *tract. de priuil. iuram. priuil.*21. *num.*24 *ver. quintò limita.*

Rot. *in allegata Rom. renunciationis, verſ. prædicta omnia*, ſub illis verbis, *tacitámque de iure habet in ſe conditionem, dummodò aliquis maſculus, vel deſcendens fratri ſuperuiuat, vel ipſe de bonis renunciatis aliquo modo diſponat, aliàs ſi nullus fratri ſuperuiuat, & de bonis renunciatis non diſponat, prout euenit in præſenti caſu, renunciatio non nocet, perindè ac ſi facta non fuiſſet.*

16 Iacto hoc fundamento, tantorum Iuriſconſultorum authoritate roborato, quo mediante iuſtitia Dominæ Principiſſæ luce meridiana clarior redditur, non obſtare, dicimus, aliquorum ſententiam, qui contra filiam renunciantem reſponderunt, inteſtatam patris ſucceſſionem ei denegantes: quia vel loquuntur, quando ſuperſunt deſcendentes maſculi; vel loquuntur, quando tempore renunciationis extabant maſculi, & fœminæ, ſed tempore mortis patris ſolùm ſuperſunt fœminæ, ſiue tempore renunciationis, & obitus extabant tantùm fœminæ; vel loquuntur, quando tempore renunciationis, & obitus non ſuperſtiterunt alij deſcendentes, nec maſculi, nec fœminæ, niſi ipſa ſola renuncians; vel loquuntur contra filiam monialem; vel & tandem loquuntur fauore agnatorum.

17 Etenim, quod attinet ad primum caſum, quando ſuperſunt deſcendentes maſculi, ſunt qui putarunt, facta renunciatione à filia futuræ parentum ſucceſſioni, tempore, quo alij extabant deſcendentes, quòd ſi pater demùm inteſtatus deceſſerit, tacito eius iudicio, ad ipſius ſucceſſionem vocata intelligatur filia cum aliis deſcendentibus, etiam maſculis; argumento text. *in l. conficiuntur, ff. de iur. codicill.* & hi ſunt Zenzell. *in cap. quamuis pactum, de pact. in 6.* quem in Anthorem huius opinionis laudat Rot. *deciſ.*4. aliàs 850. *de pact. in antiquis*, Bertrand. *conſ.*9. *&* 169. *in* 2. *par.* 3. *vol.* & alij.

Verùm iſtorum ſententiam magis communiter damnatam eſſe, docent Doctores per Ant. Gabriel. relati *lib.*5. *commun. concl. tit. de iur. dot. concl.*1. *n.*40. *verſ. contrarium*, & Capell. Tholoſ. *deciſ.*457. qui in hoc caſu aduerſus *Zenzell.* inſurgens, inteſtatam patris ſucceſſionem vnà ſimul cum aliis deſcendentibus filiæ, quæ renunciauit penitùs negarunt: & in his terminis loquuti ſunt omnes *Doctores* ab Aduerſariis in eorum reſponſis allati, quos rogo Dominos Iudicantes, vt ſigillatim videant, legant, & perpendant; cunctos enim inuenient reprobantes *Zenzell.* quem citant Rot. & Bertrand. *locis citatis*, & hi ſunt Franc. Aret. *in l. qui ſuperſtitis* 93. *ſub nu.*3. *col.*3. *in princ. ver. ſed dubitatur, ff. de acquir. hæred.* Io. Crot. *in ſtipulatio hoc modo concepta, num.*45. *ff. de verbor. obligationibus*, Franch. *in cap. quamuis pactum, num.*10. *verſ. ſed ſi pater deceſſiſſet ab inteſtato, de pact. in* 6. Alex. *conſ.*29. *lib.*3. *&* 149. *num.*4. *lib.*7. qui ſimiliter loquitur, quando ſuperſunt deſcendentes, qui non renunciarunt, & contrarium ſentit, quando deſcendentes non ſuperſunt, Pariſ. *conſ.*26. *lib.*3. qui loquitur in caſu, quo mortuo patre, cui filia renunciauit, ſuperſtiterunt aliæ filiæ; Pancirol. *conſ.*62. *in princ. & num.*2. qui loquitur, quando ſuperſunt deſcendentes, quamuis fœminæ, & contrarium expreſsè ſentit, quando non ſupereſſent: In terminis etiam huius caſus intelligendi ſunt Couarr. *in d. cap. quamuis pactum, par.*3. *relect.* §.3. *n.*5. Ant. Gomez. *in l.*22. *Tauri, num.*8. Gutierrez *in eodem cap. quamuis pactum, verſ. omnino ſeruari debebit, n.*1. 2. & 3. Vaſq. *de ſucceſſ. creat. lib.*2. §.18. *requiſit.*29. *limitat.*1. *num.*119. Craſ. *in §. ſucceſſio ab inteſtato, quaſt.*10. *num.*15. Fachin. *controu. iur. lib.*8. *c.*71. P. Sanchez *in precept. Decal. par.*2. *lib.*7. *cap.*7. *num.*1. & Paul. Galler. *de renunciat. tom.*1. *lib.*2. *cap.*5. *num.*18. *& tom.*2. *cent.*1. *renunciat.*25. *num.*61. *in fine.* Hi omnes denegantes filiæ renuncianti inteſtatam patris ſucceſſionem, fundant concluſionem hanc, authoritate Alex. Io. Crot. Aret. & aliorum *ſuprà* allegatorum, qui loquuntur, vt dixi, quando parentibus, quibus eſt renunciatum, vnà cum filia renunciante ſuperſunt deſcendentes; in his etiam terminis loquutus fuit Franc. Molin. *de rit. nuptiar. lib.*3. *quaſt.*91. *num.*3. 4. & 5. quem citat Fontanell. *de pact. nuptial. tom.*2. *clauſ.*9. *gloſ. vnica, par.*1. *n.*69.

In ſecundo verò caſu, quando tempore renunciationis extabant maſculi, & fœminæ, ſed tempore mortis patris ſolùm ſuperſunt fœminæ, ipſius renunciantis ſorores, ſiue tempore renunciationis, & obitus extabant tantùm fœminæ, quæ paternæ ſucceſſioni non renunciarunt, fateor, nonnullos magni nominis afferri poſſe *Doctores*, qui contra filiam renunciantem reſponderunt, vt nimirùm illa ad inteſtati patris, vel fratris ſucceſſionem cum aliis ſororibus concurrere non poſſit, ex eo, qui illa renunciatio ſic ſimpliciter facta, nedum maſculorum fauore facta cenſetur, ſed etiam ſororum fœminarum, quòd proinde ſi pater inteſtatus decederet, non per hoc cenſeretur, filiam hanc, quæ renunciauit, ab inteſtato tacitè vocaſſe; ſic opinati ſunt Afflict. *deciſ.*161. Couarr. *in d. cap. quamuis pactum, par.*3. *relect.* §.3. Vaſquez *de ſucceſſ. creat.* §.18. *n.*108. *&* 114. Laurent. de Pin. *conſ.*169. Pariſ. *conſ.*26. *lib.*3. aliique, quos refert, & ſequitur Craſ. *in §. ſucceſſio ab inteſtato,*

*quaſt.*10. *num.*13. *&* 14. quibus addo Molin. *de rit. nupt.lib.*3.*quaſt.*92.*n.*27.*&* 32. *cum ſeqq.* & Mangil. *de imputation.quaſt.*72.*num.*13.

20 Verùm, in his etiam caſibus magis communem ſententiam eſſe in contrarium, non dubitamus, vt nimirùm filia, quæ renunciauit, ad inteſtati patris ſucceſſionem,cum aliis ſororibus ſit admittenda, excepto ſi probabilibus argumentis, ſiue coniecturis appareret, recepiſſe patrem à filia renunciationem, vt aliis filiabus prodeſſe potuiſſet, & vt illæ omninò ſorori renuncianti præferrentur, Bal. *conſ.*437. Crauet.*conſ.*42. Boër.*deciſ.*204. Dec. *conſ.*370.*in fin.* Lanar. *conſ.*49.*num.*2.De Ponte *conſ.*39.*num.*3.*lib.*1. vbi pro filia renunciante bis per S.C.deciſum refert, Ranchinus, & Ferrer. *in addition. ad Guid. Pap.deciſ.*192. vbi in illo Senatu ſic de more iudicandi teſtantur, Ant. Fab. *d.ffinit.*12.*C. de pact. conuen.ſuper dot.& de erroribus pragmat. decad.*13. *error.*9.*circa finem*,Fontanell.*de pact.nuptial.lib.*2.*gloſ.vnica,clauſ.*9. *num.*75.*part.*1.Baëz.*de non melioran. dot.cap.*6.*num.*4. Rouit.*conſ.*44.*num.*5.*lib.*1. Theodor.*alleg.*36. *nu.*38. Iacob. Gall. *conſ.*64. *n.*8. *&* 9. vbi ſimiliter ſic aliàs Sacrum Conſilium iudicaſſe teſtatur, & omnium elegantiſſimè Hieronym. Gabriel. *conſ.*131. *num.*13. *lib.*2. quem omninò vide.

21 In tertio autem caſu, nimirùm quando tempore renunciationis nullus extabat deſcendens, nec demùm in die obitus patris ab inteſtato defuncti ſuperſtes aliquis fuit; fateor etiam, quamplures contra filiam renunciantem reſpondiſſe; ea quidem principaliori ratione motos, cùm in hoc caſu nullatenus conſiderari poſſit, recepiſſe patrem à filia renunciationem contemplatione deſcendentium, quos non habebat, nec demùm habuit; ſic enim cenſuerunt nonnulli,quos refert,& ſequitur Carol.Ant. Pute. *conſ. vnico, num.*33.*&* 34. quod eſt impreſſum poſt *conſ.* Sfort.Oddi; Verùm vt etiam in hoc caſu pro filia renunciante, communis, magiſque recepta ſit *Doctorum* ſententia, affirmo indubitanter: nam etſi renunciationis tempore non aderant deſcendentes, poterant tamen naſci, ſicque procreandorum contemplatione factam fuiſſe, fateri debemus, vel ad minus, vt libera remaneret patri teſtandi facultas, quòd cùm demùm,nec filij nati ſunt,nec pater ipſe diſpoſuit; ſed ab inteſtato deceſſit, deficit quidem renunciationis cauſa, ac proinde filia ipſa, renunciatione non obſtante, aperto iure ſuccedit; videantur, quæſo, infraſcripti, qui poſt alios hanc firmarunt concluſionem, Anton.Gomez.*in l.*22.*Tauri,num.*12.Hieronym.Gabriel.*cit.conſ.*131.*n.*13.*lib.*2. Io.Gutierr.*in d.cap.quamuis pactum, verſ. omninò ſeruari,num.*2.*de pact.in* 6. Cancer. *var.reſol.lib.*3.*c.*15.*à num.*17.*vſque ad* 40.Franc.Molin.*de rit.nuptiar.lib.*3. *quaſt.*92.*num.*46.P.Sanch.*in precept. Decal.lib.*7.*c.*7. *num.*20.Harthm.Piſtor. *lib.*4.*quaſt.iur.quaſt.*6.*nu.*59. *cum ſeq.* aliique communiter.

22 In quarto autem caſu, & ſic in renunciatione, quæ fit à Moniali, fateor,omnes conuenire, vt ſemper illa dicatur realis, ità vt patre ab inteſtato defuncto, filia, quæ renunciauit, ſiue Monaſterium ex illius perſona,non modò à deſcendentibus;ſed etiam à quocunque collaterali defuncto proximiore penitùs excludatur; idque tam attenta mente renunciantis, quæ eſt, vt Deo ſeruire poſſit, & Mundum relinquere, quam attenta mente patris, qui renunciationem recepit,cùm non ſit veriſimile,eam recepiſſe, vt deficientibus deſcendentibus ſuccedat Monaſterium;ſed potiùs proximiores conſanguinei; ſic ſanè ſcripſerunt D. de Franch. *deciſ.*375.Rouit. *conſ.*41.*num.*7.*& conſ.*44. ſimiliter *num.*7.Maſtrill.*dec.*65. Caput. *ad Conſuet. Neap. Si moriatur,par.*3.*§.*8.*n.*12. & alij relati per D. Merlin. *controu. forenſ.cent.*1.*c.*5. *per totum*, vbi doctè loquitur.

Quò verò ad vltimum, & poſtremum caſum,ſunt, 23 qui putarunt, patre ab inteſtato decedente, quamuis nullis relictis deſcendentibus, agnationis fauore, filiam, quæ renunciauit, nullatenus ſuccedere poſſe, ſed illam omninò à patris ſucceſſione per agnatos collaterales defuncto proximiores excludi, & hi ſunt Iacob. Menoch.*vulgato conſ.*6.Aym.Crau. *conſ.*856. Burſat. *conſ.*264. & Carol. Ant. Put. *citato conſ.vnico*,poſt *conſilia* Sfotz.Odd.Verùm vt etiam in hoc caſu filia,quæ renunciauit,ſuccedat,agnatis proximioribus penitùs excluſis, magis communem, & receptam eſſe aliorum ſententiam, non dubitamus; vt videre eſt penes Franc.Molin.*cit.tract.de rit.nupt. lib.*3.*quaſt.*92. *à num.*39.*vſque, & per totum num.*46. Rolan.Cauagnol. *in obſer.ad conſ.*Menoch. *cit.conſ.*6. & Harthm.Piſtor.cæteris omiſſis *cit.quaſt.*6.*num.*53. *lib.*4. qui omnes vnanimi conſenſu dixerunt, *Aym. & Menoch.* conſultationem periculoſam eſſe,ac proinde omninò abolendam; & tamen vterque conſuluerunt in aperta patris voluntate, quia bona ſua ad agnatos peruenire volebat,ſicque teſtamentum condendo, quamuis illud caducatum eſſet repertum, dicunt enim præfati Doctores, cauſam fauoris agnationis in patre renunciationem à filia recipiente, eſſe dumtaxat interpretandam fauore deſcendentium, quibus non exiſtentibus tempore mortis patris, illam omninò ceſſare; Quare cauendum eſt à Guid. Pap. *deciſ.*192.& Papon. *lib.*16. *tit.*4. *arreſt.*8. *&* 18. quos citat, & ſequitur Franc. Barry *de ſucceſ. lib.*11.*tit.de pact.de non ſuccedendo,num.*2. *per totum*, vbi *Menoch.* ſequens, pro agnato, contra filiam renunciantem reſpondit, quamuis dicat, hoc ita demùm admittendum, ſi tempore renunciationis pater alios liberos,præter renunciantem,non habebat; quia ſi ſecus, dicit, quòd admitteretur filia.

Sed quicquid in terminis dictorum caſuum præ- 24 fati DD. ſcripſerint, pro eo, quod ad noſtrum pertinet, illud certo certius eſt, aduerſæ Partis fautores Doctorem aliquem afferre non poſſe, qui pro eorum Cliente reſpondere auſus ſit;nimirùm pro Tranſuerſali alterius agnationis, & familiæ, ad propriæ filiæ renunciantis excluſionem, in quibus ſanè terminis noſtra cadit controuerſia:nam vt vidiſtis,Doctores illi, qui contra filiam renunciantem reſponderunt; inteſtatam patris ſucceſſionem ei denegantes, loquuti ſunt in terminis caſuum *ſuprà* enarratorum; & tamen in aliquibus ex eis fuit demonſtratum,etiam attenta facti qualitate,ſuper qua ſcripſerunt, quòd magis communiter eorum ſententia improbatur.

Quò fit,vt omni ſemota difficultate, firma rema- 25 neat concluſio pro Domina Principiſſa filia,ratione, & authoritate fundata,quòd dum omnes cauſæ,propter quas quælibet renunciatio fit, ceſſant,ac penitùs in caſu noſtro deficiunt.Primò,quia Principi defuncto alij deſcendentes,quamuis fœminę non ſuperſtiterunt;minuſque ſecundò,collaterales agnati, ſiue,vt aiunt Aduerſarij, dici non poteſt, renunciationem fuiſſe à Principiſſa filia receptam contemplatione deſcendentium,vel agnatorum,idque in vim pacti,in renunciationis inſtrumento adiecti;cùm quoque deficiat altera, & poſtrema cauſa, propter quam pater ſolet à filia recipere renunciationẽ; nimirùm vt poſſit liberè de bonis ſuis in vita,& in morte diſponere, & in caſu noſtro Princeps ab inteſtato deceſſit, pro non facta habetur renunciatio, ſicque omni iure ſit locus inteſtatæ patris ſucceſſioni.

In nihilo obſtante obiectione altera, quæ ex 26 aduerſo fit, dùm præſupponunt Aduerſarij,concluſionem

ſionem prædictam ex alio in caſu noſtro ceſſare, ex eo, quòd Domina Principiſſa filia paternæ ſucceſſioni ab inteſtato renunciauit, non aliter deſcendentibus contemplatis, & ſic cùm verè inteſtatus Princeps deceſſerit, non eſt tractandum, quia ceſſauit cauſa fauoris libertatis teſtandi; ad id expendentes Collectar. *in cap. propter ingratitudinem, n.* 34. *in fine, de donation.* Anton. Gomez. *in l.* 22. *Tauri, num.* 12. *verſ. quod tamen notabiliter intelligo*, Io. Gutier. *in cap. quamuis pactum, in verb. omninò ſeruari debebit, numer.* 4. & Harth. Piſtor. *lib.* 4. *quæſt. iur. quæſt.* 6. *numer.* 60. Etenim ad hanc imbecillem obiectionem reſpondetur, veriſſimum eſſe, renunciationem, de qua agimus, factam fuiſſe ſucceſſioni ab inteſtato: conſtat enim, omnes renunciationes,
27 quæ à mulieribus, dotibus receptis, fiunt, intelligi ab inteſtato factas, quamuis ſimpliciter initum eſſet pactum de non ſuccedendo; Dec. *in l. fin. num.* 25. *verſ. idem tamen eſſet, C. de pactis,* Sed hoc eſt intelligendum in omni caſu, in quo viget vna ex cauſis, propter quas patres ſolent à filiabus recipere renunciationes, vt quia ſuperſunt deſcendentes, vel quia eſt contemplata familia; nam ſi illæ ceſſarent, renunciatio euaneſcit; pactum enim illud, quod in
28 noſtrâ, & in aliis multis renunciationibus legimus, vt *nunquam* prætendi poſſit, quòd *per mortem patrum abſque deſcendentibus ſint illa expiratæ, ſiue familiæ contemplatione facta*, probauimus *ſuprà* ex receptiſſima Scribentium ſententia, aliud non importare, ſiue aliam non poſſe recipere interpretationem, niſi vt eo caſu libera ſit parentibus diſponendi facultas, etiam in defectu deſcendentium;
29 non autem vt patre decedente ab inteſtato, ſi ſola filia renuncians ſupereſt, ſit illa à patris ſucceſſione repellenda, collateralibus admiſſis: Illud autem, quod in hac re ſcripſerunt Collectar. Anton. Gomez. Io. Guter. & Harthm. *locis citatis*, ad caſum noſtrum allegare eſt impertinens ſatis, nunquam enim Doctores iſti peritiſſimi dixerunt, vt præſupponunt Aduerſarij, minuſque affirmare ſe ſomniarunt, quòd vbi filia patri renunciat, eo adiecto, vt renunciatio non intelligatur facta fauore deſcendentium, vel agnatorum, quòd decedente demùm patre ab inteſtato, filia taliter paciſcens, à ſucceſſione repellatur: ſed caſum poſuerunt, quando tempore renunciationis nulli extabant liberi, præterquàm ipſa renuncians, quæ renunciando dixit, quòd ſi liberi non naſcantur, poſſit eo caſu pater aliis venientibus ab inteſtato, vel cuilibet extraneo bona relinquere; ſiue, vt dicit *Collectar.* fieret propriè renunciatio venientibus ab inteſtato, ſub illis verbis *intra numer.* 34. *ſed ſi tale iuramentum præſtaretur, venientibus ab inteſtato, vel alij, fortè, &c.* ex hoc dicuntur hi Doctores, quòd ſi pater liberis non natis ab inteſtato decederet, filia à ſuccedendo repelleretur, idque forſan ſumma cum ratione; enixè enim conſtat, ex hoc pacto renunciantis voluntatem, ac patris, cui eſt renunciatum, eam fuiſſe, vt deficientibus deſcendentibus, ſuccedere deberent illi venientes ab inteſtato, & non ipſa renuncians, & ſic in hac renunciationis forma, in defectu deſcendentium fuerunt expreſsè contemplati alij venientes ab inteſtato: id quod in renunciatione, de qua agimus, non aliter legimus; nunquam enim dixit Principiſſa, quòd vbi pater ſine filiis decederet, poſſet ille bona ſua aliis venientibus ab inteteſtato relinquere, vel quòd eo caſu ſuccederent alij venientes ab inteſtato; ſed tantùm dixit, vt renunciationes haberent effectum, tam ad fauorem Principis patris, quàm Don Franciſci filij, eorumque hæredum, & ſucceſſorum vniuerſalium, & particularium, adeò vt nunquam prætendi poſſet, quòd per mortem eorundem dominorum donatariorum, abſque deſcendentibus ſint expiratæ, ſiue factæ contemplatione familiæ, & agnationis: quod quidem pactum, demonſtrauimus aliud non importare, niſi vt 30
eo caſu libera eſſet illis diſponendi facultas in defectu deſcendentium, vt in puncto explicat Harthm. *loc. cit. num.* 61. *verſ. alio modo reſtringit Zaſ.* & demùm in altero *verſ. cùm autem exiſtimandum non ſit*; id quod ex illius pacti formula patet euidentiſſimè, dum renunciat Principiſſa filia ad fauorem patris, eiuſque fratris Don Franciſci, illorumque hæredum, & ſucceſſorum vniuerſalium, & particularium, quos ſcilicet, ſine dubio dicendum eſt, inſtituere illi voluiſſent, vel vniuerſaliter, vel particulariter, 31
cùm hæres particularis eſſe non poterat, niſi teſtamentarius, & quamuis ab inteſtato poterat dari hæres vniuerſalis, ſi tamen paciſcentium mentem attendere debemus, & ſic tam filiæ renunciantis, 32
quam patris, cui fit renunciatio, provt in hac renunciationis materia attendendam eſſe, admonent Couar. *in d. cap. quamuis pactum, par.* 3. *relect.* §. 3. *ante num.* 5. Hieronym. Gabr. *conſ.* 131. *num.* 10. *& ſeq. lib.* 2. P. Molin. *tom.* 3. *de iuſt. & iur. diſput.* 579. *nu.* 19. *in fine*, & P. Sanch. *in precept. Decal. lib.* 7. *cap.* 7. *n.* 18. *&* 19. nullo pacto eſt præſumendum, quòd in hac ſtipulatione, quam legimus pro hæredibus, & ſucceſſoribus vniuerſalibus, & particularibus, ſentire voluerint filia renuncians, & pater, cui fuit renunciatum, vt includerentur hæredes ab inteſtato venientes ex linea collaterali, & vt illis pater ipſe proſpicere voluiſſet, ad propriæ ſobolis excluſionem; nam ſi contendit Dom. Dux, in hac renunciatione non fuiſſe contemplatos deſcendentes, ſicque illorum fauore non poſſe dici, renunciationis actum fuiſſe à Principe patre receptum, quonam modo credi poteſt, fuiſſe receptum ad fauorem ipſius Dom. Ducis ex ſorore nepotis? ſi enim noluit acquirere pro deſcendentibus, certè à fortiori nec pro collateralibus; & ſic dico, quòd dum legis præſumptio non aſſiſtit, imò repugnat, vt mens Principis fuerit recipere renunciationem pro excluſione filiæ, & incluſione collateralium; cùm quoque deficiant verba, 33
ex quo in tota renunciatione non legimus, fuiſſe contemplatum, ſiue nominatum aliquem ex collateralibus; ſequitur certè dicendum, quòd ſtipulando Princeps renunciationem pro ſe, & filio, eorumque hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque, vniuerſalibus, & particularibus, eo adiecto, vt deficientibus deſcendentibus, renunciatio adhùc in ſuo robore ſtare deberet, aliud in mente habere non poterat, niſi renunciationem recipere, ad hoc vt de bonis ſuis libera ei remaneret diſponendi facultas, abſque quòd cogi potuiſſet in defectu deſcendentium inſtituere hæredem filiam renunciantem, vt Ang. Crau. Gabr. Rot. Rom. & aliorum authoritate probauimus *ſuprà num.* 12. 34

Quod quantum ſit de iure verum, tantum eſt in facto veriſſimum ex depoſitione vnius teſtis examinati ad inſtantiam eiuſdem Dom. Ducis *in proceſſu vitæ, & militiæ fol.* 62. qui plenè probat pro Domina Principiſſa; conſtat enim ex hac depoſitione, adeò verum eſſe, D. Principem aliud in contractu renunciationis non præcogitaſſe, niſi tantùm, vt in defectu deſcendentium remaneret ei libera de bonis ſuis diſponendi facultas, quòd cùm demùm ſe de liberis ad ſuccedendum habilibus deſperatum vidiſſet, quamuis renunciationem pro ſe haberet, tantis clauſulis vallatam, adhùc dubitabat, ſi poterat liberè de ſuo diſponere, quòd proindè conſilium quærebat, an potuiſſet teſtamentum condere, eiuſque

bona relinquere perſonæ ſibi melius viſæ, abſque quòd cogi potuiſſet inſtituere hæredem filiam, quæ iam renunciauerat, & cùm ipſi reſponſum eſſet, quòd poterat liberè diſponere, adhùc remanſit in ambiguitate, ſanius quærens conſilium: Conſidera autem modò, ſi ſtipulando Princeps *pro ſe, & hæredibus quibuſcunque*, ſenſerit nè, vt decedendo ſine deſcendentibus, & ab inteſtato, ſuccedere debuiſſent collaterales?

35 Etenim ſi verè Dominus Princeps pater filiam ſuam, mediante hac renunciatione, ab eius ſucceſſione excludere voluiſſet, etiam in caſu, quo ab inteſtato deceſſiſſet abſque deſcendentibus, ad hoc vt ſuccedere debuiſſent collaterales, ſiue agnati, ſiue cognati, quando pactum à filia extorſit, vt nunquam prætendi poſſet, renunciationes cenſeri expiratas per mortem ipſorum donatariorum abſque deſcendentibus, vel factas contemplatione familiæ, procuraſſet, vt renunciaret filia ad fauorem cuiuſlibet hæredis extranei, quem inſtituere voluiſſet, ac omnium, & quorumcunque venientium ab inteſtato, quamuis collateralium, ſi ab inteſtato patrem ipſum mori contigiſſet, iuxta cautelam traditam per Doctores, quos referunt, & ſequuntur Conſiliar. Theodor. *d. alleg.* 36. *numer.* 34. & Caput. *ad Conſuet. Neap. in Conſuet. Si moriatur*, *p.* 3. §. 4. *ante num.* 4. *verſ. Item in ſucceſſione*, vbi inter alios citant Ant. Gomez *loc. proximè cit.* id quod cùm nullibi in noſtro renunciationis inſtrumento legamus, non eſt cur de extraneorum fauore ab inteſtato venientium nunquam contemplatorum, ad propriæ filiæ excluſionem hic tractari poſſit, quod cùm Sole clarius ſit, ampliùs hac in re non inſiſto.

36 Sed vlteriùs progrediendo, cùm certum ſit, hæc omnia ſuprà iam dicta tam benè procedere in ſucceſſione bonorum allodialium; dico modò, quòd indubitata illa redduntur, & penitùs ſine vlla controuerſia in ſucceſſione bonorum feudalium, ſuper qua noſtra occurrit diſceptatio: conſtat enim, feudali ſanctione cautum eſſe, renunciationem, ſiue refutationem, quæ fit de feudo, ſemper dici perſonalem, factam ſcilicèt contemplatione illius, cui fuit renunciatum, eiúſque filiorum tantùm, quamuis refutatarius renunciationem receperit *pro ſe, & hæredibus, & cui ipſe dederit*, vndè ſi demùm refutatarium ipſum ſine filio mori contigerit, refutans, ſiue renuncians, vti defuncto feudatario proximior, pacto non obſtante ad feudi renunciati ſucceſſionem admittitur, agnato remotiore penitùs excluſo; hic eſt text. ſatis vulgatus *in cap. vnico, de eo, qui finem*
37 *fecit agnat. de feud. pater.* in quo eſt benè notandum, verba illa, *ſuiſque hæredibus, & cui ipſe dederit*, idem importare, ac ſi dictum eſſet, *pro hæredibus quibuſcunque*, quæ tantùm verba in noſtra renunciatione leguntur; vt per Doctores, quos referunt D. Cardinal. Tuſch. *pract. concluſ. lit. C. concl.* 295. *n.* 7. Mart. *tract. de clauſulis, par.* 1. *clauſ.* 93. *&* 108. & *in ſumm. ſucceſſ. legal. p.* 3. *q.* 7. *art.* 3. *nu.* 17. Cacheran. *deciſ.* 26. *num.* 18. *verſ. qui omnes equiparant*, Coſta *de clauſ. p.* 2. *clauſ.* 106. poſt alios, quos citat; & Molfeſ. *ad Conſuet. Neap. tom.* 2. *par.* 10. *quæſt.* 20. *nu.* 11. imò maioris importantiæ eſſe clauſulam, *& quibus dederit*, quam illam, *pro hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque*, declarat Camer. *in c. Imperialem, fol.* 29. *lit. D. cum ſeqq.* & D. Cardinal. Tuſch. *loco cit. num.* 8. & in terminis text. *in d. cap. vnico, de eo, qui finem fecit, &c.* Conſiliarius Theodorus omninò videndus *alleg.* 36. *n.* 19. *per totum*; Vndè ſequitur, quòd quemadmodùm ex diſpoſitione *text. prædicti*, vbi Andr. & omnes, clauſula, *& quibus ipſe dederit*, facit, vt perſonalis dicatur renunciatio, à fortiori perſonalis cenſenda erit cum clauſula, *pro hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque*, ſequitur etiam in caſu noſtro, quòd ſicut clauſula *& quibus ipſe dederit*, nihil operatur, quando perſona, cui fuit renunciatum, non diſpoſuit, vt per Andr. in d. *c. vnico, n.* 1. ibi, *& eum, cui dederit, non habet filium, nec alij dedit, &c.* & optimè per Aluarot. *num.* 3. ſub illis verbis, *neque iſta verba, & cui dederit aliquid operantur, poſtquam vaſallus non fuit vſus illa potentia ſibi attributa, &c.* ſic etiam clauſulam, *pro hæredibus quibuſcunque*, refutatario non diſponente, ſiue ea non vtente, nullius erit releuantiæ.

Sed aduerſus prædicta inſurgunt Aduerſarij, aſſerentes, nullatenus ea ad caſum noſtrum pertinere, 38 idque ex pluribus; & *Primò* contendunt, diſpoſitionem text. *in d. cap. vnico*, procedere tantùm, quando agitur de ſuccedendo in feudo ex pacto, & prouidentia, ſecus autem vbi ageretur de ſuccedendo in feudis hæreditariis, qualia ſunt in Regno omnia; ad id expendentes Io. Vinc. de Anna *in repetit. rubr. & c. 1. de vaſall. decrep. ætat. num.* 353. & Conſiliar. de Georg. *alleg.* 17. *num.* 19. *&* 20.

Secundò dicunt, quòd quando eſſet attendenda diſpoſitio text. *in d. cap. vnico*, fieret locus in caſu noſtro duabus limitationibus *ibi* poſitis; nam quamuis in prima parte *text.* diſpoſitum ſit, dari regreſſum renuncianti, quando feudum agnato, ſuiſque hæredibus, & quibus ipſe dederit, refutatum extitit, defuncto demùm refutatario ſine filiis, in ſecunda tamen parte hæc concluſio duobus modis limitatur: & Primò, quando feudum, fuiſſet omninò refutatum, ibi, in tex. *niſi feudum omninò refutauerit.* Secundò, vbi renunciatio ſiue refutatio fuiſſet in manibus Domini facta, ad hoc vt refutatarium, quaſi de nouo beneficio inueſtiret. Dicunt modò Aduerſarij, caſum noſtrum contineri ſub his duabus limitationibus, non autem ſub prima diſpoſitione, contendentes, Principiſſam filiam omninò feudorum ſucceſſioni renunciaſſe, & in manibus Domini noſtri Regis, ob Regij aſſenſus impetrationem ſuper renunciatione ſubſequutam; idque ſat eſſe, dicunt, vt renunciatio, de qua agimus, realis, non autem perſonalis ſit diiudicanda, & per conſequens fore Principiſſam à feudorum ſucceſſione repellendam.

At pro Domina Principiſſa inſiſtendo ſemper in 39 concluſione paulò antè firmata, replicamus, factas oppoſitiones omni prorſus fundamento carere: Et quod ad primam attinet, dicant Aduerſarij quicquid velint, nimirùm text. *in d. cap. vnico, de eo, qui finem fecit agnat.* loqui in feudo ex pacto, & prouidentia, prout & quamplurima iura, quæ in feudorum libris ſcripta inuenimus, ſed dicant inſimul, feuda omnia in Regno, non aliter dici ſimpliciter hæreditaria, ſed omninò mixta, participant enim de 40 feudo ex pacto, & prouidentia, cùm in illis non poſſit quilibet hæres inſtitui, ſed is tantùm, qui à primo deſcendit acquirente, participant etiam de feudo hæreditario, ex quo ille, qui ſuccedere vult, hæres eſſe tenetur vltimi decedentis, & ſine hæreditaria qualitate ſuccedere non poteſt; vt poſt Camer. explicat Dom. Reg. Rouit. *in reſponſo poſt* 11. *deciſ. Domini Reg. de Ponte, à num.* 36. *vſque ad* 40. ſubdens *ibi*, feudum mixtum, vnum & idem eſſe cum feudo ex pacto, & prouidentia hæreditario, ac proinde omnia 41 iura feudalia, quæ in feudo ex pacto, & prouidentia loquuntur, habere etiam locum in feudo hæreditario, mixto ſcilicet; docet idem Dom. Reg. Rouit. *eodem reſponſo n.* 11. 45. 46. 74. *&* 112. id quod nemo ex Noſtris, qui per legitimos iuris feudalis tramites deambulare voluit, in dubium reuocauit. Etenim omni tempore vidimus, quòd quando in 42 Regno de feudali articulo diſputari contigit, in defectum

ctum iuris municipalis eiuſdem Regni, ſemper pro quæſtionis reſolutione, ad iura Feudalia communia fuit habitus recurſus; ſunt enim illa apud nos receptiſſima, & paſſim ſecundùm ea iudicatur; Gloſ. *final. in Conſtitut. Vt de ſucceſſionibus, in verb. iniuriam, col.*3. §. *ſimiliter eras*. And. *in cap.*1. *in fine, de feud. cognit.* D. Præſ. de Franch. *deciſ.*19. in qua cùm feudalis quæſtio decidenda occurreret, fertur deciſio ſecundùm ius commune feudorum, & tamen non de feudo ex pacto, & prouidentia, ſed hæreditario mixto agebatur; ſubdens *num.6.* hæc verba: *Et maximè hæc opinio habita fuit pro vera in Sacro Conſilio, in quo ſeruantur capitula prædicta vſum feudorum*; idem dixit D.Reg.Rouit. *loco cit. num.*1. aliique, quos inſequendo congerit D. Præſidens Cacacius *in reſponſo impreſſo per* D.Fiſcalem Lanar. *in repet. feudal. Regentis eius patrui, in cap.*1. *de ſucceſſ. feud. num.*13. quibus addo nouiſſimè Horat. Montan. *in cap. Imperialem, §. præterea Ducatus, num.97. in fine, verſ.& de obſeruantia in Regno noſtro.*

Quódque hoc verum ſit, ac penitùs ſine vlla controuerſia, patet ex relatis per Io. Vincent. de Anna ab Aduerſariis allegatum *à d. numer.*353. *vſque ad num.*405. Dubitauit *ibi* inſignis ille Feudiſta, quid di-
43 cendum, quando ſine deſcendentibus moritur filius, cui pater feudum refutauerat, patre ipſo, & fratre ſuperſtitibus, quiſnam ad feudi ſucceſſionem veniat admittendus, pater, vel frater? & ſi pater, an iure reuerſionis, vel potiùs hæreditario? allegabatur Andr. *in cap.*1. *de natur. ſucceſ. feud. col.*2. *verſ. benè putamus*, vbi dicit, patrem admittendum eſſe, & iure hæreditario; non autem fratrem, niſi omninò ille feudum filio refutaſſet, vel in manibus Domini; allegando text. *in d.cap.vnico, de eo, qui finem fecit*; ex aduerſo autem dicebatur, tex. *in d.c.vnico*, per Andr. allegatum procedere in feudo ex pacto, non autem in feudo hæreditario, de cuius ſucceſſione agebatur, ac proinde pro quæſtionis reſolutione allegari non poſſe; Hac tamen oppoſitione non obſtante, teſtatur Anna, *iuxta Andr.* ſententiam, cui ipſe inhærebat, fuiſſe pluries per S.C. pro patre contra fratrem pronunciatum: & iterùm cùm de eadem quæ-
44 ſtione diſputari contigiſſet ſuper ſucceſſione feudorum remanſorum in hæreditate quond. Hannibalis Gambacurta, cui mater feuda refutauerat, dicebat mater refutans, ipſam eſſe ad feudi refutati ſucceſſionem admittendam, attenta diſpoſitione text. *in d. cap. vnico*: E contra defuncti ſoror vtrinque coniuncta, cuius partes tuebatur *Ioan.Andr.de Georg.* quem ex aduerſo Scribentes allegarunt in relata *alleg.*17. *num.*18. & 20. dicebat, ipſam eſſe admittendam, in nihilo obſtante diſpoſitione text. *in d. cap. vnico*, ex quo loquebatur in feudo ex pacto, & ſic ad hæreditarium applicari non poterat: Attamen Sacrum Conſilium habendo refutationem pro perſonali, non autem pro reali, ad matris fauorem iudicauit, & ſic *Georgius* ſententiam contra Clientem reportauit, vt ipſe in *fine allegationis* teſtatur, fuitque in cauſa illa per *D. Præſid.de Franch.* deciſio emanata, quæ eſt 591. *in volum. ſuarum deciſionum*, quod docet etiam Reg. de Ponte *tract. de poteſtat. Proreg. in tit. de refutat. feud. in princ. num* 29. *verſ.& refutatio*, vbi expreſſis verbis dicit, quòd ſi refutatio fuerit facta filio, ſuiſque hæredibus, & cui dederit, quòd decedente demùm refutatario, ſuperſtitibus patre refutante, ac fratre, pater refutans in feudi ſucceſſione, fratri, ipſiúſque filio præfertur. Quibus ſic ſtantibus corruit prorſus oppoſitio facta; nimirùm, quòd text. *in d.cap. vnic.* loquitur in feudo ex pacto, & non in illo hæreditario, cùm etiam in hæreditario procedat, imò maiori cum ratione illius diſpoſitio adaptatur in feudo hæreditario, quàm propriè in feudo ex pacto; vt ſatis benè docet Marin. Frecc. *de ſubfeud. lib.* 1. *in tit. de different. inter feud. ex pacto, & hæreditar. different.* 11.

Minùs etiam, dicimus, ſecundam obſtare oppo- 45
ſitionem, etenim facili quidem modo demonſtrabitur, caſum noſtrum non aliter ſub duabus limitationibus poſitis *in dicto cap. vnico* contineri; ſed præcisè verſari ſub principali illius diſpoſitione, quæ probat, renunciationem, quæ fit de feudo agnato, ſuiſque hæredibus, & cui ipſe dederit, perſonalem eſſe; conſtat enim renunciationis tenore Principiſſam nunquam feuda paterna, aliaque antiqua renunciaſſe *omninò*, nec etiam in manibus Domini; in quibus quidem duobus caſibus dicit *text.* renunciationem effici realem: Quod vt fiat manifeſtiſſimum, illud neceſſariò diſcutiendum venit, nimirùm quando verè dici poſſit, renunciationem eſſe factam *om-* 46
ninò, ad hoc vt realis ſit illa diiudicanda, iuxta text. *in d.cap.vnico, in* 2.*part.* Ad quod reſpondemus, verbum illud *omninò*, duplicem à *Doctoribus* recepiſſe interpretationem.

Alij enim æſtimarunt, renunciationem tunc intelligi factam *omninò*, quando fit in manibus Domini, ad hoc vt ille de nouo inueſtiat aliquem, & hi ſunt.

Bald. *in d. cap. vnico, num.*2. dicens, quòd vbi in *text.* legitur, *niſi feudum omninò refutauerit*, in quibuſdam Codicibus legitur, *niſi feudum Domino refutauerit*: idémque *in c.*1. *verſ. pro vlteriori, de alienat. feud. in cap.*1. *col.*1. *verſ. ſecunda concluſio, Imperat. Lothar. in authent. in ſucceſſione, ante num.*7. *verſ. nec renunciatione perditur, C. de ſuis, & legit. hæred. & in conſ.*181. *vol.*1.

Aret. *conſ.*3. vbi dicit, refutationem feudi *omninò*, ſiue in omnem caſum, niſi aliud eſſe, niſi reſignationem in manibus ſuperioris Domini.

Alex. *conſ.*13. *num.*4.5.*&* 7. *lib.*5.

Afflict. *in cap.*1. *num.*36. *notab.*3. *de vaſall. decrep. ætat.*

Ruin. *conſ.*1. *num.*17.*& num.*20. *lib.*1.

Philipp.Corne. *conſ.*180. *vol.*4.

Iacobin. *de feud. in cap.* quod incipit, *Et vnus ex dictis vaſallis, n.*5.6.*&* 7. *fol. mihi* 99.

Ripa *in l. naturaliter, §. nihil commune, n.*108. *ff. de acquir. poſſeſſ.*

Capyc. *in inueſt. feudal. in verb. feudorum diuiſio, in* 4. *limitatione, verſ. tertiò nota, fol. mihi* 163. vbi allegando Iacobin. *loco cit.* hæc dicit verba: *Tertiò nota, quòd volens omninò renunciare, & in totum amittere ius feudi, non poteſt hoc facere, niſi renunciando in manibus Domini ipſius feudi, Iacobin. &c.*

Loffred. *in c.*1. *de natur. ſucceſſ. feud. fol.*48. *in fine, verſ.& expreſſè dicit Franc. de Aret.*

Io. Vinc. de Anna *in repet. cap.*1. *de vaſall. decrep. ætat.* vbi *n.*55. dicit, in manibus Domini tunc dici fieri refutationem, cùm in poteſtate, dominio, & poſſeſſione Domini feudum relinquitur.

Reg. Reuerter. *deciſ.*67. *alias* 155. *ſecundùm meam compilationem.*

Io. Vinc. Hond. *conſ.*16. *à n.*21. *ad* 27. *lib.*1.

Alij autem interpretati ſunt, renunciationem tunc 47
dici factam eſſe *omninò*, & ſic realem fore cenſendam, quando generaliter, & in rem eſſet facta, nimirùm ad fauorem quorumcunque, nulla in renunciationis contractu nominata, aut expreſſa perſona, cui renunciatur, ità vt nullatenus colligi poſſit, quòd fuerit facta renunciatio reſpectu alicuius; cæterùm ſi facta reperiretur ad fauorem alicuius, ſicque expreſſa, & nominata eſſet perſona, cui fuit renunciatum, ſiue ad fauorem, cuius eſſet facta re-

nunciatio, ſemper perſonalis illa iudicabitur, ac proinde ſi facta appareret *Titio, eiuſque hæredibus, & ſucceſſoribus, & cui ipſe dederit*, defuncto demùm Titio refutatario ſine filijs, quia illa refutatio, ſiue pactum factum fuit in perſonam Titij, eiuſque hæredum, qui intelliguntur de filiis; non autem de aliis, pactum illud dicitur perſonale, & vltra perſonas illas non egreditur, ſicque refutans, ſiue renuncians, aliis remotioribus agnatis penitùs excluſis, ad feudi refutati ſucceſſionem admittitur; ità ſcripſerunt,

Aluarot. *in d. cap. vnico, n. 3. de eo, qui finem fecit*, ibique Gloſ. & Iacob. de Beluiſ.

Alex. *conſ.* 13. *num.* 5. *&* 6. *vol.* 5.

Ant. Capyc. *in citato verb. Feudorum diuiſio, in* 4. *limit. fol.* 163. vbi dicit, hoc notandum eſſe ad intellectum eorum, quæ dicit Andr. *in d. cap. vnico.*

Loffred. *in d. cap.* 1. *de natur. ſucceſſ. feud. fol.* 48. *verſ. ſed poſito, quòd dicta renunciatio.*

Liparul. *in addition. ad Andr. in cap.* 1. *de vaſal. decrep. ætat. in verb. vel ſimpliciter, per totum.*

Hieronym. Gabr. *conſ.* 89. *num* 8. & 9. *lib.* 1. vbi expreſſis verbis dicit, quòd quando non eſt renunciatum reſpectu quorumcunque generaliter, & in rem, nulla expreſſa perſona, ſed apparet, eſſe factam renunciationem nominatis perſonis, perſonalis dicitur renunciatio, & fit locus primæ parti *dicti cap.* 1. *de eo, qui finem fecit*, vt nimirùm non obſtante pacto, & ceſſione, qui ceſſit admittatur, ex quo renuncians non præſumitur, quòd voluerit prodeſſe perſonæ extraneæ, ſed ſolùm expreſſis.

Reg. Lanar. *conſ.* 49. *num.* 6.

Camil. de Medic. *conſ.* 2. *à numero* 126. *vſque ad* 132. vbi dicit, quòd quando renunciatio fit ſimpliciter in manibus Domini, nulla mentione facta certæ perſonæ, tunc realis illa dicitur, verùm ſi certæ perſonæ, eiuſque hæredibus facta eſſet, perſonalis cenſeretur, quia intelligitur *pro ſe, & filiis*, adeò quòd refutatario ſine filiis defuncto, refutans renunciatione non obſtante ſuccedet; ſubdens *n.* 178. *& ſequ.* concluſionem hanc adeò veram eſſe, nimirùm refutationem perſonalem cenſeri, quando fit agnato *pro ſe, & hæredibus*, quòd ſi in renunciatione clauſulæ adeſſent ſolitæ generales, *cedendo, & renunciando omne ius, etiam de futuro*; quòd adhùc non includeretur caſus futuræ ſucceſſionis, quin refutans ſuccederet, quando is, cui eſt facta refutatio, ſine filiis decederet.

Aurel. Corbul. *tract. de iur. emphyt. in tit. de cauſ. priuat. ob renunciationem, numer.* 2. *cum ſeq.* vbi explicat, *fauore cuiuſcunque, Notario ſtipulante pro omnibus.*

Fab. de Anna *in addition. ad ſingul.* 439. *ſui Genitoris*, vbi inhærendo ſententiæ Capyc. & Loffred. *loc. cit.* eiuſque Genitoris, *in d. cap.* 1. *à num.* 71. *vſque ad* 77. *de vaſ. decrep. ætat.* dicit, quòd non eſt verbum *omninò, & in omnem cauſam*, quod facit renunciationem realem; ſed ſolùm quando fit in duobus caſibus, vt *ſuprà* enarratis, adhùc ſi eſſet dictum, *omni iuri, quod habere ſperat*; ſicquè ſubdit, communem eſſe Feudiſtarum traditionem.

Scipio Theod. *allegat.* 36. *num.* 34. *per totum*, omninò videndus.

Henric. de Roſental. *de feud. cap.* 2. *concluſ.* 20. *num.* 6. *& in litera C. & D. & concl.* 21. *num.* 8. *&* 9. vbi notabiliter dicit, adeò verùm eſſe, ad hoc, vt dicatur refutatio facta *omninò*, & ſic realis, quòd fiat nulla contemplata perſona, vt quamius facta eſſet in manibus Domini, eo tamen expreſſo, vt *talis agnatus de feudo inueſtiatur*. & ſic illum nominando, perſonalis dicitur talis renunciatio; id quod etiam pro indubitato affirmat Gratian. *diſcept. forenſ. tom.* 3. *cap.* 557. *num.* 57. *& ſeq.*

48 Modò, deueniendo ad rem noſtram; cùm certum ſit, renunciationem, de qua agimus, nullatenus à Domina Principiſſa in manibus Regis noſtri factam fuiſſe, nec ſimiliter renunciaſſe illam ſimpliciter, idem nulla expreſſa, aut contemplata perſona, in quibus tantùm duobus caſibus, vt dictum eſt, renunciatio in feudis dicitur realis, ſed ex renunciationis tenore apparet enixè, fuiſſe illam conceptam ad fauorem certarum perſonarum, nimirùm Principis patris, ac Domini mei Don Franciſci fratris, eorumque hæredum quorumcunque, qui intelliguntur de filiis, certè perſonalis, non autem realis cenſenda eſt renunciatio iſta; & ſic fit locus diſpoſitioni tex.
in d. c. vnico, in prima par. vt refutatario ſine filiis de- 49
cedente, ad feudi refutati ſucceſſionem, qui illud refutauit, agnato remotiore excluſo, ſit omninò admittendus; id quod etiam ſatis benè, & in puncto conſiderauit Reg. de Pont. *tract. de poteſt. Proreg. tit. de refutat. feud. in princ. n.* 29. Reg. Rouit. *conſ.* 43. *n.* 11. *lib.* 1. aliique Noſtrates paſſim, ſine contradictore.

50 Nec, quæſo, dicant ampliùs Aduerſarij, renunciationem, de qua agimus, dici factam in manibus Domini, & ſic realem eſſe cenſendam; ex quo ſuper illa D. Rex noſter aſſenſit, ſicque aſſenſum operari, vt renunciatio cum hac ſolemnitate facta, quandam fictam contineat feudorum relaxationem in manibus Domini, vt feuda illa conferat in perſonam proximioris agnati, vno actu occultato; idque ex regula *l. lege obuenire, ff. de verb. ſignific.* vbi qui conſentit, ſiue confirmat, dat; And. allegantes *in dicto cap. vnico, col.* 4. *de eo, qui finem fecit agnat.* Matin. Frec. *lib.* 2. *de ſubfeud. quæſt.* 14. *n.* 3. *fol. mihi* 199. & Balzar. *in d. cap. vnico, n.* 14.

Etenim pro reſponſione fas ſit mihi dicere, aſſertionem hanc eſſe ſatis erroneam, & ſignanter in caſu noſtro. Quod vt clarum fiat, dico primò, terminos text. *in d. cap. vnico*, afferri in hac cauſa vti caſum decidentes, noſtro fortiorem; ibi enim qui refutat, feudum poſſidet, illúdque in agnatum transfert, & quamuis agnatus refutatum feudum recipiat *pro ſe, ſuiſque hæredibus, & cui ipſe dederit*, ſi tamen ipſum ſine filiis mori contigerit, refutanti, pacto, ideſt refutatione non obſtante, ad ſuccedendum datur regreſſus: quando autem filia patri renunciat, nil poſſidet, quod transferre poſſit, ſed tantùm promittit patri non ſuccedere, vndè defuncto patre ſine filiis, à fortiori, & maiori cum ratione, renunciatione non obſtante, agnatis excluſis ſuccedere debet filia renuncians; Affirmare autem, aſſenſum ſuper refutatione impetratum efficere, vt refutatio quandam fictam contineat relaxationem in manibus Domini, ad hoc vt demùm Dominus ipſe refutatum feudum in proximioris agnati perſonam conferat, vno actu occultato ad caſum, quando filia patri renunciat, Regio accedente aſſenſu; non applicatur, ex quo mediante hac renunciatione pater renunciatarius feudum non acquirit, quia ſuum eſt, & quod ſuum eſt, amplius ſuum effici non poteſt; ſicque nullatenus conſiderari poteſt relaxatio aliqua in manibus Domini, vt ille vno actu occultato patrem renunciatarium de feudo, quod ſemper poſſedit, & poſſidet, inueſtiat; hoc enim impoſſibile eſt, operatur autem aſſenſus, qui ſuper renunciatione impetratur, ad hoc vt actus ille renunciationis robur accipiat, dum tractatur de remittendo, donando, & cedendo ſucceſſionem bonorum, quorum commercium, abſque ſupremi Domini conſenſu prohibitum eſt, ad text. *in cap.* 1. *de prohib. feud. alien. per Lothar.* & *in cap.* 1. *de prohib. feud. alien. per Fred.*

Sed

51 Sed non diſcedendo à puris terminis text. *in d.*
cap.vnico, dico ſecundo, ſatis eſſe à veritate procul,
affirmare, refutationem dici factam in manibus Do-
mini, dum ſuper illa Regius fuit impetratus aſſenſus,
conſtat enim ſine controuerſia, aſſenſum à contra-
ctu regulari, illiuſque naturam aſſumere, Frec.*lib.2.*
de ſubfeud. author.1. quaſt.2.numer.14. fol. mihi 177.
D.Reg. de Ponte *conſ.64. num.30.lib.1.* & D. Reg.
Rouit. cæteris omiſſis *deciſ.84.num.7.* quòd proindè
52 quando interponitur aſſenſus ſuper contractu, quem
contrahentes ſine illo perficere poſſunt, videtur eſ-
ſe ſicut verba ſuperflua ſtipulationis, ac ſi diceretur,
Arma, Virumquè cano, quæ nihil addunt; ita Andr.
in cap.1.§.ſed neceſt alia iuſtior, num.38. qua ſit prim.
cauſ.beneſ.amittend. D. Reg. de Ponte *tract.de poteſt.*
Proreg tit.de refutat.feud.§.5.n.4.

Hoc poſito, peto Ego, in refutatione, quæ fit de
feudo in agnatum proximè ſucceſſurum, requiritur-
nè Regius aſſenſus? certè non; cum proximior ag-
natus, feudum, quod ei refutatur, de nouo non ac-
quirat: ſed potiùs acquiſitum capit; comprehendi-
tur enim ſub prima inueſtitura, & cùm ſit de ſangui-
ne primi acquirentis, non dicitur noua perſona in
53 feudo, vndè dicitur propriè Refutatio, præmatura
ſucceſſio; & ſic non eſt, cur dici poſſit aſſenſu in-
digere; ſunt iura nimis vulgata in *cap.1. §. & ſi libel-*
lum, de alien. feud. pater. & in *cap.1.§. ſed & res.per*
quos fiat.inueſt. & *vtrobique* Andr. D.Præſ.de Franch.
deciſ.663.num.4. & 6. Io. Vinc. de Anna *ſingul.569.*
D.Reg.de Ponte *cit.tit.de refut. feud.in princ.num.4.*
Octau. Bammacar. *in comment. ad tit. ſi de feud. de-*
*fun. in cap.beneficium à vaſallo, num.*112. Reg. Rouit.
conſ.9.n.9.lib.2. & latiùs dixi Ego *lib.1.cap.*23.

Modò, deueniendo ad rem noſtrã, dico ſic, ſi aſſen-
ſus regulatur à contractu, illiuſquè naturam aſſumit,
& quando impetratur ſuper contractu, qui aliàs ſine
aſſenſu perfici poteſt, habetur, ac ſi non eſſet impe-
tratus, cùm nihil contractui addat; conſequens erit
dicere, quòd ſi impetratur ſuper refutationis con-
tractu, quem certum eſt, aſſenſu non indigere, dum
viribus factæ refutationis nihil addit, operari certè
non poteſt, vt dicatur refutatio in manibus Domini
facta, ſed adhùc dicitur ſimplex, eo modo, & forma,
prout conſideratur ſine aſſenſu; vndè meritò in-
ſignis Ioan. Vinc. de Anna, poſt alios, quos citat *in*
citato cap.1.num.55.de vaſal.decrep. atat. explicando,
quomodò dici poſſit, factam eſſe refutationem in
manibus Domini, dicit, tunc verè, & propriè dici
54 factam in manibus Domini, quando feudum in do-
minium, poteſtatem, & poſſeſſionem Domini dimit-
titur, & relaxatur.

Inſuper, vt in hac re ceſſet prorſus omnis dubita-
tio, ſi diceremus, in contractu refutationis de neceſ-
ſitate requiri aſſenſum, prout iure cautum eſt, quòd
non requiritur, adhùc dicimus, aſſenſum ſuper re-
futatione impetratum, nullo modo operari poſſe, vt
dicatur refutatio in manibus Domini facta: etenim
illud apud Noſtrates fuit ſemper receptiſſimum, &
55 ſine controuerſia, quòd quando Dominus Rex no-
ſter aſſentit alienationibus feudorum, nihil empto-
ribus de nouo concedit, nec aliquid in illorum per-
ſonas transfert, ſed tantum tollit obſtaculum prohi-
bitiuum alienationis; feudatarius autem eſt ille, qui
ſuum vtile dominium in alium transfert, & emptor
qui cum feudatario contrahit, dicitur ab eo cauſam
habere, non autem à Domino, ita Andr.*in cap.Impe-*
rialem, num.11.verſ. ſed ſi vendebatur. de probib. feud.
alienat.per Feder. ibiquè Loffred. *fol.63.à ter.verſ. ſu-*
praſcriptis tamen non obſtantibus, & doctiſſimus Ca-
merat.*fol.43.num.4.in vtraque col.* vbi declarat regu-
lam text.*in d.l.lege obuenire, de verb.ſignif.* quòd *Qui*
confirmat, dat; & regulam alteram, quòd *Aliud ſit da-*
re, & aliud danti conſentire: idemquè *fol.53.lit. F.* ibi,
nam certum eſt, à Domino nihil transferri, ſed tolli tan-
tum impedimentum, &c. & *fol.78. lit. C. verſ. nihil*
ergò de ſuo alienat, quando conſentit, & fol.79. lit. T.
verſ.quinta concluſio, optimè Marin.Frec.*lib.2.de ſub-*
*feud. quaſt.29. numer.3. fol.*217. Liparul. *in addit. ad*
Andr.in d. cap. Imperialem.num.14. in verb. colligitur,
D.Præſ.de Franch.*deciſ.540.à n.9.cum ſeqq.* D.Reg.
de Ponte *cit. tit. de refut. feud.§.3. numer.24. & §.8.*
num.6.7.8.9. & 10. & §.11.numer.17. & in *lect.Feud.*
lect.16.num.18. & nouiſſimè Horat.Montan.*in d.cap.*
Imperialem, numer.108.109. & 110. Si ergò Rex aſ-
ſentiendo nihil confert, nihil transfert, nihil de no- 56
uo concedit, ſed tantùm ſuum accommodat conſen-
ſum, tollendo obſtaculum iuris prohibitiui, ſicquè
contrahentium voluntatem exequendo, quonam
pacto affirmari poteſt, aſſenſum operari, vt refutatio
ſic facta quandam fictam contineat feudi relaxatio-
nem in manibus Domini, vt feudum illud conferat
in perſonam agnati, vno actu occultato?

Supereſt modò, vt reſpondeamus ad Doctores ex 57
aduerſo allegatos; & primò ad *Andr.* quem penitùs
negamus, aſſeruiſſe *in d.cap.vnico, col.3. de eo, qui fi-*
nem fecit, renunciationem factam cum Regio aſ-
ſenſu, haberi, ac ſi facta illa eſſet in manibus Regis,
ſicquè realem eſſe cenſendam; nullibi enim in *Andr.*
hoc legimus, ſed tantum quærit in *verſ. facium pro*
quaſtione notata, an conſenſus à Domino præſtitus
ſuper alienatione feudi, ei præiudicet, ſi demum
contigerit, venditorem ſine hærede decedere? &
dicit quòd ſic; cùm per conſenſum Superioris pa-
ctum illud ad fauorem recipientis, ſuorumque hæ-
redum effectum fuerit reale, ex quo aſſentiendo Do-
minus abdicauit à ſe ius ſuum, etiam in caſu mortis
venditoris ſine hæredibus, ſicquè aſſenſiſſe pro em-
ptore, & hæredibus ſuis: ſubdit demùm *Andr.* aliud
eſſe in caſu *illius cap. vnic.* nam *ibi*, qui decedit ſine
hærede, non eſt alienans, ſiue refutans, ſed refuta-
tarius, quòd proindè dicit, caſum *illius cap.* non fa-
cere pro prædicta quæſtione: hoc dicit *Andr.* quem
ſequuntur Marin. Frec. & Balzaran. *locis ſupra alle-*
gatis, & ſic Doctores iſti non probant, ad quod alle-
gantur.

Vndè ſequitur, remanere abſolutum, caſum no- 58
ſtrum, non alitèr ſub duabus limitationibus *in d.cap.*
vnico poſitis, ſed ſub principali illius diſpoſitione con-
tineri; nimirùm quòd dum Princeps renunciatarius
abſque deſcendentibus, feudorum ſucceſſionis capa-
cibus deceſſit, & ab inteſtato datur filiæ renuncianti
ad ſuccedendum regreſſus, pacto, ſeu renunciatione
non obſtante, ſicquè contra caſum legis loqui eum,
qui affirmare præſumpſerit, renunciationem à Prin-
cipiſſa filia patri factam, ſuiſquè hæredibus, & ſuc-
ceſſoribus quibuſcunque realem eſſe, non autem
perſonalem: id quod cùm vidiſſent Aduerſarij, nul-
lum poſſe recipere obicem, aliàs in poſſeſſorio de-
monſtrare curarunt, ſed fruſtra, text. *in d cap.vnico, in*
prima parte, ex alio non applicari ad caſum noſtrum,
ex quo *ibi* refutatio fuit facta *agnato, ſuiſque hæredi-*
bus, & cui ipſe dederit, renunciatio autem, de qua
agimus fuit facta *Principi patri, ſuiſquè hæredibus, &*
ſucceſſoribus quibuſcunque, & ſic ſatis differre clauſu- 59
lam *cui dederit*, de qua in *text.* ab illa *quibuſcunque*,
de qua in renunciatione, contendentes, clauſulam
quibus dederit, tunc æquiparari clauſulæ *quibuſcun-*
que, quando illa poſita reperiretur abſolutè, & de per
ſe, dicendo, *Titio, & quibus dederit.* ſub hac enim for-
ma, dicunt ex aduerſo; importare illam, & compre-
hendere ſucceſſionem vniuerſalem; & particularem,
ex teſtamento, & ab inteſtato: at poſita poſt ver-

bum *heredibus*, nimirùm *Titio*, *ſuiſquè heredibus*, *&* *quibus dederit*, importare tantùm diſpoſitionem inter viuos, ex quo verbum *hæredibus*, præcedens, refertur ad ſucceſſionem vniuerſalem ex vltima voluntate: verba verò ſequentia, *& quibus dederit*, non niſi ad contractum inter viuos, nè trahantur ad iam ſpecialitèr diſpoſita: ad id expendentes Dec. *conſ.* 170. *numer.* 2. *&* 3. relatum à Cardin. Tuſch. *citata lit. C. concluſ.* 295. *num.* 4. Ex quo ſequitur, quòd cùm Princeps ſtipulatus fuerit pro *heredibus quibuſcunque*, benè ſub tali ſtipulatione poſſunt comprehendi hæredes, quamuis extranei, habiles tamen, & capaces ad ſuccedendum in feudis, qualis eſt Dominus Dux Bracciani, & ſic quamuis Princeps renunciatarius ſine filiis deceſſerit, filiæ tamen, quæ renunciauit, ad ſuccedendum non poteſt dari regreſſus, vigore diſpoſitionis text. *in d. cap. vnico*, dum verba illa, *& cui dederit*, in *text.* poſita non poſſunt referri ad vltimam voluntatem, prout refertur clauſula *quibuſcunque*, ſed tantum ad contractum inter viuos.

60 Attendamus reſponſionem. Dixi *ſuprà num.* 11. 12. *&* 34. Principis ſtipulationem *pro ſe*, *& heredibus quibuſcunque*, dum deſcendentium, & agnatorum denegabatur contemplatio, de neceſſitate intelligendam pro hæredibus, & ſucceſſoribus teſtamentariis, non autem ab inteſtato: dixi demum *num.* 37. nulla adhibita diſtinctione, clauſulam *quibus dederit*, & clauſulam *quibuſcunque* in terminis *text. in d. cap.*
61 *vnico* æquiparari; nunc idem confirmando demonſtrabo, & facilitèr, quam inepta ſit *Dec.* diſtinctio circa prædictarum clauſularum æquiparationem, & diſcrimen, ſine ratione, & fundamento. Quod vt pateat, dico ſic:

Dubitauit Dec. *d. conſ.* 170. an in emphyteuſi Eccleſiæ conceſſa *Titio*, *eiuſque heredibus*, *& quibus ipſe dederit*, ſuccedere poſſit filius legitimatus, ſiue quilibet extraneus, quem emphyteuta hæredem in-
62 ſtitueret? & negatiuè reſpondit, cùm emphyteuſis Eccleſiæ conceſſa *Titio*, *& eius heredibus*, de ſui natura, iuxta communem, & receptiſſimam Doctorum ſententiam, ad extraneos hæredes non tranſeat, ſed tantum ad filios, & deſcendentes ipſius recipientis, nihil obſtante clauſula illa in conceſſione addita, *& quibus dederit*; nam cùm non ſtet abſolutè, & de per ſe, ſed poſt verbum *heredibus*, dicit *Dec.* quòd non poteſt intelligi, vt tranſeat emphyteuſis ad extraneos per hæredis inſtitutionem, ſed tantum per contractum inter viuos, illam in extraneum alienando: Fateor, pro hac *Dec.* opinione, hucuſque non vidiſſe *Doctorem* illam inſequentem, ſed omnes, qui de his egerunt, vnico ſpiritu aſſentiunt, emphyteu-
63 ſim Eccleſiæ alicui conceſſam *pro ſe, heredibus*, *& quibus dederit*, ad extraneos inſtitutionis titulo tranſire, ac ſi dictum eſſet, *pro heredibus quibuſcunque*, vtramque clauſulam ſic indiſtinctè æquiparantes; videantur pro nunc infraſcripti, de communi atteſtantes, Curt. Iun. *conſ* 4. *à num.* 1. *verſ. tamen quando emphyteuſis Eccleſiaſtica eſt conceſſa*, Couar. *var. reſol. lib.* 2. *cap.* 17 *num.* 5. *verſ. quarta concluſio*, ſub illis verbis, *nempè ſi data ſit pro heredibus quibuſcunque &c.* & demùm ibi, *quia & idem dicendum erit*, *ſi dictum ſit in contractu, pro te*, *& heredibus*, *& quibus dederis &c.* Iul. Clar. *in* §. *Emphyteuſis*, *quæſt.* 28. *num.* 9. *verſ. idemque & multò fortius dicendum eſſet*, Alex. Trentacinqu. *variar. reſolut. lib.* 3. *tit. de iur. emphyteut. reſolut.* 3. *n.* 22. *&* 23. vbi inter alios citat Rip. *in l. ex facto*, §. *fin. ſub num.* 16. *ff. ad S. C. Trebel.* qui diſputat articulum in feudo, nimirùm, an illud tranſeat ad hære-
64 dem extraneum, quando fuit conceſſum *pro heredibus quibuſcunque?* & affirmatiuàm probans ſententiam, ſubdit hæc verba: *Et pro iſta ſententia videtur* *caſus deciſus in cap.* 1. *de feud. non haben. propriam natur. feud.* *& licèt loquatur quando feudum fuit conceſſum pro te, heredibus*, *& quibus dederis*; *idem tamen dicendum, ſi ſit conceſſum pro te, heredibus*, *& ſucceſſoribus quibuſcunque*; *quæ idem important*, *&c.* hanc eandem ſententiam amplexus eſt Conſiliar. Theodor. & in terminis text. *in d cap. vnico*, *in ſæpè citata allegat.* 36. *num.* 29. ſub illis verbis, *etiam quod dicatur*, *& ad eius heredes*, *& cui dederit*; *quod quidem magis eſt*, *quam dicere pro ſe*, *& heredibus quibuſcunque*, *&c.*

Quódque hoc verum ſit, ponderemus rationem, 65
quarè *Dec.* dixerit, clauſulam, *& quibus dederit*, poſitam poſt verbum *heredibus*, non poſſe importare tranſlationem in extraneum niſi per contractum inter viuos, non autem per vltimam voluntatem; & illam eſſe dicit, quia expreſsè *de heredibus* in conceſſione fuit dictum, & ſic ſi referretur ad hæredis inſtitutionem, traheretur iam ad rem ſpecialitèr diſpoſitam. Hæc ratio eſt falſa, ex quo in conceſſione
de feudo, vel emphyteuſi Eccleſiæ ſimplicitèr facta *Titio*, *& eius heredibus*, non veniunt, niſi filij 66
hæredes, ac ſi dictum eſſet, *Titio*, *& eius filiis*; prout de emphyteuſi eſt communis omnium ſententia, penes Aluar. Valaſc. *de iure emphyteut. quæſt.* 44. *n.* 11.
& in feudo eſt text. ad literam in *cap.* 1. §. *& ſi clien-* 67
tulus, *de alienat. feud.* & in *cap.* 1. §. *penul. de leg. Corrad.* & ſic quando *Dec.* voluit dicere, clauſulam, *& quibus dederit*, in conceſſione poſitam, poſt verbum *heredibus*, non poſſe ad hæredis inſtitutionem referri, nè traheretur ad quod ſpecialitèr erat diſpoſitum; non benè dixit, nam tunc dici poterat, fuiſſe factam ſpecialem prouiſionem hæredum, quando conceſſio illa referri potuiſſet ad liberam hæredis inſtitutionem, per conceſſionarium ordinandam, ſed cùm tantùm veniebat referenda ad filios, affirmari non poteſt, quòd erat ſpecialitèr diſpoſitum de hæredibus; vndè meritò ad hoc vt conceſſio poſſit referri ad quoſcunque hæredes, & ſic non tantùm ad filios, ſed etiam ad extraneos, poſt verbum *heredibus*, additur clauſula *quibuſcunque*, vel *quibus ipſe dederit*, quod dicunt *Doctores* idem eſſe.

Dico inſuper, dato, quòd per formulam conceſſionis, *pro heredibus*, *& cui ipſe dederit*, dici poſſit ſpecialitèr eſſe de hæredibus diſpoſitum, qua lege cauetur, vt facultas illa conceſſionario tributa transferendi in alium rem conceſſam, non poſſit referri, niſi ad contractum inter viuos, dum à concedente nulla extitit appoſita limitatio, an in vita, vel in morte ſequi poſſit alienatio? etenim certum eſt, clauſulam, *& cui ipſe dederit*, quæ in conceſſione poſt ver- 68
bum *heredibus* poſita reperitur, ampliatiuam eſſe; quòd proindè nulla bona ſuadet ratio, vt ſit demum reſtringenda, & referenda ad contractum inter viuos tantùm; eſt enim apud omnes recepta ſententia Bart. *in l. ſi ita quis* 135. §. *ea lege*, *numer.* 6. *ff. de verb.*
obligat. quòd quando lex, vel homo permittit alie- 69
nationem, tunc nedum alienatio per contractum inter viuos comprehenditur, ſed etiam illa, quæ fit per hæredis inſtitutionem, & legatum, permiſſa eſſe cenſetur, ſequitur Curt. Iun. *d. conſ.* 4. *num.* 1. *verſ. ſed difficultas ſit*, & alij plures relati per Gerium Spinum Florentin. *conſ.* 93. *num.* 1. *&* 16. vbi *in fine* hæc dicit verba: *At quando conceſſio eſt expreſſa*, *& non eſt limitata ad vitam*, *ſed libera*, *ſimplex*, *& abſoluta*, *vt in caſu noſtro*, *non video*, *quomodò dici poſſit*, *quòd verba conceſſionis ſuadeant*, *quòd dicta conceſſio intelligatur de alienatione inter viuos tantum*, *&c.*

Quæ omnia, credo, benè conſideraſſe Nicol. Ant. Grauatium, dum *in addition. ad præcitatum* Dec. *conſ.* 170. in ſpecie dixit, malè *Dec.* conſuluiſſe circa interpretationem verborum conceſſionis, de quibus *ſuprà*;

ſupra;ſicquè credo , plenariè eſſe ſatisfactum oppo-
ſitioni per Aduerſarios factæ : quò fit , vt firma re-
maneat noſtra concluſio,nimirùm , eiuſdem impor-
70 tantiæ eſſe clauſulam , *& quibus dederit* , quamuis
poſitam poſt verbum *haredibus*,& clauſulam *quibuſ-
cunque :* ac proindè ſicut vigore diſpoſitionis text.*in
d.cap.vnico*,perſonalis dicitur renunciatio , ſiue refu-
tatio , quæ fit *Titio , ſuiſque haredibus, & cui ipſe de-
derit*,ſic etiam perſonalis cenſenda ſit, quando facta
reperitur *pro haredibus quibuſcunque* , vt decedente
demùm renunciatario , ſiue refutatario ſine filiis,
pacto non obſtante,detur renuncianti,ſiue refutanti
ad ſuccedendum regreſſus,agnato remotiore penitùs
excluſo.

17 Quibus ſic ſtantibus nulla eſt facienda vis , nulla-
què poteſt haberi ratio de aliis clauſulis , quæ in re-
nunciationis inſtrumento leguntur, nimirùm ; *quod
renunciatio ſit , & eſſe debeat realis, quòd effectum ha-
beat in omnem caſum vti realis , & omni alio meliori
modo , & ad bona renunciata nunquam habere regreſ-
ſum ex quauis cauſa , etiam non cogitata , & nouitèr ſu-
perueniente,etiam rebus mutatis,cuiuſuis morte , & ali-
tèr quam nunc ſe habentibus :* Nam cùm ex *ſuprà* iam
dictis conſtet enixè in materia deducta feudorum,
in duobus tantùm caſibus dici poſſe renunciatio-
nem eſſe realem , ſcilicèt quando fit in manibus
Domini , ad hoc vt alium de nouo inueſtiat , vel
quòd ſit concepta ad fauorem cuiuſcunque , nulla
expreſſa perſona : quotieſcunque hi duo caſus de-
ficiunt, provt in caſu noſtro vtrumque deficere eſt
penitùs indubitatum, omnes clauſulæ in præfato in-
ſtrumento deſcriptæ;& aliæ , ſi quæ forent,habentur
ac ſi non eſſent appoſitæ; ſed tantùm dicendum eſt,
illas vim & robur obtinere (adhùc dico , ſi appoſitæ
72 eſſent in renunciatione bonorum allodialium) reſ-
pectu illarum perſonarum, quibus eſt renunciatum,
vel quarum contemplatione præſumi poteſt, factam
fuiſſe renunciationem : Vndè cùm in caſu noſtro
fuerit facta renunciatio ad fauorem Principis patris,
eiuſquè filij Domini mei Don Franciſci , ſicquè re-
nunciationis tempore ſupererant renunciantis fra-
ter,& ſoror , eſto quòd tractaretur de ſuccedendo in
bonis allodialibus , iſtorum dominorum reſpectu
clauſulæ prædictæ benè operari poterant, multóſque
effectus producere ; quibus demùm abſque deſcen-
dentibus de medio ſublatis , quamuis renunciatio
eſſet generaliſſima , & cum omnibus clauſulis , quæ
excogitari poſſunt , nullatenus clauſulæ illæ prodeſſe
poſſunt aliis perſonis , in renunciatione non nomi-
natis , nec contemplatis , & ad quorum beneficium
acquirere paciſcentium non intererat ; iuxta recep-
tam Bar.theoricam *in l.qui Romæ.§.duo fratres,n.*24.
ibi , *quia pactum non porrigitur , niſi ad eum , ad quem
vt porrigatur , paciſcentis intereſt , ff. de verbor. oblig.*
Videantur , quæſo , infraſcripti , qui in puncto hæc
omnia probant.

Iacobin.*de feudis, in verb.Et vnus ex dictis. il pri-
mo,num.*6.

Hieron.Gabriel,*conſ.*89.*num.*11.12.*&* 13.*lib.*1.

Bero.*conſ.*108.*n.*15.18.19.*&* 21.*lib.*1.

Io.Vinc.Honded.*conſ.*36.*n.*35.*lib.*1.

Fab. de Anna in *addit. ad ſingul.* 439. *ſui Genito-
ris.*

Stephan. Gratian. *diſceptat. forenſ. tom.*3.*cap.*557.
*num.*52.

Camill de Medic.*conſ.*2.*n.*128.*& ſeq.*

Kellebent.*de renunciat.q.*36.*n.*13.

Reg.Rouit.*conſ.*23.*n.*21.*ver.hæc autem,& conſ.*44.
*num.*17.*lib.*1.

Conſiliar.Theodor.*alleg.*36.*n.*37.38.*&* 39.aliique
plures,quos conſultò omitto.

Minùs etiam poteſt haberi ratio aliqua de his,quæ 73
in hac materia ſcripſit Ludouic. Roman. *conſ.*22.
dum conſuluit , realem eſſe renunciationem à filia
de emphyteuſi factam tempore,quo pater, & frater
viuebant,ac proindè illis demum defunctis, inſimul
cum nepote , abſque deſcendentibus , ad ſucceden-
dum in emphyteuſi , ipſi renuncianti non eſſe con-
cedendum regreſſum : etenim loquutus fuit *Roman.*
in terminis renunciationis à filia factæ cum Aqui-
liana ſtipulatione , ac acceptilatione indè ſequuta :
quæ quidèm clauſula ſolet quandoque renunciatio- 74
nem realem reddere , Gramm. *deciſ.*57.*numer.*42. ex
quo per illam omne ius,omniſque actio extinguitur,
l. Aquiliana ſtipulatio , ff. de tranſaction. Vndè totum
Roman. fundamentum ſuper hac clauſula , quam in
noſtra renunciatione non legimus, conſiſtit. Loquu-
tus etiam fuit in terminis renunciationis factæ,nulla
expreſſa perſona , ad cuius fauorem renunciabatur;
vt optimè pro explicatione eorum , quæ *Rom.* con-
ſuluit,explicant inſignes illi Iureconſult. Ioan. Ang.
Piſanell. *in comment. ad Conſuetud. Neap. in Conſuet.
Si quis. vel ſi qua. fol.* 130. *in addition.* quæ incipit,
Hic eſſet repetenda, Sigiſmund.Loffred. *in paraphraſi
ad cap.*1.*in princip.de natur.ſucceſſ. feud.fol.*48. *à terg.
verſ. nec obſtat conſilium* Ludou. & Conſiliar. Theo-
dor.*in cit.alleg.*36.*num.*36. *&* 37. in quibus locis di-
cunt , quòd ſecùs eſſet , ſi renunciatio facta fuiſſet
ad beneficium patris , eiúſque hæredum, etiam cum
Aquiliana ſtipulatione, ex quo clauſula illa cenſere-
tur relatiua ad perſonas contemplatas, & vltra illas
extendi non poſſet.Immò addunt vnum notabile,ni- 75
mirùm , quòd ſi ageretur de renunciatione futuræ
feudorum ſucceſſionis , *Roman.* fundamentum in
Aquiliana ſtipulatione poſitum, in filia renunciante
tempore , quo maſculi extabant , omninò ceſſaret, 76
ex quo,vt aliquid deduci poſſit in Aquilianam ſtipu-
lationem,requiritur omninò, vt competat ius in re,
§.1. *Inſtitut. quib. mod. tollit. obligat.* Vndè cùm filiæ
ſuper feudis renunciatis , propter maſculorum exi-
ſtentiam,nullum ius,nec in re , nec in ſpe competat,
nam illud dicitur ſpe deberi, quod eſt in potentia de
præſenti,*l.non ſolùm , §. ſi libertus ,ff.de excuſat. tutor.*
Decian.*conſ.*3.*num.*124.*lib.*1. ergò. Aliud etiam ad-
dit Loffred.& eſt,quòd *Rom.*loquitur in emphyteuſi,
nos autem in feudo , in quo habemus legem parti-
cularem , caſum noſtrum decidentem *in d.cap.vnico,
de eo,qui fin.fecit.* & multoties de emphyteuſi ad feu-
dum non valet argumentum.

His ſic diſcuſſis,ſupereſt tantùm,vt Dominæ Prin- 77
cipiſſæ iura , rerum iudicatarum authoritate corro-
boremus, & in caſibus noſtro longè fortioribus , ni-
mirùm in concurſu renunciantis cum ſorore in ca-
pillo , idque tam in ſucceſſione bonorum allodia-
lium,quam feudalium,adeò vt dici poſſit,in Regno
noſtro inductam eſſe conſuetudinem , ſic pro renun-
ciante iudicandi.Etenim,vt ſoror , quæ renunciauit
collatis dotibus inſimul ſuccedat in bonis allodialibus
cum ſorore in capillo , non obſtante renunciatione
facta in beneficium fratris,eiuſque hæredum, decre-
uit Sacrum Conſilium *de anno* 1511. 22. *Decembris
in cauſa Blanchæ de Scutellariis cum Lucretia eius ſo-
rore* , in qua deciſione interuenerunt Conſiliarij in-
ſignes , quos nominat D. Reg.de Ponte *conſ.*39.*nu-
mer.*3. déque illa meminerunt etiam Camill. Salern.
*in addition.ad Napod.in Conſuetud.Si moriatur,fol.*88.
*in addition.*quæ incipit,*Dicit Napod.*& D. Reg. Ro-
uit.*conſ.*23.*n.*21.*lib.*1.

Secundò fuit idem iudicatum in cauſa Beatricis 78
Maldæ,aduerſus quam conſuluit Io. Thom. Minad.
vt *in eius conſ.*22.vbi defendit,ob clauſularum ampli-
tudinem , & ob dotem receptam , renunciationem
fuiſſe

fuiſſe realem, ac proindè Beatricem renunciantem eſſe à ſucceſſione excludendam; ſed ſententiam contra Clientem reportauit; fuit enim, renunciante ad ſuccedendum admiſſa, ſolemnitèr iudicatum contra *illud conſilium*, vt teſtatur Reg. Reuert. *dec.* 58.

79 Tertiò fuit idem iudicatum *anno* 1573. *ſub die* 14. *Iulij in cauſa Antonij Capponi cum Sororibus de Thomaſio*, vt non obſtante renunciatione cum ampliſſimis clauſulis, & cum Aquiliana ſtipulatione, ſuccedere deberet filia, quæ renunciauerat, collatis dotibus cum aliis ſororibus, quæ non renunciauerant, referente Dom. Præſide de Franchis, tunc Regio Conſiliario, quæ ſententia *anno* 1578. fuit *in cauſa Reclamationis* confirmata, cum impoſitione perpetui ſilentij, referente Dom. Antonio Cadena Reg. Conſiliario, penes Borrellum S.C. actorum Magiſtrum, nunc de Martino, fecit ſolemnem deciſionem *Reg. Reuert.* quæ eſt 40. *lib.* 7. aliàs 581. *ſecundùm meam compilationem.*

80 Quartò fuit idem iudicatum ſub *die* 12. *Decembris* 1581. iunctis Tribunalibus Sacri Conſilij, & Regiæ Cameræ, *in cauſa Lauræ Surianæ*, quæ vti primogenita excluſis ſorore in capillo, & fratre Clerico, fuit admiſſa ad ſucedendum in feudis remanſis in hæreditate quondam Iulij Cæſaris Suriani communis fratris, non obſtante ampliſſima renunciatione *de omnibus bonis paternis, fraternis*, &c. facta *patri, eiuſque hæredibus, & ſucceſſoribus vniuerſalibus, & particularibus quibuſcunque*, cum clauſula *ex noua cauſa, ab inteſtato*, & omnibus aliis ampliſſimis; referente Domin. Marthos de Goroſtiola, tunc Regiæ Cameræ Præſidente, demùm Regiam Cancellariam Regente, cuius cauſæ proceſſus conſeruatur in Regia Camera penes Actuarium Conſtantinum.

81 Quintò idem deciſum inuenimus *ann.* 1583. *ſub die* 15. *menſis Iunij in cauſa Hieronymæ Venatæ in capillo, cum Iulia Venata eius ſorore primogenita iam nupta*, quæ non obſtante renunciatione facta Scipioni *fratri, eiuſque hæredibus, & ſucceſſoribus*, cum *Aquiliana ſtipulatione*, & clauſula, *rebus in eodem ſtatu non permanentibus*, ac aliis ampliſſimis, fuit admiſſa ad fratris ſucceſſionem bonorum feudalium, referente doctiſſimo illo viro Ferninando Fornario, tunc Regio Conſiliario, demum Regiam Cancellariam Regente, penes Borrellum actorum Magiſtrum.

82 Sextò idem iudicatum *anno* 1588. *die* 14. *Maij, in cauſa Sororum de Freccia*, vt omnes Ioanni Franciſco fratri vtrinque coniuncto ſuccederent, non obſtantibus renunciationibus Lucianæ, & Margaritæ, quæ à fratre prædicto dotatæ, *illi, eiuſque hæredibus, & ſucceſſoribus in perpetuum renunciauerunt omnem, & quamcunque ſucceſſionem paternam, maternam, fraternam, &c. ipſis ſororibus renunciantibus vſque ad diem renunciationis, tam ex teſtamento, quam ab inteſtato deuolutam, & in futurum deuoluendam ab inteſtato tantum, cum Aquiliana ſtipulatione, & pacto de vlteriùs non petendo, & quòd renunciatio ſuum debitum ſortiretur effectum, etiam rebus fortè in eodem ſtatu non permanentibus, & cum expreſſa declaratione, quòd eſſet realis, & perpetuo valitura in omnem euentum, & caſum, & in omni tempore, & quòd filij procreandi non poſſent venire ex propria perſona, ſed quòd omni tempore intelligerentur excluſi, & quatenus venirent, & aliquid conſequerentur, quòd illud totum teneretur eorum pater, qui in renunciatione erat præſens, & conſentiens, exburſare, & ſoluere dicto Ioanni Franciſco fratri, eiuſque hæredibus, & ſucceſſoribus, cum omnibus damnis, expenſis, & intereſſe.* Cauſæ Commiſſarius extitit Dom. Conſiliarius Hieronymus Olzignanus, penes Ciuitellam actorum Magiſtrum S.C.

83 Septimò idem inuenimus, Sacr. Conſil. iunctis Aulis iudicaſſe *anno* 1606. *ſub die* 13. *Martij, in cauſa illorum de Naſtaris*, in qua fuit producta renunciatio generaliſſima, & cum omnibus clauſulis, quæ excogitari poſſunt, & tamen de ea nulla fuit habita ratio, vt teſtatur Dom. Reg. Rouit. *in conſ.* 23. *num.* 21. & *in fine*, vbi deciſionem notat, proceſſus eſt in Banca de Cantone, in quo idem *Dom. Rouit.* tunc illius cauſæ Aduocatus omnes renunciationes, & ſententias ſupra relatas produci fecit.

Octauo fuit idem per S.C. deciſum *anno* 1619. 84
ſub die 15. *Iunij in cauſa Laudoniæ de Aſſaro cum Ioanna, & Victoria de Aſſaro ſororibus*, ſuper ſucceſſione bonorum remanſorum in hæreditate quondam Ioannis Baptiſtæ de Aſſaro communis fratris ab inteſtato defuncti, vt omnes æquis portionibus ſuccedere deberent dicto Ioanni Baptiſtæ fratri; & ſic non ſolùm Laudonia, quæ remanſit in capillo, & quæ ſola ad ſuccedendum admitti inſtabat, ſed etiam Ioanna, & Victoria, ab eodem fratre dotatæ, non obſtantibus illarum ampliſſimis renunciationibus; in quibus apparet, renunciaſſe ſorores iſtas fratri dotanti per *Aquilianam ſtipulationem, & pactum de non petendo, ſiue de non ſuccedendo in omnem, & quamcunque ſucceſſionem vſque ad diem renunciationis, tam ex teſtamento, quam ab inteſtato illis deuolutam, & de cætero deuoluendam ab inteſtato tantùm, cum expreſſa declaratione, quòd non intelligeretur facta renunciatio contemplatione maſculorum tantum, ſed quòd eſſe deberet realis, fructuoſa, & valida ad fauorem, & beneficium fratris dotantis, eiuſque hæredum, & ſucceſſorum quorumcunque, etiam quòd eſſet ſpes de præſenti, vel ex cauſa, & iure de præterito, vel de futuro, etiam ſi filij procreandi prætenderent venire ex propria perſona, ita quòd ſemper, & in perpetuum intelligerentur ab inteſtato excluſi.* Inſuper extiterat conuentum, quòd *renunciatio intelligi deberet generalis, generaliſſima, plena, plenior, & pleniſſima, efficax, perpetua, & realis, & quòd extenderetur ad incognita, & penitùs inopinata, rebus in eodem ſtatu non permanentibus.* Cauſæ Commiſſarius extitit Dominus Ferdinandus Brancia, tunc Regius Conſiliarius, nunc meritiſſimus Regiam Cancellariam Regens, idque pro renunciantibus decretum, tam in cauſa poſſeſſorij ſub die 31. Iulij 1617. quam in petitorio ſub die prædicta 15. Iunij 1619. immò cùm aduerſus ſententiam in petitorio latam Laudonia in capillo aſſerens, ſe enormiſſimè læſam, petiiſſet ſe in integrum reſtitui, facto iterùm verbo in S.C. per eundem D. Brancia ſub die 26. Octobris eiuſdem anni, prouiſum fuit, non eſſe deferendum in integrum reſtitutioni petitæ, & ſic ſententiæ acquieuit: proceſſus eſt in Banca de Carbone.

Nonò idem per Sacr. Conſil. pro filia renunciante 85
in hac eadem cauſa iudicatum extitit *ſub die* 27. *Martij* 1632. vbi interuenerunt vndecim Votantes, & iterùm in gradu reclamationis *ſub die* 27. *Iulij* 1634. vbi interuenerunt quatuordecim, ex quo fuerunt dati tres alij Adiuncti, qui fuerunt de Collaterali Conſilio, nimirùm D. Don Bernardinus Montaluus Marchio Sancti Iuliani, Dominus D. Ioannes Enriquez Marchio Campli, & Dominus Scipio Rouitus, omnes Iureconſulti præſtantiſſimi, Regiam Cancellariam Regentes: & quamuis in cauſa poſſeſſorij, attamen ambarum Partium Aduocati, & cauſæ Iudices adeò ad petitorij merita deuenerunt, illiuſque viſcera dilaniarunt, vt nihil de poſſeſſione tractatum fuerit; in cauſis enim poſſeſſoriis, quando apertè non conſtat de bono iure immiſſionem, vel manutentionem petentis Supremus Regni huius Senatus nunquam immiſſionem concedit, nec manutentionem permittit, ſed ſemper ad ſequeſtrum procedit,

cedit, vt in dies practicari videmus: & ſcio vnum ex Dominis votantibus in hac cauſa ſupremi Ordinis, & vt credo, primum inter ſeniores, cuius anima requieſcat in ſancta pace, in deciſione reclamationis, quando eius votum proferre incœpit, hæc verba dixiſſe, *Io per me, Signori, non sò che perſonaggio rappreſenti in queſta cauſa, il Duca di Bracciano, ò che ſia perſonale, ò che ſia reale la renunza della Ducheſſa della Riccia.*

86 Decimò, & tandèm pro filia renunciante diſſinitiuo laudo fuit deciſum *ſub die 14. Maij 1632. in cauſa Comitiſſæ Conuerſani filiæ Principis Rocca Aſpidis*, vt ſuccedere deberet in bonis feudalibus eius patris, excluſo Duce Perdifumi eius patruo, non obſtante ampliſſima renunciatione per Comitiſſam factam ad fauorem Principis patris, in qua legimus, patrem ipſum renunciationem recepiſſe *pro ſe, eiuſque heredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque in perpetuum omnium ſucceſſionum, vſque ad renunciationis diem deuolutarum, tam ex teſtamento, quam ab inteſtato, & per contractum inter viuos, & deindè in antea deuoluendarum ab inteſtato tantum, & cum Aquiliana ſtipulatione, & expreſſa declaratione, quòd renunciatio eſſet realis, & realiſſima, non autem perſonalis; & extenderetur tàm ad cognita, quam ad incognita, & penitùs ignorata, nec dici poſſet, maſculorum contemplatione facta, eſſetque fructuoſa, & valida ad beneficium Principis patris, eiuſque heredum, & ſucceſſorum quorumcunque in perpetuum, rebus etiam in eodem ſtatu non permanentibus, etiam quòd filia ſic renunciando eſſet enormiſſimè læſa, vel quocunque dolo, vel metu ſaltem reuerentiali ad renunciandum inducta, & quòd eius filij ab ipſa renunciante procreandi, eorumque deſcendentes nullo vnquam tempore potuiſſent ex propria perſona, nec directè, nec indirectè venire, ex quo ſub hac lege, conditione, & pacto, etiam ab initio tractatum, & concluſum fuerat matrimonium, & quod aliàs ſequutum non fuiſſet, reſeruato tantum filia renuncianti, ſuiſque filiis iure ſuccedendi in bonis maternis tantùm, caſu, quo eius frater, ſine filiis, & ab inteſtato deceſſiſſet.*

Hæc renunciatio in caſu, de quo agebatur, fuit maxima conſideratione digna; nam pro excluſione filiæ renunciantis duo potentiſſima concurrebant, fauor nimirum agnationis, ex quo, qui in feudis ſuccedere inſtabat, erat frater vtrinque coniunctus defuncti feudatarij. Alterum maioris importantiæ, quia, vt ſuccedere deberet frater, conſtabat de aperta voluntate defuncti, qui Comitem filium ſolemni teſtamento hæredem inſtituens expreſsè ordinauit, vt illo ſine filiis maſculis moriente, hæres eſſe deberet Dux, ipſius teſtatoris frater: Verum quia filius hæres inſtitutus præmortuus fuit patri, quamuis teſtamentum reſpectu bonorum burgenſaticorum non poterat dici caducatum, non ſolùm quia Dux frater vocatus extiterat, ſub compendioſa ſubſtitutione,
87 quæ vulgarem comprehendit in omni caſu, quo hæres inſtitutus, vel nollet, vel eſſe non poſſet hæres, quia morte præuentus; ex Bart. *in l. 1. & in l. centurio, ff. de vulgari, & pupill. ſubſtit.* & Surd. *deciſ. 37.* ſed etiam ſtante clauſula codicillari bis in teſtamento
88 repetita, cuius effectus inter alios innumeros eſt, vt teſtamentum ſuſtineatur ad beneficium ſubſtituti, quamuis inſtitutus ante teſtatorem inſtituentem decedat, vt per D. de Franch. *in deciſ. 156.* & alios paſſim; attamen reſpectu bonorum feudalium ſuſtineri non potuit; legem enim in Regno habemus, ſubſti-
89 tutionem in feudis prohibentem, vt in *pragm. 4. in 6. capit. ſub tit. de feud.* nec ad hunc caſum extendi poterat gratia à Domino Rege noſtro, Regni feudatariis conceſſa, de qua in *pragm. final. de feud.* ex his, quæ Ego diſſerui *lib. 1. cap. 126. num. 73. verſ. ſed poſſet hic dubitari*, quòd proindè ſumma cum ratione, maxima tamen diſcuſſione præcedente iudicatum extitit, bona allodialia ſpectare ad Ducem Perdifumi defuncti fratrem, in teſtamento ſubſtitutum, feudalia verò ad Comitiſſam Conuerſani filiam. Huius cauſæ Arbitri, ſeu Compromiſſarij fuerunt Dominus D. Ioannes Enriquez Marchio Campli, Regiam Cancellariam Regens, Dominus Vincentius Corcionus Regij patrimonij vnus ex Præſidentibus, doctiſſimus Iureconſultus, quorum animæ requieſcant in pace; Dominus Carolus Brancacius electus pro Comitiſſa, & D. Parthenius Pitagna electus pro Duce, ambo inſignes Iureconſulti, & noſtri temporis Primarij cauſarum Patroni, quos Deus ad maiora per mille annos ſeruet incolumes: laudum fuit prolatum ſub nomine Excellentiſſimi Protegis, *ſub die prædicta 14. Maij 1632.* penes Ioſeph. Barrilem Regium à mandatis Scribam, proceſſus in Sacr. Conſil. eſt in Banca Figliolæ.

Conſtat igitur ex prædictis, Dominæ Principiſ- 90
ſæ iuſtitiam iuribus, rationibus, Doctorum, rerumque iudicatarum authoritate fundatam eſſe. Placet modò his omnibus vnum addere, præter tamen rei neceſſitatem, illudque eſt, quòd ſi Domina Principiſſa à patris ſucceſſione repelleretur, quia forſan ſpeciali pacto eſſet conuentum, vt ſi contingeret, Principem patrem decedere ſine deſcendentibus, & ab inteſtato, vt nec etiam filia renuncians ſuccedere poſſet, ſed quòd ſuccederent alij venientes ab inteſtato, quamuis remotiores; quod ſanè pactum dumtaxat, & non aliud poteſt filiæ nocere; adhuc dico, Dominum Bracciani Ducem malam fouere cauſam, cùm ſublata de medio perſona filiæ taliter renunciantis, proximior Domino Principi non extitiſſet ipſe Dominus Dux, ſed nepotes Principiſſæ renunciantis filij, qui vti deſcendentes non obſtante eorum matris ſuperexiſtentia, ex ſucceſſorio edicto, ſine dubio, collateralibus prorſus excluſis, ſucceſſiſſent: id quod vt de iure probemus, duo ſunt conſtituendi caſus, quorum

Primus eſt, quando renuncians filiis relictis, præ- 91
moritur patri, cui eſt cum pacto prædicto renunciatum: & in hoc caſu receptiſſima eſt omnium ſententia, matris renunciationem nihil filiis obeſſe poſſe, quin ex propria perſona ad Aui ſucceſſionem venire poſſint; ea quidem vulgata ratione, cum in omni renunciatione illa tacita inſit conditio, ſi hæreditas ad matrem renunciantem fuerit delata; vndè ſi mater patri præmoriatur, tanquam facta renunciatio ſub conditione quæ non exiſtit, euaneſcit; idquè etiam ſi matris renunciantis ſint hæredes, factáque eſſet renunciatio dote recepta; ita Doctores communitèr in *l. qui ſuperſtitis 93. ff. de acquir. hæred. & in l. pactum dotali, C. de collation.* Gozad. *conſ. 75. in fine*, Ant. Gabriel. *comm. concl. lib. 3. tit. de iur. dot. concl. 1. numer. 47.* D. de Franch. *deciſ. 67.* Morot. *conſ. 22.* Viuius *deciſ. 211. per totam*, Fontanel. *de pact. nuptial. clauſ. 9. gloſ. vnica, par. 1. num. 65. tom. 2.* Reg. Rouit. *conſ. 23. num. 24. & 25.* vbi dicit, ſic ſemper in Supremo Regni huius Senatu iudicatum, quòd proindè ſtantibus tot continuatis deciſionibus, ſubdit, non eſſe ampliùs de hac quæſtione dubitandum.

Alter caſus eſt, quando mater, quæ renunciauit, ſuperuixit patri, cui fuit renunciatum; & in hoc ſubdiſtinguendi ſunt tres caſus.

Primus eſt, quando renunciantis filij ad Aui ma- 92
terni ſucceſſionem venire intendunt in concurſu auunculorum; & in hoc conueniunt omnes ſine contradictore, matris renunciantis ſuperexiſtentiam nocere filiis, ſicquè illos omninò per auunculos excludi:

cludi: eſtquè ratio euidens, nam volentes concurrere cum auunculis, ſuccedere non poſſunt, niſi ex perſona matris viuæ, quæ per renunciationem reperitur excluſa, ac proindè ipſi quoque filij repelluntur, illáque portio, quæ matri deberetur, ſi non renunciaſſet, accreſcit fratribus per ius accreſcendi, non autem nepotibus per ſucceſſorium edictum; potentius enim eſt ius accreſcendi, quam ſucceſſorium edictum; *l. meminimus, Cod. de legit. hæred. §. fin. Inſtit. de bonor. poſſeſſ.* ſic DD. communitèr *in d. l. qui ſuperſtitis*, & in *d. l. pactum dotali*, Io. Crot. *in l. ſtipulatio hoc modo concepta, num. 56. ff. de verb. oblig.* Roder. Suar. *ad l. quoniam in prioribus, in declarat. ll. Regni* 4. *limitat. n. 9. fol. mihi* 155. Couarr. *in cap. quamuis pactum, par. 3. relect. §. 3. n. 7.* & alij.

93 *Secundus* eſt caſus, quando renunciantis filij ad Aui ſucceſſionem concurrere volunt cum aliis nepotibus ex filio præmortuo, & in hoc eſt maxima controuerſia: Etenim Io. Crot. *loco proximè cit. num.* 57. dicit, quòd poſſunt concurrere, ſiue mater ipſa aliquid percepit de bonis patris, ſiue non, ex quo omnes ſuccedunt ex propria perſona: ad quod allegat Bart. Imol. & Rom. *in d. l. qui ſuperſtitis*, eundem Bart. *in l. liberorum, ff. de verbor. ſignif.* & Salycet. *in d. l. pactum dotali*; ſubdit demum Crot. concluſionem hanc ſibi videri dubiam, quia nepotes ex filio prædefuncto, parentis locum, & gradum aſſumunt, & ſic quemadmodum ſi eorum pater viueret, excluderet ſororis renunciantis filios, ita illos excludere debent eius filij, qui patris gradum, & locum aſſumpſerunt; allegat Modernos Peruſinos hoc tenentes in *d. l. pactum dotali, in 5. col.* reſidet tamen cum prima opinione, nimirum vt omnes concurrant; illam tamen limitando, ſi matris renunciatio facta eſſet contemplatione maſculorum, ex maſculina linea deſcendentium: & cum hac opinione tranſit etiam Bolognet. *ibidem, numer.* 91. & 92. & Paul. Galler. *in tract. de renunciat. lib. 2. cap. 5. num. 28. verſ. ex quibus apertiſſimè*, vbi abſque vlla limitatione pro renunciantis filiis reſpondit, ſed ſuper hoc non inſiſto, quia non eſt materia noſtra.

94 *Tertius* eſt caſus, de quo nos dubitauimus, quando moritur pater, cui eſt renunciatum, nullis relictis deſcendentibus ex filio, vel filia, forſan prædefunctis, ſed tantum relicta ſuperſtite filia, quæ renunciauit, & ex ea nepotibus, ac aliis de linea collaterali coniunctis; & in hoc magis communitèr voluiſſe *Doctores* comperimus, matris renunciationem filiis non obeſſe, quin per ſucceſſorium edictum, ad Aui ſucceſſionem venire poſſint, collateralibus penitùs excluſis, non obſtante quòd filia renuncians dotem receperit, ac patri ſuperuixerit. Eſtquè ratio manifeſtiſſima, nam vt quis ab inteſtato admtti poſſit ad alicuius conſanguinei ſucceſſionem, altero proximiore, vel in pari gradu exiſtente, ex aliqua cauſa excluſo, neceſſe eſt, vt admittatur, vel per ius accreſcendi, vel per ſucceſſorium edictum: vtrumque ius in caſu noſtro reſiſtit collaterali, ius namque accreſcendi practicari non poteſt, cùm illud inter cohæredes, & collegatarios locum habeat, hæredes enim patris defuncti de iure dicuntur tam maſculus, quam fœmina, *l. maximum vitium, C. de liber. præter.* at quando fœmina reperitur renunciaſſe, portio illa, quæ ad fœminam ipſam ſpectaret, per ius accreſcendi deuoluitur ad fratrem maſculum ſuum cohæredem, at maſculo non exiſtente, non poteſt accreſcere collaterali, ex quo ille filiæ renunciantis cohæres dici non poteſt: ſublato ergo iure accreſcendi, neceſſariò

95 recurrendum eſt ad ſucceſſorium edictum, per quod portio proximioris non petentis, vel ex aliqua cauſa excluſi, deuoluitur ad ſequentes in gradu, *l. 1. Cod. de ſucceſſ. edict. §. placebat, Inſt. de legit. agnat. ſucceſ.* Modò, excluſa filia à patris ſui hæreditate, ſtante eius renunciatione, inter ſubſequentes coniunctos reperiuntur in potiori gradu eius filij, qui ſunt defuncti nepotes, & ſic deſcendentes, quam quilibet alius de linea collaterali, ac proindè illi ad Aui ſucceſſionem per ſucceſſorium edictum ſunt admittendi, non autem collaterales; ſic ſanè ſcripſerunt ſequentes, qui omnes loquuntur, quando filia, dote recepta, patri renunciauit.

Paul. de Caſtr. *in d. l. qui ſuperſtitis* 93. *n. 3. verſ. & hoc ſi extabant alij, ff. de acquir. hæred.*

Io. de Imol. *ibid. col. 2. verſ. ſed vbi filia.*

Philip. Corn. *in l. pactum dotali, n. 24. verſ. ſi verò concurrerent, C. de collation.*

Ant. Gabr. *comm. concl. tit. de iur. dot. concluſ. 1. numer.* 54.

Ant. Gomez *ad l. 22. Taur. n. 10. in pr.* & demum *in verſ. vnum tamen eſt.*

Roder. Suar. *ad l. quoniam in prioribus, in declarat. ll. Regni, in 4. limitat. numer. 10. per tot. fol. mihi* 155. vbi *in fine* dicit, quòd in hoc omnes concordant.

Ludouic. Morot. *conſ. 22. n. 1. & 7.*

Michaël Craſ. *in §. Legitima, quæſt. 4. numer. 3. per totum.*

Franc. Molin. *tract. de rit. nuptiar. lib. 3. quæſtion.* 84. *num.* 23.

Thom. Sanchez *in præcept. Decal. lib. 7. cap. 7. numer.* 38.

Mercurial. Merlin. *tract. de Legit. lib. 1. tit. 2. q. 11. num. 5. verſ. tertius caſus eſt.*

Fateor tamen, aduerſus concluſionem in hoc tertio caſu, ratione, & authoritate fundatam, nonnullos inſurrexiſſe, non inferioris nominis *Doctores*, dum putarunt, non eſſe illi locum, quoties filia dote accepta renunciat, cum expreſſa declaratione, quòd remanet contenta ſua portione: hoc enim caſu contendunt, non ſubintrare ſucceſſorium edictum, ſicque matris renunciationem filiis obeſſe, non quidèm vi repudiationis, ſed vi ſucceſſionis, quia cùm filia renuncians videatur ſucceſſiſſe, non eſt amplius tractandum, quòd nepotes veniant per ſucceſſorium edictum: huius ſententiæ, illam tenentes, laudant in authorem Bald. *in d. l. pactum dotali, n. 8. C. de collat.* quem *ibi* ſequuntur Alex. *n. 7. verſ. & an in hoc vltimo caſu*, & alij. 96

Attendamus reſponſionem, quæ erit facillima: & primò dico, falſam eſſe ſatis aſſertionem, nimirùm ideò non eſſe locum ſucceſſorio edicto, quia filia dotem recipiendo cum declaratione, ſe eſſe portione illa contentam, videatur patri ſucceſſiſſe; nullibi enim iure cautum eſſe comperimus, filiam in dote à patre viro ſuo tradita dici hæredem, vt per hoc dicatur ſucceſſiſſe eidem patri defuncto: nam quamuis dici poſſit, filiam dotem conſequi loco portionis hæreditariæ, non tamen in portione illa dicitur ſuccedere titulo vniuerſali, & ſic tanquam hæres, ſed titulo particulari; vndè ſequitur, quod quando datur caſus, vt filia ob renunciationem à patris hæreditate excludatur, non poteſt dici excluſa vi ſucceſſionis, quia tanquam hæres ſucceſſit in portione hæreditaria; ſed vi repudiationis, quia dote accepta reſpuit hæreditatem patris: & ſic benè dicebat Imol. *loc. cit.* quòd non poterat videre, quarè nepotes ad Aui ſucceſſionem ex ſucceſſorio edicto venire non poſſint, dum ex propria eorum perſona veniunt, ex eo, quia eorum mater dotem receperat pro parte ſua, & ob id patri renunciauerat, cùm certum ſit, quòd portionem illam non habuit tanquam hæres, vt per hoc dici poſſit, ſucceſſiſſe patri defuncto, ſed titulo particulari. 97

Secundò,

98 Secundò, & melius, ſi diceremus, filiam per dotis receptionem, declarando ſe illa portione contentam, verè ſucceſſiſſe patri defuncto vti hæredem, quod eſt falſum; certum eſt, quòd dici non poteſt ſucceſſiſſe, niſi in illa portione data; modò videamus, quid fiet de reſiduo, dum non habemus perſonam in pari gradu cum filia, vt per ius accreſcendi, quod potentius eſt ſucceſſorio edicto, poſſet reſiduum illud conſequi? certè ſi aſſentimur illis, qui negarunt in hoc caſu edictum ſucceſſorium, conſequens eſt dicere, reſiduum hæreditatis inteſtati defuncti remanere ſine ſucceſſore: Et ſi dicas, habere locum ſucceſſorium edictum, ſed non ad beneficium filiorum renunciantis filiæ, ſed aliorum collateralium? dicam Ego, quòd hæc propoſitio eſt contra text. *in l. 1. C. de ſucceſ. edict.* vbi excluſa matre à ſucceſſione ſui patrui, ex edicto ſucceſſorio eius filius ad ſuccedendum fuit admiſſus: Item eſt contra text. *in §. placebat, Inſtit. de legit. agnat. ſucceſſ.* vbi excluſo primo in gradu, admittuntur ſequentes.

Et ſi dicas, iura hæc procedere, quando primus in gradu nihil de mortui hæreditate conſequutus fuit: at in caſu noſtro ſucceſſit mater patri ſuo in parte, ergò eius filij ſuper Aui hæreditate nil aliud prætendere poſſunt? Reſpondeo Ego, hoc benè procedere in cauſa teſtati nimirùm vt Auus decedens ſuperſtite filia, nihil ex ea nepotibus relinquere teneatur, ex quo eorum mater dotem, & ſic legitimam portionem conſequuta fuit, vt eſt communis omnium opinio, de qua poſt Alex. Dec. & Craſſ. teſtatur Merlin. *loco cit. num. 1. verſ. & eſt ratio*, & de cauſa teſtati loquitur text. *in l. ſi non mortis, ff. de inofficioſ. teſtament.* quem in argumentum contra nepotes renunciantis filios adducit Alex. *in d. l. pactum dotali, ante*
99 *num. 8.* At in cauſa inteſtati, nulla lege cautum eſſe inuenimus, vt quia filia ſucceſſit in parte, non poſſint filij ex propria perſona venientes in reſiduo ſuccedere, fac enim decedere aliquem ab inteſtato, vnica tantùm filia ſuperſtite ex deſcendentibus in primo gradu; quæ nunquam patris hæreditati renunciauit, certè hæc erit patris ſui hæres: fingamus modò, filiam iſtam, quæ filios habet, nolle ſuccedere, niſi in drodante, modò reſiduum hæreditatis ad quem ſpectat? nonnè dicendum eſt ex ſucceſſorio edicto ad proximiorem, & ſequentem in gradu? certè ſic; quis autem erit proximior inteſtato defuncto, collateralis agnatus, vel nepos ex filia? certè iſte, ergò ad illum ſpectat reſiduum: tunc enim etiam in cauſa inteſtati poſſet dari caſus excluſionis nepotum, ex eo, quia eorum mater ſucceſſit in parte, & reſpuit reſiduum, quando vt illi admitti poſſent ad Aui ſucceſſionem, indigerent auxilio gradus, ſeu loci materni, eo enim caſu, quia ipſorum mater, quæ adhuc viuit, reperitur de portione ſua ſatisfacta, filij volentes matris perſonam repræſentare, ſiue illius locum, & gradum aſſumere, ad Auo ſuccedendum admitti non poſſent, ſicquè illorum excluſio fuit interpretata, quando concurrere vellent vel cum eorum auunculis, vel cum ab eis deſcendentibus, quod non poſſent abſque quòd aſſumerent gradum, & locum maternum, vt *ſuprà* explicauimus, & docent quamplures relati à Merlin. *d. q. 11. num. 13.* vbi dicit, ceſſare eo caſu repræſentationem, & ſubintrare ius accreſcendi, quod impedit ſucceſſorium edictum; ſecus autem, vbi matris renunciantis fratres, ſiue ab illis deſcendentes non extant, nam tunc quia nepotes, vt Auo ſuccedere poſſint, matris repræſentatione non indigent, ſed ex propria eorum perſona venire poſſunt vti ſequentes in gradu, nil eis obſtare poteſt matris ſuperexiſtentia, de hæreditaria portione patris ſui ſatisfactæ, & ſic omni iure tanquam defuncto Auo magis proximi agnatos inferioris gradus excludunt, hoſquè, dicat vnuſquiſque, veros eſſe iuris terminos pro reſolutione præſentis articuli, niſi malit in ſcopulos incidere.

Nec his omnibus obſtare poteſt pactum quod 100
in renunciationibus apponi ſolet, vt renunciantis filij, ad Auo, vel Auunculis ſuccedendum non poſſint ex propria eorum perſona venire: nám ſi de huiuſmodi conuentione nullo vnquam tempore, præcipuè apud nos, fuerit aliqua habita ratio, etiam in caſu, quo renunciantis filij eorum matris ſint hæredes; vt pluriès per S. C. deciſum teſtatur Minad. *in Conſt. In aliquibus, notab. 3. à numer. 11.* D. Præſ. de Franch. *deciſ. 67.* & Molfeſ. poſt alios, quos ipſe citat *tom. 2. ad Conſuet. Neap. tit. de renunciat. quæſtion. 5. à num. 8.* à fortiori nulla poteſt haberi ratio, quando adhuc viua matre Auus ab inteſtato decedit; quo caſu, cùm nihil adſit in medio, quod filios cogi poſſit ad obſeruantiam pacti, in eorum præiudicium à matre initi, tempore, quo nec etiam erant in vtero geniti, non eſt cur de huiuſmodi pacti obſeruantia tractari poſſit; nulla enim lege cauetur, filios parentum pactionibus ligari, in ipſorum filiorum detrimentum initis, dum eorumdemmet parentum non ſunt hæredes.

Sed quorſum diſputatio hæc? ad quid tanta afferre pro Domini Bracciani Ducis excluſione? ſi mentem Principis patris, quæ fuerit in hac renunciatione à Principiſſa filia extorta in ſcriptis habemus redactam; conſtat enim, illud in facto eſſe veriſſimum, tempore, quo Principiſſæ matrimonium extitit concluſum, Dominum Principem eius patrem recurſum habuiſſe ad eius Aduocatos, quos in hac Vrbe Regia Neapoli tenebat, vt ei conſulerent ſuper renunciatione, quam ab eius filia recipere intendebat, ad hoc vt contractus indè celebrandus eſſet omni ſui parte perfectus, & cum omnibus clauſulis, & cautelis, quæ renunciationem recipiendam reddebant validiſſimam; quod cùm ita ab eius Aduocatis exequutum eſſet, Dominus Camillus Petius tunc Principis Aduocatus, & negotia gerens, nunc Regius Conſiliarius meritiſſimus, videns renunciationem tam amplam, tantiſquè vallatam clauſulis, literas ſcripſit Domino Principi, vt ei ſignificaret finem, quem ipſe habebat in tali renunciatione? cui Princeps reſpondendo dixit, eius eſſe voluntatem circa ſucceſſionem feudorum, quæ in Regno poſſidebat, quòd ſi ipſum mori contigiſſet, eiuſquè filium Dominum meum Don Franciſcum ſine filiis maſculis, cupiebat, vt Domus ſua perpetuaretur in filia fœmina, vel ipſius; vel Don Franciſci filij; ſubdit demum, mentem ſuam eſſe, quòd quando filios maſculos non habuiſſet, dum tot tenebat nepotes, volebat vnum ex illis eius cognomine inueſtire, eiquè ſimul in vxorem tradere eius filiam, vel D. Franciſci filij, ſicque eius Domum conſeruari; ſubiungit demum, à præfato Domino Camillo quærens conſilium, ſi exiſtens ille primus Ciuitatis Venafri acquiſitor, potuiſſet nè Ciuitatem illam alicui ex eius filiis ſibi melius viſo legare, in cuius linea feudum hoc conſeruari debuiſſet? Hæc ſcripſit Dominus Princeps; quæro modò, harum literarum tenore ſic ſtante, quando ex alio Domina Principiſſa ſuam non haberet intentionem fundatam, prout habet fundatiſſimam, poteritnè quis vnquam ſibi perſuadere, in renunciatione, de qua agimus, aliam fuiſſe Principis mentem, quam proſpicere deſcendentibus ſuis, & vt liberam de bonis ſuis diſponendi facultatem haberet? certè hunc fuiſſe Principis finem, & mentem, eſt ab omnibus confitendum;

Placuit autem Summo Redemptori, vt vtrumque deficeret, obiit enim Princeps, nulla de bonis ſui diſpoſitione facta, & ſine filiis maſculis ad ſuccedendum in his feudis habilibus, ſed tantùm hac filia ſuperſtite; dicito mihi, poterit nè Iudex aliquis inueniri, qui agnoſcens, cuius ſit importantiæ ius, quod vni competit, ab illo auferre, & alteri dare, vt induci poſſit ad huic filiæ patris ſucceſſionem denegandam? Hæc occurrunt. Neapol. vij. Kalend. Octobris MDCXXXVI.

Donatus Antonius de Marinis

SVMMARIVM.

1 *Facti ſpecies narratur.*

2 *Renunciatio, quæ fit à Moniali, an ſemper dicatur realis, & n.6.7.10.12.16.17.22.23.24.25.26.27.28.29.30 31.32.33.34.35.36.37.38. & 39.*

3 *Donatarius ſi præmoriatur donatori an caducetur donatio, dum in contractu pro hæredibus ſtipulatus non eſt, & n.5.*

4 *Heres ſemper comprehenditur in omni acquiſitione, quam facimus, quamuis de illo nulla fiat mentio.*

8 *Filia monialis renunciantis excluſio tota dependet à mente patris renunciatarij.*

9 *Pactum non porrigitur, niſi ad eum, ad quem vt porrigatur paciſcentis intereſt.*

11 *Text. in* l. fœminæ, C. de ſecund. nupt. *an ſubintret, vbi mater tranſierit ad ſecunda vota, filio in Religione exiſtente, & num.14.*

13 *Auus, & Auia an inſimul cum nepotibus nepoti prædefuncto ſuccedant.*

15 *Mulier, quæ tranſiuit ad ſecunda vota, an ſuccedat pleno iure in bonis prædefuncti filij, quæ illi obuenerunt ex ſucceſſione alterius.*

18 *Contractus vbi non eſt celebratus ſeruata forma ſtatuti, dicitur nullus, & n.19.*

20 *Renunciatio, quæ fit ob ingreſſum Religionis non ſubiacet ſolemnitatibus ſtatuti, & num.21. & 22.*

21 *Renunciationis cauſa finalis eſt ingreſſus in Religionem.*

40 *Aquiliana ſtipulatio in contractu renunciationis reſtringitur ad fauorem perſonarum, in renunciatione contemplatarum.*

ARGVMENTVM.

Renunciatio, quæ fit à filia Moniali ad beneficium patris, & fratris, nùm ſit aliquando perſonalis, ita vt per mortem iſtorum ſine deſcendentibus euaneſcat? Diſpoſitio text. *in l. fœminæ, C. de ſecund. nupt.* an locum habeat, quando ex filiis primi matrimonij vnus tantum ſupereſt, qui tamen eſt in aliqua Religione profeſſus; & an procedat quoad ſucceſſionem bonorum, quæ defuncto filio ex alterius ſucceſſione obuenerunt. Renunciatio facta ex cauſa ingreſſus in Religionem an Statuti ſolemnitates requirat? & de aliis, vbi notabilis deciſio *Sac. Rot. Romana.*

CAPVT CXC.

RENVNCIATIO à filia Monaſterium ingreſſa, *Maria* nuncupata, Antonio patri, & Alexandro germano intra duos menſes profeſſioni proximos, ſeruata forma *Sacri Trid. Conc.* in ampliſſima forma facta proponebatur, tam de ſucceſſione paterna, & materna, quàm de omnibus aliis quorumuis agnatorum, & cognatorum in futurum ab inteſtato ipſi Mariæ renuncianti deuoluendis; defunctoquè patre, ſuperſtite Alexandro filio, quem nominauit hæredem; euenit, vt hic & tandem poſt certum tempus poſtremum ſuum ſimilitèr clauderet diem, ſuperſtitibus hac ſorore renunciante iam profeſſa, & duobus Auunculis, Cæſare, & Carolo nominatis, vndè inter iſtos, & Monaſterium ex perſona Sororis Mariæ ſuper inteſtata Alexandri ſucceſſione controuerſia orta fuit. 1

Dicebant Auunculi, ipſos ad nepotis ſucceſſionem omninò admittendos; nam etſi Monaſterium ex perſona Sororis Mariæ eos in gradu præcedebat, tamen obſtat illi ampliſſima renunciatio, nec erat diſputandum, an patris, & fratris contemplatione facta fuerit, cùm ſat ſit, à Moniali proceſſiſſe; eſt enim ſine controuerſia, renunciationem, quæ fit à Moniali, ſemper dici, & cenſeri realem, ita vt renunciatariis ab inteſtato defunctis, quamuis ſine deſcendentibus, renunciante excluſa, cæteri conſanguinei in gradu ſequenti ſuccedant; vt ex Couar. Præſid. de Franch. Regente Rouit. & aliis probat Reg. Merlin. *controuerſ. cent. 1. cap. 5. per totum,* ſignantèr *num. 4.* quibus paritèr & Ego adhæſi *cap. præcedenti, num. 22.* 2

E contra Monaſterium contendebat, de renunciatione, quæ allegabatur, nullam haberi poſſe rationem, ex eo, quòd facta apparebat ad fauorem patris, & fratris tantùm, eorum hæredibus nullatenus nominatis; interuenerat enim pater in eo contractu; in quo nullibi legabatur, ſuos, & filij hæredes ipſum vocaſſe, nec in aſſertiua, nec in diſpoſitiua; ſed dicebatur dumtaxat quod renunciabat filia Antonio patri præſenti, & Alexandro fratri abſenti; non alitèr additis illis verbis, *eorumque hæredibus, & ſucceſſoribus in perpetuum*, quæ paſſim in huiuſmodi contractibus apponuntur; vnde præmortuis iam ipſis renunciatariis, ſiue donatariis, renunciante, ſiue dotante ſuperſtite, renunciatio, ſiue donatio caduca remanſit; ad quod allegabatur Ant. Fab. *diffin. poſtrema, Cod. de reuocand. donat.* vbi in fortioribus terminis deciſum teſtatur, donationem iam perfectam, & quæ effectum ſuum ſortita fuerat, ad donantem reuerti, mortuo donatario ante donatorem, nec alitèr ad hæredem tranſmiſſam, ex quo ſpecialitèr in contractu de hæredibus mentio fa- 3

cta

facta non erat, iuribus per ipſum allegatis: cadu-
cata igitur hac donatione, ſicquè ea de medio ſubla-
ta, remanebat Soror Maria proximior, & pro ea Mo-
naſterium, quo factum fuit, vt dubitaretur, vtra Par-
tium meliora foueret iura.

4 Ego in hoc caſu nullam probabilem habui dif-
ficultatem, pro Monaſterio reſpondere, non quidèm
attentis prædictis, quæ pro illo modò ponderaban-
tur, cùm expreſſam habeant iuris reſiſtentiam; ſunt
enim ſatis nota iuris principia, vt in omni acqui-
ſitione, quam quis facit, hæres eius comprehenda-
tur, quamuis nulla illius facta ſit mentio; hic eſt
text. vulgatus in *l. ſi pactum 9. ff. de probation.* ad cuius
ornatum videndi ſunt ex Recentioribus, Conſiliar.
Theodor. *alleg. 43. à num. 15.* & Marius Cutel. *tom. 2.
de donation. contemplat. matrim. tract. 2. diſcurſ. 1. ſpe-
cial. 24.* & in terminis renunciationis, vt facta certæ
perſonæ, proſit eius hæredi, quamuis in contractu
non nominato, dixit Gallerat. *de renunciat. lib. 1. cap.
10. n. 9. & 13.* vt autem hæres meus in ſtipulatione,
ſiue acquiſitione, quam facio, non comprehendatur;
neceſſe eſt, vt expreſsè agatur, eum ſcilicèt non com-
prehendi; aut quòd natura rei non ſit ad hæredes
tranſitoria; vel in terminis donationis, quòd ex violē-
tis coniecturis conſtet, quòd donatio facta fuit, perſo-
na dumtaxat donatarij contemplata, ita vt perſona-
liſſima omnimodò iudicetur: in quibus ſanè caſibus
procedere iura in *l. non omnis, ff. ſi cert. petat.* in *l. penul.
ff. de ſeruit. ruſt. præd.* & in *l. in precario, la 1. ff. de precar.*
docet notanter Theodor. *cit. alleg. 43. num. 16. 17. 18.
& 19.*

5 Et quamuis Ant. Faber *loco ſupra relato*, in ter-
minis donationis contrarium determinatum referat,
vt nimirùm per mortem donatarij ante donatorem,
dum in donatione hæredis mentio facta non eſt,
caducetur donatio; eſt aduertendum, quòd in po-
ſtrema impreſſione refert, alitèr poſtea Senatum il-
lum, ipſo Præſide, iudicaſſe: & in *allegationibus ibi-
dem num.* 8. agnoſcens, primam *diffinitionem* non eſ-
ſe in iure fundatam, addit, quòd illa valdè ſuſpecta
ei erat, per rationes, quas refert; ſicquè ab ea prorſus
receſſit. Nec deſinas obſeruare *Dec.* in caſibus, in
quibus caducatur donatio per mortem donatarij an-
te donatorem *conſ. 470. num. 14.* Vndè in caſu pro-
poſito ſi Monaſterium ex perſona Monialis, quæ re-
nunciauerat, ſuccedere prætendebat, quia renun-
ciatio fuit facta patri, & fratri dumtaxat, nulla hæ-
redum facta mentione, ſicque vt illis præmortuis
ante renunciantem, inefficax remanſerit, nullum bo-
num fouebat ius, cùm hæredes patris, & fratris, qui-
bus fuit renunciatum, benè in hac renunciatione
comprehendebantur, etſi illis expreſsè non nomi-
natis, vt modò ſignificaui.

6 Dixi tamen, Monaſterij iura ex alio in tuto eſſe,
cùm nullo pacto affirmari poſſit, perſonas iſtorum
Auunculorum fuiſſe in hac renunciatione contem-
platas: Et quamuis communitèr dicatur, renuncia-
tionem, quæ fit à Moniali ſemper realem cenſeri, vt
illa excludatur à cæteris conſanguineis, qui poſt ip-
ſam renunciantem proximiores reperiuntur, aduer-
tendum tamen, non ſemper ita illam intelligendam,
& interpretandam, vt ex tacita voluntate renuncian-
tis, & renunciatarij non poſſit ad certas perſonas re-
ſtringi, & limitari; vt loquitur Aret. *in l. qui ſuperſti-
tis, col. 4. ante num. 4. verſ. vndè oportet dicere, ff. de acq.
hered.* & poſt eum Gallerat. *loco cit. num.* 22. Etenim,
attendamus, quando *Doctores* dixerunt, vt renuncia-
tio, quæ fit à filia Moniali, realis ſemper diceretur,
eam ſolam aſſignarunt rationem, quia non eſt veri-
ſimile; patrem voluiſſe renunciationem recipere, vt
deficientibus deſcendentibus ſuccedat Monaſterium,
ſed potiùs proximiores conſanguinei, ſic enim ratio-
cinantur Præſ. de Franch. *deciſ. 375. ante num. 3.* Reg.
Rouit. *conſ. 43. num. 2.* Lælius Caput. *ad Conſuet. Neap.
Si moriatur, par. 3. §. 8. num. 12. verſ. tum etiam attenta
intentione,* & ante eos Couar. *in cap. quamuis pactum, 3.
p. ir. relect. §. 3. n. 4. verſ. nono idem omninò*, vbi dicit,
quòd ſi pater, qui recepit renunciationem à filia Mo- 7
naſterium ingreſſa, tempore, quo habebat filios maſ-
culos, & fœminas, ab inteſtato maſculis præmortuis
deceſſerit, filia, quæ renunciauit non erit cum aliis
ſororibus admittenda, quia renunciationem recepit
pater, ad finem vt reliquæ filiæ poſſent maiori cum
dote matrimonium contrahere: addit demum, quòd
immò nec Monaſterium ex perſona Monialis, adhùc
maſculis omnibus, & fœminis extinctis, ſuccedere
poſſit, ſi pater teſtatus ſit, ex quo dum recepit re-
nunciationem, eam mentem habuit, vt liberè te-
ſtari potuiſſet, abſque vlla obligatione inſtituendi
hæredem filiam Monialem, aut ei aliquid relin-
quendi; tametſi (nota) ab inteſtato forſan erit Mo-
naſterium iure ipſius Monialis admittendum,
cùm nullus ſuperſit ex patris deſcendentibus, quem
pater voluerit filiæ renuncianti, & Monaſterio præ-
ferri, per hæc enim verba loquitur inſignis *Couar.* Ex
cuius doctrina conſtat apertiſſimè, Monialem per
eius renunciationem non eſſe penitùs deſtitutam,
quin aliquando patri renunciatario ab inteſtato de-
functo ſuccedere poſſit, & pro ea Monaſterium: vi-
detur enim hic *Couar.* in ea reſidere opinione, vt
fuerit mens patris, dum filiæ renunciationem reci-
piebat, eo ab inteſtato decedente, deſcendentes
tantùm ex ipſo filiæ renuncianti, & Monaſterio fore
præferendos, ita vt illis deficientibus, ſit Monaſte-
rium ex perſona filiæ Monialis ad paternam inteſta-
tam ſucceſſionem admittendum.

Quibus ſic ſe habentibus, deueniendo ad caſum 8
propoſitum, ſi filiæ Monialis excluſio tota dependet
à mente patris renunciatarij, quam, vt ratiocinan-
tur Præſ. de Franch. & Sectatores, veriſimile eſt, non
fuiſſe, vt Monaſterium proximioribus conſangui-
neis excluſis ſuccederet; quæro Ego, poteſt-nè hoc
affirmari in caſu, de quo agimus, vt veriſimile ſit,
patris mentem fuiſſe, quando à filia renunciationem
extorſit, vt filio ſine liberis ab inteſtato decedente,
ſuccedere illi deberent eius Auunculi, ad excluſionem
Monaſterij, in quo vita, decus, & honor propriæ filiæ
mirificè conſeruabantur? certe nullo pacto hoc a be-
no Iudice credendum; & ſi receptiſſima eſt *Bart.* the-
orica in *l. qui Roma, §. duo fratres, num. 24. ff. de verb.
oblig.* vt pactum non porrigatur, niſi ad eum, ad 9
quem vt porrigatur paciſcentis intereſt, poteſt-nè
affirmari in caſu propoſito, quòd patris paciſcentis in-
tererit, filio abſque liberis defuncto, renunciationem
filiæ fore proficuam duobus eius affinibus, prædefun-
ctæ vxoris fratribus, ſicque vt iſti in bonis, quæ ac-
quiſierat, ad excluſionem filiæ ſuccederent? certè
omninò negandum; bene tamen ab omnibus affir-
mandum, quòd ſi in actu renunciationis de hoc euen-
tu pater renunciatarius interrogatus eſſet, indubitan-
tèr pro filia reſpondiſſet: vndè meritò Couar. *loco
cit. verſ. decimò eſt, circa finem* addit, Iudices admo-
nens, vt in hac materia, quando de his videre conti-
gerit, paciſcentium mentem omninò cognoſcere
conentur, quo rectiùs in eo iudicio ſententiam di-
cere valeant.

Vltimò in terminis terminantibus, & forſan 10
fortioribus, hæc omnia rerum iudicatarum autho-
ritate comprobabam; nam quòd Monaſterium ex
perſona filiæ Monialis, quæ patri, & fratri, eorum-
que hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque am-
pliſſimè renunciauerat, defuncto demum fratre,

qui patri ſucceſſerat, non poſſit ab illius inteſtata ſucceſſione excludi, ex quo conſiderata mente patris renunciatarij, proximiores, qui ſupererant, veroſimilitèr non poterat dici, fuiſſe in renunciatione contemplatos, decidit Rota *in vna Romana ſucceſſionis de Comitibus ſub die* 15. *Ianuarij* 1642. coram Illuſtriſſimo *D. Dunozet*, in qua, perſona, quæ ſtante renunciatione Monaſterium excludere prætendebat, erat Auia paterna defuncti, & tamen, quòd ambo ſuccederent, ſeruata diſpoſitione *auth. defuncto*, renunciatione non obſtante fuit ſolemnitèr deciſum;
11 & paritèr determinatum, non ſubintrare diſpoſitionem *l. fœminæ, C. de ſecund. nupt.* vbi mater ad ſecunda vota tranſierit, filia Moniali ex primo matrimonio ſuperſtite, & nec etiam locum habere quoad ſucceſſionem bonorum, quæ ad filium defunctum peruenerunt ex ſucceſſione eius fratris prædefuncti, contra opinionem per me firmatam *lib.* 1. *cap.* 273. *num.* 10. cuius quidem deciſionis tenor adhuc alibi non impreſſus eſt ſequens.

Mercurij 15. *Ianuarij* 1642.

12 Deceſſit Balthazar de Comitibus ab inteſtato ſine liberis, ſuperſtitibus D. Comitiſſa Cornelia Auia paterna, ac D. Cleria ſorore germana Moniali profeſſa in Monaſterio S. Catharinæ de Senis. Quocirca orta controuerſia inter d. Comitiſſam ex vna, ac Reuerendas Moniales d. Monaſterij venientis ex perſona d. D. Cleriæ ex alia, ſuper manutentione, vel immiſſione in bonis repertis in Vrbe in hæreditate d. Balthazaris; Rota cenſuit *ſub die* 28. *Iunij anni præteriti*, D. Comitiſſæ dandam eſſe manutentionem in domo Parionis, reſeruato videre de aliis bonis; ſuper quibus reaſſumpta diſputatione *ſub die* 20. *Nouemb. ſubſequentis*, demandatum fuit, vt videretur de bono iure, ſuper quo, poſito hodiè dubio reſolutum fuit, conſtare de bono iure Comitiſſæ pro medietate, & pro alia medietate de bono iure Monialium.

13 Et quoad primam partem reſolutionis, moti fuerunt Domini ex diſpoſitione text. *in* §. *ſi igitur defunctus, verſ. ſi verò cum aſcendentibus, authen. de hered. ab inteſtat. venient.* vndè ſumpta eſt *authen. defuncto, C. ad Senat. Conſult. Tertyll.* vbi cauetur, quòd ſi quis decedit ab inteſtato ſine liberis, Aſcendentes proximi vocantur ad illius ſucceſſionem pro virili vnà cum fratre, aut ſorore vtrinque coniunctis, & ſic deficientibus patre, & matre, Auus, vel Auia ſuperſtites tanquam Aſcendentes proximi non excluduntur à ſucceſſione defuncti ob exiſtentiam fratris, aut ſororis, ſed æqualitèr ad illam vocantur, iuxta veram, ac magis receptam ſententiam, quam tenent Gloſ. *in d.* §. *ſi igitur defunctus, verb. proximis, in fin. verſ. ſed ſecundùm primam, auth. de hered. ab inteſt. venien. & in d. authen. defuncto, in eodem verb. proximis, verſ. vel dic ſecundum Ioannem, C. ad Senat. Conſ. Tertyll.* & *ibidem* Bart. *num.* 1. *verſ. alij dicunt contra*, vbi quòd hæc opinio communitèr tenetur; Bald. *num.* 9. *verſ. dicas ergò*, vbi contrariis reſpondet; Caſtr. *num.* 3. *in fin. verſ. Gloſſa tamen*, Salyc. ſub *num.* 3. *verſ. pone, patrem non eſſe*, vbi quòd hæc eſt veritas; Bald. *conſ.* 268. *per tot. vol.* 4. vbi quòd hæc opinio communitèr approbatur, referens *Ant. Butr.* dicentem, quòd ita audactèr eſt tenendum; Couarr. *in epitom. de ſucceſſ. ab inteſt. num.* 5. *verſ. primum enim*, Craſſ. *de ſucceſſ.* §. *ſucceſſio ab inteſtato, q.* 23. *num.* 2. *verſ. ſed neglecta hac opinione*, vbi alios refert, Oinotom. *ſuper Inſtit. lib.* 3. *tit. de hæred. quæ ab inteſt deferunt. de ſecund. grad. ſeu ord. ſucced n.* 24. *ver. ſecundo ampliatur, procedere*, Matt. *in ſumm. ſucceſſ. legal. p.* 2. *q.* 1. *art.* 2. *caſu* 3. & *q.* 6. *art.* 2. *n.* 1.

Nec releuat, quòd D. Comitiſſa tranſiuerit ad ſecunda vota, ideoque non poſſit ſuccedere pro medietate d. Balthazari nepoti ex primo matrimonio, niſi quoad vſumfructum ſua vita durante, proprietatem verò teneatur reſeruare aliis liberis, ex eodem matrimonio procreatis, iuxta diſpoſitionem text. *in l. fœmina* 3. §. *illud etiam, C. de ſec. nupt.* tum quia diſpoſitio *d. l.* procedit, quando extant alij liberi, ex primo matrimonio ſuſcepti, qui valeant proſequi iniuriam, quam mater videtur eis intuliſſe ob tranſitum ad ſecunda vota; ſecùs autem illis non extantibus, quia tunc mater ſuccedit filio, ſeu nepoti prædefuncto ab inteſtato, etiam quoad proprietatem; vt apertè colligitur ex eodem text. *in d.* §. *illud. etiam, in fine, & in* §. *proſpeximus, verſ. quapropter, &* §. *hoc autem, verſ. ſi verò præmoriantur, auth. de non eligen. ſecund. nuben.* Bald. *conſ.* 336. *ſub num.* 3. *verſ. ſanè pœna ſecundarum nuptiarum lib.* 3. Alex. *conſ.* 66. *num.* 7. *verſ. & ſi dicti filij decederent, lib.* 3. & *conſ.* 61. *num.* 2. & *ſeqq. lib.* 5. Ruin. *conſ.* 21. *num.* 2. *verſ. non obſtat igitur, lib.* 3. Gabriel. *comm. concluſ. tit. de ſecun. nupt. concl.* 1. *num.* 22. & *ſeqq.* Rot. *deciſ.* 619. *num.* 1. *p.* 1. *recent.* Ac hodiè non extat alter deſcendens ex Balthazare ſeniore primo viro d. Comitiſſæ, niſi eadem D. Cleria, quæ tanquam Religioſa habetur pro mortua Mundo quoad ius proſequendi iniuriam, quam D. Comitiſſa dicitur ei intuliſſe ob tranſitum ad ſecunda vota, adeò vt dictum ius ad eam non trãſierit, nec etiam ad Monaſterium, cùm illud æqualitèr extinguatur per mortem ciuilem, quæ fit per emiſſionem profeſſionis, ſicuti per naturalem; prout articulo maturè diſcuſſo firmauit Rota *in Nouarienſi Legitimæ, coram bonæ memoriæ Pirouano in deciſ.* 116. *num.* 11. & *deciſ.* 181. *num.* 19. & *infra, part.* 5. *recent.* & in *eadem coram R. P. D. meo Ghiſlerio in deciſ.* 223. *num.* 6. & *ſeq.* ac *deciſ.* 267. *num.* 16. *in fine, verſ. nec Domini, eadem part.* 5. *recent.* 14

Tum etiam, quia diſpoſitio *d. l. fœminæ* procedit quoad ſucceſſionem in bonis, quæ à Viro prædefuncto immediatè peruenerunt in filium, ſeu nepotem defunctum, de cuius ſucceſſione agitur, ſecùs autem quoad ſucceſſionem in bonis, in quibus idem defunctus mediante perſona patris, vel alterius, prout in caſu iſto, acquiſiuit; Ang. *in* §. *præferuntur, numer.* 9. *poſt med. verſ. ex prædictis, Inſtit. de Senat. Conſult. Tertyll.* Corn. *conſ.* 286. *n.* 3. *ſub fin. verſ. ex Gloſſa, lib.* 1. cum aliis relatis à Gabriel. *de ſecund. nupt. concl.* 3. *num.* 17. Idemque articulo plenè diſcuſſo reſolutum fuit in *Romana domorum* 10. *Iunij* 1616. *coram Martino Andrea*, quarum prima eſt *deciſ.* 74. inter *eius impreſſ.* ſeu *deciſ.* 771. *p.* 3. *recent.* & *in Camerinen. bonorum* 10. *Februarij* 1620. *coram bonæ memoriæ Card. Veroſpio ſeniore*, & in *eadem* 22. *Aprilis* 1624. *coram bonæ memoriæ Vbaldo.* 15

Quò verò ad alteram partem reſolutionis attinet, quia fuit dictum, conſtare de bono iure Monialium pro altera medietate, illud apertè deſumitur ex eadem iuris diſpoſitione *in d.* §. *ſi igitur defunctus, verſ. ſi verò cum Aſcendentibus, auth. de hæred. ab inteſt. venien. & in d. auth. defuncto, Cod. ad Senat. Conſult. Tertyll.* vbi decernitur, fratrem, aut ſororem defuncti ab inteſtato æqualitèr vocari ad illius ſucceſſionem vnà cum Aſcendentibus eiuſdem defuncti, & inter alios expreſsè notat Salyc. *in eadem auth. defuncto, num.* 3. idemque tradunt Doct. pro d. Comitiſſa ſuperiùs allegati. 16

Neque obſtare viſa fuit ampliſſima renunciatio, quam D. Cleria *ſub die* 24. *Februarij* 1620. Hippolyta Maria tunc nuncupata ætatis annorum 18. circiter, fecit Euandro patri, per hæc verba præciſa; *omnia, & ſingula tam materna, & fraterna, & alia quæcun-* 17

que

cunque bona ad ipſam, etiam ratione ſupplementi Legitima, vel Trebellianicæ, & aliàs quomodolibet, ſeu alio quouis titulo, cauſa, ratione, & occaſione, tam Aſcendentium, quam Tranſuerſalium, nunc, & pro tempore ſpectantia, & pertinentia, etiam ſi ſpeciali nota digna eſſent, & in generalitate minimè comprehenderentur, ac omnia, & ſingula iura, & actiones ſibi ſuper dd. bonis quomodolibet, & qualitercunque competentia, & competentes, ac competitura, & competituras donauit, & titulo puræ, ac perfectæ donationis ceſſit, & tradidit D. Euandro de Comitibus eius patri, & ſucceſſiuè D. Balthazari d. Euandri filio, & eiuſdem D. Hippolytæ Mariæ germano fratri, nec non omnibus, & quibuſcunque illorum, & ſingulorum hæredibus, & tam ab inteſtato, quam ex teſtamento, & alias quomodocunque ſucceſſoribus, ita vt dicti DD. Euander, & Balthazar, ac eorum, & cuiuſlibet ipſorum hæredes, & ſucceſſores de omnibus bonis, ac iuribus liberè diſponere poſſint, & ab inteſtato diſpoſitum cenſeatur, perinde ac ſi d. D. Hippolyta Maria nunquam fuiſſet in rerum natura ad fauorem quarumcunque perſonarum. d. D. Euandro præſente pro ſe, & aliis nominatis acceptante. Quoniam d. renunciatio (ad quam ferè tota concertatio redigebatur) duas viſa fuit habere inſpectiones: Primam, an illa eſſet valida Secundam, an, data illius validitate, ſuffragetur Comitiſſæ.

18 Quoad primam, Informantes pro Monialibus prætendebant, d. renunciationem fuiſſe inualidam vti factam abſque ſolemnitatibus requiſitis à *Stat. Vrb. in c.* 113. *& c.* 151. *lib.* 1. quarum defectus dicebatur inficere contractum eiuſdem renunciationis, prout in terminis *Statuti in cap.* 113. Buratt. *deciſ.* 410. *n.* 1. *in Romana redditionis rationis* 20. *Maij* 1626. *§. neque ſuffragatur, & in Romana dotis* 10. *Iunij eiuſdem anni, §. & circa primam*, vbi aliæ deciſiones allegantur *coram bonæ memoriæ Coccino*, & in terminis *Statuti, cap.* 151. Pic. ad *idem Statut. gloſ.* 11. *n.* 1. Fenzon. *ſuper eodem Statuto n.* 12 Rota apud Pic. *dec.* 59. *num.* 19. *& dec.* 190. *n.* 3. *p.* 6. *recent.*

19 Nec obſtare dicebant, quòd huiuſmodi renunciatio facta fuerit expreſsè ex cauſa ingreſſus in Religionem, prout apertè demonſtrant verba procemialia eiuſdem renunciationis, quia talis cauſa ingreſſus in Religionem non tollit Statuti ſolemnitates, quando renunciatio fit à minore, vel à muliere, & ſic à perſona inhabili ad renunciandum, prout articulo examinato ſenſit Gratian. *diſcept.* 975 *per tot.* & dixit Rot. *dec.* 121. *n.* 41. *coram Durano.*

20 Verùm Domini in contrariam inclinabant ſententiam, ſcilicèt, huiuſmodi defectum ſolemnitatum, eſto quòd ille in facto ſubſiſteret, non vitiaſſe d. renunciationem, cùm huiuſmodi renunciationes factæ ob ingreſſum in Religionem non requirant Statuti ſolemnitates; vel ex eo, quia illæ ſapiunt potiùs donationem cauſa mortis; vel ex eo, quia dicuntur ob cauſam; vel ex eo, quia ingreſſurus in Religionem habet liberam facultatem diſponendi de rebus ſuis, & ſic abſque ſolemnitatibus; prout in ſpecie his, & aliis rationibus firmant Bero. *in cap. in præſentia*, 8. *num.* 155. *de probat.* Dec. *conſ.* 31. *n.* 3. *verſ. & iſta præſertim*, Simon de Præt. *conſ.* 72. *n.* 8. Manent. *conſ.* 58. *num.* 47. *& per tot.* Amat. *deciſ. March.* 46. *n.* 22. *verſ. præterquam quod*, Cutell. *de donat. contempl. matr. p.* 1. *diſcurſ.* 2. *partic.* 3. *n.* 3. *& 4. fol.* 103. in terminis *Statuti Vrbis* dixit Rota coram bonæ memoriæ Buratt. *dec.* 461. *n.* 7. *vſque ad fin.* quam deciſionem, quidquid dixerit Gratian. *d. diſcept.* 975. *n.* 44. Rota ſequuta fuit nuper in *Romana donationis* 3. *Iunij anni præteriti, in §. fuit etiam multipliciter reſponſum, coram R. P. D. meo Roias*, vbi expreſsè dicitur, quòd Domini cum *d. deciſione Buratti*, tranſiuerunt.

Nec releuat, quòd in iſta renunciatione enuncientur etiam aliæ cauſæ, nempè dotis receptæ, & cuiuſdam annuæ præſtationis. Siquidèm indè eo magis elicitur renunciationem non fuiſſe puram, ſed ob cauſam; nec excluditur, quin cauſa finalis fuerit ingreſſus in Religionem, cuius occaſione dos, & annua præſtatio promiſſa fuit, vt dixit Rot. *in Romana domorum, ſeu ſpolij* 16. *Decembris* 1605. *coram Lancelloto, & deciſ.* 587. *n.* 4. *&* 5. *p.* 1. *& dec.* 714. *n.* 2. *p.* 2. *recent.* & faciunt notata per Roſſel. *in ſumm. verb. Religio, num.* 11. Roderic. *quæſt. regular. tom.* 2. *quæſt.* 80. *art.* 2. 21

Et videbatur ceſſare difficultas, ex eo, quia iſta renunciatio facta fuit à D. Cleria, non quidem ante ingreſſum in Monaſterium, dum illa eſſet puella in ſeculo, in quibus terminis loquitur Gratian. *d. diſcept.* 975. & Rota coram Durano *d. deciſ.* 121. ſed poſt ingreſſum in Monaſterium, de tempore ſcilicèt nouitiatus intra duos menſes ante emiſſam profeſſionem, vt colligebatur tam ex clauſula, *Actum*, appoſita in inſtrumento d. renunciationis, ibi, *Actum Romæ ad crates ferreos eiuſdem Monaſterij S. Catharinæ de Senis, &c.* quam ex iuribus datis *in ſummario D. Comitiſſæ*, quo caſu huiuſmodi renunciationes non requirunt Statuti ſolemnitates, ſed ſufficit, in eis ſeruari formam à *Sac. Concil. Trident.* præſcriptam *ſeſſ.* 25. *de reg. cap.* 16. prout illa in caſu iſto ſeruata fuit; Nouitius namque reputatur perſona Eccleſiaſtica, iuxta magis receptam ſententiam de qua pluribus relatis Rot. coram Durano *dict. deciſ.* 121. *num.* 38. ideóque renunciationes factæ ab illo de tempore nouitiatus, non ſubiacent ſtatutis laicorum proindéque ſuſtinentur, etiam eorum forma non ſeruata, prout Sacr. Congregatio cenſuit anno 1606. in declaratione relata per Aldan. *in compend. Canonic. reſol. lib.* 4. *tit.* 9. *num.* 11. & Sperell. *deciſ.* 16. *num.* 47. Tamburin. *de iur. Abbatiſ. diſp.* 4. *q.* 10. *n.* 7. idemque admittunt Gratian. *d. diſcept.* 975. *n.* 3. & Rot. coram Durano *d. deciſ.* 121. *n.* 37. 22

Nec releuare dicebant, quòd Statuta Vrbis ſint confirmata à Papa. Quia cùm ſtatuta, de quibus agitur, non faciant mentionem de perſonis Eccleſiaſticis, quales reputantur Nouitij profeſſionem emiſſuri, ex ſupra allegatis, illas non comprehendunt; prout Rot. reſoluit in *Romana liberationis. deciſ.* 5. poſt Fenzon. *verſ. nec ſuffragatur, cum ſeq. coram* Reuerendiſſ. D. meo Decano, *& in Romana donationis de Caſtellanis, deciſ.* 58. *num.* 27. *cum ſeqq. par.* 6. *recent.* 23

Quò verò ad ſecundam inſpectionem, an ſcilicèt d. renunciatio ſuffragetur D. Comitiſſæ, maior inerat difficultas, ſiquidèm D. Cleria expreſsè renunciauit bonis fraternis, omnibúſque iuribus ſibi competentibus, & competituris ſuper eiſdem bonis, dictamquè renunciationem fecit Euandro patri, ac ſucceſſiuè Balthaſſari fratri, non ſimpliciter, ſed cum clauſula: *Nec non omnibus, & quibuſcunque illorum, & ſingulorum hæredibus, tam ab inteſtato, quam ex teſtamento, & aliàs quomodocunque ſucceſſoribus*; quæ verba ex lata eorum ſignificatione videbantur comprehendere quoſcunque hæredes, & ſucceſſores Balthaſſaris, etiam extraneos, ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato, & conſequentèr d. Comitiſſam de iure ab inteſtato illi ſuccedentem; Alex. *conſ.* 29. *ſub num.* 5. *verſ. & quod ita ſit, lib.* 3. Pariſ. *conſ.* 26. *num.* 40. *& ſeq. & conſ.* 69. *num.* 64. *lib.* 3. Minad. *conſ.* 22. *numer.* 5. *& ſeqq.* Menoch. *conſ.* 6. *n.* 16. *lib.* 1. Burſat. *conſ.* 264. *n.* 6. *lib.* 3. Reg. Rouit. *conſ.* 44. *n.* 8. *verſ. & mortuis, lib.* 1. attentis præſertim aliis verbis ſubſequentibus: *Ita vt dd. Euander, & Balthaſſar, ac eorum, & cuiuſlibet ipſorum hæredes & ſucceſſores de omnibus bonis, ac iuribus liberè diſponere poſſint, & ab inteſtato diſpoſitum* 24

cenſeatur, perindè ac ſi Maria nunquam fuiſſet in rerum natura. Ex quibus inferebatur, D. Cleriam cenſeri excluſam quouis tempore à ſucceſſione eiuſdem Balthaſſaris ab inteſtato defuncti, perindè ac ſi ipſa nunquam in lucem edita fuiſſet, Menad. *d. conſ. 22. num. 1. & in fin.* Menoch. *conſ. 401. num. 102. & ſeqq.* Merlin. Pignat. *controu. forenſ. cap. 5. num. 10. verſ. & quidem ratio eſt, & n. ſeqq.* vbi alios congerit.

25 His tamen non obſtantibus; contrariam Domini amplexi fuère ſententiam, ſcilicèt d. renunciationem non ſuffragari D. Comitiſſæ. Quamuis enim illa quoad bona renunciata, ſeu donata comprehendat explicitè bona Balthaſſaris fratris, illiuſquè hæreditatem, etiam ab inteſtato deferendam, nihilominus quoad perſonas, quarum fauore, ſeu contemplatione emanauit, non viſa fuit comprehendere D. Comitiſſam, quæ in ea non fuit expreſsè nominata, aut contemplata, cùm huiuſmodi renunciationes ſint odioſæ, ſtrictámque recipiant interpretationem, Bald. *conſ. 437. ſub num. 2. verſ. item iſta renunciatio, lib. 1.* Caſtrenſ. *conſ. 86. num. 6. p. 1.* Franc. de Aret. *conſ. 161. ſub num. 5. verſ. & hoc maximè videtur dicendum,* Crauett. *conſ. 42. n. 2. lib. 1.* Dec. *conſ. 379. n. 3.* Menoch. *conſ. 335. num. 1.* adeò vt comprehendant ſolum perſonas in ea expreſſas, nec vltra illas extendi debeant, Honded. *conſ. 29. num. 107. lib. 1.* Menoch. *d. conſ. 6. n. 3. lib. 1.* Decian. *conſ. 19. numer. 46. lib. 3.* Surd. *conſ. 431. num. 32. & ſeq.* cum aliis in propoſito relatis à Rot. *in Bonon. de armis coram Reuerendiſs. D. meo Decano,* poſt Merlin. *de Legitim. deciſ. 47. num. 7. & in Romana renunciationis de Perottis coram me,* poſt Tamburin. *de iur. Abbatiſſ. dec. 6. n. 8.*

26 Non obſtat, quòd d. renunciatio facta fuerit non ſolùm Euandro patri, ac Balthaſſari fratri expreſsè nominatis; verum etiam omnibus, & quibuſcunque illorum, & ſingulorum hæredibus, & tam ab inteſtato, quam ex teſtamento, & aliàs quomodocunque ſucceſſoribus. Quoniam d. verba quamuis ampliſſima viſa fuerunt comprehendere illos dumtaxat hæredes, & ſucceſſores, qui ex præſumpta mente tam Euandri patris recipientis renunciationem, quàm d. Cleriæ filiæ renunciantis, contemplati fuerunt; non autem omnes hæredes, & ſucceſſores indefinitè, & ſic etiam extraneos, cùm renunciatio, prout quælibet alia diſpoſitio, reſtringatur iuxta mentem contrahentium, quamuis verbis generalibus concepta fuerit, Crauett. *d. conſ. 42. numer. 3.* Surd. *d. conſ. 431. numer. 16.* cum aliis in propoſito relatis à Rota *in d. Bonon. de armis, deciſ. 48. num. 8.* poſt Merlin. *de Legit. & in d. Romana Renunciationis de Perottis, coram me, d. deciſ. 6. num. 8.* poſt Tamburin. *de iur. Abbatiſſ.* & in terminis renunciationis factæ patri recipienti *pro ſe, & hæredibus venientibus tam ex teſtamento, quam ab inteſtato,* quòd illa ſit reſtringenda ad perſonas contemplatas ex præſumpta mente eiuſdem patris; tradit Bald. *d. conſ. 437. numer. 2. lib. 1.* & in ſimilibus terminis renunciationis emphyteuſis factæ pro hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque, dixit Rota *deciſ. 186. n. 6. & n. 10. verſ. nec minus obſtat clauſula, par. 3. recent.*

In propoſito autem tantùm abeſt, quòd D. Comitiſſa videatur comprehenſa in d. renunciatione ex præſumpta mente contrahentium, quinimmò plures concurrunt præſumptiones ſuadentes, dd. contrahentes non niſi de hæredibus, & ſucceſſoribus ab eis deſcendentibus intellexiſſe, dictámque Comitiſſam excludere voluiſſe.

Reſpectu ſiquidèm Euandri patris, talis voluntas colligitur ex pluribus.

27 Primò ex præſumptione iuris, iuxta quam pater cenſetur huiuſmodi renunciationem recipere à filia fauore Deſcendentium, & agnationis conſeruandæ, adeò vt illis non extantibus, ſeu decedentibus ab inteſtato, non præſumatur voluiſſe excludere propriam filiam a bonis renunciatis; Couarr. *in cap. quamuis pactum, p. 3. §. 2. n. 4. verſ. 5. ſi tempore,* Corn. *conſ. 291. n. 4. lib. 4.* Nicol. Bellon. *conſ. 15. n. 12.* Crauett. *d. conſ. 42. ſub num. 1. verſ. ſed quid ſi tempore quietationum, poſt med.* Menoch. *d. conſ. 6. n. 10. verſ. tertia ratio.*

Secundò ex aliis duabus renunciationibus, quas idem Euander recepit ab eius germanis ſororibus, eiuſdem Monaſterij Monialibus, in quibus fuit expreſſa cauſa conſeruationis familiæ, & agnationis. 28
Nam ſicuti procurauit renunciationem a dd. ſororibus pro conſeruanda agnatione, ſic paritèr præſumitur recepiſſe renunciationem ſibi factam à filia, ex illis enim renunciationibus non ineptè colligitur, qualis fuerit eius voluntas, etiam in iſta, cùm vna ab altera interpretationem recipiat; prout in terminis aduertit Rot. *in d. deciſ. 6. numer. 11.* poſt Tambur. *de iur. Abbatiſſ.* Et contractus ex conſuetudine etiam vnius tantùm ex contrahentibus interdum declaretur, Mantic. *de tacit. & ambig. lib. 3. tit. 9. n. 68.*

Tertiò ex charitate, ac dilectione erga propriam filiam, quam pater præſumitur ſummoperè diligere, 29 *l. cùm acutiſſimi 30. C. de fideic.* Corn. *d. conſ. 291. numer. 4. verſ. non enim credendum eſt, lib. 4.* Pariſ. *d. conſ. 26. num. 22. lib. 3.* eámque propterea voluiſſe præferre vti magis dilectam cuicunque hæredi extraneo, vti minus dilecto, cùm verba renunciationis etiam generalia ita ſint intelligenda, vt pater illam recipiens præſumatur nolle alienam poſteritatem ſuæ anteponere, Alex. *d. conſ. 29. num. 4. lib. 3.* & votum patris eſſe ſoleat, vt bona ſua potiùs in deſcendentes, quam in extraneos deuoluantur, *l. ſcripto 6. ff. vnde liber. l. nam & ſi parentibus 15. ff. de inoffic. teſtament.* cum aliis in propoſito relatis à Corn. *d. conſ. 291. numer. 4. verſ. & votum patris.*

Præſertim cùm d. Cleria ampliſſimam renunciationem fecerit eidem Euandro, qui nota ingratitudinis redargui poſſet, ſi propriam filiam erga ſeipſum liberaliſſimam excluſiſſet, ac D. Comitiſſam, quæ nihil ei donauerat, admiſiſſet, vt in terminis animaduertit Cancer. *var. reſol. c. 15. n. 50. & ſeqq. lib. 3.* Rot. *in d. Romana renunciationis, n. 12.* 30

Quibus accedit, quòd D. Comitiſſa de tempore d. renunciationis iam tranſiuerat ad ſecundas nuptias, ob quas videtur intuliſſe iniuriam eidem Euandro filio ex primo matrimonio, cum quo etiam plures lites, vt ſupponitur, diu ſuſtinuit: vndè non leuis oritur præſumptio, quòd illa eſſet odioſa ipſi Euandro, & conſequentèr excluſa in d. renunciatione, quamuis verbis generalibus concepta, cùm in fauorabilibus verba generalia odioſos non comprehendant, ex pluribus relatis a Surd. *deciſ. 41. num. 1. & ſeqq.* Fuſar. *de ſubſtit. q. 317. n. 1. & ſeqq.* 31

Reſpectu verò d. Cleriæ renunciantis eadem voluntas elicitur. 32

Primò ex ſimili præſumptione, iuxta quam filia cenſetur facere huiuſmodi renunciationes patri, aut fratri, contemplatione maſculorum ex eis deſcendentium, ad hoc vt bona in familia, & agnatione conſeruentur. Adeò vt illis non extantibus, renunciatio dicatur euaneſcere, nec impediat, quominus renuncians in bonis renunciatis ſuccedere poſſit; Bald. *d. conſ. 437. num. 2. verſ. in contrarium videtur veritas, vol. 1.* Socin. ſen. *conſ. 4. num. 4. lib. 4.* Pariſ. *d. conſ. 26. num. 19. lib. 3.* Dec. *conſ. 553. num. 9.* Alex. *d. conſ. 29. num. 7. verſ. non obſtat etiam prædictus, lib. 3.* Crauett. *d. conſ. 42. poſt princ. verſ. ſed contrarium in caſu noſtro,* Menoch *conſ. 335. n. 14.* Io. Franc. de Ponte *conſ. 39. num. 1. & ſeqq.*

Secundò

33 Secundò ex maxima inuerisimilitudine deſumpta ex eo, quòd ſi d. Cleria in caſu obitus patris, & fratris ab inteſtato ſine deſcendentibus voluiſſet renunciare ad fauorem cuiuſcunque hæredis indefinitè, vtique comprehendiſſet etiam Fiſcum, qui de iure non exiſtentibus agnatis, vel cognatis vſque ad decimum gradum, tanquam hęres ab inteſtato ſuccedere potuiſſet, provt aduertunt Doct. cumulati *in tract. diuerſ. de ſucceſſ. ab inteſt. fol.643. num.23. & fol.276. num.122.* At non eſt veriſimile, d. Cleriam in huiuſmodi renunciatione facta patri, ac fratri, voluiſſe, vt bona renunciata peruenirent in tali caſu potiùs ad Fiſcum, quàm ad ſeipſam, ſiue eius Monaſterium; vt in propoſito tradit Bald. *d. conſ.437. num.2. verſ. pone enim, lib.1.* Molfeſ. *ad Conſuet. Neapol. tit. de renunciat. q.17. num.16.*

34 Nec viſa fuerunt releuare alia verba ſequentia, *itavt ab inteſtato diſpoſitum cenſeatur, perinde ac ſi renuncians nunquam fuiſſet in rerum natura.* Quia cùm ſint conſequtiua ad perſonas ſuprà vocatas; ſunt intelligenda, retenta eadem præſumpta mente contrahentium, vt ſcilicet cenſeatur diſpoſitum ab inteſtato ad fauorem illarum perſonarum, quæ ex præſumpta mente contemplata fuerunt, taliter quòd illis deficientibus renunciatio perindè haberi debeat, ac ſi facta non eſſet, cùm in hac materia ea ſit capienda interpretatio, quæ renuncianti minùs præiudicet, Corn. *conſ.291. ſub num.12. verſ. & maximè vt reſultet,* Cyriac. *controu.292. nu.19.* cum aliis relatis à Grat. *diſcep.292. nu.6.*

35 Et hìnc ceſſant ea, quæ inculcabantur ad probandum, huiuſmodi renunciationem fuiſſe realem, quæ perpetuò excludit renunciantem à bonis renunciatis omnibus modis, quibus illa ſuccedere debuiſſet, ex notatis à Napod. *in Conſuet. Neap. tit.16. de ſucceſſ. ab inteſt. Conſuet. incip. ſi quis, vel ſi qua, num.195.* Franch. *deciſ.375.* Rouit. *d. conſ.44. n.7. vol.1.* Paſcal. *de virib. patr. poteſt. par.2. cap.7. numer.48.* Merlin. Pignatell. *controu. forenſ. d. cap.5. numer.4.* cum aliis allegatis,

36 Quia reſponſum fuit, illam non videri ſimpliciter, & abſolutè realem, ſed vel eſſe perſonalem, qualis in dubio præſumitur, Ruin. *conſ.11. num.10. lib.1.* Bero. *conſ.170. num.9. lib.2.* Surd. *conſ.544. nu.5. verſ. & in dubio,* Molfeſ. *ad Conſuet. Neap. tit. de renunciat. quæſt.3. num 3.* Rot. *in d. Bonon. de armis, deciſ.48. num.11.* poſt Merlin. *de Legit.* etiam quando facta fuit alicui recipienti *pro ſe, & hæredibus,* Surd. *d. conſ.544. num.4. & 5.* Molfeſ. *d. tit. de renunciat. d. quæſt.3. num.8.* Rot. *d. deciſ.48. num.12.* poſt Merlin. *de legit.* vel ſaltem eſſe mixtam, qualis dicitur illa, quæ fit per abdicationem bonorum contemplatione certarum perſonarum, provt declarauit Rot. *in eadem deciſ.48. & ſeqq.* & *in Macerat. Pecuniaria coram Reuerendiſſimo D. meo Decano, in §. nec realitatis fundamentum,* & *in d. deciſ.186. par.3. recent.*

37 Neque realitas d. renunciationis videtur inducta, ex eo, quòd illa facta fuerit ex cauſa ingreſſus in Religionem, ibíque dicta Cleria perpetuò Deo inſeruiret; per Aquilianam ſtipulationem, cum pacto de non ſuccedendo; ex notatis per Couar. *in cap. quamuis pactum, par.3. §.2. n.5. de pact. in 6.* Vaſq. *de ſucc. reſol. lib.2. n.116. & 130.* Menoch. *de præſumpt. lib.4. præſumpt.83. n.18.* cum aliis allegatis.

38 Nam quoad cauſam ingreſſus in Religionem, illa non ſufficit pro realitate, ad effectum, de quo agitur; cùm illa operetur, vt renuncians dicatur renunciaſſe omnibus bonis temporalibus quoad ſeipſam, non autem quoad eius Monaſterium, cui potiùs acquirere velle præſumitur, quàm extraneo, tam ex coniectura pietatis erga illud, quod loco parentis habetur; quàm etiam vt commodiùs ſibi neceſſaria ſuppetant, provt huic obiecto Rot. reſpondit *in d. deciſ.48. num.16. in fin.* poſt Merlin. *de Legit.* & *in d. Romana renunciationis, num.23.* poſt Tambur. *de iur. Abbatiſſ.* & *in d. Maceraten. pecuniaria, in §. nec realitatis, coram Reuerendiſſ. D. meo Decano.*

Quò verò ad Aquilianam ſtipulationem cum pacto de non petendo, talis ſtipulatio reſtringitur ad fauorem earundem perſonarum, quæ contemplatæ fuerunt, nec efficit renunciationem abſolutè realem; idem Molfeſ. *d. q.3. num.21.* 39

Et in omnem euentum, quatenus dicta renunciatio dici poſſet abſolutè realis, talis diceretur, vbi ſupereſſent perſonæ in ea contemplatæ, ſecus autem illis, provt hìc, non extantibus, quia tunc non dicitur ampliùs realis, ſed perſonalis, quæ non impedit, quominùs Monaſterium ex perſona renunciantis ſuccedere poſſit, vt notant communiter Doct. *in d. cap. quamuis pactum,* vt inter alios, Natt. *in repet. d. cap. col.11. verſ. vlt. limita,* Molfeſ. *d. tit. de renunciat. quæſt.3. numer.20.* vbi alios refert. Materia namque renunciationis, ſiue realis, ſiue perſonalis, plurimùm pendet ex præſumpta mente contrahentium, Franc. *in d. cap. quamuis pactum, col.4. 6. limit.* Surd. *conſ.244. num.12.* Rouit. *conſ.43. num.7. & ſeqq.* Pariſ. *d. conſ.26. num.23. lib.3.* 40

Et ità vtraque, &c.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio facta à muliere Neapolitana ad beneficium fratrum dotantium, eorûmque hæredum, nùm proſit agnato remotiori, ad finem vt valeat ille de bonis antiquis liberè diſponere, & num.6. 7. 8. 9. 10. & 13.*

2 *Renunciatio, quæ fit à ſorore fratribus, quid importat.*

3 *Renunciatio quantumuis realis, illis ſolùm perſonis prodeſt, quibus eſt renunciatum: & num.5.*

4 *Renunciatio facta à Moniali dicitur ſemper realis.*

11 *Ant. Capyc.* deciſiones 190. & 191. *examinantur.*

14 *Mulier ex matrimonio ſubſequuto, & dote recepta an præſumatur habuiſſe notitiam contentorum in capitulis matrimonialibus.*

15 *Ratificatio alicuius actus ex quibus inducatur.*

16 *Renunciatio facta ſine cauſa, nullius momenti eſt.*

ARGVMENTVM.

Renunciatio facta à muliere Neapolitana ad beneficium fratrum, cum omnibus clauſulis, quæ illam realem conſtituunt; nùm tantam vim habeat, vt mortuis omnibus fratribus abſque deſcendentibus; proſit agnato remotiori, ad finem vt valeat

valeat ille de bonis ſuis antiquis liberè diſponere, non relicta medietate agnatæ mulieri proximiori ſuperexiſtenti. Renunciatio promiſſa à ſponſo nomine ſponſæ abſentis, in capitulis matrimonialibus, de omnibus ſucceſſionibus in forma, ad beneficium dotantium, nùm ex ſubſequuto matrimonio, & dote recepta, cenſeatur à ſponſa ratificata? & de aliis, &c.

CAPVT CXCI.

1 RENVNCIATIO facta à muliere Neapolitana ad beneficium fratrum dotantium, eorùmque hæredum, & ſucceſſorum, de omnibus bonis, & ſucceſſionibus deuolutis, & deuoluendis cum Aquiliana ſtipulatione, pacto de non petendo, ac omnibus aliis clauſulis realitatem importantibus; dubitatur, nùm tantam vim habeat, vt mortuis omnibus fratribus ex teſtamento, vel ab inteſtato ſine deſcendentibus, proſit agnato remotiori, ad finem vt valeat ille de bonis ſuis antiquis liberè diſponere, abſque quòd ligetur Conſuetudine noſtra, exordiente, *Et ſi teſtator?*

Reſpondi in vna facti contingentia, ab omni dubio procul, hoc agnato non licere, & vbi non ſeruata diſpoſitione *dictæ Conſuetudinis* diſponeret, competere agnatæ mulieri ius, & actionem pro conſequutione medietatis bonorum antiquorum, renunciatione facta fratribus, dum nupſit, quantumuis reali in nihilo ei obſtante, idque ratione, & authoritate.

2 Ratione, & *Primò*, quia cùm renunciatio, quæ à ſorore fratribus fit de omnibus ſucceſſionibus in forma, aliud non ſit, niſi pactum, quo fratres ligant ſororem, vt agnatis, & cognatis decedentibus, in illorum bonis non niſi ipſi ſuccedere poſſint, itemque vt valeant fratres ipſi liberè de eorum bonis diſponere, abſque quòd ſoror illorum iudicium cùm deceſſerint, infringere valeat; ſequitur certè dicendum, vt hoc pactum non niſi paciſcentibus prodeſſe poſſit: hoc eſt enim de iure, vt pactum non porrigatur, niſi ad eum, ad quem vt porrigatur paciſcentis intereſt, probat Bart. *in l. qui Romæ, §. duo fratres, num.24.ff.de verbor.oblig.* vndè cùm in caſu propoſito nullo pacto affirmari poſſit, vt fratrum paciſcentium interſit, vt ipſis abſque filiis defunctis, renunciatio ſororis proſit agnato remotiori, ad finem vt ille poſſit liberè de bonis antiquis diſponere, conſequens eſt dicere, vt reſpectu huius agnati renunciatio prædicta habeatur, ac ſi facta non eſſet: idemque ſi in contractu renunciationis verbis expreſſis inter fratres, & ſororem eſſet conuentum, vt cæteri agnati, & cognati poſſent liberè diſponere; nam adhùc pactum hoc nullius momenti eſſet, cùm ex eo nullum ius agnati prædicti acquirerent, obſtante nimis clara, & vulgata diſpoſitione text. *in l.ſtipulatio iſta, §. alteri, ff. de ver.oblig. in §. ſi quis alij,* & *in §. alteri, Inſtit de inutil.ſtipul.*

3 Secundò, concluſio hæc eò fortius corroboratur, ſi in hac renunciationis materia illud animaduertimus, quod inter *Doctores* de his agentes ſine controuerſia procedit, nimirùm data renunciatione, quantumuis reali, & cum omnibus clauſulis, quæ excogitari poſſunt, clauſulas illas realitatem importantes nullatenus prodeſſe, niſi illis perſonis, quibus eſt renunciatum, ſiue quarum contemplatione præſumi poteſt, factam fuiſſe renunciationem; quibus, vt ſupponimus in caſu propoſito, abſque deſcendentibus de medio ſublatis, eſto, vt diximus, quòd renunciatio ſit realiſſima (dummodò non ſit facta à Moniali, quæ regulariter ſemel excluſa, cenſetur perpetuò excluſa, vt per Rouit. 4
conſ.44.lib.1. poſt Præſ. de Franch. *deciſ.375.*) certè nullo pacto prodeſſe poterit aliis perſonis in renunciatione non nominatis, neque contemplatis: videantur omninò Hieron. Gabr. *conſil.89.num.11.12.* & 13. *lib.1.* Bero. *conſil.108. numer.15.18.19.& 21. lib.1.* Marant. *in 10.diſput.num.19.* Io.Vinc. Hondedi *conſ.36.num.35.lib.1.* Camill. de Medic. *conſ.2.nu.128. 129.& 130.* Scipio Rouit. *conſil.23.num.21.verſ.hac autem renunciatio, lib.1.* vbi quamplurimas noſtri ſupremi Senatus deciſiones refert, Scipio Theodor. *alleg.36. num.37.38.& 39.* Molfeſ. *par.3.ad Conſuet. Neap. quæſt.9.* & Alij, qui omnes loquuti ſunt in 5
caſu fortiori, nimirùm, quando fratres, quibus eſt renunciatum, ſiue quorum contemplatione facta eſt renunciatio, mortui ſunt ab inteſtato, ſuperſtitibus ſorore renunciante, & agnatis remotioribus, vt iſtis excluſis, ſoror ad fratris ſucceſſionem admittatur, renunciatione non obſtante. Idemque ſatis benè per Io. Vinc. de Anna *alleg.21. num.22.& 23.* vbi dicit, quòd licèt verba renunciationum ſint generalia, tamen ex mente renunciationis declarantur, & limitantur, vt quando caſus præter opinionem, & mentem contrahentium eueniunt, renunciatio non obſtet.

Si igitur in caſu per DD. modò relatos, non obſtat renunciatio, ſicque ſoror, quæ renunciauit, ab inteſtati fratris ſucceſſione excludit agnatum remotiorem, ea quidem ratione, quia perſonæ, quibus eſt renunciatum, ſiue quarum contemplatione facta eſt renunciatio defecerunt; quo pacto affirmari poteſt, vt eidem ſorori obſtet renunciatio in caſu, de quo agimus, ad finem vt ipſemet agnatus remotior, qui à renunciante aliàs excludi poteſt, valeat non ſeruata forma *Conſuetudinis* in præiudicium huius agnatæ renunciantis de bonis ſuis liberè diſponere?

Hinc in fortioribus terminis caſus noſtri, cùm 6
aliàs eueniſſet, vt mulier Berarda nomine renunciaret Ioannello patri, renunciationem recipienti *pro ſe, & hæredibus, ac ſucceſſoribus ſuis*, cum clauſula, *quòd eidem patri renunciatario, ſuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus liceret de bonis renunciatis pro ſuo libito voluntatis diſponere*; mortuo patre, & demùm Bonauentura fratre, qui inſtituerat hæredem Io. Andream fratrem ſuum amitinum, natum ſcilicet ex Andrea fratre vtrinque coniuncto matris ipſius Bonauenturæ, & Berardæ, ac pariter defuncto poſteà dicto Io. Andrea hærede dicti Bonauenturæ, qui Antoniam eius coniugem hæredem fecerat vniuerſalem, comparuit in S.C. præfata Berarda renuncians, & vigore *Conſuetudinis, Et ſi teſtator,* petiit ab Antonia hærede ſcripta medietatem bonorum dicto Io. Andreæ obuentorum ex ſucceſſione Bonauenturæ fratris ipſius Berardæ, à qua quidem ſucceſſione aliàs per eundem Io. Andream, & ſucceſſiue per eandem Antoniam fuerat excluſa, ac etiam medietatem bonorum eidem Io. Andreæ obuentoru[illegible] ex ſucceſſione Andreæ eius patris, ipſiúſque B[illegible]dæ auunculi, & aliorum agnatorum: Et quamuis e[illegible] aduerſo opponeretur

neretur de renunciatione in tam lata forma ſtipulata, illa tamen in nihilo obſtante, fuit ad omnia petita admiſſa, & ſic tam ad medietatem bonorum Io. Andreæ obuentorum à Bonauentura fratre ſuo amitino, ipſiúſque Berardæ germano, quàm ab Andrea patre dicti Io. Andreæ, & eiuſdem Berardæ Auunculo; ſic atteſtante Antonio Capycio *deciſ.* 190. *&* 191.

Ex quibus apertè deducitur, reſpectu agnati in renunciatione non contemplati, nec nominati, nullam fuiſſe habitam rationem de ampla renunciatione facta à muliere patri, ſiue fratribus abſque de-
7 ſcendentibus demùm mortuis, & in terminis terminantibus noſtram ſententiam confirmat Lælius Caputus *in comment. ad Conſuet. Neap. Si moriatur, par.* 3. §. 7. *fol.* 316. *& ſeq.* vbi *num.* 6. quærens, an ſtante renunciatione filiæ, vel ſororis, poſſint pater, ſiue frater dotantes inſtituere hæredem extraneum, non ſeruata forma *Conſuetudinis*, *Et ſi teſtator*, & ſic non relicta medietate, nec ipſi filiæ, ſiue ſorori renuncianti, nec aliis proximioribus, qui omni iure ſublata de medio filia, ſiue ſorore, in dicta medietate ſuccederent; & concludendo, id patri, ſiue fratri licere; quando renunciatio fuit tranſlatiua; nam cùm renunciatio tacitam habeat conditionem, ſi hæreditas ipſi renuncianti deferatur, cùm primùm ſucceſſio defertur ipſi filiæ, cenſetur, dicit *Caputus*, ab ipſamet renunciante acquiri, & ad hæredes ipſius, ad cuius beneficium eſt facta renunciatio, reuerti, ità vt verè, & propriè verificetur ſucceſſio in perſona ipſius filiæ, ſiue ſororis renunciantis, & conſequenter proximiores in gradu ſequentes nihil prætendere poſſunt, cùm vna, eadémque ſucceſſio pluribus in ſolidum deferri non poſſit.

Hanc concluſionem limitat Primò *num.* 7. in renunciatione abdicatiua, vt quia filia, vel ſoror renuncians non ceſſit, ſiue tranſtulit patri, vel fratri, quibus renunciauit eorum ſucceſſionem, & hæreditatem, ſed tantùm voluit ſe de medio tollere, hoc enim caſu probat *Caput.* quòd ex renunciatione filiæ, vel ſororis taliter factæ, non oritur libera patris, ſiue fratris renunciantis facultas in vltima voluntate teſtandi, ſed coguntur præcisè diſponere ſeruata forma *Conſuetudinis*.

Secundò, concluſionem *ſuprà* firmatam limitat Caput. *num.* 8. vt non procedat, & hic eſt caſus noſter, quando renunciatio non fuit facta ad beneficium illius, de cuius hæreditate agitur, v. g. renunciatio fuit facta patri, vel fratri ampliſſimè, demùm illis defunctis abſque deſcendentibus, ſupereſt renuncians, ac etiam agnatus remotior, hic ſi in morte liberè de bonis antiquis diſponere vellet, ex eo, quòd mulier, quæ eſt ei proximior, renunciauit ampliſſimè patri, ſiue fratri, certè non poſſet, ſed cogitur præcisè diſponere ſecundùm ius conſuetudinarium, ex quo renunciatio illa, ſeù pactum de non ſuccedendo vti inter alios factum ſuccedendi modum reſpectu huius agnati, qui in renunciatione non interuenit, immutare non potuit; ſicque ipſius hæres in ius renunciatum ſuccedere non poteſt.

9 Et idem, quod eſt fortius, addit Caput. *num.* 9. ſi hic agnatus in renunciatione inueruenſſet, at ius renunciatum ad ſui beneficium non recepit; ſed tantùm renunciationi ſimplicem ſuum præſtitit conſenſum, vt adhùc renunciatio per agnatam aliàs facta, ipſi non proſit ad finem liberè diſponendi.

Hæc *Caput.* ratiocinatio corroboratur ex receptiſſima, & communi illa concluſione à Doctoribus in hac materia tradita, nimirùm, vt in renunciatione per dotatam facta nullus alius agnatus, præter eum, cui fuit renunciatum ſe fundare poſſit, ſicque illam nullo pacto extendendam vltra perſonam, in cuius beneficium fuit facta, nec alteri fore proficuam; ſic enim vno ore faſſi ſunt Patiſ. *conſ.* 12. *num.* 90. *lib.* 1. Surd. *conſ.* 163. *num.* 10. 179. *num.* 10. *lib.* 2. *&* 446. *ex num.* 13. *& ſeqq. lib.* 3. *& deciſ.* 163. *num.* 10. Molfeſ. *in tit. de renunciat. quæſt.* 1. *num.* 26. *& quæſt.* 17. *n.* 4. Paul. Gallerat. *de renunciat. lib.* 1. *cap.* 10. *per tot.* & & nouiſſimè ſatis benè Dom. Reg. Capyc. Galeot. *controuerſ. lib.* 2. *controu.* 10. *à n.* 13. *ad* 19. *fol.* 77.

Nec prædictis in caſu, ſuper quo hæc ſcribebam, 10
obſtare dixi, quòd bona, quæ poſſidebantur per hunc agnatum tertium, obuenta ei erant ab alio agnato, ad cuius beneficium facta fuerat renunciatio, ſicque videbatur fieri locum deciſis penes Capycium *deciſ.* 190. vbi fuit dictum, ſucceſſorem renunciatarij, & ſic in bonis, quibus antea mulier renunciauerat, benè in eiuſdem renunciantis præiudicium diſponere potuiſſe, *Conſuetudine* non obſtante, nec aliter mulierem renunciantem ad diſpoſitionem illam infringendam fore audiendam.

Etenim reſpondi, *deciſionem Capycij* 190. ad caſum, de quo agebam, non pertinere. *Primò*, quia in 11
caſu *illius deciſionis*, agnatus, qui diſpoſuerat non ſeruata forma *Conſuetudinis*, erat ſucceſſor renunciatarij vniuerſalis; in caſu autem, ſuper quo hæc conſiderare mihi contigit, erat legatarius, & ſic ſucceſſor particularis, qui appellatione ſucceſſoris vniuerſalis non venit; vt benè per Rot. *deciſ.* 1. *de teſtam. in antiq.* & per Carauit. poſt alios, quos allegat *in Rit. M.C.* 178. *n.* 8. *cum ſeqq.*

Secundò, & tollitur omnis dubietas, in caſu *deciſionis Capycij* agnatus, qui diſpoſuerat non ſeruata formata *Conſuetudinis*, erat filius renunciatarij, & ſic perſona contemplata in renunciatione, vndè renuncianti obſtabat directo renunciationis pactum, ex quo verè contemplatione huius filij pater renunciationem receperat, vt nimis clarè declaratur in *citata deciſ.* 191. *num.* 2. & ſic non mirum, ſi liberè diſponere potuerit; id quod nullatenus in caſu per me propoſito conſiderari poterat.

Tertiò, & meliùs in caſu *deciſionis Capycij* 190. fuerat expreſsè conuentum inter filiam renunciantem, & patrem renunciatarium (id quod pariter in caſu meo deficiebat,) vt ipſi patri, eiúſque hæredibus, & ſucceſſoribus liceiſſet in bonis renunciatis ad eorum libitum voluntatis diſponere, quo caſu iuxta receptiſſimam Noſtratum ſententiam ceſſat prorſus *Conſuetudo*, & diſponitur prout ius commune permittit; qui enim in hac Ciuitate bona ab agnatis, & cognatis lucratiuo titulo acquiſiuit cum facultate liberè diſponendi, poterit in morte, *Conſuetudinum* diſpoſitione ſpreta pro ſuo libito voluntatis diſponere; ità vno ore faſſi ſunt Anton. Capyc. *in inueſtit. feudal. in verb. feudorum diuiſio*, *in* 4. *limit. circa finem*, *verſic. quartò nota*, *fol.* 164. *col.* 1. D. de Franchis, omninò videndus *deciſ.* 4. *num.* 18. Scipio Bucin. *in Conſuet. Si aliquis moriens*, *in addit.* quæ incipit, *Quòd ſi quis*, *fol.* 162. & *in Conſuet. Si qua moriens, in addition.* quæ incipit, *Statutum*, *fol.* 196. Scipio Sanctinus *in eadem Conſuet. eodem fol.* 196. *in addit. incipiente*, *Pater*, Liparul. *in addit. ad Andr. in cap.* 1. *in tit. de eo, qui finem fecit agnat. de feud. pater. in verb. nouo feudo, in fine, verſ. & hoc nota ad Conſuetud. Neap.* Naucler. *in Conſuet. Si aliquis moriens*, & *in Conſuet. Si qua moriens*, Conſiliar. de Bottis *in d. Conſuet. Si qua moriens*, *in addit. incip. Si mulier*, *fol.* 196. Viuius *commun. opin. lib.* 2. *opin.* 790. *num.* 5. vbi curioſè allegat D. Præſ. *in ſuprà cit. deciſ* 4. Molfeſ. *ad Conſuet. Neap. par.* 3. *quæſt.* 3. *per tot.* & *conſ.* 2. *num.* 36. congerit aliam deciſionem Thor. *par.* 4. *ſui compendij*, *in verb. mulier num poſſit.*

Vndè

12 Vndè his ſtantibus, ad caſum per me propoſitum *deciſio* ſuperiùs relata *Capycij* allegari non meretur; benè tamen altera ſequens 191. quæ pro deciſione caſus propoſiti ſatis vrget; quamuis aliqui decepti ex *Apoſtolica* Io. Ang. Piſanel. *in Conſuet. Si moriatur, fol.* 83. *incip. Nota quæſtionem*, dubitent, an ſit vera hæc Capycij *deciſ.* 191. ex quo *Piſanell.* qui fuit Aduocatus in illa cauſa videtur annuere, fuiſſe deciſum pro Antonia vxore, & hærede Io. Andreæ, qui inſtitutus fuerat à Bonauentura contra renunciantem, ex illis verbis *in dicta apoſtilla; qui Io. Andreas demùm inſtituit hæredem Antoniam de Cutinariis ſuam vxorem; in fauorem eius fuit lata ſententia die, &c.* Sed certè decipiuntur, quandoquidem Piſanell. nec *in hoc loco*, nec *alibi* ſibi ſomniauit loqui de caſu *dec. Capyc.* 191. ſed tantùm de caſu *deciſ. præcedentis* 190. Etenim excitauit quæſtionem poſitam *ibi* per Ant. de Alex. qui dixit, quòd ſi fuerit facta renunciatio à filia patri in ampla forma, & demùm morerentur & pater, & fratres, poſſe vltimum fratrem ſuperſtitem liberè de bonis ſuis diſponere, nec licere ſorori ad medietatem venire, vigore *Conſuetudinis*; Huic concluſioni per *Ant. de Alex.* firmatæ addit *Piſanell.* fuiſſe ſecundùm illam, ipſo patrocinante per S.C. deciſum in memorata cauſa Berardæ Conchæ, cum Io. Andrea Fagillo, referente Ant. Capycio, ſic allegans illius *deciſion.* 190. & clariùs loquutus fuit *in addit.* ad Affl. *dec.* 161. vbi dicit, quòd fuit abſoluta Antonia hæres Io. Andreæ, & facta *deciſio* per *Capyc.* 190. ſicque dubitari non poteſt, loquutum fuiſſe *Piſanell.* de caſu huius *deciſionis* in qua cùm inſtitiſſet ſoror, declarari nullam pro medietate diſpoſitionem fratris, qui *Conſuetudinis* diſpoſitione ſpreta, agnatum remotiorem vniuerſalem inſtituerat hæredem, hic agnatus hæres inſtitutus lite pendente deceſſit, vxore ſibi hærede inſtituta, quæ in hoc iudicio ex perſona ſui authoris ſententiam pro ſe reportauit; ac proinde benè dixit *Piſanell.* quòd fuit deciſum ad fauorem Antoniæ, ſed in hoc iudicio moto ſuper inualiditate diſpoſitionis Bonauenturæ fratris Berardæ renunciantis: verùm

13 cùm in eadem cauſa, inſtante eadem Berarda dubitari contigiſſet de validitate diſpoſitionis Io. Andreę agnati remotioris, in renunciatione non contẽplati, fuit deciſum pro renunciante, nulla de renũciatione ratione habita, & facta fuit *deciſio* 191. quam idem *Piſanell.* allegat, tam in *Conſuet. Si quis, vel ſi qua, in apoſtilla incip. Sed quæro, quid ſi creditori, fol.* 141. quàm *in addit. ad Afflict. deciſ.* 237. in quibus locis dicit, Antoniam de Cutinariis, vel hæredem ſcriptam à Io. Andrea deduxiſſe ab illius patrimonio in damnum Berardæ dotes Caracciolæ matris Io. Andreæ, in quibus Berarda nullum ius habebat, ſic allegando *deciſ.* Capyc. 191. & *deciſ.* 195. de qua quidem deductione certè tractari non poterat, ſi ipſa Antonia hæres inſtituta, Berarda excluſa, in toto patrimonio eius viri ſucceſſiſſet. Id quod clariùs dignoſcitur ex alia *deciſione* eiuſdem Capyc. 195. modò *citata*, vbi fuit dubitatum, an onera in hæreditate Io. Andræ reperta deducenda eſſent ex toto patrimonio, vel tantùm à medietate, de qua potuit liberè diſponere, cuius quidem quæſtionis veritatem indagari certè opus non erat, ſi Antonia hæres inſtituta in toto patrimonio Io. Andreæ teſtatoris ſucceſſiſſet, ſignum euidens, quòd Berarda renuncians in medietate ſucceſſerat, renunciatione non obſtante.

14 Vltimò pro agnata muliere alia duo in caſu propoſito conſiderabam, quamuis non neceſſariò. Primũ nimirùm, nullibi conſtare, mulierem renunciaſſe, ſed tantùm eius virum vxoris nomine in capitulis matrimonialibus renunciationem in ampla forma fratribus de bonis paternis, & maternis, vt dixerunt, dotantibus promiſiſſe, inſcia tamen ſponſa dotatá, abſente, ac penitus ignorante: vndè non videbam, ex quo fundabatur prætenſa renunciatio.

Et ſi dicas, ex matrimonio illorum capitulorum vigore ſubſequuto, & dote per eandem mulierem recepta præſumptionem elici, mulierem ipſam habuiſſe ſcientiam contentorum in capitulis matrimonialibus, & ſucceſſiuè omnia per virum ibi promiſſa approbaſſe, & ratificaſſe, ad tradita per Reg. Rou. *deciſ.* 12. *num.* 22.

Reſpondeo, hoc iure aliquo non probari, nam vltra quòd hæc fuit promiſſio de renunciando, quæ renunciationem non importat, eſto quòd ab ipſa muliere cum iuramento facta eſſet, vt ex pluribus probant Boër. *deciſ.* 3. *num.* 1. & 15. & Paul. Gallerat. omninò videndus *de renunciat. lib.* 1. *cap.* 7. *n.* 16. 17. 18. & 19. & deciſum retuli Ego *lib.* 1. *cap.* 298. *n.* 12. 13. 14. & 15. dico, ſatis erroneam eſſe præſumptionem, vt ex ſubſequuto matrimonio, & dote recepta dicendum ſit, mulierem habuiſſe ſcientiam contentorum in capitulis matrimonialibus, & per hoc approbaſſe, & ratificaſſe renunciationem à viro promiſſam, quandoquidem ſine controuerſia procedit commune illud axioma, nimirùm vt tunc demùm dici poſſit, actum fuiſſe ab aliquo ratificatum, ſi conſtat, hunc talem ſciuiſſe tenorem eius, quod dicitur ratificatum; nam ignorans dici non poteſt, quòd conſentiat, aut ratificet; *l. ſi per errorem, ff. de iuriſd. omn. indic.* Imò dixerunt communiter, ſimplicem actus ratificati ſcientiam non ſufficere, ſed opus 15
eſſe, quòd ipſi ratificanti legatur tenor contractus, quem ratificat: videantur, quæſo, Oldrad. *conſ.* 324. *numer.* 10. Paul. de Caſtr. *conſ.* 465. *viſo compromiſſo, col. pen. lib.* 1. vbi reſpondit, laudi ratificationem etiam iuratam non nocere, niſi ratificanti laudum illud lectum ſit: ſubdens demùm, in dubio ignorantiam in ratificante præſumi; Corne. *conſ.* 165. *lib.* 2. Crau. *conſ.* 197. *num.* 14. Cauale. *deciſ.* 46. *num.* 103. Leo omninò videndus *deciſ.* 169. *lib.* 2. Beccius *conſ.* 37. *num.* 24. Surd. *conſ.* 28. *num.* 118. *lib.* 1. Rota in terminis, de quibus *deciſ.* 160. *lib.* 1. *in poſthum. Farin.* vbi cenſuit, renunciationem à ſponſo factam nomine ſponſæ in capitulis matrimonialibus non cenſeri per coniugem ex ſubſequuto matrimonio ratificatam, niſi probetur, habuiſſe illam plenam ſcientiam pacti in capitulis matrimonialibus inſerti, idémque de anno 1620. Sac. Conſil. Regni huius determinaſſe, teſtis eſt D. Reg. Sanfelic. *deciſ.* 128. vbi dicit, nullam habitam fuiſſe rationem de prætenſa mulieris ratificatione poſtmodùm ſubſequuta, ex quo ei non fuerunt lecta capitula matrimonialia, nec eorum tenor declaratus, quorum alterum requirebatur, ad hoc vt actus ratificati ſcientia induceretur; quo fit, vt meritò dicamus, *Rouiti* ſententiam nullo iure probari, imò à Iuris regulis, & receptis concluſionibus ſatis eſſe alienam, id quod pariter demonſtrauimus *ſuprà, cap.* 167. *num.* 9.

Alterum, & poſtremum, quod pro agnata muliere conſiderabam, illud erat; nam eſto, quòd ipſa 16
ſolemniter, & cum iuramento renunciaſſet, nullius momenti extitiſſet renunciatio, non ſolùm, dico, reſpectu ſucceſſionis bonorum antiquorum agnati remotioris, de qua ex ſuperiùs dictis dubitari non poteſt; ſed etiam reſpectu ſucceſſionis bonorum antiquorum fratrum, ad quorum fauorem renunciatum fuiſſe conſtaret: etenim in facto ſupponebatur, dotationem contigiſſe de bonis paternis, & maternis, ſicque fratres nihil de proprio promiſiſſe; vnde renunciatio, ſi quæ ad fratrum fauorem facta fuiſſet, non poterat extendi ad bona fraterna, de quibus

quibus ſoror renuncians non fuit dotata, diceretur: enim facta ſine cauſa, & ſucceſſiuè fratribus renunciatariis non proficua, ad finem vt in morte, *Conſuetudinis* diſpoſitione ſpreta, poſſet de bonis antiquis liberè diſponere. Videantur, quæſo, infraſcripti DD. nimirùm Dec. *in l. pactum, quod dotali, limit.* 4. *C. de pact. in conſ.* 130. *num.* 1. *verſ. non videtur*, & meliùs *conſ.* 379. *num.* 14. Natt. *cap. quamuis pactum, num.* 56. *verſ. tertiò limita, de pact. in* 6. Bologn. *in l. fi. num.* 113. *C. de pact.* Caſſan. *conſ.* 69. *num.* 13. & *ſeq.* Ceph. *conſ.* 142. *num.* 24. & 378. *num.* 7. Vrſill. noſter *in add. ad Afflict. deciſ.* 161. *num.* 6. aliique relati per Paul. Galleræt. *de renunc. lib.* 3. *capit.* 2. *num.* 52.

Hæc ſatis pro reſolutione quæſtionis propoſitæ.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio facta per matrem eius patri, vel fratri, ea præmortua num noceat filiis ex propria perſona venientibus, & n.* 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. & 21.

2 *Facti ſpecies enarratur.*

3 *Filio ſine liberis defuncto ſuccedunt parentes de iure communi, & quid de iure conſuetudinario Neapolitano, num.* 4.

5 *Conſuetudo Neapolitana,* Si quis, vel ſi qua, *non habet locum, patre, vel matre in medio exiſtentibus.*

Quod intellige, vt num. 7.

6 *Text. in* authen. defuncto, C. ad S. C. Tertyll. *non eſt correctus per* Conſuet. Neap.

8 *Conſuetudo Nobilium Ciuitatis Neap. circa renunciationem ſucceſſionum filiorum deducitur ex doctrina* Napodani.

9 *Renunciatio facit renunciantem pro mortuo haberi.*

10 *Succeſſio parentum ceſſat matrimonio contracto* alla noua manera.

11 *Filius moriens non tenetur patrem in Legitima inſtituere, vbi matrimonium fuit contractum* alla noua manera.

12 *Decedere poteſt quis Neapoli pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus.*

ARGVMENTVM.

Renunciatio matris an noceat filiis ex propria perſona venientibus. Contracto matrimonio in Ciuitate Neap. ſecundùm vſum, qui vulgò dicitur, *di Capuana, e Nido,* quiſnam potior ſit in alicuius inteſtati defuncti ſucceſſione, pater, vel nepos, ſiue neptis ex ſorore, quæ dum nupſit, renunciauerat ſucceſſionibus omnibus pro præterito deuolutis, & de cœtero ab inteſtato deuoluendis, & quòd filij naſcituri ex propria perſona venire non poſſint, & de aliis ad materiam pertinentibus.

CAPVT CXCII.

Renunciatio facta per matrem patri ſuo, vel fratri, *pro ſe, & hæredibus*; illa demùm præmortua, quòd non obſtet filiis, etiam hæredibus, ex propria perſona venientibus, indubitatum eſt, maximè apud nos, ob infinitas deciſiones ſuper hoc ſubortas, attenta diſpoſitione text. *in l. qui ſuperſtitis. ff. de acquir. hæred.* & per DD. *in l. pactum, quod dotali, C. de collation.* Couarr. Molin. Tell. Fernand. & alios apud Præſi. d. de Franchis *deciſ.* 67. & 72. *num.* 16. 1

Sed de illo ſuperioribus annis in Sacro Conſilio Regni huius fuit ſatis controuerſum in cauſa vertente inter Donnam Iſabellam Felicem Carmignanam, filiam, & hæredem Victoriæ Capyciæ Galeotæ, & Ioannem Baptiſtam Capycium Galeotam eius auum maternum, ſuper ſucceſſione bonorũ Franciſci Galeotæ, filij Ioannis Baptiſtæ, & auunculi Donnæ Iſabellæ Fælicis; nam cùm contractum eſſet matrimonium inter dictum Ioannem Baptiſtam, & Iuliam Garganam ſecundùm vſum Capuanæ, & Nidi, vulgariter dictum *alla noua manera*, procreatis ex dicto matrimonio Victoria, Fabritio, & Franciſco Galeotis, & defunctis iam Iulia coniuge, & demùm Fabritio filio, ob quod fuerat Franciſcus ſuperſtes declaratus eorum hæres; nupta deindè Victoria Don Ferdinando Carmignano (ex quibus d. Iſabella Fælix procreata fuit) & demùm defuncta, defunctóque illinc ad certum tempus Franciſco vltimo ſuperſtite ex dicto matrimonio, orta fuit contentio ſuper ſucceſſione eiuſdem inter Ioannem Baptiſtam defuncti patrem, & D. Iſabellam ex ſorore neptem. 2

Dicebat Donna Iſabella Fælix, Victoriæ filia, & hæres, ad ipſam tantùm auunculi Franciſci ſucceſſionem ſpectare, Auo penitùs excluſo, ſtante quòd incapax erat ille talis ſucceſſionis, cùm illi in capitulis matrimonialibus cum Iulia vxore initis renunciaſſet, contraxerat enim ſecundùm vſum Capuanæ, & Nidi, quo mediante, parentes ad inuicem filiorum ſucceſſionibus renunciant.

E contra contendebat Ioannes Baptiſta, ad ipſum filij ſucceſſionem ſpectare, nepte excluſa, ex quo, tempore, quo nupſit Victoria, D. Iſabellæ Fœlicis mater Don Ferdinando Carmignano, tanquam ab ipſo patre donata, renunciauerat ſucceſſionibus omnibus pro præterito deuolutis, tam ab inteſtato, quàm ex teſtamento, & de cætero deuoluendis ab inteſtato tantùm, etiam ſi filij naſcituri ex propria perſona venirent directè, vel indirectè, in quo caſu venientes eius filij ex propria perſona, prædicta Victoria obligauerat ſe, eiúſque hæredes reficere tantundem ex propriis bonis, quantum inferret ſucceſſio, quæ ſpectaret prædictis eius filiis ex propria perſona: ergò, dicebat Ioannes Baptiſta, ſicut excluſa eſt Victoria mater, ità etiam deſcendentes ex ea; quia infecta primitiua, inficitur deriuatiua *l. ſi viua matre, C. de bonis matern. l. quod ipſis ff. de regul. iur.*

Dominus Petrus Antonius Amatus, qui fuit in hac noſtra Ciuitate cauſarum Patronus, doctrina, & vitæ integritate nemini ſecundus, cuius anima requieſcat in ſancta pace, partes Donnæ Iſabellæ Fælicis, Victoriæ filiæ defendens; illud in primis conſidera

conſiderabat, certi, & indubitati iuris eſſe de iure
3 communi, filio abſque liberis morienti ſuccedere parentes, & fratres vtrinque coniunctos, iuxta text. *in authent. defuncto, C. ad S.C. Tertyl.* & cum parentibus ſuccedere etiam filios fratrum vtrinque coniunctorum; eſt text. *in §. hoc itaque, auth. vt fratr. filij*, qui tex. corrigit text. *in § ſi autem cum fratribus, auth. de hered. ab inteſt. venient.* vt per Gloſ. *in d. authent. defuncto, in verb. vocantur*, & plenè habetur per Nicol. de Vbal. *in tract. de ſucceſſ. ab inteſt. p. 2. quaeſt. 3. n. 6.* & poſt Couatr. de communi teſtatur Craſſ. *in §. ſucceſſio ab inteſtato, quaeſt. 23. num. 3.*

4 De iure verò conſuetudinario, morientibus ſine liberis, cautum eſt, ſuccedere proximiores ex parte patris in bonis omnibus, præterquam in bonis maternis, in quibus ſuccedunt proximiores ex parte matris, vt *in Conſuet. Si quis, vel ſi qua, de ſucceſſ. ab inteſt.*

5 Quo ſtante, licèt patre, vel matre exiſtente in medio non habet locum *Conſuetudo*, tanquam in caſu omiſſo, & ſeruetur ius commune, nec bonorum fiat diſtinctio, quia *Conſuetudo* loquitur de proximioribus ex parte patris, vel matris, & ſic patre, vel matre non exiſtente; & hoc caſu text. *in d. auth. defuncto,*
6 non ſit correctus, vt per Napod. latè *in d. Conſuet. Si quis, vel ſi qua, num. 132. & ſeq.* vbi lariſſimè *Addentes*, & latè etiam per D. de Franch. *deciſ. 25. 92. 489. 543. & 606.* cum aliis adductis per Molfeſ. *par. 4. de ſucceſſ. ab inteſt. quaeſt. 44. fol. mihi 260.* Ve-
7 riſſimum tamen eſt, quòd ſi pater non exiſtit, interemptione, præſcriptione, vel pactione, tunc cùm exiſtere non dicatur, *Conſuetudo* ſeruatur, provt firmat idem Napod. *in eadem Conſuet Si quis, vel ſi qua, ver. in bonis omnibus, numer. 187. verſ. ſed quaero, fol. mihi 29.* vbi etiam ſubdit, pactione patrem de medio excludi dupliciter, videlicet per formam renunciationis, vel per formam alienationis, transferendo in alium ius ſuum; formamque renunciationis exemplificat *num. 195.* nimirùm quando vir tempore receptionis dotium renunciauit vxori per pactum, ſeù ſtipulationem ſuccedere filiis communibus inteſtatis decedentibus ſine prole legitima in dotibus maternis ſoluto matrimonio per mortem vxoris; hoc enim caſu habetur pater excluſus, ac ſi eſſet mortuus, *l. ſi ex pluribus, ff. de legit. hered.*

8 Ex qua doctrina *Napod.* fuit dicta *Conſuetudo* inducta inter Nobiles Capuanæ, & Nidi, vulgariter dicta *alla noua manera*, per quam pater excluditur à filiorum ſucceſſione, quandocunque ab inteſtato decedentium, & ſine liberis in bonis maternis, vel quæ prouenerunt à linea materna, in quibus ſuccedunt proximiores ex parte matris, provt habetur *in eod. lib. Conſuet. fol. mihi 131.* & per Afflict. *deciſ. 237.* & renunciantem parentem ſucceſſioni filiorum ab inteſtato haberi pro mortuo, tradunt etiam Addent. *in d. Conſuet.* videlicet Capyc. & Frecc. *ſub d. nu. 194. fol. mihi 130.* & parentes, neque in Legitima filiorum ſuccedere matrimonio contracto *alla noua manera*, tradunt Ant. de Alex. *in addit. ad dictam Conſuetud. Si quis, vel ſi qua, ſub numer. 185. fol. mihi 127. in addit. incip. Et nota, quòd hac Gloſ.* & Frecc. *ſub num. 182. fol mihi 123. in addit. incip. Nota iſta, & praecedentia.*

Et quando maritus renunciat vxori ſucceſſionem, mortua vxore, licèt filij ſuccedant, ſi poſteà moriantur, non ſuccedit ipſis pater, ſed ſuccedunt alij hæredes mulieris, qui eſſent ſucceſſuri, filiis non
9 extantibus, quia renunciatio facit renunciantem pro mortuo haberi, provt tradit Io. Ang. Piſanell. *in addit. ad Napod. in d. Conſuetud. ſub num. 186. verſ. & ſic nota concluſionem*, quod etiam ſequitur Frecc. ad eundem Napod. *ſub num. 197. & 198. fol. mihi 135. in addition. incip. Nota ex dictis hic*; matrimonioque 10
contracto *alla noua manera*, ceſſare ſucceſſionem patris, & Conſuetudines omnes, tradit Stephan. de Gaiet. *ibi ad Napod. ſub num. 222. fol. mihi 136. verſ. nota, quia ſecundùm*, quæ omnia ſequitur Reg. de Ponte *conſ. 61. nu. 14. & 73.* vbi in ſpecie tradit communem concluſionem, *Conſuetudinem* nimiùm non habere locum, patre, vel matre exiſtente in medio; limitari, quando matrimonium eſt contractum ſecundùm Conſuetudinem *alla noua manera*, de qua eadem Conſuetudine, & patris excluſione habetur etiam per Conſiliar. de Anna *conſ. 2. nu. 3. 16. & 17. & in conſ. 92. num. 1.* & vltrà, patrem excludi etiam à Legitima, & pro mortuo omninò haberi, matrimonio contracto *alla noua manera*, non ſolùm ab in- 11
teſtato, ſed etiam ex teſtamento, adeò vt filius teſtando, neque Legitimam patri relinquere teneatur, tenet, & deciſum refert D. de Franch. *deciſ. 552.* & renunciantem in hoc caſu haberi pro mortuo, & fieri locum ſucceſſorio edicto: latè etiam probat Molfeſ. *par. 4. de renunc. quaeſt. 14.* & præſertim *n. 12. part. 1.*

Nec quidem eſt nouum, quòd quis habeat di- 12
uerſos hæredes in diuerſis bonis, quia non ſolùm ab inteſtato id de noſtro iure Conſuetudinario locum habet, ſed etiam in caſu fortiori poteſt quis ex teſtamento decedere pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus; provt tradit idem Napod. *in Conſuet. Et ſi teſtator, in verſ. & ſi perueniat, num. 25. & 26.* & *in Conſuet. Si filiusfam. in verſ. poſſunt*, & tradit D. de Ponte *conſ. 52. num. 21.* & de iure communi etiam poteſt quis in diuerſis bonis diuerſos habere hæredes; vnum ſcilicet in bonis Prouincialibus, alterum in Italicis, & vnum in Paganicis, alterum in Caſtrenſibus, vt *in l. ex facto, ff. de hered. inſtit.* & *in l. ſi certarum, ff. de militar. teſtament.*

Quibus ſtantibus non obſtare, dicebatur, obie- 13
ctionem, quæ per Io. Baptiſtam fiebat circa renunciationem ab eius filia factam tempore, quo nupſerat: nam, vt à principio dicebamus, abſolutiſſimum eſt hodiè, prædefuncta matre, quæ patri, vel fratri renunciauit, ex propria perſona filiis venientibus matris renunciationem non obſtare: quæ concluſio non ſolùm procedit, ſi filij non ſunt hæredes matris, ſed etiam ſi matris renunciantis ſint hæredes, ex illa ratione, quia ſemper renunciatio intelligitur, ſi hæ- 14
reditas ad renunciantem deuoluatur, non autem ſi ad filios mortua matre deuoluatur, & promiſſio facta per matrem cum iuramento, intelligitur, provt cantat, ſcilicet quòd nec ipſa, nec illius hæredes contrauenient renunciationi factæ per matrem hæreditati, quæ ad eam deuoluetur, ſit enim renunciatio hæreditatibus matri deuolutis, tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato, & deuoluendis ab inteſtato tantùm: ergò ſi hæreditas matri non deuoluatur, tunc non poteſt renunciatio eius hæredibus obeſſe, nam licèt ex regula *l. cùm à matre, C. de rei vend. & in l. Seia, ff. de euiction.* teneantur hæredes filij ratum habere matris factum, cùm mater non renunciauerit hæreditatibus filiis deuoluendis, illis matris renunciatio nocere non poteſt, & ità cõtra opinionẽ Roman. *in d. l. qui ſuperſtitis*, & Dec. *in conſ. 180.* poſt Bart. *in eadem l. qui ſuperſtitis*, Caſtrenſ. Aret. Aymon. Guglielm. de Benedict. Coraſ. Couatr. Marant. & alios ſequitur, & deciſum pluries refert per S.C.D. de Franch. *citata dec. 67.* & poſt D. de Franch. & Roder. Suar. Gozad. Natt. Roland. Purpurat. Alciat. & alios ſequitur etiam Motor. *in conſ. 22. per totum*, vbi *n. 2.* ait, renunciationem filiis non obeſſe, tùm quia re- 15
cipit interpretationem, ſi ſuperuixerit ei, cuius bonis

renuncia

renunciauit, tum quia ineſt tacita conditio, *ſi hereditas fuerit delata matri renuncianti*, vndè ſi mater moriatur, tanquam facta ſub conditione, quæ non exiſtit, euaneſcit. Quod etiam tenet, & benè, Surd. *in conſ.* 133. *n.* 20. Ant. Sola *ad Conſt. Sabaud. de alienat bonor. minor. gloſ.* 2. *nu.* 20. Auendan. *ad ll. Tauri* 40. *gloſ.* 17. *n.* 32. Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 785. *to.* 4. Viuius *dec.* 211. Fontanell. *de pact. nupt. clauſ.* 9. *gloſ. vnic. part.* 1. *n.* 65. Molin. *de rit. nupt. qu.* 84. *n.* 10. *lib.* 3. Gallerat. *de renunciat. lib.* 1. *c.* 11. *n.* 9. Robles *de repræſent. lib.* 2. *c.* 16. *n.* 65. *&* 66. & meliùs *n.* 99. *&* 100. Alex. Trentacinq. *conſ.* 48 *&* 49. *part.* 1. & alij infiniti, quibus addimus *Dominum Partheninm Pitagnam* Aduocatum celeberrimum, alióſque per eum relatos in eius *reſponſo impreſſo per Thor. in* 2. *part. ſui Compend. in verb. ſuccedere an debeant nepotes.*

16 Nec quidem obſtare in caſu, de quo agebatur, promiſſum eſſe in renunciatione, quòd quatenus filij venirent ex propria perſona, teneatur mater reſarcire quicquid filij auocarent, quam cautelam eſſe adinuentam, vt filij non poſſent venire ex propria perſona, dicit in his terminis Molfeſ. *in d. p.* 4. *tit. de renunc.*
17 *quæſt* 5. *n.* 15. poſt Marant. *d. diſp.* 10. *in fine*, Siquidem quoad Marant. cautela ſua loquitur, quando expreſsè eſt dictum, quòd filij non poſſent venire ex propria perſona, etiam ſi mater moriatur ante mortem illius, de cuius ſucceſſione agitur, qui non erat caſus, de quo agebatur: in ſpecie autē articuli, de quo erat quæſtio, quòd renunciatio matris non noceat filiis venientibus ex perſona propria, etiam ſi mater euictionem promiſerit pro bonis renunciatis, & remiſſis, fundat, & benè Morot. *in d. conſ.* 22. in d. caſu, *n.* 4. *&* 5. vbi
18 fundat, quòd ſi renunciatio habet conditionem, de qua ſuprà, illa non poteſt filiis nocere, ſiue ſimpliciter pro ſe renunciauerit, ſiue *pro ſe, & hæredibus*, & etiā ſi agant filij vti hæredes matris, aut quòd euictio ab ea promiſſa fuerit, nam ſi renunciatio euaneſcit, reſoluto actu, æquè reſoluti cenſentur omnes effectus ab eo procedentes, perindè ac ſi nunquam facta fuiſſet, & dicit, quòd hac concluſione in ſpecie vtitur Marant. *in d. diſp.* 10. *n.* 34. tenet Harthm. Piſtor. *lib.* 5. *obſer. c.* 7. & ipſe idem Molfeſ. quod dixit in *tom.* 1. id declarat, & intelligit in caſu etiam, quo mater renuncians non prædeceſſit, & dictum pactum tunc opitulari, quando prędeceſſit mater, inuehens contra illos, qui aliter ſuum dictum intellexerint; explicat, & benè *tom.* 2. *in addit. ad d. qu.* 5. *n.* 8. vbi pactum operari ait in primo caſu, quando deuoluitur ſucceſſio matri; in ſecundo verò caſu, in quo renunciatio euaneſcit, vel ſe non extendit, tunc clauſulam prædictam nihil operari concludit: & per prædictas authoritates, & ratio-
19 nes ſic punctualiter fuit deciſum in cauſa Eleonoræ Brancatiæ circa ſucceſſionem Io. Andreæ Pignatelli, in qua non obſtante, quòd Beatrix Pignatella mater Eleonoræ renunciaſſet in ampla forma per eadem verba, de quibus in renunciatione hac, fuit nihilominùs admiſſa ad ſucceſſionem dicta Eleonora hæres Beatricis Pignatellæ ſuæ matris, prout pronunciatum fuit per laudum ſub die vltima Martij 1615. per peritiſſimos Dominos Conſiliarios Palatium, Alderiſium, & Rouitum, vt ipſemet Molfeſ. refert *loco cit. n.* 11. de quo laudo cùm fuiſſet dictum de nullitate in S.C. fuit nihilominùs per S.C. deciſum, laudum prædictum eſſe exequutioni demandandum.

20 Quibus omnibus addi etiam poteſt Cancer. *var. reſolut. lib.* 3. *c.* 15. *in tit. de renunciat. nu.* 47. vbi etiam *nu.* 62. *&* 63. dicit, quòd nepotes non impugnant factum matris; nam promiſſio matris de non contraueniendo nec ipſa, nec eius hæredes, eſt in caſu, quo hæreditas ad eam deuoluatur; & cùm hic caſus non ſit ſequutus, filius non dicitur factum matris impugna-

re: & ità in his terminis per Senatum Sabaudiæ deciſum fuiſſe teſtatur Ant. Faber *diffin.* 14. *C. de pact.* 21
vbi filiis venientibus ex perſona propria, matris renunciationem non obeſſe concludit, non obſtante quòd ſint hæredes matris, cùm renunciatio nulla facta eſſe intelligatur, ſi ſucceſſio filiis deuoluatur: Nec obeſſe, quòd mater non tantùm *pro ſe*, ſed etiam *pro filiis* renunciauerit; id enim ità accipiendum eſſe ait, vt in eum ipſum caſum, quem pro ſe ipſa renunciauit, pro liberis etiam renunciaſſe videatur. Quod limita, niſi nominatim cautum eſſet, & illo etiam caſu, quo filia renuncians præmoreretur, liberi quoque ex ea ſuſcepti excluſi eſſent; quod non erat, in caſu prædicto, vt ſuperiùs fuit demonſtratum. Sunt etiam videnda ea, quæ in hac eademmet cauſa ſcripſit Riccius *reſol.* 163. *par.* 2. *prax. Eccleſiaſt.*

SVMMARIVM.

1 *Soror non nupta an ab inteſtata fratris ſucceſſione ſororem nuptam excludat, & n.* 2. 3. 5. 6. 13. *&* 24.

4 *Pactum de non ſuccedendo licèt à iure Ciuili improbetur, iuramento tamen confirmatur.*

Sed an requiratur conſenſus illius, de cuius ſucceſſione agitur? num. 7.

8 *Renunciatio pupillaris ſubſtitutionis, eo quia habet incluſum pactum de ſuccedendo an valeat.*

9 *Renunciatio facta à filia patri de hæreditate fraterna, an ſit de iure valida, & n.* 10.

11 *Contractus factus à minore, ſi eſt à lege improbatus, an firmetur iuramento.*

12 *Dictio,* etiam, *eſt incluſiua.*

13 *Renunciatio ità demùm ab hæreditate renunciata renunciantem excludit, ſi ſuperſunt aliæ perſonæ, quæ ex præſumpta mente defuncti renunciantem excluderent, & num* 14.

15 *Parentum votum eſt naturale conſeruare liberis ſucceſſionem.*

16 *Pater quando maritando vnam filiam fecit eam renunciare; & maritando aliam, noluit vt renunciaret; præſumptio eſt, quòd noluit inter eas ius eſſe æquale.*

17 *Propoſitum in propoſito idem operatur quod oppoſitum in oppoſito.*

18 *Pater præſumitur æqualiter filias diligere.*

19 *Text.* in c. 1. de eo, qui finem fecit agnat. *declaratur.*

20 *Patris voluntas colligitur ex dictis, etiam in contractu inualido.*

21 *Renunciatio facta à filia patri de hæreditate fraterna, eo decedente ante filium, efficitur caduca.*

22 *Filius cum hæreditati paternæ ſe immiſcuit, non ampliùs patrimonium paternum, ſed proprium dicitur.*

23 *Hæreditate paterna à filio adita, ampliùs bona paterna non dicuntur, ſed fraterna*

ARGVMENTVM.

Renunciatione à filia, vel ſorore in ampla forma facta patri, vel fratri, de omnibus ſucceſſionibus relatis, & deferendis; ſi demùm contigerit, vt poſt ipſius renunciantis nuptias, pater, vel frater ab inteſtato decederet, alia filia, vel ſorore in capillo ſuperſtite, an ſola iſta non nupta ad patris, vel fratris ſucceſſionem admittenda ſit, vel pariter cum ea ſoror illa nupta, quæ renunciauit? & de aliis notabilibus, vbi ſingulare reſponſum *Dom. Ioan. Angeli Piſanelli.*

CAPVT CXCIII.

1 RENVNCIATIO à filia, vel ſorore, dote accepta, patri, vel fratri, eorumque hæredibus, & ſucceſſeſſoribus in ampla forma facta, de omnibus ſucceſſionibus delatis, & deferendis; caſu demùm contingente, vt poſt ipſius renunciantis nuptias, pater, vel frater ab inteſtato decederet, alia ſorore in capillo ſuperſtite, controuerti ſolet, an operetur, ſitque tanti roboris, vt ſola illa non nupta ad patris, vel fratris ſucceſſionem admittenda ſit, vel pariter cum ea ſoror illa maritata, quæ renunciauit, ſuccedat?

Quòd ſoror in capillo dumtaxat admittenda ſit, dixit Afflict. *deciſ.* 161. & poſt eum Doctor Marta *deciſ. Piſan.* 250. vbi pro hac opinione, vltra Afflictum, citat Vrſill. *ibidem, n.* 4. *in fin.* Loffred. *in cap.* 1. *col.* 2. *&* 3. *de nat. ſucceſſ. feud.* Roman. *conſ.* 22. & Ioan. Thom. Minad. *in conſ. pariter* 22. rationibus, de quibus per eoſdem.

2 Contrariam verò ſententiam, à qua nunquam animum meum diuertere valui, amplexi ſunt Camil. Saler. *in addit. ad Napod. in Conſuet. Si moriatur, in additione*, quæ incipit *Aduerte*, Carau. *in addit. ad Affl. loc. cit.* referens in facto pro hac parte obtinuiſſe, dicta Afflict. deciſione non obſtante; Molfeſ. *in commen. ad Conſuet. noſtras, in tit. de renunciatione, q.* 3. *n.* 21. *&* 24. Reg. Rouit. *conſ.* 25. *à n.* 11. *lib.* 1. vbi pluries ſic deciſum refert, & ex Alienigenis Ant. Fab. *in diffin.* 12. *C. de pact. conuent. ſuper dot.* ſed omnium ſingulariſſimè magnus ille Iureconſultus, ſuaque tempeſtate Aduocatorum facilè Princeps *Dominus Ioan. Angelus Piſanellus* in *quodam reſponſo*, quod habeo ad pennam, propria eius manu ſcriptum, vbi latè quæſtionem examinans, tandem opinionem hanc de iure, æquitate, veritate, ac paterna mente veriorem eſſe concludit, eſtque tenoris ſequentis.

Ieſus, Maria.

3 In facto præſupponitur, quòd quidam Placidus Barbatinus habens vnum filium maſculum, nomine Barnabam, & octo filias fœminas, videlicet ſex nuptas, & duas non maritatas, quæ nuncupantur, &c. nomine, &c. in vltimis conſtitutus condidit teſtamentum, in quo hæredem vniuerſalem inſtituit dictum Barnabam, & dictas filias non nuptas inſtituit in vnciis duodecim pro qualibet, cum clauſula, *quòd non poſſint plus petere*, & mandauit, quòd tempore aſſignationis ad maritum, debuiſſent renunciare, cedere, donare, & refutare dicto Barnabæ eius filio, & eius hæredibus, & ſucceſſoribus, in, & ſuper omnibus, & ſingulis bonis, legitimis ſucceſſionibus, hæreditatibus, & legatis paternis, maternis, & fraternis, cum ſolemnitatibus conſuetis, & opportunis mediante publico inſtrumento ad conſilium Sapientis, & cuilibet ex prædictis filiabus nup is Iure Legitimæ, & inſtitutionis tarenos quinque pro qualibet, cum ſimili clauſula, *quòd non poſſent plus petere*; & cum eadem voluntate teſtandi, mortuo dicto qu. Placido, Barnaba filius, & hæres ſuperſtes ſe immiſcuit paternæ hæreditati, & deindè ab inteſtato, & ſine filiis obiit: Vndè fuit orta contentio inter dictas filias nuptas, quæ prætendunt, dictam fraternam hæreditatem, in qua reperitur hæreditas patris, debere diuidi in octo partes, & earum quælibet pro virili ſuccedere; E contra verò dictæ filiæ non nuptæ prætendunt, vniuerſam hæreditatem ad eas legitimo iure ſpectare, aſſerendo, dictas filias nuptas & dotatas à patre tempore maritagij remiſiſſe, & refutaſſe dicto qu. Placido patri ſtipulanti pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus omne ius, & actionem, quod, & quam obuenire, & in futurum habere potuiſſet ſuper omnibus, & ſingulis bonis, legitimis, ſucceſſionibus, hæreditatibus, & legatis, ac iuribus paternis, maternis, & fraternis, ſuper quibus aſſerunt promiſiſſe, nolle ampliùs ſuccedere, nec quocunque modo regreſſum habere, etiam ab inteſtato, ſicque prætendunt non nuptæ in totum ſuccedere; E contra verò filiæ nuptæ aſſerunt oppoſitum, quòd eſto de dictis renunciationibus appareat, adhùc tamen eis non obſtant, quin dicto eorum fratri etiam in paterna hæreditate ſuccedant: & hinc ſumpta occaſione dicti Barnabæ hæreditatem adiuerunt pro earum ratis, & poſſeſſionem acceperunt, ac iudicium diuiſorium familiæ erciſcundæ intentauerunt, iuxta *l.* 1. *ff. famil. erciſc.* Petitur modò, an dictæ ſorores nuptæ ad ſucceſſionem, & hæreditatem communiter admittantur?

Et videtur prima conſideratione dicendum, quòd 4
ſtante dicta prætenſa renunciatione iurata non admittantur ad paternam, nec ad fraternam hæreditatem; nam licèt renunciatio futuræ hæreditatis, vel pactum de non ſuccedendo, à lege ciuili ſit improbatum, *l. pactum, C. de collat. & l. qui ſuperſtitis, de acquir. hæred.* tamen tale pactum, & renunciatio iuramento firmantur, *cap. quamuis pactum, de pact. in* 6. vbi omnes DD. notant & *in locis præallegatis*, & *in l. fin. C. de pact.* & quòd quando aliquæ filiæ nuptæ, quę renunciauerunt hæreditati paternæ excludantur, & filiæ non renunciantes admittantur ad vniuerſam hæreditatem, tenet Alex. *conſ.* 29. 2. *col.* 3. *volum.* & tenuit D. Ant. de Alex. vt per D. Mazzeum *deciſ.* 161.

Sed præmiſſis non obſtantibus, quòd dictæ filiæ 5
admittantur ad fraternam hæreditatem, etiam poſito, ſine veri præiudicio, quòd dictæ mulieres renunciaſſent, non tantùm paternæ, ſed etiam fraternæ hæreditati; moueor rationibus infraſcriptis.

Primò, quia poſito, quòd dicta renunciatio valuiſ- 6
ſet reſpectu paternæ hæreditatis, ex quo fuit facta renunciatio patri conſentienti, tamen reſpectu fraternæ hæreditatis, de cuius conſenſu non apparet in dicta renunciatione, pactum de non ſuccedendo non tenet, per regulam *l. fin. C. de pact.* ità voluerunt, & concludunt Petr. de Anch. Imol. & Domin.

in

in d. cap. quamuis pactum, col. pen. verſ. ſed pone,
quòd filia, Aret. *in d. l. qui ſuperſtitis*, Petrus de
Anchar. *in conſ.* 403. *incipiente, Viſo diligenter tenore*,
Raphael Cum. *in l. ſtipulatio hoc modo concepta, ff. de*
verb. oblig. Bal. *conſ.* 369. *Cùm quadam puella*, 3. *vol.*
Fulg. *conſ.* 73. *incipiente, Paterfamilias habens filios*, &
idem Fulgoſ. *in libro meo conſ.* 437. *vol.* 1. quem ſequi-
tur Dec. *in d. l. pactum, in 6. limitatione*, vbi etiam Io.
Bapt. de Sanct. Seuer. Alex. & Iaſ. *in d. l. ſtipulatio hoc*
modo, & Philip. Corn. *in 4. lim.* & plenè Socin. *in*
conſ. 74.

Et quamuis contrariam opinionem videatur te-
nere Ludouic. *in d. l. qui ſuperſtitis*, Anton. de Alex. *in*
d. l. ſtipulatio, in 6. limit. Georg. Natta *in repetit. d. cap.*
quamuis pactum, in 11. colum. 10. limit. & Iaſ. *in d. l. fin.*
& Dec. ſibi contrarius *conſ.* 31. *primo vol.* Tamen ex
prædictis authoritatibus pro alia parte allegatis ap-
paret, quòd prima opinio eſt communis. Nec habet
obſtare, in quantum Iaſ. *in d. l. fin.* dicit, quòd contrariũ
videtur de mente Bart. & Bald. *ibi*, qui intelligunt
illam legem in pacto de diuidendo alienam hæredita-
tem; nam illud eſt improbatum, tanquam inducens
votum captandæ mortis, & ſic contra bonos mores.
Aliud tamẽ videtur in pacto de non ſuccedendo; nam
ad hanc rationem reſpondent Socin. *in d. conſ.* 74. &
7 alij DD. præallegati, quòd dicta renunciatio reſpectu
illius, cui fit, inducit votum captandæ mortis, & pro-
pterea contra bonos mores non firmatur iuramento,
niſi accedat conſenſus illius, de cuius hæreditate agi-
tur, vt *in dicta l. fin.*

Et quia dictum pactum de non ſuccedendo dicitur
in ſe habere incluſum pactum de ſuccedendo, in quã-
tum hæreditas renunciata alteri venit quærenda, pro-
pterea iuramento non firmatur, vt per DD. *in loc. præ-*
allegatis, cum reſpectu illius, cui renunciata hæreditas
venit quærenda, inducit votũ captandæ mortis; ideó-
que Bart. *in d. l. ſtipulatio*, & *in d. l. fin.* qui dicit, quòd
pactum de non ſuccedendo firmatur iuramento, in-
telligi debet, accedente voluntate illius, de cuius hæ-
reditate agitur, quæ voluntas purgat dictam ſuſpi-
cionem voti captandæ mortis, vt probat ille tex. *in d.*
l. fin. ità Alex. *in d. l. ſtipulatio*, Ego pro iſta opinione
adduco deciſionem *Bart.* ferè in terminis *in l. qui Ro-*
mæ, §. duo fratres, in 7. qu. ff. de verb. oblig. vbi concludit,
8 quòd non valet remiſſio, ſeù renunciatio pupillaris
ſubſtitutionis, eo, quia habet incluſum pactũ de ſuc-
cedendo reſpectu illius, cuius fauore fit, quod eſt im-
probatũ, *d. l. fin.* ità ad literam Bart. *in loco præallegato.*

Ex quo dicto patet reſponſio ad id, quod dicebat
Dec. *in d. conſ.* 31. qui tenendo opinionem contra-
riam dicebat, quòd licèt in pacto de non ſucceden-
do videatur incluſum pactum de ſuccedendo, tamen
illud eſt in conſequentiam, quod non debet atten-
di. Quia, ſalua pace ſua, imò illud attenditur, quan-
tum ad dictam renunciationem, & pactum de non
ſuccedendo, ſecundùm Bart. *in d. 7. q.* Imò etiam ne-
gari poteſt, quòd illud ſit in conſequentiam, ſed dici
poteſt, illud eſſe principale propoſitum Partium,
ſcilicet vt alteri quæratur hæreditas renunciata; aliàs
id, quod principaliter ageretur, ſcilicet ipſa renun-
ciatio, fuiſſet fruſtra: quod non eſt dicendum, per
regulam *l. quamuis idem, ff. de verb. oblig.* Et maximè
quia illa renunciatio fuit tranſlatiua iurium in alium,
ſcilicet in patrem, quod videtur contra bonos mo-
res, prout concludit idem Aret. *in d. l. fin. 4. col.* Et
ſi fortè diceret quis ſubtiliter, quòd dicta renuncia-
9 tio non videtur militare, quando filia renunciat pa-
tri ſucceſſionem fraternam, quaſi, quòd in patre
ceſſat ſuſpicio voti captandæ mortis, vt videtur
ſentire Aretin. *in d. l. fin.* tamen ſecundùm commu-
nem opinionem hoc non eſt verum, quòd imò illa
lex procedit generaliter, & in renunciatione facta
patri, vt tenent Bald. Salyc. Paul. de Caſtr. & Dom.
Alex. *in d. l. fin.* Iaſ. *in 12. col.* Quare ex prædictis re-
manet ſuſtentatum primum fundamentum, quòd
dicta renunciatio non excludit dictas filias, ex eo,
quia illa non tenet, deficiente conſenſu fratris in
dicta renunciatione.

Secundò, pro inualiditate dictæ renunciationis 10
adducitur, quia probatum eſt, quòd dicta renun-
ciatio, ſi facta reperitur, fuit eo tempore, quo dictæ
filiæ erant in minori ætate, quo caſu licet iuramen-
tum ætatis ſuppleat defectum, & habeatur perindè
ac ſi fuiſſet facta à maiore, ex quo ſequitur, quòd
cùm ſimus in caſu, in quo ſi renunciatio eſſet facta
à maiore ſine iuramento, non noceret, vt *in d. l.*
pactum, attamen tale iuramentum ſimpliciter in-
terpoſitum non validat dictam renunciationem, iux-
ta doctrinam *Bart.* communiter approbatam *in auth.*
ſacramenta puberum, C. ſi aduerſ. vendit. quam com-
probat *ibi* Dom. Iaſ. *in 12. col. verſ. retenta*, qui te-
net, quòd quando contractus factus à minore, eſt 11
à lege improbatus, alia ratione, quam minoris æta-
tis, iuramentum non ſupplet, nec validat contra-
ctum; & ità in propriis terminis tenet Andr. de Iſern.
in §. ſacramenta, de pac. iuram. firmand. in princip.
Aretin. *in d. l. fin. antepenult. colum.* vbi dicit, quòd hoc
caſu renunciatio duo requirit iuramenta, vnum
ad tollendum defectum ætatis, & aliud ad validan-
dam renunciationem futuræ hæreditatis, & eandem
opinionem tenet Anton. de Alex. *in d. l. ſtipulatio,*
in 7. limit. & Aret. *in d. l. qui ſuperſtitis*, qui tamen di-
cunt, ſufficere vnum iuramentum, quando eſſet facta
promiſſio de non veniendo contra, ratione mino-
ris ætatis, ſeù alia ratione, ſed quia in dictis renun-
ciationibus non reperiuntur duo iuramenta, nec
dicta clauſula, ideo renunciatio prædicta non te-
net, nec habet locum dicto caſu diſpoſitio *d. cap.*
quamuis pactum.

Tertiò, pro inualiditate dictæ renunciationis ad- 12
ducitur, quia verba dicunt, *etiam ab inteſtato*, quæ
dictio, *etiam*, eſt incluſiua; *l. magiſteria, C. de iuriſd.*
omn. iudic. cap. Romana, § contrahentes, de for. competent.
in 6. & ſic neceſſariò includit ſucceſſionem ex teſta-
mento, quia duo tantùm ſunt modi ſuccedendi, ſci-
licèt ex teſtamento, & ab inteſtato: ex quo ſequi-
tur, quòd prædicta renunciatio non tenet, vt con-
cludit *Bart.* quem DD. magis communiter ſequun-
tur *in dicta l. ſtipulatio*, & Aretin. *in d. l. fin. in 3.*
col. verſ. ad ſecundum, & antepenul. colum. & Philip.
Franch. *in 4. limit.* vbi concludunt, quòd renuncia-
tio ſucceſſionis ex teſtamento, & ab inteſtato non
tenet, quia tollit liberam teſtandi facultatem.

Quartò dico, quòd poſito, ſine veri præiudi- 13
cio, quòd dictæ renunciationes eſſent validæ, tamen
mortuo dicto Barnaba, dictæ ſorores renunciantes
admitti debent ad ſucceſſionem, quia filiæ renun-
ciantes ità demùm excluduntur ab hæreditate renun-
ciata, quando ſupereſſent aliæ perſonæ, quæ ex præ-
ſumpta mente defuncti excluderent renunciantes, vt
putà ſi extarent alij filij, ſeu fratres maſculi, ſecus autẽ
eſſet, quando ſupereſſent aliæ filiæ, quæ ex præſumpta
mente defuncti, & illius, cui facta eſt renunciatio,
non excludunt renunciantes, quia tunc filiæ, ſeù ſoro-
res, quæ non renunciarunt, non excludunt renuncian-
tes; ità ad caſum noſtrum decidit expreſsè Bald. *in*
d. conſ. incipiente, Cùm quadam puella, vbi notabili-
ter loquitur, & dicit, quòd quando filia renunciat
parentibus, & eorum hæredibus, non exiſtenti- 14
bus fratribus, conſiderandum eſt, an extet perſo-
na, quæ ex præſumpta mente defuncti excludit re-
nunciantem, vt putà ſi eſt filius maſculus, & tunc

renunciatio nocet; ſi verò non exiſtunt maſculi, filiæ renunciantes ſuccedunt cum ſororibus non renunciantibus, inter quas præſumitur eſſe æqualis dilectio; argumento *l. 5. C. de inoff. teſtam.* & illam deciſionem *Baldi* non reperio ab aliquo impugnatam, imò DD. *in d. l. ſtipulatio, in d. l. qui ſuperſtites, & in d. l. fin.* ſequuntur Bald. *in conſ. ſuprà citato.*

Accedant ad prædicta, quæ voluit Angel. *in conſ. 62. incipiente, Dominus Gerius*, vbi conſuluit, quòd mortuis fratribus, quorum contemplatione fuit facta
15 renunciatio, filia renuncians ſuccedit patri, quia naturale votum parentum eſt conſeruare liberis ſucceſſionem, *l. nam & ſi parentibus, ff. de inoff. teſtam. & l. ſcripto, ff. vndè liber.* & quia non eſt veriſimile, decedentibus ſuis deſcendentibus maſculis voluiſſe per alienos excludere filiam renunciantem, *l. generaliter, C. de inſtit. & ſubſtit. & l. cùm acutiſſimi, C. de fideicomm.* ſemper igitur ſecundùm DD. inſpici debet, an extet perſona, cuius contemplatione præſumatur facta renunciatio, & tunc renuncians excluditur, aliàs non excluderetur.

Iſtud autem, quòd pater non fecerit dictas filias renunciare reſpectu non nuptarum, apparet clarè, *Primò* ex eo, quòd in teſtamento, in quo reliquit dotes dictis filiabus non nuptis, voluit eas eodem modo renunciare, prout & alias nuptas, ergò non earum contemplatione videtur facta renunciatio: & ad hoc benè facit, quod voluit Dominus Alex. *in prealleg. conſ. 29.* vbi tenuit, quòd filiæ non renunciantes ſuccedunt excluſis renunciantibus, eo caſu, in quo ipſe conſuluit, ex ratione, quia ibi fi-
16 lias primas fecit renunciare, & deindè maritauit alias, quas non fecit renunciare; ex hoc apparet, dicit *Alex.* quòd noluit eſſe inter eas æquale ius, ſed quòd renunciatio fuit facta contemplatione earum, quæ non renunciauerunt, quia ſi ità pater voluiſſet, iam feciſſet eodem modo renunciare, argumento text. *in cap. 2. extra de tranſlat. Prælat.* Quæ ratio ceſſat in caſu noſtro, in quo apparet, quòd pater noluit, non nuptas eſſe melioris conditionis, quàm nuptas, diſponendo, quòd dictæ filiæ non nuptæ deberent ſimiliter renunciare: nam ſicuti ex eo, quòd aliquas non fecit renunciare, oſtenditur, quòd renunciatio facta per alias, videtur facta contemplatione non renunciantium, propter difformem prouiſionem; & etiam propter prouiſionem, & præceptum de renunciando, renunciationes per renunciantes factæ non debent iudicari factæ contemplatione non renunciantium, quæ renunciare
17 debeant, vt idem operetur propoſitum in propoſito, quod oppoſitum in oppoſito, *l. & ſi quæ, ff. de vulg. & pupill.* ex quibus concluditur clarè, velle ſeruari æqualitatem inter eas, & nolle non nuptas eſſe melioris conditionis, quàm erant nuptæ: eóque maximè, quia etiam in proceſſu probatum eſt, quòd dictas filias nuptas non minus, imò magis diligebat pater, quàm non nuptas, ex quibus tollitur omnis præſumptio, quòd voluerit omnes filias renunciantes excludere, & non renunciantes ſuccedere in ſolidum; argumento *l. non eſt veriſimile, ff. quod*
18 *met. cauſ.* Cum ipſis etiam concurrit iuris præſumptio, quia præſumitur patrem æqualiter diligere dictas filias, *l. fin. C. comm. vtriuſque iudic. l. 2. C. de inoffic. teſtam.* cum quo habemus claram deciſionem *Bald.* comprobatam ex legis præſumptione, & probationibus factis, quòd per filias non renunciantes non excluduntur renunciantes, ergò res iſta remanet clara, & indubitata.

Nec obſtat deciſio Alex. *in d. conſ. 29.* Quia ex *ibi* dictis apparet, quòd pater noluit ſeruare æqualitatem inter filias, quandoquidem vnam fecerit renunciare, & aliam non; quæ ratio ceſſat in caſu noſtro, vt dictum eſt: & prò hac parte videtur text. 19
in cap. 1. de eo, qui fec. fin. agnat. quem allegat, & adducit Alex. *in d. §. duo fratres, in pen. col.* vbi dicitur, quòd ſi vnus ex tribus agnatis habebat feudum paternum, & alter agnatus fecit pactum, & refutationem in feudo dicto agnato tenenti feudum, non excluditur, quin agnato decedente ſine liberis, non poſſit cum alio agnato ſuccedere in feudo; quod non procedit ob aliud, niſi quia dicta renunciatio non fuit recepta reſpectu alterius agnati: ſic & in caſu noſtro apparet, quòd pater non recepit renunciationem reſpectu aliarum filiarum, cùm omnes quas maritauit, fecit vnam poſt aliam renunciare, prout ſucceſſiuis temporibus eas maritabat, & demùm in eis, quas adhuc non collocauerat matrimonio, idem diſpoſuit debere fieri: & ad prædicta videndus eſt Alex. *in d. conſ. in 10. colum.* vbi in iſtis dicit, conſiderandam coniecturam paternæ voluntatis, quæ 20
colligitur etiam ex dictis in contractu inualido, allegat authoritatem Angel. & Bald. vt *ibi*: Et deciſioni *conſilij finalis* reſponſio eſt, quòd aut illa non eſt vera, propter authoritatem *Baldi* vt *ſuprà* allegatam, vel quòd illa intelligi debet in caſu, in quo Alex. *in preallegato conſ. 29.* quando aliam maritauit, & non fecit renunciare, vel Tertiò, quòd procedit in caſu dubio, ſcilicet quando non apparebat, an renunciatio facta per alias eſſet contemplatione non nuptæ; at in caſu noſtro ſumus in caſu claro, quòd non nuptas pater noluit eſſe melioris conditionis, quàm nuptas, & ideò non oportet recurrere ad præſumptiones, *l. continuus, §. cùm ità, de verb. oblig.*

Quinimò, pro iſta parte eſt conſiderandum, quòd 21
pater renunciationem hæreditati fraternæ non fieri curauit dicto Barnabæ, ſed ſibi interuenienti pro ſe, & ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus, quæ ſtipulatio ſtante validitate renunciationis ſortiri potuiſſet effectum, ſi filius fuiſſet mortuus in vita patris, nam tunc excluduntur dictæ renunciationes, & ſucceſſio fratris transferretur in patrem, aliàs ipſo patre decedente ante dictum Barnabam filium, dicta renunciatio efficitur caduca, & non valet, nec reſpectu patris, nec reſpectu hæredum, ità ſingulariter, & clariſſimè colligitur ex dictis per Bald. *in d. conſ. cùm quadam puella*, vbi in ſimili dicit, quòd ſi filia renunciat fratribus hæreditatem paternam, & maternam, & de earum voluntate, ac moriuntur fratres ante patrem, & matrem, quia in hæreditate paterna, & materna ipſi non fuerunt hæredes, non habent etiam alios hæredes vndè, nec ipſi ſuccedunt, nec alios hæredes faciunt, quia dicta renunciatio eſt in cauſa caduca, *l. vnica, §. pro ſecundo, C. de caduc. tollend.* ità ad literam dicit Bald. *in loco prælallegato*, quia ergò pater fuit præmortuus, cui fuit facta dicta renunciatio, ergò nec ipſe potuit acquirere hæreditatem filiis, nec ad alium hæredem tranſmittere, & renunciatio prædicta tanquam caduca extinguitur, & de ea nulla debet haberi ratio.

Et ſi fortè dicitur, quòd nos non ſumus in hæreditate fratris, ſed in hæreditate paterna, in qua valuit renunciatio dictarum filiarum. Ad hoc reſpondetur primò, cùm dictus Barnaba ſe immiſcuerit paternæ hæreditati, iam dicitur effectum patrimonium ſuum, vt deinceps non dicatur hæreditas paterna, ſed fraterna; per text. *in l. ſed & ſi plures, §. filio, ff. de vulg. & pupill.* Gloſ. *in l. prima, §. veteres, ff. de acquir. poſſeſſ.* habetur *in l. eius, in fine, ff. ſi cert. petat.* & DD. omnes *in d. §. veteres*, & inferunt DD. omnes, maximè Aretinus, Alex. Iaſ. & Socinus *ibidem*, quòd filia, quæ renunciatione, vel ſtatuto excluditur à ſucceſſione paterna per exiſtentiam filij maſculi, ſi moritur 22
pater

23 pater ſuperſtite filio maſculo, qui adiuit hæreditatem paternam, deindè moritur filius, ſoror, quæ excludebatur à ſucceſſione paterna, non excluditur à paternis bonis, quæ repetit in hæreditate fraterna, cùm vlteriùs illa bona non dicantur paterna, ſed fraterna, idemque latè ſequitur Socin. *in conſ.73. in 2. concluſ. 3. vol.* & in tantùm hoc eſt verum, quòd etiam ſi frater fuiſſet mortuus antequam ſe immiſcuiſſet paternæ hæreditati, adhùc tamen ſorores ſuccedunt fratri, ad quas fuit tranſmiſſum ius adeundi ex potentia ſuitatis, *l. apud teſtes, C. de ſuis, & leg. l. ſi fratris, C. de iur. delib.* per Bart. & alios *in l. ventre, ff. de acquir. hæred.* & vide Philipp Dec. *conſ. 267. in 2. lib.* licet in *eo conſilio* limitet, vt non habeat locum, quando ſorores renunciaſſent ſucceſſioni paternæ mortuo patre, quod non eſt in caſu noſtro, nec eſt præſentis ſpeculationis.

24 Plus dico, quòd etiamſi dictæ filiæ tractarent de paterna hæreditate, adhùc eſſent admittendæ, per dicta *ſupra in 2.3. & 3. ratione*; imò in eo caſu dictæ filiæ non nuptæ fuerunt in certa quantitate inſtitutæ, ex quo ſequeretur, quòd deficiente hæreditate vniuerſali, vniuerſa hæreditas accreſceret dictis filiabus, non obſtante prohibitione teſtatoris, ex his, quæ habentur in *l. prima*, §..... cum *ibi* plenè notatis, *ff. d. hæred. inſtit.* & *in l. quoties, C. eod.* & dictum ius accreſcendi procederet æqualiter, poſteaquam filiæ fuerunt in certis quantitatibus inſtitutæ, non diſtincto, an ſit relictum plus vni quàm alij, iuxta ea, quæ habentur *in l. prima, C. ſi cert. petat* & *in l. ex facto, §. vndè ſcio, ff. de hæred. inſtit.* & in tali caſu cùm tractetur de ſucceſſione ex teſtamento, ſecundùm voluntatem teſtatoris, renunciatio non nocet; vt concludunt DD. *in d. l. fin.* & *in d. l. pactum*, & per Aret. *in conſ. 17. 11. colum.* Ex quibus arbitror, dictas filias renunciantes de iure, æquitate, veritate, ac paterna mente debere admitti, ſicut ſorores non nuptas, & ità intrepidè teneo.

Ioannes Angelus Piſanellus.

SVMMARIVM.

1 *Legatum factum à patre filiæ, quæ ampliſſimè renunciauit omnibus ſucceſſionibus delatis, & deferendis, tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato, an remaneat penes patris hæredes.*

2 *Pater an poſſit filiæ, quæ renunciauit omnibus ſucceſſionibus, tam ab inteſtato, quàm ex teſtamento in futurum deuoluendis, aliquid relinquere in præiudicium filiorum, quorum fauore fuit facta renunciatio, & num. 3. 4. 5. 6. & 7.*

8 *Factum quando eſt antiquum nùm remoueatur ſcientia, & inducatur obliuio, & num. 10.*

9 *Ignorantia an ſolo eam allegantis iuramento probari poſſit.*

ARGVMENTVM.

Renunciatio facta à filia patri, ad fauorem fratrum, illis præſentibus, & acceptantibus, de omni ſucceſſione

in ampliſſima forma, tam ab inteſtato, quàm ex teſtamento obuenta, & in futurum obuenienda, ſi pater demùm teſtamentum condens, filiæ, quæ renunciauit, aliquod fecerit legatum, an eo caſu renunciatio pro non facta habeatur, vel potiùs illud relictum remanebit penes fratres, vti ſororis renunciatarios? & de aliis notabilibus.

CAPVT CXCIV.

RENVNCIATIONE facta à filia patri, dote recepta, ad fauorem fratrum, illis præſentibus, & acceptantibus, de omni ſucceſſione paterna, materna, & aliorum quorumcunque, tam ab inteſtato, quàm ex teſtamento, vſque adhùc obuenta, & in futurum obuenienda, elegans eſt difficultas, ſi pater demùm teſtamentum condens, & filios maſculos hæredes inſtituens, filiæ, quæ ampliſſimè renunciauerat, aliquod fecerit legatum, an eo caſu, ad finem vt filia hæc relictum conſequatur, pro non facta habeatur renunciatio, vel potiùs dicendum ſit, remanere illud penes fratres, vti ſororis renunciatarios? 1

Pro huius dubij reſolutione illud in primis ſuppono certum, magis communiter firmaſſe *Doctores*, renunciationem à filia in manibus patris factam omnium, & quarumuis ſucceſſionum, tam ab inteſtato, quàm ex teſtamento in præteritum obuentarum, & in futurum obueniendarum, eidem non obeſſe, quin valeat demùm renunciatarius teſtamento ſuo illam hæredem inſtituere, ſiue legatum aliquod ei facere. Ratio aſſignatur, quia cùm renunciatio hæc non niſi patris commodum reſpicere poſſit, poterit iſte vtilitati, & commodo ſuo renunciare, ſicque pactum illud, quo filia ligabatur, remittere. Probant concluſionem hanc *Doctores* quamplurimi, quos citat, & ſequitur Tell. Fernandez *ad l. 6. Tauri, à n. 4.* Craſſ. *in §. ſucceſſio ab inteſtato, quæſt. 10. n. 7.* Ant. Fab. *diffin. 23. C. de pactis*, & Cancer. *var. reſolut. lib. 3. tit. de renunciat. num. 36. & 37.* quicquid in contrarium ſenſerint Bero. & Vazquez ab eodem Tell. citati, à quibus diſſentire non videtur noſter Afflict. *deciſ. 350 num. 12. & 13.* 2

Sed dicet quis, & prudenter, Doctores omnes, qui hanc firmarunt concluſionem, alloquutos in terminis, quando renunciatio à filia facta, patris dumtaxat beneficium reſpiceret, at ſecùs vbi fratrum fauore facta proponeretur, provt in caſu propoſito, tunc enim, quia tractatur de præiudicio Tertij, cui fuit iam ius quæſitum, certè non poterit pater conſenſum, quem filiæ præſtitit, in filiorum perniciem reuocare; ità in puncto firmarunt Gaſp. Theſſ. *quæſt. forenſ. lib. 1. quæſt. 95.* Mercurial. Merlin. *de Legit. lib. 3. tit. 2. quæſt. 25. n. 26. & 27.* Lælius Caput. *ad Conſuet. Neap. Si moriatur, par. 3. §. 6. n. 8.* & Io. Baptiſta Hodiern. *in addit. ad Surd. deciſ. 14. circa finem.* 3

At in vna facti contingentia inſiſtendo Ego primæ concluſioni dicebam, Doctores modò citatos, ad caſum, de quo agebatur impertinenter ſatis alle- 4

gari: etenim loquuntur illi in terminis renunciationis à filia fœmina, vel filio maſculo factæ in manibus patris de portione Legitimæ, ad ipſos renunciantes poſt patris mortem ſpectante, in his enim terminis benè eorum procedit ſententia; & ea eſt ſolidiſſima ratio, quia cùm pater de hac portione liberam non habeat diſpoſitionem, certè non poterit ille in præiudicium filiorum, cuius fauore facta fuit renunciatio, reuocare conſenſum, quem filio, vel filiæ dedit, futuram huius portionis ſucceſſionem renuncandi, (ſine cuius quidem conſenſu nulla extitiſſet renunciatio. ad text. *in l. fin. C. de pact.*) ad finem vt eadem renunciata portione eidem renuncianti relicta, valeat de illa renuncians liberè diſponere, nec aliter ad eam renunciatariis reſtituendam obſtricta, in his ſanè terminis, dico, Doctores ſuperiùs relatos ratiocinatos, & ſic pariter intelligendus eſt *Mart.* ſi illum ſaluare velimus, *conſ.* 24. *&* 25.

5 Aliud autem aſſeuerandum, quando filius, vel filia, accepta à patre Legitima, ad fratrum fauorem omnibus, & quibuſuis ſucceſſionibus paternis, maternis, &c. tam ab inteſtato, quàm ex teſtamento obueniendis renunciauerit; hoc enim caſu, quia pater ſuorum bonorum liberam habet diſpoſitionem, cupiens ipſe aliquid relinquere filiæ, quæ cum eius conſenſu fratribus renunciauerat, nullum ad id peragendum obicem habet, ſicque conſenſum renunciationi datum reuocare, & ſi quis imprudenter diceret, in hoc etiam caſu fore affirmandum, patri non licere reuocare conſenſum, quia adhùc filiis renunciatarijs ius eſt quæſitum, opportuna erit reſponſio, hoc verum non eſſe, etenim in hac materia tunc dici poteſt eſſe ius fratribus renunciatariis quæſitum, quando illi ſecuri eſſent, ſibi renunciatam ſucceſſionem omninò renuncianti fore obueniendam, provt conſideratur portio Legitimæ, quæ, naturali iure cogente, à parentibus filiis eſt debita;
6 at quando fratres renunciatarij de hoc ſecuri non ſunt, ex quo poteſt pater nil filiæ relinquere, quia dotem ei aſſignauit, nullo pacto affirmari poteſt, ius fratribus renunciatariis fuiſſe quæſitum, ſed tantùm ius quærendum, quod reuocari poteſt. Probatur hoc *in d. l. fin. C. de pact.* ibi, *& in ea vſque ad extremum vitæ ſpiritum perſeuerauerit*, quò loci poſt Paul. de Caſtr. Iaſ. & Dec. notabiliter notat Cagnol. *n.* 87. *&* 88. ſub illis verbis; *Ex quo patet, paciſcentibus nullum ius eſſe quæſitum, quia tunc reuocari non poſſet: l. fin. ff. de pact. l. ſed quod noſtrum, ff. de regul. iur. vt hìc per Paul. de Caſtr. Iaſ. & Dec.* imò ſufficeret tacita reuocatio, diſponendo contra formam pacti, putà etiam inter viuos, &c. ac ità indiuidualiter ſcripſit Cæſar Vrſill. *in addit. ad Afflict. cit. deciſ.* 350. *n.* 4. *verſ. non obſtat, ſi dicat*, qui omninò videatur.

7 His omnibus addebam, quòd cùm in caſu propoſito fratres, quorum fauore ſoror renunciauerat, hæredes eſſent patris, qui renunciationi præſtiterat conſenſum, & qui demùm filiæ renuncianti fecerat legatum, conſequenter tenebantur omninò defuncti voluntatem ſeruare; ad text. *in l. cùm à matre, C. de rei vendicat.* nam aliàs ſi quantitas legata penes ipſos fuiſſet permanſura, eluſoria extitiſſet paterna diſpoſitio, quod permittendum non erat, quandoquidem ex limitationibus datis ab Ario Pinell. ad text. *in d. l. cùm à matre, in ſuis doctiſſimis commentar. tit. C. de bonis matern. part.* 3. *à n.* 82. *verſ. ſecundò infertur*, nulla ad caſum applicabatur.

8 Vlteriùs dicebam, quòd ex alio ceſſabat omnis dubitatio; nam cùm quantitas à patre filiæ, quæ renunciauerat, legata annua erat, nimirùm donec filia ipſa viueret, quando fratres renunciatarij; in eorum prætenſione ius fouiſſent bonum, provt malum fouebant, illi renunciauerant, ex quo à die obitus patris, ſpatio annorum, tredecim abſque quòd aliquam vnquam opponerent exceptionem, ſorori legatariæ ſingulo quoque anno, quod in legato continebatur, punctualitèr ſoluerant. Nec allegari poterat factæ renunciationis ignorantia, cùm fratribus ipſis præſentibus, & acceptantibus facta illa extitiſſet. Et quamuis in hoc replicarent, id per errorem contigiſſe, renunciationis immemores, ex quo à die contracti matrimonij vſque ad patris mortem effluxi erant anni quatuordecim, ſicque eis ſuffragari communem illam *Doctorum* concluſionem, nimirùm, quòd quando factum eſt antiquum, decem ſcilicet annorum, iuxta ſententiam illorum, quos citant Menoch. *arbitr. lib.* 2. *caſu* 26. *num.* 1. & Rot. *deciſ.* 131. *par.* 2. *in collect per Farinac.* remouetur ſcientia, & inducitur obliuio, etiam in facto proprio, & maximè quando de damno vitando tractatur, & ſucceſſiuè allegari poteſt ignorantia, ſiue error; Bart. *in l. non fatetur, ff. de confeſſ. in l. ſi quis delegauerit, ff. de nouation. & in l. ſi res obligata, ff. de legat.* 1. Ang. Aretin. qui admonet hoc mente tenendum *in l. ſi quis agens, num.* 18. *Inſtitut. de action.* Marant. *in repetition. l. is poteſt, num.* 227. *in* 3. *limit. ff. de acquir. hæred.* Socin. *de regul. iur. lit. I. regula* 1. Curt. Iun. *conſ.* 120. Tiber. Decian. *conſ.* 46. *nu.* 147. *lib.* 2. Maſcard. *de probation. lib.* 1. *concl.* 638. *nu.* 4. Gratian. *diſcept. forenſ. lib.* 2. *cap.* 289. *num.* 5. & alij, & quòd hæc ignorantia poſſit ſolo alle- 9
gantis iuramento probari, Marant. *loco cit. nu.* 216. *cum ſeq.* & alij relati à Cornazzan. *deciſ.* 99. *num.* 29. *& deciſ.* 112. *num.* 21. & à Rota *deciſ.* 584. *nu.* 3. *par.* 1. *in poſth. Farinac.* Attamen ipſe dicebam concluſionem hanc nullatenus procedere, quando factum 10
proprium graue eſt, & notabile, tunc enim ignorantia, ſiue error nullo pacto allegari poteſt; ità Ant. de Butr. *in cap. ab excommunicato, num.* 62. *de reſcript. & in cap. cùm illorum, num.* 16. *& ſeq. de ſentent. excommun.* Abb. *in d. cap. ab excommunicato, num.* 18. Roman. *conſ.* 391. *num.* 7. *&* 487. *num.* 3. Felin. *in cap. in noſtra, de reſcript.* Gramm. *deciſ.* 103. *num.* 24. Capyc. *deciſ.* 96. *num.* 15. factum graue, & notabile eſt, ſignanter in Magnatibus, & perſonis Nobilibus, renunciatio, quæ à filia, vel ſorore fit, dum alteri deſponſatur, ſicque non eſt pronis auribus audiendum, cùm renunciatarij huius renunciationis actus affirment fuiſſe immemores. Vndè, &c.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio facta à Patribus Societatis Ieſu poſt emiſſionem trium ſimplicium votorum, nùm reſoluatur, ſi renuncians antequam ſolemniter profiteretur, à Religione exiret, & n.* 5. 6. 8. 12. *&* 17.

2 *Renunciatio ſeu donatio quæ fit Religioni, ab exiſtente in illa, tacitam habet conditionem*, Si profeſſio ſequatur, *& n.* 13.

Et quòd de illa ad aliam validè non tranſeat, num. 4.

Sed an idem dicendum in Religione Societatis Ieſu, num. 5.

3 *Donatio cauſa mortis per donantis conualeſcentiam reuocatur.*

5 *Ingrediens Religionem Societatis Ieſu, ſi biennio elapſo tria vota ſimplicia emittat, efficitur verè Religioſus.*

7 *Ingre*

7 *ingrediens Religionem ſi ante profeſſionem de bonis ſuis non diſpoſuit, bona illa Religioni acquiſita dicuntur; quæ demum ex perſona Religioſi poteſt illius conſanguineis ſuccedere, ſed vtraque limitatur in Religione Societatis Ieſu.*

9 *Religioſi Societatis Ieſu donec ſolemnitèr profitentur, retinent dominium ſuorum bonorum, nec non beneficia, ſi quæ habent Eccleſiaſtica, & penſiones.*

10 *Ingrediens Societatem Ieſu ſi emiſſis tribus ſimplicibus votis abſque licentia Prapoſiti Generalis à Religione exiret, dicitur Apoſtata.*

11 *Bona acquiſita à Religioſo, propter culpam à Religione eiecto, cuius ſunt?*

14 *Concil. Trident.* cap. 16. ſeſſ. 25. de Regularib. *explicatur.*

16 *Religio Societatis Ieſu, Chriſtianæ Religionis eſt ornamentum.*

ARGVMENTVM.

Renunciatio facta à Patribus Societatis Ieſu poſt emiſſionem trium ſimplicium Votorum, nùm reſoluatur, ſi renuncians antequam ſolemnitèr profiteretur, à Religione exiret. Religioſi Societatis Ieſu donec ſolemnitèr profitentur, nùm retineant dominium ſuorum bonorum, nec non beneficia, ſi quæ habent Eccleſiaſtica, & penſiones; cuius occaſione declaratur Concilium Tridentinum *ſeſſ. 25. cap. 16. de Regularibus*; & de pluribus notabilibus ad materiam pertinentibus.

CAPVT CXCV.

1 RENVNCIATIO, ſiue bonorum donatio à Patribus Societatis Ieſu ad Religionis fauorem facta, aliquando dubitari contigit, ſi facta proponatur poſt emiſſionem trium ſimplicium votorum, quæ iuxta Religionis inſtitutum biennio probationis elapſo emittuntur, num reſoluatur, ac ſi facta non eſſet, ſi renuncians antequam ſolemnitèr profiteretur, à Religione exiret?

2 In facti contingentia pro renunciationis reſolutione reſpondi: Etenim receptiſſima, & ſine contradictore fuit ſemper omnium ſententia, renunciationem, ſiue donationem, quæ fit Religioni ab exiſtente in illa, tacitam habere conditionem, *ſi profeſſio ſequatur*; ex quo ratione perſonæ facta dicitur; non enim veriſimile eſt, velle Religioſum ſe bonis ſpoliare, quamuis profeſſio non ſequatur, ac proindè regulari donationem hanc, dixerunt omnes, ad inſtar illius, quæ fit cauſa mortis; quemadmodum enim donatio cauſa mortis per donantis conualeſcentiam 3 reuocatur, §. 1. *Inſtit. de donat.* ſic paritèr illa, quæ fit à Religioſo Religioni profeſſione non ſequuta; ita Abb. *in cap. quod a te, num. 6. verſ. aut profeſſionem non fecit,* ibique Innocent. Cardinal. & Canoniſtæ communitèr, *extra de Cleric. coniug.* Summiſtæ omnes in *verb. Nouitius,* & in *verbo, Religio,* aliique Recentiores, ad nauſeam relati per Barboſ. *tract. de poteſt. Epiſc. par. 3. alleg. 101. num. 37.* & in *Collect. ad Concil. Trid. cap. 16. ſeſſ. 25. de Regul. num. 17. & 56.* poſt Menoch. *de arbitr. iud. lib. 2. cent. 5. caſu 436. num. 16. 26. & ſeq.* vbi hanc concluſionem adeò veram fatetur, vt procedat adhùc profeſſione ſequuta, ſi profeſſus validè 4 de Religione, in qua profeſſionem emiſit ad aliam tranſiret, ex eadem nimirùm ratione, cùm bona per renunciationem dicantur Monaſterio acquiſita, ſub illa conditione, nempè donec renuncians in Religione illa permanſerit, quod tamen non eſt ſine aliqua controuerſia, vt videre eſt apud Couarr. *in capit. 1. à numer. 20. de teſtament.* & DD. citatos per Barboſ. *in Collect. ad Decretal. in d. cap. quod à te, n. 4.*

Concluſionem hanc aliqui ex Patribus Societatis non impugnant, ſed illam limitari contendunt 5 in eorum Religione, in qua eo ipſo, quòd ingreſſus biennio elapſo tria vota ſimplicia, iuxta Religionis inſtitutum emittit, fit verè Religioſus, nec ampliùs ſub apoſtaſiæ pœna, abſque Præpoſiti Generalis licentia è Societate exire valebit: id quod etiam expreſsè diſpoſuit Pontifex Sanctiſſimus Gregorius XIII. *in Conſtitutione exordiente*, Aſcendente Domino: *promulgata in Vrbe 8. Kal. Iunij 1584.* quò fit, vt abſoluta dicatur donatio, de qua agimus, non autem conditionalis, & ſic dependens à futura profeſſione, ac proindè non teneri Societatem dimiſſis ex ea, donata reddere bona: ſicque in puncto ſcripſerunt doctiſſimi, ac religioſiſſimi Patres Molin. *tom. 1. de iuſt. & iur. diſput. 139. col. 2. verſ. illi, & col. 4. verſ. nouitij,* Suar. *de Religion. tom. 4. lib. 3. c. 14. num. 31.* & Sanchez *in præcept. Decal. tom. 2. lib. 7. c. 1. q. vltim. à n. 31. vſque ad 35.*

Sed pace tantorum Virorum, qui in hac re nullius authoritatis eſſe poſſunt, (ex quo dum erant de 6 propoſita quæſtione tractaturi, certè contra propriam Religionem, illam determinare vix poterant) adhùc inſiſtendo in prima concluſione, Dico, limitationem ad concluſionem generalem ſupra poſitam, omni prorſus carere fundamento: nam vt illa locum habere poſſet in renunciationibus, quæ modo prædicto ad Societatis fauorem factæ reperiuntur, neceſſe eſſet, vt ſuper hoc peculiaris Religionis Conſtitutio à Sancta Sede Apoſtolica approbata oſtenderetur, qua mediante prouiſum eſſet, renunciationem, de qua agimus, ſtatim modo prædicto factam, abſolutam eſſe, nec alitèr, vt ea diceretur perfecta, ſolemnis profeſſionis indigere actu, prout eſt de iure: quòd cùm nullibi in Conſtitutionibus Religionis legamus, remanet ſine dubio in ſuo robore concluſio in principio poſita, tantis fulta rationibus, & ſine contradictore: Non enim glorioſiſſimus Patriarcha Ignatius, qui verè ſemper extitit ſanctæ paupertatis ardens amator, poterat ſimilem inhumanam inducere conſtitutionem, inhumanitas namque & maxima eſſet, dimiſſum à Religione ſe bonis ſpoliatum videre, propter renunciationem, quam certè renuncians ob alium non peregit finem, niſi quia putabat in Religione illa mori: Etenim dicere fas eſt, neminem ex Sanctis cæterarum Religionum Fundatoribus, qui bona in communi haberi non voluerunt, circa materiam bonorum cupiditatem concernentem ſe geſſiſſe, prout ſe geſſit Ignatius Sanctus, nam in omni Religione, quæ eſt capax bonorum 7 in

in communi, vbi contingit, ingreſſum profeſſionem emittere, nulla de bonis ſuis diſpoſitione facta, certè bona illa omnia, Monaſterio, ſiue Conuentui, in quibus ſequitur profeſſio, acquiſita dicuntur; ſunt iura nimis clara in *Auth. ingreſſi*, & in *Auth. ſi qua mulier*, vbi DD. communiter, *C. de Sacroſ. Eccleſ.* Inſuper vbi profeſſione ſequuta aliquis profeſſi conſanguineus proximior è viuis ab inteſtato decederet, ſimilitèr Religio ex perſona profeſſi in defuncti bonis ſuccedit; probant omnes *in §. ſed & hoc praſenti, Auth. de Sanctiſſ. Epiſcop. & in cap. in praſentia, de probat.* At vtrumque particulari conſtitutione vetuit in ſua Societate Diuus Ignatius; non enim bona profeſſi, Religionis fiunt, dum de illis ante profeſſionem non diſpoſuit, ſed proximiorum conſanguineorum: nec etiam vnquam ſuccedit Societas hæc ſanctiſſima ex perſona profeſſi, conſanguineis illius ab inteſtato decedentibus; ſed alij remotiores conſanguinei: Conſidera autem in præſentiarum, ſi poterat Sanctus ille Fundator tantam apud ſe habere bonorum auiditatem, vt conſtituere ſibi ſomniaſſet, bonorum renunciationem modo prædicto faciendam, abſolutam cenſeri, nec alitèr teneri Religionem dimiſſis ex ea Patribus non profeſſis bona renunciata reſtituere?

8 Illud autem, quod pro huius quæſtionis reſolutione colligit P. Sanch. *ex Examine, cap. 4. §. 11.* ad caſum noſtrum eſt ſatis impertinens; *ibi* enim aliud non aſſeritur, niſi vt illis, qui in Societatem ingredi cupiunt proponatur, mentem illorum Patrum, qui primum in hanc Societatem conuenerunt, fuiſſe, vt ingreſſuri antequam in Domo aliqua, vel Collegio recipiantur, bona, quæ habent temporalia distribuant primùm in res debitas, & obligatorias, ſi quæ fuerint; ſecundò in pia, & ſancta opera, iuxta illud, *diſperſit, & dedit pauperibus*: & aliud Domini noſtri, *ſi vis perfectus eſſe, vade, & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & ſequere me*: iſtámque fieri diſtributionem proponatur, vt ingreſſurus omnem à ſe ſubmoueat fiduciam, bona diſtributa vllo tempore recuperandi.

Dixi huius *Examinis* concluſionem nil ad caſum noſtrum pertinere; ſiquidem id quod in eo diſponitur, aliud non continet, niſi merum conſilium, quod venit dandum illis, qui in Religionem ingredi cupiunt, vt nimirum ante ingreſſum diſtribuant eorum bona inter pauperes, & ſubmoueant à ſeipſis omnem fiduciam eadem recuperandi, cùm iuxta Domini noſtri dictum, quis ſic euadet perfectus, bona omnia vendendo, & pauperibus dando.

Quæro modò, quonam pacto concluſio hæc applicari poteſt ad quæſtionem noſtram, in qua ſupponimus, donationem non alitèr fuiſſe factam ante Religionis ingreſſum, & pauperibus, de quibus tantum loquitur *Examen*; ſed poſt emiſſionem trium ſimplicium votorum, & Religioni, de qua verbum nullum in *eodem Examine*; quódque ſit merum conſilium, & impracticabile, videmus, nullo quidem tempore fuiſſe ſeruatum: Quis enim aliquando vidit, ingreſſurum in Societatem non fuiſſe ad illam admiſſum, niſi priùs bonis ſuis inter pauperes diſtributis, vel ad minus intra annum poſt ingreſſum, vt in *eodem Examine* continetur? certè nunquam, imò totum contrarium in dies practicatur, cùm non ſolùm diſtributio iſta ante ingreſſum non fiat, nec intra annum poſt ingreſſum, iuxta præſcriptum huius *Examinis*; ſed particulari conſtitutione prouiſum, vt poſt emiſſionem trium votorum, quæ priuatè emittuntur biennio elapſo poſt ingreſſum,

9 adhùc qui ingreſſi ſunt, eorum bonorum retineant dominium, nec illud modo aliquo amittant, niſi cùm primum fuerint ſolemnitèr profeſſi; quod expreſsè tam in *Conſtitutionibus Religionis*, quam in *pracitata Bulla*, *Aſcendente Domino*, diſpoſitum habemus, ſicque aliàs per Rot. deciſum *in vna Caputaquenſ.* ſiue *nullius penſionis* 18. *Aprilis* 1616. *coram bonæ memoriæ Martino de Andrea*, quæ eſt 78. penes Eundem, & 246. *par. 2. in poſthumus Farinac.* in qua extitit ſingularitèr determinatum, Patres Societatis Ieſu poſt emiſſionem trium ſimplicium votorum, adhùc dici in probatione eſſe, ac proindè non modò ius, & dominium bonorum ſuorum retinere, quouſque ſolemnitèr profitentur; ſed beneficia, & penſiones Eccleſiaſticas, nec demum dimiſſos, illis priuatos remanere; cuius quidèm deciſionis meminit nouiſſimè Ricciul. *tract. de iur. perſonar. lib. 8. cap. 9. n. 2. in fin.* & Barbol. *in Collect. ad Concil. Trid. ſeſſ. 25. c. 16. de Regular. n. 49.*

Inſuper, nec obſtare dicimus illud, quod ex aduerſo ponderatur, nimirum ideò renunciationem, ſiue donationem, de qua agimus, in Societate dici abſolutam, non autem à profeſſione dependentem, cùm facta aſſeratur poſt emiſſionem trium ſimplicium votorum, quo tempore ingreſſus in Societatem non dicitur ampliùs Nouitius; ſed verè Religioſus, qui ſine Superioris licentia citra apoſtaſiæ pœnam è Religione exire non poteſt; Reſpondeo enim, motiuum ſatis eſſe ſubſtantiale, ſi pro iudicanda abſoluta, & non conditionali donatione, quæ fit Religioni ab exiſtente in illa, ſat eſſet, vt donans ſit ſimplicitèr Religioſus; ſed cùm pro habenda donatione omni ex parte perfecta profeſſionis actus omninò cōcurrere debeat, nil refert, quod donans, donationis tempore ſit Religioſus, dum non eſt profeſſus; peto enim, ex Scribentibus in vniuerſo iure, reperiaturnè aliquis, qui auſus fuerit affirmare, vt per donationem, de qua agimus, ſtatim atque ea celebrata ſit, dicatur ius perfectè quæſitum Religioni, cui facta eſt, certè *Doctorem* id aſſerentem inuenies nunquam, quin potiùs omnes tam in *dicto cap. quod à te*, quam *alibi* concorditèr aſſerunt, actum huius donationis in ſuſpenſo manere, ac totalitèr dependere ab euentu futuræ profeſſionis: ſi igitur profeſſio facit habere donationem pro perfecta, quæ antea ſtabat in ſuſpenſo, quid refert in caſu noſtro, quòd fiat à Religioſo, ſed non profeſſo. 10

Hinc in terminis caſus maioris conſiderationis Frater Laurentius de Portel Franciſcanus, *tom. 1. de dub. Regul. in verbo, Bona, in addit. fol. mihi* 71. inueſtigando, cuiuſnam ſint bona acquiſita à Religioſo propter culpas ab Ordine eiecto, vel illius, qui extra Religionem viuit, cum licentia tamen Superioris? & reſoluendo, pertinere bona illa ad Cameram Apoſtolicam tanquam ſpolia Papæ, ex *Bulla Gregorij XIII.* quam citat Azor. *inſtit. moral. tom. 2. lib. 8. cap. 4. quaſt.* 10. ſubdit, hoc nullatenus practicari poſſe cum Religioſis Societatis Ieſu, qui ante ſolemnem profeſſionem dimitterentur cum votis ſolùm ſimplicibus, poſt biennium emiſſis; nam quamuis per illa vota ſimplicia, dicit *Doctor* iſte, efficiantur verè Religioſi, non tamen dicuntur profeſſi ſolemnitèr, de quibus ſolis *prædicta Conſtitut.* loqui videtur. 11 12

Vltimò, ceſſare prorſus omne dubium affirmo, ex decreto Sacroſancti Tridentini Concilij *ſeſſ. 25. c. 16. de Regul.* dum expreſsè in eo diffinitur, renunciationem, de qua agimus, nunquam effectum ſuum ſortiri poſſe, niſi renunciantis profeſſione ſequuta, ita vt ſi renuncians ante profeſſionem à Religione exiret, teneatur Religio omnia ei reſtituere, quod vt rectè fiat, Epiſcopus etiam per cenſuras Eccleſiaſticas, ſi opus fuerit, compellat; hic reſpondent Patres Societatis, *Sacrum Tridentin. Concilium* expreſsè determinaſſe, 13

terminaſſe; vt ſub hoc decreto eorum Religio non comprehendatur, ſub illis verbis, *Per hæc tamen Sancta Synodus non intendit aliquid innouare, aut prohibere, quin Religio Clericorum Societatis Ieſu, iuxta pium eorum inſtitutum, à Sancta Sede Apoſtolica approbatum, Domino, & eius Eccleſiæ inſeruire poſſint, &c.* Sed certè, illorum pace, decipiuntur ſatis; quod vt
14 fiat manifeſtiſſimum, Dico breuitèr, *Sacrum Concilium* in illo decreto quinque determinaſſe, *Primò*, vt renunciatio per ingreſſos in Religionem facienda, fiat cum conſenſu Epiſcopi intra duos menſes proximos ante profeſſionem. *Secundò*, vt talis renunciatio non aliàs ſuum intelligatur ſortiri effectum, niſi profeſſione ſequuta: *Tertiò*, quòd completo nouitiatus tempore Superiores nouitios, quos habiles inuenerint ad profitendum, admittant, vel eiiciant: *Quartò*, quòd durante nouitiatus tempore nil ab ingreſſi parentibus, & propinquis, aut Curatoribus, excepto victu, & veſtitu, recipiatur: *Quintò*, & vltimò, vt abeuntibus à Religione ante profeſſionem omnia reſtituantur, quæ ſua erant. Dico modò, cùm *Tridentina* hæc *ſanctio* expreſsè decreuerit, quòd per ſupra iam determinata non intendebat aliquid innouare reſpectu inſtituti Religionis Societatis Ieſu, à Sancta Sede Apoſtolica approbati, de neceſſitate hanc præſeruationem intelligendam eſſe dico, vt ea procedat in iis dumtaxat, in quibus adeſt inſtitutum, a Sancta Sede Apoſtolica approbatum: In reliquis verò, vbi de inſtituto non conſtat, aſſeuerandum eſt, voluiſſe *Concilium*, eius diſpoſitionem omninò ſeruari: Quarè cùm Religionis inſtitutum à Sancta Sede Apoſtolica approbatum verſetur tantum circà tempus profeſſionis, & renunciationis, ac bonorum retentionis, poſt præmiſſa prædicta tria ſimplicia vota, in illis tantum dicendum omninò eſt, firmam remanere præſeruationem: quamuis
15 enim per *Sacrum Trident. Concil.* expreſsè diſponatur, renunciationem fieri debere intra duos menſes proximos ante profeſſionem, quia Religionis Societatis Ieſu inſtituto cauetur; vt fiat quandocunque Superioribus placuerit, & ſic multis menſibus, aut annis ante profeſſionem, ſub hoc decreto dicendum eſt, Religionem illam non comprehendi; vt obſeruat Rodriq. *qq. Regul. tom. 2. quæſt. 47. art. 16.* Item diſponit *Tridentinum Concilium*, vt completo nouitiatus tempore Superiores, ſtatim ingreſſos ad profeſſionem admittant, ſi habiles inuenti fuerint; ſin autem, dimittant; ſub hoc decreto nec etiam comprehendi dicimus Societatem, ex quo iuxta eius pium inſtitutum, à Sancta Sede Apoſtolica approbatum, finito nouitiatus tempore nullatenus ingreſſi ad profeſſionem admittantur; ſed tantum ad tria vota ſimplicia, quorum vigore non poſſunt abſque licentia à Societate diſcedere, quamuis benè ipſi poſſint ab eorum Superioribus eiici; ad profeſſionem autem ſolemnem tunc admittuntur; quando Superioribus videbitur, eſſe illos admittendos, quod propriè contingit, cùm Sancta hæc Religio ſit plenariè de Religioſi moribus, & doctrina contenta; circa verò reliqua in decreto prædicto determinata, & ſignantèr, vt renunciatio non aliàs intelligatur ſuum ſortiri effectum, niſi profeſſione ſequuta, cùm de contrario Religionis inſtituto, à Sancta Sede Apoſtolica approbato non conſtet; quo mediante diſpoſitum eſſet, vt renunciatio, ſiue bonorum donatio, quæ fit ab ingreſſis in Societatem, ſtatim atque facta illa ſit, dicatur perfecta; nec alitèr, vt donatario acquiratur, requiri, vt ſequatur donantis profeſſio; non eſt, cur dici poſſit, ab hac determinatione cenſeri præſeruatam Societatis Religionem, ſed omninò aſſerendum, ſub illa eam includi.

Quòdque hoc verum ſit, indubitatum, & abſolutum, videmus ſic paſſim, & in dies ſeruari; ſemper enim, quòd Patres non profeſſi, cùm Præpoſiti Generalis licentia è Societate exeunt, Religio hæc Sanctiſſima, verè Chriſtianæ Religionis ornamen- 16
tum, omnia illis reſtituit, quæ per priùs ab eiſdem donationis titulo obtinuerat, & egenis abeuntibus alimenta ſubminiſtrat; ſicque in terminis terminantibus teſtatur Mar. Cutel. omninò videndus in *tract. de donation. tom. 1. tract. 2. diſcurſ. 2. particul. 4. num. 23. cum ſeq. verſ. ſecundus eſt caſus*, vbi dicit, ampliùs in hac controuerſia inſiſtendum non eſſe, ex quo ſic 17
vſus obtinuit, vt exeuntes à Religione, tam à poſſe Collegiorum, quam extraneorum auferant bona omnia, quæ illis poſt emiſſa tria vota ſimplicia donauerant.

Immò, vt accepi ab vno ex Senioribus Patribus Domus profeſſæ huius Ciuitatis, non ſolùm hoc eſt in non profeſſis ſeruatum; ſed etiam in ſolemnitèr profeſſis, qui cum Superioris conſenſu è Societate ad aliam Religionem tranſitum faciunt; & ſignantèr id ſeruatum in perſona cuiuſdam P. Andreæ de Amato Neapolitani, qui exiſtens in Societate profeſſus, cum licentia Præpoſiti Generalis tranſiuit ad Religionem Canonicorum Regularium Sanctiſſimi Saluatoris, in qua demum exiſtens, obtinuit, vt Societas eidem reſtitueret certam pecuniarum quantitatem, Societati donatam, poſtquam extiterat ibi admiſſus ad tria vota ſimplicia; ſicque his ſtantibus propoſitæ quæſtioni plenariè ſatisfactum eſſe credo: quicquid in contrarium ſcripſerit Franciſc. Salernus *in conſ. 45.*

Scribebam hæc in caſu, vbi minor, immò nulla prorſus conſiderabatur difficultas; tractabatur enim, non de recuperanda à Societate re illi donata, & iam quæſita; ſed Societas erat illa, quæ mortuo donante egreſſo iam à Religione antequam ſolemnitèr profiteretur, prætendebat ſibi decerni ſummam, & quantitatem ad octo millia aſcendentem, quam poſt emiſſa tria vota donauerat ingreſſus, conſequendam poſt ſui patris mortem; non obſtante quòd nec poſtquam ceſſiſſet dies, in qua poterat ſumma donata peti, nec vnquam in vita ipſius donantis Religio aliquid petiiſſet; prætenſio quidèm vana, & ſine exemplo.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio, quæ à Nouitiis fieri ſolet infra annum probationis, quas requirit ſolemnitates, attenta diſpoſitione Sacr. Trid. Concil.* ſeſſ. 25. cap. 16. de Regul. *& num. 4. & 25.*

2 *Diſpoſitio Concil. Trid.* ſeſſ. 25. cap. 16. de Regul. *an procedat in teſtamentis, & aliis vltimis voluntatibus? & an vbi renunciatio fuit facta ante habitus ſuſceptionem, & n. 6. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 28. 31. & 36.*

3 *Teſtamentum ante Religionis ingreſſum conditum an rumpatur per ſequutam profeſſionem.*

5 *Renunciatio facta à Nouitiis intra duos menſes proximos, quibus profeſſio fieri debet, an valeat, ſi profeſſio demum dilata fuit vltra duos menſes.*

7 *Caſu*

7 *Caſus deciſionis* Rotæ *refertur, & n.8.9.27. & 44.*

18 *Donatio an, & quando reuocari poſſit, & num.24 29.30.33.39.& 46.*

Præcipue ſi impedit liberam teſtandi facultatem, n.19.& 37.

Et quid ſi aliquid eſt reſeruatum ad teſtandum, n.23.& 41.

20 *Pactum de non reuocando donationem an ſubſiſtat, & n.21.34.& 35.*

22 *Donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum an ſubſiſtat quoad præſentia, num. 42.& 45.*

26 *Succeſſio Monachorum ad Monaſterium ſpectat, ſalua Legitima deſcendentibus, & aſcendentibus, & n.32.*

38 *Donatio facta ab ingreſſo in Religionem reuocatur, profeſſione non ſequuta.*

40 *Conditio profeſſionis emittendæ, an ſit merè poteſtatiua.*

43 *Fructus futuri non veniunt in donatione ſub aliqua conditione facta.*

44 *Donatio prima perfecta non reuocatur per ſecundam, & n.47.*

48 *Iacob. Menoch.* conſ. 388. *refellitur.*

ARGVMENTVM.

Renunciatio, quæ à Nouitiis fieri ſolet intra annum probationis, quas requirat ſolemnitates. Diſpoſitio Sacr. Trid. Concil. *ſeſſ.25. cap.16. de Regular.* an procedat, quando renunciatio eſt facta intra duos menſes profeſſioni proximos, ſed profeſſio ad maius tempus duorum menſium dilata fuit. Item an eadem diſpoſitio procedat, quando renunciatio eſt facta ante Religionis ingreſſum, & an locum habeat in teſtamentis, cœteriſque vltimis voluntatibus. Teſtamentum an rumpatur per Religionis ingreſſum, ſiue per ſequutam profeſſionem? & de aliis notabilibus, vbi nouiſſimæ deciſiones *Sacræ Rotæ Romanæ.*

CAPVT CXCVI.

1 RENVNCIATIO, quæ à Nouitiis, ſiue maribus, ſiue fœminis in probationis anno fieri ſolet, expreſsè Sacrum Tridentinum Concilium diſpoſuit *ſeſſ. 25. cap.16. de Regular.* vt nullius ſit momenti, niſi cum licentia loci Ordinarij, vel eius Vicarij intra duos menſes proximos ante profeſſionem fiat; nec alitèr effectum ſuum ſortiri intelligatur, niſi profeſſione ſequuta: verba facit *Sancta Synodus* de renunciatione, ſiue quacunque obligatione, etiam cum iuramento facta, & ſic de contractu inter viuos; ſicque intelligas, vt non procedat diſpoſitio hæc in teſtamentis, codicillis, & donationibus cauſa mortis, ita vt ſi Nouitius, vel Nouitia infra duos menſes proximos ante profeſſionem teſtamentum condiderit, validè illud conditum cenſendum erit, nec alitèr fieri locum diſpoſitioni huius Tridentinæ Sanctionis, ita Nauar. *comment.2. de Regular. num.51. verſ. nuper quæſitum fuit, & conſ.83. num.2. & 3. eod. tit. de Regular.* Aluar. Valaſc. *in prax. partition. cap.16. à num.13.* Gutierr. *Canon. quæſt. lib.2. cap.1. num.26.* Cæuall. *commun. contra commun. lib.1. quæſt.63. à numer.7. vbi num. ſeq.* improbat *Spin.* contrarium tenentem in *spec. teſtam. gloſ.12. de legato relicto Monacho, num.50.* Gaſp. Thes. *quæſt. forenſ. lib.2. quæſt.56. numer.3.* Azor. *inſtit. moral. p.1. lib.12. cap.2. quæſt.14.* & alij innumeri relati à Barboſ. *in collect. ad Concil. Trid. d. cap.16. num.14.* quibus addo Ego Rot. *in vna Bononienſ. bonorum ſub die Lunæ* 10. *Iunij* 1624. *coram Illuſtriſſimo Pironano,* quæ eſt 556. *num.8. tom.3. par.4. recentiorum,* ſub illis verbis: *Quò verò ad particularem, & ſpecialem ſolemnitatem Nouitiis indictam, quicquid ſit in reſpicientibus renunciationes, & obligationes, vt ſeruandum ſit decretum Concilij Tridentini, ſeſſ.25. de Regular. cap.16. In vltimis tamen voluntatibus non legitur ſimilis determinatio, neque ex vi comprehenſiua, aut extenſiua facienda eſt conſequentia, quia militat diuerſa ratio propter facultatem reuocandi diſpoſita per actum vltimæ voluntatis; Nauar. comment.2. de Regul. num.51. Gutierr. canon. quæſt. lib.2. cap.1. num.31. verſ. his tamen non obſtantibus, Menoch. de arbitr. caſu 436. num.8. & ipſa Congregatio Cardinalium Interpretum idem declarauit in vna Burgi Sancti Sepulchri, ſiue Florentina, quæ data fuit.* Hæc Rota. 2

Idemquè, & maiori cum ratione dicendum, vbi 3 teſtamentum ante Religionis ingreſſum conditum eſſet, licèt non modica ſit quæſtio; an vbi ſic factum fuerit, ingreſſu, & profeſſione demum ſequuta, ruptum cenſeatur? Placuit tamen mihi ſemper illorum ſententia, quæ ſe habet, vt firmum remaneat, ſi teſtator de proximo futuro ingreſſu, ſiue Monachiſmo meminerit, ſecùs verò ſi de Religione non præcogitauit, eo enim caſu profeſſione ſequuta teſtamentum ruptum cenſeretur, veluti poſthumi agnatione, ita dixerunt Bart. Iaſ. & alij in *authent. ſi qua mulier, C. de ſacroſanct. Eccl.* Vinc. de Franch. *dec.425.* Vaſq. *controuerſ. illuſtr. lib.3. c.102. num.2.* qui remittit ſe ad Couarr. *cap.2. num.4. de teſtam.* optimè Paſchal. *de vir. patr. poteſt. p.1. cap.3. num.93.* Botrel. *tom.3. ſumm. deciſ. tit. de teſtam. num.128.* & Alij. Ad quæſtionem autem in genere, qui eam tractarunt, videndi ſunt Matienz. *in l.1. gloſ.3. numer.4. tit.4. lib.5. nouæ recompil.* Menchac. *de ſucceſſ. creat. lib.2. §.20. numer.29. & de ſucceſſ. progreſſ. lib.1. §.1. numer.52.* Iul. Clar. *in §. teſtamentum, quæſt.28.* Gutierr. *in cap. quamuis pactum, in verbo, dum nuptui tradebatur, num.4. & Canon. quæſt. lib.2. cap.1.* Molin. *de iuſt. & iur. tract.2. diſp.130. & 604. num.3.* Spin. *de teſtam. in gloſ. rubr. par.6. num.3.* Molin. *lib.2. de primogen. cap.9. à num.38.* Cæuall. *commun. contra commun. quæſt.61. & 221.* Colla *in cap. ſi pater, in verb. teſtatorem, numer.8. & 10.* Ant. Gamm. *deciſ. Luſit.316. num.5. & 6.* & *deciſ.375. num.5.* Caldas *in l. ſi curatorem, in verb. ſine curatore num.59. C. de in integr. reſtit. & de nominat. emphyt. quæſt.6. num.5. & de poteſt. eligend. cap.3. num.13.* Aluar. Valaſc. *de partition. cap.16. numer.14.* Tap. *in authen. ingreſſi in verb.*

*verb. ideóque nec de his,à num.*74. *C. de ſacroſ. Eccleſ.* Craſſ.*in §.teſtamentum,quæſt.*34. *num.*2. Fachin. *controuerſ.iur.lib.*6.*cap.*14.*&* 15.Cened.*ad Decret.collect.* 50.*num.*3.Azor.*inſtit. moral.p* 1.*lib.*12.*cap.*8. Caſtill. *de vſufr. cap.*65. *num.*6. *& lib.*3. *capit.*12. *numer.*30. & alij.

4 Vlteriùs diſpoſuit *Sancta Synodus*, vt renunciatio
fiat intra duos menſes proximos profeſſioni, vndè ſi
fieret infra hoc tempus,quia videtur illud pro forma
adiectum, nulla dicitur renunciatio; quotiès enim
forma à iure,vel ſtatuto adiecta non ſeruatur,dicen-
dum eſt,nequè ius, neque ſtatutum ſeruari;ac proin-
dè actus,qui geritur,eſt ipſo iure nullus; *l. obſeruare,*
§.poſthac,ff.de offic. Proconſul.cap. cùm dilecta, ante fi-
*nem,*vbi Gloſ.& Felin.*num.*6.*de reſcriptis,* faciunt de-
ciſa per D.de Franch.*deciſ.*157.& in puncto per plu-
ra media probauit Nouar.*quæſt.forenſ.lib.*1. *quæſt.*28.
contrariis,quæ adduci poſſunt reſpondens; idémque
Rota *in vna Romana donationis*, hìc imprimenda,
*num.*7. vbi nulla fuit habita ratio de donatione facta
à Nouitio per tredecim dies ante duos menſes pro-
ximos profeſſioni, quamuis alitèr videatur tenere
P. Sanchez, quando modicum eſt tempus, *lib.*7. *in*
*præcept. Decal.cap.*5.*num.*81. *tom.*2. de quo meminit
Barboſ.*de poteſt. Epiſc.alleg.*99.*num.*11.Sed quicquid
5 ſit de hoc,illud certum, & indubitatum eſt, data re-
nunciatione intra duos menſes profeſſioni proximos,
illam ſemper validam remanere; quamuis ſtatim poſt
tempus illud duorum menſium profeſſio emanata
non ſit, quia ex aliqua cauſa fuit dilata; idque ex
declaratione Sacræ Congregationis ſuper *eodem ca-*
*pit.*16.cuius verba ſunt hæc: *Renunciatio à Nouitiis*
facienda intra duos menſes vltimos, antequam profeſſio
emittatur, fieri debet. Hæc verba verificantur, etiam ſi
vltra plures menſes anni probationis, profeſſio fuerit
prorogata; neque enim renunciatio facta cum licentia
Epiſcopi, ſiue eius Vicarij intra duos menſes proximos
tempore,quo profeſſio emitti legitime potuiſſet,cenſebitur
inualida,ex eo,quòd actualis profeſſio per aliquos menſes
dilata fuit.

6 Sed non ſemel dubitari contigit, an quæ Sancta
Synodus *in citato cap.*16.diſpoſuit, procedant, vbi
renunciatio fuerit facta ante habitus ſuſceptionem,
contemplatione tamen Religionis ingreſſus? hæc
quæſtio eſt ſatis inter DD. controuerſa, adeò quòd
contrariæ prodierunt Sacræ Congregationis deter-
minationes; ſed præualuit negatiua ſententia, cui
nouiſſimè, *Doctoribus* pro vtraque parte relatis, ſe-
mel,atque iterùm adhæſit Rot. *in vna Romana dona-*
tionis, ſub diebus 1.*Februarij, &* 17. *Decembris* 1640.
coram Illuſtriſſimo Domino Roias, quarum quidem de-
ciſionum tenor,alia plura continens notabilia, eſt
ſequens,adhùc alibi non impreſſus.

Mercurij 1.*Februarij* 1640.

7 Camillus Latinus, dum erat ætatis 15.annorum,
cum narratiua, quòd volebat ingredi Religionem,
donauit Virginiæ matri omnia bona ſua præſentia,
& futura,iura, & actiones, reſeruatis ſibi ſcutis 25.
annuis vita ſua durante,per dictam Virginiam,ſuóſ-
que hæredes ſoluendis poſt emiſſam profeſſionem,
cum proteſtatione, quòd donatio, & renunciatio
nullo modo valeat, nec ſuum ſortiatur effectum, niſi
emiſſa,& ſequuta profeſſione, & non aliàs, alitèr,
nec alio modo. Vlteriùs ſe obligauit, dictam dona-
tionem non reuocare, etiam ex cauſa ingratitudi-
nis,&c.

8 Succeſſiuè Camillus ingreſſus fuit Religionem
Cœleſtinorum,& in præſenti vocatur D. Virginius,
emiſitque profeſſionem in dicta Religione, ſed priùs
reuocauit dictam donationem, præcedente abſolu-
tione à iuramento præſtito in dicta donatione facta
ad fauorem matris, aliámque fecit donationem ad
fauorem Monaſterij: diſcuſſa cauſa coram A. C. ſu-
ſuper validitate dd. donationum, fuit ab eo pronun-
ciatum pro prima donatione ad fauorem matris;
cauſa in gradu appellationis ad Rotam deuoluta, &
commiſſa Reuerend ſſ. Vrgellen. in cuius locum ſu-
brogatus propoſui pluriès dubium,an ſententia A.C.
eſſet confirmanda, nec nè? & hodiè tandem eſſe in-
firmandam cenſuerunt Domini.

Pro cuius reſolutione Domini voluerunt plures vi- 9
dere inſpectiones. Prima,an dicta donatio facta ma-
tri ſit irrita, ex quo non fuit ſeruata forma Concilij
Tridentin.*ſeſſ.*25.*cap.*16.*de Regul.*Secunda,quatenus
non,an in hac facti ſpecie potuerit reuocari. Tertia,
an validè fuerit reuocata. Quarta, quatenus ſic, an
donatio facta Monaſterio ſuſtineatur. Quinta, qua-
tenus non, an nihilominus bona prædicta ſpectent
de iure communi ad Monaſterium.

Deueniendo igitur ad primam inſpectionem,DD. 10
non diſcrepant, quòd donatio facta ante ingreſſum,
non facta mentione ingreſſus,ſuſtineatur etiam non
ſeruata forma Concil.Trid. *ſeſſ.*25.*c.*16. *de Regul.*vt
tradunt Mandoſ.*conſ.*22.*n.*8.latè Cæuall. *pract.concl.*
*comm.contra comm.quæſt.*806.*num.*14. qui dicit, quòd
hoc habuit in practica; & ita per ipſum obſeruatum
fuiſſe tanquam Arbitrum, & ſic etiam fuiſſe iudica-
tum, & pro abſoluto tenet Sanchez *in ſumm. lib.*7.
*cap.*1.*num.*2.Hector Capycius Latro *dec. Neapol.*31.
*num.*2.

Sed controuerſia fuit inter DD. an diſpoſitio facta 11
ante ingreſſum Religionis; facta tamen mentione
ingreſſus,eiúſque intuitu ſubiaceat diſpoſitioni dicti
Concil.Trid. & affirmatiuam ſententiam tenuerunt
Leſſius *de iuſt. & iur. lib.*2.*cap.*41.*numer.*19.Nauarr.
*conſ.*81.*&* 82.*de Regul.lib.*3.Flamin.Pariſ.*de reſignat.*
*lib.*3.*quæſt.*13.*num.*9.qui refert, per Sacram Congre-
gationem ita fuiſſe declaratum, Roias *in epitom. ſuc-*
*ceſſ.cap.*7.*num.*30.Spin.*in ſpecul. teſtam.gloſ.*12. *princ.*
*numer.*50. Menoch. *conſ.*388.*numer.*7. Emman.Sà *in*
ſumm. in verb. Religio, Lælius Zecchius *de Republ.*
*Eccl tit.de Regul. cap.*3.*numer.*10. Azor. *inſtit. moral.*
*tom.*1.*lib.*13.*cap.*9.*verſ.ſecundò quæritur, circa fin.* qui
dicit, quòd quotieſcunque eſt facta renunciatio ſiue
donatio intuitu ingreſſus Religionis, eam eſſe fa-
ctam in fraudem, & non valere, dixerunt Lopez *de*
*contract. lib.*2. *capit.*39. *not.*5. Paulus Fuſcus *de viſit.*
*lib.*2.*cap.*18.*num.*27. Mari.Ant. Maccrat. *var.reſolut.*
*lib.*1.*reſol.vlt.cap.*62.Miranda *in manual. Prælat.q.*23.
*art.*2. *&* 3. Molin. *de iuſt. & iure, diſp.*139. *tract.*2.
*verſ.ambiget rurſus,num.*14. *& diſp.*149. *num.*4. *verſ.*
quod ad Eccleſiam, Cancer. *var. reſol. lib.*2.*cap.*8.*nu-*
*mer.*81. Guttierr. *in c. quamuis pactum, §. dum nuptui*
tradebatur, in fin. de pact. in 6. Cæuall. *comm. contra*
*comm.quæſt.*121.*num.*4 Layman. *tract.*5.*cap* 6. *de vl-*
*tim.volunt.cap.*7.& dixit.Rot.*in cauſa Rom.de Mon-*
gellinis 14.*Ianuarij* 1636. *coram R.P. D. meo Cauillo,*
quæ habetur apud Tambur. *de iur. Abbatiſſ. de-*
*ciſ.*8. eſt etiam Declaratio Concilij per hæc verba:
Si donatio, aut renunciatio facta fuerit intuitu Reli-
gionis ingrediendæ, ſemper tanquam facta in fraudem
huius Canonis videtur ſubeſſe illius diſpoſitioni; vt re-
fert in Declarationibus ad *dictam ſeſſ.*25.*c.*16. *de Re-*
*gul.*Marſilla.

Supradicta ſententia firmatur duplici fundamen- 12
to. *Primò*, quia alitèr dicendo, redderetur eluſoria
diſpoſitio Concilij, ſemper enim procuraretur dona-
tio,vel renunciatio ante ingreſſum, & conſequentèr
fieret in fraudem dicti Concilij, quæ fraus irritat
dictam donationem. *Secundo*, quia licèt Concilium
loquatur

loquatur de ingreſſis in Monaſterium, attamen lex etiam exorbitans, & pœnalis extenditur ad alium caſum, ad quem ſi non extenderetur, redderetur fruſtratoria eius diſpoſitio; ita Nauarr. *d. conſ.* 81. *&* 82.

13 Contrariam tamen ſententiam, quòd diſpoſitio *dicti Concil. Trid.* non habeat locum, quando donatio, vel renunciatio fit ante ingreſſum intuitu ingreſſus, reuocando antiquas declarationes tenet Sac. Eminentiſſ. Congreg. *Concil.* vt referunt, eámque ſequuntur infraſcripti DD. Quarant. *in ſum. Bullar. in verſ. dubium, pag.* 330. Paſſaręl. *de priuil. minor. cap.* 7. qui refert, quòd pro hac opinione fuit iudicatum, Gratian. *deciſ. March.* 37 *per tot.* vbi hanc opinionem ex multis comprobat, Add. ad Nauarr. *in d. conſ.* 81. *&* 82 *in fin.* Bened. Ægid. *in repet. l.* 1. *§.* 4. *num.* 22. *in fin. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* Auguſt. Barboſ. *in remiſſ. DD. ad Concil. Trid. d. ſeſſ.* 25. *cap.* 16. *de Regul. & de poteſtat. Epiſc. alleg.* 99. *num.* 1. *& per tot.* Riccius *collect.* 454. *& deciſ.* 295 *par.* 2. *num.* 10. Borgnin. *dec.* 11. *num.* 113. *part.* 3. Vega *in ſumm. tom.* 1. *cap.* 91. *caſu* 4 *& tom.* 2. *c.* 50. *caſu* 3. Confect. *in priuil. mendic. in notab. poſitis poſt Bullas Apoſtolicas, tit.* 13. *capit.* 12. *in fin. & cap.* 13. Coſta *de remed. ſubſid. remed.* 85. *in fi.* Menoch. ſibi contrarius *de arbitr. iudic. cap.* 436. *num.* 4. & in *addit. ad lib.* 2. *cap.* 430. *numer.* 3. vbi miratur de *Nauarr. & Molin.* qui contrarium tenuerunt; Garz. *de benef. p.* 11. *cap.* 9. *numer.* 15. Pater Diana *reſol. moral. tom.* 3. *tract.* 2. *de dubiis Regul. cap.* 55. vbi quòd hæc opinio verior ſibi videtur, & refert de verbo ad verbum Declarationem Concilij; Vgolin. *de poteſt. Epiſc. cap.* 20. *§.* 7. *numer.* 3. Villalob. *in ſumm. tom.* 1. *tract.* 15. *differ.* 17. *num.* 4. Armendar. *in addit. ad recompil. Leg. Nauarr. lib.* 2. *tit.* 18. *lib.* 7. *de relig. num.* 20. *&* 23. Galleg. *in margar. caſ. conſcient. in ver. Religioſus, pag.* 216. *col.* 1. *verſ. Nouitius,* Marta *de ſucceſſ. legal. par.* 3 *quæſt.* 13. *art.* 1. *ſub numer.* 23. Mandoſ. *conſ.* 22. *num.* 8. Zanard. *in direct. Theol par.* 2. *cap.* 17. *verſ. primò ſi facta,* Theſaur. *qq. for. lib.* 2. *quæſt.* 56. *num.* 8. Megal. *lib.* 1. *cap.* 2. *& lib.* 2. *cap.* 27. *num.* 24. Cutell. *de donat. contempl. matrim. tract.* 1. *diſcurſ.* 2. *par.* 3. *numer.* 153. Nald. *tit. Religioſus, num.* 1. Fr. Bartholom. de Vecchis Capucc. *in prax. obſeru. in admitt. nouit. diſp.* 8. *dub.* 8. *num.* 4. Franc. Molin. *de rit. nupt. quæſt.* 99. *lib.* 3. *num.* 4. Campan. *in diuerſ. iur. canon. rubr.* 12. *cap.* 3. *numer.* 17. Bartholom. de S. Fauſto *in theſaur. Relig. lib.* 5. *q.* 183. qui DD. cumulat, Sorb. *in addit. ad compend. mendic. verſ. Nouitius, & verſ. ſed hic ſunt aliqua aduertenda,* Rodr. *qq. Regul. tom.* 2. *quæſt.* 47. *art.* 8. vbi quòd pro hac opinione fuit iudicatum, & refert, quòd pro ea conſuluerunt quamplures *ibi* nominati, Cened. *q.* 6. *num.* 8. vbi de veriori, Neguſant. Iun. *conſ.* 10. *num* 49. Molin. *de rit. nupt. lib.* 3. *quæſt.* 99. *num.* 29. *verſ. his non obſtantibus, & num.* 59. *&* 40. Cauagnol. *conſult.* 17. *num.* 22. *lib.* 1. qui refert, in praxi receptam eſſe iſtam ſententiam; Sanch. *in ſumm. tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 5. *num.* 4. Aldana *in compend. can. reſol. lib.* 2. *tit.* 8. *num.* 5. Hector Capycius Latro *deciſ.* 31. *num.* 7. vbi quòd hæc opinio frequentiori DD. calculo eſt approbata, deciſionibus Supremorum Tribunalium roborata, & declarationibus Eminentiſſimorum Cardinalium *Sacr. Concil.* interpretum munita; Rota *in Tarentina donationis* 3. *Februarij* 1607. *coram Sacrato*, & in *Parmen. tranſactionis coram Duran. deciſ.* 121. *num.* 37. *in impreſſ. in Peruſin. hæreditatis* 10. *Decembris* 1628. *coram bonæ memoriæ Card. Virili.*

14 Cuius opinionis ratio præcipua eſt, quia dictum Concilium eſt correctorium iuris communis, & proindè non poteſt intelligi, niſi in caſu, de quo loquitur, qui eſt, quando ingreſſus Monaſterium vult renunciationem, ſeu donationem facere.

Neque obſtare videntur in contrarium adducta; ex quo diſpoſitio *Concilij* redderetur eluſoria, & quod lex etiam exorbitans deberet extendi, quando fruſtraretur illius diſpoſitio. 15

Quia cùm *Concilium* voluerit diſponere tantùm poſt ingreſſum, dando formam renunciationibus, vel donationibus faciendis poſt ingreſſum, & nihil dixerit de donationibus factis ante, propterea non debet talis diſpoſitio extendi ad caſum non expreſſum, quia redderetur fruſtratoria, cùm illa procedat in propriis terminis, in quibus loquitur; ex *ſuprà citatis DD.* & aduertebant Domini, textum prædictum Concil. Trid. *ſeſſ.* 25. *cap.* 16. reperiri poſitum *in tit. de Regul.* propterea non eſſe aptum comprehendere meros ſæculares, quales ſunt, qui habitum nondum ſuſceperunt, qui inter Nouitios adhùc non ſunt adſcripti; ita Sanch. *in ſumm. tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 5. *numer.* 4. Nec eſſe curandum de illis DD. tenentibus, quòd talis donatio, vel renunciatio facta ante ingreſſum, non ſit valida, non ſeruata forma *Concilij*; cùm eorum dictum reprobetur ex eo, quòd *Concilium* in tali diſpoſitione exorbitaret à iure communi, propterea non eſſe extendendum ad caſum non expreſſum. 16

Supradictis ſtantibus, Domini hodie reſoluerunt pro hac ſecunda opinione, vti magis æqua, & quæ minùs aberrat à iure communi. Et quamuis pro prima ſententia adſint vltra viginti DD. qui expreſsè eam ſequuntur, ac etiam Rotæ deciſio *in Romana de Mongellinis*, Tamen quia pro hac ſecunda adſunt duo, & quadraginta DD. & tres *Rotæ* deciſiones, omnes validiſſimis fundamentis munitæ, tuentes hanc ſententiam magis æquitati adhærentem, & declarationes recentiores Sacr. Congreg. Eminentiſſimorum Cardinalium Concilij Interpretum, vt ſuprà dixi, quas referunt dicti DD. ac *Rotæ deciſiones*, ideò ab hac ſecunda opinione in iudicando non eſt recedendum; & ſufficeret ſolùm, quòd ſic hodiè teneat d. Sacr. Congreg. *Concilij*, cùm agatur de facienda illius interpretatione, Duran. *deciſ.* 37. *numer.* 3. 17

Deueniendo igitur ad ſecundam inſpectionem, ſcilicèt an in hac facti ſpecie prima donatio facta matri potuerit reuocari? Domini tenuerunt ex duobus fundamentis, dictam primam donationem potuiſſe reuocari: Primum deducitur ex eo, quòd nos verſamur in donatione proueniente matri ex mero titulo lucratiuo, & facta cum clauſula, *quatenus donans profeſſionem emittat, & non alias*. quo caſu iſta conditio ſuſpenſiua non eſt caſualis, vel mixta, ſed merè poteſtatiua, a qua propterea benè potuit D. Virginius recedere, prout ab ea receſſit; ita Menoch. *conſ.* 388. *num.* 34 35. *&* 40. Molfeſ. *conſ.* 1. *numer.* 31. *&* 32. Burat. in puncto *deciſ.* 581. *num.* 12. *&* 13. & fuit dictum *in Romana de Mazzatoſtis* 22. *Iunij* 1626. *coram Reuerendiſſ. D. meo Decano.* 18

Secundum fundamentum deductum fuit ex eo, quòd prima donatio facta matri non fuit valida, vti donatio omnium bonorum, iurium, & actionum præſentium, & futurorum, quamuis adfuerit iuramentum, cùm ſibi non reſeruauerit aliquam portionem pro facultate teſtandi, propterea non tenuit; vt poſt Bart. *in l. fin. num.* 12. *C. de pact.* tenent Guid. Pap. *conſ.* 214. *num.* 5. Crauett. *conſ.* 139. *num* 8. & hanc eſſe communem opinionem teſtatur Iulius Clarus *in §. Donatio, quæſt.* 20. *num.* 1. Bald. *in d. l. fin. num.* 19. *verſ. communis opinio, C. de pact.* Abb. *conſ.* 48. *num.* 1. *verſ. ſed his. lib.* 1. Rom. *conſ.* 171. *in princip.* Reg. Rouit. *conſ.* 171. *in princip.* Aldobrand. *conſ.* 23. *num.* 2. *lib.* 2. Seraphin. *deciſ.* 1219. *num.* 6. quæ concluſio locum habet, etiam ſi fuerit ſequuta donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum; quia nihilominus 19

nec

nec ſuſtinetur quoad bona præſentia tantum, nec quoad bona futura tantum, iuxta communem opinionem, de qua Clarus *loc.cit.n.2.* Guid. Pap. *d.conſ.* 214.*poſt n.*5. Duennas *in reg.*219.*in* 5.*ampliatione.*

20 Nec obſtat pactum appoſitum in prima donatione ad fauorem matris, de ea non reuocanda, cum iuramento; tùm quia à iuramento fuit abſolutus antea, & pactum huiuſmodi tanquam poſitum in clauſulis exequutiuis non alterat qualitatem contractus, nec obligat vltra eius naturam; provt in terminis donationis dixerunt Michaël Craſſus *in* §. *Donatio cauſa mortis, quæſt.*1. *numer.*6. Menoch. *præſumpt.*35. *num.*28.*lib.*3. Mantic. *de tacit. lib.*1. *tit.*13. *numer.*7. Addent. ad Buratt. *deciſ.*581.*num.*18.*verſ. hac tamen.* Tum etiam, quia illud, provt aſſertio irreuocabilitatis, intelligendum venit, eueniente ipſa conditione; hoc eſt poſt ſequutam profeſſionem Menoch. *conſ.*388.*num.*43. Tum deniquè, quia pactum loquitur de ea non reuocanda ex capite ingratitudinis, &c. & conſequentèr ex cauſis, quibus regularitèr donatio pura reuocatur, non tamen comprehendit reuocationem prouenientem ex natura contractus, provt erat dicta donatio facta matri; iuxta notata per Add. ad Buratt. *deciſ.*442.*num.*6. & dixit Rot. *in Rom. de Mazzatoſtis* 7.*Maij* 1618. *coram bonæ memoria Card. Veroſpio.*

21 Nec paritèr obſtat, quòd in d. prima donatione D. Virginius matri promiſerit *donationem habere ratam, gratam, & non contra facere,* &c. Quia cùm ex ſupradictis reuocatio veniat ex natura dictæ donationis, donans reuocando non dicitur contraueniſſe; ex Bald. *in l. cùm qui, num.*2. *ff. de condict. cauſ. dat.* Angel. *conſ.*254.*num.*5. Gabriel. qui teſtatur de communi *conſ.*96.*num.*6.*lib.*2. Rot. *d. deciſ.*581.*numer.*6. coram Burat.

22 Nec aliquid facit, quòd Fontanel. *de pact. nupt. par.*1.*clauſ.*4.*gloſ.*21.*num.*68. *cum ſeqq.* teneat, quòd donatio omnium bonorum præſentium & futurorum ſuſtineatur, quando adeſt iuramentum quoad bona præſentia: tamen, pace illius, loquitur contra Communem; vt dicit Clar. *in d.*§. *Donatio, q.*20.*n.*2. qui allegat concordantes; quæ opinio in iudicando eſt tenenda.

23 Minus facit, quòd D. Virginius reſeruauerit ſibi vita ſua durante annua ſcuta 25. quia ex quo in dicta reſeruatione conuentum fuit, quòd d. ſcuta 25. donatori præſtarentur tantummodò poſt emiſſam profeſſionem, quo tempore nemo eſt, qui dubitet, quin de illis non poſſet teſtando diſponere, iuxta text. *in can. quia ingredientibus,* 15.*quæſt.*3. *auth. ingreſſi,* vbi Bald. *num.*3.& 4. Iaſ. *num.*7. Dec. *num.*10.*C. de ſacroſ. Eccleſ.* Craſſ. *in* §. *teſtamentum, quæſt.*39.*num.*1. & 2. Couarr. *in cap.*2.*num.*3.*in fin. verſ. ſecunda autem obiectio, de teſtam.* Rot. *deciſ.*76.*num.*1.*par.*2.*recent.* propterea dicta reſeruatio ſcutorum 25. nihil operatur, cùm fuerint ea promiſſa poſt emiſſam profeſſionem, & ſic tempore, quo non poterat diſponere; vt autem donatio ſuffragaretur, erat opus, quòd valuiſſet de illis ſcut. 25. teſtari, & in eis hæredem inſtituere; ita Bald. *in d. l. fin. numer.*19.*verſ. alioquin diceremus, & verſ. quia licèt, C. de pact. & Inſtit. ad leg. falcidiam, in princip.*

24 Quò verò ad tertiam inſpectionem, an donatio facta matri fuerit validè reuocata? affirmatiuè reſponſum fuit, ex quo præceſſit abſolutio à iuramento, quæ operatur ad effectum agendi, & dicendi de nullitate. Vlteriùs obtinuit, ſibi dari curatorem, & poſtmodum de conſenſu Vicarij Epiſcopi, & dicti curatoris donationem prædictam reuocauit.

25 Deueniendo igitur ad quartam inſpectionem, ſcilicèt an donatio facta Monaſterio ſuſtineatur? Domini non ſuſtineri reſpondebant, quia donatio fuit facta Monaſterio 13. Martij 1626. & poſtea dictus D. Virginius, qui fecit donationem, emiſit profeſſionem 26. Maij eiuſdem anni, & ſic per 13. dies ante duos menſes, & propterea eſſe contra formam præſcriptam à Conc. *in d. ſeſſ.* 25.*capit.*16. *de Regul.* quæ annullat ceſſiones, & donationes factas ab illo, qui ingreſſus fuit Religionem, & profeſſionem emiſit ante duos menſes à die factæ donationis, cùm *d. Concil.* videatur ſtatuere certum determinatum tempus; Sanch. *in præcept. Decal. tom.*2. *lib.*7.*capit.*5.*numer.*82. Fr. Barthol. de Vecchis *in prax. admitt. nouit. diſp.*8.*dub.*9.*numer.*5. Auguſt. Barboſ. *de offic. & poteſt. Epiſc. alleg.*99. *num.*11. cùm in *Conc.* adſit decretum irritans, quo non ſeruato actus corruit, Felin. *in cap. cùm dilecta, n.*6. *de reſcript.* Gutierr. *lib.*3. *pract. q.*15. *num.*3. Menoch. *de arbitr. q.*30. *num.*5. Cened. *pract. quæſt.*6.*num.*4.

Tandèm, & vltimò, quantum attinet ad quintam inſpectionem, an alia via ſit ſuccurrendum Monaſterio, dictum fuit, quòd ſic. Ex quo de iure communi ſucceſſio Monachorum non diſponentium de bonis ſuis, ſalua Legitima debita Aſcendentibus, & Deſcendentibus, ſpectat ad Monaſterium; per text. *in authen. ingreſſi, C. de ſacroſ. Eccleſ. can. quia ingredientibus,* 19.*q.*3. *authen. ſi qua mulier,* §. *nunc autem, C. de ſanctiſ. Epiſc.* Innoc. *in cap. in præſentia, n.*4. vbi Io. Andr. *num.*13.16.20. & 21. Bald. *num.*4. Abb. *num.*2. *de probat.* Nauarr. *de Regular. comm.*2. *num.*55. Sanch. *in ſumm. lib.*7.*c.*12.*n.*4. Molin. *de iuſt. & iur. diſp.*140. *lib.*2.*verſ. à regula, n.*6. & qui eſt, qui dubitet, quòd ſtatim atquè D. Virginius profeſſionem emiſit, dicatur mortuus, ita & talitèr, quòd ſtatim bona peruenerint ad Monaſterium, vti eius hæredem? 26

Quibus ſtantibus benè Domini hodiè cenſuerunt, ſententiam A.C. contrarium firmantem, approbando primam donationem factam ad fauorem matris, eſſe vti iniuſtam reuocandam.

Et ita reſolutum, &c.

Lunæ 17. *Decembris* 1640.

Cùm Camillus Latinus intenderet ingredi Religionem, donauit omnia ſua bona præſentia, & futura Virginiæ Petitæ matri, cum ſolemnitatibus ſtatutariis, ſibi reſeruatis ſcut. 25. vita ſua durante; ſucceſſiuè ſupradictus Camillus ingreſſus fuit Religionem Cœleſtinorum, & ante emiſſam profeſſionem donationem factam ad fauorem matris reuocauit, aliámque fecit ad fauorem Monaſterij: ventilata cauſa coram A. C. ſuper validitate prædictarum donationum, fuit pronunciatum pro prima donatione ad fauorem matris, Cauſa in gradu appellationis ad Rotam deuoluta, & propoſito pluries dubio, an ſententia A.C. eſſet confirmanda, vel infirmanda; Tandèm ſub die prima Februarij præteriti fuit coram me reſolutum, ſententiam A. C. eſſe infirmandam. 27

In extenſione *deciſionis* fuerunt examinatæ quinque inſpectiones. Prima, an donatio facta matri eſſet irrita, ex quo non fuit ſeruata forma Concilij Tridentini, *ſeſſ.*25.*capit.*16.*de Regular.* & non eſſe irritam firmatum fuit; quamuis in d. donatione facta fuerit mentio ingreſſus, iuxta modernas declarationes Emin. Interpretum Sacri Concilij, & pro hac ſententia adſunt duo vltra quadraginta DD. & tres Rot. *deciſiones* provt latiùs in *dicta deciſ.* deductum fuit. 28

Altera, & ſecunda fuit inſpectio, an dicta donatio facta matri potuerit reuocari? & potuiſſe reuocari fuit concluſum, Primo, quia erat donatio ſub 29

conditione merè poteſtatiua, à qua potuit Camillus recedere ante emiſſam profeſſionem, iuxta *conſ.* Menoch. 388. *à num.* 34. *vſque ad num.* 40. Burat. *deciſ.* 581. *num.* 13. Secundò, quia d. prima donatio non erat valida, vti donatio omnium bonorum, iurium, & actionum præſentium, & futurorum, cùm nihil ſibi reſeruauerit ad teſtandum, ex Iul. Clar. *in §. donatio, quæſt.* 10. *n.* 1. cum aliis *in d. deciſ.*

30 Tertia inſpectio fuit, an d. donatio facta matri fuerit validè reuocata? & validè fuiſſe reuocatam determinarunt Domini, cùm præceſſerit abſolutio à iuramento.

31 Quarta verò, an donatio facta Monaſterio per d. Camillum ſuſtineretur? quam non ſuſtineri reſolutum fuit, cùm facta fuerit per 13. dies ante duos menſes emiſſæ profeſſionis, & conſequenter, extra tempus determinatum à *Concilio.*

32 Quinta, & vltima inſpectio continebat, an nihilominus bona, de quibus agitur, ſpectent de iure ad Monaſterium, vti ſucceſſorem bonorum Monachorum? & fuit deciſum affirmatiuè, ſalua Legitima Parentum, iuxta text. *in Auth. ingreſſi, C. de Sacroſanct. Eccleſ.* ex Nauar. Sanch. & aliis *in d. deciſ.* cumulatis.

33 Repropoſita hodiè cauſa ſuper eiſdem, Informante etiam Franciſca Petita Latina filia, & hærede Virginiæ, materia plenè diſcuſſa, articulo bis examinato, Domini hodiè reſoluerunt, donationem factam matri non potuiſſe reuocari, & in hac parte, ſcilicèt quoad ſecundam inſpectionem recedendum à deciſis.

34 Ex eo, quia Camillus cum iuramento non tantùm propter ingreſſum Religionis, ſed ob amorem erga matrem, ac ob beneficia ab ea recepta in donatione recenſita, & cum clauſula, *ad habendum*, ac *Conſtituti*, iuncta promiſſione de eam non reuocando, illa præſente, ac acceptante, d. Virginiæ matri omnia bona ſua irreuocabiliter inter viuos donauit; iſta donatione valida ſtante, non fuit locus reuocationi, quamuis adfuerit proteſtatio, quòd donatio non valeret, nec ſuum ſortiretur effectum, niſi ſequuta profeſſione, ex quo à contractu conditionali non licet recedere ex capite pœnitentiæ, Bald. & Salycet. *l.* 2. *C. quando liceat ab empt. diſcedere*, Couar. *lib.* 1. *var. cap.* 14. *num.* 6. *circa med. verſ. & reſpondens*, Sanch. *de matrim. lib.* 8. *diſp.* 6. *num.* 8. Cald. *var. quæſt. lib.* 1. *quæſt* 20. *num.* 77. Surd. *conſ.* 268. *num.* 50. Seraph. *deciſ.* 1157. *num.* 4. *& vlt.* ante firmauit Rota *deciſ.* 174. *à n.* 7. *vſque ad n.* 13. *par.* 6. *recent.*

35 Nec in præſenti caſu fuit locus reuocationi donationis, cùm res non eſſet ampliùs integra, ex quo agebatur de præiudicio matris donatariæ, quæ donationem iam acceptauerat, cum promiſſione iurata de non reuocando; text. *in l. ſpem, C. de donat.* Sarnen. *in reg. de non toll. iure quæſito, quæſt.* 4. *col.* 3. *verſ. ſed iſtis non obſtant.* Rota *d. dec.* 174. *n.* 14. *&* 15. *par.* 6. *recent.* propterea non potuit reuocari, ſtante peculiari iuramento de non reuocando, quod facit contractum valere omni meliori modo, quo poteſt, dummodò non ſit contra bonos mores, aut leges, & poſſit ſeruari ſine diſpendio ſalutis æternæ, *cap. cùm contingat, de iureiuran.* iuncto *cap. quamuis pactum, de pact. in* 6. Card. Mant. *de tacit. & ambigu. lib.* 13. *tit.* 27. *num.* 2. Trentacinq. *var. reſolut. lib.* 3. *tit. de donat. ſub num.* 9. *verſ. ſecunda eſt opinio*, Fontan. *de pact. nupt. clauſ.* 4. *gloſ.* 21. *num.* 68. *par.* 1. & dictum peculiare iuramentum operatur irreuocabilitatem, Surd. *conſ.* 450. *n.* 25. Matienz. *ad ll. Caſtel. tit.* 10. *l.* 7. *gloſ.* 1. *num.* 22. Rota *in Anconit. prædij* 24. *Ianuarij* 1635. *coram R. P. D. Merlino*, nam donator legem ſibi imponendo cum iuramento à dicta donatione recedere non valuit, præſertim quia donatio facta fuit præſenti, ita Theſaur. Iun. *quæſt. for. lib.* 2. *quæſt.* 53. *num.* 3. *& per tot.* Gabr. *conſ.* 96. *num.* 10. *&* 23. *verſ. ex quibus ſ ure, lib.* 2. Rim. Iun *conſ.* 529. *numer.* 33. Rol. *conſ.* 8. *num.* 37. *lib.* 1. Gutierr. *de iuramento, par.* 1. *c.* 12. *ſub num.* 5. *poſt med.*

Vlteriùs donatio facta per Camillum ad fauorem matris ante ingreſſum Religionis, ſub conditione, *quatenus profeſſionem ipſe emitteret*, erat irreuocabilis, cùm per talem donationem Camillus remanſerit ita irretitus, vt ab ea non valuerit recedere, niſi in caſu egreſſus à Religione ante profeſſionem, vel ob non ſequutum ingreſſum; Bero. *in cap. in præſentia, num.* 154. *de probat.* Sanch. *in præcept. Decalog. lib.* 7. *cap.* 1. *num.* 18. *& cap.* 5. *num.* 57. Amat. *dec. March.* 46. *num.* 37. *in fin.* Gratian. *deciſ. March.* 42. *num.* 7. 8. *&* 9. *& diſcept.* 975. *num.* 19. Caſtro Palao *oper. moral. par.* 3. *tract.* 16. *punct.* 15. *n.* 12. 36

Nec obſtant duo obiecta in contrarium deducta, & firmata in *deciſione* hodiè reuiſa *in dicta ſecunda inſpectione.* Primum, quòd donatio facta matri cum mero titulo lucratiuo, & cum clauſula, *quatenus donans profeſſionem emittat*, apparet ſub conditione merè poteſtatiua, à qua benè potuiſſe recedere Camillum ante emiſſam profeſſionem, videbatur ex Menoch. *conſ.* 388. *num.* 34. 35. *&* 40. Burat. *dec.* 581. *à n.* 13. *vſque ad finem.* 37

Alterum verò, quòd donatio facta matri eſſet inualida, vti omnium bonorum, nihil ſibi reſeruato ad teſtandum, ex Clar. *in § donatio, qu.* 10. cum aliis in *deciſ.* deductis, quæ ſunt omnia fundamenta Monachorum.

Quia quoad primum placuerunt Dominis reſponſiones datæ, nimirum hanc donationem factam matri, non fuiſſe ſub conditione merè poteſtatiua, ſed puram, & inter viuos irreuocabilem, vti à principio perfectam; Ideóque non potuiſſe reuocari per Camillum, niſi in caſu non emiſſæ profeſſionis, ex Sanchez *ſuper præcepta Decalog. lib.* 7. *cap.* 1. *num.* 18. *& cap.* 5. *num.* 57. *&* 58. Amat. *deciſ. March.* 46. *numer.* 37. Gratian. *d. deciſ.* 42. *num.* 9. vbi quòd ad hoc vt ſit locus reuocationi factæ ob ingreſſum Monaſterij, requiritur, quòd donans realitèr exeat, & in puris noſtris terminis contra Menoch. *d. conſ.* 388. quòd donatio facta à nouitio ſub conditione ingreſſus ſit irreuocabilis, conditione pendente, dixerunt Molin. *de cor tract. diſput.* 885. *num.* 8. Caldas *var. quæſt. lib.* 1. *quæſt.* 20. *num.* 77. Rim. Iun. *conſ.* 529. Rot. *d. deciſ.* 174. *à num.* 7. *vſque ad num.* 13. & claris verbis Menoch. reprobat Sanch. *in præcept. Decalog. d. lib.* 7. *capit.* 1. *num.* 18. *& cap.* 5. *num.* 57. *&* 58. quam *Sanch.* opinionem vti magis æquam, & minus à iure communi aberrantem, ſalua pace tanti Viri, Domini amplecti voluerunt. 38

Ponderatum etiam fuit, quòd ſtante interuentu duorum teſtium, concurrentibus ſolemnitatibus ſtatutariis ſolitis adhiberi in conficiendis donationibus inter viuos, cum clauſula *Conſtituti*, & clauſula *ad habendum*, quæ omnia faciunt cenſeri donationem validam inter viuos, nec indè erat reuocabilis, cùm alioquin prædicta, tanquam nihil operantia, remanſiſſent inepta; Rolan. *conſ.* 61. *numer.* 45. *&* 48. *lib.* 2. Surd. *conſ.* 450. *n.* 26. Cyriac. *contrmicu. forenſ. cap.* 314. *num.* 15. benè pluribus, ac optimis rationibus comprobat Rota coram R. P. D. meo Merlino *in d. Anconitana prædij* 24. *Ianuarij* 1635. dictáſque clauſulas operari irreuocabilitatem donationis etiam ex cauſa ingreſſus, dixit Amat. *dec. March.* 46. *n.* 40. 39

Nec conditio profeſſionis emittendæ viſa fuit merè poteſtatiua, cùm non penderet à ſua mera poteſtate profeſſionem emittere, poterat enim Camillus 40

lius non admitti à Superiore ad profeſſionem faciendam, ſed immò eiici à Monaſterio intra annum approbationis, vt quotidiè experimur, & extat ſcriptum in Concil. Trident. *ſeſſ.* 25. *de reform. cap.* 16. Azor. *inſtit. moral lib.* 12. *cap.* 3. *in* 8. *quæſt.* Leſſius *de iuſt. & iur. lib.* 2. *cap.* 141. *diſp.* 14. *num.* 106. & dixit Rot. *in Bononien. tranſactionis* 27. *Februarij præteriti coram R. P. D. meo Veroſpio.*

41 Quò verò ad alterum, quòd fuerit inualida donatio facta matri, ex quo nihil ſibi reſeruauerit ad teſtandum; fuit reſponſum, vltra quod videbatur aliquibus ex Dominis, quòd donatio valida remaneret, ob ſolam reſeruationem ſibi factam certæ ſummæ annuæ, ſcilicèt ſcut. 25. ex congeſtis per Gutier. *de iuram. p.* 1. *cap.* 11. *num.* 15. ceſſat omnis ſcrupulus, ex quo verſamur in caſu donationis factæ contemplatione ingreſſus Religionis, quo caſu benè valere donationem omnium bonorum præſentium, & futurorum, in ſpecie tradit Laderch. *in conſ.* 473. *lib.* 1. quem refert, & ſequitur Sanch. ſuper *Decalog. lib.* 3. *cap.* 1. *numer.* 19. vbi rationem aſſignat, ideò valere, quia habet tacitam conditionem *ſi profeſſio emittatur*, per quam tollitur Religioſo teſtandi facultas.

42 In omnem caſum ſtante d. peculiari iuramento renunciatio ſemper ſuſtinetur, ſaltem quoad præſentia, Salyc. *in l. fin. in fin. C. de pact.* Aret. *conſ.* 54. *in fin.* Ruin. *conſ.* 51. *num.* 24. Tob. Non. *conſ.* 55. *num.* 6. Seraph. *de priuil. iuram. priuil.* 98. *num.* 24. cùm tale iuramentum appoſitum in donatione ſimul facta de bonis præſentibus, & futuris operetur, duplicem cenſeri factam donationem, alteram ſcilicèt de præſentibus, alteram de futuris, quarum vna ſi corruat, alteram benè valere, tenuerunt Bauer. *de virt. iuram. col.* 2. *num.* 7. Surd *conſ.* 450. *num.* 60. vbi de communi Tob. Non. *conſ.* 55. *num.* 6. Natt. *conſ.* 453. *numer.* 16. Seraph. *de priuil. iuram.* vbi proximè, Fontan. *de pact. nupt. clauſ.* 4. *gl.* 21. *n.* 68. *par.* 1.

43 Vltimò ponderatum fuit, hanc donationem factam matri ſuum non potuiſſe habere effectum, niſi poſt emiſſam profeſſionem, vt ſunt verba donationis, propterea benè poterat teſtari Camillus de fructibus medio tempore percipiendis, & illis hæredem inuenire, ex quo in diſpoſitione prædictæ donationis non veniunt fructus futuri, ex Ruin. *conſ.* 51. *num.* 24. *lib.* 1. Surd. *d. conſ.* 450. *num.* 53. *cum ſeqq.* Molfeſ. *ad Conſuet. Neap. p.* 10. *tit. de inſtrum. confect. q.* 5. *num.* 5.

Cætera autem fundamenta *deciſionis* hodiè *reuiſa* placuerunt, præſertim illud, quòd in donatione facta per volentem ingredi Religionem cum expreſſa mentione ingreſſus non veniant adhibendæ ſolemnitates Concilij Trident. *ſeſſ.* 25. *cap.* 16. *de Regul.* iuxta modernas declarationes Eminentiſſimorum Interpretum *Concilij*, ac *Doctores*, Rotæque *deciſiones*, prout *ibi*.

Et ita reſolutum, vtraque parte Informante, &c.

Veneris 15. *Maij* 1641.

44 Firmatum fuit coram me, informante tantum Monaſterio S. Euſebij de Vrbe ſub die 1. Februarij 1640. ſententiam A. C. in qua pronunciatum fuit, donationem factam per Camillum Latinum ad fauorem Virginiæ matris ſuſtineri; eſſe infirmandam, prout *in d. deciſione*. A cuius ſecunda inſpectione, Dominis placuit ſub die 17. Decembris 1640. vtraque parte informante recedere, & ſic d. donationem matri factam non potuiſſe reuocari, vt latè fuit deductum *in deciſione*, quam hodiè Domini confirmandam eſſe cenſuerunt: moti ex eo, quia rationes, & fundamenta in ea adducta benè ſuſtinentur, ex quo à principio prædicta prima donatio facta matri per Camillum filium fuit perfecta, nec ideò poterat reuocari, cùm non eſſet ampliùs locus pœnitentiæ, ob ſequutam profeſſionem eiuſdem Camilli, ſub cuius conditione pura facta apparet; Alex. *conſ.* 40. *num.* 5. *vol.* 5. Cephal. *conſ.* 118. *num.* 28. Gabr. *conſ.* 64. *num.* 6. *lib.* 1. Pariſ. *conſ.* 59. *num.* 9. *lib.* 1. Afflict. *deciſ.* 280. *n.* 3. Seraph. *dec.* 1157. *n.* 4.

Nec obſtat, donationem prædictam matri factam cantare de omnibus bonis, & ideò tanquam in iure prohibitam non valere, cùm videatur adempta facultas teſtandi, ex Didac. Couar. *in rub. de teſtam. in* 2. *par. num.* 4. Duen. *in reg.* 219. *in* 2. *ampl.* cum aliis *in* 1. *deciſ.* Quoniam placuerunt reſponſiones datæ, quòd cùm d. donatio perfectionem reciperet, ſolùm emiſſa profeſſione per Camillum donantem, eo tempore non erat ampliùs locus factioni teſtamenti, ex congeſtis per Sanchez *ſuper præcept. Decalog. lib.* 7 *cap.* 1. *num.* 19. & in omnem caſum ſufficit, quòd ſibi reſeruauerit ſcuta illa 25. annua, de quibus benè poterat teſtari, & hæredem ſibi inuenire, Celſ. Vgo *conſ.* 37. *num.* 2. Roland. *conſ.* 39. *num.* 3. *lib.* 1. Dec. *conſ.* 30. *num.* 1. Rom. *conſ.* 16. *numer.* 1. & 2. Anton. Gomez. *in l.* 69. *Tauri, n.* 3. 45

Fuit etiam animaduerſum, primam donationem tanquam à Camillo factam tempore, quo nemini ſubiectus erat, & liberam habebat ſuorum bonorum dominium, & motus naturali amore erga Genitricem, magis ſuſtineri, nec potuiſſe per ſecundam donationem factam ad fauorem Monaſterij reuocari, vti factam poſt ingreſſum Religionis, qui veriſimilitèr ad id fuit inductus potiùs ſuaſione aliorum Religioſorum, ac propter reuerentiam in Religionem, quàm quòd aliquam reuocandi cauſam contra matrem haberet, ſine qua non eſt locus reuocationi donationis; vt in *l. donationis circa filium*, iuncta *l. generalitèr ſancimus, C. de reuocand. donat.* 46

Et tandèm, quia fuit ius acquiſitum ad fauorem matris ſuper omnibus bonis Camilli vigore primæ validæ donationis, & propterea non potuit ipſe ampliùs diſponere, cùm prima donatio non poſſit per ſecundam reuocari, vt ſunt text. expreſſi in §. *alia autem, Inſt. de donat. l. perfect. C. eod. tit. l. quoties duob. C. de rei vendicat.* Ruin. *conſ.* 172. *à num.* 18. *vſque ad fin. vol.* 1. Rim. Iun. *conſ.* 224. *n.* 32. 47

Fallitur, & quidem egregiè Menoch. *conſ.* 388. vbi conatur oſtendere, ſimilem donationem, tanquam poteſtatiuam benè potuiſſe reuocari, & contra illum conſuluerunt Rimin. Iun. *conſ.* 529. Nec non duo celeberrimi Iuriſconſulti Cæſenates, nempè Cæſar Angelinus, & Pandolphus Morus, quos refert Rim. Iun. *d. conſ.* 529. *in præfatione, verſ. ſuper quo puncto.* Et vnus ex Dominis plenè atteſtatus fuit, ſe meminiſſe, contra *Menoch.* tunc fuiſſe iudicatum, & quidem ſat eſt, quòd *Rota* de eiuſdem Menochij *conſ.* aliàs dubitauerit, prout coram *R. P. D. meo Merlino in illa Tauren. donationis*, quæ eſt *deciſ.* 174. *num.* 12. & *per tot par.* 6. *rec.* & apertis verbis eundem Menoch. reprobat Sanchez *ſuper præcept. Decalog. cap.* 1. *numer.* 18. & *cap.* 5. *num.* 57. & 58. prout contra illum ſentiunt *deciſ. Marchiæ* 42. *num.* 9. Gratian. & Amat. *deciſ.* 46. *numer.* 37. cum aliis *in deciſ.* 17. *Decembr. præteriti* cumulatis. 48

Et ita reſolutum, &c.

SVMMARIVM.

1 *Delinquens ſi timens capi à Curia ſeculari ab Eccleſia aufugerit, & extra illam caperetur, an ſit ad eandem reponendus. Et quid ſi blandis verbis à priuato homine fuerit extractus, & n. 2. & 3.*

4 *Deciſio Collateralis Conſilij cum Dominis Iudicibus Regiæ Iuriſdictionis refertur.*

ARGVMENTVM.

Repoſitioni ad Eccleſiam an ſit locus, ſi delinquens timens capi à Curia ſeculari, ab Eccleſia aufugit, & extra illam captus fuit? vbi determinatio Collateralis Conſilij.

CAPVT CXCVII.

1 REPOSITIONI ad Eccleſiam dubitauimus *lib.* 1. *cap.* 175. *num.* 8. an ſit locus, vbi delinquens, dum in ea commorabatur, iuſtè timens, nè à Curia ſeculari ibi caperetur, aufugit, & extra locum immunem captus fuit, vel ſi per vim, aut blandis verbis à priuato homine extraheretur, ac demum à ſeculari Iudice in hoc haud cooperante in loco profano caperetur? Et in vtroque caſu, reiecta funditus Suar. ſententia *tom. 1. de Relig. lib. 3. cap. 13. num.* 27. affirmatiuè reſpondimus, authoritate Farinac. *in tract. de immun. Eccleſ. cap. 2. num. 53. verſ. ex præmiſſa,* Sarmient. *ſelect. interp. lib. 2. cap. 11. num.* 8. Genuenſ. *in prax. Archiep. cap.* 17. *n.* 6. & Peregrin. *de immunit. Eccleſ. c.* 14. *n.* 10. *per tot.*

2 Sed quia his diebus in facto, quod contigit, ſatis de hoc dubitabatur; & aduerſus dicta per me *loco cit.* afferebantur, quæ ſcripta reliquit D. Reg. Sanfelic. *deciſ.* 286. cùm pro noſtræ ſententiæ confirmatione ad manus perueniret determinatio ſuper hoc annis ſuperioribus in Collaterali Conſilio cum Dominis Iudicibus Regiæ iuriſdictionis facta, quam propria manu Domini *Iulij Cæſaris Minadoi* Regiæ Cameræ Præſidentis ſcriptam habeo, vt quando deinceps caſus contingeret, quid aliàs ſeruatum fuerit ſciatur, hic eam imprimi curaui, & eſt tenoris ſequentis.

Ieſus, Maria, Ioſeph.

3 Quidam commiſerat delictum, de quo poterat Eccleſiaſtica immunitate gaudere commiſſo delicto ad Eccleſiam confugit Sancti Petri ad Aram, & cùm in quadam Capella intus Cortile dormiret, Birruarij habita notitia, illuc acceſſerunt, & ianuam Capellæ fregerunt, delinquens nudus aufugit ad iardenum Monaſterij, & per quoddam foramen proiecit ſe in quemdam puteum domus propinquę cuiuſdam laici, & ibi captus fuit; Dubitatum extitit, an deberet ad Eccleſiam reponi, & licèt cauſa ageretur in Magna Curia, tamen quia de iuriſdictione tractabatur, fuit per Suam Excellentiam ordinatum quòd Magna Curia relationem faceret in Collaterali Conſilio, cum interuentu Iudicum iunctæ Regiæ iuriſdictionis, qui ſunt Domini Regiam Cancellariam Regentes, D. Præſes Sacri Conſilij, D. Locumtenens Regiæ Cameræ, quatuor Regij Conſiliarij, & tres Præſidentes Regiæ Cameræ, acceſſerunt etiam Iudices Magnæ Curiæ, auditóque Fiſci patrono, & pro inquiſito pauperum Patrono, fuerunt latè diſcuſſa, quæ in materia ſcripſerunt Couarr. *lib. 2. var. reſol. cap.* 20. Io. de Viſch. *de immun. Eccleſ.* Ægid. Boſſ. *in prax. in tit. de captura,* Iul. Clar. *quæſtion.* 30. Farinac. *in tit. de carcerib. & carcerat. q.* 28. qui omnes cumulat, fuit & tandèm pro maiori parte conclu- 4
ſum, quòd potuit licitè aufugere, audita fractione portæ, & captus in puteo habebatur tanquam captus in fuga, & proindè erat reponendus. Aliqui ex Dominis dixerunt, quòd non debebat gaudere, ex quo aufugiendo videbatur nolle vti priuilegio Eccleſiæ, cùm ab ea ad alium locum ſe tranſtulerat, & ſic illi renunciauit. Sed cùm id ex violentia proceſſerit, audiens frangi portam, ſicque timens de inimico, qui erat ibi, licitè aufugerat, vndè meritò in Eccleſiam fuit repoſitus.

Iulius Cæſar Minadous.

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutio in integrum an detur priuilegiato aduerſus exceptionem declinatoriam fori omiſſam, & n. 5.*

2 *Reſtitutio non datur ad ea, quæ ſunt modici præiudicij.*

3 *Teſtium productio ſecunda non datur ad probationem exceptionum dilatoriarum.*

4 *Beneficia nùm concedantur perſonis priuilegiatis, aſſerentibus ſe læſas in probationibus circa exceptionem fori declinatoriam, & num. 11.*

6 *Reſtitutio non conceditur, vbi completo termino ſuper repulſa vellet minor beneficia petere.*

7 *Reſtitutio in integrum non datur in iudicio ſummario.*

8 *Iudicium originale, & non incidens ſpectatur.*

9 *Fiſcus non reſtituitur in iudicio, quando petiit pœnam ei per contractum promiſſam, ſed ex cauſa criminali dependentem; vbi deciſio num. 10.*

ARGVMENTVM.

Reſtitutio in integrum an detur priuilegiato aduerſus exceptionem declinatoriam fori omiſſam. Primum, & ſecundum beneficium, quod in Regno ad pinguiùs probandum conceditur Pupillo, Viduæ, Eccleſiæ, & Fiſco; an concedendum ſit Fiſco, vbi ageret de lucro aliquo conſequendo, ex delicto deſcendente? vbi deciſio Regiæ Cameræ.

CAPVT

CAPVT CXCVIII.

1 RESTITVTIO in integrum, dubitari
ſolet, num viduæ, aut pupillo, cæte-
riſque perſonis miſerabilibus ſit con-
cedenda aduerſus exceptionem decli-
natoriam fori omiſſam? Et negatiuè
reſpondet Andr. *in Conſtit. Regni, Obſcuritatem, in
princip. in verſ. maius autem*, Baldus *in l. peremptorias,
numer. 18. Cod. ſentent. reſcind. non poſſe*, quia vſi ſunt
iure communi, Felin. *in cap. fraternitatis, num. 6. verſ.
fallit ſecundò, de teſtibus*, Capyc. *deciſ. 13. numer. 9. &
ſeq.* & Muſcatell. *in prax. Sacr. Conſil. par. 2. gloſ. com-
2 petentes, numer. 35.* reddunt rationem, quia reſtitutio
ad ea, quæ ſunt modici præiudicij, aut modicæ læ-
ſionis non datur, *l. ſcio, l. quòd ſi minor, §. 1. ff. de minor.*
non enim tanguntur merita cauſæ principalis, nec
Pars pecuniario incommodo grauatur, & ſi Pars in
hac exceptione vicerit, parui, aut nihil vtilitatis con-
ſequitur; ſunt verba Innocent. *in cap. coram, ſuper gloſ.
3 in verb. iuſtum, de in integr. reſtit.* & ad probationem
exceptionum dilatoriarum non datur ſecunda te-
ſtium productio, ita dicunt Io. Andr. ad Specul. *in tit.
de teſtibus, §. qualitèr, verſ. ſed cùm ſuper, in verb. compe-
tente*, Butr. Imol. & cæteri *in cap. vltra tertiam, de teſti-
bus*, quia in iſtis exceptionibus de apicibus iuris diſ-
putare non conuenit, *l. ſi fideiuſſor, §. quadam, ff. mand.*
hoc idem firmauit D. de Franch. *deciſ. 439. numer. 1.*
4 vbi tetigit articulum, an ſit primum beneficium con-
cedendum mulieri aſſerenti, ſe in fori declinatoria
circa probationes factas læſam? & quòd ſit denegan-
dum, per Sacr. Conſil. deciſum teſtatur. Et rationem
5 aſſignat, quæ caſum noſtrum determinat, per hæc
verba, *Quia ſi aduerſus Declinatoriam fori omiſſam mi-
nor non reſtituitur, vt dicit Bal. in l. ſcio, ff. de in integr.
reſtit. colligit cæteros Capyc. deciſ. 13. ergò multò minus,
quando eſt oppoſita, & non probata, authen. multò magis
&c.* Idémque firmauit Reg. Rouit. *in pragm. 1. num. 20.
de minor.* Muſcatell. *in prax. S. C. p. 3. gloſ. fuerint, n. 9.
lib. 2.* Ricc. *collect. 186.* & Imbrian. cæteris omiſſis in
*tract. de primo, & ſecundo benef. conſid. 8. num. 36. 37.
& 38.*

6 Hìnc eſt, quòd ſi in cauſa ciuili fuerit petita re-
pulſa, & terminus ſuper ea conceſſus fuerit elapſus,
non dabitur in integrum reſtitutio, maximè ſi vellet
crimina, aut teſtium defectus obiicere; ita ait Afflict.
in d. Conſtit. Obſcuritatem, num. 9. per ea, quæ *ibidem*
ſentit Andr. quæ omnia in dilatoriis iudiciis (prout
eſt fori declinatoria, *§. appellantur, Inſtit. de except.*)
Doctores paſſim admittunt, ſecùs in dilatoriis ſolu-
tionis, aut pacti, per ea, quæ dicit Archid. *in can. in
religioſum. 87. diſtinct.* Et an quis ſit Iudex, ſummariè
cognoſcitur, & in ſummariis non dari in integrum
7 reſtitutionem, decidit Capyc. *citata deciſ. 13.* Quæ
omnia fortius procedunt in criminalibus, vbi non
dari in integrum reſtitutionem, iuris eſt notiſſimi;
per text. *in l. auxilium, ff. de minor.* Bald. *in l. fin. Cod. in
quibus cauſ. in integr. reſtit. non eſt neceſſ.* Specul. *de in
integr. reſtit. §. 2. verſ. ſed pone, quòd Eccleſia*, Capell.
Tholoſan. *deciſ. 53.* vbi Aufrer. *in addition.* multa con-
gerit ad materiam, Cremenſ. *ſing. 23. n. 2.*

Et licèt articulus remiſſionis ſit ciuilis, nihilomi-
nus dicebam ipſe in facti contingentia, ſi in excep-
tionibus prædictis in ciuili iudicio propoſitis dare-
tur reſtitutio, quod negauimus; in caſu, de quo age-
batur non erat concedenda, quia dependebat à cau-
ſa criminali, & ab ipſa originem trahebat, & ſic iu-
8 dicium originale, non incidens ſpectandum eſſe; ar-
gumento *l. tutor*, ibi, *non titulo actionis, ſed debiti cau-
ſa, ff. de fideiuſſ.* & eſt Gloſ. *in l. 3. §. idem ſcribit, ff. de
pecul.* ne plus haberet incidens, vel emergens in iu-
dicio, quam ipſum principale iudicium; Specul. *de
reſt. §. 3. num. 10.* Et hoc in ſpecie videtur decidere
Andr. *in duobus locis*, per alia iura, & rationes ſcilicet
in *Conſtit. Obſcuritatem, in verſ. quid ergò ſi pœna*, &
in *cap. Imperialem, §. præterea ſi quis infeudatus, in fine
addition. de prohibit. feud. alien. per Federic.* in quibus
ponit quæſtionem, quòd ſi pœna dependens ex deli- 9
cto promiſſa fuerit Fiſco per contractum; tunc in
illo iudicio Fiſcus, Mulier, aut Minor non reſtituun-
tur, quia iudicium ſapit naturam eius rei, ſuper qua,
& de qua interponitur; allegat *l. item veniunt, §. cùm
prædixerimus, ff. de petit. hered. l. 1. §. planè, ff. ſi quis te-
ſtam. liber eſſe iuſſ. fuer.* & in *d. §. præterea*, vbi latiùs
diſſerit, & reddit alias rationes, ſcilicet quia attendi-
tur cauſa originalis iudicij, allegat *l. ſi id quòd, ff. de
donation. & l. 3. C. ad S.C. Macedon.*

Et quod Fiſcus, vbi tractat de aliquo lucro conſe- 10
quendo, ex delicto deſcendente, reſtitutionem in
integrum, ſiue primum, & ſecundum beneficium
petere non poſſit, inueni *de anno 1575.* deciſum fuiſ-
ſe in Regia Camera ad fauorem Vniuerſitatis Sul-
monis, contra Illuſtrem eius Principem, & Fiſcum,
in iudicio pro ſuo intereſſe ſubintrantem; vt habeo
ex quadam Apoſtilla Domini Præſidentis Bernardi-
ni de Sanctacruce, ſcripta ſuper allegationibus pro
dicto Principe, & Fiſco factis *in 12. vol. mearum Al-
legationum diuerſorum Iuriſconſultorum.*

Ecce igitur, quòd licèt articulus ſit ciuilis, tamen
quia dependet à cauſa criminali, reſtitutio denega-
tur, & fuit etiam deciſum *in ſupradicta deciſ.* D. de
Franch. *in fine*, vbi expoſuerat vidua querelam cri- 11
minalem, & cùm in cauſa remiſſionis petitæ per Iu-
dicem Eccleſiaſticum (ex quo prætendebatur, inqui-
ſitum eſſe Clericum) primum petiiſſet beneficium,
fuit per S. C. mulieri illi denegatum, referente præ-
ſtantiſſimo, ac integerrimo illo viro D. Fuluio Con-
ſtantio, tunc Regio Conſiliario, deindè vtriuſque
Supremi Collateralis Conſilij Regente Decano, &
Corleti Marchione.

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutio in integrum petita aduerſus ſen-
tentiam, an tacitè denegata intelligatur
per progreſſum ad vlteriora, & n. 2.*

ARGVMENTVM.

Reſtitutio in integrum petita aduerſus ſententiam, nùm à Iudice tacitè denegata cenſeatur, ſi ad vlteriora in cauſa proceſſit, nulla prouiſione facta ſuper reſtitutione petita. Exceptione declinatoria fori oppoſita, ſi Iudex ſuper illa nil pronunciauit, nùm per proceſſum ad vlteriora tacitè reiecta cenſeatur? & de aliis notabilibus.

CAPVT CXCIX.

1 RESTITVTIO in integrum petita aduerſus ſententiam, hodiè interrogatus fui, an à Iudice tacitè denegata cenſeatur, ſi ad vlteriora in cauſa fuerit proceſſum, nec alitèr ſuper petita reſtitutione pronunciatum.

Reſpondi pro dubij reſolutione, duos caſus diſtinguendos eſſe, quorum primus eſt; quando de petita reſtitutione fuerit coram Iudice inter litigantes diſcuſſum, qua diſcuſſione facta, Iudex non alitèr ſuper ea pronunciauit, ſed ad vlteriora in cauſa pro ſententiæ exequutione procedi mandauit. Alter caſus eſt, quando de petita reſtitutione nulla diſcuſſione facta Iudex ad vlteriora proceſſit.

2 In primo caſu, dic, petitam reſtitutionem tacitè cenſeri denegatam, omniáque ritè, & rectè proceſſiſſe, ita vt nullitas aliqua nullatenus allegari poſſit; ſecus in ſecundo, in quo per proceſſum ad vlteriora modo aliquo dici non poteſt, tacitè fuiſſe ſuper petitis pronunciatum, indéque oritur, vt omnia, quæ demum ſequuta fuère, pro nullis ſint habenda; videantur infraſcripti Doctores, ex quorum dictis diſtinctio hæc comprobatur, Bart. *in l. à procedente, n. 4. verſ. quandoque Iudex, C. de dilation.* ibique Alex. *in addition.* Paul. de Caſtr. *in l. fin. num. 7. ff. ſi cert. pet.* Ang. *conſ.* 88. Ludouic. Roman. ſatis benè *conſ.* 220. *num.* 8. *verſ. tertia concluſio eſt, & conſ.* 241. *num.* 7. *verſ. vltimò ſi dicatur*, & vtrobiquè Mandoſ. *in addition.* Felin. *in cap. ſuborta* 21. *col.* 4. *verſ. limita tamen prædicta, de ſenten. & re iudic.* Iaſ. *in l.* 2. *circa finem, C. ſi quis in ius vocat.* Boër. *deciſ.* 43. *n.* 3. & alij.

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutio in integrum vbi petitur aduerſus ſententiam, impedit illius exequutionem.*

Sed quid in ſententia Principis, numer. 3. *&* 4.

Et quid vbi cœptum eſt exequi, n. 4.

2 *Sententia iudicis inferioris ſuſpenditur per appellationem.*

6 *Sententiam exequi an ſemper impediatur per petitam reſtitutionem in integrum, & num.* 7. 8. 9. 10. *&* 11.

12 *Reſtitutio in integrum, quæ impedit ſententiæ exequutionem an in iuſtitia cauſæ operetur, vt ſemper ſit petenti deferendum.*

13 *Remedium ordinarium vbi adeſt, ceſſat extraordinarium.*

14 *Reſtitutio in integrum non petitur aduerſus æquè priuilegiatum, nec aduerſus decreta affirmatiua, n.* 15.

16 *Scriptura priuata præſentata poſt ſententiam, núm illius exequutionem impediat, & num.* 17. *&* 18.

ARGVMENTVM.

Reſtitutione in integrum petita aduerſus ſententias Præfecti Prætorio, vt illarum exequutio impediatur, quæ concurrere debeant. Læſio ſi in ſententia detegitur, an ſit locus huic reſtitutionis remedio, ſi reſtitutionem petens aliud non quærat, niſi ſententiam reuocari; non autem, vt euitet exequutionis damnum. Reſtitutio in integrum an poſſit peti aduerſus æquè priuilegiatū. Exequutio ſententiæ Sacri Conſilij an impediatur, ſi victus ſcripturas præſentauerit priuatas, quibus conſtaret de ſatisfactione illius crediti, ad quod condemnatus fuerat; & de aliis.

CAPVT CC.

RESTITVTIONEM in integrum aduer- 1
ſus ſententiam petitam, illius exequutionem impedire, probat text. *in l. vnica, C. de in integr. reſtit. poſtul.* & fuit pluries deciſum, vt videre eſt apud Capell. Tholoſ. *deciſ.* 54. Franc. Marc. *deciſ.* 52. *lib.* 2. Mohedan. *deciſ.* 2. Benintend. *dec.* 85. Theſ. *deciſ.* 181. Magon. *deciſ. Florent.* 133. Petrum à Syria *quæſt. forenſ. lib.* 1. *quæſt.* 27. & apud alios paſſim, idque indubita- 2
tum eſt in ſententiis inferiorum, quarum exequutionem per appellationem ſuſpendi, certum eſt, & proindè non eſt dubium, per petitam reſtitutionem impediri, cùm hoc etiam appellatio operetur; vt per Gloſ. & Doctores communitèr *in d. l. vnica.*

An autem impediat exequutionem ſententiæ 3
Principis, vel ipſius nomine prolatæ, controuerſum eſt; & licèt in puncto iuris receptior opinio ſit negatiua, vt per Innocent. *in cap. ſuſcitata, de reſt. in integr.* Bald. *in l. ſi cauſa cognita, in* 3. *notab. C. de tranſact.* Couarr. poſt alios antiquos *pract. quæſt. cap.* 25. *num.* 7. & omnium latiſſimè per Lancellot. *in ſuo tract. de attentat. par.* 2. *cap.* 18. *in tit. de attentat. reſtit. in integr. pend. limit.* 5. vbi hanc veram fatetur opinionem, Affl. reprobando, qui contrarium tenuit *in dec.* 356. *num.* 5. Attamen contrarium practicamus in Sacro
Conſilio Regni huius, vbi reſtitutiones propoſitæ 4
aduerſus ſententias admittuntur, & in exequendo ſuperſedetur, vt poſt Afflict. *loco cit.* dixit Capyc. *deciſ.* 53. & Vinc. Præſ. de Franch. *deciſ.* 86. *&* 702. Carleual. *de iudic. tom.* 2. *lib.* 1. *tit.* 3. *num.* 475. niſi ſen-
tentia exequutioni demandari cœpta eſſet, vt quia 5
mandatum de parendo victo notificatum eſſet, quo caſu per petitam reſtitutionem non impediretur, vt poſt Annam *in repet. capit.* 1. *de vaſall. decrep. ætat. numer.* 239. *& ſequ.* obſeruauit Reg. Rouit. *pragm.* 1. *numer.* 28. *ſub tit. de minor.* quem citat Monachus *in ſuis locupletiſſimis addit. ad deciſ. Minad. deciſ.* 14.

Sed videndum eſt, an ſemper verum ſit, vt obtenta 6
Regia

Regia decretatione de verbo faciendo, ad finem videndi an ſit deferendum, Sacri Conſilij ſententia ſuſpendi debeat?

Ad quod negatiuè reſpondemus, ſed plura requiri, vt victus in petita reſtitutione obtinere poſſit, ad effectum, vt ſententiæ exequutio impediatur. Et *primò* nè contra reſtitutionem petentem ſit præſumptio iuris, quòd id petat ad dilatandum; vt in caſu Minad. *in deciſ.14. ſuprà cit.* vbi fuit per S.C. deciſum, per reſtitutionem in integrum petitam non impediri exequutionem ipſius S.C. ſententiæ, ex quo Vniuerſitas, quæ reſtitutionem petebat, erat re vera dubitrix, & potius ad differendum petebatur reſtitutio, nec læſio verificata erat: idémque probauit etiam Menoch. *de præſumpt. lib.2. præſump.47. & 74. lib.1.* & Minſyng. *ſingul. obſer. cent.1. obſer.48. & cent.6. obſeru.80.* quos ad *citatam deciſ.* addit *Monach.* Quoties igitur malitiosè petitur reſtitutio ad exequutionem dilatandam, ſiue malitia, & calumnia manifeſta ſit, ſiue præſumpta, vtroque caſu exequutio non retardatur; ità Bal. *in authent. quæ ſupplicatio. C. de precibus Imper. offeren.* Lancellott. *loco cit. à num.63.* Sforz. *in tract. de reſtitut. in integr. qu.43. part.1. art.5.* vbi alios refert, declarando expreſſam, & manifeſtam calumniam, quando vel nulla adeſt læſio, aut cauſa reſtitutionis ridicula eſſet, præſumptam verò, quæ extrinſecùs cognóſcitur, ex his, quæ facta ſunt, vel ex qualitate Iudicis, qui iudicauit; requiritur ergò bona fides, & quòd non temerè petatur reſtitutio, vt per Bal. *in d. auth. quæ ſupplicatio.*

7 *Secundò* requiritur, quòd cauſa, propter quam reſtitutio petitur, ſit euidens, & manifeſta, Bart. *in l. ſi defendente, ff. de author. tutor.* Abb. *in c.1. in 2. notab. de reſtit. in integr.* quod indiſtinctè ſeruat Sacrum Conſilium, à quo tales non admittuntur reſtitutiones, niſi ex euidenti cauſa, vt per Afflict. Capyc. & Franch. *locis cit.*

8 *Tertiò* requiritur, quòd cauſa tendat ad reſcindendam ſententiam, Capyc. *cit. deciſ.53.*

9 *Quartò*, quòd probationes ſint in promptu, & altiorem non requirant indaginem, nimirùm vt euidenter conſtet de læſione, nec aliqua alia magna inquiſitio requiratur, ità Bart. *in l. Marcellus, num.3. ff. de iudic.* & *in l.4. §. condemnatum, ff. de re iudicat.* & *in d. l. defendente, nu.3. ff. de authorit. tutor.* & per DD. relatos per Sforz. Odd. *d. par.1. quæſt.43. art.4. n.63.* Et licèt aliqui contra *Bart.* tenuerint, vt indiſtinctè impediat exequutionem, etiam quòd cauſa altiorem requirat indaginem, vt per Rip. *in d. §. condemnatum, num.30.* & Pariſ. *conſ.100. n.80. lib.1.* tamen ipſimet, & poſt eos Benintend. *d. deciſ.85.* aiunt, quòd quando opinionem contra *Bart.* ſequeremur, id limitandum eſt, vt non procedat in ſententia Principis.

10 *Quintò* requiritur, quòd ad hoc aliquod producatur inſtrumentum, vel priuilegium, quod rem faciat euidentem, vt per plura probant Barbat. *conſ. 18. num.13.* Vrſill. ad Afflict. *d. deciſ.356.* & videtur eſſe de mente Innocent. *in cap. cum ex literis, num.6. de reſtit. in integr.* & Abb. *in cap.1. in 2. notab. eod. tit.*

11 *Vltimò* requiritur, quòd cauſa non ſit leuis, vel modica; pro qua, etiam minori, vel priuilegiato reſtitutionem denegari, latè probat Couarr. *var. reſol. lib.1. cap.3.* vbi alios refert, & communem dicit Ant. Gabr. *commun. concluſ. tit. de reſtit. in integr. quæſt.1.*

12 Illud tamen in hac materia certiſſimum eſt, quòd in omni caſu, vbi reſtitutio petitur, & ſuſpenditur, vel non, ſententiæ exequutio, in iuſtitia cauſæ reſtitutionis, ſi læſio in ſententia appareat, tunc demùm declarandum eſt, eſſe deferendum petitæ reſtitutioni, & ſic locum eſſe huic remedio extraordinario, ſi pinguiùs prouidet illud, quàm remedium ordinarium reclamationis; nam ſi pinguius non prouidet, ſed pari paſſu ambulant, omninò declarandum eſt, non eſſe deferendum; nam quoties habemus remedium ordinarium, ceſſare debet extraor- 13
dinarium; ità ex text. *in l. in cauſa cognitione*, quæ eſt 17. *ff. de minor.* deduxit Rot. *deciſ.34. & 62. de appell. in nouis*, Bart. & DD. communiter *in l. in prouinciali, §.1. ff. de non. oper. nunciat.* & *in l. fin. C. ſi aduerſus rem iud.* aliique plures relati à Sforz. Odd. *de reſtit. in integr. quæſt.17. art.2. per totum*, quibus addo Fontanell. *de pact. nupt. tom.1. clauſ.4. gloſ.18. part.1. num.103. & ſeq. & deciſ.113.* & Hieronym. de Leo *deciſ.166.* fingamus enim, quòd victus per reſtitutionem petitam aliud non quærat, niſi reuocationem ſententiæ, contra ſe latæ, non autem vt euitet executionis detrimentum, aliudve damnum, vel intereſſe, quod reparari non poſſet, niſi per reſtitutionem, eſtnè in hoc caſu concedenda reſtitutio? certè non; quia vti poteſt victus ordinario reclamationis remedio, cum in ea procedere non impediatur.

Illud etiam aduertendum, hæc omnia ceſſare, 14
quoties reſtitutio aduerſus æquè priuilegiatum peteretur, eo enim caſu omninò denegandam eſſe, probauit Bald. *in l. pupillorum, in fin. C. de repud. hæred.* Ioſeph. Ludou. *deciſ. Peruſ.54. num.8.* vbi dicit, poſt alios id firmaſſe Cephal. *conſ.7. num.16. & ſeq. lib.1.* quibus addimus Sforz. Odd. & alios, quos ipſe refert, & ſequitur *cit. tract. de reſtit. in integr. par.1. quæſt.18. art.5. poſt num.35. verſ. ſi verò vterque*, & Marc. Anton. Amat. *dec. Marchiæ 77. num.8. & 12.* niſi, qui petit reſtitutionem tractaret de damno, & ille, contra quem petitur, de lucro; vt pulchrè Maſtrill. *deciſ.44. num.6.*

Vltimò *ſuprà* firmatam concluſionem limitari di- 15
ces, vbi reſtitutio aduerſus decreta affirmatiua, de quibus per Afflict. *deciſ.261.* peteretur; in illis enim per petitam in integrum reſtitutionem ſuſpendi non poſſe exequutionem, dicit per S.C. deciſum idem Afflict. *in ſuprà cit. deciſ.356. in princ.* quem citat, & ſequitur Monach. *in d. deciſ.14. Minad.*

His viſis, in hac materia quæro de quæſtione, 16
quam non ſemel apud nos in facto contigiſſe ſcio, eſt enim indubitatum ex *ſuprà* reſolutis, exequutionem ſententiæ noſtri Sacri Conſilij, tanquam Præfecti Prætorio per reclamationem non impediri, minúſque per reſtitutionem in integrum, quæ petitur, quando requiſita iam relata non concurrunt. Sed quid dicemus, ſi lata ſententia, victus ſcripturas produceret priuatas, quibus mediantibus conſtaret de ſatisfactione illius crediti, ad quod condemnatus fuerat, nùm ſtante harum ſcripturarum præſentatione, Sacri Conſilij ſententia, vt non exequatur, impediri poſſet?

In hac re ſcio; vnum ex Noſtris in facti contin- 17
gentia partem ſuſtinuiſſe affirmatiuam, ad id aſſerendum motum ex dictis per Io. Vinc. de Ann. *in repetit. cap.1. num.142. & ſeq. de vaſall. decrep. ætat. fol. mihi* 170. vbi dicit, ad relationem D. Vincentij de Franch. tunc Regij Conſiliarij, demùm Præſidis meritiſſimi, in cauſa Henrici Gentilis cum Vniuerſitate Griptaliarum fuiſſe in Collaterali Conſilio deciſum, impediri exequutionem, cùm pro parte Vniuerſitatis eſſent præſentatæ quædam apodixæ de recepto, quamuis ab Henrico victore negatæ: Sed Ego dixi, quòd in caſu, de quo agebatur, doctrina *Io. Vincentij de Ann.* allegari non poterat; loquitur enim *Anna* in terminis reſtitutionis in integrum, quæ à perſona priuilegiata petitur ad impediendam exequutionem ſententiæ S.C. ad quam reſtitutionem fundandam præſentantur ſcripturæ, ex quibus

appareret de ſatisfactione crediti contenti in ſententia S.C. ſicque præſentatio, ſiue illarum ſcripturarum exhibitio petitæ reſtitutioni præſtat robur: ſed quando reſtitutionis remedium non eſt in me-
18 dio, ſicque victus nullum habet priuilegium ad obtinendam Regiam decretationem, ad finem videndi, an ſit deferendum, non video, per quas regulas ſententia Præfecti Prætorio impediri poſſit, dum preſentat victus ſcripturas priuatas, in quibus victor, vel eius author debitum recepiſſe confitetur, dùm illas negat; eſt enim hæc exceptio, quæ altiorem requirit indaginem, cùm requirat probationes extrinſecas; vndè ſententiæ exequutio impediri non poteſt. Quódque hoc verum ſit, non diſcedendo à ſcriptis per eundem *Amam*, dixi, quòd in eodem loco *in numeris præcedentibus* 236.*cum duobus ſequentibus*, intendens ipſe defendere, ſententiæ exequutionem impedimentum recipere ex præſentatione publici inſtrumenti de nouo reperti, determinationem contra Clientem reportauit, ex eo, quòd productum inſtrumentum non erat tam clarum, ſicque aliqua facti verificatione indigebat, ac proindè ſententiæ S.C. exequutionem impedire non poterat, Vndè, &c

---

SVMMARIVM.

1 *Oeconomi Eccleſiarum nùm ad nutum poßint eiicere Presbyteros ibi ad Sacra miniſtrandum deputatos, & n.*4.

2 *Negotia ad Eccleſiæ cultum ſpectantia laici pertractare non poſſunt.*

3 *Laici nùm poßint adminiſtrare bona temporalia Eccleſiarum.*

ARGVMENTVM.

Sacerdotes ſeculares deputati ad Sacra miniſtrandum in Eccleſia, cuius bona, & redditus per Laicos adminiſtrantur, qui Oeconomi, ſeu Magiſtri nucupari ſolent, nùm ab iniuncto ſeruitio per eoſdem Oeconomos ſeu Magiſtros ad nutum reuocari poſſint.

CAPVT CCI.

1 Sacerdotes ſeculares deputati ad Sacra miniſtrandum in Eccleſia, cuius bona, & redditus per Laicos adminiſtrantur, qui Oeconomi, ſeù Magiſtri nuncupari ſolent, reuocatur in dubium, nùm ab iniuncto ſeruitio, per eoſdem Oeconomos, ſeù Magiſtros ad nutum remoueri poſſint?

Scio, à docto Viro fuiſſe per hæc media negatiuè reſponſum; conſtat enim, nullam præfatis Oeconomis fuiſſe à iure tributam facultatem abſque Ordinarij authoritate Clericos, & Presbyteros in Eccleſia, cuius bona adminiſtrant, recipiendi, dein-
2 déque illos ab iniuncto ſacro munere dimittendi; etenim Laicis negotia ad Eccleſiæ cultum ſpectantia tractare vetitum eſt, cùm vt illa, Prælatorum tantùm iudicio diſponantur, ſtatutum ſit *in cap.* 1. *de iudic.* eiſdemque Laicis ſuper Eccleſiaſticis perſonis nullam, tam in ſpiritualibus, quàm in temporalibus, fuiſſe attributam cognitionem, dixerunt omnes per illa iura *in cap. Eccleſiæ S. Mariæ, de conſt. in c. fin. de rebus Eccleſ. alien. vel non, & in cap. benè*, 99. *diſt.*

Et quamuis hodiè in multis Eccleſiis, ſignanter 3
diuitibus, Oeconomi laici deputentur, qui illarum bona adminiſtrant; hoc quidem euenit ex Prælatorum tolerantia, non quòd de iure id fieri poſſit, *can. iudicatum*, 89. *diſt. & can. in noua actione*, 16. *queſt.* 7. quibus ſanctionibus expreſsè cauetur, vt laici ad Eccleſiaſtica bona miniſtranda nullatenus deputentur, illud enim, quod his Adminiſtratoribus à locorum Ordinariis indultum eſt, verſatur tantummodò in quodam nudo exercitio, prouidentia, & ſollicitudine, bona temporalia Eccleſiæ adminiſtrandi, & non in alio; *can. laicis*, 16. *q.* 7. Abb. *in d. cap.* 2. *num.* 9. & Bal. *num.* 8. *de iudic.*

Et nè per mendicata ſuffragia deambulemus, di- 4
co, concluſionem hanc, quòd laicis, abſque Epiſcoporum conſenſu nullatenus permittatur, Clericos, & Presbyteros ad Eccleſiæ inſeruiendum deputare, probari *in can. per laicos* 20. & *in can. inuentum* 38. 16. *q.* 7. Innoc. *in c. cùm venerabilis, in fin. de except.* Idemque vt abſque Ordinarij permiſſu nullo modo laicis ipſis licitum ſit Sacerdotes Eccleſiarum ſeruitio deputatos remouere, cautum eſſe *in can. laici* 57. *eadem cauſa, & quæſtione.*

Sed quicquid ſit de huius articuli veritate, praxis ſeruat contrarium in Regno, & maximè in hac Vrbe Regia Neapoli, in qua ad nutum Oeconomorum Eccleſiarum, quæ per laicos reguntur, Sacerdotes in illis ad Sacra miniſtranda electi, remouentur, & alij in locum remotorum eliguntur.

SVMMARIVM.

1 *Sententia tranſacta in rem iudicatam ſub prætextu inſtrumentorum de nouo repertorum, reuideri non poteſt.*

Sed limitatur in Fiſco, in Eccleſia, Pupillo, Minore, Furioſo, Prodigo, &c. & num. 2.

3 *Fiſcus, Eccleſia, cæterique priuilegiati quantum tempus habent ad perquirendas ſcripturas pro retractandis ſententiis, contra ipſos latis.*

Et quid vbi adſunt duæ ſententiæ conformes, num. 4. 5. & 8.

5 *Text.* in l. Imperatores, in 2. reſp. & in l. vnica, C. de ſent. aduerſ. Fiſc. lat. retract. lib. 10. *declaratur, & n.* 7. & 9.

6 *Reſtitutio in integrum ad id datur, quod quis facere potuit, & non fecit.*

ARGVMENTVM.

Sententia tranſacta in rem iudicatam, an, & in quibus caſibus ſub prætextu inſtrumentorum de nouo repertorum recedere poſſit. *Text. in l. Imperatores, in* 2. *reſp.* & *in l. vnica, C.* de

de ſentent. aduerſ. Fiſc. lat. retract. lib. 10. (quibus cauetur, fauore Fiſci, & Reipublicæ peti poſſe, vt ſententia in rem iudicatam tranſacta reuideatur, prætextu inſtrumenti de nouo reperti, an procedant, vbi adeſſent duæ ſententiæ conformes? & de aliis ad materiam pertinentibus.

CAPVT CCII.

1 SENTENTIA in rem iudicatam tranſacta, iuris eſt indubitati, quòd ſub prætextu documentorum de nouo repertorum nullatenus reuideri poteſt, ſicut & tranſactio: ſunt iura nimis clara *in l. Imperatores, in 1. reſp. ff. de re iudic. in l. ſub prætextu, C. de tranſact.* & *in l. ſub ſpecie, C. de re iudic.*

2 Eſt tamen verum, concluſionem iſtam ſemper illam recepiſſe limitationem, vt non habeat locum in Fiſco, *l.* 1. vbi Gloſ. & DD. communiter, *C. de ſentent. aduerſ. Fiſc. lat. retract.* Item in cauſa Reipublicæ, & qualibet Communitate, *d. l. Imperatores, in 2. reſp.* Sforz. *de reſt. in integr. par.* 2. *quæſt.* 75. *art.* 5. *numer.* 4. *&* 5. Item in Eccleſia, Pupillo, Minore, Furioſo, Prodigo, & aliis huiuſmodi, qui per alios reguntur, Gloſ. *in d. l. Imperatores*, & *in d. l. ſub ſpecie*, & *in d. l. vnica, C. de ſent. aduerſ. Fiſc. lat. retract.* Iaſ. *in d. l. Imperatores, à num.* 8. Sforz. Odd. *cit. quæſt.* 75. *art.* 2. 3. *&* 4. habentque perſonæ
3 hæ priuilegiatæ trium annorum ſpatium à die ſententiæ latæ ad ſcripturas perquirendas, & producendas, provt de Fiſco eſt text. clarus *in d. l. vnica*, quamuis *ibi* Bar. & Doctores communiter per viam reſtitutionis in integrum quadriennium dari aſſerant; ex regula text. *in l. ſuperuacuam, C. de tempor. in integr. reſt.* ſicque etiam ſcripſerunt omnes *in d. l. Imperatores*, præſertim Paul. de Caſtr. *poſt princ.* & Alex. *numer.* 6. Bal. *in d. l. ſub ſpecie*, aliique vt per Sforz. *loco iam dicto, art.* 6. *numer.* 18. Rationem aſſignant, nam licèt text. *in d. l. vnica*, de triennio tantùm verba faciat, id fuit, quia tunc temporis, reſtituendi in integrum tempus erat annus vtilis; ſed ſuperueniente demùm *Iuſtiniano Imperatore*, qui multo temporis ſpatio poſt *Antonium*, illius ſanctionis Conditore, rem Imperio præfuit, annum vtilem ad in integrum reſtitutionem petendam in quadriennium reduxit, *in d. l. ſuperuacuam.*

Et ſi dicas grauiſſimos Viros ab hac Bar. & ſequacium ſententia receſſiſſe, provt ſunt Butrig. *in d. l. ſub ſpecie*, Imol. *in d. l. Imperatores*, & Io. de Plat. *in d. l. vnica*, dum triennium tantùm concedi putarunt; id quod verius eſſe annuit Alex. *loco cit.* Reſponſio erit, quam iidem *Doctores* tradunt, vtramque opinionem cum diſtinctione procedere, duplex concedendo remedium Fiſco, cæteriſque perſonis ſuprà nominatis pro retractandis ſententiis aduerſus tales latis, vt ſi intra triennium à die latæ ſententiæ Fiſcus, Eccleſia, Vniuerſitas, Pupillus, Minor, Prodigus, &c. ſcripturas repererint, illis productis, & præſentatis, per ſimplicem querelam, ſententia vt reuideatur, petere poſſunt; & ità procedit text. *in d. l. vnica.* Verùm ſi in quarto anno noua inuenerint documenta; adhùc audiri poſſunt, non tamen per ſimplicem querelam, ſed per viam reſtitutionis in integrum, quæ illis competit, & procedet text. *in d. l. fin.* elapſo autem quadriennij tempore præcluditur via vlteriùs agendi, vt ſatis notanter ratiocinatur inſignis D. de Pont. *tract. de poteſt. Proreg. tit.* 4. §. 2. *à n.* 36. *ad* 39.

His ſic generaliter cognitis, ad peculiare dubium 4
deueniendo, quæro, an priuilegium hoc ad Fiſci fauorem, cæterarùmque perſonarum ſuprà deſcriptarum introductum procedat, vbi tranſitus in rem iudicatam conſideratur vigore duarum ſententiarum conformium, cum impoſitione perpetui ſilentij, provt apud nos ſunt ſententiæ Sacri Conſilij, & Regiæ Cameræ, à quibus reclamatione interpoſita, cognitóque iure illas fuiſſe prolatas, alia interponitur primæ confirmatoria, cum impoſitione perpetui ſilentij, an, inquam, ſi poſt ſecundæ prolationem intra triennium noua reperirentur inſtrumenta, vt reuideatur ſententia, peti poſſit?

Et hoc in caſu non procedere priuilegium prædi- 5
ctum, ſed tantùm aduerſus illam ſententiam, quæ in rem iudicatam ex capite non appellationis, vel illius non proſequutionis tranſitum fecit, indubitanter affirmo; ſic enim iura prædicta *Doctores* communiter intellexerunt, ſignanter Iaſ. *in d. l. Imperatores, numer.* 8. dum dicit, notandum eſſe caſum, in quo ſententia, à qua non eſt appellatum, & ſic tranſiuit in rem iudicatam, poteſt retractari. Ratio eſt manifeſta; etenim quando vnica tantùm eſt interpoſita, & prolata ſententia, aduerſus illam etiam in rem iudicatam tranſactam iura nonnulla adinuenerunt remedia, eius tollendo rigorem, & multoties in rem iudicatam tranſire impediendo, præſertim de impedimentis in appellatione, vel illius proſequutione docendo, & multa alia remedia, de quibus per DD. & ideò non mirum, ſi de hoc alio ſubſidio ex capite inſtrumentorum nouiter repertorum lex etiam fuit contenta.

Quod conceſſum fuiſſe dicendum eſt, ex quo in eo iuſtior cauſa, & maior æquitas, quàm in aliis remediis conſideratur, non enim in hoc iura vetera, & iam diſcuſſa proponuntur, ſed prorſus noua, & adhùc non cognita per inſtrumentorum, & ſcripturarum euidentiam; in caſu autem, vbi geminatæ interpoſitæ ſunt ſententiæ, cum perpetui ſilentij impoſitione, nullum conſideratur remedium, omneque præcluſum ſubſidium videtur; ſciebat enim lex, hoc aliud poſſe competere remedium, & nihilominùs ſilentium imponi iuſſit; Hinc Bal. *in l. fin. numer.* 3. *C. de reuocand. donat.* dixit, quòd aduerſus ſententias, in quibus ſilentium eſt impoſitum, nec prima contrauenientis vox in iudicio audiri debet. Quod ex alio corroboratur, nam ſi bina Iudicis monitio alicui facta ad iura ſua infrà certum terminum proponendum, cum ſilentij comminatione, operatur, vt illo tranſacto termino, ampliùs audiri non poſſit ad iura ſua proponendum, quæ forſan iuſta, & clara eſſe poſſent vt per Ang. *in §. ſi quis autem, Auth. de hered. & falcid.* cum aliis adductis per Afflict. *deciſ.* 264. & Capyc. *deciſ.* 205. quanto magis ſilentij impoſitio in caſu propoſito operari debet, in quo iura non ſolùm fuerunt propoſita; ſed etiam per duas ſententias, tam in prima, quàm in ſecunda inſtantia diſcuſſa.

Inſuper conſiderandum eſt, in integrum reſti- 6
tutionem ad id dari, quod quis facere potuit, & non fecit, provt optimè declarat Bar. *in d. l. ſuperuacuam*, ac proindè, quando aduerſus Fiſcum fuit prolata ſententia, dum ab illa non eſt appellatum, & ſic in rem iudicatam tranſiuit, ſumma cum ratione, prætextu nouorum inſtrumentorum, in integrum reſtitutio

reſtitutio ad appellandum eſt illi concedenda; & procedit text. *in d. l. vnica, C. de ſentent. aduerſ. Fiſc. lat. retract.* At quando eſt appellatum, ſiue apud nos ſupplicatum, & reclamatum, &c. & in gradu reclamationis prima ſententia eſt confirmata, cum impoſitione perpetui ſilentij, eo caſu nullatenus
7 procedere poteſt text. *in d. l. vnica*, & *in d. l. Imperatores, in 2. reſp.* cùm priuilegia etiam ſpecialia multiplicare non debeamus, ex regula text. & dictis per Doctores *in l. ſpeciale, ff. ſi cert. pet.* duplex enim in hoc caſu conſideraretur priuilegium, *Primum* nimirùm, vt audiatur Fiſcus, Eccleſia, Vniuerſitas, &c. intra quadriennium poſt ſententiam latam; *Secundum*, quòd audiatur aduerſus ſententiam, quæ perpetuum imponit ſilentium. Quarè omninò concludendum eſt, priuilegium prædictum ad Fiſci, Eccleſiæ, Reipublicæ, Pupilli, Minoris, Prodigi, & Furioſi fauorem introductum, tunc demùm locum habere poſſe, vbi ſententia in rem iudicatam fuerit tranſacta ex capite non appellationis, vel illius non proſequutionis; ſecus autem, vbi fuerit reclamatum, & viſis de iure videndis in ſecunda inſtantia alia fuerit prolata ſententia primæ confirmatoria.

8 Et nè in puncto rerum iudicatarum authoritate careamus, dico, ſic per Regiam Cameram *ſub die 9. Decembris 1577.* fuiſſe deciſum ad fauorem Comitis Montellæ: Etenim cùm ſpectabilis ille Comes ad Fiſci inſtantiam conuentus fuiſſet ad oſtendendum titulum ſecundarum cauſarum ipſius Status, allegato legis titulo, eas ſcilicet poſſediſſe, per ſpatium centum annorum, & vltra, datoque ſibi termino, plures produxit teſtes, ex quorum dictis per requiſita neceſſaria prædictum legis titulum probauit, adeò quòd fuit per Regiam Cameram abſolutus: & cùm Fiſcus ab hac ſententia reclamaſſet, in gradu reclamationis fuit confirmata, cum impoſitione perpetui ſilentij; Poſt hæc cùm Vniuerſitas Balneoli de his ſententiis notitiam habuiſſet, per quas obtinuerat iam Comes ſecundas cauſas, comparuit in Regia Camera, factaque diligentia inuenit priuilegium Regis Ferdinandi primi in anno 1477. in quo prædeceſſoribus Comitibus de domo Cauaniglia conceſſæ reperiebantur Terra Balneoli, & aliæ cum primis cauſis tantùm, vndè producto hoc priuilegio penes acta, petiit Vniuerſitas prædicta pro intereſſe ſuo, inſtante etiam Regio Fiſco, declarari facere, etiam per viam reſtitutionis in integrum, quatenus ea indigerent aduerſus ſententias prædictas ex hoc priuilegio nouiter reperto declarari facere, Comitem ſecundas cauſas non habere; ſed illas ad Regium Fiſcum ſpectare, & per prædicta fuit deciſum, quòd tempora non largiebantur, prout habeo ex quibuſdam manuſcriptis *D. Marci Antonij de Ponte*, olim Sacri Conſilij Præſidis meritiſſimi, & *D. Hectoris Caraccioli*, qui eo tempore vnà ſimul cum *D. Reg. de Ponte* pro Comite in cauſa prædicta patrocinabantur, in quibus deciſionem notatam inueni manu *D. Bernardini de Sancta Cruce*, qui fuit Præſidens, & Locumtenens digniſſimus Regij patrimonij per hæc verba: *Die 9. Decembris 1577. fuit prouiſum, Ill. Comitem non moleſtari ad inſtantiam Vniuerſitatis, cùm nullum ſibi competat ius, nec ad inſtantiam Fiſci, ſtantibus duabus ſententiis latis, non obſtante priuilegio præſentato de nouo, &c.*

9 Vltimò, illud eſt etiam in hac materia notandum, quod in cauſa prædicta *D. Marcus Antonius de Ponte* animaduertebat; nimirùm priuilegium, de quo *ſuprà* reſtitutionis in integrum petendæ, ſub prætextu inſtrumentorum nouiter repertorum, non aliter fuiſſe à lege introductum, niſi reſpectu rei condemnati, & in eius fauorem: & ſic quando Fiſcus, Reſpublica, Eccleſia, Pupillus, &c. conueniuntur, & condemnantur, vt poſſint demùm non obſtante quòd ſententia fuerit in rem iudicatam tranſacta, intra certum tempus petere, vt illa reuideatur, ſub prætextu ſcripturarum de nouo repertarum; ſecus autem illis actoribus exiſtentibus, qui ſuccubuerunt: diſcriminis ratio patet ſatis, nam cùm in actoris arbitrio ſit, vtrùm, vel nè, litem mouere velit, dum poſteà hoc eligit, & ità deliberat, ad iudicium inſtructus accedere debet, ſua præparare iura, & pro illis perquirendis omnem adhibere diligentiam; aliàs ſibi imputandum, quatè litem mouit priuſquam documenta reperiret, contra conſilium text. *in l. 1. & in l. qui accuſare, C. de edendo*, & ideò aliter faciendo, cùm ſit in culpa, videtur ceſſare æquitas, & iuſta cauſa, ſuper qua reſtitutionis beneficium potiſſimè fundatur; hæc ſiquidem ratio ceſſat in reo, qui cùm inuitus in iudicium trahitur, non poteſt ſic ſibi conſulere, ac proindè eſt omni excuſatione, ac beneficio dignus, & in puncto hac ratione attenta firmauit Paul. de Caſtr. *conſ. 257. par. 2.* in libro meo, & incipit, *In cauſa, quæ vertitur Parmæ*, Curt. Iun. *conſ. 18. nu. 2. lib. 1.* & Boër. *deciſ. 307. circa finem*, & apertiùs colligitur ex exemplis per Scribentes traditis in *iuribus allegatis*, & præſertim de reo conuento, qui poſt ſententiam in rem iudicatam tranſactam ſolutionis inſtrumentum reperit, vt *ibi* per eos, &c.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata à Iudice Eccleſiaſtico contra laicum, qui ad ſuum Iudicem ſe remitti non inſtiterat, an ſit de iure valida.*

2 *Sententia lata à Iudice incompetente eſt ipſo iure nulla.*

Sed an hoc ſit ſemper verum, num. 3.

4 *Laici poſſunt prorogare iuriſdictionem Iudicis Eccleſiaſtici: non è contra.*

ARGVMENTVM.

Sententia lata à Iudice Eccleſiaſtico in actione hypothecaria contra laicũ, & Clericum, rem obligatam pro indiuiſo poſſidentes, nùm poſſit executioni mandari contra laicum, qui ad ſuum Iudicem ſe remitti inſtat? ad ornatum text. *in l. fin. C. de exception. & præſcript.*

CAPVT CCIII.

SENTENTIA lata per Iudicem Eccleſiaſticum in actione hypothecaria 1
contra laicum, & Clericum fratres, rei obligatæ pro indiuiſo poſſeſſores, his diebus dubitabatur, an executioni mandari poſſet contra laicum, qui ad ſuum Iudicem ſe remitti inſtabat?

Et

2 Et pro ratione dubitandi videbatur pro laico conuento, & condemnato reſpondendum, per text. *in l.1. & fin. C. ſi à non compet. iudic.* vbi ſententia lata à Iudice incompetente eſt ipſo iure nulla: Sed contrarium verius eſſe fuit reſolutum; nam etſi attenta diſpoſitione *d. l.1. & fin.* dubitari non poſſit, quin ſententia à Iudice incompetente lata ſit nulla, attamen iuris hoc axioma eſt intelligendum, ſi quis citatus coram Iudice incompetente, de incompetentia oppoſuit; ad text. *in l. fin. C. de except. & pra-*
3 *ſcript.* nam ſi nihil dixerit, ſed de iure ſuo cognoſci paſſus fuit, certè ſententia demùm lata erit valida, quia dum poterat de Iudicis incompetentia opponere, & non oppoſuit, Iudicis citantis iuriſdictionem prorogaſſe cenſetur; poſſumus enim nos laici Iudi-
4 cis Eccleſiaſtici iuriſdictionem prorogare, licèt non è contra, vt per DD. quos citant Ozaſc. *deciſ.78. nu.8.* Carol.de Graſſ. *de effect.clericat. effect.1.n.75.*& Gratian.*deciſ.111.nu.15.*facit ad propoſitum notabilis *deciſio Afflict.20.* vbi Sacrum Conſilium cenſuit ſententiam latam per Curiam Admiratiæ contra non ſubditum, fore exequutioni demandandam: ex quo dum de incompetentia non oppoſuerat, Iudicis citantis iuriſdictionem prorogaſſe videbatur.

SVMMARIVM.

1 *Seruitutem allegans in aliquo Territorio habere, an abſtinere debeat, Domino territorij ſe opponente, vel potiùs lite pendente in poſſeſſione ſit conſeruandus.*

2 *Seruitus quibus modis acquiratur, & n.3.*

4 *Text.* in cap. cùm perſonæ, de priuileg. in *6. declaratur.*

5 *Turbans aliquem in proprio territorio, habet iuris aßiſtentiam; & qui turbatur, reſiſtentiam.*

6 *Præſcriptio centenaria requiritur pro acquirenda ſeruitute, cauſam habente diſcontinuam.*

7 *Præſcriptio immemorabilis ſi ab aliquo allegatur, non poteſt allegans lite pendente conſeruari in poſſeſſione, quam allegat; ſed debet priùs illam probare.*

8 *Interdicto ordinario* Vti poſſidetis *intentato, ſi Iudex pronunciauit, dandum eſſe terminum, an poſſit intentari ſummarisßimum manutentionis, & num.9.*

10 *Attentatorum iudicium non impedit cauſam principalem, ſuper remedio Retinendæ poßeßionis intentatam.*

11 *Attentare non dicitur, qui poßeßionem continuat.*

12 D. Antonius Ianuarius *Præſes S.C. Neap. commemoratur.*

ARGVMENTVM.

Seruitutem ſi quis allegauerit habere iuris paſcendi, aquandi, ſiue lignandi in alieno territorio, Domino illius territorij ſe opponente, nùm abſtinere debeat, vel potiùs lite pendente ſit in ſua quaſi poſſeſſione conſeruandus. Inſtituto iudicio ordinario Interdicti *Vti poſſidetis*, an intentari poſſit extraordinarium, ſiue ſummariiſſimum, quod ab Hiſpanis *Interim* nuncupatur? & de aliis; vbi ſingularis obſeruatio *D. Ioannis Angeli Piſanelli*, cum deciſionibus *Sacri Conſilij.*

CAPVT CCIV.

SERVITVTEM iuris paſcendi, aquandi, ſiue lignandi, ſi quis allegauerit, in 1
alieno territorio acquiſiuiſſe, dubitatur, nùm Domino territorij ſe opponente, abſtinere debeat, vel potiùs lite pendente ſit in ſua quaſi poſſeſſione conſeruandus?

Contigit aliàs in ſupremo Regni huius Senatu de his diſputari in cauſa Vniuerſitatis Caſalis Pappanicis cum Io. Dionyſio Suriano, qui cùm poſtquam ab Ill. Principe Strongoli feudum quoddam emiſſet, quod dicitur *de Appriglianello*, procurauit, vt de ordine M.C. bannum illùc emanaretur, aliorum prohibens acceſſum, quauis occaſione, & cauſa aquæ ducendæ, lignandi, paſcendi, &c. abſque expreſſa ipſius Domini licentia: aduerſus quod comparuit Vniuerſitas Caſalis prædicti, & eligendo in forum S.C. egit Interdicto *Vti poſſidetis*, quod pro rebus incorporalibus, prout ſunt iura, & ſeruitutes, competere, dixit Gloſ. *in l.1. ff. de Interd.* aſſerens, per tempus immemorabile ſtetiſſe illam, ac ſtare in pacifica quaſi poſſeſſione iurium prædictorum, ac proindè in ea fore conſeruandam contendebat.

Ego Io. Dionyſij defendens partes, attento ſtatu motæ litis, cernere non poteram, quibus mediis Vniuerſitas Pappanicis ſola eius aſſeueratione, nimirum quòd per tempus immemorabile fuerit in quaſi poſſeſſione iurium prædictorum, vt in ea manuteneretur abſque termino obtinere potuiſſet. Etenim dicebam, cùm nulla ſeruitus cauſam habeat 2
naturalem, ius hoc acquiſiuiſſe, altero dumtaxat ex duobus modis prætēdere poterat; vel & *primò* iure ſeruitutis, medio contractu, aut teſtamento conſtitutæ: vel & *ſecundò* ſpatio centum annorum præſcriptæ: ità ſanè ratiocinantur DD. *in l.1. §. fin. & l.ſeq. ff. de aqua pluuia arc.* Iacob. Menoch. *de retin. poſſeſſ.remed.6. num.12.* & Iacob. Cancer. aliis omiſſis, *var. reſol. lib.3. cap.4. num.244.* Si primum inſpicimus acquiſitionis modum, illum prorſus deficere agnoſcebam; nullibi enim in ſupplicatione per Vniuerſitatem porrecta legebatur, reperiri in pacifica poſſeſſione, ſeù quaſi huius ſeruitutis, ex eo, quòd illam ex gratuita, vel oneroſa conceſſione Dominorum feudi prædicti aſſequuta eſſet, ac proindè non erat, cur eo tempore de hoc acquiſitionis modo tractari potuiſſet.

Sin autem alterum præſcriptionis inſpicimus, in 3
quo videbantur Aduerſarij ſe fundare, dùm aſſerebant, per tempus, cuius memoria non extabat in contrarium, reperiri in poſſeſſione, ſeù quaſi, aquandi, lignandi, paſcendi, & iurium ſimilium; & in hoc cùm

cùm Vniuerſitas eo tempore iuris habebat reſiſtentiam, ius enim reſiſtit, vt quis me inuito ad fundum meum accedat, illiuſque commoditatibus fruatur, *l.fin.* vbi Doctores, *C. de paſc. publ. lib.*11. Gloſ. *in l. pratum, ff. de verb.ſignif.* Marin. Frec. *de ſubſeu. lib.*2. *in* 46. *auth. num.*8. *fol. mihi* 375. certè donec, & quouſque non fuiſſet in probatis, nimirum, vt tempus illud, quod allegabat, immemorabile probaret, abſtinere cogebatur; nam hoc eſt de iure, vt qui in ſola, & nuda præſcriptione ſe fundat, lite pendente, & ſic donec de ea conſtet, iure illo, quod prætendit habere præſcriptum, vti prohibeatur: hic eſt caſus,
4 inter alios, quos decidit text. *in vulgato cap. cùm perſona, de priuil. in* 6. vbi tunc demùm lite pendente quis venit conſeruandus in quaſi poſſeſſione iuris, quod dicit tenere contra habentem intentionem fundatam de iure communi, ſi iuris ſui produceret titulum, vel ſi allegaret præſcriptionem, & cum illa inſimul allegaret, & exhiberet titulum ſaltem coloratum, qui talis ſit, vt allegatam poſſeſſionem iuſtificet, iuſtámque præbeat præſcribendi cauſam: in quibus ſanè terminis procedunt allegata per Io. Vinc. de Anna *alleg.*84. & *deciſ.* Capyc. 189. de qua tamen non benè ſenſit Seſe *de inhib.cap.*5.§.10.*n.*19. Cæterùm ſi in ſola præſcriptione quis ſe fundet, prout in caſu, de quo agebatur; determinatur expreſsè *in eo text.* vt lite pendente ſit conſeruandus ille, contra quem allegatur præſcriptio, ex eo quòd ius commune pro ſe habet, & aduerſario ius reſiſtit, vt benè *ibi* hæc omnia declarant Philip. Franc. Gemin. Anch. & omnes, Abb. *in cap.*1.*vt lit.pend.* & *in cap. cùm veniſſent, de inſtit.* & in terminis noſtris Ioann. Franc. de Pont. *conſ.*97. *per tot.* præſertim *à num.*20. *vſque* ad 27. & *in deciſ.*18.*num.*12. Regens Rouit. ſatis benè
5 *in prag.*1. *à num.*29. *de iuriſd.inuic.non turb.* vbi inter plura notatu digna dicit, eum, qui in proprio territorio turbat, fundatam habere intentionem de iure communi, ſicque iuris aſſiſtentia inniti; eum verò, qui turbatur, iuris reſiſtentiam contra ſe habere. Idemque Reg. Capyc. Galeot. *controu.iur.lib.*2. *contr.*53.*nu.*6. & his addendi ſunt Frecc. *in ſuprà citata* 46. *auth.num.*7. vbi prætendens Baro ex generali ſermone verborum, in eius priuilegio contentorum immitti facere propria authoritate animalia in territoriis particularibus vaſallorum, S.C. mandauit, vt lite pendente abſtineret, per text. *in d.cap. cùm perſona,* donec inſtructo proceſſu, Partibus auditis, aliter prouideretur: & magis in puncto Io. Franc. Capibl. *in tract. de author. Baron. lib.*2.*cap.*76. vbi prætendente Archiepiſcopo Conſano, vti Barone in ciuilibus Terræ S. Mennæ conſeruari, & ampliùs à vaſallis non turbari in ſua quaſi poſſeſſione pro fida paſcuorum, quam ille exteris animalibus in territoriis domanialibus Vniuerſitatis faciebat, fuit per S.C. ad relationem tunc Reg. Conſil. Ferdinandi Brancia, nunc Regentis meritiſſimi, datus terminus ſimpliciter, de præſcriptione per Archiepiſcopum allegata nulla ratione habita.

6 Quæ omnia eò fortiùs in caſu prædicto, procedebant ſine controuerſia, cùm iura, quæ Vniuerſitas Pappanicis allegabat, præſcripſiſſet, vt cauſam diſcontinuam habentia, non niſi centum annorum ſpatio præſcribi poterant, vt per Gloſ. & DD. *in l. ſi ſeruitutes, la grande, ff. de ſeruit.tit. generali, in l.*2.*C. de ſeruit. & aqu. & in l. hoc iure,* §. *ductus aquæ, ff. de aqua quotid. & æſtiu.* Balb. *de præſcrip.*3.*p.*4. *princip. q.*1. *num.*3.*fol. mihi* 227. & pluribus aliis relatis de horum iurium præſcriptione indiuidualiter loquens probat Cancer. *cit.cap.*4.*à n.*46.*vſque & per tot.n.*51. vndè fiebat locus receptiſſimæ concluſioni, nimi-
7 rùm quòd in caſibus, in quibus immemorabilis requiritur præſcriptio, quoties illa allegatur non poterit allegans in poſſeſſione, quam allegat conſeruari, niſi priùs tempus illud immemorabile probet, ità ſanè ſcripſerunt Roland. *conſ.*89.*nu.*15. & 36. *lib.*2. Peregrin. *de iure fiſci, lib.*6.*titul. de præſcript. num.*24. Gratian. *diſcept. forenſ. lib.*3. *cap.*441. *num.*14. & aliis relatis Ioan. Franc. Capibl. *lib.*2.*de author. Baro.c.*77. *n.*15.*verſ. cæteri Doctores,* qui omnes ad hoc probandum allegant text. *in d.cap. cùm perſona.*

Vndè cùm Vniuerſitas vſque ad illud tempus non erat in probatis, dicebam Ego, quòd impartiendus erat terminus, & interim cùm ius ei reſiſtebat, à turbando abſtinere cogebatur, ſed quia Partes ſe concordarunt, nil fuit determinatum.

Poſt hæc, Amicus quidam, qui hæc omnia con- 8
ſiderauit, voluit à me ſcire, ſi in hac cauſa Sacrum Conſilium cenſuiſſet, impartiendum eſſe terminum ſimpliciter, an demùm potuiſſet Vniuerſitas extraordinarium, ſiue ſummariiſſimum manutentionis intentare remedium: hoc enim Interdictum *Vti poſſidetis*, vt etiam Tyrones ſciunt, duplex eſt, ordinarium nimirùm (quod ab Vniuerſitate inſtitutum fuerat) in quo iuris ordine ſeruato proceditur, & vt dixit Bar. *in extrauag. Ad reprimendum, in verbo ſummariè*, principaliter, atque abſolute de Partium poſſeſſione diſceptatur; & extraordinarium, ſiue ſummariſſimum, (quod ab Hiſpanis *Interim* nuncupatur) reſpondi ſtatim ab omni dubio procul, hoc licere, illámque vulgatam apud nos Capyc. *deciſ.*96. *in* 2. *dub.* allegaui, & ex recentioribus Io. Petr. Fontanel. *de pact.nupt.tom.*2. *clauſ.*7.*gloſ.*3.*par.*10.*num.*7. & Ludouic. Poſt. *in ſuo tract. de manutenen. obſeru.*2. *num.*45. reperi demùm, ità pariter in vna facti contingentia (quod fuit cauſa, vt hæc notarem) reſpondiſſe inſignem illum, ac celebratiſſimum Iureconſultum *D. Io. Angelum Piſanellum*, qui per infraſcripta verba propria eius manu ſcripta dubium abſoluit, quæ hìc imprimi facere placuit, & ſunt tenotis ſequentis.

Ieſus, Maria.

Orta controuerſia inter Ill. Principem Melphiæ 9
Ioannem Caracciolum, & Ill. Comitem Potentiæ magnum Regni Seneſcallum ſuper Interdicto *Retinendæ*, dubitatum fuit, an ſi inſtitum fuiſſet, quòd capiatur informatio interim, ad finem prouidendi lite pendente, quis commodo poſſeſſionis gaudere debuiſſet, ſic ordinari deberet? prima facie contra Comitem, informationem capi petentem, videbatur, non eſſe informationem capiendam, quia Princeps continuabat poſſeſſionem, & ſic euentus plenarij iudicij erat expectandus, ſicut dicimus in eo, qui propoſito iudicio *Retinendæ* petebat reuocationem attentatorum, iuxta notata per Card. *in clem. fin.*2. *oppoſit. vt lite pend.* & tunc *Dominus Antonius*
Capycius, qui erat cauſæ Commiſſarius dicebat, 10
quòd aliàs Sacrum Conſilium in cauſa Notarij Bernardini Caſtaldi cum qu. Domino Carolo Coppùla Medico, & filio eius ità decreuerat, ſcilicet quòd non eſſet locus petitioni reuocationis attentatorum, ſtante petitione primo loco oblata ſuper plenario poſſeſſorio *Retinendæ*; quem proceſſum videre volui tunc, & reperi decretum factum 4. Iunij 1512. referente qu. Domino Io. Alouſio Attaldo cauſæ Commiſſario, Viro ſubtiliſſimo, de quo caſu demùm ipſe *Capycius* fecit *deciſionem*, quæ eſt *num.*72. quem caſum in remedio attentatorum Ego reputaui ſemper verum, & in pluribus cauſis ità determinari feci, pro quo ſolitus ſum allegare Rot. *in nouis, in tit. de reſti i ſpoliat. dec.*11.*incip. Si Rector*, dum *ibi* deciditur.

ditur, quòd qui continuat, non dicitur ſpoliare; pro qua videndus eſt Geminian. *in cap. ad decimas, col. 1. in fine, de reſtit. ſpoliat.* & quæ ſcribit Bertrand. *in conſ. 253. vol. 2.* & de continuante, quòd non dicatur attentare, per Dec. *conſ. 103.* & Socin. *in conſ. 95. col. fin. vol. 3.* & de innouatione facta ſuper re principaliter petita per Franch. *in cap. ſignificanti, de appellat.*

11 Tandèm Ego patrocinando pro Comite dicebam, eſſe diuerſitatem, quia in attentatis propter regulam, quòd qui continuat, non dicitur ſpoliare, nec attentare, benè procedit, quòd non ſit articulus attentatorum diſcutiendus, cùm ſit determinare cauſam principalem, & in diſcuſſione nil aliud erit tractandum, quam de poſſeſſione, ad finem vt videatur, quis poſſidebat tempore litis motæ, vt ſic inſpiciatur, an poſt litem motam innouatum ſit; ſecus tamen eſt, quando propoſito iudicio *Vti poſſidetis*, vna pars inſtitiſſet, ad finem vt durante illo iudicio eſſet manutenendus aliquis ipſorum, vt demum diſcutiatur, quis erit actor, & quis probare habeat, iuxta theoricam Paul. de Caſtr. *in conſ. 5. lib. 2.* incipit, *In cauſa, quæ vertitur coram D. Vicario Poteſtatis Pergomi*, quia hoc non impedit diſcuſſionem in plenario iudicio poſſeſſorio, vt *ibi* per Paul de Caſtro, qui aſſignat rationem: & tunc Domini de Sacro Conſilio, in
12 quo præſidebat ille Vir prudens, maximi iudicij, & longęuæ experientiæ *D. Antonius Ianuarius*, dixerunt mihi, quòd in cauſa Domini Roberti Bonifacij cum Domino Belliſario Aquauiua, Marchione tunc Neritoni, demum Duce eiuſdem Ciuitatis, ita fuerat deciſum, prout nunc reperitur *deciſio* impreſſa per Capycium *num. 96. in 2. dub.* Et ita fuit in cauſa ipſa determinatum, ſcilicèt quòd capiatur informatio, quis lite pendente eſſet manutenendus: & demum in alia cauſa inter eundem Comitem Potentiæ, me aduocante, & Ill. Principem Hoſtiliani, relatore eodem *Capycio* ita fuit deciſum, & pro iſta opinione in effectu conſuluit Albert. Brun. *conſ. 98. col. 2.* & iſtæ duæ determinationes apud nos non habent difficultatem, cùm in multis aliis cauſis ita demum fuerit practicatum.

Ioannes Angelus Piſanellus.

SVMMARIVM.

1 *Seruitus cauſam habens continuam, vel quaſi, per quantum tempus præſcribatur.*
2 *Seruitus, quæ dicatur habere cauſam continuam, & quæ quaſi, declaratur.*
3 *Feneſtras fieri in pariete communi ius reſiſtit.*
Sed an ius hoc præſcribi poſſit, ibidem.
Et quid in Ciuitate Neapol. ibidem, & num. 4.
5 *Domum habens ſupra, vel extra domum vicini, ſi velit ſuper illa alia ædificare membra, poterit in illis feneſtras facere, quæ tamen non ſint veteribus ampliores.*
Sed quid ſi velit feneſtras facere in parte inferiori, ibidem, & n. 6. 7. 9.
8 *Text. in* l. ſeruitutes, §. ſtillicidium, ff. de ſeruit. vrban. prædior. *declaratur.*
10 *Conſuetudines ſunt ſtricti iuris.*

ARGVMENTVM.

Seruitus cauſam habens continuam, vel quaſi, nùm præſcribi poſſit, & quanto tempore? & quæ dicatur ſeruitus cauſam habere continuam, & quæ quaſi continuam? Domum habens cũm feneſtris ſupra, vel iuxta domum, ſiue hortum vicini, an ſicut attenta *Cõſuetudine Neapolitana*, volens nouum facere ſolarium, poteſt nouas facere feneſtras per directum feneſtræ inferioris, ita paritèr valeat in membro inferiori, in quo nulla vnquam fuit apertura, nouam facere feneſtram per directum feneſtræ membri ſuperioris? vbi notabilis obſeruatio *Dom. Ioannis Angeli Piſanelli.*

CAPVT CCV.

SERVITVTEM cauſam habentem continuam, vel quaſi, præſcribi ſpatio decem annorum inter præſentes, & viginti inter abſentes, exemplo bonorum immobilium, eſt apud omnes ſine controuerſia; ex text. *in l. 2.* vbi Gloſ. & DD. *Cod. de ſeruit. & aqua, in l. ſi quis diuturno, ff. ſi ſeruit. vendicet.* & in l. *foramen, ff. de ſeruit. vrban. prædiorum*, benè Veronenſ. *in tract. de ſeruit. vrban. præd. cap. 19. numer. 7.* vbi *num. præcedent.* declarans, quæ dicatur 2 ſeruitus cauſam habere continuam, & quæ quaſi continuam, ait, illam ſeruitutem dici cauſam habere continuã, & perpetuam, quæ ſemper eſt in vſu actualitèr, & potentialitèr, vt eſt ſeruitus aquæductus, altius non tollendi, & ſimilis; quaſi verò continuam, ſiue quaſi perpetuam dici illam, quæ continuò potentialitèr, ſed non actualitèr eſt in vſu, vt eſt ſeruitus ſtillicidij, vel ductus aquæ ex Cœlo cadentis; cauſam paritèr dico habere continuam, & perpetuam, ſeruitutem illam, quam quis acquirit in pariete communi, aperturas, ſiue feneſtras faciendi, ius enim reſiſtit, vt quis in pariete communi aperturas faciat, *l. penult. ff. de ſeruit. vrban. prædior.* latè Anel. Amat. *conſ. 40.* vndè ſi quis bona fide, aduerſario præ- 3 ſente, & non contradicente in communi pariete feneſtras aperiret, ſic decem annorum ſpatio hac vtens ſeruitute, dico ego, iure communi attento, quòd non poteſt de cætero cogi ad illas claudendum: eſt tamen verum, quòd in hac Ciuitate inoleuit praxis, quæ antiquiſſima eſt, quòd vbi in communi pariete hæc inueniuntur foramina, ſiue aperturæ, aut feneſtræ, ſed ſine cantonibus, accedente Tabulario ordine M. C. ſuper faciem loci, illas claudi mandat, quamuis antiquas, & diu forſan toleratas, de qua quidèm praxi teſtantur Ant. Capyc. *ad Conſuet. Si quis habet parietem, ſub tit. de ſeruit. in annotat.* quæ incipit, *Nota, quòd Tabularij*, & Cæſar Vrſil. *in addition. ad Affl. deciſ. 265. num. 15. 16. 17. & 18.* qui tamen dicunt, hoc non poſſe procedere, quotiès 4

4 membrum, in quo fuit factum foramen, totalitèr remaneret obſcuratum, ſicque aliundè lumen habere non poſſet;eo enim caſu rè ædificia remanerent inutilia,adhùc ſi præſcriptio non ſubintraret, putarunt hi *Doctores*, cogi poſſe vicinum ad lumen tantum ingrediendum,pretio mediante permittere, vt apertura non claudatur; licèt in hoc *Anel. Amat.* alitèr ſenſerit *in cit. conſ.*40. vbi indiſtinctè tuetur, quòd quando apertura reperitur ſine cantonibus, eſt omninò claudenda, quamuis antiqua, adhùc ſi membrum illud,in quo facta reperitur, remaneret penitùs obſcuratum: quæ tamen opinio mihi ſemper ſatis rigoroſa viſa eſt, vbi ius vicini multum deterius non fit.

5 Sed quicquid ſit de hoc, verſamur nos in caſu, vbi quis in pariete communi, vel iuxta domum vicini feneſtras haberet, vel iure ſeruitutis præſcriptæ, vel mediante contractu, aut vltima voluntate acquiſitæ, ad tradita per Gloſ.*in l.ſeruitutes,num.*35.§. *ſi antea, in verb.quoquo modo, ff.de ſeruit. vrban. prædior.*& cùm in hac Ciuitate *Conſuetudo* vigeat ſcripta Incipiens, *Si quis habet domum, ſub tit.de apertur.non faciend.* qua ſancitum eſt, vt habens domum ſupra, ſiue iuxta domum,hortum, locum, vel aream vicini, in qua quidèm domo ſunt aperturæ dominantes domum, hortum, locum, vel aream vicini ſi domum illam altius velit extollere, aliudquè ædificare ſolarium, ſiue membrum, valeat hic talis in ipſo nouo ſolario, ſiue membro alias facere aperturas,quæ tamen ampliores non ſint,nec veteribus longiores, & fiant in directum aliarum veterum aperturarum; fuit non ſemel dubitatum, an ſicut attenta hac *Conſuetudine* in nouo ſuperiori ſolario, ſiue, vt nos vulgò dicimus, *appartamento*, poſſum ego facere nouas feneſtras per directum feneſtræ inferioris, ita paritèr poſſim, ſicque mihi liceat in membro inferiori, in quo nullum vnquam fuit foramen,ſiue apertura,nouam facere feneſtram per directum feneſtræ membri ſuperioris?

6 Matthæus de Afflict. in puncto *deciſione ſua* 224. hoc mihi licere in pleno Conſilio votatum refert, ſicquè dicit, *Conſuetudinem* hanc fuiſſe extenſam, vt non ſolum mihi liceat facere aperturam in nouo membro ſuperiori per directum aperturæ membri inferioris,ſed etiam vt ſit mihi licitum nouam facere aperturam in membro inferiori per directum aperturæ membri ſuperioris, dum tamen illam cancellem,nè de facili ad curtim, vel hortum vicini introitum,& exitum habeam.

7 Sed certè in contrarium eſt veritas, ſicque nullo pacto affirmari poſſe, dicendum eſt, præfatam *Conſuetudinem* hanc poſſe recipere extenſionem; & cùm poſt deciſionem, quam *Afflict.* refert iterùm de hoc in propria ſua cauſa dubitari contigiſſet, *D.Io.Angelus Piſanellus*, admirabilis Iureconſultus, neſcio, cuius partes ſuſtinens, dixit, quòd hæc deciſio aduerſabatur diſpoſitioni text. *in l.ſeruitutes*, §.*ſtillici-*
8 *dium.ff.de ſeruit.vrb.præd.* cuius caſum pro ſingulari fore notandum admonet Veronenſ.*cit.tract.de ſeruit. vrban.prædior.cap* 18.*num.*10.Etenim *in eo text.* habetur, quòd ſi Ego ſtillicidij ſeruitutem ſuper ſolo tuo quoquo modo acquiſiuero, poſſum domum meam altiùs tollere, inferius autem illam demittere non valeo: ratio aſſignatur, quia quando altiùs tollitur, eo facto leuior fit ſeruitus, *Cùm quod ex alto cadit,lenius, & interdum nec directè ad locum ſeruientem perueniat;at ſi inferius demitterem, grauior fit ſeruitus, & pro ſtillicidio flumen;*hæc ſunt verba *text.* cui verè directò aduerſatur deciſio per *Afflict.*relata;nam ſi hac attenta diſpoſitione grauior conſideratur ſeruitus in parte inferiori, quàm in parte ſuperiori,& hæc eſt ipſa veritas, quo pacto affirmari poteſt in caſu propoſito, vt quod licitum eſt facere in ſolario ſuperiori,ſit paritèr licitum in membro inferiori? vndè meritò Sacrum Conſilium in cauſa propria *Afflicti* receſſit à reſolutis *in allegata* illius *deciſ.* 224. ſic atteſtante *D.Piſanello in ſua annotatione,* ſiuè *obſeruatione* propria ſua manu ſcripta,quæ eſt 19. *in libello*, quem conſeruo ſuorum Notabilium,& eſt tenoris ſequentis.

Ieſus, Maria.

Orta fuit contentio inter quon. dominum *Mazzaum de Afflicto*, & quendam de domo de Campo- 9
rotundo, an ſcilicèt eſſet licitum facere feneſtram per directum in locum inferiorem, provt ſtabat in loco ſuperiori, ſecundum terminos *Conſuetudinis Neapolitanæ, ſub tit.de aperturis non faciendis,in Conſuetudine Si quis habens domum:* pro vna parte allegabatur *deciſio* ipſiuſmet Afflict.*num.*224.in qua dicitur,quòd ſic;Ego dicebam,quòd ipſa *deciſio*,ſi vera fuiſſet, erat contra text. *in l.ſeruitutes*, §.*ſtillicidium, de ſeruit. vrban.prædior.* nam durior erat ſeruitus, & ſic ceſſabat ratio *Conſuetudinis* loquentis de faciendo feneſtram in loco ſuperiori, provt illum §. *ſtillicidium* declarat Veronenſ. *in tract. de ſeruit.vrban.prædior.cap* 28.*col.*2.& ſic cùm *Conſuetudines* noſtræ ſint 10
ſtricti iuris, vt tenet *Napod. gloſſator* ipſarum, in *Conſuet. Si quis,in verbo, præterquam*, ibi, *prætereà, quia Conſuetudines de ſucceſſione ab inteſtato non debent extendi, vt contineant caſum odioſum, & duriorem*, vt eſſet facere feneſtram ſubtus, iuxta rationem text. *d.* §. *ſtillicidium.* Propterea idem Napod. *in Conſuet. filiusfamilias,ſub tit.de filiisfamilias volens.teſt.in verb. poſſunt,*ibi,*quia ſic eſſet,*dicit, quòd illa lex municipalis,quæ eſt ſtricti iuris,non debet extendi, niſi ſit eadem humanitatis ratio: In caſu igitur noſtro eſt diuerſa ratio, vt conſideratur *in illo* §.*ſtillicidium*, & ad hoc plura exempla adduci poſſunt, ſi *Conſuetudo* extendatur, quæ poſuit Rochus de Curte *in repet. cap. fin.col.*53. *cum pluribus ſeqq. de Conſuet.* & ſecundum iſtam opinionem contra *deciſionem Mazzei* fuit in propria prædicta cauſa determinatum, & hanc determinationem tunc *in d.ſua deciſione* notaui.

Io. Angelus Piſanellus.

SVMMARIVM

1 *Simoniacus an cenſendus ſit,qui pecuniam dat Familiari Pontificis,vt operam ſuam præſtet ad ei aliquod beneficium impetrandum,& num.*9.10.11.*&* 12.

2 *Text. in* Extrauag. 2. de ſimon. *declaratur.*

3 *Text. in* can. præſentium,1.q 5.*declaratur.*

4 *Extenſio in pœnalibus non permittitur.*

5 *Argumentum de maiori ad minus non valet.*

6 *Regula,* Vbi eſt eadem ratio, ibi eſt eadem iuris diſpoſitio, *in pœnalibus non procedit.*

7 *Bulla* Pij V. *contra ſodomitas an habeat locum contra beſtialitatis crimen committentem.*

8 *Diſpoſitum aduerſus committentem ſimoniam,*

niam in Ordine, an cenſeatur diſpoſitum aduerſus committentem ſimoniam in Beneficio.

ARGVMENTVM.

Simoniacus nùm cenſendus ſit ille, qui familiari Pontificis pecuniam dederit, ad hoc vt operam ſuam præſtet, ſiue intercedat, vt Pontifex beneficium aliquod Eccleſiaſticum ei conferat.

CAPVT CCVI.

1 SIMONIA an contrahatur, vbi quis Familiari Pontificis pecuniam dederit, ad hoc vt operam ſuam præſtet, ſiue intercedat, vt Pontifex beneficium aliquod Eccleſiaſticum ei conferat? in dubium reuocari poteſt; Reſpondeo negatiuè, quod probo ratione, & authoritate. Ratione, quia nullo canone, nulláue Pontificia conſtitutione cautum inuenimus, vt quis non poſſit in recognitionem futuri fauoris, aut laboris, ſiue interceſſionis à Familiari, Conſanguineo, vel Affine Pontificis præſtandæ, certam pecuniæ quantitatem pro beneficio aſſequendo promittere; *text.* enim in *extrauag.* 2. *de ſimon.* prohibet tantùm expreſsè, nè quis
2 ſit mediator ad ſimoniam committendam, ibi, *qui quomodolibet dando, vel recipiendo ſimoniam commiſerint, aut quòd illa fiat mediatores extiterint, ſeù procurauerint, &c.* ex quibus quidem verbis apertè ſenſit illius *Extrauag.* conditor de eo, qui eſt mediator ad promittendum, ſiue ſoluendum beneficij collatori pecuniam vt beneficium conferat, ſicque ſupponitur in *text.* vt beneficij collator per mediatorem pecuniam recipiat; non autem prohibetur *ibi*, vt nec etiam mediatori pro officio, quod præſtat, poſſit certa pecuniæ quantitas in recompenſationem gratuitam offerri.

Eſt verum, quòd hæc fuit opinio aliquorum Doctorum putantium, vt nec etiam mediatori poſſit aliquid ſolui; inter quos primus omnium Innocent. *in cap. tuam, ante n.* 3. *extra. de ætat. & qualit. & ordin. præficiend.* vbi expreſſis verbis dixit, idem eſſe, pecuniam ſolui mediatori, ac ipſimet beneficij collatori, ad quod probandum allegat text. *in canon. præſentium*, 1. *quæſt.* 5. idemque nonnulli alij, quos refert, & ſequitur Bonacin. *tract. de ſimon. quæſt.* 1. §. 1. & 2.
3 *n.* 14. Sed rogo, text. illum ab *Innocent.* relatum reuideri, cùm nullatenus probet id, ad quod allegatur; loquitur enim de mediatore, cui fuit ſoluta pecunia, ad finem intercedendi apud Epiſcopum, vt Sacerdotij dignitas alicui conferatur, provt fuit collata; aſſerere modò, idem eſſe in collatione beneficij, de qua *text.* non loquitur, fieret locus extenſioni de
4 vno caſu in alium, quæ in pœnalibus etiam ex identitate, aut maioritate rationis non permittitur, ex regula, *Odia, de reg. iur. in* 6. & *canon. pœnæ, de pœnit. diſt.* 1. Caſſador. in propria materia noſtra, *dec.* 5. *n.* 6. *de conſtit.* vbi dicit, in pœnis benignam faciendam
5 eſſe interpretationem, & quòd argumentum de maiori ad minus non valet, ad text. *in authent. quas actiones, C. de ſacroſ. Eccleſ.*

Hinc cùm fuiſſet aliàs dubitatum, an Irregularitas, quæ contrahitur ex reiteratione Baptiſmi, ex *can. confirmandum*, 50. *diſt.* & *can. ſi bis, de conſecrat. diſt.* 4. contrahatur inſimul ex reiteratione Sacramenti Confirmationis, & Ordinis? Et fuit magis communiter negatiuè reſolutum; nam regula illa, quæ ſe habet, *Vbi eſt eadem ratio, ibi eſt eadem iuris* 6
diſpoſitio, in pœnalibus locum non habet; licèt benè in legibus diſpoſitiuis. Diſcriminis ratio aſſignatur, quia leges diſpoſitiuæ ità pendent ex ratione, vt ratio legis dicatur anima legis, vndè meritò iudicantur habere vim, vbicunque militat eadem ratio; at leges pœnales cùm non dependeant ex ratione, ſed ex ſola voluntate Legiſlatoris, pœnam imponentis, de vno caſu ad alium extendi non debent, ita ſatis bene P. Auila *tract. de cenſur. par.* 7. *diſput.* 7. *dub.* 5. & aliis relatis apud Garz. *de benefic. par.* 11. *c.* 10. *n.* 206. vbi loquitur in terminis Bullæ *Pij V.* ſanctæ memo- 7
riæ, contra Sodomitas, vt non habeat locum aduerſus beſtialitatis peccatum committentes.

Vltra quòd in materia noſtra maius facinus conſideratur in committente ſimoniam in Ordine, quàm in beneficio. Patet, quia atrociores pœnæ à Summis Pontificibus impoſitæ ſunt aduerſus illos, qui ad ſacros Ordines pecunia mediante ſe promoueri faciunt, quàm aduerſus illos, qui per pecuniam beneficia aſſequuntur; vt optimè per Nauarr. *conſ.* 61. *num.* 11. *de ſimon. in antiq.* Campanil. *in diuerſ. iur. can. rubr.* 11. *c.* 27. *num.* 85. & alios paſſim; quò fit, vt dicamus, perperam affirmari poſſe id, quod diſpoſitum eſt aduerſus committentem ſimoniam in Ordine, 8
cenſeri pariter diſpoſitum aduerſus committentem ſimoniam in beneficio, argumentaretur enim de maiori ad minus, quod in pœnalibus a iure prohibetur; vt per Caſſador. *loco cit.*

Vndè ſequitur, quòd dum *Innocent.* ad probandum, quòd committatur ſimonia, dando pecuniam mediatori pro aſſequendo beneficio, allegat text. *in d. canon. præſentium*, reſpondetur, hoc *in eo text.* non probari, & conſequenter eius ſententiam omni prorſus fundamento carere.

Quarè teneo indubitanter, ſatis benè in hoc ar- 9
ticulo loquutos Valent. *tom.* 3. *diſp.* 6. *quæſt.* 16. *punct.* 3. Adam. Tanner. *in* 2. 2. *diſp.* 5. *quæſt.* 8. *dub.* 3. *num.* 76. Rodriq. *in ſumm. tom.* 4. *cap.* 133. *numer.* 19. Sanch. *in opuſc. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 3. *dub.* 26. *num.* 7. & 10. & Dian. *reſol. moral. par.* 2. *tract.* 16. *miſcell.* 2. *reſol.* 37. *fol. mihi* 278. & *par.* 4. *tract.* 4. *reſol.* 151. *fol. mihi* 226. Etenim ex dictis ab his Doctoribus reſoluitur apertiſſimè, ſimoniam non contrahi, vbi quis dat pecuniam mediatori pro interceſſione ad beneficium, ex quo in rei veritate hic non emit beneficium, ſed illam interceſſionem, quæ eſt quid temporale, ſicque dici non poteſt, quòd traditur temporale pro ſpirituali, cùm pecunia detur pro fauore humano, qui eſt pretio æſtimabilis; collator enim beneficij nihil accipit, ſed interceſſor; non quidem pro collatione be- 10
neficij, ſed pro poſtulatione, & interceſſione: & ſicut collator beneficij nullam contrahit ſimoniam, ità neque mediator pecuniam accipiens, nec prouiſus pecuniam interceſſori tradens, gratis enim, hic beneficium à collatore conſequitur, quamuis humanum fauorem emerit: & licèt id, quod ſoluitur, illius humani fauoris, aut laboris excedat æſtimationem, non per hoc dici poteſt, quòd ſit peccatum ſimoniæ, ſed potiùs iniuſtitiæ, quia emitur ille fauor, ſiue labor vltra iuſtum precium, quod meretur, quod quidem iniuſtitiæ peccatum exiſtimauit P. Diana *cit. reſol.* 37. *in fine*, euitari poſſe, ſi illud plus, quod labor, ſiue fauor ille non meretur, daretur liberaliter, & gratis.

11 Et quòd hæc omnia vera ſint, ſatiſque diceretur impertinens, ſi quis putaret, in caſu propoſito emi beneficium, ex eo magis indubitatum redditur, cùm ad perficiendum contractum emptionis, & venditionis neceſſe ſit,vltra rem,& pretium, quòd ex vna parte adſit perſona venditoris, & ex alia emptoris; Quæro modò in caſu, de quo agimus, vbi eſt perſona vendentis beneficium? ſi dicas,conſiderari illam collatoris beneficij, mentiris, quia ille gratis beneficium confert, ſin autem perſonam mediatoris, ſomnias, cùm beneficij collatio ad illum non ſpectet, vndè non eſt cur dici poſſit,quòd vendat beneficium: quarè dicendum eſt,quòd verè dicitur eo caſu, emi fauorem à mediatore, & quamuis ordinetur ad obtinendum beneficium,non tamen poteſt dici, quòd hic fauor ſic ordinatus ſit quid ſpirituale, de quo loquitur text. *in cap. fin. de pactis*, & *in cap. quæſitum, de rerum permut.* ſed prorſus merè temporale,quod à ſacris Canonibus prohibitum non inuenimus.

12 Ex quibus omnibus credo ſatis apertè probatum, in caſu propoſiti dubij nullam poſſe ſimoniæ labem conſiderari; vel ad peius, ſtante opinionum diuerſitate,rem eſſe in iure dubiam,quod ſat eſt ad excuſandum etiam peritiſſimos; eóque magis cùm in Romana Curia hæc contractatio, quodammodò ſit practicabilis, vndè ex hoc, Papæ ſcientia, & intelligentia, aut ſaltem tolerantia arguitur,vt in terminis *citata extrauag. 2. de ſimonia* ſcripſit Caſſador. *cit. deciſ. 5. num. 11. & 12. de conſtitution.* ſicque per hoc non officere, quæ generaliter ſtatuit Pontifex ſanctiſſimus Gregorius XIII. *in ſua Conſtitut. 24. de anno 1574. promulgata.* Hæc eſt mea ſententia in caſu propoſito, cui Theologi peritiſſimi, cum quibus hìc Neap. & Romæ de his diſſerui, adhæſerunt, ſaluo tamen iudicio meliùs ſentientis.

SVMMARIVM.

1 *Societas quibus modis ſoluitur, & num. 2. & 3.*

4 *Societatis diſſolutio an noceat creditoribus, qui bona fide cum altero ex ſociis poſteà contraxerunt, & num. 5.*

6 *Societas finita poteſt tacitè renouari.*

7 *Caſus deciſionis* Rotæ *narratur.*

8 *Societatis natura eſt, vt quilibet ex ſociis in ſolidum conueniri poſſit.*

9 *Societas an, & quando tranſeat ad hæredes, & renouata dicatur, & numer.* 10. 11. & 12.

ARGVMENTVM.

Societas quibus modis ſoluatur, & tacitè, ea diſſoluta, renouata dicatur. Societatis diſſolutio, an & quando noceat creditoribus illis, qui poſteà cum altero ex ſociis ſociali nomine bona fide contraxerunt? & de aliis notabilibus, vbi deciſio *Sacræ Rotæ Romanæ.*

CAPVT CCVII.

SOCIETAS ad certum, & determinatum tempus inter plures contracta, quòd eo elapſo tempore abſque alia declaratione, aut renunciatione extincta dicatur; ſcripſerunt Paul. Caſtrenſ. *in l. 1. §. non autem, ff. de exercit. act.* & *in conſ. 73. & 104. lib. 1.* Dec. *in l. ſi ſocius, numer. 4. ff. ſi cert. pet.* & *in l. qui cum alio, numer. 2. ff. de regul. iur.* Pariſ. *conſ. 88. num. 10. lib. 1.* Decian. *conſ. 60. nu. 30. lib. 2.* Burſat. *conſ. 370. num. 7. lib. 4.* Menoch. *conſ. 121. num. 62. & ſeq. lib. 2.* Stracc. *de mercat. tit. de contract. num. 13.* Rot. Genuæ *deciſ. 71.* & Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib. 6. tit. 23. n. 20. & ſeq.* ſoluta pariter dicitur ſocietas, ſi intra tempus contractæ ſocietatis aliquis ex ſociis è viuis decederet, etiam quoad ſuperſtites ſocios, eſt text. *in l. actione, §. morte, ff. pro ſoc.* & *in §. ſoluitur, Inſtit. eodem,* Decian. *conſ. 78. n. 18. lib. 4.* cenſetur tandem extincta ſocietas eo ipſo, quòd vnus ex ſociis contra conſocium ſuper ſocietate litem mouit, *d. l. actione, §. 1.* vbi Gloſ. Bart. & communiter omnes, *l. verum, §. fin.* vbi Bal. *ff. eodem,* & Mantic. *loco cit. tit. 25. n. 8. & 9.* 1 2 3

Sed aliàs apud Nos dubitari contigit, an hæc diſſolutio in caſibus prædictis noceat creditoribus illis, qui poſteà cum altero ex ſociis ſociali nomine bona fide contraxerunt? quòd non ſit eis nociua, facit text. *in l. ſed ſi pupillus, §. 1. ff. de inſtitor. action.* vbi ſi poſtquam fuerit quis in certo loco negotiis præpoſitus, à domino reuocatus extiterit, ità demùm creditoribus, qui poſt reuocationem cum illo contraxerunt, nocebit reuocatio, ſi palam Populo notum fiat, præpoſitum fuiſſe reuocatum; cúmque in facto, quod proponebatur, ſolemnitatem hanc à lege præſcriptam nullatenus interueniſſe conſtaret, ergò dicendum videbatur, ſocios omnes ex hoc contractu cum altero ex eis inito obligatos remanſiſſe. 4

Cæterùm, in ſocietate certo tempore duratura contrarium à doctis Viris reſolutum fuiſſe ſcio; nam cùm per lapſum temporis ſocietas ſoluta extitiſſet, non eſt cur hi creditores, qui poſteà contraxerunt excuſari poſſint, ſed potiùs ſibi ipſis imputandum, quarè modum, & formam ſocietatis, cuius contemplatione contraxêre, non indagarunt; videatur Paul. Caſtrenſ. *in l. 1. §. non autem, num. 3. ff. de exercit. action.* quò loci dicit, ità Florentiæ conſuluiſſe inter duos Mercatores, qui ſocietatem per quinquennium contraxerant, vt nimirùm ex contractibus cum altero ipſorum quinquennio completo celebratis, alter non teneretur; licèt, qui contraxerant, ſocietatis extinctionem ignoraſſent; ex eo, quòd de qualitate ſocietatis ſe informare debebant: ſecus verò, addit, quando indeterminatè contracta fuiſſet ſocietas, & ſic abſque temporis præfinitione, quia tunc eueniente aliqua diſſolutionis cauſa, vt alter ex ſociis non teneatur, erit præconizanda diſſolutio; & ità ſubdit procedere text. *in d. l. ſed ſi pupillus, §. 1. ff. de inſtitor. action.* idemque ſcripſit *in conſ. 104. lib. 1. & 335. lib. 2.* cui adhæſerunt Dec. *in l. ſi ſocius, num. 4. ff. ſi cert. pet.* & *in l. ſi quis cum alio, num. 2. ff. de regul. iur.* Stracc. *de mercat. in tit. de contrah. mercat. num. 13.* Rot. *dec. 1146. n. 4.* penes Seraphin. Maſtrill. *deciſ. 135. num. 92.* & alij. 5

Verùm non eſſent iuris auxilio deſtituti hi creditores, qui poſt lapſum temporis initæ ſocietatis contraxerunt, ſi probauerint, ſocios eo completo 6

tempore

tempore negotium continuaſſe, quamuis nulla noua conuentione concurrente ; conſtat enim, ſocietatem per centum tempus contractam , eo elapſo cenſeri tacitè eiſdem pactis, & conditionibus , quibus contracta fuit, renouatam, ſi ſocij negotium continuauerint ; idque ex ratione text. *in l.cùm quæritur,§.qui impleto , ff. locat.* ità ſatis notanter *Bal. conſ.*448. *per totum,* ſignanter *num.*2.*lib.*4. Socin. *conſ.*87.*num.*8. *lib.*1.Dec.*conſ.*548.*num.*4. Tiber.Decian.*reſponſ.*22. *num.*17.*&* 18.*lib.*3.Honded. *conſ.*85.*num.*26.& Alij; Vndè probata hac tacita renouatione , omnes ſocij ſunt condemnandi , & ità in puncto decidit Rota *in vna Romana ſucceſſionis de Rotignis ſub die* 19. *Iunij* 1645. *coram Illuſtriſſimo Ghiſilerio*,& per hæc verba, adhùc alibi non impreſſa.

Lunæ 19. *Iunij* 1645.

7 Aperta fuit in Vrbe *anno* 1638. Ratio bancaria ſub nomine Ioannis Mariæ , & hæredum qu. Ioannis Andreæ Rotigni , ſeruatis omnibus , quæ de ſtylo ſeruantur à Mercatoribus in apertione ſimilium negotiorum.De menſe Octobris anni 1641. incidit improuiſus obitus Ioannis alterius ex dictis hæredibus, quo non obſtante , publicè , & palam continuata fuit ratio ſub eiſdem nominibus , vſque ad principium menſis Maij anni 1643.de quo tempore, cùm ratio eſſet ſummo ære alieno grauata , ſecuta fuit actualis decoctio. Verùm cùm creditores prætenderent , rationem defeciſſe de menſe Maij 1643. è contra verò Ioannes Maria prætenderet, defeciſſe de menſe Octobris 1641. per obitum Ioannis , & conſequenter non teneri ad debita contracta à ratione poſt d.obitum ; introductum fuit iudicium coram A.C. & ad fauorem Io. Mariæ lata fuit ſententia abſolutoria ab omnibus debitis poſt mortem Io. contractis , à qua interpoſita appellatione , & commiſſa mihi cauſa à Signatura Sanctiſſ.cum clauſula *appellatione remota* , dedi dubium ; An Io. Maria teneatur ad debita d. ſocietatis , hoc eſt ad ſupradicta debita contracta poſt mortem Ioannis , quod affirmatiuè fuit reſolutum.

8 Quia cùm inter Partes non controuertatur , quin de anno 1638. fuerit inita ſocietas inter ſupradictos Io. Mariam, & hæredes q. Io. Andreæ Rotigni,cùm Io. Maria ſit vnus ex ſociis , vtique tenetur in ſolidum pro geſtis, tam à Ioanne,quàm à Franciſco hæredibus q. Ioannis Andreæ , ex quo hæc eſt natura ſocietatis , vt quilibet ex ſociis conueniri poſſit in ſolidum : ratio eſt , quia in rebus ſocialibus promiſcuè per ſocios geſtis , alter ab altero mandatum habere præſumitur , ad inuicémque præpoſiti ſocietati videntur , ità vt propterea in ſolidum obligentur, ſiue in eadem , ſiue in diuerſa ſint Ciuitate ; quia vtroque modo,& caſu militat par ratio,nempè,nè in plures diſtringatur , qui cum vno contraxit ; *l.nè in plures*,vbi Gloſ.*ff.de exercit.act.*ſecundùm tradita per Bart.*in l.eandem,in princ.& in fine,ff.de duob.reis*,Bald. *in rubr.C.de exercit.act.num.*26. *& in l.cùm te,in fine, verſ.caue tamen,C.ſi cert.pet.* Paul.de Caſtr. *in l.*1.*§.ſi plures,num.*2.*ff.eodem de exercit. act.* cum aliis , quos refert,& ſequitur Surd. *deciſ.*213. *nu.*1. Rota *in rec. dec.*536.*ſub num.*3.*in fine,par.*3.*dec.*246.*num.*5.*par.*6. *coram Reuerendiſſ. Vrgellen. deciſ.*416.*num.*2. & coram San.me.Greg.XV.*dec.*302.*n.*1.vbi Addent.*n.*9.

9 Non obſtat , quòd ſocietas fuerit extincta ; tùm per mortem d. Io. alterius ex dictis hæredibus Io. Andreæ , itavt non potuerit reſidere apud ſuperſtites , nec ad hæredes tranſire , *§. ſoluitur* , cum Gloſ. *Inſtit. de ſociet. l.adeò morte ſocij , l. verum , §. in hæredem, & l. actione , §. morte vnius ſocij, ff. pro ſocio*; Tùm ex particulari conuentione per menſem ferè poſt dictam mortem inita inter Io. Mariam,& Franciſcum ſuperſtitem ex dictis hæredibus, qui eſt vnus ex modis diſſoluendi ſocietatem , *d. l. verum , §. fin. ff. pro ſocio* , cum aliis allegatis per Felic. *de ſociet. cap.*35.*num.*4. de qua conuentione conſtat per apocham in *Archiuio Vrbano* iuxta edicta deſuper publicata exhibitam ; Cui acceſſit etiam inhibitio iudicialiter obtenta ab A.C. de anno 1643. ad inſtantiam Ioannis Mariæ contra Franciſcum, nè amplius illius nomen expenderet.

Nam quicquid ſit de primo motiuo , an ſocietas 10
fuerit diſſoluta per mortem Ioannis , an verò tranſiuerit ad hæredes , ex ſententia Pariſ. *conſ.*82. *nu.*15. *&* 32.*lib.*1. quem ſequitur Felic. *de ſociet. cap.*32. *num.*14.*in fin.verſ. ſed hoc non procedit* , contra quem in eademmet cauſa conſulendo reſponderunt Dec. *conſ.*212.*num.*7 *verſ. non obſtant alia verba* , & Ruin. *conſ.*90.*num.*10.*in fine,cum ſeqq.vol.*1 quatenus etiam per mortem dicti Ioannis fuiſſet legitimè extincta, nihilominus cùm dicta ratio bancaria poſt dictam mortem Io. & prætenſam diſdictam ſecuta fuerit vſque ad decoctionem de menſe Maij 1643.ſub nomine Io. Mariæ,& hæredum qu. Io. Andreæ de Rotignis , vt ex libris negotiationis , & depoſitionibus teſtium , & proxenetarum Vrbis, & ex aliis teſtibus examinatis Anconæ , quatenus ſocietas fuiſſet diſſoluta, fuit tacitè renouata ex conſenſu tacito vtriuſque Partis ; ad text. *in l.*3.*ff.pro ſocio*, Ang. *conſ.*112. *in princip.*Caſtr.*conſ.*349. *in princ.lib.*1.Imol.*conſ.*53. *col.*2. *poſt med.* Socin. *conſ.*87.*num.*8. *&* 12.*lib.*1.*& conſ.*192.*col.* 3.*poſt princ.lib.*2. Decian.*reſp.*22.*nu.*17. *&* 18.*lib.*3. in hac enim materia attenditur conſenſus ſociorum remanentium, qui patiendo eorum nomen poſt mortem vnius continuari in ſocietate,cenſentur eam renouaſſe , Caſtr. *conſ.*73. *per tot. par.*2. Socin. Sen.*conſ.*82.*n.*13.*lib.*1. Dec. *conſ.*548. *num.*4. Pariſ. *d. conſ.*82.*num.*35.*&* 37. Conſenſus iſte tacitus ex actibus ſocialibus demonſtratur, qui citra ius, & nomen ſocietatis fieri non poſſunt , vel non ſolent ; Corn.*conſ.*54.*verſ.tacitus autem,lib.*1. Soc.*in d. conſ* 87.*n.*12.*verſ.adeò autem,lib.*1. Roman.*conſ.*291. *in princ.*Anchar.*conſ.*249.*n.*1.Butr.*conſ.*71.

Nec poteſt allegari, quòd dicti actus fuerint geſti 11
abſque ſcientia , & patientia Io.Mariæ , & proindè non valuerint ei præiudicium inferre , quia conſenſus ſaltem tacitus Io. Mariæ non poteſt controuerti, dum habuit ſcientiam , quòd ratio bancaria cantabat ſub eiſdem nominibus , quæ ſcientia reſultat ex notorio , in quo non allegatur ignorantia , cùm illud , quod eſt notorium , ab omnibus ſciri præſumatur , Rota *deciſ.vlt.verſ. ſed quia,de dolo,& contumac in nouis* , & maximè ab habentibus intereſſe,vt propterea in iſto caſu non poſſit Io.Maria de re tam graui ipſum concernente, allegare ignorantiam ; Ex eo , quòd idem Io. Maria recepit plures epiſtolas à diuerſis Mundi partibus , à quamplurimis Mercatoribus communi nomine datas , & ſcriptas ex quibus probari ſcientiam , & patientiam ſociorum , dixit Rota in puncto , *in recent. deciſ.*590. *numer.*3. *par.*3.*verſ.ſcientia autem*,Rota *deciſ.*811.*nu.*34.*&* 35. *par.*1. *diuerſ.* Ex eo , quòd poſt mortem Ioannis, Io. Maria acceſſit ad Vrbem, mandando Capſerio ſolutionem , & receptionem literarum cambij , inhabitando in eadem domo eiuſdem rationis bancariæ ; ex hac autem cohabitatione per conſiderabile ſpatium temporis in domo rationis , vbi publice eius nomen expendebatur , non poteſt negari, quin magnum reſultet adminiculum ſcientiæ continuationis eius nominis , & præſertim ex eo, quòd dùm fuit Romæ , tractabat cum Proxenetis de negotiis

rationis, ex quibus omnibus ſimul iunctis reſultat animus continuandi ſocietatem, & ſcientia Io.Mariæ continuantis, Rot. *diuerſ. deciſ.*89. *numer.*34. *& ſeq. part.*1. *& deciſ.*345. *numer.*8. *par.*5. *recent.* Accedit, quòd agebatur de ſanguine coniuncto, vndè faciliùs continuatio inter coniunctos inducitur; prout etiam, quòd poſt mortem Ioannis nulla fuerunt reddita, & ſolidata computa, quæ inducerent præſumptionem diſſolutæ ſocietatis; Socin. *dictis conſ.* 81.*num.*12. *lib.*1.*&* 192. *lib.*2. vbi quòd ex hoc arguitur animus continuationis ſocietatis: non eſt autem veriſimile, quòd Io. Maria voluerit tenere capitale mortuum,& indiuiſum.

12 Quoad ſupradictam apocham in *Archiuio Vrbano* exhibitam, nec per illam poteſt dici, ſocietatem fuiſſe extinctam, quia cùm ex ſupradictis appareat de continuatione ſocietatis cum ſcientia Io. Mariæ, qui poſt illam expreſsè paſſus eſt, non ſolùm expendi nomen ſocietatis ſub eiſdem nominibus,ſed etiam dedit licentiam Franciſco illius bona, & effectus obligandi pro ſumma ſcutorum 4.millium,per quam licentiam faſſus eſt exiſtentiam ſocietatis, etiam de illo tempore; illa non potuit ità operari in præiudicium Creditorum, vt potuerit ſe eximere à ſocietate, niſi Creditoribus formiter certioratis, iuxta ſtylum Mercatorum de diſſolutione eiuſdem ſocietatis, qui ſtylus eſt vniformis diſpoſitioni iuris communis, vt probat text. *in l.ſed ſi pupillus,in* §. *de quo palam*, & *ibi* Bart. & Caſtr.*num.*2. *ff. de inſtit.act.*Caſtr. *conſ.*73. *numer.*1. *lib.*2. Gomez. *var.reſol.tom.*2.*cap.*5. *de ſociet.numer.*6.*verſ. verum tamen eſt, quòd talis diſſolutio ſocietatis oportet quòd denuncietur*, & *ibi* latè Addent. *litera B.* & in omnem euentum prævalere debet vſus nominis dicto Io. Mariæ poſt confectionem dictæ apocæ, illiúſque productionem *in Archiuio Vrbano*, ipſo ſciente, & patiente. Hinc enim reſultat eius obligatio indubitata, ex *iuribus allegatis ſuprà, in principio.*

Idem dicendum de inhibitione obtenta à Io.Maria, cùm emanauerit ferè in limine decoctionis.

Multum etiam facit ad probandum, quòd Io. Maria ſe habuerit pro obligato, non obſtante d.apocha, fuga ſecuta ad Eccleſiam S. Franciſci, ſtatim atque decoctio innotuit in Ciuitate Anconæ.

Stante igitur præexiſtentia ſocietatis,& illius continuatione vſque ad decoctionem, ſemper ſub eiſdem nominibus Ioannis Mariæ, & hæredum qu.Io. Andreæ Rotigni,ſciente,& patiente Io. Maria; DD. vtraque Parte audita cenſuerunt, ipſum teneri ad omnia debita ſociali nomine contracta, &c.

SVMMARIVM.

1 *Soror concurrit cum fratre in ſucceſſione alterius fratris prædefuncti.*
*Sed an hæc concluſio procedat de iure conſuetudinario Ciuitatis Neap.num.*2.
3 *Fratre defuncto in Ciuitate Neap. ſuperſtitibus fratre, & ſorore in capillo, frater ſuccedit cum onere maritandi ſororem de paragio.*
4 *Annui introitus ſuper Arrendamentis an dicantur de diſtrictu Neap.*
5 *Soror dotata excluditur per fratrem à ſucceſſione prædefuncti fratris.*
6 *Paragium vnicum ſufficit in Ciuitate Neap. ſecus in Regno.*
7 *Soror maritata,licèt dotata non appareat, à fratris ſucceſſione excluditur.*
8 *Soror defuncto fratri non ſuccedit, concurrentibus parentibus, de iure Conſuetudinario.*
9 *Fratre defuncto,ſuperſtitibus ſorore vtrinque coniuncta, & fratre conſanguineo, vter ſuccedat in Ciuitate Neap.*
10 *Filÿ fratrum an amitam excludant à ſucceſſione patrui prædefuncti, & num.*11. 12.*&* 13.
14 *Soror maſculiata an ſuccedat fratri prædefuncto cum aliis fratribus ſuperſtitibus.*
15 *Fratre defuncto, ſuperſtite ſorore, & nepte ex fratre prædefuncto, omnes ſuccedunt.*
16 *Subingreſſio in linea collaterali in Ciuitate Neap.quomodò conſideratur.*
17 *Fratre defuncto, ſuperſtitibus ſorore, & fratribus omnibus inter ſe vterinis, omnes ſuccedunt.*
18 *Matre decedente, ſuperſtitibus filio maſculo ex vno matrimonio, & filia fœmina ex alio,an maſculus fœminam excludat? Et quid de iure* Conſtitutionis Regni, *num.*19.*&* 20.
21 *Frater vterinus an ſororem vterinam dotare teneatur,& n.*22.

ARGVMENTVM.

Soror de iure Conſuetudinario Neapolitano, an, & in quibus caſibus fratri ſuo ab inteſtato defuncto, ob exiſtentiam alterius fratris, vel ex fratre nepotum, non ſuccedat, & in quibus admittatur? ad ornatum Conſuetudinis, *Sed ſi morienti.* Soror vterina, attenta Conſtitutione Regni, *In aliquibus*, nùm in ſucceſſione matris æquis portionibus cum fratre vterino admittatur, vel potiùs propter maſculi exiſtentiam excludatur, dote recepta.

CAPVT CCVIII.

SORORE M ad defuncti fratris ſucceſſionem concurrere cum aliis fratribus ſuperſtitibus; tam iure communi,quam Regni huius attento, nemo ex Noſtris hucuſque dubitauit. 1

Sed videamus breuiter, an hæc concluſio procedat de iure Conſuetudinario huius Ciuitatis? qua in re, aſſumendo omnia noſtrorum Maiorum dicta, in gratiam Tyronum ſequentes conſtituo Concluſiones. 2

Prima eſt, defuncto fratre, ſuperſtitibus fratre, & ſorore in capillo,& ſic non dotata,frater ſuccedit cum 3

cum onere maritandi ſororem de paragio, vt nimis clarè probatur in *Conſuet. Sed ſi morienti*, vbi diſponitur, quòd ſi morienti ab inteſtato ſine liberis ſuperſint frater, & nepotes, ac neptes, pronepotes,& proneptes ex fratre præmortuo, ſit locus ſucceſſioni in ſtirpes, ita vt frater hæreditatis medietatem præcapiat, & aliam medietatem nepotes, ſiue pronepotes maſculi ex alio fratre præmortuo nati; ſorores autem eorundem excluduntur, cùm fratres cogantur eas de paragio maritare; & hæc eſt ipſa veritas, ſecundùm literam *dictæ Conſuetudinis*, vt per Capyc. *deciſ.159.in principio*, Quicquid ſibi dixerit Io. Vinc. de Anna *allegat.* 117. vbi *num.* 11. diſtinguere voluit, quando ſoror tempore delatæ ſucceſſionis reperitur dotata, vel non dotata; nam vt benè aduertit Io.Franc.de Ponte *in tract.de poteſt.Proreg.tit.de ſucceſſione mulier.in princip.numer.6.verſ. qui Anna*, poſt Iacobum Anel. de Bottis, quem allegat, ſemper deciſum fuit contra ſorores, ſiue tempore delatæ ſucceſſionis reperiantùr dotatæ, ſiue non dotatæ; & ita hoc anno 1639. ſub die 18. Martij deciſum fuit per *D.Reg.Branciam*, vti Excellentiſſimi Proregis Delegatum, Virum conſummatiſſimum, & de iure noſtro Regni, & municipali ſatis præditum, in cauſa Donnæ Ramundæ Pucces Marchioniſſæ Citellæ, vti legatariæ Marchionis Viri, cum Donna Catharina Manriquez Principiſſa Marani, vt nimirùm in bonis remanſis in hæreditate Don Andreæ Manriquez, intra diſtrictum huius Ciuitatis exiſtentibus, excluſa Donna Catharina ſorore, quamuis non dotata, nec nupta, ſuccedere deberent Don Didacus Marchio Citellæ, & Don Gonſaluus fratres; in bonis verò extra diſtrictum, omnes: In qua quidem cauſa, ſub die prima Februarij eiuſdem anni, fuit paritèr deciſum, inter bona infra diſtrictum exiſtentia ha-
4 beri annuos introitus, qui per defunctum poſſidebantur ſuper Arrendamentis; functiones verò Fiſcales extra; id quod ſatis benè explicauit Caputus *ad Conſuet. Neap.in præludiis.§.6.à num.12. vſque ad 15.* qui tamen quoad functiones fiſcales huius Prouinciæ Terræ-Laboris, quia illorum exactio fit hìc Neapoli, de illis iudicandum eſſe dicit; ſicut de bonis intra diſtrictum; qua de re latiùs diximus *lib.1. cap.70. num.33.*

Secunda concluſio, ſoror dotata ſuper ſucceſſione
5 bonorum defuncti fratris nihil prætendere poteſt, ſtante ſuperexiſtentia alterius fratris, & hoc ſiue bona illa defuncto fratri à maioribus obuenerint, ſiue fuerint per illum de nouo quæſita; ex quo in hac Ciuitate ſufficit vnicum paragium, vt ab omnibus
6 ſucceſſionibus, etiam fraternis, fœmina excludatur: quod ſecus eſt in Regno, cuius quidèm iure attento, quot ſunt ſucceſſiones, tot requiruntur dotationes; ita Capyc.*in Conſuet.Si moriatur, in addition.* quæ incipit, *Ad hanc Conſuetudinem, circa finem, verſ.an autem maritata, fol.mihi* 69. vbi ſic per Sacrum Conſilium deciſum refert, Vinc.de Franch.*dec.87.n.7.& 8.* Additio ad Napod. *in Conſuet. Sed ſi morienti, in §. quod autem*, incipiens, *Circa iſtam gloſ. fol.mihi 159.* Io. Vinc. de Anna *allegat 81.num.6. & 7.*P. Molfeſ. plures cumulans deciſiones *par.4. quæſt. 29. num.16.* Fab. Capyc. Galeot. pleniſſimè *in addition. ad conſ.* 11.Camil.de Medic. *num.30.31. & 32.* poſt Reg.de Ponte *cit. tit.de ſucceſſ. mulier. per totum, numer.6.& conſ.50.n.26.lib.2.*& Georg.*alleg.30.n.22.*

Tertia concluſio, ſoror maritata licèt dotata non
7 appareat, adhùc à fratris ſucceſſione per alium fratrem ſuperſtitem repellitur, ſicquè per Sacrum Conſilium deciſum refert Io.Ang.Piſanel. *in Conſuet. Sed ſi morienti, §. quod autem, in addition.* quæ incipit, *Pone, quòd ſoror, fol.156.* licèt fuerit dictum, eſſe locum petitioni paragij: de qua deciſione meminit etiam de Franch.*deciſ.412.n.4.*

Quarta concluſio, ſoror defuncto fratri non ſucce- 8
dit, ſuperſtitibus aſcendentibus, & fratribus; quamuis ſecus attento iure communi, per text. *in authen. defuncto*, ita Napod.*in d.Conſuet.Sed ſi morienti, in verb. neptis, numer.172. fol.mihi 153.* Vinc. de Franch. *deciſ.543.num.4 & 486.*Conſiliar.de Bottis *in Conſuet. Sed ſi morienti, in addit.* quæ incipit, *In cauſa Illuſtriſſimæ D.Iſabellæ*, pleniſſimè P. Molfeſ. *par.4.quæſt.46. n.3.& ſeq.*Fab.Capyc.Galeot.*in addit. ad cit. conſ.11. Camil.de Medic.n.20.*

Quinta concluſio, defuncto fratre, ſuperſtite fratre 9
conſanguineo, & ſorore vtrinquè coniuncta, frater ſolus ſuccedit, vinculi duplicitate, quæ in ſorore concurrit, non obſtante; cum onere tamen maritandi, & dotandi, ſi maritata, & dotata non reperitur, Piſanel.*ad Napod. in d. Conſuet. Sed ſi morienti, fol. mihi 155.in addition.incip. Sentit Napodanus:* ſicquè determinatum in Sacro Conſilio tradit Vrſil.*ad Afflict.deciſ.38.num.12.* & in ſimili Statuto Taurini exiſtente dicit deciſum Gaſp.Ant.Theſſ.*q.69.num.6. lib.2.quæſt.forenſ.*

Sexta concluſio hæc omnia, quæ diximus de ex- 10
cluſione ſororis à defuncti fratris ſucceſſione propter exiſtentiam alterius fratris, procedunt indubitantèr, adhùc ſi frater non ſupereſſet, ſed illius filij defuncti nepotes, hi enim locum, & gradum eorum prædefuncti patris ſubingredientes, amitam defuncti ſororem prorſus excludunt; quia eadem excluſionis ratio, nimirùm conſeruationis bonorum in familia, quæ fuit per Ciues noſtros conſiderata, ſicut militat, quando ſupereſt frater, eodem modo ſi ſupereſſent filij fratris maſculi, quicquid imprudentèr, pace ſua ſit dictum, in contrarium ſcripſerit Molfeſ. *part.4. quæſt.27.à num.5.*vbi, quòd in hoc caſu defuncti ſoror cum nepote ex fratre præmortuo ad ſuccedendum concurrat, defendit; loquutus enim fuit contra *Napod.* & cæteros noſtros *Conſuetudinarios*, ac deciſiones *Magnæ Curiæ, & Sacri Conſilij*: nam quòd 11
nepos ex fratre à defuncti ſucceſſione amitam excludat, dotando tamen eam de paragio, ſi dotata non reperitur, dixit Napod. *in Conſuetud. Si moriatur, § & omnia, numer.114.fol.mihi 109.* Marin. Frecc. *in addition. ad eundem Napod. in citato §. quod autem, in verbo, parentum, in addition.* quæ incipit, *Nota ex iſta gloſ.* Lælius Caput. *in præludiis ad Conſuetud. Neapol.§.5. num.33.fol.mihi 39.* & alij; ſicque tam per M.C. quam per S.C. annis ſuperioribus deciſum fuiſſe inueni in cauſa ſucceſſionis bonorum Doctoris Antonij de Gliembo ab inteſtato defuncti; ad cuius hæreditatem acquirendam concurrentibus Portia defuncti ſorore vtrinque coniuncta, Fælice Antonio nepte ex fratre præmortuo, Siluia Corrada, & Ioanne de Vrſo nepte, & nepote, ex ſororibus ſimilitèr præmortuis, per Magnam Curiam ſolemnitèr diſcuſſo articulo fuit deciſum, vt in bonis extra diſtrictum ſuccederent omnes; in illis verò intra, Fœlix Antonius tantùm, prout ex decreto præambuli, cuius tenor eſt:

In cauſa interpoſitionis decreti præambuli quondam Doctoris Antonij de Gliembo cum Fælice Antonio de Gliembo, Siluia Corrado, Ioanne de Vrſo, & Portia de Gliembo, vt ex actis, &c.

Die 14.Iulij 1617.Neapoli.

Per Magnam Curiam Vicariæ viſis actis omnibus, factòque verbo in plena Banca cauſarum ciuilium ipſius M.C. prouiſum, & decretum eſt, ſupradictum quondam Antonium de Gliembo fuiſſe, & eſſe mortuum, & Eccle-

ſiaſtica ſepulturæ traditum, & prædictos Fœlicem Antonium de Gliembo, Siluiam Corrado, Ioannem de Vrſo, & Portiam de Gliembo fuiſſe, & eſſe eius heredes vniuerſales in ſtirpes, pro æquali parte, & portione ab inteſtato, cum beneficio legis, & inuentarij; & proindè modo prædicto potuiſſe, & poſſe ſuccedere in, & ſuper omnibus eius bonis mobilibus, & ſtabilibus, auro, argento, recolligentiis, & nominibus debitorum remanſis in hæreditate ipſius quondam Antonij, extra tamen diſtrictum. Quò vero ad bona infra diſtrictum, prædictum Fœlicem Antonium de Gliembo tantum fuiſſe, & eſſe heredem vniuerſalem ab inteſtato prædicti quondam Antonij cum dicto beneficio legis, & inuentarij, ſuper omnibus eius bonis mobilibus, ſtabilibus, auro, argento, recolligentiis, & nominibus debitorum remanſis in hæreditate prædicti quondam Antonij infra diſtrictum tantum, vt ſupra; & ſucceſſiuè potuiſſe, & poſſe modo, quo ſupra, inſtrumenta, & obligationes quaſcumque accuſare, & liquidare, & eas, & ea accuſata, & liquidata exequi, iuxta formam Ritus M. C. V. & generalitèr omnia alia, & ſingula facere, modo, quo ſupra, prout facere poſſet prædictus qu. Antonius, ſi viueret, & perſonalitèr intereſſet, & quæ facere poteſt quilibet heres facto præambulo, hoc ſuum, &c. *Paſcalis, Franc. Vollarus,*

Conſtantinus Actuarius,

12 Et cùm ab hoc decreto appellatum eſſet ad Sacrum Conſilium, viſis videndis, facta de omnibus relatione in Aula ſub die 3. Nouembris eiuſdem anni 1617. per Regium Conſiliarium Ioannem Baptiſtam Meliorem, præſtantiſſimum Iureconſultum, & in iure municipali huius Ciuitatis verſatiſſimum, decretum M. C. confirmatum fuit, prout ex ſententia, cuius verba ſunt.

In Dei nomine Amen.

Viſa ſupplicatione appellationis Maieſtati noſtræ in noſtro Sacro conſilio exhibita, & præſentata pro parte Siluiæ Corrado appellantis à decreto præambuli Magnæ Curiæ Vicariæ in fauorem Fœlicis Antonij de Gliembo; & viſa alia ſupplicatione porrecta in noſtro Sacro Conſilio pro parte Fœlicis Antonij de Gliembo petentis, confirmari decretum præambuli qu. Antonij de Gliembo, quarum tenor talis eſt, videlicet, S.R.M.

Viſis deniquè videndis.

Per hanc noſtram diffinitiuam ſententiam dicimus, pronunciamus, ſententiamus, decernimus, & declaramus, benè fuiſſe iudicatum per noſtram Magnam Curiam Vicariæ per decretum ipſius Magnæ Curiæ ſub die 14. Iulij 1617. & proindè decretum prædictum debitæ exequutioni demandetur, iuxta ipſius ſeriem, continentiam, & tenorem.

Hanc eandem, &c. *Ioannes Baptiſta Melior, lecta lata, &c. Carolus Carbonus.*

13 De his deciſionibus meminerunt Ioannes Baptiſta de Thoro *in ſuo aureo compendio deciſ. Regni, in verbo, Nepos ex fratre*, & Lælius Caputus *in loco proximè cit.* qui tamen de illis valdè dubitat, attenta facti qualitate, quæ in cauſa illa concurrebat: non quòd dubitet, an nepos ex fratre præmortuo amitam defuncti ſororem, cæteroſquè ſororum præmortuarum filios excludat, quia hoc pro indubitato ſupponit ad fauorem nepotis ex fratre; ſed ex eo, quia ſoror erat extera, dotatáque reperiebatur in loco ſuæ originis de bonis paternis, & maternis, non ſecundum Conſuetudinem huius Ciuitatis; qua attenta, vt diximus, ſufficit vnicum paragium; ſed ſecundùm *Conſtitutionem Regni*, ex cuius diſpoſitione quot ſunt ſucceſſiones, tot debent eſſe paragia, ſicquè videbatur ſuper bonis intra diſtrictum per defunctum fratrem quæſitis, nulla habita ratione de dotatione prædicta, debuiſſe huic ſorori ſaltem paragium decerni: conſiderauit & alia *Caputus* pro adumbranda noſtri ſupremi Senatus deciſione, vt in *loco ſupra relato* videri poteſt: quibus tamen non obſtantibus factæ determinationi adhæreo.

Septima concluſio, ſoror maſculiata, ex cauſa, 14
quæ narratur *in Conſuet. Si moriatur, §. eas autem*, ſuccedit defuncto fratri cum aliis fratribus ſuperſtitibus, & in virili, ita Napod. *in d. Conſuet. Sed ſi morienti, §. quod autem, in verb. parentum, num.* 302. & ita intelligendo eundem Napod. *in gloſ. præcedenti*, *in verb. ſoror, in fine, verſ. quod autem hìc dicitur*, dum dicit, illud, quod dicitur de excluſione ſororis in bonis prædefuncti patris, intelligendum eſſe de ſorore dotata, ſecus verò ſi non eſſet dotata, quia tunc haberet partem, hoc, dico Ego, eſſe intelligendum in terminis *dicti §. eas autem*, quando ſoror non dotata reperitur maſculitata, nam ſecus deſtrueretur litera *Conſuetudinis, Sed ſi morienti*, Fab. Capyc. Galeot. *in addit. ad conſ.* 11. *Camil. de Medic. n.* 15.

Octaua concluſio, defuncto fratre ſuperſtite ſorore, & nepte ex fratre præmortuo, omnes ad ſucceſſionem admittuntur, quia ceſſat ratio excluſionis, 15
ſicquè deciſum habemus penes Capyc. *deciſ.* 21. Colut. Copula *in addition. ad Napod. in d. Conſuet. Sed ſi morienti*, in illa, quæ incipit, *Scias, quòd dic*, & ſimilitèr noſtris temporibus deciſum retuli Ego *ſupra, cap.* 145. quod incipit, *Neptis ex filio, in fine.*

Nona concluſio. Hæc omnia, quæ diximus de 16
excluſione ſororis, dic procedere in omnibus caſibus, in quibus de iure Conſuetudinario datur ſubingreſſio in linea collaterali, iuxta *Conſuetudinem, Sed ſi morienti*, & ſic in fratribus, & ſororibus patruelibus amitinis, & conſobrinis; quo fit, vt cùm de fratribus, qui tertio gradu coniunguntur, non loquatur *Conſuetudo*, ſicquè in illis ceſſat ſubingreſſio, quam non dari vltra filios fratrum conſobrinorum, quando concurritur cum conſobrinis defuncti, dicit deciſum Vinc. de Franch. *deciſ.* 24. conſequens eſt dicere, vt defuncto fratre, ſuperſtitibus maſculis, & fœminis tertio gradu ſibi coniunctis, omnes ſuccedant, & ſic tam maſculi, quam fœminæ, ſicquè deciſum per S.C. refert D. de Franch. *citata deciſ.* 24. *in fine*, & meminit Fab. Capyc. Galeot. *in addit. ad conſ.* 11. *Camil. de Medic. num.* 38. 39. & 40. Dixi paulò ante, quando concurritur cum conſobrinis, vt ſubingreſſio non extendatur vltra filios fratrum conſobrinorum; nam ſi ſupereſſet frater conſanguineus, vel vtrinquè coniunctus defuncti, & cum eo concurrerent alij deſcendentes ex altero fratre prædefuncto, ſubingreſſio daretur in infinitum, vt probat litera textus *in Conſuetudine prædicta, Sed ſi morienti*, & obſeruauit Martial. *in addition. ibi*, incipiente, *Verum quòd dicatur. fol. mihi* 152.

Decima, & vltima concluſio, defuncto fratre ſu- 17
perſtitibus fratre, & ſorore, omnibus inter ſe vterinis, ex quo eorum communis mater nupſit, ſuccedit tam frater, quam ſoror, quia in hoc etiam caſu ceſſat alia excluſionis ratio, quæ eſt fundata in onere dotationis; vterinus enim non cogitur ſororem dotare vterinam, & ſic ceſſat excluſio; idemque ſi defuncto fratri ſupereſſet frater vtrinque coniunctus, & ſoror vterina, vt adhuc ſoror cum fratre concurrat, in bonis tamen defuncto à communi matre obuentis, vinculi duplicitate non obſtante, cùm ex millies repetitis apud nos maius vinculum non attendatur, ſed à quo bona obueniunt: & ita paritèr determinatum in fortiori caſu, nimirùm in ſucceſſione matris; illa enim ex teſtamento, vel ab inteſtato decedente, ſu- 18
perſtitibus

perſtitibus filio maſculo, & filia fœmina, ex duobus matrimoniis ſuſceptis, ad ſuccedendum concurrit, tam filius maſculus, quàm filia fœmina,& pro virili,ex diſpoſitione *Conſuetudinis*, *Si qua mulier*, quæ tunc demum maſculorum prælationem admittit, quando ſunt maſculi, & fœminæ eiuſdem matrimonij: Cæterùm ſi ex diuerſis, ſuccedunt æqualitèr maſculi,& fœminæ:& ita ſemper in Sacro Conſilio deciſum, quando caſus contigit: videantur Capyc. *deciſ.92.n.3.verſ.fuit dubitatum*, Additio ad Napod. *in dicta Conſuet. Si qua mulier*,incipiens, *Inferebatur, fol. mihi* 206. & alia in *Conſuet. Sed ſi morienti*, quæ incipit,*Vterinus,fol.*155. Vincent.de Franch.*dec.*639. *num.*10.*verſ.nam ſi ſunt ex diuerſis matrimoniis*. Idemquè *in deciſ.*25. vbi loquitur in caſu fortiori, nimirum, vt ſuccedat filia fœmina pro æquali parte, & portione cum filio maſculò,etiam in bonis,quæ matri obuenerunt ex ſucceſſione alterius filij, qui cum filio maſculo ſuperſtite erat vtrinque coniunctus; Molfeſ.*part.3.q.*22.*n.*17.Fab. Capyc. Galeot. *in addit.ad conſ.*11.Camil.de Medic.*n.*41.*cum ſeq.*de Pont. *conſ.*39.

19 Idemquè dicendum putat Caputus *ad Conſuet. Si moriatur,part.*1.§.5.*num.*9.*fol.*131.de iure *Conſtitutionis Regni*, exordientis, *In aliquibus*; quæ cùm ex receptiſſima Noſtratum ſententia procedat etiam in ſucceſſione matris, vt *ibi* per Andr. & Afflict. aliique plures relatos per D. de Franch. *deciſ.* 171. vbi dicit, ſic hodiè abſque dubio iudicari. Hæc receptiſſima ſententia intelligenda eſt,quando frater, & ſoror ſunt vtrinque coniuncti, ſicque ex eodem patre, & matre nati; ſecus ſi eſſent vterini, quia tunc,dicit *Caputus*,ſuccedet matri tam filius maſculus,quam filia fœmina, & vterque in virili, id quod ex alio defendi non poteſt, nam cùm excluſio fœminæ in dotatione fundata ſit, & frater vterinus ſororem vterinam dotare non teneatur, conſequens eſt dicere, vt ceſſante cauſa excluſionis, ceſſet ſimilitèr & ipſa excluſio.

20 Sed credo,quòd hac vice *Caputus* non bene dixerit, cùm nulla Regni lege eius ſententia probetur; nullibi enim legimus in *Conſtitutionibus Regni*, prout in *Conſuetudinibus Neapolitanis* habemus, vt in ſucceſſione matris, ſuperſtitibus filio maſculo, & filia fœmina ex diuerſis matrimoniis, ita ſuccedat fœmimina, ſicut & maſculus; etenim cùm ex indubitata Noſtratum ſententia receptum ſit, vt *Conſtitutio*, *In aliquibus*,procedat etiam in ſucceſſione matris,adeò quòd pro lege hæc opinio ſeruatur, ac ſi expreſſis verbis ita *in dicta Conſtitutione*, *In aliquibus*, cautum eſſet; non video cur ad hanc dictinctionem deueniri poſſit,vt nimitùm tunc maſculus excludat fœminam à communis matris ſucceſſione;quando nati illi ſunt ex eodem matrimonio, ſecus ſi à diuerſis: nam ſi hoc verum eſſet, idem etiam dicere poſſemus in ſucceſſione patris.*Conſtitutio* enim,*In aliquibus*, quæ ex receptiſſima ſententia matris ſucceſſionem comprehendit,loquitur generalitèr, vt in ſucceſſione patris maſculus fœminæ præferatur, nec alitèr diſtinguit, an ſuperſtites filij ex vno, vel diuerſis matrimoniis nati ſint,quo fit, vt cùm in patris ſucceſſione diſtinctio hæc fieri non poſſit, ſicquè frater conſanguineus ſororem conſanguineam ſemper excludit, idem etiam & in ſucceſſione matris, reſpectu cuius certè nulla poteſt fieri conſideratio, quòd filius maſculus ex vno matrimonio natus eſt, filia autem fœmina ex altero, omnes enim ſunt filij, vndè, vt concludam, cùm legem habeamus expreſſam, vt in ſucceſſione patris ſemper maſculus fœminæ præferatur,non alitèr diſtinguendo, an maſculus,& fœmina ſint vtrinque coniuncti, vel conſanguinei, quæ quidem lex citra controuerſiam procedit etiam in ſucceſſione matris, conſequens eſt dicere,vt ſiue filius maſculus, & fœmina ſint inter ſe vtrinque coniuncti,ſiue vterini, ſemper maſculus etiam in ſucceſſione matris fœminæ præferatur.

Nec obſtat, quòd frater vterinus non tenetur ſororem vterinam dotare,*l. cùm plures*, §. *fin.ff. de administr.tutor.*nam non per hoc ſequitur,vt maſculus, & fœmina vterini æquis portionibus matri ſuccedere debeant, hæc enim concluſio procedit viuente matre, prout dicimus in fratre conſanguineo, qui viuente patre nec etiam ſororem conſanguineam dotare tenetur, & ſi illam dotauerit, animi liberalitatem, non autem iuris debitum exercere dicetur, vt benè probat Andr.*in d.Conſtitut.In aliquibus, col.*10. *verſ.quid ſi frater,fol.mihi* 240. mortuo autem patre, quia filius maſculus in ſuccedendo fœminæ præfertur, ſubintrat fratris conſanguinei debitum in ſororem dotando, & non priùs, vt benè etiam aduertit Gloſ.*in d.l.cùm plures,§. fin. in verb. alio patre*, quod quidèm onus,dic tu, vt ſubintret etiam in fratre vterino matri ſuccedente, vt ſorori vterinæ præferatur, dummodò eam de paragio dotet, ſeruata forma *Conſtitutionis*, quæ ita demum prælationem hanc maſculis concedit, dummodò ſorores pro modo facultatum de paragio maritare habeant, & non alitèr: & ſi dicas,fratrem conſanguineum, etiam,citra caſum paternæ ſucceſſionis teneri ſororem conſanguineam dotare, quando illa nil habet in bonis, vndè ſe dotare poſſit, vt probat Gloſ. proximè cit.in *d.§.fin.in verb.alio patre,in fine*, quæ ab omnibus canonizatur, 22
quod ſecus eſt in fratre vterino, qui adhùc ſi ſoror vterina aliundè,ex quo dotare ſe poſſit, non habeat, dotem illi dare non cogitur,vt probat text.*in d.l.cùm plures,§.fin.*ibi, *etiam ſi alitèr enubere non potuit,&c.* Reſpondemus, hoc procedere de iure *Digeſtorum*, quo attento cognati non ſuccedunt cum agnatis, ſecus verò de iure *Codicis*, ſecundùm quod ſibi ipſis ſuccedunt, *l. fin.§.ſed nec fratrem, C.de legit.hæred.*ac proindè fratrem vterinum ſororem vterinam inopem alimentare,& dotare teneri, eſt hodiè receptiſſimum,prout videre eſt penes Campeg.*de dot.part.*1. *quæſt.*23.Tiraquel.*de primog.quæſt.*62.*num.*3.Surd.*de aliment. q.*25.*tit.*1.*n.*24. & Gratian. cæteris omiſſis, *tom.*1.*diſcept.forenſ.c.*65.*n.*4.& 5.

SVMMARIVM.

1 *Statutum excludens fœminam à ſucceſſione fratris an locum habeat in ſucceſſione fœmina,& n.4.& 5.*

2 *Res prohibita alienari,ſi ſemel legitimè alienetur,alienabilis efficitur.*

3 *Soror,fratris appellatione continetur.*

ARGVMENTVM.

Soror,fratris appellatione,an & quando contineatur. Conſuetudo Neapolitana, incipiens, *Sed ſi morienti*, qua in collateralium ſucceſſione maſculus fœminam excludit, an procedat in ſucceſſione fœminæ? & de aliis ad materiam pertinentibus.

CAPVT

CAPVT CCIXI.

1 SORORE M, de iure conſuetudinario huius Ciuitatis à defuncti fratris ſucceſſione propter alterius fratris ſuperexiſtentiam excludi, aliquibus tamen caſibus exceptis, diximus latè *cap. præcedenti*: nunc opportune dubitatur, ac excluſio hæc procedat in ſucceſſione fœminæ, vt putà, deceſſit Iulia, ſuperſtitibus Alexandro fratre, & Maria ſorore, an Alexander tantum vigore Conſuetudinis noſtræ, *Sed ſi morienti*, ad ſucceſſionem, Maria excluſa, admittatur?

Hoc non inueni à Noſtris, quos vidi, tactum; credo forſan, quia exiſtimarunt, non eſſe dubium diſcuſſione dignum: placet tamen mihi aliqua ſuper illo diſſerere; etenim Surd. *deciſ.* 9. in terminis conſimilis Statuti, Mantuæ exiſtentis, deciſum refert, non eſſe locum in hoc caſu excluſioni ſororis ſuperſtitis, ſicquè illam inſimul cum fratre defunctæ ſorori æquis portionibus ſuccedere, & hoc, non obſtante quòd Statutum vtatur verbo, ſeu termino communi, non autem maſculino, cùm aliquando dicat *morientium*, aliquando *deficientium*, prout Conſuetudo noſtra, *ibi, in principio, Sed ſi morienti*. Ratio aſſignatur, quia Statutum agnationis reſpicit fauorem, & non tanta militat ratio in hæreditate fœminæ, quanta in hæreditate maſculi; quando enim agitur de ſuccedendo maſculo, maior eſt ratio, vt ſolum ad fratres ſuperſtites, fœminis excluſis pertineat ſucceſſio, nimirùm vt detur continuatio bonorum in eadem familia: quando autem ſorores nuptæ ſunt, eiſque eorum portio pro dote aſſignata, dicitur certè portio, illa à patrimonio paternæ familiæ diuulſa, ſicque non tanta vrget ratio, vel æquitas, vt de familia mariti reuertatur ad paternam, quanta vrget in conſeruanda, & continuanda in eadem familia:
2 hinc res prohibita alienari, ſi ſemel legitime alienetur, alienabilis efficitur, etiam in alias perſonas prohibitas, nec alitèr onus reuertendi ad familiam alienantium reuiuiſcit, *l.* 1. *l. pater filium*, *§. quindecim*, vbi Bart. *ff. de legat.* 3. & ita paritèr determinauit Rot. ſub die 14. Iunij 1630. *in vna Romana ſucceſſionis, coram D. Merlino*, in terminis *Statuti Vrbis* 146. *lib.* 1. quamuis *ibi* minor conſiderabatur difficultas; quia *Statutum* loquitur de ſucceſſione fratris ab inteſtato decedentis, quod proindè cùm ſit iuris communis correctorium, videtur, quòd extendi non poteſt ad ſororis ſucceſſionem, licèt illa de iure fratris appella-
3 tione contineatur, *l. tres fratres*, *ff. de pact. l. Lucius* 78. *ff. ad S. C. Trebel.* cum aliis concordantibus adductis per Rot. *in dicta Romana ſucceſſionis*, & ita ratiocinatur Matt. *in ſumm. ſucceſ. par.* 3. *q.* 6. *art.* 5.

4 Contrariam verò ſententiam, cui libentèr me ſubſcribo, nimirum, vt quando Statutum, quo excluditur ſoror à ſucceſſione fratris, propter alterius fratris ſuperexiſtentiam, loquitur per verbum commune, ſcilicet *morientis, decedentis, &c.* locum habeat etiam in ſucceſſione ſororis, ſicque vt altera ſoror ſuperſtes per fratrem excludatur, ſemel, atquè iterum reiecta Mantuani Senatus *deciſione* penes Surd. *loco cit.* probauit Rot. *in vna Rauennatenſi ſucceſſionis*, prout in *deciſ.* 548. *par.* 1. *&* 644. *part.* 2. *in recollect. per Farinac.* in terminis *Statuti Rauennatenſis*, quod vtitur termino communi, nimirum *Bona quæcunque decedentis ab inteſtato, &c.* & vlteriùs *defuncta perſona, &c.* per quem loquendi modum negari non poteſt, quin Statutum verificetur, tam quando moritur maſculus, quam cùm fœmina decedat; ſi enim Statuentes ſentire voluiſſent de ſucceſſione fratris tantum, ad illàmque dumtaxat Statutum reſtringere, vtiquè de fratre ſpeciatim dixiſſent, prout dixerunt *in præcitato Statuto Vrbis* 146. *lib.* 1. quod, vt *ſuprà* annuimus, loquitur de ſucceſſione fratris; vndè cùm vſi ſint termino communi, prout Ciues noſtri in illis verbis *in principio Conſuetudinis*, ibi, *Sed ſi morienti ab inteſtato abſque liberis, &c.* non eſt, cur dubitari poſſit, quin *Conſuetudo* noſtra pro ſororum excluſione, nedum maſculorum; ſed etiam fœminarum comprehendat ſucceſſiones. 5

Nec ſtringit ponderatio, quòd non militat tanta ratio in hæreditate fœminæ, quanta militat in hæreditate maſculi, ex eo principalitèr, quia portio aſſignata fœminæ eſt iam à patrimonio paternæ familiæ diuulſa. Quandoquidèm non per hoc ſequitur, vt recedi poſſit à verbis Statuti, apertè diſponentis, vt in linea collaterali morienti ab inteſtato, non expreſſo, an moriens ſit maſculus, vel fœmina, frater, ſorore excluſa, ſuccedat; vndè Rot. *in dicta Romana ſucceſſionis coram D. Merlino*, ponderando ſupradictam rationem, ac firmans, in ſucceſſione fœminæ ſororis excluſionem vnà cum fratre ſuperſtite, in terminis *Statuti Vrbis* de fratris ſucceſſione loquentis, pertranſit tamen cum aliàs per eandem deciſis *in ſupradictis duabus deciſionibus* 548. *&* 644. *in recollect. per Farinac.* nimirum, vt ſubintret excluſio, quotiès Statuentes termino communi, *morientis* ſcilicèt, vel *decedentis, deficientis, &c.* vſi eſſent.

SVMMARIVM.

1 *Soror ad defuncti fratris ſucceſſionem admittitur cum aliis fratribus.*

2 *Soror an cum aliis fratribus poſſit ſuccedere fratri defuncto, qui illam de propriis bonis dotauerat, & n.* 3. *&* 4.

3 *Soror primogenita dotata à fratre, & de illius bonis in ſucceſſione bonorum feudalium eiuſdem fratris excluditur per ſororem in capillo.*

5 *Conſtitutio Regni*, In aliquibus, *loquitur tantum de ſucceſſione deſcendentium in bonis aſcendentium.*

6 *Dotatio communi iure attento non facit, vt dotata à dotantis ſucceſſione excludatur.*

7 *Collatio ceſſat in linea collaterali.*

8 *Affl. in* Conſtit. In aliquibus, n. 10. & ſeq. *loquutus fuit de ſucceſſione bonorum feudalium.*

9 *Conſuetudo viget in Ciuitate Neap. vt ſoror à defuncti fratris ſucceſſione per alterum fratrem excludatur.*

ARGVMENTVM.

Soror nùm ad defuncti fratris ſucceſſionem admittatur vnà cum aliis fratribus ſuperſtitibus, ſi dotata reperitur de bonis eiuſdem fratris defuncti, vel potiùs ſit repellenda.

CAPVT

CAPVT CCX.

1 SORORE M ad defuncti fratris ſucceſ-
ſionem cum aliis fratribus, & ſororibus
ſuperſtitibus admitti, notiſſimi iuris eſt
in *vulgata authen. defuncto*, *C. ad S.C.
Tertull.*

2 Sed fuit à me quæſitum, an hæc concluſio in
Regno procedat, quando ſoror, quæ ſuccedere vult,
reperitur dotata de propriis bonis fratris, de cuius
ſucceſſione agitur?

Et quòd in hoc caſu ſoror non admittatur, vide-
tur tenere Afflict. *in Conſt. In aliquibus*, *num.*20.21.
& 22.præcipue ſub illis verbis, *Si ergò eſt maritata à
patre, repellitur à ſucceſſione patris: ſi à fratre, à ſucceſ-
ſione fratris.* Idemque affirmaſſe Franciſcum Viuium
cernitur ex eius *dec.*188.*n.*15.

3 Tu autẽ Regnicola, reſolutiuè procedendo; diſtin-
gue inter ſucceſſionem bonorum feudalium, & allo-
dialium; vt in prima, nimirùm ſi agatur de ſucceden-
do fratri in bonis feudalibus, in quibus viuitur iure
Francorum, ſoror de illius defuncti bonis dotata, non
modò per fratrem ſuperſtitem; ſed etiam per ſoro-
rem in capillo excluditur; ſic enim pro declaratione
Conſtit. Vt de ſucceſſionibus, cautum eſt in *pragm.*1.*de
feud.* quæ vulgò dicitur *la filingeria*; & per Andr. tam
in *Conſt. in aliquibus*, quàm in proximè citata, *Vt de
ſucceſſionibus*, & in *cap.*1. *num.*15. vbi etiam Afflict.
*num.*22.*&* 57. *de natur. ſucceſſ. feud.* Lucas de Penna
in l. fin. col. penult. C. quando, & quibus quarta pars deb.
Minad. *in Conſt. In aliquibus, in text. in pr. à n.*58. *vſque
ad* 75. Mareſcot. *var. reſol. lib.*2. *cap.*122. *per totum*,
D. Rouit. *conſ.*23.*n.*13.*lib.*1.

4 In ſucceſſione autem bonorum allodialium ſecus
dicendum eſt, vt nimirum ſoror benè ad fratris de-
functi ſucceſſionem cum aliis fratribus ſuperſtitibus
æquis portionibus admittatur; quamuis de illius bo-
nis dotata proponatur. Et vt pateat de veritate, ſci-
endum eſt, per *Conſt. In aliquibus*, quæ loquitur de
bonis burgenſaticis nihil ſuper hoc ſtatutum eſſe;
5 agit enim *lex* illa de ſucceſſione deſcendentium in
bonis aſcendentium, vt ſtante filio maſculo, filia do-
tata non ſuccedat: quando verò tractatur de ſuc-
cedendo fratri, verbum nullum in *lege* illa, quòd
proindè communitèr Noſtri dixerunt, ſeruandam
eſſe diſpoſitionem iuris communis, & ſic procedere
text. *in d. authen. defuncto*, vt per D. de Franch. cæte-
ris omiſſis, *deciſ.*171. quo nimirum communi iure
attento, dotatio non facit, vt dotata à dotantis ſuc-
6 ceſſione excludatur; nam ſi tractatur de ſuccedendo
patri ab inteſtato, filia dotata, collatis dotibus, inſi-
mul cum fratribus ſuccedit, *l.*2.*&* 3.*l. filia, & l. filiam,
C. de collation.* ſi verò tractatur de ſuccedendo fratri,
idem dicendum eſt, & cum hac prærogatiua, nam
quia ſumus in linea collaterali, ſuccedit ſoror abſque
dotis collationis onere; ceſſat enim collatio in hac
7 linea, ita Bald. *in l.*1.*C. de legit. hæred. in princ.* & in *l.
emancipati, C. de collation.* & in *his locis* DD. commu-
nitèr, nil obſtante Afflict. *deciſ.*161. vbi ſoror à fratre
dotata fratri dotanti ſucceſſit vnà ſimul cum alia in
capillo, dote collata; quia *ibi* quamuis dotatio facta
fuerit à fratre, de bonis tamen patris; ad hoc autem
vt fœmina dotata à dotantis ſucceſſione excludatur,
neceſſe eſt, vt particulari Statuto id caueatur, & tunc
erit locus communi omnium dicto, vt ſit Statutum
intelligendum, dummodò dotatio de propriis dotan-
tis bonis facta ſit, nam ſi frater ſororem de paternis,
vel maternis bonis dotaſſet, non per hoc, eo mortuo,
Statuto locus erit, vt per Bald. *in d.l.*1.*C. de legit. hæ-
red.* & in *l. neque mater, C. de iur. dot.* Campeg. *de dote,
part. vlt. quæſtion.*35. *&* 64. Minad. *loco cit. num.*63.
& alij.

Non obſtant dicta per Afflict. *in d. Conſt. In aliqui- 8
bus*, circa propoſitum dubium; nam *ibi* per illum no-
tata intelligenda ſunt circa ſucceſſionem bonorum
feudalium, prout benè aduertit Rouit. *citato conſ.*23.
*num.*13. *circa medium.* Minus obſtant ſcripta per *Vi-
uium*; gratis enim id omne aſſerit, inaduertentèr, ſine
ratione, & authoritate, prout videri poteſt.

In hac autem Ciuitate viget *Conſuetudo*, per quam 9
in linea collaterali ſoror à fratris ſucceſſione per alios
fratres ſuperſtites excluditur, vt in *Conſuet. Sed ſi mo-
rienti*; ad cuius ornatum inter noſtros Scribentes, vi-
de, quæ nouiſſimè adnotauit D. Capyc. Galeot. *in
addit. ad conſ.*11. *Dom. Camill. de Medicis.*

SVMMARIVM.

1 *Spoliatus ſua poſſeſſione eſt illicò reſtituen-
dus, adhuc ſi ſpolians vellet illicò de iure
ſuo docere.*

2 *Spolium vltimum eſt priùs purgandum. Quod
exemplo declaratur, n.*3.

4 *Princeps Superiorem non recognoſcens, an
poſſit mandare, vt Iudex, coram quo de
illato ſpolio agitur, procedat ſimul, & ſe-
mel, tam in poſſeſſorio, quam in petitorio,
& n.*6.7.8.10 *&* 16.

5 *Spolians in Regno Siciliæ nunquam in iuri-
bus ſuis auditur, niſi ſpoliato priùs reſti-
tuto.*

9 *Procuratorem conſtituens ad capiendam poſ-
ſeſſionem delatæ hæreditatis, dicitur il-
lam adire.*

11 *Spolium quando violentèr, & doloſè eſt com-
miſſum, nulla admittitur defenſio.*

12 *Princeps in dubio non præſumitur vti pleni-
tudine poteſtatis.*

13 *Princeps poteſt iuri poſitiuo derogare.*

14 *Inimicitia ex litibus oritur.*

15 *Princeps poteſt cogere ſubditum ad concor-
diam.*

ARGVMENTVM.

Spoliatus an ſit de iure reſtituendus, ſi ſpolians in promptu de iure ſuo doceret. Princeps Superiorem non recognoſcens, an poſſit mandare, vt Iudex, coram quo de illato ſpolio agitur, ſimul, & ſemel tam in poſſeſſorio, quam in petitorio procedat? & de aliis notabilibus; vbi ſingulare reſponſum *D. Ioannis Angeli Piſanell.* nunquam hactenus impreſſum.

CAPVT CCXI.

1 SPOLIATVS ſi quis fuerit de facto
poſſeſſione rei, quam tenebat, ex re-
medio *canon. reintegranda, 3. quaeſt.1.*
venit illico reſtituendus, & in eum lo-
cum reponendus, in quo ante ſpolium
reperiebatur. Idque adeò verum, vt ſpolians nullate-
nus audiri poſſit, adhuc ſi in promptu de iure ſuo
docere vellet, vt quia verè illius rei eſſet dominus, in
eiú que pacifica poſſeſſione exiſtens, extiterat priùs
2 per vim ab illa deiectus, nam vltimum ſpolium eſt
priùs omninò purgandum; ad text. *in l. qui poſſeſſionem,
ff. de vi, & vi armat.* Gabr. *conſ.* 149 *numer.* 12. & 16.
lib. 1. Rot. *deciſ.* 96. penes Seraphin. & 146. *num.* 8. in
collect. per Poſt. *poſt tract. de manuten.* Petr. de Benin-
3 tend. ſatis elegantèr *deciſ.* 8. vbi probat, quòd ſi ego
ſpoliaui te veſte, & tu ex interuallo ſpoliaſti me ea-
dem veſte, poſſum contra te agere, non obſtante
quòd per priùs te eadem veſte ſpoliaueram. Ratio
aſſignatur, quia licèt ego malè fecerim, tamen nullo
pacto tibi poſtea licuit me propria authoritate ſpo-
liare, ac ideò opus eſt, vt iſtud vltimum ſpolium pur-
getur, alias vltima violentia impunita remaneret,
quod eſſe non debet, quamuis ſecus eſſet, ſi inconti-
nenti te ſpoliaſſem, iſtóque iure vtimur.

4 Sed quaeritur elegantèr, an Princeps Superiorem
non recognoſcens poſſit mandare, vt Iudex, coram
quo de illato ſpolio agitur, procedat ſimul, & ſemel,
tam in poſſeſſorio, quam in petitorio?

5 Contigit in proximo priori ſeculo de hoc du-
bitari in Regno Vlterioris Siciliæ, in quo expreſſa
lege cautum eſt, vt nunquam ſpolians in iuribus ſuis
audiri poſſit, niſi ſpoliato priùs reſtituto deque his
conſultus magnus ille noſter Iureconſultus *D. Io.
Angelus Piſanellus*, affirmatiuam inſequens ſenten-
tiam, per hæc verba, quæ propria eius manu ſcripta
habeo, de iure reſpondit.

Ieſus, Maria.

6 Quæſitum à me fuit, an Cæſarea Maieſtas poſſit,
vel debeat mandare, quòd in lite ſuper ſpolio inten-
tata in Regno Vlterioris Siciliæ per Ill. Duciſſam
Montiſleonis contra Ill. Dominam Antoniam ſoro-
rem procedi poſſit, tam in poſſeſſorio, quam in pe-
titorio, ſtantibus *Capitulis*, ſeu *Ritibus* illius Regni,
quòd conſtito de ſpolio perpetrato infra bimeſtre
tempus fieret reſtitutio, antequam audiretur ſpolians
in defenſionibus ſuis; & niſi adeſſent illi *Ritus*, res
apud Sapientes careret difficultate, quia hoc eſt per-
miſſum Principi, ad finem, vt euitetur circuitus, &
quia non tollitur iuſtitia Partis quoad merita cauſæ,
vt eſt *text. in cap. conſtitutus, de fil. presbyt.* quem ita
intelligit Abb. *in cap. in literis, col. 9. in verſ. ad cap.
conſtitutus, de reſtit. ſpoliat.* idem conſuluit Alex. *in
conſ. 54. verſ. quinimò. vol. 5.* Veronenſ. *in conſ. 59. col.
fin. verſ. & maximè*, & nouiſſimè, licèt de prædictis
non meminerit, tenet Ioan. Ant. Rub. Alex. *in
conſ. 10. col. 2.* ibi, *Item dici poteſt*, ſolum igitur videtur
res ſcrupuloſa, nè dicatur, Cæſaream Maieſtatem illis
Ritibus derogare.

7 Quibus tamen non obſtantibus ſum in opinione,
quod ſi ipſa Cæſarea Maieſtas id mandauerit in ca-
ſu noſtro, quòd non dicetur contrauentum illius
Regni *Capitulis*, ſeu *Ritibus*. Et pro fundamento
præſuppono veram illorum intelligentiam, præcipuè
primi Regis Alphonſi fuiſſe, nè violentiæ commit-
terentur; nam dato ſpolio; & ſic data via facti, prout
ſpolium ipſum denotat, *l. ſi quis ad ſe fundum, C. ad
leg. Iul. de vi publ. l. ſi quis in tantam, C. vndè vi*, cum
ſimilibus, quia multæ poterant de iure communi
naſci limitationes, iuxta notata per Scribentes *in l.
naturalitèr, §. nihil commune, ff. de acquir. poſſeſſ.* vo-
luerunt Siculi ad audaciam refrænandam, quòd nulla 8
defenſio admitteretur. Quo præſuppoſito ſtante, di-
co, à ceſſante ratione, quòd ratio illius *Ritus* ceſſat in
caſu noſtro; nam mortuo Ill. Comite Goliſani re-
manſit hæres inſtituta Ill. Domina Antonia ſoror
vtrinque coniuncta in capillo, & ſic ex forma *Con-
ſtitut. Regni, Vt de ſucceſſionibus*, ex ſui prima facie
legitima ſuccedens, ſoror enim ex iure tranſmiſſio-
nis admittebatur, vt verbis vtar Bald. per *illum text.*
qui in Comitatu loquitur, in *cap. ſignificauit, de reſ-
cript.* Ergò deſtinando procuratorem, vt caperet poſ-
ſeſſionem Comitatus, cuius erat effecta Domina per 9
aditionem, eo ipſo, quòd procuratorem conſtituit, *l.
Paulus*, aliàs incipit, *per Procuratorem, ff. de acquir.
hæredit.* & vt efficeretur poſſeſſor, requirebatur ap-
prehenſio, *l. cùm hæredes, ff de acquir. poſſeſſ.* non vide-
tur, poſſe dici eam ſpolium de facto, vel violentia
commiſiſſe, vt ſic rigor *Capituli prædicti* poſſit lo-
cum habere: tantò magis, quia ſciebat Duciſſam
ſororem maritatam, & dotatam, & ſic prima facie
excluſam, per *text. in d. Conſtitut. Vt de ſucceſſionibus*,
& ſic tantò iuſtior, & potior erat poſſeſſio ſua, quan-
to magis erat à proprietate cauſata, vt verbis
vtar Baldi *in l. datis opera, in fine, C. qui accuſ. non poſſ.*
Ex quibus ſequitur, quòd ſicut Princeps poteſt or- 10
dinare, quòd cognoſcatur de petitorio, & poſſeſſorio,
& quando tractatur de ſpolio mero, vt *ſuprà* dixi;
ita in caſu noſtro, quia ſumus extra terminos veri-
dicos *dicti Capituli*, & ſolum eſt diſcutiendum, quæ
ipſarum debeat, vel poſſit ſuccedere, ſiue Comitatum
habere, dolus enim in caſu noſtro defuit, nam ſoror
ipſa hæres inſtituta licito iure, ſtante teſtamento, &
ſtante quòd erat proximè ſucceſſura, & ſic non re-
quirebatur aſſenſus, *cap. 1. de alienat. feud. pater.* cum
concordantibus, erat immittenda in poſſeſſionem, *l.
fin. C. de edict. diui Hadrian. tollend. l. filiam, ff. ad Tre-
bell.* nec ipſa Duciſſa, quæ per contractum præten-
debat, ſibi Comitatum deberi, poterat hanc immiſ-
ſionem impedire, vt declarat Bart. *ibi*, ergò quomodò
poteſt dici, quòd *Capitula* Regni Siciliæ poſſint de
hac poſſeſſione intelligi, vt habeat ille rigor mili-
tare, ſaltem, quòd ceſſare habeat poteſtas Principis
in decernendo, quòd ſuper vtroque procederetur. Et
quòd iſta ſit vera intelligentia *Capitulorum*, apparet
per aliud *Capitulum* Regis Ferdinandi, dum conque-
rentes Siculi, quòd præcedens *Capitulum* nimis lar-
gè, & improbe interpretabatur, reſtrinxerunt ſe, &
voluerunt, quòd procederet, vbi vis, & vbi clande-
ſtinitas interuenirent, quæ duo capita iam de iure
habebant priuilegium paratæ reſtitutionis, vt per
Alex. *in d. §. nihil commune, col. 8. verſ. iuxta illam fal-
lentiam*; Et in his voluerunt, quòd nullæ defenſiones 11
admitterentur, quando violentèr, & doloſè ſpolium
eſſet commiſſum. Similitèr appoſuerunt duos alios
caſus, videlicèt quando ſpolium eſſet commiſſum per
interuerſionem, in qua dolus, & delictum arguitur,
l. peregre, §. quibus, vbi DD. *ff. de acquirend. poſſeſſ.*
Alius caſus, quando Iudex non iuridicè procedens
permiſerit, vt ita intelligi debeat, Partem ſpolium
committere, nam vtique dolus adeſt, & verum ſpo-
lium de facto dicitur commiſſum, *l. fin. C ſi per vim,
vel alio modo*, & competit remedium reſtitutorium,
vt poſt alios declarat Socin. *in l. iuſte poſſidet, col. 4.
verſ. ſecunda concluſio, ff. de acquir. poſſeſſ.* conſuluit
Veronenſ. *in conſ. 19. ver. ſecundo ad idem, in vol. conſil.
ciuilium.*

ciuilium. quæ rationes ceſſant vtique in caſu noſtro, in quo d. ſoror palàm procuratorem conſtituit, vt hæres publicè acceſſit mediante titulo hæreditario, nullum inuenit reſiſtentem; quis igitur ſani capitis diceret, *Capitula* illius Regni habere locum, vt Princeps non poſſit præcipere, de vtroque debere diſcuti, cùm magis ſimus extra *Capitula*, quam quòd contrauениatur eis.

12 Secundò hoc mihi videtur clarum; nam quando Rex illa *Capitula* confirmauit, non habuit conſiderationem, quòd tolleretur ſibi facultas, quando caſus, & cauſæ euenirent, præcipiendi, quòd etiam cognoſcatur de petitorio, quia procedit de poteſtate Principis non ordinaria, quòd non poſſet hoc facere, nam in dubio Princeps non præſumitur vti plenitudine poteſtatis, ſed iure communi, & ordinario, vt dicit Innoc. *in cap. innotuit, de elect.* poſuit Alex. *in l. quamquam, in 1. notabili, C. de teſtam. militis*, ſi igitur Princeps nunc videt, quòd ex vtriuſque cognitione venit euitandus circuitus, cur negari debeat, id prohibitum per *Capitula*, quæ hoc non dictent contra iuris regulam, vt probat text. *in d. c. conſtitutus*, & per Abb. *in d. cap. in literis*, ex cuius *Abb.* verbis, dum conſtituit differentiam inter Principem, & Iudicem inferiorem, videtur verus intellectus *dictorum Capitulorum*, quòd illa intelligantur in Tribunalibus inferioribus Principe, vt non valeant formã alterare, non autem,
13 quòd ſi Princeps, qui poteſt iuri poſitiuo derogare, vt dicit Alex. *in d. conſ.* & Veron. etiam *loco cit.* voluerit ordinare quòd ſimul de poſſeſſione, & de meritis petitorij diſcuteretur, quòd hoc non poſſit: nam *Capitulum* hoc non dicit, & ſi voluiſſet hunc comprehendere caſum, expreſſiſſet; noluit ergò, quia non expreſſit, vt verbis vtar text. *in l. 1. §. ſin autem ad deficientis, C. de caduc. tollend.* perſona enim Principis in illorum *Capitulorum* ſermone non intelligitur, *l. inquiſitio*, cum concordantibus, *C. de ſolut. cap. petitio*, vbi Gloſ. *de iureiurand.*

14 Tertiò ſuaderi poteſt viuo fundamento, nam iſtæ Ill. Dominæ ſunt ſorores carnales, tractatur de Comitatu, & lites in Regno Siciliæ ſunt longiſſimæ, ex lite tot bonorum oritur inimicitia, & naſcitur ex protelatione litium, odium. *§. inimicitia, & §. item is, Inſtit. de excuſ. tutor.* notat Gloſ. *in auth. ſi teſtis, C. de teſtib.* quis igitur negabit, quòd ſi hic caſus eſſet de notatis in *Capitulis prædictis*, quòd ad euitandum odium inter ſorores, ad fugiendum lites, rancores, & inimicitias, ſicut poteſt Princeps cogere ad con-
15 cordiam, vt dicit Imol. per illum text. *in cap. cùm inter, verſ. in præſenti, de elect.* (quod alibi non reperiri ita expreſsè dicit *ibi* Abb. *in 1. notabili.* & in Principe firmat Paul. de Caſtr. *in l. quidam exiſtimauerunt, ff. ſi cert. petat.* ita dicendum, poſſe iubere, quòd de vtroque videatur? certè eadem ratio eſt, & hanc rationem ſentit Abb. *in d. c. in literis*, vbi ad finem euitandi circuitum, putat, Principem poſſe hoc mandare; quantò magis, nedum ad euitandum circuitum, ſed lites, odia, rancores, & inimicitias?

16 Quartò, dicant mihi Siculi, ſi tempore ſupplicationis *illorum Capitulorum* fuiſſent interrogati à Principe, quòd ſi caſus eueniret, quòd ex aliqua cauſa fuiſſet expediens non procedere ad reſtitutionem, ſed quòd videretur iuſtitia cauſæ, quòd ipſe Princeps volebat poſſe id mandare, nonnè fuiſſent contenti? certè ſic, quia aliàs fuiſſet Principis poteſtatem reſtringere, immò petere id quod eſſet eis nociuum; ergò hic caſus dicitur expreſsè reſeruatus, iuxta ea, quæ plenè decidunt DD. poſt Gloſ. *in l. tale pactum, §. fin. ff. de pact.*

Ioannes Angelus Piſanellus.

SVMMARIVM.

1 *Statutum excludens matrem à filij ſucceſſione, an intelligatur illam excludere à ſucceſſione filiæ.*
2 *Statutum excludens matrem à filij ſucceſſione per agnatos, an excludet, vbi in medio extaret filia.*
3 *Statutum excludens auum paternum à ſucceſſione nepotis, patruo exiſtente, an locum habeat, vbi in medio extaret auia materna.*
4 *Statuto excludente fœminas propter maſculos in linea collaterali, an neptis ex fratre excludat amitam.*
5 *Statutum excludens fœminas propter maſculos in linea collaterali an locum habeat in ſucceſſione fœminæ, & n. 6. 10. 13. 14. 15. & 16.*
7 *Soror æqualitèr ſuccedit cum fratribus: ſororibus, vel fratribus defunctis.*
8 *Fratrum appellatione an veniant ſorores.*
9 *Maſculinum an concipiat fœmininum.*
11 *Ratio legis quando magis attendi debeat, quam ipſa lex.*
12 *Lex eſt quicquid in ratione conſiſtit.*
17 *Renunciatio cùm ſit ſtricti iuris, extenſionem non recipit.*

ARGVMENTVM.

Statutum fœminam etiam in linea collaterali per maſculum excludens, nùm locum habeat, cùm deceſſerit frater, ſuperſtitibus ſorore, & fratris præmortui filia? vbi deciſio nouiſſima *Sacri Conſilij* pro ornatu *Conſuetudin. Neap. Sed ſi morienti.* Inſuper an idem Statutum locum habeat in ſucceſſione fœminæ, vbi deciſio *Rotæ Rom.*

CAPVT CCXII.

STATVTVM excludens matrem à 1
filij ſucceſſione, cùm dubitaſſent *Doctores*, an cenſeatur etiam illam excludere à ſucceſſione filiæ? negatiuè reſponderunt, ex eo, quia non eſt eadem excluſionis ratio, ita Archidiac. *in c. ſi quis ſuadente Diabolo, 17. quæſt. 4.* quem ſequitur Geminian. *in cap. generali, de elect. in 6.* Alex. *conſ. 45. col. 1. vol. 7. & conſ. 85. circa finem, vol. 4.* Iaſ. *in rubr. de acquir. poſſeſſ. numer. 23.* Imol. Barbat. Dec. & alij plures, quos ſequitur Surd. *deciſ. 9. num. 8.* conferunt ſcripta per Dec. *conſ. 377. num. 9. verſ. venio igitur*, vbi inquit, quòd ſi per Statutum, vt eſt Florentiæ, mater excludatur
ab inteſtato ab agnatis defuncti filij, non exclu- 2
ditur,

ditur, ſi defuncti ſorores ſupereſſent; cum illis enim adſucceſſionem concurreret, idemquè concludit poſt *Anchar.* in Statuto, quo cauetur, vt exiſtente patruo, mater filio non ſuccedat; nam ſi mater, ſoror, & patruus defuncti inſimul extarent, patruo excluſo, ſoror
3 cum matre ſuccederet: paritèr *numer.* 10. poſt *Bald.* affi. mat, quòd ſi Statutum ob patrui exiſtentiam auum maternum excluderet, ſi ſupereſſet auia materna, non ſuccedet patruus, ſed auus, & auia. Aſſignat *Dec.* in omnibus ſupradictis caſibus rationem, nimirùm, quia eorum quilibet à Statuto omiſſus cenſetur, quòd proindè remanet in diſpoſitione iuris communis, vt *ibi* per eum.

4 Quid autem dicemus, vbi Statutum extaret, ſiue *Conſuetudo*, vt eſt in hac Vrbe Regia Neap. quæ incipit, *Sed ſi morienti*, per quam fœmina, etiam in linea collaterali per maſculum excluditur, ſi deceſſerit frater, ſuperſtitibus ſorore, & nepte filia alterius fratris præmortui, nùm neptis ipſa amitam excludat? dic, ambas æqualitèr ad defuncti fratris, & patrui reſpectiuè ſucceſſionem venire, quamuis neptis patris perſonam repræſentet, qui ſi viueret, certè ſororem excluſiſſet; Hæc enim *Conſuetudo* maſculos fœminis præferens procedit tantùm, quando frater maſculus cum eius ſorore in ſucceſſione concurrit; non autem vbi concurrit ſoror cum nepte alterius fratris præmortui filia, & ſic caſus à *Conſuetudine* omiſſus cenſetur, ſicque per S. C. deciſum teſtatur Ant. Capyc. *deciſ.* 21. & in *Conſuet. Si moriatur, in addition.* quæ incipit, *Nota ex Gloſ.* Bucin. *in Conſuet. Sed ſi morienti,* in *addition. incip. Subingreſſio, verſ. quid autem in ſorore*, Colut. Coppul. *ibidem in addit.* quæ incipit, *Sciat*, & Piſanel. in *alia ſequenti*, quæ incipit, *Ego*, Thor. *in Compend. deciſ. in verb. Neptis filia, par.* 1. & in *verb. ſuccedere an debeat, part.* 2. & his addimus Mart. *in ſumm. ſucceſſ. par.* 1. *quæſt.* 22. *art.* 1. *n.* 6. *verſ. & ſecundùm hanc opinionem, fol. mihi* 486. & Tepat. *var. iur. ſentent. tit.* 648. *c.* 3. vbi de noſtro *Capycio* memor fuit. Et cùm ſimilis caſus his diebus in noſtro S. C. diſputandus occurreret, ob mortem Doctoris Scipionis Rendinæ abſque liberis, ſuperſtitibus Magnificis Fauſtina ſorore, Franciſca nepte ex fratre præmortuo, & Magnificis Hieronymo, & Ludouico Folleriis, illius ex ſorore ſimilitèr præmortua nepotibus, quamuis neptis illa Franciſca patris perſonam repræſentans, Dominos Follerios à defuncti patrui ſucceſſione ſub *Conſuetudinis* clypeo excludere prætendiſſet, re in iudicium deducta, fuit per S. Conſ. iunctis Dominis duarum Aularum pro Folleriis pronunciatum, illos ad defuncti auunculi ſucceſſionem pro tertia parte admittendo, referente Domino Don Thoma de Carleual Iureconſulto Hiſpano clariſſimo, & Regio Conſiliario: deciſio fuit *ſub die* 10. *Iunij* 1633. penès de Scacciauento, S.C. Actorum Mag. quam poſt hæc ſcripta impreſſam inueni inter deciſiones *Dom. Reg. Capyc. Latro*, & eſt 41. *in ordine.*

5 Sed ſatis vtilitèr videndum eſt, an præcitata, *Sed ſi morienti*, Conſuetudo, per quam, vt diximus, fœmina etiam in linea collaterali per maſculum excluditur, in fœminæ ſucceſſione locum habeat, vt puta deceſſit Iulia, ſuperſtitibus Titio fratre, & Ioanna ſorore, an Titius tantùm vigore *præfatæ Conſuetudinis*, ſiue *Statuti*, ad ſucceſſionem admittatur, Ioanna excluſa?

Et quòd procedat, teneo indubitantèr; non enim dixerunt Ciues, vt *decedente maſculo, ſiue fratre, &c.* quibus ſanè verbis attentis, dubitari poſſet, an maſculinum concipiat fœmininum, & ſic an fratris appellatione veniat ſoror; ſed vſi fuerunt verbo illo, *Sed ſi morienti*, quod ſine dubio eſt aptum comprehendere, tam maſculum, quàm fœminam; & ita in puncto videtur affirmaſſe D. Præſ. de Franch. *deciſ.* 652. *in fin.* ſecus verò, vbi Statutum diſponeret, vt decedente fratre, ſoror per fratrem ſuperſtitem excludatur, hoc enim caſu nonnulli magni nominis tenuerunt *Doctores* (licet non ſine maxima controuerſia) vt in ſucceſſione ſororis Statutum nullo pacto procedat; ſed quòd inſimul tam maſculus, quàm fœmina, & ſic tam frater, quàm ſoror ſuperſtites in prædefunctæ ſororis hæreditate ſuccedant; ita iudicatum ait Surdus *dec.* 9. *per totam*; & in terminis *Statut. Vrbis* 146. *lib.* 1. Rot. *in vna Romana ſucceſſionis coram D. Merlino ſub die* 14. *Iunij* 1630. cuius deciſionis tenor eſt ſequens.

Veneris 14. *Iunij* 1630.

Celebrem apud *Doctores*, olimque ſæpiùs in Rota 6 diſcuſſam, & non reſolutam quæſtionem, an *Statutum Vrbis c.* 146. *lib.* 1. dum hæreditatem fratris decedentis ab inteſtato defert fratribus, excluditque ſorores, locum ſibi vendicet in hæreditate ſororis? hodiè Domini negatiuè definierunt, & non obſtante *dicto Statuto*, Iſabellam æqualitèr admittendam eſſe ad ſucceſſionem Annæ, cum Proſpero fratre, reſponderunt.

Ipſa enim fundatam habet intentionem de iure 7 communi, ſecundùm cuius diſpoſitionem ſoror æqualitèr cum fratribus ſuccedit ſororibus, vel fratribus defunctis, §. *ſi igitur, il ſecondo, authen. de hæred. ab inteſtat. venien. auth. poſt fratres, la prima, C. de legitim. hæred.* & *Statutum* cùm expreſsè ad oculum non loquatur de hæreditate ſororis, hic caſus tanquam omiſſus à *Statuto* reiiciendus eſt ad diſpoſitionem iuris communis, *l. commodiſſimè, ff. de liber. & poſthum. l. ſi extraneus, ff de condict. cauſ. dat.* Anchar. *conſ.* 26. *n.* 2. Dec. *conſ.* 451. *n.* 6. Socin. Sen. *conſ.* 228. *ſub num.* 2. *lib.* 2. Affl. *dec.* 21. *n.* 13. cum aliis.

Et quamuis appellatione fratrum veniant ſorores, 8 vt in *l. tres fratres, ff. de pactis, l. Lucius*, 78. *ff. ad Trebel. l. Lucius, & Titia* 38. *ff. famil. erciſc. l. Lucius Titius* 91. § *quæſitum*, *ff. de legat.* 3. Attamen cùm verſemur in materia correctoria iuris communis, cautè procedendum eſt in extenſionibus de perſona ad perſonam, nec de facili recedendum à clara diſpoſitione iuris communis, & in ſimili materia fratrum appellatione non veniunt ſorores, nec maſculinum concipit fœmininum, Socin. Iun. *conſ.* 1. *numer.* 102. *libro* 1. Honded. *conſ.* 8. *num.* 4. Manent. *conſ.* 1. *num.* 12. *lib.* 1. & fuit dictum *in Bonon. ſucceſſionis* 10. *Martij* 1597. *coram Litta*, impreſſ. apud Giouagn. *conſ.* 1. *lib.* 1. Præſertim verò quia *Statutum* non in plurali numero loquitur reſpectu eorum, quibus eſt ſuccedendum, ſed in numero ſingulari, ibi, *Defuncto fratri ab inteſtato*, quo caſu intelligitur de fratre tantum, non autem de ſorore, vt egregiè diſtinguit Caſtrenſ. *d. l. tres fratres, num.* 2. Alex. *conſ.* 85. *num.* 7. *lib.* 4. Dec. *in l.* 2. *num.* 12. *ff. de reg. iur.* Corn. *conſ.* 94. *numer.* 4. *lib.* 2. Carpan. *ad Statut. Mediolan. cap.* 288. *ſub num.* 7. nec maſculinum 9
concipit fœmininum, vbi diuerſis nominibus vnumquodque denominatur, frater enim dicitur *frater*, & ſoror nuncupatur *ſoror*; licèt ſecus ſit in his, quibus diuerſa nomina attributa non ſunt, ſed ſolùm per qualitatem, vel fœmininam, vel maſculinam diſtinguuntur, vt ſunt filius, filia, nepos, neptis, Auus, Auia, quia hoc caſu faciliùs maſculinum aptum eſt concipere fœmininum, & datur procliuior tranſitus in intellectu in iſtis nominibus ſymbolicis: Ità poſt Bal. *in l. quicunque, C. de ſeru. fugit.* obſeruat Capra, *conſ.* 62. *n.* 9. Bolognet. *conſ.* 9. *n.* 84. vbi de communi teſtatur, Menoch. *conſ.* 1146. *n.* 7. Quod eò magis dicendum eſt, quia *Statutum Vrbis* diſcretiuè loquitur de fratribus,

&

& de ſororibus, ibi, *defuncto fratri*, & ibi, *excludant etiam ſorores*, & ita intelligi debent ſinguli ſexus ſub eorum germano nomine, nec confundi, ad tradita per Iaſ. *in l. tres fratres, n.* 13 *ff. de pact.* Zuccard. *in repet. l. fin. n.* 70. *C. de edict. Diu. Hadr. toll.* Siluan. *conſ.* 1. *num.* 21. Gabr. *de verb. ſignific. concl.* 6 *n.* 63. Honded. *conſ.* 8. *n.* 31. *lib.* 2. Menoch. *conſ.* 990. *num.* 4. Rim. Iun. *conſ.* 782. *n.* 92. *&* 93.

10 Verùm quia difficultas iſtius quæſtionis poſita eſt in ratione *Statuti*; nam ex identitate rationis ſoror poteſt venire appellatione fratris, nec dicitur extenſio, ſed comprehenſio, ad tradita per Curt. Sen. *conſ.* 9. *num.* 22. *&* 23. qui in tuenda opinione, quòd huiuſmodi *Statutum* ſibi locum vendicet etiam in hæreditate ſororis, potiſſimum nititur hac identitate rationis; quemadmodum & Alciat. *conſ.* 200. *lib.* 9. Aldobrand. *conſ.* 101. *num.* 5. *lib.* 1. Menoch. *conſ.* 542. *num.* 18. & quotquot *Curtium* ſequuntur; ſicque ratio

11 ipſa latiùs, quam lex pateat, ratio tanquam intrinſeca virtus legis, & ſpiritus illi prædominans magis attendi debet, quàm lex: Glo. *in l. qua ratione*, §. *licèt*, *ff. de acquir. rer. domin.* Bart. *in procem. ff.* §. *hac autem tria*, Ang. *conſ.* 221. *num.* 3. *verſ. nam licitum eſt*, cum aliis per Tiraquell. *in l. ſi vnquam, verbo, Libertis, n.* 45. *C. de reuoc. donat.* Molin. *de primog. Hiſpan. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 8. *&* 9. Ex ratione enim efficitur ius, vt inquit Bald. *in cap. cùm dilectus, il primo, de reſcript.* & lex eſt

12 quidquid in ratione conſiſtit, ait Abb. *in cap. ratio nulla, num.* 1. *de prabend.* Imò ratio eſt ipſamet lex, quæ impulit Legiſlatorem ad ſic ſanciendum, & rationis quodammodò Interpres dicitur eſſe lex, Bald. *in l.* 1. *C. de interdict.* Ancharan. *in cap. canonum ſtatuta, de conſtit.* Port Imol. *conſ.* 183. *n.* 20. 23. *& ſeq.*

13 Ideò Domini putarunt, indagandam eſſe differentiam rationis, & cur ſororem excludere non intellexerint Statuentes ab hæreditate ſororis, quemadmodum excluſerunt ab hæreditate fratris, & viſum fuit duplicem poſſe aſſignari rationem: Prima eſt, quia ſi *Statutum* fundatur in præſumpta dilectione defuncti erga perſonam ſuccedentem, ſicuti illud fundari cenſendum eſt, cùm regularitèr humanæ diſpoſitiones intelligendæ ſint ſecundùm id quod naturalis ratio, & neceſſitudo ſanguinis dictat, Bald. *in l. Titius, in ſum. ff. de hared. inſtituen. & conſ.* 156. *num.* 1. *lib.* 2. Card. Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 6. *tit.* 11. *num.* 5. certè præſumi poteſt, fratrem magis diligere alium fratrem, quàm ſororem, nedum ob æqualitatem ſexus, verùm etiam ob votum conſeruandæ agnationis, vterque enim frater eſt in agnatione, & illam conſeruat, & frater dicitur quaſi ferè alter, vnus, & idem ſanguis, in quo eadem militat ratio charitatis, quæ in filiis, vt poſt Agellium *lib.* 13. *cap.* 10. & Briſſon. *de verb. ſignificat. in verbo, frater*, inquit Deciani *conſ.* 83. *n.* 69. *lib.* 4. Bardellon. *conſ.* 16. *n.* 16. *&* 25. & propterea iure merito Statuentes ad ſucceſſionem fratris defuncti vocarunt alterum fratrem dumtaxat, excluſa ſorore, interpretando mentem ipſius defuncti, iuxta naturalem affectionem: quæ rationes non ita vrgent in defuncta ſorore, quæ vel præſumitur minus diligere fratrem, quam ſororem, quippè quòd ſoror dicitur quaſi ſeorſim à fratre naſcens, & ab eius domo ſeparanda, vt *Antiſtius Labeo* magnus I. C. putabat, teſte Agellio *d. lib.* 13. *cap.* 10 Briſſon. *in verbo, ſoror, il primo, de verb. ſignific.* Tiraq. *de legibus connub in l.* 1. *gloſ.* 1. *num.* 31. vel ſaltem æqualiter præſumitur diligere ſororem, ac fratrem, vltra enim ſanguinis coniunctionē additur inter ſorores ſexus communio, & muliebris indigentiæ experimentum, & indè in ſociam facilis commiſeratio, cumque in ipſis ſororibus expiret agnatio, *l. pronunciatio, in fine, ff. de verb. ſignification.* non ita anxiè paternæ familiæ conſulere voluiſſe cenſendum eſt, & conſequentèr ex interpretata à *Statuto* ſororum voluntate, ad ipſarum ſucceſſionem vnà cum fratribus admittendæ ſunt eædem ſorores pro æquis portionibus.

Altera eſt ratio, quia cùm agitur de bonis fraternis, maior eſt ratio, vt ad alios fratres ſuperſtites ſolùm pertineant, vt detur continuatio bonorum in eadem familia; dum verò ſorores nuptæ ſunt, eiſque aſſignata earum portio pro dote, hæc portio diuulſa eſt à patrimonio familiæ paternæ, nec tanta viget ratio, vel æquitas; vt de familia mariti reuertantur ad paternam, quanta militat in conſeruanda, & continuanda in eadem familia; quemadmodum dicitur, quod res prohibita alienari, ſi ſemel legitimè alienetur, efficitur alienabilis, etiam in alias perſonas prohibitas, nec reuiuiſcit onus reuertendi ad familiam alienantium; *l.* 1. *l. pater filium*, §. *quindecim*, vbi Bart. *ff. de leg.* 3. Ita conſiderant Salycet. *in l.* 2. *n.* 27. *verſ. non idem. C. de noxal.* Socin. Iun. *conſ.* 23. *n.* 51. *&* 52 *lib.* 1. Surd. *deciſ.* 9. *n.* 9. huicquè motiuo multum accedere videtur *Statutum Vrbis*, dum *in fine*, ad ſucceſſionem bonorum maternorum æqualiter admittit ſorores, & fratres, quia mater æquè cenſetur diligere maſculos, & fœminas, nec ita ſollicita præſumitur circa conſeruationem maſculorum, prout ipſi maſculi. 14

Demùm hac ſententiam, quòd *Statutum* deferens ſucceſſionem hæreditatis fraternæ ſolis fratribus, non comprehendat hæreditatem ſororis, in terminis tradiderunt Caſtrenſ. *conſ.* 119. *numer.* 1. 2. *&* 3. *lib.* 1. Capr. *conſ.* 62. *num.* 2. Iaſ. *in rubr. ff. de acquir poſſ. numer.* 22. Crauett. *conſ.* 743. *num.* 7. latiſſimè Carpan. *ad Statut. Mediol. cap.* 288. *num.* 4. Caball. *conſ.* 54. *n.* 7. qui plures alios congeruñt, & de veriori, & communiori teſtantur Menoch. *conſ.* 990. *n.* 2. *&* 3. *& conſ.* 1146. *num.* 6. *&* 7. & in hanc ſententiam inclinauit Rota teſte Caputaquen. *deciſ.* 334. aliàs 331. *lib.* 1. *in manuſcript.* & tamen *ibi* agebatur de *Statuto antiquo Vrbis* ſub *lib* . *cap.* 24. vbi quæſtio erat magis dubia, quia illud *Statutum antiquum* non vtebatur verbo *fratris*, ſed alio, maſculinæ quidèm ſignificationis, at magis generali, & indefinito, nempè, *defuncto, ſuccedant germani fratres*, quod verbum, *defuncto*, commodiùs referri poterat ad ſororem etiam defunctam; ſecus autem eſt in *hoc Statuto nouo*, vbi ſignantèr additur verbum *fratri*, & diſcretiuè nominantur fratres, & ſorores, quod videtur factum cum myſterio, vt Statuentes indicarent, quòd de hæreditate fratris, non autem ſororis loquebantur; & in his terminis loquitur etiam *deciſio* 548. *part.* 1. *recent.* quæ fuit confirmata, vt in *deciſ.* 644. *part.* 2. *recent.* in *eadem cauſa* emanata, quia *Statutum Rauennatenſ.* ibi loquebatur de hæreditate cuiuſcunque inteſtati; quod verbum, *cuiuſcunque*, rectè referri poterat etiam ad hæreditatem fœminæ: & vlteriùs addebat Statutum, *defuncta perſona, &c.* quæ tam ad maſculum, quam ad fœminam referri poterat, & Rota *ibi* multum inſiſtit, quòd ratio conſeruandæ agnationis expreſſa fuerat, & quòd aderat aliud *Statutum Rauennæ* diſponens, agnatos præferri etiam in ſucceſſione fœminæ, vt *in dicta deciſione* 644. *n.* 2. quæ deficiunt in *Statuto nouo Vrbis*, de quo agitur; quòd dum *veteri Statuto* addit expreſſam illam denominationem, *fratris*, videtur voluiſſe remouere dubitationem, de qua *in dicta deciſione Caputaquen.* 15

Nec refert huiuſmodi *Statutum* excluſiuum ſororum propter fratres, eſſe fauorabile, tanquam fundatum in motiuo conſeruationis familiarum. Quoniam hìc fauor debet regulari intra ſuos limites, quos propria verborum ſignificatio præſcripſit, neque contra mentem Statuentium, qui de ſorore diſcretim mentionem faciunt, extendi ad ampliorem excluſio 16

excluſionem, Sord. *deciſ.9.n.16.verſ. non etiam obſtat*, & minus hæc extenſio permitti debet, cùm magna differentia conſiderari poſſit inter caſum, quo agitur de excludenda ſorore ab hæreditate fratris, & caſum, dum agitur de hæreditate alterius ſororis, vt *ſuprà* dictum eſt.

Non obſtant Curt. Sen. *conſ.9.* Alciat. *conſ.200. lib.9.* Gerard. Mazzol. *conſ.8. & 9.*& alij relati per Gratian. *diſcept. forenſ. cap.449.* quoniam Curtius reprobatur à dicto Socin. Iunior. *conſ.23.n.48.& 57.* & in contrarium militat receptior, & verior *Doctorum* ſententia, vt *ſuprà* dictum eſt, præſertim concurrentibus circumſtantiis particularibus *huius Statuti noſtri, Vrbis*: Gratianus verò loquitur vti Aduocatus in hac cauſa; & Gerard. Mazzol. *conſ.9. in pr.* teſtatur, contra ipſius *conſilia* fuiſſe iudicatum, & rationes pro hac ſententia magni facit.

Nec ſuffragatur Proſpero *Statutum Eugubinum*, quia cùm ipſe ſit forenſis, illi *Statutum* non cenſetur fauiſſe, nec Statuentes Eugubini curarunt conſeruationem familiæ Romanæ ipſis non ſubditæ, vt per Alex. *conſ.111.in pr. lib.7.* Pariſ. *conſ.12.num.25.lib.3.* Peregr. *conſ.90.n.13.& 20.lib primo*, & fuit dictum in *Narnien. ſucceſſionis 22. Maij 1628. coram me*, quam ſequuta eſt Rota *in Ferrarien. de Taſſonis 18. Martij præteriti coram R.P.D. meo Pironuno.*

17 Neque Iſabellæ obſtat renunciatio, loquitur enim de bonis dumtaxat paternis, maternis, & fraternis, & cùm ſit ſtricti iuris, neque extenſionem recipiat, nequaquam referenda eſt ad bona ſororum, iuxta deducta per Bald. *conſ.48 per tot. lib.2.* Aret. *conſ.161.n.5.* Dec. in his terminis *conſ.230.n.3. in fine, verſ. & prædicta maximè*, Natt. *in addit. ad Alex. conſ.85.lib.4.* Hond. *conſ.29.n.93.& 94.lib. primo*, Eugen. *conſ.88. n.82. lib. primo, & in Bononien. hæreditatis de Armis 18. Aprilis & 22. Decembris 1622. coram me.*

Et ita Domini vnanimiter cenſuerunt, Statutum *cap.146. lib. primo* non comprehendere caſum paſſiuæ ſucceſſionis ſororis, & Proſperum teneri ſoluere Iſabellæ eius portionem, &c.

SVMMARIVM.

1 *Statutum laicorum Clericos non ligat.*
2 *Caſus nouus proponitur.*
3 *Statutum vbi derogat iuri ſingulorum, omnium conſenſus requiritur.*
4 *Conſenſus expreſſus, & tacitus quis ſit.*
5 *Conſenſus an dicatur præſtitus, vbi quis per ſonum campanæ vocatus non comparuit.*
6 *Taciturnitas quando habeatur pro conſenſu.*
7 *Baro an poſſit exigere de plantatis, ſicut exigebat de ſeminatis, & n.9.10. & 11. vbi deciſio, n.12.*
8 D. Ioannes Vincentius de Anna *commendatur.*

ARGVMENTVM.

Statutum laicorum, an & quando Clericos liget. Conuentio inter Baronem, & Vniuerſitatem, conuocato conſilio inita, vt tempore recollectionis frumenti, ad fraudem euitandam exigatur à Ciuibus in territoriis Baroni reddititiis ſeminantibus, medietas quantitatis frumenti ſeminati, & non ampliùs quantitas vnius modij ex ſingulis decem, quæ colliguntur, iuxta antiquum ſolitum, nùm liget Clericos, qui vti laicorum ſucceſſores territoria à Baronibus conceſſa tenent? & de aliis ad materiam pertinentibus.

CAPVT CCXIII.

STATVTVM laicorum quantumuis 1
generale, vel ſpeciale, certum eſt, ex *cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, de conſtit.* Clericos, & Eccleſiaſticas perſonas non ligare, etiamſi earum commodum, & fauorem concernat.

Sed fui vna die interrogatus à quodam Barone, 2
qui in eius territorio tempore recollectionis frumenti, & aliarum frugum (quia territorium totum antiquitùs fuerat ſuum, & demum Ciuibus conceſſum, cum infraſcripto onere) exigebat modium vnum ex ſingulis decem, & demum ad tollendam fraudem, quæ in tali exactione concurrere ſolebat, cum ſubditis, publico interueniente colloquio, & nemine diſſentiente ad conuentionem deuenerunt, quòd non aliter huiuſmodi fieret exactio, ſed quod exigeretur medietas illius quantitatis frumenti ſeminati, quam deindè ſub certa pœna Baronali Curiæ reuelare Ciues illi tenerentur, nè Baro ipſe in aliquo fraudaretur, an hæc conuentio ligaret illos Clericos, qui ſimiliter, vti laicorum ſucceſſores territoria à Barone conceſſa tenebant?

Reſpondi, nedum Clericos, ſed nec etiam Laicos qui in conuentione, ſeu ſtatuto non interuenerunt, præfata conuentione, ſiue ſtatuto ligatos eſſe; conſtat enim, hanc conuentionem non generalem eſſe, ſed ſingularum perſonarum ius tangentem, quo caſu omnium neceſſarium eſſe, nec maioris partis ſufficere conſenſum, voluerunt *Doctores* infra citandi? quoties enim Conſuetudo, ſiue Statutum derogat iuri 3
ſingularum perſonarum, oportet, illarum expreſſum, vel tacitum conſenſum interuenire; ita Ang. *conſ.267.* & alij per ipſum adducti, quos citat Modit. *in §. plebiſcitum, dubit. 53.* dixi expreſſum, vel tacitum 4
requiri conſenſum; expreſſum, quando quis expreſsè Statuto conſentiret; tacitum verò, quando quis paſſus eſſet exequi conuentionem, ſiue ſtatutum illud.

An autem quando ſumus in Statuto iuri ſingulo- 5
rum derogante, tacitè quis illi conſentire videatur, ſi Communitate per ſonum campanæ, vel per gridam conuocata pro tali condendo Statuto, aliquis ad publicum colloquium accedere non curauit? dic, quòd non; tunc enim quis tacitè actui conſentire videtur, 6
quando conſentire tenetur; ſed quando quis in actu conſentire non tenetur, prout in caſu propoſito, taciturnitas non habetur pro conſenſu; Gloſ. *in l.2. §. voluntatem, in verb. contradicat, in addition. ff. ſolut. matrimon.* alia in materia, vide apud citatum Modit. *dubit.54.& 60. in d.§. plebiſcitum.*

Sed in terminis propoſiti articuli citra conuen- 7
tionem prædictam quæro, ſi Baro eſt dominus totius territorij, in quo de ſeminatis quotam fructuum exigit,

exigit, an poſſeſſor poſſit illud territorium mutare, ipſum plantando, & an Baro poſſit exigere quotam fructuum de plantatis, provt de ſeminatis percipiebat? dic, quòd ſic; ſicut in vtroque caſu affirmat Capiblanc. *tract. de author. Baron. pragm. 11. à n. 75. vſque ad n. 78.* vbi ex Alber. & aliis voluit, Dominum quouſque creuerint arbores poſſe petere quotam ſolitam percipi, provt quando ſeminabatur.

8 Ad hoc propoſitum ad manus meas peruenit quoddam manuſcriptum *Domini Ioannis Vincentij de Anna*, tempeſtate ſua Iuriſconſultorum iuriſconſultiſſimi, per hæc verba.

Reſponſum D. Io. Vinc. de Anna.

In iſto dubio Magnifici Franciſci Antonij de Maramonte cum vaſallis feudi Plaanzani clarum eſt in facto, quòd dictus Franciſcus Antonius eſt Dominus dicti feudi, & ſolet exigere Quintum omnium fructuum naſcentium in dicto feudo; dubium remanet, quia in multis vineis dicti feudi ſunt plantatæ arbores Oliuarum, & aliorum fructuum, verum debeatur Quintum? quòd debeatur, allegatur text. *in*
9 *cap. commiſſum, de decimis*, vbi ille, qui tenetur ſoluere decimam paſcuorum, ſi poſtea illa paſcua ſunt reducta ad culturam, etiam illarum frugum debetur decima; & per illum text. notat *ibi* Abb. *in 1. notab.* quòd mutatio qualitatis loci non alterat obligationem decimarum, & ideò ſi terra erat ſterilis, nunc reducatur ad culturam, vel aliquid in ea plantetur, debet ſolui decima culturæ, & arborum: & quærit *ibidem*
10 Ant. de Butr. quòd ſi ſoluitur decima terræ aratoriæ, & poſtea in ea plantatæ ſunt vites, & arbores, debetur decima fructuum arborum, & vini: & ratio eſt, quia vna res non debet diuerſó iure cenſeri, *cap. cùm in tua, eod. tit. de decim.* Couar. *pract. quæſt. c. 37. n. 5.* Balb. *de præſcript. 2. par. pr. 3. effect. n. 17.*

11 Secundò pro hac opinione allegatur authoritas Specul. & Io. Andr. *in tit. de locat. §. 1. col. 5. verſ. illud autem*, quòd is, qui conceſſit Terram infructuoſam ad partem fructuum, habebit medietatem arborum, quia ſunt in fructu, & dabit partem vini, & fructuum arborum, quos allegat Paris *de reintegr. feud. fol. 90. col. 4.*

Ioannes Vinc. de Anna.

12 Demùm ſequitur *Apoſtilla* manu eiuſdem, quæ eſt illius cauſæ, & propoſiti dubij deciſio per hæc verba.

Die 11. Iulij 1571. fuerunt condemnati Particulares in proceſſu contenti ad ſoluendum Quintum omnium arborum, tam vindemiarum, quàm oliuarum, ſicut de aliis rebus in dicto territorio ſoluitur, &c. Anna.

Poſt hæc vidi eundem *Annam*, qui latiùs in hac cauſa ſcripſit, provt videre eſt *in ſua allegat. 94.*

SVMMARIVM.

1 *Statutum, per quod prohibetur ædificari, an locum habeat, quando quis vellet domum ſuam ruinam minantem reficere, & n. 2. 3. & 8.*

4 *Nouum opus antiquum ædificium reficienti an nunciari poſſit. & n. 5.*

6 *Caſtrum dirutum an vaſallus reficere valeat abſque Regis licentia.*

7 *Barones an poſſint noua Caſtra ædificare, & antiqua reficere.*

ARGVMENTVM.

Statutum, quo cauetur, vt nemo ex Ciuibus poſſit in ſolo ſuo ædificare, niſi certa pecuniarum quantitate, iuxta ædificij qualitatem, Communitati priùs ſoluta, an locum habeat, quando Ciuis vellet domum ſuam ruinam minantem reficere. Barones an valeant in eorum iuriſdictione noua Caſtra ædificare, & antiqua reficere? ad ornatum *Conſtitut. Regni Caſtra*, & de aliis.

CAPVT CCXIV.

STATVTVM, ſi in aliqua Ciuitate extaret, vt nemo ex ciuibus poſſit in ſolo ſuo ædificare, niſi certa pecuniarum quantitate, iuxta ædificij qualitatem, Communitati priùs ſoluta, dubitabatur, an locum haberet, quando ciuis vellet domum ſuam ruinam minantem reficere? 1

Reſpondi negatiuè, cùm tam Canonico, quàm Ciuili iure attento, ædificare prohibitus, reficere minimè prohibeatur; ſic enim habetur in *cap. Iudæi, il. 1.* & clariùs in *cap. conſuluit*, vbi Io. de Anania, Ant. de Butr. Felin. & cæteri, *extra. de Iudæis, in l. 1. circa finem*, vbi Gloſ. *in verb. reficere, ff. de mort. inferen. in l. 1. §. ſi quis ædificium, ff. de oper. noui nunciat. & in l. 3. §. reficere, ff. de itiner. actuquè priuat.* ſicquè vno ore in his iuribus faſſi ſunt Bald. Ang. Imol. Roma. Zaſ. & cæteri omnes, Andr. *in c. 1. §. fin. n. 23. de capitulis Corrad.* Aymon. Crauett. *in d. l. 1. num. 169. ff. de oper. noui nunciat.* Cagnol. & Dec. *in l. domum, ff. de regul. iur.* Bolognin. *in l. qui viam, num. 78. ff. cit. tit. de oper. noui nunciat.* Caſtrenſ. *conſ. 247. lib. 2.* Affl. *deciſ. 392.* vbi Addent. Nicol. Boër. *dec. 44.* Alex. *conſ. 190. n. 7. lib. 2.* Cæpolla *in tract. de ſeruit. vrban. prædior. tit. de refect. cap. 59.* Auguſt. Berous *conſ. 144. lib. 3.* Horat. Carpan. *ad Statut. Mediolan. in tit. quòd habentes antiquam ſedem, c. 240. lit. N. & R.* Grat. *conſ. 112. n. 4.* Alciat. *conſ. 100. num. 8. lib. 5.* Surd. *conſ. 121. n. 7. lib. 1.* vbi ex text. *in l. 3. §. enimverò, & §. reficere, ff. de itinere, actuque priuat.*
firmans concluſionem, quòd aliud ſit reficere, aliud 3
verò opus de nouo facere, infert ad Statutum, quo cauetur, nè belli tempore ædificare liceat, vt non procedat, cùm quis antiqua ædificia reficere vellet, allegat Bald. & Ang. *in l. 1. in fine, ff. de mortuo inferen.* Alex. *in rubr. ff. ſolut. matrim. num. 21.* Iaſ. *in l. ius ciuile, num. 10. ff. de iuſtit. & iur.* & in *l. quamuis, num. 190. ff.*
de fluminibus, & quòd hac ſic ſtante concluſione 4
ſequitur, quòd reficienti antiquum ædificium nouum opus nunciari non poteſt, allegat Bart. Caſtrenſ. & Alex. *in l. 1. §. ſi quis ædificium, ff. de oper. noui nunciat.* & Bologn. *in l. qui viam, n. 69.* cum *pluribus ſeqq. ff. hoc eodem tit.*

Et licèt non deſint *Doctores*, qui contrarium firmauerint; attamen dicta per eos procedunt, cùm quis ædificium penitùs collapſum reficere vellet; ita diſtinguendo ſcripſerunt Caſtrenſ. *in d. l. 1. §. opus nouum facere, num. 3. ff. de oper. noui nunciat.* & clariùs Alex. *in eadem l. 1. §. ſi quis ædificium, in fin.* quos citat, & ſequitur Surd. *loco cit. num. 18. verſ. & non conſtat, &*
num. 22. hi enim diſtinxerunt inter ædificium fun- 5

 ditùs,

5 funditus,& omninò deſtructum ; & ædificium antiquum vetuſtate corroſum, ſed non omninò collapſum; vt in primo, tanquam facienti nouum opus poſſit fieri nunciatio: ſecundo verò, non.

Qua diſtinctione ſic ſtante, quam puto veriſſimam, alias Ego inferebam ad diſpoſita in *Conſtit. Regni*
6 *huius*, incipit, *Caſtra*, vbi ſancitum eſt, abſque Regis licentia vaſallis non licere dirutum Caſtrum reficere, (id quod notauit Afflict. *dec.265.n.70.* & poſt eum, Reg.de Ponte *tract.de poteſt. Proreg.tit.de diuerſ.prouiſion.in prin.*) vt ſanctio iſta ſit intelligenda, quando Caſtrum eſſet funditùs, ac omninò deſtructum; ſecus verò ſi eſſet tantum vetuſtate corroſum, ſed non omninò collapſum; hoc enim caſu, *Conſtit.* prædicta non procederet: Verùm diſtinctionem hanc procedere aduerto in locis Domanij; ſecus verò in Terris
7 Baronalibus, in quibus Barones abſque Regis licentia benè poſſunt, non ſolum Caſtra diruta reficere; ſed de nouo conſtruere, vt poſt Andr. *in eadem Conſt.* notat Afflict. *num.3.verſ. & propterea*, & ſatis benè Reg.Tap. *ibidem, verſ. hanc tamen concluſionem*, vbi huius dicti aſſignat rationem; nimirum, quia cùm Barones, Reguli appellentur, iuriſdictionemquè habeant in territorio, pro ipſorum defenſione neceſſariũ eſt eius Caſtra munita habere; ad quod allegat D.Thom. *de Regimine Princip.lib.2.c.*11.& Petr.Gregor.Tholoſ. *de Republ.lib.2.cap.*3. Inſuper inferebam ad prohibitiones, quas nos habemus, nè cuiquam liceat extra mœnia huius Ciuitatis abſque licentia Regiæ Cameræ ædificare, vt procedant, quando noua ædificia facere, vel vetera funditus diruta reædificare cupimus; ſecus verò ſi non funditus deſtructa reficere vellemus, quia tunc, attentis ſuperius dictis, nulla opus eſſet licentia.

SVMMARIVM.

1 *Stipendia annua debita Magnati pro militum præfectura, an illi debeantur pro eo tempore, quo in vinculis propter aliquod delictũ detruſus eſt, & n.4.5.6.7.8.12. & 13.*

2 *Milites, qui perſonaliter ſeruire tenentur, eo ipſo, quod propter delictum condemnantur, conſuetis ſtipendiis priuantur;*

Sed declaratur n.3.

Et quæ ſit ratio, n.11.

9 *Clericus beneficiatus in perpetuum carcerem condemnatus non cenſetur beneficio priuatus, ſi ſententia de illo mentionẽ non fecit.*

10 *Beneficium eſt ſtipendium militiæ Clericalis.*

ARGVMENTVM.

Stipendia, quæ ex Principis largitione ſingulis annis Magnates pro militum præfectura, ſiue alicuius Caſtri cuſtodia conſequuntur, nùm eiſdem debeantur pro eo tempore, quo in vinculis, ex cauſa alicuius patrati facinoris detruduntur. Clericus beneficiatus ſi ſententia mediante fuerit in perpetuum carcerem damnatus, abſque quòd de beneficio aliquid in ſententia exprimatur, nùm beneficio illo priuatus cenſeatur? & de aliis ad materiam pertinentibus.

CAPVT CCXV.

STIPENDIA, quæ ex Principis largitione annuatim conſequuntur Magnates, putà pro militum præfectura, alicuius caſtri cuſtodia, & ſimilibus, in quibus per ſubſtitutum, quem vulgò *Locumtenentem* appellant, deſeruiunt; elegans eſt difficultas, ſi ob aliquod delictum, ſiue alia ex cauſa contingeret, Magnatem illum in commiſſi facinoris pœnam per certum tempus carceribus ſubiici, nùm carcerationis tempore durante, eadem ſolita, & annua debeantur, ac ſi in libertate conſtitutus eſſet? 1

Hæc quæſtio frequens eſſe poteſt, præſertim in hoc Regno, in quo nonnulli Proceres ex Regis Noſtri munificentia alicuius Caſtellaniæ, vel grauis armaturæ præfecturam conſequuntur, quam communitèr appellant *Capitan de Caualli, & Caſtellani*, qui ſi aliqua ex cauſa ſimplicitèr in temporalem carcerationem eſſent condemnati, dubitari poſſet, an eiſdem eſſent ſoluenda conſueta ſtipendia, quæ ſingulis annis à publico Ærario conſequebantur?

Reſpondeo, certum eſſe, & in dies in Regia Ca- 2
mera decidi audiuimus, priuatos milites, & alios, qui perſonalitèr ſeruire tenentur, quia eo ipſo, quòd condemnantur, à ſeruitio deficiunt, conſequentèr conſuetis ſtipendiis priuatos cenſeri: hanc tamen con- 3
cluſionem in illis tantum militibus, qui perſonalitèr ſeruire tenentur procedere, eſt neceſſariò fatendum; ſecus autem affirmari videtur in his Illuſtribus, quibus in ſeruiendo ſubſtituendi facultas ipſo iure conceditur, *l.ad ſimilitudinem, C.de Epiſc. & Cler. l.nullus, la 3.C.de Decur.lib.*10. vbi Bald. hoc notat, & nouiſſimè Reg. Conſtant. Cephal. *conſ.1.n.*35. Quod procedit, etiam quando perſonæ induſtria eſt electa; alioquin nullum eſſet priuilegium perſonæ Illuſtris, vt arguit Barbat. *de præſtant.Card.q.5.prima par.n.*12. & Bald. *in d.l.nullus*, multóque magis, quando ſubſtitutus eſt expreſſus, & aptus, quo caſu ſubſtitutio perſonali aſſiſtentiæ comparatur, Afflict. *in cap. Imperialem, §.firmiter, n.*15. *de probib. feud. alienat. per Frider.* Cephal. *d.conſ.1.n.*36.

Verùm vt propoſitæ quæſtionis vera habeatur 4
reſolutio, duos caſus diſtinguendos eſſe arbitror; quorum Primus eſt, quando Illuſtris ille Vir in officio deliquit, & condemnatur; & in hoc caſu quamuis in ſententia de Officij, ſeu Beneficij priuatione non fiat mentio, adhùc tamen ipſo iure Officiis, & Dignitatibus, in quibus deliquit, priuatus cenſetur; text. eſt *in l.ſi aliquid, C.de ſuſcept. & arcar.lib.*10. vbi *Doctores* præſertim Alex. ad Bart. Ang. Iacob. & alij in *l.ſi quis ex argentariis, §.cogentur, ff.de edendo.*

Alter caſus eſt, quando crimen extra Officium 5
committitur; & communis, ac indubitata eſt concluſio, quòd condemnatus de crimine, etiam infamiam irrogante, poteſt retinere Officia, & Dignitates, niſi fuerit expreſsè in ſententia priuatus: Probatur primò *in l.ſi quis ex argentariis, §.cogentur, ff.de edend.* & *ibi* Ang. *n.*1. poſt Odoffred. *ibi, circa finem*, & alios Antiquos, quos allegat, ſequitur *ibidem* Iacob. *n.*14. Bart. *conſ.*174.*n.*5. Decian. *conſ.*14.*n.*88. *& ſeq.lib.*3. Franc.

Marc.

Marc.*deciſ.*116.*Quæritur, an notarius, lib.*2. probatur etiam in *l.ſi quis Decurio, verſ.ſed non ſtatim, C.ad leg. Cornel.de falſ.* quam ad hoc ponderat *Bald.* qui omnes in Notario extra Officium delinquente loquuntur, Alex.poſt Bart.*in d.l.ſi aliquod, C. de ſuſcept.& arcar.*
6 *lib.*10.ſententia enim, quæ de priuatione Dignitatum, Officiorum, & ſtipendiorum non loquitur, non eſt amplius exaggeranda vltra modum interdictionis datum; argumento *l.*3. *poſt pr.*ibi, *neque enim exaggeranda, &c.ff.de Decurion.* eſt enim ſtricti iuris, & vltra illius tenorem aliqua priuatio non imponitur: argumento *l.at ſi quis, §.diuus, ff. de Religioſ. & ſumpt.funer.l.*3. *poſt pr. ff. de Decurion.* & in pœnalibus, quia ſtrictiſſimè proceditur, Regula illa planè locum habet, Omiſſum habetur pro omiſſo; *l.cùm quidam, ff.de liber. & poſthum.* Hinc lex imponens pœnam corporalem, & bonorum publicationem, ſi in ſententia bonorum publicatio non exprimitur, cenſetur reus ab illa abſolutus, Afflict. *in tit. quæ ſint Regal.in verb. condemnatorum, num.*25. Peregr. *de iur. fiſc.tit.*1.*lib.*5. *num.*23.

7 Item in Comite condemnato habemus theoricam Bald.*in l Caſſius, n.*1.*ff.de Senat.* qui hæc verba ſuggerit: *Sed hic quæritur, an Comes condemnatus pro furto, vel falſo in mille, perdat Comitatum, quem habet à Rege, à quo non reperitur amotus. Et videtur, quòd ſic; quia Comites ſunt ſpectabiles, ſed omnis infamis perdit dignitatem, ergo perdit Comitatum, quia eſt ei annexa dignitas: ad hoc* 3 *C. de dignitat. l. Iudices, lib.*10. *In contrarium videtur, quia ex quo eſt taxata pœna, ergò non patitur aliam pœnam exteriorem; argumento infra de poſtula. l. Imperator, & pro hoc facit Innocent. qui dicit, quod in his, quæ ratione Officij quis facit, putà ſi ſit Prælatus, tenet, quod facit infamis, donec priuetur Officio, de accuſat.cap.qualitèr, & quando, in gloſ.magna: Item dicit, quòd irregularis, & homicida remanet in ſua dignitate, & Prælatura, donec remoueatur ab ea, &c.* hæc Bald. quem ſequitur Ioan.de Selua *in tract. de benef. par.*3.*q.*2.*n.*5.*&* 20.

Sed opponi poſſet, hanc *Bald.* theoricam ad caſum
8 iſtum non eſſe applicabilem, poſtquam procedit in Comite habente feudum in dominium vtile, quo dominio aliàs conceſſo non cenſetur priuatus, niſi ex ſtatutis criminibus feloniæ; nos verò ſumus in officio Præfecturæ militum, Caſtellaniæ, &c. quo faciliùs delinquens priuatur, quàm feudo. Sed reſpondeo, quòd rationes, quibus vtitur *Bald.* terminant caſum noſtrum, quarum illa eſt præcipua, quia taxata eſt pœna in ſententia, ergò non patitur aliam pœnam exteriorem: item Prælatus irregularis, infamis, & homicida adhùc remanet in ſua dignitate, & Prælatura, ſi non remouetur; ergò quamuis in caſu noſtro delinquens fuerit extra ordinem condemnatus, adhuc retinet militiam & ſtipendia, quibus per ſententiam priuatus non fuit.

9 Confirmatur etiam hæc concluſio exemplo Clerici inquiſiti de crimine, & ad perpetuos carceres condemnati, qui per hanc ſententiam ſuper crimine latam non intelligitur beneficio priuatus, niſi hoc in ſententia ſit expreſſum; videatur, quæſo, notabilis deciſio *Rot.* quæ eſt *quinta*, incipiens *Accuſatus*, ſub *tit. de ſentent.& re iudicat.* in *antiquioribus*, vbi ad partes articulus diſputatur, & ita tandèm concluditur; ſequitur Felin.*in cap.cæterum, num.*24.*circa medium, de reſcript.* Io.de Imol.*in cap.cùm noſtris, n.*34.*de conceſſ. preben.*

Sed dicet quis, quid commune habet beneficium
10 Eccleſiaſticum cum ſtipendiis militaribus? Reſpondeo, quòd beneficium eſt ſtipendium militiæ Clericalis, text.eſt in *cap. Epiſcopus, de preben.* ibi, *Conuenientia ſtipendia militiæ Clericalis aſſignet*, Gulielm. Redoan.*tract.de ſimon.mént.part.*2.*c.*27.*num.*12. ergò poſtquam habemus particulares deciſiones in ſtipendiis militiæ Clericalis, vt confiſcari non poſſint ex delictis Clericorum, idem quoque ſeruari debet in ſtipendiis militiæ ſecularis; regularitèr enim vtraque militia æquiparatur, niſi alitèr in vna, quàm in alia iure cautum ſit, Gloſ.*in l.miles, ff.de re iudic.* vbi Alex.& alij, Barbat. *in cap. O..oardus, de ſolution.* notatur *in l.ſtipendia, de exequution. rei iudicat.* Minad. *in Conſtit.Reg.In aliquibus, verſ.filiorum, n.*16.

Præterea decidi poteſt hæc quæſtio inueſtigando 11
cauſam, ſiue rationem, vbi fundatur quotidiana deciſio, & Regiæ Cameræ obſeruantia, quæ regularitèr omnes milites pro criminibus condemnatos ſtipendiis priuat; & duplicem eſſe inuenio. *Prima*, quia ſtante impedimento condemnationis actu ſeruire non poſſunt. *Secunda*, ratione delicti commiſſi, quia criminoſis ianuæ Domini non patent. Modò dico Ego, ſi deciſiones prædictæ fundatæ ſunt in prima ratione, iam quiſque fatebitur, delinquenti, de quo 12
agimus, ſtipendia deneganda non eſſe, quia actu perſonalitèr ſeruire non tenetur, ſed ſufficit ſeruitium per Subſtitutum, vt *ſuprà* diximus; ſin autem in ſecunda, ſcilicèt ratione delicti commiſſi, non ea ratione, quia ſeruire non poſſunt; hoc falſum eſt, & contra *dictam deciſionem* Rot.& alios ſequaces *ſuprà* citatos, qui loquuntur in Clerico condemnato pro delicto commiſſo, & decidunt, non amittere beneficium, etiam requirens reſidentiam, & ſic in caſu fortiori ſecundum rationes allegatas in *deciſ.Rot.* ergò non eſt vera concluſio, quòd miles delinquens ratione delicti priuatur ipſo iure beneficio. Concludo 13
igitur, Magnates, de quibus agimus, in temporalibus carceribus condemnatos conſueta ſtipendia ſemper conſequi, niſi in eiuſdem Præfecturæ officio deliquerint, quo caſu omni iure illis denegantur: Et ita per hæc, & alia inſigniora media in facti contingentia pro tuitione iurium Excellentiſſimi Aſculanorum Principis inueni reſpondiſſe *D. Octauium Bammacarium* doctiſſimum Iuriſconſultum, & in feudorum iure verſatiſſimum, cuius anima requieſcat in pace, prout vidi, & obſeruaui ex quibuſdam eius locupletiſſimis manuſcriptis; quibus confert nouiſſima deciſio in caſu ſimili facta per Regiam Cameram in Collaterali Conſilio ad fauorem Excellentiſſimi Marchionis Piſcariæ, Regni huius Magni Camerarij, pro quo doctiſſimè iuxta morem ſcripſit *Dominus Hector Capycius Latro*, tunc cauſarum orator primarius, demum Regius Conſiliarius, nunc Regens Regiam Cancellariam digniſſimus, & Marchio Torelli, prout videre eſt *in ſua conſult.*56. *lib.*1. quam paritèr imprimi curauit Thorus *in compend. deciſ. part.*2. *in verb.ſalarium ex cauſa Officij.*

SVMMARIVM.

1 *Subingreſſio in ſucceſſionibus, tam in linea aſcendenti, quam tranſuerſali, quomodò hodie procedat, tam attento iure communi, quàm municipali Neapolitano, explicatur, & n.*2.3.5.8.9.*&* 10.

4 *Nepos an concurrat cum patruo in ſucceſſione fratris patruelis.*

6 *Lex feudalis, ſicut & Romanorum, poſt fratrum filios ſubingreſſionem non admittit.*

7 *Subingreſſio non datur in ſucceſſione emphyteuſis conceſſa abſque qualitate hereditaria.*

11 *Vinculi duplicitas an, & quando in ſucceſſionibus præualeat, & n.13.*

12 *Patruus ex vtroque latere coniunctus an in ſucceſſione nepotis excludat alterum patruum, vno tantùm latere coniunctum.*

14 *Vinculi duplicitas an præualeat in ſucceſſione fideicommiſſaria, & n.15.16.17.18.19.20.21.22.23.25.26.27.28.& 30.*

24 *Legatum fratribus factum an debeatur, tam vtrinque coniunctis, quam conſanguineis, & vterinis.*

29 *Proximitas quænam attenditur in fideicommiſſis grauati, vel grauantis.*

ARGVMENTVM.

Subingreſſio in ſucceſſionibus tàm in linea aſcendenti, quàm tranſuerſali, quomodo hodie procedat, tam iure communi, quàm conſuetudinario Ciuitatis Neapolis attento, explicatur, & ad quem gradum ſe extendat, & quid in feudis. Duplici vinculo munitus an in ſucceſſionibus, & fideicommiſſis vincat ex vno latere coniunctum, & de aliis notabilibus, vbi deciſio nouiſſima *Sacræ Rotæ Romanæ.*

CAPVT CCXVI.

1 SVBINGRESSIO in ſucceſſionibus, quonam modo procedat hodiè, hìc breuitèr in gratiam Tyronum explicare cenſui: Et vt ſummaria de hac materia habeatur cognitio, ſciendum eſt *Primò*, vnicam tantum ante *Authenticorum* iura ſubingreſſionem fuiſſe cognitam, nimirum quando auo ſuccedebatur, filius enim defuncti, & nepotes ex altero filio præmortuo ſuſcepti, eorum patris locum aſſumentes, ad aui ſucceſſionem inſimul admittebantur, §. *cum*
2 *filius, Inſtit. de hered. quæ ab inteſta. defer.* In linea verò collaterali nulla prorſus erat ſubingreſſio; quarè ſi aliquis moriebatur, fratre, & alterius præmortui fratris filio ſuperſtitibus, frater tantum admittebatur, nepote penitùs excluſo, §. *ſi plures, Inſtit. de legit. agnat. ſucceſſ. l. conſanguinitatis iure, C. de legit. hered.* ſuperuenit demum *Authenticorum* ius, in hoc tantum caſu ſubingreſſionem extendens, idquè ex quodam beneficio, & priuilegio, vt inquit text. *in §. reliquum, verſ. huiuſmodi verò, auth. de hered. ab inteſt. venient.* in tantum, quòd exiſtentibus fratre in ſecundo gradu, & alterius fratris filio; qui eſt in tertio, quoad patrui ſucceſſionem hic fratris filius ſui patris locum ſubingreditur, vt cenſeatur in ſecundo gra-
3 du, & cum patruo ad alterius patrui defuncti ſucceſſionem admittatur: præter hunc tantum caſum, ſi ad alicuius collateralis ſucceſſionem concurratur, qui patruus non ſit, nunquam ſubingreſſio permittitur, ſic diſponente text. *in d. §. reliquum, in fine*, ibi, *nulli alij omninò perſonæ ex hoc ordine venienti hoc ius largimur, &c* & ſic hodiè in Aui, & Patrui tantum, non autem in aliorum collateralium ſucceſſione ſubingreſſio conceditur, Bart. *in authen. poſt fratres, C. de legit. hered.* vbi Salycet. *circa finem*, Iaſ. *in l. 2. n. 4. verſ. quantum autem, & n. 6. C. de ſucceſſ. edict.* Ang. *in d. §. reliquum, in 3. notab.* Alex. *conſ. 44. num. 19. vol. 5. & conſ. 5. in fine, n. 3.* Dec. *conſ. 1. n. 3.* Roman. *conſ. 196. verſ. ergò à contrario*, poſt Cyn. *in d. authen. ceſſante, in fine*, vbi decidit, quòd in ſucceſſione fratris patruelis, 4
qui eſt mihi in quarto gradu de iure Ciuili, & in ſecundo de iure Canonico, præferuntur mihi patrui ſeu amitæ, qui ſunt in tertio gradu, nullatenus patris mei perſona inſpecta, quæ ſimilitèr erat in tertio: id quod paritèr ſcripſerunt Marant. *conſ. 19. num. 2.* Petr. Cabal. *conſ. 107. per totum. par. 2.* Georg. *alleg. 12. n. 47.* & Pallador. *rer. quotid. lib. 2. c. 15.* Idemque in feudo- 5
rum ſucceſſione procedere, nimirum, quando ad ſucceſſionem collateralis, qui patruus non eſſet concurritur, ſunt plura *conſilia*, inter *feudalia* Albert. Brun. 70.71.74. & 75. vbi Albertus ipſe dicit, ita bis in materia feudali obtinuiſſe, & *conſ. 76. n. 4. verſ. tertia concluſio*, qui Conſulentes pro ipſis dicta per Bald. adducunt in *cap. 1. n. 3. de ſucceſſ. feudi, in §. his verò, n. 2. de ſucceſ. fratr. vel grad. ſucceden. in feud.* vbi ſubingreſſionem in feudo conſiderat, cùm patruo ſucceditur: Idemquè affirmat Præpoſ. *in cap. 1. §. penult. in fin. col. penul. de his, qui feud. dare poſſ.* in tantum, quòd ſi Titius feudatarius decederet, Seio patruo in tertio gradu, & Caio fratre in quarto poſt ſe relictis, Seius defuncti patruus in tertio gradu excludet Caium defuncti fratrem in quarto, quamuis filium fratris, qui Seio maior natu erat; lex enim feudalis, ſicut & Ro- 6
manorum, poſt fratrum filios ſubingreſſionem non admittit, ſicque ſucceditur, prout proximior reperitur; hic eſt text. *in cap. 1. § his verò, de gradibus ſucced. in feud.* vbi Andr. omninò videndus, *verſ. ſed poſt fratres*, Reg. de Ponte *de feud. lect. 12. num. 18.19. & 20.* Reg. Rouit. *in pragm. 11. n. 82. de feud.* & nos diximus *lib. 1. c. 126. à n. 51.* In emphyteuſi verò recepta pro 7
ſe, & filiis, abſque qualitate hæreditaria in linea collaterali, receptior eſt ſententia, nullam dari ſubingreſſionem, ſicque in ſucceſſione patrui nepotem non poſſe concurrere cum altero patruo ſuperſtite; ita ſanè decidit Sacrum Conſilium ſub die 28. Martij 1640. referente *Domino Regente Capycio Latro*, tunc Regio Conſiliario digniſſimo, qui in hoc articulo *deciſionem* particularem ſcripſit, & eſt 126. *part. 2.* & aliqua conſiderauit Montan. *controuerſ. 3. à num. 1. vſque, & per totum* 10. Hæc in materia ſubingreſſionis, iure communi attento.

In hac verò Ciuitate alitèr illa tractatur; habemus 8
enim *Conſuetudinem* in ſcriptis redactam, quæ incipit *Sed ſi morienti*, iuncto §. *quod autem*, qua ſtatuerunt Ciues, vt ab inteſtato decedente fratre carnali, ad illius ſucceſſionem cum fratre ſuperſtite concurrant deſcendentes in infinitum ex altero fratre præmortuo, quibus non ſuperexiſtentibus, ſcilicèt fratre carnali, & deſcendentibus ex altero fratre præmortuo; ſed aliis in vlteriori gradu poſitis, fit locus ſubingreſſioni vſque ad filios fratrum conſobrinorum tantum, & non vltra, ita vt ſi deceſſerit Caius relicto fratre conſobrino ex vna, qui eſt in quarto gradu, & filio alterius fratris conſobrini, qui eſt in quinto gradu, hic eius patris perſonam ſubingrediens vnà ſimul cum patruo ſuccedet, quod non eſt de iure communi, vt ſupradiximus, & exemplificat Præſ. de Franchis, *dec. 149. n. 2.* Prætèr hos autem caſus, dices, ſemper ſubingreſſionem ceſſare; nam ſi contingeret, vt quis decederet ſuperſtitibus ſibi tantum fratribus 9
ſobrinis, qui vulgò nuncupantur *fratres tertij*, & filij aliorum fratrum ſobrinorum præmortuorum, qui in-

ter eos erant in ſexto gradu, hi filij vti in ſeptimo gradu excluduntur omninò, nec eorum patrum perſonas ſubingredi poſſunt; vt poſt Napod. *in d.§.quod autem*, ſatis benè explicat Præſ. de Franch. ſic per S. C.deciſum referens *dec.24.n.1.2.& 3.*

Vlteriùs, ſi quis decederet, ſuperſtitibus ſibi patruo;vel amita,& filio alterius patrui, vel amitæ ex altera, hic excludetur omnino à patruo, vel amita, nec aliter ſui patris, vel matris perſonam ſubingredi poterit,ità Napoda. *in conſuet. ſi quis, vel ſi qua: numer.137. verſ. ſed tu oppones, fol.116.* Scipio Bucin. *in conſuet. ſed ſi morienti.in apoſtilla*, quæ incipit,*ſubingreſſio,fol.151.*Thom.Naucler. *in eadem conſuet. ſed ſi morienti.§.quod autem, in apoſtilla incipiente, In eadem conſuetudine, fol.11. à tergo, in nouiſſimis*, cuius verba hanc eandem inſequutus ſententiam tranſcripſit D.Præſ.de Franchis *dec.266.in fine.*

10 Similitèr ſi quis moreretur ſuperſtite ſibi nepote ex fratre,vel ſorore præmortuis, & filio alterius nepotis præmortui,hic ſui patris perſonam ſubingredi non poteſt, ſicque nepos tantum ſuccedet, non autem alterius nepotis præmortui filius; nam licèt per *d.Conſuet.Sed ſi morienti*, ſubingreſſio ad deſcendentes vſque ad infinitum etiam in linea collaterali extenſa ſit,tamen extenſio hæc in eo tantum caſu procedit, quando defuncto ſupereſt frater carnalis, & cum eo concurrerent deſcendentes ex altero fratre præmortuo,vſque ad infinitum, vel quando ſupereſt frater conſobrinus, & cum eo concurrent filij alterius fratris conſobrini; at quando hi non ſuperſunt, ſubingreſſio ceſſat funditùs, & ille ſuccedit, qui reperitur in gradu proximior;ita in puncto refert deciſum Præſ. de Franch. *deciſ. 262.* quam ſingularitèr exornat Reg. Rouit. *conſ.15. à n.1. vſque ad 4.*quicquid in hoc ſibi dixerit Montan. *contr.2. per totam.* Hæc quoad ſubingreſſionem, tam iure communi, quam municipali huius Ciuitatis attento.

11 Quid autem dicemus in vinculi duplicitate, an & quomodò in ſucceſſionibus præualeat, ita vt qui duplici vinculo cum defuncto coniungitur, vincat illum,qui vno tantum obſtringitur? Dic, vinculi duplicitatem de iure tunc locum habere, quando tractatur de ſuccedendo fratri carnali,patruo,ſiue auunculo carnali, ita vt frater vtrinque coniunctus in alterius fratris ſucceſſione conſanguineum tantum vincat, & nepos ex fratre vtrinque coniuncto in patrui ſucceſſione alium patruum ex vno tantùm latere defuncto coniunctum excludat, ita Alex. *conſ.166. ante n.1.& ſub n.2.lib.5* Rube.Alex. *conſ.102. num.1.* Caball.*conſ.10.n.19. part.2.* Anna *conſ.125. num.54.*

12 è tamen conuerſo patruus vtrinque coniunctus in ſucceſſione nepotis non excludit patruum ex vno tantum latere coniunctum;Craſſ. *in §. ſucceſſio ab inteſtato,q.35.num.2.*Mart.*voto 124.& in ſumm. ſucceſſ. p.3.q.9.art.2.n.5.*poſt Alex.*vbi ſupra, n.4.* & Rube. Alex.*loco cit.n.2.* dicens, hanc eſſe communem opinionem,& ab ea in iudicando non eſſe recedendum; & de primo dicto eſt text.*in authen.itaque,C.commun. de ſucceſſ.*& de ſecundo eſt text. *in authen. ceſſante,C. de legit. hæredibus*, in tantum, quòd nepotes ex pluribus fratribus diſparitèr coniunctis defuncto ſuccedunt, non æqualitèr, ſed vinculorum ratione habita,vt præferantur nepotes ex eo fratre,qui defuncto vtrinque coniunctus erat,excluſis cæteris venientibus ex patre,vno tantum latere coniuncto,Cabal. *d.conſ.10.par.2.n.19.& 58.*& D.de Franch. *deciſ.26.*

13 *num.7.* De iure verò municipali huius Ciuitatis, in ſucceſſione bonorum antiquorum vinculi duplicitas, ſiue, vt nos dicimus, maius vinculum nuſquam attenditur; ita vt ſi quis deceſſerit cum bonis paternis, ſuperſtite ſibi fratre vtrinque coniuncto, & conſanguineo, omnes æqualitèr ſuccedunt, quia attenditur, vndè bona proueniunt, qua de re latè dixi *lib.1. cap.70.*

14 Sed videamus breuitèr, an ea, quæ diximus de vinculi duplicitate iure communi attento in illis caſibus, in quibus locum habet, procedant in ſucceſſione fideicommiſſaria, à teſtatore ad agnationis fauorem ordinata? & non eſſe attendendam ex receptiſſima Scribentium ſententia ſingularitèr reſoluit Rota *in vna Firmana fideicommiſſi,ſub die 28 Nouembris 1646. coram Illuſtriſſimo Otthobono*, & per hæc verba.

Mercurij 28.Nouembris 1646.

15 Silentius Fulchus, inſtituto ſibi hærede vniuerſali Horatio fratre germano, eidem ſubſtituit Fulchum, Marcellum,M.Marinum, & omnes alios filios maſculos naſcituros pro æquali portione; addens, quòd vnus decedens ſine filiis, moriatur alteri, & alter alteri, & quòd dictus Horatius, & eius filii maſculi nullo modo poſſint vendere, alienare, & permutare bona ſtabilia dicti teſtatoris, ſed illa perpetuò remaneant ad memoriam teſtatoris,& ſuſtentationem familiæ Fulchorum.

16 Teſtatore diem functo, & deindè Horatio fratre inſtituto, ſuperſtitibus quinque ipſius filiis maſculis, videlicèt Fulcho ex prima vxore, & Marcello, M. Marino,Remulo, & Vincentio ex ſecunda. Poſtmodum obierunt M.Marinus cum Victoria filia fœmina, & Remulus cum Maria filia,& cum ventre prægnante,ex quo ortus fuit Remulus iunior poſthumus, qui etiam in pupillari ætate deceſſit.

17 Ideò primum fuit diſputatum coram recolendæ memoriæ *Hieronymo Cardinali Pamphilio*,2. Aprilis 1601.& 10.Decembris eiuſdem anni, & reſolutum, per obitum Remuli iunioris ſine filiis, factum fuiſſe locum fideicommiſſo Silentij ad fauorem eorum de Fulchis contra dictam Mariam, Remuli ſenioris filiam, vt eſt videre *par.1. recent. deciſ.44.& 47.* quæ firmarunt,fuiſſe à Silentio teſtatore conſtitutum perpetuum,& agnatitium fideicommiſſum.

18 Quo firmato, altera orta eſt controuerſia inter Fulchum fratrem ex parte patris tantum coniunctum, & Marcellum, & Vincentium vtrinque coniunctos, dum hi prætendebant excludere Fulchum à ſucceſſione bonorum, quæ vigore fideicommiſſi obtinuerant M.Marino,& Remulo: ſuper quo dato dubio ſub die 26. Nouembris 1604. coram claræ memoriæ *Franciſco Penia*, huius Sacr. Tribunalis olim Decano,Rota cenſuit, Fulchum ex parte patris tantum coniunctum æqualitèr concurrere debere cum Marcello, & Vincentio fratribus vtrinque coniunctis; ſuper qua reſolutione reaſſumpta coram me diſputatione,hodiè Domini perſtiterunt in deciſis.

19 Informantes pro Vincentio, & illi adhærentibus admittebant, ex verbis teſtamenti Silentij reſultare fideicommiſſum reciprocum inter filios maſculos Horatij, non ſolùm in caſu expreſſo, ſi alter ex eis decederet ſine filiis,ſed etiam quando decederet cum filiis,qui poſtea ſine filiis deficerent,ex voluntate teſtatoris,quam enixè habuit conſeruandi bona in agnatione, prohibendo alienationes bonorum, addita ratione, vt illa perpetuò remanerent ad memoriam ipſius, & ſuſtentationem familiæ Fulchorum, vt firmatum fuit *in ſupra allegat.dec.44.& 47 par.1.recent.*

19 Verùm in eo præcipuè inſiſtebant, quòd inter vocatos ſeruari deberet ordo iuris communis in ſuccedendo, ita vt dum teſtator vnum ſubſtituit alteri,& alterum alteri, ad ſucceſſionem fratrum, cenſeatur præcluſiſſe vtrinque coniunctos conſanguineis; & proindè

proindè defuncto Remulo iuniore ſine filiis, ſuperſtitibus Vincentio, & Marcello Remulo ſeniori vtrinque coniunctis,& Fulcho ex vno tantùm latere coniuncto, præferendi ſint vtrinque coniuncti conſanguineo tantùm,prout ab inteſtato, inſpecto iure communi præferri debuiſſent, iuxta text. *in auth. itaque, C. comm. de ſucceſſ.* & in corpore vnde ſumitur, ex *auth. de conſang. & vterin. fratr.* & ita eſſe ſeruandum in teſtamentaria diſpoſitione, docuerunt Bart. *in l. re coniuncti, num. 6 2. ff. de leg. 3.* Caſtr. *in l. fin. num 6. C. de verb. ſignific.* & *ibid.* Iaſ. *num. 26.* Fuſar. *de ſubſt. q. 79. n. 31 & 38.* & hanc opinionem eſſe communitèr receptam teſtatur pluribus relatis, Peregr. *de fideicom. art. 20. n. 19.*

21 Attamen Domini re attentiùs perpenſa dixerunt, quòd in ſucceſſione fideicommiſſaria ordinata à teſtatore ad fauorem agnationis non attenditur duplicitas vinculi cum æquali vinculo agnationis, ſed magis attenditur voluntas teſtatoris, quæ eſt Regina fideicommiſſorum, ac diſpoſitionum,& totum facit; *l. in conditionibus 19. ff. de cond. & demonſtr. l. penult. ff. de leg. 1.* nec attenditur voluntas grauati, qui vel inuitus reſtituere cogitur. Ex quibus, & ex aliis etiam rationibus dixerunt communitèr DD. in fideicommiſſo, maximè agnatitio vinculum duplex non eſſe attendendum, Caſtr. *in l. 1. n. 2. ad med. C. de impub. & ali. ſubſt.* Alex. *conſ. 30. n. 4. & 5. lib. 2.* Aret. *in l. Lucius, num. 6. poſt med. ff. de vulg.* vbi etiam Iaſ. *n. 3. in fin. & n. 32.* Rip. *n. 47. in fin.* Alciat. *n. 49.* Dec. *conſ. 304. n. 2.* Ruin. *conſ. 107. n. 6. lib. 2.* Rub. Alex. *conſ. 126. num. 3.* Curt. Iun. *conſ. 125. n. 8.* Gratus *conſ. 18. num. 19. in fin. lib. 2.* Mandell. *conſ. 29. num. 18. & 19.* Berous *conſ. 90. num. 18. & ſeqq. lib. 2.* Port. Imol. *conſ. 10. n. 18. in fin. & ſeqq.* Socin. Iun. *conſ. 66. num. 4. & ſeqq. lib. 3.* Crauett. *conſ. 43. n. 1.* vbi de communi, Corraſ. *in l. 1. n. 27. C. de impub. & aliis ſubſtit.* Rimin. Iun. *conſ. 283. num. 29. & ſeqq.* Simon de Præt. *conſ. 4. n. 7. poſt med. & pluribus ſeqq. lib. 2.* Craſſ. *de ſucceſſ. §. fideicommiſſum, q. 12. n. 6.* vbi de communi, Surd. *conſ. 31. num. 15. & ſeq. per tot.* Mantic. *de coniect. lib. 8. tit. 13. n. 7.* Menoch. *conſ. 841. per tot.* Fachin. *controuerſ. lib. 4. c. 87. per tot.* Peregr. *de fideicomm. art. 20. num. 12.* vbi teſtatur de receptiori, Grat. *diſcept. 661. num. 1. & ſeqq.* Intrigliol. *de ſubſt. cent. 3. q. 77. n. 3. & 4.* vbi de receptiſſima, Fuſar. *eod. tract. q. 79. n. 22. & ſeqq.* vbi de magis communi, Bellon. Iun. *de iur. accreſc. c. 5. q. 56. n. 15. & ſeqq.* vbi de receptiori, Barry *de ſucceſſ. lib. 7. tit. 3. ſub n. 1.* Rota coram Buratto *dec. 770. n. 7.*

22 Atque ideò cùm in præſenti appareat ex verbis teſtamenti, Silentium teſtatorem fideicommittentem æqualitèr dilexiſſe Fulchum nepotem ex Horatio fratre ex primo, ac alios ex poſteriori matrimonio ſuſceptos, dum Fulchum expreſsè,& nominatim cum aliis fratribus vtrinque coniunctis, atque etiam omnes alios eiuſdem Horatij filios naſcituros æquis portionibus ſubſtituit,& ad ſuam hæreditatem vocauit, nulla quidèm inter eos debet eſſe diſtinctio, ſed ex æquo, iuxta teſtatoris voluntatem admitti debent; *l. is qui cùm plures 92.* & *ibi* Gloſ. *in verb. omnibus, ff. de leg. 3.* Mantic. *de coniect. vltim. vol. lib. 8. tit. 13. n. 7. verſ. igitur multò magis*, Mandell. *conſ. 29. n. 18.* Menoch. *conſ. 434. n. 33. & conſ. 686. n. 7.* Peregr. *de fideicomm. art. 20. n. 20. in fin. & n. 21.* Bellon. Iun. *de iur. accreſc. c. 5 q. 56. n. 41.* Mart. *de ſucceſſ. legal. part. 3. q. 4. art. 3. n. 9.* Gratian. *diſcept. 661. n. 15. & ſeqq.*

23 Cùm enim ratio conſeruandæ agnationis æquè reſpiciat conſanguineos,& vtrinque coniunctos, & per vtroſque eodem modo æqualitèr, & abſque vllo diſcrimine conſeruetur agnatio, ideò par eſt, vt æqualiter, & abſque vlla differentia admittantur, tam conſanguinei, quàm vtrinque coniuncti; Croc. *in l. filius familias, §. Diui, n. 161. ff. de leg. 1.* Bald. *in l. 1. C. de legit. hered. num. 3.* Menoch. *conſ. 841. n. 17. & de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 75. n. 23.* Surd. *conſ. 31. n. 36. & 37.* Riminald. Iun. *conſ. 283. n. 34.* Soc. Iun *conſ. 67. n. 32. lib. 3.* Bellon. Iun. *conſ. 2. n. 72. & ſeqq* Gratian. *d. diſcept. 661. n. 12.* Craſſ. *de ſucceſſ. §. ſucceſſio ab inteſtato, quaſt. 31. n. 2.* Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib. 8. tit. 13. n. 7. poſt med. verſ. aut verò fideicommiſſum*, Mart. *de ſucceſſ. legal. d. par. 3. q. 4. art. 3. n. 6. & 7.* Barry *de ſucceſſ. d. lib. 7. tit. 3. n. 1. ad fin. verſ. ſecundo fallit*, *Rot. deciſ. 84. n. 17. & 18. par. 5. & dec. 53. n. 7. par. 7. recent.*

Neque obſtare viſum fuit, quòd in caſu propoſito agatur, non de fideicommiſſo aſcendentium, de quo loquuntur ferè omnes doctrinæ adductæ in *deciſ. bonæ memoriæ Peniæ*, ſed de fideicommiſſo ordinato à tranſuerſali, in quo videtur intrare doctrina Caſtr. *in l. fin. C. de verb. ſignif.* vbi, quòd ſi teſtator reliquit fratribus ſuis, cenſetur intellexiſſe de vtrinque coniunctis, Fuſar. *d. q. 79. n. 37.* Bellon. Iun. *de iur. accreſ. c. 5. q. 55. n. 18. & ſeqq.* Peregr. *de fideicomm. art. 17. n. 34. & art. 20. n. 19. & conſ. 51. n. 17. lib. 1.* Intrigl. *de ſubſt. cent. 3. q. 77. n. 5.* 24

Quia fuit animaduerſum, prædicta procedere, quando teſtator vocauit fratres ſuos, quo caſu intrat duplicitas vinculi reſpectu ipſius teſtatoris, iuxta doctrinam Caſtr. & ſequacium; ſecus verò quando ſumus (prout in præſenti) in pluribus nepotibus ex vnico fratre, qui ſiue ſint ex vna, ſiue ex diuerſis vxoribus, ſemper ſunt eodemmet vinculo agnationis iuncti teſtatori,& in eis, ac in deſcendentibus, intrat impertinentia vinculi cognationis, ideóque ſunt æqualitèr vocati, vt in his terminis firmat Socin. Iun. *conſ. 66. per tot. lib. 3.* Berous *conſ. 90. in pr. & num. 18. & 19. lib. 2.* Peregr. *conſ. 64. n. 5. & ſeqq. lib. 5.* Barry *de ſucceſſ. lib. 7. tit. 3. n. 2.* vbi benè diſtinguit. Nequè doctrina *Caſtr.* eſt applicabilis in fideicommiſſo agnatitio, in quo non attenditur vinculum maternum, *de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 75. n. 21.* Mantic. *de coniect. lib. 8. tit. 13. num. 17. poſt med.* Peregr. *de fideicomm. art. 20. n. 19. in fin.* Intrigl. *de ſubſtit. q. 77. num. 8.* Fuſar. *eod. tract. q. 75. n. 42.* Mart. *de ſucceſſ. par. 3. q. 4. art. 3. n. 6. & 7.* Barry *d. lib. 7. tit. 3. n. 1.* 25

Immò ſemper verum eſt, quòd in fideicommiſſo etiam à tranſuerſali ordinato admittuntur tam conſanguinei, quàm vtrinque coniuncti, quando æqualis apparet erga vtroſque teſtatoris affectio, vt latè probat Socin. Iun. *d. conſ. 66. per tot. lib. 3.* Berous *d. conſ. 90. n. 18. & ſeqq. lib. 2.* Peregr. *d. conſ. 64. num. 7. & ſeqq. & n. 16. lib. 5.* Surd. *conſ. 31. n. 34. & 35. lib. 1.* Gratian. *d. diſcept. 661. n. 16. & ſeqq.* Fuſar. *de ſubſt. q. 79. n. 41. & 43. & q. 494. n. 11.* quando enim vtriuſque qualitatis fratres fuerunt nominatim,& expreſsè vocati, & æqualitèr honorati per teſtatorem, tunc facienda eſt relatio ad voluntatem teſtatoris, dum omnes paritèr inſtituit, Dec. *conſ. 186. n. 3.* Surd. *conſ. 362. num. 10. verſ. quibus ſic poſitis*, Mart. *de ſucceſſ. d. par. 3. q. 4. art. 3. n. 10.* Fuſar. *q. 481. n. 9.* & reſpondit Rota *in Bononien. de Capacellis 8. Martij 1613. coram S. D. N. in recent. deciſ. 460. n. 7. par. 1.* 26

Nec refert, prædictos fratres fuiſſe quidem æqualitèr vocatos in ſubſtitutione reciproca, inter eos à teſtatore ordinata, caſu, quo alter ex eis decederet ſine filiis; non autem in ea, quæ reſultat ex ratione conſeruandæ agnationis, caſu quo primorum inſtitutorum filij decederent ſine filiis, vt in propoſito, in quo Remulus alter ex fratribus deceſſit ſuperſtite Remulo iuniore vltimo loco defuncto, per cuius obitum prætenditur, purificatum eſſe fideicommiſſum reſultans ex coniectura conſeruandæ agnationis; quod cùm non fuerit à teſtatore expreſſum, videatur eſſe definiendum ad normam iuris communis. 27

Nam

28 Nam certè eadem ſubſtitutio extenditur à caſu obitus filiorum ſine filiis ad caſum obitus cum filiis, ſi etiam iſti poſtea ſine filiis decederent, vt dixit Rot. *in recent.d.dec.44.num.2.*& *dec.47.per tot.par.1.*ac eadem æqualis affectio teſtatoris erga dd.fratres, dum illos ad inuicem ſubſtituit, ſi decederent ſine filiis, viget etiam erga eaſdem perſonas ipſis filiis decedentibus ſubſtitutas, cùm nulla ratio maioris affectionis erga eaſdem perſonas conſiderari poſſit in primo caſu quàm in ſecundo, *l.1. C.de impub. & ali. ſubſti.l.Lucius,§.pater,ff.ad S.C.Trebel.* Dec.*conſ.186.num.4.& conſ.304.n.2.& 3.*Socin.Iun.*d.conſ.66.n.4.lib.3.* Menoch.*conſ.686.n.18.* cum pluribus adductis per Bellon.*de iur.accreſ.d.c.5.q.56.n.44.* & per Fuſar. *de ſubſt.d.q.79.n.46.& n.51.*ſemper enim inquirenda eſt principalitèr teſtatoris affectio,& voluntas, quæ ſi fuerit erga omnes æqualis, par etiam debet eſſe in ſucceſſione conditio, Ruin.*conſ.167.n.3.& n.8.lib.2.* Peregr.*de fideicomm.art.20.n.11.12.& 19.* Menoch. *de præſumpt.præſumpt.75.num.16.lib.4.*Bellon.*d.q.56.n.49.*Fuſar.*de ſubſt.q.484.n.72.*

29 Non obſtat, quòd in fideicommiſſis attendatur proximitas grauati, non grauantis. Quia concluſio procedit in perſonis diuerſorum graduum, ſecùs verò in perſonis eiuſdem gradus; nam inter eos quæritur de concurſu non de maiori, vel minori proximitate; vt firmat Peregr.*de fideicommiſſ.art.20.n.11. & ſeqq.* Surd.*conſ.31.n.34.*Bellon.Iun.*d.c.5.quæſt.56.n.46. & ſeqq.*Gerius Spinus *conſ.76.n.7.* Aldouin.*conſ.91.n.48.* Cyriac.*controuerſ.269.n.27.*Fuſar.*d.q.484.n.71.*

30 Denique fuit animaduerſum, quòd etiam iure communi inſpecto reſpectu portionis Remuli iunioris ceſſat omnis difficultas. Nam ſi reſpiciamus ad perſonam Silentij teſtatoris; æqualitèr dilexit nepotes conſanguineos, ac vtrinque coniunctos; ſin autem reſpiciamus ad perſonam dicti Remuli hæredis grauati, eidem æqualitèr ſuccedere debent ab inteſtato omnes illius patrui ſuperſtites, tam conſanguinei, quàm vtrinque coniuncti, cùm vinculi duplicitas in eorum perſonis non conſideretur, nec habeat locum in ſucceſſione nepotis; ad text. *in auth.ceſſante, C.de legit.hæredeb.& in auth.itaque, C.comm.de ſucceſſ.*Bart. *in l.2.§.legitima,n.1.ff.de ſuis,& leg.hæred.* idem Bart. *conſ.188.per tot.lib.1.* præſertim *n.4.* Alex. *conſ.166.n.2.lib.5.*Gozad.*conſ.19.n.10.* Peregr. *de fideicomm.d.art.20.n.19.*Matt.*de ſucceſſ.d.p.3.q.4.art.2.n.5.& 8.*

Et ita fuit reſolutum, vtraque parte acerrimè informante, &c.

SVMMARIVM.

1 *Subingreſſio, quæ in terminis* Conſuetudinis Neap. Sed ſi morienti, *datur in infinitum, quando quis decedit ſuperſtitibus ſibi fratre carnali, & deſcendentibus ex alio fratre præmortuo, an locum habeat in ſucceſſione ſororis, ſuperſtitibus ſorore, & abnepte ex altera ſorore præmortua, & n.2.3.5.6.12.13.& 15.*

4 *Fratris appellatione an ſoror contineatur, & num.9.& 11.*

7 Conſuetudinis Neap.Sed ſi morienti, *verba illa*, & in præmiſſis appellatione fratris ſoror non continetur, *declarantur, num.16.*

8 *Clauſula in fine poſita, eſt apta comprehendere omnes caſus præcedentes.*

10 Conſuetudo Neap. Sed ſi morienti, *loquitur exemplificatiuè, non autem taxatiuè in perſonis expreſſis.*

14 *Renunciatio inſitam habet tacitam conditionem, ſi renunciatio ad renunciantem deuoluitur.*

ARGVMENTVM.

Subingreſſioni an ſit locus in terminis *Conſuetud.Neap.Sed ſi morienti*, quando moritur ſoror, ſuperſtitibus ſorore, & abnepte ex altera ſorore prædefuncta, ità vt iſta abneptis, matris, & auiæ perſonam ſubingrediens, poſſit ad ſuccedendum concurrere cum matertera magna. Renunciatio matris præmortuæ an obſtet filiis eius hæredibus, ex propria perſona venientibus? & de aliis notabilibus ad materiam pertinentibus.

CAPVT CCXVII.

SVBINGRESSIO, quæ in terminis *Conſuet.Neap.Sed ſi morienti*, datur in infinitum, quando quis decedit, ſuperſtitibus ſibi fratre carnali, & deſcendentibus in infinitum, ſiue maribus, ſiue fœminis ex altero fratre carnali præmortuo, aliquando dubitari contingit, an habeat locum, quando moritur ſoror, ſuperſtitibus ſorore, & abnepte ex altera ſorore præmortua, ita vt iſta abneptis, matris, & auiæ perſonam ſubingrediens, poſſit ad ſuccedendum concurrere cum matertera magna? 1

Partem negantem amplexus fuit D.Reg.de Pont. 2
*conſ.39.n.21.22.& 23.*vbi dicit, *Conſuetudinem* prædictam loqui de fratribus, in tantum, quòd in §.*quod autem*, diſponitur expreſsè, vt appellatione fratris ſoror non contineatur, fuiſſéque *Conſuetudines* emanatas in beneficium maſculorum, & in excluſionem fœminarum, quòd proindè ſubdit, ſubingreſſionis allegationem ſecundum terminos *Conſuetudinis* vanam eſſe, cùm locum habeat maſculis exiſtentibus; ſed quando tantùm ſuperſunt fœminæ, illæ ſecundùm formam iuris ſuccedunt, & ſubingreſſio locum non habet: hoc eſt principale *Reg. de Pont.* fundamentum *loco cit.* & in *conſ. ſequenti*, quod eſt 40. *num.16.*cui adhæſit D.Reg. Rouit. *conſ.23.n.5.lib.1.* & nouiſſimè Conſiliar. Prouenzal. *ad Conſ. Neap. obſer.29.n.5.*

Contrariam verò ſententiam amplexus fuit D. 3
Præſ.de Franch.*deciſ.652.per totam*, vbi pro abnepte concludit, nimirùm, vt ipſa matris perſonam ſubingrediens, poſſit cum matertera magna, quæ fuit ſoror eius auiæ, ad ſuccedendum concurrere, eo modo, & forma, quibus concurrere poſſet eius mater, ſi viueret: duplex à *Domino Præſide* aſſignatur ratio; *Prima* quia *Conſuet. Sed ſi morienti*, loquitur de fratribus, nepotibus, & pronepotibus, & ex eis in infinitum, ſicque comprehendit etiam ſorores, ex quo de iure 4
appella

tione fratris ſoror continetur, ex Napod. *ibi in verb. ſoror*, per text. *in l. Lucius, ff. famil. ercisc.* & *in §. ſi verò inteſtatus, auth. de non eligen. ſecund. nubent.* & apparet ex *eadem Conſuetudine*, dùm excipit caſus, in quibus ſoror non comprehenditur; vnde cùm ſub verbo *fratris*, ſoror comprehendatur, dicentur ſorores à *Conſuetudine* comprehenſiuè vocatæ, non autem extenſiuè, & ſic ceſſat extenſio contra ius commune; *Altera* aſsignatur ratio, quia ſi eſt verum, quòd ſi ab inteſtato moreretur fœmina, ſuperſtitibus fratre, nepote, & pronepote ex altero fratre præmortuo, ſine dubio per viam ſubingreſsionis omnes ſuccederent: quarè idem non erit dicendum, quàndo ſoror ſine liberis decedit ſuperſtitibus ſororibus, nepotibus, & pronepotibus ex aliis ſororibus prędefunctis hæ ſunt rationes, quę ad ſuam fundandam ſententiam afferuntur à *Domino Præſide*, cui adhæſit P. Molfeſ. *par. 2. de ſucceſſ. ab inteſt. quæſt. 10. verſ. fuit etiam aliàs determinatum*, nec receſſit Dom. Reg. Capyc. Latro *conſultat. lib. 1. conſult. 61. nu. 42. verſ. imò etiam ſecundùm Conſuetudines.*

5 Quid dicendum? puto ab opinione *D. de Franchis* nullo pacto fore recedendum. Et vt pateat de veritate, quia tota vis huius quæſtionis conſiſtit, an caſus, de quo agimus, ſit omiſſus à *Conſuetudine*, vel potiùs per illam deciſus, operæpretium eſt, attentè ponderare verba *Conſuetudinis præfatæ*, qua ſancitum habemus, vt ſi morienti ab inteſtato ſine liberis ſuperſint frater carnalis, nepotes, & pronepotes, & in infinitum deſcendentes, tam maſculini, quàm fœminini ſexus ex altero fratre prędefuncto, eo caſu, quamuis frater ſit proximior, cum eo tamen ad ſuccedendum concurrunt deſcendentes in infinitum, in ſtirpes ſcilicet ex altero fratre præmortuo: verùm ſi inter hos deſcendentes reperirentur fœminæ, quæ fratres carnales haberent, fœminæ ipſæ per fratres excluderentur, cum onere dotandi: ſequitur demùm *verſiculus*, ſiue *§. quod autem*, in quo diſponitur, quòd ſi huic morienti ab inteſtato non ſupereſſent frater carnalis, nepotes, & pronepotes in infinitum ex altero fratre carnali præmortuo, ſed alij agnati, & cognati, in vlteriori gradu poſiti, eadem ſit ſucceſſionis forma; verùm, vt in præmiſſis, appellatione *fratris*, ſoror non contineatur.

6 His ſic poſitis, vt ad quæſtionis reſolutionem deueniamus, dico, nulli dubium eſſe, caſum, de quo agimus, contineri ſub prima parte *Conſuetudinis*, in qua datur ſubingreſſio in infinitum; cùm ſupponamus, defunctam eſſe fœminam ſuperſtitibus ſibi ſorore carnali, & abnepte, ſiue abnepote ex altera ſorore præmortua; ſed negant Aduerſarij, quòd loquatur *Conſuetudo*, quando defuncto, vel defunctæ ſuperſunt tantùm fœminæ, ſed ſolùm quando ſuperſunt maſculus, & deſcendentes in infinitum, ſiue maſculi, ſiue fœminæ ex alio maſculo præmortuo: & quòd hoc ſit verum, ponderant verba illa, *& in præmiſſis appellatione fratris, ſoror non continetur*; quaſi Ciues noſtri dicere voluerint, quòd ſi defunctæ perſonæ ſuperſunt fœminæ tantùm, ſit eo caſu attendenda diſpoſitio iuris communis.

7 Domini, hæc verba, *& in præmiſſis appellatione fratris, ſoror non continetur*, vel ſunt referenda ad ſecundam partem *Conſuetudinis*, & ſic ad *verſ. quod autem*, prout ſic illa intelligit Napod. *in verb. ſoror*, dum dicit, quòd ſi quis deceſſerit ſuperſtite ſibi fratre conſobrino, & filiis ſororis conſobrinæ, ex his verbis ſolus frater conſobrinus ſuccedit excluſis filiis ſororis conſobrinæ; & hæc diſpoſitio non pertinet ad caſum noſtrum, in quo agimus de ſuccedendo ſorori, quæ poſt ſe reliquit ſororem carnalem, & abnepotem, ſiue abneptem ex alia ſorore præmortua: vel dicimus, verba illa eſſe etiam referenda ad primam partem *Conſuetudinis*, cùm ſit clauſula in fine poſita, 8
quæ eſt apta comprehendere omnes caſus præcedentes, ex *vulgatis iuribus*, relatis per Capyc. *deciſ. 21. num. 3.* & non obſtant caſui noſtro, quia per hæc verba voluerunt Ciues prouidere, ne ſorores poſſint concurrere cum fratribus; nam cùm diſpoſitum eſſet, vt morienti ab inteſtato ſuperſtitibus fratre carnali, & deſcendentibus ex altero fratre præmortuo, poſſent hi deſcendentes patris, aui, vel proaui perſonas ſubingredientes inſimul cum patruo magno ſuccedere, quia poterant etiam ſine dubio ex hac diſpoſitione concurrere ſoror, ſi ſupereſſet, & deſcendentes ex ea, non obſtante, quòd *Conſuetudo* loquebatur de fratre; ea quidem ratione, qua appellatione *fratris*, de iure ſoror continetur; *d. l. Lucius 38. ff. famil. erciſc. l. tres fratres, ff. de pact. l. Lucius Titius 91. §. quæſitum, ff. de leg. 3. & l. Lucius 78. §. Mania, il ſecundo, ff. ad Trebell.* voluerunt Ciues prouidere, quòd ſi 9
cum fratre ſuperſtite concurrerent ſoror, quæ venit appellatione fratris, vel ipſius filij, & deſcendentes in infinitum, non poſſent hæ perſonæ ſuccedere, ſicque cum fratres, ſiue auunculo concurrere; ac proindè dixerunt, vt in præmiſſis appellatione fratris ſoror non contineatur: ità ſanè eſt germanus intellectus dictorum verborum, vt ſatis. benè explicat Capyc. *deciſ. 21. intra n. 10. verſ. poſſet etiam intelligi hoc modo*, & fuit de mente Napod. *in d. verb. ſoror*, id quod ſatis probatur ex verbis ſequentibus, ibi, *præterquàm ſi ſoror partem, vt vnus ex fratribus, habuiſſet de bonis parentum, &c.* tunc enim quia diceretur ſoror maſculata, bene ipſa, eiuſque deſcendentes ad ſuccedendum in bonis prædefuncti fratris cum fratre ſuperſtite concurrerent, & ſic ex verbis prædictis continuatiuis ad præcedentia, ibi, *& in præmiſſis appellatione fratris ſoror non continetur*, conſtat manifeſtiſsimè, quòd ſi hæc verba ſunt referenda ad primam partem *Conſuetudinis*, voluiſſe Ciues, vt fratris appellatione non veniat ſoror, ad effectum, vt in prædefuncti fratris ſucceſsione cum fratre ſuperſtite ſoror, ſiue eius deſcendentes concurrere non poſſent: Etenim ſatis erraret, qui putaret, *Conſuetudinem, Sed ſi morienti*, loqui, quando 10
ad morientis ſucceſsionem concurrunt tantùm maſculi, non autem quando concurrunt tantùm fœminæ, ex eo, quia loquitur de fratribus; nam loquuti fuerunt Ciues exemplificatiuè, non autem taxatiuè in perſonis expreſsis; vt benè in terminis ſubingreſsionis probat Horatius Montan. *controuerſ. cap. 2. col. penult. verſ. & Conſuetudines prædictæ*: nam ſi ſecùs diceremus, ſequeretur, vt in ſucceſsione ſororis, ſuperſtitibus maſculis, & fœminis, non haberet locum *Conſuetudo*, & tamen indubitanter procedit, vt conſiderat Dom. Præſ. *loco citato in fine*, & ſatis apertè hoc probat verbum illud, *Sed ſi morienti*, quod ſine dubio comprehendit maſculum, & fœminam.

Vlteriùs ad maiorem prædictorum declarationem 11
inſiſtendo concluſioni firmatæ, vt appellatione *fratris*, ſoror contineatur, dummodò diuerſa non militet ratio, & hoc ſiuè verbum *fratres* à lege, ſiue à ſtatuto proferatur, vt per Alex. *conſ. 85. volum. 4.* Curt. ſen. *conſ. 9. num. 22. & ſeq.* Iaſ. *in d. l. tres fratres*, Corne. *conſ. 96. num. 5. vol. 3.* Alciat. *conſ. 200. lib. 9.* Soc. iun. *conſ. 10. n. 28. lib. 4.* Maceratenſ. *var. reſol. lib. 2. reſol. 59. caſu 9.* alioſquè, quos pleniori calamo referunt Barboſ. *in tract. de appellat. in verb. frater, appell. 102. numer. 4.* & Gratian. omninò videndus *diſcept. forenſ. cap. 449. num. 4.* Pro eo, quod ad rem noſtram pertinet, illud tantùm inſpiciendum eſt, nimirùm an in terminis *præcitatæ Conſuetudinis, Sed ſi*

ſi morienti, ſubingreſsionem inducentis, diuerſitatis ratio conſiderari poſſit, vt appellatione *fratris*, ſoror non contineatur? Et certè nullam inuenies, nam ſi dicas, ideò in ſucceſſione fratris ſubingreſſionem fuiſſe inductam, ad hoc vt bona in familia conſeruentur, hoc falſum eſt, quia ſi hæc Statuentium fuiſſet mens, deſcendentes fœminæ ex fratre præmortuo, per quas familia non conſeruatur, ab altero defuncti fratre ſuperſtite excluderentur; & tamen contrarium in dicta *Conſuetudine* deciditur, nimirum, vt deſcendentes in infinitum ex fratre præmortuo, ſiue mares, ſiue fœminæ in ſtirpes concurrant cum fratre ſuperſtite:

12 Quarè neceſſariò dicendum eſt, Ciues ſtatuentes verè aliud non peregiſſe, niſi in linea collaterali ſubingreſſionem inducere in infinitum, contra illud, quod eſt diſpoſitum de iure communi, non alia ratione, niſi quia ſic ipſis placuit; vt notat Molfeſ. *p.4.q.37. n.15.* & licèt vſi ſint illi verbo, *fratres*; tamen quia appellatione *fratris*, ſoror continetur, nec, vt non contineatur in hoc, diuerſitatis ratio allegari poteſt; ſequitur ergò dicendum, vt illa ſubingreſſio, quæ in terminis dictæ *Conſuetudinis* datur in infinitum, quando quis decedit, ſuperſtitibus ſibi fratre carnali, & deſcendentibus in infinitum, ſiue maribus, ſiue feminis ex altero fratre carnali præmortuo, locum pariter habeat, quando moritur ſoror, ſuperſtitibus ſorore, & abnepte ex altera ſorore præmortua, ita vt iſta abneptis, matris, & auiæ perſonam ſubingrediens, valeat ad ſuccedendum concurrere cum matertera magna.

13 Quibus ſic ſtantibus remanet, vt reſpondeamus ad authoritates adductas per *D. Reg. de Ponte*, qui ad probandum, quòd quando morienti ſuperſunt fœminæ tantùm, non habet locum ſubingreſſio, dicit, quòd hoc in ſpecie decidit Napod. *in d. §. quod autem, in verbo, parentum, ver. ſed pone*; & in caſu fortiori, Capyc. *dec.21*. Etenim fas ſit mihi dicere, vtrumque iſtorum nec ſibi ſomniaſſe affirmare id, ad quod allegantur; vt benè obſeruauit Dom. Reg. Capyc. Latro *loco cit. n.43. & 44.* Napod. enim proponit dubium, nimirùm, quid dicendum, ſi aliquis deceſſerit, duabus, vel tribus relictis filiabus, & demum ex illis altera deceſſerit, an ſorores ſuperſtites, ſiue ipſarum filij ſuccedent? & diſtinguendo reſpondit, aut hæ ſorores ſuperſtites aliquid habent ex cauſa dotationis, & non ſuccedent; aut verò ex cauſa ſucceſſionis, & tunc ſecus, quia cenſentur vt fratres, & vtuntur iure fratrum; & hoc verum, addit, niſi ſuperſtes ſit frater, qui illam excluderet; & ſic concludit, quòd ſorores prædictæ ſibi inuicem ab inteſtato ſuccedunt: vndè nihil ratiocinatio hæc ad caſum noſtrum pertinet: provt nec *dec.21. Capyc.* in qua ſolum fuit dubitatum, an in terminis huius *Conſuetudinis* ad fratris ſucceſſionem concurrere poſſit ſoror cum nepte ex altero fratre præmortuo? & affirmatiuè deciſum teſtatur, ex rationibus, vt *ibi* per eum.

14 Hæc provt ſunt vera, & indubitata, nullum poſſent recipere obiectum, ſi auia, vel proauia, cuius gradum, & locum ſubingreditur abnepos, vel abneptis, vti à patre, vel à fratribus dotata ampliſſimè illorum bonis renunciaſſet; nam cùm omnis renunciatio inſitam habeat tacitam conditionem, ſi ſucceſſio ad renunciantem deuolueretur, mortua renunciante, antequam renunciatæ ſucceſſioni fiat locus, euaneſcit renunciatio, tanquàm facta ſub conditione, quæ non exiſtit, ſicque nepotibus & pronepotibus illa non officit; ita DD. communiter in *l. qui ſuperſtitis, ff. de acquir. hæredit.* Dom. Præſ. de Franch. *deciſ.67.* Auendan. *ad ll. Tauri, l.40. gloſ.17. numer.32.* Surd. *conſ.133. num.20.* Marant. *diſp.10.* Morotius *conſ.22. n.2.* Viuius *dec.211.* Robles *de repreſentat. c.16. n.65.* 66. 99. & 100. Gallerat. *de renunciatione, lib.1. c.11. n.9.* Alex. Trentacinq. *conſ.18. & 49. lib.1.* Theſaur. filius *quæſt. forenſ. lib.2. q.90 ſub n.4.* Gratian. *diſcept. forenſ. c.785. lib.4.* Fontanell. *de pact. nupt. clauſ.9. gloſ. vnica, par.1. n.65.* Molin. *de rit. nupt. q.84. n.20. lib.3.* ſicque per S.C. deciſum refert D. Reg. Capyc. Latro *deciſ.4. & 41.* vbi aliis pluribus relatis probat, hanc procedere concluſionem, ſiuè filij ad ſuccedendum concurrant cum aliis, qui defuncto ſunt in pari gradu, ſiue cum patruis, vel auunculis.

Quarè his omnibus attentis, mihi videtur, quando 15 caſus contigerit, potiùs adhærendum eſſe opinioni *D. de Franch.* qui in decidendo ſic votum ſuum declarauit; quàm *D. de Ponte*, qui conſulendo contrarium defendit: eóque magis cùm nulla conſiderari poſſit diuerſitatis ratio, quæ ſit iuri cōſentanea, cur ſit locus ſubingreſſioni, iuxta diſpoſita *in dicta Conſuetudine*, quando cum fratre ſuperſtite concurrunt deſcendentes, etiā fæminæ ex altero fratre præmortuo, per quas bona in familia non conſeruantur, ſecùs verò quando cum ſorore defunctæ perſonæ vellent ſuccedere deſcendentes in infinitum ex altera ſorore prædefuncta: Et ſi dicas, *Conſuetudinē* loqui de fratribus? Reſpon- 16 ſum eſt iam, ſub hoc nomine *fratris*, ſororem de iure comprehēdi, nec aliter taxatiuè in perſonis expreſſis; ſed exēplificatiuè Ciues noſtros loquutos fuiſſe, illamquè clauſulam, vt *in præmiſſis appellatione fratris ſoror non contineatur*, fuiſſe adiectam probauimus, quando ſoror vellet cum fratre concurrere.

Hæc occurrunt ſub correctione meliùs ſentientis.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio in feudis prohibetur in Regno abſque Regiæ Coronæ permiſſu.*
Sed quid dicendum in caſu, qui proponitur, num.2.3.4. & 5.

4 *Succeſſor in feudo poteſt grauari pro concurrenti feudi valore.*
Quæ concluſio quomodo procedat, n.6.

7 *Hæres quando non teneatur defuncti diſpoſitionem obſeruare.*

8 *Hæres ſuccedens in feudo hæreditario poteſt aduerſus defuncti factum fraudulentum inſurgere.*

9 *Diſpoſitio fraudulenta nullo pacto ſuſtineri poteſt, quamuis citra fraudem fieri potuiſſet.*

10 *Hæres in feudo dicitur ſuccedere vltimo morienti.*

11 *Actio ad legatum conſequendum datur contra hæredem teſtatoris legantis.*

12 *Hæres hæredis tenetur adimplere id, ad quod hæres tenebatur.*

13 *Text. in* l. ſed & ſi 6. ff. de leg. 3. *& in* l. præced. §. ſi quis, *enucleatur.*

14 *Hæres hæredis quando non teneatur ad obſeruantiam diſpoſitionis primi teſtatoris, & num.15. & 16.*

ARGVMENTVM.

Subſtitutio facta à feudatario an ſuſtineri poſſit, dum filium hæredem inſtituens

inſtituens, eique ſine filiis maſculis decedenti fratrem ſubſtituens, iſtoque paritèr ſine filiis maſculis decedente, fœminis prorſus excluſis, alium de familia vocans, ordinauit, quòd ſi contingeret, fœminam contra ipſius teſtatoris voluntatem in feudis ſuccedere, teneatur illa pretium feudorum illi de familia ſubſtituto ſoluere, vel ad ipſius fœminæ electionem feuda relaxare; an inquam, ſi caſus euenerit, quòd fieret locus ſucceſſioni ad beneficium fœminæ, teneatur illa ad præfatæ diſpoſitionis obſeruantiam? & de aliis notabilibus ad materiam pertinentibus.

CAPVT CCXVIII.

1 SVBSTITVTIONEM, ſiue fideicommiſſum à feudatariis Regni huius in bonis feudalibus, quæ poſſident, abſque Regiæ Coronæ permiſſu ordinari nullo modo poſſe; cautum eſt in *pragm.4.* quæ vulgò dicitur *delli noue capi, in 6.cap.ſub tit.de feud.* per hæc verba: *Sextò vbi in teſtamento, vel contractu adeſt ſubſtitutio.*

2 Sed videamus, quid dicendum, ſi feudatarius filium hæredem inſtituens, eique ſine liberis maſculis decedenti fratrem, ſiue nepotem in gradu ſucceſſibili ſubſtituens, illiſque paritèr ſine filiis maſculis decedentibus, fœminis prorſus excluſis, alium de familia, non tamen in gradu ſucceſſibili vocans, ordinauerit, quòd ſi contingeret, fœminam contra ipſius teſtatoris voluntatem in feudis ſuccedere, teneatur illa pretium feudorum illi de familia ſubſtituto ſoluere, & de contantis exburſare, vel ad ipſius fœminæ electionem feuda relaxare, nùm ſi caſus euenerit, quòd fieret locus ſucceſſioni ad beneficium fœminæ, teneatur illa ad præfatæ diſpoſitionis obſeruantiam, ſicque vel pretium, vel feuda ſubſtituto tradere?

3 Contigit in præſentiarum de hoc articulo diſceptari in Sacro Conſilio Regni huius, in cauſa vertente inter Octauium Villanum ex vna, & hæredes quondam Hippolytæ Villanæ ex altera, Nobiles de terra Sancti Seuerini: Etenim eſt in facto veriſſimum, Thomam Villanum Sagrignani, & Baroniſſi Baronem, in nouiſſimo vitæ ſpiritu conſtitutum, filium ſuum vnicum Nicolaum Franciſcum vniuerſalem inſtituiſſe hæredem, eique in pupillari ætate, ſiue quandocunque ſine filiis maſculis legitimis & naturalibus decedenti ſubſtituiſſe Camillum fratrem (hic fuit Regius Conſiliarius) ſiue eius filios maſculos, in eorumque defectum, fœminis ſemper, ac perpetuò excluſis ſubſtituiſſe Annibalem, ipſius teſtatoris patruum, ſiue eius filios, ſimilitèr maſculos legitimos & naturales, quia volebat, bona in familia conſeruari; & in iſtorum omnium defectum vocaſſe filium maſculum primogenitum, deſcendentem à quondam Hieronymo Villano ſeniore, & demum ſubdit hæc verba:

Item voglio, ordino, & laſcio, che quandocunque ſuccedeſſe il caſo, che nella mia heredita, e beni feudali haueſſero da ſuccedere, & eſſer chiamate le figlie femine maritate, ò vero li figli, & deſcendenti di eſſe, ità che non obſtante il preſente teſtamento, & ſubſtitutioni fatte haueſſero da hereditare, & ſuccedere dette figlie femine già maritate, ò loro figli, & deſcendenti, in tali caſu dette figliuole femine maritate, ò qualſiuoglia di eſſe, ò loro deſcendenti, & quomodolibet ſuccederanno in detti feudali, ſianno tenute, & obligate dare, e pagare contanti duc. diecemila di carlini à detto Signor Camillo mio fratello, ò vero alli ſuoi figli maſcoli legitimi & naturali, & in loro difetto al detto Signor Annibale mio Zio, & in ſuo difetto alli ſuoi figli maſcoli legitimi & naturali, & in difetto di tutta la linea maſcolina del quondam Tomaſo ſeniore, pagare allo figlio maſcolo primogenito legitimo & naturale delli deſcendenti da detto quondam Geronimo ſeniore, preferendo ſempre il più proſſimo, gradus prærogatiua ſeruata, quale deſcendente da Geronimo ſia obligato ſtatim al pagamento delli ducati quattromila per farne vn Monte, vt infrà ſi dirà, verum quandocunque dette figlie femine maritate, ò deſcendenti da eſſe, che veniſſero à ſuccedere in detti feudali, voleſſero dare, e daranno con effetto le dette robbe feudali alli sopradetti inſtituti, & ſubſtituti, come di ſopra della famiglia Villano, ſtea in libertà loro, e non ſiano tenute, nè obligate ad altro.

Defuncto teſtatore, & demum Nicolao Franciſco 4
filio, nullis, nec ab ipſo, nec à Camillo, neque ab ab Annibale ſuperſtitibus deſcendentibus, ſed tantum Hippolyta Villana amita, quam vniuerſalem inſtituit hæredem, inſurrexit Octauius Villanus, vnus ex maſculis deſcendens à dicto Hieronymo, petiitque in Sacro Conſilio, declarari, ob mortem prædictorum abſque deſcendentibus, factum eſſe iam caſum ſubſtitutioni, & fideicommiſſo ad ſui beneficium, ac proindè excluſis omnibus intereſſe prætendentibus, eſſe eum immittendum in poſſeſſionem bonorum, dicto quondam Nicolao Franciſco obuentorum à dicto quondam Thoma eius patre, & reſpectu bonorum feudalium condemnari perſonam, quæ in illis ſucceſſit ad ipſi Octauio ſoluendum ducatos decem mille, pro qua quidèm quantitate declarauit, promptum eſſe eademmet feuda in ſolutum accipere: contradicunt Hippolyta amita, & hæres à Nicolao Franciſco inſtituta, ſiue eius hæredes, vndè dubitatur, quid iuris?

Ratio dubitandi contra Hippolytam, & ſucceſſiuè 5
contra illos, qui eam repræſentant, ea eſt, quia feuda, de quibus agimus, ſunt cum qualitate hæreditaria, qualia ſunt in Regno omnia, ac proindè quamuis in illis ſit prohibita ſubſtitutio, non tamen prohibetur, quin valeat feudatarius legitimum inſtituendo ſucceſſorem, illum pro concurrenti feudi valore grauare, ad tradita per D. de Franch. *in vulgatis deciſ.* 1. & 704. per D. Reg. de Ponte *conſ.* 52. *lib.* 1. & alibi, ac per cœteros Noſtrates paſſim.

Sed hac dubitandi ratione non obſtante, contrariæ 6
ſententiæ in caſu, de quo agimus, illius facti qualitate attenta, omninò adhærendum eſt; quod breuiſſimè quantū potero, duplici ex capite demōſtrare conabor.

Et primò, quia etſi concluſio paulò ante firmata in Regno noſtro receptiſſima ſit, procedit tamen in caſu, quo feudatarius decedens, & legitimum inſtituens ſucceſſorem, bona fide, ſuo vtens iure, & citra fraudem, tot relinquit legata, quæ ad feudi valorem aſcendunt; ſecùs verò, quando fraus detegeretur, provt conſideratur in caſu noſtro, in quo nec perſona, quæ fuit hæres inſtituta, neque etiam duo alij priore loco ſubſtituti, ad aliquid alicui præſtandum grauati fuerunt, ſed dumtaxat vbi fieret locus ſucceſſioni fœminarum, quas ab omni beneficio excluſas

excluſas declarauit teſtator, & ſic conſtat apertiſſimè de fraude, nam illud, quod directè peragere non poterat; nimirùm vt fœmina in feudis ſuccedere non potuiſſet, quæ in Regno ad ſuccedendum eſt iam admiſſa, fecit per indirectum, vt ſcilicèt quando caſus eueniret, vt ſuccederet fœmina, cogeretur ſoluere extraneo, quamuis de familia quantitatem longè maiorem pretio feudorum, quæ in eius hæreditate remanebant, illud ſubiungens (& quæ maior fraudis demonſtratio?) vt ſi vellet pro quantitate legata feuda relaxare, quòd ad aliud non teneretur: Quæro modò Ego, hæc diſpoſitio in ſubſtantia continet nè aliud, niſi hæredis inſtitutionem, in perſonam extraneam factam? quo ergò pacto, quouè iure de tali diſpoſitione ratio aliqua haberi poteſt? nulla certè; ſonat enim in auribus omnium concluſio illa, nimirùm, quòd quotiès teſtatoris diſpoſitio tendit ad hæredem fraudandum in eo quod
7 ſibi ex legis, vel ſtatuti præcepto debetur, nullatenus ad illius obſeruantiam ſcriptum hæredem obligat; ita Gloſ. Bart. Bald. Paul. de Caſtr. & cœteri communitèr in *l. 1. C. ſi in fraud. patron.* Cyn. *in l. 1. C. eod. tit.* Alber. *in Rubr. verſ. circa legem* 2. idem Bald. & Salycet. *in l. 1. C. de inofficioſ. donat.* Bart. *conſ.* 65. Bellamer. *in cap. conſtitutus, de in integr. reſtit.* Bald. *conſ.* 215. *ante n.* 2. *verſ. tertiò reſpondetur*, Alex. *conſ.* 57. *circa finem, lib.* 5. Franciſc. Curt. ſen. *conſ.* 1. Iaſ. *conſ.* 7. *verſ. nec obſtat, ſi dicatur, lib.* 3. Tiraquell. *de retract. conſangu.* §. 1. *gloſ.* 9. *num.* 57. Cacher. *deciſ.* 180. *numer.* 5. Camill. de
8 Medic. *conſ.* 65. *num.* 12. & in ſpecie in hærede, qui ſuccedit in feudo hęreditario, vt poſſit aduerſus defuncti factum fraudulentum inſurgere, ſicque vt nulla poſſit haberi ratio de diſpoſitione, quæ quomodolibet a feudatario fieret ad fraudandum legitimum ſucceſſorem, ex quo illud, quod à feudatario poteſt ordinari, intelligendum eſt ſemper, dummodò ſincerè, bona fide, ſine odio, & fraude fiat; firmarunt Camer. *in cap. Imperialem, fol.* 7. *lit. B. verſ. hinc certè*, Io. Franciſc. de Pont. omninò videndus *tract. de poteſt. Proreg. in tit. de aſſenſ. Reg. ſuper dote*, §. 2. *num.* 27. *verſ. & ſic paritèr annullarem*; idèmque in *lect.* 11. *de feud. num.* 58. P. Molfeſ. *in comment. ad Conſuet. noſtras, tom.* 1. *part.* 3. *tit. de ſucceſſ. ex teſtam. quæſt.* 2. *num.* 10. Surd. ſimilitèr omninò videndus *conſ.* 382. *num.* 53. & 384. *à num.* 63. *vſque ad* 67. in *quibus locis* poſt in-
9 finitos Doctores, quos allegat, addit notabile dictum, illudque eſt, quòd quoties diſpoſitio aliqua fieret in fraudem, nullo pacto ſuſtineri poteſt, quamuis citra fraudem fieri potuiſſet, per text. *in l. Titius*, *ff. ad S.C. Trebell.* & in *cap. beneficium*, *ſi de feud. fuer. controu.* & quòd licèt dicatur, in fraudem non fieri id, quod iure permittente fieri poteſt; tamen id ſuſtinetur, quando id quod ex legis permiſſu fieri poteſt, cum effectu citra fraudem fiat, ex quo lex fraudem non comitatur; *l. ſi ſponſus*, §. *circa*, *ff. de donation. inter vir. & vxor.* id quod etiam placuit Camer. *loco cit. fol.* 6. *lit. S.*

10 Secundò, quando hæc omnia non militarent, ex alio in occurrenti controuerſia ceſſat omnis difficultas; etenim illud eſt in facto certum, Nicolao Franciſco hæredi inſtituto nullum à patre inſtituente fuiſſe grauamen iniunctum, quod hoc legatum decem millium ducatorum reſpiceret, ſed tantum ipſi hæredi inſtituto in caſu, quo abſque liberis maſculis deceſſiſſet, fuiſſe Camillum, teſtatoris fratrem ſubſtitutum, ſecundo loco Annibalem patruum, & tertio deſcendentes ex Hieronymo, hæc ſubſtitutio eſt ſine controuerſia, quòd dum reſpectu bonorum feudalium non extitit aſſenſu roborata, nullam habere potuit ſubſiſtentiam, ac ſi facta non eſſet; vndè poterat ſine dubio Nicolaus Franciſcus hæres inſtitutus feuda illa alienare, & in alium quocunque titulo transferre, Regio accedente beneplacito, nec ſubſtituti poterant alienationem impedire; non alienauit, ſed in vltimis conſtitutus Hippolytam amitam, & immediate ſucceditricem ob mortem Camilli patrui, qui prædefunctus erat, hæredem inſtituit, ſicque Hippolyta, quamuis à teſtatore nullitèr excluſa, extitit tamen hæres Nicolai Franciſci nepotis, illique ſucceſſiſſe dicitur, non autem Thomæ fideicommittenti; ſciunt enim Noſtrates, quòd in feudo etiam ex pacto, cui eſt annexa qualitas hæreditaria, vltimo morienti ſucceditur, vt poſt Andr. Cametar. & alios, infinitis relatis, probant Fab. de Anna *in addition. ad ſingul. ſui Genitoris* 422. Mart. *in ſumm. ſucceſſ. legal. p.* 4. *quæſt.* 12. *art.* 2. Rouit. *in rubr. pragm. de feud. n.* 19. Fulu. Lanar. *in addition. ad Regent. Lanar. in repetition.* §. *ſed & etiam res, per quos fiat inueſtit. numer.* 60. Laratha *in theatr. feud. par.* 9. *dilucidat.* 38. vbi pleniſſimè *fol.* 378.

Hoc poſito, vellem Ego ſcire à contrariæ ſententiæ fautoribus, qua actione hoc legatum ab Hippolyta, & ſucceſſiuè ab eius hæredibus conſequi intendunt, reali forſan, ſiue hypothecaria? certè non; quia carent aſſenſu: perſonali? & minus, hæc enim actio non datur, niſi contra hæredem teſtatoris legantis, 11
§. *noſtra autem, Inſtit. de legat.* ſed Hippolyta nunquam Thomæ fideicommittentis extitit hæres, ergo caret actor actione; ad text. *in l. ab eo. C. de fideicommiſſ.*

Et ſi dicas, Hippolytam eſſe hæredis hæredem, & hæres hæredis teſtatoris dicitur hæres, *l. fin. C. de hæredit. inſtit.* cum *concordant. relatis* per Gloſ. *ibi, in verbo, teſtatoris.* Reſpondeo, hoc benè procedere poſſe, vt cogi poſſit actione perſonali pro adimplendo id, ad 12
quod Nicolaus Franciſcus hæres tenebatur, & in quo ille grauatus erat; nam cùm Hippolyta Nicolai Franciſci hæredis repræſentet perſonam, in id teneretur, ad quod teſtatoris hæres cogi poſſet, cúmque in caſu noſtro Nicolaus Franciſcus ad aliquid actori præſtandum cogi non poſſet, conſequens eſt dicere, vt nec etiam Hippolyta eius hæres, quæ cùm ex bonis Thomæ teſtatoris nihil conſequuta fuerit, quia feuda, in quibus ſucceſſit, ex iuris diſpoſitione, & ex coacta voluntate nepotis acquiſiuiſſe dicitur, ex quo in feudis, vt *ſuprà* diximus, vltimo morienti ſucceditur, certè nullo fouente iure poteſt illa, & ſucceſſiuè eius hæres moleſtari.

Probatur aſſeueratio hæc, non modò ex rationibus *ſuprà* enucleatis, ſed ex punctuali deciſione text. *in l. ſed & ſi* 6. *ff. de legat.* 1. vbi *in principio*, & in 13
l. præcedenti, §. *ſi quis*, cùm diſpoſitum eſſet, poſſe teſtatorem à futuro hæredis hærede aliquid legare, & per fideicommiſſum relinquere, ſubiungit *Paulus Iur. Conſultus*, ſecùs eſſe, ſi per nomen proprium hæres hæredis grauaretur, vt putà *ſi Petrus erit hæres Sempronij, quem hæredem feci, rogo, ſiue mando, vt det centum Ioanni*, hoc enim caſu dicit *Iur. Conſultus*, quòd de iniuncto grauamine nulla erit habenda ratio. Diſcriminis ratio inter primum, & ſecundum caſum à *Doctoribus* magis communitèr aſſignatur, quia quando grauatur hæres hæredis ſub nomine appellatiuo, certum eſt, hæredem à teſtatore inſtitutum futurum hæredem habiturum, in quem grauantis bona ſunt tranſeunda, & ſic videtur ex tacito teſtatoris indicio hæreditaria bona conſequi; non ſic in ſecundo, vbi ſub nomine proprio, 14
ſiue ſub aliqua appellatione hæres hæredis grauaretur; tunc enim, quia hic talis fortuitò, & non teſtatoris iudicio hæredis hæres efficitur, ad nihilum de iniuncto grauamine tenetur, cùm recipiendum non ſit, vt eum, cui nihil dediſti, obliges, ſicque lucrum illud aduentitium, quod ex teſtatoris prouidentia non prouenit, nullo pacto inſpiciendum eſt. Idémque

que vbi quis ſub aliqua appellatione, non tamen ſub nomine hæredis grauatus eſſet, vel ſi grauaretur, qui hæredi ſcripto legitimus ab inteſtato ſucceſſurus foret, his enim caſibus perindè eſt, ac ſi nominatim hæredis hæres grauaretur, ex quo eadem militat ratio, cùm certum non ſit, fore locum ſucceſſioni ab inteſtato, ſiue ſucceſſurum illum, qui ſub aliqua appellatione nominatus eſt: ita ſanè hæc omnia declarant Gloſ. Dyn. Alber. Bar. Paul de Caſtr. & cæteri communitèr *in d.l.ſed & ſi*, idem Bart. *in l. qui fundum 86. §. qui filios in fine, ff. ad leg. falcid.* vbi etiam Gloſ. *in verb. legata*, Bald. *in l. ab eo, n.6. C. de fideicomm.* Rip. *in l. cum filiofamilias, n.27. ff. de leg. 1.* ibique Iaſ. *n.56. verſ. tamen quia pro communi opinione*, Soc. Iun. *num.66.* Crauett. *n.86.124.155.144. & ſeq. in 1. part.* Claud. Aquen. *n.6.* Signorol. de Homodeis omninò videndus *conſ.172. n.22.* vbi dicit hæc verba:

15 *Prætereà quando quis grauatur ſub proprio nomine, vel ſub aliqua appellatione, & non ſub nomine hæredis, licèt poſteà ſub nomine proprio, vel ſub nomine appellatiuo reperiatur hæres hæredis, quia magis hoc contigit caſu fortuito, quàm iudicio teſtatoris, fideicommiſſum eſt nullum, vt in dict. l. ſed & ſi ſic, §. final. &c.* Sforz. Odd. *conſ.64. num.22. Peregr. de fideicomm. art.1. num.18. & ſeq.* Angel. Mattheac. *lib.2. in epitom. de legat. & fideicommiſſ. c.1. num.21.* Craſſ. *in §. legatum, q.15. n.3.* Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.298. num.5. & 303. num.2. verſ. declaratur primò.*

16 Videamus modò, in quo caſu nos verſamur; in primo certè non, nunquam enim Thomas teſtator ſub ſimplici nomine appellatiuo dixit, grauo hæredem Nicolai Franciſci hæredis mei, vt det Camillo, Annibali, ſiue primogenito ab Hieronymo deſcendenti ducatos decemmille, ſicque, vt dici poſſit, Hippolytam inſtituti hæredis hæredem ex tacito Thomæ grauantis iudicio in feudis ſucceſſiſſe; ſed diſpoſuit, attento facto, in quo verſamur, ſub proprio nomine, ſiue ſub appellatione fœminei generis, vt ſi fœmina in feudis ſuccedat, ſoluet ſubſtituto ducatos decemmille; vndè Hippolyta, quæ vti fœmina ſucceſſit, non modò nullo teſtatoris iudicio eam ſucceſſiſſe dici poteſt, ſed penitus contra expreſſam teſtatoris voluntatem; ibi, *ità che non obſtante il preſente teſtamento, e ſubſtitutione*, quo fit, vt fortuitò, fato, caſu, & fortuna ſit Hippolytæ obuenta ſucceſſio, idque non ſolum, quia certum non erat, fœminam ſcripto hæredi ſucceſſuram, ſed nec etiam illam defuncto hæredi fore ab inteſtato legitimam hæredem; vnde verè verſamur in ſecunda parte textus, ibi, *Quoniam, qui fortuitò, non iudicio teſtatoris conſequitur hæreditatem, vel legatum, non debet onerari, nec recipiendum eſt, vt cui nihil dederis, eum rogando obliges*; quæ omnia ſicut militant in ſucceſſione bonorum allodialium, de qua iura loquuntur, à fortiori procedere debent in ſucceſſione bonorum feudalium, quorum diſpoſitio arcta eſt.

Hæc occurrunt.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula codicillaris operatur, vt caducata inſtitutione, habeat locum ſubſtitutio.*

2 *Subſtitutus, caducata inſtitutione, admittitur ex Vulgari in Compendioſa comprehenſa.*

3 *Teſtamentum poteſt incipere ab expreſſa ſubſtitutione vulgari.*

4 *Subſtitutionis vulgaris effectus eſt, vt moriente inſtituto, viuo teſtatore, ſubſtitutus admittatur.*

5 *Subſtitutio pupillaris an locum habeat moriente pupillo ante teſtatorem, & num.6.9. 16 & 18.*

7 *Clauſula codicillaris communiter à Notariis apponitur.*

8 *Hæres inſtitutus ſi viuo teſtatore cum filiis deceſſerit, data ſubſtitutione cum clauſula codicillari, an ſi tenentur venientes ab inteſtato hæreditatem reſtituere, filiis inſtituti, vel ſubſtituto.*

10 *Facti ſpecies deciſionis* Rotæ, *quæ refertur.*

11 *Donatarius vt per Conſtitutum acquirat, quod ei donatur, quæ requirantur.*

12 *Probatio nulla melior eſt illa, quæ procedit ex propria oris confeſſione.*

13 *Actus poſſeſſionis quando præſumuntur facti iure familiaritatis.*

14 *Cauſa teſtati facit ceſſare cauſam inteſtati.*

15 *Filia præterita in teſtamento patris an in Regno Neap. poſſit illud impugnare.*

17 *Teſtamentum poteſt incipere à tacita Vulgari, in expreſſa Pupillari comprehenſa, moriente hærede viuo teſtatore.*

19 *Subſtitutio pupillaris an contineat tacitam Vulgarem, quando adeſt expreſſa Vulgaris.*

20 *Poſſeſſionem apprehendens parte non citata dicitur intruſus.*

ARGVMENTVM.

Subſtitutioni an ſit locus, caducata inſtitutione per mortem inſtituti ante teſtatorem, cum eodem teſtamento demùm defunctum; idquè tam ſi ageretur de ſubſtitutione Compendioſa, quàm Pupillari? & de aliis ad materiam pertinentibus.

CAPVT CCXIX.

SVBSTITVTIO ex vi clauſulæ codicillaris, quòd locum habeat, caducata inſtitutione per mortem inſtituti, ante teſtatorem, multorum authoritate dicit deciſum Dom. de Franch. *deciſ.156.* quæ quotidiè apud Nos allegatur; inibi enim cùm mater filium inſtituiſſet hæredem, eique ſine liberis decedenti locum pium ſubſtituiſſet, accidit, filium ante teſtatricem abſque filiis deceſſiſſe, quòd proindè caducata remanſit inſtitutio, fuit tamen reſolutum, per clauſulam codicillarem cenſeri venientes ab inteſtato grauatos de hæreditatem ſubſtituto reſtituendo: cuius deciſionis meminerunt Turrett. *in tract. de Clauſul. Codicill. quæſt.84.*

*quæſt.*84. Rot.*deciſ.*943.*num.*2. penes Card. Seraph.
Ricc. *collect.*59.Gaſp. Theſ.*qu.forenſ.lib.*4.*q.*35.*n.*6.
Mareſcot.*var.reſol.lib.*2.*cap.*78.*num.*5.& alij Recen-
tiores: Immò quòd in hoc caſu abſque quòd clau-
ſulam ſubingrediamur codicillarem, ex Vulgari in
2 Compendioſa comprehenſa, ſit ſubſtitutus admit-
tendus, dicit per Senatum Mantuanum deciſum
Surd.*deciſ.*37. vbi *n.*8.ſubdit, dubitandum non eſſe,
ſubſtitutionem ſub ſimplici forma, *ſi deceſſerit ſine
filiis*,Compendioſam eſſe, quamuis dictionem *quan-
docunque* non contineat;allegat Gloſ. *in c. ſi pater, in
verb. abſque deductione, de teſtam. in* 6.ab omnibus
communitèr receptam,vt videri poteſt apud DD.*ibi*
per Surd.allegatos,& expreſsè id firmauit Tob.Non.
*conſ.*25.*n.*11. quòd proindè omnis ceſſat dubietas in
caſu propoſito per Gratian. *deciſ. Marchiæ* 140. vbi
Compendioſa ſubſtitutio cum dictione illa *quando-
cunquè* erat confecta;& ſic ad teſtatoris ſucceſſionem,
venientibus ab inteſtato excluſis, fuit meritò ſubſti-
tutus admiſſus,ſtante inſtituti morte ante illam teſta-
3 toris ſequuta, ea, quæ *ibi* aſſignatur, ratione, quia
teſtamentum ab expreſſa ſubſtitutione vulgari, in-
cipere poteſt;immò etiam à tacita vulgari,vt *ibi,n.*9.
& ſic cernitur, Compendioſam alicui poſt mortem
factam in vim Vulgaris locum habere,etiam ſi viuo
teſtatore decedat ille, cui ſubſtitutio facta eſt; vt per
Iacob. de Aren. Cyn. & alios in *l. precib.C.de impub.
& aliis ſubſtitution.* Dec.*conſ.*419.*num.*9.Gratian.*loco
cit.num.*10. Mart.*de ſucceſ. legal par.*4.*quæſt.*30.*art.*8.
*n.*1.*cum ſeq.*& Gaſp.Theſ. *in addition. ad Patrem,de-
ciſ.*60.vbi dicit,hunc eſſe vnum ex effectibus vulga-
ris ſubſtitutionis, quæ locum habet,inſtituto adhùc
moriente,teſtatore ſuperſtite, ex quo morte præuen-
tus hæres eſſe non potuit; nec adire valuit,quia nul-
la erat adhùc hæreditas ei delata: quicquid contra-
rium ſentire videatur,ſed malè Viuius *com.opin.lib.*2.
opinione 854.

4 Quæ omnia pro veriſſimis habita fuerunt in te-
ſtamento Illuſtris quondam Principis Roccæ Aſpi-
dis, qui cùm filium inſtituiſſet hæredem, eique abſ-
que liberis quandocunque decedenti fratrem Ducem
Perdifumi ſubſtituiſſet, quamuis inſtitutus patri te-
ſtatori abſque liberis præmortuus eſſet, defuncto de-
mum Principe diffinitiuo laudo fuit pronunciatum,
Ducem ſubſtitutum ad ſucceſſionem admittendum
eſſe, Principis filia penitùs excluſa; in bonis tamen
burgenſaticis, quia in feudalibus ſucceſſit filia, cùm
ſubſtitutio illa à Principe facta ad bona feudalia ex-
tendi non poterat,id diſponente *Regia ſanctione*, quæ
eſt 4.*in tit.de feud.in vol.pragm.*nec aliter fuit dictum,
eſſe locum gratiæ, Regni feudatariis conceſſæ, de
qua in *prag.fin.eod.tit. de feud.* ex rationibus, credo,
per me relatis *lib.*1.*c.*126.*num.*73. *verſ. ſed poſſet hìc
dubitari.*

5 Sed videndum eſt, an hæc omnia ſubintrent in
ſimplici ſubſtitutione pupillari, vt nimirùm morien-
te pupillo ante teſtatorem ſit locus ſubſtitutioni,
dum teſtator cum eodem teſtamento demùm dece-
dit: & negatiuè reſpondit Dyn. *in l.*1.*ff. de vulg. &
pupill.ſubſt.*quem ſequùntur Bart.*ibidem,num.*32.*verſ.
vlterius quæro*, Aret.Salyc.& alij, Oddus *de Compend.
ſubſt.par.*6.*quæſt.*1.*num.*7. Trentacinq.*de ſubſt. par.*4.
*cap.*14.*num.*28.& Intrigliol. *de ſubſt.cent.*3.*quæſt.*43.
quos refert, & ſequitur Mart.*loco citato, num.*8. vbi
loquitur de Compendioſa facta impuberi, vt ſi de-
mum viuente teſtatore deceſſerit ille in pupillari
ætate, caducetur ſubſtitutio reſpectu Pupillaris; ea
quidem ratione, quia Pupillaris, hæreditatis aditio-
nem requirit,*l.*2.*§.adeò, ff.de vulg.* ſed patris teſtato-
ris viuentis non adhùc eſt hæreditas,*l. ſi alienum,§.in
extraneum, ff. de hæredibus inſtituen.*ergò, item,quia
per ſubſtitutionem pupillarem, pupillo ſucceditur,
non autem teſtatori. Hæc enim ſubſtitutio filij, pu-
pilli teſtamentum dicitur,*l.*2 *ff. de vulg. & pupil.§.*1.
Inſt. eod. Gratian. *diſcept. forenſ.tom.*3.*cap.*542.*n.*60.
cùm autem in hoc caſu patri præmoriatur pupillus,
quo pacto ſubſtitutus defuncto demum teſtatori ſuc-
cedere poteſt?

Contrariam verò ſententiam, quòd ſubſtitutus 6
ex tacita vulgari in expreſſa pupillari contenta, &
comprehenſa, ſit admittendus, tuentur Ripa *in ead.
l.*1.*num.*167.Alciat.*num.*74.Couar. *in cap.Raynutius,
§.*5.*de teſtam.*Coſta *in cap.ſi pater, verb. teſtatore mor-
tuo,eod.tit.*Craſſ.poſt alios, quos citat, *§.ſubſtitutio,
quæſt.*10.*numer.*4.*ad finem*, Hieronym. Cæuall.*comm.
contra commun.lib.*1.*quæſt.*106.vbi dicit Communem;
& *in fine* ſubdit, ſic ſemel in facto, fauore ſubſtituti
aduerſus ab inteſtato venientes conſuluiſſe. Hanc
etiam opinionem inuenio firmaſſe Bald. *conſ.* 170.
*lib.*5.*per totum*, vbi inſtituta à patre filia pupilla, ei-
que ſine liberis decedenti, ipſius matre, teſtatoris
coniuge ſubſtituta, cùm filia patri præmortua eſſet,
& in pupillari ætate, conſuluit *Bald.* ſubſtitutioni
locum eſſe, teſtatoris fratre penitùs excluſo, & hæc
opinio mihi verior videtur,maximè ſi in patris teſta- 7
mento clauſula codicillaris appoſita eſſet, quæ hodie
communitèr à Notariis de ſtylo apponitur; operatur
enim illa non modò, quando teſtamentum ratione
ſolemnitatis non ſeruatæ ruit, in quo tantùm caſu
præſuppoſuit Gl.*in authen. ex cauſa,C.de liber.prater.*
etiam quoad reliqua ex vi clauſulæ codicillaris teſta-
mentum ſuſtineri,ſed etiam in omnem caſum,in quo
teſtamentum factum ab eo, qui teſtari potuit, defe-
cit;vt per eundem Bald. *loco cit.num.*3.*ver. nam clau-
ſula codicillaris,& conſ.*395.*lib.*1. Bart. poſt Dyn. *in d.
authen.ex cauſa, num.*24. Rot. *deciſ.*1067.*part.*2.*di-
uerſ.*Ant. Gabr. *commun. concl.tit.de clauſ.concl.*7. D.
Card. Tuſch. *pract. concl. lit. C.concl.*292.*in princip.*
Ant.Gomez *ad l.*3.*Tauri,num.*78. & alij ad nauſeam
adducti per Turrett. *loc.citato, quæſtion.*54. & per Iul.
Clar. *§.teſtamentum, quæſt.*46. Quarè in teſtamento
quondam Scipionis Carafæ, hic diebus ſubitanea
morte defuncti,nullam probabilem habui difficultatem
pro coniuge, & ſubſtituta, prout in caſu *Bald.*
reſpondere,ad venientium ab inteſtato excluſionem;
inſtituerat enim ille filiam pupillam, eique in pu-
pillari ætate decedenti,vel demum quandocunque ab
inteſtato ſine deſcendentibus vxorem ſubſtituerat,
cumque demùm pupilla patri præmortua eſſet, di-
cebam ipſe, bonorum ſucceſſionem ex vi clauſulæ
codicillaris ad ſubſtitutam coniugem ſpectare, ſalua
antiquorum medietate venientibus ab inteſtato,ſer-
uata forma teſtamenti, & *Conſuet.* huius Ciuitatis,
Et ſi teſtator.

Sed poſſet in hac materia dubitari, quid dicen- 8
dum, ſi inſtitutus viuo teſtatore cum filiis mortuus
eſſet, cuinam in hoc caſu venientes ab inteſtato hæ-
reditatem reſtituere tenentur,filiis, an verò ſubſtitu-
to? dic, in facti contingentia fuiſſe reſolutum pro
opinione Dec. *conſ.*242.quòd ſit reſtituenda filiis in-
ſtituti,idque ex coniecturata mente defuncti,teſtatur
Theſ.*allegata dec.*60.quam vide.

Poſt hæc ſcripta, ſecundùm opinionem hic per 9
me firmatam,nimirùm, vt caducata inſtitutione per
mortem pupilli ante teſtatorem, ex tacita Vulgari
in expreſſa Pupillari contenta,& comprehenſa, ſub-
ſtitutus ſit admittendus, inueni plenè diſcuſſo arti-
culo deciſum per Rotam *in vna noſtra Neapolitana
bonorum,ſub die* 7. *Februarij* 1642. *coram Illuſtriſſimo
Domino Dunozet*, cuius quidèm *deciſionis* tenor eſt
ſequens.

Veneris 7. Februarij 1642.

10 Franciſcus Antonius Pontecorbus de anno 1635. condidit teſtamentum, in quo inſtituit hæredes poſthumos naſcituros ex Dianora vxore tunc prægnante, per hæc verba: *Inſtituiſco, ordino, e fo miei heredi vniuerſali li figlioli, ò figliole naſciture del corpo della Signora Dianora Stella, mia cariſſima, è legitima moglie, ſopra tutti, e qualſiuoglia beni mobili, e ſtabili, &c. Item che detti figlioli, ò figliole naſciture del corpo di detta Dianora Stella, ò non veniſſero in luce, ò che dopò nati moriſſero in pupillari ætate, faccio herede il Ven. Monaſterio di Santa Maria del Carmine ſopra tutti miei beni, &c.* Poſt conditum huiuſmodi teſtamentum Dianora peperit filium maſculum, qui poſt paucos dies deceſſit, adhùc viuente Franciſco Antonio patre, deindè obiit idem Franciſcus Antonius, poſt cuius obitum Fratres Carmelitæ die 20. Septembris 1635. cæperunt poſſeſſionem cuiuſdam maſſariæ hæreditariæ eiuſdem Franciſci Antonij, ſitæ in loco, nuncupato *à Capo di Monte*, ſeù *la Conocchia*, eámque poſſederunt vſque ad diem 7. Iunij 1638. de quo tempore Olympia vti prætenſa hæres ab inteſtato eiuſdem Franciſci Antonij eius fratris, & Aldonſæ Imbertæ communis matris eandem maſſariam Hebdomadariis maioris Eccleſiæ Neapolis donauit, qui 9. eiuſdem menſis Iunij de facto illius poſſeſſionem acceperunt, quæ poſſeſſio deindè fuit per Decretum Prouiſionale D. Nuncij reuocata, ſed quia Decretum D. Nuncij fuit poſtea per ſententiam Vicarij generalis Liter. Iudicis appellationis à d. Decreto Nuncij per Breue Apoſt. ad inſtantiam dd. Hebdomadariorum deputati reuocatum, quæ ſententia fuit per aliam R. P. D. Vannini confirmata, hodiè in gradu reſtitutionis in integrum contigit dubitari, an conſtet de re iudicata, vel potiùs de cauſis reſtitutionis in integrum. Pro parte Fratrum Carmelit. impugnabatur d. ſententia ex capite nullitatis, & iniuſtitiæ; ſed DD. omiſſis nullitatibus reſoluerunt, ex capite iniuſtitiæ non conſtare de re iudicata, & per conſequens conſtare de cauſis reſtitutionis in integrum.

11 Iniuſtitia ſiquidem dd. ſententiarum eſt euidens, quia conceditur manutentio in poſſeſſione d. maſſariæ Hebdomadariis donatariis d. Olympiæ; & tamen nullibi iuſtificatur, quòd ipſa Olympia tempore donationis ius aliquod haberet ſuper dicta maſſaria, neque reſpectu proprietatis, neque reſpectu poſſeſſionis, provt requiritur, ad effectum vt per conſtitutum transferri potuerit in donatarios; Alex. *conſ.* 10. *poſt pr. lib.* 4. Menoch. *conſ.* 701. *num.* 12. Fulu. Pacian. *conſ.* 20. *n.* 88. Rota *diuerſ. dec.* 766. *n.* 1. *p.* 1. *& in rec. dec.* 768. *n.* 4. *p.* 2. & coram Buratt. *deciſ.* 136. *num.* 11. Immò contrarium probatur.

12 Nam reſpectu poſſeſſionis hoc clarè apparet; quia poſt obitum Franciſci Antonij conſtat, Fratres Carmel. cæpiſſe poſſeſſionem d. maſſariæ, eámque pacificè per totum triennium poſſediſſe, & hanc poſſeſſionem Fratrum faſſa eſt ipſa Olympia in iudicio moto contra ipſos Fratres Carmel. poſt obitum d. Franciſci Antonij, qua quidem confeſſione nulla poteſt dari melior probatio, *l. cùm te* 5. *C. de tranſact.* Greg. XV. *dec.* 143. *n.* 3. cum ſimilibus.

13 Non obſtant actus geſti per ipſam Olympiam, ex quibus prætenditur probari illius poſſeſſio, quia cùm ipſa non potuerit ſuccedere Aldonſæ matri, in cuius bonis fuit maſſaria, de qua agitur, ſtante teſtamento ab ipſa facto ad fauorem Ioſephi, & Franciſci Antonij filiorum, ſupradicti actus cenſentur facti iure familiaritatis, non autem iure poſſeſſionis, Bart. *in l. qui iure* 41. *n.* 1. *&* 2. & *ibid.* Caſtr. *in pr.* & alij, *ff. de acq. poſſ.* Ruin. *conſ.* 34. *lib.* 1. Menoch. *de præſumpt. lib.* 6. *præſ.* 67. *numer.* 12. & in terminis ſororis excluſæ per teſtamentum parentum cenſuit Rot. coram b. m. Buratt. *deciſ.* 189. *num.* 4. *& ſeqq.* & *deciſ.* 216. *num.* 3. *& ſeqq.*

Quò verò ad proprietatem eſt etiam euidens, ipſam nullum ius habuiſſe, quia ipſa donauit dictam 14
maſſariam Hebdomadariis, vti hæres ab inteſtato Franciſci Antonij fratris, & Aldonſæ eius matris, & tamen ſtantibus vtriuſque teſtamentis non potuit eſſe hæres, cùm cauſa teſtati faciat ceſſare cauſam inteſtati, *l. quandiù poteſt* 39. *ff. de acq. hæred. l. quandiù* 90. *ff. de reg. iur. l. antequam*, 8. *C. comm. de ſucceſſ.* Surd. *conſ.* 268. *num.* 46. *lib.* 2. Vndè cùm ipſa non poſſideret d. maſſariam, nec aliquod ius haberet circa eius proprietatem, ſequitur, in Hebdomadarios aliquod ius conſiderabile non fuiſſe tranſlatum, cùm donans plus iuris in donatarium transferre non valeat, quàm ipſemet habeat; *l. ſi domus* 71. *in fin. ff. de leg.* 1. Bart. *in l. prædia* 5. *num.* 3. *C. de locat. prædior. ciuil. lib.* 10. Surd. *deciſ.* 172. *num.* 7. Rot. *deciſ.* 192. *n.* 16. *p.* 6. *recent.*

Nec obſtat, quòd in teſtamento Aldonſæ Olympia fuerit præterita, & ſic illa poſſit dare de nullitate 15
ipſius: Quia vltra quòd non ſubſiſtit in facto, quòd illa fuerit præterita, cùm in teſtamento fuerint ei relicta ſcut. 50. reſpondetur, filiam præteritam ſecundùm *Conſtitutionem Regni Neapolitani*, non poſſe impugnare teſtamentum parentum, in quo, provt in hoc caſu, filij maſculi ſunt vocati; Napodan. *in Conſuet. Si moriatur, in verbo, ſuccedunt, verſ. in contrarium, n.* 86. *f.* 102. Minad. *in Conſtit. In aliquibus, not.* 2. *n.* 63. Franch. *deciſ.* 149. *n.* 7. Molpheſ. *in Conſuetud. Neap. p.* 4. *de ſucceſſ. ab inteſt. q.* 18. *num.* 3. & illam habere locum, etiam in teſtamento matris, tradunt Afflict. *dec.* 178. *num.* 1. *&* 2. Franch. *dec.* 171. *n.* 1. Molpheſ. *in Conſuet. Neap. d. p.* 4. *de ſucceſſ. ab inteſt. q.* 18. *n.* 7.

Non obſtat, quòd cùm Dominicus hæres inſtitu- 16
tus prædeceſſerit ante obitum Franciſci Antonij patris, teſtamentum remanſerit caducum, *l. ſciens* 81. *in fi. ff. de acq. hered.* quia per prædeceſſum d. Dominici inſtituti irrita quidem fuit inſtitutio, ſed non ſubſtitutio facta ad fauorem Fratrum Carmel. cùm ſit concepta verbis directis, tam in caſu non natiuitatis filiorum, quam in caſu natiuitatis, & mortis in pupillari ætate; quæ Pupillaris continet Vulgarem tacitam; *l. iam hoc iure* 4. *ff. de vulg. & pupill.* & ideò ſiue filij non ſint nati, ſiue deceſſerint in vita patris, ſuccedit ſubſtitutus, quia Vulgaris in ſua formula habet conditionem impotentiæ, quæ comprehendit caſum mortis viuente teſtatore; vt eſt text. *in l. vnica, §. pro ſecundo*, vbi Gloſ. *in verbo, ſubſtitutus*, *C. de caduc. toll. l. Tuais* 41. *§. Splendephorus*, *ff. de fideic. lib.* Bart. *in l.* 1. *num.* 28. *verſ.* 2. *caſu*, ibi, *ſiue primus ſit excluſus, ff. de vulg.* Caſtr. *conſ.* 218. *ſub num.* 1. *verſ.* 2. *probatur, lib.* 1. Menoch. *conſ.* 166. *num.* 364. Surd. *dec.* 37. *n.* 10. *& ſeq.* Rot. *in Firmana hæreditatis* 11 *Decemb.* 1619. *&* 6. *Nouemb.* 1620. *coram b. m. D. meo Archiepiſcopo Seleu-*
cien. & in terminis Vulgaris tacitæ, in Pupillari ſub- 17
ſtitutione contentæ, quòd operetur, vt teſtamentum ab ea incipiat moriente hærede, viuo teſtatore, poſt alios tenuerunt, de magis communi, & veriori teſtando, Couar. *in c. Raynutius, §.* 5. *colum. pen. verſ.* 3. *eſt ſententia, de teſtam.* Craſſ. *§. ſubſtitutio, quæſt.* 10. *numer.* 4. *poſt med.* Man*. *de coniect. lib.* 5. *tit.* 6. *num.* 11. *poſt med. & ſeqq.* Fach. *contr. lib.* 4. *cap.* 67. *per tot.* Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 23. *num.* 4. Et prædicta procedunt, etiam ſi mortuo filio pater ſuperuixiſſet tanto tempore, vt aliud teſtamentum commodè condere potuerit, quia præſumitur, non condendo aliud, permanſiſſe in ea voluntate, ex qua ſubſtitutus per tacitam Vulgarem admittebatur, & ab ea teſtamentum

poteſt

poteſt incipere; vt reiecta contraria opinione Bart. *in d.l.1.num.32.verſ.vlterius quæro, ff. de vulg.* tenent Alciat. *in ead.l.3.n.122.verſ.ſubiicit Bartolus*, dicens, quòd omnes illam reprobãt, Couarr. *vbi ſuprà, verſ.2. hac dubitatione*, vbi ait, illam ab omnibus reprobari, & eſſe manifeſtè contrariam menti teſtatoris, qui cenſetur non mutaſſe voluntatem, & velle, ſubſtitutum admitti, & omnibus præferri, Craſſ. *vbi ſuprà, verſ.3.opinio*, Mant. *ſub d.num.11. verſ. imò hodiè*, Fachin. *d.lib.4. controu.cap.67.verſ.cæterùm aliis relatis*, Trentacinq. *de ſubſt.cap.10.num.20.* Intrigl. *eod.tract. cent.1.quæſt.37.n.21.in fin.* qui de communi, Simon de Præt. *de interpr.vlt.vol. lib.3.fol.241.num.54.verſ. ſiue teſtator*, Fuſar. *d.q.23.n.7.* & prædicta tantò magis procedunt, ſtante ſubſtitutione piæ Cauſæ, cuius fauore extenditur ſubſtitutio; Vaſq. *de ſucceſſ.tom.2. lib.2. §.11. num.38. in fin.* Fuſar. *d. quæſt.23. num.4.* Tiraquell. *de priuil. piæ Cauſæ, priuil.76.* Franch. *deciſ.156.num.4.*

18 Et ceſſat hæc controuerſia, quando ſubſtitutio pupillaris eſt concepta ſine illis verbis, *ſi hæres erit*. Sed cum ſola alia conditione, *ſi in pupillari ætate deceſſerit*, quia tunc Vulgaris non eſt omninò tacita, ſed continetur ſub iſtis verbis generalibus, & ideò abſque controuerſia ſuſtinetur teſtamentum mortuo pupillo, viuo teſtatore, vt benè explicat Couarr. *in d. §.5. ſub num.5. ante fin. verſ. verùm etiam ſi admittamus*, quem ſequuntur congeſti per Fuſar. *d.quæſt.23. num.11.*

19 Non obſtat, quòd Pupillaris non contineat tacitam Vulgarem, quando adeſt, expreſſa Vulgaris, *l. cùm ex filio 39.§.filio, ff.de vulg.& ſeqq.* Quia hic non viſa fuit adeſſe expreſſa Vulgaris, cùm duo tantùm caſus fuerint à teſtatore conſiderati; *primus* ſcilicet, ſi filij non naſcerentur, qui caſus non euenit, quia filius natus eſt; *ſecundus caſus*, ſi in pupillari ætate decederet, qui nec etiam contigit, quia filius nunquam fuit pupillus, dum patri prædeceſſit, & ſic remanet *tertius caſus* omiſſus, cùm viuente patre obierit, & conſequenter intrat Vulgaris tacita, à qua poteſt incipere teſtamentum; *l. idem eſt 13.§.vlt.ff. teſtam. milit.* Couar. *in d.§.5.verſ. tertia eſt ſententia, ſub verſ. nam quòd à tacita*, cum aliis fusè cumulatis à Fuſar. *d. quæſt.23.num.1.& ſeqq.* & benè etiam ad propoſitum Goffred. à Salignat. *in d. l. cùm ex filio ad med. verſ. & hæc vera ſunt*, Caſſad. *deciſ.1.num.6. tit.de teſtam.*

20 Prætereà ex alio etiam capite conſtat de iniuſtitia dd. ſententiarum, ex quo concedunt manutentionem Hebdomadariis, qui poſſeſſionem de facto apprehenderant d. maſſariæ, non citatis Patribus Carmelitanis, qui à triennio erant in pacifica poſſeſſione. Vndè euidenter apparet, d. poſſeſſionem fuiſſe turbatiuam, & nullo modo manutenibilem, *cap.licèt cauſam*, vbi Doct. *de probat.* Menoch. *rem 3. de retin. num 725.& 726.* Rot. *deciſ.19. num.1.par.1. diuerſ. & deciſ.193. num.8.& deciſ.555. num.1.par.1. recent.* & in fortioribus etiam, quando non citatur intruſus iniuſtus detentor eſt; text. *in cap. licèt Epiſcopus 28. de præben. in 6.* Calder. *conſ.4. tit. de dilat.* Ruin. *conſ.17.num.3.lib.5.* Rim.Iun. *conſ.494. num.34. & ſeq.* Honded. *conſ.20. num.47. lib.1.* & ideò dandam eſſe manutentionem exiſtenti in anteriori poſſeſſione, non attenta huiuſmodi expulſione nulliter facta, firmat Grat. *diſcept.421. num.1.& ſeqq.* Card. Caualer. *deciſ.501. num.1. & ſeqq.* Rota *deciſ.284.num.14.& ſeqq.par.5.*

Et ità vtraque parte informante fuit reſolutum.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio facta pluribus inſtitutis in caſu mortis ſine liberis, an locum habeat ſtatim vno abſque liberis defuncto, & num.2. 3.5.6.7.& 13.*

4 *Donatio facta à viro & vxore poſt eorum mortem alicui Eccleſiæ, altero eorum defuncto an Eccleſia poſſit petere bona illius, qui defunctus eſt.*

8 *Subſtitutio reciproca fideicommiſſaria nunquàm reſultat, niſi fuerit verbis expreſſa, vel probabilibus coniecturis, & n.9.*

10 *Subſtitutio reciproca tacita vt inducatur quæ requirantur, & num 11.12.13.14.15. 16.18.19.& 20.*

17 *Conditio à caſu ſubſtitutionis longè differt.*

ARGVMENTVM.

Subſtitutio facta in caſu, quo hæredes inſtituti abſque liberis decederent, nùm verificetur ſtatim cùm contigerit, alterum ex inſtitutis ſine liberis mori; an verò vt locum habeat, mors omnium inſtitutorum abſque filiis expectanda ſit. Donatio facta à viro, & vxore, bonorum omnium, poſt tamen eorum mortem, alicui Eccleſiæ, altero ex coniugibus defuncto an Eccleſia poſſit petere bona illius, qui defunctus eſt, vel amborum mors erit attendenda.

CAPVT CCXX.

SVBSTITVTIO facta pluribus inſimul inſtitutis, quandocunque ſine liberis mori contigerit, antiqua eſt quæſtio, an locum habeat, ſtatim vno ex inſtitutis ſine liberis defuncto, vt ſcilicet ad illius portionem admittatur ſubſtitutus; an verò mors omnium ſine liberis expectanda eſt, ità vt ſi poſtremus ex inſtitutis cum filiis deceſſerit, dicatur quoad omnes conditionem defeciſſe? quam ex Recentioribus latè tractarunt Cephal. *conſ.132. lib.1.* Petr.Gilk. *in l.penult. C.de impub. & aliis ſubſt.* Rot. *deciſ.804.par.1.diuerſ.* Marzar. *de fideicomm.quæſt.11.* Peregr. *eod. tract. art.13.* Mantic. *de coniect.vlt. vol. lib.11.tit.5.* Fuſar. *de ſubſt. quæſt.473.conſ.24.* Gamm. *deciſ.Luſit.367.* & alij, qui omnes ex ſententia Bart. *in l.hæredes mei, §. cùm ità, num.5.ff. ad S.C. Trebel.* duos caſus principales diſtinguunt; quorum *Primus* eſt, quando inſtituti ſunt deſcendentes teſtatoris; & eo caſu, quia ex præſumpta voluntate patris, vel alij inſtituentis, inter inſtitutos eſt locus iuri accreſcendi, vt ſubſtitutio locum habere poſſit, requiritur, 1 2

vt omnes inſtituti ſine liberis decedant; & hic eſt caſus *in l.penult.C.de impub. & aliis ſubſt.* Alter caſus
3 eſt, quando inſtituti ſunt extranei (extraneos appellamus omnes, qui ſui non ſunt, *l.vnica,§.extraneum, C.de rei vxor.action.*) quibus abſque liberis quandocunque decedentibus datus eſt ſubſtitutus, & hoc caſu ſemper ſubſtitutioni locus erit, quando conditio verificatur in qualibet perſona ex inſtitutis, nec aliter omnium expectanda eſt mors: & hic eſt caſus in *l.fin.§. filium, ff. de legat.2.* & clariùs in *l.Lucius, §. Caio, ff.ad S.C.Trebel.* per quem text. Cyn. poſt Iacob.
4 de Rauen. *in d.l.penult.in fine*, ſingulariter reſpondet in donatione facta à marito & vxore omnium bonorum alicui Eccleſiæ, poſt tamen eorum mortem, vt vno moriente, altero ſuperſtite, Eccleſia admittatur ad bona decedentis, nec aliter vtriuſque mors expectanda ſit, idemque Guid.Pap. *deciſ.404.in fine*: In
5 quæſtione autem propoſita, quando extranei ſunt honorati, vt fiat locus ſubſtitutioni, altero ipſorum abſque liberis decedente, non aliter omnium inſtitutorum mortem expectandam eſſe, habemus nouiſſimam deciſionem Sacræ Rotæ Romanæ, *in vna Laudi ſub die 30.Ianuarij 1640.coram Illuſtriſſimo Domino Dunozet*, cuius tenor adhùc alibi non impreſſus, eſt ſequens:

Luna 30. Ianuarij 1640.

6 Quondam Iacobus Antonius Mannellus in teſtamento, ſub quo deceſſit, reliquit Fælici, & Mariæ ex ſorore pronepotibus ſcuta mille monetæ, pro qualibet ipſarum, eiſque Franciſcum, alióſque germanos fratres, ac reſpectiuè pronepotes, per hæc verba ſubſtituit:

Laſcio per ragione di legato à Felice, è Maria Fornie mie pronepoti ſcudi mille di moneta per ciaſcheduna di eſſe, &c. & in detti ſcudi mille per ciaſcheduna di eſſe, &c. inſtituiſco dette Felice, e Maria pronepoti heredi vniuerſali, di maniera, che dalla mia heredità, e beni non poſſano pretender altro, e morendo in qualſiuoglia tempo dette Felice, e Maria ſenz'eſſer monacate, ò maritate, ò vero alcuna di eſſe monacata, ò maritata, ò ſenza figliuoli legitimi, e naturali, in detti ſcudi duemila voglio che ſuccedino Franceſco, Paolo, Pietro, Gio. Battiſta, Girolamo, e Tomaſo Fornia fratelli di dette Felice, e Maria, e miei pronepoti, quali tutti ſuſtituiſco in d.legato ne' caſi predetti per eguale portione, e morendo l'vno ſenza figliuoli legitimi, e naturali, ſuccedano gli altri per egual portione parimente.

7 Obiit Fælix vna ex dictis legatariis adhùc innupta, Maria altera ſorore ſuperſtite, inter quam, & prædictos fratres nonnullis ortis controuerſiis ſuper ſucceſſione in portione d.Fælicis prædefunctæ, eiſque in Arbitrum compromiſſis, emanauit laudum, quo inter alia declaratum fuit, in legato ſcut.mille eidem Fælici relicto ſucceſſiſſe Mariam ſororem, in cuius exequutionem A.C. mandatum relaxauit, ſed adita pro parte dictorum fratrum Signatura, cauſáque appellationis quoad effectum deuolutiuum mihi commiſſa, dedi dubium, an in d.legato ſcutorum 2000. adeſſet reciproca ſubſtitutio inter dictas Fælicem, & Mariam: eóque pluries propoſito, tandem hodie negatiuè reſponſum fuit.

8 Quia ſubſtitutio reciproca fideicommiſſaria nunquam reſultat, niſi fuerit expreſſa verbis, vel ex coniecturis neceſſariis tacitè inducatur; Iaſ. *in l. poteſt quis, num.8. & ſeqq.ff.de vulg. & pupill.* Zanch. *in l. heredes mei,§.cum ita, nu.558.& n.694.ff.ad Trebell.* Cephal. *conſ.401.n.28.* Peregrin. *conſ.47.n.7.conſ.54. n.1.& 11.conſ.55.n.8.lib.1. & conſ.30.n.1. & conſ.33. n.11.lib.3.* Menoch. *conſ.85.n.65.* Burſat. *cõſ.372.n.12. lib.4.* Peregrin. *de fideicomm. art.13. num.4. & n.73.* Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.471. num.1.*

In propoſita autem facti ſpecie reciproca ſubſtitutio inter dictas ſorores in legato, de quo agitur, neque verbis expreſſa, neque tacita ex coniecturis reſultare viſa fuit.

Non quidem expreſſa verbis, cùm talis in teſtamento non legatur, imò contrarium ex illis eliciatur, cùm enim teſtator reliquerit dictis Fælici, & Mariæ ſcut.1000. pro qualibet ipſarum, eiſque quouis tempore decedentibus non monachatis, neque maritatis, aut earum alteri non monachatæ, neque maritatæ, aut ſine filiis legitimis, & naturalibus ſuperſtitibus ſubſtituerit dictum Franciſcum, alióſque earum germanos fratres, apertè colligitur, teſtatorem vocaſſe dd. fratres in caſu obitus, tam vtriuſque, quàm etiam alterius ex dd. ſororibus ſub altera ex dd. conditionibus prædefunctæ, & conſequenter defuncta d. Fælice ſine filiis, ſequitur, in illius portione factum fuiſſe locum ſubſtitutioni ad fauorem dd. fratrum, ex adductis per Menoch. *præſump.186.n.6. lib.4.* Peregrin. *de fideicomm. d.art.13.n.29.* Fuſar. *de ſubſtit.quæſt.473.num.13.* 9

Neque etiam tacita, quia licèt illa inducta dicatur inter plures honoratos, quando concurrunt illa tria requiſita, nempè quòd omnes ſint honorati, quòd ſubſtitutio ſit facta in toto, quòd illa ſit facta vltimo morienti, iuxta text. *in l.Titia,§.Seia libertis, & ibi Doct. ff. de leg.2.* de quibus latè per Mant. *de coniect.lib.7.tit.5.num.15.* Odd. *conſ.45.num.41.* Surd. *conſ.329. num.6.* Fuſar. *conſ.17.num.17.& ſeqq.* Rot. *deciſ.266.n.21.& deciſ.300.nu.9.* cum aliis relatis in *Florentina fideicommiſſi* 28. *Iunij* 1638. coram *R.P.D. meo Carillo*, nihilominùs prædicta tria requiſita in præſenti caſu nequaquàm concurrere viſa fuerunt. 10

Non quidem primum, quia & ſi teſtator vocauerit tam Fælicem, quàm Mariam nomine collectiuo, & ſic eas coniunxerit verbis, attamen cùm illis non reliquerit ſcuta bis mille, ſed ſcuta mille pro qualibet ipſarum, & ſic eas non coniunxerit re, vtique ex iſta diuiſione quātitatis, vnaquæque ipſarum dicitur vocata ad ſcuta mille tantùm, non autem ad portionem ſororis, & propterea, qua ratione inter eas ceſſat ius accreſcendi propter diuiſionem quantitatis, vtrique earum relictæ, vt aduerterunt Iaſ. *in l. re coniuncti, n.100. ff. de leg.3.* Caſſ. *de ſucceſſ.6. Ius accreſcendi, q.8.n.5. verſ.ſed Bart. contrarium,* Mant. *de coniect. lib.10. tit.3. n.29.* Ea pariter ratione videtur ceſſare reciproca quoad portionem alterutrius, in qua altera vocata non fuit, cùm ius accreſcendi ſit tacita quædam ſubſtitutio Reciprocæ ſimilis, *l. Titio, & Manio, §.Iulian.ff.de leg.2.* cum aliis relatis per Surd. *deciſ.152.num.2.* 11

Nec etiam ſecundum, quia licèt ſubſtitutio ad fauorem dd. fratrum per hæc verba concepta fuerit: *In detti ſcudi* 2000. *voglio che ſuccedino, &c.* nihilominùs in toto legato facta non videtur, quia cùm teſtator d. ſubſtitutionem fecerit, non ſimpliciter *in ſcudi* 2000. ſed cum dictione repetitiua, ibi, *in detti ſcudi* 2000. cenſetur, d. ſubſtitutionem feciſſe eodem modo, quo dd. Fælicem, & Mariam inſtituit. Vndè cùm non integram quantitatem ſcut.2000. ſed ſcut. mille earum cuilibet reliquerit, vtique ſequens ſubſtitutio in dd. ſcut. 2000. cenſetur facta, non ſimpliciter, ſed in ſcut.2000. ſi vtraque ex dd. ſororibus, in ſcutis verò mille, ſi altera ex eis non monachata, aut innupta, aut ſine filiis deceſſiſſet, virtute d. dictionis repetitiuæ, *In detti* quæ repetit ſingula ſuperiùs expreſſa ſingulariter, non autem ſimul iuncta; *l.Lucius Titius 83.§.Lucius, ff. de leg.2.* Bald. *in l.vlt. n.7. C. de impub. & aliis ſubſtit.* cum aliis congeſtis à Peregrin. 12

Peregrin. *d.art.*13.*n.*35. *circa princip.* Fuſar. *d.q.*472. *n.*25 provt è conuerſo, ſi in præcedenti oratione facta fuiſſet mentio de integra quãtitate ſcut. 2000. ac poſteà in d. quantitate ſubſtitutio facta fuiſſet, diceretur inducta tacita Reciproca, virtute pariter d. dictionis, *in detti*, quæ argueret ſubſtitutionem in tota quantitate ſcut. 2000. factam fuiſſe, Barz. *deciſ. Bonon.* 51. *num.* 38. cum aliis cumulatis per Menoch. *præſumpt.* 62. *n.* 14. *lib.* 4. & Fuſar. *d. quæſt.* 472. *n.* 61.

13 Tertium denique requiſitum, nimirùm quòd ſubſtitutio ſit facta vltimo morienti, adhùc deficere viſum fuit, nam licèt ad hunc effectum non requiratur, quòd ſubſtitutio ſit facta verbis expreſſis vltimo morienti, Peregr. *conſ.* 62. *num.* 25. *lib.* 1. Mareſcott. *var. lib.* 1. *c.* 66. *n.* 10. Fuſar. *d.q.* 472. *nu.* 82. Rot. *d. deciſ.* 266. *n.* 24. *verſ. & non eſt neceſſe, & d. dec.* 200. *nu.* 12. *verſ. vltra quòd non eſt opus, & deciſ.* 361. *n.* 16. *p.* 1. *recent.* Reuerendiſſ. D. meus Decanus *d. dec.* 494. *n.* 11. nihilominùs contrarium cenſuerunt Domini in caſu iſto, nedum ex verbis illis ſimpliciter prolatis, ibi, *E morendo dd. Felice, e Maria, &c. voglio che ſuccedino, &c.* cùm ſubſtitutio fideicommiſſaria ſimpliciter facta poſt mortem plurium honoratorum non inducat inter eoſdem honoratos Reciprocam, ſed reſoluatur in ſuas ſingularitates, perindè ac ſi cuilibet ex honoratis illa facta fuiſſet, *l. pater filium, § duobus, & ibi* Angel. *col.* 1. *in fin. verſ. ſequitur in text.* & alij DD. *ff. ad leg. falcid.* Menoch. *d. præſumpt.* 62. *num.* 30. *lib.* 4. Peregr. *de fideicomm. d. art.* 13. *n.* 36. vbi ait, id procedere abſque difficultate, quando, provt hìc, agitur inter extraneos, Intrigliol. *de ſubſtit. cent* 2. *q.* 82. *n.* 35. cum aliis relatis à Gabriel. *comm. opin. tit. de ſubſtit. concl.* 1. & Fuſar. *d.q.* 472. *num.* 1. & 2.

14 Verùm etiam ex aliis verbis ſubſequentibus, *ò vero vna di eſſe monacata, ò maritata, ò ſenza figli, &c.* quæ verba alternatiuè concepta apertè indicant, teſtatorem vocaſſe dictos fratres in caſu, quo vtraque ſoror, vel altera ex eis non effecta monialis, aut innupta, aut ſine filiis decederet, & conſequenter talis ſubſtitutio eò faciliùs excludit Reciprocam inter dd. ſorores inſtitutas, cum per obitum vnius, vel alterius ſub vna ex dd. conditionibus intret ſubſtitutio ad fauorem dd. fratrum, Rip. *in d. l. heredes mei, § cùm ità, n.* 87. *& ſeqq. ff. ad Trebell.* Socin. Iun. *conſ.* 148. *n.* 24. *lib.* 3. Menoch. *d. præſumpt.* 186. *num.* 10. *lib.* 4. Intrigl. *cent.* 3. *q.* 48. *in fine*, Peregr *d. art.* 13. *num.* 34.

15 Nec placuit intellectus, quòd d. Alternatiua, *ò vero alcuna di eſſe*, ſit referenda, non ad caſum mortis dd. ſororum, ſed ad qualitatem nuptiarum ſpiritualium, vel temporalium. Quandoquidem talis intellectus videtur repugnare verbis eiuſdem legati, vnica oratione, ac verborum ſtructura concepti, ex quibus apparet, d. Alternatiuam non poſſe referri, niſi ad caſum mortis vtriuſque ſororis, vel alicuius ex eis ſine aliqua ex dd. qualitatibus decedentis, quia cùm teſtator dixerit, *E morendo dette Felice, e Maria ſenz'eſſer monacate, ò maritate. ò vero alcuna di eſſe maritata, ò monacata, ò ſenza figli*, iſta ſecunda pars Alternatiuæ, *ò vero alcuna di eſſe maritata, ò monacata, ò ſenza figli*, tanquam defectiua, & imperfecta non poteſt intelligi de per ſe, niſi reguletur à verbis antedictis, *E morendo dd. Felice, e Maria.* & ſic ad caſum mortis, tam vtriuſque, quàm alicuius ex eis, proinde ac ſi teſtator dixiſſet: *E morendo dette Felice, e Maria, ò alcuna di eſſe ſenz'eſſer monacata, ò maritata, ò ſenza figli*: nam quando oratio eſt imperfecta, vel aliàs reſultaret perplexitas in diſpoſitione teſtatoris, ſupplenda ſunt verba neceſſaria, Peregrin. *de fideicomm. art.* 11. *num.* 28. *& ſeqq.* Fuſar. *de ſubſt. qu.* 228. *num.* 3. *& ſeqq.*

16 Et videbatur in hac re ceſſare omnis ratio dubitandi ex aperta teſtatoris declaratione, reſultante ex verbis adiectis poſt ſubſtitutionem maſculorum, ibi, *Quali tutti ſuſtituiſco in d. legato ne' caſi predetti*, ex quibus colligitur, teſtatorem feciſſe plures, & ad minus duos caſus ſubſtitutionum, quia pluralis numerus non eſt contentus vno, *l. vbi numerus, ff. de teſt.* cum allegatis per Surd. *conſ.* 31. *n.* 23. Peregrin. *de fideicomm. art.* 20. *ſub n.* 20. & Rot. *deciſ.* 194. *n.* 53. *p.* 5. *recent.* cùm autem d. pluralitas caſuum verificari non poſſit, admiſſa Reciproca, quia vnico tantùm caſu, quo vtraque ſoror mortua eſſet ſine filiis, vel aliis conditionibus ſupradictis maſculi ſuccederent, è conuerſo autem recepto ſupradicto intellectu, quòd maſculi ſint vocati, tam in caſu mortis vtriuſque, quàm alterius earum, benè intraret ſubſtitutio maſculorum in pluribus caſibus. Hinc propterea teſtatoris voluntas ità venit interpretanda, vt ſubſtitutio in pluribus caſibus ab eo ordinata locum habere poſſit, *l. final. ff. ad Trebell.* & latè per Surd. & Peregr. *in dd. locis.*

Nec dici valet, ſubſtitutionem in pluribus caſi- 17
bus poſſe verificari in diuerſitate ſubſtitutionum, ſub quibus maſculi ſunt vocati, nempè ſi neptes morerentur non monachatæ, vel non maritatæ, vel ſine filiis, quia iſtæ ſunt conditiones, ſub quibus teſtator ſubſtituit, non caſus ſubſtitutionum, qui alij non ſunt præter illos obitus ambarum, vel etiam alterius ex eis ſine aliqua ex prædictis conditionibus, conditio autem à caſu ſubſtitutionis longè differt, provt differre ab ipſa ſubſtitutione dixit Rot. *d. deciſ.* 594. *n.* 52. *ad fin. & ſeq. part.* 5. *recent.*

Minùs obſtant aliæ coniecturæ ex aduerſo pon- 18
deratæ, ex quibus etiam circumſcriptis dd. requiſitis, tacita Reciproca reſultare dicebatur, Rot. *d. deciſ.* 266. *n.* 24. *par.* 1. *recent.* Reuerendiſſ. D. meus Decanus *d. deciſ.* 492. *n.* 9. cum aliis relatis à Rub. *in ſuis ſingular. ad deciſ. in Vrbeuetana fideicommiſſ.* 28. *Aprilis* 1586. *coram Card. Pamphil. Sen.* quia omiſſa diſputatione, an d. concluſio indiſtinctè procedat inter deſcendentes, in quibus terminis procedunt *dd. deciſiones*, ſiue provt hìc inter extraneos, illæ viſæ fuerunt ſatis leues, cùm tamen vrgentiſſimæ, ac neceſſariæ requirantur, ad hoc vt Reciproca ex illis reſultare valeat, Rot. *deciſ.* 145. *n.* 6 *p.* 1. *recent.* Burſat. *conſ.* 371. *n.* 12. *& n.* 33. *cum ſeqq.* qui nedum vult, coniecturas eſſe neceſſarias, ſed quamlibet de per ſe eſſe aptam ad Reciprocam inducendam, Peregrin. *de fideicomm. art.* 13. *n.* 4. & 73. Fuſar. *quæſt.* 47. *n.* 1. *& ſeq.*

Prima namque coniectura deſumpta ex eo, quòd 19
inter dd. fratres ſubſtitutos inducta ſit Reciproca, quæ proindè etiam inter dd. ſorores inſtitutas facta præſumitur, ex relatis à Fuſar. *d q.* 472. *n.* 24. non cõcludit, nec eſt admodùm recepta, ex relatis per Fuſar. *d. q.* 472. *n.* 25. imò d. coniectura viſa fuit potiùs retorqueri, nam ſicuti teſtator inter dd. fratres ſubſtitutos Reciprocam, quam voluit, expreſſit, ſic pariter inter dd. Fælicem, & Mariam eorum ſorores, & ſic æquales in gradu, ſi voluiſſet, expreſſiſſet.

Secunda verò ducta ex maiori dilectione teſta- 20
toris erga dd. Fælicem, & Mariam, vti priùs honoratas, ac puellas indotatas, quàm erga dd. fratres, qui tanquam maſculi aliundè ſibi proſpicere potuiſſent, viſa fuit irreleuans ad effectum Reciprocæ, de qua agitur, tùm quia ad hunc effectum non omnis prædilectio admittitur, ſed illa ſolum, quæ conſideratur in liberis, vel deſcendentibus à teſtatore, inter quos dd. mulieres non exiſtunt, Peregrin. *d. art.* 13. *n.* 46. *& ſeqq.* Fuſar. *d. q.* 472. *num.* 35. *& ſeqq.* tùm quia teſtator relinquens dd. pronepotibus ſuis ſcuta mille pro qualibet, præſumitur, hanc ſummam pro congrua dote cuiuſlibet ipſarum reliquiſſe; argumento

l. quod

l. quod autem, & *ibi* Bart. *ff. de iur. dot.* Iaſ. *in l. huiuſmodi*, *§. cum pater*, *num.* 17. *ff. de leg.* 1. vndè intrat potiùs coniectura ſuadens, teſtatorem, vna ex dd. ſororibus defunctà ſine filiis, voluiſſe in portione d. legati præferri potiùs dd. ſubſtitutos, qui nihil ex illius hæreditate habuerant, quàm alteram proneptem ſuperſtitem, quæ cum d. legato ſcutorum mille ei relicto congruè dotari poterat.

Reliquæ verò coniecturæ deſumptæ ex digreſſu ad plures gradus ſubſtitutionum, compendiola, & ablatiuis abſolutis, quibus illa concepta fuit, viſæ fuerunt æquiuocæ, nec applicari caſui, de quo agitur.

Et ità vtraque, &c.

SVMMARIVM.

1 *Caſus proponitur.*
2 *Legatum, vel fideicommiſſum ad alicuius Tertij arbitrium collatum, an de iure ſubſiſtat, & num.* 3.
3 *Captatoria voluntas an fauore piæ Cauſæ ſuſtineatur, & num.* 5. *&* 6.

ARGVMENTVM.

Subſtitutio in alicuius Tertij arbitrium collata, nùm de iure ſubſiſtat. Captatoria voluntas an, & quando fauore animę ſuſtineatur, diſtinguuntur plures caſus, ex quibus materia enucleatur.

CAPVT CCXXI.

1 SVBSTITVTIO, his, quæ ſequuntur, verbis à matre filio, quem inſtituerat hæredem, facta proponebatur; *E morendo detto mio figlio herede, vt ſuprà inſtituto quandocunque ſenza figli legitimi, e naturali, do libera poteſtà al Signor Antonio mio cariſſimo marito, che quando Iddio N. S. lo chiamarà nell'altra vita, e farà teſtamento, poſſi dichiarare, chi deuerà ſuccedere à detto noſtro figlio nel caſo predetto, che moriſſe ſenza figli.* Antonius vir cùm demùm poſt aliquos menſes in nouiſſimo vitæ ſpiritu conſtitutus eſſet, teſtamento ſuo eundem inſtituens hæredem, diſpoſuit, vt eo ſine liberis quandocunque moriente, tam in bonis paternis, quàm maternis ſuccedere deberet Capella S. Antonij Patauini, quæ erat de iurepatronatus ipſius teſtatoris, cùm autem caſus contigiſſet, vt hic filius ſine liberis decederet, teſtamentum condens Amicum inſtituit hæredem, ſicque eo defuncto, reſpectu bonorum maternorum orta fuit controuerſia inter Beneficiatum Capellæ ſubſtitutæ, & hæredem à filio inſtitutum circa validitatem d. ſubſtitutionis, dicebat enim hæres filij, nullo pacto dubitari poſſe, quin ſubſtitutio illa vti captatoria nullius roboris eſſet, contradicebat Beneficiatus, eam fauore pię Cauſæ ſuſtineri contendens, vndè quid iuris dubitabatur?

2 Pro cuius dubij reſolutione conſultus Ego, primò conſiderabam, quòd ad dignoſcendum, an ſubſiſtat de iure diſpoſitio illa, nimirùm quando teſtator hæredis inſtitutionem, legatum, vel fideicommiſſum remittit arbitrio, & voluntati alicuius Tertij, ſunt inſpicienda verba, quibus teſtator vſus eſſet in arbitrium committendo: id quod duobus modis contingere poſſe annuebam; vel & primò, quando inſtitutio, legatum, vel fideicommiſſum remittitur arbitrio Tertij, vt eligat perſonam, quæ eſt incerta, ſed de certis, vt ſi dixerit; *Inſtituo hæredem vnum ex conſanguineis meis, quem Titius elegerit, declarauerit, &c.* ſiuè *ſubſtituo hæredi meo vnum ex conſanguineis meis, quem Titius elegerit, declarauerit, &c.* vel & ſecundo modo, quando ſubſtantia inſtitutionis hæredis, legati, vel fideicommiſſi, alicuius Tertij arbitrio remittitur, ſicque committitur electio incerti de incertis; & hoc erit, ſi teſtator dixerit, *Inſtituo hæredem, quem Titius elegerit, declarauerit, voluerit, &c.* vel, *lego centum illi, quem Titius elegerit*; vel, *hæredi meo ſubſtituo illum, quem Titius declarauerit, &c.*

Primo caſu ſubſiſtit diſpoſitio, adeò quòd vbi non 3 ſequeretur declaratio, omnes conſanguinei admittentur; ſecùs verò in ſecundo, in quo diſpoſitio tanquàm captatoria pro non ſcripta habetur, obſtat enim ius, vt teſtatoris voluntas ab alieno arbitrio dependeat. Diſcriminis ratio inter vtrumque caſum ea conſideratur, quia in primo non erit in arbitrio Tertij non declarare, cùm tantùm ſit illi commiſſum arbitrium eligendi vnum ex nominatis per teſtatorem, ſicque verè dicitur hæres à teſtatore nominatus, quia iàm dixit, *Inſtituo vnum ex conſanguineis meis*; non ſic in ſecundo, in quo ſubſtantia inſtitutionis legati, vel fideicommiſſi poſita fuit in mero placito, & arbitrio Tertij, qui poſſet eligere perſonam, de qua teſtator nunquàm cogitauit: Videantur iura, quæ hæc omnia probant, nimirùm text. *in l. verùm* 8. *§.* 1. *ff. de reb. dub. in l. illa inſtitutio* 32. *ff. de hæredib. inſtit. & in l. captatoria* 67. *ff. de legat.* 1. cum *aliis mille concordantib.* & in *his locis* DD. communitèr. Id quod pro indubitato paritèr firmarunt Guglielm. de Benedict. *in cap. Raynutius*, *in verb. condidit*, *num.* 3. *de teſtam.* Ruin. *conſ.* 19. *num.* 1. *& per totum*, *lib.* 2. vbi *num.* 7. dicit, aliud eſſe ponere ſubſtantiam diſpoſitionis in libera voluntate alterius; & aliud eſſe, committere declarationem eius, quod teſtator diſpoſuit, & ordinauit; Couarr. *in cap. cùm tibi*, *num.* 10. *&* 11. *de teſtam.* Peregr. *de fideicomm. art.* 33. *num.* 57. Gomez. *variar. reſol. tit. de legat. num.* 48. Seraphin. *deciſ.* 1219. *num.* 2. Mart. *in ſumm. ſucceſſ. legat. par.* 4. *quæſt.* 11. *art.* 2. *nu.* 4. *&* 5. Anton. Fab. *diffin.* 11. *C. de hæredib. inſtit.* & Fuſar. aliis omiſſis *tract. de ſubſtit. quæſt.* 503. *num.* 1. *&* 50. *cum ſeqq.*

His ſic præſuppoſitis, reaſſumendo articulum di- 4 cebam, ex prædictis ſatis conſtare, *Bart.* diſtinctionem in *repet. l.* 1. *num.* 64. *verſ. ſecundùm quod*, *C. de ſacroſ. Eccleſ.* eſſe communitèr receptam, nimirùm vt fauore piæ Cauſæ ſuſtineatur captatoria voluntas, quotiès diſpoſitio arbitrio Tertij collata eſſet: ſecùs verò ſi in liberam alicuius voluntatem: prout in caſu propoſito. Diſcriminis ratio eſt in promptu, quia in primo caſu cùm teſtator non expreſſerit, quomodò, & in quem caſum, ſiuè ad quam perſonam bona ſua ſint obuenienda, dùm diſpoſitionem ſuam in alterius arbitrium remiſit, vtique arbitrium illud venit regulandū, vt diſpoſitio fiat pro anima teſtatoris; ſecùs autem in ſecundo, in quo, ex eo, quòd confertur diſpoſitio liberę voluntati alterius, libera illa volūtas regulatum, ſiuè reſtrictum arbitrium non recipit, ſicquè cenſeri non poteſt, voluiſſe teſtatorem pro anima ſua diſponere, & conſequentèr diſpoſitio illa vti captatoria non ſuſtinetur: ità ſatis egregiè Phil. Corne. omninò videndus *conſ.* 156. *intra num.* 6. *verſ. & prædicta procedunt*, *lib.* 2. vbi cùm teſtator facultatem

tem de bonis ſuis diſponendi ad arbitrium, & voluntatem Tertij commiſiſſet. conſuluit *Corne.* diſpoſitionem vti captatoriam nullam eſſe, hæc proferens verba;
5 *Et ideò cùm dictus Fiordus teſtator commiſerit facultatem diſponendi ad beneplacitum, & voluntatem dictæ Nicolæ, apparet, quòd noluit reſtringere facultatem dictæ Nicolæ ad arbitrium boni viri, & ſic ceſſat ratio, quarè cenſeatur reſtringere ad diſponendum ad pias Cauſas, quia voluit, diſpoſitionem dictæ Dominæ Nicolæ eſſe regulatam à ratione, & ideò hoc caſu non cenſetur reſtricta ad pias Cauſas; & idcircò vt ſimplex captatoria non valet, per prædicta, &c.* huicque ſententiæ adhæſit paritèr *Alex. Trentacinq.* ſimilitèr omninò videndus *var. reſol. lib. 1. tit. de pia Cauſ. reſol. 1. n. 8. per totum*, vbi *Bart.* diſtinctionem nonnullis DD. exornat: & demùm *num.* 10. addit, concluſionem il-
6 lam, vt piæ Cauſæ fauore ſuſtineatur captatoria voluntas, nullatenus procedere, quoties diſpoſitio collata eſſet ſub certa forma; quæ ad piam Cauſam nullo modo accommodari poteſt; prout contigit in diſpoſitione, de qua noſter eſt ſermo, in qua meam faſſus fui imperitiam, cùm percipere non potuerim, quo pacto ex illis verbis, de quibus in principio, coniecturari, ſiue deduci poſſit, vt talis poteſtas ad piam Cauſam accommodari poſſet, ſicque voluiſſe teſtatricem proſpicere, vt bona ſua in caſu mortis filij ſine liberis in pios vſus diſtribuerentur.

Hæc breuitèr conſiderabam.

SVMMARIVM.

1 *Proximiore de familia vocato, ſi talis extaret fœmina, an illa, maſculo remotiore excluſo, admittatur, & n. 2.*

3 *Fœmina agnata remotior an excludat proximiores cognatos, teſtatoris agnatione vocata, & n. 4. 5. & 6.*

ARGVMENTVM.

Subſtituto proximiore de familia, facto ſubſtitutionis caſu, an fœmina de familia proximior maſculum remotiorem excludat. Item Agnatione vocata, nùm cognatus proximior fœminam agnatam remotiorem repellat? vbi deciſio *Sacri Conſilij.*

CAPVT CCXXII.

1 SVBSTITVTIONE à patre filio facta vt eo abſque liberis decedente, ſuccedat proximior de familia, fuit aliàs dubitatum, an vbi ſubſtitutioni locus eſſet, & proximior de familia eſſet fœmina, illa ad ſucceſſionem admitti debeat, vel potiùs maſculus, licèt remotior, fœmina proximiore excluſa?

Et quòd fœmina proximior, maſculo remotiore excluſo, ad ſucceſſionem, vigore præfatæ ſubſtitutionis admittatur, ratione, & Doctorum authoritate, inter nouiſſimos Scribentes fundauit Iacob. Menoch. *conſ.* 1284. *lib.* 13. *per totum*; ibi enim cùm teſtator tres eius filias, & ex fratre nepotem hæredes æquis portionibus inſtituiſſet, eiſque abſque liberis decedentibus, proximiores agnati vocati eſſent, facto ſubſtitutionis caſu, conſuluit *Menoch.* teſtatoris ſororem admittendam eſſe, maſculo agnato remotiore excluſo.

Contrariam verò ſententiam, nimirùm, quòd ad- 2
mittendus veniat agnatus maſculus, quamuis remotior, agnata fœmina excluſa, licèt proximiore, crebriùs obtinuiſſe, non dubitamus. Etenim ſecundùm illam pluries per Senatum Pedemontanum iudicatum teſtantur Cacher. *deciſ.* 127. & Theſ. *deciſ.* 37. poſt infinitos, quos referunt; idque præ cœteris rationibus, & fundamentis, ex coniecturata teſtatoris mente fauore familiæ, agnationiſve conſeruandæ, ſicque etiam doctè ſatis firmatum per Franciſc. Viuium *deciſ.* 10. *per totam*, Paul. Staibanus *conſ.* 54. *n.* 10. & ita non ſemel ipſe in diuerſis factorum contingentiis à doctiſſimis iuris prudentiæ Viris reſponſum vidi.

Sed, quid dices, & eſt notabilis caſus, ſi tempore, 3
quo ſubſtitutioni locus eſſet, nemo ex maſculis de teſtatoris familia reperiretur, ſed tantùm fœmina, nùm ſi in medio extarent cognati proximiores, illis excluſis, fœmina ipſa admittenda veniat, vel potiùs cognati proximiores? Dic, in hoc caſu ſingularitèr fuiſſe deciſum ad fauorem fœminæ agnatæ, licèt remotioris, cognatis proximioribus penitùs excluſis: fuitque deciſionis ratio, quia cùm teſtator voluerit agnatos præferre cognatis, maſculis agnatis deficientibus, iſta agnationis qualitas in fœmina tantùm agnata cadit, ſic ſatis notantèr ſcripſit Theſaur. filius *in addition. ad allegatam ſui Genitoris deciſionem* 37. per hæc verba: *Circa materiam huius deciſionis non omitto vnum, quod contigit in facto, & eſt notabile: Teſtator inſtitutis morientibus, vocauit proximiorem de agnatione, dubitatum fuit, poſito & admiſſo (prout concedebatur) quòd maſculi agnati fœminam excluderent agnatam, an nullis extantibus maſculis de agnatione, illa verba obtinerent locum in fœmina agnata, ità vt excluderet fœminas cognatas proximiores, vel in pari gradu exiſtentes? Dubium faciebat, quia teſtator videtur agnationem conſideraſſe ad excluſionem fœminarum, quatenus maſculi extant, ſed illis deficientibus ceſſat ratio, & mens ipſa teſtatoris, cùm deficiat ratio conſeruandæ agnationis: verùm hoc non obſtante fuit dictum in Senatu, agnatam fœminam iſto caſu eſſe præferendam, quia teſtator voluit agnatos præferre cognatis, & maſculis deficientibus, iſta qualitas cadit in fœmina agnata, & ſic poſſunt militare hoc caſu ea, quæ Doctores dicunt fauore fœminæ agnatæ, quibus, &c.* hæc ille.

Et ità, attenta hac ſacri Pedemontani Senatus de- 4
ciſione, *de anno* 1632. ad relationem Regij Conſiliarij Conſtantij fuit per Sacrum Conſilium deciſum in cauſa vertente inter Eugenium, & fratres de Pelliciante ex vna, & Fulginiam Trimontiam ex altera de Ciuitate Therami, Aprutinæ Prouinciæ; Caſus erat iſte. Deceſſerat Martius Trimontius, Theobaldo, Io. Iacobo, & Franciſco Antonio filiis hæredibus inſtitutis, reciproca adiecta ſubſtitutione, vt vni abſque liberis decedenti, ſuperſtes ſuccederet; & vbi contingeret, omnes ſine filiis mori, quòd mortui cenſerentur ſtirpi maſculinæ ipſius teſtatoris: euênit, omnes filios hæredes inſtitutos, & vltimo loco Franciſcum Antonium ſine filiis deceſſiſſe, ſuperſtitibus ex vno latere, paterno ſcilicèt, Fulginia Trimontia, quæ prædictis hæredibus defunctis ſecundo coniungebatur gradu, nata enim erat ex Mauritio Trimontio, fideicommittentis fratre germano, & ex altero latere materno, nimirùm Eugenio, & fratribus de Pelliciante, qui ſimilitèr in ſecundo gradu erant, ex quo

quo nati à Fabio de Pellicciante, fratre vtrinque coniuncto Flaminiæ matris dictorum Theobaldi, Ioannis Iacobi, & Franciſci Antonij hæredum ſine filiis defunctorum; vnde dicebat Fulginia, bona omnia in Martij fideicommittentis hæreditate remanſa ad ipſam vti vnicam de illius ſtirpe maſculina ſpectare: E contra excipiebatur per fratres prædictos de Pellicciante, eſſe bona illa diuidenda, nulla ratione habita, quia Fulginia erat de fideicommittentis progenie: Nam illius fuerat intentio familiæ proſpiciendi, quæ per ipſam Fulginiam conſeruari non poterat; & ſic fideicommiſſum dicebatur extinctum. At Sacro Conſilio contrarium iudicare viſum fuit, ſententiam M. C. confirmando, per quam decretum extiterat, bona obuenta à Martio fideicommittente, ad Fulginiam ſpectare, bona autem per Franciſcum Antonium filium vltimo loco defunctum acquiſita, pro medietate ad eandem Fulginiam, & pro altera ad dictos fratres de Pellicciante, & ſic per Sacrum Conſilium fuit canonizata prædicta deciſio à Gaſpar. Theſaur. *loco citato* relata.

5 Sic paritèr, vti Arbiter, ſiue amicabilis compoſitor cenſui Ego, in fideicommiſſo ordinato per Scipionem Gambacurta: hic cùm filiis maſculis hæredibus inſtitutis, Cæſare nimirùm, Horatio, Aſcanio, & Pompeo, diſpoſuiſſet, vt ipſius bona perpetuò in domo ſua cõſeruarentur, ſic illorum vetãs alienationẽ; facto caſu, vt tam filij, quàm demũ nepotes maſculi, è viuis deceſiſsẽt, vnica tantũ ſuperſtite nepte, Iulia denominata, ex Cæſare filio primogenito nata, prætenſionẽ habuerunt Hæredes Horatij Gambacurta, qui fuit filius Scipionis fideicõmittentis, vt fideicommiſſum prædictũ eſſet extinctum, ob mortem omnium maſculorum de familia: Sed excipiente Iulia, ad ipſam vti de domo, & familia teſtatoris bona prædicta ſpectare, & pertinere debere, per ſupra iam dicta decreui, Hæredes Horatij in eorum prætenſione nullum ius fouere bonum; iuraquè Iuliæ in tuto eſſe: & ita exequutum.

6 Cætera ad prædictorum maiorem confirmationem videnda ſunt apud Molinam *de Hiſpanorum primogen. lib. 3. cap. 4. n. 4.* Peregrin. *de fideicommiſſ. art. 19. n. 27. & art. 25. num. 51.* Surd. *dec. 84. n. 9.* & Fuſar. aliis omiſſis *de ſubſtitution. q. 511. n. 45. & ſeq. & q. 401. num. 65. & 66.*

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio reciproca à patre filiis ordinata in caſu mortis ſine filiis, altero cum filiis defuncto an expiret, vt ſuperſtes poſſit liberè diſponere, & n. 2.*

3 *Filij in conditione poſiti quando cenſentur vocati, quonam modo vocatio intelligatur.*

ARGVMENTVM.

Subſtitutione facta à patre filiis, vt altero abſque liberis decedente, ad defuncti ſucceſſionem ſuperſtites admittantur, nùm altero cum filiis mortuo, ſuperſtites ſine liberis decedentes in præiudicium nepotum, qui ex fratre præmortuo nati ſunt, poſſint de portionibus, quæ eis contigerunt, liberè diſponere? vbi nouiſſima deciſio S.C.

CAPVT CCXXIII.

SVBSTITVTIONE facta à patre filiis, quos inſtituit hæredes, vt altero abſque liberis decedente, ad defuncti ſucceſſionem ſuperſtites admittantur, dubitarunt *Doctores*, altero cum liberis mortuo an ſuperſtites ſine liberis decedentes, in præiudicium nepotum, qui ex fratre præmortuo nati ſunt, poſſint, & valeant de portionibus, quæ eis contigerunt, liberè in extraneum diſponere? 1

Et affirmatiuè magis communitèr reſponderunt, dum putarunt, nepotes in hoc caſu aliquid prætendere non poſſe, ſiue ex perſona propria ipſi venirent, vti forſan ab Auo teſtatore vocati, ſiue iure repræſentationis patris præmortui locum ſubingredientes, ſic ratione, & authoritate fundarunt Bertrand. *conſ. 105. part. 1. lib. 3.* Ruin. *conſ. 181. n. 2. lib. 2.* Socin. Iun. *conſ. 14. n. 7. lib. 4.* Alciat. *conſ. 147. lib. 9.* Natt. *conſ. 551. lib. 3.* Curt. Iun. *conſ. 96. num. 5.* Peregrin. *de fideicomm. art. 21. n. 24. & 28.* Craſſ. *in §. fideicommiſſum, quæſt. 10. num. 14.* Fuſar. *de ſubſt. q. 485. n. 60.* Ant. Gab. *commun. concl. tit. de fideicomm. concl. 3. n. 8.* Intrigliol. *de ſubſtit. cent. 3. q. 87. n. 20.* ſic iudicatum teſtis eſt Hieronym. de Laurent. *deciſ. Auenionenſ. 37.* Caroc. *deciſ. 38. per totam*, Seraphin. *deciſ. 1479. & 1281. num. 1.* Mantic. *deciſ. 120. n. 9.* Milanenſ. *deciſ. 8. n. 207. lib. 1.* Hercul. Marelcott. *variar. reſol. lib. 1. cap. 27.* & alij plures, qui vnanimi conſenſu dixerunt, quòd etiam ſi admitteretur opinio, quæ ſe habet, vt filij in conditione poſiti cenſeantur vocati, intelligenda eſſet, vt procederet vocatio in portione paterna tantùm, cuius reſpectu poſiti ſunt in conditione, non autem reſpectu portionis patrui; ad quod Cardinal. Seraphin. & Mantic. *locis modò citatis*, plures allegant, & ita in caſu propoſito per Sacrum Conſilium iunctis Dominis duarum Aularum deciſum ſcio *hoc anno 1632. menſis Iunij* ad fauorem Dominorum Cæſaris Antonij, & Vincentij Mormilis, contra D. Ducem Vairani, & alios filiós quondam Caroli Mormilis; referente integerrimo, ac doctiſſimo Regio Conſiliario Don Thoma de Carleual, penes Romanum pro de Ferrariis, actorum Magiſtrum. 2 3

Pro limitatione autem concluſionis in principio firmatæ, recurrendum eſt ad Rot. *deciſ. 551.* penès D. Ludouiſium, & 568. penes Buratt. Fuſar. *de ſubſtit. q. 490. à n. 142.* & D. Reg. Capyc. Latro *in ſua famigerata dec. 1. n. 90.* ad quam ſemper eſt recurrendum, vbi de his diſputari contigerit.

SVMMARIVM.

1 *Tempus certum à lege municipali præſcriptum ad ius Congrui petendum, an inſtante emptore poſſit à iudice reſtringi, & num. 5. & 6.*

2 *Beneficium à iure indultum non eſt alicui auferendum.*

3 *Clericus nondum Sacerdos ſi Eccleſiam obtinuerit Parochialem, tenetur intra annum ad Sacerdotium promoueri, ſed an tempus hoc poſſit ab Epiſcopo abbreuiari? ibidem.*

4 *Tempus*

4 *Tempus à iure ſtatutum ad appellandum, an poſſit à Iudice minui.*

7 *Tempus anni à* Pragmatica *ſtatutum, vt quando venditur Terra, poſſit Vniuerſitas ad domanium proclamare, an emptore inſtante poſſit à Iudice abbreuiari.*

8 *Domanium quando ab Vniuerſitate petitur, denegatur, ſi apparet, quòd ſubſiſtere in eo non poſſit.*

ARGVMENTVM.

Tempus à lege municipali ad retrahendum præſcriptum cùm venditur fundus aliquis, fundo alterius collateralis, nùm poſſit inſtante emptore à Iudice reſtringi. Tempus anni à *Pragmatica ſanctione* ſtatutum, vt quando venditur Terra, poſſit Vniuerſitas ad Domanium proclamare; nùm emptore inſtante poſſit à Iudice abbreuiari? vbi deciſio *D.Reg.Moles.*

CAPVT CCXXIV.

1 TEMPVS vnius anni, ex lege municipali huius Ciuitatis præſcriptum ad ius Congrui petendum; quando venditur domus aliqua domui alterius collateralis; his diebus dubitabatur, an inſtante emptore poſſit à Iudice reſtringi, vt nimirùm retrahat vicinus, ſi vult, infra menſem, quo elapſo tempore præcludatur via? Pro ratione dubitandi videbatur negandum, primò per text. a *in regula, indultum de regul. iur. in 6.* vbi indultum à iure beneficium non eſt alicui auferendum; ſed ſic eſt, quòd tempus vnius anni ad retrahendum vicino conceſſum, beneficium dicitur à lege municipali indultum, ergò. Hinc Gloſ. *ibi*, hac regula attenta, in terminis text. *in cap. licèt canon, de electìon.* 3 *in 6.* per quem ſtatutum eſt, vt Clericus nondùm Sacerdos ſi Eccleſiam obtinuerit Parochialem, teneatur intra annum ſub pœna priuationis illius ad Sacerdotium promoueri, affirmat, non poſſe Epiſcopum tempus hoc illi abbreuiare: aſſignat rationem, quia indultum eſt tali Clerico à iure, vt habeat annum ad ſe promoueri faciendum, & ſucceſſiuè non poteſt Epiſcopus beneficium illud ei auferre: Idémque firmauit Dyn. *in d. cap. indultum, n.15. & ſeq.* in 4 termino à lege ſtatuto ad appellandum, vt tempus hoc Iudex minuere non poſſit, & ferè in puncto de quo agimus, hoc ſentire videtur Tiraquell. *in tract. de retract. lignag. §.1. gloſ. 10. num.63.* vbi in terminis illius conſuetudinis, quà cautum eſt, vt proximioribus conſanguineis non retrahentibus, poſſint retrahere remotiores, docet, ad iſtorum inſtantiam non poſſe Iudicem tempus à conſuetudine ad retrahendum proximioribus indultum abbreuiare, quia eſſet auferre beneficium à lege; ſiue ſtatuto eis conceſſum.

5 Cæterùm pro veritate conſiderabam, duos caſus hac in re diſtinguendos eſſe: quorum primus eſt, ſi vicinus, facta venditione rei ſibi collateralis, non aperuit velle vti iure protomiſeos, & in hoc crederem indubitanter, nullo pacto, emptore inſtante, poſſe Iudicem tempus illi à conſuetudine præſcriptum reſtringere, quia verè auferretur eidem beneficium, à iure municipali ſibi indultum, vt poſſit intra annum, ſi vult, retrahere: ſicque fateor, omnia, quæ *ſuprà* dixi de plano procedere. Alter caſus eſt, quando vicinus ſaltem extraiudicialiter declarauerit, velle vti iure 6 protomiſeos, tunc enim, vt emptor à moleſtia per vicinum ſibi inferenda quantocitiùs liberetur, poterit inſtare apud competentem Iudicem, vt anni tempus à lege municipali præſcriptum reſtringat; & in hunc ſenſum intelligo dicta per D.Reg. Moles *in deciſionibus ſuis manuſcriptis*, in illa quæſtione. *An ius prælationis competat Vniuerſitati, &c.* quæ pro contraria parte allegabatur, dùm per Regiam Cameram deciſum teſtatur, quòd quando venditur Terra aliqua, & Vniuerſitas prouocat ad domanium, poterit Iudex emptore inſtante, tempus illud à *Pragmatica ſanctione* præſcriptum ad domanium petendum, reſtringere: per hæc enim verba loquitur D.Reg. Moles.

Deciſio D. Regentis Moles.

In hac materia domanij accidit quandóque, quòd 7 cùm Vniuerſitas vendita peteret admitti ad domanium, fuit per emptorem ipſius dictum, ſe contentari, quòd admitteretur, dummodò infra tot dies faceret depoſitum pretij capitalis, & intereſſe, prout debebatur in caſu retractus, & ita fecit Magnificus Fabius Marcheſius Aduocatus inſignis in hac Ciuitate, dùm emiſſet Ciuitatem Literarum, in qua cauſa Ego fui Commiſſarius, & vidimus, quòd olim per Regiam Cameram in cauſa Hieronymi Xarques, qui emerat Terram Lauriæ, fuit ordinatum, quòd Vniuerſitas ipſa intra tot dies faceret depoſitum, aliàs non audiretur, & perpetuum ſilentium ei imponeretur: & fuit dubitatum, ſi hoc iure fieri poterat? Et decidimus quod ſic; maximè præcedenti bina comminatione, per text. *in cap. conſtitutus, in finalibus verbis, extr. de relig. domib.* Gloſ. & *ibi* Angel. *in auth. de hæred. & falcid. in §. ſi quis agens, verbo, monitus*, Afflict. *deciſ. 264. n.3. & 4.* Capyc. *deciſ. 18. & deciſ. 205.* Boër. *in deciſ. 255. n.7. & ſeq.* poſt Bart. *in l. Titia, col. fin. verſ. quæro, verum Iudex, ff. de accuſationib.* Guid. Pap. *ſingul. 7.*

Maximè quia, vt *ſuprà in præcedentibus* diximus, 8 quando Vniuerſitates non poſſunt ſubſiſtere in domanio, tunc indiſtinctè non ſolent ipſæ admitti, nam non eſſet reuocare ipſas in libertate, ſi ipſa libertas non eſſet duratura, quia multoties Vniuerſitates ſemel admiſſas ad libertatem, iterùm, & de nouo oportuit in ſeruitutem redigere, & alteri vendere; ſtante maximè, quòd ſi intereſſe Regis conſideremus, nullum videtur poſſe conſiderari, quia introitus Baronales ad Regem non veniunt, & ſeruitium militare ab Vniuerſitate non præſtatur; *c.1. quis dicat. Dux, c.1. §. ſimiliter, §. in oſtenditiis, de capit. Corrad. & c. Imperialem, §. firmiter, de proh. alien. per Feder.* Præterea admittit Fiſcus ſpem caducitatis, cùm nunquàm Vniuerſitas moriatur, ideò quando in Camera vidimus, Vniuerſitates non habere facultatem, & modum inueniendi pecuniam, nec ſe poſſe ſuſtentare in Regio domanio, ipſas ſtatim excluſimus, vel iniungimus eis, quòd intra certum tempus pecuniam inuenirent, quo termino elapſo, etiam ex hac via ipſas excluſimus, impoſito eidem perpetuo ſilentio, vt in dicta cauſa Vniuerſitatis Lauriæ olim, & demùm multoties prouidimus.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum an de iure ſubſiſtat, ſi venientes ab inteſtato per teſtes probarent, teſtatorem tempore, quo ille viuebat, non fuiſſe ſanæ mentis*, & n. 2. & 9. *vbi deciſio S.C.*

3 *Teſtes ad inſaniam probandam producti, debent reddere cauſam ſcientiæ.*

4 *Furori ſi quis innititur, debet probare, adfuiſſe illum tempore actus geſti.*

5 *Teſtibus duobus de ſana mente deponentibus magis ſtandum eſt, quam mille de inſania atteſtantibus.*

6 *Teſtator præſumitur ſanæ mentis, ſi in poſtrema infirmitate, in qua teſtamentum condidit, Eccleſiæ Sacramenta recepit.*

7 *Teſtamentum quamuis à demente conditum, dicitur validum, ſi ex illius lectura conſtat, prudenter teſtatorem diſpoſuiſſe.*

8 *Teſtamentum an condi poßit ab illo, cui ad lites eſt datus curator.*

ARGVMENTVM.

Teſtamentum an nullum ſit de iure cenſendum, ſtante depoſitione plurium teſtium, ad inſtantiam venientium ab inteſtato examinatorum, qui cum iuramento depoſuerunt, teſtatorem tempore, quo ille viuebat, non fuiſſe ſanæ mentis, ſed prorſus à recto intellectu alienum. Teſtamentum conditum ab eo, de cuius ſana mente dubitatur, an validum ſit diiudicandum, ſi ex illius lectura conſtat, teſtatorem omnia prudenter diſpoſuiſſe. Teſtamentum conditum ab illo, cui ad lites datus erat curator an de iure ſubſiſtat? & de aliis ad materiam pertinentibus, vbi deciſio *Sacr. Conſil.*

CAPVT CCXXV.

1 TESTAMENTVM, his diebus in Sacro Conſilio dubitabatur, an nullum, ac inualidum eſſet declarandum, ſtante depoſitione plurium teſtium ad inſtantiam venientium ab inteſtato examinatorum, qui cum iuramento depoſuerant, teſtatorem tempore, quo ille viuebat, non fuiſſe ſanæ mentis, ſed prorſus à recto intellectu alienum.

2 Ego, qui hæredis ſcriptæ iura tuebar (erat enim hæc vxor teſtatoris) ex ſequentibus demonſtraui, teſtamentariam illam diſpoſitionem fuiſſe omni ſui parte perfectam.

Et primò dicebam, nullam de iſtorum teſtium depoſitione haberi poſſe rationem, ex eo, quòd eorum dicti cauſam ſcientiæ non reddiderant, nimirùm, quonam modo ſcirent, teſtatorem fuiſſe inſanum, quibuſuè ſignis eum obſeruaſſe in recto ſenſu, dum viuebat, non ſtetiſſe; ſed tantùm illos depoſuiſſe, quòd teſtatorem cognouerant, nunquam fuiſſe in recto ſenſu, ſed omninò inſanum; etenim aſſeuerabam, communem eſſe DD. concluſionem, teſtes ad 3
inſaniam probandam productos debere reddere rationem conuenientem, & concludentẽ cauſam ſcientiæ per ſigna exteriora, interiora demonſtrantia, aliàs eis non creditur; ita Bart. *in tract. de teſtibus, num.* 54. *verſ. furioſus probatur*, & in *l. is, qui*, §. 1. vbi etiam Alex. *ff. de tutor. & curat. dat. ab his*, Felin. *in cap. cum cauſam, verſ. & iſtam fallentiam, de teſtib.* Rot. *dec.* 384. *num.* 7. *part.* 1. *in collect. per Farinac.* cum aliis latiſſimè congeſtis per Maſcard. *concl.* 827. Simon. de Præt. *de interpret. vlt. volunt. lib.* 2. *dub.* 1. *ſolut.* 4. *num.* 28. quibus addendus eſt Spin. *in ſuo ſpec. teſtam. in gl. rubr. part.* 10. *numer.* 9. *circa finem*, vbi ſic loquitur; *quòd teſtis, qui ſuper furore deponit, debet interrogari, quid vidit, quæ ſigna, quos motus, vel actus fecit, vt ex illis percipere poſſit furorem, & dementiam teſtantis, cùm hæc accidentia non poſſint percipi ex momento temporis, ſed ex quodam diſſenſu, & multitudine actuum: tenet Bald. in c. cauſam, quæ, de teſtibus, & Aret. in l.* 1. *ff. ſi cert. pet.* hæc ille.

Secundò dicebam, quòd quando teſtator verè 4
inſanus fuiſſet, venientium ab inteſtato onus erat probandi, teſtatorem fuiſſe in furore tempore conditi teſtamenti, & ſic in indiuiduo, quandoquidem receptiſſima paritèr eſt alia concluſio, nimirùm, quòd qui ad actum infringendum furori innititur, illum adfuiſſe tempore actus geſti, probare debet; ita Soc. *in conſ.* 42. *in fine, lib.* 1. Caſtrenſ. *in l. qui teſtamentum*, §. *nec furioſus, ff. de teſtam. milit.* Alex. *in l. furioſum, poſt num.* 3. *C. qui teſtam. facer. poſſ.* Ruin. *conſ.* 97. *n.* 13. *lib.* 1. Zabarell. *conſ.* 56. *col.* 2. *verſ. an ex dicto*, Lanfranc. de Orian. ſatis benè *in tract. de teſtib. in verb. attende tamen, n.* 149. Ioſeph. Ludouic. *deciſ. Peruſ.* 1. *n.* 11. *& ſeq.* Maſcard. *de probat. concl.* 826. *n.* 15. 16. *&* 17. Rot. *in d. dec.* 384. *n.* 9. ſub illis verbis; *Vlteriùs, quia iſti teſtes ſuper dementia non deponunt de tempore conditi teſtamenti, prout eſt neceſſe ad illius inualiditatem, &c.* vndè cùm in caſu, de quo agebatur, hoc non fuiſſet à venientibus ab inteſtato probatum, ergo.

Immò è contra pro parte hæredis ſcriptæ plenè probatum, quamuis præter neceſſitatem, teſtatorem in poſtrema eius infirmitate, & tempore conditi teſtamenti in ſui recta loquutione, & ſenſu ſtetiſſe: & ex hoc alia etiam ſubintrabat DD. concluſio, & ea eſt, vt in concurſu probationum magis ſtandum ſit duobus teſtibus de ſana mente deponentibus, ex quo 5
illorum depoſitiones coadiuuantur à iure communi, & naturæ, quàm mille de inſania atteſtantibus; ita commmunitèr tradiderunt Corne. *conſ.* 219. *n.* 7. *lib.* 1. Decian. *conſ.* 127. *n.* 35. *vol.* 3. Dec. *in l. ſi furioſum, n.* 5. *C. qui teſtam. facer. poſſ.* Boët. *dec.* 23. *n.* 33. Gabr. *commun. concluſ. tit. de teſtam. concl.* 4. *num.* 14. Maſcard. *de probat. concl.* 827. *n.* 13. Simon. de Prætis *de interpret. vlt. volunt. lib.* 2. *dub.* 1. *ſolut.* 4. *n.* 18. Menoch. *de præſumption. lib.* 6. *præſumpt.* 45. *n.* 21. & alij, quos refert Mart. *in ſumm. ſucceſſ. legal. par.* 4. *q.* 1. *art.* 2. *n.* 10. *&* 19. *cum ſeqq.* Rot. *cit. dec.* 384. *n.* 9. *part.* 1. *in collectis per Farinac.*

Tertiò, oppoſitionem hanc vanam, quæ circa de- 6
mentiam fiebat ex alio prorſus corruere ipſe dicebam, dum in facto non controuertebatur, teſtatorem in ſua poſtrema infirmitate, quo tempore teſtamentum condidit, Pœnitentiæ, Euchariſtiæ, & Ex-

tremæ vnctionis Sacramentis fuiſſe refertum, id quod contingere non poterat, ſi in recto ſenſu non ſteriſſet; quódque ſanæ mentis præſumatur teſtator, ſi in eius infirmitate Sacramenta aſſumpſit, poſt Decian. *conſ. 127. n. 34. verſ. inſuper probata eſt religioſa, lib. 3.* dicit Rot. *allegata dec. 384. num. 4.* ſicque Notarium, qui teſtamenti clauſuram ſtipulatus fuerat, atteſtatum fuiſſe, illis ſiquidèm verbis, *ſanus Dei gratiâ mente, & in ſui recta loquutione*, ad tradita per Cardinal. Zabarell. *in conſ. 56. n. 11 in fine*, Imol. *in l. 2. ff. de teſtam.* Corne. *d. conſ. d. 219. col. vltim verſ. item eadem ratione, lib. 1.* Soc. *conſ. 42. num. 1. lib. 1.* Dec. *conſ. 448. n. 13.* & Pariſ. *conſ. 88. n. 19. lib. 3.* quos omnes recenſet Menoch. *d. præſumpt. 45. n. 21. ver. item etiam.*

7 Quartò, ad ſaturitatem adducebam, quòd quando probabilitèr de teſtatoris ſana mente dubitari potuiſſet, eius teſtamenti validitas ex alio indubitata reddebatur, nimitùm ex illius lectura, dum ea perpenſa, plenè conſtabat, teſtatorem prudentèr diſpoſuiſſe, nec verbum aliquod legi ſtultè, ſiue imprudentèr prolatum: ex quo alia ſuboriebatur iuris concluſio, quæ contradictorem non habet; & ea eſt, quòd validum ſit teſtamentum, quamuis à demente conditum, ſiue ab illo, qui dilucida habet interualla, ac ſi à Sapiente conditum fuiſſet, dum prudenter teſtator diſpoſuit, nec ſignum aliquod ſtultitiæ ex teſtamenti lectura cerni poteſt; quamuis pro parte hæredis ſcripti probatum non ſit, teſtatorem actus geſti tempore dilucida habuiſſe interualla. Ratio aſſignatur, quia præſumptio illa inſaniæ ex qualitate actus poſtea geſti tollitur omninò, adeò quòd ſi actus geſtus viro ſanæ mentis cógruit, præſumitur, teſtatorem teſtamenti tempore ſanæ mentis fuiſſe; ita ſanè ſcripſerunt DD. tam in *Commentariis*, & *Tractatibus*, quàm in *Conſiliis*, & *Deciſionibus*.

Siquidèm in *Commentariis* Bald. *in c. 1. in princ. in tit. 1. per quos fiat inueſtit.* Hoſtienſ. *in cap. ad noſtram, extra. de conſuet.* vbi teſtatur, pro valida fuiſſe habitam ſententiam à quodam Papienſe fatuo prolatam, quia *Gratianus* illam rectius proferre non potuiſſet; Io. Andr. *in cap. fin. n. 10. de ſucceſſ. ab inteſt.* vbi refert, *Valerium Maximum* atteſtantem, Senatores Populi Romani teſtamentum cuiuſdam furioſi confirmaſſe, ex eo, quòd ſapientèr teſtatus fuerat, Caſtrenſ. *in l. qui teſtamentum. §. nec furioſus, ff. de teſtam.* Alex. *in l. furioſum, n. 3.* Roman. *n. 3. & 6.* Iaſ. *n. 3. C. qui teſtam. facer. poſſunt.*

In *Tractatibus* Marſil. *ſingul. 380.* Spin. *in ſpec. teſtam. in gloſ. rubr. part. 10. n. 7. circa medium*, Menoch. *de præſumption. lib. 6. præſumpt. 45. num. 66.* Mant. *de coniect. vltim. volunt. lib. 2. tit. 5. n. 17. & ſeq.* Maſcard. *de probation. concl. 817. n. 13* Mart. *in ſumm. ſucceſſ. legal. p. 4. q. 1. art. 2. num. 24. cum ſeqq.* Argel. *de acquir. poſſeſſ. q. 3. art. 1. n. 62. & 100.* & alij.

In *Conſiliis* Soc. *conſ. 42. num. 11. verſ. ſecundò quia, vol. 1.* Barbat. *conſ. 58. col. 6. vol. 1.* Corn. *conſ. 216. n. 15. lib. 3.* Ruin. *conſ. 67. n. 5. lib. 1.* Pariſ. *conſ. 88. num. 45. & ſeq. lib. 3.* Riminald. Iun. *conſ. 809. num. 22. & ſeq. lib. 6.* Menoch. *conſ. 688. n. 6.* Honded *conſ. 78. n. 61. lib. 2.*

In *Deciſionibus* noſter Afflict. *deciſ. 143. num. 5.* Grammat. *deciſ. 37. n. 37. & 38.* Boër. *deciſ. 23. num. 54. cum ſeqq.* vbi ſubdit, non omnia à furioſis facta nulla eſſe, nam ſi aliqua prudentèr, & ſapientèr geſta apparent, tenent, Magon. *deciſ. Florent. 97. n. 22.* Ludouic. *deciſ. Peruſ. 1. n. 13.* Mynſinger. *ſingul. obſeru. cent. 2. obſeru. 41. n. 3.* Rot. *dec. 384. n. 10. part. 1. in collect. per Farinac.* & in *vna Romana hæreditatis de Gracchis die 5. Decembris 1618. coram Remboldo*, quam refert Argel. *d. quæſt. 3. art. 1. num. 100.* eadem Rot. *deciſ. 577. part. 1.*

8 *diuerſ.* vbi *num. 11.* decreuit, in nihilo obſtare illud; quod ad probandam teſtatoris dementiam afferebatur, (quod paritèr in caſu, de quo noſter eſt ſermo, in facto adducebatur) nimirùm, quia per Iudicis decretum fuerat illi curator datus, ad tradita per Dec. *conſ. 86. num. 7.* nam fuit reſponſum, prout & Ego reſpondi, fuiſſe datum curatorem ad lites tantùm, ſicque nullo pacto impediebatur, actus extraiudiciales facere, ex quo deputatio curatoris reſtringitur ad imbecillitatem reſpectu iudicialium, in quibus ex negligentia, & taciturnitate faciliùs infertur præiudicium; ſequitur Mart. *d. par. 4. q. 1. art. 2. n. 28.* vbi citat etiam Cephal. *conſ. 546.* vbi *num. 62. & 63.* generalitèr tuetur, curatorem habentem, teſtamenti facultate priuatum non eſſe: idemquè ſatis notantèr poſt Caſtrenſ. & Alex. *in l. ſi frater, C. qui teſtam facer. poſſ. &* Iaſ. *in l. ex facto, ff. de vulg. & pupill.* aduertit Decian. *conſ. 127. n. 32. lib. 3.* quòd loci ait, ſententiam hanc nullum habere contradictorem.

Quintò, & tandèm hæc omnia rerum iudicatarum authoritate confirmabam, ſic enim Sacrum Conſilium *de anno 1634.* determinauit, licèt in poſſeſſorio in cauſa tunc vertente inter Don Ioannem Alderiſium ſobrinum, & hæredem vniuerſalem quondam Marij Alderiſij, & Victoriam eiuſdem Marij ſororem vtrinque coniunctam, quæ cùm prætendiſſet, fore denegandam immiſſionem dicto Don Ioanni hæredi ſcripto, eo ſub prætextu, quòd dictus Marius teſtator ſanæ mentis non fuerat, ad idque probandum aliquas producens atteſtationes, conſideratis principalitèr, quòd qui de dementia atteſtabantur, concludentem cauſæ ſcientiam non reddiderant, nec verbum aliquod aperuerant, quòd in actu teſtandi fuiſſet Marius non ſanæ mentis, & è conuerſo conſtito per aliàs atteſtationes, quòd fuerant infirmo teſtatori Eccleſiæ Sacramenta adminiſtrata, quódque extiterat tempore teſtamenti ſanæ mentis, & ex illius lectura nimis conſtare, teſtatorem prudentèr diſpoſuiſſe, decreto Sacri Conſilij prouiſum fuit, fore Don Ioannem immittendum in poſſeſſionem bonorum remanſorum in hæreditate d. quondam Marij, referente D. Regente Capycio Latro Marchione Torelli digniſſimo, tunc præſtantiſſimo, & oculatiſſimo Regio Conſiliario, & pro Don Ioanne patrocinante Domino Franciſco, Aduocato doctiſſimo, & inter primarios Sacri Conſilij, qui in cauſa doctè ſatis de iure reſpondit. Proceſſus eſt in Banca Fabritij Solatij S.C. actorum Magiſtri.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum perfectum an ſolo curſu temporis decem annorum tollatur.* & n. 4.

2 *Teſtamentum primum ſolemne, vt cenſeatur reuocatum per ſecundum minus ſolemne cum decennij curſu, an ſat ſit, quòd decennium ſit elapſum à die conditi primi teſtamenti.*

3 *Text in* l. ſancimus, C. de teſtam. *interpretatur*, & n. 3. 6. & 7.

7 *Legata in teſtamento ſolemni an cenſeantur reuocata per ſecundum teſtamentum minus ſolemne, & n. 8.*

9 *Legatum ſi fuerit factum de aliqua re Titio, & demùm eandem rem teſtator iuſſerit, dari incapaci, an per hoc dicatur ademptum.*

10 *Legata an cenſeatur adempta, ſi teſtator poſt teſtamentum conditum ſolemne, aliud*

minus ſolemne condiderit, declarando, nolle, primum teſtamentum valere.

11 *Teſtamentum licèt quoad inſtitutionem non poßit dici per aliud minus ſolemne reuocatum, benè tamen legata poſſunt dici adempta.*

ARGVMENTVM.

Teſtamentum primum ſolemne, vt cenſeatur reuocatum per ſecundum minus ſolemne cum decennij curſu, à quonam die tempus illud decennij decurſum eſſe debeat, à die ſcilicèt conditi primi ſolemnis teſtamenti, vel à die ſecundi minus ſolemnis. Teſtamentum primum ſolemne an per ſecundum minus ſolemne poſſit dici reuocatum quoad legata, licèt nullatenus quoad hæredis inſtitutionem? & de aliis.

CAPVT CCXXVI.

1 TESTAMENTVM perfectum, quòd ſolo curſu temporis decem annorum non tollatur, ſtatuit Imperator *in vulgata l. ſancimus 27. C. de teſtam.* vbi addit, niſi de contraria teſtatoris voluntate conſtaret, quamuis imperfecta, quo caſu ſi decennium fuerit elapſum, euaneſcit: ex hac diſpoſi-
2 tione ingens controuerſia orta fuit inter DD. vt teſtamentum perfectum per aliud minus ſolemne dicatur reuocatum, ſi decennium fuerit elapſum, vt *in d. text.* à quo, inquam, die tempus illud decennij decurſum eſſe debeat, à die ſcilicèt conditi teſtamenti, vel à die imperfectæ voluntatis? poteſt enim contingere, vt qui poſt decem annos à die conditi ſolemnis teſtamenti, aliud minus ſolemne condiderit, & illico moriatur; nam ſi dicimus, ſenſiſſe *Imperatorem*, vt hoc decennium ſit decurſum à die conditi primi ſolemnis teſtamenti? certè illud dicitur reuocatum; ſin verò, vt ſi computandum decennium à die ſecundæ imperfectæ voluntatis? & tunc primum non dicetur reuocatum.

3 In Collegio ſeptem Aduocatorum, inter quos Ego minimus interueni, habito in cauſa ſucceſſionis bonorum qu. Octauij Trani Marchionis Speclæ, dixi, *Doctores* ſuper hac quæſtione in vanum laboraſſe, cùm ex litera *textus* clarè dignoſcatur, hoc tantùm voluiſſe *Imperatorem*, vt decennium ſit elapſum tempore, quo teſtator moritur, nec alitèr requiri, vt effluxi ſint decem anni antè reuocationem minus ſolemnem; ſed ſat eſſe, tempus illud eſſe effluxum ante, vel poſt reuocationē, cùm teſtator mori continget.

4 Et quòd hoc ſit verum, inueſtigemus, quæſo, de quo principalitèr in *eo text.* dubitatur? Etenim dubitatum fuit, an teſtamentum ſeruatis ſeruandis conditum dicatur reuocatum, ſi poſt illius confectionem decennium profluxerit? & deciditur quòd non; quia quod non mutatur, quarè ſtare prohibeatur? addit
demum *Imperator*, nota, *ſin autem in medio tempore,* 5
hoc eſt illius decennij (non dixit poſt decennium) teſtator mutauerit voluntatem, dicendo coram tribus teſtibus, *nolo primum valere teſtamentum*, & decennium fuerit emenſum (hoc eſt indubitantèr) tempore, quo teſtator ipſe moritur, primum teſtamentum dicitur reuocatum; non enim de caſu *illius legis* dubitari contingit, niſi mortuo teſtatore; nam fruſtratorium eſſet dubitare de validitate, vel inualiditate teſtamenti, cùm teſtator viuat; ſicque quando dicit
textus, *& decennium fuerit emenſum*, voluit decidere 6
quæſtionem *in principio* motam, an defunctorum teſtamenta dicantur reuocata, ſi poſt illorum confectionem decennium profluxum ſit? & determinatur, quòd non; niſi in medio tempore fuerint illa reuocata, quamuis ex minus ſolemni voluntate, & ſic *Imperator* clariùs loqui non potuit.

Confirmatur hoc ex verbis ſubſequentibus; in *fine textus* politis, ibi, *alitèr enim teſtamenta mortuorum per decennij tranſcurſionem euaneſcere nullo patimur modo, &c.* & cum hac opinione tranſierunt Guid. Pap. *dec. 200. n. 4.* cuius meminit Anna *alleg. 10. n. 1.* Maynard. *dec. 23. p. 5.* Franciſcus Raguel. *ad d. l. ſancimus, verſ. & paterfamilias intermedio tempore, &c.* Ant. Fab. *de erroribus prag. decad. 39. errore 6. n. 11. in fine,* Matt. *in ſumm. ſucceſſ. legalis, part. 4. q. 4. art. 1. n. 42. fol. 68.* & alij recentiores.

Fuit etiam ſecundo loco diſceptatum, quatenus ex 7
diuerſitate opinionum, quæ circa intellectum *d. l. ſancimus*, circumferuntur reſpectu lapſus decennij, defendi poſſet, teſtamentum non fuiſſe reuocatum; an legata, in eo contenta adempta cenſeri poſſint? dixi Ego, in hoc diſtinguendos eſſe duos caſus, quorum *Primus* eſt, quando teſtator, qui priùs ſolemne condidit teſtamentum, aliud minus ſolemne condens de re in primo ſolemni Titio legata nullam fecit mentionem; & in hoc eſt *textus* ad literam, quòd non cenſeatur ademptum, in *l. ſi iure 18. ff. de legat. 3.* quia, vt in *illo text.* probatur, tacita reuocatio, quæ ex illa minus ſolemni diſpoſitione deſumitur, non eſt ſufficiens ad adimendum legatum in primo ſolemni teſtamento alicui relictum, niſi inter teſtatorem, & legatarium inimicitia ſuperuenerit, quia tunc benè diceretur ademptum, quamuis de re legata in primo teſtamento ſolemni, nulla in ſecundo minus ſolemni, & inualido fuerit facta mentio; prout ſunt iura *in l. 3. §. fin.* & in *l. ex parte, ff. de adimend. legat.*

Alter caſus eſt, quando id quod Titio in primo ſo- 8
lemni teſtamento relictum eſt, in ſequenti minus ſolemni alteri relinquitur; & in hoc benè dicitur ademptum, quia conſtat de expreſſa voluntate legantis, adimere volentis: Et licèt primum teſtamentum non poſſit dici reuocatum quoad inſtitutionem; benè tamen quoad illud legatum, de quo in ſequenti minus ſolemni diſpoſitione expreſſam facit mentionem. Probatur hoc ex text. *in l. planè 34. ff. de legat. 1.* & in *l. etſi transferam 20. ff. de adimend. vel transfer.*
legatis, in quibus iuribus habetur, quòd ſi ego legaui 9
rem aliquam Titio, & demum eandem rem iuſſi dari alteri, ſed incapaci, dicitur ademptum legatum Titio ex voluntate expreſſa legantis, quamuis nouiſſimus, cui relictum eſt, talis ſit, vt illud ex legis prohibitione capere non poſſit; & ita iura prædicta intellexit Bart. *in d. l. ſi iure 18. ff. de legat. 3.* & poſt eum Ang. Aret. notantèr in *conſ. 91. circa finem, verſ. igitur vel ſecundò.* Iaſ. *in d. l. planè, n. 3. ver. tertiò limita.* Couar. *in rubr. de teſtam. par. 2. n. 21. ver. quinta concluſio.*

Et idem dices, quando teſtator poſt conditum 10
primum teſtamentum ſolemne, aliud minus ſolemne, vel nullum condens teſtamentum, declarauerit, nolle

nolle primum teſtamentum valere, ſed illud pro reuocato haberi;nam hoc caſu, quamuis de te in primo teſtamento alicui legata, nulla in hac ſecunda diſpoſitione inualida fuerit facta mentio, benè tamen omnia legata ibi relicta reuocata cenſentur, hoc enim operatur hæc expreſſa declaratio voluntatis teſtatoris nolentis, primum ſolemne valere teſtamentum, vt omnia legata ibi ſcripta reuocata intelligantur, quamuis de illis in hac ſecunda declaratione
11 nulla fiat mentio, cùm ſat ſit, vt reuocetur teſtamentum, quod licèt quoad inſtitutionem reuocatam dici non poſſit, niſi concurrant requiſita *d. l. ſancimus, C. de teſtam.* benè tamen quantum ad legata; ita ex text. *in l. militis, §. veteranus, ff. de milit. teſtam.* ſcripſerunt Cyn. *in l. noſtram, n. 3. verſ. ſi proceſſit ad verbum, C. de teſta.* Alber. *in dict. l. ſancimus,* Alex. *conſ. 30. n. 9. lib. 3.* Bero. *conſ. 4. vol. 2.* Surd. *conſ. 320. num. 5. lib. 3.* Marc. *in ſumm. ſucceſſ. legal. par. 4. q. 4. art. 1. in fine.*

Cætera ad ſaturitatem, & elegantiſſima in hoc eodem articulo vide apud D. Io. Franciſcum Marcianum *diſput. iuris lib. 2. diſput. 61. per tot.*

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum in ſcriptis, ſi à teſtatore non fuerit ſigillatum, an dicatur nullum; &* num. 2. & 4.

3 *Textus in* l. hac conſultiſſima, C. de teſtam. *declaratur.*

5 *Teſtamentum an dicatur nullum, ſi teſtes, qui in illo ſe ſubſcripſerunt, non dixerunt, cuius erat teſtamentum illud.*

6 *Teſtamentum an dicatur nullum, ſi teſtes, qui ſe ſubſcripſerunt, ſunt Religioſi.*

7 *Teſtamentum dum aperitur, quæ ſolemnitates interuenire debeant, & n. 8. 9. 10. & 11.*

ARGVMENTVM.

Teſtamentum, quod teſtator non ſigillauit, & in quo Religioſi pro teſtibus ſe ſubſcripſerunt nùm ſit de iure validum Teſtamentum in ſcriptis ſi in publicam formam redactum fuit, ac ſolemni Notarij ſtipulatione munitum, an dum aperitur, neceſſe eſt, vt teſtes, qui interfuerunt, eorum ſubſcriptiones, & ſigilla recognoſcant? & de aliis, ad ornatum text. *in l. cùm ab initio, ff. quemadmod. teſtam. aper.* & in *l. hac conſultiſſima, C. de teſtam.*

CAPVT CCXXVII.

1 TESTAMENTVM in ſcriptis, quod tot requirit ſolemnitates, de quibus in *l. hac conſultiſſima, C. de teſtamen.* fuit aliàs non modicè controuerſum, an validè conditum cēſendum ſit, ſi teſtator illud ſubſcripſit tantùm, non autem ſigillauerit?

Et affirmatiuè, quòd nullum cenſeatur, ſtante ſigilli teſtatoris omiſſione, docuerunt Paul. de Caſtr. *in d. l. hac conſultiſſima, in decimo requiſito,* Petr. Gilken. *ibidem, n. 6. verſ. nonò, quòd etiam,* Iaſ. *conſ. 67. n. 7. vol. 3.* Boër. *conſ. 48. n. 2.* Roland. à Valle *conſ. 36. n. 4. lib. 1.* Matienz. *in l. 1. gloſ. 5. n. 2. tit. 4. noua recompilat.* Pariſ. *conſ. 19. num. 3. lib. 3.* Burg. de Paz *in l. 3. Tauri, part. 2. concl. 3. n. 1119.* Menoch. *conſ. 639. n. 13. lib. 6.* Meyter. *lib. 3. de teſtam. tit. 1. num. 52.* Franc. Barry *de ſucceſſ. lib. 1. tit. 1. de teſtam. n. 4.* Io. Bapt. Coſt. *de remed. ſubſidiar. remed. 82. num. 7.* & alij, qui omnes teſtamenti ſolemnis requiſita referendo, de teſtatoris ſigillo meminerunt.

Contrariam verò ſententiam, quæ eſt ipſa veritas, 2
nimirùm, quòd omiſſio ſigilli teſtatoris, teſtamentum inualidum, ſiue nullum non reddat; ſed ſat eſſe, quòd ſit tantum ab illo ſubſcriptum, tenuit Ægid. Bellam. omninò videndus *conſ. 1. ſub numer. 11. verſ. item ipſe teſtator,* ſicquè *Rot.* determinaſſe conſtat ex *deciſ. 30. par. 1. diuerſ.* Eſtquè huius ſententiæ ratio manifeſtiſſima, cùm legem habeamus expreſſam, quæ cunctas deſcripſit ſolemnitates, quæ in teſtamentis ſolemnibus concurrere debent, vt validè condita cenſeantur, nec alitèr de hac ſigilli ſolemnitate aliquid fuit dictum, ergò dicere fas eſt, *Doctores* ſupra allegatos, qui hanc ſolemnitatem requiri voluerunt, verè hallucinatos eſſe; text. enim in *d. l. hac*
conſultiſſima, tantùm teſtatoris ſubſcriptionem expo- 3
ſtulat: addi modò à Doctoribus, *& quod ab eo idem teſtatore ſigilletur*, aliud non eſt, niſi contra legem loqui, dum formæ à Legiſlatore introductæ nouum addunt requiſitum.

Et quòd ſit verum, quòd inconſideratè hac in re *Doctores* ſe geſſerunt, patet; nam incipiendo à *Paul. de Caſtr.* qui fuit omnium primus in hoc aſſerendo dum voluit omnia referre requiſita, quæ in teſtamento ſolemni concurrere debent, iuxta formam traditam in *l. hac conſultiſſima,* poſtquam nouem retulerit, addit decimum, dicendo *decimò quòd etiam teſtator ſe ſubſcribat, & ſigillet, &c.* quaſi quòd *Imperator* hoc in *dicta lege* ſtatuiſſet; cumque ex illius *text.* lectura clarè conſtet, de teſtatoris ſigillo nil diſpoſitum fuiſſe, ergò cæteri autem Doctores *Paul.* ſimplicitèr abſque quòd aliud perpendiſſent, ſecuti fuerunt; quòd proindè de eorum dictis, etſi mille eſſent, qui id tenuiſſent, ratio aliqua haberi non poteſt.

Præterea aliud conſiderauit Rot. *cit. dec. 30. num. 1.* 4
nam cùm ex *Doctoribus*, qui ante *Paul. de Caſtr.* in hoc Orbe fuerunt, nonnulli etiam reperiantur, qui teſtamenti in ſcriptis ſolemnitates retulerunt, ſeruata forma *d. l. hac conſultiſſima*, nullus tamen inuenitur, qui de teſtatoris ſigillo mentionem fecerit, prout ſunt Azo *in ſumm. C. de teſtam. num. 5.* Io. Fab. *in §. poſſunt, Inſt. eodem,* Specul. *in tit. de inſtrum. edition. §. vt autem,* & alij; ergò, & ita per hæc in currenti menſe Iunij 1631. per noſtrum Sacrum Conſilium iunctis Dominis Conſiliariis duarum Aularum deciſum habemus ad fauorem Domini Ludouici Rodulphi Patritij Florentini, contra Dominum Nicolaum Marchionem Baſelicis eius fratrem, qui cùm prætendiſſet, teſtamentum quondam Marchionis Alexandri communis fratris, in Ciuitate Florentiæ conditum, hunc ſigilli defectum pati, non fuit auditus; prout nec de aliis defectibus, qui fuerunt in dicto teſtamento conſiderati, tam illius clauſuram, quàm apertuream concernentes, ratio aliqua habita fuit.

Etenim circa clauſuram ſecundus addebatur defe- 5
ctus, cùm teſtes, qui ſe ſubſcripſerunt, non alitèr meminerunt, ſiue expreſſerunt, cuius erat teſtamentum, quod exprimi debere ſub nullitatis pœna dicebatur; ex text. *in l. ſingulos 30. ff. de teſtam.* ex Gloſ. *in l. fin.*

l. fin. eod. & *in* §. *ſed cum paulatim*, *Inſtit. eod.* Bald. *in conſ.* 207. *in fine*, *vol.* 2. Meyrer. *cit. tract. de teſtam. lib.* 3. *tit.* 1. *num.* 45. Io. Fab. *in* §. *poſſunt autem*, *num. fin. Inſtit. de teſtam.* vbi formam ſubſcriptionis ponit per hæc verba: *Ego talis vocatus, & rogatus in teſtem ad teſtamentum talis, quod hac ſchedula continetur, mea propria manu me ſubſcripſi, & tali ſigno ſignaui, &c.* Burg. de Paz *in cit. l.* 3. *Tauri, p.* 2. *concl.* 3. *n.* 108. & ex aliis; fuit enim habita hæc oppoſitio pro ſatis ſcrupuloſa inquiſitione, nullibi enim id fieri debere legitur in *d. l. hac conſultiſſima*, quæ, vt diximus, teſtamenti ſolemnis conficiendi formam tradit; imò aliqua requiſita *ibidem* expreſſa, dummodò non ſint de ſubſtantialibus citra timorem teſtamenti vitiandi, omitti poſſe, poſt antiquos voluit Roland. *conſ.* 82. & *ſeq. vol.* 1. quem ſequitur Rot. *cit. deciſ.* 30. *numer.* 2. ad quid enim hæc ſolemnitas, nonne certum eſt, dum teſtis ſe teſtamento ſubſcribit, ei notum eſſe, cuius ſit teſtamentum illud, in quo pro teſte interfuit? certè ſic, ergò; hoc enim leue requiſitum ideò fuit adinuentum, nè alius ſupponatur teſta[illegible], & vt à teſtibus cognoſcatur; vt per Menoch. *conſ.* 639. *num.* 14. quòd proindè ſat eſt, ſi teſtator vti notus, vel à Notario, vel à teſtibus cognoſcatur; ad tradita per Bero. *conf.* 1. *num.* 2.

6 Minus etiam habita fuit ratio de tertio defectu, qualitatis nimirùm teſtium, cùm omnes Religioſi Ordinis Prædicatorum extiterint ad illum actum, citra Superioris licentiam interuenientes, nam licèt non deſint *Doctores*, qui in hoc caſu pro teſtamenti inualiditate reſponderint; frequentiùs tamen contraria obtinuit ſententia, vt diximus *lib.* 1. *cap.* 331. vbi retulimus, aliàs ſic Sacrum Conſilium determinaſſe, & in hac eadem cauſa, in iudicio tamen immiſſionis ita vt ad præſens hoc idem in petitorio determinare, nulla ſe obtulit difficultas; conſtat enim, licentiam, vt Religioſus in teſtem admitti poſſit, nunquam præciſè neceſſariam eſſe; & in illo caſu, vbi *Doctores* eam requirunt, eſt potiùs de conſilio quàm præcepto, vt per Franciſc. Aret. *conſ.* 159. & Carau. *in ritu* 144. hinc ſi abſque licentia in iudicio, & coram Iudice ſeculari de facto reciperentur, non per hoc actum vitiari, eorúmque depoſitionem infirmari; voluerunt Abb. *in cap. cùm tuncius*, *n.* 4. *de teſtament.* & *ibid.* Aret. *num.* 151. Felin. *numer.* 3. D. Card. Mant. *deciſ.* 351. *num.* 17. Guazzin. *de reor. defenſ. cap.* 1. *n.* 11. Corne. *conſ.* 115. *num.* 13. *vol.* 1. Farinac. *de teſtibus*, *quaſt.* 62. *num.* 84. & 134. Carauit. *loco cit.* & Siluian. *conſ.* 16. *lib.* 1.

7 Inſuper nec fuit auditus Marchio quoad alterum defectum, quem teſtamenti aperturam concernere dicebat, nam cùm certum ſit, certam fuiſſe à lege datam formam in teſtamentis ſolemnibus aperiendis, nimirùm vt pro apertura inſtet perſona, quæ in ea re intereſſe habeat, quòd capiatur informatio de morte, interueniat Iudicis authoritas, ac teſtium omnium, aut maioris partis præſentia, vel illis abſentibus (quod conſtare debet) probatorum Virorum, qui ſigilla, & ſubſcriptiones recognoſcant, vt eſt tex. *in l. cùm ab initio*, *cum ſeq. ff. quemadm. teſtam. aperiant.* & *in l.* 1. & 2. *C. eod.* in teſtamento autem, de quo agebatur, apertum abſque his ſolemnitatibus reperiebatur, ergò nullum veniebat declarandum; provt in puncto per Sacrum Conſilium deciſum teſtatur D. de Franch. *deciſ.* 429. vbi aperto teſtamento in ſcriptis abſque ſolemnitatibus prædictis, fuit illud nullum declaratum, non obſtante, quòd teſtator Notario facultatem teſtamentum abſque iuris ſolemnibus aperiendi conceſſiſſet.

8 Placuit tamen Sacro Conſilio reſponſio huic oppoſitioni datam iam ad primum de inſtantia intereſſe prætendentis, fuit in facto demonſtratum, benè hoc requiſitum concurriſſe; inſtiterat enim pro apertura quidam Notarius, eam tam nomine Ludouici teſtatoris fratris, & hæredis, quàm Marchioniſſæ coniugis petendo; nec in aliquo obſtare, quod mandatum ad id expoſcendum non habebat, cùm demùm fuerit actus ille à Principalibus ratificatus, ad text. *in l. licèt*, *ff. de iudiciis*, imò dicebatur, nullum requiri mandatum ad pro apertura inſtandum; nec alitèr de intereſſe petentis conſtare debere, cùm quilibet pro illo actu explendo agere poſſit, vt ſciat, an teſtamento ſit aliquid ſibi relictum, ad quod fuit allegata punctualis deciſio Gloſ. communitèr receptæ *in d. l.* 2. *ff. quemadmod. teſtam. aperian. in verb. publicum*, ibi, *An autem ille, cui eſt nihil legatum, poſſit agere, vt ſciat, an ſit ſibi relictum? videtur, quòd non, vt in principio huius legis, & ſupr. de tabul. exhiben. l.* 3. §. *ſolent*, *ſed dicas contra vt hic, & suprà l.* 1. *in princ.* & §. *ratio*, & *infra eodem*, §. *ſi dubitetur*, & *notatur C. de tabul. exhiben. l.* 1. *&c.*

Quo verò ad alia requiſita, & ſignantèr circa recognitionem per teſtes faciendam de eorum ſigillis, & ſubſcriptionibus, reſponſio fuit, id procedere, & requiri, quando teſtamentum in priuata ſcriptura, priuataquè manu confectum fuit: Contrarium tamen quando in publicam formam redactum reperitur, ac ſtipulatione munitum, provt erat illud, de quo agebatur teſtamentum; eo enim caſu abſque aliqua teſtium recognitione ad illius aperturam deueniri poſſe, cùm ſat ſit Notarij fides, dixerunt Bart. *in l.* 2. *ff.* & *C. quemadmod. teſtam. aperiant.* Cæpoll. *cautel.* 88. *verſ. vel poteſt etiam alio modo*, Io. Dilect. *de art. teſtand. tit.* 2. *cautel.* 1. *ſub num.* 3. & Gratian. omninò videndus *diſcept. forenſ. tom.* 3. *cap.* 429. *num.* 3. ſub his verbis: *Quare ad hoc vt teſtamentum valeat ſine vlla recognitione teſtium, datur cautela, vt poſtquam teſtator ſcripſit teſtamentum, & teſtes ſignauerint, & ſubſcripſerint, Notarius publicus à tergo clauſi teſtamenti ſcribat ibi, eſſe ſcriptum teſtamentum, prout coram dicto Notario, & teſtibus aſcriptis teſtator aſſeruit, tunc enim ſcriptura fidem faciet, quamuis non viuant teſtes, quaſi tunc probet, tanquam roborata manu publica Tabellionis, ita vt aliqua teſtium agnitione non indigeat, &c.* 9

Nec fuit ratio aliqua habita de oppoſitione, quæ 10
huic concluſioni fiebat, nimirùm Doctores *ſuprà* citatos, ſignantèr *Bart.* loquutos fuiſſe de publicatione teſtamenti non autem de apertura, cùm certum ſit, vtrumque actum eſſe diſtinctum; de publicatione enim loquitur text. *in l.* 2. *C. de teſtam.* & de apertura, text. *in citata l. cùm ab initio*, *ff. quemadm. teſtam. aperiant.* & in *l.* 2. *C. eod.* hoc namque verum non eſt, cùm verè Bart. & alij omnes poſt eum de apertura ſenſerint: videatur, quæſo, *Bart.* dum dixit, teſtamentum in ſcriptis conditum antequam teſtes veniant, & ſua ſigna cognoſcant, ac ſe interfuiſſe deponant, priuatam eſſe ſcripturam, nihilque probare: demum verò his peractis, ſecùs eſſe. Subdit poſtea prædicta vera eſſe, ſi teſtamentum priuata manu ſcriptum fuerit, ſecùs ſi manu publica, & ſic apertè concludit, tunc demum in apertura teſtium recognitionem requiri, cùm teſtamentum fuerit priuato modo confectum; ſecus ſi ſtipulatum, eo enim caſu recognitio neceſſaria non erit; ſicut nec requiritur, quando fuit teſtamentum publicatum, in tantùm quòd iuxta *Bart.* theoricam, ad euitandam teſtium recognitionem in apertura, ſat eſſet, alterum de duobus concurrere, nimirùm vel quòd teſtamentum ſit publicatum, iuxta text. *in d. l. publicati*, & ſecundùm formam per eundem Bart. *ibidem* traditam, vel quòd ſit manu publici Notarij confectum; quæ omnia nimis clarè diſtinguit Marant. *conſ.* 90. omninò videndus, dum poſt-

quam

quam diſtinctè, tam de publicatione, quàm de apertura loquutus fuerit, *num.* 3. hæc verba ſubdit: *Si vero teſtamentum fuit ſcriptum per Notarium rogatum ad hoc, tunc totum teſtamentum dicitur publicum, & habet publicam fidem, & non requiritur alia publicatio, nec apertura coram teſtibus, quia ipſemet Notarius propter eius authoritatem, & publicam fidem poteſt de teſtamento conficere publicum inſtrumentum, &c.* & demùm *num.* 6. ſubdit, *quòd ſi de teſtamento fuit rogatus Notarius, tunc non indiget, nec publicatione, nec alia ſolemni apertura, &c.* idemquè Rouit. *dec.* 95. *num.* 15. in tantum quòd meritò de oppoſitione facta non fuit habita ratio.

Ad deciſionem *D. de Franch.* 429. fuit optimè reſponſum, in caſu illo non fuiſſe hoc oppoſitum, vt ſatis clarè ex illius tenore conſtat, ac proindè nec etiam deciſum.

11 Vltimò ex alio fuit demonſtratum, præfati teſtamenti aperturam defectum aliquem non habuiſſe, cùm poſtquam illud fuerit conditum, ſolemnitèr clauſum, & ſtipulatum, teſtes, qui ſe ſubſcripſerunt, eorum ſubſcriptiones, & ſigilla recognouerunt, de eaquè recognitione Notarius coram duobus teſtibus actum fecit publicum, & ſic ſubintrabat cautela, à *Doctoribus* tradita, quam in hoc caſu Sacrum Conſilium approbauit, vt dixit mihi vnus ex Dominis Iudicantibus, quòd dum hic actus poſt teſtamentum abſolutum concurrit, non opus eſt ampliùs poſt teſtatoris mortem alia teſtium recognitione, ſed abſque alia ſolemnitate poteſt fieri apertura, ſic Veronenſ. *cautel.* 88. *num.* 1. & ibi Addens, Fulgoſ. *conſ.* 56. Socin. *reg.* 494. Rolland. à Valle *conſ.* 36. *num.* 20. *vol.* 1. Ludouic. Lan. *in tract. de formul. teſt. num.* 13. *& ſub n.* 30. *verſ. hac*, Gratian. *loco cit. num.* 4. & alij. Quod procedere dictum fuit, ſiue ab eodem Notario, qui teſtamenti clauſuram ſtipulatus fuit, ſiue ab alio hic actus recognitionis, ſubſcriptionis, & ſigillorum teſtium ſtipularetur; ſic Barty *de ſucceſſ. lib.* 11. *tit. de apert. ſub num.* 2. *verſ. verùm addit*; nec diſſentit Anton. Fab. *de erroribus pragm. decad.* 67. *error.* 5. *in fine*, *verſ. illud planè non reprobo.* quamuis contrarium, ſed malè ſenſerit Meyſer. *lib.* 3. *de teſtam. tit.* 1. *num.* 64. dum putauit, alium Tabellionem in hoc actu adhibendum eſſe.

Quarè ex his omnibus, tam in poſſeſſorio, quàm in petitorio fuit pro Domino Ludouico pronunciatum: proceſſus eſt in Banca Sarri S.C. actorum Magiſtrum, &c.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum quoad cauſas profanas an in Regno Neap. ſtipulari poſſit per Notarium Apoſtolicum?*

Et quid ſi teſtator eſſet Clericus, n. 4.

2 *Inſtrumentum ſtipulatum per Notarium Apoſtolicum an in Regno poſſit præſentari via Ritus?*

Et quid inter perſonas Eccleſiaſticas, n. 3.

5 *Clericus an, & quando Principis ſecularis legibus ſit ſolutus.*

6 *Contractus nullus poteſt in Regno ſtipulari, niſi à Notario, qui ſit à Rege creatus.*

7 *Statutum quando dicitur contra libertatem Eccleſiæ.*

8 *Clericus an in patrimonialibus gaudere poſſit priuilegio Ordini Clericali conceſſo.*

9 *Clericus dum teſtamentum condit, videtur illud ſubiici legibus fori, vbi cauſa agitanda eſt.*

ARGVMENTVM.

Teſtamentum conditum à Clerico manu Notarij Apoſtolici, nùm in hoc Regno de iure ſubſiſtat. Inſtrumentum ſtipulatum manu Notarij Apoſtolici an in Regno via Ritus Magnæ Curiæ præſentari poſſit. Clerici an ſubſint Principi laico, quando tractatur de diſpoſitione bonorum patrimonialium, quæ ſecundùm legem humanam habentur? & de aliis, ad ornatum *pragm.* 2. *ſub tit. de Contractibus*.

CAPVT CCXXVIII.

TESTAMENTVM quoad cauſas profanas à Notario Apoſtolico ſolemnitèr ſcriptum, ac ſtipulatum, quòd in Regno nullius ſit roboris, prout & quodlibet aliud inſtrumentum, facilè affirmari poteſt, ex dictis per Andr. *in Conſtit. Inſtrumentorum robur*, vbi etiam Afflict. qui *num.* 14. hoc expreſsè tenens declarat, niſi ſeptem examinentur teſtes, de teſtatoris voluntate deponentes, licèt dominum addat, quandam magni Doctoris vidiſſe *Apoſtillam in libro Conſtitutionum Regij Conſiliarij Io. Aloyſij de Artaldo*, eius compatris, in qua, dicebatur, tempore Regis Caroli ſecundi, inter eum, & Sanctam Sedem Apoſtolicam conuentum fuiſſe, quòd ſi Notarius Apoſtolicus in profanis coram Iudice, & teſtibus publicos conficeret contractus, plenam faceret fidem: id quod paritèr affirmare videtur Io. Vinc. de Anna *ſing.* 246. vbi dicit, inſtrumentum ſtipulatum per Notarium Apoſtolicum non poſſe via Ritus præſentari; ſed agendo ordinariè, poſſet ex illo ſequi condemnatio. 1 2

Veritas tamen eſt, & praxis apud nos ſeruat, vt contractus inter perſonas ſeculares nullatenus per Notarios Apoſtolicos celebrari poſſint; ſed tantùm per illos Tabelliones, qui à Rege creati ſunt, vt nimis clarè diſponitur in *pragm.* 2. *tit. de contract.* vbi *D. Reg. Rouit.* poſt quamplures, quos citat, hoc notat; addens, ſecus eſſe inter perſonas Eccleſiaſticas, inter quas inſtrumentum quodlibet per Notarium Apoſtolicum ſtipulatum plenè probaret: id quod etiam aliis relatis ſcripſerunt, & ſatis benè peritiſſimus, ac conſummatiſſimus Iureconſultus *Eliſeus Danza*, dum hæc ſcribo, propriis meritis in his ſupremis Tribunalibus Regius pauperum patronus electus, in *tract. de pugna Doctorum*, *lib.* 1. *tit. de inſtrumento c.* 2. *per totum*, præſtantiſſimus Gaitus *in ſuo tract. de credito, c.* 3. *tit.* 1. *n.* 483. & Nouar. *in d. prag.* 2. *n.* 4. 3

Sed opportunè quæritur, an concluſio in principio firmata procedat, quando Clericus manu Notarij Apoſtolici teſtamentũ condiderit, alium, quàm à 4

lege vocatum, ſibi inſtituendo hæredem? Et pro ratione dubitandi videtur dicendum, hoc teſtamentum valere, nam cùm teſtator ſit Clericus, non eſt cur dici poſſit, vt nequeat ille rogare Notarium Apoſtolicum, qui, vt paulò ante diximus, poteſt inter perſonas Eccleſiaſticas publicas conficere ſcripturas.

Sed hac dubitandi ratione non obſtante, contraria ſententia tenenda eſt, nimirum, vt concluſio in initio poſita procedat, ſiue teſtamentum manu Notarij Apoſtolici ſcriptum à laico ſit conditum, ſiue à Clerico, dummodò non ad pias Cauſas. Probatur, quia licèt Clericus Principis ſecularis legibus ſit ſo-
5 lutus; tamen quando tractatur de diſpoſitione bonorum patrimonialium, quæ ſecundùm legem humanam habentur, Eccleſia, & Clerici ſubſunt Principali laico; itavt id, quod Statutum eſt in laicis, ſeruari quoque debeat in Clericis, ita Gl. *in l. munerum, §. patrimonialia, ff. de muner. & honor.* Innocent. *in cap. noueris, extra, de ſent. excommun.* Bart. *in l. de quibus, ff. de legibus*, præterea legem hodie habemus expreſſam in Regno, vt nullius ſint roboris, & & momenti teſtamenta, codicilli, cæteríque contractus, qui ab alio, quàm à Notario Regio ſtipulantur, vt *in d. prag.* 2. vnde quoties dubitari contigerit inter laicos, an validum ſit teſtamentum, quod à Regio Notario ſtipulatum non apparet, attenta hac *pragmatica ſanctione* ſemper pro nullitate reſponden-
6 dum eſt; ſiue illud conditum ſit à laico, ſiue à Clerico. Ratio eſt in promptu, quia non poteſt quis pro Notario publico rogari, niſi ſit ille à Rege creatus, & ſic cùm perſona Notarij Apoſtolici ſit prorſus inhabilis ad publicas ſcripturas conficiendum, conſequenter, qui inſtitutus eſt hæres in teſtamento Clerici, per Notarium non Regium ſcripto, ſiue ſtipulato, non poterit in foro ſeculari eo vti.

Nec pronis auribus audiendum, *pragmaticam prædictam* diſponere contra libertatem Eccleſiæ, & Eccleſiaſticarum perſonarum, & ſucceſſiuè Clericum non ligare, ad dicta per DD. *in d. cap. noueris*, & *in auth. caſſa, C. de Sacroſ. Eccleſ.* ſtatutúmque dicetur
7 contra libertatem Eccleſiæ, quotieſcúnquè Clerici ea, quæ ſunt ſibi conceſſa à iure communi, facere impedirentur: vt per Ant. de Butr. Felin. & Imol. *in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, extra. de conſtit.* Etenim concluſio hæc de plano procedit in his, quæ Eccleſiis, & Eccleſiaſticis perſonis ſunt maximi præiudicij, ſecus verò quãdo Statutum eſſet parum, aut nihil præiudiciale; vt per Federic. de Sen. *conſ.* 155. Abb. *in cap. 1. in princ. extra. de conſuet.* per text. *in c. cùm omnes, extra. de conſuet.* Quod propriè conſideratur in caſu propoſito, in quo nihil intereſt Clerici, dùm teſtamentum condere vult, quòd roget Notarium Apoſtolicum potiùs, quàm Tabellionem Regium.

8 Vlteriùs, quando dicemus, adhùc in patrimonialibus Clericos gaudere priuilegio, Ordini Clericali conceſſo: Reſpondẽas, hoc procedere in illis duntaxat caſibus, qui à iure expreſſi ſunt; ſic Ant. de Butr. *in cap. ſi diligenti, extra de præſcript.* Abb. *in d. cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ*, DD. *in c. cùm ex eo, de elect. in 6.* Roman. *conſ.* 325. & alij: ſed ſic eſt, quod nullibi iure cautum reperitur, vt Clerici in ditione Principis ſecularis commorantes, poſſint teſtamenta condere, ſicquè de bonis ſuis patrimonialibus quoad cauſas profanas diſponere per manus Notariorum, ſiue Imperialium, ſiue Apoſtolicorum, ergò.

Vltimò conſiderandum, quòd cùm de validitate teſtamenti per Clericum conditi, dùm lis agitur inter laicos, neceſſariò coram Iudice ſeculari agendum ſit, certè ſecundùm leges fori erit iudicandum, ſic
9 enim videtur conſenſiſſe Clericum teſtando, vt eius teſtamentum ſubiiciatur legibus fori, vbi cauſa agitanda eſt; ita Abb. *in cap. quod Clericus, de foro compet.* & licèt Imol. *in d. cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ*, quem citat Felin. *ibidem* dixerit, valere teſtamentum Clerici, vbi aliquem inſtituerat, adhùc Statuti forma non ſeruata, quia eo Clericus non ligatur, tamen ſecundùm Bald. *in d. authent. caſſa, C. de Sacroſ. Eccleſ.* verior eſt opinio Bart. *in l. cunctos populos, C. de ſumm. Trin.* quòd nulla ſit hæc diſpoſitio, ſi laicus eſſet hæres inſtitutus: quodque hoc verum ſit, nè rerum iudicatarum deficiat authoritas, dico, ſic in puncto S.C. determinaſſe apud Capyc. *deciſ.* 201. *per totam.*

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum de iure ciuili ſeptem requirit teſtes; de iure verò Canonico requiruntur duo cum Parocho.*

Sed quid ſi loco Parochi adhibetur Teſtantis Confeſſarius, n. 2.

3 *Text. in* cap. cum eſſes, de teſtament. *loquitur de teſtamento profano: ſequens autem in* cap. relatum, *de teſtamento ad pias Cauſas.*

4 *Parochi præſentia an requiratur in teſtamento ad pias Cauſas.*

5 *Teſtes an requirantur in teſtamento ad pias Cauſas*, & n. 7.

6 *Schedula manu teſtatoris ſcripta, in qua continetur diſpoſitio ad pias Cauſas, an verificari poſſit per teſtes deponentes, habere manum notam.*

ARGVMENTVM.

Teſtamentum ad pias Cauſas nùm ſolemnitèr conditum dici poſſit, ſi loco Parochi adhiberetur Teſtantis Confeſſarius? & quid ſi conſtaret de voluntate diſponentis ad pias Cauſas per ſchedulam illius manuſcriptam? & an ad illã verificandam ſat ſit, ſi teſtes deponant, habere manum notam.

CAPVT CCXXIX.

TESTAMENTVM, quod de iure ciuili 1
coram ſeptem teſtibus confici debet, iuxta text. *in l. hac conſultiſſima, C. de teſtam.* validum eſſe de iure Canonico, ſi coram proprio Parocho, & duobus teſtibus ſuam poſtremam declarauerit teſtator voluntatem, cautum eſt in *cap. cùm eſſes, extra de teſtam.* idémque ſi in locum parochi duo alij adhiberentur teſtes, & ſic coram quatuor exprimeretur voluntas; vt per Abb. *in d. cap. cùm eſſes*, Guliel. de Benedict. *in cap. Raynutius, in verb. teſtamentum, il 1. num. 92. de teſtam.* Iul. Clar. *in §. teſtamentum, quæſtion. 57. num. 3.*

Boër.

Boër. *deciſ.* 93. *num.* 4. *in fine.* Cened. *in collect. iur canon. part.* 2. *collect.* 159. *num.* 2. & alios citra controuerſiam.

2 Sed his diebus in facto dubitari contigit, an ſi in locum Parochi adhiberetur Teſtantis Sacerdos Confeſſarius, præcitatæ *Decretali* ſatisfactum cenſendum ſit?

Et negatiuè per plura reſoluit Philipp. Corne. *conſ.* 77. *num.* 2. *verſ. nec obſtat, quod alter ex dictis teſt. bus, lib.* 1. eumquè citat Cardin. Tuſch. *pract. concl. lit. T. concl.* 113. *num.* 3. communitèr enim voluerunt *Doctores*, vt neceſſariò proprius Parochus interuenire debeat, nec alium Presbyterum illius ſupplere præſentiam; ita ait Petr. Magdal. *tract. de num. teſt. par.* 2. *cap.* 8. *num.* 5. Renat. Chopin. *de ſacr. forenſ. polit. lib.* 3. *tit.* 1. *num.* 13. Ferrer. *in addition. ad Guid. Pap. dec.* 543. *in fine*, & Borrell. aliis omiſſis *in ſumm. deciſ. par.* 3. *tit. de teſtam. n.* 208.

3 Hæc tamen omnia intellige in teſtamento profano; de illo enim loquitur text. in *cap. cùm eſſes*, ſecus in teſtamento ad pias Cauſas: in eo enim procedit text. ſequens *in cap. relatum*, vbi duorum teſtium tan-

4 tum numerum ſtatuit Summus Pontifex, nec alitèr Parochi præſentiam requirit, vt originalitèr voluit Specul. *in tit. de inſtrum. edition.* 6. *compendiosè, in verbo, item per ius Canonicum*, Archid. *in can.* 1. 2. *q.* 3. & ſingularitèr Roman. *in auth. ſimilitèr, num.* 95. *verſ. quamobrem veriorem eſſe puto, C. ad leg. falcid.* vbi à *num.* 94. *vſque ad* 96. optimè diſſerit de intellectu,

5 tam *c. cùm eſſes*, quàm *c. relatum*; imò hodiè ſecundùm magis communem opinionem, nec etiam teſtes requiruntur, vbi teſtamentum ad pias Cauſas teſtatoris manu ſcriptum fuerit, ſicque bis per Rot. deciſum habetur in *deciſ.* 124. *numer.* 2. *part.* 2. *diuerſ.* & 475. penes Buratt. in quibus etiam fuit dictum, ad ſche-

6 dulam illam verificandam ſat eſſe, quòd teſtes deponant habere notam manum eius, de cuius ſcriptura agitur.

Hanc eandem ſententiam pro diſpoſitionis validitate probant Thomas Valaſc. *alleg.* 68. *n.* 20. Gratian. *diſcept. forenſ. tom.* 2. *cap.* 235. *numer.* 26. & 27. Intrigl. *ſing.* 98. *numer.* 6. vbi plures citat, Borrell. *loco cit. num.* 252. nec diſſentit Aluar. Valaſc. *deciſ.* 67. *n.* 7. *lib.* 1. *conſult.* & expreſsè firmarunt Tiraquel. *de priuileg. pia Cauſ. priuileg.* 4. & Genuenſ. *in practicab. Eccleſ. quaſt.* 660. *in fine*, vbi ex Corne. *conſ.* 307. *lib.* 3.

7 dicit, teſtes in teſtamento ad pias Cauſas non requiri, ſi teſtatoris voluntas alio legitimo modo verè probaretur; quicquid in contrarium ſcripſerunt Maceratenſ. *var. reſol. lib.* 3. *reſol.* 44. *in* 4. *caſu, verſ. & licèt ſchedula*, poſt alios, quos ipſe allegat, & Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 6. *tit.* 3. *à num.* 9. & ita iuxta prædicta conſului pro validitate diſpoſitionis quondam Doctoris Didaci Meliſmeli Ciuitatis Meſſanæ, qui ſub die 7. Maij 1627. propria eius manu ſchedulam ſcripſit, & ſubſcripſit; in qua declarauit, quòd vbi ab inteſtato mori contigiſſet, & abſque deſcendentibus, bona ſua conuerti deberent in fundatione Collegij, Nouitiatus, vel alterius Domus pro Religione Societatis Ieſu, in eadem Ciuitate Meſſanæ conſtruendæ.

8 Contrarium tamen dicito ſemper, quoties teſtamentum, de quo agimus, ad pias Cauſas, non eſſet legitimo modo probatum? proùt contigit his diebus in cauſa Regij fiſci, cum Gubernatoribus Sacræ Domus A. G. P. huius Ciuitatis ſuper validitate, ſiue inualiditate teſtamenti, quod dicebatur conditum per quendam de familia Carrafa, filium naturalem quondam Marchionis Anzij, quem ſupponebatur inſtituiſſe hæredem dictam Sacram Domum; de cuius quidem hæredis inſtitutione, cùm non conſtaret, niſi per fidem cuiuſdam fratris ſeruientis Hieroſolymitanæ Religionis, qui atteſtabatur defunctum in mortis articulo ipſi dixiſſe, quod inſtituebat hæredem dictam Sacram Domum, Regia Camera cenſuit atteſtationem hanc non probare hunc defunctum teſtamentum condidiſſe ad pias Cauſas: nullo enim iure, nullovè Canone, aut Doctorum authoritate probatur, vt teſtamentum ad pias Cauſas dicatur legitimè probatum par atteſtationem vnius, qui audierit Caium, cùm è viuis deceſſiſſet, Eccleſiam, ſiue pauperes, aut alium locum pium hæredem inſtituiſſe; vnde meritò decreuimus hunc defunctum ab inteſtato deceſſiſſe, & ſucceſſiuè illius bona vti vacantia ad Regium fiſcum ſpectare, & pertinere.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum ſcriptum per Notarium vaſallum, in quo illius Baro eſt hæres inſtitutus an de iure ſubſiſtat*, & n. 4. & 5.

2 *Rex Ladiſlaus nullam fecit mentionem de ſcriptura teſtamenti in cap. Regni*, Non ſine prudentis.

3 *Teſtamentum an publicum dicatur inſtrumentum.*

ARGVMENTVM.

Teſtamentum ſcriptum per Notarium vaſallum, in quo illius Baro eſt hæres inſtitutus, nùm de iure ſubſiſtat? ad declarationem text. in Cap. Regni, *Non ſine prudentis*: Regis Ladiſlai.

CAPVT CCXXX.

TESTAMENTVM ſcriptum per Notarium vaſallum, in quo illius Baro eſt hæres inſtitutus, dixi *lib.* 1. *c.* 280. nullius roboris eſſe; nunc huic inſiſtens concluſioni addo, dicta per me *ibi* nullatenus aduerſari deciſioni noſtri ſupremi Senatus, de qua verba facit Thorus *in compend. deciſ. part.* 2. *in verb. teſtamentum*; vbi ad relationem Regij Conſiliarij de Ocampo deciſum teſtatur, validum fuiſſe teſtamentum conditum per Dominam Portiam de Caſtellis, in quo Dominus Fabritius Carafa eius vir hæres inſtitutus erat, quamuis ſcriptum per Notarium vaſallum, etenim aliàs alleganti deciſionem hanc reſpondi Ego, fuiſſe illam, pace tanti Senatus, emanatam contra caſum Legis Regni huius, conditæ per tunc Regem Sereniſſimum *Ladiſlaum*. Nam 2
quamuis *ibi* expreſſis verbis de teſtamento mentio facta non fuerit, attamen ſub generalitate benè illud comprehenditur, dum ſancitum extitit, nè Notarius vaſallus conficiat inſtrumenta, ſcripturas, & contractus publicos, de quibus agitur de intereſſe Baronis; cumque teſtamentum publicum ſit inſtrumentum, *l.* 2. *ff. quemadmodum teſtam. aperiantur*, *l. Paulus reſpondit. ff. ad leg. Cornel. de falſis, l. fin. C. eodem, l. ſi idem, C. de codicillis*, Lucas de Penna *in l. mediterranea, n.* 7. *C. de annon. & tributis, lib.* 10. Bartholom. de Capua 3

in Conſtitutione Regni, Conſuetudinem, n.3. Carauit. *in pragm.1.§.8. num.21. de Senatuſconſulto Macedon.* aliiquè plures; & appellatione *contractus*, veniat etiam teſtamentum; *l.eandem, ff. de duobus reis, l. vnica, C.vt actiones ab heredibus, & contra heredes, cap.cùm à nobis, extra.de teſtam.* Afflict.ſatis benè *dec.* 260.*n.6.* ergò.

4 Verùm, vt mihi pleniùs ſatisfacerem, volui de his verba facere cum Domino Io.Bernardino de Caſtellis, viro natalibus, ac doctrina clariſſimo, & inter primarios S.C.cauſarum patrono, qui in cauſa prædicta pro teſtamenti inualiditate doctiſſimè, & copioſè ſcripſit, dixitquè mihi, verã eſſe deciſionem per *Thorum* relatam; qua mediante fuit declarata valida diſpoſitio dictæ Dominæ Portiæ teſtatricis; ſed cùm demùm prolatæ ſententiæ fuiſſet de nullitate dictum, quia contra caſum legis, meliùs diſcuſſo articulo, iunctis Aulis decreto S.C. fuit prouiſum, nullitates obſtare, & ſic ſententia prædicta in gradu propoſitarum nullitatum fuit reuocata, & cùm ab hoc decreto pro parte hæredum d. quond. Fabritij fuiſſet reclamatum, facta iterùm relatione in Sacro Conſilio per digniſſimum Regium Conſiliarium D. Aloyſium Gamboa ſub die 16. menſis Martij currentis anni 1649. articulo pleniſſimè diſcuſſo, fuit decretum prædictum confirmatum, & per modum legis condendæ, *Anna* protſus reprobato, determinatum, *cap. Ladiſlaus*, in teſtamento procedere; tam quando Baro inſtituitur hæres, quàm cùm ipſe teſtamentum condere vellet, quam quidem deciſionem habes in libro votorum: quò fit, vt dicamus, intel-

5 lectus infirmitate elaborare *Doctorem* illum, qui de cætero in hoc Regno, huic, quam tuemur, ſententiæ contradiceret; cui antequam Ego eſſem in hoc Mundo, vltra *Dom. Regentem Tapiam*, Virum in noſtra Legali Iuriſprudentia conſummatiſſimum, ac nunquam ſatis laudatum, quem retuli *citato capit.*280. adhæſerunt inſignis Afflict.*in Conſt. In locis domanij, num.*11.& Grammat.*deciſ.66.num.*51. *verſ.nec ſuffragari poſſet*, quibus nunc ex nouiſſimis Scribentibus addo Gait. *in tract. de credito, cap.3.à num.*845. *& in appendic.ad idem cap. num.*27.*cum ſeq.f.*427. Gualterium *in praxi liquidat. inſtrum. rubr. in publica forma ſumptum, num.*20.*fol.*23. *in poſtrema impreſſione*, & Taſſon.*ad pragm.de Anteſ.verſ.9.obſer.3.n.*28.*f.*431.

SVMMARIVM.

1 *Terminus in iudicio reuocationis contractus alienationis rei feudalis an per Iudicem ſit impartiendus*, & n.3.

2 *Index in omni cauſa terminum litigantibus ad eorum iura probanda concedere tenetur; & quid ſi tractatur de iuris articulo tantùm*, n.5.

4 *Aſſenſus an poſſit per teſtes probari.*

ARGVMENTVM.

Terminus in iudicio reuocationis contractus rei feudalis, virtute *Conſt. Regn. Conſtitutionem Diuæ memoriæ* nùm reo inſtante, neceſſariò à Iudice impartiendus ſit, vel potiùs denegandus, actore denegari petente.

CAPVT CCXXXI.

TERMINVS in iudicio reuocationis contractus rei feudalis, ex vi *Conſtitutionis Regni, Conſtitutionem Diuæ memoriæ*, an reo inſtante neceſſariò à iudice impartiendus ſit, vel potiùs denegandus, 1 actore denegari petente? Ratio dubitandi contra actorem eſt, quia in omni cauſa Iudex terminum litigantibus ad eorum incumbentia probandum concedere tenetur, ſic in Regno noſtro diſponente *Ritu* 2 69. Sed contrarium per S.C. refert deciſum Reg. & Præſ.de Curt. *in ſuo diuerſor.iur. feudal. part.2.cap.5. num.*148.& per hæc verba; *Temporibus meis vidi dubitatum, ſi in hoc iudicio reuocationis propoſito, altera* 3 *Parte petente terminum, debeat ſibi concedi, & fuit in cauſa Ill. Ducis Nuceriæ cum Ill. Marchione Arenæ, in quo articulo dum facta fuiſſet longa diſcuſſio in Sacro Conſilio, & res, & indicium deductum ad paritatem votorum, datis Adiunctis fuit deciſum, procedendum eſſe ad expeditionem cauſæ abſque termino. Inter alios Adiunctos Ego fui vnus, & optimè credo, quòd decidit Sacrum Conſilium, illa ratione, quia in hoc iudicio rem ad finem, vt obtineat, nihil aliud producere poteſt, niſi tantùm, quòd aſſenſus præceſſerit reuocationem, at veriſſima eſt opinio, quòd hodiè aſſenſus non poteſt probari* 4 *per teſtes, ſed per ſcripturam, propter ſolemnitates, quas requirit aſſenſus, & paulò poſt dicemus; meritò probatio per teſtes non erat, nec poterat eſſe Parti proficua*; hæc ille Vir doctiſſimus, & Feudiſta maximus, cuius ſententia ex iuris principiis comprobatur, nam ſuppoſito pro indubitato, iudicium hoc reuocationis nullam facti mixturam in ſe habere, ſed tantùm in eo 5 non niſi de iuris articulo diſputandum, conſequens eſt dicere, vt nullo pacto terminus ſit impartiendus. Hic eſt *text.* quem *lib.1.c.66.n.6.* diximus nonnullos ignorare in *cap.ſæpè, de appellat.*

SVMMARIVM.

1 *Titulus criminis, in quo venit imponenda pœna mortis naturalis, an ſat ſit ad tribuendam iuriſdictionem Iudici, qui aliàs eſſet incompetens*, & numer. 3.9. 10. *&* 11.

2 *Pœna mortis eſt praſcripta à iure pro homicinio.*

4 *Veritas rei, non titulus, in criminibus coërcendis eſt attendendus.*

5 *Banno emanato, vt omnes aſſaſini exfractent, illi dumtaxat includuntur, qui per ſententiam culpati ſunt.*

6 *Index laicus vt poſſit procedere contra Clericum aſſaſſinum, quodnam requiratur.*

7 *Indicia ad torturam an ſat ſint ad tribuendam iuriſdictionem Iudici laico contra Clericum in crimine aſſaſſinij.*

8 *Rubrica informationis nihil probat.*

12 *Verba decretorum S. C. interpoſitorum pro ſubditis nobilis Artis Serici.*

ARGVMENTVM.

Titulus criminis, pro quo venit imponenda pœna mortis naturalis nùm ſat ſit ad tribuendam iuriſdictionem Iudici, qui aliàs ſi non veniret, imponenda pœna mortis eſſet penitus incompetens.

CAPVT CCXXXII.

1 TITVLVS criminis, pro quo venit imponenda pœna mortis naturalis, dubitatur, an ſat ſit ad tribuendam iuriſdictionem Iudici, qui aliàs ſi non veniret imponenda pœna mortis, eſſet prorſus incompetens?

Contigit aliàs de hoc dubitari in Supremo Regni huius Senatu, in cauſa Conſulum Nobilis Artis Serici, cum Regio Fiſco Magnæ Curiæ, in qua cùm quidam eiuſdem artis ſubditus inquiſitus de homicidio reperiretur, comparuerunt Conſules, cauſæ remiſſionem petentes, cui inſtantiæ opponens ſe Fiſcus, allegabat, Curiam artis Serici non eſſe competentem in coërcendo ſubditos, niſi pro illis delictis, pro quibus non venit imponenda pœna mortis: Cùmque pro homicidio præſcripta ſit à iure pœna
2 mortis, *l.1.& toto titulo, ff.ad leg. Cornel. de Sicariis,* ergò, & quamuis de meritis cauſæ adhùc non eſſet cognitum, an ſcilicet inquiſitus verè reus eſſet mortis, dicebat Fiſcus, ſat eſſe ad excludendum Conſulatum à petita remiſſione, titulum homicidij, pro quo regularitèr venit imponenda pœna mortis.

3 Dixi, in hac controuerſia, vt vnicuiquè, quod ſuum eſt, tribuatur, Supremi Iudicis partes eſſe, petitæ remiſſionis cauſam dilatare, ſicque mandare, vt de his in calculo ferendæ ſententiæ cauſæ principalis homicidij ageretur; eo enim tempore ſi cognitis meritis cauſæ, inquiſitus mortis reus reperiretur? remiſſio denegabitur; at ſi non niſi extraordinaria pœna afficiendus veniret, tunc eſſet omni iure remittendus: Etenim ſatis iuſtitiæ, ac æquitati repugnans diceretur, ſi ſolus delicti titulus ſat eſſet ad Conſula-
4 tum remiſſione priuandum, quandoquidèm explorati iuris eſt, in criminibus coërcendis, non titulum, ſed rei veritatem attendendam; hic eſt text. *in l.famoſi, verſ.hoc tamen crimen, ff.ad leg. Iul. Maieſt.* Gramm. *conſ.1.num.55.poſt deciſiones impreſſo*, vbi ex Bald. *in l.1.n.16.C.de hered.inſtit.* docet, quòd ſi lege aliqua
5 pronunciaretur, vt omnes Aſſaſſini, & Latrones à Ciuitate, vel Regno exfractent, illi dumtaxat ſub hoc Banno excluderentur, qui verè de tanto ſcelere per ſententiam, vel propriam confeſſionem in iudicio emanatam inculparentur.

6 Idemquè dixerunt communitèr DD. in Clerico aſſaſſino, contra quem, vt Iudex laicus procedere poſſit, neceſſe eſt, vt delicti qualitas, quæ eſt eius iuriſdictionis fundamentum, verè, & concludenter ſit probata. Rationem aſſignant, quia non debet quis pro aſſaſſino haberi ſtatim, quòd de hoc ſcelere accuſatur, ſed poſtquam fuerit de tali delicto conuictus; ita Io. Andr. Gemin. & omnes *in cap.1. de homicid.in 6.* Capyc. *deciſ.112.* Gramm. *voto 11.numer.5.* Farin. *de inquiſit. cap.7. num.11.* aliique ſine contradictore, quos refert, & ſequitur Carol. de Graſſ. *tract. de effect.cler.effect.1.à.num.710.* quibus addo Bayard. ad Iul. Clar. *in prax.§.fin.q.44.num.58.* & Maſtrill. *de indult.c.19.n.20.verſ.ſecundò faciunt.*

Id quod adeò verum eſſe aliqui putarunt, vt in 7
hoc delicto ad tribuendam iuriſdictionem Iudici laico, nec ſat ſint indicia ad torturam ſufficientia; qua de re plura dixi *lib.1.cap.51.à n.6.ad finem.*

Hìnc ſatis ad propoſitum *Maſtril. Siculus* in terminis indultus generalis, quo ſemper excluſi fuerunt, qui proditoriè, vel aſſaſſinio mediante homicidia patrauêre, quærens *citato cap.19.num.19.* an vt tanto beneficio quis indignus ſit, ſat fuerit, vt ex facie ipſius accuſationis delictum probaretur? & negatiuè reſpondit, rationibus, & Doctoribus per eum
allegatis: & demum *num.20.* addit, rubricam infor- 8
mationis nihil diſponere, nec probare, ſi in ipſa informatione non inuenitur id quod in ea rubrica indicatur: & indiuidualitèr, quòd ſolus titulus non faciat quem eſſe reum, probatur in *l.quod ad ſtatum, ff. de pœnis*, quam citat Præſ. de Franch. *deciſ. 330.in fin.* vbi Viſcont. *in addit.* & Maſtrill. *loc.cit.* quos ſatis ad rem noſtram refert, & ſequitur Reg. Rouit. *in pragm.1. num.4. de cuſtodia reorum*, quò loci in hæc aurea verba prorumpit: *Quod malè aduertunt Iudices noſtri temporis, qui ad ſolam tituli oſtenſionem procedunt ad carcerationem, & quando pro illorum excarceratione ſub fideiuſſoribus inſtatur, allegando innocentiam carcerati, & deficientiam probationum, illud tantùm replicant, quòd ſcilicèt obſtat titulus: non enim titulus delicti attenditur, ſed veritas rei in criminibus, vt eſt textus ad literam in d.l.famoſi, verſ. hoc tamen crimen, ff.ad leg. Iul. Maieſt. ſed hoc faciunt fortaſsè confiſi, quòd Iudex ſi non carceret aliquem iniuſtè, & contra ordinem, non propterea tenetur ad damna, expenſas, & emendas, niſi carcerauerit ad vindictam, vel ob aliam fraudis ſuſpicionem; vt docet Petr. Cabal. reſol. crim. cap.86. ſed æterni Iudicis Tribunal neſcio, quomodò euitabunt, cùm ex indebitis carcerationibus multotiès ſequuntur mortes, & alia damna irreparabilia.* Hæc ille: 9
Etenim in caſu, de quo agimus, qualitas delicti, ſcilicèt homicidij, quæ regularitèr ſecum affert pœnam mortis naturalis, eſt illa, quæ M. C. iuriſdictionem tribuit; vndè ſi daretur caſus, vt hæc pœna non ſubintraret, quia inquiſitus pœna mortis puniri non poſſet, certè propter deficientiam qualitatis, quæ eſt fundamentum iuriſdictionis Mag. C. deficeret inſimul ipſa iuriſdictio, & conſequentèr in præiudicium Conſulatus, qui ex priuilegio, & decretis S. Conſ. pro illius obſeruantia emanatis, eſt Iudex competens in cognoſcendo ſubditos de omnibus delictis, pro quibus non venit imponenda pœna mortis, Mag. Cur. ipſa vti carens iuriſdictione procedere non poſſet.

Quò fit vt dicamus, omni iure à Supremo Senatu 10
decidendum, quòd ſuſpenſo decreto Mag. Cur. à qua fuit remiſſio denegata, eadem Mag. Cur. in expeditione cauſæ principalis, Fiſco, & Conſulibus auditis prouideat de iuſtitia ſuper remiſſione petita, illud enim erit tempus opportunum ad de his differendum, quandoquidèm pro nunc, nullo pacto dici poteſt, inquiſitum, pro cuius remiſſione inſtant Conſules, pœna mortis omninò puniendum, quæ quidem pœna Mag. Cur. iuriſdictionem tribuit, ex quo in calculo ferendæ ſententiæ exceptionem talem habere poſſet, vt capitalem pœnam euadat, provt ſatis benè in his terminis loquitur *Proſper Carau.* (licèt in caſu ſuo aliud ſentiat, & meritò) *in prag.1.n.138. de exulib.* ſub illis verbis: *Secundò quia ille, qui inquiritur de homicidio, & allegationem, exceptionemque aliquam habet, nè pœna mortis puniatur, non poteſt dici commiſiſſe delictum pro quo pœna mortis mereatur, &c.*

11 Et in terminis terminantibus, nè indiuiduali authoritate careamus, dico, ſic pro Curia Artis Serici reſpondiſſe Conſiliarium Auguſtinum Carauit. *in annotation. ad citatam l. quod ad ſtatum, de pœnis,* & per hæc notabilia verba: *Item poſſet inferri, quòd Curia Artis Serici, quæ habet priuilegium cognoſcendi de quibuſcunque criminibus, præterquàm vbi venit imponenda pœna mortis, poſſet cognoſcere de illis delictis, quæ licèt reſpectu tituli punirentur pœna mortis reſpectu verò finis, non; &c.* verba autem decretorum Sacri Conſilij, pro obſeruantia priuilegij interpoſitorum, ſunt hæc.

12 *In cauſa honorabilium Conſulum Artis Serici Ciuitatis Neapol. cum Regio Fiſco, & Magna Curia Vicariæ ſuper petita remiſſione cauſarum criminalium ad eoſdem Conſules.*

Viſis Priuilegiis, Capitulis, & Decretis per ipſos Conſules in Sacro Regio Conſilio exhibitis, auditiſque in eodem Sacro Conſilio dictis Conſulibus, ac Procuratoribus, & Aduocatis ipſorum, nec non Maieſtatis Iudicibus Mag. Cur. Vicariæ, & Regij Fiſci Aduocato, prouiſum, & decretum eſt per idem Sacrum Conſilium, quòd decretum olim interpoſitum per aliud Conſilium tempore Sereniſſimi Regis Federici, cuius tenor talis eſt, videlicèt. (Die XI. menſis Februarij 1501. Neapol. in cauſa Regij Fiſci cum Conſulibus Artis Serici Ciuitatis Neapol. ſuper petita remiſſione cauſarum criminalium, ſpectantium ad dictam Curiam Artis Serici, & aliis, vt in actis latiùs continentur, auditis in Sacro Regio Conſilio Maieſtatis Regente Mag. Cur. vicariæ, & Berardino de Marchiſiis Iudice dictæ Curiæ Artis Serici, ac viſis Regiis litteris, decretum eſt per dictum Sacrum Conſilium, quòd omnes cauſæ criminales, de quibus venit imponendà aliquà pœna, præter pœnam mortis naturalis, remittantur ad dictam Curiam Artis Serici. Vbi verò venit imponenda pœna mortis naturalis conſultetur Regia Maieſtas, vt indè prouideri poſſit, hoc ſuum, dicto Sac. Conſ. ſuper prædictis ſolemnitèr interponente decretum) *ſeruetur, & ſeruari debeat, iuxta ipſius præinſerti decreti ſeriem, & tenorem, hoc ſuum, &c.*

Lectum latum, & publicatum eſt in eodem Sacro Conſilio Neapol. 27. *Septembris* 1507. *Angelus Secretarius.*

Hæc breuitèr occurrunt.

SVMMARIVM.

1 *Tranſactio an læſionis prætextu reſcindi poſſit, & n.* 6.
Et quid ſi enormiſſima ſe offerret læſio, n. 7. & 8.
2 *Tranſactio æquiparatur rei iudicatæ.*
3 *Error calculi ſemper allegari poteſt, niſi ſuper illo fuerit tranſactum.*
4 *Tranſactio ſub prætextu inſtrumentorum de nouo repertorum reſcindi prohibetur.*
5 *Tranſactio vt reſcindi non poſſit, ſat eſt, quòd lis fuerit.*
9 *Læſio quomodò dignoſci poſſit, quòd interuenerit in contractu tranſactionis, & numer.* 10.
11 *Probandum quid ſit, quando tranſactio reſcindi petitur prætextu enormiſſimæ læſionis.*
12 *Tranſactio inita inter hæredem, & legatarium an reſcindi poſſit, læſionis prætextu, ex quo compertum fuit, æs alienum excedere valorem hæreditatis,* & n. 15.
13 *Hæres obligans ſe nomine proprio, ac inſimul renuncians beneficio diſcuſſionis inuentarij, ſemper vltra vires patrimonij tenebitur,* & n. 14.
16 *Filiusfamilias an per aſſequutionem dignitatis Principatus, Ducatus, Marchionatus, &c. à patria poteſtate liberetur.*
17 *Exceptio S.C. Macedoniani ceſſat vbi filiusfamilias patre mortuo agnouerit debitum, tempore, quo viuebat ſub patria poteſtate contractum.*

ARGVMENTVM.

Tranſactio læſionis prætextu an, & quando reſcindatur, & quomodò dignoſci poſſit, læſionem in tranſactionis contractu interueniſſe: Tranſactio inita inter hæredem, & legatarium nùm læſionis prætextu reſcindi poſſit, ſi allegetur, & probetur, ſoluto ære alieno, nil in hæreditate remanere, vt legatariis ſatisfieri poſſit. Filiusfamilias an per aſſequutionem dignitatis Principatus, Ducatus, &c. à patria poteſtate liberetur? & de aliis notabilibus ad materiam pertinentibus.

CAPVT CCXXXIII.

TRANSACTIONEM nullo pacto enormis læſionis prætextu reſcindi poſſe, magis communitèr affirmaſſe DD. non dubitamus: Etenim inducta fuit illa, cauſâ litium finiendarum; probat text. *in l. fratris, C. de tranſact.* Gloſ. *in l. prima, in principio, ff. de iureiur.* vndè inita tranſactione, pœnitentiæ ampliùs locum non eſſe, ſtatuitur in *l. quamuis* 39. *C. de tranſ.* & per hæc verba; *Quamuis eum, qui pactus eſt, ſtatim pœniteat, tranſactio tamen reſcindi, & lis inſtaurari non poteſt, & qui ſibi ſuaſit infra certum tempus licere à tranſactione recedere, falſum aſſeuerauit.* 1
Hinc *Paulus I. C.* tanti ponderis tranſactionem exiſtimauit, vt rei iudicatæ comparauerit in *l.* 2. *ff. de iureiur.* idemquè verbis aureo charactere dignis ſtatuerunt Imperatores *in l. non minorem, C. de tranſact.* ſic ſancientes; *non minorem auctoritatem tranſactionum, quàm rerum iudicatarum eſſe, recta ratione placuit; ſiquidem nihil ita fidei congruit humanæ, quàm ea, quæ placuerunt cuſtodire, &c.* idemquè *in l. vnica, C. de error. calc.* vbi decreuerunt, calculi errorem ſemper allegari poſſe, niſi ſuper illo fuerit iudicatum, vel 2 3

vel tranſactum,& *in l.ſub prætextu,C.eod.*adeò inuio-
4 labilem tranſactionem fore habendam decreuerunt, vt non poſſit illa reſcindi ſub prætextu inſtrumentorum de nouo repertorum;ita vt ſi Ego decem tibi debens ex inſtrumento, quod eſt deperditum, ad illa ſoluenda ſim conuentus, & me non debere excipiens,tranſegimus pro quinque, reperto demùm inſtrumento; ex quo illa decem deberi plenariè conſtet,tranſactio inita non reſcinditur,& tamen inſtrumentum certam læſionem oſtendit.

Et *Scæuola Iureconſultus* ſtrictiùs hac in re procedens, reſpondit *in l. Lucius 78.§.fin.ff.ad S.C. Treb.* quòd ſi hæres à fideicommiſſario ad fidem ſeruandam conuentus dixerit,in hæreditate quid minimum reperiſſe, cum magna quantitas in bonis fuiſſet, illudquè,quod dixit,repertum,reſtituerit,tranſactione inita ſuper illo pluri prætenſo, nullatenus eam reſcindi poſſe reſpondet, ſub prætextu, quòd apparuit
5 demum quadruplo ampliùs in hæreditate remanſiſſe;ſat enim eſt,vt reſcindi non poſſit tranſactio,quòd lis fuerit, ita vt ſi quod per tranſactionem ſolutum eſt,verè non debeatur, non repetitur,ſcripſit Paulus
6 *in l.in ſumma 65 ff de cond.indeb.* quibus ſanè iuribus attentis, vt nullo pacto reſcindi poſſit tranſactio læſionis prætextu, iuris Interpretes magis communitèr docuerunt, tam in *Commentariis & Tractatibus*,quàm in *Conſiliis,& deciſionibus*,ſiquidem.

In *Commentariis.*

Gloſ.fin.*in l. Lucius,§.vltimo.ff.ad S.C.Trebell.*
Alberic.*ibidem.*
Gloſ.*in cap.cùm cauſa, in verbo, reſtitueret. ext. de empt.& vend.*
Anchar.*ibidem, n.7.per tot.*
Innoc.*ibidem,verſ.in tranſactione.*
Barbat.*ibidem n.4.*
Cyn.*in l.2.n.16.C.de reſcind.vendit.*
Iacob.de Aren.*ibidem.*
Bald.*ibidem,in 8.oppoſitione*,vbi dicit,*Bart.*ſententiam in contrarium eſſe erroneam,& quandã truffam.
Salyc.*ibidem,n.6.& 7.*
Alex.*in l. ſi quis cùm alitèr 36.n.8.9.10. & 11.ff.de verb.oblig.*
Aret.*ibidem,n.6.verſ.vndè ſtandum eſt regula.*
Zaſ.*ibidem,n.20.verſ.contrariam opinionem,& n.15. ver.& ſic ex iſtis.*
Angel.*in l.in ſumma,n.2.ff.de cond.indeb.*
Imol. *in d. l. Lucius, §.fin.in finalibus verbis.ff.ad Trebell.*
Alciat.elegantèr*in l.quamuis 39.à n.5. ad finem,C. de tranſact.*
Padill.*in l.2.n.23.C.de reſcind vendit.*

In *Tractatibus.*

Specul. *in tit. de reſcind. vendit. n.24.verſ. quid de tranſactione.*
Tiraquell. *de retract. lignag.§.24. gl. vnica,n.4.fol. mihi 416.*
Gomez ad *regul.Cancell.de annal.poſſeſſ.q.2.n.4.*
Cott.*in memoral.in verb.venditor.*
Andr.Gayll.*pract.obſer.lib.2.obſer.70.*
Anton. Fab. *de error. pragm.decad.8.dub.9.err.10. tom.1.*
Franc. Barry.*de ſucceſſ. teſtat. & inteſtat. lib.16.tit. 10.per totum.*
Ioſeph Maſcard.*in tract. de prob. tom.1. concl.610. num.42.*
Anton.Merend. omninò videndus *controuerſ. iur. lib.6.cap.22.per tot.*vbi ſtrenuè hanc noſtram, quam tuemur,defendit ſententiam, ſubdens *in fine* hæc aurea verba, quæ his temporibus, & in hac Ciuitate ſatis vrgent: *Ideò non eſt dubitandum,quin prudentes, & docti Iudices ſint ſequuturi eam ſententiam, quæ verior eſt,& Reipublicæ vtilior, cùm præter ingentem noſtrorum Interpretum numerum, tantorum Principum iudicio firmetur, neglecta ſpecie quadam æquitatis, quæ ad implendas crumenas Aduocatorum magis, quàm ad reſciſſionem tranſactionum iniuſtarum impetrandam idonea eſt.*

In *Conſiliis.*

Curt.ſen.*conſ.65.*
Alex.*conſ.42.n.11.lib.1.*
Soc.Iun.*conſ.32.à n.15.& 16 lib.3.*
Bero.*conſ.176.n.25.lib.1.*
Ruin.*conſ.132.n.3.lib.1.*
Alciat.*conſ.124.n.2.& 89.n.4.*
Rom.*conſ.42.n.56.*
Roland.*conſ.28.n.25.lib.4.*
Pariſ.*conſ.96.n.61.lib.1.*
Mandel.de Alba *conſ.11.n.22.*
Marc.Ant.Eugen.*conſ.64.n.8.lib.1.*
Menoch.*conſ.401.n.157.lib.5.*
Surd.*conſ.451.n.9.*
Alex.Trentacinq.*con.71.n.2.lib.2.*
Paul.Staiban.*conſ.42.n.17.*
Valenzuel.*conſ.175.n.24.& 34.lib.2.*

In *Deciſionibus.*

Afflict.noſter *deciſ.220.* vbi pro hac opinione per Sacrum Conſ.deciſum teſtatur.
Grammat.*dec.66.n.20.verſ. item quia tranſactio,& num.63.verſ. item & ſecundò,& num.66.verſ. & maximè dum ſumus.*
Seraphin.*dec.638.*
Vincent.de Franch.*dec.159.n.7.*
Franc.Viu.*dec.429.n.4.& 9.*
Ioan.Bapt.Larrea *deciſ.Granaten.68.* vbi adeò doctè,copioſè, & elegantèr in hoc articulo ſcripſit, negans funditùs, poſſe tranſactionem reſcindi, nedum quando enormis contigit læſio, ſed etiam ſi enormiſſima contingeret, vt aliud pro rei veritate deſiderari non poſſit: fundat enim multiplici ratione, grauiſſimorumque Iuriſconſultorum authoritate, nullo pacto poſſe dari caſum, quando alterius ex litigantibus iura dubia ſunt,poſſe certam, & manifeſtam oſtendi læſionem;ſicquè ex Ant.Fab.*cit.decad.8. error.10.* tradit, ſomniaſſe *Bartolum*, cùm dixerit, poſſe dubium litis euentum certò exiſtimari, illiúſque ſententiam truffam appellaſſe Schifordegherium *lib.2.tract.25.q.2.ad fin.*

Eſt tamen verum, quòd quando enormiſſima ſe 7
offerret læſio, non deſunt DD. & grauiſſimi, qui contrarium reſponderunt, nimirum eo caſu tranſactionem fore reſcindendam, ex quo in illa dolus præſumitur, & præ cæteris ex recentioribus hi ſunt.
Andr.Gayll.*pract.obſeru.lib.2.obſer.70.n.15. & 16.* vbi tamen aduertit, dummodò clarè de læſione illa enormiſſima doceatur.
Molin.*de Hiſpan.primog.lib.4.c.9.num.36.*
Zæuaglios *comm.contra comm.q.72.*
Ioſeph.Ludouic. *deciſ.Peruſ.18.*
Io.Vincent.de Anna *alleg.9. & ſingul.553.* vbi Filius plenè addens.
Ioan.Gutierrez *pract.q.lib.2.q.141.n.4.*
Addentes ad *Molin.loc.cit. à n.34.vſque ad 37.*vbi dicunt,quòd quamuis pluſquam notiſſimum ſit,vt ex ſola læſione vltra dimidiam tranſactio reſcindi non poſſit, è contra verò, quando enormiſſima concurreret, cùm læſio hæc enormiſſima in magno exceſſu vltra dimidiam eſſe debeat, vt probat Ioſeph Ludouicus *deciſ.ſup.cit.n.62.*

Et vt intelligatur iſte magnus exceſſus, magis communitèr dixerunt DD.vt duplo, vel triplo vltra dimidiam debeat docere,eſſe deceptum, qui ſe enormiſſimè læſum allegat,ita

Capyc.*dec.*159.*n.*24.

Greg.Lopez.*in l.*56.*tit.*5.*in verbo,mayor de catorze annos,par.*5.

Molina *cit.lib.*4.*c.*9.*n.*36.

Hiero.Grat.*conſ.*88.*n.*3.

Parlador. *in ſeſquicent. different. iur. diff.*114. *in fine.*

Eſcobar *de ratiocin.comput.*5.*num.*12. omninò videndus.

Ludouic.Peguer.*dec.*201.*n.*6.

Ioan.Grinell.*dec.*80.*n.*1.

9 At quomodo læſio hæc in contractu tranſactionis dignoſci poſſit, eſt omninò videndum, nam ſi verſaremur in contractu emptionis & venditionis, facilis eſſet cognitio, diceretur enim enormiſſimè læſus venditor, ſi rem triginta valentem pro minus decem vendidiſſet, vel ſi emptor pro re valente decem, triginta venditori ſoluiſſet: in tranſactione verò, vt dignoſci poſſit, quando alter ex tranſigentibus eſt enormiter, vel enormiſſimè læſus, erit benè aduertendum, læſionem nullo modo conſiderari poſſe circa valorem rei, ſuper qua tranſigitur, & in hoc nemo diſcrepat, cùm communitèr receptum ſit, remedium *l.*2.*C. de reſcind. vend.* omninò fore denegandum, ſi alter ex tranſigentibus lædatur vltra duplum rei, de qua contenditur, adhùc ſi læſus probare poſſet, ſuam cauſam iuſtam fuiſſe, itavt ſecundùm
10 iuris ſanctiones obtinere debuiſſet; conſideratur autem læſio enormis, ſeu enormiſſima, habito reſpectu ad dubium euentum litis, ſeu cauſæ, ſuper qua tranſigitur, v.g. attenta læſione enormiſſima ſi tranſigens pro inſtituta actione acciperet decem, cùm experti homines pro iure, ſeu actione illa communitèr darent triginta, vel è conuerſo, ſi tranſigens daret triginta, nùm communitèr pro iure aduerſarij non niſi decem dediſſent, & attenta læſione enormi, ſi tranſigens acciperet minus dimidia parte eius quantitatis, quam experti homines pro iure, & cauſa illius cōmunitèr darent; vel è contra, ſi tranſigens daret plus dimidia eius quantitatis, quæ communitèr pro iure
11 aduerſarij daretur; ita ſanè ſcripſerunt DD. mox allegandi, qui omnes vnanimi conſenſu admonent, in hac enormi, vel enormiſſima læſione probanda, cauſarum Patronos cautos eſſe debere, vt ponant, & probent prætenſam læſionem reſpectu iuris, & actionis, ſicque articulare, quòd homines experti, & de negotij qualitate certiorati communitèr pro tali iure, & cauſa darent triginta, actorem verò accepiſſe decem; vel è conuerſo, reum dediſſe triginta, cùm communitèr viri experti, & certiorati pro tali inſtituta actione, & cauſa non niſi decem darent, videantur.

Bart.*in l. Lucius* 78.*§.fin.n.*3.*ff.ad S.C.Trebell.*

Angel.*ibidem,n.*2.

Aretin.*in l.ſi quis cùm aliter, circa finem, n.*4.*ff.de verb.obligat.*

Ioan.de Imol.*in d.§.fin.l. Lucius.*

Cagnol. omninò videndus *in l.*2.*n.*78. *verſ. in primis autem,C.de reſcind.vend.*

Corne.*conſ.*61.*n.*10.*lib.*3.

Purpurat.*conſ.*223.*n.*3.*lib.*1.

Petr.Bim.*conſ.*193.*n.*25.

Natt.*conſ.*144.*n.*10.*lib.*1.

Peguer.*dec.*207.*n.*7.

Arius Pinel.*in commentar.ad cit.l.*2.*p.*1.*cap.*4.*n.*12. *&* 16.

Molin. *cit.lib.*4.*de Hiſpanorum primogen.c.*9.*n.*34. *& ſeq.*

Fontanel. *de pact. nuptial. clauſ.*4. *gloſ.*9. *part.*5. *à num.*207.

Franciſcus Anton.Coſta *conſ.*29.*n.*16.

Admiſſa autem, citra veritatis præiudicium, hac 12
opinione, nimirùm, vt prætextu enormiſſimæ læſionis reſcindi poſſit tranſactio, in vna facti contingentia dubitabatur, an eſſet reſcindenda tranſactio inita inter cuiuſdam defuncti hæredem, & legatarium, cui cùm poſt diuturnam litem ſuper legati nullitate habitam, eſſet in vim tranſactionis certa pecuniarum quantitas promiſſa, cum renunciatione ex parte hæredis diſcuſſionis inuentarij, ac decreti generalis, per modum legis condendæ interpoſiti, quod nos dicimus, *quatuor Aularum*; ad illius ſolutionem euitandam allegabat hæres, fuiſſe in ea promiſſione enormiſſimè læſum, ex quo diſcuſſis demùm viribus hæreditatis ob ingens æs alienum, quod in ea compertum fuit, nil remanebat, vt quod in tranſactione inita promiſſum extiterat, ſolui potuiſſet.

Conſultus Ego de hoc, pro legatario audacter re- 13
ſpondi, ea adductus ratione, cùm læſionis termini nullatenus applicari poſſent; etenim obligauerat ſe hæres, vti extraneus, quantitatem in tranſactione contentam ſoluere promittens, etiam vltra vires hæreditarias, renunciando beneficio diſcuſſionis inuentarij, ac decreto S.C. iunctis quatuor Aulis interpoſito, certioratus priùs ab eius iuris Peritis de importantia dicti decreti, & beneficij inuentarij, ac de effectibus renunciationum illarum, ex quibus ab omni dubio procul dicebam, læſionis terminos eſſe valdè remotos, ſiue impertinentes, nec aliter illos ad cauſam ſubintrare, ſed benè iuris illam concluſionem, quæ contradictorem non habet, nimirùm, quòd quoties hæres nomine proprio, vti extraneus cum renunciatione beneficij inuentarij ſe obligat, ſemper vltra vires patrimonij tenebitur, & ſic de proprio ſoluere, probant hoc, & ſatis benè.

Philipp. Corne. omninò videndus *conſ.*31. *intra num.*11. *verſ. quod & clarius;cum duobus ſequentibus, lib.*3.

Ioan.Cephal.*conſ.*327.*n.*18.*&* 20.

Gozad.*conſ.*69.*n.*20.

Ioan.de Neuizan.*conſ.*91.*n.*18.

Roland. à Vall. *conſ.*13.*n.*11. *lib.*1. & *in tract. de dote,quæſt.*42.*n.*14.

Crauett. *conſ.*290.*n.*5.

Sebaſt. Monticul. *tract. de inuent. q.*232. *num.*39. *diuerſorum.*

Paul. Gallerat. *de renunciat. cent.*1. *renunc.*91. *per totum num.*3.

Id quod in Regno noſtro particulari ſanctione 14
cautum habemus; nam cùm magna inter DD. eſſet controuerſia, an hæres cum beneficio legis, & inuentarij, creditoribus hæreditariis, & legatariis proprio nomine, & in ſolidum obligatus, abſque tamen renunciatione dicti beneficij, conuentus demùm ab illis, poſſit diſcuſſionis inuentarij exceptionem opponere, ita vt ex *Doctorum* conflictu apud nos contrariæ ſubortæ eſſent deciſiones, vt videre eſt apud Minadoum *dec.*25. Vrſill.ad Afflict.*dec.*399.*n.*6. Vincent.de Franch.*deciſ.*323.*&* 648. Scipionem Ronit. *in pragm.odia,n.*47.*de arbitr.* & Philip.Paſcal. *de vir. par.poteſt.par.*1.*c.*2.*n.*77. ad hanc controuerſiam tollendam in anno 1623. Sacrum Conſilium iunctis claſſibus, Præſide magno illo viro Hiſpano Domino *Regente Valenzuela,* Epiſcopo demùm Salmanticenſe generali lege decreuit, poſſe hæredem, quamuis proprio nomine, & in ſolidum obligatum, & ſub quibuſuis aliis clauſulis ad contractus obſeruantiam conuentum, diſcuſſionis inuentarij exceptionem opponere; excepto tamen, ſi ſpecialis renunciatio huius beneficij ſe offerret, ac promiſſio ſoluendi vltra vires hæreditarias; cuius determinationis verba per modum legis condendæ prolata, ſunt hæc:

Super

Super dubio exorto in Sacro Regio Conſilio, an hæres cum beneficio legis, & inuentarij, obligans ſe pro debito defuncti, proprio priuato, & principali nomine, & ſub quibuſuis clauſulis, abſque tamen expreſſa renunciatione beneficij inuentarij, teneatur vltra vires hæreditarias ſoluere, & reficere de ſua propria pecunia.

Die 16 Martij 1623. Neapoli.

Congregato S. C. ordine Spectabilis Io. Baptiſtæ Valenzuelæ Velazquez Regij Collateralis Conſiliarij, Regentis Regiam Cancellariam, & officium Præſidis S.C. Viceque Protonotarij pro decidendo dubio prædicto, interuenientibus præfato Spectabili Præſide, vna cum infraſcriptis Regiis Conſiliariis prouiſum eſt, atque decretum, hæredem cum beneficio legis, & inuentarij, obligatum pro debito defuncti, etiam proprio, principali nomine, & in ſolidum, & ſub quibuſuis aliis clauſulis, non teneri vltra vires hæreditarias (niſi expreſſa, & ſpecialis renunciatio beneficij inuentarij prædicti interueniat, & obligatio ſatisfaciendi etiam vltra vires hæreditarias) Verùm facta diſcuſſione inuentarij, exequutio fiat etiam in bonis propriis, & de perſona, quatenus ad eum peruenerat de bonis hæreditariis, hoc ſuum, &c. Valenzuela Reg. Regiam Cancellariam, & officium Præſidis S.C. Iacobus de Franchis, Pyrrus Paganus, Pomponius Saluus, Villalobos, Salinas, Patinno, Io. Baptiſta Melior, Ferdinandus Brancia, Scipio Rouitus, Io. Fráciſcus Sanfelicius, Octauius de Piccolellis Camillus de Petio, Franciſcus Antonius de Mercatis Secret.

Ex quibus benè, ni fallor, ipſe dicebam, & vna mecum Viri præſtantiſſimi, nullo pacto hæredem ſic obligatum fore audiendum, eo ſub prætextũ, quòd in tranſactione cum legatario inita læſus ille extiterat, nedum enormiſſimè, ſed in totum, cũm in hæreditate nihil remaneret; vt promiſſa pecunia exolui potuiſſet: imputandum namque erat ei, cur antequã fidem ſuam obſtringeret, patrimonij vires non agnoſceret?

16 Nec pariter pronis auribus à Iudicibus hæredem hunc audiendum vlteriùs Ego contendebam, ex eo, quòd obligationis tempore erat huic filiusfamilias, ſicque directò, vt eius Aduocati dicebant, obligationi factæ aduerſari nimis vulgarem diſpoſitionem Pragmaticæ Sanctionis, *Per Excellentem*, ſub *tit. de S.C. Maced.* Etenim erat iſte Marchionatus Dignitate decoratus, ſicque à patria poteſtate liber, ac ſucceſſiuè, vti ſui iuris poterat publicè contrahere; nam quòd titulo aliquo inſignitus, ob Regalem, quam aſſequitur, dignitatem, à patria poteſtate liberetur, ex text. *in §. in ſumma, inſtit. quib. mod. ius pat. poteſt. ſoluit.* ſine contradictore probant.

D. Garzias Maſtrill. *in tract. de Magiſtrat. lib. 4. cap. 13 n. 219.*

D. Epiſc. Ricc. *in collect. dec. par. 9. collect. 3898. in fine.*

Io. Bapt. de Thor. *in ſupplem. compend. dec. in verb. filiusfamilias.*

Io. Maria Nouar. *deciſ.* 244. quò loci indiuidualitèr dicit, Comites, Marchiones, Duces, & Principes, quamuis patrem illi habeant, validè obligari poſſe, tanquam à patria poteſtate liberatos, & ſucceſſiuè Macedoniani exceptione iuuari non poſſe; ſicque ſubdit *de anno 1634.* per noſtram M. Curiam iudicatum, dum pro valida habuit obligationem factam à quodam Titulato filiofamilias, quicquid ex aduerſo attenta diſpoſitione Pragmaticæ, *Per Excellentem*, contrarium prætenderetur.

17 Prætereà ex alio ceſſabat prorſus depoſitio hæc, quæ fiebat circa nullitatem obligationis, vti factæ à filiofamilias, ex quo in facto conſtabat, hunc filium Marchionis auunculi ſui hæredem poſt patris mortem interuſurium promiſſæ quantitatis legatario exoluiſſe: quocirca dicebamus (eſto millies, quòd obligatio prædicta tempore patriæ poteſtatis facta eſſet, quia ea ſoluta, hæres iſte debitum agnouerat, ſic promiſſæ ſortis vſuras ſoluens) Senatus Conſulti Macedoniani beneficium omninò ſilere: probant concluſionem hanc nimis vulgata iura, nimirùm *l. ſed Iulianus, §. fin. in fine, ff. ad S.C. Maced.* ibi, *ſi paterfamilias factus partem ſoluit debiti, ceſſabit Senat. Conſ. & c. l. 2. Cod. ad Sen. Conſ. Maced.* ibi, *vel ſuæ poteſtatis conſtitutus nouatione facta fidem ſuam obligauerit, vel aliàs agnouit debitum, non eſſe locum decreto ampliſſimi ordinis, rationis eſt.*

Gloſ. *in ead. l. 2. in verb. agnouit*, ibi, *ſoluendo partem debiti, vel vſuras.*

Ant. Faber. *in rational. ad l. ſed Iulianus, §. fin.* & ad *l. fin. ff. ad S.C. Maced.*

Ioan. Griuel. *dec. 14. num. 21. & 62.* vbi loquitur in terminis Statuti, quod eſt ſimile noſtro.

Anton. Gomeſ. *var. reſolut. tit. de contract. mut. tom. 2. c. 6. in 7. limit. ver. vel ſi ipſe filius.*

Io. Baptiſta Fenzon. ad *Statutum Vrbis 152. n. 86.*

Proſper Farinac. *in repertor. de contract. q. 44. n. 53.*

Carol. de Graſſ. *in tract. de except. in except. 27. n. 12.*

Et ex Noſtratibus.

Proſper. Carau. *in d. prag. Per excellentem, §. 11. num 25. verſ. benè tamen verum eſt.*

Pater Molfeſ. *conſ. 42. in fine.*

Thor. *vot. 44. n. 101.*

Montan. *controuerſ. 58.*

D. Reg. Merlinus *controuerſ. cent. 1. c. 39. num. 42.* & latiùs *c. 53. cent. 2.* in quibus locis adeò latè, & doctè noſtram tuetur ſententiam, vt ſcriptis per eum neque aliquid addi, neque diminui poſſit.

Vndè, &c.

SVMMARIVM.

1 *Tranſactionem reſcindi petens an ad acceptorum reſtitutionem teneatur, &* n. 2.

3 *Text. in* l. ſi diuerſa, C. de tranſact. *ponderatur.*

4 *Deciſiones S.C. ad quæſtionem afferuntur.*

ARGVMENTVM.

Tranſactio, cùm ab altero ex tranſigentibus aliqua de cauſa reſcindi petitur, nùm ſi perſona, quæ pro reſciſſione inſtat, aliquid tranſactionis nomine recepit, ante omnia acceptum reſtituere cogatur? vbi geminatæ deciſiones S. Conſ. ad intelligentiam text *in l. ſi diuerſi, C. de tranſaction.*

CAPVT CCXXXIV.

TRANSACTIO, cùm ab altero ex tranſigentibus aliqua de cauſa reſcindi petitur, in dies apud nos dubitari contigit, an ſi perſona, quæ pro reſciſſione inſtat, aliquid tranſactionis nomine receperit, ante omnia acceptum reſtituere cogatur? 1

2 In hoc articulo breuitèr,& reſolutiuè procedendo ſemper Ego partem amplexus ſui negatiuam ; ea quidem motus ratione , cùm nulla lege cautum eſſe inuenerim , ad id tranſactionem reſcindi petentem, teneri : nam quamuis qui contrariam inſequuti ſunt ſententiam , ſignantèr ex Noſtratibus Afflict. & Gramm. relati à Domino Reg. Capyc. Latro *deciſ.* 149.*lib.*2. ad eorum dicta fundandum allegent text.
3 *in l.ſi diuerſa,C.de tranſact.* Monui tamen Ego , nullibi in *eo textu* hoc probari,cùm ex illius litera clarè conſtet,diſpoſitionem illam procedere, quando omnes tranſigentes pro tranſactionis reſciſſione conueniunt , ibi , *cùm & tu hoc deſideras* , vt aduertunt communitèr,ſignantèr Iaſ.*ibidem* , aliiquè relati per Barboſ. *in collect.ad hunc textum.* Hìnc merito Ioan. Vinc de Anna *ſing.*540.in cauſa Ill.Marchionis Meſuracæ conuenti ab Octauiano Piſcicello , oppoſita hac exceptione reſtitutionis acceptorum , per S. C. deciſum fuiſſe teſtatur , eſſe ad vlteriora in cauſa procedendum, nulla facta acceptorum reſtitutione : quodque pro hac parte in S.C. inducta ſit iudicandi conſuetudo , affirmat Conſil. de Georg. *alleg.*34. *in*
4 *fine* , quò loci benè loquitur idemque tam per M. C. quàm in gradu appellationis ſemel , atque iterùm per S. C. iudicatum habemus in cauſa Portiæ de Ayello cum Octauio Antoglietto penès Carbonum Actorum Magiſtrum , quicquid in contrarium ſuo tempore deciſum affirmet Affl. *deciſ.*220.*n.*4. & poſt eum Gramm.*dec.*66.*n.*21.

Vndè cùm his diebus de hoc dubitari contigiſſet in cauſa reſciſſionis tranſactionis petitæ pro parte Doctoris Marci de Sancto Antonio, cuius partes ipſe tuebar , contra Sacrum Hoſpitale Incurabilium huius Ciuitatis , vti hæredem quondam Doctoris Octauij Giraldi Caſalis Iuliani , oppoſita pro parte dicti Hoſpitalis exceptione reſtitutionis acceptorum , diſcuſſis omnibus de iure diſcutiendis , pleniſſiméque Partibus auditis,facta relatione in S.C. per Nobiliſſimum , ac præſtantiſſimum Regium Conſiliarium Dominum Antonium Miroballum , fuit deciſum , fore procedendum ad vlteriora in cauſa , acceptorum reſtitutione per Sacrum Hoſpitale petita ad merita cauſæ reſeruata , idque ſub die 27. menſis Iunij proximi præteriti inſtanti anni 1648. ſic confirmato decreto per eundem Dominum Regium Conſiliarium domi lato ſub die 26. menſis Octob. 1645.penès Vincentium Lombardum S.C. actorum Magiſtrum : Quicquid in contrarium pro Sacro Hoſpitale doctè latis , & elegantèr , prout de more allegaſſet doctiſſimus cauſarum Patronus , & inter primarios S. C. Dominus *Franciſcus Maria Pratus,* prout videre eſt in *ſecunda parte ſuarum doctiſſimarum diſcept.forenſ.c.*40.

SVMMARIVM.

1 *Tutor litigans nomine ſui populi an teneatur deponere vti principalis ſuper poſitionibus à reo præſentatis,& n.*4.

2 *Et quid in Abbatiſſa,n.*2.

3 *Depoſitio Principalis an poſſit peti de iure poſt concluſum in cauſa,& n.* 5.

Et quid ſeruetur in Regno.ibid.& n.6.

7 *Iudex an poſſit poſt concluſum teſtes examinare.*

8 *Verba;*ſola veritate inſpecta,*quid importent.*

ARGVMENTVM.

Tutor litigans nomine ſui populi, nùm reo inſtante teneatur deponere vti principalis ſuper poſitionibus in actis præſentatis, & an hæc depoſitio poſſit peti vſquè , & poſt concluſum in cauſa ? vbi ſingularis obſeruatio *D. Ioannis Angel Piſanelli.*

CAPVT CCXXXV.

TVTOR litigans nomine ſui pupilli,aliquando fuit dubitatum , an aduerſario inſtante, teneatur vti principalis ſuper poſitionibus præſentatis ad veritatem eruendam deponere ? *Dom. Reg. & Marchio Capycius Latro* tractat articulum 1
in Abbatiſſa, & an per ipſam ſolam vti principalem 2
in iudicio moto per Monaſterium , vel potiùs per omnes,vel maiorem partem Monialium debeat fieri depoſitio ? Et quòd ſat ſit,ſi ſola Abbatiſſa deponat, in illo caſu,ſemel atque iterùm per S. Conſ. deciſum refert *dec.*86.*per totam*;in tutore autem, quòd teneatur etiam vti principalis deponere,firmat D Io.Angelus Piſanellus *in ſua obſeruatione* , ſiuè *annotatione manuſcripta* 25. Imò addit , quòd hæc poſſit peti de- 3
poſitio poſt concluſum , & vſque ad cauſæ expeditionem,ſicque bis per S.C. deciſum teſtatur. Quamuis hodiè per *nouiſſimam Pragm.* quæ eſt 4.§.7.*de dilationibus, in nouiſſimis* , ad calumnias obtruncandas expreſsè ſtatutum ſit , vt Principalis depoſitio poſt concluſum peti ampliùs non poſſit ; ſed de iure contrarium fundat *Dom. Piſanellus*,& per hæc , quæ ſequuntur,verba.

Ieſus , Maria.

Inſtatum fuit , vt tutor cuiuſdam ſe examinaret 4
vti principalis , fuit viſum quòd tenetur,per text. *in l.*2.*§.quod obſeruari,C.de iuram. calum.* & licèt *ibi* loquatur de iuramento calumniæ ; tamen idem eſt in quolibet iuramento , nam tutor debet agnoſcere bonam fidem;vt in *l.quoties,§.ſicut , ff.de adminiſt. tutor.* & facit *l. non ſolùm , in princip. ff. de procur.* & hanc opinionem tenet Bart. *in d.§.quod obſeruari , in l.*1.*C. de confeſſ.& in l.certum,§.ſed an ipſos , ff. de confeſſ.* & quòd debeant hi Adminiſtratores reſpondere,tenet Bart.expreſsè *in l.iuſiurandum,quod ex coniunctione,§. procurator,ff.de iureiurando* , allegat *d.l.non ſolùm , in princ.*nam Bar.*in aliis locis preallegatis*,dicit,quòd talis confeſſio præiudicat ; & ſic infertur,quòd ipſe tutor tenetur ſe examinare,& eius cōfeſſio præiudicat.

Et quia iſta inſtantia fuit facta poſt concluſum in 5
cauſa,incidit dubium,an tenebatur deponere , etiam quòd concluſio non eſſet facta in forma ? nam ſi in S. Conſ. poſt concluſum in cauſa præſentantur ſcripturæ , ex quo ceſſat timor ſubornationis , contra *cap. cùm dilectus , de fid. inſtrum.* multò magis debet examinari Principalis; & quòd Principalis vſque ad ſententiam examinari debeat;eſt text.*in l.generalitèr, §.*1.*Cod. de reb. credit.* & facit *l.vbicunque , ff.de interrogat. action.* quinimmò Iudex poteſt vſque ad 6
ſententiam, etiam poſt concluſum , examinare Partem,& teſtes etiam ad fundandam de nouo intentionem Partis;ita Ant. de Butr. *in cap.*1. *col.*2. *de indic.* propter iura prædicta ; Bald.*in l.ſi accuſationibus , col. fin.de accuſ.* Alex. *conſ.*43.*col.*8.*vol.*4. Et ſi diceretur, quòd *d.l.vbicunquè* , cum ſimilibus loquuntur in Iudice

dice

dice volente ex officio, non autem ad Partis inſtantiam; Reſpondeo, quòd iſta diſtinctio non probatur lege, & lex indiſtinctè loquens, indiſtinctè debet intelligi, *l.3. de offic. Conſul. l. quæſitum, de teſtibus*, cum *ſimilibus*: præterea reſpondeo, præſupponendo, quod in Regno debet procedi in cauſis ſine ſtrepitu, & figura iudicij, ſola facti veritate inſpecta, vt in *principio Regia Pragm.* & in *cap. Regni, Deteſtantes*, quamuis in cauſis iſta verba, *ſola veritate inſpecta*, impor-
7 tent pluſquam ſummariè, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, vt per Ant. de Butr. *in c. 2. in princip. de iuram. calumn.* Sed nos habemus, quòd in cauſis, in quibus procedi debet ſine figura iudicij, provt etiam ſunt cauſæ Regni, ſecundùm verba *pragmatica*, referendo Alex. *in conſ. 84. col. penul.* nunquam intelligitur, ita concluſum, quòd Iudex non poſſit poſt concluſum in cauſa ad petitionem Partis interrogare aliam Partem, allegat *Clem. ſæpè*, in *verb. interrogabit, de verb. ſignif.* & quòd *ibi* hoc volunt communitèr *Doctores*, per *illum text.* & reputat *ibi* Card. hoc eſſe ſingularitèr notandum; & ſequitur etiam Abb. *in cap. cùm Ioannes, de fide inſtrum. in notabil.* & ſic Pars non poteſt ſe tueri, quòd ſit in cauſa concluſum: & ita deciſum fuit in S. C. in cauſa Vincentij Cangiani cum Domina Comitiſſa Palenæ, tutrice, & balia ſuorum filiorum; & vidi, quia ita determinari feci in cauſa Magnifici Federici Tomacelli mei generi in Camera, & per Collaterale Conſilium, etiam quando cauſa erat introducta, & diſcuſſa, cum Domina Portia Filomarina, reluctante Fiſco, pro quo vide Felin. *in d. cap. cùm Ioannes.*

Io. Angelus Piſanellus.

SVMMARIVM.

1 *Mulier obligans ſe pro re ad ſe ſpectante, Velleiani exceptione non ſuccurritur; quamuis pecunia in ſui vtilitatem verſa non ſit, ſed quid ſi in contractu vir interuenerit, vxorem fideiubens, & n. 2.*

3 *Caſus proponitur.*

4 *Exceptio S. C. Velleiani tranſit ad hæredes mulieris.*

5 *Mulier non iuuatur Velleiano in Regno, quando in obligatione interuenit diſpenſatio Collateralis Conſilij.*

6 *Mulier nullo iure prohibetur, vt pro ſuis neceſſitatibus ſe obligare non poſſit, &* n. 7.

8 *Renunciatio beneficij S. C. Velleiani, quamuis cum iuramento, in Regno inutilis eſt, ſic diſponente* pragm. 1. de S. C. Velleian.

9 *Mulier an iuuetur Velleiano ſi inſtrumentum interceſſionis ratificauerit, & quibus modis ratificatio hæc ſequi poteſt,* ibidem.

10 *Exceptio S. C. Velleiani poteſt de iure poſt ſententiam condemnatoriam opponi, ſed quid ſi ſententia illa fecerit tranſitum in rem iudicatam.*

11 *Exceptio illa, quæ nec ante, nec poſt ſententiam fuit oppoſita, nullo iure cauetur, vt poſſit opponi poſt rem iudicatam.*

12 Specul. *allucinatus loquutus fuit in* §. 3. n. 14. tit. de except. & replicat.

13 *Sententia an differat à re iudicata.*

ARGVMENTVM.

Velleiani Senatuſconſulti beneficio, nùm locus ſit in Regno, ſi Mulier præuia Regia diſpenſatione illi renunciauerit. Mulier an exceptione S. Conſulti ſuccurratur, ſi ex interuallo eius obligationem ratam habuit. Exceptio hæc, quæ ex diſpoſitione text. *in l. tametſi, ff. ad S. C. Maced.* poteſt adhùc poſt ſententiam opponi; an validè opponi poſſit poſt ſententiam, quæ fecit tranſitum in rem iudicatam, & de aliis notabilibus.

CAPVT CCXXXVI.

VELLEIANI Senatus Conſulti bene- 1
ficio locum non eſſe, vbi mulier principalitèr ſe obligat, mutuo accipiendo pecuniam, vel alium pro re ad ipſam ſpectante faciendo contractum, procedit ſine controuerſia, quamuis demum conſtet, pecuniam illam non ad ſui vtilitatem; ſed in alterius beneficium fuiſſe conuerſam; non enim qui pecuniam dat, curioſus eſſe debet, vt illa in mulieris vſus conuertatur, ſunt iura ſatis vulgata in *l. ſed ſi ego, in pr. in l. ſi mulier 11. ff. ad Velleian. & in l. ſi fenebris 13. C. eod.* cum aliis relatis per Troyſ. *in prag. 1. n. 6. verſ. item quando mulier*, & paulò infra, *ver. ſed in caſu, in tit. de Senat. Conſ. Velleia.* ſecus autem dicendum, ſi mulier 2
conſtituens ſe principalem debitricem, vir eius fideiuberet, vel ſe inſimul cum vxore principalem debitorem conſtitueret, tunc enim ſi creditor non probauerit, pecuniam, quam dedit, in mulieris vtilitatem fuiſſe conuerſam; præſumitur color quæſitus, & quòd verè vxor interceſſerit pro viro, non autem vir pro vxore, hic eſt tex. *in auth. ſi qua mulier*, vbi Bal. ſingularitèr *n. 9. & 13. C. ad Sen. Conſ. Vell.* Theſ. *deciſ. 222. n. 14 & 223. n. 2. verſ. amplia. 1.* Georg. *alleg. 32. n. 9. ver. ſed quando*, & Dom. Reg. Merlin. *controu. cent. 1. c. 55.* vbi concluſionem hanc procedere ait, non ſolùm quando mulier ſe obligat cum viro, ſed etiam cum filio, vel quolibet extraneo, vt adhùc diiudicandus ſit color quæſitus, vt contractus ille ſubſtineri non poſſit, nec etiam pro medietate, quia cùm vnicus ſit contractus, non poteſt ex vna parte ſubſtineri, & ex alia irritati, allegat text. *in ſi mulier, l. a 3. §. fin. ff. ad Velleian. & cap. ſequenti, ead. 1. cent.* Hoc procedere docet, etiam ſi mulier pro dote ſe obligaret, vel intercederet, nam & ſi mulier regularitèr pro dote cuiuſuis extraneæ perſonæ ſe obligans. Velleiano non ſuccurritur, provt eſt text. vulgat. *in l. finali, C. ad Velleian.* attamen probat *D. Reg. Merlin.* vbi ſuprà, Imperialem hanc deciſionem locum non habere, vbi mulier pro marito intercederet, ad dotem extraneæ mulieri conſtituendam.

Sed contigit aliàs dubitari, an concluſiones mo- 3
dò pro muliere indicatæ eſſent applicabiles ad caſum, de quo controuertebatur in S. C. in cauſa Doctoris Pauli Emilij Ferrilli, huius Regni Prothomedici, viri omnibus numeris abſolutiſſimi, cum

hæredibus qu.D.Thomæ de Aquino, qui fuit hæres
qu. D. Beatricis de Aquino,caſus talis erat. In anno
1613. D. Beatrix de Aquino cum inſolidum obliga-
tione eius viri Ioannis Sergij de Summa, Regia
præcedente diſpenſatione vendidit dicto Doctori
Paulo Emilio annuos duc. Octuaginta pro capitali
pretio ducatorum mille, in cuius obligationis exe-
quutionem defuncto viro intra annum celebrati
contractus D. Beatrix dum vixit, vſque ad annum
1622. in quo è viuis deceſſit, annuos introitus pro-
miſſos punctualitèr ſoluit,& demum D.Thomas eius
hæres, quo ſimilitèr mortuo, prætenſionem habue-
runt eius filij,& hæredes, nullo pacto, nullovè iure
ad ſolutionem annuorum introituum continuandam
cogi poſſe, ſed ex perſona D. Beatricis Senatuſcon-
4 ſulti beneficio iuuari, nam, quòd exceptio hæc ad
hæredes tranſeat,eſt text.*in l.hæredes*, vbi DD. & in
l.ſi ſciens,C. ad S. C Vell Graſſ. *in tract. de except.in
except.27.num.44.* Noalis *tract. de tranſmiſſ. caſ.26.
num.12.*

Dicebam, partes ſupremi Senatus eſſe, hæredes
prædictos ad ſoluendum condemnare, oppoſita Vel-
leiani exceptione non obſtante, idquè potiſſimum
ex tribus.

5 Primò dato, ſed nunquam conceſſo,hæredes fuiſ-
ſe in probatis,quòd pecunia D.Beatrici ſoluta,in viri
vtilitatem verſa eſſet;ſicquè dici poſſe, D.Beatricem
pro viro interceſſiſſe, adhùc affirmandum, validam
fuiſſe illius obligationem,ob Regiam, quam mulier
obtinuit diſpenſationem. Nam quicquid in hoc ſibi
dixerit Reg.de Pont.*de poteſt. Proreg.tit.10.de decret.
Collateralis Conſilij ſuper obligatione rerum dotal.* in
dies practicamus, quæ deciſa fuerunt perès Dom.
de Franch *.deciſ.623.* adeò vt dici poſſit, conſuetu-
dinem fuiſſe inductam in S.C.ſic iudicandi, vt con-
ſtat ex tot deciſionibus per me relatis *lib.1. cap.276.*
vbi inter alias, quas retuli S.C.determinationes pro
ſatis notabile à Noſtratibus fuit habita, quæ conti-
git in cauſa Marchionis Corati, & ſucceſſiuè Sacri
Hoſpitalis A.G.P. huius Ciuitatis, illius hæredis,
cum D. Ioanna de Capua, hæc cùm in anno 1599.
cum inſolidum obligatione D. Octauij de Capua
eius viri tot ann.cenſus dicto Marchioni vendidiſſet
pro capitali pretio ducatorum 3000. conſtitit, apo-
cam,in qua fuit mandatum Banco, vt pecunia ſolue-
retur dictæ D.Ioannæ, fuiſſe per illam,vt vulgaritèr
dicitur giratam dicto eius viro, qui in proprios vſus
eam conuertit. Et quamuis à dicto anno 1599. vſ-
que ad annum 1614.D. Ioanna ann. introitus Mar-
chioni creditori promiſſos ſoluiſſet, conuenta de-
mum in Sac. Conſ. ex quo deinceps ſoluere recuſa-
bat, ampliſſimi ordinis exceptionem oppoſuit, ſed
compilato proceſſu, quia ſuper obligatione contra-
cta Regia fuit producta diſpenſatio, condemnata
remanſit, quicquid de huius diſpenſationis ſubre-
ptione opponeretur, Dicebatur enim, in ſupplica-
tione fuiſſe narratum, pro ſuis neceſſitatibus mulie-
rem ſe obligaſſe,& tamen contrarium conſtabat,quia
pro neceſſitatibus viri; etenim omni iure non fuit
ratio habita de hac falſa aſſertione, ex quo diſpen-
ſatio ſequi non poterat,ex eo, quòd mulier ſic aſſe-
6 ruerat; nullo enim iure, nec communi, nec Regni
huius, vt in principio indicaui, prohibetur, quin
mulier pro ſuis neceſſitatibus ſe obliget, ſed tantùm
nè intercedat; vndè ſi diſpenſatio ſuper principali
obligatione mulieris impetraretur,eſſet dicere, *Arma
virumque cano*,prout de aſſenſu Regio ſuper contra-
ctu, qui eo non indiget, impetrato loquuntur noſtri
Feudiſtæ,& omnium primus Andreas *in cap.1. §. ſed
nec alia iuſtior,poſt num.38.verſ. quia conſenſus domini
non neceſſariò impetratum, in titulo quæ ſit prima cauſa
beneſic. amittend.* Regens de Ponte *conſ.95. numer.8.
lib.1.* Regens Rouit.*deciſ.84.num.4.* Fuit enim con-
ceſſa diſpenſatio ex eo,quòd D. Ioanna in ſupplica-
tione aſſeruerat, cum inſolidum obligatione viri ſe
obligare velle, quæ quidem enarratio de iure impor-
tabat,ac ſi dixiſſet, quòd pro viro ſe obligare in-
tendebat;diximus enim in principio, quòd quando
mulier cum inſolidum obligatione viri ſe obligat,
ſiue quando vir pro vxore intercedit, niſi conſtat,
pecuniam fuiſſe verſam in vtilitatem vxoris præſu-
ſumitur color quæſitus; itavt verè vxor pro viro in-
tercedere dicatur, non autem vir pro vxore, ac pro-
indè dum ſuper hoc contractu petitur diſpenſatio,&
conceditur,eſtò millies, quòd mulier aſſerat, ſe pro
ſuis neceſſitatibus obligare velle, conceſſa intelli-
gitur ſuper interceſſione, quæ fit ad beneficium vi-
ri,non autem ſuper principali obligatione mulieris, 7
quæ nullum habet iuris impedimentum ad ſe pro
ſuo commodo obligandum, ſed tantùm ad alienam
ſuſcipiendam obligationem, hoc enim duntaxat ius
commune prohibuit, nè pro aliis intercedat; verum
quia promulgata lege illicò inuenitur & fraus, vt
mulieris obligatio valida eſſet, ſicque vt Senatus
Conſulti beneficium ceſſaret, procurabant contra-
hentes, vt huic exceptioni cum iuramento renuncia-
retur, quod fieri poſſe, ex Greg. Lopez *in l.4. tit.7.
part.6.* docet Reg. de Ponte *loc.cit. numer.33.* poſt
alios, quos citat Theſaur. *relata deciſ.222.* & latis
benè Troyſ.*in pragm.1.ante numer.7.de S.C. Vell* vbi
à *numer.6.* pluribus connumeratis caſibus, quibus
iure communi attento, mulieri Senatus Conſulti
beneficio non ſuccurritur; addit & alium, nempè
quando huic beneficio renunciaret, ſubdens, ita
communem practicam docere, ſumptam ex *text.* &
Gloſ.& quæ *ibi* habentur per DD. *in l. final.§. penult.
ff. ad S.C. Vell.* & quòd hæc ſit communis opinio, à
qua non eſt recedendum,affirmauit Scacc.*de ſentent.
& re iudic.gloſ.7.q.3.limit.4.n.207.* & noſter Præſ.de
Franch.*dec.478.n.4.*

At cùm renunciatio hæc in Regno, creſcente in 8
dies hominum malitia,frequentiſſima eſſet, neceſſe
fuit,Regiam promulgari ſanctionem, qua mediante
quælibet renuncia, etiam iurata prohibita fuit, &
caſu,quo de facto fieret,nullius roboris, & efficaciæ
eſſet, priuationis officij pœna Notariis huiuſmodi
interceſſiones ſtipulantibus impoſita, vt aduertit de
Franch. *loco cit.* Hoc ergò nouiſſimo iure attento,
impoſſibile eſt, vt poſſit mulier validè pro aliis in-
tercedere, niſi huiuſmet Regiæ ſanctionis obtinea-
tur diſpenſatio; ſublato enim obice, quem tribuit
Pragmatica impeditiuum renunciationis Velleiani,
fit locus communi DD. ſententiæ, vt mulier renun-
ciando exceptioni Velleiani liberè valeat alienam
ſuſcipere obligationem, id quod cùm in cauſa præ-
dicta concurreret, meritò pro hærede Marchionis
creditoris prodiit deciſio,patrocinante D.Io.Baptiſta
Iouino,tunc inter primarios S.C.cauſarum patrono,
nunc Regio Conſiliario digniſſimo.

Secundò,cum eodem erroneo præſuppoſito, quòd 9
pecunia D. Beatrici ſoluta in viri commodum ceſ-
ſerit, ex alio dicebam, Pauli Emilij iuſtitiam in tu-
to eſſe; in facto enim verum erat, mulierem ipſam,
quæ in anno 1613. annuos introitus vendidit, vſo
ad annum 1622. quo è viuis deceſſit, tertias credi-
tori ſuo punctualitèr ſoluiſſe, quæ quidem continua-
ta ſolutio ſat erat, de iure ad illam à beneficio Sen.
Conſ.excludendam, nam ſi dicamus, mulierem in-
terceſſiſſe pro viro,qui eodem obligationis anno de-
ceſſit, poterat certè illa à creditore ad ſoluendum
ſollicita,hac ſe tueri exceptione;vndè cùm continua-
tis temporibus ſoluere voluerit,neceſſariò dicendum,

primam

primam eius obligationem confirmaſſe, ſiue ratam
habuiſſe, & conſequenter ceſſat funditus S.C.bene-
ficium, hic eſt text. *in l. ſi mulier 22. C. ad S.C. Vell.*
vbi ſancitum eſt verbis expreſſis, quòd ſi mulier,
poſtquàm ſe pro alio obligauit, elapſo biennio cre-
ditorem noua obligatione, vel pignore cautum red-
deret, conuenta demùm S.C. beneficio non ſuccur-
ritur, *Sibi enim imputet, ſi quod ſæpiùs cogitare pote-
rat, & euitare, non fecit, ſed vltrà firmauit, videtur enim
ex huiuſmodi temporis prolixitate, non pro aliena obli-
gatione ſe alligare, ſed pro ſua cauſa aliquid agere*, ſunt
verba *text. in l. prædicta*, vbi Salyc. & Paul. de Caſtr.
huius diſpoſitionis reddunt rationem, nimirùm, quia
vbi mulier poſt lapſum biennij primam approbat in-
terceſſionem, iterùm promittendo, ſeu cauendo, vel
quoquo modo (nota) eam confirmando, cenſetur,
hoc ex magna deliberatione feciſſe, non ex fragili-
tate, ideò meritò tanto beneficio non iuuatur, ſicut
quando donat, vel patrimonium ſuum diminuit,
idémque faxi ſunt Ioan. Zanger. *in tract. de except.
part. 3. cap. 9. num.* 38. Petr. Gilken. *de præſcript par. 2.
membr. primo, cap. 4. nu.* 103. Petrus Auguſtinus Morla
in Emporio iuris, par. prima, tit. 3. quæſt. prima, num. 8.
& 13. Pancirol. *conſ. 44. n.* 10. Menoch. *de præſumpt.
lib. 3. præſumpt.* 21. *n.* 2. Maſcard. *de probatio. concl.* 1081.
n. 10. Molin. *de iuſt. & iur. tract. 2. diſp.* 540. *n.* 16. *verſ.
tertius*, Ant. Gomez. *in l.* 61. *Taur. num.* 1. *circa finem*,
Ant. Hering. *tract. de fideiuſ. cap. 7. n.* 448. & alij pe-
nès Barboſ. *in collect. ad d. l. ſi mulier*, id, quod fuit ſa-
tis, & benè ponderatum in cauſa D. Ioannæ de Ca-
pua, quæ ab anno 1599. vſq; ad annum 1614. annuos
introitus promiſſos Marchioni ſoluit; ſi ergo ſimplex
pignoris datio, aut primæuæ obligationis ratificatio,
elapſo tamen biennio ſequuta, Velleiani exceptio-
nem ceſſare facit, quaſi hoc ex magna delibeatio-
ne, non ex ſexus fragilitate fuerit actum, quid aſſe-
uerare cogebamur in caſu propoſito, in quo D. Bea-
trix elapſo biennio à die initæ obligationis, intra
quod tempus eius vir deceſſit, promiſſos introitus
quot annis vſque ad diem mortis ſoluit, nedum vi-
dua euaſa, ſed etiam iterùm alteri nupta; poſſet nè
ſtantibus his actibus longo temporis interuallo rei-
teratis maior huius Matronæ perſcrutari animi deli-
beratio, qua voluit creditori ſuo ſatisfacere? poſſet nè
potentior conſiderari initæ obligationis confirmatio?
Bellon. *conſ.* 15. *n.* 11. Surd. *cōſ.* 28. *n.* 21. & Rot. *dec.* 126.
n. 5. part. 2. in poſth. Farinac. vbi fuit dictum, per rece-
ptionem eorum, quę in tranſactione dari promittun-
tur, tranſactionem illam ratificatam cenſeri.

10 Tertiò, & tandem, vt in caſu, de quo agebatur
omnis ceſſaret dubietas, omniſque amaritudo, fuit
in facto deductum, mortua D. Beatrice, quia eius
hæres Don Thomas de Aquino ſolutionem annuo-
rum introituum ab eius Authrice promiſſorum con-
tinuare renitens erat, creditor in M. C. comparuit,
& ſolemni libello præfatum hæredem ad ſoluendum
in præteritum, & correſpondendum in futurum con-
demnari inſtitit, provt ſic viſis videndis diffinitiuo
decreto mandatum fuit, à qua ſic iuſta emanata or-
dinatione conuentus, nedum appellare non fuit au-
ſus, ita vt paſſus fuerit, ad rem iudicatam deueniri,
ſed potius, vt par erat, iniuncto mandato obtem-
perare decreuit, præteritos ſoluens introitus, & fu-
turos correſpondens; hoc in facto pro vero ſuppo-
ſito, quærebam Ego, quo ſuadente ſpiritu hic, qui
eſt hæres hæredis in oppoſita Velleiani exceptione
perſeuerabat, nonne omiſſis præcluſa eſt via vlte-
rius excipiendi? Opponebant Aduerſarij, exce-
ptionem hanc nunquam in iudicio contra D. Tho-
mam moto fuiſſe propoſitam, quæ cùm ſit admo-
dùm priuilegiata, adhùc poſt ſententiam opponi po-
teſt, provt eſt text. apertus *in l. tametſi ff. ad S.C. Ma-
ced.* quamuis regulariter omnis peremptoria exceptio
ante ſententiam ſit opponenda, ad text. *in l. 2. C. ſen-
tent. reſcindi non poſſe*, ſed reſpondebam, hoc verum
eſſe, quando mulier lata ſententia ad illius exequu-
tionem impediendam, & nè ſoluere ſit coacta, hanc
opponit exceptionem, in his enim terminis procedit
text. *in d. l. tametſi*, & quod dixit Bart. *in l. 1. n. 5. C. de
iuris, & facti ignor.* & nouiſſimis Scribentibus noſter
noſter Conſiliarius Carleual. *tract. de iudic. tom. 2. tit.
3. diſp. 17. n. 6. fol.* 165. At vbi condemnatoria ſenten-
tentia ex condemnatæ mulieris tolerantia facit tran- 11
ſitum in rem iudicatam, nullo iure cautum inueni-
mus, vt exceptio illa, quæ non fuit oppoſita, nec
ante, nec poſt ſententiam, poſſit demùm ea in rem
iudicatam tranſacta proponi, nunquam enim li-
tium eſſet finis, cùm poſſet quilibet condemnatoriam
paſſus ſententiam, omni tempore aduerſus rem iu-
dicatam inſurgere, ſic proponendo exceptionem
illam, quam aſſerit, nec ante, nec poſt ſententiam
propoſuiſſe, vnde meritò contrarium vtróque iure
cautum inuenimus, vt aduerſus rem iudicatam nil
noui opponi poſſit, de iure enim ciuili eſt *text.* ſatis
vulgatus *in l. ſub ſpecie*, vbi *gloſ. prima, C. de re iudic.* &
de iure canonico *in cap. inter monaſterium, extra eo-
dem*, vbi gloſ. *in verb. alioquin*, & *in verb. confirman-
tes* expreſſis verbis dicit, quòd tranſacta ſententia in
rem iudicatam, ſi reus in iudicio contra ipſum moto
aliquam omiſit opponere exceptionem, & hæc ſiue
ſcienter, ſiue ignoranter, de cætero eam opponere
volens, non auditur, idémque Rota *deciſ. 92. num. 9.* 12
tom 3. in collect. per Rubeum, quicquid ſibi dixerit
Specul. qui in hac re allucicinatus volens *in tit. de ex-
ceptio. & replicat. §. 3. num. 14. tom 2.* nouem referre
caſus, in quibus poſt ſententiam in rem iudicatam
tranſactam peremptoria exceptio opponi poteſt,
iam Macedoniani, & Velleiani connumerauit, alle-
gando text. *in d. l. tametſi*, & *in l. quamuis, §. 1. ff. ad S.C.
Velleia.* quæ iura hæc probare nullo pacto affirmari
poteſt, cùm tantùm in illis fuerit ſancitum, vt filiuſ-
fam. qui mutuo accepit pecuniam, & mulier, quæ
alienam ſuſcepit obligationem, poſtquam fuerint
condemnati, valeant Macedoniani, & Velleiani op-
ponere exceptionem, dùm igitur *Iuriſconſultus* in
vtroque *text.* hoc verbo *condemnati* vſus fuerit, certè
non niſi de ſimplici ſententia condemnatoria ſentire
potuit, non autem de ſententia, quæ fecit tranſitum
in rem iudicatam, nam ſi de iſta ſentire voluiſſet,
vtiquè expreſſiſſet, ſatis namque differt ſententia,
ſiue res iudicata, quæ ſecundùm Marantam *loco in-* 13
fra citando largo modo pro ſententia accipitur, à ſen-
tentia, quæ fecit tranſitum in rem iudicatam, ſen-
tentia enim, ſiue res iudicata propriè eſt illa, quæ
controuerſiæ per abſolutionem, vel condemnatio-
nem finem imponit, *l. 1. ff. de re iudic. l. litigatoribus*,
& ibi Gloſ. & Bart. *C. de appell.* Iaſ. *in l. & poſt rem ff.
de tranſact.* ſed appellationi ſubiacet, ſententia au-
tem, quæ fecit tranſitum in rem iudicatam dicitur
illa, quæ pro veritate accipitur, & pro lege habe-
tur, *l. res iudicata. ff. de regul. iur.* contingit, quando
infra decem dies ab ea non fuerit appellatum, *auth.
hodie, C. de appell. cap. quoad conſultationem, extra de
ſent. & re iudic.* idémque quando fuit appellatum, ſed
appellatio fuit deſerta, ex quo appellans eam infra
legitima tempora non fuit proſequutus, *authen. ei,
qui, C. de temp. appel.* & habetur *in Conſt. Regni Ap-
pellationum tempora*, eſtque tantæ authoritatis, ſecun-
dùm Iaſ. *in l. Iulianus la 2. ff. condit. indeb. &* Marant.
in prax. par. 6. in verb. & demùm fertur ſententia, n. 129.
fol. mihi 470. quòd facit de non ente ens, de vero
falſum, & de albo nigrum; ſi ergò huius importan-

tiæ eſt ſententia in rem iudicatam tranſacta, conſequens eſt dicere, quòd ſi expreſsè lege, vel ſtatuto cautum non reperitur, vt aduerſus illam poſſit exceptio aliqua proponi, ſatis à iuris tramitibus erraret, qui exceptionem aliquam opponere vellet, poſtquam ſententia in rem iudicatam tranſitum fecerit. Quare his omnibus ſemel, atque iterum in aula S. Conſilij per me exaratis ſub diebus 10. Martij, & 22. Maij inſtantis anni 1649. prodiit geminata determinatio pro Cliente, referente Nobiliſſimo, ac Integerrimo Regio Conſiliario D. Iulio Maſtrillo, digniſſimo Mariliani Duce, penès Solatium actorum Magiſtrum.

SVMMARIVM.

1 *Mulier non iuuatur Velleiano, vbi ſe pro aliqua dotanda obligauerit, & idem pro dote reſtituenda*, n.2.

3 *Mulier virum habens, ſi eo inſcio pro aliqua dotanda ſe obligauerit, an die ſolutionis cedente poſſit exequi ſuper bonis dotalibus*, & num.9.

Et quid ſuper bonis extra dotem, & n.11.

4 *Mulier coniugata triplicis generis bona habet*, & n.8.

5 *Bona paraſernalia mulieris quæ ſint, & an in illis vir habeat adminiſtrationem.*

6 *Bona viri ſunt tacitè obligata vxori pro adminiſtratione bonorum paraſernalium.*

7 *Maritus an bonorum paraſernalium fructus ſuos faciat.*

10 *Bona dotalia nùm conſtante matrimonio exequi poſſint pro delicto vxoris.*

12 *Maritus in bonis extra dotem nullam habet adminiſtrationem.*

13 *Text.* in l. maritus, C. de procur. *&* in l. cùm maritum, C. de ſolutio. *declarantur.*

ARGVMENTVM.

Velleiani Senatus conſulti beneficio cùm locus non ſit, quoties pro aliqua dotanda Mulier ſe obligauit nùm adhuc validè obligata cenſeatur, ſi abſque eius viri conſenſu ſe obligauit, ita vt die ſolutionis cedente, ipſáque ad dotem ſoluendam obligata ſoluere recuſante, poſſit ille, cui fuit dos promiſſa, ſuper bonis dotalibus, & extra dotem obligatæ mulieris exequi facere. Mulier coniugata quæ bona vltra dotem habere dicatur, & an in illis vir habeat adminiſtrationem, & de aliis ad materiam pertinentibus.

CAPVT CCXXXVII.

Velleiani Senatus Conſulti beneficium prorſus ceſſare, vbi mulier pro aliqua dotanda ſe obligauerit, cautum eſt verbis expreſſis *in l. ſi dotare, & l. fin. C. ad Senatuſcon. Velleia.* Præſ. Fab. *diff.* 14. *eod. tit.* vbi ſatis notanter hoc indubitatum axioma, ita demùm procedere dicit, quoties mulier pro dote ſe obligauerit, matrimonio adhuc non contracto, quia ſecus ſi poſt contractum matrimonium eius obligatio interuenerit, licèt enim nihil vetet, conſtante matrimonio dotem & augeri, & conſtitui, locus tamen erit Velleiani exceptioni, rationem ſubdens per hæc verba, *Quia nec tantus eſſe debeat fauor dotis, quæ contrahendo matrimonio cauſam non dederit, nec dicere poſſit maritus, ſe deceptum, qui antequã mulier quicquam promitteret, iam duxerat vxorem.* 1

Eſt etiam certum, concluſionem, vt ſuprà firmatam, vt mulier Velleiani exceptione non ſuccurratur, quando dotem pro aliqua puella in matrimonium collocata promiſerit, procedere etiam, quando pro dotis reſtitutione ſe obligauerit, idquè ex identitate, ſiue maioritate rationis, quamuis iura de dotis promiſſione loquantur, vt ſatis notántet dixit Bald. Nouel. *tract. de dot. par.* 6. *priuileg.* 12. *&* 57. & Greg. Lopez. *in l.* 3. *in verb. dare, tit.* 12. *p.* 5. & fuit per Sacrum Conſilium deciſum hodie 12. Iulij 1618. in cauſa Fauſtinæ Gamboæ, dotis, & antefati reſtitutionem petentis, cum hæredibus quondam Antonij, & Cæſaris Marzati viri, & ſoceri, Lucretia Genuenſe ſocru, ac aliis de Sirſale, vbi principaliter fuit determinatũ in terminis *Conſuetudinis* huius Ciuitatis, quæ incipit *Si pater, & Mater, ſub tit. de patre recipien. dot. ſimul cum vxore, & filio, &c.* poſſe nurum pro recuperatione dotis, & antefati, ſocero non exiſtente ſoluendo, agere contra ſocrum ad dotis. & antefati reſtitutionem, inſimul cum eius viro obligatam, contra Napod. *in Conſuet.* prædicta, *in verb. ſoluendo*, vbi allegat iura, quæ eius dictum non probant, Commiſſarius extitit Dominus Conſiliarius de Franchis penès de Scacciauento S.C. act. Mag. 2

Sed quæſtio inſurgit, quid dicendum, vbi mulier virum habens, eo inſcio dotem pro aliqua promiſerit, an die ſolutionis cedente, poſſit ille, cui dos fuit promiſſa, aduerſus mulierem promittentem agendo, exequi facere ſuper eius bonis dotalibus, & extra dotem. 3

In facto præſupponebatur, mulierem hanc habuiſſe bona dotalia, eius viro in dotem aſſignata, nec non certum debitoris nomen, quod extra dotem tenebat, cúmque ille, cui dos fuerat promiſſa, non tam ſuper bonis dotalibus, quàm etiam extra dotem, pro eius crediti conſequutione agere vellet, duos inuenit ſcopulos, alterum viri mulieris promittentis, de promiſſione pœnitùs inſcij, aſſerentis, ſuper eius dote moleſtari eum non poſſe, alterum verò nominis debitoris, quod erat extra dotem, de ſatisfactione mulieris creditricis viro facta opponentis, vndè quo pacto huic viro, cui dos fuit à muliere promiſſa conſulendum eſſet, dubitari contigit.

Pro cuius indagationis reſolutione illud ante omnia ſupponendum eſt, mulierem coniugatam triplicis generis bona habere, ſecundùm Doctores communiter *in l. maritus, C. de procurat. & l. fin. C. de pact. conu. ſuper dot.* & per Vrſil. *deciſ.* 44. *nu.* 3. Gayl. *pract. obſer. lib.* 1. *obſer.* 133. Primò enim habet dotem, & illa eſt in dominio mariti, adeò quod pro ea vindicanda, 4

canda, nullatenus vxori competat actio, ſed viro conſtante matrimonio, *l. doce ancillam, C. de rei vend.*

5 Secundò, mulier dicitur habere bona paraferna-lia, & illa dicuntur, quæ extra dotem tenet, marito in cuſtodiam tradita, in his enim vir adminiſtrationem habere dicitur, & pro his bonis abſquè vxoris mandato agere poteſt, iuxta text. *in l. fin. C. de pact. conuen. ſuper dot.* Gratia. *diſcept. forenſ. c.* 514. *n.* 24. quod intellige, vxore conſentiente, quia ſi ea prohibente nullam in bonis parafernalibus virum habere adminiſtrationem, dicendum eſt ex text. *in l. hac lege, C. de pact. conuen. ſuper dot.* in tantùm, quòd conſtante matrimonio ad omne ipſius libitum poteſt vxor bona hæc à viro vendicare, Bald. *in l. vbi adhuc, C. de iur. dot.* cùm poſſit de illis omni tempore diſponere, Alex. *conſ.* 144. *lib.* 5. debet tamen mulier, quando bona illa marito tradit, expreſsè aſſerere, quòd ſunt extra dotem, illáque in cuſtodiam, & non aliter ipſi viro tribuit, aliàs omnia in dotem cenſeri data, eſt aſſerendum, Surd. *conſ.* 94. *vol.* 1. *&* 397. *vol.* 3. Dec *conſ.* 521.
6 ante *n.* 11. *verſ. ſupereſt reſpondere*, ſuntquè bona viri pro bonorum parefernalium adminiſtratione tacitè vxori obligata, *d. l. fin. C. de pact. conuen. ſuper dot.* nec alio in his mulier fruitur priuilegio, vt per DD. *ibi*,
7 an autem maritus bonorum parafernalium fructus ſuos faciat, vide Dec. *loco cit. n.* 4. poſt Bart. *in l. penul. ff. ad leg. fal.* & nouiſſimè videndi ſunt Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 9. & Fontanel. *de pac. nupt. tom.* 2. *clauſ.* 6. *gloſ.* 1. *par.* 7. *fol. mihi* 456.

8 Tertium genus bonorum, quod mulier habere dicitur, eſt illarum rerum, quæ in dotem non dedit, nec ea marito in adminiſtrationem, nec tacitè, nec expreſsè tradit, ſed ipſa ſeparatim habet, regit, & adminiſtrat, in his enim nullum ius habet maritus, ita vt pro illis, abſque vxoris mandato agere non poſſit, præterquàm cum cautione de rato, *l. maritus. C. de procur.* qui *text.* ita intelligi debet, vt per Doctores *ibi*, & text. *in d. l. fin.* intelligendus eſt de bonis parafrenalibus, pro quibus, vt diximus, poteſt agere abſque mandato, nec mirum, cùm illa traditio, & adminiſtrationis commendatio, citra omne dubium loco ſufficientia mandati habere dicatur, ergò ſecus dicendum eſt, vbi nulla interuenit traditio, nam cùm in illis nihil ſit marito commiſſum, non eſt dubitandum, quòd mandato eget vxoris, & ita leges prædictas intelligendas, & conciliandas eſſe aduertunt Doctores *ibi*, & ex recentioribus Ant. Gomez. *ad ll. Taur. l.* 50. *n.* 20. *verſ. item adde, quòd vxor*, & *verſ tertiò poteſt habere*, & ſatis notanter Fontanell. *loco iam dicto, n.* 55. vbi poſt *num. ſeq.* per illum Senatum deciſum reperiſſe teſtatur, nulliter factam fuiſſe exequutionem ad inſtantiam mariti, citra vxoris mãdatum, & cautionem de rato, pro penſionibus cuiuſdam Violarij, quod cõſtante matrimonio vxori ex quadam ſucceſſione aduenerat, nec viro tradiderat, & pro motiuo, vt ipſe ait, ſumptum fuiſſe, cùm in his non poterat maritus agere, ſine vxoris conſenſu.

9 His ſic præcognitis, propoſitæ quæſtionis patet reſolutio, nam ſi iſte, cui dos fuit à muliere promiſſa, abſque eius viri conſenſu vult ſuper bonis dotalibus agere, & non poterit, cùm ei obligata non ſint, etenim mulier conſtante matrimonio in viri præiudiciũ, qui dotis habet dominium, bona dotalia obligare haud poterat, & proindè vir ſuper illis moleſtari non poteſt, prout eum in caſu forſan maioris conſiderationis moleſtandum non eſſe de anno 1616. 5. die Februarij decidit *Senatus Pedem.* nàm cùm quędam mu-
10 lier conſtante matrimonio pro delicto per eam patrato in certa ſumma, ad partis læſæ beneficium pro ſuis damnis, & intereſſe, & Fiſci pro pœna condemnata eſſet, volentes demùm, & Pars offenſa, & Fiſcus ſuper bonis dotalibus agere, & de prælatione inter ſe pugnantes, fuit vterque excluſus, & deciſum, non eſſe virum ſuper pecunia dotali moleſtandum, quia pecunia illa erat priuilegiata pro oneribus matrimonij ſuſtinendis, ac etiam filiis pro alimentis ius ſpectabat, verùm ſi alia adfuiſſent bona extra dotalia, ſuper illis procedendum eſſe, ita tamen, quòd pars offenſa pro ſuo intereſſe ſemper Fiſco præferri deberet, teſtatur Theſ. filius *quæſt. forenſ. lib.* 4. *qu.* 3. idem in caſu noſtro, quo enim pacto poteſt mulier conſtante matrimonio delinquendo, vel contrahendo, in viri præiudicium dotis conditionem facere deteriorem?

Videndum igitur reſtat, an poſſit huic eſſe conſultum ſuper nomine debitoris, quod mulier extra dotem tenebat, & de quo maritus nullam habebat adminiſtrationem? & citra omne dubium cenſerem, quòd ſic, nullam habendo rationem de oppoſita ſatisfactione viro facta, nam cùm, vt ſuprà fundauimus, in bonis extra dotem nullam habeat maritus adminiſtrationem abſque vxoris mandato, & hoc debitoris nomen erat extra dotem, dùm mulieris debitor viro ſoluit, malè ſoluiſſe cenſetur, & quemadmodùm potuiſſet mulier non obſtante ſatisfactione eius viro facta, aduerſus eius debitorem agere, ex *tex.* ad literam *in l. cùm maritum, C. de ſolut.* de quo meminit Caſſane. *in Conſuet. Burgund. rubr.* 4. §. 5. *num.* 48. ita & ipſius mulieris creditor. 11 12

Nec dices, text. *in d. l. cùm maritum* quodammodò aduerſari text. *in d. l. maritus, C. de procurat.* vbi in bonis extra dotem permittitur viro agere, etiam abſque mandato, dummodò præſtet cautionem de rato, quia non per hoc ſequitur, quòd poſſit exigere, ſecundùm Bal. *in l. ſoluendo, n.* 2. *ff. de negot. geſt.* vbi citando text. *in d. l. cùm maritum*, inquit, quòd licèt coniuncta perſona poſſit agere, non tamen poteſt exigere, & remittit ſe ad dicta *in l. ſi autem, C. eod. tit.* vbi ex Iacob. de Aren. dicit, quòd licèt non poſſit agere, vt ſibi ſoluatur, poteſt tamen agere, vt deponatur, quod menti tenendum eſſe commendat, verùm ſi vrbaniùs agendo, vellet hic, cui dos fuit promiſſa, mulieris promittentis virum conuenire, vti vxoris pecuniæ exactorem, benè ad eius electionem id peragere poſſet. 13

SVMMARIVM

1 *Mulier pro alio intercedens non obligatur, ſecus vbi rem ſuam donauerit.*

2 *Mulier ſi donauerit alicui hæreditatem ſibi delatam, idque cum ſcriptura priuata, nùm donationi ſtare compellatur*, & n. 6. 10. & 11.

3 *Mulier in Regno etiam cum iuramento nulliter contrahit.*

4 *Inſtrumentum publicum requiritur, ad hoc vt mulier validè ſe obliget in illis caſibus, in quibus ſe obligare poteſt.*

5 *Donatio facta à muliere ſi incæperit à promiſſione, an ſubſiſtat*, & n. 12.

7 Pragm. 1. de Senatuſconſ. Velle. *de donationis contractu non loquitur.*

8 *Intellectus* text. in l. antiquæ, §. fin. C. ad S.C. Vell. *&* n. 9.

12 *Stipulatio an requiratur in donatione.*

13 *Ceſſio idem operatur in rebus incorporalibus, quàm traditio in corporalibus.*

14 *Text.*

14 *Text.* in l.ſed ſi ego, ff.ad S.C.Velle. *quomodo procedat.*

ARGVMENTVM.

Velleiani beneficio nùm locus ſit, vbi mulier per ſcripturam priuatam hęreditatem ſibi delatam alicui ceſſerit, vel dicendum eſt,eſſe illam omninò cogendam ad ceſſioni factæ perſiſtendum. Obligatio mulieris an ſubſiſtat, quando facta non apparet per publicum documentum, & de aliis ad intellectum text. *in l. antiquæ, §.fin.C.ad S.C. Velleian.* & *in l. ſed ſi ego ff.eod*

CAPVT CCXXXVIII.

1 VELLEIANI S.C. beneficio certum eſt,quòd ſit locus,quoties mulier pro alio interceſſerit, alienam ſuſceperit obligationem, hic eſt text. *in l.1.ff.& C. ad S. C. Velleian.* at ſecus ſi rem propriam alteri donauerit, quia tunc legitimè eam contraxiſſe deciditur, *in l. ſed ſi ego, ff. eodem tit.*

2 Sed de illo hoc anno 1628. diſputari contigit in Sacro Conſilio Regni huius in cauſa vertente inter Zenobiam de Auitabile,& Hippolytam de Iaſio, ac Ioſephum Puoti coniuges,nimirum an donatio, ſiue ceſſio cuiuſdam hæreditatis dictæ Zenobiæ delatæ, per eandem contemplatione matrimonij dictis coniugibus per Albaranum facta, cum promiſſione de illam ratificando per inſtrumentum publicum infra menſes ſex,valida cenſenda eſſet,dùm præfati coniuges inſtantes in Sacro Conſilio, declarari, hæreditatem ceſſam,& donatam ad eos ſpectare in vim dictæ donationis, prædicta Zenobia ſe oppoſuerat de illius inualiditate,aſſerendo, eam reuocaſſe,ac proindè beneficio Senatuſconſulti iuuari, idque ex pluribus.

3 Primò, cùm nulliter mulier illa contraxerat, nedum de iure communi, verùm etiam Regni, per *pragm.1. ſub tit. de S. C. Velleian.* per quam expreſsè ſtatutum eſſe dicebatur, mulieres etiam cum iuramento nulliter contrahere.

4 Secundò, quia donatio non erat facta interueniente perſona publica, quo caſu expreſsè ſtatutum eſt,in illis caſibus, in quibus mulier efficaciter obligatur,illius obligationem non valere,niſi inſtrumento publicè confecto,& à tribus teſtibus ſubſignato, ſunt verba text. *in l. antiqua,§.fin.C.ad S.C.Velleian.l. ſi dotare*,vbi Bal.*eod.tit.*ſed in caſu, de quo agebatur, erat confecta donatio per Albaranum, & ſic priuatè, ergò.

5 Tertiò, quia etſi facta fuiſſet per publicum inſtrumentum,adhuc nullius cenſeri roboris,& momenti, cùm incœperat donatio à promiſſione,non autem à traditione,quo caſu dicebatur,ex doctrina Aret.quem citat D.de Franch.*dec.279.n.3.* donationem per mulierem factam non ſubſiſtere,ſed ita demùm,ſi à traditione intercæperit.

His tamen non obſtantibus, contrariam ſententiam veriorem eſſe exiſtimaui, vt nimirùm talis donatio omni iure ſubſiſtat,ob particularem deciſionē text.*in d.l.ſed ſi ego*,qua expreſsè ſtatutum eſt,ceſſare Senatuſconſultum, vbi mulier donat,ſed tantùm illi locum eſſe,cùm mulieres ſe pro aliis obligent,vel intercedant,ſed in caſu propoſito horum neutrum conſiderabatur,ſed tantùm ſimplex donatio,ergò. 6

Ad contraria reſpondi,& primò ad illud, quod dicebatur,obſtare *pragm.1.de S.C.Velleian.* dixi,nullibi in ea legi,mulieri prohibitum eſſe donare,ſed tantùm pro aliis ſe obligare,quod longè diſtat vnum ab alio, vt annuit text. *in d.l.ſed ſi ego,in fine*,ibi,*hoc ideò,quia facilius ſe mulier obligat,quàm alicui donat*, ergò circa hoc de iure Regni nihil diſpoſitum habemus,& proindè, iuris communis diſpoſitionem in ſuo robore permanere, quo cautum eſt, mulieres rectè donare, nec ampliſſimo ordini locum eſſe. 7

Ad ſecundum, quod dicebatur de inualiditate donationis, quia non interuenerat perſona publica, ad tex. *in d.l.antiqua,§.fin.*& *l.ſi dotare*,vbi Bal.dixit *tex.* illum ad caſum noſtrum allegari non poſſe, id quod vt intelligatur,rogo,aduertendum eſſe,regulam ſe habere, mulierem ſe obligando, eius obligationem nullius eſſe efficaciæ,hæc regula plures habuit à iure limitationes; ſunt enim aliqui caſus, in quibus mulier efficaciter obligatur,de quibus per gloſ. *in d l.1. ad S.C Velleian.in verb. nè pro illo*,& per Aret *in §.item ſi.n.31.I.ſtit.de exceptio.* ſtatuit tamen lex, vt in illis obligatio non valeat, niſi interueniente perſona publica,& tribus teſtibus in obligatione ſubſcriptis, vt *in d.§.fin.*& *in d.l.ſi dotare*,vbi dicit Bal.per illum tex. mulierem dotē pro alio promittendo efficaciter obligari, ſed caue, inquit, quia hoc intelligitur, interueniente perſona publica, ſed ſi non interuenit, dic vt *in d.l.antiqua, §.fin.* in tantùm, quòd quoties mulier iure permittente poteſt ſe obligare, intelligitur cum requiſitis iam dictis,& ita Martinus antiquus gloſſator text. illum intellexit. 8

Sed certè hunc intellectum communiter Doctores damnarunt,vt nimirùm tex.*in d.§ fin.*nullatenus procedat in caſibus, vbi mulier efficaciter obligatur,ſed tantùm in illis,vbi iuuatur mulier Velleiano, & fuit originalis intellectus Bulgari,quem ſequitur gloſ.*ibi*, dicens,quòd in iſtis caſibus, vbi habet locum Velleianum,datur forma hæc,quæ ſi ſeruata non ſit, corruit actus ipſo iure, ſi verò ſeruata ſit, tunc iuuatur etiam mulier Velleiano,ſed ope exceptionis, ſic gloſ. exploſa Martini opinione tenet *in d.§. fin. in verb. nè autem,in finalib. verbis*, ibi, *prima opinio verior eſt*,ſequitur Bart.qui ſic ſummat text.illum, & latius Bal. *ibi*,qui apertè dicit,mulierem intercedentem,non ſeruata illa forma, ipſo iure non teneri, cum illa verò forma,ope exceptionis poſſe liberari, & iuuari,quod etiam obſeruauit Theſ.*dec.222.n.1.* vbi apertè dicit, beneficium Velleiani fuiſſe introductum in fauorem mulierum,ſed ope exceptionis, ex *l.2.§.verba,ff.ad S. C.Velleia.*at pinguius remedium eſt proditum à Iuſtiniano *in l.antiquæ.§.fin.C.eod.*vbi diſponitur,quòd mulier,quæ pro alio promittit, ipſo iure non obligatur, niſi promiſſio fiat mediante inſtrumento, trino teſte ſignato,& hoc latiſſimè defendit Gutier.*de iuram.confirm.c.20.n.6.& 7.* vbi latè defendit intellectum Bulgari,& poſt gloſ. Cyn.Bart.& Bal.dicit, id eſſe veriſſimum, ponderando, & tranſcribendo verba text. 9

Sed ſit qualiſcunque intellectus, dico modò Ego, hæc ad caſum noſtrū non eſſe applicabilia,non enim agimus de mulieris interceſſione,ſiue obligatione,de quibus text.*in d.§.fin.*loquitur,ſed tantùm, an donatio à muliere facta valida ſit,vbi aliud non quærimus, niſi mulieris conſenſum, ad donandum ſufficientem, 10

ſecus

ſecus in obligatione, in qua ideò tantam ſolemnitatem adhiberi ſtatutum eſt, dicit Bal. quia non ita de facili decipitur mulier interuentu Tabellionis, & teſtium, ſicut per priuatam ſcripturam, ad quam faciliùs induceretur, hæc ratio ceſſat in donatione, nunquàm enim mulier in donatione decipi poteſt, quia cum de genere auariſſimo ſit, nunquàm donat, niſi omnimodò eius voluntate, & animi liberalitate con-
11 currente, quare videndum reſtat, ſi de iure donatio facta in Albarano perfecta iudicetur, an verò ſtipulatio requirebatur, & dico, quòd perfectiſſima fuit, nec aliter ſtipulationem requiri, vt in terminis decidit Card. Mant. *lib. 13. de tacit. & ambig. conuent. tit. 3. n. 7.* per hæc verba. *Ex eo autem, quòd donatio ſimplex præſertim hodie ſit contractus nominatus, eleganter deducitur, quòd ex pœnitentia non poſſit reuocari, etiam ſi non ſit vallata traditione, vel ſtipulatione, ſed nudo tantùm pacto conuenerit, quia tale pactum à lege Iuſtiniani roboratur, & promiſſori neceſſitas imponitur ad tradendum, d. l. ſi quis argentum, §. vlt. C. de donat. &c.* in tantum, quòd citra omne dubium concludi poteſt, donationē in Albarano factam, à donatariis acceptatam perfectiſſimam fuiſſe, nec aliter ſtipulatione indiguiſſe.

12 Ad tertium, quod dicebatur, donationem initium ſumpſiſſe à promiſſione, hoc in facto negabatur, cùm expreſſis verbis fuerat facta donatio, nec aliter traditionem, ſiue numerationem in illo donationis actu requiri, cùm quid tradi, vel numerari non extabat, ſed tantùm fuit facta ceſſio hæreditatis delatæ, & proindè aliud non requirebatur pro donatione magis per-
13 fectionanda, id enim operatur ceſſio in rebus incorporalibus, quàm traditio in corporalibus, ad notata per Bart. & DD. *in l. penult. ff. de ſeruit.* Salernit. *deciſ. 35. n. 4.* Oſalc. *dec. 51. num. 5.* Thomat. *dec. 29. n. 25.* licèt verum putem, text. *in d. l. ſed ſi ego* ità demùm procedere, ſi donatio quæ à muliere fit, à traditione, ſiue numeratione incœperit, ſecùs verò ſi à promiſſione, ita vt ſi mulier centum mihi donaret, numerandos, ſiue ſoluendos in fine anni, ceſſo iam die, ſi contra illam agam pro centum donata conſequenda, poſſe Velleiani exceptionem opponere, cùm ab obligatione donatio incæperit, in quam facilius quis
14 incurrit, licèt animo donandi, quàm quando numerat, id colligi videtur ex litera *d. l. ſed ſi ego*, quæ de numeratione tantùm loquitur, Aret. *ibidem, in 3. notab.* Paul. de Caſtro *in l. ſed ſi eum, n. 2. ff. eodem.* vbi dicit hæc verba, *Tertius caſus ponitur in fine l. ſed ſi ego, quòd quando mulier incœperit à ſolutione, non promiſſione pro alio, nam ad promittēdum faciles ſunt, non ſic ad ſoluendum, ideò in primo caſu non ſubuenitur, ei in ſecundo ſic, &c.* Salyc. *in l. 1. n. 3. C. ad S. C. Velleia.* Ang. Aret. *in §. item ſi, n. 45. Inſtit. de except.* D. de Franch. *deciſ. 279. num. 3.* Amendol. *in addition. ad eundem deciſ. 182. num. 8.* & cœteri omnes.

SVMMARIVM.

1 *Caſus proponitur.*

2 *Contractus promiſſionis emendi, & vendendi ſub conditione initus, an dicatur perfectus,* & n. 5.

3 *Promiſſio de vendendo, & emendo, certo expreſſo pretio, an ſit venditio,* & n. 4.

6 *Text.* in l. neceſſariò, ff. de pericul. & commodo rei vend. *explicatur.*

7 *Periculum rei venditæ ſub conditione, cuius ſit purificata conditione.* & n. 8. & 11.

8 *Tempus contractus eſt inſpiciendum, an ſit ceſſio in contractu, & quid ſi ſub conditione ſit initus, ibidem, ſiue illius exequutio in futurum protracta,* & n. 9. & 12.

10 *Periculum rei venditæ an ſit emptoris, quando emptor non eſt in mora, quominus res ipſa tradatur.*

13 *Res empta ſub conditione, ſi ea pendente incrementum receperit, cuius illud ſit,* & num. 14.

ARGVMENTVM.

Venditione facta rei cum pacto de retrouendendo, infra certum tempus exercendo, ſi demùm emptor eandem rem pro eodem pretio liberè vendere promiſerit, dummodò infra tempus ad redimendum præſcriptum primus venditor nonreemerit, caſu contingente, quòd non fuerit ſequuta reemptio, & hoc tempore pendente res ſit deteriorata, cuius nam periculo cedat deterioratio, venditoris nimirùm, vel emptoris. Vendita re in diem pro pretio ſoluendo, die illa adueniente, ſi hoc medio tempore res illa augmentum receperit, cuius nam illud ſit, venditoris, vel emptoris, & de aliis notabilibus.

CAPVT CCXXXIX.

VENDITA re cum pacto de retrouendendo, infra certum tempus exercendo, ſi demùm emptor pro eodemmet pretio, quo emit eandem rem alteri liberè vendere promiſerit, ſub ea tamen lege, ſi infra tempus ad redimendum præſcriptū non fuerit ſequuta reemptio, ſicquè in caſu, quo res illa penès emptorem libera remaneret, dubitatur, ſi primus venditor infra tempus præſcriptum non reemerit, adeo quòd ſecundus contractus promiſſionis vendendi, & emendi in ſuo robore & firmitate remanſerit, núm ſi res illa vendi promiſſa, eo luitionis pendente tempore fuerit in aliquo deteriorata, cedat deterioratio in damnum illius, qui vendere promiſit, vel potius illius, qui emere pollicitus eſt? 1

Pro huius dubij reſolutione ſuppono. Primò pro indubitato, contractum prædictū promiſſionis emendi, & vendendi, quamuis ſub conditione initum, fuiſſe, & eſſe ex omni ſui parte perfectum, vt ex gl. & Hoſtienſ. probat Afflict. *dec. 280. n. 3. & 4.* proprieque illum dici, & nominari venditionis, & emptionis, cùm receptiſſimum ſit, promiſſionem de vendendo, & emendo certo expreſſo pretio, ad circuitum euitandum, certam, veram, & perfectam venditionem eſſe, & ex ea agi poſſe, probant concluſionem hanc Rubeus Alex. *conſ. 39.* & ex Noſtratibus Cæſar. Vrſil. 2 3

in

in additio.ad Affl.deciſ.6 1.*n.*3. Vinc.de Franch. *deciſ.* 346.*n.*4. P.Molfeſ. *ad Conſuet. Neapolit.tit.de renunciat.qu.*11.*nu.*22. Francisc. Vinius *commun. opin.lib.* 5. *opinio.*1025 *n.*3. vbi de communi teſtatur . Ego ipſe *lib.*1.*c.*298. *n.*6. & alij , qui huius ſententiæ laudant in authorem Io.Andr.*in addit o.ad Specul. in rubr.de obligation. & ſolutio.* vbi dicit , quòd ſi promitto me obligaturum in decem erga te , ad circuitum euitandum poſſim cogi ad illa decem præſtanda priusquàm me obligauerim, id, quod pariter amplexi ſunt Alex. Iaſon.Socin. & Purpur. *in l.cùm fundus, §.ſeruus tuus imprudens, ff.ſi cert. pet.* Vincentius de Franch. *deciſ.* 574. Io. Andr.de Georg. *alleg.*45.*nu.*27.& alij penès Cartar. *deciſ. Rot. Genua* 29. *nu.*12. & quamuis non
4 ignorem , quamplures concluſioni prædictæ contradixiſſe,exiſtimantes,aliud eſſe promiſſionem de vendendo,& emendo,& aliud venditionem , & emptionem ipſam , ex eo , quòd factum regulariter à facti promiſſione diſtinguitur, provt videre eſt apud DD. quos citant Theſ.*deciſ.*253.& Cæſar.Barz.*deciſ.*111. *n.*1.attamen omnes hi contrariæ opinionis fautores, nemine excepto, affirmant , vt quando qui vendere, vel emere promiſit, velit à promiſſione recedere, tenetur ad intereſſe ei, qui contractum exequi eſt paratus , ita Alex. & alij penès Riminal. Iun. *conſ.*51. *n.*13 Laderchius *conſ.*84.*n.*6. Burſat. *conſ.*100.*nu.*38. Barz.*loco cit.n.*5. Magon. *deciſ.Lucenſ.*95.*à n.*2. *ad* 5.
5 Suppoſito hoc , ad rem deueniendo , cùm attenta facti ſpecie,promiſſio illa emendi,& vendendi,altrinſecus ſequuta, ſub conditione facta videatur , nimirùm ſi res vendita à luitionis nexu liberari contingeret,diſtinguendo reſpondet Iuriſconſultus in vulgata
6 *l.neceſſariò,ff.de periculo,& commodo rei vend.*aut enim conditione pendente, quæ demùm extitit purificata, res vendita,ſiue vendi promiſſa eſt perempta,& venditoris eſt periculum, ratio à Doctoribus *ibi* aſſignatur,& ab Antonio Gomezio *var. reſolut. in tit.de emptio.& venditio.ante n.*33.*verſ.item prædicta*,quia cùm res tempore exiſtentis cõditionis non reperiatur,non eſt,in quo fundetur venditio,ſicque cùm perfici non poſſit , quia deficit extremum neceſſarium , pro non facta habetur; aut verò res illa vendita non eſt aliter perempta,ſed deteriorata,& tunc,quia res extat,licèt deteriorata,emptoris erit periculum,ibi in text.*ſanè ſi res extat ,licèt deterior effecta, poteſt dici , damnum eſſe emptoris , &c.* & ita text.illum cum hac diſtinctione communiter intellexiſſe Doctores , habes ex gl. *in l. penult.in verbo ſuſpenderat. C.de periculo , & commodo rei vendit.*Bald.*in d.l.neceſſariò,in additio. verſ.ſecundò noto,quòd pendente conditione* , Salycet. *in d. l. penult. n.*2.*verſ.in periculo autem deteriorationis*, Paul. de Caſtro, ſatis benè *in l.*1.*n.*1. *C.cit.tit.de periculo,& com-*
7 *modo rei vend.*ſub illis verbis,*Aut loquimur de periculo deteriorationis , & tunc venditio perficitur poſtquàm res extat,licèt deteriorata,ideò pertinet ad emptorem,vt teneatur ad integrum pretium , licèt deterior res facta ſit, vt hæc habentur in dicta l. neceſſariò , &c.* Gregor. Lopez. notabiliter *in l.*26.*tit.*5. *part.*5. quæ quidem Lex hoc expreſsè determinat,illámque ex *d.l.neceſſariò*,ſumptam eſſe gloſ.*ibi*,aduertit,ſubdens,quòd quãdo eſt purificata conditio,emptio habetur,ac ſi contracta eſſet in præteritum , & ac ſi purè contractus fuiſſet,allegat text.*in l potior,& in l.qui balneum.ff.qui potior.in pignor.habean.* Barboſ. poſt alios, quos citat *in l.*1.*n.*16.*&* 17.*C.de peric.& comm.rei vend.*
8 Eſt tamen aduertendum,quòd ſi deterioratio pendente conditione ſequuta,adeò exceſſiua eſſet, vt ex ea læſio oriretur,tunc perſonæ, quæ emere promiſit, eſſet omninò ſuccurrendum, nam quamuis inſpecto tempore contractus (quod quidem tempus in materia læſionis eſt attendendum , vt eſt communis ſchola ſcribentium *in l.*2. *in l. ſi voluntate , & in l. ad reſcindendum,C.de reſcind.vend. & in cap. cùm dilecti, & in cap.cùm cauſa.de emptio.& vendit.*non poſſit cõſiderari læſio,attamen, quia exequutio conuentorum ad tempus futurum differtur, & ſic cùm conditio purificetur , pro vera æſtimatione rei emptæ , ſiue emi promiſſæ ad finem cognoſcendi , an læſio ſubintret, non dies iſti contractus,ſed exequutionis illius, & ſic tempore purificatæ conditionis erit attendenda,vt ex Cyno, Alex.Iaſ.Abb.Pinel.& aliis probaui Ego *lib.*1. *c.*91.*n.*17.*&* 18. quibus nunc addo Cancer. *var. reſol. lib.*2.*tit.de minorib.n.*274.*in nouiſſ.*& alios,quos refert Io.Baptiſta Larrea *deciſ.*69.*n.*10.12.16.*&* 25. vbi in puncto principali non minus doctè, quàm eleganter 9
diſputat quæſtionem , quam in facto habuit de illo, qui rem pro certo pretio vendiderat,non tamen emptori tradendam, nec ab eo pretium ſoluendùm , niſi poſt venditoris mortem, nam cùm poſt initum contractum,rei venditæ valor nimis excreuiſſet, adeò, vt venditor ipſe læſionem in pretio pateretur , cùm dubitatum eſſet,an contractus eſſet reſcindendus, affirmatiuè reſpondit *n.*18. non alia certè principaliori, & efficaciori ratione,niſi quia cõtractus exequutio in futurum protracta eſſet ; & licèt ſatis figat pedes in alio fundamento, nimirùm , quia pendente tempore mortis venditoris nullum emptor ſubſtinebat periculum,ac proindè nec commodum ex incremento valoris rei aſſequi poterat,hoc tamen pro eo,quod ad caſum illius deciſionis pertinet, nulla lege , aut Doctorum authoritate probat,imò loquitur expreſsè contra caſum citatæ *l.*26.*tit.*5.*par.*5.*& d.l.neceſſariò,verſ.ſanè,* cui volens reſpondere *n.*23. legenti non ſatisfacit,vt videri poteſt. Nec ad rem faciunt iura , quæ allegat *num.*21. *in l. lectos* 12. & *in l. quòd ſi* 14. *ff. de periculo , & commodo rei vend.* quibus cauetur , rei venditæ periculum emptoris non eſſe ; ſed venditoris 10
omninò quando emptor non eſt in mora, quominùs res ipſi tradatur , quaſi ex hoc velit Larrea inferre, quòd dum in caſu ſuo per emptorem non ſtabat, quominùs rei emptæ dominium aſſequeretur , ſed per venditorem , qui voluit , eius mortem fore expectandam , periculum medij temporis emptoris eſſe non poterat,& ſic nec etiam commodum,etenim dico,quòd iura prædicta ad caſum illius deciſionis allegari non merebantur, procedunt enim in venditione facta purè bonorum mobilium , quæ antequàm emptori traderentur , nulla illius culpa concurrente perierunt , vndè meritò interitus periculum ad eundem non pertinebat,ſed ad venditorem , aliud autem eſt quærere,an vendita re diem , vel ſub conditione 11
periculum ſit emptoris , ſi antequam dies aduenerit, vel conditio purificetur,res illa deterioretur , in hoc enim caſu nulla eſt facienda conſideratio, quòd non conſideratur mora emptoris in aſſequutione rei emptæ,quia à principio ita eſt conuentum , vt non fiat traditio , niſi purificata conditione , vel cùm dies in contractu præſcriptus aduenerit , quòd proinde cùm contractus ſit perfectus , & res non eſt aliter perempta , quo caſu periculum eſt venditoris , ſed tantùm deterior effecta,ſtatuit Iuriſconſultus *in d.l.neceſſariò*, vt periculum ſit emptoris.
Quare in caſu propoſito per Larream erit omninò 12
affirmandum , benè ipſum decreuiſſe , contractum eſſe reſcindendum, ſed ex eo tantùm, quia inſpecto tempore, quo res vendita veniebat emptori tradenda (quod quidem tempus eſſe attendendum ſupra demonſtrauimus) propter exceſſiuum rei incrementum , medio tempore ſequutum venditor erat læſus, non autem quia emptor medij temporis non ſubſtinebat periculum , cùm contrarium cautum ſit *in d. l. neceſſariò* , & *in d. l.*26. quæ quidem aſſeueratio nullo pacto

pacto Larreæ deciſioni aduerſatur, nam ſi in illa facti ſpecie contigiſſet, vt res vendita, prout medio tempore incrementum recepit, decrementum recepiſſet, vtique ſi fuiſſet adeò exceſſiuum, vt ex eo læſio orta eſſet, ſicut venditor ex incremento poterat læſionem allegare, prout allegauit, ita & emptor ex decremento, & ſic, vt concludam, ſuppoſito contractu per perfecto à principio, quamuis in diem, vel ſub conditione, dùm quæritur, an ſi res empta con-

13 ditione pendente receperit incrementum, vel diminutionem, purificata conditione, quo tempore res vendita emptori traditur, cuius ſit commodum, vel damnum, quod medio tempore contigit, venditoris nimirùm, vel emptoris, pro dubij reſolutione eſt tantùm inueſtigandum, an ex incremento venditor lædatur, an emptor ex decremento, vt dato incremento exceſſiuo, quia venditor dicitur læſus, ſicque contractus venit reſcindẽdus, ipſius erit commodum, ſin autem decrementum contigiſſet, & tale, vt ex eo emptor ſimiliter læderetur, & tunc venditoris erit damnum, cuius eſt commodum in incremento, quia contractus eſt pariter reſcindendus, cæterùm ſi

14 incrementum, & decrementum non eſſent in exceſſu, adeò quòd læſio, nec à venditore ex incremento, nec ab emptore ex decremento allegari poſſet, & tunc quia res vendita, cùm purificata ſit conditio, eſt omninò emptori tradenda, traditur, prout inuenitur, vel aucta, vel diminuta, & ſic commodum, & damnum erit emptoris, & ita indiuidualiter dixit Greg. Lopez. *in cit. l. 26.* per hæc verba, *Rei venditæ ſub conditione damnum, & lucrum pendente conditione pertinet ad emptorem, niſi deterioratio totam rem abſorbeat.*

Hæc occurrunt ſub correctione melius ſentientis.

SVMMARIVM.

1 *Text.* in l. quoties, C. de rei vendic. *an procedat in contractu locationis*, & n. 2. 4. 5. & 6.

3 *Ius nullum reale transfertur per contractum locationis.*

ARGVMENTVM.

Vendita re duobus inſolidum diuerſis temporibus an ſicut de iure ille in emptione præfertur, cui priùs fuit res tradita, ſic pariter dicendum ſit in contractu locationis, & conductionis, vt ille in conductione præferatur, cui priùs fuit res locata tradita, quamuis titulum habeat poſteriorem, ad ornatum text. *i. l. quoties, C. de rei vend.*

CAPVT CCXL.

1 VENDITA re duobus inſolidum diuerſis temporibus, iuris eſt indubitati, illum in emptione eſſe præferendum, cui priùs fuit res tradita, quamuis alter priorem oſtendat titulum, eſt text. nimis clarus, & vulgatus *in l. quoties, C. de rei vend.* ſuper quo aliqua nouiſſimè ſcripſit Marcian. *conſ.* 40.

Sed dubitarunt Doctores, an text. ille procedat in 2 locatione, vt nimirùm ſi hodie Caio domum meam locaui, craſtina autem die Titio, cui tradidi, ſit nè Titius Caio præferendus?

Ratio dubitandi in partem negantem eſt, quia in locatione ceſſat ratio illius legis, quæ dominij acquiſitionem apprehenſione mediante, reſpexit, quod non eſt in locatione, quæ ius aliquod reale non 3 transfert, *l. non ſolet, ff. locat.* qua principali attenta ratione, quòd in locationis contractu non ſit locus citatæ legis diſpoſitioni, firmauit Iaſ. *ibidem, num. 32. verſ. decimotertiò limita*, vbi dicit, caſum eſſe frequentem, & quotidianum, à Doctoribus in ſpecie vſque ad illa tempora non benè fuiſſe tactum, ſicque per Senatum Luſitanum deciſum teſtatur Ant. Gamma *deciſ.* 130.

Sed hac dubitandi ratione non obſtante, poſt Iaſ. 4 crebriùs contrariam præualuiſſe ſententiam non dubitamus, vt ſcilicet ille præferatur conductor, cui priùs res locata tradita eſt, quamuis poſteriorem habeat titulum, quod duplici probatur fundamento, & primò, nam licèt verum ſit, locationem nullum ius reale per traditionem in conductorem transferre, negari tamen non poteſt, eum, cui prius res locata tradita eſt, potentius ius habere, quàm ille, cui prius fuit res locata, cùm ſaltem habeat rei detentionem, à qua ſi expelleretur, ante omnia Iudicis officio reſtituendus foret, ad inſtar eius, qui cùm poſſideret, fuerit ſpoliatus, vulgatis iuribus, quòd proindè dicebat Couarr. *infrà* citandus, eum, qui ex ſecunda locatione detinet, retentionis iure à priori conductore ſe defendere poſſe.

Conſidera ſecundò, quiſnam ille ſit, qui ſecun- 5 dum conductorem à rei locatæ poſſeſſione expellere velit, & inuenio, vel ipſum locatorem, vel primum eſſe conductorem, ſit autem, vel primus, aut ſecundus, & vtrúmque dico contra conductorem, qui in poſſeſſione reperitur, agere non poſſe, ſi enim agit locator, & audiri non poteſt, cùm locati actione pro contractus obſeruantia teneatur, ſi autem primus ageret conductor, & ſimiliter non eſt audiendus, nulla enim illi contra ſecundum competit actio, cùm nullus contractus inter eos celebratus ſit, actio námque perſonalis, quam pro contractus obſeruantia acquiſiuit, rei locatæ poſſeſſorem, ſiuè detentorem non ſequitur, ſed tantùm aduerſus locatorem exerceri poteſt, Iaſ. ergò ſententia, inquit Couarr. poſſet admitti, ſi ſecundus conductor, cui 6 res priùs tradita fuit, poſſeſſioni non incumbat, quòd ſi in poſſeſſione reperitur, nulla poterit actione impeti, ſed omninò venit priori conductori præferendus, ſic enim in Romano Auditorio determinatum inuenimus *deciſ.* 2. alias 879. *de locat. in antiq. fol. mihi* 516. quæ omninò videatur, inſuper hanc eandem firmarunt ſententiam.

Alex. *conſ.* 112. *lib.* 5.

Soc. ſen. *conſ.* 29. *lib.* 4.

Cephal. *conſ.* 718. *n.* 37. *lib.* 5.

Purpur. *in addition. ad Iaſ. in d. l. quoties*, vbi dicit, opinionem contra Iaſ. veriorem eſſe.

Card. Alex. *in cap. 1. §. ſi facta, col. fin. tit. ſi de feud. controu. fuer.*

Anton. Gabr. *comm. concl. tit. de emption. & vend. concl. 2. num.* 5.

Couar. omninò videndus *var. lib. 2. c. 19. num. 8. verſ. nonò ex eadem.*

Ant. Gomez. doctè pro more *var. reſol. tit. de empt. & vendit. n. 20. verſ. ſecundò principaliter extende.*

Vinc.Caroc. *tract.de locat.& cond.part.4.tit. de locat.fact.duob.*vbi alios citat, *fol.mihi* 195.

Mar.Muta *deciſ.Sicil.*35.*num.*11. vbi alios citat,ſignanter Borga.Cauale.*deciſ.*25.*n.*19.*part.*2.

Addentes ad Ant. Gamm. *in ſuprà citata deciſ.* 130. vbi nullo pacto, adhærendo deciſioni *ibi* per illum Senatum relatæ, dicunt, determinationem Dominorum de Rota *in d. deciſ.*879. *in antiquis* magis probari, niſi primus conductor haberet hypothecam ſpecialem in re illa locata, vel ſaltem generalem, nam eo caſu prium præferendum fore affirmant.

Vndè, &c.

SVMMARIVM.

1 *Vendens frumentum in certa die conſignandum, ſi non conſignauit, an ſicut emptori tenetur ad intereſſe damni emergentis, ita pariter & lucri ceſſantis*, & *n.*3. & 5.

2 *Intereſſe lucri ceſſantis ceſſat in contractibus bonæ fidei, data mora in tradenda re.*

4 *Text.* in l.3.§.fin.ff.de eo,quod certo loco, *declaratur.*

ARGVMENTVM.

Venditione facta de certa frumenti, vini, vel olei quantitate pro pretio conuento, ſoluendo tamen ab emptore in die præſcripta rei venditæ conſignationis, ſi in ſtatuto tempore venditor frumentum, vinum, vel oleum emptori non conſignauerit, an ſicut teneatur ad omnia damna, & intereſſe damni emergentis, ita pariter & lucri ceſſantis, ad ornatum tex. *in l. ſi ſterilis §. cùm per venditorem, ff. de action. empti, & in l.3. §.fin.ff.de eo, quod certo loco.*

CAPVT CCXLI.

1 VENDITIONE facta de certa frumenti, vini, ſiue olei quantitate pro pretio conuento, ſoluendo tamen ab emptore in die præcriſpta rei venditæ conſignationis, dubitatur, ſi in ſtatuto tempore venditor frumentum, vinum, vel oleum, quod vendidit, emptori non conſignauerit, an ſicut indubitanter tenetur ad omnia damna, & intereſſe damni emergentis, ita pariter & lucri ceſſantis?

2 Contigit hoc anno 1648. ingentis penuriæ de hoc dubitari, occaſione partiti initi inter hanc Ciuitatē, & quoſdam Mercatores de conſignando hic infra certum tempus certam frumenti quantitatem. ad rationem ducatorũ quatuor pro quolibet modice; quod frumentum cùm Mercatores ipſi emiſſent in Prouincia Calabriæ ad rationem carolenorũ vigintiquinq; conſignandum à venditoribus infra menſem in portu huius Ciuitatis, quia conſignatio nullatenus ſequuta fuit, prætendebant, forè cogendos Calabros, frumenti venditores ad ſoluendum intereſſe lucri, quod emptores ipſi feciſſent, ſi frumentum venditũ in præſcripto tempore eis conſignatũ fuiſſet, tenebatur enim Ciuitas frumentũ illud recipere ad rationem conuentã ducatorũ quatuor; cùm Mercatores, cum quibus contraxerat, non niſi ad rationem carolenorũ vigintiquinq; à Calabris emiſſent, vndè, quid iuris dubitabatur?

Conſultus de hoc, breuiter, ac reſolutiuè reſpondi, 2 Calabros frumenti venditores ad hoc lucri intereſſe non teneri, ea quidem motus ſolidiſſima ratione, quia in contractibus bonæ fidei, ſignanter emptionis, & venditionis data mora in tradenda re vendita, intereſſe lucri ceſſantis nullo pacto peti poteſt, maximè, rei venditæ pretio venditori non ſoluto, probat hoc text. *in l. ſi ſterilis, §. cùm per venditorem, ff. de act. empt.* vbi Paul. Caſtrenſ. ſingulariter notat, contra venditorē moroſum in tradendo rem venditam agi poſſe ad intereſſe tantùm intrinſecum, hoc eſt, quod concernit pretium rei venditæ, ſi plus, vel minus valuit poſt moram, ſecus verò ad illud extrinſecum, quod pretium rei venditæ non concernit, idémque probatur *in l.fin.ff.de peric.& comm.rei vend.* vbi gloſ. allegat pro ſimile text. *in d.§.cùm per venditorem,* Socinus benè *in l.de diuiſione, intra n.*14.*verſ.ſed contra hanc concluſionem, ff.ſol.matrim.* Aleiat. omninò videndus *in l.vnica, cap.*9. *quæſt.*3. *n.*18.*verſ. aliud tamen, C.de eo, quod intereſt*; quo loci hæc dicit verba, *Aliud tamen eſſe ſpecialiter inductum in emptionis, &* 3 *venditionis contractu, non cùm emptor, & venditor ſimili iure cenſeantur, & quòd, paſſim aiunt, ſint correllatiua, non debuit alter plus altero grauari, cùm igitur id ſtatutum eſſet, vt emptor ſi pecuniam non traderet, in vſuris ſolùm legitimis condemnaretur, æquum fuit, vt venditor quoq; mora nihilo durius puniretur, vndè ſi rem venditam non tradit, ſolùm in eo, quod intrinſecus intereſt, damnatur; id enim, quod extra rem verſatur, legitimũ vſurarum modũ excedit, &c.* idémq; ſingulariſſimè Ant. Fab. *in Rational. ad dictum §. cùm per venditorem*, ſub illis verbis, *Idem ergò & in vino vendito probandum eſt, vt ſi in tradendo eo, moram venditor fecerit, ad pretiũ dumtaxat, & ſi quid præterea circa rem ipſam interſit, teneatur, non etiam ad lucrum, quod ex vini venditi, ſi fuiſſet traditum, negotiatione percipere, & lucrari emptor potuiſſet, &c.* quibus non obſtat text. *in l.*3.*§.fin. ff.de eo, quod certo loco,* vbi data mora ex parte promiſſa non adimplentis, habetur ratio, non ſolius damni, ſed etiã 4 & lucri, nam, vt ex litera illius diſpoſitionis patet, & vt aduertunt Gloſ. & Bart. *ibi*, Bald. Salyc. & Alber. *in d.l.vnica, C.de eo, quod intereſt*, procedit in actionibus arbitrariis, quæ in legibus ſequentibus eiuſdem tit. declarantur, non autem in contractibus bonę fidei, in quibus procedit text. *in d.§.cùm per venditorem*; vndè meritò, nè indiuiduali rerum iudicatarum authoritate careamus, cùm aliàs apud nos contigiſſet, fuiſſe certam frumenti quantitatem venditam, & in tempore conſignationis præſcripto venditorem fuiſſe in mora, ita vt conſignatio nullo pacto proceſſerit, prætendente emptore, qui negotiari erat ſolitus, venditorem fore cogendum ad intereſſe lucri ceſſantis, eo præſuppoſito, quòd ſi in tempore conuento, & loco ſtatuto conſignatum ſibi extitiſſet frumentum, illud ferri feciſſet ad hanc Ciuitatem, vbi plus valebat, quàm in loco, in quo erat conſignandum, S.C. decidit, hoc lucri intereſſe non deberi, idquè non alia quidem ratione, niſi ſuperiùs allegata, nimirùm, quia in bonæ fidei iudiciis lucrum ceſſans peti non poteſt, per text. *in d.§.cùm per venditorem*, & quòd text. *in l.*3.*§.fin.ff.de eo, quod certo loco*, in arbitrariis actionibus procedebat, ſic 5

atteſtatur

atteſtatur Anton. Capyc. *deciſ. ſua* 19. alia ad materiam pertinentia videnda ſunt apud inſignem Anton. de Amat. *var. reſolut. lib.* 1. *reſolut.* 34.

SVMMARIVM.

1 *Veſtes vxoris pretioſæ conſtante matrimonio à viro vxori factæ, an exequi poſſint ad inſtantiam creditorum ipſius viri,* & n. 3. 4.

2 *Veſtes pretioſæ à viro vxori facta, an ei donata cenſeantur.*

ARGVMENTVM.

Veſtes pretioſæ conſtante matrimonio à viro vxori factæ, nùm poſſint ad inſtantiam creditorum viri exequi, & demùm vendi, ad hoc vt pretium eiſdem creditoribus liberari poſſit, vbi deciſio Regiæ Cameræ.

CAPVT CCXLII.

1 VESTES vxoris pretioſæ conſtante matrimonio à viro vxori factæ, hodie interrogatus fui, an ad inſtantiam creditorum viri pro illius debito exequi poſſint, ac demùm vendi, ad hoc vt pretium eiſdem creditoribus liberari poſſit?

2 Reſpondi, dubij huius reſolutionem pendere ab inueſtigando, an veſtes pretioſæ conſtante matrimonio à viro vxori factæ, illi donatæ cenſeantur, quandoquidem ſi dono datæ diiudicātur, & nulli dubium eſt, eas pro debito exequi non poſſe; ſin autem ſecus, Doctores in hoc articulo magis communiter dixerunt, has veſtes pretioſas conſtante matrimonio à viro factas, nullatenus cenſeri vxori donatas; ſed potiùs ei traditas, ad finem, vt ornatior incedat, ita vt ſoluto matrimonio, ad ipſum maritum, ſiue eius hæredes ſpectent, ita ex Bart. & aliis *in l. penult.* §. 1 *ff. ſolut. matrim.* ratiocinati ſunt Alex. *ibidem,* Angel. *conſ.* 134. Anchar. *conſ.* 181. Afflict. *deciſ.* 315. *n.* 8. Surdus ſatis benè poſt plures, quos refert *deciſ.* 166. *n.* 4. de quibus memor fui Ego *lib.* 1. *c.* 90. *n.* 5. *&* 6.

3 Suppoſito hoc, in articulo propoſito ſequitur certè dicendum, vt veſtes pretioſæ dùm à viro vxori donatæ non cenſentur, poſſint ad inſtantiam creditorum eiuſdem viri exequi, & demùm vendi, ad hoc, vt illarum pretium creditoribus illis exolui poſſit, ſicque in puncto per Regiam Cameram deciſum inueni (quod fuit cauſa, vt hæc pauca annotarem) in quibuſdam manuſcriptis D. Præſidentis Iulij Cæſaris Minadoi, & per hæc verba, propria eius manu ſcripta.

4 *Fuit iudicatum in Regia Camera, quòd veſtes vxoris non ad vſum quotidianum domi deſeruientes; ſed pro vſu extra domum, dum ornata incedunt ad miſſam, & alibi, ſunt hypothecata pro debitis mariti, & ſic in vita mariti fuerunt exequuta, iuxta diſtinctionem Afflict. in ſuccedente marito; & licèt hodie mulieres vtantur quaſi quotidiè veſtibus auro guarnitis, tamen illas non venire in vſu quotidiano iudicauimus in Regia Camera, nam non quod fit, ſed quod fieri debet, eſt attendendum.* Hæc ille vir doctiſſimus D. Præſidens Minadous.

SVMMARIVM.

1 *Virgo patre orbata gaudet priuilegio* l. vnicæ, C. quando Imper. inter pupill & vid.

Sed quid ſi poſt electionem virum duxerit, & n. 4. & 7. *& quid in cauſa criminali,* n. 8.

2 *Reus per litis conteſtationem ſubiicitur Iudici, & obligatur actori.*

3 *Iudicium incipit à litis conteſtatione.*

5 *Præſcriptio an interrumpatur per ſolam citationem.*

6 *Inſtantia cœpta cum defuncto an tranſeat ad hæredem clericum.*

9 *Fori electione facta in M. C. in cauſa criminali, quamuis eligens ſtatum mutauerit, non per hoc cauſa ad aliud Tribunal remittitur.*

ARGVMENTVM.

Virgo patre orbata, cui ſecundùm receptiorem ſententiam competit beneficium electionis fori, an ſi facta electione in cauſa ciuili, virum duxerit, poſſit reus conuentus ad ſuum Iudicem cauſæ remiſſionem petere, & quid ſeruetur in M.C. in cauſis criminalibus, & de aliis ad materiam.

CAPVT CCXLIII.

VIRGO patre orbata, cui ex 1 receptiſſima Andreæ ſententia *in Conſtit. Statuimus* competit priuilegium *l. vnica, C. quando Imper. inter pupill. & vid.* ſi Tribunal ſupremum in forum elegerit (loquor de cauſa merè ciuili) & poſt electionem factam virum duxerit, non ſemel dubitari contigit, nùm reus conuentus, ſiue illius Baro poſſint cauſæ remiſſionem petere?

In hoc articulo ſemper cum diſtinctione reſpondere ſolitus fui, nimirùm aut tempore, quo virgo nupſit lis ad eius inſtantiam mota reperitur conteſtata, aut non, vt priore caſu non ſit reus conuentus, ſiue Baro ſuper petita remiſſione audiendus, hic eſt enim inter plures litis conteſtationis effectus, vt per 2 illam reus ſubiiciatur Iudici, coram quo fuit conuentus, & obligetur actori, probat Specul. *in tit. de litis conteſt.* §. 6. *in fine*, poſteriori autem caſu ſecùs dicendum eſt, nam cùm ante litis conteſtationem non detur lis, ex quo ab ipſa incipit iudicium, vt probant 3 gloſ. *in c. ex parte, il ſecundo, de verb. ſignif.* Viuius *dec.* 310. quæ incipit *conteſtatio litis eſt exordium iudicij,* &

& Muſcatell. *in praxi Sacr. Conſil. in gl. ſententiam,*
4 *numer.43.* conſequens eſt dicere, vt ſuperueniente mutatione ſtatus ipſius virginis, & ſic ceſſante cauſa priuilegij, re integra, & ſic lite non conteſtata, ceſſet ipſum priuilegium: etenim apud omnes receptiſſima eſt illa iuris concluſio, nimirùm, quòd vbi conditio perſonæ beneficium aliquod cauſatur, ceſſante conditione, ceſſat pariter beneficium, *l. in omnibus cauſis id obſeruatur*, vbi Dec. *numer.1. & 3.* & DD. communiter, *ff. de regul. iur. l. idem Vlpianus, ff. de excuſ. tutor.* cum aliis concordantibus, relatis per Tiraquell. *in tract. ceſſante cauſa, verſ priuilegij cauſa, n.22.*

5 Hìnc pro corroboratione propoſitæ diſtinctionis iure cautum inuenimus, interruptionem præſcriptionis longi temporis, exorientem ex lite, contra præſcribentem mota, nullius momenti eſſe, ſi præſcribens fuerit dumtaxat citatus, ſed opus eſſe, ad finem vt interrumpatur præſcriptio, vt cum eo lis conteſtetur, hic eſt text. & *ibi* DD. cõmuniter *in l. mota litis, C. de rei vendic.* Balb. *in tract. de præſcriptio. in 3. par. 6. & vlt. principalis*, poſt *nu. 31. verſ. circa tertiam ſpeciem*, Marant. *in prax. par. 6. verb. & in conteſtatione litis, num. 15.* reddunt rationem Doctores quia ante litis conteſtationem iudicium interruptionem producens, nullo pacto conſideratur, qua quidem ratio-
6 ne attenta Doctores in illa famigerata quæſtione, an inſtantia cœpta cum defuncto laico tranſeat in hæredem clericum, affirmatiuè magis communiter reſponderunt, ſi lis cum defuncto fuit conteſtata, quia cùm in iudiciis quaſi contrahatur, ſicut Clericus hæres ligatur omnibus contractibus à defuncto celebratis, ita pariter & quaſi contracta, ſecus verò ſi lis non fuit conteſtata, quia tunc cùm nulla conſideretur lis, clericus hæres coram iudice competentè erit citandus, videantur Balb. *deciſ. 555.* quem refert, & ſequitur Ricc. *collect.* 1019. Cæuallos *comm. contra commun. quæſt. 36. num. 12. &* 13. Minſynger. *ſing. obſeru. cent. 3. obſeru. 45. n. 1. & 3.*

7 Et quamuis non ignorem, in articulo propoſito aliquos affirmaſſe, ſat eſſe ſimplicem fori electionem, vt lis coram Iudice electo continuari debeat, etſi eligentis conditio mutetur, inter quos Foller. *in cit. Conſtit. Statuimus, à numer. 27.* reprobando Carauitam *in rit. 235. numer. 12.* noſtræ ſententiæ adhærentem, attamen quicquid ſit de iſtorum opinione, & de hìnc inde diſcuſſis per Præſid. de Franch. *deciſ. 257.* dico, quòd ad caſum noſtrum
8 allegari non merentur, loquuntur enim in cauſa criminali, quando vidua M.C. in forum elegit, nam tunc quia tractatur de intereſſe Fiſci, quod cauſatur ex quærela, à perſona priuilegiata propoſita, eo ipſo, quòd illud magnum Tribunal in forum eligitur, acquiritur ius Fiſco Regio proſequendi accuſationem illam, quam certè in alio Tribunali, quàm ſuo proſequi non poteſt, vndè ſi tollitur de medio perſona priuilegiata propter ſtatus mutationem, remanet Fiſcus perſona legitima ad inſtantiam proſequendam, & ſic non mirum, ſi in hoc articulo eſt introducta conſuetudo iudicandi in M.C. pro Fiſco, non ſic quandò agitur de cauſa merè ciuili, in qua Fiſcus nullum habet intereſſe, & in qua dici non poteſt, per electionem fuiſſe illi ius quæſitum, hoc enim caſu, dùm lis non eſt conteſtata, & conſequenter iudicium adhuc initium non ſumpſit, non video, quo pacto, inſtante perſona propter ſtatus mutationem, omni electionis fori priuilegio carente, poſſit denegari remiſſio ad Iudicem, coram quo alias neceſſariò reus conueniri debet, vtroque enim iure cautum eſt, vt actor forum rei ſequi cogatur; *cap. cùm ſit generale, extra de for. compet. l. fin. C. vbi in rem actio*, & hoc ſumma cum ratione, de qua *in pragm. 2. in tit. vbi de delict. quis deb. conueniri*, cuius diſpoſitionem, vt in his caſibus vigeat ſemper in cordibus Dominorum Iudicantium non ſemel Dominos meos monui.

Hæc currenti calamo conſiderabam.

SVMMARIVM.

1 *Secretarij Dominorum Proregum an ſubſint Regia generali viſitationi.*

2 *Theſaurarius, & Secretarius Regni an prohibeantur munera accipere.*

3 *Officialis an poſſit viſitari poſt mortem*, & n. 4. 5. 6. 7. 8. & 9.

10 *Delictum quando patratur contra legem in re aliqua contra legem quæſita, ſtatim ipſius rei dominium amittitur.*

11 *Hæres alicuius Officialis tenetur, ſi aliquid ad eum peruenit de malè quæſitis per eius authorem, nè alieno ſcelere litetur*, & n. 13. 14. 16. & 17.

12 *Fiſcus eſt ſaccus malè quæſitorum.*

15 *Accuſatio in crimine repetundarum debet intra annum proponi, & intra quiquennium in peculatu.*

18 *Lex ſubiacet canoni, quando tractatur de ſalute animæ.*

ARGVMENTVM.

Viſitatores generales, qui ad Regios Magiſtros inquirendos à Domino noſtro Rege deſtinari ſolent, nùm poſſint Dominorum Proregum Secretarios viſitare. Officiale defuncto an contra eum inquiri poſſit, vt hæres teneatur in id, quod defunctus teneretur, ſi viueret. Accuſatio in criminibus peculatùs, & repetundarum intra quantum tempus eſt proponenda, & de aliis notabilibus, ad ornatum text. *in l. ex iudiciorum, ff. de accuſat. in l. defuncto, & in l. 3. de publ. iudic. in l. 2. ff. & C. ad leg. Iul. repet. & in l. vnica, C. ex delict. defunct.* vbi ſingularia Deciſio *D. Reg. Moles.*

CAPVT

CAPVT CCXLIV.

1 VISITATORES generales, qui ſingulis quindecim annis à Domino Rege noſtro ad Regios Magiſtratus inquirendos in his Italiæ Regnis deſtinari ſolent, (id quod quantum in eiuſdem Regis detrimentum, ac iuſtitiæ peruerſionem redundet, facilè cerni poteſt ex his, quæ exarat religioſiſſimus D.Reg.de Ponte *in tract.de poteſt. Proregis, tit.3. §.7. per totum*) dubitari aliàs contigit, an Dominorum Proregum Secretarios viſitare valeant?

Negatiuam ſententiam ab omni dubio procul amplexus fui Ego, ea quippè ductus ratione, cùm Secretarij Dominorum Proregum nullam habeant iuriſdictionem, nec ſub Regiorum Officialium appellatione venire poſſunt, id quod ſatis ex Regni huius *Conſtitutionibus, Capitulis, & Pragmaticis ſanctionibus* dignoſci poteſt, quibus cùm prohiberetur, nè Officiales munera accipere poſſint, conſtat verba feciſſe Legiſlatores de illis Officialibus, qui ad ius dicendum deputati ſunt, idquè, hac ratione attenta, adeò verum, quòd non defuère *Doctores*, & grauiſſimi ex Noſtratibus, qui dixerint, ſub dictarũ Prag-
2 maticarum diſpoſitione generalem Regni Theſaurarium non comprehendi, videantur inſignes Reg. Lanar.& de Ponte, ille *in conſ.*49.*&* 93. ille *in conſ.* 49. *lib.*1. ſimilitèr & Regni Secretarium, ac Fiſci patronum, probat Præſ. Marcell. de Mauro *alleg.*21. *&* 77.

3 Suppoſito autem, id Viſitatoribus eſſe permiſſum, ex ſpeciali forſan poteſtate eis à Rege tributa, dicebam in vna facti contingentia, & vna mecum doctiſſimus D. Io. Franciſcus Marcianus, tunc Aduocatus primarius, nunc Regius Conſiliarius digniſſimus, quòd cùm Secretarius, de cuius viſitatione tractabatur, eo viſitationis tempore mortuus reperiretur, nullo pacto viſitationi poterat eſſe locus, etenim indubitatum eſt iuris axioma, nimirùm per mortem delinquentis, delictum vna cum pœna extingui, hic eſt text. *in l.defuncto, & in l.3. ff. de public. iudic.* & hoc nedum in pœna corporali, ſed etiam in pecuniaria, Fiſco tamen applicanda, vt per Gloſ. *in d.l.3.* quam poſt Bart. Alber. Ang. & Imol. expendit Cald. *in repetitio.l.vnica, C.ex delict.defunct. in 3.part. relect. in princ.* vnde ex delictis publicorum iudiciorum non alias aduerſus hæredes pœnas bonorum ademptionis tranſire, quam ſi lis conteſtata cum defuncto, & condemnatio fuerit ſequuta, ſancitum eſt *in l.ex iudiciorum* 20.*ff.de accuſat. & in l.defunctis, & in l. fin. C. ſi reus, vel accuſat.* cum quibus concordat text. *in d.l.vnica, C. ex delict. defunct.* vbi datur actio contra hæredes, poſt tamen litem conteſtatam, & in quantum ad hæredes peruenit, qua de re latè per Vaſq. *controuerſ. Illuſtr.cap.*96.*numer.*25.*in* 4.*&* 5. *limit* Gomez. *variar. reſol. in tit.de delictis, cap.*1.*n.*78. *cum ſeqq.* Cald. *in d. l. vnica, part.*3. *numer.*20. & per Farinac. *in prax.crim.quaeſt.*10.*num.*36. *verſ. regula ſecunda.*

4 Et quamuis ex hac concluſione plures reperiantur caſus excepti, & inter alios, dum de repetundarum crimine diſceptatur, in quo adhùc reis defunctis contra eorum hæredes agi permittitur, provt ſunt iura, & ſatis vulgata *in d.l.ex iudiciorum* 20. *ff. de accuſat. & in l.2.ff.& C.ad leg.Iul.repet.& in l. in hæredem, ff.de calumniat.* attamen hoc non erit perpetuum, ſed reſtringitur, vt non vlteriùs permittatur, quàm ſi intra annum à die mortis delinquentis rei actio inſtituatur, vt expreſsè ſancitur *in d. l.2. ff.ad leg.Iul.repet.* vbi Gloſ. Bart. & cæteri omnes, Peregrin. *de iure Fiſci, lib.4. tit.5.n.31. verſ. quintus caſus,* Cald. optimè *in d.l.vnica, part.4.n.32. & par.5.n.16. & 26.* Matienz *in dialogo relat. lib.3.c.25.n.10. verſ. pœna locum habet.*

Poſt annum verò, etſi aliquando fuerit inter DD. 5
controuerſum, an contra hæredes hæc actio detur, nonnulliquè in ea fuerint ſententia, vt detur in ſimplum, pro eo, ſcilicèt, quod ad hæredem peruenit, ciuiliter tamen, ſiue actione in factum, ſiue condictione ex lege, vt per gloſſ. *in d.l.2.ff.ad legem Iul. repet.* quam aliqui inſequuti fuère, contrarium tamen, & meliùs Vgo, & Azo antiqui Gloſſatores firmarunt, nimirum vt infra annum tantùm teneatur hæres, poſt annum verò minimè, quibus Bart.& cæteri paſſim *in d.l.2.* adhæſere, ea quidem ſingulari ratione, quia ſicut ſpeciale eſt, vt teneatur, etiam lite non conteſtata, & quamuis nihil ad eum peruenerit, ita pariter ſpeciale eſt, vt pro eo non teneatur, niſi intra annum, vt ſatis bene concludit Cald. *d.p.4.numer.*32. & meliùs *part.5. num.26.* quo loci, hanc opinionem communem eſſe teſtatur, & hoc, vt ſi in vno grauatur, in alio releuetur, allegat Matienz. *in d.cap.25. num.*11. & priùs dixerant Pariſ. de Put. *in tract.de ſindic.in verb. hæres,* Ang. *in tract.de malefic. in rubr.ad leg.Iul.repet.num.*8. Pichar. *in §.non autem, num.56. Inſtit.de actio.* Mayner. *in l.ſicuti, n.25.ff.de regul. iur.* quibus addo Peregrin. *loco cit.*

At in hoc parum inſiſtebamus, quia dato, ſed nun- 6
quàm conceſſo, vt in hoc crimine adhuc poſt annum ad ſimplum teneatur hæres, tamen cùm verum ſit, hoc cum ciuili dumtaxat actione permitti, nullum commodum conſequeretur Fiſcus, quia tunc criminalis eſſet actio, & pœna, quam in hoc iudicio intra annum tantùm, & non vltra in hæredem tranſire, ſtatutum eſt in *d.l.2.ff.ad l.Iul. repet.* ſed omne totum in dantis, ſiue corrumpentis beneficium cederet, ratio aſſignatur, quia quando agitur contra hæredem, lite cum defuncto non conteſtata, de eo tamen, quod ad hæredem peruenit, tunc actio eſt prorſus diuerſa ab illa, quæ contra Officialem viuentem datur, nam prima nullatenus ſonat in cauſam delicti, illiuſque punitionem reſpicit, ſed tantùm reſtitutionem ex ſcelere acquiſitorum, vt poſt Petr. de Bellapert. *in d.l.vnica, num.12. C.ex delictis defunct.* affirmat Cald. *d. part.4. num.*25. ac proindè nullo pacto affirmari poteſt, actionem hanc poſt annum poſſe Fiſco competere, ſed tantum Parti corrumpenti, ſicque practicatum comperimus in illa Regia Viſitatione Archiepiſcopi Salernitani cum hæredibus quondam Regentis de Ponte, qui fuerunt condemnati ad reſtituendam quantitatem, à præfato Regente exactam, vti delegato patrimonij quondam Principis Biſiniani, non aliter ad Fiſci beneficium, ſed ipſius patrimonij.

In caſu autem, de quo agebatur, neutiquàm hoc 7
procedere poterat, quia haud verſabamur in caſu, quo Pars datum repetere potuiſſet, turpiter enim dedit, quatenus datum ſupponeretur, quo caſu neque dans, neque hæres eius repetere poteſt, *l.in hæredem, §.etiam, ff.de calumniat.l.3.* vbi DD. communiter, *ff.de condict.ob turp.cauſ.* gloſ. & DD. *in d.l.2. ff.ad leg. Iul. repet.* Boër. *deciſ.*153. *num.*23. Couar. *in regula peccatum 2.par. §.3. num.*1. Bouadill. *in ſua politic. lib.2.cap.*11. *num.*34. & licèt Officialis turpi-

tèr etiam acceperit, tamen in pari turpitudinis cauſa melior eſt conditio poſſidentis, vt benè dixit Caldas *loco cit. p. 3. num.* 18. poſt DD. *in l. 1. & 2. ff. de iure Fiſci*, id quod non proceſſit in illa cauſa hæredum quondam Regentis de Ponte, cui non turpitèr fuit datum, ſed vti delegatus propria authoritate à patrimonio acceperat.

8 Poſt hæc ſcripta obſeruaui D. Reg. Moles, qui *in deciſ. 8. in tit. de pœnis, quibus tenentur Officiales, qui pecuniam fiſcalem retinent.* in puncto noſtram confirmat ſententiam, dicit enim, quòd licèt quando Officialis defunctus inquiritur de crimine legis Iuliæ repetundarum, vel peculatus, vel de reſiduis, hæres eius, etiam quòd ad ipſum nihil peruenerit, teneatur adhùc lite cum defuncto non conteſtata, tamen accuſatio hæc in his criminibus ſuam habet inſtantiam, cùm in crimine repetundarum intra annum tantùm proponi debeat, & intra quinquennium in peculatu, allegat text. *in d. l. 2. ff. ad leg. Iul. repet. & in l. peculatus crimen, ff. ad leg. Iul. pecul.* in puncto autem principali firmat, quòd quando Officialis in legem aliquam peccauit, in cuius tranſgreſſione certa pecuniaria pœna præſcripta reperitur, quòd tunc licèt regula ſit, quòd, delinquente mortuo, crimen, illiuſque pœna extinguitur, hoc tamen locum non habet, quando pœna ex legis tranſgreſſione Fiſco applicatur, quia tunc indiſtinctè ab hærede repetitur, per hæc enim verba D. Regens ratiocinatur.

Deciſio D. Regentis Moles.

9 Si malè ſe geſſerit Officialis, qualitèr, & quando ipſo mortuo poterit Fiſcus repetere ab hærede pœnas, quibus ipſe poſſet condemnari, & de hoc fui interrogatus in noſtro ſupremo Conſilio Italiæ, occaſione viſitationis generalis, quæ fit in Regno, & dixi, quòd ſi Officiales inquiruntur de aliquo contra ſtatuta, & per *Pragm. Regni* diſpoſita, in quibus aliquid fuit ordinatum, vel prohibitum, ſub pœna amiſſionis rei, vel aliqua pœna pecuniaria, quòd tunc licèt regula ſit, quòd mortuo delinquente extinguatur etiam crimen, & pœna ipſius, hoc non habet locum, quando pœna committitur in aliquam legem, vel quòd ex diſpoſitione ipſius applicetur Fiſco, quia tunc indiſtinctè repetitur ab hærede, & ratio eſt, quia tunc Fiſcus magis videtur rem ſuam proſequi, quàm de vindicta publica agere, ad text. *in l. commiſſa, ff. de publ.* per quem text. ita firmat Bart. *in l. ex iudiciorum, num. 2. ff. de accuſat.* Gloſ. & Bart. *in l. 3. §. quod autem*, vbi etiam Paul. & alij, *ff. quod quiſque iur.* idem Bart. *in l. 1. ff. de priuat. delict.* Abb. *in cap. fin. de ſepult.* refert Guliel. de Bened. *in cap. Rainutius, in 2. par. verſ. mortuo itaquè teſtatore, num.* 142. & hanc opinionem indifferentèr teneri ab omnibus, affirmat Iaſ. *in d. l. 3. §. quod autem, ff. quod quiſque iur. num. 2.* licèt ipſe velit eam impugnare, vt *ibi*, ſed ipſum reprobat Ægid. Boſſ. *in ſua pract. crim. in tit. de ſententia, n.* 47. eandem opinionem probat text. *in l. Caius, in fine, ff. ad Syllan.* provt eum ad hoc allegat Bart. *in d. l. 1. ff. de priu. delict.*

10 Facit etiam ratio, quia quando delictum patratur in ipſa re, contra legem quæſita, ſtatim dominium ipſius rei amiſit defunctus, per text. *in l. Imperator. ff. de iure Fiſc.* vbi Gloſ. & Bart. ideò actio intentanda à Fiſco erit realis, per text. *in d. l. Imperator*, & per text. *in l. quod diximus, §. hac actio, ff. quod met. cauſ.* & proindè etiam iudicium hoc erit ciuile, & non criminale, ad notata per Abb. & DD. *in rubr. extra de iudic.* vbi Rip. *n. 92. & 95.*

11 Secundò dixi, quòd indiſtinctè hæres tenetur, ſi aliquid ad ipſum peruenit de malè quæſitis per Officialem, nè alieno ſcelere ditetur, *l. 1. C. ex delict. defunct.* & quia ſicut delictum morte extinguitur, & ad hæredem non tranſit, ita non debet ex eo lucrum facere, *l. ſicuti, ff. de reg. iur.* vbi *gloſ.* & ead *gloſ. in §. non autem, Inſtit. de perp. & temp. action.* & probat text. *in l. cùm falſi reus, & l. ſi quis cùm, ff. ad l. Cornel. de falſ.* vbi gloſ. *in verbo extorquendum*, probat text. *in l. Papinianus, §. meminiſſe, ff. de inoff. teſtam. & in l. in hæredem, ff. de calumn.* vbi Iuris Conſultus dicit, quòd licèt pœna ad hæredem non tranſeat, attamen, quod turpitèr, vel ſcelere quæſitum eſt, ad hæredis compendium peruenire non debet, & in *l. Lucius, ff. de iur. Fiſc.* habetur, quòd extincto crimine per mortem, proſequutio eorum, quæ ſcelere ſunt quæſita, non extinguitur, ad idem text. *in l. 3. §. quod autem, ff. quod quiſque iur. & in l. 1. §. fin. ff. de eo, per quem fact. er.* vbi gloſ. *in verbo hæres non lucretur, in verſiculo vel dic breuius* dicit, quòd quando aliquis deliquerit, recepto pretio, illud pretium debet reſtitui Fiſco per hæredes; & *ibi* Paul. de Caſtr. dicit, quòd iſti tales debent reputari, vt aſſaſſini, ad idem probat text. *in l. quod diximus, §. fin. & in l. videamus, ff. de eo, quod met. cauſa*, quæ iura probant regulam, quòd Fiſcus eſt 12
ſaccus malè quæſitorum, & dixit Bald. quòd eſt cœcus ſine conſcientia, qui imburzat malè quæſita in *cap. 1. num. 10. de allod.* refert Gulielm. de Bened. *in ſupra allegato loco, in cap. Rainutius, verſ. mortuo itaque teſtatore, num.* 142. & quòd hæc pœna applicetur Fiſco, vltra *Gloſ.* & iura ſupradicta, quæ expreſsè de pœna Fiſco applicanda loquuntur, vt *in d. l. Lucius, ff de iur. Fiſc.* probat etiam text. *in l. ſi quis cùm falſo, & ibi gloſ. ff. ad l. Cornel. de falſ.*

Quando autem dicatur ad hæredem perueniſſe, 13
declarat benè text. *in d. l. videamus, ff. quod met. cauſa*, vbi quod ſufficit, quòd ſemel ad defunctum peruenerit, licèt ipſe conſumpſerit, quoniam hæres hæreditariam obligationem ſuſcepit, vt *ibi* dicit text. & *in l. ſequenti*, dixit Gloſ. *in can. ſi Epiſcopum* 16. *q.* 6. quod eo ſolo, quòd in vniuerſum ius ſucceſſit hæres, dicitur ad ipſum perueniſſe, arg. text. *in cap. tua nos, ext. de vſur.*

Si autem Officialis defunctus inquireretur de 14
crimine *l. Iul. repetund.* vel *peculat.* vel *de reſid.* tunc hæres, etiam quòd ad ipſum nihil peruenerit, tenetur, & etiam lite cum defuncto non conteſtata, quia ita particularitèr eſt diſpoſitum in iis delictis, vt etiam in crimine læſæ Maieſtatis, vt notat Gloſ. *in l. 1. C. ex delict. def.* per text. *in l. ex iudiciorum, ff. de accuſat. l. fin. ff. ad leg. Iul. pecul. l. in Senatuſconſulto, §. ſi propter, ff. ad Turpill.* ſed hæc accuſatio in prædictis 15
criminibus habet ſuam inſtantiam, quia intra annum tantùm in crimine repetundarum proponi poteſt, & intra quinquennium in peculatu, *l. 2. ff. ad l. Iul. repetund. l. peculatus crimen, ff. ad leg. Iul. pecul.* & hoc tempus nullis ex cauſis prorogari poteſt, vt per Iun. *in cap. cùm in tua, extr. qui matrim. accuſar. poſſunt*; ſequitur Felin. poſt alios *in cap. penultim. extr. de iudic.* quia quando tempus ſtatuitur à lege, fit per modum præſcriptionis, quo caſu crimen dicetur abolitum, *d. l. peculatus*, & dicit Bald. *in l. ſi pœna, ff. de condit. indeb. in finalibus verbis, & in l. querela, C. de falſ.* quòd hæc exceptio præſcriptionis eſt intentionis, & facti, & in omnibus quæſtionibus contra Fiſcum procedit, *l. in omnibus, ff. de diuerſ. præſcript.* ſed in aliis caſibus hæc accuſatio non præſcribitur contra Fiſcum, niſi ſpatio viginti annorum, *l. 1. §. diuus*, vbi Gloſ. *ff. de iur. Fiſc.* & dixit Bart. *in d. l. in omnibus, de diuerſ. & tempor. præſcript.*

Hæc omnia dicta ſunt iuris ciuilis diſpoſitione 16
attenta,

attenta, in qua alij caſus videri poſſunt, & in diſtinctione Bart. *in l.1.ff.de priuat. delict.* Bald. & DD. *in l.1.C.ex delict.defunct.* Abb. *in cap.fin. de ſepult.* Dec. *in reg. ſicuti, & in regul. pupillum, §. in haredes, ff. de regul. iur.* Par. de Put. *in tract. de ſind. in verbo hæres.*

17 Sed de iure canonico videtur indiſtinctè introductum, quod hæres tenetur, etiam lite non conteſtata cum defuncto, & in ſolidum pro delicto defuncti, & hoc fauore animæ, vt ipſa à peccato liberetur, ita text. *in cap.fin.de ſepult.* & text. *in cap.in literis, extr.de rapt.* & ita *ibi* firmat Innoc. & Abb. *in d. cap. fin. de ſepult. num.5.* dicit, ita communitèr teneri à *gloſſis*, licèt ſecus ſit de iure ciuili, & *ibi* gloſſas *in decem locis*, & licèt illa iura videantur loqui reſpectu intereſſe Partium, non autem reſpectu pœnæ Fiſco applicandæ, quia in foro conſcientiæ non iniungitur, vt quis ſoluat pœnam delicti, tamen quia text. *in cap.fin.de ſepult.* loquitur in homĭcidio, & in inceſtu, cuius pœna eſt pecuniaria, quæ fortè à ſtatuto ſolet imponi, non poteſt Fiſco applicari, ideò Ioan. Andr. *in d.c.fin.* intellexit, *ibi* agi etiam, vt ſatisfaceret hæres de delicto ratione pœnę; & cùm hoc ſit expeditum de iure canonico, hoc debet omninò ſeruari, etiam in Curia laicali, poſtquam agitur de anima, & de liberatione ipſius, in cuius foro lex ſubiacet ca-

18 noni, vt in *Auth.vt cler.apud propr. Epiſcop.§.penult.* ita in terminis expreſsè firmat Io. Fab. *in §. pœnales, Inſtit.de perp. & tempor.act. num.8.verſ. dic ergò, quòd actiones*, vbi ampliùs firmauit, quòd licèt iſta iura videantur loqui, quando defunctus egit pœnitentiam, tamen idem, dicit ipſe, eſſe iudicandum, etiam ſi non fecit pœnitentiã, nec adſint ſigna ipſius, fauore animæ, vt idem dixit *ibidem, num.6. verſ. quid dicendum*; quando autem defunctus mandauerit, ſatisfieri malè per ipſum ablata, vel etiam ſi non mandauerit, ſi tantummodò confeſſus eſt, & ſigna oſtendit pœnitentiæ, eſt in iure expeditum, quòd hæres teneatur, quia tunc ex quaſi contractu cum defuncto agitur, vt latiùs tradit Fab. *in d. §. pœnales*, poſt omnes DD. *in d. cap. fin.* vbi Abb. & alij, *de ſepultur.*

SVMMARIVM.

1 *Vita, & militia debita à fratre primogenito ſecundogenitis quomodò taxatur.*

2 *Filia, quæ dote recepta renunciauit, an in taxanda vita, & militia ſuper feudo, vel legitima ſuper allodio, ſit inter filios connumeranda,* & n.3. & 6.

4 *Vita, & militia an in locum legitimæ ſucceſſerit.*

5 *Diſcrimen aliquod conſtitui non poteſt, quando tractatur de taxando vitam, & militiam ſuper bonis feudalibus, vel legitimam ſuper bonis allodialibus.*

ARGVMENTVM.

Vita, & militia ſuper feudo à fratre primogenito ſecundogenitis debitata quonammodo taxetur.

Filia monialis, quæ dote à patre accepta ampliſſimè renunciauit, an in taxanda vita, & militia ſuper feudo, vel legitima ſuper allodio, ſit inter filios connumeranda. Vita, & militia, an in locum legitimæ ſucceſſerit, & de aliis notabilibus, ad materiam pertinentibus.

CAPVT CCXLV.

VITA, & militia, quæ apud nos ex diſpoſitione *Conſtitutionis Comitibus* à fratre primogenito, qui in feudo ſucceſſit, ſecundogenito præſtanda eſt, cùm venerit taxanda, conueniunt omnes, ad inſtar legitimæ illam fore liquidam, ita ex noſtratibus And. *in conſt. In aliquibus, columm. fin.* circa *finem, & in d.Conſtit comitibus, columm.3. in princip.* vbi etiam Afflict. qui *num.4.* ſic iudicatum teſtatur, Anton. Capyc. *deciſ.vltima, num.2.* Io. Anton. de Nigr. *in c.Regni*, quod incipit, *Alienationis, actus, num.13.* Ioan. Thom. Minad. *in Conſt. In aliquibus, notab.7.num..* Iacob. Anel. de Bott. *in d.Conſtit. Comitibus, columm.3.in princip.* Reg. Reuert *deciſ.1. in princip.* Reg. de Ponte *tract.de poteſt.Proreg.tit.7.§.4.* intra *num.7.* Fab. de Ann. *conſ.4.num.52.* Reg. Tap. *deciſ. S.C. 14. num 31.* Scipio Theod. *alleg.81.* (quidquid nullo iuris fundamento, ſed prorſus inconſideratè dixerit Franc. de Amic. *in repetitionib.feudal. in tit.de his, qui feud.dare poſ.§.ſed hic pulchrum, num.⁊.fol.11.* quem ſequi videtur Reg. Rouit. *in prag.25. num.4. tit.de feud.in noniſſ.*) & ex Siculis Gul. de Peru. *conſ.11.numer.12.* Petr. de Gregor. *tract. de vita, & mil. quæſt.7.num.1.& 4.* Ioan. Ant. Cannet. *in extrauag.Si aliquem, num.54.cum ſeq. fol.330.* Ioſeph. Cum. *in repet.cap.Si aliquem, in verb. antiquis, numer.550. in fin.* Blaſc. Lanc. *ibidem, quæſt.21.* Nicol. Intrig. *de feud. cent.1.quæſt.57.num.16.* Reg. Petr. Corſet. *in addit.ad Octauium patrem, conſ.27.num.11.* D. Garz. Maſtrill. *deciſ.64.num.2.* Mar. Giurb. *ad Conſuetud. Meſſan. par.1.c.4.gloſ.4.n.27.&* Franc. Ant. Coſt. aliis omiſſis *conſ.91.n.34.*

Sed ſemel in facto mihi contigit, an in huius vitæ, & militiæ liquidatione filia Monialis, quæ dote à patre accepa ampliſſimè renunciauit, ſit inter filios connumeranda? qua in re dicebam, quòd quamuis in terminis iuris communis grauiſſima ſit quæſtio inter Scribentes, an in taxanda legitima maſculorum, ſiue paragio fœminarum, computatis dotibus receptis, ſit filia dotata inter filios connumeranda, de qua latè per DD. relatos ab Ant. Gabriel. *comm. concluſ. lib.6. tit. de legit. concluſ.2.* & ab Antonin. Theſaur. *deciſ.154.* quorum meminit Præſ. Amat. *conſ.75.num.14.* attamen pars affirmatiua, nimirùm, 2

vt

vt aggregatis in patrimonio patris dotibus receptis, ſit filia fœmina inter filios connumeranda, & vt vulgò dicimus, faciat partem, licèt ad partem non admittatur, credo, quòd hodie apud Noſtrates procedit ſine controuerſia, vt videre eſt penès Affl. *in Conſtit. In aliquibus, num* 54. Capyc. *decif.* 158. D. Præſ. de Franch. *decif.* 549. D. Reg. de Ponte *conſ.* 65. *lib.* 1. Io. Vinc. de Ann. *ſing.* 214. Molfeſ. *ad Conſuet Neapol. part.* 4. *quæſt.* 17. *per totam*, & apud alios, quos refert Dom. Reg. Capyc. Galeot. *in addit. ad conſ. de Medic.* 167. quo loci dicit, opinionem hanc in S.C. pro indubitabili hodie haberi eamquè indubitantèr procedere addidi Ego *ſuprà c.* 93. quamuis filia ampliſſimè, & cum iuramento paternæ hæreditati renunciaſſet, vt adhùc iurata renunciatione non obſtante, in taxanda fratrum legitima partem faciat, dummodò aliquid pro ſua portione receperit, (quidquid alitèr in puncto de filia moniali verba faciens, conſuluerit inſignis Menoch. *conſ.* 247. *num.* 53. *lib.* 3.) ratio aſſignatur, quia videtur hoc caſu, ac ſi totalitèr patri ſuccederet, & ſucceſſiuè neceſſariò partem facere debet, ſecùs autem, ſi nihilo recepto, tunc enim, ſuppoſita renunciatione pro valida, pro mortua haberetur, id quod vt plurimum euenire ſolet in perſonas maſculorum, qui Religionem aliquam bonorum incapacem profeſſi ſunt, ita ſanè ſcripſerunt Bald. Fab. de G occh. Ioann. Campeg. Hieronym. Gabr. Peregrin. Surd. cæteriquè per me relati *d. cap.* 93. *à numer.* 4. vbi ſic maxima diſcuſſione præcedente per S. C. me aduocante, deciſum fuiſſe atteſtatus ſum, idquè ſub die 19. Decembris 1644. in cauſa Ianuarij, & Lælij de Ligorio cum Anna de Ligorio eorum ſorore in cu us paragio taxando duo Fratres Monachi Caſſinenſes, qui nihilo recepto renunciauerant, non fuerunt inter filios connumerati, benè tamen duæ ſorores moniales in Monaſterio Sancti Hieronymi huius Ciuitatis profeſſæ, quæ ingreſſarum paragio recepto, ampliſſimè patri renunciauerant, Commiſſario olim Domino Conſiliario Andrea Prouenzale, penès de Amico S.C. actorum Magiſtrum.

3 Nec, quæſo, dicat quis imprudentèr, hæc omnia apud nos de plano procedere, cùm tractetur de taxando legitimam maſculorum, ſiue paragium fœminarum in patrimonio allodiali, ſecùs verò, vbi ageretur de taxanda vita, & militia ſuper bonis feudalibus, iuxta ea, quæ notat Capyc. *deciſ. vlt. circa finem*, vbi *in cauſa filiorum Galeatij Caraccioli quoad legitimam burgenſaticorum Sacrum Conſilium iudicauit, fœminas partem facere, quamuis ad partem non admitterentur, licèt poſtea in liquidatione vitæ & militiæ* (hæc ſunt verba Capyc.) *iudicauerit dum eſſent quinque filij maſculi eſſe quintam partem medietatis fructuum rerum feudalium, & ſic decimam, vndè fœminæ ibi non fecerunt partem, quia ſi feciſſent, fuiſſet octaua pars medietatis fructuum, & ſic decima ſexta pars, vt iudicatum fuit* 1521. 17. *Aprilis.* Hæc Capyc. quem ſequutus fuit D. Reg. Tap. *deciſ. S. C.* 44. *num.* 6. etenim ſi verum fateri velimus, ex his, quæ refert Capyc. non benè percipi poteſt, an in illa cauſa fuerit de hoc dubio inter Partes diſceptatum, refert namque liquidationem vitæ, & militiæ maſculis pro decima parte, ob quod argumentatur, quòd fœminæ partem non fecerunt, quia ſi feciſſent, alitèr vita, & militia liquidata fuiſſet, non enim in hac liquidatione Capyc. interuenit, vt cernitur apertiſſimè in *deciſ.* 159. *num.* 8. quo loci cauſa illa fuit terminata, ſicque neſcio, quæ fides in hoc ſit ei adhibenda, quatenus affirmare velimus, hoc in puncto fuiſſe per S.C. deciſum, ſed ſupponamus deciſionem in terminis, nonnè reſpondere fas erit, eſſe illam ratione, ac DD. authoritate deſtitutam, ſuppoſita tamen, ſic Ego loquor, pro indubitabili apud nos ſententia illa, vt in taxanda legitima filiorum fœmina partem faciat, ſi enim, vt vtar verbis D. Reg. Merlin. *controuerſ. cent.* 2. *cap.* 10. *num.* 25. vera eſt grauiſſimorum DD. 4
ſententia, exiſtimantium, vitam, & militiam ſuccedere in locum legitimæ, iſtamquè opinionem magis communem eſſe, ac eam tenentes rectiùs intellexiſſe Andream, & de contrariis nullam eſſe habendam rationem, prout paritèr exiſtimarunt Camill. de Medic. *conſ.* 8. *numer.* 30. Conſil. Theodor. *alleg.* 20. *num.* 21. & 32. & D. Reg. Capyc. Latro *conſult. lib.* 2. *conſult.* 111. *num.* 20. quæro Ego à Capyc. quæ diſcriminis ratio aſſignari vnquam poterit, vt quando tractatur de taxanda legitima filiorum in bonis allodialibus fœmina partem faciat, quamuis ad partem non admittatur, at ſecus, quando agitur de liquidanda vita, & militia ſuper bonis feudalibus? ſi enim ad primum affirmandum eam Noſtrates vnicam conſiderarunt rationem, quia filia aggregatis in patrimonio patris dotibus receptis, videtur in ea portione ſuccedere, ſucceſſiuè neceſſariò partem facere debet, ac ſi dotata nunquam extitiſſet, nonnè ratio hæc pariformitèr militat, quando tractatur de taxando vitam, & militiam, ſicùt enim ad faciendam partem in taxando legitimam, habetur, ac ſi in portione, quam pro dote recepit, ſuccederet, ita paritèr omninò affirmandum, quando agitur de liquidanda vita, & militia, vt nimirùm partem quoquè faciat, quia videtur in ea portione, quam dotis nomine aſſequuta eſt, ſuccedere, nec alicuius ponderis eſt ratio illa, quam aſſignat D. Reg. Tap. (illius tanti viri pace ſit dictum) *in cit. deciſ.* 44. *numer.* 6. ideò fœminam dotatam in taxanda vita, & militia filiorum partem non facere, quia, cùm dotata reperiatur, ceſſat onus feudi, quod erat in dotando illam, etenim ſi vera eſſet ratio hæc, procederet paritèr indubitantèr in taxatione legitimæ ſuper bonis allodialibus, quia adhùc in filia dotata ceſſaret onus illius patrimonij, quod eſt in dotando filiam, vndè dicamus, quæſo, ab omni dubio procul nullam iuri conſentaneam 5
conſiderari differentiam, quando agitur de taxanda legitima ſuper patrimonio burgenſatico, aut vita, & militia ſuper patrimonio feudali, nam ſi diximus, vitam, & militiam in locum legitimæ ſuccedere, æquiparatorum idem iudicium eſſe debet, vt per D. Reg. Merlin. *cit. capit.* 10. *numer.* 26. quòdque hoc verum ſit, nè mea hæc ſententia ratione munita, rerum iudicatarum authoritate deſtituta ſit, videatur omninò D. Reg. Reuertter. qui nullum conſtituendo diſcrimen inter vitam, & militiam, ac legitimam, quamuis illius fuiſſet opinionis, vt in taxanda legitima, ſiue vita, & militia filia dotata partem non faciat, dum ad partem non admittitur, attamen ſubdit, quòd in Regno contrarium fuit ſæpè iudicatum, & hoc tam *in deciſ.* 1. *part.* 1. quàm *in deciſ.* 58. *lib.* 4. aliàs 366. ſecundùm meam compilationem, per hæc enim verba loquitur *in deciſ.* 1. circa finem; *Ex quibus omnibus concludo hanc opinionem veram, quòd filia dotata excluſa per ſtatutum à ſucceſſione, ſicut non admittitur ad partem, ita non faciat partem, nec in legitima filij, nec in vita, & militia, quæ ad inſtar legitimæ liquidatur, tamen, vt intellexi, in Regno contrarium fuit ſæpè iudicatum, quòd in caſu noſtro licèt non admittatur ad partem, faciat partem, illa ratione potiſſima, quia non eſt penitus excluſa à ſtatuto, ex quo illa pars, quam habet, ſuccedit loco legitimæ, & ſic non eſt omninò excluſa, &c.* Et ita deciſum teſtatur *in cit. deciſ.* 58. aliàs 366. *verſ. fuit etiam dubitatum in hac cauſa*, quo loci hæc profert verba, *Quòd ſi ſunt quatuor filij, vel pauciores, ſit*

legitima

legitima tertia pars eius, quam quis haberet, ſi ab inteſtato ſuccederet, ſi vero ſunt plures, puta quinque, vel vltra, ſit ſemis illius partis, in qua ab inteſtato ſuccederet, & ita ibi dicunt omnes DD. & in l. planè, §. ſi duobus, ff. de legat. 1. & ita fuit taxata vita, & militia, habita conſideratione ad nouem filios, quos tam maſculos, quàm fœminas reliquit dictus Dux, etiam, quòd eſſet vna nupta, quia etſi non admittebatur ad partem, benè facit partem, vt notant Bart. Alex. Iaſ. & omnes in d. §. ſi duobus, & poſui latè in quadam mea deciſione in principio, quando fui effectus Præſidens Regiæ Cameræ, &c.

Hæc occurrunt.

SVMMARIVM.

1 *Vita, & militia ſuper bonis feudalibus ſecundogenitis debetur, ſtatim atque quòd frater primogenitus altero ex duobus modis in feudo ſucceſſerit.*
2 *Intereſſe vitæ, & militiæ an debeatur à die mortis communis patris*, & n. 6. & 10. *& quid in paragio*, n. 11.
3 *Vita, & militia ſuper feudo ſucceſſit in locum legitimæ.*
4 *Intereſſe legitimæ à quo die debetur.*
5 *Intereſſe partis pretij ſuper feudo nouo à quo die peti poteſt*, & n. 9.
7 *Vſura vſuræ non debetur.*
8 *Text.* in l. neque eorum, ff. de vſuris *expenditur.*

ARGVMENTVM.

Vita, & militia ſuper feudo à fratre primogenito ſecundogenitis debita, ſi non fuerit petita in die mortis communis patris, an cùm primum petatur, peti poſſit cum intereſſe, vbi deciſio Sacri Conſilij, & de aliis ad materiam pertinnetibus.

CAPVT CCXLVI.

1 VITA, & militia ſuper bonis feudalibus, quòd ſecundogenitis debeatur, ſtatimque quòd frater primogenitus in feudo ſucceſſerit, idque ſiue per communis patris mortem, ſiue refutationem, itemque & ſororibus paragium, per Sacrum Conſilium deciſum ait Anna pater *allegat. 23. in fine*, & *in rubr. de vaſall. decrep. ætat. num. 224. & ſeq.* Maſtril. *deciſ. 248. num. 21.* Giurb. *ad Cònſuet. Meſſan. cap. 4. gloſ. 5. n. 26.* Reg. Rouit. *in pragm. 25. n. 8. de feud. & in conſ. 9. n. 10. cum ſeqq. lib. 2.* aliique paſſim.

Sed aliquando dubitatur, ſi ſecundogenitus poſt 2
patris mortem per plures annos ſteterit in petenda hac vita, & militia, an cùm primum illam petat, à primogenito præſtari debeat, vna cum intereſſe à die mortis communis parentis?

Pro ratione dubitandi videbatur affirmandum, 3
nam ſi vera, & magis communis eſt noſtratum ſententia, vitam, & militiam filiis ſecundogenitis ſuper feudo paterno debitam ſucceſſiſſe in locum legitimæ, vt ex Andr. D. Camill. de Medic. D. Reg. Capyc. Latro, & D. Reg. Merlin. *in cap. præcedent. numero quarto* ſuppoſuimus, ſequitur certè dicendum, quòd quemadmodum debetur inte- 4
reſſe legitimæ à die mortis patris teſtatoris, quamuis poſt multum temporis illius portionis ſequatur petitio, vt probant D. de Franch. *deciſ. 558. n. 5. & 575.* Surd. *deciſ. 25. num. 26.* Ant. Fab. *diffin. 1. Cod. de vſur. & fruct. rei leg. &* Reg. Rouit. *conſ. 90. lib. 1.* de quibus meminimus *lib. 1. cap. 200.* ita paritèr debeatur intereſſe vitæ, & militiæ, quæ in locum legitimæ ſucceſſit, idemque centies iudicatum, quando feudum eſſet nouum, & filij ſe- 5
cundogeniti vellent potiùs eligere partem pretij, quàm vitam, & militiam conſequi, vt portio illa, quæ collationis iure debetur, ex dictis per Andr. *in cap. Imperialem, in 1. addit. à n. 39. de prohib. feud. alienat. per Feder.* ſit paritèr debita cum intereſſe, à die nimirùm mortis patris, vt latè dixi eodem *lib. 1. c. 128. à n. 13. ad finem*, ergò idem dicendum in vita, & militia, iſtamquè ſententiam in terminis terminantibus videtur probare D. Reg. Merlin. *controuerſ. cent. 2. c. 10. à n. 23.* vſque ad 25. & antè eum, licèt perfunctoriè Maſtrill. *loco ſupra cit.*

Cœterùm contrariam ſententiam amplexus fuit P. Molfeſ. *conſ. 9. à num. 31.* (cuius memor fuit 6
Capan. *in tract. de vita, & milit. quæſt. 32. num. 20.*) illa quidèm principaliori ratione motus, nam cùm vita, & militia ex fructibus feudi in pecunia ſit debita, eaque prorſus illiquida dicatur, conſequens eſt, vt nullo pacto intereſſe aliquod deberi poſſit, & de hoc, dicit eſſe text. rotundum *in l. neque eorum, ff. de vſuris*, vbi *Paulus I.C.* ait, vſuras fructuum, tam antè, quàm poſt litem conteſtatam perceptorum non deberi aſſignat *ibi* Gloſ. rationem, quia ſicut vſura vſuræ non debetur, ſic nec vſuræ fru- 7
ctuum, ideſt acceſſio acceſſionis, etenim in caſu, de quo noſter eſt ſermo percepit frater primogenitus fructus feudi, quorum partem ſingulo quoque anno à die mortis patris tenebatur fratribus ſecundogenitis in pecunia præſtare, non præſtitit, vel quia non interpellatus, vel quia ignorabat quantitatem, quæ debebatur, vndè cùm primum ad illam præſtandam conuenitur, ſat eſſe debet ſecundogenitis, vt quantitates pro præterito non habitas conſequantur, abſque quòd earundem quantitatum intereſſe aliquod prætendant, nam aliàs fructus fructuum conſequerentur, contra tex. *in d. l. neque eorum*, cuius diſpoſitione attenta, quoties aliquid debetur ex fructibus, nunquam debitum eſt cum intereſſe, id quod non conſideratur in legitima, quæ cùm in corpore ſit illa debita, 8
l. libertus, qui ſoluendo, ff. de bonis libertor. l. ſcimus, in finalibus verbis, vbi Bald. *n. 10. C. de inofficioſ. teſtament.* D. Reg. Merlin. poſt alios, quos refert *controuerſ. cent. 2. c. 15. num. 3.* illiuſque dominium legis miniſterio à die mortis patris in filium tranſlatum, ſucceſſiuè huius portionis in corpore debitæ debentur fructus, Surd. *conſ. 128. numer. 3. & ſeq.*

Vu *lib. 1.*

*lib.*1.poſt alios, quos citat, Mercur. Merlin *tract. de legitim. lib.*2. *tit.*1.*q.*1.*n.*3. & D. Reg. Merlin. *cit. cap.*10.*n.*23. idemque & in parte pretij ſecun-
9 dogenitis debita ſuper feudo nouo, quæ cùm ſemel debeatur, æquum eſt ex rationibus per me ponderatis *cit. c.*128. *à n.*13. vt debeatur cum intereſſe, & à die mortis communis patris, à qua, inquam, die filius primogenitus feudum poſſedit, & fructus percepit.

10 Et vt pro opinione *P. Molfeſ.* aſſiſtat rerum iudicatarum authoritas, dico, ſic fuiſſe per Sacrum Conſilium deciſum ſub die 28.Iunij 1642. provt videre eſt in proceſſu 2.vol. pro Pio Monte mortuorum cum Spectabile Alexandro de Matthæis, in quo per modum legis condendæ, referente Domino tunc Regio Conſiliario Andrea Marcheſio, demùm Præſide meritiſſimo, ac feudorum interprete, reperitur in expoſitum decretum, & per hæc verba. *Per Sacrum Regium Conſilium declaratum eſt, intereſſe vitæ, & militiæ non deberi à die mortis, ſalua prouiſione facienda à die litis conteſtatæ, hoc*
11 *ſuum, &c.* penès de Martino S. C. actorum Magiſtrum, & in intereſſe paragij, quod ſuper feudo in pecunia debetur, D. Reg. Merlin. *cit. controuerſ.*13. vt illud non niſi à die litis conteſtatæ debeatur, annuit per S.C. deciſum Reg. Rouit. *in pragm.*25. *circa finem, de feudis.*

SVMMARIVM.

1 *Vniuerſitates cùm æs alienum perſoluere non valent, ciues, & particulares tenentur, ſed an inſolidum contra quemlibet exequi poſſit*, n.2. & n.8.

3 *Conſuetudo iuriſdtionem præbet meram, mixtam, &c.*

4 *Communitatis non eſt quod meum eſt.*

5 Pragmatica 7.§.7.ſub tit. de Commiſſar. *declaratur.*

6 *Obligati plures ſimplicitèr, quilibet pro rata tenetur.*

7 *Syndicus, & Electi Vniuerſitatis ſi ſunt in mora in perſoluendis functionibus fiſcalibus, carcerari poſſunt.*

ARGVMENTVM.

Vniuerſitatibus Regni huius non ſoluendo exiſtentibus nùm creditore inſtante, exequi poſſit contra quemlibet ex ciuibus inſolidum, vel tantùm pro rata. Syndicus, & Electi alicuius Vniuerſitatis, ſi in perſoluendis functionibus fiſcalibus in mora extiterint, an carcerari poſſint, & de aliis, vbi ſingularis deciſio *Dom. Reg. Molcſ.*

CAPVT CCXLVII.

VNIVERSITATES Regni huius, 1
cùm æs alienum legitimè contractum perſoluere non valent, *pragmatica ſanctione*, quæ eſt 7. §.7. *ſub tit. de commiſſar.* ſtatutum eſt, vt poſſit exequi contra ciues, & particulares, ſicque creditorum indemnitati prouideri.

Sed aliquando dubitari contigit, an in terminis 2
huius *pragmaticæ* poſſit inſolidum exequi contra quemlibet ex ciuibus creditori meliùs viſum? in hoc dubio partem ſemper amplexus fui negatiuam, nec alitèr vnquam mihi perſuadere potui, huius Regiæ ſanctionis conditores contrarium ſentiiſſe; etenim in terminis iuris communis excitat quæſtionem hanc, & ſatis eleganter Bald. *in l. etiam, n.*16. *C. de exequution. rei iudic.* quo loci quærens, an pro debito Vniuerſitatis ſingularum perſonarum iumenta capi poſſint, affirmatiuè reſpondet, ſi Regionis conſuetudo hoc dictaret, aſſignat rationem,
quia conſuetudo iuriſdictionem dat meram, mix- 3
tam, imperioſam, altam, & baſſam, provt diſponit, idemquè ſi contractus ciuium hoc diſponeret, nam contractus vniuerſorum poteſt ligare vniuerſalitèr vniuerſos, & ſingularitèr ſingulos, ad notata per Bart. *in l.*4. *ff. de re iud c.* ſed pro quanta portione ſinguli teneantur, cum tot ſint ciues, quod quantum tangat pro rata apparere non poſſit, & in hoc dicit Bald. quòd ſi quis aſſereret, vt quilibet inſolidum teneatur, eſſet falſum, ac proindè ſi captus pro tali debito ratam ſuam, declarari peteret, & actor certam quantitatem edere non poſſet, ciuis, contra quem fuit exequutum relaxari debet; addit demum, quòd ſi in contractu ſingulorum obligatio non continetur, ciues ad aliquid non tenentur, cùm remaneat tantùm obligata Ciuitas, aſſignat rationem, quia, quod meum eſt, 4
Communitatis non eſt, Hæc poſtrema Bald. theorica apud nos nullius eſt releuantiæ, cùm attenta Pragmatica ſuprà citata, quando Vniuerſitas non eſt ſoluendo, poteſt exequi contra ciues, adhùc non obligatos; vndè remanet difficultas, an poſſit exequi inſolidum contra quemlibet, vel pro rata.
non enim verba Pragmaticæ hoc aperiunt, cùm 5
tantùm cantent, vt poſſit exequi contra ciues, quo fit, vt videamus, quid de iure, & quòd non niſi pro rata exequi poſſit, ſatis probatur ex dictis per Bald. *in* 2.*par. ſuæ theorica*, dum in terminis fortioribus ſuppoſita obligatione Ciuium inſimul cum Vniuerſitate, dicit, quòd falſum eſſet, ſi quis aſſereret, vt quilibet inſolidum teneretur, & meritò, nam de
iure nouiſſimo quoties plures ad alicuius bene- 6
ficium vno, eodemquè contractu ſimplicitèr ſe obligant, haud expreſſa dictione illa *inſolidum*, non niſi pro rata quilibet tenetur, hic eſt text. vulgatus *in Auth. hoc ita, C. de duobus Reis*, ſicquè in puncto affirmare videtur Dom. Reg. de Ponte quem citauimus ſupra *cap.*59.*n.*7. dum dixit, quòd quando Vniuerſitas non eſt ſoluendo, illud, quod debetur, ab omnibus ciuibus, qui ſoluendo ſunt, exoluendum eſt, non enim dixit, vt quilibet teneatur inſolidum; ſed quòd omnes id quod ab Vniuerſitate debetur, exoluat, & ſic pro rata in

terminis

terminis autem terminantibus, nimirùm quòd vbi particularis ciuis ratam ſuam ſoluerit, de cætero moleſtari non poſſit, dixit, & ſatis benè *Dom. Reg. Moles*, licèt malè hoc à Regiis Perceptoribus ſeruari addat *in tit. de exactione iurium fiſcalium, deciſ. 3.* hic imprimenda; ſed puto Ego, hoc procedere, quia æternitatem non credunt; verba autem deciſionis ſunt, quæ ſequuntur.

Deciſio Dom. Regentis Moles.

7 Eſt dubitatum, ſi pro debito Vniuerſitatis prò functionibus fiſcalibus poſſint aſtringi de perſona ciues ipſius, & quoad Syndicum, & Decuriones habuimus pro expedito, quòd ſi ſunt in mora, poſſunt carcerari, quia pro debito fiſcali poteſt realitèr, & perſonalitèr fieri exequutio, *l. cum eo, in fine*, ibi, *corpus retinendo:* modo ipſi Decuriones ex quadam fictione totam Vniuerſitatem repræſentant, *l. oſſa, ff. de religioſ. & ſumpt. funer.* Item quia cùm ipſi ſint deputati ad exactionem introituum Vniuerſitatis, & ad ſolutionem Regiæ Curiæ, ideò ipſi de proprio tenentur, *l. 1. in princ. ff. de muner. & honor.* ideò *ibi* hoc munus patrimoniale dicitur, ſeu mixtum, *l. fin. §. mixta, ff. eodem*, & quia ad ipſos ſtat, vt debitum ſoluatur, ideò ipſi compelluntur, ita Bald. *in l. etiam, num.. C. de exequut. rei iudic. Roman. in l. 4. §. actor, num. 28. ff. de re iudic.* & ibi Rip. *num. 34.* & ita mandauimus practicari hoc anno 1569. in cauſa Magnifici Io. Antonij de Ponte, cum Vniuerſitate Ciuitatis Aſculi, condemnata ad certam quantitatem frumenti: quo
8 verò ad particulares, qui iam ſoluerunt Vniuerſitati ratam per ipſos debitam, nullo iure eſt cautum, quòd ampliùs poſſint moleſtari, quia particulares non tenentur pro debito Vniuerſitatis, niſi collectiuo modo, per Gloſ. *in l. 1. §. ſi nemo, in verbo proconſul, ff. quod cuiuſquè Vniuerſitatis nomine*, & ideò ſoluta collecta prædicta, vel ſoluta rata oneris ſui patrimonij, iuxta diſpoſitionem text. *in l. omnes priuatorum, C. de operibus publicis*, ampliùs non tenentur, ita Bart. *in d. l. 4. §. actor, num. 7. verſ. quæro, an pro tali*, & ibi etiam Roman. Alex. Hercul. & Rip. *ff. de re iudic.* licèt hoc malè obſeruetur per Regios Perceptores, quia indiſtinctè ciues carcerantur ab ipſis ex antiquata iam ſuper hoc conſuetudine, ſuper quo conniuentibus oculis pertranſit Regia Camera, quæ nihil deſuper in ſpecie prouidit, &c.

SVMMARIVM.

1 *Vſufructuarius tenetur cauere de vtendo, & fruendo re arbitrio boni viri.*

2 *Cautio de vtendo, & fruendo an per teſtatorem remitti poſſit*, & n. 3.

4 *Vſufructuarius ſi non poteſt inuenire fideiuſſorem, an admitti poſſit ad iuratoriam cautionem.*

3 *Donans ſi donauerit retento vſufructu rei donatæ, donec vixerit, nùm à donatario cogi poſſit ad præſtandum fideiuſſionem de vtendo, & fruendo, &c. & quid in donatione contemplatione matrimonij*, n. 6. 7. 8. 9. 12. & 13.

10 *Conuentus ex ſua liberalitate, non condemnatur vltra, quàm facere poteſt.*

11 *Donatio, quæ fit ad dotandum puellam, an reuocetur per ſuperuenientiam filiorum.*

ARGVMENTVM.

Vſufructuarius, qui tenetur cautum reddere proprietarium de vtendo, & fruendo re arbitrio boni viri, nùm teneatur inſimul cauere, quando ipſe donauit rem, vſufructu retento; & quid in donatione contemplatione matrimonij, an ſi quis hanc fecerit donationem ſuorum bonorum, vel partis illorum, retento vſufructu, donatario inſtante, cogi poſſit ad ſibi præſtandam fideiuſſionem de vtendo, & fruendo rebus donatis, & de aliis ad materiam, vbi celebris obſeruatio *Dom. Io. Angeli Piſanelli.*

CAPVT CCXLVIII.

VSVFRVCTVARIVM teneri cautum reddere proprietarium de vtendo, & boni viri arbitratu fruendo re, ſuper qua fuit ſibi relictus vſusfructus, ſunt iura vulgatiſſima *in l. 1.* vbi modus præſtandæ cautionis traditur, *ff. vſufructuar. quemadmod. caueat, & in l. 1.* vbi DD. communitèr, *C. de vſufr.* idquè adeò verum, vt 1
nec per teſtatorem, qui vſumfructum legat; hæc 2
cautio remitti poſſit, iuxta magis communem ſententiam, de qua apud DD. per illa iura *in d. l. 1. C. de vſufr. in l. penult. C. vt poſſeſſ. legat. & in l. pecunia, ff. eodem*, & alios, quos citant Caſtil. *de vſufruct. c. 15.* Surd. *deciſ. 109.* Theſſ. *dec. 80. n. 2. ver. imò talis cautio*, vbi in puncto principali loquitur qualitèr hæredum indemnitati conſulatur, quando vxori veſtium, & aliorum bonorum mobilium vſusfructus relictus eſt, Pinel. *in l. 1. par. 2. n. 75. verſ. amplia decimò, C. de bonis matern.* vbi dicit, hoc duriſſimum eſſe, ſed ita iura diſpoſuiſſe, Io. Camil. Billotta *allegat. 7. n. 4. poſt tract. de abſolut. à iuram.* vbi *n. 4.* authoritate Paul. Caſtr. Pauli de Montepico, & aliorum dicit, quòd ſi teſtator legando 3
vxori ſuorum bonorum vſumfructum, expreſsè prohibuerit, nè hæredes ſub pœna priuationis hæreditatis cautionem hanc petant, quòd nihilominùs abſquè metu pœnæ poterit illa peti. Plus etiam dixerunt DD. quòd ſi perſona, cui relictus eſt vſusfructus, propter eius paupertatem fideiuſſorem inuenire non poſſet, nul-

 lo

lo pacto admitti poterit ad iuratoriam cautionem, ad quam alias, qui fideiuſſorem non habet admittitur, & eo caſu bonorum poſſeſſio proprietario conſignabitur, cum ſatiſdatione de ſoluendo vſufructuario omnes fructus, ex bonis illis percipiendos, ita poſt antiquos, quos allegant, ex recentioribus Dom. Præſ. de Franch. *deciſ.* 497. Cacher. *deciſ.* 153. Minſynger. *ſingul. obſeru. cent.* 6. *obſeru.* 48. *numero* 8. Fontanel. *de pact. nupt. tom.*2. *clauſ.*7. *gloſ.*1. *par.*1. *num.*54. *fol. mihi* 521. & Surd. *deciſ.* 141. in qua tamen contrarium in vxore paupere Senatum illum iudicaſſe teſtatur.

5 Quibus ſic præſuppoſitis, videamus breuiter, an concluſio in principio firmata, procedat in eo, qui donauit, reſeruato ſibi, donec vixerit bonorum donatorum vſufructu, an, inquam, poſſit ille cogi ad præſtandum cautionem de vtendo, & fruendo re, quam in alium, retento vſufructu donationis titulo tranſtulit, Arius Pinel. *loco cit. numero* 80. de his agens exiſtimauit, iuris rigore attento idem ſubſtineri poſſe, nimirùm, ſic donantem a ſatiſdatione non excuſari, idque ob generalitatem, & geminationem verborum, *d. l.* 1. *ff. vſufructuar. quemadmod. caueat*, ibi, *ex alia quacunque cauſa conſtitutus fuerit vſusfructus*, & *in l.* 4. ibi, *ſiue ex voluntario contractu*, *C. eodem*, attamen fatetur, in contrarium eſſe communem; ſatis enim, inquit, durum eſſet, & inciuile admittere donatarium ad petendum cautionem ab eo, qui liberaliter beneficium ei contulit, ad tradita *in l. res donatas, ff. de aedilit. edict.* ſed eſſe ex Soc. *in l.* 1. *num.* 16. *ff. qui ſatiſd. cogant.* donantem cum ſuorum bonorum hypotheca ſe obligari, eandemque ſententiam amplexi fuerunt ex recentioribus Anton. Hering. *tract. de fideiuſſor. cap.*5. *num.* 208. Cancer. *var. reſol. lib.* 3. *cap.*20. *num.*216. *verſ. cùm tamen*, & Fontanel. *de pact. nupt. to.*1. *clauſ.*4. *gloſ.*22. *num.*24. de quibus meminit noſter Hodierna *in ſuis doctiſſimis obſeruat. ad* Surdum *in cit. dec.*109. *num.*12.

6 Sed quæſtio inſurgit elegantiſſima, an idem dicendum ſit in eo, qui bona ſua alicui conſanguineo contemplatione matrimonij contrahendi, & demùm contracti donauerit? ſuper hoc articulo cùm caſus contigiſſet, magnus iureconſultus Dominus Ioann. Angelus Piſanellus, requiſitus ab Illuſtriſſima Principiſſa Sulmonis, vt de iure reſponderet, his verbis propria eius manu ſcriptis *in prima quæſtion. ſuorum notabilium*, quæ penès me conſeruantur, votum ſuum propalauit.

Ieſus, Maria.

7 Quæſiuit à me Illuſtriſſima D. Principiſſa Sulmonis, vti ſuo generali Auditore, dum accidiſſet caſus, quòd quædam nobilis ſua vaſalla contemplatione matrimonij contrahendi, tunc, & demùm contracti inter quendam ſuum nepotem, & quandam nobilem mulierem, donaſſet quædam bona dicto ſuo nepoti, retento in vita ſua vſufructu, & oriretur dubium, quia nepos, & vxor ſua petierunt, vt ipſa donans caueret de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri, vt eſt de natura vſusfructus, *l.* 1. *ff. vſufruct. quemadm. caueat*, cum concordantibus. & Gubernator Status cum conſilio ſui Aſſeſſoris determinaſſet, eam donantem non teneri, eſſetque appellatum, ille Aſſeſſor iuſtificando ſententiam, allegauit Cornel. qui caſum decidebat ſecundùm eum in *conſ.* 267. *incipiente in hac conſultatione*, *col.* 3. *vol.*4. cui dixi, quòd hanc opinionem in contingentia facti tenuit Socin. ponderando illum text. *in l. omnes*, *ff. de exception.* qui benè declarat, quòd tan- 8 tùm tenebatur ſe obligare ſub hypotheca bonorum, ſimiliter ponderando text. in *l. filio*, *ff. vt legat. nom. cauea.* & ita conſulendo ſequebatur Dec. *in conſ.*205. *col. fin.* allegando dictam *conſ.* Corne. & Ioann. de Plat. & ita determinatum fuiſſe dicit idem Socin. *in l.* 1. *col.*4. *verſ. tertiò limita*, *ff. qui ſatiſdar. cogan.* & nouiſſimè ſequitur Gozadin. *in conſ.*95. *col.*11. *verſ. ſextò iſta*, ſed mihi fuit viſum contrarium, quia iſta non erat ſim- 9 plex, & pura donatio, ita quòd eſſemus in mera liberalitate, & vrgerent rationes allegatæ per Corne. & Socin. ſed in caſu neceſſario, videlicet, quia niſi fuiſſet facta donatio, non ſequebatur matrimonium, nec illa vxor dediſſet dotes marito, qui pro reſtitutione dotium, & lucrifactione antephati, ſeu donationis propter nuptias obligauit omnia bona ſua, & ſignanter dicta bona donata, pro quibus bonis ipſa donans promiſerat expreſſam euictionem, & per conſequens ipſa donatio dicebatur magis neceſſaria pro concluſione matrimonij, quàm liberalitas, vt in ſimili ad excluſionem fraudis, quando donatur filio accipienti dotem, & vxorem, conſiderat Angel. *in l. ſi quis poſthac*, *col.*2. *verſ. ſed limito vno modo*, *C. de bonis proſcript. & tacito* Ang. poſt Cuman. & Iacob. Puteum firmat Paulus de Montepico *in reper. l. poſt contractum*, *col.*11. *verſ. ſecundò limita*, *ff. de donation.* & ita in terminis noſtris, vt intelligatur Ioann. Anton. Alexandrin. *in conſ.* 54. *col. fin.* dùm opponendo quòd in caſu ſuo videbatur eſſe donatio remuneratoria, & ſic quòd non erat ſimplex, & pura donatio, procedens ex mera liberalitate, volens euadere contrarium dicit, quòd non erat ſtandum aſſertioni benemeritorum, per ea, quæ habentur in *l. ſi donatione*, *C. de collation.* nam ſi in facto eſſent verificata benemerita, non procederent dicta per Corne. Socin. & Dec. & ad 10 hoc poſſet adduci id, quod ad limitationem regulæ, quòd conuentus ex liberalitate ſua non condemnatur vltrà, quàm facere poſſet, vt in *l. diuus*, *dig. de regul. iur.* dicit *ibi* Dec. priùs allegando Socin. *in d. l. omnes*, & alios, vt ſuprà, ſubdit, non habere locum in donatione ob cauſam, quia in vtroque caſu, tam reſpectu dictæ regulæ, quàm reſpectu præſtandæ cautionis, prout æquiparat iſtos terminos *ibi*, attenditur, an ſit mera liberalitas, & quamuis poſſet dici, quòd reſpectu donantis eſt mera liberalitas, cùm ſit nepos extraneus, & nullus adeſt fauor ipſius donantis, ſed tantùm eius nepotis, cui donabatur, vt etiam poteſt poni exemplum, ſi donaretur pecunia, vt emeretur domus, quia licèt eſſet ob cauſam prædictam, tamen quia non reſpicit fauorem donantis, ſed donatarij, diceretur libera, & gratioſa donatio, & in ea omnia iura loquentia de donatione, obtinerent locum, vt declarat Angel. *in l. ſed hoc ita*, *ff. de re iudic.* Ioannes Fab. & Iaſ. *in* §. *ſunt præterea*, *Inſt. de action.* ideò Paul. de Caſtro *in l.* 1. *ff. de donation.* voluit, quòd donatio facta ſub conditione, *ſi nauis ex Aſia venerit*, dicitur donatio ſimplex, quia ex mera

mera liberalitate procedit, & pro iſta parte poſſet allegari id, quod conſuluit Alex. *in conſ. 71. conſideratis his, quæ in themate, vol. 4.* vbi
11 voluit, quòd donatio, quæ fit ab extraneo ad dotandum puellam, vel fauore matrimonij, cùm ſit mera liberalitas, & titulus lucratiuus quoad ipſam puellam, reuocatur per ſuſceptionem liberorum, in quam opinionem, quamuis Alex. non referat, fuit Bertrand. *in conſ. 76. viſo inſtrumento, in fine, & in conſ. 383. viſo caſu, vol. 2.* & *de* Alex. conſulente, licèt numerum non alleget, facit mentionem Socin. *in l. 9. ff. ſolut. matr.* nam etiam in donatione ob cauſam, quando ſolius donatarij commodum concernit, militant rationes, quæ in libera, vt pura donatione, vt nouiter declarat exemplificando Ripa *in repetition. l. ſi vnquàm, verſ. decimotertiò quæro, C. de reuocand. donat.* ad quem merito, & in donatione facta coniugibus ratione matrimonij conſuluit Oldrad. *conſ. quinto Titius dedit duobus*, & ſequendo Alex. *vbi ſuprà*, poſuit Iaſ. *in conſ. 171. viſo inſtrumento prima col. vol. quarto*, in hoc dubio
12 fuit mihi viſum capere hanc reſolutionem, prout demùm dicta Illuſtriſſima Domina habito meo conſilio, ita obſeruari fecit, quòd ex quo non eſſet aliter concluſum matrimonium, niſi illa amita feciſſet donationem, & erat expediens, vt fieret matrimonium, tùm propter nobilitatem vxoris, iuxta *l. diuortio*, vbi DD. *ff. de verb. obligat.* tùm propter ſedandas diſcordias, quæ erant ortæ inter conſanguineos, iuxta *l. æquiſſimum, ff. de vſufruct.* & quia expreſsè ipſa promiſerat euictionem, ita quòd ſicut tenebatur protegere, & defendere, ſi alij moleſtarent, vel aliquid in bonis donatis prætenderent, multo fortiùs non debuiſſet ipſa ita ſe habere, vt deteriorarentur, per ea, quæ tradit Corne. *in conſ. 226. in præſenti conſultatione, vol. ſecundo*, quia iſte dolus non cenſetur excluſus, vt latè per Ruin. *in conſ. 184. vol. 1.* & ſic ipſa vxor remanſiſſet fraudata, tam in reſtitutione dotium, quàm in lucro antefati, ſeu donationis propter nuptias, & videns marito promiſſam euictionem, ſtetit ſecura, vt non potuiſſet obiici, quòd debuiſſet cogitare, quòd donans ex iuris diſpoſitione fuiſſet tuta de non cauendo vti arbitrio boni viri, poſtquàm ipſa donans promittendo defendere ab aliis, multò fortiùs non debuiſſet deteriorare, *l. vendicantem*, cum concordanti-
13 bus, *ff. de euiction.* & ſic ordinaui, poſtquàm de deterioratione incipiebat conſtare, vel quòd caueret de non deteriorando, poſtquàm ipſa in donatione dixit, rem liberam, & promiſerat euictionem, ſicut dicimus in eo, qui tenetur ad liberandam rem, quando ille, cui res eſt obligata, non vult liberationi conſentire, vt per Alex. poſt alios *in conſ. 65. omiſſis argumentis, vol. 5.* vel quòd deputentur alij, qui tantùm habeant de bonis ipſis, vt donanti reſpondeatur de fructibus, vt in ſimili de patre malè adminiſtrante poſuit Aret. *conſ. 72. in 4. & 5. quæſt.* & per Boër. *in deciſ. 61.* & circa quæſtionem principalem ex ſupra poſitis videtur, quòd magis communis opinio ſit, quòd in libera donatione cum reſeruatione vſusfructus, nè ex liberalitate ſua donans tale præmium conſequatur, quòd non teneatur ad cauendum, ſed tantùm ad ſe obligandum, quæ opinio corroborari etiam poteſt per id, quod dicunt DD. de eo, qui habet ſe de euictione obligare, vt *in l. 2. ff. de euiction.* & ita pertranſeo, vide declarationem Regis Roberti, quam hîc pone,

Io. Angelus Piſanellus.

SVMMARIVM.

1 *Abſentia à loco iudicij an præbeat iuſtam cauſam vxori inſequenti virum ex cauſa Reipublicæ, petendi reſtitutionem in integrum, ex clauſula generali aduerſus ſententiam.*

2 *Reſtitutionis in integrum beneficium adhuc vxoribus militum elargitum eſt.*

3 *Reſtitutionis in integrum beneficium infra quadriennium petendum eſt.*

4 *Tempus petendi reſtitutionem in integrum an currat propoſitis nullitatibus aduerſus ſententiam.*

5 *Reſtitutio in integrum denegatur, quando illam petens potius ſui commodi cauſa, quàm pro Republica fuit abſens.*

7 *Reſtitutio in integrum ceſſat, quoties illam petens per Procuratorem ſe defendit.*

ARGVMENTVM.

Vxor inſequens virum, Principi ſuo inſeruientem nùm iuſtam habeat cauſam in integrum reſtitutionem petendi, ex clauſula generali aduerſus ſententiam contra ſe latam, procuratore tamen audito, quæ quidem reſtitutio alias ſi fuiſſe præſens, peti non poſſet, & de aliis.

CAPVT CCXLIX.

VXOR inſequens virum, Principi 1
ſuo inſeruientem, ſicque abſens à loco, in quo litem cum alio habebat, dubitatur, an iuſtam habeat cauſam petendi reſtitutionem in integrum ex clauſula generali in edicto prætoris 2
cõtenta aduerſus ſententiam contra ſe latam, procuratore tamen audito, quæ quidem reſtitutio aliàs ſi fuiſſet præſens, peti non poſſet?

Contigit de hoc dubitari in cauſa vertente inter D. Marchionem Fuſcaldi, & D. Principiſſam Marani, quæ cùm condemnatoriam paſſa fuiſſet ſententiam, petiit, aduerſus illam ſibi fore concedendam Regiam decretationem, ad finem videndi, an eſſet eidem deferendum reſtitutioni

in integrum petitæ, ex eo, quòd tempore latæ ſententiæ abſens erat ab hoc Regno cum eius viro, Comite Serbellone, Meſſanam Vrbem tunc gubernante, ſicque pro Regis ſeruitio, quo caſu reſtitutionem ſubintrare non du-
2 bitatur, cùm etiam vxoribus militum hoc largiatur beneficium, *l. 1. & 2.* vbi Cyn. & Bal. *C. de vxor. milit.* Intrigl. *ſing. 99. numero 159. libr. 3.*

3 At Ego, qui D. Marchionis iura tuebar, ex tribus potiſſimùm, petitam Regiam decretationem Principiſſæ fore denegandam reſpondi. Primò, quia tempora non largiebantur ad petendum reſtitutionem in integrum aduerſus ſententiam, quæ lata apparebat ſex annis retrò, cùm indubitati iuris ſit, beneficium hoc, tam minoribus, quam maioribus ex aliqua iuſta cauſa competens, quadriennio elapſo à die latæ ſententiæ, ſiue in minoribus à die completæ minoris ætatis ampliùs peti non poſſe, hic eſt text. ſatis vulgatus *in l. fin. verſ. ſed etiam maiorum, C. de tempor. in integr. reſtit* gloſ. *in l. 1. in verb. intra annum, ff. ex quib. cauſ. maior.* Giurb. *deciſ.* 106. & Fontanel. *deciſ.* 118 *numero quarto*, nec factam oppoſitionem obſtare dicebam, nimirùm
4 aduerſus ſententiam fuiſſe propoſitas nullitates, ſicque illarum diſcuſſione pendente, quadriennij tempus non cucurriſſe, nam reſpondi, quòd cùm ex diſcuſſionis euentu Principiſſa ſuccubuerit, tempus remanſit elapſum, ad tradita per Bald. *in l. contra maiores, C. de inofficioſ. teſt.* & in puncto Reg. Rouit. *deciſ.* 18. omninò videnda.

5 Secundò, cùm petitio hæc non in alio fundaretur, niſi quia tempore latæ ſententiæ Principiſſa ab hoc Regno erat abſens cum eius Viro, tunc Meſſanam Vrbem gubernante, & ſic pro Regio ſeruitio, ſatis fruſtra dixi, laboraſſe aduerſarios præſupponentes ex hoc, reſtitutionem competere ex clauſula generali, in edicto Prætoris contenta, quandoquidem nullo pacto affirmari poſſe dicebam, Virum hunc principaliter pro Regio ſeruitio fuiſſe ab hoc Regno abſentem, ſed potiùs ſui priuati commodi cauſa, &; vt domui ſuæ proſpiceret, quo caſu reſtitutio, quæ alias militibus, & pro Republica abſentibus, eorúmque vxoribus competit, denegatur omninò, ſunt iura nimis clara *in l. 4. & in l. Reipublica 36.* cuius verba ſunt. *Reipublica cauſa abeſſe eos ſolos intelligimus, qui non ſui commodi cauſa, ſed coacti abſunt*, & in *l. non verè 42.* cuius verba ſunt, *Non verè dicitur Reipublica cauſa abeſſe, qui ſui priuati negotij cauſa in legatione eſt, ff. ex quibus cauſis maior.* vbi gloſ. quærens, quid dicendum, ſi partim ob Rempublicam, partim pro ſe ſcilicet pro acquirendo aliquo feudo quis abeſſet, reſpondet, inſpici, & iudicari ſecundùm quod principalius intendebat, ſi hoc in caſu, de quo agebatur, inſpiciendum erat dixi, quod videre poterant Domini Iudicantes.

6 Tertiò, ex alio Principiſſam non eſſe audiendam, contendebam; nam eſtò millies, quòd tempore latæ ſententiæ vir eius abeſſet pro Regio ſeruitio in bello, contra Chriſtianæ Religionis Inimicos præliando, quia tam in compilatione proceſſus, quàm in calculo ferendæ ſententiæ acerrimè per Aduocatos, & Procuratores ſe defendit, reſtitutio aduerſus ſententiam denegatur, hic eſt text. ad literam *in l. fin. ff. de reſtit. in integr. in l. is, qui 59. ff. ex quibus cauſ. maior.* & *in l. 1.* vbi Gloſ. *in verb. indefenſus, C. quibus ex cauſ. maior. in integr. reſtit.* in quo loco Petr. de Bellapert. adeò hoc pro indubitato firmauit, vt dixerit, quòd ſi miles, vel alitèr pro Republica abſens fuerit indefenſus, quia noluit procurator defenſioni cauſæ vacare, eo caſu licèt ſubintret in integrum reſtitutio, tamen antequam concedatur, diſcutienda ſunt bona Procuratoris, nam ſi ſuper illis poterit miles ſibi conſulere, nullo pacto ſit caſus reſtitutioni in integrum aduerſus ſententiam, & Marcell. de Mauro *alleg.* 100. *n.* 6. dicit, quòd ſi quis Reipublicæ cauſa abſuturus Procuratorem reliquerit, per quem defendi poteſt, volens reſtitui, in æternum non auditur, allegans text. *in d. l. is, qui.* Vndè &c.

SVMMARIVM.

1 *Vxor militis, ſiue alterius perſona immunis, ſi vidua efficiatur, an in collectis viri priuilegio gaudeat*, & n. 5.

2 *Priuilegium extinguitur, quando perſona, qua eſt cauſa priuilegij è viuis deceſſit.*

3 *Matrimonium operatur, vt vir, & mulier vnum corpus efficiatur.*

4 *Statutum contra exteros emanatum, mulieres exteras ciuibus nuptas in viduitate permanentes non comprehendit.*

6 *Mulier durante viduitate dicitur ſtare in primo matrimonio, & retinet domicilium viri.*

7 *Vidua dicitur eſſe in primo matrimonio, & de familia coniugis prædefuncti, non autem patris, & priuilegium, quod viuo marito habet, ei ſeruatur.*

8 *Nobilis, qui ad tributa ſoluenda non tenetur, ſi cum plebeia, ſeu ignobili matrimonium contraxerit, bona collectis obnoxia in dotem accipiens, non tenebitur pro bonis illis tributa ſoluere.*

9 *Mulier ignobilis nobilitatur ex perſona mariti, iſtumque honorem poſt mariti mortem retinet, donec tamen in viduitate permanebit.*

ARGVMENTVM.

Vxor militis, ſiue alterius perſonæ à muneribus patrimonialibus immunis, ſi vidua euaſerit nùm in collectis, aliiſquè vniuerſalibus oneribus defuncti viri priuilegio gaudere poſſit. Statutum cō-

tra exteros emanatum an comprehendat mulieres exteras ciuibus nuptas, in viduitate permanentes. Nobilis, qui ad tributa ſoluenda non tenetur, ſi cum plebeia matrimonium contraxerit, bona collectis obnoxia in dotem accipiens, nùm pro bonis illis ad tributa perſoluenda cogi poſſit, & de aliis.

CAPVT CCL.

1 VXOR militis, ſiue alterius perſonæ à muneribus
patrimonialibus immunis,
ſi vidua efficiatur, controuerti ſolet, an in collectis,
aliiſquè vniuerſalibus oneribus defuncti viri priuilegio gaudeat? & pro ratione dubitandi videtur negandum, nam cùm priuilegium illud à lege viro indultum perſonale
conſideretur, conſequenter cum perſona dicitur
extinctum, *capite priuilegium perſonale, de regu-*
2 *lis iuris in 6.* quo loci probat *Dyn.* quòd quando
perſona eſt cauſa proxima priuilegij, tunc cum
perſona extinguitur priuilegium, *l. maximarum,*
cum lege ſequenti, Codice de excuſation. muner. libro
decimo, cœterùm hac dubitandi ratione non obſtante contrarium ſæpè ſæpiùs reſpondi, conſtat
enim, mulierem per matrimonium vnam do-
3 mum, vnúmque corpus cum viro effici, ita, vt
propriæ originis forum perdat, & fiat de origine
viri, ad textum, *in leg. mulieris decimatertia, Codice de dignit. libro duodecimo*, gloſ. *in lege origine, Codice de municip. & origin. libro decimo*,
aliique per me relati *libro primo, capite vigeſimoſecundo, numero quinto, & ſexto*, vbi poſt Reg.
Rouit. *deciſione ſeptuageſimaquinta*, probaui, ſtatutum contra exteros emanatum, mulieres ex-
4 teras Ciuibus nuptas, & demùm in viduitate
permanentes nullatenus comprehendere, & in
puncto, quòd vidua viri priuilegium retineat,
per textum *in leg. finali Codice de incol. libro decimo*, & in *dicta lege mulieres, Codice de dignitatibus libro duodecimo*, probant Bartol. *in lege quoties, Codice de priuileg. ſcholar. libro duodecimo.*
Ioann. de Plat. *in dicta lege mulieres, & in lege prima, Codice de mulieribus, & in quo loc. libro decimo. & in lege finali, Codice de agent. in reb. libro duodecimo*, Iacobus Rebuff. *in lege in ſacris, Codice de proxim. ſacror. ſcrin. libro duodecimo & in*
dicta lege quoties, Baldus *in lege ſecunda, Codice de Epiſcop. & Cler.* vbi ſic intelligit textum *in dicta lege mulieres, Codice de dignitat. libro duodecimo*,
idemque *in lege voluntas, Codice de fide.comm.*
Angel. & Caſtrenſ. *in lege cùm quædam puella, digeſtis de iuriſdict. omn. iud.* Guid. Pap. *deciſione tercenteſima ſeptuageſima nona, & ſequenti*, vbi in
terminis terminantibus deciſum teſtatur, Con- 5
ſiliariorum, aliorumque nobilium vxores viduas
effectas, earum viduitate durante in ſubſidiis
Delphinalibus contribuere cogi non poſſe, Ægid.
Thomat. ſatis bene *in tractatu de collect. in capite incipiente, Medici, numero decimoquinto, & ſequenti, & in capite exordiente, Retenta proxima*, vbi pro vtraque parte adductis argumen-
tis, quòd vidua gaudeat concludit; etenim 6
dùm vxor lectum ſeruat vidualem, in primo
matrimonio viuere cenſetur, & conſequenter domicilium adhuc retinet, ac ſui viri defuncti originariam ciuilitatem, ita Petrus Caball. *conſ.* 125. *numero decimo, cum ſequentibus*, per
textum *in lege filij vigeſimaſecunda, paragrapho vidua*, vbi Bart. & alij, *ff. ad municip. leg. fœmina, in fine, & leg. final. in princ. ff. de Senat.* Addent.
ad Guid. Pap. *loco cit.* D. Reg. Rouit. *cit. deciſ. ſeptuageſimaquinta, numero decimo*, D Reg Galeot. *controuerſ. libro primo, controuerſ. decimatertia, numero vigeſimonono*, vbi ad hoc citat textum *in lege finali*, vbi latè Arias Pinel. *numero quarto, Codice de bonis mater.* & *in dicta lege filij vigeſimaſecunda,*
paragrapho vidua, vbi gloſ. *in verbo domicilium* 7
expreſſis verbis ait, priuilegium illud, quod mulier dùm erat coniugata habebat, eidem viduæ
demùm euaſæ reſeruatur, citans textum, *in dicta lege quoties, Codice de priuil. ſcholar. libro duodecimo*, plus ſatis ad propoſitum dixit Rolan. *conſ.* 86. *numero tertio, ſeptimo, & octauo libro ſecundo*,
nimirùm viduam adeò dici eſſe de familia prædefuncti coniugis, vt nullatenus illa dici poſſit eſſe
de familia ſui patris, quódque primi viri priuilegiis gaudeat, latiſſimè Barboſ. *in lege quia tale decimaquarta*, poſt *numerum vigeſimumtertium, verſ. quod priuilegium, & numero vigeſimoquinto, & vigeſimo digeſtis ſolut. matrim.* quo
loci inter plures citat Ioann. Lup. *in repetitio. rubr. de donatio. inter virum, & vxor. paragrapho trigeſimo primo, numero octauo*, vbi in terminis caſus
propoſiti ſic loquitur: *Indè eſt, quòd ſi nobilis, qui* 8
non tenetur ad tributa ſoluenda, contraxit matrimonium cum plebeia, ſeu villana, quæ habebat bona patrimonialia, pro quibus ſolita erat contribuere cum aliis vicinis in collecta, cui nobili bona ipſa in dotem dedit, non tenebitur ad munera perſonalia mixta, vel extraordinaria, vt notanter tradit Iacob. de Belniſ. in lege Lucius, paragrapho idem reſpondit, digeſtis de muneribus, & honoribus., reaſſumit latius Petr. Antibol. Doctor antiquus in ſuo tractatu de muner. charta ſeptuageſimaſecunda, verſ. pone quæſtionem quotidianam, (ſecus dicit è contra, vt infra ſubiiciam) hunc
honorem retinet mulier ſoluto matrimonio, dùm re- 9
manet in viduitate, vt in capite licèt, paragrapho, de ſepult. libro ſexto, & notatur in capite ex parte B. ſuprà de foro compet. & ibidem diſponit lex Regni, quam Tauri Henricus Tertius, & in Tordeſillas edidit, per quam corrigitur alia lex
Regni

Regni foro generoſorum, libro quinto, titul. primo, lege ſecunda, quæ aliter diſponit; ſi tamen poſtea contrahis matrimonium cum ignobile, perdis omnia priuilegia, quæ acquiſieras ex primo matrimonio cum nobili, textus notabilis in lege finali Codice de incol. libro decimo, vide Ioan. de Plat. in lege prima in principio, Codice de dignit. libro duodecimo bona gloſ. in dicta lege fœmina, ff. de Senator. & in l. cùm ex lege, de nupt. Hæc ille.

Cum quibus ad laudem Omnipotentis Dei, Patris, & filij, & Spiritus Sancti, Glorioſiſſimæ Virginis Matris Mariæ, Sancti Angeli mei Cuſtodis, Sancti Michaëlis Arcangeli, Sanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, Diuorúmque Ianuarij, Blaſij, Nicolai, Thomæ Aquinatis, Antonij Patauini, ac Sanctorum omnium finem dedi huic Secundo Libro Reſolutionum Iuris. Rogo beneuolos Lectores, vt ſi quid boni in eo inuenerint, reddant gratias Altiſſimo, ſi quid non dignum, paruo Authoris ingenio attribuant, in omnibus eorum iudicio me ſubmittens, & correctioni Sanctæ Matris Eccleſiæ.

IVRIS
ALLEGATIONES
DIVERSORVM INSIGNIVM
Iuriſconſultorum Vrbis Regiæ
Neapolis.

COLLECTORE,

DONATO ANTONIO
DE MARINIS

I. C. REG. CAMERÆ SVMMARIÆ
olim Præſidente, Regníque Vicemagno Cancellario; nunc verò
apud ſuam Catholicam Maieſtatem in ſupremo
Italico Senatu Regente.

IVRIS ALLEGATIONES DIVERSORVM INSIGNIVM IVRISCONSVLTORVM Vrbis Regiæ Neapolis.

JN QVIBVS ABSTRVSIORES IVRIS Quæſtiones, quæ frequentiùs in foro accidunt, ſingulari Doctrina reſoluuntur.

NVNC PRIMO IN VNVM CONGESTÆ, & nuſquam hactenùs in lucem proditæ.

DONATO ANTONIO DE MARINIS I.C. REGIÆ CAMERÆ SVMMARIÆ PRÆSIDENTE, Regnique Vicemagno Cancellario,

COLLECTORE.

SVMMARIVM.

1 *Conceſſio facta à Principe ad beneplacitum, an poſſit reuocari, & num. 2. & 15.*

3 *Gratia ad beneplacitum eſt de ſe reuocabilis.*

4 *Verba ad beneplacitum, cuius ſunt importantiæ, & num. 6.*

5 *Gratia ad bene placitum, an poſſit per ſucceſſorem concedentis reuocari.*

7 *Donatio ad beneplacitum an ſit conditionalis.*

8 *Reuocatio nèdum inducitur tacita per mortem, ſed etiamſi eſt finitum officium.*

9 *Gratia ad beneplacitum an perpetua dicatur & ſine cauſa reuocari poſſit. & num. 12.*

10 *Adminiſtrator perpetuus an ſit ad nutum remouibilis.*

11 *Dignitatem quis habere dicitur, quamuis illam ad beneplacitum obtinuerit.*

12 *Conceſſio facta ad beneplacitum tantùm, per quantum tempus duret.*

14 *Conceſſio meri imperij ad Principis beneplacitum, an cenſeatur reuocata per generalia verba Conſtitutionis Regni* Ea, quæ ad decus, *& num. 16.*

17 *Conceſſio facta à Principe ad ipſius beneplacitum, ſi tranſiuit in contractum, an reuocari poſſit, & quando dicatur in contractum tranſire, & num. 18.*

19 *Donatio facta propter ſeruitia quando reuocabilis dicatur.*

20 *Petitorium quando dicitur intentatum, & quando poſſeſſorium.*

ARGVMENTVM.

Conceſſio de aliqua re facta à Principe ſubdito ſuo benemerito, vel

etiam extraneo ad beneplacitum, an & quando cum cauſa, vel ſine reuocari poſſit, & quid ſi conceſſio illa tranſiuit in contractum, & quando eam in contractum tranſire dicatur. Adminiſtrator perpetuus an ſit ad nutum remouibilis. Gratia ad beneplacitum an poſſit per ſucceſſorem concedentis reuocari, & de aliis pluribus ad materiam pertinentibus.

ALLEGATIO I.

1 CIrca primum dubium, audacter dico, conceſſionem Regiam factam ad beneplacitum, abſque dubio potuiſſe reuocari. Nam aliud eſt quærere, an gratia Principis ſimpliciter facta poſſit reuocari ſine cauſa, in qua quæſtione bene adaptantur, quæ notant DD *in c. nouit.* allegato in dubio, & pleniſſimè *in cap. quæ in Eccleſiarum, de conſtit. in c. 1. de probat. in l. fin. ſi contra ius, vel vtil. public. cum aliis ſimil.* aliud eſt quærere an gratia Principis facta ad beneplacitum poſſit reuocari ſine aliqua cauſa. Quandò enim adeſt cauſa legitima, videmus, quod etiam gratia ſimpliciter facta, etiam alias de iure irreuocabilis, poteſt reuocari per text. *in l. item ſi verberatum, ff. de rei vind. in l. Lucius, ff. de euict.* cum aliis infinitis, in quibus præallegatis locis, & præcipue
2 *in d. c. quæ in Eccleſiarum* per Felin. ſed quando ſumus in gratia facta ad beneplacitum non opus eſt, quod cauſa reuocationis fundetur. Poſita eſt enim talis qualitas in conceſſione, quod illicò, quod
3 Principi placet, poteſt fieri reuocatio. Gratia enim ad beneplacitum eſt de ſe reuocabilis, nedum expreſsè, imò tacitè, vt eſt textus formalis, non eundo per mendicata ſuffragia, *in cap. ſi gratioſè, de reſcript. in 6.* vbi gratia ad beneplacitum facta morte expirat, ſi eſt facta ad beneplacitum perſonæ concedentis eſt nulla, facta expreſſa reuocatione. Vnde videmus, quod iſtud operantur verba *ad beneplaci-*
4 *tum*, quia faciunt diſpoſitionem ad nutum reuocabilem: & ſi non ſunt relata ad dignitatem, etiam tacitè inducitur reuocatio, vt dicunt ibi DD. maximè Philippus Francus, quòd differentia eſt inter
5 gratiam ſimpliciter factam, & illam, quæ fit ad beneplacitum, & voluntatem concedentis: æquiparans gratiam ad beneplacitum, & ad voluntatem concedentis, &c. & firmant DD. omnes *in d. c. ſi gratioſè*, quod ſemper quod gratia eſt ad beneplacitum, licet dubitatur an tacitè per mortem, aut per finitum officium concedentis inducatur reuocatio, tamen omnes firmant, quod in caſibus, inquibus non inducitur reuocatio tacitè, ſucceſſor ipſemet poteſt expreſſe reuocare ad eius libitum, ita ibi omnes tenent, ſic etiam tenet Bart. & communiter ſcribentes *in l. centeſimis, ff. verb. oblig.* fortius dicebat
6 Bart. *in d. l. centeſimis*, quod verba *ad beneplacitum, & ad voluntatem*, quæ ſecundum ipſum ſunt eiuſdem qualitatis, important conditionem voluntatis, & beneplaciti, in tantùm, quod eo ipſo, quod ceſſat voluntas, aut non adeſt, inducitur reuocatio, quem ibi ſequitur Angel. & licèt Alex. poſt Imol. & communem tenuerit, quod non eſt diſpoſitio conditionalis ſimpliciter: nam licèt non probetur aſſeruiſſe voluntatem, tenet actus, & diſpoſitio: tamen ipſimet dicunt, quod donatio eſt bene conditionalis, reſpicit enim voluntatem diſponentis per ea, quæ notat gloſ. *in l. ſi delegatus verſ. morte, de offic. deleg. in 6.* ad prædicta facit, nam 7
dictio appoſita in certo euentu facit conditionem, ſecundùm Bart. *in l. 1. 6. col. de cond. & demonſtr.* & ideò dicebat Bald. *in proœm. ff. §. hac autem tria*, quod ſi pono te ad confinia vſque ad meum beneplacitum, expirat morte, & ſequuntur DD. *in d. l. centeſimis*, & principaliter Canoniſtæ, maximè Felin. *in*
c. ex literis, de conſtit. vbi etiam inferunt, quod reuocatio etiam nedum inducitur tacita per mortem, 8
quando ſumus in diſpoſitione facta ad beneplacitum; ſed etiam ſi eſt finitum officium, ſeu amiſſa dignitas, & notat idem Bart. *in l. more maiorum, col. vlt. ff. de iuriſd. omn. iud.* Bald. *in l. fin. C. de contrah. empt.* Bald. & Salyc. *in l. fin. C. de aduoc. diuerſ. iud.* et idem de diſpoſitione ad beneplacitum quod ſit reuocabilis, etiam tacitè, nedum expreſsè tenet, & ſequitur per prædicta Philipp. Dec. *in conſ. 108.* nec eſt quis decipiendus ex eo, quod dici ſolet, quod gratia ad beneplacitum dicitur perpetua per text. *in l. Iuriſperitus, in princ. de excuſ. tut.* nam aliud eſt
quærere an gratia ad beneplacitum poſſit reuocari 9
ſine cauſa, an in dubio dicatur temporalis, vel perpetua: nam cùm illa tantùm dicatur gratia temporalis, quæ eſt facta ad certum & determinatum tempus, vt *in d. l. Iuriſperitus*, nec ad effectum, vt dicatur diſpoſitio perpetua, opus eſt, vt ſit diſpoſitio perpetua, ſed ſufficit, quod poſſit eſſe perpetua, & poſſit eſſe temporalis, vt voluit Card. *in Clem. 1. in*
10. quæſt. de elect. dicens, illum dici adminiſtrato- 10
rem perpetuum, etiam qui eſt remouibilis ad nutum, & ita dicit reſpondiſſe in facto, & dicit tex. *in l. ſufficit, de condict. indeb.* quod etiamſi incertum ſit, an actio ex teſtamento ſit temporalis, vel perpetua, procedit, ac ſi eſſet perpetua, & dixit Rota *in tit. de præbend. deciſ. 1. in antiq.* quod commenda dicitur perpetua, quando fit vſque ad euentum conditionis, quæ poteſt verificari, & dicit gloſ. *in Clem.*
2. in verbo electionem, de reſcript. quod dicitur quis 11
habere dignitatem, licèt ſit ad beneplacitum, quia ſatis eſt, quod poſſit eſſe perpetua nulla inſequente reuocatione, faciunt ipſi contra, ad hoc notat Bart. *in l. de pupillo, §. ſi quis, in 2. quæſt. de nou. oper. nunciat.* & Cano. *in d. c. ex literis*, vbi Felin. poſt 12
multa concludit, quod gratia ad beneplacitum non dicitur perpetua, quia non poſſet reuocari, quia immò eſt benè reuocabilis, ſed quia poteſt eſſe, quod non reuocaretur, & ſic quia non habet determinatum tempus vocari poteſt perpetua, vt ibi Bart. Accedat ad prædicta quod in particulari determinat Specul. *in tit. de emphit. §. nunc verò aliqua, col. 45. verſ. quid ſi demum Papa, &c.* vbi decidit quæſtionem hanc in terminis & dicit, quod conceſſio facta 13
ad beneplacitum tantùm, durat donec reuocatur, & deindè ſubdit aliqua de extenſione beneplaciti per mortē. Compobatur prædicta ſentẽtia ex deciſione Andr. de Iſern. licèt allegetur in contrarium in conſtitutione Regni *Ea, quæ ad decus.* Nam ibi quærit, 14
an ſi quis habuiſſet merum imperium ad beneplacitum Principis, videatur reuocari per generalia verba Conſtitutionis Regni *Ea, quæ ad decus*, & concludit quod per verba generalia illius conſtitutionis non reuocantur priuilegia conceſſionis meri Imperij. Et licèt (dicit Andr.) ſint priuilegia ad

benepla

beneplacitum, non eſſent reuocata per generalia verba iſtius conſtitutionis, quia cum ſpecialiter conceſſit, debuit in ſpecie reuocari, & non ſufficit generalis reuocatio, vt ibi per Andr. Iſern. & ſic expreſsè determinat quod ſi ſpecialiter reuocaret, valeret reuocatio, quod fuit in caſu, de quo agitur; generaliter enim non fuit reuocatum priuilegium aduerſarij, ſed particulariter, & ſic decidit quæſtionem hanc in terminis, ex quo infertur, quod non
15 dicitur allegari in contrarium; nam id, quod ibi determinat in contrarium eſt, quando quæritur de voluntate principis, videlicet an videatur voluiſſe reuocare beneplacitum ſub generali reuocatione, non quando quæritur de poteſtate, prout in themate, de quo agitur videlicet, ſi poſſet reuocare ſine cauſa, & ſic hæc dictio *Nedum*, non obſtat, ſed ponit gladium in vagina.

16 Quoad ſecundum dubium facilis eſt reſponſio noſtra, ſtante eo, quod ſupra dictum eſt pro vero, quod conceſſio Regis Federici facta ad beneplacitum, & proinde ad nutum reuocabilis per ipſummet Regem Federicum, licet capitula ciuitatis Neapolis ſuperuenerunt, tamen in nihilo obſtant. Capitula enim prædicta ſunt confirmatiua ſimpliciter illius Iuris, quod ipſe Nicolaus Ioan. habebat, vnde non poſſunt plus operari, quàm ſi ipſe Rex Catholicus conceſſiſſet ad beneplacitum. Confirmatio enim non operatur vltra actum, nec de nouo tribuit, vt *in l. more maiorum, & ſeq. de iuriſdict. omn. Iud.* bonus tex. *in l. ſi donatæ. §. 1. ff. de donat. inter virum, & vxorem.* Et notat Bald. *in l. 3. in fin. C. de Aduocat. diuerſ. Iud. & in c. 1. in princ. per quos fiat inueſtit.* Innoc. *in c. dudum, de decim.* facit tex. *in l. Aurelius. §. fin. de liber. leg. cum ſim.* quæ vt ſim breuis, omitto, ſed ſic eſt quod vt ſupra firmatum eſt, ſi ipſemet Rex Catholicus conceſſiſſet ad beneplacitum, potuiſſet reuocare abſque aliqua alia cauſa. Ergo experitur confirmans actum cum prædicta qualitate celebratum.

17 Quoad tertium de præſumptione cauſæ, etiam hoc non eſt præſentis ſpeculationis, quia dictum dubium procederet quando ſumus in materia, in qua Princeps non poſſet reuocare actum ſine cauſa, puta in priuilegio, vel ſimpliciter conceſſo, non ſubdito, vel quando eſſemus in priuilegio, quod tranſiuit in vim contractus, per ea, quæ latè habenbenter *in c. nouit, de iud.* & *in c. 1. de probat.* & *in c. qua in Eccleſiarum, & conſtit. cum aliis vulg.* ſed ſi caſus noſter non requirit cauſam in reuocatione, fruſtra quæritur, ſi præſumitur, & pariter non opus eſt intrare ad dubium ſi in reuocatione illa requirebatur cauſæ cognitio; omnia enim iſta, & ſic alia dubia tendunt ad innouationem actus de per ſe irreuocabilis ſine expreſſa cauſa.

18 Et licet etiam fiat fundamentum, quòd priuilegium Nicolai Ioannis fuerit conceſſum propter ſeruitia, tamen in hoc iudicio noſtro cadit difficultas, tum quia ſeruitia quæ narrantur non ſunt alia, quæ erant neceſſaria in adminiſtratione officij, ſine quibus defeciſſet, ac poterit videri per priuilegium; tum quia ad hoc, vt ſeruitia, propter quæ fit conceſſio, nedum actum remunerationum, ac irreuocabiliter tranſeunt in vim contractus, opus eſt quod ſeruitia ſint æquiualentia donationi, aliàs non dicitur remuneratoria, ſed ſimplex, quia aliàs quis de facili poſſet fraudare legem, vt propter modicum ſeruitium ingentem obtineret donationem, ita ſingulariter voluit Imol. *in l. aquilius Regulus, in 2 notab. ff. de donat.* aſſignans rationem prædictam: ad quod accedat, quod voluit Bald. *in prælud. feud. in 6. col.* vbi dicit, quod conceſſio feudi, licèt ſit facta propter ſeruitia, tamen ſi ſeruitia non ſunt æquiualentia, dicitur gratia pura: confirmat prædicta idem Bald. *in l. 6. de ſacroſ. Eccleſ.* & *in Authen. vnde ſi parens, C. de inoffic. teſtam.* Alberic. *in l. fin. de pact.*

Præterea licèt donatio propter ſeruitia in priua- 19
to ſit irreuocabilis, tamen, quando ſumus in Principe, tunc non ſolum cum cauſa poteſt reuocari, ſed etiam ſine cauſa reuocari poteſt, niſi reuocando magnum verteretur præiudicium. Ita voluit in ſpecie ſic limitando Alex. in conſiliis ſuis *conſ. 215. incip. Nec arguendi ſumus, in 2. vol. in 10. col.* quem ad hoc refert, & ſequitur Iaſ. *in l. ex hoc iure, in 13. col. ff. de iuſt. & iur.*

Quoad alia dubia, ſi in iſto iudicio eſſet dedu- 20
ctum poſſeſſorium aut petitorium, vel vnum ſolum, non oportet reſpondere, quia conſtat clare ex proceſſu quod fuit deductum petitorium & ſuper eo pronunciatum fuit, & etiamſi potuiſſet obtinere actor in poſſeſſorio, nihil quoad magnificũ Briſegnum, quia ipſe non ſpoliauit, nec ſucceſſit ſcienter in vitium, vnde illud quod poterat conſiderari reſpectu fructuum, quod intereſt, etiam pronuntiari in poſſeſſorio, per ea quæ notantur *in c. 2.* & *in c. fin. de ordin. congr.* non militat contra dictum D. Briſegnum licet, vt dixi, petitorium fuerit deductum, & ſuper eo pronunciauit. Cætera ſuppleant.

Io. Angelus Piſanellus.

SVMMARIVM.

1 *Frater, & filij fratrum ſuccedunt, conſuetudinario Iure Ciuitatis Neapolitanæ attento, cum quibus ſorores non ſuccedunt.*

2 *Neptis, ſorores, &c. qualiter debeant habere paragium, iure attento conſuetudinario.*

3 *Soror maſculiata, vel dotata qualiter excludatur à ſucceſſione in Ciuitate Neapolis.*

4 *Soror an & quando contineatur appellatione fratris quoad ſucceſſionem.*

5 *Soror, vt excludatur à ſucceſſione an, & quando ſufficiat eſſe dotata de bonis paternis.*

6 *Conſtitutio Regni*, Vt de Succeſſionibus, *in quo differat à conſuetudine* Si quis, vel ſi qua, vers. ſed ſi morienti. *Ciuitatis Neapolitanæ.*

7 *Frater an, & quando ſororem excludat, conſuetudine prædicta attenta.*

8 *Soror quando habeat paragium in bonis tranſuerſalibus.*

9 *Legitima, & paragium, quomodo inter ſe conueniant.*

10 *Capicij deciſio 159. declaratur.*

11 *Neptis qualiter cum Auunculo, vel Patruo ſuccedat.*

12 *Fæmina excluſa à ſucceſſione aſcendentium, & collateralium quia nupta, & dotata de paragio, eſt excluſa in perpetuum.*

13 *Deciſio Sacri Concilij in cauſa Illuſtris Marchionis Vallis Siculæ, qualiter procedat.*

14 *Statutum, quod Soror dotata non ſuccedat Patri, non excludit eandem à ſucceſſione fratris in bonis obuentis ab eodem Patre.*

15 *Napodani doctrina quanta fuerit.*

ARGVMENTVM.

Frater, & filij fratrum, attenta conſuetudine Neapolitana *ſi quis, vel ſi qua, verſ. ſed ſi morienti*, qualiter ſorores, & amitas à ſucceſſione collateralium excludant. Conſtitutio Regni *Vt de ſucceſſionibus*, in quo à conſuetudine, *ſi quis, vel ſi qua*, diſcrepet? Soror maſculiata, vel dotata an fratri ſuo defuncto vnà cum aliis fratribus ſuccedat. Bona Patris filio obuenta, iſto demùm defuncto, an dicantur paterna, vel potius fraterna. Deciſio Ant. Capicij 119. enucleatur.

ALLEGATIO II.

1 VBI Caſus eſt legis, ibi non cadit
diſputatio; in caſu, de quo agitur,
vbi tractatur, An neptis concurrens
cum nepotibus maſculis ſuccedat
auunculo, circumſcripta diſpoſitione
iuris communis, & conſtitione Regni, & attenta
conſuetudine Ciuitatis Neap. habemus caſum in
conſuetud. *ſi quis, vel ſi qua, in verſic. ſed ſi morienti,*
& in verſic. quod autem dictum eſt, in tit. de ſucceſſ.
ab inteſt. vbi cauetur, quod quando tractatur de
ſucceſſione collateralium morientium ab inteſta-
to ſine liberis, ſuccedunt frater, & filij fratrum,
& deinceps, verum cum filijs fratrum non ſucce-
dunt, nec connumerantur ſorores, & ipſe text.
conſuetud. ponit cauſam, cùm fratres teneantur
maritare ſorores, & ſubdit (vt ſuperius dictum eſt)
& hoc dictum fuit in prima conſuetudine quan-
do tractatur de ſucceſſione aſcendentium, vbi fuit
prouiſum, quod maritentur ſorores ſecundùm para-
gium, & facultates. Apparet igitur ſorores eſſe
excluſas. Nec obſtat, quod dicitur textum conſue-
tudinis intelligi de ſororibus nuptis de bonis auun-
culi, vel patrui, de quorum bonis prætenditur ma-
ter actoris non nupta. Nam differentia hæc non
conſideratur à conſuetudine, ſed ſufficit ad exclu-
dendum ſororem à ſucceſſione collateralis, nup-
tam, & dotatam eſſe (pro vt dictum fuerat ſuperius)
quando tractatum fuerat de ſucceſſione deſcenden-
tium, ſcilicet, in bonis aſcendentium. Quaprop-
ter Napod. *in verſic. ſed ſi morienti, in verb. neptes,*
2 *num.* 272. dicit neptem non ſuccedere, cùm ſuf-
ficiat ſibi maritagium, ſed magis expreſſè, hoc
decidit tex. eiuſdem *conſuetudinis in verſic. quod au-*
tem dictum eſt, vbi loquens conſuetudo de ſucceſ-
ſione tranſuerſalium vltra neptes, ſed in infini-
tum dicit in præmiſſis, ſcilicet, circa ſucceſſionem
patrui, vel auunculi, & aliorum tranſuerſalium,
non contineri ſororẽ appellatione fratris, præterquã
(& nunc excepit) quando ſoror habuiſſet partem
in bonis parentum, putà in caſu, quando eſſet maſ-
culiata, quia tunc habetur eiuſdem conditionis, ac
ſi eſſet maſculus, ergo in caſu, quo ſoror fuit dota-
ta, iuxta formam præcedentis conſuetudinis ſecun-
dum paragium, & facultates, quo caſu non ſucce-
dit vt maſculus, excluditur (vt ſupra dixerat) à ſuc-
ceſſione collateralis, adeò, quod in ſumma, an 3
ſoror debeat ſuccedere vna cum fratre, regulatur
hæc ſucceſſio inſpiciendo, an ſoror fuerit dotata,
vel maſculiata, vt primo caſu non ſuccedat, ſecun-
do ſic: faciunt eadem verba conſuetudinis ibi (quo-
ad prædicta) ſcilicet, quoad ſucceſſionem colla-
teralium, & Rubrica dictæ conſuetudinis eſt (vt
dixi) *de ſucceſſione ab inteſt. in linea collateralium,* &
dicit non admitti, niſi ſit maſculiata. Sed vltra
quod ex verbis conſuetudinis, hæc quæſt. dec d-
tur, idem tenet Napod. in *d. verſic. quod autem,* in
verb. *ſoror* in fin. nu. 300. fol. 39. dum dicit, quod
autem hic dicitur de ſorore, ſcilicet, quod non
ſuccedat, intellige de dotata, ergo loquitur in ſo-
rore nupta, in qua dos cadit. Nam ſi eſt dotata, ha-
bet partem, vt ſequitur, hæc igitur dotata exclu-
detur à ſucceſſione auunculi. Idem Napod. ex-
preſſius in verſic. habuiſſet, *num.* 301. *fol.* 39. dicit, 4
quod ſoror per dotationem excluſa non ſuccedit,
nec continetur appellatione fratris, ſoror autem
incluſa ad ſuccedendum iure vtitur maſculorum,
vt in conſuetudine *ſi moriatur*, & tunc continetur
appellatione fratris, & dicit hoc eſſe notandum,
& expreſſius dicit Napod. *in gloſ. in verſic. paren-*
tum, num. 302. in *litera* 1. *fol.* 39. qui dicit mul-
tùm referre in ſucceſſione collateralium, an filia
habeat de bonis paternis per modum dotationis,
an per modum ſucceſſionis, quia hoc ſecundo caſu
cenſetur, vt maſculus, ſeu, vt maſculiata. Hæc
actrix, ſeu eius filius habuit de bonis paternis per
viam dotationis, non per viam ſucceſſionis, ergo
non ſuccedit auunculo; ad finem ergo, vt neptis
ſuccedat auunculo, eſt diſtinguendum, an ha-
buerit de bonis paternis per viam dotis, vel per
viam ſucceſſionis, & ſic iſte caſus ex tex. conſue-
tudinis, & ex deciſ. Napod. redditur clariſſimus,
& hæc opinio comprobatur ex mente condentium
conſuetudinem, quia habuerunt reſpectum ad
maſculos, vt bona in familia conſeruentur.

Et quod ſufficiat eſſe dotatam de bonis pater- 5
nis, ad excludendum ſororem, declarat Capic.
deciſ. 159. *in princ.* & non ſit differentia, an ſucce-
datur agnatis, vel cognatis, expreſſè dicit con-
ſuetudo in verſ. *quod autem, ibi agnatis, vel cognatis.*

Nec obſtat id, quod dicitur in ſimili per con- 6
ſtitutionem Reg. *Vt de ſucceſſ.* & quæ ibi per And.
& Afflict. vbi declaratur conſtitutio, quod fœmina
dotata excluditur à ſucceſſione eius, de cuius bonis
habuit dotes, &c. ſic deberet eſſe in caſu conſue-
tudinis quod tunc excludatur ſoror à ſucceſſione,
quando habuit dotem de bonis auunculi. Nam
reſpondetur, quod conſtitutio Reg. *In aliquibus,*
& *vt de ſucceſſionibus*, loquuntur, quando tractatur
de ſucceſſione aſcendentium in deſcendentibus,
& in hoc ſunt conformes cum conſuetudine hu-
ius Ciuitatis, quod non debeat habere in bonis pa-
rentum, niſi paragium, & dotatæ non ſuccedunt;
quando verò tractatur de ſucceſſione collatera-
lium, tunc conſuetudines huius ciuitatis vltra

progre

progrediuntur, & dicunt, quod quando concurrunt frater, & ſoror in ſucceſſione Collateralium, frater excludit ſororem, & in hoc caſu non procedit, quod And. & Afflict. dicunt in d. conſtit. Ita in ſpecie in materia ipſius conſtitutionis propriè declarat Alexand. *conſil.* 29. *quoniam abundè, col. pen. verſ. nec obſtat, volum.* 1. & ſequitur Claud. in *l.* 1. *§. veteres, col.* 11. *verſ. & dum,* Alex. *ff. de acquir. poſſeſſ.* & omnino eſt videndus Rom. *conſil.* 485. qui videtur decidere caſum noſtrum.

7 Et licet tex. in d. conſtitutione, in *verſ. coniugata*, loquatur de ſucceſſione tranſuerſalium, & intellecta fuerit per ſapientes Regni, vt poſt Andr. refert Affl. in d. conſtitutione, Vt de ſucceſſionibus, in decimo not. vt procedat, quando ſoror eſt dotata de bonis eius, de cuius ſucceſſione agitur, nihilominus loquitur, & ſic per omnes intelligitur, quando ſoror non concurrit cum fratre in ſucceſſione alterius fratris, ſed ſoror cum ſorore. Nam res eſt clara, & non habet dubium, quod etiam in materia conſtitutionis frater excludit ſororem, vel dotatam, vel non dotatam.

8 Et licèt ex prædictis res ſit clariſſima, rogo aduertatur ad vnum; non eſt dubium, quòd quando concurrunt in ſucceſſione tranſuerſalium, frater, & ſoror, excluditur à ſucceſſione ſoror, quomodo poterit in bonis tranſuerſalium habere paragium (ad quod magnificus actor in eius ſupplicatione ſe reſtrinxit) ſi ſuper his bonis non poteſt habere legitimam. Nam licèt paragium non ſit idem, quod

9 legitima eſt, tamen quaſi debitum iure naturæ, ſecundùm interpretationem ſapientum Regni, & eſt loco debiti iure naturæ, vt dicit Napod. in conſuetudine *ſi moriatur, verſ. eas autem in* verb. *paragium, num.* 56. ſi ergo non poteſt habere legitimam, ergo nec paragium: omnino igitur hæc ſoror excludenda eſt.

10 Et quod fuerit mens conſuetudinis ad excludendum ſorores ſufficere, eſſe dotatas de bonis aſcendentium, prout Capic. dicit in dicta deciſione 159. & quod nec ſuper his bonis, voluit paragium reformare, conſideratur, quod in ſucceſſione, vbi voluit conſuetudo, quod haberet ſoror paragium, ſcilicet, in bonis aſcendentium, dixit, vbi voluit ſimpliciter excluſit ipſas à ſucceſſione, & conſultò, quia ſecundum Napod. vbi ſupra, debet ei ſufficere maritagium.

11 Præterea vbi conſuetudo prædicta ſic intelligeretur, raro, aut nunquam haberet locum, cùm rarò, aut nunquam videamus neptes dotatas ab auunculis, ſeu patruis, de quibus omnibus loquitur conſuetudo, & ſi à fratribus videmus tradi nuptui, dotant de bonis paternis, & maternis, non autem propriis, & lex adaptatur ad ea, quæ frequentius accidunt, *l. nam ad. ea. ff. de ll.*

12 Suadetur etiam, nam per conſuetudinem Ciuitatis Neapolitanæ filia fœmina excluditur à ſucceſſione aſcendentium, & Collateralium, & nupta, & habita dote de paragio, & ſic cùm ſit ſimpliciter excluſa, remanet perpetuò excluſa, quantumcunque poſt excluſionem ſuperueniat ſucceſſio, ita in ſimili ſtatuto loquitur Socin. in *conſil.* 5. *præſens conſult. prima col. primo volum.* Socin. Iun. *in conſil.* 31. *primo vol.* Caſtan. in *conſil.* 55. *in* 6. *dubio*, vnde ex prædictis non eſt dubitandum, quin magnifici conuenti abſolui debeant.

13 Et tantò magis, quia hoc fuit deciſum tam per S.C. in cauſa Illuſtriſ. Marchionis Vallis Siculæ, quàm nouiſſimè per collaterale conſ. in cauſa Illuſtriſ. Donnæ Iſabellæ de Aragonia: nec dicatur prædictas deciſiones procedere in bonis fratris obuentis à patre, in quibus bonis, vt paternis iam ſoror habuerat dotem, & quæſtio noſtra procedit in bonis obuentis ab auunculo, de quibus neptis dotem non habuit. Nam hæc differentia videtur, quòd de iure non procedat, nam communis concluſio eſt, à qua nemo diſcrepat, vt dicit Iaſ. in *d. l.* 1. *§. veteres, ff. de acquir. poſſeſſ.* quod ſtante ſtatuto, quod ſoror dotata non ſuccedat patri, quod nihilominus ſuccedet fratri in bonis obuentis eidem fratri à patre, cùm poſtquam hereditas eſt per fratrem adita, non dicentur amplius bona patris, ſed fratris, & ſic videmus, quod in dicta materia non curant Doctores, an ſint eadem dona patris remanſa in hæreditate fratris, vel nouiter quæſita, & ſic nec nos in materia conſuetudinis debemus hanc diſtinctionem facere. 14

Napod. vir peritiſſimus hanc diſtinctionem non fecit in gloſſis ſuis, & poſtquam omnia tetigit, ſi aliqua difficultas apud eum remanſiſſet, profectò eam explanaſſet. 15

Cum prædictis concurrit antiquitas temporis, taciturnitas matris conuenti, quæ habito reſpectu ad annum 1499. quo tempore fuit dotata ampliſſimam habuit dotem à patre onerato tredecim filiis, & quæ tempore vitæ magnifici quondam Ioannis Baptiſtæ Venati aui conuentorum in dies pecuniam & bona habuit, etiam pro filia monacanda, vt omnia in proceſſu clare ſunt probata, quæ ſola ſufficiunt ad victoriam obtinendam, in hac cauſa. Saluo ſemper optimo iudicio Sacri Collateralis & Regij Conſilij, cui me ſubmitto. *Vincent. de Franchis.*

Marcus Antonius Floccarus.

Vide in puncto ſing. allegationis eundem D. de *Franchiſ. deciſ.* 89. *Franchis deciſ.*

SVMMARIVM.

1 *Facti ſpecies proponitur in præſenti.*

2 *Titia in capillo vigore Conſtitutionis Regni* Vt de ſucceſſionibus, *ſororem maiorem natu coniugatam & dotatam excludit à bonis patris in feudis.*

3 *Partes facere non poſſunt, quin Regni Conſtitutio locum non habeat in ſucceſſione feudi.*

4 *Pactum, de quo in præſenti qualiter ſit ſeruandum.*

5 *Concluſiones diſputandæ in præſenti proponuntur.*

6 *Filia ex vi ſolius promiſſionis dotis facta viro per patrem, an excludatur à ſecundogenita in feudis.*

7 *Dos promiſſa, & non ſoluta qualiter, & quando dicatur vera dos.*

8 *Iſerniæ doctrina* in cap. 1. de natura ſucceſſionis feudi, *adducitur in præſenti.*

9 *Proteſtatio facta per primogenitam in dotatione habita à patre, quòd non intendebat renunciare ſucceſſioni feudorum, quid operetur.*

10 *Heres non poteſt contrauenire in feudo hæreditario.*

11 *Renunciatio præiudicat renuncianti, & eius hæredibus.*

12 *Dominij tranſlatio circa feudalia, quæ requirat.*
13 *Dotis titulus eſt habilis ad Dominium transferendum.*
14 *Dotalis fundus efficitur ex ſola promiſſione poſtquam eſt ſequuta traditio.*
15 *Dos efficitur ex ſola promiſſione.*
16 *Dotis Titulus dominium transfert, & qualiter.*
17 *Promiſſio aſſignandi dotem habetur pro aſſignata.*
18 *Poſſeſſio ſequitur ex titulo antecedenti.*
19 *Textus* in l. ſi ego, §. ſi res, ff. de iure dotium, *explicatur in præſenti.*
20 *Feudum, an, & qualiter dari poſſit in dotem vſque ad num. 21.*
22 *Text.* in cap. 1. §. hoc autem, de his, qui feudum dare poſſunt, *explicatur.*
23 *Dotis datio ſine aſſenſu an, & quando in feudis valeat.*
24 *Feudi deſtinatio, vel promiſſio vtrum habeatur pro tradita.*
25 *Extenſio, & comprehenſio quæ ſint, & in quo differant.*

ARGVMENTVM.

Conſtitutio Regni, *Vt de ſucceſſionibus*, quæ à ſucceſſione feudi mortuo patre ab inteſtato, & abſque filiis maſculis excludit filiam primogenitam coniugatam, & dotatam, & ſecundogenitam in capillo admittit, an procedat, quando pater filiam primogenitam nuptui tradens, expreſsè feudi ſucceſſionem ei reſeruat, caſu quo abſque filiis maſculis decederet. Dotis promiſſio facta à patre genero ſuo, an filiam primogenitam ſponſam à feudi ſucceſſione excludat, vt ſecundogenita admittatur. Proteſtatio facta à filia primogenita dum à patre nuptui tradebatur, quod feudorum ſucceſſioni renunciare non intendebat, quid operatur. Dos promiſſa & non ſoluta, an vera dicatur dos: & de aliis pluribus ad ornatum conſtitutionis prædictæ.

ALLEGATIO III.

1 IAcobus Vitellius cùm plures filias fœminas haberet, vellétque primogenitam nuptui tradere, quæ erat legitima ſucceſſor in feudalibus, poſtquam non habebat filios maſculos ad tollendam diſputationem, ſi dos promiſſa marito excluderet eam à ſucceſſione patris in bonis feudalibus, & ſoror in capillo admitteretur, noluit eam in matrimonium collocare, niſi vltra certam ſummam pecuniæ promiſiſſet viro in dotem ſucceſſionem bonorum feudalium in beneficium dictæ primogenitæ, & ſic matrimonium fuit concluſum, & denuò contractum, & conſummatum, vt ex capitulis matrimonialibus, ſeu ex pactis dotalibus Regio aſſenſu vallatis videri poteſt, in quibus promittitur, quod fiant omnes cautelæ neceſſariæ, vt ſtatus Amatricis feudalis remaneat dictæ primogenitæ in caſu, quo decederet abſque filiis maſculis, & quod aliæ filiæ ſecundogenitæ nullam habeant actionem ſuper dominio dicti ſtatus. Et fuit expeditus aſſenſus aſſignationi factæ dictæ terræ Amatricis ex cauſa dotis, quando ſine filiis maſculis decederet, & ratificationi faciendæ vt ex aſſenſu, mortuo dicto Iacobo ab inteſtato, relictis dicta filia primogenita, & aliis filiabus ſecundogenitis, cum primogenita inueſtituram peteret, ſecundogenita in capellis remanſa, prætendit dictæ terræ Amatricis ſucceſſionem ad eam ſpectare ex regula conſtitutionis Re-
gni, *vt de ſucceſſionibus, in ver. filia autem in capillo*, 2
vbi diſponitur, quod filiæ in capillo excludunt maiores ſorores coniugatas, & dotatas de bonis patris. Vnde cùm primogenita fuerit coniugata, & dotata, ſtante promiſſione dotium ducatorum ſexdecim mille, vltra gemmas 2500. non poteſt ſuccedere, ſed admitti debet ſecundogenita, quæ in capillo in domo remanſit. Nec pactum poteſt opitulari primogenitæ. Nam Patres non poſſunt facere, quin
conſtitutio Regni locum non habeat, & alia perſo- 3
na admittatur, vt dicebat Iſern. *in c. 1. verſ. Nam & illud, num. 4. circa fin. de eo, quod ſibi, & hæredibus ſuis maſculis, & fœminis.* Vnde cùm ex dotatione filiæ primogenitæ coniugatæ acquiratur ius ſuccedendi in feudalibus ſecundogenitæ, pactum hoc nullius conſiderationis eſſe debet, & quatenus ex eo aliquod ius prætendat, quia pactum factum ſuper re feudali ſine aſſenſu non valeat, & ex eo dominium feudi acquiri non potuit, quia pactum non eſt habile, vt dominium acquiratur. Et reprobatur,
quia contra iuris diſpoſitionem, ex quo reſultat, 4
quod, aut pactum hoc nihil proficiàt, aut quatenus eſſet obſeruandum, ad intereſſe teneretur, non autem dominium Amatricis ad primogenitam ſpectare potuit. Ex quo plures reſultant concluſiones.

Prima: An promiſſio dotis facta viro excludat 5
primogenitam a ſucceſſione feudi paterni, & admittatur ſecundogenita. Secunda: ſi ex promiſſione excluditur, An ex hac reſeruatione, ſeu proteſtatione cum conſenſu patris dotantis ius primogenitæ ſuccedendi remaneat ſaluum. Tertia: ſi ex hac promiſſione cum aſſenſu, fauore dotis dominium transferatur in primogenitam, poſtquam adimpleta eſt conditio, quia mortuus fuit Iacobus ſine filiis maſculis. Ex quarum reſolutione notoriè conſtabit de non iure ſecundogenitæ, & quod primogenita tanquàm legitima ſucceſſor inueſtiri debeat.

Prima concluſio: An ex promiſſione dotis facta 6
viro per patrem excludatur primogenita à ſucceſſione feudorum, & ſecundogenita admittatur. Fuit ad partes diſputata per Iſern. *in cap. 1. de nat. ſucceſſ. feud.* Qui concludit, quod quamuis de rigore iuris, quando promiſſio eſt facta vxori, & ſic filiæ, excludatur tanquam dotata, quia promiſſio dotis habetur pro dotatione, poſtquam habeat actionem
ad dotem, *ex reg. l. ad exactionem. C. de dot. promiſſ.* 7
in addit. num. mihi 21. *in fin.* tamen quando eſt promiſſa

miſſa viro, & non ſoluta, prout in caſu noſtro, con-
cludit contrarium; immò etiam ſi eſſet ſoluta viro,
vxore ignorante, & etiam tacente dicit non noce-
re filiæ, vt excludatur a ſucceſſione feudi *col.6.*
verſ. ſi vero marito mihi, poſt num.24. quem ſequuti
fuere poſt noſtros, vt per Afſl. *in eod. cap. n. mihi* 88.
Petr. Greg. *in tract. de conceſſ. feud. in 5. quæſt.4.*
part. princ. verſ. 7. principaliter intelligo, & modern.
Siculus, Ioſeph, Cumia, non data ſcientia, defen-
8 dendo opinionem Iſern. ab oppoſitionibus Blaſch.
in repet. cap. ſi aliquem, in verſ. maritata in 6. quæſt.
num. mihi 189. *fol.* 313. Et quamuis quando adeſ-
ſet ſcientia, contradicat opinioni Andr. tenendo
opinionem Blaſch. *in 7. quæſt.* tamen ex eius argu-
mentis apparet Iſern. opinionem veram, maximè
quando filia habebat bona propria ex ſucceſſione
materna, de quibus poterat in patrem dotari, &
feudi ſucceſſionem expectare, & non pro modico
dotem à patre recipiendo, ſucceſſioni feudi in fa-
uorem ſecundogenitæ renunciare; eſſet enim maxi-
mus error ab opinione Iſern. propter friuola argu-
menta, & non vera Siculorum, recedere.

9 Secunda verò concluſio: An ſaltem ex hac prote-
ſtatione, quod non intendebat ſucceſſioni feudo-
rum renuntiare, ſit ſaluum ius ſuccedendi primo-
genitæ, poſtquam pater non ſolum conſentit, ſed
ipſe voluit, quod filia primogenita non excludatur.
Hæc quæſtio ſimiliter fuit per Iſern. diſputata *in*
eodem cap.1. de natur. ſucceſſ. feud. in quæſt. An minor
reſtituatur, in 8. col. in verſ. ſed filia, num. mihi 30. *cir-*
ca medium, in qua videtur concludere, quod prote-
ſtatio non valeat, quia contraria facto, & ſi frater,
vel pater conſentiret, ſimiliter conſenſus non va-
leat, quia non poterat pater conſentiendo proteſta-
tioni, facere, vt conſtitutio, *Vt de ſucceſſion.* non
habeat locum, *per vulg. reg. l. nem. poteſt, de leg.1.*
vt ſupra dictum eſt. Hæc Iſern. deciſio fuit ſequuta
à modernis Siculis, & ſi per concluſiones ciuiles,
ſed ad hoc aduertendum puto. Nam Iſern. dicit,
quod hoc pactum nocet patri conſentienti & hære-
10 dibus ſuis. Vnde naſcitur concluſio, quod hæres
non poteſt contrauenire in feudo hoc hæreditá-
rio, non poteſt dicere ſecundogenita in capillo,
quòd filia primogenita eſt excluſa per dotationem,
quia contrauenirет patri conſentienti, contra *regul.*
l. cum a matre, de rei vend. ſi ergo ſecundum Iſern.
conſenſus patris nocet ſibi, & hæredibus, perne-
ceſſe eſt dicendum, quod aut loquimur in feudo ex
pacto, quando conſenſus non noceret, aut quando
fiſcus ſuccederet, quia dotata à fratre, non autem
quando eſt dotata a patre, vt in caſu noſtro, tantò
magis, quia hoc ius fuit reſeruatum cum conſenſu
regio, quo caſu omnis diſpoſitio valida eſt, etiam
cum extraneo, quantò magis cum proximè ſuc-
ceſſura, cum qua omne pactum valere dicebat Pa-
riſ. *de reintegr. feud. in cap. mulier habens feudum, nu-*
m.8. in fin. fol. mihi 130.

11 Sicuti è contra renunciatio præiudicat renun-
cianti, & eius hæredibus, vt voluit Afſl. *in cap.1.*
num mihi 19. de eo, qui fin. fec. agnat. Non obſtant
rationes Cumiæ, quia hic non tractatur, quod hære-
ditas datur pacto, poſtquam omnes filiæ ſunt hæ-
redes ab inteſtato; ſed hæc reſeruauit ius primoge-
nituræ in re particulari feudali, quæ res non tolle-
batur. Nam primogenita coniugata, & dotata non
eſt excluſa à ſucceſſione feudi paterni, ſed tantum
dat prælationem Conſtitutio ſorori ſecundogenitæ
in capillo. Nam ſi omnes eſſent coniugatæ, & dota-
tæ, filia primogenita ſuccederet, quam prælationem
potuit ſibi reſeruare cum conſenſu patris dotantis
in præiudicium ipſius patris, & aliarum filiarum ſe-
cundogenitarum patris hæredum. Et ſic vltra quod
rationes Cumiæ de iure ciuili non procederent,
quia non communes, neque veræ, nihil penitus fa-
ciunt in hac quæſtione, nec intellexi Iſern. fa-
cientem diſtinctionem inter patrem, & fratrem, vt
ſupra dixi.

Tertia Concluſio eſt, An ex iſtis dotalibus initis, 12
mortuo Iacobo ſine maſculis, dominiũ ſtatus Ama-
tricis, tanquàm dotalis tranſlatum ſit in Donnam
Beatricem primogenitam, & primò videtur, quod
dominium non ſit tráſlatum, quia non adeſt contra-
ctus habilis ad transferendum dominium. Secundò
quia non adeſt traditio. Tertiò quia aſſenſus Re-
gius non videtur conceſſus contractui habili ad
dominium transferendum; quæ tria omnia neceſſa-
ria ſunt pro tráſlatione dominij rei feudalis, vt notat
Iſern. *in cap. ſi facta, in tit. ſi de feud. defuncti milit.*
& in cap.1. qui ſucceſſ. ten. loc.2. & eſt de Iure com-
muni, vt notant DD. *in leg. traditio. C. de pact.*

Sed bene intuenti etiam in hac Tertia conclu- 13
ſione contrarium dicendum eſt, nam fuit ſtatus
Amatricis in dotem datus, qui titulus eſt habilis ad
dominium transferendum, *l.1. ff. de fund. dot.* etſi
diceretur ex verbis in capitulis matrimonialibus
hoc colligi non poſſe. Nam tantùm fuit promiſſum,
vt fiant cautelæ neceſſariæ, vt ſtatus remaneat, quæ
verba non important dationem in dotem, ſed ma-
gis ſucceſſionem, tamen quando promiſſio eſt con-
templatione matrimonij, matrimonio ſequuto, di-
cta promiſſio habet effectum dationis in dotem
ad tex. *in leg. ſi marito, ff. de fund. dotal.* ibi *do-*
ti promiſerit, dotalem fundum effici. Et ſic ex ſo- 14
la promiſſione efficitur fundus dotalis, poſt-
quam ſequuta eſt traditio ex promiſſione; ete-
nim dicitur dos conſtituta, ita notat. Cuman. *l. de*
diuiſione, num. mihi 30. *ff. de ſolut. matrim.* Idem voluit
Franc. de Aret. *in d. l. quam legit. cum l. non ſolum, in*
2. not. num mihi 4. quem ſequitur Socin. ibi *in 1. not.*
num. mihi 30. Et ideò dicebat gloſ. *in l. vnic. in §. acce-*
dit. in verb. fecerit. C. de rei vxor. action. quod ex pro-
miſſione fit dos, allegat tex. *in l. ſi donatur. § fin. ff. de* 15
condit. cauſ. dot. vbi DD. omnes ponunt quæſt. quod
id, quod dicimus in dote ſtatutá, habet locum in do-
te promiſſa; nec eſt differentia quod ſit promiſſa
conſtitui, vel quod ſit conſtituta, dicebat Napod. *in*
conſuetud. incip. quartam, de iure quartæ, num. 16. Cu-
mulat latè Afſl. *deciſ. 61. num. 1. & ſeq.* Cautelæ au-
tem neceſſariò faciendæ, erat aſſignatio dotis, prout
in memoriali dicitur, quando petitur aſſenſus aſſi-
gnationi faciendæ dicti ſtatus Amatricis in dotem.
Si ergo promiſſio fauore dotis eſt titulus habilis ad 16
transferendum dominium, & ſequuto matrimonio,
& facta traditione ex titulo prædicto transfertur do-
minium, prout allegati DD. voluerunt, & cumulat
more ſuo Tiraq. *in tract. de vtroque retract. in verbo*
finis, verſ. quia multa alia, num. mihi 52. *fol.* 977. Qui
dicit, quod idem eſt promittere dare facultatem re-
dimendi infra certum tempus, quam facere retro-
uenditionem. Nam ex dicta promiſſione poteſt co- 17
gere ad retrouendendum, vt cumulat *num. 15. & ſeq.*
& ſic idem eſt promittere facere cautelas circa aſſi-
gnationem dotis, quam aſſignare ſtatum in dotem:
ſi ergò ſtatus Amatricis fuiſſet in dotem aſſigna-
tus, nulli dubium eſt ex dicta aſſignatione, ſequuta
traditione, dominium tranſlatum, ſic ex iſta promiſ-
ſione interuenit titulus habilis ad transferendum
dominium, vt ſupra probatum eſt, qui titulus eſt cõ-
ualidatus regio aſſenſu, poſtquam impetratus fuit
regius aſſenſus ſuper aſſignatione facienda, & ſe-
quuta eſt traditio, etiam quod fuiſſet inductus in
clandeſtinam poſſeſſionem ſecundum reg. tex. *in l. ſi*

18 *fundum ff. de fund. dot.* Nam poſtquã poſſeſſio ſequitur ex titulo antecedẽti valido, ex iſta traditione dominium eſſet tranſlatum, vt voluit Iſern. *in c. 1. qui ſu ceſſ. ten. l. 1. poſt num. 3. vſque ad num. 4.* Et hoc procederet, etiam ſi promiſſio in capitulis matrimonialibus eſſet facta pro conſignanda dote extraneæ, quãtò fortius facta filiæ primogenitæ legitimæ ſucceſſori in feudalibus, cui in dotem feudum dari poterat, poſtquam promiſſio debet habere effectum, etiam poſt mortem promittentis, fauore dotis, tex. eſt ſingularis licet vulgatus *in l. ſi ego, §. ſi res, ff. de iur.*
19 *dotal.* per quem text. dicebat Decius *conſil. 35.* quod promiſſio dandi in dotem aliquid filiæ, ſeu declaratio patris, facit, vt ſit ius quæſitum filiæ circa rem promiſſam in dotem, vel declaratam, vt minus non poſſit, nec reuocari per hæredes. Si enim pater promiſit facere cautelas neceſſarias vt Donna Beatrix filia primogenita habeat terram Amatricis, quod declaratur in ſupplici libello aſſenſus, quod erat aſſignare in dotem, & huic aſſignationi faciendæ in dotem fuit aſſenſus expeditus, ex hoc non poteſt reuocari per hæredem *ex reg. dict. §. ſi res.*
20 Quomodo poteſt inficiari adeſſe titulum habilẽ ad transferendum dominium cum traditione ſequuta, & regio aſſenſu vallatum. Nam quamuis de iure communi feudorum feudum non poſſit dari in dotem pro filia, ad tex. *in cap. 1. §. donare, qual. feud. pot. alien.* in vſibus feudo, tamen illud procedit, quando non interuenit regius aſſenſus, vt voluere DD. omnes *in dict. §. donare,* vt Aluarott. *poſt num. 8.* Præpoſit. *in eod. §. poſt num. 2. in verſ. niſi Domino conſentiente,* quos ſequitur Zaſ. *ſub rubr. de feud. alien. in verb. 4. in verſ. memineris tamen.* Curt. tamen *in ſuo tract. feud. in 4. par. princ. incipiente, Aggredior. nunc quartã partem, in 4. quæſt. princ. num. mihi 93. fol. 383.*
21 nullam facit differentiam, an pater det feudum in dotem pro filia, vel filia ipſamet det feudum quod habet in dotem, dummodo non æſtimatum, nec cum pacto de lucrando: dicens, quod hoc fieri poſſit ſine aſſenſu domini, & quod valet durante vita, & poſteà tranſit ad quem feudum peruẽturum erat. Quod ſi conſideremus in caſu noſtro, nulli dubium dicemus contractum validum, poſtquã feudum dabatur in dotem filiæ primogenitæ à patre non habente filios maſculos, & ſic proximæ ſucceſſori in feudo, & contractus erat validus, quia nulli fiebat præiudicium, poſtquam tempore cõtractus hæc filia primogenita erat legitima ſucceſſor in feudo, & proptereà omnis promiſſio valida & cautelæ faciendæ fauore dotis habentur pro factis, cùm non eſſent reuocabiles per hæredes, ſed confirmandæ, vt ſupra probatum eſt, maximè quia nos non ſumus in terminis *§. donare,* quo Iure fœmina non erat ſucceſſi-
22 bilis, *cap. 1. §. hoc autem notandum, de his qui feud. dar. poſſ.* Et ideò dare in dotem erat mera alienatio, quæ omni iure prohibita erat ſine directi domini aſſenſu; propterea fuit poſitus ille *§. ſub rubr. qual. olim feud. pot. alien.* Et augetur quod non poſſit fieri alienatio, etiam pro cauſa pia, & fauorabili, vt pro anima, & pro dote filiæ; ſed quando non inducitur alienatio, ſed tanquam legitima ſucceſſor dat feudum in dotem non æſtimatum, actus non reprobatur, & proptereà mulier poteſt feudum in dotem dare, *cap. 1. de inueſt.* quam Titius accepit à Sempronio, eodem iure poteſt pater feudum in dotem dare filiæ primogenitæ, non exiſtentibus maſculis, nec nocet conſtitutio regni fratribus, quæ tunc feudum in dotem darè pro ſorore, fratri permittit, quando non habet alia bona mobilia, vel hæreditaria, & plura quam tria feuda habeat, matrimoniumque contractum de ſpeciali licentia Regis factum fuerit, omneſque aliter conuentiones factas irritat. Nam conſtitutio illa intelligitur, quando 23
frater alios hæredes habuerit, quam ſororem, cui feudum in dotem dederit, & tunc conſtitutio illa in fauorem dotis inducta eſt, vt valeat obligatio, vel in dotem datio ſine aſſenſu, vt Marin. de Caraman. & Iſern. ibi teſtantur. Immò dicebat Anton. de Alex. *in conſ. 52. inter conſ.* Loffred. *num. 60.* quod conſtitutio prædicta habet locum in patre, qui poſſet feudum dare in dotem filiæ, & hoc intelligit quomodocunque conſtituatur feudum in dotem, ſiuè per contractum, ſiue in teſtamento vt *in prædict. conſ. num. 65. & ſeq.* Sufficit enim quocumque 24
modo feudum ſit deſtinatum in dotem pro filia, quod fortius in caſu noſtro dicendum eſt poſtquam filiæ primogenitæ, feudum in quo erat ſucceſſura in dotem non ſolum deſtinatum, ſed promiſſum & conſtitutum in caſu mortis abſque filiis maſculis per patrem fuit, & hoc modo non ſolum non fit, quod leges non habeant locum, ſed conſeruatur ius feudale, quod primogenita ſuccedat, quia non ſolum non eſt dotata; ſed feudum promiſſum in dotem; noluit enim primogenita propter dotem in pecunia renunciare ſucceſſioni feudi. Et ſi diceretur, aſſenſum non poſſe extendi ad caſum fictum, provt videtur hæc dotis conſtitutio, poſtquam non ab homine, ſed a lege præſumitur, poſtquam aſſenſus eſt ſtricti Iuris & non extenditur *ex reg. leg. quicquid aſtringende, ff. de verb. oblig.* per quem tex. hoc voluit Iſern. *in cap. Imperiali, in princ. de probib. feud. alien.* per Fed. *col. 2. poſt num 5.* Reſpondetur pluribus modis. Primò ſufficit matrimonium contra- 25
ctum cum licentia Regis, provt fuit in caſu noſtro. Secundo, hoc non procedere, quando venit conſecutiuè ex Iuris diſpoſitione, quia tunc non eſt extenſio, ſed comprehenſio, vt Bart. notat *in leg. ſi cum dotem, §. ſin autem in ſæuiſſimo, numer. 7. ff. ſolut. matrim.* & cumulat poſt alios Camer. *in repetit. cap. Imperial. fol. mihi 51. in vlt. col. lite 5. cũ duab. col. ſeqq.* Tertiò quia aſſignatio realiter fuit poſt mortem, provt in iſto caſu erat conſideranda, poſtquam debebat habere effectum poſt mortem Iacobi ſine maſculis, nec prætenſa renunciatio hæreditatis Iacobi nocet, tum quia fuit reuocata ſtatim, quod fieri intra triennium poſſe, eſt prouiſum *in l. final. Cod. de repud. hæred.* tum etiam quia factum erat in contrarium, quia poſſeſſionem ceperat, quod magis attenditur *ex reg. leg. Paulus, ff. rem rat. hab.* tum etiam maximè, quia ſi feudum habebat ex contractu dotis, non erat neceſſaria hæreditatis aditio, poſtquam ex contractu dotali feudum habebat. Hæc pro Clientis ſatisfactione. Nam cauſa parum, aut nihil habet difficultatis.

Fabius Marcheſius.

SVMMARIVM.

1 *Facti ordo proponitur.*
2 *Vniuerſitati an competat ius retractus, & quibus rationibus hoc ius competat.*
3 *Summa libertas eſt viuere ſub Rege, & ad quid teneantur vaſſalli in Regno.*
4 *Ius retractus an ex more fuerit conceſſum Vniuerſitati.*
5 *Seruus obligatus, an poſſit offerre debitum, & liberare ſeipſum; & quid dicendum in*

in re obligata, cuius ſit tranſlatum dominium; & an ius retractus extendatur ad retractum iurium, putà ſecundarum cauſarum, portulaniæ.

6 *Conſuetudo loquens in plauſtro olei, an locum habeat in plauſtro vini; & quæ fuit cauſa ad introducendum ius retractus in Vniuerſitate.*

7 *Retractus an detur in iuriſdictionibus, ánve poſſit protrahi vltra annum; & intra quod tempus detur retractus in emphyteuſi per conſtitutionem Regni* Sancimus, *& ex lege feudi.*

8 *Libertus aduerſus patronum an reſtituatur in integrum, & quid in vaſſallo aduerſus Dominum.*

9 *Reſtitutio in integrum, quæ ex lapſu temporis conceditur, infra quantum tempus debet concedi; & an ad reſtitutionem impetrandam requiratur petitio, & ſuper ea litis conteſtatio.*

10 *Ad petendam reſtitutionem in integrum, an requiratur ſpeciale mandatum.*

11 *Ad obtinendum retractum, an ſufficiat offerre pretium, vel ſit neceſſe, vt præſtetur.*

12 *Reſtitutio in integrum non ſolum infra quatriennium eſt petenda, ſed etiam infra dictum tempus eſt terminanda.*

13 *Reſtitui vt quis poſſit, an debeat de læſione conſtare; & an magis interſit eſſe ſub iuriſdictione Regis, quàm Baronis.*

14 *Intereſſe affectionis in conſideratione non habetur, nec pro modica læſione datur reſtitutio in integrum.*

15 *Fructus percepti ex re aliqua, an veniant compenſandi cum intereſſe paſſo.*

16 *Secundæ cauſæ reemptæ ad beneficium Regiæ Curiæ cùm pecunia Vniuerſitatis, an poſſint iterum vendi; & an poſſit fieri promiſſio per Proregem, aut Regiam Cameram, quod non vendantur.*

17 *Principi ex cauſa publicæ vtilitatis, an liceat reuocare priuilegia, etiam quæ in vim contractus tranſierint.*

ARGVMENTVM.

Ius retractus an competat Vniuerſitati aduerſus Baronem, quando venditur iuriſdictio ſecundarum cauſarum, ponderum, & menſurarum, & ſi illud competit, ſed elapſo anno à die contractus initi pro retractu inſtaret, an ſit audienda, & quatenus eſſet ei audientia deneganda, nùm poſſit aduerſus lapſum temporis in integrum reſtitutionem petere. Reſtitutio in integrum, quæ ex lapſu temporis conceditur, infra quantum tempus peti, & concedi debeat, & ad reſtitutionem conſequendam expreſſa requiratur petitio; & an principali abſente, ſpeciale requiratur mandatum ad illam petendam, de aliis notabilibus.

ALLEGATIO IV.

IN cauſa Illuſtris Ducis Seminariæ 1
cum Vniuerſitate Seminariæ ſuper
petione retractus ad inſtantiam di-
ctæ Vniuerſitatis contra Ducem, ex
cauſa emptionis factæ per Ducem
patrem, ſecundarum cauſarum, ac iuris ponderum,
& menſurarum, & portulaniæ, pro pretio ducato-
rum 5900. die 8. Iannarij, in anno 1556. præten-
dit Vniuerſitas ius retractus, quod in litem dedu- 2
xit in anno 1558. die 23. Iunij, & ſic poſt duos an-
nos, & ſex menſes elapſos à die emptionis, quod
ius & ſi nullo iure prætendi poteſt poſtquam lege
non cauetur, nec Doctoris auctoritate quod Vni-
uerſitati competat ius retractus, quia nec ratione
directi dominij, nec ratione vicinitatis, nec con-
ſanguinitatis, ex quibus rationibus hoc ius, vel iure,
vel lege municipali conceditur, admittatur; tamen
quando ex vſu vel more concederetur, hoc fuit in-
uentum, vel exemplo *leg. 2. Cod. de patr. qui fil. di-
ſtrax.* vel *ex gloſ. 1. l. inuitus, ff. de fideicom. liber.* vel
ex aliis cumulatis per Ioannem de Neuiz. *in conſil.*
12. inter conſilia Alber. Brun. vbi vult, quod ſum- 3
ma libertas eſt viuere ſub Rege, quo in Regno vi-
debatur congruum, poſtquam vaſſalli Baronum te-
nerentur ſoluere adiutoria non ſolùm Regi, ſed etiã
Baronibus, ex Cõſtitutione Regni *Quam plurimùm*,
& ad ſeruitia perſonalia, ſeruatâ formâ Pragmaticæ
Ferdinandi I. Et propterea ne duplici onere gra-
uentur *ex reg. l. eum qui, ff. de iur.* fuit mos forſitan
inductus ad concedendum ius retractus Vniuerſi- 4
tati, quam in beneficium libertatis, vt ſint ſunt ſub
dominio Regis, & non ſub dominio Dominorum
immediatè, ſedet mediatè, nec auctoritate, vt dixi,
nam Ioan. Faber, qui quaſi per manus ſolet com-
muniter allegari ad hoc *in §. ſi Dominus. Inſtit. de
noxal.* nec dixit nec dicere cogitauit, nam loqui- 5
mur in ſeruo obligato, qui poteſt offerre debitum
& liberare ſeipſum, & ſic non obligatur. Quod
communiter accidit in re obligata, *ex reg. l. Paulus,
ff. de pignor. & leg. mulier. ff. quib. mod. pign. vel hy-
poth. ſolut.* & hoc procedit ante dominij tranſlatio-
nem, ſed dominio tranſlato amplius non admittitur
oblatio vt poſt alios cumulat Capyc. *deciſ.* 1. & ſic
dictum Ioannis Fabr. non ſolum nõ procedit in iſto
caſu, ſed in terminis, in quibus loquitur eſſet con-
trarium. Vnde concludendum, quod cùm ex quodã
more hoc introductum ſic, non poteſt extendi ad
retractum iurium, vtputà ſecundarum cauſarum,
portulaniæ, ac ponderum & menſurarum. Nam con-
ſuetudo, quæ loquitur in plauſtro olei, non habet 6
locũ in plauſtro vini, quod pluries dixit Iſern. in re-
leuio, tã *in cap. 1. §. ſed & res, per quos fiat inueſtitura,*
quàm *in cap. 1. de alien. feud. pater.* maximè vbi non
viget cauſa introductionis, ſeu moris. Nam cauſa,
quæ fuit ad introducẽdũ ius retractus ex more, fuit

prætenſa

prætenſa libertas quæ nullo iure conſiderari poteſt in venditione iurium, poſtquam remanent vaſſalli, qui tenentur ad adiutoria, & ad ſeruitia: et ideò non poſſet extendi ad hunc caſum, & propterea benè dicebat Dominus Fec. *in 2.libr.in 2.authoritate, num. 26.fol.173.* quod non datur retractus in iuriſ-
7 dictionibus, imò quod intereſt Vniuerſitatis eius homines cognoſci ab Officialibus Baronis: ſi enim hoc ius non competit Vniuerſitati, negotium nullam poteſt habere difficultatem.

Sed dato quod de iure hoc ius concederetur, iam tempus deſtinatum habere debet, quòd ſiue iure, ſiue lege municipali conſideretur, non poteſt vltra annum protrahi; nam *lex.2.Cod.de iur. Emphyt.* concedit duorum menſium tempus, & in habente ſcientiam conſtitutio *ſancimus*, non prorogat tempus anni, ſed triginta dies, vel quatuor menſes, & quoad exteros annum, & ſiue hic annus ſit conceſſus *ex leg.feud.* quæ dat ius retractus filio infra annum, *ex regul.§.Titius ſi de feud. defunct. milit. fuer.* vel ex *cap.conſtitutus, extr.de in integrum reſtit.* clarū eſt non dari vltra annum ius retractus. Cùm hic ergo in iſto caſus annus ſit elapſus à die emptionis de qua ſtatim habuit ſcientiam Vniuerſitas, nulli dubium eſt hoc ius, & ſi deberetur concedi, fuiſſe ex lapſu temporis extinctum; & ſi Vniuerſitas prætenderet ad hoc ius admitti ex capite reſtitutionis in integrum, ex pluribus oſtendam Vniuerſitatem non poſſe ad hoc ius reſtitui. Primò, nam non datur reſtitutio liberto aduerſus patronum, ex re-
8 gula text. *in leg.fin.Cod.qui, & aduer. quos in integr. reſtit. non poſſ.* ergo nec vaſſallo aduerſus Dominum, poſtquam reſtitutio non petitur ad finem tollendi vtile dominium vaſſallorū, quod remanet Domino, ſed ad ius tantùm, quod non tollit domi-
9 nium. Secundò, nam cum talis reſtitutio ex lapſu temporis ſit, in tantum tempus concedi debet, in quantum fuit, vt habetur *in clem.1.de reſtit.in integr.* ſed ex prædictis calendatis temporibus patet, nec etiam infra dictum tempus talem reſtitutionem Vniuerſitatem petiiſſe, ergo amplius prætendere non poterit, & quando talis reſtitutio vſque ad quantriennium ipſi Vniuerſitati daretur, ex alio tali reſtitutionis remedio iuuari non poſſet. Nam nec infra quatriennium petiit talem reſtitutionem, & verum eſt, neceſſariò petitionem requiri, & litem ſuper ea cōteſtari, *Auth.ſi omnes.Cod.ſi min.ab hared. ſe abſtin.* notat Bal. *in dict.leg.ſupernacuam.* Cùm ergo non petierit ſe iuuari, non poterit, immò ſpe-
10 ciale mandatum requitur ad petendam talem reſtitutionem, *leg.illud,§.ſi talis, ff.de min.* & in mandato debet in ſpecie dici, ad petendum in tali cauſa *leg.is qui bona, §.ſed vtrum, ff.de acquir. hared.* Ita habetur per Bart. *in dict.leg.illud, §.ſi talis*, & verum eſt in caſu noſtro nullum adeſſe ſpeciale mandatum, nec de voluntate Vniuerſitatis conſtare, cùm Parlamentum non adeſt. Item ex alio talis reſtitutionis remedio iuuari non poterit: nam obtulit tantum velle ſe ſoluere pretium per Illuſtr. Ducem ſolutum, quod non ſufficit. Nam debebat cum effectu
11 præſtare, *argum.text.in l.acceptam.Cod.de vſur.cap.1. de eo, qui in poſſ. mitt.* vbi Abbas notat, & Card. in materia retractus dixit *in cap.conſtitutus, extr.de in integr.reſtit.* Item, non ſolum dictam reſtitutionem infra quatriennium non petiit, ſed nec infra quatriennium illam terminari fecit, prout debebat, per
12 *Clem.1.de reſtit.in integr.* vbi gloſ. notat: Nec Vniuerſitas poterit ſe iuuare ex textu *in leg.intra vtile, ff. de minor.* & *in leg.contra maiores, C. de inoff. teſtam.* Nam dicta iura procedunt exiſtente impedimento, quod impedimentum non facit in caſu noſtro. Vnde cùm fuerit elapſum quatriennium ceſſante impedimento, & cauſa terminata non fuerit, ceſſat diſpoſitio dictæ Clement. 1. de reſtitutione in integrum, & conſequenter talis reſtitutionis remedio amplius ſe iuuare non poterit. Item non poterit talem reſtitutionem prætendere: nam ad hoc vt quis reſtitui poſſit, debet de læſione conſtare, *leg.verum, §.ſciendum, ff.de minor. cap. conſtitutus, vbi gloſ. not. extr. de reſtit. in integr.* ſed in caſu noſtro de aliqua læſione non conſtat, ergo talem reſtitutionem prætendere vniuerſitas non poteſt. Et ſi Vniuerſitas diceret ſatis notoriam læſionem eſſe, cùm ſua intereſſit potius ſub iuriſdictione Regis, quàm Baronis, Reſpondetur hoc poſſe negari, imò multa commoda ciues percipiunt quòd cognoſcantur ab Officialibus Baronis in propria patria, & non ſint aſtricti adire Regias Audiētias cum maioribus ſumptibus, & laboribus. Sed dato, & non conceſſo, quod aliquale intereſſe conſiderari poſſet, certè non eſſet aliud quam intereſſe affectionis, quàm habere poſſet potius ad hunc, quam ad illum Iudicem, quod intereſſe affectionis in conſideratione non habetur, pro modica enim læſione in integrum reſtitutio non datur, *leg.ſcio, vbi not. ff.de in integrum reſtit.* not. Abb. *in cap.1.de reſtit. in integr.* Hæc dixi ad excludendam læſionem, quæ per Vniuerſitatem figurari poſſet; ſed ſi vera intueamur, læderetur Vniuerſitas ſi reſtitueretur ad prætenſum retractum: nam negari non poſſet, quin condemnanda eſſet ad ſoluendum ipſi Illuſtriſſ. Duci præfatos ducatos ſex mille vna cum intereſſe a præfato anno 1556. hucuſque ad rationem decem pro centenario, vt notorium eſt ipſum Illuſtr. Ducem paſſum fuiſſe, & pati ex regula textus *in leg.3.ff de diſtract. pign.* & *l.quoties. Cod.de rei vendic.* & *leg.debet, ff.de adil.edict.* vbi notant Doctores, quod intereſſe aſcenderet ad ſummam ducatorum duodecim mille in circa, & ſic Vniuerſitas propter iſtud intereſſe affectionis Iudicis exburiaret præfatos ducatos decem & octo mille, & ſi diceretur quod in hoc intereſſe venirent compenſandi fructus percepti ex ipſis ſecundis cauſis, ponderibus, & menſuris, ac portulania, ex eademmet regula *leg. emptor, ff.de rei vendic.* & *leg. quoties*, circumſpectus iudex facile conſiderare poterit, quam paucos fructus potuerit Illuſtriſſimus Dux percipere ex iſtis iuriſdictionibus, & ſic ex his omnibus, quæ clariſſime demonſtrantur, creditur talem reſtitutionem Vniuerſitati competere non poſſe, & ſic ad petitum retractum admitti non debere.

Et ſi vltimo loco Vniuerſitas vellet prætendere, quod dictæ ſecundæ cauſæ vendi non potuerint, ſtante quod fuerunt reemptæ in beneficium Regiæ Curiæ cum pecunia ipſius Vniuerſitatis; Reſpondetur hoc non fuiſſe promiſſum per Regiam Curiam ipſi Vniuerſitati, quod dictas ſecundas cauſas tenere debuiſſet in domanio; ergo ad id non erat aſtricta. Nec poterat talis promiſſio fieri ab Illuſtriſſimo tunc Prorege, vel Regia Camera, cùm talem non haberet poteſtatē maxime cum tendiſſet in maximum dānum ipſius Regiæ Curiæ talis promiſſio vt pro pretio ducatorum quingentorū vellet ſe priuare poteſtate vendendi dictas ſecundas cauſas, quæ poterant vendi per plura milliaria ducatorum, vt offerebatur tunc per Illuſtriſſ. Comitem Seminariæ auum ipſius Illuſtriſſimi Ducis, & poſtea venditæ fuere; & verum eſt emptionem iſtam factam fuiſſe tempore, quo bellum indicebatur per ſanctitatem Pauli IV. Pont.Max. ad expugnationem Regni huius, cum auxilio Regis Gallorum, propter quod bellum maximum periculum Regnum hoc paſſum fuit,

Right-margin numbers in column 2: 13 (at "reſtitui poſſit"), 14 (at "non datur"), 15 (at "cauſis, ponderibus"), 16 (at "Et ſi vltimo").

fuit, & ſic dicta venditio ob publicam vtilitatem facta fuit, causà cuius publicæ vtilitatis licitum eſt Principi priuilegia reuocare, etiam quæ in vim contractus tranſierunt, *cap. veniens, extr. de priuileg.* & voluit Paulus de Caſtr. *in l. digna vox. Cod. de legib.* Bald. *in leg. qui ſe patris. Cod. vnde liber.* Et ita deciſum fuiſſe per S.C. refert Capic. *deciſ.* 166. vbi multa maiora Principi pro cauſa publicæ vtilitatis licere dixit, & his omnibus clariſſimè demonſtratum eſt Vniuerſitatem prædictam ad prætenſum retractum nullo modo admitti poſſe, & Illuſtriſſimum Ducem abſoluendum fore ab impetitione ipſius Vniuerſitatis prout fuit abſolutus, condemnato filio ad reſtituendum Vniuerſitati ducatos 500. vnà cum intereſſe.

Fabius Marcheſius.

SVMMARIVM.

1 *Maritus an dicatur Marchio ſi eius vxor ſucceſſerit in Marchionatu conſtante matrimonio?*

2 *Mulier illuſtris nupta cum marito non illuſtri dignitatem amittit.*

3 *Textus* in l. 1. vbi gloſſ. C. de in ius vocando, *quid in præſenti diſponat.*

4 *Mulier ſortitur forum, & conditionem viri.*

5 *Filius qui naſcitur ex matre nobili & Patre plebeio, non eſt nobilis.*

6 *Plebeius qui contraxit matrimonium cum muliere nobili tractatur vt plebeius.*

7 *Regina nupta cum ſimplici milite non facit eum Regem.*

8 *Maritus eſt principalis in domo tanquam caput mulieris.*

9 *Mariti qualiter coruſcant de conſuetudine, vxorum radiis, vſque ad num.* 10.

11 *Textus* in cap. cum peronæ, de priuilegiis in 6 *qualiter procedat?*

12 *Nobilis, cui lis eſt mota ſuper nobilitate, qualiter ſit tractandus lite pendente.*

ARGVMENTVM.

Vxor ſi conſtante matrimonio efficiatur Marchioniſſa ex eo, quod in Marchionatu ſucceſſit, an vir eius Marchio denominari poſſit, ſicque ipſum eadem, gaudere Marchionatus dignitate: & de aliis pluribus ad materiam pertinentibus.

ALLEGATIO V.

1 ILlud eſt de quo ad præſens controuertitur, nimirum ſi vxor, in conſtantia matrimonij ſit effecta Marchioniſſa, quia ſucceſſit in Marchionatu, num eius maritus Marchio denominari poſſit, ſicque eadem gaudere Marchionatus dignitate.

Hic articulus modicam, & quaſi nullam habet difficultatem, quia regula eſt, quod vxor recipit dignitatem a marito, ſed non e contra per text. *in l. fœmina,* & ibi Bart. *ff. de ſenator.* & Bart. *in l. fin. Cod. de verb. ſign.* bonus text. *in l. mulieres, Cod. de dignitat. lib.* 12. *& in l. mulieres, C. de incolis, lib.* 10.

Immò ſi mulier eſt illuſtris, & eſt nupta cum marito non illuſtri amittit dignitatem, ita Bal. *d. l. fœmina, ff. de ſenator.* qui ponit exemplum in filia Regis, quæ dicitur illuſtris, quæ ſi nupta ſit comiti, efficitur ſpectabilis, ſupremæ dignitatis gradu obfuſcato, & idem Bal. *in d. leg. fœmina*, ex eadem ratione dicit, quod mulier nobilis nupta viro ignobili debet puniri vt ignobilis. Ad prædicta facit tex. *in l.* 1. & ibi *gloſ. cod. de in ius vocan.* vbi habetur, quod libertus mariti debet reuerentiam vxori, & tamen e contra, libertus vxoris non tenetur marito ad operas obſequiales, *l. liberti libertaque. Cod. de oper. libert. & ex d. tex. in d. l. p. C. de in ius vocand.* inferunt ibi Bal. & Salic. quod vxores nobilitantur per viros, non autem e contra. Et hinc videmus quod maritus agit pro iniuria facta vxori, ſed e contra non competit actio vxori pro iniuria facta marito, *§. patitur. Inſt. de iniur.* Hinc etiam videmus, quod mulier ſortitur forum, & conditionem viri. *l. exigere dotem, ff. de iudiciis,* & etiam vidua retinet dignitatem, & priuilegia viri, *§. non tantum permittimus, Auth. de nuptiis, l. filij. §. vidua ff. ad municipal.*

Hinc etiam reſultat, quod filius qui naſcitur ex matre nobili & patre plebeio, non eſt nobilis, vt per Bal. *in l. fin. C. de ſeru. fugit.* & *in l. liberos, ff. de ſenator.* Iaſ. *in l.* 1. *num.* 18. *ff. de verb. oblig.* latè Lup. *in repet. rubr. extr. de donat. int. vir. & vx. §.* 32. *n...* Hinc etiam videmus quod plebeius, qui contraxit matrimonium cum muliere nobili, quæ non contribuebat in tributis, tenetur contribuere pro eiſdem bonis mulieris in dotem acceptis, quæ in perſona mulieris erant franca, vt per eundem Lup. *in præd. §.* 32. *num.* 4. *in fin.* Et in ſpecie Bald. *in c. ſignificauit, de reſcript.* formauit quæſtionem in Regina, quæ nupſit ſimplici militi, an faciat eum Regem, & concludit quod non, licet dicat quod hoc caſu ratione Regalis dignitatis vir coruſcat radiis vxoris, *arg. text. in l.* 1. *c. de præpoſ. labor. lib.* 12. Et ratio omnium prædictorum eſt, quia maritus eſt principalis, tanquam caput mulieris, *c. cum cap.* 33. *quæſt.* 2. & mulier eſt acceſſorium, & regula eſt, quod acceſſorium non veſtit principale, *l. ex pupillari, ff. de vulg. & pup. ſubſt.* Vt ideo dicimus quod mulier coruſcat radiis mariti, tanquam quid acceſſorium *l. ſi libera, Cod. de nupt.* Et hæc ſufficiant, cùm nil in contrarium adduci nec conſiderari poſſit.

Nec prædictis obſtat dictum Hoſt. *in c. Raynutius, num.* 6. *extr. de teſtam.* de quo meminit Tiraq. *in tract. de nobilit. cap.* 18. *num.* 40. vbi dixit quod quamuis de Iure vxores coruſcent radiis maritorum non è contra, tamen quandoque de facto, & de conſuetudine maritus radiis vxoris coruſcat, vt quando ſimplex miles duxit in vxorem aliquam Comitiſſam dominam Comitatus: ex quo Hoſt. non dicit, quod per hoc maritus aſſumat dignitatem tituli, itavt tractari debeat maritus, ac ſi eſſet verus Comes, ſed ſolùmmodo præſupponit, quod per quendam abuſum accreſcat marito quidam ſplendor ex eo, quod duxit vxorem Comitiſſam, & hoc ad finem nobilitatis conſequendæ non ad finem acquirendi titulum, vt ex eis verbis clarè colligitur. Et inſuper idem Hoſt. dicit, quod hoc 10
eſt

eſt de facto, non de iure, & ſic non poterit hoc producere iuris effectus; conſuetudo enim iuri contraria, non eſt ſeruanda, ex dicto Bart. loquentis in materia nobilitatis *in l. omnes. C. de decurion. lib.*10. & ad hoc vt conſuetudo ſeruetur debet eſſe rationabilis, legitima, & præſcripta, vt dixit Gloſſ. *in c. cum cauſ. in verbo, praiudicat, de re iud.* & per Alex. *in l. de quibus, ff. de legib.*

Stantibus prædictis, non erit dubitandum, quod
11 lite huiuſmodi pendente, non debent mariti prædictarum vxorum admitti ad dignitates, & honores, quibus gaudent alij Titulati, ſub prætextu poſſeſſionis, quia ius reſiſtit, & ſumus in caſu tex. *in c. cum perſona, de priuil. in 6.* circa cuius capitis materiam Couar. *in lib. pract. quaſt. cap.*17. *num.*6. diſtinguendo plures caſus, concludit, quod vbi agitur de iuribus ad Principem iure communi pertinentibus, & pro Principe eſt iuris præſumptio, non poteſt tunc tractari de ſummaria poſſeſſionis probatione, & hoc abſque dubio procedit in aliquibus ex maritis conuentis in hoc iudicio, qui de recenti prætendunt titulum ex perſona vxoris, ex quo poſſeſſio nihil opitulatur, quandò eſt recens, & præſumptio eſt cōtra poſſeſſorem ex dicto Innoc.
12 *in c. quia in cunctis, num. 5. de conceſſ. preb.* & ex dictis per cap. *in dec.*6. Et in indiuiduo in propriis terminis tractat hoc Couar. *in l. 1. var. reſol. cap.*16. *num.*11. vbi diſcutit, An ille cui eſt mota lis ſuper nobilitate, & qui communi opinione, & Iure cuiuſdam quaſi poſſeſſionis exiſtimabatur nobilis, interim lite pendente, debeat ſoluere tributa, & alia onera impoſita plebeis, ac etiam, An poſſit gaudere honoribus nobilium & concludit, quod lite pendente, non ſolum debet contribuere in oneribus, virtute Pragmaticæ editæ in Regno Hiſpaniarum, ſed quod nec etiam lite pendente poteſt promoueri ad officia, & honores nobilium; adeo quod omni iure debent prædicti mariti lite pendente, abſtinere.

Fabius Marcheſius.

SVMMARIVM.

1 *Prohibitio legis, vt res aliqua non diſtrahatur, an differat, à prohibitione, qua fit à Iudice.*

2 *Lex ſi prohibet rem alienari, an diſtrahi poſſit, ſi eſt tempore peritura.*

3 *Poſſeſſor ſi ex cauſa neceſſitatis vult alienare rem alienari prohibitam, quomodo ei conſulatur.*

4 *Praeceptum Iudicis, ne quis rem ſuam alienet, an impediat tranſlationem dominij.*

5 *Alienata ſi fuerit res, qua diſtrahi prohibebatur, ſi perſona ad cuius inſtantiam fuit facta prohibitio, in iudicio ſuccubuerit, an firma remaneat alienatio.*

ARGVMENTVM.

Præceptum Iudicis alicui iniunctum, ne rem, quam poſſidet alienet, nùm dominij tranſlationem impediat, ſi demùm alienatio ſequitur. Diſcrimen quodnam conſtituitur inter prohibitionem legis, & prohibitionem hominis, & an prohibitione non obſtante res tempore peritura alienari poſſit. Alienata ſi fuerit res quam iudex diſtrahi prohibuerat, nùm ſuccumbente illo ad cuius inſtantiam fuit facta prohibitio, alienatio firma remaneat.

ALLEGATIO VI.

Pvto Dominis Iudicantibus in hac 1
cauſa ſatis liquere, magnam eſſe differentiam, an lex prohibeat ad alicuius rei venditionē procedi, vel Iudex; nam quādo lex prohibet, nunquā intelligitur prohibere res tēpore perituras, ita procedit tex. *in l. diuus, ff. de petit hered.* ſecus verò quando Iudex prohibet; nam prima naſcitur ex iuris interpretatione, quod non eſt dicendum in Iudice, quando expreſsè prohibuit, quia ſupra hoc non datur interpretatio, immò quando adeſt duplex prohibitio legis, & hominis, tunc non poteſt fieri alienatio, etiam in caſu permiſſo.

Primò falſum eſt dicere, quod res tempore peritu- 2
ra alienari poteſt: nam textus *in d. l. diuus, ff. de pet. heredit.* facit duas regulas, vna eſt quando quis ſatiſdedit, & tunc ſtante ſatiſdatione poteſt alienare, ſecunda eſt quando non ſatisdedit, & tunc non poteſt alienare, etiam res tempore perituras, niſi permiſſu Prætoris, & cum cauſæ cognitione, ita Bar. *in d. l. diuus, num. 3. in fin.* Ang. *nu.* 2. vbi dicit quod voluntariè non permittente Prætore, nihil poteſt alienare, etiam quod ſit tempore periturum, & propterea dicebat ibi Paul. de Caſtr. *num. 3. in fine*, quod quando 3
poſſeſſor vult alienare ex cauſa neceſſaria, & non vult dare, vel non inuenit fideiuſſores, conſilium eſt vt adeat Prætorem, & exponat caſus neceſſitatis; & obtineat poteſtatē vendendi ſine fideiuſſore, & hoc probatur ex diſpoſitione tex. *in l. Ariſto, ff. de iur. deliber.* vbi dicit Iuriſconſultus quod res, quæ tempore deteriores fieri poſſunt, ſi alienari volunt, hoc fieri debet, adito Prætore; & ſic clarum eſt, quod alienatio non permittitur, quando res eſt tempore peritura, niſi adito Prætore, & cum eius decreto, qui in conceſſione decreti cognoſcere poteſt, ſi res eſt tempore peritura, & ſi ex tempore deterioratur, vel aliqua iuſta cauſa concedendi decretum; & hoc procedit, quando prohibitio eſt legis tantùm; At in caſu, de quo agitur, adeſt prohibitio legis poſtquam erat lis conteſtata ſuper dominio officij, ſtante nominatione & prohitione hominis, poſtquam Iudex prohibuit nominationem fieri, quæ prohibitio facit, vt non ſit licita alienatio, etiam in caſu permiſſo. Bal. *in c. 1. §. praterea, n. 3. de cap.* Corrad. ad tex. *in §. ſantiſſimus, in Auth. de alienat & emphyt.* Iaſ. *in §. diui, in 2. repetit. n. 35. cum ſeq.* Etenim nulli dubium 4
eſt, quod præceptum Iudicis impedit tranſlationem dominij, vt eſt communis ſcola Doctorum *in l. filiuſfam. §. diui, ff. de leg.* 1. maximè, quādo eſt factus propter litis pendentiam, vel ad inſtantiam alicuius Tertij, cuius quoquo modo intereſſet, ita Bar. ibi *num* 16. *& in l. ſi ſciens, ff. de contrah. empt.* & melius *in l. paterfilium, §. Iulianus. Agrippa. n. 1. ff. de leg. 3.* Imol. *in d. §. diui n.* 10. Iaſ. ibi *in 1. repet. in 6. n. 97. & in 2. repet.*

*per.n.*130.Paul.de Caſtr.ibi *n. 6. circa medium*: hinc notabiliter dicebat Bal.*in l.*1.*n.*7. *in verſ.vnde ſi ego,*
5 *C.commun. diuid.* quod quando eſt intentatum iudicium reale,ſiue ſit intentatum in rebus corporalibus ſiue in iuribus incorporalibus, quod idem eſt,prout voluit Innocent. *in c.cum M. Ferrarientis, de conſtit. n. 9.circa fin* quia inducitur vitium litigioſi, quãuis ego non obtineam in hoc iúdicio,alienatio facta eſt nulla, & ponit Innocent. exemplum in collatione præbendæ,quod eſt particulare in caſu noſtro;nàm iudicium intentatum erat; quod ſtante nominatione facta debebat Petrus compelli ad faciendam cautelam,& ideò ſtante prohibitione , quod Petrus non faciat aliam nominationem,etiàm quod non obtineret Ioanna,nominatio interim facta non valet; aſſignat rationem Bald. quia hoc facit iudiciorum rigor non veritas iuris inuentari,cumque ſèquitur ibi Paul.de Caſtr.*num.*8.*verſ.vltimo nota.*

Hæc breuiter,& currenti callamo dixiſſe ſufficiat coram Iudicibus tanta doctrina , & experientia decoratis.

Fabius Marcheſius.

SVMMARIVM.

1 *Textus* in l. ſi quis aduerſus. C. de precibus Imperatori offerendis, *explicatur.*
2 *Reclamatio ſententiæ S.R.C.qualiter proponenda.*
3 *Textus* in l.3.ff.de leg. *primò adducitur in præſenti.*
4 *Expreſſio eius,quod tacitè ineſt,quem effectum producat.*
5 *Deciſio S.R.C.in præſenti affertur.*
6 *Auctoris proteſtatio pro præſenti facto adducitur.*
7 *Sententia non nocet niſi in iudicio citatis.*
8 *Textus* in l.1. C.ſi pendente appellatione mors interuenit, *qualiter explicetur.*
9 *Regula,de qua ſupra, quomodo , & qualiter procedat.*
10 *Sententia lata contra matrem in cauſa libertatis , quando, & qualiter noceat filiis.*
11 *Sententia reclamatione propoſita,quando, & qualiter tranſeat in rem iudicatam.*
12 *Sententia,vt ſit tranſacta in rem iudicatam,quid requiratur.*
13 *Sententia lata contra mortuum nulla dicitur.*
14 *Filius, & Pater quomodo cenſeantur vna perſona.*
15 *Textus* in l.à Sententia,ff.de appellationibus,*qualiter procedat.*
16 *Sententia in cauſa ſtatus, vtrum noceat non citatis.*
17 *Sententia lata contra vnum, quomodo , & qualiter afficiat alterum.*
18 *Textus* in l.ingenuum, ff.de ſtatu hominum,*qualiter procedat.*
19 *Textus* in l ſocium, ff pro ſocio, *in præſenti affertur.*
20 *Textus* in l.fin.de liberali cauſa, *quomodo, & qualiter intelligatur.*
21 *Sententia lata contra matrem de libertate,non nocet filiis ante litem natis.*
22 *Saliceti doctrina* in l. finali , de liberali cauſa,*adducitur.*
23 *Sententia lata contra Patrem qualiter noceat filiis.*
24 *Sententia ex capite nullitatis qualiter impediatur.*

ARGVMENTVM.

Sententia lata contra patrem in cauſa nobilitatis, ſi ab ea fuerit reclamatum, & filio demùm , patre mortuo reclamationem proſequente, fuerit confirmata, nùm dicatur in rem iudicatam tranſitum feciſſe,itaut filius ipſe ab hac poſtrema ſententia primam confirmante ſupplicare amplius non poſſit : & de pluribus ad ornatum textus in l. ſi quis aduerſus.C.de precibus Imper.offerendis.

ALLEGATIO VII.

CLARISSIMA debet eſſe deciſio præſentis cauſæ ex vulg. tex. *in l. ſi quis aduerſus , C.de precibus Imper. offer.* vbi pro regula indubitata traditur, quod ſi aliquis aduerſus ſententiam Præfecti Prætorio duxerit ſupplicandum, victuſque denuò fuerit, nullam habere poſſit licentiam iterum ſuper eadem cauſa ſupplicandi. 1

Si ergo ſententia S. C. quæ ad inſtar ſententiæ Præfecti Prætorio procedit,vt clarum eſt,& per Magnificum Iacobum,& Scipionem de Bononia,ab ipſa ſemel fuit reclamationis iudicium propoſitum & proſequutum , vtique dum per aliam eiuſdem S.C. ſententiam fuerit primà ſimpliciter confirmata,nullum debet adeſſe dubium,quin iterum ſuper eadem cauſa ſupplicandi nulla ſit admittenda licentia , vt *in d. text.* & late ibi per DD. & *in l.*1. *ff. de offic. Præf. Pretor.* & *in l.*1. *C.de ſent. Præfect. Prætor.* Nec difficultas oriri debet ex eo quia in dicta ſententia vltima S. C. non adſunt verba illa,Perpetui ſilentij, quæ ex ſtylò S. C. in ſecundis eiuſdem S. C. ſententiis apponi ſolent. Nam illa non ſunt de forma , nec de ſubſtantia requiruntur ad finem , vt ſententia huiuſmodi ſemel confirmata in rem iudicatam tranſeat , & non poſſit iterum ab iſta reclamari, cùm effectus iſte ſit à lege introductus,& per conſequens expreſſio ipſius ſuperuacua & inanis iudicatur,*ex vulg. reg.tex.in l.*3.*ff de leg.*1. huius enim quod tacitè à lege includitur non eſt neceſſaria expreſſio , late per Bal. etiam in materia ſtatutaria *in l. fin. C. de procur.* & per Ancharan. *in repet. c.*1. *de conſtit. in* 14. Immò adeo eſt hoc verum , vt quando etiam adeſſet ordo ſuperioris quòd in ſententia hoc exprimeretur , non ideò nouam induceret formam , ſed potius quandam admonitionem , & ex- 2 3 4

preſſionem eius, quòd tacitè ineſt. Et propterea etiamſi non exprimeretur, ſententia ſuum effectum ſecundum iuris communis diſpoſitionem deberet conſequi. Ita per Innoc. not. *in c. prudentiam, in 2. col. de offic. deleg.* Bald. *in l. praſcriptione. C. ſi contra ius, vel vtilit. publ.* & *in l. non dubium, verſ. iuxta hoc quare. C. de legib.* & *l. bona fidei C. de reb. credit.* Ant. de Butr. & Abb. *in c. quintanallis, in penult. & antepenult. col. de iureiur.* Probatur *in c. cum ad ſedem. de reſtit. ſpoliat.* & ibi notant multi, & *in c. ex inſinuatione,* & ibi Ant. & Imol. de reſcriptione, & per Imol. & alios *in c. fin. de praſcript.* per Bart. *in l. 2. ff. de condit. & demonſtr.* allegat. Ioan. Andr. *in c. 1. de offic. deleg.* ſequitur Alex. *conſ. 2. vol. 2.* & clarius per Ruin. *conſ. 133. num. 6. vol. 5.* in caſu noſtro contra Iacobum de Bononia prætendentem hono-
5 res Sedilis Nieli per S. C. fuit iudicatum, ipſe idem reclamauit, & quia morte præuentus non potuit reclamationem ipſam finire, Magnificus Scipio prætendens ſe filium legitimum dicti Iacobi, & reclamationem prædictam pro ſuo intereſſe, tanquam ſucceſſor ſanguinis fuit proſequutus, & demùm ſententia prima per idem S. C. fuit confirmata, ſolita verba proferens, videlicet *Bene iudicatum, & malè reclamatum.* Sequitur ergo ex iuribus prædictis quod abſque alia difficultate prouidendum erit, huic eius ſecundæ reclamationi non eſſe deferendum, & per conſequens rem iudicatam obſtare.

6 Sed quia audio quod hoc ius nouum ex aliquibus vanis, & figuratis rationibus pars aduerſa introducere intendit, licèt coram doctiſſimis iudicibus res agatur & propterea non ſit mea allegatio, nec reſponſio neceſſaria; tamen obtemperandi, ac morem gerendi cauſa potius tam Illuſtriſſimæ Plateæ, ac veræ familiæ de Bononia, hæc pauca verba reſpondendo eius obiectis, dicam.

7 Proponitur namque ex aduerſo clariſſimi Iuris eſſe quod ſententia non nocet niſi in Iudicio citatis, & victis, *ex reg. l. de vnoquoque. ff. de re iud. l. quod ipſis, ff. de regul. iur.* ſed quia ipſe Scipio in prima ſententia lata contra patrem non interuenit, nec citatus reperitur, ergo ex ipſa non potuit affici, & conſequenter ſecunda ſententia cum ipſo lata prima erit quoad ipſum iudicanda, & ſic ex regula eiuſdem text. *in l. ſi quis aduerſus*, licitum erit ab ipſa reclamare, nec poteſt dici ſententiam hanc ipſum afficere tanquam hæredem, in quem inſtan-
8 tia defuncti tranſit, per tex. *in l. 1. C. ſi pendente appellat. mors interuenerit*, & per viam repreſentationis eadem perſona dicitur, & propterea quicquid defuncto obſtat, contra hæredem obſtabit, per Bar. Bal. & alios *in l. cùm a matre, C. de iurand.* Nam in eodem proc. ſtat præſentata exhæredatio ipſius, & hinc eſt, quod non tanquam hæres, ſed tanquam filius reclamationem prædictam fuit proſequutus, vt ex verbis ſupplicationis liquet, ſic etiam, nec poteſt dici ſententiam prædictam fuiſſe latam contra eius patrem in cauſa legitimationis, & conſequenter conditionis perſonæ, & ſtatus, quæ facit ius quoad omnes, etiam abſentes, & non citatos, *per l. ingenuum.* & ibi per Cyn. Bart. Bald. & omnes *ff. de ſtat. hominum,* & *in l. 2. C. quib. res iudicata non*
9 *nocet.* Nam audacter reſpondit ipſe regulam prædictam procedere inter omnes, quorum non æquè principaliter intereſt, vt latè, & communiter per DD. prædictos *in d. l. ingenuum,* & per Bald. *in d. l. 2. per l. cum duobus, C. de inoffic. teſtam.* & *l. Papinianus, §. ſi ex cauſa, ff. eod. tit.* At ipſe pro eius perſona principale, & æquale intereſſe habet, ergo ex dicta regula repelli non poteſt, & denuò in propriis terminis dicit eſſe tex. hoc decidentem in ſui fauorem, in cauſa ſtatus *in l. fin. C. de liber. cauſ. iunct. tex.* & ibi Gloſ. *in l. ſi vſumfructum, §. ſi mater, ff. eod. tit.*
dicitur enim ibi, quod ſententia lata contra matrem 10
in cauſa ſuæ libertatis, quamuis noceat filiis in vtero exiſtentibus, non tamen nocet filiis ante litem ab ipſa natis, quin poſſint ea non obſtante de eorum libertate tractare; applicat modo in caſu ſuo, quod ſententia prima lata contra Iacobum, quamuis ſit in cauſa ſtatus, non poteſt, nec debet nocere Scipioni filio ante litem Iacobi nato, & conſequenter contra ipſum iura eiuſdem legitimationis patris proponentem, non nocebit ſententia prædicta contra eundem lata.

His tamen nullo modo obſtantibus, ex infra ſcri- 11
ptis vaniſſima redduntur omnia prædicta, & vt clariùs iuſtitia præſentis puncti pateat Dominis Iudicibus, recordor quod Magnificus Scipio non nouam actionem, nec nouum proceſſum ex iuribus ſuæ perſonæ propoſuit; ſed reclamatione per patrem interpoſita ſuper eius legitimatione, tanquam filius pro ſuo intereſſe fuit proſequutus; & in tantum eſt hoc verum, quod dum per ſedile opponebatur reclamationem ipſam fuiſſe deſertam, & proinde ob lapſum fatalium feciſſe tranſitum in rem iudicatam, diſcuſſo puncto fuit deciſum, quod non obſtante dicta deſertione procederetur ad expeditionem dictæ reclamationis cauſæ; Et ſic etiam dum iterum per idem ſedile fuit oppoſitum quod ipſe Scipio ex defectu propriæ perſonæ tanquam ſpurius, & inceſtuoſus, non poterat in iudicio ſupradicto ſubintrare, nam quando etiam pater cuius cauſam proſequebatur, fuiſſet legitimus declaratus, non potuiſſet ipſe propter defectum prædictum eius honoribus gaudere, fuiſſetque inſtatum pro termino ad probandum contra ipſum Scipionem. Tamen quia ex aduerſo dicebatur, & ſic Dominis Iudicibus viſum fuit, quod tunc non de perſona propria Scipionis, ſed de perſona patris, cauſa agebatur, quam ipſe Scipio, non obſtante, quod non eſſet hæres, poterat pro ſuo intereſſe proſequi, & reperiebatur introducta, & ſic in ſtatu, in quo non poterat concedi nouus terminus, ideo fuit ſedile excluſum à termino, & facto verbo prouiſum, quod procederetur ad expeditionem cauſæ reclamationis
prædictæ, prædicto termino non obſtante. Hæc er- 12
go declarant, quod Scipio non iudicium proprium, ſed iudicium reclamationis patris fuit proſequutus, & verba ſententiæ hoc manifeſtant, dum dicunt, Bene iudicatum, & male reclamatum. Vt enim pateat quid ſit iudicatum, & an obſtet res iudicata, videndum eſt ſi coram Iudice, ad quem ſit idem deductum, & diſcuſſum, quod apud Iudicem a quo dixit text. etiam in cauſa ſtatus *in l. ſi quis cùm totum, §. ſi ancillam, ff. de exec. rei iud.* Sunt ergo duæ ſententiæ S. C. ſuper legitimatione Iacobi latæ, licet vna cum ipſo, altera cum filio, & conſequenter præſens reclamatio, quæ circa idem procedit, non eſt admittenda, cùm de perſona Iacobi non debet amplius tractari.

Nec poteſt dici, quod hæc ſententia vltima recla- 13
mationis non potuit operari contra Iacobum iam mortuum, cùm ſententia lata contra mortuum, nulla dicatur, *ex reg. leg. in ſumma, §. fin. ff. de re iud.* Nam licèt reſponderi poſſet, quod adeſt procurator in iudicio effectus dominus litis, cum quo etiam, quòd principalis ſit mortuus procedi poteſt, *leg. nulla,* & *leg. procuratoribus,* & ibi DD. *Cod. de procur.* tamen clariùs & fortiùs dicitur, quod poſtquam Scipio ipſe reclamationem prædictam fuit proſecutus, quod abſque vllo dubio potuit facere, non ſolùm tanquam filius, qui dicitur ſucceſſor ſanguinis patris,

patris, etiam quòd hæreditatem renunciat, per tex.
& communiter ibi per DD. *in leg. pro harede, §. fin.*
14 *ff. de acquir. hared.* immò cum patre vna, & eadem
perſona cenſetur, *leg. fin. Cod. de impub. & aliis ſub-
ſtit. cap. iam itaque, 1. quaſt. 4.* quem allegat Bal. *in
leg. vltima. Cod. de ſeru. fugit.* facit etiam ad propo-
ſitum Paul. de Caſtr. *conſ. 264. col. 3. lib. 2.* ſed etiam-
ſi tertius extraneus eſſet, habens tamen in cauſa in-
tereſſe totale, vel etiam aliquale præiudicium, vt
latè per Fulgoſ. *conſ.* 169. Rom. *conſ.* 342. poſtquam,
dico, fuit reclamationem prædictam proſequutus ex
ſententia, quæ inde euenit, quando etiam nullum
præiudicium Iacobo mortuo potuiſſet inferri. Ta-
men totalis excluſio ipſi Scipioni reſultauit eo mo-
do ac ſi ipſe Scipio ambas ſententias contra ha-
buiſſet. Nam poſtquam Scipio ipſe ſciens litem mo-
tam cum patre, provt de ſcientia per comparitiones
eiuſdem manus conuincitur, noluit tunc ipſe ſub-
intrare, & expectauit reclamationem, quam poſtea
fuit proſequutus, dicta ſecunda ſententia eundem
effectum operatur, acſi in omnibus fuiſſet citatus:
& proindè ſicut pater non poſſet, ſic nec ipſe am-
plius reclamare potuit, dato etiam quod eſſet ter-
tius; communis eſt doctrina omnium Ciuiliſtarum
15 *in l. à ſententia, ff. de appell.* & omnium Canoniſta-
rum *in cap. cum ſuper, de ſent. & re iud.* & ſic reſpon-
ſum per prædicta remanet mortuo primo Patris,
dum dicit, quod non fuit citatus in primo iudicio,
& quod reclamationem fuit proſequutus, non tan-
quàm hæres, ſed tanquàm filius. Nam vtcumque
ſit, quando etiam tanquam extraneus pro ſuo inte-
reſſe interueniſſet, ſecunda ſententia ipſum affi-
ceret, acſi à principio fuiſſet in Iudicio; om-
nia enim acta præcedentia tam primæ, quàm ſecun-
dæ inſtantiæ, quando iudicium motum per alterum
quis proſequitur, ratificaſſe videtur, *arg. tex. l. 3. §.
falſus, ff. rem rat. hab.* per Innoc. & melius per Abb.
in praall. cap. cum ſuper, in fin. de ſent. & re iud. & per
16 Imol. *in eodem cap. num. 7. verſ. ſed aduerte.* Acce-
dat denique quod dicta ſententia provt ſupra eſt di-
ctum in cauſa ſtatus, quæ omnibus etiam extraneis,
& non citatis intereſſe tamen habentibus, nocet
per dictos *l. ingenuum,* & alios ſupra notatos; quan-
tò magis nocere debet filio non ſolum præſenti, ſed
reclamationem proſequenti, non ſolùm tanquam
tertius, qui poſſet per ſupra allegata, ſed tanquam
ſucceſſor vniuerſalis in iure ſanguinis & nobilita-
tis patris; Si enim Iacobus illegitimus remanſiſſet
per primam ſententiam declaratus, nulli dubium,
quod ipſe Scipio etiam quòd filius legitimus Iaco-
bi fuiſſet, non potuiſſet aui honoribus gaudere;
17 Nam tanquam ex radice infecta deſcendens re-
manſiſſet ab illis perpetuò excluſus, vt latè per Bal.
in leg. fin. Cod. de verb. ſignif. per Anchar. *conſil.* 389.
latiſſimè per Tiraq. *de nobil. cap.* 15. *num.* 14. neceſſi-
tabatur ergo ipſe Scipio reuocari facere dictam ſen-
tentiam ad finem, vt potuiſſet aui honoribus gau-
dere, ergo dicta ſententia ipſum afficiebat; com-
munis namque eſt doctrina, quod ſentētia lata con-
tra vnum afficit non ſolum hæredem, ſed etiam
quemlibet ſucceſſorem in re vel iure illo, non ſo-
lum vniuerſalem, ſed etiā particularem & in quota,
vt latè per Tiraq. de iure primogenituræ 35. *quaſt.
num.* 17. *cum ſeq.* Si igitur dicta ſententia non fuit re-
uocata, ſed confirmata per idem S. C. ergo Scipio
ipſe duas ſententias, & non vnam habet contra
quæ ipſi nocent. Tunc enim hæc ſecunda quoad ip-
ſum diceretur prima, quando prima lata cum patre
ipſi non noceret, ſed ſi prima ipſi tanquam ſucceſ-
ſori patris in iure ſanguinis nocet, hæc ſecunda non
negatur quin noceat, ergo duæ Præfecti prætorio

ſententiæ, & non vna contra Scipionem ipſum
erunt iudicandæ. Nec iuuat Patrem dicere, quod
diſpoſitio *d. l. Ingenuum* non poſſit procedere contra 18
eum, qui in cauſa æque principale intereſſe habet
per iura ſupra allegata. Nam vltra reſponſionem,
quæ etiam ex prædictis ad hoc idem colligitur, di-
co fundamentum predictum non eſſe verum. Nam
intereſſe ſuum in dicta cauſa, in qua de legitima-
tione patris agitur non æque principale, ſed con-
ſecutiuum per DD. appellatur, cum eſſe, vel non
eſſe legitimam perſonam patris, tantummodo pri-
mò, & principaliter tangit, quamuis ex hoc ipſi fi-
lio generetur intereſſe in conſequentiam ex eo quia
perſona patris, tanquàm proxima, & immediata
quoad nobilitatem filij inſpici debet per ſupra alle-
gata, & per tex. *in l. ſocium, qui in eo, ff. pro ſoc. leg.
penult. ff. de cond. ob turp. cauſ.* per Aym. *conſil.* 165. 19
quando enim ſententia eſſet lata contra fratrem
tractantem de perſona patris communis, tunc ipſe
Scipio æquale intereſſe haberet, & ſententia præ-
dicta ipſi non obſtaret, ſic in iſta materia dant ex-
empla DD. *in dict. leg. ingenuum,* & *in leg. ſepè, ff. de
re iud.* & particulariter Tiraq. de nobilitate *cap.* 37.
num. 7. *fol. mihi* 521. Nec dubium prædictis faciat 20
text. *in dict. leg. fin. de liber. cauſ. cum concord.* nam
nullo modo ad caſum noſtrum applicari poteſt in
quo Magnificus Scipio nō nouam cauſam eius per-
ſonam concernentem propoſuit, provt *in dict. l. fin.*
ibi enim filius poſt ſententiam contra matrem la-
tam de propoſita libertate contendebat, non autem
iterum de libertate matris decidit optimè Iureconſ.
quod ſententia matris non noceat filiis antea natis.
In caſu noſtro Magnificus Scipio non cauſam ſtatus
ſuæ perſonæ, ſed cauſam legitimationis patris fuit
proſequutus. Iure ergo ſententia contra patrem pri-
mo loco lata debet contra eundem operari, qui in
ſanguine habet cauſam à patre, tanquam proxima,
& immediata perſona, vt ſupra eſt dictum; ſed me-
lius, & fortius dico, tex. prædictum caſum in fauo-
rem ſedilis decidiſſe. Ratio autem quare ſententia 21
lata contra matrem de libertate non nocet filiis an-
te litem natis, illa fuit, nam filius reperiebatur na-
tus liber, & ex ingenua, quando poſtmodum per
ſententiam ex aliqua cauſa ſuperuenienti, declara-
tur ſerua, non ideò ſequitur quod filius antea natus
ſit etiam ſeruus, multis tamen ex cauſis ſtatus muta-
ri conſueuit, dixit tex. *in leg. aui, Cod. de liber. cauſ.* &
propterea decidit Iureconſ. quod ſententia ipſi non
nocet, non obſtante, quod ſit ſuper cauſa ſtatus, ra-
tio rationis eſt, quia ea quæ ſunt ex genere per fa-
ctum, vel culpam matris vel patris non poſſunt tol-
li, *vulg. leg. 3. ff. de interd. & releg.* cum aliis ſimilibus
allatis per Tiraquell. de nobilitate *cap.* 35. *per to-
tum,* & de iure primogenituræ *quaſt.* 40. *numer.* 51.
ſed faciamus quod dicta ſententia, quæ contra ma-
trem profertur, ſit ex cauſa tractum habente ante
natiuitatem filiorum, adeo quod filij ſint nati poſt
ipſam cauſam, & ſic ex matre ſerua, licèt ante litem
motam, an ſententia in caſu prædicto contra ma-
trem lata nocebit filio? hæc eſt deciſio Salic. *in ead.* 22
leg. fin. de liber. cauſ. qui diſtinguendo, modo præ-
dicto decidit, quod in eum caſum nocet: applican-
do modo ad caſum noſtrum, ſententia lata contra
Iacobum in cauſa nobilitatis prædictæ non eſt pro-
pter factum, vel culpam ipſius. Tunc enim ſenten-
tia non noceret Scipioni nato ante factum prædi-
ctum, ſed cauſa eſt, quæ in radice natiuitatis ipſum
inhabilem in mundo produxit, antequam Scipio
in mundo eſſet, adeòque ſententia *ex reg. dict. text.*
nocet, & nocere debet Scipioni, tanquam ex dicta
infecta radice prouenienti, ſicut in filio dictæ ma-

tris ſeruæ ſupra eſt declaratum.

23 Sed quid vlterà philoſofamur? punctus iſte propriè in terminis legitimationis in cauſa admiſſionis ad honores, tangitur per DD. & communiter omnes ex regulis & rationibus prædictis decidunt, quod ſententia lata contra patrem, nocet etiã filiis. Ita per Abb. *in cap. quamuis, col. 2.* & per Felin. *num. 9. de ſent. & re iud.* per Alex. *in leg. ſæpè num. 60. ff. de re ind.* & per Imol. ibidem. *num. 12. circa med.* Et cum his deciſionibus, quæ meo iudicio clariſſimam reddunt cauſam, allegationibus præſentibus finem impoſueram, quando audiui, quod Pars aduerſa ex alio nouo motiuo obtinere prætendit; dicit enim, quod poſtquam in dicta vltima ſentẽtia nõ fuerunt poſita verba illa *perpetui ſilentij*, vnum de duobus neceſſario erit iudicandum, vel quod ſententia ſit nulla ex defectu prædicto, ſtante Regia Pragmatica, quæ hoc mandat, vel quod conſultò non fuerunt appoſita, & ſic tacitè per S.C. ſit deciſum, quod poſſit iterum à dicta ſecunda ſententia reclamare. His quidem licèt friuolis, vnico tamen verbo reſpondetur, & quoad primum ſatis eſt per ſupra allegata probatum, quod quando etiam ſtatutum, vel Pragmatica hoc diceret, non ideò ex dicto defectu ſententia redderetur nulla, ſed relinquendo iura, non video quomodo poſſit ad præſens hoc pertractari, poſtquam non fuit in iudicio deductum;
24 ſentẽtia enim, de qua agitur nõ ex capite nullitatis, ſed ex capite reclamationis, quę validitatem ſententiæ præſupponit Pars aduerſa reuocationem propoſuit: Nec etiam caput nullititatis prædictæ potuiſſet proponere, niſi prius facto depoſito iuxtà formam Regiæ Pragmaticæ renuntiet, ergo Pars aduerſa reclamationi, & caput nullitatis firmiter proponat, & S. Conſilium iuſtitiæ complementum miniſtrabit. Quoad ſecundum dico, quod nec expreſsè S.C. potuiſſet decidere quod à ſententia reclamationis iterum poſſit reclamari, & ſi hoc deciſiſſet, huiuſmodi ſententia eſſet nulla, tanquam notoriè lata contra caſum *dict. leg. ſi quis aduerſus*, ac Regiam Pragmaticam. Si ergò expreſsè non potuiſſet hoc facere, quomodo Pars aduerſa figurare poteſt quod hoc tacitè decreuerit? concludo ergo ex his omnibus Magnificum Scipionem eſſe omnino à præſenti reclamationis iudicio repellendum. Reliqua autem meliora, prout caſus expoſcit, ſuppleant Domini Iudicantes.

Ioan. Baptiſta de Afflicto.
Fabius Marcheſius.

SVMMARIVM.

1 *Sententia tranſacta in rem iudicatam ſub prætextu nouorum inſtrumentorum repertorum, non reuidetur.*
2 *Quatriennium pro reſtitutione in integrum qualiter competat.*
3 *Fiſcus habet reſtitutionem in integrum aduerſus rem iudicatam prætextu nouorum inſtrumentorum repertorum.*
4 *Textus* in l. 1. C. de ſent. aduerſus fiſcum, *adducitur in præſenti.*
5 *Sententia prætextu nouarum ſcripturarum quando, & qualiter retractetur.*
6 *Textus* in l. Imperatores, ff. de re iudicata, cum l. 1. C. de ſent. aduerſus fiſcum, *qualiter procedant.*
7 *Reſtitutio ex cauſa generali quomodo, & qualiter concedatur.*
8 *Reſtitutio ad quid, & qualiter detur.*
9 *Sententia qualiter imponat perpetuum ſilentium, & quomodo.*
10 *Teſtes de falſo quomodo, & qualiter conuincantur.*
11 *Præſcripitio immemorabilis qualiter probetur.*
12 *Probatio, ſuper qua fundata eſt ſententia, vtrum, & quando admittat aliam probationem.*
13 *Præſcriptio immemorabilis vim habet tituli, & quomodo.*
14 *Præſcriptio immemorabilis quanto tempore verificetur.*

ARGVMENTVM.

Sententia tranſacta in rem iudicatam an, & in quibus caſibus ſub prætextu inſtrumentorum de nouo repertorum reuideri poſſit. Text. in l. Imperatores, in ſecundo reſponſo, & in leg. vnica, C. de ſent. aduerſus fiſcum latis retract. lib. 10. quibus cauetur fauore fiſci, & Reipublicæ peti poſſe, vt ſententia in rem iudicatam tranſacta reuideatur, prætextu inſtrumenti de nouo reperti, an procedant vbi adeſſent duæ ſententiæ conformes, & de aliis.

ALLEGATIO VIII.

REGVLARE eſt, quod prætextu nouorum inſtrumentorum repertorum, ſententia tranſacta in rem iudicatam non reuidetur, *l. ſub ſpecie, C. de re iud. l. ſub prætextu. C. de tranſact.* hæc tamen regula patitur exceptionem in fiſco, in quo ſententia poteſt reuideri, licèt in rem iudicatam tranſacta fuerit prætextu nouorum inſtrumentorum, *l. Imperatores, ff. de re iud* habetque fiſcus triennium à die latæ ſententiæ ad perquirendum ſcripturas, & intra hoc tempus poterit illis vti aduerſus ſententiam *l. 1. C. de ſent. aduerſ. fiſc. lat. retract. lib. 10.* Hic cadit diſputatio inter DD. nam nonnulli poſt Bart. *in d. l. 1. C. de ſent. aduerſ. fiſc. lat. retr.* dicunt dari quatriennium per viam reſtitutionis in integrum, *ex reg. l. ſuperuacuam, C. de temp. in integr. reſtit.* licèt enim tex. *in l. 1. Cod. de ſentent. aduerſ. fiſc. lat. retract.* dixerit intra triennium retractari ſententias tranſactas contra fiſcum prætextu nouorum inſtrumentorum, id erat, quia tunc temporis, tempus reſtituendi in integrum erat annus vtilis, ſed cum ſuperuenit tempus Iuſtiniani Imper. qui multo temporis ſpatio poſt Ant. auctorem illius regnauit, reduxit tempus reſtituendi in integrum, & interpretatus eſt annus vtilis

lis in quatriennium, *in l. ſuperuacua.C.de tempor. in*
3 *integr.reſt.* & ex his infert Bart. quod cùm ſicus ha-
beat reſtitutionem in integrum aduerſus rem indi-
catam prætextu nouorum inſtrumentorum, *d. l. Im-
peratores, d.l.1.C.de ſent. aduerſ. fiſc.lat.retr.* & reſti-
tutionis in integrum hodie datur quatriennium,
habebit fiſcus quatriennium ad producendum no-
uas ſcripturas, & ad reuideri faciendum dictam
ſententiam. Ab hac tamen ſententia repugnant
multi maximæ auctoritatis viri, veluti Bart. *in l. ſub
ſpec.C.de ſent.& re ind.* Imol.& Alex. *in d.l. Imperato-
res*, & alij nonnulli, necnon poſt Bart. *in l.ſubſtit.C.de*
4 *re ind.* & Ioan.de Platea *in d.l.1.C.de ſent. aduerſ.fiſc.
lat.retract.* Vtramque opinionem procedere cum di-
ſtinctione aſſeruerunt, duplex concedendo reme-
dium fiſco pro retractandis ſententiis aduerſus eum
latis, vt ſi intra terminum à die latæ ſententiæ ſcri-
pturas repetierit per ſimplicẽ quærelã, productis no-
uis ſcripturis ſententia reuideri faciat, & ſic proce-
dit tex. *in d.l.1.C.de ſent.aduerſ.fiſc.lat.retract.* ſin au-
tem in quarto anno ſcripturas produxerit, adhuc au-
diendus ſit ex reſtitutione in integrũ, quæ ei compe-
tit, & ita pręcedat tex. *in d.l.fin.C.de temp.in integ.reſt.*
ſemper tamen, ſiue triennium, ſiue quatriennium
computandum eſt à die latæ ſententiæ, prout dixit
gloſ. *in d.l.1.C.de ſent.aduerſ. fiſc. lat.retr.* Vbi etiam
hoc probat tex. ibi cauſas, in quibus *contra filium iu-
dicatum eſt intra triennium, &c.* exponendo ita trien-
nium à tempore quo iudicatum eſt, & ſupponunt in
diſcurſu omnes DD. hoc pro indubitabili, vt ex eo-
rum comment. poterit facilè obſeruari. Ego autem in
hac cauſa non arbitror eſſe diſputandum quænam
iſtarum verior ſit opinio; computando enim tempus
quo lata eſt ſecunda ſententia per Regiam Cameram
Sum. vſque ad tempus, quo de nouo fiſcus prætextu
nouorum inſtrumentorum repertorum ad inſtantiam
villanorum, vult audiri, videlicet à vigeſimoquinto
5 die menſis Februarij 73.& per totum vigeſimũ diem
menſis Maij 77. labũtur quatuor anni, & mẽſes duo,
adeò quod ſiue vnam, ſiue aliã, ſiue tertiã attẽdamus
opinionẽ, verũ eſt dicere quod tẽpora non largiũtur,
vt ſententia iſta prætextu nouarum ſcripturarum ite-
rum in dubium reuocari poſſit, ſed cùm geminata ſit,
& conformis, perpetuum ſilentium fiſco imponunt,
quin aduerſus eam aliquid allegari non poſſit, in
terminis *Authen.quæ ſup.C.de prec. Imper. offer.* ſerua-
ta forma Regiarum Pragmaticarum Regni.

6 Hinc ſecundum elicitur motiuum, quod tex.
in d. l. Imperatores, & tex. *in d.l.1. C.de ſent.aduerſ.
fiſc.lat.retract.* procedunt in illis ſentẽtiis, in quibus
cadit appellatio, prout dicta iura intelligunt DD.
omnes in dictis locis, præcipuè in illa quæſtione
dum faciunt differentiam inter fiſcum, & priuatum,
quando interuenit præuaricatio in ſententia per
gratiam, vel per ambitionem, vbi dicunt DD. poſt
Bart. *in d. l. 1. C.de ſent. aduerſ. fiſc.* quod ſi hoc eſt
in cauſa fiſcali, poterit fiſcus ſimpliciter illam in
dubium reuocare; ſi autem ſumus in priuato, tunc
diſtinguendum eſt, nam vel hoc ſciebat tempore
latæ ſententiæ, & debebat appellare, & ſi non appel-
lauit, eſt in lata culpa, & non ſubuenit ex clauſula
7 *ſi qua mihi iuſta cauſa viſa fuerit*, & ſic eſt notandũ
quod tex. *in d.l.1.* intelligitur in ſententia, in qua ca-
det appellatio, & ita illum intelligunt omnes DD.
præcipuè Iaſ. *in d.l. Imperatores*, vbi dicit, *& ſic no-
tandum caſum, quod ſententia à qua non eſt appella-
tum, & ſic tranſiuit in rem iudicatam, poteſt retractari;*
hoc ergo pro vero ſumpto, quod dicta iura proce-
dunt in ſententiis, à quibus licitum eſt appel-
lari, infero quod non poſſunt applicari ad de-
ciſionem caſus noſtri, in quo ſententia tranſiuit in
rem iudicatã, nõ quia ex ea appellatũ non ſit, ſed quia
hæc ſecunda ſentẽtia fuit cõformis prædictæ, & con-
ſequenter imponit Partibus perpetuum ſilentium, &
de ea vlterius non eſt tractandum, ſed dictante Re-
gia Pragmatica, & ratio huius differentiæ maxima 8
eſt, nam reſtitutio in integrum datur ad id quod
quis facere potuit, & non fecit, prout optimè decla-
rat Bar. *in d.l.ſuperuacuam, per l.quo tempore. C. de re-
ſtit.milit.* vt meritò quando contra filium lata eſt ſen-
tentia, ſi non appellauit, & ſic tranſiuit in rem iudi-
catam prætextu nouorum, habebit reſtitutionem in
integrum ad appellandum, & procedit tex. *d.l.1.C.de
ſent.aduerſ. fiſc. lat.retract.* At quando ſententia eſt 9
talis, & ſtatim imponit perpetuum ſilentium, eo caſu
non procedit text. *in d.l.1.* & ratio eſt, quia non de-
bemus multiplicare priuilegia etiam ſpecialia, ex
regula textus, & dictis per Bald. *in l. ſpeciale, ff. ſi
cert.pet.* & ſic non poteſt priuilegium illius tex. in
duplici priuilegio fiſcum adiuuare, quorum pri-
mum eſſet, quod audiatur fiſcus intra quatriennium
poſt ſententiam latam, ſecundum quod audiatur ad-
uerſus ſententiam, quæ perpetuum, imponit ſilentiũ,
& proculdubio maxima eſt facienda differentia in-
ter ſententiam ſimplicem, aduerſus quam dantur re-
media iuris, quæ ſi omiſit fiſcus, ſumma ratione ſtatu-
tum eſt, vt ex cauſis reſtituatur ea ſentẽtia geminata
imponente perpetuum ſilentium, in qua cùm nul-
lum habeat fiſcus ordinarium iuris remedium, non
video ad quid reſtitui prætendere poſſit, præcipuè
cùm bis fuerit auditus, & ſuccubuerit, & tandem
litium finis dari debet, ex reg. tex. *in l. fin.C. de
fruct. & lit. expenſ.* Nec refert quod ſaltem per hoc 10
inſtrumentum, & priuilegium nouiter repertum
conuincunt teſtes de falſo, vt putà, quia depoſue-
runt ſemper Comites Montellæ habuiſſe primas,
& ſecundas cauſas in ſtatu, & de hoc non extare
memoriam in contrarium, & hoc priuilegium de-
monſtrat quod de anno 1477. Rex Ferdinandus I.
conceſſit Comiti Montellæ primas cauſas tantùm,
& ſic nedum extat hominum memoria, ſed inter-
rumpitur præſcriptio immemorabilis, quæ inter cæ-
tera requiſita debet continere memoriam non ex-
tare, vulg. gloſ. *in c.1. de præſcript. in 6.* Si ergo
cùm ex inſtrumento falſi redduntur teſtes, ſequi-
tur quod ſententia ex falſis teſtibus lata poſſit retra-
ctari ex reg. tex. *in l. diuus cum materia ſua, ff. de re
ind.cum ſimil.*

Nam pro reſolutione animaduerto quod teſtes 11
producti pro parte Illuſtr. Comitis fuerunt produ-
cti, & examinati ad probandum legalem titulum
præſcriptionis centenariæ, ſeu immemorialis, quæ
vim priuilegij habet *l.hoc iure, §. ductus aquæ, ff. de
aqua quot. & æſtiu.cum ſimil. vulg.* ad quam præſcri-
ptionem probandam cum ætas hominis non patia-
tur, vt quis de ea deponere poſſit, lex, & DD. in-
uenerunt modum ex quo reſultat hæc probatio, de
quo per DD. poſt gloſſ. *in c.1.de præſcript. in 6. & in
locis vulg.* ſic ergo cùm teſtes Comitis deponunt per
quadraginta quinque vel quinquaginta annos, &
plus ſemper vidiſſe, & audiuiſſe à ſenioribus aſſe-
uerantibus idem & ipſos vidiſſe ſemper, nunquam
viſum, nec auditum fuiſſe contrarium, ex huiuſmo-
di genere deponendi, reſultat præſcriptionis pro-
batio imemorialis; vnde licèt aſſeratur priuilegium,
ex quo appareat à centum annis retro fuiſſe con-
ceſſas primas cauſas; tamen ex hoc non redduntur
falſi teſtes, qui eorum in cauſa ſcientiæ veritatem
depoſuerunt, & hoc inſtrumentum non facit quin
ipſi ſemper hoc viderint, ſemper ſic audierint,
quod nunquam viderint, nec audierint contrarium,
& quod de hoc eſt publica vox, & fama, ſed hoc

priuilegium impugnat probationem reſultantem ex dictis teſtium, non ipſa dicta, & teſtium depoſitiones. Dum enim ex dictis teſtium concludebatur memoriam non extare in contrarium, hoc requiſitum impugnatur per hoc priuilegium quod demonſtratur, quod memoria extat; ſic dum pars vult retractari ſententiam tranſactam in rem iudicatam, ex eo
12 quod probatio ſuper qua fundata eſt ſententia, redditur non concludens, in hoc repugnat regula iuris, quod illa probatio ſuper qua iudicandum eſt, non admittit aliam probationem in contrarium ex fictione iuris, quia res iudicata pro veritate habetur ex regulis communibus. Nec amplius diſputamus, ſi vera, vel non vera ſit probatio, cùm ſuper dicta probatione iudicatum eſt, per ea quæ ſuper dictis regulis tradiderunt DD. Præterea præſcriptio immemorabilis non requirit, quod in ſpecie verificatur in centum annis, licèt enim parem effectum
13 habeant præſcriptio centenaria, & præſcriptio immemorabilis, cùm vtraque vim tituli habeat, *d. l. hoc iure, §. ductus aqua* & *§. ſuper quibuſdam, §. præterea, de verb. oblig.* nihilominus interſe differunt, quia ad fundandam præſcriptionem centenariam, requiritur lapſus centum annorum, tamen ad fundandam præſcriptionem immemorabilem, ſat eſt ſi verificantur illa requiſita, de quibus *in c. 1. de preſcript. in* 6. pro hac opinione allegatur gloſ. *in c. cum nobis, de praſcript.* Lap. Gemin. & Lanfr. *in d. c. 1.* & latè diſputauit, & concludit Aym. Crauet. *in eius tract. de antiq. temp. in 4. part. in cap. abſolutis differentiis quatuordecim, in prima quaſt. per totam,* vbi multa notatu digna tradidit; modo licèt priuilegium in actis deductum excludat præſcriptionem centenariam, ex quo demonſtrat quod a centum annis infra Comites tantùm habebant primas cauſas, nihilominus non excludit præſcriptionem imme-
14 morabilem; nam in data dicti priuilegij vſque ad diem litis motæ currunt anni nonaginta, in quibus proculdubio poteſt verificari præſcriptio immemorabilis, & potuiſſet Rex ſecundo die poſt dictum priuilegium concedere ſecundas cauſas, quæ conceſſio licèt non appareat, tamen hoc importat probatio præſcriptionis immemorabilis, vt illam præſumamus, & hoc tradiderunt ſcribentes in hac materia, quos conſultò omitto; illos tamen allegauit Aym. Crauet. *in c. ſupra citato, num. 49.* & hæc attigiſſe ſufficiat vnico curſu calami pro iuſtitia Illuſtri Comitis.

Hector Caracciolus.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium reſtitutionis in integrum ſub prætextu inſtrumentorum nouiter repertorum aduerſus ſententiam in rem iudicatam tranſactam, an ſit introductum in fauorem Rei, vel Actoris.*

2 *Actori an ſit imputandum, ſi litem moueat, antequam inſtrumenta reperiat.*

3 *Litium finis, & illarum dirimendarum cauſa ſatis fauorabilis eſt.*

4 *Vigore duarum ſententiarum conformium amplius procedi an poſſit, & an differat ſententia, quæ fecit tranſitum in rem iudicatam ex capite non appellationis, ab ea, quæ tranſitum fecit vigore duarum ſententiarum conformium.*

5 *Ex capite inſtrumentorum nouiter repertorum, lex etiam fuit contenta reſtitutionem concedere in integrum.*

6 *Ex prætextu inſtrumentorum nouiter repertorum, an poſſit agi, ſi lex ſilentium imponi iuſſit. Et an bona Iudicis monitio alicui facta ad proponendum iura ſua ſub commiratione ſilentij, operetur, vt poſt illum terminum amplius quis non poſſit audiri, & ſua iura proponere.*

7 *Beneficium reſtitutionis in integrum, an extendatur ad ſententias tranſactas in rem iudicatam cum impoſitione ſilentij.*

ARGVMENTVM.

Sententia in rem iudicatam tranſacta, quæ fauore fiſci, & Reipublicæ ſub prætextu inſtrumentorum de nouo repertorum reuideri poteſt, ex nimis clara diſpoſitione tex. *in l. Imperatores in 2. reſp. ff. de re iudic.* & *in l. 1. C. de ſenten. aduerſus fiſcum latis retract. lib.* 10. an reuiſioni ſubiaceat, non ſolùm quando fiſcus eſt reus, de quo non dubitatur; ſed etiam quando in iudicio moto fuit actor; & an adhuc iura prædicta procedant, ſi eſſent duæ ſententiæ conformes cum impoſitione prolatæ perpetui ſilentij, & de aliis notabilibus.

ALLEGATIO IX.

LICET in hac cauſa per Dominum Collegam ſatis abundè (vt ſolet) fuerit ſcriptum, tamen, vt petitioni Illuſtriſſ. Comitis ſatisfacere videar, hæc pauca conſideraui, ſuper quibus aduertendum rogo. Primò enim rogo, quod beneficium illud reſtitutionis in integrum ſub prætextu inſtrumentorum nouiter repertorum aduerſus ſententiam in rem iudicatam tranſactam, poſt triennium à die illius computandum, iuxta communiorem Doctorum opinionem *in allegat. leg. Imperatores*, & *ſub ſpecie, ff. & Cod. de re iudic. cum leg. 1. Cod. de ſentent. aduerſus fiſcum lat. retract. lib. 10. cum concordant.* videtur non habere locum, & non fuiſſe introductum, niſi reſpectu Rei, & in eius fauorem, non autem militare in Actore; ratio autem differentiæ ſatis patet, nam cum ſit in arbitrio Actoris ſi velit mouere litem necne, dum poſtea hoc eligit, & ita deliberat, debet inſtructus ad iudicium accedere, ſua iura preparare, & pro illis perquirendis omnem diligentiam inueſtigando adhibere, aliàs ſibi imputandum, quare mouit litem, antequam inſtrumenta reperiret contra conſilium tex. *in l. 1. & in leg. qui accuſare. Cod. de edend.* Et ideo aliter faciendo, cùm ſit in culpa, videtur ceſſare æquitas,

quitas, & iuſta cauſa, ſuper qua beneficium reſtitutionis potiſſimè fundatur. Hæc ſiquidem ratio ceſſat in Reo, qui cum inuitus in iudicium trahatur, non poteſt ſic ſibi conſulere, & ideo eſt omni excuſatione, ac beneficio dignus, & ita in ſpecie hac ratione attenta decidit Paul. de Caſtr. *in conſil. 325 .incip. in cauſa, quæ Parmæ*, quem refert, & ſequitur. Curt.Iun. *in conſ. 18. feudorum*, & Boër. *in deciſ. 307. in fine*, & apertiùs colligitur ex exemplis traditis, per ſcribentes in præallegatis locis,& præſertim de Reo conuento, qui poſt ſententiam in rem iudicatam tranſactam, reperit inſtrumenta ſolutionis, vt ibi per eos. Hic proprie eſt caſus noſter; Fiſcus etenim fuit, qui mouit litem,& non ſolùm ſemel, ſed bis, & ſemper ſuccubuit,adeo quod præcedens opinio, & eius ratio, eo magis in caſu noſtro militabit, in quo duplex inuenitur iudicium intentatum, ac etiam (quod eſt maximæ conſiderationis) cùm prætenſæ ſcripturæ erant penes eumdem fiſcum, & conſeruabantur in eius Regia Camera, & ſic omnis æquitas videtur repugnare, vt amplius de his ſententiis cum tam maxima cauſæ cognitione latis, debeat hodie ſub hoc prætextu controuerti, & maximè ad inſtantiam ſubditorum dicti Comitis, aduerſus quem hæc omnia tentant ſub clypeo Regij fiſci, ducti tamen ex particulari intereſſe, & odio. Adeo, quod non ſolum nouas quotidiè lites figurant, verùm etiam mortuas reſuſ-
3 citare intendunt,quod nullatenus eſt eis permittendum, cum ſatis ſit fauorabilis litium finis, & illarum dirimendarum cauſa: nonnulla ſpecialia contra ius cum detrimento alterius adinuenta fuere, vt in preſcriptionibus, in peremptione inſtantiæ in temporibus appellationum,& aliis, quæ longum eſſet recenſere.

4 Præterea beneficium hoc videtur procedere aduerſus ſententiam, quæ fecit tranſitum in rem iudicatam ex capite non appellationis, vel illius non proſequutionis, non autem in caſu, in quo fecit tranſitum in rem iudicatam, vigore duarum ſententiarum conformium,quarum vigore non poteſt amplius procedi, ſed perpetuum imponitur ſilentium, vt eſt caſus noſter. Ratio autem differentiæ ſatis eſt prompta. In primò enim caſu lex nonnulla alia aduenit remedia, per quæ ad aduerſus ſententiam in rem iudicatam tranſactam ſuccurritur, eius rigorem tollendo, & multoties in rem iudicatam tranſire impediendo, & præſertim docendo de impedimentis in appellatione, vel ipſius proſequutione,& multa alia remedia, quorum enumeratio non eſt
5 præſentis ſpeculationis; & ideo non mirum ſi de hoc alio ſubſidio ex capite inſtrumentorum nouiter repertorum, lex etiam fuit contenta, & illud conceſſit, quippe cùm in eo iuſtior cauſa, & maior æquitas, quàm in aliis remediis conſideretur, in hoc enim non iura vetera, & iam diſcuſſa proponuntur, & prout in cæteris multoties euenit; ſed iura noua nondum cognita, ac clariſſima per euidentiam inſtrumentorum, & ſcripturarum; in caſu enim noſtro hæc omnia ceſſant. Nam dum ſententia facit tranſitum in rem iudicatam per impoſitionem perpetui ſilentij, nullum remedium adeſt, & lex omne ſubſidium videtur excludere, iubendo impoſitionem ſilentij, & ideo tum attenta mente, & voluntate iuris ita ſtatuentis per impoſitionem
6 ſilentij, tum natura, & vi huius vocabuli *ſilentij*, non poteſt amplius de ſimilibus ſententiis diſceptari; nec ſub hoc prætextu inſtrumentorum nouiter repertorum, quod iam lex ſciebat competere, & nihilominus ſilentium imponi iuſſit. Quo ſtante dixit ſingulariter Bald. *in leg. fin. num. 3. Cod. de reuoc. donat.* quod aduerſus ſententias, in quibus eſt impoſitum ſilentium, nec prima vox contrauenientis audiri debet in iudicio. Hoc etiam clariſſime patet, nam ſi bina monitio iudicis facta alicui ad proponendum iura ſua infra certum tempus, aliàs imponatur ſilentium, operatur, vt poſt illum terminum imponatur tale ſilentium abſque alia cauſæ cognitione, vt amplius non poſſit audiri, & iura ſua proponere, quæ forte poſſent eſſe iuſta, & clara, vt per Angel. *in Auth. de hered. & falcid. §. ſi quis autem*,cum aliis adductis per Afflict. *in deciſ. 164.* & Capyc *in deciſ. 205*. Quantò magis impoſitio ſilentij operabitur in caſu noſtro, in quo iura non ſolùm ſunt propoſita, ſed diſcuſſa per duas ſententias latas cum tam maxima cauſæ cognitione, & per Tribunal tam ſupremum, quale eſt Regia Camera, vbi ſemper adfuerunt, & adſunt tot prudentiſſimi, ac circumſpecti Iudices. Et conſequenter vltra allegata per Dominum Collegam erit dicendum hoc beneficium reſtitutionis non extendi ad ſententias tranſactas in rem iudicatam cum impoſitione ſilentij, vt quàm minùs poſſit, lædat ius commune; immò cùm in eo ſe conformet, prout ita intelligendo (vti tenemur) conformaret ſe propter lites, quæ hoc modo dirimerentur, ad quarum finem, & directionem iura ſatis admodum intenta fuere.Et ideo Illuſtr. Comes vti iuſtus, & legitimus poſſeſſor harum ſecundarum cauſarum non debet moleſtari, & amplius non eſſe procedendum, ſtante exceptione rei iudicatæ, vigore duarum ſententiarum cum impoſitione perpetui ſilentij: Cætera ſuppleat religio, & doctrina Illuſtrium, & excellentium Dominorum Iudicantium. 7

Marcus Antonius de Ponte.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes deponentes de auditu in antiquis, quam faciant probationem.*
2 *Textes de auditu qualiter debeant deponere.*
3 *Textus* in l. eius militis, §. militia miſſus. ff. de militari teſtamento, *in preſenti adducitur.*
4 *Textus* in l. Lucius Titius, ff. de condit. & demonſtrat. *explicatur.*
5 *Filium natum eſſe ex matrimonio, quibus coniecturis probetur.*
6 *Sententia lata cum legitimo contradictore, quando aliis præiudicet.*
7 *Procurationis inſtrumentum quas qualitates habere debet.*
8 *Inſtrumentum antiquum qualem faciat præſumptionem.*
9 *Inſtrumentum de falſo quomodo redargui poſſit.*
10 *Inſtrumenti exemplum, quam probationem faciat.*
11 *Nobilis ſedilis an dici poſſit legitimatus, & qualiter, vſque ad num. 12.*
13 *Legitimatus declaratus talis per ſententiam quando & qualiter iuuet aliis conſanguineis ſuis,*

ARGVMENTVM.

Teſtes de auditu deponentes, talem eſſe filium talis, & deſcendere à tali, an probent filiationem. Sententia in cauſa ſtatus, an & quando ius faciat quoad omnes in iudicio non citatos. Reintegrari petens ad honores alicuius ex Sedilibus nobilitatis Neap. quid probare opus habet, & an ſit in probatis, probata nobilitate in ſedili alicuius ex tranſuerſalibus ipſius reintegrationem petentis: & de aliis.

ALLEGATIO X.

1 APERTISSIME, ſi ea, quæ in facto de-
ducta ſunt, attendantur, demonſtra-
tum fuit, Magnificum Robertum Al-
demoriſchum actorem defeciſſe in
eius probatione, dum demonſtrare voluit, ex Achil-
le deſcendiſſe legitimè Franciſcum Antonium.
Quandoquidem omnes teſtes in præſenti cauſa pro-
ducti, tam deponentes in hoc proceſſu, quàm in
aliis cauſis, tanquam de auditu deponentes, nullam
fidem faciunt, *l.teſtium,* & ibi gloſſ. *Cod. de teſt. cap.
tam literis, extr. eod.cap.inquiſitionis, extr.de accuſ.* &
licèt in factis antiquis admittantur, tamen, quia ta-
lis probatio magnam habet falſitatis ſuſpicionem,
ex not. per Anchar. *in conſ.*194.*col.* 2. non ſic ſim-
pliciter admittitur, quinimò fuit certa forma à iure
requiſita, tradita *in tex.*& ibi latiùs per gloſ.& DD.
2 & *in cap.licèt ex quadam, extr. de tex.* & inter alia,
debent teſtes huiuſmodi deponere à quibus audi-
uerunt, & quod fuerint perſonæ graues, quod te-
ſtes Magnifici Actoris non dicunt; nam aut ſimpli-
citer deponunt de auditu, nec dicunt à quo, aut di-
cunt audiuiſſe à Magnifico Actore, vel eius ſocera:
quo caſu per ſupradicta non concluduntur. Nam cùm
talis probatio fundetur iure ſpeciali, proſternitur, ſi
3 teſtes in alio deficiunt, arg.text. *in leg.eius militis,
§.militia miſſus, ff. de milit. teſtam.* tradidit latè Cu-
man. *in conſ.*78. *incip. Viſis libello, verſ.ad quartum,*
ſequitur Cur.Iun. *in conſ.*17. nec concludunt teſtes
Actoris de ponentes, quod Franciſcus Antonius
tractabatur, & reputabatur tanquam filius legiti-
mus, & naturalis ab Achille, & ſic à patre nomina-
batur, quia, & ſi cùm tractatur de probanda filia-
4 tione admittuntur coniecturæ ſimiles, ex not. *in leg.
Lucius. ff.de condit. & demonſtrat.* & *in leg. filium de-
finimus, ff.de his, qui ſunt ſui, vel alien. iuris,* tamen
hoc procedit, quando primò eſt probatum conclu-
denter matrimonium inter patrem, & matrem, pro-
vt not. Bart. *in dict.leg.filium,* Bald.ibidem *in* 1.*repet.
num.*12. & melius *in* 2.*n.*11. motus per gloſ. *in l.*1.
§.ſi ea, ff.de vent. in poſſ.mitt. Alex. *in conſ.*25. *incip.
in cauſa, verſ. alio etiam capite, vol.* 4. vbi etiam no-
tanter ponit qualiter teſtes deponere debeant, &
hoc patet ad ſenſum; nam tales coniecturæ non
probato plenè matrimonio poſſunt etiam adaptari
5 filio nato ex concubina in domo retenta. Vnde cùm
matrimonium inter Achilem, & Catharinam de
Marra, ſeu, de Magna, non fuerit legitimè proba-
tum, tales coniecturæ per teſtes de auditu probatæ,
in aliquo non releuant per ſupradicta. At ſi Pars
vult ſe fundare, eo quod virtute harum probatio-
num obtinuerit, tum in ſacro Conſilio, tum etiam
in Curia Archiepiſcopali, vbi deducta fuit iſtamet
deſcendentia legitima, & ex conſequenti quaſi ſen-
tentia ſtatus habeat facere ius quoad omnes, iuxtà
tex. *in l.ingenuum, ff.de ſtat. hominum,* aduerto illud
procedere, quotieſcumque de ſtatu principaliter,
& plenariè fuit tractatum, non autem incidenter,
provt voluerunt Iacob. Butrig. Bald. Salic. *in leg.*2.
Cod.quib.res iud. non noc. Angel. Aret.not. *in §.præ-
iudiciales.verſ.in ea* gloſ.ibi *ingenuum.*Inſt.de action.
Immo fortiùs dixit Ant.de Butr. *in cap. pen. extr. de* 6
re iud. quod ſententia lata cum legitimo contradi-
ctore, cuius tamen priuatim intereſt, per quam quis
declaratur nobilis, non præiudicat aliis prætenden-
tibus intereſſe publicè. Et ideò ſi vellet promoueri
ad honores, Nobilibus tantùm conceſſis, poſſet per
Nobiles prætendi ipſum ignobilem, non obſtan-
te ſententia, ſequitur latè Tiraq. *in tract. nob.cap.*
37.*num.*7.& 8.

Dum verò Pars ſe fundat in inſtrumento procu- 7
rationis facto in anno 1486. exemplato in anno
1564. de menſe Auguſti, & originale non exhi-
betur, non inſtrumentum procurationis ſed exem-
plum exempli potius nominari poterit, nullam pe-
nitus fidem faciens. Bart. Bald. & Dec. latiſſimè *in
Auth. ſi quis in aliquo, C. de eden.* eo magis cum præ-
ſens copia ſit extracta per manus alterius Notarij,
qui ſi inſtrumentum prædictum falſum fuiſſet, vel
in aliquo vitiatum, tanquàm ab ipſo non confe-
ctum, hoc animaduertere non poſſet, provt notant
DD. ſupra allegati *in d. Auth.ſi quis in aliquo, Canon.
omnes, in c. Albericus, extr. de teſtam.* latiſſimè Gloſ.
Pariſ. per plures col. *in §.*5. *num. mihi* 86. quod eo
magis procedit de iure Regni, cùm per mortem
Notarij, Iudicis, & teſtium, nullam penitus fidem
faciat, niſi ſit ſolemniter reaſſumptum, in qua reaſ-
ſumptione quoniam vocari debebat Illuſtr. Platea,
de cuius intereſſe agebatur, contentus remanſit
Magnificus Aduerſarius potius illud præſentare 8
omni prorſus fide carens, quam quod vt falſum om-
nibus innoteſceret. Nec dicatur prædictum inſtru-
mentum eſſe ſatis antiquum; nam iſto caſu non ſuf-
ficit inſtrumentum eſſe antiquum, ſed eſt neceſſe ad
hoc, vt pro eo præſumatur, quod exemplum ſit an-
tiquum, provt in ſimili caſu tradit Aretin.*in conſ.*42.
incip. viſo conſ.in fin. ſequitur gloſ. Pariſ.*in loc.præal-
leg. num.*41. & præſens exemplum non antiquum,
ſed ſatis recens, & de anno 1564.

Sed dato, quod aliquod fidem faceret, provt non 9
facit, adhuc in aliquo Magnifico Actori opitula-
ri poſſet, cum pro parte ſedilis fuerit petita origi-
nalis exhibitio ad finem illud de falſo redarguendi,
iuxtà terminos *l.fin. C.de fid. inſtrum.* vnde etiam ex
hoc capite remanet præſens copia nullius vigoris,
nec poteſt excuſari prætextu ignorantiæ, cum in
exemplo dicatur, originale fuiſſe Parti reſtitutum
& negotium ſit ſatis recens. Nam vt videri poterit 10
hæc exhibitio petita fuit in vita Roberti Actoris,
ex quo infertur, nedum tale exemplum non proba-
re contra ſedile; immò ex eo violenta falſitatis
ſuſpicio inſurgit, cùm prædictum inſtrumentum
ſit confectum, non in Ciuitate, vbi prædictus
Achilles (ſecundùm Partis prætenſionem) habita-
bat, ſed in villa Reſinæ, & dum à patre aſſeritur
Franciſcus Antonius filius legitimus, & naturalis,
adeſt verbum vt dixit, inſolitum apponi, quod
magnam arguit ſuſpicionem, arg. eorum quæ not.
gloſ.

gloſ. *in l. ſi quis ſub conditione, ff. de cond. inſtit.* per quam dixit Bald. *in c. 3. loc. col fin. extr. de probat.* quod inſtrumentum ex inſolitis renunciationibus præſumitur ſuſpectum, & in iſtis propriis terminis, quando Notarius a communi ſtylo recedit, addendo, vel minuendo, quod ex hoc præſumatur ſuſpicio, tradit notanter Dec. *conſ. 11. num. 16.*

11 At quid hæc? ſi Robertus eſſet legitimus (provt longe à legitimo abeſt) adhuc Nobilis ſedilis Nieli non eſſet, cum iſte honor in linea tantum deſcendenti operetur *l.* vbi Bart. & Ioan. de Plat. *l. ſi ſenator, C. de dign. lib. 10. l. Senatoris filium, ff. de ſenat.* Bald. *in l. cum antiquioribus, quæſt. 8. C. de iur. deliber.* Andr. *in conſtit. Regn. Pro ſequentes*, & ibi Aſſl. & ideò non operatur in linea aſcendenti *lib. 1.* vbi gloſ. & poſt eam Bart. *ff. de Senat.* Et ſimiliter non operatur in linea tranſuerſali provt concludit Ioan.

12 Ruin. *in tract. nob. 1. 5. q.* quem refert Tiraq. *in tract. nob. cap. 17.* & latiùs tradidit Aſſl. *in conſtit. Regn. Intentionis, verſ. & ideò.* Vndè cum nobilitas iſta reperiatur in perſona Villani Aldemoriſchi patris Mattei ſecundùm Partis lecturam, non probata hac nobilitate in perſona Loyſij ſenioris communis patris Mattei, & Thomæ, remanet firma & vera deciſio Aſſl. quod frater non ſuccedit in illa nobilitate. Ex quibus colligi poterit, quam vana fuerit huius Actoris prætenſio, cùm defecerit in probatione tum primi, tum etiam ſecundi capitis, vltrà quòd ex deductis pro parte ſedilis, omninò iudicio meo, venit ſedile abſoluendum.

13 Dixit etiam Ant. de Butr. in loco ſupra allegato relato per Tiraq. *verſ. in quantum*, quod ſi quis petiit declarari legitimum reſpectu alicuius priuati intereſſe, & fuerit per ſententiam talis declaratus, non præiudicabit aliis, in quantum tangit publicum intereſſe, & ſic licet tum in Sacro Concilio, tum etiam in Curia Archiepiſcopali deduxerit ſe legitimum reſpectu illius particularis intereſſe, non præiudicabit ſedili, cùm in hoc vertatur publicum intereſſe, ad tex. *in l. nulla*, & ibi dicta per DD. *ff. de teſtib.* nec fuit declaratus legitimus, immò poterat in illis obtinere, dato quod fuiſſet naturalis, vnde cùm ſententiæ in aliquo non præiudicent per ſupradicta, ſimiliter & probationes ibi deductæ non præiudicabunt, ex notatis per Bart. & alios *in l. ſæpè, ff. de re iud.*

Angelus Spina.
Fabritius Brancatius.
Federicus Viualdus.

SVMMARIVM.

1 *Officiales ſuſpenſi à Regia viſitatione, vel priuati ab eorum officiis reſtituere debent ſalaria, quæ ipſis ſub cautione fuerunt ſoluta pro tempore, quo non vacauerunt in officio.*

2 *Officialis ſuſpenſus à viſitatione, cui fuit dictum, vt ſuſpenſio cedat in perſonam, pro quanto tempore ſuſpenſio duret?*

3 *Sententia priuſquam publicetur poteſt in ea aliquid addi, vel mutari, ſed non poſt publicationem.*

4 *Vota quandónam ſint publicanda, & poſt quod tempus.*

5 *Cauſa quando, & qualiter ſit notanda, & an in arbitrium iudicis reponatur.*

6 *Officialis per ſententiam priuatus qualiter debeat habere ſalarium pro tempore, pro quo non exercuit.*

7 *Gloſſa* in cap. Paſtoralis, §. verum, de appellationibus *adducitur.*

8 *Excommunicatus quando, & qualiter faciat fructus ſuos, explicatur.*

9 *Salarium Officiali quare debeatur.*

10 *Miles captus ab hoſtibus quando poſtea redit vtrum debeat habere ſalarium pro tempore captiuitatis.*

11 *Salarium Officiali ſuſpenſo, quomodo, & qualiter debeatur.*

ARGVMENTVM.

Salarium ſolutum Officiali, qui mediante Sententia Regiæ viſitationis fuit pro certo tempore ſuſpenſus, vel officio priuatus, nùm ſit fiſco reſtituendum. Miles captus ab hoſtibus quando poſteà redit, nùm conſequatur ſtipendium pro tempore captiuitatis, & de aliis.

ALLEGATIO XI.

QVOD Officiales, qui mediante ſententia Regiæ Viſitationis generalis fuerũt pro certo tempore ſuſpenſi, vel priuati ab eorum officiis reſtituere debeant 1 ſalaria, quę ipſis ſub cautione fuerunt ſoluta pro tempore, quo non vacauerunt in exercitio officij. Hæc occurrunt diſtinguendo breuiter caſus diuerſos.

Primus caſus eſt illorum, qui poſt primam ſuſpenſionem factam à D. Viſitatore de ordine Regiæ Maieſtatis, fuerunt deinde per ſententiam pro certo tempore ſuſpenſi, & in illis nullum eſt dubium, quod pro tempore, quo fuerunt per ſententiam ſuſpenſi non debeantur eis ſalaria, & idquod receperunt, debent reſtituere, ex quo ſalarium ſoluitur ratione ſeruitij; & pœna ſuſpenſionis hoc operatur, vt pro certo tempore non ſeruiant, & per cõſequens non gaudeant ſalario, ita Bart. *in leg. cum allegatis. Cod. de re milit. lib. 12.* vbi notat illam legem contra Clericum ſuſpenſum ad tempus, quod elapſo tempore, non debet habere præbendas præteriti temporis, & item ibi notat Iacob. Rebuff. ex quo dum quis ſuà culpâ non ſeruit, nunquam debetur ſalarium *l. 1. C. eod. de re milit. lib. 12.* & ibi optimè declarat Ioan. de Platea.

Secundus caſus eſt in Officiali ſuſpenſo à D. Viſi- 2
tatore, qui fuit condemnatus vt ſuſpenſio ei cedat in pœnam, & hic caſus eſt idem cum præcedenti; ſed ſolum remanet dubium vſque ad quod tempus intelligatur huic impoſita pœna ſuſpenſionis, an vſque ad diem quâ cauſa fuit votata, vel vſque ad diẽ, quâ fuit de ordine Regiæ Maieſtatis repoſitus in officio: & in hoc dico, quod ſententia neceſſariò reſpicit totum tempus, quo Officialis permanſit ſuſpenſus vſque ad diem reſtitutionis, quia in ſententiis

tentiis attenditur tempus, quo ſententia legitur, & publicatur, & tunc dicitur ſententia proferri; non autem quando cauſa vocatur, *leg.*2. vt ibi Bart. *Cod. de ſent. ex breuit. recit.* & hinc eſt, quod attenditur
3 tempus rei iudicatæ, *leg. ſed mihi, §. in hac, ff. commod.* & hinc eſt etiam, quod antequam ſententia publicetur, poteſt in ea aliquid addi, vel mutari, ſed non poſt eam publicatam, ex dictis per Bart. & DD. *in dict. l.*2. & per Affl. *in deciſ.*118. *in fin.* cùm ergo ſententia fuit publicata de menſe Iulij anni 1587. & in ea dicatur, quod ſuſpẽſio cedat in pœnam, neceſſariò intelligi debet de toto tempore, quo Officialis permanſit ſuſpenſus; bene enim ſciebant Domini Iudices qui votauerunt in cauſis Regiæ Viſitationis, quod enim vota non erant ſtatim publicanda, ſed quod in fine viſitationis erant tranſmittenda ad Regiam Maieſtatem, & deinde cum aliquo temporis interuallo erant proferendæ ſententiæ, & per hoc dum votauerunt, quod ſuſpenſio cedat in pœnam, habuerunt reſpectum non ſolum ad tempus, quo duratura erat dicta ſuſpenſio vſque ad diem proferendæ ſententiæ, vel alterius ordinis Reg. Maieſtatis, & per hoc in dicta condemnatione non appoſuerunt tempus certum, ſed indefinitum, & ſermo indefinitus æquipollet vniuerſali *l. ſi pluribus, in princ. ff. de leg.*2. Si enim voluiſſent ſe arctare ad tempus cauſæ votatæ, vtique id expreſſe dixiſſent, provt fecerunt in cauſa D. Ioannis Camill. Biloctæ, qui licet permanſerit ſuſpenſus vltrà quatuor annos, tamen condemnauerunt eum ad ſuſpenſionem biennij tantùm, &
4 ſic in cauſa D. Regentis Salazar. Cùm ergo non declarauerint tempus, & bene ſciuerint, quod vota non erant publicanda, niſi poſt longum temporis interuallum, neceſſario habuerunt reſpectum etiam ad tempus futurum, quo veriſimiliter duratura erat ſuſpenſio; ſi enim aliter voluiſſent, facile erat illud exprimere, & cùm non expreſſerint, credendum eſt, quod noluerunt, *l.*1. *§. vbi autem, in fin. C. de cad. toll.*

5 Et non eſt noſtrum perſcrutari diem cauſæ notatæ, nec perſcrutari, ſi ita mandauit Reg. Maieſtas publicari ſententias provt fuerunt votatæ, cùm totum hoc ſit repoſitum in arbitrio Principis; nec attendere debemus, niſi ſententiam à Principe latam, qui non ſine miſterio mandauit ſententias publicari eo tempore, quo ſuæ Maieſtati placuit.

6 Tertius caſus eſt in Officialibus per ſententiam priuatis, & in hoc breuiter dico, quod illi, qui prius fuerũt ſuſpenſi à D. Viſitatore, quia incipiebat conſtare de eorum culpis, quod fieri poteſt de iure ex dictis per Bart. *in l. libertus, §. in quæſtionibus, ff. ad municip.* non debent habere ſalaria pro tempore, quo non exercuerunt officia, quia clarum eſt, quod ſuſpenſio proceſſit ex eorum culpa, provt exitus demonſtrauit, quia fuerunt priuati: & Officialis, qui ob ſuam culpam ſuſpenditur, etiamſi poſteà fuit abſolutus, & reſtitutus, non debet habere ſalarium
7 pro tempore ſuſpenſionis, ita gloſ. *in c. Paſtoralis, §. verum, in verbo ſubtrahantur, verſ. ſed nunquid abſolutus, extr. de appell.* quæ ponit quæſtionem in excommunicato, & quærit an ſi poſteà fuit abſolutus poſſit petere fructus medij temporis ſibi ſublatos, & diſtinguit, provt iuſtè, vel iniuſtè fuit excommunicatus, ſi iuſtè concludit quod non poteſt petere, allegat tex. *in d. l. cum allegatis. C. de re milit. lib.*12. Et idem ibi concludit Abb. *num.*22. Imol. Bal. ibidem *num.*19. firmat quæſtionem quando Iudex non ſubtraxit fructus excommunicato, ſed
8 excommunicatus eos percepit, & concludit, quod debet eos reſtituere. Ad idem adduco in terminis ea, quæ tractant Bart. & omnes DD. *in l. diem functo, ff. de offic. Aſſeſſor.* vbi Bartol. tractat quæſtionem, an priuatus ab officio ratione ſuæ culpæ, debeat habere ſalarium pro tempore præterito, & concludit, quod pro tempore præterito, quo Officialis vacauit ſeruiendo in officio, debet habere ſalarium, & Alex. ibi *numer.*31. concludendo idem, dicit rationem eſſe, quia poſtquam commiſſa iam culpâ Officialis fuit toleratus, & ſeruiuit, non debet gratis ſeruiſſe, & idem ibi concludunt Iaſ. Dec. & omnes; ergo arguendo à ceſſante ratione, quod argumentum eſt validiſſimum, *l. quod dictum, ff. de pact.* Di- 9
co quod ſi in caſu prædicto ideo ſalarium debetur Officiali, quia ſeruiuit, & quia fuit toleratus, neceſſariò ſequitur, quod cùm in caſu (de quo agitur) Officiales non ſeruierunt, nec fuerũt tolerati, imò fuit eis prohibita adminiſtratio officij, non debent habere ſalaria; Eſſet enim contra omnes regulas iuris, vt Officialis, qui culpa ſua non exercuit officium, gauderet ſalario tempore, quo non exercuit, per tex. *in d. l.*1. *& in d. l. cum allegatis, Cod. de re milit. lib.*2. vbi gloſ. Bart. Ioan. de
Platea, & omnes DD. dum tractant de milite capto 10
ab hoſtibus, ſi dum rediit poteſt habere ſalariũ pro tempore captiuitatis, faciunt diſtinctionem, ſi fuit captus ſua culpa vel ſine cauſa, & concludunt, quod quando ſua culpa captus fuit, non debentur ſibi ſtipendia temporis, quo non ſeruiuit, nec deſunt DD. & grauiſſimi qui dixerint, vt nec etiam ſtipendium debeatur, adhuc ſi abſque ſua culpa captus fuit, per tex. *in l.*1. *Cod. de re milit. lib.*12. Imò in Officiali reſtituto per ſententiam mediante iuſtitia, eſt vera opinio, quod non debetur ei ſalarium, ſi id fuit ſolutum alteri, vt ſeruiat in officio à quo Officialis fuit ſuſpenſus, per tex. *in l. Titio, ff. ad municip.* & ita fuit alias deciſum per Regiam Cameram contra Ioannem Troianum Stinca, ſub die 17. Iunij, 1567. & hodie ita fuit practicatum.

Nec fieri poteſt ius, quod Regia Maieſtas man- 11
dauit ſolui ſalaria Officialibus ſuſpenſis, quia id non fuit ex gratia, ſed per viam iuſtitiæ, vt expectaretur exitus cauſarum; & ideò fuerunt captæ fideiuſſiones pro reſtitutione ſalariorum, quæ ſoluebantur. Vnde illi, qui ſi non habuiſſent ſalarium non poſſunt illud petere ex cauſa condemnationum, debent id reſtituere, cùm exitus demonſtrauerit ſalarium indebitè fuiſſe ſolutum, & mens Regia fuit non grauare illos, qui fortè erant abſoluendi, non autem donare ſalaria iis, qui ob eorum condemnationem veniebant priuandi ſalario prædicto; ſententia enim prædicta Regiæ viſitationis eſt vltimus actus quem mandat Regia Maieſtas inuiolabiliter obſeruari, & hoc attendi debet. Cætera ſuppleant Domini Iudicantes.

Ferdinandus Fornarius.

SVMMARIVM.

1 *Regentis dignitate qualiter, & quando quis gaudeat?*

2 *Regens de iure non dicitur, qui non habet nec priuilegium, nec poſſeſſionem.*

3 *Maiorem dignitatem habens ſi minorem obtineat, perdit priuilegium maioris.*

4 *Exempla plura adducuntur propoſitionis data ſub num.*3. *vſque ad num.*8.

9 *Præce*

9 *Præcedentia debetur illi, qui prius habet dignitatem cum adminiſtratione, quod pluribus illuſtratur exemplis vſque ad num. 11.*

ARGVMENTVM.

Regens electus in ſupremo Italiæ Conſilio apud ſuam Catholicam Maieſtatem reſidente, ſi priuſquam ad Curiam acceſſerit fuerit electus Præſes ſacri Conſilij, an præcedere poſſit alios Regentes poſt ipſum Creatos, qui ad Curiam acceſſerunt, & officij poſſeſſionem aſſequuti fuere. Præferri an debeat, qui prius adeptus eſt officium illi, qui poſtea conſimile obtinuit cum adminiſtratione: & de aliis.

ALLEGATIO XII.

1 EX duobus non ſubſiſtit prætenſio Domini Præſidentis Vincentij De Franchis, in præcedendo: Primo quia non poteſt gaudere dignitate Regentis, nec de iure, nec de conſuetudine. Secundo, quia etiamſi hoc ceſſaret, non poſſet præferri Regenti qui actu adminiſtrauit.

2 Quod non habeat dignitatem Regentis, de iure patet ex duobus; Primò quia non habuit, nec priuilegium à Rege, nec poſſeſſionem, & in officio eſt neceſſaria poſſeſſio, & præſtatio iuramenti *leg. Publius Meuius, ff. de condit. & demonſtrat.* Afflict. *in proœm. conſtitut. quæſt. 26. num. 4.* nec prodeſt creatio, niſi ſequatur adminiſtratio, *leg. ſed & milites, §. quæſitum, ff. de excuſat. tutor.* vbi Bald. Nec poteſt fieri fundamentum quod ab Illuſtr. Domino Prorege fuerit datus locus, & ſedes Regentis, quia cum adminiſtratio dicti officij non fiat hic ſed in curia Regis vbi præſtatur iuramentum, & datur poſſeſſio, nullum ius poteſt acquiri ex hoc actu voluntario Domini Proregis extra locum iuriſdictionis.

3 Secundò quia fuit ſtatim promotus ad officium præſidentis minus dignum officio Regentis, quo caſu etiamſi habuiſſet poſſeſſionem, perdit maiorem dignitatem, quam reliquit, in ſpecie Bald. per illum tex. *in leg. cum te, Cod. de nuptiis*, vbi dicit, quod ſi Archiepiſcopus eſt electus à Papa in Epiſcopum perdit dignitatem Archiepiſcopalem. Nemo enim cogitur de maiori titulo deſcendere ad minorem *leg. maioribus, C. quemadmodum ciuilia munera, lib. 10.* & ideo ſi voluntariè quis id facit, perdit maiorem dignitatem quam deſerit.

4 Hoc ita videmus diu obſeruatum; nam Hieronymus Seuerinus fuit electus Regens penes Cæſaream Maieſtatem, & fuit poſteà effectus Locumtenens Regiæ Cameræ; & deinde Præſidens S.C. & nunquam habuit locum, niſi Locumtenentis, & Præſidentis, & præceſſerunt eum omnes Domini Regentes poſt ipſum electi provt fuerunt Regentes, Martialis, Villanus, Albertinus, Polo, Fonſeca & omnes alij, provt eſt notorium, & ſcit ipſemet Dominus Præſidens, ac vidit, provt ego vidi, & vidit Dominus Regens Annibal Moleſ.

Inſuper hoc fuit obſeruatum in perſona Domini Antonij Baratutij qui fuit Conſiliarius, & poſtea electus in Aduocatum fiſci, & ſedit poſt omnes ſemper in loco fiſcalis, & hoc etiam nos ipſi vidimus, & idem fuit practicatum antiquitus in perſona Ioannis Thomæ Maſtrilli, qui fuit Conſiliarius, & Præſidens Regiæ Cameræ, & demùm electus fiſci Patronus, & fuit poſtpoſitus Præſidentibus. Idem vidimus in Domino Hermota. 5

Patet hoc etiam, quia videmus quod dum Rex transfert aliquem ad minorem dignitatem, ſolet ex gratia reſeruare prærogatiuam primæ maioris dignitatis in toto, vel in parte, quod non eſſet neceſſarium ſi procederet de iure. Vidimus hoc, dum ego fui primo loco de Conſiliario electus Præſidens Regiæ Cameræ cum clauſula, vt præcederem aliis Præſidentibus, qui poſt aſſumptionem meam ad officium Conſiliarij fuerunt creati Præſidentes, & ſic ex illa clauſula præceſſi, & præcedebant me Præſidentes antea creati, licèt ego præceſſiſſem illos vt Conſiliarius. 6 7

Idem hodie habemus in facto, dum Rex ex gratia mihi conceſſit præcedentiam Regentis, & idem conceſſit Regenti Dauid, & ſic tam de iure, quam de conſuetudine prætenſio Domini Præſidentis Vincentij non procedit. 8

Secundum aſſumptum etiam eſt verum, tam de iure quàm de conſuetudine; nam licèt quis prius obtineret dignitatem, præferẽdus tamen eſt ille qui habuit eam cum adminiſtratione; tex. eſt formalis *in leg. 1. Cod. de Conſul. lib. in verſ. cum poſterior, lib. 10.* iuncta gloſ. ibi *in verb. auſpicia*, vbi habetur quod illi qui habebat auſpicia Conſulatus, ſed non erat adeptus, præfertur alius, qui actu Conſul extitit, licet habitu prius alter Conſul fuerit, & ibi in ſpecie notat Ioannes de Platea quod inter pares dignitates præfertur ille, qui prior eſt in tempore, niſi actus adminiſtrationis, qui non eſt in vno, faciat alium anteire & quod hæc ſit intentio Regiæ Maieſtatis patet ex literis Regiis per me præſentatis, in quibus conceditur mihi præcedentia à die poſſeſſionis adeptæ. 9

Hoc ita obſeruatum eſt primò in duobus Dominis Regentibus eiuſdem ſupremi Italiæ Conſilij; nam cum Dominus Franciſcus Antonius de Dauid Regiæ Cameræ Præſidens eſſet electus Regens in Supremo Italiæ Conſilio, & poſt ipſum Dominus Antonius Cadena Regius Conſiliarius, ambo in Collaterali Conſilio hic Neapoli habuerunt ſedes Regentis, ſed priore loco Dominus de Dauid, vti primò creatus, qui per hoc Neapoli ſemper præceſſit Dominum Regentem Cadena: at quia Dominus Cadena primus acceſſit ad Curiam ibique primò poſſeſſionem adeptus fuit, ex hoc ipſe poſtea ſemper præceſſit Dominum Regentem de Dauid vt eſt notorium, & apparet ex ſubſcriptionibus innititis, quas hic habemus, nulla habita ratione, quod hic Neapoli Dominus de Dauid præceſſerat Dominum Cadenam; fuit enim conſideratum, quod actus ille ſedendi vti Regentes in Collaterali Conſilio fuit à principio nullus, quia non erant Regentes creati pro Collaterali Conſilio huius Regni, ſed pro ſupremo illo apud ſuam Catholicam Maieſtatem reſidente; & idem ibi in eodem ſupremo Conſilio fuit deciſum cum Domino Regente Taboada, qui fuit poſtpoſitus prædictis Dominis Regentibus Cadena, & de Dauid, nonobſtante, quod ante ipſos fuerat à Rege electus, cùm poſt 10 11

ipſos

ipſos poſſeſſionem cepiſſet. Quod in caſu noſtro locum haberet etiamſi Dominus Præſidens de Franch. habuiſſet poſt me actualem poſſeſſionem. Vnde quantò magis procedit, poſtquam nunquam eam adeptus eſt, & prouiſio ſua fuit habita pro non facta, in tantum quòd ego fui creatus in locum Domini Regentis Lanarij, & non ipſius Domini Præſidentis. Hæc currenti calamo dixiſſe ſufficiat. Reliqua ſupplebunt Doctiſſimi, & Prudentiſſimi Domini mei.

Ferdinandus Fornarius.

SVMMARIVM.

1 *Inſcribi an poſſit in opere publico nomen illius, qui conſtructionis curam habuit, num.6. & 7.*

2 *Tex.* in l.opus, cum l.ſeq. ff. de operib publ. & in l.ſi qui Iudices, C.eod. *explicatur, & n. 3.*

4 *Exempla adducuntur pro reſolutione propoſitæ quæſtionis.*

6 *Deciſio D.Preſ.de Franch.3.declaratur.*

ARGVMENTVM.

Inſcribi an poſſit in opere publico nouiter conſtructo nomen illius, qui vt opus illud conſtruatur, curam habuit, vel dicendum eſt hoc Principi tantùm, & non priuatæ perſonæ fore permittendum.

ALLEGATIO XIII.

1 IN articulo, de quo ad præſens controuertitur, nimirum an in opere publico nouiter conſtructo inſcribi poſſit nomen illius, qui vt opus illud conſtruatur, curam habuit, diffi-
2 cultas excitari videtur ex tex. *in l.opus, in fine, cum l. ſequen. ff. de operibus publicis*, & *in l. ſi qui Iudices. C. eodem*, ex quibus iuribus ſcribentes regulam conſtituêrè, quod in operibus publicis, aliud nomen, quàm Principis inſcribi non poteſt; quæ tamen difficultas in quæſtione propoſita ex infra dicendis
3 penitus tollitur, & primò, quia iura prædicta prohibent inſcriptionem nominis Iudicis, Præfecti, vel Curatoris operis, quando nomen Principis vel omittitur, vel non ſupraſcribitur, idque colligitur ex apertis verbis illorum iurium; inquit enim Imperator *in d.l.ſi qui Iudices*, ſic loquens, *ſi qui Iudices perfecto publicis pecuniis operi ſuum nomen, ſine noſtri numinis mentione inſcripſerint, Maieſtatis teneãtur obnoxij*: ergo quando Principis nomen apponitur, lex illa non loquitur, neque factum prohibet; tex. ver. *in l.nec Præſidis*, quæ ſequitur poſt præcitatam *l.opus*, inquit, nec Præſidis quidem nomen licebit ſuperſcribere; ergo ſola ſupraſcriptio nominis Præſidis ante nomen Principis, & non ſubſcriptio improbatur; nec noua eſt hæc interpretatio, nam ita prædicta iura intelligit, & exponit Reſt. Caſtal. *in tract. de Imperatore, quæſt. 110. verſ. 100.* & poſt eum, licet ipſum non citet, Bouadilla in ſua Politica *lib. 3. cap. 5. num. 56.* atque hoc de conſuetudine obſeruari tradiderunt Alber. *in l. qui libera litatem, ff. de operib. publ.* Salic. *in dict. leg. ſi qui Iudices*, Caſſan. *in catul. gloſ. mundi part. 1. conſiderat. 16.* quos ad hoc allegat D. Præſ. de Franch. *in deciſ. 443.* & Pariſ. de Puteo ab eo non citatus *in tract. de ſyndic. in verb. expenſa, cap. 2. num. 3.* & Decan.
in tract. crim. lib. 7. cap. 51. num. 20. idque paſſim in 4
hac ciuitate obſeruatum videmus, vt in fonte molis magnæ conſtructo expenſis ciuitatis ſunt inſculpta arma Ducis Seminariæ, & Marchionis Sancti Lucidi, in Palatio ſacri Conſilij Reg. Cameræ, & Magnæ Curiæ, Dominorum Præſidis, Locumtenentis, ac Regentis Magnæ Curiæ inſignia cernũtur. In caſtro
nouo Caſtellani, in dohana D. Ferdinandi Forna- 5
rij, aliiſque in locis; quinimmò hoc nouiſſimè recordamur diſcuſſum pleniſſimè ac deciſum fuiſſe in hoc ſupremo Collaterali Conſ. in inſcriptione in ſedili Ciuitatis Nolæ, in qua Præſidentis Petri Antonij Maſtrilli nomen fuit poſitum, contradicentibus pluribus Nobilibus. Quod apprime rationi conſonum videtur, nam etiam decor Principi, & Proregibus ſeruatur, & Magiſtratuum ſtudia ad opera publica facienda aliqua mercede excitantur.

Nec obſtat id, quod Preſ. de Franch. dicit in præ- 6
allegata ſua deciſione 443. dum refert fuiſſe ſublata quædam arma cuiuſdam Præfecti viarum: nam vt omnes recordari poſſumus, id fuit deciſum in cauſa cuiuſdam Ioan. Baptiſtæ Longli qui erat Miniſter mercenarius fortificationis, & in vili perſona loquitur Caſſan. loco ſupra relato, & ante eum Salic. qui loquitur in ingegniariis, & factoribus, aduertentes hoc permitti non debere. Fuit etiam hoc prohibitum Ioan. Nicolao Minutulo, qui infermariam in carceribus Illuſtr. C. extruendam procurauit, & iure optimo; nam ipſe nõ interuenit vt miniſter à Principe operi faciundo deputatus; ſed vt merè priuatus, ac vt religioſa perſona pro pio illo opere fabricando inſtitit. Nec etiam eſt ſubſiſtendum in verbis illis, quæ D. Vincentius de Franch. ponit loco ſupra citato, quod id fuerit permiſſum pro illa vice tantùm Duci Seminariæ, & Marchioni Sancti Lucidi; hoc enim ſcripſit ex relatione alterius ſatis incerta, & hoc non apparet; & cùm hoc permittatur ex iuris diſpoſitione, vt ſatis ex prædictis fundatum eſſe arbitror, non video cur illud pro ea vice tantùm quaſi ex gratia fuerit toleratum, poſtquam iuſtè poterit, attento iuris rigore, eiſdem competere.

Hæc breuiter in articulo propoſito conſiderabam.

Fuluius Conſtantius.

SVMMARIVM.

1 *Patre, vel matre exiſtente in medio, an ceſſet conſuetudo Neapolitana incip.* Si quis, vel ſi qua, *& quomodo ſit intelligenda, & num.7.*

3 *Si quis decedat, relictis matre, & filio, ac filia fratris, an vocetur ad ſucceſſionem mater, & fratris filius, excluſa filia fratris.*

3 *Si moriatur quis ſuperſtite fratre vterino, an*

an in bonis maternis defuncti ſuccedat pater ſimul cum fratre vterino vigore conſuetudinis.

4 *Conſuetudo ſi adſit, vt filia dotata excludatur per fratrem à ſucceſſione patris, ſi cum filia dotata ſit ſimul & in dotata, hæc indotata ſimul cum fratre ſuccedat.*

5 *Fæmina ſi à ſtatuto, vel conſuetudine per maſculos excludantur, ſtantibus maſculis ſuccedere an poſſint: & an incluſio matris, vel patris tollat fœminis obſtaculum.*

6 *Perſona, quæ ad ſucceſſionem admittitur, quando faciat in totum ceſſare conſuetudinem, vel ſtatutum.*

7 *Conſuetudo huius ciuitatis* Si quis, vel ſi qua, *an ceſſet quoad matrem tantùm, cætera verò fæminæ excludantur.*

ARGVMENTVM.

Coſuetudo ciuitatis Neapolis exordiens, *ſi quis, vel ſi qua*, quæ non procedit patre, vel matre exiſtente in medio, an ſit neceſſariò intelligenda quoad patrem, & matrem tantùm, non autem quoad alios, ita vt decedente filio ſuperſtitibus ſibi patre, ſiue matre, & fratribus vtrinque coniunctis, ſiue conſanguineis aut vterinis, pater, vel mater tantùm ſuccedat, vel cum ipſis fratres quoque, qui ſuperexiſtunt.

ALLEGATIO XIV.

1 ILLA iuris maxima quod, patre, vel ma-
tre exiſtente in medio, ceſſet conſuetu-
do, neceſſariò intelligenda eſt quoad
matrem & patrem tantùm, non quoad
alios, provt eleganter et optimè ſuo more fundauit
Dominus Collega, ad cuius concluſionis confirma-
tionem legatur (rogo) punctualis deciſio Napod.
in conſuet. ſed ſi morienti, in verb. Neptes, verſ. &
2 *idem, num. 272. in nouis*, vbi decidit, quod ſi dece-
dat quis relictis matre & filio & filia fratris, eo
caſu ad eius ſucceſſionem vocatur mater, quia
quoad eius perſonam ceſſat conſuetudo; vocatur
etiam fratris filius, vt proximior ex parte patris; fi-
lia verò fratris excluditur per alias conſuetudines,
ita quod eodem tempore ceſſat reſpectu matris con-
ſuetudo, & non ceſſat reſpectu excluſionis fœmi-
narum. Accedat ad hoc altera Napodani auctoritas
in conſuetud. Si quis, vel ſi qua, in verbo, præterquam,
3 *in fin. verb. num. 225.* vbi inquit, quod ſi moritur
filius ſuperſtite fratre vterino, tunc ad ſucceſſio-
nem bonorum maternorum defuncti ſuccedit pa-
ter, in cuius beneficium ceſſat conſuetudo, & ſi-
mul cum patre vigore conſuetudinis admittitur fra-
ter vterinus, licèt de iure communi à patre exclu-
deretur ex his quæ communiter traduntur in *Au-*

thent. defuncto. C. ad Senatuſconſ. Tertillian. Ex
quibus apparet per exiſtentiam patris reſpectu alio-
rum non ceſſare conſuetudinem, & ad defun-
cti ſucceſſionem patrem iure communi, fratrem
vterinum iure municipali vocari, quod non eſ-
ſe conueniens tradit ibi Napodanus, per text. *in
leg. nam & ſi parentibus, in fin. de inoffic. teſtam.* & *in
leg. ſi cum paterno, de bonor. poſſ.* Vlterius ſupradictis 4
adſtipulari videtur id quod in ſimili ſpecie tradi-
derunt doctores dicentes, quod ſi adſit conſuetudo,
quod filia dotata excludatur à ſucceſſione patris per
fratrem, ſi adſit non ſolum filia dotata, ſed alia,
quæ non ſit dotata, hæc indotata cum fratre ſucce-
dit, *leg. maximum vitium, Cod. de lib. præſ.* quia ceſſat
quoad ipſam conſuetudo, quæ omiſit hunc caſum
leg commodiſſima, ff. eo tit. cum ſimili, ſed quamuis
quoad ſororem indotatam conſuetudo locum non
habeat, non tamen ſuccedet alia dotata, provt ele-
ganter poſt Bald. firmauit Paul. Caſtr. *in leg. ſi viua
matre. Cod. de bon. mat.* & pulchrè Ruin. omnino
videndus *in conſ. 39. in 2. dubio. vol. 3.* fundatur au- 5
tem hæc concluſio efficaci, ac viua ratione; nam
cum fœminæ à ſtatuto vel à conſuetudine per maſ-
culos excludentur, ſtantibus maſculis ſuccedere ne-
queunt; dum verò pater, vel mater admittitur, in-
cluſio matris, vel patris non tollit obſtaculum fœ-
minis. Tunc enim perſona, quæ ad ſucceſſionem 6
admittitur, (non quia ſit expreſsè vocata à ſtatutu-
to, ſed quia circa ipſam ſtatutum non prouidit) fa-
cit in totum ceſſare conſuetudinem vel ſtatutum,
ita quod perſonæ admittantur, quando illa perſona
includendo ſe, excludit illos, propter quos alij non
poterant ſuccedere, *leg. 2. §. ſi ſit conſanguinea, ff. ad
Tertull.* Vbi ſcribentes, Bart. *in l. 1. §. pen. de bon poſ.
contra tab.* Bald. *in leg. ſi quis filium, in fin. Cod. de inoff.
teſtam.* Alexan. Dec. & omnes recentiores *in leg. il-
lam Cod. de collat.* ſed quando includendo ſe illa
perſona non tollit obſtaculum aliis, eo caſu ceſſat
ſtatutum, & conſuetudo in beneficium ipſius tan-
tùm, aliæ verò per conſuetudinem excluſæ, rema-
nent etiam excluſæ, vt de mente Doct. quos ſupra
citaui, tradidit ſingulariter Ruin. qui melius om-
nibus eſt locutus, tradidit inquam diſtinguendo
conſ. 43. num. 6. & 7. vol. 3. præſertim cùm tractetur,
quod fæminæ admittantur propter fauorem maſcu-
lorum excluſæ, vt ſatis bene conſiderat ad noſtrum
propoſitum, Roman. *conſ. 399. num....* Vnde conclu- 7
do conſuetudinem quoad matrem tantùm in propo-
ſita quæſtione ceſſare, fæminas vero penitus eſſe
excluſas, ita quod nec faciant partem, nec admit-
tantur ad partem, & proinde hæredes Domini Iaco-
bi ſuccedere pro virili, non computatis portioni-
bus filiarum.

Fuluinus Conſtantius.

SVMMARIVM.

1 *Feudalia bona fiſcalia non tenentur ſoluere, nec collectarum onera.*

2 *Feudalis non præſumitur res, ſed burgenſatica, & libera.*

3 *Burgenſatica preſumuntur bona, licet ſint intra fines feudi.*

4 *Regula, quæ dicit, quod quicquid eſt intra fines feudi, quomodo intelligatur.*

5 *Tex.* in cap. ex contrario, *de inueſtitura*

de re aliena facta, cum cap. 1. §. ſi vaſſallus, ſi de feudo defuncti fuerit controu. *adducitur in præſenti.*

6 *Baro non poteſt facere rem feudalem eſſe burgenſaticam, nec è contra.*

7 *Feudi ſubſtantia non eſt redditus, ſed fidelitas.*

8 *Burgenſatica, & libera adeò præſumuntur bona, vt in eis ſuccedant omnes fratres.*

9 *Collecta, & functiones fiſcales pro burgenſaticis ſoluuntur, quamuis ſint intra fines feudi.*

10 *Feudalia an, & quando dicantur bona, quando ad Baronem reuertuntur ſeparata à feudo.*

11 *Bartoli doctrina* in l. in diem, ff. de aqua. pluuiali arcenda. *adducitur in præſenti.*

12 *Feudalia non efficiuntur bona, quamuis ex pecunia feudali ſint empta.*

13 *Feudi permutatione facta cum re burgenſatica, debetur omnibus filiis eius ſucceſſio.*

14 *Inuentarij probatio talis eſt, vt non admittat contrariam probationem.*

15 *Adhoa pro burgenſaticis non ſoluitur, ſed pro feudalibus.*

16 *Releuium præſtatur ab hærede in feudalibus in ſignum deuotionis, & reuerentiæ.*

17 *Feudalem rem vendens tanquam burgenſaticam illam perdit.*

ARGVMENTVM.

Baro an teneatur ſoluere collectam pro bonis à prædeceſſoribus ſuis ſub annua præſtatione vaſſallis conceſſis, & ad ipſum demùm ex aliqua iuſta cauſa reuerſis; vel potiùs dicendum, bona illa cenſeri feudalia, & ſucceſſiuè huic oneri nullatenus obnoxia. Bona allodialia ſi cum pecunia feudali acquiruntur, an feudalia efficiantur, & de aliis notabilibus.

ALLEGATIO XV.

1 IN cauſa mota per Vniuerſitatem ſancti Viti, contra magnificũ Goffredum Palaganum eius Baronem, ſuper contributione functionum fiſcalium tanquam bona tenentem. Prætendit Baro bona, de quibus agitur, non burgenſatica eſſe, ſed feudalia, ideóque à collectarum oneribus immunem duobus fundamentis; primò quia totum eius territorium eſt feudale, & per conſequens particularia intra eius fines reperta feudalia quoque cenſeri. Secundò illa particularia bona, de quibus eſt quæſtio, in feudum vaſſallis per Barones fuiſſe conceſſa, & hoc conatur demonſtrare ex decimis, quas vaſſalli ſoluunt; & propterea prædicta bona dum ad ipſum Baronem reuertuntur, feudalia, vt priùs erant, & abſque onere collectarum eſſe debeant; quæ quidem prætenſio quantùm ſit erronea ex infra dicendis clariſſimè demonſtrabitur.

Primùm, veriſſima, & generalis eſt regula, qua res 2
quælibet allodialis & libera ſemper præſumitur, niſi feudalis probetur *c. 2. & c. defuncto, ſi de feud. fuer. contr. int. dom. & agnat.* & ibi Bal. idem Bal. *in c. 1. §. ſi autem, circa quartam, col. de contr. inueſt. in c. cæterum, in fi. extr. de Iud.* Alb. Brun. *conſ. 1. in prin.* Alex. *conſ. 129. vol. 1.* Reciq. *conſ. 269. & conſ. 413.* Barbat. *conſ. 57. vol. 4.* cum aliis adductis per Capic. in ſua
inueſt. *in verſ. feuda allod. fol. 42.* Nec propterea, 3
quod res ſit intra fines feudi præſumitur feudalis, ſed allodialis, & burgẽſatica, ſecundùm primæuam, & naturalem originem rerum, quæ omnia erant libera, *cap. ius gentium, 1. diſtin.* ita Hoſtienſ. *in cap. nimis, extr. de iureiur.* & Iacob. de ſancto Geor. *in ſuo tract. feud. verſ. dictique vaſſalli promiſerunt cognoſcere, num. o.* qui plus dicit dominos terrarum non habere eorum intentionem fundatam ſuper prædiis, & poſſeſſionibus ſituatis in diſtrictu eorum, ex eo quod ſint domini terrarum, niſi doceant, quod illa ſint feudalia, quam opinionem vti communem ſequutum fuit ſacrum Conſilium, vt refert Afflict. *deciſ. 267.* Nequè etiam obſtat. tex. *in c. Baſilica 16. quæſt. 7.* & quod dicitur *in leg. 1. Cod. in quibus cauſ. col. lib. 11.* & *in leg. deprecatio, ff. ad leg. rod. de iact.*
quicquid eſt intra fines feudi, dici de feudo, nam 4
illud procedit quoad iuriſdictionem, non autem quoad dominium directum, vel vtile, ſecundùm Iacob. Afili. & alios in dictis locis. Sequitur ergo, quod dum Baro per generalitatem prætendit omnia intra eius fines poſita, eſſe feudalia, non procedere quoad dominium, & naturam rerum, ſed tantum eſſe ſub eius iuriſdictione, & ſemper burgenſatica præſumi.

Et propterea dum ad ipſum Baronem ex particu- 5
laribus cauſis à vaſſallis acquiruntur, non feudalium, ſed burgenſaticorum naturam ſortiri, & cum onere ſoluendi collectas, aliaque onera, vt prius apud ipſos vaſſallos erant; vt ſunt text. notabiles quos rogo videri *in cap. ex contrario. de inueſt. de re alien. fac.* & ibi Iſer. & *in cap. 1. §. ſi vaſſallus de beneficiò ſuo, ſi de feud. defun. ſit controu. int. dom. & agnat. in leg. fin. Cod. de exact. tribut. lib. 10. in leg. 2. C. de imp. lucr. deſcr.* & *in leg. 2. Cod. de præd. & omn. reb. nauicul. cod. lib. 10.* & Camer. *in cap. imperialem, fol. 39. littera H.* qui hanc rationem aſſignat, quia Baro iure diſtincto, & ſeparato illa bona poſſidet, non tanquam feudalia: & gloſ. Pariſ. quam reperio allegatam, *in §. 2. gloſ. 5. num. 2. & §. 46. num. 5. & 7.* Nec eſt nouum Baronem duplicem habere hæreditatem feudalium ſcilicet & burgenſaticorum, vt not. Camer. *in dict. cap. Imperialem, fol. 104. col. 3. littera P.* per text. *in cap. 1. an agnat.* & *in c. filius, de cap. qui cur. vend.*

Quo verò ad ſecundum fundamentum Baronis, 6
quod prædicta bona, quæ à vaſſallis ſibi peruenerunt, fuerunt per Barones in feudum dictis vaſſallis conceſſa, nequaquam obſtare poteſt, ſiquidem de hoc in facto nihil probat, nec præſumi poteſt; tum quia omnia præſumuntur allodialia, non feudalia, vt ſupradictum eſt, tum etiam, quia Baro non poteſt facere de feudalibus burgenſatica, ſicut non poteſt è contra, nam non poteſt conditionem rerum feudalium mutare, vt *in conſt. Conſtitutionem diuæ memo-*

ria,

ria, in cap.1.§ quid ergo, de inueſt. de re alien. fac. & per Camer. *in cap. Imperialem, fol.5. littera l.* neque id ex ſolutione decimarum oſtendere poteſt, res enim quæ feudo reddit, non eſt feudalis, ſed burgenſatica, etiamſi dicatur, *Concedo hanc rem in feudum*, vt not. tenet Bal. *in leg. liberti, libertaque, num. 36. Cod. de oper. liber. alleg. tex. in leg. naturalis. §. & cùm dos, ff. de praſcript. verb.* & not. per Cyn. *in Auth. ingreſſi, Cod. de ſacroſ. Eccleſ. quaſt. antepen.*
7 Redditus enim non eſt de ſubſtantia feudi, ſed fidelitas, ſecundum Iſer. *in cap. 1. §. item qui domino, qua ſit prima cauſ. beneſ. amit.* Et propterea non dicitur feudum, cum etiam nulla interuenerit inueſtitura, nec alia, quæ ad feudalem rem requiruntur, ſecundum Bald. *in leg. 1. Cod. de rer. permut.* Specul. *in tit. de locat. §. nunc aliqua, ver. 85.* noto ſcribentes. *in leg. ſi ſtipulatus ſum damn. ff. de verb. oblig.* Alex. *in conſ. 136. col. 3. vol. 1.* Curt. *in tract. feud. num. 6. fol. 20.* Dec. *conſ. 138. num 7.* & *conſ. 140.* Hippol. Mart. *ſing. 95.* Afflì. *deciſ. 129. in 1. dubio*, & Capic. *in ſua inueſt. fol. 42. in verſ. feuda allodia*, hinc eſt adeò præ-
8 dicta bona præſumi burgenſatica, vt in eis non ſolus primogenitus, ſed omnes fratres ſuccedant, vt not. ſcribit Pariſ. deput. *in tit. de finib. feudo. §. an in bonis redditiis, fol. 174.* Illud autem ius tantum percipiendi cenſum, ſiue decimas eſt feudale. Napod. *in conſuet. in bonis, in verſ. ſed in bonis, in tit. in quibus reb. habeat loc. quarta*, Camer. *in cap. imperialem, fol. 59. col. 3.* Qui ſubdit Barones illud ius percipiendi ſine aſſenſu alienare non poſſe, ſed prædicta bona reddititia poſſidentes rectè alienare poſſe, etiam ſine aſſenſu. Et propterea ſequitur, quod cùm tantùm, vt dixi, illud ius apud Baronem
9 ſit feudale, ipſis tamen bonis in burgenſatica natura permanentibus, quod pro ipſis ſolui debeant collectæ, ſiue functiones fiſcales, vt in ſpecie Iſer. *in cap. 1. in verſ. & plauſtrorum. num. 56. qua ſint regal.* Pariſ. deput. *in tract. de reintegr. feud. §. viſo, de natura rerum feud. numer. 5. fol. 15. ac etiam fol. 2. §. veniamus igitur, num. 6.* Afflì. *in conſt. Conſtitutionem diuæ memoriæ, num. 25.* Marin. Frecc. *lib. 2. de feud. fol. 240. num. 14.* poſt Luc. de Pen. *in leg. 1. Cod. de imp. lucr. deſcr. lib. 11.* & *in leg. cùm diues. C. de omn. agr. deſer. lib. 12.* Et quod de prædictis bonis tanquam burgenſaticis ſolui debeant collectæ & functiones fiſcales fuit decitum in ſacro Conſilio, in cauſa Vniuerſitatis Limatulæ, in anno 1559. vt refert Vrſil. *in addit. ad deciſ. Afflì. 129.* Patet igitur non poſſe Baronem ex ſolutione decimarum dicere prædicta bona a ſuis anteceſſoribus tanquam feudalia vaſſallis fuiſſe conceſſa.

10 Et dato quod ab initio bona, de quibus agitur fuiſſent feudalia, dum in vaſſallos fuerunt alienata pro annuo cenſu, ſeu decimis, adeò Baro ſibi præiudicauit, & ſunt ſeparata à feudo, vt quando ad ipſum poſtea reuerſa fuerunt, non tanquam feudalia, ſed tanquam ſeparata a feudo burgenſatica, & libellaria peruenerunt, tex. not. (quem rogo omninò videri) *in c. 1. §. profectò, quid iuris ſit ſi poſt alien. feud. vaſſal. recup.* optimè Camer. *in c. Imperialem,*
11 *fol. 39. col. 3.* Præterea iſta bona Baro non recuperauit ex cauſa neceſſaria de præterito, vtputa pacti de retrouendendo, & ſic quod redirent ad eorum propriam, & primordialem naturam, per not. per Bart. *in l. in diem, ff. de aqu. plu. arcen.* ſed iſta bona pretendit Baro à ſuis prædeceſſoribus fuiſſe liberè vaſſallis conceſſa ad cenſum, ſiue ad decimas, & ſic qualitas bonorum eſt alterata, vt quando poſtea recuperauit fuit noua acquiſitio, & ex noua cauſa ſunt apud ipſum, & non iure, quo priùs erant, *l. ſine a me, ff. ad l. falcid*, cum aliis per Decium *conſ.* 88. & Loffred. *conſ. 52. in princ.* & propterea cum illo onere ſoluendi collectas ad ipſum Baronem peruenerunt, vt ſupra dictum fuit.

Nequè obſtat, quod aliqua ex iſtis bonis Baro 12
emerit, non enim ex hoc efficiuntur feudalia, etiamſi de pecunia feudali emiſſet, Luc. de Pen. *in l. quicunque, lat. 2. C. de omn agr. deſcrip. lib. 11.* Camer. *in c. Imperialem, fol. 17. littera P. col. 3.* Pariſ. *de reintegr. feud. §. & circa iſtas culturas, n. 19. fol. 10.* Neque etiam, quod cum aliis bonis fuiſſent permutata, etiam feudalibus, Iſer. *in c. 1. n. 3. de conten. int. me & Dominum, deport. feud frat. mei*, & melius *in c. 1. §. cum autem, n. 7. de contr. inueſt.* nam oportebat dicere, quod illa bona emebat, vel permutabat tanquam rem feudalem, idem Iſer. not. *in c. 1. §. & plauſtrorum, n. 58. paulò ante fin. qua ſint regal.* Luc. de Pen. *in l. 1. C. de imp. lucr. deſcrip. lib. 10.* & ita fuit alias decitum in cauſa Ducis Amalfiæ, & Gabrielem Tontum, die 17. Septembris, 1499. vt refert, & ſequitur Marin. Frecc. qui optimè de hoc ſcribit, *lib 2. de ſubfeu. quaſt. 21. fol. 151.* vbi ex hoc ſubdit, quod ſi pater permutet feudum, in quo filius primogenitus ſuccedebat cum re burgenſatica, omnes filij in ea re permutata ſuccedunt. Et propte- 13
rea cùm nô feudalia, ſed burgenſatica ſint iſta bona empta, & permutata, ſequitur omninò pro illis ſolui debere collectas, vt expreſſe tenet Iſern. *in d. §. & plauſtrorum.* Idem quoque de aliis bonis peruentis ad Baronem propter delicta, vel tanquam vacantia, vel quia in eis ſuccedit fiſcus, dicendum erit, vt not. Pariſ. deput. *de reintegr. feud. §. & aduertendum, in fin. fol. 14.*

Alia quoque ſilentio non prætermittam, qui- 14
bus rectiſſime Vniuerſitatis intentio fundatur, quod bona, de quibus agitur ſint burgenſatica, non feudalia; nam inuentario ſtandum eſt, adeo quod non admittitur probatio in contrarium *l. fin.* & ibi gloſ. & Cyn. *C. arbitr. tut* Spec. *in tit. de Inſtru. edit. §. fin. verſ. pen.* ſed dum Baro ſuper inuentario, vbi bona feudalia ſunt deſcripta, ſuam intentionem fundabat, & ad petitionem Vniuerſitatis Regia Camera decreuit illud exhibere, aliàs habeatur pro exhibito prout deterius, & nunquam exhibere voluit, quid dicendum, niſi quod in inuentario iſta bona non adſunt? & propterea burgenſatica, non feudalia præſumenda.

Præterea negari non poteſt pro rebus feudalibus, 15
non burgenſaticis ſolui adhoas, *§. praterea, de cap. Corrad, & c. firmiter, de prohib. alien. feud. per Feder.* Baro nititur hoc demonſtrare, & articulat quod de his bonis ipſe ſoluit Regiæ Curiæ adhoas, tamen dum poſtea vult examinare teſtes ſuper dictis articulis tanquam falſis cum reuerentia deponere, nequeunt, & nihil de hoc ex parte Baronis probatur, Ergo, &c.

Inſuper producitur ſcriptura ipſius domini Gof- 16
fredi, nam quando eius pater deceſſit, & ipſe pro habenda inueſtitura ſoluit Regiæ Curiæ releuium, quod tenebatur ſoluere de omnibus bonis feudalibus, & deſcribere omnia corpora feudalia iuxta Conſtit. poſt mortem, cum ibi not. cùm releuium præſtetur in ſignum deuotionis & reuerentiæ pro habenda inueſtitura, ſecundum Bal. *in l. 1. 2. col. ff. de rer. diuiſ.* Alber. Brun. *in conſ. 61.* Socin. *conſ. 66. col. 8. vol. 3.* dictus dominus Goffredus deſignauit in releuio omnia bona feudalia, & tamen nullum corpus horum bonorum in eo reperitur deſcriptum: ideo ex ſua confeſſione, & per ſuas ſcripturas apparet prædicta bona burgenſatica eſſe non feudalia.

Vltimò multa corpora horum bonorum fuerunt 17

vendita per Baronem Magnifico Paſchali Caracciolo, & in inſtrumento in proceſſu producto, aſſeruit ea eſſe burgenſatica, non feudalia, immò cùm ſuſpicaret Caracciolus illa eſſe feudalia, petiit reſcindi inſtrumentum, & Baro ex aduerſo articulauit, & probauit illa burgenſatica eſſe. Vnde alterum duorum ſequi debet, vel (vt ipſe confitetur) dicta bona eſſe burgenſatica, vel quod ea amittere debeat, cùm vendens rem feudalem tanquam burgenſaticam illam perdat, Camer. *in cap. Imperialem, fol. 76. col. 3. littera M.* poſt Iſern. ibidem, & Innoc. *in cap. caeterum ex tali, de Iud.* cum aliis ibi adductis. Ex quibus ſatis credo fundari intentionem pauperrimæ Vniuerſitatis, & propterea omnino iudicandum ſpero.

Antonius Quadra.

SVMMARIVM.

1 *Fiſcus in criminalibus non appellat ab abſolutoriis, nec recurſum habet.*

2 *Fiſcus de iure communi non appellat.*

3 *Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ impedientes appellationem reſpectu fiſci, qualiter obſeruentur.*

4 *Appellatione prohibita, denegatur querela, ſupplicatio & recurſus.*

5 *Appellatio per ſtatutum prohibita qualiter intelligatur.*

6 *Gloſſa* in cap. ex literis, de in integrum reſtitutione, *in præſenti adducitur.*

7 *Fiſcus in criminalibus non reſtituitur.*

8 *Reſtitutio in pœna conuentionali qualiter, & quando concedatur.*

9 *Appellatio denegatur fiſco, non ſolum in cauſis capitalibus, ſed etiam in pecuniariis ex crimine deſcendentibus.*

ARGVMENTVM.

Fiſcus in cauſis capitalibus an à decretis abſolutoriis appellare poſſit ſiue ab illis reclamare, aut recurſum, vel in integrum reſtitutionem petere, & quid in cauſis pecuniariis ex crimine deſcendentibus. Appellatione prohibita, an, & quando dicatur pariter prohibita ſupplicatio, & recurſus.

ALLEGATIO XVI.

1 QVOD fiſcus in criminalibus non appellet ab abſolutoriis, non habeat quærelam, non ſupplicationem, nec recurſum ad ſuperiores, nec reſtitutionem in integrum, probatur per infraſcriptas indubitabiles concluſiones, quæ apud bonos & graues nuſquam controuerſiam receperunt.

2 Prima concluſio ſit, quod fiſcus de iure communi in vniuerſa ditione non appellat, probat Bartol. *in leg. 1. §. fin. ff. ad Senat. Conſul. Turpilianum, iunct. text.* vbi concludit, aliquo condemnato prouocante in proſequutione cauſæ, fiſci Procuratorem non eſſe citandum. Cui quidem concluſioni non obſtat reſponſum excellentis, & doctiſſimi Domini mei Octauiani fiſci Patroni, vt audiui, aſſerentis iſtam concluſionem procedere, extante accuſatore; nam Bar. dictum habet determinationem à præallegato textu, vbi apertiſſimè videtur, poſt prouocationem, accuſatorem deſtitiſſe, & in Senatus Conſultum incidiſſe; & fundatur deciſio ex conſtantibus rationibus fiſcum excludentibus, quamuis reus eſſet ſibi condemnatus. Nec obſtant relata per Innoc. & per Abb. *in cap. cùm clamor, de teſtib.* quia continent 3
diuerſas opiniones ſine lege, nec in aliqua figunt pedes; præſenſque concluſio probatur ex ritibus M. C. Regni huius, legibus conditis à Monarcha poteſtatem habente. Siquidem Regnum Siciliæ eſt liberum, & ab imperio exemptum, Andr. & gloſ. *in proœm. conſtit.* ſitque concluſio firmiſſima ab interpretatione, & obſeruantia S. R. C. & tantorum ampliſſimorum Patrum, Gram. *dec. 14.*

Secunda ſit concluſio, quod prohibita appellatione, denegantur quærela, ſupplicatio, & recurſus, 4
Dec. poſt Alex. *in leg. fin. num. 50. Cod. de edict. Diu. Adr. tollen.* facta tamen diſtinctione, an ſit prohibita appellatio reſpectu cauſæ, an reſpectu excellentiæ perſonæ, & in Alex. an ſit proceſſum cum cauſæ, vel ſine cauſæ cognitione, & eſt hoc commune dictum Doctorum. Non obſtat quod dixit Bald. 5
in leg. fin. C. de tempor. appellat. quem citat Dec. *in dict. leg. fin. num. 51.* quia loquitur in prohibita appellatione per ſtatutum. At in caſu noſtro prohibita eſt appellatio in omnibus ſententiis abſolutoriis, vigore rituum, qui pro legibus obſeruantur, *leg. 2. §. itaque, ff. de origine iuris,* & *inſtit. de iur. naturali gentium, & ciuili, §. ſi quod Principi.* Nec obſtat quod Decius voluit *in ead. l. fin. num. 49.* Cùm dicat idem eſſe ſi fuiſſet prohibita de Iure communi propter diuerſitatem remediorum, nam ſecus tenent omnes Doctores per gloſ. *in leg. fin. Cod. vt lit. pend.* Imol. *in l. ex conſenſu, num. 39. & 40. ff. de appell.* Nec pariter obſtant notata per gloſ. *in cap. ex litteris, de in integrum reſtitutione,* quam Canoniſtæ intelligunt 6
generaliter, prohibita appellatione, non eſſe prohibitam ſupplicationem, nam caſus noſter eſt ſpecialis in fauorem liberationis, ad quam per ritus reſpexit Regina, ex tex. & per gloſ. *in leg. fauorabiliores, de reg. iur.* In quibus ritibus eſt conſiderandum, quod non tractatur de alterius intereſſe, quàm eiuſdem D. noſtri Regis, denegando appellationem à ſententiis abſolutoriis per M. C. ex mero officio latis, vel ex denunciatione præcedente. Vnde eſt credendum, quod ex mente Regis ſit præcluſa etiam via recurſus, qui & appellatio ipſa ad eundem Iudicem immediatum, qui eſt Rex, conuolarent, aliàs poſita eſſet lex verbis, & non rebus.

Tertia ſit conſio, quod fiſcus in criminalibus 7
non reſtituitur, Odoffred. *in leg. vnica. Cod. de ſent. aduerſus fiſcum latis retract. lib. 10.* Et quando agitur de lucro ex delicto alterius, non ex re familiari, probat text. *in leg. auxilium, ff. de minor.* & *in leg. ſepulchrum, ff. de ſepulchro violato.*

Quarta, & tandem ſit concluſio, quod in pœna 8
conuentionali contractus fiſcus ad lucrum ſpectaret ex maleficio, vel ex contumacia promittentis; quia id non abeſſet, & peteret ad vindictam & vltionem, quantumcunque conuentum eſſet, reſtitutio non fit, & in caſu præſenti pœna promiſſa per D. Iulium Carrafa de ſeruandis finibus, habet naturam

turam rei, de qua, & ſuper qua interuenit promiſſio, Andr. de Iſern. *in conſtit. obſcuritatem*, & ideò ſi non daretur reſtitutio, abſoluto Iulio memorato à pœna deportationis, minimè datur à pœna pecuniaria conuentionis, Bart. *in leg. 1. §. fin. ff. de quæſtion.* & de hoc eſt deciſio in terminis Odoffredi *in*
9 *dict. leg. vnica.* Concludamus igitur, quod nedum in cauſis capitalibus appellatio prohibetur, ſed etiam in pecuniariis ex crimine deſcendentibus, quamuis conuentionalibus; nec à ſæculo eſt auditum tam M.C. quàm in Regia Camera contrarium fuiſſe ſeruatum. Vnde rogo Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum vt illuminet ſenſus & corda DD. Iudicantium ad ſic iuxta prædicta hic per me allegata iudicandum, quia hæc eſt ipſa veritas.

Petrus Antonius Panſa.

SVMMARIVM.

1. *Legatum factum mulieri in augmentum maritagij, an ſit conditionale ſi nubat, vel purum, & debeatur antequam mulier nubat, & n. 4.*
2. *Legatum factum mulieri propter dotem, vt habeat, an oportet, quod nuptias contrahat: & an hoc legatum ſit cõditionale, & per conſequens non tranſmittatur.*
3. *Dies incertus in conditionem tranſit.*
4. *Ceſſante cauſa ceſſat relictum.*
5. *Maritagium an debeatur ante ſequutas nuptias, & an pater teneatur ad dotem ante nuptias.*
6. *Augmentum dotis, an gaudeat eodem priuilegio, ac gaudet dos.*

ARGVMENTVM.

Legatum pro dote puellæ factum an purum ſit cenſendum, vel potius conditionale, ita vt non debeatur niſi tempore matrimonij contrahendi; & ſi priuſquam nubat, moriatur, penes heredem grauatum remaneat, & de aliis notabilibus.

ALLEGATIO XVII.

1 DVBITATVR, an legatum factum per Illuſtriſſimã Dominam Beatricem de Marra Marchioniſſam ſancti Lucidi, in beneficium Illuſtriſſimæ Dominæ Beatricis de Marra, ducatorum mille in augumentum ſui maritagij, teneatur ſacrum Hoſpitale Sanctæ Mariæ Annunciatæ Neapolis illud ſoluere ante quàm dicta Domina Beatrix nubat, & ſi legatum prædictum ſit conditionale, ſi nubat, vel purum, & pro ſacro Hoſpitali prædicto, dicitur illud eſſe conditionale, ſi nubat, & antequam nubat, non deberi, *leg. ſancimus, Cod. de nupt. leg. cum teſtator. Cod. de teſtam. manum. leg. in teſtamento lat. 2. leg. Titio centum, §. Titio genero, ff. de condit. & demonſtrat.* Bart. *in dict.* §. *Titio genero, in 3. col. verſ. ſed quæro, & in verſ. concluditur*; quem ſequuntur Bald. Cuman. Paul. de Caſt. *col. 3.* qui dicit eſſe communem opinionem, & Cyn. Bald. & Salicet. *in dicta leg. ſancimus*, Bald. *in leg. generaliter, 4. col. Cod. de Epiſc. & Cleric.* maximè etiam quia dicta Marchioniſſa eſt extranea, & non tenebatur dotare dictam Dominam Beatricem, & Andr. de Iſern. in conſtitutione Regni *in aliquibus,* 2
8. col. verſ. dic, dicit, quod vt habeat legatum mulier ſibi factum propter dotem, oportet quod nuptias contrahat, ſiue enim nolit nubere, ſiue moriatur antequam nubat, relictum non conſequitur, & Bald. *nouell. in tract. de dote, in 76. priuilegio, in 3. caſu*, finaliter tenet opinionem Bart. quod legatum ſit conditionale, & quod non tranſmittatur, reſpondens contrariis, & quod ſit conditionale, apparet, dum in eo dicitur, *in augumentum ſui maritagij*; ergo dies non poteſt dici anteceſſiſſe, ſeu cedere, *leg. cedere diem. ff. de verbor. ſignificat.* & cùm dies nuptiarum ſit incertus, an, & quando meritò in conditionem 3
tranſit, *leg. dies incertus, ff. de condit. & demonſtrat.* & iſtud eſt, quod voluit dicere text. *in l. ſi Titio. ff. quando dies leg.* ibi, *nec intereſt, vtrum ſcribatur, ſi annorum quatuordecim factus erit, an cùm annorum quatuordecim factus erit*, & ea ratione in materia, de qua agimus nos, ſatis bene vſus eſt Georgius Natta *de ſtatut. femin exclud. in 3. quæſt. 2. quæſt. principalis, num. 16.* nec etiam interim poteſt tranſmitti *leg. 1. § ſin autem. Cod. de cad. toll. leg. 1. Cod. de his, quæ ſub mor.* et ceſſante cauſa, ceſſat relictum, *dict. §. Titio genero, verſ. ante nuptias, cum ſimilibus*, & quod 4
legatum prædictum ſit conditionale, hoc in indiuiduo tenuit Aymon. *in conſ. 18. n. 3. in legat. 4. florenorum*, & *in conſ. 101. num. 2.* vbi dicit, tale legatum licet conditionale, tamen, quia teſtator diſpoſuerat in caſu illius conſilij ante nuptias ſolui, coniecturam ſumi, teſtatorem noluiſſe illud eſſe conditionale, quod ceſſat in caſu noſtro, quia dicitur in augmentum ſui maritagij, & pleniſſime Couarr. *in cap. nos quidem, extr. de teſtam. à num. 10.* qui latiſſimè diſputat articulum, & dicit opinionem ſupradictam Bart. quod legatum ſit conditionale, ſequutis nuptiis, eſſe communem; & ſic maritagium non 5
debetur, niſi ſequutis nuptiis, vt ſupra eſt fundatum, tanquam cauſa finalis legati; nec pater ad dotem tenetur ante nuptias, nec etiam augmentum debetur niſi ipſis nuptiis ſequutis, quia augmentum naturam principalis ſequitur, *leg. etiam*, vbi Bald. *Cod. de iur. dot. leg. inter ſocerum. §. cum inter, de pact. dotal.* & in tantum ſequitur naturam ſui principalis, quod 6
augumentum dotis gaudet eodem priuilegio, quo gaudet ipſa dos, vt *in Authen. æqualitas. C. de pact. conuent.* & *in Authen. ſed iam neceſſe. Cod. de donat. ante nuptias*, & *in Authen. de æqual. dot. §. 1. & 2. col. 7.* & ibi etiam Angel. cum aliis concordat & cum legatum, de quo agitur, ſit in augmentum maritagij, & non pro ſe maritanda, nec ad maritandum, vt conſiderabat Bart. *in dict. §. Titio centum, in fin.* propter expenſas occurrentes, faciendo differentiam in verbis legati, licet contra eum teneat Paul. de Caſtr. ibidem *col. 3.* & Bald. *nouell. in dict. priuil. 76.* & alij, tamen cum legatum, de quo agitur, non dicat, nec pro ſe maritanda nec ad maritandum, non inſiſto aliter, poſtquam nihil ex parte dictæ Beatricis actricis eſt probatum, quod debeat ſumi nulla alia coniectura in contrarium; & verba legati ſunt clara, quæ requirunt, nuptias eſſe contractas, vt ſupra eſt fundatum. Cætera ſuppleat ipſa Virgo Maria, cuius cauſa agitur.

Iacobus de Gello.

SVMMARIVM.

1 *Baro ſi cum vaſſallis communicauerit territorium, an vaſſalli poſſint ſolum mittere animalia ad paſcendum, pro domus, ruriſque ſui neceſſitate.*

2 *Conceſſo nemore alicui ad lignandum pro ſe, ſuaque familia, ſi decedat pluribus relictis filiis, an poſſit quilibet ex filiis lignari quantum indigeat, vel ſimul omnes quantum poterat eorum pater.*

3 *Dominus in nemore communi an prohibeatur immoderatis paſcuis vti, vt vaſſalli ſua animalia paſcere nequeant: & an è contra liceat vaſſallis immoderatè paſcere.*

4 *Multitudo numeroſa nihil habet honeſtum.*

5 *Si cum Piſtore, vel Molitore pactum feci de molendo frumento vel coquendo pane pro me, & familia mea, an familiâ auctâ, teneatur pro eodem pretio ſeruire.*

ARGVMENTVM.

Ius paſcendi animalia ſua, ſi quis in alieno territorio titulo habili acquireret, nùm poſſit pro eo animalium numero, territorio illo vti, prout ſibi videbitur, vel moderatè, ita vt alios, qui ibi ius ſimiliter paſcendi habent, non impediantur, & de aliis ad ornatum Pragmaticæ 11. ſub titulo de Baronibus.

ALLEGATIO XVIII.

1 BAro Peſcularum Iacobus Spinellus cum vaſſallis (acceptis viginti quatuor ducatis annuis) territorium communicauit: hi modò induſtrias faciunt, tantùmque beſtiarum numerum ad paſcendum immittunt, vt Baronis ius impediant. Dico moderationem faciendá, vt ea ſolùm animalia paſcát, quib. pro neceſſitate domus, ruriſque ſui quiſque indigeat, ad hoc, quod determinant, Dyn. & Abb. *in leg. an fundus, de cond. & demonſtr.* vt ſi cui concedatur in
2 aliquo nemore pro ſe, ſuaque familia ligna incidere, pluribuſque relictis filiis moriatur, eorumque quiſque non tantùm incidet, quantùm ſibi, familiæque ſuæ expedit, ſed ſimul omnes, quantum eorum poterat Pater: Et ait Alber. *in leg. Imperatores, ff. de ſeruit. ruſt. prædior.* vt ſi villa commune paſcuum habet, & vnus modicas poſſeſſiones, magnum verò beſtiarum numerum, quæ totum ferè paſcuum deuorent, cæteri verò ampliores poſſeſſiones, illum iudicio communi diuidundo cogere poſſunt, vt pro modo ſuarum poſſeſſionum depaſcat, vt ita ipſi quoque ſua animalia paſcant, & extat Pragmatica Caroli V. Imperatoris, quæ incipit, *Audiuimus:* 3
vbi prohibet, ne Dominus in nemore communi ita immoderatè paſcuis vtatur, vt vaſſalli ſua animalia paſcere nequeant; modo, quod Domino non licet, ſcilicet beſtiarum numero vaſſallorum vſum impedire, ita vaſſallis licere non debet; iudicantur enim ad paria Dominus, & vaſſallus, vt quid ſit inueſtit. *cap. 1. in fin. de for. fidel. cap. 1. in fin.* facit regula correlatiuorum, vt in vno ſtatutum & in alio ſtatutum cenſeatur *leg. fin.* vbi docet Bar. *Cod. de in-* 4
dic. vid. tollend. Pro hac parte eſt, quia multitudo numeroſa nihil habet honeſtum, dicit text. *in Auth. de referenda. §. 1.* Poſtremò hanc quæſtionem decidere videtur Iacob. à Sancto Georg. *in tract. feud. in verſ. & cum molendinis*, vbi in illa antiquorum quæſtione, de qua etiam per Iaſ. *in repet. leg.* 5
quominus, 22. quæſt. ff. de fluminibus. Si cum Molitore, vel Piſtore pactum feci de molendo frumento, vel coquendo pane pro me, meaque familia, an eâ auctâ eodem pretio ſeruire teneatur, diſtinguit, aut caſu, ſiue natura aucta eſt, & eorum opinio procedere poſſet, vt eodem pretio ſeruiant; ſi autem meo facto, quia miles, vel Baro euaſi, magnamque familiam me tenere oportet; & tunc hæc ampliatio reſtringetur, allegat text. *ff. de petit hered. leg. ſed ſi lege. §. ſi quis re ſua*, & § *quod autem*, & *in Authen. vt iud. ſine quoque ſuffrag. §. cogitatio*, ibi *expenſas largiores*. Concludo itaque, cùm hi vaſſalli eorum facto numeroſis beſtiis in nemore vtantur, prohiberi eis poſſe, vt pro neceſſitate domus, ruriſque ſui beſtias paſcant, non autem pro lucris, & induſtriis.

Hæc breuiter occurrunt, ſub correctione.

Ioan. Marcus Aquilinus.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium immunitatis conceſſum Vniuerſitati pro mercatura, quæ fieret à decem vnciis infra, nùm locum habeat pro decem vnciis, quando mercatura fieret ſupra decem.*

2 *Minor ſumma ſi eſt in maiori propriè, & verè.*

3 *Regula quod vtile per inutile non vitiatur, qualiter procedat.*

4 *Text.* in l. ſancimus, vol. pen. C. de donat *adducuntur.*

5 *Eccleſia ſi ſoleat infeudare pro maſculis tantùm, infeudando pro maſculis, & fœminis, an vitietur in totum?*

6 *Infeudatio ſi fieri debeat in vnum & fiat in duos, vtrum vitietur in totum?*

7 *Dotis conſtitutio facta pluſquam fieri debeat, vtrum vitietur in totum?*

8 *Statutum dans ius mulctandi in aliquo loco vſque ad certam ſummam, ſi excedat, an vitietur in totum.*

9 *Obſeruantia declarat legem, & priuilegia.*

10 *Auctoris proteſtatio, & concluſio adducitur.*

ARGV

ARGVMENTVM.

Immunitas à ſolutione gabellæ, quæ exigitur ab illis, qui mercaturam exercent, ſi à Principe fuerit alicui conceſſa, quoties mercimonium illud non excederet ſummam vnciarum decem, nùm locum habeat pro hac quantitate adhuc ſi excederet vncias decem, vel abſque diminutione aliqua eſt exigendum vectigal pro tota quantitate, & ſic etiam pro illis vnciis decem, pro quibus immunitas hæc fuit conceſſa, & de aliis notabilibus.

ALLEGATIO XIX.

1 SVPERIORIBVS diebus dubitabatur in Regia Camera, An immunitati quæ ex Regis Federici priuilegio conceſſa eſt Vniuerſitati terræ Seminariæ pro mercatura, quæ fieret à decem vnciis infra, adhuc locus eſſet etiamſi decem vncias excederet, & breuiter per iuris tramites deambulando, dicebam ſine dubio, locum eſſe, & ſic pro decem vnciis ciues illi debeant eſſe immunes, pro aliis verò, quæ ſunt
2 ſupra decem vncias, ſoluere debeant. Tum & primò, quia in maiori ſumma minor ineſt propriè, & vere *leg.1.§. ſtipulanti, ff.* & ibi Franciſcus Aretinus *n.29.* Socin. *num.3.* Iaſ. *num.4 & 8.* Crot. *in 1.repet.not.2.* Alciat. *in repet.2.notab. num.4.cum multis ſequent. ff. de verb.obligat.* Tum & ſecundò, quia vtile per inutile non vitiatur, *dict. leg.1.§.ſed ſi mihi,* & ibi no-
3 tant omnes, *ff. de verbor. obligat.* etiamſi lex vltra procederet annullando actum, vt in vſura, quæ vltra ſtatutum modum expreſſim promitti prohibetur; & tamen promiſſa valet in minori ſumma, prout poteſt, *leg.pecunia fœnebris, l.placuit, ff.de vſuris, leg. ſi pro mutua.Cod.ſi cert.petat. leg. eos, §.1. Cod. de vſuris.* Item donatio, quæ fieri non poteſt, lege ſic expreſſim prohibente, niſi vſque ad ſtatutum modum; nihilominus facta vltra ſtatutum modum non vitiatur niſi in ſumma exceſſa *leg. hac edictali, §.ſin vero plus. Cod.de ſecundis nuptiis, leg. ſan-*
4 *cimus, leg. penult. Cod.de donationibus.* Ratio aſſignatur, quia nec donans, nec donatarius læditur. Donans non, quia tantùm immunis eſt, ſeu in minus lædetur. Donatarius non, quia ſemper ſibi acquirit, licèt minus; ita reſoluit Bartol. *in conſ.159. col.penult. ad finem, num.9.* & ſequitur Lapus *alleg. 80. quæris, col.pen. in fine, cum ſeq.* Calcan. *conſ.125. col.vlt. verſ.in contrarium eſt veritas.* Gloſ. Pariſienſis in conſuet. Pariſ. *tit.1.§.41. num.43.* ſic & hic, vbi neuter læditur. Princeps non, quia minùs concedit:
5 Ciues non, quia ſemper lucrantur. Hinc ſi Eccleſia conuenit infeudare in maſculos tantùm, & concedat in feudum recipienti pro ſe, & ſucceſſoribus ſuis, tam maſculis, quàm feminis, quamuis non valeat infeudatio quantum ad feminas per notata *in cap.2.de feudis, & in cap.1.§.1.de his, qui feudum dare poſſunt;* tamen remanebit valida quantum ad maſculos & perſonas cõſutas, ita decidit Bal. *in d.c.1.§.1. n.20.* & ſequitur ibi Martinus Laudenſis, Fulg. *conſ. 220.* Ioan. de Imola *in c.ex parte, n.39.extr de feudis,* Iacobinus de Sancto Georgio *in inueſtit.feud. in verbo, item feudum, num.38.* Curt. Iunior *in tract. de feudis 2.par.6.quæſt. principali, num.10.* & ſimiliter ſi 6
ſit ſolitum infeudari in vnum hæredem tantùm, & fiat infeudatio in duos, valebit vſque ad vnum & primum hæredem tantùm; nec permiſſum ab inutili vitiatur, vt tradit eadem gloſ. Pariſ. *dict.§.41. num.45.* Vlterius dicimus, quod ſi ſtatuto cautum eſſet, quod pater pro filia ſpuria non poſſet niſi certam ſummam promittere & ampliorem conſtitueret, licèt reſpectu mariti teneret promiſſio, eo quod pro oneribus matrimonij ferendis illi traditata ſit, *l. pro oneribus, Cod.de iur. dot.* tamen cùm primum ad mulierem dos illa reuerteretur, ab ea adimi poterit 7
ea, quàm diximus, ratione id dumtaxat, quod congruam tranſcenderet portionem, vt diſtinxit Bartol. *in leg. vlt.§.1. ff.quæ in fraudem creditorum,* & *in leg. Mœuius, §. duobus, in 3 quæſt.ff.de leg.2.* Capyc. *deciſ. 181.* quod nouè, & pulchre ex pluribus Card. Paleotta *in tract.de nothis, & ſpuriis, cap.50.* ad quem me remitto.

Tum & tertiò, quia ſimile decidunt Doctores 8
in eo, qui habet ius mulctandi, & puniendi in aliquo loco vſque ad certam ſummam, puta quinquaginta ſolidorum: pone, commiſſum eſt delictum, cuius pœna ex forma ſtatuti eſt centum ſolidorum, an debeat habere quinquaginta, & reliquum ſpectet ad Principem. Cynus, Petrus, Bald. & alij *in leg. 2.Cod.de portulis,* dicunt, quod ſic, & ſequitur Alciat. *in d.§.ſi ſtipulanti, in repetit.n.12.* & benè probat text. *in l.rogatus, ff.mandati,* & *in leg.vltra, Cod. de fideiuſſ.*

Sed quid plura? cùm tale priuilegium à tempo- 9
re, quo fuit emanatum, ita obſeruatum fuit; vtique minimè ſunt mutanda quæ certam interpretationem habuerunt ſemper, *leg.minimè, leg.de interpretatione, ff.de legibus.*

Hæc pauca ſcripſi, ſed multa ore protuli, at non 10
potui tantùm cantare, vt non ſuccumberem; fuit enim per Regiam Cameram contra Vniuerſitatem iudicatum, & vt dixit mihi vnus ex Dominis Præſidentibus, hæc omnia fuerunt habita pro veriſſimis, ſed quod non applicabantur ad caſum, de quo agebatur: ò bone Deus, tu Vides!

Ioannes Marcus Aquilinus.

SVMMARIVM.

1 *Controuerſia ſtatus proponitur, de quo hic.*
2 *Legatum in perpetuum factum, quamuis annuum, quando, & qualiter transmittatur ad hæredes.*
3 *Legatum, de quo hic non iure tranſmiſſionis ad hæredes pertinet; ſed iure proprio.*
4 *Qualitas abſque ſubiecto dari non poteſt.*
5 *Legatum annuum plura continet legata.*
6 *Conditio in legato annuo non ſufficit, vt ſemel extiterit, ſed quolibet anni initio requiritur vt exiſtat, vſque ad num. 8.*

9 *Implementum momentaneum non ſufficit in legato annuo, ſed requiritur perſeuerantia.*

10 *Teſtatoris præſumpta mens in fideicommiſſis ſemper praualet.*

11 *Teſtatoris conſideratio in grauato facta, multò magis militat in ſecundo loco vocato.*

12 *Ius potentius eſt in cauſa, quam in cauſato.*

13 *Argumentum ab abſurdo vitando validum eſt in iure, & quomodo in præſenti applicatur.*

14 *Teſtatoris voluntas veriſimilis attenditur.*

15 *Filiatio quomodo, & qualiter probetur.*

16 *Textus* in leg. cum vxore, C. quando dies legati cedat, *explicatur.*

17 *Caſtrenſis Conſilium* 163. vol. 2. *ad propoſitum adducitur.*

18 *Legatum annuum tractum habet ſucceſſiuum. vſque ad num.* 19.

20 *Dictio, de infinito in infinitum, qualiter accipiatur.*

21 *Dictio de qua ſupra, non tollit legatum eſſe vitalitium.*

22 *Textus* in cap. 1. §. fin. quibus cauſis feudum amittatur, *adducitur in præſenti.*

23 *Clauſula in perpetuum adiecta executioni non ampliat diſpoſitionem.*

24 *Pauli de Caſtro Conſilium* 343. volum. 1. *adducitur hîc.*

25 *Bartoli ſententia* in l. Titia, §. fin. n. 11. de leg. 2. *pro deciſione adducitur.*

26 *Socini Conſilium* 81. n. 5. vol. 3. *pro determinatione affertur.*

27 *Concluſio auctoris pro controuerſia adducitur.*

ARGVMENTVM.

Legatum annuum à Teſtatore alicui factum, vt etiam ad legatarij heredes tranſmittatur de infinito in infinitum, verùm caſu, quo ſine liberis decederet, quod cenſeatur extinctum, ſi contingerit, vt legatarius decederet poſthumo poſt ſe relicto, qui illinc ad paucos menſes deceſſit, matre ſibi ſuperſtite, an cenſeatur abolitum, vt de cætero legatarij heredibus non debeatur, vel potius adhuc perpetuum diiudicandum, ſatque eſſe vt ſemel legati extiterit conditio, & de aliis.

ALLEGATIO XX.

REVERENDVS Dominicus Portius, ſo- 1
roribus vtrinque coniunctis hæredibus inſtitutis, legauit Auguſtino Prouinciali annuos ducatos ſexaginta ſoluendos tertiatim de infinito in infinitum, cauitque, quòd ſi abſque liberis legitime deſcendentibus decederet, ſolùm vſumfructum haberet.

Defuncto teſtatore, Auguſtinus, vxorem, (vt 2
prædicitur) duxit, ex qua poſthumam reliquit, quæ in lucem prodita, dum per paucos menſes vixiſſet, deceſſit, matre ſuperſtite, quæ aſſerit, quod cum ſemel legati extiterit conditio, legatum effectum ſit perpetuum ad quoſcumque tranſmiſſibile, ſatque ſit, filiam temporis momento vixiſſe, ex reg. *leg. ſi quis hæredem. Cod. de inſtit. & ſubſt.* & *leg. cum vxori. Cod. quando dies leg. ced.*

Quæ regula propoſitæ ſpeciei applicari non poteſt, relicti naturâ ac teſtatoris præſumpta voluntate reluctantibus; legatum enim de quo agimus, annuum eſt, quod vſufructui accedit. Vtrumque enim per legatarij mortẽ extinguitur, *leg. ſi in ſingulos*, & *leg. in ſingulos, ff. de ann. legat.* Gaſpar. Theſaur. *quæſt. forenſ. lib. 2. quæſt. 60. à numer. 6. vſque ad fin.*
Immò, & ſi ad hæredes tranſmitti tale legatum te- 3
ſtator diſponat, non ideò erit tranſmiſſioni locus, ſed proprio iure ex propria vocatione eius hæres admittitur, *leg. ſtipulatio iſta, §. ſi quis ita, ff. de verb. oblig. leg. reper.* vbi gloſ. *in verbo hæredib. ff. quemad. vſufr. amit.* Andr. *in cap. 1. num. 11. de alien. feud. pat.* Bart. *in leg. indebiti, §. fin. in fin. ff. de cond. indeb.* Ratio autem patens eſt. Cùm enim legatum per cuiuſcumque obitum extinguatur, quod non eſt, tranſmitti non poteſt, cùm qualitas abſque ſubiecto eſſe
nequeat, *leg. 2. ff. de vſufruct.* & non entium 4
nullæ ſunt qualitates, *leg. ſi partem, ff. quemadm. ſeru. amit.* Cùm itaque per mortem Auguſtini, ac eius poſthumæ ſit legatum extinctum, hæres, qui venire prætendit, ſe vocatum oſtendere debet, cùm trãſmiſſioni locus eſſe nequeat.

Accedat ſecundò quod legatum annuum plura 5
continet legata, cùm tot ſint, quot anni, *leg. cum in annos, ff. quando dies leg. ced. leg. Senatus, §. fin. de don. cauſa mortis, leg. cùm in annos, ff. de ann. leg.* & pro primo anno eſt purum, pro ſequentibus autem conditionale, *leg. ſi in ſingulos, ff. de ann. leg.* Ideóque tranſmiſſioni locus eſſe non poteſt pro ſequentibus annis, *leg. vnica, §. ſin autem aliquid ſub cond. Cod. de cad. toll.* declarat hæc Iaſ. *in leg. ſi Stichum, §. ſi ſtipulatio, num. 4. & 11. verſ. reſpondeo, ff. de verb. oblig.* Rub. *conſ. 23. num. 5.* Couar. *var. reſ. lib. 3. cap. 9. in*
fin. verſ. quartò hæc. Hinc etiam ſequitur, quod non 6
ſufficiat ſemel conditionem extitiſſe, illud enim tunc procedit, vbi vnicum eſt legatum, bonus tex. *in dict. leg. Senatus, §. fin. ff. de donat. cauſ. mort.* ibi, *Nam licèt multa legata eſſent, ſtipulatio tamen vna eſt, & conditio ſemel intuenda;* clarè itaque ſentit tex. ille in annuis legatis, cùm plura ſint, non ſemel eſſe conditionem intuendam; ſed cuiuſcumque anni initium attendendum, quod ſentit etiam gloſ. 1. *in leg. ſi quis ita legauerit, ff. de cond. & demonſtr.* & in indiuiduo, quod in annuis legatis non ſufficiat ſemel liberos extitiſſe, ſed cuiuſlibet anni initium
attendatur, ita vt illis deficientibus habeatur, ac ſi 7
nunquam liberi extitiſſent: tradit Bart. *conſ. 56. num. 3. vol. 1.* Socin. *conſ. 68. num. 9. & 10. vol. 1.* & latiùs infrà dicam. Hinc inquit Bald. *in leg. precibus, in 3. opp. num. 6. de impub. & aliis ſubſtit.* in conditionibus

bus primum principium exiſtentiæ conſiderandum,
& Iaſ. aliis comprobans *in leg. ſi quis. Cod de inſt. & ſubſtit.* Vnde cum quolibet anno legatum naſcatur,
debet conditio in quolibet eius principio adeſſe,
ſecundum gloſ. *in d. leg. ſi quis ita legauerit*, facit
deciſ. Bal. *in leg. in ſubſtitutione, in fine verſ. ſi caue-tur, ff. de vulg.* vbi quod quando maſculi fœminas
excludunt, debent eo tempore adeſſe, quo de ex-
cluſione tractatur, & gloſ. Pariſ. §. 8 *gloſ. 1. num. 32.
verſ. idem in his quæ iure*, in prima impreſſione: ſat
itaque erit, conditionem ſemel exiſtere quoad il-
lum annum, ſecundum Bart. *in leg. qui concubinam,
§. vxori, num. 2. ff. de leg. 3.* non autem quoad ſequen-
tes, Rub. *dict. conſ. 23. in fin.* facit quod Salyc. inquit
in dict. leg. cum vxori, in 1. verſ. in gloſ. in fin. quod
quando res eſt in fieri tunc defectus conditionis
vitiat legatum, ſecus quando effectus eſt conſum-
matus, quo caſu procedit tex. ille.

9 Tertiò accedat, quod in habentibus tractum ſuc-
ceſſiuum (prout legatum annuum, quod quolibet
anno naſcitur) momentaneum implementum non
ſufficit, ſed perſeuerentia requiritur, *leg. ſi a te, ff. ſi
ſeru. vend. leg. ſi quis ita legauerit, ff. de cond. & demon-
ſtr* Bal. *in leg. humanitatis, num. 28. verſ. in conditioni-
bus autem. Cod. de impub* Iaſ. *in dict. leg. ſi quis, col. fin.
verſ. 4. limita. Cod. de inſtit. & ſubſtit.* Angel. *conſ. 34.
num. 9.* & in annuo legato gloſ. *in dict. leg. ſi quis ita
legauerit.*

10 Quartò, ſi teſtatoris præſumptam mentem attendi-
mus (quæ in fideicommiſſis præualet) luce clarior
hæc reddetur opinio; voluit enim teſtator, quod ſi
Auguſtinus abſque liberis decederet, eſſet tantum
vſufructuarius, nec valeret de aliquo diſponere, vn-
de idem multo magis dicendum eſt, voluiſſe in eius
filiis, vbi abſque filiis decederent, *leg. publius, §. fi-
nal. ff. de cond. & demonſt. leg. quoties, ff. de vſufr.* hinc
inquit Roman. *conſ. 56. verſ. 4.* quod ſi teſtator pri-
mo vocatum grauauit, multo magis idem in ſecun-
11 do loco vocatis voluiſſe credendum eſt, ſequitur
Socin. Iun. *conſ. 180 num. 17. vol. 1.* & late Ruin *conſ.
140. poſt num. 10. vol. 3.* ideoque conditio in prima
inſtitutione adiecta cenſetur in ſecundo repetita,
ne plus iuris in ſecundo inſtituto, quam primo te-
ſtator tribuiſſe videatur, Oldrad. *conſ. 141. thema
tale eſt, n. 2. verſ. item etiam.* Crot. *conſ. 1. n. 18.* Si enim
id filiis ex perſona, ac contẽplatione Auguſtini cõ-
cederetur, multo magis ipſi Auguſtino cõcedẽdum
fuiſſet, cum propter quod Bart. *in Auth. res quæ, col.
2. Cod. comm. de leg.* ſi itaque id Patri denegauit, & fi-
liis quoque denegaſſe cẽſetur, *leg ſi viua matre, C. de
12 bon. mat.* ibi, *deteriores eſſe nepotibus filij non ſinantur.*
Et ſi ius omne potentius eſt in cauſato ſecundum
Butrig. *in leg. digna vox. Cod. de legib.* & Caſtr. *conſil.
190. num. 2. vol. 2.* dicendum eſt plus iuris Auguſti-
no, quam aliis eius contemplatione vocatis tribuere
voluiſſe; eo magis cùm teſtamenti tẽpore filij Au-
guſtini concepti non erant. Vnde aliqua in eis af-
fectio conſiderari non poterat, *leg. qui filiab. vbi
not. ff. de leg. 1. leg. ſi quis in ſuo, § legis. Cod. de inoffic.
teſt.* ex quibus ſequitur quod cum de teſtatoris con-
iecturata voluntate conſtet, non ſufficiat ſemel con-
ditionem extitiſſe, ſed perſeuerantia requiratur,
Ang. *conſil. 34.* Conſtantinus *num. 8. verſic. mihi
autem.*

13 Ex præmiſſis etiam clarè colligitur, Partis atten-
ta opinione, plura oriri abſurda. Primùm quia plus
nepotes, quàm filios dilexerit teſtator, contra *l. ſi viua
matre.* Secundum, quod plus naſcituros, quàm in
lucem proditos, *contra l. qui filiabus.* Tertium, quod
plus ſubſtitutos quam inſtitutum, *contra l. publius,*
& tandem plus eum, in quo nulla poterat cadere
affectio, quam Auguſtinum, à quo plura receperat
beneficia, & cui ad Antidora tenebatur, *l. ſed & ſi
lege, §. conſuluit, ff. de pet. hered.* Vnde ea debet am-
plecti opinio, per quam abſurda euitantur, *l. nam
abſurdum, ff. de bon. liber.* ne mereatur diſponens à
ſapientibus reprehendi, ad tex. *in l. ſaluus Ariſtot.
ff. de leg. præſt.* Bal. *conſ. 89. per ſtatutum lib. 4.* Soc. Iun.
*conſ. 1. n. 126. & conſ. 15. n. 7. vol. 1. & in rubr. ff. de
acquir. poſſ. n. 97.*

Quibus rectè perpenſis clarè ſequitur, quod ſi 14
de tali caſu fuiſſet teſtator interrogatus, idem in
filiis reſpondiſſet, quod, & in Auguſtino diſpoſuit,
vnde id pro cauto cenſendum eſt, *l. tale pactum, §.
fin. ff. de pact. l. Titius, §. Lucius, ff. de liber. & poſth.* 15

Quintò illud non prætermittam, quod Auguſti-
nus erat teſtatoris filius ſpurius conceptus, & natus
tẽpore quo teſtator erat in ſacris cõſtitutus, & vt ta-
lis, tam a communi parente, quàm ab aliis omnibus
habitus eſt, eique a prædicto teſtatore alimenta do-
mi ſubminiſtrata, fuitque & eſt publica vox, & fa-
ma, ex quibus dubio procul filiatio probatur, ad
Bart. *in l. 1. §. ad quæſtionem, ff. de quæſt.* Alex. *conſ. 51.
vol. 1. conſ. 88. n. 9. lib. 7.* latè Pariſ. *conſ. 10. n. 61. vol. 2.*
Vnde ad alimenta eidem tenebatur, *c. cùm haberet,
de eo qui duxit in matr. quam poll per adul.* Ideóque
vt à tali nexu ſuos hæredes eximeret, tale legatum
relictum cenſetur ad tex. *in l. ſi cùm dotem, §. pater,
ff. ſol. matr. l. etiam, §. ſi debita, ff. de bon. liber. Auth.
præterea, C. vnde vir, & vxor.* Quæ ratio ceſſat in ex-
traneis, in quibus nulla obligatio, nullaque affe-
ctio conſiderari poteſt, Rub. *d. conſ. 23. ante num. 4.*
Et teſtator expreſſit ſe pro alimentis legare. Vnde
etſi legatum eſſet de ſui natura tranſmiſſibile, adhuc
eo caſu per mortem extingueretur, *l. ſi habitatio, §.
ſed ſi ſic, ff. de vſu, & hab.* gloſ. *in l. cum hi, §. ſi vni,
ff. de tranſact.* Bald. *in prælud. feud. n. 51.* Dec. *conſ. 310.
col. 12. in fin.* Rub. *d. conſ. 23. n. 6.*

Et ex his clarè colligitur ſolutio ad regulam *d. l.* 16
cum vxori, ibi enim erat legatum de ſui natura tranſ-
miſſibile, per conditionem tamen ſuſpenſum, qua
exiſtente legatum remanet purum, ideóque ad om-
nes tranſmittitur, quod ceſſat in caſu noſtro, licèt
enim conditio extrinſeca extiterit, remanet tamen
conditio, quæ legati naturæ cohæret *d. l. ſi in ſingulos.* 17

Hinc dicebat Caſtr. *conſ. 163. col. 3. verſ. ſed ad pri-
mum reſpondetur, vol. 2.* quod ſi teſtator rem fidei-
commiſſo ſubiecerit, eamque infra certum tempus
alienari vetuit, quod licèt tempore illo tranſacto
ceſſet expreſſa prohibitio, remanet tamen tacita à
lege inducta, vt ipſe probat, quem ſequitur Dec.
conſ. 185. n. 3. verſ. ſed petis, ibique ad propoſitum
ſubdit, quod tranſacto tempore ceſſet diſpoſitio,
non tamen contraria induitur; ſed remanet res in
terminis iuris communis, quo inſpecto non eſt
tranſmiſſioni locus *d. l. ſi in ſingulos*, & declarat idem
Dec. *conſ. 215. n. 6. in l. 1. ſub n. 38. de offic. ciuſ*, & Hier.
Manfred. *in tract. de attentatis, par. 6. ante num. 8. &
num. 9.*

Secundò procedit in habentibus tractum mo- 18
mentaneum, ſecus ſi ſucceſſiuum, prout eſt annuũ
legatum, quod quolibet anno naſcitur, vt ex Bal. &
Iaſ. ſupra diximus.

Tertio ibi vnicum eſt legatum, vnde ſufficit ſe- 19
mel conditionem exiſtere, hic autem plura ſunt,
& in principio exiſtentiæ debet conditio adeſſe,
Bald. *in d. l. precibus, in 3. oppoſit. in d. leg. in
ſubſtit. in fin.* Iaſ. *in d. l. ſi quis, col. fin.* facit tex. *in l. ſi
Stichum, §. fin. ff de verb. oblig.*

Quartò non procedit vbi teſtatorem aliter ſen- 20
ſiſſe appatet, tunc enim nõ ſufficit ſemel condi-
tionem extitiſſe, Ang. *d. conſ. 34. n. 8.*

Nec

Nec obſtant verba illa de *infinito in infinitum*, quæ abſque temporis præfinitione intelligi ſolent, vt de dictione *in perpetuum*, tradit Bal. *in l. ex pacto, lat. 2. ff. de hæred. inſtit.* Dec. *conſ. 472. n. 22.* Nam cùm dictio hæc diuerſimode ſumatur, quandóque enim vita durante, *l. 4. cum gloſ. ff. de procur. l. 1. ff. pro ſocio*, quandoque pro decennio, *l. cum Imperator, cum gloſ. ff. de leg.* & alibi aliter debet ex ſubiecta materia interpetationem recipere, *l. pater Seuerinam, §. conditionum verba, ff. de cond. & demonſtr.* Alex. *in l. 2. in princ. ff. ſol. matr. conſ. 60. in princ. verſ. & iſtam partem,*
21 *vol. 1.* Cùm itaque ſit annuo legato adiecta, quod cum vita extinguitur, vita durante intelligi debet, & ita in vſufructu interpetratur Dec. *conſ. 521. n. 12.* Aldobr. *in §. 1. n. 26. inſtit. de ſatiſd. tut.* quod procedit etſi verborum geminatio adſit, Ruin. *conſ. 143. n. 10. vol. 4.*

22 Secundò intelligi poteſt, quatenus deſcendentes ex Auguſtino in infinitum exiſterent, vt eſt in ſimili tex. *in c. 1. fin. in quib. cauſ. feud. amitt.* vbi feudum ita datur, vt penes accipientem, eiuſque hæredes in perpetuum tranſeat; & tamen id intelligitur, ſi perpetuò deſcendentes extiterint *c. 1. §. & ſi clientulus, de alien. feud. pat. c. 1. de fratr. de nou. benef. inueſt*

23 Tertiò clauſula illa eſt exequutioni adiecta, ideóque naturam legati non ampliat ad tex. *clem. 1. in fin. de præben. in l. pater, §. fundum, ff. de leg. 3.* Alex. *in l. quæ dotis, n. 12. ff. ſol. matr.* Dec. *in l. fin. n. 21. C. de pact. in l. non omnis, n. 11. ff. ſi cert. pet. in l. more, n. 22. in fin. ff. de iuriſd. omnium iudic.* & *conſ. 304. n. 6.*

24 Tandem ne particularis deciſio deſit, affero Caſtr. *conſ. 343. n. 2. vol. 1.* vbi ponit caſum in eo, qui reliquerat Titio rem non tranſmiſſibilem, & ſi ſine liberis decederet, ſubſtituit Seium, deceſſit Titius legatarius, relictis liberis, ſed eius liber ſine filiis, videbatur legatũ hæredibus Titij deberi, cùm conditio extitiſſet, & tamen concludit Caſtrenſ. quod cum res legata non ſit tranſmiſſibilis, hæredes Titij perindè excluduntur, ac ſi ſine liberis legatarius deceſſiſſet, allegat Cyn. idem firmantem *in Authen. ſed & ſi quis, C. de ſecundis nuptiis.* Cùm itaque annuum legatum non tranſmittatur *d. l. in ſingulos*, clarè ſequitur ad hæredes legatarij legatum non pertinere. Nam, etſi non dixerit teſtator, ſi morietur legatarius ſine filiis, eiuſque filij ſine liberis, perinde tamen habendum eſt, ac ſi dixiſſet, vt latius ipſe probat.

25 Nec Bar. omitto, qui pariter propoſitã ſpeciem decidere videtur *in l. Titia, §. fin. n. 11. ff. de leg. 2.* dum inquit, pone, quod filius eſt inſtitutus & extraneus ſubſtitutus, ac vxor relicta domina, & vſufructuaria, mortuo filio, hæreditate adita, ad pupillarem ſubſtitutum deuenit, quærit an alimenta tantùm (prout viuente filio,) an etiam vſumfructum mater habere debeat? diſtinguit tandem, aut enim legatum eſt vnicum, & tunc ſufficit ſemel liberos extitiſſe, *d. l. cum vxori*, aut eſt annuum, & tunc (cùm tot ſint legata, quot anni) non ſufficit ſemel liberos extitiſſe, ideóque variatur legatum, & non alimenta, ſed vſumfructum habebit, & ita inquit conſuluiſſe, prout ita feciſſe reperitur *d. conſ. 56. & conſ. 171. n. 3.* Roman. *conſ. 516. n. 8.* Reſpectu enim futuri perinde habetur ac ſi nunquam liberi extitiſſent, ita Tiraq. *in l. ſi vnquam, in verb. ſuſceperit liberos, n. 163. verſ.* à quibus, poſt Bart. *in leg. ſicut in annos, ff. quib. mod. vſufr. amitt.*

26 Ad idem addo Soc. *conſ. 81. num. 5. verſ. quintò confirmo, vol. 3.* vbi inquit, quod quando legatum eſt vnicum, tunc initium attenditur. Ideóque ſi filio familias relinquitur, patri illud quæritur, quod ſi annuum legatum ſit, cùm in quolibet anni initio legatum naſcatur, cuiuſlibet anni conditio attenditur, ideóque filio emancipato, ſibi ipſi, non autem patri quæritur.

Ex quibus clarè ſequitur quod cùm in legato annuo, cuiuſlibet anni initium attendatur, nec ſemel liberos extitiſſe ſufficiat, quod defuncta filia, perinde ſit, acſi in lucem prodita non fuiſſet, ideóque reos ab actricis impetitione liberandos. 26

Alexander Maſtrillus.

SVMMARIVM.

1 *Factum refertur.*

2 *Aſſenſu impetrato per verbum fiat, gratia perfecta dicitur, impeditque reuocationem.*

3 *Solemnitas requiſita ante actum, vel in actu, dicuntur de forma, ſecus autem pro actu.*

4 *Solemnitatibus requiſitis de forma omiſſis actus eſt ipſo iure nullus.*

5 *Clauſula, quod habeatur aſſenſus pro non præſtito, ſupponit actum validum.*

6 *Pacto inito, quod niſi ſit ſolutum pretium infra tempus, prædium ſit inemptum, elapſo tempore opus eſt declaratione voluntatis venditoris, & num. 8.*

7 *Pactum appoſitum in fauorem alicuius in eius odium tutor queri non debet.*

9 *Aſſenſu non regiſtrato, venditor non poteſt reuocare vigore conſtitutionis.*

10 *Proteſtatio nil iuris de nouo tribuit.*

11 *Feudatarius non petens inueſtituram infra annum & diem, amittit feudum.*

12 *Ignorantia iuris prodeſt quoad damnum euitandum, ſecus quoad lucrum captandum.*

13 *Ignorantia iuris ſatis dubij æquiparatur ignorantiæ facti.*

ARGVMENTVM.

Aſſenſus ſi fuerit conceſſus ſuper venditione feudi, & expeditus infra biennium in forma Regiæ Cancellariæ non tamen regiſtratus in quinternionibus Regiæ Cameræ, mortuo feudi venditore, an illius hæres pro feudo illo teneatur Regiæ Curiæ ſoluere releuium, quamuis per emptorem poſſideatur. Ignorantia iuris dubij an excuſet, & de aliis notabilibus.

ALLEGA

ALLEGATIO XXI.

1 ILLVSTRISSIMVS Dux Tripaldæ caſale Tragnani maioris priùs ab ipſo emptum de pecunia Domini Vincentij Gargani donat, ſiue cedit, poſteà eidem Domino Vincentio, vt liquet ex inſtrumento donationis inter viuos, ſuper qua donatione expeditur aſſenſus regius ſub die 26. Ianuarij 1574. cum clauſula quod infra biennium debeat regiſtrari in Camera, actus habeatur pro non præſtito.

Quia ex incuria hominum Domini Vincentij Gargani, licèt aſſenſus fuiſſet expeditus in forma Regiæ Cancellariæ infra biennium, non erat tamen regiſtratus in Quinternionibus Regiæ Cameræ, habito recurſu ad Illuſtr. Proregem, ipſe mandauit, quod ſi aliud non deficit, ſigilletur, & regiſtretur, non obſtante lapſu temporis, vigore cuius decretationis fuit aſſenſus ille regiſtratus ſub die 14. Martij 1577.

Verùm, quia ante prædictam regiſtrationem erat mortuus Domitius Carolus Dux Tripaldæ, prætendit Reuerendiſſ. Fiſcus, quia prædictus aſſenſus per non regiſtrationem infra biennium eſſet iam annullatus, & proinde dominium prædicti caſalis remanſerit in hæreditate Domitij; ita vt hæres ipſius fuerit obligatus ad ſoluendum releuium pro prædicto caſtro, & ſucceſſiuè ob non ſolutionem ipſius infra annum, teneatur hodie ad duplicatum releuium.

Sed (ni fallor) ex infra ſcriptis de iure fundabo, primo, quia nullatenùs ob mortem Domitij ſit ſoluendum releuium de hoc caſtro. Fundabo & ſecundo, quia licèt teneatur ad releuium, excuſatur à pœna duplicati.

2 Primum fundo, ſiquidem eo ipſo, quod aſſenſus eſt impetratus per verbum *fiat*, dicitur, gratiam eſſe perfectam, vt dicebat Bald. *in l. humanum, circa fin. C. de legib.* Felin. *in rubr de cõſtit n. 5.* Itaque aſſenſus impetratus per verbum, fiat, impedit reuocationem faciendam per venditorem ſeu emptorem vigore conſtit. *conſtitutionem diuæ memoriæ*, prout teſtatur fuiſſe deciſum per S.C. Affl. *deciſ. 253.* Cùm ergo ſuper prædicta donatione, ſiue ceſſione fuerit in vita Ducis Regius aſſenſus expeditus, non ſolum in forma Regiæ Cancellariæ, ſed etiam per verbum, fiat, adſunt enim omnia quæ pro forma gratiæ Regis requirit, Iſern. in *cap. quoniam inter diuinum, de proh. feud. alien.* per Lothar. cùm adſit ſubſcriptio Quæſtoris, & regiſtratio in Regia Cancellaria, nullo iure poteſt prætendi inualiditas prædicti aſſenſus.

3 Quatenus verò Regius fiſcus pretendat aſſenſum eſſe annullatum ob non regiſtrationem infra biennium, ex illa clauſula appoſita in prædicto aſſenſu; aduertendum eſt pro reſponſione, quod aliquæ ſunt ſolemnitates formales, ſine quibus actus corruit, & hæ ſunt, quæ ante actum, vel in ipſius confectionem requiruntur: aliæ ſunt, quæ requiruntur poſt actum perfectum, & iſtæ nunquam dicuntur eſſe de forma, ſeu de ſubſtantia actus, prout bene vtrumque declarat Angel. *in conſ. 36. in princ.* & ideo dixerunt Doct. quod omiſſio ſolemnitatis, quæ requiritur poſt actum perfectum nunquam vitiat ipſo iure, id ante omnes tradidit Bart. poſt

4 gloſſ. *in l. vniuerſa, n. 5. C. de precib. Imp. offer.* ibidem Bal. *n. 2.* ponens duo exempla. Primum in ſtatuto, quod de contractu celebrato debeat ſolui gabella, actus non valeat. Secundum in ſtatuto, quod donatio ſi non inſinuetur infra ſex menſes, non valeat, dicit, quia per non ſolutionem gabellæ, vel per non inſinuationem, contractus non erit ipſo iure nullus, Fulgos. ibidem *num. 2.* ibidem Iaſ. *num. 7. & 8.* qui plures alios ad hoc cumulat poſt Felin. *in c. quoniam frequenter. n. tertio verſ. tu vero attende extr vt lit. non conteſt. & in c. cum dilecta, num. 5. verſ. quartum ſignum, extr. de reſcript.* Roman. *in conſ. 203. num. 7. & 8.* & ibi Horatius Mandoſius *in Apoſtil. ſub rubr. C.* Qui ad hoc citat innumeros ferè Doct. id affirmantes; vnde omnino dicendum erit, aſſenſum eſſe validum etiam qui non fuerit infra biennium regiſtratus; illa enim clauſula, quod habeatur pro non præſtito, præſupponit actum validum, ſed reſolubilem, ex rep. tex. *in l. 2. cum ſeq. ff. de in diem adiect.* 5

Et cùm hæc clauſula ſit poſita à Rege in ſui beneficium, nempe vt certus ſit feudatarius in Regia Camera, prout voluit Camerar. *in cap. Imperial. fol. mihi 69. in 1. col.* tunc reſoluitur aſſenſus, quoniam Rex declarat, velle aſſenſum reſoluere, ex reg. tex. *in l. 1. ff. de l. commiſ.* Qui decidit caſum noſtrum in terminis. Ibi enim fuerat appoſitum, quod niſi ſit ſolutum pretium infra certum tempus, fundus ſit inemptus, & tamen ſi emptor non ſoluerit, elapſo tempore contractum non reſolui, dicit ibi Iureconſ. niſi venditor declarauerit velle contractum reſoluere. Ponamus enim caſum, quod Vincentius Garganus deceſſerit ante regiſtrationem, non relicto legitimo hærede in feudis, quia aſſenſus eſſet ipſo iure annullatus, vtique fiſcus non potuiſſet prætendere ſucceſſionem illius, & ſic pactum oppoſitum in eius fauorem retorqueretur in damnum ipſius, quod contra regulam iuris eſt. 6 7

Ex eadem ratione videmus deciſum, quod quando feudum reuertitur ipſo iure ad dominum directum, ſemper id intelligitur, ſi voluerit dominus, *gloſ. 1. in leg. 2. ff. ſi ager. vect. vel emph. pet.* vbi hoc not. Bart. Bal. *in leg. fin. num. 4. Cod. de reuoc. donat.* Dec. *in conſ. 138.* latiſſimè cumulat gloſſ. Pariſ. *in conſuet. pariſ. in 1. part. in §. 30. in 18. quæſt. num. 106. cum ſeq. fol. mihi. 242. in fin.* 8

Vnde, poſtquàm Rex non declarauit velle aſſenſum annullare, immò declarauit contrarium, ſtante decretatione Regis, quia ſi nihil aliud deeſt, niſi quod regiſtretur in Camera, quia regiſtratur, non poteſt prætendi nullitas aſſenſus, ſed magis adimplementum illius ſolemnitatis ex Regis voluntate, qui poteſt tollere, & diſpenſare temporis lapſum, poſtquàm non tractatur de præiudicio tertij, ſed tantùm de remouendo obſtaculum ab eo poſitum, vt voluit Curt. Iun. *in conſ. 1. num. 22.* Alber. Brun. *in conſ. 1. num. 15. 56 & 58. circa fin.*

Et vt magis cognoſcant ampliſſimi Senatores, veras eſſe ſupradictas concluſiones, aduertant (quæſo) quod ſi aſſenſus ob non regiſtrationem eſſet ipſo iure nullus, ſequeretur, quod venditor elapſo biennio, & non facta regiſtratione, potuiſſet reuocare vigore conſt. regni; quod tamen falſum eſſe de iure iudicatum fuit per totum. S.C. & Regiam Cameram ſummariè in collaterali Conſilio per binas ſententias in cauſa Secretarij Soto, cum hæredibus Marchionis Chirchiariæ; Prætendebat enim Secretarius potuiſſe reuocari per ipſum venditionem Terræ Aielli, non obſtante regio aſſenſu, tanquam ſublato ob non regiſtrationem in Regia Camera infra legitima tempora, & tamen contrarium fuit iudicatum per prædicta tria Tribunalia, præuia tam longa diſcuſſione. 9

Quæ eo fortiùs procedunt in hoc caſu, quo diſpenſauit regiſtrationem, non obſtante lapſu temporis, 10

poris, & in hac diſpenſatione non tractatur de præiudicio Tertij, ſed tantum ipſius Regis concedentis.

10 Nec quicquam facit, quod in actu regiſtrationis Fiſcales Regiæ Cameræ fecerunt proteſtationem de iuribus forſan Regio fiſco competentibus. Siquidem proteſtatio nihil iuris de nouo tribuit, ſed conſeruat ius, quod quis habet, ex not. per Bart. *in in leg. 4. §. ſi in venditione. ff. quib. mod. pign. vel hyp. ſolu.* vnde cùm ex ſupradictis fundetur, nullum ius competere Regio fiſco ſtante prædicta diſpenſatione Regis liberè facta, talis proteſtatio non iuuat.

Et hæc, quoad primum aſſumptum, quod nullo modo in hoc caſu debeatur releuium Regio fiſco.

11 Veniendo modò ad ſecundum, eſto quod Regia Camera iudicaret contra primum aſſumptum, nempe, quod debeatur releuium (quod tamen tenaciſſime abnego) dico, quod adhuc non eſſet locus duplicati releuij. Siquidem ſicut de iure communi ſi vaſallus non petit inueſtituram infrà annum, & diem, perdit feudum per diſpoſitionem tex. *cap. 1. quo temp. mil.* Idque ex ea ratione, quia vaſſallus videtur contendere Dominum, ita hodie in locum amiſſionis feudi eſt introducta practica ſolutionis duplicati releuij in pœnam illius, qui differt petere inueſtituram infra annum. Hinc eſt, quod quælibet cauſa probabilis eum excuſat à prædicta pœna prout benè id tradit Trecc. *in lib. 2. de*

12 *ſubfeud. 3. auctor. num. 7.* Ad quod etiam facit regula, quod iuris ignorantia non prodeſt, quoad lucrum captandum, excuſat tamen quoad damnum euitandum, ex regul. tex. *in leg. iuris, cum duabus ſeq. ff. de iur. & fact. ignor.* quam licet in ignorantia iuris naturalis, vel iuris ciuilis craſſa tamen, & ſupina, aliqui Doct. non admiſerint, tamen in ignorantia iuris dubij, & difficilis omnes vnica voce eam excuſare aſſerunt, immò dixit Corn. *conſ. 306. num. 11. vol. 4.* quod ignorantia iuris ſatis dubij æ-

13 quiparatur ignorantiæ facti, Curt. Iun. *in conſ. 18. num. 9.* Couarru. *in tit. de ſponſ. part. 2. cap. 8. §. 1. n. 9.* ac denique Pet. Belluc. *in ſpecul. princ. ſub rubr. 9. de iuram. per Princip. faciend. ſub. num. 20.* ac denique cæteri, quos cumulat Apoſtillator ad Petr. Belluc. *ſub leg. præd. quæſt. verſ. quartò limita,* vnde cùm iſte caſus vel ſit clarus, & deciſus in noſtrum beneficium, vel ſaltem dubiiſſimus ex parte fiſci, nullus poterit conſiderari contemptus in Domino Vincentio Gargano, & proinde non erit locus pœnæ duplicati releuij. Hæc ſic currenti calamo occurrunt pro manifeſta iuſtitia ipſius. Cætera ſuppleat Deus, ac doctrina, & religio Ampliſſimorum Senatorum.

Horatius Theodorus.

SVMMARIVM.

1 *Factum explicatur.*

2 *Succeſſio collateralium æqualiter admittit maſculos, & fœminas.*

3 *Explicatur conſuetudo* ſi quis, vel ſi qua, *non loqui ſuperſtitibus ſororibus, vel deſcendentibus ex eis.*

4 *Extenſio non fit in correctoris, etiam ex identitate rationis.*

5 *Fratrum appellatione ſoror non continetur in prædicta conſuetudine.*

6 *Conſuetudo excludens à ſucceſſione fœminas cum maſculis concurrentes, concedit paragium*

7 *Dos data de paragio à patre, non excludit filias à ſucceſſione auunculi.*

8 *Sicuti etiam à ſucceſſione materna.*

9 *Mulier excluſa à ſucceſſione ex conſuetudine, intelligitur de ſucceſſione dotantis tantùm.*

10 *Fratres maritare debent ſorores ex conſuetudine de bonis illius, de cuius hæreditate agitur.*

11 *Filij ſuccedentes patri tenentur maritare ſorores, & amitas ſecundum paragium, & ſi differant tenentur dare virilem.*

12 *Obligatio tanta eſt in termino referente, quanta in termino relato.*

13 *Mulier vnica dote contenta eſſe debet, quomodo intelligatur, & num. 15.*

14 *ſtatutum habens intellectum proprium, & improprium, debet intelligi impropriè ſi minùs lædat ius commune.*

16 *Paragium debetur non tantùm in bonis aſcendentium, ſed etiam in bonis aliorum.*

17 *Mulier priuanda non eſt hæreditate collateralis, quoties non habuit quid ſufficiens ad paragium.*

18 *Bona paterna peruenta fratri, etiam paterna dicuntur in noſtra ciuitate.*

19 *Subingreſſio ex conſuetudine habet locum in ſucceſſione collateralium.*

20 *Renunciatio facta de bonis maternis non extenditur ad bona, quæ perueniunt filiis ex materna linea, longè poſt mortem matris.*

ARGVMENTVM.

Neptis ex ſorore præmortua, nùm in Ciuitate Neapolis auunculo ſuo inſimul cum fratribus pro virili ſuccedere poſſit, aut ſaltem ſuper bonis illis paragium ei decerni, vel potiùs aſſeuerandum eſſe illam excluſam ex eo, quod fuit aliàs nupta, & dotata. Vnica dotatio in ciuitate Neapolis, vt mulier ſemel nupta, & dotata, ab aliorum coniunctorum ſucceſſione excludatur, an & in quo caſu procedat: & de pluribus notabilibus ad ornatum, & explicationem conſuet. *ſed ſi morienti.*

ALLEGA

ALLEGATIO XXII.

1 HÆREDITAS Reuerendi Epiſcopi Policaſtrenſis, vt patet ex notula facti, fuit pro tertia parte delata filiis quondam magnificæ Antoniæ Scornæ, ſororis ipſius Epiſcopi, inter quos filios fuit magnifica Iſabella Venata, ex cuius perſona hodie agit magnificus Annibal Macedonius eius filius, prætendendo inſimul cum fratribus ſuccedere in virilem in dicta tertia parte. Eius enim intentio fundatur in diſpoſitione iuris communis, ſecundùm quam, ſemper quod tractamus de ſuccedendo collateralibus, prout ſumus in caſu noſtro, æqualiter admittuntur maſculi, & fæminæ, vt dicitur *in Auth. ceſſante, C. de legit. hæred.* ibi nulla ſexus differentia admiſſa, & habetur etiam *in leg. maximum vitium, Cod. de lib. præter.*
(2 in margin at "tio fundatur")

3 Nec obſtat ſi diceretur, quòd per conſuetudines noſtras ſit correctum ius commune, vt habetur in conſuet. *ſiquis, verſi. ſed ſi morienti*, ex quo iſte caſus non eſt prouiſus a conſuetudine; nam in illis ſolùm tractatur, quando defunctæ perſonæ ſuperſunt fratres, vel nepotes ex fratribus præmortuis, & *in verſic. quod autem*, ampliatur etiam ad pronepotes, & alios deſcendentes in vlteriori gradu, ſimiliter ex fratribus præmortuis, non autem loquitur, quando defunctæ perſonæ ſuperſunt ſorores, vel nepotes ex ſororibus, vt fuit in caſu noſtro. Et proinde
4 iſte caſus remanet ſub diſpoſitione iuris communis, ſecundùm quod omnes ſuccedunt, nec licita erit extenſio in caſu noſtro, cùm ſumus in correctoriis, in quibus non licet facere extenſionem de caſu ad caſum, etiam ex identitate rationis, vt eſt gloſ. *in Clemen. 2. de ætate, & qualitate, in verb. eiſdem. leg. ſi vero. 3. de viro, ff. ſolut. matrim.* Plene Bar. *in Auth. ex teſtamento, num. 4. Cod. de ſecund. nupt.* Imò hoc apertè colligitur ex eodem verſ. *quod autem*, vbi dicitur, *& in præmiſſis, appellatione fratris ſoror non*
5 *continetur*, ergo diſpoſitio conſuetudinis, quæ ſolùm loquitur in fratribus, & ipſorum filiis, non comprehendet ſorores, & ipſarum filios, & iſta opinio, ſi bene attendimus verba conſuetudinis non videtur habere difficultatem. Nec Napod. tangit caſum iſtum, & ſi allegaretur in dicto verſiculo *quod autem, in gloſ. fin.* aduertatur, quia non loquitur in terminis noſtris, & in æternum poterunt eius verba adaptari ad caſum iſtum, ſi bene intueantur, nam ponit, quod exiſtentibus tribus ſororibus, ſi vna decedit, an aliæ admittantur ad eius ſucceſſionem, vel ipſarum filij, & diſtinguitur, an habuerunt bona ex cauſa dotationis, vel ſucceſſionis, & dum poſtmodum dicit, *ſed prædicta ſunt vera, quando ſorores concurrunt cum fratre, ſeu fratribus*, habet reſpectum ad terminos eiuſdem conſuetudinis, vbi dicitur, *& in præmiſſis appellatione fratris ſoror non continetur, præterquàm ſi partem, vt vnus ex fratribus habuiſſet.* Sed cùm talis conſuetudo non loquatur in caſu noſtro, vt ſupra dixi, ergo nec Napod. aliter voluit intelligere.

6 Sed quando aliter videretur circumſpectis Iudicantibus, quod non credo, non poſſet inficiari, quod ſuper dictis bonis deberetur ſibi paragium, ex quo conſuetudines non ſimpliciter excludunt fæminas, quando cum maſculis concurrunt, ſed cauſatiuè, & conditionaliter, dummodo de paragio dotentur, vt legitur *in dict. conſuetud. ſed ſi morienti*, & hoc ponderat ibi Napod. *in gloſ. fin.* dum exponit dictionem, *cum*, pro *quia*, & ſic in vim cauſæ, & *in conſuetud. ſi moriatur, in verb. in ſtirpes, num. 16.* ibi *non eſt hoc ius.*

Nec refragatur dicere, quòd iſta Magnifica Iſabella fuit dotata à patre de paragio, & debet eſſe contenta de eo, quod habuit in die votorum, ex quo hodie non tractamus de bonis paternis, de quibus fuit dotata, ſed tantùm de ciernis, quæ fuerunt deuoluta ipſis nepotibus quadraginta annis poſt dotationem, & ſic de illis nullatenùs fuit cogitatum tempore dotationis, & hoc eſt rationabile. Nam vt ſupra fundaui de iure communi, mortuo auunculo, eius hæreditas erat deuoluta nepotibus, & iſta Magnifica Iſabella cum maſculis concurrebat in ſucceſſione, ſi de iure conſuetudinario volumus ipſam excludere, eſt neceſſe ſibi aſſignare paragium in iſtis bonis, de quibus agitur, & de quibus non fuit dotata, quod paragium ſuccedit, & ſubrogatur in locum legitimæ portionis, quæ ſibi ſpectabat de iure communi, vt dicit Napod. in prima conſuetudine *in verſ. & tenemur*, ſicuti etiam dicimus de iure Conſtitutionis Regni, quando tractatur de ſuccedendo matri; nam ſi filia eſt dotata à patre, vel fratre, & deinde moritur mater, ſi de bonis ipſius matris non fuit dotata filia, debet habere paragium in bonis maternis, non obſtante quod fuerit maritata, pro vt expreſsè firmat Andr. *in conſtit. in aliquibus, verſ reſultat quæſtio, videlicet, matre viua, &* ſequitur Afflict. *num. 49.* cùm tantùm ab hæreditate dotantis excludatur, vt apertè determinatur in pragmatica Reginæ Ioannæ II. in cauſa Catharinæ Felingeriæ. 7 8
(7 in right margin at "Nec refragatur"; 8 in right margin at "matris non fuit dotata")

Et hoc vltra præmiſſa ſatis apertè fundatur, nam *in dict. conſuet. ſed ſi morienti*, dicitur, quod ipſæ mulieres à præmiſſa ſucceſſione excluduntur, cum fratres habeant ipſas maritare, vt ſuperius dictum eſt, pro quorum verborum interpretatione conſiderandum eſt, quod quando conſuetudo, vel ſtatutum excludit mulierem ab aliqua ſucceſſione propter dotem, intelligetur excluſa à bonis dotantis tantùm, ita quod ſi non eſt dotata de bonis illius, 9
de cuius hæreditate agitur, ſtatutum eam non excludit, ita eſt gloſ. ſingularis *in leg. 1. in verſ. dotatas, Cod. de legit hæred.* vbi Bald. & plenius, & ſatis benè Paul. de Caſtr. *num. 2.* vbi loquitur in terminis conſuetudinis noſtræ, & eſt tex. *in leg. quoniam nouella, in fin. Cod. de inoffic. teſtamen.* dicit Andr. *in dict. conſtit. in aliquibus, colum. 2. 10. & 13.* & *in conſtitu. vt de ſucceſſionibus, in verſ. coniugata, & in verſ. filia autem ibi, collatis dotibus, & in cap. 1. de natur. ſucceſſion. feud. colum. 5.* Afflict. *in dict. conſtit. in aliquibus, col. 7. num. 10.* & ſuper gloſ. *in verſ. maritata, & in cap. 1. §. quin etiam, colum. 11.* Epiſcopum, vel Abbatem, Petr. Picco. *in dict. conſtit. vt de ſucceſſion. num. 17 & 18.* vbi dicit, quod iſta eſt communis opinio Doctorum in Reg. Corneus *conſ. 74. num. 8. colum. 1.* vbi dicit, quod tempeſtate ſua, ita fuit à famoſiſſimis Doctoribus conſultum, ſatis apertè tenuit Socin. *conſil. 30. colum. 10. verſ. quod autem, num. 30. volum. 1.* vbi dicit, ita pluries conſueuiſſe, Dec. *in conſil. 379. num. 6. & 7.* Alexandrin. *conſil. 145.* Mar. Mantu. *conſ. 131. colum. 6. volum. 2.* qui ſemper mouetur per text. *in dict. leg. quoniam nouella.* In tantum, quod ſi ſtatutum diceret, quod dotata à patre, matre, vel fratre excludatur, intelligeretur ſtatutum ſingulis referendo, videlicet, quod dotata a patre excluderetur à ſucceſſione patris, dotata à matre, excluderetur à ſucceſſione matris, & dotata à fratre, excluderetur à ſucceſſione fratris. Ita Anchar. *in conſ. 80. incip. retento ordine*, quem ſequitur Dec. *in conſ. 346.* omiſſis his, Albert. Brunus in tractatu excluſio fæminarum, *in 8. princ. articulo,*

10 *ticulo, quaeſt.* 16. vnde poſtquam conſuetudo dicit cùm fratres habeant maritare, vt ſuperiùs dictum eſt, debet intelligi, quòd habeant maritare de bonis illius, de cuius hæreditate agitur, cùm conſuetudo non aperiat de quibus bonis maritanda ſit, prout ſentit Alber. Brunus in loco præallegato; ſed tantùm dicit, quod habeant maritare, vt ſuperiùs di-
11 ctum eſt, & ſupra *in conſuet. ſi moriatur*, vbi tractatur de ſucceſſione aſcendentium, dixerat, quòd ſi filij volunt ſuccedere patri, tenentur maritare ſorores, & amitas ſecundùm paragium, facultates, & quod ſi differant eas maritare, poſſunt petere virilem de bonis paternis, & maternis, vt fratres. Quæ verba latis demonſtrant, quod filij eo caſu tenentur maritare ſorores ſecundùm paragium, & facultates patris, & matris, quibus volunt ſuccedere, & ita ſemper interpretatum fuit. Vnde cùm in. §. ſed ſi morienti, in quo tractatur de ſucceſſione collateralium, dicatur, quod fratres habeant maritare ſorores, vt ſuperiùs dictum eſt, hoc eſt eo modo, & forma: iſtud enim important illa verba, *vt ſuperius dictum eſt*, ſecundùm Dec. *conſ.* 227. *num.* 3. ergo
12 tenebuntur maritare ſecundùm paragium, & facultates fratris, cui volunt ſuccedere: tanta enim eſt obligatio in termino referente, quanta eſt in termino relato, vt Bald. & Angel. dicunt *in leg. ſi prior, ff. ſolut. matrim.* tradit Ripa. *in leg. ait prætor*, §. *ſi index, ff de re iud.* Bald. *in conſ.* 212. *volum.* 5. Tiraquel. *in leg. connub. in gloſſ.* 7. *in verbo, expreſſim, num.* 181. & *in tract. de vtroque retr.* §. 8. *gloſſ.* 9. *num.* 27. Vnde ſi in termino relato excluditur filia à paterna & materna ſucceſſione, propter paragium in bonis paternis & maternis: ita pariformiter debebit excludi à ſucceſſione fraterna, vel aliorum collateralium mediante paragio illorum bonorum, vt eadem ſit virtus in termino referente, quæ eſt in relato per prædicta.

13 Nec in caſu conſuetudinis noſtræ locum habere poſſunt dicta Doctorum loquentium in caſu, quo ſtatutum vltra progrederetur, diſponendo quod mulier vnica dote debeat eſſe contenta, quia in conſuetudine iſta non ſunt talia verba, nec ex mente conſuetudinis poteſt colligi, vt conſiderat Dec. *in conſ.* 634. Conſuetudo enim *ſi moriatur*, iubet dotari de bonis paternis & maternis ad finem, vt excludatur ab vtriuſque ſucceſſione, & ſic non vult, quod ſit contenta vnica dote, & conſuetudo, ſed ſi morienti, dicit, quod fratres habeant maritare, vt ſuperius dictum eſt, & ſic videtur requirere aliam dotem, ſiue paragium, & non eſt mirum, quod iſta interpretatio ſit ſumenda, cùm conſuetudo iſta ſit ſtricti iuris, vt dicit Napod. *in conſuet. ſi quis, in verb. præterquam*, Socin. *conſ.* 30. *num.* 18. *volum.* 1. Dec. *conſ.* 438. *num.* 4. *conſ.* 589. & 656. & talia ſtatuta debent ſtrictè intelligi, vt minus lædant ius commune, *cap. cùm. dilectus, extr. de conſuet.* traditur per ſcribentes, maximè Salyc. *in leg.* 2. *Cod. de noxal.* & dicit Soc. Iun. *conſ.* 67. *num.* 41. *volum.* 3. & in
14 tantum hoc eſt verum, quod ſi ſtatutum haberet duos intellectus, vnum proprium, & alterum improprium, debet capi intellectus improprius, ſi ex eo minus lædatur ius commune, Ludou. Gozzad. *conſ.* 5. & Socin. *in conſ.* 11. *num.* 12. *volum.* 1. *cum ſimil.*

15 Sentit etiam iſtam opinionem idem Napod. *in conſuet. ſi moriatur, in verſ. in ſtirpes, num.* 26. ibi ergo eſt ius conſuetudinarium, ſecundùm quod ſeruatur prærogatiua ſexus, ſed conditionaliter, ſi filia dotetur de paragio in deſcendenti cum præfinitione temporis, ergo apertè coſiderauit paragium in bonis fratris, poſtquàm diſtinxit lineas, & idem Napod. *in dict. conſuet. ſed morienti, in verſ. ſi cùm fratres*, exponit illam dictionem, *cùm*, id eſt, *quia*, in vim cauſæ, quaſi dicat, quod cauſa excluſionis ſororis à ſucceſſione fraterna, vel aliorum collateralium, eſt paragium in bonis ipſorum fratris, vel collateralium.

Nec refragatur dicere, quod paragium non con- 16
ſideratur niſi in bonis aſcendentium, quia in caſu iſtarum conſuetudinum non conſideratur paragium, ſicut legitima, ſed ſubrogatur in locum legitimæ ſucceſſionis, quæ competeret mulieri ab inteſtatò, vt dicit Napod. *in dict. conſuet. ſi moriatur, in verſ. & tenentur*: nam conſuetudines, quæ voluerunt conſeruare bona in agnatis, excluſerunt mulieres à ſucceſſione, ſed quia erat iniquum eas nihil habere, ipſum ius ſuccedendi transfuderunt in paragium, vt in eis legitur, & dicit Napod. in loco præallegato, & ſic non eſt bonum arguere in caſu noſtro, in bonis collateralium non competit legitima, ergo nec paragium, vt ex prædictis patet.

Præterea præſupponamus, quòd in hæreditate 17
patris & matris, nihil adeſſet, & ſic frater non poſſet dotare ſororem de talibus bonis, ſi poſtmodum deuolueretur eis hæreditas cierna, opulenta, eſſétne iuſtum dicere, quod ſoror excludatur in totum à talibus bonis, & remaneat in totum indotata; vel præſupponamus quod de bonis paternis, & maternis habuerit portionem virilem, ad quam poteſt extendi paragium, ſecundùm Andr. *in dict. conſtit. in aliquibus*, & talis portio eſſet adeò modica, quòd non poſſet reperire virum, ſi hæreditates collaterarium eius deuoluerentur, eſt dicendum, quod de talibus bonis nihil habeat, & remaneat ſine viro; nemo ſani capitis hoc dicet, quia eſſet irrationabile, & ſi hoc nullam habet rationem, quis affirmabit duodecim viros Iuriſperitos, diſertos, & inſtructos, electos ab iſta Ciuitate, & à Carolo II. approbatos in compilatione harum conſuetudinum, vt in proœmio ipſarum dicitur, voluiſſe leges irrationabiles facere? certè non eſt dicendum.

Et ſi diceretur, quod fuit aliter determinatum 18
per S.C. in cauſa Marchionis Vallis Sicilianæ, vbi mulier fuit excluſa, ſalua pace, hoc non eſt verum; nam ibi tractabatur de ſucceſſione fraterna, in qua non aderant, niſi bona ſibi obuenta à patre, de quibus bonis paternis, iam ipſa mulier fuerat dotata. Dubium ibi faciebat, ex quo dicebatur hæreditas fratris, & ſucceſſiue bona fraterna. *leg.* 1. §. *veteres*, vbi omnes, *ff. de acquiren. poſſeſſ.* & *leg. Paul. ff. de acquir. hered.* de quibus non fuerat dotata, ſed quia in noſtra Ciuitate bona ſemper retinent nomen antiquorum, vigore conſuetudinum, ideò ab illis bonis paternis fuit excluſa, prout expreſsè determinat Napod. *in dict. verſ. quod autem, in verſ. Parentum*, vbi concludit, quod ſoror dotata non ſuccedit fratri in bonis paternis, ſi concurrit cum fratribus, aut fratrum filiis, ergo ſi in hæreditate fratris eſſent alia bona quàm paterna, tunc non excluderetur, vt expreſsè firmat Afflict. *in dict. conſtit. in aliquibus, num.* 23. & hoc eſſe clarum.

Nec obſtat ſi diceretur, quod iſta Magnifica Iſa- 19
bella, ſeu eius maritus promiſit renuntiare bonis maternis, & cùm ipſa per ſubingreſſionem in locum matris veniat ad hanc ſucceſſionem, ergo vigore talis promiſſionis de renuntiando debet exexcludi; nam licèt quando tractamus de ſuccedendo collateralibus vigore conſuetudinis, habeat locũ ſubingreſſio, & etiam de iure communi in certis caſibus, vt *in* §. *cum filius, inſtit. de hæred. quæ ab inteſt.* & plenè per Ang. *in* §. *reliquũ, in Auth. de hæred. ab inteſt.*

Tamen

20 Tamen hoc intelligitur, vt ſuccedant in locum, id eſt in gradum eorum parentum. Sed ſuccedunt ex perſona propria, & non parentum, quibus non fuit hæreditas delata, vt in caſu noſtro; nam mater Magnificæ Iſabellæ erat mortua longè ante mortem Epiſcopi, vt Pars fatetur in ſuis articulis, & ſic ex propria perſona ſuccedunt, ita Bar. *in leg.* 1. §. *ſi.ſit nepos, ff. de coniug. cum eman. lib. eius*, & *in l.* 11. *C. de lib. prater.* & Alex. *in conſ.* 20. *numer.* 3. *volum.* 1. & proinde ſi talis hæreditas non erat noſtris delata, ipſa ex perſona propria ſucceſſit, & promiſſio de renuntiando ſucceſſioni maternæ nihil operatur.

Concludo igitur ex præmiſſis, quod magnificus actor debeat admitti ad portionem ſucceſſionis petitæ pro ſua virili, & quando aliter videretur, quod non credo, non poteſt denegari paragium cum fratribus ſuper eiſdem bonis, & ita de iure breuiter cenſeo.

Fuit deciſum contra hîc allegata, vt videre eſt infra *allegat.* 42. *num.* 7. & apud D. de Franch. *deciſ.* 87. *num.* 17.

Io. Vincen. Caugianus.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegiorum exequutoriatio infra annum facienda eſt.*
2 *Caſus omiſſus per ſtatutum regulatur à iure communi.*
3 *Plura prohibentur fieri, quæ facta tenent.*
4 *Donatio ſtante ſtatuto, quod intra certum tempus inſinuetur, ſi poſt tempus inſinuetur, valet.*
5 *Stilus Cancellariæ pro lege habetur.*
6 *Stilus Cancellariæ eſt ius prætorium.*
7 *Stilus, & conſuetudo particularis roboratur.*
8 *Textus in Clem.* 1. de probat. *declaratur.*
9 *Stilus Cancellariæ tollit omnem facti dubietatem, quia præſumitur cauſa cognita.*
10 *Vicereges Regni Neapolis non poſſunt abrogare leges Regis.*
11 *Inferiores ex cauſa de nouo ſuperuenienti poſſunt limitare ſtatuta ſuperioris.*
12 *Epiſcopus poteſt ex cauſa mutare, & diminuere pænitentiam à Papa impoſitam.*
13 *Prorex Regni Neapolis qualiter leges condat, quæ etiam ei conceſſa cenſeantur.*
14 *Mora purgatio in executione priuilegij, qualiter admittatur.*
15 *Legem loqui diſpoſitiuè, vel conditionaliter quomodo coniecturetur.*
16 *Diſpoſitio generalis non comprehendit ea, quæ continent remunerationem ſeruitiorum.*
17 *Priuilegium non exequutum ſuo tempore, an ſit nullum ipſo iure.*
18 *Verbum, decernimus, longè differt à verbo,* D. Reg. de Marinis Allegat. collect. *declaramus, & quæ ſint iſtæ differentiæ, declaratur.*
19 *Lex inducens nullitatem intelligitur parte volente vti illa nullitate, & quomodo hoc intelligatur.*
20 *Priuilegium non exequutum ſuo tempore, quale contineat fiſci intereſſe.*
21 *Princeps in feudis poteſt nouam formam dare, & aliam remouere, conſentiente feudatario.*
22 *Gratiæ priuatio nunquam incurritur ipſo iure, niſi expreſsè dicatur.*
23 *Prorex poſt annum, an poſſit facere exequutoriari priuilegia.*

ARGVMENTVM.

Priuilegium à Domino Rege noſtro in eius Curia conceſſum, quod in Regno ex Regiæ ſanctionis præſcripto, intra annum à die datæ in Curia præcisè, & cum clauſula irritante præſentandum, & exequutoriandum eſt, ſi fuerit præſentatum, & exequutoriatum poſt annum, an de iure ſubſiſtat, vel potius de eo ex vi clauſulæ reſolutiuæ nulla ſit habenda ratio: & de aliis notabilibus ad ornatum *pragm.* 1. *de priuileg. infra annum præſentandis.*

ALLEGATIO XXIII.

ILLVSTRIS Marchio Vallis Siculæ petiit declarari fideicommiſſum Status nullum, ob defectum, quod aſſenſus expeditus in anno 1538. Barchinonæ, fuerit exequutoriatus in regno in anno 40. & ſic poſt annum vigore clauſulæ Regiæ pragmaticæ dictantis, quod priuilegia quæ non fuerint exequutoriata infra annum nullius ſunt roboris & momenti. 1

Pro parte D. Franciſci filij primogeniti, de cuius intereſſe principaliter tractatur, pro validitate aſſenſus, replicatur Pragmaticam non loqui de caſu noſtro, quando ſcilicet priuilegia poſt annum fuerint exequutoriata, caſus eſt omiſſus à pragmatica; & proinde cùm non prohibeantur exequi, permittitur. *leg. mutus*, §. *cum quæritur. ff. de procurat. leg. necnon.* §. *quod eis. ff. ex quibus cauſ. maiores, l. magiſtratus ad municip. cum concord.* 2

Multa enim prohibentur fieri, quæ facta tenent, & non reſcinduntur. *leg. ſi qui affirmauerint. Cod. de Epiſcop. & Cleric. leg. milites, & leg. ita demum. de procurat. & leg. milites agrum. ff. de re milit.* 3

Ex his meritò DD. voluerunt, quod ſtante ſtatuto, quod donatio inſinuetur intra certum tempus, aliàs ſit nullius roboris, & momenti, quod ſi poſt tempus inſinuetur, valeat, vt per Bar. *in leg. vniuerſa. Cod. de prec. Imper. offer.* & *in leg. cum lex. ff. de fi-* 4

deinſ. Priuilegium enim erat validũ, requirebatur iſthæc exequutoriatio, ſiue inſinuatio, vt omnibus pateſiat. Poſtquam enim Vicerex poſt tempus permiſit executoriari, valet quod factum eſt; nam Vicerex hoc poterat permittere lapſu temporis non obſtante, ex ſtilo Regiæ Cancellariæ, quod probatum fuit ex ſexaginta quatuor priuilegiis exequu-
5 toriatis. Stilus enim Cancellariæ pro lege habetur per Cyn.& Bald. *in leg.1. in fine. Cod. quæ ſit longa conſuet.* & *in leg. de quibus, ff. de excuſat. tut.* Rota *in deciſ. 1 circa medium, de fil. preſbit. in nou.*& alibi, inde Rot. *in deciſ. 55. de conceſſ. preben. in antiq.* di-
6 xit, quod dictus ſtilus Cancellariæ facit ius,& proinde Bald. *in leg. certum, num.11. Cod. vnd. legit.* dixit, quod ſtilus Cancell. eſt ius prætorium, cùm ſtilus non in alio differat à conſuetudine, niſi quod ipſe dicitur conſuetudo particularis illius Tribunalis, ſeu Palatij, & conſuetudo dicitur generalis totius populi, ſecundum Io. Andr. *in cap. fin. de conſuet.* & Alber. *in leg. de quibus, ff. de leg.* & ibi Iacob. de S. Georgio *num.27.* qui ſtilus tanquam conſuetudo particularis ſeruari debet pro lege, vt ſupra fundatum eſt, & derogat legi in contrarium diſponenti, maximè concurrente tempore quadraginta annorum. Tantum enim tempus decurrit ab anno 18. quo demonſtratus eſt per fidem, ſtilus Regiæ Cancellariæ continuatus in executoriandis priuilegiis, etiam poſt annum, ad hoc effertur tex. *in leg. de quibus, ff. de leg.* ibi inueterata per legem cuſtoditur, & leges abrogantur, nedum Legiſlatoris ſuffra-
7 gio, ſed etiam per conſuetudinem vtentium, qui ſtilus, & particularis conſuetudo roboratur ex pluribus ſententiis ſuper eo prolatis, vt in cauſa Comitis Policaſtri, fiſco opponente, & contradicente, & in cauſa illorum de Loffredo & Figueroa, fiſco etiam adhærente oppoſitioni aduerſus priuilegium non executoriatum infra annum, & in aliis cauſis. Quo caſu non ambigitur derogaſſe pragmaticæ, & vim legis obtineri debere, text. *in leg. nam Imperatori, leg. ſed,& ea leg. cum conſuetudine,& in leg. ſi de interpretatione, ff. de leg.* quæ iura probant, quod ſtilus, ſeu conſuetudo firmata eſt contradictione Partium, ſeu frequentia actuum, aut auctoritate rerum iudicatarum vim legis obtinere, at legi derogare non ambigitur.

8 Accedat etiam conſenſus expreſſus nonnullorum Viceregum, & Vicariorum, qui admiſerunt executiones poſt annum, & illas eorum ſubſcriptione, & Regentium firmarunt, qui actus fundant ſtilum prædictum Cancellariæ, non ex errore, ſed cum magna cauſæ cognitione proceſſiſſe, cùm ſic in prædictis executorialibus 64. præſentatis aſſeratur facta ex certa ſcientia, & matura deliberatione conſilij: quibus verbis credendum eſt, vt *in Clem. 1. de probat.* nec eſt veriſimile tot literas à tantis doctiſſimis viris, qui pro tempore Regiam Cancellariam rexerunt, & Principi aſſiderunt, ex errore præſumatur proceſſiſſe: argum. tex. *in cap. Apoſtolica,* & ibi in terminis, ſic arguit gloſ.1. *in fin. 35. quæſt. 9.*& in ſtilo Cancellariæ proceſſiſſe cum cauſæ examinatione, & pro lege haberi voluit Gomez. vbi multa multa not. dicit *in reg. de impet. vaca. pro-*
9 *pter obitum fam. quæſt. 6. num. 3.* & ibi dicit ſtilum Cancellariæ tollere omnem facti dubietatem, allegat Oldrad. *in conſ. 290.* nam talis obſeruantia præſumitur cum magna iuſtitiæ examinatione proceſſiſſe, ergo ſi Viceregès hunc ſtilum approbauerunt, & de eorum ſuffragio, & expreſſo conſenſu apparet per tot actus ſubſcriptos per ipſos, ex quibus, vel fuit inducta derogatio pragmaticæ expreſſa, vel illa fuit interpretata ex cauſa, quod poſſit fieri executio poſt annum, ſi ante non fuit oppoſitum contra actum exequendum, de quo non loquitur expreſſe Pragmatica, quæ cùm ſit dubitabilis ſi loquatur, vel non, de hoc recepit interpretationem ab obſeruantia Cancellariæ, & permiſſione Vicariorum, & Conſilij, penes ſe aſſiſtentis, iuxta tex. *in leg. de interpretatione,* & *in leg. ſed & ea, ff. de leg.* prout ſic in particulari voluit Butr. *in cap. fin. de conſuet.* maximè cùm ſtilus habenti ius condendi leges facit ius quoad omnes, Caſſ. *in proœm. conſuet. Burg. num. 17. & 18. fol. 1.*

Nec dicatur, quod inferior non poteſt tollere 10
ſtatutum ſuperioris, & Viceregès non potuerunt abrogare legem Regis, quia reſpondetur hoc ex cauſa, quæ debet præſumi in tot, ac tantis Viceregibus, qui fuerunt ab anno 1518. vltra, potuit fieri, eſt deciſio not. Abb. *in cap. fin. num. 10. extr. de conſuet.* quem alij ſequuntur, vbi firmat inferiores poſſe ſtatutum ſuperioris limitare, ſeu abrogare ex
cauſa de nouo ſuperuenienti, vel non conſiderata 11
per ſtatuentem, & eſt tex. notabilis *in leg. ſi hominem, ff. mandati,* vbi procurator generalis poteſt impedire ea exequi, quæ Dominus conficienda demandauerat, per quem tex. voluit gloſſ. 1. *in con-*
ſuet. tempor. 26. quæſt. 7. quod Epiſcopus poteſt ex 12
cauſa mutare, & diminuere pœnitentiam a Papa inductam, nec ſubditi, qui non tenentur quærere Regem extra regnum, vt per Andr. *in cap. Imperialem, de prohib. feud. alien.* per Feder. debent quærere an Prorex talem poteſtatem habeat, quia cum publice id exercuerit, & Regi ſit notum, quod ex frequentia actuum eſt credendum, & ex litera in cauſa Marchionis Vaſti per partem præſentata apparet ſi hanc poteſtatem non habuiſſet Prorex, & Rex non prohibuiſſet, eſſet decipere ſubditos, quod in Rege, & Rege noſtro non eſt dicendum *leg. 1. Cod. de his, qui ven. ætat. impet.* Iſta igitur credulitate ducta Illuſtriſ. Marchioniſſa filia vlterius non procurauit, credens, prout eſt de iure, quod licet poteſtatem Prorex executoriandi poſt tempus non haberet, poſtquam ipſe palam, & quaſi indiſtinctè ſic agebat, valeat actus, prout dicimus in delegato Papæ, vt per Bald. *in leg. exemplo. Cod. de probat.* & licet aliter dicatur in delegato Principis, vt per Paul. de Caſtr. *in leg. 1. Cod. de mandat. Prin-*
cip. id non eſt dicendum in Locumtenente Regis, 13
quia propter maximam auctoritatem quam habet, leges condit, vt per Parid. de Put. *in cap. an Vicarius generalis, fol. 145.* & tot pragmaticæ Regni teſtantur, de eis dicendum eſt, vt de Cardinali legato à latere, qui cum talem poteſtatem aſſerunt habere, valet actus, ita Barb. *de præſt. Card. in quæſt. not. prima par.* Multa enim ratione dignitatis perſonæ intelliguntur conceſſa, quæ aliis non concederentur, vt late per dominum meum in ſua repetitione in verbo, Comites & Barones *n. 34.* Proinde Rex noſter omnes aſſenſus præſtitos per D. Petrum de Toledo, etiam in caſibus, in quibus non habebat poteſtatem aſſentiendi, ratificauit, & approbauit, iſtis forſan rationibus motus, vt ex Capitulis huius fideliſſimæ Ciuitatis apparet, *proinde cum ſolitum ſit fieri, ritè factum creditur, cui ſtandum eſt. Cod. de donation. inter vir. & vxor. Letiam.*

Quod enim Regentes illi viri doctiſſimi admi- 14
ſerint moræ purgationem in executoriando, id ritè fecerint, rogo conſideretur doctrina Bart. communiter approbata *in leg. ſi quis ita, §. ea lege ff. de verb. oblig.* vbi diſtinguit an ſolemnitas requiratur in ipſo actu, dum producitur in eſſe, an requiratur poſtquam eſt in eſſe productus, quando ſolemnitas requiritur in productione actus, ſi omittitur, actus eſt

eſt nullus, ſi requiritur poſtquam eſt in eſſe productus, tunc ſecus, *per leg. cum hi. ff. de tranſact. auct. hoc ius porrectum, Cod. de ſacroſ. Eccleſ. leg. hac conſultiſſima. Cod. de teſtam.* & hæc eſt communis theorica approbata tam ibi, quam *in leg. vnica, §. ſin autem. C. de caduc. tollen.* vbi Bald. optimè, & *in rubr. Cod. de reſcind. vend. & in leg. 2. Cod. de canone frumenti vrb. Rom. lib. 11. & in leg. 1. Cod. ne liceat tertio prouocare,* Paul. de Caſtr. *conſ. 81. ſi autem in ſtatuto diceretur, aliàs ſit ipſo iure nullus,* tunc eſſet ſecus per dictioné illam *ipſo iure nullus*, vt per Doct. in legibus ſupra adductis, quod cum non ſit in caſu noſtro, eſt dicendum, quod mora poſſit purgari, & ſic poſt tempus executoriari, & licèt Ang. *in conſ. 36.* voluerit tenere contrarium, quod teſtamentum, quod erat intra ſex menſes inſinuandum, ſi non fuerit inſinuatum ſit ipſo iure nullum, non obſtantibus deciſionibus prædictis Bart. & ſequacium; nam dicit ipſe, quod inſinuationis neceſſitas in conditione eſt, & conſtat per conditionis defectum ipſo iure
15 diſpoſitionem deficere, *leg. ſi quis hereditatem. ff. de condit. inſt. l. qui hæredes. §. fin. ff. de condit. & demonſtr.* proinde doctrina Bar. eſt intelligenda ante moram contractam ſecundum ipſum; ſed opinio ipſius in illo conſilio, non meretur allegari in contrarium, in caſu noſtro ex dictis ipſiuſmet, ibi, loquitur enim Angel. quando inſinuatio requirebatur per conditionem ad validitatem teſtamenti, & quando eſt in conditione ſi contra fit actus eſt nullus, ſecus ſi verba ſunt diſpoſitiua, & tunc non eſt actus ipſo iure nullus, at modo in caſu noſtro nulli dubium eſt, quod pragmatica loquitur diſponendo, & non ſub conditione, vt ex lectura ipſius apparet, ibi priuilegia non executoriata ſint nullius roboris, & momenti, proinde cum ſit prouiſio diſpoſitiua, & non conditionalis, non eſt ipſo iure priuilegium nullum. Secundò ibi requirebatur inſinuatio pro validitate teſtamenti, & pro nullitate dicit ipſe, ſtatutum requirebat temporis decurſionem; at in caſu noſtro ſecus eſt; nam pragmatica non diſponit gratiam eſſe inualidam abſque literis executorialibus, ſed pro notitia ipſius gratiæ requirit literas executoriales, & in ratione pragmaticæ dicitur, annullat ipſum ſi non executorietur, ſed quãdo ſolemnitas requiritur poſt actum perfectum non facit actum ipſo iure nullum, ſi contra fiat, vt per Bart. & Bald. & omnes vbi ſupra, & latè per Angel. *in princ. dicti conſ. 36.* qui latè ponit hanc theoricam, ergo, &c. non obſtat intelligentia ſua ad Bart. quia loquitur clarè poſt moram contractam, & ſic etiam Bald. loquitur, quem ipſe non allegat, ante enim moram nulla poteſt conſiderari nullitas, nec ipſo iure, nec in effectu, & proinde ſi ante moram non poteſt conſiderari, neceſſariò, dum diſcutitur ſi nullitas ſit in effectu, vel ipſo iure, debet intelligi poſt moram contractam perneceſsè, & ita clare Bald. *in d. l. vniuerſa.*

16 Erit etiam ita in caſu noſtro iudicandum alia ratione ſumpta ex litera Regia ex parte dicti Illuſtriſ. Marchionis præſentata à Capitaneo Milort. in qua dicitur, *& para que no es razon, que por eſto por no eſſere eſequtoriado dentro dell' año deſta de conſequir la mercede, que por ſus ſeruicios le hiziem os los encargamos, &c.* In priuilegio fit mentio ſpecificè ſeruitiorum, & pro ſeruitiis, primam diſponendi contra formam cõſtitutionum Regni, & naturæ feudi, conceditur, ergo non debet iuxta dictas literas Capitanei Milort ex hoc informari, quod eſt etiam ſecundùm iuris diſpoſitionem, vt ea quæ generaliter diſponuntur non vendicent ſibi locum in diſpoſitionibus ob remunerationem ſeruitiorum, vt per DD. *in leg. ſi pater, ff. de donat. leg. fin. Cod. de reuoc. donat.* gloſ. Pariſ. §. 30. *in quæſt. 25.* Rip. *in dict. leg. fin. quæſt. 44.* & latè Roman. *in leg. ſi verò, §. de viro. ff. ſol. matr.* qui cumulat quàm plurima; ad hoc prætereà ex dictis literis, & reſcripto Capitanei Milort arguitur ad cauſam iſtam, vt poſtquam exequutio ibi fieri mandatur priuilegij conceſſi propter ſeruitia provt fiat iſtud Illuſtriſ. Alarchoni, in quo longè maiora dinumerantur, ex tali ratione illæ literæ faciunt ius, & trahuntur ad caſum noſtrum, eſt notabilis deciſio Angel. *in leg. item veniunt, §. cæterum. ff. de pet. hæred.* vbi firmat, quod reſcriptum, ſeu epiſtola tranſmiſſa per Principem ſuper aliqua cauſa debet ſeruari pro lege, in aliis cauſis ſimilibus, & eandem opinionem tenuit idem Angel. *in leg. 1. ff. de fer.* vbi Iacob. de Sanct. Georg. dicit illas ſingulares *ibidem num. 26.* & ſequitur. Iaſ. *leg. 1. n. 7. de conſtit.* Nam ſi eadem ratio ſeruitiorum imò maior, quanto maiora ſunt ſeruanda in priuilegio noſtro, quàm in illo Capitanei Milort, cur diuerſum erit ſtatuendum ius, Felin. *in cap. paſtoralis, de except. in princ.*

Ex his non obſtat declaratio annullationis prag- 17
mat. poſita declaranda *ex nunc pro tunc nullius efficacia, &c.* ex quibus prætendit pars, quod adſit decretum irritans, quod negamus; nam licet Afflict. *in deciſ. 355.* dicat quod propter regiſtrationem aſſenſus non factam intra annum, aſſenſus ſit nullus per clauſulam decreti annullantis, tamen replicatur, quod declaratio iſta, de qua in pragmat. operatur, illud quod declaratur, quod ſit nullius roboris, & momenti, & proinde reſcindatur gratia, quæ erat perfecta, ſed cùm nil obiiciatur à principio in confectione gratiæ, vt ſupra demonſtrauimus, non annullat gratiam ipſo iure, ita Bald. *in leg. non dubium. Cod. de legib.* quem allegat Afflict. *num. 29.* proinde deciſio Afflict. debet intelligi ſecundum deciſionem, quam allegat, vt ſc. iſta declaratio operetur reſciſſionem non ipſo iure, & proinde poſſit purgari mora, ibi aſſenſus erat nullus, quia non fuerat regiſtratus, etiam poſt tempus; ſi enim fuiſſet regiſtratus poſt tempus, tunc eſſet ſecus, vt fuit millies iudicatum in cauſa Secretarij Sotti, in cauſa Diomedis Carafæ, & in cauſa Principis Melficti, nec in prag. adeſt decretum irritans, quia clauſula decreti, vt exemplificat Abb. *in cap. cæterum, de reſcriptis, num. 10.* debet dicere decernit irritum & in caſu noſtro non adeſt dictio decernimus, ſed adeſt verbum declaramus, quod eſt ſatis diuerſum, nam verbum decernimus eſt noui iuris inductiuum *per cap. decernimus, de iudiciis, extr.* & ib. Felin. & Card. *in Clem. 1. de cauſa poſſeſſ. & propriet.* at verbum declaramus, non eſt verbum inductiuum noui iuris, vt per Card. *in Clem. ſi Romanus, in princ. de præb.* & *in Clem. 1. § fin. de reb. Eccleſ. non alien.* quare in caſu noſtro nil de nouo Rex fecit declarando ex nunc &c. ſed id quod erat prouiſum declarauit, quod cùm non impediebat moræ purgationem, nec per declarationem impeditur: nam vera doctrina eſt, quod omnia verba an importent latam ſententiam, id dignoſcatur ex materia, ſi in ea leges aliquid diſponunt, vel declarent, vt latè per Imol. *in cap. ſi quis ex Clericis, extr. de vit. & honeſtat. Cleric.* ſed in caſu noſtro habemus iura clara, quæ volunt, quod ſolemnitates, quæ requiruntur poſt actum, non irritant ipſo iure, vt ſupra probauimus, & ad nauſeam Tiraq. *in leg. ſi vnquam, verbo, reuertatur, num. 69.* ergo dictiones, & clauſulæ in dictis ſolemnitatibus poſt actum appoſitæ non debent plus poſſe operari, nam aliàs ſolemnitates poſt actum annullarent actum ipſo iure, quod non eſt dicendum, per ea quæ ſupra diximus ex mente omnium Doctorum.

19 Et licèt ex dicta clauſula reſultaret nullitas, non per hoc in caſu noſtro impediret exequutoriationem; nam clarum eſt, quod quotieſcumque lex inducit aliquam nullitatem, intelligitur Parte volente vti illa nullitate, DD. *in leg. 2. Cod. de iur. emphyt.* eſt optimus text. *in leg. 2. & 3. de leg. commiſſ.* Tiraq. *in leg. ſi vnquam, verbo, reuertatur, num. 10. cum ſeq.* vbi per natiuitatem filiorum ipſo iure donatio reuocatur, intelligitur, Parte volente, ita Alber. ibi, & Bald. *in leg. 1. Cod. de inoffic. donat.* quod procedit in Statutis, vt per Bartol. *in dict. leg. ſi quis ita, §. ea lege. ff. de verb. oblig.* & per alios adductos per Tiraquel. *numero 18.* ibi per text. *leg. 11. ff. ſi ager. vectig.* & per Spec. *in §. quoniam de feud.*

20 At in caſu noſtro nullitas iſta, vel eſt inducta in fauorem Fiſci, vel impetrantis, alterius enim intereſſe conſiderari non poteſt, vt infra dicemus ſi fiſci fiſcus non conqueritur. Imò res agitur in Conſilio, cum præſupponatur quod non adſit intereſſe Regij fiſci, cùm non intendat diſpoſitionem annullare; ſi intereſſe Partis impetrantis, D. Alarconus Senior priuilegium noluit impugnare, immò per teſtamentum approbauit, & eo vſus fuit, proinde Parte nolente deficit nullitas, & hæredes D. Marchioniſſæ, vt hæredes, tenentur habere ratum factum defuncti, & per conſequens conſenſum in exequutoriando, & renunciationem iſtius iuris dicendo de nullitate, per text. *in leg. cum à matre. Codic. de rei vendication.* Alterius enim intereſſe non poteſt conſiderari, nam in hoc pri-
21 uilegio agitur de feudalibus, in quibus Princeps poteſt nouam formam dare, & aliam remouere conſentiente feudatario, *per l. cum dos, ff. de pact. dotal.* & *per l. ſi diuerſa. C. de tranſact.* & *per leg. tempore, C. de pact. int. empt. & vendit.* Petrus *in conſ. 18. in fin.* Andreas de Iſern. *in cap. 1. de eo, qui ſibi, & hæredibus ſuis*, & quando fit tranſitus de forma hæreditaria ad formam pacti, agnatis non præiudicat. Imò ipſis prouidetur, cum per alienationem, ſiue impoſitionem grauaminis non poſſunt excludi, quod eſſet ſecus in feudo hæreditario, Andr. *in cap. 1. an agnatus*, proinde non agebatur de intereſſe alterius tempore exequutorij, quam ipſius Regis, & Alarconis, qui cum paſſi fuerint exequutoriari, etiam ſi adeſſet clauſula decreti irritantis ex conſenſu, & renunciatione illorum de cuius intereſſe agebatur, valet actus, ita ſolemniter Fel. *in cap. cum dilecta, extr. de reſcript. n. 10. in verſ. ſed quicquid ſit*, & hanc eſſe veram opinionem, quando de alterius intereſſe agitur, vt ſumus in caſu noſtro, etiam, quod adſit clauſula decreti, ſi illi, de quorum intereſſe agitur, conſentiunt, valet actus, Tiraq. vbi ſupra *n. 323.* ita etiam Imol. *in cap. ſtatutum, §. cum vero, de reſcriptis.* Nec intereſſe iſtius Marchionis hæredis eſt in conſideratione, quia poterat illi Alarconus præiudicare cum aſſenſu, diſponendo, vt latè per Camer. & Afſl. *dec. 112.* cum tunc erat feudum hæreditarium. Inſuper in caſu noſtro ſumus in pœnalibus, cum ob pœnam negligentiæ, ſiue taciturnitatis vnius anni, annullatur gratia, quando enim ſumus in pœnalibus benignior fit interpretatio: *cap. in pœna, de reg. iur. in 6.* & tunc ſemper requiritur ſententia Bald. *in l. iubemus, §. vlt. de ſacroſanct. Eccleſ.* latè per Tiraq.
22 *n. 20.* agitur enim de priuando gratia Alarconem, ſed quotieſcunque agitur de priuatione gratiæ, nunquam incurritur pœna ipſo iure, niſi expreſsè dicatur, vt per Dec. *in cap. bona, il 2. col. vlt. extr. de elect.* Abb. & Felin. *in c. querelam, de iureiuran.* quæ deciſiones videntur ſatis particulares pro deciſione caſus noſtri, ergo nulla ratione poteſt dici, quod affuerit nullitas ipſo iure, nec aliquid operauerit dictio illa *declaramus.*

Hinc hodie paſſim, & indiſtinctè quando tempus regiſtrationis in Regia Camera, vel iuramenti fidelitatis, vel alterius ſolemnitatis requiſitæ poſt aſſenſum præſtitum, eſt elapſum abſque aliqua ſolemnitate, prouidetur per Illuſtriſſ. Regentes lapſu temporis non obſtante liceat, quare nulli dubium eſt, quod, & tunc tempore executorij, & nunc obſeruatur. Quod ſi iudex admittit aliquid poſt tempus ſtatutum a lege, vel ſtatuto, etiam, cum dictione nullatenus, admittatur, quod lapſu temporis non obſtante Parte non opponente, ſi fuerit admiſſum teneat, quod probat pluribus mediis Fel. *in c. paſtoralis, n. 8. cum ſeq. vſque in fin. extr. de exceptio.* ex cuius dictis apparet etiam reſponſio ad ea, quæ vltimò ex aduerſo dicebatur, quod in Prag. mandat iudicibus Rex vt etiam obſeruent, nec quicquam contrafaciant, & proinde Prorex non poterat poſt annum exequutoriari facere, quia replicatur, quod aut prohibitio ſtatuti vel legis dirigitur ad Iudicem, abnegando poteſtatem faciendi actum, & tunc ſi contra fit, ipſo iure eſt nullus, ita Bar. *in l. 1. C. de dimat.* & *in l. 1. ff. de fer.* aut verba non ſunt abnegatiua poteſtatis, puta *non faciat contra*, & ſimilia, & tunc ſi Iudex contrafaciat Parte non opponente valet, ita Franc. de Aret. *in cap. in cauſis, de teſtam.* & cæteri adducti per Felin. ibi, at in caſu noſtro Prag. non aufert iuris dictionem, ſed mandat, ne quicquam contrafaciant, ergo, &c. meritò cum aliàs caſus noſter fuiſſet reuocatus in dubium, vt in facto demonſtrauimus, fuit deciſum pro validitate aſſenſus exequutoriati poſt annum in cauſa Comitis Policaſtri, cum Regio fiſco, quare ſpero religioſiſſimos Iudicantes pro infante filio primogenito dicti Illuſtriſ. Marchionis, vt fuit obſeruatum, & ſemper iudicatum, pro validitate aſſenſus, iudicaturos. 23
Cætera ſuppleant D. Iudicantes.

Iulius Cæſar Minadous.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſeries proponitur, de qua in præſenti.*
2 *Tranſactio reſcinditur facta per Monaſterium, quando non cedit in euidentem vtilitatem ipſius, & quando non fuit vallata breui Apoſtolico.*
3 *Læſionis ratio in contractu tranſactionis attenditur tempore contractus, & non tempore motæ litis, vel ſententiæ.*
4 *Exceptio rei iudicatæ dicitur quando fuerunt tres ſententiæ conformes.*
5 *Iudex ſecularis non exequitur ſententiam iudicis Eccleſiaſtici, quando eſt iniqua, vſque ad numerum 6.*
7 *Decretum fundatum ſuper læſione non eſt exequendum.*
8 *Tranſactio facta de bonis Eccleſiæ, quæ non erant ei incorporata, non indiget breui Apoſtolico.*
9 *Sententia qualiter, & quando dicatur declarare ius partis.*
10 *Ablatiui abſoluti conditionem faciunt, & quando.*

11 Bona

11 *Bona Eccleſiæ tunc ei dicuntur incorporata, quando quoad pacificam poſſeſſionem, & dominium ſunt Eccleſiæ.*

12 *Dominium ipſo iure tranſit in Eccleſiam abſque traditione, quod limitatur in d. num.*

13 *Aſſenſus Apoſtolicus non requiritur in redemptione litis, & æſtimatione eiuſdem.*

14 *Euictio intelligitur ſemper in alienatione ex natura contractus.*

15 *Tex.* in l. ſi quis, C. de iure deliberandi, *explicatur.*

16 *Aſſenſus Apoſtolicus non requiritur in alienatione rerum Eccleſiæ nondum incorporatarum.*

17 *Aſſenſus Apoſtolicus non requiritur in repudiatione hæreditatis, vel legati.*

18 *Aſſenſus Apoſtolicus quando, & qualiter requiratur in ceſſione iurium, vſque ad numerum 19.*

20 *Tex.* in l. fin. in fin. C. de bonis quæ liberis, *adducitur in præſenti.*

21 *Æſtimatio in contractibus non ordinatis ad dominium transferendum non facit emptionem.*

22 *Tranſactio iuris quæren di liberè fit ab Eccleſia ſine aliis ſolemnitatibus.*

23 *Conſuetudines Neap. ciuitatis, nec actiuè nec paſſiuè ligant Eccleſiaſticos.*

ARGVMENTVM.

Aſſenſus Apoſtolicus an, & quando requiritur ſuper contractu tranſactionis initæ inter Eccleſiam, & priuatum litem inſimul habentes. Aſſenſus Apoſtolicus an ſit neceſſarius ſuper ceſſione iurium, quæ fieret ab Eccleſia in priuatum; & quid in repudiatione hæreditatis ipſi Eccleſiæ relictæ: & de aliis notabilibus ad materiam pertinentibus.

ALEGATIO XXIV.

1 IN iudicio reſciſſionis tranſactionis intentato per Reuerendum Fratrem Ioannem Baptiſtam de Adiutorio, & ſucceſſiuè per Monaſterium ſanctæ Mariæ de Partu, aliàs de Mergellino, contra Magnificum Petrum Limam ſubſcripta pro veritate in fauorem Magnifici Petri, cuius partes tueor, conſideraui, ex quibus liquebit de non iure dicti Fratris Ioannis Baptiſtæ, & Monaſterij, proinde Petrum debere abſolui ab impetitis.

2 Ex duobus fuit petitum tranſactionem reſcindi debere. Primò quia non cedit in euidentem vtilitatem dicti Monaſterij, & Eccleſiæ, ſed in damnum ipſius: Secundò, quia tranſactio non fuit vallata conſenſu & Breui Apoſtolico, vt de iure requiritur; ſed prædictis nihil pœnitus obſtantibus, partes Sacri Conſilij eſſe in abſoluendo dictum Petrum, fundabo.

Circa primum articulum, erit ſciendum tempus 3
contractus, & tranſactionis conſiderari ad videndum ſi cedit, vel non cedit in euidentem vtilitatem, & non tempus litis motæ, vel ſententiæ, *l. ſi voluntatem, in fin. C. de reſcind. vend. l. 3. §. Diui fratres, vbi not. ff. de iur. fiſc.* clarius *in c. cum dilecti*, vbi etiam bona gloſ. *in verb. tunc valentem, extr. de empt. & vend.* & DD. *in l. 2. C. de reſcind. vend.* vbi etiam moderni, inter quos Arius Pinell. *in 3 par. n. 15.* qui multos recenſet, & magis in terminis eſt caſus *in c. ad aures*, vbi gloſ. vlt. *in verb. tunc, extr. de reb. Eccl. non alien.* & in caſu noſtro tranſactio inita inter Monaſterium, & Petrum fuit euidentiſſime vtilis, & in euidentem Monaſterij, & Eccleſiæ cedit vtilitatem, eo tempore, quo fuit inita, vt plenè in facto oſtenſum eſt, & vt inferius dicetur, ergo eo caſu valet tranſactio, quando melior conditio Eccleſiæ fuit effecta, dimittendo rem penes poſſeſſorem, etiam ſine conſenſu Superioris, vel ſaltem cum conſenſu, vt in ſpecie firmat Abb. *in c. contingit, n. 3. verſ. concluderem, de tranſact.* & proinde ceſſarit primum aſſumptum ex aduerſo factum; & ſi dicatur, quod prædicta in S. C. non ſunt examinanda, neque tractandum eſt, ſi cedit, vel non cedit in euidentem vtilitatem Monaſterij dicta tranſactio, ex quo Petro obſtat exceptio rei iudicatæ: nam fuit per tres ſententias latas per Commiſſarios Apoſtolicos iu- 4
dicatum, dictam tranſactionem non cedere in euidentem vtilitatem, quæ ſententiæ fuerunt latæ audito ipſo Petro, ergo lites iam finitas per rem iudicatam amplius inſtaurari non licet, nihilominus reſpondetur faciliter, quod licèt verum ſit fuiſſe iudicatum per Commiſſarios Apoſtolicos, non per hoc Sacrum Conſilium tenetur ſequi illas ſententias, latas per Iudices Eccleſiaſticos, ex quo poteſt cognoſcere, ſi bene fuerunt latæ illæ ſententiæ, vt in ſpecie firmauit Petr. de Anchar. *in conſ. 382. retento ordine dubiorum, num. 8 & 9.* vbi apertè dicit quod Iudex ſecularis non exequi- 5
tur ſententiam Iudicis Eccleſiaſtici, quando illa ſententia Iudicis Eccleſiaſtici eſt iniqua, ſequitur Felin. *in cap. cum ſit, de for. comp. in 5. limit. num. 8.* vbi plus dicit, quod Iudex ſecularis non tenetur exequi præceptum Iudicis Eccleſiaſtici, de cuius iniuſtitia ſcit, vel ſuſpicatur, & alia affert idem Felin. *in cap. 2. de ſponſal. num. 31.* quæ opinio Anchar. fuit recepta in S. C. & ſecundum eam pluries iudicatum, vt refert Afflict. *in deciſ. 120. num. 9.* de qua deciſione, & quod Iudex ſecularis non tenetur obedire ſententiæ Iudicis Eccleſiaſtici, meminit Aym. Crauett. *in conſ. 7. num. 11.* reputat hoc ſingulare multis adductis Hypp. de Marſil. *ſing. 367. nemo prudens*, & ſingulariter allegat illud ſolemne conſilium Petri de Anchar. quem ſimiliter ad hoc allegat Socin. *conſ. 83. incip. pro clariori intelligentia, vol. 4. num 16.* & nouiſſimè aliis congeſtis adduxit Vrſil. *in addit. ad Afflict. in deciſ. 120. n 9. verſ. circa quartum dubium.* Ad rem itaque noſtram deueniendo, ſententiæ, ſiuè decreta Commiſſariorum Apoſtolicorum non ſunt ſeruanda per ſactum Conſilium, quia nedum ſunt de iniuſtitia ſuſpecta, ſed manifeſtè & notoriè iniqua. Primo quia ius in anno 1574. tempore, quo fuit inita tranſactio, fuerat æſtimatum, & appretiatum pro ducatis mille ducentum quinquaginta octo, & Petrus illud ſoluit pro ducatis 1900. & ſic ſoluit ſeptingentum vl-

tra valorem ruris, ſecundum vnam lecturam in facto veriſſimam, & per monaſterium acceptatam, in ſupplicatione porrecta ſummo Pontifici, & ſecundum aliam lecturam Monaſterij rus fuit ſolutum per Petrum pro ducatis mille, & ducentum, iuxta dictam æſtimationem factam, & ſic tranſactio cedit apertiſſimè in euidentem vtilitatem, & ex ea Petrus fuit deceptus, & communiter per totam Montaneam Antiniani, terræ ſiuè Territoria erant in vili pretio, & incrementum indè factum fuit cauſatum propter nouam viam deſcendentem in maritima Plagæ vulgo dicto *Chiaya*, & propter nouam Eccleſiam Sanctæ Mariæ de Angelis, ordinis Fratrum Sancti Franciſci de Paula ibi conſtructam; ſimiliter incrementum terrarum fuit cauſatum, & ideò etiam fiunt cóceſſiones in emphyteuſim *à palmi*; & benè in facto eſt verificatum, ergo notoriè decreta Commiſſariorum ſunt iniuſta, &

6 iniqua. Secundò decreta eo fortius nedum iniuſta & iniqua notoriè apparent, ſed manifeſtè nulla, etiam fuit dictum de nullitate ex quo ſunt fundata in adiudicatione & in læſione, vt manifeſtè legitur in primo decreto *fol.* 348. & alia duo decreta referunt ad primũ illud confirmandum. Quæ adiudicatio eſt falſa, ſic, & læſio; nam adiudicatio præſupponit dominiũ in poſſe Monaſterij. Quod enim alicui adiudicatum eſt, id ſtatim eius fit, cui adiudicatũ eſt, text. eſt melior in corpore iuris quem in hac materia legerim, *in §. fin. in fin. Inſtit. de offic. Iudic.* probat etiam tex. *in leg. final. Cod. de iur. dom. impetr.* Quæ adiudicatio nullibi apparet, ergo decreta fundata in cauſa falſa ruunt, & nulla dicuntur ipſo iure, ex quo erat iudex, etiam ſi decreta eſſent in parte vera, & in parte falſa, ſunt nulla in totum, vt in ſpecie firmat Afflict. *in deciſ.* 218. *num.* 4. de qua meminit Aym. Crau. *in conſ.* 239. *ex verbis colum.* 2. *n.* 5. & nouiſſimè Dom. Vinc. de Franch. *in deciſ.* 86. *n.* 6. neque de læſione, in qua ſimiliter decreta Com-

7 miſſariorum Apoſtolicorũ ſunt fundata aliquo pacto apparet, quinimò liquet de contrario, vt ſi qua læſio conſiderari poterit in tranſactione fit reſpectu Petri, & non dicti Monaſterij, & proinde dicta decreta nedum iniuſta & iniqua, ſed manifeſtè nulla, & in nulla conſideratione ſunt habenda per Sacrum Conſilium, & ideò ex prædictis ceſſat primum aſſumptum ex parte Monaſterij factum, ſcilicet tranſactionem non cedere in euidentem Eccleſiæ vtilitatem.

8 Circa ſecundum articulum ſupra propoſitum erit ſimiliter ſciendum non negari tranſactionem non fuiſſe breui Apoſtolico roboratam; ſed ex infraſcriptis fundabo non indiguiſſe, neque indigere dicto Breui. Ratio eſt euidens, quia rus de quo agitur, nunquam fuit in bonis Eccleſiæ, & Monaſterij, ſed in bonis Patriæ Mirtæ, quæ diſpoſuit in beneficium Beatricis de Adiutorio filiæ, & Beatrix diſpoſuit in beneficium Petri ſui viri, & dum Monaſterium ex perſona fratris Ioannis Baptiſtę de Adiutorio ſe direxit in anno 1572. in Sacro Conſilio, egit ſuper iudicio reſciſſorio, & petiit diſpoſitionem Portiæ, atque Beatricis annullari, & inualidat. declarari, tanquam factas in fraudem conſuetudinis, & ita obtinuit ſententiam referente Domino Iacobo Anelló de Bottis, quæ ſententia non transfert dominium, neque inducit aliquam nouationem de per ſe, vt probat text. vbi gloſ. vlt. & Bart. *in leg. nepoti, ff. de fund. inſtruct.* ſed dicta ſententia nihil aliud fecit, niſi declarare ius, ſiue hæreditatem eſſe

9 delatam dicto fratri Ioanni Baptiſtæ, & ſucceſſiuè dicto Monaſterio ſub conditionibus in ea contentis; nam hic eſt effectus ſententiæ declarare, *leg. & ex diuerſo, §. 1. ff. de rei vend.* quem tex. ad hoc allegat Iſern. *in cap. ſancimus, num.* 9. *in fin.* quo tempore Miles vbi apertè dicit quod ſententia non facit quem Dominum, ſed declarat, latè Iaſ. *in leg. ex hoc iure, num.* 44. *& ſeq. ff. de iuſt. & iur.* Igitur ſententia cùm non tranſtulerit dominium ruris in Eccleſiam, ſeu Monaſterium, ſed ſolùm declarauerit competere rus, non dicebatur in eius bonis, quod eo fortius dignoſcitur, ex quo ſententia pendebat à liquidatione facienda quantitatum ſoluendarum dicto Petro. Quibus prius ſolutis erat rus dimittendum, & illa ſententia ſic lata dicitur conditionalis ibi *ſolutis prius, &c.* & per ablatiuum abſolutum; 10

nam ablatini abſoluti faciunt conditionem, *leg. à teſtatore, ff. de cond. & demonſtr. cum ſimil.* & ſententiæ latæ ſub conditione valent, ſi ab illis non appellatur, *leg.* 1. *§. biduum, ff. quando appell. ſit, l. cùm eorum,* vbi gloſ. *in verbo præſtarent, Cod. de ſent. omn. Iud.* Igitur conditione non adimpleta ex parte Monaſterij dominium ruris non erat in eius poſſe, neque in bonis, & ideò Breui Apoſtolico non indigebat dicta tranſactio tanquam facta de re non Eccleſiaſtica, neque Eccleſiæ incorporata, ita in ſpecie firmauit Bald. *in leg. Præſ. num* 6. *Cod. de tranſact.* quem ſequitur Guglier Reodarſ. *in tract. de reb. Eccleſ. non alien. in* 1. *rubrica, de ſignificatione verbi Alienatio. cap.* 1. *num.* 14. vbi clariſſimè firmauit ex Bald. 11

quod non requiritur conſenſus Superioris, & Pontificis quando non ſunt incorporata, quoad plenam, atque pacificam poſſeſſionem, & dominium Eccleſiæ, vt inferiùs dicam, dum adduco Lap. *allegat.* 26. quæ tranſactio potuit fieri, etiam póſt ſententiam S.C. cùm ab ea Petrus reclamauerat, & propter dubium, quod poterat oriri in reclamatione, tranſactio fieri potuit *per leg. poſt rem iudicatam. ff. de tranſaction.* 12 Nec refragatur, quod dominium ipſo iure tranſit in Eccleſiam abſque traditione. Nam hoc limitatur non procedere quando obſtat exceptio aliqua Eccleſiæ, vtputà ſolutionis, ſeu alterius implementi, quia tunc dominium non tranſit ipſo iure, ita in ſpecie limitatur hæc opinio per gloſ. *in leg. fin. Cod. de ſacroſ. Eccleſ. in verbo rem,* quam pro vera approbant inibi Paul. de Caſtr. *num.* 8. *in fin.* & Iaſ. *num.* 24. ſed in caſu meo Monaſterium debebat ex ſui parte ſoluere, & adimplere omnia contenta in ſententia, ex quo in ea dicebatur, *ſolutis prius quantitatibus, &c.* Ideò dominium non erat quæſitum nullo modo Monaſterio prædicto; nam obſtabat exceptio ſolutionis, & implementi. 13 Accedat prædictis alia ratio ex quo illa dicitur litis redemptio, & æſtimatio, quo caſu non requiritur Breue Apoſtolicum; nam hæc eſt via, & cautela alienandi rem Eccleſiæ ſine conſenſu Superioris, ſcilicet quod aliquis occupet poſſeſſionem, & quod agatur contra illum rei vindicatione, & ille offerat litis æſtimationem, ita in terminis voluit Bald. *in l.* 14

3. *item quæri poteſt, ff. de reb. eorum,* quem aduerto omnino legere pro caſu huius articuli, ſi eius opinio eſt vera, quinimmò ex illa litis æſtimatione, & pecunia data Monaſterio pro tranſactione vt ſe redimeret Petrus à vexatione, idem Monaſterium non teneretur de euictione quando rus fuiſſet Petro euictum per caſum *in leg. & ex diuerſo, § petitor cum gloſ. ff. de rei vend.* & *in leg. ſi pro fundo, Cod. de tranſact.* Ergo non dicitur alienatio, quia in alienatione ex natura contractus venit euictio, *leg. non dubitatur. Cod. de euiction.* Vnde iure merito non requiritur Breue Apoſtolicum, ex quo non fuit contractus alienationis, ſed redemptionis litis à vexatione, quæ litis redemptio de iure fuit licita aliàs habenti titulum. Hinc Iacob. non dicitur incurriſſe ſimoniam

riam ex quo redemit ius primogenituræ ſibi debi-
tæ, at Eſaü videtur incurriſſe, qui alio modo dare
noluit, *canon. quam periculoſum 7. quæſt. 1.* firmauit
in ſpecie Thom. Campeg. *in tract. de beneficio, in
princip. proœm. numer. 19. in 16. tom. tractatuum
par. 2.*

15 Et ſi dicatur, quod ius dicebatur quæſitum Mo-
naſterio, ſaltem per ceſſionem factam Petro, nam
dum illud cedit, acquirit per diſpoſita *in l. ſi auia. C.
de iur. delib.* & proinde requirebat illa tranſactio,
& ceſſio conſenſum, ſeu Breue Apoſtolicum. At-
tendatur quæſo ſolemnis reſponſio, & erudita ſolu-
tio ex mente Bald. *in Auth. ſi qua mulier, col. fin. ſed
an Monaſterium, C. de Sacroſ. Eccleſ. n. 15.* vbi dicit
in ipſo ingreſſu poſſe Monaſterium refutare bona
ingreſſi ante ius quæſitum, quia in quærendis po-
teſt coniudicare, & ex hac ratione infert, quod Mo-
naſterium conniuentibus oculis poteſt pati, quod
hæreditatem delatam Monaco, poſſideant aliqui
conſanguinei, ad quos fortè Abbas, & Monac. pie-
tate vel affectu mouentur, adducit etiam aliam ra-
tionem Bald. quam ego ſupra conſideraui, ſcilicet
vt ante quàm agnoſcatur tale ius per Monaſterium,
non ſit in bonis Monaſterij, allegat *l. pretia rerum, ff.
ad l. falcid.* quam Bald. deciſionem allegat, & decla-
rat Alex. *conſ. 88. eximia Domina Vicaria n. 1. verſ.
non obſtat. 2. vol.* & ſimiliter de opiro *in repet. l. filius-
fam. §. Diui, n. 76. ff. de leg. 1.* Bard. *in conſ. 12. n. 2.
vol. 1.* his accedat Lap. *in allegat. mihi 26. incip.*
16 *diſp. 1. an prodigus, n. 4. & 5.* vbi dicitur ſolemnita-
tem requiſitam in alienatione rerum Eccleſiæ non
exigi in rebus in Eccleſiam nondum incorporatis.
Hinc eſt quod Prælatus cum capitulo poteſt repu-
diare legatum, vel hæreditatem ſibi delatam, quod
bene declarat Feder. de Sen. *conſ. 9. vbi n. 1. circa fin.*
adducit rationem noſtram ibi; non tamen Eccleſia
poteſt dicere, quod res Eccleſiæ eſt alienata ex re-
pudiatione, cùm illa nunquam fuerit in Dominio
Eccleſiæ, & ſic poſſe fieri ſine auctoritate Superio-
ris concludit, quod conſilium Federici ſequitur
Barb. *in conſ. 8. n. 8. incip. ſcribitur præclarè, vol. 1.* &
17 hanc opinionem, ſcilicet legatum poſſe repudiari,
ſiue hæreditatem delatam Eccleſiæ abſque aliqua
ſolemnitate requiſita in bonis Eccleſiæ, & abſque
auctoritate ſuperioris, dicunt eſſe communem Iaſ.
& Rip. *in l. legatum, ff. de leg. 1.* vbi plenè relati, &
alij tangunt articulum. Sed fortius ad rem noſtram
ſtringendo aduerſus diſpoſita *in alleg. l. ſi auia*, quod
dum Monaſterium cedit, non videatur acquirere,
iterum rogo aduertendum, quia illa acquiſitio mo-
mentanea non eſt in conſideratione, quæ fit Mona-
ſterio, quando cedit, cùm ceſſio non ſit principali-
ter ordinata ad dandum, & acquirendum, ſed po-
tius renunciandum, & debet haberi perindè, ac ſi
renunciaſſet Monaſterium ius non incorporatum,
ita eleganter in terminis conſuluit Socin. *in conſ.
53. incip. Viſo inſtrumento donationis, n. 27. & 18. col.
vlt. vol. 4.* ex cuius dictis Phanut. *in tract. de lucro
dotis, in gloſ. 8. in tex. ibi, vir lucretur, n. 17. & 18. in*
18 *paruis, fol. 321.* dicit ſub die 14. Ianuarij 1547.
fuiſſe deciſum per Rotam, quod dum Hoſpitale
S. M. de Monte ceſſiſſet quia, quæ in hæreditate
habebat, quod ceſſio prædicta valeret, quamuis
ſolemnitates requiſitæ per Paulinam non interue-
niſſent; quod quidem declarat procedere quando
ex actu, qui fit ad renunciandum reſultat acquiſi-
tio, prout eſt in caſu noſtro, ſic, & renunciatio, quæ
obuiat principio acquiſitionis non eſt donatio, &
proinde inſinuatione non indiget, voluit Bald. *in l.
illud, n. 6. verſ. quid ergo dicemus, C. de ſacroſ. Ec-
cleſ.* quem ſequitur Corn. *conſ. 206. litS. vol. 3.* &
prædicta, dum eueniſſet caſus aliàs in Sacro Con- 19
ſilio fuerunt allegata, & ſecundum ea iudicatum,
ſcilicet donationem, & ceſſionem factam ſine aſſen-
ſu Apoſtolico eſſe validam præſuppoſito iure dela-
to, & acquiſito per ceſſionem, non tamen in Ec-
cleſiam incorporato, vt euidentiſſimè pro more re-
fert D. Vincentius de Franch. in deciſionibus nu-
per collectis *dec. 14. n. 10. 16. 25. & 26.* ſed ſignanter
n. 25. & 26. vbi adducit Socin. & Phanut. vbi ſupra,
pro qua opinione allegat facere text. *in l. 2. § cùm
quis, ff. de hæred. vel action. vend.* ſecundùm quartum
intellectum, quem ad illum text. dixit ponere Ant.
Padill. *in l. cùm ſecundùm, verſ. quarto ſit, num. 21. in fin.
C. de fideicom.* ſed ego vltra eum allego in terminis
Paul. de caſtr. *in l. ſi actione, C. de pact. n. 2.* vbi ex-
preſsè dicit in renunciante hæreditatem ſibi dela-
tam, nondum aditam, quod habetur perinde, ac ſi
hæreditas non fuiſſet ſibi delata, & dicit eſſe men-
te tenendum quia quotidianam hanc opinionem
ſequitur gloſ. Pariſien. *tit. 1. §. 1. gl. 3. num... mihi 13.*
contra Rip. quem aperto ore ex multis confutauit,
alia adducendo pro opin. Socin. *in d. conſ. 53.* ſe-
quitur, & comprobat Socini opinionem Rub. Alex.
in l. Titia, §. Imperator, n. 13. & ſeq. ff. de leg. 2. vbi fir-
mat non eſſe ab eius opinione recedendum, quic-
quid alij dixerint, & vltra prædicta à D. de Franch.
non adducta, neque allegata (quod conſultò ab eo
factum putaui, tranſiens indubitanter cum Socin.)
allego ſimiliter caſum clariorem, & diuerſitate in-
tellectuum nó inuolutum *in l. fin. in fin. C. de bon. quæ
lib.* vbi acquiſitionem momentaneam & dominium 20
momentaneum non eſſe in conſideratione oſtendi-
tur, & loquitur in donatione; nam in ipſo momen-
to non poteſt poſſideri res, & transferri, & ſic Mo-
naſterium non potuit ex illa ceſſione incorporare,
& transferre, quam legem adhoc allegauit ſimili-
liter Camer. *in c. Imperialem, de prohib. feud. alien. per
Federic. fol. 11. lit. I. & fol. 52. lit. D. in fine:* ad idem
allegat, aliis adductis, Barbat. *conſ. 12. n. 25. vol. 1.*
quem aduerto legere, nam allegat Angel. *in l.
voluntas, C. de fideicom.* qui reputat notabile *d. l. fin.
§. fin.* inſuper allego Bald. *in l. 1. C. pro ſocio, quæſt 8.
num. 10.* vbi aperte dicit, quod in contractibus non 21
ordinatis ad dominium, æſtimatio non facit em-
ptionem, & per hanc rationem pulchram quæſtio-
nem reſoluit, vt ibi: Sic in caſu, de quo agitur,
ceſſio non erat ordinata ad dominium acquiren-
dum, ergo haberi debet perinde ac ſi Monaſte-
rium ceſſiſſet ius non incorporatum. Præterea plus
dicit Phanut. inibi, quem ſimiliter fuit ſequutus
D. de Franch. *in d. dec. 14. n. 26. in fine,* quod quan-
do eſſent duo actus ſeparati, vt quia primò Mona-
ſterium adiiſſet, deinde ceſſiſſet, etiam quod ſint
in eodem inſtrumento, tunc dicunt requiri iuris
ſolemnitates, inferens Dom. de Franch. ex hac di-
ſtinctione omnia contraria tolli, & procedere, da-
ta incorporatione, & acquiſitione facta ad finem
acquirendi, non autem renunciandi, prout in caſu,
de quo agitur, quod eſt notandum pro declaratio-
ne, & limitatione *ad d. l. ſi auia.* Vnde iure merito 22
ſublatis etiam omnibus, quæ poſſunt hunc articu-
lum difficultare erit concludendum, in tranſactio-
ne non fuiſſe neceſſarium conſenſum, ſiue Breue
Apoſtolicum, cum tranſactio fuerit de re nondum
quæſita, neque incorporata Monaſterio prædicto,
& proinde ceſſat ſecundum aſſumptum ex aduer-
ſo factum, & Petrus venit omninò abſoluendus:
cætera relinquo conſideranda religioni Domino-
rum de Sacro conſilio, quibus valde commendo
hunc infelicem, & miſerandum Petrum clientem
meum, qui per annos ferè decem, & nouem ab an-
no

no 1468. quo incepit poſſidere rus prædictum vſque ad annum nunc currentem 1587. fuit adeò diuerſitate litium, & expenſarum ſuper rure defatigatus vt vix quodammodo ſpiritus remanſit, & plus expendit in eo tuendo, quam quadruplicatus valor litigioſi ruris fuerit, adeò quod dixit mihi Petrus, mare fuiſſe ferè exſiccatum, ſi per tot annos continuò aquam aliquis paulatim exhauriiſſet ex eo, & ita finem impono huic conſultationi.

23 Nouiſſimè legantur ea, quæ aſſerit D. Vinc. de Franch. *dec.411. n.5.* vbi dicit fuiſſe deciſum, non habere locum conſuetudinē, *& ſi teſtator*, dum moritur aliquis relicto Clerico, vel Monaco; nam ſicut Clericus non ligatur conſuetudine, ita quòd teneatur relinquere medietatem proximioribus, ita è contra, vt proximiores non teneantur relinquere Clerico, ſeu Monaco, ratione ſeruandæ æqualitatis, taliter quod etiam ſententia lata per Sacrum Conſilium, referente Domino de Bottis, veniret retractanda in reclamationem; & ideò eſt euitandus hic circuitus.

Ioannes Vincentius Caualerius.

SVMMARIVM.

1 *Textus* in l.2. C. de reſcind. venditione, *alternatiuè beneficium concedit.*

2 *Fructus in iudicio legis 2. an, & quando veniant, vſque ad num.3.*

4 *Fructus in iudicio rei minoris ſine decreto venditi veniunt, & quando, vſque ad num.5.*

6 *Hypotheca an, & quando reſoluantur reſoluto contractu remedio læſionis.*

7 *Deciſio de Franchis 226. in præſenti adducitur.*

8 *Reſciſſio quid operetur, ſi fiat ex tunc, vel ex nunc.*

9 *Textus* in l. fin. C. de vſuris, *in præſenti explicatur.*

10 *Deciſio Domini de Franchis de qua ſupra per Auctorem, explicatur.*

11 *Venditor qualiter teneatur ad intereſſe vigore legis ſecundæ, vſque ad num.12.*

13 *Compenſatio fructuum cum intereſſe qualiter fiat in iudicio legis ſecundæ.*

14 *Vrſilli additio ad Afflictum* deciſ. 340. *adducitur ad propoſitum.*

ARGVMENTVM.

Contractus emptionis, & venditionis cum fuerit reciſſus ex remedio *l.2. C. de reſcind. vend.* quod tam venditori, quàm emptori competit, cùm venditor eligat velle pretium reſtituere, an etiam illius intereſſe ſoluere cogatur, dum emptor offert paratum eſſe rem reſtituere vnà cum fructibus, quos percepit: & de aliis.

ALLEGATIO XXV.

Resciſſo contractu venditionis inito inter Magnificum Scipionem de Gambacurta venditorem, & Magnificos Ioannem Franciſcum, & Ioannem Baptiſtam de Bella, patrem & filium emptores, ex remedio læſionis vltra dimidiam iuſti pretij, quod remedium fuit intentatum per emptores, quibus etiam competit, & procedit diſpoſitio *leg.2. Cod. de reſcind. vend.* vt communiter firmant DD. inibi, & electio tunc competit venditori, velle ad ſe recipere rem venditam, vel reſtituere illud plus, quod recepit vltrà iuſtum valorem, & æſtimationem iuſti prætij, vt firmat gloſ. *in dict. leg.2. in verſ. elegerit*, vt emptore decepto, & agente remedio *leg.2.* ſit in electione venditoris, vt ſupra; venditore autem decepto, & agente dicto remedio ſit in facultate, ſeu electione emptoris dimittendi rem emptam, vel ſupplendi iuſtum prætium; contingit dubitari ex quo dictus de Gambacurta venditor elegit ad ſe recipere rem venditam, & velle reſtituere totum pretium; ſi tenetur idē de Gambacurta reſtituere dictum pretium cum intereſſe, & dicti de Bella tenentur reſtituere rem emptam, vnà cum fructibus perceptis ex dicta re empta, & partes dictorum de Bella pro veritate tuendo concludam dictum de Gambacurta teneri ad reſtituendum totum pretium cum intereſſe, & dictos de Bella teneri ad reſtitutionem rei emptæ vnà cum fructibus perceptis, & breuiſſime colligam, & ad veritatem reſtringam diuerſitatem opinionum. 1

Non tamen diffiteor hanc quæſtionem ſatis, & diffuſiſſimè a DD. fuiſſe factam, atque diſcuſſam, & adeò vt in tres itum ſit opiniones, & ſententias, quarum prima fuit vt emptor fructus irreuocabiliter retineat, eſto quod rem ipſam emptam reſtituat, ex quo interim verè Dominus eſt, & bonâ fide poſſidet, huius opinionis multi fuerunt allectæ, quos congerit Arius Pinell. *in dict. leg. 1. par.2. cap.4. n.1.* Quæ opinio iure non probatur, & friuolis rationibus ſubſtineri conatur per ſcribentes, quibus optimè reſpondent aduerſantes, ideò non inſiſto. 2

Secunda opinio prorſus contraria, multis placuit, vt emptor teneatur fructus reſtituere, & venditor pretium cum intereſſe, etiam quod reſciſſo contractu fiat electio rei reſtituendæ, cuius opinionis auctor fuit Roffr. *in 4. part. de libellis, rubr. de act. ciuil. quantò minoris, num.20.* Alber. *in dict. leg. 2. num. 16.* vbi quoque Satyc. *num.5.* & alij relati per Couarr. *in 2. lib. var. reſol. cap.3. num.9. verſ. eſt, & aliud hoc*, & hanc Rotfred. opin. vti veriorem de iure, & animæ tutiorem tenet Afflict. *in cap.1. num.150. & ſeq. de feud. dat. in vic. leg. commiſſ.* aſſerens, ita vidiſſe conſultum per famoſos DD. allegat ſequaces idem Arius *in dict. leg.2.* & adeò mihi videtur vera, vt in iudicando, ab ea non poſſit recedi, & licèt doctiſſimus ille veritatum collector Dominus Vincentius de Franch. *in deciſ.119. ſi ſoror nuptui traditur, num.19.* dicat fuiſſe iudicatum in materia dictæ legis 2. non venire reſtitutionem fructuū, tamen ſubdit quod ab hac deciſione fuit reclamatum, & adhuc non fuit expedita reclamatio, pro qua ſecunda opinione allego text. mea ſententia ineuitabilem, & clarum *in leg.1. Cod. ſi maior factus alienationem ratam habuerit*, qui omnino eſt legendus, licet Arius Pinell. *in dict. l.2. num.8. in eadem. 2. par. cap.4.* conetur reſpondere ad illum tex. vt conſideretur duplex vitium ibi, attendendo originem contractus, 3

contractus, qui erat ab initio nullus, tanquam factus de re minoris ſine decreto, in quo poſt ratihabitionem interuenit læſio vltra dimidiam, tamen replicatur eum diuinare, & non ſatisfacere diſpoſitioni illius tex. nam origo iam ceſſauit per ratihabitionem inde ſequutam, & ſic nullitas ex defectu decreti non interpoſiti in re minoris, vndè amplius
5 de nullitate non agebatur, ex quo validata fuit alienatio per ratihabitionem, ſed agebatur imbi de læſione alienationis, & nihilominus firmat Imperator in text. reſtitutionem rei venire cum fructibus, & ſolutionem pretij fieri cum vſuris, & proinde ſecunda opinio roborata & fundata *in tex. d. leg. 1.* adeo vera videtur, etiam in foro animæ, vt ab ea, vt dixi, in iudicando non ſit quoquo pacto diuertendum.

Accedat huic ſecundæ opinioni ratio non ineſficax, vt vēditio dum reſcinditur, reſciſſio fit ex cauſa de præterito, quæ cauſa iam inerat tempore venditionis, & in tantum inerat cauſa illo tempore, quod ſi fortè emptor pignoraſſet, & hypothecaſſet poſt emptionem illam rem emptam, & deinde reſcinderetur illa emptio ex remedio *dict. leg. 2.* & venditor eligeret ad ſe recipere rem venditā, tunc omnia pignora, & omnes hypothecæ conſtituta, & adiecta, ſeu conſtitutæ, & adiectæ ſuper re empta, re-
6 ſoluuntur, ex reg. *leg. lex vectigal. ff. de pignor.* adeo quod res libere redit (citra pignora, obligationes, & hypothecas) ad venditorem eligentem rem, vt communiter firmant DD. *in dict. leg. 2.* inter quos eſt Bald. *numer. 17.* latius Neguſ. *in tract. pign. in 1. membr. 5. part. num. 45.* Guid. Pap. *deciſ. 575.* Guliel. Benedict. *in cap. Raynutius verſ. & vxorem nomine Adelaſiam, deciſ. 4. num. 15. & 16.* Boër. *deciſ. 181. num. 6.* & gloſ. Pariſ. *§. 12. num. 45. tit. 1.* Arius Pinell. *in leg. 1. Cod. de bon. mat. par. 3. num. 72.* & ſatis optimè confert ad rem deciſio S.C. in caſu non abſimili, & allegata imbi per doctiſſimum D. de
7 Franch. *in deciſ. 216. venditis domibus, per totam*, in qua cauſa, vti Aduocatus interſui pro poſſeſſore, & meas dedi tunc lucubrationes, & vltra ibi allegata adduco Iſern. *in cap. 1. §. è contrario, in fin. verſ. item ſi pacto, de inueſtit. de re alien. fact.* vbi multa per Reuerend. Nard. Liparul. Epiſc. Nicoteræ. Igitur reſciſſio fit ex tunc à tempore venditionis, & proindè veniunt reſtituendi fructus per emptorem, & pretium cum vſuris, ſeu intereſſe debet reſtitui per venditorem. Sed aduertatur (quæſo) nam dum alloquutus fui cum Illuſtr. D. peritiſſimo, & eruditiſſimo Præſide Antonio Orificio, & adducebam prædictam rationem, replicauit mihi, dubitando in hunc modum. Pone quod Titius vendidit mihi annuos introitus ducatorum centum ſuper aliqua domo, deinde ob defectum ſolutionis non factæ per multos annos, reſcinditur contractus, Sacrum Conſilium conſueuit ſemper iudicare & paſſim iudicat,
8 vt venditor ſoluat, & reſtituat capitale vnà cum annatis, & tertiis decurſis cum intereſſe tertiarum. Igitur inferebat eruditiſſimus D. Præſ. quod reſciſſio non fiebat ex tunc, ſcilicet à tempore contractus, ſed ex nunc à tempore litis, & ſententiæ, nam ſi fieret reſciſſio ex tunc, vtique ſacrum Conſilium non iudicaret deberi emptori tertias, & intereſſe tertiarum, ſeu annatarum decurſarum, ſed iudicaret deberi emptori capitale vnà cum intereſſe tantùm, & non cum tertiis, & intereſſe ipſarum, ex quo etiam eſſet intereſſe ex alio intereſſe, quod exigi, vel ſolui
9 non debet *per leg. fin. Cod. de vſur.* cui obiectioni reſpondebam pactum procedere in venditore non ſoluente annatas, & tertias cōuentas, cuius culpa reſcinditur venditio, ideóque capitale cum tertiis, & ipſarū intereſſe ſoluere tenebatur, quia iniquum eſſet, cum ipſe non ſoluit, lucrari tertias conuentas, & ipſarum intereſſe, vt not. gloſ. *in leg. commiſſoriè, Cod. de pact. inter empt. & vend. in ver. vſurarum,* quam allegat Arius Pinell. *in dict. leg. 2. Cod. de reſcind. vend. part. 2. cap. 4. numer. 9. verſ. ſupra proximè reſpondimus:* non immerito ſacrum conſilium ita iudicauit, & paſſim iudicat, aliàs culpa eſſet venditori proſigua; ſed in caſu noſtro reſciſſio quæ fit ex remed. *leg. 2.* non fit ex culpa emptoris, merito non præcedit obiectum. Quod eò fortius dixi non pro- 10
cedere, ex quo ſi ille emptor introituum ſuper domo annuorum ducatorum centum obligaret, pignoraret, ſeu hypothecaret ſuis creditoribus illos introi us, & poſtea retrouendit vigore pacti de retrouendendo eoſdem introitus prædicto venditori, certe pignora, obligationes, & hypothecæ conſtitutæ per emptorem illorum introituum reſoluuntur, adeo quod domus venditori illorum introituum remaneat liberè à nexu obligationum, & hypothecarum, quia reſolutio fit ex cauſa antecedenti, & de præterito, neceſſariò ideò dicitur fieri ex tunc, & non ex nunc, per ea quæ ſuperius allegaui, qua mea reſponſione audita dictus D. Præſes reticuit, ex quo fuit eruditiſſimo obiecto ſatisfactum.

Tertia principalis fuit opinio, vt emptor eligens 11
rem reſtituere teneatur ad fructus reſpectu illius, quod res plus valebat, compenſando aliam partem fructuum ad reſpectum, & rationem pretij dati, ſic è contra quando venditor eligit, quod ſi eligit fortè ſupplere illud quod iuſto prætio deerat, tenetur ad intereſſe illius pluris, quod ſupplet. Hanc opinionem tenet Auguſtin. Ber. *in cap. cum dilecti, in fin.* 12
& *in cap. ad noſtram, num. 25. de empt. & vend.* & Hiſpanus Greg. Lopez *in leg. 56. tit. 5. par. 5.* & hanc eſſe æquam, & veriorem & a Magiſtro, & Iudicibus omnibus approbatam firmat Harm. *lib. 3. tit. 3. pag. 178. §....* quos omnes allegat idem Arius Pinell. & addentes ad eum *in dict. leg. 2. par. 2. cap. 4. num. 1. in fin.* Igitur dum dictus de Gambacurta elegit velle reſtituere pretium & ad ſe recipere rem, tenetur reſtituere pretium cum illa rata intereſſe illius pretij, quod excedit iuſtam æſtimationem, & valorem rei; nam intereſſe iuſti valoris non reſtituet, ex quo compenſabitur cum fructibus perce- 13
ptis à rei poſſeſſore *ex regul. leg. curabit, Cod. de action. empt.* ſed intereſſe illiùs pretij, quod excedit iuſtum valorē non poſſum mihi nullo iure perſuadere, quare non teneatur reſtituere, & quomodo poſſit illud intereſſe venditor lucrari, & quod ad illud intereſſe teneatur, quod excedit iuſtum valorem, vltra prædictos firmat Sebaſt. Medic. *in tract. de compend. par. 1. quæſt. 10. num. 23.* dicens hanc opinionem magis iuri conſonam, immò ex ſuperius allegatis per me dixit ſecundam opinionem tutiorem pro anima, & veriorem, legatur, ſi placet, quia confert ad rem noſtram in indiuiduo; nam ibi quoque videtur apertè firmare hanc tertiam opinionem Aug. Ber. tanquam magis veritati conſonantem, & ſecundum iſtā tertiam opinionem audiui fuiſſe nuper iudicatum in Sacro Conſilio referente Domino Pompeo Salernitano, Regio Conſiliario, in cauſa 14
Annibalis Roppuli cum Troiano Pepe, Ciuitella, Actuario, & aliàs in eodem Sacro conſilio fuit iudicatum in alia cauſa vertente inter eundem Ioannem Franciſcum de Bella, & Capitaneum Fonſeca, vt teſtatur nouiſſimè Cæſar. Vrſill. *in add. ad deciſ. Afflict. dec. 340. in final. verb.* qui omninò eſt legendus, & idem Vrſill. *deciſ. 249. num. 17.* vbi per tex. *in dict. cap. leg. 1. Cod ſi maior factus*, & ex dictis Couarr. *in dict. cap. 2. var. reſol. cap. 3.* videtur inclinare

inclinare quoque in ſecundam opinionem ſuperiùs per me fundatam, & ſic ex prædictis apparet claré ſaltem hanc tertiam opinionem S.C. debere aſſequi, cùm pluries pro ea fuerit iudicatum, & proinde dictus de Gambacurta tenetur reſtituere pretium cum intereſſe prætij illius pluris, quod excedit iuſtum valorem rei emptæ, & ita ſaltem ſpero ſententiam. Cæterum ſuppleat religio Dominorum Iudicantium.

Ioannes Vincentius Caualerius.

SVMMARIVM.

1 *Clauium cuſtodia portarum Ciuitatis Neapolis ad quem ſpectat?*
2 *Tribunus plebis, ſeu Electus popularis Neapolis, qualiter fiat.*
3 *Clauium cuſtodia portarum totius Ciuitatis traditur Tribuno plebis electo.*
4 *Clauium traditio poſſeſſionem deſignat, & quomodo.*
5 *Poſſeſſio retinetur per traditionem clauium.*
6 *Textus* in l.quarundam, ff. de acquir. poſſeſſ. *adducitur in præſenti.*
7 *Platea popularis ciuitatis Neapolis ſtat in poſſeſſione cuſtodiendi claues portarum Ciuitatis.*
8 *Gloſſa* in l.nemo. C.de acq. poſſeſſ. *offertur.*
9 *Clauium traditio precario titulo facta poſſeſſionem non transfert.*
10 *Tutor non poteſt poſſeſſionem dare in præiudicium pupilli.*
11 *Poſſeſſio amiſſa, ſed incontinenti recuperata, non cenſetur amiſſa.*
12 *Præſidis de Franchis deciſio ſecunda adducitur in præſenti.*
13 *Dignitates cenſentur conceſſæ in officium, non in dominium.*
14 *Manutentio competit poſſeſſori lite pendente ſuper poſſeſſorio.*
15 *Vltimus ſtatus poſſeſſoris attenditur in iudicio poſſeſſorio.*
16 *Textus* in l.item Mela, §. ſed ſi alimenta, ff.de alimentis, & cibariis legatis, *adducitur in præſenti.*
17 *Cuſtodia ciuitatis clauium, & portarum non ſpectat ad nobiles ſedilium, vſque ad num.18.*
19 *Electus Ciuitatis quomodo operetur nomine aliorum.*
20 *Clauium præſentatio facta interdum per Nobilem de ſedili, quare ſit facta, & quomodo, vſque ad num.21.*
22 *Nobiles de ſedilibus Neapolitanis vtrum ſint antiquiores illis de populo, vſque ad num.23.*
24 *Cuſtodia clauium Ciuitatis datur illis, qui habent maius intereſſe.*
25 *Inſtrumentorum conſeruatio fieri debet à proprietario non ab vſufructuario.*
26 *Popularis Platea Ciuitatis Neapolis maius habet intereſſe in cuſtodia portarum.*
27 *Textus* in l.officium, §.officium, ff.de re militari, *adducitur punctualis ad propoſitum.*
28 *Tribunus plebis, qui erat antiquitus, & qui hodie.*
29 *Cuſtodia portarum Ciuitatis Romæ apud quem erat antiquitus.*
30 *Tribunus plebis Tribunus militum dici ſolebat, & etiam hodie.*
31 *Turpitudinis propria allegatio nemini licet.*
32 *Priuilegium Regis Catholici nullum eſt in præſenti pro nobilibus de ſedilibus, vſque ad num.33.*
33 *Textus* in l.falſus procurator.C.de procuratoribus, *in præſenti adducitur.*
35 *Textus* in l. 1. C. de vi bonorum raptorum *explicatur.*
36 *Spolij remedium qualiter, & quomodo detur.*

ARGVMENTVM.

Cuſtodia clauium, & portarum alicuius ciuitatis, ad quoſnam ſpectet, ad Nobiles forſan ipſius, vel ad ciues ſiue populares.

ALLEGATIO XXVI.

IN cauſa cuſtodiæ clauium, & portarum huius inclytæ, & fideliſſimæ ciuitatis Neapolis, ſubſcripta de iure pro munere officij mei, conſideraui. Ex quibus apparebit apertiſſimè de clara iuſtitia Fideliſſimi populi dictæ ciuitatis, quod cuſtodia dictarum clauium, atque portarum ſpectet, & pertineat ad fideliſſimum populum iam dictum, & ad homines eiuſdem plateæ. 1

Et primò, præſupponendum eſt pro ſolidiſſimo fundamento, quod dum fit creatio Tribuni plebis, ſeu Decurionis, vulgariter nuncupati *Lo Eletto del popolo*, conuocantur in ædibus ſancti Auguſtini Maioris omnes de platea, ordine Illuſtriſſimi Proregis, & à vigintinouem Capitaneis vigintinouem platearum mittuntur duo homines pro qualibet platea, cum mandato procurationis, ad faciendum electionem in dicto loco, & omnibus coactis in vnum nominantur quinquagintaocto homines, ex quo quilibet ex illis duobus nominat vnum, quem reputat habilem in dicto officio, & munere, & datis ſuffragiis ſecretis eliguntur ex omnibus prædictis ſex, qui maiora ſuffragia habuerunt, & illis ſex adnotatis per Secretarium dictæ plateæ in quodam folio mittuntur ad Illuſtriſſimum Proregem, qui per litteras iubet publicari vnum ex illis ſex in ædibus prædictis, & mandat conſignari poſſeſſionem 2

quæ

quæ poſſeſſio fit per traditionem clauium portarum totius ciuitatis Neap. & ita appellatur Tribunus plebis, ſeu Decurio ciuitatis, & populi, & hoc ab immemorabili tempore fuit continuò obſeruatum, & hodie ſimiliter eſt in viridi obſeruantia: infero ego de iure quod ex illa traditione clauium ordine Illuſtriſſimi Proregis facta transfertur poſſeſſio, & cuſtodia clauium, & portarum totius ciui-
3 tatis per caſum *in l. cum pater, in §. pater pluribus, ff. de leg.* 2. hoc enim voluit facere Prorex, ſcilicet, dare cuſtodiam clauium, & portarum, quia refert quid dator clauium agat. *d. gloſ. vlt. ibid.* Quinimmò *gloſ.* 1. *in verb. cuſtodia cauſa,* dicit quod ſemper præſumitur traditio clauium cauſa cuſtodiæ, quod declarat Bar. *in d. §. pater pluribus, n.* 3. quod in dubio clauium traditio tunc intelligitur facta cauſa cuſtodiæ, quando titulus habilis non præceſſit ad transferendum Dominium, aliàs ſi præceſſiſſet titulus, intelligetur facta cauſa dominij transferendi; & ſic in caſu noſtro cauſa cuſtodiæ intelligitur facta, ex quo cuſtodiam ciuitatis, & non dominium illius competens Potentiſſimo Regi noſtro, & ſuis hæredibus tradidit & tradere voluit. Et nedum cuſtodiam ipſarum clauium abſque exercitio cuſtodiendi ciuitatem, & portas, ſeu ianuas commiſiſſe intelligitur, ſed etiam ius, atque facultatem plenam ſiue exercitium cuſtodiendi Ciuitatem, portas, & omnia, quæ continentur intus ciuitatem, intus quam fit clauium traditio, vt in ſpecie Alex. omni-
4 no legendus *in l. qui vniuerſas, n.* 3. *ff. de acquir. poſſeſſ.* per tex. *in l.* 3. *§. nerua, ff. eod tit.* & per tex. *in l. clauibus, ff. de contrah. empt.* vbi ſcribentes, & hanc opinionem firmarunt Bart. *in l.* 1. *n.* 18. *ff. de acquir. poſſ.* Iaſ. *n.* 91. *Rip. n.* 57. dicens hanc ſententiam communem eſſe, quos pluribus aliis congeſtis, retulit, & latè declarauit Couar. *lib.* 3. *var. reſol. cap.* 16. *n.* 11. *per tot, ſignanter in fin. in verſ. Ex quibus tandem deducitur.* & ſic clauibus traditis, videtur tradita poſſeſſio omnium, quæ ſub claui ſunt, voluit expreſsè Dec. *conſ.* 56. *n.* 2. & per claues intratur ad poſſidendum dicit Bald. *in l.* 2. *C. de verb. ſignif. n.* 1. *& in l.* 1. *C. de crimin. expilat. hereditatum,* vbi eſt bonus tex.
5 de hoc, *& in l.* 1. *§. ſi iuſſerim, ff. de acquir. poſſ.* Quæ poſſeſſio nedum quæritur per traditionem clauium; ſed quæſita retinetur eodem modo, & fortius per retentionem clauium, gloſ. *eſt in l.* 1. *in princ. in verb. quia naturaliter, verſ. ſed quid ſi non eſt in conſpectu, ff. de acquir. poſſeſſ.* quam reputarunt notabilem addentes ad Bart. *in d. l. clauibus, in* 2. *additione,* & eam fuerunt ſequuti Bart. Paul. de Caſtr. Aretin. Alex. & Iaſ. *in d. l.* 1. Quinimmò nedum poſſeſſio acquiritur per traditionem clauium factam mihi, & per retentionem, quam facio clauium, ſed acquiritur, & retinetur per eum, cui me mandante fuit facta traditio, & retentio, quia nihil intereſt an ego, vel alius quilibet poſſideat, vel cui iuſſerim, fuit facta traditio, ſiue data cuſtodia, me
6 mandante, probat apertè tex. *in l. quarundam, ff. de acquir. poſſ.* & in terminis Bal. *in l.* 1. *in fin. C. de crimin. expil. hered.* qui loquitur de traditione clauium facta alij de voluntate mea: volui dixiſſe, ex quo traditis clauibus, & illis apprehenſis per Decurinem fit traditio earum omnibus Capitaneis platearum, qui in eorum quarteriis, & regionibus habent portas intrandi & exeundi, etiam, quæ ad mare proficiſcantur, & ſecundum aliam lecturam nouus Capitaneus, dum creatur ab Illuſtriſſimo Prorege, recipit claues à Capitaneo, qui deponit officium, lapſu temporis finitum, & ideò acquiritur poſſeſſio, etiam Capitaneis Platearum ex traditione prædicta clauium.

Cumque ex prædictis fundatum ſit fideliſſimam 7
Plateam populi extitiſſe & extare in prædicta poſſeſſione ſeu quaſi cuſtodiendi claues, & portas & ordine Illuſtriſſimi Proregis fuit iniunctum debere cuſtodiri ciuitatem, & portas, ne extra illas exeat panis, Dominus Ioann. Baptiſta Criſpus Tribunus plenus, ſeu Decurio mandauit accommodari claues, atque clauſuras portarum, & ſignanter portam, & clauſuram ſancti ſpiritus, & dum Magiſter Vincentius de Monica expertus fuit ad hoc deſtinatus per dictum Decurionem Criſpum commiſit fabro, vt ſuper claui recepta à D. Criſpo, accommodaret clauſuram ferream, & dum faber accommodaſſet, dedit clauem dictæ portæ D. Io. Ant. Melæ de ſedili Portus, & debebat illam reſtituere Magiſtro Vinc. de Monica a quo illam habuerat faber, ex hoc nullum præiudicium fuit cauſatum, neque Decurioni Criſpo, neque eius Fideliſſimæ plateæ, quia dum tradidit clauem vt accommodaret clauſurã aptam ad claudẽdam portam, D. Criſpus illam dedit ab finem cõtinuandi ſuam poſſeſſionem & non animo perdẽdi, quo caſu ius fingit nos poſſidere, cum animũ deſerendæ poſſeſſionis non habemus, pro quo allego primo glo. Magiſtrã *in l. nemo* 8
ambigit. C. de acquir poſſ. & aliam conſimilem, immò meliorẽ *in l.* 1. *§. ſi iuſſerim. in verbo, ponderis, ff. de acquir. poſſ.* quæ dicit quod ſicut per affectum ſine ingreſſu apprehenditur poſſeſſio, multo magis retinetur; ſed magis in terminis noſtris allego glo. *in l. in rem, §. ſignum, ff. de rei vend. in verbo deſcendit,* quæ loquitur apertiſſimè in fabro, & operariis, quam pro ſingulari allegant Angel. inibi Imol. Alex. & alij *in l. de pupillo, §. nunciationem, ff. de non. oper. nunc.* Dec. *in l. velle, ff. de reg. iur. n.* 8. vbi etiam Cagnol. *n.* 11. & alij complures relati per Iacob. Menoch. *lib.* 2. *de arbitr. Iud. cent.* 4. *caſ.* 354. *n.* 36. *& ſeq.* vt Faber, & operarij qui me mandante faciunt, excuſentur ipſi, & ego tenear, & ſic probatur quod nullum præiudicium ex illis infertur. Neque obſtat 9
quod Criſpus dedit clauem eidem Magiſtro Vincẽtio, vt illam conſignare deberet dicto Antonio Mariæ Oriliæ à quo habuit Magiſter Vinc. quia illa traditio non fuit animo deſerendi poſſeſſionem, neque transferendi poſſeſſionem in Oriliam, ſed fuit precario nomine ad preces, & rogitum Antonij Mariæ Oriliæ ei data, quo caſu non dicitur poſſidere; ſed detinere precario; nam aliud eſt poſſidere, aliud in poſſeſſione eſſe *l. ſi quis ante, ff. de acquir. poſſeſſ.* vbi Alex. *numero* 7. qui dicit quod aliud eſt ſtudere, & aliud ſtare in ſtudio, ſicut aliud eſt ſtare in lecto, & aliud eſt dormire in lecto, quod precarium reuocauit Criſpus, & potuit facere clauſuras de nouo, *l.* 1 *ff. de precar.* neque poterat Criſpus 10
dare poſſeſſionem in præiudicium, & damnum plateæ, exemplo tutoris, *l. non omni tit. C. de admin. tut.* vbi etiam gloſ. 1. non derogatur ex hoc plateæ populi, quia hoc principaliter Criſpus non intendebat, neque tale propoſitum habuit, ſed amicitia ductus fecit, *arg. l. ſi quis nec cauſam, ff. ſi cert pet.* & ibi gloſ. 1. quam l. ad hoc allegauit Mar. Frez. *lib.* 3. *de ſubfeud.* in differentia electorũ, *n.* 17. *fol. mihi* 463. & ſi deiectus dici poſſet à poſſeſſione Criſpus, nonne licuit, etiam poſt triduum recuperare poſſeſſionem, & dicitur in eadem poſſeſſione manere, & perſeuerare *l.* 3. *§. cum igitur, ff. de vi. & vi arm.* & 11
iſtud factum dicitur incontinenti, vt dicit gloſ. *in d. §. cum igitur, verſ. continenti,* & fingitur non amiſiſſe poſſeſſionem, *d. gl.* 2. *in l. qui poſſeſſionem, ff. eod.* & vnum factum reputatur, dicit gloſ. fin. *in fin. in l.* 1. *C. vnde vi,* & iſta dilatio tridui requirebatur ad renouandum claues, & clauſuras quamuis in caſu

noſtro quidem interpoſitæ horæ vacauerunt. Et
ideò ſi retinetur poſſeſſio per plateam fidelliſſimi
populi, potuit indubiè dictus Criſpus mandare fa-
bro, vt aliam ponat clauem diuerſam, atque diuer-
ſam clauſuram, illaſque ad libitum ponere amoue-
re, mutare, & millies accommodare, maximè quia,
vt ex abundanti dicam, licèt non ſit neceſſaria cu-
ſtodia prædicta clauium, & portarum, videtur con-
ceſſa in officium dictæ plateæ & Decurionibus illius,
& ſic honor, & dignitas eſt; & quamuis D. de
12 Franch. *in deciſ. 2. incip. Magnificus Camillus, n. 16.*
conetur probare quod ſit onus, loquendo in ſpecie
in officio electi ſeu Decurionis; nihilominus non
potuit euadere, vt non confiteatur, quod honor ſit,
& dignitas, quæ dignitates videntur datæ in of-
ficium, ex his, quæ voluit Andr. *in c. 1. n. 2. de feud.*
March. quem ſequuti ſunt feudiſtæ, vt Camer. *in*
c. Imperialem, §. præterea ducatus, de prohib. feud.
alien. per Feder. fol. 94. lit. L. & d. Iac. de Franch.
13 *in prælud. feud. 2. quæſt. n. 35.* vbi loquitur in digni-
tatibus, & Commiſſariis, & Ciuiliſtæ loquuntur in
ſpecie in Caſtris fortellitiis, ſerraglis ciuitatibus
concéſſis, & aliis dignitatibus in officium, vt latè
per Alex. *in l. quia ta'e, n. 8. ff. ſol. matr.* Ruin. plenè
conſil. 34. in hac lite, vol. 1. num. 6. vt qui habent talia
officia, etiam quod reſultet commodum Ciuitatis,
debent illa cuſtodire eorum ſumptibus, & accom-
modare, vt dicit in ſpecie Angel. *in l. Turres, C. de*
oper. pub. quem ſequitur Boër. *in deciſ. 212. n. 1.* & ſic
ne vlterius progrediar, potuit accommodare, & mu-
tare claues, & clauſuras, vnam amouendo, & aliam
nouam apponendo, & licitè, imò lege permittente
continuando ſuam poſſeſſionem, facere.
14 Secundò, Poſtquam liquet ex prædictis dictam
plateam populi extitiſſe, & extare in poſſeſſione
prædicta per tot, atque tantos actus frequentes poſ-
ſeſſiuos, debet ſine dubio in hac poſſeſſione manu-
teneri, etiam lite pendente ſuper poſſeſſorio, quia
de iure vnicus actus ſufficit ad manutenendum in
poſſeſſorio, allegatur tex. *in c. cum Eccleſia Sutrina,*
de cauſ. poſſeſſ. & propriet. cum aliis plenè relatis, &
congeſtis per D. Io. Vinc. de Anna *in alleg. 131.*
vol. 2. qui ea affert etiam in poſſeſſorio, lite pen-
dente in cauſa præcedentiæ inter Illuſtr. Marcum
Antonium Columna cum Illuſtr. Duce Montiſalti,
& vltra ibi per eum allegata, allego ea, quæ aliàs in
aliis cauſis allegatis antequam imprimerentur eiuſ-
15 dem allegationes, vt eſt Bal. *in l. 2. n. 15. C. de ſeruit. &*
aq. qui eleganter, loquitur Innoc. *in c. 2. de reſtit. in*
integ. vbi etiam Abb. *in fi.* idem Abb. *in c. cũ olim. n. 5.*
de cauſ. poſſ. & propriet. melius Soc. *conſ. 258. in cauſa*
Vicariæ, n. 1. vol. 2. & Innoc. ſequuntur Dec. *conſ. 117.*
col. 2. conſ. 121. & conſ. 124. & 126. & 129. 134. &
149. Abb. *conſ. 54. n. 1. par. 1.* Affl. *dec. 282. n. 2.* quo-
rum opinio eſt communis, vt poſt alios firmauit
Couar. *lib. pract. quæſt. c. 14. col. 7. verſ. Tertium.* Imò
magis, quia nedum ex vnico actu qui ſufficit, & ex
tot, & tantis aliis actibus liquet de poſſeſſione, ſed
etiam ex vltimo actu accommodationis clauium, &
clauſuræ, qui ſimiliter attenditur in poſſeſſoriis, vt
16 probat apertè tex. *in l. item Mela, §. ſed ſi alimenta,*
ff. de alim. & cibar. legat. quem allegat Andr. *in cap. 1.*
num. 4. de his qui feud. dar. poſſ. & ſequitur idem de
Anna *in d. alleg. 131. n. 2.* vbi ſimiliter meminit, &
allegauit Oldrad. *conſ. 312. in tit. de iure Patro.* &
Abb. *conſ. 54. Vol. 1.* ſupra per me adductum. Nam
ſufficit in hoc poſſeſſio ſola, poſſeſſio ſine bona fide,
& abſque titulo; cùm ſumus in interdicto *Vnde vi,*
vel *uti poſſidetis, vt* per Capyc. *deciſ. 189. n. 4. & 109.*
n. 10. Immò ſufficit quaſi poſſeſſio ad finem manu-
tenendi lite pendente, etiamſi illa poſſeſſio ſit con-
tra ius, per tex. *in c. cum veniſſent, extr. de inſtit.* ſe-
quitur D. Defranch. *dec.*.. maximè quia in caſu no-
ſtro ius commune non reſiſtit, vt infra demonſtra-
bo, & poteſt procedere tex. *in cap. cum perſona,* vbi
Gemin. & Philip. Franc. *col. pen. de priuil. in 6.* ſe-
quitur gloſ. Paris *tit. 1. §. 2. gl. 6. n. 4.*
Tertio loco principaliter conſideraui reſponden- 17
dum fore aliquibus ex aduerſo oppoſitis, & præ-
tentis per ſediles Neap. ex quibus magis roborabi-
tur opinio ſuperiùs firmata, & dicunt cuſtodiam
ciuitatis, clauium, & portarum ſpectare ad ipſos de
ſedilibus, & in hac poſſeſſione ſeu quaſi reperirii
per actum vniuerſalem factum de anno 1535. die
25. nouembris, qua die fuit feliciter ingreſſus ci-
uitatem iſtam Potentiſſimus Carolus V. Imperator
recolendæ memoriæ, Pater Inuict. Philippi Regis
noſtri, in quo actu extra portam Capuanam Ioan-
nes Franciſcus Carafa electus pro ſedili Nidi præ-
præſentauit Imperatori claues ciuitatis, ergo ille
actus ſic vniuerſalis inducit de iure poſſeſſionem in
perſona hominum de ſedili, & non actus Decu-
rionis Criſpi, qui non eſt ita vniuerſalis. Cui obie- 18
ctioni attendatur quæſo reſponſio prima in facto,
ſecunda in iure. In facto quia præſentatio clauium
facta eo tempore Potentiſſimo Imperatori fuit fa-
cta nomine ciuitatis ab omnibus electis, & Decu-
rionibus totius Ciuitatis, qui iuerunt obuiam cum
Sindico, & induti veſtibus ſericis omnes Decurio-
nes æqualibus, & paribus veſtibus, & cum cæte-
ris Decurionibus adfuit Gregorius Ruſſus Tribu-
nus plebis, & Decurio pro platea populi de cuius
voluntate omnia fuerunt expedita. In iure autem
reſponſio eſt clariſſima quod dum actus fit nomine
Ciuitatis, & per omnes Decuriones illius ſeu per
vnum, vel duos ex electis Ciuitatis, videtur factus
ab omnibus, & ſingulis de ciuitate, *leg. municipi-*
bus, ff. de cond. & demonſtr. cum gloſ. in verbo *ge-*
runtur, etiã quod explicetur actus per eum qui ma-
iorem, vel minorem haberet dignitatem, *leg. item* 19
eorum, §. ſi Decuriones, ff. quod cuiuſque vniuerſ. nom.
& dum vnus explicat de conſenſu omnium electo-
rum, vt hic videtur explicare, etiam ille, qui ele-
git, quia, qui per alium gerit, & facit per ſe ipſum
gerere, & facere videtur, *leg. ita autem geſſiſſe, ff. de*
adminiſtr. tut. & gloſ. in terminis Decurionum *in*
dict. §. ſi Decuriones, in verbo negotium dedit, & *in l. 1.*
§. deieciſſe, ff. de vi & vi arm. cum concord. aliàs autem
non fuit promiſſa præſentatio vni, niſi haberet pri-
uilegium, vel ex lege, & conſuetudine antiqua eſ-
ſet promiſſum, de qua non liquet, vt *in leg. nulli,*
vbi plenè DD. *ff. eodem tit. quod cuiuſque vniu. nom.* 20
Et ideò ex illa præſentatione clauium facta per
Ioannem Franciſcum Carrafa nihil pro ſedilibus
infertur, niſi ille actus præſentationis, qui fit etiam
nomine populi, & per ipſum populum; ſed benè
oritur concluſio, quod dicta platea populi poſſi-
deat claues, & in poſſeſſione exiſtebat conſeruandi
illas, atque cuſtodiendi ciuitatem, poſtquam ipſe
præſentauit eaſdem Imperatori, & demonſtrauit
poſſeſſionem antiquiſſimam, vt ſupra per plures
actus frequentes, & etiam vltimam poſſeſſionem,
vt ſupra, vnde iſta media poſſeſſio anni 1535. de-
claratur etiam per extrema præcedentia, & ſubſe-
ſequentia, *leg. quadam mulier, ff. de rei vend. vbi gloſ.*
vlt. leg. 2. vbi gloſ. Bart. & alij, *Cod. de acquir. poſſeſſ.*
gloſ. Pariſ. *tit. 1. §. 46. num. 23.* nam verificatis extre-
mis ſe præcedentis & ſubſequentis, media præſu-
muntur, & ſic. media poſſeſſio ſimiliter vera, *leg. 3.*
ff. pro ſolut. leg. ſi ſeruus plurium, §. fin. ff. de leg. 1. cum
aliis concord. Nec refragatur oppoſitio quod actus 21
electorum, & Decurionum populi, & dicti Criſpi
non

non ſit ita vniuerſalis, provt fuit ille actus anni 1535. ex quo actus poſſeſſionis non debent eſſe indifferentes, generales, inordinati, & vagi, quia reſpondetur quòd ſufficit oſtendere poſſeſſionem populi, & Criſpi, data ſcientia, & patientia Aduerſariorum de ſedilibus, vt firmauit multa allegando Afflict. *deciſ.282. orta lite, num.2.* nam iſti actus, imò vnicus actus dicitur appropriatus, qui non ſolet fieri citra ius & nomen poſſeſſionis, vt eſt actus electionis, qui vnicus tantùm ſufficit, vt notabiliter voluit Bald. *in leg.2. num.15. Cod. de ſeruit. & aqua,* & ſcientia, atque patientia iſtorum dictorum de ſedilibus apparet abſque ſcrupulo, & dubitatione. Ideò nedum per frequentiam actuum, & per extrema antiquæ, & nouiſſimæ poſſeſſionis, ſed per vnicum actum data ſcientia, & patientia aduerſariorum fuiſſe demonſtratum, debuiſſet ſufficere, quamuis ita vniuerſalis non fuiſſet, provt actus feliciſſimi ingreſſus Imperatoris.

22 Præterea opponunt iſti DD. de ſedilibus, de iure ipſis competere cuſtodiam ciuitatis, & clauium, tanquã Nobilioribus, Maioribus, & antiquioribus, ex his quæ voluerunt Bart. & alij per illum text. *in leg. cum pater, §. pater pluribus, ff. de leg.2.* & *in l. fin.*
23 *ff. de fid. inſtr.* Quod etiam aſſerunt, nedum de iure, ſed ex quodam figurato priuilegio Regis Catholici; ſed meo iudicio facilis eſt reſolutio, & pro nunc omitto diſputationem, ſi iſti dictorum ſedilium ſint Nobiliores Maiores, & antiquiores iſtis de fideliſſimo populo, quia alia die fortè opportuniori diſceptabimus, quæ verior ſit opinio ſi caſus euenict, & præſuppoſito (citra tamen veri præiudicium) quod regula prædicta attendi debeat in beneficium ſedilium, vt nobilioribus, & antiquioribus ſit committenda cuſtodia ciuitatis, & clauium; nihilominus regula fallit, & limitatur quando in-
24 ferior minus nobilis, & iunior haberet in cuſtodia ciuitatis, & clauiũ maius intereſſe; nam ratione maioris intereſſe inferiori eſt committenda de iure cuſtodia ciuitatis, & clauium: hanc limitationem poſuit Niconitius *in repet. cap. quoniam contra, extr. de probat. verſ. nota ſexto loco,* Abb. quem ad hoc allegauit, & fuit ſequutus expreſsè Caſſan. omnino legendus in catalogo gloriæ mundi *part.11. conſider. 17. in fin. verſ. & vltimo, &c.* Quorum opinio optimè de iure corroboratur, maximè in cuſtodia inſtrumentorum communium, vt primò attendatur, quid actum ſit, ſecundò qui habet maiorem partem & maius intereſſe, tertio dignior, etſi dignitate ſint pares, tunc, quartò attenditur antiquior, ita eruditè declarat Dec. *in leg. procurator. in 3. not. Cod. de edend.* vbi affert iura; ideo ad eum erit confugiendum, & ſecundum hanc opinionem fuiſſe iudicatum teſtatur nouiſſimè D. Vinc. de Franch. *in deciſ.*
25 386. vt conſeruatio inſtrumentorum fieret per hæredem habentem maius intereſſe, & non per vſumfructuarium, in qua cauſa ego interueni tuendo vti Aduocatus iura Magnifici Cæſaris Ciceris, & allegabam Odofredum *in l. inſtrumenta. Cod. de fideicom.* & nunc allego vltra Odofred. Dec. *in dict. leg. Procuratoris,* & gloſ. Pariſien. *tit.1. §.1. gloſ.1. num.17.* vbi dicit feudi proprietarium conſeruare debere inſtrumenta originalia, libros cenſuales, ſeu reditiuales, & catalogum, ſeu dinumeramentũ feudi, & ſic erit firmiſſimè tenendum (cùm pro prædicta opinione fuit aliàs iudicatum) cuſtodiam portarum, & clauium competere plateæ fideliſſimi populi,
26 quia maius habet intereſſe in cuſtodia, tum ratione numeri popularium qui propè infinitus & fermè innumerabilis eſt, tum ratione rei, ob quam fuit ordinatum attentè fieri cuſtodiam, ne exeat panis extra ciuitatem, cùm maius intereſſe verſetur reſpectu populi, eo magis, quia iſti pauci de ſedilibus habent panem diſcretum, & diuerſum, & habent frumenta, & prouiſiones proprias, quæ, & quas non habent pauperes de populo; ſed prædicta placuit fundare ad oſtendendum facere plateam populi maximam iuſtitiam etiam in petitorio, non ad finem tractandi de cauſa petitorij, ſed erit agendum de poſſeſſorio intentato, & nihil de petitorio, vt notiſſimi, & indubitati iuris eſt. Ideò vlterius non inſiſto.

Vnum tamen non putaui omittendum, quod cir- 27
cumſcriptis omnibus prædictis, cuſtodia clauium, & portarum competat de iure Tribuno plebis, cui ſimiliter competit cuſtodire, & vigilias facere, habere curam vt panis non exeat, ſeu quod frumenmentum per annonam abundet, & ſit bonum per caſum legis clarum, & apertum, quòd nullo modo cauillari poteſt, *in leg. officium, §. officium, ff. de re milit.* vbi diſponit prædicta competere Tribuno, quem Tribunum intelligo ego de Tribuno plebis, qui Tribunus plebis fuit creatus in Monte Auentino, dum populus Romanus plebem à populo ſeceſſiſſet, qui eſſent plebij, Magiſtratus, Tribuni, quòd olim in tres partes populus diuiſus erat, & ex ſingulis ſinguli creabantur, vel quia Tribunorum ſuffragio
creabantur, *leg.2. §. iiſdem temporibus, ff. de orig. iur.* 28
hic Tribunus plebis appellatur hodie, & eius loco ſucceſſit electus populi ſemotus ab electis ſedilium, vt dicit Mann. Frez. *in lib.3. de ſubfeud. in differentia electorum, num. 118. fol. mihi 463.* ergo de iure dum tex. *in dict. §. officium*, dicit officium Tribunorum eſt claues portarum ſuſcipere, & alia intelligitur de Tribuno plebis, & ſi dicatur quod intelligitur de Tribuno militum, poſtquam de militibus loquitur, & lex ſtat ſituata *in tit. ff. de re milit.* & ſic de ipſis nobilibus poſſet intelligi. Aduer- 29
tatur quia adhuc competit cuſtodia fideliſſimo populo, & illius Tribuno, ex quo in eodem Senatu Romano poſt leges 12. tabularum latas, plebs, atque plebeij contendebant cum Patribus, & volebant ex ſuo quoque corpore plebeiorum Conſules creare, & Patres recuſabant. Inde factum eſt vt Tribuni militum crearentur, partim ex plebe partim ex Patribus, vt eſt tex. *in dict. leg.2. §. deinde, cum poſt aliquot annos, ff. de orig. iur.* ſic hodie creantur Tribuni plebis, partim ex plebe, & partim ex Patribus, qui nobiliter viuunt, nobiliter naſcuntur, nobiliſſimi ſunt. Adfuere nonnulli Tribuni plebis iam nobiles, etiam declarati per ſententias plures, Doctores legum & genere, & virtutibus clari, & ideò quia iſti Tribuni militum appellantur hodie Tribuni plebis qui partim ex plebe, & partim ex nobilibus creantur, procedit diſpoſitio *dict.* 30
§. officium, & ideò qui erat, & appellabatur Tribunus plebis, nunc Tribunus militum vocatur, & appellari debet, & ita hodie Tribunus militum debet appellari electus populi, & qui dicantur Tribuni & de eius officio declarat latè Luc. de Penn. *in leg. Tribuni, Cod. de re milit. lib.12.* & Alber. remiſſiue in eius dictionario, *in verb. Tribuni.* Neque obſtat quod poſſet intelligi etiam de ipſis de ſedilibus, quod ſunt milites, poſtquam loquitur de Tribuno militum, quia reſpondetur iſtos de ſedilibus habere præſumptionem pro ſe, quod ſint de Patribus nobilibus, & non de plebeiis; nam in ſedili omnes ſunt viri Nobiles, & non adſunt viri plebeij, & non nobiles, & ita ſaltem præſumuntur, & pro nobilibus haben ur, vt dixit in hac ſpecie D. Vinc. de Franch. *in deciſ.207.* Magnus D. Fabritius, *num.13.* ergo ipſi non poſſunt dicere eſſe Tribunos militum

31 militum quia allegarent in ſedilibus adeſſe plebeios, & ſic eorum turpitudinem, quod non licet, *leg. ſi ſeruus plurium*, §. 1. vbi gloſ. *in verb. improbe, ff. de leg.* 1. Bald. & alij *in leg.* 1. *Cod. de cond. ob turp. cauſ.* & interim, dum non liquet de contrario quod adſunt plebeij in ſedilibus, ſtandum eſt diſpoſitioni, ſeu præſumptioni iuris quod ſint de patribus nobilibus, & non de plebeiis; ideò ſi ipſi non ſunt de illis, ergo ſumus nos Tribuni militum, & procedit diſpoſitio *dict. §. officium*, qui licèt loquatur in Præfecto exercituum, & militum, ratio eſt generalis, vt procedat etiam tempore pacis in Præfecto annonæ, populi, & ciuitatis, & ſic in petitorio de quo nunc non agitur adſunt iura aperta in beneficium fideliſſimæ plateæ populi.

32 Nec opitulabitur aduerſariis aſſertum priuilegium Regis Catholici, quia ſi apparebit, prout non apparet, quia oſtendunt quandam cartulam non authenticam, & nullam fidem facientem, erit contra eos, ex quo liquebit cuſtodiam ciuitatis clauium, & portarum ab antiquo ſpectauiſſe ad ciues populi, & non ad illos ſedilium, & nihil apparebit contrarium ciuibus ex dicto priuilegio, neque ſuperioris auctoritate aliquid firmatum, meritò non obſtabit, tantò magis, quia omnia tendent ſuper proprietate, & non ſuper poſſeſſione, vt ſupra; & ideò nihil eſt agendum de hoc imaginato priuilegio, & ex omnibus ſupradictis eſt prouidendum, quod platea fideliſſimi populi manuteneatur in poſſeſſione clauium, & portarum ciuitatis, & ſignanter portæ Spiritus Sancti de qua fuit, & eſt quæſtio, cùm in cæteris non adſit dubium, neque controuerſia.

33 Quartò & vltimo loco occurrunt aliqua circa cuſtodiam clauium, & portæ propè burgum Virginum, ex quo primo ianitor ſeu portarius ſedilis Montaneæ, nomine Illuſtr. Regentis Dauid vocauit Capitaneum dictæ regionis, vt accederet ad Tribunal Sancti Laurentij, & nihilominus non eſt verum Illuſtr. Regentem mandaſſe vocari. Secundò accerſito Capitaneo ad Tribunal idem ianitor ſeu portarius nomine Capitanei petiit clauem exiſtentē in poſſe vxoris illius Officialis vocati (*Lo capodiece della Piazza*) & dixit Magnif. Capitaneum ordinaſſe, vt ſibi conſignaretur clauis, dando ſignia, quia Capitaneus acceſſit vocatus ab Illuſtr. Regente ad Tribunal Sancti Laurentij, & ita fuit conſignata clauis ianitori: duo reſultant ex hoc. Primò delictum falſitatis geminatæ atque ſpolium clauis; quoad falſitatem ex quo vocauit Capitaneum nomine Regentis, qui hoc non mandauit: alia, quia nomine Capitanei petiit clauem, & hoc non mandauit Capitaneus, ergo voluit nomine Regentis diuertere Capitaneum à cuſtodia, vt deinde nomine ipſius peteret clauem, quo caſu falſo aſſeruit prædicta, & falſum, imò furtum committit, dum nomine alterius ſuggerit, & ſupponit, vt in ſpecie voluit

34 Bart. *in leg. falſus creditor, ff. de furt.* & eſt caſus *in leg. falſus Procurator, iunct. gloſ.* 1. *Cod. eo. tit.* vbi aſſerit falſum Procuratorem illum, qui nunquam habuit mandatum, vt in iſto caſu, quia non habuit mãdatum, neque ab Illuſtr. Regente vocãdi capitaneum, neque à Illuſtr. Capitaneo eius nomine petendi clauem, neque credendum eſt iſto caſu nuncio non fideliter officium ſuum exercenti, iuxta gloſ. & DD. *in cap. cum parati, extr. de appell.* maxime quia non apparet aliquem ordinem habuiſſe prædicta exequendi; ideo nulli dubium eſſe eum puniendum & caſtigandum, poſtquam abſtulit clauem ſic perperam, & falsò à poſſe cuſtodis, quare dicit text. *in leg.* 1. *Cod. vi bonorum rap.* quod actio vi bonorum raptorum retrahit mobilia ablata 35
cum ſua pœna, & ſic eſt facienda reſtitutio clauis, & debet puniri ille ianitor ſeu nuncius; quinimmò nulli dubium quod reſtitutio clauis eſt facienda, aliàs eſſet commiſſum ſpolium & haberet locum diſpoſitio *cap. reintegranda* 3. *quæſt.* 1. quæ procedit etiam in rebus laicorum, & priuatorum, vt per Bart. *in leg. ſi coloni, Cod. de agric & cenſit lib.* 11. Iaſ. *in leg. ſi quando, num.* 2. *Cod. vnde vi*, & contra quemlibet poſſeſſorem, etiam ignorantem, & non vitioſum: & ita practicatur hodie per Abb. Panor. *in cap. cum ad ſedem, de reſtitut. ſpoliat.* & agens remedio huius canonis duo habet probare, nimirum poſſeſſionem antiquiorem penes ſpoliatum, & iuniorem poſſeſſionem penes conuentum, licèt non probetur ſpolium, quia ex hoc apparet de ſpolio re ipſa, vt per Afflict. *in deciſ.* 327. *per tot.* & dictum remedium datur etiam contra titulo poſſidentem, vt per eundem Afflict. *deciſ.* 361. *num.* 33. Alex. Socin. & alij *in leg. rem qua nobis, ff. de acquir. poſſ.* & 36
ita erit prouidendum, & quia ea, quæ ex aduerſo oponuntur, non ſubſiſtunt, neque in iure, neque in facto, ideò putaui non eſſe neceſſarium reſpondere, neque vlterius me extendere. Cætera ſupplenda relinquo feliciſſimis ingeniis, atque ſingulariſſimæ doctrinæ Illuſtriſſimorum tot Regentium Regiam Cancellariam, quorum correctioni libentiſſimè prædicta, atque me ipſum ſemper ſubiicio, ſi ſenſerim tantos Illuſtr. atque doctiſſimos viros habuiſſe & habere præceptores. Laus Deo, & Beatiſſimo Thomaſio, cuius vigiliam hodie ſolemniter obſeruamus, die 20. menſis Decembris, 1590.

Ioannes Vincentius Caualerius.

SVMMARIVM.

1 *Salarium Balio debetur licèt à principio non petitum.*

2 *Balij conſtitutio de quo iure ſit.*

3 *Capitulum Regni* fæudatarius decedens, *qualiter permittat Balium dari feudatariis.*

4 *Conſtitutio Regni minoribus, vtrum corrigatur per capitulum Regni Caroli II. vſque ad num.* 5.

6 *Salarium debetur Balio, ſiue ſit relictus in teſtamento, ſiue non.*

7 *Salarium Balio debetur, licèt à principio non fuerit proteſtatus, quod ſecus in tutore.*

8 *Conſtitutio Regni* minoribus, *decidit controuerſiam, de qua hîc.*

9 *Domini de Franchis deciſio* 122. *in præſenti adducitur.*

10 *Textus* in l. à tutoribus, §. fin. ff. de admin. tut. *hic affertur.*

11 *Salarium Balio debitum deducitur tempore reſtitutionis reliquorum.*

12 *Differentia inter Balium, & tutorem in præſenti adducitur.*

13 *Salarium duplex debetur pro duobus officijs compatibilibus.*

14 *Salario*

14 *Salario debito ratione Baliatus non videtur renunciaſſe tutorem.*

15 *Renunciatio quamuis generalis feuda non continet.*

16 *Renunciatio vnius Beneficij non extenditur ad aliud.*

17 *Salarij taxatio qualiter ſit facienda pro Balio.*

ARGVMENTVM.

Salarium taxari, an peti poſſit à Balio alicuius pupilli feudatarij poſt ſuſceptum onus Baliatus, nulla ab initio facta petitione, vel proteſtatione circa ſalarium,& quid in tutore. Diſcrimen quodnam conſtituatur inter Balium,& Tutorem:& de aliis.

ALLEGATIÒ XXVII.

1 DE Duobus dubitari contingit in taxatione ſalarij Baliatus petiti per Dominos Ioannem Franciſcum, & Marium Caracciolos Balios D. Ioſephi eorum nepotis ex D. Antonio Caracciolo fratre; & primo quia dicti DD. Ioannes Franciſcus, & Marius fuerunt relicti Balij in teſtamento condito per dictum Dominum Antonium abſque conſtitutione ſalarij, hoc eſt nulla de ſalario facta mentione, an propterea debeatur. Secundò ex quo dicti Domini Ioannes Franciſcus, & Marius acceptauerunt onus, nulla ab initio facta petitione, vel proteſtatione ſalarij, an nihilominus debeatur; Et partes dictorum Dominorum Ioannis Franciſci, & Marij pro veritate tuendo,concludo eſſe procedendum ad taxationem ſalarij Baliatus prædicti ex infraſcriptis.

2 Quoad primum dubium, ſciendum eſt neceſſariò pro ipſius dilucidatione Imperatorem Federicum in eius Conſtitutione Regni *Minorib. in tit. de iure Balij*, induxiſſe hoc remedium minoribus, qui ſuffragio ætatis iuuari non poterant; concedendo, & prouidendo Balium ex Imperiali remedio, vt ibi legitur apertè; hinc Doctores, inter quos Andr. de Barulo, qui benè gloſſauit illam Conſtitutionem & Andr. de Iſern. in d. conſtitutione dicunt, Baliatum indiſtinctè pertinere ad Regem, & proindè pater, ſeu quiuis alius teſtator decedens, non poterat concedere Balium filiis minoribus& ex quo illud ad Regē pertinebat, ſuperuenit

3 deinde Regis Carol. I I. prouiſio, vt *in cap. Regn. incip. feudatarius decedens*, & permiſit feudatariis decedentibus teſtatis ſtatui Balium filiis minoribus, quem velint, & ſic illud quod ad Regem ex illa conſtitutione pertinebat, voluit eſſe quoque permiſſum feudatariis in eorum teſtamentis,quod olim non erat in teſtamentis feudatariorum permiſſum, & hoc eſt innouatum per dictum cap. Caroli I I. vt teſtatur Iſern. *in d. conſtit. Regn. Minorib.in princ.* & firmauit Ioan.de Arnon. in eius epitome 36. vbi dicit ex preſsè, *d. c. feudatarius decedens*, eſſe correctorium conſtitutionis Regni. Igitur hoc ſolum eſt innouatum per illud cap. Caroli I I. & non cætera diſpoſita in conſt. *Minorib.* ſicut de iure inducta diſpenſatione in vno caſu prohibito,non cenſetur inducta in alio caſu, ſcilicet, & aſſenſus præſtitus per Regem in vno caſu,non extenditur ad alium caſum ſimilem, etiam ex maioritate rationis, ex quo eſt ſtricti iuris, vt latè Camer. *in cap. Imperialem, caſ.44. col.1. in fin. lit. E.* volui ex hoc dicere quod 4
conſt. Reg. *Minoribus* remanet in omnibus firma, & capitulum Regni Caroli I I. nil aliud induxiſſe, niſi licentiam conſtituendi Balium in teſtamento, nam ſalarium, & expenſas conſtituit Imperator Federic. *in d. Conſtit. Regn. Minoribus*, in beneficium Baliorum, & erat moris in Curia Federici dare Balio ſalarium, vt ipſe affirmat *in d. conſt. ibi, ita vlt.* igitur ille vſus Curiæ non eſt ſublatu per capit. Caroli I I. nam lex non corrigit, niſi expreſsè dicatur, & quod non mutatur, quare ſtare prohibetur, vt dixit in multis locis Iſern. vt *in c. 1. de his quid feud. dar poſſ.* & *in c. 1. §. & bona vacantia, quæ ſunt regal.* per tex. *in l. præcipimus. C. de appell* & 5
ideò ſalarium Balio debetur ex more, & vſu Curiæ, & ex Conſtit. Regni *Minoribus*, vt firmat optime Capyc. *in c. Imperialem, §. præterea ſi quis infeudatus, col. mihi 5. verſ. quintum notan. de prohibit. feud. alienat. per Feder.* vbi dicit, quod Balius debet habere ſalarium, victum & veſtitum de bonis pupilli per dictam Conſtit. *Minoribus*, & ſic fuit factum in Baliatu Comitis Neocaſtri, vt ibi firmat. Vnde cum Conſtitutio Regni, & mos illius Curiæ præbeat ſalarium, & Teſtamenta feudatariorum nihil auferant per cap. Regn. igitur, ſiue Baliatus ſit relictus in teſtamento, ſiue non, ſemper debetur ſalarium, & in Baliatu dato in Teſtamento Illuſtr. Marchionis Turſij in perſonam Illuſtr. Marchionis 6
Galatonæ, iudicauit Sacrum Conſilium deberi ſalarium, vt infra dicam, & ex his credo ſufficienter fuiſſe ſatisfactum huic primo dubio licèt à regnicolis non legerim ſic apertè declaratum.

Circa ſecundum dubium difficultatem faciebat, 7
ideò non deberi ſalarium ab initio non petitum ſeu proteſtatum, ex quo in tutore ſic voluit lex, & eſt tex. *in l. à tutorib. §. fin. ff. de adminiſtr. tut. l. in eos, ff. de tutel.* vbi Bart. in ſpecie tenet, Guid. Pap. *dec. 68. incip. quæſitum fuit, n.5.* & firmat Bal. *in conſ. 156. ſuper 1. puncto, vol. 4. in princ.* aſſignant rationem, quia tutores gerunt munus perſonale, abſque detrimento ſeu erogatione ſui patrimonij, & hoc eſſe verum regulariter dicit Angel. Aret. *in §. ſed & propter paupertatem, in fin. inſtit. de excuſat. tutor.* & ita fuit in Sac. Conſ. iudicatum in cauſa Magni Octauij Cugnetti, & iunctis Aulis fuit ita in eodem Sac. Conſ. iudicatum in cauſa Alberici de Iuliis, has deciſiones refert nouiſſimè D. Vinc. de Franch. collector nouarum deciſionum Sac. Conſ. *in deciſ. 122. incip. in cauſa Magn. Octauij.* Sed prædictis in nullo 8
penitus refragantibus contrarium ſtatutum reperio in Balio, vt ſalarium debeatur ipſi Balio, eſto quod ab initio non ſit taxatum, petitum, vel proteſtatum, & allego tex. apertum dictæ conſtitutionis Regni *Minoribus*, vbi in ſpecie dicit *in verſ. ita videlicet*, quod Balius poteſt deducere ſalarium, victum, & veſtitum tempore quo reliqua pupillo reſtituere tenetur, quæ reſtitutio reliquorum fit in fine adminiſtrationis, & ea præterita, *l. ſi quis rationes, ff. de leg. 1. cùm neceſſitatē*, vbi gloſ. & DD. *c. de fideicom.* latè Couar. *lib. 1. var. reſol. c. 14. col. 4. verſ. poſtremò opportunè.* Et ſic in fine adminiſtrationis deducit ſalarium, quod ab initio non fuerat petitum, nec de eo aliter loquutum. Hinc Affl. in dicta Conſt. Regni *minoribus, in 4. notab.* dixit quartò not. ex tex. ibi deducto ea, quod Balius poteſt facere exitum de eo, quod expenſum eſt pro ipſo Baliatu.

9 Item poteſt facere exitum de expenſis, quas ipſe
Balius fecit ſibi pro victu, & veſtitu; igitur præſup-
ponit clarè ex illo tex. poſſe fieri exitum, & dedu-
ctionem in fine, licèt nihil ab initio petitum, vel
proteſtatum ſit, & in terminis noſtris firmat D.
Vinc. de Franch. *in dict. dec.* 122. *in cauſa Magnifici
Octanij, num.* 5. vbi dicit non fuiſſe ab initio peti-
tum, nec per Iudicem conſtitutum ſalarium, & ta-
men fuiſſe deciſum in Balio deberi, aſſerens ſic fuiſ-
ſe factum in perſonam Magn. Petri Follerij, quan-
do fuit datus Balius Magnificæ Beatrici Folleriæ,
referente D. Thoma de Altomare, & nouiſſimè
eo exiſtente relatore in cauſa Illuſtr. Marchionis
Turſij Balij Illuſtr. Marchionis Galatonæ; quinim-
mò Illuſtr. Marchio Turſij erat Balius relictus in
Teſtamento, vt retulit mihi D. Ioannes Franciſcus
de Albario Aduocatus dicti Illuſtriſ. Marchionis
Turſij, & tamen fuit ei taxatum, & ſtatutum ſala-
rium non ab initio petitum, & ſic iſta deciſio ſatis-
facit, tam primo, quàm ſecundo dubio in hac cau-
10 ſa occurrenti. Nec obſtant ea quæ in ſecundo du-
dio allegauimus, quæ faciebant difficultatem, non
deberi ſalarium ab initio non petitum, neque à iu-
dice conſtitutum *per leg. à tutoribus, §. fin. ff. de ad-
miniſtr. tut.* cum cæteris ſuperiùs adductis, non lo-
quuntur in tutoribus datis pro bonis Burgenſaticis,
& non feudalibus, cùm feuda iure Romano erant
incognita, vt latiſſimè diſcutit D. Marin. Frez. qui
tractat de origine feudorum & quo iure ſint inuen-
ta in ſuo primo lib. ſubfeudorum in principio, ad
quem me remitto, & lex Romanorum à principio
dicta eſt ne tutores habeant ſalarium, quando à
11 iudice non eſt ab initio conſtitutum, ſed in Balio
ſecus eſt, immò lex conſtit. Regni à principio di-
cta eſt, vt Balius deducat ſalarium, etiam in fine,
tempore reſtitutionis reliquorum & gloſ. *in dict.
conſt. Regni, Minoribus, in verb. & veſtitu. ſuo*, facit
differentiam inter Balios, & tutores, hoc modo di-
cens, *videtur ergo, quod iſte Balius debeat habere ex-
penſas de bonis pupilli, licèt ſecus in tutore, vt ff. de ad-
miniſtr. tutor. l. à tutoribus, in fin.* hæc illa, & ſic eſt ſa-
tisfactum contrariis.

12 Et adeò vera eſt differentia inter Balium, & tu-
torem, vt Balius detur pro bonis feudalibus, & tu-
tor pro bonis burgenſaticis, vt firmat Afflict. *in
rubr. conſt. Reg. de iur.* Bald. *num.* 1. licèt eos æqui-
paret, dicens quoque eſſe duo officia, licèt compa-
tibilia in vna, & eadem perſona, & poſſunt per
vnam, eandemque perſonam duo officia compati-
bilia exerceri, licèt non regulariter, vt latè per Mo-
dern. Carau. *tit.* 2. *notab. num.* 3. vbi allegat multa
iura & *num.* 32. *in* 3. *limit.* loquitur quando officia
13 ſunt compatibilia, alleg. *leg. ſi conſuli, ff. de adopt. leg.
pen. ff. de offic. Aſſer. leg. iubemus, §. ſanè. Cod. de ſacr.
ſanct. Eccl.* Bart. *in l.* 1. *n.* 18. *ff. de colleg. illic.* Pariſ. *de
ſynd. §. officiũ, fol.* 221. & alios vt ibi infero ex hoc, &
non extra rem, quod ſi tutor renunciauit ſalario de-
bito ratione tutelæ, & ſit Balius, & tutor ſimul quod
14 non videtur renunciaſſe ſalario debito ratione Balia-
tus; nam tutela eſt ſicùt acceſſoria ad Baliatum, dixit
Affl. *in d. rubr. n.* 2. & qui renuntiat acceſſorio, non
videtur renunciaſſe principali, regulæ ſunt claræ,
& allegatione non indigent *in cap. acceſſorium, de
reg. iur. in* 6. & ibi gloſ. *leg. cum principalis, ff. de
15 reg. iur.* vbi Dec. immò fortius tutor datur pro bur-
genſaticis, Balius pro feudalibus, renunciatio facta
quantumuis generalis bonorum, intelligitur de
burgenſaticis, & feuda non includit, niſi de eis ſpe-
cialiter dictum ſit *cap.* 1. *§. in generali, ſi de feud. de-
funct. milit. contr. cap.* 1. *de cap. quitur. vend.* & vtro-
bique DD. ſic videtur in repudiante ſalarium tute-
læ, vt non videatur renunciaſſe ſalario Baliatus,
cùm de eo debebat ſpecialis mentio fieri, tantò ma-
gis, quia duo ſunt officia vnum ab alio diuerſum,
& qui vni ex duobus officiis renunciat, non vide-
tur alteri renunciaſſe, ſicut in habente duo, ſeu plu- 16
ra beneficia, ſi vni renunciat, alteri non dicitur re-
nunciaſſe, *cap. referente, cap. præterea, & cap. de mul-
ta, de præben.* vbi Canoniſtæ; & proinde renuncia-
tio facta de ſalario tutelæ non includit, neque in-
telligitur de ſalario Baliatus, ſecus fortè in renun-
ciante ſalario Baliatus, quia videtur etiam renun-
ciatum ſalarium tutelæ, cum tutela ſit acceſſoria ad
Baliatum, & quod immutatur in principali, vide-
tur immutatum in acceſſorio, vt in ſpecie Afflict. *in
dict. rubr. de iur.* Bald. *num.* 2. dicens, quod immu-
tatum eſt in Balio reſpectu feudorum, cenſetur im-
mutatum reſpectu burgenſaticorum, quæ veniunt
in cura Balij acceſſoriè, per gloſ. *in cap. cùm in cun-
ctis, in verſ. attigerit, extr. de electi on. & in Clem. fin.
de ætate, & qualitate*, cum ſimilibus allegatis per
Alex. *in leg.* 1. *num.* 42. *ff. ſi cert. pet.* & ex his credo, 17
ſufficienter eſſe ſatisfactum dubiis mihi propoſitis,
& proinde debet taxari ſalarium ad minus in duca-
tis mille annuis, ſtantibus tot, & tantis beneficiis
factis in bonis, & hæreditate D. Antonij, cùm ſit au-
ctum patrimonium pupilli in ducatis centum mille,
& plus, opera, ſolertia, induſtria, & vigilantia di-
ctorum Dominorum Ioan. Franciſci & Marij fra-
trum, quod ſolummodo, & ſi iuſtitiam non fouè-
rent provt apertè fouent, deberet inducere Domi-
nus Sacri Conſilij ad taxandum ſalarium petitum,
vt in futurum facilius allici poſſint ad magis au-
gendum dictum pupilli patrimonium.

Ioannes Vincentius Caualerius.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſeries breuiter proponitur.*

2 *Princeps ſi alicui concedat gratiam, vt aliquid facere poſſit, an poſſit illud facere ante expeditionem literarum, & antequam exeant de Cancellaria: & cur inoleuit praxis emparandi ſigillum Regium.*

3 *Falſus precator carere debet impetratis: & an obreptio, & ſubreptio in effectu vitient gratiam, & num. 15.*

4 *Pater ſi vellet donare ſecundogenito feudum hereditarium, excluſo primogenito, an ſit aſſenſus præſtandus, & numero 10. & quid dicendum ſi ex tribus feudis, vellet pater donare vnum: dato Baro ſi tria habeat feuda, poſſit in vno conſtituere dotarium, citra hominis aſſenſum.*

5 *Forma, natura, & lex feudi eſt, vt in illo ſuccedat primogenitus.*

6 *In Regno omnia feuda ſunt hereditaria, & viuitur iure Francorum: & an Pater, ſicut non poteſt fraudare primogenitum per ſucceſſionem in morte, ita quoque neque poſſit in vita, & n. 10.*

7 *Donatio feudi in ſecundogenitum, an di-*

dicatur ſucceſſio, licèt particulariter ſuccedat: & an ſint pares in hoc ſucceſſor particularis & vniuerſalis.

8 *Donatio feudi in ſecundogenitum, an ſapiat vim vltimæ voluntatis, & ſit quædam futuræ ſucceſſionis præuentio.*

9 *Feudum hæreditarium ſiue ſit nouum, ſiue antiquum, an poſſit in extraneum alienari: & an tenor inueſtituræ deroget omni iuri, & naturæ feudorum.*

10 *Pater an poſſit donare feudum ſecundogenito: & quid dicendum in feudo hæreditario cum illa forma iuris Francorum.*

11 *Quilibet rei ſuæ eſt moderator, & arbiter.*

12 *Minimè ſunt mutanda, quæ antiquam habuerunt interpretationem.*

13 *Pacta facta contemplatione matrimonij, an ſint ſeruanda tanquam fauorabilia: & an donationes, quæ occaſione matrimonij fiunt ſint pars ipſius matrimonij.*

14 *Pactum de non alienando cum ſpeciali obligatione, an impediat dominij tranſlationem.*

15 *Si aliquid in aſſenſu dolo, vel aliàs ſubreptum eſt, aſſenſus omnino corruat.*

ARGVMENTVM.

Aſſenſus Regius, an ſit concedendus donationi, quæ fit de feudo à patre filio ſecungenito, primo ſe opponente. Pactum de non alienando feudum cum ſpeciali illius obligatione, an ſit impeditiuum dominij tranſlationis: & de aliis.

ALEGATIO XXVIII.

1 MAGNIFICVS Cæſar Penna aſſerens tria habere, & poſſidere feuda paterna hæreditaria, ſupplicauit excelletiſſimo Proregi pro aſſenſu in donatione facienda filio ſecundogenito. Et quamuis ſit ſignatum memoriale, & conceſſa gratia per verbum *Fiat*, nihilominus comparuit magnificus Io. Baptiſta filius primogenitus, & ſe oppoſuit in præiudicium ipſius non potuiſſe neque poſſe præſtari, ſed debere omninò denegari ex ſubſcriptis.

2 Et primò demonſtratur quod quando Princeps, concedit alicui gratiam, vt aliquid facere poſſit, tunc is non poterit illud facere ante expeditionem literarum; quamuis gratia ab initio effectum obtineat, & ſic requiritur, quod literæ exiuerint de Cancellaria, & expeditum ſit Priuilegium cum ſigillo Regio, ita voluit Bal. *in l. falſus. n.21. C. de furt.* quem ad hoc conciliatis contrariis, expreſſim fuit inſequutus Lud. Molin. de Hiſpan. primog. *lib. 1. cap. 7. n. 57.* & ſic primogenitus ante effectum atque expeditionem gratiæ comparuit. Indè inoleuit praxis qua quotidie vtimur, de emparando ſigillum Regium quæ ſatis iure comprobatur, cum ſit quædam ſpecies proteſtationis, ne actus fiat, quæ impedit hoc caſu actus perfectionem, vt eruditè voluit Paul. de caſtr. qui fuit loquutus in ſpecie in alienatione feudi *in l. edicto, num. 1. C. ſi aduerſ. fiſc.* vel ſaltem vt propriè loquar, reſcindit actum *per l. pen. ff. de reſcin. vend.* & *l. ſi reſiduum. C. de diſtract. pignor.* & hoc ſemper facere conſueuerunt Domini Regentes, vt dixit mihi eruditiſſimus inter Regentes Decanus D. Annibal Moles conſumatiſſimus. Et ideo opportunè contradixit primogenitus, qui etiam emparauit ſigillum, & deinde per memoriale ſupplicauit non fieri, neque concedi aſſenſum.

Quæ contradictio, ſiue oppoſitio optimo iure 3
fundatur, ex quo falſus precator debet carere impetratis, & obreptio in effectu vitiat gratiam ſicut & ſubreptio, *cap. ſup. literis, cap. ad hæc, cap. poſtulaſti, & cap. cæterum, extr. de reſcript.* vbi plenè notatur per ſcribentes, ſed Cæſar expreſſit Principi tria habere feuda, ſcilicet caſtra Galli, Tini, atque Aylani, quod ab omni veritate eſt deuium, ſiquidem Caſtrum Galli fuit refutatum eidem primogenito contemplatione matrimonij contracti per eum cum dote ducatorum decem & octomille, ſic enim omnes refutationes hodie fiunt ob aucupanda matrimonia vt clara voce affirmauit Ioan. Vincent. de Anna *in repet. cap. 1. de vaſſall. decrep. ætat. in rubr. in verb. decrepitæ ætatis, num. 57.* & poſſeſſio penes eundem primogenitum reperitur percipiendo fructus vigore refutationis iam dictæ. Caſtrum vero Aylani poſſidetur per magnificum Ferdinandum Pennam fratrem ſecundogenitum ipſius Cæſaris, vigore tranſlationis cum aſſenſu, ſeruata diſpoſitione Ioannis Franciſci communis patris, atque primi acquirentis, taliter quod vnum tantùm ex illis tribus Caſtris, & feudis poſſidet Cæſar, & proinde aſſenſus fundatus in ſupplicatione prædicta corruit, & expeditio Priuilegij iuſtiſſimè impeditur.

Secundò loco principaliter demonſtratur ex par- 4
ticulari determinatione Camerarij *in c. imperialem de probib. feud. alienand. per Federic.* in duobus locis, *fol. mihi 44. col. 1. & fol. 57. col. 1. in magnis, verſ. Nec iudicio meo*, qua concluditur quod Regentes Regiam Cancellariam indiſtinctè non præſtant aſſenſum quando pater vellet, excluſo primogenito, donare feudum hæreditarium ſecundogenito; nam vix conſentiunt, quando tria habet feuda, vt de tribus donet vnum, *argumen. conſtit.* Regni *ſi quis Baro*, vbi lex conſentit citra hominis aſſenſum, quando ſunt tria feuda, in vno poſſe conſtitui dotarium ad cuius ſimilitudinem conſentire ſolent, non vt ex illa conſtitutione compellerentur Domini Regentes, & ita in Regno ſeruamus, atque iudicauit Sacrum Conſilium in anno 1540. in cauſa Caroli Buzzuti, quicquid deinde iudicauerit tanquam Iudex compromiſſarius acutiſſimus Dominus Franc. Reurterius, ex quo retulit Camerarius eius ſcripta non fuiſſe eidem oſtenſa propter eius à Regno abſentiam, cuius deciſionem retulit ſimiliter Marin. Frez. *in 2. lib. de ſubfeud. in prima quæſtione, incip. ſupereſt vt aliqua, numero 14. in fin. fol. mihi 175.* ſecundum impreſſionem anni 1579. qui retulit omnes Dominos duarum Aularum iudicaſſe aſſenſum non valere, & ratio illa videri iudicio meo fuit & eſt potiſſima, quia aſſenſus eſt contra formam, naturam & legem feudi, quæ forma, natura, ſiue lex eſt vt
primogenitus ſuccedat, quam nunquam Rex inten- 5
dit mutare, inde conſueuerunt opponi clauſulæ,

natura feudi in aliquo non mutata, ſi in ſecundogenitum poſſet pater donando transferre, ferè tota lex, & natura feudi in viuentibus iure Franchorum ſubuerteretur. Nec valet ratio Marin. cum dixit quod illa natura in ſuccedendo nõ mutatur, ſed eadẽ durat ex eadem lege oppoſita in aſſenſu per dictam clauſulam, *natura feudi in aliquo non mutata*: aſſerens feudi naturam non eſſe illam, vt in vita pater cum aſſenſu non poſſit diſponere in alium filium, etſi eſſet, vt tam in vita, quàm in morte feudum tunc non iudicaretur hæreditarium, ſed ex pacto, & prouidentia, quia indicio meo illa eſt propria feudi natura etiam in feudo hæreditario, ex quo in conceſſionibus feudorum, quæ ex communi forma inueſtituræ fiunt in Regno, in quo omnia feuda ſunt hæreditaria, & viuitur iure Francorum, apponuntur clauſulæ, *vt maior natus*, & *maioris ætatis*, atque maſculus mulieri præferatur, quod etiam ſine clauſulà præfertur primogenitus maioris ætatis in locis, in quibus viuitur iure Francorum, vt in conſtitutio-
6 ne Regni, *vt de ſucceſſionibus*, expreſſe cauetur, & ſi illa eſt natura in ſuccedendo in morte in actu vltimæ voluntatis in feudo hæreditario, quare diuerſa dum in vita transfertur feudum per donationem in ſecundogenitum, rationem diuerſitatis non inuenio, vt ſi pater per ſucceſſionem in morte non poteſt fraudare primogenitum, ex quo denegatur aſſenſus, & nunquam conceditur, neque concedi debet, ex quo repugnat iuri Francorum quo ſucceſſio defertur primogenito, vt in conſtit. *vt de ſucceſſionibus*, & ea quæ iure primogenituræ competunt, non poſſunt diſponi in vltima voluntate etiam per donationem cauſa mortis, vt plene per Gloſ.
7 Pariſ. *tit.*1. § 8 *gloſ.*3. *num.*14. quare per ſucceſſionem, ſeu per donationem in vita poterit fraudare, cùm donatio in ſecundogenitum ſimiliter ſucceſſio dicatur; nam etſi in re particulari ſuccedit, adhuc ſucceſſio appellatur. Tex. eſt particularis *in leg. vndẽ, §.1. verſ. nam & pedius ff. de itin. actuque priu.* quem ad hoc allegatum legi in terminis feudorum ſucceſſionis per actum inter viuos per Guliel. Pernum *in conſil. feudalib. conſil.7. col.3. verſ. & per conſequens*, licèt ego conſueuiſſem allegare *leg. fluminum. §. adiicitur. ff. de damn. infect. cap. conſtitutus, extr. de in integr. reſtit.* nam ſucceſſor particularis, & vniuerſalis pares in hoc ſunt, & pares appellantur, apertiſſima iura *in l fin. ff. de exceptio. rei vendit. & leg. etiam. ff. de iureiur.*

8 Præterea illa donatio ſapit vim vltimæ voluntatis, cum ſit quædam prouentio, & retinet omnes qualitates vltimæ voluntatis, & realiter nil aliud eſt illa donatio, niſi quædam futuræ ſucceſſionis præuentio, eſtque eiuſdem naturæ & qualitatis, cuius res ipſa foret, ſi præuentum non eſſet, *argum. leg. cum quo, de peculio. §. fin. ff. ad leg. falcid.* ibi *quia viuus videtur hæredi futuro prouidere*, & *leg.1. §. ſi parens. ff. ſi quis à paren. fuer. manumiſſ.* per quæ iura ita firmauit in donatione facta ſucceſſuro Loffred. *in conſil.3. num.* 30. & licèt fiat inter viuos, retinet omnes qualitates vltimæ voluntatis, ex quo ſoluitur releuium, vita militia, & paragium ſororum; licèt fiat in vita, vt per Ioan. Vincen. de Anna *in repet. cap.1. de vaſſal. decrep. ætat. in verb. refutauit, num.*224. & per eundem *allegat.* 23. *vol.*1. & dicta donatio videtur potius ſupremi iudicij diuiſio, & ſic vltima voluntas, *leg. ſi filia, §. ſi pater, ff. famil. erciſc.* & eſt tex. ad literam *in leg. fin. Cod. famil. erciſc.* & latè declarat Molin. de Hiſpan. primogenitus *lib.1. cap.12. num.1. 5. & ſeq.* vbi plures allegat & vltra eum ad ornatum dictarum legum allego Tib. Decian. *in conſ.*18. *n.*9. *& ſeq. vol.*1.

Neque obſtabit, quod feudum hæreditarium, ſi- 9
ue ſit nouum, ſiue ſit antiquum, poterit alienari in extraneum, & vendi cum Domini conſenſu, etiam contra voluntatem filij primogeniti futuri hæredis, & ſucceſſoris, vt firmauit Andr. *in cap.1. §. hoc quoque, de ſucceſſ. feud.* & *in cap.1. de nat. ſucceſſ. feud.* & *in cap. Titius ſi de feud. defun. milit. fuerit. contron.* cum aliis concordiantibus citatis per Marin. Frez. *in dict.1. quæſt. num.*3. ergo & pari modo videtur poſſe donari. Quia reſpondetur primò quod tunc non ſubuertitur lex, & natura feudi, vt ſecundogenitus præferatur primogenito, quod ſemper eſt conſiderandum in hac forma iuris Francorum, ex quo tenor inueſtituræ derogat omni iuri, & omni naturæ feudorum, & ille tenor & illa forma attenditur, *cap. 1. de duob fratrib. à cap. inueſt.* vbi etiam addentes ad Iſern. in additionibus in verbo *Tenorem*, & *in cap. 1. §. filia, num.*1[illegible]. *verſ. eo tenore, de ſucceſſ. feud.* & ita per illum tex. voluit Iacobin. de feudis, verbo *Marchio in Italia, num* 2. allegat multa Socin. *conſ.* ibi *viſis inueſtituris n.*9. *vol.*2. & pleraque alia cumulauit Pariſ. *conſ.*2. *num.*15. & *conſ.*4. *num.*6. *vol.*1. & *conſ.* 5. *in princ.* & *conſ.*6. *num.* 4. & *conſ.*9. *numer:* 29. *eod. vol.*1. Senatus Pedem. multa etiam declarando *in deciſ.*23. *num.*2. & 26. *part.*1. & nouiſſime Tiber. Decian. *conſ.* 58. *Quæritur nunc, num.*23. *& ſeq. vol.*2. Pactum enim ſiue tenor trahit feudum extra naturales terminos ſuos ad terminos pacti conuenti; ita Bald. *in §. & quia, col.4. in princ. verſic. deinde dicitur hic, de his. qui feud. dar. poſſ.* quem fuit ad hoc ſequutus Guiel. Pern. *conſil.*12. *col.*7. vbi multa de iſta forma iuris Francorum in modo viuendi, & ſuccedendi, & dictum Bald. *in dict. §. & quia*, fuit quoque ſequutus idem Pern. *conſil.* 18. 1. *col.* & Curt. Senior. *conſ.*49. *num.*38. *merito ſi tenet alienatio.* Reſpondetur & ſecundò quãdo pater vendit extraneo feudum cum Domini aſſenſu, & pecunia reperitur in hæreditate, nulla afficeretur iniuria filius primogenitus, ſi pater voluit æquare ſecundogenitum in pretio, & ſi pater pro æqualitate ſeruanda pariter filios dilexit; at quando vult
donare ſecundogenito, & in re, atque in pretio 10
grauatur primogenitus, & ideo dixit Gul. de Pern. *in conſ.7. col.2. verſ. vnde licet*, & *conſ.*12. *col.*3. *verſ. non obſtat*, quod non poteſt pater donare feudum ſecundogenito, allegat Andr. ita dixiſſe *in c. omnes filij, ſi de feud. defunct. milit. contr. fuer.* qui licèt loquatur in feudo ex pacto, loquitur in feudo ex pacto nouo, & nouiter quæſito, tamen feudum ex pacto nouum vti hæreditarium iudicatur quoad primum acquirentem, etiam reſpectu filiorum primi acquirentis, ſecundum eundem Andr. *in c.1. § huius autem generis, ex quibus cauſ. feud. amit. verſ. quando vero dicit hæredibus, vel liberis, &c.* voluit ſimiliter Camer. *in c. Imperialem. fol.*19. *col.*2. *in fin.* & declarauit idem Camer. *in c.1. an agnat. in 4. quæſt. n.* 46. vbi fuit memor loci Andr. & ſic clariùs in feudo hæreditario, cùm illa forma iuris Francorum quod non poſſit donari ſecundogenito in præiudicium primogeniti, voluit Cãnetus *in repetit. c. volentes*, Regni Siciliæ, *fol. mihi* 83. *incip. At reſenta opinione, n.*3. vbi ampliat non poſſe nedum donari, ſed nec alienari in perniciem primogeniti, vbi retulit duos alios Doctores Siculos ita voluiſſe, eandem opinionem tenuit idem Pern. *in d. conſ.*7. allegat Andr. *in c.1. col.3. de nat. ſucceſſ. feud.* quod mirabiliter dixiſſe refert expreſſe Morin. Frez *in d. quæſt.1. num.*12.

Et quamuis Minad. in repetit. conſtitutionis Regni *in aliquibus, in verb. de ſucceſſione, num.* 28. dixerit, quod neque placet diſtinctio prædicta quod valeat venditio in extraneum, & non donatio in ſecun

ſecundogenitum, quoniam vtroque modo poſſet filius primogenitus a patre expendente pecuniam fraudari, vt aliàs dicebat in illa cauſa Buzzutorum de qua tam Camer. quam Frez. verba fecerunt, vt ſuperiùs relatum extitit, in qua omnes regnicolæ illius temporis per claſſes fuerunt diuiſi, vt retulit etiam Frez. Nihilominus ſalua auctoritate illius doctiſſimi Conſiliarij de eius diſplicentia nihil eſt Curandum, hac potiſſimum ratione, ex quo ratio ſua non tendit medullitus ad radicem, & ſic ad formam iuris Francorum, qua attenta, dum vult pater donare ſecundogenito ſubuertit formam, naturam, & legem iuris Francorum inductã in modum formæ viuendi & ſuccedendi in feudis, etiam hæreditariis, ideò dum donat, facit contra legem & naturam feudi hæreditarij accepti eo tenore, lege, natura, ſiue pacto; & proinde circumuenitur ſucceſſio iuris Fràcorum, & lex, ſiue conſtitutio *vt de ſucceſſionibus:* at dum expendit pecuniam vendito feudo ſub eadem lege & natura, cum clauſula *feudi natura non*
11 *mutata,* tunc expendit pecuniam, & non feudum, quam pecuniam lege permittente expendit, cum in re ſua quilibet eſt moderator & arbiter *l. in remandata. C. mand. l. 1. ff. de ſolut.* & dum primogenitus fraudatur pecunia, illa fraus non eſt a iure conſiderata, dum fit donatio in ſecundogenitum contra tenorem, & formam iuris Francor. Et ſic reiectis oppoſitionibus aliorum regnicolarum, remanet tutiſſimè firma opinio fundata in auctoritatibus Andr. Camer. Guliel. de Pern. Cannetij, & aliorum, ſecundum quam referunt regnicole fuiſſe iudicatum in Sacro Conſilio, & nedum Camer. ita tetulit, ſed etiam Frez. qui videtur ab illa opinione diſſentire. Et ita nouiſſimè quoque fuiſſe iudicatum & paſſim iudicari in Sacro Conſil. retulit mihi ille acutiſſimi ingenij vir. D. Vinc. de Franch. eiuſdem Conſilij Præſes benemeritus, & huic ſententiæ vti veriſſimæ inhæſiſſe; ideò minimè ſunt mutanda, quæ antiquam habuerunt interpretationem *l. mini-*
12 *mè*, & *l. ſi de interpretatione, ff. de legib.* & ideò, non eſt facienda conſequentia, poteſt vendere extraneo, & conſumere pecuniam fraudando primogenitum, ergo etiam, & donare ſecundogenito, ex quo diuerſa eſt ratio, & alia ratio pactum reformat; quinimò attenta ratione prædicta quod donatio in ſecundogenitum fieri non poteſt repugnante forma natura, ſiue lege iuris Francorum, non valet donatio facta in ſecundogenitum, etiam contemplatione matrimonij contrahendi, quicquid ſentiat in contrarium Frez. *in dict. part. quæſt. in fin.* qui licet aſſerat ita iudicatum, & benè ex regula, tamen ſalua auctoritate Sacri Conſilij noſtri repugnat ſententiæ primo loco latæ per omnes vtriuſque Aulæ, atque aliis determinationibus demùm factis, cum quibus eſt ſemper firmiter inhærendum.

Tertio loco iuuantur prædicta ex pacto adiecto in inſtrumento pactorum, & capitulorum matrimonialium, dum matrimonium fuit aucupatum, in quo expreſſè præmiſit Cæſar non alienare, neque transferre bona nec per actus vltimæ voluntatis, nec inter viuos, ad finem vt Io. Baptiſta remaneat æquanimiter admiſſus in bonis paternis, & in caſu alienationis fortè faciendæ quod ex nunc pro tunc alienatio intelligatur nulla, inefficax nulliuſque roboris atque momenti, & tali pacto fuit concluſum, & aucupatum dictum matrimonium cum obligatione nedum generali, ſed etiam ſpeciali omnium bonorum dicti Cæſaris. Ex dicto pacto duæ veriſſimæ concluſiones in iure reſultant. Prima quod dicta pacta ſunt irreuocabilia, ex quo cauſa finalis fuit matrimonij contrahendi, ſecunda quod Cæſar non poteſt alienare bona neque transferre dominium; nàm quicquid indè ſequitur nulliter fit in perniciem matrimonij.

Et quoad primam concluſionem erit aduertendum, quod pacta facta contemplatione matrimonij 13
ſunt ſeruanda, & non ſubdolè contrahentes procedere, & decipi, cùm ſint fauorabilia, vt amplè voluit pro more locupletiſſimus ille Doctor (quem ſemper ſic appello) Tiber. Decian. *in conſil. 7. n. 118. vol. 1.* Quinimò donationes quæ occaſione matrimonij fiunt, & in ipſius tractatu, ſunt pars ipſius matrimonij & contractus, & confunduntur cum toto ipſo contractu, & proindè irreuocabiles in præiudicium omnium, qui in ipſo contractu interuenerunt ex dictis per Guid. Pap. *deciſio. 145. num. 2. circa medium*, quem fuit ad hoc ſequutus Dominus de Franc. acutiſſimus *in deciſioh. 205. conſueuerant, n. 1. part. 1.* qui plus dixit quod quemadmodum matrimonium irritari non poteſt quod non eſſet alias ſine donatione, & pacto cõtractum, ita nec donatio, ſiue pactum, quæ, & quod eſt pars illius, allegat ita in ſpecie ex multis tenere Tellium Ferdinandes ſuper conſtitutione Tauri *in l. 17. num. 73. verſ. quod eſt adeo verum, fol. 142.* & Signanter ex deciſione Bal. *in l. ſi Præſes, C. de donatio.* & pro hac opinione dicit eſſe tex. *in l. bonæ fidei, ff. de pecul.* atque ita ſemper iudicatum, quinimo donatio prædicta, ſiue pactum dicuntur ob cauſam, & ob cauſam finalẽ, & non impulſiuam matrimonij, & ſic non ſimplex dicitur donatio, vt opinabatur Oldrad. *conſil. 5.* ſed ob cauſam finalem, vt latè contra Oldrad. ex multis firmauit Rolan. à Vall. *conſil. 44. vol. 4.* Sign. *n. 14.* Et locupletiſſ. Tiber. Decian. *conſ. 79. Studendo ergo breuitati, num. 41. vol. 2.* Et ideo irreuocabilia.

Quo verò ad ſecundam concluſionem dicitur 14
quod pactum de non alienando cum ſpeciali obligatione impediunt dominij tranſlationẽ, eſt caſus *in leg. ſi creditor. § fin. ff. de diſtr. pign.* ſecundùm literam pilan. um, & veram, ibi, *nullam eſſe venditionem, vt pactioni ſtetur:* & fuit contentio inter Bart. & Bald. qui miſerũt Piſis pro pandectis, vt videretur vera lectura, refert idem Bart. *in leg. filiusfamilias, § diui, n. 14. ff. de leg. 1.* ſunt qui dicunt Bald. corrupiſſe literam, vt refert Roder. Duar. *in repetit. leg. poſt rem iudicatam, ff. de re iudicat.* in declaratione ad legem Regni, ibi, *Que las cumplades*, & additio inibi *num. 7.* & ſic ſpecialis hypotheca cum pacto de non alienando impedit tranſlationem dominij, & eſt communis opinio, vt teſtantur doct. *in leg. ſi ita quis § ea lege. ff. de verb. oblig.* vt multis adductis retulit Negul. *in tract. de pignor. in 1. membr. 2. part. num. 5. verſ. quinta differentia*, & Couarru. *lib. 2. variar. reſolut. cap. 15. num. 3. verſ. vltimo eſt ad hac conſiderandum.* & ideò ex prædictis non valet tranſlatio, & donatio in ſecundogenitum vltimo loco, ne quid pro omnium complemento omiſſum videatur in caſu in quem Baro tria poſſideret feuda, prout non
poſſidet, ſi aliquid in aſſenſu dolo, vel aliter eſt 15
ſubreptum, aſſenſus omnino corrueret, vt expreſſim ex amplè dictis per Camerar. *in d. c. imperialẽ, car. 57. 1. col. in fin.* liquet, & ex allegatis per me ſuperius in primo fundamento, ſed qui maior dolus, & quæ maior ſubreptio dici poteſt, quàm taciturnitas pactorũ prædictorum adiectorum in capitulis matrimonialibus de non alienando bona pro æqualatione bonorum in beneficium Ioan. Baptiſtæ propter matrimonium, aliàs non contractum, neque aucupatum, quæ pacta ſi fuiſſent expreſſa Principi, abſque dubio aſſenſus fuiſſet denegatus, & denegari obindè debet. Supereſt perilluſtr. ac benigniſſimi Domini Regentes, poſtquàm cauſa ex prædictis ſatis commendata

commendata extitit, ſi quid boni dictum eſt naturæ, & formæ iuris Francorum, ſatis inſiti, atque à regulis feudorum non alieni, vt dum cauſa hæc in Collaterali Conſilio ventilabitur, me ipſum omni humano auxilio deſtitutum, nedum ex ſolis his ſcriptis, ſed ex propria penè natura intra domus meæ parietes ab anno 1565. ſemper abſtractum, ac ſtudiis mancipatum commendare dignetis Excellentiſſimo atque Generoſiſſimo Proregi harum qualitatum arctiſſimo inſectori, vt perpetuæ obligationis nexu me tantis Protectoribus teneri, profiteri valeam, quibus ſemper in omnibus me ſubmitto,& perpetuam ſalutem,atque felicitatem deprecor, & ſit poſitus finis huic conſultationi die.5.Iunij 1594. die ſolis.

Ioannes Vincentius Caualerius.

SVMMARIVM.

1 *Debitor pro multis fiſco debitis vtrum poſſit cedere bonis cum ignominia.*
2 *Mulcta, & pœna in quo differant.*
3 *Mulcta eſt illa, quæ pro motu Iudicis fuit impoſita.*
4 *Iudex poteſt remittere debitori mulctam fiſco applicandam, & quando.*
5 *Ceſſio bonorum cum ignominia pro ſolutione habetur.*
6 *Iudex remittere nequit pœnam pecuniariam, & quomodo.*

ARGVMENTVM.

Debitor fiſci ex cauſa mulctarum, nùm bonis cedere poſſit cum ignominia ſuper lapide M. C. V. Diſcrimen quodnam conſtituitur inter mulctam, & pœnam: & de aliis ad materiam pertinentibus.

ALLEGATIO XXIX.

1 CAVSAM Nardi Angeli, Manſi fideiuſſoris Notarij Ioan. Iacobi Carolæ vnciarum XXV. de tenendo Palatium loco carceris, decreueram voce tueri pro eius aperta iuſtitia, tamen, vt præceptis eruditiſſimi conſiliarij Veſpuli obtemperem, rogo attendantur infraſcripta.

Et cardo reſeruandus, ſiue difficultas reſoluenda erit, An pro multis fiſco debitis poſſit debitor cedere bonis cum ignominia, ſupra lapidem Magnæ Curiæ Vicariæ, more conſueto.

2 Sed antequam ad articuli veram explicationem procedam, erit conſtituenda & præmittenda differentia inter mulctam, & pœnam, nam mulcta eſt cuiuſdam delicti ſpecialis pœna, quaſi ex proprio motu Iudicis procedens *leg. aliud, §. inter mulctam, ff. de verb. oblig.* vt putà ſi Iudex puniuit eum, qui nimis inſipuit coram eo, vel non obediuit præcepto ſuo, ſecundùm Bart. *in leg. ſi qua pœna, ff. eod. titul. num.* 7. & dicitur mulcta extraordinaria impoſita arbitrio Iudicantis, ſequitur Boër. *deciſ.* 349. *num.* 3. pœna verò eſt delictorum coërctio, ſiue ſit certa, ſiue non, & cùm pro delicto imponitur, ſemper eſt pœna,& dum Iudex condemnat, hinc declarat pœnam, quia iudex ſemper declarat, *l. ſanctio legum, ff. de pœnis,* & voluit inibi Bart.

Ex hac differentia quæ de iure conſideratur inter mulctam & pœnam, oritur deciſio, & reſolutio propriæ quæſtionis: nam mulcta eſt illa quæ pro motu Iudicis fuit impoſita, quia præcepto ſuo non obeditur, ſcilicet de præſentando Notarium Ioannem Iacobum, & ſi non præſentauerit, quod mulctetur fideiuſſor in pecunia fiſco applicanda. 3

Et ideo iudex poteſt remittere mulctam fiſco applicandam debitori ob eius paupertatem, prout eſt caſus *in leg. illicitas, §. fin. ff. de offic. Præſid.* vbi gloſ. in verbo *neceſſitatem,* illud in ſpecie notauit, & ibidem Bart. Alber. & Angel. contex. *in leg. fin. Cod. de mod. mulct.* & ibidem Ioan. Faber, ſequitur Boër. *deciſ.* 349. *num.* 2. aſſignant aliam rationem præ cæteris, quia inanis eſt actio, quam inopia debitoris excuſat *leg. nam inanis, ff. de dol.* & prædictam eſſe communem opinionem teſtantur Vaſq. *lib.* 1. *contr. illuſt. cap.* 24. *num.* 15. & Iul. Clar. *lib.* 5. *ſent. §. fin. quæſt.* 95. *verſ. hæc autem omnia,* vbi dixit ita vidiſſe ſæpè numero fieri per Senatum. Quod non procedit in mulcta partibus applicanda pro eorum intereſſe ſecundùm Bald. *in leg. reſcripta, in fin. Cod. de precib. Imperat. offer.* gloſ. & Doct. *in leg. venia, Cod. de in ius voc.* Andr. Barbat. *conſ.* 11. *col. antepen. verſ. cupio nunc aliud dubium, vol.* 4. Alber. *in leg. quicunque, Cod. de ſeru. fugit. col.* 2. & *col. vlt.* Luc. de Pen. *in leg. prædia, col.* 18. *verſ.* 26. *ſic in remiſſione pœnarum, Cod. de locat. prædior. ciuilium, lib.* 11. Boër. *in d. deciſ.* 349. *n.* 3. & Ferdinand, Vaſq. *in loc. cit.* quod mihi ſummopere placuit ex mente Innoc. Butr. Abb. Imol. & omnium ferè Canoniſtarum *in cap. Odoardus, extr. de ſolut.* vbi ampla eſt materia declarata, & notanter explicauit Iſern. *in c.* 1. *§. Banno Imperiali, n.* 4. *de ſtat. & conſuetud. contr. liber. Eccleſ.* 4

Et iſta remiſſio facta à Iudice, quia fit per debitorem, explicando actum cum ignominia ſupra lapidem, cedit loco ſolutionis in tantum quod ſi debitor peruenit ad pinguiorem fortunam, amplius non tenetur fiſco ſoluere, gloſ. eſt not. *in cap. ſicut dignum, §. eos inſuper, extr. de homicid.* per quam ita firmauit Guid. Papa *deciſ.* 343. & pleniùs Couarru. *lib.* 2. *var. reſolut. cap.* 1. *num.* 6. & ita praxis ſeruat, prout in aliis creditoribus ſemper vidi ſeruatum in noſtris Tribunalibus. 5

Pœnam verò licèt pecuniariam ex delictorum coërctione à lege procedente Iudex remittere nequit *leg. acta, §. de amplianda, ff. de re iud. leg. pœnam. Cod de pœn.* vbi etiam gloſ. Magiſtra declarat, & pleniùs Canoniſtæ *in dict. cap. Odoardus,* & Iſern. vbi ſupra *num.* 5. quod etiam euidenti ratione fundatur, ex quo ſi Reus non habet in ære, debet luere in corpore, *leg. fin. ff. de in ius voc. leg.* 1. *§. fin. ff. de pœn.* & eſt communis opinio, vt multis relatis plenè examinauit Couar. *lib.* 2. *var. reſolut. cap.* 1. *num.* 8. *verſ. præterea dubitatur,* & de communi quoque teſtatur Iul. Clar. *in dict. lib. ſent. §. fin. quæſt.* 95. *verſic. ſed pone quod iſte,* ad quos ne diutiùs hic immorer, me conijcio, atque ne videar eruditiones aliorum potius tranſcribere, quam veritati ſtudere. Cætera ſuppleat doctrina eruditiſſimi Veſpuli atque aliorum clariſſimorum Iudicum Magnæ Curiæ, quibus in omnibus me ſubmitto, & ſemper commendo. 6

Ioannes Vincentius Caualerius.

SVMMA

SVMMARIVM.

1 *Inter Conſiliarios Regis an attendatur prioritas in adeptione poſſeſſionis officij, magis quàm data Priuilegij: quando quis verè Conſiliarius dici poſſit, & numer. 11.*

2 *Regens Albertinus cur obtinuit ad ſui fauorem, vt præcederet, cùm priùs obtinuerat priuilegium, ſed non poſſeſſionem.*

3 *Vicerex an teneatur iurare in manibus Electorum, & ante hac impleta, officium prædeceſſoris non expiret.*

4 *Qui priùs poſſeſſionem adipiſcitur priori in loco an ſedeat: & an ex ordine ſeſſionis declaretur dignitas.*

5 *Ex data Priuilegij an quis poſſit prætendere ſe priùs electum, & conſequenter digniorem: & an ex Priuilegio transferatur dominium, & poſſeſſio.*

6 *Priuilegium, quod expeditur an ſit de eſſentia gratiæ, vel ad eius probationem: & an gratia ſolo verbo ſit perfecta.*

7 *Rex concedens officium in Priuilegio an intendat, quod ex ſolo priuilegio officij dominium, & poſſeſſio transferatur, vel quod ſuſpendatur donec debitum iuramentum præſtetur.*

8 *Salarium Conſiliario electo non datur, niſi præſtito iuramento, & capta poſſeſſione: & quid dicendum in ſimplici dignitate ſeparata ab adminiſtratione & iuriſdictione.*

9 *Capta poſſeſſione legitimè, an ius ſit legitimè quæſitum: & an poſſit contra aliquid prætendi, niſi annullata huiuſmodi poſſeſſione.*

10 *Priuilegia in hoc Regno, vt ſint valida an ſint expedienda litteræ exequutoriales, manu Proregis, Secretarij, & Taxatoris huius Regni ſignata: & an expeditis dictis literis exequutorialibus priuilegium retrotrahatur ad tempus Datæ: & quid dicendum in præiudicium aliorum, quibus ius fuerit quæſitum.*

11 *Conſiliarius Regis poſt ſui creationem iuramentum præſtare tenetur in manibus Præſidentis Sacri Conſilij: & an iuramenti præſtatio ſit de forma, quæ non poteſt omitti.*

12 *Poſt præſtitum iuramentum adſcribitur Conſiliarius in libro portionum, & ſalarium currit.*

13 *Conſuetudo an ſit attendenda, & cuilibet locum ſedendi aſſignet: & adducitur factum Illuſtriſ. Marchionis Marconi Regentis Collateralis Conſilij cum Regente Lanzio: & vter eorum obtinuit in prioritate.*

14 *Conſiliarius Conſtantius poſſeſſionem adeptus fuit ante Conſiliarium Gizzarellum ex nimia eius vigilantia abſque Regis priuilegio, & quomodo.*

ARGVMENTVM.

Conſiliarius à Domino noſtro Rege electus anterior in data priuilegij, núm præcedere poſſit alium Regium Conſiliarium in data priuilegij poſteriorem, ſed in adminiſtratione, & poſſeſſione officij anteriorem: & de pluribus notabilibus ad materiam pertinentibus.

ALLEGATIO XXX.

INTER Conſiliarios Regis prioritas temporis attenditur circa adeptionem poſſeſſionis officij, magis quàm data priuilegij, cùm ſit officium, cui eſt annexa iuriſdictio, & adminiſtratio, & præcedente iuramento datur poſſeſſio; quo caſu non poterit dici verè Conſiliarius, niſi poſt iuramenti præſtationem habuiſſet poſſeſſionem, *l. 1 in verſ. cùm poſterior, iuncta gloſ. in verb. auſpicia, Cod. de Conſul. lib.* 12. vbi Ioan. de Plat. *l. Publius Manius, ff. de cond. & demonſ.* Afflict. *in proœmio Conſt. quæſ.* 16. *num.* 4. non enim prodeſt creatio, niſi ſecuta ſit adminiſtratio, *l. ſed & milites. §. quæſitum, ff. de excuſ. tut.* vbi Bald. & ſequitur Pariſ. *in tract. Sindic. in verſ. in officio tria requiruntur, Electio acceptatio, & ingreſſus officij*, Boër. *deciſ.* 150. *col.* 2. & D. Frezza meus patruus, bonæ memoriæ, de præcedentia Dominorum Regiam Cancellariam Regentium *n.* 56. 1
Et licèt dicta quæſtione referat fuiſſe iudicatum in fauorem Regentis Albertini qui priùs obtinuerat priuilegium, hoc tamen dicit fuiſſe ita decretum ex verbis priuilegij, & cedulæ ſuæ Cæſareæ Maieſtatis *num.* 71. *in fin.* etiam quia dictus Regens Albertinus erat per prius Regens, & Conſiliarius Collateralis apud Cæſaream Maieſtatem, & ex poſſeſſione quam habebat officij Regentis penes Cæſaream Maieſtatem iam acquiſiuerat poſſeſſionem reſpectu omnium exercendi iuriſdictionem, & aſſiſtendi tam in Curia Cæſareæ Maieſtatis, quàm penes Illuſtriſſimum Proregem in Regno Neapolitano, vt bene fundatur in dicta quæſtione *num.* 65. *in fin. verſ. nec me mouet*, & propterea deciſio facta in dicta quæſtione, non obſtat quæſtioni, de qua agitur, ſed rationes, & iura, quæ per Frezzam allegantur, apertè fundant intentionem eius, qui priùs adipiſcitur poſſeſſionem in ſimilibus officiis habentibus iuriſdictionem, & adminiſtrationem, facit tex. *in l.* 2. *Cod. vt dign. ord. ſeruet.* ibi, *vt primo loco habeantur ij, qui in actu poſiti Illuſtres peregerint adminiſtrationes*, quem allegat Loffred. *in paraphr. feud. C. omnes, c. ſi de feud. fuer. contr. verſ. confirmantur prædicta*, & probat tex. *in l.* 1. *Cod. de præpoſ. ſac. cubic.* & Gloſ. *in cap. fin. in verſ. antiquiores, de conſuet. in* 6.
&

3 & ideò dicit Dominus de Franch. *deciſ.* 393. quod ex quo officium Viceregis habet annexam iuriſditionem debet iurare in manibus Electorum, ante hæc impleta officium Prædeceſſoris non expirat, *l.* 1. *de offi. Præſ.* Auguſt. Bald. *in l. meminiſſe, in fin. verſ.* ibi, *& vnum ſcias, ff. de offic. Proconſ.* & quod fuit ita obſeruatum per Illuſtriſſimum & Excellentiſſimum Dominum D. Ioannem de Zunica Viceregem huius Regni tempore ſui diſceſſus; licet Excellentiſſimus Dux Vſſunorum fuiſſet Puteolis, & quod obſeruatur in capite, erit in aliis obſeruandum, *§. ſed hodie, inſt. de ſatiſd.* Andr. *in conſtitutione* Regni *ſiquis in poſterum,* & *in conſt. in pecuniariis, in verſ.* M.C.D. de Franch. *deciſ.* 253.

4 Is enim, qui priùs poſſeſſionem adipiſcitur, priori loco ſedet, ergo dignior cenſetur, gloſ. *in §. fin. inſt. de iur. nat. gent. & ciuil. l.* 2. *§. Seruius Sulpitius, de orig. iur.* & ex ordine ſeſſionis declaratur dignitas, *c. antiqua,* & *c. ex ore, §.* 1. *de priuil.* & in ſeſſione conſiſtit honor, Bald. *in l. quoties, Cod. vbi ſen. vel clariſſ.* ſi ergo priùs præſtitum eſt iuramentum & in Conſilio priorem ſedem habuimus per multos menſes ex Priuilegio ſuæ Maieſtatis, quomodo alius in eadem ſede reponi poterit, cùm non reperiatur vacans, ſed per priùs legitimè occupata *l.* 1. *Cod. de Præfect. Prætor.* ſiue verba *in fin. cap.* 1. *de maiorat. & obedient. cap. Epiſcop.* 74. *diſtinct.*

5 Nec obſtat, quod ex data priuilegij prætendat ſe priùs electum à ſua Maieſtate, & quod propterea cenſeatur dignior, ex adductis per Frezz. *de præceden. inter Principem, & magnum Cancellarium num.* 3. quaſi ex priuilegio transferatur dominium & poſſeſſio, ex iis, quæ ſcribit Loffr. *in paraphr. feud. in* 2. *col.* & quod præferatur ſecundo habenti poſterius titulum, etiam ſi ſit poſſeſſor, *c. capitulum ſanctæ Crucis, de reſcript.* & tenet Rom. *conſ.* 298. circa præmiſſum, & Iaſ. *conſ.* 27. *vol.* 2. ſiquidem reſpondetur meam creationem factam fuiſſe de menſe Iulij à Catholica Maieſtate, & ita pariter

6 Conſiliarij Iacobi de Franchis, prout ex literis Illuſtriſſimi & Excellentiſſimi Domini Preſidentis Italiæ, & priuilegium quod poſt expeditur, non eſt ad eſſe gratiæ, ſed ad eius probationem, nam ſolo verbo cenſetur perfecta ex dictis Bald. *in l. humanum, Cod. de leg. in fin.* & *in l. ſi qua per calumniam, Cod. de Epiſc. & Cler.* quod etiam probatur ex publicatione facta per Illuſtriſſimum & Excellentiſſimum Dominum Proregem ſub die 17. Auguſti, mihi particulariter, teſte Conſiliario Octauiano Cæſare, & die 23. Auguſti publicè publicatum fuit, & die 27. Auguſti cepimus poſſeſſionem, ex quibus clarè patet, noſtram electionem ſatis ante datam Priuilegij Conſiliarij Valdeuieſcio factam fuiſſe, & licèt in expeditione priuilegiorum anticipatio data in dicto priuilegio Conſiliarij Valdeuieſcio reperiatur, hoc enim ex nimia eius diligentia proceſſit, & eius præſentia, non autem ex Regis voluntate, & ideò de prædicta data Priuilegij ratio haberi non debet.

7 Præterea dum Rex in priuilegio concedit officium more ſolito, non intendit, quod ex ſolo priuilegio transferatur dominium, & poſſeſſio officij, ſed quod ſuſpendatur, donec præſtiterit iuramentum in manibus circumſpecti Præſidentis, & fuerit executoriatum in hoc regno, prout in Regiis Pragmaticis, quibus non adimpletis, nullum ius poteſt cenſeri quæſitum electo, tanquam electio facta ſub cauſa, & qualitate per priùs adimplenda, *cap. ſi pro te, de reſcript. in* 6. Feder. *conſ.* 69. quæ iura ad propoſitum allegat Rebuff. *in tract. nominationum, q.* 21. *num.* 19. *verſ.* 7. reſtringitur, & habetur. *in l.* 1. *& toto tit. Cod. de donat. quæ ſub modo.* & propterea ſalarium Conſiliario electo non datur, niſi præſtito iuramento, & capta poſſeſſione ea adminiſtratione, & 8
contraria quæ poſſunt adduci, procedunt in ſimplici dignitate ſeparata ab adminiſtratione, ſeu iuriſdictione, pro vt in gratioſis, in quibus tempus datæ eſt attendendum, & probat tex. *in d. c. capitulum ſanctæ Crucis,* cum aliis allegatis per Rebuff. *d. q.* 21. *num.* 9. Caſſ. *in conſuet. Burgund. in tit. des Indices, doct.* 2. *rubr.* 1. *num.* 180. §. 3. Affl. *deciſ.* 253. Bell. *in ſpecul. Principum, ſub rubr. de pub. for. col.* 5. *num.* 6. *fol.* 22. & Ripa *lib.* 1. *de reſcript. cap.* 2. in illis enim ex ſola nominatione, ſeu collatione ius plene quæritur, & legibus particularibus fuit prouiſum, quod tempus datæ attendatur non autem capturæ poſſeſſionis, cuius contrarium in officiis habentibus annexam adminiſtrationem, ſeu iuriſdictionem prouiſum fuiſſe probatur ex prædictis iuribus, & tenet Tiraquell. *de nobilitate, c.* 6. Oldrad. *conſ.* 180. *col.* 3. *verſ.* 2. & latè *deciſ. Dom. de Franch.* 62.

Præterea capta poſſeſſione per nos legitimè, nédum virtute cedulæ ſuæ Excellentiæ priuilegij Regis executoriati ante priuilegium Conſiliarij Valdeuieſcio, ius noſtrum fuit legitimè quæſitum, nec poſſet retrotrahi in noſtrum præiudicium, nec tenebamur nos ipſum expectare pro capienda poſſeſſione, & per viam iuſtitiæ non poſſet hoc prætendere, niſi annullata noſtra poſſeſſione legitimè capta, quæ nullo iure annullari poteſt; & propterea in priorem ſedem, ſeu locum admitti non poteſt, Cuman. & Iaſ. *in leg. in ſuis, §. quid ſi tantùm, in lectura* 2. *col.* 14. *de lib. & poſthum. per leg. quod ſi minor Scæuola,* & *§ reſtitutio, ff. de minor.* cum aliis adductis per Gloſ. Pariſ. §. 22. *verſic.* 6. *quæro, numer.* 36. & 39. 9

Nec eſt omittendum, quod virtute Regiarum Pragmaticarum, vt Regia priuilegia ſint valida in hoc Regno, ſunt expediendæ literæ executoriales, ſine quibus valida non erunt, nec vllius roboris in Regno, niſi nomine Illuſtriſſimi & Excellentiſſimi Domini Proregis Regni, manu Secretarij, & Taxatoris huius Regni fuerint ſigillatæ, & firmatæ, Pragmatica prima & ſecunda *de fide memorialium,* & ſi infrà annum literæ executoriales expeditæ non fuerint, habentur priuilegia pro non expeditis in pragmatica vnica *de priuilegiis infra vnum punct.* Quapropter non capiunt vim ex data ipſorum, ſed expeditione dictarum literarum executorialium, adimpletis qualitatibus in priuilegio contentis, & licet expeditis literis executorialibus retrotrahatur priuilegium ad tempus datæ pro executione gratiæ factæ, ex dictis per D. de Franchis *in dict. deciſ.* 62. hæc tamen retrotractio nullo modo fieri poteſt in præiudicium eorum, quibus iure legitimo fuit ius legitimè quæſitum, *cap. quamuis, de reſcript. in* 6. Et præſertim quando ex parte eius, qui priuilegium obtinuit, aliqua per priùs adimpleri debebant, prout eſt in hoc Regno expeditio literarum executorialium & iuramenti præſtatio, quæ impediunt, vt in præiudicium aliorum retrotrahi non poſſint, Paul. de Caſtro *in leg.* 1. *Cod. vt lit. pend. in principio,* Anton. de Butr. *in cap. dilectus, il* 2. *de præbend.* Andr. *in cap.* 1. *in addit. de prohib. feud. alien. per Lottar.* Luc. *in leg. vnicuique. Cod. de proxim ſacr. ſcrinior. lib....* vt benè conſiderat dictus D. de Franchis *in deciſ.* 62. 10

Comprobantur prædicta ex pragnatica 2. *de officio ſac. Conſ. verſ. igitur ſacrum Conſilium:* vbi poſt creationem Conſiliarij mandat Rex Ferdinandus, quod Conſiliarius præſtet iuramentum ſecundùm formam ibi traditam in manibus Præſidentis ſacri Conſilij, 11

Conſilij; & ita iuramenti præſtatio videtur eſſe de forma, quæ non poteſt omitti, ergo ante adimplementum, & præſtationem iuramenti non erit verè Conſiliarius, & vidimus in multis, qui priuilegia Catholicæ Maieſtatis obtinuerunt, & ex eis nec poſſeſſionem, nec officium habuerunt, & ex pragmatica 3. *de offic. ſacri Conſilij*, Conſiliarius nouiſſimè creatus erit in nouiſſimo loco recipiendus, quæ erit intelligenda ſeruata priùs forma tradita
12 pragmaticæ præcedentis quod præſtitiſſet iuramentum in manibus Præſidentis: & obſeruatis etiam aliis pragmaticis, vt dixi, & poſt iuramentum adſcribitur in libro portionis, & ſalarium currit & ita fuit obſeruatum & iudicatum in cauſa Regentis Cadenæ cum Regente Dauid, in cauſa Regentis Dauid cum Regente Tabuada, impedito etiam capere poſſeſſionem pro ſeruitio Regio, & in noſtro ſacro Conſilio inter Conſiliarium de Quiros & Conſiliarium Veſpulum, & ſimiliter inter Conſiliarium Montoya, & Conſiliarium Miſtanza, & inter Conſiliarium Sanchez de Luna, & Conſiliarium de Curte.

13 Itaque ex his cenſetur inducta conſuetudo in ſacro Conſilio ſedendi modo prædicto, & in his conſuetudo attenditur, quæ præpoſterari non debet, & cuilibet locum ſedendi aſſignat Bald. *in cap. cùm olim, 1. not. de conſuet.* & Menoch. latè *conſ. 51. n. 49. lib. 1.* cum aliis allegatis per Conſiliarium Fabium de Anna *conſ. 40. in 1. lib. in principio*, & in ſpecie latiſſimè etiam tractat *in conſ. 42. lib. 1.* in cauſa Illuſtr. Marchionis Murconi Regentis Collateralis Cõſilij apud Catholicam Maieſtatem cum Regente Lanzio, & licèt ipſe ſcribat pro Illuſtr. Marchione, & teneat ipſum tãquam primò creatum à ſua Maieſtate in officio Regentis, præferẽdum eſſe prædicto Regenti Lanzio, non obſtante quod per poſſeſſionẽ officij prædictus Marchio adeptus fuerit poſt dictũ Regentem Lanzium, fundando iura dicti Marchionis in Regiis ſeruitiis pro Reipublicæ vtilitate, & Regis mandato impeditus, ex quibus vt præſens erat iudicandus, & excuſandus, ſi priùs poſſeſſionem adipiſci non potuit. Attamen contra prædicta per eum allegata iudicatum fuit in fauorem Regentis Lanzij, & in caſu de quo agitur nullum, impedimentum pro Regis ſeruitio, ſeu mandato, nec pro Reipublicæ vtilitate, ex quibus difficultas aliqua fieri non debet.

14 Nec exemplum præcedentiæ Conſiliaris Gizzarelli cum Conſiliario Conſtantio allegari debet, ſiquidem omnibus eſt notum poſſeſſionem adeptam per Conſiliarium Conſtantium fuiſſe ex nimia eius vigilantia abſque Regis priuilegio, & mediante Cedula Illuſtriſſimi & Excellentiſſimi Proregis, tempore quo dictus Cõſiliarius Gizzarellus pro Regis ſeruitio vacauerat, & Priuilegium in forma probante à Regia maieſtate habebat expeditũ, & aderat in Ciuitate Capuæ tempore quo Conſiliarius Conſtantius poſſeſſionẽ ex cedula adeptus fuit, cuius nomine fuit etiam facta proteſtatio tempore capturæ ſuæ poſſeſſionis ex partæ Conſiliarij Gizzarelli, ſed in caſu, de quo agitur, prædicta non currunt, ſed creatio fuit antiquior ex literis dicti Excellentiſſimi Præſidentis Italiæ, & ſimiliter captura poſſeſſionis noſtræ abſquæ alia proteſtatione, ac etiam Regia priuilegia priùs præſentata, & executoriata in hoc Regno. Ex quibus omni iure ſua Excellentia tueri nos debet in ſedibus priùs nobis attributis, in quibus etiam melior eſt conditio poſſidentis, Zabar. *in conſ. 62. col. 2.* Bald. *in leg. per agrum. Cod. de ſeruit. & aqua*, Auend. *in tract. de exeq. mand. part. 1. cap. 19. num. 16. verſ. & vbi*, cum ſimilibus allegatis per dictum Conſiliarium de Anna *conſ. 40. vol. 1. num. 10. & 11. & conſ. 146. lib. 1. num. 11.*

Cæſar Freccia.

SVMMARIVM.

1 *Almum Collegium Neapolitanum ex quot, & quibus repræſentetur.*

2 *Promotores in cuiuſlibet Doctoratu quot eſſe debeant, quidve ſit eorum officium, & an inter illos neceſſarius debeat eſſe Promotor, qui prius Doctorandum tentauerit.*

3 *Promotores qui iurant, & indoctos pro doctis admittunt, etſi excuſentur à pœna periurij quoad mundum, an excuſentur à pœna gehennali?*

4 *Promotores cur intereſſe debeant in Doctore faciendo, & quot de Collegio adeſſe teneantur, iure communi attento, quótve ſufficiant Pariſiis, & quot adeſſe debeant in almo Collegio Neapolitano.*

5 *Promotores, ſeu Protectores differunt ab his, quibus doctorandus præſentatur: & an ipſi dent vocem: & quinam admittantur in eorum locum, ſi non omnes decem ex quatuordecim Ordinarijs remaneant.*

6 *Decretum Curialium, & Conſenatorum quibus doctorandus præſentatur, requiritur: & à quo Doctor poſteà pronuncietur, à quibúſve ſolita inſignia ſibi conferantur.*

7 *Promotorum officia, ſeu Protectorum penitus diuerſa, & incompatibilia ſunt ab officio Vicecancellarij, & Ordinariorum: & an vtrumque officium retineri, & exerceri poſſit ab vna eademque perſona.*

8 *In iuriſdictione voluntaria vices plurium quis ſuſtinere an poſſit, ſi exercitium vnius actus, impedimentum præſtet exercitio alterius: & au quis poſſit plura obtinere beneficia ſimplicia, ſi quodlibet reſidentiam requirat.*

9 *Vicecancellarius an poſſit alium Ordinarium loco ſui ſubſtituere, qui officium exerceat Promotoris, & eodem tempore vtrumque officium vnum ex propria perſona, aliud per ſubſtitutum repræſentare.*

10 *Subſtitutio hæc an eſſet in damnum Supernumerarij proximioris, & quænam ex illa ſequerentur abſurda.*

11 *Cui imponitur onus emolumentum habere debet.*

12 *Quem eſſe duplicem in eadem Eccleſia, vel Collegio, vt duas habeat præbendas.*

das,& portiones, iura an pro hibeant.

13 *Portiones, quæ dantur Doctoribus de Collegio an dicantur diſtributiones quotidianæ, ſeu manuales, quæ ſolùm præſentibus,& intereſſentibus dantur.*

14 *Canonicus habens Capellam, dum in ea celebrat, an percipiat diſtributiones, illa hora Canonicis tangentes.*

15 *Officium gerens Promotoris, promouendum tueri, & protegere an teneatur ſaltem ex obligatione antidora, eiuſque cenſeatur Aduocatus, & protector: & an Aduocatus idoneus ſit teſtis.*

16 *Iuriſdictionem, & adminiſtrationem habens in ciuitate, an poſſit ordinari,& legere,& ex vtroque officio ſalarium percipere.*

17 *Attrahere ſibi ſcholares promouendos in præiudicium aliorum ordinariorum, an cauſet peccatum mortale cum obligatione reſtituendi.*

ARGVMENTVM.

Doctor de Collegio Neapolitano de numero Ordinariorum ſi in Vicemagnum Cancellarium eligeretur, nùm exigere poſſit non ſolùm munuſcula ad Vicemagnum Cancellarium, & ad Doctorem de numero Ordinariorum ſpectantia, ſed etiam & alia, quæ ſpectant ad eumdem Doctorem de Collegio, quando contigit fieri eum Promotorem illius, qui ad Doctoratus gradum aſſumitur. Collegium Doctorum Neapolitanorum, ex quibus perſonis componatur: & de aliis notabilibus.

ALLEGATIO XXXI.

1 ALMVM Collegium Neapolitanum ex Viceecancellario, & viginti Doctoribus ſenioribus huius Ciuitatis repræſentatur, quorum quatuordecim Ordinarij, ſex verò Supernumerarij dicuntur, qui in locum Ordinariorum deficientium ſubrogantur, & ſuffragia præſtant, inſimúlque cum Ordinariis ſecundum eorum antiquitatem conſedent, vt refert olim Præſ. de Franch. *deciſ. 324. in fine.*

2 Ex quatuordecim Ordinariis in cuiuſlibet doctoratu, quatuor ipſorum Promotores eſſe debent, & eorum officium eſt promouere, protegere, & præſentare doctorandum, eique poſt Viceecancellarij pronunciationem ex facultate eis conceſſa Doctoratus inſignia præſtare, & inter eos Promotor, qui prius doctorandum tentauerat, de neceſſitate adeſſe debet, vt fidem faciat de eius ſufficientia, & doctrina, & in aliquibus partibus etiam Promotores iurare debent, ſaltem de credulitate, Abb. *in c. propoſuiſti, num. 12. & ſeq. de prob.* vbi Barbat. *n. 14.* Bar. *in l. Magiſtros, C. de Profeſſ. & med.* & qui iurant, & admittunt indoctos pro doctis, ſi excuſantur à pœna periurij, quoad mundum, non tamen excuſantur à pœna gehennali, ſiquidē propter præ- 3 ſumptionem gradus doctoratus, poſteà ad multa publica officia admittuntur,& per imperitiam multos lædunt, *c. 1. in fine, de Magiſtris*, Abb. *in c. de illis, de deſp. impub.* Cagnol. *in proœm. ff. vet. n. 87.* quem ad hoc allegat Frecc. meus patruus bonæ memoriæ, *lib. 1. ſubfeud. de off. mag. Cancel. num.* 8.

4 Hi Promotores intereſſe debent in Doctore faciendo, non vt ſuffragia præſtent, ſed vt promouendum præſentent Ordinariis de Collegio, per quos examinetur & approbetur & de iure communi ſeptem ad minus adeſſe debent, ſed Peruſij quatuor ſufficiunt ex priuilegio Summi Pontificis; in hoc tamen Almo Collegio decem adeſſe debent, qui non vt teſtes, ſed vt Iudices de peritia, & doctrina promouendi iudicium præſtant, & ideo non iurant, Bart. *in tract. teſtium, verſ. teſtis dicit aliqua,* Abb. *in c. cum dilectus, de prob. Canon.* & Frecc. *loc. præalleg.* ſed per Breuia dant voces, vt refert Cagnol. poſt alios *d. proœm. num. 87.* quapropter Pro- 5 motores, ſeu Protectores, præſentantes differunt ab his, quibus præſentatur, vt iudicent; ſiquidem ipſi non dant vocem, & ita in practica ſeruatur, vt dicit Abb. *in d. c. propoſuiſti, num. 9.* & ſi non omnes decem ex quatuordecim Ordinariis remanent, Supernumerarij antiquiores in eorum locum admittuntur, qui aliter extraordinarij, vel ſubſidiarij appellantur, Purpur. *in l. 1. ff. de off. eius, cui mand. eſt iuriſd. num. 13.*

6 Requiritur igitur decretum Curialium, & Conſenatorum, quibus doctorandus præſentatur, *c. 1. & 2. de Magiſtris*, & viſis per Viceecancellarium votis, factoque per eum ſcrutinio, Doctor poſtea ab eo pronunciatur, & conceditur facultas Promotoribus, vt ſolita inſignia conferant, quæ ſunt de forma doctoratus, *Clem. 1. & 2. de Magiſtris*, & Bart. *in d. l. Magiſtros.*

7 Ex prædictis manifeſtè patet, officia Promotorum, alias Protectorum & præſentantium eſſe penitus diuerſa, & incompatibilia ab officio Viceecancellarij, & Ordinariorum, quibus promouendus præſentatur, cùm alia ſit perſona, quæ promouendum præſentat, ab ea, quæ præſentatur, & cui præſentatur. Item alia, quæ iudicat, & facit ſcrutinium votorum, Doctoremque pronunciat, & dat facultatem conferendi inſignia, ab ea, quæ virtute dictæ facultatis conceſſæ, inſignia confert, & alia præcipientis, ab ea cui præcipitur, *l. pen ff. de arbitr.* Rip. *in l. 1. §. ſi autem Collegium, num. 7. ad Treb.* vbi Iaſ. *num. 9.* Et propterea ab vna, eademque perſona, cùm diſtinctio perſonarum eſſe debeat, vtrumque officium retineri, & exerceri non poteſt, *l. ille, a quo, §. intempeſtiuum*, vbi Alberic. Imol. & alij Doct. *ff. ad Trebell.* gloſ. *in c. ex literis*, vbi not. Doct. *de prob.* Bal. *in l. ſi Conſul. ff. de adoption. in 1. lect. 3. oppoſ.* per iura per eum allegata, eò magis cùm ſimus in iuriſdictione contentioſa, & non poteſt quis ſuſtinere vices plurium, ſicuti non poſſet eſſe Aduocatus, & Aſſeſſor, vel Iudex, *l. quiſquis. C. de poſtul. l. nemo, de Aſſeſſor.* nec Iudex, & teſtis, *4. quæſt. 4. c. 1. & c. forum, de verb. ſign.* licèt etiam in iuriſdictione 8 voluntaria, neque vices plurium quis ſubſtinere poteſt, ſi exercitium vnius actus præſtet impedimentum exercitio alterius, quia vno, eodemque tempore

pore fieri debent, & mutuò ſe impediunt *d.l. nemo, & d.l.quiſquis*, Bar. *in l. fin.ff.de colleg illic.* Hinc inferunt Doct. quòd licet quis poſſit habere plura beneficia ſimplicia, ſi tamen quodlibet reſidentiam requirebat, tunc plura beneficia ſimplicia habere non poterit, *c. conquerente, de Cler. non reſid.* cùm impoſſibile ſit vno, eodemque tempore in diuerſis beneficiis reſidere, *c. non poteſt. de prabend. in 6.* & propter impotentiam facti, duorum vices ſubſtinere non poteſt, *c. de multa, de prabend.* ſicut etiam propter impotentiam iuris prohibetur, vt in Iudice non valente iudicare in facto proprio, cùm non poſſit eſſe Iudex, & actor, nec ſibi ipſi imperare, *l.vnica,C.ne quis in ſua cauſa,*& *l. penult.ff. de arbitr.* & bene prædicta declarat Abb.*d. c. ex literis, n.10. verſ.gloſſa iſta, vſque ad n.13.*

9 Nec poſſet prætendi, quod Vicecancellarius poſſet alium ordinarium loco ſui ſubſtituere, qui Promotoris officium exerceat, & eodem tempore vtrumque officium, vnum ex propria perſona, & aliud per ſubſtitutum repræſentare, prout certo tempore propter abſentiam Circunſpecti Regentis de Conſtantio obſeruatum fuit, ſiquidem Vicecancellarius ſubrogatus tempore dicti Regentis de Conſtantio nihil percipiebat pro eius emolumentis, & de voluntate Collegij aliquando fuit toleratum, cùm penes ſubſtitutum Vicecancellarium, officium erat inutile: ſed dum agitur ad præſens de concedendo officium in capite, dicitur, quod cum ius reſiſtat, & impotentia iuris, & facti repugnet, non erit permittendum; & id quod quis per ſe exercere non poteſt, nec per alium exercebit, gloſ. *in leg. fin.Cod. de cohartal. cum ſimil.ibi alleg.*

10 Præterea hæc ſubſtitutio eſſet in damnum Supernumerarij proximioris, quia dum Ordinarius iudicare debet de peritia Promouendi, ſi deſeruire tenetur pro ſubſtituto Vicecancellarij, & Promotoris officium exercere, tollitur eius votum, & Supernumerario proximiori accreſcit. Hinç plura abſurda ſequuntur. Primò, nam amouetur is, qui propter maiorem ætaté, & experientiam iudicare debet. Secundò propter maiorem numerum Ordinariorum Collegium honorabilius iudicatur; ideo omnes Ordinarij adeſſe debent, Ant. de But. & Ioan. Andr. *in cap. cum olim,de ſent. & re iud.* & eſt decor in Collegio, quod plures perſonæ interueniant, & Vicecancellarius qui ſit diuerſus ob Ordinario, ſeu Promotore, vt dicit Abb. *in dict.cap. cum olim, num.6.* & ibi *add. ad Abb.litera A.*& Reſtaur.*in tract.de Imperat.quaſt.* 81. Tertiò dum Supernumerarius proximior iudicare tenetur loco Ordinarij ſubſtituti, & exponit eius animam periculo pœnæ gehennalis, recipere debet portioné Ordinario debitam, ſaltem tanquam eius ſuffectus: nam cui imponitur onus, emolumen-
11 tum habere debet, *leg. ſecundum naturam. ff. de reg. iur.* Bald. *in l.qui duobus.ff.de cond & demonſtr.* Aret. poſt Bar. *in leg.nemo, num.3.ff.de duob. reis*, Dec. & Cagnol.*in leg. diem functo, ff.de offic.Aſſeſſ.* Nec poſſet Ordinarius cum Vicecãcellario ſe conuenire, & ſubſtituto talem portionem præſtare, dum ipſe tanquam Ordinarius ſuam portioné ex propria perſona recipit, aliàs reſultaret abſurditas, & inquitas in damnum Supernumerarij proximioris. ipſo iure ſuffecti in locum Ordinarij officium Promotoris exercentis, Iacobin. *in leg.ſi plures. ff.de pact. num.9.* vbi Alij etiam notant, & ideo Vicecancellario nec ſubſtituere poterit in damnum Supernumerarij intereſſentis, & vocem præſtantis, nec vtrumque officium retinere poterit, vt portionem duplicatam percipiat, & in damnum dicti Supernumerarij, & iura prohi-
12 bent quem eſſe duplicem in eadem Eccleſia, & Collegio, quantum, vt quis habeat duas præbendas, & portiones, *cap. literas, de conceſſ. prabend.* vbi notat gloſ. & Innoc. & *cap. fin.de prabend.in Clem. cum ſimil.* Bald. *in leg.fin.ff.de cond. & demonſtr.* ita vt nec contraria conſuetudo ſuſtineatur, *cap.1. de conſuetud. in 6.* & *cap.vltim.de conſuetud.*

Præterea portiones quæ dantur Doctoribus de 13
Collegio, dicuntur diſtributiones quotidianæ, ſeu manuales, quæ dantur tantùm præſentibus, & intereſſentibus propter eorum intereſſentiam, ſicut ſunt quotidianæ diſtributiones, *cap. 1. de Cler. non reſid. in 6.*& *cap.olim. de verb.ſign.*& ſi quis tanquam Ordinarius, ſeu Promotor aliam maiorem dignitatem Vicecancellarij habere poſſet, & vtramque portionem recipere, quomodo ſimul, & ſemel pro vtraque perſona intereſſe poterit, cùm niſi tanquam vnus, aut in ſede Vicecancellarij, aut in ſede Ordinarij, vel Promotoris ſedere poterit, & ideò vnam portionem propter eius intereſſentiam recipiet, *cap. a collatione, de app. in 6.* Ant. de But. poſt Io. Andr. *dict.cap.cum olim num.10. verſ. placet mihi quod dicitur:* cuius opinio, & licèt a nonnullis controuertatur, vt refert Felin. *dict. cap. cum olim.* eſt tamen aduertendum, quod Doctores contrarij loquuntur in habentibus duas voces, & dignitates, quæ tendunt circa idem, & ſunt compatibiles, nec vno, eodemque tempore explicantur, & ideò non habent impotentiam nec repugnantiuam iuris, & facti, prout ad præſens agitur de officiis Ordinarij, Promotoris & Vicecancellarij, quæ vno, eodemque tempore exercentur & explicantur, & dicitur etiam de Canonico habente cappellam, qui dùm in ea 14
celebrat non percipit diſtributiones illa hora Canonicis tangentes. Siquidem tunc, vt Capellanus celebrat, prout limitat idem Felin. *dict.cap.cum olim. num.2.* nam eo caſu ſingula officia ſingulis miniſteriis debent eſſe contenta *cap. cùm ſingula, de prabend. in 6.* & *cap. 1. de conſuet. in 6 dict.leg. nemo, C. de Aſſeſſ.* gloſ. *in dict.cap. literas,* vbi Innoc. *de conc. præb.* & *dict.cap.1.in Clem.de Cleric. non reſid.* & ita intelligitur regula: quod ſi duo iura concurrunt in vna, eademque perſona, quæ cenſeatur non tanquam vna, ſed vt plures. *leg. a capiendis, ff. de anct. tut.* gloſ. *in dict.leg.ſi plures. ff. de pact.* vbi Iacobin. *num.9.* Alber. Bal. & Caſtan. late *par.1.conſider.61.* & tradunt Doct. *in leg fin.Cod de offic.Aſſeſſ.*

Nec prætereo in hac cauſa, quod gerens offi- 15
cium Promotoris, ex obligatione ſaltem antidora, quam habet ad promouendum quem elegit in Promotorem tenetur eum tueri, & protegere, ita quod eius Aduocatus, & protector cenſeatur: & propterea eadem perſona officium Iudicis Promotoris & Vicecancellarij ſuſtinere non debet propter affectionem, quam in promouendo habet, & poſſet verum iudicium periclitari, Dec. *in cap.poſtremo, 3.notab. de appellat.* & hac ratione Aduocatus non eſt idoneus teſtis, Bart. *in leg. differre.§.idem decreuerunt, de iur. fiſc.* & præſertim in eodem Collegio ex periculo vtriuſque Officij, prout benè conſiderat prædicta Purpurat. *in rubr. de offic. Aſſeſſor. numer. 147.*

Pro confirmatione prædictorum adducitur etiam, 16
quod officium Promotoris, & Vicecancellarij alia ratione vniri non debet, vt ex vtroque officio percipiat ſalarium; ſiquidem dicunt Doctores quod habens iuriſdictionem, & adminiſtrationem in Ciuitate non poteſt legere ordinariè, ſi ex vtroque officio ſalarium percipere intendit, cùm non debeant huiuſmodi officia ſimul haberi propter eius poteſtatem, & auctoritatem, ne cùm in vtrumque ſe tenet, neutrum bene peragat, *dict.leg. fin.Cod. de*

Aſſeſſ. quem ad hoc allegat Bart. Alex. & Rom. *in leg. lecta, ff. ſi cert. pet.* hinc infert Purpur. *in dict. leg. num.* 12. 14. quod non erit permittendum, quod talis iuriſdictionem habens, vtrumque officium exerceat, etiam propter eius auctoritatem, & poteſtatem; ſiquidem ſemper ſibi attraheret ſcholares promouendos in præiudicium aliorum Ordinariorum, 17
quod præiudicium eſt adeò conſiderabile, vt cauſet peccatum mortale, & obligationem ad teſtificandum in attrahendo, vt declarat Summa Ang. *in verſ. interrogationes*, §. 34. & refert dictus Purpur. *in dict. leg. lecta, num.* 14. Ex quibus, vt peccatum mortale tollatur, quod ex dicta vnione, & attractione ſequeretur, non erit permittemdum Vicecancellario Officium Ordinarij, vel Promotoris exercere, provt etiam in creatione Cæſaris Pinti in officium Vicecancellarij obſeruatum fuit: nam licèt erat ex quatuordecim Ordinariis, vnicam tantùm portionem recepit, & in eius locum Ioan. Thomas Blancus, qui erat primus ex ſex Supernumerariis ſuffectus fuit, & portionem, tanquam Ordinarius loco dicti Cæſaris Pinti recipiebat; quod cùm ſit iuri conſonum, & obſeruantiæ, ad præſens erit etiam obſeruandum, provt ita iudicari ſperatur.

Cæſar Freccia.

SVMMARIVM.

1 *Alienum fundum ingredi an poſſit inuito domino: & an quis cædere poſſit lapidicinas domino inuito.*

2 *Marmora in alieno quærere, & effodere, an ſit licitum inuito domino.*

3 *Quærere, & effodere per cunicula ſub terra abſque læſione fundi, an liceat inuito domino.*

4 *Dominus fundi in quærendis, & effodiendis marmoribus, an præferatur extraneo, ſi extraneus priùs inuenit, & præoccupauit.*

5 *Marmora, quæ per annorum milliaria omnibus ignota, & occulta fuerunt, an poſſint dici illius, ſub cuius fundo requiruntur, vel potiùs in bonis nullius.*

6 *Licentia prius conceſſa vni, ſi concedatur alteri, an teneat.*

ARGVMENTVM.

Lapidicinas marmoreas in alieno fundo effodere, ſine tamen ipſius læſione, an liceat priuatæ perſonæ, fundi domino inuito; & quod ſi dominus concurreret in quærendo, an ſit ille præferendus, poſtquam alius prius inuenit, & præoccupauit: & de aliis notabilibus.

ALLEGATIO XXXII.

REGVLA eſt, Quod inuito domino, 1
quis fundum alienum ingredi non poteſt, *l. per agrum, ff. de ſeruit. ruſt. præd.* nec in alieno quærere, *l. 3. de acquir. rer. dom.* immò ſi eo inuito ingrederetur, actione iniuriarum teneretur, *l. iniuriarum, §. fin. ff. de iniur.* Et ſicut fundus ſupra terram liber eſt domini vſque ad cœlum, *l. altius, C. de ſeruit.* ita ſub terra vſque ad profundum, *l. 1. C. de theſaur. lib.* 10. Quapropter lapidicinas, quis cædere non poteſt inuito domino, *l. venditor, §. ſi conſtat. ff. commun. præd. l. diuortio. §. ſi vir ſolut. matrim. cum ſimil.* nec theſaurum quærere, *dicta l. 1. C. de theſaur.*

Hæc tamen regula non procedit in marmoribus, 2
pro quibus in alieno quærere, & effodere licet, etiam inuito domino, fauore publicæ vtilitatis, ſine tamen ipſius læſione, gloſ. *in l. quoſdam, & in l. cuncti. C. de metal. lib.* 11. Azo *eod. tit. n.* 7. Bar. *in dicta l. quoſdam*, vbi Nicol. de Neap. Io. de Plat. Iac. Rebuf. qui intelligit dictam Gloſ. etiam in ſaxis pretioſis, & marmoribus, quibus, vti ſolemus pro ædificiis, muris, & palatiis conſtruendis, & ornandis, And. *in c. 1. quæ ſint regal. in verb. Argentaria*, vbi Afflict. *num.* 8. Imol. *conſ.* 87. qui dicit gloſ. *in dicta l. quoſdam, & in dicta l. cuncti*, ab omnibus communiter teneri.

Nec obſtant iura præallegata, ex quibus regula 3
firmatur: nam loquuntur, & debent intelligi, quando in ſuperficie fundi, quis volebat fodere, & cum damno, ſeu læſione Domini, non autem quando per cunicula ſub terra ſine ipſius læſione; eo enim caſu fauore publicæ vtilitatis, etiam inuito domino quærere, & effodere licet dictis iuribus. Item longa eſt differentia inter lapidicinas, quæ in multis partibus reperiri ſolent, & in ſuperficie terræ quæ non ſunt ita pretioſæ, provt marmora, quòd rarò in Italia reperiuntur, & cum magno labore, ac ſumptu in caſu de quo agitur, extrahuntur. Ex quibus diſpoſitio dictorũ iurium in marmoribus quærendis, & effodiendis non procedit, ſicut in lapicinis, & theſauro, vt tenent præfati Doct. & Paul. *in dicta l. venditor, §. ſi conſtat, n.* 3. & *in dicta l. diuortio: §. ſi vir, in fin.* & *in conſ.* 330. *vol.* 2. *incip. libellus iſtorum agentium*, qui reprehendit Iuriſperitos Pergomi credentes contrarium, quòd dicit, quod hæc eſt veritas.

Nec obſtat, quod dominus fundi poſſet etiam 4
quærere, & effodere, ac ratione ſui dominij, cùm habeat ius potentius in ſuo, & extraneo præferri debeat, vt per Afflic. *in d. verb. argentaria, n.* 8. & *in deciſ.* 321. Nam reſpondetur, quod talis prælatio datur, dùm vterque vult concurrere in quærendo, ſed poſtquam alius priùs inuenit, & præoccupauit, non datur talis prælatio, ſed tantùm inuentor tenetur ad decimam, qua ſoluta, etiam inuito domino fodere licet, iuribus præallegatis, quorum iurium diſpoſitio nunquam obſeruaretur, ſi poſt inuentionem dominus ſoli etiam præferri extraneo poſſet, nec homines ad talia inuenienda inuitarentur; ſẽper enim dominus ob eius maiorem vtilitatem præferri vellet.

Præterea marmora de quibus agitur, per curſum annorum milliaria omnibus ſemper ignota fuerunt, & occulta, nec poterant dici eius, ſub cuius fundo reperiuntur, ſed in bonis nullius, & per inuentionem inuentoris efficiuntur, *l. nunquam, §. theſaurus, ff. de acquir. rer. dom. §. ferè igitur. inſt. de rer. diuiſ.* & in ipſis habuit locum præoccupatio, quæ ſola tribuit

buit ius de iure gentium *dicto §.ferè igitur*, vbi Io. Fab. & alij. Qua præoccupatione ſtante ceſſare habet prælatio à domino ſoli prætenſa, Paul.Caſtr. *in conſ.3. incip. In cauſa, quæ vertitur coram domino Vincentio,col. fin. vol.2.* & *conſ.4. incip. in cauſa mota per Gaſparem, col.1. verſ. nec obſtat ſi dicatur, vol.2.* & in indiuiduo tenet Cepol. Veronen. *in tract. de ſeruit. ruſt. præd. in tit. de mont. num.4.* & *in l. inter publica, ff. de verb. ſign.* & ita Affl. *in dicta deciſ.321.* & dictum verbum *argentaria*, intelligi debet ſecundum deciſiones Pauli, & Verronen. quas allegat, & eſt de mente Imol. *in dicto conſ.87.* qui in eius caſu conſuluit, dominum ſoli præferri extraneo, ex eo quia per tempora retroacta priùs ceperat laborare; in caſu verò, de quo agitur, verum eſt me primum inuentorem fuiſſe, & per plures menſes omnibus publicè videntibus impenſam feciſſe in reperiendo, & fodiendo. Et aduerſarius inuidus alienæ fortunæ clandeſtinè, pauci ſunt dies, emit iardenum, ſub quo videtur, quod dicta marmora extant, & poſt licentiam mihi conceſſam quærendi, & effodiendi, nèdum in publico, ſed etiam in ſolo priuati, ſine tamen alterius læſione; cumque ex viſura loci apparuit, & apparet marmora prædicta non exiſtere ſub ædificiis aduerſarij, & quod ſine eius detrimento effodi poſſent, meritò eo inuito licentia mihi conceſſa per Regiam Cameram ſtabilis, & firma manere debet, cum ex eo, quod ſub eius ſolo reperiatur, portionem de iure ad ſe ſpectantem obtuli, prout etiam offero.

6 At ex his apparet, quàm fuerit etiam vana prætenſio licentiæ quærendi, & effodiendi vſque ad medietatem viæ publicæ, tum quia licentia, quæ quærendi in publico requiritur, fuit mihi conceſſa, tum etiam quia mihi tanquam primo inuentori debetur, & ſtante præoccupatione alius non habet appetere, & ſi obtinuerit, non tenet conceſſio, Rebuf. *in tit. de theſaur. in fin. verb.*

Caſar Freccia.

SVMMARIVM.

1 *Plures concluſiones afferuntur, quæ in præſenti diſputantur.*
2 *Feudi diuiſio, vel diſmembratio triplex eſt.*
3 *Iuriſdictio an diuidi poſſit, & qualiter.*
4 *Iuriſdictio cohæret territorio ſicut nebula ſupra paludem.*
5 *Textus in* l. pro parte, ff. de ſeruitutibus ruſticorum prædiorum, *declaratur.*
6 *Baroni permittitur vnum Capitaneum in ciuilibus conſtituere, & alium in criminalibus.*
7 *Feudi diuiſio non inducitur per conſtitutionem duorum Officialium.*
8 *Iuriſdictionis exercitium diuidi poteſt, licet non ipſa.*
9 *Capitanei conſtitutio in caſali non requirit Regium aſſenſum.*
10 *Magiſtratuum creatio qualiter, & quomodo ſit de regalibus; & an Baroni competat.*
11 *Baro poteſt conſtituere Capitaneum particularem in vno caſtro, non obſtante contradictione aliorum.*
12 *Baro poteſt vendere vnum Caſtrum retento alio, & quando.*
13 *Aſſenſus Regius, an requiratur quando Baro multiplicat Tribunalia in ſua Baronia.*
14 *Baro non poteſt reuocare conceſſionem factam diuiſionis Officialium ab eodem loco.*
15 *Gratia non poteſt renunciari in præiudicium Tertij.*
16 *Principis reſcriptum iuri Tertij nunquam derogat.*
17 *Proprietarius poteſt inuito vſufructuario, vel vſuario fundum, vel ædes cuſtodire.*
18 *Rex tempore ſuſpicionis belli poteſt campanile Eccleſiæ, vel ipſam Eccleſiam incaſtellare.*
19 *Rex noſter eſt Dominus bonorum, & perſonarum.*
20 *Rex poteſt Baroni mandare, vt conſtituat particularem Capitaneum in caſtro ſubalterno.*

ARGVMENTVM.

Baro in Regno nùm abſque Regis conſenſu in ſua Baronia poſſit vnum deputare Capitaneum ad iuſtitiam adminiſtrandam in terra, quæ eſt caput Baroniæ, & alium in caſale eiuſdem terræ, cùm ſemper in tota Baronia vnus tantùm fuerit creatus Capitaneus. Feudi diuiſio omni iure prohibita quotupliciter inducatur. Proprietario an liceat fundum cuſtodire, vſufructuario reluctante, & de aliis ad materiam pertinentibus.

ALLEGATIO XXXVII.

QVÆSTIO hæc, quæ coram Principe, & eius Collaterali Conſilio verſatur, inter Vniuerſitatem Longobardorum actricem ex vna, & Vniuerſitatem terræ Fluminis frigidi, ac Marchionem Vallis Siculæ, vtilem Dominum vtriuſque loci conuentum ex alia, plures poteſt habere inſpectiones. 1

Prima eſt, an quando Marchio, qui conſueuerat vnum tantummodo deputare Capitaneum pro adminiſtratione iuſtitiæ in Baronia Fluminis frigidi, qui reſidere ſolebat in eadem terra Fluminis frigidi tanquam in capite Baroniæ, conceſſit vniuerſitati Longobardorum, accepta pecunia, particularem Capitaneum, proceſſerit ad aliquam alienationem, diſmembrationem, ſeu diuiſionem feudi, aut iuriſdictionis, vel quid fecerit. Secunda, an potuerit

tuerit hoc facere ſine Regio beneplacito, & aſſenſu, ita vt id, quod factum ſit ſine eo poſſit reuocari. Tertia, an potuerit hoc facere in præiudicium Vniuerſitatis Fluminis frigidi, quæ præſupponit ſe eſſe caput Baroniæ, & Longobardum eſſe caſale ipſius. Quarta, an quia per ſententiam Sac. Conſilij in vna Aula fuit pronunciatum in fauorem Terræ fluminis frigidi, non licere Marchioni conſtituere niſi vnum Capitaneum in Baronia, potuerit Marchio adire Regem, & ſupplicare pro aſſenſu in conceſſione noui Capitanei per eum facta eidem vniuerſitati Longobardorum. Quinta, an poſt reuocationem à ſe factam de conceſſione prædicta remaneat aliquod ius in beneficium vniuerſitatis Longobardorum, vel ſit ius illud penitus extinctum. Sexta, an poſt ſententiam Sac. Conſilij, & poſt reuocationem factam à Marchione, poſſit Rex, imò debeat ordinare quod conceſſio prædicta ſuum ſortiatur effectum, non obſtante prætenſo præiudicio Vniuerſitatis Fluminis frigidi.

Quoad primam inſpectionem, concluſiuè loquendo, reſpondeo Marchionem in ſupradicta conceſſione non induxiſſe alienationem feudi, vel iuriſdictionis, non diſmembrationem, non diuiſionem feudi, aut iuriſdictionis; ſed tantummodo immutaſſe modum adminiſtrandi vſum iuriſdictionis, vt ſicut adminiſtrabatur per vnum Capitaneum in duobus caſtris, voluit adminiſtrari per duos, & ſic in effectu multiplicauit Iudices, ſeu Tribunalia in duobus caſtris, ſeparatè viuentibus, & ſe gubernantibus in omnibus aliis negotiis.

Non inquam, Marchio alienauit feudum, aut partem feudi, vel iuriſdictionis. Eſt enim alienatio actus per quem dominium transfertur *l. 1. C. de fun. dota.* Sed dominium caſtri Longobardorum non eſt tranſlatum in alium, ergo non eſt alienatio.

2 Nec eſt diſmembratio partis feudi, nam triplex eſt diſmembratio, prout ſuboſcurè declarauit Glo. Pariſ. §. 35. *num.* 1. Quædam à capite, veluti quando caſtrum recognoſcitur ab vno Rege, & feudatarius attentat velle illud recognoſcere ab alio Domino, quædam à corpore, veluti quando de vno feudo fiunt duo, vel plura, ab eodem tamen veteri patrono ſemper recognoſcenda. Tertia à capite, & corpore ſimul, veluti quando pars feudi tanquam feudum ſeparatum recognoſcitur ab alio, vel recognoſci attentatur, ſed in caſu noſtro nihil horum trium interuenit, ergo non eſt diſmembratio.

Nec eſt diuiſio feudi, ſiquidem diuiſio etiam importat tranſlationem dominij in alium, & quod diuiſio ſit alienatio tenuit Andr. *in c. Imperialem, §. præterea ducatus, num... de prohib. feu. alie. per Frid.* quem refert, & ſequitur Alex. *in conſ. 25. num. 11. lib. 5.* & probatur *in §. quadam. Inſt. de actionibus,* & *in tit. ff.* & *C. fam. erc. & commu. diui.*

3 Nec fuit diuiſa iuriſdictio, quamuis enim Alex. *in dicto conſil. 25. num.* 4. dixerit quod iuriſdictio cohærens caſtro & territorio poteſt verè, & propriè diuidi ſicut res corporalis, id eſt, caſtrum, & territorium, cui ipſa iuriſdictio adhæret, & hoc videtur ſequi Gloſ. Pariſ. *in* §. 10. *num.* 25. tamen contra Alex. ſcripſit Collegium Papienſe inter conſil. Fran. Curt. 51. *num.* 34. *cum ſeq.* vbi concluditur iuriſdictionem non pati diuiſionem, & ſequitur Natt. *in addi. ad Alex. in d. conſil.* 25. & hoc probatur euidenti ratione; nam cùm iuriſdictio ſit res incorporalis, naturaliter non recipit diuiſionem, vt in *l. 2. §. & harum, in l. 4. §. Cato, ff. de verb. oblig.* nec poſſumus dicere quod legaliter poteſt diuidi iuriſdictio ad ſimilitudinem actionis *l. pro hæreditariis. C. de hered. actio.* nam cum iuriſdictio cohæreat territorio ſicut nebula ſupra paludem, vt per Bald. *in tit. de allod.* & per Gloſ. Pariſ. *d. §. 10. num. 25.* ſequitur quod ſit tota in toto territorio, & in qualibet parte totius, ſicut anima in corpore, & ideo Marchio totam habet iuriſdictionem in caſtro Longobardorum: ſicut habet in terra fluminis frigidi, & ideo conſtituendo nouum Capitaneum in caſtro non diuiſit iuriſdictionem, ſed totam, & integram illi Capitaneo conceſſit; & ſicut ſeruitus viæ diui non poteſt, 4
l. via conſtitui, & *l. pro parte, ff. de ſeruit. ruſt. præd.* & quando via erat latitudinis ſedecim palmorum, & poſtea pacto reſtricta eſt ad octo palmos, non dicitur diuiſa ſeruitus viæ, ſed modificata, & coanguſtata, prout notatur per gloſ. & Doct. in dictis iuribus, ita Capitaneus Fluminis frigidi, qui habebat iuriſdictionem in tota Baronia per conſtitutionem noui Capitanei in caſtro Longobardorum incepit habere coarctatam, & coanguſtatam iuriſdictionem intra certos limites, & perſonas; nam cùm proprietas iuriſdictionis reſideat in perſona Baronis, poteſt Baro de illa ad ſui libitum diſponere, concedendo vſum iuriſdictionis nunc vni, nunc alteri Capitaneo. 5

6 Hinc fortaſſe non prohiberetur Baro conſtituere vnum Capitaneum in cauſis ciuilibus, & alium in criminalibus; & quod in vna ciuitate poſſint eſſe duo Officiales, firmauit Capyc. *deciſ. 27. numer. 22. & 59.* & legitimus ita fuiſſe factum in Ciuitate Rom. Nam antiquitus vnus erat Prætor, qui ſolus dicebat ius inter ciues Romanos, & exteros, ſed poſtea cum plurima turba peregrinorum conueniſſet in vrbe, & vnus Prætor non ſufficeret, fuerunt conſtituti duo Prætores, alter vrbanus, qui diceret ius inter ciues, alter peregrinus, qui ius diceret inter exteros *leg. 2. §. deinde cum actus, ff. de orig. iur.* Sic vidimus in ciuitate Neap. in qua ſex ab initio fuerunt creati Regij Conſiliarij, ſed poſtea paulatim ex neceſſitate auctus fuit numerus vſque ad viginti duos, ergo Baro conſtituendo nouum Capitaneum in caſtro Longobardorum, nihil aliud facit, niſi quod conceſſit vſum, & exercitium iuriſdictionis duobus Capitaneis, licèt in eodem territorio, tamen in diuerſis manſionibus, & hoc ad ſimilitudinem patrisfamilias, qui habebat villam, & ad regendum eam poſuerat vnum villicum, & ex cauſa, vt villa rectius gubernetur, conſtituit duos villicos, de quo habetur *in leg. ſi cum villico, ff. de inſt. act.* & per Andream in conſtitutione Regni, *Proſequentes.*

Et in propoſito noſtro quod per conſtitutionem duorum Officialium, vel erectionem duorũ Tribunalium in vno Comitatu, non inducatur diuiſio feudi, ſed ſit quædam diuiſio exercitij, & adminiſtrationis iuriſdictionis, expreſsè tenuit Bar. per illum tex. *in leg. inter tutores, in fin. num. 6 ff. de admin. tut* & *in leg. 1. Cod. de Metroberi. lib. 11.* & de Franch. *deciſ. 316.* & Afflict. in conſtitutione Regni Magiſtri Camerarij per illum tex. *in 10. nota.* dixit quod quando vnus Baro habet plura caſtra, & terras, non debet permittere quod vnus Officialis faciat acta iudiciaria vnius loci, & trahat homines ad alium locum propter diſpendia euitanda illius, qui non eſt eiuſdem loci, ſed in quolibet loco debet per vices, & tempora ſedere, & ad hoc Afflict. allegat tex. conſtitutionis Regni *Iuſtitiarij non per Calendas.* 7

Et quod Baro habens plura Caſtra in vno territorio veluti in vno Comitatu poſſit diuidere exercitium, & vſum iuriſdictionis ex cauſa, ideſt, pro commodiori regimine vaſſallorum, tenuit Alex. *in dict. conſ. 25. num. 4. & 6.* & quamuis hoc improbet Gloſ. 8

Gloſ. Pariſ. *in dict. §. 10. num 25.* tamen ab hac opinione receſſit in addit. Ad Alex. *in dict. conſ. 25. lib. 5.* vbi dixit ex cauſa poſſe id permitti, & de hoc videtur textus expreſſus *in leg. ſi locus, ff. de Ind.* vbi Vlp. ait Iudicem in eo loco debere iudicare, quo ſolet iudicare, ſine incommodo tamen litigantium, & quamuis gloſ. ibi conetur deſtruere illum textum, dum ait quod quando ius redditur in loco maiorum ſolito, & conſueto, tunc poteſt iudicare etiam cum incommodo litigantium, per text. *in leg. pen. ff. de iuſt. & iur.* tamen hæc opinio Gloſſæ impugnatur ab Archidiacono, & Gemin. *in cap. cum Epiſcopus, de officio Ordinarij, in 6.* nam ſi ex iuſta cauſa in loco maiorum iudicari non poteſt, tunc iudicari poterit alibi, vt *in cap. ſtatuimus, de officio deleg. in 6.* & ita per plures ſententias Sac. Conſilij fuiſſe determinatum iam demonſtratum eſt in hoc proceſſu prout in nota facti, & quamuis pars aduerſa perduxerit alias determinationes eiuſdem Sacri Conſil. per quas dicit apparere contrarium, tamen ſi rectè illæ determinationes perpendantur, non ſunt contrariæ, ſed loquuntur in diuerſis terminis, nam vel loquuntur in vna, eademque Ciuitate, vt eſt illa de Ciuitate Nuceriæ, vel non exiſtente aliqua rationabili cauſa, vt eſt illa quæ allegatur de terra Satriani, & caſali Daboli.

9 Quoad ſecundam inſpectionem, facillimè ex præcedentibus poteſt reſponderi in deputatione noui capitanei in caſali non requiri Regium aſſenſum, nam tunc requiritur aſſenſus Regius quando tractatur de alienatione, diſmembratione, hypotheca feudi, vel de imponenda aliqua ſeruitute ſuper feudo, ita enim loquitur text. *in leg. Imperialem, de probib. feud. alien. per Feder.* & in conſtitutione Regni *Conſtitutionem diuæ memoriæ*, ſed per deputationem noui Capitanei, nihil iſtorum inducitur, vt probatum eſt in præcedentibus, ergo non requiritur aſſenſus Regius.

10 Et ſi quis inſtaret dicens, ſi poteſtas creandorum Magiſtratuum eſt de regalibus, vt *in tit. quæ ſint regal. in verb. & poteſtas creandorum Magiſtratuum*, ergo Baro non poteſt hoc facere ſine aſſenſu; Reſpondeo quod habet Baro ſpecialiter conceſſum in priuilegio, vt poſſit creare Magiſtratus, ergo exercet actum permiſſum, alioquin ſequeretur, quod quotieſcunque Baro vellet conſtituere Officialem, deberet impetrare aſſenſum? vltrà, quod aliter poſſet reſponderi ad tex. *in d. tit. quæ ſint regalia, in verb. & poteſtas conſtituendorum Magiſtratum*, prout eum intelligit Gloſ. Pariſ. *in §. 1. gloſ. 5. num. 57.* ſcilicet quod ille tex. intelligitur de magiſtratibus Regiis, vel Imperialibus, ad Regiam, vel Imperatoriam Iuriſdictionem exercendam, veluti de Proregibus Regnorum, vel delegatis à latere; nam ſiquis à Rege noſtro inuictiſſimo eſſet conſtitutus Vicarius in dominiis, quæ Rex habet in Italia, iſte Vicarius non poſſet ponere Proregem in Regno, quia poteſtas creandi hunc Magiſtratum eſt de regalibus, non autem intelligitur de aliis Magiſtratibus inferioribus: nam poteſtas creandi hos Magiſtratus, dependet à conceſſione iuriſdictonis vel Imperij, eo enim ipſo, quod iuriſdictio in aliquem ſuo nomine transfertur, ſtatim in neceſſariam conſequentiam venit poteſtas conſtituendi Magiſtratus ad illius adminiſtrationem, & exercitium.

11 Quoad tertiam, Reſpondeo potuiſſe Marchionem conſtituere Capitaneum particularem in Longobardo nonobſtante cōtradictione vaſſallorū Fluminis frigidi: nam præſuppoſita poteſtate penes ipſum, ſcilicet quod poſſit exercere iuriſdictionem per alium, in quacunque parte territorij *c. cum Epiſcopus, de off. Ord. in 6.* ſequitur, quod qui vtitur iure ſuo nemini facit iniuriam, *l. non videtur vim, l. nullus videtur dolo, ff. de reg. iur. l. 3. §. 15. tamen, ff. de lib. hom. exhib. l. iniuriarum, §. 1. ff. de iniur. l. ſi quis donaturus, §. ſiquis indebitum, ff. de cond. ob cauſ.* hinc infert Dec. *in d. l. nullus videtur*, quod poteſt quis in ſuo ædificare, & altiùs tollere ædificium vſque ad cœlum, dato quod lumina vicini obſcurentur, *l. altius, l. in ædibus. C. de ſeruit. & aq. l. proculus, ff. de dam. infect.* tantò magis ſi id faciat ad ſui vtilitatem, vt ſibi proficiat, non ad æmulationem; nam tunc procederet text. *in l. 1. §. denique, ff. de aq. plu. arc.* imò non ſolùm re ſua poteſt quis vti ad libitum ſuum, ſed etiam poteſt vti re communi ad vſum deſtinatum, *l. Sabinus, ff. com. diui.* hinc dixit Veron. *in tit. de ſer. vrb. præd. cap. de fornace, in finalibus verbis*, quod poteſt quis in muro domus ſuæ facere fornacem ad coquendum aurichalcum, etiam quòd timeretur, ne immittatur ignis in domum contiguam vicini, vel quod ex fumo fornacis magnum damnum inferatur vicino, & in caſu noſtro nullum, aut paruum damnum infertur ciuibus Fluminis frigidi ſi permitteretur Marchioni conſtituere nouum Capitaneum in Longobardo, vt dicat ius inter ipſos ciues tantùm, tunc inferretur ei notabile damnum, quando Marchio vellet in totum mutare locum iuris dicendi, & transferret Tribunal Capitanei à terra Fluminis frigidi ad Longobardum: tunc enim nimis grauarentur vaſſalli, nam compellerentur à propria ſede accedere ad Longobardum pro petenda iuſtitia, quod non eſſet permittendum, quia ius debet reddi in loco ſolito, & conſueto maiorum, *l. pen. ff. de iuſt. & iur.* ſed in caſu noſtro nihil immutatur de antiquo ſolito reſpectu ciuium Fluminis frigidi; nam ibi reſidet, & reſidebit Capitaneus, qui dicat ius inter eos, ſolùm reſtringitur poteſtas, & iuriſdictio Capitanei, vt non ſe extendat ad Ciues Longobardorum, & hoc ex cauſa fieri poteſt.

Et hoc confirmatur ineuitabili medio, iudicio meo; nam pone quod Marchio vellet vendere Longobardum alteri, & ſuper tali venditione impetraret aſſenſum Regis, nonne vaſſalli Longobardorum eximerentur a iuriſdictione Capitanei Fluminis frigidi, certè ſic; poſſentne vaſſalli Fluminis frigidi contradicere tali venditioni, credo quod non; nam dixit Bal. *in c. 1. §. eadem lege, de leg. Cor.* de conſuetudine ſeruari quod villæ, & caſtra cum mero Imperio vendantur, & Bal. refert, & ſequitur Decius *in l. debitorum, C. de pact.* & ſubdit quod nihil obſtare videtur quominus quis ius, quod habet, vendere poſſit, *arg. l. dudum, C. de contr. empt.* & quia iuriſdictio caſtri tranſit in creditorem, cui caſtrum pignoratum ſit, vt notat Paul. de Caſt. *conſi. 376. viſis col. fin.* & ſi allegaretur in contrarium auctoritas Inn. *in c. prudentiam, de offic. deleg.* vbi dixit quod non poſſet procedi ad diuiſionem caſtri, vel iuriſdictionis, ne contingat illud monſtruoſum, ne ſint duo capita in eodem corpore; Reſpondeo quod illud abſurdum reſultaret, quando diuideretur proprietas caſtri in duos, vel plures, ſecus ſi adminiſtratio iuriſdictionis fieret per plures Officiales, quia hoc eſſe permiſſum ſuperiùs probatum eſt, ſed dato, & non conceſſo quod eſſet monſtruoſum in vno caſtro, tamen non eſt monſtruoſum in duobus caſtris: & quod vnum caſtrum ab alio poſſit diuidi inuitis vaſſallis firmauit Alex. *d. conſi. 25. n. 18. 19. & 21. lib. 5.* 12

Quoad quartum reſpondeo fuiſſe licitum Marchioni, etiam poſt ſententiam Sac. Conſil. adire Principem, & ſupplicare per aſſenſum; nam cùm 13

vidiſſet fuiſſe dubitatum, an multiplicandis Tribunatibus in eodem territorio requiratur aſſenſus Regius, & ad inducendum nouum modum circa vſum iuriſdictionis requiri auctoritatem ſupremi Principis, & quod ſeparare caſtrum à ciuitate eſſet aperire portam aliis Baronibus Regni, vt idem faciant, voluit ipſe Marchio ponere rem in tuto, & obtinere in hoc iura dominicalia, & quod poſſit etiam poſt ſententiam ſupremi Prætoris Princeps ad ſe cauſam auocare, & id quod ſibi placuerit ſtatuere, vel mandare, quod reuideatur, poteſt probari his mediis. Nam quamuis reſcriptum Principis non tollat rem iudicatam, *l. cauſas, C. de tranſ. l. vlt. C. ſent. reſc. non poſſ.* latè Soc. *conſi. 47. col. 2. lib. 3. & conſ. 101. col. pen. lib. 4.* tamen declaratur non habere locum, quando Princeps factus certior de re iudicata committeret cauſam reuideri; nam tunc Reuiſor poteſt reiicere rem iudicatam, cui iam Princeps derogaſſe dicitur, vt docuit Bal. *in c. 2.* vbi etiam Barb. *de off. legat.* idem cenſuit Felin. *in c. 1. de conſt.* Dec. *conſi. 198. num. 3. in fi.* & Alc. *reſp. 301. num. 10. verſi. 3.* Et in caſu noſtro in precibus oblatis ſuæ Maieſtati per Marchionem Vallis, fuit expreſſum de re iudicata, fuit enim inſinuatum per ſententiam Sac. Conſil. fuiſſe deciſum non licere Marchioni conſtituere, niſi vnum Capitaneum in Baronia Fluminis frigidi, de qua re certior factus Princeps ſcribit Proregi, *Viſto il tenor del preinſerto memorial mi hà pareçido rimettirlo a vos che agays come mejor vi parera conuenire.* Cùm ergo Rex conceſſiſſet conſequens, ideſt, vt Prorex ſtatuat id quod ſibi conueniens eſſe videbitur, dicitur in neceſſariam antecedentiam ſuſtuliſſe rem iudicatam, *leg. ad rem mobilem, ff. de proc. l. 2. ff. de iuriſd. omn. iudi.* alioquin reſcriptum Principis nihil operetur, quod dicendum non eſt, *l. hac ſtipulatio, §. Diuus, ff. vt leg. no. caue.* & licèt Iaſ. *in d. l. cauſas, C. de tranſ. & in l. iuſtitia, ff. de iuſt. & iur. col. 2.* moueat aliquas difficultates, vt quando Princeps iubeat cauſam reuideri, non poſſit reuiſor Reiicere rem iudicatam, tamen omnibus motiuis ad plenum reſpondet Menoch. *de arb. iud. lib. 1. centur. 5. num. 6.* vltra quod in caſu noſtro non mandauit Rex, cauſam reuideri, ſed totum negotium remiſit arbitrio Proregis, & iam erat certior factus de re iudicata, & ſic motiua Iaſ. & aliorum eum ſequentium non poſſunt adaptari ad caſum noſtrum.

14 Quoad quintam, ſi ſequi volumus illam opinionem firmatam ſupra in ſecunda inſpectione quòd in conceſſione noui Capitanei non requiratur Regius aſſenſus, cùm non inducatur alienatio, nec diſmembratio, nec diuiſio feudi, aut iuriſdictionis, nec imponatur hypotheca, aut ſeruitus ſuper feudo, ſequitur neceſſariò concludendum, quod Marchio non potuit conceſſionem reuocare: non enim eſt de caſibus comprehenſis in conſtitutione. *Conſtitutionem diuæ memoriæ,* nec *in l. Imperialem,* & cùm Marchio conceſſionem fecerit ex cauſa oneroſa, quia recepit ab Vniuerſitate Longobardorum ducatos quinque mille, ideò debet teneri ad obſeruantiam contractus: nam etiam Princeps tenetur ad ipſius obſeruantiam, *c. 1. de prob.* ſed ſi teneremus aliam opinionem, quod requiratur aſſenſus, adhuc credo non eſſe locum reuocationi, nam cùm Marchio ſupplicauerit pro aſſenſu in beneficium vniuerſitatis Longobardorum, ei dicitur, ius quæſitum, & ideo non datur reuocatio, per ea quæ ſcribit Frecc. *de ſub. lib. 2.*

15 *auctorit. 1. quæſt. 40.* Et cùm gratia concernat vtilitatem Tertij, impetrans eam non poteſt illi renuntiare in præiudicium tertij, per ea quæ ſcribit Abb. *in c. Si diligenti, col. 3. de for. comp.* & ſuper hoc latiùs fuit allegatum in hac eadem cauſa, dum fuit diſcuſſum, an ſit tractanda in Collaterali Conſilio, vel remittenda ad Sac. Conſilium Capuanæ.

Quoad ſextam, & vltimam inſpectionem, credo indubitati iuris eſſe, quod etiam poſt reuocationem factam a Marchione, & poſt ſententiam Sac. Conſilij potuerit Rex ordinare, & mandare, vt delegatus ipſius ad hoc ſpecialiter deputatus valeat prouidere, prout ſibi melius videbitur conuenire: nam reuocatio nihil operatur per ſupradicta in præcedenti inſpectione, ſententia etiam Sacri Conſilij nihil habet obſtare quin Rex potuiſſet illud mandare, per ea quæ retulimus ſupra in quarta inſpectione, & hoc non obſtante prætenſo præiudicio Vniuerſitatis Fluminis frigidi, quamuis enim in reſcripto non ſit adiecta clauſula *non obſtante,* & ideo non videretur derogatum iuri Tertij, per tex. *in dict. leg. cauſas.* vbi gloſ. & Doct. *de tranſact.* & *in l. vlt. Cod. ſent. reſcin. non poſſe,* & latè per Decium *conſil. 198. num. 4.* & *conſ. 309. num. 1.* quem eſt ſecutus Bell. *conſil. 19. num. 1.* tamen non poteſt negari Principem de re iudicata certiorem fuiſſe factum, quæ certioratio vim clauſulæ *ex certa ſententia,* habet, *cap. venerabilis, de confir. vtil. vel inut.* & ob id, ex certa ſcientia reſcripſiſſe, quæ clauſula, *ex certa ſcientia,* idem operatur quod clauſula *non obſtante, leg. idem Vlpianus, ff. de execut. tutor.* Aretin. *in cap. 1. col. 4. de reſcrip.* & latè ſcribunt Soc. ſen. *conſ. 63. col. 3. lib. 3.* & ideo Oldrad. *conſil. 257. col. 3.* dicebat hanc clauſulam tollere omne obſtaculum, vt latè defendit Menoch. *de arbit. iudic. lib. 1. quæſtion. 51. numer. 8. cum ſeq.* vbi dicit communem eſſe pro hac parte. 16

Et Dominus Rex iure optimo poteſt mandare etiam contradicente Barone quod duo caſtra in vno territorio exiſtentia, etiam ſi vnum ſit ſubalternum ad aliud, ex iuſtis cauſis regantur per duas poteſtates, ſeu Capitaneos: nam ſicut Dominus proprietatis poteſt inuito vſufructuario, & vſurario fundum, vel ædes per ſaltuarium, vel inſularium cuſtodire, intereſt enim eius fines prædij cuſtodire, *leg. ſi ita, §. Dominus, ff. de vſu, & habu.* ex quo tex. infert Freccia in ſuo tract. *de ſubfeud. lib. 1. ſub tit. de prouinc. & ciuit. Regni, num. 57. verſic. notandum, ſal. vbi 95.* quod Rex tempore ſuſpicionis belli, campanile Eccleſiæ, vel ipſam Eccleſiam incaſtellare poteſt, etiam Baro viſitare caſtrum, & vaſſallos, & tenimenta ſui ſubfeudatarij, dum expedit, idem Frec. *lib. 2. auctoritas. 35. per totam.* vbi multa in hac materia, & Archiepiſcopus poteſt viſitare ſuam Prouinciam *cap. Romana, de cenſibus in 6.* ſi ergo omnibus prædictis, idest, Domino proprietatis, Baroni, & Archiepiſcopo eſt licitum omnia ſupradicta facere, quantò magis, & ſupremo Principi eſt licitum animaduertere qualiter vaſſalli gubernentur; vaſſallus enim Baronis, non deſinit eſſe vaſſallus Regis, cùm ſolus Rex ſit Dominus perſonarum, vt in conſt. Reg. *perſonas;* imò Baro cauſarum ciuilium, & miſtarum poteſt comparere pro ſuo intereſſe, quando Dominus iuriſdictionis criminalis malè tractat vaſſallos, ita Ioan. Vincentius de Anna *ſing. 61.* & ita fuiſſe deciſum atteſtatur per Sacrum Conſilium referente Conſiliario Minadois, ſi Baro poteſt animaduertere qualiter vaſſalli gubernentur a Domino iuriſdictionis criminalis, multò magis Rex poteſt inquirere qualiter vaſſalli malè regantur à Baronibus. Hinc pro reparandis grauaminibus illatis à Baronibus vaſſalli quotidie adire ſolent Regem, vel Sacrum Conſilium, vt opportuna tribuat remedia aduerſus grauamina Baronum: ita in caſu noſtro vaſſalli caſtri Longobardorum malè tractantur 17 18 19

tur ab eorum Barone, quia cogit eos accedere ad longinqnas partes pro petenda iuſtitia, & ideo ipſi ſupplicant Regem, vt huic malo regale præſtet præſidium, & compellat Baronem ad conſtituendum Capitaneum particularem in eodem caſtro, nam etiam Capitaneus conſtitutus à Barone dicitur habere iuriſdictionem à Rege, & non à Barone, vt dixit eleganter Afflict. *in tit. quæ ſint regal. in verb. Poteſtas, in princ.*

20 Et quod Rex poſſit mandare Baroni, vt conſtituat particularem Capitaneum in caſtro ſubalterno, ad hoc vt vaſſalli rectiùs, & commodiùs gubernentur, non eſt dubitandum; eſt enim Rex in terris, ſicut Deus in cœlis, vt *in Auth. de inſtrum. cautel. & fid. in princ.* & *in Auth. conſtitut. quæ de dign. §. illud,* nec poteſt eius poteſtas limitari, quia dicitur in prouerbiis, *ſcrutator Maieſtatis à gloria opprimetur,* vnde dicitur *Eſdra cap. 3.* Rex ſuper omnia præcellit, & dominatur eorum, & quæcunque dixerit illis, faciunt, & verbum Regis non prætereunt. quæ omnia refert Afflict. *in dict. tit. quæ ſint regalia, in verbo, & poteſtas creandorum Magiſtratuum.* Et in poteſtate principis eſt diuidere vnam Prouinciam ab alia, vt *in leg. 1. Cod. de Metroberi. lib. 11.* & ſeparare caſale ab oppido, ſeu caſtro, non obſtante contradictione caſtri, ſic videmus caſalia Afragolæ, & Turris Octauiæ fuiſſe diuiſa, & ſeparata quoad vſum iuriſdictionis à ciuitate Neapol.

Et ex his concludo poſſe iuſtiſſimum Proregem, & eius collaterale Conſilium, quod in hoc negotio repræſentat in totum perſonam Regis, immò ex cauſis vrgentiſſimis iam in proceſſu deductis debere præſtare aſſenſum conceſſioni factæ per Marchionem de conſtituendo particularem Capitaneũ in caſtro Longobardorum, vel ſi hodie Marchio diſſentiret prout diſſentit, poſſe ad ſupplicationem vaſſallorum eum compellere ad conſtituendum Capitaneum particularem, niſi aliter videbitur doctiſſimis, ac prudentiſſimis, Senatoribus ad latus Principis aſſiſtentibus, quorum rectiſſimo iudicio, hæc omnia ſubmittimus.

Agatius Aſſantus.

SVMMARIVM.

1 *Debitum ex conditione proueniens, an & qualiter tranſmittatur.*
2 *Releuium per mortem Baronis debitum à ſucceſſore in feudum debetur ſtatim mortuo feudatario, vſque ad num. 3.*
4 *Releuij ſolutio differtur poſt annum, & diem.*
5 *Dilatio anni pro releuij ſolutione vtpotè legalis; plures producit effectus, de quibus hic.*
6 *Legatum multipliciter fieri, & quando tranſmittatur ad hæredes.*
7 *Tempus appoſitum in præſtatione facit illud conditionale.*
8 *Ius tapeti in quo differat à iure releuij?*
9 *Ius tapeti, & ius releuij indicantur ad paria propter ſimilitudinem rationis.*
10 *Ius tapeti, & ius releuij debentur purè, licèt differatur ſolutio.*
11 *Concluſio quæſtionis proponitur ab auctore.*

ARGVMENTVM.

Ius tapeti, quod Magno Camerario Regni huius intra annum, & diem debetur, prout releuium fiſco, cùm alicuius Baronis mors contigerit, nùm illi, ſeu eius ſucceſſori debeatur, ſi mortuo Barone intra eumdem annum, mors etiam Magni Camerarij ſuperuenerit; vel dicendum eſt, ius hoc ad Regium fiſcum ſpectare, ſicque ad finem, vt ius illud Magno Camerario acquiratur, an inſpiciendum ſit tempus mortis Baronis, vel potiùs tempus, quo cedit dies ſolutionis illius iuris: & de aliis.

ALLEGATIO XXXIV.

NVPER defuncto Illuſtriſſimo Marchione Vaſti, prætenditur per Regium fiſcum nullum ius exactionis pro iure tapeti competere Illuſtriſſimo ſucceſſori reſpectu eorum Baronum, qui deceſſerunt in vita ipſius ex quo annus, & dies non tranſiuit, quo debet fieri ſolutio iuris prædicti; & ex conſequenti, ſtante morte dicti Illuſtriſſimi Marchionis infra tempus anni, & diei, nullum eſſe quæſitum ius, & proinde non eſſe tranſmiſſibile, tanquam debitum conditionale, ex reg. tex. *in l. legata, ſub condit. ff. de condit. & demonſtr. l. vnica, §. cum autem,* & *§. ſin autem aliquid ſub conditione. C. de caducis. toll.* ſi igitur nullum ius competit ſucceſſori, ſtante Marchione, nec quicquam poteſt protendere Magnificius Anchora affictator dirictuum iuris prædicti, ex tex. *in leg. lex vectigali, ff. de pig.* Ex his enim prætendit Regius fiſcus dirictus prædictos debere cedere in ſui beneficium, & non affictatoris, eſto quòd mors feudatariorum fuerit in vita Marchionis. 1

Sed ex ſequentibus prætenſionem prædictam vanam eſſe demonſtrabimus, & omnino dirictus, vt acquiſitos per mortem feudatariorum in vita Marchionis debere cedere in beneficium ipſius Magnifici de Ancora, non obſtante quod infra tempus anni, & diei ſucceſſerat mors Marchionis. 2

Indubitatiſſimum eſt de iure feudorum, releuium ſolummodo deberi M. Curiæ per mortem Baronis à ſucceſſore in feudo, vſu & conſuetudine quadam introductum, ait conſtitutio Regni *poſt mortem Baronis,* ibi, *aliquo releuio, vt moris eſt,* & ibi Andr. *in cap. 1. §. ſed, & res, n. 7. & 11. per quos fiat inueſt.* & *in c. 1. §. ſi mulier in oſtenditiis, de capit. Corrad.* Affl. *in c. ſancimus, n. 1. quo temp. miles,* & debetur ratione confirmationis inueſtituræ, quam infra annum, & 3

diem

diem hæres vaſſalli petere debet; nam pro eo releuatur Dominus, vt Andr. *in dict. conſtit. post mortem*, & ideò a die mortis pura naſcitur in beneficium Domini obligatio contra hæredem vaſſalli pro conſecutione ipſius ait gloſ. Pariſ. *titul. 1. §. 4. in princ.* Quamuis ſolutio differatur poſt annum, &
4 diem, quod tempus legale eſt ſecundum Affl. *in d. c. ſancimus, n. 8. verſ. vlterius*, præfixum fauore, & gratia Vaſſalli hæredis, qui interim facit fructus feudi ſuos, *l. ſi ita rem, §. Pegaſus. ff. de leg. 2.* & Andr. *in c. 1. in princ. n. 4. quæ ſit prima cauſa benef. amit.* Vnde cùm ſolutio releuij ſit delatata ad certum tempus anni, & diei, & clariſſimum eſt propter mortem releuium deberi, ſed ipſius ſolutionem differri, poteſt dici non ſolum obligationem eſſe natam, verum etiam actionem in beneficium Domini a die mortis, per ea, quæ Bart. *in l. Lità ſtipulatus, num. 41. ff. de verb. oblig.* ponit. Nam poteſt agi, vt tempore adueniente ſoluatur, Affl. *in deciſ. 279.* & ſic, vt purum debitum eſſe tranſmiſſibile.

Præterea ſi dilatio anni, & diei eſt legalis vt
5 ſupra dictum eſt, conceſſa ad fauorem vaſſalli, quia interim facit fructus ſuos, debet de ea iudicari ad inſtar dilationis, quæ conceditur marito circa reſtitutionem dotis conſiſtentis in pecunia poſt mortem vxoris per annum, per tex. *in l. vnica, §. exactio. C. de rei vxor. act.* nam propter ſtipulationem maritus, ſiue expreſſam ſiue tacitã, eſt debitor ſtatim poſt obitum vxoris reſpectu reſtitutionis dotis; habet tamen tempus legale anni ad ſoluendum eam, & interim facit fructus ſuos, & ideò pluries fuit iudicatum poſſe infra tempus agi contra ipſum, vt caueat deſtituendo dotem tempore adueniente, etſi non cauit, cogitur ſtatim reſtituere deducto commodo medij temporis, vt D. de Franch. *deciſ. 218.* ex doctrina Napod. in conſuetudine *ſi mulier nupta, in verbo ſi non extant, verſ. nec obſtat quod in his non habet animum*, maximè in cauſa fiſci, pro quo eſt tex. & gloſ. fin. *in l. 1. C. de condict. ex lege.*

Sic etiam dicitur de legato, quod triplici modo
6 relinqui poteſt, aut purè, & ſtatim illud debetur, & tranſmittitur, aut in diem certam, & ſtatim etiã debetur, & tranſmittitur, licèt non poſſit ante diem peti, & ſub conditione, & non ſolùm non debetur, ſed etiam nec peti poteſt ante conditionis euentum, neque tranſmittitur, & iſto caſu procedunt iura *in leg. legata ſub conditione. ff. de condit. & demonſtr. leg. vnica, §. ſin autem aliquid ſub conditione, Cod. de caduc. toll.* declarat prædicta omnia text.
7 *in leg. cedere diem, ff. de verb. ſignif. §. in diem*, & *§. ex conditionali inſtit. de verb. obligat. & leg. ſi poſt diem, §. ſi verò poſt diem, ff. quando dies leg. cedat.* Igitur cùm per mortem debeatur releuium Regiæ Curiæ, ſtatim poſt mortem illud eſt acquiſitum; tempus enim anni, & diei eſt appoſitum ad præſtationem releuij, & ideò debitum à principio purum non fit conditionale, vt quæſo rogo videri tex. *in l. ex his verbis. Cod. quando dies leg. vel fideicom. ced. in leg. quibus diebus. §. quidam Titio, ff. de cond. & demonſtr.* & ex conſequenti ſicuti in legato, ita etiam iudicari debet de releuio.

8 Nec prædictis duo, quæ fortè prætenderet Regius fiſcus, aduerſantur. Primò diuerſum eſſe releuium à iure tapeti *ex reg. l. ſi item. C. de codicill.* & proinde non debere fieri illationem de vno ad aliud *l. Papinianus exuli, ff. de minor.* Secundò quia conditionaliter debetur, donec fit actus iuramenti fidelitatis per hæredem vaſſalli; tunc enim quæritur directus Marchioni, & ideò ius illud non tranſmittit antequam fiat actus prædictus. Nam reſpondetur quod etſi ius tapeti, & releuium habent diuerſa nomina, nihilominus deſcendunt ex vno fonte, & inſimul naſcuntur, & debentur, nec alterum ſine altero naſci poteſt; nam ſi debetur releuium, debetur ius tapeti, & è contra; non enim poteſt deberi releuium abſque iure tapeti, meritò procedit illatio ex identitate vnionis, quia propter mortem debentur ambo iura prædicta, ergo idem ius, *leg. illud quæſitum eſt, ff. ad leg. aquiliam*, videmus namque quod ex prædicta ſignificatione per Regiam Cam. Sum. pro iure releuij illico pro rata ius tapeti debet ſolui, vt de iure prædicto meminit D. Franch. *in deciſ. 121. in princ.*

Nec procedit, quod conditionaliter ius prædi- 9
ctum ratione actus iuramenti, quia etiam ius releuij debetur pro confirmatione inueſtituræ, & primo loco naſcitur ius tapeti, quam ius releuij, quia iuramentum præcedit confirmationem inueſtituræ; ſed quia propter mortem feudatarij de neceſſitate debentur in die certa, debitum eſt purum, vt declarat Iuriſconſ. *in præall. § ſi verò poſt diem*, & quod pura naſcatur, (vt dixi) obligatio in beneficium Domini, gloſſ. Pariſ. hoc fatetur in loco ſupra allegato.

Vnde ex prædictis conſiderato principio, omni 10
iure eſt Magnificus Ioannes Baptiſta de Ancora habens cauſam à Marchione referendus in directibus iuris prædicti. Et hæc breuiter ſufficiant. Cætera ſuppleat religio DD. Iudicantium.

Cæſar Caracciolus.

SVMMARIVM.

1 *Factum refertur.*
2 *Bonorum antiquorum medietas intelligitur deductis oneribus impoſitis ab acquirente, & num. 5.*
3 *Secus verò ſi onus imponatur ab vltimo moriente.*
4 *Agnatus ſuccedens pro medietate recurſum habere poteſt ſuper bonis de nouo quæſitis.*
6 *Annui introitus venditi an deducantur ex toto patrimonio.*
7 *Quamuis ſpecialis adſit obligatio: Idem dicendum de ſorte principali. n. 9.*
8 *Dotium reſtitutio, & antefacti de medietate libera bonorum antiquorum fit.*
10 *Pretium rei antiquæ non ſubiacet conſuetudini,* & ſi teſtator.

ARGVMENTVM.

Conſuetudine Neapolitana, quæ incipit *& ſi teſtator*, cautum eſt, vt decedens ſine liberis de bonis ei obuenitis ab agnatis, & cognatis non poſſit, niſi de certa parte diſponere, ex hoc dubitatur an onera, quæ ſuper bonis illis impoſita ſunt deducenda ſint ex illa parte, ſuper qua moriens liberam diſponendi habuit poteſtatem,

ſtatem, vel potius ex toto patrimonio. Bona antiqua ſi alienata ſunt, & ex pretio alia bona fuerint empta, an hæc ſubiaceant diſpoſitioni conſuetudinis prædictæ.

ALLEGATIO XXXV.

CONSVETVDO ciuitatis Neapolis, quæ incipit, *Et ſi teſtator*, vult vt decedens ſine liberis, de bonis paternis, & maternis, & aliis ſibi obuentis ab Agnatis, & Cognatis poſſit diſponere vſque ad medietatem, reliqua autem medietas perueniat ad proximiores agnatos.

1 Mortuo Decio Sebaſtiano, Camilla eius ſoror poteſt prætendere virtute dictæ conſuetudinis medietatem bonorum paternorum, & maternorum, & in hoc non cadit difficultas, ſi eſt hæres cum beneficio legis, & inuentarij. Dubium eſſet, An onera, quæ reperiuntur impoſita ſuper dictis bonis per viam contractus, debeant deduci à medietate, de qua Decius potuit diſponere, an verò ex toto patrimonio. Itaque in reſiduo conſideretur medietas.

2 Capyc. *deciſ.* 191, dicit, quod aut ſunt onera concontracta per eum, à quo bona obuenerunt huic vltimo morienti, & debent deduci ex toto patrimonio; aut verò ſunt contracta per vltimò morientem, ad quem bona obuenerunt, & tunc debent deduci à
3 meditate, de qua poterat diſponere, vt teſtatur etiam in hoc ſecundo caſu deciſum Afflict. *dec.* 347. quod agnatus poteſt habere recurſum ſuper bonis de nouo per defunctum quæſitis, ſi creditor vult ex ele-
4 ctione ſatisfieri ſuper bonis patrimonialibus: & iſta deciſio Capyc. eſt fundata in quadam addit. Stephani de Gaëta, de qua in conſuet. *& ſi teſtator, in verſic. perueniat, in addit. quæ incipit, Fuit iudicatum in Sacro conſ.* & ſic intelligitur dictum Napod. *in dict. verſ. perueniat.* Item hanc medietatem habebunt, deductis oneribus eius, à quo obuenerunt, eſt
5 tamen verum, quod quando dicimus, onera contracta per illum, à quo bona obuenerunt huic vltimo, debent deduci ex toto patrimonio, debet intelligi, ſi ille, à quo bona obuenerunt, fuit primus acquiſitor; nam tunc deducuntur ex toto patrimonio, onera verò deſcendentium ab eo debent deduci, à medietate, de qua poterant diſponere: & hoc modo ponitur concordia huic concluſioni, vt dicit Stepha. de Gaëta in conſuetudine *ſi aliquis moriens, in verſic. tenetur*, in additione quæ incipit, tenet hîc Napod. & ſic iudicatum in Sacro Conſilio teſtatur olim Præſes de Franchis *deciſ.* 280. *num.* 3. qui dicit, ſic debere intelligi caſum Capyc. in præallegata deciſione.

Nunc remanet difficultas circa onera contracta per Decium, quæritur ſi adeſſent onera contracta per Laſarum patrem, cùm non conſtet, bona patri fuiſſe obuenta à proximioribus deberent, deduci ex toto patrimonio, vt dos recepta ducatorum 6000. & in hoc non eſt facienda vis, quia ſi totum patrimonium minuitur, ex detractione ducatorum 6000. in eiſdem ſoror Decij petet medietatem, quia etiam eſt ſoror ex parte matris.

6 Onera (dico) contracta per Decium in vita pluribus modis poſſunt conſiderati. Primò ſi fecit venditiones introituum ſuper bonis obuentis (licet cum pacto de retrouendendo) & promiſſione ſoluendi introitus, etiam de propria pecunia: & in hoc eſt magis difficultas, quia ſicuti in vita Decius poterat alienare bona prædicta, ita etiam obligare: & in hoc Sacrum Regium Conſilium inclinauit, iſtas venditiones cum pacto de retrouendendo reſpicere totum patrimonium, vt *in dict. deciſ.* 280. quæ deciſio procedit etiam de mente DD. Goffred. & Angeli de Raho, de quibus fit mentio in dicta additione in conſuet. *& ſi teſtator*, quæ incipit, *Fuit iudicatum in Sacro Conſilio*: dum in vltimis verbis reſpondendo illi quæſito, ſi in vita poteſt vendere, er-
go pariter obligare. Nam dicunt ipſi, quod non 7
alienauit, nec etiam obligauit in ſpecie, ſed totam hæreditatem, & relinquunt cogitandum, ergo data ſpeciali obligatione, quæ cadit in venditione introituum, reſpicit totum patrimonium, & ſic medietas ex eo, quod ſupereſt, deberetur proximiori ag-
nato. Aut verò genericè ſunt contracta, vt obliga- 8
tio pro reſtitutione dotium, & antefati, & alia, & tunc ſunt deducenda ex illa medietate, de qua poterat diſponere, Afflict. *d. deciſ.* 347.

Ita quod capitalia recepta pro venditione introi- 9
tuum, & tertiæ, deberent deduci ex toto patrimonio pro rata bonorum tam patrimonialium quam de nouo acquiſitorum. Reliqua verò onera generaliter contracta à medietate tantum reſtantium bonorum antiquorum, de qua Decius poterat diſponere, & alia medietas vadit ex prouidentia conſuetudinis ad Camillam.

Remanet dubium, ſi pretium maxariæ, quod re- 10
peritur in bancho, poteſt prætendi per Camillam, & in hoc reſoluitur dubium, quia ſi Camilla venit ad medietatem bonorum tanquam vocata per conſuetudinem, conſuetudo loquitur de bonis ſitis in diſtrictu, non autem in ſitis extra diſtrictum, vt in gloſ. *in conſuet. pupillus*, & ſicuti ſuper maxaria non poterat prætendere medietatem Camilla, tanto magis in pretio, imò quando maxaria eſſet ſita in diſtrictu, & alienata, & inueniretur pretium, vel ex pretio empta res, aut ex pecunia obuenta, empta res non dicetur ſubiecta conſuetudini, Capyc. *deciſ.* 194. & ita deciſum refert Conſiliarius Fælix de Rubeis *in addit. ad conſuet. & ſi teſtator, in prin.* & conſuetudinibus nouiter impreſſis. Aut vult venire vigore teſtamenti, & tenetur ſoluere omnia debita, quæ in bonis reperiuntur, & tunc eſſet diſputandum, ſi pecunia peruenta ex re patrimoniali, dicetur patrimonialis.

Ex quibus, prius per tuam dominationem examinatis, poteſt ordinare quid faciendum in iſto negotio Camillæ Sebaſtianæ.

Cæſar Caracciolus.

SVMMARIVM.

1 *Publicatio alicuius partita an, & quando errori ſit applicanda, & non fraudi.*

2 *Vbi tolerabilis eſt error, an præſumatur potiùs error, quàm malitia.*

3 *Prouinciales filij exactores ob duplicationem partita ad ſimplum teneri, vnà cum intereſſe ad nouem pro centenario, multoties fuit per Regiam Cameram declaratum.*

4 *Officium genus eſt generaliſſimum, & ad-*

omne

omne myſterium adaptatur, num. 6. & an Aduocatus dicatur habere officium.

5 *Stante Statuto, quod de lucro Officialium ſoluatur gabella, an debeat ſolui de lucro Procuratoris: & quinam dicantur habere officium.*

6 *Officium nomen eſt generale, & æquiuocum: & an reſeruatio contenta in indultu Catholicæ Maieſtatis comprehendat ſolùm Officiales actus iuriſdictionum exercentes, & num. ſeq.*

7 *In reſeruatione contenta in indultu Officiales ſtricto modo ſunt conſiderandi: & an comprehendantur Officiales, qui in eorum officijs deliquerint, nullúmque ſit officium ſine iuriſdictione: & an veniant ſolùm Officiales, qui iuramenta præſtant.*

8 *Perceptores Prouinciales an dicantur Officiales, vel exactores Prouinciales. & quare fuerint erecti, & conſtituti.*

9 *Exceptio Officialium, qui in eorum officiis deliquerint facta in indultu, an ſit intelligenda, dummodo deliquerint in delictis grauiſſimis in eodem indultu exceptis.*

10 *Talia ſunt ſubiecta, qualia prædicata demonſtrant.*

11 *Pœna ſi veniat applicanda fiſco, an dicatur criminalis: & quos Officiales includat reſeruatio facta in indultu.*

12 *Principum beneficia pleniſſimè, & latiſſimè interpretari an ſoleant: & an beneficia Principum recludere per aſtutam interpretationem ſit abſurdum, & temerarium.*

13 *Nonupli exactio, an ſit debitum Regiæ Curiæ, vel potiùs pœna: & ex quibus dependeat debitum, & n. 16.*

14 *Exactores Prouinciales, ſi aliquod vltra deſcribunt in exitu, ad duplum tenentur: & an omne id, quod vltra ſimplum ſoluitur ſit pœna.*

15 *Exactores Prouinciales vt lucidum reddant computum, impoſita eſt per ritum pœna nonupli.*

16 *Nonuplum debitum Regio fiſco, non poteſt dici deberi tanquam debitum, ſed tanquam pœna: & in quam pœnam incidant debitores, contra quos liquidantur inſtrumenta.*

17 *Promittens ſeruare inſtructiones, an contrahat obligationem in beneficium fiſci: & an ex promiſſione ſeruandi inſtructiones mutetur cauſa originalis, & primordium obligationis, & num. ſeq.*

18 *Origo cauſæ attenditur; & quod originaliter eſt pœna, nullo modo poteſt effici ſors.*

ARGVMENTVM.

Officialium delicta, quæ in generali indulgentia à ſereniſſimis noſtris Regibus conceſſa, exceptantur, an intelligatur non ſolum de illis Officialibus, qui iuriſdictionem exercent, ſed etiam, de quibuſuis aliis alicui muneri incumbentibus. Pœna nonupli, an & quando, & in quibus caſibus exigi poſſit: & de aliis.

ALLEGATIO XXXVI.

HÆREDES Ioannis Baptiſtæ de Sa- 1
deolis moleſtari non poſſunt pro prætenſo nonuplo prætextu quod in exitu duplicauerit partitam Alexandri Iuſtiniani, cùm id euidentiſſimè errori notorio applicandum ſit, & non fraudi, quod apertiſſimè demonſtratur ex breuitate temporis de vna partita in aliam, quia ſequenti anno prætenditur duplicatio, & non eſt credendum quod ſic fatuus fuiſſet Ioannes Baptiſta quod voluerit duplicare eandem partitam in eodem tempore, cùm certus eſſe debebat quod rationales Regiæ Cameræ in viſione computorum hoc vidiſſent, maximè attenta qualitate eius perſonæ, & proinde errori id adſcribendum eſt, provt ſic ius præſumit, vt præ cæteris aduertit Bart. *in leg. quoties, §. 1. num. 3. ff. de hæred.*
inſtit. vbi enim tolerabilis eſt error, præſumitur po- 2
tius error quam malitia, Bald. *in leg. 1. Cod. de his quib. vt indig.* & dum ceſſat fraus, ceſſat & pœna, aduertendo quod ſimiles fraudes fieri ſolent à miniſtris, qui fortè in proprios vſus pecuniam fiſci conuertunt, & vt eorum computa cooperiant, duplicationes in exitu ponere ſolent, quod in caſu noſtro ceſſat, poſtquam in facto eſt demonſtratum quod Ioannes Baptiſta eo tempore remanſit creditor Regiæ Curiæ in ducatis viginti mille ſuperfluè ſolutis in anno 1595.
Et dum aliàs caſus iſte accidiſſet in Regia Ca- 3
mera, fuiſſet per eandem Regiam Cameram in diuerſis cauſis hoc declaratum, & deciſum, tales Prouinciales exactores ad ſimplum tantum teneri vnà cum intereſſe ad nouem pro centenario. Primò in cauſa Ioannis Antonij Naue. Secundò in cauſa Antonij Belmuſti. Tertio in cauſa Ioannis Antonij de Lectuſi, vbi in indiuiduo hic articulus fuit deciſus, & condemnatus Prouincialis Perceptor ad ſimplum cum intereſſe, quælibet enim colorata cauſa excuſat à dolo, & pœna.
Et ex indultu ſuæ Catholicæ Maieſtatis moleſtari nequaquam poſſunt hæredes Ioannis Baptiſtæ, nec poterit Regius fiſcus replicare quod in eo excipiuntur illi, qui dum eorum officia exercuerint, in eo deliquerint, quia fundauimus Ioannem Baptiſtam non deliquiſſe, nec fuiſſe comprehenſum in exceptiua, & reſeruatione in indultu comprehen-
ſa. Nam licèt hoc nomen *officium*, ſit genus gene- 4
raliſſimum, & adaptatur ad omne miniſterium, vt notat gloſ. *in leg. legatis, §. ſi ex officio, ff. de l. 3.* Abb. *in cap. poſt ceſſionem, extr. de probat.* Boër. *deciſ.* 149. *num.* 1. Gemin. *in cap. vt officium, de hæret. in 6.* Dec.

in

in rubr. de officio deleg. Cagnol. *in leg. diem functo, num.* 14. *ff. de offic. Aſſeſſor.* in tantum quod etiam Aduocatus dicitur habere officium, *cap. fin de poſtulan.* & ſi quis eſſet prohibitus habere officia in ciuitate, prohiberetur etiam aduocare, Ant. de Butr. *in cap.* 1. *extr. de poſtul.* & ſi in loco extaret ſtatutum, quod de lucro officialium ſoluatur gabella, illa ſolui deberet
5 etiam de lucro Procuratoris, quia officialis dicitur, Gemin. *in cap. ſi quem, in princ. de procur. num.* 6. vltra quod etiam Viſitator dicitur habere officium *cap. ex literis, extr. de excoſ Prelat.* Delagatus habet officium, *in rubr. extr. de offic. deleg.* Item eſſe tutorem dicitur habere officiũ, vt *in rubr. quando mul. tutel. offic. fung. pot.* & eſſe Notarium eſt officium, *cap. vt officium, de heret. in* 6. & cocus pariter dicitur officialis, *Clem. ad noſtram,* §. 1. *de cenſib* Iacob. *in leg.* 1. *in princ. ff. de iuriſd. omn. Iud.* & cuſtos arcis, & cuſtos portarum dicuntur officiales, Anchar. *in cap.* 1. *in fin. de cenſib in* 6. Boer. *in prealleg. deciſ.* 159. *habere cuſtodiam paſcuorum.* Item tenere ſtationem ad vendendum ſal & oleum, & cuſtos piſcium, iſti dicuntur officiales, gloſ. *in leg. ne quis Cod. de dignit. lib.* 10. licet vilia ſint officia, Iacob. *in dict. leg.* 1. *num.* 3. *de Iuriſd. omn.* Babat. *in rubr. de offic. deleg. num.* 35. Hinc eſt quod accendere lampades, vel illas extinguere, qui tale onus ſuſtinent, dicuntur officiales, Ant. de Butr. *in rubr. extr. de offic. deleg.* & ſic de ſimilibus vt officium Sacriſtæ, officium Archidiaconi, vt *in rubr. extr. de offic. Sacriſta. & de offic. Archid.* ſicuti illi, qui portas alicuius loci cuſtodiunt adhuc officiales dicuntur, Bald. *in rubr. Cod. de oper. libert.* Salyc. *in leg. officia, in princ. Cod. de negot geſt.* Alber. in eius dicto in verbo, *officium.* Prædicator habet officium, *cap. quia Dei timorem, extr. de ſtat. Monach.* Medicus habet officium, Sacerdos officialis dicitur, Corn. *conſ.* 57. *num.* 9. *vol.* 3.

6 Eſt ergo nomen *officium* generale, & æquiuocum, & reſeruatio contenta in indultu Catholicæ Maieſtatis non aliter comprehendit iſtos, ſed comprehendit officiales, qui actu iuriſdictionem exercent, & ſunt in proprio ſtatu, & ſignificatu exercitij iuriſdictionis, & Magiſtratus, vt præ cœteris Andr. *in tit. quæ ſint regal. in verſ. poteſtas conſtituendorum, num.* 66. & ibi Afflict. *num.* 8 Carauit. *rit.* 49. *num.* 12. & *in ritu* 9. *num.* 4. alias ſi ſecus diceretur omnes ſeruientes publicis, ſeu priuatorum vtilitatibus dicerentur officiales, cùm omne miniſterium neceſſario explicandum dicitur officium, Felin. *in cap. poſt ceſſionem, num.* 2. *extr. de probat.* & propterea bene conſiderauit Alex. *in leg.* 1. *num.* 2. *de iuriſdict. omn. Iud.* loquens de ſtatuto prohibente quod electus ad certum officium, non poſſit ad aliud officium intra certum tempus deputari, dubitat Alex. ſi contigiſſet quod ipſe exercuiſſet officium Cuſtodis portarum vel arcis vel caſtri, nùm poſſit deputari ad aliud officium infra dictum tempus, & concludit quod ex præcedentibus, vel ſequentibus verbis ſtatuti, vel ex conſuetudine vel mente, & interpretatione ſtatuentium id arbitrandum eſſe, & ſecundum ſubiectam materiam; & tamen Alex. loquitur in ſtatuto, quod erat conforme iuri communi, quo diſponitur, quod quis duo officia habere non poſſit,
7 *leg. fin. de offic. Aſſeſſ.* vt aduertit Preſ. de Franch. *deciſ.* 407. *num.* 7. *verſ. ſed dicebatur.* Stricto igitur modo in reſeruatione in induſtu contenta Officiales conſiderari debent, & proprie illi, qui habent iuriſdictionem coram quibus fiunt acta, & geſta, *leg. eum, ff. de in ius voc. leg. fin. ff. de re iud.* & de his Officialibus reſeruatio in indultu contenta intelligitur, dum in eo dicitur, ſicut neque eos, qui dum Officiales eſſent, in eorum officiis deliquerint, vt aduertit Ant. de Butr. *in rubr. de offic. deleg. in fine,* ſine enim iuriſdictione nullum eſt Officium Petr. de Anchar. *in regul. ea quæ, col.* 1. *de reg. iur. in* 6. quia eſt deducere habitum ad actum ſuum, & de his Officialibus, in quibus illa tria requiruntur, quod iuret pro conſequendo officio nihil ſoluiſſe, vel pure, & ſine fraude, non amore nec odio, non prece, nec timore iuſtitiam miniſtrabit, & pariter ſeruare iura, capitula, ac Regni conſtitutiones, & pragmaticas, vt in cap. 57. Regni continetur Caroli I. Item recipient *cap. Officiales, cap. item quod Iuſtitiarij,* §. *ſic igitur iuriſiurandum, in Auth. vt Iudices ſine quoquo ſuffragio,* & *in conſt. inter cætera,* & ibi Afflict. *in prin.* & *in conſtit. prauitatem.* Luc. de Pen. *in leg.* *unicuique. Cod. de prax Sacr. Scrim. lib.* 12. Pariſ. *in tract. Synd. in ver. iuramentum,* iſtos Officiales reſeruatio in indultu comprehendit, & non alios, Carouit. *ritu* 49. *num.* 22. Follet. *in pract. crim.* & *in verſ. obuiantur executiones, n.* 137. & 130. *verſ. quid enim ſi deliquerint Officiales*: de iſtis omnes ritus, omnia capitula Regni, omnes eiuſdem Regni Conſtitutiones loquuntur.

Iſti ergo Perceptores Prouinciales non dicuntur aliter Officiales, ſed exactores Prouinciales, ita eos 8
vocat Loffred. *in tit. de controu. inueſt.* 18. 2. *art. verſ. decima ratio adducitur*, idque factum fuit, ne ſubditi & vaſſalli grauentur aſportare in longinquis partibus functiones fiſcales, & alia quæ ab ipſis Regi debentur, ne ergo grauentur vaſſalli fuerunt erecti, & conſtituti iſti prouinciales exactores, qui non dicuntur aliter Officiales.

Hoc patet ad ſenſum, dum in generali indultu 9
excipiuntur diuerſa grauiſſima delicta falſitatis, leſæ maieſtatis, & ſodomiæ, & continuando in indultu prædicto dicitur, *ſicut neque eos qui dum Officiales eſſent in eorum officiis deliquerint,* perinde eſt ac ſi dixiſſet hoc amplius, augendo reſeruationem factam de prædictis grauiſſimis delictis, innuens eſſe neceſſarium Officiales inquiſitos de delictis grauiſſimis ſimilibus expreſſis commiſſis forte dum officia exercuerint, vbi venirent puniendi graui pœna corporis afflictiua, *leg. ſi tibi purè, ff. de leg.* 3. *leg. legatum, ff. de condit. & demonſtr.* itavt æquiparatio à Rege facta ſit vniformis. Nam illa dictio, *ſicut neque eos*, eſt repetitiua præcedentium qualitatum, gloſ. *in leg. in repetendis, ff. de leg.* 3. talia enim ſunt 10
ſubiecta, qualia prædicata demonſtrant, & è contra Bart. *in leg.* 3. *ff. de fund. inſtruct.* aliàs ridiculum fuiſſet voluiſſe Regem excipere grauiſſima delicta in indultu, & immediatè dicere, ſicut neque eos, quòd ſub his verbis voluerit excipere ſua Catholica maieſtas ſimplicem pœnam pecuniariam nonupli ab exactore Prouinciali, vt prætenditur, incurſam abſque perpetratione delicti, hoc non eſt credendum, & propterea neceſſe eſt fateri exceptionem illam, & reſeruationem non includere caſum noſtrum, nec tales Prouinciales exactores, nec prætenſam pœnam pecuniariam nonupli abſque delicto.

Nec dicatur ex aduerſo, quod dum pœna venit 11
Fiſco applicanda dicatur cauſa criminalis, quia clarum eſt quod omnes pœnæ pecuniariæ, quæ fiſco applicantur fuerunt per indultum remiſſæ, vel ex delicto, vel ex liquidatione inſtrumentorum, vel aliter, vt in indultu, & propterea non eſt dubium, quod illa reſeruatio includit illos Officiales, qui actu, & habitu iuriſdictionem magiſtratus exercent, & in eo deliquerint, ita, & taliter quod pœna corporis afflictiua puniri deberent, non autem in pœna nonupli exactoris Prouincialis, qui nec dicitur Officialis.

12 Prætereà ſumus in gratia, & beneficio Principis ob publicam lætitiam conceſſo,& Principum beneficia, quæ à diuina eius Indulgentia proficiſcuntur quam pleniſſimè,& latiſſimè interpretari ſolent *leg. beneficia, ff. de conſtit Princ.* Dum enim tangunt iura concedentium, reſtrictionem aliquam pati non poſſunt, Innoc. *in c. cùm dilecti, extr. de donat.* quoniam Principum liberalitas fræno non ſubeſt, *l. 1. C. de donat. inter vir.& vxor. l. fin. C. de præpoſ. agen. in reb. lib. 12.* vbi text. inquit eſſe abſurdum, & temerarium per aſtutam interpretationem velle Principum beneficia recludere ad ſtrictam interpretationem; ſiquidem in beneficiis Principum interpretatio fit extenſiua,& non reſtrictiua, lat. *in d. l. beneficium, num. 31.* & maxime quando motu proprio, & non ad poſtulationem conceditur, Angel. & Cin. *in d. l. beneficium*; reſeruatio verò ſtrictiſſime eſt interpretanda, vt minus deroget beneficio conceſſo, & in exceptis & reſeruatis in indultu per ſuam Catholicam Maieſtatem conceſſo, reſeruationem eſſe odioſam & reſtringendam, gloſ. *in leg. 2.* & ibi Alex. & Ant. de Alex. *C. de in ius voc.* quam eſſe notabilem præ cæteris affirmat Preſ. de Franch. *deciſ. 403. nu. 11.* & proinde exceptio Officialium, qui in officio deliquerunt, intelligitur de Officialibus exercentibus actu, & potentia, iuriſdictionem & Magiſtratum, & quod grauiter deliquerint, & hoc ex communi conſuetudine, cùm ex vulgari opinione illud dicitur officium, quod eſt cum iuriſdictione coniunctum, prout ita ſumitur in omnibus, titulis, *ff. & C.* & dicuntur Officiales ab officio, quod cum iuriſdictione exercent, *l. officiales. C. de Epiſ. & Cler.* Barbat. *in rubr. de offic. deleg. n. 19.* & ex his dicimus hæredes Ioannis Baptiſtæ eſſe abſoluendos.

13 Peritiſſimus noſter Locumtenens Regiæ Cameræ dubitauit quod exactio nonupli ſit debitum Regiæ Curiæ, & non pœna, & ſucceſſiuè in indultu generali non remiſſa à Rege. Hæredes Ioannis Baptiſtæ replicant nonuplum non eſſe aliter debitum, quoniam illud non dependet, nec ex contractu, vel quaſi, nec ex aliqua alia obligatione in beneficium Regiæ Curiæ, quod apertiſſimè fundatur. Nam exactores Prouinciales ex diſpoſitione iuris debent in ſcriptis ad Curiam remittere quod exactum eſt, quid non, itavt ex eorum ſcriptura officium reddatur inſtructum, Bart. *in leg. apparitores, in princ. de exact. Trib. lib. 10. leg. 1. § officio, ff. de tutel. & ration. diſtrah. l. ſi ſtatuliber. §. fin. ff. de ſtat. liber.* Bart. *in l. comperimus, num. 1. C de naucul.*

14 *lib. 11.* quando verò exactores prædicti, qui vltra deſcribunt in exitu, in duplum tenebantur. Bar. *in l. Excellentia veſtra, C. de erogat. milit.* Ann. & ibi Ioann. de Plat. *in princ.* & *in verſ. Nota ex prima parte,* vbi in ſpecie de exitu loquitur, quod in duplum puniuntur tales miniſtri,& ſic eſt pœna, & non debitum. Nam omne id quod vltra ſimplum ſoluitur eſt pœna, vtputa duplum vel triplum, Aret. *in §. pœnales, nu. 4. verſ. & ideò, cùm ſimplum. Inſt. de action.* Nam regulariter ex omni contractu agitur in ſimplum cum intereſſe, & ex eo non oritur alia actio, niſi in ſimplum prædictum cum intereſſe, Aret. *in §. omnes autem, num. 1. verſ. Nota regulam, inſtit. de action.* Sicut dicimus in eo, qui rem litigioſam vendit non adeſt delictum, & tamen in pœnam dupli incidit, vt terreantur homines à talibus, *l. fin.* & ibi

15 gloſ. *in verb. nec immerito, ff. de litig.* & proinde vt terreantur exactores Prouinciales lucidum reddere computum, impoſita eſt per ritum pœna nonupli nullo iure per leges cognita, ex eoque pœna legalis nullo modo egreditur quadruplum, nec pœna conuentionalis, *§. omnes aut. Inſt. de action.* & ibi Aret. *in princ. quoniam per ſignum vniuerſale negatiuum lex loquitur*: ſicut dicimus in Officiali prohibito emere, ſi emit in quadruplum punitur, *l. non licet, ff. de contrah. empt.* Salic. *in d. leg. quiſquis, ff. ſi cert. pet.* & pœna, nunquam dicitur debita, niſi ſequuta ſententia condemnatoria, Pereg. *in tract. de priuil. fiſci, in tit. de publ. bonorum, num. 181.* Nonne ille, qui præcepto Iudicis non obtemperat mulctari poteſt? licèt nulla in præcepto adiiciatur pœna, certe ſic? quæ mulcta fiſco applicatur; illa tamen non dicitur aliter debita, ita quod dependeat propria obligatione per debitorem contracta, poſtquam à iure prouiſum reperitur, quibus modis homines obligantur. Cùm ergo Ioannes Baptiſta non contraxerit, nec quaſi contraxerit, vel aliquid Regiæ Curiæ promiſerit, ex quo poſſit obligatio naſci, non poteſt dici hoc nonuplum deberi fiſco, tàquam debitum, itaquè non veniat in indultu comprehenſum, ſicut liquidationes inſtrumentorum, dum fiunt ſecundum formam ritus magnæ Curiæ Vicariæ, debitores ſoluere recuſantes incidunt in pœnam carleni vnius pro ducato, nihil poteſt dici eſſe Regio fiſco debitum ex contractu, ſed vere pœna eſt. Cum ergo omnes mulctæ, & condemnationes pecuniariæ ſunt abolitæ remiſſæ, & penitus à Catholica Maieſtate elargitæ debitoribus illarum, vlterius moleſtari non poſſunt heredes Ioannis Baptiſtæ de Sadeolis.

Sed quorſum de cætero in hoc laboramus, dum idem ritus Regiæ Cameræ, in quo Regius fiſcus ſe fundat, in ſpecie ad hanc pœnam nonupli condemnat tales exactores & miniſtros vocando, & pluries repetendo omne nonuplum eſſe pœnam. Et 17
nouiſſime idem noſter acutiſſimus Locumtenens ſimiliter dubitauit, quod cùm miniſter promittit ſeruare inſtructiones ex hoc contrahi obligationem in beneficium fiſci; & propterea hoc nonuplum dicitur debitum, & non pœna, & ſucceſſiuè ſi eſt debitum, non cenſetur eſſe remiſſum.

Cui obiectioni replicatur per hæredes Ioannis Baptiſtæ Sadeolis non eſſe mutatam originalem cauſam ex promiſſione obſeruandi inſtructiones, & attenditur origo & primordium obligationis, quæ eſt pœna, & non fit alteratio aliqua ex promiſſione obſeruantiæ inſtructionum, eſt text. ad literam *in l. qui id quod, ff. de donat. l. cùm filius, §. hereditatem, ff. de leg. 2.* Bal. *in l. 3. n. 3. C. de vſur. rei iud.* & præ cæteris Bald. qui omnia ſciuit *in leg. vniuerſa, n. 4. C. de prec. Imper. offer.* notabiliter dixit quod attenditur 18
origo cauſæ, & id quod eſt originaliter pœna nullo modo poteſt effici ſors: & ſic debitum per aliquam accidentalem cauſam, & noua obligatio non addit forum foro, ſed eſt reconciliatio primæ obligationis. Hæc ſunt verba Baldi. *Non enim titulus actionis, ſed debiti cauſa reſpicienda eſt, leg. tutor. ff. de fideiuſſor. ſemper enim origo debiti à qua cauſata fuit obligatio inſpicienda eſt,* Card. Alban. *conſ. 6. num. 8.* Imol. *in leg. huiuſmodi, §. Si pater, ff. de leg. 2.* Ex his ergo dicimus cauſam eſſe in tuto, & hæredes Ioannis Baptiſtæ abſolui. Cætera ſuppleant peritiſſimi Iudicantes.

Franciſcus Antonius Coppola.

SVMMARIVM.

1 *Pactum proponitur.*

2 *Teſtamentum reaſſumptum in forma probante cum debitis requiſitis ſufficit ad obtinendum*

obtinendum, & 4. in fine: Reprobatur contraria opinio num.5.

3 *Authenticatio facit plenam fidem in iudicio.*

4 *Exemplum ſumptum ab illo, qui fecit inſtrumentum originale æquiualet originali.*

5 *Inſtrumenti originalis exhibitio ſpectat ad petentem, dummodo non reperiatur penes producentem exemplum, & n.6.*

7 *Et aliquando ipſemet Notarius cogitur ex officio à S. R. C.*

8 *Falſitatis ſuſpicio reſultans ex viſura exemplaris tantùm obligat ad exhibitionem originalis.*

ARGVMENTVM.

Teſtamenti exemplum ſi fuerit in iudicio productum omni ſolemnitate vallatum, nùm Pars, contra quam fuit productum poſſit de falſo illud redarguens, petere, vt, qui exemplum illud produxit, originale exhibeat:& de aliis.

ALLEGATIO XXXVII.

1 IN cauſa Domini Decij Sconditi, cum Illuſtriſſimo Epiſcopo Monopolitano, dubitatur, ſi dictus magnificus Decius poteſt cogi ad exhibitionem prothocolli, & teſtamenti originalis, ſtante exhibitione facta reaſſumpti in forma probante ad finem redarguendi de falſo.

2 Pro dicto magnifico Decio conſidero, quod teſtamentum reaſſumptum in forma probante ſufficit ad obtinendum in remedio *l.fin. C.de edicto diu. Adria.toll.* Si tamen cum ſuis requiſitis authenticatum ac manu eiuſdem notarij releuatum exhibeatur. Nec eſt neceſsè producere originale, vt tenet *in dict. l. fin.* Iaſ. *num.4.* Curt. *num.36.* Fulgoſ. *nu.5.* Sebaſt. Cæp. *num.14.* Zuccar. *num.92.* Spec. *n.9.* Aret. *in §.nihil autem, Inſtit.de teſtam.n.6.* Pap. in forma libelli quo petitur hæreditas ex teſtamento in gloſ. *non abolitum, in fin.* Achill. Perſ. *in tract.adipiſcen.poſſ.n.150.*

3 Cuius quidem concluſionis ea eſt ratio. Nam cum authenticatum faciat plenam fidem in iudicio etiam plenario *l. fin. C. de fid. inſtr.* præſumitur pro producente, quod originale non ſit vitiatum, abolitum, vel cancellatum, vt dicunt Doct. *in d. leg. fin.* Præterea exemplum ſumptum ab illo, qui fecit originale facit eandem probationem ac ſi eſſet proprium originale, ſecundum communē doct. concluſionem,
4 *in Auth. ſi quis in aliquo*, de qua per Alex. ibi *num. 5.* & Dec. *num. 15. C. de eden.* & alia quoque non leuis poteſt aſſignari ratio; nam cùm teſtamenta originalia debeant remanere penes notarium, *c.quoniam contra falſam, de probat.* lex fin. faciens mentionem de teſtamento intelligitur de reaſſumpto, quod in iudicio ſolet produci, vt optimè dicit Pap. *in loc.prealleg.*

5 Et licèt contrarium tenuerint *in d.l.fin.* Paul. de Caſtr. *in 1.notab.* & Dec. *n.13.* quod immò non ſufficiat tale reaſſumptum, ſed quod requiritur originale, vt poſſit dignoſci vitium viſibile, moti per doctrin. Bar. *in leg.1. §. ſi quis in duobus. ff. de bonorum poſſ. ſecundum tabul.* eorum tamen opinio communiter ibi eſt reprobata, intelligendo Bar. vt loquatur in exemplo, quod non eſt in publicam formam redactum, ſecundum terminos *d. §. ſi quis in duobus,* vt per Curt. & alios ibi, vel & ſecundò, vt non loquatur in exemplo ſumpto manu eiuſdem Notarij, vt dicit Iaſ. *in d.l. fin.* aliàs opinio ipſius eſſet contra omnes regulas iuris.

Dubium eſt modò, Quid ſi peteretur exhiberi 6
originale ad finem redarguendi de falſo (vt fuit petitum) ad quem pertineat onus, An ad Reuerendiſſimum Epiſcopum petentem, an verò magnificum Decium producentem? Cui concluſioni conſidero quod ſi eſt vera pro vt eſt veriſſima ſupradicta concluſio, non erit dubium, quin petenti exhibitionem originalis erit onus illud exhibere, quando producens exemplum non habet penes ſe originale, nec dolo malo deſiit poſſidere. Videatur (quæſo) optima deciſio Pedemon. 16. vbi exhibito teſtamento in formam publicam petebatur exhibitio protocolli, ad finem redarguendi de falſo, & nihilominus ex quo erat onus petentis, Senatus rectiſſimè iudicauit pro producente, ex qua orta fuit alia deciſio in Sac. Regio Conſilio, in cauſa illorum de Guarracinis, cum nobilibus ædilis Montaneæ, referente Domino Iacobo Anello de Boctis in duabus Aulis, vt *in deciſ.* Domini Vinc. de Franch. 194. in qua dubitabatur *de l fin.C.de fid.inſtr.* Sed ex iis quæ optimè congerit D. de Franch. ibi pro intellectu
d. l fin. fuit ſine aliqua difficultate reſoluta quæſtio 7
contra nobiles de ſedili petentes orignale ſcripturarum ad finem redarguendi de falſo, licet ibi in fine dicat, quod ſolet ex officio quandoque per Sacrum Concilium compelli Notarius ab exhibitionem protocolli, vt idem quoque dixit Rip. *in l. admonendi, n.149.ff.de iureiur.* qui allegat Ioan. Andr. *in reg. quod vna via prohibetur, de regul.iur. in 6.*

Non omitto tamen quod nullo iure poteſt tra- 8
ctari de pretenſa exhibitione, nam tunc de ea agitur, quando ſuſpicio falſitatis reſultat ex viſura eiuſdem inſtrumenti præſentati, ex quo in ſui forma, & in aliqua parte ſubſtantiali eſt vitiatum, Innoc. *in cap.8. de fid. inſtr.* vel ſaltem ex parte producentis, vel fabricantis; ita tamen, quod producens, vel fabricans fuerit aliàs infamatus, vt per iura, & Doct. *in dict. deciſ. Pedemon. 16. num.10.* Sed hæc in præſenti cauſa nullatenus concurrunt, nec ex lectura teſtamenenti exhibiti, nec ex parte producentis, nec etiam ex parte fabricantis. Et licet oretenus dicant Notarium fuiſſe bis tortum, aduertatur quod fuit tortus pro homicidio, & non pro falſitate. Ad quid igitur vexatur magnificus Decius pro prætenſa exhibitione ſi fecit id, quod iura communia, & conſtitutio Regni dictant. Nec habet facultatem exhibendi originale, & ſic quaſi impoſſibile, cùm teneatur per quemdam Notarium de terra Centulæ, vaſſallum partis aduerſæ, & inhabitet dictam terram quò non poteſt tutè Magnificus Decius accedere.

Immò ad ſaturitatem Partis aliàs procurauit ac- 9
ceſſum Notarij in hanc Ciuitatem cum originali, & facto Partis aduerſæ abiit ex arrupto, & ſecum duxit teſtamentū quod licet in proceſſu nō liqueat, liquet tamen Domino Cadenæ, ex quibus omnibus remanet fundata intentio Magnifici Decij ex teſtamento in formam publicam redacto cum ſigno Notarij, ſubſcriptione ipſius, ac teſtium; & ideò non erit am-

plius moleſtandus; ſed non obſtante petita exhibitione procedendum ab expeditionem cauſæ poſſeſſorij. Cætera ſuppleant Illuſtriſſimi, Iudicantes in quibus omnibus me remitto.

Hortenſius Petius de Venere.

SVMMARIVM.

1 *Clericus Minorum ordinum non deferens habitum, & tonſuram fori priuilegio non gaudet.*

2 *Clericus, vt poſſit forū Iudicij laici declinare, an perſonaliter coram eodem iudice comparere teneatur.*

3 *Clericus inquiſitus in foro ſeculari, ſi fuerit captus cum habitu, & tonſura clericali, & abſque aliqua alia clericatus probatione ad Iudicem Eccleſiaſticum ſit remittendus.*

ARGVMENTVM.

Clericus minorum ordinum, ſi aliquod commiſerit crimen pro quo in foro ſeculari inquiritur, nùm à iudice laïco cum habitu, & tonſura, abſque alia clericatus probatione ſit ad Iudicem ſuum Eccleſiaſticum remittendus, vel prius teneatur docere ſemper cum habitu, & tonſura inceſſiſſe, & in diuinis inſeruiiſſe, iuxta præſcriptum ſacri Trident. Conſ. *ſeſſ. 23. cap. 6. de reformat.*

ALLEGATIO XXXVIII.

1 Clericvs primorum Ordinum, ſiue primæ tonſuræ, non deferens habitum clericalem, nec in diuinis inſeruiens, non gaudet priuilegio fori Eccleſiaſtici, ſed tanquam laïcus reputatur, & à Iudice laïco cognoſcitur, vt *dict. prag. 4. incip. quemadmodum Canonicis, in tit. de Clericis, ſeu diacon. ſalu.* & Concil. Trid. *ſeſſ. 23. cap. 6.*
2 *incip. nullus, de reformat.* Immò nullus Clericus poteſt prætendere in hoc Regno declinatoriam fori ſecularis, niſi perſonaliter compareat coram eodem Iudice, & petat ſe remitti ad ſuum Iudicem competentem iuxta ritum 235. *incip. item ſeruat ipſa curia, quod nullus Clericus*, ex quibus clarum eſt, quod vaſſallus Marchionis Mariliani captus à Capitaneo illius Marchionalis Curiæ pro graui furto, dum prætendit ſe Clericum, & remitti debere ad Epiſcopum Nolæ ſuum ordinarium, debet ſanè petitionem proponere coram Capitaneo, qui ſuper tali remiſſione iuſtitiam faciat, provt in ſimilibus Magna Curia obſeruat, vigore ritus prædicti, qui eſt in viridi obſeruantia, & in hac Ciuitate abſque nulla Illuſtriſſimorū Archiepiſcoporum pro tempore querimonia.

Sed quia fit difficultas ſuper eo, quod tempore 3
capturæ dictus inquiſitus repertus fuit deferre habitum clericalem & propterea indebitè à Iudice laïco fuit captus, & abſque alia cognitione ſui clericatus, debet remitti ad Epiſcopum; ideo aduerto, quod Capitaneus ante capturam proceſſerat ad capiendum informationem de dicto furto contra inquiſitum tunc laïcum, & non deferentem habitum nec tonſuram, ſed longo tempore prius laïcas veſtes, & arma deferentem, vt teſtes informationis dicunt. Vnde quamuis poſt cœptam cauſam contra ipſum ad eludendum iuriſdictionem ſecularem & in fraudem habitum clericalem reaſſumpſerit, adhuc à Iudice laïco capi, & etiam cognoſci potuit, & poteſt, vt dicit text. *in cap. ex parte, il 3. extr. de priuileg.* & *in cap. ſi Iudex laicus, in vlt. caſu de ſenten. excommunicat. in 6.* vbi dicitur, quod tunc habitus, & tonſura proſunt clerico, quando tam tempore capturæ, quàm prius, continuatis temporibus ab eo delatus fuit; ſed ſi ante capturam habitum dimiſerat, & pro laïco ſe gerebat, & poſteà tempore capturæ habitum reaſſumpſit, illi non iuuat., ſed à Iudice laïco capi, & cognoſci poteſt, donec, & quouſque de eius legitimo clericatu docuerit.

Hæc breuiter occurrunt.

Orlandus Francus.

SVMMARIVM.

1 *Officialis ſemel ſindicatus, & abſolutus non poteſt amplius moleſtari.*

2 *Gloſſa, & Bartol.* in l. 2. ff. ad legem Iuliam repet. *qualiter procedant.*

3 *Decretum latum in contumacia, de quo hîc, quid operetur.*

4 *Doctrina ſuprapoſita procedit tum ſi procedatur per accuſationem, tum per inquiſitionem.*

5 *Capitulum Regni* item ſtatuimus, *de quo in præſenti, vtrum, & qualiter correxerit ius commune.*

6 *Officialis debet ſindicari in loco vbi adminiſtrauit.*

7 *Inſtantia perempta in criminalibus, pereunt etiam acta probatoria.*

8 *Textus* in d. cap. item ſtatuimus, *procedit etiam per inquiſitionem.*

9 *Concluſio controuerſiæ, de qua agitur, proponitur.*

10 *Concluſio ſuprapoſita fuit aliàs practicata in S. R. C. vſque ad num. 15.*

ARGVMENTVM.

Officialis ſemel ſindicatus, & à ſindicatoribus in loco adminiſtrationis, viſis de iure videndis, abſolutus, nùm poſſit de cætero pro commiſſis in officio, in ſindicatu tamen non deductis, coram ſupremo Iudice

moleſtari. Declarantur plura iura Regni, ex quorum diſpoſitione quæſtio reſoluitur, cum geminatis deciſionibus ſacri Concilij.

ALLEGATIO XXXIX.

1 COMMVNIS eſt, & indubitata iuris concluſio, quod Officialis ſemel ſindicatus, & abſolutus in loco adminiſtrationis, præcedentibus proclamatis, vt omnes querelare volentes comparerent infra certum tempus, non poſſit amplius conueniri, nec modo aliquo moleſtari pro commiſſis in dicta adminiſtratione, vt validis rationibus tenet Bald. *in leg. obſeruare, §. proficiſci, quæſt. 4. ff. de offic. Proconſ.* & Alex. *in leg. 2. ff. ad leg. Iul. repet.* & hæc fuit ſolemnis cautela Franch. de Galla, & D. Card. *in cap. penult. de Iudic.* per quam pluries obtinuerunt in facto, vt refert, & ſequitur Abb. *ibidem num. 15 verſ. hoc intelligit*, verùm & Felin. *num. 11. verſ. circa cautelam*, qui omnes tenent communiter, quod dicta proclamata operantur vt non poſſit Officialis poſtea conueniri in propria patria per text. *in leg. ſi eo tempore, Cod. de remiſ. pign.* vbi proclamatis emanatis per Prouinciam in diſtractione prædij, creditores non comparentes in termino obligationem pignoris amittunt, allegant etiam *cap. fin. qui matrim. accuſ. poſſ.* vbi repellitur ab accuſatione matrimonij, qui denunciationis tempore tacuit, & Pariſ. de Put. *in tract. ſind. in verſ. Officialis finito officio*, hanc eandem tenet opinionem, quæ nedum in abſoluto vendicat ſibi locum, ſed etiam non ſecuta abſolutione, vt quotidie practicatur, dixit Ant. Gomez *var. reſol. cap. 1. delictorum, nu. 23. in fin.* Boſſ. *in tit. de Officialibus corruptis pecunia, num. 32.* & Iul. Clar. *ſent. lib. 2. §. fin. quæſt. 51. num. 6. verſ. hac etiam præſcriptionis exceptione.*

2 Et huiuſmodi communi ſententiæ non obſtat gloſ. & Bart. *in dict. leg. 2. ad leg. Iul. repet.* indiſtinctè dicentes Officialem poſſe perpetuò pro ſuis delictis in propria patria conueniri ſecundum naturam actionis, quia loquuntur quando non fuiſſent emanata proclamata prædicta, & ita intelligi debent dixit Alex. ibid. *in addit. ad Bart.* & tenent omnes ſuperius allegati. Nec obſtat *cap. aduerſus, de immunit. Eccleſ.* & quod ibidem dicit Anchar. quia loquitur in caſu, quem ponit Bald. *in dict. § proficiſci pro fallentia*, ſcilicet in delicto concernente potius perſonam Officialis, quàm officium, vt eſt excommunicatio, de qua ibi tractatur, quæ durat etiam finito officio, vt ibidem per Abb. *num. 14. verſ. vnde delictum*, & expreſſe tenet Franch. *in dict. cap. penult. de Iudic. verſ. immò adde, num. 11.*

3 Quam communem ſententiam coadiuuat etiam decretum in contumaciam non comparentium, interpoſitum per ſindicatores elapſo termino in proclamatis præfixo, vt amplius non recipiantur querelæ, quod operari videtur impoſitionem ſilentij in cauſa dictæ adminiſtrationis, quia ſi non fuiſſet interpoſitum, adhuc non eſſet opus noua impoſitione ſilentij, ſi in proclamatis emanatis fuit dictum, quod ſi non comparerent infra tempus perfixum, amplius nam audirentur, & dicit Felin. *in loc. prædict. num. 13.* allegans Salyc. *in leg. ſi ea, Cod. qui accuſ. non poſſ.* & quod de hoc facit feſtum Aret. *in §. ſi minus, Inſtit. de actionib.*

4 Et in tantum eſt vera, & indubitabilis prædicta communis concluſio, quod nedum obſeruari debet in accuſatione, ſed etiam in inquiſitione, quam Iudex ex officio faceret, vt in terminis præſcriptionis, reiectis contrariis, pro communi refert & tenet Iul. Clar. *in dict. quæſt. 51. num. 2. verſ. & hæc quidem concluſio*: & in propriis terminis ſindicatus *ibidem n. 6.* & ratio eſt, vt ipſe dicit, quia inquiſitio ſuccedit loco accuſationis, merito ſublato iure accuſandi, cenſetur etiam ſublatum ius inquirendi. Ex quibus denegaretur actio Partibus offenſis per Officialem, ſi venirent poſt terminum præfixum, ita, & etiam denegari debet Reipublicæ, ſcilicet Iudici volenti ex officio procedere, ex doctrina Bart. *in leg. non ſolum, §. quanquam, ff. de iniur.* vt tenet idem Clar. *in quæſt. 50. num. 5. verſ. poſſet etiam reus*, dicens regulam eſſe, quod non competit actio criminalis Reip. vbi non competit Parti actio ciuilis taliter quod Officialis vt ſupra ſindicatus, & abſolutus nullomodo vlterius moleſtari debet, ne pro eadem cauſa pluribus vicibus reus fieret, cum per ſindicatores fuerit cognitum de adminiſtratione, ſeruata forma legis municipalis, & ſic non ſolum exceptione præſcriptionis tuetur ex ſuperius allegatis, ſed etiam exceptione rei iudicatæ per tex. *in leg. Senatus*, & ibi Bart. *ff. de accuſat. leg. ſi quis in tot. §. ſi ancillam, ff. de except. rei iud.* tenet idem Angel. *in l. iubemus, C. ad leg. Iul. repet.*

Et ſi forſan diceretur prædicta militari de iure 5
communi, ſed aliter de iure Regni fuiſſe diſpoſitum ex verbis *cap. item ſtatuimus quod tam Iuſtitiarij, de ſindicatu*, ibi, *& nihilominus remanente licentia Regia Curia ſuper eorum exceſſibus, atque proceſſibus facere per ſpeciales perſonas inquiri.* Reſpondetur quod hoc capitulum eſt correptum per Regiam Pragm. quæ incipit *Regiæ dignitati, de ſindicatu Officialium*, quia per ipſum, & per Conſtitutionem Regni *volumus*, fuit conceſſa poteſtas ſindicandi ſucceſſori ciuiliter tantum, & non criminaliter, nec per inquiſitionem, & propterea fuit reſeruatum Regiæ Curiæ inquirendi & ſententiandi criminaliter, vt ex lectura conſtitutionis & capituli clarè videtur, & dixit Campeg. *in dict. cap. num. 22.* ſuperuenit poſtea
dicta Pragm. Regis Ferdinandi, & nouam induxit 6
formam ſindicandi, diſponens Officialem debere ſindicari in loco vbi adminiſtrauerit per ſindicos ab Vniuerſitate electos, & deputatos ciuiliter, & criminaliter, & etiam per inquiſitionem infra terminum à conſtitutionibus, & capitulis Regni præfixum, & ſic ex reg. tex. *in cap. 1. de conſtit. in 6.* omnia diſpoſita in conſtitutione, & capitulis prædictis præter terminum quadraginta dierum ſunt ſublata, quia de eodem facto, & aliter diſpoſuit dicta Regia Pragmatica, & ſecundùm eius diſpoſitionem fuit obſeruatum per multos annos, & obſeruatur in omnibus ſindicatibus, in quibus apponitur tempus ad proponendum, quo elapſo amplius proponi non poteſt, quia perit inſtantia, vt dicit Pariſ. de Puteo *in eodem tract. in verbo, inſtantia ſindicatus*,
& perempta inſtantia in criminalibus, pereunt etiã 7
acta probatoria, ita quod nullo modo poteſt iterum agi, vt per Afflict. *in conſtit. accuſatorem. in 2. notab.* Marant. *in 5. par. ſui ſpecul. in verſ. & omnia fiant durante inſtantia, num. 57.* & hoc etiam ſi procederetur per inquiſitionem Capyc. *deciſ. 206.* per tex. *in leg. abolitionem Cod. de adult.* & per Salicet. *in leg. fin. Cod. vt infra cert. temp.*

Ex quibus, ſi adhuc ſtaret in ſua diſpoſitione di- 8
ctum capitulum *item ſtatuimus*, inquiſitio eſſet facienda infra tempus præfixum, alias de vento ſeruiret inſtantia in ſindicatu ſtatuta, & contradiceretur eidem capitulo, & omnibus iuribus prædictis, ſi admitte

mitteretur vlterius poſſe Officialem moleſtari, quia nulla daretur inſtantia ſindicatus, & ſententia abſolutoria, quam Officialis obtinuit, non eſſet ſententia, & prædicta communis concluſio nunquam obtineret locum, quod minimè dici poteſt, & nunquam haberet locum exceptio rei iudicatæ & exceptio præſcriptionis eidem Officiali competentes ex iuribus ſuperiùs allegatis, quæ venirent ſublata, & correcta, ſi inquiſitio prædicta admitteretur, & hoc nequaquam præſumendum eſt, ne tot, & tan-
9 tæ contradictiones & abſurditates inducantur. Ad quas euitandas,& ſtantibus omnibus prædictis omni iure militantibus, remanet firmiter concludendum non poſſe Officialem prædictum taliter ſindicatum, & abſolutum amplius moleſtari.

10 Et quod hæc omnia ſint vera, & taliter obſeruata S.C. pluries decidit, & nouiſſimè in cauſa D. Alonſi de Ryoas Gubernatoris Calabriæ vltra, qui pendente ſindicatu, & nonnullis conquerentibus in collatione conſ. non potuiſſe coram ſindicatore eorum iura proponere, ex quo multùm & apertè variis modis ſindicando fauebat, & querelantes minabatur, vt in memorialibus oblatis fuit ordine S. Excellentiæ per Regium Conſiliarium de Salamanca proceſſatus, & inquiſitus ex officio de nonnullis ſuburnationibus, concluſionibus & extorſionibus in proceſſu informationum folior. 600. probatis, & commiſſa cauſa M. C. V. oppoſuit nu[illegible]m dictæ proceſſationis, & non debere procedi quia
11 tempus ſindicatus erat elapſum, & prædicta concernebant ſindicatum, vt in proceſſu ſindicatus fol. 263. & dum M.C. inſtante Regio fiſco decreuiſſet fore procedẽdum, appellauit, & Sacrum Conſilium audita relatione D. de Aquitos in Aula D. Gizzarelli, decreuit, quod non procedatur contra dictum D. Alonſum ſuper capitibus, & informationibus per Conſiliarium Salamanca & eius commiſſarios captis, vt in eodem proc. *fol.* 269. pro cuius deciſione & executione M. C. proceſſit ad expeditionem cauſæ ſindicatus tantùm, & ipſum à quibuſdam querelis liberauit, *vt eodem fol. cit. & fol.* 272. Ex qua deciſione clarè videtur in contradictorio iudicio fuiſſe prædictam iuris concluſionem obſeruatam, etiam non ſecuta abſolutione in ſindicatu. Et ſic indubitatiſſima remanet, & firmiter obſeruanda in omnibus ſimilibus cauſis tam ex iuris cenſura, quam ex communi praxi S.C. cuius ſententia, & obſeruantia facit ius in Regno.

12 Quæ omnia ſi fuiſſent oppoſita & diſcuſſa tempore commiſſæ inquiſitionis faciendæ contra V.I.D. Pomponium à Leonardis de commiſſis in adminiſtratione Auditoratus in Calabria citra, certè quidem ſupremus ille Senatus collateralis ex Senatorum abundanti ſcientia,& iuſtitia tutelaris in omnes non commiſiſſet informationem capi, quæ cùm nulliter ſtantibus prædictis ſit capta de concernentibus ſindicatum dictæ adminiſtrationis, nullum ſortiri debet effectum, per ea, quæ dicunt DD. *in leg. properandum. C. de Iudic.* & *in leg. ſcire oportet, §. conſequens, de excuſat. tut.* Alex. *conſ.* 136. *vol.* 2. *num.* & Marant. vbi ſupra *num.* 58. & ſucceſſiuè non poteſt ipſe Pomponius moleſtari pro deductis in dicta informatione dum ſindicatui paruiſſet, ſeruata forma
13 dictæ Regiæ Pragmaticæ & in contradictorio iudicio cum aliquibus querelantibus laudabilem obtinuiſſet liberatoriam ante commiſſam, & captam inquiſitionem prædictam ad denunciationem, quam fecit extra ſindicatum Franciſcus Bonuentre, de quibuſdam ſuburnationibus & non debuit admitti, quia non ſuam, nec ſuorum iniuriam proponebat, & coram ſindicatoribus fuerat iam auditus in ſua prætenſione ducatorum 33. alteri, & non ipſi liberatorum cum auctione, & ſic ex odij fomite denunciauit, & erat idcirco repellendus, & non committenda inquiſitio ex officio contra dictum Officialem tam ſolemniter ſindicatum, & de alio crimine nunquam notatum, & abſolutum, præcedentibus proclamatis emanatis per Prouinciam, vt 14
omnes querelare volentes compareant infra 20. dies, quibus elapſis amplius non audirentur, tanto & fortius, quod contra ipſum nulla mala fama, vel diffamatio præcedebat ex multorum clamore, vel ex aliquibus dignis perſonis, vt in generali inquiſitione requiritur *per cap. qualiter, & quando, ſoc. 2. de accuſat.* per Specul. *in titul. de denunt. & de inquiſit.* per totum, & ſicuti repelleretur ipſe Franciſcus ſi alioquin intereſſe prætẽderet ſtãtibus omnibus prædictis, ita, & eam repelli debet à denunciatione, *c. cum dilectus filius, de accuſat.* Nam cui aliquid vna via tollitur, ad idem alia via non debet admitti. *c. tua, de procurat.* & expreſsè dicit gloſ. *in dict. cap. fin. qui matrim. accuſ. poſſ.*

Et cùm ipſe Pomponius valde honorificè,& laudabiliter per decem,& octo annos Regiis ſeruitiis, 15
& iuriſdictionalibus officiis vacaſſet abſque vnquam nullius lamentatione, & hodie tam ſolemniter fuit ſindicatus, & liberatus ante inquiſitionem prædictam, quam procurarunt, & ſollicitarunt exquiſitis modis,& falſitatibus dictus Franciſcus Bonuentre, & Antoninus Ferraus, qui nulla actione, vel intereſſe proprio ad hoc moti ſunt, ſed odio, quo ipſum Magnificum Auditorem proſequebantur ob non obtenta eorum deſideria in adminiſtratione dicti officij contra iuſtitiam partium, vt ad aures dictum fuit, & verè demonſtratum ex omni capite, non debet vlteriùs procedi, nec modo aliquo moleſtari pro deductis in dicta inquiſitione concernentibus eius ſindicatum, cuius termini abbreuiatione per S. E. conceſſa noluit vti, ſed ſeruatis ſeruandis, obtinuit literas liberatoriales, quas cum aliis ſcripturis pro veritate in facto expoſitorum præſentauit, & ſupplicauit, inquiſitionem prædictam nullam declarari, & eiſdem obſeruari dictas literas liberatoriales, & vlteriùs non procedi, nec moleſtari pro cauſa dictæ adminiſtrationis.

Ioan. Baptiſta de Leonardis.

SVMMARIVM.

1 *Liquidatio inſtrumenti per M. C. V. an fieri poſſit contra magnum Cancellarium huius Regni.*

2 *Magnus Iuſtitiarius Regni quare,& qualiter denominetur.*

3 *Magnus Cancellarius nullam habet iuriſdictionem niſi in illos de Collegio.*

4 *Regula illa, quod par in parem non habet imperium quomodo intelligatur.*

5 *Pactum, quod inſtrumentum poſſit præſentari in M. C. vtrum præiudicet priuilegiato.*

6 *Magiſter Iuſtitiarius quomodo,& qualiter procedat in Regno.*

7 *Tribunal M. C. V. in quo conſiſtat,& quomodo.*

8 *Iuriſdictio*

8 *Iuriſdictio M. C. V. qualiter, & quomodo procedat.*

9 *M. C. V. vtrum procedat contra Magiſtrum Iuſtitiarium.*

10 *Afflictus in Conſtitutione* ſtatuimus, in 3. notabili, *adducitur.*

11 *Magiſtri Iuſtitiarij officium quale ſit in Regno.*

12 *Magiſter Iuſtitiarius commorari debet in Curia Regis.*

13 *Magiſter Iuſtitiarius, an poſſit cognoſcere de crimine læſæ Maieſtatis.*

14 *Afflictus vbi ſupra* in 3. notabili, *qualiter procedat.*

15 *Magiſter iuſtitiarius cur, & qualiter habeat iuriſdictionem contra delinquentes, de quibus ſupra.*

16 *Magiſter iuſtitiarius de quibus cauſis cognoſcat, & quomodo.*

17 *M. C. V. cognoſcit de liquidatione inſtrumentorum per quandam præeminentiam.*

18 *M. C. Admiratiæ vtrum, & qualiter poſſit procedere ad liquidationem inſtrumenti.*

19 *Concluſio, de qua in præſenti, proponitur.*

ARGVMENTVM.

Inſtrumentum nùm poſſit incuſari in Tribunali M. C. Vicariæ contra Magnum Regni Cancellarium. Inſtrumentum, an poſſit incuſari in Tribunali Magnæ Curiæ Admiratiæ. Magna Curia Vicariæ de quibus cauſis cognoſcit, & an cognitionem habeat de crimine læſæ Maieſtatis. Magno Regni Iuſtitiario delinquente, an contra ipſum M.C. Vicariæ procedere poſſit: & de aliis.

ALLEGATIO XL.

1 AVDIO pro parte Magni Cancellarij in dubium reuocari, an Magna Curia Vicariæ rectè decreuerit, quod procedatur contra eum ad interrogationem inſtrumenti liquidi in eadem præſentati; ſiquidem allegat, Tribunal illud exerceri per Magiſtrum Iuſtitiarium vnum ex ſeptem Officiis, ipſumque exercere aliud eiuſdem qualitatis, quod eſt Magni Cancellarij, quod inter ſeptem officia connumeratur & ſic par in parem non habere imperium, *vulg. leg. ille à quo, §. tempeſtiuum, ff. ad Trebell.* Conſul in Conſulem, Prætor in Prætorem imperium non habet, & cùm iuriſdictio Regni ſit diuiſa inter eos, vnus non punit, neque cognoſcit alium; quando enim plures habent iuriſdictonem in ſolidum (etiam diuiſa adminiſtratione inter eos) vnus non cognoſcit de alio, Bar. *in leg. inter tutores, num. 6. ff. de adminiſtr. tut.* & *in l. fin. in fin. de rer. diuiſ.* Abb. & Felin. *in c. prudentiam, ff. de offic. Iud. deleg.* DD. *in l. eſt receptum, de iuriſd. omn. Iud.*

2 Sed corruit hæc oppoſitio, ſi veros terminos attendere volumus; cum clare pateat ex hac appellatione, ſeu adiectione Magiſtri provt denominatur Magnus Iuſtitiarius in Conſtitutione *ſtatuimus,* & alibi denotari excellentiam, & dignitatem officij, cùm enim illi totius Regni gubernatio ſit commiſſa, vt aduertit Frecc. in ſuo libro *de ſubfeud. lib. 1. verſ. ſecundum officium, num. 7.* Qui numero 13. ipſum Prætori Romano, vel Conſuli comparauit, cum maior ſit cæteris Officialibus, aliis ſit potentior, omnem habet coërctionem, vindex omnium delictorum, omnis ſexus, omniſque perſonæ, etſi Illuſtrior ſit aliis, eius paret imperio.

3 Magnum verò Cãcellarium nullam habere iuriſdictionem patet, niſi tantùm Dominis de Collegio præeſt, in quos iuriſdictionem exercet ex ſingulari iure Reginæ Ioannæ II. & quaſi nudo nomine verſatur auis ſine plumis, vt aduertit Frecc. *in eod. lib. verſ. ſeptimum officium, num. 30.* & ſic in certum genus perſonarum tradita eſt poteſtas, quod ſatis differt, ad tradita per Bart. *in l. 1. §. poſt operis, ff. de oper. non. nunc.* nunc inter cæteras limitationes traditas ad dicta per Doct. quod par in parem non habet imperium, eſt illa Iacobini *in dict. l. receptum,* 23. quando vnus ex eis eſſet maior in adminiſtratione quàm alter, de qua fallentia mentionem facit D. de Franch. *deciſ. 284. num. 2.*

4 Sed melius, quod par in parem non habeat imperium intelligitur de paritate, ſeu parilitate iuriſdictonis, quando ambo eandem haberent iuriſdictionem, puta duo Conſules, duo Prætores, qui ipſam exercent; ſed quæ parilitas? cùm Magiſter Magnus Iuſtitiarius cõtra omnes cognoſcere, magnum Cancellarium tantùm in Collegiatos ſuam poſſit exercere iuriſdictionem. Alia enim, & diuerſa eſt iuriſdictio Magiſtri Iuſtitiarij, alia, & diuerſa eſt iuriſdictio Magni Cancellarij; & ne deficiat deciſio, nonne ſi duo fuerint conſtituti Capitanei in vno caſtro, vnus exercendo ciuilem alter criminalem iuriſdictionem, quod criminalis cognoſcit, & punit ciuilem, & tamen ambo ſunt Capitanei, & iuriſdictionem exercent, & Capitaneus, qui ciuilem exercet iuriſdictionem, verè vtilem Dominum repræſentat, cùm Baroni ciuilem habenti iuriſdictionem debeatur adiutorium, & eidem à Vaſſallis aſſecuratio fiat, Capyc. *in inueſtitura ſub rubr. feud. aſſec. 2. col. verſ. quod autem erit, fol. 75.* D. de Franch. *deciſ. 131. nu. 3.* Ita fuit deciſium teſte Capyc. *dec. 2.* cuius dicta ſequutus eſt D. de Franch. *deciſ. 274.* qui dicit non obſtare regulam tex. *in l. ille à quo, §. tempeſtiuum,* quia procedit data paritate ſeu parilitate iuriſdictionis, non autem quando eſt diuerſa, & iſto modo loquuntur Bart. & Felin. qui ſupra.

5 Accedat prædictis Tyberium Magnum Cancellarium ſe ſubmiſiſſe iuriſdictoni Magnæ Curiæ, dum in eodem inſtrumento dixit *quod poſſit præſentari, & liquidari in eadem M. C.* quo caſu idem tex. *in leg. ille à quo, §. tempeſtiuum,* dat limitationem, ex reg. tex. *in l. eſt receptum, de iuriſd. omn. Iud.* Nec dicat Pars, quando ſe ſubmiſit, non eſſe tunc Magnum Cancellarium; nam verba inſtrumenti aliter dictant; ſiquidem aſſeruit obtinuiſſe gratiã à Rege officij prædicti, cui ſeruata forma oblationis debebat inſeruire pro ſumma ducatorum 80. Proinde à marchione accepit ſummam prædictam ad finem illam ſoluendi Illuſtriſſimæ Curiæ, provt ſoluit,

& ſic pecunia ad hunc finem tradita, vt priuilegium iam expeditum reciperet, quod penes mercatorem detinebatur, & ſic oculos habuit Tiberius ſe obligandi vti magnum Cancellarium, dum infra biennium promiſit pecuniæ reſtitutionem; nam qui vult conſequens, vult neceſſariò antecedens.

6 Præterea rogo aduertant Domini Iudicantes quod magiſter Iuſtitiarius non eſt ille qui iudicat, vel alius, qui ab eo deputatus ſit, ſed Regens & Iudices M.C. qui Regio nomine iuriſdictionẽ exercent, & non a magiſtro Iuſtitiario, ſed ab ipſo Rege fiunt, à quo iuriſdictionem recipiunt, prout idem dicitur de Locũtenente Protonotarij, & Locothetæ, quibus Rex facit commiſſionem & dat gagia, & ideò ſunt Locumtenentis nomine, & non effectu: hinc mortuo Magiſtro Iuſtitiario, Magno Protonotario, vel Magno Camerario, prædicti Locumtenentes gerunt officium, quod ſecus ſi iuriſdictionem haberent ab eis, *arg. l. fructuario, ff. de peric. & commod. rei vend. l. neceſſario, §. fin. de rei vend.* & ita in propriis terminis dicit Affl. in conſtitutione, *ſtatuimus, num.*1. Et ſic paſſim vidimus obſeruari, & contrarium in cæteris officiis, nam mortuo ex aliis quatuor de ſeptem officiis Regni, Locumtenentis exercitium, & iuriſdictio expirat. Hinc à Prorege prædicta officia commendantur, vt in præſentiarum vidimus in officio magni Admirati.

7 Inſuper bene ſciunt, hoc Tribunal M.C.V. conſiſtere in duobus Tribunalibus, & repræſentare duas perſonas, vnam Magiſtri Iuſtitiarij, & iſte eſt Magna Curia, alia eſt Vicarij Generalis huius Regni, & iſta eſt Curia Vicariæ, vt probat exordium Reginæ Ioannæ, in proœmio rituum M. C. *in 3. col. ſub rub. incip. Ritus M. C. V.* dum dicitur (*maximè in noſtris Magnaque Vicariæ Curiis, quæ ſub regimine noſtræ protectionis ſunt iuſtitiæ deputati,*) & alibi in aliis ritibus, prout aduertit Grammat. *deciſ... num.*9. Et ſic omnis ceſſat difficultas, quia tanquam Curia

8 Vicarij hoc poteſt facere. Hoc addito, quod tanta eſt vis, & iuriſdictio huius Tribunalis harum Curiarum, vt non tantùm procedat contra alios ex ſeptem officiis, vt paſſim vidimus, & contra D. Cæſarem de Auolos, tunc Magnum Cancellarium, & Principem Conchæ Magnum Admiratum fuiſſe proceſſum, & eſt ſequuta condemnatio, quorum proceſſus affert D. fiſci Patronus, ex quibus poſſet allegare eſſe in poſſeſſione cognoſcendi Magnam Curiam, ad tex. *in l. conſultationibus*, de iur. Patron. & ſic paſſim contra eos fuiſſe liquidata inſtrumenta, & aliàs eundemmet Tyberium diebus elapſis per Magnam Curiam conuentum, cognitum, & condemnatum.

9 Sed etiam contra eundemmet Magnum Iuſtitiarium, vt vidimus in D. Innico Picolomineo, qui cum eiuſdem Magnæ Curiæ fuerit Magiſter Iuſtitiarius per eandem cognitus, & condemnatus fuit, & quod eſt mirabile, quod per eandemmet Magnã Curiam eidem eiuſdem officij Magiſtri Iuſtitiariatus fuit ſuſpenſa iuriſdictio per Iudices eiuſdem M.C. quod non potuit alio modo fieri niſi, quia vti Iudices à Rege erant deputati, vel quia eadem M. C. Vicariæ repræſentabat.

10 In Aula Pars allegauit habere pro ſe punctualem deciſionem, & nunc intelligo in ea magnopere ſe fundare, & deciſio eſt Affl. in Conſtitutione *ſtatuimus, in 3. notab.* dum præſupponit quod Magiſtro Iuſtitiario, & ſic Regenti, & Iudicibus ſit tributa poteſtas cognoſcendi contra hos, qui ſeptem officia exercent, in caſu criminis læſæ Maieſtatis, & ſic in aliis ceſſare iuriſdictionem ſumendo argumentum à contrario ſenſu, quod licèt non procedat in dictis per Doctorem, cuius verbis non ſumitur argumentum à contrario ſenſu, quia eius auctoritas non eſt neceſſaria, vt dicit Baron. *in cap. 1. col. pen. ſub num. 272. verſ. & ideo infertur, extr. de conſt.* D. de Franch. *deciſ. 486. num. 6.* Attamen Affl. decidit pro nobis quæſtionem; nam ſi Pars allegando Affl. fuiſſet memor conſtitutionis ſuper qua loquitur, & aliarum ſequentium, aliter dixiſſet. Ad 11
quod notandum in Regno pro iuſtitia miniſtranda vnum eſſe Magiſtrum Iuſtitiarium, & eſt primum officium in Regno ſecundùm Affl. *in 6. conſt. ſtatuimus, in 1. not.* & amplius illud ponit ante officium Magni Comeſtabilis, vt in Conſtitutione *fidelium, num. 4. in fin.* licèt in hoc alij eum non ſequantur, prout dicit Marinus, ſed à Follerio defenditur, quòd procedit circa iuſtitiam miniſtrandã. Iſte enim Ma- 12
giſter Magnus Iuſtitiarius debet commorari, idest ſimul morari in Curia Regis, & ab eius Curia non eſſe abſens, vt *in dict. Conſtit. ſtatuimus, in princ.* & ibidem notat. Affl. adſunt, & alij Iuſtitiarij Regionum, id eſt prouinciarum, & ſunt hodie Præſides ipſarum, prout ſic appellat eos Capyc. *in inueſt. in ver. Iuſtitiarij per Prouincias*, relatus per D. de Franch. *deciſ. 163. num. 19.* & iſti in toto Regno Iuſtitiam miniſtrabantur, & ſic Regnum diuidit Affl. per Prouincias *in dict. Conſtit. fidelium. num. 4.* coram quibus cauſæ dirimebantur, & horum officium erat circuire ſibi decretas Prouincias, vt *in conſtit. Capitaneorum*, habetur.

Modo redeundo ad propoſitum in Conſtitutione *ſtatuimus*, ſtatuit Imperator Federicus, quod Magiſter Iuſtitiarius, qui ſemper debet commorari in Curia Regis, & nullam habet ſibi decretam prouinciam, quarum onus eſt Iuſtitiariorum, poſſit cognoſcere de crimine læſæ Maieſtatis, item de feudis quaternatis, vel de quota parte ipſorum, de appellationibus Ordinariorum, de quæſtionibus cum talium. Item inter miſerabiles perſonas iurantes perhorreſcere potentiam aduerſariorum, & illius forum eligere, & iure conſulentibus reſpondere; in aliis autem caſibus, tam in ciuilibus, quam in criminalibus non licere Partibus adire eandem Magn. Cur. ſed eorum Iudices competentes, & ſic paſſim obſeruatur: nam in eis dummodo ritu aliquo, vel Pragmatica, vel aliqua iuſſione non appareat contrarium, Magna Curia non ſe intromittit, & petita remiſſione fit remiſſio, & ſic in dicta Conſtitutione non tractatur, niſi de cauſis, de quibus Magna Curia tunc poterat cognoſcere. 13

14 Diſcurramus modo Afflict. *in dict. 3. not.* qui dicit, quod M.C.Vic. contra quoſcumque incidentes in crimine læſæ Maieſtatis procedit, & iuſtitiam facit, etiam contra alios Officiales Regni fuiſſe obſeruatum, & ſic Magiſter Iuſtitiarius, qui iudicat eos, præfertur in iuſtitia omnibus aliis Officialibus, qui caſus poſitus per Afflict. in criminæ læſæ Maieſtatis non eſt ratione criminis ob eius immanitatem; ſed quia de ipſo poterat tantum M.C. cognoſcere, quia ſi non habebat niſi illum caſum, ſuper illo notat Afflict. & data cognitione procedit, vult dicere, non tantum contra omnes alios, ſed etiam contra illos ex ſeptem officiis; dictio enim illa *etiam*, eſt augmentatiuè, cuius natura eſt adiungere caſum magis dubitabilem, & implicare minus dubitabilem, iuxta gloſ. *in leg. ſi contendat, ff. de fideiuſſor. cum concord.* per Socc. *conſil. 23. numer. 7. vol. 1.*

15 Et quod ſit verum ſequitur, & quia illos iudicat omnibus præfertur, & quod non ratione delicti, quia crimen læſæ Maieſtatis, ſed propter præeminentiam officij contra eos iuriſdictionem exercet &

& aduertatur quod cognitio huius criminis licet data fuerit M.C. cumulatiuè conceſſa fuit, non autem priuatiuè ad Iuſtitiarios Regionum, vt in dicta conſtitutione notatur, & dum tractatur de eo, de quo poteſt cognoſcere, auget Auctor, etiam contra ſeptem officia, quia eos iudicat & hic eſt germanus intellectus verborum Afflict.

15 Nec me decipit quod Mag. Cur. de pluribus cauſis cognoſcit, & habet multos caſus vltrà enarratos in dicta conſtitutione, de quibus Afflict. non fecit mentionem, nam, aut hoc euenit ex particulari priuilegio, nempe vigore rituum, puta quod de delictis Officialium & alibi, aut quia hic in Ciuitate aliquid controuertatur, ſeu delicta perpetrata ſint, in quibus apparet M.C. in primis cauſis procedere vltra caſus enarratos in dicta Conſtitutione; nam ex gloſ. eiuſdemmet Conſtitutionis, & ex conſtitutione ſequenti *Honorem*, adaptatur reſponſio; nam cùm Magna Curia hic in ciuitate reſideat, tanquam luminare maius, Iuſtitiarij Regionis iuriſdictio ſilet, vt dicta Conſtitutio *honorem*, dicit, & proinde Affl. *in dict. conſtit. ſtatuimus, in* 10. *not. num.* 35. dicit quod Mag. Cur. non procedit in primis cauſis ciuilibus, & criminalibus, quæ vel ſpectant ad baiulos, vel ad Iuſtitiarios; benè verum quod quando Magn. Cur. Vic. eſt præſens in aliqua Ciuitate, vel terra, tunc reddit ius inter priuatas perſonas, & ſi Magna Curia alibi reſideret quàm in hoc loco, vtique ibidem iuriſdictio ceſſaret illius Iuſtitiarij, ſeu Præſidis Prouinciæ.

17 Inter cæteras autem Mag. Cur. Vic. prærogatiuas vna eſt illa quod de præſentatione inſtrumentorum cognoſcit, vt tradit Marin. *in dict. lib.* 1. *de ſubfeud. verſ. ſecundum officium, in fin.* cùm ergo de hoc caſu cognoſcere poſſit non mirum, ſi ſeptem officia iùdicat. Dixit mihi vnus ex Dominis, qui cauſam decidere debent, quod Pars allegauit, quod in hoc caſu eſſet deterioris conditionis Magnif. Cancell. quam doctor de Collegio; nam illorum fit remiſſio ad Almum Collegium: credo quod non meruit hoc ad propoſitum allegare. Primò quia in materia præſentationis inſtrumenti ipſiuſque liquidationis nũquam fit remiſſio ad Almum Collegium. Item id quod dicimus, quod Collegiati remittuntur non procedit in Magno Cancellario, quia priuilegium de eo mentionem non facit, & in S.C. dum aliàs hoc petiiſſet fuit denegata remiſſio. Hoc amplius, quia hæc prærogatiua liquidandi inſtrumentum ſeruata forma ritus Mag. Cur. Vic. eſt conceſſa, nec Collegium hanc habet poteſtatem, & licèt idem Dominus mihi allegauerit illam etiam adeſſe penes Magnum Admiratum, paucis credo ſatisfeci; nam aliàs fuit dubitatum in S. C. an in dicto Tribunali poterit præſentari inſtrumentum ſeruata forma ritus, & cum Magna Cur. decreuiſſet quod non
18 mota auctoritate ritus quòd ſola cognoſcat, S.C. decidit contrarium, quia aliàs in dicta M.C. Admiratiæ reperiebatur hoc cognitum & in Regula officij hoc in ſpecie dicebatur, prout refert Marin. *in dict. loc. ſup. cit. de ſubfeud. verſ. tertium officium, num.* 31. ex quo non tantum patet reſponſum obiectis per Partem, ſed etiam ſumitur deciſio, quod ex quo aliàs fuit cognitum, & in dicta poſſeſſione erat Magnus Admiratus, obtinuit, & Fiſcus vltrà ſuperiùs allegata (quæ claram Iuſtitiæ cauſam faciunt) non obtinebit, cùm ſemper prædictos ex ſeptem officiis cognouit.

19 Hæc ſcripſi, quia curioſa materia eſt (licèt currenti calamo) ſed quia apud grauiſſimos viros cauſa decidenda hiſce opus non erat, cætera ſuppleant integerrimi Iudices.

Cæſar Alderiſius.

Fuit deciſum iuxta hic allegata per D. Conſulentem ad ſenatoriam dignitatem poſtea promotum, id quod ſub die 2. Iunij 1607. ſic atteſtante Flauio Amendula in additione ad D. Præſidem de Franch. *deciſ.* 173. *num.* 5. & in puncto contra Magnum Admiratum pro Marchione Niceti conſuluit Reg. Scipio Rouit. *conſ.* 90. *lib.* 2.

SVMMARIVM.

1 *Pragmatica prima quæ limitauit tempus regiſtri anno* 1551. *excepit pupillos, nec illud eſt poſtea innouatum.*

2 *Quæ exceptio procedit de iure in beneficium pupillorum etiam ſi potuiſſent poſt talem ætatem aſſenſum regiſtrare.*

3 *Præſertim ſi fuerunt ignorantes, prout in caſu noſtro.*

4 *Hæres ignorans contractum defuncti, quamuis maior poteſt extra tempus regiſtrare.*

5 *Reſtitutio in integrum nunquam cenſetur excluſa per quodcunque dictum quantumuis generale.*

6 *Pupilli & minores licet eſſent incluſi per ſtatutum, non propterea includuntur ſi veniunt per viam reſtitutionis in integrum.*

7 *Caſus reſtitutionis in integrum non eſt mentionatus in Pragmaticis, ſiue capitulis huius Regni.*

8 *Doctores volentes, quod aſſenſus non retrotrahatur in præiudicium tertij, non loquuntur in caſu noſtro, & quæ ſit differentia.*

9 *Aſſenſus eſt gratia.*

10 *Gratia principis nunquam trahitur in præiudicium tertij.*

11 *Nec reſtitutio per viam gratiæ.*

12 *Aſſenſus per verbum fiat eſt validus.*

13 *Reſtitutio in integrum, quæ petitur eſt per viam iuſtitiæ, & non gratiæ.*

14 *Reſtitutio in integrum, quæ petitur per viam iuſtitiæ retrotrahitur in præiudicium tertij, & in hoc differt à gratia, ſiue reſtitutione gratiæ, & num.* 15.

16 *Opponitur ex text.* in l. quod ſi minor, §. Scæuola, ff. de minor.

17 *Et ex gloſ.* in cap. ex parte, extr. de reſtit. ſpoliat.

18 *Soluitur text.* in dict. §. Scæuola, *num.* 19. *&* 20.

21 *Gloſ.* in cap. ex parte, *reprobatur, nec loquitur in terminis noſtris.*

22 *Reſtitutio in integrum ſemper competit minori aduerſus tempus elapſum.*

23 *Aut à lege feudali.*

24 *Vel ſi ab homine.*

25 *Præſertim ſi incepit currere cum minore.*

26 *Idem*

26 *Idem ſi fuit taxatum per conuentionem.*

27 *Et in ſpecie fundatur, quoad tempus taxatum per Pragmaticas.*

28 *Et quoad tempus determinatum ad regiſtrandum cum clauſula annullatiua.*

29 *Argumenta contraria, quòd ſit elapſum quatriennium, quod datur ad petendam reſtitutionem in integr. & 31. 32. & 33.*

34 *Quatriennium prædictum non currit contra ignorantem.*

35 *Nec in caſu inſinuationis.*

36 *Et quæ ſit ratio.*

37 *Quatriennium incipit à die, quo incipiebat annus vtilis.*

38 *Diuerſæ ſunt ſpecies annorum vtilium.*

39 L.interdum, §.planè, ff.de minor. *non facit ad cauſam.*

41 Clement.prima de reſtit.in integr. *declaratur, & num.43.*

42 *Quatriennium contra Eccleſiam currit à die læſionis.*

43 *Tempus limitatum non currit, niſi à die ſcientiæ.*

44 *Temporales præſcriptiones minores decennio, nunquam currunt, niſi à die ſcientiæ.*

45 *Scientia tutoris quando noceat pupillo.*

46 *Dux Atriæ nunquam fuit Tutor Comitiſſæ.*

47 *Declaratur* l.ſciendum, ff. ex quib. cauſ. maior.

48 *Quatriennium etiam ſi curreret continuò non noceret Comitiſſæ.*

49 *Quatriennium impeditur per iuſtam abſentiam.*

50 *Quamuis reperiatur ceptum.*

51 *Vel ſi abſens reliquiſſet procuratorem.*

52 *Reſtitutio in integrum ſemper datur, quando dominium eſt immenſum.*

53 *Pragmatica regiſtri non poteſt habere locum in feudis Ducis Atriæ, quia in eis fuit data poteſtas alienandi, licèt cum clauſula,* noſtro aſſenſu.

54 *Inueſtitura prædicta obligat Dominum directum ad aſſentiendum.*

55 *Quando Dominus directus tenetur aſſentire, non poteſt addere difficultatem in obtinendo aſſenſum.*

56 *Aſſenſus per verbum* fiat, *erat validus ante Pragmaticas.*

57 *Memorialia per verbum fiat, non ſolùm ſubſcribuntur à Regentibus, ſed praterea regiſtrantur, quare non poteſt dubitari de veritate illorum.*

ARGVMENTVM.

Aſſenſus Regius conceſſus obligationi bonorum feudalium factæ ad beneficium alicuius pupilli, ſiue minoris, ſi regiſtratus non extitit intra tempus à Pragmatica ſanctione præſcriptum, an minor ipſe maior factus aduerſus regiſtrationem non factam poſſit in integrum reſtitutionem petere, itaut cum effectu ſequatur regiſtratio, etiam in præiudicium Tertij, qui medio tempore contraxit. Pragmatica Sanctio mandans regiſtrari aſſenſum intra certum tempus, an locum habeat in Feudis, in quibus data fuit à Rege poteſtas alienandi, licèt cum clauſula, *Saluo aſſenſu Regis.* Quatriennij tempus quod competit minoribus ad in integrum reſtitutionem petendam, an differat ab illo, quod competit Eccleſiæ: & de aliis notabilibus ad materiam pertinentibus.

ALLEGATIO XLI.

CVm petiiſſet Comitiſſa caſtri expediri priuilegium aſſenſus in forma Regiæ Cancellariæ ſub Data diei, quo fuit impetratus per verbum *fiat*, circa obligationem bonorum feudalium Ducis Atriæ pro legitima adminiſtratione Baliatus Comitis Alexandri patris, etiam ex capite reſtitutionis in integrum; dicunt contrarij vanam eſſe prætenſionem tribus mediis. Primò, quia iamdiu biennium regiſtri iuxta capitulum quintũ Catholicæ Maieſtatis anni 1570. reperitur elapſum. Secundò, quia licèt veniret concedenda reſtitutio in integrum aduerſus præfatum tempus decurſum, non propterea aſſenſus poteſt retrotrahi in præiudicium Tertij, & ſic ipſorum creditorum, vt per gloſ. *in Conſtitutione Conſtitutionem diuæ memoriæ. in verb. confirmentur,* Afflict. *deciſ.* 286. Frecc. *de ſubfeud. quæſt.* 30. Caraet. *in l. Imperialem, fol.* 87. *lit. S.* ac alij paſſim. Tertiò, quia effluxit etiam quatriennium reſtitutionis in integrum.

Domini, vt plurimùm in litibus, vtraque Pars credit ſe iuſtam cauſam fouere, & in hoc articulo præſertim potuit talis credulitas admitti, donec res fuit ſuperficialiter tantùm conſiderata; ſed nunc elaborato negotio, quod conuenti prorumpant in ſimiles vanitates, eſt admirationis; nam ſumus in aſſenſu iam expidito per verbum *fiat*, in beneficium pupilli, & eadem Pragmatica regiſtri anni 1551. (ad cuius ampliationem venit præfatum Capitulum anni 1570.) excepit à limitatione illius temporis, vt ibi. *Quo tempore elapſo ſuper dictis memorialibus priuilegium aliquod expediri non poſſit, etiam cuiuſcumque exceptis pupillis, quod allegaret impedimenti prætextu.* 1

Ac ſubtilizet Pars quantum velit aduerſus exceptionem prædictam, quod non poterit aliquid opponere fundamentaliter; nam ſi dicet illam procedere tantùm donec durat pupillaris ætas, ſecus verò in caſu noſtro, quo poſt talem ætatem Comes habuit 2

buit vltra biennium temporis ad regiſtrandum, obſtat clarus tex. *in leg. qui cum natu maior, ff. de bonis liber.* vbi cùm fuiſſet diſpoſitum, quod patronus maior ſi accuſat libertum non poſſit conti atabulare, & in patrono minore contrarium, quærit ibi Vlpianus quid ſi accuſauerit in minore ætate, & obtinuerit ſententiam in maiori, num punietur, vt ſupra, & determinat, quod non, reddens rationem, quaſi ad deciſionem huius articuli, quod ei ſit ignocendum, quia minor cœperit; Vt etiam ſtatuitur in minore, quia adiuit, & maior fuit proſequutus aditionem, dum tractatur de reſtitutione in integrum aduerſus eandem hæreditatem aditam *in leg. 3. §. ſcio. ff. de minoribus*; cur igitur in caſu currenti poterit prætendi contrarium?

Tantò magis, quod idem ius patet ex infraſcripta concluſione, nam cùm determinaſſet *leg. fin. Cod. ſi aduerſ. delict.* quod mater, quæ non petiit tutorem filio infra annum, priuaretur ſucceſſione, niſi tamen eſſet minor, & idem *in leg. minoribus. Cod. de his quibus, vt indign. de hærede, qui non vendicauit mortem defuncti*; Quærunt Doctores, quid ſi mater erat minor tempore mortis mariti, ſeu hæres tempore delatæ hæreditatis, & inde effecti maiores non adimpleuerint, num priuarentur ſucceſſione?

Et licèt dubitaſſent Petr. de Belpert. & Cyn. *in dict. leg. maioribus*; tamen gloſ. ibi *in verſ. reſpondere*, tenet, quod non, quia initium eſt ſpectandum *ex alleg. §. ſcio*, & quia beneficium debet eſſe perpetuum, vt *in §. illud quoque, in Auth. conſtit. quæ de dignit.* quod etiam firmauit gloſ. *in leg. 1. Cod. quib. cauſ. in integr. reſtit. non eſt neceſſ. in verb. non vlciſcamur*, Specul. *in tit. de integr. reſtit. §. 1. num. 16. verſic. ſed quid ſi ipſa mulier.* Bart. *in dict. leg. minoribus*, Alber. *in leg. omnem. Cod. ad Tertull. num. 2.* Bald. *in leg. qui contra, Cod. de inceſt. nupt.* & *in ead. leg. minoribus, Cod. de his, quib. vt indig. num. 10.* & *in leg. fin. Cod. ſi aduerſ. delict.* vbi reſpondet *dict. l. Titia Seio, §. vſuras, de leg. 2.* quod ibi ætas allegabatur in detrimentum alterius, & ad augendum odium vſurarum, ſecus verò quando fertur in defenſionem, quia defenſio, quæ ſemel cœpit perpetuò durat, argumento *leg. purè, in fin. ff. de dol. exc.* & propterea dicit ipſum ſe pluries conſuluiſſe, provt *conſ. 303. vol. 4.* Sequitur Caſtr. *in leg. ſciendum, §. fin. ff. qui ſatiſdare cog.* vbi etiam Alex. *num. 2. & in alleg. leg. minoribus*, Ang. *num. 2.* Iacobin. *num. 9. & 10.* Salyc. *num. 4.* & dicit pluries ſe conſuluiſſe Fulgoſ. provt conſuluit *conſil. 52.* Grat. *reſp. 83. lib. 2. num. 7.* Roman. *conſ. 279.* Corn. *conſ. 40. vol. 3. num. 3.* Anchar. *conſ. 440. ſub num. 5.* dicit eſſe incontrouerſam, & firmam opinionem Maurit. Bolan. *dict. reſt. in integr. cap. 155.* Tiraq. *in tract. ceſſante cauſa. in 4. limit. num. 57. fol. 24.* Maranta *in leg. 15. poteſt, ff. de acquir. hæred. num. 237.* & firmat eſſe communem opinionem Bald. *in leg. precib. Cod. de impub. ſubſt. num. 22.* Iaſ. *in l. ſciendum, §. fin. ff. qui ſatiſ. cog. num. 15.* Maria. Soc. *conſ. 8. vol. 1. num. 15.* & Capr. *conſ. 98. num. 9.* Gregor. Lop. *in leg. 12. tit. 16. partit. 6. in verſ. pierden.* Cald. Perei. *in repet. leg. ſi curatorem habens. Cod. de integr. reſt. in verb. aduerſarij dolo, num. 62.* Sforz. *de reſtit. in integr. 9. 21. num. 40. & 9. 82. ſub num. 23.* Paul. de Montan. *in tract. de iure tutel. cap. 18. ſub num. 43. fol. 62.* & Ant. Gabr. qui cumulat etiam alios *in tit. de tutela, concl. 1. num. 53.*

3 Quod ſine dubio procedit in caſu noſtro, in quo pupillus, nec poſt talem ætatem ſciuit illud memoriale taliter obtentum non ſolum ex regula generali, quia aliàs puniretur iuſta ignorantia contra *leg. generali. Cod. de tabell. lib. 10.* & *cap. 3. extr. de conſtit.* vt bene conſiderauit poſt alios Zabar. *in Clem. 1. de reſt. in integr. ſub num. 30.* Sed etiam, quia ſpe- 4
cificè in caſu noſtro, quod hæres etiam maior poſſit valide regiſtrare poſt tempus limitatum, ſi ignorauit contractum defuncti, bene Bald. *conſ. 154. in fin. lib. 5.* & in aliis locis cumulatis per Tiraquell. *de retract. ligniagier. §. 35. gloſ. 4. num. 3.* Ang. *in leg. annus. ff. de calummat. num. 1.* Roman. *conſ. 228. ſub num. 4. verſ. 8.* Card. Tuſch. *in verſic. inſinuatio, concluſ. 197. num. 13.* & Mant. *de ambig. conuent. lib. 4. tit. 31. num. 56. & 58.* poſt Bart. *in leg. 2. leg. ſi aduerſ. vendit.* & *in leg. Emilius Largionas. ff. de minor.* vbi etiam Fulgoſ. cumulat alios Socin. Iun. *conſ. 45. num. 5.* & *conſ. 46. num. 42. lib. 4.* & dicit, ſæpius iudicatum Theſ. *deciſ. 108. num. 4. & 8.* Vltra quod etiam ſi non excluderentur pupilli finita pupillari ætate, vt Pars prætendit, non propterea ceſſaret reſtitutio in integrum, quia nunquam cenſetur prohibitus caſus 5
reſtitutionis, niſi expreſse de ea fiat mentio, vt poſt gloſ. *in leg. poſtquam, tit. C. de pact.* & Rebuff. *in conſtit. Galliæ, in tit. de reſtit. in integr. artic. 2. gloſ. 4. num. 23.* dixit communem, & ab ea non recedendum Guter. *pract. quæſt. ciuil. lib. 3. cap. 32. num. 15.* Raud. *in tract. de analog. cap. 33. num. 141. fol. 318. ex leg. illud. §. fin. ff. de minor.* & maximè Card. Tuſch. *in verb. reſtitutio, concl. 296.* & in pragmaticis, ſiue capitulis prædictis non legitur talis excluſio.

Immo quod etiam ſi in pragmatica, ſiue ſtatuto 6
eſſent expreſsè incluſi minores, quod non cenſeatur incluſus caſus reſtitutionis in integrum ex capite minoris ætatis, niſi claris verbis illud etiam exprimatur, Sforz. Od. *in tract. de reſtit. in integr. par. 1. quæſt. 15. artic. 7.* & Cald. Perei. *in dict. leg. ſi curatorem habens. Cod. de reſtit. in integr. in verſ. implorare in integr. reſt. num. 46. verſ. non videtur*, quorum opinionem fuit ſequutum S.C. vt per Vinc. de Franch. *deciſ. 431. numer. 2. & 3.* & fuit originalis opinio gloſ. *in leg. ſicut. Cod. de præſcript. triginta annor.* quem ſequuntur ibidem Bart. *num. 4.* & reddit rationem Bald. *num. 19.* Salic. *in final. verb.* & alij ibidem.

Si igitur talis caſus nullo modo eſt expreſſus, nec 7
in pragmatica, nec in capitulis concordantibus, remanet firmus non ſolùm primus articulus, quod pupilli in illis ſtatutis non ſint incluſi, tanquam expreſsè excepti, ſed etiam ſecundus, quod habet locum reſtitutio in integrum, tam ex capite iuſtæ ignorantiæ, quam ex capite maioris ætatis. Sed tamen fundabo, quod illa retrotrahatur in præiudicium tertij, & ſic creditorum, qui in medio tempore obtinuerunt aſſenſum contra ſecundum aſſumptum Partis.

Circa quod (ni fallor) fruſtra allegantur DD. 8
quos adduxi in principio; nam longe differt, num aſſenſus, qui nunc impetratur, trahatur in præiudicium tertij, & ſic creditorum prætendentium, qui eſt caſus prædictorum Doctorum ab eo, qui iam fuit impetratus, & impeditur per regiſtrum, qui eſt caſus noſter.

Nam quoad primum dicunt omnes, quod non 9
retrotrahitur, & bene; quia ſi aſſenſus cum impetratur, eſt gratia, vt per Camer. *in leg. Imperialem, fol. 44. litera S. verſ. tertia concluſio*, poſt Iſer. *in conſtit. ſi quis poſt litem, verſ. in aliis debitis*, quia ſaltem adeſt intereſſe voluntatis, ſiue affectionis, quod feudum non mutetur de vna perſona ad aliam, vt *ex l. fin. de vſu, & habitat.* Iſer. *in eadem l. Imperialem, ſub num. 4.* vbi cumulat Lipar. & quia qui confirmat, dat legem, *lege obuenire. ff. de verbor. ſignif.* quam ad hunc propoſitum adducit Andr. *in c. primo. qui ſucceſſ. teneant. num. 80.* & *in c. 1. per quos fiat inueſt. n. 10.*

ac

10 *ac alibi*, vt ibi Epiſcopus Nicoteræ. Et gratia Principis nunquam trahitur in præiudicium tertij, *l. nec Anus. C. de emancipiat.liberor.* & *l.2.§.ſi quis a Principe.ff. ne quid in loco publico*, quibus Iuribus mouen-
11 tur etiam Doctores in contrarium allegati, vt nec etiam reſtitutio gratiæ, quæ conceſſa a Principe, propterea non extenditur ad bona in tertium alienata, vt per Iſer. *in cap.1. de Vaſſallo decrep.atat. ſub num.5.* & infiniti, quos cumulat Intrigliol. *in 2. Centuria feudal.artic.38.* Sequitur neceſſariò, quod creditor, qui medio tempore validè contraxit cum aſſenſu remaneat tutus.

12 Sed in caſu noſtro, quo non diſputatur de gratia, quia iam aſſenſus fuerat impetratus in memoriali per verbum *fiat*, & validè, vt refert iudicatum Afflict. *deciſ.253.* & ſequitur Vinc. de Franch. *deciſ.*
13 *663. num.1.* Et quæritur tantùm ſi ad regiſtrum dictæ gratiæ lapſu temporis non obſtante, detur regreſſus ex capite reſtitutionis in integrum, non per viam gratiæ; ſed iuſtitiæ ex capite minoris ætatis, & aliàs, vt infra.

Non eſt tractandum de terminis prædictis gratiæ, ſed tantùm primo, ſi reſtitutio in integrum,
14 quæ dicitur Iuſtitiæ, ſiue de Iure competens retrotrahatur in præiudicium tertij, Secundo, ſi talis reſtitutio competit aduerſus elapſum tempus limitatum ad regiſtrandum.

Primum, eſt ſatis clarum, quia hanc eſſe differentiam inter reſtitutionem gratiæ, & iuſtitiæ voluerunt omnes Doctores, vt poſt Cuman. diſtinguit Claud. Seyſel. *in leg. Gallus, §. & quid ſi tantum, ff de liber. & poſth. num.36. & 39.* vbi etiam Iaſ. *num.59.* & reprobato Lancell. Galia ſequitur ibidem Emanuel. Coſta *in 2. part. num.44. 46. & 49. cum ſeq.* poſt Marcum Antonium Peregr. *in tract. de iure fiſci, lib.5. tit.2. num.44.* Vinc. de Franch. qui alios cumulat *in deciſ.213.num.52.* & Ioan. Vinc. de Anna *in cap.1. de vaſſall. decrep. atat. num 213.* & in terminis noſtris res caret ſcrupulo, quia ni daretur reſtitutio contra tertium, adeſſet grande damnum minoris, & procederet *l. ſi ex cauſa, ff. de minor. & l. in cauſa. §. interdum, ff. de minor.*

15 Eſt eſt tex. expreſſus de iure Codicis *in l. fin. C. de repud.hered.* quæ cùm ſtatuiſſet, quod iuxta antiquũ ius hæres repudians hæreditatem non admitteretur amplius ad eam, ſi inde hæreditas reperitur per alium adita, limitat illam diſpoſitionem ſi primo hærede exiſtente minore, hæreditas fuiſſet alienata, quia tunc per reſtitutionem in integrum permittitur ei hæreditatem recuperare, etiam in præiudicium tertij.

16 Dicit Pars, quod prædictæ concluſioni obſtat tex. *in l. quod ſi minor, §. Scævola. ff. de minor.* vbi quod ſi quis iuuenili leuitate ductus repudiauerit hæreditatem, aut omiſerit bonorum poſſeſſionem, & inde pæniteat omnino audiendum; ſi tamen res in integro ſit, ſecus vero ſi hæreditas reperitur alteri diſtracta, ergo excipitur præiudicium Tertij.

17 Et gloſ. *in cap. ex parte, extr. de reſtitu. ſpoliat. in verb. quamuis*, & *l. ait Prætor, in verb. quid aliud, ff. de minor.* vbi quod quando minor renunciat beneficium, ſi pænitet, re integra, reſtituitur, ſecus verò ſi reperitur alteri collatum, quam opinionem ſequuntur multi, quos cumulat Franciſcus Caldas Pereira, *in l. ſi curatorem habens. C. de in integr. reſtit. in*
18 *ver. læſio, num.38.* Sed verè non obſtant, nam quoad *text. in leg. quod ſi minor. §. Scæuola, ff. de minor.* poſſem dicere, quod ſit correctus de iure Codicis per *dict. leg. fin. C. de repud. hered.* quæ expreſſe fatetur correctionem, ibi, *hoc corrigentes, Sancimus, ſi quidem res iam vendita ſunt, vt nullus aditus ei ad hæreditatem releuetur. Quod, & antiquitus obſeruabatur.*

Sed ne à communi recedam text. ille ſic determinauit, non quia erat alienata hæreditas, ſed quia vltra alienationem per illum Tertium erat propriis laboribus liberata, vnde non erat conueniens, quod vtilitas procurata, & laborata per vnum, alteri prodeſſet, vt expreſsè voluit, & in tali opinione reſidet ibi gloſ. *in ver. repellendum*, quam dixit veriorem, Alex. *conſ.62. volum.5. ſub num.9.* dicit communem poſt alios Sforz. *in dict. tract. de reſtit. in integr. q.62. artic.2. num.18.*

Scio ego, quod prædictam ſolutionem non am- 19
plectitur Emanuel Coſta *in leg. Gallus. §. & quid ſi tantum, ff. de liber. & poſth. part.2. num.55. cum ſeq.* diſtinguendo, quod *l. fin. C. de repud. hered.* reſtituat minorem, ex eo, quia ibi tractatur de hæreditate patris, & per repudiationem videtur in damno, ſecus vero in hæreditate extranei, in qua minor hæres inſtitutus tantum lucro priuaretur, vt in *§. Scæuola*, quaſi leges diuerſimodè conceſſerint reſtitutiones ad damnum, quod ad lucrum.

Sed nihil ad rem, tum quia doctrina reprobatur per Couar. *var. reſol. lib.2. cap.5. n.2. & 3. cum ſeq.* Nam iura pariter reſtituunt minorem ad lucrum, ſicut ad damnum, *leg. ait prætor. §. fin. cum leg. ſeq.* & *leg. non omnia, ff. de minor.* & aliis iuribus, quæ ipſe cumulat, & præterea intellectus Coſtæ eſſet contra verba *§. Scæuola*, nec ad aliquid textus ille ponderaſſet hæredem fuiſſe laboribus ſubſtituti liberatum, ſi genericè ſemper alienata hæreditate minor reſtitueretur. Nam quando eſſet verus intellectus 20
illius, Minor in caſu noſtro tractat de damno, tam circa amiſſionem ſiue pecuniæ, quam circa rationem ſuper feudis, quam quæſiuerat per memoriale per verbum *fiat*, vt *Afflict. deciſ.253.* & nunc perderetur per non regiſtrationem in adeò notabilem læſionem.

Et gloſ. *in cap. ex parte, extr. de reſtit. ſpoliat.* reiici- 21
tur non ſolùm, quia talis opinio reprobatur per Couar. *variar. reſolut. lib. primo, cap.5. num.3. verſ. contrariam ſententiam*, ex intentione Innoc. Imol. Eman. Coſtæ, & aliorum, vt etiam per Boër. *dec.350.* Sed etiam, quia quando eſſet vera nihil ad rem noſtram feudalem, & patet ex rationibus ibi per Gloſ. & alios adductis.

Nam mouentur primò ex eo, quod ille caſus erat ſpiritualitatis, in quo minores, tanquam maiores agunt *ex cap.1. de Iudic. in.6.* quod nullo modo reperitur in feudis, imò contrarium, vt per Iſern. *in conſtit. minor.* Vinc. de Franch. *deciſ.650.* Secundò mouetur, quod minor per renunciationem beneficij potius exoneratur, quàm aliud, cùm liberetur à tot obligationibus, ad quas ſpiritualia beneficia obligant. Quod etiam ceſſat in caſu noſtro; nam creditor remanet exoneratus, niſi pecunia: nam de reliquo ad nullum onus tenebatur ob hypothecam feudalem, adeò, quod in ea etiam Monachi, & alij incapaces ſuccedant, vt ſuſtinuit Doctiſſimus Fabricius Brancacius pro ſorore Largia de Friſis profeſſa in Monaſterio Sanctæ Mariæ de Angelis, & defendit latè Scrader. *in tract. feud. parte 7. capit.2. num.26.*

Secundum, quod reſtitutio competat minori ad- 22
uerſus elapſum tempus, etiam ex negligentia amiſſum, patet non ſolùm genericè *in Clem.1. de reſtit. in integr. cum concord.* ibi adductis per gloſ. ſed in ſingulis caſibus, in quibus tempus eſt determinatum ad aliquid faciendum.

Sed in feudis, quæ gratis conceduntur, vt in *c.1.* 23
§. huius autem generis in quib. cauſ. feud. amiſ. ſub ex-

preſſa

preſſa conditione, quod niſi infra annum petatur inueſtitura, feudum deuoluatur concedenti, vt *in capit.1. de cap.Corrad. & in cap.1. quo tempore miles*, conceditur reſtitutio in integrum, ſi ob negligentiam illa inueſtitura non fuerit petita, vt firmauerũt Iacob.de Aret. *in ſumm feud cap.*44.Iſer.*in cap.1. ſi minori, ſi de feud.fuer.contr.num.1.in fine*, & *in c.1. §. præterea ſi infeudatus, de prohib.feud.alien.per Feder. num.2.* vbi cùm gloſ. loqueretur de hac quæſtione per verbum *fortè*, ipſe dicit illud verbum eſſe delendum, quod etiam voluit ibidem Iacob.de Belu.& Bald. *num.1.* Afflict. *num.2.* Aluarot.*num.2.* Laur.Silud.*in tract.de recogn.feud.quæſt.53.verſ.aliud eſt quærere.*Curt. in *tract feudor.part.4.num.45.& 46.* poſt Ioannem Andr. *in addit.ad ſpecul.in tit.de feud. §.fin. in addit. incip. ſi minori*, Caſſan. *in conſuet. Burgun ſub rub.3.in titul.des fieds.§ verſ. nunquid autem, fol.390.* & dicit communem Alber.Brun. *conſ.100.* Alex. *conſ.79.num.11.lib.1.* Rolan *conſ.40. num.13. lib.13.*Iul.Clar. *in §. feudum,quæſt.49.*cumulat alios, & dicit ſic ſeruari in R.C. Lipar. ad Iſer. *in dict.leg. Imperialem, §. præterea ſi infeudatus, num. 27.* quod etiam refert Octauius Bambacar.*in alleg. §. ſi minori, num.23.*

Et in anno per eaſdem conſuetudines feudales dato ad retrahendum feudum alienatum per conſanguineum,ſiue Vaſſallum,*iuxta cap.1.§.porro,qual. olim feud. poteſt alien.* voluerunt ibi Bald. & omnes, & facit deciſio Boër.140.& eſt tex. expreſſus *in cap. conſtitutus extr. de in integr. reſtit.*

24 Et genericè ſi tempus limitetur ab homine *tex. clarus in l.3. §. ſi hæres,ff.de minor.* dum expreſsè diſponitur, eo quod inſtituto hærede ſub conditione, ſi intra centum dies emanciparetur, conceditur reſtitutio in integrum, licèt infra illud tempus non fuerit emancipatus: & præterea tetigit articulum Bald. *in l. pupillorum.C. de repud. hæred.ſub num.3.*in Eccleſia inſtituto hærede ſub expreſſa conditione, quod infra annum ædificaret Hoſpitale, & niſi ædificaret infra illud tempus, hæreditas deueniret ad Hoſpitale Miſericordiæ, & determinat competere reſtitutionem in integrum ſi infra annum non ædificauerit ex *l.& ſi ſine,§.ſed quod Papinianus,*& *l.quod ſi minor.§. Scæuola. ff. de minor.*licet clarior ſit tex. *in leg. fin.C. de repud.hæred.*& Bald. ſequuntur ibidem Iacobin. *circa fin.* Mauric. Bolan.*in tract. de reſtit. in integr. cap.186.* qui mouetur eiſdem iuribus, quæ ante illum adduxerat Aret. *conſ.62.num.8.& 9.* Capell.Tholoſ. *deciſ.92.* Rimin.Sen. *conſ.261.num.23. volum.2.* Melch.Palc. *in tract.de maior.lib.2.quæſt.4. illat.8. num. 7.* latè Franc. Cald. *in leg. ſi curatorem habens, C.de in integr.reſtit.in verb.vel aduerſarij dolo, num.79.* Sforz. *de reſtit. integrum,quæſt.82. num.62.* & Ann. *ſing.305.* vbi cumulat addentes.

25 Immò quando tempus à principio incipit currere cum minore, prout in caſu noſtro firmauerunt idem etiam illi Doctores,qui fuerunt contrariæ opinionis, quando incepiſſet cum maiore, & effluxerit cum minore, vt Tiraquell. *in tract. de retract. conuent.§.1. gloſ.2. ſub num.59.* & nouiſſimè Card. Mantica *in tract.de tacit.& ambig.conuent.lib.4.tit.31. num.66.fol.298.*

26 Et quando aliquod fuit ex conuentione conceſſum inter contrahentes, quod detur reſtitutio in integrum, eſt tex.expreſſus *in leg.ſi creditor, §.illud, ff de diſtract. pignor.*& cumulat Tiraquell. *de retract. ligniagier. §.35.per totum,* & Cardin. Mantic. *vbi ſupra n.56.*

27 Si à Pragmaticis fuerit tempus taxatum patet ex pragmatica 12.Ducis Oſſunæ, quæ ſtatuit poſt concluſionem in cauſa, non poſſe allegari Iudices ſuſpectos, quamuis litigantes eſſent minores,& tamen competere reſtitutionem in integrum aduerſus illud tempus elapſum firmauit Vinc.de Franch. *deciſ. 431.num.2.* & fuiſſe deciſum refert. Maſtril. *in ſuo conſ. vltim. poſt deciſionem num.28.* & propterea in pragmatica domanij fuiſſe expreſsè abdicatam reſtitutionem in integrum, vt *in pragmatica 13.* Comitis Mirandæ in primo capitulo.

Et in propriis terminis Statuti, quod teſtamenta regiſtrentur infra ſex menſes alias ſint irrita, quod niſi regiſtrentur infra illud tempus competat reſtitutio in integrum vltra allegata *num.4.* benè Alex. *conſ.119.volum.6. volum.28. verſ.6.quia,*& *num.37. in fine,* poſt Gulielm. de Cuneo, quem allegat *in leg. ingenuum,ff.de ſtat.hom.* & dicit eſſe punctum abſque difficultate Sforz. *in dicto ſuo tract. quæſt. 89. num 43.& 44.* & ſequitur Card.Tuſch. *in verſ. Statutum, conclu. 643.num.8.* Et meritò, nam cùm tex. *in cap.plerumque,extr.de reſcript.* ſtatuiſſet, quod reſcripta infra annum præſentarentur, alias haberet locum ſecundum reſcriptum in damnũ primi, quærunt DD.nùm detur reſtitutio minori aduerſus præſentationem non factam infra annum; & omnes firmant, quod ſic, quando minori ex non præſentatione fuit ortum damnum, ità Spec. *in titul. de reſtit. in integr.§.qualiter, ſub num.9. verſ.quid ſi ſtetit per annum, & in alleg. cap.plerumque, ceſſante tamen dolo minoris voluerit,* Ioan. Andr. Ant.de Butr. *numer.9.* Ioan.de Anan. *ſub num.2.* Imol. *ſub num. 12.* bene Card.Zabar. *in Clem. prima de reſtit. in integr.num.21.* & Franc. Cald. Periet. *in alleg. l.ſi curatorem habens. Cod.de in integr. reſtit. in verb. læſis, num.17.* 28

Tertium, quod effluxerit tempus petendi reſtitutionem in integrum; nititur fundare Pars ex eo, quod reſtitutio competat etiam hæredi *leg.minor autem magiſtratus, §.fin.ff.de minor.* tamen quando minor læſus deceſſit tempore, quo eſt effectus maior, hæredi illius poſt ſuam maiorem ætatem non competit maior dilatio, quam reſidui temporis, quod competebat defuncto, *l ea qua,§. C.de tempor in integr.reſtit. & leg. interdum,§.planè,ff.de minor.* vnde cùm Comes pater deceſſerit anno, 21. Comitiſſa filia, & hæres poſt 18. annum, quo fiunt omnes in Regno maiores ex conſtitut. *minor iura non habebit,* niſi annum pro reſiduo quatriennij *iuxt. leg.fin. Cod de tempor. in integr.reſtit.* quam declarat Afflict. *deciſ.175.* Secundo, quia quatriennium eſt continuum,quod currit contra quoſcumque vt *Clem.1.de reſtit.in integr.* Tertio, quia quando dictum tempus non curreret contra ignorantem, in hoc caſu adeſt ſcientia tutoris,qui in his præiudicat pupillo. Quia quando ex capite ignorantiæ veniret concedenda reſtitutio in integrum Comitiſſæ effectæ maiori, illa non datur ad lucrum amiſſum, ſed tantùm ad damnum, vt *in leg.ſciendum. ff. quibus cauſ. maior.* 29 30 31

Hæc quæſtio ſoluitur ex eo, quod ſi temporibus noſtris poteſt diſputari nùm quatriennium, quod conceditur ad petendum reſtitutionem in integrum currat contra ignorantem, prout præſumitur Comitiſſa, vti hæres *leg.qui in alterius.ff.de regul. iur. l.vltima,ff.pro ſuo,* nam eo exiſtente vero, fruſtra quærimus nùm ſit elapſum reſiduum temporis, ſi adhuc non incipit currere. 32

Et in hoc communis opinio eſt, vt tale tempus non currat, vt Bald. *in leg. falſam. Cod. ſi ex falſ. Inſtit.num.3.* Iacobin. de Sancto Georg. *in leg. fin. C. de tempor. in integr.reſtit.num.7.& 18.* ſequitur, & dicit communem Couarr. *in reg.poſſeſſor.part.3.§.3.* Crot. *in leg.ſi ius ſam.§.diui,de leg.1. num.145.* Felin. 33

in cap.1.de præſcript. numer 9. Ioan. Olect. *de arte teſtan. in tit. ac acquirer. d. hered. car.6.num.4.* Bald. *de præſcript. part.6. num.28. part.4. quæſt.29. num.10.* Crauet. *de antiquit.temp. part. 4. §.materia, num.45.* Tiraquell. *de retract. lignagier §.35.gloſ.4. num.44.* Octau. Simonell. *in tract de decr. lib.5. tit.9. num.6.* Rebuff. *de reſtit. in integr. artic. 2. gloſ. 1. num. 3.* Rodoan. *de reb. Eccleſ. non alien. in quæſt. de reſtit. in integr 9.1. num.11.* & eſſe veriorem opionem, quæ communiter tenetur in Sholis, & Palatiis, & ab ea in iudicando neminem poſſe recedere dixit Marian. Socin. *conſ.128.num.166. & 169. volum. 1.* & poſt infinitos, quos allegat huius opinionis, dixit temerarium eſſe velle contrarium attentare, tam in conſulendo, quàm in iudicando, Sforz. *de reſtit. in integr. quæſt. 10. num.37. circa finem.* Menoch. *de præſumpt. lib. 1. quæſtion. 71. numer. 2.* & poſt alios Card. Tuſch. *in lit. R. concluſ. 298. numer.9.16.44. & 78.*

34 Præſertim in caſu, quo hæres vult reſtitui ad inſinuandum, quia ignorauit contractum defuncti, vt dixi *num.4.*

35 Et ratio deciſionis fuit, quia ſi curreret quatriennium contra ignorantem, opus eſſet inde dare reſtitutionem ex clauſula generali *iuſtè ignoranti aduerſus lapſum quatriennij*, & ſic daretur reſtitutio reſtitutionis, quod eſſe non debet per *leg. interdum, cum ibi not. ff. de minor.* vt ex intentione Paul. de Caſtr. Sforz. *dict. quæſt. 20. n.57. circa finem.*

36 Item ex claro tex. *in leg. fin. Cod. de tempor. in integr. reſtit.* dum expreſſe dicit hoc quatriennium numerari à die, à quo annus vtilis olim currebat, & tamen eſt clarum quod non currebat contra ignorantem annus vtilis, vt *in ead. l. fin.* declarat gloſ. quod aduertit Marian. Soc. *dict. conſ. 128. num. 166. volum. 1.*

37 Nec obſtat, quod *in leg fin.* dicatur tempus quatriennij eſſe continuum, vnde videtur quod currat etiam contra ignorantem *ex leg. genero ff. de his, qui not. infam.* nam diuerſæ ſunt ſpecies annorum vtilium, vel continuorum, vt *in alleg. gloſ. l. fin. de temp. in integr. reſtitut.*

38 Nec obſtant contraria. Primo *leg. interdum. § planè, de minor.* & *leg ea quæ. §. fin. Cod. de temp in integr. reſt.* quia non diſputamus, nùm detur reſiduum, vel totum tempus, ſed tantùm nùm illud currat contra ignorantem, de quo ſupra eſt concluſio firmata ex communi opinione omnium, nec poteſt difficultari in facto, quod ſtatim ac Comitiſſa agnouit tale memoriale, ſtatim petiit regiſtrum.

39 Nec obſtat *Clem. 1. de reſtit in integr.* nam diuerſa eſt cauſa Eccleſiarum, & minorum; nam quoad minores procedit tex. *in leg. fin. Cod. de tempor. in integr. reſtit.* Vbi quod quatriennium competit non à die læſionis, ſed poſt maiorem ætatem a die ſcientiæ, vt *in ead. Clem. 1.* declarat gloſ. *in verſic. à parte læſionis*, & reddit rationem ibid. Card. Zabar. *num. 5.*

40 Secundò, quia contra Eccleſiam tempus quatriennij currit à die læſionis, niſi tamen adſit alia rationabilis cauſa, vt clarè *in cap. 1 de integr. reſtit. in 2.* Sed ignorantia dicitur cauſa rationabilis, adeò, quod ſi moritur Prælatus, qui contraxit reſiduum temporis, non currit aduerſus ſucceſſorem ignorantem, vt bene poſt alios declarat Sforz. Odo. *quæſt. 16. num.77. cum ſeq.*

41 Tertiò, quia quamuis text. *in dict. Clem. 1.* dicat à die læſionis, ſubintelligitur, & ſcientiæ, vt bene Bartol. *in leg. genero. ff. de his qui not. infam. ſub num. 30.*

Quarto, quia temporales præſcriptiones mino- 42
res decennio nunquam currunt niſi a die ſcientiæ, *l. annus ff. de calumniat. l. cum lex ff. de ædilit. edict. cum ſimil.*

Secundum, quod adfuerit ſcientia tutoris ha- 43
bemus claram diſtinctionem, quod nocebit pupillo, ſi tutor eſt ſoluendo, aliàs ſecus, vt per Theſ. *deciſ. 101.*

Sed nihil ad caſum, quia cum Comes Alexan- 44
der, cuius fuit tutor Dux Atriæ, mortuus fuerit infra tempus reſtitutionis in integrum, tractatur nunc de ſcientia præſentis Comitiſſæ, cuius nunquam fuit tutor ille Dux ſciens.

Tertium reiicitur non ſolùm de iure, ſed etiam 45
ex facto; nam quoad ius, quod reſtituatur maior, etiam ad lucrum, ſunt clari tex. *in leg. ſi quis ſit*, & *in l. Iulianus. §. fin. ff. ex quib. cauſ. maior.* & *in d. leg. ſciendum*, admittitur lucrum, non quia reſtitutio eſt in beneficium maioris, ſed quia illud lucrum perueniebat ex pœna, ſiue delicto alterius, quod etiam in minoribus ſic eſt ſtatutum, vt *in leg. auxilium, ff. de minor. cum ſimil.*

Ex facto, quomodo dicitur lucrum ſi abſq; aſſen- 46
ſu Comitiſſa amittit bona ſua, & cum aſſenſu recuperaret. Et quando hoc tempus curreret in damnum hæredis ignorantis contra omnia iura, & competeret tantum reſiduum quatriennij incepti per Comitem patrem, & ſic tantùm annus poſt maiorem ætatem Comitiſſæ, vt pars prætendit.

Adhuc non poteſt dicere illum annum elapſum, 47
cùm non currat aduerſus abſentem ex iuxta cauſa *leg. 1. ff. de in integr. reſt. leg. 1. & toto tit. ff. ex quib. cauſ. maior. leg. 2. Cod. de reſtit. milit.* & quod noſtra ſit iuxta abſentia, fuit deciſum non ſolum in legatis, vt *in leg. ſed ſi, §. fin.* & *l. legatis, ff ex quib. cauſ. maior.* ſed etiam in Oratoribus ad gratulandum, *in leg qui mittuntur, eod tit.* & idem in vxoribus illarum, *leg. 1. Cod de vxor. milit.* Etiam ſi tempus repe- 48
riatur cœptum, vt per gloſ. *in leg. fin. Cod. de temp. in integr. reſtit. in verb. excipiatur*, quam ibidem ſequuntur Cin. Bart. & omnes.

Et quamuis reliquiſſet procuratorem, à quo ta- 49
men non fuit legitime defenſus *in l. fin ff. de reſt. in integr.* vbi gloſ. *in verb. defenſi*, & poſt alios Sforz. *q. 19. num. 2.*

Item, quia damnum eſt immenſum, quo caſu re- 50
ſtitutio in integrum durat vltra quatriennium, vt bene gloſ. fin. *in cap. 1. de reſtit. in integr. in 6.* & cumulat Ioan. Baptiſta Coſta, *de remed. ſubſid. cap. 46. num. 7. & cap. 47. num. 10.* Sforz. *quæſt. 19. art. 7. & quæſt. 89. num. 16. poſt gloſ. in cap. 1. de reſt. in integr. in 6.*

Fundauit itaque non ſolum pragmaticam regiſtri ſpecificè excepiſſe pupillos, & per conſequens Comitiſſam caſtri, cuius pater tunc erat pupillus, ſed prætereà quod & ſi pragmatica illa expreſsè eas includeret, non propterea poſſe denegari in minoribus reſtitutionem in integrum, niſi ſpecificè etiam talis reſtitutio prohiberetur. Item Actricem eſſe infra tempus petendi in integrum reſtitutionem.

Ac non abeſſe, quod aſſenſus non retrotrahatur in præiudicium tertij, quia aſſenſus eſt gratia, ſecus verò in reſtitutione ad regiſtrum, cum tempore habili fuiſſet obtentum memoriale per verbum *fiat*, quia illa eſt iuſtitiæ, & per conſequens præiudicat omnibus. Quæ ſatis ſufficerent ab obturarandum os exclamantium contraria.

Sed ad exuberantiam dico, quod licèt pragma- 51
tica prædicta comprehenderet pupillos, & minores, ac excluderet etiam caſum reſtitutionis in integrum,

tegrum, non tamen poteſt extendi ad aſſenſus præſtandos quoad hæc feuda Ducis Atriæ, vt regiſtrentur, & eſt clarum; nam in inueſtitura *illos*, apparet fuiſſe datam poteſtatem alienandi, vendendi, tanquam de rebus propriis, licèt ſub clauſula, noſtro aſſeuſu, & beneplacito interueniente: nam quemadmodum ſi ſimpliciter fuiſſet data illa poteſtas alienandi, potuiſſet feudatarius ad libitum abſque alio aſſenſu alienare, vt *in cap. feudum ea lege, ſi de feud. fuer. controu.* & *in cap. 1. de feudo non habente pro-*
52 *priam feudi naturam*: ita addita illa clauſula, quamuis requiratur aſſenſus ex neceſſitate, tamen Dominus requiſitus tenetur illum dare, & niſi dederit, habetur pro præſtito, vt fuit originalis doctrina Pamphili Molli, quam tacito auctore ſibi vendicabat Loffred. *in cap. 1. §. donare, verſ. vidi aliquando dubitari qualiter olim feudum poteſt alienari*, vt refert, & ſequitur ex intentione, etiam Afflict. & Capic. *ibid.* Camer. *in leg. imperialem, de probib. feud. alien. per Feder. fol. 29. litera P. R. & T. verſ. quoad ſecundum,* & *fol. 30. lit. G. & H.* & ratio deciſionis fuit, vt illa verba aliquid operentur *arg. leg. ſi quando, de leg. 1.* quam omnes afferunt.

53 Qua opinione exiſtente vera, provt in controuerſiam video, ſequitur neceſſario Pragmaticam prædictam non poſſe extendi ad feuda huius naturæ; nam cùm Dominus directus ex neceſſitate teneatur aſſentire, non poteſt addere difficultatem, quod ſub aliqua forma difficiliori expediatur aſſenſus, vt optime more ſuo conſiderauit Iſern. *in cap. 1. §. quoniam inter Dominum, de probib. feud. alien. per Lothar. num. 4. in fine verſ. ſed in Regno Sicilia,* dum diſtinguit inter literas gratiæ, & iuſtitiæ, vt in primo caſu poſſit facere quicquid placuerit. Secundo verò non, inquiens, quod illa forma, ſeu difficultas, vel fuit inuenta cauſa vitandæ falſitatis, & ſtatim, ac conſtat de veritate falſitas vitata eſt, vel fuit adita ob aliam cauſam, & propterea difficilius habentur litteræ de Cancellaria, & difficultas eſt remouenda, quia, cùm Princeps eſt debitor non debet addere difficultatem vaſſallo in conſequendo, quod ſibi debetur, vt fundat *ex cap. 1. de forma fidelit. circa fin.*

54 Si igitur in caſu noſtro aſſenſus expeditus per verbum *fiat*, tempore dictæ inueſtituræ, & ante præfatam pragmaticam erat validus, vt decidit Afflict. *deciſ. 253.* qui etiam *in l. Imperialem, quaſt. 24. ſeu. 48. num. 9.* & ſequitur Vinc. de Franch. *deciſ. 663. in*
55 *principio. ergo.* Nec poteſt dubitari de veritate memorialis, quia non ſolum reperitur firmatum pe Dominos Regentes *iuxt. cap. Neap. 7.* Cæſareæ Maieſtatis *fol. 153.* ſed etiam regiſtratum in regiſtris memorialium, *iuxt. dict. cap. 5.* Philippi II. ann. 7. *fol. 170.* & ex hoc etiam capite optimum ius fouet Comitiſſa.

Camillus Villanus.

SVMMARIVM.

1 *Nepotes an ſuccedant in ſtirpes, vel in capita, quando inter ſe concurrunt, & non cum patruis.*

2 *Fœminæ per conſuetudinem ciuitatis Neapolitanæ non ſuccedunt, ſed debent maritari à fratribus ſecundum facultates, & paragium.*

3 *Fœmina non excluditur propter dotationem, ſed propter ſeſſum, unde ſufficit quod frater ſit paratus eam dotare.*

4 *Fœmina vigore conſuetudinis excluditur à ſucceſſione omnium collateralium.*

5 *Deciſio in cauſa illuſtris Ducis montis Alti, cum Illuſtri D. Iſabella de Aragonia, & aliis, adducuntur ad propoſitum.*

6 *Deciſio Præſidis de Franchis 87. declaratur.*

7 *Deciſio illorum de venatis cum Annibale Macedonio, adducitur ad propoſitum.*

8 *Fœminæ qualiter excludantur, attenta conſuetudine Neapolitana.*

9 *Renunciatio mulieris vtrum requirat certiorationem renunciantis & conſenſum eius cuius hæreditatem renunciat, cum aliis de quibus hîc.*

10 *Renunciatio mulieris qualiter dicatur certa.*

11 *Conſenſus eius, de cuius hæreditate agitur ſolùm requiritur in renunciatione hæreditatis viuentis.*

12 *Renunciatio quando, & qualiter comprehendat iura de futuro, præſertim appoſito pacto de non petendo.*

13 *Renunciatio quando, & qualiter per læſionem reſcindatur, & quando dicatur læſio ſufficiens ad hoc.*

14 *Læſio non cadit in eo, qui facit quod conſuetum eſt in Ciuitate.*

15 *Parentes poſſunt cogere filiam, vel ſororem ad faciendam renunciationem in forma conſueta, quamuis illas nuptui non tradidiſſent, ſed iuſſu Iudicis nuptæ fuerint, vbi deciſiones adducuntur.*

16 *Renunciatio quando per læſionem annulletur.*

17 *Fœmina qualiter faciat partem, & cui portio accreſcat.*

ARGVMENTVM.

Nepotum ſucceſſio inter ſe concurrentium in capita, & non in ſtirpes fit. Dotatio non excludit ſororem, ſed ſeſſus. Renunciatio mulieris vt valida ſit, an certiorationem requirat, & quando viuentis hæreditas renunciatur conſenſu eius, de cuius agitur ſucceſſione. Futura an, & quando renunciatio comprehendat. Fœmina quando cogatur ad faciendam renunciationem in forma conſueta.

ALLEGATIO XLII.

1 MORTVO Ioanne Andrea Parnaſio ciue Neapolitano in hac Ciuitate ab inteſtato, illius ſucceſſionem contenderunt plures nepotes ſuperſtites ex duabus ſororibus præmortuis; ſcilicet Marcus, Io. Baptiſta Caſſandra Naſtari fratres vtrinque coniuncti, ex Allegra ſorore. Item Liuia Biſante, ſimiliter neptis ex Truſia altera ſorore prædefuncta; fuit hucvſque diſceptatum, ſi iſti nepotes debebant ſuccedere in ſtirpes, vel in capita, & tandem poſt longam diſcuſſionem per S. C. iunctis duabus Aulis, fuit deciſum eos debere ſuccedere in capita, & non in ſtirpes, ſalua prouiſione facienda reſpectu Caſſandræ. Dum hodie eſt explicanda prouiſio prædicta duo articuli ſunt diſcutiendi. Primus, An Caſſandra poſſit ſuccedere, & obtinere quartam partem dictæ hæreditatis. Secundus, An excluſa Caſſandra, illius portio accreſcat cæteris ſuis fratribus vtrinque coniunctis tantùm, vel potiùs omnibus, & ſic etiam ad commodum Liuiæ Biſantis.

Ad primum dico Caſſandram eſſe excluſam dupliciter. Primò ex diſpoſitione iuris vigore conſuetudinis Neapolitanæ. Secundò vigore contractus ex propria renunciatione. Per conſuetudinem erit excluſa à bonis tantùm intra diſtrictum huius Ciuitatis, ſed vigore renunciationis erit excluſa ab om-
2 nibus; per conſuetudinem enim fœminæ non ſuccedunt, ſed debent maritari à fratribus, ſecundùm facultates, & paragium, vt ex tex. in conſuetudine *ſi moriatur*, & *in §. ſed ſi morienti*, quod decedentibus fratribus, mulieres à prædicta ſucceſſione repelluntur cum fratres ipſas habeant maritare; nec cauſa excluſionis eſt dotatio, ſed ſexus, quia ſcilicet
3 eſt fœmina, & concurrit cum maſculo: hinc conſuetudo non attendit, quod tempore delatæ ſucceſſionis reperiatur dotata; ſed ſufficit, quod frater paratus ſit eam dotare. Vnde Napod. in conſuet. *ſi qua mulier, verſ. fratribus, num.* 11. dicit: *Soror ergo non adibit hæreditatem pro portione ſua, cum iam accreuerit fratri ſuo parato eam dotare*: & paulò inferiùs, *Accreſcit fratri parato eam maritare*: & propterea idem Napod. enarrando diſpoſitiones iurium *in verſ. 9. num. 26.* dicit, quod ius conſuetudinum, ſecundum quod ſeruatur prærogatiua ſexus, non excludit purè fœminas à ſucceſſione, ſed conditionaliter ſi infra certum tempus dotentur de paragio, & hoc tantum in linea aſcendenti, in linea verò collaterali abſque temporis limitatione.

4 Excluditur ergo fœmina vigore conſuetudinis, etiam à ſucceſſione omnium collateralium ad inſtar iuris Longobardorum, & in hoc ſunt diſtinguendi plures caſus.

Primus, quando ſoror concurrit cum fratre in ſucceſſione alterius fratris præmortui, tunc ipſa à ſuperſtite fratre excluditur nedum à bonis paternis, vel à bonis ab aliis agnatis, & cognatis defuncto fratri obuentis; ſed etiam à nouiter acquiſitis. Ita
5 fuit deciſum in Collaterali Conſilio in anno 1563. in cauſa Ducis Montis alti cum D. Iſabella de Aragonia, & Actuario Caro, nunc de Felice: & idem fuit deciſum in cauſa Petri de Oliuerio, cum Catherina de Oliuerio, vt teſtatur Præſ. de Franchis *deciſ. 87. in princ.*

Secundus eſt caſus, quando ad ſucceſſionem patrui concurrunt nepotes, & neptes ex præmortuo fratre, & hic caſus nullam recipit difficultatem, quod dictæ ſorores ſimiliter excluduntur à ſuis germanis fratribus, vt teſtatur Cap. *deciſ. 159. in princ.* & ex expreſſa deciſione Napod. *in dict. §. ſed ſi morienti. verſ. Neptes, num. 271.*

Tertius caſus eſt in ſucceſſione auunculi, & hic 6
eſt caſus noſter, & de eo loquitur Præſ. de Franch. *in d. deciſ. 87 in princ.* & refert fuiſſe deciſum, quòd neptis excludatur à ſucceſſione auunculi, per eius fratrem carnalem, licet de bonis auunculi non fuerit dotata.

Cauſa fuit inter Annibalem Macedonium cum 7
Venatis Actuario Villalta, nunc Sarro, deceſſit enim Epiſcopus Policaſtrenſis, & ipſius hæreditas pro tertia parte fuit delata filiis Antoniæ Scotnæ ſororis ipſius Epiſcopi, inter quos filios fuit Iſabella Venata mater Annibalis Macedonij, qui ex perſona Iſabellæ inſtitit ſuccedere Epiſcopo auunculo, vna cum Venatis fratribus carnalibus dictæ Iſabellæ, pro Macedonio allegauit Ioan. Vincent. Cangianus, poſtea Fiſci patronus in M. C. & eſt vſus omnibus motiuis ponderatis per partem aduerſam. Pro fratribus Venatis (prout eſt caſus noſter) allegauit peritiſſimus Vincentius de Franch. poſtea Regius Conſiliarius, & Præſes S. C. pro qua parte fuit deciſum. Quæ allegationes pro vtraque parte DD. Iudicantibus exhibentur, & originales reperiuntur penes D. Ferdinandum de la Quadra; & de hac etiam deciſione meminit idem Præſ. *in nouiſſ. add. ad conſ. Neapol. in §. ſed ſi morienti, fol.* 5. vbi teſtatur ſe 8
fuiſſe Aduocatum in illa cauſa, & nedum ſemper fuerunt excluſæ à ſucceſſione, ſed etiam à paragio ſuper illis bonis, vt teſtatur idem *in dict. deciſ 87. n. 17.* & hoc etiam expreſſe ſentit Cap. *d. deciſ. 159.* Pro fundanda hac deciſione plura adducuntur per D. de Franchis, præcipue tex. *in d. §. quod autem*, & Napod. in ſpecie *in d. §. quod autem, in vlt. gloſ. n. 303.* & ſumma huius noſtræ municipalis Iuriſprudentiæ eſt quòd fœminæ ſemper ſunt excluſæ, exceptis duobus caſibus. Primus ſi ſolæ ſint. Secundus ſi maſcuculiatæ: quæ reaſſumit Napod. *in dict. §. quod autem, num. 302.* quæ repetit *num. 302.* & tandem concludit *Præſ. de* Franch. *dict. deciſ. 87. num. 2.* quòd illa actrix fatebatur non debere ſuccedere auunculo, & non immeritò, quia ſunt textus conſuetudinum expreſſi, & dicta Napod. Secundò, Caſſandra eſt 9
excluſa renunciatione nedũ à bonis ſitis intra diſtrictum, per ea, quæ ſuperiùs dicta ſunt, ſed etiam ab omnibus aliis bonis.

Aduerſus hanc renuntiationẽ pars aduerſa opponit quatuor exceptiones, quarũ Prima, Quia incerta, & in ea mulier non fuit certiorata. Secunda, Quia non interuenit præſentia, & conſenſus expreſſus Io. Andreæ Parnaſij auunculi, de cuius hæreditate agitur. Tertia, Quia Caſſandra renuncians nihil fuit conſequuta de hæreditate dicti auunculi, cuius hæreditatem renunciabat. Quartò opponit enormiſſimam læſionem, cum pro ducatis 400. quos fratres de proprio ſoluerunt, vltra ducatos 400. paternos, renunciauit illius ſucceſſioni, quæ ad minus pro eius rata importat ducatos 4000.

Sed omnes iſti articuli pluries per S.C. fuerunt deciſi contra ſorores renunciantes, & ſemper reiecti in his noſtris punctualibus terminis. Affero in primis deciſionem Capic. 159. in cauſa Antonij Carrafæ Ducis Montis Dragonis, cum Hippolyta, & Camilla Carrafa ſororibus, ſuper ſucceſſione Eligij della Marra auunculi, in qua cauſa prædictæ ſorores ad excludendam renunciationem excitarunt octo exceptiones, inter quas adſunt ſupradictæ quatuor, & illas pluribus iuribus, & rationibus fundauerũt famoſiſſimi Iureconſ. Dec. *conſ. 379.* & Ruin. *conſ. 98. vol. 1.* qui allegauerunt in illa cauſa pro di-

ctis

ctis ſororibus; & tamen S. C. omnibus rectè diſcuſſis excluſit ſorores, tam in prima inſtantia, quàm in cauſa reclamationis. Et quamuis ſufficeret ſola remiſſio ad ea, quæ latiſſimè tradidit Capic. *in dict. deciſ.* attamen breuiter ſingulis exceptionibus reſpondebimus.

10 Primò non obſtat, quòd hæc renunciatio ſit incerta, quia reſpondetur, quod dicta Caſſandra die 20. Martij 1590. in capitulis matrimonialibus promiſit renunciare omnibus, & quibuſcunque ſucceſſionibus deuolutis tam ex teſtamento, quam ab inteſtato, & deuoluendis ab inteſtato tantum, paternis, & in ſpecie eternis. Deinde ſequitur renunciatio Caſſandræ 9. Ianuarij 1591. & expreſsè dicit, quod renunciat fratribus, ſeruata forma capitulorum, & ſic ſatis eſt clara, & certa, cùm relatum ſit in referente, cum omnibus ſuis qualitatibus, *leg. aſſe toto*, & Pariſ. *conſ. 2. num. 53. vol. 3.* Crau. *conſ. 88. num. 33.* Ripa, *leg. 5. §. ſi Iudex. ff. de re iudic.* & hæc renunciatio fuit reperta in protocollo hoc modo: *Eodem die ſupra dicta Caſſandra renunciauit dictis fratribus præſentibus, &c. iuxta formam Capituli, ac ducatos centum conſequendos vigore ſupradicti legati, eo modo, & forma, & tales, quales, &c. ponens, &c. & in iudicio comparere, &c. & conſtituit eos Procuratores in rem propriam, &c. ita quod liberè liceat, &c. illos conſequi, &c. & pro ipſorum, &c. integrè, &c. iuribus, &c. quoniam, &c.* & ſic adſunt omnia ſubſtantialia, quod ſufficit, vt tradit Bal. *in rub. C. de fide inſtrum. num. 40.* & Imol. *in c. cum P. Tabellio n. 3. de fide inſtr.* vbi in ſpecie, quòd protocollum non requirit ſcripturam extenſam, ſed ſufficit, quod ſit imbreuiata ſcriptura, & demùm ad remouendam omnem difficultatem fuit reaſſumpta in pergameno in publicam formam.

11 Non obſtat ſecunda exceptio, quod non interuenit conſenſus expreſſus, & præſentia Parnaſij auunculi, de cuius ſucceſſione agitur; quia reſpondetur illum requiri, dum quis renunciat hæreditati viuentis; tunc enim nedum requiritur illius præſentia, ſed expreſſus conſenſus, & fortius, quòd perſeueret vſque ad mortem, tex. eſt clarus *in l. fin. C. de pact.* & *in c. quamuis, de pact. in 6.* ſecus verò ſi renunciatio fiat de futura ſucceſſione hominis incerti. Ita Capic. *in dict. deciſ. 159. n. 10.* per tex. *in l. 3. §. de illo, ff. pro ſocio*, per quem textum firmauit hoc Bar. *in dict. l. fin.* Purpur. ibid. *num. 226. in 3. lim.* & com-
12 muniter ſcrib. Nec obſtat ſi dicatur per ſimplicem renunciationem iura tantùm de præſenti remitti, non autẽ de futuro, vt declarauit ſingulariter Caſtr. *in l. 1. num. 5. C. de pact.* quia id procedit in ſimplici renunciatione; at vbi adeſt pactum de non petendo cum renunciatione coniunctum, benè iuri de futuro renunciari poterit, vt eſt tex. *in l. 1. C. de pactis*, vbi Bar. *num. 4. in 3. memb. diſt.* Dec. latiſſimè *num. 25.* Cur. ſen. *num. 30.* Iun. *num. 48.* & cæteri DD. communiter, & ita ſunt intelligenda omnia allegata per Annam *ſing. 439.* & per alios DD. dicentes, quod renunciatio quantumuis generalis non comprehendit iura futura, quia hæc procedunt, niſi fiat per pactum de non petendo, quod mirabiliter explicauit Corn. *conſ. 272. l. dict. vol. 3.* Caſtr. *conſ. 81. num. 2. vol. 1.* Soc. omninò videndus *conſ. 183. num. 2. vol. 2.* Gabr. *conſ. 135. num. 3. in princ.* & 3. *caſu.* Surd. *dec. 14. num. 3.* Capic. *in d. deciſ. 159. num. 14.* qui ita dicit in S. C. fuiſſe deciſum: Vnde hodie inoleuit communis praxis, & forma, quod in omnibus renunciationibus, quæ in dies fiunt, fiant in manibus patris, vel fratris dotantis, etiam omnium aliarum ſucceſſionum, tam aſcendentium, quàm collateralium, licèt abſentium, & diſputare de validitate harum renunciationum, eſſet diſputare de primis principiis, & denuò totum hoc regnum litibus, & quæſtionibus inuoluere.

Remanent tertia, & quarta exceptiones, quæ ad enormiſſimam læſionem tendunt, quibus abunde 13
reſpondet Capic. *dict. deciſ. in 3. dub. ſub num. 13.* & eſt leuiſſima dubitatio, quoniam tunc læſio conſideratur, quando fit renunciatio poſt hæreditatem delatam, & ſic eſt iuris de præſenti, ſecus ſi fiat ante delatam ſucceſſionem, quia tunc propter dubium euentum nulla conſiderari poteſt læſio, cùm hic auunculus potuiſſet teſtari de bonis ſuis, & iſta Caſſandra actrix potuiſſet prædecedere, & vltra ea, quæ latiſſime deducit Capic. *vſque ad num. 17.* addo Boer. *deciſ. 62. per tot.* & propriè *num. 14.* & videtur ad id tex. *in leg. 1. Cod. de pact.* ibi, *Non idcirco poteſt iniquum videri*: quæ in indiuiduo adnotauit Monter. ibi, *num. 15.* per tex. cum gloſ. *in leg. Lucius, in fin. ff. ad Trebell.* poſt Alex. in ead. *l. 2. num. 5.* Bald. *num. 7.* Purp. *num. 98.* Siccard. *num. 6.* accedat notabile motiuum adductum per Capic. *num. 28.* Nam iſti fratres recipiendo hanc renunciationem iuratam, fecerunt rem ſolitam, & conſuetam fieri in hac Ciuitate, vbi iſtæ renunciationes ſolent (vt eſt notorium) fieri per mulieres Neapolitanas: hæc ſunt verba Capic. *qui n. 37. & 38.* repetit idem moti- 14
uum, & infert, quod is, qui facit, quod conſuetum eſt in Ciuitate, non videtur lædi. Quod comprobat pluribus iuribus, & auctoritatibus, & adeò hæ renunciationes ſunt conſuetæ in hac noſtra Ciuitate, quòd vbi filia nuberet abſque voluntate patris, vel fratris, ordinatione Proregis, & Iudicis, qui cogeret patres, & fratres ad illam dotãdã, (vt ſępe eue- 15
nire ſolet) pater, & frater poteſt cogere filiam, vel ſororem ad faciendam hanc renunciationem in forma conſueta, vt fuit deciſum ſolemniter in cauſa inter Cæſarem Bozzutum, & Elionoram Caſanoua coniuges, & Ioannem Carolum Caſanoua patrem, referente Iulio Girardo die 5. Iulij 1567. Actuario Sarno, nunc Saruo, & in alia cauſa Clariciſ Sanceuerinæ cum Hippolyto Sanſeuerino, Actuario Galterio.

Et quamuis per S.C. aliquæ renunciationes fue- 16
rint reſciſſæ, id fuit, quando filiæ nihil penitus habuerunt, nec de bonis paternis, nec maternis, vt *in deciſ. præſid. de Franch. 119. & 247.* Deliæ Sanſeuerinæ, & in alia Geneſuræ Papæ, quæ nupſerat Ioanni della Foreſta abſque dote, & renunciauerat: nam per S. C. reſciſſa renunciatione fuerunt conuenti condemnati ad ſoluendum paragium in bonis paternis tantum in anno 1563. relatore Felice de Rubeis, de qua latà per additionem ad conſuetudines Neap. *fol. 86.* Sed quando filia habuit paragium, & dotes ſuper bonis paternis, & maternis, nunquam hucuſque vidi renunciationes reciſſas ſub prætextu læſionis, & ſic non obſtat tertia difficultas, quod nihil habuit de bonis iſtius auunculi, quia ſufficit, quòd fuerit congruenter dotata de bonis paternis, & fraternis, & renunciatio ſaltem remaneret vti donatio, quæ iuramento firmaretur, vt per Capic. *in 6. dub. num. 30.*

Vltimus articulus, excluſa Caſſandra, vtrum eius 17
portio accreſcat fratribus tantùm, vtrinque coniunctis, vel omnibus, & ſic etiam ad commodum Liuiæ Biſantæ, nulla indiget diſcuſſione; ſiquidem ex deciſione præſidis de Franch. 149. apparet veritas, in qua fuit deciſum iunctis Aulis ſorores connumerari; verùm earum portiones accreſcere fratribus germanis, quorum vnus eſt eas dotare, ex pluribus, quæ refert *num. 11.* & per totam deciſionem; in diuiſione igitur huius hæreditatis connumera-

tur caput, & perſona Caſſandræ, ſed eius portio accreſcit Marco, & Ioanni Baptiſtæ Naſtaris fratribus vtrinque, qui illam cogebantur dotare, prout cum effectu dotauerunt.

Ioan. Baptiſta Melior. I.V.D.
Vincentius Corcionus. I.V.D.
Carolus Brancacius. I.V.D.

SVMMARIVM.

1 *Fœmina à feudorum ſucceſſione iure communi repellitur.*

2 *Feudorum immiſſio in iudicio poſſeſſorio fœminæ an concedenda, vel potius agnato.*

3 *Immiſſionis prærogatiua quandónam fœminæ competat, & quando per agnatum impediri poſſit, plures diſtinguuntur caſus.*

4 *Pluribus contendentibus bona eſſe feudalia, vel allodialia, fœmina admittitur.*

5 *Fœmina immittitur in poſſeſſionem quando contenditur eſſe feudalia, & non allodialia.*

6 *Textus* in §. inter filiam, ſi de feudo defuncti militis controuerſia fuerit, *explicatur.*

7 *Remedium legis finalis,* C. de Edicto Diui Adriani tollendo, *qualiter inſtituto competat.*

8 *Inſtitutio vniuerſalis omnium bonorum non comprehendit feuda.*

9 *Hæres extraneus dicitur non ſolùm ille, qui non eſt comprehenſus in inueſtitura; ſed etiam ſi eſt de deſcendentibus ex corpore quando non eſt immediatus ſucceſſor.*

10 *Fœmina immiſſionem habens in poſſeſſionem feudalium, an, & quando docere debeat contra agnatum contrarium petentem.*

11 *Agnatus tuendus eſt in poſſeſſione feudalium, fœmina contrarium prætendente, duobus copulatiuè concurrentibus, & quæ ſint.*

12 *Fœminam admitti, vel non admitti in feudum, & interim impediri immiſſionem quinque rationibus probatur, per Hart. Piſtor. de quo hic.*

13 *Agnati poſſeſſio non releuat contra fœminam, concurrentibus aliquibus, de quibus hic.*

14 *Fœmina in poſſeſſionem feudalium admittititur non obſtante qualitate incapacitatis, de qua dubitatur, quæ reſeruatur in petitorio, vel in poſſeſſorio pleniſſimo.*

15 *Feudi poſſeſſio quando ſit capienda de manu hæredis, & quando auctoritate propria.*

16 *Requiſita enumerantur pro agnato immittendo in poſſeſſionem, fœmina contradicente.*

17 *Agnatus an ſit immittendus in poſſeſſionem bonorum feudalium, non conſtito de genologia.*

18 *Fœminam pluries fuiſſe admiſſam in ſucceſſionem feudorum in ſtatu Illuſtris Principis Biſiniani, oſtenditur.*

19 *Textus* in §. inter filiam, *competit etiam fœminæ collaterali.*

20 *Iudicis Officium cum immiſſionis beneficio qualiter concurrat.*

21 *Sequeſtrum feudorum qualiter, & quando ſit faciendum.*

22 *Fœmina quando im promptu fundat ſe in aliis inueſtituris, & eſt conflictus inueſtiturarum, quid ſit faciendum.*

23 *Fœmina admittitur ad ſucceſſionem feudorum, quando pro ea adeſt ius commune alicuius Prouinciæ, & ſtatutum.*

24 *Inueſtituræ præſumptio qualiter iuuet, & quando.*

25 *Agnatus, qui pro ſe habet præſumptionem Iuris, & Inueſtituræ, ad quid probandum teneatur.*

26 *Feudorum inueſtitura pro hæredibus ſimpliciter, qualiter contineat onus probandi, & quando, & n. 27.*

28 *Fideiuſſio in Iudiciis poſſeſſoriis raro præſtatur.*

ARGVMENTVM.

Feudorum iudicium poſſeſſorium immiſſionis, fœminæ an & quando competat concurrente agnato, vbi plures diſtinguuntur caſus, necnon latiſſimè explicatur text. *in cap. inter filiam, ſi de feudo defuncti militis controuerſia fuerit.* Latè etiam declaratur quis tuendus ſit in poſſeſſione feudalium, fœmina, an agnatus & quæ concurrere debeant pro agnato, & vtrum fœminæ incapacitas reſeruanda ſit in petitorio, vel in pleniſſimo poſſeſſorio; quando etiam fœmina reſiſtentiam habeat iuris, vel ſtatuti; & ad quid teneatur probandum agnatus.

ALLEGATIO XLIII.

1 FOEMINÆ à feudorum ſucceſſione iure communi repelluntur, verùm cùm hæ ſæpiſſimè defuncto feudatario ſuperſtites eſſent, & cum maſculo in poſſeſſione de feudi poſſeſſione contenderent, quid interim agendum eſſet, ſpeciali deciſione à iure feudali fuit diffinitum *in §.inter filiam, ſi de feudo defuncti militis controuerſia fuerit*, & huius ſolius tex. auctoritate erit terminanda præſens controuerſia in iudicio poſſeſſorio ſuper ſucceſſione Illuſtriſſimi Principis Biſiniani inter Donnam Iuliam Vrſinam, Principis ex præmortua ſorore neptem, & Comitem Saponariæ agnatum collateralem, (vt prætendit) illi nono gradu coniunctum, & quamuis omnia pro vera reſolutione huius cauſæ adeò luculenter, & doctè à peritiſſimo collega diſcuſſa, & reſoluta fuerint, vt nihil addi poſſit, pauca tamen in medium afferam ad prædicti tex. intelligentiam, & ornatum.

2 Proinde quatuor breuiter reſoluenda erunt. Primum in quibus caſibus, in iudicio poſſeſſorio immiſſio feudorum fœminæ ſit concedenda, vel potius agnato. Secundum vtri eorum transferatur onus probandi exceptionem: ita vt fœmina ſit immittenda, niſi in promptu agnatus excipiat de illius incapacitate, vel è contra agnatus immitatur niſi fœmina excipiat in promptu ſimiliter de eius incapacitate, & ſic, quis eorum eſt in regula, *& quis in exceptione*. Tertium quando in promptu, & notorie dicatur conſtare de exceptione, attentis noſtris terminis. Vltimum, quod remedium in caſu noſtro huic fœminæ in linea tranſuerſali exiſtenti ab inteſtato de iure ſit proditum, pro hac feudorum immiſſione obtinenda.

3 Ad primum perſtringendo omnes caſus diſcuſſos à Doctoribus, quos huculque curioſè vidi, quatuor capita ſunt ſubdiſtinguenda. Primum quando fœmina poſſidet, & agnatus petit immiſſionem. Secundum, quando agnatus poſſidet, & fœmina petit immitti. Tertium, quando poſſeſſio eſt, vacans. Quartum, & vltimum quando poſſeſſio eſt penes directum dominum ſequeſtrata. Quæ omnia vt à nobis ita percipiantur vt à Doctor. diſſeruntur, plura ſunt præmittenda. Primum hos caſus Doct. diſſeruere iuxta terminos iuris communis feudorum, quo iure fœminæ à feudorum ſucceſſione repelluntur. Item quando à tenore inueſtituræ ſunt ſimiliter excluſæ, quia feuda fuerunt erecta pro maſculis tantùm. Quid verò dicendum ſit, quando ius commune ſit pro fœminis, vel inueſtitura, vel vtrumque, infra ſuo loco dicemus.

4 Secundò, præmitto Doctores, caſus vt ſupra deſignatos diffinire ſub triplici facti ſpecie. Prima quando in iudicio poſſeſſorio contenditur bona eſſe allodialia, & non feudalia. Secundo quando dubitatur an bona ſint feudalia, néne. Tertio quando in promptu conſtat bona eſſe feudalia, vel per inueſtituram, vel per confeſſionem eiuſdem fœminæ, verùm fœmina iure ſpeciali contendit ad feuda poſſe admitti.

5 Erit Prima concluſio, quando fœmina in hoc iudicio poſſeſſorio contendit bona eſſe allodialia, & non feudalia, receptiſſimum eſſe apud omnes interim eſſe immittendam in poſſeſſionem, & hoc clarè decidit tex. & nullus ex ſcribentibus inficiat *in dict.§.inter filiam*, vbi And. de Iſer. Bald. Aluar. Præpoſ. Afflict. & Fed. Schench. Miſing. *obſeruat.* 25. *cent.* 5. ratio eſt indubitata, & clara, quia filia habet iuris communis præſumptionem pro ſe, ex quo quælibet res præſumitur libera.

Secunda eſt concluſio, quòd ſi eſt dubium an bona ſint feudalia, vel allodialia, interim fœmina immittitur in poſſeſſionem, Albert. Brun. *conſ.* 1. *nu.* 12. Campeg. ibidem *conſ.* 2. *num.* 9.

6 Tertia eſt concluſio quando conſtat bona eſſe feudalia, vel per inueſtituram in promptu, vel per confeſſionem eiuſdem fœminæ, an procedat diſpoſitio. tex. *in dict.§.inter filiam*, vt interim immitenda ſit in poſſeſſionem, & quod ſic voluit, primus omnium Ioánnes Andr. ad Speculatorem de teſtam. §.*pen. verſ perſonam*, ſequuntur hanc doctrinam *in leg. fin. Cod. de edict. Diui Adria. tollen.* Alex. *num.* 30. Iaſ. *num.* 26. Sapia. *num.* 91. Zuccard. *num.* 92. *verſ. mihi magis placet.* Curt. Iunior *parte* 3. *n.* 23. Afflict. *deciſ.* 119. Dec. *conſ.* 424. *num.* 11. *&* 467. *num.* 10. *&* 588. *n.* 10. & 390. *num.* 9. Iaſ. *conſ.* 172. *in princ. vol.* 4. Rui. *conſ.* 18. *num.* 20. 45. *num.* 11. 69. *num.* 11. *vol.* 1. Bero. *conſ.* 59. *num.* 20. 176. *num.* 51. *vol.* 4. Natta *conſ.* 474. *nu.* 87. *vol.* 2. Curt. Iun. *conſ.* 21. *num.* 7. 30. *num.* 10. 41. *num.* 5. 108. *num.* 14. Pariſ. *conſ.* 22. *num.* 64. 41. *n.* 2. *vol.* 1. *conſ.* 73. *num.* 74. *vol.* 1. Rol. *conſ.* 1. *num.* 62. *vol.* 1. *conſ.* 2. *num.* 27. Crauet. *conſ.* 822. *num.* 6. *vol.* 5. Rimin. Iun. *conſ.* 69. *num.* 11. *vol.* 1. Cœpha. *conſ.* 30. *num.* 15. & *conſ.* 257. *num.* 2. & 645. *num.* 15. *vol.* 5. Soc. Iun. *conſ.* 75. *num.* 26. & *conſ.* 77. *numer.* 1. *lib.* 1. Menoc. *conſ.* 180. *num.* 31. & 152. *vol.* 2. & iuris explorati affirmat Crauett. *conſ.* 704. *num.* 2. *vol.* 4. nec de eo eſſe dubium dixit Burſat. *conſ.* 89. *num.* 30. *vol.* 1. & communiter receptum fatetur Menoch. *de adipiſcenda, remedio* 4. *num.* 375. Piſtor. *part.* 2. *quæſt.* 39. *num.* 32. *&* 34. teſtatur communi interpretum calculo eſſe approbatam, & ab ea in iudicando non eſſe recedendum, à qua neminem diſcrepare dixit Curt. *conſ.* 41. *num.* 5. & ita reſpondiſſe paſſim Doctores tam antiquos, quàm modernos affirmat Bellon. *conſ.* 10. *num.* 1. Ficcar. *conſ.* 6. *num.* 2. *conſ.* 17. *num* 6. *vol.* 1. & male ſenſiſſe, qui contrarium tenuerunt dixit Menoc. *dict. remed.* 4. *num.* 379. & latè congerit Vult. *de feud. lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 60. Achill. Perſon. *de adipiſcend. poſſ. num.* 104. *& de interd quorum bonor. num.* 371. Cacher. *deciſ.* 26. *num.* 14. Plot. *in leg. ſi quando*, §. 3. *num.*... aliàs *num.* 110. Capic. in inueſtitura §. *ex edicto*, *fol.* 92. Hieron. Garzo. *de fœmi. ad feud. recip. verſ.* 26. reſtringitur latè Roſſent. *de feud. part.* 1. *cap.* 7. *quæſt.* 48. per totam: & quamuis Ioannes Andreas, & pleríque ex præcitatis ſcribentibus loquantur quando filia fuit inſtituta in teſtamento, & ſic intentat remedium *leg. fin. C. de edict. diui.* ita vt immiſſio poſſit videri permiſſa ex vi *dict. leg. fin.* ac etiam quia filia; attamen immiſ- 7
ſio in feudis non alicui competit, quia eſt inſtitutus in teſtamento, quia tunc ſemper, & cuicumque inſtituto competeret, ſed tunc tantum, quando eſt inſtitutus immediatus ſucceſſor, & qui ab inteſtato ſuccederet in feudo, vnde ſi fuit inſtitura extranea perſona, quæ ab inteſtato non ſuccedit in feudo, non haberet remedium *leg. fin.* hæc concluſio fuit recepta ab omnibus regnicolis nemine excepto, & de exteris eſt magis communis, id voluit Gloſ. Marin. *in Conſtit. Vt de ſucceſſionibus*, *verſ. ex vtroque parente*, vbi ad inſtitutum in omnibus bonis, cum vniuerſitate non tranſeunt feuda, ſi eſt extraneus, vbi Afflictus *num.* 58. firmat, quod ſi teſtator facit hæredem vniuerſalem in omnibus bonis eum qui de iure non ſuccedebat in feudo, talis inſtitutio vniuerſalis omnium bonorum non comprehendit feuda, quod ſequitur Pariſ. *conſ.* 7. 1. *dubio*, *vol.* 1. Corn. *conſ.* 165. *num.* 22. *vol.* 1. Soc. Iun. *conſ.* 72.

num.5.& 6.vol.1. & *conſ.72.num.51.vol.1.* Rimin. Iun. *conſ.370.num.6.vol.3.* principalem concluſionem late firmauit Camerat. *in cap.1. an agnat. quæſt.9. fol.431.* vbi *num.89.* firmat in quocunque iudicio, etiam ſummariſſimo repelli ſcriptum hæredem extraneum, & edictum diui Adriani habere locum tantum quando fuit inſtituta perſona, quæ alias ab inteſtato ſuccederet, latè Afflictus *in cap.1. num.11. ſi de feud. defunct. controuer.* nam edictũ diui Adriani (inquit) non habet locum ſi eſt inſtituta perſona, quæ immediatè ab inteſtato non eſt ſucceſſura. Idem Afflict. *in cap.1. num.107. in 5. notab.* de ſucceſſ. feud. & *in Conſt. hac edictali, num.8. in fin.* & *in deciſ.119.* Capic. *in cap. Imperialem fol.11. verſ. limitate 4.* Freccia *de different. feud. hæred. differ. 8.* & *in 17. differ.* Thom. de Marin. *in tit.5. de feudo hæred. num.37.* Regens de Pont. *conſ.62. num.18.* referens ita deciſum ſuo tempore, & *conſ.10. num.8.* Franc. de Amic. *de his, qui feud. dar. poſ. in cap. incipit, ſed ideò in fine.* Loffred. *conſ.14. num.6.* Intrigl. latè *quæſt.51. n.140.* nec omittam, quod extraneus dicitur nedum ille,
9 qui non eſt comprehenſus in inueſtitura, ſed etiam ſi eſt de deſcendentibus ex corpore, ſed tunc quando inſtituitur, non eſt immediatus ſucceſſor, Andr. dixit. *in Conſtit. conſtitutionem diuæ memoriæ, in principio,* vbi Anna *num.122.* & latiùs *num 132.* Afflict. *dict. cap.1. num.107. de ſucceſſione feudi.* Camer. *in d. cap. Imperialem fol.14. à lit. G.* & *dict. cap.1. an agnatus, in 10. quæſt. verſ. at ſi pater vellet.* Ex prædictis ergo patet, quod immiſſio datur fœminæ non ex vi legis fin. quia inſtituta in teſtamento, ſed quia eſt immediata ſucceſſor ab inteſtato, nec eſt facienda vis, quod potius eſſet filia, quia §. *inter filiam*: procedit etiam in nepte, & in collaterali, vt inferius ex communi fundabimus. Communis ergo Doctorum concluſio eſt, quod etiam quando conſtat bona eſſe feudalia, femina immittenda eſt in poſſeſſionem, & ſub hoc themate reſoluendo quatuor caſus præpoſitos dico quod.

10 Primus quando fœmina poſſidet, non habet difficultatem vt ex multis fundat Menoch. *dict. remed. 4. num. 377.* & Dec. *conſ.498. num 4.* Iaſ. *conſ.172. vol.4.* Rolan. *conſ.2. num.31. lib.3.* etiam ſi conſtet bona eſſe feudalia, vt idem Menoc. ibi *num.329.* Roſentha *cap.7. concluſ.48. num.3.*

11 Secundus caſus, quando agnatus poſſidet eſt valde controuerſus apud ſcribentes quod interim impediatur immiſſio petita per fœminam, donec de iure ſuo doceat, & aduerto quod duo requiruntur copulatiuè. Primum, quod fœmina fateatur bona eſſe feudalia, & ſic clarè conſtet eſſe feudum. Secundum, quod agnatus poſſideat: his duobus copulatiuè concurrentibus, agnatus tuendus eſt in poſſeſſione, donec fœmina de iure ſuo pleniùs docuerit; ſic loquitur Iaſ. *in conſ. 182. vol. 4.* Gozad. *conſ. 50. num. 16.* Alba. *conſ.78. num.18.* & Dec. *in conſ.517. num.8.* dicit, quod agnato poſſidente, fœmina non immittitur, niſi dubitetur an res ſit feudalis, vel allodialis. Bero. *conſ.45. num.19. vol.3.* ſic etiam reaſſumit Veſembec. *conſul.1. num.62. part.1.* Alciat. *conſ.257. num.7.* & ſecundum aliam impreſſionem *conſ.43. num.12. vol.5.* & Garzonius *in tract. de fœm. ad feu. non recip. verſ.26.* reſtringitur, firmat, quod agnato poſſidente, ſi de mulieris incapacitate, & qualitate feudali in continenti conſtet, fœmina non auditur. Et Menoch. *dict. remed.4. num.380.* & ſic non contradicit his, quæ tradiderat *num.379.* quod etiam ſi conſtet bona eſſe feudalia, fœmina immittitur, quia ibi loquitur, quando agnatus non poſſidebat, *num. verò 380.* quando agnatus poſſidet, & ſic etiam loquitur. Alciat. *conſ.3. num.4. vol.3.* Rolan. *conſ.2. vol. 3.* & *conſ.1. vol.1.* quod immittatur fœmina, etiam ſi conſtet bona eſſe feudalia, verum agnatus non poſſidebat, & Ozaſcus *deciſ.26. num.22.* dicit quod poſſidente agnato, Senatus admiſit agnatum ad probandum conſuetudinem generalem in Prouincia, quod fœmina non admittitur ad feudum, & ſic interim fuit impedita immiſſio. Hanc opinio- 12
nem latiſſimè fundat Hart. Piſtor. *part.2. quæſt.39. à à num.37. & num.44.* pro fundanda hac concluſione vtitur quinque rationibus. Prima, quia præſumptio eſt pro poſſeſſore. Secunda, quia Agnatus habet præſumptionem iuris communis feudalis pro ſe. Tertia, quia habet præſumptionem inueſtituræ, quæ vocabat maſculos tantùm. Quarta quia fœmina non habet vllum remedium ad auocandam rem feudalem ab agnato poſſidente, quia §. *inter filiam*, eſt proditum ad inſtar interdicti, *quorum bonorum*, quod non datur contra poſſeſſorem; & late fundat ex Iſer. & Afflict. & aliis *num.51.* quod §. *inter filiam*, loquitur, & procedit tantùm, quando agnatus non poſſidet. Quintò, & vltimò, quia pro agnato concurrunt tot coniecturæ; eamdem opinionem tenet Vulteius *de feud. lib.1. cap. 9. num. 60.* & *lib.2. cap.1. num.17.* Brun. *conſ. 63. num. 3.* Ex his duo ſunt indubitata apud ſcribentes. Primum, quod impeditur immiſſio quando Agnatus poſſidet, & certum eſt bona eſſe feudalia. Secundum, quod ſi 13
dubiteur an bona ſint feudalia, poſſeſſio agnati nihil releuat, & non obſtante poſſeſſione non impeditur immiſſio filiæ, vt fatentur omnes præcitati Doctor. Addo, quod ſicut quando eſt dubium an bona ſint feudalia nec ne, non impeditur immiſſio: ita quando certum eſt bona eſſe feudalia, ſed eſt dubium an fœmina ſit capax, nec ne, adhuc immittitur in poſſeſſionem, & illa qualitas capacitatis reſeruatur in poſſeſſorio pleniſſimo, vel petitorio: ita in indiuiduo voluit Alb. Bru. *conſ.1. num.12.* quem 14
refert, & ſequitur Roſenthal. *concluſ.51. in gloſ. lit. A. cir. med.* & hóc infra latius fundabo. Tertiò nedum requiruntur copulatiuè duo, quod agnatus poſſideat, & certum ſit bona eſſe feudalia; ſed requiritur tertium, quod illa poſſeſſio non ſit vitioſa, ita dicit Dec. & alij, & reaſſumit Roſenthal. *concluſ.49. gloſ.6. in fin.* & latius *concluſ.52. lit. F.* Rol. à Valle. *conſ.1. num.44. vol.3.* Tunc autem poſſeſſio capta ab Agnato non erit vitioſa, quando eſt capta vigore inueſtituræ, quia ſcilicet inueſtitura erat pro maſculis tantùm, & ipſe erat comprehenſus in inueſtitura; ita fundat Piſtor. vbi ſupra *num.43.* quia inueſtitura, inquit, iuſtum præbet poſſeſſionis titulum, allegat Bald. *in l.2. de vſucap. pro empt.* Curt. Senior. *conſ.83.* Pariſ. *conſ.13. num.197. part. 1.* Si verò inueſtitura eſt pro maſculis, & fœminis, & Agnatus prætendit ex alio contractu, & priuilegio, feudum eſſe factum maſculinum, & ſic in feudo adeſſe fideicommiſſum in fauorem maſculorum, etiam cum aſſenſu, vt eſt caſus noſter, tunc ſi propria auctoritate caperet poſſeſſionem, talis poſſeſſio eſſet vitioſa, quia 15
illam debet capere à manu hæredis *per reg. l. filiam fratribus, ff. ad Trebel.* vt latè fundat Dec. *conſ.414. num. 14. & 15.* & talis poſſeſſio vitioſa non prodeſſet agnato, vt per Rol. *conſ.1. num.44. vol.3.* poſt Roſenthal. *dict. concluſ.52. in gloſ. lit. F.* Quamuis etiam in hoc caſu, quando agnatus poſſidet, & bona ſunt feudalia, plerique Doctores dixerint, adhuc filiam eſſe immittendam in poſſeſſionem, & reprobatam dicit præcedentem opinionem, Roſenthal. *dicta concluſ.53. in gloſ. lit. A.*

Ex his ergo habemus in hoc caſu, qui tantùm controuertitur apud Doct. quod aut eſt vera opinio Doctor. quod etiam agnato poſſidente, fœmina eſt

ſumiſt

immittenda, & nullus adeſt caſus in iudicio poſſeſſorio pro agnato; aut eſt vera contraria opinio recepta, per Piſtor. Vultei. & alios modernos, quòd Agnato poſſidente impediatur immiſſio, & hanc concluſionem recipiunt, cum quatuor requiſitis. Primum de iure communi feudorum, & ſic quando fœmina habet præſumptionem iuris, & regulam contra ſe, quod non admittitur ad feudum. Secundum, quòd ſit certum bona eſſe feudalia, vel per inueſtituram in promptu, idem ſi per eaſdem inueſtituras conſtet bona illa eſſe feudalia, & eſſe feuda maſculina. Tertium quod agnatus poſſideat. Quartum quod poſſeſſio ipſius non ſit vitioſa quia ſcilicet illam apprehenderet vigore inueſtituræ, quæ erat pro maſculis tantùm. Quæ requiſita ſupra fundaui, requiri a Doctoribus copulatiuè, ſecus verò, ſi aliquod diſiunctiue tantùm interueniret, & a maioritate rationis eſt reſolutum tertium caput, quando agnatus, non poſſeſſio eſt vacans.

17 Vnde apud omnes Doctor. ſecundum terminos iuris communis, ſi conſtet eſſe feudum, & agnatus nõ poſſidet, non impeditur immiſſio fœminæ; ſi verò conſtet eſſe feudum, & agnatus ſit in poſſeſſione, tunc vendicant ſibi locum, quæ tradit Ozaſcu. *deciſ.* 26. *num.* 21. & vltra hæc addo, quod quando agnatus in priuilegio, quod producit ad excluſionem fœminæ, non eſt expreſſe nominatus, ſed opus eſt probare genologiam, vel per teſtes, vel per alias ſcripturas, tunc non dicitur incontinenti, & liquidò docere de iure ſuo, vt poſſit impedire immiſſionem, vt in his terminis fundat Decius *conſ.* 424. *numero* 18. alios allegat Rola. *conſ.* 1. *num.* 31. *vol.* 3. & in indiuiduo allego Achil. Perſonal. *de adipiſcend. poſſeſſ. numer.* 112. (Agnatus, incontinenti probare cenſetur ſi in inueſtitura ſit nominatus, ſecus ſi non nominatur, & genologia illius neceſſariò ſit probanda: nam ius ſuum agendi ordinariè in poſſeſſorio vel petitorio reſeruatur) allegat vltra Dec. Zuccar. *in d. leg. fin. num.* 399 *circa med.* & *num.* 85. & 437. Grammat. *deciſ.* 58 *num.* 13. Socc. Iun. *conſ.* 75. *num.* 18. *lib.* 1. Cæpual. *conſ.* 30. *num.* 14. & *num.* 19. *deciſ. Pedem. deciſ.* 26. *num.* 16. & *num.* 21. *verſ. ex præmiſſis.* Idem Achill. Perſonal. in interdicto *quorum bonorum, num.* 474. (primo dicta limitatio procedit ſi Agnatus expreſſe, & per nomen proprium nominatus ſit in inueſtitura, ſecus ſi in inueſtitura non nominatur, & eius genologia ſit probanda, etiam ſi ſe obtulerit ius ſuum incontinenti probare, quia hoc caſu fœmina in poſſeſſionem mittitur ſaluo, & reſeruato agnato iure ſuo ordinariè in petitorio agendi) plura allegat.

Accedat quod nedum pluries fœminæ fuerunt
18 admiſſæ ad ſucceſſionẽ horum feudorum, (& vt teſtantur Doctores in cauſa Montisferrati, hoc fuit ſufficiens ad obtinendum in illa cauſa, quia ſemel in illo Marchionatu fœmina fuit admiſſa) ſed quòd magis vrget, hæc feuda a Principe Biſiniani decedente, & a Principe Petro Antonio eius patre, non fuerunt poſſeſſa vti maſculina ſed pro maſculis, & fœminis, vt fuit probatum in aliis allegationibus, hæc autem qualitas poſſeſſionis transfertur in hæredem eo modo, quo erat penes defunctum, vltra allegata per eximium Collegam, voluit Bald. *in cap.* 1. *in princ. ſi de feud. defunct. militis, num.* 1. Dic ergo quod ratio eſt qualitas poſſeſſionis paternæ, quæ qualitas fuit in patre, talis præſumitur in filio, & *in capit.* 1. *de controu. inter maſc. & fæm. in prin.* quia filius magis venit ad poſſeſſionem continuatiuè, quam ad omnino nouæ poſſeſſionis adeptionem. Non dico tamen quod in ſubſtantia poſſeſſio non ſit noua poſſeſſio; ſed quia eſt eiuſdem qualitatis preciſè cum poſſeſſione paterna, & hoc dictum, quod late exornat Tiraq. *in præfation. ad l. fin. C. de reuocand. donat. num.* 20. explicat mirabiliter Zaſius *conſ.* 19. *num.* 15. vt quamuis non ſit verum vt poſſeſſio feudi continuetur in hæredem ipſo iure; tamen veriſſimum eſt hoc dictum, vt apprehenſa poſſeſſione transferatur illa eadem qualitas poſſionis, & Albert. Brun. *conſ.* 63. *num.* 5. ac hoc operatur qualitas poſſeſſionis defuncti, vt qualis fuerit in patre, talis præſumatur in filio, & Corn. *conſil.* 159. *in fin. lib.* 1. & tandem Piſtor. *quæſt.* 39. *num.* 16. *part.* 2. huic ergo fœminæ, quamuis remedium legis fin. *de edict. diuid. Adr.* non competat tanquam hæredi ab inteſtato, dabitur tamen remedium dicti
cap. *inter filiam*, quod ſecundum extenſionem. DD. 19
procedit etſi bona ſint feudalia, item competit nedum filiæ, ſed etiam fœminæ collaterali. Dec. *conſ.* 424. *num.* 12. Pariſ. *d. conſ.* 22. *num.* 65. *vol.* 1. Rol. *conſ.* 2. *num.* 18. *vol.* 3. *conſ.* 1. *num.* 49. *vol.* 1. Gozadin. *conſ.* 7. Cacheran. *deciſ.* 26. *num.* 15. Gratus *conſ.* 10. *num* 2. *vol.* 1. Berous *conſ.* 67. *num.* 69. *vol.* 1. Alciat. *conſ.* 12. *num.* 2. *vol.* 3. & *conſ.* 3. *eod. vol.* Tiraq. *le mort ſaiſit le vif part.* 4. *declarat.* 5. *num.* 21. Piſtor. *quæſt.* 30. *num.* 7. *lib.* 2. Vultei. *cap.* 9 *num.* 59. *de feud.* & vltra remedium *quorum bonorum*, quod indubitanter com-
petit hæredi ab inteſtato, competit etiam officium 20
Iudicis vt tradit Bald. *in cap.* 1. *num.* 1. *de contr. inter maſcul. & fæmin.* & ibi Aluarat. Campeg. inter conſ. Bruni. *conſ.* 2. *num.* 7. Pariſ. *d. conſ.* 22. *num.* 67. *vol.* 1. Veſembec. *conſ.* 1. *num.* 56. & 62. *vol.* 1. Beron. *conſ.* 67. *num.* 73. *vol.* 1. vbi hoc officium Iudicis extendit ad omnes hæredes, licèt Bald. loquebatur in filio, & præter præcitatos Doct. Speculator *de teſtam.* §. *ſequitur, num.* 10. Caſtren. *in dict. l. fin. num.* 14 vbi Alex. *num.* 21. Iaſ. *num.* 23. Dec. *num* 39. Zuccard. *num* 35. *de edicto diui Adr.* Menoch. *de adipiſc. rem.* [illegible] 64. & cum hoc officium Iudicis ſuccedat loco remedij, *l. fin.* ſequitur illud concedi etiam nemine poſſidente, quod dicunt omnes præcitati Doct. in prædicta cauſa Montis ferrati, ad quæ eſt etiam videndus Menoch. *remed.* 6. *adipiſcendi, num.* 25.

Vltimò pro complemento non poteſt prætendi interim poſſeſſionẽ eſſe ſequeſtrandam, quia omnes præcitati Doctor. qui loquuntur de immiſſione tunc tantùm permittunt feudorum ſequeſtrum, dum poſſeſſio daretur in potentiorem, a quo non poſſet dari facilis recuperatio, ſi agnatus in poſſeſſorio obtineret, in hoc tantum caſu Doctores dicunt, poſſeſſionem eſſe ſequeſtrandam, penes dominum, vt tradunt conſulentes in dicta cauſa Montis ferrati, Gozad. *conſ.* 7. *num.* 11. *conſ.* 10. *num.* 27. Roland. *conſ.* 1. *num.* 32. à *num.* 77. *vol.* 1. Pariſ. *d. conſ.* 22. *num.* 100. *vol.* 1. Berous *conſ.* 67. *num.* 61. & 52. *vol.* 1. Dec. *conſ.* 517. *num.* 8. Gozadin. *conſ.* 50. *num.* 29. Iaſ. *conſ.* 152. *vol.* 4. Alba. *conſ.* 78. *num.* 16. Plot. *in leg. ſi quando, num.* 111. alias §. 3. *num.*... Veſembec. *conſ.* 93. *num.* 11. Piſtor. *dict. quæſt.* 39. *num.*... Vulteius *dict. lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 60. Menoch. *d. remed.* 4. *num.* 380. 21

Quando verò Agnatus non eſt in poſſeſſione non impeditur fœmina, Alciat. *conſ.* 275. *num.* 7. 43. *vol.* 5. *conſ.* 3. *num.* 4. *vol.* 3. Menoch. *dict. rem.* 4. *num.* 379. Berous *conſ.* 45. *num.* 19. *vol.* 3. Rolan. *conſ.* 2. *vol.* 3. *conſ.* 1. *vol.* 1. & omnes allegati ſupra in tertia concluſione.

Caſus verò dubitabilis eſt quando agnatus poſſidet, & conſtat eſſe feudum ex inueſtitura; ſed fœmina in promptu fundat ſe in aliis inueſtituris, adeò quod ſit conflictus inueſtituratum: & ſic docet de bono iure ſuo in petitorio, & adhuc in hoc caſu Ozaſcus dixit, fœminam eſſe immittendam, vel fœmina allegaret diſpoſitionem, & in promptu pro- 22

ducit

ducit priuilegium Imperatoris, & eſt caſus *conſ.* 1. *&* 2. Albert. Brun. vel allegaret conſuetudinem generalem in Prouincia, & hæ concluſiones nedum principiis iuris feudalis, ſed etiam iuris communis Romanorum innituntur, quia remedia poſſeſſoria, non permittuntur his, qui incapaces ſunt; Bald. in ſpecie, *in leg. fin. num.* 42. *verſ. conſidera mixta fundamenta. Cod. de edict. diui Adriani.* Piſtor. *dicta concluſ.* 39. *num.* 28. & generaliter omnia beneficia legum, & ſtatutorum capacibus duntaxat ſunt ſcripta. *leg. Lucius Titius*, §. *Lucius, ff. de leg.* 2. & cui ius commune reſiſtit, poſſeſſio non datur, Couar. poſt alios, *pract. quaſt. cap....* Zas. in materia feudali *conſ.* 11. *&* 12.

23 Sed quando pro fœmina adeſt ius commune alicuius Prouinciæ, & ſtatutum, quo expreſsè fœminæ admittuntur ad feudorum ſucceſſionem, tunc eſt indubitatum fœminam interim eſſe immittendum, latè Crauet. *conſ.* 822. *num.* 6. *vol.* 5. Ruin. *conſ.* 18. *num.* 20. *conſ.* 45. *num.* 11. *vol.* 1. Socin. Iun. *conſ.* 73. *num.* 20. *conſ.* 76. *num.* 1. *vol.* 1. Bello. *conſ.* 10. *num.* 1. Curt. Iun. *de feud. part.* 3. *numer.* 23. Iaſ. *conſil.* 172. *col.* 2. *verſicul. item ſpoliatus*, *vol.* 4. Menoch. *dict. remed.* 4. *num.* 375. Roland. *conſil.* 2. *numer.* 26. *vol.* 3.

24 Ex his audeo dicere quòd caſus noſter eſt indubius apud omnes Doctores, nec de eo aliquis ex ſcribentibus, quem vidi dubitauit quoties fœmina habet præſumptionem iuris communis pro ſe. Secundò quoties habet præſumptionem inueſtituræ pro ſe; quia eſt pro maſculis & fœminis, & ſic habet pro ſe regulam, ac fundatam intentionem. Tertiò quia agnatus prætendit per ſeparatos contractus, licèt cum Regio aſſenſu, feuda eſſe effecta maſculina, & dum hæc prætendit non poſſidet, & ſi adhuc poſſideret, poſſeſſio eſſet vitioſa, & ſic non eſt legitimus contradictor.

25 Vnde ex prædictis eſt reſolutum tertium caput principale, quia quando agnatus habet præſumptionem iuris communis pro ſe, quo fœmina à feudi ſucceſſione eſt excluſa. Item habet præſumptionem inueſtituræ; quia pro maſculis tantùm transfertur onus probandi in fœminam, quæ in promptu debet allegare, & docere ſe eſſe feudi capacem, vel ex diſpenſatione Principis, vel ex conſuetudine probata, vel alio modo. Quando verò fœmina habet has præſumptiones iuris communis, & inueſtiturarum pro ſe, transfertur onus probandi in agnatum, ex regula tex. *in leg. fin.* vbi gloſ. *ver. præſumptioni, ff. de eo quod metus cauſa*, & *leg. ſiue poſſidetis. Cod. de probat.* Cæphal. *conſ.* 85. *num.* 13. *vol.* 2. & in terminis noſtris feudalibus Brun. *conſ.* 18. *n.* 12. ibi, niſi ſe capacem doceat, & Garzon. *d. verſ.* 26. reſtringitur.

26 Ex his eſt clarum fœminam pro ſe habere intentionem fundatam ex iure communi Conſtitutionis, & ex inueſtituris, quæ ſunt pro hæredibus ſimpliciter, & ſic hoc caſu transferri onus probandi exceptionem in agnatum quam debet in promptu, & incontinenti probare, & ſit talis quæ non requirat altiorem indaginem. Excipit Comes quod feuda ſunt maſculina, & quod agnatus in quocunque gradu ſuccedit, & hoc vigore duarum conuentionum, quæ fuerunt initæ inter nonnullos de domo de Sancto Seuerino, cum priuilegiis multorum Regum, ſic iudicatum per ſententias, & obſeruatum per alios contractus, ac demùm ipſum Comitem eſſe deſcendentem ex prædictis contrahentibus, hæc prætendit fundare ex nonnullis ſcripturis.

27 Ex his quæ in voce & in ſcriptis fuit reſponſum per eximium collegam ſatis puto omnia prætenſa per Comitem eſſe dubia, etiam in petitorio, quia prima conuentio eſt pro agnatis in gradu ſucceſſibili tantùm, non vltra; priuilegium Reginæ Ioannæ eſt vltra conuenta per illos proceres de Sancto Seuerino, ſententia Regis Alfonſi ita hæc decidit, hæc & ſequens conuentio ſunt extinctæ, per rebelliones, Comes non docet niſi per leuiſſimas coniecturas ſuum aſcendentem conſenſiſſe conuentioni, & ſi aſſentiit non fuit tempore habili, reſponſa per Collegam, vel ſunt clara, provt indubitanter puto, vel dubia & ſic oppoſita per comitem requirunt diſcuſſionem, & ex deducendis ſuo loco per D. Iuliam, poſſunt recipere omnimodam reſolutionem, quæ fundantur per concluſionem, *deciſ.* 26. *num.* 6. Menoch. *dict. remed.* 4. *num.* 383. *&* tandem Roſental. *concluſ.* 53. *dict. cap.* 7. *num.* 3. & *in gloſ. lit. E.* quæ in caſu noſtro non poſſunt adaptari nullo modo.

Nec ſimiliter agi poteſt de aliqua fideiuſſione, 28
quia in iudiciis poſſeſſoriis raro præſtantur fideiuſſiones, dicit Contar. *in leg. vnica, in notabili. num.* 16. etiam quando de rigoroſiſſimo iure, quo nunquam in noſtris Tribunalibus eſt actum, eſſet agendum, non eſt tractandum de fideiuſſione, quoad fructus, niſi quod proprietas in iudicio petitorij ſit ſalua, vt per tex. *in dict. leg. vnica*, notat ibi Salic. *num.* 25. & latè explicat Contar. *in dict. notabili. num.* 12. *& ſeq.* Ang. *in leg. fin. num.* 1. *verſ. ſequitur. ff. de appellat. recipien.* Bellam. *in cap. ſuper eo. num.* 27. *de appellat.* & allegat & congerit alios, per totum *numer.* 13.

Ex his puto hanc cauſam pro qualitate perſonarum, & ingentis patrimoniij huius Reguli & Biſiniani Principis recepiſſe hanc dotem; cùm ex prædictis in articulo poſſeſſionis, de quo ad præſens agitur, nullus poſſit eſſe ſcrupulus. Reliqua ſuppleant peritiſſimi, & religioſſimi Iudices.

Ioannes Baptiſta Melior. I.V.D.

SVMMARIVM

1 *Aſſenſus Capituli pro dotibus mulierum Neapolitanarum, an procedat principaliter, an in ſubſidium bonorum burgenſaticorum?*

2 *Feudum in dotem qualiter dari poſſit, quid de iure communi feudorum, quid de iure Regni.*

3 *Feudum diuerſo modo à muliere, vel & à Pater dari poterat in dotem.*

4 *Conſtitutio Regni, quæ incipit* fratribus, *explicatur.*

5 *Capitulum Caroli II. quod incipit* Item ſtatuimus, *in planitie ſancti Martini editum, declaratur.*

6 *Feudi obligatio nec pro dote valet ſine aſſenſu, & qualiter declaretur.*

7 *Capitulum Regis Catholici fauore mulierum, quid diſponat pro ſuis dotibus.*

8 *Lex noua recipit interpretationem à lege antiqua.*

9 *Feudi onus eſt dotare Sorores.*

10 *Aſſenſus pro dotibus mulierum non dicitur hominis, ſed legis.*

11 *Aſſenſus legis ſtrictius interpretatur, quam hominis.*

12 *Aſſenſus conceſſus vigore capitulorum an extendatur, vt poſſit fideicommitti ſuper feudo.*

13 *Aſſenſus capituli antiquo tempore in ſubſidium ſolum intelligebatur præſtitus.*

14 *Aſſenſus capituli cenſetur præſtitus inſtrumento dotali.*

15 *Dotis cauſa non ſcriptura, ſed numeratio facit.*

16 *Aſſenſus capituli vtrum intelligatur præſtitus, ſi de dote non conficiatur ſcriptura.*

17 *Aſſenſus capituli vtrum intelligatur præſtitus inſtrumentis factis extra Ciuitatem.*

18 *Actio ad feudum iudicatur prout & ipſum feudum.*

19 *Aſſenſus capituli pro dote præſtitus pro primogenita, intelligitur etiam ſuper feudalibus.*

20 *Aſſenſus capituli in ſubſidium cenſetur præſtitus ſecundum hic allegata, prout & deciſum fuit iunctis Aulis in hac eadem cauſa.*

ARGVMENTVM.

Aſſenſum tacitum pro dotibus mulierum Neapolitanarum in ſubſidium ſuper feudo cenſeri præſtitum oſtenditur, bonis allodialibus non exiſtentibus. Feudum in dote qualiter à Patre, vel à muliere dari potuerit iure feudali attento, quid correxerint Conſtitutiones Regni noſtri, & capitula, demonſtratur. Aſſenſus tacitus, an dicatur legis, vel hominis, & an latè vel ſtrictè interpretari debeat. De dote non confecto inſtrumento, vtrum intelligatur aſſenſus prædictus præſtitus: pluraque etiam alia ad materiam enucleantur.

ALLEGATIO XLIV.

1 ARTICVLVS de quo ad preſens contigit dubitari eſt, vtrum diſpoſitio Capituli Neapolitani Regis Catholici ſuper obligatione bonorum feudalium pro dotibus mulierum Neapolitanarum, procedat in ſubſidium, nec mulier illius vigore poſſit habere recurſum ſuper bonis feudalibus poſſeſſis per tertios, niſi prius diſcuſſis bonis, tam feudalibus, quam burgentaticis mariti debitoris. Et quamuis auctoritas rerum ſæpius iudicatatum per noſtrum S.C. ſola deberet ſufficere, qua paſſim fuit iudicatum fœminas vigore huius aſſenſus, non niſi in ſubſidium ad res feudales fuiſſe admiſſas, & prouiſo prius quod diſcutiantur bona allodialia, vt ex exemplis, quæ producuntur; tamen his paucis, etiam hanc concluſionem iuridicam eſſe demonſtrabo.

2 Et vt à fundamentis veritas huius concluſionis magis eluceſcat, inquirendum duxi, nùm per vetera, & nouiſſima iura feudum in dotem dari, vel obligari potuerit abſque Domini aſſenſu. In qua re tres communes concluſiones recenſebo. Prima eſt de iure communi feudorum, Fœminæ, vel eius viro non poſſe à Tertio feudum in dotem dari, *cap. 1. §. donare, qualiter olim feud. pot. alien.* poſt Iſer. & Doct. quos infra latè recenſebo, bene Camer. *in leg. Imperialem, fol. 82. lit. B. ver. & primo ponamus.* Secunda concluſio, Fœmina ipſa, quæ legitimo iure poſſidet feudum poteſt illud in dotem dare, cum duabus limitationibus, dummodò non fiat pactum de dote lucranda, nec feudum detur æſtimatum, ſed ineſtimatum, poſt alios Camer. vbi ſupra *fol. 82. lit. T. cum ſeq. verſ. ſecunda concluſio.* Tertia, & vltima concluſio eſt vt papa poſſit feudum in dotem dare cum aliis duabus limitationibus, quod ſcilicet, hæc datio durabit durante vita ipſius patris dotantis. Secundò dummodo pater aliud non habeat, Camer. *fol. 83. litera K. verſ. tertia concluſio*: quæ concluſiones communiter receptæ ſunt, tam à Ciuiliſtis, quos latè congerit Camer. vbi ſupra *fol. 81. litera S.* quàm à Feudiſtis, incipiendo ab Ardizo. in ſua ſumma, in titulo *vtrum vaſſallus poſſit feudum dare in dotem*, Iſer. poſt gloſ. *in dict. cap. Imperialem. à num...* & *in §. donare, num...* & in dictis locis per Propoſ. Aluar. Afflict. & alios, Camer. *à fol. 80.* Capic. *col. 68.* & ſecundùm aliam impreſſionem *fol...* Io. Vinc. de Anna in Conſtitut. *conſtitutionem diuæ mem. n. 15.* Par. *de reintegr. fol. 59.* & extra regnicolas latè per Curt. *de feud. 4. par. num. 39.* Iacobin. *in ſua inueſt. verſ. ita etiam quod ipſi vaſſalli*, Zaſius *par. 9. num. 7.* Sonſebec. *part. 12. num. 79.* Mozius *cap. vltimo num. 133.* Veſembec. *cap. 11. num. 4.* Boſcol. *cap. 8. n. 38.* Myſinger. *lib. 4. obſer. 86.* Sethadet. *par. 8. cap. 1. num. 21. & 32.* Schon. *lib. 1. diſput. 9. concluſ. 61.* Vrmſer. *tit. de feudis, obſer. 19. num. 1.* Iul. Clar. *§. feudum, quæſt. 36.* Brun. *conſ. 114. num. 86. & 115. num. 23.* Pariſ. *conſ. 4. vol. 1.* Decian. *reſponſ. 117. num. 70. vol. 3.* Menoc. *conſ. 8. num. 18. vol. 1.* Fichar. *in addit.* Villalob. *commun. opin. litera F. num. 21.*

Illud ſilentio non eſt prætereundum, quod Camer. *in 2. addit.* non videtur requirere illam qualitatem quod mulier aliud non habeat, vt poſſit feu- 3
dum dare in dotem, ſed illa duo tantum, vt non adſit pactum de dote lucranda, & feudum detur ineſtimatum, ſed illud requirit in patre, quod etiam ponderauit Lipar. ad Iſer. *in dict. cap. Imperialem, ante num. 4. in lit.* qui dicit, quod Iſer. debet intelligi in patre, vt correſpondeat gloſſæ ibi; ſed hoc falſum eſt, nam ita demùm mulier de iure communi dabit feudum in dotem abſque aſſenſu, ſi nihil aliud habeat, ita perbellè voluit Iſer. *in conſt. Fratribus. de iure feudorum, ſi mulier aliud non haberet, in dotem feudum daret ſinè aſſenſu domini, vt in §. donare, qualiter olim*: & idem Iſer. *in dict. cap. Imperialem, ante num. 8.* ibi *hoc iure poteſt dare in dotem ſi non haberet aliud, & non det æſtimatum, argumento contra, quia mulier committens ſe viro*: & ſic Andr. expreſsè loquitur in muliere, & *num. 3.* ibi *ſed, & tunc ſi non haberet aliud, quod in dotem daret fortè*

dabit

dabit: & ſic remanet clarum, & indubitabile, quod de iure communi feuda in illis Caſibus, in quibus permittitur datio, vel obligatio feudi pro dote, intelligitur in ſubſidium, ſi non habet aliud.

4 Superuenit poſtea Conſtitutio Regni *Fratribus*, quæ vult, quod frater ſi habet bona burgenſatica, non poſſit feudum dare in dotem, ſi vero burgenſatica non habet, & habet vnum feudum, poſſit obligare partem, non totum, ſi autem haberet tria feuda, vnum illorum dare poſſit in dotem, & in hoc dos eſt fauorabilis, & contra grauauit, vt cum expreſſa licentia matrimonium contrahatur, vt benè reaſſumit Camer. *dict. cap. Imperialem, fol. 64. litera G H.* & ſic in caſibus, in quibus de iure Conſtit. Regni eſt permiſſa datio, vel obligatio feudi in dotem abſque aſſenſu, (qui ſunt quando matrimonium contrahitur de ſpeciali licentia Regis) non eſt hoc permiſſum, niſi in ſubſidium, & non exiſtentibus bonis burgenſaticis, & ſi bona feudalia tantum extant non indiſtinctè, ſed ſi vnum pro parte, ſi tria, vnum tantum.

5 Superuenit poſtea capitulum in planicie Sancti Martini editum per Carolum II. quod incipit, *Item ſtatuimus, quod licitum ſit Baronibus* 109. ſecundùm ordinem Nigri, in quo diſponitur totum contrarium, quod matrimonium poſſit contrahi ſine aſſenſu, dummodò cum fideli; ſed quod feudum non poſſit dari in dotem abſque aſſenſu, de hoc quod poſſit obligari, vel non, verbum nullum. Vnde rectè dubitauit & latè diſputauit Iſer. & Camer. *in dict. cap. Imperialem*, an hoc tertium eſſet ſimiliter correctum, vt feudum non poſſit obligari abſque aſſenſu, vel quia omiſſum à capitulo cenſeatur remiſſum

6 diſpoſitioni Conſtitutionis *Fratribus*, qua erat permiſſa obligatio: & præualuit opinio, quod etiam obligatio ſit prohibita abſque aſſenſu, quam concluſionem latè firmauit Camer. *fol. 84. litera Q.* quia cùm omnia per Conſt. *Fratribus* eſſent permiſſa per generalem aſſenſum, quem Rex concedebat ſuper matrimonio, dum capitulum in planicie ſancti Martini editum abſtulit ſpecialem conſenſum matrimonij: omnia quæ ſuper hac radice fuerunt conceſſa corruunt. Tandem ſuperuenit capitulum Re-

7 gis Catholici quo media hæc Iuriſprudentia conſtitutionis & capitulorum Regni in quibus contra ius commune feudorum erat prohibita datio, & obligatio feudi pro dotibus, fuit abrogata, & de nouo fuit data licentia, & aſſenſus generalis omnibus matrimoniis, & inſtrumentis dotalibus omnium mulierum Neapolitanarum, ergo per hoc ius nouum redimus ad ius antiquum, & commune feudorum; ſed illud dedit licentiam, & conſenſum in

8 ſubſidium tantùm, & dummodo aliud non habeant; ergo ita etiam erit intelligendum ius nouum; lex enim noua recipit interpretationem à lege antiqua. *leg. 1. §. lex Falcidia, cum vulga. ff. ad leg. falcid.* & poſt Alex. ibi, Imol. & alios latè hoc per viam Regulæ firmat Bart. *in leg. omnes pop. num. 60. verb. 2. caſu. ff. de iuſt. & iur.* Alciat latè *de verb. ſignif. lib...* Hinc etiam videmus quod quamuis iure cautum non reperiatur, quod feudum ſit obligatum ſorori pro do-

9 te, vt dicit Andr. in conſt. *in aliquibus*, attamen onus feudi eſt dotare ſorores, quia lex hoc mandat, ſcilicet dictà conſtitutio *in aliquibus*, Andr. *in conſt. ſi quis poſt litem, verſ. feudalia*, ſed illud intelligitur in ſubſidium, & non repertis bonis allodialibus, etiam quando feudum eſt penes fratrem, & non penes tertium poſſeſſorem, & feudum adiucatur pro quantitate dotis de paragio, quouſque dos in pecunia ſoluatur, vt per Andr. *in conſt. ſi quis poſt litem*, Afflict. *in dict. conſtit. in aliquibus, verſ quartò quæritur*, latè Petr. de Greg. *in tract. de dote de paragio, quæſt. 12. num. 3.* & *quæſt. 38. num. 7.* & hoc eſt illud, quod omnes clamant, vt ſemper quod permittit lex prehentionem feudi, vel illius obligationem, intelligi in ſubſidium *per leg. commodis, ff. de re iud.* & per conſt. *in dict. leg. ſi quis poſt litem*, vbi Andr. *in gloſſ. final.*

Secundò aduerto, quod quamuis iſte aſſenſus 10 fuerit conceſſus à Rege, & ſic ab homine; attamen quia non fuit præſtitus in genere cum iſta vel illa perſona, vel ſuper hoc, vel illo feudo, ſed fuit aſſentire per viam legis, corrigendo conſtitutionem & capitulum *in planicie*, quæ vetabant in Regno feudorum obligationes etiam pro dotibus abſque aſſenſu, non dicitur aſſenſus hominis, ſed legis, vt in his terminis notauit Camer. *in cap. Imper. fol. 60. litera P.* & *fol. 61. litera L.* Aſſenſus autem legis ſtrictiùs interpretatur, quam hominis, Loffr. *conſ. 1.* 11 *num. 131.* & *conſ. 7. num. 31.* Lanar. *conſ. 18. num. 8.* Camer. *d. cap. Imperialem, fol. 49. vſque ad 51.* quod perbellè voluit Andr. *in cap. 1. ſub num. 11. qui ſucceſſ. tenea. ſufficit*, inquit, *in paucis ſubueniri ſibi per legis prouiſionem*, allegando, *leg. tutor. Cod. de negot. geſt.* ex hoc decidens, quod aſſenſus hominis prodeſt acceptori, & hæredibus, quando verò conceditur à lege, ſecus, quia reſoluto iure datoris reſoluitur ius acceptoris, hinc etiam Andr. *in cap. 1. §. donare, 1. & 2. col. qual. olim feud. pot. alien.* dicit, loquens de hoc aſſenſu à lege præſtito, vt non porrigatur ad alia expreſsè non dicta, licet eadem ſubſit ratio, vel maior, ex qua theorica Andr. firmabat diſpoſitionem text. *in cap. 1. §. & ſi clientulus de alien. feud. pater.* vbi in caſu quo licita erat alienatio de medietate feudi, ſi Vaſſallus illam alienauerit ſine conſenſu Domini; ſed cum conſenſu legis tantum, eo mortuo ſine hærede maſculo reuertitur ad Dominum, ſi verò Dominus conſenſerit, ſtabilis erit alienatio, etiam quod ſine hærede maſculo alienans deceſſerit. hinc Bald. *in cap. 1. § porrò qual. olim feud. pot. alien.* dicit quod quando ex ſtatuto permiſſa eſt alienatio feudi, ita ſtrictè intelligitur, vt non præiudicet Agnato, quin poſſit redimere feudum, quem ibi ſequitur Aluar. per quæ, & alia latè conſuluit 12 Loffr. *conſ. 7.* vt licentiæ, & aſſenſus conceſſus à lege capitulorum Regni Siciliæ vltra farum ſecundum capituli *volentes*, vt poſſit feudum alienari, non extendatur vt poſſit fideicommitti ſuper feudo, & quamuis lex, & homo aliquando pariſicentur, *leg. fin. Cod. de fideiuſſ.* reſpondet Camer. *in dict. cap. Imperialem, fol. 7. col. 4. litera T.* quod non ſic ſuccurrit lex ſicut homo, quia homo conſentit propter duo, lex autem conſentit propter vnum, & ideò non valet conſequentia à conſenſu legis ad conſenſum hominis, de qua re etiam per Camer. *fol. 60. litera P. & Q.* Satis ergo erit mulieribus Neapolitanis, ſi lex illa in paucis eis conſuluerit, vt non remaneant indotatæ, & in ſubſidium, aliis non exiſtentibus bonis, ad feudalia habeant regreſſum, maximè quia ratio fuit expreſſa in illo capitulo ne mulieres remaneant indotatæ, vnde iux. tex. *in leg. ſi ego, § ſi res, ff. de iur dot.* in ſubſidium dabitur actio, de quo text. latè per Camer. *d. cap. Imperialem, fol. 91. litera B.* benè per Couar. poſt alios *lib. 1. var. reſol. cap. 14. num. 16.* hinc perpetuò, ſemper Doctiſſimus Camer. exclamauit illa capitula habere locum in ſubſidium, iux. text. *in dict. leg. ſi ego fol. 52. lit. Q.* & *fol. 57. litera A.* Quia mens Principis non fuit hunc, vel illum caſum conſiderare, ſed omnem caſum per quem vxor quoquo modo remaneret indotata, in qua re cogitauit quod Ius vult, iuxta tradita per Iſer.

in dict. cap.1.num.8. qui ſucceſſ. tenea. & paulò infe-
rius *ſubſtulit dominus omne obſtaculum, in quo vxor re-
maneret ſine dote*: & *fol.53.lit. E. Alteram,* inquit, *ex
parte Regis per capitulum Neapolitanum, conſentien-
tis in Regno, quod ſimpliciter conſeruat dotes vxori, vbi
remaneret ſine dote*: & tandem ita ſemper iudicatum
refert ſua ætate, quo tempore in Regia Camera, &
13 S. C. vigebant eminentiſſimi Viri, *fol.91.litera M.*
& *in cap.1. an agnatus, in fine, num.157. fol.471.* latè
etiam illam firmauit doctus Vicentius de Anna *al-
leg.115. per totum,* & tandem ſi tempore gratiæ con-
ceſſæ per Regem Catholicum, etiam in aſſenſu ex-
preſſo conceſſo ab homine præualebat opinio, licèt
falſa Affl. in conſt. *ſi quis in poſterum, num.26.* &
Capyc. *in inueſt. fol.191. verſ. quid verò erit,* quod ſi
aderat expreſſa hypoteca, & expreſſus aſſenſus, atta-
men creditores eo non vtebantur, niſi in ſubſidium.
Quam opinionem latè reprobat Camer. *dict.n.157.*
& dicta opinio præualuit vſque ad annum 1532.
quo tempore per capitulum gratiæ conceſſæ huic
Ciuitati fuit ſublata iſta clauſula in ſubſidium, & ita
intelligebatur ex ſtylo Cancellariæ aſſenſus expreſ-
ſus, quomodo aliter poterat intelligi generalis præ-
ſtitus per viam legis? quod etiam benè aduertit
Anna *dict. alleg. ſua 115. in fine.*

14 Non obſtat modo, quod aſſenſus per Cap. fuit
præſtitus inſtrumentis dotalibus, & ſic perinde eſt,
ac ſi illorum tenor eſſet inſertus, & in Inſtrumento
adeſt clauſula conſtituti, & precarij, quæ dat credi-
tori electionem, quia reſpondeo, quod priuilegium
non fuit datum inſtrumento receptionis, nec verbis
inſtrumenti, ſed ipſi mulieri, & doti, dotiſque nu-
merationi, vt patet *in dict. cap.* ibi, *alli quali l'hanno
15 conſignato le loro doti*: & ibi, *e per queſto dette donne
remaneriano indotate*: quia ſcriptura dotalis inſtru-
menti non facit dotem, ſed ipſa numeratio, ſeu con-
ſignatio, ita tex. *in l.1. C. de dot. cau. non num.* ibi, *in
princ. dotem numeratio non ſcriptura dotalis inſtru-
menti facit*: etenim abſurdum eſſet dicere: quod in-
ſtrumento eſſet datum priuilegium, & ſic cartis, in
quibus ſcribuntur contractus, iuxta gloſſ. *in l. notio-
nem, §. inſtrumentorum, ff. de verb. ſignif. in ver. ſepa-
rare,* & traditur *in l.2. ff. de fide inſtrum.* & *in rubr. C.
16 eod. tit.* quia ſcriptura ſit ad alicuius ſubiecti proba-
tionem, & illa ſcriptura dicitur inſtrumentum pro-
priè *l. contrahitur, ff. de pign.* tradit Hoſt. in ſumma
de fid. inſtrum. poſuit Bar. *in l. in fraudem, §. neque in-
ſtrum. ff. de iur. fiſc.* hinc aliàs fuit deciſum, quod ſi
nullum fuit confectum inſtrumentum dotale, ſed
tantùm capitulorum matrimonialium, & per teſtes
dotis conſignatio fuerit probata, quod mulier adhuc
poteſt agere, & gaudere priuilegio dicti Capitali,
Cam. *fol.55. lit. F.* ſic etiam eadem ratione fuit deci-
ſum quod quamuis capitulum præſtet aſſenſum in-
ſtrumentis dotalibus confectis in Ciuitate Neapol.
17 idem ſit ſi fuiſſent confecta extra Ciuitatem. Camer.
fol.52. lit. Q. quia, inquit, *non locus, ſed perſona fuit in
cauſa vna cum qualitate dotis, ne remaneat indotata.* &
ſi loquitur de Ciuitate eſt propter frequentiam,
quicquid in contrarium dixerit Gram. *deciſ.103.
num.178.* hinc etiam videmus, quod quamuis mu-
lier in dicto inſtrumento dotali fuerit ſtipulata do-
tem ſibi reddi, & omnibus ſuis hæredibus, attamen
hanc actionem ad feudum pro recuperanda dote
non poterit exercere, niſi primogenitus, cùm idem
18 ſit iudiciũ de actione ad feudum, ac de ipſo feudo,
vt poſt Iſer. in Conſt. *honorem noſtri diadematis, verſ.
ſecus ſi eſſet,* & *in c.1. poſt num.3. de cap. Corradi,* &
*in cap. ſi vaſſallus de feudo, ſi de feud. defun. mil. contr.
col.2.* & Frec. *quæſt.12. num.4.* latè per Præſid. de
Franch. *deciſ.75. num.3. & 153. num.16.* & per Ti-
raq. *de iure primog. quæſt.81. & 82.* Camer. *d.c. Im-
perialem, fol.15.* Cannet. *c. volentes, fol.30. num.1.* &
fol.112. num.11. & 12. donec aliter per capitulum
gratiæ fuit diſpoſitum, & ſic quamuis mulier ſit ſti-
pulata pro omnibus filiis, hæc ſua expreſſa ſtipula-
tio intelligitur provt ius intelligit, ſcilicet pro pri- 19
mogenito tantum, & ſic quamuis ſtipuletur, cum
conſtituto, & precario intelligetur præſtitus aſſen-
ſus, provt ius intelligit, & ſic in ſubſidium non ad
ſui electionem, non ergo attenditur inſtrumentum
dotale, ſed ratio ne remaneat mulier indotata, &
proinde quamuis non expreſſerit de ſocero, ſed de
viro tantùm adhuc ad bona ſoceri extenditur ex vi
comprehenſiua rationis, Camer. *fol 52. litera Q.* &
Frec. *in quæſt.13. per totam,* & deciſiones noſtri Sac. 20
Conſilij referunt Adde item ad dictum Capitulum
Neapolitanum. Vnde ex his puto, mulieres eiuſ-
que hæredes vigore aſſenſus prædicti non poſſe age-
re ad bona feudalia, niſi in ſubſidium, & facta diſ-
cuſſione bonorum allodialium, provt nouiſſimè
fuit deciſum in Sac. Conſ. in cauſa D. Franciſci de
Aquino, cum D. Victoria de Marra, quæ ſententia
in actis fuit exhibita. Cætera ſuppleat religio, &
doctrina DD. Iudicantium pro pauperrimis pu-
pillis. Die 11. Februarij, 1605.

Per S. Conſ. referente D. Conſiliario Valduieſo,
iunctis Aulis fuit deciſum iuxta hic allegata, quod,
aſſenſus intelligitur præſtitus in ſubſidium, Ama-
truda Actorum Magiſtro.

Ioan. Baptiſta Melier I.V.D.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio Monialis contra formam Concilij Tridentini* ſeſſ.25.c.16. de Regalaribus, *nulla eſt.*

2 *Tridentini decretum pro forma requirit licentiam Epiſcopi pro renunciatione valida, cui partes nequeunt renunciare, etiam cum iuramento, quod decretum continet clauſulam irritantem.*

3 *Licentia Epiſcopi, vel eius Vicarij requiritur in renunciatione Monialis monaſterij quamuis exempti, vbi plura adducuntur exempla,*

4 *Leges generales ſuper perſonis Eccleſiaſticis, & rebus per ſolum ſummum Pontificem poſſunt fieri.*

5 *Lex obligat poſt duos menſes à die publicationis.*

6 *Tridentini decretum, de quo ſupra, quando inceperit obligare.*

7 *Lex non præſumitur abrogata per non vſum, vel per contrarium vſum.*

8 *Lex, vel ſtatutum cum clauſula irritante inducit formam ſubſtantialem actus.*

9 *Legem fuiſſe receptam probatur per obſeruantiam duorum actuum.*

10 *Lex non tollitur per non vſum etiam ſpatio mille annorum.*

11 *Lex per contrarium vſum tunc tantum tollitur.*

tollitur, quando contrarius vſus communiter fuit obſeruatus.

12 *Lex contraria conſuetudine, vt tollatur, quæ requirantur.*

13 *Licentia Ordinarij in Monaſterijs exemptis requiri Sacra Congregatio Cardinalium declarauit.*

14 *Legis declaratio ſpectat ad illam facientem.*

15 *Lex futura reſpicit, & non præterita.*

16 *Sententia non trahitur ad futura, nec tractus futuri temporis ſpectant ad Iudicem.*

17 *Lex noua declaratoria legis veteris non trahitur ad præterita, & quando.*

18 *Legis, vel ſtatuti abrogatio qualiter probetur per inſtrumenta contrariè confecta.*

19 *Conſuetudo per actus plures inducitur cum requiſitis, de quibus ibi.*

20 *Conſuetudo per actus difformes non inducitur.*

21 *Statutum, quod maritus lucretur certam partem dotis, an procedat in dote data ante ſtatutum.*

22 *Lex generaliter loquens comprehendit etiam caſus priuilegiatos, ſi non habeant in illa materia ſpeciale priuilegium.*

ARGVMENTVM.

Tridentini decretum *ſeſſ. 25. c. 16. de Regularibus*, procedere etiam in Monaſteriis exemptis latiſſimè demonſtratur. Licentia Ordinarij, de qua ibi, cùm ſit de forma requiſita, non poteſt per partes renunciari, etiam cum iuramento. Diſpoſitio eiuſdem decreti quando inceperit obligare, nec per non vſum poſſit dici abrogata. Per contrariam verò conſuetudinem plura requiri, vt tollatur. Legis verba, non ad præterita, ſed ad futura trahuntur, quod ſecus eſt in ſententia.

ALLEGATIO XLV.

1 IN hac cauſa Monaſterij Monialium Sancti Franciſci, cum fratribus de Falco, prætendit namque admitti ad ſucceſſionem bonorum quondam pompeij de Falco ex perſona ſororis Caſſandræ de Falco pro quinta parte, & dum fuiſſet Monaſterio oppoſita ampliſſima renunciatio facta per dictam ſororem Caſſandram tempore ſuæ poſſeſſionis, fuit replicatum per Monaſterium in eius ſupplicatione fuiſſe petitum, de dicta renunciatione nullam eſſe habendam rationem, vti nulla, & inualida, & tanquam emiſſa contra formam præſcriptam à Sacro Conſilio Tridentino *ſeſſion. 25. cap. 16. de Regularibus*, abſque ſcilicet licentia, & auctoritate Ordinarij. *Nulla quoque renunciatio, aut obligatio antea facta etiam cum iuramento, vel in fauorem cuiuſcunque cauſa pia valeat, niſi cum licentia Epiſcopi, ſiue eius Vicarij fiat intra duos menſes proximos ante profeſſionem, ac non aliàs intelligatur effectum ſuum ſortiri, niſi ſecuta profeſſione, aliter vero facta, etiam ſi cum huius fauoris expreſſa renunciatione etiam iurata, ſit irrita, & nullius effectus.* Ex tex. huius generalis Conſtitutionis habentur plura. 2 Primo requiri pro forma licentiam Epiſcopi. Secundo quod huic ſolemnitati non poteſt, nec etiam cum iuramento renunciari. Tertio quod adeſt clauſula decreti irritantis, quæ annullat quamlibet renunciationem aliter factam. Pars aduerſa huic motiuo reſpondet non eſſe hanc conſtitutionem vſu receptam in Monaſteriis exemptis ab Ordinario.

Verum hæc reſponſio eſt falſa in iure, & in facto, 3 in facto quia ex proceſſatis apparet etiam in Monaſteriis exemptis fuiſſe factas renunciationes cum auctoritate Ordinarij.

In anno 1575. in Monaſterio D. Reginæ ordinis eiuſdem Sancti Franciſci Conuentualium. fol. 274.

In anno 1584. in Monaſterio Sanctæ Crucis de Luca Ordinis Carmelit. fol. 156.

In anno 1585. in Monaſterio Sancti Gaudioſi Ordinis Sancti Benedicti. fol. 150.

In anno 1602. in eodem Monaſterio Sancti Franciſci de obſeruantia, de quo agimus. fol. 281.

In eodem anno, & eodem Monaſterio. fol. 282.

Et ſic in facto habemus vſum huius conſtitutionis, & in aliis Monaſteriis exemptis & in hoc eodem Monaſterio. Nec obſtat reſponſio Partis aduerſæ ad has renunciationes eiuſdem Monaſterij, quam voce in Aula audiui, conſtitutionem ſcilicet, fuiſſe obſeruatam poſtquam Cardinalis Geſualdus, tunc Archiepiſcopus Neapolitanus ſubiecit omnia Monaſteria Ordinario; quia hoc in proc. non apparet, nec huc vſque mihi conſtat. De iure verò reſponſio nullo modo poteſt ſubſiſtere, ſuppoſito prius, quod poteſtas condendi leges generales ſuper perſonis Eccleſiaſticis, & rebus illas concernentibus, ſpectat ad ſummum Pontificem, & Concilium 4 generale illius auctoritate indictum. Quæ maxima eſt indubitata, & allegatione non eget; lex autem generalis, vt obliget, non requiritur probari vſum, ſed fuiſſe promulgatam, per tex. *in Auct. vt facta noue conſt. in princ.* & *in cap. in iſtis 4. diſtinct.* vbi omnes Canoniſtæ, & Legiſtæ *in leg. Sacratiſſimas leges. Cod. de legib.* & latè Menoch. *de arbitr. iud. cent. 2. caſu* 188. in principio, & *num.* 14. latiſſimè Burſatus *conſ. 200. à num.* 102. & ad tollendam illam dif- 5 ficultatem an lex liget à die publicationis, vel poſt duos menſes, Pius IV. edidit conſtitutionem ſub die 5. Kal. Feb. 1563. qua publicauit toti terrarum orbi prædictum Concilium Tridentinum, & per aliam conſtitutionem de Anno 1564. declarauit ligaſſe omnes à die primo Maij anni prædicti 1564. Quæ conſtitutiones Pontificiæ ſunt impreſſæ cum Concilio Tridentino, imò quoad nullitatem actus, licèt ſecus, quoad alias pœnas, dicta conſtitutio Concilij Tridentini *in cap.* 16. in ſpecie de qua agimus ligat à die quo fuit promulgata à Concilio, die 6 ſcilicet 4. Decembris 1563. vt latè, & doctè fundat Nauar. *conſ. 31. à num. 2. lib. 5. de Regularibus.* Cùm igitur hæc lex, & conſtitutio ſit generalis, & edita ab

ab habente poteſtatem legis condendæ, ac fuerit
promulgata, obligat omnes ad obſeruantiam; quia
leges ſemper loquuntur, ac ſunt in viridi obſeruan-
tia, & transfertur onus probandi in Partem aduer-
7 ſam, quod hæc lex fuerit abrogata, vel per non
vſum, vel per contrarium vſum, vt ex Bar. *in conſil.*
44. Iudex communis: Benintend. *deciſ.* 14. *num.* 10.
Dec. *conſ.* 534. *num.* 9. *conſ.* 638. *num.* 11. 694. *num.* 8.
& 9. firmat Burſatus *conſ.* 339. *num.* 15. *vol.* 3. lex
enim dum eſt promulgata præſumitur vſu recepta,
vt late firmat Menoch. *conſ.* 461. *num.* 40. *vol.* 5. poſt
Dec. Curt. Iun. & alios, quos allegat, & quando ad-
huc requiretur, quod deberet apparere, vſu fuiſſe
receptam, hoc eſt indubitatum, quia ex proceſſu ap-
paret nedum prædictas conſtitutiones fuiſſe vſu re-
ceptas ab omnibus Monialibus, quæ fecerunt dictas
renunciationes, ſed in ſpecie etiam in Monaſteriis
exemptis de anno 1577. 84. 85. 1602. & 1603.
Videamus nunc, an Pars probauerit, quod hæc con-
ſtitutio non fuerit vſu recepta in Monaſteriis exem-
ptis, & ſic abrogata per non vſum, vel per contra-
rium vſum. Pars prætendit id probaſſe, quia in
actis produxit nonnullas renunciationes factas in
certis Monaſteriis exemptis abſque licentia ordina-
rij, & ſic dicit probaſſe hanc coſtitutionem non
fuiſſe vſu receptam in Monaſteriis exemptis. Ve-
rùm huic motiuo multipliciter reſpondetur.
8 Primo aduertendo quod quando lex, vel ſta-
tutum dat certam formam actui a partibus gerendo,
cum clauſula decreti irritantis, & annullatiua actus,
talis forma dicitur ſubſtantialis, vt per Mandoſ. ad
Roman. *conſ.* 402. Rol. à Valle *conſ.* 3. *num.* 11. *vol.* 3.
& latè per Burſatum *conſ.* 339. *num.* 14. *vol.* 3. & in
ſpecie de hac forma tradita per Concil. Tridenti-
num renunciationibus faciendis cum licentia Epi-
ſcopi per profeſſuras, quod ſit forma ſubſtantialis,
& magni momenti, tradit Nauarr. *conſ.* 81. *num.* 3.
de Regul. imò *num.* 5. addit quod forma prædicta eſt
introducta in fauorem profeſſuri, quia præſentia
Epiſcopi, vel Vicarij eſt magni momenti, vt renun-
tians, renuntiet ſapienter, & non ſtultè. Item quod
vſu fuerit recepta hæc conſtitutio, etiam in Mona-
ſteriis exemptis, iam conſtat ex actis, & ſufficit ad
probandum hunc vſum, fuiſſe obſeruatam ex bino,
& geminato actu, ex Oſaſco *deciſ.* 58. *num.* 37. &
aliis, Burſ. *dicto conſ.* 339. *num.* 19. *vol.* 3. nunc re-
ſpondeo, quod quando lex, quæ introducit certam
formam in actu, & ſi aliter fiat, annullat actum, ſi
conſtat aliquando fuiſſe obſeruatam non poteſt tol-
li per non vſum, quia non vſus non tollit, vel abro-
10 gat leges, ſed facit actum nullum, iuxta præceptum
legis, niſi ſit contraria conſuetudo legitimè intro-
ducta poſt alios Canon. Felin. *in cap.* 1. *num.* 7. *verſ.*
per iſtam gloſ. & *num.* 11. *verſ. limita ſecundò, de Tre-*
gua, & pace, Decianus *conſ.* 32. *num.* 40. *vol.* 2. Be-
nintend. *dict. deciſ.* 14. *num.* 10. nam, vt poſt Paul. de
Caſtr. & Iaſ. & Ciuiliſtas *in leg. de quibus, ff. de legi-*
bus, tradit Sebaſt. Medic. *in tract. de legibus*, 4. *part.*
quæſt. 35. *per tot.* lex per non vſum ſeu deſuetudi-
nem tantùm non tollitur etiam ſpatio mille anno-
rum; conſuetudo verò contraria eſt, quando euenit
caſus, & fuit lex illa adducta, & non obſeruata ani-
mo inducendi contrarium, & in fine idem Seba-
ſtianus Medices addit, quod lex per contrarium
11 vſum tunc tantùm tollitur, quando contrarius vſus
communiter fuerit obſeruatus. Quæ latius decla-
rando Burſatus *in dicto conſil.* 339. *num.* 16. *&* 17. di-
xit, quod adſunt tres termini diſtincti, non vſus
ſimpliciter, cùm nuſquam caſus euenit per mille an-
nos, & ſic ſi nulla profeſſura per mille annos feciſ-
ſet renunciationem, & tunc non tollitur lex.

Secundo adeſt diſſuetudo, nempe ſi caſus eue-
nit; ſed nunquam fuit petita executio illius actus ge-
ſti contra formam legis, vel ſtatuti.
Tertio contraria conſuetudo, cùm ſcilicet caſus 12
euenit, & adducta lex, ſeu ſtatutum, & contrarium
obſeruatum, & tunc lex tollitur concurrentibus,
quatuor. Primò quod ad initio lex illa nunquam
fuerit obſeruata; nam ſi apparet aliquando fuiſſe ob-
ſeruatam, non tollitur, niſi contraria conſuetudine
à populo vniuerſo introducta, allegat Petrum Be-
nint. *deciſ.* 14. *num.* 10. & alios, & hoc primum re-
quiſitum deficit in caſu noſtro, cùm appareat hanc
conſtitutionem aliquando fuiſſe obſeruatam, etiam
in monaſteriis exemptis. Secundò quod conſtet de
vniformi contraria conſuetudine, nec appareat de
obſeruantia legis, vel ſtatuti, quia dum conſtat le-
gem aliquando obſeruatam, maximè ex bino, &
geminato actu, qui, & conſuetudinem introducit,
non poteſt in hoc caſu dici contrariam abſolutè
fuiſſe introductam conſuetudinem ad legis abroga-
tionem, quia requiritur vſus communiter ſeruatus,
vt lex tollatur, allegat plures Doct. Tertiò, inquit,
requiritur, vt venerit caſus ſeruandi illam legem,
quæ fuerit allegata, & non obſeruata animo indu-
cendi contrarium. Quartò quod in contradictorio
iudicio contra illam legem pro contraria conſuetu-
dine fuerit obtentum, ac iudicatum, plura allegat
quæ omnia in caſu noſtro deficiunt; cùm non appa-
reat nunquam in iudicio fuiſſe actum de annulla-
tione iſtius renunciationis ob defectum licentiæ
ordinarij, & valuiſſe actum, non obſtante hac lege,
& conſtitutione, quia tunc diceretur per contrarium
vſum fuiſſe abrogatam.
Vltimò reſpondetur, & hoc tollit omnem diffi-
cultatem quod dũ caſus hic accidiſſet coram Iudice
competenti non ſolùm non fuit declaratum à Iudi-
ce non requiri hanc licentiam ordinarij in Mona- 13
ſteriis exemptis. Sed fuit declaratum totum contra-
rium à Sacra Congregatione Cardinalium interpre-
tum Sacri Concilij, ſcilicet hanc licentiam requi-
ri, etiam cùm Monaſterium eſt exemptum, & ſic in
iudicio, & coram Iudice competenti fuit à Iudice
declaratum pro obſeruantia legis. Nec dubitan- 14
dum, quod ius declarandi legem ſpectat ad illum,
qui condit legem, & ſic ad Papam, & ad Iudices ab
ipſo ſpecialiter delegatos, vt in ſpecie de qua agi-
mus aduertit Nauarr. *conſil.* 53. *numer.* 4. *de Regu-*
lar.
Nec obſtat, quod Pars opponit non conſtare de
die, quo fuit facta hæc declaratio à Sacra Congre-
gatione, an ſcilicet, fuerit ante noſtram renuncia-
tionem factam, vel poſt, quia motiuum procederet,
ſi illa fuiſſet lex nouiter edita, quæ non traheretur
ad præterita negotia, niſi expreſsè fuiſſet dictum,
ſed reſpiceret tantum futura negotia, *leg. leges, Cod.* 15
de legibus, cap. 2. *de conſtit. in* 6. Bart. *in leg. omnes po-*
puli, num. 40. 40. *ff. de inſt. & iur.* Menoch. *conſ.* 461.
num. 10. 466. *num.* 22. *vol.* 5. Burſat. *conſ.* 170. *num.* 10.
vol. 3. etiam ſi adeſſent verba, quæ præteritum, &
futurum poſſent importare, Abb. *in cap. fin.* 3. *not. de*
conſtit. imò nec futura comprehenderet, ſi ea com-
prehendo, includeret præterita, ex gloſ. *in Clem.* 1.
de teſtam. Menoch. *conſ.* 240. *num.* 50. *vol.* 3. Secus ve-
rò dicimus in decretis, & ſententiis latis non ab illo
qui habet poteſtatem legis condendæ, ſed à Iudici-
bus inferioribus, quorum eſt tantum leges inter-
pretari, quia, qui declarat, nil noui addit.
Sententia ergo ad futura non trahitur, ſed tan- 16
tùm controuerſiam de præſenti diffinit, Bart. poſt
gloſ. *in leg.* 1. *Cod. ſi aduerſus libert.* quia tractus fu-
turi temporis non ſpectat ad Iudicem, Bart. poſt gloſ.

in leg. non quemadmodum, *ff. de Iudic.* & declaratio propriè ſpectat ad Iudicem, Bart. *in leg. ſi quis à filio, §. ſi quis plures. ff. de leg. 1.* Imò ipſamet lex, ſi veterem declararet, ad præterita traheretur, *cap. cùm tu, de vſur.* vbi notant gloſ. & Abb. & alij relati per Burſatum *conſ. 28. num. 13. vol. 3.* Cùm ergo hæc fuerit declaratio facta à Iudicibus per viam declarationis, trahetur ad quæcunque præterita negotia, nec aliud operaretur dici expreſſio.

17 Nec obſtat limitatio communiter tradita per Doct. ad hanc regulam, quod lex noua declaratoria legis veteris, non trahitur ad preterita, quando lex antiqua communiter fuit practicata & obſeruata alio modo, vt ex Ciuiliſtis notabat Paul. de Caſtro *in leg. leges, & conſtitutiones, Cod. de legibus*, quem ſequitur Iaſ. *in leg non dubium, num. 11. Cod. de legib. limita*, inquit, *niſi per tempora præterita lex ſemper fuerit intellecta, & practicata alio modo quam declaretur per legem nouam, tunc lex declaratoria non trahitur ad præterita*: originale fuit dictum gloſ. *in cap. 1. de poſtu. prælat. in 6.* per quam idem notant omnes Canon. communiter *in cap. fin. de conſtit.* primus omnium Anton. de Butrio. *num. 15.* per hæc verba, *quando conſtitutio declaratoria habuit oppoſitam communem obſeruantiam, quia tunc quoad illam videtur noui iuris editoria, & non trahitur ad preterita*, quem ibi ſequuntur Abb. Imol. Dec. & tandem Fel. *num. 6. verſic. limita niſi conſtitutio antiqui iuris declaratoria reperiret communem obſeruantiam in contrarium.*

Huic motiuo dupliciter reſpondetur. Primò quod non eſt verum, quod communis obſeruantia fuerit in contrarium in Monaſteriis exemptis vt ſupra fundauimus, quia ex actis apparet de anno 1575. 84. 88. 602. 604. fuiſſe obſeruatam dictam conſtitutionem etiam in Monaſteriis exemptis, & Doct. in contrarium allegati dicunt ſemper & communiter.

18 Accedat, quia quando volumus probare abrogationem legis, vel ſtatuti per inſtrumenta confecta contra formam ſtatuti, & legis, vel abſque ſolemnitate requiſita à ſtatuto, non ſufficit producere inſtrumenta ita confecta, ſed plura requiruntur, vt in his terminis latiſſimè conſuluit Burſatus *conſ. 339. à num. 30. vol. 1.* poſt Neuiza *conſ. 9. à num. 29.* & Primò oportet probare, quod illa inſtrumenta habuerint effectum, aliàs ex dictis inſtrumentis potius reſultat, & colligitur voluntas contrahendi contra formam ſtatuti, quam effectus, ſeu obſeruantia valida, & abrogatiua ſtatuti, ita Burſat. *num. 30.* & Neuiza. *num. 29.* qui in ſpecie allegat Bald. *in cap. 1. §. aut ſi libellario, col. fin. quibus mod. feud. amitt.* & *in cap. 1. in pricipio, col. 1. de probib. feud. alien. per Feder.* & *in cap. 1. §. denique, quæ fuit prima cauſa benef. amitt.* qui dicit, quod vaſſallus non dicitur alienare ſine aſſenſu, niſi vbi eſt ſecuta traditio, & ſic effectus illius contractus: ita non dicimus quem contraxiſſe abſque licentia Epiſcopi, ſi non fuerit ſequutus effectus illius contractus.

19 Secundò vltra frequentiam plurimorum actuum requiritur probari, quod illa multitudo actuum, & inſtrumentorum ſit facta ad effectum introducendi conſuetudinem, & obſeruantiam contra ſtatutum pro illius abrogatione, & à tot perſonis, & tot vicibus, quod veriſimiliter colligatur tacitus conſenſus populi, Neuiza. ibi *num. 30.* & Burſatus *num. 31.* allegat Iaſ. *in leg. de quibus, in fin. ff. de legibus*, Dec. *conſ. 215. & 548. à n. 9.* Rol. à Valle *conſ. 73. num. 42. vol. 2.* Natta *conſ. 332. & 574.* & alios.

Tertiò ſi inſtrumenta in Ciuitate conficiuntur diuerſimode propter tales diuerſitates, & contrarietates ſtatur iuri communi, ſcilicet legi ſcriptæ, vel ſtatuto, ita ſingulariter Bart. *in leg. 2. num. 22. ff. ſolut. matrim.* quem ſequuntur Alex. ibi, & *in conſ. 5. vol. 5.* & Parpal. *in dict. leg. 2. in fin. principij*, Dec. *conſ. 11. n. 11. & 12.* Neuiza *d. conſ. 9. n. 31.* Burſ. *dict. conſ. 339. n. 32.* Vnde cum in Ciuitate noſtra fuerint confecta plura inſtrumenta in Monaſteriis exemptis cum licentia Ordinarij, & plura inſtrumenta abſque licentia Ordinarij, ſtandum eſt diſpoſitioni legis, ſcilicet Concilij Tridentini.

Quartò ex actibus variis, ac diuerſis, ſeu non 20 conformibus non inducitur conſuetudo, & ſic attenditur ius commune legis, vel ſtatuti *l. nemo, §. temporalis, ff. de reg. iur.* Dec. *conſil. 8. 31. & 215.* Crau. *conſ. 96. num. 5.* quos allegat, & ſequitur Burſatus dicto *conſ. 339. num. 33.*

Quintò non ſufficit fuiſſe confecta plurima inſtrumenta contra formam ſtatuti, ſed oportet probari, quod illis in iudicio tanquam legitimè confectis fuit fides præſtita, ita ex Abb. *in conſ. 73. col. 2. in fin. vol. 2.* & Roland. de inuentario, firmat Burſatus *n. 34. ibidem.*

Vltimò oportet probari, quod in contradictorio iudicio fuerit obtentum ſeruata forma illorum inſtrumentorum, Burſat. *num. 32. conſ. 3.* & *numer. 34. conſil. 5.* & in caſu noſtro non ſolùm non producitur res iudicata pro parte aduerſa, ſed nos produximus rem iudicatam pro parte noſtra, ſcilicet à Sacra Congregatione, quod in caſu tunc currenti fuit iudicatum requiri hanc ſolemnitatem in Monaſteriis exemptis.

Secundò principaliter reſpondetur quod caſus de quo agimus, non dicitur de præterito, ſed de futuro, quia licèt renunciatio ſucceſſionis ciemæ fuerit facta de anno 1584. tamen caſus ſucceſſionis euenit anno præterito per mortem Pompei de Falco, hoc probo primo ex doctrina Bart. *in dict. leg. omnes populi, num. 47. ff. de iuſt. & iure*, vbi ſi fuit 21 confectum inſtrumentum dotale, & poſtea fuit editum nouum ſtatutum, quod vir lucretur certam partem dotis, & demùm deceſſerit mulier, tale ſtatutum habebit locum, etiam in dotibus ante ſtatutum dotis, quia attenditur tempus mortis vxoris, & Bart. ſequuntur infiniti ſcribentes relati per Rol. *de lucro dotis, quæſt. 93. num. 2.* & licèt multi Doct. teneant contra Bart. præcipuè Felyn. tamen dicunt illud procedere, quia ille actus licèt futurus habebat connexitatem cum actu de præterito, ex quo lucrum dotis prouenit ex eodem contractu dotali, & idem diceremus, ſi contractus eſſet celebratus ſub conditione, & conditio eueniret poſt legem nouam.

Vnde, his attentis, ſecus erit dicendum in caſu noſtro, vbi hæreditas prouenit non ex contractu renunciationis, ſed ex morte Pompei, ad quod facit punctualis doctrina Bal. *in leg. omnes populi, num. 14. in fin. ff. de iuſt. & iure*, & *in leg. illam. Cod. de donat.* quod ſi ſtatutum excludat filiam dotatam, excluderet etiam dotatam ante ſtatutum, quia, inquit, licèt cauſa excluſionis ſit ex cauſa de præterito, & ſic excluſio habeat originem ante ſtatutum, tamen caſus deferendæ hæreditatis eſt de futuro. Quam theoricam probauit idem Felyn. *in dict. cap. fin. num. 11. verſ. illam gloſſam, de conſtit.* Crotus *in dict. leg. omnes populi, num. 140.* Dec. *in cap. Eccleſiæ Sanctæ Mariæ, num. 52. verſ. facit quod notat de conſtit.* Brun. *conſ. 1. num. 63.* Campeg. *de dote, par. 5. quæſt. 57.* Soc. Iun. latè *conſ. 21. n. 10. lib. 2.*

Tertiò ad idem facit conſilium Anch. 128. quod ſequitur Brun. *conſ. 1. num. 62.* Soc. Iun. *conſ. 2. nu. 8. vol. 1.* & tandem faciunt omnia allegata per Soc. Iun. *dict.*

*dict.conſ.*21. *per totum*, & Sfortiam Oddum *conſ.*13. *num.*27.

22 Inſuper hæc declaratio fuit legi communi conformis, quia conſtitutio Concil. generaliter loquebatur, vt quælibet profeſſura ſi intendebat emittere profeſſionem, id ageret cum licentia Epiſcopi, non diſtinguebat de perſonis priuilegiatis,& exemptis, ergo generaliter debebat intelligi, quia lex generaliter loquens includit quoſcunque etiam priuilegiatos, ſi in illa materia, de qua agebatur, non reperiebantur habere ſpeciale priuilegium, vt ex Dec. *in leg.teſtamento.Cod. vnde lib.*& *conſ.*5. Alciat. *lib.*4. *paradox. cap.*10. Tiraquell. de Vetr. *gloſ.*14. *num.*91. Doct.*in leg.nemo poteſt*,vbi Crottus *num.*19. Ripa *num.*52. *ff.de leg.*1. & Valquio. *controu.illuſtr. cap.*45. *num.*2. & 84. *n.*24 firmat Burſat. *conſ.*281. *num.*19.*vol.*3.

Tandem hæc conſtitutio Sacri Concil. Tridentini tanquam generalis omnia comprehendens, & communiter à toto orbe catholico recepta, allegatur quoad hoc caput renunciationis faciendæ cum licentia Epiſcopi, paſſim ab omnibus Doct. Guttierez *in cap.quamuis, verſ. dum nuptui tradebatur.num.*2. *de pact. in* 6. Molina *de iuſt.& iure,tomo* 2.*diſput.*139.*lit. B.* Ceuaglios *in pract. quæſt. lib.*1. *quæſt* 63. *num.*5.& 7. & *quæſt.*121. *num.*6. & Nauarra quaſi in omnibus *conſil. ſub tit.de Regularib.* & alios latiſſime refert Caſtilla de vſufructu, *cap.* 65. *numer.* 6.

Ioan. Baptiſta Melior. V.I D.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſpecies, de qua hic proponitur.*
2 *Fideiuſſor liberatur per ſolutionem factam per principalem debitorem.*
3 *Debitor faciendo depoſito an, & quando liberetur.*
4 *Dominium, an transferatur ſine noua traditione, præcedente pacto de retrouendendo, oblato, vel depoſito pretio.*
5 *Textus* in l.traditionibus.C.de pactis, *explicatur.*
6 *Retrouenditio qualiter requiratur pro dominij tranſlatione.*
7 *Depoſitum factum,& poſtea receptum,nec fideiuſſorem liberat.*
8 *Depoſitum factum non explicitum, non liberat depoſitantem.*
9 *Ipſo iure quod fit, nullam requirit traditionem.*
10 *Pactum veſtitum quando tollitur per aliud pactum.*
11 *Gloſſa* in l.exemptio, §. is qui viuum, ff. de action.emption. *declaratur.*
12 *Depoſitum receptum à debitore creditore audito, ipſum liberat,& quando.*
13 *Textus* in l.ſed reuocata, ff. de iure fiſci, *explicatur.*
14 *Depoſitum factum ipſo iure liberat debitorem, vnde primæua actio eſt extincta.*

15 *Re integra in depoſito, quando dicatur, & quando non.*
16 *Debitor quando reincidit in antiquam obligationem, vtrum etiam reincidat fideiuſſor.*
17 *Textus* in l.metus, §. fin. ff. quod metus cauſa, *adducitur.*
18 *Textus* in l.fin.ff.de pactis, *explicatur.*
19 *Fideiuſſor ſemel liberatus ex facto debitoris eo inuito, non reobligatur amplius.*
20 *Ceſſio non poteſt ab extraneo peti rigore iuris,quando ſoluitur.*
21 *Textus* in l.nulla, C.de ſolutionibus, *declaratur.*
22 *Nouatione facta qualiter fideiuſſor liberetur.*
23 *Nouatio vtrum fiat per augumentum, vel decrementum rei.*
24 *Fideiuſſor ſemper liberatur nouo facto contractu inter principalem debitorem, & creditorem.*
25 *Textus* in l.ab emptione, ff.de pactis,*explicatur.*

ARGVMENTVM.

Depoſitum factum per debitorem quando, & qualiter liberet fideiuſſorem, & quid ſi poſtea idem debitor depoſitum factum reaccipiat, ac eo caſu fideiuſſor liberatus cenſeatur; & de pluribus ad explicationem textus *in l. traditionibus, C. de pactis.* Gloſſa celebris *in l. exempto, §. is qui vinum, ff. de actionibus empt.* Text. *in l.ſed reuocata ff de iure fiſci.* Text. *in l.metum, §.fin. ff.quod metus cauſa.* Textus *in leg. fin. ff.de pactis.* Text. *in leg. nulla, C. de ſolutionibus.* Text. *in l. ab emptione, ff. de pactis.* Tandem nouatione fideiuſſorem liberari, latè oſtenditur.

ALLEGATIO XLVI.

COMES Loreti cum fideiuſſione Comitis Triuenti ſub die 1. Februarij 1582. vendidit cum pacto de retrouendendo annuos ducatos. 640. pro pretia duc. 8000. Ioanni Hieronymo Capano, mediante publico inſtrumento, in quo per ſpeciale pactum fuit expreſsè conuentum, quod facto depoſito, eoque intimato perſonaliter,vel domi,retrouenditio habeatur pro facta ipſo iure, ipſoque facto, vt fol. 1

Accidit, quod dictus Comes ſub die 23. Octob. 1585. in banco de Olgiatto fecit depoſitum duca-

torum 8455. videlicet ducatorum 8000. pro capitali, & reliquæ ſummæ pro tertiis, in qua ſumma includebantur ducat. 7000. ſibi peruenti ex venditione facta Fabio Cotugno cum quo fuit conuentum quod ſoluerentur Capano, qui debuiſſet cedere eius iura in beneficium dicti Cotugni, vt ex fide depoſiti fol. Hoc depoſitum fuit notificatum Capano de quo bubitari non poteſt ſtante apoca, & partita banci, vbi hoc fatetur Capanus, fol.

Deinde ſub die 9. Nouembris 1585. fuit inita noua conuentio inter Comitem Loreti, & Capanum abſque interuentu Comitis Triuenti fideiuſſoris abſentis, & firma remanſit emptio pro capitali ducatorum 8000. verùm vti tertiæ antea erant ad rationem octo pro ſingulis centum, fuit conuentum quod à die 9. Nouembris in antea, quo die fuit facta dicta conuentio, decurrerent ad rationem ſeptem cum dimidio pro centenario, vt fol. Hodie contingit dubitari an Comes Triuenti fideiuſſor ex prædictis ſit liberatus. Et puto abſque difficultate ex 2. capite eſſe liberatum nouatione, ſcilicet & ſolutione.

2 Solutione enim facta per debitorem principalem, fideiuſſor eſt liberatus, vt eſt tex. *in l. 2. C. de fideiuſſor minor.* vbi Gloſ. & Bart. ratio, quia reo liberato, in conſequentiam fideiuſſor eſt liberatus dicebat gloſ. 1. *in l. fin. ff. de pact. ex reg. l. cùm principalis, ff. de reg. iur.* & *l. nouatio, ff. de nouat.* debitor autem principalis abſque difficultate fuit liberatus, quia ſolutione eius, quòd debetur omnis tollitur obligatio, §. 1. *inſtit. quib. mod. toll. oblig.* ſolutionis autem verbum pertinet ad omnem liberationem quoquo modo factam, magiſque ad ſubſtantiam obligationis refertur, quam ad nummorum ſolutionem dicebat tex. *in l. ſolutionis, 54. ff. de ſolut. & ſatisfact.* pro ſolutione eſt lex *ſatisfactio 52. ff. eod.* ideoque obſignatione totius debitæ pecuniæ ſolemniter facta liberationem contingere manifeſtum eſt, *l. obſignatione 9. C. de ſolu. l. acceptam 19. C. de vſur.* & quamuis re-
3 gulariter debitor, qui tenetur ſoluere non liberatur faciendo depoſitum, quia tenetur aſportare pecuniam vſque ad domum debitoris iuxta diſtincta, & tradita per Bar. *in l. item illa 18. ff. de conſt. pecun.* niſi creditor eſſet in mora recipiendi facta oblatione, vel alio modo, iuxta tradita per Doct. *in dict. l. acceptam*, tamen in caſu noſtro debitor non tenebatur ſoluere, ſed ex pacto tenebatur depoſitare, vnde facto depoſito in publico banco iuxta conuenta, quietatio & retrouenditio ſtatim intelligebatur facta ipſo iure, ipſoque facto: Ex pacto autem de retrouendendo, & ex pacto, quod depoſitato pretio retrouenditio ſit facta ipſo iure, ipſoque facto, ſtatim cenſetur ipſo iure tranſlatum dominium abſque traditione in venditorem.
4 Quamuis enim variatum ſit inter Doct. an oblato vel depoſitato pretio præcedente pacto de retrouendendo, ſtatim in venditorem ipſo iure, & ſine noua traditione tranſiuerit dominium & nonnulli dixerint quod non, ſed quod requiratur noua traditio, tamen prima opinio communis eſt, vt per Caſt. *in leg. ſi cum venderet, ff. de pignor. act.* & alios, quos late congerit Tiraq. *de retract. conuent.* §. 1. *gloſ. 7. num. 6. & 7. poſt addit. ad Alex. conſ. 10. vol. 1.* quæ quidem concluſio in caſu noſtro eſt dubitabilis ex ſubſcriptis, quæ in ea concurrunt, ſcilicet quia pactum fuit appoſitum in continenti, & maior pars Doct. qui pro contraria allegantur, loquuntur in pacto interpoſito ex internallo, vt aduertit Tiraquell. vbi ſupra *num.* 12. ita ponderando Fulgoſ. & *num.* 23. quia in caſu noſtro nedum adeſt pactum de retrouendendo, ſed clauſulæ reſolutiuæ, quod ipſo iure, ipſoque facto cenſeatur facta retrouenditio, quo caſu ſtatim reſoluitur contractus, ſtatimque tranſit dominium in venditorem ipſo iure abſque alia traditione, vt fatetur idem Caſtr. *in l. ſi à te. C. de pact. inter empt. & vendit.* nedum enim in contractu *l. commiſſoria*, & in diem adiectionis prædicta procedunt, ſed in quolibet contractu, vbi adeſt clauſula reſolutiua, vt per Tiraq. *vbi ſup. num.* 12. Boer. *deciſ.* 182. *à num. 17. cum multis ſequentib.*

Tertiò (& hoc remouet omnem difficultatem) 5
contraria poſſent procedere in rebus corporalibus, in quarum venditione requirebatur traditio pro dominij tranſlatione, *l. traditionibus cum vulgarib. C. de pact.* Ideò in retrouenditione multi dixerunt requiri etiam dictam traditionem, quia eadem ſolemnitas requiritur in diſtractu, quæ requiritur in contractu, ſed in caſu noſtro ſumus in rebus incorporalibus, & annuis redditibus, in quorum alienatione nulla opus fuit traditione, *l. ſeruus, §. incorporalia, ff. de acquir. rer. domin. cum vulgar.* vnde in retrouenditione nulla; iterum opus fuit traditione vel retrouenditione, cùm in reſolutione contractus ſufficiat actus retroſimilis *l. ab emptione*, vbi gloſ. Bart. & alij, *ff. de pact.* & *l. 1. quando lic. ab empt. diſcedere,* vnde ſicuti ſolus partium conſenſus, & pretium fecit emptionem, ita iidem incontinenti ſufficiunt pro retrouenditione.

Ex his, ſtante depoſito facto in publico banco 6
iuxta pactum, retrouenditio fuit iuxta conuenta ipſo iure ſimiliter facta, & ſic Comes debitor liberatus, & per conſequens etiam fideiuſſor. Depoſitum autem fuiſſe ritè, & ſolemniter factum difficultari non poteſt ex deductis in nota facti.

Verùm tria obiiciunt Capani, ex quibus dicunt, vt ſupra firmata nullo pacto in hoc caſu poſſe procedere, primò, quia non fuit facta retrouenditio, nam non obſtante pacto, quòd ipſo iure, ipſoque facto, adhuc requirebatur miniſterium hominis, & ſic quod cum effectu per Capanos creditores fieret retrouenditio, qua non facta dominium annuorum introituum ſemper remanſit penes eos emptores: tum quia in depoſito fuit expreſsè petitum fieri hanc retrouenditionem, & ſic hanc viam Comes eligendo videtur receſſiſſe ab antecedenti pacto, quando ipſo iure cenſeatur facta, & huic pacto renunciaſſe, eoque noluiſſe vti: nulla ergò ſequuta retrouenditione Comes principalis non fuit liberatus, & per conſequens nec fideiuſſor.

Obiiciunt, quòd Comes reaccepit depoſitum, 7
vnde fingitur non depoſuiſſe, vt dixit gloſ. *in dict. leg. acceptam, verſ. eas reperit,* quam ibi Bart. Bal. Salyc. Caſtr. & communiter omnes ſequuntur, probat Neguſ. *in 3. membr. 5. part. princ. part. 2. num. 27.* & ſic principalis non fuit liberatus, ergo nec fideiuſſor, & in ſpecie Salyc. *in dict. leg. acceptam, num. 2.* ait in caſu reaccepti depoſiti etiam in fideiuſſorem actionem reſtituendam, allegando tex. *in leg. ſed reuocata, ff. de iure fiſci,* qui loquitur in fideiuſſore. Ex
vltimo obiiciunt depoſitum non fuiſſe explicitum, 8
ex quo totum non erat de pecunia debitoris, ſed maior pars erat de pecunia Cotunei, qui petierat iurium ceſſionem, & ipſi poterant dubitare, num cogebantur cedere iura in beneficium tertij voluntarie ſoluentis. Quibus benè reſolutis clara, & indubitata remanebit cauſa pro Duce fideiuſſore.

Primum enim non obſtat; nam ex ſupra firmatis cùm nulla in caſu noſtro requirebatur retraditio accedentibus etiam clauſulis reſolutiuis in continenti à iure, ob factum depoſitum fuit reſolutus contractus: nam illud in ſpecie dicitur fieri ipſo iure,

iure, quod nullam requirit traditionem, vt notauit
9 Tiraquell. *in leg ſi vnquam, verſ.reuertatur, nu.408.*
neque in caſu noſtro ſolo pacto primæua obligatio
diſſoluebatur, adeo vt exceptione opus eſſet, & ſic
hominis miniſterio, vt prius pactum per poſterius
elideretur, non ipſo iure, iuxta tex. *in leg. ſi vnus 27.
§. pactus ne peteret, ff. de pact.* quia reſpondetur, quod
in caſu noſtro interuenit pecuniæ numeratio, & de-
poſitum, vnde naturalis obligatio pecuniæ nume-
ratione, & iuſto pacto, ipſo iure fuit ſublata, tex. in-
ſignis *in leg. Sticchum aut Pamphilum 96. §. naturalis,
ff. de ſolut.* & in caſu noſtro eſt iuſtum pactum, tum
quia veſtitum ſtipulatione: quo caſu ipſo iure tollit
10 prius pactum Alciat. *in leg. obuenire, ff. de verb. ſigni-
fic.* tum quia veſtitum pecuniæ numeratione, imò
quando exceptio non excluditur per replicationem,
ſicut eſt exceptio compenſationis, dicitur quid fie-
ri ipſo iure, ſcilicet exceptionis: vnde compenſa-
tio ſit ipſo iure, ideſt exceptionis, ita ſingulari-
ter Bald. *in leg ſub conditione, verſic. & ſciendum eſt,
ff. de condit. indeb.* ſic, & nouatio, & acceptilatio li-
berant ipſo iure, idem dicamus, & de pecuniæ obli-
gatione, *dict. leg. obſignatione, & dict. leg. acceptam,*
omnes enim ſpecies ſunt ſatiſfactionis, & ſatiſfa-
ctio pro ſolutione eſt, *leg. ſatisfactio 52. de ſolut.* &
ſolutionis verbum pertinet ad omnem ſpeciem li-
berationis quoquo modo factam, *leg. ſolutionis, ff. de
ſolut.* nec obſtat, quòd fuerit petita per Comitem
retrouenditio, quia non ex hoc ſequitur, quòd
contractus per ſolutionem non remanſerit ſolutus,
& retrouenditio ex pacto, & clauſulis reſolutiuis ip-
11 ſo iure facta, ad quod facit tex. *in leg. ex empto. §. ſi
qui vinum,* vbi gloſ. *ff. de act. empt.* vbi ex pacto erat
irritata emptio, & dicit tex. quod datur actio vtilis
ex empto ad diſtrahendum emptionem, quærit gloſ.
quare detur hæc actio ſi inſtrumentum erat nullum,
& id quod nullum eſt reſcindi non poteſt, *leg. nam
& ſi, ff. de iniuſt. rup. teſt.* dicit gloſ. quòd datur ad
reſoluendum, quod de facto proceſſit, vt arrha red-
datur, & inſtrumenta caſſentur, vnde non fuit pe-
tita retrouenditio, vt per eam reſolueretur contra-
ctus, qui iam erat reſolutus per ſolutionem, & ipſo
iure, ſed ad maiorem cautelam, vt inſtrumenta caſ-
ſarentur, & fieret in margine venditionis actus re-
troſimilis, & ſic non erit incompatibile, vt debi-
tor ſit ipſo iure liberatus, & petat inſtrumentum
liberationis, ſit inſtrumentum nullum, & petat il-
lud caſſari.

12 Ad ſecundum multipliciter reſpondetur, & pri-
mo, quod procedit quando deponens reaccepit de-
poſitum de facto & ſemetipſo inaudito creditore:
ita originaliter intellexit Iacob. de Aret. quem ibi
refert, & ſequitur Alberi. *num. 10.* ibi *vel dic ſecun-
dum* Iacob. de Aret. *quod debitor accepit de facto à
depoſitario ſibi ſponte dante:* & clarè hoc probat Cyn.
num. 4. Bald. ibi *num. 5.* ibi *ſi autem de facto recupera-
uit debitor eſt mirabile, quod fingitur non depoſuiſſe:*
ita Salic. *dicto num. 2. verſ. item nota,* tum quòd actio
extincta reſurgat, videtur inductum in odium de-
bitoris, qui factam ſolutionem ſic reuocando fecit
bonum initium, & malum finem, Odofred. *dicta leg.
acceptam, num. 5.* at quod odium conſiderari poteſt
in debitore recipiente de voluntate creditoris ex
noua pactione? quod etiam comprobatur per legem
quam allegant ad probandum quod actio reſtitua-
13 tur etiam in fideiuſſorem, nempe *l. ſed reuocata, ff. de
iure fiſci,* quia illa ſolutio facta per debitorem fiſca-
lem velut de facto facta per fiſcum, fuit reuocata
quod clarè probat *l. Titius,* quæ immediatè ſequi-
tur, & expoſitio glo. Bart. & Alber. qui *in d. l. ſed re-
uocata,* exponunt *vtilis,* ideſt *efficax,* tenentes eam ſo-
lutionem nõ produxiſſe effectũ, liberationis *per d. l.
Titius* quã ita conciliauit cum *d. l. ſed reuocata,* vnde
in l. 1. C. qui pot. in pign. hab. notant Bal. Ang. & alij,
quod caueat deponens ne poſt depoſitum pecu-
niam tangat, quia perinde habetur ac ſi non depo-
ſuiſſet, & allegant not. *in d. l. acceptam:* id etiam ea
ratione ſuadetur, quia cum poſſit depoſitarius depo-
nenti licitè reſtituere antequam creditor ab eo pe-
tat, vt Bar. *in d. l. acceptam num. 5. in 1. lect.* Bal. *eo. num.
5.* & omnes ibi. Salyc. *in l. debitor, num. 2. ff. de vſur.*
non videtur eſſe depoſitum, quia non durat, ita glo.
in d. l. acceptam, verſ. eas receperit, quæ adducit tex.
in l. ſi pro parte, §. verſum, ff. de in rem verſo, ibi, ver-
ſum autem ſic accipimus, vt duret verſum: & id ſe-
quitur Odofred. *num. 4 in 1. reſponſ. ad contraria,* &
Azo. *in l. 1. C. qui pot. in fi. in lectura,* & Petr. de Bella-
per. *d. l. acceptam:* verùm in caſu noſtro durauit depo-
ſitum, nec facto reuocatum eſt, ſed ex conſenſu cre-
ditoris, & noua interueniente conuentione debitor
ſic recepit. Quare cùm conſentiant Doct. per de-
poſitum formaliter factum debitorem eſſe libera-
tum, at dicunt, quod quando recuperat de facto fin-
gitur non depoſuiſſe, non eſt extendenda concluſio
vltra terminos ſuos, & rationem quæ eam declarat,
ſed habere debet locum regula *d. l. acceptam.*

Secundò reſpondeo, quòd facto depoſito ipſo iu- 14
re fuit debitor liberatus, & primæua actio extincta
iuxta opin. Gloſ. quam tenent Bart. Salyc. & commu-
niter omnes *in d. leg. acceptam,* quæ deinde dabatur
tantùm aduerſus depoſitarium, niſi fortè debitor de-
poſitum receperit, quo caſu eadem gloſ. dicebat de-
bitorem teneri primæua actione, quia fingitur non
facta depoſitio, cum non durauerit; hoc autem in-
telligitur dum debitor depoſitum recepit re inte-
gra, & non alias, ita in ſpecie Paul. de Caſtr. *in d. l.
acceptam, num. 6.* tunc autem dicitur res integra, 15
quando depoſitum non fuit denunciatum creditori,
vel fuiſſet denunciatum, & creditor expreſsè recu-
ſaſſet illud recipere, ſed quando fuit denunciatum
creditori, qui illud expreſsè non recuſauit recipere,
res non eſt amplius integra, ita Caſtr. *dict. num. 6.* &
propterea non poteſt rehabere depoſitum intima-
tum abſque decreto iudicis. Foller. *de cenſib. in verb.
Inſtrumento gratia, num. 55. & 56.* ſequitur Boccac.
de cenſib. part. 2. num. 120. & 121. in fine: & hoc vl-
timum intelligitur, quando creditor potuiſſet re-
cuſare illud recipere, vel fuiſſet factum iudicis
auctoritate. In caſu noſtro depoſitum fuit de-
nunciatum creditori, qui illud non recuſauit,
nec poterat recuſare, vnde res non erat am-
plius integra, & ſic debitor non poterat reci-
pere depoſitum ſua propria auctoritate, & rein-
cidere in primæuam obligationem, ſed opus fuit
nouo conſenſu creditoris, vnde non amplius tene-
tur primæua actione, ſed noua quæ orta fuit ex no-
uo conſenſu debitoris, & creditoris, ſed in hac no-
ua non interuenit fideiuſſor, ergo ex ea obligari
non potuit.

Reſpondetur (& hæc reſponſio tollit omnem 16
difficultatem) diſtinguendo duos caſus, quod ali-
quando Principalis debitor liberatus, abſque nouo
facto ſuo, ſed ex ſola iuris diſpoſitione reincidit in
primæuam obligationem, tunc etiam reincideret, &
fideiuſſor. Hinc ſequitur, quòd ſi facta datione in
ſolutum creditori, vel alio modo facta ſatiſfactione,
ſi propter ſubſequentem euictionem, vel aliis cau-
ſis ageretur primæua actione contra principalem
debitorem, iuxta latè tradita per Bart. *in leg. aliam
46. ff. de ſolut.* tunc ſi reus reincidit in antiquam
obligationem, reincidet quoque, & fideiuſſor, tra-
didit hanc regulam text. *in leg. deferre, §. Papinianus,*

Cùm ergo ſit nouus contractus, reſultat ille no-
24 tiſſimus effectus, *fideiuſſores liberati*, quod voluerunt Bal. & Alex. punctualiter inferentes ad caſum noſtrum *in d.§.adeò*, per tex. *in l.item quæritur, §. qui impleto, ff. locati*, & *l. ſi cum hermes, ff. loc.* firmat id etiam Spec. *de fideiuſſ. §. 1. verſ. illud autem*, Bart. & Alber. *in leg. Lucius, la. 2. §. Paulus, ff. de admin. tut.* Dec. *in cap. conſtitutus, num. 5. de appell.* & *in conſ. 107. num. 2.* Boſſ. *in tit. de remiſſ. mercedis, num. 40.* Tiraq. *in l. boues, §. hoc ſermone, num. 131.* Ruin. *conſ. 66. num. 3. vol. 4.* Cratus *conſ. 126. vol. 2.* Crotus *conſ. 112. num. 5. vol. 1.* Menoch. *conſ. 146. num. 5.* Iaſ. *in leg. centum Capua, in fin. de eo quod certo loco*, Burſat. *conſ. 193. nu. 6. vol. 2.*

25 Nec obſtat tex. *in leg. 1 ff. de reſcin. vend.* quaſi res non ſit integra, quia idem quando in integrum omnia reſtituuntur, iuxta tex. *in dict. leg. ab emptione, ff. de pact.* ibi, *nec quicquam intereſſe vtrum integris omnibus in quæ obligati eſſemus conueniret, vt ab eo negotio diſcederetur, an in integrum reſtitutis iis, quæ ego tibi preſtitiſſem conſentiremus, &c.* iunctis iis, quæ ibi notat Bald. poſt gloſ. *verſ. Ariſtoni*, paria eſſe rem eſſe integram, vel reintegratam; iſthæc enim conuentio fit pretio depoſitato, & conſequenter ſoluto, & ad fuit pactum à principio in inſtrumento, quod depoſitum reſolueret priorem emptionem ipſo iure, ipſoque facto: quod pactum abſque dubio fuit validum ex his, quæ ſupra deduximus, & annotauit Bald. *in dict. leg. ab emptione, num. 2.* dum à principio apponitur. Inſuper dicebat gloſ. *in dict. leg. 1. verſic. non poſſimus*, re non integra non poſſe reſolui contractum, ſcilicet nudo pacto; at in caſu noſtro non eſt nudum pactum, ſed veſtitum rei interuentu, ſcilicet ſolutione ob pecuniam depoſitatam vigore pacti.

Ex quibus clara, & indubitata redditur iuſtitia Illuſtriſſ. Ducis fideiuſſoris, ideoque omnino eſſe abſoluendum ab impetitis per Capanos, & Iauream. Cætera ſuppleat eximia peritia, & religio Dominorum Iudicantium.

Io. Baptiſta Melior. I.V.D.

SVMMARIVM.

1 *Factum exploratur.*

2 *Reſciſſio quæ oritur ex pactis oppoſitis in conuentione, actionem parit ex eodem contractu.*

3 *Quamquam pacta expreſſa non ſint, & num. 7.*

4 *Contractus nullus ex lege nullo modo parit actionem ex contractu, & num. 8. quam autem producat actionem n. 10. & 21.*

5 *Emptio rei propriæ non valet.*

6 *Contractus ab initio validus, quamuis ex pacto infirmetur, actionem parit.*

9 *Contractus nullus ex contrahentium pacto producit actionem ad reſoluendum contractum.*

1 *Contractu bonæ fidei nullo, ex Partium voluntate agi poteſt ex contractu.*

12 *Contractu nullo ſine Partium voluntate, quæ actiones dentur.*

13 *Emptio, & venditio ſolo conſenſu perficitur.*

14 *Requiſita de ſubſtantia prædicta contractus.*

15 *Contractus venditionis, cui adiicitur ſtipulatio, actionem duplicem parit.*

16 *Empti, & venditi actio differt ab actione ex ſtipulatu.*

17 *Actio ex empto pinguior eſt actione ex ſtipulatu, tamen perſonalis tantùm eſt, num. 22.*

18 *Pactus edictus poſt contractum non debetur ex ſtipulatione, ſed ex empto.*

19 *Euictione ſequuta, pretium cuius temporis ſpectandum ſit.*

22 *Hypotheca contrahitur præcedente expreſſa promiſſione.*

23 *Obligatio nulla reſpectu bonorum pupilli aliquando parit actionem contra tutorem.*

ARGVMENTVM.

Feudi venditione reſoluta ex beneficio Conſtitutionis *Conſtitutionem diuæ memoriæ* ob quod venditor tenetur reſtituere emptori pretium, & emptor venditori rem, nùm emptor pro pretij recuperatione poſſit actione hypothecaria experiri ſuper bonis venditoris, & cum anterioritate diei, qua fuit ſtipulatum inſtrumentum venditionis feudi, & quid ſi emptori fuerit ſatisfactum cum pecunia aliorum ad quorum beneficium emptor ipſe fecit iurium ceſſionem, & de aliis.

ALLEGATIO XLVII.

IVLIVS Cæſar Roſſillus in anno 1588. vendidit Ioſeph Melluſio terram Ciuitæ Luparellæ pro pretio ducatorum 18500. de quibus recepit ducatos 5500. & pro reliquis conſtituit ſe debitorem, & promiſit ſoluere annuos ducatos 1040. pacto ſpecialiter adiecto, quod non cenſeatur tranſlatum dominium terræ prædictæ, pendente ſatisfactione.

Melluſius emptor in anno 1590. primò intentauit remedium læſionis contra dictum Iulium Cæſarem, deinde propoſuit remedium nullitatis, ex quo aſſenſus erat difformis contractui, quia non aſſenſit Vicerex pacto, quod pendente ſatisfactione, dominium non ſit tranſlatum, & quia ſi aſſenſiſſet, non potuiſſet, reſiſtente Regia pragmatica nouem capitum, proinde emptor ipſe vigore conſtitutionis *Conſtitutionem diuæ memoriæ* reuocauit contractum prædictum, & petiit annullari, tandem compilato proceſſu, poſt longas altercationes, per. S. C.

ad

ad relationem Regentis de Conſtantio, tunc cauſæ commiſſarij fuit iudicatum, illam clauſulam ſapere retentionem dominij, non autem ſpecialem hypothecam, & proinde contractus fuit declaratus nullus, & condemnatus Ruſſillus venditor ad reſtitutionem ducatorum 8000. in partem pretij per ipſū receptorum, vnà cum intereſſe, & ipſe Melluſius emptor ad relaxandum Terram prædictam vnà cum fructibus. Venditor pro reſtitutione dicti pretij, non habens pecuniam præ manibus in anno 1592. accepit mutuo multas pecuniarum quantitates à multis creditoribus, vt puta ab Hippolyto de Rinaldis, & aliis, cum pacto de retrouendendo quandocunque cum vinculo ſpeciali, quod illæ exolui debuiſſent dicto Melluſio creditori vigore dictæ ſententiæ, qui in eorum beneficium debuiſſet cedere ſua iura: quæ omnia ſic fuerunt exequuta. Mortuo Ruſſillo, & ſequuta decoctione ſuæ hæreditatis commiſſa graduatione, apparet non omnibus creditoribus eſſe conſultum, & ſic iſti creditores, qui habent iura ceſſa à Melluſio, contendunt ſe eſſe graduandos creditores de anno 1588. quo die fuit celebratus contractus emptionis, & venditionis Terræ prædictæ, & fuit facta ſolutio ducatorum 8000. quorum reſtitutio fuit facta à Ruſſillo de pecunia propria ipſorum creditorum.

E contra alij creditores prætendunt, illos non eſſe graduandos, niſi de anno 1592. & ſic ipſos vti anteriores tempore eſſe præferendos.

Pro reſolutione iſtius articuli eſt videndum, an Melluſius pro recuperatione partis pretij per eum ſoluti habeat actionem hypothecariam de anno 1588. & ſic a die contractus emptionis, quam ſi habebat, abſque dubio illa fuit tranſlata per ceſſionem in iſtos creditores; ſi autem nullam hypothecariam habebat, iura ceſſa ſunt inefficacia.

Si veros terminos attendamus, conſultatio erit abſque difficultate contra hos creditores, qui iuribus ceſſis innituntur; quatuor enim remedia Melluſio emptori poſſunt eſſe de iure prodita, actio ſcilicet hypothecaria, vel actio perſonalis, vel condictio ex lege, vel officium Iudicis.

2 Vt percipi poſſit quodnam ex his remediis in caſu noſtro competat, recurrendum eſt Primò ad tex. & inibi tradita per gloſ. *in l. venditi. C. de act. empt.* vbi ſingulariter Bal. & Salyc. etenim ſi reſciſſio habet originem ex conuentione Partium, vt puta in pacto legis commiſſoriæ, vel adiectionis in diem, & ſic etiam in pactis reſolutiuis, & reſciſſoriis, quæ communiter Partes ſolitæ ſunt apponere in contractibus, & tunc competit actio ex eo contractu; quod ampliatur procedere nedum ſi ex conuentione ex-
3 preſſa, ſed etiam ſi veniret ex tacita; hoc autem bene explicat Salyc. ibi *num. 3.* poſt Bal. vt omnia tacitè in contractu bonæ fidei dicantur ineſſe, quæ veniunt vel ex ſenſu contrario contrahentium. Vnde ſi emptor putabat ſe emere virginem, cùm mulier veniſſet, & venditor ſciens hoc paſſus ſit, ex empto actionem competere ad reſoluendum emptionem, vt pretio reſtituto, mulier reddatur, dicit tex. *in l. ex empto 11. §. ſi quis virginem, ff. de act. empt.* vel quæ venirent ex conſuetudine, vt *l. quod ſi nolit, ff. de ædil. edict.* & ſic euictio etiam quæ expreſſe non fuiſſet in contractu deducta, *l. emptorem, ff. de act. empt.* vel tandem ex prouidentia legis vt putà reſciſſio propter enormiſſimam læſionem ex prouidentia *leg. 2. C. de reſcind. vend.* ſecundum vnam opinionem.

4 Si verò contractus eſt nullus, lege à principio reſiſtente, tunc non oritur actio ex eo contractu ſed vel officium Iudicis, vel condictio ex illa lege, quæ annullat contractum, ita in primis eſt tex. qui cauillatione non eget, *in l. officio 17 ff. de contrah. empt.* vbi ſuæ rei emptio non valet, ſiue ſciens, ſiue ignorans. Si tamen ignorans emero quod ſolui, repetere 5
potero, quia nulla obligatio fuit; ſed repetitio fit officio Iudicis, vnde Bal. ibi *in ſeq. l. ſed ſi communis,* dicebat rationem eſſe, quia inibi petebatur diminutio pretij ratione nullitatis contractus pro ea parte, vnde non oritur actio, ſed officium; at *in l. ſed Celſus, §. ſi fundus,* quæ allegabatur pro contraria, agebatur ex pacto informante contractum, qui tenuerat à principio; & ideo eſt ibi actio ex eo contra- 6
ctu: & idem Bal. arguendo *d. l. 2. C. de contrah. empt.* vbi ſecundum ſuam opinionem, & gloſſæ, contra Pet. non datur officium Iudicis, ſed actio ex illo contractu, vel condictio ex ead. lege 2. vbi *ſub nu. 4.* reſpondet: *Item non obſtat officio, quia ibi contractus pro parte non tenet, ſed pro parte illa, quæ prius erat emptoris: & ideò ibi Iudicis officium proponitur, quia quatenus contractus ſit nullus, non poteſt oriri actio ex eo contractu: ſed in leg. noſtra contractus tenet in totum, & ideò actio ex eo contractu oriri poteſt, eſt enim vnde naſcatur, quia contractus eſt aliquis:* & ideò Pet. de Bellapert. *in* 7
d. l. 2. dicebat, quod actio ex contractu non competit ad id, quod non eſt deductum in contractu, ſed officium Iudicis.

Et magis ſingulariter idem Bal. *in leg. iubemus 14.* 8
§. ſanè num. 1. Cod. de ſacroſ. Eccleſ. dum ille tex. annullabat contractum ſuper re Eccleſiæ, imò puniebat Notarium, & contrahentes in amiſſione pretij, ad inſtar cuius Imperator Federicus protulit *leg. Imperialem,* prohibendo omne commercium ſuper re feudali, moleſtando emptorem in amiſſione pretij, & Notarium & ſcribam, quærit ibi Bald. poſt gloſ. in caſibus vbi permittitur repetitio pretij, qua actione id agatur, & dicit hæc verba: *Dicendum eſt, quod petere poteſt non actione ex contractu, ſed condictione ex hac lege, quia contractus eſt hinc inde ipſo iure nullus, & ideò non oritur ius ex eo:* & Salic. *in dict. leg. 2. num. 5. verſ. & hac pars vera. C. de reſcind. vend.* inquit: *ſed vna lex repugnat. l. officio: ſed ibi contractus pro illa parte, quæ erat emptoris, eſt ipſo iure nullus; vnde pro ea rata actio nulla naſcitur: ſed in caſu noſtro contractus tenetur in totum, ideo ex illo naſcitur actio:* quam reſponſionem *ad d. leg. offic.* ſequitur etiam Cagnol. *dict. leg. 2. ſub num. 40.* cum prædictis videtur etiam conformare Bart. *in leg. 2. Cod. de reſcind. vend.* inibi *num. 2.* poſt gloſ. quærit qua actione petatur reſciſſio contractus ſecundum formam illius legis, & tradit theoricam per quatuor concluſiones principales, quarum prima tangit caſum noſtrum, & eſt quando contractus emptionis, & venditionis ab initio eſt ipſo iure nullus, quia alter caſus eſt, quando à principio valuit, & ex poſtfacto venit reſcindendus; nam quando contractus eſt à principio nul- 9
lus diſtinguit, an id contingat ex contrahentium diſpoſitione, & agitur ad reſoluendum contractum, quatenus de facto proceſſit, actione ex eo contractu, *leg. ex empto, §. is qui verum, ff. de act. empt.* & hic non eſt caſus noſter: ſi verò contingit abſque diſpoſitione contrahentium, *vt in caſu noſtro, vbi initio Ruſſillo annullatur contractus,* tunc non agitur 10
actione ex eo contractu: ſed de dolo, vel legis condictione annullante contractum, quæ theorica communis eſt omnium ibi: ad idem facit theorica eiuſdem Bart. *in leg. ſi id quod aurum 22. ff. de verb. oblig. num. 3.* quod quando contractus bonæ fidei eſt nullus ipſo iure ex Partium voluntate poteſt agi ex eo contractu, vt reddatur quod eſt vtrique datum *leg.* 11
ex

ex empto, §. is, qui vina, ff. de act. empt. Aut contractus
eſt nullus præter Partium voluntatem, & agitur ad
id, ad quod obligatio tempore illius contractus non
fuit orta; ſed ex poſtfacto, vt ad repetendum quod
fuit traditum, & agitur de dolo, & ſic debet intel-
ligi *leg. venditi, Cod. de act. empt.* hæc ibi ſequuntur
Caſtr. Alex. Cum. Angel. Imol. & omnes, & præ
12 cæteris melius explicauit Seyſell. ibi, *quomodo a con-
tractu nullo recedatur Partium voluntate*: etſi dolus
non interueniſſet, ageretur condictione indebiti,
ita ſupplet Imol. vel officio Iudicis addit, Seyſel-
lus allegat Bart. *in leg. quæ ſub conditione, §. fin. ff. de
condit. inſtit.*

Ex his patet concordare omnes theoricas, & om-
nia dicta Doctorum quod quando contractus em-
ptionis & venditionis a principio fuit ipſo iure nul-
lus, & receditur à contractu præter Partium volun-
tatem, non dari actionem ex illo contractu ad repe-
titionem datorum; ſed actio de dolo, ſi interuenit,
vel conditio indebiti, quæ omnes ſunt actiones per-
ſonales, vel conditio ex illa lege, quæ annul-
lat talem contractum, quæ ſimiliter perſonalis
eſt, vel tandem officium Iudicis, & ſic nulla actio
hypothecaria.

13 Secundò dico, quod quamuis contractus emptio-
nis, & venditionis ſolo conſenſu perficiatur §. 1.
cum vulg. Inſt. de empt. & vend. & tria ſubſtantia
tantum ad illius pefectionem requirantur, res ven-
dita, pretium, & conſenſus, & ſic nulla opus eſt ſcri-
14 ptura, vel ſtipulatione. Sed tunc ſtatim oritur actio
empti, & vediti, attamen vſu receptum eſt, vt par-
tes frequenter adhibeant etiam ſtipulationem, &
contractum emptionis, & venditionis in ſtipula-
tionem deducant, quæ praxis ortum habuit ex tex.
notabili *in leg. iuriſgentium, §. quod ferè, ff. de pact.* vbi
tex. dicit ſolitum eſſe in inſtrumentis pactorum ea
verba adiicere, interrogauit Titius, ſpopondit Mæ-
uius, ex quibus, inquit, oritur nedum pactio, ſed
etiã actio ex ſtipulatu; & Bart. *in l. 2. in fin. C. de cond.
15 ob cauſ.* dixit, quod ſtipulatio eſt contractus nomi-
natus, & ideò cùm hodie Notarij in omni publico
inſtrumento apponant ſtipulationem, rarò reperies
contractum innominatum probari per publicum
inſtrumentum. Vnde idem Bart. *in leg. ſingularia, n.
9. in 6. ſpeciali, ff. ſi cert. pet.* dixit, quod cum hodie
in quolibet contractu emptionis, & venditionis
ſubdatur ſtipulatio, habemus duas actiones, vnam
ex contractu, aliam ex ſtipulatione, quod, inquit,
eſt multùm vtile, quoniam vna eſt bonæ fidei, alia
ſtricti iuris: Et verum, quod omnes Doct. *in dict. l.
ſingularia*: & in aliis locis diſputant latè, an ſi ſtipu-
latio eſt interpoſita ſuper contractu emptionis &
venditionis cenſeatur facta nouatio, adeò vt oria-
tur tantum actio ex ſtipulatu, & non empti, & ven-
diti; & communis eſt theorica Bar. ibi, *num.* 10. quod
quando præcedit contractus verus, eſt certitudina-
rius, & ſtipulatio ſequitur in continenti, & illud,
quod eſt deductum in venditione, deducitur ſta-
tim, & in continenti in ſtipulatione, & tunc nun-
quam nouatur contractus, ſed duæ oriuntur actio-
nes ex empto, & ex ſtipulatu, & additio ad De-
cium *in dict. leg. lecta, num.* 16. dicebat, quod expe-
dita, & breuis veritas eſt, quod erit vnus contractus,
& vna obligatio propter connexionem, & exactio-
nem, quia contrahens noluit contrahere, niſi vtra-
que formula iuncta, & ſic vnus contractus eſt, quia
ab initio non proceſſit alter ſine altero: ſed tamen
vtriuſque contractus, ſcilicet emptionis, & ſtipula-
tionis vires habet ad eundem effectum: hæc ille.
Duæ ergo oriuntur actiones, actio ſcilicet empti, &
venditi, & actio ex ſtipulatu.

De iure autem multæ ſunt proditæ differentiæ in- 16
ter has actiones, prima enim empti & venditi, eſt
bonæ fidei §. *actionum, Inſtit. de actio*: hæc autem
ex ſtipulatu eſt ſtricti iuris *leg. quicquid aſtringendæ,
cum vulg. ff. de verb. oblig.* actio empti, & venditi per-
ſonalis eſt *leg. ſi in illis, circa finem. Cod. de act. empt.*
Ioan. Criſp. de Montib. in ſuo libello actionum, in
actione 145. Ex ſtipulatu verò partes ſibi expreſsè
prouident de hypotheca *leg. contrahitur, ff. de pignor.*
imò multoties hæc actio ex ſtipulatu eſt in minus, 17
& actio ex empto eſt in plus; euictio enim tanquam
de natura contractus venit in actione ex empto,
etiam quod de ea per ſtipulationem ſibi partes non
cauiſſent: ſi ergo agitur pro euictione actione ex
empto, venit nedum principale, ſed etiam acceſſo-
rium; ſecus autem ſi agatur ex ſtipulatu: nam veni-
ret principale tantum, non acceſſorium, tex. eſt *in
leg. emptorem 12. §. ſiquis vendiderit, ff. de act. empt.*
& bonus tex. & ibi notabilis gloſ. *in leg euicta re 16.
ff. de euict.* euicta re, inquit, ex empto erit agendum
de eo; quod acceſſit, gloſ. ibi addit, *tacitè vt partus,
qui eſt in ventre, ſed de eo, quod principaliter ven-
ditum eſt, agitur etiam ex dupla ſtipulatione, ſed
de his quæ accedunt tacitè, vel expreſsè ex empto
tantùm, vt hic*: hinc partus poſtea editus, in actione
ex ſtipulatione non venit *leg. ſic prægnans 12. ff. de 18
euict.* addit gloſ. *ſed ex empto fortè agi poteſt*, & gloſ.
in leg. bonitatis 15. ff. eod. vbi ſingulariter ſubdit, ni-
ſi in ſtipulatione fuerit dictum, & promiſſa euictio,
& pro re principali, & rebus, quæ antecedunt, vel
accedunt; hinc re euicta ex empto actio non ad
pretium duntaxat recipiendum, ſed ad id, quod in-
tereſt competit *leg. euicta re 70. de euict.* addit ibi
gloſ. hoc quantum ad actionem ex empto, aliud ſi
ex ſtipulatu agatur *per. leg. ex mille 64. §. 1. ff. eod.* vn-
de poſt omnes Doct. & gloſ. Præſ. de Franch. *deciſ.*
297. concordando nonnulla iura, quæ videbantur
contraria, diſtinguendo dixit, quod quando agitur 19
actione ex ſtipulatu, attenditur valor rei euictæ inſ-
pecto tempore contractus; quando verò agitur
actione ex empto, attenditur tempus euictionis, ſi-
ue res ſit melior, vel deterior facta; vnde emana-
runt clauſulæ à Notariis communiter apponi ſo-
litæ, dum in ſtipulationem deducunt promiſ-
ſionem euictionis, habito reſpectu ad vtrumque
tempus.

Ex his omnibus ſatis liquet, quod longè diuerſa
eſt ratio, an ex empto, vel actione ex ſtipulatu aga-
tur, & actionem ex empto ad plus dari, quam actio-
nem ex ſtipulatu; & ne deſit doctrina punctualis,
hæc ſingulariter explicauit Aret. *in leg. ſingularia,
ſub num. 11. & 12. ff. ſi cert. pet.* vbi difficultat, an ex
contractu emptionis, & venditionis deducto in ſti-
pulatu oriatur nedum actio ex ſtipulatus, ſed etiam
actio ex empto, dicit, quod ſic, quia, inquit, intereſt
noſtra habere actionem bonæ fidei propter multa
quæ veniunt in illa, quæ non veniunt in actione ex
ſtipulatu ſtricti iuris, & paulò inferius ſubdit hæc
verba: *Licet enim ſtipulatio aſſumat naturam contra- 20
ctus bonæ fidei, tamen non comprehenduntur in ſtipula-
tione ſi interponantur omnia, quæ veniunt in contractu
emptionis: item actio ex ſtipulatu non extenditur ad
omnes caſus, nec ad res, quæ veniunt acceſſoriè ad con-
tractum, & ideò vtile eſt, vt oriatur actio ex contra-
ctu*: allegat ad id probandum nonnulla iura.

Quando ergo nonnulli Doct. dicunt, quod an- 21
nullato contractu emptionis propter reſiſtentiam
legis, pretium ſolutum recuperatur actione ex illo
contractu, id dicunt actione ex empto ex illo con-
tractu, non autem actione ex ſtipulatu, ad quod eſt
tex. punctualis *in cap. imperialem, verſ. ex empto, de
prohib.*

ſorte, non item de alia vſura in ſententia conten-
4 ta, addit plures rationes *ſi enim* (inquit) *ſine emendatione relinquatur aliquid abſurdum atque inelegans neceſſe eſt euenire, cum vſuræ ex contractibus deſcendentes, centeſima ex noſtra lege facta ſunt; ſi enim ex iudicati actione centeſima omnimodo currunt vſuræ, & ex contractibus, hoc non contingit; ideò ſancimus ſortis tantummodo vſuras vſque ad centeſimam currentes, non autem vſurarum vſuras.* & ſic ratio patens eſt illa, quod ex contractibus debentur tantum vſuræ minores, & non centeſimæ, & quia ex cauſa iudicati ſunt effectæ maiores, & ſic centeſimæ, non viſum fuit congruum, vt hæ vſuræ adeò exceſſiuæ deberentur, etiam & de ſorte, & de vſuris, quod ſatis expreſsè ſentit ibi gloſ. *in verſ. grauiores ſupponi*, quaſi dicat, cùm minores vſuræ deſcendant ex contra-
5 ctibus, & fiant maiores poſt quadrimeſtre tempus, abſurdum eſſet, ſi Reus tantas vſuras daret, & de ſorte ſcilicet, & de vſura: & eadem gloſ. *verſ. ſi enim nouatur: circa medium, nouari ergo dicitur, ideò, quia ceſſant minores poſt ſententiam, & quia maiores vſuræ præſtantur poſt quatuor menſes*: & in fine addit, *quod iniquum eſſet, vt ei proficeret ſententia, contra quem lata eſt*: ex his patet, quod quia ſortis currunt vſuræ centeſimæ, ideo deſinunt currere vſuræ minores. Vnde ſequitur, quod quando intereſſe rei iudicatæ non erit vſuræ centeſimæ, non procedet text. *in dict. l. fin.* qui in prædicto caſu loquitur, & dabitur & de ſorte, & de intereſſe, hoc patet ex gloſ. ſingulari *in l. ſocium qui in eo, ff. pro ſocio*, vbi ſocius, qui moram adhibuit, tenetur præſtare vſuras nedum capitalis, ſed etiam de lucro, quod lucri fecit, gloſ. *in ver. Labeo ait, nota hic, quod huic lucro, quod eſt acceſſio, datur alia acceſſio*, arguit *dict. l. fin. Cod. vſur. rei iudic.* vbi dicit vſuram non præſtari de vſura, ſoluit, quod hic non præſtatur hæc acceſſio vti vſuræ, ſed vti intereſſe, & ſic quando non ſoluitur vt vſuræ centeſimæ, ſed vti intereſſe, debetur de ſorte & alia acceſſio.

6 Hodie verò indubitatum eſt intereſſe rei iudicatæ per Sacrum Conſilium decidi circumſcripta vſura centeſima, ſed pro intereſſe, vel lucro ceſſante: Ergo non habeat locum diſpoſitio text. *in d. leg. fin.* neque obſtat id, quo pro reſponſione huius motiui conſiderabat dictus Conſiliarius de Anna, quod parificantur dicta in vſuris, & in intereſſe, per gloſ. *in l. 2. §. grani, ff. de admin. rer. ad Ciuit. pertin.* quod ſicuti Fiſcus non ſoluit vſuras, ita nec intereſſe, & *ſeq. tit. ff. & Cod. de vſur.* applicantur ad intereſſe, quia argumentum ab æquiparatis non ſemper procedit, vt per Euerardum in ſua Thopica legali, niſi quando ſubeſt eadem ratio, & argumentum procedet affirmatiuè, vt ſi aliquid reperiatur permiſſum in vſuris, quæ ſunt prohibitæ, & odioſæ, multò fortiùs erit permiſſum in intereſſe; ſed non procedet negatiuè, vt omninò quod eſt prohibitum in vſuris, cenſeatur prohibitum in intereſſe, & ſic vt ſicut non debetur vſura vſurarum, ita nec intereſſe intereſſe, quia non eſt eadem ratio, quia vſura expreſſe eſt prohibita, & ſic quod non debeatur vſura vſurarum, intereſſe verò non ſolùm expreſsè non reperitur prohibitum, ſed permiſſum.

7 Inſuper aduerto, quod ego non defendo opinionem Cagnoli *in l. vnic. num. 43. & 44.* deberi intereſſe, quæ communiter improbatur, vt per Bolognet, *in dict. leg. vnica, num. 123.* Præſ. de franchis *deciſ. 254. num. 14.* Ruin. *in dict. conſ. 55. vol. 2. n. 16.* & aliàs relatos per Fabium de Anna, vbi ſupra, qui nec loquuntur in iſtis terminis, ſed loquor quando adeſt ſententia Iudicis, qua Reus fuit expreſſè condemnatus ad certam ſummam, vt debeatur intereſſe rei iudicatæ pro tota ſumma contenta in ſententia, & ratio differentiæ inter vtrumque caſum eſt in promptu, quia antequàm quis ſit condemnatus, & multò fortius antequam ſit in iudicium prouocatus, poteſt non eſſe in mora, quia non erat certus de facto, vel etiam in iure, quia potuit habere iuſtam cauſam litigandi, & iuſta cauſa litigandi nedum excuſat ab expenſis, ſed etiam ab intereſſe, vt per ſcribentes relatos per Cæpha. *conſ. 407. num. 31. vol. 3.* Burſatt. *conſ. 442. num. 28. vol. 4.* & iuſta cauſa liti-
8 gandi excuſat a mora, Rom. *conſ. 244. num. 5.* qui ad hoc adducit text. *in l. ſi quis ſolutioni, ff. de vſur.* Rip. *in leg. quod te, num. 55. ff. ſi cert. petat.* & ibi Purpur. *num. 71.* Corn. *conſ. 176. num. 58. lib. 1. conſ. 40. n. 12. lib. 2.* Alex. Cur. & alij, vt per Menoch. de arbitr. *caſu 220. num. 50. & conſ. 381. num. 46. vol. 4.* Rimin. Iun. *conſ. 52. num. 6. & 643. num. 6. vol. 6.* Si ergo propter iuſtam cauſam litigandi non eſt in mora, ergo non debetur intereſſe, quia vbi nulla mora, nullum intereſſe debetur, *l. 2. §. ſi nauis. ff. ad leg. Rhod. de iact. l. lecta, ff. ſi cert. pet.* Grauett. *conſ. 81. num. 5.* Couar. *lib. 3. var. reſol. cap. 40. num. 2.* & in ſpecie quod iuſta cauſa litigandi excuſat ab intereſſe, voluit gloſ. *in leg. in hac, circa princip. verbo, hic illud placet, ff. de condit. tritic.* quam dicit Bald. ſingularem *in tit. qui ſucc. teneatur, loc. 2. num. 2.* Decius *in dict. leg. quod te, num. 5. ff. ſi cert. petat.* Magni facit Aretin. *conſ. 150. num. 9. ver. quinimò*, & Burſatt. *conſ. 442. num. 45. vol. 4.* Multi ergo poſſunt eſſe caſus, in quibus quis ante ſententiam excuſetur ab intereſſe, & quando etiam eſſet in mora, diceretur 9
mora irregularis, ſecus verò quando adeſt ſententia, quæ meretur executionem, quia ab hoc die debitor eſt certus, ſe debere quantitatem in ſententia contentam, & eſt mora regularis, & proinde non eſt iuſtum, vt conſequatur commodum ex hac via praua, & irregulari mora, & ſic patet adeſſe ſatis diuerſam rationem inter vtrumque caſum, & quod in primò æquitas eſt pro debitore, vt non debeatur intereſſe intereſſe, ſed in ſecundo eſt pro creditore poſt intimatum mandatum de parendo.

Sed vt omnis tollatur dubitatio, caſus noſter eſt 10
indubitabilis, quia dicti Actores ſunt publici mercatores vt eſt probatum in proceſſu, & eſt notorium, & in hoc caſu eſt indubitatum apud omnes dari hoc intereſſe, etiam ratione lucri ceſſantis, noluit idem Ruin. auctor contrariæ opinionis *in d. conſ. 55. in vltimis verbis*, in ſpecie de intereſſe intereſſe, voluit latè Bolognet. *in dict. l. vnica, num. 124.* & habetur latiſſimè per Rotam Genuenſ. in duodecim deciſionibus relatis in repertorio ad dictam deciſionem, verbo *mercatori debetur intereſſe.* Nouiſſimè opinionem, quod etiam ante ſententiam poſſit deberi intereſſe intereſſe, omnibus relatis, probauit Menoch. in additionibus nouiſſimis de nouo impreſſis in ſexta contraria *in caſu 19. lib. 2. de arbitr. Iudicum*, adeò quod cauſa ex omni parte ſit in tuto.

Ioan. Baptiſta Melior. V. I. D.

SVMMARIVM.

1 *Vaſſallus electus Ærarius à Barone, ſi fuerit poſteà electus per Vniuerſitatem vnus ex Regimine illius, cui potiùs obedire teneatur.*

2 *Gloſſa* in l. Ciues 7. C. de incolis lib. 10. in

verb. allectio, *in præſenti punctualis adducitur.*

3 *Baldus* in l. adoptionem. C. de adoptionibus, *pro deciſione adducitur.*

4 *Ciues potius tenentur obedire loco originis, quam loco incolatus.*

5 *Vaſſallus tenetur obedire illi, cum quo maiori vinculo adſtringitur.*

6 *Vaſſallus Burgenſis tenetur præſtare iuramentum aſſecurationis.*

7 *Subditum eſſe plus eſt, quàm eſſe vaſſallum.*

8 *Vaſſallus ratione iuramenti plus adſtringitur, quam libertus, & ſeruus.*

9 *Leges, & præcepta Principum ligant perſonas, quocumque vadant.*

10 *Subditus Hiſpanus ſi transferat ſe in Regnum Franciæ conſtituendo domicilium, non tractatur vt naturalis Hiſpanus quoad priuilegia.*

11 *Vaſſallus potiùs tenetur obedire nobiliori.*

12 *Vaſſallus in dubio an, & quando teneatur obedire antiquiori.*

13 *Textus* in l. in operis, ff. locati, *adducitur in præſenti.*

14 *Vaſſallus an, & quando teneatur adiuuare Dominum ſuum contra omnem hominem Mundi.*

15 *Rex noſter eſt Dominus perſonarum ſuorum ſubditorum.*

ARGVMENTVM.

Ciuis electus à Barone ad exercendum munus Ærariatus, & ab Vniuerſitate ad exercendum munus Electatus, cuinam magis obedire teneatur, Baroni, vel Vniuerſitati: & de aliis notabilibus.

ALLEGATIO XLIX.

1 DOn Lucius Palaganus vtilis Dominus Terræ Sancti Viti, vigore inuentarij iurium Baronalium, de quo exiſtit in poſſeſſione, etiam vigore decretorum Sacri Conſilij, habet facultatem eligendi vnum ex ciuibus dictæ terræ pro ærario, hoc anno elegit N. qui à primo ſeptembris in antea iuxta ſolitum, & ſeruata forma dictæ conuentionis debuiſſet exercere dictum onus ærariatus. Vniuerſitas predicta poſt electionem à Barone, vt ſupra factam, elegit eundem pro ſuo regimine, creando illum vnum ex Electis: & quia in vtroque munere requiritur induſtria perſonalis, & non poſſet ſeruire per ſubſtitutum, & proinde vnum tantùm ex dictis oneribus poterit ſubire, contingit dubitari, quis in hoc onere debeat preferri, Baro, an propria patria, & cui potius parere cogatur.

Et quamuis hucuſque non inuenerim hunc articulũ in ſpecie tactum per Doctores, tamen illud pertractãdo per regulas, puto quod teneatur magis ſeruire Baroni, quam Vniuerſitati, & ſic propriæ patriæ.

Ad quod fundandum aſſumo in primis ſingularem & famoſam gloſ. *in leg. Ciues 8. Cod. de incol. lib. 10. in verb. allectio, circa med.* quærit enim ibi gloſ. ſi quis vocatus ad munera à duabus Ciuitatibus, cui teneatur potius parere, & reſpondet ſi ſucceſſiuè fiat vocatio, quod qui prius vocauit ad munera, præfertur, *arg. leg. qui prior, ff. de Iudic.* & Rebuff. *ibi num. 9.* dicit quod facit melius tex. *in leg. qui duos. 6. in princ. ff. de excuſ. tut.* & Bellam. *in cap. cum parati, num. 16. de appellat. in argum.* allegat tex. *in cap. exterum, de reſcriptis, & cap. 1. de maior. & obed.* eamque ſequitur ibidem Lucas de Penna *num. 6.* & Ioan. de Plat. *verſ. quid autem.* Maria Soccin. *in cap. licèt ratione, num. 25. de for. comp.* omnino videndus eſt Roman. *in conſ. 47. num. 1.* qui in his punctualibus terminis dicit ratione notiſſima, quod ſemper ille præualet, qui ſecum contendentem tempore præuenit, allegat in argumentum plura, idem addit quod duobus æquale ius habentibus occupantis, aut alio modo præuenientis, potior, & validior conditio eſt, ad quod etiam allegat plura iura *in argum.* & in duobus, qui ſunt æquales potentia & dignitate, quod detur præuentio, Rom. *in leg. 3. §. ſi cum homines. ff. ad Syllan. num. 2.* allegando multa iura in argumento: quam theoricam confirmat ſingulare dictum Bald. *in leg. in adoptionem, verſ. & primo de captiuo. Cod. de adopt.* dum quærit de captiuo duorum, 3
qui ſimul ab vtroque vocatur ad ſeruitia, cui potiùs parere debet, & reſpondit quod ſi literæ plurium Capitaneorum eodem tempore captiuo præſentarentur, epiſtolæ illius primò eſt obediendum quæ primò aperta eſt, quaſi per aperturam alter fuerit præuentus, allegat gloſ. *in dicta leg. Ciues*, quam doctrinam refert & ſequitur Rom. *dict. conſ. 47. n. 4.* eandem theoricam firmat, & ſequitur Innocent. *in cap. comparat, de appellat.* ibi, *& qui prius mandauerit:* & eum ibi refert & ſequitur Abb. *numer. 8.*

4 Si verò inquit gloſ. inſimul, & vno & eodem tempore vocatur ad munera, tunc diſtinguit plura capita, & primum eſt quod potius tenetur obedire loco originis, quam loco incolatus per tex. *in leg. libertas, §. præſcripto, ff. ad municip.* ratio eſt, provt declarat latius ibi Rebuff. *num. 9.* qua illi cuius eſt ciuis ratione originis tenetur de neceſſitate; illi verò, in qua habet domicilium ex voluntate: allegat in argum. *leg. qui balneum, ff. qui pot.* & idem repetit in fine illius legis, & ſic inferunt ex hac theorica gloſ. quod eſt parendum ei, cui quis ſtrictius obligatur, & ei qui habet fortius & potentius ius, vt reaſſumit Roman. *dicto conſ. 47. num. 5.* quod per prius voluit Innoc. *in dicto cap. cum parati*, vbi bene Imol. qui dicit *in verſ.* Si autem non poteſt vtrique obedire, 5
& mandantes ſunt pares, obediendum eſt ei cui magis aſtringitur: allegat *cap. cum in officiis, extr. de teſtam.* & *leg. tertia, §. ſi cum dies, ff. ad Syllan.* & Bellam. ibidem *num. 16.* allegat *in argum. dict. c. cum in officiis, & cap. relatum, loc. 2. in fine,* de quo dicto meminit etiam poſt alios Tiraq. *de primogen. quæſt. 17. numer. 17.* ſed iſte vocatus ad munera ſtrictiori vinculo eſt alligatus Baroni & Domino ſuo quam propriæ patriæ, ergo &c. Quod autem ad hæc ſeruitia vocatus ſtrictiùs ſit obligatus domino ſuo quam propriæ Ciuitati pluribus modis fundatur, primò, nam ille qui tenet bona feudalia à Domino, dicitur vaſſallus, & ei tenetur præſtare iuramentum fidelitatis iuxta tex. *in cap. 1. de for. fidel.* ille verò qui non tenet bona feudalia ſed burgenſatica, & habent incolatum in aliqua terra, & exiſtunt ſub iu-

riſdi

riſdictione, dicuntur ſubditi, & tenentur præſtare
6 iuramentum aſſecurationis iuxta tex. *in cap. 1. qualiter vaſſal. iurare debeat dom. fidel.* & ibi Andr. *in princip. ſub num. 1.* & *in cap. 1. paulò ante numer. 6. verſic. item, & ſi non habet feudum*, vbi addit Lipar. *litera H. de noua form. fidel.* & hoc iuramentum aſſecurationis tenentur præſtare habitantes, nedum Domino Regi ſed etiam Baroni, in cuius terra habitant, & ſic vtrique, vt poſt Andr. deducit Afflict. *dicto cap. 1. num. 19. qual. vaſſal. iurar. deb. dom. fidel. verb. ita iurat Burgenſis*, de qua re adeſt text. conſtitutionis Regni Domini a vaſſallis, qui ponit differentiam, dum iuramentum aſſecurationis præſtatur non Regi ſed inferiori Domino, quod dicatur, ſalua per omnia fide-
7 litate Regia, & plus eſt quem eſſe ſubditum quam vaſſallum, nam ratione feudi dominus habet quandam ſuperioritatem in vaſſallum ratione rei, & non eſt Iudex ordinarius vaſſalli, ſed extraordinarius ratione feudi, ſed non habet iuriſdictionem in perſonam, ſecus eſt de ſubdito, qui habet domicilium in terra, & ſubiit munera perſonalia, realia & mixta, tum ratione domicilij, tum ratione rerum burgenſaticarum ibi exiſtentium, vt latè per Afflict. *in dict. cap. 1. num. 1. qual. vaſſal. iur. deb. dom. fidel.* Vaſſallus ergo ſiue ſubditus iuramento aſtringitur Domino ſuo, propriæ verò patriæ nullo iure aſtringitur, & ſic in minus tenetur, quod confirmat ſingulare dictum Andr. *in cap. 1. num. 4. quib. modis feud. amitt.* lo primo, quod Vaſſallus tenetur adiuuare Dominum, ſalua eius perſona propria, & vita, quam debet præponere ſaluti Domini ſui, neque obſtat text. *in leg. 1. verſ. ſaluti, ff. ad Syllan.* quia loquitur in ſeruo, cui non æquiparatur vaſſallus; hic enim potiùs æquiparatur liberto, qui licet conſequatur à patrono libertatem, quæ eſt ineſtimabilis, & vaſſallus tenetur Domino ratione rei, & ſic magis tenetur libertus, qui plus accipit, quam vaſſallus; attamen
8 dicit Andr. quod ratione iuramenti quod vaſſallus præſtat Domino, plus aſtringitur vaſſallus quã libertus, & ſeruus, quod dictum pro ſingulari exclamauit Ign. *in repet. leg. 1. §. ſi cum omnes, num. 93. ff. ad Syllan.* concludens nullum eſſe magis vinculum iuramento: ex eodem fonte prouenit, quod ſi vaſſallus diceſſerit à propria Terra, & aliò ſuum incolatum tranſtulerit, poſſunt à Domino reuocari, Luc. & Io. de Plat. *in leg. ſi quis. Cod. de agric. & cenſ. lib. 10.* habetur in conſtit. Regni *quiſquis de burgenſibus*, & *in c. Regni, Item ſtatuimus quod vaſſalli*, & per Capic. *dec. 168* quæ nedum procedunt in vaſſallis angariis, ant perãgariis, ſed etiã in quolibet ſubdito qui nõ poteſt ſe eximere à iuriſdictione ſui naturalis Principis, etiam quod per multos annos habitaret extra Prouinciam, vel alibi euaderet magnus Princeps; ſicut accidit ſeruo Barbarij, qui quamuis Romæ fuiſſet Prætor, adhuc tamen fuit à Domino in ſeruitutem reuocatus, ita vaſſallus vbicunque eualerit Princeps poterit à ſuo naturali Domino reuocari; ita tradunt Hiſtorici feciſſe Reginam Angliæ, quæ citauit Comitem Lenos, & eius filium Regem Scotiæ, & ex contumacia bona confiſcauit, ratio eſt, quia le-
9 ges & præcepta Principum ligant perſonas quocunque vadant: Si verò quis deſerat propriam patriam, & aliò transferat ſuum domicilium, non poterit inuitus reuocari, vel pœna mulctari, ſed tantum amittit ciuilitatem, & iura illius Ciuitatis, vt honoribus & priuilegiis illius Ciuitatis frui non poſſit, quamuis enim, quis non amittat propriam originem, etiamſi aliò per longum tempus habuerit domicilium, iuxta notata per Affl. *in dec. 384.* & alios relatos per Caldas Pereira *in conſ. 1. poſt. repet. leo. ſi quis curatorem habens*: attamen intelligitur quã-

D. Reg de Marinis Allegat. collect.

do non ſe tranſtulit extra Prouinciam, quæ non ſit ſubiecta eidem Regi, vel Preſidi, ſecundum gloſ. ſecundùm vnum intellectum & *l. in adoptionem, la prima, de adopt.* Bald. *in auth. ſed omnino, num. 13. C. ne vxor pro marito.* Vnde dixit Gregor. Lopez. *in l. 5. tit. 24. par. 4.* quod ſi naturalis Hiſpanus transferat ſe 10
in Regnum Franciæ, ibi conſtituendo domiciliũ, ille nõ poterit tanquam naturalis Regni obtinere beneficia, & gaudere aliis priuilegiis Regni Hiſpaniarum, præcipue ſi extra Prouinciam declarauerit ſuam voluntatem, faciendo aliquem actum contrarium, quo demonſtrauit renuntiaſſe ciuilitatem originis, vt putà ſi impetraſſet in loco originis litteras ciuilitatis ſeu naturalitatis, vel requiſitus à Principe naturali ei obedientiam recuſaſſet, quæ bene explicauit Bulgarin. *in repet. rubr. ſol. matr. num. 19. cum multis ſequentibus.*

Ex his apparet ſtrictiùs vaſſallum aſtringi Domino ſuo & Regi, vel Baroni ipſum repræſentanti, quam propriæ patriæ, & proinde hi duo habent æquale ius, ſed longè potentius Baro; & proinde etiam ſi eodem tempore ambo vocarent ad munera ex ſupra tradita theorica, præfertur Baro, & ei potiùs parendum eſt.

Vlterius inquit gloſ. ibidem quod potius debet 11
parere nobiliori, quam gloſſam omnes ſupra citati ſequuntur, cui autem dubium, quod Princeps, ſeu Rex eſt nobilior propria patria a Ciuitate; a Rege autem vigore priuilegij fuit iuriſdictio cõmunicata Baronibus, & Dominus hæc ſeruitia exigit vti Baro, habet iuriſdictionem, & merum & mixtum imperium cum gladij poteſtate: vnde in ceſſionibus, & in omnibus aliis actibus, ipſe cæteris præfertur, eſt primus omnium ciuis, quæ ſatis ſunt clara, & allegatione non egent.

Item dicebat gloſ. quod parendum erat antiquio- 12
ri, & nulli dubium principatum fuiſſe antiquiorem; nam cum ipſamet natura, & hominibus ortum habuit; Adam enim præfuit eius domui, & filiis & toti familiæ quouſque homines, ex pluribus familiis in vnum conuenire cœperunt, vnde diſtincta fuerunt dominia, & diſcretæ gentes, & conditæ Ciuitates, iuxta tex. *in l. ex hoc iure, ff. de iuſt. & iur.* & tunc ſtatim fuit vnus, qui aliis præeſſet, vel per electionem iuxta opinionem Ariſtotelis *lib. 1. de Repub. cap....* vel per vim & violentiam iuxta aliorum opinionem, & ſic ſtatim orta fuit iuriſdictio & Superioritas, vt latè poſt alios per Petr. Gregor. *de Repub. lib. 1. cap. 1.* & talis poteſtas, vel fuit penes vnum tantum, & dicta fuit Monarchia, vel penes aliquos ſeniores, & optimates, & dicta fuit Ariſtrocratia, vel penes populum, & ſic penes totam Ciuitatem, & dicta fuit Democratia, vt poſt alios per dictum Petr. Gregor. *d. lib. 1. cap...* Vnde Regi vel Baroni 13
eius perſonam repreſentanti tanquam habenti antiquius ius, potius parendum eſt, ex tex. *in l. In operis, ff. loc.* cum aliis multis quæ allegant præfati Doctores, ad quos me remitto.

Vltimò tandem ex theorica Innoc. & aliorum *in dict. cap. cum parati*, ex omnibus ad ſeruitia vocantibus præferendus eſt is, qui eſt ſuperior. Nulli dubiũ eſt quod Rex eſt ſuperior, & ſic Baro & non vniuerſitas. Vnde ex prædictis ſatis cõſtat non habere æquale ius, ſed Baronem habere potẽtius ius, quia maior eſt illa obligatio, quia nobilior, quia antiquior, quia ſuperior, & quia præuenit, & non ſucceſſiuis temporibus ad ſeruitia non vocauerunt. Non pretermitto, quod dum vniuerſitas elegit eundem electum per prius à Barone, videtur hoc feciſſe in fraudem, quæ nullo iure patrocinari debet, præcipuè cùm Vniuerſitas numeroſa ſit, & alij non

GGg 2 de

deſunt, qui poſſent huic muneri ab Vniuerſitate impoſito vacare, & hoc fuit deciſum in hac eadem cauſa per S.C. dum aliàs Vniuerſitas prius elegiſſet, & Baro deinde elegerit eundem, viſum fuit S.C. quod hoc fecerat in fraudem, dum alios poterat eligere, & ſic mandauit alium eligi, & ſic eodem modo, dum Baro prius elegit, Vniuerſitas eodem iure debet excludi.

14 Neque obſtat doctrina Andr. *in cap. 1. verſ. incolume num. 1. de for. fideli*, quod vaſſallus tenetur adiuuare dominum ſuum contra hominem de Mundo, etiam contra patrem & filium, excepta tamen perſona ſua propria, & propria patria, quod dictum ſequitur gloſ. *in c. de forma, in §. honeſtum 22. quaſt. vlt.* Bald. Aluar. Capic. Iacobin. Taſius, & alij relati per addit. ad Ifern. in dicto loco, & ſic videtur in plus teneri patriæ quam Domino, quia reſponſio eſt ſatis clara. Nam Andr. loquitur, ſi dominus faceret guerram contra propriam patriam, non tenetur adiuuare Dominum contra patriam ſuam, ſecus ſi patria eſſet contra dominum, & hic non eſt caſus noſter, ſed quando ſunt ad diuerſa, vt puta, quia dominus vocat ad ſeruitium, & patria ad aliud ſeruitium, potius Domino eſt parendum, eſt notat. per Ioan. de Raynal. *in comprehenſorio feud. §. firmiter, num. 25.*

15 Vnde non dubito quin Rex qui in noſtro Regno eſt dominus perſonarum omnium eius ſubditorum, vt in Conſtit. *Proſequentes*, & ibi Afflict. & in multis aliis locis, debeat præferri in ſeruitiis omnibus aliis.

Ioan. Baptiſt. Melior V.I.D.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſeries proponitur, de qua hic.*
2 *Concluſiones, quæ in præſenti diſputantur, proponuntur.*
3 *Remedium legis* 2.C. de reſcindenda venditione, *an detur in contractu locationis, præſertim eo finito.*
4 *Remedium legis ſecundæ de quo ſupra, an detur in venditione facta ad tempus, ipſo tempore elapſo.*
5 *Remedium legis ſecundæ, de quo ſupra, quem effectum producat reſpectu emptoris, vel venditoris.*
6 *Remedium legis ſecundæ ceſſat perempta, vel extincta re.*
7 *Fructus non veniunt in remedio legis ſecundæ data etiam enormiſſima læſione.*
8 *Fructus percepti lite pendente non veniunt in remedio legis ſecundæ.*
9 *Fructus an conſiderentur ita in venditione, ſicuti in locatione.*
10 *Venditio ad tempus, an differat à locatione.*
11 *Fructus cenſentur tantummodo venditi in locatione rei locatæ.*
12 *Venditio ad tempus cenſetur vera locatio, vnde emptori competit remiſſio mercedis propter ſterilitatem.*
13 *Remedium legis ſecundæ competit etiam finito contractu celebrato ad tempus.*
14 *Pinelli doctrina* in l.2.part.2. cap.4. *plures habet contradictores, de quibus hic.*
15 *Remedium legis ſecundæ* C. de reſcindenda venditione, *an habeat locum in conductione gabellarum, emolumentorum Officij.*
16 *Læſio quando conſideratur in locatione, & qualiter.*
17 *Solutio anticipata conſideratur in probanda læſione.*
18 *Conductor ex maximo lucro non cogitur duplicare penſionem.*
19 *Excomputum poſita renunciatione ipſius locum non habet.*
20 *Augmentum, quod prouenit ex induſtria conductoris non poteſt peti per locatorẽ.*
21 *Remedium legis ſecundæ* C. de reſcindenda venditione, *non habet locum, ſi poſt factam contractũ deinde ratificetur.*
22 *Facti ſpecies diuerſimodè per partem aduerſam fuit propoſita.*
23 *Læſio in contractu locationis officij, vel gabellæ, quando ſit attendenda.*
24 *Dolus dans cauſam contractui annullat contractum, & quomodo.*
25 *Læſio, quæ non excedit dimidiam iuſti pretij non annullat contractum, & quid poſita ſcientia veri valoris.*
26 *Læſio in contractu attenditur inſpecto tempore ipſius.*
27 *Pretium rei minuitur propter timorem belli, vel alterius periculi.*
28 *Pretium rei diminuitur propter expenſas & labores in re.*

ARGVMENTVM.

Textus *in l.2. C. de reſcindenda venditione*, enucleatur. Nùm locum habeat in locatione. Vtrum in venditione facta ad tempus, per quam fructus aſſeritur, vendi, non rem. Pinelli doctrina *in l.2. part.2. cap.4. C. de reſcindenda venditione*, plures habere contradictores, oſtenditur. Læſionem multipliciter includi, vel excludi pluribus probatur. Quodlibet augumentum quod ex induſtria conductoris accedit, locatori non accreſcit. Dolum & læſionem in contractu probandum, qualiter. Pretij diminutionem multiplici ex capite contingere poſſe, demonſtratur.

ALLEGA

ALLEGATIO L.

1 PETIIT Don Ioannes de Taxis Comes Villæ Medianæ, reſcindi facere ex capite læſionis duos contractus locationis emolumentorum officij Maioris Tabellarij huius Regni, vnum, vt prætenditur, celebratum in anno 1578. cum quondam Martino Zapat; Alium verò in anno 1586. cum quondam Ioan. Baptiſta Martini prædicti fratre; & licèt ex nota facti detecta ſit iniuſtitia talis prætenſionis, maximè non producto primo contractu reſcindi petito; nihilominus, vt vndique pateat, quàm vana ſit Partis inſtantia, infraſcriptas concluſiones diſcutiendas eſſe exiſtimaui; vt valeant iuſtiſſimi Iudices Actorem repellere, eundemque in expenſis condemnare; ſuppoſitis tamen duobus, nempè quod prima locatio (quando de ea eſſet tractandum) fuit in anno 91. tempore finita; ſecunda verò reſignatione dicti officij in manibus Regis ad beneficium Marci Antonij Iudicis extincta.

2 Prima concluſio erit, An Don Ioanni locatori detur actio reſciſſoria *ex l. 2. C. de reſcind. vend.* locatione finita tempore, vel reſignatione extincta. Secunda, An in locatione emolumentorum officij conſiderari poſſit læſio, adeò quod locator poſſit remedium dictæ legis 2. intentare. Tertia, An ex maximo lucro conductoris, locatione finita debeat augeri penſio. Quarta, An ſubſequuta ratificatione contractus, in quo alter ex contrahentibus fuit læſus, poſſit tale remedium intentari. Quinta, An in locationibus prædictis interuenit dolus conductorum, adeò quod poſſit hodie D. Ioannes, annullatis contractibus, petere reſtitutionem perceptorum emolumentorum.

3 Deueniendo ad primam, concluſiuè loquendo (vt decet coram diſertiſſimis, viris) dicimus, remedium legis 2. non dari, locatione finita. Effectus illius contractus fuit reſolutus, & non remanet quid reſcindi poſſit, & ſic ex terminis noſtris tenet Dec. *in conſ.* 583. *numer.* 9. cui contradicendo annuunt addentes, ſequitur Aluar. Valaſ. *in tract. de iure emphy. quaſt.* 28. qui refert in Luſitano Senatu non ſemel fuiſſe iudicatum ſecundum Decij opinionem, Rot. Florét. Mangoſ. *dec.* 110. *n.* 9. Card. Tuſcus *pract. concluſ. iuris, concl.* 293. *n.* 21. *vol.* 5. *fol.* 318. qui allegat Aim. Crau. *conſ.* 151. *num.* 29. Ariſm. Tepat. *var. iuris ſent. in fine. de reſcind. vend. fol.* 117:

4 Imò non ſolum ceſſat tale remedium in contractu locationis, ipſa locatione finita, ſed etiam in venditione facta ad tempus, ipſo tempore elapſo, vt communiter tenent DD. videlicet Roman. *in l. ſi quis cum aliter, ff. de verb. oblig. n.* 14. & ibi Claud. Saiſ. *n.* 22. Fabia. *in tract. de empt. & vend.* 8. *quaſt. princip. num.* 14. *in fin.* Paul. Caſtr. *in l. 2. de reſcind. vend.* & Cagnol. latè *eod. loco num.* 170. Menoc. *conſ.* 843. *n.* 38. ea ſola ratione, quia prouiſio dictæ legis eſt reſciſſoria, & quod non eſt, reſcindi non poteſt, vt doctè docet Cagnol. *in dict. l. 2. num.* 170. ad quod allegat tex. *in leg. nam, & ſi, §. poſt defectum, ff. de iniuſt. rupt. & irrit. teſt. leg. decem, ff. de verb. oblig. leg. remittit, de iureiur.* Nec huic communi opinioni aduerſatur opinio Ari. Pinel. contrarium ſentientis; ſiquidem rationes ab ab ipſo adductæ non vrgent, & auctoritas Alexand. allegata non probat, vt inferius demonſtrabitur.

5 Iſta opinio contra Art. non ſolùm fundatur auctoritate Doctorum, & exemplo rerum iudicatarũ; ſed etiam viuis rationibus. Certum eſt enim in materia legis 2. reſtitutionem rei in contractum deductæ, eſſe in obligatione, pretij verò ſupplementum in facultate ſoluendi, ſecundum gloſ. *in dict. l. 2.* Bar. ibidem *num.* 16. Bald. *num.* 10. Salyc. *num.* 20. quorum opinio communiter tenetur, latè Ant. Padilla *in repet. dict. l. 2. num.* 38. Azcued. *in l. 1. n. 26. tit. 11. lib. 5. noua recompil.* Hinc DD. communiter dixerunt (exceptis aliquibus Canoniſtis) ceſſare remedium dictæ legis, perempta, vel extincta re, ea ſola ratione, quia perempta re, nulla ſupereſt obligatio, cùm pretium in obligationem non veniat, nec ad id præciſè 6
agi poſſit; nam vbi quantitas debetur ratione certæ ſpeciei, quæ ſi extaret, à debitore creditori tradi poſſet loco illius quãtitatis, perempta ea ſpecie, debitor liber efficitur à ſolutione quantitatis, Bar. *in leg. quod te ff. ſi cert. petat.* & Iaſ. ibi *n.* 15. facit tex. *in l. 1. §. vlt. ff. ſi cui pluſquam per l. falcid. l. ſi ſeruus communis, ff. de furt. iuncto verſ. ex his igitur:* nec dicatur, quod prædicta procedunt in venditione, & non in locatione, ſiquidem Iuriſconſultus in propriis terminis, quod ſtatuit in vno, mandat obſeruari in alio, text. eſt omninò videndus, non paſſim allegatus in iſta materia *in l. 1. §. ſiquis in fraudem, in fine,* (ibi, *& in permutatione.*) *ff. ſi quid in fraud. patron.* Si ergo D. Ioannes non poteſt ſimpliciter ſupplementum pretij, ſeu mercedis petere, eo quod Ius repugnat; ſed per neceſſe debet inſtare, provt inſtitit in ſuo libello, pro relaxatione officij; quomodo extincto primo contractu locationis, tempore, & reſoluto ſecundo, venditione, receptoque pretio, & officio ipſo alteri collato triennio ante, poteſt obtinere ſuper ipſius relaxatione? certè Domini non ſine admiratione hæc audiri poſſunt.

Nec dicat Pars, quod Iudex poteſt condemnare D. Elionoram ad reſtitutionem partis emolumentorum perceptorum vltra metam mercedis ſolutæ; ſiquidem eſſet error peior priore, nam conductor percepit fructus ex re ſua, qui non veniunt in materia dictæ leg. 2. etiam data certiſſima læſione, reſciſſo 7
enim contractu, & re in contractum deducta relaxata, vigore diſpoſitionis dictæ legis, Conuentus non tenetur fructus interim perceptos reſtituere, ſecundùm veram, & receptam ſententiam, quam idem Pinel. ſequitur *in d. repet. par. 2. cap. 4. n. 1.* & Ant. Padilla *loc. cit. n. 50. circa fin. verſ. contrariam,* Miſinger. *obſer.* 73. *cent.* 4. Fab. Turr. *conſ.* 79. *vol.* 2. Azcued. *in leg. 1. tit. 11. lib. 5. noua recompil. n.* 25. Anto. Gomeſ. *tom. 2. var. reſol. c. 2. n.* 42. Io. Franc. de Ponte *conſ.* 28. *nu.* 6. Fab. de Anna *conſ.* 24. Gutierez *lib. pract. quaſt. quaſt.* 134. ſecundùm quam opinionem iudicauit S.C. teſte peritiſſimo viro Vinc. de Franch. *deciſ.* 119. *n.* 20. & latiùs *deciſ.* 495. & Rot. Rom. in nouis *deciſ.* 116. quam allegat D. de Ponte *in alleg. conſ.* 28. & Rot. Flor. Magn. *deciſ.* 23. *num.* 8. Imò non ſolùm non tenetur Conuentus reſtituere fructus perceptos 8
vſque ad libelli oblationem; ſed nec decurſos, & perceptos, lite pendente, & poſt litis conteſtationem, vt refert deciſ. Franc. Mar. *deciſ.* 179. Quæ opinio in Regno noſtro nullam patitur controuerſiam, eoque millies in omnibus Italiæ Tribunalibus ſecundùm illam fuit iudicatum.

Si ergo fructus percepti, etiam lite pendente, non poſſunt peti, ſed Actor debet eſſe contentus reſtitutione rei; quomodo igitur poterit D. Elionora aſtringi ad reſtituendum ratam dictorum fructuum, data impotentia petendi relaxationem officij? tum quia finita prima locatione facta quondam Martino, officium iam erat reſtitutum, tum etiam quia iam triennio, ante litem, officium erat ab ipſo

ipſo Actore reſignatum, & alteri à S.M.collatum,& ſic D.Elionora conuenta non caſu, & facto ſuo, ſed dolo cum reuerentia, & facto D. Ioannis, qui contra promiſſa venit, reſignando officium locatum mercede anticipata, priuata fuit poteſtate relaxandi officium prædictum.

9 Nec dicat Pars, quod in locatione, fructus conſiderantur vt quid principale, & non vt acceſſorium, prout in vēditione, & quod propterea Iudicium læſionis, finita locatione, habet ſubiectum reſtitutionis, dum cenſentur fructus rei locatæ principaliter venditi, qui poſſunt reſtitui, & quod ex hoc poſſit inferri, quod opinio Cagnol. & aliorum DD. qui dicunt, quod remedium legis 2. *C. de reſcind. vend.* non procedit in venditione facta ad tempus, tem-
10 pore ipſo elapſo, non opitulatur D. Elionoræ ad coadiuuandam opinionem Decij contra Pinell. & ad augendum numerum DD. tenentium eandem Decij opinionem, eo quod temporalis venditio alicuius rei eſt quid diuerſum à locatione, & à venditione fructuum; ſiquidem pro parte Dominæ Elionoræ replicari poterit, quod aſſumptum Partis non eſt verum, & per conſequens illatio falſa.

Primum probatur, nam fructus in locatione non veniunt principaliter, ac ſi fructus tantùm eſſent venditi, ſed in conſequentiam contractus locationis rei locatæ, vt colligitur ex diffinitione locationis, quæ nil aliud eſt, ſecundum Azonem in Sum. quam perſonæ, vel rei ad vſum facta conceſſio, & non venditio fructuum,& ideò dum locatio eſt conceſſio rei ad vſum, res ipſa eſt illa, quæ in contractum venit, & quæ reſtitui debet reſciſſo contractu, & fructus percipiuntur à conductore mediante locatione rei ſibi ad vſum conceſſæ,& ſi aliter eſſet, non daretur in Iure contractus locationis, ſed tantummodo venditionis, quod eſt ridiculum, & conductor perceptis fructibus, amplius non poſſet vti
11 re ſibi locata, quod eſt abſurdum. Item ſi in locatione cenſentur tantummodo venditi fructus rei locatæ,conductor non poſſet petere remiſſionem mercedis ob illius ſterilitatem; nam periculum rei venditæ pertinet ad emptorem. *l. id quod*,& *l.neceſſario, ff. de peric. & commod. rei vend.*& *C.eod.tit.l.1.& Inſt. de contrah. empt. §. cum autem*; & tamen contrarium diſponitur in conductore, vt habetur *in l.licèt,C.locat. l. ſi merces, §. vis maior, ff. eod.* ergo, vt dixi, aſſumptum non eſt verum, quod fructus in locatione tantummodo venditi cenſentur: & illatio eſt etiam falſa; nam inter locationem, & venditionem ad tempus nulla adeſt differentia, & ſunt ſinonima; nam venditio ad tempus, locatio eſt, nullum enim diſcrimen conſiderari poteſt inter vnum, & alium modum contrahendi, vt in indiuiduo fundat Tiraq. *de retract.lign.§.1.gloſ.14.num.86.* ad quod facit ſingularis doctrina Bald. *in rubr. C. de vſur. num.14.& 15.* vbi dicit, quod ille, qui ad tempus emit, virtualiter non intendit acquirere, niſi commoditatem perceptionis fructuum, durante illo termino, imò, qui fructus vendit ad certum tempus, cenſetur locare rem, & verbum, *vendo*, tranſfunditur in ver-
12 bum. *loco*, & pretium in mercedem; & talis venditio eſt vera locatio, adeò quod conductor poteſt petere remiſſionem mercedis ob ſterilitatem, quia per nuncupationem contrahentium non poteſt mutari veritas contractuum, vt copioſiſſimè fundat Menoch. *conſ.27. num.42. vſque ad 47.* cui nihil addi poteſt. Remanet igitur fundatum, opinionem Decij contra Pinel. eſſe veram, communem,& melioribus rationibus fulcitā.Habemus omnino pro noſtra opinione infraſcriptos DD. Decium. Aluar. Valaſc.qui dicit, quod ſecundùm opinionem Decij pluries fuit iudicatum. Menoch. Deciſ.Rot.Florent. vbi dicit, quod Rota ſequuta fuit in iudicando opinionem Decij. Card. Tuſcum.

Et ſi attendimus ad fundandam communem opinionem, relationem Doctoris, habemus Ariſm.Tepa. qui omnes loquuntur in locatione. Cagnol. & ante ipſum Roman. Claud. Saiſ. Pantal. Crem. & Fabian. qui loquuntur in venditione ad tempus, quæ locatio eſt, vt ſupra eſt fundatum, ac etiam Aim.Crau.à Card.Tuſch. alleg.

Non obſtant verò doctrinæ DD. pro contraria 13
opinione adductæ, videlicet Pin.quia rationes non concludunt, dum enim Pin.fundat ſuam opinionem in eo ſcilicet, quod finita locatione, adhuc viget legis ratio, obſtat ei communis opinio, nam remedium legis 2. datur ad rem conſequendam, & non ad ſupplementum pretij, vt ſupra eſt fundatum, & propterea re non exiſtente, ceſſat legis ratio. Item quatenus dicat,quod ſicuti finito contractu emptionis, & venditionis, traditione rei, & ſolutione pretij, conceditur remedium legis prædictæ: ſic non eſt denegandum, finita locatione, non bene argumentatur, ſalua pace tanti viri; nam multum intereſt inter extinctionem rei in contractum deducti, & perfectionē contractus,primo caſu nō durat effectus contractus, nec adeſt res reſtituēda:in ſecundo adeſt vterque, ſcilicet effectus, & res, & non dicitur contractus finitus, ſed perfectus, nos enim non dicimus, quod non datur actio legis 2. contractu locationis perfecto, traditione rei, & pactione mercedis, ſed affirmamus remedium legis prædictæ, ceſſare finita locatione, & reſtituta re locata; & ideo argumentum doctiſſimi Pinelli corruit, vltra quod tali argumento obſtant duæ communes opiniones ſupra relatæ; ſiquidem omnes DD. quos viderim *in allegatione leg. ſi quis cum alter, ff. de verb. oblig.* & alibi,vt ſupra eſt fundatum, dixerunt,quod remedium legis 2. non datur in venditione rei ad tempus facta, tempore elapſo, & alij, quod non competat perempta re vendita; & tamen omnes ſupponunt contractum perfectum, traditione rei,& ſolutione pretij,quæ rationes nō fuerunt cōſideratæ à Pinello,& ideò non eſt mirum,ſi contrariam opinionem pro vera habuit Alex. *in conſ.107. num.18. lib.3.* nec imaginariè articulum propoſitum tractat Anton. Gama. *in deciſ. 251.* fundat ſuam deciſionem in lege illius Regni, & propterea non meretur allegari in deciſione facienda in Conſ. Regni Neapolis, vbi non viget lex illa particularis. Aluar. Valaſc. non ſolùm non tenet opinionem Pinelli,ſed illam improbat, atque confutat, & tenet opinionem Decij, & propterea eſt delendus à numero. Matienſ. refert tantummodo opinionem Decij, & Pinelli, & neminem approbat,vel reprobat,& ideò non eſt connumerandus inter ſequaces opinionis Pinelli. Ceual. idem facit, & penitus nihil dicit, imò videtur eſſe cum Decio; ſiquidem *in quæſt.443.* eſt in opinione,quod re perempta,ceſſat remedium læſionis.

Gutier. attento iure communi videtur inclinare in opinionem Decij, quia *in quæſt.137.* tenet, quod re perempta, ceſſat remedium Læſionis, ſed dicit, quod opinio pinelli eſt æqua, & ſubdit iſta verba. *Sed quod magis vrget pro hac ſententia, quam reputo veriorem, & in praxi tenendam,eſt noſtra lex.1.tit.11. lib.5.noua recompilationis*: Ergo in Regno noſtro, vbi non viget illa lex,non eſt curandum de opinione Gutier.

Fachin. vltimo loco allegatus quæſtionem non diſputat

diſputat, nec doctores allegat, adhæret tamen opinioni Pinelli abſque alio fundamento, & proptereà de eo non eſt curandum. Nam DD. qui non diſputant articulum, ſed ſimpliciter adhærent alicuius Doctoris opinioni, non ſunt in cōſideratione pro facienda communi opinione. Abb. *in cap. bonæ el 2. num.30. verſic. ſed mihi, de poſtu. prælat.* Fulgoſ. *conſ.* 101. *num.3. verſ. namque,* Iaſ. *conſ.151. verſic. dicitur, col.3. lib.4.* Silua. *nupt. lib.5. num.29.* Socc. Iun. *conſ.* 1. *num.143.* Rim. Iun. *in leg. vt vim. num.598. ff. de inſt. & iur.* Strac. de Sponſ. *par.4.9.* quæſo igitur, num remanet fundatum, opinionem Decij eſſe veram, communem, comprobatam exemplo rerum iudicatarum, & optimis rationibus fulcitam.

15 Secunda verò principalis concluſio eſt adeò clara ad excluſionem intentionis D. Ioannis, quod non patitur diſputationem; ſiquidem contractus locationis emolumentorum officij, ſeu Gabellæ, aut alterius rei eiuſdem qualitatis, non poteſt reſcindi ex capite læſionis, eo quod nulla læſio conſiderari poteſt, quando venduntur, vel locantur redditus incerti futurorum annorum ex diſpoſitione text. *in l. ſi ea lege. Cod. de vſur.* & ibi Bald. *num.10.* facit text. *in leg.1. Cod. de pact.* & *in leg. fideicommiſſo. Cod. de tranſact.* & in propriis terminis conſuluit idem Bal. *in conſ.242. vol.5. col.3. verſ. cùm verò,* vbi dicit, quod Vniuerſitas conqueri non poterat, ſi conductor pedagij multùm lucratus fuerat, Purpur. *in conſ.492. num.35. lib.2.* Menoch. *in conſ.843. nu.34.* Cremen. *in dict. leg. num.134.* Ant. Padilla idem affirmat in conductione fructuum alicuius beneficij, vel iuris exigendi tertias regias. Hinc in Regno Hiſpaniæ certa lege ſtatutum fuit, ceſſare remedium læſionis in conductione gabellarum, vt Padil. not. ibidem *num.15.* videtur enim eo caſu ſola ſpes empta, vel locata, quæ vendi, vel locari poteſt, *leg. nec emptio, ff. de contrah. empt.* & *leg. ſi iactum retis, cum ſimil. ff. de actio. empt.*

Nec obſtat, quod idem eſſet dicendum in conductione prædiorum, vel domus, quia in eis non adeſt tanta incertitudo, cùm de ſui natura producant certam quantitatem fructuum, perceptio autem fructuum ex pedagio, ſeu gabellis, tota dependet ab euentu fortunæ, ita in propriis terminis Menoch. *conſ.844. num.6.*

16 Eſt bene verum, quod ſi tempore locationis, inſpecto futuro periculo, & deductis expenſis, ſpes illa æſtimaretur communiter vltra dimidiam conuentæ mercedis, tunc bene diſpoſitio illius legis 2. habet locum, quæ quidem æſtimatio erit facienda habito reſpectu ad illud, quod res illa ſolita erat locari tempore contractus, Roman. *in conſ.368. n.9. & 423. num.1. & 2.* Ad dignoſcendam enim læſionem vltra dimidiam, non æſtimantur fructus, qui percipiuntur ſingulis annis; ſed inſpicitur valor temporis contractus. *leg. ſi in voluntate, in fin. Cod. de reſcind. vend. leg.3. §. Diui fratres, ff. de iure fiſci,* & *cap. cum cauſa, extr. de empt. & vend.* quia cum poſtea potuerit ita minui, ſicut augeri res deducta in contractu, læſio ſi qua obuenit ex caſu, non habetur in conſideratione *dict. leg. fideicommiſſo. Cod. de tranſact.* & in propriis terminis Bart. *in leg. cotem ferro, §. qui maximos, ff. de public. & vectig. in leg. ſi merces, §. vis maior, ff. locat.* & *in d. l. 2. num.16.* & Bald. *in conſ.475. num.12. lib.1.*

17 Sed ſic eſt, quod Pars inſpecto tempore contractus, deductis expenſis neceſſariis pro regimine officij, quæ debent deduci ad finem dignoſcendi verum valorem rei, vt pulchrè declarat Bald. *il dict. leg.2. num.37.* & habita ratione anticipationis factæ tempore contractus, prout de ea habendam eſſe rationem refert Menoch. *in prealleg. conſ.844. num.55.* non poteſt fundare læſionem vltra dimidiam iuſti pretij, vt in nota facti eſt fundatum, & cùm ſimus in venditore, ſeu locatore dicente ſe læſum vltra dimidiam, omnes DD. conueniunt, tunc dici læſum vltra dimidiam iuſti eiuſdem rei valoris, veluti ſi res quæ valebat, vel fuit in redditu decem, fuerit vendita, vel locata pro quatuor, aut minus quinque prout eſt gloſ. communiter approbata *in dict. leg.2. in verſ. Iudicis, Abb. in cap. cum dilecti, num.2. de empt. & vend.* licet differant in emptore, ſeu conductore, prout latè diſſerit Couar. *dict. lib. var. reſolut.2. cap.3. num.* 8. Ergo acto intentata per D. Ioannem corruit.

Tertia quæſtio eadem facilitate deciditur; ſiquidem conductor ex maximo lucro non cogitur duplicare penſionem, tex. eſt ad litteram, non violando eam, *in leg. ſi merces, §. vis maior, ff. locat.* ibi, quia immodicum lucrum ab eo non auſertur, & licet gloſ. aliter intellexerit litteram, nihilominus communiter reprobatur, vt tenent Salyc. Fulgoſ. & Paul. ibidem, ſequitur Aret. *in leg. ſi quis cùm aliter. num.8. ff. de verb. oblig.* Pinell. *in dict. leg.2. cap... num.34.* Berta. *in tract. de gabell. part.2. num.39.* Ant. Gomeſ. *de contract. cap.13. numer.19.* Ferdin. Vaſ. *2. tom. quæſt. vſufrequent. lib.6. cap.54. num.10.* Valaſ. *de iure emphyt. quæſt.27* 18

Quod in caſu noſtro abſque difficultate procedit; ſiquidem renunciatum fuit à Ioan. Baptiſta iuri petendi excomputum, vel diminutionem penſionis, quando emolumenta decreſcerent ex quauis cauſa opinata; nam ſicuti Io. Baptiſta non potuiſſet emendam petere à D. Ioanne in caſu diminutionis: ita D. Ioannes non poteſt agere ad ſupplementum ob augumentum emolumentorum, Brun. in propriis terminis *in tract. de augum. concluſ.23. & 24.* quem refert, & ſequitur Steph. Grat. *in deciſ.* Rot. Marchi. *deciſ.85. num.5.* 19

His accedat, quod augmentum in caſu noſtro potiſſimum ſuperuenit ex induſtria conductoris, nouas comitiuas introducendo, idemque officium ab introductione nouæ conductæ defendendo; vt latiſſimè eſt deductum in facto, & ſecundum hanc opinionem fuit in Regia Camera iudicatum in cauſa Io. Aloyſij Boſ. cum Baptiſta Balſamo, vt patet in proceſſu *fol.619. à terg.* 20

Ad quartam verò concluſionem arbitror non eſſe deueniendum, ſiquidem ex tribus iam reſolutis detectum fuit, quàm vana ſit Partis prætenſio; tamen, vt nihil intactum remaneat, dicimus in facto fuiſſe probatum, contractum celebratum in anno 1586. inter D. Ioannem, & quondam Ioan. Baptiſtam, fuiſſe ſequenti anno ratificatum ſpecificè, quo fit, vt ſi aliàs remedium legis 2. competeret Actori aduerſus contractum primum, ad præſens tali actioni præcluditur via; ſiquidem data confirmatione, ſeu ratificatione prioris contractus, ceſſat tale remedium, latè Rolan. à Valle *conſ.59. vol.1. num.30. & 33.* Crauett. *conſ.151. num.31.* & *conſ.160.* Dec. *conſil.* 180. *poſt num.5. verſ. ſecundum,* vbi additio Tobi. Non. *conſ.68. num.3.* Caccher. *deciſ.39. num.15. ver. contraria verò opinio,* & iterum *deciſ.90. numer.5.* Cotta. *in memorial. verb. geminatio verborum,* & in ſpecie quod excludat læſionem, tradiderunt Couarru. *in cap. quamuis. part.3. §. fin. num.6. verſ. octaua concluſio, de pact. in 6.* poſt Dec. *conſil.216. ad fin.* Caſſan. in conſuet. Burgund. *rub.7. §.12. numer.37. verſic. aduerte,* Rub. Alex. *conſil.133. num.9.* 21

Quinta, & vltima quæſtio non eſſet diſputabilis, 22 ſi

ſi Pars aduerſa verum, & non aëreum factum ſuppoſuiſſet, ſed quia illud, quod nunquam fuit expoſuit, & ſuper eo iuris concluſiones applicauit, ideò ſum coactus verum factum narrare; & in ſimul fundare, quod quicquid fuit à parte allegatum, aliam, & non preſentem cauſam reſpicit. Suppoſuit Pars aduerſa ad fundandum dolum Martini, & per conſequens nullitatem primæ locationis, quod Martinus Zapata ante quam proficiſceretur Hiſpaniam ad conducendum officium, ſublocauerat membra illius, ac ſi officium prædictum ab ipſo conductum fuiſſet; & quod peius, palam, exigua mercede, occultè verò immenſa, vt mediante exhibitione prædictarum ſublocationum, potuiſſet inducere quondam D. Ioannem in anno 1578. ad ſibi locandum officium prædictum pro tam exigua penſione ducatorum 4900. tempore quo emolumenta aſcendebant ad ann.duc.12000.

Domini non poſſum non mirari, dum video Partem ſic audacter fabulam tam inueriſimilem narrare, ſiquidem Martinus conduxit officium die 13. Septembris 1578. vt patet *fol.* 654. deceſſit eodem anno, & D. Allegra mater, & hæres ſublocauit illius membra in anno 1579. 1580. 1581. vt patet *fol.* 75. & 195. Quomodo ergo Martinus defunctus in anno 78. poterat in anno 1582. reſurgere a mortuis, & Hiſpaniam proficiſci ad conducendum officium? & ſi conduxit illud in anno 78. quomodo ſublocationes factæ à ſua hærede in anno 79.80.& 81. erant actæ ad circumueniendum D. Ioannem contrahentem in dicto anno 78. certe Domini ſola iſta fabuloſa facti narratio mouere debet animum rectè Iudicantium ad repellendum Actorem à limine iſtius iudicij.

Nec eſt verum, quod tempore prædicti contractus emolumenta officij prædicti aſcendebant ad ann.duc.12000. vt Pars affirmat; ſed vix, deductis deducendis, hæres Martini conſecuta fuit illud, quod promiſit, vt in facto eſt demonſtratum, &
23 ideo ceſſat reſciſſio: de iure enim ad fundandam læſionem in contractu locationis officij, vel vectigalis, non inſpicitur illud, quod à conductore perceptum fuit poſt contractum, ſed tantummodo eſt habenda ratio fructuum trium annorum præcedentium, vt poſt Carrot. & alios ab ipſo allegatos *in tract. locationis, in tit. de conſuet. & de reſcind. vend. num.* 13. & 16. fundat Menoch. *conſ.* 1121. *numer.* 9. *vol.* 12. qui alios allegat & loquitur in conductione vectigalium Ducalis Cameræ Mediolani, imò Petr.Auguſt.Morla in Emporio iuris, *part.* 5. *titul.* 9. *quaſt.* 19. *num.* 9. *verſ.* 3. *aduerte.* eſt in opinione, quod in iudicio læſionis ad probandum verum valorem mercedis, ſeu penſionis alicuius beneficij, vel alterius rei locatæ, cuius fructus dependent à futuro euentu, ſit inſpiciendum illud quod vectigal, vel beneficium fuit in reditu per quinquennium ante contractum, nulla habita ratione fructuum, ſeu emolumentorum annorum ſubſequentium. Idem videtur ſentire Bart. *in alleg. leg. cotem ferro, §. qui maximus, num.* 8. *Cod. de public. & vectig.* dum dicit, quod in iudicio læſionis non ſunt appretiandi fructus, qui à conductore, vel locatore percipiuntur; ſed quod conſuetum erat percipi ex re locata, vel vendita ante contractum, ad quod allegat tex. in terminis *in alleg. leg. ſi ea lege. Cod. de vſur.* cum Bar. tenet Roman. *in alleg. conſ.* 423. *num.* 1. & 2. quem allegat, & ſequitur Menoch. *in eod. conſ.* 843. *nu.* 43. Sed ſic eſt, quod ante contractum Martini emolumenta officij, vt in facto eſt demonſtratum, non excedebant mercedem promiſſam, ergo contractus ille reſcindi non poteſt.

Nec poteſt annullari ob dolum, & reſcindi ob 24
læſionem conductio Ioan. Baptiſtæ; ſiquidem ſolus dolus dans cauſam contractui inducit nullitatem contractus, vt habetur *in leg. & eleganter, ff. de dol.* gloſ. *in leg. ſi dolo, in verb. deceptam. Cod. de reſcind. vend.* de quo latè Ceuall. à parte allegat. *in ſpecul. comm. opin. contr. com. quaſt.* 226. & Molin. *de contract. diſp.* 250. *num.* 5. & alij à prædictis Auctoribus allegatis, qui vnanimiter dicunt, quod dolus annullat contractum, quando alter contrahentium non erat aliter contracturus, & dolo fuit inductus ad contrahendum: & tamen in caſu, de quo agitur, talis dolus non ſolùm non fuit à Parte probatus, ſed nec deductus, & allegatus, & maxima cum ratione; nam non poterat deduci, & allegari, poſtquam D. Ioannes omnino erat locaturus: nec poterat non locare; tenebatur enim perſonaliter ſeruire in Curia S.M.

Fuit etiam in facto probatum, quod D. Ioannes requiſiuit Ioan. Baptiſtam, vt conduceret, indigebat enim magna pecuniarum quantitate, quam conſequi non poterat, niſi mediante locatione officij, & cum effectu illam conſecutus fuit à Io. Baptiſta.

Nec dicat Pars, prout expoſuit in eius ſupplicatione, quod contractus prædictus annullandus venit, eo quod Ioan. Baptiſta ſciens verum valorem officij, induxit D. Ioannem ad illud ſibi locandum pro minima, & exigua mercede; nam ſcientia veri valoris non ſolùm non eſt apta ad annullandum contractum, ſed nec eſt ſufficiens ad illum reſcin- 25
dendum, quando læſio non excedit dimidium iuſti pretij, de quo latè per Molin. *eod. tract. de contract. diſp.* 352. *num.* 15. & ante ipſum Conrad. *de contract. in compendio quaſt.* 55. *verſ. duodecimum dictum, fol. mihi* 27. & eſt communis opipinio, licèt Couarr. aliter ſentiat quando cauſa ageretur in Curia Eccleſiaſtica; tunc enim ſecundùm ipſum, ſcientia ſufficit ad reſcindendum, etiam non dato exceſſu vltra dimidiam. Dum ergo habemus communem opinionem pro nobis, & ſumus in foro ſeculari, ſequitur, quod Pars nullam auctoritatem pro ſe allegare poteſt, & per conſequens malè egit in iudicio nullitatis ex dolo reſultante ex ſcientia veri valoris; dolus enim apertè probari debet, cùm non præſumatur *leg. quoties, §. qui dolo, ff. de probat. cum concordantib.*

Nec minus reſcindi poteſt, vt dixi, ob læſionem; ſiquidem, inſpecto tempore contractus, quod tempus eſt attendendum, vt ſupra eſt fundatum, nulla conſiderari poteſt læſio in contractu Ioan. Baptiſtæ, 26
& maximè conſideratis illis circumſtantiis, quæ de iure alterant, & minuunt pretium rei in contractum deductæ, quæ omnes conſiderari poſſunt in caſu noſtro.

Tunc temporis vrgebat ordo S. M. pro facienda pandecta dirictuum officij, quæ ſi facta fuiſſet, emolumenta officij prædicti eſſent diminuti, & redacti ad nihilum, vt patet in inſtrumentis ſublocationum factarum à D. Allegra in anno 77. in quibus adeſt pactum, quod facta pandecta, liceat ſubcontractori recedere à ſubaffitto *fol.* 660. *à terg.* 662. & 663. timor enim belli, vel alterius futuri periculi minuit pretium, & res vendita minoris æſtimari debet in 27
iudicio læſionis, vt in propria noſtra materia fundat Surd. *conſ.* 217. *num.* 31. *in fin.* & 52. & latiſſimè D. Io.Franc. de Ponte *in conſ.* 53. *num.* 31. & *ſeq.* & 43. Ioan.Baptiſta anticipauit duc. 32000. in circa, quæ anticipatio ſimiliter minuit pretium, vt ſimiliter fundat Menoch. *in alleg. conſ.* 844. *num.* 55. Item non aderant alij conductores, qui anticipatè ſoluere

ſoluere potuiſſent tam immenſam quantitatem, vt conſiderat Conar. *var.reſol. lib. 2.cap. 3. num. 4. verſ. quinto infertur*, & Surd. loco citato. Eſt etiam habenda ratio expenſarum, & laborum, & occupa-
28 tionis perſonæ, de quo latè Alciat. *lib. 8. reſponſ. conſ. 24 num. 17.* & lariſſime D. de Ponte *in alleg. conſ. 53. num. 4. circa med.* Et finaliter eſt æſtimandum periculum euictionis anticipatæ pecuniæ (vt omnes prædicti DD. in locis allegatis conſiderant) ſi enim D. Ioannes locator deceſſiſſet ſtatim recepta pecunia, Ioan. Baptiſta amiſiſſet duc. 32000. Nam D. Ioannes tenebat officium a Regia Curia, ſua vita durante, quod periculum ad minus eſt appretiandum ad rationem duc. quinque pro centenario, vt practici teſtantur *fol.....* nec eſt curandum de fideiuſſione præſtita a prædicto D. Ioanne, ſiquidem fideiuſſor, & ſocius, fideiuſſerunt & ſamuli omnes degentes in Regno Hiſpaniæ, qui quando fuiſſent habiles ad contrahendum, & ſi idonei ad ſoluendum; adhuc vilius æſtimanda eſſet penſio locationis prædictæ ex his, quæ dixit Rip. *in reſponſ. 116. num. 4.* nam creditor eſſet coactus pro exigendo creditum ſuum, propriam domum relinquere, vel procuratorem deſtinare in longinquis partibus, quod fieri non poteſt, niſi cum labore, & immenſis expenſis, quæ omnia conſiderantur a Ripa loc. cit.

Et ex his remanet fundatum D. Comitem Villæ Medianæ malam cauſam fouere, & per conſequens D. Elionoram eſſe omnino abſoluendam.

Hæc ſcripſi in iudicio nullitatis, & læſionis ex deductis in ſupplicatione olim porrecta pro parte quondam D. Ioannis Patris. Illud enim quod ſine aliquo fundamento ad præſens allegatur ad fundandam nullitatem contractuum ex defectu regij aſſenſus, reiicitur, & confutatur ex his quæ allegaui in cauſa reconuentionis, vbi plenè fuit fundatum aſſenſum regis non fuiſſe neceſſarium in locationibus officij cuſtodis Maioris, & per conſequens ceſſare nullitatem, etiam ex allegatis ab eximio viro D. Ioan. Franciſco de Ponte meo Domino *in deciſione 47.* cui deciſioni in iſta materia nihil addi poteſt.

Cætera ſuppleat immenſa doctrina religioſiſſimorum iudicantium.

Frdinandus Brancia.

Hæc allegatio eſt impreſſa inter allegationes poſthumas Domini Conſiliarij Ioan. Andreæ de Georgio, & ſub eius nomine, & eſt 4. in ordine, ſed ex errore hæredum; eſt enim illius auctor D. Ferdinandus Brancia, qui eo tempore pro Domina Duciſſa patrocinabatur, cùm demum ad ſenatoriam dignitatem fuiſſe promotus, ordinis Calatrauæ, & Dux Beluderij.

SVMMARIVM.

1 *Locatio officij ad longum tempus, an ſuſtineri poſſit abſque Regio beneplacito, & aſſenſu.*

2 *Locatio ad longum tempus transfert vtile dominium in conductorem.*

3 *Feudorum locatio ad longum tempus an valeat ſine aſſenſu, & quid de locatione ad vitam.*

4 *Locatio ad vitam, an dicatur ad longum tempus, ſtante incertitudine ipſius vitæ.*

5 *Locatio Officij reſoluitur in contractu locationis emolumentorum.*

6 *Reſoluto iure datoris qualiter reſoluatur ius accepitoris.*

7 *Locatio officij, per quam non transfertur ius in Officio, valet.*

8 *Officialis nullum habet dominium in officio, nec ius aliquod reale; ſed eius vita exercitium, & perceptionem emolumentorum.*

9 *Locatio ad longum tempus circa prohibita alienari tunc non valet, quando ex ea poſſet transferri vtile dominium.*

10 *Dotalia bona, quæ alienari non poſſunt, poterunt à marito locari ad longum tempus.*

11 *Maritus locando ad longum tempus nullum damnum infert vxori.*

12 *Beneficia habens, vel Officia incompatibilia, quæ reſidentiam requirunt, debet perſonaliter adeſſe in loco digniori, & in alio deſeruire per ſubſtitutum.*

13 *Textus* in l. 1. C. de propoſitis agentibus in rebus, *declaratur.*

14 *Beneplacitum ſiue aſſenſus requiſitus in contractu, de quo hic, affertur.*

15 *Argumentum de feudo, & emphyteuſi ad officium qualiter valeat.*

16 *Locatio ad longum tempus iam finita operatur, vt omnia cenſeantur exempta.*

17 *Emphyteuta ſi vendit rem emphyteuticam, illa recuperata vigore pacti antecedentis ante Domini conqueſtum, res illa non cadit in commiſſum.*

18 *Auctoris proteſtatio, & declamatio contra Partis aduerſæ Aduocatum.*

ARGVMENTVM.

Officiorum locatio ad longum tempus ſuſtineri an poſſit ſine beneplacito Regio diſputatur; quod etiam in feudis, & aliis prohibitis alienari diſcutitur. Locationem ad vitam dici, nec ne ad longum tempus, reſoluitur. Officialem etiam nullum habere dominium in officio, nec ius aliquod reale; ſed eius vita exercitium, & perceptionem emolumentorum, clariſſimis probationibus oſtenditur. Beneficia, vel officia requirentia reſidentiam, ſi quis habuerit poſſe in loco digniori adeſſe, & in alio per ſubſtitutum deſeruire. Nec ſemper valere argumen-

tum

tum de feudo, & emphyteuſi ad
officium, aſſeritur.

ALLEGATIO LI.

1 VERBOR Domini, ne debile, &
inefficax partis fundamentum ex
meo ſilentio robur accipiat, in illo
ſcilicet articulo, An contractus lo-
cationis officij ad longum tempus
ſuſtinei poſſit abſque Regio beneplacito, & aſ-
ſenſu; Et licet erat mihi in animum expectare tem-
pus congruum, & præſens non conterere, dum ad-
huc talis nullitas iudicialiter propoſita non ſit; ni-
hilominus melius cogitanti, expedire mihi viſum
fuit aliqua ſcribere, circa validitatem talis contra-
ctus, ne nullitatis exceptio non confutata, impedi-
mentum præbeat, quin poſſit Sac. Conſ. Don Ioan-
nem locatorem condemnare ad emendam intereſſe
paſſi à conductore, ob voluntariam officij reſigna-
tionem annis præteritis factam in manibus Sacræ
Maieſtatis, ab beneficium quondam Marci Antonij
Iudicis, pretio recepto, locatione adhuc non finita.
2 Prætendit D. Ioannes de Taxis contractum di-
ctæ locationis declarari facere nullum; ſiquidem
ex tali locatione ad longum tempus, cenſetur tranſ-
latum vtile dominium officij prædicti in conducto-
ctorem, quod eſt prohibitum, ex his, quæ notantur
in l. 1. §. quod autem ait Prætor, ff. de ſuperficiebus: &
probatur *in l. fin. ſi ager vectig. vel emph. pet.* prout
diſpoſitum reperitur in feudo, quod locari non po-
teſt ad longum tempus, abſque Domini aſſenſu, ea
ratione, ſcilicet, quia feudatarius ſic locando cenſe-
tur ſuum vtile dominium alienare, quod non con-
ceditur abſque aſſenſu, de quo latè per Camer. *in
cap. Imperialem, de prohib. feud. alien. per Feder. fol. 18.
littera F. & G.* & ex his, & aliis prætendit, idem eſſe
iudicandum in officio, cuius venditio abſque Regis
licentia prohibita eſt, ad quod allegat Conſtitutio-
nem Regni, quæ incipit, *ſcire volumus*, & per con-
ſequens non ſolum intendit annullato contractu
emolumenta percepta à conductore recuperare, ſed
etiam fundare non dari actionem euictionis D.
Elionoræ Duciſſæ Soræ hæredi conductoris, cui in
ampliſſima forma promiſſa fuit.

At pro parte D. Elionoræ replicatur exceptionem
prædictam nullitatis ex defectu aſſenſus non eſſe iu-
ridicam. Locationem fuiſſe validam. Promiſſionem
euictionis efficacem eſſe, & per conſequens D. Ioan-
nem teneri ab obſeruantiam promiſſorum.
3 Dicit D. Elionora, quod contractus de quo agi-
tur, non ſolùm permittitur in officio abſque pericu-
lo nullitatis, ſed etiam in feudis approbatus repe-
ritur, ex quo non aliter appellari poteſt contractus
locationis ad longum tempus, licèt locatio duratu-
ra erat per annos quindecim: debet enim recorda-
ri D. Ioannes, quod ipſe non locauit officium quon-
dam Ioan. Baptiſtæ Zapatæ ſimpliciter per ſpatium
annorum quindecim, adeoque ipſo moriente infra
tempus prædictum licuiſſet conductori durante eius
vita infra dictos annos quidecim continuare. Imò
ſpecificè fuit conuentum inter ipſum, & conducto-
rem, quod ſuccedente caſu mortis in perſona D.
Ioannis, penſio anticipata reſtitueretur: cui promiſ-
ſioni acceſſit fideiuſſio, quo fit vt non aliter talis lo-
catio ex defectu aſſenſus annullari poſſit. Aliud
enim eſt locare ad longum tempus, & ab initio cer-
tum reddere conductorem pro toto tempore condu-
ctionis; aliud verò locare ad certum tempus, du-
rante tamen vita locatoris infra tempus prædictum,
vel quod maius eſt, indefinitè, vita ipſius durante.
Primo enim caſu transfertur vtile dominium in
conductorem. Secundo verò non; nam licèt quis 4
poſſit viuere centum annis, poteſt etiam ſtatim mo-
ri, & propterea ratione incertitudinis non dicitur
talis locatio ad longum tempus, & ex ea non trans-
fertur ius in re, & conſequenter eſt valida abſque
aſſenſu. Ita tenet in feudis, & fundat Camer. *in cap.
Imperialem, eodem fol. 18. littera K. L. & M.* ex do-
ctrina Iſern. *in eodem cap. num. 3. & in Conſtitutione,
Conſtitutionem diuæ memoriæ, in verſ. tranſactione,*
Ardiz. in ſumma c. 112. Capyc. *in inueſt. in verb. feud.
locationis, in fin.* Frecc. *in limit. ad Conſtit. Conſtitutio-
nem diuæ memoriæ, num. 42.* Curt. *in 4. parte tract. feud.
num. 106. in fin.* Martin. Laud. *in eodem cap. Imperia-
lem, num. 13.* Iacob. *in inueſt. in verb. ita etiam, num. 15.*
latiſſimè Schrader. *par. 6. cap. 1. num. 12.* Caſſan. *in
conſuet. Burg. rubr. 3. 4. 8. num. 40.* Dum enim D. Ioan-
nes locauit fructus & emolumenta dicti officij, du-
rante vita ſua, infra tamen tempus annorum quin-
decim, remanet fundatum contractum dictæ loca-
tionis fuiſſe validum abſque Regio aſſenſu, tum ad
finem, ne cogatur conductor reſtituere fructus per-
ceptos durante conductione, tum etiam ne poſſit D.
Ioannes ſub prætextu inualiditatis, & nullitatis con-
tractus, euitare ſolutionem intereſſe paſſi, & patien-
di ex cauſa reſignationis dicti officij infra tempus
prædictum.

Nec prædictis obſtat illud, quod friuolè Pars op- 5
ponit, nempe, quod auctoritates allegatæ procede-
rent, quando D. Ioannes commoditatem percipien-
di emolumenta Officij locaſſet, & non officium:
ſiquidem oppoſitio de per ſe exoleſcit, eo quod
aberrat à veris terminis; contractus enim locatio-
nis officij reſoluitur in contractum locationis emo-
lumentorum, eo quod in officio de per ſe ſumpto
non cadit locatio, nec dominij tranſlatio, vt infe-
rius fundabo, & propterea, vt actus valeat, verba
contrahentium impropriantur ſecundùm ſubiectam
materiam rei, quæ in contractum deducitur, vt in
propriis terminis noſtris: imò fortioribus tenet & 6
magiſtraliter fundat Soccin. *in conſ. 7. vol. 3.* vbi di-
cit, quod licet vectigal vendi non poſſit abſque
Principis licentia, qui illud conceſſerat, nihilomi-
nus facta venditione à conceſſionario, durante tamē
eius vita contractus ſuſtinetur in vim venditionis,
cōmoditatis, & perceptionis emolumentorum illius,
adeo quod Partes tenentur obſeruare contractum, &
Princeps conqueri non poteſt, nil enim in ſui detri-
mentū factū fuit: reſoluto iure conceſſionarij vendē-
tis, reſolutū cenſetur ius ementis: Hanc eandē opi-
nionem ante Soccin. tenet Bart. *in leg. cotem ferro, §.
qui maximos, quæſt. 3. num. 5. ff. de public. & vectig.* Bart.
in tract. de gabellis, part. 2. de locat. gabell. num. 12. &
optimè Rip. *in tract. peſt. num. 61.* qui de communi
teſtatur: & ex his remanet fundatum locationem of-
ficij factam à D. Ioanne, vita eius durante, infra ta-
men tempus annorum quindecim fuiſſe, & eſſe va-
lidam; illamque eſſe transfuſam in contractum lo-
cationis emolumentorum, & per conſequens aucto-
ritates ſupra adductas congruè fuiſſe allegatas, &
non ex meo capite, vt ineptè dicit qui pro parte
Comitis allegauit.

Secundo & melius (ſi in iſta materia bono me- 7
lius inueniri poteſt) dicitur, quod locatio, de qua
agitur, & ſi ad longum tempus, quod expreſsè ne-
gatur, adhuc eſt valida, & ſuſtineri debet abſque
aſſenſu, ex quo ex ea non aliter fuit tranſlatū ius in
officio. Pro cuius articuli diſcuſſione eſt ſciendum,
quod

8 quod Officialis nullum habet dominium in officio, nec ius aliquod reale, ſed tantummodo, vita eius durante exercitium, & adminiſtrationem, & perceptionem emolumentorum, de quo latè Alciat. *conſ. 31. lib. 5. fol. 51.* in impreſſione Baſilicæ *incip. quæritur*, & ante ipſum Iſern. *in cap. 1. de feud. Marchia, poſt numerum 2.* ibi; *Sicut adminiſtratio Officij.* Hinc Io. Fabr. *in §. cum autem, Inſtit. quibus modis ius pat. pot. ſolui, num. 4.* magiſtraliter dixit, quod feudatarius reſtitutus non recuperat feudum alteri conceſſum, quia Princeps reſtituendo non poteſt dominium medio tempore alteri quæſitum tollere; ſed Officialis benè recuperat officium per reſtitutionem, etiam quod alteri fuiſſet collatum, ea tantummodò ratione, quia Princeps poteſt ad ſui libitum tollere, & dare officium, ex quo in eo non cadit dominium. Faciunt etiam notata à Frecc. *lib. 2. de ſubfeud. quæſt. 50. num. 7.* in quo loco facit differentiam inter iuriſdictionem conceſſam in officium, & illam, quæ in dominium data fuit: & propterea inoleuit practica, quod quando quis vult in alium diſponere de officio, illud non vendit, nec vtitur alio habili titulo ad tranſlationem dominij, cùm illud non habeat; ſed officium reſignat in manibus Domini, à quo illud habuit, ad finem, vt de eo inueſtiri poſſit perſona, ad beneficium cuius reſignatio facta fuit, ita Rebuff. *in pract. benefic. in titul. de reſignatione expreſſa, num. 14.* & in *tract. de pacific. poſſeſſion. num. 241.* Franc. Mar. *deciſ. 228. part. 1.* quod nedum procedit in officio, ſed etiam in iuriſdictione conceſſa in officium, de quo late Fulu. Pacian. *conſ. 3. num. 9.*

9 Hoc iacto fundamento dico, quod tunc demùm locatio ad longum tempus eſt prohibita, quando ex ea poteſt transferri vtile dominium: ſed quando ille, qui locat nullum habet dominium, ſed tantummodo exercitium temporale vita eius durante, ſi poteſt tale exercitium, vel perceptionem emolumentorum ad breue tempus concedere, non prohibetur, & ad longum tempus locare, ex quo nihil plus tribuit longum, quam breue tempus, hanc diſtinctionem didici à Vincentio Carrocio *in tract. locati, in titulo, de locatione ſine tempore, num. 9.* dum tenet in conductorem ad longum tempus, vſusfructus, vel appaltus Gabellarum non tranſire vtile dominium, vel aliquod ius in re, idem dixit Ruin. *conſ. 216. n. 14. vol. 1.* & expreſſiùs Bald. *in leg. 1. nu. 29. verſ. ſed adhuc non eſt reſponſum. C. de confeſſ.* Hanc eandem opinionem affirmauit Bald. Nouell. *in tract. dotis, part. 7. ſpec. 1. num. 19.* vbi limitat diſpoſitionem legis Iuliæ prohibentis alienationem fundi dotalis, non habere locum in locatione ad longum tempus facta à marito; nam licèt communiter teneatur, quod

10 illa ſit alienationis ſpecies, adeo quod prohibitus alienare, cenſetur etiam prohibitus ad longum tempus locare, tamē ſecus eſt in marito, quia maritus ſic locando non abdicat à ſe verum dominium, ideo non prohibetur talem contractum facere, reſoluto enim iure ſuo, reſoluitur etiam & locatio. Ante ipſum idem voluit Boſch. *in tract. de legit. nupt. par. 6. num. 57.* Hanc eandem opinionem ſequitur doctiſſimus Pinell. *in l. 1. C. de bon. mater. num. 71. in fin. verſ. longum tempus*, vbi non ſolum ſequitur Bald. opinionem, ſed addit, quod nec vxor in tali caſu, in vita mariti poteſt talem locationem annullare, licèt aliàs maritus rei dotalis alienationem à ſe factam vxoris nomine reuocare poſſit, ad not. per gloſ. & DD. *in princ. Inſtit. quib. alien. licet.* Pinell. ſequitur Barboſa

11 *in l. ſi filiusfam. §. fin. ff. ſolut. matrim. n. 11.* & ratio eſt, quia maritus, qui temporaliter eſt dominus rei dotalis, & vſufructuarius, qui vita durante perceptionem fructum habet, vel officialis, cui tantùm in vita exercitiū officij conceditur, & emolumentorum perceptio, locando ad longum tempus fundum dotalem, vel commoditatem vſufructus, aut perceptionem emolumentorum officij; nullum damnum inferunt vxori, proprietario, aut domino; tum quia non poſſunt ius in re transferre, ex quo illud non habent, tum etiam, quia per mortem reſoluitur talis locatio. Nec dicatur quod exempla adducta, & doctrinæ allegatæ non poſſunt habere locum in caſu noſtro in quo exercitium officij cum perceptione emolumentorum fuit locatum, quod videtur prohibitum, dum aliàs fundaui, quod officium non poteſt exerceri abſque Regis diplomate, ſiue ad modicum, ſiue ad longum tempus: nam replicatur, quod Don Ioannes vtrumque legitime fecit, valide enim tranſtulit officij exercitium, vt inferius fundabo, & abſque timore nullitatis locauit emolumentorum perceptionem, vt ſupra clariſſimè fuit demonſtratum. Primum probatur abſque difficultate; nam Don Ioannes habet à Rege poteſtatem exercere faciendi officium per ſubſtitutum; quæ poteſtas fuit ſibi conceſſa tempore, quo de officio fuit inueſtitus; fuit enim D. Ioannes creatus Curſor Maior, cuiuſuis ditionis potentiſſimi Regis noſtri; & propterea ſi ei non fuiſſet conceſſa facultas ſubſtituendi in officiis, conceſſio fuiſſet inutilis, cùm non poterat in eodem tempore in quolibet Regno perſonaliter adeſſe; quæ poteſtas deſeruiendi per ſubſtitutos quando expreſſa non fuiſſet in priuilegio, adhuc à iure ſubintelligeretur, doctrina eſt Gemin. *in c. non poteſt, §. illud autem, de preben. in 6.* 12 *n. 11.* vbi tenet, quod ille cui fuerunt duo beneficia, cōceſſa quæ reſidentiā requirunt, debet perſonaliter adeſſe in loco digniore, & in alio deſeruire per ſubſtitutum. Idem tenet Rebuff. *in praxi benef. in tit. de diſpenſatione de non reſidendo, num. 28. fol. 230.* in magnis per tex. *in c. extirpanda, §. qui verò, de preben.* & hoc nullum habet dubium, & ſi aliter diceretur, conceſſio eſſet inutilis, & experientia docet; nàm D. Ioannes reſidere debet, prout reſidet in curia Domini noſtri Regis, in aliis verò Regnis, & ditionibus per ſubſtitutum deſeruit, ad quod facit text. *in d. l. de pollicitationibus, ff. de pollicit.* ibi, *Cùm, & abſens per amicum perficere iſtud opus*, per quem text. Camillus Gallineus *in tract. de verb. ſignif. lib. 1. c. 17. num. 9.* dixit quod electus ad aliquod exercitium, etiam quod in electione contemplata eſſet induſtria eius perſonæ, adhuc poteſt ſuſtituere, quando tempore electionis erat abſens, vel ex poſtfacto abeſſe cœperit ex cauſa neceſſaria nota Principi, qui illum elegerat, ad quod allegat tex. *in l. ſi abſenti, ff. de legationibus*: hanc eandem opinionem tenet Roman. qui alios allegat *in l. ſi vero, §. de viro, ff. ſol. matrim. num. 38. facit l. ſi Titius, §. fin. ff. de excuſ. tut.* ibi, *neceſſitati erit ſuccurrendum.* Quod etiam procedit quando aliquod officium eſſet alicui conceſſum ob magna ſeruitia, prout verificari poteſt in caſu noſtro: nam D. Ioannes de Taxis habuit officium ob 13 ſeruitia, vt in priuilegio expreſſum reperitur, ad quod facit tex. *in l. 1. C. de propoſit. agent. in rebus*, ibi. *Conſideratis præcedentibus eorum laboribus, per ſubſtitutum præfatum munus eos implere præcipimus.* Si enim D. Ioannes poterat exercitium officij in alium transferre abſque Regis licentia, tam ex iuris diſpoſitione, quàm ex poteſtate ſibi à Rege tributa, & emolumenta locare, ſua vita durante, vt ſupra fuit fundatum, vt optimè tanquam Iudex decidit D. Io. Franciſcus de Ponte in terminis terminantibus noſtris, immò in eodem officio Curſoris Maioris *in deciſ. ſuper impreſſa 37. per totam*, quæ omnino eſt videnda

denda pro deciſione huius articuli; perneceſsè ſequitur quod contractus de quo agitur ſemper fuit validus quò ad Ioan. Baptiſtam, & D. Ioannem (dixi quò ad prædictos, ne qui Partis iura tuetur, capiat me in ſermone.

14 Et licèt ex prædictis articulis nullitatis ex defectu aſſenſus eſt in tuto, nihilominus ad claudendum os Partis, nouiſſimè fuerunt exhibitæ literæ exequutoriales Regiæ Cameræ de anno 1579. cùm inſerta forma literarum Suæ Maieſtatis, & decreti Collateralis Conſilij, ex quibus nedum habemus Regis beneplacitum in contractu quondam Martini, & aliorum ſubſequentium, ſed approbationem perſonæ Ioan. Baptiſtæ Zapactæ in exercitio dicti officij. Fuit enim, mortuo Martino Zapacta, qui officium conductum tenebat a D. Ioanne, diſceptatum, cui erant dirigendi Regij ordines in concernentibus officium Curſoris Maioris, & cui concedendum exercitium illius; fuerunt exhibitæ literæ Inuictiſſimi Regis Philippi II. directæ Duci de Alcalà, in quibus Maieſtas ſua ordinauerat, quod exercitium dicti officij, attentis priuilegiis conceſſionis illius, concederetur illi, qui mandatum habuiſſet à Don Ioanne.

Fuit etiam exhibitum inſtrumentum procurationis factæ à D. Allegra hærede dicti quondam Martini in perſonam Ioan. Baptiſtæ, quibus omnibus viſis, Collaterale Conſilium, aſſiſtentibus in eo Reuertetio, Salernitano, & Salazar, cenſuit, exercitium officij prædicti eſſe D. Ioanni Baptiſtæ concedendum, provt verè fuit conceſſum, ex quibus reſultant infraſcriptæ deciſiones.

Prima, quod D. Ioannes habebat poteſtatem ſubſtituendi in officio prædicto. Secunda, quod exercitium officij erat concedendum illi, qui habuiſſet mandatum à D. Ioanne abſque alia Regis approbatione. Tertia, quod locatio habet vim mandati, & ſubſtitutionis. Quarta, quod locatio ad longum tempus in officio non eſt nulla, immò permiſſa, poſtquam exhibito inſtrumento, facta mentione de tempore fuit conceſſum exercitium officij procuratori D. Allegræ hæredis Martini, qui illud conduxerat ad decennium. Quinta, quod perſona Io. Baptiſtæ fuit approbata à Vicerege, & Collaterali Conſilio in exercitio officij prædicti, & propterea non aliter fuit impetratus aſſenſus Regius à Ioanne Baptiſta in ſecundo contractu per eum celebrato cum Don Ioanne, ſiquidem erat conſcius determinationis iam factæ, & ſi aliter iudicaretur hæres prædicti Ioan. Baptiſtæ, veniret decepta ſub clypeo conſultationis Regiæ Cameræ, & decreti Collateralis Conſilij, & literarum ſuæ Maieſtatis, quod non eſt permittendum.

15 Et ex his patet quàm impertinens ſit Partis illatio, ſcilicet de feudo, & emphyteuſi, ad officium de quo agitur, conceſſum cum clauſulis prædictis, & de locatione ad longum tempus ſimpliciter, ad contractum noſtrum, & quàm incongrua ſit diſpoſitio conſtitutionis, *ſcire volumus*, cum doctrina Maricondæ; ſiquidem conſtitutio prædicta, licèt vendicare ſibi locum non poteſt in caſu noſtro ex ſupraſcriptis, tamen fuit correcta, quoad officia, in quibus adminiſtratio iuſtitiæ non incumbit per Capitulum Regno conceſſum in anno 1539. *cap.* 4. *fol.* 128. in libro Capitulorum, & propterea millies fuit iudicatum non dari reuocationem vigore Conſtitutionis *Conſtitutionem diuæ memoriæ*, in contractu venditionis officij, & particulariter in cauſa Sadeulis, & Commiſſarius cauſæ fuit D. Io. Franciſcus de Ponte.

16 Vltimò, vt in hac materia nil intactum remaneat, dico, quod & ſi omnia, vt ſupra fundata corruerent, adhuc Pars debet ſuccumbere, ſiquidem re non integra, & reſoluta cauſa nullitatem præbente, iudicium intentauit, quod de iure non permittitur; nam licèt ex locatione ad longum tempus tranſeat ius in re, & vtile dominium in conductorem, nihilominus finito illo tempore longo, omnia extincta cenſentur, & nullum effectum producere poſſunt, ita Ruin. *conſ.* 167. *num.* 12. *volum.* 1. Burſat. *conſ.* 13. *num.* 13. *volum.* 1. Rimınal. Iun. *conſ.* 234. *num.* 19. *volum.* 3. Gozzadin. *conſ.* 94. *num.* 51. Marc. Anguiſſ. *conſ.* 71. *num.* 10. quos citat Caue'. *deciſ.* 44. *numer.* 79. *part.* 1. Intentauit enim prætenſum iudicium nullitatis Pars in anno 1603. quo tempore prima locatio erat iam extincta in anno 1590. & ſecunda fuit reſoluta per reſolutionem in anno 1600. ergo ceſſante cauſa nullitatis ceſſat, & nullitas; ſicuti dicimus in caducitate reſultante ex venditione;
nam ſi emphyteuta vendit rem emphyteuticam, illa 17
recuperata vigore pacti antecedentis, ante Domini conqueſtum, res illa non cadit in commiſſum. Nam prima alienatio fuit reſoluta, & habetur ac ſi nunquam alienata fuiſſet, de quo per Dec. *conſ.* 88. *n.* 3. Si ergo illud ius in re, quod præbuit cauſam nullitati eſt reſolutum, quomodo hodie Pars poteſt habere tale remedium nullitatis non exiſtente materia? Remanet igitur fundatum contractum fuiſſe validum, & per conſequens dum D. Ioannes pendente locatione voluntariè reſignando officium, pretio recepto, extinxit locationem, tempore quo, & mercedem anticipatam receperat, non poſſit effugere quin teneatur emendare omne intereſſe paſſum, & patiendum, accedente etiam ampliſſima promiſſione euictionis.

Hæc pro cliente ſerioſius quàm oportuit ſcripſi 18
aduerſus lacinioſa aduerſariorum ſcripta. Remanet vt aliquā pro me ipſo dicam; accuſor enim præuaricationis, quod in eodem iuris articulo, de quo nunc agitur pro D. Ioanne de Taxis auctore laudato à quondam Marco Antonio Iudice, contrarias partes ſuſtinuerim, atque defenderim; & licet an calumniis reſponderem iure dubitaui, non enim a iudicio procedunt, ſed a morbo; tamen ne quis ſilentium meum in conſenſum ducat, & credat approbata a me, quæ confutata non videt: vnum tantum dicam, ſcilicet, nunquam factum, natura mea, & conſuetudo abhorret, vt bene ſcire poteſt, qui contra me inuexit. Recordetur quæſo, in quo proceſſu percunctauit inſtantiam Marci Antonij Iudicis laudantis in auctorem quondam D. Ioannem de Taxis, & quando vidit dictum D. Ioannem coadiuuantem Marcum Antonium litigantem cum D. Elionora, & me defendentem D. Ioannis partem. Ego verò contrarium tunc feci, & nunc inſpicio, dum cartas proceſſus reuoluo, legat quæſo, quæ continentur in *fol.*.... & poſtmodum reſcribat, & inuehat, in tempora, & in mores; & ſi ego quando Marcum Antonium defendi, appellaui Ioannem Baptiſtam intruſum, bene feci, officium abſque labe intruſionis, ſine Principis diplomate exerceri non poteſt. Hodie dum partes D. Elionoræ ſuſtineo in alia cauſa, epitetum ſubſtuli; nam Regia licentia exhibita, & fundata fuit. Iura, quæ pro D. Elionora allegaui non ſunt apta ad nocendum Marco Antonio Iudici in illa cauſa.

Stant iſta ſimul abſque repugnātia, quod contractus ſit validus, & quod ſingularis ſucceſſor non teneatur ſtare locationi, vt eſt notum lippis, & tonſoribus, in quo igitur erraui? & ſi purgatio ſola propoſita non eſſet, ſed vltio eodem telo ex vtraque parte effecto acuto aduerſarium offenderem. Non-

ne

ne vir iſte doctiſſimus in illa cauſa tanquam Iudex votauit, & ſecreta D. Elionoræ audiuit; quomodo nunc, ſi illa eſt eadem cauſa cum iſta, pro D. Ioanne tanquam Aduocatus interuenit, videat quæſo Franc. Marc. *deciſ. 696. volum. 1.* Inſuper ſi tanquam Iudex affirmauit licuiſſe D. Ioanni vendere officia, de quibus agimus abſque Regis licentia, vt patet in *deciſ. ſua impreſſa* 37. Quomodo eodem tempore, quo deciſio illa erat ſub prælo, contrarium tanquam Aduocatus conſuluit, & tam acriter defendit? Sed abſit a me conuitium. Senſum vltimi periodi, quod incipit, *At quod veritas*, poſiti in nouiſſimis Allegationibus, non intelligo, vnuſquiſque noſtrum pro veritate pugnat. Cecini ſſe me Claſſicum ante Victoriam non memini, & ſanguinis nexu, & non ſub ſpe futuri præmij Ducillam defendi. Conuitiis, & maledictis abſtinui. Aduocatos alterius Partis honorificis verbis proſequutus ſum, nihilque à me prætermiſſum eſt, quod modeſtiſſimum virum deceat. Aduocatorum perfidia accuſatur in his, qui non tantùm ad Victoriam legibus, ac rationibus intendunt, quàm ad pecuniam acquirendam. Ego quam ſemper in agendis cauſis veritatem profeſſus ſum, eandem in hac profiteor, & profitebor, atque pro dignitatis meæ defenſione dixiſſe ſufficiat. *Ferdinandus Brancia.*

Et hæc quoque allegatio, prout præcedens ex errore eſt impreſſa inter allegationes poſthumas D. Conſiliarij de Georgio, & eſt 5. in ordine; ſed diminuta.

SVMMARIVM.

1 *Locatio officij an poſſit dici facta cum læſione propter augumentum ſuperuenientis vbertatis?*

2 *Mercedis remiſſio propter ſterilitatem quando fiat: item quid de reductione priuilegij, & remedio reſciſſorio.*

3 *Mercedis remiſſio vt ſit facienda fructus ſit coaceruatio.*

4 *Mercedis remiſſio in locatione, vel diminutio an ſint facienda propter vbertatem, vel ſterilitatem.*

5 *Coaceruatio fructuum qualiter ſit facienda pro remiſſione mercedis.*

6 *Priuilegium, vel gratuita promiſſio qualiter reducatur ad æquitatem, vſque ad numerum 9.*

10 *Reſciſſio contractus vigore legis* 2. C. de reſcind. vend. *quomodo admittat fructuum coaceruationem.*

11 *Remediũ, ſeu actio legis* 2. de reſcind. vend. *quanto tempore præſcribatur, vſque ad numerum 12.*

13 *Penſio pro contractu cenſuario vt ſit iuſta, quodnam tempus attendi debeat, vſque ad numerum 15.*

ARGVMENTVM.

Officium poſſidens, ex quo dietim emolumenta percipiuntur, ſi illud alteri locauerit, nùm poſſit contra-

ctus læſionem allegare, illam fundando ex ſuperueniente vbertate emolumentorum officij locati. Remiſſio mercedis, vt conductori fieri poſſit, an ipſi ſat ſit demonſtrare in vno ſterilitatem in re locata contiguè, vel potiùs coaceruandi ſunt fructus totius temporis locationis. Penſionis augmento an ſit locus, quando in re locata maxima contigit vbertas. Actio quæ exoritur ex diſpoſitione *l. 2. C. de reſcind. vend.* quanto tempore præſcribatur: & de aliis notabilibus ad materiam pertinentibus.

ALLEGATIO LII.

CONCLVSIONEM firmemus, Dominum Comitem Villemedianæ, vt poſſit ille obtinere in inſtituto læſionis iudicio, obſtringi demonſtrare ſe læſum tempore locationis, nec aliter eum poſſe ex ſuperueniente vebertate emolumentorum officij locati læſionem fundare, cùm id tantùm in locatoris fauorem ſit introductum, ne diminutionem pateretur promiſſæ mercedis ob ſterilitatem in re locata contingentem; ſiquidem in iſto caſu tantùm vnius anni vbertas cum ſterilitate alterius eſt compenſanda, & non ad finem reſcindendi contractum locationis ex diſpoſitione tex. *in leg. 2. Cod. de. reſcind. vend.* 1

2 Vt autem huius concluſionis veritas vndiquè pateat, ſunt diſtinguendi tres caſus, inter ſe diuerſi; habemus enim in iure remiſſionem mercedis ob ſterilitatem, de qua *in leg. ſi vno anno, ff. locat.* & *in leg. licèt, la. 1. Cod. eod.* Item habemus reductionem Priuilegij, ſeu alterius promiſſionis habentis tractum ſucceſſiuum ad æqualitatem, iuxta tex. *in cap. ſugeſtum, de decimis, cap. quanto, de cenſib.* & *in leg. penult. §. ſuper vſurarum. Cod. de vſur.* & finaliter remedium reſciſſorium, ex diſpoſitione tex. *in leg. 2. Cod. de reſcind. vend.*

3 In primo indubitati Iuris eſt, quod coaceruandi ſunt fructus totius temporis locationis ad finem iudicandi, an ſit conductori facienda remiſſio mercedis, ſic diſponitur in legibus prædictis, immò ſi mercedis remiſſio facta reperiatur ob ſterilitatem vnius anni, quod fuit remiſſum erit ſoluendum, quotieſcumque ſubſequetur vbertas; nam in iſta materia, ſterilitas vnius anni compenſatur cum vbertate alterius, vt dicit textus *in dict. leg. ſi vno, ſupra allegat.* & habetur *in cap. propter ſterilitatem, extr. loca.* Hinc dicebat Bald. *in dict. leg. licet*, quod ſi inſpecta vniuerſa locatione emergat tolerabile damnum, non fit remiſſio promiſſæ mercedis ad beneficium conductoris; ſed ſi ex immenſo damno cauſato ex ſterilitate conductor eſſet læſus vltrà dimidiam, tunc remiſſio facienda erit, & in his terminis remiſſionis procedunt Doctrinæ à Parte allegatæ, videlicet Cyn. Bald. Salic. Butr. & Imol. Quod apertiùs probatur ex his, quæ idem Cynus, & Bald. iſte *in dict. leg. licet. num. 1.* & ille *in legem Cod. locati*, docuerunt, dum propoſita quæſtione, an facien- 4

da ſit penſionis auctio ad beneficium locatoris ob maximam vbertatem, ſicut eſſet facienda diminutio in caſu ſterilitatis, reſponderunt negatiuè, & & quod non, per hoc dici poteſt, quod contractus claudicat, nec quod locator, & conductor ad imparia iudicantur; Cynus enim affert viuam rationem, dum dixit, quod locator, finita locatione perpetuò conſequitur commodum ex re locata pretioſiore effecta, & propterea non poteſt petere mercedis augumentum pro tempore, quo durauit locatio: at conductor ſemper eſſet in damno, ſi ei non fieret mercedis remiſſio, quando toto tempore conductionis læſus reperiatur: finita enim conductione, nullam ſpem habet recuperandi amiſſum; hanc eandem opinionem ſequuti fuerunt Salyc. Paul. Fulgoſ. *in leg. ſi merces, §. vis maior, ff. locat.* Aret. *in leg. ſi quis cum aliter, num. 8. ff. de verb. obligat.* Andr. Barbat. *in cap. propter ſterilitatem, num. 6. extr. loca.* Bert. *in tract. de Gabell part. 2. num.* 39. Menoch. *conſ.* 1121. *num.* 3. Valaſc. *de iure emph. quæſt.* 27. Pinell. *in leg. 2. Cod. de reſcind. vend part. 1. cap. 3. n.* 34. Io. Baptiſta Coſta *de part. rata, quæſt.* 108. *num.* 5. Franc. Marc. *quæſt.* 212. *num. 2. vol. 1.* Emanuel Suarez à Parte pro ſe allegans (vt non dicam falsò prout religioſiſſimus vir de me dixit) *in theſ. comm. opin. in verſ. Conductor, in fin.* meritò cum nonnullis a tota hac opinione diſſentiens, & Vaſquez *quæſt. vſufreq. lib. 6. cap.* 54. *num.* 10. quam communis praxis recepit, vt teſtatur Vaſquez loco citato. Ecce quomodo patet,
5 quod DD. a Parte citati, dum dixerunt, quod ſunt coaceruandi omnes fructus totius temporis locationis, non poſſunt allegari pro obtinenda reſciſſione contractus locationis, ſed tantummodo ad conſequendum mercedis remiſſionem, poſtquam communis recepit præcitatam opinionem, ſcilicet, quod immenſum lucrum à conductore non aufertur, apertè diſponit textus *in alleg. leg. ſi merces, §. vis maior, ff. locati*, ibi *Immodicum lucrum non aufertur.* licèt gloſ. aliter ſentiat, dum exponit immodicum, ideſt paruim modicum, contra tex. *in leg. non dubium, §. fin. ff. de leg. 3.* & contra ſuam expoſitionem *in alleg. §. fin. in verſ. immodicum.*

6 In ſecundo verò caſu fateor, quod priuilegium, vel gratuita promiſſio habens tractum ſucceſſiuum, ſi progreſſu temporis continet iniquitatem, quod iniquitas ad æquitatem reduci poteſt à Iudice, vel à Principe, iura enim allegata ſic diſponunt, & Cancer. à parte allegatus non aliter dicit, quod ex euentu contractus locationis, & conceſſionis in Emphyteuſim, reſcindi poteſt ob læſionem; ſed tantummodo dicit, quod quando contractus non perficitur vnico momento, & habet tractum ſucceſſiuum, & eſt explicandum aliquid in futurum ab vno ex contrahentibus, quod ad fundandam læſionem non inſpicitur tempus contractus, ſed tempus, in quo grauamen infertur, & quod Senatus Caralo. æquitatis amator cenſuit, penſiones, quæ in frumento, & oleo ſoluebantur, eſſe reducendas ad rationem ſolidi pro libra iuxta extrauag. Martini V. Summi Pont. & benè dicit, & rectè Senatus cenſuit; nam Martinus V. in extrauag. permiſit cenſualem contractum cum pacto de retrouendendo, dummodo anno quolibet, cenſus non excedat decimam partem pretij, vt habetur in Bulla inſerta *in pragm.*
7 *de cenſib.* Pone caſum quod tempore contractus frumentum vendebatur ad rationem carolenorum decem pro tumulo, fuit conſtitutus cenſus tumulorum decem frumenti pro capitali ducatorum centum, certe cenſus inſpecto tempore contractus erat iuſtus. In progreſſu temporis pretium frumenti creuit ad duplum, poſſitne creditor petere tumulos decem frumenti? certè non; nam in illo anno, in quo eſt explicandus actus ſolutionis cenſus, cenſus ille excederet decimam partem pretij capitalis, & propterea reduci debet ad verum valorem, ſeruata forma Bullæ, & in iiſdem terminis loquitur Rot. Auen. *deciſ. 66. num. 6.* & declarat bene Gaſpar. Rodr. *in tract. de ann. red. lib. 1. quæſt.* 12. *num.* 15. & procedit 8
conſ. Nat. 948. à Parte, & à Cancer. adduct. conſuluit enim Natt. quod Vniuerſitas poteſt petere reſtitutionem in integrum aduerſus liquidationem pretij ordei, & olei quod annis ſingulis tenebatur vendere ſuo Principi, & quod pretium in progreſſu temporis valdè creuerat. Alij verò DD. à Canger. allegati loquuntur in terminis *c. ſugeſtum, de decim.* videlicet in eo, qui promiſit coquere panem vnius familiæ, quæ ſi in progreſſu temporis creuerit, promiſſio erit ad æqualitatem reducenda, vt eſt videre *in conſ. Dec.* 534. *num.* 2. & deciſ. Theſ. 226. licet de opinione Natt. ſatis dubito, contrarium fuit determinatum (& benè) in Rota Auen. vt *in alleg. deciſ. 66. num. 6. verſ. anno* 1593. vbi auctor illarum refert pari voto fuiſſe deciſum, cenſum conſtitutum (non in forma Bullæ, ne implicetur contradictio cum antecedente) in oleo, & tritico, non eſſe reducendum ad valorem currentem in terminis ſolutionum, ſi attento tempore conſtitutionis fructus prædicti fuerunt iuſto pretio æſtimati, quia in materia læſionis ſunt æſtimandi fructus, pro vt valent tempore contractus, etiam ſi pretium fuerit auctum in quadruplum ex poſt facto, hanc eandem opinionem in cenſu perpetuo legitimè conſtituto ante legem prohibitiuam, tenet Rodr. *de ann. red. lib. 1. quæſt. 12. num.* 51. *verſ. ſed his non obſtantibus*: hoc idem tenet Andr. Kohl. *in lib. exercit.* 10. *numer.* 27. qui alios DD. allegat, vltrà quod opinio prædicta, 9
quod in actibus ſucceſſiuis ſit etiam inſpiciendum tempus ſucceſſiuum ad fundandam læſionem, procedit tantummodo in actibus gratuitis procedentibus ex mera liberalitate, ſecus verò in oneroſis, prouenientibus ex contractu, in quo aliquid hinc inde datur; tunc enim damnum, & lucrum ſuperueniens non attenditur; ſed probatio eſt referenda ad tempus contractus, vt fundat copioſè Maſcard. *de probat. concluſ.* 963. *num.* 7. 8. & 9. Et his luce clarior patet, quod DD. à Parte citati articulum noſtrum non tractant, & propterea de eorum dictis nulla eſt habenda ratio in deciſione huius cauſæ.

Tertius, & vltimus eſt caſus, de quo agitur, ſcilicet reſciſſionis contractus vigore diſpoſitionis legis *2. Cod. de reſcind. vend.* Videamus quæſo, in quo 10
Pars fundat ſuam opinionem, dum dixit, quod ſunt coaceruandi fructus totius temporis locationis, ad finem cognoſcendi, an locator læſus fuerit, & quod iuſtitia mercedis rei locatæ non eſt commenſuranda cum eo, quo res in contractum deducta ſolita erat locari ante contractum, & erat in fructu tempore locationis; certè Domini nil aliud Pars allegat, niſi doctrinam Ari. Pin. *in l. 2. part. 2. c. 1. num.* 27. & Guttier. *de iuram. confirm. cap.* 26. Reſolutio illarum facilis eſt, nam Ari. Pin. articulum non tractat, & Guttier. contrarium expreſsè affirmat in alio loco inferius citando. Dixerat Ari. in loco citato, *n.* 26. quod de iure communi actio leg. 2. præſcribitur ſpatio 30. annorum, de Iure Luſitan. 15. & Hiſpanico quatuor; poſt modum *num.* 27. ſubdit iſta verba: 11
Prædicta reſtrictio temporis habet tantùm locum in contractibus, qui ex conuentione conſumuntur, ſecùs verò in emphyteuſi, & locatione ad longum tempus, quia tunc læſio habet cauſam ſucceſſiuam, quæ ſingulis annis, temporibuſque ſoluendi refricatur, & ideo eius tempus non debet præſcriptum cenſeri. Nec Arius allegat tex.

in

in l. cum notiſſimi, §. in his. Cod. de praſcript. 30. vel 40. ann. optimè Pinel. dixit, ſed nihil ad cauſam; nam præſcriptio in annuis, meſtruiſque ſolucionibus, ſiue ex contractu, ſiue ex legato, non currit ab exordio obligationis, ſed ab initio cuiuſcumque anni, vel menſis, vt diſponitur *in allegata leg. cum notiſſimi*, a Pin. adducta, & propterea nil mirum ſi præſcriptio Luſitanica, vel Hiſpanica non impedit remedium legis 2. in contractu locationis ad longum tempus, vel conceſſionis in emphyteuſim: ſiquidem in principio cuiuſlibet anni incipit præſ-
12 criptio quindecim, vel quatuor annorum; & propterea quandocumque intentari poteſt pro tempore futuro, dummodò adſit læſio tempore contractus, ſicuti in Regno quotidie obſeruatur in liquidationibus inſtrumentorum; nam licèt inſtrumentum poſt annos 20. liquidari non, poſſit, vt diſponit rit. 167. nihilominus contractus cenſualis, ſiue emphyteuticus liquidari poteſt poſt tale tempus, dummodo liquidatio fiat tantummodo pro annatis 20. ſi inſtrumentum reſpectu initij erat validum: non enim doctiſſimus Pinel. dixit, quod ad fundandam læſionem in contractu locationis ad longum tempus, & conceſſionis in emphyteuſim ſint coacernandi omnes fructus totius temporis conceſſionis, vel locationis, & quod non ſit attendendum tempus contractus ad finem videndi, an penſio, ſiue cenſus fuerit iuſtus, quia omnes DD. con-
13 trarium voluerunt, tam in contractu locationis, quàm conceſſionis in emphyteuſim. Bart. enim *in leg. ſi merces, §. vis maior, ff. loc. num. 4. verſ. praterea*, tenet quod tam in contractu locationis, quam venditionis debet attendi tempus contractus, Bal. idem affirmat *in conſ. 475. num. 12.* dicendo quod tempus emergens poſt locationem non eſt in conſideratione in materia læſionis, Rom. idem *in conſ. 423. n. 1. in conſ. 369. num. 9.* Angel. *in conſ. 312. num. 5.* Iaſ. *in conſ. 54. vol. 1. poſt num. 17. in nouis, & 5. in antiq. verſ. & pro hoc loquitur in conceſſione ad libellum facta.* Soccin. Iun. *conſ. 68. num. 5. vol. 2.* Cagnol. *in repet. leg. 2. C. de reſcind. vend. num. 219.* refert quæſtionem alias agitatam ad inſtantiam cuiuſdam Principis, qui volebat reſcindi facere conceſſionem in emphyteuſim cuiuſdam molendini conceſſi pro annuis ducatis 200. eo quod in progreſſu temporis erat in redditu ducatorum 300. & *num. 214.* refert Albert. Brun. idem tenentem in contractu emph. Menoch. in locatione vectigalis *in conſ. 843. num. 43.* & *conſ. 1121. num. 9.* Cartoc. *in tract. de locato, in tit. de reſcind. vend. num. 13. & 16.* Cioff. *in conſ. 28. ante n. 2.* Aldouin. *conſ. 68. num. 44. verſ. nec dicat*, Binius *conſ. 269. vol. 3. num. 3. & 4.* idem dicunt in locatione; Petr. Auguſtin. Archip. Terracenſ. in Empor. Iuris indiſtinctè tenet, quod in locatione reſcindenda, eſt inſpiciendum tempus ante contractũ, *rit. 9. q. 19. n. 9.*
14 & in fine hæc verba protulit, *Ex quibus facilè conuinces, quod tradit Guttier. in titulo de iuramento confirmatorio, cap. 26.* eandem opinionem ſequutus fuit idem Guttier. non perfunctoriè, ſed conſultò *canon. queſt. lib. 1. c. 39. num. 67. & 69. in fin.* idem Zeual. *in tract. comm. contra commun. q. 536. n. 32.* & ante ipſos Rom. *in allegat. conſ. 369. n. 9.* & *423. n. 1.* Et ſecundùm hanc opinionem iudicauit Senat. Tholoſan. teſte doctiſſimo, & peritiſſimo Maynerio, *lib. 3. deciſ. 61.* & deciſio eſt fundata *in l. ſi voluntate, Cod. de reſcind. vend.* quæ non ſolùm vendicat ſibi locum in contractu venditionis, ſed in quouis alio, & præſertim in locatione, conſuluit Angel. *in alleg. conſ. 312. num. 5.* omninò videndus, & ex his iuribus, auctoritatibus, & exemplo rerum iudicatarum remanet fundatum, etiam in reſciſſione contractus locationis eſſe conſiderandum tempus contractus, & ante contractum, & non emergens: quicquid in contrarium confundendo terminos dicat Pars.

Hæc dixi ad iuſtitiam cauſæ demonſtrandam, ac 15
veritatis ergò, quod ſi deblateraui, vel allùcinatus ſum, (vt petulanter dixit, qui contrarium affirmauit) non erit illius viri iudicium, quem non tam oculatum ſcimus, vt omnia videat; ſed Excellentiſſimi Protegis, cuius non minor eſt in moderando prudentia, quàm in iudicando ſapientia, ac clariſſimorum virorum ex ampliſſimis ordinibus in tam graui cauſa delectorum. Modeſtiæ meæ eſſe duxi malè dicta non conuitiis refellere, quæ nihil habent propoſiti præter contumeliam; ſed cauſam tueri argumentis, rationibus auctoritatibus, atque legibus, quod Deo bene iuuante ſatis expleuiſſe non dubito.

Ferdinandus Brancia.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſpecies proponitur, de qua in præſenti.*
2 *Officium nullo modo poteſt exerceri ſine Principis conceſſione.*
3 *Beneficij reſignatio nulla eſt, niſi cum auctoritate ſuperioris.*
4 *Argumentum valere ab Officijs ad beneficia, demonſtratur.*
5 *Tabellionatus officium non poteſt renunciari in beneficium tertij, niſi cum Principis auctoritate.*
6 *Locationis ad longum tempus contractus, in omnibus ferè æquiparatur vẽditioni.*
7 *Emphyteuta non poteſt rem emphyteũticam locare ad longum tempus ſine conſenſu Domini directi, quod idem in feudo dicimus.*
8 *Feudatarius, & emphyteuta non poſſunt locare ad decennium ſine aſſenſu Domini.*
9 *Et feudi ad officium argumentum validum eſſe declaratur.*
10 *Intruſus in Officio, vel in beneficio qualiter dicatur quis.*
11 *Clauſula in contractu locationis adiecta ius conſtituunt in re.*
12 *Hypotheca cenſetur prohibita, ſi venditio prohibeatur.*
13 *Textus* in §. Optimum, in Auth. de exhibendis reis, *explicatur.*
14 *Officium qualiter veniat in collationem, & imputationem legitima.*
15 *Officium non ſolet transferri de perſona in perſonam cum aſſenſu Regis ſine pretio.*
16 *Reſoluto iure datoris qualiter ius acceptoris reſoluatur in officiis.*
17 *Locatio officij an tranſeat in heredem officij capacem.*
18 *Societas vectigalium, vt tranſeat ad heredes, quæ requirantur.*

19 *Conductio officij non tranſit in hæredem pupilli.*

20 *Officium conceſſum à Rege pro ſe, & hæredibus, non pertinet ad fœminam hæredem.*

ARGVMENTVM.

Officij, & beneficii argumentum valere in iure, cùm liquidò conſtet; hinc tabellionatus Officium non poſſe renunciari in beneficium tertij, niſi cum Principis auctoritate, oſtenditur: Sic emphyteuta, & Feudatarius non poſſunt locare ad decennium ſine aſſenſu Domini. Hæc officia transferri de perſona ad perſonam ſine aſſenſu Regis. Locationem eiuſdem in hæredem Officij capacem tranſire oſtenditur. Societas vectigalium, vt tranſeat ad hæredes, quæ requirantur. Conductio Officij in hæredem pupilli non tranſit, prout neque conceſſio facta à Rege Officij pro ſe, & hæredibus, pertinet ad hæredem fœminam.

ALLEGATIO LIII.

1 ET ſi diſcretiſſimus Dominus Collega copioſè fundauerit Iuſtitiam Marci Antonij Iudicis, petentis exercitium officij Maioris Tabellarij huius Regni, collati in eius perſonam à Sac. Cath. Maieſtate, mediante priuilegio iam executoriato, non obſtante locatione ipſius officij annis præteritis facta ad longum tempus cum ſpeciali obligatione ipſius, & pacto de non alienando à D. Ioanne de Taſſis tunc Maiore Tabellario, quondam Ioanni Baptiſtæ Zapat; nihilominus infraſcriptas ſpicas poſt terga optimi meſſoris collegi, ex quibus vbertas dictæ Iuſtitiæ augebitur, & deueniendo ad opus, dico, quòd dum pars ſe fundat tantummodo in dicto contractu locationis ad longum tempus, & in pacto de non alienando, pernecеſſe erit tractandum de validitate ipſius, & deinceps an potuerit D. Ioannes, pendente tempore locationis reſignare officium prædictum
2 in manibus Regis, & Rex illud conferre Marco Antonio, pro cuius quæſtionis reſolutione ſuppono, quod officium de iure communi nullo modo poteſt exerceri abſque Principis conceſſione, imò qui auſus fuerit ad illud peruenire ſine Principis reſcripto, non ſolùm illo priuabitur, ſed veniet mulctandus pœna pecuniaria. Tex. eſt ad litteram *in l. fin. C. de offic. Magiſtri officiorum*, ſicuti dicimus in beneficiis eccleſiaſticis, quæ abſque canonica Inſtitutione non detinentur.

Hinc eſt, quod ille, cui præbenda conceſſa fuit, non poteſt illam cedere alteri, ſed reſignare in manibus ſuperioris, vt not. *in leg. prima, C. de pet. bonor. ſublat. lib.* 10. per text. *in l. legatus, ff. de offic. Præſid.* & per cap. *quod in dubiis, extr. de renunt.* vbi habetur, quod renunciatio beneficij non admittitur, niſi fuerit facta de eo reſignatio in manibus Summi Pótificis ad finem, vt ab illo conferatur. Nec dicant 3
prædicta procedere in eccleſiaſticis beneficiis, & non in officio; nam in iſta materia idem iudicatur de vno, quod de alio, ita in propriis terminis renunciationis officij Regij ad ſimilitudinem Beneficij tenet Rebuff. *in pract. benefic. in titulo de reſignatione expreſſa, pura, & conditionali, num.* 14. & *in tract. de pacificis poſſeſſionibus, num.* 241. Et ratio eſt euidens, poſtquam in officiis eligitur induſtria perſonæ, & iuriſdictio, dignitas, vel prærogatiua officij, non poteſt à priuato dari, ſed à Principe, vt notat. Bald. *in* 4
cap. primo, de allodiis, num. 2. Afflict. *in tit. quæ ſunt regalia, in verb. Poteſtas, & omnis dignitas confertur ab Imperatore.* Mart. Laud. *in cap. primo, n. 4. de feud. Mar. & in cap. primo, quis dicatur Dux, num.* 21.

Hinc inoleuit practica, quod quando de voluntate Regis transfertur officium de perſona ad perſonam, officium reſignatur in manibus Regis, & poſtmodum Rex illud confert, concedendo exercitium, & prærogatiuam illius. Quod non ſolùm procedit in officiis iuriſdictionem habentibus, ſed etiam in officio Tabellionatus, quod renuntiari non poteſt, niſi in manu Regis, Ita Bald. ſingulariter *in l. falſus,* 5
C. de furt. num. 29. Et in propriis terminis adeſt deciſ. Franciſci Mar. *n.* 628. *part.* 1. vbi decidit quod Iudex non poteſt recipere talem renunciationem officij Tabellionatus ad beneficium Tertij, ſed opus eſt, quod illam recipiat Princeps, qui habet poteſtatem conferendi tale officium.

Hoc ſuppoſito pro vero (prout eſt) videamus quæſo, quomodo ſuſtineri poſſit contractus ille locationis ad longum tempus; imò contractus venditionis abſque Regis aſſenſu, & quonam pacto illius vigore fuerit D. Ioanni interdicta poteſtas reſignandi officium, & Regi acceptandi illius reſignationem; nam ſi prædicta partis aſſumpta eſſent vera, ſequeretur, quod Officialis poſſit officium renunciare priuato, & exercitium illius transferre, & onere reali illud afficere, illudque exerceri abſque Regis reſcripto, quod eſt abſurdum ex ſupra allegatis, & diſ-
currendo per ſingula capita. Quoad primum dico, 6
quòd contractus ille locationis non remanſit in puris terminis locationis, ſed venditionis, vel renuntiationis, poſtquam fuit factus ad longum tempus, cui contractui tribuuntur omnia quæ veræ venditioni tributa reperiuntur, ſiquidem eo mediante trásfertur ius in re, *l. fin. ff. ſi ager vect. vel emphyt. per. l.* 1. *§. quod autem ait Prætor*, & ibi gloſ. *de ſuperfic.* De eo debetur laudemium Domino directo, Alex. *conſil.* 165. *vol.* 2. *num....* Dec. latè *conſil.* 204. de quo latiſſimè per Amed. de Ponte *in tract. de laud. q.* 34. In eo etiam habet locum ius congrui, & retractus, de quo latè per Tiraq. *de retr. lign. §. primo, gloſ.* 14. *num.* 79. *cum ſequentibus.*

Talis conductor tenetur ad collectas, ſicuti emptor, Thom. Parpa. *in l. placet, C. de ſacroſanct. Eccleſ. num.* 48.

Hinc ſequitur, quod emphiteuta non poteſt rem 7
emphiteuticam locare ad longum tempus abſque conſenſu Domini directi, Bald. *in cap. primo, n.* 16. *de his qui feud. dar. poſſ.* Et alienando incidit res in commiſſum. Alexand. *conſil.* 119. *vol.* 3. *prope finem*, & 104. *eod. vol.* 3. vbi teſtatur *de comm. opin.* latè Iaſ. in *l. fin. C. de iur. emphit. num.* 112. & locatio ad longum tempus dicitur ad decennium, de quo latè per Cou. *var. reſolut. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 1. & copioſè per Menoch. *in tract. de arbit. Iudic. lib.* 2. *cent.* 1. *caſ.* 5. *num.* 8.

Et

Et ſimiliter feudatarius nullo modo poteſt locare feudum ad longum tempus abſque aſſenſu Domini, Iacob. *in tract. feud. in verb. & cum pacto de non alienando, num.*.. de quo latè per Camer. *in cap. Imperialem de prohiben. feud. alien. per Feder. colum.* 18. *lit. G.*

8 Si ergo Feudatarius, & emphyteuta, qui habent vtile Dominium, non poſſunt feudum, & rem emphiteuticam locare ad decennium ſine aſſenſu Domini directi, & talis locatio eſt nulla; quantò magis eſt prohibendum Officiali, qui in officio non habet niſi adminiſtrationem, & illud non dicitur eſſe in bonis ipſius, in quo etiam non conſideratur acquiſitio? quod in tantum eſt verum, quod ſi Officialis committit delictum, ob quod bona publicantur, ſi poſt modum reſtituatur, recuperat officium, etiam quod eſſet alteri collatum. Quod non procederet in aliis bonis Tertio conceſſis, eo quod reſtitutio non operatur ad bona alteri quæſita, & ratio eſt, quia in officio non conſideratur acquiſitio, & Princeps poteſt tollere, & dare officium ad ſui libitum, ita notabiliter tenet Io. Fab. *in §. cum autem. Inſtit. quib. mod. ius patr. ſol.*

9 Nec dicatur, quod non valet argumentum de feudo ad officium, poſtquam omnia quæ tribuuntur vni conueniunt alteri, imò vt dixi, maior ratio prohibitionis conſideratur in officio, quam in feudo, quo argumento vtitur Diomedes Mariconda olim Regius Officialis in ſcolis ad conſt. Regni *conſtitutionem diuæ memoriæ*, impreſſis cum commento Grammatici *poſt num.* 46. *fol.* 82. *à terg.* vbi tenet, quod ſicut vendens feudum ſine aſſenſu poteſt reuocare alienationem, ita & ille qui ius ſuper officio renunciauit *num.* 4.

Item ſicuti Feudatarius non poteſt feudum inuito Domino renuntiare, ita, & officialis officium *leg. legatus, de offic. Præſid.*

10 Reſtat igitur ex neceſſaria conſequentia, & ex maioritate rationis fundatum contractum prædictum locationis ad longum tempus fuiſſe nullum, & ex illo non fuiſſe ortos iuridicos effectus, etiam quoad exercitium, illudque permanſiſſe penes D. Ioannem vſque ad diem acceptatæ renunciationis à Sac. Maieſtate, ob defectum Regij Reſcripti, ſine quo officia exerceri non poſſunt, & finaliter non eſſe denegandum tale exercitium Marco Antonio, qui Regis collationem habet, fuiſſeque Ioannem Baptiſtam ſemper intruſum, eo quod ſine auctoritate illius ad quem ſpectabat collatio, illud exercuit, vt in propriis terminis officij ad inſtar beneficij tenet Rebuff. in Regulis Cancell. *reg.* 29. *verſ. intruſus*, per tex. *in leg. non aliter. C. de pal. ſacra. largit. lib.* 12.

11 Nec prædictis obſtant clauſulæ in contractu locationis adiectæ, ſcilicet pactum de non alienando cum ſpeciali hypotheca officij prædicti; nam ex ex iſtis clauſulis magis detegitur nullitas locationis, poſtquam clauſulæ illę etiam in locatione ad modicum tempus conſtituunt ius in re, *l. eos, C. de pignor. §. item ſeruiana, inſtit. de actio.* Adeò quod ſingularis ſucceſſor tenetur ſtare locationi, & paria ſunt quoad effectum tranſlationis iuris in re locata, quod locatio fiat ad longum tempus, vel quod in ea apponatur ſpecialis hypoteca cum pacto de non alienando, de quo latè per Cou. *var. reſol. lib.* 2. *cap.* 15. Si enim in officio prohibita eſt tranſlatio iuris, ex quo non eſt in bonis, & dependet à voluntate Regis, & nemo poteſt illud exercere ſine Regis reſcripto, imò exercens punitur, ergo ſiue ipſa tranſlatio dependeat à locatione ad longum tempus, ſiue à ſpeciali hypoteca cum pacto de non alienando, ſemper eſt nulla, & nullius momenti, dum omnis actus à poteſtate, & voluntate perficitur, deficiente enim poteſtate locatio corruit.

Item non eſt curandum de tali hypotheca, nam dum eſt prohibita officij venditio abſque Regis conſenſu, cenſetur etiam prohibita hypotheca, & maximè quando prohibitio ſit principaliter fauore alicuius, veluti Regis, vel Reipublicæ, latè Camer. *in cap. Imperialem de prohiben. feud. alien. per Feder. fol.* 15. *lit. E.* & in ſpecie in militiis id eſt in officiis, ſecundum Petrum de Bellaper. *in alleganda leg. fin.* que morte extinguuntur, ex text. à contrario ſenſu *in d. leg. fin. C. de pignor.* & ibi DD. & in ſpecie, quod talia officia, quæ morte extinguuntur non poſſint hypothecari per illum text. in propriis terminis tenet Franciſcus Connanus in comment. Iuris ciuilis *lib.* 4. *cap.* 15. *lit. K. fol.* 159. *à terg.* in magnis impreſſis Lutetiæ. 12

Nec huic concluſioni obſtat tex. *in §. optimum, in Auth. de exibend. reis*, imò facit pro mea opinione: tum quia loquitur in militiis, quæ vendi poſſunt, & ex Principis munificentia tranſitoriis ad filios, & vxorem; tum etiam quia Imperator in illo tex. excludit penitus hypotecam illorum, qui non mutuauerunt pecuniam ad illam militiam emendam, ſed ex liberalitate, ſi nihil remanſerit in hæreditate officialis mortui, in ſubſidium conceſſit, vt ſit creditoribus ius pignoris in eis, declarat illum tex. idem Cannanus *eod. lib. & capite fol.* 261. litera A. At nos ſumus in officio perſonali, non vendibili, neque ex liberalitate Regis tranſitorio ad filios, & vxorem, & in debitore ſoluendo, & non decocto, & ſic tex. facit pro mea opinione. 13

Nec finaliter obſtat opinio illorum, qui conati ſunt fundare, quod officium, quod poteſt vendi, cum licentia Principis, quæ ſolet de facili impartiri, venit in collationem, & computatur in legitimam, de quo per Couar. *var. reſol. libro* 3. *cap.* 16. Nam vltra ea, quæ copioſiſſimè pro noſtra opinione adducit Doctiſſimus Ferdinandus Tellius, *in legibus Tori.* 26. *num.* 11. *verſ. ſed hac dum mecum*, dico quod non valet argumentum, computatur in legitimam, venit in collationem, & Princeps de facili ſolet aſſentire, ergo & vendi, & pignorari poteſt abſque Principis ſcientia; nam feudum computatur in legitimam, de quo latè per Dom. Vincent. de Franch. *deciſ.* 368. & venit in collationem quoad pretium, Andr. de Iſer. *in §. præterea Ducatus, n.* 39. & non poteſt, nec vendi, nec pignorari ſine aſſenſu, & tamen in feudo Princeps præcisè tenetur in certis caſibus aſſentire, & in certis de congruo, & facit iniuriam denegando illud, de quo per Afflict. in conſtit. Regn. *ſi quis poſt litem, nu.* 21. *&* 22. quod non eſt ſic in officio, imò nunquam, aut rarò vidimus Regem aſſenſum præſtantem ſuper tranſlatione officij huius Regni de perſona ad perſonam ſine pretio, vt eſt notum Dominis Iudicantibus, vltra quod Doctores prædicti ſupponunt Regis aſſenſum debere interuenire in venditione, dum formant quæſtionem in officio vendibili cum licentia Principis, quæ de facili impartiri ſolet. Ergo fatentur actum eſſe in ſuſpenſo, donec approbatur à Rege: nam quotieſcunque requiritur conſenſus, vel confirmatio Regis in alquo negotio, donec confirmetur actus non tranſit in effectum, Bald. *in leg.* 1. *§. deportatus, ff. de leg.* 3. Sed tantummodò eorum quæſtio adaptari poteſt, an cogi poſſit venditor officij ad perſeuerandum in contractu donec impetretur aſſenſus. At in caſu noſtro ſumus certi de voluntate Regis, qui iam contulit officium alteri recepta pecunia, nec poteſt amplius aſſentire, ex quo res non eſt integra, & ſic videtur congruè reſponſum 14 15

ſponſum ad difficultates partis.

16 Sed vt vndique pateat iuſtitia Marci Antonij dico, quod dato, & non conceſſo, quod locatio fuerit valida, adhuc ad præſens debet haberi pro extincta ex iuris diſpoſitione ex duobus rationibus potiſſimis. Nulli dubium eſt, quod locatio illa facta à D. Ioanne de Taxis eſſet extincta, ſi ipſe D. Ioannes deceſſiſſet durante tempore locationis, ex quo tenebat officium ſub natura officij, idest vita durante; nam tunc reſoluto iure datoris, reſolutum fuiſſet ius accepτoris, *ex reg. leg. ex vectigali*, ſed ſic eſt, quod in Officiali idem operatur mors, quod reſignatio officij, ad finem, vt ſucceſſor in officio non teneatur ſtare locationi, ergo ſingularis ſucceſſor, cui fuit collatum officium ob reſignationem, non tenetur ſtare locationi ſui prædeceſſoris, ac ſi prædeceſſor eſſet mortuus, ita in propriis terminis reſignationis officij tenet Paul. Caſtr. *in conſ. 4. volum. 1. num. 4.* niſi interueniſſet in locatione auctoritas ſuperioris, quo caſu fatetur Paul. ſucceſſorem teneri, ad quod ego allego gloſ. *in cap. ſi cui, de præb. in 6.* in verbo *Moriatur*, & ratio eſt euidens, nam ille cui fuit collatum officium, aut beneficium, habet illud a Rege, & non à reſignante.

17 Secunda. Ratio eſt vrgentiſſima, præſuppoſita validitate conductionis (quod negatur) debet enim locatio intelligi efficax rebus in eodem ſtatu permanentibus *ex reg. leg. quod ſeruius, ff. de condict. cauſ. dat.* videlicet durante vita conductoris, & ideò mortuo Ioan. Baptiſta, locatio illa fuit extincta, ex quo non tranſit ad hæredem incapacem officij, & eius exercitij, prout mulier, & pupilla, etiam quod in contractu reperiatur facta mentio hæredum, & ſucceſſorum. Iſta opinio probatur ex gloſ. *in leg. adeo morte, ff. pro ſoc.* vbi docet, quod quatuor debent intercedere ad hoc, vt ſocietas vectigalium tranſeat ad hæredem, videlicet quod plures conducant, Se-

18 cundo quod in ſpecie fuerit conuentum, quod ad hæredes tranſeat, Tertio, quod hæres ſit idoneus, Quarto, quod talis conuentio de transferendo in hæredes ſit etiam firmata cum locatore. Hinc Alber. *in dict. leg. adeò*, dixit, quod conductio vectigalium licet tranſeat in hæredem, illis concurrentibus, non tranſit in hæredem fœminam, & refert ſic fuiſſe iudicatum Parmæ, & ratio eſt, quia mulier non eſt habilis.

Si ergo in conductione vectigalium, quæ verſatur in exactione pecuniæ tantum, non trãſit locatio ad hæredes fœminas, ex quo reputãtur inhabiles ad tale exercitium, quantò magis eſt idem dicendum in conductione officij, & officij iſtius qualitatis, & confidentiæ, quod non ſolum non poteſt exerceri à muliere, & pupilla, ſed homo ſagaciſſimus vix poteſt abſque exactiſſima diligentia munus iniunctum explere, vt eſt videre in inſtructionibus dicti officij, impreſſis inter Pragmaticas ſub rubrica de officio Magiſtri Poſtarum; & ne deſit particularis deciſio in conductione officij, allego Franciſcum Marcum in deciſione Parlamenti Delphi 626. *num. 3.* vbi fundat, quòd conductio officij graffariæ non tranſit ad hæredem pupillum, ſi non tranſit in hære-

19 dem pupillum, quanto magis conductio de qua agitur non debet tranſire in fœminam, & pupillam: vlterius iſta opinio fundatur rationibus potiſſimis; nam officium primum fuit locatum ſub natura officij, & etiam quod fuerit dictum quod D. Ioan. locauit officium Ioan. Baptiſtæ, & hæredibus, intelligi debet de hæredibus ad illud officium gerendum, ex quo verba regulantur ſecundum naturam rei in contractum deductæ, vt in conceſſione officij notat Aret. *in leg. maritum, ff. ſol. matr.* vbi dicit, quod conceſſo officio in perpetuum, illud verbum in perpetuum, debet reſtringi vſque ad vitam conceſſionarij, ſequitur Gregor. Lopez. *lib. 10. tit. 18. part. 3.* 20
in verbo *de aquel Rey*.

Comprobatur, & fortius iſta opinio ex dictis per Marinum Frecc. *de ſubfeud. libro 2. quæſt. 51.* vbi fundat, quod officium conceſſum a Rege pro ſe, & hæredibus non pertinet ad fœminam hæredem, fœmina enim non eſt capax officij, de quo latè per Dec. & Cagn. *in leg. 1. ff. de reg. iur.*

Si ergo conceſſio officij à Rege emanata non tranſit in fœminam, quantò magis hoc eſt dicendum in conceſſione priuati diſponentis de re, quæ non eſt in ſuo commercio, & ſi aliter diceretur in caſu de quo agitur, concurrent infinita ſpecialia; ſcilicet quod officium potuit transferri in Tertium ſine Regis licentia, quod poſſit exerceri ſine Principis reſcripto, & finaliter, quod poſſit à priuato conferri in fœminam, & pupillum, quod non eſt admittendum, & maxime in iſto officio. Et ex his omnibus remanet fundatum, Partem fouere malam cauſam, & propterea eſſe condemnandum ad emolumenta dicti officij à die impetrationis Priuilegij. Cætera ſuppleat Doctrina Dominorum Iudicantium.

Ferdinandus Brancia.

SVMMARIVM.

1 *Textus* in l. pecunia, C. de priuilegiis fiſci, cum l. deferre. §. fin. ff. de Iure fiſci, *explicantur.*

2 *Textus ſupra citati contra creditores habentes pecuniam ex cauſa onerosa, an procedant.*

3 *Fiſcus prius debet diſcutere bona principalium debitorum, vt agat vigore iurium ſupra citatorum.*

4 *Conditio ex l. pro pecunia conſumpta non venit niſi in ſubſidium.*

5 *Actuarij, & Magiſtri Actorum pro fideiuſſionibus acceptis conueniuntur in ſubſidium, non principaliter.*

6 *Excuſſionis exceptio qualiter, & quando locum habeat in Tribunalibus, in quibus proceditur ſola facti veritate inſpecta.*

7 *Solutio in duriorem cauſam intelligitur facta, & quomodo intelligatur.*

8 *Fiſcus præcapere non poteſt pretium officij in conſequentiam capitalis pœna pro delicto commiſſo.*

9 *Perceptor ſubtrahendo fiſcalem pecuniam incurrit in pœnam legis Iulia, de reſiduis, non in pœnam peculatus.*

10 *Perceptor Prouincialis ob vſum pecuniæ fiſcalis non poteſt ſuſpendi ad exercitio officij.*

11 *Officialis propter officium malè adminiſtratum priuatur illo, quando gratuitò fuit cõceſſum, non quando pretio fuit emptum.*

12 *Cre*

12 *Creditores ex cauſa oneroſa ſuper pretio officij præferuntur Regio fiſco veniente pro pœna ratione delicti, quod etiam in crimine hæreſis procedit.*

13 *Fiſci hypotheca conuentionalis ſimpliciter præſtita non extenditur ad pœnam in eodem contractu adiectam.*

14 *Creditores ex cauſa oneroſa præferuntur fiſco concurrente pro pœna, quamuis ſint poſteriores.*

15 *Alienata per debitorem fiſci ante contractum cum fiſco celebratum non ſubiciuntur fiſcali hypothecæ.*

16 *Textus* in l. fin. ff. de inſtitoria actione, *declaratur.*

17 *Negotiorum geſtor cum generali adminiſtratione plura poterit contra principalem, quam ſi illam non habeat.*

18 *Textus* in l. ſi vrbana, ff. de conditione indebiti, *qualiter procedat.*

19 *Fiſcus tenetur pro negotio vtiliter geſto, pro eo probatur.*

ARGVMENTVM.

Textus *in leg. pecunia, C. de priuilegijs fiſci, cum leg. deferre, §. fin. ff. de iure fiſci;* explicantur. Auocatio pecuniæ in ſubſidium locum habet, & an in fiſco procedat clarè probatur. Perceptorem Prouincialem ſubtrahentem pecuniam fiſcalem non in pœnam peculatus incurrere, ſed in pœnam legis Iuliæ de reſiduis, demonſtratur. Nec poſſe propter vſum pecuniæ fiſcalis ſuſpendi ab exercitio Officij. Quemcumque verò Officialem malè adminiſtrantem, officio ſuo priuari, cùm certum ſit, id tamen limitant, quando pretio fuit emptum Officium creditores ex cauſa oneroſa fiſco præferuntur, imo etiam poſteriores, quando fiſcus pro pœna concurrit.

ALLEGATIO LIV.

1 REGIVS Fiſcus conuenit in Regia Camera Summariæ, nonnullos Mercatores ad ſoluendum omnes pecuniarum quantitates per eos receptas à Ioſeph Rapario, occaſione cambiorum inter ipſos contractorum, vt *fol.* 52. *&* 73. ſub prætextu quòd ipſa pecunia erat obligata pro credito Fiſci, aſcendente ad ſummam duc. 30262.4.11. iuxta relationem factam, *fol.* 115. Pro quibus ducatis 30262.4.11. inſtat exequi ſignificatorias contra eos expeditas, per tex. *in l. pecunia, C. de priuil. fiſc.* & *in l. deferre, §. fin. ff. de iur. fiſc.*

Et quamuis poſſit reſponderi dictas leges non habere locum aduerſus creditores, qui habuerunt pecuniam ex cauſa oneroſa, vt in caſu præſenti, ex mente Ioan. Fab. *in §. item ſi quis in fraudem, nu.* 13. *in fin. Inſtit. de action.* quem ſequitur Gram. *quæſt.* 1. *num.* 67. *& ſeq.* Cæphal. *conſ.* 86. *num.* 17. Menoch. *conſil.* 25. *numer.* 13. & poſſet etiam afferri æquitas S.R.C. relata ab Afflict. *in deciſ.* 190. per quam ibi fuit prouiſum non poſſe moleſtari pro pecunia recepta à creditore poſteriore, & conſumpta per commiſtionem alterius pecuniæ, iuxta *leg. ſi alieni nummi ff. de ſolut.* ſequitur Pariſ. quem Afflict. allegat *conſ.* 69. cum alias totus mundus litibus inuolueretur, & Mercatores tutò non poſſent contrahere, & commercio priuarentur, & fiſcus in futurum ſubiret periculis, & variis expenſis neceſſariis in conductione ſuæ pecuniæ, vſque adhuc non paſſis propter cambia inita inter mercatores, & perceptores, ſeu exactores pecuniæ fiſcalis. 2

Nihilominus retenta opinione in fauorem fiſci, ex ſpeciali eius priuilegio, quòd *lex, pecunia,* & *lex, deferre, in §. fin.* procedant etiam aduerſus creditores poſteriores, qui habuerunt pecuniam ex cauſa oneroſa, vt tenet Couarr. *pract. quæſt. cap.* 19. *num.* 3. adhuc fiſcus obtinere non poteſt, cum prius debeat diſcutere bona principalium debitorum, videlicet Rapari, & eius fideiuſſorum, Bart. *in leg. Moſchis, in princ.* vbi Alex. *in addit. in littera A. ff. de iur. fiſci* Bald. *in leg. cum eorum, num.* 5. *Cod. de ſent. & interl.* In ſubſidium enim fiſcus agere debet, & non aliter, Couarr. *dict. loc. in princ.* Bartol. *in leg. ſi non expedierit, §. ſi pupillus, ff. de bon. Auth. iud poſſ.* Phanuc. *d. inuent. part.* 5. *num.* 148. Peregr. *de iur fiſc. lib.* 6. *in tit. de pignor. & hypot. num.* 8. *verſ. intellige*, qui poſtea ſub *num.* 45. affert rationem, quia fiſcus agens contra tertium poſſeſſorem vtitur iure communi, *Auth. præſente, Cod. de fideiuſſ.* & Bart. & alij *in leg.* 1. *Cod. de conuent. fiſc. deb.* & propterea nullum priuilegium habet. 3

Et pro veritate dictæ concluſionis conſideretur quæſo, quòd in præſenti caſu fiſco non poteſt competere actio hypothecaria aduerſus mercatores; cùm pecunia eis ſoluta in anno 1602. & 1603. iam fuit conſumpta, & non extet, & ideò tantùm poteſt competere condictio ex lege Bart. *in leg. pupillus, num.* 1. *verſ. ego dixi, ff. de his qui in fraud. cred. & in leg. fin. in §. & ſi præfatam, num.* 4. *verſ. quæro dicitur hic*, *de iure deliber.* quæ conductio ex lege venit tantùm in ſubſidium, ſcilicet quando alio iure non erit conſultum, gloſ. *in l. fin. §. & ſi præfatam*, vbi Bart. Alex. Salyc. *in §. ſin verò, de iur. deliber.* vt plenè demonſtrat in propriis terminis, Marcus Antonius Eugenius *conſ.* 89. *licet verum ſit fiſcus*, *num.* 11. *&* alibi infra *lib.* 1. 4

Sed in præſenti caſu Regio Fiſco ſatis eſt conſultum agendo aduerſus fideiuſſores eiuſdem Ioſeph, & in eorum defectu contra Actuarios, qui eorum periculo cœperunt fideiuſſionem, & aduerſus eius debitores, idcirco nulla actio ei competit, & iuſtiſſimè fuit petitum omnes dictos effectus eſſe deducendos à quantitate per fiſcum prætenſa contra dictum Raparium, & à ſignificatoria expedita; ſeruata forma decreti Regij Collateralis Conſilij *fol.* 183. & maximè, quia reſpectu dotis etiam diſcuſſio debet fieri, Franch. *deciſ.* 170. 5

Nec obſtat, quòd exceptio excuſſionis ſit de apicibus iuris, de qua non eſt curandum in Tribunalibus, in quibus proceditur ſola facti veritate inſpecta, 6

ſpecta, nam hoc procedit quotieſcunque procederetur contra principalem debitorem, ſeu fideiuſſorem, non autem quando agitur aduerſus tertios poſſeſſores, & ignaros æris alieni, vt eſt *deciſ. pedem. 2. per totam*, & præſertim, *n. 14. vſque ad fin.* vbi affertur ratio, quia reſpectu principalis debitoris, ſeu fideiuſſoris attenditur ordo, qui omitti poteſt; reſpectu verò aliorum tractatur, quòd nulla competit actio antequam fiat diſcuſſio, Corn. *conſ. 55. num. 26. & 28. lib. 3.* Neguſant. videndus *de pignor. par. 8. memb. 1. num. 32.* Strath. *de mercat. in tit. quomodo in cauſis mercatorum procedatur, num. 8.* Eugen. qui ſupra *in dicto conſ. 89.* & adiunt plures deciſiones vt teſtantur Theſ. *in deciſ. 52. per totam*, Menoch. *de arb. queſtion. 51. lib. 1. ſub numer. 9. verſicul. & in eo reſponſo.*

7 Inſuper Mercatores petunt deductionem ducatorum 19450. perceptorum à Regio fiſco pro pretio officij venditi in contumaciam Ioſeph Raparij, nam licet fiſcus prætendit dictos ducatos 19450. habere in pœnam pro prætenſa mala administratione; nihilominus ſolutio prædicta cedere debet in duriorem cauſam, *vulgata leg. 3. ff. de ſolut. cum concord.* & licet debitore non exigente cauſam, in qua fit ſolutio, detur electio creditori, tamen creditor tenetur eligere cauſam duriorem, & vbi non ſit controuerſia, in quam ipſe ſi eſſet debitor, ſolueret, *leg. 1. verſ. quoties eo. tit.* nimirum eligendo cauſam duriorem, vt non inducatur iactatio patrimonij, vt poſt Antonium Butr. *in conſ. 65.* conſuluit. Crauett. *in conſ. 106. num. 11.* Qua de re fiſcus tenetur prius pretium officij accipere in cauſam ſui crediti, vbi non eſt aliqua controuerſia, & poſtea ſi quid ſupereſt in pœnam prætenſæ ſubſtractionis fiſcalis pecuniæ.

8 Eo magis cùm dicta pœna non vendicat ſibi locum in præſenti caſu, nec poteſt fiſcus præcapere pretium officij in conſequentiam capitalis pœnæ prætenſi delicti perceptoris; ſiquidem perceptor non incidit in pœnam capitalem, ſcilicet peculatus, ob ſubtractionem fiſcalis pæcuniæ, ſed tantummodo in pœnam legis Iuliæ de reſiduis, quæ pecu-

9 niaria eſt; peculatus enim committit ille, qui fiſcalem pecuniam ab alio exactam ſubtrahit, ſecus verò qui pecuniam fiſcalem ab ipſo exactam in proprium vſum conuertit, quo caſu tantummodo tenetur lege Iulia de reſiduis, tex. eſt ad literam *in leg. ſacrilegij capite, § labeo, & §. is autem. ff. ad leg. Iul. peculat. iunct. tex. in leg. 4. leg. §. Iulia, eod. titulo*; pœna verò legis Iuliæ de reſiduis eſt pecuniaria, ſcilicet tert æ partis eius, quòd in vſum ſuum conuerſum ſit, vt *in eod tex. leg. 4. §. item lex Iulia*, & Ioan. de Plat. *in §. item lex Iulia, Inſtit. de publ. iud.* hinc Albericus *in dict. leg. ſacrilegij, § peculatum dixit*, quòd Officialis ſubtrahendo pecuniam publicam non committit crimen peculatus, idem tenet Salicet. *in leg. vnica, Cod. eodem tit.* ſequitur Paris de Put. *in tract. ſindic. in verſ. Iudices, cap. 3. num. 5.* nec quòd non fuit alteratum diſpoſitum a lege communi, per conſtit. Regni *Officiales*, vt notat Afflict. ibidem *num. 1.* & Ioan. Ant. Lanar. *conſil. 93. num. 3. in fin.* quæ iura in propriis terminis noſtris allegat dominus Regens de Ponte *in conſ. 22.* vbi conſuluit, quòd Perceptor Prouincialis non poterat ſuſpendi ab exertio officij ob vſum pecuniæ fiſcalis, & refert ſic fuiſ-

10 ſe deciſum, fuit etiam deciſum in cauſa Ioan. Bonoris ſimiliter Perceptoris, qui licèt fuerit ſuſpenſus lite pendente, nihilominus in diffinitiua fuit prouiſum officium eſſe eidem reſtituendum, & ſuſpenſio cedere in pœnam, ex quibus patet, quòd dum Raparius non poterat officio priuari eo quòd pecuniariè erat tantummodo mulctandus, nullo modo dictus fiſci patronus poteſt hodie prætendere Regium fiſcum poſſe præcapere in præiudicium creditorum pretium officij, & tanto magis debet excludi, dum ante abſentationem fuit iam prouiſum per Cameram licere Rapario vendere officium ſoluta certa quantitate ex cauſa aſſenſus præſtandi.

Ex alio etiam non poteſt Regius fiſcus prætendere pretium officij; ſiquidem tunc Officialis ob malum adminiſtratum poteſt priuari officio, quando illud fuit ſibi gratuitè collatum; quando autem pretio fuit emptum, nequaquam, ex his quæ doctè fundauit Grau. *conſ. 6. num. 109. in fine*, & ibi latè Beneuen. Stracca *in addit.* faciunt etiam dicta Roland. a Vall. *conſ. 18. num. 19. 21. & 23. lib. 3. per tex. in §. ſed & maior, Inſtit. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris*, quæ opinio vſu recepta fuit à Regia Camera, & Collaterali Conſ. in cauſis quondam Marchionis Paduli, & Ferdinandi Monſorij. 11

Imò ſi fiſcus poſſet prætendere dictos ducatos 12 19450. in pœnam ex delicto malè adminiſtrationis, hoc tantùm procedere poſſet aduerſus eundem Ioſeph, qui deliquit, & non in præiudicium creditorum Ioſeph ex cauſa oneroſa, qui pro ea quantitate pecuniarum, qua moleſtarentur à Regio fiſco, remanerent creditores ex cauſa oneroſa, & vti creditores ſuper dicto pretio officij ſunt præferendi, Regio fiſco veniente ex cauſa lucratiua, ſcilicet pro pœna ratione delicti, per tex. apertum *in leg. quod placuit, ff. de iure fiſc.* & *in leg. vnica, Cod. pœnis fiſcal. cred. præfer. lib. 10.* & iſta eſt indubitata quæſtio, vt per Doctores *in leg. 1. ſoluto matrim.* plenè Couarru. *variar. reſol. cap. 16. num. 1.* Peregr. *de iure fiſc. lib. 6. tit. 6. num. 32. verſ. puto tamen*, Clarus *in pract. crim. quæſt. 78 num. 30.* Quem ſequitur Franc. Becc. *in conſil. 57. num. 7. lib. 1.* Surd. *conſil. 199. num. 9. vol. 2.* etiam ſi fiſcus ageret pro crimine hæreſis; nam adhuc fiſcus poſterior, & ideò tenetur pro eo, quod ad ipſum peruenit, Burſat. *conſ. 41. vol. 1.* & propterea cùm fiſcus teneretur dictis Mercatoribus pro ſumma duc. 19450. ad ipſum peruenta ex venditione officij, rectè fuit petita deductio dicti pretij ad finem, vt fiſcus illud retineat in computum ſui crediti, in quo nulla adeſt controuerſia, vt eſt dicta prætenſa pœna, *iux. leg. 1. ff. de ſolut.*

Nec licet fiſco prætendere prælationem, tam reſ- 13 pectu ſui crediti, quam reſpectu pœnæ vigore promiſſionis factæ cum iuramento de bene, & fideliter adminiſtrando, in qua adeſt obligatio ſuorum bonorum, quam obligationem non habent mercatores; ſed tantummodo perſonalem actionem. Nam dicta hypotheca conuentionalis fuit præſtita ſimpliciter, quæ intelligitur reſpectu ſortis principalis tantùm, & non ſe extendit ad pœnam, etiam in eodemmet contractu adiectam, vt poſt Caſtr. *in l. ideò condemnatus, ff. de compenſ.* firmat Peregr. de iure fiſc. *lib. 6. tit. 6. num. 13.* & magis plenè Nicoſant. de pignoribus *in 1. membro, 5. part. princ. num. 41.* dicens eſſe bonam limitationem ad totum *titul. de priuileg. cred.* & quòd pignus obligatum pro ſorte non poteſt retineri pro pœna, odio pœnarum notat Bald. *in leg. pignoribus, Codic. de vſuris, in fine*, quòd ſingulariter commendat Romanus *in ſing. 108.*

Et dato, & nunquam conceſſo, quòd dicta hypo- 14 theca ſe extẽdat ad pœnã, tamen eſt nullius roboris aduerſus creditores venientes ex cauſa oneroſa, & bona fide; nam licèt creditores anteriores cum hypotheca, præferãtur pro ſorte principali poſterioribus, tamen reſpectu pœnæ non ſolùm non præferuntur,

runtur; ſed eis poſteriores anteponuntur, vt eſt deciſio ſolemnis, Afflict. 186. vbi Vrſillus affert Caſtr. *in l. ideò, ff. de compenſ.* aſſerens etiam procedere in fiſco, Caſſ. *in catal. gloria Mundi, in 12. part. conſid. 99. in 5. limit. regula, Qui prior in tempore potior in iure*, & facit Bart. *in l. auffertur, §. fiſcus, verſ. Dynus dicit*, dum inquit competere fiſco actionem hypothecariam ſecundùm opinionem gloſſæ *in l. unica. C. pœnis fiſc. cred. præfer.* ſed ea non poteſt vti aduerſus creditores, qui præferri debent iuxta *l. quod placuit*, quamuis dicta actione hypothecaria poſſit vti aduerſus principalem, qui deliquit, vel aduerſus creditores ſimiliter venientes pro pœna ex delicto, vel aduerſus poſſeſſores ſine titulo, vt poſt Bald. & Iaſ. *in l. reſcriptum*, & ibi Caſtrenſis omninò videndus, *num. 3. ff. de pact.* firmat Niculant. *de pign. in 4. memb. 2. part. princ. num. 115. verſ. ſin autem ſumus poſt condemnationem*, & licèt Niculant. ſimpliciter dicat poſſe fiſcum ea vti aduerſus creditores eiuſdem tituli, nihilominus quando vterque concurrit pro pœna, & bona delinquentis non ſufficiunt priuato & fiſco, tunc diuerſimodè fuit iudicatum, vt refert Couar. *var. reſolut. cap. 16. num. 8.* partem fiſci defendens, & Peregr. *de iur. fiſci, lib. 4. tit. 8. num. 12.* ſententia Senatus contra fiſcum approbat. Aduerſus autem creditores ex cauſa oneroſa fiſcus dicta actione hypothecaria pro pœnis ex delicto non vtitur, etiam ſi priuatus fieret creditor poſt debitum, pone exmplum in inquiſito, qui dum erat habilitatus ſub cautione aufugit: dicunt Doctores, quòd Fiſcus non poteſt bona delinquentis occupare pro pœna delicti, & exigere à fideiuſſore aliam pœnam in fideiuſſione contentam, nam fideiuſſor ſoluendo pœnam fideiuſſionis efficeretur creditor inquiſiti ex cauſa oneroſa, & præferretur Fiſco occupanti bona inquiſiti ob pœnam delicti, ita in indiuiduo Becc. *conſ. 57.* quem ſequitur Pereg. *de iure fiſci libro 6. tit. 6. num. 12.* omnino videndus.

15 Quæ deductiones ſi fiunt, non erit aliquid tractandum amplius contra Mercatores, cùm aſcendant ad creditum Regij fiſci, ſi autem aliquid remaneret, & tunc prius debet fieri calculus cum relatione diſtincta reſpectu temporis, in quo idem Ioſeph remanſit debitor, nam abſque dubio apparebit prædictos Mercatores non poſſe moleſtari, cum pro tempore, quo fecerunt dicta cambia, non erat Raparius debitor, ſed poſt aliquos menſes, & clarum eſt in iure, quod alienata ante contractum debitum cum fiſco, non ſubiiciunt fiſcali hypothecæ, *l. ſi debitor, C. de priuileg. fiſc. l. 1. C. de iur. fiſc. l. poſt contractum, C. de donat.* vbi omnes Doctor.

16 Et ſi aliqui Mercatores, poſteriores qui contraxerunt, venirent moleſtandi pro quantitatibus eis ſolutis in vltimis menſibus anni 1603. tunc ſunt deducendæ omnes pecuniarum quantitates eis Bari ſolutæ, vti miniſtris aliorum, qui dederunt pecuniam Neap. pro dictis cambiis, cùm ipſi non ſint principales, & iam ipſi poſtea principalibus ſoluerunt pecuniam ipſis ſolutam Bari, ſaluis iuribus Regij Fiſci, agendi contra ipſos principales, penes quos fuit cōſumpta pecunia, nā Miniſtri ſimpliciter ad aliquem actum deputati non obligantur, cum remaneat obligatus principalis *l. fin. ff. de inſtit. act.* vbi Bart. & eſt ſingularis doctrina Angel. *in l. eadem, ff. de duobus reis*, quæ eſt indubitabilis reſpectu particularis miniſtri, ſeu factoris, vt confitetur Caſtr. *in l. 1. §. exercitorem, ſub num. 4. verſ. nec obſtat dictum Angel. quòd poteſt procedere, ff. de exercit. act.* qui dixit dictum Angel. non procedere in negotiorum geſtoribus, quibus eſt conceſſa generalis adminiſtratio, de qua quæſtione plura Roncagall. *in tract. de duobus reis, in l. eadem*, referens Doctor. & rationes pro vtraque parte, & tandem opinionem contra Caſtrenſ. affirmat, & opinionem Angeli in quolibet negotiorum geſtore, ſeu factore procedere dixi, ſub *num. 175. iuxta conſ.* Socc. 145. *vol. 2.* de qua quæſtione non 17
loquor, cùm dicti Mercatores reputentur ſimplices miniſtri ad recipiendam ſolutionem pecuniæ cambiatæ ab eorum principalibus, ad finem ipſam receptam ſtatim reſtituendi, & ſoluendi eiſdem principalibus, vt iam fecerunt, & propterea abſque aliquo dubio non remanſerunt obligati, & maximè ſtante ſatisfactione ab ipſis facta ſuis principalibus, officium enim alicuius minimè debet eidem eſſe damnoſum *leg. quis ex ſignatoribus, ff. quem ad teſtam. aper. leg. inter officium, ff. de rei vend. leg. poſt legatum. §. aduocatum, ff. de his quibus vt indign.*

Imò iſta Regula procedit, etiam ſi nulla ſolutio 18
facta fuiſſet ſuis principalibus, nam dictæ pecuniæ dominium minimè fuit tranſlatum dictis Mercatoribus, cùm ipſam acceperunt ex ordinatione ſuorum principalium, vt ſtatim eam ipſis ſoluerint, Dec. *in conſ. 6. num. 3.* poſt Bartol. per eum allegatum, quamuis tenerentur eorum principalibus ſ, vt eſt ſing. tex. *in leg. ſi vrbana, ff. de condit. indeb.* vbi habetur, quòd pluries Prædoni non repetit ſolutum, cùm actio competat Domino.

Etſi ex iſta deductione non venirent omnes ab- 19
ſoluendi, debet fieri deductio aliarum quantitatum ſolutarum Bari, pro earum valuta ſoluta Neap. & iam verſa in beneficium Regij Fiſci, cùm Cambium prædictum fuit vtiliter geſtum pro Fiſco, ad euitandum pericula, & expenſas, quæ erant in aſportatione dictæ pecuniæ à Ciuitate Bari Neap. per tex. apertum *leg. mulier, ff. de capt. & poſt.* vbi fiſcum teneri de negotio vtiliter pro eo geſto habetur, & firmat Peregr. *de iur. fiſ. lib. 6. tit. 1. num. 26.*

Ex quibus deductionibus faciendis nil remanet contra Mercatores: cætera ſuppleant peritiſſimi Iudicantes.

Ferdinandus Brancia.

SVMMARIVM.

1 *Feudi conductor an teneatur ſoluere impoſitionem pro quolibet boue deſeruiente pro cultura feudi.*

2 *Feudi Conductor quomodo antiquitus tenebatur ſoluere onus iumellæ.*

3 *Colonus Eccleſiæ vtrum de fructibus teneatur ſoluere collectam.*

4 *Collectarum onus vtrum reſpiciat Dominum, vel potius conductorem.*

5 *Collectarum onus eſt in feudo, non in perſona.*

6 *Colonus Eccleſiæ vtrum teneatur ad onera, ad quæ non tenetur Eccleſia.*

7 *Collectari an poſſit quis pro bonis mobilibus, & pro ſua induſtria.*

8 *Priuilegium conceſſum Eccleſiæ eſt perſonale, vnde non egreditur perſonam.*

9 *Priuilegium conceſſum pro rebus tranſit ad quamcumque perſonam, ad quam tranſeunt res*

10 *Colonus*

10 *Colonus prædij exempti, qualiter teneatur ad collectas.*

11 *Feudum cum vaſſallis, quod eſt in redditu unciarum 20. quid ſoluere teneatur in Regno.*

12 *Colonus feudi iumellam ſoluere non tenetur.*

13 *Præſcriptio immemorabilis, quid operetur in præſenti.*

14 *Conductor ſi teneretur ad ſolutionem oneris, vtique eſſet præiudicium Domini.*

15 *Colonus Eccleſiæ quando ſeruit expenſis Eccleſiæ, immunis eſt à pedagio.*

16 *Priuilegium conceſſum ratione perſonæ, quando dicatur.*

17 *Barones Regni non ſunt immunes in paſſibus, & dohanis Regni pro fructibus Feudi, quod pluries deciſum affertur.*

18 *Bartoli Doctrina* in l. 1. C. de annonis, *explicatur.*

ARGVMENTVM.

Conductor Feudi, quod illius vtilis Dominus tenet in capite à Regia Curia, an pro animalibus, quæ ibi tenet pro feudi cultura deſeruientibus,onus collectarum ſubire teneatur. Colonus Eccleſiæ, an teneatur ad quod Eccleſia non tenetur: & de aliis notabilibus.

ALLEGATIO LV.

1 IN hoc articulo, an conductor feudi Palini (quod D. Marchio Sanctæ Agatæ tenet in capite à Regia Curia) teneatur ſoluere Vniuerſitati prædictæ Terræ, in cuius territorio prætenditur ſitum, impoſitionem ducati vnius pro quolibet boue deſeruiente pro cultura dicti feudi, parum eſſet laborandum, dum Andr. *in cap. 1. quæ ſint regal. in verbo, & plauſtrorum, num. 58.* indiſtinctè tenet, quod ſicut feudatarius non eſt obnoxius ſolutioni collectarum pro corpore feudi; ita, & pro animalibus deſeruientibus ad culturam feudi, & in ſpecie pro bobus, quorum miniſterio, & labore percipiuntur fructus à feudo, de quibus ſoluitur militare ſeruitium, quod non ſolùm procedit quando animalia paſcua ſumunt in feudo toto tempore anni, ſed etiam pro minori parte, vt per Capyc. *in inueſt. in verb. feudatariorum immunitas.* Sed quod Vniuerſitas prætendit, dictam impoſitionem non eſſe conſiderandam de per ſe, ſed vti ſubrogatam in locum antiquæ impoſitionis vulgariter dictæ *La Giummella*, quæ ſoluebatur de frumento, & hordeo nato in territorio dictæ terræ ad rationem tumulorum duorum pro quolibet curru, quo caſu in materia impoſitionis eſt inſpicienda natura illius, in cuius locum noua impoſitio ſubrogatur, & non nouæ ſubrogatæ, vt dicit Bald. *in leg. 1. ff. quod cuiuſque Vniuerſ. nomin.*

Et ideò ſi hodie vigeret prima impoſitio, certè 2
iſte colonus, qui nummis colit, ad conſignationem dictæ Iumellæ teneretur, dum penes ipſum integri fructus perueniunt, & perſona ſua non reperitur priuilegiata, ex his, quæ in ſimilibus dicunt DD. in colono Eccleſiæ, qui debet de fructibus penes ip- 3
ſum peruentis ſoluere collectam, de quo per Federic. de Sen. *in conſ. 111.* Item ex doctrina Bart. *in leg. 1. Cod. de annon. & tribut. lib. 10.* vbi tenet quod onus tributorum pertinet ad conductorem nummis colentem, & nòn ad dominum, & ex his quæ ſerioſiùs adducuntur per Theſaur. *in deciſ. Senat. Pedem. 117. per totum.*

Sed his non obſtantibus contrarium eſt iudican-
dum in caſu, de quo agitur, cui non ſunt applica- 4
biles opiniones prædictorum Doctorum, & vt veritas iſtius articuli cognoſci poſſit, ſunt diſtinguendi caſus a DD. diſputati, quibus diſtinctis de per ſe deciditur caſus propoſitus, & deueniendo ad rem, dicimus, quod Doctores diſputauerunt.

Primò, An onus collectarum reſpiciat Dominum, vel conductorem, & licet communis opinio ſit, quod reſpiciat Dominum, & non conductorem, de quo latiſſimè per Octau. Cacher. *in deciſ. Senat. Pedem. 83.* tamen diſputatio non deſeruit caſui noſtro, 5
ex quo in omnem euentum Vniuerſitas, cui debetur collecta, debet illam conſequi, ſiue debeatur à Domino, ſiue à conductore, eo quod fundus eſt obnoxius; ſed tantùm quæritur an onus Domini transferatur in conductorem, & ſi conductor vltra penſionem, collectam, vel tributum ſoluere teneatur; at in caſu noſtro non eſt ſic, poſtquam Pars fatetur, feudatarium non teneri.

Secundò controuertitur, An colonus Eccleſiæ te- 6
neatur ad onera, ad quæ non tenebatur Eccleſia; & in iſto articulo variæ fuerunt opiniones Doctorum; nam nonnulli affirmarunt non teneri, nonnulli verò contrarium, aliqui cum diſtinctione, nempe quod colonus poſſit collectari pro fructibus deductis expenſis, & mercede ſoluta Eccleſiæ, vt per Andr. *in tit. quæ ſint regal. in verſ. & plauſtrorum, num. 16. in fin.* Eoque quis poteſt collectari, etiam pro 7
bonis mobilibus, & pro ſua induſtria, de quo latiſſimè per Cacher. *in d. deciſ. 83. num. 7.* & per Theſaur. *in deciſ. eiuſdem ſenat. 96. num. 10.* qui multas deciſiones DD. allegat, & pinguius per Vincent. Carrot. *in tract. locat. in tit. de collect.* & nequaquam deciſiones, & diſtinctiones DD. deſeruiunt articulo de quo agitur; nam priuilegium conceſſum Eccleſiæ eſt perſonale, & non egreditur perſonam Ec- 8
cleſiaſticam, de quo per Dec. *conſ. 48. num. 1.* & ibi latè per addentes, & per Bald. *conſ. 31. vol. 1. in fine,* qui loquitur in propria materia. At verò nos ſumus in feudalibus, in quibus immunitas conſideratur, vt quid reale, adeò quod feudum in quemcumque vadit ſemper retinet immunitatem, vt apertè eſt videre in cap. Regis Caroli, quod incipit *porrecta*, & ideò quæſtio de qua agitur eſt proponenda, An colonus teneatur ſoluere impoſitionem pro fructibus perceptis ex feudo priuilegiato & exempto; & in iſta quæſtione non inueni contradictorem; Nam 9
omnes DD. indiſtinctè firmarunt, colonum non teneri, in primis eſt gloſ. *in Clem. 1. de decimis, in verſ. excolendas, verſ. ſed nunquid coloni,* vbi tenet, quod quando verba priuilegij diriguntur ad terras, & non ad perſonas, quod tunc coloni non tenentur ſoluere decimas, & loquitur tam de colonis partiariis, quàm de nummis colentibus, & ibi Anchar. Abb. *in cap. ex parte de decimis, num. 4. & 5.* vbi

vbi plenè Soccin. *in conſ.* 197. *vol.* 2. Boſſ. *in tit. de Principe, num.* 174. Alciat. *conſ.* 2.6. *num* 6. Burſat.
10 *conſ.* 25. Imò, qui in præcedenti quæſtione tenent partem affirmatiuam, reſpondendo ad contraria, dicunt illorum opinionem procedere in colono prædij exempti, & idem Theſaut. *in dict. deciſ.* 96. *num.* 14. Ferretta *in quæſt. vectigal. num.* 538. qui loquitur in colonis nummis colentibus, & pro vera determinatione iſtius articuli allego Andr. in propriis terminis *in tit. quæ ſint regal. in verſ. & plauſtrorum, num.* 56. *in fin.* vbi affirmat, quod ille qui tenet bona ab Eccleſia, tenetur ad collectam, deducta tamen penſione, ea ratione, quod priuilegium eſt perſonale, ſubdit parum poſt *num.* 51. hoc non poſſe dici de feudatario, quæ opinio non ſolum fulcitur auctoritatibus, ſed etiam rationibus potiſſimis.

Nulli dubium eſt quod priuilegium, quo mediante feudatarius non tenetur ad collectas, non aliter dependet à voluntate Regis concedentis, provt *in cap. porrecta*, ſed ex iuris diſpoſitione poſtquam feudatarius tenetur ad ſeruitium, & ſeruitium eſt magni momenti, coque de feudo, cum Vaſ-
11 ſallis, quod eſt in redditu vnciarum 20. ſoluuntur vnciæ decem cum dimidia, quarum onus diuiditur inter Dominum pro certis ratis, & Vaſſallos, de quo per Andr. *in cap.* 1. *in fin. quis dicatur Dux*, & ideò ne duplici onere grauetur feudatarius non tenetur ad collectas, *argum. leg. nauis*, §. 1. *ff. ad leg. Rod. de iact.* de quo per Parid. de Put. *in tract. de reinteg. feud. car.* 13. *n.* 3. *in antiquis*, & ante ipſum, & melius per Iſern. *in tit. quæ ſint regal. verſ. & plauſtrorum, num.* 57. *verſ. hoc conſiderauit ille*, vbi ſubdit iſta verba, *qui ſtatuit de feudo non deberi collectam, vt qui grauatur in vno, releuetur in alio*: hæc ille. Iſta ratio
12 militat in facto noſtro, ſiquidem ſi colonus eſſet obnoxius ſolutionis *iummellæ*, tanto minùs conduceret feudum, vt in propriis terminis conſiderat Dec. *in conſ.* 48. *n.* 5. & Bald. *in alleg. conſ.* 31. & ſic per indirectum feudatarius ſolueret impoſitionem, quod eſt contra mentem cap. vltrà quod in taxa adhoarum (quando feudum eſſet locatum, tanto minùs ob onus *Iummellæ*) eſſet deducenda rata oneris, & ſic etiam in releuio, a quo deducitur onus adhoarum, quod eſt abſurdum.

13 Vlterius, & deuenio ad particularia, Ioan. Andr. Capua conduxit feudum cum prærogatiuis ſpectantibus ad feudum, cum infra ſcriptis verbis, *leg. integro feudo*, eo modo, & forma, *come l'hanno tenuto per il paſſato leg. vltimi Affittatori, & altre prerogatiue ſpettano à detto feudo.* Item *che eſſo Affittatore ſia franco, e libero da ogni ragione di piazza per la vendi-tura delle vittouaglie recolligende di detto feudo*, vt patet fol. 71. & eſt verum, quod ab immemorabili tempore non fuit aliter de fructibus dicti feudi ſoluta iummella, vt dicunt teſtes, quod ſolùm ſufficeret in iſta materia, vt per Dec. *in dict. conſ.* 48.
14 *num*.... Dum ergo feudum fuit locatum cum prærogatiuis feudorum, & provt alij conductores illud tenuerunt, & in ſpecie voluit conductor gaudere immunitate iuris plateæ pro venditione fructuum, ergo ſi iſte conductor aliquid ſolueret, Baro tenetur reſarcire damnum, & ſic non ſolùm ex prænarratis pactis apparet onus reſpicere feudum, & feudatarium; ſed etiam quod conductor poſſit ex pacto ſumptibus locatoris vti dicta prærogatiua immunitatis, quo caſu Bald. *in dict. conſ.* 31.
15 *in fine*, dixit, quod quando colonus Eccleſiæ contractat fructus ad ſui commodum, expenſis Eccleſiæ, quod tunc eſt immunis à pedagio, à quo non eſt immunis, ſi propriis expenſis illos transferret. Ex quibus omnibus remanet fundatum colonum feudi non teneri ad ſolutionem Impoſitionis, non ſolum auctoritatibus, ſed etiam rationibus.

Non obſtant ergo allegata in contrarium; nam 16
militant, quando priuilegium eſt conceſſum ratione perſonæ, & non ratione rei, & quando aliquid deberetur ex propria contractatione fructuum, ſeparata ab ipſo contractu locationis, veluti quando colonus perceptis fructibus illos transferret in alium locum; nam ſi in illo loco ſolueretur pedagium, abſque difficultate teneretur colonus ille ibi illud ſoluere, ratione immiſſionis, & nouæ contractationis, non tanquam onus feudi, nec onus fructuum, ſed ratione contractationis & immiſſionis per locum ſubditum tali oneri, vt bene diſtinguit Bal. *in d. conſ.* 31. quam diſtinctionem ſequitur latiſſimè illa fundando Agidius Thomat. *in tract. de collect. fol.* 204. *in cap. incip. coloni Eccleſiæ*, licet de Bald. non faciat mentionem. Et ideò non mirum ſi 17
appareat aliàs deciſum per Regiam Cameram, Barones Regni non debere reputari immunes in paſſibus, & dohanis Regni pro fructibus feudorum immiſſis, & vectis per loca, vbi ius paſſus exigitur, poſtquam deciſio fuit iuridica, & prædictis deciſionibus conformis, & in iſtis terminis conſuluit Feder. de Sen. qui in ſpecie de pedagio loquitur. Nec obſtat doctrina Bart. *in d. leg.* 1. *C. de annon.* nam potius fundat diſtinctionem vt ſupra factam, & deſeruit meæ opinioni, poſtquam idem Bart. dum aſſignat rationem, dicit, quod onus tributi, ideò tran- 18
ſit in conductorem nummis colentem, quod eſt onus reale, quod ſecus eſt in collectis, quarum ſolutio remanet penes locatorem, tanquam onus perſonale, licèt pro rebus; Ergo argumentando à ratione, quod eſt validum, quando immunitas eſſet realis, benè tranſiret in conductorem, ſicuti tranſiret onus. Hæc ſcripſi currenti calamo. Cætera ſuppleat doctrina DD. Iudicantium.

Ferdinandus Brancia.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſeries proponitur in præſenti.*

2 *Princeps quando præſumatur vti plenitudine poteſtatis, quando verò ordinaria.*

3 *Princeps cum ſuis ſubditis contrahendo naturaliter, & ciuiliter obligatur, vnde non poteſt contractum cum eis factum reuocare.*

4 *Principis ſucceſſor tenetur ſtare factis ſui anteceſſoris.*

5 *Princeps quando recedit à contractu facto cum ſubdito, debet probari cauſa legitimè recedendi.*

6 *Princeps quando aufert ſubdito id, quod ei vendidit, qualiter teneatur ad excambium, & ad pretium.*

7 *Domanij promiſſio facta à Principe Vniuerſitati, quæ ſuis ſumptibus ſe redemit, ſeruanda omnino eſt.*

8 *Vaſſalli non poſſunt à Principe alienari, etiam in caſu permiſſo, quando præceſſit pactum de non alienando.*

9 *Textus*

9 *Textus* in leg. Lucius, ff. de euictionibus, *qualiter procedat.*

10 *Princeps ex cauſa neceſſitatis poteſt alienare rem aliquam inalienabilem, quando non habet rem explicitam.*

11 *Salus communis, & publica, communibus expenſis eſt procuranda.*

12 *Regis aſſertioni, qualiter, & quando ſtandum ſit, & an debeat conſtare de cauſa.*

ARGVMENTVM.

Principem plenitudine poteſtatis interdum vti qualiter probetur. Suis cum ſubditis contrahendo naturaliter, & ciuiliter obligari, ſucceſſorémque ipſius teneri ſtare contractui, firmiter probatur. Domanij promiſſionem ſeruandam eſſe præſertim ſi ex vi contractus facta fuerit. Neceſſitatis tantùm cauſa Principem alienare poſſe rem in alienabilem, liquidò conſtat. Eius tantum aſſertioni credendum non eſſe, niſi aliunde de cauſa conſtet, probatur.

ALLEGATIO LVI.

1 Dvx Sueſſæ in anno 1551. dum pro ſuis neceſſitatibus diſtrahere intendebat Ciuitatem Bitonti, quam tenebat ex conceſſione quondam Catholici Regis, ſe conuenit cum Decurionibus eiuſdem Ciuitatis, quibus vendidit Baronales introitus, Arcem, Turres, & omnia, quæ ab ipſo Duce poſſidebantur in Ciuitate prædicta, vigore prædictæ Regiæ conceſſionis pro pretio duc. 66. mil. in qua quidem venditione, & ſub eodem pretio incluſa fuit etiam iuriſdictio, quæ de voluntate prædictæ Ciuitatis relaxata fuit a Duce in beneficium Regiæ Curiæ; ſub conditione tamen quòd ab ipſa in perpetuum exerceatur in domanium, & quòd nullo vnquam tempore ab ea ſeparari poſſit ex quauis cauſa.

Eodem die contractus dictæ emptionis, & venditionis fuit à Cæſarea, & Catholica Maieſtate approbatus, mediante perſona Illuſtriſſimi D. Petri de Toleto Procuratoris, & Viceregis, qui nomine prædictæ Maieſtatis Cæſareæ, & ſuorum Primogenitorum Regum acceptauit commodum dictæ iuriſdictionis, & vaſſallagij, illamque promiſit, nomine quo ſupra, ſemper in perpetuum tenere in domanium, nullo vnquam tempore alienare, pignorare, alicui in gubernum concedere, etiam ſi perſona, cui conceſſio fieret, eſſet ſecundogenitus Regis, & iureiurando promiſit omnia prædicta obſeruare, etiam ſi contrarium expediret publicæ vtilitati, & neceſſitati totius Regni; imò promiſit domanium prædictum defendere, & pro eo de euictione teneri voluit ab omnibus hominibus, & perſonis. Conceſſitque ei Ciuitati prærogatiuam, *leg. bene à Zenone, leg. omnes, Cod. de quadri. praſcript.* vigore cuius contractus Bitontina Ciuitas hucuſque fuit in poſſeſſione omnium prædictorum.

Ad præſens datur intelligi, quòd Dominus noſter Rex non informatus de prædictis contractibus, intendit in partem excambij conuenti pro habenda Arce Sablonetæ ſita in Gallia Ciſalpina, Ciuitatem prædictam in feudum concedere Illuſtriſſ. Principiſſæ Hoſtiliani, & per conſequens tollere, & reuocare contractum initum inter Cæſaream Maieſtatem fel. record. & Ciuitatem prædictam, ipſamque Ciuitatem priuare introitibus, Caſtro, Turribus, Fortellitio (vt vtatur verbis contractus,) & quod peius libertate, & domanio, tempore, quo omnia prædicta emptionis titulo ab ipſa acquiſita, & poſſeſſa fuerunt.

Fuit in controuerſiam deductum, an liceat Regi noſtro de plenitudine poteſtatis talia facere, in quo articulo negatiuè fuit reſponſum à Domino Collega in ſuis, quas ordinauit allegationibus, in quibus ità diffuse, doctè, & ordinate intentio Ciuitatis fundata fuit, quòd nihil addi poteſt; nihilominus recollegi poſt meliores ſpicas, quæ conferre poſſunt ad vbertatem, & non ad neceſſitatem huius negotij.

Primò eſt verum in facto, quòd nos non verſamur in dubio, ſed ſumus in claris, quòd Dominus noſter Rex non intendit vti in negotio, de quo agitur, abſoluta, & plenaria poteſtate; non enim hoc expreſſit, imò contrarium declarauit, dùm mediantibus ſuis litteris iuſſit, Ciuitati iuſtitiæ complementum fieri, & quando hoc eſſet dubium, adhuc ſumus in tuto, poſtquam Princeps non præſumitur vti plenitudine poteſtatis, ſed ordinaria, Innoc. *in cap. innotuit, n. 5. in fine, de elect.* & *in cap. innotuimus, num. 1. in fin. de cenſib.* Alex. *in leg. Centurio, num. 30. ff. de vulgar. & pupillar.* Paul. Caſtr. *in leg. Princeps, num. 2. ff. de legib.* Felyn. *in cap. cauſam, quæ de teſtibus, num. 7. verſ. tertiò nota,* latiſſimè Marcus Antonius Angu. *conſ. 29. num. 5. verſ. etiam,* & Boſſ. *in tit. de Principe, n. 193.* Gaill. *obſeru. 56. n. 13.* latè Menoch. *de præſumpt. præſumpt. 12. n. 1. lib. 2.* Crauett. *de antiquit. tempor. part. 1. quæſt. 1. num. 39.* vbi dicit, quòd euidenter conſtare debet de voluntate Principis volentis vti plenitudine poteſtatis; nam in dubio non præſumitur, & contrarium cenſetur obtentum per importunitatem. 2

Secundò dicimus, quòd & ſi Dominus noſter vellet ex plenitudine poteſtatis irritare, reſcindere, vel reuocare contractum celebratum inter Inuictiſſimum Imperatorem eius auum, & Ciuitatem, adhuc non poſſet, licèt enim Princeps cum ſubdito contrahente non obligetur ciuiliter, tamen naturaliter, quæ obligatio naturalis eſt tam efficax ad ipſum obligandum, quam ciuilis, vt copioſè fundat Ferdin. Valq. *illuſtr. quæſt. cap. 51. num. 29.* Imò etiam ciuiliter obligatur, ſecundùm Anton. Gomez. *var. reſolut. cap. 1. num. 1.* & Pagil. *in leg. interpoſitas, num. 37. Cod. de tranſact.* quam opinionem ſequitur Molin. *de contract. diſput. 261. num. 9.* quæ rogo videatur. Hinc Doctores communiter dixerunt, quòd Princeps non poteſt contractum etiam cum ſubdito celebratum reuocare, vt Dominus Collega fundauit, & vltra Doctores allegatos, videndus eſt Foller. *in pract. cenſual. in verb. & ſummiſſionis, num. 6. &* 8. Borgn. Caualc. *deciſ. 35. num. 100. verb. quartò, non poteſt,* Burſat. *conſ. 160. num. 16. & 36. vol. 2.* Andr. ab Exea. *in tract. de pact. num. 456.* Ripa *reſp. 10. num. 20. verſ. quartò reſpondetur, in tit. de delict. & reſp. 12. num. 7. in titul. de diuerſis reſcript.* Ioan. Iacob. Leo *inter conſ. 117. num. 243.* Scot. *conſ. 1. num. 148. tom. 1. lib. 1.* Socc. *conſ. 86. num. 14. volum. 4.* Alciat. 3

ciat. *de præſumption.regul.4. præſumpt.8. num.5.& in reſponſ.9. num.*18. *lib.*3. Bolognet. *conſ.6.* Gigas. *in addit.ad conſ.Rubei.* Alex. *conſ.*50.*num.*7.Iulius Clar. *in tit.de feud. quæſt.*59. *verſ.*1. Imò grauiùs peccat Princeps,frangendo fidem,quàm priuatus,latè Menoch. *conſ.*1. *num.*227. *& conſ.*721. *num.*3.*volum.*8. Surd. *deciſ. Mant.* 254. *num.*10. Et ſi Princeps non ligaretur pacto, nemo ſecum contraheret, vt ait Iaſ. *in l.*1.*num.*4.*verſ.ad idem ff.de pact.* Roman.*conſ.* 351.*num.*24.

4 Quæ omnia non ſolùm procedunt in illo Principe, qui contraxit; ſed etiam in ſucceſſore,latè Surd. *in deciſ.*326.*num.*4. Riminald.Iun. *conſ.*63. *num.*32. *verſ.igitur volum.*1. Imò nec indirectè venire poteſt contra ſuum contractum, vel prædeceſſorum, Andr. ab Exea *in alleg.tract.de pact num.*456. proveſſet in caſu noſtro, in quo allegatur prætenſa, & imaginaia cauſa.

5 Nec Fiſco ſuffragatur allegata cauſa, ſiquidem quando Princeps diſcedit à ſuo contractu,cauſa non præſumitur in eo, ſed debet probari, & de ea legitimè conſtare, Ruin. *conſ.*21 *num.*12. *verſ.quia,*Par. *conſ.*11 *num.* 48.*vol.*1. Maſcard. latè *de probat. concluſ.*265.*num.*26. Bellon. *conſ.*28.*num.*7. vltra Cephal. *conſ.*301 *num.*18.*vol.*3. Scot.*in in alleg.conſ.*1. *num.*213.

6 Cauſa allegata eſt aërea, ſiquidem Principiſſa Hoſtiliani nunquam petiit Ciuitatem Bitonti in eſcambium Arcis Sabionetæ, neque dixit nolle excambium perficere, niſi habita Ciuitate ipſa; Imò contrarium inter Regem noſtrum, & Principiſſam conuentum fuit; ſiquidem Sua Maieſtas vigore capitulationis habet facultatem aſſignandi dictę Principiſſæ excambium in tot bonis feudalibus, & proptereà dum habet facultatem tradendi bona ſua domanialia libera, per neceſſe ſequitur, quòd cauſa eſt voluntaria;factum enim neceſſarium eſt illud, quod non eſt in poteſtate noſtra illud non facere, ideò relegati dicuntur neceſſarium domicilium habere in loco, in quo relegati ſunt, quia ab eo diſcedere non poſſunt, *leg.*22.*§.Relegatus, ff. ad municipales*, vltrà quòd in materia noſtra cauſa neceſſaria non ſufficit, & quando eſſet in conſideratione, debet eſſe talis cauſa, vt expediret potius tirannidem ſufferre, quam cauſam illam, vt benè conſiderat Molina *in allegat. diſput.* 161. *num.*9. *in fin.* & ex his generalibus decidi poteſt cauſa ad beneficium Ciuitatis.

7 Deueniendo nunc ad magis particularia dicimus, quòd Princeps, qui pollicitus fuit Ciuitatem non alienare, & maximè illam, quæ ſuis ſumptibus ſe redimit, etiam ex plenitudine poteſtatis, & ex cauſa non poteſt procedere ad illius alienationem, vt teſtantur infraſcripti Doctores.

1 Lucas de Penna *in l.*1. *C. de capit. Ciuit. cenſ. vol.*1.*exim lib.*11.*n.*40.

2 Soccin.Iun. *conſ.*78.*vol.*1.

3 Iacob Rebuff. *conſ.*146. *col.*3.*verſic. quarto, & longè.*

4 Afflict. *cap.*1.*§.ex eod.de lege.Corrad.num....*

5 Sola *in conſuet. Sabaudiæ,in titul. de pactis inter empt.& vend. num.*62.*verſic. & maximè.*

6 Aymon. Crauett. *conſ.*141. *num.*9. *in fin. verſic. rurſus ipſa Communitas*, vbi fundat, quòd Princeps etiam de iure diuino obligatur ad obſeruantiam promiſſi domanij.

7 Ioan. Neuizan. *in conſ.*12. *per totum inter conſil. feud.Albert.Brun.*

8 Ferdinand. Vaſq. *quæſt.Illuſtr. cap.*1. *num.*14. *in fin.verſ.decimò apparet*, in quo loco inuehit contra Capycium,& Ferdinand. Loazes aliter tenentes,his verbis, *Opinio Capyc. & Loazes tam à veritate longè abeſt, vt impia, iniuria, & perfidia ſit, etiam contra ius diuinum, naturale, & Gentium, & palam egrediatur notiſſimos, & anguſtiſſimos terminos ſimplicis Principatus*, hæc ille.

9 Octauian. Cacheran. *conſ.*26 *per totum*, idem tenet, & refert nonnullas deciſiones Senatus illius Prouinciæ.

10 Lupus *in cap. per veſtras*, allegatus ab Octauian.

11 Amedus à Ponte *in titul.qui feud. dar. poſſ.numer.*117.

12 Cancer.*var.reſol. cap.*3.*part.*3.*in tit.de priuileg. num.*368.

Nec obſtant allegata in contrarium, nempè deciſio Capyc. 166. Ferdinand.Loaz. *in reſponſ.Oppidi Mulæ*, Socc.*conſ.*4.*vol.*3. & Iaſ. *conſ.*227.*& conſ. Raphaelis Fulgoſ.*20. Nam pro parte Ciuitatis replicatur, quod de deciſione Capyc. non eſt magnifaciendum; ſiquidem non fuerunt in deciſione prædicta ponderatæ doctrinæ, quæ pro contraria opinione poterant adduci. Inſuper illa deciſio fundata fuit in relatione Hieronymi de Colle, & Ludouici Montalli Regentium Regiam Cancellariam, qui teſtati fuerunt, quod non poterat ſine illa venditione ſubueniri neceſſitatibus belli, vt patet *numer.* 8. *in fin.* quæ ratio non vrget temporibus noſtris.

Nec de conſ. Socc. & Iaſ. ex quo in illa cauſa, in qua patrocinium præſtiterunt, contrarium fuit deciſum, & deciſio trina deciſione approbata fuit, adeò quod de eorum dictis non eſt curandum, de quo teſtatur Octauius Cacheran. *in alleg. conſ. numer.*35.

Nec ſimiliter dictum Ferdinandi Loazes debet eſſe in conſideratione ex duobus: Primò, quia loquitur in gratuito priuilegio domanij, nos verò ſumus in contractu oneroſo, & in Ciuitate, quæ pecunia mediante acquiſiuit libertatem, & ſponte (quoad iuriſdictionem) in immediatam Regiæ Curiæ ditionem ſe ſubiecit, tempore quo Catholica Maieſtas in anno 1507. illam conceſſerat Magno Capitaneo. Secundò, Quicquid dixit *Loazes in dicto conſ.* proceſſit ex affectione cauſæ, in qua conſuluit; non enim illam opinionem pro vera habuit, ſiquidem in lecturis contrarium docuit, nempè *in repet. l. filiusfamilias, §. diui, num.* 105. vbi tenet, quod vaſſalli etiam in caſu permiſſo non poſſunt alienari à Principe,quando præceſſit pactum de non alienando, ad quod allegat Bald. *in cap.*1.*§.præterea de capit.Corrad.*nec minus obſtat *conſ.*20.*Fulgoſ.*nam potius pro mea, quàm pro fiſci opinione facit,vt in ipſo eſt videre. 8

Nec Fiſco opitulari poteſt diſpoſitio tex.*in l.Lucius, ff.de euict. & l. item ſi verberatum, §.*1.*ff.de rei vend.* nam vltra ea, quæ copioſiſſimè adducta ſunt à Domino Collega, dico quod diſpoſitio illarum legum procedit in prædiis, quæ iure gentium Princeps Victor acquirit, & victus admittit, quæ prædia, & vſus recapit aliquando, militibus honoris gratia aſſignabantur, aliquando publicè diſtrahebantur, aliquando poſſeſſoribus reſtituebantur, & non in prædiis ſubditorum, quæ pacificè ſub dominio illius Principis tenentur, ita ex Alciato, Cuiacio, & Fortleges illas intelligit, & benè Petr. Auguſtinus Valentinus *in Emporio iuris, part.*1.*tit.*9. *de contrah.emption. quæſt.*1. *num.*10. 9

Vlterius pro libertate Ciuitatis Bitonti dico, quod in caſu, de quo agitur nulla inueniri poteſt difficultas, ſiquidem illi pauci Doctores, qui à parte allegari poſſunt, regulariter tenent opinionem negatiuam; 10

negatiuam ; ſed illam limitant , quando adeſt vrgentiſſima , & neceſſaria cauſa alienationis (in qua ratione fundata eſt *Deciſ. Capic.* 166.) Sed ſic eſt , quod in diſtractione Ciuitatis Bitonti nulla adeſt cauſa , nulla conſiderari poteſt neceſſitas , tùm quia voluntaria eſt acquiſitio Arcis Sablonetæ , tùm etiam ſi aliqua vtilitas conſiderari poteſt , illa reſpicit Ducatum Mediolani, & non Regnum noſtrum, in quo ſita eſt Ciuitas Bitonti. Ergo per neceſſe conſultatio eſt facienda ad beneficium Ciuitatis ; vltra quod ſi pro vtilitate huius Regni Sabloneta neceſſaria eſſet , adhuc Ciuitas Bitonti obtinere debet ; tunc enim Princeps ex cauſa neceſſitatis poteſt alienare rem aliquam inalienabilem , quando non habet rem explicitam , ita in propriis terminis noſtris conſuluit Grat. *in conſ. ſeu reſponſ.* 148. *part.* 2. idem tenet Ioan. Tarſia Remunato *n.* 41. *&* 42. facit etiam, quod voluit Ioan. And. *in cap. verum*, vbi dicit, quod ſi Eccleſia ſit prohibita rem ſibi donatam alienare , licèt ei ſuperueniat neceſſitas alienandi , ſi tamen poteſt ſubueniri per alienationem alterius rei, liberè ſtabit rei donatæ firma prohibitio, probat etiam tex. *in l. pater filium, in fine principij , ff. de leg.* 3. ibi, *ſi non erat aliud in hereditate*, per quem tex. idem dicit Raphaël Com. *in leg. peto, §. ſi de vectigalibus, ff. de damn. infect.*

Cauſa autem neceſſitatis tunc legitima eſt , ſi aliunde prouideri non poterit, vt conſiderat Capyc. in propria materia noſtra, *in dict. deciſ.* 166. *num.* 30. *& deciſ.* 51. *in fin.* Aymon. Crauett. *conſ.* 141. *in fin. col. penult.* dùm enim Dominus noſter habet infinitas res ſuas , & poſſidet nonnullas Ciuitates , & Terras, quæ poſſunt aſſignari abſque iniuria tertij: Ergo deueniri non poteſt ad ipſius Ciuitatis Bitontinæ alienationem ; vltra quod, ſi vere adeſſet neceſſitatibus, & non adeſſent bona explicita , non per hoc erit procedendum ad alienationem Ciuitatis Bitonti.

Principiſſa Oſtiliani Bitontum non quærit præcisè , ſed pretium Sablonetæ, & ideò pretium erit ſoluendum à toto Regno , & non in ſatisfactionem illius libertas Ciuitatis prædictæ eſt in permutatio-
11 nem danda, & ratio eſt , quia iuri naturæ non congruit, vt communis ſalus , communis neceſſitas, aut commune periculum vnius tantùm , aut alterius, ſed communibus expenſis compenſetur ; ita in propriis terminis Anton. Eugen. *conſ.* 50. *num.* 39. & alij, quos allegat Iacob. Cancer. *var. reſol. cap.* 3. *part.* 3. *num.* 84. & Raphaël Fulgoſ. *conſ.* 20. *num.* 7. *circa medium.*

12 Nec dicatur ſufficere Regis aſſentionem, tàm reſpectu cauſæ, quam reſpectu deficientiæ alterius rei explicitæ, nàm de iure quando Princeps non poteſt aliquid facere, ſine cauſa, non ſtatur ſuæ aſſertioni, debet enim cauſa probari , & aliunde de ea conſtare, Oldrad. *conſ.* 170. Anchar. *conſ.* 398. Gemin. *conſ.* 53. Grat. *reſponſ.* 5. *num.* 5. & fuit obſeruatum in caſu deciſ. Capic. vt in ea eſt videre ; non enim ſufficit, quod Rex dicat, ſed conſtare debet Iudici , ſi illud eſt ſufficiens, vt fundat Amedeus *in d. tit. de his, qui feud. dar. poſſ. nu.* 124. *in fin.* Et ex his, quæ ſic laconicè dicta ſunt, credo, quod cognoſci poſſit, quàm iuſtiſſima ſit prætenſio Ciuitatis , quæ nil aliud affectat, quàm immediatum Regis noſtri Dominium.

Ferdinandus Bancia.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſpecies enarratur.*

2 *Iudex laicus poteſt Clericum coram ipſo reconuentum condemnare.*

3 *Iudex laicus an poſſit cogere Epiſcopum ad Eccleſiam reparandam.*

4 *Reconuentio an detur in cauſa decimali, & an aduerſus decimas petentem compenſationis exceptio obiici poſſit.*

5 *Reconuentio prorogat iuriſdictionem reſpectu perſonæ, & non cauſæ.*

6 *Epiſcopo tantum conceſſum reperitur arbitrium in amplianda, vel reſtauranda Eccleſia , & num. 7. & quid circa hoc ſeruetur in Regnis Franc. n. 8. & 10.*

9 *Filij, vel nepotes illius, qui dotauit Eccleſiam, an poſſint Clericum diſſipantem bona honeſta conuentione compeſcere.*

11 *Inferrene licet à Templo Idolorum ad Templum Chriſtianorum.*

ARGVMENTVM.

Clericus ſi in Curia ſeculari in ius vocat laïcum pro ſolutione decimarum , an coram eodem Iudice reconueniri poſſit ad Eccleſiam reparandam. Exceptio compenſationis an obiici poſſit aduerſus Clericum decimas petentem : & de aliis notabilibus.

ALLEGATIO LVII.

NVLLO Iure poteſt Sacrum Concilium 1
ſe intermittere in iudicio intentato per viam recõuentionis ad inſtantiam Caſalis Sauiani contra Capitulum maioris Eccleſiæ Nolanæ ; ſiquidem natura vtriuſque cauſæ, ſcilicet conuentionis Capituli, & reconuentionis Caſalis repugnat ; egit enim capitulum contra Caſale Sauiani pro continuatione ſolutionis Decimarum , implorando Iudicis officium ſuper facti quæſtione, recuſabat Caſale , tandem Sacrum Conſilium dedit terminum in cauſa , manutenendo Capitulum in poſſeſſione exactionis : hinc Caſale per viam reconuentionis , mutuæ , & principalis petitionis petiit , condemnari Capitulum prædictum ad ampliandam Eccleſiam , illamque reficiendam; fuit difficultatum , an Sacrum Conſilium in dicta cauſa reconuentionis ſit Iudex Competens.

Pro parte Caſalis dicitur , quod ſic , eo quod, de 2
iure Iudex laicus poteſt clericum a laico reconuentum condemnare, ex his , quæ habentur in toto titulo de mutuis petitionibus. Inſuper dicit , quod circumſcripta reconuentione , adhuc Iudex laïcus poteſt cogere Epiſcopum ad reparandam Eccle-
ſiam, ex his, quæ dixit Guliel. Benedic. *in cap. Raynutius*, 3

*nutius, in verb.& vxorem nomine Adelaſiam, deciſ.2. num.*138. quam allegat Camill. Saler. in prooemio conſuetudinum, ad quod allegat etiam add. Iac. Anell.de Boëtis in Regni conſtitutionibus.

4 Sed his non obſtantibus in contrarium eſt veritas, & deueniendo ad confutationẽ omnium à Parte adductorum, dicimus in cauſa decimali non dari reconuentionem; cauſa enim Decimarum ſummaria eſt, & in ea Actor non poteſt reconueniri; Primum probatur *in Clem. diſpendioſam*, & ibi gloſ. *in verb.Decimis,de Decim.*quæ opinio comunis eſt,Cardin. ibidem *num.*28. Imol. *num.*7. Secundum fundatur ex dicto Innoc. & Hoſt. *in c.ex literis de mut. petit.* Specul. *in tit. de conuent.* §. *nunc dicamus,verſ. ſed non habet locum.* Petr. de Ballapert. *in leg.*1.*c.vbi cauſ.ſtat.& in Auth.& conſequenter, cap.de ſent. inter. omn. Iud.*immò non ſolum datur reconuentio,quando Decimæ petuntur, ſed nec admittitur compenſationis exceptio poſt Gloſ. *in c.Decimæ* 16.*quæſt.*1. tradit Rebuff. *in tract. de decim. quæſt. vlt. num.*19. ſi enim in cauſa Decimarum non datur reconuentio, ergo Partis aſſumptum corruit.

5 Secundò & melius dicemus, dato, & non conceſſo,quod in cauſa Decimarum detur reconuentio, adhuc in caſu noſtro Iudex laïcus ſe intromittere, non poteſt in negotio, de quo agitur; ſiquidem reconuentio prorogat iuriſdictionem Iudicis incompetentis reſpectu perſonæ, & non reſpectu cauſæ,& ideò quotieſcumque qualitas cauſæ repugnat, nullo modo Iudex laïcus poteſt contra clericum reconuentum procedere, de quo latè per Bart. *in leg. & conſequenter. C. de ſent. & inter. omn. Iud. num.*5. & Marian. Soci. *in tit. de mut. pet.art.* 6. *num.* 56. ſed ſic eſt, quod cauſa, de qua agitur, tanquam de re ſpirituali ad Epiſcopum tantùm pertinet: Ergo Iudex laïcus non poteſt in ea ſe intromittere. Minor huius argumenti abſque difficultate probatur, dum

6 Epiſcopo tantùm conceſſum reperitur arbitrium in amplianda, vel reſtauranda Eccleſia, & non aliis inferioribus,text. eſt ad literam *in c.omnes,de conſecrat. diſt.*1.*cap.Epiſcopum* 10.*quæſt.*1. legitur enim Deum Moÿſi tantùm Templi ædificationem præcepiſſe, vt in eadem diſt. *cap.*1. habetur, hinc Epiſcopus in viſitatione ſuæ Diœceſis ante omnia Eccleſiæ ſtructuram conſpicere debet, vt ſi inuenerit illam indigere reparatione, vel ampliatione, poſſit modum oportunum inuenire, vt tali neceſſitati conſulatur, Io.Franc.de Pariſ. *in tract. de viſitat.quæſt.*7.*num.*15. Si ergo Epiſcopo hoc onus iniungitur, quomodo Iudex laïcus poteſt cognoſcere iudicialiter, an Eccleſia indigeat ampliatione, & cuius expenſis fieri debeat.

7 Vlterius dicimus,quod Epiſcopus Nolanus in viſitatione facta in ann.1592.*fol.*272.& in ann.1604. *fol.vlt.*cauſam determinauit. Nã dum inſtitiſſet Caſale pro ampliatione dictæ Eccleſiæ, illiuſque refectione,fuit mediante decreto iuſſa refectio,& denegata ampliatio,vt patet *fol.*272.& iã decretũ, quoad caput refectionis executum fuit *fol.* 461. Si ergo Epiſcopus, ad cuius onus talia ſunt (ex decreto Toletani Concilij, vt habetur *in dict. c. Epiſcopum* 10. *quæſt.*1.) negotium viſitando diffiniuit, quomodo nunc poterit Sacrum Conſilium iudicialiter in forma contentioſa de eodem negotio cognoſcere?

8 Nec eſt curandum de his, quæ in Gallia dixit obſeruari Guliel. Bened. *in cap. Raynutius, in verbo. & Vxorem nomine Adelaſiam, in* 2. *deciſ. num.*138. ſiquidem in Regno Franciæ multa fuerunt à cõſuetudine inducta in detrimentum Eccleſiaſticæ libertatis, quæ in hoc Regno Miniſtri Regis noſtri Catholici, fideique defenſoris non vſurparunt, vltra quod dictum Guliel. eſt fundatum in dotatione, & fundatione Eccleſiarum illius Regni, & propterea non mirum ſi Tribunal Regis fundatoris cogit clericos ad reparandum Eccleſias, & quod hoc ſit verum, ponderetur Canon. alleg. *in c. filiis. vel nepotibus* 16. *quæſt.*7. vbi diſponitur, quod filij, vel nepotes illius, qui dotauit Eccleſiam, poſſunt Clericum diſſipantem bona collata honeſta conuentione compeſcere, vel Epiſcopum adire, & in caſu iuſtitiæ non miniſtratæ Metropolitano omnia inſinuare, & demùm Regis implorare auxilium,& ſic multa requiruntur, ante quàm Rex adeatur. Primum quod ille, qui vult adire ſit Patronus. Secundum quod Epiſcopus fuerit requiſitus. Tertium quod Metropolitanus ſit aditus. Hæc omnia deficiunt in caſu, de quo agitur; nam Caſale non prætendit Iuſpatronatus, Epiſcopus non deneganit iuſtitiæ complementum miniſtrare; immò ad Caſalis petitionem iniunxit Eccleſiæ refectionem. Metropolitanus non fuit aditus denegata ampliatione. Quomodo ergo poteſt Caſale Tribunal Sacri Conſilij adire, & in tantùm eſt verum, quod ſtilus illius Regni Franciæ eſt fundatus in Patronatu, quod in materiis concernentibus Eccleſias nondum ædificatas, nunquam Reges illius Regni ſe intromiſerunt; imò Carolus, & Ludouicus Pragmatica Sanctione profeſſi ſunt, non tantum in Eccleſiarum conſtructione aliquod ius non eſſe eis conceſſum, ſed neque ipſos abſque Epiſcopi licentia domi eorum Oratorij conſtruendi habere aliquam facultatem, teſte Theod.*hiſt. lib.*5.*cap.*782.quem allegat Card. Baron. in Parænesi ad Rempubl. Venetam *fol.*17.

9

10

Nec Parti opitulatur aſſerta additio impreſſa ſub nomine Iacobi Annell.de Boëtis; non enim perſuadere mihi poſſum, quod additio prædicta fuerit à tanto viro facta; nam à lege allegata corruit auctoritas additionis,allegat enim text.*in leg.ſi in aliquem,* §. *Ædes ſacras, ff. de offic.Proconſ.* vbi diſponitur, quod Proconſul debet curare, quod ædes ſacræ reficiantur, & non conſideranit Auctor illius additionis, quod Iuriſconſultus Gentilis, Gentilibus ius dicebat: Non enim licet inferre à Templo Idolorum ad Eccleſias Chriſtianorum, quarum regimen ſummo tantùm Pontifici,& illis, qui ab ipſo eliguntur, à Chriſto Domino noſtro conceſſum fuit. 11

Et ex his remanet fundatum, non dari Reconuentionem, quando Decimæ petuntur. Item Reconuentionem non tribuere iuriſdictionem Iudici laïco, quando cauſa eſt Eccleſiaſtica, & propterea decretum Domini cauſæ Commiſſarij domi latum eſſe reuocandum, cauſamque ad Eccleſiaſticum Iudicem remittendam.

Ferdinandus Brancia.

SVMMARIVM.

1 *Nullitates aliqua referuntur.*
2 *Verbum* vrgere, *idem ſonat ac inſtare.*
3 *Æs alienum vrget quamuis retardetur ſolutio.*
4 *Nullitates aliqua facti reiiciuntur.*
5 *Solemnitates ineptè expreſſe in inſtrumento lapſu temporis non præſumuntur.*
6 *Decretum præſumptionem talem pro ſe habet,*

habet, vt omnia ritè praceſſiſſe aſtimentur.

7 *Quamuis acta non reperiantur.*

8 *Verba enunciatiua in ſententia ſemiplenè probant contra tertium.*

9 *Solemnitates requiſita in alienatione bonorum pupilli, decennio praſumuntur.*

10 *Et contra tertium ſpatio 30. annorum.*

11 *Pupilli res alienari non poſſunt pro parua quantitate aris alieni.*

13 *Adiudicatio facta creditori pro ſumma excedente quantitatem debiti, corruit in totum.*

14 *Inuitus nemo cogitur ſtare communioni.*

15 *Aſſignatio magna quantitatis olei, vel vini pro parua debiti, cadit in ſumma excedente.*

16 *Decretum ſuſtentari poteſt eſt cauſa vera, quamquam falſa ſit expreſſa.*

17 *Acquieſcens in iudicio approbare videtur actum factum contra ſe.*

18 *Venditione perfecta bonorum minoris, ſi emptor non ſoluat pretium, licet tutori rem retinere, & pretium implicare.*

19 *Alienabilis effecta ſemel res perpetuò alienari poteſt.*

20 *Decretum latum in pignoratione rei pupillaris, ſufficit ad venditionem rei pro pignore.*

21 *Eccleſia res incantari debent, ſaltem per viginti dies.*

22 *Reſtitutio in integrum conceditur perſonis priuilegiatis, vt melior admittatur oblatio.*

24 *Iudicis decretum facit licitum id, quod erat illicitum.*

25 *Explicatur* leg.fin.& titul. Cod.ſi maior factus.

27 *Dotis definitio.*

28 *Feudalium venditio ſub haſta reuocari non poteſt ex Conſtitutione diua memoria.*

29 *Venditio facta ſub haſta recipit augmentum in 6.*

30 *Dolus non praſumitur quoties non ſunt laſi contrahentes.*

31 *Praſumptio eſt neminem velle emere rem pluris quam valet.*

32 *Ignorantia affectata non excuſat.*

33 *Contractus dolo factus ſuſtinetur ſi doli notitiam partes habuerint.*

ARGVMENTVM.

Bona pupillorum, & minorum, an, & quando legitimè diſtracta dicantur creditoribus vrgentibus. Ratihabitio, quæ includitur ex tit. *C. ſi maior factus*, an ſuppleat defectum ſolemnitatum quæ in alienatione bonorum minoris, & pupilli interuenire debent; & de aliis pluribus notabilibus ad materiam pertinentibus.

ALLEGATIO LVIII.

DECREVERAM amplius non ſcribere in præſenti cauſa, ſed quia Pars aduerſa in ſuis nouis allegationibus mutauit ordinem, quem tenuit primo loco in ſuis primis ſcriptis, addendo aliquid, & minuendo: ideò ſum coactus iuxta iſtum nouum ordinem ſingulis eius friuolis nullitatibus particulariter reſpondere.

Prima nullitas à Parte propoſita conſiſtit in defectu æris alieni, & vrgentiæ ipſius, & dum nos allegamus creditum Regiæ Curiæ, & Iacobi Caraccioli, replicat Pars, quod illud non vrgebat tempore decreti, poſtquam Caracciolus non habebat ſententiam, & illam obtinuit poſt tres annos, & Regia Curia non obtinuerat literas ſignificatoriales, ſed illæ fuerunt expeditæ in menſe Iulij 1538. Ex quibus prætendit fundare defectum vrgentiæ æris alieni. 1

Secunda nullitas conſiſtit in defectu diſcuſſionis; nam antequam procedatur ad interpoſitionem decreti pro vendendis bonis pupillaribus, debet Iudex diſcutere patrimonium pupilli ad finem videndi ſi aliundè quam per venditionem bonorum ſtabilium, æs alienum pupilli extingui poſſit.

Reſpondetur, quod Parti in his duabus nullitatibus deficit factum, & Ius: deficit factum dum eſt in ipſo demõſtratum, pupillum fuiſſe debitorem Iacobi Caraccioli in ducatis mille, & Regiæ Curiæ in vna manu, vt poſſeſſor caſalium in iudicio deductorum in ducatis 15000. in circa: & in alia vt hæres Ioannis patris in ducatis 2500. in cita; & ſic non poteſt negare tempore decreti non adfuiſſe æs alienum. Deficit ius, nam non eſt verum dicere, creditor non habet ſententiam, ergo debitum non viget; quia verbum *vrgere*, nihil aliud ſonat, niſi inſtare pro ſolutione, vt omnes Doct.not. & inſtantia perneceſsè debet præcedere decretum, vel ſententiam; & dum Pars pro fundanda ſua intentione dixit, ſignificatorias fuiſſe expeditas in menſe Iulij 38. & ſic ſex menſes poſt decretum, fundat meum aſſumptum; nam perneceſsè ante ſignificatorias præcedere debet decretum, & ante decretum inſtantia, de quo decreto Regiæ Cameræ fit mentio in decreto magnæ Curiæ, & ibi dicitur, *viſo decreto Regia Camera.* 2

Nec obſtat illud, quod Pars dicit, quod Iacobus Caracciolus non inſtabat pro ſuo credito, poſtquam non obtinuerat ſententiam, niſi in anno 41. quia Iacobus ipſe nolebat reſtitutionem pecuniæ, ex quo non mutuauit illam pupillo, ſed illam ſoluit in partem pretij caſalium, de quibus hodie tractatur; nam illa emerat à Catherina pro ducatis 2000. & in partem pretij ſoluit ducat. 1000. & ſic eius creditum non vrgebat ad reſtitutionem pecuniæ, ſed ad conſignationem caſalium. Quæ vrgentia erat magis nociua, quod demonſtratur ex euentu; nam petiit in Sac. Conſ. condemnari Catherinam ad fa-

ciendum

ciendum cautelas emptionis ſibi factæ, & in ſupplicatione dixit ſoluiſſe ducat. 1000. in partem pretij, & debemus præſupponere iudicialiter millies fuiſſe Catherinã interpellatam, & ſic debitum Caraccioli ſemper vrſit. Et ex iſto facto demonſtratur quænam fuit cauſa, quare Iacobus Caracciolus non obtinuit ſententiam, & quare eius creditum non fuit ſtatim ab Antonio Baraptutio ſatisfactum ſeruata forma ſuæ promiſſionis; nam Iacobus dum inſtabat pro conualidatione ſui contractus, nolebat recipere ſuum creditum depẽdens ex pretio ex quo ſibi pręiudicabat, ſed ſtatim ipſo excluſo per ſententiam S. Conſilij conſequutus fuit tam prædictos ducatos 1000. quàm intereſſe decurſum a die ſolutionis pecuniæ per ipſum factæ vſque ad diem realis ſatisfactionis, & ſic ſententia non fuit lata ad beneficium Iacobi ad reſtitutionem pecuniæ ipſo inſtante, ſed ipſo reluctante, ex quo petierat conſignationem caſalium, & ſententia prædicta non eſſet prolata ad beneficium Catherinæ, ſi non adfuiſſet contractus Antonij, & ſic non obſtat dicta prima nullitas.

3 Nec obſtat conſilium Decij 403. à parte allegatum, dum per ipſum vult fundare defectum vrgentiæ æris alieni ob retardatam ſolutionem; nam in caſu Decij creditor dederat tempus quinque annorum ad ſoluendum, & tutor ſimulauit illi ſoluere pretium rei venditæ, poſtquam ſtatim creditor tutori illud reſtituit, quod non eſt in caſu noſtro; nam retardatio ſolutionis habuit cauſam à lite Iacobi, tum quia Iacobus nolebat recipere illud, tùm etiam quia Ant. nolebat ſponte ſoluere, ex quo non erat certus de excluſione Iacobi, & licèt ſoluit Regiæ Curiæ ante expeditionem Iudicij Iacobi, illud fuit ex neceſſitate ordinis, & non ex voluntate, vltra quod dilatio non fuit vtilis Antonio, poſtquam ſoluit vſuras debiti, quæ non fuiſſent ſolutæ per Antonium Iacobo, ſi creditum non vrſiſſet à principio ante ſuum contractum ex deficientia moræ, ſed pupillo, cui Antonius promiſerat ſoluere; ſed quia creditum à principio vrſit, ideo pupillus fuit per ſententiam aſtrictus ſoluere intereſſe Iacobo, quod ſine interpellatione ſolui non poterat, ex quo non erat promiſſum.

4 Non obſtat & ſecunda reſpectu diſcuſſionis non factæ, nam ex euentu apparet illam factam dum fuerunt vendita bona minus damnoſa, provt erant caſalia parui redditus, & ex pretio ipſorum fuerunt extincti ferè annui ducati 300. quod in proceſſu apparet hodie; nam ſi caſalia non fuiſſent vendita, & Iac. non obtinuiſſet, provt non obtinuit, pupillus fuiſſet coactus illud intereſſe ſoluere, quod ſoluit Baraptutius, quod aſcendit ad ducatos 316. & non habuiſſet ducatos 50. ex fructibus caſalium. Nec obſtat illud, quod pars dicit quod aderant ducati 2517.4.13. quos Catherina in menſe Iulij Regiæ Curiæ ſoluit, quia non apparet illos adfuiſſe tempore decreti, vltra quod ſi adfuiſſent, non erat pupillo expediens ſibi retinere caſalia ſterilia, & ſoluere pecuniam. Nec obſtat quod Catherina tunc temporis erat debitrix pupilli in ducatis 4808. quia viget circa hoc ſupradicta replicatio, vltra quod dum Pars non oſtendit ſatisfactionem huius crediti, debemus præſumere illud fuiſſe fictitium, & non verum, aut ſatisfactum ante decretum.

5 Vlterius dico quod exiſtentia æris alieni, & diſcuſſio præſumi debent ex lapſu temporis, non obſtante doctrina Felyn. à Parte allegata *in cap. ſicut, num. 33. de ſent. & re iud.* quæ non ſolum non probat intentionem Partis, ſed totum oppoſitum, dum Pars dicit, quod ſolemnitas nunquam præſumitur ob lapſum temporis quando ex eodem facto apparet illam non interueniſſe. Et ego dico quod eſt veritas, ſed Pars in caſu noſtro non habet factum, cui poſſit applicari doctrina Felyn. dicit enim Felin. quando apparet inſtrumentum, quamuis antiquiſſimum, & ſolemnitates in eo expreſſæ, ſunt expreſſæ non debito modo, & ineptè, adeoque actus à principio non tenuit, certè illæ præſumi non poſſunt, quia eius ſcriptura cantat eius ineptitudinem, ſed quoniam apparet inſtrumentum, in quo non adeſt aliquid ineptum, tunc ob lapſum temporis bene præſumuntur, & exemplificat ſuum dictum in caſu ſupra per ipſum propoſito, quando licentia ſummi Pontificis præſumitur in teſtamento cuiuſdam Cardinalis. In caſu enim noſtro non poteſt verificari primum dictum, ſed ſecundum dum non habemus proceſſum actitatum in Magna Curia, in quo veriſimiliter debebant adeſſe hæ ſolemnitates, ſed habemus decretum interpoſitum vigore illius proceſſus, & in decreto non exprimuntur ſolemnitates defectiuæ, & ineptæ, proptereà debemus præſumere omnia præcedentia rite, & rectè facta; nam ſine illis requiſitis decretum non poterat interponi, & tãto magis eſt ſic pręſumendum ex enuntiatis in decreto dum in eo dicitur viſis partitis banci, ſcripturis, decreto Regiæ Cameræ, & baliatu Catherinæ, quæ omnia concernunt rectitudinem illius proceſſus, & aſſumptum Partis procederet inſimul cum primo caſu Felyn. quando proceſſus adeſſet, & ex eo appareret has ſolemnitates non interueniſſe, vt benè declarat Crauet. *de antiq. temp. part. 3. num. 26.* ſed quia non adeſt (& Deus ſcit culpa cuius) poſtquam Dominus Iulius pro habenda copia decreti in eo ſiſtentis, ſoluit ducat. 30. & ſolutio fuit facta domeſtico Partis aduerſæ, debemus præſumere, & pro certo habere diſcuſſionẽ, & vrgentiam interueniſſe, non obſtantibus diuinationibus, & ambagibus Partis aduerſæ, & tantò magis eſt ſic præſumendum ſtante qualitate Iudicis interponentis decretum, qui numquam ex abrupto proceſſit in ſuis negotiis, &
finaliter hæ ſolemnitates abſque lapſu temporis, ex 6
quo debent præcedere decretum, præſumi debent
per ſubſequens decretum, pro quo præſumitur, vt
in propriis terminis noſtris in ſolemnitatibus, quæ
interuenire debent in venditione rerum minorum,
voluit Imol. *in conſ. 98.* quem refert Dec. *in conſil.*
403. à parte allegato *num. 12. circa med. verſ. & ideo,*
& ex his detegitur vanitas nullitatis reſultantis ex
defectu auctoritatis tutoris; præſupponit enim Pars
Catherinam non fuiſſe baliam, & dum nos allegamus verba in decreto contenta (*viſo baliatu in perſonam Catherinæ*) replicat verba & decretum non
probare hoc in præiudicium tertij; nam vltra quod
Doctores per ipſam allegati hoc non probant, &
Paulus de Caſtr. allegatus *in leg. ſi quis in aliquo documento,* imò *num. 7.* probat concluſionem ſupra firmatam 53. quod quando acta non reperiuntur, tunc 7
ſententia plenè probat, dicitur Hieronimum non
eſſe tertium, ex quo Catherina nomine pupilli, &
vti balia petiit ſibi impartiri licentiam; & dum DD.
dicunt quod verba enunciatiua in ſententia non
probant plenè, ſed ſemiplenè contra tertium, benè 8
dicunt, quia nec ipſa ſententia præiudicat, quod non
poteſt dici in caſu noſtro; nam decretum latum
contra tutorem præiudicat pupillo, ex quo videtur
latum contra pupillum, & nunquam daretur caſus à
Parte præpoſitus; nam nunquam pupillus inſtat pro
interpoſitione decreti; & tamen de iure omnes ſo- 9
lemnitates præſumuntur interueniſſe in alienatione
rerum minorum ob lapſum decem annorum cum
poſſeſſione continuata, vt per Aym. Crauett. *in prin. dict.*

dict. 3. *partis*, vltra quod per ſpatium 30. annorum
10 omnes ſolemnitates præſumuntur interueniſſe etiam contra Tertium, cumulat idem Aym. *dict. part.* 3. *num.* 7. Dicitur etiam, quod verba in decreto noſtro contenta non ſunt mera enunciatiua, ſed quodammodo diſpoſitiua, dum profertur iſto modo, viſo baliatu, & dicere verba iſta cum curſu 50. annorum non probare baliatum, eſt tantum, quantum dicere Iudicem fuiſſe falſarium, quod non eſt præſumen-
11 dum, & qualitas Iudicis à DD. conſideratur ad finem præſumendi ſolemnitates, vt per Felyn. *in cap. ſicut, verſ. fallit* 4. *num.* 34. *de ſent. & re iud.* qui ſi verè non vidiſſet baliatum, non potuiſſet interponere decretum, & pro decreto præſumitur, vt per Imol. *in conſ.* 98. Alex. *conſ.* 8. *vol.* 5. & Aret. *conſ.* 69. & eſt tex. *in cap. in preſentia, de renunt.*

12 Nec obſtat aliud motiuum Partis, dum dicit quod res pupilli non poſſunt alienari, quoniam pretium & valor ipſarum eſt pluſquam æs alienum; nam reſpondetur, quod æs alienum pupilli erat longe plus pretio caſalium, vltra quod hæc dicuſſio præſumitur facta ante decretum per ſupradicta. Ex quibus omnibus, ni fallor, apparet decretum ritè & rectè fuiſſe interpoſitum, præcedentibus omnibus ſolemnitatibus, & requiſitis, quæ de iure præcedere debent decretum alienationis rerum pupillarium.

Quod videns Pars recurrit ad alias nullitates, & defectus. Et primo præſupponit, decretum, quamuis legitimè interpoſitum, fuiſſe reuocatum, vel extinctum in contractu Caraccioli, & per ordinem Iudicis notificatum Tubittæ magnæ Curiæ, quod ſupercedere debuiſſet in ſubhaſtationibus, & quatenus non eſſet extinctum, tenor ipſius non fuit obſeruatus à Catherina in contractu Antonij, poſtquam decretum prædictum tria continebat. Primum quod caſalia ſubhaſtarentur, ſecundum quod liberentur plus offerenti, tertium quod pretium ex ipſis perueniendum ſolueretur creditoribus pupilli, quæ omnia non fuerunt obſeruata, ex quo Antonius emit ſine ſubhaſtationibus, & ſub haſtationes factæ in contractu Iacobi fuerunt nullæ, tanquam factæ incongruo loco, & tempore, & per conſequens non poterant liberari plus offerenti, & pretium integrum non fuit ſolutum creditoribus pupilli, & ſic dum non eſt obſeruata forma in decreto contenta, ceſſat decretum in contractu Antonij.

13 Inſuper dicit Pars quod dum demonſtrauit tempore decreti non adfuiſſe niſi debitum Caraccioli, & decretum eſt fundatum tam in credito Caraccioli, quam in credito Regiæ Curiæ & aliorum, non exiſtentibus ipſis veris, debet corruere in totum, non obſtante veritate crediti Iacobi Caraccioli, ex reg. tex. *in leg. & ſi non ſortem, §. ſi centum, de cond. indeb.* & ex aliis per eam adductis in ſuis allegationibus.

14 Domini, reſponſio eſt admodum clara, & facilis, & quia Pars confundit nullitates reſpectu decreti in genere, & reſpectu ſubhaſtationum factarum in contractu Caraccioli, cum nullitatibus concernentibus contractum Antonij, ideò illas ego diſtinguo, & reſpondebo illis quæ concernunt decretum, & omnia quæ occurrerunt vſque ad contractum Antonij, & poſtmodum illis que concernunt ipſum contractum, & quia vltimus defectus circa falſitatem vnius cauſæ, concernit contractum Antonij, ideò ſuper ipſo inſiſto, & dico, dato & non conceſſo quod tempore decreti non adfuiſſet niſi creditum Caraccioli; & quod decretum contineret aliud creditum non verum, dico quod decretum ſuſtentari debet de Iure ex illo ſolo credito Caraccioli, non obſtantibus oppoſitis, & allegatis per partem, quæ vltra quod non ſunt vera, procedunt in aliis terminis, vt demonſtrabo, text. *in dict. §. ſi centum*, diſponit quod adiudicatio facta creditori alicuius fundi pro debito ducentorum, corruit in totum, ſi apparuerit creditorem conſequi non debere niſi centum, nec ſuſtinebitur pro aliis centum verè debitis, & in eodem decreto aſſignatur ratio, quia fundus remaneret communis, & nemo inuitus in communione eſſe debet.

In ſecunda parte ipſius tex. proponitur alia quæ- 15
ſtio, Quod ſi debitor non fundum ſed oleum, vel vinum dederit, vtrum aſſignatio olei, vel vini in totum corruet? & deciditur quod non, quia in vino, & in oleo ceſſat ratio communionis, ex quo tex. colligitur quod non falſitas vnius cauſæ, ſed ratio ne in communione quis inuitus permaneat, annullat conſignationem, & in iſto caſu procedunt doctrinæ per Partem allegatæ, quæ non faciunt penitus ad caſum noſtrum, & ego in propriis terminis noſtris adduco communem opinionem ad fundandum decretum ſuſtentari ex vna cauſa vera, licet eſſet expreſſa cum alia falſa provt not. Hoſt. *in cap. per tuas.*
il 1. *qui fil. ſint leg. num.*.. *in verbo, iudicaſti*, Io. Andr. 16
ibidem *num*... Anchar *num*.... Ant. Butr. *num*... Abb. *num.* 6. Alex. *in l. impoſſibilis, ff. de verb. obligat. num*.. qui dicit opinionem Hoſtienſis communiter eſſe receptam, facit tex. *in cap. cum l. & A. de re iud.* ac etiam text. *in l. Titianus, ff. quod cum eo.* Ex quibus apparet dato, & non conceſſo, vt dixi, quod aſſumptum partis eſſet verum, quod decretum reſpectu Catherinæ vendentis, & reſpectu contractus Iacobi Caraccioli non poteſt tergiuerſari, non obſtante prætenſa reuocatione ſubhaſtationum; nam dum Catherina poſtquam ſubhaſtationes ipſę habuerunt effectum ſuum per extinctionem candelæ ad beneficium Iacobi, oppoſuit de defectu ipſarum, ex quo præſupponebat illas non fuiſſe factas congruo loco & tempore. Replicauit Iacobus illas fuiſſe ritè & rectè factas; replicauit etiam ordinem factum Tubittæ reuocatum per Iudicem, cui replicationi Ca-
theriną acquieuit, quæ acquieſcentia arguit, imò 17
probat aſſertionem ſuam non veram, & actum legitimum. Et quia cauſa huius prætentionis fuit tractatus Baraptutij, qui volebat emere pro maiori pretio, videns Catherina contractum Caraccioli eſſe validum vndique, tranſiuit ad aliud remedium, ſcilicet reuocationis vigore conſtitutionis diuæ memoriæ, pro beneficio pupilli, qui lucrabatur ducatos 200. ex contractu Antonij. Ex quibus omnibus remanet verum, quod omnia fuerunt ritè, & rectè facta vſque ad contractum Antonij.

Eſt nunc videndum vtrum in contractu Antonij requirebantur nouæ ſubhaſtationes & aliud decretum. Et nunc venio ad nullitates allegatas reſpectu contractus Antonij, in quo non poſſunt præſumi ſolemnitates interueniſſe, poſtquã ex lectura ipſiuſmet inſtrumenti apparet de contrario, quibus non obſtãtibus eſt dicendum contractum Antonij fuiſſe perfectum abſque nouo decreto, & abſque nouis ſubhaſtationibus, & aliis ſolemnitatibus, & prætermiſſis aliis rationibus hucvſque adductis, dico, quod Catherina ſine aliis requiſitis potuit caſalia vendere, non ſolùm pro maiori pretio, ſed pro eodem, quo fuerunt remanſa Iacobo per tex. ſing. *in leg. tutor rer. ff. de adminiſt. tut.* vbi diſponitur, quod
facta ritè (pro vt Doct. præſupponunt) alienatione 18
bonorum minoris, non facta ſolutione pretij per emptorem, poteſt tutor ipſe ipſimet retinere bona illa, & pretium conuertere in vtilitatem pupilli, &

Bart.

Bart. *in ead. leg.* dum reſpondit oppoſitioni gloſſæ, adducit rationem huius legis, & dicit quod cum prima venditio fuerit validè cum auctoritate tutoris perfecta, emptore non ſoluente, iuſtè abſque alia auctoritate poterit tutor illam ſibi retinere, & allegat tex. *in l. pater, §. quindecim, ff. de leg.* 3. ex quo tex.
19 colligitur regula, quod res effecta ſemel alienabilis, perpetuò alienari poteſt, & poſtmodum ſubdit, *non enim eſt noua emptio, ſed antiqua emptionis in ipſum translatio*, & per iſtum tex. Socc. *in leg. 1. §. item acquirimus, ff. de acquir. poſſeſſ. num.* 14. dicit quod quando contractus eſt perfectus, & alienatio ſolemniter, tunc ſequela illius alienationis non requirit nouam alienationem, facit etiam ad hoc illud, quod not. Bal. *in l. pupillorum, §. ſi pupillus, ff. de reb. eorum*
20 & Dec. *in conſ.* 558. *num.* 9. vbi inquit quod decretum interpoſitum in re pupilli pignorata, operatur quod poſtea in venditione pignoris aliud decretum non requiratur, ſic etiam dicendum in caſu noſtro: nam decretum, & aliæ ſolemnitates iam interuenerunt in emptione Caraccioli, vt eſt probatum vt ſupra, remoto illo contractu ſtatim Catherina, quæ poterat ſibimet caſalia prædicta pro eodem pretio retinere, illa vendidit Antonio, & lucrata fuit ad beneficium pupilli ducatos 200. quæ venditio non fuit aliter noua, ſed primæ in perſonam ipſius Antonij tranſlatio, & ſic illud, quod ſibi permittebatur (non fauore ſui officij, nam tutor in hoc eſt peioris conditionis, nam regulariter non poteſt emere bona pupilli) tranſtulit in Antonium cum vtilitate pupilli, vt eſt demonſtratum.

21 Nec obſtat huic motiuo illud, quod Pars ad alium finem adducit pro inualidando contractu Baraptutij ex alio defectu ſubhaſtationum, dum præſupponunt illas extinctas per lapſum viginti dierum, ex quo ſubhaſtationes interuenerunt in menſe decembris, & Ant. emit in menſe Ianuarij ſequentis anni, & ſic poſt viginti dies, per tex. *in Auth. hoc ius porrectum. C. de Sac. Sanc. Eccl.* & per doctr. Bart. & Io. de Plat. *in l. ſi tempora, C. de fid. inſtr. & iur. haſt. fiſc.* nam nec tex. nec Doct. per ipſam allegati probant aſſumptum, imò probant contrarium, vltra quod ſi eſſet verum non faceret ad caſum noſtrum, vt in feriùs demonſtrabo, tex. enim *in Auth. hoc ius porrectum*, diſponit, quod res Eccleſiæ debent ſtare in incantu per 20. dies, & non minus, ſed non dicit, quod non poſſunt ſtare plus, & Bart. *in leg. à parte citata, num.* 7. dicit quod Officialis non poteſt minuere tempus 20. dierum, ſed benè poteſt illud augere, & *num.* 6. dicit, quod admittuntur alij licitatores, quando infra tempus primæ ſubhaſtationis alius non obtulit, & etiam in iſto caſu fauore minorum, fiſci, & Eccleſiarum oblationes maioris quātitatis admittuntur etiam in præiudicium tertij, pe-
22 tita reſtitutione in integrum. Idem dicit Ioan. de plat. *num.* 1. *in fin. verſ. & iſtud tempus*, ſcilicet quod tempus 20. dierum poteſt augeri, ſed non minui, & quod admittatur oblatio poſt tempus *num.* 2. *in fin.* probat hoc etiam tex. à parte adductus *in l. & ſi fine, §. quæſitum, ff. de minor*, dum dicit, quod quotidie Prætores admittunt licitationes, poſtquam bona minorum fuerunt liberata, quando continet maius pretium, & ſic dum admittunt licitationes abſque nouo incantu, non probat aſſumptum partim, imò totum contrarium. Nec obſtat deciſio Affl. qui loquitur in præiudicium tertij, qui medio tempore contraxit.

Vltra quod ſi motiuum Partis eſſet verum, non faceret quin motiuum non procedat, nam effectus illius ſubhaſtationis habuit finem legitimè in primo contractu Caraccioli, & Ant. non ex nouo contractu, ſed vigore primæ emptionis legitimæ factæ ex effectu illius permiſſæ tranſlationis, habuit caſalia, ex qua tranſlatione pupillus lucratus fuit ducatos 200.

Non obſtat illud, quod tertio loco dixit pars, quod 23
non fuit obſeruata forma decreti circa ſolutionem pretij. Nam illud fuit integrè ſolutum creditoribus pupilli, vt eſt demonſtratum, ſoluit enim Ant. ducatos mille, vna cum intereſſe Iacobo Caracciolo, & ducatos 2000. Regiæ Curiæ. Nec dicat Pars quod Regia Curia non erat tunc temporis creditrix pupilli ex perſona ſua, & quod Ant. ſeruata forma inſtrumenti, debebat ſoluere in cauſam ſibi aſſignatam, quod non fuit factum, imò creditum aſſignatum, fuit ſatisfactum per pupillum de menſe Iulij; quia reſpondetur, quod Ant. ipſe non ſoluit dictos ducatos 2000. in illam cauſam ex ſua voluntate, ſed ex neceſſitate ordinis Regiæ Cameræ, quæ Regia Camera fuit illa quæ mutauit cauſam, dū erat etiam creditrix pupilli poſſeſſoris caſalium prædictorū ob debitum Hieronimi Pellegrini domini caſalium, & ſic non eſt imputandum Antonio, quare non ſoluit in illam cauſam, poſtquam ſua non intererat ſoluere potius in vnam quam in aliam; Ordo 24
enim Iudicis facit licitum illud quod alias eſſet illicitum gloſ. *in l. ait Prætor, ff. de minor. in verbo, imputandum*, qui loquitur in propriis terminis noſtris.

Remanet vt aliquid dicam circa materiam tex. *in leg. fin. & tit. C. ſi maior fact.* non quia indigemus tali remedio, ſed vt penitus Pars nihil poſſit dicere; videns enim Pars quod caſu quo omnia nō eſſent ritè & rectè facta, contractus ſuſtineretur ex reg. illius tex. & tit. dicit illum non procedere in contractu noſtro, præſupponens illum procedere tantùm in contractu facto per tutorem cum interuentu pupilli, quod non eſt in caſu noſtro. Secundò dicit titulum illum non ſupplere, niſi defectum decreti. Sed in caſu noſtro adſunt alij defectus, ergo non procedit. Tertiò dicit non habere locum in contractu doloſo, ſed quia in contractu noſtro adfuit dolus, ergo non poſſumus ex illo iuuari. Quartò non procedere niſi data ſcientia contractus poſt maiorem ætatem, & defectus ipſius contractus, quod non habemus, ergo nihil facit.

Quò ad primum dico quod aſſumptum non eſt 25
verum ex quo procedit etiam quando tutor ſine pupillo, ſed nomine ſuo contrahit gloſ. *in rub. C. eod. tit. &* latè per Menoch. *in tract. recuper. poſſeſſ. remed.* 15. *num.* 163. *poſt principium, & num. ſeq.* vbi adducit nonnulla iura, & rationes, que non refero, ne videar tranſcribere librum.

Quò ad ſecundum ſimiliter dico, quod propoſitio 26
nō eſt vera provt ſimiliter probat Menoch. *d. remed. num.* 143. & vltra adducta per ipſum videtur tenere Aym. Crauet. *conſ.* 12. *num.* 7. qui intelligit titulum indifferenter in omnibus ſolemnitatibus, ſic Alex. *in conſ.* 117. *num.* 2. & Bald. *in conſ.* 45. per Partem allegatus non probat ſuum aſſumptum, imò oppoſitum ſi bene conſideretur, & ego adduco viuam rationem. Doct. enim dicunt, & tex. *in dict. leg. fin.* quod ille tacitus conſenſus operatur ac ſi ab initio res legitimo decreto diſtracta fuiſſet. Si enim lex illa ſupplet defectum legitimi decreti, & facit quod contractus valeat, ac ſi mediante legitimo decreto eſſet factus, ergo ſupplet omnes alias ſolemnitates, quia drecretum non eſſet legitimum, ſi ante ipſum non præcederent ſolēnitates requiſitæ, ſed ſic eſt, quod ſupplet defectū decreti legitimi, & legitimum decretum non poteſt dici, niſi præceſſerint alia requiſita; nam tunc debet Prętor illud interponere, ergo ſupplet omnes alios defectus, nam ſub legitimo decreto continentur omnia à lege requiſita,

ta, excepto ſi concurreret læſio in contractu, vt per Bald. *in dict. leg. 1. Cod. ſi maior fact.* & fundat Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 513. num. 9. cum ſeq. & cap. 879. num.* 18. poſt Surd. *conſ. 49. n. 19.*

27 Quoad tertium neſcio quid reſpondere, poſtquam in contractu noſtro non ſolùm non interuenit dolus, ſed nec imaginari poteſt illũ interueniſſe, & nihilominus Pars aduerſa in quolibet periodo millies facit de ipſo mentionem, ac de impreſſione, porpterea volui videre quomodo dolus diffiniatur, ne ſuper re incognita procedere videar, & reperio, quod dolus ſic diffinitur à Iureconſ. *in leg. 1. §. 1. in fin. ff. eod.* dolus nil aliud eſt, niſi omnis machinatio, calliditas, fallacia, ad circumueniendum, fallendum, decipiendum alium, adhibita; qui dolus poteſt dupliciter in contractibus interuenire, vel dando cauſam contractui, vel incidendo in ipſum. Videamus modo, ſi eius diffinito poteſt applicari in contractu noſtro, & quænam ſpecies doli in ipſo interuenit; & certè dum plus rumino negotium, minus poſſum in tali contractu dolum conſiderare; nam Antonius nihil machinauit in damnum pupilli, imò fecit meliorem conditionem ipſius in ducat. 200. non induxit Catherinam ad vendendum inuitam, ex quo ipſamet vendiderat caſalia Iacobo Caracciolo pro ducat. 2000. & poſtmodum adiuit Iudicem, qui cauſa cognita, conſiderata paruitate reddituum, & aliis conſiderandis, decreuit licere Catherinæ vendere, & adhuc Ant. non erat in tali tractatu, & finaliter perfecto ſecundo contractu prædicti Iacobi, illa vendidit Antonio, & ſic ſtantibus prædictis, nemo poteſt dicere Catherinam coactè illa vendidiſſe Antonio: dolus ipſe non incidit in contractu, ex quo Antonius vltra iuſtum valorem emit.

Ad quod aduerto in facto, quod dum eſſent caſalia prædicta ſubhaſtata eodemmet anno ad inſtantiam Regiæ Curiæ, quæ fecerat exequutionem pro debito Pelegrini ſuper caſalibus prædictis, pro Sancto Cypriano, Comes palenæ obtulit tamen ducatos 1000. vt patet *fol. 95. à terg.* & caſale Ducètæ non poterat aſcendere ad ducatos 300. ex quo eſt ſine introitibus etiam hodiè, & ſic non video in quo adfuit dolus, & ſi Pars dicat illum colligi ex albarono, dum per eum remittuntur ducat. 300. dico quod non fuerunt aliter remiſſi, ex quo dicti ducati. 300. fuerunt ærei poſiti in inſtrumento ad excluſionem Iacobi qui non poterat excludi à reuocatione contractus vigore conſtitutionis, facta a Ca-
28 therina, ex quo emptio rerum feudalium facta ſub haſta, non inualidatur ex reuocatione vigore conſtit. *diuæ memor.* ſed poteſt impetrari aſſenſus non obſtante tali reuocatione, vt not. Frec. *in limit. conſtit. num. 103. fol. 169. in nouiſ*, ſed tantùm poterat excludi, provt fuit excluſus ex contractu Antonij, in quo aderat augmentum pretij in ſexta, parte quod augmentum tantùm admittitur in venditionibus
29 ſub haſta, provt not. Bart. *in leg. ſocietatem, §. arbitrorum, ff. pro ſoc. 25.* Ex qua ſimulatione nõ arguitur dolus, quando ex ipſa contrahentes non læduntur, vt habetur *in dict. leg. 1. §. 1. de dol. ibi enim poſſet ſine dolo malo aliud agi, & aliud ſimulari*: In contractu
30 enim noſtro ſimulatio pretij non fuit nociua, ſed vtilis pupillo, vt demonſtratum eſt. Nec reſultare poteſt ex aliis pactis in albarano contentis, & præcipuè ex pacto de lucrando illud plus, quod forte lucrarentur, quia vltra quod hoc erat impoſſibile euenire, quia nemo præſumitur velle emere rem
31 plus quàm valet *leg. cum de indebito, §. 1. ff. de probat.* gloſ. *in leg. ſi fundus, ff. de reb. cor.* & in facto eſt demonſtratum pretium Baraptutij fuiſſe exceſſiuum, tamen ſi hoc euenire potuiſſet, non per hoc præſumeretur contractus doloſus, quia poſtquam caſalia erant iam perfectè alienata in Caracciolum pro ducatis 2800. & pupillus ex contractu Antonij lucratus erat ducat. 200. & ſine contractu ſuo illos amiſiſſet, erat conueniens, quod Antonius ſentiret aliquod lucrum ſi ab alio fuiſſet excluſus, & ſic dolus non poſſet conſiderari, nec impreſſio ratione ſui officij.

Quoad quartum dico quod licèt illud, quod di- 32
cit Pars, de iure non ſubſiſtat, tamen nos habemus intentum caſu quo ſubſiſteret: nam Hieronimus factus maior non ſolùm habuit ſcientiam de contractu, ſed etiam de prætenſis defectibus; nam defectus omnes conſiſtunt in non interuentu ſubhaſtantium, decreti, & eorum, quæ præcedere debent decretum, qui defectus colligebantur ex lectura ipſiuſmet inſtrumenti, quod fuit præſentatum in proceſſu Fiolæ de Alexandro, & Cæſaris Gallucij, qui laudauit in auctorem dictum Hieronimum, qui in iudicio liquidationis fuit citatus perſonaliter, & paſſus fuit exequutionem, ex qua citatione arguitur ſcientia de omnibus contentis in dicto inſtrumento poſtquam perneceſſe debuit proceſſum videre, & ſe informare de omnibus in eo contentis. Et ſi 33
aliter diceret Pars, eſſet in ſupina ignorantia, & affectata, quæ non excuſat, vt voluit Bal. *in c. licet ext. de ſuppoſ. negl. prælat.* cumulat Tiraq. *de retract. §. 55. gloſ. 4. n. 34.*

Vlterius dico quod Pars non poteſt negare non 34
habuiſſe notitiam de contractu, & per conſequens de nullitatibus in eo contentis, & de prætenſo dolo reſultante ex albarano, poſtquam ipſemet Hieronimus præſentauit albaranum prædictum in proceſſu, & non probauit illum habuiſſe tempore præſentationis, & propterea non poteſt allegare ignorantiam albarani prædicti, & inſtrumenti (nam Pars in ſuis allegationibus dixit albaranum eſſe partem illius inſtrumenti & conſequtiuum ad illud) voluit in ſpecie Aret. *in conſ. 15. incip. Reuerendiſſime pater, num. 12.* qui loquitur in Eccleſia, quæ allegabat ignorantiam contentorum in priuilegio per ipſam præſentato, quem citat idem Tiraq. in loco prædicto, quod argumentum non ſolùm non probat ſcientiam, ſed etiam facit, quod tertia limitatio tituli *ſi maior fact.* non procedat, poſtquam etiam ſi adfuiſſet dolus in contractu noſtro, dum reſultat ex albarano, & Hieronimus præſentauit albaranum, & ſic habuit notitiam de eo, contractus ipſe vigore illius tituli etiam ſi fuiſſet doloſus, ſuſtentaretur, ſtante ſcientia ipſius doli, & voluit gloſ. *in l. 1. C. ſi minor fact. in tit. 1.*

Aliis defectibus nempè ſubrectioni aſſenſus, nullitati ex fide habita de pretio, & aliis latiſſimè in primis allegationibus reſpondi.

Ex his omnibus reſultat quod Partes illuſtrium Dominorum Iudicantium debent eſſe ad cõfirmandam ſententiam primo loco interpoſitam, non obſtantibus æris aſſumptis, non militantibus in facto, & in iure, & condemnando contrarium in expenſis, poſtquam doloſe (cum reuerentia) ſe geſſit in iſto negotio. Cætera ſuppleat immenſa doctrina dictorum Dominorum Iudicantium.

Ferdinandus Brancia.

SVMMA

SVMMARIVM.

1 *Fiſcus an poſſit petere nouam numerationem fieri, & quando.*
2 *Numeratio foculariorum tangit ſtatum Vniuerſitatum.*
3 *Calamitates Populorum propter nouas numerationes, quæ ſint.*
4 *Rex noſter quæ, & qualia poſſit facere pro bono regimine.*
5 *Reipublicæ ſtatus priuatis commodis præfertur.*
6 *Silentio multa prætermittenda ſunt propter bonum Reipublicæ.*
7 *Reipublicæ bonum præferri debet omni intereſſe pecuniario.*
8 *Foculariorum numeratio iudicium eſt reciprocum inter fiſcum, & Vniuerſitates.*
9 *Numeratio foculariorum qualiter committenda?*
10 *Foculariorum numeratio inuenta eſt, ne Regia Curia fraudetur, & ne populi grauentur.*
11 *Numerationis tempus quale ſit.*
12 *Regentis de Ponte* conſil.58. n.15. *pro deciſione affertur.*
13 *Textus* in l. qui grauatos. C. de cenſitis, lib.11. *explicatur.*
14 *Exceptio rei iudicatæ contra fiſcum in præſenti opponitur.*
15 *Æqualitas in iudiciis eſt ſeruanda inter fiſcum, & Vniuerſitates, vſque ad numerum* 16.
17 *Numerationis clauſura inducit abſolutionem vniuerſitatum.*
18 *Iudex ſententiam quomodo, & qualiter certam proferre debeat, vſque ad numerum* 19.
20 *Sententia condemnans in partem, quando & qualiter cenſeatur abſoluere à reliquo.*
21 *Clauſuræ numerationis decretum factum, qualiter, & quando noceat fiſco.*
22 *Reſtitutio in integrum, vtrum competat fiſco contra numerationem factam, & clauſuram ipſius.*
23 *Textus* in l.vnica. C. de ſententia aduerſus fiſcum, lib.10. *explicatur.*
24 *Reſtitutio in integrum infra quadriennium danda; qualiter competat fiſco in præſenti.*
25 *Scriptura noniter reperta quando iuuent pro reſtitutione in integrum, vſque ad num.* 27.

ARGVMENTVM.

Numeratio foculariorum Regni, ſi ſolemniter clauſa fuerit, nùm fiſco inſtante pro ſuo intereſſe poſſit iterum aperiri, vel potius perpetuum ſilentium imponendum. Reſtitutio in integrum nùm competat fiſco aduerſus numerationem factam, & clauſuram ipſius. Text. *in l. vnica. C. de ſentent. aduerſ. fiſc. latis. lib.* 10. explicatur.

ALLEGATIO LIX.

IN hac cauſa Vniuerſitatis Terræ Sereni, ſiue, vt rectiùs loquar, totius Regni, cum Regio Fiſco, cùm agatur de aperiendo numerationem tot annis retrò elapſis clauſam, & conſequenter eius determinatio reſpicit vtilem bonum, ac ſtatum totius Regni, ſpero circumſpectiſſimos Dominos Iudicantes mandaturos eſſe imponendum perpetuum ſilentium Regio Fiſco, quod vt faciliùs, & clarius pateat de duobus quærendum duxi: primò, an hoc publicæ vtilitati huius Regni, ac S. M. ſeruitio conueniat. Secundò, an de iuris rigore Fiſcus hoc petendo, Ius foueat. 1

Quoad primum attinet nulli dubium hoc negotiũ tangere vtilem ſtatũ, ac pacem Terrarum, & Populorum huius Regni propter ipſius Vniuerſalem commotionem, aperiendo enim denuò numerationem, neceſſario fatendum eſt, eſſe maximum onus populis, licèt enim hodie agatur ſolùm de Terra Sereni, tamen cum hoc exemplo Regij fiſci prætenſio aperitur, ita vt non videã rationem differentiæ, cur non ſit etiam contra alias Vniuerſitates numeratio hæc aperiẽda, & Vniuerſitatibus inter ſe ipſas, quod quàm ſit æquitati, & bono huius Regni regimini contrarium ordinari, omnibus notum eſt: omnes enim ſcimus calamitates, & ærumnas, quas in dies Populi patiuntur; impoſitiones, quas ſuſtinent veteres, & nouas, etiam poſt numerationes impoſitas; non enim ſumus in antiquis temporibus, de quibus in his terminis Bald. maximè conqueritur *in leg. ex hoc iure, num.64. ff. de iuſt. & iur.* tradens, quod antiquis temporibus Romanorum tempore aderat impoſitio denariorum 26. pro quolibet capite, ſeu fumante, ſubditque *ſed hodie, proh dolor, pellem populorum excoriant, & vix precarium dimittunt:* ſed ſumus ſub feliciſſimo Regis noſtri Iuſtiſſimi, ac Sanctiſſimi Imperio, ſub doctiſſimis, ac prudentiſſimis Miniſtris, qui cuncta cum maxima circumſpectione gubernant, quia æqua lange non minus Populorum curam, quam Regij Patrimonij attendunt; omnia enim Rex poteſt, ſed non omnia facere vult, quia non conueniunt bono regimini, nec vtilitati Regij Patrimonij; Rex enim non ſolum eſt Dominus, ſed inſimul pater, & maritus, & eleganter tradit Luc. de Pen. *in leg. quicumque, ſa* 2. *num.* 8. & *C. de omni agro deſer. lib.* 11. Et vt pater debet paterna charitate, vti filios, Vaſſallos diligere, & ideò dicitur eſſe in Republica, & Rempubli- 2 3 4 5

cam

cam in eo, bonuſque Reipub. ſtatus debet priuatis ſuis commodis præferri, vt notabiliter voluit Andr. *in cap.1. in princ. de prohibend. feud. alienat.* per Lotharium, & in iuſtitia diſpenſanda modus, tempus, rerum conditio non exiguam ſibi partem vendicant, vt dixit inclytus Rex Alphonſus I. in pragmatica vulgariter dicta *edictum Pentima*, edita in anno 1444. ſub tit. *de poſſeſſorib. non turbandis*. Hinc eleganter dotiſſimus Camer. alloquens miniſtros, quibus curæ eſt Regium Patrimonium, *in repet. cap.*
6 *Imperialem, fol. 8. lit. B.* aduertit quod non omnia, quæ prætendi poſſunt, proponere licet; ſed pro quiete Populorum ſilere debent; propter enim litium finem, propter controuerſias euitandas, pacem, & quietem in Populis conſeruandam ſunt inuentę præſcriptiones, & abbreuiata vita actionum, tam de iure communi ad tex. *in leg. omnes*, & *in l. benè à Zenone. C. de quadr. præſcript.* & leges Romanæ ex cauſis eiſdem multoties denegarunt actionem ad notata per ſcribentes *in leg. 1. §. ſublata, ff. ad Trebell.* & aliquando hoc prouidetur cum impoſitione ſilentij, de quo in *cap. 1. §. ſi quis autem*, vbi Bald. *n. 28.* poſt gloſ. *de pac. conſtant. tum* etiam in Regno habemus plures leges, & Pragmaticas vetantes lites fieri, & poſſeſſores turbari 23. cap. Regis Caroli I. incipiens, *& ſi frequenter*, Pragmatica dicta, *edictum Pentima*, vbi Rex Alphonſus optimam huius ſtatuti reddit rationem, ibi *quamobrem nonnulla:* ſic etiam prohibentur lites fieri, & poſſeſſores inquietari, ſiuè iure ſiuè iniuria poſſideant, quia ex-
7 pedit publico Reip. bono quod omni alio pecunario intereſſe præferri debet, vt per Pragmaticam Thor. editam in anno 1505. à Rege Catholico & per Pragmaticas ſeu Inſtitutiones Coroli V. in anno 1517. & 1519. clarè patet, & ne deficiat auctoritas in propria de qua agimus materia numerationis, eſt tex. *in leg. qui grauatos. C. de cenſ. & cenſit. lib. 11.* per quem præfigitur annus ad grauamina proponenda propter ipſius muneratiouis diſcuſſionem, quo elapſo omnis actio denegatur; quam rubricam de *cenſ. & cenſit.* illiuſque iura procedere in materia focul ariorum dixit Iacob. Rebuff. *in leg. 5. C. eod.* quem ad propoſitum allegat Frecc. *de ſubfeud. lib. 2. auct. 2.* Baron. *num. 31. verſ. qua autem pœna.*

8 Cæterum quod communi huius Regni bono, ac Reipublicæ vtilitati expediens erit, Dominos Iudicantes pro ſua ſingulari prudentia, ac circumſpectione optimè perpenſuros ſpero; propterea diſceptandum erit, nùm de iuris rigore poſſit hoc fiſcus prætendere, magis accedentes caſui, de quo agimus, quod vt manifeſtè pateat, illud antea pono, hoc iudicium numerationis factum inter fiſcum, & Vniuerſitates eſſe iudicãdum reciprocum, fiſco prætendente maiorem numerum feculariorum, vniuerſitatibus, aut minorem; numeratio enim, vt optimè aduertit Ioan. de Plat. *in leg. omnes. C. de cenſ. & cenſit. lib. 11. ſummando tex.* eſt facienda propter augumentum & diminutionem bonorum iam diu æſtimatorum, & propterea reficiendum eſt extimum omnium, & non vnius ſolùm, quod propriùs docuit ibi gloſ. quam ponderauit ibidem Rebuff. & latiùs declaratur hoc *in cap. 7.* ex conceſſis per Regem Alphonſum primum.

9 *Item accitihe la Maieſta Veſtra non ſia frandata, è li Populi aggrauati debia mandare due huomini ſufficienti terra per terra, & per ciaſcheduna Prouincia, ad inquiere il numero delli fuocli è che di tre in tre anni ſe habbi da fare la dicta inquiſitione.*

10 Si ergò numeratio adinuenta eſt ne Regia Curia defraudetur, & ne Populi grauentur, neceſſariò fatendum eſt eſſe inter fiſcum & Vniuerſitates numerationis iudicium reciprocum, in quo Iudicio vterque obtinuit, & ſuccubuit; nam in eo quod fiſcus prætendebat maiorem numerum focul ariorum ſuccubuit, & Vniuerſitates obtinuerunt; Vniuerſitates verò ſuccubuerunt in eo quod prætendebant maiorem numerum, & fiſcus obtinuit, quo 11
ſuppoſito, cum nedum ſit elapſus terminus à die finitæ numerationis, illiuſque præſentationis in Regia Camera, poſt cuius anni ſpatium omnis actio denegatur, ad tex. *in leg. quis grauatos*, ſed per decreta generalia clauſæ ſunt omnes numerationes ab anno 1602. quomodo poſt tot, & tantos annos ac etiam propè nouam numerationem generalem faciendam in Anno proximo 1610. prætendit fiſcus numerationem clauſam de nouo aperiri, ſilentium illis impoſitum interrumpere, actionem denegatã, atque extinctam reuiuiſcere, & pauperes Regni Vniuerſitates nouis litibus, & expenſis perturbare? eo enim ipſo quod actio eſt denegata, declaratum eſt ius non fouere; & conſequenter videtur tacitè impoſitum ſilentium; deciſio eſt elegans Bald. omninò videnda *in l. quid tamen, §. ſi arbiter, in 3. notab. ff. de recept. arbitr.* & ſi ſilentium eſt impoſitum nec minima vox auditur in iudicio, de quo eleganter per celeberrimum, & Eminentiſſimum Virum D. Re- 12
gentem de Ponte *in conſ. 58. n. 15. ad ſeq.* vbi refert ſic contra fiſcum fuiſſe iudicatum in cauſa Comitis Montellæ; cumque in caſu, de quo agimus, lex anno elapſo deneget actionem, ſiue ſit ipſo iure, ſiue ope exceptionis, fiſco obſtat iuris defectus, & ſine actione nemo experiri poteſt, de quo per Bart. *in l. 1. §. ſublato, ff. ad Trebell.* & decretum quod clauſæ ſunt numeratines non aliud ſibi vult, niſi eſſe impoſitum ſilentium, quod decretum cùm ſit conforme iuri communi per quod elapſo anno præfixo denegatur actio, & hic non ſolum tranſactus eſt annus, ſed poſt decretum clauſuræ plures & plures anni tranſacti ſunt, ergo nullo pacto fiſcus eſt audien- 13
dus; tex. enim *in dict. leg. qui grauatos*, loquitur inter fiſcum, & priuatas, a quibus exigere volebat cenſus, ſeu functiones fiſcales, & ibi DD. notant, & præcipuè Ioan. de Plat. quod actio aliàs duratura per plures annos durat tantùm per annum in terminis illius tex. quodque ab actibus extraiudicialibus datur appellatio, quæ infra annum concluditur, Rebuff. ibid. *col. fin. num. 9.* dicit quod eſt ſpeciale in illo tex. vt actio finiatur infra annum, & ratio eſt, quia eſſet damnoſum fiſco, ſi tanto tempore duret actio, quia rationes fiſcales nimis intricarentur, ſi tam prolixo tempore poſſent litibus inuolui, & ſic è contra eadem ratio militat in Vniuerſitate; patet ergò fiſco obſtare exceptionem iuris defectus ex denegata ſibi actione poſt annum per diſtinctionem tex. *in dict. l. qui grauat.*

Obſtat etiam Regio fiſco exceptio rei iudicatæ, 14
cùm enim omnes Vniuerſitates contradixerunt clauſuræ numerationis, ex multis grauaminibus prætenſis, & propoſitis, & præcipuè Vniuerſitas Sereni, quæ habebat focularia prompta, quæ omni iure deduci debebant, habebat multa focularia, donec & alia prætendebat grauamina, fuit ab omnibus excluſa, fuitque iudicatum conuenire claudi numerationes omnes, provt clauſæ fuerunt, & denegata amplius audientia Vniuerſitatibus, igitur ſi illæ fuerunt excluſæ, quomodo fiſcus vult nunc audiri? ſi hæc clauſura omnes reſpicit, & pro omnibus facta fuit, & ſicut Vniuerſitates hodie aduerſus clauſuram venientes non audirentur, ita nec pariter fiſcus 15
contra ipſos audiri debet, quia ipſius reſpectu clauſura etiam eſt facta in beneficium Vniuerſitatum; in iudiciis enim æqualitas ſeruari debet, ad tex. *in l. fin.*
C.

C. de fruct. & lit. expenſ. vbi Odoffred. dicit eſſe ſpeciale, quia non debet claudicari, nec in eis debet dari exceptio perſonarum; eademque lege debet quis conueniri qua contra alium poſtulauit, dicit tex. in l. ratas, C. de reſcind. vend. & eſt tex. notab. leg. in ſacris, la 3. C. de proxim. ſacr. ſcrin. lib. 12. ibi æqualitatem litigantibus volumus ſeruari, quod etiam in fiſco procedit ex Salyc. in d. l. fin. 1. col. C. de fruct. & lit. expenſ. & proinde iure optimo prædicta ſententia clauſuræ parit etiam exceptionem rei iudicatæ contra fiſcum. Quod etiam confirmatur valida ratione, cùm enim numeratio hic ſit clauſa, non poteſt eodem tempore clauſam eſſe, & apertam, clauſa ſcilicet quoad Vniuerſitatem, aperta quoad fiſcum; cùm ſit hoc vnum indiuiduum, & non debet vna eademque res diuerſo iure cenſeri, ad tex. in leg. cum qui ædes, ff. de vſucap. numeratio eſt vnum integrale, quod efficitur ex diuerſis focularibus
16 Vniuerſitatis, ſicut ibi in caſu illius tex. efficiuntur ex ſingulis corporibus, & ſicut illæ non debent diuerſo iure cenſeri, ita hic in ſingulis numerationibus, quas ſi ordinarum eſt eſſe clauſas, repugnat, vt eodem tempore ſint apertæ.

Hinc quando ſumus in tempore, quod poſſet aliqua deductio prætendi dixit gloſ. notab. in dict. leg. omnes, in 1. gl. C. de cenſ. & cenſit. quod ex integro debet fieri numeratio totius Terræ. Patet ergo ſententiam clauſuræ prædictæ parere exceptionem rei iudicatæ, tam contra Vniuerſitatem, quàm contra fiſcum, cum ſit iudicatum contra fiſcum in eo quod plus petebat, & contra Vniuerſitatem in eo quod minus, & in beneficium vnius & alterius, & conſequenter pro ea parte, pro qua iudicatum eſt contra fiſcum, tempora non largiuntur, quod amplius audiri debeat.

17 Et vltra prædicta ad demonſtrandum, quod per decretum clauſuræ numerationis oritur tacita abſolutio Vniuerſitatum à maiori numero foculariorum prætenſorum per fiſcum, aduerto, quod dum Regnum numeratur, fiſcus nil petit ſpecificè, ſed ſuos deſtinat numeratores ad veritatem indagandam foculariorum Regni, vt ea reperta ipſorum numerus taxetur, & ſecundùm illum fiat exactio functionum fiſcalium; hincque Vniuerſitates ſuas faciunt diligentias, vt taxentur minori numero, præſupponendo Terras diminutas, & non auctas, & ſic fiſcus pro vna parte prætendit augmentum, Vniuerſitates ex alia diminutionẽ, & hinc fiunt oppoſitiones, & ex-
18 ceptiones, & ſic ſequitur communis concluſio DD. quod quotieſcunque quis petit aduerſarium condemnari, non expreſſa quantitate, & Iudex certam declaret in ſententia & ad eam condemnet, ſententia valet in quantitate expreſſa, & in reliquo cenſetur Reus tacitè abſolutus. Bart. in leg. 1. num. 2. verſ. tu verò pone caſum. Cod. ſi aduerſus rem iudicatam. Panorm. in cap. cum inter, vbi Felin. num. 12. de ſent. & re iud. imò plus, cùm hic fiſcus faciat iudicium taxationis certi numeri foculariorum, qui colligitur ex Vniuerſitate hominum ſingularum Terrarum Regni, qua demum taxatione facta, vult ſecundùm
19 eam erigere; ſecundùm quod decretum quod fit ſuper numeratione, vt ea claudatur, importat condemnationem ad quantitatem taxatam ex numero foculariorum in numeratione liquidatorum, quo caſu intelligitur condemnatio facta taxatiue, ita quod in reliquo quod quomodocunque prætendi potuiſſet, cẽſeantur Vniuerſitates abſolutæ, ita Bart. vbi ſupra, & declarat Fel. in cap. cum inter, num. 12. verſ. & vnum conſidera, & num. 15. verſ. & conſidera, de re iud. quæ nullam habent dubietatem, quando præcedit diſcuſſio vt in minori numero taxatio fieri deberet, prout in caſu noſtro fuit prætenſum ex parte Vniuerſitatis, ita Bart. in leg. ſi plures, ff. de fideiuſſ. Caſtr. in dict. leg. 1. num. 8. verſ. item ſi in partem. Cod. ſed aduerſus rem iud. ſequitur, & notabile eſſe affirmat Iacob. ibid. num. 2. verſ. quartus caſus. Quæ 20
omnia præfati DD. tradunt ad limitationem regulæ traditæ per gloſ. in dict. leg. 1. & alterius opinionis ſcribentium in hoc articulo, vt Iudex condemnans in partem, non cenſeatur abſoluiſſe in reliquo, quod fallit dum non eſt certa quantitas petita, & Iudex taxauit cauſa cognita certam quantitatem, maximè præcedente oppoſitione, & diſcuſſione, quare in maiori taxari Vniuerſitates non debent, ita quod ſiue attendamus primam opinionem, ſiue opinionem gloſ. cum hac limitatione communiter à ſcribentibus approbatam, habemus intentum, cumque ex prædictis appareat ſilentium impoſitum per denegatam actionem, & per ſententiam clauſuræ, & ſecundùm taxationem fiſcum exigere, ob quod obſtat reg. tex. in leg. abſolutionem Cod. de exeq. rei iudic. propterea, vndique dicendum eſt, fore fiſco audientiam denegandam.

Sed augetur motiuum; nam aut obſtat exceptio 21
decreti clauſuræ factæ, & fiſcus ſuccumbit, aut verò ad ſummum poteſt nec aliud prætendere fiſcus, niſi dicere, quod ipſe non venit virtute decreti, quodque decretum non abſoluit Vniuerſitatem; ſed quod remanſerunt ſibi primæua iura, vt poſſit petere iteratam numerationem; nam hæc quæſtio Poſita per gloſ. & DD. vt quando ſententia non abſoluit in eo quod non condemnauit, remanent primæue actiones, quibus mediantibus poſſit experiri tunc ſic, nonne, vt ſupra demonſtratum eſt, ex reg. tex. vbi gloſ. in dict. leg. omnes. Cod. de cenſ. & cenſit. quod numeratio tota ex integro eſt facienda, cumque habeamus finitum tempus numerationis faciendæ ſingulis quindecim annis, & ſic iura primæua reſeruata non tolluntur, ſed ſuo tempore taxato exercenda ſunt; quocumque ergo ſe vertat fiſcus, hodie omni caret actione; ſed vnicum tantum remanet 22
refugium, petendi ſcilicet reſtitutionem in integrum aduerſus ſentẽtiam clauſuræ, ex ſcripturis baiulationis nouiter ſecundùm ipſum repertis, reſtitutionem ei non competere breuiſſime demonſtrabitur, cùm fiſcus in hoc caſu, nec etiam per viam reſtitutionis in integrum poſſit audiri, cùm nedum à die ſententiæ clauſuræ ſit elapſum triennium, quæ fuit lata in anno 1602. quod ei de iure antiquo competebat ad tex. in l. vnica, ad ibi not. Cod. de ſent. 23
aduerſ. fiſc. dat. retract. lib. 10. in leg. Imperatores, vbi Alex. & Herc. ff. de re iud. ſed etiam quatriennium de iure Cod. conceſſum, ad tex. in leg. fin. Cod. de tempor. in integr. reſtit. & aduertatur quod tex. in dict. leg. qui grauatos. Cod. de cenſ. & cenſit. vbi DD. notant, & ex verbis ipſius expreſſis clarè patet, procedit quando gratia prece, ambitione, & fraude quis fuerit grauatus, & propterea quod dicitur in text. dict. leg. vnicæ in fin. limitando ipſius diſpoſitionem, quando interuenit præuaricatio, dicit ibi notabiliter Io. de Platea in 1. col. verſ. tertiò concludo, intelligendum eſſe quando interuenit corruptio pecuniæ, ſecus ſi gratia prece, vel ambitione, tunc 24
enim ſententia valet; ſed reſtitutio datur in integrum infra quatriennium, quod in caſu noſtro iam diu eſt elapſum, quod per prius aduertit ibi gloſ. 1. verſ. aut gratia, vbi Bart. num. 5. & 6. Bald. n. 10. Odofred. num. 16. & latè Peregr. de iur. fiſc. lib. 7. titul. 4. num. 6. quæ cùm hic deficiant, nec eſt præſumenda corruptio pecuniæ in miniſtris numerationis tantæ qualitatis, & ſi fiſcus fundat ſe in hac corruptione pecuniæ, debet illam probare, imò declarari facere prius.

prius per ſententiam hanc præuaricationem, aliàs non ſequuta pronunciatione non poſſet fiſcus ſe tueri hac corruptione pecuniæ, vt ex Bart. deducit Peregr. loco proximè allegato *n.5. verſ.tertia, concluſ.*

25 Nec fiſcus poſſet prætendere quod aſſertam cartulam, quæ nunc per quendã reuelatorẽ exhibetur, illam Vniuerſitas non exhibuiſſet, ſed occupaſſet, ex quo nihil fundare poſſit reſpectu corruptionis requiſitæ, nec tenebatur Vniuerſitas præſentare ſuas ſcripturas priuatas, ex quibus quoquo modo damno affici potuiſſet; præterea omnes ſcribentes in hac materia ſcripturarum nouiter repertarum loquuti fuerunt, omniaque iura poſuerunt caſum in ſcripturis validis, authenticis, & indubitatis, contra quas nulla poteſt opponi exceptio, & quæ ſi productæ fuiſſent aliter eſſet iudicatum; ſed quid vult prætendere fiſcus ex cartula priuata nullam fidem habente, compoſita per hunc reuelatorem, ex cuius lectura falcitates manifeſtè deteguntur, & ſi adhibetur diligentia comparandi eam cum numeratione iam clauſa, & ſpolio facto, apparebit infallibiliter ex ſexcẽtu nominibus hic poſitis habitam fuiſſe rationem pluſquam quingentarum, eſſeque omnia duplicata, & ſi reperitur prouiſum per manus DD. Præſidentium, Commiſſariorum huius enumerationis inceptæ in anno 1595. vt non habeatur ratio ſcripturarum poſt hoc tempus factarum, & hæc eſt prætenſa ſcriptura, & poſt prædictum tempus;

26 igitur quo fiſcus hodie ex ea, tanquam ſcriptura nouiter reperta vult numerationem clauſam aperire, & rurſus corollariè infertur ex prædictis quod cum ex eadem numeratione, ſiue ſpolio appareat habitam fuiſſe rationem librorum baiulationis, qualis prætenditur, de quo tractamus, quod aut hic liber antecedit numerationem, cùm ea fuerit ſpoliata ex eiſdem libris baiulationis, & non poteſt de ea tractari tanquam de ſcriptura nouiter reperta, aut non fuit habita de ea ratio, quia non erat compoſitus tunc temporis, ſed poſt numerationem, & habemus intentum, quia obſtat decretum, quod de ſcripturis confectis poſt numerationem, nulla habeatur ratio.

27 Concludo ex prædictis, quod tam de iuris rigore, quam ob bonum Regni regimen, fiſcus non eſt audiendus; exinanitio enim Populorum eſt in maximam Regis iacturam; omnia enim redundant in damnum Regij Patrimonij, quia vaſſalli impotentes, Dominum iuuare non poſſunt, & Tribunal Regiæ Cameræ eſt tam graue, quod æquitati, & rigori conſulere debet, ſic in caſu præſenti conſulet, cunctaque rimabitur, quæ pro Regis ſeruitio, ac publico Populorum beneficio videbit expedire. Cætera ſuppleat Religio, & Eminentia Dominorum Iudicantium.

Ferdinandus Brancia.

SVMMARIVM.

1 *Tridentini diſpoſitio* ſeſſ.25.cap.16.de Regularibus, *procedit etiam in Monaſterijs exemptis.*

2 *Renunciatio procedens ex cauſa oneroſa, non ſubiicitur Concilio Tridentino.*

3 *Renunciatio, de qua in præſenti, ſuſtinetur ratione periculi, quamuis eſſet exceſſus in re renunciata.*

4 *Renunciatio ex cauſa neceſſaria non ſubiicitur Tridentino Concilio.*

5 *Renunciatio correſpectiua non valet, ſi corruat ille actus, cuius reſpectu fit.*

6 *Licentia ſuperioris, vigore Concilij vtrum poſſit dari per ſuperiores in Monaſterijs exemptis.*

7 *Poſſeſſoris cauſa ſemper præualet in beneficijs, & alijs.*

8 *Conſuetudo, & poſſeſſio facit actum validum, licèt aliunde non valeret.*

9 *Licentia conceſſa ab eo, qui communiter exiſtimabatur ſuperior, valet.*

10 *Textus* in l.Barbarius, ff. de officio Prætoris, *adducitur in præſenti.*

11 *Superioris præſentia facit cenſeri omnia geſta eius auctoritate.*

12 *Licentia ad actum debet præcedere, & quando.*

ARGVMENTVM.

Renunciatio, quæ fit à Monialibus tempore profeſſionis, cùm nulla ſit, ſi fiat abſque licentia Epiſcopi, adhuc ſi Monaſteria eſſent ab illius iuriſdictione exempta, an etiam pro nulla, & inualida ſit habenda, ſi fiat ex cauſa oneroſa; & quid ſi licentia obtenta eſſet à Superiore, ſiue Ordinario illius monaſterij, qui communiter reputatur poſſe eum huiuſmodi concedere licentiam: & de aliis.

ALLEGATIO LX.

LICET Sacrum Tridentinum Concilium *ſeſſ.25.cap.16.de Regul.* ſtatuat in renunciationibus & obligationibus, quæ fiunt per Nouitios, qui ingreſſi ſunt in religionem, adhibendam eſſe licentiam Epiſcopi, & hoc procedat, etiam in Monaſteriis exemptis ab Epiſcopali Iuriſdictione, vt declarauit Congregatio Illuſtriſſimorum Cardinalium Concil. Interp. tamen in caſu noſtro reſpondendum videtur pro validitate renunciationis, quia Decretum Conſilij procedit in obligationibus, & renunciationibus ſimplicibus, non autem in illis, quæ fiunt ex cauſa oneroſa, quia diſpoſitio loquens de donatione, & renunciatione, habet locum in vera obligatione, & donatione, non autem in donatione reciproca, vel quæ fit ex cauſa oneroſa, Oldrad. *conſ.139.num.3.* Guid. Pap. *deciſ.214.col.5.* Tiraq. *in leg. ſi vnquam, in verſ. donatione largitus, num. 130. & ſeq.* Vſque ad *num.139.* vbi benè cumulat Doctores & plura ſimilia. 1

Renunciatio autem, de qua agitur, non proceſſit ex 2

ex mera liberalitate, ſed ex cauſa oneroſa, quia emanauit, non ſolum ex cauſa dotis, ſed etiam ex donatione annuorum ducatorum triginta, & traditione aliorum bonorum, & conſequenter valuit renunciatio iuris dubij, quod competebat in ſola ſpe admodum remota, & quæ nullum habebat ius radicatum, ſed pendebat totaliter a futuro euentu. Quo caſu proculdubio renunciatio valuit: tum quia in nondum quæſitis præiudicari poteſt Eccleſiæ, Lap. *alleg.25.in 3. dub.* Federic. de Senis *conſ.9.* tum etiam quia ratione periculi ſuſtinetur renunciatio,
3 etiam ſi eſſet exceſſus in re renunciata; quia ſi non fieret locus ſucceſſioni ab inteſtato, donans nihil caperet, iuxta tex. *in l.1.Cod.de pact.* vbi Doct. communiter Dec. *in leg.inter priuatos, col.vlt. verſic. & exceptis, Cod.de pactis.* Regulare eſt enim quod dubius euentus iuſtificat contractum, quod alias ratione inæqualitatis eſſet reprobatus, *leg.nec emptio, ff.de contrahenda emption.* Oldrad. *conſ.207.* Bald. *conſ.427. lib.4.* & *conſ.18. lib.1.* Cuman. *conſ.181.* Roman. *conſ.302. & 423. in 5. dubio.* Io. Anan. *in cap.in Ciuitate, de vſur.* & tradunt communiter Doct. *in leg. de fideicommiſſo*, vbi Alex. *Codic. de tranſaction.*

4 Et tanto magis hoc procedit, quia prædicta renunciatio, non ſolum fuit facta ex cauſa oneroſa, ſed etiã ex cauſa neceſſaria, vt ſolueretur dos promiſſa Monaſterio, quam præſupponitur renunciantem non potuiſſe aliundè ſoluere; & ita tanto minus erat locus decreto Concilij, quia ſolemnitates in aliquo actu requiſitæ non requiruntur, quando ille actus fit ex cauſa neceſſaria, Tiraq. *de legib. Connub. gloſ.8. quæſt.13. per tot.* Lamber. *de contract. mul. in princip.* & in ſimili videmus, quod licet bona Eccleſiaſtica non poſſint alienari ſine certis ſolemnitatibus, hoc tamen non procedit in alienatione, quæ fit ex cauſa neceſſaria. Card. *in cap. vt ſuper, § poſſeſſiones in fin. de reb. Eccleſ.non alien* Lap. *alleg.25.in 3. dub.* Rebuff. *in tract. de reb. Eccleſ.non alien.num.30.* Rodoan. *in eod. tract.quæſt.51.cap.3.num.22.*

5 Et intantum mater dotauit, & donauit, in quantum fieret ſibi renunciatio prædicta; in quolibet enim actu cenſentur pacta correſpectiua, dum fiunt coram eodem Notario, & teſtibus. Vndè vnum non valet ſine alio, nec vnum ſtare poteſt ſine alio, Aymon. *conſ.356. vol.3.* dotauit & donauit ſperans mediante renunciatione prædicta recuperare quod dedit, prout cauſa recuperauit.

6 Præterea ſi probatur miniſtros Ordinis fuiſſe in poſſeſſione dandi licentiam, & probatur miniſtrum in caſu noſtro dediſſe licentiam, iſta licentia ſuffragatur ratione poſſeſſionis; nam vbi concurrit poſſeſſor, & Dominus, ſemper actus debet expediri per poſſeſſorem, quia iuriſdictio dandi licentiam dicitur eſſe in fructu, & conſequẽter ſpectat ad poſſeſſorem, maximè vbi incidenter agitur de iuriſdictione, vt videmus in terminis collationis, nam collatio facta per poſſeſſorem præfertur collactioni factæ per eum, qui re vera habet ius conferendi. Rot. *deciſ. 49. de reſcript.in antiquis*, Calder. *conſ.23. de prabend.* Mohæd. *deciſ.8. de cauſ. poſſ. & propriet.*
7 Idem videmus in terminis iuris patronatus; nam præſentatio facta per poſſeſſorem præfertur præſentationi factæ per verum Patronum, Panorm. *in cap. conſultationibus, n.9. de Iurepatr.* & ſimiliter licèt inſtitutio debeat fieri per Epiſcopum tam attenta diſpoſitione iuris communis quam Sacri Concilij Tridentini, nihilominus valet inſtitutio facta per inferiorem Prælatum exiſtentem in poſſeſſione inſtituendi, Lap. *alleg.95.in fin. verſ. Imò ſi ille qui inſtituit.*

D.Reg. de Marinis Allegat. collect.

Vndè Videmus, quod licèt actus eſſet de iure inualidus, tam ratione conſuetudinis, & poſſeſſionis 8
in contrarium exiſtentis, actus inualidus erit validus, & ſic e contra *c. cum dilectus*, & ibi gloſ. *in verb. approbata, extr. de fid. inſtrum.* Roman. *conſ.59. ante num.7.* qui ad hoc etiam allegat prædictum cap. *cum dilectus*, quod tanto magis procedit in caſu noſtro, cùm dicta declaratio Illuſtriſſimorum Cardinalium hucuſque non apparuerit, nec appareat, quando facta ſit, nec tunc tempore prædictæ renunciationis apparebat, nec in vſu erat, & lex in tantum ligat, in quantum ſit approbata & obſeruata, canone *in illis, §. leges, 4. diſtinctione*, & ibi etiam Archidiac. late per Capic. *in eius regul. concluſ.14.* vnde videmus profeſſionem monialium valere, licet non fiat ſecundum regulam, ſed ſecundum loci conſuetudinem, *c. vidua*, & ibi etiam gloſ. *in verbo oblationem.* & ibi etiam Abbas *de Regular.c.porrectum, eodem tit.* & ibi idem Abb. *num.15.* & Card. Zabar. *in dicto capit. vidua.*

Et hec procedit tanto magis in caſu noſtro, quia 9
miniſter erat reputatus communiter pro perſona, quæ debebat iſtam licentiam concedere, & tanto tempore fuit per Archiepiſcopum toleratus, ita vt non eſſet in poteſtate Partium illum priuare ſua poſſeſſione, cùm ſufficeret actum expediri per exiſtentem in poſſeſſione, quia erat communiter reputatus pro perſona ad quam ſpectabat huiuſmodi licentiam concedere, Lap. *alleg. 89. num.12. in fin.* & *num.13.* Anchar. *conſ.409. num.8.* eſt enim locus diſpoſitioni l. *Barbarius, ff. de offic. Proconſ.* 10
quæ locum habet, tam in iuriſdictione ordinaria, quam in delegata, Felyn. *in cap. cum dilecta n.3. de reſcript.* Vant. *de nullit. tit. vltimo, num.46. verſ. nam diſpoſitio*; & in terminis Concilij requirentis actum fieri coram certa perſona, quod ſit locus diſpoſitioni l. *Barbarius*, fuit pluries in Rota reſolutum.

Et quod quando ſuperior eſt in loco, quicquid 11
fit cenſeatur factum cum eius licentia & ordine, traditur per Iaſ. *conſ.145. num.7.* Anton. Gabriel. *in eius tract. commun. concluſ. tit.de probation.Concluſ.3. num.21. & 22.* In Ciuitate Nap. aderat Archiepiſcopus, ſiue eius Vicarius, & quando hæ monialium profeſſiones & renunciationes ſtatim ſciuntur, & fiunt Prælatis dona, & encennia, vnde Prælatus ſciebat, & conſentiebat omnibus, quæ fiebant.

Poterit ergo probari, quod miniſter habebat fa- 12
cultatem concedendi licentiam, & quod antequam fuiſſet facta renunciatio, de qua agitur, illam conceſſit; & aduertatur ad probandum quod licentia præceſſerit, quia de iure ſemper licentia debet actum præcedere, *cap. licet, de Regula.* in tantum quod non ſufficiat actum poſteà ratificari. Bald. *in d.l.fin.C.ad S.C. Maced.* Card. *in Clem.1.§. Volumus num.2.* Vital. *num.8.* Imol. & communiter Doct. *de foro compet.*

Ferdinandus Brancia.

SVMMARIVM.

1 *Legatum factum tutori per teſtatorem an, & qualiter debeatur, ſi tutelam non exerceat, vſque ad num.3.*

4 *Legatum quomodo cognoſcatur per teſtatorem fuiſſe aliter relicturum, quàm ex*

 cauſa

cauſa tutelæ, vſque ad num.6.

7 *Tutor quando fuit remotus, quomodo priuetur legato relicto pro tutela, vſque ad n.10.*

11 *Tutoris remotio differt ab eiuſdem ſuſpenſione, & quomodo.*

ARGVMENTVM.

Legatum ſimpliciter factum à teſtatore tutori ſuorum filiorum, nùm debeatur, ipſo tutore non adminiſtrante, vel quia tutelæ onus ſuſcipere noluit, vel quia ob proprium delictum remotus fuit: & de aliis notabilibus.

ALLEGATIO LXI.

1 NON eſt dubium, quod legatum factum tutori per Teſtatorem conſtituto, ipſo tutore non adminiſtrante, tutelam recuſante, vel remoto ob delictum ſuum, euaneſcit; nam in primo, & ſecundo caſu in dubio præſumitur legatum relictum, tutelæ contemplatione, in tertio talis Tutor reputatur indignus legato ex eo, quod doloſè ſe geſſerat in adminiſtratione tutelæ filiorum Teſtatoris, niſi euidenter appareat, Teſtatorem velle relinquere etiam ſi tutelæ onus non ſuſcepiſſet, tex. eſt *in leg. Neſennius, leg. ſed hæc nimium, cum duabus ſeqq. ff. de excuſat. Tut.*

2 Eſt verum quod de iure nouiſſimo, ſecundum Iacob. de Beluiſo *in §. in omnibus, in Auth. de hered. & falcidia*, hoc procederet, etiã ſi veri ſimiliter Teſtator eſſet legaturus, ſi Tutor ab ipſo conſtitutus

3 non eſſet. Ex his prætendit dictus Fabritius Montaltus, quòd dum D. Scipioni fuit factum legatum ſimpliciter per D. Virgilium patrem, ſtatim poſt conſtitutionem Baliatus, ipſum non teneri ad legati præſtationem, poſtquam Balius ipſe tanquam ſuſpectus fuit remotus ab adminiſtratione Baliatus.

4 Aduertatur quæſo pro parte hæredum quondam Domini ſcipionis, quod multùm intereſt quod Teſtator non eſſet alias relicturus, aut quod euidenter appareat, Teſtatorem voluiſſe ex alia cauſa, quàm ex cauſa Tutelæ aliquid Tutori per ipſum conſtituto relinquere; in primo caſu benè poteſt procedere opinio de Beluiſo. In ſecundo verò caſu non; Nam quando conſtat Teſtatorem voluiſſe legatum ſolui

5 legatario ex alia cauſa, quam ex cauſa tutelæ, tunc opinio Iacobi de Beluiſo non pocedit, & ratio eſt, quia voluntas eius præ cæteris attendenda eſt, ita Imol. *in l. 1. C. de leg. 2.* & ante ipſum Specul. & Io. Andr. *in tit. de inſtrum. edit. §. nunc verò aliqua, verſ. quæritur autem qualiter*, Angel. *in conſ. 153. incip. in Chriſti nomine, ſi Teſtator legat*, & ſic dum manifeſtè conſtat, Virgilium intuitu fraternalis amicitiæ reliquiſſe legatum Scipioni, dum legando expreſſit, ipſum legare Scipioni Comiti aduerſarum fortunarum, & laborum, non eſt opus coniecturis: eò magis hoc fortificatur alia potiſſima ratione; nam quotieſcumque fit legatum alicui eius vita durante, illud cenſetur relictum ipſius contemplatione, & non contemplatione filiorum Teſtatoris, cum quibus legatarius morari iuſtus fuit, ita Menoch. *conſ. 147. num. 12.*

Hoc etiam ſuadetur ex facto; Nam Virgilius intuitu amicitiæ non ſic coniunctæ legauit Aſcanio Capycio equum, loricam, prouentus vnius ex Terris Teſtatoris: ergo legatum iſtius qualitatis relictum Scipioni in ſtrictiori amicitia coniuncto poteſt intelligi relictum ex cauſa tutelæ. 6

Vlterius eſt aduertendum, quod adhoc, vt procedat talis priuatio in tertio caſu, in quo nos ſumus, ſcilicet quando Tutor fuit remotus, neceſſe eſt, quod Tutor remoueatur ob malam adminiſtrationem; facit tex. & ibi gloſ. *in verbo remouendus, in l. quid autem, ff. de excuſat. tut.* vt in iſto caſu non priuatur Tutor ex eo, quod noluit voluntatem Teſtatoris adimplere, recuſando tutelam; ſed ex eo quod ob ſui delictũ fuit factus indignus legato, ita dicit tex. *in alleg. leg. quid autem, in fin.* Videamus modo, ſi Scipio poteſt dici remotus, & quando fuiſſet remotus, an ob doloſam & malam adminiſtrationem, qua mediante fuit effectus indignus, vel potiùs in omittendo leuia. Certe ſi factum attendimus, non videmus Scipionem remotum; ſed tantùm ipſi aſſociatum adiunctum, & poſtmodum ſuſpenſum temporaliter, non ex mala adminiſtratione; ſed ob non expeditionem priuilegij Baliatus, quæ omnia etſi iuridicè proceſſiſſent, prout non proceſſerunt, non faciunt ipſum indignum legato, ex quo in nihilo deliquit. Et ſi pars diceret Scipionem fuiſſe ſuſpenſum ob negligentiam in non exigendo ducatos ferè quatuordecim mille ab Ærariis, contentos in relatione Perrin, & in non conficiendo inuentarium, hæc non eſt mala adminiſtratio ob quam poterat tutela priuari, & per conſequens effici indignum. Nam teſtator iſtam negligentiam remiſit, & ſic Scipio non peccauerat in dolo vero, ſed in negligentia, quæ negligentia in non exigendo videtur remiſſa per liberationem, etiam ſi debitores eſſent effecti non ſoluendo, vt per fulgoſ. *in conſ. 25. num. 4.* & Dec. *conſ. 177. num. 3.* qui loquitur in non conficiente inuentarium, & talis negligentia fuit à Teſtatore remiſſa. Ergo negligendo non fuit effectus indignus legato; nam volenti non fit iniuria, & hoc motiuum vendicat ſibi locum, etiam ſi Scipio tanquàm ſuſpectus eſſet remotus. 7 8 9 10

Vlterius animaduertendum eſt, non poſſe negari, Scipionem non eſſe remotum, ſed ſuſpenſum, neque negari poteſt ex poſtmodum diſcuſſis, Scipionem ipſum non deliquiſſe in concernentibus dolum verum, & ideò ſi viueret, fore reintegrandum. 11

Ex hoc ſequitur (eſto millies) quod tale legatum fuiſſet factum loco mercedis ob adminiſtrationem Baliatus, quod non ob ſuſpenſum poterat legato priuari; nam de iure eſt verum quod Officiali ſuſpenſo debetur ſalarium, maximè ſi fuit abſolutus, vt *in leg. penult. ff. de re milit. cum concord.*

Ex his omnibus concluditur, legatum fuiſſe, & eſſe debitum Scipioni eiuſque hæredibus.

Ferdinandus Brancia.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſpecies proponitur, vſque ad num. 3.*

4 *Conditio nubendi arbitratu alterius in legato adiecta, vtrum ſit adimplenda, vſque ad num. 5.*

6 *Conditio adiecta legato de contrahendo matrimonio*

matrimonio cum conſilio alterius ſuſtinetur.

7 *Conſenſus, & conſilium qualiter in Iure differant, & quomodo ſint adimplenda.*

ARGVMENTVM.

Mandatum iniunctum à patre filio in teſtamento, vt matrimonium contrahere debeat cum voluntate, & expreſſo conſenſu Alexandri, an de iure ſubſiſtat, itavt teneatur filius cum primùm nuptias contrahere velit, Alexandri conſenſum procurare, vel potius dicendum, diſpoſitionem illam vti nullius roboris, & momenti fore reiiciendam; & quid ſi pater dixiſſet, vt filius matrimonium contrahere debeat cum conſilio Alexandri: & de aliis.

ALLEGATIO LXII.

1 AGATIVS Aſſantus, inſtituto hærede vniuerſali Franciſco filio, iuſſit bona ſua adminiſtrari à Marco Antonio Mormile, & Franciſco de Palo, donec filius prædictus matrimonium contraxerit cum voluntate, & expreſſo conſenſu prædictorum, qua adminiſtratione durante, voluit prædicto filio aſſignari annuos ducatos tercentum tantum.

2 Franciſcus prædictus (adminiſtratione adhuc in ſuſpenſo, ob cautionem non datam a prædicto Marco Antonio, qui ſolus adminiſtrare volebat, & abſque adiuncto, ſtante excuſatione Franciſci) matrimonium contraxit cum Aurelia Veipula cum dote ducatorum decem mille, requiſitis prius prædictis Marco Antonio, & Franciſco, & propterea petiit ſibi concedi liberam adminiſtrationem bonorum, eo quod purificata fuit conditio adiecta in paterno teſtamento.

3 Replicat Marcus Antonius conditionem non aliter eſſe purificatam in forma ſpecifica, eò quod defecit voluntas, & conſenſus ipſius, qui nedum non conſenſit matrimonio, ſed expreſsè contradixit. Erit igitur videndum, an conditio prædicta reſpectu conſenſus & voluntatis erat purificanda, vel potiùs reiicienda.

4 Quod erat provt eſt reiicienda probatur ex tex. *in l. cum tale, §. arbitratu, ff. de cond. & demonſtr.* & *in l. turpia, §. 1. ff. de leg. 1.* vbi expreſſè deciditur conditionem nubendi arbitratu alterius eſſe reiiciendam, illamque haberi pro non adiecta; eſt enim conditio illa impeditiua matrimonij, quæ opinio ab omnibus communiter recepta eſt, vbi pulchrè Alber. dicit hæc formalia verba, *Et ex iſto caſu deci-*
5 *piuntur laici, qui in eorum teſtamentis apponunt, quod filiæ nubebant cum conſilio fratrum, aliàs priuentur hereditate. Ibi reſpondendum eſt quia talis conditio per legem remittitur*, de quo latè per Eman. Coſt. *in dict. §. ſi arbitratu, ampliat. vltima, num. 2. & 3.* & Molin. *de Hiſpan. primogen. lib. 2. cap. 13. num. 35.* quod nedum procedit, quando perſona de cuius voluntate erit matrimonium contrahendum, eſſet extranea, provt eſt illa, de qua agitur; ſed etiam ſi eſſet Pater, Coſta *ibid. num. 13.* per Molin. Iun. *in tract. de iuſt. tom. 1. tract. 2. diſput. 207.* Gama. *deciſ. 314.* Petr. *Enriq. lib. 11. de matr. capit. 6. & cap. 12.* Molin. *de Primog. loc. cit.*

Nec obſtant adducta à Crauet. *in conſ. 1.* nam lo- 6
cum habent quando quis eſſet grauatus contrahere matrimonium de conſilio alterius, quo caſu bene conditio ſuſtinebitur, cùm non ſit impeditiua matrimonij, diſtat enim conſilium à conſenſu; iuſſus enim aliquid facere cum conſenſu, vel arbitratu alicuius, tenetur illud ſequi: at iuſſus facere cum conſilio, petere quidem tenetur, ſequi verò minimè, *l. cùm pater, §. mando, ff. de leg. 2.* Abb. *in cap. ex parte, de conſtit. num. 4.* & ibi Felin. Dec. *in cap. ſi pro debilitate, num. 9. de offic. deleg.* Ciuiliſtæ omnes *in alleg. leg. turpia, §. 1.* & in ſpecie Iaſ. *num. 4.* & ante ipſum Paul. Caſtr. *num. 3.* & *conſ. 300. num. 1.* Ruin. *conſ. 126. num. 6. vol. 2.* Aret. *conſ. 62. num. 1.* Dec. *in l. fœmina num. 38. ff. de reg. iur.* latè Couar. *de ſponſal. 2. part. cap. 3. §. 8. num. 5.* Lup. *in cap. per veſtras, de donat. inter vir. & vxor. notab. 3. §. 3. num. 7.* Menoch. *conſ. 69. n. 17. & 18. vol. 1.* Cæphal. *conſ. 319. n. 24.* Guliel. Bened. *in c. Raynutius, in verb. qui cùm alia, num. 88.* quam diſtinctionem vti veram ipſemet
Crauet. ſequitur *num. 3.* Dum ergo conditio in 7
caſu noſtro eſt concepta per verbum *conſenſus*, & *voluntatis*, ergo de ea non eſt habenda ratio; & ſi eſſet concepta per verbum *conſilij*, adhuc eſſet purificata; ſiquidem franciſcus in ſcriptis conſilium requiſiuit, & poſt modum præcedente decreto Domini cauſæ Commiſſarij, matrimonium contraxit. Hæc currenti calamo notaui, quia æſtiuus calor vltra me progredi non permittit.

Ferdinandus Brancia.

SVMMARIVM.

1 *Factum exponitur.*

2 *Clericus negotiator non vtitur priuilegio Clericali.*

3 *Donatio facta in fraudem non opitulatur.*

4 *Prælatus adminiſtrationem tantùm habet in bonis Eccleſiæ.*

5 *Donatio facta ab Epiſcopo, Eccleſiæ ſuæ retento vſufructu, eſt incompatibilis,*

6 *Ratio.*

7 *Epiſcopus regularis profeſſus non eſt abſolutus à voto paupertatis.*

8 *Epiſcopus regularis, vt ſupra, quicquid acquirit ante Epiſcopatum, Monaſterio acquirit.*

In Epiſcopatu verò Eccleſiæ acquirit.

9 *Emptio facta per ingreſſum Religionis præſumitur facta pro Monaſterio.*

ARGVMENTVM.

Epiſcopus an in nemoribus terrarum ſuæ Diœceſis, vti ciuis illarum poſſit animo

animalia ſua paſcere, & quid ſi animalia eſſent ſuæ Menſæ Epiſcopalis. Regularis ſi ad Epiſcopatus dignitatem promoueatur, an dicatur ſolutus votis, quæ poſt annum probationis, dum profitebatur, ſolemniter emiſit: & de aliis notabilibus.

ALLEGATIO LXIII.

1 REVERENDISSIMVS Epiſcopus Luceriæ prætendit tanquam Ciuis omnium terrarum ſuæ Diœceſis paſculari facere centum ſues fœminas in nemore terræ S. Licandri, ibidemque illa vt vulgariter dicitur, *impurchiare*, ſub pretextu, quod ſint ſuæ menſæ Epiſcopalis, in qua Ciues dictæ terræ habent vſum. Pro parte Baronis & Vniuerſitatis dictæ terræ dicitur nullo modo talem negotiationem ſuariam prædicto Epiſcopo eſſe permittendam.

2 Epiſcopus prædictus emit ſues prædictas illaſque poſſedit per multos menſes, videns talem negotiationem a Sac. Canonibus. Epiſcopis, & aliis perſonis Eccleſiaſticis non eſſe permiſſam, & præſentiens, quod Domini terrarum ſuæ Diœceſis non intendebant permittere immiſſionem prædictorum animalium in nemoribus, ex quo de Iure Clericus negotiator non vtitur priuilegio clericali, & immunitate Eccleſiaſtica pro bonis mercimonialibus, ex diſpoſitione tex. iuncta gloſ. *in Clem. præſenti, de cenſibus*, & ex dictis per Doctor. & præſertim per Imol. & Anchar. *in cap. fin. de vit. & hon. Cleric.* ſub die 10. Octobris 1596. (aſſerendo ſues prædictas emiſſe de patrimoniali pecunia, menſibus præteritis, animo donandi illas Epiſcopali menſæ) cum effectu illas dictæ Epiſcopali menſæ donauit, retento vſufructu, & fœtibus earum. Ex qua donatione præſupponit licitò Iure fundare ſibi vt Epiſcopo, & per conſequens Ciui prædictarum terrarum licere immittere animalia ſuæ menſæ Epiſcopalis in nemora dicta, poſtquam, licèt Clericis ſit prohibita negotiatio, hoc intelligitur pro bonis propriis, & non pro bonis Eccleſiæ.

At pro parte Domitij Carapreſij vtilis Domini terræ S. Licandri dicitur, talem quæſitum coloré donationis non obſtare, poſtquam ex lectura ipſius detegitur illam eſſe ſimulatam, in fraudem Canonum, & finaliter inualidam, & de iure non ſubſiſtentem, ex infra ſcriptis.

3 Primò, donatio prædictorum animalium fuit facta ſatis poſt emptionem; nam ſi ab initio Epiſcopus habuiſſet in animum illa donare Epiſcopali menſæ, vtique tempore emptionis hoc expreſſiſſet, ſed quia à principio hoc non cogitauit (vt fuit relatum) ſed tantummodo poſt denegatum paſculum, ideò ſatis poſt fuit ab ipſo facta donatio pro paſculo obtinendo.

Secundò talis donatio facta à Prælato, Eccleſiæ ſuæ reſeruato vſufructu, & fœtibus, non valet de iu-
4 re, poſtquam Prælatus non dicitur habere vſumfructum bonorum prælaturæ, ſed tantum adminiſtrationem, de quo latè per Couarr. *in cap. cum in officiis, de teſtam.* neque habet liberam adminiſtrationem fructuum dictorum bonorum, vt deciditur per Trid. Conc. *ſeſſ. 25. cap. 1. de reformat.* Ex quibus ſequitur quod donare Eccleſiæ ſuæ, cui præeſt donator, & retinere vſumfructum talium bonorum donatorum, eſt incompatibile, poſtquam facta donatione dictorum animalium dictæ menſæ Epiſcopa- 5
li, ſtatim dominium ipſorum fuit acquiſitum Eccleſiæ, Epiſcopus ipſe non poteſt vti fructibus eorum tanquam vſufructuarius, ſed vt Prælatus. Sed quia ipſe Epiſcopus noluit donare, niſi retento vſufructu, ergo ratione voluntatis in totum corruit, *ex reg. leg. non omnis, ff. ſi cert. petat.* & *l. non codicillum, C. de teſtam.* & ex deductis per Afflict. 6
deciſ. 107. & Loffred. *conſ.* 3. & caſu quo non corrueret, perceptio talium fructuum fieret ab Epiſcopo, ſicuti de proprio patrimonio, & non de fructibus rerum Eccleſiæ, pro quibus tanquam negotiator non poteſt vti tali priuilegio, ex ſupra deductis.

Tertiò & melius, talis donatio non potuit fieri 7
per dictum Epiſcopum, ex quo non erat Dominus dictorum animalium, neque habebat adminiſtrationem pecuniæ, qua fuerunt empta: quod probatur potiſſimis rationibus fulcitis auctoritate Sacrorum Canonum, & Doctorum. Iſte Epiſcopus donator non eſt ſimpliciter Epiſcopus, ſed Regularis Profeſſus, ad Epiſcopatum aſſumptus, per cuius aſſumptionem non fuit ſolutus à voto paupertatis, vt omnes Theologi & præſertim S. Thom. & cæteri Canoniſtæ & Ciuiliſtæ tenent, relati à Couarr. *in cap. 1. de teſt. num. 18. per totum.* Et ideò quicquid, 8
acquiſiuit ante Epiſcopatum, acquiſiuit Monaſterio, in quo profeſſus fuit; quicquid autem poſteà Eccleſiæ ad quam conſacratur, tex. eſt *in c. Statutum 18. quæſt. 1.* Quo præmiſſo aduertatur quod in donatione iſte Epiſcopus dixit ſues fuiſſe emptas pecunia patrimoniali propria, hoc eſt impoſſibile, poſtquam ſuum patrimonium per ingreſſum Religionis 9
fuit quæſitũ Monaſterio, & ideo quicquid fuit emptũ cũ pecunia dicti Monaſterij, & per conſequens Eccleſiæ, fuit ſimiliter dictæ Eccleſiæ quæſitũ, vt per Gloſſ. & DD. *in leg. ſi vt proponis, C. de rei vend.* & non Epiſcopo ementi, & propterà dum Monaſterium non poteſt reputari ciuis S. Licandri, ideo animalia prædicta non debent immitti. Ex quibus (ni fallor) licèt currenti calamo, remanet fundatum omninò dicto Reuerendiſſimo Epiſcopo non eſſe concedendam dictam immiſſionem animalium.

Ferdinandus Brancia.

SVMMARIVM.

1 *Legatum relictum vxori bonorum omnium, filiis ex primo matrimonio exiſtentibus, vtrum ſubiiciatur legi* hac ædictali, C. de ſecundis nuptiis, *vſque ad num.* 3.

4 *Tex.* in l. hac ædictali citata, *adducitur, & explicatur.*

5 *Text.* in l. cum à matre. C. de rei vendicat. *in præſenti affertur.*

6 *Filius licèt non ſit hæres poteſt petere lucrum legis* hac ædictali.

7 *Bertandri doctrina* in dicta l. hac ædictali, *pro quæſtione adducitur.*

8 *Diſpoſitio legis* hac ædictali. C. de ſecundis nuptiis, *filÿs conſentientibus ſecundis*

dis nuptiis locum non habet.

9 *Tex. notabilis* in l.ſi pœnas, §.ſi hæreditatem,ff.de inofficioſo teſtamento, *explicatur.*

10 *Tex.* in dicta l.hac ædictali, *non procedit filiis excluſis à ſucceſſione patris.*

11 *Conſenſus tacitus filiorum pro ſecundis nuptiis an ſufficiat?*

12 *Renunciatio generalis an comprehendat lucrum legis* hac ædictali ?

13 *Filij per ſtatutum excluſi à ſucceſſione non non impugnant diſpoſitionem contra legem* hac ædictali, *factam, vſque ad numerum* 16.

17 *Legatum, de quo hic, non ſubiectum eſſe legi* hac ædictali , *duplici motiuo fundatur.*

18 *Text.* in l.hac ædictali citata, *multipliciter limitatur, vſque ad num.*20.

21 *Diſpoſitio quando cenſeatur facta in fraudem legis* hac ædictali, *vſque ad numerum* 24.

25 *Legatum vltra formam legis* hac ædictali, *quomodò ſit taxandum, vſque ad numerum* 27.

28 *Legatum factum à patre filiæ qualiter, quomodo imputetur in legitimam.*

29 *Prohibitio patris, ne filius plus petat, quam reliquerit, quando, & qualiter operetur, vſque ad* 30.

31 *Filia Monialis qualiter, & quomodo paragium debeat habere in Regno Neapolitano.*

32 *Legatum factum à patre filio de vſufructu, reducitur ad proprietatem, & quando.*

ARGVMENTVM.

Filius patris ſui hæres vniuerſalis, ſi adita hæreditate agnouerit eumdem patrem plus legaſſe vxori, quàm ipſi filio, nùm iuuari poſſit diſpoſitione textus *in l. hac ædictali. C. de ſecundis nuptiis*, dum hæreditatem adiuit, inuentario non confecto. Diſpoſitioni text. *in l. hac adictali. C. de ſecundis nuptiis*, an locus ſit, quando filij patris hæredes conſentierunt ſecundis nuptiis à matre, ſiue nouerca celebratis. Remedium legis *hac ædictali*, an competat filiis Monacis, vel filiabus à ſtatuto excluſis, & an quando vxor grauata eſt, quod ſibi fuit relictum, alteri reſtituere.

ALLEGATIO LXIV.

LEGATVM factum per Comitem 1
Piacenti D. Hipolitæ Pappacodæ eius
ſecundæ Vxori, omnium Burgenſaticorum,& mobilium,exiſtentibus filiis
primi matrimonij, prætendit Comes primogenitus
hæres ex teſtamento, & abſque beneficio, eſſe nullum, vel ſaltem limitandum ad minimam portiotionem competentem vni ex dictis filiis, & ſuperfluum ſibi applicari, ex diſpoſitione tex. *l. hac edictal C.de ſecundis nupt.* Vnde pro defenſione dictæ
D. Hipolitæ meum erit onus fundare diſpoſitionem tex. prædicti in caſu meo non habere locum.
Secundò, quatenus haberet locum, legatum prædictum nullam mereri moderationem, & in hoc conſiſtit tanta vis huius cauſæ. Quamuis enim poſſem
dicere articulum iſtum fuiſſe deciſum per S.C. dum
fuit tractata cauſa poſſeſſorij, in qua particulariter
omnia prædicta latiſſimè fuerunt tractata,& tandem
deciſa cauſa per tot doctiſſimos viros, qui interuenerunt, obtinuit D. Hipolita, tamen vt ne in deciſione cauſæ principalis deficiam, volui hæc pauca
notare.

Dum enim prætendit legatum nullum, non vi- 2
deo, in quo allegare poſſit nullitatem, cùm voluntas Comitis ſit clara, & enixa per binas diſpoſitiones ſolemnes, cum omnibus requiſitis,& tex. *in leg.
hac adictali*, non dicit legatum nullum, ſed in eo
quod excedit portionem filiorum moderat, & ſic
non poterit dici nullum.

Dum prætendit moderandum, opus erat in hoc 3
proceſſu, cùm ipſe ſit Actor, demonſtrare quanta
eſſet portio filiorum, & in quo excederet legatum
prædictum, & cùm non ſit demonſtratum, poſſem
dicere ex regula, Actore non probante, quod D.
Hipolita deberet abſolui.

Sed ad magis demonſtrandum, legatum eſſe va- 4
lidum, & non mereri reformationem, dico, quod
quàuis tex. *in l.hac edictal.* diſpoſuerit,quod non poſſit relinqui vitrico,vel nouercæ pluſquam relinquitur, vel habuerit vnus ex filiis primi matrimonij, &
ſi ſecus factum fuerit, id quod excedit, habeatur
pro non ſcripto,& deferatur ad perſonas liberorum,
& inter eos diuidi debeat, tamen dico, quod dum
modernus Comes ſit hæres ex Teſtamento dicti ſui
Patris, vt ipſemet fatetur in ſua comparitione fol....
& non facto inuentario, ſequitur quod non poteſt
impugnare factum defuncti per tex. *in l. cùm à matre. C. de rei vendic.* & tanto magis, cum pater ex- 5
preſſe prohibuit,vt dictus modernus Comes nullam
moleſtiam inferat D. Hipolitæ vxori ; & in ſpecie,
quod hæres non facto inuentario, non poſſit intentare remedium legis *hac adictali*, voluit Ioannes de
Amicis *conſ.3. num.* 21. qui allegat hanc eandem
opinionem tenuiſſe Ioannem Fariolum de Piſis *in
ſumma feud.in tit.quib. mod. feud. amitt. 4. car. verſ.
vnde quæritur* : & licèt Bertrand. *in dict.leg hac adictali,§. fin. num.*28. tenuerit contrarium, tamen non 6
fundat, nec iuribus, nec auctoritatibus. Et quamuis
dicat fundari opinionem prædictam ex dictis per
eum ibi, tamen ea, quæ ibi dicit, meo iudicio non
faciunt ad propoſitum iſtius articuli ; nam fundauit
ibi, quod etiam, quod filius non ſit hæres, adhuc
poteſt petere lucrum *l. hac adictali*, quia competit
filio, vti filio, & non vti hæredi, & bene, ſed non
per hoc ſequitur : Ergo ſi ſit hæres abſque beneficio
inuentarij, etiam poterit petere.

Præterea Bertrand. non loquutus fuit in hærede 7

ex teſtamento, ſed ſimpliciter, quo caſu non facto inuentario, etiam poterit petere, ſed facto teſtamento & cum iſtis verbis, vt ſupra relatis, per aditionem ex teſtamento videtur omnia in eo approbaſſe, ex regul. *leg. cùm à matre*, & meritò ſi dicendum erit opinionem Ioannis de Amicis eſſe veriorem, & non facto inuentario non poſſit petere, & ſic ex hoc abſoluendam eſſe conuentam.

8 Probatur etiam hæc opinio alia ratione; nam ſi verum erit, provt eſt veriſſimum, quod filiis conſentientibus ſecundis nuptiis non datur hoc remedium, vt voluit Angel. *in §. 1. Auth. de non eligendo, 2. rubr. num.* 8. imò dicit quod ſit cautus Aduocatus vt faciat quod filij primi matrimonij conſentiant in nuptiis per gloſ. ibi *in verb. copulantur*, imò non ſolùm poſſunt conſentire ab initio, ſed etiam ex poſtfacto, etiam per ratihabitionem, Angel. *conſ.* 396. *num.* 4. *verſ. hac autem regula fallit*, & *in l. mater. C. ad Tertull.* Roman. *conſ.* 19. *num.* 2. & *in ſing.* 250. *num.* 2. Fran. Crem. *ſing.* 74. *num.* 2. & alios cumulat Ioan. de Garronib. *in rubr. C. de ſecundis nupt. num.* 116. qui hanc eandem opinionem tenet, & vltrà eos videatur Dec. *conſ.* 2[illegible]5. vbi dicit quod ſufficit tacitus conſenſus *num.* 4. & 7. & qui magis conſenſus ex poſtfacto, vel quæ magis ratihabitio eſſe poterit, quam adire hæreditatem ex teſtamento paterno, in quo ſic enixa videtur expreſſa teſtatoris voluntas. Iſta enim aditio eſt quaſi contractus, & rogo pro hoc
9 notetur tex. *in leg. ſi pœnas, §. ſi hæreditatem, ff. de inoffic. teſtam.* & per ea, quæ voluit ibi Caſtrenſ. vbi dicitur, quod ſi vnus ex filiis fuerit exhæredatus, & tacitè contraxit cum hærede ſcripto, vel etiam recipiendo aliquid iudicio teſtatoris, excluditur à querela, & tamen querela ei competit ex lege, & videtur tacitè renunciaſſe, ergo, & tanto magis dicendum erit, præſumendum conſenſum ex aditione, vel renunciatum dicto remedio *l. hac edictali*; & propterea ſtante dicta aditione ex teſtamento abſque beneficio legis, & inuentarij, nullam actionem moderno Comiti competere ex tex. *leg. hac edictali.*

10 Præterea dico, quod tunc habet locum tex. *in l. hac edictali*, quando ſecundæ vxori plus relinquitur, quam vni ex filiis primi matrimonij: quam diſpoſitionem fundabo non competere, nec filiis conſentientibus, nec excluſis à ſucceſſione patris per ſtatutum, vel dotationem; quod conſentientibus non competat, iam latiſſime ſuperiùs eſt fundatum, ſiue conſenſus fuerit tacitus ab initio, ſiuè ex poſtfacto per ratihabitionem; in caſu noſtro filius, qui conſentit eſt D. Franciſcus Vrinus; de conſenſu ipſius non poteſt difficultari non ſolùm tacitè, ſed expreſſe, cùm ſe capitulis matrimonialibus ſubſcripſerit, ſecundùm terminos *leg. Caius, ff. de pignor. actione.* Immò ſe nupſit cum filia ſecundæ vxoris, ac ſemper permanendo cum patre, & nouerca in domo, non ſolùm in vita, ſed etiam
11 poſt mortem. Defendit eam in iudicio, vt ex eius ſupplicatione apparet, talem eſſe ſuam voluntatem, vt ſecunda vxor poſſit legatum conſequi, ergo qui maior conſenſus expreſſus dici poterit? vt in iſtis terminis, ad præſumendum tacitum conſenſum ſat eſſe dixit Surd. *dec.* 99. *ante num.* 13. *verſ. in præſenti autem caſu*, & cumulat pro hac opinione infinitos Doctores, & præſertim Menoch. *conſ.* 155. *num.* 15. & *ſeq.* & denique abeſt renunciatio generaliſſima
12 per dictum D. Franciſcum facta tempore matrimonij quo, caſu, cùm per matrimonium erat ei quæſitum ius, videtur renunciatum, ſtantibus verbis ampliſſimis, vt voluit Bertrand. *in d. l. hac edictali, §. fin. num.* 14. & ſic D. Franc. nulla actio competit, nec cenſetur iniuriatus, cum conſenſit, & volenti non fit iniuria, vt probatur per gloſ. *in §. 1. in Auth. de non eligendo, 2. rubr. in verſ. copulantur*, & ibi Angel. & Ioan. de Garron. *in dict. num.* 116. *in rubr. C. de ſecundis nupt.* Vndè cùm non ſit iniuriatus merito ei actio non competit.

Excluſis à ſucceſſione per ſtatutum, nec compe- 13
tit; nam pater non obligatur illis aliquid relinquere, & cùm non competat eis quærela dicendi teſtamentum nullum, nec, & remedium *leg. hac edictali*, Ang. *in leg. optimè, num.* 38. *in Auth. de nupt.* Albert. Brun. *in tract. de ſtatut. exclud. fœm. art.* 12. *quæſt.* 9. *in finalibus verbis, poſt num.* 12. Iaſ. ſolemniter *in leg. ſi is qui pro emptore, num.* 290. *ff. de vſucap.* Corn. *conſ.* 82. *à num.* 9. *cum ſeq. vol.* 3. vbi dicit quod diſpoſitio *leg. hac edictali*, ſe conformat cum diſpoſitione legis loquentis de ſucceſſione; & ſicut ingrati excluduntur à ſucceſſione mediante exhæredatione, ita, & ingrati excluduntur ab hoc lucro mediante quadam exhæredatione legis. Præterea dicit quod tale ſuperfluum datum marito, vel vxori habetur pro non ſcripto, & ſi non eſſet ſcriptum, cer- 14
tum eſt quod ab eo fœmina eſſet excluſa, meritò ſi etiam erit excluſa ab hoc remedio *leg. hac edictali*, Iaſ. *conſ.* 68. *in final. col. verſ. ſecundo notabiliter*, 3. *vol.* Rip. *in l. fœmina, num.* 10. *Cod. de ſecund. nupt.* vbi ponit rationem; nam ideo non competit, quia pater nil ei relinquere tenetur; nimirum ſi non videtur eidem illata iniuria, ſi vltra reliquerit vxori, Zangh. *in leg. heredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebel. circa fin.* Rimin. Iun. *conſ.* 47. *num.* 40. nam vera eſt opinio quod filiis conſentientibus ſecundis nuptiis, ac renunciantibus expreſſim dicto remedio *leg. hac edictali*, ſic etiam filio monaco fratrum Minorum Sancti Franciſci, vel eſſet hoſtis Reipublicæ, vel deportatus, non competit tale remedium, vt latiſſimè idem Bertrand. *in leg. hac edictali, num.* 62. & 63. qui alios cumulat, nec habet contradictorem, ſed filia excluſa per ſtatutum habetur pro mortua *leg.* 1. *§. ſi pater, ff. de coniung. cum emancip. liber.* Socc. *in conſil.* 153. *n.* 11. *vol.* 2. Rimin. *in dict. conſ.* 47. *n.* 37. *in fin.* & meritò ſi eis non competit, Rol. à Vall. hanc eandem opinionem ſequutus fuit *in conſ.* 95. *numer.* 20. *vol.* 3. allegat Bert. *conſ.* 172. *num.* 41. *circa fin. vol.* 2. Surd. latiſſimè *deciſ.* 8. *num.* 14. & hæc opinio eſſet 15
veriſſima. Et quamuis Bertrand. teneat contrarium *in dict. leg. hac edictali, §. fin. num.* 29. tamen nec ratione nec auctoritate mouetur; nam ratio, quam affert, eſt, quia non requiritur, quod ſit hæres, vt ſuperius fundauit hæc ratio, non video quomodo induci poteſt ad propoſitum noſtrum; nam non per hoc, quia non requiritur, quod ſit hæres, ergo excluſa admittitur; nam ſi non ſit hæres, poteſt ſuccedere, ſi vult, & ideò competit hoc remedium, quia poteſt ſuccedere, ſed quando eſt excluſa non poteſt ſuccedere, etiam ſi velit, & ideò non competit hoc remedium. Auctoritates adductæ per eum nempe Caſtrenſ. hoc non dicunt, nec reperij Corn. *conſ.* 82. quamuis alleget conſilium Caſtrenſ. prædictum, tamen non ponit numerum conſilij, & deinde ipſe Corn. tenet contra, ſi benè inſpiciatur, allegat etiam Corn. *conſil.* 309. *num.* 2. qui loquitur ſecundùm terminos legis *fœmina*, & non *leg. hac edictali*, & denique Bertrand. opinio communiter reprehenditur, & reprobatur, & eam confutant Rimin. *dict. conſil.* 47. *numer.* 42. & Surd. *in d. deciſ.* 8. *n.* 15. *in fine.*

In caſu enim noſtro quamuis adſint fœminæ co- 16
mitis, tamen quia à ſucceſſione parentum excluduntur, & per Conſtit. Regni, & per conſuetudines Neapolitanas, merito ſi eis nulla actio competat, & in hoc habeantur pro mortuis, & ſi non eſſent, vt ſupra fundaui.

Ex

17 Ex quibus concluſionibus in Iure veriſſimis, perſona D. Franciſci non erit in conſideratione, tum per conſenſum, tum per renunciationem perſonæ fœminarum, quia per ſtatutum ſunt excluſæ à ſucceſſione, & ſic reſpectu ipſarum nulla iniuria eis fuit facta per patrem Comitem in faciendo tale legatum D. Hipolitæ ſecundæ vxori, & ſic ipſi conqueri non poſſunt.

18 Reſtat ſolùm Don Octauius modernus comes cui competere poterit remedium *leg.hac ædictali*, ſi demonſtrabit plus fuiſſe relictum D. Hipolitæ, quam ſibi; iam notiſſimum eſt id in quo ſucceſſit D. Octauius excedere legatum factum D. Hipolitæ centuplum, & non habet difficultatem. Vndè cùm non ſit relictum plus D.Hipolitæ, quàm Comiti, & reliqui filij non ſint in conſideratione,cum per conſenſum, & per ſtatutum ſint excluſi, & habeantur pro mortuis, ac ſi non extarent, meritò ſi comiti non competit hæc actio, ſiue hoc remedium, & ratio eſt in promptu; nam ea ratione eſt inductum remedium *leg.hac edictali*, quia filij ſunt iniuriati à patre in relinquendo plus vxori, quam ipſis; ſed quando ſunt excluſi, vel mortui nil tenetur relinquere, & ſi non reliquit, non poſſunt dici iniuriati, merito ſi tali caſu relinquendo plus vxori non poterunt dici iniuriati, & ſi non ſunt iniuriati, non habet locum tex. prædictus, & ideò D. Hipolita eſt abſoluenda.

19 Et tanto magis cùm non poterit prætendere Comes portiones illorum, & conſentientium, & excluſorum ad eum pertinere; nam in his non habet locum ius accreſcendi, cùm ſint coniuncti coniunctione legali,& venit contra voluntatem teſtatoris, & hoc etiam ſi vnus ex eis partem ſuam repudiaret, vt videtur tex. expreſſus pro hoc *in leg. mulieri, & Titio,ff.de condit. & demonſtr.* & Bald. per illum tex. in caſu noſtro *in leg.hac ediſtali*,ſic concludit *in dict. leg.hac ediſtali, num.*42. ex quo ſi non accreſcit ei, & ex perſona ſua actio non competit, quia ipſe non fuit iniuriatus, quomodo hoc prætendere poterit, & merito ſi nulla actio competit, nec ex perſona ſua, quia non iniuriatus, non ex perſona fratrum, vel ſororum, tum quia non iniuriati, tum etiam quia portio illorum non accreſcit ipſi, erit abſoluenda D. Hipolita.

20 Tertiò dico diſpoſitionem *leg.hac editali*,non procedere, quando vxor grauata eſt reſtituere; nam tunc non attenditur commodum reſtituere debentis, ſed capientis, vt videtur dicere Bald. *in dict.leg. hac editali,num.*10. *verſ.pone*, per tex. *in leg.cum dotem,ff.ad l.falcid.* & *leg.Sulpicius, ff de donat. inter vir.& vxor.* vt in caſu noſtro; nam iſtius legati erit tantum vſufructuaria D. Hipolita, cùm poſt mortem ſuam debeat diſtribui in vſus pios, vt in dicto teſtamento apparet.

21 Nec ex hoc fundari poterit præſumi in fraudem per doctrinam Ioan. Andr. ad Speculat. *in tit. de inſtrum.edict. §.nunc vero, num.*62. *in verbo legatum*, vbi videtur in ſpecie decidere contra caſum noſtrum, quando fit legatum mulieri, vt diſtribuat inter pauperes, quia præſumitur in fraudem *leg.hac editali.*

22 Nam idem Ioannes Andreas ibidem, ac omnes alij, qui cum eo pertranſeunt dant limitationem ad illud dictum ſuum, quod illud procedit, quando diſtributio ſoli mulieri eſſet commiſſa, ſecus autem, quando ei datus eſſet adiunctus; nam tunc, eo quia ceſſat fraus, meritò valet; fraus enim ideo præſumi poterat, quia dum ſola diſtribuere poterat diſtributionem, vtique potuiſſet facere in ſemetipſa, vt dixit Socin. *conſ.*11.*num.*6.*vol.*1. per dictum Iſaiæ, *dum videris nudum, operi eum, dum tamen carnem tuam non deſpexeris*, & ideo poſſet præſumi fraus, quæ ceſſat quando eſſet datus adiunctus.

In caſu noſtro non ſolùm eſt datus adiunctus in diſtribuendo, ſed à diſtributione penitus excluſa, dum teſtator hanc poteſtatem non ſolum ei non dedit; ſed ordinauit, vt poſt mortem D. Hipolitæ debeant bona prædicta diſtribui inter loca pia pro anima ipſius, & ſic dum erit facienda poſt mortem D. Hipolitæ, vtique non ipſi competit, ſed aliis, vel executoribus teſtamentariis, quibus ſatis confidit, vel ipſi Comiti hæredi. 23

Ex quibus credo fundaſſe intentionem D. Hipolitæ, ſcilicet legatum ſibi per ſuum virum factum eſſe validum, & comiti hæredi ex teſtamento abſque beneficio legis, qui habuit centum plus dicto legato ex hæreditate paterna, nec alij filij conqueri poſſunt, cum nulla iniuria ipſis illata, & ſtante qualitate in beneficium piorum locorum poſt mortem ſuam nullam actionem competere. 24

Sed adhuc etiam ſi eſſemus in caſu, quo militare poſſet diſpoſitio legis *hac editali*, erit videndum,an tale legatum excedat portionem filiorum primi matrimonij, ad quod fundandum duo erunt videnda. Primum quæ, & quanta ſit portio filiorum, ſecundum, quantum erit legatum prædictum. 25

Nec omittam, quod iſtud eſt fundamentum intentionis Partis, ad hoc vt habeat locum diſpoſitio legis prædictæ, & tamen nil in proceſſu de hoc apparet; merito ſi ex regula, Actore non probante,debeat abſolui D. Hipolita, quæ poſſidet: diſpoſitio *leg.hac editali* fundatur in facto, quando legatum vxoris excedit portionem filiorum, iſtud quia factum non præſumitur, niſi probetur, & tantò magis, cùm ſit contra ius, quod præſumi, nec debet. 26

Sed vt clara ſit iuſtitia meæ clientis, dico ad primum, quod portio apparet; nam cùm ſupra ſit fundatum ad fœminas excluſas per ſtatutum tale remedium non pertinere, cùm habeantur pro mortuis, ac extraneis, vt Surd. *in deciſ. Mant.*8. *num.*4. cum aliis relatis per eum ibi,qui *num.*30. dicit eſſe communem reſpondendo ad contraria. Ideo legatum factum filiabus, ſeu portiones ipſarum,non erunt in conſideratione in caſu noſtro. Portio verò D. Franciſci iam apparet per contractum, cùm ei Pater donauit ducatos vigintiquinque mille. 27

Et quamuis ſit veriſſima opinio, quod fœminæ non ſunt in conſideratione, tamen in caſu noſtro, etiam quod eſſent in conſideratione, adhuc portio ipſarum eſt maior legato D. Hipolitæ, nec dicat Pars, quod vni ex filiabus pater reliquit annuos ducatos centum, nam veriſſima eſt opinio, quod tali caſu non conſideratur relictum filiis,quando eſt minus legitima; ſed valor integræ legitimæ vt videtur dicere tex. *in dict.leg.hac editali*, vbi dicit, quod non poteſt ſecunda vxor habere pluſquam filias,vel filia habet, cui minor portio relicta, vel data fuerit, ita tamen, vt quarta pars, quæ liberis ex legibus debetur, nullo modo minuatur, per quæ verba ſic concludit Bal.*in d.l. hac editali,n.*17. & 34.*verſ.amplio*.& *n.*37.& ſequuti fuerunt eum Bertrand. ibi *in §.ita tamen, num.*1. 2. & 3. per ea quæ dixit Bald. etiam *in leg.* 1.*n.*4.*C.de in offic.teſtam.* Alex.in Apoſt. ad Bald. *in dict.l.hac edictali*. Ioan.de Anan.*conſ.*65. *incip. Viſo puncto*, in primo dubio, Franc. Curt. *conſ. fin.*2.*col. in fin.*Aret. *in leg.humanitatis, in* 2.*col.verſ. pro iſta opinione, C. de impub. & aliis ſubſt.*& dicit hanc eſſe communem & *in leg. ex facto, in principio in* 19.*col.ff de vulg & pupill.* Corn.*conſ.*302.*num.*13. *verſ.accedas, quod notabiliter*; quæ opinio meo iudicio 28 29

dicio non ſolùm eſt communis, ſed veriſſima, & quamuis aliqui conentur contradicere, tamen Bertrand. *in dict. leg. hac adictali,* concordando omnes opiniones, diſtinguit, & dicit quod tunc poſſet aliquid operari opinio contradicentium, quando teſtator expreſſe prohibuit, quod filij, niſi aliud relicto petere poſſint, ſecus autem quando expreſſe reliquit ſupradictum legatum, vel in dubio nihil dixit; nam tunc nullum dubium habet iſta opinio, vt ibi *num.* 11. vt in caſu noſtra, quæ opinio procedit, etiam reluctante filio petere ſupplementum legitimæ, vt dicit Bald. in dictis locis, etiam in caſu noſtro D. Anna filia, cui relicti ſunt ducati centum, iam petiit ſupplementum legitimæ & paragium integrum, & ideò non deſeruit hæc opinio in facto noſtro.

30 Legitima ergo filiorum, rogo, vt Domini aduertant, quod in promptu ex proceſſu apparet; nam cùm valor bonorum fundorum, quorum redditus aſcendit ad ducatos 900. vt ex afflictibus in proceſſu aſcendit ad ducatos 8300. mille vltra bona burgenſatica, quæ pars dicit eſſe valoris ducat. 840. mille & plus, deductis oneribus remanent ducat. 300. mille & legitima nō plus ducat. 25. mille, & ſic vndique ſe voluat pars, non poteſt allegare filiis non competere pro ipſorum legitima ducatos 25. mille.

31 Nec dicat quia fœminis, cùm ſint monachæ, competat paragium ingreſſarum, & ſic forſan quod tanta debeat eſſe portio, ſeu legatum D. Hipolitæ; nam dico quod de Iure ciuili fœminæ ſuccedunt, ſicut, & maſculi, *l. maximum vitium, C. de liber. præterit.* diſpoſitio *l. hac adictali* eſt de Iure ciuili, ergo debent haberi, ac ſi ſucceſſiſſent, & quamuis conſtitutio Regni, & conſuetudo Neapolitana eas excluſit cum onere dotandi de paragio, dico quod illud non potuit conſiderari in præiudicium *leg. hac adictali*, & ideò cùm legitima etiam ſit plus ducat. 25. mille, non poterit difficultari quin legatum D.

32 Hipolitæ non poſſit eſſe eiuſdem qualitatis: legatum enim D. Hipolitæ quamuis ſecundùm prætendentiam partis excedat a quantitate legitimæ filiorum, tamen eo quia tantum vſufructuaria eſt debet reduci talis vſufructus in proprietate, ſecundum terminos *l. humanitatis, ff. ad l. falcid.* & in terminis *l. hac adictali* dixit Bertrand. *in dict. leg. §. ita tamen num.* 12. ex mente Iacob. de S. Georg. Bart. & Alber. ibi.

33 Qui vſusfructus, ſtante ætate, ac indiſpoſitione dictæ D. Hipolitæ, etiam quod legatum aſcenderet ad ducat. 40. mille, vſumfructum ipſius vita durante dictæ D. Hipolitæ reducendo in proprietatem, non poſſe calculari in pluſquam in ducat 15. mille, & ſic erit minus quàm legitima filiorum.

34 A qua proprietate in beneficium dictæ D. Hipolitæ debent duci omnia onera impoſita per D. Comitem, & id quod vtile peruenit in poſſe ipſius conſiderari debet, vt idem Bertrand. dixit ibidem *n.* 27. allegat Bald. *conſ.* 271. *vol.* 2. *incip. quadam Domina.* Onera enim in legato impoſita aſcendunt ad ducat. 300. & plus, vt ex teſtamento, & codicillis patet.

Et ſic vndique ſe voluat Pars, ex ſupra dictis clarè apparet iuſtitia D. Hipolitæ, quam ſperat conſecuturam eſſe ex Religione tot Dominorum Iudicantium, abſque alia dilatione, vt Pars prætendit, & eſt ipſius intentio.

Ferdinandus Brancia.

SVMMARIVM.

1 *Adiectionis priuilegium fiſco tantùm competit.*
2 *Offerens plus poſt perfectam venditionem factam à ciuitate, non admittitur.*
3 *Emptio ſine ſcriptura perfecta dicitur ſtatim quod eſt conuentum pretium.*
4 *Litigioſi vitium quomodo inducatur.*
3 *Scientia de iure non præſumitur.*
6 *Scientia non ſufficit quoties requiritur notificatio.*
7 *Reſtitutio in integrum minori conceditur, vt noua admittatur oblatio; Ciuitati autem ſecus.*
8 *Reſtitutio in integrum non conceditur niſi petatur.*
10 *Oblatio quando admitti debeat in beneficium minoris.*
11 *Læſio debet conſiderari ſecundum tempus contractus.*
12 *Oblator, qui licitationi fuit præſens, ex poſtfacto non admittitur ad offerendum.*

ARGVMENTVM.

Locatio rerum Ciuitatis, ſi facta proponitur, debitis præcedentibus ſolemnitatibus, nullaque concurrente læſione, nùm noua adueniente oblatione ſit illa prætextu noui additamenti recipienda. Textus *in leg. & ſi ſine, § quæſitum, ff. de minoribus,* an procedat in venditione rerum Ciuitatis, & quomodo in minore intelligatur.

ALLEGATIO LXV.

NVLLO iure admitti debent oblationes Ioannis Laurentij Panſæ, præſentatæ, in vltima die menſis Augusti in præiudicium Ioannis Antonij Cortelij, cui in menſe Aprilis ſub haſta remanſit arrendamentum $\frac{5}{8}$ huius Fideliſſimæ Ciuitatis, ſiquidem de iure ſub pretextu aditamenti non debet infringi locatio prædiorum Ciuitatis, ſicut nec dominium rerum venditarum ab emptore auferri poteſt, perfecto contractu; tempora enim adiectionis præſtituta ad Fiſci cauſam pertinent, tex. eſt in terminis *in leg. 1. & 2. Cod. de vend. reb. Ciuit. lib. 11. leg. Lucius, §. fin. ff. ad municip.* Hinc dixit Alber. *in leg. & ſi ſine dolo. §. quæſitum, ff. de minor*, quod ſi Ciuitas 2
vendendo ſeruauit ſolemnitates debitas circa locum, & tempus, licèt poſtea appareat, qui plus offerat, talis oblatio non erit admittenda. Non enim

Ciuitas

Ciuitas eſſet contrarium poſtulatura, ſi res minoris pretij effecta fuiſſet. Nec dicatur prædicta procedere tradita re, vel cepto exercitio, ex quo gloſ. *in dict. leg. 1. in verſ. venditione perfecta*, quærit, de qua perfectione loquitur tex. & ſubdit reſpondendo, de perfectione de qua *in §. 1. Inſt. de empt. & vend.* vbi diſponitur, quod emptio, quæ ſine ſcriptura ſit,
3 perficitur ſtatim quod de pretio fuit conuentum, licet non ſit ſolutum vel aliquid arrhæ loco datum. Illa verò, quæ cum ſcriptura celebratur, confecta ſcriptura; dum enim in caſu noſtro habemus conſenſum, ſcripturam, ſtipulationem & ſolutionem Partis conuentæ mercedis, ceſſare debet oblatio, hæc reſolutio dubij in facto, de quo agitur, eſt ſuperflua, ex quo deficit obiectum: ſiquidem Io. Antonius tam tempore primæ quam ſecundæ oblationis erat, prout eſt in poſſeſſione exercitij arrendamenti, illamque adeptus fuit die vltimo Auguſti conſueto tempore, & loco, præcedente decreto in forma ſolitâ, nec poſſeſſio infringi poteſt ex vitio litigioſi reſultante ex oblatione libelli Illuſtriſſimo & Excellentiſſimo Proregi; de iure enim vitium litigioſi non inducitur ex oblatione libelli, ſed copu-
4 latiuè requiritur, quod Iudici inſinuetur, & futuro Reo notificetur, tex. eſt ad literam *in Auth. litigioſi, Cod. de litigioſ.* At in caſu noſtro deficit vtrumque, ergo actus ſuſtinetur, nec dicatur, quod Ioannes Antonius potuit habere notitiam de libello; ſiquidem non probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe, & de iure ſcientia non præſumitur *leg. verius,*
5 *ff. de probat.* Vltra quod ſi verè de libello habuiſſet notitiam (quod non fuit) ad huc ſcientia Parti non opitulatur, ex quo de iure, vbi requiritur notificatio (prout requiritur in caſu, de quo agitur, vt *dict.*
6 *Auth. litigioſi*) ſcientia non ſufficit, de quo latè per Cuman. *conſ. 4. n. 5.*

7 Nec dicat Pars aduerſa, quod ſaltem talis oblatio admitti debet per viam reſtitutionis in integrum ex diſpoſitione legis, *& ſi ſine dolo, §. quæſitum, de minor.* vbi diſponitur, quod minor reſtituitur in integrum, ad finem admittendi nouam oblationem; quadrupliciter enim reſpondetur.

8 Primò in caſu noſtro ciuitas non comparuit, & per conſequens hac viâ non fuit actum, & de iure tale remedium reſtitutionis non competit niſi ſpecificè petatur, Imol. *in Clem. 1. num. 2. de reſt. in integr.* cum aliis adductis à Rom. *ſing. 462.* latè Rebuff. *in titul. de reſtitut. in integr. artic. 1. gloſ. 3. num. 27.*

Secundò & melius, diſpoſitio illus tex. non habet locum niſi in minore, non autem in Ciuitate, vt *in dict. l. 1. & 2. Cod. de vend. reb. Ciuit. iuncta dict. leg. Lucius, §. fin. ff. de minor.* per quæ iura ita tenet Alber. ibidem ex mente Iacob. de Rau. Nunez de Auend. *de exequend. mand. Regis Hiſpaniæ, part. 2. cap. 12. num. 12.* qui in propriis terminis noſtris dicit nouam oblationem non eſſe admittendam ad beneficium Ciuitatis, Claper. *in cent. cauſarum vectigalium, cauſa quinta quæſt. 2. n. 8.*

10 Tertiò tex. ille habet locum in minore, quando ille, qui plus offert ignorauerit rem eſſe diſtrahendam facilitate ipſius minoris, vel dolo aduerſarij, quia non fuit facta congruo loco, & tempore, ſin autem ſecus, non datur reſtitutio *leg. non omnia, ff. de minor.* ibi, *vel ab aliis circumuenti, vel ſua facilitate decepti, aut quod habuerunt amiſerunt, aut quod acquirere emolumentum potuerunt, omiſerunt,* per quem tex. ita in terminis tenet Franch. Caldaſ. *in leg. ſi curatorem habens, in verſ. ſua facilitate, Cod. de in integr. reſt. verſ. quare nos. numer. 4.* quam ruſtrictionem dicit communem Sfor. Oduſ. *in tract. de reſtit. in integr. part. 2. quæſt. 57. artic. 3. num. 23. 24. & 25.*

Quartò & vltimo diſpoſitio illius legis habet locum quando ſecunda oblatio maioris quantitatis fit 11
ſtatim poſt ſubhaſtationem; nam læſio minoris debet regulari ſecundum tempus contractus, & non ſi ex poſtfacto ſuperuenit, ità in propriis terminis dictæ legis tenet Sfor. Oduſ. *in dict. tract. & locis allegatis, num. 17. cum ſeq.* qui innumeros Doctores allegat. At in caſu noſtro ſecunda oblatio ſuperuenit poſt quinque menſes, ergo, quo ſe vertit Pars anguſtias inuenit.

His accedat, quod dum Pars, quæ hodie offert fuit admiſſa ad licitandum, comparuit in licitatione, & fuit ſuperata, perneceſſe quilibet arbitrari debet euentum præbuiſſe occaſionem offerendi maius pretium, & non valor temporis contractus, quod non eſt concedendum, vltra quod de iure ille, qui fuit præſens licitationi non admittitur ad offerendum ex poſtfacto, vt in materia iuris offerendi, 12
quod competit ſecundo creditori, eleganter probat Theſaur. *in deciſ. Sen. Pedem. 157. num. 10.* Et ſic remanet fundatum Ioannem Antonium non eſſe moleſtandum.

Ferdinandus Brancia.

SVMMARIVM.

1 *Officium ante reſignationem qualiter dicatur hypothecatum creditoribus.*
2 *Feudatarius reſtitutus à Principe non recuperat feudum alteri conceſſum.*
3 *Salaria & emolumenta officialium non cadunt in hypothecam.*
4 *Fructus Feudi quamuis ſeparati à ſolo, non ſunt obligati, & quare.*
5 *Reſignatarius habet beneficium à conferente, non à reſignante.*
6 *Reſignatarius non tenetur ſoluere debita reſignantis, vſque ad num. 9.*
10 *Officij, tranſlatio qualiter, & quomodo fieri debeat.*
11 *Iuriſdictio conceſſa in officium qualiter cenſeatur.*
12 *Aſſenſus præſtitus per ignorantiam, vel per errorem, qualiter cenſeatur, vſque ad num. 16.*
17 *Officij pretium quando, & qualiter dicatur, vſque ad num. 21.*
22 *Textus* in l. 3. ff. ad legem falcidiam, *qualiter procedat.*

ARGVMENTVM.

Hipotheca an cadat in officio, ſignanter ad hæredes non tranſitorio; & quid in emolumento officij. Fructus feudi à ſolo ſeparati an ſint hypothecati creditoribus Feudatarij, ſi

ſi feudum illud in tertium poſſeſſo-
rem tranſiuit: & de aliis pluribus
notabilibus ad materiam pertinen-
tibus.

ALLEGATIO LXVI.

1 SATIS doctè, & ſerioſè fuit allega-
gatum pro Domino Cliente à Peritiſ-
ſimo D. Collega, ideo paucis ero con-
tentus; tota difficultas huius cauſæ in
eo tantùm verſatur, an illud quod promiſſum fuit
ſolui quondam Michaeli Spinulæ à D. Fabritio de
Sangro, cenſeri debeat pretium officij dohanerij
dohanæ Menepecudum, reſignati à Ioanne Aloyſio
debitore prædicti Michaelis ad commodum Fabri-
tij, & per conſequens obligatum anterioribus cre-
ditoribus, ſicuti eis erat obligatum officium: An
potius debitum Michaeli ex ſua induſtria, & ex
obligatione voluntaria Fabritij, licet occaſione of-
ficij, adeò quod nunquam fuit hypothecatum aliis
creditoribus Ioannis Aloyſij, nec Ioanni Aloyſio
debitum; & concluſiuè procedendo, dico quod of-
ficium prædictum ante reſignationem non aliter
fuit hypothecatum creditoribus Ioannis Aloyſij; ſi-
quidem in officio non cadit hypotheca: Officialis
enim nullum habet dominium in officio, nec ali-
quod ius reale, ſed tantummodo vita eius durante
exercitium, & adminiſtrationem, vt bene explicat
Alciat. *reſp. 31. lib. 3. fol. 351. in impreſſ. Baſilea*, hinc
Ioan. Fab. *in §. cum autem, Inſtit. quib. mod. Ius patr.*
2 *poteſt. ſol. num. 4.* magiſtraliter dixit, quod feudata-
rius reſtitutus à Principe non recuperat feudum al-
teri conceſſum, quia Princeps reſtituendo non po-
teſt dominium medio tempore alteri quæſitum tol-
lere, ſed Officialis bene recuperat officium alteri
collatum, ea tantummodo ratione, quia Princeps ad
ſui libitum poteſt tollere, & dare officium, ex quo
in eo non cadit dominium; & in indiuiduo, quod
hypoteca non cadat in officio non tranſitorio ad
hæredes, latè Franciſcus Connanus vir magnæ eru-
ditionis, *in comment. Iur. ciuil. lib. 4 cap. 15. lit. B. & K.*
3 *fol. 259. & à leg. in impreſſ. Lutetia.* Imò nec ſalaria,
& emolumenta Officialium in hypothecam ca-
dunt, tex. eſt ad literam *in leg. ſpem. C. quæ res pign.
obligar. poſſ.* licèt in cauſam iudicati capi poſſunt, *l. cō-
modis, ff. de re iudic.* ſicuti poſſunt etiam capi fructus
beneficiorum Eccleſiaſticorum, *cap. Odoard. de ſolu-
tion.* vt idem Connan. dicit *loc. cit. lit. H.* quod eſt
intelligendum donec officium eſt penes Officia-
lem; ſed illo legitimè collato alteri præcedente re-
ſignatione Officialis, minimè emolumenta capi poſ-
ſunt, nec in hoc conſiderari poteſt fraus credito-
rum, vt in feudo, & ſic in caſu minùs dubitabili
tenet Affl. ab omnibus ſequutus in conſtit. Regni
ſi quis poſt litem, num. 18. vbi dat cautelam hæredi,
ne patiatur exequutionem ſuper fructibus feudi hæ-
reditarij, ad inſtantiam creditorum defuncti, di-
cendo, transferat hæres feudum in alium cum con-
ſenſu Regis, & tunc creditores patris non poterunt
petere, quod fiat exequutio ſuper fructibus feudi,
4 quia fructus feudi, etiam ſeperati à ſolo, poſtquam
tranſiuit feudum in tertium, non ſunt obligati, eo
quod non erat obligatum feudum, vt *in leg. 1. §. cum
predium*, & ibi gloſ. & alij *ff. de pignor.* & *in leg. Pau-
lus, §. 1. eodem tit.* & ex hoc patet, quod officium
Dohanerij quod exercebatur à Ioan. Aloyſio non
aliter erat hypothecatum creditoribus, nec eius
emolumenta onere hypothecæ grauabantur, & per
conſequens dictus Fabritius de Sangro, cui officium
fuit collatum à Catholica Maieſtate, ob reſignatio-
nem Ioannis Aloyſij, moleſtari non poterat à credi-
toribus reſignatis, quia reſignatarius habet benefi- 5
cium à conferente, non à reſignante, vt per Caſſiod.
decis. 15. num. 1. in tit. de prabend. & beneficium di-
citur verè vacare per reſignationem conditionatam,
de quo latè per DD. *in cap. 1. de rerum permut. in 6.*
& Bonifac. de Vitalinis *in Clem. 1. de rer. permut.*
Maſcard. latè *concluſ. 1401.* & reſignatarius non te-
netur ſoluere debita reſignantis, vt communiter 6
per DD. *in cap. 1. de ſolut.* de quo latè Flam. Par. *in
tract. reſign. benef. lib. 1. quæſt. 16. num. 52.* & tamen
fructus beneficij ſicuti emolumenta officij non fa-
cta reſignatione poſſunt capi in vim iudicati, *dict.
cap. Odoardus*, ſupra allegato, & ratio eſt quia be-
neficium vacat vere per reſignationem.

His ſuppoſitis videamus quæſo, nunquid credi- 7
tores anteriores Ioan. Aloyſij poſſint aliquid præté-
dere ſuper quantitate promiſſa Alexandro Mariæ à
Fabritio, de eius propria pecunia. Domini fateor
me non poſſe percipere rationem dubitandi, ſiqui-
dem Fabritius ex cauſa reſignationis factæ à Ioan-
ne Aloyſio in ſui beneficium, non tenebatur prout
non tenetur ſoluere debita reſignantis, & officium
ei collatum, nullatenus hypothecæ ſubmiſſum fuit,
vt ſupra eſt fundatum; quomodo ergo illud, quod
voluntariè promiſit ſoluere Fabritius de eius pecu-
nia Michaeli in ſatisfactionem eius crediti, poterit
cenſeri obligatum aliis creditoribus: certe vt dixi
non percipio difficultatem; nam quilibet in re ſua 8
poteſt illam legem apponere, quam vult *l. in re man-
data. C. mand.* nec alij creditores poſſunt dicere,
cur & nobis non promiſiſti; nam ſufficit pro ratio-
ne voluntas: nec dicat Pars, quod illud, quod fuit
promiſſum à Fabritio dependet à pretio officij de-
bito Ioan. Aloyſio, & per conſequens omnibus aliis
creditoribus obligato, quia motiuum facile confu-
tatur; ſiquidem non datur pretium, vbi non cadit 9
venditio, pretij enim mentio ſolùm congruit em-
ptioni, & venditioni ſecundùm Ioan. Andr in ad-
dit. ad Speculat. *in tit. de empt. & vend. §. nunc debet,
il. 2. in verſ. ſed pone ſtatutum*, Salic. *in leg. cum hi,
§. penult. ff. de tranſact.* cum aliis adductis à Fabio de
Monte *in tract. de empt. & vend. quæſt. 2. princ. n. 3.*
officium nullò iure vendi poterat, nec poteſt, ex
quo non eſt in commercio, & iudicatur de eo ſicuti
iudicatur de beneficio Eccleſiaſtico; nam ſicuti
beneficium Eccleſiaſticum non poteſt cedi, donari,
& vendi, ita & officium. Hinc inoleuit practica, 10
quod quando quis vult in alium transferre offi-
cium, illud non vendit, nec vtitur alio habili ti-
tulo ad tranſlationem dominij, ſed officium reſignat
in manibus Domini, à quo illud habuit, ad finem,
vt de eo inueſtiri poſſit perſona ad beneficiū cuius
reſignatio facta fuit, ſicuti fit in beneficialibus, ita
in indiuiduo Rebuff. *pract. benef. in tit. de reſignat. ex-
preſſa, num. 14.* & *in tract. de pacific. poſſ. num. 241.*
Franc. Marc. *decis. 228. part. 1.* Bald. *in l. falſus, C. de
furtis, num. 29.* quod nedum procedit in officio Re- 11
gio ſed etiam iuriſdictione conceſſa in officium,
quæ non poteſt exerceri abſque Principis collatio-
ne, vt *in leg. fin. C. de offic. Magiſtr. officij*, & eò for-
tiùs in hoc Regno, vbi habemus particularem pro-
hibitionem factam ab inuictiſſimo Carolo V. fel. re-
cord. ad petitionem Regni in anno 1536. tenoris
ſequentis, *Iam dudum Cæſarea Maieſtas ſua ſponte
decreuerat id ſtatuere, & ordinare; itaque nunc iubet,
& placet, vt deinceps nullis futuris temporibus, neque*

per

per Regiam Curiam, neque per quaſcunque perſonas poſſint vendi officia cuiuſcumque qualitatis, quibus ineſt iuriſdictio, coertio, aut pecuniarum ratio, cura, & adminiſtratio, ſub pœna, vt venditor ipſo iure cadat ab officio; emptor verò pretium amittat fiſco applicandum, committentes in his fraudem, aut dolum, pro pœna ſoluant fiſco, ex arbitrio Iudicantis vſque ad ſummam duorum millium ducatorum. Inſuper ſacra Maieſtas eiuſdem venditionibus nullum conſenſum per ſe, aut ſuos of-
12 *ficiales praſtabit, quod ſi fortè ex ignorantia, vel errore praſtitus conſenſus fuerit, detecta venditione, aut fraude, ſit & habeatur nullus.* Habetur in capitulis impreſſis *fol.* 104. *a terg. cap.* 12. & licet in anno 1539. fuiſſet ab eodem Regno petita reuocatio prohibitionis prædictæ, nihilominus non fuit conceſſa quoad officia, in quibus incumbit cura aut adminiſtratio iuſtitiæ, & alia, de quarum venditione ſuæ Maieſtati & Regno poſſet ſequi damnum, aut præiudicium, vt habetur *fol.* 128. *cap.* 4. Officium Dohanerij nil aliud habet, quam ampliſſimam iuriſdictionem, & coertionem perſonarum, & admi-
13 niſtrationem maximè partis fiſcalis pecuniæ, quæ in Regno exigitur, ex cuius mala adminiſtratione Regnu ipſũ & Regia Curia damnum intolerabile pati poſſent, ergo nõ eſt vendibile, nec in eo cadit pretiũ; immò ſi illud ſub alio colore ſolutũ fuiſſet, fiſci commodo applicandũ foret, etſi pars diceret, quod prohibitio non eſt in obſeruantia; nam officium præ-
14 dictum fuit a Fabritio de Sangro venditum quondam Alphonſo Caracciolo pro ducatis 44. mille, repiicabo, quod nunquam officium fuit venditum, ſed tantummodo reſignatum in manibus Regis ad commodum Alphonſi, & reſignatio non fuit ad-
15 miſſa cum facilitate; coactus enim fuit Alphonſus ad Curiam Domini noſtri Regis perſonaliter accedere, & in remunerationem ſuorum ſeruitiorum collationem obtinere, & fortè aliquid ſoluit, nec de pretio mentio facta fuit in reſignatione, & ſi fortè tunc temporis Regius fiſcus de quantitate prædicta ſoluta ſcientiã habuiſſet, vtique intetiſſet pro con-
16 fiſcatione tam officij, quam pecuniæ; nam Cæſarea prohibitio hunc caſum comprehendit, & annullat collationem, quando ſub quouis colore interuenit pretium, & neſcio ſi in foro conſcientiæ tutus remanet, qui pecuniam recepit; nam Dominicus Sot. *lib.* 3. *de Iuſt. & Iur. art.* 4. *quaſt.* 6. *in reſp. ad primum argumentum, penult. col.* dicit quod qui vendit officium non explicando venditionem, peccat, & ad reſtitutionem pretij tenetur, quia nemini fas eſt vendere officium, niſi Regi.

17 Vlterius dico, quod illa quantitas, quæ promiſſa fuit Michaeli Spinulæ à Fabritio, non poteſt eſſe pretium (quando officium eſſet vendibile) ſiquidem non habet proportionem ad verum valorem officij; officium enim (vt Pars dicit) fuit venditum à Fabritio pro ducatis 44. mille; & tamen promiſſum à Fabritio, non aſcendit ad ducatos ſeptem mille, & ſi conſideramus emolumenta officij, illa excedebant annuos ducatos 7000. & Fabritius promiſit tantummodo vita eius durante annuos ducatos 1300. valor quorum vix aſcendit ad ducatos 6500. quod argumentum de iure procedit, gloſ. *in leg.* 1. *§. qui ſuperficiem, in verſ. agendo. ff. de ſuperficiebus*, facit tex. *in leg.* 1. *ff. de reb. dub.* de quo latiſſimè
18 Surd. *conſ.* 14. *vol.* 1. *n.* 37. Quid ergo erit iſta pecunia depoſita à Fabritio, ſi non eſt pretiũ officij? dico quod eſt adimplementum innominati contractus, do, vt facias celebrare inter Fabritium & Michaëlem, vel pretium relaxatæ cautionis præſtitæ à Ioanne Aloyſio ad beneficium Michaëlis prædicti, de non renunciando officium, & per conſequens aliis non obligatum intendebat Ioannes Aloyſius reſignare officium in manibus Regis, ad beneficium Fabritij fratris, & ad tale opus perficiendum Hiſpaniam proficiſcitur; quod videns Michaël Spinula illuc feſtinanter ſe contulit, & non ſolùm reſignationi ſe oppoſuit, ſed cautionem fideiuſſoriam recepit à Ioanne Aloyſio de non reſignando officium prædictum, & de ſe conferendo intus carceres Magnæ Curiæ Vicariæ infra certum tempus; Fabritius conſcius factus impedimenti, eo quod magnopere deſiderabat collationem officij in eius 19
perſonam, obtulit ſoluere, ſua vita durante, annuos ducatos 1300. Michaeli in extinctionem quantitatis eidem debitæ à Ioanne Aloyſio; ſublato tamen prius ab ipſo Michaële impedimento, & obtenta collatione, & poſſeſſione officij, Michaël acceptauit oblationem, & ſubſtulit impedimentum, liberando fideiuſſores datos de non renunciando officium, & de præſentando Ioannem Aloyſium intus carceres M.C.V. & e contra Fabritius ſe obligauit ſoluere quantitatem promiſſam. Quomodo ergo Pars hinc ad mille annos fundare poteſt, quod promiſſum Michaëli à Fabritio de eius propria pecunia, pro remouendo obſtaculum fideiuſſionis, ſit pretium officij debitum Ioanni Aloyſio, & per conſequens omnibus aliis creditoribus obligatum tempore, quo Fabritius prædictus tanquam reſignatarius non poterat conueniri à creditoribus Ioan. Aloyſij, nec ſuper officio vti eius poſſeſſor, nec ſuper emolumentis, vt ſupra eſt fundatum. Domini fateor (vt dixi) me non percipere difficultatem huius cauſæ.

Nec dicat Pars, quod quantitas prædicta (etſi 20
non vt pretium officij) venit in poſſe Michaëlis propter officium, & occaſionem officij, & per conſequẽ, obligatum aliis creditoribus anterioribus; nam reſpondetur, quod illud quis cõſequitur propter bona hæreditaria, & occaſione hæreditatis, non eſt hæreditarium, & per conſequens creditoribus, & legatariis obligatum; ſed remanet ad beneficium hæredis. Caſus eſt ad literam *in leg.* 4. *Cod. arbitr. tut.* 21
iuncta gloſ. in verbo *tranſegiſti*, diſponitur enim in tex. quod illud, quod conſequitur minor à ſuo tutore ex tranſactione ob repudiatam patris hæreditatem, non eſt obligatum creditoribus paternis, licèt perueniat occaſione hæreditatis: hoc idem, & melius probatur *in leg.* 3 *ff. ad leg. falcid.* vbi Iuriſ- 22
conſultus dicit, quod quicquid lucratur hæres ex venditione hæreditatis, quæ ſoluendo non erat, vel ex tranſactione facta cum creditoribus defuncti, non eſt obligatum legatariis, quia primum peruenit ex ſtultitia emptoris, & ſecundum ex induſtria, & tranſactione hæredis, licèt occaſione hæreditatis, & propter bona hæreditaria, quod ibi Bart. Angel. Imol. Alex. & apertius Paul. Caſtr. colligunt in ſumma.

Ex quibus iuribus deciditur quæſtio noſtra; nam Michaël Spinula ex induſtria, & labore ſuo & ex ſuo cõtractu conſequutus fuit de bonis Fabritij de Sangro ſupradictos annuos ducatos 1300. & non de bonis Ioãnis Aloyſij, licèt occaſione officij, vel propter officium, tempore quo alij creditores Ioannis Aloyſij officium non habebant obligatum onere reali, nec aliquid prætendere poterant à Fabritio reſignatario, & poſſeſſore officij, eo quod omnia iura, quæ ex actione perſonali ei competebant ſuper emolumentis officij, erant extincta per nouam collationem Regis, ideò perneceſſe erit concludendum creditoribus prædictis nullum ius competere ſuper introitibus emptis ex illis annuis ducatis 1300. qui à Fabritio depoſiti fuerunt ad beneficium.

cium hæredum dicti quondam Michaëlis. Cætera
ſuppleat doctrina Dominorum Iudicantium.

Ferdinandus Brancia.

SVMMARIVM.

1 *Milites teſtamenta condunt modo quo volunt.*
2 *Etiam ſine ſolemnitatibus requiſitis à Iure Ciuili.*
3 *Nec tenentur filios inſtituere, vel exhæredare.*
4 *Teſtamentum pagani requirit hæredis inſtitutionem.*
5 *Inſtitutio hæredis eſt ſolemnitas Iuris Ciuilis.*
6 *Miles poteſt decedere pro parte teſtatus, & pro parte teſtatus.*
7 *Miles in acie belli teſtari poteſt ſine teſtibus, & ſcriptura.*
8 *Valetque teſtamentum per annum poſt militiam.*
9 *Teſtes interuenientes in teſtamento pagani, cenſentur rogati.*
10 *Secus in teſtamento militis, in quo requiruntur teſtes ad probationem tantùm.*
11 *Teſtamentum pagani nuncupatiuum non requirit ſcripturam.*

ARGVMENTVM.

Teſtamentum militis factum in acie belli, ſine hæredis inſtitutione, nec rogatis ad id teſtibus, ſequuta demùm illius morte illinc ad aliquos dies, poſtquam teſtatus eſt, an de iure ſuſtineri poſſit: & de aliis.

ALLEGATIO LXVII.

1 INTER alia militum priuilegia illud
eſt eis conceſſum, quod propter eorum
ſimplicitatem poſſint teſtamenta con-
dere quomodo velint, & quomodo poſ-
ſint *l. 1. ff. de teſt. mil.* & *l. milites. C. eodem*; ideoque in
eorum teſtamentis eſſe ſublatas omnes Iuris Ciuilis
2 ſolemnitates affirmant Doct. omnes in dictis iuri-
bus, & præſertim non teneri militem iure militari
teſtantem filium inſtituere, vel exhæredare, præter
3 alios Bart. *in leg. neque enim, ff. eod. num. 3.* & Bald. *in
dict. leg. milites, num. 1.* Petr. Bullug. *in ſpecul. princ.
tit. de milit. grauam. rubr. 2. num. 11.* vbi quàm plura
alia congerit militum priuilegia, & in ſpecie Iaſ. *in
leg. ſicut cæteri, num. 8. Cod. de teſtam. milit.* notat dif-
4 ferentiæ rationem inter teſtamentum militis, & te-
ſtamentum pagani, in quo requiritur hæredis in-
ſtitutio, aliàs non valet; nam in milite attenditur
ſolum Ius gentium, & propterea ſufficit quocun-
que modo relinquatur, & quod heredis inſtitutio ſit
de mera Iuris Ciuilis ſolemnitate & non de Iure 5
gentium, idem Iaſ. *in auth. noniſſ. Cod. de inoff. teſtam.*
Bart. & alij *in repet. leg. 1. Cod. de Sacroſ. Eccleſ. n. 62.*
Et inſuper militem poſſe decedere pro parte teſta- 6
tum, &, pro parte inteſtatum, & ſic nullo inſtituto
herede vniuerſali, poſſe ad eius libitum vni relin-
quere vnam rem, & alij alteram. Item vni ex teſta-
mento relinquere bona paganica, ad alterum ab in-
teſtato ſpectare bona caſtrenſia, inter alios Doct.
latè Azo *in ſum. tit. de teſtam. milit. num. 5. cum ſeq.*
vbi plures caſus conſimiles congerit Clar. *in §. te-
ſtamentum, quæſt. 6.* & Bellug. *loco ſup. cit. num. 16.* &
alij, per tex. *in leg. miles vnum, & miles ita ff. de milit.
teſt.* & ſic ceſſat primum oppoſitum Partis aduerſæ
non valere teſtamentum quondam Camilli de Fal-
conibus, ex defectu inſtitutionis per ſupradicta &
alia quam plura, quæ ad idem adduci poſſent.

Ceſſat & ſecunda difficultas reſpectu loci, & 7
temporis conditi teſtamenti, nam ex teſtium depo-
ſitionibus clare patet, dictum Camillum in acie
belli fuiſſe teſtatum, dum deponunt *che ſtando all'
Aſſedio di bona fu ferito, & fè teſtamento.* Quo caſu
etiam ſine vllo teſte, imò in clypeo, & in vagina
potuerat teſtari; ſed dato quod non fuiſſet ſtatim te-
ſtatus, ſed dato aliquo temporis interuallo, ſufficit
tamen, quod adhuc reperiretur ſub tentorio, vel
in loco hoſtili, quo caſu etiam iure militari potuit
teſtari, & quocumque modo eius voluntas appareat,
vel in ſcriptura, vel probata per duos teſtes, valet
tale teſtamentum, vt *in dict. leg. milites,* & *in leg. Lu-
cius ff. eod.* Azo in loco ſupra citato, *num. 3.* Boër. *in
deciſ. 128. num. 2.* & ſecundùm omnes ita conclu-
dunt nemine diſcrepante; imò etiam quod eſſent in
Caſtris, vbi iure communi teſtari debent, quando
ſunt in loco hoſtili gaudent eiſdem priuilegiis,
gloſ. *in leg. ſcriniarios, Cod. eod. in verſ. nullatenus,* quæ
eſt communiter approbata, teſte Iulio Claro *in dict.
§. teſtamentum, quæſt. 5. n. 5. in fin.*

Nec poterit Pars aduerſa iuuari dictum Camillum 8
vixiſſe per ſexdecim dies, nā vltra quod in facto non
probatur, attamen dato, quod conſtaret, ſufficit te-
ſtamentum fuiſſe iure militari in conflictu belli,
tempore, quo fuit lætaliter vulneratus, prout teſtes
deponunt; nam teſtamentum illud valet etiam ex-
tra militiam per annum, per tex. *in l. quod dicitur,* &
l. quod conſtitutum, ff. de milit. teſtam. vbi DD. omnes
& Azo vbi *ſup. n. 10.*

Nec quartum obſtabit oppoſitum, nempe teſtes 9
in dicto teſtamento non fuiſſe rogatos; nam vltra
quod in iure eſt clarum etiam in teſtamentis paga-
norum, teſtes in dubio cenſeri potius rogatos, quam
fortuitos, vt actus valeat potius quam pereat, *arg.
leg. quoties in ſtipulationibus, ff. de verb. oblig.* & *l. quo-
ties, ff. de reb. dub.* & latè per Corn. *in conſ. 308. num. 1.
vol. 3.* Attamen in teſtamentis militum inter alia 10
priuilegia, iſtud eſt præcipuum, quod teſtes non
oportet eſſe rogatos, ita Bart. *in dict. leg. neque enim,
ff. de teſtam. milit. num. 3.* Bald. *in dict. leg. milites, num.
1.* Bellug. *in dict. Specul. rubr. 20. numer. 10.* Guid.
Pap. *deciſ. 508. num. 10.* & Corn. *in conſ. 118. num. 7.
in 1. vol.* vbi non requiri de ſolemnitate in teſta-
mento militis rogitum teſtium, quia non requirit
teſtes ad ſolemnitatem actus, ſed tantùm ad proba-
tionem. Idem tenet *in alio conſ. 307. num. 7. eod. vol.
3.* & reſpondit ad tex. *in leg. diuus, ff. eod.* ex quo
argui poteſt contraria opinio per illud verbum *con-
uocatis hominibus,* quia illa lex non requirit rogitum
teſtium ad ſolemnitatem teſtamenti, ſed ad finem,
vt appareat, militem voluiſſe teſtari, & non protu-
liſſe verba perfunebria, vel iocoſa gratiâ blandien-
di,

di, prout ex verbis, & ratione illius textus colligitur, quod minime in teſtamento de quo agitur obiici poteſt; nam apparet verè, & realiter dictum Camillum voluiſſe teſtari, & teſtatum fuiſſe non ſolùm coram ſex teſtibus, ſed etiam interueniente ſcriptura,& ſic non poteſt præſupponi,quod iocosè, vel gratia Blandiendi voluerit teſtari.

11 Et licèt ſcriptura dicti teſtamenti non appareat, nec hoc obſtare poterit; nam non ſolùm in teſtamento militis non requiritur ſcriptura, & quocumque modo eius voluntas probatur, ſiue per ſcripturam, ſiue per duos teſtes, valet tale teſtamentum per ſupradicta,ſed etiam in teſtamento pagani, loquendo de nuncupatiuo, non requiritur ſcriptura, ſed ſolet reduci in ſcriptis ſolummodo ad faciliorem probationem per tex. vulg. *in leg. hac conſultiſſima. §. per nuncupationem, Cod. de teſtam.* & not. Clar. inter alios *in dict. §. teſtamentum, quæſt. 4. in princ.* & communiter omnes DD. Cætera ſuppleant Domini Iudicantes.

Ferdinandus Brancia.

SVMMARIVM.

1 *Factum explicatur.*

2 *Præſcribitur contra Eccleſiam annis 40.*

3 *Præſcriptio interrumpitur per litis conteſtationem.*

4 *Actio intentata, & non proſequuta 40. annorum ſpatio præſcribitur.*

5 *Etſi realis ſit.*

6 *Præſcribendi iuſtam cauſam tribuit titulus* quiſquis ſine ſolemnitatibus.

7 *Præſcriptio centenaria conualidat titulum quamuis vitioſum.*

ARGVMENTVM.

Præſcriptionis interruptio, quæ per litis conteſtationem inducitur, nùm inſtitutam actionem perpetuet, vel potius certo elapſo tempore,ſi lis non fuit proſequuta,euaneſcit, adeò vt poſteà dicatur præſcriptionem currere.

ALLEGATIO LXVIII.

1 MONASTERIVM Sanctæ Mariæ D. Reginæ in anno 1500. intentauit iudicium rei vendicationis modiorum octo, territorij ſiti in burgo Diui Antonij contra Comitem Muri, Comes produxit titulum conceſſionis in emphyteuſim, & affrancationem cenſus mediante inſtrumento celebrato in anno 1475. fuit datus terminus in cauſa eodem anno 1500. fuerunt recepti nonnulli teſtes, & vtraque Pars ſiluit vſq; ad annum 1611. In quo anno Monaſterium porrexit ſupplicationes & petiit cauſæ commiſſionem,& inſtitit procedi ad ea quæ incumbunt pro expeditione prædictæ litis: oppoſuit Princeps Venuſij hæres cum b. l. per intermediam perſonam quondam Comitis exceptionem præſcriptionis,fuit dubitatum an exceptio militet.

Pro parte Principis dicitur quod exceptio obſtat, 2
ſiquidem tam de Iure Canonico quam de Iure Ciuili contra Eccleſiam præſcribitur ſpatio quadraginta annorum, *C. de quarta, c. ad aures, c. illud. de præſcript. Auth. quas actiones C. de S. Sanct. Eccleſ.* & ideò laicus poſſidendo rem Eccleſiæ ſpatio 40. annorum præſcribit, vt firmat gloſ. fin. *in cap. fin. de de præſcript. in b.* & *in cap. facultates, in verſ. triginta annorum 14. quæſt. 1.*

Replicat Monaſterium, quod Princeps bene diceret ſi non fuiſſet iudicium intentatum in anno 3
1500. & in eo non fuiſſet lis conteſtata; ſiquidem per litis conteſtationem interrupta fuit præſcriptio

At pro parte Principis dicitur quod interruptio prædicta quæ per conteſtationem litis inducta fuit, 4
non eſt in conſideratione in caſu noſtro. Siquidem talis interruptio non perpetuat actionem intentatam niſi ſpatio quadraginta annorum decurrendorum à die qua Partes deſierunt proſequi iudicium, tex. eſt ad literam *in l. 1. §. ad hac. C. de ann. except. Ital.* & *in l. fin. C. de præſcript. triginta, vel quadraginta ann. in fin.* & notant ibi Bart. Bald. & Salic. quod nedum procedit in actione perſonali, ſed etiam in reali, vt te- 5
net gloſſ. *in d. l. fin.* & ibi Angel. not. *in princ.* nulla enim interruptio perpetuat actionem vltra triginta annos, excepta illa quæ fit per litis conteſtationem, quæ illam extendit vſque ad 40. vt dicit Ang. *in alleg. l. 1. C. de ann. except. num. 3.* Nos enim non ſolum habemus tempus quadraginta annorum à nouiſſimo actu Iudicis, ſed centum,& decem: & propterea exceptio militare debet.

Nec dicatur quod præſcriptio non eſt in conſideratione in caſu noſtro, eo quod conſtat de titulo inualido Comitis; ſiquidem titulus Comitis eſt validiſſimus, recepit enim territorium tunc incultum, & nemeroſum in emphyteuſim cum interuentu Miniſtri Ordinis, & cenſus fuit affrancatus in ſimili, vel meliori loco, vigore poteſtatis eidem Comiti tributæ, & in tantum hoc eſt verum quod Procurator Monaſterij, præſentato titulo à Comite non auſus fuit aliquid opponere contra illum, & quatenus aliqua ſolemnitas deficeret, & ob temporis lapſum non præſumeretur, adhuc titulus ille præbet iuſtam cauſam præſcribendi, vt conſiderat, & bene Guid. Pap. in propria noſtra materia alienationis rei Eccleſiæ ſine ſolemnitate *in deciſ. 159. per tex. in cap.* 6
cura. de Iure patr. & ibi gloſ. *in verſ. legitimo, in fin.* quidquid in contrarium a Parte allegatur, habere locum quando appareret titulus nefarius, & illicitus; differt enim titulus nefarius, & illicitus à titulo minus ritè habito, vt not. Ferdin. Vaſq. *quæſt. vſufrequentium lib. 2. cap. 81. num. 15.* Imò ſecundùm Vaſq. etiam ſi oſtenderetur aliquod initium turpe, & vitioſum, adhuc præſcriptio centenaria, & immemorialis operaretur effectum ſuum, quia non 7
ſequitur quod præter illam cauſam iniquam poſſidendi non potuiſſent quoque & interuenire aliæ cauſæ iuſtæ, & honeſtæ, & ideò dum Monaſterium per ſpatium centum & decem annorum non fuit proſequutum iudicium, perneceſſe ſequitur, vel quod omnia erant legitimè acta, vel ſi aliquid defeciſſet (quod non creditur) fuit ſuppletum. Hæc currenti calamo ſcripſi ad finem liberandi Dominum clientem ab onere litis, non quod timeam de illius euentu. Cætera ſuppleat peritia Dominorum Iudicantium.

Ferdinandus Brancia.

SVMMARIVM.

1 *Ordinarius Iudex ſuſpectus in cognoſcendo, an ſit etiam ſuſpectus in delegando, & n. 5. Et an in delegando requiratur aſſenſus recuſatoris de neceſſitate, vel de conſilio.*

2 *Iure canonico ordinarius Iudex an poſſit recuſari vt ſuſpectus, & quid de iure ciuili,*

3 *Prætor, qui fuit Partis Aduocatus ante ſuſceptam prætoriam, an poſſit alteri cauſam delegare. Et circa formam, & poteſtatem recuſationis Iudicis, an potiùs ſeruetur Ius canonicum, quàm ciuile.*

4 *Obſeruantia hodierna circa delegationem faciendam à Iudice ſuſpecto, præterquam ex cauſa inimicitiæ, an ſit communi opinioni conſona.*

5 *Suſpectus in cognoſcendo, non eſt ſuſpectus in delegando: Et an Iudex vindicare poſſit iniuriam ſibi notoriè illatam, & n. 7. Et an delegare poſſit, ſi certa pœna non ſit impoſita à Iure.*

6 *A pœna Iuris appellari an poſſit? Et quid à Iudice pœnam arbitrante: Et an Præſes Sacri Conſilij ſuſpectus, licèt poſſit delegare cauſam vni ex Dominis Regijs Conſiliarijs, poſſit tum iudicare, cui ex duobus debeat cauſa committi.*

7 *Iudex iniuriam ſibi illatam vendicare non poteſt, quando pœna à iure non eſt certa.*

ARGVMENTVM.

Iudex ordinarius ſuſpectus in cognoſcendo, an, & quando ſit etiam ſuſpectus in delegando. Prætor qui fuit Partis Aduocatus ante ſuſceptam Prætoriam poteſt alteri cauſam delegare. A pœna Iuris appellari non poſſe probatur: & plura alia notabilia tractantur.

ALLEGATIO LXIX.

1 IVDEX ordinarius ſuſpectus in cognoſcendo, eſt etiam ſuſpectus in delegando, ſecundum communem opinionem de qua per Doct. *in cap. cum ſpeciali, de appell. c.* dicitur in textu, quod probata cauſa ſuſpicionis coram arbitris electis, iudex debet vel cauſam de recuſatoris aſſenſu idoneo delegare, vel ad ſuperiorem cauſam delegandam committere. Hinc Doct. dubitarunt an aſſenſus recuſatoris debeat de neceſſitate vel de conſilio interuenire: & communiter omnes dicunt, præter Abbatem, quod de neceſſitate, quia qui eſt ſuſpectus in cognoſcendo, eſt ſuſpectus in delegando: poſſet enim Iudex delegare alicui ſimiliter ſuſpecto, qui tamen non poſſit ſic probari, vt experientia docet, ità Abb. *in dict. cap. cum ſpeciali, num. 11. prope finem, verſ. ſed ſi vis tenere:* & Felin. *in cap. 4. de for. compet. num. 3.*

2 Nec reperio in hoc differentiam inter Ius canonicum, & ciuile, licet magna conſideretur impotentia recuſandi; de Iure enim canonico Iudex ordinarius poteſt recuſari vt ſuſpectus, cauſa ſuſpicionis propoſita, & allegata; *cap. ſuſpicionis, de offic. delegati,* & *cap. cum ſpeciali, de appellat.* De iure verò ciuili ſecus quoad totalem remotionem: ſed vt ei adiunctus aſſocietur. *Auth. ſi verò cõtigerit. C. de iudiciis.*

3 Nec contrariatur opinioni Canoniſtarum tex. *in leg. Prætor. de iuriſd. omn. iud.* vbi habetur quod Prætor, qui fuit Partis Aduocatus ante ſuſceptam Prætoriam, poteſt alteri cauſam delegare, poſtquam aut corrigitur ab Auth. *ſi verò contigerit,* vel ſecundùm illam intelligi debet, ſcilicet vt ambo iudicare habeant, quod non eſt in vſu hodie, & potius in hoc ſeruatur Ius canonicum quàm ciuile, circa formam, & poteſtatem recuſationis Iudicis, & hoc permittitur Prætori, dummodo cauſam deleget, antequam vt ſuſpectus remoueatur, vt bene not. Iacob. ibidem *verſ. addit Angelus;* nam ſi poſt recuſationem vellet cauſam ſubdelegare, hoc ei non permitteretur.

4 Ex quibus omnibus patet, quod obſeruantia hodierna circa delegationem faciendam à Iudice ſuſpecto (præterquam ex cauſa inimicitiæ) non eſt communi opinioni conſona, & ideò extendi non poteſt ad caſum noſtrum, vbi non tractatur de mera delegatione, ſed de delegatione habente cauſæ cognitionem, à conſuetudine & ſtylo exorbitante, non datur extenſio, vulgatis Iuribus.

5 Vlterius dico, quod iſta diſtinctio inter delegationem ſimplicem, & habentem cauſæ cognitionem, eſt a Doctoribus approbata in iſta materia recuſationis. Abb. enim *in cap. 4. de for. compet.* (in quo loco defendit ſuam opinionem contra communem, quod ſuſpectus in cognoſcendo, non ſit ſuſpectus in delegando, *num. 11.*) affert locum Innoc. *in cap. ex parte, il 1. de verbor. ſignif.* vbi dicit, Iudicem poſſe vindicare iniuriam propriam notoriè ſibi illatam, cùm hoc caſu potiùs ſit executor, quàm Iudex, quaſi dicat Iudicem delegando non poſſe Parti præiudicium inferre, ex quo Pars non poteſt dicere, debet cauſa iſta Titio, & non Sempronio delegari, ſecus verò (ſubdit ipſe) quando certa pœna non eſſet impoſita à iure, quia tunc Iudex in quantum arbitraretur, eſſet verus Iudex, & poſſet arbitrando excedere modum: ſic eſt quod à pœna iuris appellari non poteſt *cap. quia nos, de appellat.* ſed à Iudice pœnam arbitrante, ſic gloſ. *in c. ſuper his, de accuſat.*

6 Ex hoc infertur, quod licèt Dominus Præſ. Sacri Conſilij ſuſpectus dictæ Iuliæ Tomacellæ, poſſit delegare cauſam vni ex Dominis Regiis Conſiliariis, in quo actu potiùs iudicari debet elector certarum perſonarum, in quibus non conſideratur bono melius; non tamen poteſt iudicare, cui ex duobus debet cauſa committi, & cui de iure committi debet, prout in caſu noſtro agitur; quia in hoc non electoris & delegantis, ſed Iudicis partibus fungitur, quod non eſt permittendum; ſicuti enim Iudex
7 quando pœna a iure non eſt certa, non poteſt ſuam iniuriam vendicare, quia in iſto caſu non eſt iuris executor, ſed Iudex, ſic Dominus Præſidens ſuſpectus

ctus vbi adeſt controuerſia, cui eſt deleganda cauſa, non poteſt delegare.

Hæc ſcripſi currenti calamo. Cætera ſuppleat immenſa doctrina Dominorum meorum.

Ferdinandus Brantia.

SVMMARIVM.

1 *Vniuerſitates Hoſpitalis ſanctæ Mariæ Annuntiatæ priuilegium habent non ſoluendi impoſitionem pro hoſpitiis militum.*

2 *Impoſitiones pro hoſpitiis militum ſunt onera patrimonialia.*

3 *Priuilegium Vniuerſitatis differt ſi ab homine, vel à lege concedatur.*

4 *Priuilegium Vniuerſitatis non comprehendit onera patrimonialia, ſed perſonalia tantùm.*

5 *Priuilegium quod concedit exemptionem à muneribus realibus, & perſonalibus, eſt generale.*

6 *Vaſſalli hoſpitalis ſanctæ Mariæ Annuntiatæ ſunt immunes ab hoſpitiis militum, vſque ad num.7.*

8 *Priuilegia Regum, de quibus in præſenti, adducuntur, vſque ad num.9.*

10 *Baldi Conſilium* 406. *vol.5. adducitur in præſenti.*

11 *Ripa* in l.1. col.6. ff.de vulgari, *adducitur pro quæſtione.*

12 *Priuilegia Imperatorum Federici, & Ferdinandi I. pro hoſpitali prædicto adducuntur.*

ARGVMENTVM.

Vaſſalli ſacri hoſpitalis ſanctiſſimæ Annuntiatæ Vrbis Regiæ Neapolis, an ſint immunes ab onere milites hoſpitandi. Priuilegium immunitatis alicui conceſſum ab omnibus muneribus, & impoſitionibus perſonalibus, realibus, & mixtis, ordinariis, & extraordinariis, an hoſpitandi onus comprehendat: & de aliis notabilibus.

ALLEGATIO LXX.

1 PRÆTENDIT Regius fiſcus exigere à Vaſſallis Hoſpitalis ſanctæ Mariæ Annuntiatæ impoſitionem indictam pro hoſpitiis militum, non obſtante priuilegio immunitatis conceſſo Vaſſallis prædictis à Sereniſſimis Regibus huius Regni, eo quod nemo ab onere hoſpitandi milites eſt immunis, niſi expreſsè priuilegiatus reperiatur, *leg. ſunt munera, ff. de vacat. & excuſ. mun.* ſed ſic eſt quod in priuilegio præſentato nulla ſit mentio de huiuſmodi immunitate, ergo exactio fieri debet. At pro parte Sacri Hoſpitalis dicitur quod priuilegium exhibitum eſt ſufficiens ad excludendam talem exactionem, & quod lex allegata à fiſco non probat aſſumptum, immò facit pro vaſſallis, ad quod demonſtrandum dico, quod onus hoſpitandi milites de per ſe nullam ſpecialitatem habet, ſed tantummodo reperitur pri-
uilegiatum ratione generis; ſiquidem annumera- 2
tur inter onera patrimonialia, *leg. & qui originem, §. quamuis, verſ. munus hoſpitis, ff. de muner. & honor* Bart. *in leg. vnica. C. de mulier.* & in quo loco *lib.10. num.34. verſ. item quod milites,* & *in leg. qui immunitate. C. de muner. patrim. lib.10.* Hinc Imperator Alex. *in l.3. C. de mun. patrim. lib.10.* dicit qui immunitatē munerum publicorum conſecuti ſunt, onera patrimoniorum ſuſtinere debent, in quibus cauſis, & hoſpites recipiendi ſunt: hoc probat etiam tex. à fiſco allegatus *in d. leg. ſunt munera,* vbi Iuriſconſultus dicit, quod ſunt quædē munera quæ rei propriæ cohærent, de quib. neque liberi, neq; ætas nec merita militiæ, nec vllū aliud priuilegium iure tribuit excuſationem, vt eſt prædiorum collatio, viæ ſternendæ, angariarumve exhibitio, hoſpitis ſuſcipiendi munus, & ſi quæ ſunt præterea alia huiuſmodi: ex quibus iuribus luce clarius probatur, quod ſpecialitas à fiſco allegata à Iure non fuit tributa oneri hoſpitum recipiendorum, ſed generi, ſcilicet muneribus patrimonialibus, à quibus nullus excuſa-
tur. Et ſi Priuilegium immunitatis habeat ad homi- 3
ne, vel à lege, hoc manifeſtius probatur *in leg. reſcripto, §. ſi quis accuſatorem, verſ. ſciendum, ff. de muner. & honor.* vbi Iuriſconſultus indefinitè, & abſque expreſſione ſpecierum ſanxit nullum, et ſi priuilegiatum, excuſari a muneribus patrimonialibus.

Hinc etiam communiter DD. dixerunt priuile- 4
gium immunitatis non comprehendere onera patrimonialia; ſed tantummodo perſonalia, gloſ. *in dict. leg. qui immunitate,* & ibi Bart. *C. de muner. patrim.* & *in leg. eos, in verſ. omnium, C. de excuſ. mun.* Bart. *in leg. euacuatis, num.5.* & ibi Bald. *col.1. C. de Decurion.* & ibi Ioan. de Plat. Bart. *in leg. 2. num.4. ff. de iur immun.* Aufrer. *in add. ad deciſ. Capp. Tholoſ.*
quæſt.348. circa fin. verſ. quinta concluſio. Sed quan- 5
do in priuilegio ſit mentio de muneribus perſonalibus, & realibus, tunc ille, cui priuilegium fuit conceſſum à quouis onere immunis redditur, vt idem Aufrer. notat *in d. deciſ. loco allegato.*

His ſic ſuppoſitis redditur vana fiſci prætenſio, dum Imperator Fredericus, & cæteri Reges huius Regni immunes fecerunt Vaſſallos prædictos ab omnibus oneribus realibus, perſonalibus, & mixtis, ergo, & immunes reputari debent ab onere hoſpitandi milites, quod onus eſt reale, vt ſupra eſt fundatum, & tex. allegatus à fiſco, vt dixit, probat hoſpitalis intentionem, dum genus priuilegiat, & non ſpeciem.

His accedat, quod Vaſſalli hoſpitalis prædicti 6
ſunt in poſſeſſione immunitatis prædictæ, nam à tempore immemorabili nunquam actualiter hoſpitati ſunt milites, nec contribuerunt in pecunia pro cauſa prædicta, vt in facto eſt notatum, & de iure immunitas alicuius oneris, non ſolùm acquiri poteſt priuilegio, ſed etiam conſuetudine, & maximè quando concurrit frequentia actuum cum temporis diuturnitate, de quo latè per Surd. *conſ.335. n.3.*
7 Nos habemus non ſolùm temporis requiſitum, & actuum frequentiam, ſed etiam prouiſiones Regiæ Cameræ in materia contributionis pro hoſpitio militum grauis [illegible], vt patet fol.29.

7 Vlterius dicitur, quod in tex. allegato à fiſco pariſicantur iſta onera, videlicet onus hoſpitandi milites & onus ſternendæ viæ; ſed ſic eſt, quod Vaſſalli fuerunt declarati immunes à tali onere, ergo, & ab aliis ſimilibus.

8 Et finaliter dicitur, quod Reges in priuilegio ſpecificè mentionem fecerunt de aliquibus oneribus realibus, & poſtmodum generaliter de omnibus aliis; quo fit, vt etſi de omnibus realibus ſpecificè mentionem fecerunt, ad hue immunitas comprehenderet omnes caſus inſolitos, & omnia realia, de quo latè per Crauet. *conſ. 109. n. 7.*

9 Ex quibus omnibus clarè patet, immunitatem conceſſam dictis hominibus comprehendere hunc caſum, tum attenta forma priuilegij, tum etiam conſuetudine immemoriali. Hæc ſcripſi calamo currenti pro Sacro Hoſpitali. Cætera ſuppleat religio Dominorum Iudicantium.

10 *Ferdinandus Brancia.*

Vltra ea quæ in primis allegationibus dicta ſunt pro immunitate vaſſallorum Sanctæ Mariæ Annunciatæ, allego in propriis terminis Bald. *in conſ. 406. vol. 5.* quem allegat Aym. Crauett. *conſ. 294. fol. 6.* vbi tenet quod priuilegium immunitatis ab omnibus muneribus, & impoſitionibus perſonalibus, realibus, ſiue mixtis, ordinariis, & extraordinariis, & quibuicumque aliis, comprehendit onus armigerorum, etiam quod de ea nulla ſpecialis mentio facta fuerit. Item Barbat. etiam in terminis terminantibus *in conſ. 16. vol. 2. numer. 3. verſic. & ſi quiſpiam,* & *num. 4. verſ. modo iſta,* in quo loco dicit quod tex. *in leg. ſunt munera, ff. de vac. & excuſ. muner.* à fiſco allegatus, procedit, & locum habet tantummodo in priuilegio immunitatis ſimpliciter conceſſo; ſed quando in priuilegio conceditur immunitas ab omnibus muneribus perſonalibus, & realibus, & quibuſcumque aliis, tunc comprehenduntur in priuilegio onera realia, de quibus expreſſa mentio facienda eſt, & particulariter ea quæ notantur *in dict. leg. inter quæ adeſt onus hoſpitij.*

11 Et finaliter Ripa *in leg. 1. col. 6. verſ. & iſta concluſio, ff. de vulg. & pupill.* dum docet, quod immunitas conceſſa per verba vniuerſalia trahitur ad onera ex cauſa bellij; in priuilegiis præſentatis ad ſunt infraſcriptæ clauſulæ.

12 In priuilegio Imperatoris Federici: *& ab omni moleſtatione, inquietatione, collectis, adiutoriis, datiis, exactionibus, aliiſque grauaminibus omnibus, & ſeruitiis perſonalibus, realibus & rebus perſonarum ipſarum perpetuo liberos. & ſecuros eſſe cenſemus; & nullus audeat, nec preſumat in caſtro Mercugliani, caſalibus, & hominibus, & vaſſallis eiuſdem Monaſterij exactionem, adiutorium, aut collectam aliquam, ſeu ſeruitium aliquod, & grauamen perſonale, reale, & rebus perſonarum ipſarum facere, vel imponere in quacumque parte Regni, & Imperij noſtri.*

13 In priuilegio Ferdinandi I. non ſolùm confirmatur priuilegium Imperatoris Federici, ſed vaſſalli prædicti fiunt immunes etiam à donis cum clauſula, *etiamſi talia forent, de quibus oporterit fieri mentio ſpecialis.* Et idem habetur in confirmatione Imperatoris Caroli V. in qua adeſt clauſula, quod terræ dicti Sacri Hoſpitalis deleantur à libris contributionum, & cedularij Regiæ Cameræ.

Et ex his remanet fundatum vanam eſſe prætenſionem Regij fiſci, etiam quod impoſitio, de qua agitur, eſſet gratioſa, vltra quod quando Regnum donauit, expreſſe exemit à contributione doni Vaſſallos Hoſpitalis Sanctæ Mariæ Annunciatæ.

Ferdinandus Brancia.

SVMMARIVM.

1 *Fructus legitimæ debentur à die mortis patris.*

2 *Fructus legitimæ vtrum poſſint peti contra tertium poſſeſſorem bonorum hæreditariorum?*

3 *Text.* in l. item veniunt, §. eis autem, ff. de petitione hæreditatis, *explicatur, vſque ad num. 4.*

5 *Fructus legitimæ non coſiderantur vt quid extrinſecum ab ipſa legitima, ſed dicuntur pars legitimæ.*

6 *Feudi augumentum non indiget noua inueſtitura, nec nouo iuramento fidelitatis.*

7 *Dotis augumentum dicitur eadem dos, non noua.*

8 *Legitimæ actio pro eius fructibus contra Tertium datur facta diſcuſſione hæredis.*

9 *Legitima eſt quid vniuerſale recipiens augumentum ex fructibus.*

10 *Legitimæ fructus debentur, etiam ſi bona fide conſumpti fuerunt.*

11 *Legitima petitur actione petitionis hæreditatis.*

12 *Filius non poteſt tantùm conſequi repudiando hæreditatem.*

13 *Legitimæ fructus debentur etiam ſine mora, licèt petiti non fuerint.*

14 *Fructus legitimæ non acceſſoriè, ſed principaliter cum legitima petuntur.*

15 *Baldi* conſ. 222. vol. 4. *in præſenti adducitur.*

16 *Text.* in leg. certum. Cod. de rei vendit. *affertur.*

17 *Fructus legitimæ petuntur actione reali.*

18 *Hypoteca ſuper re pro legitima relicta trahitur etiam ad augumentum ipſius.*

19 *Hypoteca, quæ competit pro principali, competit pro acceſſionibus.*

20 *Fructus in actionibus reuocatoriis cur debeantur poſt litem motam, vſque ad numerum 22.*

23 *Text.* in l. in minorum. C. in quibus cauſis reſtitutio in integ. non eſt neceſſaria, *in præſenti explicatur.*

24 *Concluſio auctoris, de qua in præſenti, affertur.*

ARGVMENTVM.

Legitima cùm debeatur filio à die obitus patris, vnà cum fructibus, nùm axioma hoc procedat, adhuc ſi bona hæreditaria eſſent penes tertium poſſeſſorem, ſicque dubitatur

tatur an actio hæc pro fructibus contra tertium poſſeſſorem exerceri poſſit, cùm iſte ante motam controuerſiam bona fide poſſiderit. Actio quænam competat filio pro legitima ſibi in bonis patris debita conſequenda. Filius an poſſit repudiare hæreditatem paternam, & legitimam tantùm conſequi: & de aliis notabilibus.

ALLEGATIO LXXI.

1 FRuctus legitimæ à die mortis patris deberi nemo eſt qui controuertat, ita enim firmat gloſ. ab omnibus ibi recepta, *in leg. in fideicommiſſariam, in 1. gloſ. in fin. ff. ad Trebell.* Alex. *conſ. 09. numer. 3. vol. 1.* Curt. Sen. *conſ. 39. col. 3. verſ. ex prædictis infertur.* Ruin. *conſ. 26. num. 22. vol. 2.* Menoch. *conſ. 8. nu. 22.* Boër. *deciſ. 3. in fin.* & Dom. de Franch. *deciſ. 13. n. 16.* quod ampliat Alex. *conſ. 127. per tot. vol. 6.*

Dubitari tamen contigit, num contra tertium
2 poſſeſſorem bonorum hæreditariorum, actio hæc pro fructibus exerceri poſſit, cùm ante controuerſiam motam conuentus bona fide poſſederit, ex quo fructus lucrari videbatur, *leg. certum, Cod. de rei vendic.*

Cæterum re diligenter perpenſa, adhuc fructus
3 integrè a die obitus patris deberi ſuper re per tertium poſſeſſa concludendum videtur, non quod aſſeramus teneri poſſeſſorem ad fructus per ipſum bona fide perceptos, tunc enim ad diſtinctionem recurrendum eſſet, an fuerit bonæ fidei poſſeſſor locupletior effectus, iuxtà tex. *in leg. item veniunt, §. eos autem, ff. de petit. hæred.* contra quem adhuc Actor iuſte poſſet obtinere, cùm locupletior in dubio præſumatur, iuxtà gloſ. opinionem *in leg. verum, ff. de pet. hæred.* quam ſequitur poſt alios Anna *allegat. 113.* vbi in fine ita iudicatum teſtatur, eandemque opinionem per arbitralem ſententiam à Doctiſſimis viris receptam, teſtatur D. de Franc. *dec. 31. in fin.*

Sed tantùm in propoſita ſpecie agimus, num
4 poſſit pro fructibus legitimæ filio debitis à die paterni obitus actio exerceri ſuper bonis hæreditariis per tertios poſſeſſis; & omiſſa longiori diſputatione, cenſeo actionem competere.

Moueor valida (ni fallor) ratione, nam fructus
5 legitimæ non conſiderantur vti quid extrinſecum ab ipſa legitima; ſed dicuntur Pars legitimæ, quicquid enim tam pro ſorte principali, ſeu corpore legitimæ, quàm pro fructibus debetur, totum dicitur legitima, quæ ex fructibus filio debitis aucta fuit, ita in petitione hæreditatis tradit gloſ. notabilis *in leg. item veniunt, §. fructus, in verb. omnes, verſ. ſed nota, ff. de pet. hæred.* cum qua omnes ibi tranſeunt; eſt enim ius vniuerſale, quod ex fructibus augetur, & ſub vnica actione vtrumque continetur, ſecus in iudicio particulari, in quo alia petitione eſt opus, vt tradit præcitata gloſ. quam multùm notabilem inquit ibi Bald. *in §. item non ſolùm, in princ.* eſt enim augmentum eiuſdem naturæ, & pars rei, cui accedit, *leg. etiam, in fin. Codic. de iur. dot. leg. inter ſocerum, §. cùm inter, ff. de pact. dotal.*

6 Hinc pro augmento feudi non fit noua inueſtitura, nec aliud præſtatur fidelitatis iuramentum, Andr. *in cap. 1. §. ſed etiam rei, num. 6. verſ. ſi verò agnatus, per quos fiat inueſtit.* & quod additur veteri feudo, non nouum dicitur, ſed naturam veteri feudi ſortitur, ita Ardiz. *in ſum. feud. cap. 47. ver. item puto ſi Dominus.*

7 Hinc augmentum dotis dicitur eadem dos, non noua *leg. 4.* vbi Bald. *ff. de iur. dot.* & vt plura omittam generaliter pro regula DD. tradunt, quod omne priuilegium principali datum, porrigitur ad eius augumentum, Angel. per illum tex. *in §. aliud quoque, num. 1. in Auth. de æqualit. dotis,* inde inferens, quod conceſſo Caſtro cum mero, mixtoque imperio, ſi deindè territorium per concedentem augeatur, videtur etiam in eo merum, mixtumque imperium conceſſum, & plura his ſimilia ex more congerit Tiraq. *in leg. ſi vnquam, in verbo donatione, num. 226. verſ. igitur,* & latiùs *in primo retractu, §. 1. gloſ. 18. num. 51. & ſeq.* & Caſtrenſ. *conſ. 8. iſta bona, col. fin. verſ. ad idem facit, vol. 1.* inquit quod patrimonium quod eſt quid vniuerſale, recipit augumentum, & par iuris eſt de ipſo augumento quod erat de ipſo vniuerſali, cui fit, & propriùs ad rem tradit Corn. *conſ. 302. col. 5. lit. M. verſ. confert. etiam, vol. 3.* relatus per Tiraq. *dict. §. 18. num. 51. in fine,* ſupplementum legitimæ eiuſdem iuris eſſe cum ipſa legitima. Addo Fulgoſ. *conſ. 83. Bonac. curſus condidit, in fine,* & Rub. Alex. *conſ. 156. n. 2.*

8 Si itaque pro legitima datur actio contra tertium poſſeſſorem, quod indubitatum eſt, facta diſcuſſione hæredis, vt fuit in caſu deciſum, videtur in eadem ſententia pariter deciſum, etiam pro fructibus, ex quibus legitima aucta fuit, actionem competere, iuxta gloſ. *in dict. leg. item veniunt, §. fructus, in verſ. omnes,* & ibi Bald. *in princ.* & Caſtrenſ. *num. 5.* dicens gloſ. ſubtiliter loqui, & communiter teneri, vel ſaltem erit hoc explicandum, cùm vtrumque ſub legitima contineatur.

9 Quod autem legitima ſit quid vniuerſale, augumentum recipiens etiam ex fructibus, ita vt ij pars legitimæ dicantur, ne hoc omittamus, tradit Fabian. de Ciocchiſ. *in repet. Auth. nouiſſima, num. 81. Cod. de inoffic. teſtam.* Marc. Ant. Peregr. *in tract. de fideicomm. art. 36. num. 69.* vbi ab hæreditate, & dote, quæ ex fructibus augentur, ad legitimam arguit. Ruin. *conſ. 55. num. 10. & 20. vol. 2.* Marc. Ant. Cucchus *in tract. de legit. ſub rubr. legitima pleno iure relinquenda, num. 10. vſque in fin. fol. 105.* Natt. *conſ. 56. num. 8. lib. 1.* Soccin. *conſ. 57. numer. 40. & 41. vol. 4.* idemque ſentit Ant. de Petr. *in tract. de fideicomm. quæſt. 15. num. 49. in fin.* vbi dum firmaſſet *num. 45. & ſeq.* in quibuſdam caſibus actionem pro legitima, eiuſve ſupplemento etiam contra tertium poſſeſſorem competere, ſubdit hæc verba, ſcilicet, *& quod dicitur de legitima procedit etiam pro fructibus legitimæ.*

Ex præmiſſis ſatis comprobatur, quod ſcripſit Bal. 10
vbique ab omnibus receptus *in l. non eſt ambiguum, num. 2. & 3. Cod. fam. erciſc.* inquiens deberi fructus legitimæ, etiam ſi bona fide fuerint conſumpti, non enim petuntur, vt fructus extantes verè, vel fictè, ſed tanquam pars rei, *dict. leg. non eſt ambiguum,* & Bald. ſequuntur Alex. *conſ. 69. num. 3. vol. 1.* Ruin. *conſ. 26. num. 22. vol. 3.* Boër. *dict. deciſ. 3. in finalibus verbis,* vbi alios citat, Soccin. *dict. conſ. 57. num. 39. & 40. vol. 4.* Peregr. *de fideicom. art. 36. num. 69.* Cucchus *ſub dict. rubr. legitima pleno iure, num. 10. in fin.* nec aliqua petitione opus eſt, vt tradit Iacobin. *dict. Auth. nouiſſima, num. 81.* ſequitur Menoch. *con-*

ſil. 77. numero 13. verſic. quod quidem.

11 Hinc etiam confirmatur, quod vbique in hoc ſibi præter morem ſemper conſtans, ſcribit Bald. inquiens, competere pro legitimâ petitionem hæreditatis, in dict. leg. non eſt, num. 3. in leg. ſi quis in ſuo, num. 4. Cod. de inoffic. teſtam. & in leg. ſi quis filium, ante num. 7. verſ. 3 quia, eod. tit. & alios recenſet Cran. conſ. 312. num. 4. verſ. quod competat, addo eundem Bald. in repet. leg. pater filium, col. 6. verſ. ſed circa ea, ff. de inoffic. teſtam. vbi quod ſuper corporibus hæreditariis agit petitione hæreditatis, & iudicio familiæ erciſcundæ, quia eſt hæres in legitima, & idem Bald. in leg. fin. num. 38. verſ. idem dico in inſtituto, Cod. de edict. Diu. Adrian. Menoch. conſil. 77. num. 15. & opinionem hanc magis communem aſſerit Cucc. de legit. ſub tit. legitima eſt quota bonorum, num. 17. filius enim cùm legitimam conſequatur, Patri hæres efficitur, Menoch. dict. conſil. 77. numer. 19.

12 Hinc etiam infertur, non poſſe filium legitimam tantùm conſequi, & hæreditatem repudiare, cùm hæreditario Iure legitima debeatur, Iaſ. in leg. 1. numer. 11. ff. de acqu. hæred. Ripa in leg. 1. numer. 157. ff. de vulgar. Menoch. dict. conſil. 77. numer. 20.

13 Hinc etiam ſequitur deberi fructus legitimæ, etiam ſi petita legitima non fuerit, nec aliqua mora interuenerit, ita Fabian. in repet. dict. auth. nouiſſima, num. 81. Menoch. dict. conſ. 77. num. 13. Cucc. in dict. tract. ſub rubr. de legit. pleno iure relinquenda, num. 10. fol. mihi 105. inquiens, non ex mora ficta, vel vera fructus deberi, etiam citra moram, cum ſit ius vniuerſale, & Peregr. de fideicom. artic. 49. num. 40

14 Ex præmiſſis etiam (quod ſatis ad rem confert) infertur, fructus legitimæ non acceſſoriè ad ſortem peti; ſed principaliter, cum legitimam augeant, iuxtà gloſ. in dict. §. fructus, & poſt alios Neguſ. de pignor. in 4. membr. 1. part. num. 50. & in ſpecie in legitima, hoc ſentit Bald. in dict. leg. non eſt. Codic. fam. erciſc. & Soccin. Sen. dict. conſ. 57. num. 40. verſ. item ſicut, & apertiſſimè Ruin. dict. conſ. 57. num. 13. in fin. & num. 20. & Cucc. in dict. rubr. legitima pleno iure relinquenda, in final. verb. verſicul. neque tamen.

15 His tandem (aliis quæ ex præcitatis locis colligi poſſunt ad huius rei ornatum poſthabitis) ſatis probari videtur, quod Bald. tradit conſ. 222. ſuper 1. puncto, num. 1. vol. 4. inquiens nunquam legitimam debere eſſe ſine fructu, quem ſequitur Peregr. d. art. 36. n. 61.

16 Nec vrget tex. in dict. l. certum. C. de reiuend. procedit vbi fructus, vt acceſſiones petuntur, ideóque indiuidua petitione opus eſt iuxta gloſ. in dict. leg. item veniunt, §. fructus, at hìc non acceſſoriè, ſed vti pars rei petitæ fructus ſub legitimæ petitione continentur, leg. ſi quis cum totum, ff. de except. rei iud. ita reſpondet. Bald. communiter vbique receptus in d. l. non eſt. C. fam. herciſc.

17 Secundò principaliter dicimus competere filiæ in caſu propoſito actionem pro fructibus, etiam contra tertios poſſeſſores, actione hypothecaria, quæ cùm realis actio ſit, poſſeſſorem quemcunque ſequitur, leg. pignoris, C. de pignor. leg. ſi fundus, §. in venditione, ff. eodem, conſtat autem patrem in teſtamento legaſſe eius filiæ vncias decem, & octo pro eius dote, & ſic pro legitima; pro re autem legata competit hypothecaria actio, leg. 1. C. com. de legat. §. 1. Inſtit. eodem, & notatur in l. 1. ff. de leg. 1. & vbi teſtator aliquid minus legitima in beneficium filij diſponit, tunc vſque ad legitimam lex ipſo iure ſupplet, & tam legatum, quàm ſupplementum capit filius ex patris voluntate, qui cenſetur ſe cum legis diſpoſitione conformare, & omne id quod deeſt relinquere. Bald. in leg. hac edictali, n. 8. C. de ſecund. nupt. vbi quod vnus nummus in teſtamento relictus trahitur ad legitimam totam, vndè videtur inſtitutus in legitima, ſequitur Dec. in leg. humanitatis, num. 7. verſ. ſecundo quia, C. de impub. & aliis ſubſtit. & in leg. fin. n. 24. C. de edict. Diu. Adr. toll. idem Dec. conſ. 234. in caſu mag. col. fin. verſ. non obſtant alia, & conſ. 407. n. 16. Rub. Alex. conſ. 115. num. 2. per tot. Bertrand. conſ. 10. egregiè Doctor, n. 3. & ſeq. vol. 1. refert Salic. in l. ſcimus, in fin. verſ. alij dicunt. C. de in offic. teſtam. Corn. conſ. 302. col. 6. lit. M. vol. 3. Cucc. de legit. ſub tit. bona an ſint pro legitima hypot. num. 8. Petr. Ant. de Petra in tract. de fideicom. q. 15. n. 47.

Ex hac communi opinione rectè inferri videtur 18
hypothecam ſuper re pro legitima relicta competentem, trahi etiam ad id, quod pro augmento ex præſumpta teſtatoris voluntate filio debetur, quod tradidit Fulgoſ. dict. conſ. 83. col. pen. verſ. pro legatis namque, inquiens pro augmento legitimæ eandem competere actionem, quæ pro re principaliter relicta competit, d. §. cum inter, ff. de pact. dotal. cum concord. ipſumque ſequitur Dec. conſ. 234. in caſu M. num. 6. & in verſ. non obſtat. Neguſ. de pignor. in 4. memb. 2. par. num. 164. in 24. caſ. verſ. quam tamen concluſionem; eandem opinionem poſt alios ſequitur. Niger. in repet. leg. 1. num. 142. ff. de leg. 1. eamque latè deffendit Ruin. vbi à num. 93. vſque ad num. 102. vbi num. 38. opinionem hanc veriorem, & æquiorem aſſerit.

His ſtantibus ſequitur, quod eadem hypotheca, 19
quæ pro re principaliter debita competit, detur etiam pro acceſſionibus, iuxtà regulam legis Lucius, ff. qui pot. in pign. hab. cuius legis regula locum ſibi vendicat, etiam in hypotheca legali, ſeu tacita. Bart. in l. ſi cum dotem, §. ſin autem in ſæuiſſimo, num. 7. ff. ſolut. matrim. latè Neguſ. de pignor. in 4. memb. 2. part. num. 47. & 55. & hoc verius, & magis communiter receptum teſtatur Rip. in l. priuilegium, n. 13. & 15. verſ. ſi verò loquamur. ff. de priuil. creditor. quod clarius procedit in iure vniuerſali, cùm tam res ipſa, quàm fructus eadem actione petantur; dicuntur enim pars rei d. leg. item veniunt, §. fructus, vbi gloſ. & DD. Neguſan. loc. præcit. n. 50.

Nec præmiſſis obſtat, quod dicitur in querela in- 20
officioſi teſtamenti, provt in aliis reuocatoriis actionibus deberi fructus poſt controuerſiam motam, leg. fin. §. non ſolùm, ff. quæ in fraudem gl. in l. ait Prætor, §. per hanc, il 2. in verſ. percipi, eod. tit. Angel. in eadem leg. ait Prætor, in §. præterea, il 2. verſ. in gloſ. iuxta opinionem Petri, & Cyni, relatam per Fab. de Ciocch. in d. Auth. nouiſſima, n. 284. facilis enim eſt reſolutio, nam loquuntur in actione reuocatoria, cum interim dominium ſit in accipientem tranſlatum, ideoque reuocatoria nulla eſt, cum nulla competat realis actio, vt notatur in §. item ſi in fraudem, Inſtit. de action. at hic dominium non fuit in tertium tranſlatum, cùm pro rata legitimæ dominium fuerit penes filium continuatum, ideóque reiuendicatio detur, ſecundùm Affl. deciſ. 162. & alibi, quæ vendicatio Domino datur, l. in rem, ff. de reiuend. realis autem actio contra tertium exercetur, non autem perſonalis, l. fin. in fin. ff. de contrah. empt. cum ſimilibus.

Item in reuocatoria illud tantùm reſtituitur, quod 21
erat in bonis debitoris tempore alienationis, fructus autem medio tempore percepti non erant in bonis, ideóque veniunt fructus, qui tempore alienationis

extabant

extabant, & poſt controuerſiam motam percepti, cum illi in damnum moroſi fingantur extare, ſecus in aliis medio tempore perceptis, vt declarat Angel. *in dict. §. præterea, per tot.*

22 Item tam in quærela inofficioſi, quam in aliis reuocatoriis agitur contra voluntatem Domini alienantis, *leg. 2. 3. & 4. ff. de inoff. teſtam.* at hîc ſupplementum eiuſque acceſſio ex præſumpta decedentis voluntate capitur, vt ſupra, ideóque magis ei fauendum, vt notant DD. *in leg. 1. circa finem, ff. de leg. 1.*

23 Nec omitto quod reſpectu fructuum perceptotorum a die obitus patris, quo tempore filia erat annicula, res nullam penitus habet dubitationem, & eſt extra præcedentem diſputationem, cum ab illo die vſque ad decimum octauum annum completum, ipſo iure fauore minoris ætatis mora contrahatur, ideóque tam fructus quam intereſſe debentur, ex regula *l. in minorum. C. in quib. cauſ. in integr. reſtit. non eſt neceſſè*, Alex. *conſ. 7. num. 8. verſ. & quod eo tempore, vol. 2.* & propriùs ad rem Socc. *dict. conſ. 47. num. 43. vol. 4.* & Ruin. *dict. conſ. 55. num. 12. in fin.* & 13. *vol. 2.* provt etiam à die litis conteſtatæ res pariter omni caret dubitatione *d. leg. certum C. de res vend.*

24 Ex quibus conſtare ſatis cenſeo iuſtè fore prouidendum, legitimam cum fructibus à die obitus patris deberi ſuper omnibus bonis in hæreditate remanſis, nec nõ condemnandos poſſeſſores ad omnes fructus per ipſos perceptos, durante minori ætate ipſius filiæ, ac etiam poſt litem conteſtatam, pro concurrenti tamen quantitate legitimæ, & fructuum.

Ferdinandus Brantia.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegia Illuſtris Domini Ducis Hadriæ, quæ habent clauſulam derogatoriam, an comprehendant perſonam Eccleſiaſticam volentem declinare forum?*

2 *Clericus non poteſt eligere in forum magnam Curiam Vicariæ.*

3 *Grammaticus* deciſ. 20. *cum Domino de Franchis* deciſ. 192. *in præſenti adducitur.*

4 *Eccleſia de iure communi non habet fori electionem.*

5 *Clericus pro rebus patrimonialibus non habet electionem fori, ſecus pro rebus Eccleſiæ.*

6 *Textus* in l. vnica. C. quando Imperator inter pupillos, & viduas, *non comprehendit perſonas Eccleſiaſticas.*

7 *Deciſio S. R. C. contra allegata in præſenti adducitur.*

ARGVMENTVM.

Clericus nùm pro iniuriâ ſibi facta habeat fori, electionem, cùm offenſus ſit in terra, ſiue Caſtro, quod eſt ſub vtili dominio Baronis, qui habet priuilegium cognoſcendi omnia, & quæcumque delicta cum clauſulis derogatoriis generalibus, Clericus an pro vindicatione rerum ſuarum patrimonialium fori electionem habeat; & de aliis.

ALLEGATIO LXXII.

FVIT dubitatum numquid priuilegia 1
Domini Ducis Hadriæ, quæ habent clauſulam deragatoriam cum illis verbis, nimirum: *Non obſtantibus quibuſcunque legibus, conſtitutionibus, & Pragmaticis de quibus oporteret ſpecialem facere mentionem, quarum tenor hîc habeatur pro expreſſo*: & patet ex particula priuilegij vltimo loco præſentata, comprehendant etiam perſonam; eccleſiaſticam offenſam, volentem declinare forum dicti Domini Ducis, & eligere in forum Magnam Curiam.

Super quo dubio breuiter, & perueras conclu- 2
ſiones loquendo, dicimus, dictum Clericum non poſſe eligere in forum Magnam Curiam, ſed eius cauſam eſſe terminandam in Tribunali dicti Domini Ducis; nam & ſi de iure controuertatur, numquid requiratur ſpecialis clauſula derogatoria in priuilegiis Baronum, ad diſpoſitionem. *leg. vnicâ C. quando Imper. inter pupil. & vid.* & Albericus ibi cum aliis quam plurimis, teneat, quod ad derogagationem illius textus ſufficiant illa verba *non obſtantibus, &c. de quibus oporteret facere ſpecialem*
mentionem, & ſic referat multoties ſe patrocinante 3
fuiſſe iudicatum, tamen quia noſtrum Sacrum Conſilium in pupillis, & viduis non fuit amplexum eius opinionem, & contra priuilegium Capuanorum decidit requiri expreſſam, & ſpecialem derogationem, vt dicit Gramm. *in deciſ. 20.* cuius opinionem etiam videtur ſequi Dominus de Franchis *in deciſ. 192.* quia Doctores iſti loquuntur in derogatione dictæ *l. vnicè*, quæ de Iure nõ cõprehendebat Eccleſiam, nec Eccleſiaſticam perſonam; cùm de hoc dubitaretur tempore Regis Roberti, fuit dubium tale, quod indiguit Regia deciſione, & ideo fuit factus textus in capitulo Regni, quod incipit *quia nulla legis ſanctio*, per quem tex. fuit prouiſum, quod Eccleſia gaudeat priuilegio dictæ *l. vnicè*, vt referunt Andr. in principio dictæ conſtitutionis *Statuimus*, & Afflictus ibidem *num. 11.* Dominus de
Franchis *deciſ. 234.* quia aliàs Eccleſia de Iure com- 4
muni non habet fori electionem, vt dicit Ioannes Andr. *in leg. cùm ſit generale, de foro competenti*, & Alex. *in conſ. 102. in fine vol. 5.* iſta tamen extenſio, quod conſtitutio regni *Statuimus*, comprehendat Eccleſiam, & perſonas Eccleſiaſticas vigore Capituli prædicti, fuit interpetrata tantummodò, quando Eccleſia, vel Eccleſiaſtica perſona agit pro rebus Eccleſiaſticis, ita dicunt Affl. *in deciſ. 157.* & Capyc. *in deciſ. 160.* Sed quando Clericus agit pro rebus patrimonialibus, iſto caſu nullam habet fori electionem, vt præallegati Doctores concludunt, & licet tex. *in cap. Eccleſiarum ſeruos. 12. quæſt. 2.* dicat, quod ſerui Eccleſiarum gaudent eiſdem beneficiis, quibus gaudent Eccleſiæ, per quem Doctores dicunt, quod Clerici habent priuilegium quod Eccleſiis competit, hoc non eſt verum, quia ille tex-

tus loquitur in caſu particulari, ſcilicet in angariis, quod ſint exempti Clerici ab angariis, & adeſt ſimilis textus *in leg. 2. C. de Epiſc. & Cler.* qui facit eos exemptos ab hoſpitandis militibus, & non valet conſequentia, eſt priuilegiatus in vno caſu expreſſo ad inſtar Eccleſiæ; ergo habet omnia priuilegia conceſſa Eccleſiæ, maxime vbi datur inſtar, vt ſupra viſum eſt in electione fori, & quotidie vidimus Eccleſias litigantes habere reſtitutionem in integrum, & tamen Clericus litigans non reſtituitur in integrum, vt probat Rocc. *de cur. in repet. cap. fin.*
6 *num.* 506. *de conſtit.* ex his ergo concluditur, quod perſona Eccleſiaſtica non eſt comprehenſa in diſpoſitione l. *vnicè*, aut conſtitutione Regni, quando non agit pro rebus Eccleſiaſticis, & ſi pro Clericis in aliis caſibus, quando agunt pro rebus propriis, aut pro offenſione ſuæ perſonæ, adeſſet, prout non adeſt aliqua lex, quæ hoc dicat, iſti tamen eſt derogatum per clauſulas derogatorias appoſitas in priuilegio dicti D. Ducis, & Pars aduerſa debet fundare legem, quæ hoc dicat, & quod illi legi non poſſit derogari, niſi expreſsè. Cætera ſuppleat ſuprema ſcientia Dominorum Iudicantium.

7 Hæc ſcripſi ab fundandam iuſtitiam Domini mei Ducis, pro quo tamen obtinere non potui; relata enim cauſa in Sacro Conſilio per Dominum Don Petrum de Vera ab Aragonia Regium Conſiliarium digniſſimum, de menſe Februarij 1596. cenſuit ſupremus iſte Senatus, quod cauſa remaneat in Magna Curia, & ſic contra Ducem, penes Secretarium, aut & penes Ioann. Baptiſtam de Puteo Magiſtrum actorum in criminalibus, in cauſa Petri Molignani de terra Aquaninæ, cum Illuſtriſſimo Duce Hadriæ.

Nardus de Fraya.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſeries proponitur.*
2 *Filius ex legitimo matrimonio natus, an præcedere debeat filio legitimato.*
3 *Melius eſt patrem habere legitimum, quamuis plebeium, quam illegitimum, & excellentiſſimæ nobilitatis: Et an legitimus, & naturalis in ſedendo, & in aliis honoribus deferendis præferri debeat non legitimè nato.*
4 *Legitimatio an ſit Alchimia, quæ ſpeciem in aliam non mutat, & num. 6. Vel ſit homo curatus à vulnere remanente cicatrice.*
5 *Legitimatus per legitimum, an poſſit in duello recuſari.*
6 *Legitimatus à legitimo an differat, prout differt imago ab eo, cuius imago eſt.*
7 *Legitimatus figuram tenet legitimi, ſed non ſubſtantiam.*
8 *Legitimatus aſſimilatur homini baptizato: Et an veniant legitimorum appellatione.*
9 *Legitimatus an ſuccedat in feudo, vel emphyteuſi Eccleſiaſtica.*
10 *Filij legitimati an ſedere debeant in menſa cum filiis legitimis, & naturalibus.*
11 *Legitimati an poſſint eſſe Cardinales, vel Auditores Rotæ: Et an Venetiis admittantur ad Regimen: Anve huiuſmodi homines ſint degeneres Populi, ignobiles, nec belloſortes.*
12 *Vbi de honore agitur, legitimatus non venit appellatione legitimorum.*

ARGVMENTVM.

Præcedentia, cuinam debeatur ex duobus ad Magiſtratum vno, eodemque tempore promotis, ſi vnus altero eſſet ſenior, & ad Doctoratus dignitatem prius aſſumptus; ſed non ex legitimis nuptiis natus; alter verò ætate, & gradu doctoratus iunior; ſed ex legitimo matrimonio natus. Legitimatus in quibus differat à legitimè nato, & de aliis notabilibus.

ALLEGATIO LXXIII.

CVm vno eodemque tempore ab Inuictiſſimo Domino Rege noſtro eſſent Regij Cōſiliarij creati Dominus Fabius de Anna filius eximij Iuriſconſulti Domini Ioannis Vincentij, & Dominus N. filius Domini N. iſte prætendit Dominum Fabium præcedere non alia quidem ratione, niſi quia eſt ſenior, & ad Doctoratus gradum priore loco promotus. 1

At ego, qui Domini Fabij partes pro iuribus ſuſtineo, credo ni fallor multa in prioribus allegationibus fuiſſe à me demonſtrata, ex quibus Dom. ni N. vana prætenſio eliditur. Nunc coactò (Deus ſcit,) & præter meam voluntatem addo ex alio, Domini Fabij iura in tuto eſſe, & ſine controuerſia; nam cum iſte ſit filius Domini Ioannis Vincentij ex legitimo matrimonio natus, Dominus verò N. non niſi filius ſit legitimatus Domini N. conſequens eſt dicere Domino Fabio præcedentiam deberi. 2

Etenim dicebat Gugliel. de Benedic. *in cap. Raynutius, in verbo Raynutius, de cler. numer.* 24. *&* 25. *extr. de teſtam.* quod melius eſt habere patrem legitimum, quamuis plebeium & pauperem, quam quod quis ſit filius illegitimus, & maximè ſpurius, vel inceſtuoſus patris, quamuis excelſæ nobilitatis, & Magnatum; quinimmò legitimus, & naturalis in ſedendo, & in honoribus deferendis, præferri debet non legitimè nato, quamuis legitimato, Bald. punctualiter *in cap. per tuas, num.* 2. *&* 3. *de maiorit. & obed.* Alex. *in leg. ex facto, §. ſi quis rogatus, in fin. ff. ad Senat. Conſul.* Trebel. Stephan. Bertrand. *conſ.* 169. *num.* 8. *lib.* 2. Eſt enim legitimatio Alchimia, quæ non mutat vnam ſpeciem in aliam, ſed facit, quod vna appareat alia. Vel eſt homo curatus à vulnere remanente cicatrice; Iaſ. *in leg. filio quem pater, num.* 14. 15. 16. 17. *&* 18. *ff. de liber. & poſthum.* & adhuc durat infamia facti, quia infamia ſequitur, 3 4

tur, ſicut lepra leproſum. Curt. Sen. *in leg. admonendi, lectura 2. num. 198. ff. de iureiurand.*

5 Hinc dicit Lanceil. Corradus *in Templo Iudicum. part. 3. concluſ. 24. num. 14.* quod legitimatus, per legitimum recuſari poteſt in duello, quia adhuc durat infamis infamia facti, non dicitur nobilis, nec de ſtirpe.

6 Et Bald. *in leg. hos etiam. Cod. de appellat.* dicit, quod ſic differt legitimatus a legitimo, prout differt imago, ab eo, cuius eſt imago, & Ioan. Licitier. *in tract. de iure primogen. quæſt. 13. num. 12. 13. & 14. lib. 1.* dicit legitimationem eſſe Alchimiam, eſſe imaginem, eſſe hominem ſanum remanente cicatrice, eſſe infamem infamia facti, & non eſſe legitimum.

7 Iaſ. *in leg. ſi is qui pro emptore, num. 206. de vſucap.* dicit eſſe infamem; & idem Iaſ. *in leg. cum acutiſſimi, num. 5. Cod. de fideicomm.* dicit, quod tenet figuram legitimi, non autem ſubſtantiam. Idem dicit Bald. *in cap. 1. num. 23. de conſt.* & *in cap. fin. de tranſl. Epiſcop.* ante numerum ſecundum. Dec. *conſ. 258. num. 2. & 7.* Natta *conſ. 624. num. 3.* Berous *conſ. 54. num. 18. 19. & 20. lib. 1.* & legitimatus dicitur filius abuſiuus. Brun. *in tract. de ſtatu exclud. fœminas, art. 12. quæſt. 4. num. 54.* poſt Bald. *in l. Paulus, ff. de ſtatu homin.*

8 Idem Bald. *in leg. manumiſſiones, ff. de iuſt. & iur.* aſſimilat legitimatum homini baptizato, qui licet baptizatus, non tamen eſt in eadem puritate, in qua erat Adam antè peccatum.

9 Et legitimatus non venit appellatione legitimorum, quando agitur de præiudicio alterius. Bologninus *conſ. 59. nu. 14.* & dicit Signorolus *conſ. 218. num. 17. & 18.* quod legitimati non ſuccedunt in feudo, vel emphyteuſi Eccleſiaſtica, quia non ſic augetur honor Eccleſiæ, dùm ſeruitur per illegitimos, conſiderato initio, quemadmodum augetur, dum ſeruitur per legitimos. Curt. Sen. *conſ. 16. num. 7. 8. & 9.* dicit eſſe filios Alchimiſtas, & Caſtrenſ. *conſ. 252. num. 2. parte* . appellat filios legitimatos filios factos legitimos, & filios legitimos, & naturales appellat eos, qui ſunt legitimi ab origine; & quod ſint infames tradunt etiam Galiauia *in §. & quid ſi tantùm, num. 29.* Caſſaneus *in conſuet. Burg. rubr. 85. conſ. ibi adiecto, n. 12.*

10 Hinc dicit Bald. in dicto capitulo *per tuas, num. 3.* quod non debet ſedere in menſa cum legitimis, & naturalibus, Curt. Sen. *in leg. admonendi, repet. 1. num. 7.* Lancell. Corrad. in Templo Iudicum, *in cap. incip. legitimos.* & omnino ſpurios facit *num. 2.* Natta *in leg. hac conſultiſſima, §. ex imperfecto, num. 105. Cod. de teſtam.* Port. Imol. *conſ. 106. num. 92.* Caſſan. *in catal. gloriæ mundi. parte 2. conſid. 15.* Rimin. iun. *conſ. 46. num. 44.* Gloſ. Pariſ. *tit. 1. §. 1. gloſ. 8. n. 7.* & Tiraquell. *de nobilit. cap. 15. num. 19.*

11 Hinc Cardinales eſſe non poſſunt legitimati. Couar. *de ſponſal. part. 2. §. 10. cap. 8. num. 4.* Nec Auditores Rotæ. Ibidem Nicol. de Vbaldis *de ſucceſ. ab inteſt. part. 1. num. 89.* & in ciuitate Venetiarum non admittuntur ad Regimen, quia apud bonos, & graues viros fit diſtinctio inter legitimatum, & legitimum, Fulgoſ. *conſ. 62.* Port. *conſ. 106. num. 96.* Rimin. Iun. *conſ. 48. num. 84.* Mantua *in ſuis dialogis, claſ. 10. cap. 19. & num. 5.* Gigaſ. *de crimine læſæ Maieſtatis, lib. 3. quæſt. 3. num. 12.* Neuizan. *in ſylua nupt. cap. eſt nubendum, num. 14. & 18.* dicens, quod tales homines ſunt degeneres Populi, ignobiles, nec belloſortes, nec fide ſtabiles, nec Deo amabiles, nec hominibus honorabiles.

12 Et vbi agitur de honore, legitimatus non venit appellatione legitimi, Molina *de primogen. lib. 3. cap. 3. num. 9.* Idem tradit Anchar. *in cap. tamen, num. 18. qui filij ſint legitimi.* Ex iſtis patet, quod dum de præcedentia contendunt legitimè natus, & legitimatus, cedere debet legitimatus legitimè nato.

Cyrus Maſtrillus.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſpecies, de qua hic proponitur.*
2 *Vaſſalli Baronis pro eorum libito poſſunt accedere ad molendina, quæ velint, derelictis molendinis Baronis viciniorib⁹.*
3 *Textus* in l. nauis onuſta 21. §. cum autem, ff. ad legem Rodiam, de iactu, *adducitur in præſenti.*
4 *Ponderationes adducuntur in præſenti contra Baronem.*
5 *Molitura merces quando, & qualiter per Barones poſſit augeri.*
6 *Textus* in l. proculus, ff. de damno infecto, *in præſenti affertur.*
7 *Magiſter actorum licèt regulariter non poſſit eſſe ciuis in propria patria, tamen multipliciter limitatur, vſque ad numerum 9.*
10 *Baro manutenendus eſt in ſua poſſeſſione, lite pendente.*
11 *Appellatio à Curia baiuli admittitur ad Curiam Baronalem.*
12 *Obſeruantia antiqua non eſt immutanda.*

ARGVMENTVM.

Baro, dum non habet ius prohibendi vaſſallis, ne ad alia molendina, quàm ſua, ad triticum molendum accedant, ſi cùm vaſſallis placuerit accederent, an poſſit pro molitura illam ab eis exigere mercedem, quæ ſibi videbitur. Magiſter Actorum, an, & quando in propria Patria creari poſſit. Appellatio à decretis Curiæ baiuli, ad quod Tribunal interponenda eſt: & de aliis.

ALLEGATIO LXXIV.

FRANCISCVS Claps I. V. D. vtilis Dominus Terræ Caſalis Noui, Prouinciæ 1
Principatus citra, in cauſa grauaminum propoſitorum per Vniuerſitatem Terræ prædictæ, domi deciſorum per D. Regium Conſiliarium Caratita, cauſæ Commiſſarium, ad beneficium dictæ Vniuerſitatis, reclamando obtinuit Regiam

giam decretationẽ, de verbo faciendo in S.R.C.vigore duarum ſupplicationum *fol.* 28. & *fol.*31. & quoniam in præſentiarum de tribus grauaminibus deciſis agendum eſt, ideò hæc breuiter pro vtili Domino in medium afferre non piguit.

2 Et quatenus pertinet ad deciſionem 6. Capitis, illam reformari petit; ſiquidem, nec iuris rigori, nec æquitati conuenit, vt ciues dictæ Terræ libero voluntatis arbitrio valeant triticum molere vbicumque libet, derelictis molendinis Baronalibus viciniori bus, & quoties vellent molere in molendinis Baronis ſoluere quid modicum pro molitura; prætextu antiqui ſoliti, dum pro reparatione, & conſeruatione ſuorum molendinorum ipſe Baro erogat magnas, & aſſiduas impenſas. Cúmque ſeruari debeat æqualitas inter vaſſallos, & Baronem, certè iuris, ac æquitatis ratio poſtulat, vt Baro in vno grauatus, in

3 altero releuetur; alioquin duplici onere grauaretur, à quo leges abhorrent, ad tex. *in leg nauis onuſta,* 21. §.*cum autem, ff.ad l. Rhod.de iact.* tradunt Crau.*conſ.* 111.*num.*8.& *conſ.*201. *num.*13.Boër.*deciſ.*162.*num.* 2. D.de Franch. *deciſ.*22. *num.*5. Capiblanc.*ſing.*21. eoque magis, quod in re ſua quilibet eſt moderator, & arbiter, *leg.in re mandata* 21. *Cod.mand.* & in puncto ita pro Barone deciſum à quondam Eminentiſſimo Iureconſulto D. Vincentio de Franch. teſtatur D.Rou.*ad pragm.ſanctionem* 14.*de Baronibus, num.*6.

4 Ponderando, quod loca, & oppida viciniora ſoluunt pro molitura longè maiorem mercedem, ſicut patet ex atteſtationibus, & teſtimonialibus quatuor Vniuerſitatum *à fol.* 33. *vſque ad fol.* 35. *& à terg.*

5 Nec refert quod Barones dictæ Terræ diutino tempore vniformem mercedẽ molituræ habuiſſent, quam augere modo contendit Franciſcus Nouus Baro; Nam in actibus meræ facultatis, neque introducitur conſuetudo, vt aſſeruerant DD. *in leg.viam publicam, ff.de via publica,*& obſequuntur Dec. *conſ.* 174.*num.*6. *verſ. præterea licet.*Caſſan.*conſ.*11.*n.*16. Natt. *conſ.*106.*num.*9. Roland. *conſ.*53. *num.*38. *lib.* 2. Burſat.*conſ.* 360.*num.*84. *verſ.quare concludendum.* Gutier. *canon. quæſt. lib.*2. *cap.*21. *num.* 144. Caccher. *deciſ.* 99. *numer.* 43. Theſſaur. *deciſ.* 16. *numer.* 3.

6 Neque robur obtinet præſcriptio, *leg.proculus* 26.*ff. de damn.infect. leg.ſi in meo fundo* 21. *ff. de aq. pluu.arcen.* & in hiſce locis ſcribentes, quibus adſtipulantur Ant. Gabr.*com.concl.lib.*5. *tit.de præſcript. concl.*10. Surd. *conſ.*127.*n.*84. Honded. *conſ.*82.*n.*8. *lib.* 1.

7 Item contendit reformari deciſionem 14. capitis, quippe qui licèt Magiſter Actorum regulariter nequeat eſſe ciuis in propria patria, attamen in terminis præſentis controuerſiæ hoc eſt omnino permittendum.

8 Tum quia id licitum proculdubio eſt in oppidis exiguis, prout eſt oppidum Caſalis Noui focul ariorum 153. ita præclarè aſſeuerant Afflict. *in conſtit. Iuſtitiariis.* Theſ. *in deciſ.*268.Capell.*ad pragm.* 3.*de Baronib.n.*226. Epiſc.Ricc.apud D. de Franch. *deciſ.*9[illegible]

9 Tum etiam, quia inter cætera antiquiſſima capitula dictæ Vniuerſitatis *fol.*22. confirmata vſque in præſentem diem, expreſsè legitur quod Magiſtri Actorum eſſe debeant ciues, & ita obſeruatum à tempore immemorabili, & de iure non ambigitur, quod conſuetudo immemorialis iuriſdictionem tribuit nõn habenti, *cap.cùm contingat* 13. *extr. de for.compet. l.fin.Cod.de emancip. liber. libert.* ibi, *vel ex longa conſuetudine*: & ingenuè fatentur Conſultus *ſing.* 325. Follet. *in cap. quia nulla legis ſanctio, num.*8. Roman. *conſil.* 243. circa finem. Anton. Piagius *de conſuetudine, quæſt.* 8. *numer.* 245. *& ſequent.*

Tum pariter, quia interim Baro manutenendus eſt in ſua poſſeſſione, ſeu quaſi lite pendente, ſicut egregiè concludunt Anna Sen. *ſing.* 556. *&* 557. Marced. de Maur. *alleg.*32. vbi deciſum teſtatur. 10

Præterea reformari petit deciſionem 21. capitis, dum conſpicui Iuris eſt, à Curia baiuli appellandum eſſe ad Curiam Baronalem, ita dictat Conſt. Reg. *Officiorum,* & ſic eleganter memoriæ mandarunt Follet.*in conſt.capitaneorum, num.*143. Frecc.*de ſubfeud.lib.*2. *auct.* 16. D.de Pont. *de poteſt. Proreg. tit.*3.§.1, *num.*49. D. Rou. ſuper Pragm. *leg. de offic. baiul. num.*26. Capibl. *in Pragm.*8.*de Baron.part.*1. *num.* 179. 11

Præſertim quia ita ſemper fuit obſeruatum, & minimè mutanda ſunt quæ fuerunt longiſſimo tempore obſeruata, *leg. minimè* 22. & *leg. diuturna* 32. *ff.de legib.* 12

Et ità Iuris eſſe cenſeo, ſalua ſupremi Senatus cenſura.

Flaminius Claps V. I. D.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſeries proponitur in præſenti.*

2 *Familiaris Epiſcopi laicus, & vxoratus, priuilegio fori non gaudet.*

3 *Familiares Epiſcopi conductitios, & temporales, nullo Canone, vel lege probatur exemptos eſſe à Iudice laico, vſque ad numerum 4.*

5 *Tex.* in cap. 1. de pœnis in 6. *&* cap.fin. de offic. Archidiaconi, iuncto Canone, Eccleſiarum ſeruos, 12.quæſt.2. *nihil probant pro Eccleſiaſticis.*

6 *Doctorum opinio eſt, familiares Epiſcoporum priuilegio gaudere, niſi conſuetudo ſit contraria.*

7 *Familiares Epiſcoporum laicos, & conductitios, conſuetudo Doctorum in hoc Regno dicit non gaudere.*

8 *Sacrilegij crimen eſt mixti fori, in quo habet locum præuentio.*

9 *Text.* in cap. cùm ſit generàle, de foro competenti, *explicatur.*

10 *Iuriſdictio quando dicatur præuenta, & per quem actum.*

11 *Citatio realis ſubſequens poſt capturam perſonæ, potentior eſt verbali.*

12 *Text.* in l. ſi ſeruus plurium, *vbi Bal. & alij*, §. ſi quis, de legatis 1. *adducitur pro quæſtione.*

13 *Officialis delinquere intuitu officij quando dicatur.*

14 *Officialis delinquens intuitu officij per quem puniri debet?*

15 *Affl. deciſio* 219. *adducitur in præſenti.*

16 *Caranita ſuper ritu Magnæ Curiæ Vicariæ* 49. *pro quæſtione affertur.*

ARGVMEN

ARGVMENTVM.

Familiares Epiſcoporum laici, ſi in aliquod crimen inciderint, an forum Iudicis ſecularis declinare poſſint, ſicque, vt non niſi à Iudice Eccleſiaſtico cognoſci valeant. Laicus ſi ſacrilegij crimine notatur à quonam ſit puniendus. Præuentio an detur in Regno in criminibus mixti fori.

ALLEGATIO LXXV.

1 AFFECTAT mirum in modum admodum
Reuerendus Prior Cartuſiæ S. Laurentij
prope Padulam, vti Ordinarius in Oppi-
do Caſalis Noui, ad ſe e Curia Caſalino-
uenſi auocare cauſā Notarij Ioannis Niſij Bonterij,
inquiſiti de alapa per eum illata cuidam preſbytero,
aſſerens huiuſmodi cauſæ totalem, atque omnimo-
dam cognitionem ad ſe triplici iure ſpectare. Pri-
mò, quia inquiſitus eſt familiaris dicti Monaſterij
S. Laurentij. Secundò quia delictum eſt Eccleſia-
ſticum. Tertiò quia commiſſum intuitu officij. Quæ
prætenſiones quantum ſint inanes, & parui ponde-
ris, ex his, quæ dicemus, prædicta capita ſigillatim
diſcutientes, breuiter apparebit.

2 Et quoad primum caput familiaritatis attinet,
illud in primis conſiderandum eſt, quod prædictus
inquiſitus eſt merus laïcus, vxoratus, habens do-
micilium cum vxore, & tota familia in dicto Op-
pido Caſaliſnoui, & Monaſterium prædictum eo
tantùm vtitur in conficiendis inſtrumentis, & vti
Procuratore ad lites, & ad negotia, conſtituta ei-
dem annua mercede, & penſione; Quapropter
nulla ex his inducitur familiaritas ad exemptionis
priuilegium requiſita, cùm huiuſmodi priuilegium
comprehendat tantùm familiares perpetuos, & non
temporales, atque conductitios. Doctrina commu-
nis eſt Canoniſtarum. *in cap. 2. extr. de foro compet.*
quam ſequitur Anton. Franc. ad Abb. *in c. ex reſcri-
ptis, extr. de loc. & conduc.* & in terminis tenēt Gram.
conſ. 102. *num.* 16. & Capyc. *deciſ.* 12. quorum, &
veriorem, & magis communem ſententiam eſſe te-
ſtatur Michaël Graſ. *lib. 1. comm. opin. tit. 2. de Epiſ.
& cler. num.* 48 *tom.* 1.

3 Sed eſto quod mentionatum priuilegium com-
prehenderet temporales etiam, & conductitios fa-
miliares, nihilominus affirmare mihi fas ſit, præ-
tentionem Reuerendi Patris Prioris vti Ordinarij
Terræ Caſaliſnoui in cognoſcendo familiares ſuos,
quamuis laïcos delinquentes, eſſe mere ſomnium
4 vigilantium; peto enim, qua lege, quo canone,
quaue aliqua alia Pontificia conſtitutione cauetur,
vt Ordinarius, ſiue Epiſcopus is ſit, ſiue alius iuriſ-
dictionem quaſi Epiſcopalem in aliquo loco ha-
bens, vt ſit Iudex competens in cognoſcendo fami-
liarem ſuum laïcum aliquo delicto notatum; certè
nullo iure cautum eſſe inuenimus; Canones enim,
5 quos audio pro Epiſcopis allegari, *in cap. finali, de
officio Archidiaconi. in cap. 1. de pœnis in 6.* & *in canon.
Eccleſiarum ſeruos 12. quæſt. 2.* nullatenus probant
id ad quod allegantur, vt bene obſeruauit nouiſſi-
mus ſcribens Gaſp. Anton. Theſ. *quæſt. forenſ. lib. 3.
quæſt. 78. num.* 5. vbi iuribus prædictis ſigillatim reſ-
pondit. Et tamen bene verum, quod Magna Do-
ctorum caterua hoc affirmarunt, nimirum, vt fami- 6
liares laïci Epiſcoporum, cum in aliquod ſcelus in-
ciderint, non niſi ab ipſis Epiſcopis cognoſci poſ-
ſint; ſed eſt opinio Doctorum, & pro contraria parte
poſſem quàm plurimos allegare; at in hoc nō inſiſto,
quia ſum contentus concedere, magis communem
eſſe opinionem pro Epiſcopis; ſed cum hac decla-
ratione, niſi contraria conſuetudo repugnet, vt ſa-
tis bene ex recentioribus loquitur doctus Hiſpanus
Parlador. *quotid. different. iur. in 9. different.* §. 1. *n.* 8.
& 9. quod autem in hoc Regno conſuetudo ita ſe 7
habeat, vt ſemper hi familiares laïci cum delique-
rint, cogniti ſint à Iudicibus ſecularibus, notum eſt
Deo, & hominibus, nec à ſeculo eſt auditum, vt
illorum delicta cognita ſint à Iudicibus Eccleſiaſti-
cis; & poſſum ego atteſtari, propriis oculis vidiſſe
in hac ciuitate, quæ eſt Caput Regni, domeſticos
Illuſtriſſimi Domini Archiepiſcopi, propter eorum
patrata facinora non niſi a Magna Curia cognitos
fuiſſe; in terra autem Caſalis noui, quæ eſt ſub vtili
Dominio fratris mei primogeniti, ſemper, & omni
tempore ciues laïci inſeruientes dicto Monaſterio,
propter commiſſa ab illis crimina, non niſi à Baro-
nali Curia fuerunt cogniti, abſque vlla RR. Patrum
Priorum pro tempore querimonia; quo fit, vt in
caſu præſenti de prætenſa familiaritate nulla ratio
haberi, aut debeat, aut poſſit.

Quod verò pertinet ad ſecundum, affirmo indu- 8
bitanter admodum Reuerendiſſimum Patrem Prio-
rem, etiam ſuccumbere debere; ſumus etenim in
ſacrilegio, quod crimen eſt mixti fori, & in eo lo-
cum eſſe præuentioni vnanimes concludunt ſcri-
bentes *in c. cùm ſit generale, extr. de for. compet.*
quos ſequuntur Borrell. apud Bellug. *in ſpecul. rub.* 11.
§. *videamus.* (Secundò huius initij) Guido Papa
deciſ. 562. & Iul. Clar. *lib. 5. ſententiarum, quæſt.* 37.
verſ. vlterius quæro. qui allegat Mantuanum de com-
muni atteſtantem. Sed quoniam Baronalis Curia
Caſalinouenſis præuenit in cognitione huiuſmodi
criminis, procedendo vſque ad contumaciam, &
annotationem mobilium contra inquiſitum, vt con-
ſtat ex actis; ergo neceſſariò infertur hanc cauſæ
cognitionem ad Baronalem Curiam omninò perti-
nere, ſaltem virtute præuentionis.

Accedit etiam, quod in crimine ſacrilegij ille 9
Iudex competens dicitur & cauſam expedire de-
bet, qui fuit aditus, & electus per Partem offenſam,
vt ad litteram probat tex. *in dict. cap. cùm ſit generale,
de for. compet.* ibi, *poſſint, ſub quo maluerint Iudice
conuenire.* Verùm in caſu de quo agitur, Clericus
percuſſus adiuit Iudicem ſecularem, coram quo ex-
poſuit quærelam contra inquiſitum, eademmet hora
commiſſi ſceleris, vt ex actis liquet: igitur dubium
non eſt, quod huiuſmodi cognitio ſpectet ad Cu-
riam Baronalem, ex electione querelantis, ponde-
rando dictum tex. qui hoc expreſsè decidit.

Nec obeſt aſſerta præuentio ex aduerſo inducta 10
per citationem realem ab admodum Reuerendo
Priore. Primò, quia iam erat tunc præuenta iuriſdi-
ctio per electionem factam Iudicis ſecularis, ideſt,
Curiæ Baronalis, *dicto c. cùm ſit generale.* Secundò
quia tredecim dies ante præceſſerat contumacia
contracta in Curia Caſalis noui, & iure cautum eſt
per ſolam citationem verbalem præoccupari iuriſ-
dictionem tex. eſt expreſſus *in l. ſiquis poſteà, ff. de
Iudic.* Et licèt Angel. *in tract. malefic. in verb. Iudex
commiſit*, teneat oppoſitum, nempe quod realis ci- 11
tatio ſubſequens per capturam perſonæ ſit potentior
verbali, allegans multos Doct. nihilominus Angel.
opinio, nec tex. aliquo, nec eorumdem Doct. au-
ctoritatibus

ctoritatibus comprobatur, quinimmò ex diametro
refragatur dict. *leg. ſi quis poſteà*, vt peritè quidem
animaduertit. Auguſt. ibidem *in addit. ad Ang.* Et
nos pro noſtra confirmanda ſententia adducimus
Mar. Soccin. *in c. propoſuiſti, extr. de for. comp in 8.*
quæſt. num. 22. qui expreſsè aſſeuerat, ad præuentio-
nem inducendam ſufficere verbalem citationem,
cuius deinceps effectus talis eſt, vt realis poſtea ſub-
ſequens citatio nihil operetur. Tertiò quia fuit pro-
curata, & affectata, qua de re ſuum non ſortitur ef-
fectum; nec aliquo modo prodeſt, Bald. Angel. &
12 Imol. *in leg. ſi ſeruus plurium*, per illum tex. §. *ſi quis*
ff. de legat. 1. Felyn. *in capit. non debet, extr. de teſtib.*
Iaſon. *in leg. ſi pluribus, ff. de legat.* 1. *in fine, num.* 26.
Alciat. *in* 1. *lib. de verb. ſignific. num.* 109. *prope finem*,
Caſſan. *in conſuet. Burg. rubr.* 3. §. 1. *num.* 10. Foller.
in 1. *parte* 2. *partis ſuæ praxis criminalis, in verbo, au-*
diantur excuſatores, num. 62. ſed quid immorandum
in hoc, ſi in hoc Regno ex generali conſuetudine
in criminibus mixti fori adhuc Iudex laïcus priua-
tiuè contra ſubditos ſuos procedit, nec aliter præ-
uentioni fit locus, vt nouiſſime atteſtantur duo Ab-
bates Caſinenſes, & hi ſunt Alph. Villagut. *deciſ.* 16.
& Iacobus de Graſſiis in ſuis deciſionibus caſuum
conſcientiæ *parte* 1. *lib.* 4. ſuper Bulla cœnæ, *cap.* 15.
in verſ. quominus, & num. 14 quibus addo Dominum
Regentem de Ponte in ſuis iuriſdictionalibus ma-
nuſcriptis, *in tit. de ſortilegiis.*
13 Quod verò pertinet ad tertium pluribus opus
non eſt, cùm nullo modo dictus Notarius intuitu
officij deliquerit, poſteaquam eius officium illud
erat, vt bona alterius Clerici in inuentario deſcri-
beret. Vnde percutiendo poſteà quemdam alium
Sacerdotem, contra quem nihil habebat in com-
miſſis, fateri omninò neceſſe eſt dictum Notarium
inquiſitum intuitu officij non deliquiſſe, vt in ſimi-
libus terminis aſſeuerat Rebuff. *in tract. de ſent. exeq.*
Gloſ. 15. *in conſt.* 1. *to.* 1. inquiès, quòd exequutor tũc
dicitur in officio delinquere, quando pecuniam ac-
cepit, vt non exequatur, vel differat exequutionem,
donec litteræ appellationis impetrentur; ſin autem
occideret, vel vulneraret homines contra exerci-
tium ſui officij, tunc puniretur ab eo Iudice, in cuius
territorio deliquit, & hanc ſententiam ſequitur
Petr. Foller. *in ſua prax. crim.* 1. *par.* 2. *par. in verb. aud.*
excuſ. num. 146.
14 Sed dato, quod deliquerit intuitu officij, & pro-
pterea puniri poſſit à dicto admodum Reuerendo
Priore, à quo habuit officium, iuxta terminos tex.
in leg. nullum C. de teſt. nihilominus quia delictum
fuit commiſſum in Oppido Caſalis noui, cuius oc-
caſione Curia Baronalis eſt etiam competens, *leg.* 1.
& Authent. quæ in Prouincia. C. vbi de crim. agi opor.
& ſecundùm Bald. communiter receptum *in dict. leg.*
nullum, vterque Iudex in caſu propoſito habet iuriſ-
dictionem, ſequitur, quod inter eos ſit locus præ-
uentioni, *leg. ſi pluribus, ſupra allegata*, & *leg.* 1. *ff. de*
officio Præſ. & ita in facti contingentia per Sacrum
Conſilium determinatum, teſtis eſt Afflictus *deciſ.*
15 119. dum refert, quod quidam teſtes, qui depoſue-
runt falſum in Curia Archiepiſcopali huius ciuita-
tis, accuſati poſteà in Magna Curia de eodem falſi-
tatis crimine, fuerunt puniti in dicta Magna Curia,
quæ potuit procedere, ſed in præſenti quæſtione,
Curia Baronalis præuenit, vt ſuperiùs dictum eſt,
ergo neceſſariò concludendum, dato, quod deli-
ctum ſit commiſſum intuitu officij (quod ſuo qui-
dem Iure negamus) adhuc tamen huiuſmodi crimi-
nis punitionem ad Baronalem Curiam ſpectare, ne-
mo eſt qui non videat.
16 Huc etiam pertinet, quod ſcribit Carauita ſuper
ritu 49. & ante eum Ancharanus, & Anton. de Bu-
trio, quos ipſe non allegat, *in cap. cùm contingat, extr.*
de for. comp. laïcos ſcilicet delinquentes in officiis,
quæ habent à perſonis Eccleſiaſticis, puniendos eſſe
à Iudice ſeculari, & non Eccleſiaſtico.

Ex his itaque, manifeſtè deducitur nullum ius fouere dictum admodum Reuerendum Priorem, cùm oppoſitæ per eum exceptiones nihil officiant, ac proinde pro Baronali Curia pronunciandum eſt omninò, iuxta ſapientiam, & religionem Illuſtriſſimorum Dominorum Regentium, qui in hac cauſa pro veritate, vt Deus ſcilicet, iudicaturi ſunt.

Cætera, ſi quæ deſunt, ipſimet Illuſtriſſimi Domini mei pro ſolita eorum benignitate ſuppleant.

Flaminius Claps V.I.D.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſeries proponitur, de qua hîc.*
2 *Eccleſia, & perſona Eccleſiaſtica pro bonis emptis, qualiter teneatur ſoluere collectas.*
3 *Laicorum bona tranſeunt ad Eccleſiam cum onere ſuo, vſque ad num.* 4.
5 *Eccleſia tenetur ad onera realia pro bonis emptis, & donatis, & multò magis ſi cum pacto ſoluendi tranſeant, vſque ad num.* 6.
7 *Text.* in cap. 1. de immunitate Eccleſiaſtica, *adducitur in præſenti.*
8 *Collectæ, & impoſitiones ſunt onera miſta.*
9 *Collectæ ſecundum quam æſtimationem ſoluantur in Regno.*
10 *Collectæ in Regno imponuntur perſonis pro rebus.*
11 *Regula illa, quod res tranſeat cum onere, qualiter intelligatur, vſque ad n.* 12.
13 *Collectarum exemptio, an & quando Vniuerſitati præiudicet.*
14 *Scandalum paſſiuum quodnam ſit, & an permittatur.*
15 *Collectarum onus eſt perſonale, tum de iure communi, tum etiam de iure regni.*
16 *Collectæ in regno qualiter ſoluantur, attentis capitulis Papæ Honorij.*
17 *Collectarum taxa eſt certa, & perpetua.*
18 *Inſtrumenti verba, de quo in præſenti, ponderantur.*
19 *Conſtitutio Regni* Item ſtatuimus, *conformis eſt capitulis Papæ Honorij.*
20 *Pragm. Regis Ferdinandi I. adducitur in præſenti.*
21 *Regiæ Cameræ prouiſiones in præſenti adducuntur.*
22 *Obſeruantia totius Regni circa collectas, qualiter practicetur.*
23 *Eccleſiaſtica bona quomodo, & qualiter ſint exempta de iure communi, & regni.*
24 *Priuilegium alicui conceſſum qualiter intelligatur, & quomodo.*

25 *Capitulum*

25 *Capitulum primum Regis Roperti adducitur, & explicatur.*
26 *Decreta Regiæ Cameræ pro deciſione articuli adducuntur.*
27 *Concordia Cardinalis Alexandri legati Pontificis Pij V. cum Rege Catholico Philippo II. qualis fuerit.*
28 *Conſultatio facta per R.C. Comiti Mirandæ, tunc Proregi huius regni, adducitur pro deciſione articuli.*
29 *Bona exempta ſunt multiplici genere, ſcilicet Eccleſiaſtica, & bona Clericorum.*
30 *Collateralis Conſilij deciſio inter Vniuerſitatem Terræ Galatinæ, & Clericos eiuſdem, affertur.*
31 *Praxis totius Regni, quid in præſenti ſeruauerit.*
32 *Capitulum regni* Item ſtatuimus, *cum concordantibus adducitur.*
33 *Pragmatica contra immunitatem Eccleſiaſticam ſunt irrita, & nulla.*
34 *Regula iuris, Quod non, quod fit, ſed quod fieri debet ſeruandum ſit.*
35 *Prouiſiones Regiæ Cameræ circa bona empta, & donata, qualiter intelligantur, vſque ad num. 36.*
37 *Bona tenentia, & Collecta qualiter per Clericos ſoluantur.*
38 *Concluſio totius diſcurſus in præſenti adducitur.*

ARGVMENTVM.

Eccleſia nùm pro bonis emptis, & donatis à laicis collectam ſoluere teneatur, vel potiùs dicendum eſſe illam ab hoc onere exemptam. Onus Collectarum, an ſit reale, vel perſonale, vel potiùs mixtum: & de pluribus notabilibus ad materiam pertinentibus.

ALLEGATIO LXXVI.

1 COLLEGIVM Theatinum Societatis Ieſu anno 1601. emit à Ioanne Carolo Sciola ciue Terræ Guardiæ Grelis quædam territoria poſita in pertinentiis Terræ Buchianici, pro pretio ducatorum duorum millium: ciues dictæ terræ Buchianici, videntes, quod prædicta prædia tranſibant in dominium Eccleſiæ exemptæ ab oneribus, quæ ſoluebant, dum erant in manu laicorum, petierunt ab admodum Reuerendo Patre Claudio Aquauiua, tunc Generali Societatis Ieſu, vt miſeratus illius Vniuerſitatis paupertatem, iuberet à Collegio contribui ad onera prædicta, moderando priuilegium immunitatis Eccleſiaſticæ; qui Pater Generalis die 17. Ianuarij 1605. ſcripſit Rectori illius Collegij, vt ex qua-

D. Reg. de Marinis Allegat. collect.

tuor partibus collectarum ordinariarum impoſitarum pro ſolutione functionum fiſcalium, quas ſoluebat pro dictis bonis Ioannes Carolus, ſolueret Collegium tres partes, & pro quarta parte vteretur priuilegio immunitatis. Et idem Pater Generalis declarauit in vna ſua epiſtola, quod nomine collectarum ordinariarum intendebat includere ſolas illas, quæ habent certam, & determinatam præſtationem pro functionibus fiſcalibus, ad excludendas perſonales, & extraordinarias, quæ non habent certam, & determinatam præſtationem, & ſunt deputatæ ad alias neceſſitates, & onera Vniuerſitatis. Cúmque ſuper hac re deberet confici publicum inſtrumentum, Rector, qui eo tempore erat, die 26. Martij, 1605. errore deceptus promiſit ſoluere annuatim quadraginta ducatos cum dimidio, quæ erant tres partes integræ ex quatuor, quas ſoluebat Ioannes Carolus venditor pro omnibus oneribus, tam ordinariis, quàm extraordinariis; cum tamen vera Collegium ex conceſſione Patris Generalis non deberet ſoluere, niſi tres partes ex quatuor, quas ſoluebat dictus Ioannes Carolus pro ordinariis tantum oneribus, quæ ſumma aſcendit ad acto ducatos annuos, gr. vnum, & denarium vnum cum dimidio: & tamen dictos quadraginta ducatos cum dimidio ſoluit Collegium per plures annos cum graui ipſius detrimento; ſubſequens verò Rector anno 1614. præuia abſolutione à iuramento, petiit in Regia Audientia Aprutina reſcindi dictum inſtrumentum, & ſibi reſtitui ſuperfluum, quod fuit ſolutum, vt patet ex proceſſu ſuper hoc facto.

Vniuerſitas Buchianici prætendit exigere à Collegio integras tres partes, vt fuit promiſſum in inſtrumento confecto.

Tres difficultates ſuper hoc facto veniunt diſcutiendæ. Prima eſt, An Collegium teneatur de iure communi pro dictis terris ſoluere omnes, & integras impoſitiones, ſicut ſoluebat Ioannes Carolus venditor. Secunda, An id debeat de Iure Regni. Tertia, An ſaltem ad id teneatur ex conceſſione Patris Generalis, & ex pacto, & conuentione Partium in inſtrumento inita. 2

Quantum ad primam difficultatem videtur dicendum, quod Collegium debeat ſoluere integras collectas & impoſitiones. 3

Primò, quia dicta bona tranſeunt ad Eccleſiam cum onere ſuo, præſertim cùm fuerint hypothecata pro debitis Vniuerſitatis, & pro ſoluendis fiſcalibus, & ideò tranſire debent ſine præiudicio hypothecæ. *Clem. 1. de cenſibus*, vbi gloſ. *in verbo, ſenioribus*, & *cap. ex literis, de pignoribus*, vbi res tacitè obligatæ dicuntur tranſire cum onere ſuo.

Secundò, quia ſi tranſirent huiuſmodi bona exempta, fieret graue præiudicium Vniuerſitatis, cùm priuaretur impoſitionibus, quas ab immemorabili tempore exegit pro dictis bonis. Confirmatur quia ex hoc oriretur grande ſcandalum inter ciues, maximè inter pauperes, à quibus eſſent ſoluendæ collectæ quas deberet ſoluere Collegium. Vnde dicendum, quod iſte caſus non includitur in priuilegio immunitatis, vel certè tale priuilegium debet reuocari. 4

Tertiò, Eccleſia tenetur ad onera realia, at onus his bonis impoſitum eſt reale, quia vel ſunt obligata pro debito Vniuerſitatis quod eſt reale, vel pro ſoluendis fiſcalibus, & hoc etiam onus eſt reale, & ordinarium. Iſernia *in cap. 1. quæ ſint realia, in verſic. extraordinaria collatio*, vbi ait, quod fiſcales Regni dicunt, quod collecta eſt munus patrimoniale, & ordinarium, tenet Lucas de Penna *in leg. 1. Cod. de Indiction. num. 3. lib. 10.* & dicit Bartol. Cæpola in 5

 conſi

conſilio quod edidit pro ducentis triginta millibus ducatis annuis,qui anno 1449.fuerunt promiſſi Alphonſo I.Regi,ex conuentione inita inter Regẽ prædictum,& totum Regnum(ſublatis collectis,& aliis impoſitionibus) quod conſilium habetur inter conſilia Felini *conſ.* 4. quod taxa generalis, ordinaria, certa, & perpetua, ſiue ſit tributum, ſiue collecta, vel alio nomine nuncupetur, afficit rem, & tranſit res cum onere ſuo, & idem omnino dicit Barbatia *in conſilio ſuo* 1. de eadem omnino re, *vol.*3. vnde vterque in gratiam Ferdinandi I. Regis Alphonſi filij,dixerunt quod res affecta hoc onere ſoluendi prædictos ducentos triginta mille ducatos tranſibat cum onere ſuo, etiam ad Eccleſias, & conſequenter Eccleſiaſtici tenebantur ſoluere pro dictis bonis, ſi ad ipſos perueniebant.

6 Quartò, quia cum iſto onere collectarum fuerunt expreſsè dicta bona vendita Collegio à Ioanne Carolo, vt patet ex contractu venditionis poſito in proceſſu *fol.* 81. vbi dicitur,quod dicta bona venduntur libera, & franca ab omni ſeruitute, præterquam à ſolutionibus iurium bonatenentiæ, quam ipſe ſoluit Vniuerſitati Buchianici, & eodem modo ipſa vendit Collegio cum onere dictæ bonatenentiæ. Ergo Collegium tenetur ex conuentione,& pacto Partium,quod non præiudicat immunitati Eccleſiaſticæ,vt docet Cardinalis Albanus in tractatu de immunitate, & alij: & hanc opinionem ſequuntur multi DD. quod res tranſit cum onere collectarum, vt docet Angelus *conſ.*14. & *conſ.*206. Ægidius Thomat. *in tract. de gabellis, num.* 11. & §.2. *num.*18. Antonius. Theſaur. *in deciſ.Pedem.deciſ.*382.*num.*8. *verſ. fallit tertio.* Mannellus *conſ.*8. Alciatus *in leg.placet. Cod.de Sacroſ. Eccleſ. in verbo. canonicam illationem, vol.*5.

7 His non obſtantibus veritas eſt in contrarium, quod huiuſmodi bona tranſeunt libera ad Eccleſiam,quod probatur, primò *ex cap.*1. *de immunitate Eccleſ.lib.*6. vbi dicitur eſſe prohibitum laicis exigere quaſcumque collectas, & exactiones ab Eccleſiaſticis pro prædiis, & poſſeſſionibus acquiſitis, vel in poſterum acquirendis, quod intelligitur de collectis, & exactionibus tam impoſitis, quàm imponendis, quia lex generaliter loquens eſt generaliter intelligenda *leg. de pretio, ff.de Publician. in rem action.leg.*1. §. *generaliter, ff.de leg. præſt.* Cùm igitur Pontifex prohibeat quaſcumque collectas, omnem collectam excludit, tam impoſitam, quàm imponendam, & in hoc ſenſu hunc textum eſſe intelligendum docet hic Gloſ. in verbo bonorum,& ibidem Archidiaconus *num.*1. Ancharanus *num.*4, Franc. *num.*5. Geminianus *num.*8. Suarez in defenſione fidei, aduerſus Anglicanæ ſectæ errores *lib.* 4. *cap.*20. *num.*11. Corneus *conſ.*205. *num.*1 *vol.*1. vbi adducit hunc textum ad probandum, quod Eccleſiaſticæ Perſonæ ſunt exemptæ, etiam inquit pro rebus, quæ fuerunt priùs laicorum, & ſubiectæ oneri collectarum.

8 Secundò collectæ, & impoſitiones huiuſmodi, ſunt onera mixta, vt ſine controuerſia docent DD. Gloſ. *in leg.reſcripto,* §. *final. ff.de muneribus, & honoribus,* & ibi Bart. *& in leg.vnica, Cod. de mulieribus,* & in quo loco *num.*23. Geminian. *in cap.*1. *de immunitate,lib.*6. *num.*3. Bald. *in leg. omnes.Cod. ſine cenſu, vel reliquis, num.*8.Natta *conſ.*280. *num.*5. *vol.*2. Niger.*in Clem.de vita,& honeſtate Clericorum, num.*158. Ioannes de Amicis *conſ.*146. & cùm huiuſmodi onus ſit impoſitum perſonis,ratione rerum, mutatione perſonæ mutatur qualitas inhærens rei ratione perſonæ, *leg.paulus, per procurationem,*& ibi Bart. *num.*5.*ff.de acquir. hæred. leg. licitatio,* §.*final. ff.de publicianis, & vectigalibus,*& ideò ſi res tranſit ad Eccleſias,tranſit ſine hoc onere.Guttierez *practicar. quæſt.lib.*1. *quæſt.*3.*num.*16. *&* 17. & *lib.*7. vbi de gabellis *quæſt.*92.*nu.*65. vbi ait,quod quando onus imponitur perſonæ pro rebus, vt, inquit, ſunt deſcriptiones, æſtimationes, quæ fiunt hodie, quia æſtimantur bona vniuſcuiuſque, vt ſoluat plus, vel minùs, ſecundum impoſitionem collectæ, ad huiuſmodi onera non tenentur Eccleſiæ, & eſt expreſſa ſententia Bart. *conſ.*180. *lib.*1.vbi propè finem dicit, quod quandocumque aliquid ſtatuitur ratione perſonæ, ſeparatâ perſonâ, ceſſat diſpoſitio, ſeu ſtatutum *leg. Titia ſeia,* §.*vſuras, ff.de leg.*2. *leg.*2. §.*permittitur, ff.de aqua quotidiana, & æſtiu.* & loquitur Bar.in caſu quæſtionis noſtræ.Egregiè docet hoc Ruinus omnino videndus *conſ.*117. *per totum, vol.*4. Ioannes de Amicis *conſ.*146. *num.*6. vbi dicit, quod cùm hodie ab Aula receſſerit Tributum, & collectæ ſoluantur per æs, & libram, non poteſt durare, & perſiſtere poſtquam res peruenerunt ad perſonam Eccleſiaſticam, & Maranta *conſ.*99. 9

Denique iſta eſt communiſſima opinio, tam Iuris vtriuſque peritorum, quam Theologorum; nam præter Bart. eam docet Bald. *conſ.*152. *vol.*3. Paulus de Caſtro *in leg.*1.*Cod.de Epiſcopis, & Clericis, num.* 9. & *leg.placet. Cod. de ſacroſanct. Eccleſ. num.*7. & *conſ.*423. *in fine,vol.*2.Bartol.Soccin. *conſ.*243.*vol.*2. vbi dicit quod hodie collectæ imponuntur perſonis pro rebus, vnde quando res tranſeunt in perſonam priuilegiatam, non tranſeunt cum onere, Archidiaconus *in cap.*1. *de immunit. lib.*6. vbi Ioan. Andr. Franch.Anchar. & Gemin. Panorm. *in cap.fin.de vita, & honeſtate.Cleric. num.*12. Franciſcus de Claperiis *in centur.cauſ.fiſcal.cauſ.*42.*quæſt.*1.*n.*22.qui fuſè tractat hanc materiam. Marta qui alios cumulat. *in tract.de iuriſdict.* 4. *part. centur.* 1. *caſu* 11. *à num.*28. vbi dicit, quod hæc eſt verior opinio, & & tutior in conſcientia Guid.Pap. *in deciſion. Gratian. quæſt.*381. vbi dicit, ſe mutaſſe contrariam opinionem quam tenuerat *quæſt.*79. Marius Alberius *de cenſur.tom.*1. *diput.* 19. *lib.*5. *cap.*6. fusè probat Carolus de Graſſis *in tract.de effectu Clericor. effect.* 3.*à num.*24. & *num.*154. vbi dicit eſſe communem opinionem, & multos refert eam tenentes. Flores de Nena, *variar.quæſt.lib.*2.*quæſt.*21. *num.*235.Guttierez *pract.quæſt.lib.*1.*quæſt.*3.*num.*15.& *lib.*7.*quæſt.* 92.*à num.*62. qui multos alios citat, Card.Albanus *in lugubration. ad Bart. in leg. hæres abſens, ff.de Iudic.* & *in tract.de immunit.* & alii multi, qui videri poſſunt apud citatos DD. ex Theologis Soarez, in defenſione fidei aduerſus Anglicanæ ſectæ errores *lib.*4.*c.*20.Molin.*de Iuſtit.tom.*3. *diſput.*361. *num.*2. *iunct.diſput.*672.*num.*3. Silueſter *verb. immunitas* 1. *num.* 19. Tabiena excommunicatio, quinto,caſu 18. *num.*3. Azor. 3.*part.inſtit. lib.*5. *cap.*19. *verſ. quæres quid ſit dicendum,* & alij, quos longum eſſet enumerare, & denique ita tenuit Rota Romana in vna Brundoſina gabellæ 13. Februarij 1604. coram Penia. Reſtat, vt reſpondeamus ad argumenta. 10 11

Ad primum reſpondetur quod res tranſit cum onere ſuo quando onus eſt reale, & annexum rebus vt docet Bart. *dict.conſ.*180. & alii ſupracitati. At impoſitiones de quibus nunc loquimur,nõ ſunt onera realia, ſed mixta, impoſita perſonis contemplatione rerum, vt tenet Guttierez *dict.lib.*10.*quæſt.* 91. & docet Goffred. de Gaietta, qui fuit per multos annos Præſes,& Locumtenens Regiæ Cameræ, in ſua lectura ſuper ritibus Regiæ Cameræ *fol. mihi* 31. vbi loquens de ſolutione fiſcalium, quæ fit per focularia, dicit eſſe munus perſonale; huiuſmodi autem onera impoſita perſonis pro rebus non tranſeunt

ſequnt ad Eccleſiam cum re, vt dictum eſt ſupra; nec
12 talis hypotheca comitatur rem, quando tranſit ad exemptum, quod optimè probat Ruin. *in conſ.* 117. *ſæpè citat. col.* 4. *num.* 6. & Guttierez *pract. quæſt. lib.* 1. *quæſt.* 3. *num.* 17. quorum rationes non affero, vt ſtudeam breuitati, & quia poſſunt videri apud ipſos. Ad Clem. primam *de cenſibus*, reſpondetur quod loquitur de onere reali, vt ibi Gloſ. notat. *ad cap. ex literis*, quod loquitur de bonis viri obligatis vxori pro dote, & ſic ex conuentione, & pacto Partium a quibus Eccleſia non habet priuilegium immunitatis, & ideo obligatio tranſit cum re. At nos loquimur de impoſitionibus, & collectis, reſpectu quarum Eccleſia habet immunitatem.

Ad ſecundum reſpondetur nullum præiudicium
13 fieri Vniuerſitati à collegio, dum vtitur Iure communi, & priuilegio conceſſo Eccleſiis a Principibus Eccleſiaſticis, & ſecularibus, qui cenſuerunt id eſſe concedendum propter cultum Diuinum, reuerentiam Eccleſiæ, & propter publicam vtilitatem, præſertim cùm hoc non ſit ſpeciale priuilegium collegij Theatini, ſed omnium Eccleſiarum Chriſtiani Orbis, omnium Religionum, & piorum locorum. Nec eſt inconueniens, quod ex eo, quod Eccleſia eſt libera ab impoſitionibus, onera quæ ſoluebantur propter illa bona, aggregentur cæteris laicis, quia fit ex diſpoſitione Iurium, quæ dant tale priuilegium, quamuis per accidens redundet in præiudicium laicorum, vt docet Felin. *in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, à num.* 87. *de conſtit.* & Iacob Mannellus *conſ.* 8. *num.* 12. qui *num.* 20. ſic ait, *opus eſt igitur, quod laici æquo animo velint, nolint, immunitatem iſtam Eccleſiaſticorum patiantur.* Sicut non putamus abſurdum ex eo, quod de Iure communi, vel ex priuilegio Principis aliqui laici ſint immunes à collectis, & communibus oneribus, vel ratione officij quod exercent, vel ratione ſeruitiorum, meritoriúmve, vel alia de cauſa alij grauentur, quod paſſim fit.

14 Ad confirmationem, reſpondetur quod hoc eſt ſcandalum paſſiuum, quod eſt quando præter intentionem operantis, & præter conditionem operis, aliquis male diſpoſitus ex huiuſmodi opere inducitur ad peccandum, vt docet Diuus Thomas, quem alij ſequuntur *in* 2. 2. *quæſt.* 43. *art.* 1. *ad* 4. & *artic.* 3. vt verbi gratia, quia ſi Eccleſia propter priuilegium immunitatis, quod habet, nolit ſoluere collectas, & velit vti iure ſuo ſibi conceſſo, & permiſſo à Deo, & Principibus, aliquis propter aliquem prauum affectum vellet murmurare, & peccare. Quare huiuſmodi homines ſunt docendi, quod Eccleſia habet hanc immunitatem, & quod Pontifices prohibent vt tales impoſitiones ſoluantur ab Eccleſiaſticis pro bonis acquiſitis, *cap. aduerſus, de immunit.* & *cap. clericis, eod. tit. lib.* 6. Quod ſi cum toto hoc dicant ſe ſcandalizari, & velint deprimere libertatem Eccleſiaſticam exigendo impoſitiones ab Eccleſiaſticis, iam hoc procederet ex malitia, & eſſet ſcandalum Phariſæorum, de quo non eſſe curandum docet diuus Thomas *loco cit. artic.* 7. nec proinde eſt omittenda iuſta defenſio immunitatis Eccleſiaſticæ, illud autem, quod non ſoluit Collegium pro dictis bonis, non ſoluetur à pauperibus; ſed ab omnibus ciuibus pro quantitate facultatum per æs & libram, vt fieri ſolet.

Ad Tertium negatur eſſe realia, ſed dicimus eſ-
15 ſe impoſita perſonis pro rebus, vt tenet communis ſententia Doctorum, quia licet obligatio bonorum ciuium facta creditoribus pro debito Vniuerſitatis, ſit realis, & tranſeat cum re; impoſitio tamen collectæ impoſitæ ab Vniuerſitate per æs, & libram,

ad ſoluendos annos cenſus, de quibus nunc loquimur, eſt onus perſonale, vt dictum eſt, & ab his eſt exempta Eccleſia; impoſitio autè pro fiſcalibus iam dictum eſt, quod non eſt realis, ſed mixta, vt eſt communis opinio Doctorum huius Regni, vt probauimus infra.

Ad Iſern. reſpondetur quod ibi non loquitur ex propria ſententia, ſed ex opinione Andreæ de Barul. qui fuit in Regno Patronus Fiſci, & ideò, inquit, *dicunt fiſcales noſtri*, immò eum reprobat, *num.* 62. vbi dicit quod dictæ Collectæ coram Deo imponi non poterant propter capitula Honorij Papæ, niſi in caſibus ibi conceſſis à Papa; & in eodem ſenſu loquutus eſt Lucas de Penn. *in dict. leg.* 1. *n.* 3. vbi ſunt hæc verba; *ex quo patet, quod collectæ, quæ*
imponuntur in Regno, Principe demandante, di- 16
cuntur munera ordinaria, & canonica; hoc (inquit) *verum puto in caſibus per Honorium Papam expreſſis, & approbatis, alias exiguntur iniuſtè.*

Ad Cæpoll. & Barbar. reſpondetur quod verum eſt quod conſuluerunt contra libertatem Eccleſiaſticam, dicentes Clericos eſſe obligatos ſoluere pro fiſcalibus de bonis acquiſitis poſt impoſitionem, ſed hoc fortaſſe dixerunt, quia non habuerunt notitiam naturæ, & qualitatis impoſitionum, quæ fiunt in Regno, quæ vt diximus non ſunt realia, niſi forte voluerint gratificari Ferdinando Regi, qui ſententiam ipſorum ea de re exquiſierat. Et quia prædictus Rex grauauit in hoc Eccleſiam, iubens initio ſui Regni exigi ab ea pro bonis acquiſitis, dixit Goffredus ſupra citatus in ſua lectura, quod propterea in Regno abundauerunt plagæ Dei punientis violatores immunitatis Eccleſiaſticæ, quam refert, & ſequitur Regens Moles vir pius, & doctus in ſuis quæſtionibus, & deciſionibus manu ſcriptis *in tit. de collectis fol. mihi* 11.

Quod autem taxa ſit generalis, certa, ordinaria, 17
& perpetua, non ſequitur ex hoc, quod ſit onus reale, & annexum rebus, vt male intulit Cæpolla, quia ſubſtantia muneris realis conſiſtit in obligatione impoſita rei, ſicut perſonalis in obligatione impoſita perſonæ pro rebus, vt eſt in caſu noſtro. Vnde benè dicit Franc. de Claperiis *in centur. cauſ. fiſc. cauſ.* 42. *q.* 1. *n.* 31. quod munus licet perſonale ſit, ordinarium, perpetuum, & vniforme, non ſequitur ex hoc, quod ſit munus reale, cum obligatio ſit perſonalis impoſita pro rebus, & idem expreſsè docet in puncto quæſtionis noſtræ Ruin. *conſ.* 117. *n.* 9. *vol.* 4.

Ad quartum negatur fuiſſe vendita illa bona cum 18
pacto ſoluendi collectas; quinimò expreſsè dicitur contrarium in inſtrumento, vt habetur in proceſſu *fol.* 81. vbi ſunt hæc verba. *Ioannes Carolus vendit dicto Collegio cum onere bonatenentiæ, ſi & quatenus dictum Collegium de Iure ſoluere tenetur.* Et verſa vice, Pater Rector ſe declarat quod non emit cum onere bonatenentiæ, & non conſenſit neque tacite neque expreſsè; ex quo enim dicta bona erunt Eccleſiaſtica ſunt exempta à dicto onere, cuius priuilegio, & immunitati præiudicare non intendit, vt clarè conſtat ex inſtrumento.

Quantum ad ſecundam difficultatem videtur 19
quod de iure Regni iſta bona ſunt ſubiecta oneribus Vniuerſitatis.

Primò ex cap. Regni. *Item ſtatuimus, quod poſſeſſiones*, quod eſt conforme capitulis Honorij Papæ, vbi Carolus II. dicit quod res alteri obligata (ſi talis obligatio non impediat alienationem) poſſit transferri in Eccleſias; ſed tranſeat cum ſuo onere, ſed huiuſmodi bona iam ſunt obligata Vniuerſitati pro debito, & pro functionibus fiſcali-

bus, ergo cum iſto onere tranſierunt.

20 Secundò ex pragmatica Regis Ferdinandi I. edita anno 1475. quæ incipit *Rex Siciliæ*. Spectabiles, & magnifici viri vbi Rex præcipit, quod bona poſita in cataſto, & appretio Vniuerſitatum, ſi alienentur & transferantur in perſonas Eccleſiaſticas, non eximantur ab onere collectarum, ſed ſoluant ſicut priùs dum erant in manu laïcorum.

21 Tertiò probatur ex prouiſionibus Regiæ Cameræ, quæ habentur *in proc. fol.* 128. vbi primò dicitur, quod Presbyteri,& Clerici pro bonis emptis, & donatis tenentur tanquam bona tenentes ad onera, & quod pro eiuſmodi bonatenentia poteſt fieri executio ſupra dicta bona, & fructus illorum. Secundò dicitur quoad debita contracta, quod ſi laïci poſt ea contracta alienauerunt bona, ſi ſunt ſoluendo ſoluant ipſi alienantes, ſi autem non ſunt ſoluendo ſoluant pro eiſdem bonis ipſi poſſidentes, etiam ſi ſint Clerici, ſaluis iuribus eis competentibus contra dictos alienantes.

22 Quartò probatur ex conſuetudine & obſeruantia, quia tam Clerici ſeculares, quàm Regulares ſoluerunt & ſoluunt bonatenentiam pro rebus emptis, & donatis, vt conſtat ex depoſitione Ioannis Aſcanij Lambruti, ciuis Theatini, *fol.* 126. qui teſtatur, ſæpiùs exegiſſe fiſcalia terræ Bucchianici & ſemper exegiſſe a Capitulo ciuitatis Theatinæ, Hoſpitalibus, & aliis locis piis poſſidentibus bona in territorio dictæ terræ Bucchianici, ad rationem granorum quindecim pro vncia. Archipreſbyter & alij Preſbyteri, & Clerici terræ Bucahianici cum iuramento affirmant, quod pro bonis, quæ poſſident titulo emptionis, vel donationis, ſoluunt, & ſoluerunt Vniuerſitati tanquam bonatenentes ad rationem: granorum quindecim prò vncia. Et frater Ægidius Leottardus Ordinis Sancti Franciſci cōuentualis,& frater Franciſcus Scapechionus eiuſdem Ordinis cum iuramento teſtatur, quod frater Andreas de Colaferro, & frater Antonius Marcolettus, Sacerdotes eiuſdem Ordinis ſemper ſoluerunt, dum vixerunt, Vniuerſitati Bucchianici tanquum bonatenentes pro quibuſdam bonis ab eis emptis, ad rationem granorum quindecim pro vncia, & ſic videtur hoc tam de Iure quàm ex conſuetudine procedere.

23 His non obſtantibus, quæ certè non obſtant, contrarium eſt omninò dicendum, quia iſta ſunt bona Eccleſiaſtica, quæ gaudent omnimoda exemptione, etiam de Iure Regni. Primò ex capitulo *Item ſtatuimus, quod Clerici*, vbi Carolus II. aſſerit, quod perſonæ Eccleſiaſticæ non cogantur communicare cum aliis in collectis, & exactionibus quibuſcumque, pro bonis Eccleſiaſticis. Sed bona empta à Collegio Theatino iam ſunt effecta bona Eccleſiaſtica. Ergo ſunt exempta ab omnibus impoſitionibus, & Collectis.

Neque dicas Carolum Regem loqui de collectis imponendis, quia cùm expreſsè loquatur de collectis, quæ erant iam nonnullis ante annis impoſitæ à Federico II. Imperatore, huius Regni Rege & faciat Eccleſiaſticos generaliter exemptos à collectis quibuſcumque, neceſſariò debet intelligi, tam de impoſitis, quàm imponendis, ita, vt excludantur omnes exactiones, argumento eius, quod notat

24 Gloſ. *in clem.* 1. *in verb. quibuſcumque, de Iudic.* Tum quia quoad onera imponenda non eſt difficultas, quod Eccleſia ſit exempta, ergo vt priuilegium aliquid operetur iuxta cap. *ſi Papa, de priuil. lib.* 6. debet includere etiam præſentia, & impoſita. Tum quia ſi fauore Eccleſiæ etiam in pœnalibus fit extenſio, vt notatur per gloſ. *in cap. ſciant cuncti*, vbi Dominicus *de elect. lib.* 6. & per Abb. *in cap. nihil, de elect.* à fortiori hoc videtur dicendum in materia fauorabili, ita Dec. *conſ.* 496. *num.* 16. & in hoc ſenſu, vt perſonæ Eccleſiaſticæ ſint exemptæ ab impoſitionibus, & collectis etiam impoſitis, intellexerunt hoc citatum capitulum Nicolaus de Neap. *in addit. ſuper eodem capite.* Marant. *conſ.* 99. Ioan. de Amicis *conſ.* 146. *num.* 6. Niger *in dict. cap. num.* 4.

Secundò probatur ex capitulo primo Regis Roberti, vbi diſtinguit duo genera hominum. Primùm illorum qui ſe non omnino, & totaliter religioni dederant, ſed in fraudem ciuilium munerum ſimulatè aſſumpſerant habitum, retinentes proprium, vel cum vxoribus commorantes. Et hos dicit in collectis generalibus, ſubuentionibus & muneribus cæteris perſonalibus, & realibus, ſiuè mixtis, quæ imponuntur ſubditis, penſata perſonarum, & facultatum conditione, compellendos eſſe contribuere; Alterum eſt illorum qui legitimè, & realiter ſe Deo obtulerunt nulla ſibi bonorum reſeruatione facta,& hos ait, non eſſe moleſtandos, ſed in exemptionis priuilegio ipſis indulto à Sacris Canonibus conſeruandos: qui Sacri Canones faciunt hos exemptos ab omnibus collectis, & impoſitionibus tam pro prædiis acquiſitis, quàm acquirendis *cap.* 1. *de immunit. lib.* 6. præterquam in feudalibus, & cenſualibus, & vbi eſſent obligati ex conuentione priuata, & pacto Partium. Ex quibus patet, quod Eccleſiaſtici ſunt liberi, & exempti à collectis, & exactionibus, etiam impoſitis, quibus ſunt obnoxij illi, qui ſunt primi generis. 25

Tertiò, & quod tollit omnem difficultatem, conſtat apertè ex decretis Regiorum Tribunalium, in quibus manifeſtè decernitur, quod bona quæ deueniunt ad Eccleſias tranſeunt libera & exempta à collectis, & exactionibus quibuſcumque, etiam ſi eſſent obligata pro debitis communitatis. Primò ex decreto Regiæ Cameræ circa exemptionem Preſbyterorum, facto die 24. Septembris 1541. & referam eadem prorſus verba. *Item che quelli preti & altre perſone Eccleſiaſtiche, che haueranno l' Ordini Sacri, e ſeruiranno in Diuinis, ſi debbiano trattare immuni di contributione di pagamenti fiſcali, & dell' altre impoſitioni eſtraordinarie, che ſi fanno per l' Vniuerſità, per loro commodo, & occorrenze, per tutte quelle robbe tanto mobili, come ſtabili, che ad eſſi preti, e perſone Eccleſiaſtiche ſono peruenute, & de cætero perueniranno per legitima ſucceſſione ſiue, che ſiano laſciate à loro Eccleſia & beneficij.* Ex quibus expreſsè apparet, quod bona relicta Eccleſiis ſunt exempta à ſolutionibus fiſcalibus ordinariis, & a quibuſcumque impoſitionibus extraordinariis, quod eſt illud, quod probare intendimus. 25

Item cùm anno. 1571. Cardinalis Alexandrinus à Pio V. Pontifice miſſus ad Philippum II. Regem petiiſſet Hiſpaniam, ad ineundam aliquam concordiam circa controuerſias iuriſdictionis, quæ erant in Regno, inter cætera conqueſtus eſſet cum Rege, quod in hoc Regno non ſeruabatur Eccleſiis, & Eccleſiaſticis perſonis immunitas, iuxta Sacros Canones; cumque de hac re Philippus Rex ſcripſiſſet ad Cardinalem Granellanum, eo tempore Proregem, ipſe ita Regi reſpondit, & ponam formalia verba: *circa il contribuire de Clerici, & perſone Eccleſiaſtiche per li beni comprati, ò per altra maniera per eſſi acquiſtati ſarà informata la Maieſtà voſtra che in queſto Regno à Clerici, e perſone Eccleſiaſtiche ſ'oſſerua indiminutamente l'eſentione à riſpetto de beni di legitima ſucceſſione, & delli Eccleſiaſtici in qualſiuoglia maniera acquiſtati per cauſa Eccleſiaſtica, & queſto non è ſenza gran fauore, che ſi fà all'* 27

all' immunità Eccleſiaſtica,per che eſſendo beni laici ſotto poſti all' apprettj, e cataſti,da doue ſi cauano li pagamẽte fiſcali,tanto ordinarij quãto eſtraordinarij,come beni vna volta affetti, & ſotto poſti al peſo preditto doueriano paſſare con il medemo peſo, conforme ancora alla diſpoſitione della ragione canonica, non di meno ſe liſ à buona la ditta eſentione,come hò detto. Però in quanto all' altri beni comprati, ò nuouamente acquiſtati per donatione,ò altro titolo da Clerici particolari,ſi è oſſeruato perpetuamente conformamente la Bolla di Papa Honorio, Pramatiche, & decreti, che hanno contribuito come gli altri. Et queſto biſogna eſſer coſi perche altrimente tutte le perſone del Regno per euitare il peſo di pagare, poneriano li loro beni ſotto finti, & ſimulati titoli in teſta de Clerici figli, fratelli, nepoti, con confuſione, & danno del Regno.

28 Item anno 1590. cum eſſet orta quædam differentia, circa hanc materiam immunitatis, Comes Mirandæ tunc Prorex mandauit Regiæ Cameræ Præſidentibus, vt ipſi in ſcriptis ſignificarent, quid circa hanc immunitatem,tam de Iure,quàm de conſuetudine,& obſeruantia ſentirent,cui reſcripſerunt his verbis. *Et accio V. E. reſti informata del tutto, le facciamo relatione,&c.come in queſto Regno à Clerici, e perſone Eccleſiaſtiche, ſe gl' oſſerua indiminutamente l'eſentione, non ſolo per li beni Eccleſiaſtici acquiſtati per le chieſe in qualſiuoglia modo,& per qualſiuoglia titolo,ma ancora riſpetto de beni, che s'acquiſtano alli Clerici per legitima ſucceſſione di loro Padri, & altri propinqui, & queſto non è ſenza gran fauore, che ſi fa all' immunita Eccleſiaſtica, atteſo che peruenuti detti beni da laici ſotto poſti ſono alpeſo delle collette,& come beni di già affetti, & ſotto poſti al peſo predetto doueriano paſſare con l'iſteſſo peſo reale. Però non obſtante il predetto il quondã Sereniſſimo Rè Carlo II. à tempo, che gouernaua il Regno à nome del Rè Carlo I. ſuo padre, volendo procedere fauoreuolmente per vna ſua legge, con capitolo particolare, ordinò,che li Clerici fuſſero trattati immuni dalle collette, non ſolo per li beni Eccleſiaſtici, mà ancora ne i beni, che à loro perueniſſero per legitima ſucceſſione; ma non quanto alli beni comprati da clerici, ò ad eſſi donati. Perche altrement tutti, poneriano li loro beni ſotto finti, & ſimulati titoli in teſta di figli, fratelli Clerici.* In Conſultarum Curiæ fol.94. expedita, die 7. Aprilis 1590. cum eſſet Locumtenens R. C. D. Franciſcus Ant. Dauid.

29 Ex quibus clarè patet quod diſtinguntur bona duplici generis, bona ſcilicet merè Eccleſiaſtica, & bona Clericorũ particulariũ, illa ſcilicet Eccleſiaſtica dicuntur eſſe ſimpliciter,& abſolutè exẽpta & franca quocũque titulo, vel modo aquirantur,etiã ſi antea eſſent appretiata,& poſita in cataſto,& affecta pro debitis Vniuerſitatis:hæc,ſcilicet Clericorũ particularium, ſunt item exempta quoad legitimam patrimonij portionem, quoad verò empta, & donata dicuntur tranſire cum ſuo onere. Cùm igitur bona acquiſita à Collegio Theatino ſint iam Eccleſiaſtica, & Deo dicata, empta Eccleſiaſtica pecunia, & ſint bona primi generis, ſunt libera, & exempta, & gaudent omnimoda immunitate, preſertim, cùm ceſſet ſuſpicio fraudis, quod ad euitandas Collectas fuerunt factæ fictæ, & ſimulatæ venditiones, vel donationes.

30 Præterea paucis ab hinc menſibus in controuerſia inter Vniuerſitatem terræ Galatinæ, & Clericos eiuſdẽ terræ,fuit dictum in Collaterali Conſilio,bona venientia Clericis ex portione legitima patrimonij eſſe exempta, & libera à collectis, & impoſitionib. quibuſcumque, etiam ab onere debitorũ,antea ab Vniuerſitate contractorum iuxta relatas ſupra Regiæ Cameræ declarationes, ſed bona Eccleſiaſtica & bona Clericorum particularium quoad legitimam patrimonij portionem æquiparantur quoad exemptionem & immunitatem, & gaudent eodem priuilegio tam ex vi Capituli Regni *Item ſtatuimus, quod Clerici*, quàm ex declarationibus Regiæ Cameræ vt dictum eſt ſupra. Ergo iſta bona Collegij Theatini iam effecta Eccleſiaſtica manent libera à collectis, & impoſitionibus etiam reſpectu debitorum contractorum.

Vltimò probatur, quia ita obſeruatur, & practicatur in toto hoc Regno, vt vidi practicari, vbi ego fui, & audiui ab aliis alibi ità fieri. Neque enim ſunt hæc prima prædia, quæ in hoc Regno a Collegiis Societatis IESV, vel ab aliis Regularibus ſunt empta, quæ tamen omnia ſemper ſunt habita exempta, & franca, & ſublata ex regiſtro & cataſto Vniuerſitatũ,poſt quam venerunt ad Eccleſiã, vt docent communiter Iuriſperiti eſſe faciendũ,id quod etiam teſtificantur frater Paulus Zei Dominicanus, Prior Theatini conuentus *in proc.fol.*122. qui nunquam ſoluit bonatenentiam pro bonis dicto Monaſterio donatis, quæ ſunt in territorio terræ Bucchianici, quamuis eſſent poſita in appretio, & cataſto Vniuerſitatis. Apparet etiam ex iis, quæ deponunt teſtes *in proc. à fol.* 99. reſtat, vt reſpondeamus ad argumenta. 31

Ad cap. Regni, *Item ſtatuimus:* reſpondetur ex gloſ. ex Ioan. Ant. de Nigris, ibi, quod non loquitur de collectis & impoſitionibus, à quibus certum eſt, Eccleſiam eſſe liberam, ſed de rebus obligatis Curiæ onere reali, vel alteri priuato ex conuentione, & pacto Partium, quia in tali caſu res tranſit cum onere ſuo reali, quia Eccleſia non habet immunitatem ab oneribus per contractus, & pacta priuata impoſitis, quia nullus abhis eſt exemptus Bald.*leg.*1.*ff.de pact.* 32

Ad ſecundum reſpondetur primò quod Rex non habet auctoritatem condendi Pragmaticas contra immunitatem Eccleſiaſticam, & factæ ſunt irritæ, & nullæ, *Auth. caſſa, Cod. de ſacroſ. Eccleſ.cap. Eccleſia ſancta Maria de conſtit.* vbi Panorm. *num.*20. *capit. aduerſus, de immunit. Eccleſ.* vbi ſcribentes. 33

Secundò loquitur tantùm de fiſcalibus pro illis ducentis triginta millibus ducatis annuis, ex conuentione inita inter Alphonſum I. & Regnum.

Tertiò propter hoc peccatum, quia læſit immunitatem Eccleſiaſticam, dixit Goffredus de Gaieta, quem retulimus ſupra in prima difficultate, in reſponſione ad tertium argumentum, quod dictus Rex Ferdinandus cum Regno fuit à Deo plagis afflictus.

Quartò fuit hoc onus tanquam contra Eccleſiaſticam libertatem ſublatum, vt conſtat ex conſuetudine vniuerſali,quia multa bona poſt dictum Regem à laicis tranſlata ad Eccleſias, nunc poſſidentur ab Eccleſiaſticis libera & exempta ab iſta impoſitione.

Ad tertium quantum ad prouiſiones Regiæ Cameræ, reſpondetur primò ex Nigr.*in Clem.de vit.& honeſt.Cleric. num.*159. quod non quod fit, ſed quod fieri debet, intuendum eſt, *leg. ſed licet, ff. de offic. Præſ.* vnde inquit, non quod in aliquo caſu, ſed quod à Regia Camera ſtatuendum erat iuxta Sacros Canones, Iura, & Capitula Regni (de quibus iam egimus ſupra) conſiderandum eſt. 34

Secundò reſpondeo, Regia Camera communiter expediuit prouiſiones circa bona empta, & donata Clericis particularibus, quæ cenſet non eſſe exempta à collectis, & impoſitionibus, de quibus, 35

nec nos loquimur, nec eſt caſus noſter, at alia ratio eſt bonorum Eccleſiaſticorum, quæ quocumque titulo, & modo aquirantur ſunt exempta, ipſius etiam Cameræ teſtimonio, vt dictum eſt.

36 Tertiò quod ſi in vna particulari prouiſione circa legitimam patrimonij Clericorum portionem, facta die 11. Septembris, anno 1591. relata in proceſſu *fol.* 130. Regia Camera aduerſatur, & præiudicat Eccleſiaſticæ libertati, in quo dicitur, quod bona hæreditaria obligata pro debito Vniuerſitatis tranſeunt etiam ad Clericos cum hoc onere, non loquitur de bonis merè Eccleſiaſticis, qualia ſunt bona Collegij Theatini, de quibus agimus, ſed de bonis titulo emptionis, vel donationis acquiſitis à Clericis particularibus, & ſic non facit contra nos. Quod ſi etiam dicta prouiſio officeret nobis, in caſu noſtro iam conſtat ex dictis ſupra, quid Proreges, quid Collaterale, quid Regia Camera tota non ſemel, ſed ſæpiùs re accuratè, maturéque diſcuſſa cenſuerint, & reſponderint de immunitate Eccleſiaſtica, quod ſcilicet tam bona Eccleſiaſtica abſolutè, quam patrimonialia Clericorum, quoad legitimam portionem ſunt omninò exempta ab impoſitionibus quibuſcumque, ita vt meo Iudicio non poſſit de hac re rationabiliter dubitari.

37 Ad quartum, ad teſtimonium Clericorum terræ Bucchianici, reſpondetur quod nihil facit contra nos; dicunt enim, quod pro rebus, quas poſſident nomine priuato titulo emptionis, vel donationis, ſoluerunt, & ſoluunt bonatenentiam; & iam ſupra dictum eſt à nobis, quod Regia Camera facit differentiam inter bona Eccleſiaſtica, & bona empta, vel donata particularibus Clericis, & hæc dicit eſſe obnoxia collectis, illa verò libera. Quod autem Capitulum Theatinum & Monaſterium Conuentualium ſoluerint bonatenentiam eſt quæſtio facti, ſed eſto ſoluerint, nunquid, quia vnus, vel alter locus Religioſus, vel pauci Eccleſiaſtici ex errore, vel ex ignorantia iurium, & priuilegiorum, vel ne contenderent cum laicis, conſanguineis, vel Ciuibus ſuis, tripidantes vbi trepidandum non erat, & tranſitoriam pacem quærentes, vt dicit Pentibex *in cap. Clericis, de immunitate, lib. 6.* ſoluerint collectas, & impoſitiones, quas non debebant contra Sacros Canones, præiudicauerunt omnibus Eccleſiis, & locis piis totius Regni; ita vt priuilegium à tot Pontificibus, & Regibus Eccleſiæ conceſſum, ſit funditus amiſſum? quod certè dici, nec poteſt, nec debet.

38 Ad tertiam difficultatem breuiter dicam, quod cum iam conſtet ex dictis, quod ita bona Collegij Theatini ſunt exempta ab omni collecta, & exactione tam de iure communi, quàm de iure Regni, vt probatum eſt, ſi quid poteſt Vniuerſitas Bucchianici prætendere, id debet tantùm ex conceſſione, & gratia Patris generalis titulo pietatis, & eleemoſinæ, ſed Pater Generalis in pluribus literis ſuis relatis in proceſſu *à num.* 38. declarauit conceſſionem à ſe factam, & intentionem ſuam, vt Collegium pro dictis bonis ſolueret tres tantùm Partes collectarum ordinariarum, & non aliarum.

Igitur friuola, & inanis eſt petitio Vniuerſitatis aduerſus Collegium, vt ſoluat integras tres partes ex omnibus collectis, & impoſitionibus. Nec Rector, qui errore deceptus promiſit ſoluere integras tres partes, potuit præiudicare Collegio, & Eccleſiæ; tum quia tranſgreſſus eſt fines mandati, vt conſtat: tum quia Rectores in Religione Societatis IESV nõ habent auctoritatem alienandi, & obligandi bona dictæ Societatis, niſi de expreſſo conſenſu, & mandato Patris Generalis, quibus deficientibus quælibet obligatio eſt ipſo iure irrita, & nulla, tanquam facta à non habente poteſtatem.

Ioannes Iuuenis Societatis IESV.

SVMMARIVM.

1 *Factum declaratur.*
2 *Reus è manibus Curiæ ad Eccleſiam confugiens non gaudet immunitate. Explicatur num. 7.*
3 *Immunitas delinquentibus confugientibus conceditur, & n. 10.*
4 *Potiùs autem innocentibus, & n. 8.*
5 *Immunitas conceditur pro debito ciuili.*
6 *Quamuis debitor fraudem commiſerit.*
9 *Reus contumax in non obediendo man. Principum, pœnæ ſubiicitur.*
11 *Tex.* in §. nc quis autem homicidis, Auth. de mandatis Principum, *explicatur.*
12 *Immunitas delinquentibus conceditur ad libertatem tuendam ob cultum locorum, ne ab aliis lædantur.*
13 *Rationes ex facto deducuntur.*
14 *Excommunicati gaudent immunitate.*
15 *Immunitas primariò conceditur locis.*
16 *Criminoſi immunitate non gaudentes referuntur.*
17 *Caſus omiſſus à ſtatuto remittitur diſpoſitioni Iuris communis.*
18 *Epiſcopus licentiam concedere debet ob extractionem ex pluribus rationibus.*
19 *Dubium explicatur ſemper ad beneficium Rei.*
20 *Publica vtilitas ſectanda eſt in dubio opinionum, & quæ magis iuri communi adhereat.*
21 *Criminoſos puniri Reipublicæ intereſt.*

ARGVMENTVM.

Immunitate Eccleſiaſtica, an gaudere poſſit qui exiſtens in poſſe Iudicis ſecularis, non tamen propter delictum; ſed vt decori, & dignitati ſuæ conſulatur, ad Eccleſiam confugit: & de aliis notabilibus.

ALLEGATIO LXXVII.

NOBILISSIMA puella Neapolitani Proregis iuſſu cùm Regiorum Miniſtrorum comicatu duceretur in locum ſecurum, quo liberius atque honeſtiùs nuberet, in ipſo itinere in Eccleſiam ſe recepit, vnde egredi non vult, & multorum dierum obſidione detinetur. Quæritur an Eccleſiaſtica immunitate potiatur. 1

Duo

2 Duo in partem negantem potiſſima argumenta proponuntur: Vnum, Quia multorum eſt opinio cùm reus eſt penes Curiæ Miniſtros, ſi ad Eccleſiam ex eorum manibus confugiat, fruſtra Eccleſiæ ipſius ſperare præſidium; opinionis huius auctor fertur Archid. *in Can. ſicut antiquitus 17. quaſt. 4.* eam ex recentioribus, vt alij mittantur, approbare dicitur Couar. *lib. 2. var. reſol. cap. 20. num. 13.* quamuis de Couarruuiæ ſententia infra agetur vberius. Hæc autem puella erat penes Curiæ Miniſtros, & ex eorum cuſtodia in Eccleſiam ſeceſſit; ergo gaudere non debet immunitate.

3 Alterum quia vtroque iure immunitatis priuilegium non niſi delinquentibus conceditur. Conſilium Aurelianenſe *in can. Id conſtituimus 17. quaſt. 4.* Innocentius III. *in cap. inter alia, de immunitate Eccleſ.* Puella hæc criminoſa non eſt, ergo non gaudet.

4 Contra verò in partem affirmantem illa ratio affertur, quod ſi immunitas conceditur nocentibus, multo potiùs innocentibus Concil. Toletan. *in Can. definiuit. 17. quaſt. 4.* generatim loquitur de confugis. Et quamuis non omnes conſentiant, an pro debito ciuili concedatur immunitas, & aliqui id abſolutè negent, in quibus poſt Oldradum nominatim eſt Panormitanus *in dict. cap. inter alia, num. 22.* alij diſtinguant, quorum opinionem approbant Aufrerius, Boerius, & alij apud Duennam *reg. 175.*
5 *limit. 3.* & apud Couarru. *loco citato, num. 14.* Et ex Theologis Angelus verbo *immunitas, num. 13.* eorum tamen ſententia, qui abſolutè id affirmant maximè communis eſt, vt ex plurimorum doctrina concludit ex recentiſſimis Suarez *tomo 1. de Religione, lib. 3. cap. ſi, num. 3.* & probatur ex conſtitu-
6 tione Greg. XIV. *de immunit.* vbi fraudulentos decoctores gaudere ſanciuit immunitate, quamuis autem rem hanc aliter intellexerint Farinac. *dict. quaſt. 28. num. ſi Canaler. vol. 5. deciſ. 21. num. 15.* & alij apud Cænedum *part. 2. collectan. 54. num. 5.* & alij apud Cæuallum *quaſt. 683.* eam tamen optimè ex Sac. Congregat. declarationibus explicat Italia *dict. tract. de immunit. lib. 1. cap. 5. §. 11.* Profectò confugas ex cauſa ciuili gaudere immunitate omnium probiſſimè concludit Guttierez *lib. 1. practicarum, quaſt. 1. num. 9. & 10.* Cùm igitur puella hæc de qua agitur criminis rea non ſit, concludendum videtur nullam ſubeſſe cauſam, quare immunitatis beneficio priuanda ſit.

7 Ego primùm dico argumenta hæc in vtramque partem propoſita niſi quid præterea accedat, non ſatis vrgere.

Ad primum reſpondetur ex doctrina, quam approbant poſt alios veteres complures Farinac. *loco citat. num. 41.* Villagut. in conſtitutione Greg. XI. *num. 39. & 42.* & Italia *loco citat. cap. 6. §. 2. num. 62.* & Suarez. *dict. lib. 3. cap. 12. num. 19.* quin potiùs Couarr. *loco citat. num. 12.* qui omnes concludunt, vt reus priuetur immunitate eam ob cauſam quod captus à militibus in Eccleſiam aufugerit, debere eum vinculis adhuc conſtrictum confugere; ſi verò ſolus confugiat, contendunt eum omnino gaudere, quam doctrinam planè improbant, quod nonnulli conſiderant de colligatione, quam vocant ciuili modo, ſeu moralem. Si enim ita ſe res haberet, nunquam habere locum eorum doctrina poſſet; ſemper enim maleficiorum rei hoc morali modo colligati trahuntur in ius. Ergo cùm hæc puella libera planè ac ſoluta in Eccleſiam confugerit ab immunitate, hanc tantùm ob cauſam excludenda non eſt.

8 Ad ſecundum non eſt quod de integro reſpondeatur, ſatis enim ſupra ex receptiſſima ſententia oſtenſum eſt, non modo delinquentes, ſed innocentes etiam immunitate frui.

Accedit quod puella hæc videtur in Proregis mandatum contumaciam commiſiſſe, quod crimen quoddam eſt argumento d. Can. *Id conſtituimus*, & *cap. inter alia*, vbi ſeruus propter contumaciam in 9
dominum commiſſam immunitatem conſequitur, licèt aliud nullum crimen commiſerit. Hanc ipſam cauſam contumaciæ in eruditorum virorum conſeſſu, eorum fuiſſe ſtatuimus, qui cum publicis latronibus conſanguinitate, aut affinitate coniuncti ex Regia Pragmatica aliò commigrare iuſſi è ſuis ipſis ſedibus, quod forenſes vocant, *lo Sfratto*, parere noluiſſent, & in Eccleſias ſe abdidiſſent. Hac enim ſiue marium ſiue fœminarum ſpectata inobedientia, criminoſas eas perſonas, & pœnæ alicuius reas cenſuimus; nec tamen idcirco ex Eccleſiaſtico latibulo extrudendas. Porrò, cùm Prorex haud dubiè ius habeat puellas, quarum libertas eſt in periculo violentiæ, in ſecurum locum coniiciendi, ſequitur eaſdem puellas crimen committere, & contumaces eſſe niſi pareant. Poſtremum argumentum pro ſententia affirmante ex iis, quæ proximè ſubiiciam non difficile diſſoluetur.

Secundo dico mihi puellam hanc non videri 10
Eccleſiaſtica immunitate protegendam, & quod conſequens eſt, ſeruatis conditionibus, quæ iure ſeruandæ ſunt, ex Eccleſia, in qua moratur, impunè poſſe eam extrahi exiſtimo. Meæ huius ſententiæ fundamentum eſt quia vt animaduertit eruditiſſimus, atque ingenioſiſſimus Dominus meus peritiſſimus Quadra, cuius ego in hac re, vt in aliis omnibus eximiam doctrinam commendo, ſuſpicio, & veluti Iuris oraculum veneror, immunitatis priuilegium primariò conceſſum eſt in confugarum fauorem, ne cui fiat iniuria, quod Imperator ipſe monuit §. *nequis autem homicidis. Authen. de mandatis Princip.* cuius illa ſunt verba. *Deinde templorum cautela non nocentibus ſed læſis datur a lege, & poſſibile non erit vtrumque tueri cautela Sacrorum locorum. & lædentem & læſum.* Hæc ille. Verbum au- 11
tem illud *ſed leſis*, ſumma auctoritate Doctor Gulielmus de Cuneo, *tractatu de ſecuritate, num. 3.* his verbis exponit: *Quia templorum cautela, quæ datur à lege, id eſt, ipſa ſecuritas conceditur his, qui veriſimiliter lædi poſſunt.* Hæc & alia complura in hanc ſententiam eo loco Cuneus; quare vtrumque ab aliis hæc Imperatoris doctrina intelligatur, legitimus tamen eius ſenſus non videtur alius, niſi qui ex Cuneo promptus eſt, quia immunitas Eccleſiaſtica facinoroſis hominibus non eſt iure conceſſa, eam tantùm ob cauſam, quòd alios læſerunt, ita enim indigni planè eſſent Eccleſiæ patrocinio; ſed ob eam potiùs ne ab aliis lædantur. Ciuilium autem le- 12
gum maximam in hac re haberi rationem ſtatuit Concil. Aurelianenſe *in dict. can. Id conſtituimus*, & Summus Pontifex *in d. c. inter alia.*

Confirmatur doctrina hæc *in dict. cap. inter alia*, vbi prohibetur ſeruus extrahi, niſi adhibito iuramento de eo non offendendo. Secundario autem immunitas hæc religionis cauſâ inſtituta eſt, quam principum quoque ſtatuis, & falſorum deorum delubris conceſſit antiquitas, Regiæ enim ac Diuinæ Maieſtatis eſt miſeros ad ſuum numen confugientes tueri, iiſque, ne quid patiantur incommodi, præſto eſſe. Hac doctrina poſita ſic ego probo ſententiam meam; immunitas iure conceditur ad repellendam violentiam, & reorum libertatem tuendam ad Dei, & Sacrorum eidem locorum cultum. At vero ſi hæc puella propoſita extrahatur ex 13

Eccleſia, in qua eſt, non modo non minuitur eius
libertas, ſed ab omni potiùs violentia defenditur,
ergo ceſſat immunitas. Maior ex dictis plana eſt,
minor probatione non indiget, quia a Regni Pro-
rege pro ea, qua debet optimi regiminis ratione,
virgo hæc, cui impoſtura imminet, in libertatem
perhonorifici matrimonij contrahendi aſſeritur, &
in ſecuriſſimum locum, quo nec vis, nec metus,
nec techna, nec dolus irreperat, euocatur; cum ta-
men in Eccleſia, in qua indecorè ſe continet, frau-
dibus, circumuentionibus, & inſidiis omnibus pa-
teat, atque obuia ſit.

Dices negandum videri, quod tanquam certum
à me conſtituitur, immunitatem Eccleſiaſticam pri-
mariò pertinere ad confugientium ipſorum bo-
num, quin potius primariam beneficij huius ratio-
nem ad Dei honorem ſpectare ex eo præcipuè col-
14 liges, quod licet multi negent eo beneficio gaude-
re excommunicatos, quorum ſententiæ ſine vlla ex-
ceptione aſſentitur ex recentioribus Camillus Bo-
rellus *in addit. ad Bellugam*, *rubr.* 11. *§. ſed quia lo-
quimur*, in verb. *Latrone*, communis tamen om-
nium prope conſenſus eſt eos gaudere, vt teſtantur,
Franciſcus Marcus Paſtor *deciſ.* 554. *num.* 11. & Sua-
rez *loc. cit. cap.* 10. *num.* 3. qui generatim loquuntur,
licet eorum ſententiam cum moderatione & di-
ſtinctione admittendam putet Italia *loc. cit. cap.* 2.
§. vnico, à num.... à quo omnium copioſiſſimè res hæc
explicatur.

15 Ex hac doctrina concludes beneficium non con-
cedi primò, & per ſe perſonis, ſed locis; quia ex-
communicati omni iuris beneficio carere debent.
Reſpondeo excommunicatum ad immunitatem
non admitti vt lædens, ſed potiùs ne lædatur, prout
ſupra concluſum eſt de criminoſis omnibus, atque
etiam de inſontibus. Ad difficultatem reſpondetur
non minus indignos eſſe ſceleratos omnes, qui no-
minatim ex hoc priuilegio excluſi iure pontificio
non ſunt eodem hoc fauore; & tamen qui non eſt
expreſsè excluſus cenſetur incluſus: verumta-
men non eſt hic pluribus de hac re diſputandi
locus.

16 Tertiò dico huic meæ ſententiæ conſtitutionem
Greg. XIV. non aduerſari; nam quamuis ea pauca
nonnulla crimina excipiantur ab immunitate, cæ-
tera non item, ex qua doctrina colligi videtur per-
ſonam hanc, de qua agitur, immunitate priuandam
non eſſe, cum vel ſit omnino innocens, vel ſi quid
quid culpæ commiſit, ea excepta non ſit: cauſa cur
illa conſtitutio non obſtet, eſt quia ea non excludit
per multos caſus, qui iure communi, & omnium
fere ſententia ab immunitate excipiuntur, cuiuſ-
modi ſunt crimina atrociſſima homicidio, & mu-
tilatione non minora, *ex cap. vltim. de immunit. Ec-
cleſiarum*, ſaltem de pixidis ſacramentalis furto ſa-
crilego ſententiam hanc approbant Villagut. *num.*
59. & pluribus aſſenſionibus Italia *loco cit. de ho-
micidio commiſſo ſpe confugij*, conſtans eſt eorum ſen-
tentia, quos colligunt Cenedus *part.* 2. *collect.* 178.
num. 1. Italia, & alij memorati, *de homicidio cogitato*,
& ex induſtria Farinac. Italia, & alij, qui conclu-
dunt in ea Bulla faciendam eſſe extenſionem ad ca-
ſus ſimiles: minus autem multo obſtat illa conſtitu-
tio, quia ſermonem nullum facit de eorum extra-
ctione, qui primariò ob ſuum ipſorum commodum
ex Eccleſia extraherentur inuiti, de qua re inſtituta
17 eſt diſputatio; vulgare autem eſt caſum omiſſum
relinqui diſpoſitioni iuris communis ad tradita *in
leg. commodiſſimè. Cod. de teſt. l. præcipimus. C. de appel-
lationibus.*

18 Quartò dico, Epiſcopi eius loci, in quo virgo
eſt, munus eſſe ob cauſam ſupra expoſitam, licen-
tiæ concedendæ, vt ea ex Eccleſia extrahatur. An
feret pius animarum curio, vt diutiùs loci eius re-
ligio profano ſeruiat vſui? muliebri incolatu con-
taminetur, armis obſideatur non ſine tumultu &
ſcandalo, Chriſti fidelium frequentia, & cultu; im-
mo verò acceſſu prohibeatur? & tanquam execran-
dum anathema abhorreatur? Quantò erit ſatiùs vir-
ginem honeſtiſſimam è carcere, quò ſe ſua ſponte
concluſit, eximere, neceſſitate, ac rerum omnium,
vel aquæ ipſius difficultate vindicare, priſtinæ liber-
tati reſtituere, ſumptu denique ac fortunarum ni-
mia iactura, qua præmittitur leuare.

Quinto dico quamuis res hæc eſſet dubia, vt 19
mihi quidem arbitro videtur explorata, in meam
potiùs ſententiam propendendum eſſet. Non ignoro
multorum eſſe opinionem, vbi res ſit dubia pro im-
munitate ipſa in fauorem reorum eſſe iudicandum,
ita cõcludunt Belluga *d. rub.* 11. *§. ſed quia loquitur. n.*
22. & Italia *d. lib.* 1. *cap.* 6. *§.* 2. *à n.* 75. *ex leg. ſemper in
dubiis*, & *leg. fauorabiles*, *ff. de reg. iur.* noui tamen
quanti facienda ſit memorabilis plurimorum ſen-
tentia, quam inſigniter explicat Maranta diſputa-
tione quinta, *num.* 10. poſt Speculum, vbi hæc ille
ſcribit. *Quando caſus eſt dubius, & ſunt opiniones hinc* 20
*inde, debemus ſequi illam opinionem, quæ magis fauet
publicæ vtilitati, & magis cohæret regulis iuris commu-
nis.* Bart. & alij *in leg.* 1. *ff. ſolut. matr.* Iuriſconſultus
in leg. hoc modo, *ff. de conditionibus*, *& demonſtrat.*
Vnde poſitis his duabus opinionibus magis fauet 21
publicæ vtilitati hæc, quæ tendit ad puniendum de-
licta, quam alia opinio, quæ inducit impunitatem,
& auget delicta. Hæc & alia complura eo loco Ma-
ranta. Accedit Iuriſconſulti ſententia notiſſima *in
leg. ita vulneratus, ff. ad l. Aquiliam*, quamque au-
tem priorem ſententiam tenere velimus, ea tamen,
vt dixi, odioſa in hac re propoſita eſt, cum proba-
tum, ac palam factum ſit, aſyliam puellæ huic non
mediocri detrimento eſſe; etiam ſi de nullo penitus
crimine puniendo quæreretur.

Poſtremò dico difficultatem de laicis, qui ad vir- 22
ginis adiumentum concurrerunt, non videri mihi
hoc loco multùm neceſſariam; nam ſi noſtra hæc
ſententia probetur, ſatis puellæ ipſius ſaluti, honori,
& commodo, quod in primis ſpecto, & vnicè ſtu-
deo, conſuletur.

Moneo tamen, puellam hanc extrahendam fide, 23
ac verbo regio ſecuram fieri debere fore, vt pro-
pter contumaciam ſuam nulla à Prorege pœna af-
ficienda ſit, argumento doctrinæ traditæ a Roma-
no Pontifice *in dict. cap. inter alia, §. vltimo, de ſerui à
domino extrahendi impunitate.*

Hieronimus Pecorarius Societatis Ieſu.

SVMMARIVM.

1 *Extrahi poſſunt commorantes in Eccleſia
non rei criminis à Iudice ſeculari, quic-
quid dicat Genouenſis: explicatur nu-
mero* 13.

2 *Eccleſia iniuria fit, ſi vi extrahantur com-
morantes in illa.*

3 *Violentia in extrahendo quæ dicatur.*

4 *Mulieres etiam nolentes collocari poſſunt
in loco immuni, ordine Iudicis ſecularis.*

5 *Rationes quare includi, & excludi poſ-
ſunt*

ſunt mulieres à Monaſterio,

6 *Mulieres ex vno in aliud Monaſterium duci poſſunt.*

7 *Criminoſus fugiens à Curia ad Monialium Monaſterium, immunis eſt extrahendus vſque ad aliam Eccleſiam.*

8 *Excommunicatus delinquens ingrediens Eccleſiam tempore celebrationis Diuinorum Officiorum, transferri tutus debet ad aliam Eccleſiam.*

9 *Immunitas non conceditur in præiudicium animarum.*

10 *Nubens inuito patre ſine iuſta cauſa, mortaliter peccat.*

11 *Et poteſt exheredari ſecundùm aliquos.*

12 *Præcepto legitimo Principis, & Epiſcopi non obediens, capitale peccatum committit.*

ARGVMENTVM.

Extrahi ab Eccleſia an poſſit abſque metu excommunicationis is, qui ad illam confugit, non tamen ex eo, quia in aliquod crimen incidiſſet, ſed propter aliam cauſam, quæ ſibi legitima viſa eſt, verè talis non ſit: & de alis notabilibus ad materiam pertinentibus.

ALLEGATIO LXXVIII.

1 AD eam ſententiam comprobandam, quæ
eſt, puellam, quæ Neapolitani Proregis
iuſſu reponenda in loco ſecuro, vt
libere matrimonium contraheret, con-
fugit ad Eccleſiam, non gaudere immunitate, af-
ferri poteſt doctrina Patris Marij Andriẽſis è noſtra
Societate, viri in harum rerum ſtudio verſatiſſimi,
qui in commentariis ad conſtit. Greg. XIV. *de
immun, cap.*6. quod inſcriptum eſt. *Caſus aliquot du-
bij:* vbi hæc ſcribit: *Non eſt extendenda diſpoſitio
huius conſtitutionis ad commorantes intra Eccleſiam,
aut Monaſteria, non reos criminum; nam ij poſſunt ca-
pi, & extrahi à ſeculari Iudice pro teſtimonio ferendo,
aut ob aliam ſimilem cauſam, quicquid fecerit Archie-
piſcopalis Curia Neapolitana, apud Gennenſem c.*22.
*num.*9. *vbi Gennenſis teſtatur iudicatum eſſe, non fuiſſe
extrahendum ab Eccleſia nobilem quendam adoleſcen-
tem, qui prouocauerat alium ad duellum, & ad pacem
faciendam cum inimico ſuo, vel inuitus extractus eſt
ab Eccleſia à ſeculari Curia, atque idcircò reſtitutum
eſſe Eccleſiæ ipſi montis Dei, vnde extractus fuerat;*
Et quamuis P. Andrienſis doctrinam ſuam non pro-
bet; ego tamen, quod attinet ad rem propoſitam,
eam probo. Primùm, quia ſi qua eſſet ratio, cur ex-
trahi confuga ab Eccleſia non poſſet, etiam ſi nul-
2 lum crimen antea commiſiſſet, maxime eſſet, quia
ratione violentiæ, quę fieret confugæ, fieret etiam
iniuria Eccleſiæ; in hac autem re de qua agitur non
fieret violentia perſonæ, ergo nec loco. Minor pro-
batur, quia violentia quod ſpectat ad immunitatem
Eccleſiaſticam, non conſiſtit in inuoluntario perſo-
næ ſingularis, ſed in ratione inuoluntatij conueniẽ- 3
tis & debiti iuxta iuris præcepta. At hoc modo puel-
la hæc non eſt iure inuita, ergo poteſt impune ex-
trahi, maior probatur, quia poteſt mulier auctorita-
te Iudicis ſiue Eccleſiaſtici ſiue laici collocari in
loco immuni, ſiue ſit Eccleſia, ſiue ſit Monaſte- 4
rium Monialium, ſiue alius quicumque tutus à
à metu violentiæ, arbitrio Iudicis, etiam ſi ſimiliter
ipſa repugnet, & ſit omnino inuita. Ergo, cùm mu-
lier repugnat reſpectu electionis huius loci, & vult
ipſa ſua ſponte & priuata auctoritate locum hunc
eligere, poteſt, ex eo loco depelli ſine violentia,
etiam ſi ipſa diſſentiat. Antecedens conceditur com-
muni omnium conſenſu, Panormitani potiſſimùm
in cap. cùm locum, num. 5. *&* 6. *de ſponſal.* & quod at-
tinet ad Iudicem laicum in matrimonio contrahen-
do, concedit hoc illi licere Genuenſ. ipſe *in ſua prax.
cap.* 15. & quod ſpectat ad Proregem Neap. omnium
explicatiſſimè oſtendit hoc iure ſuo facere de Pont.
tract. de Auth. Proreg. tit. 6. *de aſſenſu regio ſuper doti-
bus, à num.* 48. Ergo probatum relinquitur puellæ
huic nullam fieri violentiam, & quod conſequens
eſt, poſſe impunè extrahi ex loco immuni, quem-
admodum poteſt in eundem Prætoris auctoritate
impunè coniici, ad effectum ſupra expoſitum.

Neque enim minor fieret iniuria loco immuni, 5
ſi inuita perſona in eo concluderetur, quàm ſi inui-
ta ex eo excluderetur, quia in vtroque euentu loci
immunis offenſione, & iniuria, eriperetur ingenuæ
perſonæ libertas; imo maior iniuria fieret loco im-
muni propter incluſionem, quàm propter excluſio-
nem liberæ perſonæ, quia in excluſione locus im-
munis pateretur, & reciperet violentiam; in inclu-
ſione verò locus ipſe inſtrumentaliter concurreret
ad faciendam violentiam liberæ perſonæ. Cum igi-
tur in hac re, vt probatum eſt, violentia non fiat in
incluſione, ſequitur eam nec in excluſione quidem
fieri.

Hæc profectò cauſa fuit, quare cùm nuper Bene- 6
uenti nobilis quædam adoleſcentula à coniuge du-
ri, & agreſtis ingenij male accepta in Monialium
Monaſterium violenter irrupiſſet, Illuſtriſſimi D.
Cardinalis Arigonij iuſſu, causâ cognitâ, & adhibi-
tis in conſultationem eruditiſſimis viris ex eo Mo-
naſterio in alium ſecurum locum, licèt inuita tradu-
cta fuerit; ne videlicet ius Monaſterij, regularis ob-
ſeruantia, & pax eius mulieris conſuetudine turba-
retur, ac ne daretur aliis mulieribus exemplum in
ſepta Monialium ſine vlla Superiorum licentia ir-
rumpendi.

Quid ſi vir criminoſus, quem Curia inſequere- 7
tur in Monialium Monaſterium violenter ingrede-
retur, an non eſſet idcircò ſtatim ex eo loco in alium
immunem extrudendus? Dices cauſam fuiſſe quia
ſiue vir ſiue mulier in Monialium Monaſterium ſub
pœna excommunicationis latæ ſententiæ, Sedi
Apoſtolicę reſeruatæ prohibetur ingredi; ſed hoc
non tollit difficultatem, quia non eſt certum an ex-
communicatio illa locum habeat vbi agitur de vi-
tæ periculo, & moraliter non eſt alius modus eua-
dendi. Deinde quia vt impedienda eſt à ſuperiore
confugæ cenſura, ita impediendũ eſt eiuſdem pec-
catũ. Quare ſi excõmunicatus vitandus ingrederetur 8
in Eccleſiã, & eo loco celebranda eſſent neceſſaria
diuina officia, ne ea impediret, ad vitandum pec-
catum tum excommunicati ipſius, tum cæterorum
Chriſti fidelium, transferri poſſet, & deberet au-
ctoritate Epiſcopi in alium ſecurum locum, vt eſt
Monaſteriũ, vbi eſſet ſine peccato, & cum priuile-
gio

gio immunitatis. Ita concludunt plurimi apud Re-
9 migi. *tract. de immun. fallent.* 19. quia immunitas non
concederetur in præiudiciũ animarum. Idem *Fallent.*
20. Optime Panorm. *in c. inter alia, num. vlt. de imm.
Eccl.* vbi agit de eo qui iurauit ſe in carcerem iu-
ſtum rediturum.

10 Cum igitur puella hæc peccet ſine dubio morta-
liter ſi velit nubere, inſcio, aut inuito patre, ſine iu-
ſta cauſa, vt conſtans eſt opinio Theologorum Petri
Soti, Molinæ, Pedrazzæ, Rodoric. & aliorum, quos
11 colligit & ſequitur Saytus *tom. 2. lib. 7. cap. 5. a n.* 12.
Quam eamdem doctrinam approbant Toled. *lib.* 5.
cap. 1. Paleſtrelus *part.* 1. *caſ.* 18. Azo. *tom. 2. lib. 2. c.* 2.
quæſt. 6. & conſentiunt illi omnes, qui putant iuſtas
eſſe leges, quibus conceditur poteſtas patri exhære-
dandi filium qui matrimonium contrahat ſine pa-
tris ipſius conſenſu. In quibus nominatim ſunt So-
tus, Molina, Salon, & alij complures, quos colli-
gunt. Concludendum eſt eam gaudere non debere
immunitate.

12 Adde quod probabile admodum eſt eam pecca-
re mortaliter, ſi non pareat Principi & Epiſcopo le-
gitime præcipientibus, vt ex ea Eccleſia egredia-
tur, & in alium locum ſecurum migret. Quod nunc
non diſputo breuitatis ſtudio. Ergo Eccleſia eam
tueri non poteſt.

13 Nec obſtat quod dicit Genuenſ. loco citato de
eo qui reſtitutus eſt Eccleſiæ Montis Dei, tum quia
ea ſententia non eſt approbata omnium iudicio,
& nuncupatim improbatur a P. Andrienſi loco me-
morato, tum verò quia vt ipſe dicit erat alius mo-
dus componendæ pacis ſine extractione confugæ.
At verò in hoc euentu de quo ſermo eſt, non ſubeſt
alius modus proſpiciendi ſecuritati, & libertati
huius puellæ, niſi in locum alium ſecuriorem & ho-
neſtorem transferatur.

Hieronymus Pecorarius Societatis IESV

SVMMARIVM.

1 *Eccleſiaſtica immunitate non gaudent qui homicidia, vel mutilationes membrorum committunt in Eccleſia, vel Cæmiteriis.*

2 *Immunitate non gaudet, qui occidit, vel mutilatur in atrio Eccleſia.*

3 *Immunitas Eccleſiaſtica fuit conceſſa propter reuerentiam Eccleſiarum.*

4 *Textus* in cap. ſi quis in atrio 17. quæſt. 4. *affertur.*

5 *Textus* in cap. fin. de immunitate Eccleſiaſtica; *qui dicit delinquentem ſub ſpe immunitatis non gaudere, affertur.*

6 *Clementis VIII. ordo, quod delinquens prope Eccleſiam, vel ſpe immunitatis, non gaudeat, adducitur.*

7 *Immunitate non gaudet committens homicidium proditorium, quod quomodo probetur oſtenditur.*

ARGVMENTVM.

Immunitate Eccleſiaſtica, an gaudeat, qui homicidium, vel membrorum mutilationem in atrio Eccleſiæ commiſerit: & de aliis ad explicationem Bullæ Gregorianæ.

ALLEGATIO LXXIX.

ECCLESIASTICA immunitas non 1
ſuffragatur iis, qui homicidia, & mu-
tilationem membrorum, in ipſis Ec-
cleſiis eorumve cæmiteriis committere
non verentur, ſunt verba bullæ Gregorij XIII.

Dubitatur an appellatione Eccleſiæ, & Cœmiterij veniat atrium, quod eſt ante Eccleſiam, intra parietem, ita quod ſi quis in eo homicidium, ſeu mutilationem membri commiſerit, & poſtmodum in clauſtrum Monaſterij confugerit, immunitate non gaudeat.

Indubitanter priuandum eſſe immunitate ſuſti- 2
neo, quia iſta Pontificis declaratio, vt non ſuffrage-
tur immunitas iis, qui deliquerint in Eccleſia, eſt
inducta in fauorem Eccleſiæ, vt debitus honor Ec-
cleſiæ deferatur, pro vt ex verbis eiuſdem Bullæ
fundat Mar. Ital. *in tract. de immunit. Eccleſ. cap. 5.
§. 5. num. 5. in fin. verſ. ſatis colligitur noſtram commu-
nem*: ne Sacra Domus Dei fiat ſpelunca latronum,
& ne immunitas quæ ad bonum finem fuit introdu- 3
cta ob reuerentiam Eccleſiarum, tribuat malum, &
delinquendi incentiuum, contra tex. *in c. iniuſta* 24.
quæſt. 4. & ſic tanquam in fauorem Eccleſiæ latè in-
terpretanda eſt, cum fauores ampliari conuenit. *cap.
odia, de reg. iur. in 6. cum concord.* & nomine Eccle-
ſiæ locus cum illa coniunctus venit, Suarez *lib. 3.
cap. 9. in tit. quæ Eccleſiæ propriè gaudeant immunita-
te: num.* 1. & quæ religioſis adhærent, religioſa ſunt,
leg. quæ religioſis, ff. de reiuend. vnde de atriis Eccle-
ſiæ extrahere non licet, ibique reus gaudet immu-
nitate *cap. ſi quis contumax,* 17. *quæſt. 4. cap. id conſti-
tuimus eadem. cauſa* Bart. *in leg. 1. de his qui ad Ec-
cleſiam confug.* Suarez loco citato.

Pro hac opinione eſt tex. *in cap. ſi quis in atrio Ec-* 4
cleſ. 17. *q.* 4. vbi ſi in atrio quis homicidium faciat,
ſoluit penam violatæ immunitatis Eccleſiæ, & ſta-
tutum puniens vulnerantem in Eccleſia, compre-
hendit vulnerantem iuxta Eccleſiam, ita *ex Auth.
Guid. de Suz.* tenet Ioan. Andr. ad Specul. *in titul. de
immunit. Eccleſia, in fine.*

Inſuper, attenta alia ratione tradita *in cap. fin. de* 5
immunit. Eccleſ. a quo deſumpta videtur Bulla præ-
dicta, quæ eſt, quod indignum ſe fecit, cum fruſtra
legis auxilium inuocat, qui committit in legem: at
cum immunitate gaudeat delinquens in atrio Ec-
cleſiæ, vt ſupra fundatum eſt, indignum ſe fecit, ſi
in ipſo atrio deliquit; in omnibus igitur locis in
quibus gaudet immunitate, ſi in ipſis deliquit, im-
munitas ei non ſuffragatur, attenta ratione perfecta,
& ita fuit obſeruatum in Diæc. Auerſana, de
anno 1615. vt probatur ex actis qui producun-
tur.

Ad excluſionem quoque prætenſæ immunitatis 6
facit reſolutio Clementis VIII. quod delinquentes
prope Eccleſiam, ſub ſpe immunitatis illius, non
eſſent tuti, vt per Farinac. *de carcer. & carcerat. quæſt.*
28. *num.* 56. quem nouiſſimè refert, & ſequitur
Alex. Ambroſ. *de immunit. & libert. Eccleſ. cap.* 5.
num. 4. verſ. & cum opinione Deciani, dicens, quod
ſtante reſolutione iſta, non eſt amplius, tractandum
de hoc articulo, ſed reſolutioni factæ adhærendum,
& ſi Mar. Ital. *in tract. de immunit. Eccleſ. lib. 1. cap.* 5.
§. 3.

§.3. num.4. contrarium tenuerit, aduerſùs, quem non inſiſto, cum in caſu, de quo agitur ceſſat omnis difficultas, dum deliquit in Eccleſia, vt ſupra fundatum eſt.

7 Quæ attendenda eſt in caſu de quo agitur, cùm data opera prope Eccleſiam, ſub ſpe immunitatis deliquerit, quod patet; nam ſub colore amicitiæ induxit inimicum prope Eccleſiam, ibique occidit, ex quo reſultat qualitas proditionis, propter quam immunitatis beneficium amittit ex diſpoſitis in eadem Bulla, pro cuius qualitatis probatione ſat eſt illa, quæ ſufficit pro captura, vt ex multorum auctoritate tradit Remig. *de condict. in tract. de immunit. Eccleſ. quæſt. 27. numer. 3. verſicul. attenta opinione iſtorum.*

Ioan. Franciſcus Sanfelicius.

SVMMARIVM.

1 *Homicidium committens, & ad Eccleſiam confugiens gaudet immunitate.*

2 *Textus* in cap. inter alia, de immunitate Eccleſiarum, *an per Bullam Gregorianam ſit correctus.*

3 *Homicidium commiſſum ex inſidiis, an gaudeat immunitate Eccleſiaſtica.*

4 *Homicidium commiſſum in Eccleſia, vel Cœmiterio eſt exceptuatum quoad immunitatem.*

5 *Proditorium homicidium eſt exceptuatum ab immunitate, & vtrum tale ſit, quod committitur ſclopo rotato.*

6 *Occidens ſub ſpe Immunitatis, an gaudeat immunitate.*

7 *Occidens propè Eccleſiam, quando quis dicatur.*

8 *Homicidium proditorium, qualiter dicatur de iure communi, quid verò de iure Regni noſtri, vſque ad num. 10.*

11 *Leges Canonicæ in materia immunitatis corrigunt leges ciuiles.*

ARGVMENTVM.

Immunitate Eccleſiaſtica an gaudeat is, qui ſub ſpe immunitatis homicidium prope Eccleſiam commiſerit; & quando dicatur quem homicidium commiſiſſe prope Eccleſiam. Homicidium proditorium qualiter dicatur commiſſum de iure communi, & quomodo de iure Regni: & de aliis notabilibus.

ALLEGATIO LXXX.

HOMICIDIVM committens, & ad Eccleſiam confugiens gaudere immunitate, & ab ea non eſſe extrahendum, & extractum de facto, etiam in Eccleſia de facto eſſe reſtituendum nemo eſt qui dubitet ex tex. *in cap. inter alia, pen. & fin. de imm. Eccleſ. leg. præſenti. C. de his qui ad Eccleſ. confug.* communem hanc eſſe opinionem teſtatur Clar. *quæſt. 30. num. 1.* Couar. *variar. reſolu. lib. 2. c. 20. num. 7.* Farinac. in prima parte praxis criminalis *to. 2. quæſt. 28.* cum aliis per eos citatis. Verùm quia regula prædicta nonnullas patitur limitationes, tum attenta diſpoſitione dicti cap. *inter alia,* tum etiam attenta diſpoſitione Gregorianæ Bullæ, de illis diſcutiendum arbitror. 1

Ex cap. *inter alia,* dubitari poſſet primò, nùm diſpoſitio tex. prædicti procedat in homicidio deliberate, & ex propoſito commiſſo; ſecundò quid in homicidio ex inſidiis patrato; tertiò quid in homicidio prope Eccleſiam commiſſo. De proditorio homicidio non loquor, cùm tam Gregoriana, quam leges communes exceptuant; aliqua ſolùm breuiter ſcribam, an in caſu noſtro delictum, quòd ſclopo rotato commiſſum præſumitur, proditorium dicatur, adeo quod ab Eccleſiæ immunitate delinquens dicatur excluſus. 2

In primis duobus caſibus licèt attenta diſpoſitione tex. *in dicto cap. inter alia,* non defuerunt Doctores pro vtraque opinione, quos refert Farinac. præcitato loco; tamen de veritate dictarum opinionum non quæro, tum ex eo, quod in facto conſtat eodem quaſi tempore occiſum occidentem inſultaſſe, & aggreſſum fuiſſe, nec ex inſidiis dici poterit homicidium fuiſſe commiſſum ex doctrina Clari *in §. homicidium, num. 7.* vbi dicit tunc homicidium eſſe commiſſum ex inſidiis, quando aliquis alium expectat, poſitus in loco, qui ab illo præuideri veriſimiliter non poterat, animo occidendi, illumque ab improuiſo inuenientem aggreditur, & interficit, quòd in caſu noſtro ſatis diuerſum eſſe ex facto patet, tum etiam quia attenta prædicta Gregoriana Bulla, quæſtiones prædictæ ſunt ſublatæ, & in duobus tantum caſibus ſtatuit homicidas non gaudere immunitate Eccleſiarum. 3

Primus ſi homicidium fuerit in Eccleſia, vel in Cœmiterio commiſſum; ſecundus in homicidio proditorio; in cæteris autem caſibus, etſi grauioribus, gaudere immunitate copioſè demonſtrat Farinac. *conſ. 76. num. 7.* 4

In caſu verò noſtro de duobus diſcutiendum eſt; primò, cùm in facto præſupponat fiſcus delictum fuiſſe commiſſum prope Eccleſiam, an talis delinquens gaudeat immunitate. 5

Secundò cùm per Regiam Pragmaticam fuit ſtatutum delictum ſclopo rotato commiſſum dici proditorium, an in caſu noſtro talis homicida poſſit gaudere Eccleſiaſtica immunitate.

In primo caſu ita diſtinguendum puto, aut quærimus attenta diſpoſitione cap. *inter alia, pen. & fin. de imm. Eccl.* & tunc licèt communis videatur opinio delinquentem non gaudere immunitate, eo quòd videtur deliquiſſe ſub ſpe illius immunitatis, attamen, vt magiſtraliter iuxta morem Couarruuias aduertit *lib. 2. variarum reſolutionum cap. 20. num. 15. verſ. 26.* tunc procedit opinio negatiua, quando delictum ita commiſſum eſt prope Eccleſiam, & ex propoſito, vt conijcturari poſſit, quum ſub ſpe Eccleſiaſticæ 6

ſiaſticæ immunitatis deliquiſſe; coniectura in caſu noſtro ſatis eſt diuerſa, poſtquam idem fiſcus præſupponit, quod delinquentes permanebant prope eorum domum, qui cùm vidiſſent eorum inimicum, armata manu in comitiua aliorum venientem aduerſus eos, dubitantes ne quid peius eis contingeret, cum paulò ante Vincentius Philippellus, de quo hodie agitur, fuit ab occiſo verbis, & factis inſultatus, occurerunt erga prædictum mortuum, & deuenientes ad arma, ſclopis præſupponitur ipſum occidiſſe in eadem via, in qua aderat Eccleſia vulgariter cognominata *lo Sepulcro*, quæ diſtabat à loco homicidij commiſſi per nonnullos paſſus, & licèt factum aliter ſe habeat in fauorem inquiſitorum, attamen dato, & non conceſſo pro vero id quod fiſcus prætendit, quæ coniectura applicari poteſt ſub ſpe immunitatis, deliquiſſe, ſi permanebant in eorum domo, & paulò ante Vincentius Philippellus fuit aggreſſus ab occiſo; duorum alterum erat neceſſarium, vel fugam arripere, & hoc nec erat tutũ, nec decens eorum honori: vel ſe defendere, prout fecerunt, & ſic potius pro eorum defenſione, quàm ſub ſpe immunitatis delictum fuiſſe commiſſum quiſque iudicabit.

7 Rurſus animaduertendum eſt verba illa, propè Eccleſiam, quam diſtantiam denotant; nam non ita ſimpliciter intelligenda ſunt, ſed vt notabiliter conſiderat Vulpel. *in conſilio* 150. *lib.* 1. intelliguntur de oſtio, ſcalis, aut clauſtro ipſius Eccleſiæ, ipſum ſequitur Farinac. præcitato loco: ſin vero quærimus ſtante Gregoriana Bulla, nulli dubium erit talem homicidam gaudere, cùm in ea adſit clauſula *ſublata*, quæ omnem prorſus extenſionem excludit. Dec. *conſilio* 61. *num.* 2. *lib.* 1. Aym. *conſ.* 201. *num.* 23. Put. *deciſ.* 50. *num.* 5. *lib.* 1. & in hac materia immunitatis Eccleſiarum, etiam apud Iudices ſeculares potiùs ſtandum eſt iuris Pontificij decretis, & ſtatutis, quàm Iuris Cæſarei ſanctionibus; pertinet enim ad reuerentiam locis ſacris exhibendam, quorum cura ad Pontifices, & Prælatos Eccleſiaſticos ſpectat. Ideoque eorum leges hac in re ſecularibus præferendæ ſunt, vt voluit Gloſ. *in dict. c. inter alia*, & *in cap. ſicut antiquitus* 17 *quæſt.* 4. cum aliis copioſè allegatis per Couar. *dict. cap.* 20. *n.* 3.

8 In ſecundo caſu, an tale crimen proditorium dicatur, dum ſclopis commiſſum præſupponitur, pro ſolutione duo erunt inueſtiganda. Primum, quid de iure communi. Secundum, nùm ſtante Regia Pragmatica illud proditorium declarante, poſſint delinquentes Eccleſiaſtica immunitate gaudere.

9 Ad primum non inſiſto, dum in hoc Regno habemus deciſionem iunctis Tribunalibus S. R. Conſ. R. Cam. Summariæ, ad relationem M.C. Vicariæ, per quam pleniſſime diſcuſſo negotio fuit deciſum delictum commiſſum ſclopo rotato de per ſe proditorium non eſſe, vt refert Dominus de Franchis *dict. deciſion.* 713. Amplectendo communem Bart. theoricam *in d. l. reſpiciendum. §. delinquunt, de pœnis*, vbi crimen proditorium eſſe dixit, quando quis ſub colore amicitiæ offendit.

10 Ad ſecundam difficultatem concluſiuè procedendo, firmiter aſſero homicidas, licèt ſclopo rotato delicta commiſerint, non obſtante Reg. Pragm. gaudere immunitate Eccleſiæ.

Primò, quia ſequeretur, quod immunitates Eccleſiarum ſtatutis laicorum poſſint tolli, quod eſſet abſurdum.

11 Secundò, nam ſi videmus leges Canonicas in materia immunitatis Eccleſiæ corrigere Ciuiles leges, vt in terminis dicti *c. inter alia*, communiter Doctores tenuerunt diſpoſitionem §. *neque autem, in Auth. de mandat. Princip. col.* 3. vbi diſponitur, quod raptores, & adulteri non gaudeant immunitate Eccleſiæ, fuiſſe correptam per dictum cap. *inter alia*, & ita ſeruari in practica per totam Italiam teſtatur Clarus *quæſt.* 30. *num.* 80. Farinac. *d. quæſt.* 28. *n.* 17. cum aliis per ipſum citatis, quomodo poterit dubitari an ſtatuta laicorum poſſint Eccleſiaſticam tollere immunitatem, & ex his clarè patet prædictos inquiſitos ad Eccleſiam eſſe reſtituendos. Hæc breuiter adnotaui. Cætera ſuppleat religio Dominorum Iudicantium.

Ioannes Vincentius Macedonius.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſeries proponitur.*

2 *Actoris perſona introducitur.*

3 *Prætendit Auctor omnia bona non obſtante teſtamento.*

4 *Matris præteritio qualiter pro ex hæredatione habebatur iure antiquo attento, quid iure nouo, vſque ad num.* 7.

8 *Clauſula codicillaris quando, & qualiter ſaluet teſtamenti validitatem, vſque ad num.* 11.

12 *Fratres conſanguinei in bonis maternis cum auia materna an concurrant de iure communi; quid de iure conſuetudinario, vſque ad num.* 18.

19 *Legitima auia materna vtrum ſit tertia totius, vſque ad num.* 28.

29 *Bona Materna, quæ intelligantur, & quæ ſint vſque ad num.* 32.

33 *Textus* in l. fœminæ. C. de ſecundis nuptiis, *vtrum in patre locum habeat, declaratur vſque ad num.* 36.

37 *Concluſio generalis, de qua in præſenti, adducitur, vſque ad num.* 38.

39 *Bona obuenta, quæ dicantur, quæ verò quæſita, vſque ad num.* 51.

52 *Bona materna quæ, & qualiter dicantur, & quando tranſeunt ad filios primi matrimonij, vſque ad num.* 53.

54 *Tex.* in l. generaliter, § in his. C. de ſecundis nuptiis, *declaratur.*

55 *Coniugis tranſeuntis ad ſecunda vota, qualiter, & quomodo proprietas ſpectet ad filios primi matrimonij, vſque ad num.* 61.

62 *Bonorum diſtinctio in ſucceſſione qualiter fieri debeat, & an ſit attendenda perſona, à qua immediatè bona procedant, vſque ad num.* 82.

83 *Argumenta, & obiecta Partis aduerſæ diluuntur, vſque ad num.* 88.

89 *Succeſſio bonorum maternorum qualiter cum fructibus, & intereſſe debeatur; quid in dote, quid in heredibus mulieris; quid poſt annum; quid in minore, vſque ad n.* 107.

108 *Inter*

108 *Intereſſe bonorum maternorum à quo tempore debeatur, vſque ad num. 113.*

114 *Intereſſe ad quam rationem debeatur pro bonis maternis, vſque ad num. 115.*

116 *Auia materna an ſuccedat in bonis paternis, vſque ad num. 119.*

120 *Diſtinctio bonorum quando in ſucceſſione aſcendentium attendatur, vſque ad num. 126.*

127 *Auia materna ſola in bonis maternis ſuccedit, fratribus conſanguineis excluſis, vſque ad num. 129.*

130 *Legitima debetur auiæ Maternæ in bonis paternis, & erit tertia totius, vſque ad num. 131.*

132 *Paterna bona quæ dicantur, & an veniant donata filiis naſcituris à patre iure tranſmiſſionis, vſque ad num. 144.*

145 *Text.* in l. quod autem 124 ff. de iure dotium, *explicatur, vſque ad num. 151.*

152 *Paragium qualiter tranſmittitur, & in quibus bonis debeatur vſque ad num. 165.*

166 *Intereſſe bonorum donatorum qualiter debeatur, vſque ad finem.*

ARGVMENTVM.

Auia materna præterita in Teſtamento nepotis, ſiue neptis, num poſſit inſtare, vt teſtamento illo ob eius præteritionem nullo declarato, decernatur eidem hæreditas ab inteſtato. Frater conſanguineus an iure communi attento poſſit concurrere cum Auia materna ſuper bonis maternis prædefuncti fratris; & quid de iure municipali Ciuitatis Neapolis. Textus in *l. fœminæ. C. de ſecundis nuptiis*, nùm in patre locum habeat. Legitima debita auiæ maternæ ſuper bonis paternis an ſit tertia totius. Bonorum diſtinctio in ſucceſſione qualiter fieri debeat, & an ſit attendenda perſona, à qua immediatè bona prouenient, & de aliis pluribus ad materiam pertinentibus.

ALLEGATIO LXXXI.

1 MORTVA D. Franciſca Caracciola nata ex Principibus Auellinarum, Camillo Caracciolo, & D. Beatrice Vrſina ſecunda eius vxore, & condito per eam teſtamento, in quo præterita D. Lucretia Vrſina, auia materna ſuperſtite, Marinum Caracciolum Auellinarum tunc Principem eius fratrem conſanguineum ex dicto Camillo Principe, & ex prima eius vxore gentium, vniuerſalem hæredem inſtituit.

Hinc eadem D. Lucretia auia materna præterita in S.Conſ. petiit bona paterna, & materna dictæ D. Franciſcæ, veluti hæres vniuerſalis ab inteſtato, annullato teſtamento per ipſius auiæ præteritionem; vel ſaltem portiones ſibi de iure debitas in dictis bonis paternis, & maternis, vt infra latiùs diſtinguetur.

Iura autem D. Lucretiæ ex donatione ab ea facta 2
ſub die 9. Aprilis 1620. D. Petro Vrſino Soloſtano Principi, ad cuius inſtantiam inſtructo proceſſu ſuper petitione per D. Lucretiam facta, ac denuò ab ipſo propoſita, & proſequuta, infraſcripta reſpectu vtriuſque ſucceſſionis paternæ, & maternæ ſibi Princeps D. Petrus, vti ceſſionario D. Lucretiæ, vt ſupra ſpectare contendit.

Quoad ſucceſſionem maternam.

Prima Prætenſio: Quod integra ſucceſſio om- 3
nium bonorum maternorum, quæ ex linea materna ad D. Franciſcam peruenerunt, integrè ad D. Lucretiam auiam, & ſucceſſiuè ad eum vti donatarium pertineant, nulla habita ratione teſtamenti ob ipſius auiæ maternæ præteritionem, abſque cauſæ alicuius expreſſione nulli, & inualidi.

Vera eſt enim, & magis recepta concluſio, quod 4
licet antiquo iure Codicis, & Inſtitutionum, matris præteritio pro exhæredatione habeatur, nulla habita diſtinctione, an cum cauſa, vel ſine, facta fuiſſet, quod idem ſi ab auo materno, vel alio in materna linea aſcendente facta fuiſſet, vt *in §. fin Inſtit. de exhæred. liber.* adeò vt tantum querela inofficioſi teſtamenti competeret liberis taliter præteritis: quod idem erat è contra ſi mater, vel alius
ex materna linea à filio, vel deſcendente ex fœmi- 5
na præteriebatur, vt *ex leg. cum filium 17. cum notatis. Cod. de inoffic. teſtament.* voluit gloſſa notabilis *in dict. §. fin. verb. mater, de exhæred. liber.* At iure no-
uiſſimo Authenticorum per *§. aliud quoque capitu-* 6
lum, Auth. vt cum, de appellat. cognoſc. requiritur quod præteritio ſit cum cauſa, aliàs ſi abſque cauſa facta fuerit in linea materna, ſiue ſurſum, ſiue deorſum, teſtamentum erit ipſo iure nullum.

Neque opus erit quærela, ita tenent omnes *in Auth. ex cauſa Cod. de liber. præter.* vbi gloſſa *verbo fratrem, ante finem, verbo, idem intelligo.* extendit etiam quando mater, vel alius in materna linea aſcendens prætereatur a filio, vel nepote. Sequuntur, & citant concordantes, ac de communi teſtantur Menoch. *conſ. 137. num. 3. lib. 2.* Clar. *recept. ſent. §. teſtamentum. quæſt. 47.* Anton. Gomez. *lib. 1. cap. 11. num. 36.* Craſſ. *§. teſtamentum, quæſt. 37. num. 1.* Gemeſius *tom. 1. variar. reſolut. cap. 2. num. 34. & ſeq.* Miſing. & Vulteius *dict. §. fin. de exhæred. liber.* Marta *in ſumma ſucceſſ. legal. part. 1. quæſt. 26. num. 17. & 18.* optimè Valaſc. *videndus conſult. 61. num. 2.* qui de communi teſtantur; optimè item Fabius de Anna *conſ. 103. num. 1.* licèt diſſentiant Vaſq. qui tamen, & ipſe
communem profeſſus eſt *de ſucceſſion. creat. §. 20.* 7
part. 3. num. 168. Mathienſ. *lib. 5. tit. 8. leg. 1. gloſ. 7. num. 5. fol. 204.* & Modernus German. *dict. §. final. & in addit. ad Clarum.* qui etiam in caſu præteritionis abſque cauſa poſt alios ab eis citatos, ſolùm querelam concedunt; quod tamen ad caſum noſtrum parum refert, quia iam nedum intra quinquennium, ſed paulò poſt mortem pro parte D. Lucretiæ auiæ

fuit teſtamentum impugnatum, & in puncto in auia materna præterita conſuluit Fab. de Anna *conſ.* 130. *à num.* 3. *ad* 4 *lib.* 2.

8 Hanc autem nullitatem teſtamenti D. Franciſcæ non ſaluat clauſula codicillaris in eo appoſita, iuxta notata *in dicta Auth. ex cauſa.*

9 Quia verior, & receptior eſt ea Doctorum ſententia, quod ſi clauſula codicillaris à Notario appanatur, *erit autem teſtator idiota*, hoc eſt, non Iuriſperitus, debet tenor dictæ clauſulæ exponi, & materno idiomate teſtatori indicari, vt eam benè intelligat, quod nos dicimus *vulgarizare*; aliàs dicunt eam nihil operari: ita tradunt Ripa *in leg. ſi vnquam, num.* 42 *verſ. tertio. Cod de reuocand. donat.* quem refert Cardinalis Mantica *de coniect. vlt. volunt. lib.* 1. *tit.* 3. *ſub num.* 10. dicentes, quod nec ſufficit à Notario vulgarizatam eſſe, niſi etiam à diſponente, & à Notario eius virtutes, & ſefficacia intelligantur. Hoc idem Bolognet. *in Auth ex cauſa, ſub num.* 81. *verſ. ſi tamen. Cod. de liber. præter.* Vigil. *in §. Maſculo. Inſtit. de pupil. ſubſtit.* Anton. Gabriël, *comm. concl. tit.* 6. *de conſuet. concl.* 4. *num.* 7. Socc. *conſ.* 93. *ſub num.* 27. *lib.* 4. Intrigliol. *de ſubſtit. cent.* 2. *quæſt.* 79. *num.* 22. Turrett. qui innumeros citat *de clauſ. codicill. quæſt.* 9. *defectu* 3. *à num.* 5. vbi in ſpecie loquitur de teſtamento mulieris, Fuſar. *de fideicomm. quæſt.* 569. *num.* 6. Celſus Vgo *de clauſul. ſub num.* 317. *tom.* 18. *tract.* Honded. *conſ.* 74. *num.* 46 *lib.* 1. Burlat. *conſ.* 18. *ſub num.* 18. *lib.* 1. Bardellon. *conſ.* 3. *num.* 25. *& conſ.* 21. *num.* 76. *lib.* 1. Rimin. Iun. *conſ.* 110 *num.* 76. *lib.* 1.
10 *& conſ.* 821. *num.* 67. *lib.* 7. D. Præſ. Anellus de Amato *conſ.* 61. *num.* 16. Euidens autem eſt ratio quam ponit Turret. vbi ſupra, quia non poteſt voluntas cadere in ignorante *leg. ſi per errorem, ff. de iuriſd. omn. iud. leg. ſed hæc ita, ff. de aqua pluuia arcend. leg. cum teſtamentum in fine. Cod de iuris, & facti ignor.* Surd. *conſ.* 200. *num.* 10. *lib.* 2. Decian. *conſ.* 54. *num.* 73. *lib.* 2. *cum aliis per Turrett. vbi ſupra.* Quod fortiùs in homine idiota, in quo amplius præſumitur ignorantia, Riminal. Iun. *conſ.* 614. *à num.* 16. *lib.* 6. Et in caſu noſtro ſumus in muliere virgine adoleſcentula annorum quatuordecim, quæ vim codicilla-
11 ris clauſulæ omnino ignorare præſumitur. Et cùm nihil de certioratione & explicatione dictæ clauſulæ inſtitutus hæres probauerit, non poteſt reſpectu ignorantis teſtatricis talis clauſula aliquid operari.

12 Secunda Prætenſio: Quod in hac ſucceſſione bonorum maternorum fratres conſanguinei D. Franciſcæ non concurrant cum D. Lucretia auia materna, ſed ipſa ſola ſuccedat, & hoc tam de iure communi, quod in caſu de quo agimus debet attendi, quam de iure conſuetudinario Ciuitatis Neapolitanæ, ſi in hac de qua agimus, ſpecie attenderetur.

13 Primò de iure communi, quo ſtatutum eſt, quod deficiente linea deſcendente ſuccedat ſecundo loco linea aſcendens in ſucceſſione ab inteſtato; tertio autem loco vocatur linea collateralis; iure autem nouiſſimo Authenticorum ex ſpeciali prouiſione ſolùm fratres ſororeſque vtrinque coniuncti cum parentibus pro virili, ad defuncti fratris, vel ſororis inteſtatæ ſucceſſionem vocantur, quod priuilegium fratribus, vel ſororibus conſanguineis, vel vterinis datum non eſt, iura ſunt aperta *in §. igitur. in Auth. de hæred. ab inteſt. venien.* & *in Authen. defuncto*, quæ ex prædicto §. ſumpta eſt. *Cod. ad Tertull.* vbi communiter DD. ſignanter Bald. *num.* 8. Dyn. *in tract. de ſucceſſ. ab inteſt. ſub num.* 13. Vbal. *eodem tract. part.* 2. *num.* 7. *&* 13. Matheſ. *eod. tract. ſectio.* 2. *princip. num.* 10. & ibi Bologn. & Cyn. *dict. tract. part.* 2. *à num.* 6. Oliuer. Textor. *d. tract. num.* 74. Cyn. *dict. tract. num.* 6. optimè D. de Franch. *deciſ.* 582. *qui videntur. Conar. eod. tract. ſub num.* 5. vbi reprobat Caſſan. qui contrarium conſuluerat. Craſſ. *§. ſucceſſio ab inteſtato, quæſt.* 24. & iudicatum refert Boër. *deciſ.* 185. *ſub n.* 2.

Quod fortius procedit quoad ea bona, quæ ob- 14
uenerunt D. Beatrici à matre, vel materna linea, quia in illis ſuccederet D. Lucretia mater, excluſo quolibet aſcendente ex linea paterna, & proinde multò fortius excluſo fratre conſanguineo ex linea paterna coniuncto, ex doctrina Bart. *in leg. quod ſcitis, §. ſin autem per illum textum. Cod. de bonis, quæ liber.* quam licet ibi Bald. impugnet, eam tamen DD. communiter ſequuntur. Matheſ. *in tract. de ſucc. ab inteſt. artic.* 2. *principal num.* 4. Paſſag. *eodem tract. num.* 11. Angel. Aret. *§. præſeruatur, col.* 1. *inſtit. ad Tertullin.* Oliuer. *eod. tract. num.* 71. *& ſub n.* 78. *verſ. & hoc verum.*

Et fortiſſimè procedunt quia ferè omnia bona 15
materna D. Franciſcæ ad D. Beatricem matrem peruenerunt à D. Lucretia de Tufo, auia materna, titulo dotis, vt patet ex cautelis dotalibus & in talibus bonis omnes voluerũt procedere opinionem Bar. *in d. l. quod ſcitis*, vt ſuccedat ille ſolus ex aſcendentibus à quo talia bona prouenerunt, iuxta opinionem Bald. *in dict. leg. quod ſcitis*, qui in hoc tantum Bartoli probauit ſententiam, vt referunt in ſupradicto tractatu *de ſucceſſione ab inteſtato*, Vbal. *part.* 2. *ſub num.* 4. Oliuer. Textor. *ſub num.* 71. Tholoſ. *ſintag. iuris par.* 3. *lib.* 45. *cap.* 9. *num.* 11. Si igitur origo bonorum adeo potens eſt, vt valeat excludere aſcendentem, qui non eſt ex ea linea vnde bona obuenerunt, adeò quod D. Lucretia auia materna excluderet auum paternum D. Franciſcæ à ſucceſſione bonorum obuentorum ex materna linea, multò fortius excludet fratres conſanguineos, qui per ipſum auum paternum D. Franciſcæ ſunt coniuncti.

Quod adeo verum eſt, quod cùm communis ſi 16
opinio, ſemper, & in quibuſcumque bonis aſcendentem excludere fratres ex vno tantum latere coniunctos; aliqui tamen non ita ſenſerunt quando frater eſt coniunctus ex latere, vnde eſt aſcendens ſuperſtes, de quibus dicetur infra cum agetur de ſuc- 17
ceſſione bonorum paternorum D. Franciſcæ; At nullus vnquam dubitauit de eo fratre, qui non eſt ex eodem latere aſcendentis, & nunquam quoad bona ex alia linea, vnde non eſt coniunctus frater obuenta, vt videre eſt ex citatis per Barry. *de ſucc. ab inteſt. lib.* 18. *tit.* 2. *ſub. n.* 2.

De iure autem conſuetudinario (ſi in præſenti 18
poſſet habere locum) eſt etiam hoc indubitatum, quia frater conſanguineus in bonis obuentis ex linea materna non ſuccedit ſiue ſolus ſit, ſiue cum materno aſcendente velit concurrere; ſed tantùm in bonis obuentis ex linea materna, vel quæſitis, vt patet ex dictis per Nap. *in conſuetudine, ſi quis vel ſi qua, num.* 131. 225. *&* 241. Ant. de Alex. *in apoſtil. leg. ſub num.* 131. *fol.* 114. Vrſil. *ad afflict. deciſ.* 38. *à num....* Molfeſ. *tom.* 1. *ſuper conſuetud. par.* 4. *quæſt.* 40. *à num.* 13. & quia arbitror talia D. Principem Auellini minime cogitare, ſuper hoc vlterius non inſiſto.

Tertia Prætenſio: Quando pro Principe Auelli- 19
ni clauſula codicillaris poſſet in aliquo operari (quod ex ſupradictis expreſsè negatur) tunc auiæ maternæ deberetur legitima bonorum maternorum, quæ eſſet integra tertia pars illorum, non obſtante ſuperexiſtentia fratrum, & ſororum conſanguineorum D. Franciſcæ, qui, vel quæ cum auia materna in talibus bonis in ſucceſſione ab inteſtato non admitterentur.

Com

20 Competere autem auiæ maternæ legitimam ex
aduerſo facilè conceditur.

21 Eſſe autem tertiam partem integram omnium
bonorum à matre, vel linea materna obuentorum
ex duabus propoſitionibus concluditur.

22 Prima eſt: Legitimam aſcendentium hodie au-
ctam eſſe ad inſtar legitimæ deſcentium, iuxta text.
in Auth. nouiſſima. Cod. de inoffic. teſtam. Ita eſt com-
munis opinio de quo teſtantur Vaſq. *de ſucceſſ. creat.*
§. 20. *num.* 283. Couarr. *lib. 4. decretal. part. 2. cap.* 8.
§. 4. *num.* 12. Graſſ. *§. legitima, quæſt.* 9. Facchin. *con-
trouer. lib. 4. cap.* 28. *in princ.* Iaſ. *Auth. nouiſſima,
num.* 33. *ff. de inoffic. teſtament.* multos refert Merlin.
de legit. lib. 1. tit. 2. quæſt. 11. num. 7. & 8. Et ſecun-
dùm eam ſæpius iudicatum refert Marta *d. ſucceſ.
leg. par. 1. quæſt. 25. artic. 2. num.* 19. Voluit origina-
liter gloſſa *in leg. omnium ff. de vſufruct.* ex noſtris D.
de Ponte *conſ.* 68. *lib.* 1. Afflict. *deciſ.* 204. *ſub num.* 1.
Paſchal. *de patria poteſtate part. 2. cap. 4. num.* 38. ex
textu *in Auth. de triente, & ſemiſſe, §. licebit*, in illis
verbis, *hoc obſeruando in omnibus perſonis, in quibus
ab initio antiqua quarta ratio de inofficioſo, lege decreta
eſt*: provt non ponderat Facchin. *vbi ſupra.* Vnde
ſicut quando vnus ſupereſt deſcendens illius legi-
tima eſt integra tertia pars totius hæreditatis ex diſ-
poſitione text. *in Auth. nouiſſima. Cod. de inoffic. te-
ſtam.* ſic etiam erit integra tertia pars quando vnus
ſolus ſupereſt aſcendens, vt ex DD. ſupra citatis cla-
rè liquet, & aliis quos citat Gratian. *diſcept. forenſ.
cap.* 178. *num.* 1. Peregr. *de fideicommiſſ. artic.* 38.
num. 13.

23 Secunda propoſitio eſt, quod non minuitur ta-
lis tertia ex ſuperexiſtentia fratrum, & ſororum D.
Franciſcæ, quia conſanguinei ſunt; ſed præter Prin-
cipem Marinum Caracciolum vniuerſalem hære-
dem inſtitututum nullus ex eis eſt in teſtamento
24 nominatus; etenim ſi attendamus opinionem Iaco-
bi Butrig. *in ſua quadam diſputatione*, volentis eo
ipſo, quod fratres non ſuccedunt; quia alius eſt in-
ſtitutus etiam ſi ab inteſtato de iure cum aſcenden-
tibus vocarentur iuxta diſpoſitionem tex. *in Auth.
defuncto. Cod. ad Tertullian.* ſemper erit legitima aſ-
cendentis integra tertia totius hæreditatis. Quam
Butrigarij opinionem, maximæ auctoritatis viri ſe-
quuti ſunt Bald. *num.* 10. & Salic. *num. 9. in Auth.
nouiſſima. Cod. de inofficiſo teſtamento*, Caſtrenſ. *num.* 10.
& Alex. *num. 9. in leg. planè, § ſi duobus ff. de leg.* 1. &
alij multi relati per Theſ. *deciſ.* 172. *num.* 2. Gratian.
diſcept. 178. *num.* 1. & Merlin. *de legit. lib. 1. titul. 4.
quæſt. 7. num.* 11. qui innumeros refert, & ſecundùm
eam per Rotam Rom. ait iudicatum, & Surd. *conſ.*
404 *lib. 3. tit.* 6. Viu. *deciſ.* 405. *num.* 10. vbi ita ſimi-
liter refert iudicatum optimè D. de Ponte *conſ.* 68. *à
num.* 7. & meliùs *num,* 13. *lib.* 1. vbi ex DD. *in leg.
planè, §. ſi duobus, ff de legat.* quos citat, docet ſu-
perexiſtentiam fratris inſucceſſibilis non minuere
legitimam matris. Hac Butrigarij opinione attenta
res eſt expedita, pro auia.

25 Si verò ſequamur opinionem Bart. *in leg. pater fi-
lium, ff. de inoffic. teſtament.* qui voluit vt tunc ſit por-
tio eius portionis quam habitura fuiſſet ab inteſta-
to: ſecundùm quam opinionem ſæpè iudicatum te-
ſtatur D. de Franch. *deciſ.* 63. Tunc non poteſt ea
doctrina in hoc caſu locum habere, quia opinio
Bart. procedit quando fratres, vel forores eſſent ab
inteſtato ſucceſſuræ vti a lege vocati per Auth. *de-
functo.* Tunc enim licet ſint excluſæ à teſtatore per
inſtitutionem in perſonam alterius, qui non ſit tur-
pis perſona, tamen ſufficit, quod ab inteſtato ſuc-
ceſſiſſent, ea potiſſimùm ratione, qua Bart. eiuſque
ſequaces mouentur, quia cum legitima ſit portio
eius, quod quis eſſet ab inteſtato habiturus, nempe
vel totius, ſi totam hæreditatem, vel partis, ſi par-
tem eſſet ab inteſtato habiturus, *§. ſed hoc ita, Inſtit.
de inoffic. teſtam. leg. Papinianus, §. quando autem, ff.
eod. leg. partibus. Cod. eod.* Gol. *Auth. nouiſſima, verbo,
titulo. Cod. de inoff. teſtam.* & *in §. excipiuntur, verb.
curialibus, Auth. de triente, & ſemiſſe,* & *in leg. ſi ar-
rogator, verbo quartam, ff. de adopt.* Cuiac. *nouella* 11
& alij, quos plane refert Mareſcot. *variar. lib. 1 cap.*
10. *numer.* 15. ſufficit potentia ſuccedendi in
fratre, vel ſorore, licèt deficiat actualis ſucceſſio.
Nam ſi ab inteſtato filius, ſeu nepos deceſſiſſet,
tunc per concurſum in ſucceſſione fratrum, vel ſo-
rorum non ſuccederet aſcendens in tota, ſed in
quota hæreditatis; & ideo partem illius quotæ, quæ
ſibi ab inteſtato foret obuentura capiet pro legiti-
ma, & in iſtis terminis Bart. & ſequaces loquun-
tur, & deciſiones Sac. Conſ. procedunt. Igitur ceſ- 26
ſabunt hæc quando ſuperſtites fratres, vel ſorores
ſiue inſtituti ſiue non inſtituti, minime fuerint ab
inteſtato ſucceſſuri. Tunc quia ſola mater, vel auia,
vel ſi qui alius, vel auia, ſiue aſcendens ſolus, aut
ſola eſſent ab inteſtato ſucceſſuri, tunc integra eo-
rum legitima eſt tertia totius, quia totum ab inte-
ſtato ex ſucceſſione haberent, nec ſuperexiſtentia
fratrum, quia a iure ſunt excluſi, eis ad diminutio-
nem legitimæ a ceſſante ea ratione partem faciet, vt in
ſpecie docet Theſaur. Iun. *lib. 4. quæſt. 58. num. 6. &*
7. vbi loquitur in auia materna; & licèt in illo caſu
erat inſtituta amita tamen mouetur in beneficium
auiæ, vt integra tertia pro legitima ei aſſignetur ex
ea ratione, quia amita ſtante auia materna nihil ab
inteſtato fuiſſet habitura. Idem loquens in fratri-
bus de iure ſiue communi ſiue municipali à ſucceſ-
ſione excluſis voluit Mareſcot. *variar lib. 1. cap. 7.
num. 10. & 13.* in fortiori caſu etiam ſi fratres con-
ſanguinei eſſent vocati ex ſtatuto, quia ſufficit eſſe
de iure communi excluſos, & refert Rotæ Roma-
næ deciſionem ſub die 20 Aprilis 1584. Romana
de Vrſinis coram Card. Blanchetto, & hoc idem
Merlinus *de legit. lib. 1. tit. 4. quæſt. 7. num.* 10. vbi
refert aliam Rotæ deciſionem Aſculanam 1588. co-
ram Card. Bubalo, quæ deciſiones Rotæ ſunt im-
preſſæ poſt tract. Merlin. *de legit.* & ſunt in ordine
37. 38. & 39. *n. 1. &* 17. videnda Rota *deciſ.* 19. *num.*
1. *&* 17. & in quarto caſu in impreſſis poſt tracta-
tum Merlin. *de legit.* & expreſſe ſentit Oldrad. *conſ.*
123. *ſub num. 4. circa finem*, in illis verbis, *vnde ſicut
in ſucceſſione ab inteſtato ſi ſorores eſſent aliqua ratione
excluſæ mater habuiſſet totam, & ſic triens eſſet eius
legitima, &c.* & optimam rationem tradit ibi Ol- 27
drad. *num.* 3. quod cùm agitur, vel de ſucceſſione
deferenda, aut de portione delata augenda, vel mi-
nuenda. Paria ſunt aliquos non ſubeſſe, aut illos
ſubeſſe, qui admitti non poſſunt, *§. ſed noſtra*, ibi *te-
ſtamentum quidem fecerunt. Inſtit. de ſucc. liber. leg.
communi liberto, ff. de bon. libert. & leg. 1. §. filium, ff de
contr. tab. arg. leg. in teſtamento ff. de legit. tut. l. Gallus,
§. & quod ſi tantùm, ff. de liber. & poſth.* hoc etiam
Surd. *conſ.* 404. *ſub num* 5. *verſ. verior.* Caſtrenſis vi-
dendus, *conſ.* 287. *col. 2. circa finem, verbo, ſi mater,
lib.* 1.

Cum igitur fratres, & ſorores D. Franciſcæ à to-
ta hæreditate ex diſpoſitione iuris communis eſſent
excluſæ, non poteſt eorum exiſtentia minuere le-
gitimam D. Lucretiæ auiæ maternæ, quod non ſit
integra tertia totius, ſiue Butrigarij, ſiue Bartoli ſen-
tentia comprobetur.

Quare nihil refert in caſu quod vnus ex fratri- 28
bus D. Princeps Marinus ſit vniuerſalis hæres in-
ſtitutus, quia cum nec iſte erat ab inteſtato de bo-

nis D. Franciſcæ aliquid habiturus, nihil eius exiſtentia operatur, nec iſte eſt quartus caſus. Theſaur. *deciſ.* 27. *in fine*, quia ille frater non excludebatur ab inteſtato, prout in præſenti Princeps Marinus fuiſſet excluſus.

29 Quarta Prætenſio : Sub nomine bonorum maternorum ad quæ D. Lucretia auia materna eſt vocata veniunt infraſcripta.

30 Primò, Legitima, in qua D. Franciſca fuit à matre particularis hæres inſtituta, quæ eſt ſexta pars bonorum maternorum, deducto ære alieno; Nam D. Beatrix Vrſina mater cùm duas filias reliquiſſet D. Franciſcam, & D. Robertam, illas particulares hæredes inſtituit in legitima; Principem autem Camillum eius virum hæredem vniuerſalem. Igitur tertia pars bonorum maternorum erit filiarum legitima, æqualiter inter eas duas diuidenda, ſpectabitque propterea ſexta pars cuilibet earum iuxta computationem text. *in Auth. nouiſſima, C. de inoffic. teſtam.*

31 Hæc quidem concluſio, vt arbitror non inficiatur a D. Principe Auellini, & eſt indubitabilis, quia hæc legitima immediatè obuenit à matre in D. Franciſcam, & propterea non poteſt dubitari, quod non veniat ſub maternorum bonorum appellatione ? nam in ſucceſſione contra ius conſuetudinarium ad iudicandum an bona dicantur materna, proxima cauſa ſucceſſionis attenditur, vt ea in dubio materna dicantur, quæ immediatè ad filium, vel filiam à matre obuenerunt ex dictis per Napod. *conſuet. ſi quis vel ſi qua, verbo materna, ſub. num.* 240. *& ibi addent.* Steph. de Caiet. & Frecc. *fol.* 143. & 144.

32 Secundò comprehenduntur ea bona, in quibus fuit Princeps Camillus à D. Beatrice vxore hæres inſtitutus, nempè duæ tertiæ partes, ſeu beſsis totius hæreditatis illius, quod duabus propoſitionibus concluditur.

33 Prima propoſitio eſt, Quod ſicut ex diſpoſitione tex. *in l. fœmina. C. de ſecundis nupt.* vxor tranſiens ad ſecunda vota priuatur proprietate omnium eorum, quæ quouis titulo lucratiuo ad eam à primo viro obuenerunt, quæ ex diſpoſitione illius legis ipſo iure ad deſcendentes illius matrimonij transferuntur. Ita pariter vir tranſiens ad ſecundas nuptias, ſeu vlteriores priuatur & ipſe proprietate omnium eorum, quæ ex vxoris bonis lucratiuo titulo fuit conſequutus, lege ea ad illius matrimonij liberos deferente, vt eſt communis omnium & indubitata ſententia ex tex. *in §. ſi verò expectet, verſ. & hæc ſit communis. Authent. de nupt.* cuius ſententiæ anteſignanus fuit Azo. *in ſumma C. de ſecund. nupt. num.* 14. & communem refert aliis citatis Ant. Gabriel. *lib.* 3. *concl. comm. tit. de ſecund. nupt. concluſ.* 1. *num.* 2. Andr. Gaill. *obſeruat. lib.* 2. *cap.* 97. *num.* 3. Tiraq. qui innumeros citat *in l. boues, §. hoc ſermone, part.* 1. *num.* 156. *ff. de verb. ſignif.* ex tit. *in §.* 1. *Auth. neque vir, quod ex vxore eſt* Chriſtin. *deciſ. tom.* 3. *tit.* 9. *num.* 3. Boër. *deciſ.* 187. *per totam.* Valent. Forſter. omnino videndus *in tract. de ſucceſſ. ab inteſt. lib.* 7. *cap.* 11. *per totum*, vbi ait maiorem eſſe rationem in patre quam in matre, *Merlin. de legit. lib.* 4. *num.* 2. *quæſt.* 1. *num.* 2. Paſchal. *de patria poteſt. par.* 3. *cap.* 10. *n.* 5. Caſtill. *de vſufr. lib.* 1 *cap.* 2. *num.* 14. Valenz. *conſ.* 13. *num.* 16. & 17. *lib.* 1. Theſaur. Iunior *lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 12. Trentacinq. *var. reſ. lib.* 5. *reſ.* 3. *ſub num.* 3. *verſ.* notat optimè. Caldas videndus *de nomin. emphy. lib.* 2. *quæſt.* 14. *num.* 38. & 39. Tholoſ. *ſyntag. iuris part.* 2. *lib.* 9. *cap.* 28. *ſub num.* 39. *ex l. generaliter, iuncta Auth. lucrum. C. de ſecund. nupt.* Alex. Trentacinq. *variar. reſol. lib.* 3. *reſol.* 5. *ſub num.* 10. Craſſ. *§. ſucceſſio ab inteſt. q.* 17. *num.* 9. Barry. *in tract. de ſucc. ab inteſt. lib.* 18. *tit.* 1. *ſub num.* 14. *verſ. item procedunt.* Matta *de ſucceſſ. leg. par.* 1. *q.* 5. *artic.* 2. *num.* 4. & iterum *ar.* 4. *num.* 2. poſt Azo. *in ſumma C. de ſecund. nupt.* Oldrad. *conſ.* 33. *& alios antiquiores.* Et hoc etiam fundatur.

Iure Ratione, & Rerum iudicatarum auctoritate. Prima ex tex. expreſſe *in §. ſi verò expectet, Auth. de nuptijs*, ibi *& hæc communis viri, & mulieris mulcta ſit poſita.* 34

Ratione. Primò, quia correlatiua ſunt vir, & vxor, quorum eadem eſſe debet diſpoſitio ſicut & diſciplina, *l. fin. C. de indict. vid. toll.* Secundò, quia militat eadem ratio, nempe iniuria, qua defunctus coniux afficitur, atque eius animus contriſtatur ob ſecundas nuptias coniugis ſuperſtitis, *§. quæ verò, Auth. de nuptiis*; nam cùm verus amor coniugalis animis conſtet, ille per obitum non interiit, vt ponderat Tholoſ. *d. cap.* 26. *num.* 37. *lib.* 9. *part.* 2. *ſyntag. iuris.* 35

Rerum iudicatarum auctoritate quarum duas refert Matta, vnam Senatus Burdegalenſis apud Boërium *deciſ.* 187. Aliam apud ſeipſum *deciſ.* 92. Collegij Piſani. Guid. Pap. apud Curiam Delphinatus deciſum *deciſ.* 228. & ibi Ranchinus *per Rot. Rom. teſtatur.* Merlinus *de legit. lib.* 4. *num.* 2. *q.* 1. *num.* 2. & iterum Card. Gauler. *deciſ.* 50. *num.* 3. & 4. 36

Secunda propoſitio eſt, quod talia bona ex vxoris inſtitutione ad Principem Camillum peruenta, quorum proprietas, ex iam dictis, ad D. Franciſcam ſpectant, ſub dicta regula bonorum maternorum comprehenduntur. 37

Probatio huius concluſionis duabus inſpectionibus concluditur: quarum prima eſt, quod talia bona non dicantur per D. Franciſcam quæſita, ſed obuenta. Secunda eſt, quod dicantur ei obuenta à matre, licèt vltimus moriens fuerit pater binubus, in quem primo loco à matre peruenerunt. 38

Prima Inſpectio fundatur muliplici ratione.

Prima, quia ea dicuntur bona obuenta, quæ proprio labore, & induſtria non ſunt quæſita, ita quod ſi titulo oneroſo, puta emptionis, permutationis, aut ſimili peruenirent, licet ab agnatis, & cognatis; non tamen dicuntur obuenta, ſed quæſita, quia emendo permutando, &c. interuenit induſtria, & factum proprium acquirentis, vt apertè colligitur ex Nap. *in conſuet. ſi aliquis moriens, n.* 16. *de ſucc. ex teſtam.* vbi exponens verba tex. de aliis bonis obuenientibus ita dicit: *Et ſic obuenerunt bona à conſanguineis, tanquam conſanguineis, ſecus ergo ſi emit, quia tunc ſi diceretur quæſitum per ipſum*, & infra, *idem ſi tanquam benemeritus non tanquam coniunctus, ſeu conſanguineus habiturus, etiam ſi coniunctus non eſſet:* & idem Napod. *in conſuet. ſi quis vel ſi qua, ſub n.* 227. vbi ait bona dici obuenta, *quæ conſanguineis obuenerunt quocumque titulo lucratiuo:* & ſentit Pater Molfeſ. *ſuper conſuetud. tom.* 1. *p.* 2. *tit. de bonis, quæſt.* 22. *in princ.* Hæc autem bona per tranſitum parentis ad ſecunda vota perueniunt ad filios prioris matrimonij titulo lucratiuo, quia nihil dant, vel faciunt, vt ea bona habeant à parentibus, vnde meritò hæc appellantur lucra, vt in tex. *in §. veniunt. Auth. de ſecund. nupt.* ibi *ideóque ſecundum portionem vnuſquiſque hoc lucratur:* & *in Authent. lucrum. C. de ſecund. nupt.* & alibi paſſim in iure; ſi igitur titulo lucratiuo, & abſque aliquo facto filiorum, meritò non quæſita dicentur bona, ſed obuenta. 39 40

Secundò ingratitudo erga parentes ad finem priuandi liberos, non conſideratur quoad bona per eos quæſita, ſed ſolùm quoad bona illis obuenta à parentibus titulo lucratiuo *leg. liberi, & l. omnimodo. C. de inoffic. teſtam. l. fin. Cod. de ſecund. nup. §. cauſas,* 41

Auth.

Auth. vt cum, de appellat. cognoſc. Cùm autem in prædictis bonis de quibus agimus attendatur ingratitudo erga parentes *Authen. ex teſtamento. C. de ſecundis nuptiis*; igitur non erunt bona quæſita, ſed obuenta.

42 Tertiò, certum eſt hæc bona deferri filiis ex legis diſpoſitione, tex. eſt expreſſus *in* §. *hoc autem, verſ. nam ſi. Auth. de non elig. ſecund. nub.* ibi: *nam ſi manſerint ſuperſtites filij euacuabitur omnino, quod factum eſt, lege proprietatem ante nuptialis donationis ad filios deducente*, & voluit Oldrad. *conſ.* 294. Vnde dicebat Ripa *in dict. leg. fœmina, n.* 63. & 64. Quod ſi coniux binubus fuerit a prædefuncto hæres inſtitutus, ſtatim ac ſecundò nubit ex iuris miniſterio directo deſinit eſſe hæres, & in filios illius matrimonij tráſfertur hæreditas, quod & ſequitur Marta *de ſucc. legal. tom.* 1. *part.* 3 *quæſt.* 4. *art.* 1. *num.* 12. bona autem quæ

43 iuris miniſterio titulo lucratiuo filiis aut conſanguineis deferuntur, ex tacita voluntate domini, cuius fuerunt, dicuntur perueniſſe; quod ſufficit, vt non dicantur bona quæſita, ſed obuenta, quod quidem pluribus ſuadetur.

44 Primò in bonis ab inteſtato ex ſucceſſione delatis; veniunt enim ex tacita defuncti voluntate *leg. conficiuntur, cum not. ff. de iure codicill.* cum aliis citatis per Fortier. *de ſucc. lib.* 1. *cap.* 12. *diff.* 1. *à n.* 1 poſt Bart. *in leg. Gallus*, §. *& quid ſi tantum, ff. de liber. & poſth.* adeo quod de illis non vti quæſitis, ſed obuentis Neapolitanæ conſuetudines diſpoſuerint.

45 Secundò bona, quæ ex diſpoſitione text. *in Auth. bona damnatorum. C. de bon. proſcript.* ad filios, vel parentes vſque ad tertium gradum deferuntur adhuc non quæſita, ſed obuenta appellantur, argumento eorum, quæ tradunt Tiraq. *de retract. lignag.* §. 32. *gloſ.* 1. *num.* 29. & 30. Boer. *deciſ.* 277. & 278. Pater Molfeſ. *ſuper conſuet. tom.* 1. *part.* 2. *quæſt.* 4. *num.* 1.

46 Tertiò lucra nuptialia, quando de illis non diſponitur ex legis miniſterio ad filios illius matrimonij deferuntur, & nihilominus non quæſita, ſed paterna, vel materna bona dicuntur, tex. eſt expreſſus *in leg. generaliter*, §. *illud, in fin. C. de ſecund. nupt.* vbi ita ait. *liberis licet res a patre profectas, vt paternas, à matre, vt maternas accipere.*

47 Quartò bona dotalia quæ ex diſpoſitione ſtatuti ad ſuperſtitem coniugem pertinent ex tacita mulieris voluntate ad virum peruenire dicuntur, quæ nubendo videtur ſe cum ſtatuti diſpoſitione conformem reddere; vnde tanquam obuenta ab ipſa muliere ob prædictam tacitam eius voluntatem ſubiacent diſpoſitioni *d. leg. fœmina*, & a coniuge qui ea lucratus fuit, ſi ad alias tranſierit nuptias, erunt prioris matrimonij filiis reſeruanda, ita tradunt Angel. *in Auth. quia verò lucra, ſub num.* 41. *in Auth. de nupt.* optimè Ripa *d. l. fœmina, ſub num.* 61. *in fine*, & alij apud Caſtill. *contr. lib.* 1. *capit.* 2. *num.* 25. Adeſt

48 enim in hoc tacita voluntas, quia prædefunctus coniux, quod ſuperſtiti relinquit, eo ipſo, quod ei non permittit ſecundas nuptias, cenſetur ſe cum iuris diſpoſitione conformem reddere; nam ſi aliter voluiſſet ſecundas nuptias expreſsè ſuperſtiti coniugi indulgendo ab amiſſione lucrorum illum liberaſſet ex relatis per Caſtill. *d. cap.* 2. *à num.* 83. Gabr. *de ſecund. nupt. concl.* 1. *num.* 23. & Gail. *obſer.* 98. *n.* 18. *lib.* 2. & Theſſ. Iun. *quæſt.* 30. *num.* 2. *lib.* 1. Quod cum non fecerit tacitè voluit, quod ius diſpoſuit, vt in caſu ſecundi matrimonij filiorum eſſet proprietas, vt proinde non à filiis quæſita, ſed ab ipſo ita tacite volente filiis dicantur obuenta, vt in ſimili perbelle Seſſ. *deciſ.* 37. *num.* 2. *lib.* 3.

49 Quintò in renunciatione bonorum paternorum, & maternorum veniunt etiam hæc bona, ſi iam proprietas erat delata ad filios ob tranſitum parentis ad ſecunda vota, ita optimè diſtinguunt Ripa *in dict. l. fœmina, num.* 16. & 19. Caſtrenſ. *conſ.* 252. *col. fin. in fine, verſ. item ſi dicatur, lib.* 1. Gabr. *de ſecund. nupt. concl.* 1. *num.* 6. & 7. & Baeza *de non meliorand. cap.* 10. *ſub num.* 73. Et hoc ideo, vt præfati dicunt, quia re vera bona ſunt paterna, vel materna, & ideò non poſſunt dici quæſita, nam in renunciatione bonorum paternorum, vel maternorum minimè venirent, 50
qui verò ea bona in renunciatione non includi docuerunt, ſi facta eſt renunciatio antequam ſecundæ nuptiæ contrahantur, quo tempore non eſt adhuc filiis quæſita proprietas intelligendi ſunt.

Et denique adeſt punctualis auctoritas Cuiacij 51
in d. l. generaliter, in fine, C. de ſecund. nupt. vbi ex eo text. inquit hæc verba: *nam & ſi neutri haredes extiterint ea bona, vt propria obtinebunt, vt paterna vel materna ſecreta ab hæreditate*: clare innuit Cuiac. ea bona non quæſita eſſe, ſed vti paterna, vel materna ad filios perueniunt; Vnde ex prædictis cauendum eſt a Fabri definitione 15. *tit. de ſecund. nupt.* quam prædictæ rationes impugnant, ac nullo iuris fundamento ſuſtinetur. Et hæc de prima inſpectione.

Secunda inſpectio quod hæc bona dicantur D. 52
Franciſcæ obuenta à matre, & proinde verè dicantur bona materna licet primò à matre in Principem Camillum perueniſſent, fundabitur multipliciter, iure, & ratione.

Primò iure ponderatur text. *in leg. generaliter*, 5. 53
§. *illud, in fine. C. de ſecund. nupt.* vbi in fortiori caſu loquens Imperator de lucris nuptialibus, quæ à coniuge, qui alias non contraxit nuptias lucrarentur quoad proprietatem, & vſumfructum, adeo quod illarum rerum dicuntur domini, vt ait tex. ibi, *quod eis ad ſecundas nuptias non venientibus, quaſi rerum dominiis conceſſum eſſe non dubium eſt*: & nihilominus ait tex. *Quod ſi tempore mortis coniugis vltimi decedentis ſuperſunt liberi licet a patre profectas, vt paternas, a matre vt maternas accipere*: verba ſunt textus illius. Igitur ſi quando apud vltimum parentem decedentem durat proprietas, nihilominus liberi eas res accipiunt, non vti res vltimi morientis, ſed vti prius decedentis, & vti bona illius lineæ, & ſub illius denominatione ad eos peruenirent; multò fortius idem dicendum erit quando in vita per ſecundas nuptias proprietatem amittit, & ſolùm tempore obitus retinet vſumfructum, quæ ratio ni fallor ſubſiſtit.

Secundo apertiſſimè, & punctualiſſimè hoc decidit tex. *in d. l. generaliter*, §. *in his autem.* qui poſitus eſt ante §. *illud*, de quo proximè dictum eſt, libet ponere verba textus quæ ſunt: *In his autem caſibus in quibus res, vt paternas mater liberis communibus ſeruare præcepta eſt*, hoc eſt, *vbi morte mariti matrimonio diſſoluto ad alias nuptias peruenerit, vel vbi res vt maternas patrem liberis communibus ſeruare conſuimus*, hoc eſt, *vbi morte mulieris matrimonio diſſoluto ad alias nuptias venerit, ſi hereditatem illius parentis, &c.* Hucvſque textus, ex quo luce clarius videre licet res, quæ ad liberos prioris matrimonij ob tranſitum ſuperſtitis parentis ad aliud ex legis diſpoſitione perueniunt, liberis deferri vti res prioris coniugis, non autem vti bona vltimi decedentis, qui textus, ni fallor; decidit hunc articulum, nec alia oporteret adiungere, ſed & probatur etiam ratione. 54

Prima ratio, quando bona obueniunt ab aliquo 55
vti bona illius, tunc tranſeunt cum oneribus, vel ab illo in vita contractis, vt per D. de Franch. *deciſ.* 280. P. Molfeſ. *ſuper conſuet. tom.* 1. *part.* 3. *quæſt.* 1. *num.* 58.

num.52.& par.4.quæſt.60.num.5.& 6. vel cum oneribus in ipſo actu diſponendi ab illo impoſitis, vt per D.de Franch. deciſ.307. At reſpectu iſtorum bonorum, nec alienatio facta per parentem binubum ſuper exiſtente filio ſuſtinetur, ſed reſoluitur, vt apertè dicitur in dict. leg. fœmina, & in dict.leg.generaliter, verſ. & alienandi, & in §. quoniam infirmum, verſ. quapropter, in Auth.de nupt. Nec valet diſpoſitio ſuper illis à moriente binubo facta; nam ſi inæqualiter illa inter filios diuiſerit, ad æqualitatem reducentur, §. veniunt, Auth.de nupt. vbi ait text. non enim permittemus parentibus non rectè introductam electionem inter eos, nec alij quidem filiorum dare, alium verò exhonorare; omnes enim ſecundis ſimiliter exhonorati ſunt nuptiis: hoc idem tex. in Auth. lucrum, C. de ſecund. nuptiis, nec ſi onus aliquod adhibet ſuper iſtis bonis ſucceſſorem ligabit. Soccin. Iun. conſ.103. num.24. lib.1. Anton. Gabriel tit. de ſecund.nupt. concl.1. num.19. Non itaque poſſunt dici obuenta ab eo parente, qui nequit de illis diſponere, & cuius onera non tranſmittuntur ad ſucceſſorem.

56 Secunda ratio ſtatim, ac ſuperſtes tranſit ad ſecundas nuptias ipſo iure, & non expectata ſententia Iudicis, proprietas rerum quas à coniuge prædefuncto habuit tranſit in filios primi matrimonij, tex. eſt in §. ſi verò expectet, in Auth. de nuptiis, ibi, & generaliter dicendum eſt, quod omnis eam deſerit proprietatis modus, in iis, quæ à primo viro ad eam venerant, & filij ea percipient, & proprietarij erunt domini ſecundum tempus mox, quo mater coniuncta eſt alij viro, quod tenent Ioan. Nicolaus in dict. leg. generaliter, num.93. Cod. de ſecund. nupt. Ant. Gabr. num.10. concl.1. dict. titul.

57 Quod procedit etiam ſi hæres inſtituatur, quia ipſo iure deſinit eſſe hæres lege diſponente, quod directò hæreditas ad filios perueniat, vt optimè voluit Ripa in d.l. fœmina, à num.63. ad 67. omnino videndus, vbi pluribus id comprobat, ſignanter ex text. d. §. ſi verò expectet, & ex dict. leg. ſi fœmina, id totum tranſmittat; nam ſi totum, ergo etiam ius directum, & Rip. non relatum ſequitur Marta de ſucceſſ. legal. tom.1. par.2. quæſt.4. art.1. num.12. & filij erunt in hoc caſu parentibus vti ſubſtituti legales ſuccedentes, ſublato de medio parente binubo, ac ſi nunquam fuiſſet; verum eſt autem de iure, quod ſi aliquis deſinit eſſe alicuius ſucceſſor ſiue directò, ſiue per obliquum, & bona illi deuoluuntur ſiue ex diſpoſitione iuris, ſiue ex diſpoſitione hominis, ille nunquam dicitur habere bona ab vltimo, ſed à primo, & vti bona illius.

58 Patet hoc primò in ſucceſſione directa: nam in caſibus, in quibus ex ſpeciali prouiſione iuris directò quis deſinit eſſe hæres ad limitationem regulæ, leg. ſicut, C. de repud. hæred. putà ſi lex illum priuat hæreditate vt in caſu Auth. hoc amplius, C. de fideicommiſſ. vel ſi eſſet ſub reſolutiua conditione inſtitutus, ex dictis per Angel. conſ.4. & 198. vel ſi per reſtitutionem in integrum ab hæreditate minor abſtinpit, l. neceſſariis 57. ff. de acq. hæred. Nam in iſtis caſibus directò deſinit eſſe hæres, & directò ab ſubſtitutum ſiue legalem ſiue teſtamentarium deuoluitur hæreditas ex communi ſententia, gloſ. & DD. in leg. & ſi ſine, §. ſed quod Papinianus, ff. de minor Oddo Sforz. qui alios citat in tract. de reſtit. in integr. par.1. q.62. art.8. ſub n.97. & 101. & artic. ſeq. Et tunc ille ſubſtitutus ſiue legis ſiue hominis non dicitur habere illa bona ab eo, qui priuatus eſt, vel remotus, neque vti bona illius, ſed vti bona primi, à quo ad remotum peruenerunt, ex dictis per Bart. in leg.1. num.38. ff. de vulg. & aliis citatis per Fuſar. de fideicommiſſ. quæſtione 22. concluſ.1.

Patet hoc ſecundò in ſucceſſione obliqua, quia 59
etiam ſuccedens per fideicommiſſum dicitur non vltimo, nempe grauato, ſed primo teſtatori ſuccedere, & vti illius bona illa percipere ad text. in leg. cohæredi, §. cum filia, ff. de vulg. Fuſar. de fideicomm. quæſt.224. num.1. vbi innumeros citat, & hoc non ſolum in fideicommiſſo in caſu mortis, ſed etiam in caſu alienationis, qua mediante alienatione facta per grauatum bona ad ſubſtitutum perueniat. Quibus ſtantibus cum per tranſitum parentis ad ſecunda vota lex deferat hæc bona filiis primi coniugis, qui in illis ſunt ſubſtituti legales, vnde ſiue directè (quod ex iam dictis verius eſt) ſiue obliquè ſuccedant, ſemper primo coniugi dicentur ſuccedere, ſicut primo teſtatori ſuccedunt ſubſtituti, ſiue directò, ſiue fideicommiſſarij, & vti illius bona, & non vti vltimi poſſeſſoris capientur.

Tertia ratio, quia quando aliquid prouenit ex 60
diſpoſitione iuris, cui poterat homo renunciare, vel aliter impedire illum iuris effectum, ſi à parte hic non fuerit impeditus, dicitur acquiri potius ex prouiſione hominis, quam ex diſpoſitione iuris; nam homo non impediendo prouiſionem iuris, cenſetur eam approbare, & ſecundùm illam acquirenti concedere, ita ex Bart. in leg. ita ſtipulatus, quæſt.1. ff. de verb. oblig. Ripa in l. inſulam, num.60. eod. tit. Alciat. in leg.4. §. Cato n.82. & 83. eodem, notabiliter tradit Seſſe deciſ. Arag.37. n.21. qui ex prædictis in propria materia, de qua agimus, probat ſub diſpoſitione leg. fœmina. C. de ſecund. nupt. venire etiam lucra dotis, quæ ex diſpoſitione ſtatuti ſuperſtiti coniugi deferuntur, poſt Dec. Rip. Roland. Phan. & Pinell. ab eo relatos, vt ibi num.8. Poteſt autem coniux, qui primo decedit diſpenſare diſpoſitioni d. l. fœminæ, permittendo ſecundas nuptias ſuperſtiti, vt latè Theſaur. Iun. deciſ.99. Forſter. lib.1. quæſt.30. n.2. poſt Gaill. q.98 n.9 lib.. & Gabr. concl.1. num.26 tit. de ſecundis nuptiis. Hoc non faciens, ſed ſimpliciter in ſuperſtitem diſponens cum diſpoſitione Iuris ſe conformem reddere cenſetur, qua cautum eſt, vt ad prioris matrimonij filios bona perueniant: ex ipſius igitur tacita diſpoſitione percipiunt filij meritò tanquam eius bona, & ab eo obuenta percipiunt.
Denique ne & in hoc deſit punctualis auctoritas 61
hoc expreſsè voluit Caſtrenſ. conſ.252. lib.1. ſub n.3. verſ. item ſi dicatur, iuncto principio illius Conſilij. Dum concludit ſub renunciatione bonorum maternorum facta per filium patri, comprehendi proprietatem, quæ ob tranſitum patris ad ſecundas nuptias iã erat filiæ tempore renunciationis deuoluta, clarè ſentiens ſub appellatione bonorum maternorum, tale lucrum comprehendi. Quibus ſtantibus in contrarium oppoſita non obſtabunt.

Primum obiectum, quod pater fuit immediatus 62
poſſeſſor, & dominus à quo peruenerunt hæc bona ad filiam, & quando fit diſtinctio bonorum in ſucceſſione, perſona à qua immediatè bona obuenerunt ſolet attendi, ex dictis per Caſtrenſ. in l. quod ſciris, num.2. & 3. C. de bonis, quæ liber. Forſter. de ſucceſſ. lib.7. caſu 4. concl.4. num.12. Piſtor. obſer.191. Giurba, qui multos refert in conſuetud. Meſſ. cap.20. gloſ.3. par.1. num.2. & 3. & ante eos Neapod. in conſuetudin. ſi quis, vel ſi qua, à num.241. vbi etiam addentes Afflict. deciſion.127. & D. de Franch. deciſion.25. & in mat. dict. leg. fœmina, poſt Ioan. de Gurro. & alios Caſtill. de vſufructu, tom.1. cap.2. à num.60. eo quia cauſa immediata ſemper ſolet inſpici, leg. ſocium, qui in eo, §.1. ff. pro ſoc. gloſſ. in cap. de cætero, de homicid. Et mutationæ perſonæ mutatur conditio rei, l. Paulus, ff. de acq. hæred. DD.

*in leg.*1.*§. veteres, ff. de acq. poſſ.*
63 Secundò hoc amplius, quia cum perſona patris
adeſt etiam illius factum, niſi enim ſecundo nube-
ret, non perueniret bona ad filiam, actus ergo pa-
tris ſecundò nubendi eſt cauſa proxima, qua hæc
proprietas acquiritur filiis, quod ſentit *gloſſ. verbo
poſterius, in §. & ſuper hoc, Auth. de nupt.*
64 Tertiò hoc magis, quia a matre ad patrem muta-
tur linea, nam non poſſunt dici bona materna, quæ
iam ad patrem, & paternam lineam tranſierunt, ex
relatis, per P. Molf. *conſ.* 50. *n.* 39.
65 Hæc tria obiecta vnica ſolutione tolluntur, conce-
dendo verum eſſe attendi debere lineam atque per-
ſonam vnde immediatè bona obuenerunt, actum-
que illum ratione cuius obuenerunt, modo adſint
debita requiſita a DD. conſiderata, quæ tria ſunt.
Primum vt obueniant vti bona illius perſonæ, quæ
vltimò deceſſit, non ſi vti bona alterius, prout ſunt
bona fideicommiſſò, vel maioratui ſubiecta, ſecus
eſſet; nam ſi à matre inſtituto patre fuerit ille gra-
uatus aliquo in caſu filiis reſtituere, quis dicet ea
bona à patre habere filios, dicique penes eos pater-
na, quæ ex matris ſubſtantia, atque diſpoſitione fue-
runt eis delata, *ad tex. in l. cohæredi, §. cum filia, ff. de
vulg.* & ſupradicta. Secundum requiſitum eſt, quod
ea bona deferantur ex voluntate vltimi decedentis,
ſiue expreſſa, ſiue tacita, putà quando decedit ab
inteſtato, in quibus terminis loquuntur conſuetu-
dines Neapolitanæ, & ſtatuta ſimilia. Tertium, quod
ea voluntas directò, & immediatè reſpiciat acqui-
ſitionem filiis eorum bonorum faciendam, non au-
tem aliud; vnde in conſequentiam illud poſtea
eueniat ex regula quod attenditur, quod prin-
cipaliter fit, non quod peruenit in conſequen-
tiam, *l. rogaſti, l. ſi tibi. ff. ſi cert. pet. leg.* 1. *ff. de Auth.
præſtand.* Dec. *conſ.* 193. *num.* 6. & 7. Et illud dicitur
in fauorem alicuius ordinari, quod principaliter fit,
non ſecundariò, *vt ex d. l. rogaſti & aliis iuribus* no-
tabiliter ait Caſtrenſ. *conſ.* 259. *omnis difficultas, ſub
n.*6. *lib.* 1.
66 In caſu de quo agitur hæc requiſita deficiunt: Et
quidem deficit primum, quia lex iſta bona non de-
fert filiis vti bona vltimi morientis, nempe patris
binubi, ſed vti materna, iuxta tex. *in dict. leg. gene-
raliter, §. in iis, ſupra citatum.* Et quia reiiciuntur
onera, & diſpoſitiones de illis per binubum paren-
tem factæ, vt ſupra dictum eſt; adeoque eſt patris
dominium reſolutum, ac ſi nunquam illud habuiſ-
ſet, quod innuit, tex. *in §. ſi verò expectet. Auth. de
nupt.* in illis verbis, *& generaliter dicendum eſt, quod
omnis eum deſerit proprietatis modus*, nam patri re-
uocabiliter quæſita fuerunt, meritò eueniente caſu
illa acquiſitio non eſt in conſideratione, *ad leg. de-
bitor. ff. ad Trebel. leg. ex ſextante, §. Latinus, ff. de ex-
cep. rei iud.* Caſtill. verò loco citato, loquitur quan-
do bona tranſierunt ad aliam lineam irreuocabili-
ter, pro vt in caſu per eum propoſito, ſcilicet quan-
do defuncto fratre, cui materna bona peruenerunt,
ſuperſtes frater ei ſucceſſit, hic poſterior ſi moriatur
in bonis maternis, quæ mediante perſona fratris
prædefuncti ad eum peruenerunt, non habet locum
tex. *in dict. leg. fœmina*, quia frater vltimò defunctus
ea bona non habuit à matre immediatè, ſed à fratre
prædefuncto ad quem irreuocabiliter ex ſucceſſio-
ne materna obuenerunt.
67 Deficit & tertium, quia licèt diceremus adfuiſſe
aliquam patris voluntatem, dum ſecundas contrahit
nuptias, ſciens, vel ſcire debens ex tali ſuo actu pro-
prietatẽ ad filiam peruenturam, vt in ſimili dicitur,
quod quis delinquẽdo videtur voluntariè alienare
vt ex *leg. Imperator* 34. *ff. de iure fiſci*, & plurib. aliis
tradunt, Surd. *deciſ.* 254. *n.* 28. & Molina *de Hiſp.
primogen. lib.* 4. *cap.* 11. *n.* 7. non tamen ea voluntas
ſufficiens eſt, vt dicantur ea bona à renubente per-
uenta, quia non eſt ad hoc principaliter, & directò
ordinata, prout eſt voluntas teſtantis; vel donantis;
non enim per ſecundas, quas contrahit nuptias hoc
principaliter, & primò parens binubus intendit, vt
filij eam proprietatem acquirant, ſed vt ſuæ propriæ,
vel vtilitati, vel voluptati indulgeat; lex eſt, quæ
ex eo actu illis proprietatem tollit, ac filiis defert,
accedente etiam modo, quo ſupra dictum eſt, ta-
cita prædefuncti coniugis voluntate. Vnde in ma- 68
teria Neapolitanæ conſuetudinis non ſine miniſte-
rio dicebat Napod. *in conſuet. ſi aliquis moriens, n.* 16.
*& ſic obuenerunt bona à conſanguineis tanquam conſan-
guineis*: illa reduplicatio, *tanquam conſanguineis*,
oſtendit vt non ob aliam cauſam bona obueniant,
quam ex ea quia conſanguinei ſunt, nam ſi ob aliam
cauſam, nempe ſi conſanguinei ea bona darent vel
vel ob pecuniam, aut aliam rem quam reciperent:
vel & ad bona dandum fuerant grauati, non dicen-
tur ea bona ab eis peruenire, vt conſanguineis, nec
ab eis dependere, pariter in hoc caſu non ea bona
habet filia à patre, quia pater eſt, ſed quia binubus,
lege deferente, & propterà non poſſunt apud eam
dici bona paterna.
Quartum obiectum, quia ob ingratudinem in ſe 69
ipſum poteſt coniux binubus etiam ſuper iſtis bonis
filios exhæredare, §. *& ſuper iis in fine, in Auth. de
nupt.* at exhæredatio eſt eorũ bonorum, quæ veniunt
ab exhæredante, §. *cauſas, Auth. vt cum, de appell.
cognoſc.* quod & ponderat Roſental. *de feud. tom.* 1. *ca-
pit.* 7. *concl.* 10. *ſub num.* 9.
Reſpondetur non ex hoc inferri ea bona, vt po-
ſterioris decedentis ad filios peruenire, quia ex ſpe-
ciali prouiſione legis hoc ſtatutum fuit, vt propter
ingratitudinem in eis etiam poſſent exhæredari; Et
hoc optima ratione, ne videntes ſe ob ſecundas nu-
ptias à parentibus in honoratos, & derelictos contra
illos intumeſcerent, ac inſolentiores exiſterent
ob iniuriam acceptam excandeſcentes, & irreue-
rentes, ac iniurioſi fierent, quod pulchrè innuit.
Iuſtinian. *in §. ſed quod ſancitum, in Auth. de nupt.*
Ita enim ait, *Erubeſcit enim lex filios caſtigato-* 70
res parentibus ſtatuere. Hoc idem videmus in feu-
feudo ex pacto, & prouidentia, quod certum eſt
non haberi vti bona vltimi morientis; & tamen ob
ingratitudinem filij erga patrem à ſucceſſione talis
feudi priuatur, licèt pater non fuerit primus acqui-
rens, vt verior eſt ſententia quam probant Iacob. de
Ardiz. *in ſumma tit. an filius exhæredatus in feudo
ſuccedat.* Iſer. *in cap.* 1. *in princ. verſ. & eſt ratio de ſucc.
feudi*, vbi Præpoſ. Card. *in princ.* & Afflict. *num.* 72.
Idem Iſern. *in cap.* 1. *ſub num.* 1. *verſ. nam ſicut, in tit.
Imper. Loth.* & *in c.* 1. *ſub num.* 7. *de alien. feud. paterni.*
Et de communi teſtantur Afflict. *in c.* 1. §. 4. *in princ.
gl.* 3. *num.* 27. *tit. quæ ſit prima cauſa benef. amitt.* Pa-
riſ. *conſ.* 1. *n.* 7. *lib.* 1. Curt. Iun. *de feud part.* 3. *quæſt.* 3.
Schrader. *de feud. part.* 8. *cap.* 3. *num.* 26. & Loffred.
conſ. 1. *à n.* 178.
Et notandum eſt, quod Iſern. in locis citatis, ar- 71
guit ab ingratitudine in caſu de quo agimus pro
excluſione horum locorum, ad ingratitudinem pro
excluſione à ſucceſſione feudi ex pacto, qua in re
apertè ſentit, & ex ea regula æquiparatorum hoc
apertè colligitur. Quod ſicut feudum ex pacto non
habetur tanquam res vltimi decedentis, ita etiam
neque hæc litera, quamuis in vtroque caſu propter
propter ingratitudinem filij erga vltimum paren-
tem defunctum, & lucris, & commodo ſit priuatus.
Quod optime conſtitutum eſt ea ratione, vt ceſſa-

cant filiorum amor, & reuerentia erga parentes, à quibus eſſe, & vitam receperunt, ac multa alia bona illis communicantur. Et quia hæc bona non abſque eorum facto, nempe ſecundo matrimonio ad filios proficiſcuntur.

72 Quintum obiectum, quia ex diſpoſitione text. *in Auth. ſed hæ res. Cod. de ſecund. nupt.* hæc bona ſtatutum eſt venire ad filios, etiam ſi non ſint hæredes patris, nempe (vt ex aduerſo ſupponitur) patris vltimo loco defuncti. Ex hoc ſupponitur, quod habeantur vti bona paterna, etſi non titulo hæreditario; quia ſi haberentur tanquam bona materna, fruſtra ſtatutum eſſet vt haberentur à filiis, etiam ſi non eſſent hæredes; cum exploratum ſit in iure non eſſe neceſſarium vt filij conſequantur bona materna, quod ſint hæredes patris.

73 Reſpondeo re vera me huius argumenti vim non intelligere.

Primò enim ſi reſpicias ad tex. *in dict. Auth. ſed hæ res*, dicitur ibi ſic, *hæ res lucro cedunt liberis, licèt hæredes non ſint patris, aut matris, aut vtriuſque*: qui tex. cùm ſimpliciter loquatur, poteſt diſtributiuè intelligi, ſingula ſingulis referendo, quod res à matre prædecedente profectas patri, eo ſecundo nubente, capiat filius, etiam ſi non ſit hæres matris, & è contra res à patre prædefuncto ad matrem poſtea binubam peruentas capiant filij, etiam ſi patris non ſint hæredes; qui ſenſus nec repugnat literæ *dict. Auth. ſed hæ res*, & eſt de mente DD. qui eo in caſu loquuntur, Salyc. *in leg. fœmina, §. illud, num. 4. Cod. de ſecund. nupt.* Socc. & alij qui eum ſequuntur relati à Pariſ. *conſ. 95 num. 78. lib. 3.* Socc. 263. *ſub num. 1. & 2. lib. 2.* Forſter. *de ſucceſſ. lib. 7. cap. 12. num. 6.* & Marta *de ſucceſſ. leg. tom. 1. part. 2. quæſt. 2. artic. 1. num. 10. 11. & 12.* In quo ſenſu intellecta dicta Auth. *ſed hæ res*, ſatis videtur habere probabilem rationem dubitandi; quia ſi non erat hæres prædefuncti

74 parentis, non videbatur conueniens, vt hæreditaria illius bona ab eo relicta conſequantur, ſicuti filius, patris hæres non exiſtit, excluditur etiam à feudi ſucceſſione. Curt. Iun. *conſ. 138. num. 24.* Socc. Iun. *conſ. 188. num. 25. lib. 2.* & alij apud Intrigl. *de feud. cent. 1. quæſt. 48. à num. 173.* Cuius tamen contrarium ſtatuitur, in dicta Auth. Et ſecundum hunc intellectum nullum pro aduerſa parte ex ea Auth. colligitur argumentum.

75 Secundò attendendo ad tex. in corpore, vnde deſumpta eſt dicta Authentica, nempè *§. ſoluto. Auth. de nupt. circa finem*, dicitur his verbis, *& dabuntur hæc filiis honore præcipuo ex noſtra lege, licèt non fiant hæredes aut patris, aut matris, aut vtriuſque*, in quo tex. eadem verba ponuntur, quæ ſunt *in dict. Auth. ſed hæ res*, illis tantum mutatis vel additis, *habeant honore præcipuo*. Si igitur ratio aſſumpta aliquid poſſet, neque in vtroque textu eiſdem ferè verbis dici debeat, *ſi neque patris aut matris, aut vtriuſque hæredes filij extiterint*: nam ſi ea bona habet vt paterna, (quod ex aduerſo aſſumitur) non erat cur dicerent *quod habent etiam ſi matris non ſint hæredes*; nam hoc nihil facit vt ea tanquam paterna conſequerentur, & ſufficiebat ſolùm dicere quod ea haberent filij, etiam ſi binubi coniugis vltimo morientis non eſſent hæredes, vnde argumentum contra aduerſarium retorquetur.

76 Sed re vera ratio dictæ diſpoſitionis colligitur ex illis verbis, *habeant honore præcipuo*: hoc eſt, quia filij per ſecundas nuptias fuerant inhonorati, vt ait idem Imperator, *in §. ſi vero expectet. Auth. eodem tit. de nupt.* voluit vt non honore hæreditario, quod commune eſt cum cæteris bonis, ſed particulari, & proprio conſequantur in recompenſam, quod ex ſecundis nuptis fuerant exhonorati. Habent ergo etiam ſi non ſint hæredes patris, non quia habeant vti bona paterna, ſed quia debent habere honore præcipuo in leuamen, quod ex ſecundis nuptiis viderint exhonoratos.

Sextum obiectum. Quia tex. *in dict. leg. fœmina*, 77 de tranſeunte ad ſecunda vota dicit, quod bona à prædefuncto coniuge habita, *ad filios quos ex præcedenti coniugio habuerunt, tranſmittant.* Quod verbum, *tranſmittere*, ſignificat ſuccedi ei, qui tranſmittit. Craſſ. *lib. 2. art. de tranſmiſſ. quæſt. 1.* & ex Bal. Gomeſ. Vaſq. Noalis *de tranſmiſſ. in princ. num. 2.* Si ergo vltimus parens tranſmittit, & proinde in iſtis bonis ei ſucceditur, meritò vt bona illius, & non prioris coniugis à filiis habebuntur.

Reſpondetur, quod iure Codicis poterat dici vltimum qui decedebat parentem ad filios tranſmittere in eo ſenſu; nam poterat ille ea bona inter filios ex eo matrimonio ad libitum diſponere, etiam vni tantum ex eis ea omnia aſſignando *leg. generaliter, in fine princ. verſ. diuidendo. Cod. de ſecund. nupt.* quæ fuit lex Imperatorum Theodoſij, & Valentiniani, qui longè ante tempora Iuſtiniani imperarunt, vt optimè poſt alios Teſſ. Iun. *quæſt. forenſ. 30. num. 9. lib. 1.* At per ius Authenticorum longè poſt per Imperatorem Iuſtinianum introductum ceſſat talis poteſtas; nam æqualiter hoc lucrum ad filios pertinet, *Authent. lucrum, Cod. de ſecundis nuptiis.* Nam eo ipſo, quod iterum nubunt ex iuris diſpoſitione, priuantur proprietate *§. ſi verò expectet, Authentic. de nupt.* ibi, *tunc omni largitate à viro ad eam veniente, eam ſecundùm proprietatis priuat partem*: & infra, *& generaliter dicendum, quod omnis eam deſinit proprietatis modus in iis, quæ à priori viro in eam venerunt, & filij ea percipient & proprietatis erunt domini, ſecundùm tempus mox quo mater coniuncta eſt alij viro, & hæc communis mulieris, & viri mulcta ſit poſita*: ponderanda ſunt duo illa monoſyllaba *tunc* & *mox*, quæ deſignant extremitatem, & inſtans temporis, & totum hoc iuris miniſterio, vt inquit tex. *in §. hoc autem, in Authentic. de non eligend. ſecundo nub.* ibi *lege proprietatem ad filios deducente*; nulla igitur vertitur circa ea bona patris poteſtas, vt ex ea illa quærantur prioris matrimonij liberis; & proinde iure nouiſſimo Authenticorum nulla cadit amplius à parente, qui vltimo decedit, in eos tranſmiſſio. 78

Præterea etiam iure Codicis attento iuxta diſpo- 79 ſitionem *dict. leg. fœmina*, non poteſt verbum *tranſmittere*, ſucceſſionem reſpectu ſecundo nubentis deſignare, quæ viuenti non datur, cùm tamen proprietas horum bonorum eo viuente tranſeat in filios: ſed licèt grauatus fideicommiſſario bona reſtituat, ex qua reſtitutione bona in eum transferat, non tamen vti grauati bona, ſed vti grauantis reſtitui intelliguntur, vt ſupra dictum eſt. Quod pariter in caſu noſtro, velut grauatus in caſu ſecundarum nuptiarum reſtituere vti non ſua, ſed prædefuncti coniugis bona filiis tranſmittere, ſeu relinquere ſit intelligendus. Et hæc de ſecunda inſpectione.

Tertiò cùm D. Roberta poſt mortem matris de- 80 ceſſiſſet ab inteſtato ſuperſtitibus patre, & D. Franciſca ſorore vtrinque coniuncta, qui æqualiter ei ſucceſſerunt in legitima, in qua fuerat à matre inſtituta etiam illa portio, quæ ex maternis bonis D. Robertæ ad partem iure ſucceſſionis obuenit iuxta tex. *in Auth. defuncto. Cod. ad Tertul.* erit per eum ratione vlterioris matrimonij D. Franciſcæ reſeruanda, & conſequenter ſpectabit ad D. Lucretiam auiam, ſeu illius portionis legitima, ſecundùm lecturas ſuperius propoſitas.

Com

81 Communis enim eſt ferè omnium ſententia, & probatiſſima, etiam ea bona, quæ parens binubus ex filij ſucceſſione eſt conſequutus, ſi ad filium præmortuum ex præcedentis prædefuncti coniugis ſucceſſione peruenerunt, eſſe per binubum parentem quoad proprietatem filiis illius matrimonij reſeruanda, *vt Clarè diſponit tex. in leg. fœmina, §. illud. Cod. de ſecundis nupt.* Qui tex. loquitur in matre; ſed communiter tam ab antiquis, quàm modernis extenditur etiam in patre, atque aliis aſcendentibus, vt ex DD. quos longa ſerie attulerunt, & probauerunt Boer. *deciſ. ſeu quæſtion* 187. Gagriel. *tit. de ſecund. nupt. lib. 3. concluſ. 3. num. 3.* Graſſ. *§. ſucceſſio ab inteſtato, quæſt. 17. in fine*, Forſter. videndus *de ſucc. lib. 7. cap. 11. num. 5.* Tholoſ. *ſyntag. Iuris lib. 9. cap. 26. num. 46. & 47.* Teſſau. Iun. *lib. 1. quæſt. forenſ. cap. 29. num. 9.* Caſtil. *de vſufructu, tom. 1. cap. 3. num. 16.* Merlin. *de legit. lib. 4. tit. 2. quæſt. 1.* D. Reg. Valenz. *conſ. 15. num. 18. lib. 1.* Paſchal. *de virib. patr. poteſt. cap. 10. in fine part. 2.* Bar. *de ſucc. inteſt. lib. 18. tit. 1. ſub num.* 8. Et ita deciſum in Regno Siciliæ refert Cutell. *deciſ. 18. num. 39. in fine.* Et in Curia Piſana Marta *voto 92. ſub num. 1. & 2.* Quod etiam firmat, & alios refert *in tract. de ſucceſſ. leg. tom. 1. par. 1. quæſt. 5. art. 2. num. 4.* & optimè Caldas, omnino videndus *de nominat. empħ. lib. 1. quæſt. 14. num. 38. & 39.* vbi ex regula correlatiuorum, eo quod non debent vir & vxor ad imparia iudicari, & quia militat eadem ratio in vtroque coniuge reciproci amoris. Vnde ait non eſſe hoc extendere tex. *in d. §. illud*, ſed ex vi comprehenſiua etiam patrem continere.

82 Quare cauendum eſt à Fachineo qui ſolus *controu. lib. 3. cap. 64.* auſus eſt contrarium dicere, nulla ſtabili ratione motus, ſed & temporum ignorantia reprehenſibilis, cuius motiuo optimè reſpondetur ex dictis per Forſter. *dict. cap. 11. num. 5. lib. 7.* & Teſſau. Iun. *dict. cap. 29. num. 11. lib. 1.* & aduertit Gutel. *dict. deciſ. 18. ſub. num. 39.* Et quia apud Doctores, præter vnum Fachin. ſine difficultate tranſit, iuribus, neque firmiſſimis rationibus comprobatur, vlterius non immoror.

83 Quinta Prætenſio: Licèt cum oneribus tranſeant ad auiam bona materna D. Franciſcæ, vel deductis oneribus ex illis debeatur legitima: tamen nec onerari, vel minui bona poſſunt, aut legitima anguſtari ex infraſcriptis prætenſionibus D. Auellinenſis Principis, quæ vt exactiùs cognoſcantur neceſſe eſt in facto ſcire dotes, & bona D. Beatricis conſiſtere, videlicet.

84 Dotes vt ex inſtrumento dotali ſub die 21. Martij 1601. datæ principi Camillo ſecundo viro, fuerunt ducatorum ſexaginta millium hoc modo nempe.

In pecunia numerata	10000
Ann. duc. 560. cum Fideliſ. Ciuitate Neap. pro.	8000
Ann. duc. 747. 2. 10. pro	11500
Domus vna Neapoli in loco à Pozzo bianco pro duc.	1500
Et ad complementum dictorum duc. 60000. D. Beatrix ceſſit viro de maiori ſumma ei per D. Flaminium fratrem debita.	29000
Sunt in totum	60000

Qui ſupradicti duc. 29000. iam fuerunt ſoluti Principi Camillo viro ſub die 21. Auguſti 1618. ex partita Banci Sacri Montis Pietatis, in actis *fol. 13.*

85 Item in eodem dotali inſtrumento, *fol. 12. verſ. amplius*, aſſeritur Principem Camillum donaſſe D. Beatrici duc. ſex mille pro donatiuo nuptiali ſolutos per Bancum Sacri Montis Pietatis, at etiam nonnulla iocalia, ac res aureas in domo fratris D. Beatricis, quæ licèt in inſtrumento non fuerint inſerta, quia non fuit Notario nota illorum traditio; oportuit tamen vt tales decebat Magnates, non eſſe modici valoris; verum etiam eſt & veriſimile dictam D. Beatricem ex primo viro D. Lelio Vrſino alia habuiſſe bona, gemmas, iocalia, & mobilia, quibus ſtantibus dico.

Primo non eſſe deducendos duc. tres mille, quos ait Princeps Auellini ſoluiſſe pro dotibus trium pauperum puellarum, quolibet anno, ſpatio annorum decem, iuxta legatum D. Beatricis. Tum quia nec de ſolutione conſtat. Nec D. Beatrix quantitatem ducatorum centum pro qualibet puella diſpoſuit, ſed hoc tantùm quod quouis anno tres nuptui darentur puellæ. Tunc etiam quia cum hoc le- 86
gatum ſit annuum non ex proprietate, ſed ex fructibus veniebat ſoluendum, iuxta tex. *in leg. liberi, §. 1. cum not. ff. de ann. leg. apud Iulianum, aliàs §. hæres, ff. de leg. 1. not. in leg. Firmio, §. pater, ff. quando dies leg. cedat*; nam cenſetur onus impoſitum fructibus iuxta tex. *in leg. peto, §. fratre, ff. quando dies leg. ced.* & ideò non ad proprietarium ſpectat hoc onus, ſed ad vſufructuarium, qui percipit fructus, quibus dicitur onus alligatum, ex tex. notabili *in leg. fin. §. ſint autem legata. Cod. de bon. mater.* quem tex. in quolibet bonorum vſufructuario, non tantùm in patre intelligunt DD. ibi communiter Iaſ. *in l. 1. num. 26. ff. de Trebell.* Cutell. *deciſ. 193. num. 1.* Couarru. *reſolut. lib. 2. cap. 2. ſub. num. 7. verſ. 3. conſiderandum.* Caſtill. *qui alios citat de vſufruct. tom. 1. cap. 58. ſub num. 10.* Graſſ. *§. legatum. quæſt. 36. num. 2.* qui de communi teſtatur, Piſtor. *lib. quæſt. 10. num. 4.* Gaill. *lib. 2. obſeru. 146. num. 8.* Menoc. *lib. 4. præſumpt. 143. num. 18.* & *in conſ. 115. n. 11. lib. 2.* Caualc. *de vſufructu mulieri relicto, n. 219.* 87

Secundò vana eſt prætenſio Principis Auellini, 88
qui prætendit in hæreditate D. Franciſcæ, vti bona materna, eſſe computandum valorem ducatorum octo millium cum Fideliſſ. Ciuitate Neap. prout nunc valerent; Nam verum eſt in facto, cùm in teſtamento D. beatricis Vrſinæ matris D. Franciſcæ, conditio anno. .... ſtatuerit teſtatrix ann. introitus pro dictis ducatis octo mille debitos à Fideliſſima Ciuitate, contentam eſſe vendi, apocam Principi viro conſignari, fuerunt illi à Principe eo tempore venditi cum alagio tunc temporis currente, quod vt ex fide mediatorum, erat duorum, vel ad ſummum trium pro centenario, & ita pro capitali ducatorum octo mille non poterat excedere ſummam ducatorum ducentorum quadraginta. Cum ergo venditi fuerint eo tempore de voluntate teſtatricis, videtur ipſam vendidiſſe, quia noſtra ea facimus, quibus noſtram auctoritatem accommodamus *leg. 1. §. omnia, ff. de vet. iure enucl.* Bart. *num. 11.* per illum tex. *in leg. poſt dotem, ff. de ſoluto matrim.* idem Bart. *in leg. 1. num. 1. ff. de offic. proc. Cæſ.* Prætereà nos ſumus in dote quæ eſt ius vniuerſale, in qua pretium ſuccedit loco rei, ſeu dotis, & erit dotale. Capyc. *deciſ. 78. num. 11.* DD. *in rub. ff. ſolut. matrim.* vbi Bar. *num. 10.* Ripa *num. 43. in fine.* Nicomic. *n. 210.* Crot. *num. 72.* Bologn. *num. 203.* Barboſ. *part. 3. ſub num. 73.* Bart. *in leg. qui a debitore, in princ. ff. quæ in fraud. credit.* Negul. *de pignor. 4. mem. 2. partis, num. 59.* Alciat. *num. 11. in leg. Labeo, ff. de verb. ſign.* Ioan. Baptiſta de S. Blaſio *de dote priuileg. 301.* Gama *deciſ. 314. num. 7.* Marta *voto 13. num. 1. & 4.* Gutier. *practic. lib. 5. cap. 87.* Molina *de primog. lib. 4. cap. 5.* poſt gloſ. *dict. leg. Labeo, verſ. pretium*, & facit tex. *in leg. cùm in*

fundo

fundo 81.*§.ſi fundus, ff. de iure dot.* Si igitur erit dotalis pecunia obuenta ex venditione annuorum introituum cum Ciuitate, conſequenter veniet integram ad hæredem D.Beatricis, quæ eſt D.Franciſca, nec de ea aliquid penes hæredem principis Camilli poteſt remanere, & ſicuti dotalis ad D. Franciſcam ſpectat; ergo erit materna, & propterea poſt eius mortem pertinet ad auiam, cui per hæredem Principis Camilli pro ea pecuniæ quantitate ſoluenda eſt, ſicut per retrouenditionem ad ipſum principem peruenit.

89 Sexta Prætenſio: Non ſolùm D. Lucretiæ auiæ debetur ſucceſſio omnium bonorum maternorum D. Lucretiæ, ſeu legitima illorum portio modo ſupradicto; ſed etiam illius fructus, ſeu intereſſe: ſuppoſito ex facto enarrato, quod hæreditas Principis Camilli ſit debitrix in pecunia dotium, pro quantitate in pecunia numerata ad eum per-
90 uenta.

Eſt enim verum in facto D. Beatricem matrem deceſſiſſe anno 1607. ſuperſtite in infantili ætate D.Franciſca filia, deceſſit Princeps Camillus pater anno 1618. quo tempore D. Franciſca minor erat annis decem, & octo; erat autem facienda reſtitutio maternæ dotis, quæ in pecunia numerata ad patrem peruenerat, erat enim poſt D. Beatricis mortem ob tertia vota, vita durante, ex proprietario vſufructuarius, & ideo tempore ſuæ mortis dos veniebat filiæ matris hæredi reſtituenda, quæ pro ma-
91 xima illius parte in pecunia numerata ad principem virum peruenerat. Igitur quantum ad hanc prætenſionem ſpectat: Hoc facto ſuppoſito tria breuiter fundanda ſunt.

Primum, quod debeatur intereſſe dictæ dotis. Secundum à quo tempore illud debeatur. Tertiò, ad
92 quam rationem.

Quoad Primum, Quod duplici ni fallor ratione debeatur hoc intereſſe, probatur.

Primò, quia ſumus in dote, in qua ex particulari diſpoſitione tex. *in leg. vnica, § exactio. Cod. de rei vxor. action.* cautum eſt, quod ſi dos conſiſtat in pecunia poſt annum à die diſſoluti matrimonij debentur vſuræ, licèt autem de Iure canonico vſura ſit prohibita, & propterea videatur derogatum diſpoſitioni text. *in dict. § exactio*, vt not.DD. *in cap. ſalubriter de vſuris*; eſt tamen communis opinio, quod peti poſſit intereſſe, vel damni emergentis, vel lucri ceſſantis, ex traditis *in leg. vnica. Cod de ſent. qua pro eo, quod intereſt*, ita Afflict. *deciſ.* 284.*num.*3. & 4. per S.C. refert deciſum Crauett. *conſ.*189. *verſ. ſextus ca us ob pœnam, ſub num.*7.*lib.*1. in quo intereſſe lucri ceſſantis venit, ſi pecuniâ reſtituta fuiſſet mulier aliquid emptura, vel lucratura, Lupus *cap. per veſtras. notab.*6. *in princip. ſub num.* 8. *verſ. fateor tamen, carta mihi* 245. *col.*1. Negul. *de pign. part.*5. *membro* 5.*ſub num.*19. Barboſ. *qui alios citat in leg.*2.
93 *par.*1.*ſub num.*4.*verſ. vltimò infertur, ff. ſolut. matrimon.* Et licèt velint hoc intereſſe lucri ceſſantis eſſe probandum, tamen in locis, vbi emptiones annuorũ introituũ ſunt frequentes nihil aliud eſt probãdum; quia præſumitur, quod ſi elapſo tempore fuiſſet dos reſtituta, tunc facta de eius pecunia annuorum introituum emptio fuiſſet, vt notabiliter voluerunt Couarr. *variar. reſolut. lib.*3.*cap.*1.*ſub num.*1. *verſ.*6.*in fine*, Barboſ. *dict. leg.*2.*par.*1 *num.*51. *ff. ſolut. matrim.* Viu. *deciſ.*424. *num.*19.*lib.*3. Menoch. *punctualiter conſ.*7.*à num.*16.*lib.*1. Et in hac Fideliſſima Ciuitate Neap. frequentiſſimas eſſe annuorum introituum emptiones nemini eſt dubium.

94 Et hæc quidem non ſolùm procedunt quando dotis reſtitutio facienda eſt vxori ſuperſtiti, ſed etiam ſi ea viro prædefuncta ſit eius hæredibus facienda: quia priuilegia dotis, excepto prælationi priuilegio ad mulieris tranſit hæredes, vt Batt. communiter receptus *in l.*1. *à num.*1. *ff. ſoluto matrim.* Immò priuilegium perſonale conceſſum propter matrimonium principaliter tranſit ad filios ex eodem matrimonio ſuſceptos, vt ex *leg. etiam* 19.*ff. ſoluto matrimonio.* Bart. *in leg. quia tale, num.*4. *ff. eod.* Iaſ. *in leg. ſi cum procuratore, num.*8.*ff. de re iudicata*, Ripa *in leg. debitores,§.*1. *num.*16. *ff. de priuil. credit.* Bald. *conſ.*355. *num.*5.*lib.*1. tradit Barb. *in leg. maritum, part.*2.*ff. ſoluto matrim.* quia priuilegium hoc, 96
95
vt propter moram debeatur intereſſe, datum eſt ipſi doti, & ideò vti reale tranſit in quemlibet, vt perbellè tradit ex Nouell. *de dote part.*7. *priuil.*5. & Campeg. *de dote parte prima princ. quæſt.*80 *col.*4. & 5.*lib.*4. Et ita in ſpecie quod hæredibus mulieris ob dilatam dotis reſtitutionem tale intereſſe debeatur docuit Napodan. *in conſuetud. viro mortuo, verbo, vxore ſuperſtite, à num.*56.& *ſignanter, num.*67. *ex regula leg. ſi pactum, ff. de probation.* Ita etiam punctualiter Menoch. *dict. conſ.*7.*num.*35. *lib.*1. vbi filiæ conſuluit intereſſe dotium maternarum deberi à poſſeſſoribus, ſeu hæredibus paternorum bonorum. Et ita per S.C. referente D.Marco Antonio de Ponte tunc Regio Conſiliario poſtea Regente, & eiuſdem S.C. Præſide doctiſſimo, in caſu quo ipſe conſuluit in beneficium filiorum contra hæredes patris, refert D. Camillus Laratha *conſ.*16. *in fine*; Licèt 98 quando non tanquam intereſſe, ſed ratione alimentorum aliquid deberetur, hoc hæredibus non competere poſt Iaſ. *in leg. diuortio, num.*23. *ff. ſolut. matrimon.* docuerit Surd. *in tract. de alim. quæſt.*42.*num.*62. *tit.*1.& *tit.*7. *quæſt.*32. *num.*15.& *tit.*9 *quæſt.*18.*n.*3. Quia diſpar eſt ratio in alimentis, quæ debentur viduæ, quia cenſetur durare in priori matrimonio, quod de viduæ hærede dici non poteſt; intereſſe verò debetur propter moram, & lucrum amiſſum, quod vtrumque etiam hæredi vxoris mortuæ conuenit.

Neque elapſo anno noua hominis interpellatio 99 requiritur ad moram inducendam, quia ſatis contracta eſt pro diei à iure ſtatuti lapſu, iuxta terminos tex. *in leg. magnam. Cod. de contrah. & comm. ſtipulat.* Ita magiſtraliter gloſſa 1.*in leg. ſi mora, ff. ſolut. matrim.* quam ſequuntur tibi DD. Alex. *num.*11. Iaſ. *num.*20. Anib. *num.*3. Barboſ.2.*part. num.*11. Bald. *in dict. §. actio, quem legis, cum §. cum autem, num.*2. Matheſil. *ſingul.* 121. Soccin. *conſ.*126. *num.*5.*lib.*1. Surd. *deciſ.*211.*num.*15.& Gramm. *deciſ.*113.*num.*3. Rectè itaque ex ſpeciali dotis priuilegio tale intereſſe debetur D. Franciſcæ vti hæredi D.Beatricis matris.

Secundò tale intereſſe ei debetur (& eſt ſecunda ratio) ratione minoris ætatis D. Franciſcæ, nam 100 tempore mortis matris in anno 1607. quando ei debita fuit legitima in qua fuit inſtituta, erat in ætate infantili; legitima enim debetur ſtatim à die mortis teſtatoris *l. omni modo, & leg. ſcimus*, vbi DD.C. *de inoffic. teſtam.* Peregrin. *de fideicomm. art.*36.*num.*113. Et cum fructibus à die mortis debetur ex gloſſa *in leg. in fideicommiſſaria, ff. ad Trebell.* vbi Ripa *num.*7.*D. de Franch. deciſ.*16. *par.*1. *num.*13. Item 101 tempore mortis anno 1618. erat ætatis ferè duodecim annorum, quo tempore erat iuris beneficio conſolidatus vſusfructus quo pater fruebatur cum proprietate bonorum maternorum, quæ ad patrem peruenerant, ſiue ex inſtitutione D.Beatricis vxoris, ſiue ex ſucceſſione D. Robertæ filiæ præmortuæ, quo fit, quod ratione pupillaris, vel minoris ætatis D. Franciſcæ, vtroque tempore contrahitur moras irregularis

irregularis pro minori abſque vlla interpellatione, ratione cuius ei intereſſe debetur in contractibus bonæ fidei, tex. eſt *in leg.* 3. & ibi DD. *Cod. in quib. cauſ. in integr reſtit. non eſt neceſſaria*, Bauer. *de mora. part.* 2. *ſub num.* 15. *verſ.* 7 *tom.* 6 *tract. par.* 1. Menoch. *qui alios citat de arbit. iud. lib.* 2. *cent.* 3. *caſu* 220. *num.* 17. & D. de Franch. *dict. deciſ.* 16. cum aliis multis per Merl. *de legit. lib.* 2. *tit.* 1. *quæſt.* 1. *num.* 27. & 28. Lupus *de vſur. comm.* 1. §. 7. *num.* 156. Et dubitari non poteſt quin dos ſit contractus bonæ fidei *leg. vnica*, §. & *vt plenius*, *C. de rei vxor. action.*

102 Quod tanto magis procedit, quia ipſe pater toto tẽpore quo vixit fuit legitimus adminiſtrator bonorum filiæ, quia licet in legitima D. Lucretiæ non habuerit vſumfructum, eo quia cum ea pariter ab vxore D. Beatrice fuit hæres inſtitutus, iuxta diſpoſitionem text. *in Auth item hereditas. C. de bon. quæ liber.* quam gloſ. ibi *verbo forſan*, intellexit procedere non ſolum quando pater, & filius ſuccedunt ab inteſtato, ſed etiam ſi ex teſtamento, quam ibi ſequuntur Salic. *à num.* 2. Caſtrenſ. *qui eam legit cum Auth. excipitur, num.* 5. tamen loco tutoris adminiſtrabit bona filij impuberis ex not. *in leg. ſi ſuperſtiti, C. de dolo.* Corn. punctualiter *in Auth. excipitur, n.* 2. *C. de bon. quæ liber.* Paſchal. *de virib. patriæ poteſt. part.* 1. *cap.* 2. *ſub num.* 88. *faciunt dicta Burſ. conſ.* 133. *à num.* 31. *lib.* 2. Poſt mortem verò patris legitimus tutor D. Franciſcæ erat Princeps frater; nam licet adeſſet auia materna, non tamẽ tutelæ munus ſuſcipere inuita cogebatur *Auth. matri, & auiæ, C. quando mul. tut. offic. fungi poſſit.* Vnde poſt auiam frater erat in ſucceſſione proximus *Auth. ceſſante. C. de legit. hæred.* Erat igitur onus ſiue patris ſiue fratris pro tempore reſpectiuè ſoluere D. Franciſcæ ei debitam quantitatem, eiuſque nomine eam à ſe ipſis exigere, atque ad illius commodum eam implicare, aliter ipſi ad intereſſe tenentur, vt ex *leg. ſiant* 10. *C. de legit. hæred.* deciſum ait D. de Franch. *dict. deciſ.* 16. omnino videndus ſignanter *à num.* 16. Videntur enim pater, & filius non carere culpa, qui à ſe ipſis non exegerunt; debebatque Princeps frater procurare, vt tutori impuberi, vel minori legitima perſona conſtitueretur, cui ſolui potuiſſet, vt optimè *in dict. deciſ. D. de Franch.* ratiocinatur.

103 Hoc intereſſe debitum D. Franciſcæ, ſeu actio ad illud petendum dubium, non eſt eiſe in hæreditate ipſius ad text. *in leg. ſi hæreditas, ff. de regul. iuris.* Et proinde ſpectabit ſiue in totum D. Lucretiæ, ſi ipſa ad integram ſucceſſionem vocetur iuxta dicta ſupra in prima prætenſione, vel pro rata legitimæ auiæ ſpectantis iuxta dicta in tertia prætenſione, cùm ſit portio eius, quod ab inteſtato fuiſſet habitura ex *leg. libertus*, §. *qui ſoluendo, ff. de bon. libert.* Peregrin. *de fideicomm. art.* 36. *n.* 72. Franch. *deciſ.* 61. *num.* 15. qui ita ait iudicatum, citatque concordantes, prout etiam apud Merlin. *tract. de legit. lib.* 2. *tit.* 1. *quæſt.* 1. *in princ.* & *facit text. in leg. bonorum ff. de verb. ſignif.*

104 Tertia ratio, quare hoc intereſſe debeatur eſt ob moram regularem, quia iam D. Lucretia de Tufo iudicialiter à die 31. Martij 1620. interpellauit, ac in S.C. conuenit Principem Marinum, quo caſu per iudiciariam interpellationem regularis mora contrahitur, ratione cuius intereſſe debetur, *l. ſi ex legati* 23. *cum not ff. de verb. oblig. leg. mora* 32. *de vſur.* Ac vnica ſufficit interpellatio *leg. Titia ſeia* 89. §. *vſuras, ff. de leg.* 2. latè Barboſa *leg. ſi mortuo, n.* 9. *part.* 1. *ff. ſoluto matr.* Menoch. *de arbitr lib.* 2. *cent.* 3. *caſu* 220. *à num.* 18.

105 Quarta ratio fundandi hoc intereſſe ſpecialiter reſpectu legitimæ D. Lucretiæ debitæ (ſi ad hanc eius reſtringatur petitio) eſt quia legitima ſtatim, & ipſo iure ſequuta morte debetur, & eam tunc hæres non præſtando dicitur in mora legali; ideò teneri debet ad fructus ſeu intereſſe, etiam non interpellatus, quia dies mortis interpellat, vt poſt Bal. *in leg. non eſt, C. famil erciſc.* notabiliter Natta *conſ.* 156. *num.* 6. & 7. *lib.* 1. & alij multi, quos citant, & probant Peregrin. *de fideicomm. art.* 36. *num.* 69. Mangil. *de imput. q.* 9. *num.* 41. *in fine*, Merlin. *de legit. lib.* 2. *tit.* 1. *quæſt.* 1. *ſub n.* 11. & deciſum refert. D. de Franch. *dict. deciſ.* 16. & iterum *deciſ.* 575. *part.* 4. & poſt Fabian. *in Auth. nouiſſima, ſub num.* 229. *C. de inoffic. teſtam.* in his terminis quando pecunia, in qua legitima conſiſtit penes hæredem optimè, & magiſtraliter diſtinxit D. Reg. Rouit. *conſ.* 20. *num.* 8. *lib.* 1. videndus.

Et licèt pro parte D. Lucretiæ fuerint petiti integri ducat. 60. mill. donati contemplatione matrimonij, & alij ducat. 60. mill. dotium maternarum, cùm dubitari poſſet an integri deberentur, vnde videtur debitum non eſſe liquidum; hoc tamen non obſtat; 106
tum quia magis communis opinio eſt, quod debuit Princeps conuentus offerre illud quod eſt indubitabile deberi, nempe legitimam, etiam ſi expreſſè non eſſet petita ab actore, prout teſtantur Bartol. Alex. *num.* 7. Aret. *num.* 29. *in l.* 1. §. *ſi ſtipulanti, ff. de verb. oblig.* Bart. *in l. non poteſt* 100. *ff. de reg. iuris*, & ibi Cagnol. *num.* 5. Imola, & Alex. *in l. ſi mora, ff. ſoluto matrim.* idem Alex. *in l.* 4. §. *ait Prætor, ff. de re iudic.* Negusan. *de pign. par.* 5 *prin. memb.* 3 *parte illius* 2. *limitatione* 3. *ſub num.* 4. & Caroc. qui hanc ſequi videtur opinionem, & alios citat *de oblat. part.* 2. *quæſt.* 51. *ex l.* 5. *qui eſt text. notab. ff. de ſtat. lib.* & *ex l ſi reſidui. C. de diſtract. pign.*

Tum etiam non obſtat, quia poſita pro vera alia opinione, quod debet creditor, ſeu petitor ſe offerre paratum recipere partẽ de qua nõ eſt controuerſia iuxta doctrinam Bart. *in l quiſolidam* 80. *in princ. per illum tex. ff. de legat.* 2. quem ſequuntur citati per Caroc. *vbi ſupra*, Bauer. *de mora part.* 3. *num.* 16. *to.* 6. *part.* 1 *tract.* & latè per Couarr. *variar. lib.* 1. *cap.* 1. *ſub num.* 5. Adhuc tamen hoc adeſt in præſenti caſu, quia petiit D. Lucretia gradatim & ſucceſſiuè omnem partem, & portionem ei melius competentem in bonis paternis, & maternis, quæ ad minus eſt legitima, de qua dubitari nõ poterat, & ipſemet Princeps conuentus confitebatur: Siue igitur vna, vel altera harum opinionum vera ſit non poteſt obſtare hæc oppoſitio ob certitudinem debiti ſaltem in legitima in ſupplicatione per actricem petita. 107

Quoad ſecundum, circa tempus quo tale intereſſe debetur ſatis liquere poteſt ex iam dictis. 108

Primò enim reſpectu legitimæ debitæ in bonis matris, cum ſit certum deberi à tempore mortis illius, iuxta communem omnium traditionem *ex dict. leg. omnimodo.* §. *imputari. C. de inoff. teſtam.* & eo tempore erat D. Franciſca infans, vnde duplex contrahitur mora vna quia agitur de legitima in qua non requiritur interpellatio, ex Bald. *in d. l. anim. C. fam. Erciſc.* & aliis apud Merlin. *de legitima, lib.* 2. *tit.* 1. *quæſt.* 1. *ſub num.* 11. Altera mora, quia ſumus in infante *ex dict. leg. C. in quibus cauſ. in integ. reſt.* D. de Franch. *deciſ.* 16. certè ab eo tempore intereſſe debebitur, quod euitare pater non poterit prætextu quod in dicta legitima competat ei vſusfructus, quia cùm in eodem teſtamento ſit cum filia inſtitutus in portione filiæ relicta, & ſi non careat legitimæ adminiſtratione carebit tamen vſufructu, ex ſententia gloſſ. *in Auth. item hæreditas, C. de bon. quæ liber.* quam ibi ſequuntur Salic. & Caſtrenſ. Boër. *quæſt.* 185. *num.* 15. qui citat Bald. hoc tenentem *conſ.* 460. *mißi-* 109 110

ſis

ſis opinionibus, *lib. 4. quod in meo libro eſt, conſ.* 324.
lib. 5. Gabr. *concl.* 118. *ſub num.* 12. *lib.* 1. Surd. qui hos,
& alios citat *conſ.* 116. *num.* 41. *lib.* 1. Viu. benè *deciſ.*
438. *num* 35. Coſta *de ration. rata, cap.* 211. *num.* 2.
111 Gratian. *tom.* 4. *diſcept. forenſ. cap.* 813. vbi plures ci-
tat, ex ratione Salic. *in dict. Auth. vnde hæreditas*, nē-
pè quia cenſetur ex mente teſtatoris, quod ſicut in
ſucceſſione inteſtata non quæratur patri vſuſfructus
in portione filij cum quo ſuccedit, ita creditur teſta-
torem voluiſſe in ſucceſſione ex teſtamento, & ita
ex teſtatoris voluntate per S. C. deciſum refert D.
de Franch. *deciſ.* 451. *part.* 4.

112 Secundò quoad portionem, quæ in proprietate
obuenit D. Franciſcæ ob tranſitum patris ad tertias
nuptias, non eſt dubium ex prædictis, quod finito
patris vſuſfructu per eius obitum, fuit ſtatim proprie-
tati cōſolidatus, & quia eo tempore erat D. Franciſ-
ca pupilla vel minor abſque alia interpellatione, ex
tunc fuit regularis mora commiſſa, & intereſſe de-
betur iuxta *tex. d. leg.* 3. *C. in quibus cauſ. in integrum,
cum ſupra notatis*, & conſuluit, & ſecundum eius
conſilium deciſum refert per S.C. in cauſa Eleonoræ
Mazzo cum Catharina de Ruggerio, referente D.
Conſiliario de Ponte, poſtea S. C. Præſide refert
Dom. Camill. la Ratha *conſ.* 15. in fine, quæ mora
ſemel tempore minoris ætatis incepta nunquam fuit
extincta, ſtante interpellatione iudiciali per hanc
litem facta pro parte D. Lucretiæ poſt mortem Don-
næ Franciſcæ in ætate adhuc minori, nempe anno-
rum quatuordecim, vel circa, iuxtà text. *cum not per
gloſ. & alios in l. Titia* 89. §. *vſuras, ff. de legat.* 2. *Ia-
cob. dict. leg.* 3. *num.* 2. *D. de Franch. dict. deciſ.* 16. *ſub
num...*

113 Quæ omnia ex eadem ratione etiam procedunt
in portione, in qua Princeps Camillus ſucceſſit pro
medietate D. Robertæ filiæ præmortuæ; cum enim
proprietas etiam illius portionis (vt ſupra dictum
eſt) in pœnam ſecundarum nuptiarum ſpectat ad
D. Franciſcam, etiam à tempore mortis patris illius
debebitur intereſſe.

114 Quoad tertium ſi in præſenti caſu haberet lo-
cum conſuetudo Neapol. intereſſe ſecundum illam
eſſet ad rationem, quolibet anno, tarenorum duo-
rum pro qualibet vncia, vt *in conſuet. hæredes quę tit.
de iure dotium*, quod etiam mortua vxore hæredibus
deberi fundauit Napod. *conſuet. Viro mortuo, verſ.
vxore ſuperſtite, circa finem*, & nos ſupra diximus,
ſed quia matrimonium inter Principem Camillum,
& D. Beatricem contractum fuit more Procerum,
& Magnatum, propter quod ceſſat Neapolitana
conſuetudo, & ad maiorem rationem, quantum per
conſuetudinem ſit diſpoſitum liquidatur, vt bene
115 Gramm. *deciſ.* 103. *num.* 101. ideò intereſſe prædi-
ctum erit liquidandum ad rationem octo pro cen-
tenario, provt per S. C. liquidatum fuiſſe in cauſa
Eleonoræ de Aquino cum Marchione Lauri anno
1588. tradit Molfeſ. *to.* 1. *ſuper conſuet. par.* 7. *q.* 12.
n. 9. de quo meminerunt Didacus de Marin. *in ad-
dit. ad Gram. ſub num.* 48. & Thoro *in compend. deciſ.
to.* 1. *verbo intereſſe ſiue vſuſfructus antefati, fol.* 186.
col. 1. *in fine.*

Et hæc de ſucceſſione bonorum maternorum D.
Franciſcæ Caracciolæ, & eorum intereſſe dixiſſe
ſufficiat.

Quo ad ſucceſſionem paternam.

116 Prima prætenſio: Dōna Lucretia auia materna per
exiſtentiā fratrum conſanguineorū D. Franciſcæ nō
eſt excluſa ab illius ſucceſſione in bonis paternis.

117 Primò non eſt excluſa ex diſpoſitione iuris com-
munis, quo deficientibus deſcendentibus certum
eſt ſecundo loco vocari aſcendentes, ſiue fratres de-
functi ſuperexiſtant, ſiue non, text. eſt *in* §. *conſe-
ſequens, aliàs, ſi igitur, Authen. de hæred. ab inteſt. ve-
nient. & in Auth. defuncto. C. ad Tertull. ſæpius ſupra
citatis*; ſuccedunt autem aſcendentes abſque diſcri-
mine, vnde bona obuenerunt, ſiue ex latere vnde
ſint coniuncti, ſiue ab altero, ita quod in eis proxi- 118
mitas tantum in linea eorum attenditur; adeo quod
ſi plures ſint aſcendentes ex vtraque linea paterna,
& materna, ſemper proximior alium excludit in
quibuſcumque bonis, a quauis linea mortuo deſ-
cendenti obuentis, etiam ſi ipſemet remotior aſcen-
dens illa donaſſet, qua de re dicunt matrem exclu- 119
dere auum paternum in ſucceſſione nepotis, iam in
bonis per eum illi donatis, vt communiter conclu-
dunt DD. ponderantes tex. *in dict.* §. *ſi igitur, verſic. ſi
autem*, dum dicunt: *ſi autem plurimi aſcendentium
viuūt, hos præponi iubemus, qui proximi gradu reperiun-
tur maſculos, & fœminas, ſiue paterni, ſiue materni ſint*:
& ibi gloſſa *verbo proximi*, quam ſequuntur DD. *in
tract. de ſucc. ab inteſt.* Matth. Gil. *art.* 2. *princip. num.* 5.
Nic. de Vbal. *part.* 2. *num.* 4. Textor *num.* 72. vbi alios
citat. D. dec. *ſub num.* 3. *verſ quartò affirmo*, Barry. *de
ſucc. lib.* 18. *tit.* 2. *ſub num.* 1. Petr. de Greg. *ſyntagm. iu-
ris, p.* 1. *lib.* 45. *cap.* 9. *ſub num.* 11. *verſ ſi tamen* Maria,
qui concordantes citat *de ſucceſſ. legali tom.* 1 *part.* 2.
cap. 1 *ſub num.* 59. *& part.* 1. *quæſt.* 24. *artic.* 4. *num.* 14.
Paſchal. *de virib. patr poteſt part.* 2. *cap.* 1. *ſub num.* 59.
verſ qua concludo, Viu. *deciſ.* 173. *ſub num.* 4. *part.* 1.
& poſt Alex. *conſ.* 11. *lib.* 2. Anan. *conſ.* 73. & 101.
Theſſ. *deciſ.* 27. *num* 4. & optimè etiam in bonis ab
auo donatis D. de Ponte *conſ.* 15. *à num.* 59. viden-
dus *lib.* 1. poſt Capiam *conſ.* 149. Crauetta *conſ.* 176.
& D. de Franch. *deciſ.* 59. *in fine*. Nam qui bonorum 120
diſtinctionem in actiua aſcendentium ſucceſſione
induxerunt, ſolùm data gradus paritate loquuti ſunt,
vt prædicti DD. dicunt, nempæ quando pater vel
mater in prædefuncti filij ſucceſſione concurrunt,
vel aui, & auiæ paterni, & materni in ſucceſſione
nepotis, in quibus terminis loquutus fuit Bart. *in l.
poſt dotem, ff. ſoluto matr. & in Auth itaque C comm de
ſucceſſ.* & qui eum ſequuntur, cui tamen contradi-
xerunt Bald. *in Auth. defuncto*, & innumeri maxi-
mæ auctoritatis DD. qui illum ſequuntur, Couarr.
d tract. de ſucceſſ. ab inteſt. ſub num. 2. & alij magni no-
minis DD. Hiſp. Greg. Lopez, Valq. Gomez, Matt.
quos refert cum aliis, & probat Barboſa, qui latè
Bart. opinionem impugnat *in d. l. poſt dotem, a n.* 66.
& propriè ſub *num* 73. vbi voluit quod neque in
auis aliiſque vlterioribus ea ſit admittenda bono-
rum diſtinctio, ſequuntur multis relatis Graſſ. §. *ſuc-
ceſſio ab inteſtato, quæſt.* 22. *ſub n.* 5. Gabriol. *de ſucc.
ab inteſtat. lib.* 2. *à num.* 11. & latiſſimè Forſter. *de ſuc-
ceſſ. lib.* 7. *cap.* 4. *concl.* 4. *a num.* 6. videndus. Fuit igi-
tur inter DD. controuerſia quando parentes ſuper-
ſtites erant defuncto in pari gradu, ſed ſi diſpari
erant, nullus dubitauit proximiorem præferri remo-
tioribus ex generalitate text. *in dict.* §. *ſi igitur*, ferè
in omnibus bonis, nulla illorum diſtinctione facta
admittendos.

Quod ſi hæc procedunt inter aſcendentes in eo- 121
rum linea, multò magis ſi agimus reſpectu collate-
ralium, vt propter collateralem non debeat aſ-
cendens excludi à bonis, ab alia aſcendentium linea
obuentis, nempè, vt in caſu noſtro non excludatur
auia materna à bonis obuentis nepti prædefunctæ a
linea paterna; nam etiam data ſecundùm opinio-
nem Bart. diſtinctione bonorum inter aſcendentes
in pari gradu conſtitutos; nihilominus ceſſabit ſi
concurrant cum collaterali, nempe fratre vtrinque
coniuncto, vt eſt communis opinio, ac deciſum re-
fert

fert Marta *to.1.p.2 quæſt.1.art.31.num.16. de ſucc.legali*, Teſſ. qui alios citat *dicta deciſ.27. num.5.* & ex text. *in d. Auth.defuncto*, probat Caſtill. *deciſ.59.ſub num.68.verſ.& pro prædictis,par.1.*

122 Hanc iuris communis diſpoſitionem in præſenti caſu locum habere ambigi minimè poteſt, quia tam matrimonium inter D. Beatricem, & principem Camillum, quam aliud inter D.Lucretiam, & D. Flaminium Vrſinum, D.Beatricis patrem cõtracta fuere, ſecundùm morem Procerum, & Magnatum Regni, quod idem importat, quod ius commune, & proinde non procedit, neque conſuetudo Neapoli-
123 tana, quia in ſucceſſione inducta eſt bonorum diſtinctio, nec vius Capuanæ, & Nidi, qua parentes a ſucceſſione filiorum in bonis aliunde obuentis excluduntur, ſed ſimpliciter iuris communis attenditur diſpoſitio, qua non ſolùm admittuntur, ſed collateralibus, vt ita dicam, præferuntur, quia tantum importat mos Magnatum Vrſill.ad Afflict.*deciſ.237. num.7.* Capyc.*deciſ.176.num.17.* Minard. *conſtit. in aliquibus,4.notabili .n4.ver.in reliquis.*Gram.*dec.103. n.98.* D.de Ponte *in ſpecie conſ.35.num.7. lib.2. conſ. 110. ſub,num.3.conſ.111.num.8.conſ.113.ſub.num 7.*
124 *lib.2.* Et ideo *cap.5.* dicti moris ſtatutum eſt ad filij ſucceſſionem eo iure matrem vocari, vt in reaſſumptis per Camill. Salern. *in conſuet.ſi quis vel ſi qua f. mibi* 143.tradunt Minad. *vbi ſup.* P.Molfel.*tom.1. ſuper conſuet.part.1.c.3.n.14.* & optime aduertit D. de Ponte *dict.conſ.19.n.40.lib.1.*

125 Et ſi mater admittitur, etiam auia materna non excluderetur, quia vtraque ſucceſſiuè ex iuris communis diſpoſitione ſunt vocatæ, & proinde ſecun-
126 dum morem Magnatum. Eò magis, quia in fauorabilibus diſpoſitio loquens de matre comprehendit auiam, quia & ipſa mater fuit Bart.*l liberorum,n.21. ff.de verbor ſignif.in l.Neſennius, num.6.ff.de neg.geſt.* & *in l. Centurio, num.52. ff.de vulg.* cum aliis per Gabrielem *conſ.133.num. 2. lib.2.* Dec. *conſ.13.n.3. lib.* .

127 Secunda Prætenſio: Non ſolùm D. Lucretia auia materna admittitur ad ſucceſſionem D. Franciſcæ neptis in bonis paternis, vel à linea paterna obuentis, ſed ſola admittitur, excluſis omnibus fratribus, & ſororibus conſanguineis prædictæ D. Franciſcæ, quæ concluſio indubitata eſt ex clariſſima diſpoſitione tex. *in dict §.ſi igitur Auth. de hæred. ab inteſtat.*ait enim, *ſi igitur defunctus deſcendentes quidem non relinquat hæredes, pater autem, aut mater, aut alij parentes ei ſuperſunt, omnibus ex latere cognatis, hos præponi ſancimus exceptis ſolis fratribus ex vtroque parente coniunctis defuncto.&c.*ſi ſolos vtrinque coniunctos admittit, ergo ex vno tantùm latere coniunctos excluſit; provt ita argunt, & communiter concludunt DD. *in tract. de ſucc ab inteſt.* Mattheſil. *art.2. princip.n.10.* & ibi Additionator Bolognin.Vbal. *par.2.num.7.*Paſſager. *par.2.num.6* Roſellis*n.76.* Textor *num.74.* Forſter. *lib.7. & 8. in prin.* Paſchal. *de patria poteſt.par.2.cap.1.ſub.num.6.* optimè D.de Franch. videndus *dec.682. per totam par.4.*Caualc.*deciſ.13.num.37.part.3.*deciſum refert Marta *de ſucc.leg. tom.1.par.2 quæſt.1.art.1.ſub n.16.* & *par.3.deciſio.verſ.ſucceſſio cap.* 142. ex Boerio *deciſ.* 185.

128 Quod eſt verum etiam ſi frater ille coniunctus eſſet ex latere ipſius parentis, cum quo concurrit, nam & adhuc excluditur.Bal.*d.Auth defuncto*,Boër. *deciſ.185.n.2.* Craſſ.*d.§.ſucceſſio ab inteſtato,quæſt.24. in fine*, & ſecundum hanc opinionem iudicatum refert Petrus de Greg.*ſyntag.iur.par.1.lib.45. c.9. ſub num.12.in fine.* Et pro auia deciſum refert Papon. *Arreſt.8.lib.2.* ex ratione de qua ibi per eum; vnde multo magis ad excluſionem fratris ex eo latere non coniuncti, provt eſt præſens caſus.

Et hoc eſt verum indiſtinctè, & in quibuſcum- 129
que bonis, vt ex tex. *in dict.§.ſi igitur*, poſt Salyc. Boër. Forſter.Odd. Tiraquell.Caualc. Vegiz.Riminald.Iun.quos citat, optimè docet Caſtil. *d.deciſ.59. num.68. lib.1.* Vnde cùm ſuprà ex prætenſione auiæ concluſum fuerit eſſe nullum teſtamentum D.Franciſcæ, ſicut ex ea cauſa diximus integram bonorum maternorum hæreditatem ſpectare ad auiam: ita & nunc pari ratione dicendum eſt ſpectare etiam paternorum.

Tertia Prætenſio Si ob clauſulam codicillarem 130
aliquo modo diſpoſitio D.Franciſcæ in beneficium Principis fratris poſſet ſuſtineri (quod non conceditur per dicta ſupra in articulo de ſucceſſione materna) tunc etiam in bonis paternis D. Lucretiæ auiæ maternæ legitima deberetur. Nam debetur aſcendentibus, ſicut & deſcendentibus *Auth. nouiſſima.Cod.de inoffic.teſtamen.* & ibi DD.& de communi opinione poſt Fernand. *in l.in quartam,in præfat. part.2.num.86.ff.ad legem Falcid.* teſtatur Craſſ. *§.legitima,q.5.* Nam ab inteſtato ſic vocata non excluditur à legitima ex dictis poſt gloſſ. *in l.1.ff. de bonorum poſſ.contra tab.* & aliis citatis per Merlin.*de legit.lib.1.tit.2.quæſt.4.n.2.*

Hæc autem legitima ad beneficium auiæ erit in- 131
tegra tertia pars bonorum paternorum, licèt exiſtant fratres conſanguinei, qui cum ab inteſtato per auiam excluderentur, & integra etiam in paternis bonis ſucceſſio inteſtata ad auiam, expulſis fratribus pertineret, ex ſupra dictis, integra etiam legitima erit auiæ, quæ erit portio eius, quod eſſet ab inteſtato habitura, *§.ſed hoc ita,Inſtit.de inoffic.teſtam.* gloſ. *Auth. nouiſſima, verbo titulo. C.de inoffic. teſtam.* Et conſtat hæc ex latè per nos fundatis ſupra in articulis de bonis maternis in tertia prætenſione, quæ omnia in præſenti conueniunt, & hic eſſent repetenda, ſeu breuitatis cauſa omittantur. Et deciſum ait Teſſ. Iun. *lib. 4. quæſt. forenſ.58. numer. 6.*

Quarta Prætenſio: Appellatione bonorum ex 132
linea paterna D. Franciſcæ obuentorum, & in quibus D. Lucretia auia materna ſuccederet, continentur infra ſcripta.

Primò ducati ſexaginta mille donati à Principe Camillo, qui in capitulis matrimonialibus initis cum D.Beatrice Vrſina donauit filiæ primogenitæ, ex dicto matrimonio naſcituræ, ſi maſculi deeſſent, ducatos ſexaginta mille ſuper omnibus eius bonis, his additis verbis, *da conſeguir ſi dalla fœmina primogenita al tempo, che ſarà d'anni ſedici, e non prima:* nam licèt ante completum annum ætatis decimum ſextum Dom.Franciſca deceſſerit; tamen tranſmittit hoc ius ad beneficium hæredis cuiuſcumque, quod multipliciter probatur.

Primò, quia hæc diſpoſitio non eſt conditionalis 133
in ſe, & in ſui ſubſtantia, ſed pura: donat namque princeps abſolutè ducatos ſexaginta mille; at quoad illorum conſequutionem appoſuit tempus quando filia peruenerit, ſeu compleuerit annos ſexdecim, quod tempus appellatur dies incerta; eo quia neſciebat an D.Franciſca ad eam ætatem eſſet peruentura: ſed dies certa quando, quia benè ſcire poterat quando complebantur ex quo nata fuit die 8. Octobris, anno 1606. vti poſt alios per
Menoch. *lib.4.præſumpt.201.num.42.* Duæ namque 134
ſunt in contractu diſparatæ orationes, vna qua donat Princeps Camillus naſcituræ primogenitæ, & iſta ex ſe perfecta eſt, ſuoque verbo regitur; altera verò dum dicit, *da conſeguir ſi dalla detta primo-*

genita quando ſarà d'anni ſedici, non prima: quæ etiam à ſuo regitur verbo, itaque quando poſt perfe-ctam orationem in alia, dies certus, modo quo ſupra, apponitur conſequutioni, tunc non redditur ipſa diſpoſitio conditionalis, nec ad hæredes tranſmiſſio impeditur, etiam ſi eſſemus in vltimis voluntatibus, in quibus difficilior fit tranſmiſſio quàm in contractibus, tex. eſt expreſſus *in leg. ex his. Cod. quando dies legati cedat*, & ibi DD. Bart. Alberic. *ſub num.* 2. Bald. *benè num.* 1. & 2. Caſtrenſ. *optimè num.* 2. & 4. Salycet. *qui eam legit cum leg. præcedenti, ſub num.* 2. Fulgoſ. *ſub num.* 2. qui indubiè hoc tenet, etſi in continenti poſt primam orationem adiicietur ſecunda, quia non præſumitur diſponentem ſe velle corrigere gloſ. & DD. *in leg. ſeius* 46. *ff. ad Treb.* vbi Bart. Alberic. *in princ.* Angel. *num.* 2. Caſtrenſ. *ſub num.* 1. *verſ. reſpondeo*, DD. item, *in l. ſicuti, §. hoc autem, ff. de leg.* 1. vbi Bart. *num.*... Bald. *circa finem princ. verſ. certum eſt dubium.* Iaſ. *num.* 4. & alij multi in prædictis, & aliis locis, de quibus per Mant. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 11. & 13. *num.* 28. Menoch. *præſumpt. lib.* 4. *cap.* 201. *num.* 46. videndus no-
135 uiſſime Noalis *de tranſmiſſ. cap.* 7. *num.* 53. qui communem illam doctrinam ſequuntur, & ex dicto text. *in leg. ex his*, poſt DD. ibi colligunt, quod poſt tempus quo D. Franciſca foret decimum ſextum annum completura poterit per eius ſucceſſorem ea ſumma peti.

136 Sedundò etiam ſi ea diſpoſitio non eſſet in diem, ſed conditionalis, adhuc locum haberet tranſmiſſio, ex quo facta eſt in beneficium filiæ, cuius fauore per eius mortem ante conditionem non caducatur, vt videtur tex. *in puncto in dicta leg. Seius Saturninus* 46. *ff. ad Trebell*, Rota Rom. *deciſ.* 782. *n.* 18. & 19. *part.* 1. *in nouiſſ.* optimè poſt Capram *conſ.* 79. *num.* 2. Soccin. Senior. & alios Menoch. *dict. præſumpt.* 201. *num.* 45. *lib.* 4. vbi ponderat ad hoc text. *in dict. leg. Seius.*

137 Tertiò, quia ſumus in diſpoſitione inter viuos, quo caſu etiam ſi conditionalis ſit, tranſmittitur ex tex. *in §. ex conditionali, Inſtit. de verb. oblig.* & *leg. is cui. & ibi gloſ. ff. de action. obligat. gloſ. in leg. ſi quis* 57. *ff. de verb. oblig.* & ibi DD. *in dict. §. ex conditionali*, vbi nouiſſime Naupprechetus Germanus, Gomeſ. *variar. lib.* 2. *cap.* 11. *ſub* 36. vbi latiſſimè Lopez. *gloſ.* 5. *lib.* 12. *tit.* 12. *par.* 5. DD. *in leg. ſi decem, ff. de verb. oblig.* Donell. & Cuiac. *dict. leg. ſi quis.* Cancer. *lib.* 1. *c.* 2. *ſub num.* 38. & *lib.* 3. *cap.* 21. *ſub num.* 94. Oſaſc. *deciſ.* 24. *num.* 2. poſt Bald. *in leg. quoties. Cod. de donat. quæ ſub modo*, Noalis *de tranſmiſſ. c.* 5.

138 Ex quibus conſtat nulla ratione ad impediendam hanc tranſmiſſionem fuiſſe ex aduerſo prætenſum hanc ſummam ducatorum ſexaginta mille fuiſſe à Principe Camillo donatam naſcituræ primogenitæ ex eo matrimonio, pro dote, & proinde cùm habeat conditionem futuri matrimonij, eo non ſequuto per mortem D. Franciſcæ ante completum annum decimum ſextum, non potuit ad hæredem illius tranſmitti, eſto quod in contractu ſit diſpoſita, eo quia quando in perſona defuncti conditio erat adimplenda (vt in hoc caſu quod D. Franciſca impleat annum ætatis decimum ſextum, & quod nubat) cùm per mortem illius deficiat, non poteſt tranſmitti, quod ſub conditione promiſſum ex defectu conditionis euanuit ex not. *in leg. qui Romæ, §. Augerius*, vbi DD. *ff. de verb. oblig.* Aret. *in d. §. ex conditionali*, poſt Fabrum ibi, *ſub num.* 2. Valaſc. *conſult.* 122. *ſub n.* 13. & *in tract. de iure emphyt. quæſt.* 50. *ſub n.* 44. *in fin.* Alciat. *lib.* 3. *reſp.* 3. *dub.* 3. *ſub. num.* 16. Seſſe *deciſ.* 50. *ſub n.* 40. Peregr. *de fideic. artic.* 51. *ſub*
139 *num.* 20. Caſſan. *conſ.* 53. *num.* 17. Et etiam quod non fuiſſet adiecta ætas adhuc ante matrimonium, mortua donataria, non tranſmittitur, *leg. in rebus, §. dote, l. tali, ff. de iure dot. leg. item quia, §. huius, ff. de pactis, num.* 1. Hæc inquam in præſenti minime obſtant.

Primò enim in hac donatione facta nulla legitur 140
dotis mentio, nec cauſa; tantùm Princeps Camillus huius ſui ſecundi matrimonij contemplatione donauit filio primogenito maſculo naſcituro ducatos centum mille, maſculis autem deficientibus filiæ primogenitæ naſcituræ duc. ſexaginta mille, ſubdit immediatè: *Da conſequir ſi li detti duc. cento milia dal maſculo primogenito di queſto matrimonio, e li duc. ſeſſanta milia per mancamento di maſchio dalla figlia femina primogenita, che naſcera dal detto matrimonio al tempo, che eſſo figlio maſculo primogenito, o la detta figlia femina primogenita ſara d'anni ſedici, e non prima.* Hæc ſunt donationis verba, ex quibus nulla dotis facta eſt mentio, quæ expreſsè debet fieri, vt dotale legatum dici poſſit.

Leuiſſimæ verò ſunt coniecturæ, quæ ex aduer- 141
ſo ponderantur ad perſuadendum legatum illud eſſe dotale. Quod à patre: Quod in capitulis matrimonialibus: Quod completo anno decimoſexto (quæ nubilis ætas eſt) conſequatur: Quod doti ſit commenſurata quantitas ſupradicta, quia ſimilem ſummam pro dote dedit mater D. Beatrix, & quia voluerunt contrahentes prouidere fœminis ex hoc matrimonio naſcituris, ne aliis ex priore natis matrimonio fierent inferiores, iſtæ quidem coniecturæ nihil concludunt.

Nam quoad primam, & præcipuam coniectu- 142
ram, quod donatio facta fuerit a patre, & propterea intelligatur in cauſam dotis ex communi DD. traditione, quæ originaliter fuit Bartol. per illum tex. *in leg. quod autem, ff. de iure dot.* quem ſequuntur ibi Bald. Iacobin. & Caſtrenſ. *in leg. Titio centum, §. Titio genero, num.* 9. *ff. de condit. & demonſtrat.* Alex. *in leg. huiuſmodi, §. cum pater, num.* 3. *ff. de legat.* 1. Curt. Iun. *in Auth. res quæ, num.* 21. *Cod. commun. de leg.* Iaſ. *in leg. filiæ legatorum, num.* 2. *Cod. de legat.* Barboſa *in leg.* 1. *par.* 3. *num.* 64. *verſ. ſuccedit*, vbi late, *ff. ſolut. matrimon.* Ceph. *conſ.* 84. *num.* 9. *lib.* 1. Rimin. al. Sen. *conſ.* 131. *à num.* 4. Ruin. *conſ.* 24. *n.* 10. *lib.* 1. & *conſ.* 138. *ſub num.* 3. *lib.* 4.

Primò conſiderandum eſt DD. prædictos, ac cæ- 143
teros, qui de hac materia pluribus in locis tractauerunt duos poſuiſſe caſus, ſcilicet in diſpoſitione per patrem facta in vltima voluntate, & in ea quæ fit inter viuos: & quidem reſpectu primæ quando pater ſimpliciter legat filiæ, quod videatur legare in cauſam dotis, & animo compenſandi cum dote, non ita contra filiam videtur expeditum; nam licet communis opinio affirmet, quod legatum cenſetur in cauſam dotis, & proinde cum ea compenſetur ex *l. ſi cum dotem, §. ſi pater, ff. ſoluto matrim. l. huiuſmodi* 86. *§. cum pater, ff. de legat.* 1. *leg. Titio, §. quod in vita, ff. de leg.* 2. & in dictis locis DD. & Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 109. *à num.* 16. tamen fortior obſtat tex. *in l.* 4. *ff. de collat. dotis*, in cuius diſſolutione poſt relatos à Menoch. vbi ſupra, fortiter laborat Barboſa, *d. §. ſi pater, à n.* 36. & 37. *cum ſeqq.* adeò quod non eſſe factum legatum animo compenſandi, & vtrumque deberi voluerunt Bal. *in l. filia, n.* 4. *C. de leg.* Imol. *d. l. huiuſmodi, §. cum pater, col. fin. de leg.* 1. Cuman. *conſ.* 134. *n.* 2. & Roman. *conſ.* 153. *col.* 2. quos refert Barb. *d. loco, ſub n.* 36. Phan. *de lucro dotis, gloſ.* 82. Roland.
qui alios refert, *conſ.* 25. *n.* 22. *lib.* 4. Si tamen opinio 144
communis contra filiam teneatur, non poteſt quicquam præſenti cauſæ officere. Ea enim principaliter fundatur, quia pater eſt neceſſarius dotis debitor lege compellente *l. qui liberos, ff. de ritu nupt.* & ex-

peditum

peditum eſt in iure, legatum factum creditori, neceſſariò cum debito compenſari ex tex. *in Authen. prætereà. Cod.vnde vir, & vxor*,DD.*a.l.ſi cum dotem, §.ſi pater*, vbi Barboſa *ſub num.*6. & hoc vel quia nemo in neceſſitatibus liberalis exiſtit, *l.rem legatam,ff.de adimen.leg.*& ideo in legante animus compenſandi cum debito præſumitur, quod innuit tex. *in dict.l.Titio,§.quod inuita.ff. de leg.*2. ibi, *non eſt enim, veriſimile, &c.*& tradit Iaſ. *d. Auth. prætereà, num.*19. vel quia lex, quæ eum debitorem conſtituit neceſſarium, voluit illum in hoc releuare, de duplici onere grauetur iuxta tex. *in dict. §.quod in vita*, & poſt Dec. *dict. Authen. prætereà, n.*11.ſentit. Barboſa *vbi ſupra*. Vnde ſi prædicta ratio compenſandi non ceſſaret non haberet locum obiectum, vt in ſimili ponderauit Ber. *conſ.*4[illegible]. *ub n.9 ver.conſiderãdum,lib.*2.Hæc ratio compenſandi cum debito neceſſario,nõ militat in diſpoſitione facta in contractu inter viuos, & propriè in donatione, quia donatum inter viuos cum debito neceſſario, non compenſatur, quæ eſt recepta DD. concluſio ex text.*in leg.etiam,§.ſi debita*, & *leg.ſi verò,verſ.cæterum, ff.de bon.libert.* & probarunt Soccin. Sen. *conſ.*93. *ſub. num.*21.*verſ. confirmatur,lib.*1. Rubeus *conſ.*116.*n.*1. Couarr. *Cod.officij,num.*9.*de teſtament.* Menoch. *qui de communi teſtatur, præſumpt.*142,*num.* 2.*lib.*3. Sebaſt. Medic. *de compenſ.part.*1. *quæſt.*27. *num.*3. Et videtur expreſsè probari ex communi illa concluſione, quod donatum in vita non imputatur in legitimam, in qua pater eſt debitor neceſſarius, *§.generaliter, leg.ſi quando. Cod.de inoffic. teſtam.* & DD. *in leg.ſancimus.Cod. eod.* Medic.*dict quæſt.*27.*num.*8. Cùm autem nos ſumus in quantitate donata in capitulis matrimonialibus, ceſſat hæc ratio compenſandi, & ſucceſſiuè non poteſt dici donatum filiæ naſcituræ, cedere in cauſam dotis.

145 Reſpectu verò ſecundi, nempe in propoſitione, ſeu donatione facta inter viuos a patre filiæ,an cauſa dotis, & pro dote facta cenſeatur: Doctores tenentes talem promiſſionem cenſeri factam in cauſam dotis, fundauerunt eorum ſententiam ex tex. *in l quod autem* 24.*ff.de iure dotium*, cuius verba ſunt iſta: *Quod autem in ſtipulatione non eſt neceſſaria dotis adiectio, etiam in donatione tantundem dicimus.* Magis autem communiter DD. intellexerunt diſpoſitionem illius text. & concluſionem ſupradictam ſuper eo fundatam tunc habere locum quando tacitè agebatur, vt ea promiſſio cederet in cauſam dotis. Ita expreſsè voluit ibi Gloſſa quam ſequitur Bart. *in l.*1. *ff.ſoluto matrimonio,n.*15.& cum Bart.ibi Alex.*n.*29. Ripa,*n* 100.Herculan.*ſub n.*49 Pariſ.*ſub n.*66.Bolog. *n.*159.Coraſ.*in l.qui liberos,n.*99 *de ritu nupt.* & Bal.
146 Nouellus *in tract.de dote, per* 6.*priuil.*14.*n.*1.Dicunt autem explicando hoc eſſe ſi aliquis tractatus de matrimonio puellæ cui promittitur, præceſſerit, vt Coraſ. explicat, aut, vt dicit Alex. in inſtrumento promiſſionis,de matrimonio mentio facta fuerit,vel ſi ſponſalia tunc eſſent contracta,vt Bolognet. dicit, quia tunc ex cauſa præexiſtenti cenſetur facta promiſſio, ſeu donatio ex *leg.ſi vero,§. idem Papinianus, ff.mand. leg.item quia,ff. de pact.* not.Bart. *in leg. tri-*
147 *ticum,ff.de verb.oblig.* Qua de re communiter poſt Bart. *in dict.leg.*1. prædicti, & alij DD.dicunt diſpoſitionem dictæ legis, *quod autem*, nihil ſpeciale continere fauore dotis, ſecundùm quam declarationem ſatis conſtat nihil obeſſe diſpoſitionem dictæ legis, cùm tempore factæ donationis per Principem Camillum non ſolùm nec matrimonium, nec mentio matrimonij D.Franciſcæ cum aliqua perſona facta fuit, ſed nec ipſa tunc nata vel concepta erat, vt de matrimonio aliquo potuiſſet excogitari. Et

quamuis Barboſa *in dict.leg.*1.*ff. ſoluto matrim.par.*3. 148
*ſub num.*65. & 66. poſt Ruin. voluerit ex ſpeciali priuilegio dotis etiam ſi nullus ſit de matrimonio tractatus, ſi ab aliquo mulieris conſanguineo facta ſit promiſſio, in cauſam dotis ſuſtineatur facta, ne alias ſit nulla, & inutilis, ex quo ſine cauſa non poſſet validè obligari ex tex. *in leg.*2. *§. circa, ff. de doli except.* & ideò ſe fundat Barboſa, vt valeat promiſſio, quæ aliàs, niſi in cauſam dotis valere non
potuiſſet. Et etiam hac ratione attenta adhuc non 149
obſtabit petitioni D.principis, quia promiſſio ducatorum ſexaginta millium fuit facta cauſa matrimonij inter Principem Camillum, & D. Beatricem, quæ aliàs non contraxiſſet, & ſic non fuit ſimplex, ſed ob cauſam, vt meritò de illius validitate dubitari non potuerit ex dictis per Guid. Pap. *deciſ.*145. D. de Franch. *deciſ.*205. & de hoc nec pars aduerſa vllam eſt controuerſiam adductura, meritò à ceſſante ratione diſpoſita *in dicta leg. quod autem*, & ex eo tex.à DD. vt ſupra, conſiderata ad caſum noſtrum nequeunt applicari.

Secundò etiam ſi facta eſſet hæc donatio tem- 150
pore matrimonij, ſeu cum mentione matrimonij D. Franciſcæ; adhuc tamen ceſſaret titulus,ſeu qualitas dotalis, quæ ceſſat quando conſtat, quod animo donandi fuerit promiſſum, vel diſpoſitum ex tex. *in leg.licèt* 44.*§.*1.*verſ.niſi forte, ff.de iure dot. leg.quod ſe debere* 7.*§.ſed ſi cum ſunt, ff.de cond. ob cauſ.* vbi Caſtellio.Fulgoſ. & Roman. quos refert, & probat Iaſ.ibi, *colum. final. in principio*, quo caſu non impeditur tranſmiſſio ad hæredes mulieris, ſi ipſa ante nuptias moriatur, & non procedit diſpoſitio tex. *in leg.*4.*§.*1. *ff.de pactis*, docet in ſpecie Noalis *dict. tract. de tranſmiſſ, cap.* 17. *numer.* 5.

At in hoc caſu de animo donandi Principis Ca- 151
milli donatoris etiam ſi non nuberet D. Franciſca, dubitari non poteſt, qui ex pluribus apertè colligitur. Primò, quia expreſsè dixit, quod donabat filiæ naſcituræ. Secundò, quia fuit contemplatione ſui matrimonij cum D. Beatrice Vrſina, vt prouideret filiis naſcituris ex illo; nam alias D. Beatrix non contraxiſſet, ex quo aderant quatuor filij ex prima vxore, quæ prouiſio erat neceſſaria filiis naſcituris ſiue maſculis,ſiue fœminis in omni caſu,ſiue nuberent, ſiue innupti viuerent. Tertiò, quia eiſdem in capitulis prouiſum eſt maſculis, & fœminis, illis de ducatis centum millibus,iſtis de ducatis ſexaginta millibus; at in maſculo pro conſequendis ducatis centum millibus ſola ætas annorum ſexdecim requiritur, & nulla adfuit conditio nuptiarum: ita pariter dicendum eſt de fœminis, vt quanto minus ſit poſſibile, diſpar ſit vtriuſque conditio ad textum, *in leg.maximum vitium. Cod.de liberis præterit.* Quartò quia aliàs ſequeretur, quod etiam completo anno decimoſexto non fuiſſet donatam ſummam D. Franciſca conſequutura, niſi etiam eſſet nupta;quod tamen eſſet contra diſpoſitionem donatoris, qui tantùm annum ætatis decimum ſextum conſequutioni legati conſiderauit.

Tertiò etiam ſi ea donatio in cauſam dotis facta 152
intelligeretur adhuc tamen non impediretur tranſmiſſio,quia eſſet facta pro ea dote, quæ ex iuris diſpoſitione à patre eſſet filiæ danda, ne duplici onere grauaretur, & quia cum onere legali cenſeretur compenſare voluiſſe. Hæc autem dos de iure Regni ſtantibus maſculis eſt dos de paragio, quam etiam appellant paragium, quod debetur, ſiue fœmina excludatur à ſucceſſione feudalium, ſiue burgenſaticorum, iuxta diſpoſita, & notata

in conſtit. Regni, In aliquibus, vbi DD. Iſern. Afflict.
Minado. Et in hanc cauſam paragij cenſetur voluiſ-
ſe Principem Camillum eam quantitatem donatam
153 fore, cùm quilibet potius cenſetur diſpoſuiſſe ſe-
cundùm iura municipalia, ſeu ſtatutaria ſuæ patriæ,
quàm ſecundùm iura communia; ſecundùm quæ iu-
ra municipalia eſt eius diſpoſitio intelligenda, vt
eſt communis omnium ſententia, quorum anteſi-
gnaguus Bart. *in leg. iuriſiurandi, §. ve liberi. num. 5. ff.
de bon. libert.* & *in leg. hæredes mei. §. cum ita*, vbi latè
Alex. *num. 9.* & Zanch. *1. q. ff. ad Trebell.* Bald. *in leg.
liberti, num. 14. Cod. de operis libert.* plures referunt,
& ſequuntur Rub. Alex. *conſ. 70. num. 1.* Surd. *deciſ.
326. num. 55.* & Mantica ad ſaturitatem *in tract. de
tacit. & ambig. tom. 1. lib. 3. tit. 8. à num. 1. ad 11.*
Loffred. *conſ. 39. num. 16.* poſt Iaſ. *in leg. omnes populi,
in 2. lectura, num. 18. in fine, ff. de Iuſtit. & Iure.*
154 At de iure Regni a patre debetur filiæ dos de
paragio, tam ſuper bonis feudalibus, quàm burgen-
ſaticis, ex diſpoſitione tex. *in conſtit. in aliquibus*, &
etiam de iure conſuetudinario Ciuitatis Neap. ex
conſuet. ſi moriatur, quod paragium ſuccedit loco le-
gitimæ, licèt nec in quantitate, nec tempore ſit vt
illa: quia poteſt excedere legitimam, & non debe-
tur ante nubilem ætatem, vt docent variis in locis
DD. ſignanter *in dict. Conſtit. In aliquibus, & in dict.
conſuet. ſi moriatur.* D. de Ponte *conſ. 65. lib. 1.* Fab. de
Anna *conſ. 6. num. 10. & conſ. 75. num. 8. lib. 1.* Qua
155 de re non erit conditionale, ſeu modale, ſed ad in-
ſtar legitimæ abſolutum, & purum. Et ideo ſi ante
nubilem ætatem decedat filia ad eius hæredes tranſ-
mittitur tam iuxta terminos conſuetudinis, quàm
conſtitutionis prædictæ, *In aliquibus*, vt eſt commu-
nis vtriuſque Regni DD. Regnicolarum opinio,
ſecundùm quam ſæpè iudicatum eſſe tradiderunt.
Igitur ita docuerunt, Capyc. *in conſuet. ſi moriatur,
ſub num. 50. in apoſt. incip. an mulier, fol. 94.* Vrſ. ad
Afflict. *deciſ. 160. num. 5.* P. Molf. *latè ſuper conſuet.
tom. 1. par. 4. quæſt. 15. num. 6.* Petrus de Gregorio
de dote de paragio, quæſt. 2. num. 6. & latiùs *quæſt. 49.
per totam*, & Cann. *in cap. volentes, §. non eſſet otio-
ſum quærere, fol. 98.* vbi pluribus videndus. Ita etiam
conſuluerunt DD. Regnicolæ Regens Loffred. *conſ.
26. in 1. dubio*, vbi latiſſimè Conſiliarius de Georg.
conſ. 11. videndus & D. Camillus de la Ratha, bis
olim in M.C.V. Iudex, *conſ. 68. à num. 7. vſque ad fi-
nem.* licèt diſſentire videatur Minard. *dict. conſtit. In
aliquibus, 7. notabili, num. 10.* cui benè reſpondet. D.
Georgius *d. alleg. 11. n.....*
156 Et non ſemel in Regno ſecundùm iſtam partem
deciſum ita per S. Conſ. refert D. de Franch. *dec. 618.
par. 4.* in cauſa fratrum de Gambacurta. Et iterum in
alia cauſa pro Iulia Papara per idem S.C. deciſum
refert idem D. de la Ratha, *vbi ſupra in fine*, & tertiò
in cauſa arbitrali deciſum ſimiliter ſcripſit D. de
157 Georg. *in calce dicti conſ. 11.* Et fundamentalis om-
nium illa eſt ratio, quia ea dos de paragio, *quæ ex di-
ſpoſitione dictarum conſtit. In aliquibus, & conſuet. ſi
moriatur*, danda eſt filiabus, ſuccedit loco legitimæ,
ideò ad inſtar illius tranſmittitur ad hæredes, quam-
uis filia ad matrimonium non peruenerit, & erit ſe-
cundum caput diſtinctionis traditæ per Caſtrenſ. *in
l. Titio centum, §. Titio genero, ff. de condit. & demon-
ſtrat.* quæ communiter eſt recepta, qua de re latè
Noalis *de tranſmiſſ. cap. 17. à num. 16.* & nouiſſimè
Merlin. *de legit. lib. 3. tit. 1. q. 8. per totam, ſign. nu. 50.*
158 vbi multos cum Caſtrenſe ſentientes citat. Igitur
quicquid ſit de iure communi ſi dos iure Regni no-
ſtri, vel noſtræ conſuetudinis ſtatuta ad hæredes
tranſmittitur; etiam ſi diceremus dotis cauſa fuiſſe
D. Franciſcæ à patre donatos ducatos ſexaginta mil-
le (quod tamen eſt omninò negandum) adhuc præ-
ſumendum eſſet ſecúdùm hoc Regni ius à pruden-
tibus interpretatum, & deciſionibus firmatum, ſci-
licet vt ſit ad hæredes tranſmiſſibile patrem ei do-
naſſe, vnde meritò tranſmittetur ſublata hac prima,
& præcipua coniectura, ad excludendam tranſmiſ-
ſionem ex aduerſo conſideratam.
Reliquæ coniecturæ fragiles, & friuolæ etiam ex 159
prædictis erunt ſublatæ, ſigillatim verò, ſed breuiter
ſingulis reſpondetur.
Quoad ſecundam coniecturam quod donatio fa- 160
cta ſit in capitulis matrimonialibus. Hæc nihil eſt,
quia procedere fortè poſſet ſi facta eſſet in capitulis
matrimonialibus ipſius filiæ ex dictis ſupra, circa in-
tellectum *dict. leg. quod autem, ff. de iure dot.* ex do-
ctrina Bart. & aliorum *in dict. leg. 1. ff. ſoluto matrim.*
quod tractatus matrimonij, vel ſcriptura de ipſo
proximè facta ad diſpoſitionem faciat eam præſumi
dotalem, & ita intelligendi ſunt Ruin. *conſ. 64. n. 7.
lib. 2.* Bert. *conſ. 45. ſub num. 1. lib. 2.* & qui eos citat
Card. Mant. *de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 21. ſub
num. 1.* qui volunt dictum Bart. *in dict. l. quod autem*,
quod legatum factum à patre filiæ intelligatur fa-
ctum in cauſam dotis, indubiè verum eſſe, ſi pater
de nuptiis fecerit mentionem ad tex. *in l. vxorem, §.
teſtamento, leg. vltim. ff. de leg. 3.* intelligendi inquam
ſunt hi DD. ſi pater mentionem de nuptiis ipſius fi-
liæ fecerit, non de propriis ipſius patris, prout eſt
caſus noſter in quo donatio facta fuit in capitu-
lis matrimonialibus patris, qui donat, non fi-
liæ, quæ non erat tunc temporis in rerum na-
tura.
Quoad tertiam coniecturam, quod voluerit pa- 161
ter, vt filia naſcitura conſequeretur ducatos ſexa-
ginta mille poſt ſexdecim annos completos, quæ æ-
tas eſt nubilis, non obſtat; nam licet ea ætas nubi-
lis eſſet iuxta conſuetudinem *ſi moriatur, verſ. cas
autem*; tamen non ſub hac formalitate fuit expreſſa.
Siquidem Alex. *in dict. leg. quod autem*, voluit le-
gatum factum filiæ pupillæ non cenſeri factum in
cauſam dotis, quia tunc dos non eſt debita, ſed
cùm erit nubilis ætatis. Hoc limitant aliqui, niſi te-
ſtator voluiſſet illud conſequi quando erit nubilis
ætatis, quia ex mentione matrimonij præſumitur vo-
luiſſe legare in cauſam dotis, vt ſupra dictum eſt.
& per Noalem *de tranſmiſſ. dict. cap. 17. à n. 50.*
Non ſufficit ergo ſi legati ſubſtantiæ, vel conſe-
quutioni ponatur ætas, quæ de ſe eſt nubilis, ſed
quod ſpecificè dicatur, quod conſequatur cum erit
nubilis ætatis, quod non eſt in caſu noſtro. In quo 162
etiam multò minus poteſt ex hac expreſſione æta-
tis annorum ſexdecim colligi qualitas dotalis in
ſumma diſpoſita, quia eadem ætas apponitur conſe-
quutioni ducatorum centum millium, futuro ex eo
matrimonio maſculo in eadem diſpoſitione dona-
torum, quos nec ipſa pars aduerſa dixerit ſub condi-
tione nuptiarum fuiſſe donatos, ita quod niſi matri-
monium naſciturus maſculus contraxiſſet, illos mi-
nimè conſequeretur; vnde ſi eadem ætas ſexdecim
annorum expreſſa eſt in ſumma donata maſculo ex
eo matrimonio naſcituro, & in ea non impediretur
tranſmiſſio, quia non eſſet ſub conditione nuptia-
rum donata, quare hoc dicemus in ſumma donata
fœminæ, vnde maior inter eam, & maſculum fiet
inæqualitas contra *l. maximum vitium. Cod. de liber.
præter.* confirmant dicta per Ancharan. *conſ. 323.* Soc.
conſ. 92. ſub n. 8. ver. & vltra adducta, lib. 1. Menoch.
conſ. 251. n. 38. Noal. *d. c. 17. n. 34.* Menoch. *præſumpt.
146. n. 38. lib. 4. ex l. cum pater, §. ditiſſimis, ff. de leg. 2.*
Reliquæ autem tres friuolæ coniecturæ ex dictis 163
facilè tollantur.

Non

Non obſtat quarta, quod quantitas ducatorum ſexaginta millium doti ſit commenſurata, quia hoc inſpicitur in legato facto puellæ pro ſe maritanda; nam ſi non eſt doti commenſuratum, cenſetur factum non pro dote, ſed pro expenſis matrimonij iuxta diſtinctionem, Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 11. *tit.* 21. *num.* 5. *&* 7. Cùm enim matrimonij mentio facta fuerit occaſio fuit an relictum cauſa dotis factum eſſe dicitur, quod ceſſat in præſenti quando nulla de futuro D. Franciſcæ matrimonio in donatione, de qua agimus, mentio facta fuit.

164 Quinta coniectura (quia ſimilem ſummam ducatorum ſexaginta millium mater dedit) apud me ſatis eſt infirma, vt hæc ſumma intelligatur data naſcituræ filiæ pro dote, quando tot aliæ rationes in contrarium vrgent, quando iam donauit maſculo naſcituro ducatos centum mille. Præterea non poterat regulari dos naſcituræ virginis à dote viduæ mulieris, quæ viduo etiam, & plures habenti filios copulabatur.

165 Vltima potius contrarium concludit, quia optima erat prouiſio, vt non eſſet ſub conditione nuptiarum donata, ne poſt exactam ſexdecim annorum ætatem ſi nuptiæ dilatæ fuiſſent à petitione donatæ ſummæ filia arceretur.

166 Quinta Prætenſio. Non ſolum D. Lucretiæ auiæ debentur ducati ſexaginta mille donati, vt ſupra D. Franciſcæ, ſeu legitima illorum portio modo prædidicto, ſed etiam illorum intereſſe, in quo ni fallor dubium eſſe non poteſt.

167 Primò enim ſupra fundatum fuit, quod dicti ducati ſexaginta mille debentur hæredibus D. Franciſcæ eo tempore, quo ſi vixiſſet, decimum ſextum annum compleuiſſet, iuxta tradita per DD. *in leg. ex his* 5. *Cod. quando dies legati ced.* quos retuli ſupra in quarta prætenſione.

168 Secundò verum eſt in facto, quod cùm D. Franciſca nata fuerit anno 1606. die 8. Octobris, vt in proceſſu fol. 31. & compleuiſſet annum decimum ſextum die 6. Octobris 1622. quo tempore iam erat per D. Lucretiam, ſiue Principem D. Petrum Vrſinum eius ceſſionarium petita portio ei ſpectans in bonis paternis D. Franciſcæ, nempe die 21. Martij 1620. ſuper qua petitione etiam poſt dictum tempus vſque nunc inſtitit, & inſtat, ex qua petitione non eſt dubium contrahi moram regularem, ratione cuius debetur intereſſe *leg. ſi ex legat.* 23. *cum not. ff. de verb. obligat. leg. mora* 32. *ff. de vſur.* & dixi ſupra in vltima prætenſione bonorum maternorum.

169 Et licèt eo tempore nempe 21. Martij 1620. quo fuit petitum, nondum venerat dies ſolutionis dictorum ducatorum ſexaginta mille, quia adhuc non erant elapſi anni ſexdecim à die natiuitatis D. Franciſcæ; tamen quia poſt dictum tempus completum ſæpius inſtitit ſuper petitis, quando iam ceſſerat, & venerat dies, ſaltem tunc mora contrahitur, ad quod vnica ſufficit interpellatio, *leg. Titia ſeia* 89. *§. vſuras. ff. de leg.* 2. Barboſ. *in leg. ſi mora, num.* 9. *par.* 1. *ff. ſoluto matrimonio,* Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *cent.* 3. *caſu* 220. *à num.* 28.

170 His accedit, quod fuit petita portio bonorum paternorum, nec dictum fuit, vt tunc daretur, & ideò intelligitur prout de iure, & eo modo, prout ad Franciſcam ſpectabant, quia libellus ſecundum ius interpretatur, & ita vt ſuſtineatur, etiam ſi verba eſſent improprianda, Bart. *in leg. ſed & ſi poſſeſſori. §. item ſi iurauero,* & ibi Iaſ. *num.* 25. *ff. de iureiur.* Afflict. *deciſ.* 77. *num.* 8. Capic. *deciſ.* 96. *num.* 5. Me-

171 noch. *lib.* 2. *præſumpt.* 40. *num.* 1. *&* 2. Qui etiam D. Reg. de Marinis Allegat. collect. non attenderetur, vbi de iure actoris conſtat ex dictis per Boër. *deciſion.* 42. *numer.* 19. Et non eſt dubium, quod creditor in die agere poteſt, vt adueniente die ei ſoluatur ex dictis per Afflict. *deciſion.* 279. vbi ita ait vidiſſe pluries practicatum. Dec. *in leg.* 1. *num.* 19. *ff. ſi cert. petat.* Ozaſ. *deciſ.* 130. & Surd. *deciſ.* 151. *num.* 7. Ideò licèt nondum aduenisset tempus ſolutionis ducatorum ſexaginta millium, cenſendum eſt ita petiiſſe D. Lucretiam, vt adueniente tempore ei ſoluatur, dum non petiit ſibi ſolui in præſenti; vnde rectè ab eo tempore quo venit dies ſolutionis debebitur intereſſe. Et hæc quoad bona paterna dixiſſe ſufficiat. 172

Quoad bona propria.

Prima Prætenſio: Vltra bona paterna, & materna habuit etiam D. Franciſca bona quæ ſibi obuenerunt ob ſucceſſionem D. Robertæ ſororis prædefunctæ in pupillari ætate, quæ vnà cum ipſa D. Franciſca fuerat à matre in legitima inſtituta, cui decedenti pater, & ſoror vtrinque coniuncta æqualiter ſucceſſerunt, excluſis fratribus conſanguineis iuxta diſpoſitionem tex. *in Auth. defuncto. Cod. ad Tertull.* & eſt notiſſimum. Illa igitur medietas legitimæ maternæ, in qua D. Franciſca ſucceſſit D. Robertæ ſorori, quia non obuenit ei immediatè à patre, vel matre, ſed à ſorore, venit ſub hoc nomine bonorum propriorum D. Franciſcæ, quæ ſpectabit, vel integra, vel ſaltem pro legitima portione ad D. Lucretiam auiam, iuxta ſuperiùs fundata, quæ in præſenti etiam habent locum. 173

Secunda Prætenſio: Huius etiam portionis debetur intereſſe ſiue integra ad auiam maternam ſpectaret, ſiue pro legitima portione. Ad quod conueniunt rationes omnes, quibus probatum fuit deberi intereſſe pro bonis maternis: & omnia ibi dicta, quæ non iudico hic eſſe neceſſarium, vt repetantur. 174

Hæc ſunt quæ circa ſucceſſonem D. Franciſcæ Caracciolæ in triplici bonorum genere ad beneficium D. Lucretiæ de Tufo auiæ maternæ, cuius iura nunc per D. Petrum Vrſinum Solofræ Principem repræſentantur, conſiderare potui. Suppleant quæ defeci eruditiorum ingenia, & labores. Napoli die 31. Decembris 1630. 175

Io. Camillus Cacacius.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſpecies declaratur.*

2 *Oblatio facta exceſſiua ad valorem rei non eſt attendenda.*

3 *Oblatio propter exceſſum reiicienda eſt.*

4 *Pretium per alium oblatum qualiter, & quomodo comparetur alteri.*

5 *Verba legis ſunt accipienda ſecundum ſubiectum materiam.*

6 *Iuſtum pretium eſt, quod eſt æquale rei venditæ.*

7 *Pretium triplex naturale, legale, & conuentionale.*

8 *Pretium triplex ſupremum medium, & infimum.*

9 *Pretium naturale vnde arguatur, & qualiter.*

10 *Textus* in leg. pretia rerum, ff. ad l. falcidiam, *declaratur.*

11 *Æquale vnde dicatur, & quotuplex.*

12 *Retentio, vel prælatio in feudis qualiter concedatur.*

13 *Licitatio animoſa non eſt admittenda.*

14 *Venditio prohibita, vtrum permittatur in conſanguineos.*

15 *Pretium iuſtum qualiter attendatur in obligatione.*

16 *Feudi refutatio quando Dominium transfert in filium.*

17 *Feudi conceſſio facta pro ſe, & deſcendentibus, tot dicuntur conceſſiones, quot ſunt perſonæ vocatæ.*

18 *Feudum ex pacto, & prouidentia poteſt eſſe cum qualitate hæreditaria.*

19 *Pretium iuſtum naturale non conſiſtit in indiuiſibili.*

20 *Feudi prælatio conceditur agnato pro iuſto pretio.*

21 *Pretium, quod debet offerre agnatus vtrum ſit illud quod offert extraneus.*

22 *Pretium iuſtum, vel iniuſtum vnde menſuratur.*

23 *Iuſtitia pretij qualiter reguletur, & quomodo.*

24 *Regula, quæ dicit, quod res tanti valet, quanti vendi poteſt, an vera ſit.*

25 *Pretij iuſtitia non dicitur poſito dolo.*

26 *Affectio, vel leuitas non auget, vel diminuit pretium.*

27 *Theologi quid pro regula iuſti pretij taxauerint.*

29 *Iura nonnulla adducuntur adpropoſitum.*

30 *Pretij erogatio quando dicatur ex affectione.*

31 *Fraudis ſuſpicio quando arguatur ex magno pretio.*

32 *Æmulatio qualiter coniecturetur in pretij delatione.*

33 *Æmulatio in pretij oblatione arguitur ex multis.*

34 *Oblatio ex fraude qualiter dicatur.*

35 *Fraus in obligatione multipliciter arguitur.*

37 *Libellus poſt conteſtatam litem quando mutari poſſit, & qualiter, vſque ad num. 41.*

42 *Subbaſtatio in vendendo feudum qualiter, & quando requiratur, vſque ad num. 48.*

49 *Valor rei, & pretium qualiter cognoſci valeat, & quomodo.*

ARGVMENTVM.

Prælatio quæ in venditione feudi agnato competit, vt ſuum ſortiatur effectum, quodnam pretium ſit offerendum, an provt ab extraneo fuit oblatum, vel provt ab expertis feudum illud fuerit æſtimatum, velut exponatur feudum ſubhatationi & illud pretium ſit ſoluendum, quod maximum inuenietur, vel & tandem vt nullis horum attentis ſuo arbitrio Iudex pretium declaret. Tex. *in leg. pretia rerum. ff. ad leg. ſalcidiam,* declaratur: & de aliis pluribus ad materiam pertinentibus.

ALLEGATIO LXXXII.

FVit per S. C. declaratum D. Franciſcum de Aquauiua, tunc marchionem Aquæuiuæ, filium primogenitum, ac refutatarium quondam Ioſiæ Aquæuiuæ, Ducis Atriæ præferendum eſſe in venditione terræ Iuliæ Nouæ, quæ ad inſtantiam creditorum paternorum erat facienda pro pretio per S.C. declarando. 1

Quia verò, primò Marchio prædictus petiit præferri pro ducatis quadraginta mille, ſecundò fuit factum appretium terræ prædictæ ſemel, & iterum tam ex Iudicis mandato, quàm ſecundo, ad creditorum inſtantiam, & per vtrumque appretium apparet non excedere ducatos triginta mille; tertiò eo die, & hora, qua cauſa fuit expedita, D. Antonius Carrafa creditor poſterior, ac terræ detentor præſentauit oblationem ducatorum ſeptuaginta millium, in quibus illius creditum excomputaretur. Ex hoc facto incidit quæſtio quid per S. C. faciendum ſit circa reſeruatam pretij declarationem, videlicet, An attendenda ſit oblatio per D. Antonium Carrafa facta. An attendenda oblatio ducatorum quadraginta mille, facta per ipſum Marchionem Aquæuiuæ. An attendenda appretia facta ordine cauſæ Conſiliarij, & ad creditorum inſtantiam. An res exponenda ſubhaſtationi, vt maximum pretinm, quo licitabitur Sacrum Conſilium declaret. An verò nullis horum attentis, ſuo arbitrio veniat per S. C. terræ prædictæ pretium declarandum.

Itaque Marchio circa prædicta, ſequentia omni iure prætendit.

Primò, quod de oblatione facta per Marchionem Quarati nulla ſit habenda ratio tanquam exceſſiui pretij, & quàm maximè verum rei valorem excedente. 2

Quod fuerit exceſſini pretij ſatis patet, quia in duplo & plus in aliis ducatis decem mille excedit æſtimationem factam per appretiatores electos per S.C.

S.C. qui eſt optimus modus ſciendi ac probandi rei valorem, ex notatis *in leg. 2. Cod. de reſcind. vend.* Barboſ. *in leg. maritum, num. 16. & 17. ff. ſol. matr.* Maſcard. *de probat. concluſ.* 654. & *concl.* 1405. Burſatus *conſ.* 184. *num.* 1. *lib.* 2. Surdus *conſ.* 151. *num.* 6. *lib.* 2. Barzius *deciſ. Bononien.* 22. *num.* 54. *poſt* Albet. *in l. 2. num. 5. C. de reſcind. vend.*

3 Quod verò propter exceſſum talis obligatio ſit reiicienda patet ex intellectu illorum verborum *pro æquali pretio eſſe præferendum*: textus enim *in cap. 1. in §. ſed & res, per quos fiat inueſt.* loquens de agnato antiquum feudum alienare volenti, inquit: *ſi quis ex agnatis ſuis rem, quæ a communi parente per ſucceſſionem ad eum peruenerit alienare voluerit, non permittitur ei, etiam ſecundum antiquam conſuetudinem alij eam vendere; niſi tibi, vel alij proximiori, pro æquali pretio accipere volenti*: ſimiliter textus *in cap. 1. §. donare ver. porrò, qual. ol. pot. feud. alien.* inquit, *porrò ſiue de bona conſuetudine, ſiue de praua quæramus, conceſſa erat domino pro æquali pretio redemptio.* Textus verò *in capitulo 1. in §. Titius ſi de feud. defunct.* ſimpliciter, ait dari retractum reddito pretio abſque verbo, *æquali*, Vis ergo ſtat in hoc quomodo ea verba, *pro æquali pretio*, ſint accipienda, quæ in re duplex eſt intellectus.

4 Primus, æquale pretium dici, id eſt tantum, quantum ab alio extraneo emptore oblatum, vel conuentum fuit, & ſic æqualitas ſit reſpectu alterius pretij, & inter pretium, & pretium, quæ expoſitio frequentiori Doctorum calculo videtur approbata, nempe DD. *in d. §. ſed res*, Præpoſitus *ſub num.* 1. Aluarot. *num.* 3. *verſ. quod autem*, Federic. Schen. *num.* 5. poſt Bal. ibi, Bal. itē & Laudenſis *n.* 2. *in d. §. porrò.* Curt. Iun. *de feudis par.* 4. *ex quib. cauſ. feud. amit. num.* 152. Scraderus *de feudis par.* 8. *cap.* 7. *quæſt.* 2. *num.* 6. Roſental. *de feud. cap.* 9. *num.* 2. *concl.* 86. *num.* 3. Myſing. *cent.* 4. *obſeruat.* 85. *num.* 3. Tiraquel. *de retract. lib.* 1. §. 1. *gloſ.* 18. *ſub num.* 5. Cannet. *in cap. volentes, §. proſpexit, in princ.* ex noſtris Dominus de Ponte *de ſuc. feud. lect.* 17. *num.* 4.

Alius verò intellectus eſt, & quidem veriſſimus quod æquale pretium, intelligatur pretium iuſtum, id eſt rei adæquatum, quod nec rem excedit, nec ab illa exceditur, & ſic æqualitas ſit reſpectu rei, hoc eſt, inter rem quæ diſtrahitur, & pretium, quo emitur, cuius intellectus veritas ex infraſcriptis patet.

5 Primò quia legis verba accipienda ſunt ſecundùm ſubiectam materiam, de qua loquitur ne reſultet abſurdum, & vt in omnibus iuſtitia obſeruetur: emptio autem ſui natura id requirit, vt iuſto pretio fiat, nam ſi non iuſto pretio facta fuerit, cum peccato contrahitur, vt eſt omnium recepta ſententia, quam tenent ex Theologis, & Iuriſtis Diuus Thomas 2. 2. *q.* 77. *art.* 1. *ad primum.* Caietan. *opuſ.* 17. & *reſponſionum tract.* 31. *cap.* 12. *dubio* 5. Scotus Floren. Gabriel, Adria. Maior. vterque Medina, Innocen. Abb. Salic. & alij, quos citant, & ſequuntur Couarr. *variar. reſol. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 20. & 21. Nauar. *in capite qualitas, num.* 45. *de peniten. diſtinct.* 5. & *in cap. nouit, num.* 68. *de iudic.* & Rebel. *in tract. de obligation. iuſt. lib.* 9. *quæſt.* 3. *ſeſſ.* 1. *num.* 4. Iuſtum autem

6 pretium illud dicitur, quod eſt æquale rei, quæ venditur, videlicet, quod nō excedat illam, nec ab ea excedatur, vt poſt Ariſt. Etichorum *lib.* 5. *cap.* 5. voluit Diuus Thomas, *dicta quæſt.* 77. *art.* 1. cuius hæc ſunt verba: *Quod autem pro communi vtilitate inductum eſt non debet eſſe magis in grauamen vnius, quam alterius, & ideo debet ſecundùm æqualitatem rei inter eos contractus inſtitui, quantitas autem rei, quæ in vſum hominis venit, menſuratur ſecundùm pretium datum, ad quod eſt inuentum numiſma, vt dicitur* in 5. Eth. *& ideò ſi pretium vel excedat quantitatem valoris rei, vel è conuerſo res excedat pretium, tolletur iuſtitiæ æqualitas, & ideò carius vendere, vel vili emere rem, quam valeat, eſt ſecundum ſe iniuſtum, & illicitum.* Quē communiter DD. tam Theologi, quam Iuriſtæ ſequuntur, ſignanter *in l. pretia rerum*, poſt gloſ. ibi, *ff. ad legem Falc.* cuius ea eſt ratio, quia emptio atque venditio pertinet ad iuſtitiam commutatiuam, in qua habet locum æqualis recompenſatio paſſionis ad actionem præcedentem, vnde reſpectu emptionis inuenta ſunt numiſmata, vt inquit idem Diuus Thomas 2. 2. *q.* 61. *artic.* 4. *in corpore, circa finem*, & *etiam q. eadem art.* 2. vbi optimè explicat, & ſentit Molina *de contract. diſp.* 356. *num.* 1.

Hæc autem æqualitas pretij ad rem, ex duobus 7 pendet, vel ex diffinitione Principis, & hoc dicitur pretium regale, vel ex rei natura, prout communiter in ea prouincia æſtimatur, & hoc dicitur pretium naturale, prout omnes diſtinguunt, ſignanter Molina *de contract. diſput.* 347. & 548. Rebel. *dicto* 8 *lib.* 9. *quæſt.* 1. *ſection.* 6. & 7. Sotus *de iuſt. & iur. lib.* 6. *quæſt.* 2. *art.* 3. *concluſ.* 3. Couarru. vbi ſupra. Quod communiter diſtinguunt, in ſupremum, medium, & infimum, quod excedere, vel diminuere non licet, ita vt, nec minus infimo, nec plus quam ſupremum 9 dari poſſit, vt DD. locis citatis, hoc autem pretium naturale rei non ex alicuius hominis particularis indigentia vel affectione iudicatur, ſed ex communi, 10 quam maior hominum pars, qui in ea ſunt ciuitate, vel prouincia, æſtimare ſolet, vt poſt Diuum Auguſtinum *de ciuit. Dei, lib.* 11. *cap.* 16. docet Rebellus, vbi ſupra *ſeſſ.* 6. *ſub. num.* 31. & eſt textus *in d. l. pretia rerum.* Hoc pretium ſi non ita liqueat, periti æſtimatores adhibendi ſunt, qui penſata rei qualitate, ac vſu illius qui conſueuit apud homines eſſe, ac commodo in æſtimatione habeant taxare ſolent pecuniam, quæ illi rei, cum illis circumſtantiis conſideratæ ſit æqualis, quemadmodum Barboſa, Burſatus, Barſius, & alij ſupra citati, Molina, Rebellus, & cæteri crediderunt; ſi igitur in emptione debet eſſe æqualitas rei ad pecuniam, & hæc æqualitas eſt in pretio naturali, & hoc ſecundum communem opinionem quando neſcitur a peritis æſtimatoribus eſt petendum, non ab vnius, vel alterius voluntate, vtique verba illorum textuum, vt agnatus præferatur pro æquali pretio, intelligenda ſint de pretio adæquato rei, & quia in feudis non datur pretium regale, quia nullum eſt taxatum à Principe, ideò de naturali pretio intelligendum eſt, nempe de eo, quod communiter æſtimatur, non quod aliquis vltra communem æſtimationem offert: & proinde in præſenti caſu valor Iuliæ Nouæ, non eſt exceſſiua oblatione Marchionis Quarati æſtimanda.

Secundò hoc amplius ſuadet modus loquendi il- 11 lorum textuum, dicunt enim *pro æquali pretio*, æquale autem deriuatur ab æqualitate, quæ, vt dictum eſt in contractu emptionis, verſatur inter rem & pretium: non autem dicitur pro eodem pretio, ſi enim intelligenda eſſent verba illa reſpectu pretij, quod alius offert, potius vtendum eſſet verbis, *pro eodem pretio* quam *pro æquali pretio*, aptius enim illa quam hæc hoc importarent; Hinc etiā textus *in d. §. Titius*, vtitur illo verbo *pretio reddito*, nec dicit, *eodem pretio reddito*, quaſi quod verum pretium reddendum ſit, non autem illud, quo res fuit diſtracta, ſi iuſtum non ſit. 12

Tertiò, quia retentio vel prælatio à iure Marchioni Aquæniuæ conceſſa non ei debent per indirectum auferri *l. cum hi, §. ſi cum his, ff. de tranſact. leg. quod dictum ff. de pact. leg. ablatas, §. Prætor ait, ff. de his qui not. infam. capit. cum quid vna. de reg. iur. in* 6.

Bald. in leg. cum hi. §. ſi cum lis, num.4.ff.de tranſact.
Surdus deciſ.20. num.4. deciſ.249. num.9. quod in
ſimili materia conſiderat de Franchis deciſ.54. Hoc
ſane eueniret ſi oblatio per Marchionem Corati fa-
cta attenderetur. Quia nunquam Marchio Aquæ-
uiuæ emeret pro ſeptuaginta millibus rem, quæ ne-
13 que triginta millibus fuit æſtimata. Hac ratione
animoſus licitator reiicitur, ne damnificetur, cui res
iuris diſpoſitione eſt alienanda vt in conſorte, qui
pro iuſto pretio licitatori plus offerenti præfertur,
Bald. Caſtrenſ. & Salic. ſub num.2.verſ.quæro primò,
docent in leg.ad officium.C.commun. diuid. & Afflict.
in d. §.ſed & res verſ.item fallit:ſimiliter qui proxi-
14 miori de familia tenetur vendere,contentus erit iu-
ſto ab eo oblato pretio,neq; præferre poterit, extra-
neum plus offerentem, ne inde ab emptione proxi-
mior abſterreatur,vt voluit Angel.num.3. in leg. qui
Romæ,§.coheredes, num.3.ff.de verb.obl.

15 Quartò, quoties agitur de conſeruando proxi-
miori agnato ius iam acquiſitum, tunc non attendi-
tur oblatum ab extraneo, pretium, ſed tantùm illud
quod eſt iuſtum, ita diſtinguit Imola in dict. §.cohe-
redes, ſub num. 14.verſ.item adde,quem in materia de
qua agitur, ſequitur Iacob. in inueſt. ver. & cum pa-
cto de non alienando paulò,ante num.40. in princ. In
hoc caſu ait Marchio de conſeruando iure quæſito
16 dupliciter, videlicet, Per refutationem ſibi a patre
factam, cuius virtute propter clauſulam, ex nunc pro
tunc, etiam viuente patre quæſiuit dominium, &
poſſeſſionem,ex not.in l. huiuſmodi, ff.de ver.obl.Bal.
Auth. contra rogatus, C. ad Treb. & in cap.1.de mil.
vaſ. qui cont. eſt, D. de Franchis deciſ.214. in princ.
Freccia de ſubfeu.lib.2.Auth.3.num. 7.& Ant.Iun.
conſ.139.in primo dubio,lib.1. & etiam eſt ius Mar-
17 chioni quæſitum per inueſtituram, nam in conceſ-
ſione feudi facta alicui pro ſe, & deſcendẽtib.adeſt
prouidentia concedentis, qui conceſſit non tantum
primo inueſtitum, ſed etiam deſcendentes ordine
ſucceſſiuo, adeò quod tot dicãtur conceſſiones quot
ſunt perſonæ vocatæ, iuxta tex.in leg.2. & 3.C.donat
quæ ſub modo;& cenſetur ſemper decedens aſtrictus
reſtituere ſucceſſori,iuxta tex.in Auth.res quæ.C.com.
leg.& in Auth. de reſt. & ea quæ; cui concedentis
prouidentiæ etiam primò recipientis pactum acce-
dit, qui feudum recipit & paciſcitur pro ſe & deſ-
cendentibus ſuis, vnde feudum ex pacto & proui-
dentia denominatur, ita poſt Iſer. in cap.1.§.hoc quo-
que,ſub n.9.qui ſucceſſ. ten.& in cap.imperialem,§.præ-
terea Ducatus, n.38. de prohib.feud.alien.in cap.1.ſub
n.5.Imper. Loth. in cap.1.§.quid ergo, de inueſt. de re
alien.in c.1.ſub.n.1.de eo qui ſibi & hæred.ſuc.explicat
doctiſſimè,& latiſſimè Camm. in cap.1.quæſt.1.vſque
18 ad n.21. in tit.an agn. Quia verò etiam ſi datum ſit
feudum pro ſe & hæredibus, adhuc feudum ex pa-
cto & prouidentia nuncupatur, at non ſimpliciter
ſed cum qualitate hæreditaria, nam etiam in hac
feudi ſpecie prouidet Rex recipienti, & hæredibus
ex corpore,& ita cum illo infeudatus paciſcitur.Iſer.
in c.1.in prin.de alien.feud.patern. Rouit.rub.de feud.
nu.20. Ideò etiam tunc tot ſunt infeudationes, quot
ſucceſſiones, licèt ſucceſſor non ſolùm primi acqui-
rentis,ſed vltimò decedentis hæres eſſe teneatur, &
conſequenter virtute illius prouiſionis ſibi etiam di-
citur datum feudum vt ſentit Camer.vbi ſupra n.21.
quod etiam in feudo ex pacto, & prouidentia hære-
ditario dicit procedere ex tex.in d.l.2.& 3. C.de do-
nat.quæ ſub mod.& alia,quæ antea de feudo ex pacto,
& prouidentia ſimpliciter fuerat loquutus, & hoc
item Rouit. in d.rub.de feud. ſub n.33. dũ ante ſuc-
ceſſionem in feudo hæreditario vt ſupra,dicit com-
petere ius agnato ex legis prouidentia:vt igitur du-
plex ex infeudatione, & ex refutatione quæſitum
tueatur Marchio, iuſtum tantùm pretium non ab
animoſo licitatore inuentum perſoluere tenetur.
Neque huic explicationi aduerſantur Doct. di- 19
centes deberi ab agnato ſolui pretium quod inueni-
tur, qui etiam pro prima ſententia citati fuerunt;
no enim intelligendi ſunt de pretio iniuſto eos fuiſ-
ſe loquutos: ſi quidem cum iuſtũ pretium naturale
non conſiſtat in indiuiſibili, puta in decem, & non
plus, vel minus; ſed habeat quandam latitudinem,
vt dicunt, intra quam licet emptori diminuere,ven-
ditori augere: ſupra verò,& infra nequaquam,exẽ-
pli gratia pretium alicuius rei infimum eſt nonagin-
ta quinque,pretium ſupremum eſt centum,& quin-
que,pretium modicum eſt centum,non licet vende-
re minus quàm nonaginta quinque, quod eſt pre-
tium infimum, nec plus licet emere, quam centum
& quinque,quod eſt ſupremũ,ſed à nonaginta quin-
que ad centum,& quinque quoduis pretium erit iu-
ſtum ſiue ſit nonaginta quinque,ſiue nonaginta ſex,
nonaginta ſeptem, & inde, minus verò pretio infi-
mo, vel plus pretio ſupremo dicitur pretium iniu-
ſtum, quod nec legale eſt,lege non approbante,nec
naturale, quia non eſt rei naturæ ſecundùm homi-
num communem æſtimationem conueniens, vti
explicant Doctor. locis citatis Couar. variar. reſol.
lib.2. cap.1. in prin. poſt multos, etiam ex Theolo-
gis quos citat Cagnol. dict leg.2.num.19.& num.26.
Molin.Sotus,Rebell. & alij ſupracitati.Igitur Doct.
qui dicunt dandum eſſe pretium, quod inuenitur,
non de quouis pretio intelligendi ſunt, ſed de eo
tantùm, quod ſupremum non excedat, nam ſi agna-
tus vellet dare pretium infimum, vel medium, quo-
rum vtrumque iuſtum eſt, alius verò offerat vltra
medium, vſque ad ſupremum, vtrique non poſſit
agnatus præferri, niſi tantùm dederit, nam etiam il-
lud vſque ad ſupremum pretium eſt iuſtum, quòd
ſi extraneus vltra ſupremum offerret, tunc non di-
cunt, nec dicere poſſunt Doct. quòd tantùm exſol-
uere agnatus teneatur.

Quod verò hæc fuerit Doctorum intentio ex
pluribus patet.

Primò ex modo loquendi quem hac in re cautè 20
adhibuerunt. Alij enim ſimpliciter dixerunt, quòd
agnatus tenetur dare, quantum extraneus,& hi fue-
runt Ioan.Andr. ad Spec. de emptio, & vend. tit.de
reſcind. vend. in add. quæ incipit, quemadmodum.
Cum. num.3.in dict.§. coheredes. Imol.ibi ſub.numer.
14.Aret.ſub n.12.& [illegible].Alex.a n.11.Soc.n.31.Rom.
in l.ſi cum,ſub.n.6.ff.ſi quis cautio. Fabian. de Monte
tract.de emption.part.3. quæſt.20. num.42.& 43. Et
in hac materia Iſern. dict.§.ſed & res, num.3. Aro-
ſentall. de feud. cap.9.membr.2. concluſ.86. ſub.num.
3. Alij verò paucior.s dixerunt, quod tenetur agna- 21
tus proximior offerre,quod extraneus obtulit, etiam
ſi fuerit vltra iuſtum pretium, prout dixerunt Sali-
cet. in leg.dudum, ſub num.5. Cod.de contrahen. empt.
Tiraq. de retract.lib.1.§.1.gloſ.18.ſub num.4.Aluarot.
dict.§.ſed & res, ſub num.3. & Schrader. de feud.
part.8.cap.3. quæſt.2. num.6. Nullus autem dixit,
quod ſi extraneus offert pretium iniuſtum, quod &
iſtud ſoluere teneatur agnatus. Aliud enim eſt pre- 22
tium vltra iuſtum, & aliud pretium iniuſtum, nam
pretium infimum iuſtum eſt pretium mediocre, &
ſupremum, licèt etiam iuſta ſint, ſunt tamen vltra
iuſtum infimum, ſic etiam pretium ſupremum dici-
tur vltra iuſtum infimum, & mediocre, cum tamen
vltra iuſtum, & ipſum iuſtum ſit: Cùm ergo dixe-
rint offerendum pretium, quòd inuenitur, intelli-
gendi ſunt vſque ad ſupremum, & non vltra: quod
etiam eſt de mente Aret. & Iaſ. in dict. §.coheredes,

dum

dum ex pretio nimis exceſſiuo fraudis colligant ſuſpicionem, vt minùs exceſſiuum intelligant, quòd ſupremum excedat.

Præterea iuſtum pretium dicitur illud, quod æquat mediam partem veri pretij, id eſt pretium mediocre, vtputa in exemplo ſupra propoſito centum: at verũ pretiũ dicitur illud, quantum res valet communi omniũ æſtimatione, & ſic erit totũ illud, quod erit à pretio infimo ad ſupremum, nempè in exemplo propoſito à nonaginta quinque ad centum, & quinque, vti explicant Connan. *commentar. lib. ciuil. lib. 7. cap. 9. n. 10.* & poſt Scardinum in lexico verborum iuris, Rondella *in extrauaganti ſancimus, §. in primis, in verbo iuſtum pretium, n. 19. de iure protomiſ.* quare cum DD. dicunt teneri dare agnatum pretium ab extraneo oblatũ, ſi ſit vltra, iuſtũ intelligi debet, dummodo ſit verum pretium; ideſt intra latitudinem infimi, atque ſupremi, ſeu quantum eſt à pretio mediocri, vſque ad ſupremum, nam vltra non eſſet verum pretium, ſed exceſſiuum.

24 Secundò, hanc fuiſſe Doctorum mentem colligitur ex ratione, qua mouentur. Ideo namq; ita cócludunt, quia aſſerunt dici illud iuſtũ rei pretium, quod inuenitur, quia res tantum valet, quantum vendi poteſt, ita hac ducuntur ratione Io. Andr. ad Spec. Bal. *d. l. 2.* & qui eos ſequuntur. Hoc autem dictum abſolutè ſi intelligatur, verum non eſt, ſed cum diſtinctione: nam iuſtum pretium rei non eſt illud, quòd à
25 quouis emere volente inuenitur, quid enim ſi quis fraude circumuentus, vel neceſſitate coactus, aut motus affectione, ſiue ductus leuitate exceſſiuã obtulerit quantitatem? non erit hoc iuſtum ſeu verum rei pretiũ, ſed bene illud, quòd communiter à ſcientibus rei qualitatem, ac nulla deceptione, vel paſſione impulſis offerretur, quod ſupra hoc pretium eſt ab vno, vel aliquo oblatum, nec iuſtum, nec verum
26 eſt. Hinc res tantum valet, quantum vendi poteſt, nó alicui qui leuitate, vel nimia affectione excitetur, ſed quantum communiter vendi poteſt, provt poſt Bart. per illũ tex. *in l. ſeptẽ, C. de erog. mil. Ann. lib. 11.* Doct. *in l. pretia rerum, ff. ad leg. Falcid.* Butr. *c. cum cauſam, de emptio. & vend.* explicát Cepol. *in tract. de ſimul. contr. ſub n. 30. circa med.* Caiet. ad D. Th. *2. 2. q. 77. ar. 1. verſ. quoad ſecundum, in fin. cum verſ. ſeq.* Rebell. *de oblig. Iuſt. lib. 9. q. 2. 5. 3. verſ. ad ſecundum.* Angel. *in ſumma, verſ. emptio. §. 17.* Syluel. *verſ. emptio, q. 9.* Conrad. *de contr. q. 57.* Molin. *de contract. tract. 2. diſp. 348. ſub n. 2. in fin. verſ. iuſtum, & n. 5.* cùm ergo moueantur Doct. ad dicendum pretium idem ab agnato, quòd obtulit extraneus erogandũ, ea ratione quia iuſtum ex quo inuenitur, non poſſunt explicari de quouis pretio, quod ab aliis inuenitur, nam hoc non ſemper eſt iuſtum, ſed ab eo quòd communiter inuenitur ab illis, qui rei cognitionem probè tenentes ad emendũ non inuiti accedunt: cum Doctoris enunciatum, ſecundùm quam allegat rationem, ſit explicandũ, Bart. *in l. non ſolùm, §. liberationis, ff. de lib. legat. & in Auth. ſed iam neceſſe,* vbi Bald. *C. de donat. ante nupt.* Rol. *conſ. 39. num. 52. lib. 4.* Surd. *deciſ. 69. num. 7.*

27 Tertiò hoc confirmatur, nam aliàs ſequeretur abſurdum, quod Doct. permitterent contractum contra legem Iuſtitiæ, iniuſto pretio, vltra ſupremum, quod rigoroſum dicitur, fieri, quod non eſt dicendum, vt cum periculo animæ conducentium, quam contrahentium emptiones fiant: nam veriſſimum eſt de iure, & apud omnes Theologos, atque Iuriſtas paſſim receptum, non licere vltra pretium ſupremum venditori recipere, quemadmodum nec emptori mi-
28 nus infimo (quod pium appellant) ſoluere, etiam ſi in dimidio iuſti pretij læſio non ſit, nam licèt lex nó deſtruat huiuſmodi contractus, veluti communi hominum commercio non ita aduerſos, minimè tamen ita approbat, vt in foro conſcientiæ ſecuros efficiat contrahentes quoties læſio infra, vel vltra iuſti pretij latitudinem interuenerit, vti docent D. Th. *2. 2. q. 77. ar. 1.* & ibi Caiet. & alij Scot. *in 4. diſtin. 15. q. 2.* Bald. *in cap. cum cauſam, de teſt.* Butr. *in c. in ciuitate, de vſur.* Cepol. *d. tract. de ſimulat. contra n. 22.* Cagn. *d. l. à n. 19. C. de reſcind. vend.* Conrad. *de contract. q. 57. dinſtin. 3.* & multi alij, quos citat Couar. videndus *variar. lib. 2. c. 4. ſub n. 11.* & Tiraq. *de legib. connu. leg. 9. n. 8.* ne itaque peccatum doceant, eo ſenſu Doct. ſunt explicandi, ad tex. *in l. aſſiduis, ff. de leg. 3.*

Hæc de intellectu illorum textuum, quem veriorem credo, & ex mente Doct. qui in contrarium citantur, arbitror eliciendum.

Si verò prior admitteretur intellectus, vt pretium 29
ab agnato numerandum æquale debeat eſſe non rei venditæ, ſed ei, quod extraneus, vel emit, vel obtulit. Adhuc tamen neque hic intellectus operabitur, vt animoſa Marchionis Corati oblatio ſit recipienda. Etenim, qui hunc tuentur intellectum, ita illum temperant, vt nulla in extraneo fraus interueniat, cũ talibus minime ius opituletur, *l. eum qui, §. cum igitur, l. ſi venditor. ff. de in diem addit.* ita communiter voluerunt Bal. *in d. l. 2. in fin. C. de reſcind. vend.* Caſtr. *ante n. 3.* & Alex. *ſub n. 11.* Aretin. *ſub n. 13.* & Iaſ. *n. 27. in d. §. cohæredes,* Rom. *in l. ſi cũ eo, ſub n. 6 ff. ſi quis caut.* Card. *ſub n. 1.* Aluar. *ſub num. 3. in fin.* Afflict. *ſub n. 6. in d. §. ſed & res,* & Schrad. *de feud. part. 8. cap. 7. ſub n. 7.* Cùm verò fraus ex coniecturis probetur *l. dolum. C. de dol.* Bart. & cæteri *in l. poſt contractum, ff. de donat.* Menoch. *praſ. lib. 3. c. 24. n. 3. & 4.* plures in hoc caſu conuincunt fraudulentam oblationem, videlicet.

Primò ex parte perſonæ offerentis, is eſt D. Antonius Carrafa ſenex de filiis deſperatus, qui in de- 30
crepita fore ætate prodegit pluſquam centum millia aureorũ pro emptione duorum officiorum in Romana Curia, videlicet Protonotarij de numero participantium, & Clerici Cameræ Apoſtolicæ, quæ cum vita extinguuntur, vt leuitas quædam (ſalua pace dictum ſit) unde colligi poſſit, vt quod ſemel ambire cœpit nullum timeat quantumuis exceſſiuum pretiũ erogare, licèt manifeſtã patrimonij iacturam incurrat, vt non minor leuitas in hac oblatione conſideretur erogandum ducat. 70. mil. in re quæ 30. mil. non excedit, quæ leuitas ex profuſione contingens, magnopere attenditur, vt Conrad. de *contract. q. 57. concl. 5.* Cepoll. *de ſimulat. contr. poſt n. 24. & 25.* Cagnol. *l. 2. ſub. n. 31.* & cæteri tradiderũt. Accedit quod ſemper etiam in articulo prælationis Marchionem Aquæuiuæ impugnauit acerrimè ne præferretur, cũ nullũ tantum ad in hoc intereſſe haberet, ſed æmulationem, ne antiquo nobiliſſimo familiæ oppido potiretur: nec conſenſus in eo articulo ſuccubuiſſe nouos etiam vnde quaque machinatur technas, vnde fraudis elicitur non leue argumentum, vt ex perſona colligit Iaſ. *d. §. cohæredes num. 27.*

Secundò ex pretij quantitate quod offert, quæ, ni- 31
mis eſt exceſſiua, vnde colligi magnam fraudis ſuſpicionem docent Aret. *ſub n. 13.* & Iaſ. *n. 27. in d. §. cohæredes,* & Affl. *d. §. ſed & res,* qui conſiderat fraudẽ ex eo, quod nimio pretio, vt animoſus licitator accedit, ita explicans Bald. *in dict. l. 2.* & quis non videt, quàm ſit exceſſiuum pretium, quo res quæ valet 30000. pro 70000. licitatur?

Tertiò ex cauſa offerendi. Quæ vel prouenit ex 32
æmulatione excludendi à bonis maiorum Marchionem Aquæuiuæ, vel ex affectione nimia, qua erga oppidum mouetur, cum pignoris loco plurimo detinuerit tempore, vel ex cauſa ſuum recuperandi creditum ſaltem pro parte, quòd ex pretio verè ab alio

exſol

exſoluendo deſperat conſequi, ſicut ex reliquis bonis, cum poſterior ſit creditor, quæ cauſæ multum attenduntur vti locis citatis Conrad. Cagnol. Cepol.& Angel.*verb.emptio,§.quod docuerunt.*

33 Quartò ex modo offerendi, qui non ſolum in eo conſiderandus, quod tam repentè, & tanta animoſitate ſit, ſed etiam quia vult excomputari eius creditum,quod eſt poſterius,neque ex pretio Terræ vrgentibus anterioribus creditoribus, nec fortè ex totius ſtatus venditione ſibi recipiet: vnde ſatis conſtat hoc pactum ſeu retinendi conditionem eſſe inæqualem in damnum creditorum anteriorum, quibus inſtantibus, atque vt illis ſatisfiat,proceditur ad venditionem: indicium autem eſt fraudis, ſi inæqualibus pactis ſit facta oblatio, vt Alex. *d.§.coheredes,* Fabian.& alij ſupracitati tradiderunt.

34 Quintò ex re ſuper qua fit oblatio fraus indicatur: eſt enim Terra Iuliæ Nouæ maximum Aquæuiuæ documentum nobilitatis: quod ex reliquis diruti oppidi,quòd ſi Flauiani dicebatur a Iulio Familiæ Principe viro olim ædificata tranſlato à vaſtato Caſtro in illam Comitatus honore, multis vltra ſeculum annis continua dominatione moderata, illam etiam affectionem ſibi vendicauit,quod inter cætera Aprutinæ ditionis caſtra ſalubriore cœlo collocata, Adriæ Ducibus inhabitandi,velut neceſſitatem imponat,vt inde probabiliter ſibi promittat nullo pretij exceſſu ab ea ſibi retinenda fore deterrendos. Vnde merito colligi videatur D.Antonium Cartafam, non tam animo ſibi quærendi tantum obtuliſſe, ſed vt ad iniuſtum,& exceſſiuum pretium hac viâ Marchionem Aquæuiuæ compellat;cum credat non eſſe ſe ſuis rebus eam derelinquere, hoc vero prudentiſſimos Iudices fraudem maximam non oſtendere,hoc eos admittere, & proinde indirectà hac viâ Marchionem bonis maiorum nobilitate, & commoditate tam inſignibus arcere contra tex.*in l.lex quæ tutores,C.de admin.tut.* mihi perſuadere non poſſum.

35 Sextò ex tempore,quo prædicta fuit facta oblatio, videlicet,non ab initio,quo fuit factum ſequeſtrum, nec à tempore,quo fuit mota lis, ſed poſt petitam à Marchione prælationem,poſt inſtructum ſuper hoc proceſſum, ea ipſa die, & hora qua erat cauſa expedienda:vt videri rectè poſſit totũ fieri aduersùs Marchionem, vt carius emeret bona maiorum, & iniquiſſimo pretio legis beneficiũ inaniter obtinuerit.

Accedat, quòd tunc poſt litem conteſtatam erat quæſitum ius Marchioni, in cuius præiudicium non erat licitum extraneo offerre:ſiquidem tempore motæ litis res erat vendenda;nam creditores vrgebant, nullus tunc aderat certus, Marchio pro iuſto pretio petiit retentionem, erat quidem ei concedenda, & hæc pro pretio rei adæquato, quia tunc non erat alius,qui certum offerret pretium iuxta diſtinctioné Caſtr.Alex.Aret.Iaſ.*in d.§.coheredes,*& Ripa *d.l.1.ff. de priuil.credit.*aduersùs hoc ius quæſitum Marchioni poſt litem motam,non licuit extraneo noua oblatione ſe intrudere, ex dictis per Salicet.*in d.l.ad officium,ſub n.2. C.com.diuid.* & per alterum ei non debuit iniqua inferri conditio. Erit igitur talis animoſa oblatio per S.C.reiicienda: ſicuti, cùm facta fuit, nec vllam tunc habuit rationem,&c.

36 Secundò,quod non ſit oblatio duc.40000.in primo libello facta à Marchione,attendenda patet: nã in alia comparitione ante expeditionem cauſæ illam reuocauit,& obtulit iuſtũ pretiũ,ſeruata forma iuris. Hoc vero fieri potuit à Marchione Aquæuiuæ,tã ex diſpoſitione iuris, quã per reſtitutionem in integrũ.

37 Ex diſpoſitione iuris; nam licèt poſt litem conteſtatam libellus emendari nequeat, vt Bart.& omnes *in l.edita.C.de eden.* fallit hoc tamen pluribus caſibus, quorum aliqui in propoſito applicantur.

Primò quando non agitur de mutatione circa ſubſtantialia,putà ſi primò petij fundum,nunc peto domum, vel ſi primo petij agendo rei vendicatione, poſteà ago actione ex vendito, ſed eſt mutatio circa aliquam qualitatem, vnde tantum maior, vel minor condemnatio reſultet,ita *ex tex.notab.in l.in delictis, §.ſi de tract.ff.de noxal.action.*Bart.*ind.l.edita,ſub n.8.* vbi Dec.*ſub n.46.*Ana.*in cap.fin.de colluſ.deteg.* Hoc quidem eſt in caſu noſtro,nã petiit Marchio Aquæuiuæ ſe præferri in Terra Iuliæ nouæ, tanquam proximè ſucceſſurum agnatum, offerendo pretiũ, quod taxauit in duc.40. mil. poſtea obtulit pretium iuxta appretia facta. Ecce quod non mutauit libellum, quoad ſubſtantiam, ſed circa pretij quantitatem: vnde plus, vel minus pro exequutione ſententiæ à Iudice veniat taxandum. 38

Secundò & melius poteſt emendari libellus etiã poſt litem conteſtatam,quando conſtat de errore,ita ex tex. *in §.ſi quis aliud.Inſtit.de action.c.fin.de confeſ. l.error.C.de iur. & fact. ignor.*tenent Vaco.*declar.iur. c.89.n.6.* & Barbol.*in l.non poteſt videri,23.ff.de iud.* In præſẽti caſu patet euidenter de errore, quia tẽpore oblationis factæ non conſtabat de vero Terræ valore,ideò obtulit credẽs ita valere,facto aut appretio ſemel,& bis,& cõſtito quòd nõ excedit ſummã duc. 3000. rectè eſt probatus error, nec potuit emẽdari. 39

Tertiò & optimè libellus poſt litem tunc eſt inemendabilis, quando pars aduerſa acceptat illud quod in eo ponitur,ſecus ſi illud negat,ita poſt Bal. *in l.cùm precum,ſub n.1. C.de liber.cauſ.*ait Socin *reg. 292.fall.7.*Alb. *conſ.697.n.4. lib.4.* Quod etiam in oblatione procedit,vt poſt Cranet.*conſ.188.n.3.*Menoch.*conſ.611.n.29.lib.7.*ad inſtar confeſſionis,cùm offerẽs videatur confiteri *c.cùm olim,de cenſit.c.cũ vener.de except.* Soc.*conſ.95. in fine,lib.4.* & Caroc. de oblatione *par.2.q.2.*& in oblatione iudiciali, quòd requiratur acceptatio, vt reuocari nequeat, ſentiunt Alex.*conſ.114.ſub num.2.lib.6.*& Rimin.*conſil.218. ſub n.16. cum ſeq.lib.3.* in caſu noſtro oblatio facta à Marchione Aquæuiuæ nedum per creditores acceptata nõ fuit,ſed manifeſtè impugnata;primò negãtes eum præferendum poſteà contendentes fieri, & reuideri appretium,meritò illam potuit reuocare. 40

At ſaltem hoc concedendum Marchioni beneficio reſtitutionis in integrum, quia eſt pupillus, & adeſt immoderata læſio, cùm rem, que non excedit valorem triginta millium pro quadraginta millibus obtulit emere, quam etiam aduersùs iudicialia dari, eſt tex. *in l.ait prætor, §. cum ſolùm,ff.de iud.* quò per Odd. *in tract.de reſt.par.2.q.64.ar.1.*& *art.4.*Pinell. *de bon.mater.l.1.part.3.n.36.*Caldas *in l.ſi curatorem, ver.læſis,n.81.C.de in integr.reſtit.minor.*vbi. 41

Tertiò,quòd terra Iuliæ nouæ minimè ſit ſubhaſtanda, vt pretium definiatur, etiam probatur. 42

Primò, quia ad nihilum poteſt deſeruire, & proinde omittenda, ſiquidem vel fienda eſt ad emptorem inueniendum, vel ad ſciendum rei valorem.

Non primum,quia emptor in caſu noſtro eſt certus, nempe ipſe M.Aquæuiuæ cui vendenda eſt, ſeu retinenda vigore ſententiæ S.C. ſubhaſtatio enim tunc facienda, quando liberè res vendenda eſt,non magis vni, quam alteri, prout in caſu *Auth. hoc ius porrectũ.C.de Sac.Eccleſ.in l.et ſi fine,ff.de minor.in l.1. C.de præd.decur.lib.10.*non quando certa eſt perſona, cui fieri debeat venditio,prout plura in iure dantur exempla, videlicet in creditore,cui ſit res adiudicãda;emptio enim illa eſt *l.fi.C.de iur.dom.impetr* ſic in venditione facienda directo domino iure prælationis *in l.3.C.de iur.emph.*& *in c potuit locat.*Itẽ in venditione facienda conſorti iuxta tex. *in l.ad officium. C.* 43

C commun.diuid. & in venditione ratione iuris congrui, quæ fit non per ſubhaſtationem, ſed per æſtimatores de iure congr.*in conſuet.1.ſub.n.45.*& D.de Franch.*deciſ.54.num.9.* Ita etiam in caſu de quo per Doct.*in l.ſi fundum per fideicom.ff.de leg.1.*& demum in caſu narrato *in dict.deciſ.54.* vbi quia res viri erat retinenda per mulierem petentem aſſecurationem, etiam in præiudicium creditorum ſubhaſtationem petentium, non fuit permiſſa, quæ deciſio optimè quadrat in caſu noſtro: nam quia virtute ſententiæ Terra ſit per Marchionem retinenda, vti refutatarium, & proxime ſucceſſurum, non eſt de ſubhaſtatione tractandum.

Nec ſecundò eſt admittenda ad ſciendum valorem rei: quia hic modus ſatis eſt fallax, nec verè probans pretium, ac rei æſtimationem, ad tex.*in l.ſi quos,* vbi Doct. *C. de reſcind. vend.* Bart.& alij *in l.1. C.de praſcript.30. ann.* latè Alex.*conſ.117. n.8.lib.7.*Surd. *conſ.39.n.3.lib.2.*Maſcard. *de probat. concluſ.636.n.2.*

46 Nam vnius, vel alterius affectio, quæ in licitatione interuenire ſolet, veram rei æſtimationem non facit, gloſ.& Doct.*in l.2.C.de reſcind.vendit.*& *in l.pretia rerum, ff. ad leg.Falcid.*ſolent enim eſſe animoſæ *l.licitatio, ff.de publ.& vectigal.* facit tex. *in l.ſi in emptione, ff.de minor.* & plurimum etiam dolo factæ, ex not. *in d.l. ad officium, C.commun.diuid.* Ideo nec ad indagandum rei valoré adhiberi ſolent, nec in preſenti debent, dum adhuc non ſubhaſtata terra tam animoſa reperitur facta oblatio.

47 Secundò hoc confirmatur: ne animoſo licitatori aperiatur aditus, etiam fraudulenter ſe gerendi, not.*in l.2.& 3. C. ſi prop. puſil. penſit.* Vnde per indirectũ territus immodico pretio priuetur Marchio beneficio ei à iure, & per ſententiã impartito, quòd vti proximè dictum fuit, non eſt concedendum.

48 Tertiò aliqui enumerantur caſus in quib. eſt ſubhaſtationi locus, vtputa ſi vendatur res abſentis, vel bona diſtrahi prohibita ratione publicæ vtilitatis, vt inquit Bal.*in l.ordo, n.4.C.de execut.rei ind.* & prædictos caſus cõgerit Fabian.de Monte *in tract.de empt. & vendit. q.5. princip.à nu.83.* nec tamen inter illos ponit præſens caſus, quando res feudalis vendenda eſt ad inſtantiam creditorum, & proximus ſucceſſor obtinuit, vel prælationem iure ſanguinis, vel retentionem iure refutationis, meritò nec nouiter eſt inducenda ad tex. *in l.illam*, vbi Iaſ. *C.de coll. §. optimum. Auth. de non alien. 2. nub.* Crau.*conſ.25.num.9.* Surd.*deciſ.271.num.9.*

Quartò, & vltimò, quia hoc fuit deciſum per S.C. dum reſeruauit ſibi liquidationem pretij facta reuiſione apprerij iam facti, per creditores procuranda.

49 Quartò quod attendi debeant appretia iam facta, ſeu illorum vltimum factum per Tabularium à Iudice deſtinatum, creditoribuſque citatis, vnica ratione probatur.

Quia cùm multi ſint modi quibus valor ſciatur, de quib. poſt Bart.tradit Angel.*d.l.pretia, n.3.*Aret. *in §.ſi quis agẽs, n.1. Inſtit.de action.*Cagnol.poſt alios
50 *in l.2.à n.250. C.de reſcind. vend.*Maſcard.*de probat. concl.652.cum ſeq.* Inter alios vnus eſt per æſtimatores à publico deputatos, & per Iudicem eligendos, de quibus *in l. hac adictali. §. his illud. C. de ſec.nupt.* Maſc.*concl.654.* Barz. latè *deciſ.Bonon.22. & 23.*&
51 *deciſ.123.num.13.*Bertan. *conſ.33.nub.2.* Hic modus optimus eſt præ cæteris, & quo maximè in praxi vtimur; ſolent enim æſtimatores ex fructibus, & aliis circumſtãtiis bene perpenſis rei valorem probè diffinire, vt Doct.*in d.l.2.*Bart.*n.20.*Caſtr.Fulgoſ.Crem. Cagnol. *n.252.* quos ſequitur ibi Pinell. *part.3.c.4. n.2.*Maſc.*d.concl.654.& concl.1403.* Burſat.*conſ.184. n.1.lib.2.*Paſesh.*conſ.52.n.21.*Barz.*deciſ.22.num.34.*

Ideò tanquam optimus, & magis vſitatus eſt in præſenti admittendus.

Quod ſi ad vtrumque apprerium erit habendus 52 reſpectus, in ſimul coacervatis, medietas quantitatis productæ erit verus rei valor, iuxta tex. *in l. ita vt omnes, ff.mandat.* Alex. ad Bar. *in l.ſi fundum, ff. eod.* Cotta *in mem. in ver.æſtimatores* Menoch. *de adipiſc. remed.5.n.168.*Rimin. Iun.*conſ.212.n.22. & 27.* & *conſ.335.n.15.*cum ſeq.Barz. *dicta deciſ.22.ſub. n.22.*

Ex quibus ſecundùm omnia quatuor propoſita concluditur pro Marchione Aquæuiuæ.

Ioan.Camillus Cacacius V.I.D.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſeries proponitur, de qua in præſenti.*
2 *Verba aſſenſus afferuntur.*
3 *Littera aſſecurationis defectiua.*
4 *Iuramentum aſſecurationis non præſtitum.*
5 *Vniuerſitatis replicatio, quæ fuerit.*
6 *Negligentia feudatarij, de qua in præſenti.*
7 *Reuocatio feudi facta per venditorem.*
8 *Iudicium motum quando fuerit.*
9 *Secunda venditio facta cũ vitio litigioſo.*
10 *Litis inſtauratio qualiter fuerit facta.*
11 *Quatuor concluſionibus iuſtitia actoris proponitur.*
12 *Iuramentum aſſecurationis eſt iuramentum fidelitatis de iure debitum.*
13 *Promiſſa in aſſenſu ſi non ſint adimpleta, corruit ille.*
14 *Aſſenſus defectus eſt ſi non ipſe, qui emit aſſeratur.*
15 *Aſſenſus defectus eſt quando non præſtatur iuramentum aſſecurationis.*
16 *Aſſenſus defectus eſt, quando littera aſſecurationis non fuerunt præſentata.*
17 *Aſſenſus defectus eſt, quando elapſo anno non fuit præſtitum iuramentũ fidelitatis.*
18 *Iuramentum aſſecurationis non præſtitum ex culpa vaſſallorum quando excuſet iurare debentem.*
19 *Impedimentum non excuſat quando eſt inefficax.*
20 *Impeditus ad faciendum debet proteſtari.*
21 *Aſſenſus non præſtitus ſuo tempore annullat actum.*
22 *Aſsẽſus præſumitur lapſu tẽporis præfiniti.*
23 *Aſsẽſus ex clauſula annullatiua reſoluitur.*
24 *Clauſula annullatiua inducunt formam.*
25 *Aſſenſus per illam dictionem* alias, *reſoluitur in conditionem.*
26 *Ablatiui abſoluti conditionem important.*
27 *Clauſula, quod regiſtretur in aſſenſu importat conditionem.*
28 *Deciſiones S.R.C. adducuntur pro clauſula regiſtrationis.*
29 *Pragmatica vnica de priuilegiis intra annum præſentandis qualiter declaretur.*
30 *Clauſula aſſecurationis Vaſſallorum, quæ opere*

operetur in aſſenſu.
31 *Pragmatica 26. de feudis explicatur.*
32 *Aſſenſus qualiter annulletur, & per quot defectus.*
33 *Regis declaratio vtrum requiratur ad annullationem aſſenſus.*
34 *Aſſenſus vt annulletur non requiritur ſententia.*
35 *Feudi reuocatio propter defectum aſſenſus, qualiter permittatur.*
36 *Concluſio eius, quod intendit actor, aſſertur.*

ARGVMENTVM.

Feudi alienatio num reuocari poſſit, ſi ſuper alienationis contractu, Regius fuerit impetratus aſſenſus, ſed emptor intra tempus ordinatum fidelitatis iuramentum non præſtitit. Aſſenſus ſuper alienatione rei feudalis præſtitus ad hoc vt in forma valida conceſſus iudicetur, quæ concurrere debeant: & de pluribus ad ornatum Conſtit. Regni *Conſtitutionem diuæ memoriæ.*

ALLEGATIO LXXXIII.

1 DON Cæſar de Tuſo vendidit Terram Vetri Prudentiæ Paſſaræ pro duc. 32. mil. die 21. Iul. 1580. *fol.* 28. ſuper qua venditione fuit expeditus Regius aſſenſus in forma Cancellariæ ſub eodem die 21. Iulij 1580. in fine cuius infraſcripta verba leguntur *fol.* 140.

2 *Volumus etiam quod infra annum computandum à die expeditionis præſentis memorialis aſſenſus prædicta Magnifica Prudentia emptrix teneatur expediri facere in forma Regia Cancellariæ Regias Litteras aſſecurationis vaſſallorum, & ligium homagium debita fidelitatis iuramentum nomine Regiæ, & Catholicæ Maieſtatis præſtare in manibus & poſſe Magnifici Petri Antonij Albertini Regij Commiſſarij, ad id ſpecialiter deputati, & omnia, & ſingula in dictis literis contenta adimplere, ſeruata ad vnguem earum continentia, & tenore. Et infra biennium a die eiuſdem expeditionis memorialis præſens priuilium regiſtrari debeat in quinternionibus Reg. Cam. Sum. aliàs prædictis non adimpletis præſens aſſenſus habeatur pro non præſtito.* Huculque verba aſſenſus.

3 Viuente adhuc Prudentia, Litteræ aſſecurationis fuerunt ſub die 24. Iul. 1581. expeditæ in perſona Hieronymi Compoſtæ (hic erat Prudentiæ filius) qui aſſeritur tenere Terram Vetri immediatè & in capite à Reg. Cur. *fol.* 141. nec in illis mentio aliqua de Prudentia.

4 Profecto ad terram prædictam Commiſſario deſtinato ad fidelitatis atque aſſecurationis iuramenta recipienda; Coram quo ſub die 26. Februarij 1582. reperitur facta proteſtatio contra Sindicos, & Vniuerſitatem Terræ Vetri, ſub prætextu, quod noluerunt præſtare iuramentum aſſecurationis, iuxta minutam ab Albertino transmiſſam, proteſtatur ne expediret annus, quia iam in fine, vt *fol.* 143. Et cum eſſet Sindico, & Electis notificata, replicant eſſe dictas minutas contra formam iuris, ſed viribus Prætoræ compulſi offerunt præſtare iuramentum aſſecurationis, non libera eorum voluntate, quia aduerſus illud intendunt de eorum iuribus experiri: & iurare intendunt iuxta formam iuris dicto Hieronymo, quod ſecurus, ſanus, honeſtus, vtilis facilis, poſſibilis *fol.* 144.

His viſis Commiſſarius mandauit Vniuerſitati, 5 vt iuramentum præſtaret iuxta minutas tranſmiſſas *fol.* 144. *t.* Et replicat vniuerſitas ſe promptam præſtare, prout in eius comparitione obtulerat, nam ad inſolita non vult aſtringi, cum à mandato commiſſarij appellando, & de nullitate dicendo ad ſuperiores. Quibus non obſtantibus adhuc Commiſſarius iterum mandat Vniuerſitati vt iuxta minutas tranſmiſſas iuret, cum ſint ſecundum vſum, & ſtylũ Regni *fol.* 145. omnia eo die 26. Febr. 1582.

Nec ſuper prædictis apparet facta aliqua proui- 6 ſio, nec ad iurandum coacti. Neque ex parte feudatarij apparet impletum, & iurata Regi fidelitas.

D. Cæſar die 18. Ianuarij 1586. vigore Conſti- 7 tutionis Regni, *Conſtitutionem diuæ mem.* reuocauit dictam venditionem *fol.* 6 & die 22. Ianuarij 1586. 8 vigore dict. reuocationis petiit condemnari Iſabellam Paſſaram (ita ex errore vocat Prudentiam) & Io. Hieronimum Compoſtam, vel quoſuis detentores ad relaxandam terram, vnà cum fructibus, offerens adimplere omnia ad quæ de iure tenetur *fol.* 1. intimato Io. Hieronymo, & eius matri *fol.* 1. *t.* ſuper qua petitione contra prædictos fuit compilatus proceſſus, vt ex citatione ad dicendum 5. Iulij, 1586. *f.* 47.

Verùm ſub die 31. Martij 1587. Prudentia mater, 9 & Ioan. Hyeronimus filius, cum vitio litigioſi reſpectu litis motæ per Don Cæſarem de Tuſo vendiderunt Terram prædictam Fabritio de Sangro pro duc. 42. mil. *fol.* 49.

Inſtaurata hac lite anno 1621. per D. Franciſcum 10 de Tuſo filium D. Cæſaris, qui tunc ad notitiam peruenerat *fol.* 53. & cum pupillo hærede quondam Fabritij moderno Duce, iterum compilato proceſſu, eſt hodie cauſa terminanda.

Eius iuſtitia ex parte D. Franciſci actoris infraſ- 11 criptis quatuor concluſionibus apertiſſimè ſuadetur, quas antequam ſtatuam, ſuppono, quod cùm de iu- 12 re communi feudorum nouus feudi poſſeſſor teneatur infra annum, & diem à directo Domino inueſtituram petere, & Iuramentum fidelitatis præſtare *cap.* 1. *quo temp. miles, cap.* 1. *de lege Corradi cap.* 1. *quæ ſit prima cauſ. benef. cap. Imperialem, §. præt. ſi quis infeudatus, de prohib. feud. alien. per Fed.* vbi non diſtinguitur an ſucceſſione, vel alio titulo feudum quæratur; cùm in Regno talis obſeruantia in diſſuetudinem abiiſſet, ſolertia quondam Regentis Salernitani fuit renouata, qui renouauit, vt in aſſenſibus, qui deinceps expedirentur ſpecialiter poneretur, *quo ſit*, quod cum hæc ſit veteris obſeruationis renouatio, intelligend. ſit hæc clauſula eiuſque effectus ſecundùm terminos antiqui iuris: ita vt quæ in vaſſallo à Iure aſtricto ad præſtandum intra annum fidelitatis iuramentum Doctores dixerunt, etiam locum habeant in Regno in Vaſſallo, virtute dictæ clauſulæ ad iurandum aſtricto, quia lex noua per antiquam interpretatur, *lib.* 1. *ſ.* .*lex. ff. ad l fal. gloſ.* & Bart. *in l.* 1. *ff. de coniug. cũ emancip. lib.* Surd *conſ.* 453. *num.* 33. *lib.* 3. ſicut ſtatutum à Iure communi. Surd. *conſ.* 416. *num* 21. *lib.* 3. Et quia prouiſio legis, & homini æquiparantur *lib fidei, l. fin. C. de fidei, l. final. C. deb. alien. non alien.* Iſer. *in cap. de manſo, ſub num.* 14. *de controu. inueſt.* Ita in indiuiduo Dominus Rouit. *in Pragm.* 26. *de feudis, num.* 42. *ex l. fin. §. pactus ne peteret. in fine, ff. de pact.* & D. de Ponte *conſ.* 65. *n.* 13. *lib.* 1. vbi hanc clauſulam interpretatur ex illis, *quæ* circa iuramentum fidelitatis à Iure communi dicta ſunt. Hoc igitur conſtituto.

Prima Concluſio. Ea quæ in aſſenſu obſeruari 13
man

mandata fuerunt non ſunt adimpleta, ſed deficiunt in multis.

14 Primò quia Litteræ aſſecurationis fuerunt expeditæ pro Hieronymo, at non emerat ipſe, ſed Prudentia eius mater, & in aſſenſu ordinatum fuerat, non vt filius, ſed quod ipſa præſtaret iuramentum aſſecurationis, quæ Prudentia tempore, quo Litteræ fuerunt expeditæ viuebat; nam anno 1587. vnà cum filio vendidit terram Fab. de Sangro, *fol.*49. At aſſenſus erat implendus in forma ſpecifica, in qua non poteſt fieri extenſio de perſona ad perſonam, vt ex tex. *in leg. ſicut, §. ſi debitor, ff. quib. mod. pign. vel hyp. ſoluat.* poſt Iſer. dixit Camer. *in c. Imperialem, cart.*46.*col.*3. D. de Ponte *tit. de aſſenſ. reg. ſuper dot. in princ. ſub num.*40. Ex eo magis confirmatur, quia iuramentum fidelitatis præſtatur à feudatario, qui recipit inueſtituram, *cap. vnic. in fine, quid præcedi debeat, c.*1.*&* 2. *quæ ſit prima cauſ. benef. amitt. cum ſimil.*

15 Secundò quia, nec tale iuramentum aſſecurationis Domino Regi, nec Prudentia, nec ipſe Hyeronimus præſtiterunt; licet etiam nollent vaſſalli ipſum Hieronymum iuxta formam Litterarum aſſecurare, debebat tamen ipſe iurare Regi: Hæc enim duo erant diſtincta, nempe iuramentum præſtandum Regi à feudatario ratione feudi, quod ab eo tenet, de quo in dictis iuribus, & *in cap.*1.*de forma fidelit.* & *in cap.*1.*de nou. form. fidelit.* & iuramentum, quod debent ei præſtare ſubditi ratione iuriſdictionis illius ſub qua ſunt, de quo *in cap. fin. qualiter vaſſalli deb. &c.* Et non erant neceſſariò inſimul præſtanda: debebat ergo feudatarius implere ex parte ſua.

16 Tertiò licet Litteræ aſſecurationis intra annum fuerint expeditæ, poſt annum tamen non fuerint præſentatæ, nec aliqua apparet cauſa legitima, cur iſtud factum fuerit. Non enim ſufficiebat, vt intra annum litteræ prædictæ eſſent expeditæ, niſi etiam, & intra annum eſſent præſentatæ Vniuerſitati pro vtroque iuramento aſſecurationis preſtando: illudque intra dictum tempus anni præſtare, vtrumque enim mandatur in aſſenſu. Et intra annum litteræ aſſecurationis expedirentur, & iuramentum aſſecurationis præſtetur, ideò vtrumque erat implendum, nec vnius ſufficit implementum, ad tex. cum not. *in l. ſi hæredis, ff. de condit. inſt.* & *in l. ſi quis ita* 129 *ff. de verb. oblig.* §. *penult. Inſtit. de hær. inſtit.* Etenim cum hæc ſint poſita pro forma, vt infra dicam, ex dictis per Bald. *in Auth. Matri, & auia in princ. C. quando mul. tutelæ offic. fungi poteſt.* Dec. *conſ.*20. Affl. *deciſ.* 355.*num.*4. Tiraq. *retract. lib.*2.§.2. *gloſ. vnic. n.*3. & Schard. *de feud. tom.*2.*p.*10.*cap.*2.*num.*3. Ideo quoad omnia debet præciſe adimpleri, nec in aliquo, vel minimo defici, ex abunde allegatis per eundem Schrad. *dicto tract. tom.*1.*parte* 9.*capit.*7.*num.*50. & *p.*10.*c.*20. *n.*150. ex Bald. Tiraq. & aliis quos citat.

17 Quartò nec etiam elapſo anno fuit præſtitum fidelitatis iuramentū, ita vt ſaltē fuiſſet per illius præſtationem mora purgata; nam licèt multi tenuerint non admitti moræ purgationē, quos congerit, & ſequitur Schrad. *de feu. tom.*1.*p.*6.*c.*2.*n.*9. & inter illos Iſern. & Bal. *in c.*1. *quo temp. miles*, Miſing. *cent.*2 *obſer.*9. *n.*2. alij apud Roſent. *de feud. c.*6. *concl.*59.*lit. E.* & tamen tenent poſſe purgari, prout eſt in hoc Regno receptū, teſte Capyc. in inueſtitura feudorū *in verb. feud. inueſtituræ, col.*2.*verſ. excuſatur*, intelligunt, ſi celeri ſatisfactione mora purgetur, vt per citatos apud Roſent. vbi ſupra Intriglioli. *de feudis centur.*1.*q.*95.*n.*96. Celeris verò ſatisfactio ad ſummum erit vſquequò amiſſione feudi erit lis conteſtata, vt ex noſtris Afflict. *in c.*1.*n.*1. *quæ ſit prima cau. benef. amitt.* vbi conſuluit, quod vaſſallus ante litis conteſtationē ſatisfaciat: Viuius *deciſ.*519.*n.*26. ex Exteris Guid. Papa, *q.*166.*verſ. & dicetur celeriter*, & Syluan.

*de feud. recogn. q.*27.*verſ. mihi placet, fol.*19. In Regno autem certum eſt, quod vaſſallus reuocat Iure Regis directi domini ex poteſtate illi à Rege attributa, vt not. *in Conſtit. Diuæ memoriæ*, vbi Anna *n.*269.*cū ſeq.* & facit id, quod iure communi faceret Rex, vnde idem effectus erit in regno mota lite per vaſſallum alienantem, facta reuocatione, qui eſſet, mota lite à directo Domino de iure communi.

Nec quicquam iuuat contradictio Vniuerſitatis 18 circa iuramentum aſſecurationis per eam præſtandum, ex tribus.

Primò quia ea contradictio non impediebat quin ipſe emptor iuret Domino fidelitatē, erant enim duo iuramenta. Vnum a Feudatario emptore præſtandum domino ratione feudi. Alterum ei præſtandū à ſubditis ratione iuriſdictionis, de qua *in c. vnico, in fine, qualiter vaſſallus iurare debeat fidelitatē:* vnum eſt ab alio tēpore ſeparabile, ideò abſq; altero potuit præſtari vnde, vt euitaret euitanda debuit emptor implere ex parte ſua eo magis quia debuit illud præcedere iuramentū, iſtud ſubſequi ad tex. *in l. Iulianus, §. offerri. ff. de action. empt.* cū aliis per Dec. *conſ.*380. *&* 421.*n.*1.*cū ſeq.* Iaſ. *in l. vinum, n.*16.*ff. ſi cert. pet.* cū innumeris per Tuſcum *tom.*4.*lit.*1.*concl.*50. *per totā, ex tex. in l. qui pendente ff. de action. empt.* & in totum debet impleri, quia non dicitur factum ſi aliquid ſupereſt faciendum, *l. pen. in fin. C. ad Syllanianum*, Neuiz. *conſ.*50.*n.*9.

Secundò quia illud impedimentū non erat efficax, cū non poterat vniuerſitas recuſare iuramentum 19 iuxta formā præſcriptam, & non præſtat impedimētū quod iure non ſortitur effectū, *c.*52. *non præſtat, de reg. iur. in* 6. tantò magis quia nihil iurauit emptor, ſiue Prudētia mater, ſiue Hyeronimus filius pro impedimento tollendo, cum plures poſt illum, ante litē motam anni intercellulent. Geminian. *conſ.*42. *ſub n.*10. Caldercin. *conſ.*4.*de app.* Rom. *conſ.*351.*à n.*[illegible] Caſtr. *conſ.*218.*ſub n.*2.*lit. E.* vbi quod impeditus tenetur adire ſuperiorem, vt tollatur impedimentum, aliàs conſtituitur in mora, nec excuſatur, & Tuſc. *lit. I. concl.*29. *n.*42.

Tertiò quia debuit ſaltem proteſtari de impedimento, ne curreret ei tēpus, Aluarot. *in d. c.*1.*n.*6. *quæ ſit prima cauſ. benef. amitt* Curt. iun. *de feud. p.*4.*n.*49. Caſſan. *in conſue. Burgun. nu.*3.§.1.*verſ. où la perſonne, n.*35. Schrad. *de feud. p.*6.*q.*2.*n.*43.*tom.*1. 20

Patet igitur ex mandatis in aſſenſu in tribus eſſe 21 defectum. Propter prædicta non impleta aſſenſus præſtitus ita reſolutus eſt, ac ſi nunquam præſtitus fuiſſet, verèq; pro non præſtito habetur, quod patet ratione, & auctoritate.

Primò ratione quia in aſſenſu ordinatum eſt iura- 22 mentū fidelitatis intra præfixum tēpus, nempe vnius anni præſtari; quo fit, vt eo elapſo ſtatim aſſenſus ſit reſolutus, etiā nulla facta de hoc petitione, nec Iudicis expectata ſententia Ang. *conſ.*36.*ſub n.*5.*verſ. in quarto tempore, ex l. ſancimus, §. ſin autem. C. de donat.* Pariſ. ad Batt. *in l. vniuerſa. C. de precib. Imper. offer.* Bald. *in l. fin in princ. ſub n.*5. *C. de tempor. appell.* vbi ſentit, quod nec admittitur purgatio moræ D. de Ponte *conſ.*5.*n.*44. & *in puncto, conſ.*67.*nu.*25. *&* 28. *lib.*1. ceſſat enim poſt tempus implendi facultas, ideò non admittitur moræ purgatio. Bal. & Lauden. *in c.*1 *quo temp miles.* Aluar. *in c.*1. *quæ ſit prima cau. benef. amit.* Curt. Iun. *in tract. feud.* 4.*parte, n.*138. Iacobin. *in inueſt. in verb. qui quidem inueſtiti, nu.*37. *&* 42. plura deducit Anellus de Amato *conſ.*69. *n.*23. *&* 24. & in propria materia Afflict. *in c.*1. *ſub n.*19. *de vaſſal. qui contra conſtit. Loth. feu. alien.* vbi voluit, quod ſi in feudi inueſtitura ſit adiectum vaſſallum intra triginta dies iurare debere fidelitatem, vel regiſtrari facere inueſtituram in

Reg.Cam.aliàs ex tunc feudum perdit,ſi illud intra dies triginta non adimplet, perdit feudum.

23 Secundò, quia vltra præfinitionem temporis in aſſenſu, apponitur etiam clauſula annullatiua; ait enim, *Alias prædictis non adimpletis, præſens aſſenſus habeatur pro non præſtito*: quibus verbis,non impletis q uæ mandant &c. aſſenſus eſt reſolutus. Quam clauſulam optimè expendit Anellus Amatus *d.conſ.69.à num.2.* ex dictis per Felyn. *in c. frequenter,vt lite non conteſt.* poſt Bar. Bal. & Salic. ab eo citatos, & ita eſt reſolutus, ac ſi nunquam præſtitus fuiſſet, quia hæc eſt vis decreti irritantis, *c. ſi eo tempore, de elect. in 6.*Bal.*num.13 in l.ea lege*, vbi Sacit.*C.de cond.ob cauſ.* Caſtr. *in l.1.num.6.ff. de do-*

24 *nat.*Tiraq.qui alios citat *de retract.lib.2.§.1.gloſ.7. num. 14.& 15.& lib.1.§.8.gloſ. 6. & 7.* Ea ſiquidem prædictæ clauſulæ verba inducunt formam Bart. *in l.de his.ſub num.3.ff. de tranſact.* Bal.*in l. 1.circa med. ff.de lib.& poſthum.*Dec.*conſ.10.num.2.conſ.110.n.6. conſ.455.num.6.conſ.466.num. 13. conſ. 528.in fine, conſ. 514.nu. 2.* quos citat Amat. vbi ſupra *num. 1.* At forma non impleta actus corruit ipſo iure, gloſ. *in c.cum dilecta, verſ. irritum, de reſcript.* vbi Felin. *à num.6.* Tiraq.*in l.ſi vnquam,verſ.reuertatur,nu.66.* Doct.*in l.1.ff.de lib.& poſth.*ex tex.*in c.venerabilis,de offic. deleg.:l.his,& l.cum hi,§.Prætor, ff. de tranſact.* latè Schrad.*de feud.tom.2.part.10.§. 20.à num.168.* vbi *à num.171.* ait hoc procedere in dubio, quando adeſt clauſula annullatiua; nam omnia pro forma,& quidem ſubſtantiali requiſita eſſe intelliguntur.Iaſ.poſt alios *in d.leg.1.ff.de lib.& poſt.*Dec.*conſ. 10.num.2.&conſ.110.* Quæ procedunt etiam ſi talis ſolẽnitas abſque dolo, tantùm ex negligentia fuerit omiſſa,vt poſt Doct. *in dict. leg.ambiguitates.C.de teſtam.*docet Felin. *in c.ex litteris,ſub n.10. de reſcript.*

25 Tertiò hæc quidem in caſu noſtro amplius procedunt, conſiderando, Primò quod apponitur in aſſenſu dictio illa,*aliàs*,quæ eſt reſolutiua,& vim habet decreti irritantis, ac ipſo iure annullat, quia conditionem importat,vt latiſſimè gloſ.*in l.diuortio, ff.de negot.geſtis*, & alij, quos citat Tiraquell. *de retract.lib.1.§.8.gloſ.6.*& inducit formam, Bart. *leg. de his,ſub num.3.ff.de tranſact.*Dec.*conſ.528.nu.11.*quos

26 citat Anell.Amat. *d. conſ.69. nu.4.* Secundò conſiderando, quod poſita ſunt verba per ablatiuos abſolutos,ait enim,*aliàs prædictis non impletis*: quæ verba,& formam ſimiliter inducunt. Felin. *d.c.cum dilecta,ſub n.6.*& conditionem,*l.à teſtatore,ff. de cond. & demonſtr.*Amat.*d.conſ.69.num.2.& 3.*& latiſſimè Ozaſ. omnino videndus *deciſ. 165.* ferè per totam *ſig. à num.12.* qui loquitur in propria materia alienationis feudi, quæ fuit per Senatum declarata nulla, ob non impletas ſolemnitates iuxta formam decretorum Ducis Sabaudiæ directi Domini. His tribus rationibus ero contentus.

27 Etiam fundatur auctoritate prædicta ſecunda concluſio dupliciter,à ſimili,& in puncto.

A ſimili patet in clauſula regiſtri, quæ, vt in aſſenſu noſtro, apponitur cum eiſdem ablatiuis abſolutis, & verbis reſolutiuis,atque cum temporis præfinitione, nam omiſſionem illius infra tempus præſtitutum,ipſo iure vitiare aſſenſum voluerunt D. de Ponte *conſ.5.n.32.lib.1.*omnino videndus,& *conſ.60. à prin.vſque ad n.17.lib. 2.*quæ duo conſilia ſcripſit in eadem cauſa. Franc.de Amic.*de his qui feud. dar. poſſ.§.vlterius.* Affl.*d.c.1.ſub n. 19. verſ.item illud,de vaſſall.qui contra Conſtit. Lothar.* & *in deciſ. 335.* D. Gizzarell.*dec.13.ſub n.4.ver præterea,& n.15.*vbi ci-

28 tat Ruin.*in l.1.n.23.ff.ſolut. matr.* D. Rouit. *in prag. 20.de feud.n. 20.*& *prag.1.de fide memorial.n.5.*

Ita etiam ſæpius deciſum fuit antiquis temporibus *in d.dec.Affl. 335.* Poſteà in ea cauſa Secretarij Soto, in qua ſunt illa duo conſilia D.de Ponte, de quibus ſupra,& nouiſſime ſub die 4.Maij 1620. ad relationem Reg.Conſil. P. A. Carauita,me patrocinante in cauſam Marchionis Paduli, cum Duce Ayelli,de qua deciſione meminerunt D.Rouit.*prag. 20.de feudis,in fin.in nouiſſima impreſſione*,& Io.Baptiſta Thoro *in 2.par.comp.deciſ.in verb.regiſtratio,fol. 543.col.2.in princ.*

Sic etiam in omiſſione literarum executorialium 29 à Prorege obtinendarum iuxta formam Pragmaticæ vnicæ *de priuileg.intra annũ preſẽtãd*:vt ea omiſſa aſſẽſus annulletur,ex traditis per D.de Põte.*cõſ.3.à n. 28.li.1.*Et fuit deciſũ in cauſa D.Ant.Caraccioli, cũ Iacobo Viualdo,iũctis Aulis, de qua deciſione meminerunt D.de Georgio *alleg.3.ſub n.11.*& Io. Baptiſta Thoro *1.par.dec.verbo,aſſenſus,fol.54.col.1. fin.*

In puncto autem in clauſula aſſecurationis vaſſallorum,de qua agimus id tradiderunt ſupradicti D. 30 de Ponte *conſ.67.per totum, lib. 1.* & *in tract. de pot. Proreg.tit.de regal. impoſit. in princ.nu. 15. & 16.* D. Rouit.*in pragm.1.de fide memor.ſub n.4.*& D. Amat. *d.conſ.69.*Qui referunt bis conformiter iunctis Aulis deciſum pro annullatione aſſenſus pro Marchione Turris Francoliſij,nunc Principe Roccæ Romanæ,contra hæredes Innocentij Paulutij, in qua fuit indicatum,ſtante annullatione aſſenſus ob non præſtitum aſſecurationis iuramentum iure proceſſiſſe reuocationem factam, de qua deciſione meminit etiam Thoro *1.par.verſ.aſſenſus.fol.55.in fin.* Et nouiſſimè adeſt prælo,de illa cauſa deciſio copioſiſſima D.Regentis Tapiæ,quæ erit tertia inter deciſiones S. R. C. prope diem emittendas.

Denique hæc corroborantur apertiſſimè ex *d.* 31 *Prag.16.de feudis*,vbi dicitur. *Hæc de iuramento aſſecurationis vaſſallorum eſſe pro forma*: igitur rectè procedunt omnia ſupradicta, nempe vt ea non impleta actus corruat.

Tertia Concluſio: Ad dictam annullationem aſ- 32 ſenſus,atque illius reſolutionem inducendam ſolus ſufficit tẽporis lapſus,nec quicquid aliud requiritur. 33

Primò itaque non requiritur,quod Rex declarauerit ſuam voluntatem circa annullationem aſſenſus, ſub prætextu quod Regis fauore tale ſit iuramentum ordinatum. Nam non ſolùm poſſe reſponderi cum D.Rouit.*in d.prag.26.de feud.ſub num. 11.* quod non ſolùm fauore Fiſci,ſed etiam Partis ordinatum eſt tale iuramentum:ſed melius reſpondetur, cum D.de Ponte *in d.conſ.67.ſub nu.34. verſ.quo memoriali*;ait enim etiam aſſenſum iſi contractu feudali requiri fauore Domini,& propter illius intereſſe,vt per Camerat.*in c.Imperialem,fol.57.litter. A. cum ſequent.*& tamen non adhuc declarata Domini voluntate,quãdo aſſenſus non eſt interpoſitus cõpetit alienanti,vel emptori ius reuocãdi,ita quod licèt fauore Domini requiratur aſſenſus;quia tamẽ noneſt interpoſitus reuocat iure ſuo quilibet ex cõtrahẽtibus ex lege particulari, quæ talem ei præbet facultatem.

Secundò ad aſſenſum prædictum annullandum 34 nulla requiritur ſententia iuxta not.*in l. vniuerſa. C. de precib. Imper.offerend.* Quia ſolus temporis lapſus formæ præſcriptæ, ac conditionis defectus nullitatem aſſenſus operatur, ſententia verò ſolùm declarat nullitatem iam inductam ex defectu formæ non adimpletæ,& ex vi verborum Abb.*in c.fin.de iuram. calum.*Gem.*in c.fin.n.7.de conſuet.in 6.*Iſer.*in c. 1. nu. 9.& 10.quæ temp.miles*,& ibi alij Alex. *in l.1.n.4.C. de his quib.vt indig.*latiſſimè Anellus Amat.*d.cõſ.69. à n.14.*vbi de cõmuni teſtatur,& quod nõ procedit, quãdo adeſt tẽporis prẽfinitio,quod etiã explicat D. de Põte *d.cõſ.67.à n.25 l.1.*Quib⁹ nihil eſt addẽdũ.

Quarta

35 Quarta Concluſio. Deducitur quod ſtante nullitate aſſenſus omni iure proceſſit reuocatio facta per D. Cæſarem venditorem, vigore Conſtitutionis *Diuæ memoriæ*, quia paria ſunt aſſenſum non eſſe expeditum, & eſſe nulliter expeditum: cùm paria ſint non fieri,& inutiliter fieri *leg.1. §.nihil, ff. de inoff. teſtam. leg. ſi quis ſub condit. ff. de teſtam. tut. leg. ex conſenſu, §. 1. ff. de app.* Itern. Aluarot. Afflict. *in cap. ſi quis fuerit, quo temp. miles.* Surd. *deciſ. 328.n.3.lib.1.* Rouit. *d.pragm.26.de feud.n.25.* & quia res redit ad ſua principia attractiua, vt *ex l. voluntate, in fine. ff. quib.mod. pignor. vel hypot. ſolu.* Cyn. Alber. Bal. Salicet. & alij poſt etiam Couarr. *variar. reſolut. lib.3.cap.8.* ait D.de Ponte, *dict. conſil. 67. num. 20. & 21.* Sicut igitur potuit reuocari ante interpoſitionem aſſenſus, ita poſt illam reſolutam, & effectum nullum,& inualidum. Cætera in prædi-
36 cta deciſione D.Tapiæ vberrime traduntur.

Ex quibus concluditur, ſtante reuocatione facta per D.Cæſarem venditorem omninò hæredem Ducis Fabritij de Ságro emptoris eſſe condemnandum ad relaxandum in beneficium D. Franciſci de Tufo Terram Verri, vnà cum fructibus a die nullæ venditionis, recepto ſibi pretio cum intereſſe, quæ à S. C. decidi inſtanter expoſtulat.

Io. Camillus Cacacius V. I. D.

SVMMARIVM.

1 *Periculum caſus fortuiti pecuniæ in banco depoſitæ ſpectat ad dominium illius.*

2 *Periculum rei emptæ ſpectat ad emptorem.*

3 *Dominium pecuniæ, qualiter probetur fuiſſe alicuius.*

4 *Pactum quod intra annum non reemantur introitus, validum eſt.*

5 *Pactum redimendi in Bullis Pontificum de cenſibus loquentibus, an ſit de ſubſtantia.*

6 *Pactum redimendi temporale poteſt in contractu cenſuali apponi.*

7 *Pactum redimendi temporale nullam continet vſuram in cenſu.*

8 *Cenſus valet pro aliquo tempore irredimilis.*

9 *Vſurarium eſſe pactum qualiter colligi poſſit.*

10 *Vſuraria prauitas, vt cognoſcatur, potius à Theologis, quàm ab aliis petendum eſt.*

11 *Iuriſtis etiam probatur pactum, de quo ſupra, non eſſe vſurarium.*

12 *Cenſualis contractus celebratus cum pacto reprobato non eſt inualidus, ſed vitiatur pactum.*

13 *Pactum vitiari, vel non, quando, & qualiter verificetur in contractu cenſuario.*

14 *Redimendi facultas ſi à contractu cenſuali auferatur, an deſtruatur eius eſſentia.*

15 *Cenſualis contractus Iure Pontificio, ſiue Regio valet cum pacto redimendi ad tempus.*

16 *Pacta omnia, quæ non ſunt contra ſubſtantiam contractus, ſed illicita vitiantur, & non vitiant contractum.*

19 *Pactum redimendi intra certum tempus ſi apponatur in contractu cenſuario, num illum vitiat.*

18 *Pactum non redimendi intra certum tempus non vitiat contractum cenſualem.*

19 *Bulla Pij V. de Cenſibus loquens explicatur.*

20 *Plures afferuntur ſententiæ circa pactum, de quo ſupra.*

21 *Pactum diſdictæ infra duos menſes in contractu cenſuali valet.*

22 *Conſignatio cedulæ bancariæ vim habet ſolutionis.*

23 *Periculum pecuniæ in banco exiſtentis cedit creditori, cui cedula fuit conſignata.*

24 *Intimatio facta pro retrouenditione, an & quando periculum transferat.*

25 *Difficultates proponuntur contra ſupradicta.*

ARGVMENTVM.

Cenſualis contractus nùm attentis Bullis, ac etiam Regiis Sanctionibus, per pactum de retrouendendo ad tempus, vel non redimendi ad certum tempus, in ſui ſubſtantia alteretur. Quæ pacta contra ſubſtantiam contractus cenſualis ſint, & quæ non. Periculum pecuniæ bancalis conſignatâ cedulâ, num ſpectet ad conſignatarium, & an cedulæ conſignatio vim ſolutionis habeat: & de aliis notabilibus.

ALLEGATIO LXXXIV.

Decretvm, quod pecunia ſtet riſico Iulij Sardi reuocandum eſſe ex infraſcriptis oſtenditur. 1

Primò quia periculum caſus fortuiti pecuniæ in banco depoſitæ ſpectat ad dominium illius, ſiue ad eum ad quem petinere debet, vti iam habentem titulum habilem ad dominium acquirendum, vt ex Ang. *in l. licet, C. loca,* & aliis probat Medic. *de caſibus fortun. part. 1. q. 11. n. 49. & part. 2. q. 10. n. 146.* facit *l. qui fortuito, C. de pignor. action.* Et 2 in

in emptione clarum eſt periculum rei emptæ ad emptorem ſpectare *l.id quod 7. ff. de peric. & comm. rei vend.l. cum inter. C. eod. l. Lucius, ff. de euict.* ita periculum pecuniæ venditori ab emptore ſolutæ, ad illum debet ſpectare, cùm non debeant in hoc bonæ fidei contractu ad imparia iudicari ex Menoch.*conſ.*136.*n.*9.*lib.*2. Itaque ſi oſtendero, quod tempore mutationis monetæ Duraſtans erat Dominus pecuniæ, vel ad eum pertinebat, conſequenter eius fuit, non autem Sardi periculum. Hoc autem demonſtrabitur tribus probatis.

3 Primum, quod validus fuit contractus emptionis annuorum introituum inter Duraſtantem, & Iulium Sardum, licèt in eo appoſitum fuerit pactum, quod non liceret Duraſtanti intra annum redimere, & quod per menſem ante teneretur denunciare.

Secundum, quod ex tali contractu traditâ cedulâ, bancaria pecunia non amplius ad Sardum emptorem, ſed Duraſtantem venditorem pertinere.

Tertium, quod non euitauit periculum; nec ſpectauit ad Sardum ob intimationem pro retrouenditione die 2. Martij factam.

Quod ad primum duo conſtituo. Primum, quod illud pactum de quo ſupra, quod intra annum non reemerentur introitus, validum eſt. Quod probatur ratione, & auctoritate.

4 Ratione, & quidem multiplici; quarum prima eſt, quia nullo iure poſitiuo reperitur hoc pactum prohibitum, quo argumento vtitur Bal. *in c.*1.*n.*8. *de feud.dat.inuicem,l.com.* Nam Bulla Papæ Nicolai V. inſerta in Pragmatica 1. de cenſibus, quæ in hoc, & Siciliæ vltra farum Regno ſeruatur, nec Pragmatica Regis Alphonſi I. quæ illam laudat, & approbat, atque nonnulla ſupplendo diſponit, minimè hoc pactum improbat, quod ſolùm ſufficit, ne dicatur prohibitum. Quare cauendum eſt à Petro de Gregor.*de cenſib.quæſt* 5.*num.*39. qui dixit in Bulla eſſe duobus in locis expreſſum, vt redimendi facultas competat quandocunque; hoc enim nullibi in Bulla legitur, ſed bis ſolùm in ea dicitur, *Inſtrumento gratiæ pro conſimili portio illa redimendi, mediante, &c.*

5 non dicitur quandocunque redimendi, vti Petr. de Greg. ſuperaddebat. Item *in c.*1. *& 2. de emption. & vend. in extrauag. quæ fuerunt conſtitutiones Martini V. & Calixti III.* licet dicatur, quod contractus hi cenſuales fiebant cum pacto de retrouendendo quandocunque, non tamen inde neceſſariò ſequitur voluiſſe, vt ſi pactum illud non ſit quandocunque, minimè valeat, vt optimè eas Pontificias leges intellexit Domin. Soto in loco infra citando, & hoc argumento vtitur Lupus *in* 2.*l.n.*70.*C. de pact.int.empt. & vend.* quam poſuit *de vſur.com.*2. §. 2. ad fundandum valere pactum, vt vſque ad certum tempus

6 tantùm liceat venditori cenſum reemere, non vltra, vt mirum ſit, quod hoc negauerit in præſenti caſu, cùm intra aliquod tempus denegatur redimendi facultas. Nec dictis obſtat Pij V. Conſtitutio, quia in Regnis Catholicæ Maieſtatis non eſt adhuc vſu recepta, ſed extitit de ea nomine Regio ſummo Pontifici ſupplicatum, qua ſupplicatione pendente non obſeruatur, vt teſtatur Roderic. *de an. reddit.lib.*1. *q.*4.*n.*28. Muta *tom.*5. *ſuper Capit. Sicil. c.*356. *in princ.* & eſt notiſſimum, &c.

7 Secunda ratio, quia hoc pactum nullam continet vſuram, ſiquidem cum vſura in mutuo committatur, tunc verò eſt quando inter datum, & receptum adeſt inæqualitas, vt plus reſtituat debitor, vel ſoluat, quam ſit ei à creditore traditum, vt poſt alios ab eo citatos, optimè explicat P. Molina *de contract. diſput.*304. At per Bullam Nicolai pro ducatis centum poſſunt emi, vſque ad decem pro centenario, dummodo pactum redimendi ſit quandocunque; quando igitur minor quantitas emitur, putà ſeptem, aut octo pro centenario, poterit aliquo modo reſtringi libertas redimendi, vt qua minor quantitas emitur, minus venditori redimendi tempus concedatur, quod omnes Theol. Doct. hanc tuentes partem tradiderunt. Dicunt enim cenſum redimibilem ideò minus valere, quam irredimibilem, quia grauamen illud, quod emptor ſibi imponit iterato vendendi, quoties venditori libuerit, pecunia eſt æſtimabile, vnde quantum de grauamine emptor alleuiatur, quia minus retrouendere tenetur, id eſt, non quandocunque, ſed poſt certum tempus, vel non poſt, facit, vt plus cenſus æſtimetur velut minori cum grauamine venditus. Ideò quando iuſtum pretium ſoluitur habito reſpectu ad illud imminutum grauamen, cum vtraque ex parte adſit æqualitas, nulla erit vſura, vti optimè inter cæteros Soto, loco citando explicauit.

Tertiò, hoc amplius confirmatur ex ratione, 8
quam communiter omnes infraſcripti tradiderunt, videlicet. Si licet emere iuſto pretio cenſum omnino irredimibilem, & cenſum ſemper redimibilem, cur non licitum erit emere cenſum pro aliquo tempore irredimibilem modo ea pro tempore denegata redimendi facultas iuſto pretio compenſetur. Vt quò longius ſit tempus, quo redimere non licet, maius etiam ſit pretium, eò minus quo breuius eſt tempus. Addit Leſſius *in fine dub.*9.*num.* 54. *lib.* 2. *cap.*21.*de Iuſtit. & Iure* hæc verba *Quod ſi tempus quo non poſſit redimi ſit paucorum annorum, hoc onus plerumque eſt parui momenti*: hæc Leſſius. Quid dixiſſet in caſu noſtro, vbi tantùm reſtrictio illa eſt vnius anni, & tamen ex decem pro centenario quæ emere potuiſſet emit ſolùm octo minus quarta ducati parte, vt longè minus emerit, quam paruum illud grauamen importet.

Hinc mirum eſt, quam fragili ratione mouentur, qui hoc eſſe pactum vſurarium contendunt, nempe, quia emptor annui redditus pro tempore quo cenſus redimi non poſſet, certus eſt de lucro pro eo tempore, vt Couar. *lib.* 3. *cap.* 8. *ſub num.* 8. & qui illum ſequuti Lup. *d.comm.* 2. *de vſur.* §. 2. *ſub num.*69. Roderic. *de ann. redd. lib.*2. *quæſt.*24. *ſub num.*14.

Ea inquã ratio nullius eſt momenti. Non enim ex 9
eo vſurariũ eſt pactum, quia certus eſt emptor de lucro, alioquin etiã quando perpetuus, & irredimibilis ob lucri certitudinem, etiam vſura committeretur, quod eſt contra omniũ placita *in c.in Ciuitate, de vſur.* licèt poſt plurium annorum perceptionem ſi cenſum venderet, eſſet idem, qui perſoluit pretiũ conſequuturus, vt optimè aduertit Nicol.Eueraг.*conſ.*150.*carta mihi* 403. *verſ. ego verò*, videndus citans Caſtr. *conſ.*19. aliàs 12. *incip. præſens dubium videtur determinari, lib.*2. Vera igitur vſuræ ratio non eſt in certitudine perceptionis, pro aliquo tempore, ſed in inæqualitate dati, & accepti, vt dictum eſt, quare cum erit inter vtrumque æqualitas, quia pretium erit commenſuratum redditui empto, cum ea reſtricta facultate, nulla tunc erit vſura.

Auctoritate etiam multorum hæc fundatur concluſio, videlicet Theologorum, & Iuriſtarum.

Ex Theologis quidem in puncto in hoc cenſuali contractu eam tenent. Gabr.*in* 4.*diſt.*15 *q.*12. *art.* 3. *dub.*4. Maiorin. *eod. lib. & quæſt. diſt.*43. Quos citat Azor. *part.*1 30.*lib.*10 *c.* 17. *quæſt.*5. Medina *to.*2.*tit. de rebus per vſuram acquiſitis, quæſt.* 15. quæ eſt de cenſu redimibili, §. *& quidem f.*344. Conrad. *de contract. q.*83.*concl.*8.*in* 2.*modo videndus.* Dominic. *Soto de iuſt. & iur.lib.*6.*q.*5. *art.*3. *concl.*3. omninò videndus.

dus. P.Molina *de contract diſp.391. clauſ.9.* ſpecificè, & punctualiter in locis vbi Bulla Pij V. recepta non eſt, ea ratione, quia nulla adeſtinæ qualitas, rogo legatur.

P.Leſſius *de inſt. & iur. lib.2.c.22. de cenſib. dubitat.9. n.13.* vbi optimè ait paucorum annorum reſtrictionem non eſſe curandam.

10 Et iſtis Theologis numero, & auctoritate grauiſſimis in hac materia, quæ Theologica eſt, peccatũ, & vſurariam labem concernens potius credendum eſt, quam cæteris, adeò, vt non modice mirandũ eſt de Couarruuias viro alioquin doctiſſimo, qui poſthabitá tot Theologorum, & Iuriſconſultorum auctoritate, quod damnatá memoriæ Pariſienſi Doctori adhæſerit, de quo ait Lupus de vſur. *com.2.§.2.ſub n.62.* quod in hac materia fuit vſus noua, ſed falſa doctrina abſque Pontificiis Conſtitutionibus plura docens, vnde de eo plura locutione ita ſubdit: *Vnde non mirum videri debet ſi ipſi (Pariſienſis) à legibus, & à vera doctrina, tanquam à ſcopo interdum aberrantes, quo plura circa hoc ſcripſerint, eo magis intricauerint, & prolixius tanquam fide errauerint, & prout extra viam ambulantibus euenire ſolet.* Hæc Lupus.

11 Ex Iuriſtis etiam eandem amplectuntur ſententiam Gloſ. verbo *amiſſa*, & Doct. *in l.fin. C.de pact.pignor.* vbi expreſsè Io.Fab. *verſic.non valet*, & ibi Petr. & Cyn.Bal. *in c.1. de feudo dato invicem legis comm. vlt.col.n.8.* Quia nulla lege hoc eſt prohibitum, & *conſ.487.lib.1.* Ial. *conſ.153.col.3.verſ.3.* ad idem *li.4.* Crauet. *conſ.156.n.5.* Decian. *cõſ.2.n.131 li.1.* Tiraq. qui multos citat de retract. *lib.2.§.1.gloſ.2. à n.69.* & propriè *ſub n.72.* vbi in fine de communi teſtatur ſententia, ſentit Nauarr. *in c.ſi fœneraueris, ſub n.78. verſ.5.* quod potuit in contract. *de vſur.* Rot. Romana quæ ita decidit apud Moheda. *deciſ.157* quæ eſt *deciſ.3. de empt. & vend.* cuius in dubio præcipue in hac materia maxima eſt auctoritas. Bero. *in c.ad noſtrum, n.;4. de emption. & vend.* Angel. & Alex. *n.7. in l.qui Roma, in princ. ff. de verb. oblig.* Caldas *in l.ſi curatorem, verſ. ſua facilitate, ſub n.61.*

Et ex his punctualiter quando iuſtum eſt pretium in annuo cenſu docuit Felician. *de cenſib. lib.1.c.7. n.11.* vbi paulò ante alios Theologos vltra citatos huius ſententiæ Auctores refert. Idem latè conſuluit Nicol.Euerard. *conſ.150.in princ.* vbi pluribus rationibus illud confirmat, & inter cæteras, in tertia ratione dicit hoc ſatis præſumi ex qualitate contrahentium, quando (prout in caſu noſtro) ſunt viri bonæ conſcientiæ, & opinionis, à quibus omnis propterea abeſt ſuſpicio vſurarum, ad text. *in c.miſi*, vbi Abb. *de preb.cap.demenſa, vbi gloſ.37.diſtinct.*

Ex quibus patet non rectè ſenſiſſe nonnullos ex Iuriſtis, qui in materia hac peccati ſupra Theologos, ad quos ſpectat ſibi ſapere autumantes contrarium tradiderunt.

Probatum eſt igitur reſpectu primi, hoc pactum minime improbatum à Iure ſed validum eſſe.

Secundum quod conſtituo eſt, Quod licèt hoc pactum eſſet inualidum, non tamen vitiaret totum contractum, ſed ipſum ſolum vitiaretur, quod ſimiliter probatur ratione, & auctoritate.

12 Prima ratio eſt quia omnes fere Doctores, qui tenent ob aliquod pactum illicitum in contractu cenſus appoſitum, totum contractum vitiari, de iis pactis loquuntur, quæ ſunt cõntra ſubſtantiam contractus cenſualis, non autem de cæteris, vt videri poteſt apud Felician. de cẽſib. *li.1.c.10.à n.22.ad 30.* Roderic. *de añ.reddit.lib.2.q.1.per totum*, & propriè *ſub n.25.* Cenc. *de cenſib.part.2.c.1.q.2.art.1.num.11.* Guttier. *pract.quæſt.lib.2.cap.176.ſub num.;.verſ.5. & n.5.* Scacc. *de commer. & camb.§.1.q.7.par.2.ampliat.20.n.14.* vbi optimam rationem aſſignat, quia hæc pacta contra ſubſtantiam contractus tollunt
conſenſum contrahentium. Cætera autem quæ non 13
ſunt contra ſubſtantiam non vitiare contractum; ſed ipſa vitiari prædicti, & alij docuerunt, vt omnes citati à Graſſ. *de except.c.28.n.62.* infra citandi; quia hæc pacta contra ſubſtantiam contractus tollunt conſenſum contrahentium. At pactum de quo agimus minimè eſt contra ſubſtãtiam contractus. Quod patet ſiquidem ſubſtantia contractus, ſeu eius natura philoſophicè ſumpta in contractu cenſus, vel conſideratur ſumendo hunc contractum, prout fuit à principio in eſſe conſtitutum, & inter gentes practicatum, vel prout Pontificiis, aut Regiis conſtitutionibus ſtabilitum, vti diſtinxit Leſſ. *de iuſt. & iur. lib.2.c.22. dub.12.* Quare pactum dici contra ſubſtantiam contractus poteſt intelligi, vel contra ſubſtantiam contractus cenſualis in ſe ex ſui natura, vel contra conſtitutiones. At neutro modo hoc pactum eſſe contra ſubſtantiam contractus rectè dicitur.

Primò non eſt contra ſubſtantiam contractus in re 14
conſiderati. Subſtantia enim cõtractus cenſualis eſt, qua poſita ponitur contractus, quáve remota ille deſtruitur, vt Doctor. locis citatis exponunt, ſignanter Guttier. *loco cit.* Surd. *conſ.318.n.27. & conſ.249. n.19.* ſicuti in contractu emptionis res, & pretium, atque conſenſus contrahentium; nam ſi horum aliquod tollatur, non erit emptio. At ſi in contractu cenſus tollatur redimendi facultas, erit etiam contractus cenſualis, quia cenſus perpetuus abſque redimendi facultate naturaliter non implicat, quin poſſit conſtitui ſeu conſignari, nec aliquid in contrarium repugnat, vt communem dicit ex Soto Nauar. & Couar. *var.li.2.c.7.* Bebeil. *de oblig.inſt.par.2. lib.3.q.2.n.2.* Felician. de cenſibus *lib.1.cap.7.n.4.* ſic etiam non repugnat, vt aliquo tempore ſit irredimibilis, nec eo minus annuus cenſus redimibilis dicetur, licèt aliquo tempore redimi non poſſit, vt ex ſe patet, manet enim cenſus ſubſtantia, vt ſuper re aliqua immobili quantitatis annuæ percipiendæ ius alienetur, quod etiam conſiderant Leſſius, Soto, & Molina in locis in præcedenti articulo citatis.

Secundò neque eſt contra ſubſtantiam contractus 15
hoc pactum, conſiderando contractum cenſus iuris ſiue Pontificij ſiue Regij conditionibus aliquibus conſtitutum. Nam vt etiam in præcedenti articulo probatum fuit, nullo iure cauetur, vt redimendi facultas omni tempore competat venditori, non enim hoc legitur *in c.1. & 2. de empt. & vend. in extrauag. in quibus ſolùm contractus cenſus recitatur*, prout fieri conſuluit, vt aduertit Couar. contrariæ ſententiæ aſſertor *variar.li.2.c.7.ſub n.6.verſ.* non obſtant. Quinimò, in ipſa Pij V. Bulla quàm ſtrictiſſima, eſt Conſtitutio in hac cenſuum materia pacta, quæ facit liberam redimẽdi facultatem, contractus reiiciuntur his verbis, *non obſtantibus, aliquibus pactis directè aut indirectè talem facultatem auferentibus, quibuſcunque verbis, aut clauſulis concepta ſint.* Vnde reiicit pacta hæc, nec contractus vitiatur, ſignum eſt ſubſtantialia non eſſe.

Igitur cum ex dictis hoc pactum minimè ſit con- 16
tra ſubſtantiam contractus cenſualis, quatenus cõcederetur eſſe illicitam, non vitiaret contractum, ſed vitiantur, ſicut generaliter in pactis, quæ non ſunt contra ſubſtantiam contractus, ſed alias illicita tradiderũt Felician. Roder. Cenc. locis citatis, & vlterius hoc idem docẽs Petr. de Greg. *de cenſ.q.7.* Intrigliol. *de cenſib.q.8.* Craſſ. *de except.c.28.n.62.* Foller. *de cenſ. ver.nil vltra percipiatur, n.4. & 15.* bene Hõd. *conſ.17. n.15.li.2.* D.Rouit. *ſuper Pragm.1.de cenſib.n.14.* vbi ita ait iudicatũ Gratian. Diſcept. Forẽſ. *li.1.c.14.n.25.*

Scaccia de Camb. §. 1. *quaſt. 7. part. 2. ampliat. 20. à num. 9. 14. & 17.* Guttier. *pract. quaſt. lib. 2. cap. 176. ſub num. 3. & 5.* & hoc text. *in leg. eos, §. ſi quis. C. de vſur. leg. placuit, & leg. pecunia, ff. eod.* vbi quod eſt ſupra illegitimum modum in vſuris ſtipulatum, id tantùm & non totus contractus vitiatur. Quia in ſeparabilibus vtile per inutile non vitiatur *cap. vtile, de reg. iur. in 6. lib. 1. §. Trebarius, ff. de aq. quot. & aſtiu. l. ſi ex falſi, C. de tranſact.*

17 Secunda ratio ſicut pactum, quod intra certum tempus, & non vltra redimi poſſit non vitiat totum contractum, ſed ipſum vitiatur, quia non eſt contra illius ſubſtantiam, vt eſt fere omnium communis ſententia, quod patet non ſolùm ex Leſſio Molina, & aliis citatis in primo puncto, ac tenent Couar. *var. lib. 3. cap. 8. ſub n. 8.* vbi ita Granatæ deciſum teſtatur Felician. *lib. 1. cap. 7. n. 11.* Roderic. *lib. 2. q. 1. n. 14.* Matienſ. *lib. 1. tom. 15. lib. 5. gloſ. 5. num. 6. & 7.* Lupus de vſur. *com. 2. §. 2. ſub n. 69. verſ.*

18 *ſimiliter.* Ita e contra erit in hoc pacto vt intra certum tempus non liceat redimere, poſteà autem liceat, non enim aduerſitatis ratio poteſt aſſignari, nam quam tradere conantur Couarr. & ſequaces, quod in hoc ſecundo maior ſit vſuræ ſuſpicio, atque iniquitatis, & auaritiæ, quod Lupus, & Roderic. dixerunt, nulla eſt, ac nihil concludit, gratis enim hoc confingitur, nec video quomodo id obligant: nam ſi verum amamus, maior videtur vel vſuræ, vel auaritiæ indicium voluntas cenſum perpetuandi, quam limitato tantùm tempore ſtabiliendi. Rectè igitur argumentum concludit, quia ſi ea tantùm pacta vitiant, quæ ſunt contra ſubſtantiam contractus, ſi limitatio temporis in pacto de retrouendendo eſſet contra ſubſtantiam contractus cenſualis, ſemper illum vitiaret totum, ſiue appoſita ſecundùm primum modum, nempe ne poſt aliquod tempus liceat redimere, ſiue iuxta ſecundum, vt intra aliquod tempus non liceat; nam cum vtroque caſu facultatẽ reſtringat redimendi, licèt varietur modus; ſemper tamen contra ſubſtantiam contractus fieri diceretur. Ergo ſi ſecundum primum modum non vitiatur contractus; ſed pactum, quia vere non eſt contra ſubſtantiam contractus, ergo nec ſecundo modo totius contractus vitium inducetur, quam æquiparantiam cõſiderauit Leſſius. Auctoritate hæc item probatur ſententia, & quidem multiplici.

19 Prima eſt Pij V. in Bulla prædicta, vt vidimus, vbi in verbis ſupradictis pactionem reiicit, contractum, non improbat, quod non feciſſet ſi contra eius ſubſtantiam hoc pactum cognouiſſet. Et licèt illa conſtitutio Pontificia hic minime pro lege ſeruetur, multùm tamen auctoritatis habet in hac materia, quia ſi illa vti omnium ſtrictiſſima, noluit tamen ex pactis facultatem redimendi coarctantibus totum contractum vitiari, multo minus antecelſores Pontifices ſignanter Nicolaum V. id voluiſſe fatendum erit, qui benigniùs, ac latiùs, quàm Pius in hac materia diſpoſuit.

20 Secunda eſt Doctorum, qui dixerunt generaliter pactum illicitum, vel vſurarium in contractu appoſitum vitiari, non autem contractum vitiare, qui quidem multi ſunt, vt citantur, & ſequuntur a Surdo *conſ. 327. num. 18. lib. 3.* Gaill. *obſeruat. lib. 2. c. 4. & 5.*

Tertia eſt eorum qui ſpecialem dixerunt pactum reprobum, vel vſurarium in contractu cenſus appoſitum vitiari, & non vitiatur, vt ſunt omnes ſupra citati Graſſ. Grat. Gutt. Scaccia, Rouit. & alij, & Corſet. apud Caſtill. *dec. Sicil. 51. num. 26.* & Milanenſ. *dec. 1. num. 30. lib. 2.* And. Gail. *obſer. 88. n. 12. lib. 1. & obſer. 4. num. 6. lib. 2. & obſ. 9. num. 5. eod. lib.* dicens ita iudicatum in Cam. Imper. Rodoan. *de reb. Eccleſ. non alien. q. 58. num. 42.* Fontanel. qui ipſum allegat *de pact. nupt. clauſ. 4 gloſ. 11. num. 5.*

Quarta ne deſint punctuales Doctor. ſunt etiam qui ita in indiuiduo in hoc pacto docuerunt, ſunt autem Euerard. *d. conſil. 150. verſ. quarto poſt to,* vbi multa ad hoc citat iura, & exempla ex illis deprompta *§. ſignificante, de pign. l. 1. C. de pact. pignor. l. cum allegas. C. de vſur. l. Iulianus, §. Papinianus, ff. de act. empt. l. 1. §. ſi conuenianur, ff. depoſ.* & ſequitur Muta ſuper Prag. & Bul. *num. 495. tom. 5. capit. Sicil.* & punctualiter poſt Foller. Rouit. *in Prag. 1. de cenſ. num. 2.* citat Campeg. & Io. Vinc. de An. *alleg. 11. n. 20.* vbi ita iudicatum in S. C. refert & Auandagn. *de cenſib. c. 101. num. 4.*

Ex quibus patet nihil etiam obſtare aliud pactum in inſtrumento appoſitum, vt venditor teneatur per duos menſes ante retrouenditionem venditori denunciare. Quia hoc pactum naturæ contractui non repugnat, immò hoc ſpecialiter Pius V. in ſua conſtitutione id ordinauit, quod & probauit Azor. *p. 3. lib. 10. c. 18.* Leſſ. *de iuſt. & iur. lib. 2. c. 22. dubitat. 12. ſub num. 93.* Surd. *conſ. 281. lib. 2.* punctualiter Feder. Martin. *de iure cenſus, c. 6. num. 381.* qui ait hoc valere pactum, & Cenc. *de cenſib. p. 3. c. 1. q. 3. art. 1. n. 18. & 19.* 21

Quoad ſecundum poſita ex iam dictis validitate contractus, quod pecunia in banco exiſtens non amplius ad emptorem, ſed ad venditorem cenſus ſpectauit, eſt clariſſimum, ſiquidem fuit ab ab emtore venditori conſignata cedula bancaria, vt in inſtrumento dicitur, quæ conſignatio habet vim veræ ſolutionis numeratæ pecuniæ, prout Pontificis conſtitutiones requirunt, vt in hac cenſuum materia docent Rou. *in prag. 1. de cenſ. ſub num. 8. in in nouiſſimè impreſſis* Gratian. *diſcept. forenſ. tom. 2. c. 387. n. 46.* Cenc. *de cenſ. p. 2. c. 1. q. 1. artic. 7. num. 14.* Scaccia *de cam. §. 1. q. 1. num. 235.* & *§. 2. gloſ. 5. num. 64.* qui pluries ita per Sacram Rotam deciſum referunt ex doctrina Bartol. *in leg. ſi ſolutam, ff. de ſolution.* & hoc magis in caſu noſtro, quia illa pecunia duc. 7500. fuit deſcripta in creditum Duraſtantis, vt ex bilancio *fol. 18. & 19.* & dicitur in apoca Duraſtantis *fol. 2.* 22

Sicut igitur poſtquam ab emptore venditori numerata eſt pecunia, emptoris efficitur, & periculum ipſius ad eum vti dominum ſpectat, ita quando data eſt venditori Cedula bancaria, quia ad eum pecunia exiſtens in banco pertinere incipit, & periculum ipſius ad illum etiam pertinebit, ad not. *in l. acceptam. C. de vſur.* 23

Quoad tertium, intimatio facta retrouenditione die 2. Martij 1622. non tranſtulit pecuniam, ſeu eius periculum in Sardum, eo quia retrouendere, tunc minime tenebatur ex pluribus. Primò quia aderat pactum, quod ante annum non redimeretur, quod validum eſſe ſupra probatum eſt, quod annus non erat elapſus. Secundò quia non erat denunciatum per duos menſes ante, vti erat conuentum, & hoc validè, vt ſupra dictum fuerat. Tertiò quia tempore intimationis erat iam publicata Reg. Prag. nouæ monetæ, quæ die prædicto 2. Martij 1622. hora... publicari cœpit, vndè moneta bancaria non erat apta retrouenditionibus faciendis, erat enim tertium ſuſpenſum, & inutile, & duo tertia, nec ad libitum poterant expendi, adeò, vt non cogitur retrouendere emptor ſi integrum pretium ſoluatur de moneta duorum tertiorum, multò minus de tertio ſuſpenſo, quia emptor cenſus pro retrouenditione reprobos nummos recipere non cogitur, *l. eleganter 24. §. qui reprobos, ff. de pign. action.* 24

Quartò

Quartò etiam ſi intimatio facta eſſet ante publicationem Pragmaticæ neque Iulius emptor periculum depoſitæ pecuniæ debet ſentire, obſtant enim nonnulla.

25 Primò decretum Conſ. de Georgio, quod pecunia ſtet eius riſico. Quod fuit Duraſtanti perſonaliter intimatum die 11. Martij 1622. *fol.* 1. qui nedum quicquam replicauit, & ſic quoad ipſum fecit tranſitum in rem Iudicatam; Sed acceptauit renunciando ſupplicationi ad eius inſtantiam obtentæ 7. Iun. 1622. *fol.* 9. vnde non potuit amplius reclamare ad tex. *in tale pactum C. de re iud. in l. tale pactum* 40. §. 1. *ff. de pact.*

Secundò quia ipſe Duraſtans non ſemel, ſed pluries de ea pecunia ducatorum 7521. diſpoſuit, & primò deductis 421. libris de quibus ſcripſerat apocam die 2. Martij, ſoluendis Iulio Sardo inſtante Duraſtante *fol.* 9. per decretum die 27. Iul. 1622. fuerunt eidem Duraſtanti liberati *fol.* 15. 2. de aliis duc. 620. ſoluendis Fabritio Melucci eius creditori ex depoſito 8. Martij 1623. *fol.* 25. de quibus recepit Frabritius duc. 35 m. *fol.* 35. & ceſſit iura dicto Sardi *fol.* 25. *art.* 26.

Tertiò de aliis duc. 418. ſimiliter ſoluendis dicto Fabritio ſub die 2. Iul. 1622. ex depoſito *fol.* 26. Vnde ſtantibus prædictis diſpoſitionibus cenſetur receſſum à depoſito facto, & ſic nihil retrouenditio operatur, vt voluit Bal. *in l. acceptam, num.* 5. *verſ. ſi autem. C. de vſur.* vbi eſt tex. *in l. ſed reuocata, ff. de iur. fiſc.* voluit debitorem, qui de pecunia depoſita diſpoſuit prima actione remanere obligatum, & depoſitum pro non facto haberi. Nam vt obligetur emptor integrum debet eſſe depoſitum non diminutum, Foller. *de cenſib. verſ. Inſtrumentum gratia, num.* 49. Lupus de vſur. §. 2. *num.* 104. *com.* 2. & alij multi apud Cenc. *p.* 3. *cap.* 1. *quæſt.* 3. *art.* 9. *num.* 38.

Ex his omnibus patet illud, quod à principio aſſumebam, nempe quod eo tempore, quo fuit publicata Regia Pragmatica mutationis monetæ, dominium huius pecuniæ erat apud Duraſtantem. Omnia enim requiſita aderant, titulus validus ex deductis in 1. art. traditio per cedulam bancariam ex deductis in 2. art. & non ſucceſſit retrouenditio, nec obligatio illam faciendi ex dictis in 3. art. Hinc ſequitur periculum illius pecuniæ ad Duraſtantem dominum ſpectare *l. acceptam*, vbi Bar. *in in fin. C. de vſur.* Cagnol. *in l.* 2. *à num.* 111. *C. de pact. inter emptor. & vend.* Dec. *conſ.* 543. *in fin.* Tiraq. *de de retr. conuention.* §. 4. *gloſ.* 6. *num.* 34. Lupus *de vſur. com.* 2. §. 4. *num.* 13.

Ex quibus patet decretum S. C. eſſe reuocandum, quod ſapientiſſimis Iudicibus Regiis Conſiliariis ſupplicaut Sards Emptor.

Io. Camillus Cacacius. V. I. D.

SVMMARIVM.

1 *Controuerſia de qua agitur, proponitur.*

2 *Conſiliarij Iulij Maſtrilli Fiſcalis M. C. V. octo argumenta proponuntur pro ſua præcedentia fundanda contra fiſcalem R. C. Summaria, vſque ad num.* 12.

13 *Argumenta, & motiua pro præcedentia illius Doctiſſimi viri nunquam ſatis laudati Ioannis Camilli Cacacij pro ſua præcedentia adducuntur.*

14 *Primonominatus præfertur cæteris.*

15 *Dignitatis maioritas arguitur ex ordine Scripturæ.*

16 *Tribunal Regiæ Cameræ dignius eſt Tribunali M. C. V. vſque ad num.* 17.

18 *Fiſcalis Regij Patrimonij, cuius ſit prærogatiua, vſque ad num.* 19.

20 *Maioritas arguitur ex maiori adminiſtratione, vſque ad num.* 23.

24 *Maioritas arguitur ex perſonis ſubiectis, vſque ad num.* 29.

30 *Fiſcalis Patrimonij qualiter adminiſtratio conſideretur.*

31 *Maioritas arguitur ex maiori labore, vſque ad num.* 32.

33 *Maioritas arguitur ex maiori fine, vſque ad num.* 50.

51 *Maioritas arguitur ex neceſſitate Officij, vſque ad num.* 53.

54 *Maioritas arguitur ex abſurdo vitando, quod in præſenti qualiter applicetur, vſque ad num.* 57.

58 *Stipendij maior ſumma præcedentiam fundat regulariter.*

59 *Officialis primo loco creatus quando, & qualiter præcedat alios, & quid ſi ſint diuerſi ordinis, vſque ad num.* 64.

65 *Priuilegia ſtrictè interpretanda ſunt, quando agitur de præiudicio tertij.*

66 *Priuilegia vni conceſſa non cenſentur conceſſa alia ab eo ſeparata, vſque ad num.* 69.

70 *Salarij augmentum Officialibus noſtrorum Tribunalium per ſolum Regem fieri poteſt, cum pluribus adducitur, vſque ad finem.*

ARGVMENTVM.

Aduocatus fiſcalis Regiæ Cameræ Ş. cum Aduocato fiſcali Magnæ Curiæ inſimul in Collaterali Conſilio, vel alibi conueniunt, vter eorum præcedere debeat: & de pluribus notabilibus ad materiam pertinentibus.

ALLEGATIO LXXXV.

INter Io. Camillum Cacacium Regij Patrimonij Aduocatum in Regia Camera Summariæ, & Iulium Maſtrillum Fiſci Patronum in M. C. V. orta eſt controuerſia, quis eorum alterum præcedere debeat, cùm ſeiuncti ab eorum Tribunalibus inuicem occurrunt, ſiue in Collaterali Conſilio, ſiue alibi. 1

Iulius quidem Maſtrillus potiorem ſibi locum deberi ex infraſcriptis, vt audio, contendit. 2

3 Primò, quia multo ante tempore ipſe fuit Fiſci Patronus in M. C. quàm Cacacius in Reg. Cam. Sum. & prior ad officium electus, quòd eiuſdem eſt qualitatis debet alterum præcedere, *l. 1. & 2. ff. de albo ſcrib. l. 1. C. de Conſul. lib. 10.* D. de Franch. *deciſ. 144. num. 2. par. 1.* Officia autem ſunt eiuſdem qualitatis, vterque enim eſt Fiſci Patronus, ad tex. *in l. binos, C. de Aduoc. diuerſ. Iud.*

4 Secundò, quia etiam multo tempore Regi ſeruiuit, cùm per plures annos Iudex fuit in eadem M. C. V. aliaque geſſerit officia; Cacacius autem tantùm fuerit Aduocatus, nullúmque antea officium geſſerit, ad dicta per D. de Franch. *d. deciſ. 144. num. 2.* D. Reg. Tapia *deciſ. 21. Supremi Conſilij, ſub num. 3. verſ. tertius caſus.*

5 Tertiò, quia ipſe Maſtrillus vti Fiſcalis Magnæ Curiæ Vicariæ habet prærogatiuam Regij Conſiliarij tam reſpectu Miſſæ, quæ in S. C. celebratur, quando ipſe cum aliis duobus Conſiliariis in Capella S. C. adeſt, ſicut celebrari ſolet, quando tres adſunt Conſiliarij, adeò quod in hoc ipſe reputatur vti vnus ex Conſiliarijs, vt ait D. Reg. Rouit. *in*
6 *pragm. 6. de Commiſſ. num. 6.* Quam etiam reſpectu ſalarij in quo tractatur vti vnus ex Regiis Conſiliariis, vt idem D. Rouit. *vbi ſupra.* Et hoc etiam reſpectu augmenti ſalarij facti per Regem annuor. duc. 400. Regiis Conſiliarijs, quia etiam per Collaterale Conſilium auctum fuit Fiſci Patrono criminali, vt teſtatur Thoro *in 2. parte compend. dec. verbo, ſalarium. fol. 621.* Vnde velut de corpore S. C. debet præcedere alium qui tantùm eſt de corpore R. C.

7 Quartò, quia in Regno Siciliæ Fiſci Patronus M. R. C. præcedit Fiſci Aduocatum Patrimonialem, vt teſtatur alter Maſtrillus eius Gentilis *in tract. de Magiſter. tom. 2. lib. 5. cap. 8. num. 69.*

8 Quintò, ex *Caſſaneo in Catalogo Gloriæ Mundi, part. 7. conſid. 45.* vbi voluit, quod licet Aduocati in Camera compntorum ſint, vt alij Aduocati Fiſcales priuilegiati, ex Platea *in l. fin. C. de decurion. lib. 10.* tamen (verbis eius vtor) extra locum ſuæ præfecturæ quæſtiorianæ non debent præcedere Aduocatos Fiſcales Præſidatuum: Sic Aduocatus Fiſci Patrimonialis extra Regiam Cameram alium non debet præcedere Fiſci Patronum criminum.

9 Sextò, dicit hoc eſſe Iudicatum teſte Surgentio *in tract. de Nap. Illuſt. cap. 14 fol. 118.* vbi loquens de ordine ſolemnis æquitatus poſt Proregem, dicit: *Hos ſubſequuntur Iudices Vicariæ Criminales, & Ciuiles Aduocati Fiſcales M. C. V. & R. C. S. quorum qui prius in id munus aſſumptus eſt in omnibus locis præcedere debere iudicatum eſt:* hæc ſunt verba Surgentis, cui in hoc videtur credendum, & cuius teſtimonio hanc controuerſiam finitam eſſe con-
10 tendit. Accedit nouiſſimè teſtimonium Io. Dominici Taſſonis Iudicis M. C. V. in ciuilibus, qui in erudito eius opere quod ad *rubr. & pragm. 1. de antefato, inſcripſit ſub titulo Obſeruationes Iuriſdictionales, verſ. tertio, obſeru. 3. ſub num. 214.* ait, quod ita hodie obſeruatur, quod præcedit ille, qui prius ad officium eſt electus.

11 Septimò, quia cum antea vnus eſſet Patrimonij, & Criminum Fiſci Patronus, cùm adminiſtratio hæc in duos eſſet diuidenda, tempore quo vtrumque munus Antonius Orificius exercebat, data ſibi optione elegit patrocinari in M. C. aduerſus crimina vti in rem digniorem, vti atteſtatur Mutius Surgentius in *addit. ad Marcum Antonium fratrem, in tract. de Neap. Illuſt. fol. 446. circa finem,* & refert Taſſonus, *vbi ſupra.*

12 Vltimò (vt audio) dicit ita ſeruari ex quadam fide quondam Io. de Caſtro Regij Porterij in Collaterali.

Quibus tamen minimè obſtantibus omni iure 13
contendit Cacacius ſibi vti Fiſci Patrono in Reg. Cam. Sum. primum locum deberi, etiam cum à ſuo Tribunali ſeiunctim reperitur. Quod breuiter ſeptem modis oſtenditur. Primò ex Regalis ſcripturæ ordine. Secundo, ex dignitate Tribunalis. Tertio, ex maiori adminiſtratione. Quarto ex maiori labore. Quinto, ex nobiliori fine. Sexto, ex neceſſitate officij. Septimo, ex abſurdo vitando. Fun- 14
dabo breuiter cuncta.

Primò ſiquidem ex regalis ſcripturæ ordine, quando in Regiis diſpoſitionibus contingit vtrumque Fiſcalem nominari, primò nominatur Patrimonialis quàm fiſcalis criminum; quod verum eſt non ſolum quando cum Tribunali nominatur, vt *in Pragmat. 13. de Official.* vbi priùs nominatur Regia Camera, & cum ea eius Fiſci Patrimonialis Patronus: deinde Magna Curia, eiuſque Fiſcalis; ſed etiam quando ſemotim nominantur, vt ipſemet Rex in litteris 25. Aprilis anni 1560. inſertis in Prag. 2. de officiis ad Reg. Collat. vbi ita ait Rex inter officia ſibi ad conferendum reſeruata, *Los officios de Abogado Fiſcal aſſi Patrimonial, como de las cauſas criminales.* Ecce primò ponit Patrimonialem, quod euidentiſſimè arguit, quod tam cum Tribunali coniunctim, quam ſeiunctim Fiſcalem criminum debet præcedere.

Nam ex ordine ſcripturæ maioritas colligitur, 15
vt maior ille dicatur & conſequenter præferendus, qui primò eſt à Principe nominatus ex lariſſimè in propria materia allegatis per Franch. *deciſ. 158. num. 1.* Fab. de Anna *conſ. 40. num. 12.* Maſtrill. *de Magiſtr. tom. 2. lib. 4. cap. 14. num. 48. & lib. 5. cap. 4. num. 24.* Menoch. *conſ. 51. num. 35.* copiosè D. Regens Valenz. qui omnes cumulat *conſ. 1. num. 67.* poſt Bened. *in cap. Raynutius, in verſ. teſtamentum, il ſecondo, num. 17. de teſtam* eſt tex. *cum gloſ. in l. qui ſoluendo, ff. de hæred. inſtit glo. verb. prædicatorum,* & ibi DD. *in cap. quorundam, de electione in 6.* Quæ concluſio adeo eſt recepta, vt ex ea ſola hic articulus poſſet decidi.

Secundo, ex dignitate Tribunalis hoc fundatur 16
aſſumptum; duo enim ſunt veriſſima. Primum, quod Tribunal Regiæ Cameræ præcedit Tribunal M. C. V. Secundum, quod Aduocatus Regij Patrimonij quando incedit cum ſuo Tribunali præcedit Fiſcalem M. C. V. cum ſuo Tribunali incedentem, ea ratione, quia eſt pars ſui tribunalis, quod maius eſt, vt per D. de Pont. *in tract. de poteſt. Proreg. tit. 3. de elect. offic. §. 8. n. 36.* Hæc ratio militat tam quando incedit coniunctim cum ſuo Tribunali, quam quando incedit diuiſim, ſemper enim pars eſt ſui Tribunalis, & vti talis reputatur; ideò ſicut coniunctus præcedit, ita ſeiunctus.

Patet iſtud duplici ratione. Prima & palpabili, 17
quia in cæteris paribus hoc videmus, nempe in capitibus, nam etiam ſine Tribunalibus Locumtenens Regiæ Cameræ præcedit Regentem M. C. V. & Præſidentes illius Iudices iſtius, cur non idem eſſe debeat in Fiſcalibus, qui & ipſi ſuorum Tribunalium partes ſunt, & vnus inter Præſidentes Regiæ Cameræ ſedet, alter Iudices M. C. V. ad dicta per Garſ. *de nobil. gloſ. 3. num. 10.* Si enim omnes partes ſunt Tribunalium, cur in partibus inferioribus diuerſum ius ſtatuendum eſt, quam in ſuperioribus partibus, & mediis ſit ſtatutum, cùm non debeat eadem res diuerſo iure cenſeri, *leg. eum qui, ff. de vſucap.*

Secundò, ratione hoc oſtenditur incontiuncibili; 18
nam

nam Fiſcalis R. C.S. etiam quando à ſuo Tribunali eſt ſeiunctus habet prærogatiuas aliis Præſidentibus ſtatutas, ſcilicet Togæ Porterij, Seſſionis, & ſimilium, quod non alia ratione eſſe poteſt, niſi quia eſt de Tribunali Regiæ Cameræ, & ita appellatur quando ſalutatur, tractatur, honoratur. Si igitur etiam ſeiunctus vti pars illius Tribunalis tractatur, cur nõn idem eſſe debebit etiam reſpectu ordinis præcedendi? Certè rationem non video diuerſitatis. Pars etiam eſt eiuſdem naturæ, ſicut eſt totum, *l. quæ de tota 75. ff. de rei vend. l. Lucius, vbi gloſ. ff. de fundo inſtructo, l. grege, & ſeq.* vbi DD. *ff. de leg. 1.* cum aliis per Decian. *conſ. 22. num.* 10. *lib.* 1. & per Maynet. *in l. in toto, num. 29. ff. de reg. iur.*

19 Et denique regulare eſt, quod inter plures eiuſdem dignitatis, & nominis præferuntur illi, qui eam obtinent in maiori loco, ex not. *in cap. ſtatutum de reſcript. in 6.* per Innoc. *in cap. fraternitatem, in fine de donat.* cum aliis per Caſſan. *in catalogo Gloriæ Mundi, part. 5. conſid.* 47. optimè Bald. per illum tex. *in l. quilibet, C. de decurion. lib.* 10. Port. Imol. *conſ.* 167. *num.* 29. Tob. Non. *conſ.* 71. *num.* 33. Burſat. *conſ.* 54. *num.* 18. Menoch. *conſ.* 116. *num.* 20. *lib.* 1. vnde cum in digniori loco, nempe in R. C. Cacacius exerceat munus Fiſcalis debet Maſtrillo proferri, qui in loco inferiori, nempe in M. C. V. illud adminiſtrat.

20 Tertio, ex maiori adminiſtratione, certum eſt, quod maior & dignior eſt, qui maiorem habet adminiſtrationem, vt ex Hoſtienſ. *in ſumma de maior. & obed. §. 1. in fine,* Dec. *conſ.* 160. *verſ. iſta,* Boër. *de auth. Magni Conſ. num.* 141. & patet de Archidiacono, qui ob maiorem adminiſtrationẽ maior eſt Archipresbytero, quamuis ille maior ſit ordine, vt patet per Archid. & Gemin. *c. quamquam 3. q. 3.* cum

21 aliis per Felin. *in rubr. de maior. & obed.* Hæc autem videtur non intelligi de adminiſtratione homogenea, ſeu vniformi, quæ ſolùm in maiori, vel minori numero perſonarum, aut rerum conſiſtit, nam forte in hoc attenderetur temporis prærogatiua, vt dicitur in Epiſcopis, quia antiquior, licèt minorem habeat diœceſim, vel numerum ſubditorum, præfertur iuniori etiam amplioris diœceſis, vel diuitiarum Epiſcopo, vt *c. legimus 24. 93. diſtin.* Affl. ct. *in proœm. Conſtitut. Regni, quaſt. 26. ſub num.* 4. Decian. *conſ.* 19. *num.* 108. *lib.* 3. & ita intelligendi ſunt Natta *conſ.* 637. *num.* 47. Menoch. *conſ.* 51. *lib.* 1. poſt Pottium, Imol. *conſ.* 117. *num.* 51. & Gratian. *diſcept. Forenſ. c.* 485. *num.* 37. ſecus verò ſi adminiſtratio ſit, heterogenea, vel difformis, tunc procedit aſſumptum illud, quod qui maiorem habet adminiſtrationem, ideſt circa plura in ſpecie, vel plures prærogatiuas, ſeu poteſtates, ei quod pauciores habet, vel pauciora in ſpecie adminiſtrat, præfertur.

22 Adminiſtratio autem Fiſcalis Patrimonij maior eſt adminiſtratione Fiſcalis criminum, dupliciter, nempe materialiter, & formaliter. Materaliter quia plura adminiſtrat. Formaliter quidem, quia pluribus modis adminiſtrat.

23 Et quo ad res adminiſtratas certum eſt, quod omne ius verſatur, & vel ad perſonas pertinet, vel ad res vel actiones, vt inquit tex. *in §. fin. inſtitut. de Iure natural. gent. vel ciuil.* Adminiſtratio Fiſcalis M. C. eſt ſolùm circa perſonas, quas cùm crimino-ſæ ſunt, ad pœnam poſtulat, in cuius conſequentiam venit quandoque, ſed rariſſimè, confiſcatio bonorum. At adminiſtratio Fiſcalis Patrimonij eſt circa perſonas, res, & actiones.

24 Circa perſonas quidem. Primo circa illos, qui ordinarie ſunt ſub iuriſdictione Regiæ Cameræ, ſunt autem hi non pauci, omnes Regij Miniſtri pecuniarij, Perceptores, Theſaurarij, Collectores, Cõmiſſarij, & ſimiles, omnes Arrendatores, & eorum ſubſtituti, omnes locati, vel fidati Regiæ Dohanæ menepecudum Apuleæ, omnes qui ſunt de Tribunali Reg. Cam. eiuſque iuriſdictioni in criminalibus; hos omnes pro fiſco ad pœnam poſtulat fiſci patronus Patrimonij: ſic etiam contra eos, qui extraordinariè non iure ſuo, ſed propter aliquod crimen contra fiſcum commiſſum efficiuntur de fiſco Regiæ Cameræ, vt ſunt, qui doloſè fiſcum fraudant, extrahentes, ſurripientes pecunias, vel res fiſcales, falſitatem, vel dolum contra fiſcum committentes; nam iſtorum punitionem inſtat fiſci patronus Patrimonialis.

Circa res eſt etiam adminiſtratio Fiſcalis Patrimonij; omne enim quod eſt de patrimonio Regis curat ne in eo aliquid Regi præiudicetur, vt rectè gubernetur, & diſponatur. Quarum rerum nomine innumeræ continentur, fiſcales functiones, ordinariæ, & extraordinariæ collationes, vectigalia, pedagia, donatiua, iuriſdictiones, officia, releuia, adohæ, iura patronatus Eccleſiarum, excadentiæ, bona vacantia, Regalia, omnia flumima, nemora, viæ, caſtra, & innumera alia, in quibus omnibus cadit adminiſtratio Fiſcalis Patrimonij, & in nihilo ſe impendit Fiſcalis criminum, qui tantùm perſonas, vt dictum eſt, non res adminiſtrat. 24

Circa actiones etiam eſt noſtri fiſcalis adminiſtratio, tam ante ortum curando, vt rectè fiſco oriantur; contra eum non oriantur, quod fit cautelis, quas adhibet in contractibus fiſcalibus, vel aliis actibus: ortas verò pro fiſco, vt rectè eas inſtituat; contra eum inſtitutas excipiat. 25

Igitur ſi illius Fiſcalis adminiſtratio eſt circa vnum tantum, nempe perſonas, huius autem circa tria, perſonas, & actiones; quis dubitat longè maiorem eſſe huius adminiſtrationem, & propterea illo eſſe maiorem, & ei præferendum. Nam & ille præfertur cuius exercitium communius eſt, vt pluribus iuribus probat Boër. *de Auth. Magn. Conſ. num.* 147. & qui amplius exercet munus, Oterus *diſp.* 10. *num.* 5. & qui circa duo bona verſatur, præfertur illi, qui verſatur circa vnum bonum tantùm, *Auth. de conſang. & vter. fratr. §.* 1. Signorol. *in tract. an Militem Doctor præcedat, num.* 12. & Burſat. *qui hos citat conſ.* 343. *num.* 22. *lib.* 4. Si is, qui circa duo multo magis qui circa tria bona verſatur, & ea bona ad quæ ius omne refertur. 26 27

Confirmantur prædicta, quia etiam quoad perſonas criminoſas, non omnes ſubſunt adminiſtrationi Fiſcalis crimininum, quia nec Clerici, vel Eccleſiaſtici, nec D. Officiales, qui in criminalibus M. C. V. non ſubſunt, nec Milites in illis comprehenduntur: at in Regia Camera non ita, Eccleſiaſtici enim feuda tenent à Rege, cùm contra pro feudo agitur, vel ad illius amiſſionem in R. C. conueniuntur, etiam contra eos eius fiſcalis patrocinatur; ſic etiam contra Regis Miniſtros, qui in his, quæ tangunt intereſſe Regis nequeunt euitare Tribunal R. C. Vnde ſatis conſtat perſonas, quæ ſunt ſub adminiſtratione Fiſcalis Patrimonij pluris generis exiſtere, ſcilicet Eccleſieſticas Seculares, Magiſtratus etiam, Supremos Milites, & ſimiles quatenus de Regis intereſſe agitur, quia cum tunc ſint, non obſtantibus priuilegiis, de iuriſdictione Regiæ Cameræ. Vel etiam agatur de Patrimonio Regis Aduocatus dicti Patrimonij pro illius tuitione erit contra illos Aduocatos, quod cùm non ſit in Fiſcali criminum, hic rectè dicitur inferior, cùm qui pluribus, & dignioribus præeſt, ſit etiam dignior, *§. nos igitur, Auth. defenſor. Ciuitatum.* 28

tatum.§.generaliter, vbi gloſ. *Authent.conſtit. qui de dignit.* Menoch. *conſ.257.num.* 75. Decianus *conſ.* 19.*num.*190. *lib.*3. Gama *deciſ.*1. *num.*93. D. Valenzuel. *conſ.*1. *num.*1.*num.*61.

29 Vnde tanto dignior eſt Officialis, quanto dignipri præeſt ait Boer. *de auctor. Magni Conſilij, ſub num.* 148. *ex leg.* 1. *Codic. de priuileg. eor. Vrbis Rom. leg.*10. & Innoc. & Card. Alexand. quos citat. Patet ergo, quoad res adminiſtratas, tam generice, quoad illa tria, quam ſpecificè, quoad ipſas perſonas, & ſic materialiter maiorem eſſe Fiſcalis Patrimonij adminiſtrationem.

30 Quoad modum adminiſtrandi, & ſic formaliter eſt etiam maior noſtra adminiſtratio, quæ pluribus fit modis, nempè accuſando in criminalibus, agendo in ciuilibus, vbi actor eſt fiſcus; excipiendo vbi reus; inhærendo, vbi adiutor; aſſiſtendo, vbi intereſſatus; conſulendo vbi contrahit, vel paciſcitur. Præſens eſt viſioni computorum, vt fiat, & rectè fiat, conſultationibus R. C. ne fiſcus damnificetur. Toti denique Patrimoniali adminiſtrationi, vt debito modo perficiatur, quæ varia multiplex eſt, & innumera. Fiſcalis autem M. C. tantùm accuſat, non agit, non excipit, non conſulit, non diſcutit, quæ omnia, & longe plura facit Fiſcalis Patrimonij, ex quo non ſolùm maior eſt ſua adminiſtratio ex eo, quod pluribus modis adminiſtrat, & quanto maiora quis tractat, tanto ipſe maior eſt, §. *de his vero de conſecration. diſtinction.* 5. ſed etiam præferendus eſt illi.

31 Quarto, ex maiori labore quia cuius maior eſt labor, maior eſt etiam prærogatiua, bonus text. *in leg. vnicuique* 7. *Cod. de proxim. ſacroſ. ſcrin. & in leg.* 2. *Codic. de magiſtrat. offic. in leg. contra, Codic. de re militar. lib.*12. Boer. *de auctorit. Magni Conſ. numer.* 144. Menoch. *conſil.* 784. *numer.* 3.

32 *lib.* 8. At quis non videt quantus ſit labor fiſcalis Patrimonij, ipſe ſolus videt omnes proceſſus ciuiles, & criminales vndecim Præſidentium: Computa viginti rationalium, vbi difficultates ſunt: omnes conſultationes, quæ in dies fiunt: omnes prouiſiones in quibus agitur de fiſci intereſſe: omnes liquidationes releuiorum: Contractus omnes fiſcales, qui innumeri ſunt: Curat ſolutiones fieri: Tot iunctis iuriſdictionibus ſignificatoriarum, extractionum, fraudium aſſiſtit, vt vere labor ſit intolerabilis, & nunc fiſcalis M. C. qui tantùm vni criminum punitioni inſtat, in quo magis clamoribus certatur, quam iuribus (Videatur omnino Grammaticus *deciſ.*9. *in fine*,) vult primum, & nobiliorem locum tenere?

33 Quinto ex nobiliori fine, quia ille eſt præferendus qui ad finem nobiliorem ordinatur, ità optimè ex D. Thom. & aliis, Burſat. *conſ.*343. *à num.*

34 11. *lib.*4. Patet hoc multipliciter. Primò in dignitate, & poteſtate Eccleſiaſtica, quæ ideò præfertur dignitati, & poteſtati ſeculari, quia hæc ad finem tantùm naturalem, nempe bonorum huius ſeculi, illa vero ad finem ſupernaturalem ordinatur, nempè beatitudinem cæleſtem, *cap. ſolit. de maior. & obed.* P. Suarez *de legib. lib.* 4. *cap.*8. *num.* 2. Card. à Turrecremata *in cap. duo ſunt* 96. *diſtin. art.* 2. *ſub num.* 2. *verſicul. quinto poteſtas*, optimè P. Molina *de iuſtitia tom.*1. *tract.*2. *diſput.* 21. *col.* 2. *fol.* 98. *verſ. cùm vero homo.* Secundò, in ſcientiis, qua-

35 rum illa dignior eſt cæteris, quæ digniorem reſpicit finem, vt ex Ariſt. 1. *de Anima*, docet Turrecremata *in proœm. decret. ſub numer.* 16. vbi ex nobiliori fine dicit Sacram Theologiam eſſe omnibus aliis ſcientiis eminentiorem, & ex eadem ratione, quia digniorem finem intendit, Iuris Canonici ſcientiam præferri ſcientiæ Iuris Ciuilis.

Tertiò hoc patet in Religionibus, quarum illa 36
dicitur dignior, cuius finis eſt nobilior, ex quo ſuam dignitatem, & nobilitatem metiuntur ex fine, vt optimè docet D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 188. *articul.* 6. *in cap.* & P. Suarez *de Religion. tom.*4. *lib. primo corp. ſeptimo, numer.* 31. late de his Burſat. *dict. conſil.* 343. *numer.* 11. *ad numer.* 15. *lib.* 4.

Finem autem Fiſcalis Patrimonij nobiliorem 37
eſſe, & digniorem fine, quem ſequitur Fiſcalis M. C. V. non magno labore oſtenditur; quia cùm duplex ſit finis, nempe cuius gratia operatur, qui dicitur finis proximus, & eſt illud, quod proximè intendit agens efficere, & finis cui ſeu remotus, nempe illud propter quod finis, cui efficitur. Hic autem duplex eſt, vltimus, ſcilicet ille ad quem omnia ordinantur, ipſe verò ad alium finem non ordinatur, & hic finis habet rationem optimi. Et finis non vltimus, nempe illud propter quod aliquid fit; tamen ipſum ad finem alium, & præcipue ad vltimum finem ordinatur, vt colligitur ex dictis nouiſſimè per Petr. Suarez *tom.* 1. *Metaph. diſputat.* 23. *ſect.* 2. & Petr. Ruuium *lib.* 2. *phiſol. tract.* 5. *quæſt.* 59. *num.* 41. *lib.* 6. Et quidem finis vltimus vnicus tantùm eſt in vno- 38
quoque rerum ordine, & ſignanter in Republica, vel Regno (loquor autem de fine naturali, vt infra dicam) Non vltimus verò (quia media ſunt ad aſſequendum finem vltimum) poterit eſſe multiplex, & varius, vt ex prædictorum Patrum dictis, & D. Thom. pluribus in locis colligitur. In Republica, vel Regno vltimus finis 39
naturalis illorum, eſt ſocietatis humani generis conſeruatio; cum enim homo tam quoad ea quæ animum informant, quam quoad illa quibus corpus indiget, non poſſit ſibi ſoli ſufficere, vt alter alterum adiuuet, humanæ ſocietates inſtitutæ ſunt, vt mutuò homines ſemetipſos iuuent, foueant, atque defendant, & quidem plurimæ 40
ſocietates ad hoc inuentæ. Prima plurium perſonarum, & hæc eſt domus ſub vno patrefamilias. Secunda plurium familiarum ſub vno Rectore, & hæc dicitur Ciuitas. Tertia plurium Ciuitatum ſub vno Præſide, & hæc vocatur Prouincia. Quarta, plurium Prouinciarum ſub vno Principe, & hæc Regnum appellatur. In quibus 41
neceſſarium eſt caput vnum, cum poteſtate præeſſe, qui ſocietatem contineat, homines regat, procuret vtilia, noxia auertat, eo quod iſta deſtruant ſocietatem, illa conſeruent, quæ poteſtas ſumma in principe reſidet, cui præcipuum munus homines regendi datum eſt, vnde meritò Rex appellatur.

Duo igitur facienda ſunt Regi, ſi illam deman- 42
datam multiplicem hominum ſocietatem in vno Regno ſeruare velit, nempe tueri eam ab hoſtibus, & vtilia, quæ ſunt hominibus procurare. Videatur Dom. Cardinal. Bellarmin. *controuerſiarum tom.* 2. *controuerſia* 2. *lib.* 3. *de laicis cap.*5. Hoſtes, vel ſunt externi, & iſtis reſiſtitur bello, 43
quod committitur militibus, armis, tormentis, cæteroque bellico apparatu, necnon Turribus, Caſtris, Arcibus, Munitionibus: vel hoſtes ſunt interni, & iſti ſunt mali ciues, qui delictis pacem publicam perturbant, alios lædunt, ſocietati officiunt, deſtruunt genus humanum. Vtilia vero mul- 44
tipliciter à Principe efficiuntur. Primò, diiudicandis litibus reddens vnicuique quod ſuum eſt. Secundò,

eundò, procurandò annonam, vt alantur ſubditi, & viuant. Tertiò, fulciendis ciuibus, vnde vel vitæ ſubſidia, vel etiam voluptates animorum hauriantur. Quartò, docendis diſciplinis, quibus ſubditorum animi ad bene, beatéque viuendum informentur. Quintò, iis ſternendis, pontibus erigendis, vnde tu-
45 tum ſubditis iter agere liceat. Omnia autem hæc à Principe ad vnum finem ordinantur, nempe ad conſeruandam eam hominum vnionem ſibi commiſſam, & pro humani generis conſeruatione inſtitutam. Vt verò hæc omnia effici poſſint; duo Principi ſunt neceſſaria,
46 Miniſtri, qui ea procurent, cùm vnus Princeps ea omnia ſolus explere nequeat, & pecuniæ, quibus Militibus, Miniſtris, Profeſſoribus, ſtipendia, cæteræque impenſæ circa publica bona, & Principis perſonam, & familiam cum dignitate tuendam erogentur, vt per Caſſan. *Catalogo Gloriæ mundi, part. ſeptima, conſiderat.* 15. Igitur erant Principi neceſſaria ad Rempublicam tuendam poteſtas, auctoritas, miniſtri, milites, ſed potiſſimùm pecuniæ, quibus illa quatuor comparantur. Ideo conceſſa Regibus tributa, indicta ſuper indicta, vectigalia, pedagia, confiſcationes, quibus ditatum Ærarium neceſſariis pro Republica ſumptibus ſufficiat. Quibus conſtitutis videa-
47 mus circa iſta, quæ ad vltimum finem Reipublicæ naturalem diriguntur, quodnam ſit munus vtriuſque Fiſcalis, nam ille cuius munus magis ducit ad bonum commune, ad conſeruandam Rempublicam, & ſocietatem hominum continendam eo quia magis vltimo fini accedit, nobiliorem finem habebit, ideò erit conſequenter nobilius miniſterium. Cùm enim finis habeat rationem optimi ex pluribus finibus, qui ad vltimum tendunt, ille potior erit,& dignior, qui magis finem vltimum attingit, eo
48 quia magis ad optimum accedit.

Et quidem munus Fiſcalis M. C. V. id tantùm eſt poſtulare criminoſos, qui interni ſunt hoſtes, ad pœnam, & ſic in vna hac parte tantùm ueri Rempublicam, ne mali, & criminoſi ciues in ea tolerentur in quo ſolo non conſiſtit illius conſeruatio, licet ſine eo non conſeruetur.

Munus verò Fiſcalis Patrimonij duplex eſt, Regiam auctoritatem tueri, vt per Bouadill.
49 *pol. lege ſecunda, capit.* 19. *numero. quarto.* Item pro Regiis opibus, ac Regio Patrimonio poſtulare, vt ſartum tectum conſeruetur inſtare, à direptionibus vindicare, ab inuaſoribus tueri, agendo eripere, tuendo præcipere, curando ſeruare. At ſi ex conſeruatione Patrimonij ſoluuntur Militibus, Miniſtris, Appa-
50 ritoribus, Profeſſoribus ſtipendia, omniaque illa fiant, quibus conſeruatur, augetur, ornatur Reſpublica, tuetur ab hoſtibus, purgatur à ciuibus, leuatur à litibus, fulcitur ab oneribus, ſuſtentatur à mercibus. Quis dubitare poteſt munus Fiſcalis Patrimonialis, eiuſque finem latiùs, amplius, propriùs contingere, & comprehendere finem vltimum, & vniuerſalem Reipublicæ, nempe conſeruationem hominum illius ſocietatis, quàm finem illum particularem, & reſtrictum Fiſcalis criminum, & proinde cum huius munus inferius ſit, & ignobilibus munere Fiſcalis Patrimonialis, ſine dubio homo, qui nobilius exercet munus, nobiliori fini deſtinatum, erit homini exercenti non ita dignum, & nobile præferendus.

Sextò ex neceſſitate officij, præferendus vti
dignior ille eſt, cuius officium eſt magis Rei- 51
publicæ neceſſarium: cum enim ex illius neceſſitate magis conducit ad finem, nempe humanæ ſocietatis conſeruationem, ideò magis dignum eſſe cenſetur. Id enim erit magis neceſſarium, quod magis conſeruat, & finem attingit. Nam illud medium dicitur eſſe magis neceſſarium, quod propiùs, & rectiùs ducit ad finem. Quo argumenti genere vtuntur Sign. *de Homod. intract. vtrum præced.*
debet Doctor, vel Miles, n. 40. *& ibi* Bologn. *nu-* 52
mero 83. dum ex eo, quod Miles, vel Doctor eſt magis mundo neceſſarius ad rectè, & ſecundum rationem viuendum, illius dignitatem, & prælationem concludunt. At quod officium Fiſcalis Patrimonij ſit Reipublicæ magis neceſſarium, quam illud Fiſcalis criminum, conuincitur. Primo ex dictis in proximo argumento; nam ſi officium Fiſcalis Patrimonij eſt circa illius conſeruationem, & augmentum, vnde pecuniæ comparantur, quibus ſtipendia Militibus, & Miniſtris ſoluuntur, vnde Reſpublica conſeruatur: profectò magis erit neceſſarium, quàm illud Fiſcalis criminum officium, quod tantum iuuat ad arcendos internos hoſtes, nempe delinquentes ciues, quibus interius Reſpublica labefactatur.

Secundò, quia certum eſt, vt fiſci contra- 53
ctus ritè fiant fiſcalem Aduocatum cautelas ordinare, vt fiſcales cauſæ expediri poſſint Aduocatum fiſci partes Actoris, vel Rei ſuſtinere, ſine quo, ſiue agat fiſcus, ſiue conueniatur iudicium legitimè nequit conſiſtere, *capite forus, extrau. de verb. ſign.* Non ita criminales cauſæ, in quarum paucißimis ad inſtantiam fiſci proceditur, nam vel accuſator, vel delator, vel querelans implorat partes actoris, etiam fiſco vel tacente, vel abſente.

Septimò ex abſurdo euitando, niſi præfe- 54
rendum Aduocatum Patrimonij diceretur, abſurdum non leue inde conſurgeret, quod omnino debet euitari, *lege. nam abſurdum, ff. de bonis libert.* Franch. *deciſion* 207. *numero quinto.* Monach. *deciſ. Bonon. vndecima, numero ſexageſimo quinto.* Abſurdum autem illud eſſet quia ſi Fiſcalis criminum præcederet Fiſcalem Patrimonij, conſequenter ſequeretur, quod Iudices M. C. V. ſiue Ciuiles, ſiue Criminales, etiam Fiſcalem Patrimonij præcedere deberent: at hoc eſſet abſurdiſſimum. Conſequentia patet, quia quilibet Iudex ſiue Criminalis, ſiue etiam Ciuilis M. C. V. præcedit Fiſcalem criminum, vndæ fortiùs præcederet Fiſcalem Patrimonij, quia Fiſcalem criminum præcederet, ex regula *ſi vinco vincentem te, ergo fortius vinco te, lege de acceſſionibus, digeſtis, de diuerſ. & temporal. præſcript, lege æquiſſimum, digeſtis, ad Tertullian. Couarru. var. libro primo, cap. ſeptimo, numer. tertio*, Caſtill. *lib. 3. quotidian. cap.* 3. *per tot.*

Antecedens verò, quod abſurdum eſſet Iu-
dices M. C. V. præcedere Fiſcalem Patrimonij 55
patet. Primò, quia Fiſcalis Patrimonij eligitur immediatè ab ipſo Rege, qui ei priuilegium tribuit. Iudices autem M. C. eliguntur non à Rege, ſed à Prorege; at ille præcedere debet, qui à maiori, & digniori obtinuit officium, vel dignitatem, *capite per tuas, de maior. & obed.* vbi Card. Butr. & Anchar. Felin. *in rubr. numero quarto, eodem titul.* Abb. *numero nono, in capite poſtulaſti, de conceſſ. præben.* Iaſ. *in le-*

56 ge ſi quis mai.n.51.*C.de tranſ.*alios citat Gr.*diſcept. forenſ.lib.1.diſput.*485.n.54.& D. Regens Valenz. *conſ. 1.nu. 16.* Vnde ordinatus à Papa vti à maiore, cæteros præcedit, ex not. *dict. capite per tuas*, & per Hyppolitum Rimin. *in rubr. numer. 17. digeſtis, de offic.eius*, & argumentatur Signor. *vbi ſupra numer. 33.* & Decian. *conſ. 19. numer. 214.libr. 3.* Natt. *conſ.927. num. 14.& 41.* Burſat. *conſ.443.n. 10.lib.4.* & in puncto Caſſan.*p.7.c.59.*

57 Secundò, quia Fiſcalis Patrimonij eſt miniſter vita durante, at Iudices M. C. V. ſunt annale, vel biennales, & Officialis perpetuus eſt temporali præferendus, vt ex Socc. Anchar. Felin. Boer.*de ordine graduum vtriuſque fori,nu. 21.*& aliis ait Menoch.*in conſ.50.n.17.lib.1.& conſ. 302. nu.35. lib. 4.* & Martin. Laudenſ. *de dignit.q.32.*

58 Tertiò, quia Fiſcalis Patrimonij meliora habet ſtipendia, nempe annuos duc. ſexcentum, vltra alia ſibi conceſſa, quæ aſcendunt ad alios annuos quadringentum. Iudices M. C. ſinguli tantùm annuos quadringentum pro ſtipendio accipiunt. At debet præcedere, qui maiora ſtipendia obtinet *l.2. C.de offic. Magiſtr. officio,l.1. C. de agend.in reb. lib. 12.* Doct. *in in leg. cum quid,ff.ſi cert. pet.* vbi Alex. *num.8.* Iaſ.*num.15.in prima lect.num. 19. & in cap. Clerici, num. 10. de iudic.* Boer. *de auth. Magni Conſ.num.9.*Natta *conſ.638. num. 12.* Menoch.qui hos omnes citat *conſ.784.num.1.lib.8.*

59 Ex prædictictis iam conſtitutis facile erit reſpondere adductis pro Aduerſario.

Ad primum dico, verum eſt priorem tempore ad 60 officium vocatum alios præcedere debere, ſi tamen officia eiuſdem ſunt ordinis, & quantitatis, vel miniſterij,vt puta in duobus Regiis Conſiliariis, vel Præſidentibus R. C. S. non autem ſi diuerſi ſint ordinis,& miniſterij; nam tunc qui dignioris eſt ordinis, ſeu miniſterij, licet poſteà ſit creatus, alium præcedit, prout videmus, quod 61 Regens poſteà factus, Conſiliarium primo creatum præcedit, & Conſiliarius præſidentem R. C. ante decoratum,ea ratione,quia officiū & miniſteriū Regentis dignius eſt miniſterio Conſiliarij, & munus huius eſt altius, veldignius munere Præſi- 62 dētis R.C. Quinimmò in ipſa M.C.V.videmus Iudices Criminales poſtea aſſumptos anteferri Iudicibus M.C.V.in Ciuilibus,licet eiuſdem M.C.omnes ſint Iudices,vt per D.Tap.*dec.Collater.21 ſub n. 9. verſ. octauus caſus*, quod ea tantùm ratione eſt, quia licet omnes ſint eiuſdem M. C. V. Iudices, diuerſum tamen eſt eorum miniſterium,quia dignius & vtilius eſt; nam criminibus puniendis deſtinatum eſt illo quod litibus dijudicandis dignius; ideo Iudex illud obtinens præfertur; Si iſtud eſt in Iudicibus eiuſdem Tribunalis, in quibus tantùm variatur miniſterium, multò fortius in Officialibus, quorum varium eſt in ſeparatis, & diuerſis Tribunalibus, prout ſunt duo Aduocati Fiſcales Patrimonij, & Criminum, quorum ſeiuncta ſunt miniſteria, & Tribunalia; Non enim de illis poteſt intelligi text. *in lege binos,C.de Aduocat. diuerſorum Iudiciorum*, quia loquitur de duobus Fiſcalibus eiuſdem miniſterij, & apud eundem Iudicem, nempe Præfectum Prætorio, quod eſt de mente Doctro. ibi, & ſentit. Gutier.*de offic.dom. Auguſta, lib 3. cap. 1.§. duos autem, fol.mihi* 112. Vnde in diuerſitate miniſterij, & Tribunalium ordo temporis non eſt in præſenti caſu attendendus.

63 Ad ſecundum eodem modo reſpondetur valere quidem argumentum inter illos, qui ad eiuſdem miniſterij munus,& in eodem Tribunali vocati ſunt,nam rectè quidē inter eos ille eſt præferendus, qui alia prius officia obtinuit: ſecu. autem ſi diuerſa ſunt miniſteria, multò magis ſi diuerſa ſint Tribunalia. Quis enim vnquam dicit, ſi ille, qui Auditor fuit in aliqua Prouincia, vel etiam olim Iudex in M. C. V. Iterum aſſumatur ad idem Iudicis in M. C. V. officium, ſimplex verò Aduocatus, etiam poſt ipſum ad munus Regij Conſiliarij, vel Præſidentis in R. C. S. hunc illi poſtponi, eò, quia ille prius Regios geſſerit Magiſtratus? cum non hoc, ſed loci, vel miniſterij dignitas ſit attendenda: ſic cum nobilius ſit munus Fiſcalis Patrimonij, & in digniori Tribunali,exercitium non eſt attendendum,quod prius ille alia habuerit officia.

Ad tertium reſpondetur dupliciter. Primò, 64
quod dato, & non conceſſo, quod Fiſcali Criminum competerent duæ illæ prærogatiuæ, ſcilicet Miſſæ, & Salarij; non tamen ex hoc infertur, vel illum eſſe vnum ex Regiis Conſiliariis, vel omnes prærogatiuas Regij Conſiliarij ei eſſe conceſſas. Patet primò, quia priuilegia maxime in 65
præiudicium tertij ſunt ſtrictiſſimè interpretanda, *l. ſi quando 35. in principio, C.de inoff. teſt.* not. Archidiac. *cap. 16. quaſt. 1.* Nec debent ad aliud extendi,quàm ad ea,quæ continentur in ipſis,maximè in præiudicium tertij, *cap.parentibus 10. extr. de preud.l.1.§.merito,ff.ne quid in loco pub. l. nec auus, C.de emancipa.libert.* Bar.*in l.1.n.21.C.de ſacroſ.Eccl.* & *in l.impuberi 41.nu.2.ff.de admin.tut.c.ex tuarum, de auct & vſu pallij, c.olim,de verb.ſig.c.cum dilecti, de donat.*vbi Innoc.Hypol. de Marſil *ſing.483*; Miſing.*cent.4.obſ.8.n.6.* Ozaſc.*dec.90. n.11.* vnde ille duæ prærogatiuæ ei conceſſæ non officiunt Fiſcali Patrimonij, vt ex hoc effectus ſit illo dignior, eique veniat præferendus.

Secundò patet,quia conceſſo aliquo priuilegio, 66
non propterea conceſſa alia intelliguntur ab eo ſeparata, & diuerſa, & in quibus ratio eſt diuerſa; Dec.*in l.non debet 21.in fine,ff.de reg.iur.* Surd. *dec. 268.n.24.*bene *conſ.455.n.6.l.3.ex tex.*vbi Bald.& Cuman.*in l.Tribunus,ff.de milit.teſt.*Becc.*conſ.55.n. 12.lib.1.*Rol.*conſ.61.nu.19.l. 3.* Tertiò,illud patet 67
experientia palpabili,quia licet Fiſcalis M.C. habeat illas prærogatiuas Regij Conſiliarij, adhuc tamen eſt vltimus poſt omnes Iudices M. C. V. tam Criminales,quam Ciuiles,vltimus ſedet,vltimus incedit,& hoc tam in M.C.quam in S.C.cuius vult haberi Reg. Conſiliarius. Itaque vel omnes Iudices M.C.erunt Regij Conſiliarij, vel Fiſcalis M.C.Reg.Conſiliarius erit inferior Iudicibus non Regiis Conſiliariis, vel ad euitanda hæc tam abſurda,nec ipſe erit Reg. Conſiliarius, nec Regiis Conſiliariis exæquandus, niſi tantùm in conceſſis. Confirmatur; nam illi, qui verè ſunt Regij Conſi- 68
liarij in M.C.cæteros Iudices etiā antiquiores præcedunt,ergo Fiſcalis, qui illos non præcedit non eſt; nec habetur pro Regio Conſiliario: vanitas verè hæc eſt,& vanitatum vanitas.

Reſpondetur ſecundò quoad primam præroga 69
tiuā,quod cū ipſo,& duobus Regiis Cōſiliaris celebratur Miſſa in S.C.ſicut celebratur quando tres adſunt Conſiliarij,quod non ex hoc voluit,vel potuit S.C. eum Reg. Conſiliarium efficere,vel in cunctis prærogatiuam Reg.Conſiliari ei tribuere: potuit ſolum Sacr. Conſil.in eo actu celebrationes Miſſæ vſu introducere, vt cum Fiſcali illo,& duobus Conſiliariis celebretur, ſicut cum tribus Conſiliaris ſolet celebrari,at non proindè voluit,vt ex hoc ille haberetur in cunctis vt Conſiliarius,quod & ſi voluiſſet ad ea tantùm ſe extenderet,vbi poteſtas

teſtas S.R.C. ſe extendit, non ad ea, quæ vltra eius poteſtatem ſunt, prout eſſet decernere præcedentiam, vel digniorem locum inter illum, & Fiſcalem Regij Patrimonij, qui non eſt S.R.C. ſubiectus, & nihil cum eo habet commune, qui vti non ſubdito, non potuit S.R.C. præiudicare: ſicut vt verum fateamur, nec vnquam tantum Tribunal, nec de hoc cogitauit.

70 Quoad ſecundam prærogatiuam ſalarij à Collaterali Conſilio ei aucti ad duc. mille annuos ad inſtar ſalarij Regiorum Conſiliariorum, omni qua decet reuerentia.

71 Dico primò, quod vel illud fecit Collaterale augendo, vel declarando. Augendo obſtat tex. expreſſus *in leg. vnica, C. de praben. ſalar. lib.* 10. vbi augmentum ſalarij fit à ſolo Principe, & ſi à D. noſtro Rege, & ibi Bar. Bald. & alij. Quod procedit: etiam in habente liberam adminiſtrandi facultatem vt poſt Bal. *conſ.* 264. *lib.* 3. Affl. *in cap.* 1. *ſub n.* 11. *verſ. item habet, ex quibus cauſ. feud. amitt.* tradit Menoch. *de arbit. iud. cent.* 1. *queſt.* 46. *num.* 1. Et quod augmentum ſalarij priùs ab ipſo Rege peti debet, poſt Lopez *de contr. lib.* 1. *cap.* 6. & *cap.* 23. Molin. *de iuſtit. diſp.* 83. Rebuff. *tom.*... *conſtit.* Gall. *tit. de ſalar.* tradit Menoch. *dict. tract. de arbit. libro ſecundo cent.* 6. *caſu* 514. *numero* 11. *in fin.* Vel declarando,

72 & nec item. Quia tantùm ad D. Regem ſpectabat declarare ſuum priuilegium, quouſque ad annuos duc. mille auxit ſalarium Regiorum Conſiliariorum, vt ex tex. *in capit. ex parte* 23. *de verb. ſignif.* tradit Tepat. *variar. tomo* 1. *titul.* 55. *capit.* 4. *ver.* 5. 3. Præterea hæc declaratio, & interpretatio facta

73 à Collaterali non potuit præiudicium facere Fiſcali Patrimonij abſenti, non citato, & ignoranti, ex dictis per Felyn. per eum tex. *in cap. cum veniſſent, ſub*

74 *numero* 1. *verſ. quintò dicit, de Iudic.* Et niſi talis prouiſio Collateralis à Rege fuerit confirmata (quod fortè nunquam erit) nec tutum erit illi hoc ſalarij augmentum percipere.

75 Denique quid plura? An poſt hoc augmentum in omnibus Maſtrillus vti Regius Conſiliarius habitus fuit? Hoc non videmus in omnibus, non vt talis, ſed vti M.C.V. Fiſci Patronus habetur, tractatur, ſedet, incedit, loquitur, dicitur, ſcribitur, nunquam Rex, nunquam Prorex, nunquam ipſummet Collaterale habuit, vocauit, tractauit vt Conſiliarium: vnde hoc illi in mentem venit, Conſiliarium dici, haberi, credi; vnde, ſi ex augmento ſalarij nullum aliud Regij Conſiliarij priuilegium, ac dignitatem eſt conſequutus, nunc iſtam contendere, vt propter id vti Regius Conſiliarius, vel eius ad inſtar Fiſcalem Patrimonij antecedat? Salua pace iterum dico, hoc vanitas eſt vanitatum.

76 Ad quartum reſpondeo ex eodem Maſtrillo in loco ex aduerſo citato, quod ibi adeſt M.R.C. quæ caput, & primum omnium aliorum Tribunalium, in qua præter Præſidem ſex Iudices in duabus Aulis reſident, qui Regij Conſiliarij nuncupantur, quorum tres ciuilibus, alij tres criminalibus cauſis iudicandis præſunt, & ibi reſidet Fiſcalis criminum, *vt eodem cap.* 8. *lib.* 5. *num.* 41. 44. 62. *verſ. Iudices,* & 63. Fiſcalis Patrimonij reſidet in Tribunali Patrimonij, vt idem Maſtrillus *capit.* 9. *num.* 12. *lib.* 5. Quod Patrimonij Tribunal eſt poſt Tribunal M.R.C. vt innuit *in princ. dict. capit.* 9. ideò ille Fiſcalis criminum, quia in digniori Tribunalis loco M.R.C. reſidet, præfertur Fiſcali Patrimonij, qui in Tribunali Patrimonij, quod minus eſt dignitate M.R.C. munus implet, eſſe autem M.R.C. cæteris Tribunalibus digniorem etiam Tribunali Sacræ Regiæ conſcientiæ, non obſtante, quod à M.R.C. ad hoc appelletur, & Iudices M.R.C. præcedere Iudices S.R. Conſcientiæ, tradit idem Maſtrill. *dict.* 77 *libro* 5. *capit.* 10. *à numero* 9. & *numero* 17. Hinc non ſolum reſpondetur, ſed retorquetur argumentum, ſi enim Fiſcalis criminum in Regno Siciliæ, quia in M.R.C. digniori Tribunali reſidet, præcedit Fiſcalem Patrimonij, qui in Tribunali Patrimonij, qui minoris eſt dignitatis ſedet, ergo in Regno Neapolitano Fiſcalis Patrimonij, qui eſt in R.C.S. præcedere debet Fiſcalem criminum qui in M.C.V. quia hoc Tribunal inferioris eſt dignitatis, & præeminentiæ, quam R.C.S.

Accedit, quod ſtantibus maxime tot rationibus 78 à me ſupra adductis pro Fiſcali Patrimonij, durum eſſet ex vſu Regni Siciliæ arguere ad regulandum, & decidendum controuerſias inter Officiales Regni Neapolitani, tantò magis, quia non ſolùm Regnum illud magnitudine, & dignitate Regno Nea- 79 politano par non eſt: ſed quod magis ad rem in eo Regno, quando vnus Fiſcalis eſt abſens, vel impeditus ab altero Fiſcali eius munus exercetur ex particulari illius Regni ordinatione, vt idem Maſtrill. *dict. capit.* 8. *num.* 68. Quod non eſt in Regno hoc Neapolitano, vbi nunquam vno Fiſcalium impedito, per alium Fiſcalem eius munus impletur, ſed ſolet à Prorege deſtinari, qui pro abſente, vt Regi patrocinium præſtet; ita vt in Regno vnum officium à duobus exercitum, in hoc autem diſtinctè duo officia à duobus perſonis eſſe exercita videantur, meritò ex diuerſis nequit fieri illatio.

Ad quintum reſpondeo ex eodem Caſſaneo *dict.* 80 *loco,* colligi rationem cur in Regno Franciæ Aduocati Fiſcales in Camera Computorum extra locum ſuæ Præfecturæ non debent præcedere Aduocatos Fiſcales Præſidatuum; nempe quia Fiſcales illi Computorum nulla, aut modica habent ſtipendia; & ipſe *ſupra eadem parte* 7. *conſid.* 39. *ver. item Aduocati Fiſcales,* dixerat præferendum eum, qui maiora habet ſtipendia, *leg. nemo, C. de offic. Magiſtri offic.* gloſ. pen. per eum tex. *in cap. ſi officij* 59. *diſtin.* Hoc de Fiſcali Patrimonij in hoc Regno dici non poteſt qui habet pro ſalario non ſolùm annuos duc. ſexcentum, ſed ſportulas ex Arrendamentis, & venditione officiorum, quæ aſcendunt, vnà cum aliis, quæ à Regia Curia ei ſoluuntur ad alios annuos duc. 400. ita vt vel maius eſt ſalarium, eo quòd iuſtè abſque augumento percipit Fiſcalis criminum, quod tantùm eſt annuorum duc. ſexcentum, vel ſi cum augmento conſideretur, illo non eſt inferius.

Ad ſextum reſpondeo potuiſſe Surgentio fortè 81 credi ſi ſpecialiter vbi, à quibus, quo tempore, inter quos iudicatum tradidiſſet, at cùm ſimpliciter iudicatum dicat, & nihil amplius proferat, poteſt fides eſſe apud Auctorem: eò magis, quia facta diligenti perquiſitione per D. Ducem Cayuani Regni Secretarium in anteceſſorum notis, nulla talis deciſio potuit reperiri. Vnde nec Doctori atteſtanti de con- 82 ſuetudine ſecundum veriorem ſententiam creditur, maximè quando veriſimiliter ab eo ſciri non poteſt, vt per Alex. *in l. poſt dotem in fine, ſolut. matrim.* Dec. *conſ.* 268. *in fine,* Menoch. *de arbitr. caſu* 390. *num.* 94. Neuizan. *conſ.* 45. *n.* 7. Purpur. *in leg.* 134. *ff. ſi cert. petat.* & in puncto. Nec gloſſæ dicenti Papam ita, vel ita declaraſſe erit credendum, niſi de declaratione appareat, vt Geminian. *conſ.* 85. *ſub numero* 18. & 23. docuit Card. Tuſch. *tom.* 2. *liter. D. concluſ.* 558. *num.* 2. Pariter reſpondetur. D. Taſſonio 83 de conſuetudine præcedendi atteſtanti, qui nec explicauit quando, & inter quos id actum fuerit, quo loco, & quomodo: & verè credo illum nihil certi in hoc atteſtari poſſe, & ſi pluries in R.C. fuerint

Fiſci Aduocati Doctores, qui non erant Regi Conſiliarij, & poſt Fiſcalem M.C.V. ad munus patrocinandi aſſumpti, vt de Marra electo longe poſt Laurentium de Franchis Fiſcalem criminum patet: & cum Taſſonis tempore hic caſus nunquam (quod ſciam) ſucceſſerit, arbitror potius ex auditis, quam viſis illum ita ſcripſiſſe.

84 Ad ſeptimum reſpondeo, quod dicat Mutius Surgentius quis ei reuelauit Antonium Orificium elegiſſe munus Patroni fiſcalis in M.C. vti dignius. Ipſe Surgentius, qui longè poſt illud munus obtinuit, ſibi ipſi demulcens de ſuo illud addidit; nam ſi dignius erat, ſemper Fiſcalis ille præcederet, vt in Regno Siciliæ teſtatur Maſtrillus, vbi ſupra, ſiue poſteà, ſiue antea fuerit electus, cuius contrarium experimur. Nec electio D. Orificij, eſto facta ob eam cauſam fuiſſet, potuit ei muneri maiorem dignitatem conferre, quam non ex electione, vel opinione Orificij, ſed rationibus iam ſupra expreſſis metiri debemus.

85 Ad vltimum, eſto fides illa adeſſet, quod non credo, quæ nec vſque modo apparet, quod atteſtatio nõ Regij Vicerij, ſed vnius Porterij iam mortui, nullo cum iuramento, & iuſſu Superioris præcedente, Maſtrillo prodeſſe poteſt? *ad tex. in l. teſtium C. de*

86 *teſtib.* Quod ſi hiſce fidibus, vel atteſtationibus lis diiudicanda eſt, adeſt contraria fides alterius ſenioris Porterij, iam viuentis, cui vti à viuente facta, & magis rationi conſentanea, potiùs eſſet credendum.

87 Ex quibus in cauſa propria (venia longiori ſtylo concedatur) demonſtraſſe exiſtimat Cacacius Patrimonialem fiſci Aduocatum etiam poſteà aſſumptum ſemper criminum Fiſci patrono præferendum.

Io. Camillus Cacacius Regij Patrimonij Fiſcalis Aduocatus pro ſeipſo, eiuſque muneris præſtantia.

SVMMARIVM.

1 *Indultus anni 1629. explicatur.*
2 *Verba indultus, de quibus agitur.*
3 *Controuerſia, de qua agitur, diuiditur in tres partes, vſque ad num. 5.*
6 *Proprietas verborum eſt ſemper conſideranda.*
7 *Cautionis nomen ſecuritatem ſignificat, verbum eſt analogum, interdum pro nuda promiſſione, interdum pro ſtipulatione, interdum pro iuramento, vſque ad num. 17.*
18 *Cautionis verborum cum adiuncto interdum fideiuſſores comprehendit, interdum pignora, interdum ſequeſtrum, vſque ad num. 22.*
23 *Cautiones idoneæ, quæ ſint, quid materialiter, vel formaliter acceptæ, vſque ad num. 27.*
28 *Cautiones omnes ſub indultu prædicto an comprehendantur, vſque ad numero 28.*
29 *Verba legis, vel ſtatuti ſecundum propriam ſignificationem intelligantur.*
30 *Indultus pœnas pecuniarias qualiter, & quando comprehendere intelligantur, vſque num. 33.*
34 *Indultus de quo ſupra, cur illos caſus exceperit.*
35 *Pœna pecuniaria quando, & qualiter dicatur fiſco quæſita, vſque ad numero 40.*
41 *Sequeſtrum, & bona qualiter, & quando ab indultu, de quo ſupra excuſantur, n. 44. 46. 47. & 48.*
43 *Sequeſtrum non producit hypothecam, vſque ad num. 44.*
45 *Indultus de quo ſupra, qualiter cautiones factas per apochas comprehendat, vſque ad num. 48.*
49 *Sententia condemnatoria pœnæ quando requiratur in eis num. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. & 59.*
60 *Obiecta, & argumenta plura contra concluſionem, de qua ſupra afferuntur, & diluuntur, vſque ad num. 73.*
74 *Extractionis prohibitio quomodo, & qualiter cenſeatur facta, quibus caſibus conſideretur, vſque ad num. 75.*
76 *Incepta ab Indultu quando dicantur excluſa, vel comprehenſa, vſque ad numer. 81.*
81 *Fiſcus quibus vtatur cautelis pro euadendis extractionibus.*

ARGVMENTVM.

Inquiſiti de extractione rerum, extra Regnum Neapolis à Regiis Bannis extrahi prohibitarum, contigit, vt plurimùm in promugaltione generalis Indultus dubitari, an illus beneficio gaudeant: & de pluribus ad materiam pertinentibus.

ALLEGATIO LXXXVI.

Conceſſit Catholicus Dominus noſter Rex anno 1629. ob natiuitatem Sereniſſimi Principis ſui primogeniti, generalem criminum, & pœnarum abſolutionem, & indulgentiam, in qua inter alia 1
hæc verba leguntur:

Motu proprio determinamus, ſtatuimus, & mandamus omnes, & ſingulos in dicto noſtro Citerioris Siciliæ Regno, tam nobis ſubiectos, quam extraneos, qui de quibuſcumque delictis, ac criminibus ab hodierna die retrofactis, vel commiſſis, delati, accuſati, vel inditiati fuerint, etiam ſi confeſſi, & conuicti ſint, ſiue proceſſus ipſi adhuc cœpti nõ ſint, ſiue adhuc pendeant, ſiue iã condẽnatio ſequuta fuerit, & ſiue rei in carceribus, ſiue ſub fideiuſſione 2

ſideiuſſione extra carceres commorentur, ſiue in iudicio adhuc non comparuerint, & ſiue in contumacia banniti, aut condemnati, aut arbitrio noſtro, vel Proregum noſtrorum, aut aliter certo tempore, aut perpetuò relegati, aut in exilium miſſi fuerint, ſiue etiam deportationis ſententiam paſſi fuerint a quacunque pœna, non modo corporali, ſed etiam mulcta, vel condemnatione pecuniaria, vel bonorum confiſcatione, quæ ad noſtrum Regium Fiſcum præfati noſtri Citerioris Siciliæ Regni ſpectaret, dummodo pœna, vel mulcta, vel condemnatio realiter exacta, incorporata, aſſignata, acceptata, vel compoſita non ſit, aut aliter Fiſco noſtro pro ea cautum fuerit, aut bona ipſa iam per ſententiam a Iudice latam expreſsè confiſcata non fuerint, ipſo iure, & facto abſolui, & liberari debere, prout præſentium tenore eos abſoluimus, & liberamus, ac liberos, & abſolutos eſſe volumus.

3 Cum autem occaſione extractionum ſæpius, vel extrahentes contra leges Regni pœnas incurrant, vel ipſa bona ſint per Fiſcum intercepta, aut aliter de pœna diſceptetur: Hinc in quibus caſibus gaudeant, qui in extrahendo deliquerunt Regia hac indulgentia ſæpius controuerſum fuit.

4 Nouiſſimè Excellentiſſimus Dominus Prorex in Regia Iuncta extractionum hac controuerſia definiri, quinque Iudicibus interuenientibus ordinauit.

5 Ideò vt meo muneri ſatisfaciam, & quantum ad hoc ſpectat tota controuerſia decidatur; tribus inſpectionibus omnem controuerſiam terminari exiſtimo.

6 Prima Inſpectio, quid comprehendatur ſub illis verbis Indultus, *aut aliter Fiſco noſtro pro ea cautum fuerit.*

Secunda Inſpectio, an requiratur ſententia condemnatoria pro pœna contra delinquentem, vt à generali prædicta indulgentia excludatur; an potius ſufficiat, v. alio modo fuerit Fiſco cautum.

Tertia Inſpectio, an in cauſa extractionum ſit aliquod ſpeciale in beneficium Fiſci.

Prima Inſpectio: Quia à proprietate verborum, non eſt recedendum, *leg. non aliter. ff. de leg. 3.* Surd. *deciſ. 288. num. 27.* & hoc maximè in verbis legis, vt Seſe *de inhibit. cap. 4. §. 5 num. 19.* Ideò videndum eſt de proprietate illius verbi *cautum*, & hoc tam grammaticaliter, quam legaliter, vt exinde ſciri poſſit, quid rectè ſub illo contineatur.

7 *Cautum*, igitur à verbo, *caueo*, deriuatur; vnde etiam, & *cautio*, quod ſignificat proſpicere, ac prouidere, vel potius ſecurum facere, prout apud Grammaticos quos concinunt Auctor Theſauri linguæ Latinæ Ambroſ. Calep. *verbo, caueo,* & *Cautio*, & Marius Nizolius, *in Theſauro Ciceron.* Quod etiam ex noſtris I. C. colligitur Franc. Otom. *de verb. iuris, tomo primo, verbo. Cauere,* & *cautio:* & in *Lexicis Iuris*, bene Io. Alternop. *fol. mihi 18. col. 1. in fine*, Sim. Schard. Ioan. Calu. Perdulf. Prat. *& de verbor. ſignif.* Barnabas Brixon. Alciat. optimè *in leg. habere 188. §. cantum*, vbi exponit idem eſſe, quod ſecurum facere, & ibi Rebuff. & idem Alciat. *in l. ſatiſdationis 61. ff. de verb. ſignific.*

8 Et quidem ſecuritatem ſignificare probant *ex leg. plus cationis 15. ff. de reg. iur.* vbi gloſ. & Dec. ſecuritatem pro cautione interpretantur, quod etiam notant Schard. *in lexic. fol. 183. col. 1.* & ad literam tranſcribit Cal. *in lexicon. fol. 162. col. 1. in princ.* & benè Rebuff. *in dict. §. cautum, fol. mihi 844. in princip.*

9 Verbum autem, *cauere*, prout ſecurum facere ſignificat, & nomen *cautio*, ideſt ſecuritas, generaliſſima ſunt, vt dixit gloſ. *in leg. 1. C. de proc.* & *in l. 3. C. de verbor. ſignif.* & Calui, *in lexi. verbo, Cauere, fol. mihi 156. col. 2.* & Barbol. *in leg. diuertio, §. interdum, ſub num. 10. ff. ſol. matrim.* ſunt autem Analoga, quia formaliter, & materialiter accipiuntur.

10 Formaliter quidem ipſum modum, & formam cauendi comprehendit, qui ad duo genera ſubalterna reducitur nempè: Vel cauetur ſimpliciter. Vel cauetur cum adiuncto.

11 Simpliciter quidem cauetur, quando præter factum cauentis, nihil actum interuenit. Hoc autem fit vel ad liberandum, vel ad obligandum.

12 Ad liberandum cauetur, Confeſſione *gloſ. in leg. maritus 52. ff. ſolut. matr. & in leg. Lucius 53. verbo, cautione, ff. de manu. teſtam.* Nam qui confitetur, vel debitum, vel ſolutionem ſibi a debitore factam ea confeſſione ſecurum facit eum, in cuius beneficium confitetur.

13 Ab obligandum fit multis modis, inter quos adſunt gradus, nempè, quod vnus altero magis ſecurum facit. Siquidem quandoque fit nuda promiſ- 14
ſione, etiam abſque ſtipulatione, vt in *l. Titia 134. §. idem reſpondit, il ſecondo, ff. de verb. obl.* Alciat. *in l. ſi pecuniam ſub 14. ff. ſi cert. pet.* Quandoque fit cum 15
ſtipulatione, quæ dicitur repromiſſio. Et tunc etiam dicitur cautum creditori, quando ſtipulatione quis ei obligatur, *leg. hæres 11. ff. ad Trebell. l. 1. §. rectè. ff. quemad. vſufruct. amit. l. cum apud 20. ff. ind. ſol. l. quo tutela 78. ff. de reg. iur.* & *eſt tex optim. in leg. 1. 3. iudiciales, ff. de præſ. ſtipul.* vbi ait I. C. omnes ſtipulationes cautionales eſſe, quia id agitur interpoſita ſtipulatione, vt quis cautior, & ſecurior ſit: quando- 16
que etiam additur iuramentum, & dicitur cautio iuratoria, vt eſt tex. *in §. ſed hodiè, Inſtitut. de ſatiſdat. & in leg. 1. C. vt omnes obed. iu*[illegible] *l. penul. C. de dign. lib 10. l. fi. C. de princip. agen. in reb. eod. lib.*

17 Et quidem ex iſtis modis, plus eſt cauere ſtipulatione, quam nuda promiſſione. Plus autem iuramento, quam nuda, vel veſtita promiſſione.

18 Cum adiuncto autem cauetur, quando vltra cauentis factum aliquid in beneficium cauti ſuperadditur. Hoc autem dupliciter, ſcilicet, perſonis, & rebus: ait enim Paulus *leg. habere 188. in fine, ff. de verbor. ſignif. cautum intelligitur, ſiue perſonis, ſiue rebus cautum ſit: & Pomponius apud Vulpianum in leg. 1. §. iubet, ff. de collat. bonor. & reis, & pignoribus rectè caueri.* & iſtud eſt apud antiquos cauere prædibus, & prædiis, nempè *perſonis, & rebus*, vt explicat Briſſ. *de verb. ſignif. lib. 3. verb. cauere, §. enim verò cautum, fol. mihi 69.* & ab eo Caluin. *in lex fol. 157. col. 1.*

19 Perſonis cauetur dupliciter, vel fideiuſſoribus quod idem eſt, quod ſatiſdatione *leg. dubitet 10. ff. de fideiuſſ. leg. qui proprio, in princ. 46. ff. de proc. leg. quod ſi ij, ff. de rei vind. leg. quarta, ff. rem pupill. ſal. fore, leg. Lucius 45. §. Paulus, ff. de adminiſtr. tut.* vel ſecundo, 20
cauetur etiam obſidibus, vt ex Cæſar. *lib. 7. de bello Gal.* tradunt Rebuff. *in dict. leg. habere 188. §. cautum, ff. de verb. ſign.* & Calu. *in lexi. verb. Cauere obſidibus.*

21 Rebus etiam duplicit cauetur, videlicet, primò Pignore *l. ſi conuenerit 18. §. ſi quis, & leg. rem 9. §. ſatiſfactum ff. de pign. actio. d. l. 1. §. iuberi ff. de collat. bonor.* Dùm enim retinet pignus illud non dimiſſurus, niſi fuerit ſibi ſatisfactum, pro quo, & illud etiam vendere poterit, ſatis certus eſt de ſuo credito, ſibi illud petire non poſſe, vt ex Vul. *§. 6. n. 21. Inſtit. de actio.* explicat Calui. *in lexic. verbo, cautiones prætoriæ, fol. mihi 163. col. 2. in fine.*

22 Cauetur ſecundo, rebus, id eſt ſequeſtro in ea ſpecie, quod fit, vt magis ſecurus ſit de ſuis iuribus, qui illud obtinet, de quo loquuntur Rebuff. *1. par*

Conſtit. Gallic. tit. de litteris oblig. art. 6. *gloſ.* 3. *à n.* 47. Cancer. *variar. tom.* 2. *cap.* 4. *a num.* 7. *& ſub numero* 18. *ex leg. ſi fideiuſſor*, §. *penult. ff. qui ſatiſd. cog.* Et ideò ſequeſtrum impetrari à creditore, quo magis ſibi ſit conſultum, tradit Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *cent.* 5. *caſu* 457. *num.* 1. Et quod propterea ſequeſtrum dicatur cautio, cum magis ſecurum efficiat creditorem dubitari non poteſt, quod etiam ſentit Card. Tuſc. *tom.* 7. *lit. S. concl.* 202. *num.* 24.

23 Hæ autem cautiones cum adiuncto firmiores ſunt, & vtiliores, ideò dicuntur idoneæ; adeò quod, quoties, vel ex idonea caueri iubet, vel Partes de idonea cautione conueniunt, non de ſimplici cautione, ſed de iſtis intelligitur, nempè, cum fideiuſſore, vel pignore, *l.* 4. §. *adiici, ff. de fideic. liber.* gloſ. *in leg. ſed & hæ* 5. §. *defendere. ff. de proc. ex l. ſi mandato* 45. §. *fin. ff. mand.*

Et hæc quidem de formali cautione, ſub cuius genere omnes ſupradictæ ſpecies continentur.

24 Materialiter etiam cauere cautum, & cautio accipiuntur, nempe pro ipſa ſcriptura, qua formalis cautio, ſeu ſecuritas facta probatur, quo ſenſu accipitur *in leg. lecta* 40. *ff. ſi certum pet. & in leg. cum de indebito* 25. §. *fin. ff. de probat.* Et generaliter accipitur pro omni ſcriptura, qua ſecuritas fit, & in *leg. minor.*

25 41 *in princ. ff. de minor.* Erit autem multiplex, videlicet.

Cauetur inſtrumento *leg. Mania* 50. *in princ. ff. ſol. matr.* Cauetur Chyrographo *leg. ſicut certo* 5. §. *idem reſpondit, & leg. in commodato* 17. §. *igitur. ff. commod. leg. ſi ex pluribus* 89. *in prin. ff. de ſolut.* Cauetur Epiſtolis *leg. Publia* 26. §. *fin. ff. de poſſ. leg. Titius* 24. *de conſtitut. pecun.* Cauetur etiam Literis *leg. Titia* 134. §. *item reſpondit, il ſecondo. ff. de verbor. obligat.* Iſtæ ſimiliter ſpecies ad ſuum hoc genus materiale

26 reducuntur. His explicatis, ex illis, pro prima hac inſpectione, quid contineatur ſub illis verbis generalis Indultus, *aut aliter Fiſco noſtro pro ea cautum fuerit*: infraſcriptæ concluſiones ponuntur.

27 Prima concluſio de iuris rigore, & ex vi comprehenſiua verborum, omnes ſupradictæ ſpecies cautionis, ſeu ſecuritatis continentur ſub prædictis verbis Indultus (*aut aliter Fiſco noſtro pro ea cautum fuerit*, & proindè à prædicta exceptione indultus ſunt exceptæ.

28 Primò, poſito genere ponitur & quælibet eius ſpecies, *leg.* 1. *ff. de auro, & arg. leg. l. item legato*, §. 1. *ff. de leg* 3. ſicut eo remoto, etiam omnes ſpecies remouentur, *leg. ſi cauſa cognita*, cum gloſ. ibi, & Doctor. *de tranſact.* cum aliis per Euerard. *in topic. loco* 6. *in principio*, quia continet omnes eius ſpecies *leg. omnes*, vbi Ang. *C. de præſcript.* 30. *annor. l.* 1. §. *conuentionis, ff. de poſt.* Cagnol. *in leg. in tot. num.* 5. *ff. de reg. iur.* cum aliis per Surd. *dec.* 255. *ſub num.* 18. Quare quando in aliqua diſpoſitione apponitur verbum *cautum*, ſeu *cautio*, cùm generaliter profertur venit, & comprehenditur omnis cautio, vt in ſpecie, & punctualiter docuit Rebuff. *in d. leg. habere* 188. §. *cautum, circa finem, ff. de verb. ſignif. fol. mihi* 845. *verſ. cautionis autem nomen.* Cùm ergò in Pragmatica noſtra ponatur verbum *cautum*, ſub hoc generali verbo, omnes prædictæ cautionum ſpecies continebuntur.

29 Secundò, verba legis, vel ſtatuti ſecundum propriam, ſignificationem ſunt intelligenda, *l.* 3. §. *hæc verba, ff. de negot geſt.* Dec. *conſ.* 53. *num.* 4. *lib.* 1. Surd. *dec.* 9. *num.* 3. quia non eſt recedendum à proprietate verborum, *leg. ille, aut illa*, §. *cum in verbis*, & *leg. non aliter. ff. de leg.* 3. Et in materia etiam odioſa nedum fauorabili attendimus proprietatem verborum, Barb. *in leg. quia tale, num.* 37. *ff. ſol. matr.* cum aliis por alium Barb. *de princ. iuris litera V. ſub num.* 6. Ideò omnia quæ ſub proprietate, & generalitate verborum continentur, legi, vel ſtatuto conueniunt, eiuſque deciſionem determinabunt *leg.* 4. §. *toties, ff. de damno infecto*, & Surd. *dict. dec. num.* 3. & verba generalia, ſunt etiam generaliter intelligenda, *l.* 1. §. *quod autem, ff. de alea*, & Iun. Barb. *vbi ſup. num.* 22. Vnde cùm proprietas verbi *cautum*, ſit comprehendere omnes ſupradictos modos ſecuritatis, tam materialiter, quàm formaliter, de omnibus erit noſtra ſanctio intelligenda.

Secunda concluſio ex prima generali deſcendens: 30
Excluduntur ab Indultu pœnæ illæ pecuniariæ, ex quauis cauſa Fiſco debitæ, pro quibus adeſt obligatio rei expreſſa, ac cum debitis ſolemnitatibus facta nempe in ſcriptis, cum ſtipulatione, obligatione bonorum, iuramento, & maximè ſi fiat apud acta Iudicis. Cùm eo in caſu non vna, ſed multiplex Fiſci cautio, ſeu cautela adſit videlicet ſcriptura, ſtipulatio, hypotheca, iuramentum, ac ipſe locus iudicij, ad notata per Alciat. in *leg.* 5. *ff. de verb. oblig.* & per D. de Franch. *dec.* 618. Cur igitur (vbi tot modis validè Fiſco eſt cautum, & proindè eius ius firmius ſtabilitur) non comprehendetur ſub exceptiuis verbis Indultus? Nam cui verba legis conueniunt eius etiam conuenire debet diſpoſitio, *l.* 4. §. *toties, ff. de dam. infecto, leg. quod conſtitutum, ff. de milit. teſtam.* Surd. *dec.* 276. *num.* 11. & 14. & Tiraq. *in l. ſi vnquam, in verbo libertis, num.* 2. *C. de reuoc. donation.*

Tertia concluſio, multò magis ab indultu erunt 31
exceptæ pœnæ illæ, pro quibus idoneè erit Fiſco cautum, iuxta modum, & ſenſum ſupra expoſitum, videlicet fideiuſſione, & pignore, quia talis cauendi modus loco ſolutionis eſt, *leg. reſcripto*, §. *planè, ff. de muner. & honor.* quæ probatur.

Primò, ex ratione iam dicta, nam, & iſtæ ſpecies 32
ſunt, quæ ſub ſuo genere continentur; imò per antonomaſiam, cautionis nomen tales ſpecies ſignificat, *d. l. habere*, §. *cautum, ff. de verbor. ſignifi. & d. l.* 1. §. *iubet. ff. de collat. bonor.*

Secundò, quia certum eſt, quod Pragmatica de 33
Indultu, eſt Conſtitutio Principis, & proindè nomine iuris ciuilis continetur, ad tex. *in* §. *conſtat, Inſtit. de iur. nat. & ciu.* at quando verbum *cautio*, profertur a lege, comprehendit etiam cautionem fideiuſſoriam, vel pignoratitiam, vt voluerunt Iacob. de Rau. Pet. de Bellapert. Cyn. Bart. & Rom. *num.* 17. *in dict. l. diuortio*, §. *interdum, ff. ſolut. matr.* Damard. *in patrocin. pup. cap.* 6. *num.* 12. *tom.* 8. *part.* 2. *tract.* & per illum tex. optimè Gregor. Lop. *gloſ.* 10. *lib.* 10. *num.* 33. *p.* 7. Igitur verbum *cautum* prolatum à lege Regni, nempe Pragmatica etiam has duas ſpecies continebit.

Tertiò, hoc patet ex ratione indultus: licèt enim 34
nulla in eo ratio expreſſa ſit, cur ſex illos caſus exceperit à generali pœnarum indulgentia, aliqua tamen ſubeſſe debuit, vndè Rex ad id motus fuerit, maximè cùm videamus non ſemel, ſed pluries, ſub hac verborum formula indultus eſſe conceptos, videlicet tempore Philippi II. anno 1572. *Prag.* 7. *de abolit.* & bis tempore Regis Philippi III. videlicet anno 1600. & anno 1605. vt *Prag.* 11. & 12. *eod. tit.* Et demùm prædicto anno 1629. tempore Sereniſſimi noſtri Regis: Neque enim toties hac verborum formula Rex vſus eſſet, niſi aliqua ſubeſſet ratio à qua moueatur. Erit autem ni fallor hæc.

Tripliciter pœnæ iſtæ pecuniariæ poſſunt conſi- 35
derari: quędam quæ ſint iam Fiſco totaliter quæſitæ, quod fit in quatuor ex ſex prædictis caſibus exceptis,

ptis, nempe, ſi realiter exactæ, ſi incorporatæ, ſi aſſignatæ, ſi compoſitæ, & has quidem noluit comprehendi, quia agitur de lucro totaliter quæſito, quod eſt ad inſtar damni, & eſſet diminuere Regis Patri-
36 monium. Et certum eſt idem iudicari de lucro quæſito, quod de damno, vt ſentiunt DD. *in l. non amplius, 16. §. ſi certum, ff. de leg. 1. eſt tex. in leg. 2. § merito. ff. ne quid in loco publ. gl. in l. 2. in §. ſi quis autem propter, in verb. per in integrum, ff. de trin. alliuque prou.* alios citat Alex. *in conſil. 169. num. 4. lib. 2. & in l. 2. §. fin. cum l. ſeq ff. de ſatiſd. cog.* Principis enim indulgentia non ſolet continere bona iam Fiſco quæſita, quod expendit Catal. *de indul. c. 19. à n. 62.* optimè Bald. *in l. nec damnoſa in 2. oppoſit. C. de prec. Imper. offer.* quem citat Iaſ. *in d. § ſi certum, ſub num. 7.*

37 Quædam ſunt pœnæ ſimpliciter Fiſco debitæ, non adhuc quæſitæ, & iſtæ ſunt remiſſæ per Indultum, etiam ſi condemnatio ſit ſequuta.

38 Quædam ſunt pœnæ, quæ licet totaliter non ſint Fiſco quæſitæ, firmiùs tamen ei debentur, cùm ex ſimplici obligatione delinquentis, quæ ex delicto, vel ex ſententia naſcitur. Exemplum in pœna per delinquentem acceptata, certè hæc pœna non eſt adhuc neq; totaliter quæſita, quia nihil aliud adhuc ei eſt traditum, vt in quatuor caſibus præcedentibus. Verùm ex acceptatione delinquentis, efficitur Fiſcus ſecurus magis, quam antea erat. Hæc etiam ab Indultu eſt excepta: Pari ratione pœna pro qua datus eſt fideiuſſor firmiùs debetur Fiſco, quam vbi non adeſt. Multò fortiùs illa, pro qua iam factum eſt ſequeſtrum. Si igitur vbi ſolum adeſt acceptatio, excipitur ab Indultu, ea ratione, quia magis pro ea eſt Fiſco cautum, multò fortius eadem ratione, vbi maior, ac firmior adeſt cautela, nempè fideiuſſione, vel pignore.

39 Et horum omnium ea eſt ratio: Quia lucra, ſeu pœnæ iſtæ, pro quibus firmiùs Fiſco eſt cautum, magis accedunt, & aſſimilantur pœnis iam quæſitis, & magis de ſuo remittit Fiſcus, qui propterea videtur damnum ſentire, vt per ſupradicta iura, & alia dicit Surd. *dec. 270. n. 20.* At ſicut Rex noluit ita gratioſus eſſe, vt remitteret lucra iam quæſita, ita nec lucra firmius radicata, & ſi adhuc non plenè, ac totaliter quæſita, cùm par ratio in vtroque caſu eſſe videretur, nempe magna diminutio iuris Fiſcalis, ad quod facit tex. *in leg. nec damnoſa, C. de prec. Imper. offerend.*

40 Quod verò hæc fuerit ratio colligitur ex dictis per D. Reg. Conſtant. *in l. 1. n. 58. C. de pœn. Fiſci credit. prefer. lib. 10.* vbi ait de ſtylo Cancellariæ Neapolitanæ, quando pœnæ pecuniariæ indulgentur, apponi clauſulam *dummodo non ſint exactæ, nec executæ*: quibus comprehenduntur primum genus pœnarum ibi *exactæ*, pro pœnis, quæ ad Fiſcum deuenerunt, verbum *executæ*, pro illis, quæ etſi nondum incorporatæ, eſt tamen pro illis firmius effectum in Fiſci executione, ſubdit ſtatim Dom. Conſtantius, quod demandatum ſibi tunc degenti in Supremo Italiæ Conſilio, apud Catholicam Maieſtatem, vt indultus verba componeret, appoſuit ea verba, de quibus agimus, quaſi diceret, quod indulgentia generalis compoſita fuit, ad inſtar particularis indulgentiæ, quæ paſſim pœnarum pecuniarum dari ſolent in hoc Regno delinquentibus, vt ſicut ab iſtis non ſolùm excluditur caſus, quando pœna eſt exacta, ſed etiam ſi firmius, nempe executione Fiſco eſſet cautum, ita etiam in indultu, Et ita tenet in ſpecie Catal. *in tract. de indultu à n. 19. vſque ad 75.*

41 Quarta concluſio, etiam ab indultu excluduntur pœnæ, pro quibus factum fuit ſequeſtrum, & bona in poſſe miniſtrorum Regiæ Curiæ, vel alicuius ordine Iudicis poſita fuerunt: etenim vt ſupra dictum fuit hic caſus comprehenditur, ſub tali ſignificatione verbi *cautum*, quia negari non poteſt, quod quando bona, quæ Fiſcus prætẽdit intercepta, ſunt iam ſequeſtrata, tunc Fiſcus magis ſecurus eſt pro ſuo iure, quod firmiùs tunc erit radicatum. Vnde non ſolùm comprehenditur ſub generali ſignificatione verbi, *cautum*, ſed militat ratio illa indultus, de qua in ſupradicta tertia concluſione, quod tunc firmius cautum erit Regio Fiſco.

Accedat, quod ſi ex ea ratione, quia magis ius 42
Fiſci eſt radicatum, excluditur caſus, quando pro pœna dati ſunt fideiuſſores, quia tunc Fiſcus magis eſt ſecurus, vt in ſupra dicta tertia concluſione dictum fuit, multò fortiùs in caſu ſequeſtri, quia magis Fiſco conſultum eſt per ſequeſtrum bonorum, quam per fideiuſſores.

Nec intereſt, quod per ſequeſtrum bonorum, 43
quæ prætenduntur intercepta, non dicatur oriri hypotheca in beneficium Fiſci, quia neque hoc eſt verum, ex particulari Fiſci priuilegio, qui etiam pro pœnis habet hypothecam, licèt non præferatur creditoribus ex cauſa oneroſa, prout ad intelligentiam tex. *in l. aufertur, §. fiſcus ff. de iure fiſci,* voluit ibi Dyn. quem ſequitur Dom. Reg. Conſtant. *in tit. pœn. fiſcal. credit. prefer. lib. 1. num. 107.* dicunt quod reſpectu debitoris pœnæ, datur Fiſco hypotheca in eius bonis, & voluit Aſtar. *de offic. Fiſcal. gloſ. 34. numero 136.* Ideò rectè dicitur, quod facto ſequeſtro bonorum interceptorum, ſtatim ſint Fiſco hypothecata, ex cauſa intercepti.

Præterea eſto, quod per ſequeſtrum non indu-
caretur hypotheca in beneficium Fiſci, hoc nihil ad 44
rem, ſufficit, quod tenens bona ſequeſtrata ſecurior factus fuit conſequendi pœnam intercepti, tempore condemnationis. Nam ſi in pignore adeò dicitur ſecurus creditor, quia rem pignoratam penes ſe habet, ex cuius alienatione poteſt ſibi ſatisfieri; idem erit in Fiſco, qui habens rem ſequeſtratam, certus erit tempore ſententiæ ſe conſecuturum bona intercepta, vnde parum quoad ſecuritatem, refert habere, vel ne hypothecam in bonis ſequeſtratis.

Quinta concluſio, etiam illæ pœnæ pro quibus 45
fuerunt factæ apocæ banco alicuius quantitatis ſoluendæ, quando condemnatio ſequatur, continebuntur ſub dicto verbo *cautum*, & proindè à generali Indultu erunt excluſæ. Et hoc duplici ratione, videlicet; quia cùm verbum cautum, vt ſupradictum eſt, accipiatur materialiter, & formaliter, apocæ prædictæ, ſiue Banco directæ, ſiue etiam ſi priuatæ ſunt vtroque genere continentur.

Materialiter quidem, quia iam dictum eſt chyro- 46
grapha epiſtolas, litteras, ſyngraphas, ſicut & inſtrumenta ſub nomine, & genere cautionis contineri, & appellatione verbi *cautum*, comprehendi. Apoca verò banco, ſub litterarum, vel Epiſtolarum nomine includitur, vel ſub nomine Syngraphæ, aut Chyrographi, quod nulli eſt dubium.

Formaliter etiam, quia ex ea oritur obligatio ſcri- 47
bentis, quæ habet executionem paratam vigore Regiæ Pragm. de qua per Dom. de Franch. *deciſion. 502.* & Dom. Rouit. *in Pragm. 64. à num. 31. de offic. Procur. Cæſar.* adeò quod vigore d. Pragm. 64. §. *item volemo, de Offic. Procur. Caſ.* habeat executionem paratam, & ſatis dicetur ex ea Fiſco cautum, & facit tex. *in dict. leg. Titia 134. §. item reſpondit, il ſecundo, ff. de verbor. oblig. leg. Publia 26. §. ff. fin. depoſ.* Et ex Epiſtola oritur actio conſtitutæ pecuniæ, perbellè ait Marcell. *in l. Titius 24. in fine, ff. de conſtitut.*
pecun. De qua concluſione dicam etiam aliquid infra 48

in tertia inſpectione. Et amplius prædicta confirmantur quia ſtante executione parata, quam habent ſimiles apocæ, firmius erit ius Fiſci, & propterea militat etiam ſupradicta ratio indultus in tertia concluſione poſita.

49 Et hæc de prima inſpectione propoſita, & generalitate verbi *cautum*, ea ratione inducta.

Secunda Inſpectio: quamuis apud nonnullos dubitari vidi, quod niſi fuerit lata ſententia tempore pœnæ, comprehenduntur in indultu & non habebit locum illa clauſula exceptiua *dummodo pœna*, &c. ego tamen intrepidè exiſtimo, non eſſe neceſſariam ſententiam condemnatoriam. Quod duplici ratione probatur videlicet, ex verbis Indultus,& & ex mente Regis Indulgentis.

50 Ex verbis indultus multipliciter: Primò quia in nulla parte Indultus hoc legitur, vel dicitur,& quod lex non dicit, nec nos dicere debemus, *l. illam C. de collat.* Surd. *dec.* 195. *num.*4. nam ſi hoc voluiſſet, expreſſiſſet, *l. vnica* §. *ſin autem deficientis C. de caduc.toll.l. ſi ſeruus,* §. *pretore, verſ. non dixit, ff. de acquir hered.* Tiraq. *in l ſi vnquam, verbo libertis, num.* 3. *C. de reuoc.donat.* Surd. *dec.* 88. *num.*4. Et ideò præſumitur hoc voluiſſe, cum de facili exprimere potuiſſet, vt ait Menoch. *conſ.* 30. *num.*8.& Barb. *iun. verbo lex. num.* 32. *in fine.* Ex quibus optime dixit Reg. Valenz. *conſ.* 93. *num.* 25. & 26. quod non debet admitti, nec in Practica introduci res quæ ſit extrà legem, vt notatur à Bald. *in cap. nihil* 44. *num.* 15 *de elect. in in leg.* 4. *num.* 1. *cap. ex quib. cauſ. maior.* Veſſemb. *in Auth. nouiſſ. num.* 36. *C. de inoff. teſt.*

51 Secundò, Quia in ipſo Indultu generaliter, & indiſtincte dicitur, *aut aliter Fiſco noſtro pro ea cautum fuerit,* non diſtinguendo lata ſit ſententia condemnatoria, & non lata, vndè generaliter lex loquens ita eſt intelligenda, *leg. de pretio, ff. de public in rem actio leg.* 1. §. *generaliter, ff. de leg. preſtan.* Surd. *conſ.* 271. *num.* 28, Barb. Iun. *verbo lex num.* 29. Nam comprehendit omnes cauſas, etiam, quod in vno ſit maior ratio, quam in alio, *leg.* 1. §. *quod autem, ff. de aleat. l. in fraudem, in fine,* vbi Bald. *ff. de teſtam. milit.* Et vbi ipſa non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, *l. non diſtinguimus, ff. de arbitr. leg. Preſes ff. de off. Preſ.* cum aliis per Barboſ. *verbo lex num.* 28. & 29.

52 Tertiò vnica ſtructura verborum ſunt excepti ſex caſus, de quibus ſupra, ait enim *dummodo pœna, vel mulcta, vel condemnatio realiter exacta, incorporata, acceptata, vel compoſita non ſit, aut aliter Fiſco noſtro pro ea cautum fuerit.* Ex prædictis autẽ caſibus clarè conſtat, quod non requiritur, quod præcedat ſententia condemnatoria in quarto caſu, quando pœna eſt acceptata, nec in quinto quando eſt compoſita: Ergo nec etiam requiretur, quod præcedat in hoc ſexto, nempè quando aliter pro ea erit Fiſco cautum, cum non ſit maior ratio in vno, quam in alio, & vnica determinatio plura reſpiciens determinabilia debet omnia æqualiter determinare, *l. iam hoc iure, ff. de vulg. leg. quamuis, C. de impub. & aliis ſubſtit.* Eug. *conſ.* 48. *num.* 7. *lib.* 1. maximè cum dicti caſus ſunt æquiparati, *vt ex leg. Gallus,* §. *ſed, & qui ſi tantum, ff. de lib.* & *poſth.* tradit D. Reg. Valenz. *conſil.* 83. *num.* 138. & 139.

53 Quartò in principio eiuſdem clauſulæ dicitur, *dummodo pœna, vel mulcta, vel condemnatio realiter,* &c. & paulò ante dixerat, *à quacumque pœna non modo corporali, ſed etiam mulcta. vel condemnatione pecuniaria, vel bonorum confiſcatione, &c.* ſi ſemper requireretur condemnatio ſufficiebat dicere, *à quacumque condemnatione,* & ſuperflua fuiſſent illa verba, *pœna, vel mulcta,* quia omnia veniebant ſub illo verbo *condemnatione:* verba verò non debent eſſe ſuperflua, ſed aliquid operari, *leg. ſi quando, ff. de l.* 1. *l. fin. ff. ne quid in loc. publ.* ita vt ſine effectu non moueant *leg. ſi ſtipulatus fuero, ff. de verbo. obligat.* Quod procedit etiam in priuilegiis *cap. ſi Papa, in fine, de priuil. lib.*6. vbi DD. Bertaz. *in leg. ſi quis maior, à num.* 245. *ff. de tranſ.* cum multis apud Barb. Iun. *in princ. iuris, lit. V. ſub num.* 11. vt igitur ea verba operentur, & non abundent, intelligenda ſunt de pœna, vel mulcta, etiam abſque condemnatione, nempe, vt ea verba oppoſita ſint ad condemnationem, & ſit ſenſus, quod ſiue adſit condemnatio, quod innuit verbum *condemnatio,* in dicta clauſula tertio loco poſita, ſiue non adſit, quod innuunt illa duo verba, *pœna, vel mulcta,* in eadem clauſula primo, & ſecundo loco poſita ſemper excipiuntur ab Indultu, quando ſumus in aliquo ex prædictis ſex caſibus.

54 Quintò hoc amplius confirmatur ratione, ni fallor irrefrangabili ex eo, quia ſupra ſtatuerat regulam generalem indulgendo omnes pœnas in omni caſu, ſiue cœpta inquiſitione, ſiue non, ſiue lata ſententia, ſiue non lata. Excepit poſtea prædictos ſex caſus, de quibus ſupra, inter quos eſt præſens, quando aliter pro pœna Fiſco eſt cautũ, vt ergo exceptio ſit de regula, debet intelligi, vt ſint excluſæ pœnæ pro quibus aliquo ex ſupradictis modis ſit Fiſco cautum in omni caſu, quo debentur, ſiue condemnatione ſecuta, ſiue non, ſiue cæpto, vel non cæpto Iudicio, cum clara ſit Iuris diſpoſitio, quod exceptio debet eſſe de regula, illamque declarare, ad text. *in leg. quæſitum,* §. *denique, ff. de fundo inſtructo in leg. nam quod liquida,* § *fin. in fin. ff. de pœn. leg.* Surd. *conſ.* 352. *numer.* 12. *lib.* 3. Euerard. *in ſup. loc.* 3. Seraph. *deciſ.* 980. *num.*7. & in noſtra materia latè Catall. *dict. cap.* 19. *à n.* 20.

55 Sextò Hoc amplius confirmatur, quia vbi lex voluit condemnationes, nempe, in pœna confiſcationis bonorum hoc expreſſit, nam poſt verba *aut aliter Fiſco noſtro pro ea cautum fuerit:* ſubdit aliam exceptionem, videlicet *aut bona ipſa iam per ſententiam à Iudice latam expreſsè confiſcata non fuerint:* ecce quod vbi voluit mentionem facere de ſententia, fecit, vbi noluit, omiſit & ſi noluiſſet in caſibus de quibus agimus, etiam expreſſiſſet, ex dictis ſupra ex Tiraq. Surd. *deciſ.* 322. *num.* 22. & alij ex tex. *in dict. leg. vnica* §. *ſin autem deficientis, Cod. de caduc. tollen. & dict. leg. ſi ſeruus,* §. *vt Prætor, verſ. non dixit, ff. de acquir. heredit.*

56 Ecce igitur quod tantùm abeſt, quod ex lectura Indultus colligatur requiri ſententiam condemnatoriam pœnæ, vt prædicti ſex caſus cenſeantur excluſi, quod contrarium conuincitur aperte nullam talem ſententiam requiri.

57 Quod non ſit ſententia condemnatoria neceſſarià probatur etiam ex mente Regis Indulgentis triplici via. Prima ex verbis ipſius Indultus, quæ ſupra pluries ſunt ponderata.

58 Secunda ex ratione ipſius Indultus; nam ſi ratio excipiendi illos ſex caſus fuit, de qua ſupra, videlicet quia noluit Rex remittere ius radicatum, vel quod firmius ſibi competit, cum ad hanc firmitatem fundandam non requiratur ſententia. Sed quod fideiuſſore, pignore, ſequeſtro, apoca aliiſque modis caueatur Fiſco, ac ius ſuum magis firmetur vtique etiam quando non adeſt ſententia ſub ea ratione generalis Indultus continebitur, & proinde ſi etiam non exiſtente ſententia militat eadem ratio excipiendi ab indultu, militabit eadem iuris diſpoſitio, *leg. illud ff. ad leg. Aquil. cum concord. apud Barb. in loc. comm. littera. B. n.*6.

Tertia, colligitur mens Regis ex veriſimili ad tex. *in leg. tale pactum, ff. de pact. leg. fin. in princip.*

cip. ff. quod met. cauſ. cap. quia veriſimile de præſumpt.

59 Veriſimile autem eſt Regem interrogatum, quod ita reſponderet tum ob delictorum frequentiam, maxime, quæ in extractionibus commiſſa ſunt, vnde rigor eſt exercendus, vt colligitur ex Grammat. *deciſ.* 38. *num.* 14. & D. Franch. *deciſ.* 521. *num.* 22. ad tex. *in leg. aut facta, §. fin. ff. de pœn.* & *in leg.* 3. *Cod. de Epiſc. aud.* tum ob Regij Fiſci huius ſummam inopiam, propter quam quantò minus eſt poſſibile eſt illi auferendum, vt poſſit maxime neceſſitatibus, quibus premitur ſufficiens eſſe, maximè præſentibus, & illis quidem vrgentiſſimis, nemo enim in neceſſitatibus liberalis exiſtit, *l. proximè* 50. *ff. de rit. nupt.*

Hac concluſione, vt ſupra firmata ſupereſt contrariis reſpondere quæ facili negotio diluuntur.

60 Primum obiectum, quod illa clauſula indultus *dummodo pœna &c.* reſpicit ſatisfactionem, ſiue veram, ſiue fictam pro pœna. Satisfactio ſupponit debitum pro quo fit: ergo, vt agatur de ſatisfactione pœna illa debet eſſe debita, at non poteſt dici debita, antequam quis ad eam per ſententiam fuerit condemnatus, immò etiam ſi ipſo iure incurritur, tamen ante ſententiam declaratoriam non exigitur.

61 Reſpondetur primum Aſſumptum non eſſe verum: ſiquidem clauſula continet plures caſus, vt dictum eſt ſupra, quorum licet aliqui reſpiciant ſatisfactionem pœnæ, non tamen omnes, vt eſt hic, de quo agitur in illis verbis *aut pro ea aliter Fiſco noſtro cautum*: vbi non ad ſatisfactionem, ſed ad ſecuritatem Fiſci reſpexit Rex, pro qua ſecuritate non eſt neceſſaria ſententia, cùm fiat aliquo ex modis ſupra narratis. Nec neceſſe eſt, eo quia illi quinque caſus reſpiciant ſatisfactionem pœnæ, quod hoc etiam intelligatur de ſexto caſu, & propterea generalis verbi ſignificatio ad eam tantùm ſpeciem, contra ipſius verbi proprietatem reſtringatur, cùm non ſit a proprietate verborum recedendum, & nullum abſit inconueniens, vt illi quinque caſus, *exacta, incorporata, aſſignata, acceptata, compoſita*, reſpiciant ſatisfationem pœnæ, quia id ex proprietate vocabuli ſignificant, ſextus autem ſolùm ſolum reſpiciat ſententiam.

62 Secundò non obſtat, quod carcerati gaudeant Indulto, & ſic etiam illi qui ſub fideiuſſoribus detinentur, & tamen videtur Fiſco cautum carcere, vel fideiuſſione, pari ratione, quando aliis modis ſupradictis cautum eſt.

63 Reſponſio eſt facilis, quia indultus expreſsè carceratos, vel fideiuſſoribus relaxatos incluſit: ait enim *& ſiue rei in carceribus, & ſiue ſub fideiuſſione extrà carceres commorantur*: & vbi verba ſunt expreſſa, non poteſt in controuerſiam adduci, at non non poteſt exinde argui ad caſus non exceptos, qui ſub generalitate verborum exceptionis continentur. Voluit enim Rex carceratos gaudere, ac fideiuſſoribus relaxatos: noluit comprehendi pœnam, pro qua Fiſco eſt cautum, non poteſt argui à caſu expreſſo affirmatiue determinato ad caſum, etiam expreſſum, ſed negatiuè diſpoſitum, ne contra Regis voluntatem, & diſpoſitionem iudicetur.

Et licèt hæc Regis voluntas ſufficeret, adhuc additur ratio, quia exceptiones contentæ in Indultu in ea clauſula *dummodo pœna &c.* reſpiciunt intereſſe Fiſci pecuniarium, in quo noluit Rex quando ius eſt quæſitum, vel firmius cautum illud remittere. At carceratione rei non fundatur ius Regis pecuniarium, quia carceratio non eſt propter pœnam pecuniariam, ſed corporalem inſligendam ex conſtitutione Regni *humanitatem*, cum illi Rei carcerentur, qui pœna corporis afflictiua ſunt puniendi, non qui pœna pecuniaria. Meritò non poteſt dici carceratione reorum pro pœna cautum Fiſco, cum pro ea cauſa, nec ſint carcerati, nec carcerari potuerint; ſic fideiuſſores, eo relaxato non fideiubent pro pœna pecuniaria, quam non promittunt, ſed tantùm pro repræſentanda perſona, ideò cum eis firminùs cautum Fiſco dici non poteſt.

Tertiò obiicitur, quod per ſolum ſequeſtrum non inducatur pignus prætorium, vel iudiciale, ſed illud contrahitur ex ſecundo decreto, & proinde debet procedere, vt excludatur ab Indultu. 64

Reſpondetur etiam abſque ſecundo decreto, & etiam abſque pignore iudiciali, vel prætorio eſſe Fiſco firmius cautum, videlicet ſequeſtro, vel aliis modis ſupradictis: & proindè ſit, vel in contractum pignus prætorium, vel iudiciale non eſſe vim faciendam. 65

Obiicitur auctoritas Maſtrill. *in comm. de Indul. cap.* 22. *num.* 10. vbi habet hæc verba: *Sextò requiritur, quod pro tali pœna, vel condemnatione fiſco aliter cautum non ſit, quod intelligi poteſt, ſi pro tali pœna fuiſſet præſtita fideiuſſio, de ſtando iuri, & iudicatum ſoluendo, vel non barattandis, iuxta formam Pragmaticarum regni, vel proceſſum ad carcerationem. Verum quia verba textus repugnare videntur, dum remiſſio pœnæ conceditur, etiamſi proceſſum fuerit ad condemnationem, & clarum eſt, quod prædicta omnia precedunt condemnationem ipſam: ideo in M. R. C. indiſtinctè iudicatur, quod gaudeant Indultu etiam facto inuentario, & prædictis omnibus internenientibus, ſi pœna per fiſcum adhuc non fuerit exacta, & ità ſeruatur.* Hæc Maſtrill. Quibus verbis non ſolùm exigit condemnationem, ſed etiam pœnæ actionem vt ab indultu dicatur excluſa. 66

Reſpondetur rationem à Maſtrillo adductam, nullo modo concludere: procederet enim ſi ſemper ante condemnationem, vel bona ſequeſtrarentur, vel fideiuſſores, aut pignora pro pœna pecuniaria ad cautelam Fiſci darentur. Tunc enim rectè argueretur, ſi lata ſententia condemnatoria adhuc indultus habet locum, quo caſu iam erat aliquo ex prædictis modis cautum Regio Fiſco; fortius locum habebit non lata ſententia, interpoſita etiam aliquo ex modis prædictis pro fiſco cautione. At non eſt ita, non enim ſemper ante condemnationem Fiſco pro pœna pecuniaria cauetur, vel ſequeſtro, vel fideiuſſore, vel pignoribus, ſed quandoque cauetur, quandoque non. Senſus verus igitur verborum indultus erit, vt quoties ſequitur condemnatio, nec tamen aliquo ex prædictis modis, de quibus ſupra Fiſco fuerit cautum, ſemper indultus locum habebit: at ſi modo aliquo ex prædictis fuerit Fiſco cautum, tunc ſiue ſecuta ſit condemnatio, ſiue non ſequuta, ſemper dicatur hæc pœna excepta, quia tunc dicitur Fiſco cautum, & comprehendetur in clauſula exceptionis; vnde non eſt curandum de auctoritate Maſtrill. nec de indicandi ſtylo Siculorum, quem refert Maſtrill. *ſi modo rès ita ſe habet*: quod tam fragili fundamento innitantur. 67

Quintò minus obſtat, quod aſſeritur aliàs in anno 1572. fuiſſe indicatum, quod ab indultu exciperentur omnes condemnationes pecuniariæ, quæ ante datam illius fuerunt exactæ, incorporatæ, aſſignatæ, acceptatæ, compoſitæ, vel aliter ſit de ipſis cautum Regiæ Curiæ, dummodo ſentententiæ deſuper latæ feciſſent tranſitum in rem iudicatam, dicto die, & data. 68

69. Reſpondetur primò eam interpretationem factam indulgentiæ ab olim Rege Philippo II. latæ anno 1572. non poſſe viſurpari ad interpretationem indulgentiæ latæ à Rege noſtro Philippo IV. anno 1629. ex tribus.

70 Primò quia exemplis non eſt iudicandum, maximè quando rationes in contrarium vigent; quare ſæpius vidimus contrarias deciſiones pro temporum varietate, ac perpenſis meliùs rationibus, factas fuiſſe: ſiquidem tempore Afflict. deciſum fuit in antefato ſuccedere filios, vti filios, & per Afflict. *deciſion.* 314. at poſtea deciſum fuit ſuccedere illos vti hæredes patris, vt ait D. de Franch. *deciſ.* 106. *part.* 1. ſic etiam primo loco fuit deciſum filio religioſo in bonis maternis deberi nonam partem de decem, vt teſtatur D. de Franch. *deciſion.* 567. *part.* 4. quæ poſtea iunctis quatuor Aulis fuit reuocata, referente Dom. Regente Valenzuela, tunc Regio Conſiliario.

Item primo loco fuit iudicatum matrem, quæ erat Nobilis Sedilis Nidi, nempè D. Mariam de Aulos, orta tamen erat ex Magnatibus, & cum Magnate contraxerat, excludendam eſſe à ſucceſſione filiorum ab inteſtato decedentium; ita quod præualeret conſuetudo Capuanæ, & Nidi more Magnatum, & nihilominus nouiſſimè in cauſa D. Sueuæ de Aulos Principiſſe Conchæ, fuit iudicatum contrarium, & admiſſa ad ſucceſſionem Principis filij ab inteſtato mortui, & ita ſæpiſſimè variatæ ſunt deciſiones; ita vt malè poſſit inferri, ità deciſum tùc, ergo, & nunc. Eo magis cùm in caſu noſtro illa deciſio, eo tempore facta pugnaret cum tot rationibus ſupra allegatis, quibus magis innitendum eſt.

71 Secundò ſi aliqua ratio potuiſſet eius deciſionis allegari; illa fortè eſſe poſſet, quia ille Indultus, qui poſitus eſt in *Prag.* 7. *ſub tit. de abolit.* duplici cauſa fuit à Rege conceſſus. Prima propter Turcharum claſſem ſuperatam, & captam, ac penè delatam à Chriſtianæ claſſis præfecto quondam Sereniſſimo D. Ioanne de Auſtria, Regis, tunc Philippi, II. fratre, quæ res bonum totius Chriſtianæ Reip. continebat, totique Catholicæ Eccleſiæ ferebat lætitiam.

72 Secunda ratio, quia natus erat tunc Regi filius primogenitus ſuorum Regnorum hæres legitimus, quod particulare gaudium Regnorum ſuorum excitera: vnde latiſſima etiam contra ſignificationem verborum, ratione tamē cauſarū facta fuit interpretatio. At Indultus an. 1629. de quo agimus, non fuit ex prima cauſa, quæ totius Chriſtiani populi bonum eſſet, ſed tantum ex ſecunda conceſſus, ex eo, quia D. noſtro Regi natus fuit filius primogenitus, quod particulare ſuorum Regnorum eſt bonum; neque decet, vt hic Indultus ex vna tantum cauſa conceſſus, tàm latè interpretetur, & extendatur contra verborum ſignificationem, & vim, ſicut primus ille Indultus, qui duplici ex cauſa conceſſus fuit, quarum vna commune Chriſtianorum bonum continebat. Et propterea alia ratio aliam parit interpretationem, *leg. interpoſitas, Cod. de tranſact. cum ſimilib.*

73 Tertiò, adeſt etiam diuerſa ratio, cum eo tempore Regium Patrimonium longè minus exauſtum, ac oneribus affectum erat, quam nunc ſit, quo præſenti tempore, ità oneratum, & grauatum reperitur, vt vix credibile ſit, adeò quod non eſt præſumendum Regem, nunc ità liberalem extitiſſe, provt eo tempore ſunt interpretati.

Et hæc de ſecunda Inſpectione propoſita, quod non requiratur ſententia condemnatoria pœnalis.

In hac tertia Inſpectione tres caſus ſunt conſiderandi. 74

Primus, quando bona iam ſunt intercepta, etiam ad manus Regiæ Curiæ peruenerunt capta, ex eo, vel quia ſine debitis expeditionibus extracta, vel ad loca non permiſſa portabantur.

Secundus caſus, quando non fuerunt bona intercepta: tamen ex eo, quia non fuerunt legitima reſponſalia producta, proceditur contra illos, qui pro exactione ſe obligauerunt, provt ſunt extrahentes, eorumque fideiuſſores, & in defectum illi, apud quos fideiuſſerunt.

Tertius caſus, quando agitur contra alios, qui fuerunt participes extractionibus vetitis, non tamen ipſi ſe obligauerunt, neque bona intercepta ſunt.

Primus caſus in plures alios ſubdiuiditur, videlicet: 75

Primò quandoque bona intercepta remanent ſequeſtrata, & interim compilatur proceſſus pro Fiſco contra reos.

Secundò quandoque poſt ſequeſtrum fuerunt vendita, ne marceſcerent, pretium autem depoſitum, donec lis finiatur.

Tertiò quandoque fuerunt reſtituta dominis, præſtita cautione fideiuſſoria de exibendo ad omnem ordinem, vel dato aliquo pignore.

Quartò quandoque fuerunt reſtituta dominis, qui ſcripſerunt apocam banco, vt in caſu ſuccumbentiæ ſolueretur pretium Regiæ Curiæ, quæ apoca apud acta remanſit.

His conſtitutis, Primò dico, quod quotieſcumquè bona intercepta ſunt, & ad Fiſci manus peruenerunt, etiam quod non ſint adhuc declarata intercepta, erunt ab Indultu excluſa. Ea ratione, quia hæc bona ſtatim, ac fraudatum eſt vectigal Regi debitum, ſeu ſtatim ac in commiſſum inciderunt, ipſo iure illorum dominium tranſit in Fiſcum, vt expreſsè inquit Vlpianus *in leg. commiſſa* 14. *ff. de publ. & vectig.* ait enim, *Nam quod commiſſum eſt, ſtatim deſinit eius eſſe, qui crimen contraxit, dominiumque rei vectigalis Fiſco acquiritur*: quod voluerunt ibi DD. Perſen. *in tract. de gabell. num.* 7. Berchach. *in eodem tract. part.* 4. *num.* 31. & de eo textu meminit Couarr. *in Epitom. de Sponſ. part.* 2. *cap.* 6. §. 8. *ſub num.* 9. Adeò quod ea bona dicuntur in Fiſcum incorporata, vt optimè explicat Ioan. de Plat. *in leg. omnes, col.* 1. *verſ poſſet dici. Cod. de pet. bon. ſublat. lib.* 10. vbi ait hæc verba notabilia, *Aut non ſunt incorporata, & tunc, aut ſunt talia, quorum dominium iam tranſiuit in Fiſcum, licèt non ſit facta incorporatio actualis, & tunc idem, quod in incorporatis: quia cùm dominium iam eſſet quaſitum, non poteſt dici, quod tale reſcriptum non ſit Fiſco damnoſum.* Si igitur quando tantùm dominium eſt quæſitum habentur vti incorporata; multò fortiùs, quando etiam peruenerunt ad manus Fiſci, vt in caſu noſtro, quia per realem illorum apprehenſionem realiter poſſunt dici incorporata. Certum eſt autem, quod ab Indultu 77 excluduntur pœnæ realiter exactæ, & incorporatæ, quia tunc dominium illarum iam eſt Fiſci: & noluit Princeps proprias res concedere, tantum aliena non petere, quia lucrum radicatum eſt ad inſtar damni, vt per DD. *in leg. non amplius* 16. §. *ſi certum ff. de leg.* 1. *ex leg.* 2. §. *merito, ff. ne quid in loc. publ.* ex quo vt ſupra dicebam indulgentia Principis non ſolet continere bona iam fiſco quæſita, vt Catal. *de indult. cap.* 19. *à num.* 61. Iaſ. *dict.* §. *ſi certum ſub num.* 7. optimè Bald. *in leg. nec damnoſa, in* 2. *oppoſ. ſub num.*

*num.*1.*Cod.de prec. Imper.offer.* vbi ait, quod remittere crimen non dicitur Fiſco damnoſum, cùm in pœnis Fiſcus habeat cauſam lucratiuam, ſubdit hæc verba: *niſi bona eſſent incorporata, quia tunc cenſetur damnum,& non poſſunt talia bona concedi*: & ſtante hoc dominio translato in Fiſcum, & apprehenſione rei per ſequeſtrum non eſt opus diſputare, an per ſequeſtrum contractum ſit pignus prætorium, vel Iudiciale, quia iam Fiſcus habet dominium, quod eſt plus, & propterea, multò magis eſt ſibi cautum.

78 Secundo, hæc concluſio locum habet etiam re vendita, & depoſito pretio, quod fieri ſolet, quando tempore poſſet perire, vel deteriorari: quia tunc venditur res Fiſci, in cuius dominium, & manus iam erat tranſlata, & ideò pretium ſimpliciter erit ipſius Fiſci, & loco rei ſuccedit, ad notata per Bart. *in leg.ſi rem,& pretium,ff de pet.hered.* Neguſ. *de pignor.par.*5.*memb.*1.*à.n.*48.

79 Tertiò, prædicta concluſio erit etiam vera, quando bona eſſent reſtituta à Regia Curia, cum fideiuſſoria tamen cautione, vel idoneo pignore pro ſecuritate Fiſci in caſu quo declarabuntur intercepta: quia illa fideiuſſoria obligatio de reſtituendo, vel exhibendo ad omnem ordinem, facit rem extare, vt ex *leg.*1.*&* 2.*ff.de vſufr.earum rerum quæ vſu conſum.leg. Procuratoris,* §.*fin.ff.de tribut. action.* Ioſeph. Ludou. *deciſ. Peruſ.* 45. *num.*10. ait D.de Franch. *deciſ.*75. *num.*9. *deciſ.*614.*num.*3.635.*num.*3.adeò, quod illa cautio eſt loco proprietatis, vt per Gayll. *pract.lib.*3.*obſer.*47.

80 Quartò, etiam prædicta concluſio locum habebit, quando reſtituta re intercepta inquiſito, loco cautionis ille ſcripſit apocam bancariam valoris illius rei, vt pecunia liberetur Fiſco in caſu victoriæ; quia illa obligatio, quæ reſultat ex apoca eſt loco ipſius rei, vt per Ludou. *dict.deciſ.Peruſ.*45.*ſub num.*10.& D.de Franch. *dict.deciſ.*75.*ſub num.*9. & ſuccedit regula, quod qui actionem habet, rem ipſam habere videtur, *l.qui actionem* 15.*ff.de reg.iur.*

81 Ex qua ratione etiam locum habebit prædicta concluſio, ſi non apoca banco, ſed chyrographum, aut obligatio penes acta, vel quid ſimile feciſſet, recipiens bona reſtituta pro cautela Regij Fiſci. Hæc de primo caſu.

82 Pro ſecundo caſu ſupponendum eſt, quod in extractionibus faciendis, ſolet ſiue per Proregem, ſiue per Regiam Cameram, ſiue per Magiſtrum Portulanum concedi licentia extrahendi res de vno loco ad aliud Regnum, quæ extractio antequam fiat, ille, qui vult extrahere ſe obligat de immittendo res illas extrahendas ad locum deſtinatum, & producere Magiſtro Portulano reſponſale validum de immiſſione prædicta. Quod ſi non fecerit, quia præſumitur extrahere extra Regnum contra Regias ſanctiones, apud acta promittit ſoluere ius tractæ, necnon pretium illius rei, iuxta valorem conuentum, ſeu taxatum tempore dictæ obligationis: ſolet enim pretium, puta tritici taxari ad rationem ducat. duorum, vel plus pro quolibet modio. Hinc fit, quod adueniente caſu, quo fit extractio per vnum illorum extra Regnum contra licentiam datam, vel reſponſale validum non producit, iuxta promiſſa, agitur contra illum ad tria, videlicet ad pœnam corporalem legibus, ſiue communi, ſiue Regni impoſitis extrahentibus bona vetita abſquè licentia. Item ad ius tractæ, quo fuit Fiſcus defraudatus. Et tertiò ad illud pretium rei tempore factæ obligationis taxatum.

His conſtitutis, tres ſtatuo concluſiones in hoc ſecundo caſu.

Prima concluſio, pro pœna extrahentibus à iure impoſita, quæcunque ſit, dummodò non ſit exacta, incorporata, accepta, aſſignata, compoſita, vel pro ea aliter Fiſco cautum, iuxta tenorem noſtri Indultus, arbitror ſub eo comprehendi, illoque extrahentes gaudere, nec in hoc Fiſcus aliquid prætendit, modo tantum ex iuris diſpoſitione, non autem ex conuentione debeatur, & ita, vt audio, fuit ſæpè indicatum. 83

Secunda concluſio, ius tractæ, quo per extractionem Fiſcus fuit fraudatus, non obſtante indultu debetur ab extrahentibus, quod etiam ſæpius, & paſſim indicatum videmus; & hoc duplici ratione. Prima, quia agitur de iure Fiſco quæſito, & de damno vitando, & propterea non poteſt in generali indultu cõprehendi, ex ſupradictis. Secunda, quia vltra legis obligationem, adeſt etiam obligatio conuẽntionalis, qua quis ſe obligauit ſoluere tractam, quæ obligatio conuentionalis, ac quantitas per eam promiſſa ſub Regio Indultu non continetur, vt mox in tertia concluſione dicam. 84

Tertia concluſio: Pro quantitate duplicis valoris rei, quæ extrahitur debita in caſu extractionis contra formam prouiſionũ, vel caſu quo non producitur validum reſponſale, &c. non habet locum Indultus. Quod optima, ni fallor, & irrefragabili ratione fundatur. Quia illa quantitas, licet debeatur occaſione delicti, nempè extractionis, non tamen debetur ex delicto, quia illud dicitur ex delicto deberi, quod ab ipſo delicto naſcitur, vt inquit tex. *in fine principij, Inſtit. de oblig.quæ ex delict. naſc.* At quando debetur ex conuentione, & contractu, licet occaſione maleficij, dicitur actio ciuilis, quia debetur immediate ex conuentione, & cauſa dicetur ciuilis, etiam quod pœna in totum eſſet Fiſco applicanda, ita notabiliter voluit Gratus *in conſ.*136. *num.*10. *lib.*2. *citat tex.in leg.*1. *Cod. de his quib. vt indig.in leg.*1. *Cod.de pet. hæred.in leg.Caius, ff.ad Sylla.* Iaſ. *Inſtitut. de action.in princ. num.*16. & ante eum Corn. *conſ.*8. *num.*7. *lib.*2. & Gratian. *diſcept.for. tom.*5. *cap.*956. *num.*8. Ita quod non comprehenditur ſub ſtatuto loquente in criminalibus, ita ex Corn. quem citat, tradidit Bertazz. *conſ.crim.*216. *ſub num.*2. *lib.*1. 85 86 87
Noſter autem Indultus loquitur in cauſis criminalibus, & delictis, & quando criminaliter proceditur, non autem in cauſa ciuili, & in actione ciuili, quæ ex contractu dependet, ait enim in initio, *Qui de quibuſcumque delictis, ac criminibus ab hodierna die retro factis, vel commiſſis, delati, accuſati, vel inditati fuerint, etiamſi confeſſi, & conuicti ſint*: & ſic non ſolùm debet eſſe cauſa criminalis, ſed etiam quod criminaliter procedatur. Ideò enim illa quantitas debeatur ex conuentione, & ſit actio, & cauſa ciuilis, non poteſt ſub indultu comprehendi, qui tantùm de criminalibus agit.

In tertiò caſu vnica eſt concluſio: Omnes illi, qui extrahendo deliquerunt, non tamẽ ſe obligauerunt, vt in ſecundo caſu, ſed tantum ex delicto extractionis tenentur, gaudent Regio Indultu reſpectu pœnæ corporalis, & etiam pecuniariæ præter tractam, dummodo pœna pecuniaria non ſit exacta, &c. Hæc concluſio reſpectu pœnæ corporalis nõn poteſt habere dubium, cum nõn ſit ex caſibus in Indultu exceptis. Nec eſt reſpectu pœnæ pecuniariæ, ſi qua debetur, quia nulla adeſt conuentio, & proindè tantum ex delicto extractionis eſt debita, vnde in indultu continẽtur. Et ita deciſum fuit pluries in Regia Iuncta, adeò quod ſuper hoc tertiò caſu non eſt vlterius inſiſtendum. 88

Hæc ſunt, quæ ad explicationem Regij indultus, non ſolum generaliter, ſed quantum ſpectat ad cla- 89

ſes

ſas extractionum, mihi pro Regio Fiſco occurrunt, quibus ni fallor omnes caſus extractionum ferè comprehendi, ac determinari poſſunt: ſubmitto tamen omnia DD. Iudicantium iudicio ſaniori.

Io. Camillus Cacacius Regij Patrimonij Aduocatus.

SVMMARIVM.

1 *Punctum controuerſiæ proponitur.*
2 *Intentio Auctoris oſtenditur.*
3 *Bonatenentiæ definitio, quæ ſit.*
4 *Collectarum tempus quandónam fuerit.*
5 *Collectarum impoſitio ad quem finem facta ſit à Regibus huius Regni.*
6 *Collecta ab Vniuerſitate impoſita in quo tempore.*
7 *Capitulum Regni de collectis, & appretio, quid diſponat.*
8 *Bona exterorum iure Regni collectantur.*
9 *Adducitur aliud tempus collectarum, & quandóuam fuerit.*
10 *Bonatenentia exactio quare ſit introducta.*
11 *Pragmatica Regis Ferdinandi I. circa appretium adducitur.*
12 *Bonatenentiam an ſoluant poſſidentes annuos redditus, & quare, numer. 13. & 14.*
15 *Bonatenentiam an ſoluat emptor annuorum introituum, pluribus rationibus probatur, num. 15. 16. 17. vſque ad num. 20.*
21 *Vniuerſitates iure exigunt Collectas ab emptoribus annuorum cenſuum, num. 22. vſque ad 23.*
24 *Capitulum Regni in ſingulis in Pragmatica prima de appretio, adducitur.*
25 *Intellectus Aduocati Palmerij confutatur in præſenti.*
26 *Germana ratio applicatur ad caſum de quo quæritur, vſque ad n. 32.*
33 *Intellectus ad textum* in l. licitatio, §. fin. ff. de publicanis, *adducitur cum num. ſequenti.*
35 *Deciſio adducta per Alexandrum Palmerium refutatur.*
36 *Bonatenentia quare non ſoluatur pro functionibus fiſcalibus, vſque ad numer. 39.*
40 *Bonatenentiam ſoluendam eſſe pro annuis redditibus ampliatur.*
41 *Annui redditus ſunt in loco, vbi res ſita ſunt ſuper quibus ſunt venditi, quod affertur deciſum.*
42 *Collecta debetur ex annuis redditibus ſi vendantur exteris, vel Neapolitanis, vel etiam ſi Vniuerſitates viuant per Gabellas, vel etiam ſi Vniuerſitas vendat pro franchis, vſque ad numer. 45.*
46 *Bulla Nicolai V. de cenſibus, explicatur.*
47 *Bulla Nicolai V. quæ pacta reprobet, vſque ad num. 49.*
50 *Pragmatica V. de cenſibus, explicatur, vnà cum ſuis rationibus decidendis, vſque ad num. 55.*
56 *Motiua in fauorem Vniuerſitatis adducuntur, vſque ad num. 64.*
65 *Onera augent rem, vel pretium reſpectiuè.*
68 *Ludouici Meſſiæ locus refutatur.*
69 *Illatio ex prædictis adducitur cum obiectis Partis aduerſæ, vſque ad numer. 74.*
75 *Regentis Rouiti obiectum refellitur.*
76 *Conſuetudo contrahendi qualis ſit in præſenti, cum argumentis & obiectis Partis aduerſæ, vſque ad numer. 83.*
84 *Decretum Collateralis Conſilij in hac materia interpoſitum, quatuor caſibus diſtinctis declaratur.*

ARGVMENTVM.

Collectarum, & bonatenentiæ origo pluribus explicatur. Ementes annuos cenſus ab Vniuerſitatibus Regni, nùm eiſdem Vniuerſitatibus pro illis annuis cenſibus bonatenentiam ſoluere teneantur, ſi in contractu fuerit adiectum pactum immunitatis à bonatenentia, & de pluribus ad explicationem Bullæ Nicolai V. pertinentibus.

ALLEGATIO LXXXVII.

ANTIQVITVS mota fuit quæſtio in Regia Camera Summariæ, An pro 1
annuis introitibus venditis ab Vniuerſitatibus huius Regni ſolui debeat emptoribus collecta, quæ pro rebus imponitur, quam in Regno bonatenentiam appellamus, ſuper qua ab eadem Reg. Cam. facienda eſt conſultatio, cum Voto D. Proregi, eiuſque Collaterali Conſilio.

Quia verò in hoc adeſt non modicum intereſſe 2
Regij Fiſci; tum quia vt plurimum hæ collectæ impoſitæ ſunt, vel imponuntur propter fiſcales functiones, tam ordinarias ab Vniuerſitatibus perſoluendas:

nendas: tum etiam quia intereſt Fiſci ditiores illas eſſe, maxime his temporibus ad fiſcalia onera ſubeunda: ideò, etſi copioſe, & erudite pro Vniuerſitatibus ſcripſerit Nicolaus Antonius Marotta Doctus, Elaboratus, Doctor & Aduocatus, nihilominus etiam mei muneris exiſtimaui partes Vniuerſitatum aduerſus earum creditores tueri breuibuſque oſtendere. Etiam ex ipſis annuis introitibus, quos Vniuerſitates vendiderunt illorum emptores, ſeu creditores ad collectam, ſeu bonatenentiam perſoluendam eſſe compellendos. Quod antequam probare aggrediar aliqua ſuccinte erunt ſupponenda.

3 Primò ex illis quæ latiſſime antiqui, & moderni DD. Regni tradiderunt, videlicet *in cap.1.9.& extraordinaria collatio, ſub num.61. & 62. quæ ſint regalia*, & ibi Afflict. Capic. *in Inueſt. feud. in verbo, Collectis, à fol.114* Iacob. de Aiello *de iure adoha num.37. tom.12. tractatuum Reg.* Lanar. *conſ.95 num. 1.* Reg. de Pont. *tract. de poteſt. Proreg. tit.4. de regal. impoſit. in princ. ſub num.36.* Reg. Mol. *in deciſ. in princ.* D. Reg. de Tapia *in rubrica ne conſtit. Princip. cap.4. à num.36. ad num.45.* Capibianc. *de auct. Baron. Pragm.10. à num.4.* Reg. de Curt. *diuerſ. Iuris feud. 9. redeundo à num.22. fol.25.* Dicimus præſtationem, quam illam bona tenentiam vſitato vocabulo appellamus collectam illam dici, quæ æſtimatis omnibus bonis, tam ciuium, quam exterorum, quæ ſunt in territorio, vel diſtrictu vnicuique pro modo facultatum ad onera publica facilius ſubeunda imponitur.

4 In qua Duplex (quantum ad rem de qua agimus attinet) tempus ſpectandum eſt. Primum ante Annum 1443. Regum qui ante Alphonſum Primum ab Imperatore Federico II. regnauerunt: in quo tempore collectæ iſtæ ratione bonorum indicebantur à duobus, videlicet à Rege, & ab Vniuerſitate. Rex quidem vltra iura Dohanarum, quæ ab anti-
5 quiſſimo tempore Reges huius Regni poſſiderunt, de quibus per Moles *loco cit.* indicebat collectas, æſtimatis facultatibus ſingulorum in qualibet terra, vel oppido iuxta rei indigentiam. Et quidem Imperator Federicus quolibet Anno ſex collectas imponebat, ita quod erat effectum vnum ordinarium ad inſtar indicti, *vt ex Luca de Pen. in leg. id ab vna ij. Cod. de ann. & trib. libr.11.* tradit Capic. *dict. Inueſt. feud. fol.117. verſ. Collectarum verò*, & Moles *vbi ſupra.* Deinde tempore Regum Andegauenſium non ita regulariter, ſed ſecundum neceſſitatem per varias occaſiones indicebantur, prout Rex Robertus *in cap. Regni*, quod incipit *Fiſcalium functionum, tit. de appretio*: Et tota illa pecunia collecta erat Regis.

6 Vniuerſitates etiam ſibimet collectas eo tempore imponebant, vt inquit Capic. pro ſubeundis oneribus, vel debitis ipſarũ ſoluendis: & in vtroque caſu, tã ſi à Rege quàm ab Vniuerſitatib. indicerẽtur edita ſunt iura, ex quibus modus, & tempus appretij bonorum faciendi, quæ bona, & quorum, & quomodo in eo ſint deſcribenda ſtatutum fuit, nem-
7 pe *in cap. in ſingulis, de offic. Collect. in cap. cum ad obuiandum, & in cap. porrecta*, quod non eſt inſertum inter capitula Regni, ſed fuit commentariis donatum à Regnicolis, & inter ſua à Nigro *numer.* 199. inſertum, quæ tria capitula ſunt Regis Caroli II. Adeſt etiam capitulum Regis Roberti, quod incipit *Fiſcalium functionum, ſub titul. de appret.*

8 Inter cætera autem, quæ in dictis capitulis diſponuntur ſignanter *in dict. cap. in ſingulis*, eſt, quod ponantur in exiſtimo, non ſolùm bona Ciuium, ſed exterorum, quæ in territorio poſſident. Capic. *in Inueſtis. verſic. Collecta, fol.120. col.2.* Anna Ion. *conſ.59. num.3. lib.2.* adeò quod in Regno ceſſare videtur diſputatio illa, An collecta hæc munus ſit miſtum, nempe impoſitum perſonis pro rebus, prout de iure communi ex dictis per Bart. *in leg.1. Cod. de mulier. & in quo loc. lib.10. & in leg. fin. ff. de muner. & honor.* vel etiam ſimpliciter munus patrimoniale, quod tenuit Andr. de Barulo *in leg. qui immunitatem. Cod. de muner. & honor lib.10.* Et de Tap. *dict. cap.4. ſub n.42.* loquutus fuit in terminis iuris communis; nam in Regno, quod etiam exterorum, qui ſubditi non ſunt, facultates collectentur, rectè quidem erit munus patrimoniale, & ſentit Capibianc. *vbi ſupra, n.14. & 15.*

Secundum tẽpus in his collectis inſpiciendum eſt 9
ab anno 1449. quo Rex Alphonſus Primus loco collectarum Fiſcales functiones ordinarias Carolenorum quindecim annuorum pro numero fumantium in generalibus Reg. Comitiis ex conuentione cum Regno diſpoſuit, quas DD. ſupracitati dicunt loco collectarum, quòd fuerunt ſubrogatæ, earumque naturam aſſumpſerunt. Capic. *vbi ſupra fol.119. col.2. verſ. in Regno.* Quo tempore deſiit à Rege immediate collecta imponi, ſed tantùm ab vniuerſitate ſibi ipſi indicitur verum ad duplicem finem, nempe vel vt ſolueret Regi illas functiones Fiſcales Carolenorum quindecim, & granorum duorum pro qualibet familia, aliaque poſtmodum impoſitas, quas D. Reg. Tapia latiſſime *loc. cit.* refert: Vel vt 10
propriis ſuis neceſſitatibus cõmunitates prouideant, videlicet, vel vt earũ creditoribus pro contractis debitis ſoluant, vel aliis neceſſitatibus, quæ in dies occurrunt expendant. Et reſpectu primæ cauſæ, licet impoſitio Regis ſit per focularia, cum tamen, nec iuſtum ſit, vt tantum diues ſoluat quantum pauper, qui nec etiam poteſt ferre integra onera, maxime quæ hodie grauia ſuſtinent; inuentus eſt modus rationi congruus, vt ad perſoluenda onera fiſcalia facultates omnium collectentur, vt qui plus poſſidet, plus contribuat: vt inde nec grauentur pauperes, vltrà vires, & eo modo Rex facilius ſua iura fiſcalia poſſit exigere. Quod ſatis eſſe iuri, & antiquitati congruum *ad leg. omnes ij. Cod. de oper. public.* docet Moles *in princ. ſui operis, deciſ. num.21. ſub tit. de fiſcalibus.*

Vt autem fiat appretium ad vtrumque finem 11
prædictum, Rex Ferdinandus I. anno 1567. ſtatuit modum illud faciendi in eius conſtitutione, quæ eſt *Prag. vnica. tit. de appret.* vbi confirmat ſtabilita per Carolum II. & inter cætera ſimiliter ſtatuit per hæc verba, *bona omnia ſtabilia, & mobilia Ciuitatum, Terrarum, Caſtrorum, & locorum, eorumque Caſalium, & cuiuſque alterius ibi bona prædicta tenentis, licèt alibi incolatum habeat, vna cum officialibus fideliter, & legaliter apprètient, iuxta formam capitulorum ipſius*: vbi patet, quod etiam forenſes pro bonis in territorio ſitis collectant, & infra, *nulluſque inibi bona prædicta poſſidens eis exinde penitus eximatur.*

Secundò ſupponendum eſt inter bona, quæ exi- 12
ſtimo ponuntur, ac collectis ſubiacent, adeſſe etiam annuos introitus ſeu cenſus, vel perpetuos, vel redimibiles: ita communis praxis obſeruat: ita DD. punctualiter dicunt Sebaſtianus de Neap. aliàs Napodanus, *in cap. Regni 199.* quod incipit *porrecta, num.19.* quem ſequitur ibi Niger. *num.71.* & ante eum punctualiter Lucas de Pen. *in l. agros fin. 10. C. de fund. limitrof. lib.11.*

Ita etiam ratione conuincitur, quia collectæ im- 13
ponuntur, vt pro modo facultatum quis ad onera teneatur, & iuxta fructus, quos percipit ex ſuis bonis

muneta

munera ſuſtineat, vt colligitur ex d. Prag. *vnica, de*
appret. & d.cap. Caroli Secundi, & Roberti conci-
nit text. *in leg.omnes* 11. *Cod.deoper. public.* at quis
non videt appellatione bonorum annuos introitus
contineri, iuxta tex. *in §.ſi autem, in Auth. de non*
alien.bon.Eccleſ. latè Caſtil.*de vſufruct. part.*1. *c.*41.
*à num.*5. & ex eis fructus percipi, ac facultates ho-
minum augeri. Confirmatur, quia ſi quælibet pe-
14 cunia numerata, ex qua ſua induſtria quis lucratur,
contributioni ſubiacet, vt Iſern. & Afflict. *in cap.*1.
§.& plauſtrorum, quæ ſint regal. & Menoch. *conſ.*9.
*num.*15.*vol.*1. multò magis illa, quæ quot annis cer-
tam quantitatem tribuit, quæ etiam fatetur in alle-
gationibus pro creditoribus aduerſus Vniuerſitates,
à quondam D.Ferdinando Rouito olim huius Re-
gni Secretario, quæ eſt à Regente patre inſer-
ta *in Prag.* 5. *de cenſib. à numer.* 21. Et eſt notiſ-
ſimum.

15 Tertiò conſtituendum eſt onus ſoluendi pro an-
nuis introitibus collectam regulariter eſſe emptoris,
qui illos percipit; non autem venditoris, quod mul-
tipliciter patet.

16 Primò quia regula communis eſt de iure, quod
onera illa ſoluit, qui percipit fructus *leg.hactenus.*8.
*verſ.medica,ff.de vſufructu, leg.*1 *&* 2. *Cod.de ann. &*
*trib.lib.*10. *leg.fin.* vbi DD. Bald. & Salic. *cap. ſine*
ſenſu,leg.fructus.Cod.de actio.empt. Niger. *cap.Regni,*
porrecta 199. *num.*92. Alex. Trentacinq. *var.reſol.*
*lib.*1.*tit. de iure fiſci, reſol.*4. Vrſil.ad Afflict. *deciſ.*
162.*num.*8. Cephal. *conſ.*635. *à num.*55. vbi plures,
& eſt iuxta reg.tex. *in leg. ſecundum naturam, ff. de*
reg iuris. quod qui ſentit commodum debet ſentire
incommodum. Hoc idem Ozaſch. *deciſ.*83. *num.*6.
poſt Iaſ.Belloh. Natta. *conſ.*409. *num.*4. Menoch.
*dict. conſ.*9.*n.*12. Morot.*reſp.*76.*num.*4.

17 Secundò quia aliàs venditor duplici onere gra-
uaretur, nempe præſtaret annuum redditum credi-
tori, & onus collectæ Vniuerſitati, quod eſſe non
debet, contra tex. *in leg.nauis onuſta, §.cum autem,ff.*
ad leg.Rhod.de iactu, leg.Sticho in fin. ff.de vſufruct.
leg.l.Titia cum teſtamento, §.qui in vita,ff.de leg, 2.*leg.*
*vnum ex familia, §.ſi rem, ff.eod.*Franch. *deciſ.*87.*n.*5.
cum concordantibus. hinc conceditur retentio ven-
ditori annui redditus eius quantitatis, quam impor-
tat rata oneris redditum tangentis, vt Gigas de Pen-
ſio. *quæſt.*59.*n.*5. Aquenſ. *in leg. interdum. §.quod ex*
naufragio, ff.de acq.hered.

18 Tertiò hoc patet in gabella cuius onus ex com-
muni DD. ſententia ad emptorem ſpectat, vt vo-
luerunt Bald. *in leg.ſi prædium num.*6. *Cod.de ædilit.*
*actio.*Rom.*ſing.*586. Tiraquel. *de retractu lib.*2.*§.*6.
*gloſ.*2. *num.*1. Guttier. *de gabell.quæſt.*46.*num.*1. Mat-
thienſ.*leg.*7.*gloſ.*3.*num.*15.*tit.*11.*lib.*5. Azeued. *lib.*
9.*tit.*17.*leg.*1. *num.*82. & ita deciſum refert Capell.
Tholoſ. *deciſ.*151.*ex tex.in leg.debet.*27.*in fine, ff.de*
ædilit. edict. ex quo probant vectigal emptorem ſe-
qui, ſi hoc eſt in gabella, quæ debetur tempore
venditionis, multò magis hoc erit dicendum in
collecta, quæ perfecta emptione ſequentibus annis
debetur, cùm iam cenſus perfectè factus fuit em-
ptoris.

19 Quartò hoc conuincitur ratione irrefragabili,
nam ratio quare imponitur collecta pro bonis illa
eſt, vt quilibet pro bonis & pro modo ſuarum fa-
cultatum onera ſuſtineat, vt colligitur, ex cap. Re-
gni. *in ſingulis*, ibi, *Vel alter alterius onera non repor-*
tet: & in cap.Regni. *porrecta*, ibi, *in omnibus, & ſin-*
gulis terris Regni noſtri Siciliæ appretium omnium, &
ſingulorum bonorum burgenſaticorum, & mobilium cu-
iuſlibet, ſecundum quod huiuſmodi onera de cætero pro
ſingulorum facultatibus proportionabiliter diuidantur,
propterea prouidimus faciendum, & infra num.4. *iu-*
xta facultatem ipſorum contribuant in Collectis, &c. &
infra ſub num.5. *rationabiliter, & iuſtè taxabunt pro*
viribus ſingulorum, vt taxatio ipſa procedat, & fiat æ-
qualiter, & alter alterius onera non portet, & infra
ſub num.9. in fine, *& de improuida, & de inequali*
diſtributione, prout hactenus fiebat, ne iuſtam habeant
materiam conquerendi. Sic etiam in cap. Regni Ro-
berti, quod incipit *Fiſcalium functionum*, & *in Prag.*
vnica de appretio, ibi, *quemlibet hominum eorumdem*
iuxta facultates ſuas taxare ſtudeant: ſi igitur em-
ptor cenſus non ſolueret collectam, non taxaretur
iuxta ſuas facultates, & eſſet ſatis melioris condi-
tionis illis, qui poſſident alia genera bonorum, pro
quibus certo ſoluitur collecta, & ſatis inæqualis eſ-
ſet diſtributio, quod nullo modo ferri debet, quia
grauarentur reliqui, ad quos omne onus colle-
ctarum pertinet. Quæ ratio, ni fallor ſatis con-
uincit.

Et hoc etiam auctoritate fundatur; ita enim te- 20
nent Luc. de Pen. *in leg.fin num.*10. *Cod.de fund.li-*
*mitrof.lib.*11. Rolan. *conſ.*66. *num.*33. *&* 34. *lib.*1.
Purp.*conſ.*356.*num.*3. *lib.*1. Auend.*reſp.*23. *num.*2.
*& de exeq.mand.lib.*2.*cap.*7. Cauagnol.*in Stat.Mon-*
*tis ferrati lib.*2. *illat.*4.*num.*20. Bocc. *de cenſ.part.*1.
*num.*70. Guttier.*de Gabell. quæſt.*54.*num.*28. Thel.
Iun. *quæſt.forenſ.lib.*1.*num.*32.*ſub num.* 32. Manent.
*de pact.iuell.pact.*4. *num.*43. Qui duo vltimi repro-
bant Menoch. *conſ.*983. *lib.*10. & Surd. *conſ.*62. *à*
*n.*25. *lib.*2. eorumque rationes in contrarium ad-
ductas.

His conſtitutis ad quæſtionem, Contendo etiam 21
pro annuis introitibus, vel cenſibus ab Vniuerſita-
tibus venditis emptores collectam ſoluere teneri,
& conſequenter cenſus illos, ſeu introitus in æſti-
mo eſſe deſcribendos, ex pluribus. Primò quia ſicut 22
pro annuis introitibus, vel cenſibus quos priuati
vendunt, non venditores, ſed emptores collectam
bonatenentiæ ſoluent, vt ſupra fundatum eſt: Ita
pariter quando venditi ſunt ab Vniuerſitatibus de-
bent emptores ſoluere. Patet ex identitate rationis,
quæ eadem viget in vtroque caſu, ergo eadem iu-
ris diſpoſitio ad text. *in leg.illud, ff.ad leg.Aquil.l.il-*
lud. Cod. de Sacroſanct. Eccleſ. cum ſimilibus. Patet
identitas rationis: Siquidem ex dictis in proximo
præcedenti ſuppoſito, cùm verum ſit de iure tam
communi, quam Regni onera Vniuerſitatum ſpe-
ctare iuxta vires ſingulorum, non ſolùm ad ciues, &
incolas, ſed etiam ad exteros pro bonis, quæ in ter-
ritorio poſſident iuxta tex. *in leg. omnes* 11. *Cod. de*
oper. publ. adeò quod collectantur bona omnium,
iuxta eorum valorem ad onera perferenda ſtatim, ac
quis annuum cenſum acquirit; quia ex hoc eius vi-
res, ac patrimonium augentur, & ille redditus eſt
in diſtrictu, ſeu territorio Vniuerſitatis, ideò pro il-
lo redditu collectam ſuſtinet: nam ſi non ſubſtine-
ret duo maxima ſequerentur abſurda. Vnum quod 23
cùm habeat bona non ſuſtineret onera, cùm tamen
formalis ratio ſuſtinendi eſt habere bona, cùm non
ſit maior ratio, cur poſſidens immobilia, vel mobilia
collectaretur, non autem qui poſſidet annuos in-
troitus, cùm tam illa, quàm iſti bonorum appella-
tione contineantur. Alterum abſurdum, quod tam
in cap.Regni *in ſingulis*, quam in pragm.vnica *de ap-* 24
pretio innuitur eſt, quod alter alterius onera ſuſtine-
ret: Hoc tamen ita explicandum eſt, nempe quod
ſi æſtimatis omnibus etiam annuis introitibus vt
oneribus vniuerſitatis ſatisfiat, neceſſari eſſent duc.
mille, vnciæ autem eſſent duo mille, ex quibus in
annuis introitibus eſſent quingentum, reliqua verò
in aliis bonis quælibet vncia ſuſtineret onus dimi-
dij

dij vnius ducati. At ſi quingentũ vnciæ , in quibus
conſiſtebant annui redditus non collectarentur,totũ
onus,quod erat diſtribuendum inter poſſeſſores om-
niũ duarum milliũ vnciarum partietur inter illos tá-
tùm,qui poſſident vncias mille,& quingentũ bono-
rum immobiliũ, vel mobilium, non autẽ annuorum
introituũ,& cõtinget onus pro qualibet vncia illarũ
tres quartæ partes vnius ducati:& ſic vna quarta pars,
quæ ſpectabat ad poſſeſſores annuorum introituum
pro vnciis quingentum addetur illis aliis, qui poſ-
ſident vncias mille , & quingentum aliorum bo-
norum, & verè illi dicentur aliorum onera ſuſti-
nere.

25 Et hic eſt verus ſenſus illorum verborum, & qui
omnes caſus cõprehendit,non autẽ alius quẽ exco-
gitauit ex aduerſo Alexander.Palmerius , alias eru-
ditus,& variæ litteraturæ quondã Doctor,qui intel-
lexit qñ ſuper re, ſuper qua cõſtitutus eſt cenſus,vel
ann. introitus debebatur bonatenentia valoris,quod
venditis annuis introitibus ſuper re illa,illud onus
bonatenentiæ,quod integrè a poſſeſſore rei antequã
venderet annuũ cenſum ſoluebatur, partiatur inter
ipſum, & emptorẽ cẽſus pro rata,ne poſſeſſor,qui &
venditor cenſus duplici onere prægrauetur.Nam li-
cèt hoc verũ ſit, & proinde in ſolutione cenſus per
eũ facienda retinere poſſit quantitatẽ bonatenentiæ
pro rata cenſus tangente, vt voluit Boccarius ſupra
citatus *de cenſ.par. 1. a n.71.* Non tñ eſt ſolus caſus,in
quo niſi ab emptore ſolueretur collecta, alter alte-
rius onera portaret. Quia non eſt neceſſariũ onus
reiici in venditorẽ, ita vbicumq; ſuperadditur cæ-
26 teris poſſeſſoribus onus, quod poſſidenti annuos in-
troitus ſpectaret ſemper, verum erit dicere alterum
alterius onera ſuſtinere.Iſta ratio,quæ in venditori-
bus priuatis ſupra conſiderata fuit , pariformiter lo-
cum habet,qñ Vniuerſitates vendũt annuos introi-
tus. Nã & tunc verũ erit dicere, quod emptor illos
introitus acquirit, ac poſſidet in territorio, & quod
niſi pro eis ſuſtineret illud , quod in poſſeſſoribus
ſpectaret oneris ſuper cæteris bonis imponeretur,&
illi ſuſtinerent onera emptorum cenſuũ contra mẽ-
tem iuris noſtri, immò contra ipſum ius naturale.
Quæ ratio,ni fallor, ita conuincit, vt non poſſit di-
uerſum ius cenſeri inter venditiones cenſuum fa-
ctas,vel ab Vniuerſitatibus, vel à particularibus.

27 Secũdo hoc amplius ſuadetur,quia Vniuerſitates
vendere ſolent annuos redditus, & plurimum ſuper
gabellis quas poſſident,vel etiam ſuper bonis earũ
domanialibus:quæ quidẽ bona ponuntur in æſtimo,
vt voluit *per Prag. 1. de appret.* quæ mandauit bona
Vniuerſitatũ appretiari,per quã Pragmaticũ, ita de-
cidit Reg.Cam.in cauſa Ciuitatis Andriæ, cum poſ-
ſeſſoribus exteris,vt refert Reuert.*dec.17.lib.1.* Erit
autem appretiũ ad hunc finẽ,vt quãto important illa
bona,& ſunt in redditu,cum tãto minus egeat Vni-
uerſitas pecuniis pro Fiſcalib. functionibus,vel aliis
eius oneribus,& ideò tãto minus collectentur poſ-
ſeſſores vel Ciues.Si igitur venditis annuis introiti-
bus minus ex gabellis, vel bonis ad Vniuerſitatem
perueniat, tãto magis pecuniis indigebit,magis alij
grauabuntur, ſi poſſeſſores introituum eximentur.

28 Tertiò ex proximè dictis alia colligitur ratio nõ
leuis, nẽpe ſi illi introitus quando erant apud Vni-
uerſitatem non venditi ſubiiciebantur oneribus il-
lius pro fiſcalibus functionibus , & aliis, cur non
idem erit, quando tranſibunt in priuatum ex regula
illa notiſſima, quod res tranſit cum ſua cauſa , vel
onere ad quemcumque etiam in ſingularem ſucceſ-
ſorem, etiam in priuilegiatum Iaſ. *in leg. is cui, num.*
6. per illum text. *ff. de non. oper. nuncia. l. ſi conuenerit,*
§. ſi fundus, ff. de pign. action. l. cum fundus , ff. de ſeru.
ruſtic. præd. l. 3. c. de ſeruit. cum aliis per Tiraq. *de re-*
tract. conſang. §. 1. glo. 9. n. 112. & gl. 10. num. 13.

Hinc infertur,quod ratio Palmerij pro creditoribus 29
contra Vniuerſitates,dicentis,ideò non eſſe ſoluen-
dam collectam ab emptoribus , quia illa bona ſu-
per quibus venduntur annui introitus penes Vni-
uerſitatem erant immunia , & proinde ceſſat ratio,
quod Vniuerſitas portaret onus emptoris,quod non
eſt quando venduntur à priuatis , quia ante vendi-
tionem integram bonatenentiam ſoluebant vendi-
tores , qui non debent , vt prius ſoluere ſi non vt
prius fructus integraliter percipiunt. Hæc in-
quam ratio ſi vera eſſet ex dictis contra ipſum re-
torqueretur, cùm iam illa bona , ex quibus Vni-
uerſitas vendidit annuos introitus ante venditio-
nem tota erant Vniuerſitatis oneribus perferen-
dis deſtinata , vnde non eſt iuſtum alio modo ad
emptorem peruenire , & vel Vniuerſitati deficiat,
vnde onus ſuſtineat, vel aliis poſſeſſoribus adiun-
gatur. Sed vera non eſt, vt dixi , quia non eſt ne-
ceſſe, vt illud onus remaneat penes venditorem, vt
militet ratio iuris noſtri, quod alter alterius onera
non reportet, ſed ſufficit, ſi inter cæteros poſſeſſo-
res bonorum diſtribuatur.

Quartò etiam ſi introitus annui venditi , ſeu bo- 30
na ſuper quibus imponuntur, dum ab Vniuerſitati-
bus ante venditionem tenentur eſſent immunia,
vel immunes à collectis, cùm tamen alienantur, ac
venduntur mutatione perſonæ , nouam recipiunt
qualitatem , ac collectis à quibùs antea immunes
erant, ſubiicientur ex recepto illo axiomate , quod
mutatione perſonæ mutatur conditio rei *l. Paulus,*
vbi DD. *ff. de acq. hered. l. 1. de impon. lucr. de crip. lib.* 31
10. Ex qua regula , ſi res à poſſeſſore immuni ad
non immunem perueniet,quod poſſit collectari,do-
cet Alex. *in conſ. 35. a n. 15. & 16. lib. 4.* Hinc docent
communiter DD. quod ementes ab Eccleſia, vel 32
Clericis, ſoluunt gabellas, quamuis ad eas vendito-
res non tenerentur ex tex. & ibi DD. *in cap. non mi-*
nùs de imm. Eccleſ. in 6. innumeros congerit Tiraq. *de*
retract. lib. 1. §. 1. gloſ. 11. a n. 12. vbi teſtatur de com-
muni, Roland. *conſ. 61. per totum, lib. 4.* Cephal. *conſ.*
58. n. 74. lib. 1. Clorit. *late reſp. 5. a n. 3.* vbi quatuor
mediis hoc comprobat Theſaur. *deciſ. 116. n. 6.* Ber-
tach. *de gabel. par. 7. q. 7.* Ex noſtris Io. de Amic. *conſ.*
18. loquens in gabellis, quæ loco collectarum ſuc-
ceſſerunt, & in ſpecie in collectis Purp. *conſ. 27. in-*
ter conſ. feud. diuerſ.

Hinc licèt Fiſcus , vel Princeps ſint immunes, 33
non tamen erunt, qui habent cauſam ab illo , text.
eſt expreſſus *in l. licitatio alias locatio 9. §. fin. ff. de pu-*
blic. & ibi Bart. qui hoc declarat procedere in oneri-
bus extraordinariis ex tex. *in l. 1. C. de priuil. dom. Au-*
guſt. lib. 10. Quod etiam tenent Bal. *conſ. 321. ſub n.*
2. lib. 4. Ceph. *conſ. 58. n. 74. lib. 1.* Rol. *conſ. 61. n. 21.*
lib. 4. Pereg. *de iure fiſci lib. 6. tit. 4. à n. 45. vſq; ad 47.*

Adeò quod emptores à Fiſco, vel Principe,vt ſint 34
immunes, ſicut erat ipſe Princeps , vel Fiſcus , non
ſufficit à Principe cauſam habere:ſed neceſſe eſt,vt
ſpecificè quando Princeps cõcedit eo modo,& cum
illis prærogatiuis ſicut ipſe habet , & apud eum
erant. Et in iſtis terminis loquuntur , & ſic ponde-
rant Sylu. *conſ. 66. & 73. per totum,* & Bertaz. *conſ. ci-*
uil. 33. & 42.

Qua de re non obſtat conſideratio Alexandri Pal- 35
merij, quæ pro Fiſcalibus functionibus venditis à
Fiſco creditoribus conſignatariis non ſoluitur colle-
cta,ſeu bonatenentia,dicens,ita deciſum per Regiã
Cameram Anno 1607. referente quondam præſide
Salutio in cauſa Vniuerſitatis terræ Lacus liberi,cum
Phyrro de Orlando.Quia ſi illa deciſio vera eſt;nam 36
in actis eam non vidi, & fides ſit penes auctorem;
defendi tamen potuit ex eo, quia Rex vendens an-

nuos introitus expreſsè vendere ſolet, cum clauſula,
eo modo,ſicut ipſe percipit,& tenuit, vigore cuius
clauſulæ cū aliis ampliſſimis, quæ apponi ſolent,im-
munitas à collectis conceditur, quæ aliàs non com-
petiiſſet, ex eo ſolùm quod Princeps alienauit. Eſt,
37 & alia ratio quā tradit Molin.Ieſuita *de cōtract.diſp.*
384.in fine, videlicet vt plus homines afficiantur ad
redditus Regios emendū; ac propterea Regi ſeruiē-
dum. Quæ vtraque ratio ceſſat in caſu noſtro. Neq;
enim ita fauendum eſt venditoribus introituum, ab
Vniuerſitatibus factis, provt a Rege:nec vel illi in-
troitus Vniuerſitatū, aut venditi ſunt cum clauſulis,
provt Fiſcales, de quibus dictum eſt ſupra:aut licèt
cū illis venditi, vendi potuerunt abſq; Proregis di-
ſpenſatione, vt infra dicetur, quod nō eſt in Rege,
qui ſua vendit ad libitum, & eo modo quo libet.
38 Non etiam obſtat aliud argumentum,quod ita in-
telligendo introitus prædicti in beneficium credi-
torū vix aſcenderent ad quatuor, vel quinq; pro cē-
tenario, cùm tamen Ciuitas Neapolitana ad rationē
ſex pro centenario illos venditos habeat ; ſiquidem
hoc nullo modo credibile eſt,niſi in paucillimis Vni
uerſitatibus ſummo ære alieno grauatis,ſed etiam ſi
eſſet in multis hoc verū, non tamen foret attenden-
dū. Quia non eſt diminutio pretij intrinſeca,& re-
gularis, quia ſolū hæc facta eſt ad ſeptem pro cente-
nario, ſed eſt res contingens per accidens,quatenus
Vniuerſitas,quæ vendidit multis forte reperitur de-
bitis onuſta, quæ ſi diſſoluerit minuetur onus colle-
ctæ, & augeſcent introitus creditoris. Id autem at-
tendi ſolet,quod intrinſecum,per ſe,& regulare eſt,
non autem quod per accidens, & irregulare.
39 Quod verò de Ciuitate Neapolitana opponitur,
experientia docet , non amplius ſoluere, quam ad
quatuor, & minus pro centenario,nulli autem ad
ſex, etſi pro ea ſumma ſint venditi introitus.
Hæc concluſio ita conſtituta ampliatur, & decla-
40 ratur,pluribus nodis. Primò,non ſolùm ſi illi annui
introitus venditi ſint intra diſtrictum Vniuerſitatis
vendentis,ſed etiam ſi extra diſtrictū:etiam ſi in hac
Ciuitate fuerit celebratus contractus , & promiſſa
ſolutio:nam iſtis non obſtantibus adhuc de illis an-
nuis introitib. debetur collecta bonatenētiæ. Quod
ex eo patet, quia licèt regulariter nomina debitorū,
quæ alias loco non circumſcribūtur *l.Caius,ff. de l.2.*
videātur tñ eſſe in loco,vbi ſolutio illorū eſt promiſ-
ſa,& exactio eſt faciēda,vt poſt Ant.de Alex. *in con-*
*ſuet.ſi aliquis in apoſtil.fol.*162. tradit D.de Franch.
*dec.*93.&alios cumulat Anellus de Amato *cōſ.77.ſub*
*n.*31.poſt Lapū *alleg.*91.&Tiraq.*lib.1. de de retr.*3.38.
41 *glo.3.n.*16.Hoc tamē in annuis introitibus nō eſt ita:
quia cum vigore Bullæ Papæ Nicolai V. in Regno
receptæ ac Greg.XIII. quā ponit Intrig. *in ſuo tract.*
*de cenſ.ſuper Prag.*in initio ſtatutū ſit, vt ſuper certo
aliquo corpore venditi intelligātur,adeò quod pars
cenſentur rei, ſuper quo ſunt conſtituti , ſequitur,
quod iudicantur eſſe in eo loco,vbi ſita eſt res,ſuper
qua fuerunt venditi,non autē in loco deſtinatæ ſolu-
tionis, vel celebrati contractus:ita non obſtante *cōſ.*
*Minard.*12.deciſum fuit per Sacr.Conſ.quod introi-
tus venditi ſuper Gabella Molæ, licèt cōtractus ce-
lebratus eſſe Neap.& ibi promiſſa ſolutio , deciſum
tamen fuit non eſſe bona intra diſtrictum Ciuitatis
Neap.ſed extra,quæ deciſio fuit inter fratres de Ge-
ſualdo, & Comitem Muri,provt referunt D.Regēs
Rouit.*in Prag.1.ſub n.*80. *de iurib.& exact. fiſcal.* D.
Conſ.Fabius de Ann. *conſ.45. num.*75.*lib.*1. vbi in
pūcto habet hęc verba*& cū res ſit alibi ſita,nō dicetur*
in diſtrictu, cum præſertim Collecta, & Adoha ibi ſol-
uenda eſſent ab emptore,ſi pacto ſpeciali contrarium non
eſſet conuentum, vt ſæpe iudicatum fuit : & ſic teſtatur
Xbeti collectas de annuis introitibus venditis ſuper

re extra diſtrictum, licèt promiſſio ſolutionis ſit in
Ciuitate, voluit Bocac. *de cenſ.par.2.n.*98.& optimè
explicat Pater Molf. *tom.1 par.2 q.12.à n.1.ad 6.ſu-*
per conſuet. Quare cùm annui introitus venditi ab
Vniuerſitate ſint ſuper eius gabellis, vel ſtabilibus,
quæ ſunt intra diſtrictū ipſius Vniuerſitatis,hoc at-
tenditur,licèt alibi ſit celebratus cōtractus, vel pro-
miſſa ſolutio, & in iſtis caſibus non procedunt text.
in l.quero ff.de ſolut.& l.Titium,§.tutores,ff.de admin.
tut.& in hanc ſententiā inclinat Ferdinandus Roui-
tus; qui pro aduerſa parte ſcripſit in allegatione ſua
inſerta ab eius genitore *Prag.5.de cenſ.à n.*77.
Ampliatur ſecundò, vt debeatur collecta, non ſo- 42
lùm quando venditio annuorum introituum facta
eſt ciuibus, ſed etiam ſi exteris. Et hoc ex ratione
ſupra adducta : quia etiam exteri bonatenentes in
Regno ſoluunt bonatenentiam *d.cap Regni,in ſingu-*
lis,& c porrect.Prag.vnica , de appretio,& ex Andrea
Capicio,& Decio *conſ.644.à n.8.* docet D. Anellus
de Amato *d.conſ.77.num.*23.
Subampliatur hæc concluſio, vt procedat etiamſi 43
creditores, ſeu emptores annuorū introituum eſſent
Neapolitani, qui non propterea à ſolutione bonate-
nentiæ ſunt immunes,quia nec dictis iurib. hoc ca-
uetur, nec aliquo priuilegio hoc cōceditur, & ſi be-
ne inſpiciatur nullum ex capitulis conceſſis Ciuitati
Neapolis,ſiue Neapolitanis hoc probat,vt ex lectu-
ra omniū,quæ in proceſſu ſunt producta,quæ breui-
tatis gratia hic relinquo,nō.n. de hoc genere colle-
ctarum,quæ pro bonis ſoluuntur, quicquam dicunt.
Ampliatur tertiò,vt procedat concluſio,quod de- 44
beatur bonatenentia, non ſolum quādo Vniuerſita-
tes viuunt per collectas,ſed etiā ſi viuitur per gabel-
las, & hoc quidem optima ratione ; ſiquidem onus
bonatenentiæ, omnibus, tam ciuibus,quā exteris eſt
de iure Regni vigore dictorū *c.in ſingulis,porrecta,&*
Prag.vnica,de appret. Viuere autem per gabellas eſt,
ac prouenit ex voluntate ciuium, qui ita contentan-
tur pro maiori commoditate ipſorum, vel Vniuerſi-
tatis; hoc autem non debet cedere commodo exte-
rorum,vt propter gabellas ipſi eximātur à collectis;
nam hoc non eſt,nec præſumi poteſt fieri ex volun-
tate ciuium, qui imponentes gabellas non cogitaue-
runt liberare exteros ab onere bonatenentiæ ab eis
debitæ, nec cogitandū eſt ita voluiſſe,nempe dona-
re exteris,& omnia Vniuerſitatis onera ipſos ſolos
ciues velle ſubire:nec illa exēptio illis prouenit ex
diſpoſitione iuris;nullibi enim hoc ſtatuitur; immò
etiam ſtatutum eſt collectari pro bonis Ciues,& ex-
teros indiſtinctè, nulla diſtinctione facta , an viuat
Vniuerſitas per collectas, vel per gabellas;quare vbi
lex non diſtinguit, nec etiam nos.
Ampliatur quartò anum prædicta concluſio, vt 45
procedat quamuis in contractu venditionis annuo-
rum introituū fuerint venditi, liberi,franchi,& im-
munes à quolibet onere; etiam ſi in ſpecie dictum
fuiſſet bonatenentiæ,vel collectæ;etiam quod Vni-
uerſitas vēdens onus illud in ſe ipſa aſſūpſiſſet.Quia
nō obſtantib. his,ac ſimilibus pactionib. quantũuis
ampliſſimis, adhuc tñ emptores ad onus collectarū,
ſeu bonatenētiæ tenebūtur:quæ cōcluſio,vt probetur.
Supponēdū eſt,quantū ſpectat ad annuos redditus 46
ab Vniuerſitate debitos duo tēpora eſſe cōſtituenda.
Primum tempus ab anno 1452. quo fuit pro-
mulgata Bulla Nicolai Papæ V.Regia Alfonſi I.au-
ctoritate roborata, quæ eſt *in Pragm.1. de cenſ.* qua
Pontificia, Regiaque ſanctione ſummum pretium
annuorum introituum , quod non licuit excedere,
erat decem pro centenario, & hoc indiſcrimina-
tim, ſiue Fiſcus, ſiue Vniuerſitas, ſiue Eccleſia , ſiue
priuatus annuos introitus venderent. Ita autem erat
conſtitutum pretium illud ſupremum, vt vltrà illud,
nihil

nihil liceret emptori recipere, cui tantum ea decem deberentur ex natura ipſius rei, & cum illis oneribus, quæ de iure, vel conſuetudine ad eum ſpectabant: adeò vt ſi quid commodi emptor vltra decem quouis modo ſentiret, aut incommodi venditor, totum illud venditor præſtare non tenebatur, ita enim res procedebat, vt venditor ſolùm propter illa decem, provt de iure deberentur, nihil aliud, vel præſtare, vel pati cogeretur, aliàs pactum iudicabatur vſurarium, & non valebat: eo quia videbatur minui pretium centũ pro ſingulis decem, tantoque minus de ſumma duc. centum illa annua decem videbantur empta, quantum æſtimari potuiſſet illud
47 onus venditori adiectum. Hinc fiebat quod ſi onus ex natura rei, vel contractus ad emptorem ſpectans, provt erat ſolutio gabellæ, iuxta ſupradicta, vel alterius impenſæ pacto in venditorem reiiceretur, inualidum erat pactum ea ratione, quia vltrà decem pro centum vendita videbantur. Ita optime docuerunt Federic. Martin. *de cenſib. cap.6. n.310. & 318. Pater Molſ. de contract. diſp.* 391. *num.*2. Boccat. *de cenſ.par.*1. *num.*123. Cæſar Manente *de pact.* Liuella. *quæſt.*1. *pact.*11. *num.*4. Roderic. *de ann. red. lib.*2. *quæſt.*4. *à n.*1. *& lib.*1. *q.*6. *à num.*37. Auend. *de cenſ. cap.*92. *num.*6. Et in terminis prædictæ Bullæ Nicolai. V. Intrigl. *de cenſ. lib.*1. *q.*45. *num.*11. *&* 12. Maſtrill. ad Petr. de Greg. *de cenſ. q.*7. *ſub num.*13. Et punctualiter in caſu *dicta Pragm.*1. *de cenſ. hoc docent.* Foller. *ſuper dicta Pragm. in verbo, nihil vltra, num.*24. Dom. Reg. Rouit. *in dict. Pragmat. num.*5. vbi quod nec expenſæ Tabellionis ex pacto voluit poſſe in venditorem reiici ex tex. *in leg. eos, §. ſuper vſurarum, verſ. vſurarum. C. de vſur. & num.*14. vbi dicit hæc pacta eſſe vſuraria. Et in indiuiduo in pacto, quod venditor ſoluat collectas conſtituto cenſu ad rationem decem pro centenario in caſu noſtræ Pragmaticæ fuiſſe iudicatum non valere, referente quondam Regente Antonio Cadena docet Reg. Camil. de Cur. *diuerſ. iur. feud. par.*1. *§. redeundo, ſub n.*7. *fol.*24. *qua dec. eſt pũctualis*, & Viu. *dec.*369.

48 Qua de re ſecundum illud tempus nulli dubium eſt, quod ſi vendito cenſu ad rationem decem pro centenario fuiſſet factum pactum, quod onus ſoluendi collectam bonatenentiæ ad venditorem ſpectaret, quod aliàs vt dixi, de iure ad emptorem ſpectauiſſet, tale pactum, non minus quam illud ſoluendi gabellam fuiſſet omnino reiiciendum, ex quo nullum penitus commodum quouis modo percipere poteſt emptor præter illa decem pro centenario: vnde optimè idem D. Rouit. *dict. Pragm.*1. *de cenſ. num.*11. ex prædictis ſtatuit, quod nec illa decem valeat anticipata ſolutione emptor percipere, quia illud ante verſi temporis beneficium adeò eſt æſtimabile, vt vltra decem conuenta dicatur emptor cenſus vere percipere.

49 Secundum tempus eſt Anni 1611. quo fuit puplicata tempore præfecturæ Comitis Lemenſium iunioris Regia Pragm. quæ eſt quinta ſub titul. de cenſibus. Qua reſpectu tantùm annuorum introituũ venditorum, vel vendendorum à Regio Fiſco, vel Vniuerſitatibus Regni fuit ſtatutum pretium ſummum ad rationem ſeptem pro centenario.

50 In qua Pragmatica quantum ad rem, de qua in præſenti agitur, infraſcripta conſiderare oportet.

51 Primum, quod in præteritis Regni Comitiis fuit Proregi ſupplicatum, quod pro ſubleuandis oneribus Vniuerſitatum, & Regiæ Curiæ vniuerſali lege ſtatueret omnes venditiones annuorum introituum legitimè ab Vniuerſitatibus, & Regio fiſco factas *A maggiore ſumma di ſette per cento annui ſe riduchino alla ſumma di ſette & che per l'auuenire non poſſano pigliare à cenſo maggior quantità, con qualſiuoglia colore.*

Secundùm tria diſpoſuit Prorex in dicta Pragmatica. 52 Primum quod omnes annui introitus, ſiue ab Vniuerſitatibus Regni, ſiue à Regio Fiſco, cum pacto de retrouendendo venditi ad maiorem quantitatem ſeptem pro centenario à die primo Maij 1611. *ſe riduchino, & ipſo iure, ipſoque facto s'intendano ridutte à ſette per cento.* Secundum quod diſpoſuit Pragmatica continetur his verbis, *ita che nec direttè, vel indirettè poſſano ſotto qualſiuoglia colore li creditori eſſigere maggior quantità della ſumma predetta di ſette e dieci per cento, ſotto pena di perdere il loro credito, & altra etiam corporale a noſtro arbitrio, nella quale incorrano ancora li Sindici, Agenti, o Procuratori di dette Vniuerſita, che interuenerãno a fare detti pagamenti.* Tertium quod additur in dicta Pragmatica, eſt in illis verbis, *& nell'iſteſſa pena incorrano ancora quelli, che da equa auanti contrattaranno con dette Vniuerſita, ò con la Reg. Corte à maggior prezzo del ſopra ſtabilito.*

Tertium quod duabus rationibus motus fuit Pro- 53
rex ad vt ſupra diſponendũ, quæ in ipſamet Pragmatica exprimuntur. Prima in illis verbis, *& hauendoci parſo detta dimanda molto conueniente, per eſſer il prezzo di ſette per cento nelle vendite con patto de retrouendendo, & di dieci in quelle di vita aſſai giuſto & maggior di quello, che in tutte l'altre Prouincie, & Regni di tutta la Chriſtianita s'vſa.*

Hæc prima ratio ſatis patet; nam in Germania annuus cenſus redimibiles conſtitutionibus Imperatorum Maximiliani I. Caroli V. & Rodulphi II. ſunt ad rationem quinq; pro centenario, vt docet Feder. Mart. *de cenſ. c.*6. *n.*310. & Andr. Gayll. *lib.*1. *obſer.*9. *n.*1. & in Hiſpania l. Regia fuerunt redacti ad rationem vnius pro quatuordecim, quod eſt ſeptem, & duorũ tertiorum pro centum, vt ex l. Regia Philippi II. Anno 1563. in Comitiis Mantuæ Carpetanæ habitis, quæ eſt lex ſexta, & vltima *tit.*15. *lib.*5. *noua recop.* de qua meminit Couar. *var. reſ. lib.*3. *c.*11. *ſub n.*3. *verſ. cæterum.* Secũda ratio in Pragmatica ex- 54
preſſa eſt in illis verbis, *& hauendo hauuto piena informatione della calamita, & oppreſſione in che ſe ritrouano al preſente dette Vniuerſita cauſata dalli eccesſiui intereſſi, che hanno patito, dallo quale ha riſultato la impotenza di molte con euidente appareza. che fra breue tempo ſegueria lo medeſmo nell'altre, & anco nel Regio Patrimonio ſi non ſe rimediaſſe.* Ex hoc ratione 55
publicæ vtilitatis ſatis conſtat potuiſſe Principẽ reducere annuos introitus, non ſolùm in futurum ad eam ſummam ſeptem pro centenario, ſed etiam pro præterito per viam legis generalis, provt tradunt Matthienſ. *d. l.*6. *glo.*3. *tit.*15. *lib.*5. *noua recopil.* & D. Regens Coſta. *ſub n.*33. *C. de fiſc. vſuris lib.*10. Lud. Lopez. *in inſtruct. negotia, lib.*1. *c.*18. *verſ. hoc ita affirmamus*, ab eo citatũ & tale pretium dicetur iuſtum.

His ſuppoſitis ſupradicta Ampliatio probatur. Pri- 56
mo eo modo quo pretium decem pro centenario eſt pretium ſummum reſpectu omnium introituum, qui vendebantur vſq; ad tempus dictæ Pragmaticæ V. de cenſibus: ita à tempore dictæ Pragmaticæ pretium ſeptem pro centenario cœpit eſſe pretium ſummum, quando Fiſcus, vel Vniuerſitates vendunt annuos introitus. Igitur ſicuti in eo pretio ſummo decem pro centenario non valet pactum, quo vel venditor præſtet vltrà decem, vel emptor accipiat, & proinde non valet pactum, quod gabella, vel collecta ſoluantur à venditore cenſus, eo quia ad emptorem ſpectent, vt DD. in ſuppoſito citati voluerunt, & in ſpecie Federic. Martin. *de cenſ. quæſt.*6. *n.*310. *&* 318. Molin. & alij ibi citati, & Camill. de Curte *vbi ſupra.* Pari ratione in caſu noſtro

idem

idem erit, quando pretium ſummum eſt ſeptem pro centenario. Eadem enim ratio eſt in vtroque, nempe quia quicquid vltra ſummum iuſtum pretium ad cuius vſque latitudinem peruenire licet præſtatur, vel accipitur, iniuſtè hoc fit, & ex iuſto iniuſtum efficit pretium, at ita præſtatio ſeptem pro cẽtenario eſt ſummum iuſtum pretiũ quoad venditiones Vniuerſitatum, & fieri poſt Pragm. definitionem; ſicuti præſtatio decem pro centenario antea erat ſummum iuſtum reſpectu omnium, & nunc remanſit reſpectu cæterorum; vtrumque enim à Principe taxatum eſt, & propter bonum publicum, vt ex Ripa *lib. 1. reſp. tit. de conſtit. reſp. 14. à num.*: Cenc. *de cenſ. tom. 1. par. 2. cap. 1. quæſt. 1. art. 4. num. 15.* Azued. *num. 4.*
57 *& 5.* & Matthieul. *gloſ. 3. dict. gloſ. 6. tit. 15. lib. 5. Recopil.* Et non poteſt de hoc dubitari, quod quamuis non poſſint fortè Principes ſeculares excedere pretium taxatum per Bullam Papæ Nicolai V. & illud conſtituere vltrà decem pro centenario, bene tamen illud minuere poſſunt, prout in Germania, & Hiſpania factum fuit, aliàs, vel illæ leges inualidæ eſſent, vel pretium in eis taxatum foret iniuſtum; quorum vtrumque eſt abſurdum, & reſpectu quantitatis ſeptem pro centenario non ſolùm iuſtum eſt pretium, quia taxatum à Principe, ſed etiam quia aliis in locis ità receptum, non ſolum in Hiſpania, l. Regia vt ſupra dictum eſt, ſed etiam in ditione Eccleſiaſtica Pontificia Conſtitutione Clementis Papæ VIII. quæ deſcribitur à Cencio *in princ. operis de cenſibus, fol. mihi 11.* Merito igitur pactum immunitatis collectarum in beneficium emptoris ad ſeptem pro centenario, ab vniuerſitatibus factum, ſtante pragmatica non minus erit inualidum, quam ſi factum fuiſſet venditis introitibus ad rationem decem.

58 Secundò hoc amplius confirmatur; nam ſuppoſito pretium ita taxatum a Principe fore iuſtum, vt in ipſa Pragmat. dicitur, & proinde contra legis dictum inficiari non poteſt, & cum prohibitione appoſita pœna, quod vltra eam ſummam non exigatur illud quod contra hanc legem, & in ea taxatam ſummam paciſcitur, valere non poteſt, ac dicetur vſuram continere, cùm maiori pretio à lege taxato ematur, vt poſt Bertrand. *conſ. 206. lib. 3.* docent Nauar. *cap. 54. num. 14. quæſt. 3.* Felic. *de Cenſ. lib. 1. cap. 9. num. 12. lib. 2. cap. 1. num. 25.* Roderic. *de ann. redd. lib. 1. quæſt. 7. num. 6. & 20.* & iſtis, & aliis relatis D. Reg. Valenz. *conſ. 62. à num. 26.* & idem Roderic. *de ann. redd. quæſt. 15. num. 21.* Vnde quia contra iura mercatur, bonam fidem præſumitur non habere *reg. 82. de reg. iur. in 6.* Si igitur probatum eſt quod eximere ab onere collectarum emptorem cenſus, eamque exemptionem venditoris damno cedere, eſt vltra iuſtum pretium in hac lege taxatum contrahere, meritò lege reſiſtente & prohibente talis conuentio valere poteſt.

59 Tertiò ratio illa ſecunda expreſſa in Pragmat. quæ finalis eſt, debet ampliare illius dictum *l. cum pater, §. dulciſſimis, ff. de leg. 2.* Si ratio diſponendi, & reducendi cenſus ad annuos ſeptem pro centenario fuit ſuccurrere labantibus Vniuerſitatibus, vt aliquo ſaltem pacto alleuiarentur, multo magis eis ſuccurretur pactione immunitatis à collectis reiecta, quam admiſſa. Quæ ſi permitteretur facta quidem erit fraus legi, cum omnes creditores tali cum immunitate contrahere vellent, fieretque lex eluſoria, & inanis quod eſſe non debet. Et ſtante hac ratione nihil obſtat conſideratio D. Regentis Rouit. *in Pragm. 1. de cenſ. in fine*, conſiderantis, quod in Pragmatica prohibitum eſt creditoribus Vniuerſitatum accipere vltra ſeptem pro centenario, non autem Vniuerſitatibus ipſis ſoluere; ſiquidem, pace tanti viri, nullius momenti apud Iudices ea conſideratio eſſe debet, quia ſupradicta ratio, vt Vniuerſitates ſubleuentur ab oneribus, operatur æquè ne creditores accipiant, & neque vt ipſe ſoluere poſſint. Sed ratio correlatiuorum hoc conuincit, vt in vno diſpoſitum in alio etiam cenſeatur, *l. 1. C. de expreſſ. lib. 10.* & fruſtra prohiberentur creditores accipere, ſi poſſent illis Vniuerſitates ſoluere. Adde quod vtrumque fuit ſupplicatum à Regno, vt in principio Pragmaticæ ibi *& che per l'auuenire non poſſano pigliare à cenſo à maggior quantità, con qualſiuoglia colore*: inquit Prorex, *& auendoci Parſo detta domanda recte multo conueniente*: diſponit, vt in ea primò reducendo introitus venditos ad ſummum ſeptem pro centenario, & immediatè ſubdit, *ita che nec directè, nec indirectè poſſano ſotto qualſiuoglia colore li creditori eſigere maggior quantità della ſumma predetta di ſette, & dieci per cento ſotto pena di perdere il loro credito*, &c. ecce quomodo diſpoſitio congruit ſupplicationi, in qua cùm pretium fuiſſet Vniuerſitatibus prohiberi, ne amplius ſeptem pro centenario ſoluerent, hoc intelligendum eſt in conſtitutione diſpoſitum.

Quartò Pragmatica noſtra facta fuit ad inſtar le- 60
gis Regiæ Hiſpanicæ *6. tit. 15. lib. 5. Recopil.* vtraque in comitiis Regni, & Regno, petente vtraque ad Vniuerſitates ſubleuãdas: vtraque eiuſdem quantitatis ad ſeptem pro centenario: vtraque factos, & faciendos contractus amplectitur; Igitur ex dictis, & diſcurſis per DD. ad interpretationem illius legis ad noſtram explicationem, rectè arguitur. In
ſpecie Roderic. *de ann. reddit. q. 4. à num. 1. ad 4.* con- 61
ſtituit non valere pactum in conſtitutione redditutuum (verba ſunt Roderici) quod debitor creditorem teneatur exonerare ab omnibus laudemiis, & aliis ſimilibus iuribus, vel angariis, & gabellis, & pro eo ſi opus ſit ſoluere concludens illam pactionem vſurariam eſſe, & illicitam, quia illud eſt proprium onus emptoris, quod in venditorem transferri non debet; ſentiens ex hoc vilius pretium effici illo quod a lege Regia ſtatutum fuit; Quamuis autem ibi Rodericus hoc non ſatis explicet, tamen
ex dictis per alios DD. Hiſpanos mox citandos elu- 62
cidatur. Siquidem ea pacta venditionibus appoſita, quando in beneficium venditoris ſunt pretium augent, at ſi in beneficium emptoris, vel tertij fuerint illud diminuunt, vel rem venditam augent. Generaliter namque pacta in contractu venditionis appoſita partem pretij eſſe, vel rei *leg. fundi 79. ff. de contrah. empt.* quam legem perbellè explicant Ignatius, Laſart. *de decim. vendit. cap. 15. à n. 21. & poſt eum* Io. Guttir. *in tract. de Gabell. q. 67. per totam*, dicetur igitur emptor cenſus vltra ſummam ducat. ſeptem pro centenario habere omne illud quod ſibi ſpectaret ſoluere, & venditor ex pacto ſolueret. Hoc enim ita clariùs demonſtratur, nam ea lege Regia atque hac noſtra Prag. non poteſt emptor cenſus recipere ſeptem, niſi ſoluat centum venditori, qui ſi ex illis centum ſoluet illud onus, quod ad emptorem ſpectat, tantò minus habebit de pretio ducator. 100. & emptor habebit ſeptem non ſolutis integrè centum, prout in lege diſponitur. Nam licet integra centum, emptor cenſus venditori ſoluat, quia tamen ex illis venditor ex pacto tenetur onera emptoris ſoluere, non poteſt dicere integra centum recepiſſe; tanto enim minùs dicetur ei ſolutum quantum onus illud importat.

Hæc autem vberiùs explicantur ex dictis per La- 63
ſart. *d. cap. 15. à num. 11. vſque ad num. 14.* & per Guttier. *de Gabell. tota q. 67.* Ibi enim quærunt cum Hiſpa

Hiſpanica lege cautum ſit, vt decima pars pretij, quæ *Alcauala* dicitur venditor ſoluat, quærunt an ſi facta ſit venditio franco pretio, nempe, pacto quod onus gabellæ ad emptorem ſpectet, an illud augeat pretium rei venditæ, ita vt & pretium, & amplius decima illius pars quantitatem vnam efficiant, ex qua integra decima debeatur, & affirmatiuè concludunt ea ratione, quia illud onus gabellæ perſoluendæ quod emptor ex pacto ſuſtinet, ita rei pretium auget, vt tantò magis dicatur emiſſe quantum onus illud importat; nam licèt illa quantitas ad venditorem non perueniat, ſed ſoluatur gabellario, tamen ei ſoluitur pro venditore, qui ſolutione illa exoneratur, vt proinde tanto plus dicatur vendidiſſe, quantum emptor pro ipſo gabellario ſoluit. Quod præcitati DD. probant. Primò ex tex. *l. fundi partem 79. ff. de contrah. emp* vbi vendita parte fun-
64 di, cum pacto, vt aliam partem emptor annis decem pro certa pecunia annua locatam haberet, pactum illum pars pretij eſt, quod ſi tollantur vilius dicetur fundus venditus. Secundò ex tex. optimo *in leg. hæreditatem 14. ff. de hæred. vel action. vendit.* Vbi ſi hæres vendit hæreditatem Cornelij, ex qua debebatur legatum Titio ab emptore hæreditatis ſoluendum, ſi venditor Titio hæres ſucceſſerit ex vendito aget contra emptorem, vt ſibi præſtetur legatum, & ratio datur a I.C. Quia ideò eo minus hæreditas venierit, vt id legatum præſtaret emptori; vnde colligitur quod ſi ad onus emptoris, aliquid per venditorem imponitur, tantò minus vendita res dicetur. Tertio *ex l. ſi vend. 6. & l. ſeruus. 57. ff. de ſeru. exportand.* Vbi vendito ſeruo, cum hoc ne proſtituatur, vel aſportetur pactum illud, quo res non libere ad emptorem ſpectat facit, vt minori pretio
65 res empta videatur. Ex quibus iuribus præfati DD. colligunt, quoties a venditore aliquod onus in emptorem reiicitur, illud partem pretij dici, vt quantum onus illud importat, tantò magis emiſſe dicatur: adeò quod ſi onus illud non impleatur tanquam de pretio detractum, ex vendito actionem aduerſus emptorem ea iura venditori concedant. Vnde Laſart. *vbi ſupra, numer 31.* deducit quod ſicut quando hoc onus vltra pretium in pecunia numerata emptori apponitur, dicitur maiori pretio emerē, quamuis illud non præſtetur venditori, ſed tertio, vt in caſu dictarum legum *6. & 7. ff. de ſeru. aſportand. & dicta leg. penult. ff. de hæred. vel action. vend.* Vbi a principio legatum ab emptore hæreditatis erat præſtandum legatario. Sic e contra quando onus illud adijcitur venditori, quod alias ad emptorem ſpectabat, maiorem rem dicitur conſequi emptor, propter onus venditori adiectum, vel minus pretium venditorem conſequutum, ex reg. correlatiuorum, quod vno diſpoſito, in alio etiam cenſeatur, quod optimè explicauit Laſart. *a dict. num. 31.* ex
68 Auctore damnatæ memoriæ per eum citato. Qui etiam cum Gutterio, *vbi ſupra*, ex iſtis optimè damnarunt ſententiam Ludouici Mexiæ, *in Pragm. taxa panis, concluſ. 5 num. 17. in fine*, volentis non excedi taxatum pretium panis ea Regia lege, ſi onus gabellæ quod erat à venditore ſoluendum, conuentionis pacto imponatur emptori. Reprobant enim illum ex prædictis, quia illud pactum ita pretium auget, vt tantò plus emptor videatur ſoluere, quantum gabellæ onus quod ſuſcipit, continebit. Et reſpondent doctrinæ Rebuffi per Maxiam adductæ, quæ hic non tranſcribo.
69 Quæ quidem omnia ad caſum noſtrum applicantes pari ratione dicimus non minus onus ab emptore in venditorem tranſlatum partem diminutiuam eſſe pretij, quam è contra à venditore in emptorem reiectum partem eſſe pretij augmentatiuam. Et ſicut quando reiicitur onus in emptorem dicitur venditor maius pretium habere, emptor minorem conſequi: ita e contra quando à venditore in emptorem onus transfunditur, minus pretium venditor, maiorem emptor habere dicentur, quamuis illud, non alicui contrahentium, ſed tertio ſit præſtandum, verum quia intereſt paciſcentis, vt ipſe exoneretur, ac illud ſuo loco, aut nomine præſtetur. Qua de re, cùm in caſu noſtro onus collectarum, quod ad emptorem ſpectabat, in venditorem reiicitur, rectè minus pretium habebit venditor, qui ex centum v.g. ei numeratis onus perſoluit. Vel maiorem rem habebit emptor, qui cum fuiſſet habiturus ſeptem pro centum, ſed cum onere, ita quod tantò minus eſſent ſeptem pro centum, ſed cum onere, ita quod tantò minus eſſent ſeptem, quantum onus importaret, tunc habebit integra, vel quod idem eſt pro minori pretio ducat. centum (habito reſpectu ad id, quod effectiuè ſolutis oneribus apud venditorem remanet,) habebit emptor integra ſeptem, at vtrumque eſt contra Regiam Pragmaticam, vel quod habeat integra ſeptem, non ſolutis integrè centum. Vel quod habeat vltra ſeptem pro centum, prout cum effectu haberet, ſi a collectarum onere eſſet immunis. Meritò improbandum eſt pactum immunitatis quod iuri Pragmaticæ repugnat.

Neque obſtat, quod collecta non eſſet tertio alicui ſoluenda, ſed ipſimet Vniuerſitati, quæ paciſcendo immunitatem remittit, quod ſibi alias ſpectaret; ſiquidem quantum ad hoc nulla eſt differentia, an ſit ſoluenda ipſimet Vniuerſitati, vel alicui tertio: nam ſemper rationes prædictæ locum habebunt; ſicut enim debetur collecta pro annuis introitibus ab Vniuerſitate venditis, licet ipſimet Vniuerſitati ſoluatur, vt ſupra in concluſione probatum eſt, & eo modo, ſicut deberetur, quando priuatus priuato annuos vendit introitus, ſic pactum immunitatis collectarum, quemadmodum non prodeſſet emptori in venditione facta a priuato, ita nec ſi fiat ab Vniuerſitate; militant enim omnes prædictæ rationes. 70

Militant prima, & ſecunda quia etiam in hoc caſu annua quantitas ſeptem pro centum vendita, quam tranſgredi non licet, augeretur in eo, quod immunitas a collectis importat, iuxta dicta per Bald. *in conſ. 164. ſub n. 2. lib. 5. ex dicta l. fundi partem 7. ff. de contrah empt & in l. ſi ſterilis 21. §. ſi tibi, ff. de act. empt.* 71

Militat quarta ratio, quia illud quod importat immunitas, ex qua res empta augetur, cedit damno venditoris; Vniuerſitas enim quæ fuiſſet exactura collectas non exigit, & illud quod collecta illa importat de ſuo, ſeu ex bonis aliorum, vel ciuium, vel exterorum ſoluit, ac ſupplet pro oneribus ſuſtinendis. Et ſi ex doctrina ſupra tradita, quoties onus quod venditori eſſe debet pacto in venditorem tráſfertur, ſemper dicitur tantò maior res ad emptorem perueniſſe, quantum illius oneris leuamen importat, vel ſi potiùs eadem res eſſe dicatur, è contra dicetur tanto minus pretium venditori ſolutum, quantum onus pacto illi impoſitum æſtimabitur: vtrumuis, quod ſit, ſufficit, vt dicatur contra legem fieri; nam ſi pro centum emptor habebit vltra ſeptem, obſtabit Prag. Habebit autem ita ſi onus collectæ, quod emptorem ſequitur pacto euitabit, ſed & pragmaticæ contra fiet, ſi pro ſeptem annuis quos percipit emptor non integra centum vendens Vniuerſitas percipiet, quod erit, ſi amiſſa collecta, quæ vltra pretium alias ei debita fuiſſet. 72

fuiſſet, pretium venditi cenſus illi ſoluatur. Et ſi-
73 cut in caſu dictæ legis *hæreditatem* 24. *ff. de hæred.*
vel action. vend. nihil intereſt, an illud legatum præ-
ſtare debeat emptor hæreditatis tertio, vel ipſimet
debitori, vt ex hoc dicatur minori pretio hæredi-
tatem fuiſſe venditam. Ita in præſenti parum inte-
reſt an onus bonatenentiæ debeatur tertio, vel Vni-
uerſitati, ad hoc, vt emptor plus, ſeu maiorem rem
emiſſe dicatur, vel Vniuerſitas ex hoc maiori pre-
tio vendidiſſe.

74 Militat tertia ratio, quia magis prouidetur one-
ribus Vniuerſitatum ſubleuandis, qua ratione fuit
edita Prag. præd. quæ ratio viget etiam hoc pacto
appoſito.

75 Nec prædictis obſtabit argumentum Iunioris Ro-
uiti *à num.* 116. *ad* 121. videlicet pactum iſtud vali-
dum eſſe, quia conſuetum fieri, ex dictis per Me-
noch. *præſumpt. lib.* 3. *cap.* 122. *num.* 58. *de præſumpt.*
Nam hæc argumentatio æquiuoca eſt. Aut enim
intelligit de contractibus celebratis ante pragma-
ticam, vel poſtea. Si de celebratis ante, Primò illa
conſuetudo non conſtat, quæ debet eſſe vniformis
in omnibus contractibus, & diuturna, de quo nihil
apparet, vt omnes contractus annuorum introituum
facti per Vniuerſitates, cum immunitate collecta-
rum in beneficium emptorum ſint celebrati. Secun-
dò eſto ita eſſet, tamen hoc corrigit pragmatica; ſi-
quidem conſuetum etiam erat fieri emptiones ad
maiorem quantitatem ſeptem pro centenario, hoc
correxit Pragmatica reducendo contractus ad an-
nuos ſeptem tantum, ergo omne illud quod auget
ſummam vltra ſeptem, & ſicut correxit quantitatem,
quæ antea erat conſueta, ita etiam pactum quo au-
getur quantitas, licèt alias vſitatum ex regula *leg.*
Oratio. ff. de ſponſ. quod qui vult vnum cenſetur vel-
76 le omne, per quod deuenitur ad illud. Aut intelli-
git Rouitus Iunior de contractibus celebratis poſt
pragmaticam, & de iſtis nullus producitur. Præte-
reà vt inducta eſſet conſuetudo requiruntur plura,
iuxta notata *in leg. de quibus, ff. de leg. in leg.* 1. *&* 2. *C.*
quæ ſit longa conſuet. & in cap. fin. extr. de conſt. ſignan-
ter actuum vniformitas, tempus longiſſimum qua-
draginta annorum, quia eſt contra legem, conſen-
ſus ſuperioris ſaltem tacitus, & ſcientia. Quæ mi-
77 nimè in caſu noſtro interueniunt, quia à tempore
Pragmaticæ vix elapſi ſunt anni viginti, reliqua non
conſtant, Menoch. autem loco citato loquitur ex
Ruin. *conſ.* 16. *ſub n.* 11. *lib.* 4. in caſu diuerſo, vide-
licet ceſſare præſumptionem ſimulationis in contra-
ctu, quando ſcilicet onera gabellarum, vel laude-
miorum, quæ aliàs ad emptorem ſpectarent in ven-
ditorem reiiciuntur. Si in regione ita conſuetum
eſt paciſci, & rectè quidem, quia qui contrahit ſe-
cundum morem regionis excludit præſumptionem
contractus ſimulati, cùm nulla lege contrarium ca-
ueatur. Verùm non ita in caſu noſtro, vbi ſolum at-
tenditur legis prohibitio, quæ eſt certa, ne vltra ta-
xatam ſummam ſeptem &c. contractus fiant, qui igi-
tur aliter fit non præſumetur ſimulatus, vel vſura-
rius, ſed verè erit contra legem Pragmaticæ, quod
ſufficit, vt improbetur pactum. Et in ſumma in caſu
Menochij conſuetudo contrahendi tollit præſum-
ptionem ſimulationis, quæ locum habet in caſu du-
bio. Hic ſumus in claris, quia pactum immunitatis
collectarum in contractu venditionis annuorum in-
troituum, non in dubio, ſed clarè conſtat contra
Regiam pragmaticam fieri, ideò conſuetudine ex-
cuſari non poteſt, vnde apparet diuerſitas inter il-
lum caſum Menochij, & caſum noſtrum.

78 Neque etiam obſtat aliud argumentum eiuſdem
Rouiti Iunioris dicto loco, quod ponit *à num.* 121.
& *ad* 125. dicentis ipſam Vniuerſitatem tali pacto
nihil de ſuo tribuere, tantùm immunitatem conce-
dere ex dictis per Ozaſ. *deciſ.* 95. & per Laſart. *de*
decim. à cap. 15. *num.* 18. Et tantò magis hoc poſſe
fieri, quia agitur de immunitate conceſſa in ipſo
momento contractus, quando onera adhuc non
erant conſtituta.

Primò ſi rectè ſupradicta conſiderentur, ſignan- 79
ter in quarta ratione, patet illud pactum immunita-
tis à collectis efficere, vt tantò amplius vltra ſeptem
pro centenario dicatur venditor conſequutus, quan-
tum erat quantitas, quæ aliàs ſine illo pacto fuiſſet
pro collectis bonatenentiæ emptor ſoluturus. Hoc
optimè explicat Ozaſch. ex aduerſo citatus *dicta de-*
ciſ. 95. *num.* 31. *cum ſeq. vſque ad* 36. omnino viden-
dus, volens, quod tantùm dicatur aliquis recipere,
quantum eſt illud à cuius obligatione liberatur, *leg.*
2. *in princ. & leg.* 3. *in princ. ff. de calumn. leg. ſi quis*
116. *ff. de reg. iur.* vbi DD. Et quia paria ſunt quoad
effectum iuris remittere, & dare *leg. ſi mulier* 10. *ff.*
de condit. cauſ. data, leg. ſi fundum 83. *§. Titio, ff. de leg.*
1. *& dict. leg. ſi quis obligatione, ff. de reg. iur.* Hoc au-
tem ſufficit ad inualidandum pactum, quod ſum-
mam à Pragmatica taxatam collectarum remiſſio-
nem verè augeat. Et ſatis miror, quod Ozaſc. pro
ſua parte citauerit Rouitus Iunior, cùm expreſsè in
ea deciſione *à num.* 19. pro parte Vniuerſitatis, quod
immunitas ab oneribus, pacto ex cauſa oneroſa con-
uenta non valuerit, doctiſſimè defendat, ac Iaſonem
conſ. 601. *lib.* 4. validiſſimè impugnet.

Secundò ex prædictis nihil operatur, quod pa- 80
ctum hoc in ipſo contractu apponitur, quando ad-
huc collectæ non erant deberi cœptæ, ita quod vi-
detur agi de iure quærendo Vniuerſitatis, non au-
tem quæſito: tum quia ex dictis ſupra *num* 62. *cum*
ſeq. conſtat agi de iure quæſito, dum augetur onus
Vniuerſitati in eo, quod importat immunitas, quia
non facta venditione dum introitus venditi erant
penes Vniuerſitatem plus habebat vnde onera fiſ-
calia, aliaque ſolueret, & data immunitate tanto mi-
nus habebit, vnde illud ex propriis bonis, vel ci-
uium aliorúmve bonatenentium erit ſupplendum.
Tum etiam quia nequit Vniuerſitas immunitatem 81
concedere etiam eis, qui nunquam ſoluerunt one-
ra, niſi in caſibus particularibus, de quibus *in leg.* 1.
Cod. de decret. decurion. ſuper immunit. &c. lib. 10. &
notantur *in leg. vacuatis. Cod. de decurion. lib.* 10. &
per Ozaſch. *dict. deciſ.* 95. *à num.* 19. inter quos non
adeſt præſens, de quo agimus. Tum denique quia
iure prohibitum eſt immunitatem à muneribus pecu- 82
cunia comparari, vt ex Bar. per eum tex. *in leg. pri-*
uatis, §. cùm quidam. ff. de pollicit. leg. illud. Cod. de ex-
cuſ. muner. lib. 10. Laudenſ. *in tractatu de Fiſco, num.*
205. *& multis aliis iuribus*, & Parpal. *in leg. placet. C.*
de Sacroſanct. Eccleſ. latè probat Ozaſch. *vbi ſupra,*
ſub num. 29. *verſ.* 2. *admiſſo.* vbi latè probat omninò
videndus, & iterum *n.* 37. & optimè etiam *nu.* 95. vbi
in ſpecie explicat habere locum, dicta iura proce-
dere non ſolùm in muneribus perſonalibus, ſed
etiam in muneribus patrimonialibus, prout ſunt
collectæ, de quibus punctualiter loquitur *in*
dict. deciſ. vſque ad numer. 50. *verſicul. non obſtat*
tertiò.

Caſus autem à Laſarte poſitus eſt diuerſus prout 83
rectè intuenti patet, quod breuitatis cauſa non diſ-
curro.

Subampliatur autem hæc ampliatio, vt etiam 84
habeat locum ſi ſuper contractu venditionis an-
nuorum introituum interpoſitum fuerit Regium
decretum Collateralis Conſilij. Quod vt declaretur.
Tres caſus ſunt diſtinguendi.

Primus

85 Primus caſus, ſi nihil expoſuerit Principi, ſeu Collaterali de pacto immunitatis collectarum: & tunc certum eſt decretum diſpenſatiuum Collateralis, quoad defectum iſtum tacitum non prodeſſe, ex quo omnes defectus exponi debent, vt ad omnes diſpenſatio extendatur, ita ex doctrina Bald. *in leg. 1. ſub num.... C. de furt.* per quam ita docent Felin. *in cap. nonnulli ſub num. 21. de reſcript.* Afflict. *deciſ. 210. n. 12.* Menoch. *de arbitr. lib. 2. cent. 2. n. 12. & 13.* Gratian. *diſcept. forenſ. lib. 2. cap. 387. num. 39.* vbi inquit, quod tot eſſe debent diſpenſationes quot obſtacula. Et ratio ſecundum Menoch. *vbi ſupra*, quia vbi plura obſtant impedimenta, difficilius concedi ſolent diſpenſationes, & reſcripta, vt per Dec. & Rip. *num. 37. in cap. ad aures, de reſcript.* & nulla ſunt decreta ſuper alienationibus, quando ſunt obreptitia, *leg. cum verò, §. ſubuentum, ff. de fideic. liber. leg. 1. §. hac verba, ff. ne vis fiat ei, cum alijs per Nattam, conſ. 162. num. 1.* quæ refert Simoncell. *de decret. lib. 1. tit. 1. ſub n. 29.*

86 Secundus caſus, quando eſt quidem expreſſum in petitione decreti venditionem factam eſſe, cum pacto immunitatis à collectis, non tamen ſpecificè ſuper eo pacto petita diſpenſatio, ſeu decretum. Nec decreũ ſuper hoc ſpecificè diſpenſat, ſed ſimpliciter ſuper contractu ſuũ interponit decretũ. Et tunc non etiam prodeſt quoad pactum, ſed ſolùm validum dabit contractum: ſiquidem duo ſunt impedimenta, vnum iuris communis, quo nequeunt Vniuerſitates annuos introitus vendere abſque decreto, cum ſint ad inſtar minoris, ex dictis per Capic. *deciſ. 4.* Aliud de iure Regni vigore *Regia Pragmatica V. de cenſ.* quod non poſſunt eos vendere vltra ſummam ſeptem pro centenario, ad quod venditi reducuntur, decretum operabitur reſpectu primi, vt validetur cõtractus venditionis annuorum introituum, non obſtante prohibitione iuris communis. Non autem operabitur reſpectu ſecundi, vt etiam pactum illud validetur non obſtante prohibitione Regiæ Pragmaticæ; ea ratione, quia niſi validaret primum, actus redderetur omnino nullus, & venditio facta nihil operaretur, non ita reſpectu ſecundi, quia verior eſt ſententia, quod vitiato pacto immunitatis

87 promiſſæ remanet contractus, qui ab eo eſt ſeparabilis, ita ex *leg. eos, in fin. C. de vſur. & leg. pecuniæ, in fin. princ. ff. eod.* docet Roderic. *de ann. redd. lib. 2. quæſt. 4. num. 3. in tract. de ann. redd.* & ipſo Patrocinante refert decitum D. Rouit. *prag. 1. de cenſ. n. 14.* vbi pro hac ſententia citat tex. *in leg. qui Romæ, ff. de verb. oblig.* & Petr. Greg. Tholoſ. *in tract. de vſur. lib. 3. cap. vltimo a num. 12.* Veritas autem ſupradictæ doctrinæ probatur ex communi maxima DD. quod ſi

88 diſpenſatio Principis poteſt aliquid etiam modicum operari, non porrigitur ad alios defectus etiam expreſſos, aut aliàs Principi notos, *tex. eſt notabilis in cap. non poteſt 21. de prebend. in 6. in verſ. cum autem.* Vbi licet impetrans ſecundum beneficium à Pontifice, exprimat ſe aliud obtinere, non tamen cenſetur Pontifex ſuper pluralitate beneficiorum diſpenſare, ſed tantùm eum ad ſecundum habilem reddere, ab quod non erat poſſidendo vnum, per quem tex. ſupradictam regulam colligunt ibi DD. omnes, ſignanter Barb. *in collecta. num. 15.* & docent poſt Oldrad. *conſ. 332.* & Prob. ad Monach. *in cap. vnico, num. 5. de ætate, & qualit. lib. 6.* Gabr. *concl. lib. 1. tit. de præſumpt. concl. 8. num. 12.* Menoch. *item de præſumpt. lib. 4. cap. 20. num. 37.* Rebuff. *in praxi beneficiali, tit. de diſpenſat. num. 8.* & Pater Sanchez *de matrim. lib. 8. diſp. 4. ſub num. 10.* Quia ſufficit, vt ali-

89 quid diſpenſatio operetur, ne ſit fruſtratoria. Cætera autem peculiarem diſpoſitionem requirunt. Et in caſu noſtro ſatis multum operabitur decretum, quia validabit contractum aliàs nullum; vnde neceſſe non eſt, vt etiam pacti de immunitate collectarum validitatem inducat.

Tertius caſus eſt, quando non ſolùm ſpecificè exprimitur ab Vniuerſitate venditionem annuorũ introituum factam fuiſſe cum pacto immunitatis collectarum, ſed ſpecificè etiam decretum ſuper validitate illius pacti interponitur. Et quia hic caſus credo quod nunquam euenerit, ſuper illo nunc non inſiſto. 90

Fundata ſunt igitur, quod pro annuis introitibus ſoluitur collecta bonatenentiæ ab emptoribus, quod eam ſoluũt de ann. introitibus debitis ab Vniuerſitate. Etiam ſi fuerint venditi, & contractus celebratus, & ſolutio deſtinata in alio loco, etiam Neapoli. Etiam ſi fuerit facta venditio illorum, tam ciuibus, quam exteris, quamuis Neapolitanis. Etiam ſi vbi ſoluenda eſſet bonatenentia viuitur per collectas. Etiam ſi adſit pactum, quod annui introitus ſint immunes ab omni onere etiam collectarum. Etiam ſi interpoſitum fuerit decretum Collateralis Conſilij, modo ſpecificè non ſit interpoſitum ſuper pacto immunitatis.

Ex quibus illud deducitur videlicet quod virtute dictæ Pragmaticæ ſupra de emptione, & venditione, omnes, qui exigerunt ab Vniuerſitatibus integros annuos introitus ad ſeptem pro cententario, nulla ſoluta bonatenentia ſecundùm pœnam in pragmatica ſtatutam, eorum credita amiſerunt, ac Vniuerſitates ab obligatione, & ſolutione ſunt liberatæ. 91

Secundò quod deberent reſtituere omnes quantitates illegitimè exactas poſt amiſſionem eorum crediti.

Hæc in tam graui cauſa mihi occurrunt inter varias occupationes, quibus ratione mei muneris excrucior, exarani. Cætera ſuppleat DD. religio Iudicantium.

Ioannes Camillus Cacacius Regij Patrimonij Aduocatus.

SVMMARIVM.

1 *Bonatenentiæ onus, quid ſit: Fiſcalium functionum munus quid ſit.*
2 *Collectarum impoſitio in Regno Neapolitano quando cæperit.*
3 *Collectarum exactio ſub nomine donatiui fiebat.*
4 *Collecta Sancta Mariæ, quibus præſtabatur antiquitus.*
5 *Collectarum exactia tempore Caroli I I. qualiter fiebat.*
6 *Collectarum munus an ſit mixtum.*
7 *Collecta in Regno vſque ad Regem Alphonſum I. quomodo exigebantur.*
8 *Focularierum Ius in locum collectarum, qualiter ſucceſſerit.*
9 *Collectarum exactiones tempore Regis Alphonſi I. quomodo fiebant.*
10 *Bonatenentes non tenentur ad omnia onera impoſita pro functionibus Fiſcalibus, ſed ad aliqua.*
11 *Contributio ad hominis cenſus, qualiter fieri*

fieri debeat pro collectis.

12 *Doctores Hiſpani, quid ſenſerint in præſenti.*

13 *Vniuerſitates Regni quomodo petant contributionem à creditoribus annuorum cenſuum pro collectis.*

14 *Ciues Neapolitani an, & quando debeant collectari pro bonis alibi poſſeſſis, vbi deciſio affertur.*

15 *Gabella non ſoluitur de contractibus celebratis à Rege.*

16 *Pragmatica quinta de cenſibus declaratur.*

17 *Fiſci argumentum, de quo in præſenti eliditur.*

18 *Vniuerſitates ſi pro annuis redditibus ſoluerent bonatenentiam qualiter grauarentur.*

19 *Vniuerſitatis contractus cenſualis, qualiter poterat antiquitus fieri.*

21 *Cenſus reductio cum Vniuerſitatibus, qualiter facienda.*

21 *Argumenta Regij Fiſci, de quibus in præſenti, diluuntur.*

ARGVMENTVM.

Collectarum impoſitio in hoc Regno, quam habeat originem, illarumque exactio qualiter hodie fiat, oſtenditur: Vniuerſitates Regni num pro annuis cenſibus, quos certis perſonis debent, bonatenentiam retinere poſſint. Ciues Neapolitani, an pro bonis, quæ in diuerſis terris poſſident, bonatenentiam ſoluere teneantur, & de aliis ad materiam pertinentibus.

ALLEGATIO LXXXVIII.

1 SI Vniuerſitates Regni ſoluunt bonatenentiam, vel aliquod damnum, vel intereſſe ſentiunt pro venditionibus annuorum introituum diuerſis creditoribus per ipſas factis, rectè forſan ſimul cum Regio Fiſco occaſione nouellæ Pragmaticæ petunt condemnari creditores pro cauſa prædicta; ſin minus, iniuſta eſt earum prætenſio, dum petunt, quod non ſoluunt. Tota ergo difficultas conſiſtit in cognitione iſtius veritatis, quæ haberi non poteſt, niſi demonſtrato prius quid ſit onus Bonatenentiæ, & conſequenter functionum Fiſcalium, pro quibus bonatenentia ipſa ſoluitur, & ſimiliter, quæ erant collectæ quæ ſoluebantur in hoc Regno, in quarum locum ſucceſſit poſtea ius focolariorum. Iſtis enim præcognitis, facilè demonſtraturum ſpero vanam eſſe prætenſionem Vniuerſitatum, & Regij Fiſci eas protegentis.

Rogo ergo Dominos pro intelligentia recordari 2
antiquitus in hoc Regno tempore Regis Guhelmi nullas fuiſſe collectas, illaſque adinuentas tempore Federici Imperatoris, & primum nomen fuiſſe adiutum, deinde Gabellam, Andr. *in cap. 1. verſ. & extraordinaria collatio, num. 62. in princ. quæ ſunt regal.* Luc. *in l. final. n. 1. C. de annon. & tribut. lib.* 10. optime Capyc. *in inueſtit. verb. feudorum clauſula, verſ. collecta, fol.* 114. & propriè *verſ. collectarum, fol.* 117. *& ſeq.* Iacob. de Aiell. *in tract. de iur. adohæ. num.* 37. & bene in ſimili materia D. Regens Lanar. *conſ.* 95. *in princ.*

Poſt Federicum cœpit exigi ſub nomine donatiui, 3
& fuit res deducta ad ſex collectas generales, & ſic ad ordinarium munus, Capyc. vbi ſupra *fol.* 117. & 119. & D. Regens Lanar. *dict. conſ.* 95. vbi inſerit verba priuilegij conceſſi Ciuitati Tarentinæ ſupplicanti, *che non ſia tenuta pagare à ſua Maeſtà altro pagamento, che onze 15. per colletta. intendendo per ſei collette generali.* Iſtæ collectæ differebant a tributo, quod erat certum, & annis ſingulis, certa ſumma ſoluebatur: collectæ verò non in ſingulis annis, neque in certa ſumma, ſed pro modo, & varietate negotiorum, imminentium exſoluebantur, Luc. *in leg. pen. num. 5. C. de ann. & trib. lib.* 10.

Diuerſa ab iſtis erat collecta ſanctæ Mariæ, quæ 4
non præſtabatur Regibus, vt ſupradictæ, ſed Comitibus, vel Baronibus per vaſſallos Terrarum ſuarum, annis ſingulis, & erat certa, & ad certam ſummam aſcendens, pro qua omnia bona immobilia ipſius Caſtri, vbi imponebatur, taxata in appretio, & æſtimo, reperiebantur, Luc. *in l. ſi diuina 8. n. 2. & 15. C. de exactorib. & tribut. lib.* 10. Aliæ verò erant collectæ, quæ imponebantur per ipſas Vniuerſitates pro ſubeundis oneribus, vel ſoluendis debitis, Capyc. *d. inueſt. verſ. collectarum tertia ſpecies, fol.* 119.

Pro exequutione collectarum Carolus II. ſtatuit, 5
quod anno quolibet, in ſingulis Ciuitatibus deberet renouari appretium, & præſertim collectari forenſes, licèt alibi habitantes, pro rebus in loco, in quo poſſident, vt habetur in capit. Regni *in ſingulis* 194. & eſſe expeditum in Regno, vt forenſes collectentur, quicquid vt de iure communi, affirmat Capyc. *loc. cit. verſ. forenſes, & verſ. quod autē, fol.* 120.

Iſtæ collectæ licèt reſpectu Ciuium erant onus 6
mixtum, quia imponebantur perſonis pro rebus, Afflict. *in capit. 1. verſ. & plauſtrorum, n. 8. quæ ſint regal.* Capyc. *in inueſtit. verſ. immunitas, fol.* 119. tamen reſpectu forenſium, & in territorio poſſidentium, erant onus patrimoniale, quia perſonis imponi non poterat, ſed rebus tantum, ita egregie declarat Bald. *in l. per Bithiniam, n. 2. C. de immunit. nemin. conced. lib.* 10. & ſic gabella erat anomala, & irregularis, vt poſt Petr. de Anſibol. explicat Io. de Ciaper. *in cent. cauſar. fiſcal. cauſ. 47. q. vnic. num.* 2.

Permanſerunt iſtæ collectæ in Regno vſque ad 7
Regem Alphonſum I. cui de anno 1442. in Parlamento generali Neapoli habito, fuit oblata ſolutio carolenorum 10. pro quolibet foculari ſingulis annis, cum conditione tamen, quod Rex ſimiliter daret tuminum vnum ſalis cuilibet foculari pro quolibet anno, & tolleret omnem collectam, ſiue colectam, vt vulgò dicebatur tam ordinariam, quam extraordinariam, adeò quod, ad nihilum aliud populi tenerentur, & de triennio in triennium fieret inquiſitio focolariorum, quam hodie numerationem dicimus, quibus oblationibus Rex annuit, & conſentiit, vt habetur in capitulis huius fideliſſimæ Ciuitatis, in capit. Alphonſ. I. *c. 1. 2. & 7. fol. 4. à tergo.*

Ecce quomodo ius focolariorum ſucceſſit in lo- 8
cum collectarum, & cum iiſdem qualitatibus, quia eſt

eſt onus mixtum, vt erant collectæ, ita expreſsè teſtantur, Affl. optimè *in d. cap. 1. verſ. plauſtrorum, n. 8. quæ ſint regal.* Capyc. *in dict. inueſtit. verſ. immunitas, fol.* 119. D. Regens Lanar. *d. conſ.* 95. D. Regens de Curt. *in 1. part. diuerſ. iur. fol.* 25. *n.* 22. & nouiſſimè D. Regens de Ponte *de poteſtat. Proreg. tit. de regal. impoſition. §. 2. num.* 10. 11. *&* 12.

9 Et licèt fuiſſet cum Alphonſo Primo conuentum, vt tollerentur omnes collectæ, & ſolueretur ius focalariorum Regiæ Curiæ ad rationem vnius ducati pro foculari, tamen hæc conuentio fuit reſpectu illarum ſex collectarum, quæ irregulariter exigebantur per Curiam, & non reſpectu ſolutionis 10. carolenorum pro foculari, pro cuius exactione continuabat appretium, ſeruata forma capituli Regis Caroli II. provt iuſſit Ferdinandus I. de anno 1467. in Pragmatica vnica *de appret.* in qua innouando edictum Caroli, expreſse mandat, quod deberent collectari forenſes, & exteri pro poſſeſſionibus ibi tenentibus, illis verbis, *ſiue alibi habeant incolatum,* & rurius, *bona prædicta tenentis, licèt alibi incolatum habeat.* Subdit poſtea rationem, & eſt illa, quam nos inquirimus: *ne alter alterius onus ferat.* Ex qua ratione deſumitur, quòd in appretio, & æſtimo ſunt deducenda a poſſeſſoribus bonorum onerā ipſarum rerū, quia alias duplici onere grauarentur. Verùm quia iſta deductio non debet cedere in damnum locorum, in quibus ſita ſunt bona, maximè cùm functiones fiſcales exigantur ab Vniuerſitatibus pro numero focalariorum, & non a poſſeſſoribus bonorum. Vniuerſitates verò pro ſoluēdis ſupradictis functionibus imponunt collectas poſſeſſoribus præuio appretio, ideò onus cenſuum, vel annuorum introituū deductum à poſſeſſoribus, & venditoribus bonorum, imputatur creditoribus, & emptoribus, tam Ciuibus, quàm exteris, & ſic Vniuerſitates non ſunt in damno, dum a poſſeſſoribus habent collectam pro rata fructuum, deducto onere, quòd aggregatur creditoribus, & ab eis exigitur, & in effectu, quod exigebatur ab vno pro certa quantitate, pro eadem ſumma exigitur a duobus, & ita alterius non fert onus, ſed quiſque ſuum, & Vniuerſitates integrè exigunt abſque diminutione.

10 Et quamuis bonatenentes non teneantur ad omnia onera impoſita pro functionibus Fiſcalibus, ſed ad quinque ſolummodo, hoc procedit, quia iſta quinque reſpiciunt vniformiter, tam vtilitatem Ciuium, quam forenſium? reliqua verò onera vtilitatem Ciuium tantùm, vt poſt Ruin. docet, & determinatum refert Theſaur. *deciſ.* 149. *n.* 13.

Et hæc ratio *ne ſint in damno Vniuerſitates, & ne quis ſentiat onus alterius,* eſt adeò efficax; vt etiam ſi bona alienarentur in Clericos, adhuc: illi tenerentur ad collectas, vt mandauit Rex Ferdinandus de anno 1573. in Pragmatica tertia *de Cleric. ſeu Diacon.* & poſt diſputatum articulum concludit Campagn. *in repetit. extrauag. vnic. de Cleric. ſeu Diacon. num.* 271.

11 Accedat pro corroboratione ſupradictorum auctoritas inſignium Iureconſultorum, in terminis declarantium hanc deductionem onerum a poſſeſſoribus, & contributionem à Dominis cenſuum, Luc. *in l. 3. C. de imponend. lucratiu. deſcript. lib.* 10. *n.* 7. vbi dans formam appretij ſcribit: *Ita quidem, quod in æſtimatione ipſius rei, quæ facienda eſt iuxta fructuū quantitatem, deducta ea ſumma quam pro ipſa re, nomine penſionis, vel cenſus præſtat,* addit rationem: *Ne duplici onere grauetur poſſeſſor,* idem firmat *in l. litibus* 19. *num.* 15. *C. de agricol. & cenſit. lib.* 11. & Lucam refert, & ſequitur eandem rationem probans Rolan. *conſ.* 66. *num.* 33. *&* 34. *lib.* 1.

Et licet Luc. loquatur ſimpliciter de deductione oneris facienda poſſeſſori, & nihil dicat de ſolutione facienda per Dominum cenſus, tamen virtualiter dixit, & hæc eſt eius intentio, dum voluit ne alter alterius onus ferat, quia aliàs Vniuerſitas ſentiret pro Domino introituum.

12 Et ne deſit punctualis doctrina, affero duos bene eruditos Iureconſultos Hiſpanos. Primus eſt Petrus Nunnez de Auendan. *conſ.* 33. *n.* 2. vbi in terminis dicit, quod poſſidentes cenſus, etiam redimibiles, poſſunt collectari *leg. quæro, de vſufr. vel.* poſteà addit: *Et quantum ſoluit Dominus cenſus, tanto minus proprietatis.* Ecce quod vterque ſoluit: alter eſt Io. Guttierez *de gabell. q.* 54. *n.* 28. vbi deſcripſit verba Auendanni, & probauit eius opinionem.

Demonſtrata ni fallor radicali, & vera ratione ſolutionis bonatenentiæ, videamus nunc ſi poteſt accommodari ad prætenſionem Vniuerſitatum, quæ perneceſſe debent oſtendere, in aliquo damno eſſe, vel quia grauantur duplici onere, vel quia poſſeſſores alicuius partis territorij non collectantur. Neutrum eſt verum.

13 De primo, non ſolùm non grauantur duplici onere, ſed nullo penitus onere, imò magis dico, quod hoc eſſet impoſſibile, vt Vniuerſitates ſibi ipſis ſoluerent gabellas, quia eſſet actio, & paſſio in eodem ſubiecto, quod natura non permittit, & nulla perſona, ſiue res ſibi ipſi ſeruire poteſt *leg. vti frui. ff. ſi vſufruct. petat.* & *leg. in re communi* 24. *de ſeru. præd.* ibi: *Nulla enim res ſua ſibi ſeruit.* Nec habet ius, neque actionem exigendi à ſe gabellam, ne ſit idem debitor, & creditor, ita argumentatur Guttier. *dict. tract. de gabell. q.* 85. *n.* 2. 5. *&* 17.

De ſecundo, quod aliqua pars territorij non collectetur ob venditiones annuorum introituum facta per Vniuerſitates, non video quomodo id poſſit prætendi, cum contrarium indubitatum ſit, quod neque Vniuerſitatibus, neque poſſeſſoribus ſit deductio ob iſtas alienationes.

14 Addo auctoritatem rei iudicatæ in proprio caſu noſtro; nā cum annis præteritis dubitaretur, ſi Ciues Neapolitani habentes iſtos annuos introitus ſuper Vniuerſitatibus Regni, debebant pro eis collectari, ſicut pro aliis poſſeſſionibus, & bonis ſtabilibus, & pro iiſdemmet annuis introitibus venditis ipſis Neapolitanis per particulares Ciues earundem Vniuerſitatum. Et licet per Regiam Cameram expeditæ fuiſſent prouiſiones, quod deberent collectari, & ſoluere bonatenentiam, provt in præſenti cauſa ſimiliter expeditæ fuerunt, tamen habito recurſu per fideliſſimam Ciuitatem ad D. Cardinal. Granuel. tunc Locumtenentem generalem de anno 1474. diſcuſſo negotio, fuit per Illuſtr. D. Regentem, provt eum appellat D. Præſ. de Franch. *deciſ.* 51. *num.* 2. in cauſa Lucretiæ Arcellæ cum Vniuerſitate Rutiliani, decretum, quòd fieret relatio in Collaterali Conſilio, & interim non fierent prouiſiones contra Neapolitanos, & ita exequutum fuit per decretum Regiæ Cameræ cum reſtitutione exacti, & à dicto tempore vſque ad præſens per ſpatium 50. ferè annorum ſic fuit ſemper obſeruatum, & nunc obſeruatur. Et hodie contrarium attentare, eſſet reuocare in dubium contra hanc Ciuitatem, & Neapolitanos, & decretum prædictum iuſtiſſimè interpoſitum, illa potiſſimùm ratione, quia Vniuerſitates gabellas ſibi ipſis non ſoluunt, neque damnum aliquod ſentiunt ob prædictas alienationes.

15 Alterum exemplum eſt in annuis introitibus, venditis per Regiam Curiam, ſuper functionibus fiſcalibus, & aliis Regiis impoſitionibus, pro quibus dum prætenderent Vniuerſitates collectare poſſeſſores

ſores Ciues, quod eſt fortius, negotio pluries diſcuſſo in Reg.Cam. in qua facta relatione per eruditiſſimum, & religioſiſſimum D.Præſidem Salutium, ſimiliter præſentis cauſæ Commiſſarium, in cauſa Vniuerſitatis Terræ Lacus Liberi cum V.I.D.Pyrro de Orlando,& aliis die 4.Aprilis 1607.fuit decretum, quod introitus prædicti non ponantur in appretio, illa vt credo præcipua ratione, quia de contractibus initis cum Regibus non ſoluitur gabella, cùm ipſimet Reges ſibi ipſis collectas non præſtant; & Vniuerſitates nullum intereſſe ſentiant,& ita habet communis praxis, vt teſtatur Laſſart. *de decim. vendit. capit.*10.*n.*43. loquens de venditione cenſus redimilis ſuper redditibus Regiis, hoc eſt *Sobre yuros del Rey*, vt Hiſpani dicunt,& congruam rationem huius deciſionis reddit Molin.Theolog. *de iuſtit. & iur.vol.*2.*diſput.*384. *in fin.*

Patefacta hac veritate, non obſtant, quæ in contrarium per Regium Fiſcum, & Vniuerſitates opponuntur.

16 Primò, non obſtant verba nouellæ Pragmaticæ, editæ die 20. Aprilis 161 quæ habetur in prætermiſſis *ſub tit.de cenſ.pragmat.*5.reducens omnes venditiones annuorum introituum ſuper Vniuerſitatibus Regni ad rationem 7. pro centum, & prohibens ſub pœnis aliquid vltra exigi, ibi:*Tutte le vendite d'intrate in qualſivoglia modo fatte, tanto dalle Vniuerſità del Regno, quanto dal Regio Fiſco ſopra il Real Patrimonio, con patto de retrouendendo a maggior quantità di ſette per cento ſe reduchino, & ipſo iure, ipſoq; facto ſe intendano redutte a 7. per cento*, & ibi: *Ita che nec direttè, nec codirettè, poſſano ſotto qual ſi voglia colore li creditori eſſigere maggior quantità della ſumma predetta di 7. per cento.*

17 Ex ſupradictis verbis tale deducit argumentum Regius Fiſcus, onus bonatenentiæ certum eſt ſpectare ad emptores; quia ſi non eſſet pactum immunitatis, emptores illud ſoluerent. Modo Pramatica expreſsè iubet, nec creditores, quouis quæſito colore vltra ſummam taxatam exigant. Ergo exigendo 7. pro centũ ab Vniuerſitatibus,& non ſoluendo onus bonatenentiæ, prætendendo vigore pacti eſſe immunes,concludit creditores contrauueniendo exigere ad maiorem rationem, quam 7.pro centum, & hoc eſſe ſub quæſito colore immunitatis promiſſæ, indirectè exigere ad maiorem quantitatem. Cui malo volens Regia Pragmatica mederi, expreſsè hoc prohibuit, & addit rationem, quia iſta immunitas à collectis facit exceſſum in pretio, vt eruditè aduerſus Petrum Mexiam declarat Laſſart. *de dec. vend. cap.*15.*num.*21.24.25.& 26.benè reſoluit opinionem Petr. Rebuff. quæ per Mexiam.in contrarium allegabatur.

18 Hæc argumentatio facillimè reſoluitur ex ſupra firmatis, in quibus elaborandum fuit, & aliquantulum immorandum, cum in illo principio conſiſtat cardo præſentis cauſæ. Dico igitur argumentum procedere, quoties Vniuerſitates ſoluerent bonatenentiam,& conſequenter ſentirent damnum, creditores verò exigerent, & conſequerentur vtile vltra ſummam per Pragmaticam taxatam. Sed hic neque Vniuerſitas ſoluit,neque creditor exigit,vt benè demonſtratum eſt,ergo ceſſat omninò omnis prætenſio bonatenentiæ,& Laſſart.in contrarium adductus facit pro nobis,& probat hanc reſponſionem,dũ ideò impugnat Mex. quia venditor ſuſcepit in ſe onus, quòd ſpectabat ad emptorem, & re vera ſoluit Laudemium, & non imaginariè, vt in caſu noſtro, propterea illa ſolutio facit exceſſum in pretio, & iure Mex. reprehenditur. Vnde cum hic non tractetur de ſolutione, nullo modo poteſt tractari de exceſſu.

Prætereà verba Pragmat.expreſsè refellunt hãc argumentationem, dum ſtatuunt pretium ad rationem 7. pro centum, in iſtis annuis introitibus, & dicunt illud eſſe iuſtum pretium, & emptiones aliter factæ reducuntur ipſo iure ad hanc rationem.Sed ſi creditores ſoluerent bonatenentiam, non eſſet pretium ad 7. pro centum, ſed ad 4. vel 5. quod non habuit pro iuſto pretio Regia Pragmatica. 16

Inſuper conſideretur quæſo verbum *reductio*, toties repetitum in Pragm. ex quo deprehenditur intentionem D. Proregis tantummodo fuiſſe, reducere annuos introitus a ſumma 9. pro centum ad 7. & in hoc Vniuerſitatibus opitulari. Vnde ſicut ante Pragm. Vniuerſitates ſoluebant ad rationem 9. pro centum, cum pacto immunitatis à bonatenentia, ita poſt Pragmaticam ad 7. cum eadem immunitate, quia aliàs non eſſet reductio, quæ intelligitur cum iiſdem qualitatibus, alterando ſolum pretium à 9. ad 7. pro centum, & alia verba appoſita eſſent in Pragm. 20

Rurſus rogo animaduerti ad vnum,quod ni fallor non habet reſponſum.Pragm. vnum ſtatuit reſpectu duarum perſonarum, Vniuerſitatum,ſcilicet & Fiſci, taxando eadem ratione idem pretium 7. pro centum æqualiter exigendo ab vtraque. Quomodo ergo reſpectu Reg.Cur. procederet exactio ad 7. pro centum,reſpectu verò Vniuerſitatum ad 4.quod vtique abſurdum maximum eſſet, vt bene ſciunt Domini,qui adhuc viuunt, & viuent per multos annos beneficio publico,& eorum prudentiſſimis conſiliis edita fuit Pragmatica, cuius verba reclamant prætenſioni Regij Fiſci, quia dum æqualiter reſpiciunt Vniuerſitates,& Reg. Cur.debent æqualiter vtrumque determinare, aliàs incongruum eſſet,vt in altero ad 7.in altero ad 4.pretium ſtatueretur vt inquit text.*in l.iam hoc iure 4.de vulg.& pupill.* 21

Addo etiam, quod vigilantiſſimus,& poſt hominum memoriam nemini ſecundus Dominus noſter Prorex, totus principaliter fuit, & in redemptione huius fideliſſimæ Ciuitatis, & ſcimus quanta prudentia, quanto labore reduxit introitus ſuper Ciuitate prædicta ad 6. pro centum, cum conſenſu ipſorum creditorum, quomodo ergo caput Regni,quod indiget maiori auxilio ſoluet ad rationem 6. pro centum, Vniuerſitates membra eiuſdem Regni, ad rationem 4.vel 5. pro centum.

Non obſtat argumentum à ſimili,quod deducunt à venditione annuorum introituum facta per particulares Ciues Vniuerſitatum exteris, & forenſibus, qui abſque dubio ſoluunt bonatenentiam Vniuerſitatibus; ſicut ergo exteri ſoluunt quando emunt à particularibus Ciuibus, ita etiam quando emunt ab ipſis Vniuerſitatibus, cum non detur ratio differentiæ in vtroque caſu. 22

Quod expreſsè negamus, & dicimus maximam eſſe differentiam, quia tunc ceſſant rationes ſupra conſideratæ, cùm Vniuerſitates ſint in damno, non exigendo à Ciue,quod poſſidetur ab extero,& ideo iure exigit; ſed in caſu noſtro nullum patitur damnum, vt probatum fuit.

Non obſtat, quod vltimo loco adducitur per Regium Fiſcum, negantem, non eſſe veram rationem expreſſam, onus bonatenentiæ fuiſſe inductum pro æquatione muneris, ne quis alterius onus ſentiat, dando inſtantiam, quod in locis, in quibus viuitur gabellis, & non collectis, Ciues poſſeſſores nulla facta deductione onerum ſoluunt integras gabellas; & ſimiliter exteri ſoluunt integram bonatenentiam.

Hæc ratiocinatio nihil concludit aduerſus exteros & ratio quare in caſu prædicto non fit deductio,

eſt

eſt quia viuitur gabellis à quibus ob earum incertitudinem non fit, neque poteſt fieri deductio, quod ſcientes Ciues poſſunt gratificari Patriæ, & ſoluere gabellas abſque deductione onerum. Vnde ſi Vniuerſitates exigunt tunc integras gabellas à Ciuibus poſſeſſoribus, integram bonatenentiam à forenſibus, hoc procedit ex conſenſu Ciuium, qui conſenſus non poteſt operari aduerſus exteros reclamantes, & contradicentes: Et in ſumma, vt argumentum procederet, erat deducendum à collectis, & non a gabellis inter quas maxima eſt differentia.

Concludo igitur Vniuerſitates debere continuare ſoluere emptoribus ad rationem 7. pro centum, nulla deductione facta ob prætenſam bonatenentiam, prout iudicaturos ſpero doctiſſimos, & integerrimos Iudices, quos poſtremò rogo, vt dignentur conſiderare inconueniens maximum, quòd ſequeretur, ſi aliter determinabitur, quia Vniuerſitates priuarentur commercio, & in earum neceſſitatibus non inuenirent emptores, & iure, dum Reg. Cur. correſponderet ad 7. fideliſſima Ciuitas ad 6. & Vniuerſitates ad 4. pro centum, hoc pretium infimum, & inæquale deterreret emptores, & ſic iſta interpretatio non ſolùm non eſſet vtilis, ſed damnoſa, & pernicioſa Vniuerſitatibus prædictis, quod non eſſe permiſſuros, confido circumſpectiſſimos Dominos, qui reliqua ſolita benignitate ſuppleant.

Alexander Palmerius.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſeries, de qua in præſenti adducitur.*

2 *Impenſæ factæ pro voluntate teſtatoris adimplenda, qualiter repetantur.*

3 *Bona fideicommiſſo ſubiecta cauſa dotis, vel donationis propter nuptias, alienantur.*

4 *Bona fideicommiſſo ſubiecta pro impenſis, quæ ante matrimonium, vel in ipſo fiunt, alienari poſſunt.*

5 *Maritus, qui conſuetudinem non ſeruat expendendi aliqua in matrimonio contrahendo, redargui poteſt.*

6 *Bona à Patre filio tradita pro iocalibus, imputantur in legitima.*

7 *Impenſa facta pro famulorum ornatu, & aliis neceſſariis detrahuntur ex fideicommiſſo.*

8 *Nobilitas creſcit ex materno ſanguine filiorum.*

9 *Matrimonium requirit expenſas, quæ dicuntur neceſſariæ, quando de iure, vel conſuetudine ſolent fieri.*

10 *Index ab expreſſa teſtatoris voluntate recedere debet. Si eam pupillo damnoſam inſpexerit.*

11 *Textus* in l. . §. Sed nonnullos ff. de tutelis, *declaratur.*

12 *Bona fideicommiſſo ſubiecta, pro alimentis quarum perſonarum poſſunt alienari.*

13 *Guidonis Papæ deciſio 96. adducitur.*

14 *Princeps derogare poteſt Authent.* res, quæ, *de qua ſupra, & propter quam cauſam.*

ARGVMENTVM.

Bona fideicommiſſo ſubiecta, cum pro dote conſtituenda, vel reſtituenda alienari permittatur, ex diſpoſitione text. *in Auth. res, quæ. Cod. commun. de legatis*, num pariter diſtrahi poſſint pro expenſis, quæ vt perficiatur matrimonium neceſſariæ ſunt, præſertim ſi illud contrahatur cum muliere ſumma nobilitate decorata: & de aliis.

ALLEGATIO LXXXIX.

DECESSIT annis elapſis Don Ferdinandus de Mayorga, vniuerſali hærede inſtituto D. Petro eius vnico filio maſculo, dote relicta D. Beatrici filiæ in capillo ducatorum quadraginta milium, ipſi autem D. Petro ſubſtituit deſcendentes maſculos ab eo naſcituros in infinitum, ætatis tamen prærogatiua ſeruata, quibus deficientibus ſubſtituit dictam D. Beatricem, cui pariter eius deſcendentes cum onere deferendi inſignia, & cognomen ipſius teſtatoris ſubſtituit, quibus expreſsè alienationem vetuit ex quauis cauſa, etiam legitimæ detractionem prohibendo, cum ampliſſimis clauſulis, idque vt eius familiæ decus augeretur, eoſque hortatus fuit ſub eius benedictione, vt condigna matrimonia contraherent, quæ apud omnes clara, & perſpicua haberentur. 1

D. Petrus filius, vt parentis voto, ſe conformaret nuptias contraxit cum Illuſtriſſima D. Antonia de Lyua, ex qua vnicum genuit filium nomine Hernandum, qui ſuper eius Terra Balneoli titulum Ducatus conſecutus eſt, cum ſpeciali gratia, quod ei abſque liberis defuncto, ſuccederet D. Beatrix amita, eiúſve deſcendentes. Deinde Hiſpanias perfectus aui optimo conſilio monitus, ac parentis veſtigia ſectatus, cum Illuſtriſſima D. Sancia de Mendocia nuptias contraxit, & Catholica Maieſtate diſpenſationem obtinuit, vt pro impenſis ad matrimonium perficiendum neceſſariis, poſſet Dux æs alienum contrahere pro ſumma ducatorum duodecim mille, monetæ Regni Caſtellæ, quos partim in emptionem mobilium pro decoranda domo, eiúſque, & vxoris perſona, partim verò in donis ad vxorem, iuxta morem tranſmiſſis, conuertit, & ab eadem Catholica Maieſtate fuerunt eidem Duci taxata alimenta in annuis ducatis duodecim mille, monetæ huius Regni.

Nouiſſi

D. Sancia vxor iam prægnans abortu parto vita functa eſt.

2 Nouiſſimè Neapolim reuerſus Dux nuptias contraxit cum Illuſtriſſima, & Excellentiſſima Domina D. Anna Sfortia, quæ Sereniſſimis Eleonoræ Conſagæ Imperatrici, D. Iſabellæ, & D. Annæ Hiſpaniarum, & Franciæ Reginis tertio gradu coniungitur, aliiſque tum Italiæ, tum Franciæ Potentatibus ſtrictiore ſanguinis vinculo ligatur; pro quibus perficiendis, etiam in executionem auitæ voluntatis maximæ requiruntur impenſæ, iuxta perſonarum qualitatem *leg. plenum, §. equity, ff. de vſu, & habit. leg. cum poſt. § gener. ff. de Iur. dot.* & Paleot. *de noth. ſpur. lib. cap.* 30. *in princ.* attenta etiam promiſſa dote ducatorum quinquaginta millium, ex qua etiam onus viri erga vxorem adaugetur *leg. ſi cum dotem, §. ſin autem in ſatisſimo, ff. ſolut. matr.* Cordub. *in leg. ſi quis a liberis, §. ſi quis ex his, num.* 13. *ff. de lib. agnoſc.*

Petiit itaque in Collaterali Conſilio declarari licere ipſi Duci diſponere in cauſam prædictam, ſeu æs alienum contrahere pro ſumma ducat. triginta millium, ex quibus cum iam ducat. decem mille in cauſam prædictam alienaſſet, ex quorum pretio gemmas, veſtes, aliáque muliebria ad Illuſtriſſimæ vxoris ornatum emiſſet, eáque ad eam tranſmiſiſſet, etiam cum immediati ſubſtituti conſenſu, eius petitionem ad reſtantes ducatos viginti mille reſtrinxit, petens quantitatem prædictam ducat. tringinta millium partim receptam, partim verò conſequendam ab onere fideicommiſſi exemptam, idque tum ex Iuris diſpoſitione, tum etiam ex teſtatoris voluntate, & vbi vtrumque deeſſet, per S. Excellentiam, eiuſque Supremum Collaterale Conſilium, quod tequod teſtator (vt pars aſſerit) omiſit, Iudicantium Religione ſupplendum, *leg. quaſitum, ff. de teſtib.*

3 Primum ex legis diſpoſitione probatur, licèt enim bona fideicommiſſo ſubiecta alienari non poſſint, ſi tamen ex cauſa dotis, vel donationis propter nuptias alienatio fiat, valida erit, *Auth. res quæ. C. comm. de legat. §. quamobrem Auth. de reſtit. & ea quæ parit.* vbi etiam vltra quantitatem legitimæ alienatio, vel obligatio permittitur pro modo honeſtati perſonarum congruo, & ratio *in dict. §.* ſubditur, quia quæ communiter omnibus proſunt, his quæ ſpecialiter quibuſdam vtilia ſunt præponuntur.

4 Quod autem in dote, & donatione propter nuptias ſtatutum eſt publico fauore ad ſobolem procreandam *dict. §. quamobrem,* & *l.* 1. vbi not. *ff. ſolut. matrim.* idem eadem ratione dicendum erit in omnibus impenſis, quæ ante matrimonium, vel in ipſo actu de iure, vel conſuetudine fieri ſolent, hæ enim, vt dos, & correſpectiua donatio propter nuptias neceſſariæ ſunt, vt matrimonium perficiatur, alioquin verecundia afficeretur vir talia omittens, *vt probat* Afflict. *deciſ.* 315. *num.* 8. *verſ. ſi enim,* inquiens non eſſe donationem, ſed hoc factum cenſeri ex morum neceſſitate, in qua nemo liberalis exiſtit *leg. legatum, ff. de adim. leg.* poſt Anchar. *conſ.* 181. *in prædicto dubio in princ.* dicentem, virum qui conſue-
5 tudinem non ſeruat, illam violare, & apud bonos, & graues viros eſſe redarguendum Lopez *in rep. rub. de donat. inter vir. & vxor. in princ. limit.* 6. *numero* 8. *&* 9. *fol. mihi* 8. & Rimin. Iun. *inſtit. de donat. in princ. num.* 235. *in ſecunda impreſſ.* ſunt enim hæ impenſæ præambulæ ad matrimonium, & appendices dotis, ideoque idem debet eſſe vtriuſque iudicium, *l. oratio ff. de ſponſ.* & generalibus omiſſis quod diſpoſita in dote locum ſibi vendicant in iocalibus, aliiſque præſtari conſuetis tempore nuptiarum tradit Alex. *conſil.* 22. *numero* 10. *verſ. per hoc*
etiam, vol. 5. inquiens hæc bona à patre filiæ tradita 6
in legitimam imputari, prout & ipſa dos, cum ſint præambula ad dotem ipſam. Sequitur Bertrand. *conſ.* 47. *quamuis inſtrum. n.* 8. *in fin. vol.* 2. *in nouis,* & alios congerit Roland. à Vall. *de lucro dotis, q.* 50. *n.* 5. *& infra,* ſed ne adhuc indiuidua deciſio deſideretur, hoc in terminis *d. Auth.* tradit ibidem Salyc. *n.* 5. *verſ. quæro an pro ſumptibus,* quem ſequitur Berous *conſil.* 113. *num.* 44. *in fin. lib.* 2. Roland. à Vall. *conſ.* 19. *num.* 7. *in fin. verſ. item amplia, vol.* 4. quem cum aliis præcitatis refert, & ſequitur Peregr. *de fideicom. art.* 42. *part.* 3. *num.* 8. *licèt ſub falſo numero,* & licet Peregr. Bald. *in dict. Auth ſub num.* 5. ancipitem aſſerat atteſtari (D. Peregr. Pace) nobiſcum apertè firmat, dum arguit primo hoc in corpore, vnde Auth. ſumitur non fuiſſe expreſſum, ſubdit ſtatim, contra, quia ſine iſtis expenſis non poteſt feſtiuitas nuptialis expediri, *ff. de tutel. & ration. diſtrah. l.* 1. *& ff. de leg.* 3. *leg. his verbis, §. alumno,* ſed melius probant iura per Salyc. allegata. Vnde conſtat expreſſe affirmatiuam tenere, dum poſt argumentum ſubdit contra, quia, quæ ratio etiam contrarium reſoluit, omiſſum enim non videtur, quod eſt præambulum ad diſpoſitionem *d. §. alumno,* ſed melius probat reg. *l. oratio, ff. de ſponſal.* Item ſi aliquod ſupereſſet dubium, attamen vltima opinio cenſetur approbata, *gloſ. in leg. qui filium, §. Sabinus in gloſ. fin. ff. ad Trebell.* & alios cumulat Dec. *in cap.* 1. *in* 1. *lect. in fin. num.* 97. *de conſtit.*

Quæ autem diximus in donis, aliiſque ante ma- 7
trimonium ex conſuetudine requiſitis, erit quoque dicendum pro famulorum ornatu, & aliis ad rem ipſam perficiendam neceſſariis, potiſſimè pro conducenda vxore, ex vnitate rationis, prout in famulis tradit gloſ. *in §. fin. in verſ. onera. Auth. de non eligen.* ibique Bart. *num.* 3. perpetuò menti tenendum aſſerit, ſubdens eſſe perſonarum qualitatem inſpiciendam, & aliis relatis Cordub. *in dict. §. ſi quis ex his num.* 15. Eſt enim illius Auth. diſpoſitio fauorabilis *d. Auth. res quæ,* & in corpore vnde ſumitur. Eugen. *conſ.* 54. *num.* 23. Peregr. *dict. art.* 42. *num.* 5. *&* 5 *L. in fin.* ſubdens in propria materia licitam eſſe extenſionem ex rationis identitate *leg. regula, §. fin.* vbi Bald. *ff. de iuris, & fact. ignor.* imò nec dicitur eo caſu lex extendi, ſed enucleari, *leg. nominis, & rei §. verbum ex legibus, ff. de verb. ſignif. l. his ſolis. C. de reuoc. donat.* & plurib. exornat Crauet. *de antiq. temp. part.* 4. *ſeſſ.* 1. *num.* 92. *& conſ.* 183. *num.* 3. Rimin. Iun. *in §. pactus ne peteret, n.* 288. *leg. ſi vnus, ff. de pact.* & eo caſu quod verbis diſponentis omiſſum eſt, ſupplendum erit religione iudicantis *dict. l. quaſitum, ff. de teſtib.* poſt alios Rimin. Iun. *in leg.* 1. *n.* 24. *ff. quod quiſque iur.*

Secundò etiam ſi legis diſpoſitio ceſſaret, non 8
deficit tamen teſtatoris voluntas, qui maſculum primogenitum ad fideicommiſſum vocauit, ne ex diuiſione res ad nihilum redigeretur, vt familiæ decus ex facultatibus creſceret, illos ad condigna matrimonia, quæ apud omnes perſpicua viderentur, exhortans, vt latiùs ex teſtamento, quæ omnia Iuris dipoſitioni conformentur, potiſſimè quod etiam ex materno ſanguine filiorum creſcit Nobilitas.

Vnde Virgil. 2. *Æneid.*

Genus huic materna ſuperbum
Nobilitas dabat.

Et Ouid. *lib.* 13. *Metamorph.*

Eſt quoque per matrem Cyllenius addita nobis
Altera Nobilitas.

Quod aliis ex more exornat Tiraq. *de nobilit. c.* 18. *n.* 28.

*num.*28.& Rimin. Iun.*inſt.de donat.in princ.nu.*421.

9 Dum itaque nobile, & apud omnes conſpicuum matrimonium teſtator contrahi iuſſit, quis non videt ex neceſſario præambulo diſpoſuiſſe, vt ea quæ ad illud contrahendum de iure, vel conſuetudine requiruntur, exhiberentur *leg. 2. ff. de iuriſd. omn. Iud. leg. ad rem mobilem, leg. ad legatum, ff. de procur.l.ſi cui ff.de leg.2. leg.in lege cenſoria,in fin.ff.de verb.ſignif.* per quæ iura dicebat And. *in cap.1.num. 44.circa med.quæ ſit prima cauſa*, expreſſa videri ea quæ ad cauſas expreſſas pertinent, ad idem tex. *in l. denique, §. interdum, ff. de pecul. leg.* & quod tradit Dec.*conſ.*637.*num.*8. poſt Bar. *in l.Centurio,num.*37. *de vulg.* eſſet enim dedecus hæc omittere, vt ex Afflict. *d. deciſ.*315.*nu.*8.& aliis ſuperius retulimus, quod ex preiſe diſponentis voluntati repugnat, vbi enim aliquod a teſtatore non cogitatum poſt mortem emergit, debet, Iudex etiam ab expreſſa teſtatoris voluntate recedere, *tex. in leg. in confirmando, cum duab.ſeq ff. de confirm.tut.* Hinc ad rem ſtatis, inquit Anchar. *conſil.* 84. *Prima facie videtur dicendum, numer.3. verſicul. quibus non obſt.* quod ex cauſa ſuperuenienti receditur à qualibet diſpoſitione, nec tunc fieri dicitur contra voluntatem, quia ſi de tali ſtatus mutatione diſponens cogitaſſet, illud idem feciſſet *dict.leg.in confirmando, & leg. 3. §. quamuis, ff. de adminiſt. tut. ibi. nonnunquam ab hoc recedetur*, Dec. qui alios comprobat *conſ.* 534. *numer.* 1. *&* 3. ad idem quod tradit Guid. Pap. *ſing.*

10 682. *mater data fuit.* Imo etiam ab expreſſa teſtatoris voluntate Iudex recedere debet, ſi eam pupillo damnoſam inſpexerit, *l. quidam decedens,§.vſque adeò ff.de adminiſt.tutor.* vbi dicitur neceſſe eſſe voluntatem teſtatoris, qui alienationem prohibuit ex cauſa contendere, quod aliis probat Ruin. *conſil.*58. *num.* 9. *vol.* 5. ſed quænam iuſtior cauſa; quàm honoris, & decoris ſeruandi? hoc, enim vitæ adæquatur, *leg. iuſta,ff.de manum. vind.* quod pluribus exornat Cordub.*in leg.ſi quis à liberis,in princ.num.*30.*& infra, ff. de lib.agnoſc.*& ego *conſ.*50.*num.*12.*cum ſeq lib.*1.*ibique num.* 17. poſt Bald. dixi licere ex cauſa honoris (humana tamen lege) duellum inire, addo Alciat. *reſponſ.n.*248.*n.*3.& Curt.Iun. *conſ.*173.*in.*3. *&* 4.

11 Pluribus præmiſſa comprobatem, ſed ſat ſit allegare caſum legis à nemine fortaſſe ad id animaduerſum *in l.1.§.ſed nonnullos ff.de tut & ration diſtr.* vbi ſi tutor ſorori, aut matri indigenti alimenta ex rebus pupillaribus ſubſtitutioni ſubiectis præſtiterit, dicitur non eſſe audiendum ſubſtitutum iniquè quærentem quod tam coniunctæ perſonæ alitæ ſint, & hunc tex.menti tenendum, & alibi non reperiri, inquit, ibi Bald. *in fin.verſ.in tex.*ibi,*aut ſubſtitutum*, & licet loquatur in alimentis, attamen eadem eſt in eis ratio, vt firmant magis communiter Doct. *in d. Auth.res quæ*, aduerſus Accurſ.ibi, & per Bart. *num.* 9. id affirmans ex paritate rationis, inquiens eſſe communem Bald.*num.*12.*verſ iterum videtur, & alij recentiores* Guid.Pap.*deciſ.*96 *num.*16.& communem quoque aſſerit Ruin. *conſil.*199.*num.*8.*vol.*2.

12 Imò tex.ille loquitur in fortiori caſu, ſcilicet pro alimentis ſorori, vel matri præſtandis, nos autem agimus de perſona eiuſdem grauati, & domini rerum, cui magis conſulendum eſt, ſi enim ſorori ex perſona fratris conceditur, multò magis ipſimet fratri concedendum erit, *Auth.multò magis*, vbi Bald.*C. de Sacroſ.Eccl.* facit tex.*in l.& hæred.§. nos autem iſt.fin. ff.de pact.* plus enim ſibi ipſi, quam alteri quis aſtringitur *l. præſes C.de ſeruit.*

Apibus ille canit, qui ſe plus diligit vllum.

Bal. *conſ.*299.*n.*25.*& conſ.*8,*n.*27. licet aliter legatur apud *gl. in d.leg.præſes in fin.* & apud Senecam *lib.*2. *de beneficiis*, legitur, *Dabo egeno, non vt ipſe egeam ſuccurram perituro non vt ipſe peream.*

Tandem accedat deciſio Guid. Pap. 96. *nobilis Antonius*, vbi facta per plures gradus ſubſtitutione, cum expreſſa alienandi prohibitione, etiam ex cauſa dotis, cum expreſſa grauati approbatione, iureiurando vallata; dum aduerſus dotis ſatisfactionem præmiſſa obiicerentur, inquit ipſe rem inhoneſtam contra paternam charitatem, & contra bonos mores obiici, ideóque iis non attentis communi Senatorum voto deciſum dotes eſſe ſoluendas ex bonis fideicommiſſo ſubiectis, non obſtantibus expreſsè legitimæ detractionis prohibitis; ſpeciali in cauſam dotis alienatione, ac ſucceſſoris approbatione teſtamenti iuramento vallata. Addo in caſu concurrere etiam teſtatoris voluntatem teſtamento expreſſam, qui familiæ decorem, & inſignes ſucceſſorum nuptias anhelauit, quod abſque impenſa effici non poteſt, ideoq; id conceſſum videri, vt ex præmiſſis cõſtat. Hĩc & immediatè ſubſtitutæ cõſenſus, vt ex facto. 13

Tertiò, & tandem, etiam ſi legis diſpoſitio, & teſtatoris voluntas deeſſent, non deficit tamen Principis poteſtas, qui ex tam rationabili cauſa ob publicum fauorem *dict. Auth.res quæ.* iuri ad primogenitum deuoluendo, vbi Dux liberos non procrearet, diſpenſare poteſt, vt tradit Luc.de Penna *in leg. diuæ memoriæ, pen.num.*7.*C.de decur.lib.*10. latè probat inſignis modernus Crau.*conſ.*136.*in* 2.*dub.nu.*5. *& infra*, non obſtante teſtatoris prohibitione, quod non poſſit ſucceſſor habere recurſum ad Principem, vt latè probat Molin.*de Hiſp.primog.lib.*4.*c.*3.*num.*28. Hoc tamen pleniore manu eſſet explicandum, ſed cùm ex aliis res in tuto ſit, in hoc amplius non immoror, quod clariùs procedit, vbi ſaltem præſumpta concurrit teſtatoris voluntas, quo caſu non videtur diſpenſatio, ſed declaratio, quæ cuilibet etiam inferiori permittitur *leg.hæredes palam,§.ſi quid poſt.ff.de teſtam.l.adeò,§.cum quis ex aliena, verſ. videtur, ff. de acquir.rer.dom.cum ſimil.* maximè cùm non de fideicommiſſo ſubuertendo agatur, ſed tantùm de diſponenda illius minima parte, pro tam neceſſaria, & vtili totius familiæ cauſa, quod facilè etiam permittitur, vt tradit in puncto Crau. *d. conſ.*136.*numer.*9. Concurrente tandem eiuſdem D. Aduerſariæ immediate ſucceſſoris conſenſu, vbi Dux abſque prole decederet, licèt nunc in iudicio ſe opponat contra *l. generaliter in fin.Cod.de non numer. pecun.* Sed hanc iniquam (verbis tex. vtor *in dict.l.* 1.*§.ſed nonnullos.*) partis petionem legis diſpoſitioni, teſtatoris voluntati, ac publico beneficio reluctantem à ſupremis DD. Iudicantibus non minus dignitate, quam doctrina, religione, ac benignate præfulgentibus reiiciendam facilè cenſeo. 14

Fuit deciſum pro Duce, iuxta prædicta in Collaterali Conſilio. *Anellus Amatus.*

SVMMARIVM.

1 *Facti ſeries refertur.*

2 *Eccleſia an dicatur de territorio Ciuitatis, vtraque opinio refertur, & num.*3.

4. *Delinquentes in Eccleſia dicuntur delinquere intra ambitum territorij, & n.*6.

5 *Eccleſia dici non poteſt de diſtrictu, qui demonſtrat poteſtatem iuriſdicendi in odioſis, & num.*11.

7. *Territorij prohibitio intelligitur territorij cum iuriſdictione.*

8 *Bannitus de ciuitate, intelligitur bannitus de diſtrictu.*

9 *Eccleſia dicitur de territorio, & diſtricta in materia fauorabili, & n.11.*

10 *Bannitus à territorio non intelligitur bannitus à mari illius territorij.*

12 *Eccleſia ratione ſitus dicitur in territorio Ciuitatis.*

13 *Exemptus ratione loci æquiparatur ei, qui eſt extra territorium.*

14 *Bannitus à territorio moleſtari non poteſt extra territorium.*

15 *Sicut etiam ſi captus in Eccleſia intra territorium relaxari debet, & n.18.*

16 *Bannitus à territorio, ſi extra territorium captus, ducatur ad territorium à quo eſt bannitus, puniri non debet.*

17 *Bannitus captus à Superiore loci exempti, & traditus Iudici laico omninò eſt reſtituendus.*

19 *Bannitus captus cum ſaluo conducto facto à non habente poteſtatem Eccleſia eſt reſtituendus.*

20 *Bannitus toleratus à concedente ſecuritatem moleſtari non debet, etiam in loco prohibito.*

21 *Salui conducti expeditiones fieri debent ex ſubiecta materia.*

22 *Bannitus, cui conceditur aſſecuratio in Eccleſia moleſtari in illa non debet.*

23 *Saluum conductum conceſſum ex ſeruitiis tranſire in contractum probatur.*

24 *Facti rationes deducuntur.*

25 *Foriudicato ex ſeruitiis parci poteſt.*

ARGVMENTVM.

Saluus conductus, quem vulgò guidaticum appellamus, ſi ex aliqua iuſta cauſa delinquenti, & facinoroſo fuerit conceſſus, ea tamen lege, & conditione, ne intus ciuitatem, qua Princeps, vel Pars offenſa reſidet, accedere audeat, nùm ſi acceſſerit ad Eccleſiam intus ciuitatem prohibitam dicatur contraueniſſe, ita vt captus in illa Eccleſia præuia licentia Iudicis Eccleſiaſtici, poſſit contra eum procedi, acſi ſecuritas eidem conceſſa non eſſet: & de aliis notabilibus.

ALLEGATIO XC.

Præſens articulus repoſitionis in tuto, ac in priſtinam libertatem Hieronymi Bambace, modicam difficultatem habet, & apud eruditiſſimos viros parua dote harum al-
1 legationũ fruetur; ſiquidẽ in facto hæc sũt veriſſima.

Hieronymum Bambace poſt ſententiam foriudicationis tractatũ habuiſſe cũ D. Franciſ. de Campo generali Commiſſario Campaneæ Illuſtriſ. Viceregis ſeruitium promittens, de tradendo in manibus RegiæCuriæ publicum latronem, & pro eo ad effectum ducẽdo, obtinuiſſe ab eodem ſecuritatem, ſiue ſaluum conductum ſub fide Regia, dummodò non accederet ad ciuitatem, & ſuburbia; Inſuper tradito dicto latrone in manibus Curiæ, quod ſic declarauit in eadẽ ſcriptura guidatici idem Magnificus Commiſſuruis alia expromiſiſſe ſeruitia maximæ importantiæ, & proinde ſub fide Regia guidatus & aſſecuratus manebat. Et dum hæc omnia effecta fuerunt & tractabantur, exiſtente ipſo Hieronimo intus Monaſterium & Eccleſiam Sanctæ luciæ de Mare, huius ciuitatis, ordine Eccleſiaſtici Superioris ibidem captus, & detentus deinde ad ſecularem remiſſus, & conſignatus, dum ad inſtanciam Fiſci tractabatur contra eum executio ſententiæ foriudicationis exceptione Regiæ ſecuritatis, ſub qua erat, fuit defenſus, & verè ſecũdum dictã exceptionẽ, tum iuris diſpoſitione, tũ ex facti circumſtantiis erit iudicãdum.

Ad fundandum de iure quod dum fuit captus du- 2
rante tempore ſecuritatis ſit relaxandus, facilè infra demonſtrabitur. Tota vis conſiſtit, vt clariſſimum reddatur, quod etiam quod ſecuritas ſit modificata, dummodo Ciuitatem, & ſuburbia non intret, repertus intus Eccleſiam, vel Monaſterium, tanquam non repertus intus prohibitum diſtrictum, nullo modo fregiſſe ſecuritatem dicatur: & proinde ſub ea omninò ſit tuendus. In hoc & ſi reperiam inter primos, & modernos Interpretes quãplures affirmãtes Eccleſiam dici de territorio Ciuitatis, vbi eſt ſita, vt tradidit Salic. *in Auth. item nulla, num. 4. C. de Epiſc. & Cleric.* Alberic. *in l. plerique, num. 3.* vbi ante cum Gulielm. de Cun. *ff. de in ius vocand.* alios ad hoc citat Farinac. *tit. de carcerib. & carcerat. quæſt. 28. ampliat. 8. num. 62.* aliqui Canoniſtarum *in cap. fin.* & *in cap. inter alia,* præcipuè Abb. ibi hoc declarans *num. 29. de immunit. Eccleſ.* Felin. ad idem *in c. prauè, col. 2. poſt nu. 2. de offic. ordin.* inter Conſulentes Alex. *conſ. 111. ponderatis verbis, poſt num. 1. vol. 1.* latè Roland. *conſ. 24. num. 6. & 7. vol. 1.* Gomez. *var. reſol. tom. 3. cap. 10 poſt num. 2.* Viuius *deciſ. 497. num. 2.* vbi complures refert, & ditiſſimè Bouadil. *in politic. lib. 2. cap. 18. in caſ. 70. num. 160.* cum gloſ. *in lit. A.* In hoc tamen non defuerunt ſummæ auctoritatis viri, qui enixe affirmant Eccleſiam non dici de territorio Principis ſecularis, ſeu ciuitatis, vbi eſt ſita, vt ſcribit Cyn. *in Auth. ſi quis poſt princ. C. ad leg. Iul. de adulter.* vbi hoc concludit poſt Pet. & idem Cyn. *in l. 3. præ-* 3
ſenti col. 2. verſ. 2. quæro. C. de his, qui ad Eccleſ. confug. Angel. optimè *in § fin. n. 24. Auth. vt lic. ma. & mat.* idem Angel. *in tract. de maleſic. in verſ. in ſcalis Sancti Petronij, num. 2.* Bald. expreſſe firmauit *in leg. omnes populi, num. 96. verſ. in contrarium videtur. C. de ſum. Trinit. & fid. cath.* Alciat. *de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 33.* Hipol. de Marſil. *conſ. 32. num. 12. & 13.* vbi probat quod generaliter adhæret territorio ſecularis, Rol. Crau. & Natt. *in 3. diſtinct. alleg.*

In hac verò defenſione vt nullus oriatur ſcrupulus contradictionis, referam in puncto diſtinctiones receptas, vt clariſſimè cognoſci poſſit, hunc captum in Eccleſia nullo modo poſſe dici repertum in loco per bannum, vel guidaticum prohibito.

Prima ſit diſtinctio, poſſe dici Eccleſiam eſſe in 4
territorio ratione vniuerſalitatis, ſub qua comprehenditur, ex quo dicit Bal. *in rub. extr. de iudic. num. 5.* maleficia ibi commiſſa puniuntur, tanquam facta intrà metas territorij, & dixit Bald. *in leg. 1. num. 98. verſ. item non procedit. C. de ſum. Trin. & fid. Cath.* licèt locus non ſit ſubditus, tamen eſt in circuitu, & intra ambitum iuriſdictionis *argumen. ff. de contrah. empt. leg. in modicis*, & Paul. de Caſtr. *in lege ſi quis in hoc genus. Cod. de Epiſcop. & Cleric. numer. 3. in fine,* ſcribit

ſcribit Eccleſiam eſſe infra vniuerſitatem territo-
5 rij;& tamé non erit de diſtrictu,quia cum ſignifice-
tur ex deſtrictu poteſtas terendi, & iuriſdicendi;
vt declarat Iacob. *in l. fin. in 2. lect. nu. 2. ff. de iuriſd.*
omn. Iud. Eccleſia certe non erit de diſtrictu, licet
approbaretur eſſe infra ambitum, & vniuerſitatem
territorij, vt dixit Bal. *in cap. licet cauſam, extr. de pro-*
6 *bat. ante num. 7.* verba ſunt: *Item ambitus territorij*
comprehendit quadam localia, qua non ſunt de diſtri-
ctu, vt Monaſteria, & Eccleſias. Sequitur Felyn. ibi
col. 1. ante num. 2. vbi cæteros Canoniſtas refert, &
in *cap. Rodulfus, num. 17. in princ. de reſcript.* quam
diſtinctionem optime refert, licet prædictos omit-
tat Bouadil. *in Politic. lib. 2. cap. 18. num. 160. caſ.*
70. modo ſi certum eſt Eccleſiam non eſſe de di-
7 ſtrictu, quoad prohibitionem territorij, vel ſta-
tuentis, vel diſponentis, non attenditur territo-
rium, niſi cum iuriſdictione, & ſic cum diſtrictu;
nam alias in loco exempto, à iuriſdictione, & ſic ex-
tra diſtrictum, non verificatur qualitas territorij diſ-
ponentis, ſed requiritur qualitas diſtrictus pro ſub-
iectione, & pro verificandis verbis arcentis à terri-
rio. Hoc in puncto probauit Bal. *in Auth. item nulla,*
num. 7. C. de Epiſ & Cler. vbi tradit bannitum de Bo-
nonia tunc puniri tanquam venientem contra for-
mam banni, quando accedit ſuper diſtrictu Bono-
8 niæ, & magis punctualiter Bal. idem *in l. ex ea cauſa,*
in 2. lect. ff. de poſtul. dicit hæc verba: *Item nota*
Bannitum de ciuitate, intelligi bannitum de toto diſtri-
ctu, & [illegible] Rol. [illegible] non alleget *in conſ. 33.*
Illuſtris, numer. 43. & 44. vol. 4. hoc ipſum firmat
diſpoſitionem de territorio intelligendam cum
iuriſdictione, & de ipſo diſtrictu. Eccleſia ergo
non exiſtente de diſtrictu, captum in ea extra limi-
tes prohibitionis inuentum fuiſſe, eſt determinan-
dum.

9 Secunda diſtinctio omni æquitate approbata,
erit in materia fauorabili Eccleſia dici de territo-
rio, & diſtrictu, ſed in odioſis, vel pœnalibus non in-
telligi de territorio. Bolognet. qui hanc dicit com-
munem DD. diſtinctionem *in d. l. fin. de iuriſd. omn.*
Iud. ante numer. 7. loquitur ex Dec. *in cap. Eccleſia*
Sancta Maria, num. 36. Felin. *num. 69. in 3. quæſt. de*
conſtit. & ad hæc ſcribit Felyn. in terminis banniti
10 à territorio, ex quo eſt materia pœnalis, non cenſeri
bannitum a mari diſtrictu illius territorij *in c. Rodul-*
fus, n. 7. verſ. declaratio 2. de reſcript. & hoc voluit de-
terminare Bal. *in dict. leg. ſi quis in hoc, num. 2. in fin.*
C. de Epiſc. & Cler. cum dixit Eccleſia ſunt de territo-
rio, in quo ſunt ſituata quantum ad protectionem, licèt
11 *non quantum ad impugnationem*; hoc eſt vbi fauor
materiæ & protectio Eccleſiæ requirunt, eſt de
territorio: vbi verò odium vel impugnatio ſe-
cus, odium verò materiæ pœnalis, & capitis amiſ-
ſionis, extra protectionem Eccleſiæ, non dubitan-
tur; imò contra captum ſub ſecuritate Regia, &
ſub protectione, & immunitate loci, non poteſt
dubitari eſſe ad impugnationem Eccleſiæ per not.
per omnes *in cap. fin. & in c. inter alia, de immunit. Ec-*
cleſ. & ſic omnino quoad hoc Eccleſia non erit de
territorio iudicanda.

12 Tertia eſt diſtinctio communis, & approbata,
quod dato, quod Eccleſia ratione ſitus dicatur in ter-
ritorio Ciuitatis vbi eſt ſita, attamen quoad iuris ef-
fectus, & præcipuè ad ligandum ordine, aut ſtatuto
Principis territorij, id quod fit intus Eccleſiam, vel
13 in loco excepto, verè non dicitur de territorio; imò
hæc duo æquiparantur, eſſe in loco exempto, vel
eſſe extra territorium, tenuit originaliter Calder.
ſub tit. de Iudic. & for. compet. conſ. 13. poſt num. 1. per
tex. *in cap. cum Epiſcopus, de offic. ordin. in 6.* & in
c. luminoſo 18. q. 2. vbi hæc maxima probatur. Sequi-
tur Ioan. And. *poſt num. 3. in cap. 2. de conſtitut. in 6.*
Petr. de Anchar. ibidem *n. 10.* Ant. de Butrio, *n. 30.*
idem Petr. de Anchar. *in repetit. cap. poſtulaſti, nu. 42.*
de for. compet. Gemin. *in c. 1. §. in eos, n. 8. de priuileg.*
in 6. allegans gloſ. *in clem. quamuis, de for. compet.* vbi
etiam tenet Card. Zabarel. *n. 2.* & poſt eos commu-
niter Ciuiliſtæ, & lucidiùs hoc tradiderunt *in l. fin.*
ff. de iuriſd. omn. Iud. vbi Iaſ. *num. 5.* & optimè decla-
rat Hipol. de Marſil. *num. 10.* Paul. de Caſtr. *n.* [illegible] Bo-
lognett. *num. 14.* relato Angeli conſ. & aliorum,
idem ibi *num. 15.* latè alios ferens Decian. *in tract.*
crimin. lib. 4. cap. 17. de loco delicti, num. 31. & conſu-
lentes ſecundùm hanc paritatem loci exempti, &
loci extra territorium in factorũ occurrentiis ſæpè
conſuluerunt, vt Paul. de Caſtr. *in conſ. 187. col. pen.*
verſ. 2. ratio, vol. 2. Barbat. *conſ. 4. 2. dub. vol. 1.* Alex.
conſ. 151. col. 2. vol. 2. Nau. *conſ. 643. per totum.* Cra-
uet. *conſ. 918. numer. 6.* late, & videndus Rol. a Valle
conſ. 33. Illuſtris, a numer. 15. & à numero 43.
vol. 3.

Et ſuppoſita concluſione Bannitum à territorio 14
non poſſe capi, nec occidi extra territorium ban-
nientis, quam exornauit Marſ. *in dict. leg. numer. 5.*
Bolognet. *numer. 34.* in quo loco referunt antiquos
id concludentes, Viuius *com. opin. opin. 770. numer.*
21. Farinac. *pract. crim. tom. 3. quæſt. 103. numer.*
208. Decian. *tract. crim. lib. 4. cap. 9. numer. 1.* Brun.
à ſol. quæſt. legat. quæſt. 26. numer. 34. Ioan. de
Grand. *de bell. exul. de quantitate, quæſt. 3. numer.*
28. Peregrin. *de iur. fiſci, titulo 7. numer. 28. libr.*
3. punctualiter inferunt, quod idem ſit, ſi ban-
nitus à territorio ſit captus in Eccleſia exiſtente 15
in territorio, vt relaxari debeat, ac ſi fuiſſet verè
captus extra territorium, doctrina eſt punctualis,
Marſ. *in d. l. fin. ff. de iuriſd. omn. Iud. à num. 5. vſque ad*
11. Bolognet. *ibidem numer. 14. & n. 15. verſ. & ideo.*
Sequitur Bernardin. Bombin. *conſ. 6. num. 39* vbi latè
hoc fundat, & Catel. Catta *in ſuo memorial. ſub ver.*
bannitus ad mortem.

Et præſuppoſita maxima quod Bannitus à terri- 16
torio huius Ciuitatis ſub pœna capitis, ſi capiatur
extra territorium à ſuperiore illius loci ad hoc terri-
torium ducatur, à quo eſt bannitus, non poſſit pu-
niri, nec dicetur veniſſe contra bannum, quia inui-
tus fuit ductus, ſecundùm celebrem doctrinam Ia-
cob. Butrig. & Bal. *in ſinal. verbis, in Auth. item nulla.*
C. de Epiſc. & cler. Nell. *de bannit. 2. part. 2. temp.*
quæſt. 30. quia qui violenter in locum ſubditum
venit, non dicitur venire, allegans Are in.
præter Butrig. *in l. ſi quis ſit fugitiuus, §. idem Celſus,*
ff. de adil. edict. & pluribus comprobat Hipol. de
Marſil. *in repetit. l. 1. num. 96. ff. ad leg. Corn. de ſicar. in*
l. 1. §. præterea, n. 14. ff. q. Latiùs in *pract. in de §. vltima*
quæſtio. num. 34. vbi omnino concludit eſſe rela-
xandum, & in tuto reponendum, & *in §. aggredior,*
num. 33. verſ. alio etiam caſu, & alia plura ad eandem
concluſionem confirmandam ſcribit Farinac. *de in-*
quiſit. quæſt. 7. n. 40.

Hoc idem in terminis procedet quando ſuperior 17
loci exempti, ſiue Eccleſiæ bannitum ibi exiſten-
tem capit, & tradit eum Iudici laico, quia talis cap-
tura violenta de loco exempto, non extendit vires
ordinis prohibentis territorium, vt comprehendat
locum exemptum, ſed omnino tali caſu, ſicut ſi eſſet
captus bannitus extra territorium eſt reſtituendus,
conſuluit in puncto Hipol. de Marſil. ſecundum
præallegatas doctrinas *in conſ. 99. largiri mihi digne-*
ris, à n. 17. vſque ad n. 21. vol. 2. Roland. à Vall. *conſ. in-*
cip. Anton. de Burgo, numer. 15. & 16. & *numer. 20.*
verſ. nec obſtare habet, vſque ad numer. 22. vol. 2. Marc.

18 Mant. *conſ.* 211. *in princ.* qui in eodem caſu conſuluit banniti capi in territorio prohibito, ſed intus Eccleſiam, vt non dicatur contrauenisse, & vt nec capiens præmio poſſit gaudere.

19 Supradictæ ergo punctuales determinationes ex iuris diſpoſitione conueniunt tunc captum, qui verè non poteſt dici repertus in loco prohibito, dum ſub Regio guidatico manebat, eſſe in locum tutum, & priſtinam libertatem reponendum, ex allegatis plenè per Surd. *conſ.* 170. *numer.* 2. *vol.* 2. Menoch. *de arbitrar. iud. lib.* 2. *conſ.* 336. *à num.* 25. *ad fin.* Farinac. *tit. de carcerib. & carcerat. quæſt.* 29. *num.* 10. 11. *& ſeq.* Vinc. de Franch. *deciſ.* 258. qui captum ſub ſecuritate relaxandum, & reſtituendum determinant, etiamſi deficeret poteſtas in iudice faciente ſaluum conductum, ne fides publica deficiat, vt per eos.

20 Et ſi dubius iuris articulus iudicari poſſet, quod ex prædictis penitus ſine difficultate reſoluitur, in hanc rem inclinare debent animi iudicantes, ex facti circumſtantiis, quæ, ni fallor, ſunt concludentes, & dirimunt in fauorem Rei omnem quæſtionem; ponderatur enim in facto, & ſeruitium præſtitum Regiæ Curiæ, & tractatum, & expromiſſionem aliorum maioris importantiæ fuiſſe peracta, & tractata cum dicto Hieronymo iam tunc exiſtente intus dictam Eccleſiam, ſeu Monaſterium Sanctæ Luciæ, & hoc cum Magnifico Generali Commiſſario fuiſſe tractatum, a quo ſecuritas, & guidaticum propter illa fuit obtentum, modo dum talis ſecuritas obtineatur, exiſtente aſſecurato in dicto loco: modus appoſitus in ea, dummodo aſſecuratus non accedat Neapolim, non excludit locum exemptum, vbi tunc commorabatur tempore conceſſi guidatici, quia ibi a concedente ipſam ſecuritatem pro perficiendis dictis ſeruitiis fuit toleratus, & ob tolerantiam non operatur bannum etiam ſi eſſet locus prohibitus, Salic. *in l. nullus. C. de iud.* Alex. *conſ.* 1. *vol.* 2. Ruin. *conſ.* 38. *num.* 7. *vol.* 4. Marſil. *ſing.* 77. *patientia.* Iaſ. *in leg. omnes populi, n.* 48. *de iuſt. & iur.* cæteri per Surd. *d. conſ. n.* 4. *vol.* 2.

21 Inſuper in hoc cauſa, & neceſſitas rei perficiendæ dant intelligentiam ſecuritati, ſiue ſaluo conducto, & propterea ob aliquam cauſam intelligitur durante illa cauſa, dum conceditur exiſtenti intra ciuitatem, vt extra operetur, intelligitur etiam pro receſſu à ciuitate, pro eundo ad locum, intelligitur etiam antequam vadat pro præparatoriis eundi, quia cauſa, & ſubiecta materia ſecuritatem declarant, poſt Bar. *in l. vtimur, ff. de ſepulcr. viol.* & *in l. fin. C. de dignit. lib.* 12. & per Felin. *in cap. fin. de treg. & pac.* reſoluit Menoch. *de abitrar. dict. caſ.* 336. *numer.* 11. *& numer.* 15. Bol. *in titul. de remed. ex ſol. Clem. Princip. num.* 64. Farinac. *titul. de carcerib. & carcerat. quæſt.* 29. *numer.* 55. In hoc caſu certum eſt cauſam ſeruitij perficiendi, & alterius ſeruitij præſtiti, quæ fuerunt tractata cum Hieronymo iam exiſtente in dicto loco, & dum ipſo ibidem commorante ſecuritas conceditur extra ciuitatem, & pro receſſu, & præparatoriis receſſus, pernecesse intelligitur conceſſa, & ſic nullo modo ibidem inuentus, nullo modo in loco prohibito repertus dici poteſt.

22 Eo magis cum dicta ſecuritas conceſſa ibidem ipſo exiſtente, certum eſt intelligi debere, vt nullam vim aſſecuratus pati poſſet, nec cum armis, nec ſine, nec cum auctoritate iudiciali, nec ſine, vt declarat Ioan. de Plat. *in leg.* 1. *col.* 1. *verſ. quæro quæ ſecuritas. C. de nauicul. lib.* 11. Nec directè, nec indirectè, vt dicit Ang. *in leg. Papinianus, §. ſi quis mortis, ff. de inoffic. teſtam,* Aret. *in l.* 3. *§. ſi ſeruus, ff. de acquir. poſſ. in quæſt.* 3. & hæc declarat optimè Vinc. de Franch. in his terminis *deciſ.* 590. *num.* 6. Imò conceſſa dicta ſecuritate ob ſeruitia Reg. Cur. tranſit in conuentionem, & contractum, ita quod & prætextu fidei Reg. & ob conuentionem eſt ſeruanda, & pendente ea, & ſub ea nihil innouari poterit, vt plenè diſcurrit, & deciſum refert idem Vinc. de Franch. *deciſ.* 673. *num.* 2. 4. *& in fin.* 23

Et quæ maior vis iudicialis, quam in loco, vbi ſecuritas fuit conceſſa manu iudicis Eccleſiaſtici, & quæ magis aperta in obſeruantia contractus, & fidei, quam ex quo repertus in loco vnde ſeruitia Reg. Cur. & perfecit, & tractabat, quod erat connexum ex hoc ſecuritatē ipſam amittere dici poſſit? 24

Imò conſiderato quod foriudicatus iam in manibus Regiæ Curiæ latronem publicum tradidit, & alia ſeruitia præparauerat, vt etiam ex fide Magnifici Commiſſarij Generalis conſtare dicunt, ex hoc poſſe ei parci, Diuus Adrianus reſcripſit, vt in demonſtrante alios latrones deciditur *in tex. l. non omnes, §. fin. ff. de re milit.* Bar. *in l. ambitioſa, num.* 8. *ff. de decret. ab Ordin. faciend.* alios complures refert Farin. *de inquiſ. q.* 6. *n.* 14. 25

Remanet ex his iudicandum eſſe pro hac exceptione guidatici ad impediendam executionem ſententiæ foriudicationis, pro vita huius Rei ſub fide Regia, & ſub Eccleſiæ ſecuritate, & exemptione ſeruanda. 26

Antonius Caracciolus.

SVMMARIVM.

1 *Barones an poſſint cogere vaſſallos, vt reuertãtur ad eorũ terras quãdo aufugerũt.*
2 *Vaſſalli fugientes à terra domaniali an cogi poſſint ad reuertendum.*
3 *Vaſſallus dicitur pars feudi.*
4 *Capitulum Regis Roberti* 119. *declaratur.*
5 *Vaſſalli angarij. & perangarij ad quæ ſeruitia teneantur.*
6 *Baro, quos Vaſſallos poſſit cogere ad habitandum.*
7 *Deciſiones plures afferũtur ad propoſitum.*
8 *Vaſſalli angarij, & perangarij ſine vllo dubio coguntur ad reuertendum.*
9 *Exempla aliqua, quæ videntur contraria adducuntur in præſenti.*
10 *Deciſũ nõ dicitur, quod non fuit diſcuſſũ.*
11 *Grammatici deciſio* 77. *interpretatur.*
12 *Vaſſalli, vt cogantur ad redeundum, ſufficit quod etiam in minimo ſeruire teneantur Baronibus ſine expenſis.*
13 *Rex noſter Hiſpaniarum Dominus eſt perſonarum.*
14 *Deciſio Capicij* 168. *cum* 118. *declaratur.*
15 *Vaſſalli non ſunt angarij, vel perangarij ſi ſolùm habeant obligationem dandi Ærarium Baroni.*
16 *Priuilegium quomodo per poſſeſſionem explicetur.*
17 *Iuriſdictio conceſſa in angaria, & perangaria differt ab eo, quod eſt facere vaſſallos angarios, & perangarios, & quæ ſit hæc differentia.*

ARGVMEN

ARGVMENTVM.

Baro nùm poſſit cogere vaſſallum, qui alibi tranſtulit domicilium, vt redeat ad habitandum in Terra ſua, & quid in Vniuerſitatibus domanialibus, quarum ciues ad alienum locum domicilium pariter tranſtulerunt. Vaſſalli angarij, & perangarij, qui dicantur, & de aliis ad materiam pertinentibus.

ALLEGATIO XCI.

1 VERISSIMA eſt iuris concluſio, quod quando Baro habet Terram cum vaſſallis, quòd poſſit compellere vaſſallos recedentes a Terra Baroniæ ſuæ, vt in eam reuertantur, prout de iure peroptime fundauit Soc. *conſ.* 76. *n.* 15. *cum ſeq.* 4. *lib.* & affert rationem, ex quo originarios permanere in propria patria reſpicit publicá vtilitatem illius loci, ne caſtra diminutionem hominum patiantur, ſed plena ſuis hominibus conſeruentur, quod publicè intereſt, ad tex. *in l. cum ratio.* §. *ſi plures, ff. de bon. dam.* late etiam comprobauit Surd. *conſ.* 210. *n.* 14. *lib.* 1. Cephal. *conſ.* 18. *n.* 25 *vol.* 1. & latiſſimè multos cumulans Monoch. *in tract. de recup. poſſ. rem.* 10. *n.* 77.

2 Et in Regno eſt tex. in Conſt. *quiſquis*, vbi gloſ. & ibi Iſer. Paris de Put. *in tract. de ſindicat. in rub. de exceſſ. Bar. n.* 41. & Affl. *in deciſ.* 265. *n.* 81. vbi aſſerit, quod poterit vaſſallus reuocari etiam à terra domaniali *in verſ.* 14. *tenetur*, & idem *in d. conſt. quiſquis, n.* 9. vbi cum Iſer. voluit, quod, & ſi non fuerit appoſita clauſula *cum vaſſallis*, cùm ſit ſolita apponi, cenſeatur appoſita, & quod eo caſu, etiam ſi vaſſalli non eſſent obligati ad ſeruitia perſonalia, adhuc reuocentur, idem voluit Frecc. *de ſubfeud. lib.* 2. *Auth.* 15. & relatis, Luca de Penna, & aliis, voluit Petr. de Greg. *de conceſſ. feudi, par.* 7. *q.* 4. *nu.* 1. & 2. & ſubnectit rationé, ex quo, quando Rex concedit aliquam terram in feudum cum vaſſallis, intelligitur ea conditione date, vt vaſſalli ab eadem Terra non diſcedãt, quinimo *nu.* 3. illud addit etiam procedere, quando forte in conceſſione caſtri non reperiretur appoſita talis clauſula, quòd etiam haberetur pro adiecta, ex quo communiter apponi conſueuit, & illud idem firmauit Gram. *conſ.* 2. *in ciuil.* vbi voluit, quod poſſit non ſolùm reuocari, ſed etiam ſi bona vaſſalli recedentis exiſtunt in ſua iuriſdictione, quod poterit illa retinere.

3 Ad hoc facit, quod vaſſallus dicitur pars feudi, ita Iſer. in Conſt. Regni, *probationum defectus, arg. l. quẽadmodum. C. de agricol. & cenſ.* Ideoque illis recedentibus, Dominus parte feudi priuaretur, quod ſine facto ſuo, vel ſua culpa fieri non poteſt.

4 Sed tandem hoc expreſsè dicitur per cap. Regis Roberti 119. *in lib. Baraptutij, in* Arch. Regiæ Siclæ, vbi datur ius Baronibus reuocandi eorum vaſſallos, qui alibi migrarunt, etiam, quod illi vaſſalli non teneantur ad ſeruitia perſonalia, & hoc eſſe ſatis pulchrum dixit, & firmauit Iordanus in addit. Conſtit. *quiſquis, incip pro hoc vide.*

Cum ergo in caſu noſtro non ſolùm fuit conceſſa, Terra cum vaſſallis; ſed etiam cum angariis, & parangariis, prout in priuilegio, nulli dubium, quin conſtet D. Ferdinandi de Matra iuſtiſſimam eſſe inſtantiam, prætendentis reuocare eius vaſſallos Guardiæ Lombardæ ad originariam Patriam, à qua receſſerunt antequam prædicta Terra fuiſſet ſub vtili dominio ipſius.

Sed vlterius nedum iuſtiſſima ex prædictis redditur Domini Ferdinandi petitio, ſed ex infra dicendis penitus incontrouerſa, ac in dubia.

5 In facto ſiquidem certum eſt, hanc Terram Guardiæ Lombardæ fuiſſe cõceſſã à Rege Federico Sigiſmundo Sarraceno in anno 1497. titulo venditionis cũ vaſſallis, vaſſalorúmque redditibus, angariis, & perangariis, eoſdémque vaſſallos eius Domino non ſolùm teneri ad ſeruitia innumera perſonalia, verùm etiam aſtrictos eſſe ad dandos Curiæ Baiulos, qui ei ſeruire habeant ſine Baronis ſalario, ac ſine expenſis. Amplius tenentur dare ei teſtem baiulationis, ac Correrium, atque Capellanum ſimiliter ſine expenſis, neque ſalario.

6 Ex qua facti ſerie oritur, quòd admiſſa opinione DD. volentium ad finem, vt Baro poſſit reuocare vaſſallos habitantes in aliis Terris, quòd requiratur illos eſſe Domino obligatos ad ſeruitia perſonalia, prout ex dicta Conſtit. *quiſquis*, voluit ibi Petr. de Montefortе, qui allegat illud determinari, etiam per cap. Regis Caroli *in c. deſideriis hactenus*, & per aliud *incip. Item ſtatuimus, quod ſi vaſſalli Eccleſiarum*, & per cap. Papæ Honorij editi pro bono ſtatu Regni *in c. Iuſtitia, & Pax*, & per alium eiuſdem Honorij *in c. dilectus Filius Nobilis vir Carolus*, qui diſtinguendo inter ſeruitia debita ratione rei, quam tenent, & ſeruitia debita ratione perſonæ, in primo caſu rem amittere determinat, in ſecundo caſu perſonas reuocare permittit, & eum ſequuti fuerunt Lucas de Penna *in leg. quiſquis. C. de agricol. & cenſ. lib.* 11. ibique Andreas de Barulo, & Ioan. de Platea, ſicque requiratur, quòd vaſſalli ſint angarij, & perangarij, prout fundauit Capyc. *deciſ.* 168. Frecc. *in d. Auctor.* 15. qui etiam illud admiſit, ſi conceſſio eſſet facta tantùm cum hominibus, & vaſſallis, & fuiſſe deciſum in cauſa Vniuerſitatis, & hominum Terræ Sinerchiæ refert Campagna ſuper d. cap. *Item ſtatuimus, quòd ſi vaſſalli Eccleſiarum, num.* 2.

7 Immò quod fortius eſt, habita pro vera magis rigoroſa opinione, ſiquidem, quod vaſſalli, qui tenentur ad ſeruitia perſonalia cum expenſis Domini, ſicque angarij poſſint reuocari a Terris Baronalibus, vaſſalli verò, qui abſque expenſis, & ſalario ſeruire tenentur, qui ſunt perangarij, ſecundum Andr. in verbo *Angariæ, quæ ſunt regalia*, & *in conſt. perſequentes*, Capyc. *in inueſt. in verbo, Angarij*, etiam poſſint reuocari a Terra domaniali, prout ſic quotidie practicari in Regia Camera teſtatur Regens Reuerterius in ſuis deciſion. quas habeo ad pennam, in cauſa Magnifici Ioan. Tomacelli Domini Terræ Rocchæ Raynolæ, contra Io. Baptiſtam Gargarium originarium dictæ Terræ, habitantem in Ciuitate Nolæ, quoque non poſſint iſtæ angariæ, & perangariæ poſſideri, niſi cum Regis priuilegio, nec veniat, niſi exprimantur. Andr. *in d. verb. Angaria, quæ ſint Regalia*, & in Conſtit. *ſi dubitatio, colum.* 3. & dixit Afflict. in Conſtit. *quia frequenter, col.* 2.

8 His etiam omnibus admiſſis, cum in caſu noſtro nedum ſint ſeruitia perſonalia cum expenſis, ſed quod plus, vaſſalli tenẽtur ad ſeruitia perſonalia ſine expenſis, & ſalario Baronis, ſicque nõ ſolum ſit verificata angaria, ſed etiam perangaria, & inſuper

non ſolum adſint ſeruitia, ſed priuilegium à Rege conceſſum in dicta Terra fuit cum vaſſallis angariis,& perangariis, quod nullo pacto poſſit in dubium refricari, quòd nedum à Terris Baronalibus, verum etiam à Terris domanialibus licito iure D. Ferdinandus poſſit ſuos vaſſallos reuocare, illóſque ad redeundum ad propriam originariam Patriam fore cogendos.

9 Nec vim faciunt adducta per Partes aduerſas,ex quibus intendunt fundare, quod alias tempore Leonis Pollerij,cùm fuiſſet per eum tunc Baronem dictæ Terræ prætenſum vaſſallos ei debere omnia ſeruitia perſonalia præſtare abſque expenſis, in aliquibus ex eis fuit datus terminus, & interim ordinatum,quod ſolueret, ſeruata forma Regiæ pragmaticæ, ſicque ex hoc prætendunt excludere perangariam.

10 Nam primò reſpondetur hoc non fuiſſe diſcuſſum, nec tractatum, quod aperte oſtenditur, cum nihil fuerit ſuper hoc deductum, neque probatum, ſed tantùm præſentatum priuilegium, ſicque non poteſt dici iudicatum,ex traditis per D.de Franchis *deciſ.367.num.13.in fin.*

11 Secundò replicatur non officere adducta per Partes, ex quo tantum fuit in aliquibus ſeruitiis præſtandis ordinatum, quod caperetur informatio, & interim Baro ſolueret, ſeruata forma Regiæ Pramaticæ, & verum eſt, quod in poſſeſſione interim Baro in his angariis non poteſt obtinere, cum habeat iuris reſiſtentiam, prout dixit Grammat. *deciſ.* 67. quod tanto magis procedebat in caſu dictarum determinationum, cum Follerius tunc Baro non præſentauit, niſi priuilegium, quod abſque poſſeſſione, cùm tractabatur de re, in qua ius reſiſtebat, non poterat ad victoriam ſufficere, cum ad obtinendum in poſſeſſorio in re,in qua ius reſiſtit, non ſolùm titulus, ſed poſſeſſio tituli requiratur, ad tex. *in cap.cum perſona, de priuileg.in 6.* Cùm ergo hodie non tractetur de interim, ſed de iudicio petitorio,& fuerit nedum probatum priuilegium, ſed poſſeſſio priuilegij, nulli dubium, quando de Decretis Domi nihil ad caſum noſtrum argui, nec de eis haberi ratio poteſt.

12 Tertiò fortius dicitur, quod ſi Dominus Ferdinandus nunc iterum vellet prætendere a vaſſallis eaſdem res,tùnc interim deciſas extorquere, ac ſeruitia ſibi abſque expenſis præſtari, obſtarent decreta Domi facta,niſi ab eis ipſe granaretur, & requireretur,quod iudicium proſequeretur, & ſuper illo termino eſſet compilandus proceſſus;at cùm non ea ſeruitia abſque expenſis petuntur,ſed ex priuilegio, & ex aliis ſeruitiis perſonalibus abſque expenſis, & ſalario debitis à vaſſallis, prætendit fundatam habere intentionem ad vaſſallos reuocandos, certiſſimi iuris eſt nullum eſſe de decretis illis ad caſum noſtrum poſſe applicari quidditatem, nec in hoc, quod tractatur ad aliquid facere. Cum non ſit neceſſarium requiſitum ad obtinendum in hoc articulo reuocationis vaſſallorum, quod ipſi in omnibus teneantur propriis expenſis Domino ſeruire,ſed ſatis eſt, quod etiam in minimo ſeruitium perſonale abſque expenſis verificetur, ad finem illos reuocandi, indiuidualiter in puncto voluit Afflict. *in d.conſt.quiſquis, lib. 3.* Regens Reuerter. *in d.deciſ. in fine*, & Carauita per plures allegatus *in addit. ad deciſ. Afflict.* 265. *incip. ibi, His præmiſſis.*

13 Immò ampliando motiuum, certum eſt, quod Rex eſt Dominus perſonarum,eſt tex.*in conſt.Regni, quia frequenter*,& non eſt dubium,quod ipſe poterit reuocare vaſſallos aliunde habitantes, quam in Terris Domanialibus, vt eſt tex. *in dict. conſtit. quiſquis, cum concord.* & tamen nulli dubium, quòd ſi ipſe Rex velit ſeruitia, quæ per decreta illa deciſa fuerunt cum Follerio, & de quibus hodie Pars vult ſe iuuare ad huius articuli deciſionem, quòd ipſemet Rex teneretur ſtare dictis determinationibus, ac illis ſoluere, ſeruata forma Regiæ Pragmaticæ,cum Capitula, & Pragmaticæ ſpecificè de ſeruitiis Regiis vaſſallis impoſitis loquantur, vnde ſicuti non per hoc ius vaſſallos reuocandi Regi auſertur, per hoc nec etiam, & Baroni angarias, & perangarias non ſolùm ex Regis priuilegio habenti, ſed cui ſeruitia perſonalia abſque expenſis, & ſalario a vaſſallis præſtari debentur ius reuocandi auferri poterit, eique ex illis decretis nedum vlla conſequentia oritur in contrarium, quinimmò retorquendo motiuum, ex illis etiam conſtat cum expenſis ad omnia ſeruitia perſonalia teneri, ac ſine expenſis ad nonnulla, & ea maximi momenti ſupra enumerata, ex quibus nedum angarij, verum etiam, & perangarij ſunt cenſendi, & proinde reuocandi à Terris Baronalibus, ac etiam à Domanialibus, iuxta quotidie practicatam obſeruantiam Regiæ Cameræ, de qua ſingulariter teſtatur doctiſſimus, & in praxi tam veriatus Regens Reuert.*in præcit.deciſ.*

Nec in contrarium poterunt ponderari deciſiones Capyc. 118. & 168. vbi non cenſetur data, & conceſſa angaria, & perangaria in vaſſallos,ad finem eos reuocandi, etiam ſi Baro haberet ius cogendi Vniuerſitatem ad ei dandum Camerarium, ſeu Ærarium, nec ex hoc vaſſalli dicuntur angarij, & perangarij;nam replicatur, quod diſpar eſt ratio deciſionum,nec in eis eſt vis facienda, immò apertè in eis Domini Ferdinandi intentio fundatur. 14

Quod autem adſit diſpar ratio in dictis decionibus, quàm in caſu noſtro luciddiſſimè oſtenditur, nam in illis caſibus deciſionum Capyc.quæſtio fuit, nùm ex onere præſtandi Camerarium ſit vaſſallis indicta angaria,& perangaria, & deciditur, quòd non, ex quo officium Ærariatus, & Camerariatus non eſt munus ſordidum: tum quia *in l. maximarum. C. de excub. mun. lib.* 10. vbi munera ſordida enumerantur, iſtud munus non enunciatur; ex quo illud videtur conſtare plus in ſollicitudine animi, quàm in labore perſonæ, habens inſuper quandam iuriſdictionem annexam, tum etiam quia cum Angaria ſit munus præſtandarum operarum, ſicque diurnum officium, non poteſt officium Ærariatus, & Camerariatus inter illa munera adſcribi, cùm conſtet ea non conſiſtere in Officio diurno, ſicque quòd officia prædicta non conſtituant angariam in vaſſallis determinauit, & Frecc.*in d. 15. auctor.lib.2.in fin.* 15

At in caſu noſtro nõ ſolùm habemus priuilegium quod poſſeſſionem confirmat, in quo dicitur *cum angariis, & perangariis*, ſed etiam non ad officia, & munera Ærariatus,& Camerariatus vaſſalli tenétur,ſed ad baiulos,& ſeruientes præſtandos propriis expenſis, & ſalario, quod munus nedum ſordidum, nedum diurnum officium eſſe, ac perſonale ſeruitium ſordidáque opera præclarè cognoſcitur, ſed in ſpecie, quod hoc ſeruitium per angariam conſtituat, expreſsè admittit Reuerterius in præcitata deciſione. Inſuper adeſt ſeruitium Correrij, quod inter ſordida munera, immò aptum ad perangariam conſtituendam cenſetur,ita Pariſ. *de ſindicat. in tit. de exceſſ.Baron.§.1.col.pen.*idem Capyc.*d.deciſ. 118.n. 10.* Adſunt, & alia ſeruitia, ex quibus non poteſt difficultari eſſe probatam poſſeſſionem perangariæ. 16

Nec

17 Nec iterum inſurgat Pars, ex præcitata deciſione *cap.* 118. dicens in eo caſu, etiam adfuiſſe priuilegium cum angariis, & perangariis, & non per hoc fuiſſe deciſum Baroni ius reuocandi competere.

Nam primò reſpondetur contra Capyc. expreſsè decidi per Parid. *in d. tit. de exceſſ. Bar. col.* 2. nec Capycium ibi tenere contrarium, ſed ex quo in facto non fuit probatum onus dandi Camerarium ex eo tenere caſum pro dubio, & in ſecundo caſu de iure reuocandi vaſſallos penitus de dicto priuilegio agit, ſed tantùm ſi ex onere Ærariatus conſtituatur perangaria, vel angaria.

18 Secundò, & melius corruit hæc difficultas ex eo, ſiquidem, & ſi in facto illo fuiſſet conſideratum priuilegium, quòd toto cælo à veritate penitus diſtat, nihilominus non dubitatur ibi per Baronem nulla ſeruitia perſonalia valida fuiſſe adducta, ex quibus perangaria conſtitueretur, ac priuilegium in actu poſſeſſiuo fuiſſe redactum, & nulli dubium eſt, quod per Pragmaticam editam à Carolo Quinto, Diuæ memoriæ, per huiuſmodi verba in priuilegiis aſſerta, ſcilicet *cum angariis, & perangariis*, non inducitur obligatio, & cauſa obligationis perpetui ſeruitij, ſed inducitur conceſſio iuriſdictionis in angaria, & perangaria, quæ non competunt Baronibus tanquam Regalia, niſi concedantur ex priuilegio, ad dicta per Bald. *in l. cum multa C. de bonis quæ liber. &* ideò dicebat Paris de Puteo in loco præcitato, quod angaria, & perangaria tanquam Regalia à Principe ſolùm exigi poſſunt, ſed cùm interdum in priuilegiis Baronum de Caſtris emptis à Rege apponantur iſta verba *cum angariis, & perangariis*, eo caſu poſſunt ipſi Barones eas extorquere, cauſa talis iuriſdictionis eis conceſſas, & ſic ex illis verbis non conſtituitur obligatio perſonarum ad prænarratas conditiones, ſed bene apparente cauſa à principio voluntariæ obligationis vaſſallorum, illa remanet vi illius priuilegij firma, & valida, ita in puncto voluit Grammat. *conſil.* 13. *n.* 16. *& in conſ.* 98. *num.* 29. Cùm ergo in caſu noſtro non ſolùm adſit priuilegium, ſed adſint ſeruitia, ad quæ voluntariè ſe voluerunt aſtringi vaſſalli: immò quod fortius, adſint ſeruitia præſtita ab immemorabili ad dandos tres iuratos, qui deſeruire haberent quotidie perſonaliter Curiæ, non eſt ambigendum ex his exuberanter fuiſſe fundatam perangariam, ad finem reuocandi vaſſallos nedum à Baronalibus, ſed etiam à Domanialibus locis, prout ab ornatiſſimis Senatoribus iudicari ſperatur.

Andreas Marcheſius.

SVMMARIVM.

1 *Feudi præcipua natura eſt, vt nullus iure communi feudorum perpenſo ad eius ſucceſſionem admittatur, niſi à primo communis agnationis acquiſitore deſcendat.*

2 *Feudum pro ſe, & deſcendentibus quis acquirere dicitur.*

3 *Fratres, vel aſcendentes, quare feudo nouo non ſuccedant.*

4 *Feudi principalis natura eſt, vt ſucceſſio communis agnationis ſtipitem ſemper reſpiciat, & num.* 17.

5 *Frater ſuccedit fratri non ſolùm in feudo antiquo, ſed etiam in nouo ex conſtit.* vt de ſucceſſionibus, *etſi ab illius acquiſitore haud deſcendat.*

6 *Feudi circa ſucceſſionem natura iure Regni eſt mutata: nam frater vtrinque coniunctus, conſanguineus, vel vterinus ſuccedit in feudo nouo, vel antiquo, licèt feudum ipſum à diuerſa deueniat linea: idque vti intelligatur num.* 7.

8 *Frater fratri non ſuccedit etiam de iure Regni, ſi feudum ſit conceſſum pro hæredibus ex corpore legitimè deſcendentibus, & quæ ſit ratio.*

9 *Frater vterinus ad feudi noui ſucceſſionem ex capitulis Regni admittitur, etiam quod ſit obtentum pro hæredibus ex corpore deſcendentibus, & quid in feudo antiquo.*

10 *Supradictæ quæſtionis negatiua affertur ſententia.*

11 *Eiuſdem quæſtionis affirmatiua adducitur opinio.*

12 *Conſtitutio*, vt de ſucceſſionibus, *ſecundùm Marinum de Caramanico intelligitur, vbi feudum, de cuius ſucceſſione tractatur, prouenit defuncto ex eo parente, ex quo frater ſuperſtes eſt coniunctus.*

13 *Vterinus non eſt vocatus per ſupradictam conſtitutionem ad ſucceſſionem fratris defuncti abſque liberis, ſi feudum deuenit ex linea paterna, ſicut excluditur conſanguineus frater, ſi feudum prouenit ex linea materna ſecundum Caramanicum.*

14 *Hæres in feudis iure feudorum eſt filius, vel alius deſcendens legitimè ex corpore primi ſtipitis feudum acquirentis; & an intelligatur etiam de extraneis habilitatis à iure regni, num.* 94.

15 *Feudorum de communi iure idem eſt aſſerere pro te, & hæredibus ſimpliciter, ac pro te, & hæredibus ex tuo corpore legitimè deſcendentibus, & nu.* 38. 88. *&* 95.

16 *Iniquum iudicatur attendere, quod non eſt cogitatum.*

18 *Marini Caramanici opinionem in conſtit.* vt de ſucceſſionibus, *de iure communi feudorum procedere, non autem de iure conſtitutionum Regni tenet ibidem Iſernia.*

19 *Iudices in Regno debent prius iudicare ſecundùm conſtitutiones Regni, eod.*

20 *Fœmina iure communi feudorum eſt excluſa à feudi ſucceſſione, ſed iure conſtitutionum eſt admiſſa.*

21 *Hæres in feudis in Regno non intelligitur de liberis tantùm, ſed etiam de aliis conſanguineis, etſi ex corpore primi feu-*

dum acquirentis non deſcendant.

22 *Federicus Imperator in conſtit.* in aliquibus, *corrigendo antiquam conſuetudinem ſtatuit maſculos, & fœminas ſuccedere patri ſeruata ſexus, & gradus prærogatiua.*

23 *Federicus prædictus arctando dictam conſuetudinem vocantem ad feudi ſucceſſionem collaterales conſanguineos, quantumcunque remotos, vocauit ſolùm fratres ſiue vtrinque coniunctos ſiue ex altero tantùm parente, & eorum filios, excluſis conſanguineis in vlteriori gradu exiſtentibus tam à ſucceſſione feudi veteris, quam noui per conſtit.* vt de ſucceſſionibus.

24 *Conſtitutio* vt de ſucceſſionibus, *non requirit, vt ſuccedens deſcendat ex corpore primi acquirentis ſecundùm Iſerniam.*

25 *Feudorum ſucceſſiones in Regno regulabantur ſecundum prædictam conſuetudinem, & non ſecundum ius commune feudorum, quæ conſuetudo fuit correcta in fœmina per conſtitutionem* in aliquibus, *& arctata in agnatis per conſtit.* vt de ſucceſſionibus.

26 *Frater ſuccedit fratri in feudo nouo in Regno, cùm non requiratur hodie qualitas deſcendentis ex corpore primi acquirentis.*

27 *Frater ſuccedit fratri decedenti abſque liberis in feudo eidem perueniento ex altero parente, cui frater ſuperſtes non eſt coniunctus, vt tempore Caroli Primi eſt iudicatum.*

28 *Frater coniunctus ab vno latere tantum ſuccedit fratri in feudo, quod non venit à latere, vnde ſibi coniungitur propter generalitatem litteræ conſtitutionis prædictæ num.*30.*& reſpondetur contrariis n.*32.33.*&* 35.

29 *Interpretatio in dubiis fit contra fiſcum.*

31 *In feudo antiquo ſuccedunt aſcendentes, & collaterales etiam non coniuncti ab illo latere, vnde feudum peruenit ad defunctum ſecundùm Iſerniam.*

34 *Legitimi hæredes in feudo, & non extranei, ſunt qui ex pacto, lege, vel vſu ſunt vocati.*

36 *Pater ſuccedit filio in feudo antiquo, etiam ſi perueniat illud ad filios ex linea materna.*

37 *Conſtitutio,* vt de ſucceſſionibus, *an interpretationem recipiat à iure communi feudorum, vel à conſuetudine, quæ tempore promulgatæ conſtitutionis vigebat, & num.*39.

40 *Frater ſuccedit fratri decedenti ſine liberis in feudo perueniento ab eo, cui frater ſuperſtes non eſt coniunctus, niſi aliter per partes cogitatum, vel in inueſtitura fuerit expreſſum.*

41 *Hæredes in feudis iure communi feudorum intelliguntur de iis, qui legitimè deſcenderint ex corpore primi acquirentis, at de iure Regni intelliguntur non tantùm deſcendentes legitimè ex corpore primi acquirentis, ſed etiam fratres, filij fratrum, & omnes in tertio gradu in linea collaterali exiſtentes.*

42 *Inueſtituræ omnes in Regno interpretantur à iure Regni, & non à iure communi.*

43 *Frater vterinus an ſuccedat fratri defuncto abſque liberis in feudo, quod ad defunctum peruenerat ex linea paterna, ſi in inueſtitura dicatur pro te, & heredibus ex tuo corpore legitimè deſcendentibus, & opinio affirmatiua, quam amplexati ſunt Caneſius, & alij, & Præſes Anellus de Amato, recenſetur.*

44 *In eadem quæſtione opinio negatiua Andreæ de Iſernia refertur, & eius verba adducuntur, n.*47. *&* 60.

45 *Contractus ex partium conuentione legem accipiunt.*

46 *Frater ſuccedit fratri etiam in feudo nouo, quod de iure feudorum non procedit.*

48 *Andreæ de Iſernia opinio negatiua ſupraposita ab auctore defenditur num.*49. *&* 50.

51 *Aſcendentes an ſuccedant in feudo antiquo, quando in inueſtitura dicitur*, tibi, & hæredibus tuis ex tuo corpore legitimè deſcendentibus, *& quid in feudo nouo, ſi illa verba non ſunt dicta, n.*53. 56.*& quid ſi aſcendens ſit de deſcendentibus à primo acquirente, n.*58.

52 *Feudum ſtatim atque à primo acquirente tranſit in alterum per ſucceſſionem, efficitur antiquum.*

54 *Omiſſum videtur, quod non eſt dictum.*

55 *Forma inueſtituræ non præſumitur, niſi expreſsè probetur.*

57 *Hæres hæredis Titij, dicitur hæres Titij, etiam ſi in multos hæredes deſcendatur.*

59 *Deſcendens ab eo, qui à me deſcendit, à me deſcendere videtur.*

61 *Auctor recenſet eos, qui Iſerniam ſunt ſequuti, & illorum verba refert.* 63.65. *&* 66.

62 *Conſtitutio* vt de ſucceſſionibus in §. ex collaterali, *ceſſat, ſi inueſtitura eſt pro te, & hæredibus ex corpore legitimè deſcendentibus.*

64 *Feudi ſucceſſionis natura tripliciter conſideratur per Regentem Lanarium.*

67 *Auctor tam ex rerum iudicatarum auctoritate, quam ex gratiis per Sereniſſimos*

mos Reges conceſſis tutatur opinionem negatiuam Iſerniæ circa ſucceſſionem fratris vterini, ſi in inueſtitura dicitur pro te, & hæredibus ex tuo corpore legitimè deſcendentibus, n.72. & ſeq.

68 *Feudum acquiſitum ab eo, qui fuit communis parens fratri defuncto, de cuius ſucceſſione agitur, & fratri ſuperſtiti ad ſucceſſionem venienti paternum dicitur.*

69 *Diſpoſitum in feudo nouo eſt diſpoſitum in feudo antiquo aliunde, quam à communi parente peruento, ſiue inueſtitura expreſſè ſit data pro te, & hæredibus ex corpore legitimè deſcendentibus, ſiue à iure præſcripta, idque auctoritate Iſerniæ probat auctor.*

70 *Clauſula pro hæredibus ex corpore limitat ſucceſſionem ad certos, & non omnes hæredes comprehendit, tam in feudo nouo, quam veteri.*

71 *Agnati collaterales deſcendentes ex corpore primi ſtipitis domini feudi iure feudorum antiquo ſuccedunt, cùm eo iure idem ſit dicere pro te, & hæredibus ſimpliciter, ac pro te, & hæredibus ex corpore legitimè deſcendentibus.*

72 *Fratres emptoris ſiue vtrinque coniuncti, ſiue ex altero tantùm parente, ac eorum filij ſuccedunt fratri decedenti ſine liberis in feudis emptis, quamuis in inueſtitura dicatur pro te, & hæredibus ex corpore legitimè deſcendentibus, per gratiam huic Regno conceſſam, & de ratione.*

73 *Gratia facta in vno caſu non extenditur ad alium.*

74 *Auctor confutat doctrinam Aſelli Amati, & motiua, per quæ gratia prædicta fuit conceſſa, recenſet.*

75 *Inueſtituræ tenor attenditur miſſa prouidentia iuris communis feudalis, vel Regni, cum ab eius forma non ſit recedendum, quæ informat, & reformat tantùm feudum, & alia operatur, & numer.83.*

76 *Inueſtituræ tenor derogat omni feudi naturæ.*

77 *Succeſſio in feudo conceſſo pro te, & hæredibus ex tuo corpore legitimè deſcendentibus, debet deſcendere legitimè ex corpore primi acquirentis, ac primogenitus præfertur, ſi ſit hæres vltimi morientis in ipſo feudo, & quare.*

78 *Feudi conceſſio eſt contractus iuris ciuilis, ſicut emphyteuſis.*

79 *Feuda omnia de patrimonio Regis proueniunt.*

80 *Beneficium concedens, modum, & finem ipſi beneficio ponere poteſt.*

81 *A feudo conceſſo tibi, & primogenitis tuis cæteri præter primogenitos excluduntur.*

82 *Feudi in conceſſione ſi ſit expreſſum, ad quos illud debeat peruenire, eſt ſeruandum etiam contra naturam ſucceſſionis feudi de iure, vel conſuetudine feudorum.*

84 *Anelli Amati doctrina per auctorem validiſſimis conſiderationibus reiicitur, & Cannetij auctoritatem, qua idem Amato vtitur, contra eundem retorquet.* 84. 85.86. & 87.

88 *Piſanelli conſideratio recenſetur, & ab auctore apprimè reiicitur.* 89.90.93. & 97.

91 *Feudorum in conceſſionibus, an ſit inſpicienda conſuetudo Regis concedentis, num.*95.

92 *Sibi, & hæredibus ſuis quilibet acquirere cenſetur.*

96 *Conſtitutionē* vt de ſucceſſionibus *non eſſe intelligendam, vt commune ius feudorum intelligit optimè Auctor declarat contra Piſanellum, & Cannetium.*

98 *Iſerniæ plura loca per Anellum de Amato adducta ad ſuam, Piſanelli, & Cannetij opinionem tuandam recenſentur, ſed ea omnia ab auctore declarantur, & Amati reſponſiones optimè diluuntur, & numer.*99.100.101.102.105.

103 *Lex quod præſumit, probatione non indiget.*

104 *Inueſtitura forma tibi, & heredibus, ita vt in ea viuatur iure Francorum, differt ab illa forma tibi, & hæredibus tuis ex tuo corpore legitimè deſcendentibus.*

109 *Hæredis appellatione in conceſſione feudi pro te, & hæredibus vigore conſtitutionis*, vt de ſucceſſionibus, *continentur deſcendentes ex corpore primi acquirentis, frater, & filius fratris, quod ſi in ea dicitur, ex tuo corpore legitimè deſcendentibus, frater, vel alius ex linea collaterali non comprehenditur, & n.*110.

111 *Vox, & hæredibus ſimpliciter ab homine expreſſa non alterat naturam feudi à iure regni ſibi attributam, excepto feudo ex pacto, & prouidentia, ſed ſi dicitur ex tuo corpore legitimè deſcendentibus, alteratur feudi natura à conſtit. Regni attributa.*

112 *Frater vterinus, ſi feudum non venit ex parte matris, omni iure repellitur à ſucceſſione fratris.*

113 *Cannetij conſideratio relata ab auctore optima ponderatione repellitur.*

114 *Anelli de Amato opinio, quam ex verbis conſtitutionis*, vt de ſucceſſionibus *probare nititur, recenſetur, ſed ab Auctore*

ctore perbellè reiicitur, *& nu.* 115. 116. 117. 118. 123. 124. 125.

119 *Tempore promulgationis conſtit.* vt de ſucceſſionibus, *feuda tenebantur ſub forma pro ſe, & hæredibus ſimpliciter.*

120 *Iſernia verba in conſtit.* vt de ſucceſſionibus *referuntur, quibus expreſſe probatur eius opinio, quam Auctor defendit, & amplectitur, n.* 121. 122.

126 *Conſtitutio*, vt de ſucceſſionibus, *pro certo habuit feudatarium feuda tenere ſub forma pro ſe, & hæredibus ſimpliciter.*

127 *Imperatoris intentio ad dictam conſtitutionem*, vt de ſucceſſionibus, *perbellè ab auctore colligitur, n.* 128. *&* 129.

130 *Anelli de Amato aliud motiuum refertur, & optimis conſiderationibus ab Auctore conuellitur, n.* 131. 132. 134.

133 *Pactum inueſtituræ derogat omni naturæ feudorum ſiue iure communi, ſiue iure municipali, vel Regni.*

135 *Iſernia locus per Anellum de Amato adductus vti intelligatur, auctor explicat.*

136 *Feudi inueſtitura quoties eſt pro hæredibus ex corpore, etſi pater, & frater ſuccedant in feudo antiquo per cap.* conſiderantes, *tum ſucceſſor debet eſſe de corpore, ſi non vltimi morientis, ſaltem primi acquirentis.*

137 *Cap. prædictum* conſiderantes, *vti communiter intelligatur ſubiicitur.*

138 *Gratia nouiſſimè Regno conceſſa, de qua in Prag.* 27. *de feudis, loquitur in feudo nouo, & non in veteri.*

139 *Rex noſter habet intentionem fundatam in omnibus feudis quaternatis huius Regni, vnde ſi ſucceſſor non docet ſe aperto iure ad ſucceſſionem feudi venire, poterit illius poſſeſſionem præoccupare.*

ARGVMENTVM.

Frater vterinus, an & quando fratri ſuo vterino in feudis tam antiquis, quàm nouis ſuccedere poſſit; & quid ſi inueſtitura canat, *pro ſe, & hæredibus ex corpore legitimè deſcendentibus*, feudi noui, vel antiqui ſucceſſio qualiter fuerit iure communi feudorum conſiderata, qualiter iure conſtitutionis Regni, & qualiter ex gratiis nouiſſimè Regno conceſſis: & de pluribus ad veram, & germanam intelligentiam dictarum conſtitutionum, & gratiarum pertinentibus.

ALLEGATIO XCII.

IN præſenti cauſa, quæ agitur inter Regium Fiſcum, & Ferdinandum Caracciolum ſe offert examinanda illa ardua, & perdifficilis quæſtio, iam diu inter maiores noſtros controuerſa, nùm frater vterinus ſuccedere poſſit defuncto fratri in feudo antiquo ei obuento ex linea paterna. Pro cuius reſolutione diſcutienda ſunt quàm plurima iura tam communia, quàm huius Regni, quibus benè conſideratis, & intellectis deueniri poterit ad veram, & ſectam quæſtionis deciſionem.

Iure communi feudorum inſpecto præcipua feudi naturæ eſt, vt nullus poſſit admitti ad illius ſucceſſionem, niſi deſcendat à primo feudi acquiſitore communis agnationis, *cap.* 1. §. *his vero*, vbi Beluiſius, Iſern. Bal. Aluar. Afflict. & cæteri communiter, *de grad. ſucceſſ. in feud.* ſequitur Straderius, de feudis *par.* 7. *cap.* 7. *num.* 6. Ronſental *cap.* 7. *concluſione* 58. quilibet enim cenſetur feudum acquirere pro ſe, & deſcendentibus, *cap.* 1. *de duob. fratr. à cap. inueſ.* & ideò fratres, ſiue aſcendentes non ſuccedunt in feudo nouo, quia originem non habent ab acquiſitore feudi: hinc dicebat Bald. quem ſequitur ibi Affl. & cæteri *in d.* §. *his verò*, ſpecialem feudi naturam eſſe; vt ſemper ſucceſſio ſuum reſpiciat ſtipitem communis agnationis, & non alium. 1 2 3 4

Iure verò Regni, ex conſtitutione *vt de ſucceſſionibus*, frater ſuccedit fratri, nedum in feudo antiquo, ſed etiam in feudo nouo iuxta interpretationem peritorum Regni ad dictam conſtit. *vt de ſucceſſionibus*, ex cuius prouidentia dicitur mutata primæua feudi natura, & nouus introductus ordo ſuccedendi, vt frater ſuccedat fratri in feudo nouo, licet ab acquiſitore feudi non deſcendat, reprobata communiter Gloſ. *in eadem conſtit. in verbo. ex altero* nam docet Iſer. *in ead. conſt. in verbo, fratres, in conſtit. ſi quando aliquem, & in cap.* 1. *num.* 8. *de natur. ſucceſſ. feud.* vbi Loffred. *col.* 7. & *in conſ.* 38. *num.* 8. *& ſeq.* Franciſcus de Amicis *de his qui feud. dar. poſſ. quæſt.* 15. *&* 17. *fol. mihi* 186. Reg. de Ponte *in tract. de poteſt. Vioregis, in tit. de ſucceſſ. mulierum,* §. 1. *num.* 6. cæteros cumulat Anellus de Amato *conſ.* 97. *num.* 6. *& ſeqq.* 5

Et ideo iure Regni dicitur facta mutatio, circa feudi ſucceſſionem, vt poſſit in feudo tam nouo, quam antiquo ſuccedere frater, nedum ex vtroque parente, ſed etiam ex vno tantùm latere coniunctus, licèt feudum peruenerit ad defunctum ex diuerſa linea, & propterea poterit frater vterinus ſuccedere in feudo obuento ex parte patris, & è contra, conſanguineus frater in feudo obuento ex linea materna, ita Iſern. *in d. conſtit. ſi quando aliquem, & in conſtit. vt de ſucceſſ. in verbo, fratres*, & pluries ita deciſum teſtatur, quem omnes DD. proximè citati, eum ſequuntur, abſque aliqua contradictione. 6

Verùm hæc omnia ſunt intelligenda ſecundum præſumptam inueſtituram communiter receptam ad ipſam conſtitutionem *pro hæredibus*, ſimpliciter; ſi verò feudum eſſet conceſſum 7 8

pro

pro hæredibus ex corpore legitime deſcendentibus, hoc
caſu limitatur iudicium Peritorum Regni, vt fra-
ter fratri minimè ſuccedere valeat, ex eo quia re-
ſiſtit pactum, ſeu tenor inueſtituræ, ita Iſern. *in ea-
dem conſtit. in verbo, fratres*, vbi Afflict. *numer.* 11.
& deciſ. 293. Loffred. *in cap.* 1. *de natur. ſucceſſ.
feud. col.* 7. *& in conſ.* 38. *num.* 8. *& ſeq.*ꝛ recc. *lib.* 3.
*de ſubfeud. in quæſt. quæ incipit ſed poſtquam, nu-
mer.* 17. & ſequitur Anna *conſ.* 125. *numer.* 21. Do-
minus de Georgio *alleg.* 21. *n.* 61. *& ſeq. & nouiſſ.*
Reg. Rouit. *Prag.* 11. *de feud. n.* 23.

9 Ex qua declaratione oritur ingens quæſtio, an
data feudi inueſtitura *pro hæredibus ex corpore*,
poſſit frater vterinus ſuccedere in feudo antiquo
obuento ex linea paterna, dum in feudo nouo ceſ-
ſat omnis difficultas ex gratiis nouiſſime Regno
conceſſis, quibus eſt habilitatus frater vterinus ad
feudi ſucceſſionem, etiam illo obtento pro hæredi-
bus ex corpore legitimè deſcendentibus, vt *in prag.*
17. *de feud.*

10 Pro parte negatiua, vt frater vterinus ſucce-
dere minimè valeat in feudo antiquo, pugnat
Loffred. *conſ.* 38. *numer.* 8. *& ſeq. & in cap* 1. *col.* 7.
de natura ſucceſſ. feud. dicens ridiculum eſſe, da-
ta feudi inueſtitura pro *hæredibus ex corpore*,
fratrem vterinum in eo ſuccedere poſſe, dum reſi-
ſtit pactum, & tenor inueſtituræ, quem ſequitur
Cannet. *in cap. ſi aliquem in quæſt. incip. opinio in
primo, & numer.* 16. *& ſeq.* loquens in terminis di-
ctæ conſtit. *vt de ſucceſſionibus*: licet aliter ipſe
ſentiat, *ex d. cap. ſi aliquem*, quam opinionem vti
veriſſimam quamplurimis validiſſimis rationibus
defendit D. Regens de Pont. recolendæ memoriæ
loco cit. *de ſucceſſione mulierum*, §. 1. omnino viden-
dus.

11 Affirmatiuam vero ſententiam firmauit Camer.
in ſuo reſponſo impreſſo poſt repetitiones Canetij,
dum agit de intellectu Conſtit. *vt de ſucceſſioni-
bus, fol. mihi* 358. 359. *fol.* 374. ſequitur Piſanell. *in
conſ.* ſimiliter edito poſt opus Cannetij, quos longo
apparatu conatur defendere Præſes de Amato *conſ.*
97. *&* 98.

Ego tamen aliquantulum negotium altiùs exa-
minando, quia agitur de re graui, & à modernis
contradicta, & adhuc ſolemniter temporibus no-
ſtris non deciſa diſtinctè procedendo. Primò exa-
minabo articulum quid iuris ſit, poſita inueſtitura
pro ſe & hæredibus, ſimpliciter; nam hæc examina-
tio multùm confert ad lucidationem noſtræ quæ-
ſtionis, vt infra patebit. Secundò quid ſit, poſita in-
ueſtitura *pro ſe, & hæredibus* additis verbis *ex ſuo
corpore legitimè deſcendentibus*, vt eſt caſus noſtræ
quæſtionis.

12 Quoad primam antiqui periti Regni ſatis fue-
re diſcordes, nam Marinus de Caramanico Gloſ-
ſator conſtitutionum Regni, cuius opiniones
multùm approbantur in Regno *in d. conſtit. vt de
ſucceſſionibus, in verbo, ex altero tantùm*, tenet con-
ſtitutionem *vt de ſucceſſionibus*, vocantem fra-
trem coniunctum ex altero parente tantum ad ſuc-
ceſſionem fratris defuncti ſine liberis, eſſe intel-
ligendam quando feudum de cuius ſucceſſione
agitur, peruenit defuncto ex eo parente, ex quo
iſte frater ſuperſtes coniunctus eſt, ſicque tenet
13 Marinus fratrem vterinum tantùm non eſſe voca-
tum per dictam conſtitutionem ad ſucceſſionem fra-
tris defuncti ſine liberis, quando feudum ad de-
functum prouenit ex linea paterna, & è contra,
fratrem conſanguineum tantùm, non ſuccedere
fratri vterino in feudo, quod perueniat ei à li-
nea materna, allegat contextum *in cap.* 1. §. *his
verò deficientibus, de ſucceſſione fratrum*, vbi eſt 14
caſus expreſſus, quia illo iure hæres in feudis in-
telligitur filius, vel alius deſcendens legitimè ex
corpore primi ſtipitis, qui feudum acquiſiuit, vt
in cap. 1. §. *& ſi clientulus, de alienat. feud.* & ſic
tenet inueſtituram *pro ſe & hæredibus*, in quibus
terminis loquitur dicta conſtit. *vt de ſucceſſioni-
bus*, vt infra dicetur, eſſe intelligendam ſecun-
dùm terminos legales iuris communis feudorum,
cùm inſpecto dicto iure communi feudorum, tan-
tùm eſt dicere *pro ſe, & hæredibus*, ſimpliciter, 15
quantum *pro ſe, & hæredibus ex ſuo corpore le-
gitimè deſcendentibus, d. §. & ſi clientulus, de
alienatione feudi*; Is enim qui dedit feudum hoc
prædeceſſoribus huius fratris defuncti ſine li-
beris, dabat pro recipiente, & hæredibus ſuis
ex ſuo corpore legitimè deſcendentibus *d. §. &
ſi clientulus*, non autem cogitauit de extraneo, 16
quando non expreſſit. Iniquum autem eſt id,
quod cogitatum non eſt, attendere, *l. qui cum
tutoribus*, §. 1. *ff. de tranſact.* quia non cogitauit
etiam de parentibus aſcendentibus non coniun-
ctis ex latere, vnde venit feudum *l. Iulianus, ff.
ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti, & cap.* 1. *de natura
ſucceſſion. feud*, quia hæc eſt ſpecialis natura feudi 17
vt ſemper ſuum reſpiciat ſtipitem, nec in extra-
neum deuoluatur, *vt l. cum ita §. fin. ff. de leg.* 2.

Andr. verò de Iſern. auriga noſter, & feudo- 18
rum pater ſequens interpretationem aliorum an-
tiquorum in eadem conſt. *vt de ſucceſſionibus*, in
verbo *fratres*, relata gloſ. dicit eius opinionem
non eſſe vndequaque veram, ſed egere diſtinctio-
ne, nam inſpecto iure communi feudorum, vera
eſt poſitio ſua, *dict. cap.* 1. §. *his verò deficientibus,
de ſucceſſione fratrum*, vbi ille agnatus ad feudi
ſucceſſionem aſpirare poteſt, qui legitimè deſ-
cendit ex corpore primi ſtipitis, qui feudum
acquiſiuit, quia eo iure communi feudorum hæ-
res intelligitur filius *d. §. & ſi clientulus, de alienat.
feud.*

Attamen inſpecto iure conſtitutionum Regni 19
dicit, non eſſe veram eius poſitionem, quia di-
ctæ conſtitutiones ſecundùm quas in Regno Iu-
dices prius habent iudicare, *vt in conſtit. purita-
tem*, non ſequuntur dicta iura communia feudo- 20
rum, patet, quia illo iure filia fœmina eſt repul-
ſa, & tamen per conſtit. eſt admiſſa ad ſucceſ-
ſionem, *vt in conſtit. in aliquibus*, & quia in
Regno erat conſuetudo ante dictam conſtit. *vt
de ſucceſſionibus* vt conſanguinei quantumcum-
que remoti ſuccederent, vt teſtatur Imperator
in conſtit. in aliquibus, & ſic in Regno verbum hæ- 21
res in feudis non intelligebatur ita ſtrictè, vt ius
commune feudorum intelligebat, ſcilicet de liberis
tantùm *d. §. & ſi clientulus*, ſed magis latè, ita vt
appellatione hæredis iure Regni intelliguntur
non ſolùm deſcendentes, ſed etiam alij conſan-
guinei, licèt non deſcendant ex corpore primi
acquirentis feudum, circa quam conſuetudinem in
Regno vigentem in ſucceſſionibus feudorum, & ex
cuius cenſura regulabantur ſucceſſiones feudo-
rum.

Imperator Federicus ſecundus Rex Regni ex 22
ſucceſſione materna, edidit duas conſtitutiones,
vnam, quæ incipit *in aliquibus*, qua correxit dictam
conſuetudinem in quantum excludebat fœminam
à ſucceſſione patris comitis, vel baronis, & vo-
cabat conſanguineos maſculos quantumcunque re-
motos, & ſtatuit tam filios maſculos, quam filias fœ-
minas ſuccedere patri ſeruata ſexus prærogatiua,
ſcilicet vt maſculus exiſtens in eodem gradu cum
fœmina,

fœmina, præferatur; cæterum ſi maſculus non exiſtit cum fæmina in eodem gradu; tunc fœmina ſuccedit, excluſis maſculis in gradu remotiori exiſtentibus.

23 Secundo edidit alteram conſtit. quæ incipit *vt de ſucceſſionibus*, in qua arctando dictam conſuetudinem vocantem collaterales conſanguineos quantumcumque remotos ad ſucceſſionem feudorum; vocauit tantum fratres, ſiue ex vtroque parente, ſiue ex altero tantùm, & eorum filios; cæteros conſanguineos vt vlteriori gradu exiſtentes excludendo, tam à ſucceſſione feudi veteris, quam nouiter acquiſiti, vt clarè ex lectura dictæ Conſtitutionis patet. Vnde inquit Iſern. *citato loco*, cùm conſtitutio arctando dictam conſuetudinem Regni, ſimpliciter vocat fratrem ſiue ex vtroque parente, ſiue ex altero, ſimpliciter eſt intelligenda, non diſtincto, An feudum, de cuius ſucceſſione agitur prouenit defuncto ex illo parente, vnde frater ſuperſtes coniunctus eſt, quia arctata in vno, non debet arctari in alio non expreſſo, nec cogi-
24 tato, & ſic tenet Iſern. quod inſpectis terminis conſt. *vt de ſucceſſionibus*, non requiritur, vt ſuccedere volens habeat qualitatem, vt ſit deſ-
25 cendens ex corpore primi acquirentis, vt dicit ius commune feudorum, quia ſucceſſiones feudorum in Regno non regulabantur cenſura dicti iuris communis feudorum; ſed cenſura dictæ conſuetudinis correcta in fæmina, & arctata in agnatis; per prædictas duas conſtitutiones.

26 Et in tantum eſt verum, quod in Regno non exigebatur in ſucceſſore qualitas deſcendentis ex corpore primi acquirentis, quod antiqui periti Regni dicebant, quod etiam in feudo nouo frater ſuccedit fratri, propter generalitatem dictæ conſtitutionis, quamuis ſecus ſit illo iure communi feudorum, & ſæpe ita in Regno fuit iudicatum, vt Loffr. *dicto conſ.* 38. *num.* 8. *&* 9. & Afflict. *deciſ.* 293.

27 Vnde Iſern. infert veram eſſe opinionem antiquorum Peritorum Regni dicentium, fratrem ſuccedere fratri defuncto ſine liberis in feudo ad defunctum perueniento ex alio parente, vnde ipſe frater ſuperſtes non eſt coniunctus, & teſtatur Iſern. *in d. conſtit. vt de ſucceſſionibus, in verbo, fratres*, verſ. *è contra, quod non*; quod vidit per ambas ſententias pronunciatum tempore Regis Caroli I. qui bene diſcutiebat ius ſuum, pro fratre conſanguineo vendicante feudum ſororis defunctæ ſine liberis, quod à matre ſibi peruenerat, vnde frater coniunctus non erat.

28 Idem Iſern. *in cap.* 1. *in additione, de natura ſucceſſionis feudi*, ſequens eandem opinionem dicit verius eſſe dictum illorum, quod frater coniunctus ab vno latere tantùm ſuccedit fratri in illo feudo, quod prouenit ab illo latere vnde ſibi coniungitur, propter generalitatem literæ conſtitutionis, quæ non diſtinguit, ſed generaliter loquitur, *l.* 1. *ff. de
29 aleatoribus*, quia in dubiis interpretatio fit contra Fiſcum, *l. non puto, ff. de iure Fiſci*, & ſubdit *vidi
30 enim pronunciatum in Magna Curia, vbi de feudo agitur pro fratre vendicante feudum ſororis mortuæ, coniuncta ſibi à matre tantum, quæ habuerat feudum illud à patre ſuo, vnde non erat ſibi frater ille coniunctus, & ſententia fuit confirmata in appellatione*: & ſubdit, *habet iam interpretationem ſuam, hoc dictum ex altero tantùm, per rerum iudicatarum auctoritatem l. ſi de interpretatione, ff. de legibus.*

31 Similiter hoc idem dicit *in conſt. ſi quando, de bonis foriudicatorum*, per hæc verba, *& intelligunt Periti Regni in feudo antiquo ſuccedere aſcendentes, & collaterales, etiam ſi non ſunt coniuncti ab illo latere, vnde feudum prouenerat ad defunctum, hoc eſt etiam ſi non fuit primo acquiſitum per illum, qui fuit cognationis communis, quod eſt neceſſarium de iure feudorum in tit. de gradibus ſucceſſionis §.* 1. *& dicunt quod conſtitutiones Regni non ſequuntur illos vſus, quos ponit liber ille vt patet infra, de ſucceſſione Comitum, & Baronum, conſt.* vt de ſucceſſionibus.

Et reſpondet ad argumenta gloſſæ dicens: *non* 32
obſtat tex. *cap.* 1. *§. his vero deficientibus, de gradibus ſucceſſionis, quia conſt. non ſequitur illos vſus.*

Nec obſtat aliud argumentum quod is, qui da- 33
bat feudum hoc prædeceſſoribus huius defuncti, intelligebat de deſcendentibus ipſis, & non extraneis, nam reſpondet dicens, *imò non intelligitur per verbum*, & hæredibus *de liberis, vt ius commune feudorum dicit. ſed de extraneis etiam: l. ſi pactum, ff. de probationibus, quia non ſunt extranei illi, quos hæc conſtitutio admittit*, hinc ibidem Iſern. *in d. cap.* 1. 34
in verbo, fratri ſine legitimo herede, de his qui feud. dar. poſſ. dicit, quod illi ſunt legitimi hæredes in feudo, & non extranei, qui ex pacto, lege, vel iure, vel vſu ſunt vocati, ſed cum per dictam conſtitutionem frater ſiue ex vtroque ſiue ex altero vocetur, merito frater intelligitur legitimus hæres, & non extraneus.

Nec obſtat aliud argumentum de *l. Iulianus, ff.* 35
ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti, quia tale argumentum concluderet, etiam in feudo antiquo, & ta- 36
men clarum eſt patrem ſuccedere filio in feudo antiquo, etiam quod feudum perueniſſet ad filium ex linea materna, quia dicta conſtit. *ſi quando* loquitur generaliter.

Et hæc Theorica Iſer. communiter eſt ſequuta præcipue, eam ſequitur in omnibus Loffr. *conſ.* 38. *numer.* 8. *&* 9. & alij noſtri Regni ſcribentes. Per præmiſſam igitur Iserniæ doctrinam patent infraſcriptæ concluſiones.

Prima, quod ſi conſtit. *vt de ſucceſſionibus*, reci- 37
peret interpretationem à iure communi feudorum, quia illo iure tantum eſt dicere *tibi & hæredibus* 38
tuis, quantum *tibi, & heredibus ex corpore legitimè deſcendentibus*, cum illo iure hæres in feudo intelligitur Filius, vel alius deſcendens à primo acquirente feudum, vt *d. cap.* 1. *§. & ſi clientulus*, tunc vera eſt opinio Gloſ. Marini, quod tunc frater ex altero tantum ſuccedat fratri in feudo antiquo, ſi feudum peruenerat ad defunctum ex illo parente, vnde eſt coniunctus; ſecus ſi feudum peruenerat ex alio parente vnde non eſt ſibi coniunctus.

Si verò *conſtitutio* non recipit interpretationem 39
à iure communi feudorum, ſed à conſuetudine, quæ vigebat tempore promulgationis dictæ conſtitutionis; quia illo iure conſuetudinario, appellatione hæredis intelligebantur etiam collaterales, quantumcumque remoti: & ſic ſiue erant coniuncti ab illo parente, vnde perueniebat feudum, ſiue non, tunc vera eſt opinio antiquorum peritorum Regni, vt frater ſuccedat fratri in feudo antiquo, non diſtincto vnde peruenerat feudum ad defunctum propter generalitatem litteræ conſtitutionis; quæ opinio Peritorum Regni contra Gloſ. vſu præualuit, & iudiciali ſententia confirmata eſt.

Secunda concluſio colligitur, quod prædicta 40
ſententia peritorum Regni eſt vera, niſi aliud per Partes fuiſſet cogitatum, vel expreſſum in inueſtitura ſeu conceſſione feudi, ita colligitur ex verbis Iſer. ibi, *arctata in vno non debet arctari in alio non expreſſo, non cogitato, quia contractus*

ex

conuentione legem accipiunt, leg. contractus, ff. de reg. iuris.

41 Patet, quoque tertia concluſio, quod verbum *hæres* in feudis aliter intelligitur à iure communi feudorum, & aliter à iure Regni; nam iure communi feudorum intelliguntur illi, qui deſcendunt legitimè ex corpore acquirentis feudum *d. §. & ſi clientulus*; iure verò Regni intelliguntur tam illi, qui deſcendunt legitimè ex corpore acquirentis, quam etiã collaterales, vt fratres, & filij fratrum, & omnes, qui in tertiò gradu in linea collaterali exiſtunt *d. conſt. vt de ſucceſſ.* vt Loffr. *conſ. primo, n.* 121. & Camerarius *in c. Imperialem, fol.* 22. *lit. M. de prohibit. feud. alienat. per Federic.* & communiter Regni noſtri ſcribentes. Et inueſtituræ omnes in Regno recipiunt interpre-

42 tationem à iure Regni, non a iure communi feudorum, vt etiam tradit Loffred. *conſ.* 38. *n.* 12. *verſ. quia, vt aliàs.* Per quas Andr. de Iſern. concluſiones confunditur opinio quorundam modernorum ſcribentium, vt infra latiùs dicam.

43 His ad euidentiam dictis, venio ad ſecundam quæſtionem, ſcilicet, an data inueſtitura *pro te, & hæredibus tuis ex tuo corpore legitimè deſcendentibus*, frater vterinus tantùm ſuccedat fratri defuncto ſine liberis in feudo, quod ad eum peruenerat à linea paterna vnde ipſe non eſt coniunctus.

Io. Angelus Piſanellus ſua tempeſtate Aduocatorum nemini ſecundus, in ſuo reſponſo poſt opus Cannetij impreſſo *fol.* 358. & Camerarius in alio reſponſo, quod incipit *conſilio meo*, in eodem opere Cannetij impreſſo *fol.* 359. & Præſes de Amato *conſ. ſuo* 97. & 98. tenuerunt opinionem affirmatiuam, mouentur pluribus motiuis, & argumentis ſumptis tàm ex verbis Andreæ de Iſern. quam ex verbis dictæ conſt. *vt de ſucceſſionibus*, quæ omnia infra in medium ſigillatim adducam, eiúſque veras, & concludentes reſponſiones afferendo.

44 Contrariam ſententiam ſcilicet quod taliter data inueſtitura *pro ſe, & hæredibus ex corpore*, frater vterinus non ſuccedat fratri defuncto ſine liberis in feudo, quod peruenerat ad defunctum à patre vel linea paterna, tenet præcipue Andr. de Iſern. auriga noſter *in d. conſtit. vt de ſucceſſionibus, in verbo fratres, verſ. hodie tamen*, vbi firmata opinione antiquorum peritorum Regni contra gloſ. quod in terminis conſtitutionis *vt de ſucceſſionibus*, frater ex altero parente tantum ſuccedit fratri defuncto ſine liberis, tam in feudo nouo, quam in feudo antiquo, non diſtincto an ſit coniunctus ex illo latere vnde peruenerat feudum vel non, propter generalitatem litteræ conſtitutionis, limitat dictam peritorum concluſionem non procedere ſi priuilegiũ conceſſionis feudi dicat tibi, & hæredibus tuis ex tuo corpore legitimè deſ-

45 cendẽtibus, quia reſiſtit pactum & tenor inueſtituræ, quia contractus ex conuentione legem accipiunt *l. contractus, ff. de reg. iur.* verba ſua ſunt videlicet, *nã,*

46 *& antiqui periti noſtri intelligunt etiam in feudo nouo dato fratri, vt frater ſuccedat, ex quo generaliter loquitur. ff. de aleatoribus, l.* 1. quod de iure feudorum non eſt, vt *in prima rubrica, §. cum verò Corradus*, & ſubdit *vnde ſi eſſet datum feudum per Imperatorem fratri, vnum fratrem habenti, & non liberos, ſi aliud per conceſſionem non apparet; audiui magnos peritos, dicentes fratrem ſuccedere*, & ſubdit *hodie tamen hoc non eſſet,*

47 *quia in priuilegiis exprimitur, damus tibi, & hæredibus tuis ex tuo corpore legitimè deſcendentibus*, & ſic hæc verba Andreæ expreſsè oſtendunt quod quãdo conceſſio feudi eſt facta pro hæredibus ex corpore deſcendentibus; tunc ceſſat prouidentia conſtitutionis, & ſeruari debet tenor, & pactum conceſſionis, dum ait, ſi aliud per conceſſionem non appareat, & quia contractus ex conuentione legem accipiunt, vt diximus.

Nec iuuat aduerſantes dicere Iſern. ibi loquutum eſſe in feudo nouo, nam reſpondetur Iſern. propoſuiſſe quæſtionem principaliter in feudo antiquo, & incidenter ad reprobandum gloſ. dixit quoque de feudo nouo, & ratio eſt in aperto, quia illud quod obſtat fratri in feudo nouo, ſcilicet, quia tenor, & pactum conceſſionis vocat ad ſucceſſionem illos, qui deſcendunt legitimè ex corpore primi acquirentis, vnde ipſe frater non eſt, qui tenor ſeruari debet, ex quo contractus ex conuentione legem accipiunt, obſtat quoque in feudo antiquo vt illi, qui non deſcendunt ex corpore parentis, vnde venit feudum, non ſuccedant, quia obſtat tenor inueſtituræ, in qua determinatum pactum eſt initum. 48

Tertiò ſi in feudo nouo poſſunt Partes per pactum recedere tacitè à prouidentia conſtitutionis vt indicant illa Iſern. verba. *ſi aliud per conceſſionem non apparet*, quare non idem in feudo antiquo aliunde peruento, quam à communi parente, dum conſt. loquitur tam in feudo nouo, quam in antiquo, quia gloſ. dicit *feuda tenenti deſcendentes libere, & abſolutè poſſe ſuccedere*, & ex collaterali linea venientes, vt fratres ſiue ex vtroque parente, ſiue ex altero tantùm omnino ſuccedunt, ſi dicit ſimpliciter, feuda tenenti; ergo ſimpliciter, & generaliter intelligitur, ſiue feudatarius tenebat feudum nouum, ſiue antiquum, *d. l.* 1. *ff. de aleatoribus*, & patet *in ead. conſtit. in verbo in omnibus*, ibi, *ſiue in communium prædeceſſorum rebus, ſiue in acquiſitis*, ita ponderat Loffred. *d. conſ.* 38. *n.* 8. & 9. 49

Sed vt claudatur os contradicentium, & extinguatur omnis occaſio concertandi, allego alium locum Iſern. qui loquitur in feudo antiquo in dicto verbo *fratres, verſ. prædicta verò forma*; dixerat Iſer. ſupra verſ. *propterea alij dicunt*, quod ſuppoſita inueſtitura pro te, & hæredibus ſimpliciter, frater, & pater coniuncti, non ab illo latere, vnde venit feudum ad defunctum, de cuius ſucceſſione agitur, ſuccedunt propter generalitatem literæ conſtitutionis, quæ dilucidat ſucceſſiones feudorum; poſteà in dicto verſ. *prædicta verò forma*, quærit, quid iuris, ſi forma priuilegiorum eſt *tibi, & hæredibus tuis ex tuo corpore legitimè deſcendentibus*, an aſcendentes ſuccedant in feudo antiquo, nam in feudo nouo, etiam ſi prædicta verba non eſſent dicta, aſcendentes non ſuccedunt, vt eſt caſus expreſſus *in conſtit. foriudicatorum bona*, putà feudum datum eſt Titio pro ſe, & hæredibus ex ſuo corpore legitimè deſcendentibus, ſi moritur Titius ſine liberis pater ei non ſuccedit, etiam ſi dicta verba non eſſent dicta, quia in feudo nouo aſcendentes non ſuccedunt, ſed ſi feudum taliter datum de perſona Titij fecit tranſitum per ſucceſſionem in Sempronium Filium Titij, quo caſu in perſona filij Sempronij dicitur antiquum, quia ſtatim atque feudum à perſona primi acquirentis tranſit in alterum per viam ſucceſſionis, dicitur, & efficitur antiquum, vt bene declarat gloſ. *in dicta conſtit. vt de ſucceſſionibus, in verbo quolibet titulo*; ſi deinde contingit mori Sempronium, ſine liberis an eius aſcendens, putà auus ei ſuccedat in dicto feudo taliter dato, & Iſern. *loco cit.* diſputat quæſtionem, & pro parte aſcendentis ſcilicet aui, quod ſuccedat, allegat, quia dicta verba *ex ſuo corpore legitimè deſcendentibus*, fuerunt dicta in perſona Titij primi acquirentis, & ſic non videntur repetita in perſona ſuorum deſcendentium, vnde in perſona deſcendentium à Titio conceſſo remanet facta pro ſe, & hæredibus ſimpliciter abſque illis verbis *ex ſuo corpore legitimè* 50 51 52 53

legitimè deſcendentibus, niſi dixiſſet, *ex ſuo, vel eorum corpore legitimè deſcendentibus*, quia quod non
54 fuit dictum, omiſſum videtur *leg. quicquid aſtringendæ, ff. verb. obligat.* nec pactum factum cum Titio primo acquirente extenditur ad alias perſonas vt intelligatur de hæredibus ex corpore, id eſt de liberis *leg. ſi vnus, §. ante omnia, ff. de pactis*, cùm prædicta
55 forma non præſumatur, niſi expreſſè probetur, vt Iſer. *in cap. 1. §. huius autem generis, ex quibus cauſis feudum amittatur.*

56 Contrarium concludit ibi Iſern. vt aſcendentes repellantur à ſucceſſione feudi antiqui taliter dati propter tenorem inueſtituræ, & conceſſionis, quæ vult, vt illi ſuccedere poſſint, qui deſcendunt legitimè ex corpore primi acquirentis. Non obſtant contraria pro parte aſcendentium allegata, quia pater, & filius eius, finguntur vna perſona, & ſic de aliis patribus, & filiis deſcendentibus, vnde quod in patre
57 fuit dictum, videtur in omnibus deſcendentibus repetitum; nam hæres hæredis Titij, dicitur hæres Titij, etiam ſi in multos hæredes deſcendatur *leg. fin. C. de heredibus inſtituendis.*

Imò multò potius videtur repetere in deſcentibus verbum illud *ex ſuo corpore*, quia non dulciori nomine nepotes noſtros, quam filios appellamus, nam ex eorum prole memoriam relinquimus in æternum *leg. liberorum, §. fin. ff. de verb. ſignificatione.*

58 Limitat tamen Iſern. loco citato dictam ſuam concluſionem niſi aſcendentes eſſent de deſcendentibus à Titio primo acquirente, puta patruus ad nepotem; iſti aſcendentes non videntur prohibiti per prædicta verba quoniam ſic deſcendit à Titio patruus, ſicut nepos filius fratris, vt dixi *in cap. 1. in quæſtione patrui, tit. Imperator Lotarius Eugenio Papa*; pro qua limitatione facit, quia deſcendens ex
59 illo qui à me deſcendit, à me deſcendere videtur,
60 argumento *leg. dedit, ff. de coll. bonor.* concludendo ergo, dico, ſi aſcendentes putà auus, vel proauus in feudo antiquo taliter dato repellitur à ſucceſſione ſui nepotis, vel pronepotis repugnante inueſtitura, vt decidit Iſern. quia non eſt ex illo parente, vnde peruenerat feudum, à fortiori frater vterinus repelli debet à ſucceſſione feudi taliter dati, cùm non ſit coniunctus ex linea paterna vnde peruenerat feudum, de cuius ſucceſſione agitur; maximè quia Iſer. ſub vna, eademque cenſura ponit patrem, & fratrem, quando inueſtitura dicit *pro te, & hæredibus* ſimpliter, vt dixit *d. verſ. propterea alij dicunt*, & in dicta conſtit. *ſi quando*; ergo pariter, & ſub eadem cenſura debent eſſe in limitatione, ſcilicet quando forma inueſtituræ dicit *tibi, & hæredibus tuis ex tuo corpore deſcendentibus, leg. iam hoc iure, ff. vulgar. & pupillar. ſubſtit.*

61 Et quia hæc eſt vera, & expreſſa, & infallibilis veritas, & mens Andreæ de Iſern. propterea eam vti columnam veritatis ſequuti, & amplexati ſunt infraſcripti noſtri ſcribentes optimi iuris feudalis, & Iſern. Interpretes, nempe Affl. *in d. conſtit. num. 14.* Loffred. *in conſ. 38. n. 8. & 9.* & latius *in cap. 1. de natur. ſucceſſ. feud. fol. mihi* 47. vbi poſtquam Loffred. diſputauit quæſtionem, an frater vterinus ſuccedat fratri in feudo antiquo, quod peruenerat à linea paterna, vnde non erat coniunctus, & approbauit opinionem Iſern. ſecundum interpretationem antiquorum peritorum Regni contra Gloſ. ſcilicet quod ſuccedat; limitat dictam peritorum, & Iſerniæ concluſionem, quando inueſtitura eſſet pro Titio, & ſuis hæredibus ex ſuo corpore legitimè deſcendentibus, & verba ſua ſunt hęc, *diſputatio procedit quando, vt dictum eſt, inueſtitura concepta eſt pro Titio, & ſuis hæredibus, vel quando ſimpliciter facta eſt conceſſio non facta mentione alicuius ſucceſſoris, quo caſu de iure dicta conſt.* vt de ſucceſſionibus, *pro hæredibus facta videtur, ſecus verò ſi inueſtitura dicat* pro Titio, & eius hæredibus ex eius corpore legitimè deſcendentibus, *tunc frater vterinus non poſſet ſuccedere in feudo ſub hac forma dato linea paterna, a qua ipſe non deſcendit, nec è conuerſo frater conſanguineus ſuccedederet in feudo obuento a linea materna*, & ſubdit, *& hæc vera videtur mens Andreæ, nam quando ipſe tenet, quod ſit locus huic ſucceſſioni, loquitur ſecundum terminos conſtitutionis, quæ intelligit de hæredibus ſimpliciter, non autem quando dicit de deſcendentibus ex corpore, tunc enim ex quo huic vterino volenti ſuccedere repugnat forma inueſtituræ, ſub qua ipſe non comprehenditur, eſſet ridiculum dicere, quod Andr. velit, quod ſit locus ſucceſſioni, probatur in l. liberorum, §. 1. ff. de verb. ſignif.* vbi dicit, *qui reliquos vult excludere, aliquos nominat, & admittit.* Hæc ille.

Per quæ patet, quod vbi inueſtitura eſt pro te, & 62
hæredibus ex corpore legitimè ceſſat prouidentia dictæ conſtitutionis *in § ex collaterali*, & interpretatio antiquorum peritorum, & Iſer. volentium fratrem ſuccedere, licèt non ſint ex latere vnde peruenerat feudum.

Hoc idem voluit Reg. Franciſcus Antonius, Vil- 63
lanus in ſuo reſponſo poſt opus Cannet. impreſſo *num. 5. fol. 344.* etſi in terminis capituli *ſi aliquem*, contrarium concludat. Et perbellè hoc idem docuit 64
Dominus, & patruus meus Regens Lanarius *in c. 1. num. 4. 5. & 6. de ſucceſſ. feud.* dicit namque tripliciter conſiderari poteſt natura ſucceſſionis feudi, alia ſecundum ius commune feudorum, alia ſecundùm legem, aut conſuetudinem Regni, vbi ſitum eſt feudum, alia ſecundùm formam inueſtituræ, per quam derogatur naturæ ſucceſſionis feudi ex iure communi feudorum, vel ex lege, aut conſuetudine Regni *cap. 1. de fratribus, de nouo benef. inueſtitis*, & ſubdit, exemplum, *in Regno frater ſuccedit fratri in feudo nouo, item in veteri etiam, licèt non ſit coniunctus vnde prouenit feudum, ſecundum opinionem Iſern. in vtroque iam receptam in Regno*, & ſubdit, *& tamen excluditur, quando inueſtitura eſt pro hæredibus ex corpore vt ipſe dicit in conſtit. Regni vt de ſucceſſion. ſuper gloſ. in* 65
verb. fratres, allegat quoque Bal. *in Authentica ceſſante, n. 5. C. de legitimis hæredibus*, & *in conſ. 159. 3. vol. ſicut in d. c. 1. de beneficio fratris*, frater, qui aliàs excluditur per ius commune feudorum à ſucceſſione feudi noui, admittitur ex forma inueſtituræ: per quæ iura Bald. ibi dicit, quod tenor inueſtituræ derogat omni naturæ ſucceſſionis feudi, ſiue ſit de iure communi feudorum ſiue ex iure muncipali, ſequitur Magnus Guglielmus de Perno in repetitione dicti capituli *ſi aliquem, §. concedenti, & conſ. 18.* idem tenet Dominus Freccia *lib. 2. de ſubfeud. q. 12.* in finalibus verbis, vbi dicit *fratrem ſuccedere fratri niſi repugnet inueſtitura*, & *n. 10.* clarius explicat non ſuccedere, ſi dicit pro hæredibus ex corpore: eandem diſtinctionem tenet Fabius de Anna *conſ. 125. num. 21.*

Et Marchio Murchoni Regens de Ponte *in tract.* 66
de poteſt. Proregis, tit. de ſucceſſ. mulierum, §. 1. num. 8. *cum ſequentib.* tractans quæſtionem ad partes, & relatis DD. hinc inde pro vtraque parte, concludit per hæc verba, *Nos verò maturè negotio penſato ſequimur opinionem Loffred. communem, vt ſupra, quæ eſt vera opinio Andreæ infallibilis, & indubitata*, & ſubdit, *longè aberraſſe, qui tenuerunt conſtitutionem, vt de ſucceſſionibus, habere locum, & intelligi, quando inueſtitura eſt facta pro hæredibus ex corpore, ea ratione, quia ſic eſt de iure communi*, & ſubdit, *hoc aſſumptum eſt vndique falſum, & contra communem omnium noſtrum ſcribentium ſententiam,*

quia ſi inueſtitura pro hæredibus, ex corpore non præſumitur, ergo nullo modo eſt verum, quod conſtitutio intelligatur cum dicta clauſula. & dicit, *quod ita arguit Dominus Freccia in 3. lib. in tit. de forma inueſtituræ, in cap. ſed poſtquam, numero 17. cum ſequent.* eandem ſententiam tenet Dominus Regens Rouit. *in Pragm. 11. numero 23. de feud.* dicens eſſe diſtinguendum inter inueſtituram *pro te, & hæredibus,* ſimpliciter, & inueſtituram *pro te, & hæredibus ex corpore legitimè deſcentibus.*

Patet igitur, quod communis opinio Peritiſſimorum Regni noſtri eſt, data inueſtitura *pro te, & hæredibus ex corpore legitimè deſcendentibus,* fratrem ex vno parente tantùm non ſuccedere fratri in feudo, quod peruenerat ad defunctum ex alio latere, vnde ipſe non eſt coniunctus, ac ceſſare prouidentiam *conſtitutionis vt de ſucceſſionibus, in §. ex collaterali,* & interpretationem antiquorum peritorum Regni, qua dicta conſtitutio, *vt de ſucceſſionibus,* & interpretatio antiquorum procedit, & habet locum ſuppoſita inueſtitura *pro te, & hæredibus* ſimpliciter, non additis illis verbis *ex ſuo corpore legitimè deſcendentibus.*

67 Et vltra prædictorum auctoritates, corroboratur dicta communis opinio rerum iudicatarum auctoritate; nam iudicauit *Sac. Conſ. Neap.* non bis, & ter, ſed millies capitulum *conſiderantes,* in quo, dicit fratrem ſuccedere fratri defuncto ſine liberis in Comitatibus, Baroniis, & aliis feudis, etiam quod inueſtitura ſit cum illa clauſula *ex ſuo corpore legitimè deſcendentibus,* procedere, & intelligi in feudo antiquo paterno, vel auito, ſcilicet, quod fuit acquiſitum ab illo anteceſſore, qui eſt communis parens tam fratri defuncto, quam fratri ſuperſtiti, qui ſuccedere intendit; non in feudo nouo acquiſito per fratrem, vel veteri aliunde peruento ad defunctum, quàm a communi parente, vt Afflict. *deciſ.* 293. & expreſſe tenet Iſern. *in dict. conſtit.* vt de ſucceſſionibus, *in verbo filij fratrum, verſ. ſimile quærunt*
68 *fiſcales:* Certi iuris eſt paternum dici illud, quod fuit acquiſitum ab illo anteceſſore, qui fuit communis parens tam fratri defuncto, de cuius ſucceſſione agitur, quàm fratri ſuperſtiti, qui ad ſucceſſionem venire intendit, vt *in cap.* 1. §. *his verò deficientibus, de ſucceſſione fratrum, & cap.* 1. §. *paternum verò, de natura ſucceſſionis feudi.* per quæ iura gloſ. *in dict. conſt. vt de ſucceſſ.* in verbo *vel quilibet iure ſuo,* dicit feudum paternum, ſiue auitum dici, habito reſpectu, tam decedentis de cuius ſucceſſione agitur, quam ſuccedentis, qui vult ad ſucceſſionem venire, ideſt, quod ipſorum parens, cuius fuit huiuſmodi feudum auitum fuerit communis parens vtrinque; ſequitur Camerarius in ſubloquio cum *fiſco,* impreſſo poſt opus Cannetij *verſ. & tertiò, fol.* 372.

69 Et quod illud, quod diſponitur in feudo nouo, idem ſit in feudo veteri aliundè, quàm à communi parente peruento, ſiue inueſtitura ſit expreſsè data *pro te, & hæredibus ex corpore legitimè deſcendentibus,* ſiue à iure præſumpta, vt præſumit ius commune feudorum *dict.* §. *& ſi clientulus,* patet ex doctrina Iſern. *in cap. 1. in principio, de natura ſucceſſionis feudi,* vbi dicit, quod pater non ſuccedat filio in feudo nouo, vt dicit dictum capitulum de natura ſucceſſionis feudi, procedere etiam in feudo antiquo aliunde peruento, quam à communi parente, licèt ſuccedat in feudo paterno, & ratio eſt, quia in vtroque eſt eadem ratio, ſcilicet, quia non deſcendit legitimè ex corpore ſtipitis primi domini feudi, quod requirit lex feudalis, vt dicatur feudum paternum *dict. cap.* 1. §. *his verò deficientibus. de ſucceſſione fratrum, & dict. cap.* 1. §. *paternum verò de natura ſucceſſionis feudi ita arguit Regens de Ponte, dict.* §. 1. *num.* 15. *verſ. ſed ſi ratio. de ſucceſſione mulierum,* vbi ſubdit *ex clauſula enim prædicta pro hæredibus ex corpore, limitata eſt ſucceſſio ad certos, & non ad omnes hæredes ita quod qui non eſt deſcendens ex corpore, minimè ſuccedere poteſt, & hoc tenuit Andr. qui loquutus eſt de hac quæſtione, tam in feudo nouo, quam in feudo antiquo.* Hæc ille. 70

Lucida enim intentio Partium, colligitur per dictam clauſulam *ex corpore legitimè deſcendentibus,* ex conuentione voluiſſe redi ad ius antiquum libri 71
feudorum, quo iure agnati collaterales ita demùm ſuccedunt, ſi deſcendunt ex corpore primi ſtipitis domini feudi *dict.* §. *his verò deficientibus, cum aliis ſimilibus,* cum dicto iure tantùm eſt dicere *pro te, & hæredibus* ſimpliciter, quantum *pro te, & hæredibus ex corpore legitimè deſcendentibus dict.* §. *& ſi clientulus, de alienat. feud.* vt etiam aduerſarij fatentur.

Corroboratur quoque concluſio prædicta ex no- 72
uiſſimis gratiis per Sereniſſimos Reges noſtros Regno conceſſis dum ad ſupplicationē Regni eſt conceſſum, vt fratres emptoris ſiue ex vtroque parente, ſiue ex altero, & eorum filij ſuccedant fratri defuncto ſine liberis in feudis emptis, non obſtante forma inueſtituræ *pro te, & hæredibus ex corpore legitimè deſcendentibus,* & hoc ſpeciali ratione ne commercium difficultetur illis, qui carent filiis, cum in Regno vaſſalli non habeant, vnde poſſint mutuò inter ſe contractare, niſi bona feudalia, cùm fere omnia bona Regni ſint feudalia.

Vnde Sereniſſimus Rex ne homines carentes li- 73
beris retraherentur ab emptionibus feudorum tam a Regia Curia, quam à priuatis, ob timorem deuolutionis ad fiſcum ob eorum mortem ſine filiis, conceſſit, vt frater emptoris ſuccedat fratri in feudis nouis emptis, ſexus, & ætatis prærogatiua ſeruata, nō obſtante, quod tenor, & forma communis dicat, *tibi, & hæredibus tuis ex tuo corpore legitimè deſcendentibus,* vt patet *ex Pragmat. 18. 24 & 27. tit. de feudis,* ergo dictæ gratiæ clareſcunt contrarium eſſe in feudis antiquis conceſſis, cum dicta clauſula *ex corpore legitime deſcendentibus,* ſcilicet, vt ille frater, qui non deſcendit ex corpore primi acquirentis, non ſuccedat fratri, Gratia enim in vno caſu, non trahitur ad alium caſum, Gloſ. *in cap. ad eius verò concubitū, diſtinct.* 5. maximè quia in feudo antiquo ſcilicet acquiſito per ſucceſſionem, ceſſat ratio prædictarum gratiarum, quia nemo non accipit feudum iure ſucceſſionis ſibi delato, timore deuolutionis, quia caret filiis tempore ſibi delatæ ſucceſſionis, ita arguit Regens de Ponte *tit. de ſucceſſ. mulierum* §. 1. *in finalibus verbis.*

Accedat, quia eadem inclita noſtra Ciuitas Neapolis in dicta ſupplicatione expreſſit, quemadmodum frater ſuccedit fratri primogenito in feudo paterno, non obſtante inueſtitura confirmatoria in perſonam primogeniti facta *pro te, & hæredibus ex corpore,* quando ſic tenebatur feudum à communi parente, vt *dict. Prag.* 18. ſicque fatetur aliud eſſe in feudo veteri aliunde peruento, quam à communi parente, quo caſu non dicitur feudum paternum *d. c.* 1. §. *his verò deficientibus, de ſucceſſione fratrum.*

Nec alicuius momenti eſt reſponſio Præſidis de 74
Amato *in dicto conſ.* 97. in finalibus verbis *verſ. tandem,* ſcilicet, quod fuit conceſſa gratia prædicta ad maioris fauoris cumulum, quaſi quod ſic de iure competebat tam in feudo nouo, quàm in feudo antiquo, nam hæc eſt vanitas vanitatum, ibi enim noſtra inclita Ciuitas Neapolis ſupplicibus, & affectuoſis verbis duo ſupplicauit Sereniſſimo Regi Philippo.

Primò, vt in feudo antiquo in linea collaterali protogaret ſucceſſionem ad quartum gradum incluſiue, & hoc dignis reſpectibus fuit denegatum, ſed tantum confirmata gratia Sereniſſimi Imperatoris Caroli V. quod ſucceſſio in feudis paternis in linea collaterali extendatur ad patrueles maſculos deſcendentes per lineam maſculinam à primo domino ſtipite feudi.

Secundò ſupplicauit, vt in feudo nouo empto frater emptoris ſuccedat fratri decedenti ſine liberis, non obſtante, quod inueſtitura ſit *pro te, & haeredib. ex corpore*, & ad obtinendã gratiam expreſſit hæc motiua. Primò quia illis, qui nõ habent filios, impeditur commercium; cùm in Regno vaſſalli non habeant aliud, vnde ſe mutuò contrahent, quàm bona feudalia, ob timorem deuolutionis ad fiſcum. Secundò, quia frater ſuccedit fratri primogenito defuncto ſine filiis in feudo paterno, non obſtante, quod inueſtitura confirmatoria in perſonam primogeniti erat facta pro hæredibus ex corpore, quando ſic cõmunis pater tenebat feudum. Tertio, quia hoc petebatur pro feudis emptis, non pro feudis conceſſis liberalitate, vel ob remunerationem ſeruitiorum, & Rex huic ſecundæ petitioni annuit, vt patet in *dict. prag.* 18. *verſ. & de più, tit. de feudis*, ſicque dum verba ſupplicationis fuerũt compoſita à Peritiſſimis ſapientibus Regni, pro abſoluto ſciebant data inueſtitura *pro te, & haeredibus ex corpore*, fratrem repelli à ſucceſſione fratris in feudo tã nouo, quam antiquo, quando frater non erat coniunctus fratri defuncto ex latere vnde proueniebat feudum, & ſic non erat feudum paternum *d.c.* 1. *§. his verò deficientib. de ſucceſſione fratrum*, aliàs eſſet dicere tot ſapientes Regni fuiſſe terminorum feudalium inexpertes, quod aſſerere valde temerarium eſt.

Et quod hæc ſit mens concedentis dictam gratiã apparet, quia fuit dicta gratia conceſſa cum conditione, dummodo tempore emptionis, acquirentes feuda, nullos filios, ac deſcendentes habeant, quæ clauſula, ſeu conditio poſtea per aliam gratiam fuit ſublata, vt *in prag.* 24. *tit. de feud.* & poſteà per aliam gratiam extenſa ad fratres conſanguineos tantùm, & vterinos tantùm, & eorum filios vtriuſq; ſexus, prærogatiua ſexus, & ætatis ſeruata, vt *Pragm.* 27. *tit. de feud.* Præſ. de Franch. *deciſ.* 695. & Fabius de Anna *conſ.* 125 *num.* 11. vbi dicunt ex gratia tamen frater fratri in hoc Regno ſuccedit in feudo nouo, pro ſe, & hæredibus ex corpore conceſſo.

75 Et prædicta concluſio eſt fundata ſolidiſſima regula, quia ad tenorem inueſtituræ recurrendum eſt, & illa attendi, ac conſiderari debet poſthabita prouidentia iuris communis feudalis, vel legis Regni
76 *c.* 1. *de duobus fratribus, à c. inueſtitis, c.* 1. *de fratribus de nouo beneficio inueſtitis, cap. porrò, extr. de priuilegiis*: per quæ iura Andr. de Iſern. *in cap. Imperialem, §. quoniam, de prohib. feud. alienat. per Lotarium*, dicit à forma inueſtituræ non eſſe recedendum, & Bal. *dict. c.* 1 *de duobus fratrib. à c. inueſtitis*, dixit, quod tenor inueſtituræ derogat omni naturæ feudi, ſiue iuri cõmunis feudalis, ſiue legis Regni, in quo feudum ſitum eſt, ſequitur eruditè patruus meus Regens Lanarius *in repetitione c.* 1. *n.* 5 *& 6. de ſucceſſ. feud.* vn-
77 de Loffred. *in conſ.* 1. *n.* 179. ex præfata regula infert, quod facta conceſſione feudi pro te, & hæredibus ex corpore tuo legitimè deſcentibus, ita vt in eo viuatur iure Francorum, quod inſpecto dicto tenore ſucceſſor in eo, debet eſſe de deſcendentibus legitimè ex corpore primi acquirentis, & quod primogenitus præferatur, atque ſit hæres vltimi morientis in ipſo feudo, ex quo hæc notula hæres, additis illis verbis, ex tuo corpore, &c. voce hominis eſt expreſſa, & non ab intellectu, & mente iuris.

Et ratio eſt, quia contractus, vt eſt conceſſio feu- 78
di, qui eſt contractus iuris ciuilis, ſicut emphyteuſis,
vt Iſer. *in præfatione libri feudorum, q.* 5. ex conuentione
legẽ accipiũt, *l. contractus, ff. de regul. iur.* & quilibet
in re ſua dicit legem, quam vult *l. in re mandata.*
C. mandati, nam feuda omnia ex publico ſunt, ideſt
de patrimonio Regis prouenientia, *§. optimũ, Auth.* 79
de exhibendis, & introducendis reis. Iſern. *in c.* 1. *§. valuaſores,*
de his, qui feud. dar. poſſ. & modum, & finem 80
in beneficio ponere eius eſt, qui beneficium tribuit,
l. in commodato, §. ſicut ff. commodati. feudum autem
beneficium diffinitur, vt *in c.* 1. *§. huius autem generis,*
ex quibus cauſis feudum amittatur. pro qua regula faciunt
verba Andreæ *in c.* 1. *n.* 8. *de ſucceſſione feudi*, di- 81
centis, quando feudum ſic conceditur, *ſibi, & primogenitis*,
alij præter primogenitos ſunt excluſi, nec
continentur in conceſſione; quoniam lex ſolis illis
prouidet, quos nominat, *l. liberorum, §.* 1. *ff. verbor. ſignif.*
Soccin. *in conſ.* 251. *n.* 17. vbi dicit quod in conceſſione
feudi ſeruandum eſt illud, quod eſt expreſſum,
nam ſi eſt expreſſum, ad quos debet perueniri
feudum ſeruari debet etiam contra naturam ſucceſ- 82
ſionis feudi, de iure, aut conſuetudine feudorum,
per text. *in cap.* 1. *§. præterea, quid ſit inueſtitura, cap.* 1.
de feud. non habente propriam feudi naturam, & Gu-
liel. à Perno *in conſ.* 18. vbi dicit maximè animad- 83
uertendum ad formam inueſtituræ, quia illa informat,
& reformat totum feudum, & trahit illud extra
terminos naturales ſuos ad terminos pacti.

Per præmiſſa ergo ſtat vera, & luciditiſſima concluſio, quòd inueſtitura derogat prouidentiæ tam iuris communis feudalis, quam conſt. noſtræ *vt de ſucceſſionibus*.

Nec prædictis refragatur reſponſio Pręſidentis de 84
Amato *dict. conſ.* 97. *num.* 41. dum reſpondendo prædictæ regulæ dicit infraſcripta verba, *conſtit. vt de ſucceſſion. duplicem lineam ad feudi ſucceſſionẽ vocare, ſcilicet deſcendentem, & collateralem: dum itaque feudum acquirenti, & ſucceſſoribus ex corpore conceditur, hoc quidem exprimitur, quod iure Conſtitutionum diſponitur, ſed hac linea extincta, an fiſcus vel frater ad feudi ſucceſſionem vocetur, hoc inueſtitura non dicit, ideóque iuris communis diſpoſitioni relinquitur, leg. ſi extraneus, ff. conditione cauſa data*; in Regno ius commune ſunt conſtitutiones, & ſic licet ceſſent verba inueſtituræ, non tamen deficit conſtitutionis diſpoſitio, & prouidentia, quæ vocat in defectum lineæ deſcendentis fratres ſiue ex vtroque, ſiue ex altero tantùm parente coniunctos, & ſubdit hanc eſſe conſiderationem *Cannetij in repetitione capit. ſi aliquem, §. opinio ſupradicta, numero* 17. *fol.* 251. cuius verba refert, quæ ſunt, videlicet, *ideóque eſſet ſi videatur ex tenore inueſtituræ frater excluſus, attamen admittitur beneficio conſtitutionis informantis, & reformantis ipſam inueſtituram*, & ſubdit hac ratione confundi Loffred. & aliorum argumenta, dum vim faciunt in inueſtitura, quæ derogat omni naturæ feudorum.

Ad quod reſpondetur primò contra Anellum de 85
Amat. & Cannetium ſtare opinionem Iſern. veram, & communem ab omnibus huius Regni ſcribentibus ſecutam, & approbatam, dum communi ore tradunt tenorem inueſtituræ derogare omni naturæ feudorum, ſiue ſit iuris communis feudorum, ſiue legis, ſeu conſuetudinis Regni, quia contractus, ex conuentione Partium legem accipiunt, vt ſupra latiùs ex tot auctoritatibus comprobauimus.

Secundò dicimus talem ſuam conſiderationem 86
confundi ex eodem Cannetio, cuius armis vtitur

dict.

d. opinio prædicta, num. 16. vbi Cannetius diſtinguit inter ius conſtit. *vt de ſucceſſion.* & ius dicti cap. *ſi aliquem,* vigentis in Regno Siciliæ vlterioris; dicit námque hæc verba iure conſtitutionis *vt ſucceſſion. frater vterinus excluditur ob tenorem, & verba expreſſa inueſtituræ, dicentis* tibi, & hæredibus ex corpore legitimè deſcendentibus, *dum non eſt ex corpore primi acquirentis,* ſubdit poſtea immediate *num. 17. ſecus autem eſt iure capit.* ſi aliquem, *quia tunc frater vterinus admittitur ex beneficio dicti capituli, etſi, ex tenore inueſtituræ ſit excluſus*: & reddit rationem diuerſitatis, quia primo caſu conſtitutio, *vt de ſucceſſionibus,* admittit fratrem ex altero parente non coniunctum ex latere vnde prouenit feudum, non verbis expreſſis in conſtitutione, ſed per argumenta, & interpretationem Peritorum Regni, quæ ceſſant vbi tenor inueſtituræ repugnat, qui derogat omni naturæ ſucceſſionis feudorum, ſiue iuris communis, ſiue iuris Regni, ſecundò iuribus dicti capituli *ſi aliquem*, expreſſis verbis vocatur frater ex altero parente tantum, vnde non prouenit feudum, de cuius ſucceſſione agitur, quia dicit ſiue ex communibus parentibus, ſiue non communibus, & ideò dictum capitulum reformat omnes inueſtituras.

Et ſic patet quod Cannetius confirmat opinionem Loffred. & aliorum in terminis conſtitutionis, *vt ſucceſſionibus,* & confundit reſponſionem Præſidis de Amato dum concludit tenorem inueſtituræ derogare prouidentiæ conſtitutionis, ſecus in inſula Siciliæ, vbi capitulum illud ſi aliquem reformat omnes inueſtituras.

87 Tertiò reſpondetur, quod & ſi conſideratio hæc Cannetij ſit ſubtilis, tamen etiam in terminis *dict. cap. ſi aliquem* contra ipſum Iudices illius Regni Siciliæ iudicauerunt, habentes pro abſoluto capitulum illud *ſi aliquem* ceſſare, vbi inueſtitura dicit *ſibi & hæredibus ex ſuo corpore deſcendentibus*, quam in ſtricta forma vocant, vt patet ex ſubloquio Camerarij cum ſiſco impreſſo poſt opus Cannetij *fol. 373. verſ. dicimus nos ſiculi*, & hoc meritò, quia tenor, & forma inueſtituræ trahit feudum extra naturales terminos ſuos, ad terminos pacti, *c. 1. de feud. non habente propriam feudi naturam:* vnde dicit Iſern. *in d. cap. 1. num. 8. de ſucceſſ. feud.* quod ſi forma inueſtituræ dicit tibi, & primogenitis tuis, alij quam primogeniti ſunt excluſi, vti non comprehenſi in inueſtitura, quæ dicit pro primogenitis, non pro deſcendentibus, quia lex ſolis illis prouidet, quòd nominatim ſunt enumerati *d. l. liberorum*; quam Iſern. doctrinam ſequitur Pernus *conſ. 18. n. 4. cum ſeq.* & Soccin. *præcitato conſ. 251. num. 17.* & communiter cæteri ſcribentes.

Reſtat modo, vt nulla omninò dubitatio in mente Religioſſimorum iudicantium ſit argumenta Io. Angeli Piſanelli Camerarij, & Præſidis de Amato, qui contrariam opinionem tenent, ſcilicet etiam ſuppoſita forma *pro te, & hæredibus ex corpore*, fratrem vterinum ſuccedere fratri defuncto ſine liberis in feudo taliter dato lineæ paternæ fratris defuncti, in medium breuiter deducere, eiuſque veras, & germanas reſponſiones afferre; ex quibus magis clarificabitur opinio Iſern. Loffred. & aliorum ſcribentium, quos ſupra adduximus.

88 Arguit namque Piſanell. in dicto ſuo reſponſo poſt opus Cannetij impreſſo *fol. 338. num. 2.*

Primò hoc modo, conſt. *vt de ſucceſſionib.* vocat ad ſucceſſionem feuda tenentium lineam deſcendentem vſque in infinitum, & ea ceſſante ex collaterali linea fratres, ſiue ex vtroque parente, ſiue ex altero tantum, quæ conſtitutio intrinſecè ſupponit feuda teneri pro te, & hæredibus ex corpore, quia inſpecto iure communi feudorum tantum eſt dicere, *tibi, & hæredibus* ſimpliciter, quantum dicere *tibi, & hæredibus ex corpore legitimè deſcendentibus*, allegat Pernum *in conſ. 14. n. 10. verſ. vnde illo iure*, vbi allegat contextum *in d. cap. 1. §. & ſi clientulus, de alienat. feud.* at, vbi ſimpliciter forma inueſtituræ dicit tibi, & hæredibus, frater ex altero parente tantum ſuccedit iuxta Andr. & peritorum antiquorum interpretationem, non diſtincto an ſit coniunctus ex latere vnde prouenerat feudum, vel non; ergo idem quando addita ſunt illa verba ex corpore legitimè deſcendentibus, ex quo dicta verba intrinſecè ſubintelligit conſtitutio, & ſic eorum expreſſio non mutat ius dictæ conſtitutionis, *l. 3. ff. leg. 3.* ita Piſanell. & Camerarius dictis ſuis reſponſis poſt opus Cannetij *fol. 358. & 359.* & Amatus *d. conſ. 97. n. 58.*

Pro ſolutione huius argumenti, in quo ſtat neruus, & tota vis Partis aduerſæ, ex eo motiuo facio mihi dubium, videlicet poſtquam conſtitutio *vt de ſucceſſionibus*, dicit feuda tenenti filios, & nepotes, & vſque in infinitum ex deſcendenti linea deſcendentes, liberè, & abſolutè poſſe ſuccedere; item ex collaterali linea venientes, vt fratres, ſiue ex vtroque parente, ſiue ex altero tantùm, etiam communi parente excluſo, omnino ſuccedunt. 89

Iſta feuda, de quibus loquitur conſtitutio, ſub qua forma Comites, Barones, & alij feudatarij tenebant, poſtquam de conceſſionibus eorum non apparent priuilegia, nec aliæ ſcripturæ: ſoluto hoc dubio in proprijs terminis reſpondit egregiè Andr. de Iſern. *in c. 1. §. huius autem generis, ex quib. cauſis feudum amittatur, vbi ſub n. 8. verſ. vnde ſi non appareret*, format prædictum dubium: Pone quod appareat feudum informe, id eſt non apparet ſub qua forma fuit conceſſũ, vt dicit cõſtitutio prædicta, *vt de ſucceſſionib.* quæ ſolũ dicit feuda tenenti, & nõ aperit ſub qua forma feuda tenebantur per feudatarios, & refert. 90

Primò, opinionem quorundam dicentium eſſe inſpiciendam conſuetudinem Regis, quomodo ſolitus eſt facere alias conceſſiones, vt ſi ſit ſolitus eas concedere *pro te, & liberis tuis ex tuo corpore legitimè deſcendentibus*, ita præſumatur conceſſionis forma *arg. l. vel vniuerſorum. ff. de pignorat. action.* contrariũ ipſe determinat, dicens, ſi non apparet ſub qua forma ſit data inueſtitura feudi, intelligitur ſicut ius intelligit, ſcilicet *pro te, & hæredibus tuis* ſimpliciter: vnuſquiſque enim cenſetur pro ſe, & hæredibus ſuis acquirere *l. ſi pactum, ff. de probat.* & *c. 1. de duob. fratrib. a capit. inueſtitis*, & ſic per iſtam Iſern. doctrinam clara patet concluſio, quod feudum quando non apparet de forma conceſſionis intelligitur pro ſe, & hæredibus, vt *l. ſi pactum. ff. de probat.* non autem pro ſe, & liberis, vt dicit ius commune feudorum, & per conſequens patet reſolutio argumentationis contradicentium; cùm enim conſtitutio dicat feuda tenenti, & non aperit ſub qua forma feuda tenebantur, intelligenda eſt feuda teneri ſub forma *pro te, & hæredibus*, quia non præſumitur forma *pro te, & liberis ex tuo corpore legitimè deſcendentibus*, licet hæc forma erat conſueta in Regno, & ſic per hanc Iſern. doctrinam confunditur motiuum, & argumentatio Piſanell. & Camer. & Præſidis de Amat. 91 92

Sed dicit Pars aduerſa argumentum non eſt ſolutum, quia vis eius ſtat in hoc, ſcilicet tantum eſt dicere *pro te, & hæredibus* ſimpliciter, quantum eſt dicere *tibi, & hæredibus ex corpore legitimè deſcendentib.* quia verbum *hæres* in feudis intelligitur filius, & omnis deſcendens ex primo acquirente *d. c. 1. §. etſi clientulus, de alienat. feud.* ſed reſpondetur hanc conſequentiam eſſe falſam, & contra opinionem Iſer. & Peritorum Regni communiter receptam in Regno. 93

94 Nam eſt memoria recolendum vrgentem fuiſſe quæſtionem inter Marinum de Caramanico Gloſſatorem dictæ conſtit. & alios antiquos peritos Regni, vt dicta gloſ. *in d. conſtit. in verbo, ex altero tantum*, an verbum *hæres* in feudo intelligatur filius, & omnis alius deſcendens à primo acquirente, vt dicit ius commune feudorũ, an verò intelligatur etiã de extraneis a lege Regni habilitatis ad ſucceſſionem feudi, vt *l. ſi pactum, ff. de probation.* & gloſ. Marin. tenebat verbum *hæres*, intelligi filius, & omnis deſcendens a primo acquirente, *per d. conſt. in §. & ſi clientulus*, & ſic inferebat fratrem ex altero tantùm ita demum ſuccedere, ſi feudum peruenerat ab illo parente vnde ipſe frater deſcendebat, per tex. *in d. cap. 1. § his verò deficientibus de ſucc. fratrum.*

Alij verò antiqui periti, & Iſernia tenent contrarium, vt hæres non intelligatur de liberis, vt ius cõmune feudorũ dicit, ſed de etiã de extraneis habilitatis a lege Regni, per tex. *in l. ſi pactum, ff. de probat.* & hæc opinio, & interpetratio Andreæ, & peritorum Regni præualuit, & vſu recepta eſt, & ſecundum eam iudicatum, vt patet *in conſtit. in verbo, fratres*, & *in cap. 1. in additione, de natura ſucceſſion. feudi*, & reſpondent ad argumentum gloſ. quod quando Dominus dixit *pro te, & hæredibus*, non intellexit de liberis, vt ius commune feudorum dixit, ſed de extraneis, vt *dicta l. ſi pactum*, ita Iſern. reſpondet *in d. conſtit. vt de ſucceſſion. in verb. fratres, verſ. non obſtat primum argumentum.*

95 Et ſic quàm clariſſimè patet, quod quando non apparet ſub qua forma eſt datum feudum non intelligitur provt dominus Rex eſt ſolitus exprimere in ſuis conceſſionibus, ſcilicet *pro te, & liberis tuis*, vel *pro te, & hæredibus ex tuo corpore legitimè deſcẽtibus*; ſed intelligitur quod ius intelligit ſcilicet *pro te, & hæredibus*, & hoc ius ſeruatur, non ius commune feudorum, quod exponit, ideſt, *liberis d. c. ſi clientulus, de alienat. feud.* ſed eſt ius Regni quod vocat ad ſucceſſionem feudorum non ſolùm deſcendentes, ſed etiam conſanguineos remotos, ſiue ſint coniuncti ex alio parente vnde prouenit feudum, ſiue non, vt dicit dicta conſtitutio ſecundùm Peritorum interpretationem, & ſic falſum eſt aſſerere conſtitutionem *vt de ſucceſſionibus* ſupponere inueſtituram *pro te, & hæredibus ex corpore*, quia de iure tantum eſt dicere *pro te, & hæredibus* ſimpliciter, quantum *pro te, & hæredibus ex corpore*, quia illud eſt verum iure communi feudorum, non iure Regni, ita reſoluit hoc argumentum doctè Regens de Ponte *d. §. 1. n. 11. de ſucceſſ. mulierum* ex mente Iſerniæ.

Et per conſequens operatur expreſſio illorum verborum *ex tuo corpore deſcentiẽus*; quia hæc verba ſi non eſſent expreſſa intelligitur verbum, *& hæredibus* non ſolùm pro deſcendentibus ex corpore, ſed etiam de collateralibus iure Regni.

Vnde dictorum verborum ex corpore expreſſio, quæ eſt præterquam ius conſtitutionis intelligit, operabitur iuris conſtitutionis mutationem, quia expreſſio eorum, quæ de neceſſitate non inſunt, debent aliquid operari, vt eſt ſolemnis, & in propriis terminis doctrina Iſern. *in d. cap. 1. §. huius autem generis, ex quibus cauſis feudum amittatur, per tex. in l. ſi quando. ff. de leg. 1.*

96 Imò ſi verum eſſet argumentum Piſanelli, & Cannetij ſcilicet conſtitutionem intelligi provt ius commune feudorum intelligit, quo iure tantum eſt dicere *tibi, & hæredibus*, quantum *tibi, & hæredibus ex corpore*, quia ius commune intelligit verbum *hæres* filium, vel alium deſcendentem, & ſic prima forma continet tacitè quod exprimit ſecunda, vt *cap. 1. §. & ſi clientulus, de alienat. feud.* ipſi inciderent in laqueum Marini de Caramanico, & ſic perneceſſe fateri deberent conſtitutionem vocare fratrem ex altero tantum, ſi tamen feudum prouenit ex ipſo parente, vnde coniunctus eſt, quia verbum *hæres*, de iure communi intelligitur de deſcendentibus, nam ſi hoc eſt quando tacitè hæres ex corpore ſubintelligitur, vt dicebat Marin. de Carami. ergo, à fortiori quando expreſſim dictum eſt *tibi, & hæredibus ex corpore deſcendentibus.*

Gulielmus à Perno *in conſ. 14. num. 10. verſ. vnde iure illo*, quem Piſanell. & Camerar. allegant ad probandum eorum abſumptum, non dicit id ad quod allegatur, imo facit pro noſtra opinione; quærit ibi Pernus, ſi non conſtat de forma conceſſionis feudi, putà, quia non apparet priuilegium, vel eſt præſcriptum, ſub qua forma intelligitur datum, an ſub forma conſueta dari per Regem, puta, quia erat ſolitum concedere pro ſe, & hæredibus ex corpore, vel provt ius intelligit, & reſpondit auctoritatem Iſern. *in dict. §. huius autem generis*, intelligi, provt ius intelligit, ſcilicet *pro te, & hæredibus* ſimpliciter, quia dicta forma *pro te, & hæredibus ex corpore* non præſumitur, niſi expreſsè probetur, allegat Iſern. *in d. conſtit. verbo fratres, verſ. prædicta verò forma*, deinde, *ſub n. 12.* quærit hoc verbum, *& hæredibus* à iure ſubintellectum quomodo intelligatur, & dicit iure communi feudorum intelligitur vno modo, & de iure conſtitutionum Regni intelligitur alio modo: nam iure communi feudorum intelligitur de deſcendentibus ex corpore, & ſic facit illam conſequentiam, vnde de iure communi tantum eſt dicere *tibi, & hæredibus* ſimpliciter, quantum *tibi, & hæredibus ex corpore*, quaſi illud tacitum in prima inueſtitura, clarè exprimitur in ſecunda; ſed de iure Regni inquit verbum, *& hæredibus* intelligitur etiam de extraneis, vt de collateralibus a lege Regni habilitatis, vt *in conſtit. vt de ſucceſſionibus.*

Et ſic patet quod in Regno longè differt, quod exprimatur in inueſtitura *tibi, & hæredibus ex corpore*, & aliud *tibi, & hæredibus* ſimpliciter, quia vbi eſt expreſſum *tibi, & hæredibus ex corpore*, expreſſio eſt facta alio modo, quam ius conſtitutionis intelligit, cum conſtitutio intelligat verbum, *& hæredibus* etiam pro extraneis collateralibus, & tamen inueſtitura exprimit tantùm hæredes ex corpore, & repellit extraneos, ſcilicet collaterales, & ſic eorum motiuum in totum ruit, quia illa conſequentia eſt vera de iure communi feudorum; non de iure conſtitutionum Regni, vt Pernus loco citato clarè dicit. 97

Hoc idem tenet D. Freccia *2. lib. quæſt. 12. numero 10.* vbi relato Gulielmo de Perno *dict. conſ. 14.* dicit in inueſtitura ſubintelligitur forma ſecundùm ius regni, non ſecundùm ius commune feudorum.

Secundò Præſ. de Amato ad corroborandam ſuam, Piſanelli & Camerarij opinionem adducit plura loca, Andr. de Iſern. vt patet *dict. ſuo conſ. 97. n. 25. cum ſeq.* & primò adducit locum Iſer. *in d. conſtit. vt de ſucceſſionibus, in verbo fratres, verſ. è contra, quod non*, vbi Iſer. dicit quia *conſtitutio* vocat fratres ſiue ex vtroque parente, ſiue ex altero tantum ſimpliciter, & indiſtinctè, ſimpliciter debet intelligi, non diſtincto, an ſit coniunctus ex eo parente vnde prouenit feudum, vel non; quaſi velit, Præſ. de Amato vt nec diſtinguatur an forma inueſtituræ dicat *pro te, & hæredibus* ſimpliciter, an *pro te & hæredibus ex corpore.* 98

Sed reſponſio facilis eſt, Iſernia enim ſupponit quod dum conſtitutio loquitur de feuda tenentibus

à

à Regia Curia, & non exprimit de forma inueſtituræ, quod intelligatur eius forma, provt ius intelligit, ſcilicet pro te, & hæredibus ſimpliciter, vt ipſe dicit dixiſſe *in dict. § huius autem generis*, verbum autem hoc, *& de heredibus*, inſpecto iure Regni latè intelligitur, ſcilicet etiam de extraneis, quia conſuetudo erat in regno, qua conſanguinei quantumcumque remoti ſuccedebant, vnde dum illud verbum, & *heredibus*, quod intelligebatur ſecundum Regni conſuetudinem, latè ſcilicet etiam de extraneis, & remotis conſanguineis, dum illa *conſtitutio vt de ſucceſſionibus* arctauit illam conſuetudinem in linea collaterali ad tertium gradum, & ſimpliciter vocat fratres, ſiue ex vtroque, ſiue ex altero, ſimpliciter eſt intelligenda, non diſtincto an ſit coniunctus ex parente, vnde proueniat feudũ, vel non; quia illa verba, *& heredibus* patiebantur talem interpretationem; cùm arctata dicta conſuetudo Regni in vno, non debet arctari in alio non expreſſo, non cogitato, hæc in effectu ſunt verba Iſern. illius loci, & ſic patet quod hic locus Iſern. facit potius pro noſtra opinione quam pro opinione aduerſarij, dum ſupponit inueſtituram *pro heredibus* ſimpliciter: quæ verba intelliguntur etiam de hæredibus extraneis iuxta terminos conſuetudinis Regni, non pro hæredibus ex corpore, provt ius commune feudorum dicit.

99 Corroboratur prædicta interpretatio, quod conſtitutio intelligenda ſit de forma *pro heredibus* ſimpliciter, & non *pro heredibus ex corpore*, quia Iſern. in eadem gloſ. *verſ. prædicta verò forma*, dicit quod forma *pro te, & heredibus ex corpore legitimè deſcendentibus*, non præſumitur niſi expreſſe probetur, ergo conſtitutio non ſupponit hanc formam, quia ſi eam præſupponeret, igitur dicta forma præſumeretur, & tamen falſum eſt ſecundùm Iſern. communiter ſequutum in Regno, vnde non immeritò dixit Reg. de Ponte *d. §. 1. num. 16. de ſucceſſ. mulierum*, Camer. & Piſanell. formant terminos feudales ex eorum capite, & voluntate vt Iſern. dicat, quod nunquam ſomniauit, non ponderando eum in locis, vbi ponderari debet propter veritatem ſuæ opinionis.

100 Secundò Præſ. de Amato *dict. conſ. 97. num. 26.* adduc. alium locum Iſern. *in dict. verbo, fratres, verſ. propterea alij dicunt*, vbi Iſern. dicit patrem, & fratrem coniunctos non ex latere vnde venit feudum ſuccedere, quia conſtitutio lucidat ſucceſſiones feudorum, & ſic lucide videtur dixiſſe, ex quo non diſtinxit, nec ratio vrget diſtinguere, inferens amotiones ex hac argumentatione Iſern. ergo conſtitutio non recipit diſtinctionem ſub qua forma ſit feudum.

101 Sed hæc argumentatio eadem ſolutione, de qua ſupra diluitur, nam Iſern. *in dict. loco propterea alij*, loquitur in eodem diſcurſu, & themate quæſtionis propoſitæ, de qua ſupra *in verſ. è contra quod non*, ſcilicet quod dum conſtitutio non exprimit, qua forma tenebantur feuda, quo caſu intelligitur provt ius intelligit, ſcilicet *pro te, & heredibus* ſimpliciter, quod verbum iure conſtitutionum Regni intelligitur, etiam de extraneis, & ſic de fratribus habilitatis per legem Regni, arguit Iſern. dum conſtitutio admittit fratrem ſiue ex vtroq; parente, ſiue ex altero tantùm ſimpliciter, & indiſtinctè, ſimpliciter eſt intelligenda, non diſtinctè, vnde venit feudum, ex quo conſuetudo quæ vocabat collaterales quantumcumque remotos, dum fuit arctata in vno, non debet arctari in alio non expreſſo, & non cogitato: ſequens Iſern. idem thema quæſtionis, & diſcurſum, non contentus de ratione prædi-

cta, adduxit aliam rationem, ſcilicet quia conſtitutio dilucidat ſucceſſiones feudorum, & ſic videtur lucidè dixiſſe non diſtinguendo.

Vnde dum Iſern. eſt in eodem themate, & diſcurſu quæſtionis patet quod loquitur in eiſdem terminis quæſtionis propoſitæ in forma, provt ius intelligit, ſcilic. *pro te, & heredibus* ſimpliciter, per quæ verba cum de iure conſtitutionum comprehendantur etiam collaterales, non debemus diſtinguere, an ſint coniuncti ex latere vnde feudum venit, vel non. At nos ſumus in quæſtione inueſtituræ expreſſim datæ *pro te, & heredibus ex corpore*, de qua forma conſtitutio non loquitur, ſicut ſupra probatum eſt, quia hæc forma non præſumitur, ſed debet probari, vt Iſer. docet. Si debet probari; ergo non eſt præſumpta à lege, nam quod lex præſumit, non eſt probandum *leg. fin. ff. de eo quod met. cauſ.* quæ forma pro hæredibus ex corpore cum ſit lucida, & clara, nullam recipit interpretationem, quia in dubiis fit interpretatio, non autem in claris *l. ille aut ille. § in verbis, ff. leg. 2.* 102 103

Et faciunt ad præmiſſa pulchra verba Gulielmi de Pern. *in conſ. 7. num. 11.* vbi tradit fere decidendo caſum noſtrum, quod hæc forma *tibi, & heredibus*, ita quod in eo viuatur iure Francorum, differt ab illa forma *tibi, & heredibus tuis ex tuo corpore legitimè deſcendentibus*, itavt in eo viuatur iure Francorum; nam ex prima forma ſuccedunt collaterales exiſtentes in gradu ſucceſſibili, per Conſtitutionem *vt de ſucceſſionibus*, in defectum deſcendentium, quia verba ſunt generalia acta comprehendere tam hæredes ex corpore, quam collaterales; ſed ex ſecunda forma, ex quo forma ipſa eſt reſtricta, & limitata ad hæredes ex corpore tantùm, & ſic ad deſcendentes tantùm a primo acquirente, ſi deficit linea deſcendens, non eſt locus lineæ tranſuerſali, ſed fiſcus ſuccedit loco directi domini, & ſubdit in finalibus verbis dicti conſ. quod licèt per cap. *volentes*, ſit data licentia alienandi in quemcumque extraneum idoneum; tamen ſi forma erat *pro te, & heredibus ex corpore*; non poteſt alienare contra formam datam in conceſſione feudi. 104

Præſ. de Amato *dict. conſ. 97. num. 28. verſ. 3.* adducit alium Iſern. locum *in cap. 1. de natura ſucceſſionis feudi*, ante aditionem, *verſ. nam illa conſtitutio*, vbi dicit Iſern. illam Conſt. *vt de ſucceſſionibus* in multis eſſe contra ius commune Romanorum, dum excludit patrem, per fratrem contra Authen. *defuncto. Cod. ad Trebell.* Item in multis contra ius commune feudorum, quo iure collaterales vſque ad ſeptimum gradum ſuccedunt *cap. 1. § hoc quoque ſciendum, de his qui feud. dar. poſſ.* & tamen illa conſtitutio arctauit in linea collaterali ſucceſſionem ad tertium gradum tantùm; dicendum eſt itaque, quod conſtitutio quæ in vno, immò in pluribus grauauit feudatarios, voluit eos in aliis releuare, vt frater ex altero parente tantùm ſuccedat fratri defuncto, ſi ſit coniunctus ex parente vnde prouenit feudum, vel non, vt diſtinguit ius commune feudorum *dict. § his verò deficientibus, de ſucceſſione fratrum*, maximè quia conſtitutio corrigens ius commune non recipit interpretationem a iure communi, allegat Bald. *in leg. maximum vitium, num 5. Cod. de liberis præteritis*; inferens Præſ. Amat. ex hac Iſern. doctrina, vt neque quæratur ſub qua forma feudum tenebatur; ſed hoc non diſtincto frater ex altero tantùm parente coniunctus admittatur ad ſucceſſionem ſimpliciter, & indiſtinctè. 105

Sed hoc argumentum eadem ſolutione, de qua ſupra, ruit; ibi enim Iſern. volens comprobare opinionem antiquorum Patronorum Regni contra gloſ- 106

de quadixit *in dict. conſtit.* non contentus de prædictis duabus rationibus, ſcilicet quia conſtitutio vocat fratres ad ſucceſſionem ſimpliciter, item quia eſt conſtitutio lucida, addit tertiam rationem, per hæc verba, *nam dicta conſtitutio in multis eſt contra ius Romanum. item in multis contra ius commune feudorum grauando feudatarios, ideò non mirum ſi voluit releuare eos in hoc vno vt non diſtinguatur ex quo latere ſit coniunctus*, & ſic loquitur in terminis conſtitutionis, præſumpta inueſtitura prout ius intelligit, ſcilicet *pro te, & hæredibus* ſimpliciter, quod vero iure Regni comprehenduntur etiam collaterales, vt ſupra dictum eſt.

107 Nam Andr. de Iſern. & antiqui Periti Regni fecerunt illam benignam interpretationem contra Gloſ. Marini de Caramanico ad fauorem fratris coniuncti ex altero parente tantùm, quia verba inueſtituræ intellecta prout ius intelligit, ſcilicet *pro te, & hæredibus* ſimpliciter, patiebantur hanc interpretationem; nam dictum verbum, *& hæredibus* in materia feudali iure Regni comprehendit non ſolùm deſcendentes ex corpore primi acquirentis, ſed etiam eius collaterales, dum tempore promulgationis dictæ Conſtitutionis erat conſuetudo in Regno, quæ admittebat ad ſucceſſionem feudorum conſanguineos, quantumcunque remotos; propterea interpretati ſunt dictam conſtitutionem ſecundùm terminos dictæ conſuetudinis Regni, & non ſecundùm ius commune feudorum, vt expreſſa ſunt ſunt verba Iſer. *in dict. verb. fratres, verſ. e contra quod non.*

108 At vbi tenor inueſtituræ eſt *pro te, & hæredibus ex corpore*, vt eſt caſus noſtræ quæſtionis, talis interpretatio contra verba expreſſa, & tenorem inueſtituræ fieri non poteſt; nam talis tenor derogat omni naturæ feudorum, ſiue iuris communis, ſiue iuris Regni, vt ſupra late dictum eſt, cùm interpretatio contra Fiſcum fit in dubiis, non in claris, *l. non puto, ff. Iure Fiſci, & leg. ille, §. cum in verbis, ff. de leg. 3.*

109 Et idem Camer. *in cap. imperialem, fol. 22. lit. M. de prohib. feud. alien. per Feder.* dicit hæc verba. *ſi contingat dari feudum pro te, & hæredibus ab que illis verbis*, ex tuo corpore legitimè deſcendentibus, *ſunt appellatione hæredis continentur non ſolum deſcendentes ex corpore primi acquirentis, ſed etiam frater, & filius fratris, inſpectis terminis* conſt. *vt de ſucceſſionibus*: ergo ſentit claré, quod quando ſunt addita illa verba *ex tuo corpore legitimè deſcendentibus*, tûc frater vel alius ex linea collaterali, appellatione hæredis non comprehenditur, niſi deſcendat à corpore primi acquirentis, & hanc diſtinctionem facit non ſolùm in conceſſionibus feudorum, ſed etiam in aſſenſibus regiis præſtitis ſuper hypotecis, vel aliis alienationibus feudorum, & Freccia *dict. quæſt. 12.* accedat quod contra dicta reſponſa Piſanelli, & Camer. fuit indicatum vt patet ex ſubloquio Camerarij cum Fiſco in opere Cannetij, *fol. 364.*

110 Nam quando forma dicit *pro te, & hæredibus ex corpore*, & ſic vocat certum genus perſonarum ad ſucceſſionem feudi, & ſic quaſi redit ad ius primæuum iuris feudalis *dict. §. his verò deficientibus*, tunc ſtandum eſt tenori, pacto inueſtituræ, & ab eo non eſt recedendum, vt ſupra dictum eſt, hinc Iſernia *in dict. §. his verò deficientibus, de ſucceſſ. fratrum*, & in multis aliis locis dicit, niſi aliud apparet per conceſſionem, quia contractus ex conuentione legem accipiunt, quaſi quod Partes addendo illa verba *ex tuo corpore legitimè deſcendentibus*, voluerunt recedere à prouidentia conſtitutionis, qua ratione Camerarius mutauit opinionem in quodam reſponſo manuſcripto, vt dixit magnus vir ſummæ præſtantiæ, auctoritatis, & doctrinæ.

Per quæ patet, quod licèt quando hæc vox *& hæredibus* ſimpliciter eſt expreſſa ab homine, non inducat alterationem naturæ feudi à lege Regni ſibi attributæ, excepto quod feudum, quod ſui natura erat ex pacto, & prouidentia, vt gloſ. *in cap. 1. an agnatus*, efficitur hæreditarium, vt Iſern. *in dict. cap. 1. §. huius autem generis, ex quib. cauſ. feud. amit.* Loffred. *conſ. 1. num. 120.* aliquid expreſſione hominis operante, *leg. ſi quando, ff. leg. 1.* attamen quando ſunt addita illa verba, ex tuo corpore legitimè deſcendentibus, tunc alteratur natura feudi a iure conſtitutionis regni attributa, quæ erat, vt ad eius ſucceſſionem poſſint venire, nôn ſolùm deſcendentes, ſed etiam eius collaterales, & tantùm veniunt deſcendentes ex corpore iuxta tenorem inueſtituræ, vt Guliel. de Pern. *dict. conſ. 7. num. 9. & 11.* & communiter noſtri ſcribentes omnes, & ſic hac forma data, non ſufficit ſanguinis coniunctio, & gradus vltimi morientis, ſed requiritur qualitas ex corpore primi acquirentis, vt ſupra late dictum eſt. 111

Namque frater vterinus quando feudum non eſt ex parte matris; omni iure repellitur a ſucceſſione fratris, quia aut vult venire iure communi feudorum, & repellitur, *dict. §. his verò deficientibus, de ſucceſſione fratrum*, aut vult venire iure inueſtituræ, & neque, quia in ea non eſt comprehenſus, aut iure conſtitutionis Regni, & nequaquam, quia tenor inueſtituræ derogat omni naturæ feudi ſiue iure communi, ſiue iure Regni, vt ſupra late dictum eſt, nec poteſt dicere, licet ſim excluſus a verbis inueſtituræ, tamen ſum admiſſus à prouidentia conſtitutionis informantis, & reformantis omnes inueſtituras, vt dicit Cannet. *in cap. ſi aliquem §. opinio prædicta, num. 17. fol. 251.* nam vt ſupra reſponſum eſt; Cannetius ſtat pro opinione noſtra, dum dicit, quod ſi vterinus vult ſuccedere iure conſtitutionis *vt de ſucceſſionibus*, repellitur repugnante inueſtitura *dict. loco num. 16.* aut vult ſuccedere iure capituli *ſi aliquem*, & poteſt, quia diſpoſitio illius capituli reformat omnes inueſtituras, & ita loquitur *dict. num. 17.* & ſi etiam in hoc ſecundo caſu iudices ſiculi contra eum iudicant, vt Pern. *dict. conſil. 7.* 112

Item ſi eſſet verum illud dictum Cannetij quod frater excluſus ex forma inueſtituræ, nihilominus admittitur beneficio conſtitutionis, quaſi quod conſtitutio loquatur, ſub quacumque forma eſt facta conceſſio feudi, ſiue larga, ſiue ſtricta, vt ipſi aiunt, ſequeretur quod ſi forma dicit *tibi, & primogenitis tuis*, quòd deficiente primogenito, & eius linea, filius ſecundogenitus, & eius filij licet repellantur à forma inueſtituræ, eſſent admiſſi beneficio conſtitutionis, & tamen hoc falſum eſt, nam Iſern. *in commento dicta conſtit. vt de ſucceſſionibus*, in verbo *filij fratrum, in finalibus verbis*, dicit quod ſi taliter eſt facta conceſſio feudi, quia quilibet rei ſuæ dicit legem, quam vult, *leg. in re mandata Cod. mandati*, non intelligitur de filio ſecundogenito, & eorum filiis, quia priuati ſunt ex forma conceſſionis, idem Iſer. *tradit. in cap. 1. num. 8. verſ. nam feudum non eſt tunc; de ſucceſſione feudi, & in cap. præterea ſi vaſſallus, finali columna, quæ fuit prima cauſ. benef. amitt.* quem ſequitur Pernus *conſ. 7. num. 9. & 11.* per quæ patet, quod tenor inueſtituræ derogat prouidentiæ conſtitutionis, & ſic qui eſt repulſus ex forma concluſionis, non poteſt venire ex beneficio conſtitutionis *vt de ſucceſſion.* quia tenor inueſtituræ vincit omnem naturam feudi, ſiue iuris communis, 113

nis, ſiue iuris municipalis, vt ſupra latè dictum eſt, & trahit feudum extra naturales terminos ſuos ad terminos pacti in inueſtitura appoſiti, *cap.1. de feudo non habente propriam feudi naturam.*

114 Vlterius Dom.Præſ. de Amato pro corroboratione ſuæ opinionis aſſumit quatuor alia argumenta ex verbis conſtitutionis prædictæ *vt dicto ſuo conſ.97. num.31. verſ.4.* arguit nempe ſic, Legiſlator non extitit contentus fratrem ipſum ſimpliciter ad feudi ſucceſſionem vocare ſimpliciter, ſed ad ſiniſtram interpretationem ſubmouendam addidit, *ſiue ex vtroque parente, ſiue ex altero tantum*; cum itaque omnes fratres ſub vna determinatione, ac vnico verborum periodo vocantur, quemadmodum reſpectu fratris vtrinque coniuncti,nulla eſt dubitatio vt vndecumque feudum proueniat, ſiue à parte patris, ſiue matris admittatur; ita pariter, & in aliis vnica tantum linea coniunctis dicendum ſit, vt æqualis fiat determinatio *l.iam hoc iure, ff. vulg.& pupill.ſubſtit.*

115 Sed reſpondetur, quod hoc argumentum, ſeu conſideratio, ſi eſſet vera, concluderet etiam reſpectu feudi noui *pro te, & rehedibus ex corpore legitimè deſcendentibus*, cum conſtitutio loquitur tam in feudo nouo, quam antiquo, patet *in ead conſtit. verſ. in omnibus*, vt pluries dicunt Gloſ. & Iſernia *in commento dictæ conſtitutionis*, ſcilicet, vt frater vtrinque coniunctus ſuccedat fratri in feudo acquiſito,ſeu nouo dato pro te, & hæredibus ex corpore; quod eſt falſum inſpectis terminis præfatæ conſtitutionis vt Iſern. *in dict. conſt.in verbo. fratres, verſ.hodie tamen*; quem communiter ſcribentes ſequuntur, vt Afflict. *deciſ.293.* illa ratione, quia non eſt ex corpore acquirentis iuxta pactum inueſtituræ, quæ trahit feudum extra terminos naturales ſuos ad terminos pacti, vt ſupra dictum eſt, & tradit Petrus *conſ.18.* ergo ſi data hac inſtantia, non procedit,argumentum ruit in totum *cap.vrgeri 1. quæſt.1.* vt in ſimili reſpondet Iſern. *in dict. verb.fratres verſ.nec ſecundum.*

Argumentum procederet data inueſtitura *pro te, hæredibus* ſimpliciter, quæ verba apta ſunt comprehendere omnem hæredem etiam extraneum per legem Regni ad ſucceſſionem feudi vocatum, & habilitatum, vt pluries ſupra dictum eſt, dum fundauimus conſtitutionem loqui præſumpta inueſtitura provt ius intelligit ſcilicet *pro te, & hæredibus* ſimpliciter.

116 Item ponderat Præſes de Amato hoc alio modo verba conſtitutionis, dicens Imperator in principio conſtitutionis pollicetur lucidam deciſionem de ſucceſſionibus omnium feuda tenentium, deinde vocat ad ſucceſſionem fratres ſiue ex vtroque parente, ſiue ex altero tantum coniunctos; ſi ergo loquitur de omnibus feuda tenentibus, ergo nullam excludit inueſtituram, aliàs ſi omitteret caſum quādo feuda tenentur *pro te, & hæredibus ex corpore,* falſum eſſet quod in initio dictæ conſtitutionis promittitur, nam oratio, quæ ſumitur ex vniuerſo, ſi in vno eſt falſa, ruit in totum *leg.qui ducenta, §. vnum, ff.de rebus dubiis*, maximè quia Imperator dicit velle dilucida conſtitutione omnium feuda tenentium ſucceſſionem explicare, ita vt nulla omnino dubitatio poſſit oriri, quæ dictio *omnino* eſt præciſa, & diſtinctionem aliquam non recipit *leg. poſſeſſor, cum gloſ.1.ff.de petition.hæredit.* & dicit ita ponderare hanc conſtitutionem Pariſ. *conſ.10.num.40.1. volum.* ita Amatus *d.conſ.97. n...*

117 Sed hoc argumentum, ſeu ponderatio diluitur eadem ſolutione de qua ſupra, ſcilicet Imperatorem feciſſe lucidam conſtitutionem de ſucceſſionibus omnium feuda tenentium, inſpecto tenore inueſtituræ, quæ a iure intelligebatur,ſcilicet *pro ſe, & hæredibus*, & iuxta conſuetudinem, quæ erat in Regno tempore pronunciationis dictæ conſtitutionis;nam inueſtitura *pro te, & hæredibus ex corpore,* à iure non intelligebatur, quia talis inueſtitura non præſumitur, niſi expreſsè probetur, & Iſern.*loco quo ſupra*,& Capicius *in inueſtitura*,in verbo *ex hæredibus ex corpore*, & ſic dum hæc inueſtitura *pro te, & hæredibus ex corpore,* non ſubintelligitur a iure Regni, quæ debet probari, & noua eſt, inuenta tempore Regis Caroli Primi, vt *in cap. conſiderantes* notatur, non poteſt dici conſtitutionem decidere quæſtiones circa ſucceſſiones feudorum, ſiue inueſtitura erat *pro te, & hæredibus ex corpore l.non omnium ff.de legibus.*

Corroborantur prædicta, quia in Regno vigebat 118 conſuetudo circa ſucceſſiones feudorum,quę excludebat filias; & vocabat conſanguineos quantumcumque remotos, ſuper qua Imperator promulgauit duas conſtitutiones,vnam, quæ incipit *in aliquibus*, vbi ſtatuit tam filios, quam filias patri ſuccedere, ſeruata ſexus prærogatiua, quando fœmina concurrit cum maſculo in eodem gradu exiſtenti, alias ſi maſculus eſt in gradu remotiori, tunc fœmina ſuccedit, excluſis conſanguineis in gradu remotiori exiſtentibus, & ſic correxit illam conſuetudinem in quantum excludebat fœminas, alteram edidit, quæ incipit, *vt de ſucceſſionibus*, qua accurtauit, & arctauit dictam conſuetudinem, in quantum vocabat conſanguineos quantumcumque remotos, ac agnatos in tertio gradu exiſtentes, hoc expreſsè dicit Iſern. *in dict.conſtit.vt de ſucceſſionibus, in verbo fratres, verſ.è contra*; vnde cum dicta conſtitutio *vt de ſucceſſionibus* ſit facta ſuper dicta conſuetudine, illam in partim corrigendo, & in partim arctando, dicendum eſt habuiſſe oculos ad feudatarios, qui tenebant feuda iuxta terminos dictæ conſuetudinis, lex enim adaptatur ad ea, quæ in Regno frequentantur *leg.nam ad ea,ff.de legib.*

Et ſic dum tempore promulgationis conſtitutio- 119 nis, *vt de ſucceſſionibus* feuda tenebantur ſub forma *pro te, & hæredibus* ſimpliciter, & ſic in forma larga, quæ verba ſunt acta comprehendere etiam hæredes extraneos, qui non ſunt ex corpore primi acceptoris feudi: non autem *pro te, & hæredibus ex corpore*, & ſic in forma ſtricta, quia tunc appellatione hæredis non poteſt comprehendi collateralis, qui non eſt ex corpore primi acceptoris, recipit interpretationem à dicto veteri vſu Regni,hæc vt dixi expreſsè tenet Iſern. *in dict.conſtit. vt de ſucceſſionibus, in verbo ex collaterali, & in verbo fratres, verſ.è contra, quod non*; cuius verba opere pretium 120 duxi hic referre; nam in hac concluſione ſtat neruus, & tota vis deciſionis noſtræ quæſtionis: verba Iſern.*in dict.conſt.in verbo ex collaterali*,ſunc hæc, *dicit gloſ. nullus miretur ſi Imperator arctauit ſucceſſionem in feudis,maximè quantum ad collaterales, quia fecit in re ſua, cùm feuda ſint de publico.* Iſern. declarando hoc gloſ. dictum, dicit *certè quantum ad infeudationes factas poſt iſtam conſtitutionem, non videtur dubium, quia priuilegium dicit, & forma conceſſionum ſecundum vſum Regni imputet ſibi, qui ſic recepit feuda; ſed quantum ad præcedentes non videtur bona ratio, quia erat conſuetudo non illa, quam ponit gloſ. de prima rubrica libri feudorum, ſed per quam ante iſtam conſanguinei quantumcumque remoti excludebant filias ſupra lege proxima, qua iuſtè correxit in filia talem conſuetudinem, ſed remanſit in aliis,qui hac arctantur.*

Per quæ verba patet quod appellatione hæredis

dis in feudis in hoc Regno comprehenduntur non ſolùm deſcendentes cuiuſcumque ſexus ſint, ſed etiam collàterales vſque ad tertium gradum, ſiue ſint coniuncti vnde venit feudum, ſiue non, & ſic ſupponit inueſtituram *pro te, hæredibus* ſimpliciter, quia iſta verba ſunt acta comprehendere omnes predictos hæredes tam deſcendentes, quam collaterales.

121 Idem Iſer. *in verbo fratres, verſ. è contra quod non,* ait, quia conſuetudo erat vt remoti quantumcumque ſuccederent, quæ correcta eſt, eo quod excludebat filiam vt ſupra lege proxima, ſcilicet *in aliquibus*, & hac in aliis arctata, & tantùm fratrem, ſiue ex vtroque, ſiuè ex altero parente admittit ſimpliciter, non diſtinguit an ſit coniunctus ex illo latere vnde eſt feudum, vel non, cum ſit arctata in vno, non arctetur in alio non expreſſo, non cogitato.

122 Et ſic ſupponit quod ſi inueſtitura eſt *pro te, & hæredibus* ſimpliciter, non expreſſis illis verbis *ex ſuo corpore legitimè deſcendentibus*, appellatione hæredis comprehenditur etiam frater ſiue ex vtroque, ſiue ex altero parente, & eorum filij, ſi verò ſunt expreſſa illa verba *ex ſuo corpore legitimè deſcendentibus*, tunc appellatione hæredis non veniunt conſanguinei, vt illa conſuetudo dicebat, ſed tantùm hæredes ex corpore, vt dictat pactum, & tenor inueſtituræ.

Vnde veriſſimum cenſeo dictum Regentis de Ponte *in dicto §. n. 11. de ſucceſſ. mulierum*, affirmantis longe aberrare illos, qui tenent conſtitutionem, *vt de ſucceſſionibus* ſupponere inueſtituram *pro te, & hæredibus ex corpore*, & falſiſſimum eſſe eorum aſſumptum.

123 Vltimò Anellus de Amato deſumit aliud argumentum ex verbis *conſtit.* ibi, *vt nulla omnino dubietas poſſit oriri*, dicens, præfatus Imperator, edere conſtitutionem ad feudorum ſucceſſionem dilucidandam, vt nulla omnino dubietas poſſit oriri, & vocat frates ſiue ex vtroque parente, ſiue ex altero tantùm coniunctos, dum igitur (inquit ipſe) hæc formula inueſtituræ *pro te, & hæredibus ex corpore*, erat cognita, imo iuri communi feudorum conſona *cap. 1. §. his verò deficientibus, de ſucceſſione fratrum*, imo apud omnes gentes conſtat appellatione hæredis inſpecto iure communi feudorum contineri hæredem deſcendentem ex corpore primi acquirentis, *d. cap. 1. §. & ſi clientulus, de alienat. feud.* & ſic tantum eſt dicere *tibi, & hæredibus* ſimpliciter, quantum *tibi, & hæredibus ex corpore*; conſtat, quod ſi iſte caſus, quando ex forma inueſtituræ *pro hæredibus ex corpore*, non comprehenditur ſub illis verbis conſtitutionis, *ex altero parente tantùm*; non eſſet ſublata omnis occaſio dubitandi, vt promittit Imperator, imò maiorem materiam dubitandi relinqueret, ſed ſi frater ex altero tantùm indiſtinctè admittatur, ſub quauis forma verborum eſſet facta conceſſio, vtique omnis ceſſat dubitatio, vt pollicitus eſt Imperator, hæc in effectu dicit Amatus *dict. conſ. 97. n. 36. verſ. ſeptimò, cum ſeqq.*

124 Hæc argumentatio, ſeu conſideratio (pace tanti viri) continet multiplicem errorem. Primò dum dicit appellatione hæredis contineri hæredem ex corpore, & ſic tantum eſt *tibi & hæredibus* ſimpliciter, quantum *tibi, & hæredibus ex corpore*, per hoc incidit in laqueum opinionis Marini de Caramanico, qui per ſimilem argumentationem tenet fratrem ex altero tantùm, tunc eſſe vocatum per conſtitutionem quando feudum peruenerat ex illo parente vnde eſt coniunctus: ſecus ſi peruenerat aliunde, vt ipſe dixit *in d. conſt.* ſuper verbo *ex altero tantùm*, quam Gloſ. opinionem dicit Iſer. *in commento dictæ conſtit.* eſſe veram de iure communi feudorum per prædicta iura *in §. his verò deficientibus, & in §. & ſi clientulus*, ſecus iure conſtitutionum Regni, quæ non ſequitur illa iura, & vſus feudorum.

Et ſic retorqueo argumentum in caput ſuum; nam 125 ſi verum eſt, quando dicta verba *ex corpore legitimè deſcendentibus* ſunt ſubintellecta tacite à iure feudorum, frater ex alio parente excluditur, quando non eſt ex illo latere, vnde peruenit feudum, vt gloſ. Marini, à fortiori quando dicta verba ſunt expreſſione hominis dicta in ſucceſſione feudi, vt frater, qui non eſt ex corpore acquirentis feudum repellatur, ſed propterea dicta opinio Gloſ. Marini, non fuit recepta iuſta prudentum interpretationem, quia iure Regni appellatione hæredis continentur etiam illi collaterales, qui non ſunt ex corpore, quando verba hæc, & hæredibus ſunt ſimpliciter prolata, ita vt patiantur dictam interpretationem, vt ſupra late dictum eſt, ſecus ſi ex pacto dictum fuit, vt hæres ex corpore ſuccedat in feudo, tunc pactum eſt ſeruandum; nam pactum trahit feudum extra naturales terminos ſuos ad terminos pacti, vt ſupra latè diximus.

Illa enim conſtitutio non ſequens iura communia feudorum vt Iſern. tenet *d. verbo fratres*, dum 126 ſtatuit feuda tenenti ſuccedere deſcendentes cuiuſcumque ſexus ſint, & ea linea deficiente collaterales vſque ad tertium gradum, pro certo habuit feudatarios tenere feuda non ſub ſtricta forma *pro te, & hæredibus ex corpore*, ſed ſub larga forma *pro te, & hæredibus* ſimpliciter, ſub quorum appellatione, licèt iure communi feudorum continebantur tantùm deſcendentes ex corpore *dict. §. & ſi clientulus*; tamen iure Regni non ita ſtrictè intelligebatur, ſed etiam comprehenduntur collaterales, dum tempore promulgationis dictæ conſtitutionis conſanguinei quantumcumque remoti veniebant ad ſucceſſionem, quæ fuit arctata per dictam conſtitutionem ad collaterales in tertio gradu; aliàs dum intentio Imperatoris erat coarctare ſucceſſionem in linea collaterali, vt dicit gloſ. 1. illius conſtitutionis *verſ. nullus miratur*, & Iſern. *in d. c. 1. n. 14. verſ. conſtitutio tamen Regni, de natura ſucceſſionis feudorum*, dicit quod Imperator condendo dictam conſtitutionem proſpexit ſibi, & ſuo fiſco, non feudatariis; ſi verbum *hæredibus* in regno ſtrictè intelligebatur, ſcilicet pro liberis tantùm, vt ius commune feudorum dicit, antiqui prudentes non non feciſſent illam interpretationem, fratrem ex altero tantùm ſuccedere, non diſtincto an ſit coniunctus ex latere, vnde venit feudum, vel non, ſed quia in Regno verbum *hæres* intelligebatur, etiam de collateralibus quantumcumque remotis, ideò præualuit eorum interpretatio, & ſecundum eam iudicauit Carolus I. Rex Regni: vnde ipſe Rex ad euitandam dictam interpretationem adinuenit in ſuis conceſſionibus addere illa verba *ex ſuo corpore deſcendentibus*, vt patet *in cap. conſiderantes*, vbi diſtinguitur inter feuda conceſſa poſt aduentum Caroli I. ad Regnum, & inter feuda, quæ erant ante eius aduentum, quæ feuda vetera ante eius aduentum, voluit, vt eſſent in ſuo vſu, & iure, quod feudatariis ante competebat, quaſi quod illa clauſula *ex ſuo corpore* intelligebatur in feudis conceſſis poſt aduentum Regis; non autem in feudis, quæ erant in Regno ante eius aduentum.

Ad intentionem, & animum Imperatoris, cuius erat lucidare ſucceſſiones feuda tenentium, ita vt nulla dubitatio oriri poſſet, reſpondetur quod re- 127 fertur ad formam communem, qua in Regno tempore

pore promulgationis dictæ conſtitutionis feuda tenebantur, ſcilicet *pro ſe, & hæredibus* ſimpliciter, quæ verba, *& hæredibus* largo modo intelligebantur, *l. pactum, ff. de probat.* non enim potuit habere oculos ad formam *pro te, & hæredibus ex corpore,* quæ fuit in Regno nouiter inuenta tempore Caroli I. & non præſumitur niſi probetur, quamuis ſit ſolita apponi in aliis conceſſionibus vt Iſer. *in d. §. huius autem generis, ex quibus cauſis feudum amittatur*, & ſic ius commune feudorum quod præſumit hanc clauſulam, non poteſt allegari in Regno, cùm ius non ſequebatur, quantum ad hoc, vt ſæpe auctoritate Iſern. diximus, dum reſpondendo ad argumenta gloſ. Marini dicit non obſtat primum argumentum, quia dicendo hæredibus non intellexit de liberis, vt ius commune feudorum dicit, ſed intellexit etiam de extraneis, vt *l. pactum, ff. de probat.*

129 Conſiderauit enim Legiſlator dictæ conſtitutionis, *vt de ſucceſſionibus,* quod ſi Partes ex pacto ſpeciali ſibi volebant proſpicere de hæredibus ex corpore, quod non egebant aliqua lege, dum lucidum erat pactum; nam contractus lucidus dicitur lex, dum recipit legem à conuentione Partium, *l. contractus, ff. de regulis iuris,* & eius eſt modum, & finem in beneficio apponere, qui beneficium dat, vt *leg. in commodato, §. ſicut, ff. commodati;* feudum enim beneficium diſtin. tur *d. §. huius autem generis, ex quibus cauſ. feud. amittatur.*

130 Et tandem Anell. de Amat. *in conſ. 98. num. 4.* ad corroborandam ſuam Piſanelli, & Camerarij opinionem vtitur hoc alio motiuo, nempe quando lex vocat ad ſucceſſionem, enumerando certas perſonas; aliæ perſonæ, quæ non ſunt enumeratæ, ſed omiſſæ, ſi alia lege ſunt vocatæ, non cenſentur excluſæ, ad cuius probationem adducit Iſer. *in conſtit. dohana, de ſecretis, lib. 1. conſtitution.* vbi conſtitutio dicit *ſi aliquem in Regno mori contigerit ſine teſtamento, nec relinquit aliquem ex linea deſcendenti, nec ex linea aſcendenti, nec aliquem ex linea collaterali, qui poſſit ab inteſtato ſuccedere, tunc fiſcus occupat bona vti vacantia;* iuxta quam conſtitutionem quærit Gloſ. Marini de Caramanico an vxor excludatur à fiſco, & dicit fortè ſic, quia conſtitutio perſonam enumerando dum vxorem omiſit, videtur illam excluſiſſe, *l. liberorum, §. 1. ff. de verb. ſignif. l. inceſti. Cod. de incertis nuptiis,* Iſer. verò relata gloſ. ibi tenet contrarium, quod vxor non excludatur per fiſcum à ſucceſſione viri ſui mortui ſine teſtamento, & ſine legitimo ſucceſſore, & reddit rationem, quia licet in dicta conſtitutione non ſit vxor nominata; tamen alia lege eſt vocata *l. 1. C. vnde vir, & vxor, l. vacantia C. de bonis vacantibus, lib. 10.* quia nunquam vna lex corrigit aliam, niſi expreſſè dicatur, & quod omittitur per vnam legem ſuppletur per aliam, *leg. ſed & poſteriores, ff. de leg.*

131 Sicque infert. Præſ. Amatus licèt inueſtitura pro hæredibus ex corpore vocat coniunctos, qui ſunt ex corpore primi acquirentis, tamen alij coniuncti, qui non ſunt deſcendentes ex corpore primi acquirentis, ſed collaterales vltimi morientis, non cenſentur excluſi, quia licèt non ſunt vocati per inueſtituram, vti in ea non comprehenſi, tamen ſunt vocati per conſtitutionem, & ſic, licèt ſint excluſi propter pactum in inueſtitura inſertum, tamen admittuntur beneficio conſtitutionis, nã ſi conſtitutio *Doana de ſecretis,* recipit hanc interpretationem vt perſonæ per eam omiſſæ, non cenſeantur excluſæ, ſi alia lege reperiuntur vocatæ, auctoritate Iſer. communiter ſecuta. Eodem modo inueſtitura Regis quæ dicitur lex *l. Cæſar. ff. de public. & vectigal.* debet recipere dictam interpretationem, vt ſi ipſa omittat aliquam perſonam, vt non cenſeatur excluſa ſi reperitur alia lege vocata, auctoritate Iſer. ita dicentis *in dict. conſt. Dohana, de ſecretis,* & dicit quod huic motiuo nullo modo reſponderi poteſt.

Sed certè Amatus in hoc ſuo longo motiuo ſibi 132
blanditur, & reſpondendo, ſimul quæro ab ipſo, quando inueſtitura excludit fratrem non coniunctum ex latere, vnde venit feudum ad defunctum propter pactum in inueſtitura inſertum, vt ipſe tandem inuitè fatetur, quæro, qua lege reperitur vocatus vterinus, equidem ſi allegat legem communem feudorum, ipſe repulſus eſt *d. c. 1. §. his verò deficientibus, de gradibus ſucceſſionis*, ſi mihi reſpondit, eſt vocatus beneficio conſtitutionis, cui ego replico, beneficium, & prouidentia *d. conſtit.* ceſſat quando inueſtitura eſt *pro te, & hæredibus ex corpore*, vt eſt clariſſima doctrina Iſer. *in d. conſtit. vt de ſucceſſionibus, in verb. fratres, verſ. hodie tamen, & verſ. prædicta verò forma,* in quibus locis dicit prouidentiam conſtitutionis ceſſare in quantum vocat fratres ex vtroque, vel ex altero tantùm, quando inueſtitura dicit ſibi, & hæredibus ex ſuo corpore legitime deſcendentibus, quando prædicti collaterales non ſunt ex 133
corpore primi acquirentis, repugnante pacto inueſtituræ, quod derogat omni naturæ feudorum, ſiue iuris communis, ſiue iuris municipalis, ſeu Regni, vt ſupra late dictum eſt, igitur dum præfatus Præſes non poteſt pro fratre vterino allegare legem, qua ſit vocatus, dum non eſt in inueſtitura comprehenſus, ſuum motiuum ruit.

Nec auctoritas Iſer. ſibi proderit, quia Iſer. pro 134
vxore allegat legem, qua vocatur vxor ad ſucceſſionem ſui viri defuncti ſine hærede teſtamentario, vel legitimo ab inteſtato *d. l. 1. C. vnde vir, & vxor*, cùm verum ſit quando ſunt duæ leges inſertæ in corpore iuris, quod vna lex omittit, ſuppletur per aliam loquentem in eadem materia, *leg. ſed, & portiones, ff. de legib.* exemplum in *Auth. offeratur. C. de litis conteſt. & l. ſciendum, ff. qui ſatiſdar. cogantur,* ſed quando partes diſponunt de rebus ſuis per viam contractus ſtricti iuris, vt eſt conceſſio feudalis, quæ dicitur donatio *d. §. huius autem generis,* in quo poſſunt ponere legem, quam volunt *l. 1. ff. ſolut.* cum quilibet rei ſuæ ſit moderator, & arbiter, tunc in eo eſt regula, quod omiſſum eſt pro omiſſo habetur, *l. quidquid aſtringendæ, ff. de verb. oblig.* quam legem ſæpe Iſer. allegat in materia feudali, & ſic in hoc contractu feudali dicimus, quando Partes voluerunt certis perſonis prouidere; aliæ perſonæ non nominatæ cenſentur excluſæ, vt *l. liberorum, §. 1. ff. de verb. ſignif.* per quam legem in propriis terminis noſtris tradit Iſer. *in d. c. 1. n. 8. verſ. nam feudum non eſt tunc,* & *in cap. præterea vaſſallus, in fin. col. quæ fuit prima cauſa amittendi,* quod quando forma inueſtituræ eſt pro te & primogenitis tuis, alij agnati, qui non ſunt primogeniti, ſunt excluſi, & non poſſunt ad feudi ſucceſſionem aſpirare, vti non comprehenſi in inueſtitura, quæ certas perſonas nominauit ad ſucceſſionem, ſubdit tamen, ſi inueſtitura eſſet *pro te, & hæredibus* ſimpliciter, non limitando perſonas, tunc agnati exiſtentes in tertio gradu venirent ad ſucceſſionem, ex beneficio conſtitutionis *vt de ſucceſſionibus.*

Et ſic dum habemus particularem deciſionem Andr. in propria materia non debemus ipſum allegare loquentem in diuerſa materia, prout eſt materia dictæ conſtit. *dohana de ſecretis.*

Neque in aliquo eis poterit ſuffragari doctrina 135
Iſern. *in conſtit. vt de ſucceſſionibus, verſ. non eſt quærenda ratio,* quem allegant aduerſarij, & præſertim Dominus de Amato *d. conſ. 97 numer. 62.* vt pater ſuccedat

dat

dat in feudo antiquo, non autem in feudo nouo, &
apertius hoc idem firmat Iſer. *in conſtit.ſi quando ali-
quem*, nam illa doctrina eſt intelligenda iuxta præ-
ſumptam inueſtituram conſtitutionis *vt de ſucceſſio-
nibus*, pro hæredibus ſimpliciter, vt ſupra auctorita-
te Iſerniæ, & communiter, iam eſt apertè demon-
136 ſtratum, ſed quoties feudi inueſtitura eſt pro hære-
dibus ex corpore, licèt pater, & frater ſuccedant in
feudo antiquo beneficio *capituli conſiderantes*, de-
bet tamen ſucceſſor eſſe de corpore, & ſanguine ſi
non vltimi morientis, ſaltem primi acquiſitoris feu-
di, vt in hoc conſentit etiam apertè Camerarius *in
cap.1.n.30. & 31.de ſucceſſ. feud.* & intelligentiam
iſtam ad *capit. conſiderantes* eſſe communiter rece-
ptam ſtatim demonſtrabimus, ſequitur propterea, vt
dum frater vterinus intendit ſuccedere in feudo,
qui non eſt de corpore, neque morientis, neque
primi acquiſitoris feudi, omnino excluſus remanere
debet.

137 Et hoc ſpeciale induxit dictum capitulum *conſi-
derantes*, nam dum in feudo hæreditario ſucceditur
vltimo morienti, à quo feudum habetur tranſmiſſio-
ne, vt firmat Iſer. *in c.1. an agnatus, n.3.* Camerarius
in cap. Imperialem, fol.26. lib.5. & ſeq. & illa clauſu-
la pro hæredibus ex corpore habet tractum ſucceſ-
ſiuum, & ſeruanda erat, nedum in primo ſucceſſo-
re, ſed in omnibus ſequentibus, vt ſuccedere volens
eſſet de corpore, etiam morientis, hoc præcipuum
diſpoſuit capitulum, vt frater valeat ſuccedere in
feudo antiquo, licèt non ſit de corpore morientis,
ſed ei ſufficit, vt ſit de corpore primi acquiſitoris
feudi, ita communiter periti huius Regni intelli-
gunt dictum capitulum *conſiderantes*, ſic ad men-
tem Iſer. firmant addentes *in cap.1. n.3. verſ. verbum
Epiſcopum, vel Abb.* Aſſlict. *deciſ.293.* & *in conſtit. vt
de ſucceſſionibus, num.*11. Capic. *in verbo ex ſuo corpore
deſcendentibus*, Salernus *ad conſuet. ſi teſtator, num.*8.
Regens Rouit. *ad Prag.11. de feud. n.*25. & verita-
tem iſtam fatetur idemmet Camer. apertiſſimis ver-
bis in pluribus locis *c.1.n.30. & 31. de ſucceſſ. feud.*
& *in c.1. an agnatus, q.21. n.149.* ſi ergo conceſſo
feudo *pro hæredibus ex corpore*, frater ſiue alij ſucce-
dere volentes in feudo antiquo oſtendere debent
eſſe de corpore, & ſanguine, ſaltem primi acquiſi-
toris feudi, qua ratione frater vterinus poterit ad-
mitti ad fratris ſucceſſionem, dum non eſt de cor-
pore, neque primi acquirentis, neque vltimi mo-
rientis.

138 Patet igitur apertiſſimè fratrem vterinum, omni
prorſus legum ſuffragio derelictum remanere, & iu-
re communi feudorum eſſe incapacem *ex conſt. vt de
ſucceſſionibus*, incognitum, *ex cap. conſiderantes*, re-
pulſum. Gratia verò nouiſſimè Regno conceſſa, de
qua in *Prag.27. de feudis*, loquitur in feudo nouo,
& non in feudo antiquo, vnde iuſta cum ratione
fiſco inſtante, fuit factum ſequeſtrum feudorum, vi-
gore *cap. Regni ex præſumptuoſè*, habet enim Rex
139 ſuam intentionem fundatam ratione dominij dire-
cti in omnibus feudis quaternatis huius Regni, &
niſi ſucceſſor doceat claro, & aperto iure venire ad
feudi ſucceſſionem, poterit illius poſſeſſionem præ-
occupare, vt dicit Iſer. *in conſtit. violentias, circa fin.*
vbi Aſſlict. *num.14.* dum ergo frater vterinus venit
iure claro, & aperto potius ad perdendum feudum,
quam illud acquirendum, ſequitur nedum in iudi-
cio poſſeſſorio, ſed etiam in petitorio omnino ex-
cluſum remanere. Cætera ſuppleant Domini Iudi-
cantes.

*Fuluius Lanarius Fiſci Patronus
Regalis patrimonij.*

SVMMARIVM.

1 *Facti ſeries proponitur, de qua in præ-
ſenti.*
2 *Prælatio agnato proximiori competit in
venditione feudi antiqui.*
3 *Ius prothomiſeos in feudis nouis non habet
locum.*
4 *Textus*, in cap. ſi Titius, ſi de feudo de-
functi contentio fuerit *adducitur.*
5 *Textus* in cap.1. §. porro, qualiter olim
Feudum alienari poterit, *adducitur.*
6 *Textus, de quo ſupra, an fuerit correctus
per Imperatorem Lotharium.*
7 *Textus* in cap.1. §. ſed etiam res, per quos
fiat Inueſtitura, *declaratur.*
8 *Aſſignatur ratio quare agnato proximiori
competit in feudis ius retractus.*
9 *Duæ afferuntur rationes fundantes ius re-
tractus proximioribus competere.*
10 *Regentis Rouiti ratio* in rub. de feudis,
num.26. *affertur, cur in Feudis locum
habeat prælatio.*
11 *Vera, & germana ratio, cur in feudis lo-
cum habeat prælatio affertur.*
12 *Prælatio competit agnatis, etiam in Feu-
do nouo.*
13 *Prælatio, quæ proximiori agnato competit
pro iuſto pretio eſt modici præiudicij.*
14 *Socius præfertur extraneo emptori in ven-
ditione rei communis.*
15 *Tertius poſſeſſor, qui rem alteri hypothe-
catam meliorauit, liberatur, præſtando
pretium meliorationibus deductis.*
16 *Retentio rei pro iuſto pretio competit cui-
libet bonæ fidei poſſeſſori.*
17 *Feuda titulata debent exequi in ſubſi-
dium per creditores.*
18 *Creditor non mittitur in poſſeſſionem feudi
titulati, ſed fit ſequeſtrum in fructibus.*
19 *Feuda titulata faciunt poſſeſſores illuſtres.*
20 *Intereſſe pudoris, & verecundiæ fundat
prælationem in feudis.*
21 *Intereſſe verecundiæ locum habet multo
magis in feudis titulatis.*
22 *Feudum dignitatis duo requirit, & quæ
ſint.*
23 *Textus* in leg. dudum. C. de contrahenda
emptione, *explicatur.*
24 *Feudum nouum, vel antiquum qualiter
dicatur.*
25 *Feudum nouum vt dicatur vel antiquum
non eſt inſpicienda perſona feudum re-
linquentis: ſed illius, qui petit præla-
tionem in feudo.*
26 *Deciſiones S.C. plures afferuntur pro præ-
latione in feudo nouo.*

ARGV.

ARGVMENTVM.

Agnatus, qui eſt hæres defuncti feudatarij, num poſſit petere declarari, licere ſibi retinere feudum pro pretio per Iudicem declarando, ad id contradicentibus creditoribus defuncti, pro feudi venditione inſtantibus, & an hoc procedat tam reſpectu feudi antiqui, quàm noui. In venditione bonorum debitoris, nùm præferatur conſanguineus, qui eſt creditor. Prælatio, quæ in venditione feudi competit agnato proximiori, an locum habeat tam in Feudo antiquo, quàm nouo: & de aliis notabilibus ad materiam pertinentibus.

ALLEGATIO XCIII.

1 Deceſſit annis præteritis Marcus Antonius Caracciolus Marchio Motulę abſque filiis, inſtituto vniuerſali hærede Franciſco Caracciolo Marchione Ceruinariæ eius nepote ex fratre, per quem fuit adita hæreditas cum beneficio legis, & inuentarij. Verùm cum ad inſtantiam creditorum præfati quondam Marchionis fuiſſet ordinatum procedi ad venditionem dictæ ciuitatis, comparuit idem Franciſcus hæres, & non ſolùm vti proximior agnatus, ſed etiam vti creditor defuncti patrui, petiit declarari per S.C. licere ſibi retinere ciuitatem prædictam pro pretio, declarando per idem S.C. *fol.* 694. fuitque interpoſitum decretum, quod ſtante declaratione facta in Aula, ciuitatem Motulæ fuiſſe feudum nouum penes quondam Illuſtr. Marcum Antonium Caracciolum Marchionem dictæ Ciuitatis, procedatur ad deciſionem articuli prælationis petitæ per Illuſtr. Marchionem Ceruinariæ abſque termino, *fol.* 718. *t.*

2 Prætendunt ex aduerſo creditores tali retentioni locum non eſſe, quia tunc demùm proximiori agnato competit prælatio in venditione feudi, vbi feudum eſt antiquum, quod ſi feudum eſt nouum, tunc prælatio ſiue retentio locum non habet.

Vt autem propoſitæ controuerſiæ facilius pateat reſolutio, de duobus aticulis breuiter diſſerendum eſt. Primus eſt, an proximior agnatus poſſit retrahere ita feudum nouum, ſicut antiquum. Secundus eſt, an in venditione bonorum debitoris præferatur conſanguineus, qui eſt creditor.

3 Primus quidem articulus maximam videtur habere difficultatem, eo quod omnes ferè ſcribentes in hac materia dicunt ius prothomiſeos non habere locum in feudis nouis, ita Reg. de Ponte *deciſ.* 1. *num.* 12. Reg. Rouit. *in rubrica de feud. num.* 18. *verſ. conſiderant*, & alios congerit Maſtrill. *deciſ.* 8. *n.* 21.

Sed porrò quamuis magna ſit auctoritas tot inſignium virorum; licebit tamen mihi in præſentiarũ diſcutere fundamenta, quibus innititur eorum opinio, ad hoc vt pateat, quod leges, & rationes per eos adductæ procedunt nedum in feudo antiquo, ſed etiam in feudo nouo.

Tria iura ſolent communiter allegari ad probandum, quòd proximior agnatus habet ius retrahendi feudum extraneo emptori venditum.

Primò allegatur tex. *in cap. Titius, ſi de feud. de-* 4
funct. content. vbi decernitur, qud proximior agnatus poteſt feudum venditum recuperare mortuo venditore, nec tenetur pretium reſtituere, quòd ſi venditor filios habeat, poteſt non expectata morte alienátis, feudum retrahere reddito emptori pretio. In quo ſanè tex. fit mentio ſimpliciter de feudo, nec aliqua conſtituitur differentia inter feudum nouum, & antiquum, & ideò cùm text. prædictus indefinitè loquatur, ita pariter indefinite, ac de omni feudo eſt in intelligendus, nam vbi lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, *l. de pretio, ff. de public. in in rem act.*

Secundò allegatur tex. *in cap.* 1. *§. porrò, qualiter* 5
olim pot. feud. alien. vbi dicitur quod olim vendito feudo, admittebatur dominus ad illud redimendum pro æquali pretio. Attamen ſi feudum erat antiquum, agnatus alienantis præferebatur domino in retrahendo feudum ipſum ab emptore, ex quo tex. apertè colligitur, quod in feudo nouo potior eſt domini conditio in redimendo, quàm proximi agnati, ſed vbi dominus non vult redimere, tunc à contrario ſenſu proximior agnatus admittendus videtur ad redimendum pro æquali pretio.

Inſuper eſt aduertendum, quod tex. prædictus 6
procedit ſecundùm antiquam feudorum conſuetudinem, quæ poſtea emendata fuit per Imperatorem Lotharium, vt patet *in princ. dicti c.* 1. & deducitur manifeſte *ex d. §. porrò*, qui loquitur per verba temporis pluſquàm perfecti, ibi, *in prohibendo autem, vel redimendo, potior erat proximi agnati, quàm domini conditio, ſi tamen feudum erat paternum*, & ſic patet, quòd text. prædictus contrariã ſententiã non probat.

Tertiò allegatur text. *in cap.* 1. *§. ſed etiam res, per* 7
quos fiat inueſt. vbi dicitur quòd res, quæ ex communis parentis ſucceſſione ad aliquem peruenit, non poteſt alteri vendi, ſi proximior agnatus velit pro æquali pretio præferri, in feudum tamen cuilibet dari poteſt, niſi fiat in fraudem: qui tex. nec etiã probat, quod ius prothomiſeos habet locum ſolùm in feudis paternis, ſiue antiquis, non autem in feudis nouis, quia loquitur de bonis paternis, non feudalibus, ſed allodialibus, in quorum venditione attenta conſuetudine Longobardorum, præferuntur proximiores agnati extraneo emptori. Idque manifeſtè conuincitur ex verbis eiuſdem text. ibi, *ſiquis ex agnatis tuis rem quæ à communi parente per ſucceſſionem ad eum peruenerit*, quod verbum res eſt generale, & comprehendit non ſolùm bona feudalia, ſed etiam burgenſatica, & hoc eſt adeò verum, quod in tex. prædicto paulò poſt expreſsè diſponitur, vt eadem res, quæ aliàs erat prohibita alienari, poſſit in feudum dari; igitur clarè patet, quod antequã res ipſa in feudũ detur, eſt burgenſatica, & nõ feudalis.

Vnde cum ex diſpoſitione iurium prædictorum 8
non fuerit expreſsè ſancitum, quod facultas retrahendi feudum, competens proximioribus agnatis, procedit ſolùm in feudo antiquo, non autem in feudo nouo, neceſſariò perquirenda eſt germana ratio, cur agnati venditoris poſſint feudum venditum retrahere pro æquali pretio, nam inuenta ratione, facile apparebit, an eadem vel diuerſa ratio procedat in feudo nouo, quæ in antiquo.

Et ſane duæ ſunt rationes, quæ ſolent à DD. aſſi- 9
gnari ad fundandam concluſionem prædictam. Prima eſt; nam de iure communi feudorum non poteſt

alienari feudum paternum, niſi agnatis conſentientibus: ipſorum namque intereſt feudum non alienari, propter ſpem quam habent ſuccedendi *cap. 1. de alien. feud. patern.* ideóque niſi agnatorum conſenſus interueniat, poſſunt agnati poſt mortem alienantis
9 feudum recuperare pretio non ſoluto. Quod ſi viuo adhuc venditore velint agnati præferri in emptione feudi, conueniens eſt, quod præferantur pro eodem pretio, quia nihil aliud eſt, quam anticipare tempus ſucceſſionis, & ratione iſtius anticipationis tenentur ſoluere pretium; ſed eſt aduertendum, quod DD. qui aſſignant hanc rationem tenent huiuſmodi prælationem eſſe concedendam agnatis, ſolum in feudo ex pacto, & prouidentia antiquo, non autem in feudo hæreditario, vt aduertit D. Reg. Rouit. *in rub. de feud. n. 18. verſ. tertio addunt*, vbi refert omnes DD. hanc opinionem tenentes.

10 Ipſe verò D. Reg. Rouit. *loc. cit n. 26.* contrariam ſententiam ſequutus, aliam aſſignat rationem, cur in feudis habeat locum ius prothomiſeos, nimirùm, quia valde honeſtati repugnat, quòd bona, quæ fuerunt maiorum noſtrorum, ad alienas manus perueniant, qua de re multa ſpecialia inducta fuerunt ad hoc, vt bona antiqua non diſtrahantur, ſed in familia conteruentur, *l. lex qua tutores. C. de adminiſtr. tut. l. ſi in emptionem, ff. de minor.* Quæ ratio procedit nedum in feudo ex pacto, & prouidentia, ſed etiam in feudo hæreditario antiquo, ceſſat tamen in feudo nouo, in quo non conſideratur affectio, nec intereſſe honeſtatis.

11 At quia hæc ſecunda ratio multo minus quàm prior aliquo feudorum iure probatur, ideò dicendum eſt, quod non alia ratione ius prothomiſeos habet locum in feudis, niſi quia agnati habent ius ſuccedendi in feudis ex pacto, & prouidétia, licèt cum qualitate hæreditaria. Quamuis enim teneantur eſſe hæredes vltimi morientis, tamen ſi vltimus moriens alium inſtituerit hæredem, feudum nihilominus ſpectat ad proximiorem agnatum, ſiue ſit antiquum, ſiue nouum, vt dicit gl. Marini de Caramanico *in conſt. Regni, vt de ſucceſſoribus, verſ. ex vtroque parente*, Ioan. Vinc. de Anna *alleg. 126. n. 6.* Minad. *conſ. 10. n. 11.* Lanar. *conſ. 1. n. 22.* & ita fuiſſe deciſum in Regno Siciliæ refert Gizzarellus *dec. 18. n. 30.* & hanc eſſe germanam rationem, quod in feudis habet locum ius prothomiſeos, notabiliter docuit Cōſtantius de Anna ſummus Feudiſta *lib. 1. obſeruat. 10.* qui propterea expreſſe tenet, hodie in hoc
12 Regno cōcedi prælationem agnatis etiam in feudo nouo, eo quod filij fratrum admittuntur ad ſuccedédum in feudis emptis, non ſolùm à Regia Curia, ſed etiam à priuatis perſonis, vigore gratiarum per Sereniſſimos noſtros Reges huic Ciuitati conceſſarum, vt *in Pragm. 24. ſub tit. de feud.*

13 Ratio rationis eſt, nam huiuſmodi prælatio quæ proximiori agnato competit pro iuſto pretio, eſt modici præiudicij, & idcircò ad illam concedendam ſufficit quælibet cauſa etiam leuis. Quò fit vt ſocius præferatur extraneo emptori in venditione rei com-
14 munis pro eodem pretio, Bald. *in l. 1. C. de com. rer. alien.* Tiraquell. *de retract. lignag. §. 1. gloſ. 18. n. 7. in fin.* Maſtrill. *conſ. vnico n. 14.* & nouiſſimè multis relatis comprobat Gratian. *lib. 5. forenſ. diſcep. c. 874. nu. 4.* dicens hanc ſententiam veriorem, & æquiorem, eſſe, atque magis communem. Item tertius poſſeſſor, qui rem alteri hypothecatam meliorauit, liberatur præſtando pretium ſoli deductis meliorationibus, vt in ſpecie tradit Neg. *in tract. de pign. par. 5. memb. 5. n. 21.* D. de Franch. *dec. 38. n. 1. & ſeq. & dec. 112. n. 4. & 13.* Theſaur. *lib. 1. q. forenſ. q. 71. nu. 5.* Probatur hæc ſententia *in l. 2. C. de præd. & omnib. reb. nauic. lib.* 11. vbi dicitur, eum qui emittit domum nauicularij, 15
& in ea exornanda aliquos ſumptus fecit, teneri ad penſitationem, habito reſpectu ad veterem & qualitatem. Imò non defuerunt grauiſſimi Auctores, qui putauerūt priuilegium retentionis pro iuſto pretio competere cuilibet bonæ fidei poſſeſſori, quo- 16
rum anteſignanus fuit Soccin. *conſ. 224. in fin. vol. 2.* motus præcipuè per tex. *in c. ex litteris, in fin. de pig.* Sed quicquid ſit de ſimplici poſſeſſore, qui nullas fecit meliorationes, tamen certum eſt, quod Ciuitas Motulæ pro cuius venditione inſtant creditores, fuit decorata titulo Marchionatus per Illuſtr. quondā Marcū Antonium Caracciolum patruum moderni Marchionis; quapropter diſpoſitio tex. *in d. l. 2.* rectiſſimè poteſt applicari ad caſum noſtrum, ibi, *aut decus ſumptuoſum, aut habitationem quis ſuam vrbis ornamento adiecerit*: eo magis quia feuda titulata habent ſpecialia quædam priuilegia, quæ non reperiuntur conceſſa aliis feudis ſimplicibus, nam licèt regulariter ſit in electione creditoris, quæ bona debitoris, diſtrahere velit pro ſatisfaciendo eius creditoad text. *in leg. creditoris arbitrio, ff. de diſtract. pignor.* tamen in executione facienda contra eos, qui poſſident feuda titulata, prius eſt incipiendum ab aliis bonis, & poſteà in ſubſidium 17
eſt deueniendum ad feuda titulata, quia arbitrium debet eſſe regulatum, vt ex multis probat Minad. *in repet. conſtit. in aliquibus, verſ. Comitum, & Baronum, num. 42.* Item quamuis creditor poſſit petere, quod mittatur in poſſeſſionem feudi ſui debitoris ex ſecundo decreto, vt notabiliter docet Bart. *in l. ſi finita, §. ſi de vectigalibus, num. 5. ff. de damno infect.* & poſt eum Ang. *in l. eorum, n. 1. ff. eod.* vbi tamen feudum eſt titulatum non mittitur creditor in illius poſſeſſioné, ſed fit ſequeſtrū in fructibus, vt in ſpecie 18
tradit Bal. *in Auth. et qui, n. 21. C. de bō. auth. iud. poſſid.* Iacob. *in ſua inueſt. feud. verſ. Comes de Vilaris, n. 3.* Caſtan. *in conſuet. Burg. verſ. Comte de Flandres, n. 3.* & poſt alios Frecc. *de ſubf. lib. 2. de differ. int. feud. titulata, & feud. ſimplicia, differ. 19.* vbi latè agit de aliis priuilegiis feudorū titulatorum, quæ nimis longum eſſet hic referre: certū tamē eſt, quod priuilegia prędicta fuerunt conceſſa poſſidentibus feuda titulata propter excellentiam dignitatis. Ducatus enim, & Marchionatus appellantur regales dignitates, quoniam à ſolo Rege conferuntur, ſicut nouiſſimè probat Camil. de Curt. *in diuerſ. iur. feud. cap. incip. vnde digreſſi ſumus, n. 4. fol. mihi 11.* & propterea omnes ij, qui alteram ex prædictis dignitatibus adipiſcuntur, ſtatim efficiuntur Illuſtres, vt in ſpecie de Mar- 19
chione dicit Frecc. *d. lib. 2. tit. quis dicatur Marchio, num. 7.* vnde infertur ad caſum noſtrum, quòd cum aliquis fuerit huiuſmodi dignitate inſignitus, non debet ita de facili ea priuari, ſed quælibet occaſio capienda eſt, ne ipſa dignitas pereat: tum quia beneficia Principum debent eſſe perpetua, *cap. decet, de reg. iur. in 6.* ibi, *decet conceſſum à Principe beneficium eſſe manſurum*, Oldrad. *conſ. 300. num. 2.* & nouiſſimè alios congerit D. Reg. Tapia *in repet. fin. cap. 4. par. 8. n. 48. de conſt. Princip.* tùm etiam quia ex tali priuatione nimis deturpatur conditio perſonæ, & familiarum honeſtas denigratur, vt docet experienia.

Et ex his manifeſtè conuincitur, quod ratio ad- 20
ducta per D. Rouit. ad probandum dari prælationem agnato in venditione feudi antiqui ex pacto cum qualitate hæreditaria, procedit etiam in feudo nouo titulato; nam, vt dicit ipſe, ratio concedendi prælationem verſatur ſolùm circa honeſtatem, ex qua reſultat notabile intereſſe in perſonam proximioris, & vltra per eum adducta certum eſt, quod in iure datur nō ſolùm intereſſe veræ æſtimationis,

ſed

ſed etiam intereſſe pudoris, vt docet Bald. *in leg. cum venditorem. C de action. empt.*

21 Quæ ſanè ratio a fortiori procedit in feudis titulatis, licèt nouis, quandoquidem magis indecorum, atque verecundum videtur, eſtque magis honeſtati contrarium, priuari aliquem regali dignitate Ducatus, vel Marchionatus, & ab ordine Illuſtrium in priuatam conditionem deſcendere, quam vendi feudum antiquum non titulatum, ideoque faciliùs concedenda eſt agnatis prælatio in feudo nouo, ſed titulato, quam in feudo ſimplici antiquo.

22 Inſuper eſt aduertendum, quod duo neceſſariò requiruntur ad conſtituendum feudum dignitatis, nempè res in feudum conceſſa, & titulus rei annexus *c. 1. de feudo Marchiæ*, vbi Iſern. *in princ. c. 1. quis dicatur Dux*, vbi Bal. *n. 2.* Afflict. & cæteri. Camer. *in c. Imperialem, §. præterea. Ducatus, in pr. f. 94.* Frecc. *ſuper tit. quis dicatur Comes, nu. 25.* Si ergo titulus reſidet in perſona nepotis poſſidentis feudum, debet ipſe prælationem obtinere ratione communionis, ſeu connexitatis inter feudum, & titulum feudo annexum, quæ ſunt partes integrales feudi dignitatis iuxta tex. *in l. ſancimus, §. ne autem. C. de donat. leg. 1. C. de com. ſeru. manum.* & ex eadē ratione cōiunctionis dominus directus præfertur in venditione vtilis dominij, *l. fin. C. de iur. emphyt.* Napod. *de iur. congr. num. 34.* & Anna *alleg. 27. n. 19. & ſeq.* teſtatur alias fuiſſe practicatum in venditione iuriſdictionis criminalis fuiſſe prælatum Baronem habentem ciuilem.

23 Præterea idem D. Rouit. *loc. præalleg. num. 51.* alia ratione fundare nititur, quod agnatis ſit concedenda prælatio in venditione feudi, nimirum quia ante *leg. dudum. C. de contrah. emption.* in omnibus bonis habebat locum ius prothomiſeos, vt probat Tiraq. *in præfat. ad tract. de retract. conſang.* præcipuè *num. 7.* ſuperuenit poſtea *d. l. dudum*, quæ ſubſtulit neceſſitatem, quam habebat venditor vendendi potiùs conſanguineo, ſeu vicino, quàm alteri. Cúmque feudales conſuetudines, quæ ius prothomiſeos admittunt in feudis, fuerint confirmatæ per Imperatores Federicum, Lotharium, & Corradum, longè poſt emanatam *d. l. dudum*, neceſſariò ſequitur dicendum, quod iſtud ius prothomiſeos habet locum in omnibus feudis cuiuſcumque ſint qualitatis, verba dicti D. Reg. Rouit. hæc ſunt; *Ergo dum hi vltimi Imperatores confirmando conſuetudines feudales, ius hoc prothomiſeos non reprobauerunt, ſed illud expreſsè approbauerunt in feudis, ſequitur pernecceſſè, quod illa lex dudum nihil operetur in feudis, & remaneat hoc ius prothomiſeos inconcuſſum in omnibus feudis cuiuſcumque ſint qualitatis*: Hæc Rouit. vnde cùm feudum nouum ſi verè, & propriè feudum idem ius prothomiſeos debet habere locum in feudo nouo, quod in antiquo.

24 Sed in caſu, de quo agitur audacter tenerem, feudum peruentum penes modernum Marchionem nepotem, eſſe feudum antiquum penes ipſum, licèt nouum penes patruum, ex quo feudum nouum in perſona patris dicitur antiquum reſpectu filij, docet hoc Iſern. *de vaſſall. decrep. ætat. in pr.* vbi ad Capicc. *in inueſt. in verb. feudum antiquum in fine*, mutatione enim perſonæ, mutatur conditio rei *l. per procuratorem, ff. de acq. hered.*

Probatur manifeſtè, nam feudum nouum dicitur illud, quod eſt de nouo quæſitum, & ſumit initium in perſona acquirentis feudum *c. 1. quot teſt. ſunt neceſſar.* vbi Iſer. & omnes gloſ. *in conſt. vt de ſucceſſionibus, in verbo, vel qualibet*, Thom. de Marin. *de feudo nouo, tit. 3. n. 4.* Cann. *in c. volentes, incip. apparet. n. 1.* ſed nepos habet feudum ex ſucceſſione patrui, ergo in eius perſona non poteſt dici feudum nouum.

Et ad cognoſcendum an feudum ſit nouum, vel antiquum in iure retractus, non eſt inſpicienda perſona relinquentis feudum, ſed illius qui petit admitti ad ius prælationis in feudo, probatur *in d. §. ſed etiam res, per quos fiat inueſt.* & magis apertè *in l. ſi in emptionem. ff. de minor.* tanto magis, quanto iſte nepos, & feudi poſſeſſor agit ad ius retractus poſt aditā patrui hæreditatem, & quæſitum feudi dominium, quo caſu non dicuntur bona defuncti, ſed proprium patrimonium adeuntis ad notat. *in l. 1. §. veteres, ff. de acquir. hered.* & feudum non dicitur amplius defuncti, ſed hæredis, Iſern. *in c. Imperialem, num. 15.* vbi add. & Cam. *in dict. cap. Imperialem, f. 46. leg. 1.* Et licet quandoque denominatio feudi noui fiat ex perſona morientis, & non ſucceſſoris in feudo, prout in feudo nouo per patrem empto, dicimus deberi feudi noui æſtimationem filio ſecundogenito, vt Iſern. *in dict. cap. Imperialem, §. præterea Ducatus, n. 39.* Vbi Affl. Loffred. & cæteri, id eſt quia tractatur de ſucceſſione paterna, & non mirum, ſi feudum per eundem quæſitum dicitur nouum, ſed in caſu noſtro agitur de iure prælationis, non debito defuncto, ſed eius ſucceſſori poſt quæſitam poſſeſſionem, & dominium feudi, quo caſu, non morientis, ſed perſona petentis prælationem attendenda eſt, & dum iſle, qui petit prælationem, non quæſiuit feudum, ſed illud habuit ex ſucceſſione ſuorum maiorum, ſequitur vt nullo iure poſſit dici feudum nouum, ſed antiquum, alia enim ratio aliud ius exigit, *l. interpoſitas. C. de tranſact.* quibus attentis, cùm noua ſint, & à Doctoribus hucuſque non conſiderata, ceſſat etiam omnis contentio inter Regentem de Ponte, & D. de Anna, vbi ſupra. 25

Cæterum ad hoc vt omnis tollatur difficultas, & diſputandi occaſio, aduertitur hunc articulum fuiſſe aliàs deciſum per S. C. ad beneficium poſſidentis feudum quæſitum per ſuum immediatum prædeceſſorem; cum enim quondā Regens Lanarius meus patruus emiſſet terram Sacci à Ranerio Capicio *fol. 856. t.* eamq; decoraſſet titulo Comitatus, ab hac vita diſceſſit ſuperſtite Fabritio Lanario Comite Sacci eius filio, vt ex petitione inueſtituræ *f. 858.* qui poſteà fuit conuentus in S. C. iure aſſiſtendi ſuper terra prædicta ad inſtantiam Marchionis Ienzani, & demùm fuit præſtita aſſiſtentia *fol. 854.* & dum tractaretur venditio dictæ Terræ Sacci comparuit dictus Fabritius, & petiit declarari licere ſibi retinere terram prædictam mediante appretio *fol. 855. & 856. tit.* & latum fuit decretum tenoris ſequentis, videlicet. 26

Decreto ipſius S. R. Conſilij declaratum eſt dictum Spectabilem Comitem eſſe admittendum, prout præſenti decreto admittitur ad oblationem per eum factam contra Illuſtr. Marchionem, & propterea facto depoſito pretij, prout ad præſens valet Caſtrum prædictum, deductis quantitatibus ſolutis anterioribus creditoribus, & pretio meliorationum prædictarum, præfatum ſpectabilem Comitem non eſſe moleſtandum in poſſeſſione caſtri prædicti hoc ſuum. De vera ab Aragonia, fol. 860. tit.

Pro cuius decreti exequutione fuit factum appretium dictæ terræ, & dictus Comes fecit depoſitum prætij *fol. 861.* quod fuit liberatum ordine eiuſdem Sac. Conſ. Vnde patet quod non ſolùm attenta iuris ratione, ſed etiam rerum iudicatarum auctoritate inſpecta, dictus Marchio admittendus ad petitam retentionem Ciuitatis Motulæ. 27

Secundus articulus an in venditione bonorum debitoris præferatur conſanguineus qui eſt creditor.

In hoc articulo non diu immorabor, quia tex. *in l. 1. ff. de priuil. cred.* apertiſſimis verbis decidit caſum noſtrum, dicitur enim ibi, quod ſi bona debitoris fuerunt

fuerunt expoſita venalia, & plures velint emere, præfertur conſanguineus, qui eſt creditor, nam concurrit in eo duplex cauſa, nempe crediti, & conſanguinitatis, ita Bar. *in d.l.* 1. *in princ.* Ripa *num.* 2. Cyn. & Bald. *in l. Imperator, ff. de pact.* Quod autem Marchio Cerminariæ ſit creditor dicti quondam Marchionis Motulæ eius patrui in ducatis ſeptem mille in circa legitur fol....

Fuit deciſum pro Manlione iuxta hic allegata penes Figliola Sacr. Conſ. Actorum Magiſtrum.

Fuluius Lanarius.

SVMMARIVM.

1 *Iuſtitiarius Regni morabatur cum Rege, & cognoſcit de omnibus cauſis, de quibus ſolus Rex diiudicat.*

2 *A Iuſtitiario tanquam an magiſtro diſcunt omnes iuſtitiam miniſtrare.*

3 *M. C. V. eſt luminare maius, & ideo facit præſentia Iudicum ipſius ſilere iuriſdictionem aliarum curiarum regni.*

4 *Ceſſat ordinarij iuriſdictio, per aduentum ſuperioris.*

5 *Vnde ſumptum nomen Iuſtitiarij, & cur dicatur Magiſter.*

6 *Iuriſdictio M. C. V. eſt generaliſſima in omnibus, & per omnia.*

7 *Subſunt iuriſdictioni M. C. V. etiam qui ſunt de ſanguine Regis, & Collateralis Conſilij.*

8 *Qualitas officij, & dignitas ſuperueniens non eximit Conſiliarios à iuriſdictione M. C. V.*

9 *M. C. cognoſcit de cauſis illorum qui habent ſeptem Regni officia.*

10 *M. C. cognoſcit de cauſis de quibus ſola Regia Maieſtas cognoſcere poteſt.*

11 *Magna Curia eſt Iudex Appellationis non ſolum omnium ordinariorum, ſed delegatorum.*

12 *Magna Curia ante erectionem Tribunalis Regiæ Cameræ Summariæ cognoſcebat de omnibus cauſis feudalibus.*

13 *Magna Curia, ſeu Iuſtitiarius dicitur Regis Vicarius, & duas perſonas repræſentat.*

14 *Magna Curia æquiparatur Prætori, Præfecto Vrbis, & Conſuli.*

15 *Omnes quantumcunque exempti, & priuilegiati in Magna Curia tenentur perſonaliter comparere, & priuilegia allegare.*

16 *Eo ipſo quod quis eſt in regno eſt ſubditus M. C.*

17 *Tex.* in l. ſi quis ex aliena, ff. de Iudiciis, *declaratur.*

18 *Semper Magna Curia dicitur Iudex competens ſi de exemptione non doceatur.*

19 *Et talis exemptio debet per allegantem probari.*

20 *Exercitium, & ars eſt quid accidentale.*

21 *Clericatus nunquam præſumitur niſi probetur.*

22 *Et ideo negatiua exemptionis, eo ipſo dicitur probata cùm de exemptione non conſtat.*

23 *Magna Curia excipiens quod aliquis non ſit à ſua iuriſdictione exemptus nihil debet probare.*

24 *Praxis Magnæ Curiæ circa prædicta vnde deſumpta.*

25 *Quæ omnia procedunt etiam contra Clericos ſeruata forma ritus, & praxis hodiernæ dictæ M. C.*

26 *Magna Curia ex eius maxima præeminentia dat terminum ſuper Clericatu.*

27 *Et idem fieri debere cum delegatis eiuſdem Regis, id quod fit cum Clericis.*

Auditor exercitus debet cum chirographo petere remiſſionem militis. ibidem.

28 *Qualitas militiæ ex fide ſcribæ rationis debet conſtare in M. C. vt miles remittatur.*

29 *Matricula ſola habetur pro plena probatione.*

30 *Auditor exercitus debet petere remiſſionem non imperando, ſed ciuili modo rogando.*

31 *Quod obſeruare debet Auditor cum omnibus Officialibus ordinariis regni.*

32 *Regia Camera petit remiſſionem ſui ſubditi hortando Magnam Curiam Vicariæ.*

33 *Tribunalia Artis Serici, Lanæ, & ſimilium ſupplicant pro remiſſione.*

34 *Delegati à Principe in certum genus perſonarum vel negotiorum non ſunt propriè delegati.*

35 *Ex forma earum commiſſionum cognoſcitur qualitas iuriſdictionis.*

36 *Qualiter ſe gerat Magna Curia cum claſſicis, & Generali triremium, & maris.*

37 *Claſſici debent cognoſci ab ordinariis in delictis grauibus, & communibus.*

38 *Nam ſecus læderetur Reſpublica.*

39 *Priuilegia in tantum valent ſi bonum Reſpublicæ non lædant.*

40 *Cur delinquentes effugiant ordinarium.*

41 *Ceſſat omne priuilegium, vbi de damno publico vitando agitur.*

42 *Optima conſideratio D. Reg. de Ponte contra huiſmodi priuilegiatos.*

43 *Exempti non gaudent niſi pro delicto ſpectante ad exercitium.*

44 *Exempti à iuriſdictione ordinarij, non ſunt*

ſunt exempti ſimpliciter, ſed ratione miniſterij.
45 *DD. Regentes, & Conſiliarij delegati ſutorum barbitonſorum, & ſimilium quam cognitionem habeant?*
46 *Cauſa criminales non poſſunt delegari niſi quatuor Iudicibus.*
47 *Pratenſio Commiſſariorum, Tabellariorum, Laginorum, & ſtratarum Regni.*
48 *Delegatus Papa eſt maior quolibet Ordinario, & qualiter hoc intelligatur, & num. 49.*
50 *Delegatus Principis debet oſtendere reſcriptum ordinario.*
51 *Delegatus non poteſt aliquid facere ante oſtenſionem dicta Commiſſionis.*
52 *Delegatus eſt maior Ordinario in cauſa ſibi commiſſa tantùm.*
53 *Delegatus ad Vniuerſitatem cauſarum dicitur Ordinarius, licèt ſit datus à Papa.*
54 *Quæ ſunt permiſſa Ordinario permiſſa ſunt delegato ad vniuerſitatem cauſarum.*
55 *Delegatus ad vnam cauſam non poteſt cognoſcere de nullitate ſua ſententia.*
56 *Alia plura de delegato ad vnam cauſam, & de delegato ad vniuerſitatem cauſarum.*
57 *Magna Curia Vicaria ob eius ſummam praeminentiam eſt maior, & ſuperior iſtis delegatis.*
58 *Tales delegati in caſibus à iure permiſſis debent petere remiſſionem eorum ſubditorum non ſolum hortando M.C.V. ſed ſupplicando ex Gloſſa* in c.ſtuduiſti, de off.deleg. *& num.* 59.
60 *Iſti delegati debent obſeruare, qua in hoc ſeruat Auditor Generalis, qui eſt Conſultor Capitanei Generalis huius Regni.*
61 *DD. RR. Valenzuela, & Rouitus quid circa hoc ſeruarunt.*
62 *Pratenſio Regij Conſiliarij Commiſſarij Tabellariorum.*
63 *Qualiter quis dicatur ſuperior, & par. Conſiliarij ſunt ſubditi Magna Curia, & quis poteſt eſſe maior, & minor, & aqualis diuerſis reſpectibus. ibidem.*
64 *Rector ſtudij eſt maior Epiſcopo ſcolari: & quid in filio Epiſcopo cum patre eodem.*
65 *Quare dignitas Conſiliarij non poteſt augere iuriſdictionem huiuſmodi delegatis, & num.66.*
67 *Exempla in contrarium quare non ſuffragantur.*
68 *Qua requirantur ad tribuendam iuriſdictionem & n.69.*
70 *Conſuetudo qualiter inducatur.*

ARGVMENTVM.

Iuſtitiarius Regni de quibus cauſis cognoſcat, latiſſimè probatur. M. C.V. qualem habet iuriſdictionem. Qualiterc eſſet iuriſdictio Ordinarij per aduentum Superioris. Iuſtitiarij nomen vnde ſumptum. Sub iuriſdictione M. C. ſubiiciuntur omnes, quod qualiter procedat latiſſimè demonſtratur. In quo etiam Tribunali quicumque etiam exempti comparere tenentur. Negatiua exemptionis quomodo probetur. Clerici, vel Militis remiſſio quibus probatis à M. C. ſit petenda, quod idem in cæteris exemptis oſtenditur. Delegatos propriè non eſſe à Principe in certum genus perſonarum, vel negotiorum propoſitos clariſſimè probatur. Claſſicorum cognitio quando ab Ordinario quando verò ab alio delegato ſit facienda. Delegatos pro certis artificibus, eorumque artibus iuriſdictionem ad Vniuerſitatem cauſarum habere latiſſimè oſtenditur.

ALLEGATIO XCIV.

TRIBVNAL Magnæ Curiæ Vicariæ à Rege inſtitutum, Iuſtitiarúmque cum eo in eadem Curia commorari teſtatur Regni conſtitutio *Statuimus*, ibi, *Magna Curia noſtra Iuſtitiarius nobiſcum in noſtra Curia commoretur.* Omniaque iudicia cognitionum Regis in Iuſtitiario eſſe collocata, alia conſtitutio, quæ incipit, *Magna Curia*, nos docet, ibi, *Iuſtitiarium in noſtrarum cognitionum iudiciis collocamus.* 1

Veterem namque in Regno fuiſſe Iuſtitiarij poteſtatem in cunctos populos, nemine penitus exempto demonſtrat Dominus Regens Tapia dè iure Regni *lib. 1. in rubr. de officio Magiſt. Iuſtit.* ibique quòd appellatur Magiſter, quia omnia alia Regni Tribunalia, tanquàm diſcipuli à Magiſtro, docentur iuſtitiam miniſtrare; cùm dicatur luminare maius, iuſtitiæ ſpeculum, & fons, à quo cæteri riuuli deriuantur, vt in conſtit. Regni, *Statuimus, in conſtit. Nihil veterum, in conſtit. Magna Curia, & in conſtit. Honorem debitum*, vbi Andr. & Afflict. & ſequitur, quod tanquàm luminare maius Magna Curia facit ceſſare luminare minus aliarum Curiarum; ideóque ob reuerentiam maioris, quando Iudices Magnæ Curiæ ſunt præſentes in aliqua 2 3

Ciuitate, Terra, vel loco Regni, ipſi cognoſcunt de omnibus cauſis, quæ ad Ordinarium ſpectarent;
4 ceſſat namque Ordinariis iuriſdictio per aduentum, & præſentiam Superioris, vt expreſsè ordinatur per dictam conſtit. *Honorem debitum*, & per ritum Magn. Cur. 48. *ex reg.tex. in cap. denique* 21. *diſt. cap.volentes, de off.legat. cum concordant*: de quibus per Andr.& Afflict.dicta conſtit.*honorem*, & *conſtit. Statuimus,quæſt.*11. latè Carauita *dict. rit.*48.*num.*5. *cumſeq.* & cumulat Maſtrillus *deciſ.* 261. *num.* 11. *cum ſeqq.* & *in tractat. de Magiſtratib. lib.* 5. *cap.* 8. *num.*6.

5 Nomenq; Iuſtitiarij à iuſtitia ſumptum dicit alia conſtitutio, quæ incipit, *Iuſtitiarij nomen*; dicitur-que Magiſter ab excellentia & dignitate ipſius, tanquam omnium virtutum Principis, vt ex Ariſt. notat. Frecc. *de ſubfeud. titul. de Magiſ. Iuſtit. numer.*3.

6 Nil mirum igitur, ſi ſua iuriſdictio omnes Principes, Duces, Marchiones, Comites, Barones & alios cuiuſcumque gradus, ſtatus, conditionis habitantes in Regno, qualibet præeminenti fulcitos dignitate, amplectatur; & ſub eius poteſtate, & cognitione ſubſint omnes Vniuerſitates, Ciuitates, Terræ, Caſtra, & quæcumque loco Regni, vt declarat, & ordinat per eadem verba Sereniſſima
7 Ioanna,*in ritu*, 46. Et propterea eſſe ſub eadem iuriſdictione comprehenſos, & ſubditos, licèt de Collaterali Conſilio, omnes Magnates, illoſque qui ſunt de ſanguine Regis,magiſtratus ſupremos, qui ſunt pars corporis Principis,vt *in l.quiſquis.C.ad l.Iul. Maieſtat.* Maſtrillus *d.deciſ.*261.& *in tract. de Magiſtrat.lib.*5.*c.*8.Conſiliarios, qui licèt ſint Iudices appellationum à Magna Curia,non tamen ſunt exempti à iuriſdictione Iudicis ordinarij, quæ eſt Magna Curia Vicariæ, vt ex tex.*in leg.Curiales,qui honorariam.C.de decurionib.lib.*10.& ex multis menti tenendum demonſtrat Dominus Regens Rouitus Pragm.1.*num.* 7. *de offic. Sacr. Conſ.* & teſtatur Maſullus ad Capyc.*deciſ.*9. quia qualitas dignitatis ſeu officij ſuperueniens non liberat à iuriſdictione ſui Iudicis ordinarij, idem Dominus Rouitus in alia Pragm. 1. *de titul.abuſu,num.*9.

8 Necnon & regentes ſeptem Regni officia cognoſcuntur, & caſtigantur a Magna Curia Vicariæ: Et quamuis omnes hi ſint perſonæ Illuſtres, & contra eos non poſſit procedi, Principe inconſulto,vulgata *l.granius.C.de dignitatib. lib.* 12.*cum concordant.*de quibus per Frecc.*in tit.quis dicatur Mar-*
9 *chio, numer.*9. id tamen in deſuetudinem abiiſſe ſublata diſputatione de iure communi, ex tex. *in l.fin. C. vbi Senatores,vel Clariſſimi,cum concordant.* ſicque ſeruari in praxi refert dominus Regens de Ponte de poteſtate Proregis,*tit.*7.§.7. per totum; ſequitur Dominus Regens Tapia in ſuis deciſ. ſupremi Italiæ Senatus,*deciſ.*3.*num.* 34. & ſic communiter receptum teſtatur Dominus Regens Rouitus, & iudicatum in Magno Admirato latiſſimè & elegantiſſimè demonſtrat *in Pragm.*1.*de titul. abuſu, à num* 1.*vſque ad num.*13.

Tanta enim eſt præeminentia Mag.Curiæ,vt cognoſcat non ſolùm de cauſis ordinariis, ſed de omnibus aliis, de quibus ſola Regia Maieſtas, vel
10 eius primogenitus Regis Vicarius, cognoſcere poteſt, quæ verba ſunt eadem expreſſa in capitulis Caroli II. de quibus meminit Robertus *in cap.incipient. iniunxit*, & teſtatur Dominus Regens Rouitus *d.Prag.*1 *de titul.abuſu,n.*6. & quàm latiſſima ſit, demonſtrat Afflict. in conſtit. Regni, *Statuimus,num.*3.& idem Dominus Regens Rouitus *in ſuo conſ.*90.*in* 2.*vol.*

Imò tanquam ſuperior cognoſcit de omnibus appellationibus interiectis à ſententiis quorumcumq; 11
Officialium,etiam delegatorum, exceptis illis cauſis feudalibus tantùm, in quibus fuit electa particularis perſona ex Regis delegatione. Verba ſunt ritus 264. deſumpta ex conſtit. *Statuimus*, ibi, *& de appellationibus ordinariorum, ſeu delegatorum noſtrorum*, & ex conſtitutione Magnæ Curiæ, & declarat Andreas *in cap.*1.*de controuerſ feudor.* Camillus de Medicis *conſ.*45.*n.*2. quia Magna Curia ante inſtitutionem Tribunalis Regiæ Cameræ cognoſcebat de omnibus feudis quaternatis de Baronia,& Comitatu,vt habetur *in d.conſt.Statuimus*, & teſtatur Frecc. 12
*d.tit.de Mag. Iuſtit. n.*1. *&* 2. quæ cognitio adhuc permanet penes Magnam Curiam, exceptis illis cauſis feudalibus,in quibus agitur de intereſſe Regij Fiſci,pro quibus fuit erectum Tribunal Regiæ Cameræ,vt dictat Prag.3.*de offic,Sacr.Conſ.*& annotat Dominus Regens Tapia *in d.conſt. ſtatuimus, in verſ.feudis quaternatis*: quia Iuſtitiarius duas perſonas repræſentat, nempe Capitaneum Neapolis, & Vicarium Regis in toto Regno. Afflict. *in eadem* 13
conſtit. ſtatuimus, numer. 7.*Carauita ritu* 1. *numer.* 35. & *in Pragm.* 1. §. 1. *numer.* 9. *ad Senatuſconſ. Macedon.*

Vnde poteſt omnia, quæ Præfectus Vrbis, & 14
Prætor, quibus Iuſtitiarium æquiparat Dominus Regens Tapia *in dict. tit. de Magiſt. Iuſtit. in rubr. num.*3.*&*4.& omnia,quæ Conſul, cui etiam æquiparandum cenſuit Frec.*in tit. de Magiſ.Iuſtitiar.numer.*13.

Et exinde inoleuit Practica, quod tam pro cau- 15
ſis ciuilibus, quàm criminalibus omnes in Regno degentes citantur, & capiuntur à Magna Curia, & qui prætendunt, ſe eximi aut ex priuilegio particulari,vel ex diſpoſitione tex.*leg.*1.*C.vbi de crim. agi oport.* & *ex Pragm.*1.*ſub tit.vbi de delicto quis conuen. deb.* tenentur perſonaliter comparere in Magna Curia, petere remiſſionem, vel priuilegium allegare, cùm Magna Curia, ad inſtar Prætoris, ſit Iudex ordinarius, & habeat vniuerſalem iuriſdictionem in toto Regno,ex regul. tex. *in l.ſi quis ex aliena ff.de iudiciis,leg.*2.*ff. ſi quis in ius vocatus non ierit, cap.ſi duobus,cap. comparenti,de appellat.* gl. *in cap.ſi Epiſcopo.*3.*quæſt.*2.Bald.*in d.l.ſi quis ex aliena.*& *d.l.* 2.idque ſic practicari teſtatur Carauita ex ritu 235. per quem hoc expreſsè ordinatur. Sequitur Muſcatellus in ſua Praxi *p.*2.*gl.comparentes,nu.*11. Quia cognito à Magna Curia iudicialiter citatos, vel captos non eſſe de ſua, ſed de aliena iuriſdictione, præcedente decreto, remittit captos, & citatos, licèt citari,& capi non debuiſſent: Carauita in ſpecie in prædicto ritu46.*nu.* 16. ibi, *licitè poſtmodum qui citari non debebant, remittantur*; Cùm enim omnis qui naſcitur in Regno, venit,tranſit,vel quomodocumque in Regno commoratur, ſit ſubditus Mag- 16
Curiæ, ad eandem Magnam Curiam ſpectat cognoſcere,an aliorum, vel ſua ſit iuriſdictio:contemneretur namque Prætoris iuriſdictio,ſi vocati (licèt iniuſte)perſonaliter non comparerent priuilegia allegaturi,dicit tex.*in d.l.ſi quis ex aliena,ff.de iudiciis*;
& quod proprium ſit Magnæ Curiæ cognoſcere, an 17
ſua ſit iuriſdictio, demonſtrat ex multis Petrus de Gregorio *in tract. de Iudiciis cauſar. feudal. quæſt.* 5. *num.*3.*& quæſt.*8 *per totum* Maſtrillus *de Magiſtratibus lib.*5.*cap.*8.*n.*14.Habet namque M. C.ſuam intentionẽ fundatã,omnes in Regno natos, degentes, commorantes, & tranſeuntes, eſſe ei ſubditos, in quos indubitata eſt ſua ordinaria iuriſdictio, & poteſtas.

Et è contrario: illi,qui prætendunt exemptionem à

à Magna Curiâ, clara indigent probatione, & de-
18 monſtrare debent priuilegia,& reſcripta exemptionum,quæ donec Magna Curia de eis non cognouerit, ſemper erit Iudex, & reos citare,capere, & contrà eos procedere poterit, quia qui dicit, ſe exem-
19 ptum ex aliqua qualitate, debet talem qualitatem exemptionis probare, *l.non ignorat*, & ibi Bald. & alij, *C.de iis, qui accuſare,non poſſunt, l.1. C.de appar. mag. mil. l.12. l.Diuus, ff. de milit. teſtam.* Bald. *in c.1.§.ſi ruſticus,de pace tenen.*& ibi Afflict.*n.6.* Ripa *reſp.183. in tit. de diuerſis reſcriptis*, Tiraquell. *in tract.de nobilit.c.10. n.3. & ſeq.* Patianus *in tract. cui incumbat onus probandi, lib.2.c.84. numer.11. & ſeqq.* vbi latiſſimè de modo probandi qualitates extrinſecas, quæ non proueniunt à natura. Cùm exemptio & priuilegium ſit quid accidentale, DD. *in c.1.* & *in cap.cùm perſonæ,de priuileg.in 6.*

20 Et cum nemo naſcatur diues, ſed nudus, & pauper,nemo Doctor, Artifex, Tabellio, Miles, Clericus,& ſimilia; & ars, & exercitia ſint accidentalia, debet de tali arte, & exercitio pleniſſimè conſtare; & qui vigore alicuius artis,ſeu exercitij habet priuilegium exemptionis à ſuo iudice ordinario,ex regul.tex.*in leg. eum qui,ff.de probat.cum concord.* tenetur comparere, allegare,demonſtrare priuilegium, ac probare qualitates, quæ faciunt exemptionem, coram ſuo iudice ordinario, de quo tanquam indubitabili Menoch. facit conſilium 301.*num.6. lib. 4.* & præſumptionem 48.*lib.2.nu.2.* & *lib.6. præſumpt. 60. numer.1.* cumulat alios Maſcardus *concl. 525. & 527. num.* 8. & *concluſ.*1054.*num.* 1. & *concl.* 1090. *num.* 1.

21 Quò circa cùm Clericatus non proueniat à natura,ſed extrinſecè fiat, nunquam præſumitur *cap. presbyteri.68.diſt.* & ibi gl.*cap.legum,2.q.1.*Io. Andreas *in c.ſcients,de Regularib.*Decius *in c cum à Deo, num.13.de reſcript.*Innoc.*in c.ſuper his, in fine,de accuſation.*Cauale. *deciſ.31. numer. 602. lib.2.* & alios multos congerit Tyberius Decianus *in ſuo tractatu criminali,part.1.lib.6.cap.9.num.117.* Menochius *in tract. de præſumpt part.2.lib.6.præſumpt.76.num.1.*& *conſ.912.nu.3.lib.10.*& latiſſimè Maſcardus concluſ. 301. *nu.13.* & ex noſtris Afflict.vbi Vrſillus in annotatione *deciſ.195.nu.5.*

Et proinde, qui exceptione Clericatus ſe tueri prætendit cum in ea ſe fundet, debet ipſam probare,tanquam fundamentum ſuæ intentionis, *d.l. non ignorat*,& ibi Bald. *C.de iis, qui accuſare non poſſunt, cum concordant.*de quibus latiſſimè per Carolum de Graſſis *in ſuo tract. de effectib. Clericatus, in præludio, à num.184.vſque ad 197.* quo loco affert plures modos probandi Clericatum.

22 Cum negatiua exercitij exemptionis,Clericatus, & ſimilia, eò ipſo probata dicatur, dum contrarium non demonſtratur,quia quilibet naſcitur homo ſimplex & laicus,& talis in dubio præſumitur, Bald. *in c.fin. num.4.de præſumpt.*& *in l.in actionibus,§.planè, num.4.ff.de in litem iurand.*Ripa *in cap.2.nu.4.de iudiciis*,Calderin.*conſ.12.nu.2.in tit.de iudiciis*,& latè Brunor. à ſole *quæſt.38.num.11.*

23 Ideoque quando excipitur,quòd comparens non ſit de tali exercitio, vel de alia iuriſdictione, nihil ex parte excipientis eſt probandum, ſed is, qui excipitur, debet illud probare,*cap legum, 2. quæſt. 1. cap.duæ,de Clericis peregr.cap.ſi iudex*,vbi gl.*in verb. fecerit, de ſententia excommunic.* gl. *in l ſi qua per calumniam.C.de Epiſcop.& Cler.* Bald. *in d. l.in actionibus § planè num.4.ff de in litem iurand.*& *in dict.l. non ignorat,num.7.verſ. hoc ergo præſuppoſito C.qui accuſ. non poſſ.* Grammat.*deciſ.91.*& alios innumeros,quos allegat Patrianus *in dict. tract. cui incumbit onus probandi,negat.lib.1.cap.51.num.76.& lib.2.cap. 34. num.9.*

Ex quibus deſumpta eſt practica Magnæ Curiæ ad excluſionem prætendĕtium exemptionem ab ea, illis excipere,& replicare, non eſſe tales,quales ipſi 24
prætendunt, & ſe aſſerunt, & eò ipſo in eos transfertur onus probandi qualitatem, quam allegant,& interim, cùm ſit fundata ſua iuriſdictio,Magna Curia procedit,& cognoſcit, de qua obſeruantia teſtatur Carau. *in d. ritu 135.* Muſcatell. *in gloſ. comparentes, numer. 11.* Dominus Præſes de Franch. *deciſ.189.*

Et in aſſerente ſe Clericum, quod ſupradicta ex eadem regula tex. *in l.ſi quis ex aliena*, debeat ſerua-
ri,venire,perſonaliter comparere, priuilegia Clericatus cum publicis documentis allegare, & requiſi- 25
ta Clericatus, tanquam fundamentum ſuæ intentionis probare, Ritus Magnæ Curiæ ſunt clari 65. & 235. ſic practicati,& ſeruati in Regno, Carauita in dictis ritibus 55.& 235.& Dominus de Franchis *in d.deciſ.189.*Muſcatell. *in d.gl.comparentes,à num.11. cum ſequent.*

Et ſic Clerici, qui ſunt penitus exempti à iuriſdi- 26
ctione laicali, & ſegregati à iuriſdictione Magnæ Curiæ, tenentur perſonaliter comparere, & priuilegia allegare, & Magna Curia iudicialiter cognoſcit, dato termino ſuper Clericatu contra diſpoſitionem textus, *cap.ſi Iudex laicus, de ſentent. excommunicat.* & concordantium,de quibus per Farinac.*q.8. nu.2.* idque ex antiqua conſuetudine ſeruari,quamuis Iura Canonica videantur aliquatenus refragari, expreſſit Sereniſſima Ioanna *in dict. ritu 235.in fine.*

Quid mirum, quod quando allegatur priuilegium, & exemptio ex conceſſione ex eodem Rege, & Superiore proueniente, quòd Magna Curia debeat cognoſcere, & determinare, an ſua ſit iuriſdictio, tanquam ſupremum Tribunal, & luminare maius? Quod tanquam indubitatum, & nunquam controuerſum, ſic ſeruatum videmus in delegato Principis in certum genus perſonarum cum mero imperio, & gladij poteſtate, tamen haberi loco Ordinarij ex doctrina Vantij *in dict. tract. de nullitatibus*, & Bonadigl. *libr. 2. cap.21. numer. 70.* cum multis firmat Conſiliarius Patignus *in gl. ad Pragm. 15.de milit. numer.8.* quæ eſt inſerta in Commentariis Domini Regentis Rouiti, & hic Conſiliarius tempore, quo gloſſauit dictam Pragmaticam exercebat officium Regij Generalis Auditoris militum, & nihilominus teſtatur ſic practicari; cum dicta practica ſit fundata in diſpoſitione iuris commu- 27
nis, & declarata per Pragm. 16. *de militibus*, per quam ſtatuitur, debere delegatum,qui eſt Auditor Generalis, petere, mediante chirographo, militum remiſſionem, & Magnam Curiam remittere, cognito, militem eſſe deſcriptũ in Regiis libris,de quo fidem facere debere Scribam rationis, & actu 28
ſeruire, delictumque de quo petitur remiſſio, eſſe commiſſum poſt adſcriptionem militiæ, vt dictat eadem Pragm. 16. §. 14. quia matricula ſola ha- 29
betur pro plena probatione, ſine qua miles habetur pro priuato, gloſ. *in leg. 3. Cod. de offic. magiſtr. milit.* & *in leg. ex eo, ff. de milit. teſtam.* Et idem Conſiliarius Patignus in *d. Pragm. numer. 31.*dat formam petendi remiſſionem, aduertendo, quòd in petenda hac remiſſione debet accedere aucto- 30
ritas Generalis Auditoris, qui tenetur petere remiſſionem, non imperando, ſed ciuili modo rogando, per ſuam ſchedulam, ſeu vigilettum, vt debitus honor Iudicibus deferatur.Imò, ad tollendas omnes differentias eadem Prag. 16.

44 bus ceſſantibus, ceſſat commiſſio, & iuriſdictio dixit notabiliter Bald. *in d.l.fin.C.de iuriſdict.omn.iudic.* quia purgatio ſcelerum, & animaduerſio in facinoroſos homines, quæ fiunt per Tribunal ſupremum Magnæ Curiæ, non poſſunt fieri per tales Iudices, dicit Dominus de Franchis *deciſ.721.n.19.*

Sed quid adhuc egemus probationibus, ſi ex tenore Commiſſionum, omnium horum Dominorum Regentium, Conſiliariorum, & cæterorum miniſtrorum, quibus fuit data poteſtas cognoſcendi in certum genus perſonarum vel cauſarum, vt bancorum, ſutorum, barbitonſorum, tabel-
45 lionum, gabellarum Ciuitatis, & ſimilium, non datur alia poteſtas, niſi cognoſcendi de cauſis ciuilibus tantum, tangentibus exercitium prædictorum qui non poſſunt dici delegati, ſed iudices dati ad ad illa certa negotia, vt optime conſiderauit vnus ex noſtris dominis conſociis, & fundatur ex verbis tex. *in leg. a iudice.C. de iudiciis,* vbi *gl.cum Prætor.§. 1. ff. de iudic.C. cum cauſam,* vbi gloſ. *in verb.delegatus,extr.de appellat.*

Quæ commiſſiones, licèt à Prorege datæ, tamen maxima cum ratione ſunt limitatæ ad cauſas ciuiles tantùm, reſpectu artis, & exercitij, quia cauſæ criminales non poſſunt delegari ad minus, quam
46 quatuor Iudicibus, vt ex Pragm. 1. *de delegat.* ordinata a Rege, clarè patet, & fuit promulgata ad ſupplicationem huius Fideliſſimæ Ciuitatis, & totius Regni in generali parlamento, quæ eſt in viridi obſeruantia.

Et quod à nonnullis prædictorum Dominorum Iudicum, quibus data eſt poteſtas cognoſcendi in certum genus perſonarum, vt Tabellariorum, lagi-
47 norum, ſtratarum, & ſimilium, prætentatur, in illis eſſe delegatos à Principe, & per conſequens Superiores omnibus Tribunalibus, præſertim Magnæ Curiæ, cui poſſint inhibere, & abſque aliqua cognitione per Magnam Curiam ad ſolam inhibitionem eis ſit parendum, conſignando acta, & carceratos, & per conſequens ſint ligatæ manus eo ipſo Magnæ Curiæ cognoſcendi, ſint inquiſiti remittendi vel ne, ac ſi cauſa eſſet finita, & ipſi eſſent Iudices appellationum; id non video, qua ratione, quo iure, qua praxi, qua conſuetudine fundari poſſit.

Quòd ſi authoritate tex. *in cap. Paſtoralis,§.præterea de offic.ordinar.,* & *cap.ſtuduiſti, de offic. legati,* & *cap.ſanè,& c.ſignificaſti,de off.legati,* vbi delegatus
48 à Summo Pontifice eſt maior quolibet Ordinario, Marcus *deciſ.134.num.6.* poſſeque delegatum inhibere Iudici ordinario, ex Quintiliano, Mandoſio in ſuo tractatu, *de inhibit. quæſt.5.* Id non negatur inſpecto themate eorumdem iurium, & Doctorum, loquuntur namque in delegato ad vnam cauſam particularem tantùm, & in illo negotio tantùm, dicunt
49 iura prædicta, delegatum illum eſſe maiorem ordinario, quod optime declarat idem Dominus Reg. Rouit. *in d.pragm. 1. de titulo abuſu, num. 8.* dicens, quòd extra illam cauſam, licèt delegatus à Principe, cenſebitur vt priuatus.

Nec per hoc erit adempta poteſtas ordinario cognoſcendi an in illo negotio particulari commiſſo, ei ſit adempta iuriſdictio, quia tenetur delegatus
50 à Principe, licèt ad vnum negotium, oſtendere commiſſionem, & delegationem, *cap. ſuper eo. in fine, ,il 1. de appell.* Innoc. *in cap. ex conqueſtu,* & ibi Hoſtienſ. Abbas, Cardinalis *de reſtit. ſpoliat.* Felyn. *in rubr. de reſcrip. numer. 11.* & *in cap. cæterùm, numer. 3. in 3. limit.eod. titul. de reſtitut.ſpoliat.* Rota *deciſion.132. alias 6.de offic.delegati, in nouis,* Varall. *deciſ. 224. numer. 4. par. 1.* Lancell. *de attent. 2. par. capite 4. in præfatione, n. 147.& 148.*

Et propterea inhibitio huius delegati ante oſtenſionem commiſſionis non impediet curſum 51
cauſæ, nec inducet actorum nullitatem, & Iudex, licèt inhibitus, licitè poteſt in cauſa procedere, Intrigliol. *dec. 4. num. 13.* Lancell. *de attentatis, n.2.p.ampliat.11. num.25.* cum aliis collectis à Farin. *part.1. tom.1.dec.74.* & *dec.. 24.n.5.*

Quemadmodum, viſo reſcripto, & cognito à Iudice ordinario, in reſcripto eſſe ei ademptam poteſtatem cognoſcendi in illo negotio particulari, cùm non poſſit de ea dubitare, tenebitur obedire, & in
illo delegatus erit maior, *d. c. Paſtoralis, §. præterea,* 52
cum concord. de quibus ſupra.

Quando verò Iudex eſt datus in certum genus perſonarum, vel ad vniuerſitatem cauſarum, & ne-
gotiorum, licèt à Principe, tamen æquiparatur or- 53
dinario, & pro ordinario habetur, verba expreſſa gl. *in cap. cum cauſam, in ver. delegatus, de appellat.* & *in gl.vlt. in l. a iudice.C.de iudiciis,* & ibi Iaſ. *n.8. verſ.2. fallit,* Angelus *in l. Iudex poſteàque,* vbi Alexander *num.15. de re iudicata,* Felyn. *in cap.qualiter,& quando,il 1.num.4.de accuſationib.* Iaſon. *in l. more maiorum, num.9.* & Decius *in l. ſolet, in fine, ff. de iuriſd. omn.Iudic.* cum aliis, de quibus per Vantium *in tractatu nullit.in tit. coram quo nullitas probari poſſit, numer.17.* refert, & ſequitur Menochius *lib.1.de arbitrariis,quæſt.67.n.31.* Franciſcus Marcus *deciſ.317. num.13.p.1.* Gratian. *diſceptat.forenſ.cap.738. numero 9.*

Quod eſt adeò verum, delegatum ad vniuerſitatem cauſarum, vel in certum genus perſonarum haberi pro ordinario, vt omnia, & ſingula, quæ ordi-
nariis Iudicibus ſunt permiſſa, & denegata delega- 54
tis ad vnam cauſam tantùm, cenſeantur cumulata, conceſſa Iudici ad vniuerſitatem cauſarum; habebit namque expenſas in itinere, vt ordinarius, quæ ſunt denegata delegato ad vnam cauſam, *cap. cùm ab omni, de vita, & honeſt.Cler. c.ſtatuimus, §.inſuper, in gloſ. fin.de reſcript.in 6.* vbi DD. & *in c.Paſtoralis, de offic. delegati,* Speculator de Salario, §.1. *num.7.* Gratian. *diſcept.forenſ.c.57.num.8.& 12.*

Poterit etiam delegatus ad vniuerſitatem, ſicut 55
ordinarius, cognoſcere de nullitate ſuæ ſententiæ, quod non permittitur delegato ad vnam cauſam tantùm. Item nec non poteſt ſubdelegare, vt ordinarius, & tenetur ferre ſententiam in Tribunali, quemadmodum ordinarius, quæ omnia delegatis ad
vnam cauſam tantum aliter ſunt permiſſa, Vant. *in* 56
tract. de nullit. in tit. coram quo nullitas proponi poſſit, num.14.& n.17. Tiraquell. *in l.boues, §.hoc ſermone, limitat.1. num.41. & limit. 21. num.4.de verb.ſignif.* Guttier. *in lib.2. canonic.qq. cap. 2. num. 8. & num. 25.* Cappella Toloſ. *dec. 38.* cum innumeris aliis, de quibus per Farinac. *in dec.631.num.8. par.1, tom.2.*

Ex quibus remanet indubitata concluſio, quod Iudices iſti in certum genus perſonarum, vel in certum genus negotiorum, non ſint aliter ſuperiores ordinariis, ſed vt ordinarij reputabuntur, imò minori dignitate & præeminentia reſpectu Magnæ
Curiæ, cùm illa habeat vniuerſalem iuriſdictionem 57
in toto Regno, & iſti particularem in certum genus perſonarum, prout eleganter, more ſolito, concludit, & firmat Dominus Reg. Rouitus *in d.prag.1. de titul. abuſu, n.18.19.20.& 21.* & remanet noſtra prima concluſio fundata, & probata, quòd cùm iſti Iudices habeant minorem dignitatem, quamuis non ſint ſubditi, non erunt ſuperiores, ſed, quod prætendere poterunt habere æqualem, & parem iuriſdictionem, & ſuccedit regula, quod par in parem non habet imperium vulgatis iuribus, & in caſu, de quo

quo agimus, in ſpecie Capiblan. *in pragm. 8. de Baron. c. 42. num. 4.* Dominus Reg. Rouit. *d. 1. prag. n. 3. & in conſ. 90. num. 1. in 1. vol.* & ex conſequenti ceſſat inhibitio, & ſeruata forma text. *in d. l. ſi quis ex aliena, ff. de iudiciis*, debent hortari, & petere, & Magna Curia cognoſcere, an ſua ſit iuriſdictio vt
58 optimè *in d. prag. 15. de militib. n. 3.* demonſtrauit Cóſil. Patign. dum inquit, debent huiuſmodi Iudices ad certum genus negotiorum, & perſonarum petere remiſſionem ciuili modo, non imperando, ſed hortando, & rogando per ſchædulam, ſeu vigliette; vt debitus honor Iudicibus deferatur, quemadmodum ſeruari diximus in Auditore militum, ex reg. tex. licet à dicto Conciliario non citati, *in c. vt debitus honor, de appellationib.* & ex gloſ. quæ eſt finalis
59 *in d. c. ſtuduiſti, de off. legati*, vbi per hæc verba, debet delegatus ſupplicare, & non compellere, cùm extra cauſam delegatam ſit maior legatus habens ordinariam iuriſdictionem.

60 Et ſi Auditor Generalis, qui eſt conſultor Generalis militum Præfecti, & Excellentiſſimi Regni Proregis, procedit ciuili modo, petendo, & hortando, & Magna Curia cognoſcit, & decernit, vt diximus; qua ratione Conſultor Illuſtriſ. Principis, Tabellariorum Præfecti, & alij ſimiles, non debent eadem ciuilitate vti, & eumdem modũ ſeruare cum Magna Curia? quod à ſpectabilibus Regentibus
61 Valenzuela, Rouito, & aliis factum per hortatorias præſentatas demonſtrauimus.

Quod verò allegatur, & in ſupplicatione Proregi oblata exprimitur ab vno ex Regiis Conſiliariis delegato in certum genus perſonarum, quòd inhibitio Magnæ Curiæ fundatur in præeminentia, &
62 dignitate officij, cui eſt annexa, & commiſſa cognitio talium perſonarum, quam ipſe delegationem appellat à Principe, quia cùm dignitas Conſiliarij ſit maior, & in cauſis, qui in Sacro Conſilio vertuntur, ſit ſuperior Magnæ Curiæ tanquam Iudex appellationis, illa noua commiſſio ratione præeminentiæ, & dignitatis in ſua perſona mutat formam, & recipit aliam ſuperioritatis.

Quod totum eſt contra omnes iuris regulas, tunc enim quis dicitur Superior, & par, quando paritas,
63 & ſuperioritas conſiſtit in adminiſtratione, non autem quando in dignitate tantùm, nam tunc etiam æqualis punit ſibi æqualem, & inferior Superiorem in propria iuriſdictione, vt eſt particularis text. *in l. 1. in fine. C. ne liceat potent.* per quem textum ita in indiuiduo declarat per hanc regulam, par in parem, Bar. *in l. fin. in fine, ff. de rerum diuiſ.* & ſequitur Bald. *in cap. 1. in fine, qualiter debeat iurare vaſſal. fidelit. Domino.*

64 Et demonſtrauimus ſupra, Conſiliarios eſſe ſubditos Magnæ Curiæ in iis, in quibus non agitur de iuriſdictione, & officio ſed de perſona, & bonis, cùm Magna C. ſit Iudex ordinarius omnium in Regno degentium, nec illa ſuperueniens qualitas dignitatis, & officij liberet Conſiliarios à iuriſdictione Ordinarij, vt ex doctrina Ancharani *in cap. ſanè, il 2. de off. delegati*, & ex multis aliis latiſſimè cumulat, & probat Dominus Reg. Rouit. *in d. prag. 1. n. 8. cum ſeqq. de titul. abuſu*, quia non eſt nouum in iure, vt quis poſſit dici maior, minor, & æqualis diuerſis reſpectibus; iuxta gl. *in c. queritur 2. q. 7.* & *cap. quamquam eadem cauſa*, & *cap. perlectis, 25. diſt.*

Et in Rectore ſtudij, quòd ſit maior Epiſcopo, qui eſt ſcholaris in ſtudio, licèt extra ſtudium ſit minor, & in filio Epiſcopo, quod domi ipſum pater præcedat, & in Eccleſia Epiſcopus patrem cum pluribus ſimilibus. Idem Dominus Reg. Rouit. demonſtrat, nullã poſſe fundari dignitatem, quæ faciat ſuperiorem abſque adminiſtratione, *in d. Prag. n. 13. cum ſeqq. vſque ad num. 24.* cùm in delegationibus non attendatur dignitas, vel qualitas delegati, ſed qualitas iuriſdictionis quam exercet, Schader. *de feudis, part. 10. ſect. 4. numero 24.* & *ſect. 12. numero 85.*

Quò fit, vt cùm Conſiliarij, quibus ſunt commiſ- 65
ſæ huiuſmodi cauſæ in certum genus perſonarum, & negotiorum, habeant illas ſeparatas ab officio Conſiliariatus, & alio titulo commiſſiones illas exercét, non poterunt repræſentare eandem dignitatem & præeminentiam in iſtis commiſſionibus, quam habent in cauſis ſibi commiſſis tanquam Cõſiliarij, qui de natura officij in illis cauſis ſunt Iudices appellationum à Magna Curia, & ſic cùm repræſentent in talibus commiſſionibus diuerſas perſonas, & fungantur iuriſdictione, quæ eſt inferior, & minor iuriſdictione Magnæ Curiæ, vt demonſtratum; nulli dubium, nec eſſe ſuperiores, nec æquales, vt optimè conſiderauit ex Frecc. & aliis idem Dominus Reg. Rouit. *in d. Pragm. 1. num. 19.* & latè ſupra fundauimus.

Vnde, cùm in exercitio talium commiſſionum 66
ceſſet dignitas, & præeminentia officij Conſiliariatus, nulli dubium, tanquam æqualem, vel minorem debere in petendo remiſſionem practicari, quod ſupra eſt fundatum, & demonſtratum ex regula text. *in l. ſi quis ex aliena*, quod in dies ſic ſeruatum in facto ex multis exemplis præſentati, demonſtratur, præſertim per Hortatorias Domini Regentis Valenzuela, Domini Regentis Rouiti, & aliorum miniſtrorum, qui hortando, & petendo comparuerunt ſemper in Magna Curia, quæ, dato termino, præcedente decreto, cognito ſuam eſſe, vel non eſſe iuriſdictionem, decreuit remiſſiones fieri, & non fieri, & apparent plures proceſſus præſentati.

Et exempla nonnullarum inhibitionum, & con- 67
ſignationis aliquorum actorum abſque decretis Magnæ Curiæ, quæ in contrarium adducuntur; ea omnia clam proceſſerunt, nulla habita de eis notitia à Magna Curia, ſed auctoritate Miniſtrorum, qui tales commiſſiones exercebant, vocatis Scribis nulla data licentia à Magna Curia, ſed ipſa inſcia, fecerunt ſibi conſignare proceſſus illos: quod explorati Iuris eſt, nullum poſſe facere præiudicium Magnę Curiæ ignorãti, cùm ſint attentata contra expreſſam legis diſpoſitionem; & exempla non poſſunt tribuere iuriſdictionem, nec inducere conſuetudinem, cùm ad fundandam conſuetudinem ſit neceſſarium eſſe rationabilem, contradictam, & ſecundum eam, reiecta contradictione, pluries iudicatum, *l. cum de conſuetudine*, & *l. ſed, & ea*, & *leg. quod non ratione, ff. de legib. l. 1.* & *l. conſuetudines, C. quæ ſit longa conſuetudo. leg. 3. C. de Epiſcop. Audien.* & ibi gl.

Et ad tribuendam iuriſdictionem longæuam, & 68
vetuſtam conſuetudinem requiri, Imperatores Leo, & Zeno ſtatuerunt *in l. viros ſpectabiles*, & *l. probatorias. C. de diuerſ. offic. lib. 12. cum concordantib.* de quibus per gloſ. *in d. l. viros, in verb. obtinuit*, illamque eſſe approbatam conſenſu Principis, & partium, refert Lucas de Pen. *in l. miſſi, col. 2. C. de exactor. tribut. lib. 10.* & propterea dixit Bald. *in rubr. C. quæ ſit longa conſuetudo*, ex Odoffr. *n. 1.* iuriſdictionem non poſſe acquiri, niſi conſuetudine, cuius contrarij memoria non exiſtat; quia longæua, & veſtuta conſuetudo dicitur illa, cuius non extat memoria in contrarium, 69
ſecundum gl. *in d. l. conſuetudines, in verb. longæui, Cod. quæ ſit longa conſuetudo*, vel centum annorum, vt *in l. vltima. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* dixit gloſ. *in l. de quibus, in verb. inueterata, ff. de legib.* Non enim iudicandum

candum eſt exemplis, dicit tex. *in l. nemo. C. de ſen-tent. & interlocutor.* ſed ex conſuetudine, quæ per exempla introducitur, quod optimè declarauit Bald. *in d. rub. C. quæ ſit longa conſuetudo, num. 3.* aſſerendo, quòd ſi exempla ſtant in ſuis finibus, non eſt iudicandum exemplis; Si verò tranſeunt ad eſſe conſuetudinis, & concurrunt alia requiſita, quæ conſuetudinem inducunt, tunc iudicabitur non ex virtute exemplorum, ſed ex virtute conſuetudinis, quod dictum Bald. fuit deſumptum ex gl. *in dict. l. de quibus, in ver. inueterata, in fine,* & ex alia gloſ. *in*
70 *rub. C. quæ ſit longa conſuet.* & ibidem vltra temporis curſum ad fundandam conſuetudinem, requiri frequentiam, actus eſſe contradictos, & ſecundùm eos ſemper & perpetuò iudicatum. Verba ſunt Bald. *in d. rubr. C. quæ ſit longa conſuetudo, n. 4.* notat Andreas in præiudiciis feudorum, *à num. 25. vſque ad n. 26. & in cap. 1. nu. 1. & 2. de feudi cognition.* & *in cap. 1. de conſuetud. rect. feudi, nu. 2. 3. 4.* & *in cap. 1. col. 2. verſ. vnde ſi bis, de his, qui feud. dare poſſunt,* Dominus de Franch. *deciſ. 91. n. 16.* & cumulat alios Maſcard. *de probat. vol. 1. concluſ. 423. 424.* & quod debeat eſſe approbata conſuetudo per Iudicis pronunciationem *concl. 327.*

71 Ex quibus cùm non poſſit dubitari nec de poteſtate, & præeminētia Magnæ Curiæ, nec de iuriſdictionis qualitate quā debeāt exercere omnes ſupradicti Domini ad tollendas cōtrouerſias, quæ in dies oriri ſolēt, Principis ordinationem eſſe neceſſariam creditur, cui ſupplicatur velle ordinare, quòd Iudices iſti non cognoſcant, niſi de cauſis ciuilibus tantùm, tangentibus exercitia, & miniſteria perſonarum, ſeruata forma ſuarum commiſſionum, conſeruando Magnam Curiam in cognitione delictorum communium, & grauium, & quando caſus acciderit, quòd Magna Curia cœperit informationem, & perſonas, quæ ſunt de exercitio, arte, & miniſterio ſpectante ad iuriſdictionem alicuius ex his Dominis, non poſſint facere inhibitiones, ſed ciuili modo procedere, hortando, & petendo, obſeruando, quod de iure, & in praxi nunquam fuit hæſitatum.

Iulius Maſtrillus M.C. Fiſci Patronus.

SVMMARIVM.

1 *Textus* in leg. vnica. C. quando Imperator, inter pupillos, & viduas, *iuncta conſtitutione* ſtatuimus leg. 2. *quid diſponant.*

2 *Vidua de nece viri accuſans, an, & quando poſſit forum eligere, quidque fuerit practicatum.*

3 *Follerij, & Carauitæ diſſentiones in præſenti adducuntur.*

4 *Vidua dum forum eligit, vtrum ceſſet electio ipſa nubente.*

5 *Carauitæ ſententia in præſenti adducitur.*

6 *Potentia non conſideratur, quæ non poteſt ad actum reduci.*

7 *Præſidis de Franchis deciſio 257. adducitur in præſenti.*

8 *Domini Paſcalis Doctrina pro quæſtione affertur.*

9 *Domini Maſtrilli Deciſio 268. conſideranda ad propoſitum adducitur.*

10 *Textus* in l. eum, qui certarum, ff. de verb. oblig. *affertur.*

11 *Viduæ priuilegium non trahitur ad Baronem, & quando.*

12 *Baroni Iuriſdictio conceſſa non derogat priuilegio legis vnicæ, de qua ſupra.*

13 *Litis conteſtatio an requiratur reſpectu fiſci, vt Vidua priuetur priuilegio, vſque ad num. 14.*

15 *Iudex competens eſt ſemel à principio electus, licèt poſtea ſtatus mutetur, vſque ad num. 16.*

17 *Litis conteſtatio non eſt neceſſaria reſpectu fiſci, vt mulier variet forum.*

ARGVMENTVM.

Vidua ſi poſt electionem fori factam in M. C. pro viri nece vindicanda, ſecundas contraxerit nuptias, nùm Iudex ordinarius patrati criminis poſſit comparere, & cauſæ remiſſionem petere, vel potiùs dicendum, per electionem fori à Vidua factam fuiſſe Regio Fiſco ius quæſitum, vt cauſa in eadem M. C. ſit omnino terminanda: & de aliis notabilibus.

ALLEGATIO XCV.

ARTICVLVM pluries in Tribunalibus ventilatum, pluries terminatum, & deciſum pro Regio Fiſco; audio nunc in dubium reuocari ad inſtantiam Baronis 1
Ortodonici petentis remitti vaſſallos ad eius curiam, aduerſùs quos vidua de nece viri accuſans eligit in forum M. C. V. vigore *leg. vnic. cap. quando Imper.* & *conſtitut. ſtatuimus, leg. 2.* eo quod poſt electionem fori prædicta vidua nupſerit, quo caſu ceſſante priuilegio electionis per viduam olim factæ, omnino cauſa prædicta ad dictum Baronem ſit remittenda, cum adhuc in Magna Curia nulla ſit facta litis conteſtatio, aut decretum interpoſitum ſuper competentia Iudicis, quæ videntur neceſſaria, vel alterum ipſorum, vt fiſco irreuocabiliter ſit ius quæſitum, ad tradita per Carau. *in titul. 233. numer. 12.* per Dom. Reg. Tap. *in dict. conſtitut. ſtatuimus, numer. 16. verſicul. amplia 3.* vbi inquit quod conteſtata lite, aut interpoſito decreto ſuper Iudicis competentia, non fieret remiſſio cauſæ etiam quod nuberet aut moreretur vidua, ergo à contrario ſenſu, non conteſtata lite, aut aliquo interpoſito decreto ſuper Iudicis competentia, fieret remiſſio, prout in caſu noſtro, eandem

dem opinionem videntur ſequi moderni Nouarienſes in eorum praxi *de electione, & variatione, fori.ſect. 1.cap.7.n.4.*

2 Quibus tamen non obſtantibus pro fiſco iudicandum cenſeo,pro quo aliàs iudicatum fuit, prout per exempla plurima, quæ producuntur, & ſufficerent binæ iudicaturæ, per quas binas iudicaturas iudicandi conſuetudo inducitur, in propriis terminis petitæ remiſſionis D. Preſ.de Franch. *deciſ.7 1 1.numer.1 1.* & quod non modo ſemel, ſed pluries interpretationem recepit, minimè mutandum ſit, *ff. de leg. leg.minimè*, & in dubiis quæſtionibus ſententia Sacri Conſilij facit ius, idem Preſ. de Franch. *deciſ. nonageſima, numer. quinto.*

3 Et vt veritas exagitata magis eluſcat, pro Regio Fiſco,DD. maximæ auctoritatis fuerunt, & in primis inſignis Foll. *in praall. conſtit. ſtatuimus, numer. 27 cum plur. ſeqq.* vbi ſigillatim ad ſingula per Carauit. adducta in contrarium reſpondit, quicquid enim ceſſet cauſa priuilegij ipſius viduæ, non ceſſat ius fiſco ſemel quæſitum ex reg.tex.*in l. ſi poſt mortem*, §. 1.& *in l.non putauit*, §.*ſed ſi poſt mortem, ff de contratab.*Girag.*in tract. ceſſante cauſa, limit. 1 1. numer.19. verſ.amplia etiam, & ſatis ſit ſi momento temporis ius tale fuerit penes fiſcum, arg.in l. quacumque*, §. *vltimo, ff.de publ.in rem act.* Bald. *in leg. generaliter,verſ.ſed ego. C.de Epiſc. & Cler.* per quæ, & alia media Foller. quo ſupra arguit, & ſuſtinet pro fiſco receptam opinionem;eſt enim in eſſe productus, & conſummatus actus reſpectu Fiſci per electionem fori ſemel factam per viduam, vt ibi per eum,& ſi proceſſum ſit ad citationem, acquiſitum eſt ius Tribunali electo, cum per citationem perpetuetur iuriſdictio, & ſatis ſit,quod tempore citationis fuerit de iuriſdictione citantis, prout in caſu noſtro, ad tradita, per DD. *in leg. ſi quis poſtea,ff. de Iud. & Regular.* quod ceſſante cauſa ceſſet effectus; non procedat vbi ſit impreſſus effectus, idem Foller. *numer. 43. in dict. conſtitut. per iura*, & DD. ibidem alleg, & ſufficeret in hac cauſa remiſſionis tantum allegaſſe Foller. qui ex profeſſo tractauit articulum, & iuribus, rationibus, & DD. auctoritatibus res cedit ad fauorem Fiſci.

4 Huius etiam opinionis fuere iidem moderni ſupra allegati in eadem eorum praxi *ſect.2.c.10.per tot.* vbi regulam firmant, quod electio ſemel facta per viduam non ceſſet ipſa nubente, & ſic ceſſante cauſa priuilegij, vbi ſcilicet inquiſitus per iudicem electum fuerit citatus, quo loci erroneam fatentur Carauit. ſententiam contra fiſcum *ſub numero 15.*

5 Idem Carau. poſt diſputationem *numer. 18.verſ. ſcias tamen*, teſtatur in praxi ſeruari contrarium ſuæ opinionis, quod ſit quæſitum ius fiſco per ſolam electionem factam per viduam, abſque litis conteſtatione, & quod ſemper decernitur cauſam remanendam ſi tranſierit ad ſecunda vota, vel moriatur vidua, quam praxim ex eo ſuſtineri poſſe, vel inoleuiſſe, quod ſcilicet, & ſi vidua nupſerit vel moriatur, perſteti ſſe in eadem voluntate præſumatur, quaſi quod ius fiſco quæſitum, ſtetque, cadatque ex voluntate præſumpta non mutata nubentis viduæ, ridicula ſane ratio, & tanto viro non digna; vidua ſiquidem mutauerit, vel ne voluntatem, nihil obeſſe aut prodeſſe poteſt, cui nullum ius ſuperſit proſequendi vin-
6 dictam necis viri, ob initas ſecundas nuptias; fruſtra enim conſideratur illa potentia, quæ non poſſit reduci ad actum; inquit Philoſ. & cùm certum ſit Fiſco non afferre præiudicium mutationem voluntatis viduæ remittendo; imo prodeſſe detecta remiſſione ad excludendam variationem, quæ de iure competit, vt per D. Franch. *deciſ. 100. num. 21.* & dicam infra latiùs, ergo neceſſario dicendum ſit, hanc praxim inoleuiſſe ex iuribus, & rationibus ex frequentiori DD. calculo receptam, vel magis dixerim ab omnibus DD. approbatam.

In hanc opin. D. Præſid. de Franch. inclinaſ- 7
ſe euidentiſſimè videtur *in ſua deciſ. 157.* dum, etſi articulum indeciſum aſſerat, allegat tamen DD. pro fiſco tenentes, quos videndos monet, ergo ſatis videtur ad fauorem deciſus articulus qui in facti contingentia tunc decidendus non erat.

Hanc ſententiam ad fiſci fauorem eleganter 8
comprobat & ſequitur D. Philippus Paſcalis meritiſſimus cauſarum criminalium Iudex, & collega noſter in ſuo aureo tractatu *de virib. patr. poteſt. part. ſecunda, numero decimo, fol. 195.* vbi in hanc ſententiam allegat D. Preſ. de Franch. *alleg. deciſ.157.* refert alios, quos ne videar tranſcribere, eidem me remitto.

Et in iiſdem terminis, mutatis tantùm nomini- 9
bus, adeſt deciſio in Regno, ſcilicet D. Maſtrill. 268. per totum omninò videnda, vbi ex eo quod introducta ſemel cauſa per viam electionis ius quæſitum ſit Magn. Cur. licèt ceſſet perſona viduæ, deciſum refert quæſitum ius fiſco, & ante eum Valaſc. *conſult.57. lib.1.*

Non obſtat quod reſpectu ipſius fiſci ius non di- 10
catur ſimpliciter quæſitum irreuocabiliter; ſi quidem poſſit ipſa vidua variare ſecundùm receptam opinionem, ex regul.text. *in leg. eum qui certarum, ff. de verb. oblig.* quia hic caſus fuit exceptus fauore ipſius viduæ, cui iura tam communia, quam municipalia conſultum voluerunt, ne quod in viduæ fauorem indultum eſſet, in illius odium retorqueretur,ex reg.tex. *l.quod fauore.C.de leg.* Affl. *in dict. conſtit. ſtatuimus, num. 34. & 35.* D.de Franch. *dec.100.* idem Foller. *in dict.conſtit.ſtatuimus, num. 66. verſ.quarto caſu*: ſi modo variatio citra fraudem ſic fiat, vt per Foller. *in ſua prax. in verbo audiantur excuſatores,numer. 20.* & per eundem D.de Franch. *dict. deciſ.100. numer. 21.* quod enim viduæ indul- 11
tum eſt, non trahetur ad Baronem, *arg.ff.de leg.leg. quod verò*: at ſi vidua cum parte ſe concordaret, nihil aget petendo remiſſionem, & variando ad Iudicem Domicilij, adeò fiſco quæſitum eſt ius, vt tradunt DD. in locis ſupra citatis, & in hunc caſum concordiæ initæ inter viduam & inquiſitum, cui dubium quod, & ſi ceſſet priuilegium viduæ, nihilominus ius fiſco quæſitum non tollatur: ex quo infertur, quod contemplatur perſona viduæ non abſolutæ, ſed quatenus interſit Reipub. delicta puniri,quia in M. C. V. miniſtratur iuſtitia multo magis, quam per Barones, & alias Curias inferiores Regni,idem Præſ. de Franch. *alleg. deciſ. 100.numer. 12.*D. Maſtrill. *alleg.deciſ.268.num. 34.* & Fiſco ſuperſit, eo caſu diligentias adhibere, & de fraudibus inquirere, ſiquidem variando, ſemper adſit ſuſpicio concordiæ inter viduam & Partem, & repertis fraudibus, & concordia, cauſa non remittitur prout ſeruatur,& teſtatur vltra prædictos D. Reg.Tapia *d.conſtit.ſub num.23.*

Nec poterit conqueri Baro, quod ſibi adimatur 12
cognitio cauſarum, quæ ſibi cõpetit vigore ſuorum priuilegiorum, quia per conceſſionem iuriſdictionis à Rege factam primarum, vel ſecundarum cauſarum in omnes, & quoſcumque ciues, & habitantes in Caſtro, non intelligitur derogatum

priui

Priuilegio *dict. leg. vnica*, & poſſit dicere Fiſcus, *Amice non facio tibi iniuriam*, quia nihil adimat Baroni, ſed iure ſuo vtatur, *arg. l. altius, ff. de ſeruit. ita in deciſ. 192. n. 2.* idem D. de Franch.

13 Non obſtat quod ſupradicebatur litem non fuiſſe conteſtatam, aut interpoſitum decretum ſuper competentia iudicis, quia reſpectu fiſci non requiritur litis conteſtatio; ſed ſufficit fuiſſe aditam M.C.V. per viduam, vt bene conſiderant DD. deſuper allegati ex reg. tex. *in dict. leg. vnica, in verſ. erauerint*, & ibi *cogantur eorum aduerſarij*, & inſuper ſubſequutum decretum inhibitionis in forma, vel citatione ad informandum, vt ibi per eos; quia tunc priuilegium quod ſemel produxit effectum conſummatum, & ſi ceſſet nubente vidua, non ceſſat quoad ius quæſitum alteri, prout in caſu noſtro, Follerius *in conſtit. ſtatuimus, num. 11.* quem D. Maſtrill. refert, & ſequitur, plures alios allegando, *ſæpius alleg. deciſ. num. 16. cum ſeq.* litis verò conteſtatio operatur effectum reſpectu ipſius viduæ, vt ſi nupſerit, continuetur iudicium, etiam ceſſante priuilegio, prout exemplificat idem D. Maſtrill.

14 *alleg. deciſ. num. 13.* vbi inquit, quod ſi tempore litis conteſtatæ cauſa viduæ reſpectu eius perſonæ eſt priuilegiata & ſummaria, ſi in medio litis ipſa alteri nubat, natura cauſæ non mutatur, ſed remanet, prout erat in principio litis ſummaria; cùm attendatur tempus cœpti iuditij, & ſuperueniens matrimonium non habetur in conditione, ità ſimiliter ante litis conteſtationem, licet vidua deſiſtat, aut remittat, ceſſat effectus quoad commodum ipſius quærelantis de futuro, vt nihil ex eo conſequatur amplius poſtquam remiſit, aut deſiſtit; reſpectu verò iuris quæſiti fiſco non ceſſat, immò remanet, & tota-

15 liter radicatur in perſona Officialis electi, & ſic non ſolùm, vt acta valeant in præteritum, ſed vt remaneat competens Iudex ſemel a principio electus; nam quæ ſemel vtiliter conſtituta ſunt, durant, licet caſus extiterit a quo initium habere non potuerint, *ff. de reg. iur. leg. non eſt nouum c. factum legitimè, eod. tit.* Idem Foller. *in dict. conſtit. ſub num. 59. verſ. ſecundo*, & è contra quod per litem conteſtatam vidua continuet fori electionem, & in eam perpetuetur, etiam ſi nubat, videtur approbare idem Caran. ſibi contrarius *dict. ritu, ſub num. 16. & 17.* & tradunt prædicti Nouarien. *allegata ſect. 1. quæſt. 7. num. 4.* ita non ſibi ipſis contrariantur *alleg. ſect. 2. cap. 10.* quia contraria opinio poſt litis conteſtationem procedat reſpectu ipſius viduæ, vt lite conteſtata perpetuetur iudicium coram Iudice electo, etiam ſi nupſerit, ſecus verò reſpectu fiſci, vt litis aliqua conteſtatio non requiratur, cùm ſufficiat fuiſſe aditam M. C. V. tantùm, & idem D. Reg. Tap. *in dict. conſt.* hoc expreſsè firmat, ſi benè perpendatur, qui in contrarium pro parte Baronis addu-

16 citur, inquit enim *amplia hanc concluſionem, etiam ſi poſt electionem fori nuberet, aut remitteret poſt litem conteſtatam, vel poſt decretum interpoſitum ſuper iudicis competentia.* ex quibus verbis clare colligitur intellexiſſe reſpectu ipſius viduæ ad perpetuandam iuriſdictionem iudicii electi vt requiratur litis conteſtatio, ſecus verò reſpectu fiſci, cui ſatis ſit ſemel fuiſſe electam M. C. V. per viduam, & citatos inquiſitos. Decis. S.C. 457. non debuit ex aduerſo allegari, in qua loquitur D. Præſ. reſpectu ipſius Rei inquiſiti de extractione extra Regnum, contra quem de priuando eundem officio agebatur, & meritò audiendus erat, & in contumaciam cum eo lis conteſtanda erat, quatenus indefenſus non periret, quid hoc commune in caſu noſtro, in quo veluti accuſatore deſiſtente, poteſt M.C. ex officio procedere, quod procedit ſiue voluntariè, ſiue neceſſariò deſiſtat, ita poſſit in præſenti cauſa procedere, ſiue nubat, ſiue remittat, prout idem Carauita *in allegat. dict. numer. 14.* arguit.

Ex quibus ſatis plenè demonſtratum apparet remanere abſque contradictore ſupradictam opinionem, quod reſpectu fiſci non ſit neceſſaria litis conteſtatio; ſed ſibi ius quæratur irrouocabiliter per ſolam electionem factam per viduam fori M.C.V. licèt tranſierit ad ſecunda vota, vel mortua ſit, cum idem Caran. qui allegatur pro parte contraria, affirmet *ſub dict. num. 18.* ipſam ſeruari in praxi, D. Reg. Tap. & moderni Nouarienſes; ſe declarant, vt litis conteſtatio requiratur reſpectu eiuſdem viduæ, non autem reſpectu fiſci, vt eſt dictum, & demonſtratum, etiam ex deciſ. D. Maſtrilli, & illud de interpoſitione decreti ſuper competentia Iudicis, quod ſemit Tap. practicatur abſque decreto particulari, & ſit quando facta electione in M.C. per viduam, M.C. decernit, & inhibet, quod ſtante fori electione, illa Curia non procedat, & tranſmittat acta, & expediantur prouiſiones inhibendo in formâ Tribunalibus inferioribus, & ità ſe declarat iudicem competentem, & actis tranſmiſſis proceditur indifferenter in cauſis prædictis, nec aliter practicatur nouum decretum interponi ſuper dicta competentia Iudicis, cùm M.C. ſit Iudex competens miſerabilium perſonarum, & iuris miniſterio cenſetur interpoſitum decretum vigore dictæ conſtitutionis *ſtatuimus*, quod aduertit idem Carauita *loc. cit. ſub num. 17.* & notat D. Tap. *d. conſtit. ſub num. 18.* & in dies videmus ſic obſeruari, & practicari in M.C. 17

Iulius Maſtrillus M.C. Fiſci Patronus.

In hac cauſa ſuccubuit Regius fiſcus, non quod omnia prædicta pro veriſſimis habita non eſſent; ſed quia compertum facit, fori electionem factam per viduam demùm nuptam, non fuiſſe factam ſeruata forma Conſtitut. *ſtatuimus*; deficiebat enim iuramentum perſeuerantiæ, quod de forma requirit Conſtitutio; vnde fuit formatum decretum per hæc verba: ex quo fori electio non fuit facta formiter, remittatur cauſa ad Curiam Baronalem terræ Hortidonici.

SVMMARIVM.

1 *Nouitius ſub patria poteſtate exiſtens qualiter Neapoli de bonis maternis teſtamentum faciat.*

2 *Nouitius, an ſuperioris licentiam habere debeat, dum diſponit de bonis ſuis.*

3 *Textus* in cap. 3. de Regularibus in 6. *qualiter procedat.*

4 *Tridentini diſpoſitio.* ſeſſ. 25. de reformat. cap. 26. *in præſenti adducitur.*

5 *Patria poteſtas per Nouitiatum non tollitur, ſed per profeſſionem.*

6 *Textus* in §. illud, in Auth. de Monacis, *adducitur in præſenti.*

7 *Nouitius vel Clericus filiusfamilias, de quibus bonis aduentitiis poſſit diſponere, vſque ad num.9.*

10 *Bona quæſita intuitu Eccleſiæ qualiter ſubiiciantur diſpoſitioni facienda per Clericum.*

11 *Clericus eximitur à Patria poteſtate, ſecus Epiſcopus.*

12 *Textus* in Auth. Presbiteros. Cod. de ſacroſanctis Eccleſiis, *adducitur in præſenti.*

13 *Dictio* quolibet modo, *quid importet.*

14 *Clericus, quod acquirit poſt Clericatum dicitur quaſi caſtrenſe.*

15 *Laïcorum bona aduentitia ſunt quaſi Caſtentia reſpectu Clericorum.*

16 *Filiusfamilias per Clericatum non eximitur à patria poteſtate: & qui effectus reſultent.*

17 *Filiusfamilias qualiter teſtamentum faciat, & de quibus bonis in Ciuitate Neapolis.*

18 *Textus* in §. fin. cum § ſequent. Cod. ad Senatus Conſultum Tertullianum, *adducitur.*

19 *Clerici Bona quæſita ante Clericatum iudicantur vt bona laïcorum.*

20 *Leſſij* de Iuſtitia, & Iure lib. 2. cap. 19. *doctrina pro deciſione adducitur.*

21 *Monacus, quod acquirit poſt Nouitiatum pro caſtrenſi habetur.*

ARGVMENTVM.

Teſtamentum conditum intra annum probationis à Nouitio Religionis Capucinorum, dum Patrem habebat, an de iure ſubſiſtat, vel potius pro nullo, & inualido ſit habendum: & quid in Clerico.

ALLEGATIO XCVI.

1 NObiliſſimus adoleſcens Petrus Indellus Monopolitanus laïcus, & in patris poteſtate, religionem ingrediens Capucinorum, ante profeſſionem, infra tamen annum probationis teſtamentum fecit, & de matris bonis (mater enim longè ante ingreſſum deceſſerat) diſponens, inſtituto patre in legitima, in reliquis vniuerſaliter Magnificum Octauium Palmerium inſtituit, mandauitque ea partim in pios vſus, partim in non pios diſtribui, vt in teſtamento. Profeſſione ſequuta, quæritur de validitate teſtamenti, cùm ſine licentia patris ſit teſtatus, & de aduentitiis ante ingreſſum quæſitis.

Poſſe Nouitium, infra probationis annum proponendo in Religione manere, diſponere, etiam ſine Superioris licentia, cùm adhuc in illius non tranſierit efficaciter poteſtatem; ideóque ſuam diſpoſitionem valere, ac ſi in ſæculo fuiſſet teſtatus, affirmat Did. Couarr. *in cap. 2. verſ. ſed hæc ſententia, in fine, extr. de teſtam.* quam dicit concluſionem probari ex tex. *in c. 4. de Regular. in 6.* aduerſus Roder. Suarez. *alleg. 10. num. 9.* qui tenet neceſſariam Superioris licentiam, propter ea, quæ tradit Archid. *in c. nunc autem 19. q. 3.* 2

Sed qui cum Roderico ſentiret facillimè euitaret diſpoſitionem *dict. cap. 4.* licet enim tex. loquatur de aſſenſu eius, qui religionem ingreditur, quoad beneficij collationem infra probationis annum, non tamen intelligi debet abſolutè, vt per ſe conſentiat ſine ſuperioris auctoritate, vnde pro Roderico quoad intellectum *d. c. 4.* hodie eſt decretum V. G. Trident. *de refor. c. 16.* renunciationes, & obligationes à Nouitiis non aliàs fieri, quam coram loci Ordinario per duos menſes ante profeſſionem; quamuis concedendum ſit dictum decretum Concilij Trid. ex interpretatione Sacræ Congregationis non habere locum in teſtamentis, & aliis vltimis voluntatibus. 3

Differentiæ rationem moderni conſiderant nimirum Ioan. Azor. *lib. 2. inſtit. moral. part. 2. cap. 20.* Ioan. Gutier. *lib. 2. Canon. quæſt. cap. 1.* & alij, renunciationes, & obligationes eſſe actus irreuocabiles, ideo neceſſe vt maior adhibeatur cautio. 4

Hoc tranſeat, quod de patris naturalis conſenſu, perpetuum vinculum poteſtatis, omnes fatentur durare, nec ſolui, niſi demùm profeſſione ſequuta, conſtanter ponit Didac. Spinus *in ſpecul. teſtam. Gl. ſubur. 4. par. num. 11. tex. leg. Deo nobis, §. huius autem. Cod. de Epiſc. & Cler.* & Gutier. *vbi ſup. num. 11.* quicquid inuolutè aſſerat Nicol. Boër. *deciſ. 21.* 5

Et videtur libera teſtandi facultas per tex. *in § illud, in Auth de Monach.* ſed nihil facit, cùm intelligitur de quocumque habili ad teſtandum, & antequam religionem ingrediatur, refert Iul. Clar. *in § teſtamentum, cap. 28. verſ. in 1. tempore*, fortior ratio pro Nouitio facit ex comparatione ad Clericum, etiam primæ tonſuræ; cui libera eſt teſtandi facultas, *cap. quia nos, extr. de teſtam. in Authen. de Sanctiſſ. Epiſc. §. Preſbyteros, leg. ſacroſancta, leg. cum leg. Leonis. Codic. de Epiſc. & Cler.* nam, & & ipſe Nouitius habitum ſuſcipiens, & perſeuerans, laïcus dici non debet, ſed Eccleſiaſticus, in terminis reſoluunt Ant. Butr. Abb. & poſt eos Auguſt. Berous *in c. in præſentia de probat. hic. num. 524. verſ. ex verbis Abbatis.* 6

Quæſtio reſtringitur vt videamus de quibus bonis iſte Nouitius, ſiue etiam Clericus teſtari poſſit, qua in re ſunt diſcrepantes opiniones. Abbas vbi ſupra opinatur de omnibus aduentitiis indiſtinctè? etiam in præiudicium patris, quoad vſumfructum. Butr. vult ſaluum eſſe patri vſumfructum, in quo non poſſe patri per filium præiudicari, & cum Butrio, Decius Berous, & alij communiter, vt per Couar. *in d. c. quia nos, n. 2.* Io. Azor. *inſtit. moral. lib. 12. c. 8. conſ. 9. quæritur.* 7

Verum Bart. & Iacob. Butr. *in leg. Sacroſancta, C. de Epiſc. & Cleric.* interpretantur facultatem diſponendi quoad ea bona quæ ad Clericos veniunt, non immediatè contemplatione Eccleſiæ, ſed propter ipſos vti Clericos, Bart. exemplificat de fructibus præbendæ. Butrig. in orationibus & Miſſis, pro defunctis. 8

Con

9 Contra Bart.& ſequaces adducitur tex. *in d.c.quia nos*, vbi de bonis vndecumque quæſitis, nec diſtinguit facultas teſtandi, ſint, neceve Clerici in poteſtate, ſed claré reſpondetur, ſupponendos eſſe, immò, & ſupponi perſonæ habilitatem, ideſt Clericum eſſe ſui iuris, cùm de paterna ſucceſſione fiat mentio, & conſequenter patre defuncto: ibi *de bonis, quæ paternæ ſucceſſionis*, ita in terminis declarat doctiſſimus interpres Ant.Gomez *in l.Tauri 48.num.7. circa medium.*

10 Reſpondetur ſecundò ibi non quæ de ſtatu perſonæ Clerici diſponētis, ſed vtrum intuitu Eccleſiæ bona quæſierit, vt de eis minimè diſponere liceat, patet ibi, *de his tamen quæ conſideratione Eccleſiæ.* Ego in fragmentis in ius Longob. *ad d.c quia nos*, aduerto quod eſt P.Alexand. III. Scribentis Epiſcopo Vigilienſi, quo tempore in hac regione ſub rege Gulielm. qui Bonus cognominabatur, maximè ius Longob. erat in vſu per Conſtit.Reg. *puritatem*, eoque iure non curabitur patris poteſtas, vt hodie Romano iure, quo vtimur quoad poteſtatem patriam in filios.

11 Certior reſolutio eſt, quod cùm per Canones non ſit ſublatum ius patriæ poteſtatis in quoſcumque Clericos, niſi ſint Epiſcopi ſecundùm omnium receptiſſimam concluſionem, & *d.c.quia nos*, non loquatur de filiisfamilias, debet intelligi, & diſtingui per *c.licet de ſepult.in 6.* ſtandum enim eſt magis ei quod diſtinctè diffinitur, quam, quod perfunctione traditur, vt in doctrinis accipiendis docent DD. quos meminerunt Pariſ. *conſ.91.col.fin.vol.3.* Soccin.Iun. *conſ.1.col.fin.* & *conſil. 119. col.6. vol.1.* atque alij alibi.

12 Ad tex *in d. Auth.presbyteros*, quem contra Bart. ponderat, ibi *res quomodolibet ad eorum dominium venientes habere ſub ſua poteſtate percipimus*, & *l.ſacroſancta, verſ. quæcumque bona*, vti adducit Iaſ. *in leg.filia licet, num.6.C.de collat.* & pleriqne exinde inferentes, quod quæ bona in laïcis filiisfamilias ſunt aduentitia, in Clericis cenſentur quaſi caſtrenſia, vndecumque ipſis obueniant; ideoque pleno Iure acquiri, vt de iis liceat diſponere, quamuis in in patris poteſtate ſint ſecundùm Hoſtiens.Io. And. Anch.& alios *in eod.c.quia nos* quos ſequitur Cou. ib., & eſt communis opinio, quam etiam comprobat Roland.a Valle *conſ.16.vol.4.*

13 Reſpondetur *in d.Auth.Preſbyteros*, vniuerſalem orationem & verbum illud *quolibet modo* reſtringi per ſubſequentem dictionem *dominium*, quod abſolutè ſumptum importat plenam proprietatem, cum alienandi poteſtate, Bald. *in leg.fœminæ, in tex.* ibi, *fruendi, Cod.de ſecund.nupt.* Ideò non poteſt videri imperator loquutus de omnibus includendo etiam alienari prohibita, ſine licentia patris, vel vti aduentitia, & profectitia, propterea ſequitur in tex. clauſula *ſecundum leges*, leges autem claræ ſunt in caſtrenſi peculio, cui comparatur, quaſi caſtrenſe, quæcumque comprehendi, quæ per occaſionem militiæ quouis modo aduenerunt, non ità aliunde, ideo matris hæreditas, quamuis in militia delata ſit ad peculium caſtrenſe, non pertinet, tex. eſt *in leg.1.cap de caſtr.pecul.lib.12. leg.ſi filius, cap.famil. herciſ.cum concord.51.*

14 Tex. *in dict cap. Sacroſancta*, bene facit pro Bart. expreſſe loquens de quæſitis occaſione Clericatus, quæ quaſi caſtrenſia ſunt ibi, *quæcumque in eodem Clericatus gradu, locóque viuentes acquirere. & habere potuerunt*, & clariùs patet intellectus iſte *in dict leg. leonis*, qui tex. eſt inſtar Gloſſæ *dict. leg. ſacroſancta*, vt in principio notatur, namque ſe reſtringit ad peculium quaſi caſtrenſe, vt in eo liceat teſtari, ideò eſt ibi *ſuper his tantummodo rebus*, & iterum ibi, *ſuper his tantum habitas*, concordat tex. *leg fin. §.in his itaque, cap.de inoffic. teſtam.* Itaque videntur huiuſmodi aduentitia ſeparatam retinere a quaſi caſtrenſibus, naturam, neque in eis aliquid immutatum. Iacob.Butrig. & Bart. quos ſequitur Capra in *regula 102.n.100.*

Sed admiſſa communi opinione contra præfatos, 15
quæ ſe habet, aduentitia in laïcis iudicari quaſi caſtrenſia in Clericis, ſalua concluſionis meliori iudicatione; cùm non ſit noſtrum iudicare, adhuc vt punctũ quæſtionis abſoluamus eiuſmodi aduentitia duobus modis deſtinctim conſiderari oportet, vno, quæ obuenerunt ante Clericatum, altero poſtquam eſt Clericus effectus, quæ conſideratio neceſſaria videtur propter teſtamenti facultatem, & bonorum diſpoſitionem, & apertiſſime colligitur ex contextu *dict.leg. Sacroſancta, & leg.cum leg.Cod.de Epiſc. & Cleric. ſupra citatis*, & ita ſumatur per Salyc. *dict.leg. ſacroſ.* his verbis. *Clerici etiam in parentis poteſtate* 16
conſtituti; lucra occaſione Clericatus prouenientia ſibi quærunt, & pro libito de his diſponunt in vltima voluntate, vel inter viuos: quo ſenſu comprobatur opinio Bart. Butrij, & ſequacium contra communem; ſed retenta communi, quæ eſt de omnibus bonis, cui accedit Paul. de Caſtro, ſic ipſe ſumat. *Clerici filijfamilias de bonis acquiſitis poſt Clericatum, tanquam de peculio quaſi caſtrenſi teſtari poſſunt, nec eorum teſtamenta ſubiacent reſciſſioni*, ſubditque Paulus ſtatim, *& aduerte quia iſtæ leges loquuntur de bonis acquiſitis poſt Clericatum*, non diſtinguendo, an fuerint acquiſita ex fructibus beneficiorum ſuorum, vel aliunde, & cum Paulo ſunt alij; quos meminit Couarr. *dict.cap.quia nos, num. 2.*

Nec dicat quis id intelligendum reſpectu pa- 17
terni vſusfructus, licere verò de proprietate diſponere, quoniam dictæ leges de omni actu inter viuos, & de vltima voluntate loquuntur poſt Clericatum, & de quæſitis ante Clericatum non ſunt innouatæ leges, quibus de aduentitiis teſtari filijfamilias prohibentur *leg.fin.§.ipſum autem, Cod. de bonis quæ lib.* ibi, *filiisfamilias autem nec de his rebus teſtari permittitur, neque citra voluntatem eorum, ſcilicet parentum, quorum in poteſtate ſunt, vlla licentia eis concedenda, dominium rei ad ipſos pertinentis alienare*, concordat tex. *leg.fin. §.ſin autem defuncta, & §.ſeq. Cod.ad ſent.* 18
conſ.Tertul. legibus ergo rerum proprietas & dominium alienari prohibentur cùm de vſufructu non poſſit dubitari ſemel patri quæſito, cui nullum fit præiudicium, cum filius Religionem ingreditur, propter verba *l.1. Cod. de bonis matern.* indiſtinctè dicentis, vt in diem vitę patris vſuſfructus ei maneat; ita ibi aduertit alios referens Arius Pinel. *part.1. n.45.à n.40. & inde*

Et hanc diſtinctionem temporis ante vel poſt 19
Clericatum per dicta iura Ciuiliſtæ videntur communiter amplecti fauore patris viuentis, vt notanter ponderat & teſtantur Ant.Gomez *d.leg.48.n.7.verſ. ſed his non obſtantibus*, & Clariſſimè fatetur Rol. à Val. *d.conſ.16.*

Eandem ſententiam nouiſſimè conſtanter firmat 20
eruditiſſimus pater Leonar.Leſſ. *de iuſt.& iur.lib.2. c.19.dub.4.num.18.* ibi, *de bonis aduentiis, ſi quidem ea ante Clericatum ei obuenerint, non poteſt teſtari ad cauſas profanas, etiam ſi pater conſentiat. poteſt tamen ad cauſas pias, cum patris conſenſu; de bonis verò aduentitiis, quæ poſt Clericatum conſequutus eſt teſtari poteſt abſolutè abſque patris conſenſu, quia illa ſunt quaſi caſtrenſia, vnde eorum commoditas, & diſpoſitio ad ipſum pertinet*: dicitque communem, & probat.

21 Illud omittendum non eſt à Religioſo Clericum differre, quoad ea, quæ obueniunt poſt Clericatum huic, vel illi poſt habitum religionis indutum, quamuis ante poſſeſſionem, ſi modo in ea perſeuerauerit, quoniam Clericus, cum eorum efficiatur dominus, libere diſponit, vtroque iure permittente; Religioſus verò monaſterio acquirit ſtatim *dict. §. illud, in Auth. de monach. C. quia ingredientibus 19. q. 3.*
2 *cum ſimil.* per quæ reprehenditur Abb. ab Auguſt. Ber. *in dict. c. in præſentia, num.* 528. Ego Abbatis dictum ſaluarem data religionis incapacitate, veluti ſi huic Nouitio apud Capucinos infra annum deuenirent bona, ſed non eſt caſus noſter.

Proſper Rondella.

SVMMARIVM.

1 *Filij in antefato in Ciuitate Neapolitana ſuccedunt tanquam hæredes Patris, de iure verò communi vt filij.*

2 *Filij omnes ſuccedunt in antefato ſuſcepti ex quacumque vxore.*

3 *Pactum vt filij ſuccedant in antefato vti filij, & non vti hæredes, quid operatur.*

4 *Antefatum an, & qualiter confertur à filiis.*

5 *Collatio in quibus bonis locum habeat, & qualiter.*

6 *Donatio ſimplex non confertur, ſecus donatio ob cauſam.*

7 *Antefatum, quando cenſeatur donatum filiis ex ſecundo matrimonio.*

8 *Donationum ſpecies plures ſunt, & quæ.*

9 *Donatio propter nuptias ab aula receſſit.*

10 *Antefatum, an, & qualiter conferatur, & an ſit donatio ob impulſiuam vel finalem cauſam.*

11 *Donatio contemplatione certi matrimonij eſt conferenda.*

12 *Donatio reſpiciens commodum tertiæ perſonæ, dicitur ob cauſam, & non ſimplex.*

13 *Cauſa finalis, & impulſiua, quæ dicatur.*

14 *Donatio facta filio in poteſtate cum iuramento confertur.*

15 *Regula illa non venire in collationem, quæ poſt mortem acquiruntur, qualiter procedat.*

ARGVMENTVM.

Collationis materia explicatur; in quibus bonis, & ſucceſſionibus locum habeat; in qua donatione ſimplici, vel ob cauſam; quid in donatione facta filio in poteſtate cum iuramento. Donationem propter nuptias receſſiſſe ab Aula oſtenditur. Antefati collatio quando, & qualiter procedat. In ea filij an ſuccedant vti filij, an vti hæredes; quid de iure communi, quid de conſuetudine huius Ciuitatis. Quæ cautela pro filiis in hoc ſit adinuenta. Cauſa quæ dicitur finalis, & quæ impulſiua: & de aliis.

ALLEGATIO XCVII.

EST certiſſimum in hac Ciuitate, in antefato filios viri ſuccedere tanquam 1
hæredes patris, nam licèt per text. *in Authen hæres C. de ſecund. nupt.* ſuccedant filij, vti filij, & non vti hæredes, quia tamen per noſtram conſuet. ſtantibus liberis mulier quoad vſumfructum tantum lucratur antefatum, & ob id proprietas remanet in hæreditate viri, hinc propterea ſuccedunt filij vt patris hæredes, vt per Dominum de Franch. *in deciſ.* 106. *num.* 7. & per Molfeſ. *part.* 1. *cap.* 3. *n.* 18. & 19. quamuis Afflict. de Iure conſuet. contrarium aſſerendo *in deciſ.* 314. fuerit deceptus, ad quod euitandum, quod filij non ſuccedant in dicto antefato, tanquam patris hæredes, fuit adinuenta cautela, quod filij ſuccedant, tanquam filij, & non tanquam hæredes, vt per Dominum de Franch. *in d. deciſ.* 106.

Eſt etiam clarum, in hoc antefato ſuccedere om- 2
nes filios mariti ex quacunque vxore ſuſceptos, vt *in conſuet. quartam autem, de iure quartæ,* & non cedit lucro filiorum ſecundi matrimonij, nec cenſetur donatum filiis ſecundi matrimonij, vt per addentes *in dicta conſuet. fol.* 251. *in addit. incip. ex hac conſuetudine,* & per Molfeſ. *in d. parte* 1. *cap.* 3. *n.* 19. & 20.

Et exinde ſequitur quod per pactum appoſi- 3
tum in capitulis matrimonialibus initis inter Ioannem Baptiſtam Coppulam, & D. Hieronymam Pandone, quod in antefato ſuccedant filij, vti filij, & non vti hæredes, ſuccedunt filij tam primi, quam ſecundi matrimonij, tanquam filij, non tanquam hæredes, & nulla facta ſpecifica declaratione, quod debeant ſuccedere filij ſecundi matrimonij, omnes filij tam primi, quam ſecundi æqualiter ſuccedere debebunt, prout iuris eſt, non autem præcipuum habebit antefatum D. Anna Copula filia ſecundi matrimonij, contra iuris diſpoſitionem.

Et dato citra veri præiudicium, quod hoc ante- 4
fatum cenſeatur datum filiis naſcituris ex ſecundo matrimonio, præcipuum tamen non erit ipſius D. Annæ Coppulæ filiæ ſecundi matrimonij, ſed abſque dubio conferendum; cùm collatio ſit rei propriæ in commune latio ab hærede facta, ſeu facienda, vt res collata locum in diuiſione hæreditatis ſortiatur, vt eleganter per Parladorum *quotid. diff. lib.* 3. *diff.* 149. *n.* 2. Et ſit inuenta, vt liberis tam maſ- 5
culini, quam fœminini ſexus æqua lance parique modo proſpici poſſit, & æquitatis ſtudio ſit inductum, vt in diuidendis rebus defunctorum parentum, tam dos, quàm ante nuptias donatio conferatur, vt *in l. vt liberis* 17. *C. de coll.* & licet de iure antiquo collatio tantum in ſucceſſione ab inteſtato locum ſibi vendicabat in dote, & donatione ante nuptias, vt in *dict. leg. vt liberis,* & *in leg. filiam. Cod. eod.* de iure tamen nouiſſimo Authenticorum eſt inductum, vt collatio habeat locum tam in ſucceſſione ab inteſtato, quàm in ſucceſſione ex

teſta

teſtamento, vt *in Auth. ex teſtam.C. eod per.* gloſ. *in d.l.filiam, in fine*: ex teſtamento enim,& ab inteſtato ceſſat dotis, & aliorum datorum ob cauſam collatio, ita demùm ſi parens hoc deſignauit expreſsè, aliàs omninò conferuntur, etiam, in ſucceſſione ex teſtamento, vt *in d.Auth.ex teſtament.*

6 Hinc de iure eſt conſtituta regula, donationem ſimplicem non conferri,donationē verò ob cauſam conferri,& imputari,vt *in l.illud,& in d. Auth.ex teſtam.C.de coll.& in l.quoniam nouella.C.de inoff.teſtam.* eſtque hæc communis ſententia,& vera,vt per Old. *conſ.*151. & *per Iaſ. in dict.Auth.ex teſtamento, n.*10. & Dec. *conſ.*181. *num.*5.

7 Quo ſtante eſſe omnino conferendam donationem antefati filiis ex ſecundo matrimonio factam, quatenus facta eſſet, ex plurib. probatur rationibus.

8 Et primò licèt alia ſit donatio, quæ fit à ſponſo ſponſæ, & hæc ſponſalitia largitas appellatur,de qua *in l.cum te.C.de donat.ante nupt.* Alia donatio, quæ fit à viro, vel ab alio vxori, vt ei optime ſit conſultum, quandocumque ſoluatur matrimonium, & de hac loquitur *tit.C.de donat.ante nupt.* & *l.ſi liberi.C. eod.* Alia donatio, quæ fit viro,& vir donat vxori,& & de hac loquitur tex.*in Auth.eo decurſum.C.de donat.ante nupt.* & per *Guid. Pap.in deciſ.*145. & per Tell *ad l.Tauri.l.*22.*n.*21. Alia donatio a Patre facta filio,vt eat in matrimonium,& contemplatione matrimonij, quam non eſſe donationem propter nuptias,tenet Caſtr. *in conſ.*345.*vol.*1,Bertrand. *in conſ.* 46.*n.*2.*vol.*2.& 135.*n.*7.*vol.*1. & 173.*n.*1.*vol.*1. & 176.*vol.*3. & poſt. Aym. *in conſ.*85.*vol.*4.ſequitur latiſſimè Fontanell. *de pact.nuptial.clauſ.*4.*gloſ.*1. *n.*2. *fol.mihi* 33 *à terg.& *34. & donatio propter nuptias fit tantum, quantum ipſe ex cauſa dotis recepit, vt per Clar. *in §.donatio,q.*11.& datur à viro, vel alio loco ipſius pro oneribus matrimonij ad ſimilitudinem dotis,& ad virum redit ſoluto matrimonio,prout dos ad mulierem, vt *in l.fin. C.de donat.inter virum.& vxor.*& per Sanch *de matrim. lib.*1. *diſp fol. mihi* 469.

9 Et quamuis donatio propter nuptias ab Aula receſſerit, vt per gloſ. *in Auth. æqualitas.C.de pact.convent.*Clar. *in §.donatio,q.*11. Honded.*conſ.*45.*nu.*10. Burſ.*conſ.*179.*n.*9. & per Andr.*in Conſt.Regni,licentiam, de dotib. verſ.verius dicitur*, vbi ait, quod donatio propter nuptias eſt per diſſuetudinem ſublata, & in multis differt à dotatio, & Napod. *in tit.de iure quarta,n.*1. dixit ſomniare in Parnaſſo aſſerentes antefatum eſſe id quod donatio propter nuptias, quia tamen in eius locum ſucceſſit augmentum dotis, ſiue anteferna, vt per Monter. *deciſ.*10. *n.*4. & anteferna eſt donatio ob cauſam, prout eſt expreſſus tex. *in l.cum multa.C.de donat.ante nuptias*,& in hoc quod antefatum non ſit donatio ob cauſam, non reperitur differentia conſtituta, ſicut donatio propter nuptias, vt certum ait Oldrad. *in conſ.*135. per text. *in d.l.vt liberis.C.de coll.*ibi, *nulla diſtinctione intercedente*,ſequitur quod ſicut donatio propter nuptias imputatur, ita etiam antefatum; nam omnia, quæ imputantur, conferuntur, licet non è contra omnia quæ conferuntur, imputentur, vt *in l.illud.C.de coll.* & per Alex. *conſ.*24.*lib.*2.

10 Præterea, & ſecundò, eſto quod in locum donationis propter nuptias non ſucceſſerit, debet dictum antefatum conferri, quia fuit donatio ob cauſam, & & non ex mera liberalitate proceſſit, quodque talis fuerit, probatur;nàm licèt falsò aliqui tenuerint donationem eſſe ob cauſam, quando iuris neceſſitate cogente fit donatio, reprobata tamen eſt opinio,eſtque verior reſolutio donationem dici ob cauſam, quando reſpicit fauorem donantis; eſſe verò ſimplicem quando reſpicit tantùm fauorem donatarij, vt per Tell. *in l.*26.*& *29.*n.*4. & meliùs tunc dicitur ob cauſam donatio quando cauſa eſt finalis, ſi verò cauſa eſt impulſiua, donatio ſimplex dicetur: ita poſt alios tradit benè Becc. *in conſ.*20.*n.*9.*lib.*1.Cancer. *var.reſol.c.*8.*n.*61.Monter.*in d.deciſ.*10.*n.*4.Fontanel.*in d.clauſ.*4.*glo.*1.*n.*13.*& *14.ob quam communem DD. aſſertionem in illa controuerſa quæſtione An donatio contemplatione matrimonij ſit ob cauſam impulſiuam, vel finalem; illa tamen communiter recipitur concluſio, donationem factam contemplatione alicuius matrimonij iam tractati, vel de proximo contrahendi in capitulis matrimonialibus, ſeu pactis nuptialibus factam eſſe ob cauſam finalem, donationem verò factam ex cauſa matrimonij genericè eſſe ob cauſam impulſiuam,vt per Monter. *in d.dec.*10. & per Fontanell. *in d.gloſ.*1.*n.*16.*fol.*35.

Et in puncto donationem factam contemplatone certi matrimonij eſſe conferendam tenet Picus *in l.in quartam, n.*152.*& *196.*ff.ad l.falcidiam*, Ruin. ibi, *n* 42.Roland. *conſ.*44.*n.*25.*vol.*4. Becc. *conſ.*20. Torniel.*conſ.*82.*n.*24.apud.Peregr.*de fideic.art.*36.*n.*154. nouiſſimè Molfeſ.*par.*4.*q.*25.*n.*6.*& *7.*fol.*214. & *in tom.*2.*in ead.q.n.*6. *& ſeq. fol.*140.vbi ponderat ad hoc duas notabiles rationes; nimirum quod cùm pater in dubio velit æqualitatem ſeruari, vt per tex. *in l.quæſitum,§.ſed ipſe Papinianus, ff.de fund.inſtr.*ad eam adum in æqualitatē debet fieri collatio,*ex l.*1.*§. inter eos,ff.de col.*& ex traditis perSurd.*cõſ.*361.*n.*29. 11

Et ſecundo, quod cùm donatio reſpiciat commodum non ſolùm donatarij, ſed etiam alienius tertiæ perſonæ,dicitur potius ob cauſam,quam ſimplex,ex doctrina Bart.*in l.*2.*§.fi.n.*2.*ff.de donat.* & ſic eſt donatio illa contemplatione matrimonij, quæ fit etiam ad fauorem vxoris, vt virum habeat ditiorem,vt per Natt. *conſ.*609.*num.*13.& per Fontanel.*vbi ſupra.* 12

Cùm ergo in caſu noſtro non ſimpliciter pater donauerit ſed ad inſtantiam mulieris contrahentis, & ſic coactus, neceſſariò infertur, quod ob cauſam fuerit donatio, & ſic prorſus conferenda.

Et quidem amplius facit; nam cauſa finalis illa dicitur quando ea ceſſante, non eſſet alias quis donaturus, quia tunc dicitur ſemper finalis, non impulſiua; & quod magis eſt, etiam ſi tunc eſſet impulſiua ob illam qualitatem efficitur finalis, prout poſt Bal. *in l.falſam.C.ſi ex falſo inſtr.* tradit eruditiſſimus, ac ſubtiliſſimi,& perſpicaciſſimi ingenij Dominus Alex.Turam. præceptor meus, cui quantum deberi poteſt, tantùm debeo *in conſ.*134. *inter conſ. Fab.de Anna*, vbi in fortioribus terminis concludit donationem factam contemplatione matrimonij, licet incerti, & genericè, ſi tamen fuit facta reſpectiuè ad certam dotem, eſſe ob cauſam, & non poſſe reuocari, quia aliàs ſine certa illa dotis quantitate facta donatio non fuiſſet, & id doctiſſimè, vt ſemper ſolitus fuit, probat. 13

Tertiò, eſt etiam conferendum, quia licet vera ſit regula donationem ſimplicem non conferri, quando tamen maxima emergeret inæqualitas inter filios, tunc etiam ſimplex donatio eſt conferenda, vt per tex. *in l.vt liberis.C.de coll.* & ibi ſcribentes, dixit Craſ. *in §.collatio,q.*8.

Quarto, & tandem eſt conferendum, quia etiam donatio ſimplex facta filio in poteſtate cum iuramento, quia ſtatim valet, confertur, vt poſt Bald. Alex. Socc. & alios,dicit Dec. *in d. Auth.ex teſtam. num.*7. vbi quod iura dicentia donationem ſimplicem non conferri, intelliguntur de donatione,quæ morte confirmatur, & quæ vim relicti habet, ideò non confertur, at quando fuit iurata, & ab initio ſtatim valet,omninò confertur, vt ibi etiam Iaſ.*n*... 14

16 Nec quidem obſtat illa regula, non venire in collationem, quæ poſt mortem acquiruntur, vt notatur in d. *Auth. ex teſtam.* & *in l. à patre*, & *in l. in donat.* & *in l. ſi emancipati. C. de collation.* & cum hoc antefatum filiis acquiratur poſt mortem patris, & deinde matris, non videtur propterea acquiri tempore mortis patris.

Ad hoc enim facilis, eſt reſponſio, prædictam regulam non procedere in his, quæ retrofinguntus acquiſita, provt in contractibus, in quibus acquiſitio ad diem donationis retrotrahitur, vt per Bald. *in l. omnimodo*, *§. fin. de inoff. teſtam.* & per Afflict. *in d. cap. Imper. §. præterea ducatus, n. 27. de prohib. feud. alien. per Fed.* & ibidem latius per Loffred. omninò videndum, ob quam rationem dum antefafatum hoc cenſetur ab initio, & à die capitulorum donatum, & cum iuramento, ſi tamen donatum fuit, quod negauimus, erit etiam prorſus conferendum. Et ità iuris eſſe cenſeo.

Petrus Antonius Amatus.

SVMMARIVM.

1 *Liquidatio inſtrumenti vigore ritus M.C.V. 166. qualiter fiat, poſita infirmitate debitoris cum abſentia eiuſdem.*

2 *Infirmorum carcer qualiter ſtatuatur, & quomodo.*

3 *Perſona Illuſtris quando venit carceranda, poterit ſub fideiuſſione relaxari.*

4 *Nobilis non ita carceratur, ac plebeius, & differentia quænam ſit.*

5 *Carceris locus Iudicis arbitrio remittitur inter Nobiles, & plebeios.*

6 *Carceratus dicitur ille, qui eſt in domo, à qua ſub iuramento, & obligatione bonorum diſcedere non poteſt.*

7 *Carceratus dicitur ille, qui eſt habilitatus per Palatium, vel per Ciuitatem.*

8 *Statuto diſponente, quod quis in aliquo caſu carceretur, ſatisfactum dicitur ſi ſit habilitatus per Palatium, vel per Ciuitatem.*

9 *Princeps quando mandat nobilem carcerari, tunc Iudex dicitur obedire ſi aſſignat ei Ciuitatem in Carcerem.*

10 *Ritus M.C.V. 166. quomodo requirat debitorem in vinculis, explicatur.*

11 *Nobilis in vinculis non debet tractari vt plebeius.*

12 *Fideiuſſorem dans de tenendo domum in Carcerem, non ſolùm dicitur carceratus, ſed in vinculis poſitus.*

13 *Carauitæ ſententia* in dict. ritu 166. num. 27. & 28. *qualiter intelligatur, cum quatuor ſequentibus.*

18 *Liquidatio fieri non poteſt, quando verè agitur de annullando inſtrumento.*

19 *Statuto diſponente contra inſtrumentum non poſſe opponi exceptiones, de nullitate, an poſſit dici.*

ARGVMENTVM.

Nobilis, contra quem eſt incuſatum inſtrumentum vigore ritus M.C.V. ob quod vt aduerſus peractam incuſationem audiri poſſit, neceſſe eſt, vt in vinculis ſe conſtituat, num ſat ſit, ſi in propria domo ſe carceratum conſtituerit cum cautione de illam tenendo loco carceris. Carceratus an dicatur ille, qui eſt habilitatus per Palatium; & de pluribus notabilibus.

ALLEGATIO XCVII.

LIQVIDATO licèt nulliter, inſtrumento ad inſtantiam Principis Montiſmileti contra Principem Gallicchij pro integro capitali in inſtrumento contento, ſed non ſoluto ducat. decem mille, ac pro tertiis hucvſque decurſis; Sciens Princeps debitor nullo Iure teneri ad ſolutionem quantitatis per creditorem prætenſæ, & minus iuſtè nullum, inualidum, atque illicitum inſtrumentum illud fuiſſe liquidatum, & proinde iam factam liquidationem, nullam declarari debere, vt hæc opponere poſſet, pro ſatisfaciendo Statuto, ſiue Ritui M.C. 166. Dum ægrotaret abſens in ſua terra Gallicchij, conſtituit ſe carceratum in domo quadam priuata, illamque in carcerem aſſumpſit, ſtante aduerſa valetudine, & ſua qualitate, & nedum ſe obligauit ſub graui pœna mediante publico inſtrumento, à domo illa non diſcedere die, noctúque, ſed inſuper pro iſtorum obſeruantia præſtitit voluntariè cautionem, & denique promiſſionem, & obligationem, iſtas ratificauit in iudicio per comparitionem ſua manu ſubſcriptam. Qua de re iuſtiſſime inſtat decerni eſſe nunc audiendum, ſtante carceratione prædicta, quam eſſe admittendam, vt poſſit audiri in iuribus ſuis aduerſus liquidationem iam dictam, clariſſimè fundatur. 1

2 Primò, quia dũ infirmatur Princeps, omnino loco carceris domi permanere debet, nec in carcerem detrudi, provt ſeruari quotidie videmus cum quolibet plebeio, eo fortius, quia infirmitas fuit grauiſſima, adeò, vt deuenerit vſque ad falſum rumorem ſequutæ mortis, quod Deus auertat.

3 Secundò, aduerto debitorem iſtum eſſe nobiliſſimum, ac Illuſtriſ. titulo Principatus decoratum, licèt pro prius antiquo titulo Marchionatus Miſſanelli eſſet inſignitus, & propterea etiam in caſu, quo cæteri eſſent carcerandi ſub claue, ipſe tamen ſub fideiuſſione relaxari deberet dixit tex. *in leg. ſi grauius. Cod. de dign. lib.* 12. quinimò in delictis grauioribus ſub militum cuſtodia eſſet relaxandus, Andr. Barul. *in dict. leg. ſi grauius, verſ. 2. nota.* Hoc enim eſt priuilegium illuſtrium perſonarum, vt vbi alij eſſent tradendi vinculis, ipſi ſolum traduntur cuſtodiendi militibus. Ioan. de Plat. *in ead. leg. ſi Grauius, verſ. habet ergo*, vbi Luc. de Pen. Quinimò lex tantùm de iſtis confidit, vt tam in cauſa ciuili, quam crimi

criminali nil ab eis exigat niſi eorum iuratoriam cautionem *l. quoties* 17. *C. de dign. lib.* 12. vbi Luc. de Pen. & cæteri.

4 Hinc non debet eodem modo carcerari nobilis prout plebeius, & magnam inter eos faciendam eſſe in hoc differentiam docent Ang. Iaſ. Corn. & cæteri per Catell. Cott. *in ſuis memorialib. in verb. carceres*, & *in verb. Nobilitas*, & Ioan. Vinc. de Anna *ſing.* 357. Et quod nobilis regulariter in caſu carcerationis non debeat in carcerem detrudi, ſed alio modo tute detineri poſt antiquiores fundat Tiraq. de pœnis *cauſ.* 31. *num.* 10. quinimò etiam nobili blaſphemanti aſſignari domum pro carcere ratione ſuæ nobilitatis fundat Azeued. *lib.* 3. *recopil. tit.* 6. *lib.* 15. *n.* 10. 11. & 13.

5 Aſſignatio enim carceris, & qualitas illius in totum Iudicis arbitrio, & diſcretioni a iure reperitur tributa, & ideò vno modo plebeio, altero verò viro nobili illam aſſignari debere tradiderunt Ang. *in leg. penult. ff. quod met.* Cauſ. Curt. Sen. *in leg. admonendi*, vbi Iaſ. *num.* 174. *ff. de iureiur.* idem Iaſ. *in leg. ſi pecuniam. §. enim ff. de cond. ob cauſ.* Cotta *in memor. in verb. carceres variantur*, bene Tiraq. præfatos referens *in d. tract. de pœnis, cauſ.* 31. *num.* 12. Felyn. *in cap. cum contingat col.* 3. *de reſcrip.* idem Cotta *in verb. Nobilitas* Auiles, *in cap. prætorum cap.* 18. *ſub num.* . *verſ. vbi tenet* Bouadig. *in polit. lib.* 3. *cap.* 15. *ſub num.* 9. & poſt Bart. & cæteros Egid. Boſſ. *in tit. de carcer fideiuſſ. committ. n.* 3. & 4. Iul. Clar. *in* 9. *fin. pract. crim. quæſt.* 46. *verſ. in dubio autem*, bene id fundat idem Auiles *in c. prætorum, c.* 15 *gl. diſpenſarem, n.* 6.

6 Debet inſuper audiri Princeps Gallichij, quia verè carceratus eſt in domo illa, a qua ſub iuramenti, obligationis bonorum, & fideiuſſionis vinculis diſcedere non poteſt. non enim is tantum, qui ſub clauibus ſtat dicitur carceratus, ſed etiam, qui ad ſui libitum ab aliquo loco diſcedere non poteſt. Ang. *in l.* 1. *C. de priuat. carcer.* Ang. *de malef.* Maſcar. Viu. Guid. Pap. Menoch. Becc. &c. quos refert, & ſequitur Farin. *in prac. crim. lib.* 1. *tit. de carceribus & carcer. quæſt.* 30. *num.* 21. Et carcerem dici omnem locum, a quo ſuo arbitratu quis diſcedere prohibetur affirmant Rebuf. Grat. & cæteri per Hierony. Mag. *dec. Lucen.* 90. *num.* 8. Et quotieſcumque aliquis impune non poteſt de loco diſcedere, & ire quò vult propriè dici carceratum docuit omnium primus Innoc. *in cap. nuper, in princ. de ſent. excom.* Catald. *conſ.* 56. *num* 4. & 5. Burgo. Caual. *deciſ. Fiuiz.* 15. *n.* 1. *vol.* 5. Azeu. *lib.* 3. *recopil tit.* 6. *n.* 13.

7 Hinc etiam habilitatus per palatium, vel per Ciuitatem, ex quo non poteſt ad libitum ire quo vult, dicitur carceratus. Ioan. de Plat. *leg. nemo carcerem, ſub num.* 14. *C. de exactoribus tributor.* Boër. *dec.* 215. *num.* 15. Azeued. *dict. l.* 15. *num.* 13. & ſi is aufugerit, habetur pro confeſſo, prout ſi eſſet verè carceratus ſub claue. Gram. Bec. Bertaz. Menoch. *de arbitr. caſ.* 3[illegible]1. *cent.* 4. *num.* 9. Canal. *deciſ. Finiz.* 14. *num.* 2. Maſcard. *de prob. concl.* 820. *num.* 1. & 4.

8 Quod eſt adeò verum, vt exiſtente ſtatuto, prout in caſu noſtro diſponente in aliquo caſu debere quempiam carcerari, ſatis ſtatuto intelligi ſatisfactum, ſi aſſignatur à Iudice viro nobili Domus, Palatium, aut tota Ciuitas loco carceris; & verè carceratum nobilem eo modo dici, fundant Ang. *in l. pen. ff. de eo, quod met. cauſ.* Iaſ. & alij per Cottam *in verb. carceres variantur*, bene Tiraq. *de pœn. d. cauſa* 31. *n.* 12. poſt Papienſ. & alios Petr. Gerard. *ſing.* 30. *num.* 4. & latiùs idem Tiraq. *d. loco, num.* 13. Loffred. *conſ.* 17. *num.* 10. & 11. Cum enim in hoc caſu carcer detur ad cuſtodiam, magis lex confidit de obſeruantia viri nobilis, quam plebei, bene etiam Palatios Ruuios *in rubr. de donat. inter vir. & vxor.* §. 9. *num.* 13. *verſ. ex his etiam infertur.* quod ſtante ſtatuto, quod procedit etiam ſi ſtatutum diceret, quod quis ponatur in carcere. Auiles *in c. prætorum, cap.* 18. *ſub. n.* 6. & *cap.* 25. *gl. diſpenſarem, num.* . Roder. Suar. *in tit. de fideiuſſ. in cauſ. crim. poſt ſuas allegationes, num.* 8. & *ſeq.* Et quod aſſignata Ciuitate in carcerem viro nobili ſatisfactum dicatur ſtatuto diſponenti debere in carcerem detrudi, optimè fundat Doctiſ. Greg. Loppez *partit.* 7. *tit.* 29. *l.* 4. adducens tex. *in alleg. leg. ſi Grauius. C. de dign. lib.* 12. & omnium latiſſime Bouad. *in polit. lib.* 3. *c.* 15. *ſub n.* 9. & in nobili eſſe indubitatum fundat Vaſquius controuerſ. illuſt. *cap.* 97. *num.* 7.

9 Et nedum exiſtente ſtatuto, ſed etiam ſi Princeps mandaret Iudici aliquem nobilem carcerari, ſatis obediens erit Iudex, ſi tali nobili aſſignet Ciuitatem in carcerem, ſic ex Lanfranc. Iaſ. & aliis deducit Gram. *dec.* 14. *n.* 4. & 5. bene idem Gram. loquens etiam de ſtatuto, *deciſ.* 33. *num.* 13. Paris de Put. Menoch. & cæteri per d. Rouit. *in pragm.* 1. *de cuſtod. reor. num.* 14. & 15.

10 Nec dicatur Ritum 166. nedum loqui de carcerato; ſed inſuper diſponere excipientem aduerſum inſtrumentum debere in vinculis cauſam dicere, quaſi quod propterea ſtrictius ſit obſeruandum: nam dico in primis futilem eſſe obiectionem iſtam, cum a tempore conditi ritus vſque ad hodierna tempora videmus illa vincula ex obſeruantia fuiſſe interpretata ad carcerationem; ſi ergo omnia ſupradicta procedunt in carceratione, vendicabunt etiam ſibi locum in hoc caſu, in quo pro ritus adimplemento carceratio tantum ſufficit, quæ in viro Nobili, & perſona Illuſtri debet fieri diuerſo modo, vt ſupra fundaui.

11 Dico inſuper, quod quando Nobilis in vinculis cauſam dicere debet, non tam ſtrictè, ſicut plebeius carcerabitur, ita punctualiter poſt Archid. Luc. de Pen. & alios fundat Tiraq. *de pœn. cauſ.* 31. *verſ. & ſi quando*, & latius *num.* 11. in caſu noſtro quilibet affirmabit, plebium dicere cauſam in vinculis, ſi carceratus inſtaret audiri, ergo, vt mitius cum viro Illuſtri agatur, & non tam ſtrictè detineatur, ſufficiens erit permanere vinctum domi, ex dicta Tiraquelli doctrina.

12 Et ne dubitandi locus remaneat, quod Princeps Gallichij, qui dedit fideiuſſores de tenendo domum in carcerem, cenſeatur nedum carceratus, ſed in vinculis poſitus, firmat egregiè & punctualiter decidens caſum Guid. Pap. *dec.* 253. vbi hoc ſingulare, & attendendum eſſe ait, quod fundatur euidentiſſimè ex tex. *in l. in eadem. § in vinculis, ff. ex quib. cauſ. maior.* vbi habetur in vinculis etiam eos eſſe accipiendos, qui ita alligati ſunt, vt ſine dedecore non poſſint in publico apparere, & hoc etiam data eis facultate abeundi dum ſub fideiuſſoribus ſunt, vt dicit gloſ. ibid. in verbo non poſſint, latè Briſſon. *de verb. ſign. part.* 2. *lib.* 19. *in verbo, vinculorum appellatione.* In caſu verò noſtro Principem debitorem non poſſe in publico ſine dedecore apparere, patet euidentiſſimè, cum ſub obligatione bonorum, fideiuſſione, & quod plus eſt ſub iuramenti vinculo promiſit de domo illa non exire vſque ad exitum cauſæ, & contra veniendo maximum eſſet ei dedecus, dum & fidem falleret, & frangeret iuramentum.

13 Supereſt, vt Caranitæ occurramus, qui in ritu 166. *num.* 27. & 28. affirmat, quod dum ritus nedum requirit carcerationem, ſed inſuper mandat debitorem debere dicere cauſam in vinculis, ideò hoc in caſu non poterit Iudex aſſignare debitori Palatium

M. C. aut Ciuitatem in carcerem, monetur, quia non poteſt dici eſſe in vinculis, niſi eiuſdem corpori vincula ſint adhibita *ex l. aut damnum, § ſolent, ff. de pœn.* vel ſaltem, niſi ſint adhibiti cuſtodes *ex leg. ſuccurritur, ff. ex quib. cauſ. maior.* ſubdens de conſuetudine debitorem hoc in caſu non poni cum compedibus, aut vinculis, ſed mediam viã ſeruari, vt in carceribus includatur, non autem habilitetur per Palatium, neque per Ciuitatem. Quæ doctrina minimè caſui noſtro aduerſatur ex pluribus.

14 Primò, quia ritus principaliter diſponit debitorem opponentem aduerſus inſtrumentum debere carcerari, & licèt deinde vlterius progrediendo dicat, *& ibi debet dicere cauſam in vinculis*, confundit ritus carcerem, & vincula, quaſi quod carceratus dicatur vinctus, at principalis diſpoſitio, quæ attendenda eſt, verſatur circa carcerationem debitoris, quæ vt ſupra fundaui, etiam in materia ſtatutaria & ſtricta cenſetur tacta aſſignando Nobili Palatium, aut Ciuitatem, ergo etiam ritui plenè erit ſatisfactum per hanc Principis carcerationem.

15 Secundò, Aduerto Carauitam non loqui de currenti caſu, ſcilicet quando debitor conſtituit ſe domi carceratum ſub fideiuſſione de ibidem morando: non enim potuiſſet negare hunc vere, & ſtrictiſſimè dici carceratum, & proinde etiam ſecundum ritum eſſe aduerſus inſtrumentum audiendum; ſed tantummodo affirmat habilitatum per Palatium aut per Ciuitatem non poſſe audiri in exceptionibus aduerſus inſtrumentum oppoſitis, quod licèt aduerſetur concluſionibus ſupra firmatis, cum etiam taliter habilitatum ſatis dici carceratum, pleniſſimè fuerit probatum, attamen non eſt caſus noſter, ideò non curo pro nunc.

16 Tertiò conſidero eſſe falſum fundamentum, quo mouetur Carauita, non enim ſolus in vinculis poſitus dicitur is, qui in compedibus reperitur, ſed ſupra fundaui quod in vinculis etiam eſſe dicuntur, qui ſine dedecore in publico apparere non poſſunt. *l. in eadem. §. in vinculis ff. ex quibus cauſ. maior* quod viget in Principe Gallicchij, qui conſtituit ſe domi carceratum ſub fideiuſſionis vinculo, & ideò propriè in vinculis morari deduxi ex Guid. Pap. *deciſ.* 253. cui addo Affl. id punctualiter etiam dicentem *in conſt. in quæſtionib. ante num.* 17. Eo fortius, quia ipſemet Carau. videns concluſionem illam non procedere, affirmauit etiam in caſu habilitationis per Ciuitatem, aut per Palatium, quod ſi cuſtodes adhiberentur debitori, poſſet tunc dici permanere in vinculis *ex leg. ſuccurritur. ff. ex quibus cauſ maior.* & tamen ſtrictius eſt per manere in domo carceratus ſub fideiuſſione de ibidem morando, quam deambulare per ciuitatem, aut per Palatium aſſociatus à cuſtode.

17 Dico tandem Carauitam loquutum fuiſſe regulariter, vt omnis debitor inſtans audiri aduerſus inſtrumentum debeat carcerari, & non habilitari per palatium, aut per Ciuitatem, ideò amplectendo pro nunc doctrinam iſtam, dico carcerationem debere diuerſimodè fieri in quolibet plebeio, & in viro nobili, atque Illuſtri Marchionatus, & Principatus titulis decorato ex ſupra fundatis, & ideò illa carceratio per Carauitam requiſita adimpletur ſpecificè in tali debitore, dum exiſtit domi, & ſub cautione carceratus. Ang. *in l pen. ff. de eo, quod met. cauſ.* Tiraquel. *de pœn. c. mſ.* 31. *num.* 12. Petr. Gerar. *ſing.* 30. *num.* 4. & alij, quos ſupra adduxi *verſ. & eſt adeo.* Quinimò dicitur in vinculis poſitus. Guid. Pap. *deciſ.* 253. & Afflict. *in dict. conſt. quæſtionibus, ante num.* 17.

18 Quæ tanto fortius procedunt hæc in caſu, in quo non ad dilatandam exequutionem, ſed ad verè annullandum inſtrumentum, & eius liquidationem tendit Dominus Princeps, ſiquidem oppoſuit quoad ſummam duc. 7. mille fuiſſe ſolutos de duobus tertiis, quod euidenter apparet, & propterea non integram illam ſummam, ſed detractis viginti pro quolibet centenario eſſe reſtituendam, pluries fuit deciſum: Quod verò ad reliquos duc. 3. mille allegauit Principem creditorem ſub nomine Alagij penes ſe retenuiſſe duc. 26. pro 100. quod nedum improbatur; ſed propterea contractum fuiſſe nullum, & illicitum declaratum extitit per Bullam Illuſtriſſ. Cardinalis Archiep. iam productam, cui in hoc ſtandum eſſe deducitur ex Padill. *in leg. quamuis, numero* 49. *& ſeq. C. de iur. & fact. ignor.* Bonacoſſ. *conclus. crim. in verb. exceptiones vſurariæ*, Alex. Dec. Rolan. Guid. Pap. Gemin. Menoch. Berri. & cæteri per Caroc. *deciſ.* 133. *ſub num.* 10.

Et ideò talis exceptio, quæ opponi poteſt, licet extet ſtatutum tollens omnes exceptiones aduerſus inſtrumentum, Dec. *in c. ex parte, il* 2. *num.* 86. *de off. deleg.* Rimin. Iun. *conſ.* 46. *num.* 58. *vol.* 1. & *conſ.* 399. *num.* 1 ... *&* 84. *vol.* 4. Caual. *dec. Finiz.* 21. *num.* 82. *p.* 1. Caroc. *dec.* 135. *num.* 1. ſtatim oppoſita, impedit exequutionem inſtrumenti guarentigiati. Tiraq. *de retr. conuen.* §. 1. *gl.* 2. Natt. Padill. Bonacoſſ. & cæteri per Caroc. *d. dec. num.* 4. & dum ex deductis in actis, ſeu ex lectura eiuſdem inſtrumenti in quo promittitur ſolutio duc. 3. mille per bancum, deinde verò ſoluũtur de contanti, reſultat aliqua coniectura ad veritatem indagandam, poſſent hoc in caſu Iudices circumſpectiſſimi ex officio repellere actorem. Soc. Lanar. Ancar. Maran. Ruin. Ioan. Burg. Menoch. & alios quos refert, & ſequitur Caroc. *d. dec. num.* 8. poſt Capyc. *deciſ.* 175. 19

Si ergo opponitur exceptio impediens exequutionem, & ſatis militans, tantò minus curandum erit de modo, quo carceratus debitor extitit, quem bonum iu. fouere ex ſupra deductis clariſſime conſtat. Hæc occurrunt pro cauſa iſta. 20

Parthenius Petagna.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſeries proponitur de qua hic.*

2 *Aſſenſus regiſtratio infra biennium neceſſaria an currat contra minorem.*

3 *Minoribus non currit tempus à ſtatuto requiſitum, quando tractatur de damno euitando.*

4 *Reſtitutio in integrum competit minori contra præſcriptionem ſtatutariam.*

5 *Reſtitutio competit minori contra regiſtrationem ſcripturarum, ſuo tempore non factam.*

6 *Reſtitutionis in integrum beneficium, qualiter peti debeat.*

7 *Quatriennium ad petendam reſtitutionem in integrum currit à die ſcientiæ in minoribus.*

8 *Reſtitutio competit hæredi minoris, & quando.*

9 *Aſſenſus regiſtratio tranſacto tempore facta, an præiudicet creditoribus qui medio*

medio tempore contraxerunt.

10 *Gratia, & aſſenſus per verbum fiat ſufficienter impetratur.*

11 *Reſtitutio in integrum, quid reddat minori.*

12 *Reſtitutio an competat tertio ſi in conſequentiam lædatur.*

13 *Reſtitutio in integrum in præiudicium tertij qualiter detur.*

14 *Reſtitutio gratiæ, vel iuſtitiæ qualiter differant.*

ARGVMENTVM.

Aſſenſus ſuper bonorum feudalium obligatione impetratus, ſi infra tempus à Regiis Sanctionibus præſcriptum non fuerit regiſtratus, an minoribus, de quorum intereſſe agitur, præiudicium aliquod ſit illatum. Reſtitutio in integrum, an aduerſus ſtatutariam præſcriptionem minoribus competat, & pro ea petenda, cùm quatriennium concedatur, à quo die hoc tempus currere intelligatur: & de aliis.

ALLEGATIO XCIX.

1 EX Comite Caſtri Mercorino Gattinario, & D. Victoria Aquauiua coniugibus ortus eſt in menſe Decembris 1569. Alexander illorum filius, qui mortuo Mercorino patre in anno 1571. permanſit ſub Baliatu, & tutela Comitiſſæ Victoriæ Aquæuiuæ matris, qua demum defuncta in anno 1573. ob eius obitum fuit effectus Balius, & tutor eiuſdem Comitis Alexandri minoris Dux Adriæ Ioan. Hieronymus Aquauiua, *fol.* 161. Et ſub die 6. Februarij 1574. idem Dux ſe obligauit in ampliſſima forma pro recta adminiſtratione Baliatus, atque tutelæ, *fol.* 163.

Inſuper porrexit ſupplicationem, ſiue memoriale pro impetrando aſſenſu ſuper obligatione facienda ſuorum bonorum feudalium in beneficium pupilli, & obtinuit iam aſſenſum per verbum, *fiat in forma,* ſub die 22. Decembris 1573. vt *fol.* 162. Hoc memoriale, ſiue illum aſſenſum conceſſum per verbum, *fiat in forma*, non aliter curauit ipſemet Dux Balius infra biennium redigi facere in formam priuilegij, ſeruata forma *capit. & Pragmatica* 3. *de fide memorialium.*

Quorum omnium ignarus Comes Alexander ab hac vita migrauit in menſe Auguſti 1590. & ſic ætatis ſuæ annorum viginti, & menſium octo, vt colligitur ex liquidatione releuij *fol.* 93. *à terg. in principio.* Reliquit autem Lucretiam Gattinariam vnicam filiam ætatis menſium quinque, quam ex Victoria Caracciola coniuge habuit.

Hæc pupilla inſcia ob ætatem, & ſexum ſuarum rerum fuit deinde nuptui tradita Illuſtriſſ. D. Franciſco a Caſtro, qui illam tranſtulit Romam, vbi munus Oratoris pro Inuictiſſimo noſtro Rege explebat apud Summum Pontificem.

Verùm, quam primum ſibi innotuit Ducem Adriæ pro Baliatus adminiſtratione Comitis Alexandri ſui patris remanſiſſe debitorem in maxima pecuniarum quantitate; ſed aſſenſum Regium ſuper obligatione bonorum feudalium expeditum, defectiuum euaſiſſe ob priuilegium non expeditum: ſtatim ſub die 11. Iulij 1611. porrexit preces Excellentiſſimo huius Regni Proregi, inſtando admitti ad redigendum aſſenſum iam tunc expeditum in formam priuilegij, ſeruata forma Reg. Pragmaticæ, ſub illamet die, in qua fuit conceſſus per verbum, *fiat*, & hoc per viam reſtitutionis in integrum, ſtante minori ætate, nedum ſua, ſed eiuſdem Comitis Alexandri ſui patris, & ex aliis iuſtis cauſis, vt, *fol.* 1. quas cauſas declarauit deinde *fol.* 19. Et remiſſo negotio Reg. Cameræ, quæ auditis Partibus relationem faceret S.E. cum voto, fuit tandem, auditis omnibus creditoribus creditoribus Ducis Adriæ intereſſe habentibus, compilatus proceſſus, cuius ad præſens tractatur expeditio.

Ex prænarrata igitur facti ſerie videndum erit, Primò, num biennium conceſſum ad redigendum aſſenſum in formam priuilegij effluxerit in currenti caſu contra Comitem Alexandrum Patrem, & Comitiſſam Lucretiam filiam. Secundò, an dato lapſu temporis, competat aduerſus illum reſtitutio in integrum. Tertiò, Vtrum fuerit Comitiſſa in caſu obtinendæ reſtitutionis, inſpecta ætate Patris tempore obitus, & ætate ſua, tempore quo petiit reſtitutionem. Quartò, quando talis reſtitutio eſſet concedenda, ſi operetur ex tunc in præiudicium omnium creditorum, qui contraxerunt cum Duce poſt lapſum biennij a die impetrati aſſenſus per verbum, *fiat*, vel ne.

Quoad primum, dum tempore conceſſi aſſenſus per verbum, *fiat*, Alexander erat minor, cui ſucceſſit quoque Lucretia minor, non poteſt dici cucurriſſe biennium. Certum eſt enim de iure, quodlibet tempus non currere aduerſus minorem, *leg fin. C. in quib. cauſ. in integr. reſtit.* & hoc procedere etiam in præſcriptionibus ſtatutariis, ſiue in temporibus à ſtatuto præſcriptis, docet Bart. *in dict. leg. fin. in fine,* idem Bart. *in leg. etiam, numero* 4. *ff. de minor.* Abb. *in capit. conſtitutus*, per illum tex. *de reſtit. in integr.* vbi Butr. *numero* 17. *&* 23. Alexand. *conſ.* 101. *num.* 27. *lib.* 7. Dec. Alciat. Caſſan. & alij per Sforz. Odd. *de reſtit. in integr. part.* 2. *q* 88. *art.* 4. *num.* 53. *verſ. ſecundo quia*; & licet multi in contrariam iuerint ſententiam; attamen opinionem Bar. vti veriorem, & æquiorem cum Ioanne Crotto ſequitur ibidem Sforz. Odd. *ſub num* 55. *verſ. ego per hanc rationem:* Statutum enim, quamuis poſt legem conditum, recipit paſſiuam interpretationem a lege communi, Crot. poſt alios *in leg. omnes populi, n.* 194. *ff. de iuſt. & iur.* Riminald. ſen. *conſ.* 40. *num.* 36. latiùs Bec. *conſ.* 11. *num.* 12. *&* 39. *vol.* 1. 2

Quicquid tamen ſit, adeſt media opinio diſtinguentium, vt in his, quæ damnum afferunt pupillo, ſit ipſo iure tutus, & tempus in ſtatuto contentum contra ipſum non currat, ſecundùm Bart. ſententiam; vbi verò tractatur de lucro captando, tunc procedat contrariorum opinio, vt tempus currat contra minorem; verum aduerſus lapſum illius reſtituatur: quam diſtinctionem auctoritate Abbatis, Decij, Caſſanei, Vaſquez, Butrij, & aliorum veriſſimam probat Sforz. Od. *dict. quæſt* 88. *num.* 56. cumque in dubiis quæſtionibus ſemper opinio diſtinguens 3

gnetis in iudicando recipienda ſit. §. *cum ex aliena; Inſtitut. de rer. diuiſ.* gloſ. *in capit. ſcientes, in fine. de cenſibus.* Soccin. *conſ.* 112. *ante num.* 5. *vol.* 1. Gabriel. *conſ.* 86. *num.* 10. *vol.* 2. Ideo ab iſta non eſt recedendum, & dum de damno euitando tractatur; ipſo iure tutus remanſit minor, nec tempus cucurrit.

4 Circa ſecundum, quando cucurriſſet, omnes Doctores conueniunt aduerſus hanc ſtatutariam præſcriptionem reſtitui minorem in integrum, quod probat tex. *in cap. conſtitutus, extr. de in integr. reſtit.* Bald. & alij Feudiſtæ *in cap.* 1. §. *porrò, qualit. olim poter. feud. alien.* Boer. *deciſ.* 140. & aduerſus lapſum anni ſtatuti ad petendam inueſtituram Iſern. *in c.* 1. *ſi de feud. fuer. controuerſ. num.* 1. *in fin.* Idem *in cap.* 1. §. *præterea ſi infeudatus, de probib. feud. alien. per Federic. num.* 2. vbi etiam Iac. de Beluiſ. Bald. *num.* 1. Affl. *num* 2. Aluarot. *num.* 1. & alij paſſim, & eſt tex. *in l.* 3. §. *ſi heres, ff. de minorib. leg.* & *ſi,* §. *ſed quod Papinianus,* & *l. quod ſi minor.* §. *Scæuola, ff. de minorib.* bonus tex. *in leg. fin. C. de repud. heredit.* Franc. Aret. *conſ.* 61. *num.* 8. & 9. Cappell. Tholoſ. *deciſ.* 92. Palez *de maior. lib.* 2. *q.* 4. *illat.* 8. *num.* 7. & aduerſus tempus per Prag. ſtatutum competere reſtitutionem fundat poſt alios Vinc. de Franch. *deciſ.* 451. *num.* 2. & Garzias Maſtrill. *conſ. vlt. poſt deciſ. num.* 28.

5 Et in ſtatuto mandante, quod ſcriptura regiſtretur infra ſex menſes, aliàs ſit irrita, quod elapſo dicto tempore, & regiſtratione non facta, competat minori reſtitutio in integrum ad regiſtrandum, Alex. *conſ.* 119. *vol.* 6. *num.* 28. *verſ. ſextò quia,* & *num.* 37. *in fine,* late Sforz. Od. *in tract. de reſt. in integ. part.* 2. *q.* 89. *art.* 5. *num.* 39. *cum ſeqq.* Et ideò licet impetratum reſcriptum irritum, ac caducum fiat, ſi infra annum Iudici, cui dirigitur, non præſentetur, *cap. ſi autem, & cap. plerumque de reſcript.* attamen ſi minor infra annum illud non præſentauit, reſtituitur aduerſus talem negligentiam, & reſcriptum ex curſu temporis caducatum vigore reſtitutionis reaſſumit vires, vt ex Cardinal. Zabarel. *in Clem. vnic. de reſtit. in integr. num.* 21. fundat Franc. Caldas *in leg. ſi curatorem habens, verb. læſis, num.* 17. quod dixerat Speculator *in tit. de reſtit. in integr.* §. *qualiter, ſub num.* 9. *verſ. quid ſi ſteterit per annum.*

6 Quantum ad tertium prætendunt aduerſarij debere excludi Comitiſſam à beneficio reſtitutionis per eam petitæ, ex eo quia extra tempus illam petiit, ſiquidem in facto conſtat, Comitem Alexandrum patrem deceſſiſſe in menſe Auguſti 1590. & ſic ætatis ſuæ annorum viginti, & menſium octo, & ideò ad complendum quatriennium illi à Iure conceſſum ad reſtitutionem petendam, non niſi ſpatium menſium ſexdecim deficiebat. Cúmque tempore ſui obitus Lucretia illius hæres nedum minor, ſed menſium tantum quinque remanſit, ex quo nata in menſe Martij 1590. idcirco reſiduum illud quatriennij incepti cum defuncto non cucurrit, ſed obdormiuit, durante minori ætate Lucretiæ; ſed ea demùm completa, & peruenta Lucretia ad 18. annum completum, illi ſexdecim menſes deficientes Alexandro patri, ſtatim cucurrerunt in beneficium Lucretiæ filiæ, & ſic ea peruenta ad ætaté decem, & nouem annorum, & menſium quatuor, ſibi clauſit viam amplius petendi reſtitutionem; quam deinde petiit in anno ætatis ſuæ 21. & ſic vti extra tempus petita, debet illa carere, *leg. ea, quæ,* §. 1. *C. de tempor. in integ. reſtit. leg. interdum* 20. *ff. de minor.*

7 Sed huic difficultati facilè occurrimus, conſiderando aſſenſum, de quo tractamus, fuiſſe impetratum per verbum, *fiat,* à Duce Adriæ, ob cuius negligentiam (non dicam verſutiam) dum vti tutor diligens eſſe debebat, tempus biennij effluxit, ex cuius temporis curſu magnopere læſus fuit minor. Horum autem omnium nullam habuit notitiam, ſed penitus ignorauit Alexander, & multò magis ignorauit Comitiſſa filia, quæ vti hæres, mulier, & abſens iuſtiſſimam habuit ignorantiæ cauſam. Ideo naſcitur ex hoc inconcuſſa concluſio, quatriennium illud ad petendam reſtitutionem nec fuiſſe cœptum in perſonam Alexandri, nec completum in perſonam Lucretiæ, quia non currit contra ignorantem; ſed tantùm incipit a die ſcientiæ, Bald. *in leg. falſam. C. ſi ex falſ. inſtit. n.* 3. Iacobin. de S. Georg. *in leg. fin. C. de tempor. in integr. reſtit. num.* 7. & 18. Couarr. dicens communem *in reg. poſſeſſor. part.* 3. §. 3. Crot. *in l. filiusfam.* §. *diuiſ. ff. de legat.* 1. *num.* 145. Felin. *in c.* 1. *de præſcriptionib. num.* 9. Ioannes Dilectus *de arte teſtand. tit. de aquir. hered. cap.* 6. *num.* 4. Balb. *de præſcript. part.* 6. *num.* 28. *part.* 4. *quæſt.* 29. *n.* 10. Rebuff. *de reſtitut. in integr. art.* 2. *gloſ.* 1. *num.* 3. Rodoan. *de reb. Eccleſ. non alienand. in q. de reſtit. in integrum,* §. 1. *num.* 11. Marian. Soccin. *conſ.* 128. *num.* 166. & 169. *vol.* 1. & ab hac opinione recedere temerarium eſſe, tam in conſulendo, quam in iudicando concludit Sforz. Od. *in tract. de reſtit. in integr. quæſt.* 20. *num.* 37. *verſ. in contrarium.* Quod eſt adeò verum, vt ſi currerent centum anni à die læſionis; attamen quatriennium illud non currit, niſi a die ſcientiæ, vt ex Bald. Dec. Socc. Gom. & innumeris concludit ibi Sforz. Od. *num.* 39. quibus addo Ioannem Angelum Piſanellum poſt Alex. Aretin. Decium, & cæteros *in addit. ad Afflict. deciſ.* 175. Menoch. *de præſumpt. lib.* 1. *quæſt.* 71. *num.* 2. Cardin. Tuſc. *lit. R. concluſ.* 298. *num.* 9. & 16. nouiſſimè cumulat alios Conſ. Marcianus *conſ.* 44. *num.* 3. & latiùs *ſub num.* 10. poſt Caldas *in d. l. ſi curatorem, verb. infra legitimum tempus num.* 3.

8 Præſertim, quia etiam hæredi maiori datur facultas regiſtrandi poſt tempus limitatum ſi ignorauit contractum defuncti, Bald. *conſ.* 154. *Proponitur, quod quædam donatio, in fine, lib.* 5. cumulat alios Tiraquell. *de retract. lignag.* §. 35. *gloſ.* 4. *num.* 5. Roman. *conſ.* 128. *ſub num.* 4. *verſ.* 8. Tuſc. *in verb. inſinuatio, concluſ.* 197. *num.* 13. Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib.* 4. *tit.* 31. *n.* 56. & 58. ex Bart. *in l.* 2. *C. ſi aduerſ. vendit.* & *in leg. Emilius Largianus, ff. de minorib.* Soccin. Iun. *conſ.* 45. *num.* 5. & *conſ.* 46. *num.* 42. *lib.* 4. dicit iudicatum Theſaur. *deciſ.* 108. *num.* 4. & 8. Quanto ergo fortius prædicta procedent in caſu noſtro? in quo tractatur de facto extranei, ſcilicet Ducis Adriæ, qui impetrauit aſſenſum, & priuilegium neglexit expedire, & ob id neque Comes pater, neque Lucretia filia vnquam de tali damno, & læſione ex negligentia Ducis ſcientiam habuerunt.

9 Quoad quartum prætendunt conuenti non poſſe aſſenſum, quando expediretur nunc in formâ priuilegij retrotrahi in præiudicium illorum, qui medio tempore contraxerunt, argumento eorum, quæ traduntur per gloſ. *in conſtitut. Diuæ memoriæ, verb. confirmentur,* Afflict. *deciſ.* 286. Frec. *de ſubfeud. q.* 30. & Camer. *in cap. imperialem, fol.* 67. *lit. S.*

10 Sed eſt prætenſio ſatis vana, ſiquidem in caſu noſtro fuit iam impetratus perfectè, & validè aſſenſus per verbum *fiat,* cuius vigore radicata fuit hypotheca in beneficium Comitis ſuper bonis feudalibus Ducis, prout per omnes Dominos de Conſilio iudicatum refert Afflict. *deciſ.* 253. quod ſequitur Vinc. de Franch. *deciſ.* 663. *num.* 1. Per verbum enim *fiat,* eſſe perfectam gratiam, docet Bald. *in l.* 2. *n.* 1. *C. de com. ſer. manumiſſ.* & *in l. fin. num.* 5. *verſ. Et ideo fuit quæſtio, C. ſentent. reſcind. non poſſ.* Dec. *conſ.* 174. *col.* 7.

col.7.in fin.poſt verſ.Quia hic agitur. Regens de Ponte *de poteſt.Proreg.ſub rubr.de aſſenſib. Reg.§.9. n.8. & 12.* Igitur durante biennio, aſſenſus vti perfectè conceſſus fuit validus, & operatus fuit effectum ſuum; fuit tamen inualidatus ex lapſu biennij, ex incuria Ducis Balij non redigentis illum in formam priuilegij. Ideò dum ſupra clariſſimè eſt fundatum in ſecundo articulo, Comitem minorem omnino eſſe reſtituendum aduerſus huius lapſum temporis, dignoſcitur non tractari hoc in caſu de reſtitutione aduerſus aſſenſum, forſan non impetratum, quia tunc aſſenſus, qui eſt gratia, non operaretur in præiudicium aliorum, qui contraxerunt ante illius impetrationem, ſed tantum tractari de reſtitutione petita aduerſus lapſum biennij, & ſicuti per illius effluxionem fuit reſolutus aſſenſus, ita per reſtitutionem reconualidetur, ac ſi non fuiſſet decurſum, ſed duraret adhuc biennium. Etenim reſtitutio reddit minori id, quod læſio abſtulit, *leg. quod ſi minor, §. reſtitutio, ff.de minoribus,leg. & ſi per Pretorem 26. §. ſi feria,* ibi, *reſtitutio dumtaxat, ff. ex quibus cauſ. maior.*Bart.*in l.1 num.9.C.ſi aduerſ. rem iudic.* Angel. *in leg. fin. poſt num.3.* ibi, *& alibi dicitur,C. ſent. paſſ.*Couarr. *in reg. peccatum, 2. part. relectionis in princip.* Eſt enim reſtituere per omnia in priſtinum ſtatum læſum reponere, Alberic. *in leg. ſi quis arcam, num.2.ff.de ſolut.*& *in l. quod tempore, num 3.C de reſtit.milit.* congerit alios Sfort.Odd. *de reſtit quæſt.1.art.4. num.44.* Ex quo ſequitur hypothecam ſuper bonis feudalibus, tunc quæſitam vigore illius aſſenſus expediti per verbum *fiat*, per reſtitutionem reuiuiſcere, ac ſi biennium lapſum non fuiſſet; reſtitutio enim tollit exceptionis obſtaculum, Bart. *in l. qui proprio, §. item quæritur, in principio, ff. de procurat.* & eius vigore omnia iura tam actiua, quam paſſiua ad primæuum ſtatum reponit Salicet. *in l. ſi vno, §. interdum,ff.locati,*& Alberic. *in dict.leg. ſi quis Titio, num.2. ex quibus cauſ. maior.*

12 Et licèt ex tali reſtitutione tertius in conſequentiam lædatur, hoc minime ſpectandum eſt, Dec. *conſ.270. col. fin.* poſt Bal. & Alex. ab eo relatos; ea enim, quæ accidere poſſunt, non conſiderantur, quando directè circa ea non diſponitur,Alex.*conſ.2. num.17. verſ. non obſtat ſeptimò, vol.1.*Dec.*dict.conſ. 270.col.fin.*& *conſ.292. num.6.*

13 Nec poteſt conqueri in caſu noſtro tertius, qui medio tempore contraxit; nam per prius fuit hypotheca minori quæſita, & licèt per temporis lapſum ablata, id tamen ea lege,vt minori aduerſus hoc reſtitutio concedatur. Nec eſt nouum reſtitutionem competere etiam in præiudicium tertij, qui minimè cum minore contraxit, *leg.minor 25.a n.39. ff.de euict. leg. in cauſa,§. interdum, ff. de minorib.l.ſed vbi 16 in fin. cod. tit.* præſertim quando debitor non eſt ſoluendo, vt in caſu noſtro, *dict. leg.in cauſa,§.Pomponius, ff.de minorib.* gloſ. *in d. leg. minor,ff.de euict. verb.fuerit;*Quæ opinio, quod non exiſtente ſoluendo eo, qui cum minore contraxit, competat tunc reſtitutio etiam contra tertium, eſt recepta ab omnibus,quos congerit Sforz.Od.*de reſtit.quæſt.31.ar.17. num.89.*

14 Secundò, vt omnis tollatur dubietas, aduerto reſtitutionem iſtam à minore petitam, dici reſtitutionem iuſtitiæ, non autem gratiæ, vt docet Bart. *in l. cum quis 38.§.ſi quis pro reo, num.: ff.de ſolution.*& ob id veriſſima eſt concluſio, reſtitutionem in integrum retrotrahi ad tempus contractus,etiam in præiudicium tertij, quando ex mera iuſtitia, & vigore legis ſcriptæ conceditur, licèt ſecus quando ex gratia, ſiue ex Principis indulgentia, ſic diſtinxit Raphaël Cuman.*in l.Gallus,§.& quid ſi tantùm,num.11, ff.de lib. & poſthum.* ibi, *reſtitutio verò ratione ætatis trahitur ad ius alteri quæſitum*; ſed ante eum hoc tradidit Bal. *in l.fin.C. ſent.paſſ.num.6.*ſubdens rationem, quia facultas illa petendæ reſtitutionis ab initio inerat, & ideò ius alteri quæſitum per lapſum temporis non fuit à primordio liberum; ſed ſubiectum oneri reſtitutionis in integrum competentis minori, quo caſu eueniente, habetur ac ſi ab initio fuiſſet illæſum ius minoris, allegans tex. *in leg. lex vectigalis,ff. de minorib.* facit tex. *in leg. de acceſſionibus in fin. ff. de diuerſ. & temporalib. præſcriptionibus* quam Baldi, & Raphaëlis Cumani diſtinctionem amplectuntur, Iaſ.*in d. §. & quid ſi tantum, num.73.* Claud.Seiſell. *num.36. in tertia limitatione*, Fortun, Garzia. *num.255. in fin.* Alciat. *num.253. verſ. & hunc eundem,*Crot. *num.117. verſ.fallit iſta concluſio,* Ar. Pinell. *in l.2.p.1.cap.4.num.20. Cod. de reſcind. vendit.* Couarr. *var.reſol. lib.1.cap.5. num.7.* Alciat. *reſp.169. præſenti in cauſa, num.15.* Menoch. *de recuper. poſſ. remed.19. num.113.* Surd.*conſ.189.n.9. vol.2.* & *conſ.203. num.15.& 16. eod.vol.*latè Sforz. Od.poſt alios *de reſtit. in integ.q.44.art.4 num.31.& 32.* Quibus addo *Peregrinum de iure fiſci,lib.5. tit.2. num.44.* Ioan. Vinc. de Ann. *in cap.1. de vaſall.decrep.ætat.num.213.* Vinc. de Franch.*dec.213.n.52.*& eſt tex. *in leg. fin. C.de repud.hæredit.* Hæc à fortiori procedunt in caſu noſtro, in quo ille, qui damnum hoc intulit pupillo, fuit Dux Adriæ, eiuſdem pupilli Tutor, & Balius, & propterea neque ipſe neque ipſius creditores habentes cauſam ab eo, debent ſentire ius, & commodum reportare ex Ducis negligentia, ne dicam dolo.

Si ergo aſſenſus ab initio fuit perfectus, & tempus biennij,aut non cucurrit, aut aduerſus illius lapſum reſtituitur minor,& tam Comes,quam Comitiſſa numquam de hoc ſcientiam habuerunt, omnino erit ei, ſiue ſuo hæredi reſtitutio concedenda, vt cæteris creditoribus, qui poſtea cum Duce contraxerunt, præferatur. Hæc occurrunt in præſenti cauſa.

Parthenius Pitagna.

SVMMARIVM.

1 *Scriba extraordinarius R.C. Summaria delinquens extra Officium, vtrum ſit remittendus ad M.C.V.*

2 *M.C.V. eſt Iudex ordinarius criminum in toto Regno.*

3 *Textus* in l.nullum 10. C. vbi cauſæ fiſcales, *explicatur.*

4 *Pramatica 13. de Officio Procuratoris Cæſaris, declaratur.*

5 *Scriba extraordinarius, de quo ſupra, cognoſcitur à R.C. Summaria.*

6 *Afflictus in conſtitutione Regni* Caſtellanorum lib.1. num.88., *adducitur in præſenti.*

7 *Regia Camera Summaria iuriſdictio per Regentem Reuertertum exornatur.*

8 *Regis conceſſiones Tribunali R.C. facta pro cognitione ſuorum Officialium, adducuntur.*

9 Exim

9 *Exemplis pluribus quod diximus corroboratur, vſque ad num.* 10.

10 *Obſeruantia in iudicando dat normam in futuris.*

11 *Priuilegium fori competens ſcribis extraordinariis fuit Porteriis etiam conceſſum.*

12 *Familiares ſcolarium, & ſcriptores eorundem, gaudent priuilegio ſcolarium.*

13 *Iuriſdictio competens R. C. pro cognitione ſuorum Officialium, quo tempore conceſſa fuerit.*

14 *Textus* in l.1.C.de Curialibus Vrbis Romæ, lib.11. *adducitur ad propoſitum.*

15 *Adulterÿ crimen, qua pœna puniatur.*

16 *M.C.V. de exemptis non cognoſcit.*

17 *Textus in* d.l.nullum, *verè, & realiter interpretatur.*

18 *Officialium Regiæ Cameræ delinquentium Iudex quis ſtatuatur ex Pragmaticis noſtri Regni.*

19 *Prorex Regni Neapolis ſtatuit contra diſpoſita per Regem.*

ARGVMENTVM.

Scribæ extraordinarij Regiæ Cameræ cum deliquerunt, ſiue in officio, ſiue extra, à quo Iudice cognoſcantur. Iuriſdicto Regiæ Cameræ quænam ſit, & à quo tempore huic Supremo Tribunali conceſſa, explicatur; & de pluribus ad ornatum textus *in l. nullum* 10.*C. vbi cauſæ fiſcales*, & *in l.* 1. *C. de Curialibus Vrbis Romæ, lib.*11.

ALLEGATIO C.

1 CONTENDIT Magnificus Fiſci Patronus M.C. Vicariæ non debere exequi decretum eiuſdem Magnæ Curiæ, quo Carolus Antonius Manna Scriba extraordinarius Regiæ Cameræ Summariæ, deciſum eſt, remitti ad ipſam Regiam Cameram, prætextu quod ſit inquiſitus, & in ipſa M.C. carceratus de crimine adulterij, quod eſt extra officium Scribæ, aſſerens crimina commiſſa extra officium per Officiales, vel Scribas eiuſdem Regiæ Cameræ, non per illam, ſed per Magnam Curiam debere cognoſci atque puniri, mouetur fortè.

2 Primò, quia ipſa M. C. eſt Iudex ordinarius criminum in toto Regno, & in omnes perſonas illius; vnde qui prætendit exemptionem ab eius iuriſdictione illam debet probare, pro vt *ex l. cum Prætor, ff. de iudic.* aliàs in ſimili cauſa aduerſus iuriſdictionem ſpectabilis Præſidis Sacr. Reg. Conſilij arguebatur pro parte Fiſci dictæ M. C. apud D. de Pont. *dec.* 36.*in princ.*

Secundò, *ex l. nullum* 10. *C. vbi cauſæ fiſcal.* vbi apertè dicitur, *nullum ex officio Rationalis qui exactioni, vel chartis inſeruiat in aliud iudicium adduci oportet, niſi fortè cuiuſpiam caput accuſatio legibus inſtituta pulſauerit.* Qui textus videtur ad literam loqui in eo, qui in officio Rationalis inſeruit, prout eſt dict. Manna, qui eſt Scriba Rationalis, & notat ibi Odofred. ſic in leg. iſta dicitur, *Odofred. ſic in leg. iſta Officialis Procuratoris Cæſaris, & qui ſcribunt acta ſua, ſi conueniuntur debent conueniri coram Præfecto niſi accuſentur, quoniam tunc conueniuntur coram alio competenti Iudice.* 3

Tertiò, mouetur Fiſci patronus ex Pragmatica 13. in nouiſſimis, *de offic. Proc. Cæſaris*, quæ fuit Proregis D. Petri de Toledo ſub die 22. Ianuarij 1533. vbi cum ſtatueretur de cauſis cognoſcendis per Regiam Cameram ponuntur hæc verba. *Et quanto alle cau. e dell'Officiali di queſta Camera, & altri Adminiſtratori dependenti da eſſa, liquali prætendono le cauſe proprie doverſi vedere per queſta Camera, & ad eſſa doverſi rimettere, vi ordinamo, che ci auiſate delle pendenti, e ſuo tempore delle mouende perche in ciaſcheuna d'eſſe mandaremo doue ſi hauera da litigare* : ex qua Pramatica colligit Fiſcalis M. C. non eſſe R. Cam. attributam iuriſdictionem in cauſis ſuorum Officialium, ſed ſecundùm qualitatem illarum eſſe hoc à Principe declarandum, interim verò M.C. vti Iudicem ordinarium debere procedere. Quibus tamé non obſtantibus, benè fuiſſe per M. C. prouiſum ac remiſſionem prædicti inquiſiti ad R. Cam. eſſe exequendam, ex infraſcriptis conuincitur. 4 5

6 Primò ex antiquiſſimis, & ampliſſimis priuilegiis per Sereniſſimos Reges huius Regni ipſi R. Cam. conceſſis, quibus priuatiuè ad alios Iudices conceſſa ei eſt talis iuriſdictio, ſiue ciuilis, ſiue criminalis, vel mixta, in omnes eius Officiales, vel ſcribas quoſcumque, nulla habita diſtinctione, ſintne delicta commiſſa in officio, vel extra officium, de quibus priuilegiis (& ſi in præſens non appareant) dubitari non poteſt, nam de illis teſtantur viri grauiſſimi, & antiquiſſimi, ac etiam Moderni, & qui ſunt teſtes omni exceptione maiores.

Primò, Matt. de Affl. Reg. Conſ. *in conſt. Caſtellanorum rubr.* 88. *lib.* 1. vbi *ſub n.* 1. ita dicit. *Non ſunt ergo priuilegiati Caſtellani ſicut Præſidentes, & Rationales R. Cam. qui ſiue agant, ſiue accuſent, ſiue conueniantur, ſiue accuſentur, non habent alium Iudicem niſi R. Cam. & etiam eorum familia, vt patet ex eorum antiquis priuilegiis* : ſi loquitur in familia Rationalis, benè comprehendi poteſt ſub nomine familiæ Scriba extraordinarius Magnifici Rationalis Spiritus, in quo militat maior ratio, nempè, quia vacat Regio ſeruitio, & inſeruit Rationali in officio, quàm illi, qui in eius domo vacant ſeruitio perſonæ illius, & de Affl. meminerùnt atque probarunt D. Reg. de Tapia *de iure Regni lib.* 2. *in rubr. de offic. Proc. Cæſaris, n.* 11. D. Reg. Rouit. *in dec.* 74. *n.* 7.

Secundò, de eiſdem antiquiſſimis priuilegiis teſtatur vir doctiſſimus, & magnæ auctoritatis D. Reg. Reuert. in eius diſcurſu peritiſſimè edito circa iuriſdictionem R. Cam. inſerto *in eius deciſ.* 7. de quo meminit D. R. Rouit. *vbi ſupra*, vbi apertè, & repetitè loquitur, ait enim, quod quicquid ſit de iure communi, ex text. *in l. penul. quæ eſt l. nullum, ſupra cit. & fin. C. vbi cauſæ fiſcales* : attentis tamen priuilegiis conceſſis à Retroregibus huius Regni, confirmatis per Cath. Maieſt. eſt valde ampliata, & extenſa iuriſdicto R. Cam. adeò quod habet iuriſdictionem ciuilem, & criminalem, merum, & mixtum imperium, actiuè, & paſſiuè in omnes, & quoſcunque Officiales Cam. & eſt abdicata iuriſdictio ab omnibus aliis 7

Tri

Tribunalibus, etiam ſi non apponatur, vt habetur latiùs per multa priuilegia, ſic loquitur, Reuerterius, qui latiùs diſcurrit; & infra ſubdit hæc verba; *Quo circa hoc fuit ſtatutum de iure communi, quod nullus alius Iudex de cauſis Fiſcalibus poteſt cognoſcere, & fuit ſolus Cæſaris procurator earum effectus Iudex, operæ pretium fuit, & conueniens, quod Sereniſſ. Retroreges pro conſeruatione eorum patrimonij iuriſdictionem Cam. in omnes Officiales eius extenderent, & ampliarent, ſicut videmus de iure communi, quod familiares ſcolarium, & aliorum priuilegiatorum gaudent priuilegiis Dominorum ſuorum, etiam quoad forum)* & addit *abdicatiuè ab omnibus aliis Iudicibus iuriſdictionẽ iſtam R. Cam eſſe conceſſam*; huic autem viro Doctiſſimo D. Reuerterio fidem eſſe omninò adhibendam nemo ſani capitis contendit, cum fuerit tot annis Præſidens, & poſteà Locumtenens in ipſa R. C. & deinde multis annis Regens in Reg. Cancellaria, & deceſſerit ſunt multi pluresve anni & ſic fuit antiquus Doctor, & practicus, & ſicut creditur Doctori atteſtanti de conſuetudine, vt per Batt. *in leg. de quibus, num. 1. ff. de legibus* Dec. *conſ. 535. num. 6.* & communem dicit Bur. *conſ. 45. num. 54. lib. 1.* Itaque dum atteſta ui de priuilegiis prædictis illi eſt omninò credendum.

8 Et ſi Fiſcalis nollet credere tantis viris, provt ſunt Afflict. & Reuert. credat tamen Ciuitati Neapol. ac toti Regno dum non hodie, heri, vel nudiuſtertius, ſed anno 1505. ſunt elapſi anni 135. dum ſupplicantes Regi Catholico *cap. 54. fol. 46.* in capitulis expeditis in Ciuitate Segouiæ die 5. Octobris 1505. ita habent, *Item ſupplicano, ch'attento l'infraſcritti Tribunali, videlicet, Lo Regio Conſ Reg. Cam. de la Sum. Gran Corte de la Vic. la Cort. de l'Ammiraglio. & la Cort. de li Maſtri Rationali de la Zecca, haueno per priuilegi, riti, & oſſeruantie, che qualſiuogli officiale de ipſi Tribunali, maſtri d'Atti, Scriuani, & altri ſequenti eſſe Corti, non poſſono eſſere conuenuti, e ſtratti da altri fora de loro Tribunali, e quando alcuno de loro haueſſe ad conuenire altri lo po conuenire ad lo Tribunale ſuo, e così trahunt, & non trahuntur:* ex quo cap. ſi totum perpendatur, apparet, quod non ſolùm Officiales, & Scribæ R. C. ad aliud non trahuntur, ſed alios ipſi ad Trib. R. C. trahebant, & contra hoc vltimum tantum ſupplicatum fuit Regi ex parte Ciuitatis Neapolitanæ, ac Regni, neque hoc obtinere potuit, vt animaduertit Eruditiſſ. D. Conſ. Carleual *in tract. de iudiciis, lib. 1. tit. 1. quæſt 6. ſect. 9. ſub num. 711. fol. 289. col. 1. circa fin.* & contra primum, quod ipſi in R. C. conueniantur, quia videbatur iuri conſonum, neque Regnum ſupplicauit, neque derogauit Rex, nunc poſt 135. annos Fiſci Patronus Mag. C. in controuerſiam illud adducit.

9 Tertio, hoc priuilegium R. C. fundatur ex poſſeſſione in qua reperitur orta ex pluribus decretis eiuſdem M. Cur. nec Sacr. ac Coll. Conſ. præuiis, etiam pluribus ordinibus Excellentiſſimorum Proregum; ſiquidem ordine D. Cardinalis Columnæ tunc Locum tenentis Generalis, in Regno Cæſareæ Maieſtatis expedito 5. Iunij 1532. ſunt elapſi anni centum, & octo; non ſolùm fuit remiſſus quidam familiaris magni Camerarij, ſed etiam per hæc verba ordinatum, *& da qua auanti li huomini, che ſono de la iuriſditione di d. R. C. tanto nelle cauſe ciuili, come nelle criminali, li debbiate rimettere ſimpliciter. & ſenza conditione alcuna*: vide quantum antiqua eſt hæc poſſeſſio R. C. ordine D. Proregis roborata.

10 Item cum eſſet per S. C. denegata remiſſio in cauſis Rationalium Ioannis Simeonis de Vrſo, & Ioannis Angeli Amodei, facta relatione in Collat. Conſ. per decreta, ac ordines eiuſdem, vtraque cauſa fuit remiſſa, provt in cauſa Amodei adeſt ordo ſub die 30. Martij 1626. & Rationalis Vrſi, ſub die 7. Septembris eiuſdem anni vterque D. Regni Secretario, ordine Coll. Conſ. ſubſcriptus, & ad Sacr. Conſ. tranſmiſſus, & de dictis decretis meminit D. Rouit. *dict. deciſ. 74. ſub num. 7. verſ. ad tollendam.* Et cauſa Pauli de Roggerio Rationalis R. C. per Sacr. Conſ. facto verbo, ac viſa hortatoria R. C. decreto eiuſdem Sacr. Conſ. ſub die 18. Decembris 1602. fuit ad Reg. Cam. remiſſa.

Et D. Carleual loco citato inquit hæc verba, *& vidi in Sacr Conſ. me interueniente cauſam cuiuſdam Officialis R. C. remiſſam eſſe ad ipſam R. C. ex ordine facto ab Excel. Prorege.*

Reſpectu vero ipſius M. C. plura ad ſunt decreta viſis literis hortatorialibus R. C. quibus cauſæ fuerunt remiſſæ, videlicet, cauſa Ioannis Baptiſtæ Scarpette Scribæ ordinarij inquiſiti de lethalibus vulneribus cum ferro acuto, fuit remiſſa 21. Iauarij 1636. Cauſa Antonij Caſtelli Porterij inquiſiti de lethalibus vulneribus cum mutilatione appenſate noctis tempore decr. M. C. die 14. Iunij 1631. remiſſa ad R. Cameram. Et in Scribis extraordinariis cauſa Ioſephi Griſoni inquiſiti de Alapis, pugnis, vulneribus die 19. Iulij 1630. per decret. M. C. remiſſa. Cauſa contra Carminum de Creſcentio Scribam extraordinarium inquiſitum de vulneribus die 8. Februarij 1635. decr. M. C. ad R. C. remiſſa.

Innumera propè alia adduci poſſent, ſed hæc ex 11
multis ſufficiant ex quib. duo deducuntur. Primum quod ex hac obſeruantia tanto tẽpore & toties cõ inuata declara ur priuilegia R. C. locũ habere etiã cõtra Scribas tám ordinarios, quã extra ordinarios, etiã in cauſis criminalibus, illis etiã, quæ ſunt extra officium, quia priuilegia ex vſu declarantur, vt per Dec. *conſ. 136 col. & 2.* Alterum eſt quod R. C in hac quaſi poſſeſſione manutenenda eſt, imò cũ ſimus in iuribus incorporalibus habentibus cauſam diſcontinuam, & ſunt caſus qui raró eueniant, ſufficeret vnicus actus, vt ex DD. *in c. cum Eccleſia Sutrina, de cau. poſſ. & propriet.* Batt. *in l. 1. §. hoc interdum. ff de itin. actuque priu.* & aliis ait D. de Ponte *deciſ. 36. num 16.*

Quartò hoc rationi eſt conſonans, vt tali R. C. in ſuos miniſtros prærogatiua fruatur, & hoc tripliciter.

Primò propter dignitatem Tribunalis; eſt namque Supremum nulli alio ſubordinatum, habens auctoritatem Præfecti prætorio, cuius ſententiæ paratam habent exequutionem, nulla data appellatione, ſed tantùm reclamatione, æqualem habens cum S. R. C. prærogatiuam; ſi autem conceſſum hoc fuit S. C. ex deciſis per D. de Ponte *præd. deciſ. 36.* & ſi hoc habet ipſa M. C. quæ inferioris eſt dignitatis, fortius debet conuenire R. C. provt in ſimili arguit Afflict. *deciſ. 56.*

Secundò, ne prædicti ſcribæ abſtrahantur à Reg. 12
ſeruitio Fiſcalis Patrimonij, ſi extra proprium Tribunal in M. C. conuenirentur, quod fieri non debet, ad tex. *in l. 1. §. legatis, cum ibi notatis, & in l. non alias 24. §. final. in fin. ff de iudic. & l. ne ad diuerſa, C. de ſilent. lib. 12.* vbi bonus tex. & ponderat D. de Ponte *d. dec. 36. n. 6.* & ea ratio, quæ militat in porteriis, militat etiam in ſcribis, ne abſtrahantur à ſeruitio Tribunalis, ſunt enim valde neceſſarij, vt poſſint, tam Ration. quàm Actu. cum eorum auxilio, & opera munus eorum explere.

Tertio, quia ſi familiares Scholarium gaudent eorum

eorum priuilegiis,& ſignanter eorum ſcriptores,qui eis libros ſcribunt, Rebuff. *in l.congruit,n.2. C.de locat.prad.ciuil. lib.*11. Alberic. *in leg inter eos* 33.*ff.ex quib.cauſ.maior.not.in l. ſcrinarios,C.de teſt.militis*,& *in c.*1.*extr. locati*, Petrus Rebuff. *de priuil.ſcholarium priuileg.*166. *verſ. amplia etiam*, & ex noſtris, Affl.*in rub. de iure proth. n.*3. & poſt Bald. *n.*19. & Bologn. *n.*19.*in Auth.habita,C.ne filius pro patre* communem aſſerit Horat. Lucius *in tract.de his qui gaudent priuileg.ſcholarium,num.*2. 10. 18. *tract.ſi familiares Curia Epiſcop.* etiam quod ſint laici gaudent fori priuileg. vt *ex l.*2.*§.verum etiam,de Epiſc. & Cler.* gloſ. *verbo Clericorum, in C.Eccleſiarum* 12. *q.*2. Capic. *dec.*12. *n.*1. Maranta *in ſpeculo,p.*4.*diſt.*11.*n.*4. Theſ.*deciſ.*22. *n.*6. Viu.*deciſ.*116.*n.*1. Farin.*qui de communi teſtatur de inquiſ.q.*8.*n.*46.& ex aliis multis probat D.Carleual. *de iudic.lib.*1.*tit.*1. *diſp.*2. *q.*6.*ſect.*6.*ſub n.*508. & ita Neapoli practicari etiam in delictis extra officium commiſſis teſtatur Epiſc. Mar. Anton. Genuenſis *in praxi Archiep. cap.*9. *in fin.* ſatis conueniens eſt, vt idem concederetur R.C. cum Scholaribus concedantur priuilegia, vt vacent ſtudio, quo docti effecti valeant Reipublicæ ſeruire. Hoc Tribunal, & qui in illo laborant,actu Reipublicæ ſeruiunt, cuius commodo vacant, Patrimonium curant, & ſi non eſt inconueniens, vt laici ſubdantur Curiæ Eccleſiaſticæ tantum, quia illi inſeruiunt, nec erit inconueniens, vt laici qui alias eſſent de foro M. C. ſubdantur foro R. C.quæ laicalis eſt,eidem Regi Noſtro paret, maioris dignitatis eſt, quam M.C. & æquiparatur Præfecto Prætorio, cum Epiſcopus tantùm Comiti æquiparetur, ex tex. *in l.*1. *ff.de officio eius.*

14 Quartò circumſcriptis priuilegiis R.C. hæc illi iuriſdictio competit vigore ordinis Regis Cath. ſub die 10. Maij 1507. quo cautum eſt, quod Officiales actu ſeruientes non trahantur extra Tribunalia, quibus inſeruiunt, & cap.10. inter cap. dicti Regis *fol.*63. de quo meminit Ioan. Angelus Piſanel. *in add. ad Affl.*56. & bene poteſt ſub nomine Officialis comprehendi Scriba etiam extraordinarius, qui etiam ſaccharum, & ſalem à Rege percipit.

15 Quintò hæc iuriſdictio reſpectu prædicti inquiſiti, de quo agimus, competit R. C. ex diſpoſitione iuris communis, nempe *ex leg.*1. *C. de Curialibus vrbis Roma lib.*11. vbi, ſi quis curialem de auferendis priuilegiis putauerit lite pulſandum, intelligat ſe curiæ debere interpellare Iudicem,vbi gl.*in verb. pulſandum*, ait *pulſandum*, ideſt, *accuſat eum de aliquo per quod à Curia eſt remouendus*, & ibi Pyrus ponit,quod regulariter cognoſcunt Iudices Curiæ,non autem Curiales illos eſſe, qui Senatuſconſulti acta auctoritate Senatus excipiebant, præſcribebant, complebant, ſententias Senatus ſeruabant iuris ſcribendi dicendique periti ex Caſſiod.*lib.*9.*epiſtol.*eruditè docet in eo tex.Iacob.Cuiacius quē ſeq. Tolet. *in rub.d.tit.n.*1. *in fin.* vbi hiſpan. *los quales ſon como Secretario,y officiales, y eſcriuanos del Senado Romano.* Et ſic ſcribæ ſub nomine curialium complectuntur, qui ſcribunt acta, & decr. R.C. qui verè ſub nomine curialium veniunt, nam viuunt de gagis Curiæ ex ritu M. C.232. vbi Carauita, & ſeruitiis Curiæ, nempè ipſius R.C.ſunt deſtinati ex gloſ.*in cap.*1.51. *diſtinct.* & in ſimili, D. de Pont.*d deciſ.*36. *num.*2. & 4. agitur autem nunc de crimine adulterij, cuius pœna eſt capitalis, *leg. quamuis, in fine, C ad leg.Iuliam, de adult. §. Item lex Iulia. Inſt. de publ. Iud.*
16 D. de Franch. *deciſ.*2. *num.*5. vel ſaltem ſecundum hodiernum vſum eſſet pœna triremis, vel exilij, ſeu relegationis,vt ibi D.de Franc.*num.*8. per quod perdent priuilegium Curiales, ſaltem durante illo tempore, ad tex. *in l.*2. *ff. de Decurion.*& *l.falſi* 15.*§.ordine, ff. ad leg. Cornel. de falſis*, & ſic cùm tractatur de tali delicto, cuius pœna talis eſt quod tollit priuilegium Curiale, etiam ſi temporaliter vigore illius text. Curiæ cui inquiſitus, ſeù delinquens inſeruit,nempè R.C. debet interpellari iudicium.

17 Quibus conſtitutis in contrarium allegata non obſtant. Non primum, quia regulariter M.C.V. eſt Iudex ordinarius omnium, præter tamen exemptos, & qui ex priuilegio ei non ſubſunt, nec alterius iuriſdictioni priuatiuè ſubiiciuntur, quia generi per ſpeciem derogatur, *leg. quaſitum, §. deniq.ff.de fundo inſtructo.* at ſatis probatum eſt ad R. C. vigore ſuorum priuilegiorum, & ex iuris diſpoſitione talem iuriſdictionem competere, & ita optimè in ſimili, quoad allegatam iuriſdictionem generalem d. M.C.V.reſpondet D. de Ponte *d.deciſ.*36.*num.*13.

18 Non obſtat ſecundum, *ex leg. nullum, C.vbi cauſa fiſcales*, reſpondetur enim, primò, quod ſtantibus particularibus priuilegiis R.C.eiuſque antiquiſſima poſſeſſione ceſſat dictæ legis diſpoſitio, quia per ius ſpeciale derogatur iuri communi, vt ſupra in reſponſione ad primum dictum eſt; ſecundò, quia etiam attenta diſpoſitione iuris communis limitatur diſpoſitio illius text.quando tale eſſet delictum de quo pulſaretur, vt veniret ab ordine remouendus, tunc attenta diſpoſitione text. *in d.l.*1.*C.de Curialib. Vrb.Rom.* coram Curiæ Iudice erit pulſandus, vt ibi dicitur.

19 Non obſtat tertium, & vltimum, ex Prag.13. *de off. Proc.Caſar.* primò, quia etiam ſi in ea Prag. non fuerit diſpoſitum causā Miniſtrorum R.C.debere ab ea cognoſci,non tamen fuit contrarium diſpoſitum, ideò res remanet in eo ſtatu, pro vt erat illo tempore.

Quo quidem certum eſt habere R. C. priuilegia de quibus per Afflict. qui multò ante tempus illius Pragm. & Reuert. qui circa ea tempora fuerunt,teſtati ſunt, nam quod non mutatur, cur ſtare prohibetur. Secundò in ea Prag. dicitur quod certioretur Prorex de motis, & mouendis *perche in ciaſche duna d'eſſe manderemo doue s'hauerà da litigare*: ex caſibus autem ſupra relatis conſtat, quod cum occurrerunt caſu ſemper Proreg.& Collat.C.cauſas prædictorum Officialium, & Miniſtr. R.C. in illa cognoſcendas mandaſſe.

20 Tertiò, & tandem nihil potuit per eam Pragm. præiudicari priuilegiis per Reges R. C. conceſſis, cum nequeat Reg.Vicarius contra diſpoſita per Regem ſtatuere, *ad l.formam,C.de off.Praf.vrb.leg.nam. Magiſt.ff.de arb.C.cum inferior, de maior.& obed.* gl. *in cap. illorum,verbo recepiſſe,de prob.* ex quib.ita punctualiter tradit Reuert. *in dict diſcurſ.ſeu deciſ.*8. his verbis, *Cum igitur tot priuilegia ſint conceſſa à tot Retroregibus huius Regni,& per Cath.Maieſt. R. C. non video quomodo Illuſtr. Prorex illa tollere,vel eis derogare poſſit,cum inferior legem ſuperioris tollere non poſſit, l.etiam magiſtratus,ff.de arbitris.*

Hæc Reuerterius cuius auctoritatem punctualem eſſe non dubitatur, & ad hanc rem, de qua agimus ſatis ſufficientem; ideo rectè,& validè fuiſſe per M. C. V. iudicatum cauſam ad R.C. remittendam,ſatis probatum eſt, & nullitates per Fiſcalem oppoſitas eſſe reiiciendas concluditur.

Parthenius Pitagna
Regalis Patrimonij Aduocatus.

SVMMARIVM.

1 *Deciſiones Domini de Franchis 91. & 92. exornantur, vſque ad num.2.*

3 *Regularis Profeſſus an ſemper acquirat Monaſterio in quo profeſſus eſt: Et quid ſi ad aliud eiuſdem Ordinis fuerit tranſlatus.*

4 *Regularis Profeſſus quando acquirat Superiori Religionis, & non Monaſterio, in quo profitetur.*

5 *Diſtributio bonorum Regularis per Patrem generalem, quando poſſit fieri particulari Monaſterio.*

6 *Monaſterium quando, & qualiter acquirat ex perſona Monaci?*

7 *Monaci, & Regulares conſuetudine ciuitatis qualiter vtantur?*

8 *Monacus agnatus an, & quando excludatur à ſucceſſione competente agnatis.*

9 *Agnatus excluſus à ſucceſſione, quando dat impedimentum alris.*

10 *Deciſiones de Franchis, de quibus ſupra cum deciſ. Capicij 210. concordantur.*

11 *Deciſio Domini de Franchis 92. de qua ſupra. vſque ad n.13.*

14 *Deciſiones Domini de Franchis, de quibus ſupra concordant cum deciſ. eiuſd. 486.*

ARGVMENTVM.

Conſuetudines Neapolitanæ, quæ reſpectu diſpoſitionis bonorum antiquorum non ligant Ciues, quando in proximos ſucceſſores habent Clericos, idque ad æqualitatem ſeruandam, nùm procedant, quando remota perſona Clerici proximioris, ſuperceſſet laïcus ſequens in gradu; vel non obſtante iſtius ſuperexiſtentia valeant Ciues ipſi liberè de omnibus diſponere, ac ſi nemo ſupereſſet, niſi perſona proximioris Clerici: & de pluribus aliis notabilibus.

ALLEGATIO CI.

1 IN ſuperioribus allegationibus ſatis de iure, vt credo fundatum extitit, Don Petrum de Guara fratrem germanum, D. Hieronymæ legitimum ab inteſtato hæredem, eiuſdem D. Hieron. eius ſororis fuiſſe, ſi abſque teſtaméto deceſſiſſet, ex clara Napod. doctrina in conſuet. *ſi quis, vel ſi qua, à n. 249. vſq. ad n. 255.* provt latiùs in dictis allegationibus fuit deductum, ideóque, & à fortiori illũ hæredẽ potuiſſe inſtitue-

D. Reg. de Marinis Allegat. collect.

re, provt docet Dñs Vinc. de Franch. *deciſ. 91. & 92.*

Sed negotium faceſſere videtur, quia D. Hieronyma non inſtituit hæredem Monaſterium, in quo Don Petrus profeſſionem fecit, vel ſaltem, in quo morabantur tempore mortis ipſius D. Hironymæ, aut declarationis factæ à dicto D. Petro, ſed Monaſteriũ Diuæ Mariæ de Aduocata, quòd reſpectu D. Petri licèt ſit eiuſdem Religionis, videtur extraneum. quæ omnia etſi doctiſſime, & acutiſſimè fuerunt ponderata, tamen pro viribus conabor eis reſpondere 2

Et primo reſpondeo ex Sanch. *in precepta decalogi par. 2. lib. 7. cap. 32. à n. 50. vſq. ad 55.* qui ponit quæſtionẽ in terminis in ſexta difficultate, An Profeſſus ſemper acquirat Monaſterio in quo profeſſus eſt, etiã ſi ad aliud eiuſdem ordinis ſit tranſlatus, & pro difficultatis reſolutione ſupponit quemlibet tripliciter poſſe profiteri. Primo obligando ſe Religioni in vniuerſum ſeu in genere generaliſſimo, quando nimirum nulli Religioni ſpeciali ſe obligauit, & hic non eſt caſus noſter. Secundo quando profitetur in genere ſubalterno, & illa Religio, in qua profitetur, habet vnum ſupremum totius religionis caput, & in qualibet Prouincia vnum ſuperiorem totius Prouinciæ caput, ita vt Religioſi ipſius certam ſedem non habeant, ſed ſuperioris nutu, ex vno in aliud Monaſterium transferantur, vt contingit in Religionibus mendicantibus, & hodie ferè in vniuerſis Religionibus, & hic eſt caſus noſter. Tertio modo eſt profeſſio in ſpecie ſpecialiſſima quãdo nimirum, etſi omnes Religioſi ſint ſub vno capite, a peculiari tamen Monaſterio, in quo profitentur, mutari non ſolent, & hic ſimiliter non eſt caſus noſter, quia certum eſt omnes Patres Theaninos ad nutum Præpoſiti generalis ab vno ab aliud Monaſtrium transferri, provt paſſim videmus. 3

Cũ igitur profeſſio eſt ſecũdo modo facta, cõmuniter tradũt DD. vt ipſe Sanc. ait *loco cit. n. 53.* Religioſos non acquirere illi particulari Monaſterio in quo profeſſi ſunt, ſed toti ordini, & Generali incumbere huic, vel illi Monaſterio applicare, ad proinde nihil referre, in quo Monaſterio ille tẽpore acquiſitionis cõmoretur, quia cùm totus Ordo onus huius ingreſſi ſentiat, totus quoque commodũ ſentire debet ex regula, *qui ſentit, de regulis iur. in 6.* ſic tradit gloſ. *in c. de viduis, il 1. in verb. propriis 17. q. 1.* Anton. de Butr. *in cap. in preſentia, n. 64. de probat.* & ibi Abb. *n. 65.* Felin. *n. 54.* & reliqui relati per eundem Sanch. *loc cit.* quod fortiùs procedit in Religione Theatinorum quæ licèt ex diſpoſitione Tridentinæ Sinodi provt reliquæ Religiones (Capucinis tàntùm & Fratribus obſeruantibus exceptis) ſint in communi Capaces, tamen de facto non poſſident bona immobilia, ſeu annuos introitus ex particulari dicti Ordinis Conſtitutione, *c. 1. §. & ſi neq; 2. part. Conſt.* provt etiã affirmat Dominus de Franch. *deciſ. 14.* niſi ex diſpoſitione Præpoſiti Generalis eiuſdem Ordinis ſit alicui Monaſterio conceſſum, vt ſimilia bona poſſideat, cui Præpoſito Generali eſt ſummi Pontificis priuilegio permiſſum Conſtitutiones innouare, & declarare, vt *in proœmio conſtit. §. nemo autem.* Igitur certo certius eſt, etiam ex particularibus dicti Ordinis cõſtitutionibus nihil particularibus Monaſteriis acquiri; ſed tantùm toti Ordini. Diſtributionem verò fieri provt Præpoſito Generali videbitur, qui declarationem factam à Patre D. Petro ratã habuit, & hæreditatem, quæ ab inteſtato toti Ordini debebatur particulari Monaſterio Sanctæ Mariæ de Aduocata aſſignauit, quæ totius Religionis membrum eſt, vt apparet ex depoſitionib. diuerſorum Patrum, qui ex ordine Præpoſiti Generalis fuerũt examinati ad beneficium Diuæ Mariæ de Aduocata, vt *fol. 19. & 30.* 4 5

6 Sed dato, citra veri præiudicium D.Hieronimam
non instituiſſe hæredem patres Theatinos ad quos
ab inteſtato hæreditas ſpectabat. ex perſona Patris
D.Petri, vt notat Napod. *in d.conſuet.ſi quis, vel ſi
qua, num.254.verſ.an Abbas*, non enim Monacho
ſed ipſi Monaſterio ex perſona Monaci acquiritur,
vt Napod. aſſerit. Eandem opinionem tanquam ve-
riſſimam tenuerunt Innoc. *in cap.in præſentia,num.7.
de probat.* & ibi Hoſtienſ. *num.11.* Ioannes Andr.
num.23. Ant.*num.18.*Abb.*num.76.*Anchar.*num.18.*
Ruin.*conſ.204.num.14.vol.1.*Et Felyn.ibidem *inter
conſ.Ruini,conſ.206.* ad finem, Bartol. Soccin. *inter
eadem conſilia conſ.205.* & *in l.1.num 21. ff.de Vul-
gari*, Ber. *in cap.Raynutius, num.384.& 391. de te-
ſtam.* & ibi Gulielm.de Benedict. *verſ.ſi abſque li-
beris, el 2.vbi de vulg.num.81.*Vinc.Godim.*in addit.
ad Aretin.dict. cap.in præſentia. num.86. lit.A.* An-
gel.Beltrand.Barbat.Couar.Petrus Calab. Spin.Ant.
Cucc. Criſtophar. de Paz,Molin. & reliqui, quos
longa ſerie congerit dictus Pater Sanch.*loc.cit.lib.7.
cap.12. num.36.* hanc opinionem ſequutus fuit S.
Conſ. teſte Domino Vincent. de Franch. *deciſ.40.
in fin.*

7 Sed inſtituiſſe hæredem penitus extraneum,cer-
tum eſt talem inſtitutionem valere in præiudicium
remotiorum agnatorum,ſtante exiſtentia agnatorum
proximiorum, qui ab inteſtato ſunt legitimi hæ-
redes, licet ſtante profeſſione, conſuetudine non in-
ueniatur (retenta pro nunc hac opinione) ad impu-
gnandum voluntatem defuncti;ſed tantùm morien-
8 ti ſuccedant de iure communi, vt ex Napod.funda-
uimus. Ratio eſt euidens, nam agnatus Monachus,
qui eſt proximus,non excluditur a ſucceſſione, quia
retinet iura agnationis, igitur eius exiſtentia exclu-
dit agnatos remotiores. Iure enim conſuetudinario
cautum eſt, vt decedens proximioribus teneatur re-
linquere medietatem bonorum antiquorum, non
autem cùm per Religionem proximior eſt excluſus;
decidit, eſſe locum agnato remotiori, ideóque cum
conſuetudo hoc non dicat, ſtandum eſt diſpoſitioni
iuris communis, quia conſuetudines ſunt ſtricti iu-
9 ris: latè firmat Dominus de Franch. *deciſ.91.a num.
19.& deinceps*, præterquam quod vera eſt de iure
propoſitio,quod licet perſona excludens non capiat,
parat tamen impedimentum aliis, vt dicit gloſ. *in
Auth licèt, Cod de natural liber. in verbo coniux. le-
gitimam*,& tradit idem de Franch.*dict.deciſ.91.num.
18.circa med.*Minad.*deciſ.16. num.2.* Exiſtentia igi-
tur proximioris agnati profeſſi, qui poteſt ſuccede-
re de iure communi, facit, vt teſtator poſſit diſpo-
nere de iure communi, excluſa conſuetudine, adeò
vt *in dict.deciſ.91.* fuerit deciſum etiam fratres, qui
de iure communi ex diſpoſitione *Auth. defuncto*,
ſimul cum patre ad ſucceſſionem defuncti vocantur,
poſſint validè à teſtatore excludi, extraneo inſtituto,
ac relicto tantum patri debito bonorum ſubſidio,
prout etiam ab eodem S.C. fuit aliàs deciſum, vt
10 teſtatur Capyc. *deciſ.110.* hæ autem deciſiones tan-
quam nimis rigoroſæ, fuerunt in dubium reuocatæ
ab eodem Domino Præſidente de Franchis Viro
Oculatiſſimo in proxima ſequenti deciſione *92.n.
10.circa med.verſ.ſuper quo, quando caſus iterum acci-
deret*,& licet in eadem deciſione nõ fuerit deciſum,
in deciſione tamen 486.in cauſa Sororum de Minu-
tulis fuit deciſum ſorores, quæ vocantur ad ſucceſ-
ſionem vnà cum patre, *ex Auth.defuncto*, non poſſe
excludi à teſtatore, ſed ſuccedere in medietate, vi-
gore conſuetudinis, & ibi idem Præſes ſe refert ad
dicta per eum *in dec.92.* vbi magiſtraliter loquitur,
cuius verba hic volui opponere,quia ex illis oriun-
tur omnes aliæ deciſiones deinde à S.C. factæ, non
ſolùm dicta deciſio 486.ſed etiam illæ, in quibus
fuit deciſum nepotibus ex fratribus, qui *ex Auth.
defuncto*, admittũtur ad ſucceſſionem,ſimul cum pa-
tre deberi medietatem bonorum, ſicut fratribus, ſeu
ſororibus vterinis, vel conſanguineis, qui ex gloſ.
Napod.ſimul cum patre admittuntur, & in hoc cor-
rigitur *Auth.defuncto.*Ponit igitur *in d.deciſ.92.*Præ- 11
ſes de Franchis duos caſus.Primum quando mortuo
filio bona materna habente, ſuperſit pater, & cum
patre collateralis,qui ab inteſtato *per Auth. defun-
cto*, vel de conſuetudine Neapolitana, vel ex inter-
pretatione Napod.admitteretur cum patre, vel ma-
tre ad ſucceſſionem,& inſtituitur extraneus.Secun-
dum, quando adſunt alij coniuncti ex lineis prædi-
ctis, qui non concurrerent ad ſucceſſionem defun-
cti ab inteſtato de iure communi,vel conſuetudina-
rio, & patre non exiſtente admitterentur de neceſ-
ſitate per conſuetudinem ad medietatem bonorum
antiquorum, quia in primo caſu exiſtentibus iis,qui
cum patre ad ſucceſſionem concurrent, videretur
poſſe teneri, quod inſtituto extraneo, poſſent fra-
tres conqueri & ſucceſſiuè admitti ad ſucceſſio-
nem, cùm nemo præcedat eos, & non limitarent
aliquæ ex rationibus Capyc. in præcedenti deciſio-
ne allegatæ, fundatæ in iniuria, quæ non fit proxi-
mioribus.Ponderanda ſunt in hoc primo caſu verba 12
eiuſdem Præſidis,cum dicit: quod ſi ſuperſunt cum
patre collaterales,qui ab inteſtato cum patre admit-
tuntur *ex Auth.defuncto*, & hic caſus fuit deciſus *in
deciſ.486.* ſequitur,vel de conſuetudine Neapolita-
na, vel ex interpretatione Napod. admitterentur
cum patre,& ex his verbis, orta fuit alia deciſio,cu-
ius vigore fuerunt admiſſi fratres, vel ſorores vteri-
ni, vel conſanguinei, quia ex Napod.in conſuet. *ſi
quis,vel ſi qua in 1.gloſ.verbo quod autem dixi,n.154.*
concluditur patrem ſuccedere *per Auth. defuncto*,
vnà cum fratribus vtrinque coniunctis ex parte eius,
de cuius bonis agitur, vt firmat idem de Franch. *d.
deciſ.92.num.8.verſ.pro parte primogeniti.*In ſecundo 13
verò caſu hæc ſunt verba Præſidis circa finem *deciſ.
Quando non exiſtunt tempore teſtamenti,& mortis,qui
cum patre concurrerent, vel Iuris communis, vel conſue-
tudinis diſpoſitione, vel ex Napod. declaratione.& ſic
extraneus inſtitutus certaret cum aliis collateralibus,
non concurrentibus cum patre, nec cum eo admiſſis.* Au-
th defuncto, *per conſuetudines, vel per interpretatio-
nem Napod.poſtquam de iure communi & conſuetudi-
nario iſti remotiores in gradu eſſent excluſi per patrem
ab inteſtato, ceſſaret, extraneo inſtituto, conqueſtus col-
lateralium ex linea, poſtquam ipſi eſſent excluſi in om-
nem euentum, eiſque non fit iniuria extraneo inſtituto,
quia pater ab inteſtato eos excluderet,vt dicit Napod.*
in conſuetud.ſi quis,vel ſi qua,in gloſ.in verbo præ-
terquam, verſ.ſed quid de matre, *& hoc caſu videtur
poſſe teneri,vt filiusfamilias poſſit teſtari in extraneum,
relicto patri debito bonorum ſubſidio,& procedet præce-
dens deciſio,de qua ex prædictis videretur poſſe dubita-
ri, quando cum patre concurrerent fratres vtrinque cõ-
iuncti,conſanguinei, vel vterini,in caſibus per Napod.
poſitis ſupra allegatis Scannapec. Actuario de an. 1575.
& dum ab hac ſententia eſſet reclamatum, fuit iunctis,
Dominis Conciliariis duarum Aularum confirmata, me
exiſtente in alia Aula*; Vide etiam Minard.*deciſ.36.* 14
qui loquitur in ſorore vtrinque coniuncta,& ſic eſt
conformis deciſioni S.C.486. & in propriis termi-
nis quod fratre exiſtente Clerico, & non exiſtenti-
bus aliis fratribus laicis,extraneus eſt inſtitutus,quia
eadem ratio militat,vt dicit idem Præſ.de Franch.
deciſ.411.n.6.verſ.& ſic eſt deciſus alius caſus, qui in
puncto eſt caſus noſter; nam Pater D.Petrus non
habebat alios fratres laicos, qui cum ipſo con-

curre

currerent; potuiſſet igitur, ſi voluiſſet, extraneum inſtituere.

Landulfus de Aquino.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſpecies, de qua in preſenti, proponitur.*

2 *Ciuilitas Ciuis Neapolitani probatur non ſolùm per fidem Electorum huius Ciuitatis, ſed etiam ſex Nobilium Sedilis.*

3 *Sedilia Ciuitatis Neapolitanæ, vtpote Collegia probata, cenſentur vt Vniuerſitates in illis, quæ pertinent ad Sedile.*

4 *Ciuis allectus, & non natus gaudet omnibus priuilegiis Ciuium.*

5 *Ciuis ex priuilegio gaudet immunitatibus Ciuium naturalium.*

6 *Litteræ ſuæ Catholicæ Maieſtatis ad hoc probandum adducuntur.*

7 *Ciuis allectus ſi non habitet in Ciuitate an gaudeat priuilegiis eiuſdem.*

8 *Ciuis per mutationem domicilij iura Ciuilitatis an amittit.*

9 *Priuilegium conceſſum Ciui originario, an & quando competat ei qui à Ciuitate diſceſſit.*

10 *Filius paternam ciuilitatem quoad munera, & honores ſequitur.*

11 *Domicilij mutatio qualiter per voluntatem oſtenditur.*

12 *Domicilij mutatio interdum præſumitur, & quando.*

13 *Origo propria quo ſenſu dicatur immutabilis.*

14 *Originis commoda an, & quando præſcribi poſſint.*

15 *Ciuem Neapolitanum eſſe, & eſſe de Neapoli in quo differant.*

16 *Ciuis antiquus originarius an poſſit per deſertionem domicilij ciuitatis commoda amittere.*

17 *Ciuis allectus ad commoda ciuilitatis conſequenda, domicilium non requiritur vt habeat in Ciuitate.*

18 *Textus* in l. 1. ff. ad municipalem, *declaratur.*

19 *Textus* in l. municeps, ff. ad municipalem, *explicatur.*

20 *Ciceronis locus* lib. de Reg. *adducitur ad propoſitum.*

21 *Suetoni locus in Auguſto non contemnendus adducitur.*

22 *Gloſſa* in l. 1. In verbo Ciues, ff. ad municipalem, *cum concordantibus, adducitur.*

23 *Ciuis ex priuilegio mutatione domicilij non præſumitur antiquam Patriam deſerere.*

24 *Ciuis per allectionem ad aliam Ciuitatem quando priuetur prima.*

25 *Ciuis, vt talis dicatur non requiritur, vt ſubeat onera, neque vt ibi habitet.*

26 *Ciuis eſſentia conſiſtit in capacitate honorum.*

27 *Ciues per allectionem dicuntur Ciues honorarij, & in quibus gaudeant, oſtenditur.*

ARGVMENTVM.

Ciuilitas Neapolitana, nùm poſſit probari per fidem Electorum, ſiue per fidem ſex Nobilium Sedilis. Sedelia vtpote Collegia probata nùm Vniuerſitatibus æquiparentur. Ciuis ex priuilegio, vel per allectionem an gaudeat honoribus, immunitatibus, & priuilegiis quibus gaudent Ciues originarij, quamuis ibi non habitet. Domicilij mutationem interdum fieri poſſe, nec per allectionem ad aliam Ciuilitatem commoda prioris Ciuilitatis perdere, quomodo intelligatur. Ciuitatis eſſentia in Capacitate bonorum conſiſtit: & de aliis.

ALLEGATIO CII.

DATA Regia Pragmatica prid. Kal. Iunij anni 1622. quia fuit edictum, vt vnuſquiſque nationis exteræ (vt ipſius pragm. verbis vtar) qui bona cuiuſcum que generis in hoc regno poſſideret, integros prædictorum bonorum vnius anni fructus in ſubſidium refectionis nouæ monetæ, in quatuor tamen annis ſolueret, hoc eſt quolibet anno quartam partem; contendunt exactores huius impoſitionis Illuſtr. Petrum ab Altemps Ducem Galleſij, & Dñm Meſuracæ prædicta Pragmatica cogi ad ſolutionem prædictam, quippe qui auita origine germanus, propria, ac paterna Romanus ſit, in eaque Vrbe domicilium habeat. 1

Negat verò prædictus Illuſt. Dux in d. Prag. comprehendi, qui ciuis Neap. ac inter Nobiles Sedilis Portæ nouæ adſcriptus: Illuſtr. enim, & Reuerendiſſ. Cardinalis ab Altemps Nepos Pij Quarti Pontif. Max. & Robertus ab Altemps eiuſque deſcédentes fuerunt in dicto Sedili adſcripti an. 1560. vt teſtatur Mozzella in deſcriptióne Nobilium prædicti Sedilis *fol. vlt.* Prædictum autem Illuſtriſ. Ducem eſſe nepotem ex filio prædicti Roberti, ac in eodem Sedili gaudere omnibus honoribus, prærogatiuis, ac dignitatibus, quibus gaudent cæteri Nobiles prædicti Sedilis, patet ex fides ex

Nobilium eiuſdem Sedilis *fol....* quæ ſufficit ad
2 c uilitatis probationem ex diſpoſitione capituli Regis Federici anni 1498. *fol.31.* inter capitula huius Fideliſſimæ Ciuitatis, quod licèt loquatur de fide Electorum huius Ciuitatis, tamen locum ſibi vindicat, etiam in prædicta fide ſex Nobilium ex antiqua conſuetudine Sedilium, quæ fuit confirmata vigore alterius capituli Regis Cath. *n.25. a terg.* ſecundùm quam fuiſſe deciſum in Regia Cam. in cauſa Berardini Minutuli, & in ea ita paſſim iudicari firmat Regens Moles *deciſ.62.* in libro meo, quem citat, & ſequitur Rouitus *conſ.83. num.4.* licèt ipſe citet eundem Moles *quæſt.17. deciſ.53.* credo ob codicum diuerſitatem, cum prædictæ deciſiones nondum ſint tipis traditæ, aſſignat idem Moles aliam huius obſeruantiæ rationem, quia Sedile eſt
3 collegium approbatum à Regibus huius Regni, ideoque habetur, ac ſi eſſet Vniuerſitas, in iis quæ pertinent ad Sedile; allegat tex. *in l.1 ff.de colleg.illicit.* ſemper enim quod Ciuitas eſt diuiſa in Quarterios, id quod facit vna pars de attingentibus ad illud Quarterium, eſt ratum, ac ſi eſſet factum ab Vniuerſitate reſpectu Vniuerſitatis, eadem enim eſt ratio de toto quoad totum, ac de parte, quoad partem, allegat Florianum *in leg teſtatrix §. ſi pluries, ff. ſi ſeruit. vendicetur*, cui addo in propriis terminis Sedilium huius Ciuitatis, Bolognett. *in leg. omnes populi, num.55 ff de iuſt. & iur* Marc. Sol. *de pace in l.3. taur. num.590.* & Fab. de Anna *conſ.92.* quod eſt primum ſecundi voluminis, qui alios citat, & vt nullus in hac re controuerſiæ poſſit eſſe locus, producitur priuilegium Reg. Cam. in quareferente Spectabili D. Reg. Henriquez fuerunt declarati prædictus Illuſtr. Dux, eiuſque fratres Ciues Neapolitani, ac proinde poſſe, & debere gaudere, & vti, frui omnibus prærogatiuis, & immunitatibus, quibus gaudent, & fruuntur reliqui Ciues Neapolitani, ex quibus ſatis probatur Illuſtr. Ducem eſſe verum Ciuem Neapolitanum.

4 Nequè prædictis obſtat, quod ſit ciuis allectus, & non natus, nam ſicut natiuitate, ſic allectione quis efficitur Ciuis *leg. ciues, C. de incolis lib.10.* vbi Io. de Plateà *num.2. & 3.* Lucas de Penna *col.1. verſ. electio.* Bart. *in l ædificia, ff. de verb. ſignif.* & *in leg. ſi quis pro emptore, ff. de vſucap. num.34.* & *in l. aſſumptio, §. filius, ff. ad municip.* & *in l. libertus, §. fratris, eod. tit.* Bald. *in l.1 C. de municip. & originar. lib.10.* Decius *conſ.66. vol.2.* Berous *conſ.155 n.37.* Ruin. *conſ.200. col.2. in fin. vol.2.* & *conſ.227 n.2. lib.1* Cephal. *conſ.451. vol.4. n.16. cum ſeq* ciuis enim eſt nomen Iuris ciuilis, & non naturæ, vt ipſa vox indicat, ideóque ita hoc nomen conuenit ciui ex priuilegio, ac ciui originario, vt docet Bart. *conſ.62.* & reliqui quos citat. & ſequitur Alex. *conſ.157. n.13.. vol.2.* latè Ruin. *in rub ſol. matr. n.293.* hinc Bald. *l.2. C de iur. aureor. annulor.* dixit nomen Ciuis eſſe genus, & ita prædicari de Ciue originario ac de Ciue allecto.

Vnde fit, vt quicquid competat ciui ex diſpoſitione iuris, pari modo competat ciui ex priuilegio, ac originario, Marſ. *conſ.107. n.2.* Boer. *deciſ.13. n.21.* paria enim hæc inter ſe ſunt, qualitatem alicui ineſſe naturaliter vel ex priuilegio. Bal. *in l. cum ex ora-*
5 *tione, ff. de excuſ. tut.* per illũ tex. quẽ ſic ſummat, vnde fit, vt immunitas conceſſa ciui, competat etiã ciui ex priuilegio, Bar. *in l.3. §. emancipatus, ff. de contra tabul.* & *in l. omnes populi, ff. de iuſt & iur.* & *in l. ſi maritus, §. lege, ff. de adult.* & *in d l.* ſi quis proemptore, Bald. *in l. in vrbe, ff. de ſtat. homin.* vbi illos appellat veros ciues, Imol. *conſ.55. num.11.* Pariſ. *conſ.71. n.4. vol 1.* & 108. *vol 4.* Alciat. *de verb. ſignif. lib.7. n.12.* Curt. Iun. *conſ.349. n.15. vol.2.* quæ regula non ſolùm locum ſibi vendicat in fauorabilibus, ſed etiam in odioſis, itaut pœna irrogata per ſtatutum offendenti ciuem habeat locum etiam in offendente ciuẽ ex priuilegio, vt tradidere Gemin. & Cardinal. Alex. Archid. & Io. de Turre cremat. *in c. ſi adiutorium* per gloſ. ibi 10. *diſtinct.* Rom. *conſ.62. n.9.* Marſ. *conſ.127. n.2.* Soccin. *conſ.129. col.2. vol.1.* Iaſon. *in l. ſi Rufinus, in 3. limit. C. de teſtam. milit.* Cephal. *conſ.451.* Boer. *deciſ.160. n.23.* hinc iure optimo Inuictiſſimus Rex noſter ſuis literis iuſſit, vt prædicti Ciues hoc caſu vti veri naturales habeantur.

Cùm enim in prædicta Pragmatica fuiſſet ordi- 6
natum in primo capite, vt non obſtante quod ciuilitas ab exteris fuiſſet acquiſita quolibet priuilegio hominis, vel legis, tamen tenerentur ad ſolutionem, Rex moderauit prædictum caput his verbis. *En lo que toca al primero capitulo de la dicha Pramatica es mi voluntad, que ſe modere à ſolo los foraſteros, que tienen priuilegios de Ciuilidad per incolatum, y que los de mas, de que ſe tracta in dicto cap. ſean tratados como naturales en eſte caſo.*

Cùm igitur ex his nullo pacto prædictus Illuſtris Dux poſſet moleſtari; nihilominus Exactores prædicti arrepta occaſione ab iiſdem Regiis literis, quæ moderando ſecundum caput ſupradictæ Regiæ Pragm. ſic aiunt, *Que ſobre el 2. capitolo de la dicha Pramatica ſe declara, que no ſean comprendidos en ella los naçidos de foraſteros, en el Reyno, ſe no es en caſo, que y a viuan fuera del.*

Inferunt ciues ex priuilegio à fortiori includi in hac declaratione, cum enim dicunt, Regiæ literæ decernant, natum in hac Ciuitate Neap. ſi tamen non habitat, teneri ad ſoluendum prædictam impoſitionem, à fortiori, ſi ciuis ex priuilegio non habitat, tenebitur ad ſolutionem prædictam, cùm ciuis natus dicatur originarius, qui magis proprie dicitur ciuis, quam ciuis ex priuilegio, ſed multipliciter, meo quidem Iudicio reſponderi poteſt.

Primò nam Reg. Pragm. vt ciuis ortus teneatur 7
ad ſolutionem prædictæ Impoſitionis, duo iunctim requirit, nempe quòd ſit filius exteri, & quòd negotietur, quorum altero ceſſante, ceſſat Pragm. diſpoſitio, & ſic filius originarij etiam quòd negotietur, tamen non tenetur ad ſolutionem, & è contrario filius exteri ſi non negotiatur, neque ad ſolutionem tenetur, & hoc eſt indubitatum. Addiderunt Reg. literæ tertium requiſitum, nempe quod viuat extra Regnum, his verbis: *ſe no es en caſo, que y a viuan fora del.*

Hoc igitur tertio requiſito ceſſante, ceſſat Pragmatica, quia Rex ita iuſſit, ſed non tamen hoc ſolo poſito, quod aliquis ciuis extra Regnum viuat, ad ſolutionem prædictam tenebitur, quia hoc Pragm. non dicit, Regiarumque literarum mens eſt reſtringere pragm. non ampliare, vt patet. At ſi hæc ſola conditio obligaret ad ſolutionem, potius illam ampliarent, quam reſtringerent; nam etiam ciuis ortus ab orignario, ſi viueret extra Regnum ad talem ſolutionem teneretur, contra mentem, & verba Pragmaticæ, quæ tantùm de filio exteri loquitur, & contra mentem Regis, quí his literis fauore ciues proſequitur, non odio. Ergo hæc fauorabilis interpretatio non debet in odium retorqueri contra regulam *l. quod fauore C de legibus.*

Secundò, quia Rex Iuſtiſſimus noluit à Prag. veros ciues ſuo immunitatis priuilegio priuari, ſed tantùm illos in Pragm. comprehendi, qui vel nunquam ciuilitatis priuilegium re vera acquiſiuerunt, proueſunt ſimplices incolæ in hac ciuitate, qui incolatu quantumuis diuturno ius ciuilitatis nõ adipiſcuntur vt dicit Regia Prag. *de immunit. Neap.* & antiquitus

idē de Rom. ciuilitate erat ſtatutū *l. papia*, & *l. licinia*, & *mutia*, vt tradit Franciſcus Ottomanus in Catalo- 8 go legum Romanorum, & filij exterorum, qui domicilij mutatione iura ciuilitatis amittunt, vt docet Afflict. *deciſ.* 384. per totam, & licèt multi tenuerint hoc ius per mutationem domicilij non amitti, quos latè recenſet Vrſill. ad afflict. *de deciſ.* quibus addi poſſunt Socc. *conſ.* 35. *num.* 2. Raphaël. Cuman. *conſ.* 177. *col.* 3. Verum nouiſſimè probatur, Odofr. *in leg. aſſumpt. in princ. ff. ad municipal.* Gram. *vot.* 10. *num.* 6. & reliquos, quos citat, & ſequitur Boër. *deciſ.* 13. *num.* 3. cum ſeq. & ſecundum hanc opinionem paſſim iudicari in Reg. Cam. tradit Regens Moles *d. deciſ.* 54.

9 Tamen Afflict. ſententia innititur auctoritati Gloſ. à qua in iudicando non eſſe recedendum firmat ex Bald. idem Afflict. *loc. cit.* & aliorum non contemnendæ auctoritatis DD. quos ne cotas tranſcribam prætereo; illis tamen addi poſſunt Natt. *conſ.* 139. *num.* 14. *verſ.* 1. Bald. *in leg.* 3. *Cod. de infant. expoſit. in fin.* Ial. *in leg.* 1. *§. huius ſtudij, num.* 15. *de iuſtitia, & iure*, Andr. Gail. *pract. obſeru. lib.* 2. *obſeru.* 26. *num.* 7. & 8. quem citat, & ſequitur Menoch. *de præſumpt. lib.* 6. *præſum.* 42. *num.* 7. Petra ſancta *ſing.* 2. *num.* 10. Boer. *deciſ.* 160. *in fin.* Cephal. *conſ.* 171. *num.* 35. *lib.* 2. Neuiz. inter conſil. Bruni *conſ.* 12. *col.* 1. vnde fit vt priuilegium conceſſum ciui originario non competat ei, qui a Ciuitate diſceſſit animo non redeundi, quia non videtur quis eſſe de ea Ciuitate a qua perpetua conſuetudine ſe ſeparauit, vt firmat idem Gail. *loc. cit.*

10 In hac Ancipiti controuerſia, iuſſit Rex noſter in filio exteri, Afflict. opinionem eſſe tenendam, quia ipſe Afflict. in his terminis loquitur, vt patet ex eadem deciſione in princ. ibi, *maxime quando ſui anteceſſores ſemper habuerunt domicilium non in dicta Ciuitate Neap. ſed extra*: patet etiam *ex leg. filios. C. de municip. & origin.* quam ex Luc. de Penna ſic ſummat, quoad munera, & honores filius ſequitur originem paternam, non maternam, quamuis in loco originis maternæ natus ſit, niſi ex alia cauſa ibi domicilium ſortiatur, ex quo tex. manifeſtè patet filium exteri ex ſola natiuitate abſque domicilio iura ciuilitatis non acquirere. Ideoque cum idem Afflict. dicat hunc tex. dubium decidere, procul dubio fatendum erit ipſum de filio exteri, non de antiquo originario loqui, & re vera, maxima inter hos caſus eſt differentia. Nam cùm tota huius mutationis domicilij controuerſia pendeat à coniecturis animi mutantis domicilium, ſatis valida & ad dignoſcendum, velit ne quis primùm totaliter deſerere domi- 11 micilium aliudque conſtituere, quæ voluntas ad talem deſertionem, & conſtitutionem neceſſaria eſt, vt patet *ex leg. eius qui. §. celſus*, & *ex leg. domicilium, cum concordan. ff. ad municipal.* Petr. de Vbald. *tract. de can. Epiſcop. & part. verb.* 16. *quæritur, poſt num.* 26. Maſcard. *concl.* 535. *num.* 16. ita quòd ſi hic animus deficiat etiam per centum annorum habitatione, domicilium non conſtituatur, vt tradiderunt Bart. *in leg. quæſitum, §. legatum, de leg.* 3. Bald. & Salic. *in Auth. habita. C. ne filius pro patre.* Felin. Angel. Caſtr. & reliqui, quos recenſent Menoch. *de arbitr. Iud. lib.* 2 *cent.* 1. *caſ.* 86. *num.* 7. & *num.* 22. & Maſcard. *loc. cit. num.* 13. quæ autem validæ ſint coniecturæ variæ à DD. ſunt traditæ, vt legi poſſunt apud Alciat. *in leg. pupillus, §. incola, ff. de verbor ſignif.* & Bald. *in conſ.* 311. *quæſtio ſuper qua, num.* 2. & 5. Abb. *in cap. fin. num.* 8. *verſ. vltimo quæro, de part.* Felin. *in cap. dilectus filius il num.* 12. *de reſcript.* Dec. *in dict. conſ.* 283. *num.* 11. & reliquos, quos citant Menoch. *de arbitr. num.* 16. & Maſcard. *num.* 9. *locis citatis.*

Si igitur hic animus dignoſci non poteſt, niſi ex 12 coniecturis. Quis non iudicabit longè leuiores ſufficere coniecturas ad inducendam præſumptionem mutationis domicilij in nato ab extero, quam in antiquo originario, vnde iuſtiſſimus Rex noſter iure optimo ſuis Regiis literis iuſſit filium exteri, qui extra patriam habitat vti exterum ad ſolutionem prædictæ impoſitionis teneri, quia ex mutatione domicilij iuxta Afflict. & aliorum ſententiam, patriam dereliquiſſe & ad paternam rediiſſe originem cenſendum eſt, vbi adſunt maiorum imagines, quas non videre ſatis lugubre eſt, vt tradit tex. *in leg. lex quæ tutores, §. nec verò. Cod. de adminiſtr. tut.* quod non tam de facili in antiquo originario præſumendum eſt vt primæ ſententiæ auctores tradunt, & ſic de eo Regiæ literæ non loquuntur.

Neque prædictis refragatur communis illa pro- 13 poſitio, propriam originem eſſe immutabilem, quia à natura *leg. aſſumptio, §. fin* & *leg. origine. C. de municip. & originariis. lib.* 10. naturalia enim ſunt immutabilia *leg. iura ſanguinis, de reg. iur. §. ſed naturalia, inſtit. de iur. natur. gent. & ciuil.* Quia hoc ſolùm natura tribuit, vt quis naſcatur in tali loco, & hoc amitti non poteſt; nam factum pro infecto haberi nequit, ſed quòd ex natiuitate commoda ciuilitatis acquirat hoc a iure ciuili tribuitur, & ſic ex diſpoſitione iuris poſſunt à nato acquiſita amitti, vt ſupra probatum eſt, & à nato acquiri, quod patet; nam qui natus eſt in aliquo loco parentibus peregrinantibus commoda ciuilitatis non acquirit, vt tradiderunt Abb. *in cap. Rodulf. de reſcript.* vbi Barbat. *num.* 97. Bald. Alber. Angel. & Caſtr. *in leg. huiuſmodi, §. legatum, ff. de leg.* 1. & reliqui quos citat, & ſequitur Boër. *deciſ.* 13. *num.* 51. & à non nato præſcriptione acquiri poſſunt; nam licèt ipſa origo, quæ à natura tribuitur, præſcribi non poſſit, commoda ta- 14 men originis quæ ius ciuile tribuit, præſcribi poſſunt, & erit iſte quidem verus ciuis, & fiſcus originarius, vt tradit Bald. *in rubr. extr. de præſcript.* & reliqui quos citat, & ſequitur Boër. *dict. deciſ.* 13. *num.* 55. & ſic diſtinguit etiam Menoch. *dict. præſumpt.* 47. *num.* 6. & *conſ.* 1060. *n.* 80.

Longè enim hæc inter ſe differunt, quem eſſe de 15 Neap. & eſſe Ciuem Neapolitanum, nam primum eſt naturæ, quia reſpicit natiuitatem, alterum eſt iuris, quia reſpicit effectum reſultantem à natiuitate, qui à iure procedit, Bart. *in leg. Prouinciales, in fin. ff. de verb. ſignif.* Bald. *in leg. ſiue poſſidetis, col.* 3. *C. de probat. cum concordant. adductis per Decian. conſ.* 45. *num.* 66. *lib.* 4. & ſic Auth. Bald. conclud. Afflict. *loc. cit. num.* 8. commoda igitur ciuilitatis ita originario ciui ſicut allecto non natura, ſed ius ciuile tribuit.

Sed ſi forſan aliquis poſſet ex prædictis ſuboriri 16 ſcrupulus, an ciuis antiquus originarius poſſit per deſertionem domicilij commoda ciuilitatis amittere; nullo tamen pacto in ciue allecto, de quo loquimur ad commoda ciuilitatis acquirenda neceſſarium eſſe domicilium dici poteſt; hoc enim apertiſſime leges, hoc antiqua Romanæ Reipublicæ conſuetudo, hoc communis DD. conſenſus, hoc ipſa irrefragabilis ratio conuincit.

Probat hoc 1. tex. *in leg. ſed ſi accepto, iuncta lege* 17 *præcedenti, ff. de iure fiſci*, vbi cum lege præcedenti Martianus ex commodi reſcripto dixiſſet obſidum bona fiſco eſſe applicanda, ſubiungit ab obſidum conditione ſeparandos eſſe eos, qui vſu togæ accepto Ciues Romani erant effecti: iis enim, ius conficiendi teſtamentum ſicut cæteris Ciuibus Romanis competeret; conſtat autem obſides ab hoſtibus, & ex hoſtibus dari, qui certè Romæ domici-

lium non habebant, & tamen licèt in propria patria habitarent, veri Ciues Romani habebantur.

18 Probat 2.tex. *in l.1 ff. ad municipalem.* vbi ſic Vulpianus de municipe loquens, *Et propriè quidem Municipes appellantur muneris participes recepti in Ciuitatem, vt munera nobiſcum facerent, & deinde, ſed nunc abuſiue Municipes dicimus ſua, cuiuſque Ciuitatis Ciues vt puta Campanos Puteolanos*: ex quibus manifeſtè apparet nomen *municeps* in ſua ſtricta ſignificatione non denotare propriè Ciuitatis Ciues, ſed alterius, qui tamen Romana Ciuitate donati, munerum, & honorum erant participes, omnes autem ciuitates, & caſtra, qui non proprio iure, vt coloniæ, ſed priuilegio hoc ius ciuilitatis adipiſcebâtur, municipia dicebantur, & eorum ciues municipes, qui primum abſque ſuffragio, deinde etiam iure ſuffragij fuerunt donati, vt tradit Gell. *noct. atticarum lib. 16.c.14.* Cùm igitur certum ſit omnes, qui in municipiis naſcebantur veros ciues Romanos eſſe, & tamen certiſſimum etiam ſit, & inferius etiam probatur non omnes Romæ domicilium habere, nam alioquin hæ Ciuitates nullos haberent habitatores, certum etiam erit ad ius ciuilitatis acquirendum, ſeù conſeruandum, domicilium non eſſe neceſſarium.

19 Idem probat tex. *in leg. municeps, ff. ad municip.* vbi ſic ait Hermogenianus. *Municeps deſinit eſſe Senatoriam adeptus dignitatem, hoc autem quantum ad munera; quantum verò ad honores pertinere creditur, originem retinet*: ex quibus manifeſte patet municipem alterius eſſe loci originarium, ciuem verò Romanum ex priuilegio, qui ante adeptam Senatoriam dignitatem munera in vtroque loco ſubire tenebatur, Romæ ſcilicet, cum requiſitus erat, & in propria patria, poſt autem Senatoriam dignitatem, propriæ patriæ honores aſſequi poterat, non etiam ad munera adſtringi, ſic Annius Milo cùm Romæ conſulatum petebat, Lanuuij, quæ ipſius erat patria Dictator erat, vt patet ex Cicer. in oratione, quam pro dicto Milone ſcripſit, ibi, *quod erat dictator Lanuuij Milo.*

20 Romanæ Reipublicæ mos hac in re ſexcentis veterum Scriptorum teſtimoniis facillimè probari poſſet, ſed breuitati ſtudens pauca in medium afferam. Primum erit eiuſdem Ciceronis, *in lib. 1.* de Republica, ſic ait; *Ego omnibus municipibus duas eſſe cenſeo Patrias, vnam naturæ, alteram iuris, vt ille Cato cùm eſſet Tuſculi natus in Populi Romani Ciuitate ſuſceptus eſt, ita cùm ortu Tuſculanus eſſet, Ciuitate Romanus, habuit alteram loci patriam, alteram iuris.* Hos autem municipes, etiam Equeſtris, & Senatorij ordinis extra Romam in propriis patris habitare, patet ex eodem Cicerone in oratione pro Cælio, qui è Puteolis erat ſic ait: *Nam quod eſt obiectum Municipibus, eſſe adoleſcentem non probatum ſuis, nemini vnquam præſenti Puteolani maiores honores habuerunt, quàm abſenti Marco Cælio, quem, & abſentem in ampliſſimum Ordinem cooptauerunt, & ea non petenti detulerunt, quæ multis petentibus denegauerunt; iidemque nunc lectiſſimos viros, & noſtri Ordinis, & Equites Romanos cum legatione ad hoc iudicium, & cum grauiſſima, atque ordinatiſſima laudatione miſerint.* Patet igitur municipes Puteolanos Puteolis in proprio municipio commorantes, non modo Iura Romanæ Ciuitatis retinere, ſed etiam Senatores (hos enim intelligit cum dicit, noſtri Ordinis) & Equites Romanos eſſe, qui à Puteolis Romam legati mittebantur.

21 Omittam ſexcentas alias Ciceronis, & aliorum auctoritates ad tam euidentem rem comprobandam: vnum ſolùm addam Suetonij locum in Auguſto, ſic enim ait; *Proauum Auguſti Tribunum militum punico bello fuiſſe, Auum contentum municipalibus magiſteriis, Patrem Romæ præturam geſſiſſe*; hæc de municipiis credo dixiſſe ſufficiet, qui licèt in propria patria naſcerentur, tamen Ciues Romani naſcebantur. Addam aliqua teſtimonia de particularibus hominibus, qui variis de cauſis Romana Ciuitate donabantur, ſic enim Cicero pro Corn. Balbo, qui Gaditanus homo fuerat à Cne. Pompeo, ex Sacr. Conſ. Ciuitate donatus; ſic enim Cicero? *Nam, & ſtipendiarios ex Africa, Sicilia, Sardinia & cæteris Prouinciis multos Ciuitate donatos vidimus, & qui hoſtes ad noſtros Imperatores profugiſſent, & magno vſui Reipublicæ noſtræ fuiſſent, ſcimus Ciuitate eſſe donatos. Seruos denique quorum ius, & fortuna conditio infirma eſt, bene de Republica meritos perſæpe libertate, id eſt, Ciuitate donari videbamus.* Patet hoc ex actibus Apoſtolorum *cap.22. ver.27. Aſcendens autem Tribunus dic mihi ſi tu Romanus es? At ille dixit etiam, & reſpondit Tribunus, ego multa ſumma ciuilitatem hanc conſequutus ſum*; & tamen certiſſimum eſt, diuum Paulum Romæ domicilium non habuiſſe.

Quod etiam probatur communi noſtrorum DD. 22 ſententia, in primis gloſ. *in leg. 1. verbo ciues, ff. ad municipal.* Bart. *in dict. leg. 1. num.17.* Angel. *conſ.351. verſ. non obſtat num.* . Alex. *conſ.32. num.10. in 5.* & *conſ.157. vol.2. num.4.* Dec. *conſ.283.* Marſ. *ſing.519. in fin.* & *conſ.487. num.15 in vltimis verbis.* Ruin. *in rub. ſol. matr. num...* Afflict. *deciſ.384. num.14.* Bald. *conſ.461. num.2. in 1.* & *conſ.445. num.5. in 4.* Cephal. *conſ.452. vol.4. num.107. & 108.* & latè Decian. *conſ. 44. num.62. vol.4.* qui omnes concludunt, ciuem ex priuilegio, & ſi non habitet, & onera non ſuſtineat, Ciuitatis commoda non amittere.

Quæ opinio fundatur etiam ratione. Primò, nam 23 in hoc ciue ex priuilegio dici non poteſt ex mutatione domicilij oriri præſumptionem velle antiquā patriam deſerere, ideoque commoda ciuilitatis amittere. Hoc enim priuilegium non ex domicilio oritur, ſed ex ſimplici gratia concedentis, ideoque ad illius eſſentiam domicilium non eſt neceſſarium, ac proinde non poteſt dici derelictum, quod nunquam fuit conſtitutum, neque aliqua poteſt oriri præſumptio ex contrariis actibus, cum nullus actus ciuilitati præiudicans fuerit vnquam ab Illuſtr. Duce Galleſij factus, & quatenus aliquis fuiſſet factus, quòd expreſſè negatur, ciuis allectus, quatenus veniret ciuilitate priuandus, tamen ad hoc, vt cum effectu priuetur, & aſſumptio illa in ciuem remaneat nulla, requiritur declaratoria Iudicis, aliàs remanet ciuis donec declaretur ſeruatis ſeruandis, ipſum priuatum eſſe ciuilitate, vt docet Bald. *in leg. ictus fuſtib. in vlt. col. ff. de infam.* & *in leg. Athletas, §. calumniator in princ. ff. eod.* & notat Bart. *in leg. 2. ff. ſi ager. vectig.* Bald. *in leg. fin. Cod. de reuocand. donat.* & Iaſ. *in leg. 2. 5 notab. Cod. de iure emphyt.* Abb. *in cap. ad reprimendum de offic. ordin.* & reliqui relati per Dec. *conſ.11. num.18. vol.2.* quod *num.19.* ampliat etiam quod lex pœnalis ipſo iure ciuem tali ciuilitate priuaret, vt latiùs per eum. 24

Secundò, nam ad eſſe ciuis non requiritur, vt quis 25 ſubeat onera, neque quod ibi habitet, quia quis poteſt in pluribus locis eſſe ciuis, etiam ſi in omnibus non ſubeat onera *leg. labeo & l. aſſumptio, §. Iuriſprudentibus, ff. ad municip.* & *l. libertus, §. cùm ſimul eod. tit. leg. ciues, cum gloſ. in verſ. ad electionem, Cod. de incolis, lib.10.* Ciuilitas enim in iure conſiſtit, non in facto portandi onera. Bart. *in leg. ſi quis pro emptore, in 3. quæſt. princ.* dum loquitur de fictione inductiua *in fin. ff. de vſucapion.* & *in leg. ſi maritus, la. 2. § legis. ff. de adul.* idem Bar. *conſ.62.* Bald. *in l.2. Cod. de iure*

aur.

aur. anulor. cum concordant. adductis per Roman. *conſ.* 61. *n.* 9. vbi addentes.

26 Adeſſe enim ciuis ſolùm debet, ad quem pertinet eſſe capacem honorum, ita Ariſt. ex Homero 3. *Politic. propè fin.* ibi, *Et quod maxime dicitur Ciuis is est, qui habilis ſit ad honores ſuſcipiendos*: optimè quidem dicit, *habilis*, nam licet actum non ſubeat, tamen ſufficit, quod ſit habilis in quadam potentia de facili reducibili ad actum, putà ſi ibi emeret bona, vel ibi ſe conferret ad habitandum, ita in ſpecie Caſtr. *conſ.* 89. *num.* 2. Dec. *conſ.* 283. *num.* 10. quia idem iudicamus de potentia de facili reducibili ad actum, quod de ipſo actu *l. labeo, ff de ſtatu liber. cap. non ſolùm, de appellat. in 6 leg. quæſitum, § illud fortaſſis, ff. de leg 3. leg. 1. §. ſi ſeruus*, vbi Alex. *ff. de acquir. poſſ. in penult. col.* Nam ſæpe idem iudicamus de poſſibili, ac de exiſtenti, *leg. ſufficit, ff. de condit. indeb. leg. 1. § ſi pendeat, ff ad Maced. l. pecuniam quam ff. ſi cert. pet.* Anchar. *conſ.* 24. *col.* 1. *in fine.* Ruin. late *conſ.* 9 *num.* 8. *in* 5. latè Decian. *conſ.* 44. *vol.* 4. *num.* 62. & ita Romæ antiquitus fuiſſe obſeruatum ſupra probatum eſt, & quotidie in noſtra Ciuitate videmus eos Ciues, quorum maiores in Sedilibus fuerunt deſcripti, etiam ſi per centum annos in hac ciuitate domicilium non habuerint, tamen ſtatim, ac ad hanc ciuitatem adueniunt, iiſdem honoribus potiuntur, ac gaudent, prout ſi ſemper eandem ciuitatem incoluiſſent. Imò, etiam cùm extra ciuitatem habitant iura ciuilitatis retinent, etiam quod non modo, nec ipſe, nec pater, ſed nec Auus, & Abauus ciuitatem incoluiſſet, quod propriè eſt priuilegium deſcriptorum in Sedilibus, vt firmat Conſil. Rouit. *conſ.* 83. *num.* 4. qui ait ſemper in Reg. Cam. ita obſeruari.

27 Igitur pari modo prædictus Illuſtr. Dux cum ſit deſcriptus in Sedili Porta nouæ, retinere iura ciuilitatis dicendum eſſet, non obſtante quod non habitaret, etiam ſi eſſet originarius; à fortiori idem eſt dicendum in ciue per allectionem, qui vt ſupra dictum eſt non tenetur habitare. Quod tantò magis dicendum eſt (cùm allectio eſt facta in gratiam alicuius magni viri, prout in caſu noſtro; fuit enim facta talis allectio in gratiam Illuſtr. Cardinalis Altemps nepotis Pij IV. Summi Pontificis, cui inutile fuiſſet tale priuilegium, ſi onus habitandi habuiſſet annexum, cùm neceſſarium Cardinalium domicilium Romæ ſit. Tales autem ciues nullis oneribus ſubiugantur, ſed tantùm honoribus, & immunitatibus fruuntur, vt punctualiter docet Angel. *dict. conſ.* 35... *num.* 3. & Dec. *conſ.* 183. *num.*.. & hi propriè honorarij dicuntur ciues, quia honoribus, & commodis fruuntur, vt tradit Bald. *conſ.* 460. *num.* 2. *in princ.* & *conſ.* 45. *num* 5. *in* 4. vbi dicit dupliciter, quem poſſe effici ciuem. Primò quoad honores, ſecundo quoad onera ordinaria, tertiò quoad onera extraordinaria, idem Bald. *conſ.* 04. *num.* 1. *in* 5. neque hoc eſt nouum aliquem ciuem poſſe frui honoribus, & commoditatibus alicuius Ciuitatis, etiam ſi illius ſit originarius, & nihilominus ad onera neutiquam poſſe aſtringi, cùm ad hoc ſit tex. punctualis *in d. l. municeps, ad municipal.* ergo à fortiori idem dicendum eſt in ciue allecto, qui nullo modo tenetur habitare vt ſupra fundatum eſt, & ex his credo omni iure declarandum eſſe prædictum Illuſtr. Ducem, cùm Ciuis Neapol. ſit, non teneri ad ſolutionem prædictam, ideoque pecuniam per ipſum depoſitam, ſeu ſolutam eſſe illi reſtituendam. Cætera ſuppleat doctrina Dominorum Iudicantium.

Landulfus de Aquino.

SVMMARIVM.

1 *Feudum, in quo viuitur iure Francorum, an ſit legitima primogeniti, diſputatur.*

2 *Primogenitus ad ſoluendam æſtimationem feudi ſecundogenitis tenetur; deducta tamen legitima in ſui beneficium.*

3 *Legitima debita in feudis eſt tertia totius feudi, ſi non in corpore ſaltem in æſtimatione, tum in feudo nouo, tum in antiquo.*

4 *Feudale Patrimonium à Burgenſatico, in quo differat quoad legitimæ ſolutionem.*

5 *Camerarij ſententia in præſenti materia reprobatur.*

6 *Pecunia, qua feudum emitur, an minuat patrimonium filij.*

7 *Legitima in feudo nouo, an debeatur filiabus.*

8 *Legitima in feudo nouo non eſt tertia tertiæ, ſed tertia totius.*

9 *Feudum emptum in quo ſenſu non dicatur verè feudum, vſque ad n. 13.*

14 *Filius non conficiens inuentarium an præiudicet ſibi in legitima.*

15 *Inuentarium quomodo ſit neceſſarium inter cohæredes, vſque ad n. 17.*

18 *Hæres grauatus per fideicommiſſum poteſt deducere, quod ſibi à defuncto debebatur.*

19 *Filius per generalem acceptationem teſtamenti ſibi non præiudicat in legitima.*

20 *Argumenta pro parte aduerſa diluuntur in præſenti, vſque ad n. 24.*

ARGVMENTVM.

Legitima primogeniti in feudo, in quo viuitur de iure Francorum quanta ſit, tertia forſan totius feudi, valoris, vel tertia tertiæ. Filius inuentarium non conficiens an ſibi præiudicet in legitima; & de aliis ad materiam pertinentibus.

ALLEGATIO CIII.

IN præſenti dubio dicendum eſt quod,
Vel totum feudum in quo viuitur mo- 1
re Francorum eſt legitima primogeniti, ad tex. *in cap licèt, extr. de voto*, cum ibi notat. per Ioannem Andr. & Hoſtienſ. quos ſequuntur Iſern. Tiraq. Boer. & reliqui citati per Ioannem Vincentium de Anna *ſing.* 197. & Marin. Frit. *lib.* 5. *de ſubfeud. differt.* 19. *inter feuda ex pact. & prouid. & feuda hæred. pag. mihi* 449. (prout totum feudum ex pacto & prouidentia abſque dubio eſt legitima primogeniti ex communi Feudiſtarum ſententia) & onus iniunctum Brunore Primogenito

genito à Ferdinando Lombardo Patre nullum, & inualidum iudicabitur, tanquam excedens legitimum modum, & grauamen, quod feudis imponi poterat.

2 Vel ſi onus validè iniunctum aſſeuerare velimus, quaſi non totum feudum ſit legitima primogeniti. Et tunc tenebitur primogenitus ad ſoluendum ſecundogenitis æſtimationem feudi, deducta tamen legitima in ſui beneficium; iuxta deciſionem aliàs factam in cauſa Illuſtr. Marchionis Lauelli, cuius meminit idem Ioannes Vincentius de Anna *in rubr. de vaſſall.decrep.ætat.num.* 156. & Dominus Reg. de

3 Ponte *conſ.* 88.*n.* 31.*vol.* 1. Hoc eſt tertia totius feudi, ſi non in corpore, ſaltem in æſtimatione, quemadmodum tam in feudo nouo, quam antiquo concludit Camerar. *in l.Imperialem, § præterea ducatus, pagina mihi* 99.*cum ſeqq. & propriè* 104. *à terg. lit.N.* quem poſt alios ſequuntur Doctiſſimi, & Integerrimi Regij Conciliarij Scipio Rouitus *in pragmatica* 4.*de feud.n.* 112.*cum.ſeqq.* & Scipio Theodor. *alleg.* 22.*n.* 12.& *alleg.*79.*n.*5. Idque ſolidiſſima ratione.

4 Quamuis enim minus adſit in bonis, & patrimonio burgenſatico primogeniti, ex quo compellitur ſoluere partem pretij primogenitis, propter quod minuitur patrimonium Filij, & augetur hæreditas burgenſatica patris, non tamen minus adeſt in patrimonio feudali ipſius patris, & in portione, & ſucceſſione ipſius primogeniti, qui ſuccedit in feudo, quod totum eſt ſuum in effectu, & ſine diminutione, vt inquit Camerar.*pag.*104. *à terg.lit.R.* addens *pagina* 105.*lit.B.* ſoluere partem pretij ſecundogenitis non eſſe onus feudi, quod deducendum eſſet, ſed onus filij, qui conueniri poteſt, vt conferat partem illius pecuniæ donatæ, cum qua emptũ eſt feudum. In quo non obligatur feudum, ſed ſilius vt dicitur de paragio, ad quod actione perſonali conuenitur filius ſecundum Iſer.*in conſt.in aliquibus*, magis ergo (concludit) *eadem pag.*105.*lit.C.* quærendũ erit ſi aliquid adeſt, quod imputetur, et in legitimam, vt *in l.omnimodo,§.imputari*, quam ſi tertia totius pro legitima debeatur.

5 Ex his deducitur non poſſe ſuſtineri intellectum ad verba Camerarij per Aduerſarios adductum; ſcilicet legitimam eſſe tertiam totius, quoad corpus feudi, ſiue illius æſtimationem, non autem quoad pecuniam, quæ eſt conferenda, vt quid ſeparatum à feudo, & de ea debetur legitima non ſolùm ſecundogenitis, ad notata per Capyc.*dec.*2. ſed etiam extra Regnum filiabus, quæ inhabiles ſunt ad ſuccedendum in feudis, iuxta deciſionem ſecundam Tomingij *n.*27.& Hartm. ſententiam *q.*38.*n.*6, *par.*2.

6 Siquidem pecunia qua feudum emitur, etſi augeat hæreditatem Burgenſaticam defuncti patris, & minuat patrimonium ipſius filij; non tamen eſt in cauſa, vt minus adſit in patrimonio feudali eiuſdem patris, & in portione, ac ſucceſſione filij, conſequenter deducta parte pretij in beneficium ſecũdogenitorũ, quod ſupereſt, integrum erit primogeniti tanquam pro legitima ſibi debitum, cùm feudum ſit totum ſuum abſque diminutione.

7 Vnde verum non eſt filiabus deberi legitimam in feudo nouo; contra Toming. namque & Hartm. locis ſupra citatis eſt communis ſchola Doctorum, quos referunt Schrader.*de feud.tom.*1.*p.*7.*c.* 5.*n.*46.*cum ſeqq.* & idem Hartm.*d.q.*38.*per totam.*

8 Quod autem legitima in feudo nouo ſit tertia totius, & non tertia tertiæ, confirmatur ex eo quod feudum emptum adhuc feudum manet, nec fit allodiale, vt ex Iſer. Mart. Laudenſ. Iacob. de S.Georg. & Zaſio concludit Hartm. Piſtor. *d.q.*38. *num.*58.*&* *q.*34.*n.*8.*eadem part.*2.

Licèt enim feudum emptum verè feudum non dicatur iudicio multorum, quos in vnum colligit Gabriel. *commun.concl.lib.*5.*tit.de feud.concl.*2. eorum tamen opinio procedit. Primo vt feudi natura mutetur quoad expreſſa tantum in contractu emptionis, ſecus quoad reliqua, quemadmodum ex Socc. concludunt Gabr.*d.concl.*2.*n.*4.& Hartm. Piſtor. *d. quaſt* 34.*num.*9. 9

Declaratur ſecundò, vt non mutetur propria feudi natura, quando interuenit iuramentum fidelitatis, vel perſonale ſeruitium, ad notata per Alex. Brun. Curt. & alios, quos referunt, & ſequuntur Gabr. *loc. cit.n.*8.& Hartm.*eod.n.*9.*ver.quinimmò reperio*; Cum autem hodie in locum perſonalis ſeruitij ſucceſſerit adhoa, quæ Regiæ Curiæ ſoluitur à Baronibus, feudum emptum propriam feudi naturam retinebit. 10

Limitatur tandem tertiò in feudo empto à conuaſſallo, reſpectu cuius pretium non alterat propriã naturam, vt notabiliter tradit Hartm. *q.*38. *n.*48. Si ergo feudum nouum propriam feudi naturam retinet, & in feudis indiſtinctè concludunt Doctores ſequendo Camerarium, legitimam eſſe tertiam totius, non poterit ambigi, quin tertia totius deducenda ſit ad beneficium primogeniti, etiam in feudo nouo, aliter enim maxima reſultaret inæqualitas inter primogenitum, & ſecundogenitos, ſi vnicuique ſecundogenitorum deberetur integrè tertia pars pretij. Primogenito verò tertia tertiæ reſtantis partis, quod leges abhorrent, *l.cum pater, §.dulciſſimis, ff.de leg.*2. 11 12

Nec habenda erit ratio, quod Brunorus adierit hæreditatem abſque beneficio legis & inuentarij & paternum teſtamentum abſque vlla legitimæ reſeruatione acceptauerit. Quidquid enim ſit de quæſtione illa, an filius non conficiens inuentarium ſibi præiudicet in legitima, de qua paſſim Doctores, quos longa ſerie commemorant Vincen. Fuſar.*de fideic.q.*296.*n.*12.*cum ſeqq.* & Mercurial. Merlin. *in tract.de legit.lib.*..*tit.*2.*q.*24.*per totam.* verum eſt inter cohæredes, de quibus nos agimus, non eſſe neceſſarium inuentarium iuxta ſententiam Franciſci Porcellini *de confect inuent.par.*..*n.*22.*pag.mihi* 164. & Sebaſt. Monticul.*de inuent.c.*9.*num.*468.*pag.mihi, n.*235.*à terg.* 13 14 15

Immo poſſe cohæredes inuicem ſibi remittere neceſſitatem conficiendi inuentarium non modo expreſsè, ſed etiam tacitè, vt putà ſi ſimul adminiſtrauerint, vt notabiliter concludit Ioannes Dilect. Durant.*de arte teſtand. cautel.*37. *n.*5. *pag. mihi* 127. in hæc verba. *Proderit quoque contra legatarios huiuſmodo remiſſio inuentarij, nam licèt hæres non faciens inuentarium teneatur legatariis vltra vires hæreditarias, tamen teſtator poteſt prouidere. ne vltra vires patrimonij, legata præſtentur. Et ſi teſtator non remiſerit neceſſitatem inuentarij faciendi, & plures hæredes ſint inſtituti, & inuicem ſubſtituti, quandocumque eorum aliquis decederet ſine filiis, vt etiam non facto inuentario, ſaluum ſit ius detrahendi Trebellianicam, remedium eſt, vt ipſi hæredes inuicem ſibi remittant neceſſitatem hanc conficiendi inuentarium; ceſſat enim hoc caſu præſumptio occultationis bonorum propter quam lex induxit confectionem Inuentarij, quia etiam tacitè cohæredes intelliguntur id feciſſe, ſi ſimul adminiſtrauerint, vel diuiſerint bona hæreditatis*, vt per Iaſ.*conſ.*114. *viſa facti, in fine, part.*2. 16

Quod verò non ceſſet confuſio ex traditis per Phanuc. *de inuent.p.*7.*n.*2. nil ad rem facit; inuentarium enim vt diximus fuit inductum ad euitandam bonorum occultationem; non autem ad euitandam confuſionem. 17

Imò hæredem grauatum per fideicommiſſum, poſſe 18

poſſe deducere id, quod ſibi debetur à defuncto tépore mortis, quamuis hæreditatis aditione confuſæ ſint actiones, etiam ſi non confecerit inuentarium ex Bald. & Alciat. nominatim tradit Mantic. *de coniect. lib. 7. tit. 8. n. 15.* vndè termini occultationis, & confuſionis ſunt omnino diſpares.

19 Generalis tandem teſtamenti acceptatio ad inducendum præiudicium filio in legitima non ſufficit; ſed ſpecifica requiritur ex regula tex. *in l. ſi quando. §. & generaliter. C. de inoff. teſt.* ſecundùm quam ita communiter reſoluunt Doctores, quos colligunt Peregr. *in tract. de fideic. art. 36. n. 81. 84. & 87. verſ. ſed contra*, Mantica vbi ſupra *n. 8.* Sfort. Odd. *de fideic. q. 34. n. 19.* & Vincentius Fuſar. *d. q. 296. num. 33. verſ. quartò filius non excluditur.*

Cæterum quæ aduerſus eam obiiciuntur, minimè refragantur.

20 Non primum, quod Ferdinandus pater mandanerit Brunoro, vt cum effectu vellet exequi per eum ordinata abſque diminutione aliqua, quaſi per hæc verba, legitima expreſſe pro habita dicatur; nullibi enim legitur dictionem illam, *abſque diminutione*, de per ſe importare legitimæ deductionem; Doctores namque citati à Surdo *conſ. 412. n. 46. in fine, & 47. vol. 3.* loquitur in diuerſis terminis, quando ſcilicet pater grauauit filiũ de reſtituendo hæreditatem abſque diminutione aliqua, tunc enim cenſetur prohibita legitima, cum alias reſtitutio non fieret ſine diminutione; quod quantum diſtet à caſu noſtro nemo eſt qui non videat.

21 Non ſecũdum, quod idẽ Brunorus inſtitutus fuerit in maiori quantitate, quam aſcenderet eius legitima, vnde per acceptionem teſtamenti in legitima ſibi præiudicaſſe videtur, iuxta ſententiam Cumani *in l. cohæredis, §. cum filio, n. 2. ff. de vulg. & pupil. ſubſtit.* & aliorum quos recenſet Maſtril. *dec. 181. n. 28.* & Gall. *de except. ſucceſſ. par. 3. tit. 2. except. 4. n. 53. & ſeqq.*

22 Siquidem præterquam Cumani, & ſequaces loquuntur, in eo tantum caſu, quo expreſsè fuit per teſtatorem diſpoſitum, quod vel filius onus appoſitum in legitimam acceptaret, vel bona vna cum fructibus reſtitueret, quemadmodum ſolidiſſimè ponderat D. Conſ. Rouit. *cõſ. 95. n. 13.* poſt Menoch. *conſ. 1141. n. 8.* contrariam tamen ſententiam aduerſus Cumanum, ſequuntur Alex. *n. 6. & 7.* Ripa *n. 41.* & alij paſſim *in l. in fideicom. ff. ad Trebell.* Soc. Sen. *conſ. 82. vol. 4.* Rimin. Iun. *conſ. 50. n. 8.* Pariſ. *conſ. 57. n. 9. vol. 2.* aliique relati per Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib. 7. tit. 10. n. 18. ſecundò conſidero*, & per Fuſar. vbi ſupra *n. 27.* ſecundùm quam indicatum refert idem Conſil. Rouit. *d. conſ. 95. in fine*, & nouiſſimè iudicatum videmus iũctis Aulis in cauſa Religionis Hyeroſolimitanæ contra ſorores de Lantaro ad relationem integerrimi, ac meritiſſimi Regij Conſiliarij Andreæ de Ianuario mei Domini.

23 Non tertium, quod Brunorus nunquam in vita conqueſtus fuerit de onere in legitimam ſibi per patrem iniuncto, quaſi non modo onus acceptaſſe videatur, ad notata per Menoch. *conſ. 196. ſub n. 20. vol. 2.* & Burſat. *conſ. 355. n. 4. & 5. vol. 4.* Verum etiam cenſeantur excluſi hæredes à petitione reiectionis oneris, vt concludunt multi relati à Maſtrill. *d. deciſ. 181. n. 11. & ſeq.* & nouiſſimè à Gratian. *diſcept. forenſ. par. 5. cap. 983. num. 11. cum ſeqq.*

Etenim vel filij declaratio neceſſaria non eſt, vt ex Iaſ. & Ruin. concludit Cephalus ſibi contrarius *conſ. 188. n. 19. vol. 2.* quod latiùs deducunt Mantic. *de coniect. lib. 7. tit. 8. n. 3. cum ſeqq.* & Vincentius Fuſar. *ead. q. 296. n. 36. verſ. ſed reſpondetur.* Vel ſaltem in caſu noſtro; in quo verum eſt Brunorum deceſſiſſe antequam factum eſſet appretium feudorum, vndè conqueri non poterat, antequam ſciret, an in aliquo læſus remanſiſſet.

Non tandem quartum, quod à fideicommiſſo reciproco non deducatur legitima ſecundùm ſententiam multorum, quos commemorat Fuſar. ſæpe citata *q. 296. n. 23. verſ. contrariam ſententiam.* Contrarium enim probant alij, quos recenſet idem Fuſar. *d. n. 23.* & ſequitur *n. 25. verſ. ego ſentio*, vbi affirmatiuã, ſemper in praxi ſeruari affirmat, & ab ea in conſulendo, ac indicando recedendum non eſſe monet, contraria ſigillatim remouendo *num. 26. cum ſeqq.* 24

Fuit deciſum pro Comitiſſa de menſe Iun. 1627.

Ioan. Thomas Roggerius.

SVMMARIVM.

1 *Moniales tertij Ordinis Sancti Dominici, an gaudeant priuilegio fori.*

2 *Monialis profeſſio probari poteſt per teſtes deponentes de profeſſione, licèt ſint eiuſdem Monaſterij.*

3 *Scriptura non requiritur pro probanda profeſſione, ſed ſolùm requiritur ad cautelã.*

4 *Scriptura non eſt neceſſaria probata profeſſione per teſtes.*

5 *Moniales tertij Ordinis Sancti Dominici quare introducta.*

6 *Monialium tertius Ordo Sancti Dominici per quem Pontificem fuerit inſtitutus.*

7 *Monialium prædictarum Ordo, qua requirat.*

8 *Monialium prædictarum Ordo triplex eſt, & qui.*

9 *Regularium Status in quibus conſiſtat.*

10 *Summus Pontifex poteſt diſpenſare circa tria vota ſubſtantialia Religionis.*

11 *Profeſſio ſolemnis in voto Caſtitatis, & Obedientia in propria domo valida eſt.*

12 *Moniales tertij Ordinis Sancti Dominici, licèt viuant in propriis domibus, gaudent priuilegio fori, & habentur vt perſonæ Eccleſiaſticæ.*

13 *Fratres tertij Ordinis coniugati non gaudent hoc priuilegio.*

14 *Sixti IV. Bulla quid diſpoſuit in præſenti materia.*

15 *Fori priuilegium, qualiter competat prædictis Monialibus ex Bulla Sixti IV.*

16 *Exemptio iuriſdictionis perſonæ Eccleſiaſtica non requirit conſenſum Principis ſecularis.*

17 *Tertiarij non ſunt immunes à Gabella in Hiſpania.*

18 *Leonis X. Bulla adducitur in præſenti.*

19 *Bulla Pij V Gregorij XIII. & aliorum Pontificum quid diſponat in præſenti.*

20 *Sacra Congregatio tum Tridentini Interpres, tum Regularium quid in præſenti ſtatuerit.*

21 *Sorores tertij Ordinis Sancti Dominici cum aliquibus requiſitis, de quibus hic, gau*

gaudent priuilegio perſonarum Eccleſiaſticarum; quid etiam determinauit Sacrum Concilium Neapolitanum.

22 *Tertiarij viuentes vt laici priuilegiis Eccleſiaſticis non gaudent.*

23 *Remiſſio non competit hæredi quando lis fuerit cœpta cum defuncto, ſecus è contra.*

ARGVMENTVM.

Mulieres Tertiarij, quæ vulgo Monachæ Birochæ appellantur, an canonis, & fori priuilegio gaudeant. Tertiarij alicuius Religionis, nùm à gabellarum ſolutione ſint immunes. Fori priuilegium an, & quando competat hæredi in iudicio cœpto cum defuncto: & de aliis.

ALLEGATIO CIV.

1 Remiſſio petita ad Iudicem Eccleſiaſticum pro parte ſororum Elionoræ, & Angelæ de Francho Monialium tertij Ordinis Sancti Dominici, & conuentarum in S.C. ad inſtantiam Ioſeph de Felice Actorum Magiſtri omnino eſt concedenda, non ſolum attẽto iure communi Canonum, ſed & attentis literis Apoſtolicis, ac priuilegiis eiuſdem tertij Ordinis, cum declarationibus Sacræ Congregationis Illuſtr. Card. S.C. Trid. Interpret. & ſuper Regularibus, in quo tria diſtincta ſunt aduertenda.

Primò, in termino conceſſo ſuper dicta remiſſione, teſtes deponere de profeſſione, & aliis requiſitis Ordinis prędicti, & hoc ſufficere. Secundò, ipſas ſorores de Francho Moniales tertij Ordinis pręfati eſſe perſonas Eccleſiaſticas, & gaudere fori priuilegio de iure communi, & vigore priuilegiorum. Tertiò, quod licet ſint conuentæ tanquã hæredes quondam Doctoris Iuliani de Francho laici, ex quo iudicium nõ fuit cœptũ cum defuncto ipſo laico; ſed cœptum cũi pſis Monialibus adhuc gaudent priuilegio fori.

2 Ad primum, antiqua fuit quæſtio, ſi profeſſio requirit ſcripturam, & probari poſſit per teſtes, tamen in S.C. fuit generaliter deciſa ſufficere teſtes de profeſſione deponentes, etſi eſſent eiuſdem Monaſterij, ſi ſcriptura verò interueniat, & intelligatur ad cautelam, & ita procedere tex. *in c. omnes fœminæ 27. q. 1.* poſt gloſ. Ioan. de Turrecremat. & alios, Præſ. de Franch. *deciſ. 384. in princ. & num. 8.* ego addo aliam gloſ. aureãm *in cap. vidua 20. q. 1. verſ. ſcriptis*, Aretin. *in c. nuper. n. 4. de teſtib.* Bero. *conſ. 19. num. 18. lib. 1.* Maſcard. *de prob. tom. 2. concl. 1245. n. 29.* Syluest. *in ſum. tom. 1. verb. religio 3. n. 1. verſ. ſed aduerte*, Pat. Sanchez *in ſum. tom. 2. lib. 5. cap. 3. num. 2.* & quamuis idem Præſ. de Franch. *incidenter in dict. deciſ. 384. num. 6.* faciat diſtinctionem inter viros, vt in eorum profeſſione, & ad illius probationem ſcriptura non requiratur, & admittantur teſtes, &

3 inter mulieres, in quarum profeſſione procedat d. tex. *in cap. omnes fœminæ*, vt ſcriptura ſit neceſſaria, tamen S. Conſil. generaliter iudicauit contrarium, proue generaliter omnes citati DD. tenent, & in monialibus ſcribunt Magon. *deciſ. Floren. 141. n. 8. & 9.* & Honded. qui dicit duos ſufficere teſtes eiuſdem Monaſterij *in conſ. 78. num. 36. lib. 2.* ea eſt ratio irrefragabilis, quia in Monialibus tacita profeſſio admittitur, quæ potiùs per teſtes, quam per ſcripturam probatur, plenè Anna *in allegat. 51.* diuerſum eſſe in profeſſione expreſſa nulla ratio patitur, ex quibus gloſ. *in c. 1. in 6. caſu, de cenſ. in 6.* quam ibi ſimpliciter refert Ioan. Monach. *n. 16.* remanet communiter reprobata.

Ex alio tamen de dictis teſtibus eſt habenda ratio, quia Parte non opponente reperiuntur recepti, & publicati; quamuis enim eſſet neceſſaria ſcriptura, cuius contrarium eſt verum, vt diximus, tamen id procederet quando ante receptionem teſtium opponeretur, teſtibus verò receptis abſque contradictione Partis, & de profeſſione deponentibus, ipſis creditur, & remanet profeſſio probata, Præſ. Franch. *d. deciſ. 384. n. 6.* & *deciſ. 278. n. 7.* 4

Circa ſecundum, Elionoram, & Angelam conuentas eſſe perſonas Eccleſiaſticas tanquam profeſſas dicti tertij Ordinis, & gaudere fori priuilegio, eſt aduertendum, quod Sanctus Dominicus aduerſus hæreticos Longobardiæ, & Tholoſæ in adiutorium ſumpſit quaſdam perſonas deuotas zelantes pro fide, quæ corporaliter illos hæreticos gladio materiali expugnarent, quas ipſe gladio verbi Dei amputare non poſſet, quibus & tradit certum modum viuendi ſpiritualem vltra communem modum laicalem, & citra ſtatum completæ religionis, & dicebantur tunc fratres de militia Beati Dominici, extirpatis hæreticis in illis partibus, cùm non oporteret amplius gladio pugnare, remanſerunt in illo modo partim religioſo cum vxoribus ſuis, quæ mortuis viris continenter degebant, & alij vtriuſque ſexus viduæ, & virgines, & coniugati illis adhæſerunt, vocati poſtea fratres, ſeu ſorores de pœnitentia Beati Dominici, & dicta eſt tertia Regula, ſiue tertius Ordo eiuſdem Beati Dominici, de quo tertio Ordine fuit ſancta Virgo Catharina Seneñſis, B. Anton. Archiep. Floren. *in p. 3. hiſt. titul. 23. cap. 14. §. 2. verſ. vbi notandum*, & *Summar. conſtit. Fratr. Prædic. Antuerpiæ editum de anno 1619. apud Henricum Ærtſſium tit. de inſtitut. tertiar. cap. 1. fol. mihi 54.* 5

poſtea Innocentius VII. in anno primo ſui Pontificatus dictam Regulam, modum viuendi, tertiumque Ordinem expreſse approbauit, *vt in priuileg. Fratr. Prædic. fol. mihi 94. à terg.* & *in d. ſummar. c. 1.* Beat. Anton. *d. verſ. vbi notandum*, & Eugenius IV. idem confirmauit *Summar. d. c. 2 verſ. Eugenius Quartus.* Quinimò Ioannes XXII. & Clemens V. declarauerunt Moniales dicti tertij Ordinis non includi in Bulla Beguardi, & Beguinæ, Archiep. Floren. *Summar. & Priuilegia in d. locis*, quibus acceſſerunt diuerſa deinde priuilegia, gratiæ immunitates, & indulta diuerſorum Summorum Pontificum Martini V. Sixti IV. Alexan. IV. Cæleſtini. V. Innocentij. III. Iulij II. & Pauli III. de quibus meminit Roderic. *qq. Regul. tom. 2. q. 65. art. 5. verſ. pro cuius rei intelligentia*, & *q. 71. art. 2.* & *tom. 3. q. 72. artic. 2.* Epiſc. Campanil. *in diuerſ. Iur. Canon. rub. 12. cap. 16. num. 5.* & inter cætera contenta in regula præfata datur certus modus veſtium ſiue habitus præuia benedictione, *vt in c. 2. & 3.* item requirit profeſſionem completo anno, vel ante ad arbitrium Prioris, qua emanata non licet reuerti ad ſeculum, ſed bene tranſire ad vnam de approbatis Religionibus cum emiſſione trium votorum ſolemnium, *vt in cap. 4. & 5.* Obligat etiam ad horas Canonicas, ad confeſſionem, & communionem quater ſaltem in anno. Item obligat ad nonnulla ieiunia, ad obedientiam, & reuerentiam Prælatis, 6 7

tis,& ad alia permulta, *vt in c.6.7.8.10.11. & ſeqq. in d.priuilegiis Fratr. Pradic.fol.95 & ſeq.*

8 Ex quibus apparet coniugatos,& virgines eſſe de hac Regula,& propterea huiuſmodi Fratres,vel Sorores tertij Ordinis eſſe in triplici differentia; Alij collegialiter viuunt, alij manent in matrimonio, & poſtremi manẽt in propriis domibus cũ voto tamen caſtitatis perpetuæ,*Collect.lit.Apoſtol.mend. & priu. Minor.verb Tertiarij fratres,*§.10.*verſ.aliter breuius,* Cord. *ibid.verb.quoad,*§.10.Sorb.*ib.verſ.2.notandum.* Elionora,& Angela ſunt de tertio genere, quia manent in propriis domibus cũ profeſſione tamen, & voto perpetuæ caſtitatis,& virginitatis,vigore cuius regulæ iã profeſſæ,& approbatæ a Summis Pontificibus cum expreſſo voto perpetuæ caſtitatis, & virginitatis,etſi in propria domo,& cũ propria ſubſtantia de iure communi Canonũ dicuntur perſonæ Eccleſiaſticæ, & gaudent fori priuilegio, & omiſſis pluribꝰ argumentis relatis per Beatum Ioann.de Capiſtrano in opere inſcrip.*defenſorium tertij Ordinis,* ac per Petr.de Vbal.*in tract.de Canon. Epiſc. & parroch.qu.17.princ n.14.part.4.tom.15.tractat.fol.212. a terg.* qui loquuntur etiam in coniugatis.

9 Conſidero primò,quod etſi dum loquimur de religione,& de profeſſione intelligitur cũ tribus votis ſolemnibus Caſtitatis,Paupertatis, & Obedientiæ, *cap.cũ ad monaſterium,de Regular.* Abb.*in rub. de Regular.n.4.plene D.Thom.2.2.q.186.art.4.verſ.reſpondeo dicendum,in fine,* & *verſ. ad tertium in fine, art.5. verſ.reſpondeo dicendum,in fine,& art.3. & 6.* tamen illud ſubſtantiale,& quod ad perfectionem religionis requiritur, perpetua ſcilicet continentia; quia modus viuendi ſecundùm quem homo matrimonio vtitur,non eſt ſimpliciter, & abſolutè loquendo religio. D.Th.*d.art.4.* immò nec largè, nec ſtrictè loquendo talis dicitur religioſus, Rot.*d.591.n.7.1. par.diuerſ.* Itẽ obedientia,quæ in his, quæ pertinent ad religioſam vitã requiritur,vt alicuius inſtructioni,& imperio ſubdatur D.Th.*d art.5* concurrunt cũ Elionora, & Angela conuentis,ſecundùm Regulam approbatam à Summis Pontificibus,à quibus regula Religionis ſumit vires,*cap.fin.de religioſ.dom.* immò ſubſtantia Religionis,& Regulæ eſt ipſe Papa,Petr. de Vbald.*d.n.14.* Felin.*in cap.2 n.10 de for. compet.* Greg.Lop.*in par.1.tit.7.leg.1.gloſ.4.verſ. pro parte*

10 *contraria*, qui Summus Pontifex poteſt diſpenſare circa dicta tria vota ſubſtantialia in faciendis, & ſic dũ approbat regulas poteſt diſpenſare, quando verò vota ſolemnia ſunt iam emiſſa, nõ poteſt ſine cauſa, Ant.de Butr.*in d.cap.cum ad monaſterium,n.18.circa medium,* illud de paupertate non requiritur, quia in monialibus iura ſunt clara, quod poſſunt retinere propriã ſubſtantiam, & remanere in propria domo, cũ licentia tamen Epiſcopi, dummodo profiteantur Regulã approbatam,*c.inſinuante, qui Cler.vel vouent. cap.de viduis 27.q.1.*& Gloſ. *in d.cap. inſinuante, in verſ.vt in domo propria,* dicit quod talis Monialis retinet vſumfructum bonorum, & remanet in quadã domo Sacra, & proprietas quæritur monaſt. Arch. *in c.ſi vir.q.2. Innoc. in c.porrectum, n.5. verſ. videtur etiã,de regular.* Rod.*d.tom.2.q.65.art.5.* Hoſt. *in d.c. porrectum, n.14.* Ioan. And.*n.4.*Anchar. *n.7.*

Et licet aliqui Summiſtæ dicant contrarium, loquuntur in viris non in mulieribus,cum quibus poteſt Epiſcopus diſpenſare,Summ. Roſella, Syluest Armilla,Tabiona,Nauarr.Anton. Cucc.apud Roderic. *qq.Regular.tom.3.q.17.art.11.*Pat.Sanch. *in ſum. tom.2.lib.5.c.4. n.74.* quod & hodie etiam attenta diſpoſitione Concilij Tridentini fieri poteſt, Pat. Graff. *dec. Aurear.tom.1.lib.4 c.23.n.17.* idem Pat. Sanch. *d.tom.2.c.15.lib.6. num.17.*

In monialibus ergo quicquid ſit in viris profeſſio eſt ſolemnis cum voto caſtitatis, & obedientiæ 11 in propria domo abſque voto paupertatis, dummodo fiat de Religione approbata,prout eſt hæc tertia Regula Sancti Dominici,& fiat cum licentia Papæ, vel Epiſcopi, quia non eſt de ſubſtantia Religionis eſſe intra monaſterium *d.c.inſinuante,* Syluest.*d.verb. Relegio 3.q.8.* Azor.*lib.12.inſt. moral.c.5.q.2.* ſum. Labiena,Nauar. & alij Summiſtæ apud Pat. Sanch. *d.tom.2.lib.5.c.4.n.102.* eſt verum quod etſi hoc caſu dicatur Religio, largior tamen eſt propriè Religio, Ioan.Bologn.*conſ.22.n.33.& 34.* quia iſtæ Moniales non retinent magna patrimonia, ſed honeſtũ lucrũ quærunt,quo viuere poſſunt,vt aduertit ibi Bologn. & propterea remanẽt perſonæ Eccleſiaſticæ propriè religioſæ,& debent gaudere fori priuilegio,iã quod fecerũt profeſſionẽ cũ voto caſtitatis, & remanſerũt in propria domo iuxta regulã profeſſã,& à Papa approbatã,& ſic cũ authoritate Papæ,& de eius licẽtia.

Secundò conſidero, quod etſi iſtæ Moniales tertij 12 Ordinis,& in propriis domibus viuẽtes cum propria ſubſtantia non eſſent ſtrictè Religioſæ,tamẽ adhuc gaudere debent fori priuilegio,quia omnis,qui aliquo modo pertinet,& reducitur ad ſtatũ Religioſũ, vt dedicet ſe Deo,ſecundùm aliquã participationem ſtatus Religioſi dicitur Religioſus, & perſona Eccleſiaſtica,& fori priuilegio gaudet, *cap.quiſquis 18.q.4 cap.duo ſunt 12.q.1.*& *in d.c.2 de for. competent.* de foro Eccleſiaſtico ponuntur nõ ſolùm Clerici,ſed & minores Eccleſiæ,gloſ. exponit ſeruientes, prout etiã *l.2.ff.de in ius vocand.* eũ ponit de foro Epiſcopi, qui propter loci Relionẽ inde ſe mouere non poteſt, & *gl.quã ſequũtur Bart.& Ang.* exẽplificat in Eremitis, & etiã Rot.*in dec.1.in fin.de Regul.* dicit quod ſi attẽto ſtatu præſenti viuunt religioſè, quouſq; tamẽ taliter viuunt, ſunt perſonæ Eccleſiaſticæ, & gaudent fori priuilegio,reſpectu cuius priuilegij perſona largo modo Eccleſiaſtica eo gaudet. Vital.*in Clem.ex eo. n.29.de ſentent.excommunic.* in Fratribus tertij Ordinis ſcripſit Abb.*in rub.de Regul.n.2.& 4.ante fin.*& *in c.1.de oblig.ad ratioc.* Ex quibus ceſsãt motiua cõtra- 13 ria,quod iſti de tertio ordine ſunt ſicut locuſtæ ſine Rege,manent in ſeculo cũ vxoribus, habent modũ viuendi approbatum non autem regulã cum tribus votis ſolemnibus, quia iſta bene procedunt in coniugatis,non autẽ in illis tertiariis, qui ſunt de tertio genere,& faciũt profeſſionẽ cum voto perpetuæ caſtitatis,vt ſunt iſtæ conuentæ,quæ habent ſuperiorẽ, item non ſunt in matrimonio,& tenentur ad regulã approbatam à Summis Pontificibus antiquitus, non facta dicta diſtinctione erant opiniones DD. nam Bart.*in l.1.n.4.ff.de pœn.in l.ſemper,* §.*final.ff. de iure immunit.* dicit gaudere fori priuilegio, & vocat hos fratres tertij Ordinis,fratres gaudentes, & alibi dicuntur fratres, & ſorores de pœnitentia Mantellati, Corrigiati,& Cordellati in Italia *Pizzoccara*,in Hiſpania *Beata*,alibi *Beguina*,quo nomine pluries Rota vſa eſt in antiquis.Subdit Bart.*in d.§.fin.*quod Peruſij ſeruatur contrariũ,ſcilicet quod non gaudeant, ſed vidiſſe plura conſilia peritiſſimorũ virorum cõcludentium debere gaudere fori priuilegio,Calder. *in conſ.7.tit.de Iudic. & foro competent.* quem ad verbum refert Anch.*in d.Clem.ex eo.n.4.* plenè concludit non debere gaudere Abb.*in c.2.n.11.de foro compet.* diſputat quæſtionem,& concludit veriorem eſſe opinionem contra tertiarios,æquiorem, & tutiorem in conſcientia eſſe ad fauorem tertiariorum.

In hoc conflictu opinionũ ſuperuenit Sixtus IV. 14 qui anno ſexto ſui Põtificatus ſub tertio Non.Octobris anni 1475. determinauit quæſtionẽ iſtã ad fauorem fratrum,& ſororũ tertij Ordinis Sancti Dominici

minici, & Sancti Franciſci per Bullã incip. Sacroſ. de qua determinatione, & Bulla meminit Felin. *in d. c. 1. n. 10. de iudic.* & reperitur impreſſa *in collectione priuileg. mendicant. facta per Confect. in liter. Apoſtolic. Sixti IV. §. 8. fol. mihi 68. & in priuileg. Fratr. Prædicat. fol. mihi 159. à terg. & in d. ſummar. conſt. Ordin. Prædic. tit. de priuileg. tertiariarum, c. 6.* cuius Bullæ verba ſunt.

Sacroſancta Romana Eccleſia ſub Religionis habitu Domino famulantes ex adducta pietatis officio propenſius diligere conſueuit, & ne indebitis agitetur moleſtiis tanquam pia mater opportunis fauoribus confouere. Sanè pro parte dilectorum filiorum Leonardi de Peruſio, Generalis Magiſtri Ordinis Prædicatorum, ac vniuerſorum Fratrum, & dilectarum in Chriſto Filiarum vniuerſarum Sororum tertij Ordinis Beati Dominici, de pœnitentia nuncupati, in dicto Ordine conſiſtentium, nuper nobis exhibita petitio continebat, quod licèt nonnulli Romani Pontifices prædeceſſores noſtri, diuerſa pro immunitate eorum conceſſerũt priuilegia, & quã plures in vtroq; iure peritiſſimi, quod ipſi Fratres, & Sorores debẽt gaudere libertate Eccleſiaſtica, vt perſonæ Religioſæ, affirment; nihilominus Ciuitates, Communitates, ac Poteſtates, aliique locorum Officiales ſeculares noua eis realia, & perſonalia in dies grauamina libertatis Eccleſiaſticæ contraria indicere præſumunt. Quare pro parte Generalis Magiſtri Fratrum, & Sororum eorundem nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt eiſdem Communitatibus, Poteſtatibus, & Officialibus, ne huiuſmodi grauamina inferant prohibere, aliàſque eis ſuper hoc opportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur huiuſmodi ſupplicationibus inclinati Communitatibus, Poteſtatibus, & Officialibus præfatis ſub excommunicationis pœna (quam ſi moniti non reſpuerint) eo ipſo incurrant, ne eiſdẽ veris, non quæſitis, aut propterea receptis Fratribus, & Sororibus continentibus, & non coniugatis, qui ſecundùm Regulã, & Inſtituta dicti Ordinis regularia viuunt, & perſeuerant, grauamina aliqua libertati Eccleſiaſticæ contraria indicere, aut ipſos Fratres, & Sorores, quominus gaudeant priuilegiis, & immunitatibus tam fori, quã perſonæ, & rerum, ſicut aliæ perſonæ Eccleſiaſticæ, quomodolibet impedire præſumant auctoritate Apoſtolica tenore præſentium inhibemus.

15 De iure ergo communi Canonum conuentæ gaudent fori priuilegio dum ſunt continentes, & non manent in coniugio, iuxta tenorem Bullæ præfatæ Sixti IV. ex qua expreſsè conceditur fori priuilegium, cui priuilegio eſt ſtandum, eiſque eſt obſeruandum, Calderin. *dict. conſ. 7.* Anchar. *in dict. Clement ex eo, num. 4 in fine.* Nauarr. *in manuali cap. 27. num. 79. verſ. 8. declaratio,* Io. Bolognett. *in conſ. 22. n. 6.* Card. Tuſc. *pract. concl. lit. F. conc. 470. num. 16. & 17. tom 2.* Giron. *de gabell. par. 7. in prin. num. 41. & 43. in fine,* Azeued. *lib. 9. recompilat. tit. 18. l. 1. n. 5.* eo magis, quod iam ſunt in poſſeſſione, & obſeruantia, dum in Sacro Conſilio in vna cauſa ciuili, & in vna criminali fuerunt, Sorores tertiariæ remiſſæ, vt apparet in proceſſu, & videtur requirere, Carol. de Graſſ. *in tractat de effect. Cleric. effect. 1. n. 95.*

16 Nec in dicta declaratione Sixti IV. requirebatur, vel requiritur conſenſus Principis ſecularis, vt aduertit Mar. Alter. *in tract. de cenſur. tom. 1. diſp. 10. c. 1. verſ. hoc priuilegium, lib. 5. fol. mihi 752.* quoniam agitur de eximendo à iuriſdictione laïcali perſonam Eccleſiaſticam, & de interpretando ſtatum Religioſum & Eccleſiaſticum, quod Papa abſque conſenſu ſecularis poteſt. Innocen. & alij Canoniſt. *in c. 2. de maior. & obedient.* quando verò ageretur de perſona merè laïca Papa non poſſet eximere à iuriſdictione ſeculari abſq; conſenſu Principis ſecularis, & procedit Greg. Lop. *part. 1. titul. 1. leg. ... gloſ. 1. in fine,* quod in hoc caſu non eſt neceſſariũ, dum vt diximus iam ſunt in poſſeſſione, & obſeruantia dicti priuilegij, & in decreto Sacræ Congreg. Cardin. Concil. Trid. Interpret. adeſt regium exequatur, vt dicetur.

Hinc videmus in Hiſpania textũ expreſſum, quo 17
Tertiarij nõ ſunt immunes à gabellis, ſed tractantur vt laïci *in l. 1. tit. 4. lib. 6. recompilat. & l. 9. tit. 4. lib. 4. ordinam.* ſed procedũt in Tertiariis priuatã vitã agẽtibus cũ vxoribus, vel maritis, Lalart. *in tract. decim. vẽd. c. 19. n. 91.* Gutt. *de gabell. q. 95. n. 5.* Rod. *d. tom. 3. qq. regular. artic. 11. in prin. q. 74.* ita etiam procedit regni c. 200. & quæ ibi ſcribunt Ioan. Anton. Nig. & alij, poſſet etiam dici non valere argumentum de tributis ad forum, Rod. *d. q. 74. art. 11. verſ. quantum autem, & tom. 2. q. 65. art. 5. verſ. ſed hæc.*

Stat ergo firmatum Sorores tertij Ordinis Sancti Dominici de iure communi gaudere fori priuilegio, item ex tenore particularis Bullæ declarationis, & priuilegij Papæ Sixti, qui addidit neceſſarium requiſitum Caſtitatis, & Continentiæ.

Poſtea Leo X. in Lateranenſi Conſilio ſub die 19. 18
Decembris 1516. reformauit ſtatum Religioſorum & circa Tertiarios poſuit hæc verba, *Fratres autem, & Sorores tertij Ordinis, necnon Mantellati, Corrigiati, Pizzocheræ, Cordellati, & alij quocumque nomine nuncupati in propriis domibus habitantes ad onera, quæ laicis incumbunt perferenda teneantur, ac in foro ſeculari coram Iudicibus ſecularibus conueniri poſſint, collegialiter autem viuentes, ſeu cum clauſtralibus habitantes, ac mulieres, virginalem ſeu cœlebem aut caſtam vidualem expreſſo voto, & ſub dicto habitu vitam ducentes, priuilegiis, quibus fratres Ordinis, cuius tertia Regula habitum geſtant gaudere debeant.* Meminerunt de hac bulla Confect. *in d. collect. priuil. Regul. Mendic. in liter. Apoſtolic. Leon. X. §. 1. fol. mihi 108.* Quarant. *in ſum. Bullar. verb. priuilegia Regulariũ. verſ. fratres autem, fol. mihi 404. & in priuileg. Frater. Prædic. fol. mihi 176. à terg. in Concil. Later. ſeſſ. 11. in fin. Summar. conſtit. Ordin. Prædic. dict. titul. cap. 7. & in* Bullar. *tom. 1. conſtit. 22. Leon. X. fol. mihi 510.*

Deinde quia à curioſis viris dubitabatur de illo verbo *expreſſo voto*, an eſſet intelligendum de voto ſolemni Caſtitatis, Paupertatis, & Obedientiæ, idem Leo X. ſub die 1. Martij 1518. hoc declarauit his verbis. *Nos ad tollendum omne dubium motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine harum ſerie decernimus, & declaramus, quod in præmiſſis* de voto ſolẽni Religionis, *minimè intelligi debeat, ita vt mulieres virginanalem, aut cælebem vitam ſimpliciter viuentes, etiam in conſanguineorum, & affinium ſuorum, aut propriis domibus, vel ſeorſum habitantes, priuilegiis, & immunitatibus prædictis in omnibus, & per omnia frui, & gaudere debeant.*

Meminerunt de dicta Bulla Confect. *dict. loc. §. 2.* Quarant. *ibid. verſ. prædicta verba, fol. mihi 404. & 405. ſummar. conſt. Ordin. Prædic. d. c. 7. habetur in Bullar. d. tom. 1. d. conſt. 22. ver. Nuper in ſacro. §. 2. fol. mihi 311.* & *in priuileg. Fr. Prædic. fol. mihi 179.*

Poſt verò Concilium Tridentinum tam Pius 19
Quintus *in Bulla incip. circa Paſtoralis,* quam Greg. XIII. *in bulla incip. Deo ſacris virginibus,* voluerunt quòd mulieres collegialiter viuẽtes in tertia Regula tenerentur ad clauſuram ſeruata forma Tridentini Concilij, per quas bullas noluerunt comprehendere Moniales tertiarias in propriis domibus viuentes, Rod. *tom. 3. qq. regular. q. 44. art. ... ver. obſerua præterea.* Quarant. *d. verb. priuilegia Regularium, verſ. reperitur hæc declaratio fol. mihi 405.* P. Sanch. *d. tom. 2. lib. 6. c. 16. n. 17.* & declarauit ſacra Congreg. Regularũ in decreto lato de anno 1616. inferius citãdo.

De

20 De anno 1612. Sacra Congregatio Illuſtriſſim. Card. Sacr. Conc. Trid. Interpretum inhærendo omnibus ſupradictis declarationibus, literis Apoſtolicis, & Bullis, expreſsè ordinauit, Fratres Tertiarios, ita demum potiri, & gaudere priuilegiis tertiæ Regulæ, ſi collegialiter, ſeu cum clauſtralibus habitant, & hoc caſu exemptos eſſe etiam a iuriſdictione Ordinarij. Sorores verò ſiue mulieres gaudere dictis priuilegiis cum ſolo voto Caſtitatis abſque duobus aliis votis Paupertatis, & Obedientiæ, iuxta declarationes prædictas Lateranenſis Concilij, & Leonis Papæ X. dictum decretum reperitur impreſſum, & præſentatum in proceſſu. Item habetur *in compend. Bullar. edito per Flau. Cherubinum, in d. conſt. 22. Leonis X. ſchol. 1.* & *in d. c. 7. in fine ſum. conſt. Ord. Prædic.* & apud. Thor. *p. 1. cõpend. deciſ. Regni, verſ. Moniales Tertiariæ, in princ.* vbi dicit adeſſe reg. um exequatur.

Poſtremò de anno 1616. Sacra Congreg. Regularium omnia prædicta per eadẽ verba confirmauit, ſolùm addit aliquas deciſiones inter Ordinariũ, & Prælatos Regulares, ſcilicet decedente Moniali tertiaria ſine electione ſepulturæ, debere ſepeliri in Eccleſia Ordinis ſi adeſt ſepultura communis, alias ſecus, item non poſſe recipi, niſi ætatis annorum 40. & cum licentia Ordinarij, dummodo habeant vnde poſſint viuere, & habitent cum coniunctis in primo gradu, & quod abſtineant à velo, *ſotto gola, & ſuccanno*, meminit Epiſcop. Campanil. *in diuer. Iur. Canonic. rub. 12. c. 13. n. 164.* vbi inſeruit verba decreti.

21 Quare reaſſumendo liquet Tertiarios ſiue Fratres, & Sorores tertij Ordinis de iure cõmuni gaudere fori priuilegio, itẽ en ſpeciali declaratione, priuilegio, & particularibus literis Apoſtolicis Sixti IV. dummodo ſint continentes, Lateranenſe verò Concilium, & Leo Papa X. declarauerunt Fratres tertij Ordinis eſſe illos, qui collegialiter, vel cũ clauſtralibus habitant, mulieres verò, etiam in propriis domibus habitantes, vel affinium ſiue conſanguineorum, expreſſo voto Caſtitatis dũtaxat, non autem Paupertatis, & Obedientiæ, & iſtos gaudere dictis priuilegiis; alios in matrimonio viuentes, vel viros nõ collegialiter, vel cũ clauſtralibus viuẽtes eſſe merè laicos, ſecularibus iudiciis ſubditos, quæ omnino ſũt, & approbata hodie poſt Conc. Trid. ex dictis declarationibus Sacræ Congreg. de anno 1612. & 1616. & ſũt conformia cũ legibus municipalibu. ſup. citatis.

Et cum iſtis terminis omnes DD. concurrunt, nemine excepto, concludentes Tertiarios huiuſmodi, & Tertiarias gaudere fori priuilegio tam ante Bullam Sixti & Leonis X. quam poſtea.

Bart. *in d. l. 1.* & *in d. l. ſæpe, §. final.* Abb. *in d. rub. de Regular. n. 4. & in c. 1. de oblig. ad ratiocin.* Rot. *deciſ. 8. de iurepatron.* & *deciſ. 1. de Regular. in fine, in antiq.* B. Ioan. de Capiſtrano *in d. defenſor. 3. Ordin.* Petr. de Vbald. *d. q. 17. prin. n. 20.* Vital. *in d. Clem. ex eo, n. 33. & 39. de ſent. excommun.* Felin. *in d. c. 1. n. 10. de for. comp.* Sylu. Aufrer. Marian. Socc. quos & ſequuntur. Roderic. *qq. regular. tom. 1. quæſt. 65. ar. 5. verſ. ſed hæc.* Stephan. Gratian. *lib. 5. diſcept. forenſ. c. 413. n. 38.* & *c. 449. n. 7.* Ioan. Bolognett. *d. conſ. 22. n. 131. & 34.* Mar. Alter. *de cenſur. tom. 1 diſp. 16. c. 1. verſ. hæc ſententia Felini, fol. mihi 674.* Duard. *in bulla Cœnæ lib. 2. Canon. 15. q. 3. n. 3.* Decian. *lib. 4. tract. crimin. cap. 9. n. 24. tom. 1.* Thor. *in d. ver. Moniales tertiariæ.* Ruſtic. *in l. cum auus, lib. 5. c. 13. n. 17.* vbi ſcribit ita iudicatum. Epiſcop. Campanil. *in d diuer rub. 12. c. 13. ante n. 164.* Epiſcop. Ricc. *deciſ. 88. in fine, tom. 2.* Mart. *de iuriſd. p. 4. caſ. 113. n. 36.*

Sacrum noſtrũ Conſiliũ pro hac opinione bis iudicauit in ciuilibus, & criminalib. vt eſt deductũ in proceſſu, & meminit Thor. *d. ver. Moniales tertiariæ.*

D. Reg. de Marinis Allegat. collect.

Qui autem contrarium ſectantur opinionem loquuntur in tertiariis viuentibus, vt laici, ſcilicet in matrimonio, & coniugio, vel in viris non collegialiter, ſiue cũ clauſtralibus viuentibus, iuxta dictas declarationes Apoſtolicas, & Sacræ Congreg. Conc. & Regularium, qui omnes ad libitum poſſunt dicere, quod nõ eſt in iſtis Elionora, & Angela cõuentis, vt diximus, & ita procedunt Eugen. *conſ. 26.* Menoch. *de arbitr. lib. 2. caſ. 56. n. 7.* Rot. *deciſ. 591. p. 1. diuer. nouiſſ.* Caſtill. *deciſ. 88. lib. 1.* Carol. de Graſſ. *d. effect. 1. n. 92. & 93.* Calder. *d. conſ. 7.* Anchar. *in Clement. ex eo, n. 4.* ita etiã concordant Didac. Perez *in d. l. 1. ord.* & Azeu. *in d. l. 1. recompil.* & Viu. *dec. 49. n. 10. lib. 1.* qui licet aſſerat opinionẽ Beati Ioan. de Capiſtrano, & aliorum procedere, quando mulieres promittunt caſtitatẽ, & obedientiam cum certo modo viuendi in ieiuniis, & manent in domuncula, & parua habitatione ſeparata à familia, & cum prædiolis, hoc dictũ eſt expreſsè contra dictas declarationes Apoſtolicas, & Sacræ Congreg. & contra dicta iura *in cap. de viduis, & in cap. inſinuante:* ſic vera eſt concluſio tã de iure communi, quã ex priuilegiis has ſorores tertiarias commentas gaudere fori priuilegio, & eſſe remittendas ad Iudicẽ eccleſiaſticum competentem. 22

Ad tertium, & vltimum non eſt neceſſaria longa diſcuſſio, quia per Sacrum Conſilium, dũ fuit datus terminus ſuper remiſſione, tacitè fuerunt admiſſæ iſtæ Moniales ad petitã remiſſionẽ probatis requiſitis, & cõſtito, quod ſunt perſonæ Eccleſiaſticæ gaudentes fori priuilegio, vt notanter ſcribit Præſ. de Franc. *deciſ. 376. ante n. 1.* ibi, *Tacitè fuit admiſſus per Magnam Curiam, quæ protulit decretum, quod capiatur informatio de allegato Clericatu*; & quando hoc non eſſet deciſum, ita ad præſens Sacrum Conſilium debet decidere, quia hoc iudicium non eſt cœptum cũ defuncto laico, ſed principaliter cæptum cum ipſis Monialibus, etſi hæredibus laici, quo caſu vera eſt diſtinctio DD. quod in cæptis cum defuncto laico, Clericus hæres non declinat forũ, in non vero inceptis cũ laico, ſed cum ipſo Clerico, licèt tanquam hærede laici declinat forũ, & vtitur priuilegio fori ex propria perſona, Cyn. Bartol. Albert. & Fulgoſ. *in l. hæres ab, ens.* vbi Barboſa *num. 129 ff de iudic.* Butr. *n. 12. circa finem,* Abb. *n. 4.* Aret. *num. 10.* Felyn. *n. 4.* Dec. *n. 31. in cap. quia verò, de iudic.* Didac. Couarr. *pract. qq. c. 8. n. 4.* Spinol. *in ſpecul. teſtament. gloſ. 33. princ. titul de adit. hæred. n. 72. & 75.* D. Carau. Auus meus *in rit. 234. n. 5.* Caſtill. *deciſ. 200. n. 1. lib. 2.* Ceuall. *pract. qq. tom. 2. quæſt. 588. n. 13.* Borell. *tom. 1. deciſ. vniuerſ. titul 43. n. 64.* nec hoc iudicium habet dependentiam, vel connexitatem cum proceſſu Sacri Conſilij, ſiquidem Sacrum Conſilium ordinauit, quod Ioannes Antonius de Ambroſio præſtaret cautionem de ſoluendo iudicatũ, quæ fuit præſtita penes ipſum Actuariũ de Felice: ſiue penes Franciſcum Antonium de Viuo actitantẽm eius nomine, deinde idem Ioannes Antonius abſq; decreto Iudicis, vel alio ordine, Superioris per actum ſeparatum, & ad cautelã ipſius Actuarij in ſubſidium obligati dedit in approbatorem dictum Iulianum de Francho, qui ſe obligauit, fideiuſſorem præſtitum eſſe habilẽ ad ſoluendum, vigore cuius approbationis dictus Actuarius de Felice agit contra ipſius Moniales hæredes dicti approbatoris, non autem agit creditor, cui per approbationem non eſt quæſitum ius, & ſic iſta approbatio nullam habet dependentiam, vel connexitatẽ cum iudicio, & proceſſu S. C. ſed eſt actus ſeparatus, & idcirco competit remiſſio cauſæ ad Iudicem Eccleſiaſt cum, & Sacrum Conſiliũ hoc ſignanter iudicauit dũ dedit terminum ſuper petita remiſſione, ex iſtis omnia remanent benè fundata 23

 pro

num.1. Socc.Sen. *in leg.2.in princ.n.9.* Aretin.*nu.4.* R ip. *n.29.* Herculan.*n.31.* & Pontan. *n.14. ff.ſolut. matr.* quod ſpirituale matrimonium per Monialem perpetuò contrahitur, non in primo Monaſterio, ſed cum Chriſto Domino in omni alio Monaſterio, legitime tamen, & validè deinde ſe in id transferendo, & ſic habet tacitam conditionem, ſi in eodem primo Monaſterio Monialis permanſerit, non quòd per ſolam profeſſionem ſimpliciter, & perpetuò, & abſque cauſa ipſi primo Monaſterio dos acquiratur, & ideo Monialis in alium Monaſterium tranſeundo, portat ſecum dotem primo Monaſterio datam, & ſecundo Monaſterio acquiritur, cui à primo eſt reſtituenda, vt tenuerunt infraſcripti.

Socc.Senior. *conſ.22. num.3. verſ. ſed in caſu noſtro, lib.2.* Illuſt. Dominus meus Dominus Marchio Belmontis *d.cap.6. num.* 10. Bald. Nonell. *de dote part.1.num.*10. Sum.Roſella *in verbo Religio 4.n.12.* Benedic.Capra *conſ.96. n.6. & 9.* Rodoan. *de ſpol. Eccleſ. quaſt.9.in princ.n.*80. Rota *in recentior. deciſ. 115.num.2.to.1. part.2. in recollect. per Farinac.* vbi habetur pro abſoluto. Aſcan. Tamburin. *d.diſput.7. quaſt.6.num.9.*

5 Hic eſt præſens caſus, in quo iſtæ Dominæ Moniales legitimè exierunt a primo Monaſterio, causâ ſcilicet ſtrictioris vitæ, & etiam cum licentia ſui Prælati, iuxta *cap. licet, de Regular.* & ideò earum dotes eſſent huic ſecundo Monaſterio reſtituendæ in proprietate, & tamen de hoc nunc non eſt quæſtio, petuntur tantùm alimenta, quæ eò magis ſunt præſtanda ſi dotes ſunt reſtituendæ.

6 Non obſtat declaratio Sacræ Congregationis Concilij Tridentini, quam refert P. Suarez *d. cap. 14.num.15.* ſiquidem declarationes ad S.Trid. Concil.impreſſæ non omnes ſunt veræ, prout Sacra Congregatio in licentiis, quas in dies concedit expreſsè proteſtatur, quòd inter dictas declarationes impreſſas ſunt multæ non veræ, vt ego habeo in licentiis mihi conceſſis, & proprie contigit in dicta prætenſa declaratione, quæ legitur in impreſſis per Farinac. & ab eo in impreſſis ex Bibliothec. Bellarmin. *in ſeſſ.25. cap. 5. de Regular.* & eam refert Armendar. *in l. Nauar. lib.2. tit.18. n.100.* Barboſ. *de poteſt. Epiſc.part.3. alleg.102. n.26.* & tamen eadem declaratio eſt deinde impreſſa inter alias declarationes impreſſas ad idē Sacr.Trid.Cōc.Lugduni 1631. Sumptibus Cardon. *in dicta ſeſſ.25. cap.de Regular. num.9.verſ. quando verò,* & nihil in ea dicitur de dote, ſicut & idem Barboſ. *in ſuis remiſſ. in dicto loco, n.130.* refert eandem declarationem, & nihil dicit de dote, & propterea de dicta relata declaratione, tanquam non authentica, non eſt curandum.

7 Tertio DD. qui tenent bona acquiſita primo Monaſterio non tranſire in ſecundum, & non faciunt differentiam inter dotem Monialium tranſlatarum, & bona Monaci tranſlati, ſunt. Nauar. *tom.1.oper de Regular. Comment.4. num.24. ver.11. Roderic. quaſt. Regular. tom.2.quaſt.79.art.2.*

8 Iſti DD. excipiunt duos caſus: primus, quando fit tranſitus ob neceſſitatem publicam, vel valde magnam priuatam cum auctoritate Prælati. Secundus ſi Summus Pontifex iubet, quòd bona tranſeant, & loco Pontificis eſt Sacra Congregatio. Nauarr. & Roderic. ſequuntur P.Mirand. *in manuali Prælatorum, tom.1.quaſt.34.art.24. in 2.concluſ.* P.Sanchez *d.cap.32.num.12.* P.Suarez, P.Ferdinand. de Caſtr. & P.Bonac. *in locis citatis,* Cuccus *inſtit maior.tom.1. lib.3.rubr. de Regularibus, num. 152.* P.Fauſt. *tom.1. Theolog.moral.tit.de Relig.ſtatu.quaſt.344. verſ. hunc Monialis,* & non adeſt contradictor.

9 Nam Prælatus poteſt dare licentiam quòd bona tranſeant in ſecundum Monaſterium, Silueſter *in ſum tom.2.in verſ. Religio 4 num.10.* Anchar. *in d.cap. quod a te,n.9.* & Butr.*n.9.* eo magis Summus Pontifex, & eius in loco Sacra Congregatio, P.Suarez *d. cap.14.n.18.* Buratt.*dec.576 n.2.tom.2.*

Iſtæ duæ limitationes optime applicantur in præſenti caſu, nam primum Monaſterium reformatione eget, & propterea viget prima cauſa publicæ vtilitatis. Item viget, & ſecunda cauſa priuatæ vtilitatis, ſcilicet ſtrictioris vitæ, & primi Inſtituti, & regulæ obſeruantiæ, & ſic eſt locus primæ limitationi. Item eſt locus ſecundæ limitationi, quia iam pro dictis alimentis ab initio tranſitus fuit data licentia à Sacra Congregatione, immò fuit tranſitus conceſſus cum dictis alimentis, & propterea nullus remanet locus dubitandi. 10

Non obſtat decretum Sacræ Congregationis interpoſitum cum Monaſterio Crucis Lucchæ, & aliud decretum cum Monaſterio Sancti Ioannis Baptiſtæ, quorum copiæ in hac cauſa a dicto primo Monaſterio ſunt productæ, ſiquidem in hac cauſa habemus decretum in contrarium, quod facit legem, inter partes, *cap. cum inter. de re iudic.* Item in dictis decretis non agitur de dote, item in dictis cauſis non fuit conceſſus tranſitus ab initio cum alimentis, prout in hac cauſa, & aliàs iſtæ Dominæ abſque dictis alimentis non feciſſent tranſitum. Item in dictis cauſis ſecundum Monaſterium non eſt inops. 11

Quartò, & poſtremò, quando prædicta omnia non concurrerent, quod negamus, ſtante legitimo, & valido tranſitu cauſa ſtrictioris vitæ, & cum licentia Prælati, quicquid dicant Moderni Caſuiſtæ, vt ſunt P.Suarez, P.Sanch. P.Ferdin.de Caſtr. & P. Bonac. in ſupradictis locis, recepta eſt opinio, primum Monaſterium teneri ſubminiſtrare alimenta ſecundo Monaſterio inopi, maximè de bonis tranſlatis; nam eſt text.clarus *in cap. quicunque 16. qu.7.* aliàs negare alimenta eſſet necare, *l.necare, ff.de lib. agno cen.c.qui abſtulerit 12.quaſt.2. cap. non ſatis 86. diſtinct.cap.inter cætera 12.quaſt.5.* 12

Et in puncto primus omnium Speculat. *part.4. de ſtatu Monachor.quaſt.7.num.10.* Card.Zabarell. *in d.c.quod a te. num.8. verſ.tamen ſi Monaſterium,* & *in conſ.29.col.fin.verſ.ſi verè expreſsè.* Ancharan. *in d.c. quod à te, n.9.* Abb. *ibidem,num.8.verſ.hoc autem intellige.* Butr. *in conſil.75.incip. Monialis quædam.* Couarr. *in cap.1.num.31.verſ.hactenus verò,de teſtament.* P.Roderic. *tom.2.ſum. cap.110.num 16. in impreſſ. Valledolid.de anno 1621.* Surd. *de aliment.tit.9.q.27. num.23. iuncto num.25.* ibi, *niſi dicamus, quòd in primo Monaſterio durant reliquia quædam primæ obligationis.* Menoch. *conſil.193.numero 12. lib.2.* Cardinal.Tuſchus *tom.5.pract. qq. litt. M. concluſ. 322. num.10.* 13

Non obſtant aliqua motiua, & primò, quòd non ſunt reddita computa adminiſtrationis factæ in primo Monaſterio ab olim Domina Abbatiſſa de Tocco; ſiquidem fuerunt computa reddita iuxta antiquum ſolitum dicti primi Monaſterij, & remanſit creditrix dicta Domina Abbatiſſa in ducatis 461. vt ex bilancio præſentato; & ſi prætenditur alia reuiſio computorum prædictorum, interim alimenta non ſunt deneganda, *argum. cap. ex parte, de accuſat.l.ſi inſtituta, §.pen.ff.de inofficioſ. teſtament.* Afflict. *deciſ.10.n.2.*Coler. *de aliment. lib.1. cap.13. n.30.* & *cap.14.n.53.* eò magis, quòd prætenſio prædicta non tangit omnes Moniales. 14

Secundò non obſtat, quòd ſunt reſtituenda aliqua prætenſa mobilia primo Monaſterio, ſiquidem hoc negatur, & interim non ſunt deneganda alimenta, 15

ta, nec omnes Moniales hoc tangit, vt ſupra dictum eſt.

16 Tertiò, non obſtat, quòd illuſtriſſimus Dominus Nuntius denegat licentiam Profeſſandi in primo Monaſterio; nam eſt capienda ſuper hoc reſolutio, & interim non ſunt deneganda alimenta ſaltem per modum prouiſionis, ne fame pereant iſtæ RR. Dominæ, vt eſt dictum, & redire ad primum Monaſterium eſſet nimis durum, & eſſent continuæ rixæ, ob quod ſolum euitandum licitus eſt tranſitus, & debentur alimenta, vt dicunt omnes citati DD. etiam partis negatiuæ.

17 Quartò, non obſtat, quòd hoc ſecundum Monaſterium non videtur de iure Regij Patronatus, prout primum Monaſterium; ſiquidem de iure retinet hoc ſecundum Monaſterium priuilegium Regij Patronatus, prout primum, vt eſt dictum, & adeſt dicta declaratio Sacræ Congregationis, & propterea debent alimenta ſubminiſtrari, & hoc ſecundum à primo ſuſtentari, de quo Regio Patronatu nõ eſt dubitandum, iam quòd tranſitus fuit publicus cum licentia Prælati, & Sacræ Congregationis, & cum ordinata eleemoſina Excellentiſſimi Comitis Montis Regij tunc Proregis cum comitatu familiæ ſecularis, & cum conſenſu Excellentiſſimi Domini Ducis Medinæ nunc Proregis, vt penes Illuſtr. Ducem Caiuani, & cum affixione Regiorum Inſignium, & ſub eodem Prælato.

18 Quare, vel ex eo quòd hoc ſecundum Monaſterium eſt de eadem Religione primi, vel quia primum retinet dotes iſtarum Dominarum Monialium, vel ex eo, quòd tranſitus fuit cum expreſſo onere alimentorum, vel tandem ex eo quòd agitur de alimentis, & hoc ſecundum Monaſterium eſt inops, omnino alimenta ſunt concedenda, vt ſupplicatur; ſub cenſura tamen Dominorum meorum. Neap. die 17. Auguſti 1641.

Petrus Carauita. V. I. D.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſeries proponitur.*

2 *Poſthumus inſtitutus, ſi viuo Patre in lucem venit, & moriatur viuente eodem Patre, an teſtamentum rumpatur.*

3 *Pupillaris expreſſa an, vt locum habeat, neceſſe eſt, vt pupillus moriatur ſui iuris.*

4 *Subſtitutio pupillaris tacita vtrum euaneſcat, pupillari expreſſà corruente.*

5 *Pupillaris ſubſtitutio, vt valeat, quæ requirantur.*

6 *Bart. limitatio* in l. quod ſi filius, ff. de captiuis, *adducitur in præſenti.*

7 *Inteſtatus quot modis ſumi poteſt.*

8 *Caſus omiſſus qualiter interpretandus ſit.*

9 *Vulgaris, & pupillaris ſubſtitutio qualiter dicantur, & quomodo comparentur, inter ſe.*

10 *Pupillaris expreſſa caducatâ vtrum ſit caducata vulgaris expreſſa.*

11 *Illa verba* ſi hæres non erit, *in ſubſtitutione appoſita, quomodo explicentur.*

12 *Monaſterium, de quo in præſenti, ſuccedit per vulgarem expreſſam.*

13 *Vulgaris tacita contenta ſub compendioſa non extinguitur mortuo inſtituto viuo teſtatore.*

14 *Vulgaris ſubſtitutio continet caſum uolentiæ, & impotentiæ.*

15 *Bart.* in l. lex Cornelia, ff. de vulgari, *declaratur.*

16 *Subſtitutio vulgaris facta in vno caſu porrigitur ad omnes caſus ſimiles.*

17 *Argumenta partis aduerſæ quomodo diluantur.*

18 *Deciſiones, vt DD. in præſenti quæſtione adducuntur.*

19 *Vitiato expreſſo, non vitiari ſemper tacitum oſtenditur.*

20 *Teſtamenti mutatio non facta, cum teſtator potuerit, quid operetur in præſenti.*

21 *Clauſula codicillaris quid, & qualiter operatur.*

22 *Clauſula Codicillaris fauore piæ cauſæ intelligitur appoſita in teſtamento.*

23 *Clauſula Codicillaris operatur immiſſionem in fauorem* leg. fin. C. de edicto diui Adriani tollendo.

24 *Ius accreſcendi quando locum habeat inter vſufructuarium & proprietarium hæredes inſtitutos.*

25 *Ius accreſcendi an locum habeat inter hæredem in re certa, & inter hæredem vniuerſalem.*

ARGVMENTVM.

Poſthumus ſi à Patre fuerit hæres inſtitutus, & in caſu, quo non naſceretur, vel ſi naſceretur, & in pupillari ætate decederet, & fuerit aliquis ſubſtitutus, facto caſu, quod natus ſit, & poſt aliquos dies Patre adhuc viuente deceſſerit, defuncto demùm Patre cum eodem teſtamento, an ſubſtitutioni in illo ordinatæ locus ſit. Clauſula Codicillaris, quos producit effectus in teſtamento ad pias cauſas. Ius accreſcendi an locum habeat inter hæredem vniuerſalem, & hæredem in re certa inſtitutum: & de aliis notabilibus ad materiam pertinentibus.

ALLEGA

ALLEGATIO CVI.

1 IN vltimo ſuo elogio Franciſcus Anto-
nius Pontecorbo inſtituit hæredes fi-
lios ſuos, vel filias naſcituros, vel naſ-
cituras corpore ſuæ vxoris, dicta vxore
relicta hærede in vſufructu, & adiecit ſubſtitutio-
nem his verbis, *Item ſi detti figlioli ò figliole non ve-
niſſero in luce, ò nati moreſſero in pupillari etate, faccio
herede, & in detta mia heredita habbia da ſuccedere lo
Venerabile Monaſterio di Santa Maria della Vita di
queſto borgo delle Vergini dell'Ordine Carmelitano*
contingit quod poſthumus viuo patre in lucem ve-
nit, & eodem patre ſuperſtite infra tres menſes de-
ceſſit; poſtmodum teſtator poſt alios duos menſes
obiit cum eodem teſtamento, hac facti ſerie ſtante,
Monaſterium Iure fecit ſe declarari heredem vi-
gore ſubſtitutionis.

2 E contra prætendit Olimpia Pontecorbo, ipſam
eſſe declarandam hæredem ab inteſtato in hæredi-
tate dicti Franciſci Antonij Pontecorbo, vti fratris,
ſubſtitutione in beneficium Monaſterij minime
ſibi refragante, vti caducata, & irrita effecta ob obi-
tum poſthumi viuente patre per tex. *in l. quod ſi fi-
lius, ff. de captiuis, & poſtliminio reuerſis*, vbi Dinus
dicit eſſe caſum quod filio decedente viuo patre,
ſubſtitutus pupillariter non poteſt admitti ex taci-
ta vulgari contenta in expreſſa pupillari, quia tex.
dicit nihil de ſecundis tabulis poteſt tractari, ſcili-
cet nec de pupillari, nec de tacita vulgari in ea con-
tenta. Et ſic infert, Monaſterium ex pupillari ex-
preſſa non poſſe ſuccedere vti caducata ob mortem
poſthumi viuo patre; nam ad hoc, vt pupillaris ex-
3 preſſa habeat locum, oportet impuberem mori ſui
iuris, & ſic poſt mortem patris, alias ſi decedit viuo
patre, quia moritur filiusfamilias, ſubſtitutio pupil-
laris, quæ eſt teſtamentum impuberis euaneſcit,
dum filiusfamilias non habet teſtamenti factionem
actiuè: ita tradit Bar. *in dict. leg. quod ſi filius*, quam
legit *cum leg. præcedenti*, quæ incipit *pater, ff. cap. &
poſt. reuerſis*, idem Bart. *in leg. vnica, §. pro ſecundo, in
2. opp. C. caducis tollendis*, minus quoque poteſt ad-
mitti ex vulgari tacita contenta ſub pupillari ex-
4 preſſa *per dict. leg. quod ſi filius*, quia vitiato expreſ-
ſo vitiatur, & tacitum *leg. 3. §. qui habet, ff. de ſeruit.
ruſticor. prædior.* Et hanc Dini ſententiam vti ex-
peditiſſimam ſequitur Bart. *in leg. Cornelia, num. 3. ff.
de vulgar. & pupill.* & *in leg. 1. n. 31. verſ. vlterius quæ-
ro, ff. eod.* vbi in terminis dicit, quod ſi poſthumus,
cui erat facta ſubſtitutio pupillaris, deficit poſt te-
ſtamentum in vita patris, ſubſtitutus non poteſt
ſuccedere ex tacita vulgari contenta in pupillari
expreſſa, quia ad hoc vt pupillaris ſubſtitutio va-
5 leat, inter cætera requiritur, vt filius ſit in poteſtate.
Secundò quod efficiatur ſui iuris per mortem pa-
tris. Tertiò quod adeatur hæreditas patris, *leg. 2. ff. de
vulgar. & pupillar.* ſecus ſi viuo patre ſic filiusfami-
lias moritur, vel efficiatur ſui iuris per captiuitatem
patris, *dict. leg. quod ſi filius*, vel non adeatur hæ-
reditas patris *leg. apud Iulianum, §. idem Iulianus, ff.
ad Trebell.* tunc euaneſcit pupillaris, & cum Bart.
tranſeunt plerique Doctor. præcipue Bal. *in dict. leg.
precibus, n. 47. C. de impub. & aliis ſubſtit.* & ibi Cyn.
& Io. Faber. *numer. 4.*

6 Et licèt idem Bart. locis citatis, dicit limitandam
eſſe prædictam Din. ſententiam, vt procedat, quan-
do pater ſciens, & videns filium mortuum habuit
tempus, & facultatem mutandi teſtamentum, & ſi-
bi prouidere de alio hærede; ſecus ſi non habuit
talem facultatem, putà, quia ſtatim mortuus eſt, vel
ignorauit mortem filij, tunc quia nihil poteſt ſibi
imputari, ſubſtitutus poteſt capere hæreditatem ex
tacita vulgari contenta in expreſſa pupillari, *l. iam
hoc iure, ff. vulg. & pupillari*, pro hac diſtinctione al-
legat tex. *in l. tractabatur, ff. de militari teſt.* & *l. 3. C.
de inoffic. teſt.* nam reſpondit dicta Olimpia, quod
in caſu noſtro non poteſt applicari dicta Bart. limi-
tatio, quia teſtator ſciens & videns filium mortuum,
ſuperuixit per duos menſes infra quod tempus
poterat ſibi prouidere de alio teſtamento & hære-
de; vnde dum non curauit ſibi prouidere, manife-
ſta eſt teſtatoris voluntas, quod voluit bona ſua re-
linquere venientibus ab inteſtato, iiſque proſ-
picere, *leg. conficiuntur, ff. de iur. codicill. cum aliis ſi-
mil.*

Inteſtatus enim decedit non tantùm, qui omni- 7
no non fecit teſtamentum; ſed etiam qui illud facit,
& poſteà irritum euaſit ob mortem inſtituti viuo
teſtatore *§. poſteriore, inſt. quib. mod. teſt. infirmantur*,
& nihil in teſtamento ſcriptum vires habet, ſi in
eo non eſt facta inſtitutio, vel ſi eſt facta, ex ea hæ-
res ſcriptus non adiit hæreditatem, vel quia no-
luit, vel quia non potuit, vt in terminis ſubſtitutio-
nis dicit gloſ. *in leg. 1. in verbo inſtitutione. ff. vulgar.
& pupillari.*

Prætereà dicit Olimpia, Monaſterium eſt ſub- 8
ſtitutum in duos caſus, ſi poſthumus non naſcitur,
vel ſi naſcitur, moritur in pupillari ætate: caſus verò
in quo naſcitur, & moritur viuo patre eſt omiſſus,
ideò non habetur pro prouiſo, *leg. commodiſſimè, ff.
liber. & poſthum. leg. pater ſeuerinam, ff. de cond. & de-
monſtrat.* per quæ iura traditur quod ſubſtitutio fa-
cta in vno caſu non porrigitur ad alium caſum, vt
Surd. *conſ. 236. in princ.* vbi innumeros allegat DD.

At his, & ſimilibus non obſtantibus quæ nihil 9
ponderis nec momenti habent, vt infra patebit, fa-
tendum eſt, Monaſterium iuridicè fuiſſe, & eſſe
declarandum hæredem ex teſtamento vi ſubſtitu-
tionis; nam ex formula præfatæ ſubſtitutionis luci-
diùs dignoſcitur eſſe ſubſtitutum vulgariter, & pu-
pillariter, & ſic habet duas ſubſtitutiones, nempè
vulgarem expreſſam, & pupillarem expreſſam: Vul-
garis in illis verbis continetur, *ſi filij non naſcuntur
facio heredem Monaſterium*, vt eſt caſus *in leg. fin. C. de
inſtit. & ſubſtit.* vbi hæc ſubſtitutio, *ſi poſthumus non
naſcitur ſubſtituo talem*, dicitur ſubſtitutio vulgaris,
in qua etiam continetur pupillaris tacita, vt ibi
gloſ. & Bart. per tex. *in d. l. iam hoc iure*, pupillaris ve-
rò expreſſa continetur ex illis verbis, vel ſi nati mo-
riuntur in pupillari ætate, vt *leg. pen. ff. de ventre inſ-
piciendo.* & *l. moribus, ff. de vulgar. & pupill.* in qua
continetur etiam vulgaris tacita *dict. leg. iam hoc iu-
re, ff. eod.* ita in terminis dicit Bart. *in leg. 1. num. 13. ff.
vulgar & pupill.* vbi dicit ſicuti vulgaris expreſſa fa-
cta ſi poſthumus non naſcitur, continet tacitam pu-
pillarem, ſcilicet nato, & mortuo in pupillari æta-
te, *dict. leg. fin. C. de inſtit. & ſubſtit.* idem è conuerſo
pupillaris expreſſa facta, ſi poſthumus naſcitur, &
in pupillari ætate moritur, continet tacitam vulga-
rem, ſcilicet eo non nato, vel quoquomodo non
potuit eſſe hæres *dict. leg. pen. ff. de ventre inſpiciendo*,
refert, & ſequitur Surd. *dict. conſ. 236. num. 26.*

Vnde quamuis pupillaris expreſſa ſit caducata, 10
eo quod poſthumus in lucem venit, & mortuus eſt
viuo patre, & ſic mortuus eſt filiusfamilias non ſui
iuris, vt per Bart. *in dict. leg. pater, ff. cap. & poſtlimi-
nio reuerſis*, vbi dicit ad hoc vt ſubſtitutio pupilla-
ris valeat, oportet, quod filius fiat ſui iuris per mor-
tem patris, *leg. cohæredi, §. cum filiæ, ff. vulgar. & pu-
pillar.*

Tamen vulgaris expreſſa purificata eſt, & illius virtute Monaſterium debet ſuccedere, vt eſt caſus *in leg. vnica, §. pro ſecundo. C. caducis tollendis*, & ibi gloſ. in verbo *ſubſtitutus*, & Bart. ibi *in 2. oppoſitione*, vbi dicunt, quod mortuo inſtituto, viuo Teſtatore, ſubſtitutus ſuccedit per vulgarem expreſſam, nam gloſ. & Bart. opponendo contra dictum §. pro ſecundo, de tex. *in leg. quod ſi filius, ff. de captiuis, & poſtlimin. reuerſis*, & ſoluunt quod lex contraria loquitur in pupillari expreſſa, dictus vero §. *pro ſecundo*, loquitur in ſubſtitutione vulgari, & communi, & reddit hanc rationem diuerſitatis, quia ad hoc vt ſubſtitutioni pupillari ſit locus; oportet vt impubes moriatur ſui iuris per mortem naturalem patris, *dict. leg. quod ſi filius*, ſed ſubſtitutio vulgaris ad hoc vt purificetur, & obtineat locum, ſufficit, vt impubes inſtitutus non ſit hæres, quoquomodo, vel quia non vult, vel quia non poteſt per impedimentum facti, vel iuris *l. cum proponas. C. de hæred. inſtituend.*

11 Nec obſtat dicere illa verba *ſi hæres non erit*, important, ſi ipſe non erit hæres, vel alium non facit hæredem, vt Bar. *in l. 1. nu. 20.* in primo effectu ſubſtitutionis vulgaris, *ff. vulgar. & pupillar.* & ſic dum habebat ius tranſmittendi ius ſucceſſionis *leg. cum in antiquioribus. C. de iur. delib.* ceſſat dicta vulgaris; nam reſpondetur hoc non procedere, quando eſt mortuus viuo teſtatore, & ſic nihil habebat, quod tranſmitteret, ſed procedit quando decederet poſt mortem patris, non adita hæreditate, ita loquitur *dict. leg. cum in antiquioribus.* Surd. *conſ. 232. num. 40.* Imò in caſu noſtro neque procedit, quia ſi eſſet mortuus poſt patrem, vigeret ſubſtitutio pupillaris, quæ excludit non ſolùm venientes ab inteſtato, ſed etiam matrem in medio exiſtentem *l. precibus, C. de impuber. & aliis ſubſtitut. cap. ſi pater, de teſtam. in 6.*

12 Patet ergo concluſio quod Monaſterium ſuccedit ex expreſſa vulgari, quia inter alios effectus vulgaris expreſſæ, eſt iſte, vt quoquomodo primus gradus inſtitutionis non habet effectum, tunc indiſtinctè teſtamentum capit vires à ſecundo gradu ſubſtitutionis vulgaris, *leg. 3. §. fin. ff. de liber. & poſthum.* Ita in terminis tradit Bart. *in dict. leg. 1. n. 14. & 28. ff. de vulgar. & pupill.* vbi dicit inſtitutus, ſiue ſit excluſus tempore vel repudiatione, vel incapacitate, vel morte ante teſtatorem, ſubſtitutus vulgariter ſuccedit, *leg. tabis. § ſplendor, ff. de fideicom. libert. dict. leg. vnica, §. pro ſecundo. C. caduc. tollen.* & teſtamentum capit vires ex hoc ſecundo gradu, & ſubdit quod hæc eſt vna de differentiis inter vulgarem expreſſam, & vulgarem tacitam, & cum Bartol. tranſeunt omnes, quos citat Surd. *conſ. 236. num. 23.* vbi dicit quod ſubſtitutio vulgaris facta poſthumo ſi non naſcitur, habet locum quoquomodo poſthumus non poteſt eſſe hæres incapacitate nolentiæ, vel impotentiæ *dict. leg. cum proponas. Cod. de hæred. inſtituendis.*

13 Hinc Bald. *in conſ. 408.* quem refert Crauet. *conſ. 62. num. 3.* & *in d. leg. precibus, num. 52.* tradit, quod tacita vulgaris contenta ſub breuiloqua vel compendioſa non extinguitur mortuo inſtituto, viuo teſtatore, licèt tacita vulgaris contenta ſub expreſſa pupillari extinguitur, (quod vltimum neque eſt verum, vt infra patebit) refert, & ſequitur Menoch. *de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 43. in finalibus verbis.* Surd. *conſ. 236. n. 23. verſ. & prædicta*, & talis differentiæ rationem dicunt, quia vulgaris contenta ſub breuiloqua, vel compendioſa dicitur expreſſa verbis generalibus, & habet vim vulgaris expreſſæ, *leg. Lucius*, & ibi Bart. & cæteri *ff. vulg. & pupill.* ſed tacita vulgaris contenta ſub pupillari expreſſa eſt omnino tacita ab intellectu iuris inducta, ex coniectura voluntate teſtatoris, *dict. leg. iam hoc iure, ff. de vulgar. & pupill.* idem tenet Io. Fab. *in d. leg. precibus, num. 4.* dicens vulgaris expreſſa non extinguitur mortuo poſthumo viuo patre, & *per d. l. vnicam. §. pro ſecundo. C. cad. tollend.* & cæteri, quos allegat Surd. *alleg. conſ. 236. num. 23. cum ſeq.* ſi hoc in vulgari tacita contenta ſub breuiloqua, vel compendioſa, multò magis erit in vulgari expreſſa, & principaliter per ſe.

Et ratio prædictæ noſtræ concluſionis eſt, quia, 14
vt vulgaris ſubſtitutio habeat locum, ſufficit, vt inſtitutus non ſit hæres, vel quia non vult, vel quia non poteſt, cum omnes iſti caſus ſint ſimiles *dict. l. cum proponas. C. de hæred. inſtituend.* ideò ſi eſt concepta in vno caſu per quem non poteſt eſſe hæres, putà ſi venter non naſcitur, porrigitur ad omnes alios caſus, quibus non poterit eſſe hæres, putà ſi naſcitur, & viuo patre moritur, vel aliter non poteſt adire hæreditatem, *dict. leg. fin. C. de inſtit. & ſubſtit.* nam prouiſio facta in vno caſu extenditur ad alium caſum ſimilem, ita in terminis vulgaris ſubſtitutionis dicit Bart. *in dict. leg. 1. num. 14. ff. de vulgar. & pupill.* & *in leg. gallus, §. & quid ſi tantum, num. 2. verſ. exemplum in conditione neceſſaria, ff. de liber. & poſth.* & clariùs *num. 5. verſ. ſed contra id oppone*, & cum Bart. in propria materia ſubſtitutionis vulgaris tranſeunt omnes DD. vt eſt videre *in alleg. conſ. Surd. 236. num. 24. 25. 26. & 27.* vbi concludit quod ſi pater inſtituit hæredem poſthumum, & ei ſi moriatur in pupillari ætate, vel quandocunque ſine filiis, ſubſtituit alium vulgariter & pupillariter, quod eueniente quod poſthumus non naſcitur, ſubſtitutus ſuccedit per vulgarem expreſſam.

Et ex his corruunt omnia obiecta in contrarium 15
facta; nam Bart. *in dict. leg. lex Cornelia, nu. 3.* & *in d. l. 1. num. 32. verſ. vlterius quæro, ff. de vulg. & pupill.* loquitur in tacita vulgari contenta ſub expreſſa pupillari; Monaſterium verò ſe tuetur ex vulgari expreſſa, & ſic non obſtat dicta doctrina Bart. tanto magis, quia contra Bart. etiam in tacita vulgari adeſt communis opinio, vt infra dicetur.

Neque obſtat ſecundum obiectum, quia certiſ- 16
ſimi iuris eſt concluſio, vt ſubſtitutio vulgaris facta in vno caſu, ſcilicet ſi venter non naſcitur, porrigitur ad omnes caſus quibus venter non poteſt eſſe hæres, vel quia abhorritur, vel quia natus decedit viuo patre, vt ſupra fundatum eſt; regula enim quod ſubſtitutio facta in vno caſu non porrigitur ad alium caſum obtinet in ſubſtitutione fideicommiſſaria, quæ continet onus inſtituti hæredis grauati fideicommiſſo, *l. cohæredi, §. cum filia, ff. de vulgar. & pupillar.* at ſubſtitutio vulgaris nullum continet grauamen inſtituti; ſed eſt prouiſio ipſius teſtatoris, ne decedat inteſtatus, *§. 1. inſt. de vulgar. & pupill.* & *l. 1. ff. eod.* ideò ſi teſtator prouidet ſibi vno caſu per ſubſtitutionem vulgarem, talis prouiſio extenditur ad omnes caſus, quibus inſtitutus non poteſt, vel non vult eſſe hæres, vt Bart. *in dict. l. gallus, §. & quid ſi tantum, num. 2. & num. 5. ff. de lib. & poſth.* & *dict. leg. 1. num. 14. ff. de vulg. & pupill.* Surd. *allegat. conſ. 236. n. 37. & 38. cum ſeq. n. 15. & 52.*

Prætereà inquit Monaſterium, quod & ſi non 17
fuiſſet ſuffultum vulgari expreſſa, ſed tantum fuiſſet ſubſtitutum pupillariter, putà ſi ſubſtitutio fuiſſet concepta ſi poſthumus naſcitur, & in pupillari ætate decedit, ſubſtituo Monaſterium, & poſthumus non fuiſſet natus mortuus viuo patre, vt in caſu noſtro, adhuc ex tacita vulgari contenta ſub ea pupillari debet admitti ad hæreditatem teſtatoris, vt eſt tex. *in leg. lex Cornelia verſ. ſi verò viuo patre*, iuncta gloſ. *in verb. non exiſtimo ff. de vulg. & pupill.* vbi impubes,

pubes, cui pater ſubſtituit pupillariter, viuo patre captus fuit ab hoſtibus,& ibi deceſſit, dicit tex. & ibi gloſ. quod licèt dicta ſubſtitutio pupillaris ſit caducata, quia pupillus non deceſſit ſui iuris, ſed filiusfamilias, tamen ſubſtitutus ſuccedit patri ex vulgari expreſſa, vel ſaltem tacita. Ad idem eſt reſponſum Papinian. *in l. ſi pater captus, verſ. quoniam ſi ambo*, iuncta gloſ. *fin. ff. eod.* quod ſi tam pater, quam filius decedunt in Ciuitate, ſubſtitutus, præmortuo patre, ſuccedit filio ex pupillari, & præmortuo filio, ſuccedit patri ex vulgari expreſſa, vel tacita contenta ſub ea pupillari, hinc Aret. & omnes DD. *in d. leg. lex Cornelia*, tenent contra Bart. videlicet vt indiſtinctè, ſiue pater potuit ſibi prouidere, ſiue non, poteſt ſubſtitutus ſuccedere ex vulgari tacita, mortuo pupillo viuo patre, licèt dicta ſubſtitutio pupillaris ſit caducata, ita teſtatur Surd. *dict. conſ.* 236. *numer.* 26. vbi innumeros allegat DD. præcipue Boër. *deciſ.* 38. *num.* 15. vbi teſtatur de communi contra Bart. Mantic. *de coniectur. vltim. volunt. lib.* 11. *tit.* 6. ferè per totum. Decian. *conſ.* 1. *per totum.* Alciat. *conſ.* 250. *num.* 10. Beron. *conſ.* 102. *num.* 12. Menoch. *de arbitr. caſ.* 63. *num.* 10. Surd. *deciſ.* 37. Magon. *dec. flor.* 4. Seſſa *deciſ.* 50. Stephan. Graſſ. *deciſ. Marchiæ* 146. qui dicit omnes ita tenere, & *tom.* 5. *diſcep. forenſ. cap.* 879. *num.* 38. de Franch. *deciſ.* 156. Paril. *conſ.* 62. *n.* 21. *lib.* 2. Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 253. in primo caſu Graſſ. *de ſucceſſ. par.* 1. *quæſt.* 10. *num.* 1. Gaſpar. Theſaur. *in addit. ad patrem dec.* 60.
18 *lit. A.* & iudicatum in ſuo Senatu ſcribit *lib.* 4. *quæſt. forenſ.* inter alias rationes dicunt, quia ſi teſtator fuiſſet interrogatus de caſu, quo poſthumus naſceretur, & decederet ipſo viuo, certè ſimiliter diſpoſuiſſet de ſua hæreditate in beneficium ſubſtituti, dum voluit eum haberi hæredem, ſi poſthumus decederet poſt eius mortem in pupillari ætate, gloſ. *in l. tale pactum, ff. de pactis*, quia in ſubſtitutione vulgari, vel pupillari largiſſima fit interpretatio, quia eſt prouiſio ipſius teſtatoris, vel pupilli ne decedat inteſtatus, non autem grauamen, ita refert Surd. *dict. conſ.* 236. *num.* 26. *cum ſeq.* allegat Bart. *in l. Titius, §. lucius. num.* 1. *ff. de lib. & poſthum.* vbi prouiſio facta in vnum caſum porrigitur ad alium in quem teſtator ſimiliter prouidiſſet ſi eum cogitaſſet.

19 Et tanto magis hæc communis opinio contra Bar. præualuit, & vſu recepta eſt, quoniam rationibus, quibus mouetur Bart. poteſt reſponderi, quia illa ratio quod vitiato expreſſo vitiatur & tacitum, non procedit, in caſu noſtro, quoniam tacitum vitiatur, quando ſtat vti acceſſorium ſub principali, at tacita vulgaris ſub expreſſa pupillari, ſtat vt quid tacitum principaliter per ſe, & legis poteſtate inductum ex coniecturata voluntate teſtatoris, *dict. l. iam hoc iure, ff. de vulg. & pup.* ita declarat idem Bart. *in d. l. lex Cornelia, num.* 2.

20 Ad aliam rationem, quia pater potuit ſibi prouidere de alio hærede ex teſtamento, dum vidit filium mortuum, & ſuperuixit pro tempore, quo potuit mutare teſtamentum, reſpondetur quod teſtator non curauit mutare teſtamentum, confiſus iure communi diſponente, quod ſubſtitutionis prouiſio facta in alterum caſum præſumitur facta in vtrumque caſum ex coniecturata mente teſtatoris, *dict. leg. iam hoc iure*, maxime, quia iure nouo Authenticorũ non imputatur teſtatori cur non mutauit teſtamentum; plurimæ enim ſunt difficultates, & anguſtiæ quibus homines, præpediuntur mutare teſtamentum. *§. pen. Authent.* vt facta noua conſtitutione, quem tex allegat Aret. *dict. leg. lex Cornelia*, & refert Surd *dict. conſ.* 236, *num.* 26.

21 Vlterius, & tertio inquit Monaſterium, quod & ſi neque ex dicta vulgari expreſſa, neque ex tacita contenta ſub pupillari poſſet ſuccedere, tamen debet in vim fideicommiſſi obtinere hæreditatem ſibi relictam iure ſubſtitutionis directæ, ob clauſulam codicillarem in teſtamento appoſitam; clauſula enim codicillaris operatur, vt caducata ſubſtitutione directa ob mortem inſtituti viuo patre, conuertatur in vim fideicommiſſi, ſecundum ſententiam Bal. Angel. & Paul. de Caſtr. *in l. verbis ciuilibus, ff. de vulg. & pupill.* vbi dicunt quod ſi nullo tempore ſubſtitutio potuit valere, quia teſtamentum irritatum eſt per obitum inſtituti viuo teſtatore, ſi in eo erat clauſula codicillaris, valebit in vim fideicommiſſi *l. ſcæuola, ff. ad trebell.* & *dict. leg. quærebatur, ff. de militari teſtam.* Bartol. *in leg.* 1. *in* 16. *quæſt. ff. de iure codicill. gloſ. in l. eam quam*, & ibi Iaſ. *num.* 14. *C. de fideicom.* Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 5. *titul.* 2. *numer.* 7. de Franch. *dict. deciſ.* 156.

Quæ enim clauſula codicillaris operatur vt omnia diſpoſita in teſtamento iure ſubſtitutionis, vel legati, ſi non poteſt ſubſtitutus, vel legatarius habere iure directo, quia teſtamentum eſt nullum, habebit iure fideicommiſſi ab illis, qui quoquomodo ſuccedunt *leg. ex teſtamento. C. de fideicommiſſ.* Bart. *in d. l.* 1. *in* 1. & 11. *quæſtion. ff. de iure codicillorum*, vbi dicit clauſula codicillaris operatur, vt iure fideicommiſſi debeatur id quod directè erat relictum in teſtamento, ſi teſtamentum vitiatur. Surd. *conſ.* 253. *num.* 34. vbi dicit ſubſtitutus admittitur ex clauſula codicillari per fideicom. in id in quo ſuccederet ex directa vulgari vel pupillari ſubſtitutione, ſi teſtamentum valeret.

Et maximè ſi legatum vel ſubſtitutio directa erat 22 ad fauorem pij loci, cuius fauore clauſula codicillaris ſubintelligitur à iure, licèt expreſſim non eſſet appoſita. Bart. *in d. l. eam quam, num.* 2. *C. de fideicom.* Dominus de Franch. *dec.* 1. *num.* 14. vbi etiam tradunt, vt fauore piæ cauſæ non detrahatur trebellianica, Rom. *in Auth. ſimiliter. C. ad l. Falcid.* Dominus de Franch. *d. dec.* 156. *num.* 4. & 5. vbi in terminis refert deciſum per S. C. quod quanquam deceſſit viuo teſtatore filius inſtitutus, cui erat ſubſtitutum Monaſterium, & ſic teſtamentum caducatum *dict. §. poſteriore, Inſtitut. quib. mod. teſtamenta infirmentur*, quod nihilominus ob clauſulam codicillarem in teſtamento appoſitam Monaſterium obtinuit hæreditatem teſtatoris in vim fideicommiſſi abſque detractione trebellianicæ, auctoritate Alexandri *in conſ.* 17. *vol.* 3. & aliorum DD.

Quam clauſulam codicillarem non tantum operari 23 ſucceſſionem in perſonam Monaſterij fauore piæ cauſæ, verum etiam beneficio præambuli, & immiſſionis, vigore *l. fin. C. de edict. Diu. Adr.* Bal. *in ead. leg. fin. n.* 36. Alex. *n.* 7. Dec. *n.* 26. Iacobin. *num.* 19. Corn. *num.* 15. Paul. de Caſtr. *conſ. penult.* Zuccard. *num.* 207. Mantica *in* 1. *lect. n* 99. Peregr. *de fideicom. artic.* 48. *n.* 13. Angel. *in tract. de acq. poſſeſſ. quæſt.* 8. *num.* 163.

Tandem & vltimo ex alio patet vanam eſſe aduerſariæ intentionem, quod ipſa eſt ab inteſtato hæres; quandoquidem teſtator in eodem teſtamento inſtituit hæredem in vſufructu ſuam vxorem à quo Monaſterium habet ceſſionem, & donationem omnium ſuorum iurium poſt obitum Teſtatoris obtentam, vnde infertur expeditiſſima Iuris concluſio, quod quamuis ius poſthumi hæredis vniuerſalis eſſet caducatum, quia deceſſit viuo teſtatore *d. §. pro ſecundo. Cod. de caduc. tollen.* attamen, quando prædictæ ſubſtitutiones, & clauſulæ codicillares ad beneficium Monaſterij, non eſſet eis locus, tunc portio poſthumi hæredis pertineret ad dictum hæredem in vſufructu per ius accreſcendi, non autem aduenientes ab inteſtato, ita eſt tex. expreſſus *in dict. §. pro ſecundo, C. de caducis tollendis*: per quem tex. ita in terminis terminantibus tenet 23 Rom. *in conſ.* 82. nec obſtat quod hæres in re certa,

dato

dato alio cohærede vniuerſali habetur loco legatarij, *l.quoties.C de hæred. inſtit.* notatur *in l.1.§.ex fundo.ff. eod.* nam reſpondet ibi Roman. quod imò hæres in re certa quoad ius accreſcendi veri hæredis loco habetur *dict.leg quoties*,& ibi Bart. *n.2.C. de hæred. instituend.* & ius poſthumi caducatum (circumſcriptis prædictis rationibus) accreſceret dictæ vxori , etiam quod eſſet diſiunctiuo modo inſtituta, vt eſt caſus *in in dict.l.vnica.§.his itaque.C.de caduc.tollend.* ita Roman. *d.conſ.81.in finalibus verbis.*

25 Idem tradit Bart. *in l.quoties, §. ſi duo, num.4.ff. de hæred. inſtituend.* vbi dicit quod ſi teſtator vnum inſtituit hæredem in re certa , alio dato cohærede vniuerſali, quod ſi hæres vniuerſalis decedit viuo teſtatore , vel aliter deficit ſua portio, quod hæres in re certa erit hæres in ſolidum, *d.§.pro ſecundo*, quia ius accreſcendi inter cohæredes nunquam impeditur, niſi manifeſtiſſimè voluntas teſtatoris refragetur, & ideò ſi vniuerſalis hæredis ius caducatur , ſua portio pertinet per ius accreſcendi ad alium cohæredem in re certa. Imò ſi dictus hæres vniuerſalis habet ſubſtitutum,& hæc ſubſtitutio aliquo caſu caducatur(præter quam præteritione vel agnitione poſthumi, quia per *Auth ex cauſa præteritionis*, ius accreſcendi non ſeruatur)puta quia ſubſtitutus mortuus eſſet viuo teſtatore, vel hærede , adhuc cohæres in re certa habebit illam portionem per ius accreſcendi *leg.quidam teſtamento.ff. de vulgar. & pupillar.* Ita tradit Bart. *in d.l. quoties, §. ſi duo, num. 4.5.& 6.ff. de hæred. inſtit.* & *in l pen.num.3.verſ. ſed contra prædicta , ff. de iniuſto teſtam.*

26 Et ſic dum teſtator ſibi proſpexit de hærede in perſonam ſui poſthumi , & in caſu, quo poſthumus deficeret,vel quia non naſceretur , vel natus decederet in pupillari ætate , ſibi proſpexit de hærede in perſonam Monaſterij , & etiam de coherede cum poſthumo,licèt in re certa,manifeſtiſſima teſtatoris voluntas extat,quod omnino voluit excludere venientes ab inteſtato,vt per Bart. *d.l.ſi duo,num.6.*

27 Patet ergo , vndique vanam eſſe Partis áduerſæ prætenſionem,Monaſterium verò firma petra vulgaris expreſſæ munitum , tacitè vulgaris auxilio defenſum,codicillaris clauſulæ fide vocatum,ac ceſſione iuuum cohæredis in re certa corroboratum.

Cætera ſuppleant Religioſiſſimi & ſapientiſſimi Domini Senatus.

Petrus Carauita V.I.D.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſeries proponitur in præſenti.*

2 *Filiusfamilias pro patre fideiubere poteſt, non obſtante Macedoniano, tum de iure communi,tum de iure Regni.*

3 *Pater non poteſt ſibimet auctorari in contractu filij,& quando.*

4 *Filiusfamilias quando dicatur in commodum creditoris obligatus , quando in commodum patris.*

5 *Filiusfamilias qualiter vtatur beneficio legis ſecundæ,*C,quod cum eo.

6 *Pragmatica prima ad Maced. quare requirat conſenſum,& præſentiam patris.*

7 *Patris conſenſus vigore dictæ Pragmaticæ non poteſt præcedere,vel ſubſequi.*

8 *Patris conſenſus vigore dictæ Pragmaticæ requiritur etiam in filio Clerico contrahente.*

9 *Patris conſenſus operatur , vt ſit de eſſentia obligationis.*

10 *Filiusfamilias non obligatur ſine conſenſu expreſſo patris.*

11 *Conſenſus, quando requiratur per viam auctoritatis.*

12 *Conſenſus patris, quando requiratur per viam ſolemnitatis.*

13 *Filiusfamilias contrahendo vtrum ſit integra perſona.*

14 *Filiusfamilias non obligatur ad fauorem patris cum cōſenſu eiuſdem patris,prout ex Doctoribus, tum in Conciliis, tum in tractatibus,tum in deciſionib. probatur.*

15 *Filiusfamilias, an, & quando poſſit patri ſuo donare.*

16 *Iudicis interuentus requiritur quando pater non poteſt ſibi auctorare.*

17 *Metus reuerentialis an, & quando in filio conſideretur reſpectu patris.*

18 *Metus reuerentialis cum læſione concurrens , quem effectum producat in præſenti.*

19 *Pragmatica 1. ad Maced an comprehendat caſus de Iure communi loquentes.*

20 *Pragmatica 1. ad Maced. cauſam ſtudij an comprehendat.*

21 *Guttierrez, Paſchalis, & Merlini argumenta diluuntur in præſenti.*

22 *Criuella , argumentaque aliorum reiiciuntur.*

23 *Pragmatica 1. ad Maced.vtrum veniat ampliatiuè ad ius commune.*

24 *Macedoniani exceptio qua ratione introducta.*

25 *Filiusfamilias vrgente neceſſitate ſi obligatur, vtrum habeat exceptionem.*

26 *Patrem non poſſe auctorare ſibi ipſi qualiter probetur.*

27 *Buratti deciſio 589. tom. 1. declaratur.*

28 *Manſonij locus adducitur in præſenti ad propoſitum.*

29 *Paternus conſenſus pro eius intereſſe tantum non requiritur.*

30 *Merlini,& Cancerij loca ponderantur.*

31 *Scaglioni opinio in dicta Pragmatica ad Maced.adducitur.*

32 *Pragmatica ad Maced. caſtrenſia , vel quaſi an comprehendat.*

33 *Deciſio de Franchis 72.ponderatur.*

34 *Pragmatica 1.ad Maced. quare, & qualiter prohibeat fideiuſſionem filio pro patre.*

35 *Carauita in Pragmatica 1.§.11.n.7.adducitur.*

36 *Filiusfamilias in Regno qualiter iuuetur*

tur beneficio legis 2.Cod.quod cum eo.

37 *Iuramenti virtus nullius roboris eſt in contractu geſto per filiumfamilias.*

38 *Pandi, Carauita, Paſchalis, Mauſorij Nouarij, & Merlini ſententia reprobatur.*

ARGVMENTVM.

Obligatio, ſiue fideiuſſio, quæ fit per filiumfamilias ad beneficium Patris, in cuius poteſtate eſt conſtitutus, eiuſdem genitoris accedente conſenſu & præſentia, an de iure ſubſiſtat, vel potius ipſo iure nulla dicatur, ad ornatum, & intelligentiam. Pramg. 1. *de Senatus Conſulto macedoniano.* Conſenſus, & præſentia patris in obligatione per filiumfamilias facienda an requiratur pro integranda perſona eiuſdem filij an verò pro intereſſe patris: & de aliis notabilibus.

ALLEGATIO CVII.

1 ARticvlvs eſt decidendus per Sacr. Cur. vnitis Dominis Conſiliariis omnium Aularum ordine Præſtantiſſimi Spectabilis Domini Præſidis illius, numeris omnibus abſoluti, ad euitandam deciſionum diuerſitatem, num ſcilicet, attenta diſpoſitione Pragmatica huius Regni, *ſub tit. de Senat. Conſult. Macedon.* per quam annullantur omnes contractus, inſtrumenta, & obligationes factæ à filiisfamilias quibuſcumque, niſi in præſentia, & de expreſſo conſenſu ipſorum patrum, vel fuerint emancipati, aut viuant ſeorſum cum vxore, & familia; valeat inquam, pater præſtare conſenſum filiofamilias ſe obliganti in beneficium ipſius, vel pro eo fideiubenti, & in ſolidum ſe obliganti, vel requiratur decretum Iudicis tali caſu; adeò quod quilibet contractus geſtus per filiumfamilias in beneficium patris cum eius conſenſu, & præſentia abſque decreto Iudicis, ſit ipſo iure nullus, & talis conſenſus, & præſentia in iſtis caſibus nil operetur; vel ſit omninò validus.

In quo, nos, qui negatiuam opinionem pro nullitate dictæ obligationis tuemur, vt veritas dicti articuli magis elucelcat, omnia, quæ pro validitate dictæ obligationis ponderantur in beneficium patris, & creditorum per illius opinionis ſectatores, in primis ponderabimus; deindè noſtram ſententiam receptiſſimis concluſionibus confirmabimus, quam reiectis contrariis, veriorem, & humaniorem, demonſtrabimus. Argumenta pro affirmatiua ſunt.

2 Primò, communi iure inſpecto certiſſimum eſt, eſſe permiſſum filiofamilias fideiubere pro patre, non obſtante Senatuſconſulto Macedoniano *l. filiusfam. C. de fideiuſſ.* late Hering *de fideiuſſ. cap* 7. *num.* 336. præſertim ſi ſint maiores *leg. vnica. C. de filiofam. min.* & poteſt exhæredari ſi pro patre fideiubere recuſauerit, vt §. *aliud quoque capitulum, Auth. vt cum, de appell. cognoſc.* probat idem Hering. *num.* 350. imò etiam ſi eſſet minor, dum agitur de liberando patre à futuræ carcerationis moleſtia, nec etiam reſtituetur filiusfamilias *dict. leg.* 1. *C. de filiofam. min.* B[illegible]. *deciſ.* 128. ſicuti nec iuuatur Macedoniano ſi mutuam pecuniam conuertit in vtilitatem patris, vel ſoluit eius creditoribus, *leg.* 2. *C ad Macedon. leg. ſed & cum Iulia*, § *ſi filius ff. eod.* latè Graſſ. *except* 27. *numer.* 10. at iure municipali non videtur derogatum prædictis diſpoſitis de iure communi, cum pragmatica prædicta habeat ſe tantùm extenſiuè ad prohibitionem factam filiisfamilias pro mutuo, ac voto de iure communi, itavt extendatur ad omnes contractus; vnde in caſibus limitatis per ius commune, remanet quoque limitata diſpoſitio dictæ Pragmaticæ, vt his mediis fundat D. Conſiliarius Paſchalis, auctoritate Gutierrez *part.* 1. *cap.* 7. *ſub numer.* 123. *de patr poteſt.* quem ſequitur Dom. Merlinus *controuerſ. forenſ. cap.* 39. *à numer.* 21. *cum ſeq* vbi prædicta comprobat auctoritate deciſionis Rot. Rom. & aliorum DD. & in conſimili ſtatuto, Crinit. *dec. Dolana* 14. *numer.* 2. *&* 20. eo magis quia ſi id filiusfam. facere cogitur neceſſitate legis, non requiritur ſolemnitas ſtatutaria, vt idem Merlinus *d. c.* 39. *nu.* 41. ſubdit.

Secundò, quia licet regulariter pater non poſſit ſibimet auctorari, *vulgat. l.* 1 *de auctor. tutor.* cum multis per Tiraquell. *de ll connubial. gloſ.* 8. *num.* 115. id tamen procedit in auctoritate, quæ requiritur ad integrandam perſonam, vt diſtinguit Dom. de Franch. *deciſ.* 14. *num.* 1. *&* 4. ſecus in conſenſu, qui reſpicit tantùm cohærentiam perſonæ, & proindè poteſt præſtari ad proprium commodum, & ideò eſſe ſatisfactum ſtatuto requirenti licentiam, & conſenſum patris in contractu filij, etiam ſi filius contrahat ad beneficium patris, vt ex Ang. *in l.* 1. §. *fuit quæſitum, ff. ad Trebell.* Alex. ibidem, & *in conſ.* 106. *lib.* 1. Caſtr. & aliis fundat Maſtrill. *de cauſis execut. ampl.* 10. *num.* 81. *&* 82. & poſt ipſum Merlin. *dict. cap.* 39. *num.* 31. *& ſeq.* ea ratione, quia talem conſenſum patris, non ad integrandam perſonam filij, ſed pro intereſſe ipſius patris in terminis noſtræ Pragmaticæ requiri tradiderunt poſt Carau. *in d. pragm.* §. 5. *num.* 15. Rota Rom. apud Farinac. *tom.* 2. *part.* 1 *deciſ.* 580 *n.* 3. relata, etiam per Nauar. *lib.* 1. *quæſt. forenſ. quæſt.* 117. & per Merlin. *dict. cap.* 39. *n.* 36. vbicumque enim conſenſus neceſſarius eſt illius, cuius principaliter, vel ſecundariò intereſt actum fieri, vel non fieri, prout in patre, tunc non ad integrandam perſonam, nec pro ſolemnitate actus dicitur fieri ex Cancer. *lib.* 2. *var. cap.* 1. *num.* 91. probat idem Merlin. *num.* 37. & in ſimili ſtatuto dixit Cephal. *conſ.* 488. *num.* 49. *lib.* 4. quod adeò verum eſt, quod ſi requireretur ad integrandam perſonam, haberet locum etiam in bonis caſtrenſibus, vel quaſi, in quibus tamen filius rectè obligatur, vt ibidem fundat Cephal. *num.* 28. item prædicta comprobant auctoritate D. de Franch. *deciſ.* 72. vbi fuit deciſum, hanc pragmaticam non comprehendere filiosfam. contrahentes extra Regnum, ea ratione, quia hæc pragmatica non inhabilitat perſonam.

Tertiò, quando filius fideiubet pro patre, vel ſe obligat pro ſatisfaciendis creditoribus patris cum illius conſenſu, dicitur principaliter ille actus fieri ad commodum creditoris, ad cuius etiam commodum dicitur præſtitus conſenſus; quare non dicitur pater ſibimet auctorari dicto caſu, cum illa præſtatio fideiuſſoris, ſiue obligatio fiat principaliter ad cautelam creditoris, & diſpoſitio *dict. leg. ff. de auctor. tut.* procedit vbi principaliter, & directò quæritur vtilitas conſentientis, vt adnimaduertit D. Merlin.

Merlin.*dict.cap*. 39. *numer*. 39. ſubdens iſtis rationibus non reſpondiſſe contrariæ opinionis Auctores, & ante eum hoc eodem argumento vſus eſt *Cephal.d.conſ*.488.*n*.54.*verſ.tertio reſpondetur,lib*.4. & *num*43.

5 Quartò, animaduertunt contrariæ opinionis fautores, quod in caſibus contingentibus in his Tribunalibus ſemper filiifamilias vſi fuerunt remedio iuris communis *l*. 2.*ff*.& *C.quod cum eo*; non autem nullitatis contractus vigore dictæ Pragmaticæ, vt *ex deciſ.Dom.de Franch*. 181.& ex aliis relatis per Molfeſ. *conſ*.42.*à n*.15.*cum ſeq*.

Tandem ponderant pro hac opinione affirmatiua, nedum DD. auctoritates in terminis dictæ Regiæ Pragmaticæ, vt ſunt Pandus *de praſent. inſtr.declar*. 17.*n*.41.Paſchalis *d.c*.6.*n*.123. Carauit.*in d.Pragm*. §.11.*num*.8.*cum ſeq*. Merlin. *d.c*.39.Maulonius *dict. ampl*.10.*num*.81.vbi etiam commemorat alios in terminis donationis cauſa mortis, ſed etiam rerum iudicatarum,vt refert D.Paſchalis *vbi ſupra*, Thorus *in* 1. *part.comp.verſ filiusfam*. Farinac. *tit.deciſ*.580.*tom*.1. & 485.*part*.3.Peregr.*deciſ*.51.*num*.7.Ciuel.*dict.deciſ*.14.*num*.21.

6 Cæterum prædictis nil penitus refragantibus, negatiuam ſententiam, & inualiditatem huiuſmodi obligationis tuentes; illud in primis vti indubitabile fundabimus, ex quo corruunt omnia ex aduerſo oppoſita, nempe dictum conſenſum requiſitum per dictam Pragmaticam,nō propter patris præiudicium, ſed pro ſolemnitate,& ad integrandam perſonam filij requiri, & propterea nullatenus poſſe patrem ſibimet auctorari, idque ex pluribus receptiſſimis concluſionibus.

Primò ex veriſimili mente ſtatuentium, quia hæc Pragmatica fuit edita, & fundata non in præiudicio paterno, ſed principaliter reſpexit filiorum commodum, & communem vtilitatem, ne in ea iuuenili ætate cupiditate ſuos explendi luxus facilè inducantur ad diſſipandum eorum bona, prouidendo eorum fragilitati, & indemnitati, & propterea eſt inductus ad integrandam perſonam ipſorum filiorum, vt in propriis terminis dictæ Pragmaticæ docuerunt Grammat. *deciſ*. 12. *ſub numero* 16. *verſ item dicebam*,Frecc.*de praſent.inſtr.par*.9.*queſt*. 8.*ſub numer*. 37. quos refert,& ſequitur D. Paſchalis *dict. part*. 1. *cap*.6.*ſub numer*. 39. Galter.*de liquid.inſtrum. verſ. aduertas ad debitores.num*.53.de Marinis *quotid.reſol. cap*.144.*num*.18.& *cap*.145.*num*.15.& 16.Hodierna ad Surd. *deciſ*.53.*num*.5. P. Molfeſ.*conſ*.4. *numer*. 25. optimè etiam D. Reg. Rouit. *in dict. Pragm*. 1. *num*.53.*de Senat. Conſult Maced*. vbi refert etiam Cancer. in conſimili ſtatuto loquentem Cataloniæ *lib*.1.*c*.1.*num*.7.& 68.*var. reſol*. Bald. Gaſtr. & Caccial.ad Crotum *conſ*.135.*lib*.1. quibus addo Socc. in alio ſtatuto ſimili Florentino *conſ*.23.*num*. 18. *lib*. 4. vbi eandem rationem ponderat,& in conſimili ſtatuto Mediol. Carpan.*cap*.416.*n*.44. & 140. & in alio ſtatuto Cutell.*de donat.contempl. matr.c*.1. *num*. 165. *fol*.54.

7 Secundò, ſi talis conſenſus requireretur pro intereſſe patris, poſſet præcedere, & ſubſequi, vt latè probat Ant.Gabriel.*conſ*.1.*num*.1. *lib*, 1. vbi alios refert;at certiſſimum eſt, nec præcedere, nec ſubſequi poſſe,attenta diſpoſitione dictæ Pragmaticæ, quæ requirit præſentiam in ipſo actu,vt firmat idem Carau. *in* §.10.*num*. 14.& 20.& latius §.17.*num*.14. vbi id duplici ratione probat, tum quia hoc ſtatutum habet clauſulam annullatiuam, & proindè debet in forma ſpecifica ſeruari, nec ſufficit per æquipollens, tùm etiam quia conſenſus, & præſentia requiruntur hic pro forma, ergo in ipſo actu debent interuenire. Iaſ. *in l*.1.§.1.*n*.3.*ff.de verb. oblig*. & in eiſdem terminis dictæ Regiæ Pragm. confirmat. D. Reg.Rouit. *ibid. ſub nu*.11. vbi ſic refert per S.C. deciſum,referente, M.C.V.quam deciſionem refert etiam Nouar. *collect*. 208. *numer*. 6.*ſuper Pragm*. prout etiam ſic per idem S. C. iunctis aulis deciſum refert Hodierna *d. addit. ad deciſ.Surd* 53.*n*.6. in cauſa Principis Foreni, latè etiam Paſcalis *d.c*.6.*par*.1.*n*.27.& 30. & Franc. Molin. *de ritu nuptiarum,lib*.2.*diff*.11.*num*.33.*verſ. huic ſimile*, ergo requiritur ad integrandam,& in terminis terminantibus ante ipſos conſuluit Corn.*conſ*.242. *ſub num*.2.*lib*.4. poſt Bald. ibi relatum in ſtatuto, vt hîc,requirente præſentiam,vltra conſenſum, Virgil. de Boccatiis *in Conſtit.March gloſ*.3.*n*.38.Gabriel.*d. conſ*.1.*num*.2.*lib*.1.& *n*.4. Bologn.*conſ*.44.loquens in ſtatuto requirente præſentiam, prout noſtra Pragm. Chriſtofarus Martius *deciſ*.24.*num*.63.& Cancer. *d. c*.1.*lib*.2.*var reſol n*.113.

Tertiò, ſi requireretur pro intereſſe patris, Pragmatica prædicta, non comprehenderet Clericos,quia 8
in illorum bonis pater nullum ius habet, vt fatetur idem Carau. *in* §.9.*num*. 24.& 26. ſed nulli dubium, quin dicta Pragmatica comprehendat etiam Clericos ſecundùm veriorem opinionem, reprobata opinione Carauitæ contrarium ſentientis, vt in propriis terminis dictæ Pragmaticæ probauerunt Grauin. *de praſent.inſtr. part*.3.*declar*.17.*num*. 38. Borr.*de compromiſſ*.§.1.*gloſ*. 3. *numer*. 258. Dom.Rouit. *in dict. pragm. num*.49 Dom.Paſchalis *dict. cap*. 6. *num*. 39. *in fin*. & in conſimili ſtatuto Mediolan. Carpanus *ad ſtatut. Mediolan. cap*. 416.*numer*. 6. vbi citat eiuſdem ſententiæ Brun *in Conſt.verſ.filius,verſ ſtatutum*, Felin.*in cap.Sancta Maria,num*,88.*de conſtit. Arnon. dialog*.69.Camac *deciſ*, 31.*nu*.41.*lib*.1.Neuizz. *conſ*. 39.*n*.10.& 11.Alex.*conſ*.210.*lib*.1.*per tot*. & Graſſis *de eff.Cleric.effectu* 2.*num*.300. ergo negari non poteſt quin talis conſenſus requiratur ad integrandam perſonam,dum comprehendit etiam Clericos, ſicque vltra prædictos reſpondit, & deciſum refert per Rotam Romanam Iacob.Caualer.*deciſ*.442.*in fin*.

Quartò,ſi vera eſſet ratio D.Carauitæ pro intereſ- 9
ſe patris, Pragmatica non inualidaret omninò contractus celebratos à filiisfamilias,itaut,nec etiam poſt mortem patris poſſint conueniri, ſed aut dixiſſet, quod ex illorum contractibus nullum fieret patri præiudicium, vel reſtrinxiſſet illius diſpoſitionem durante vita patris, vt ad prædictorum confirmationem ponderat Dom.Reg.Rouitus *in d.pragm.num*.52.

Quintò, vbi non ſufficit conſenſus tacitus vt in 10
terminis noſtræ pragmaticæ, in qua requiritur expreſſus, ibi & *de expreſſo conſenſu*,tunc conſenſus dicitur auctoritatiuus ad integrandam perſonam,vt ex Bald. Socc. Clar. & aliis tradit Dom. de Ponte *conſ*. 160.*num*.10.& 12.*lib*.2.

Sextò, vbi requiritur conſenſus alicuius minoris, 11
vel paris, non videtur requiri per viam auctoritatis, ſecus ſi alicuius maioris, tunc enim requiritur per viam auctoritas, vt aliorum auctoritate concludit Soccin.*d.conſ*.23.*num*. 21. *lib*.4. ſed dum in caſu noſtro requiritur conſenſus patris,& ſic ſuperioris,videtur per viam auctoritatis requiri, vt decidit Bald. in pluribus locis relatis per Soc. *loc. cit*. qui eum ſequitur,& Mieres *de maior.part*.1.*queſt*. 2.*num*.38.*tom*. 2. qui ſequitur Soccin.& alios præcitatos.

Septimò, vbi ſtatutum requirit conſenſum ſimpli- 12
citer patris,tunc poteſt controuerti,an requiratur pro ſolemnitate actus;ſecus verò vbi vlterius progreditur annullando actum,vt in hac Pragmatica;nam tali caſu requiritur per viam ſolemnitatis ad integrandam perſonam,ita argumentatur auctoritate Bar.Bal.Ang. & aliorū Soc.*cit.conſ*.23.*ſub n*.22.*verſ.preterea,lib*.4.

Octauò

Octauò, conſenſus qui adhibetur iure patriæ poteſtatis dicitur auctoritas; nam filius non eſt integer homo, ideò ſupplendus eſt per auctoritatis interpoſitionem, & proinde non poteſt in ſui beneficium auctorare, ita per plura iura fundat Bald. *conſ. 289. quæſtio iſta, ſub n. 1. verſ. quod autem, lib. 3.* qui loquitur in ſimili ſtatuto, & omnia contraria reſoluit, *& conſ. ſeq. 290.* & quod qui in alterius eſt poteſtate non habeat perſonam integram, fundat etiam Afflict. *deciſ. 260. num. 5.*

Tandem ſi eſſemus in dubio, adhuc ad integrandam perſonam filij cenſetur talis conſenſus patris requiſitus, ſicuti poſt Corn. *d. conſ. 241. lib. 4.* concludit Marius Cutell. *tract. de donat. tract. 1. diſcurſ. 1. partic. vnic. num. 155. fol. 52.*

14 Ex hac igitur communiſſima concluſione tot mediis roborata, quod conſenſus patris requiſitus per dictam Pragmaticam ſit requiſitus pro ſolemnitate actus, & per conſequens ad integrandam perſonam filij, ſequitur ſecunda concluſio ſimiliter indubitata, Hunc patris conſenſum in contractibus celebratis per filiam ad commodum, & beneficium ipſius patris, ſtante ratione prædicta non eſſe proficuum, & quod eo non obſtante remanet contractus nullius roboris, niſi Iudicis decretum interuenerit, prout in ſpecie, de qua agimus in ſtatutis requirentibus conſenſum patris tradiderunt infraſcripti conſulentes pro cautela, quod faciat contractum cum auctoritate Iudicis.

Primò in Conciliis. Bald. *conſ. 213. occurrit dubium, lib. 2.* loquens in filio ſe obligante pro patre redimendo cum illius conſenſu, ſtante ſtatuto. Soccin. ſtrenuiſſimus huius opinionis defenſor *dict. conſ. 23. lib. 4. per totum,* loquens in ſtatuto Florentiæ, qui hanc opinionem neruoſe tuetur, contrariis omnibus ſatisfaciendo, *& n. 25. in fine*, dicit ſecundum hanc opinionem conſuluiſſe alios ſex ſolemnes DD. Peruſinos, quos ibidem commemorat. Corn. *conſ. 294. n. 3. lib. 1.* qui refert, & ſequitur Bald. Soccin. & alios prædictos DD. Peruſinos, in terminis eiuſdem Statuti. Paul. de Caſtr. *conſ. 465. num. 1. verſ. primò ex forma ſtatuti, lib. 1.* qui loquitur in Statuto Senenſi. Iaſ. *conſ. 69. n. 6. lib. 1.* qui loquitur in Statuto Nouariæ. Bologninus *conſ. 44.* qui loquitur in Satuto Senenſi, & ponit verba dicti ſtatuti ante dictum Conſilium, quod requirit præſentiam, & conſenſum, ſicuti noſtra Pragmatica, vt *ibi col. 2. verſ. Item dicimus.* Deſiderius Guido *inter conſ. vlt volum. conſ. 170. n. 1. lib. 1.* qui ſic refert deciſum. Andr. Barbatia *conſ. 41. lib. 4.* loquens in Statuto Forliuij. P. Andr. Molfeſius *conſ. 4. n. 23. 24. & 25.* qui loquitur in terminis noſtræ Pragmaticæ, & *in addit. num. 15. tom. 2.* D. Regens Rou. *conſ. 68. num. 2. lib. 2.* loquens in eiſdem terminis Regiæ Pragmaticæ.

Secundò in Tractatibus. Guliel. de Bened. *in c. Raynutius, ver. duas habens filias, n. 256.* Alciat. *reg. 1. præſumpt. 2. n. 5. ver. cōtra ſupradicta tamen facit.* Aſcanius Clem. *de eff. patr. pōt. c. 6. effectu 10. n. 6.* Brun. *de ſtatuto exclud. fœm. 2. par. in fin.* Pirrus, Maur. Aret. *de fideiuſſ. p. 2. princ. tit. 1. ſect. 8. caſ. 1. limit. 1. n. 14. fol. 345. vid.* Heringius *de fideiuſſor. cap. 7. n. 147.* Cencius *de cenſibus part. 1. cap. 2. art. 2. n. 13.* Duardus *de cenſibus, tom. 1. §. 1. q. 19. n. 21.* Marius Cutell. *de donat. contempl. matr. c. 1. n. 171. fol. 55.* De Marinis *reſolut. iuris cap. 144. n. 18. & c. 145. n. 25. & 16. lib. 1.* Galterius *de liquidat. inſtrum. verſ. aduertat ad debitorem, n. 53. & 55.* Virgilius de Boccaciis *in Conſtit. Marchiæ, gloſ. 3. n. 35. 39. & 40.* Dom. Paſchalis *de patria poteſt. lib. 1. c. 6. n. 39. verſ. & ideò* Dom. Regens Rouitus *in d. Pragm. à n. 48.* cuius ſolius auctoritas ſufficere debet, eius n. celeberrimi nominis in animis in hominum fama perpetuò viuet, teſte etiam Giurba *ad ad conſ. Meſſ. c. 10. gl. 10. p. 1. n. 3.* Caldas *in l. ſi curatorem habens, verbo contractum feciſti, ſub n. 45. verſ. ex quibus.* Carpanus *ad ſtatuta Mediol. d. c. 416. n. 84. 85. & 140.* Gratian. *diſcept. forenſ. lib. 4. c. 781. n. 28.* Cancerius *lib. 2. c. 1. n. 67. & ſeq.* Bartazol. *de clauſul. gloſ. 11. clauſ. 7. n. 8. & 9.* qui veriorem hanc opinionem dicit. Eminentiſ. Card. Tuſc. *pract. concl. verbo auctorari, concl. 465. n. 5.* qui idem confirmat, *tom. 1.*

Tertiò in deciſionibus. D. Garſia Maſtrillus *deciſ. 186. n. 22. lib. 2.* & in fine dicit deciſum contractum nullum. D. de Franch. Hieronimus de Leo *deciſ. 94. n. 4. & 5. lib. 1. Regni Valentiæ.* Marius Muta *deciſ. 94.* vbi in fine refert deciſum in beneficium filij contra creditores paternos. Rota Romana *deciſ. 18. n. 9. & deciſ. 20. n. 12. in recoll. per Cencium poſt tract. de cenſib. & in recoll. per Duardum poſt ſecundum tom. de cenſib.* Eadem Rota *deciſ. 59. n. 9. & 10. & deciſ. 60. n. 5. 9. & ſeq. in recoll. per Dominic. Picum ad ſtatuta Vrbis poſt tract. de contract.* Eadem Rota *in recentior. per Farinac. recoll. tom. 1. deciſ. 153. num. 7. deciſ. 177. & deciſ. 580. num. 3.* & *tom. 2. deciſ. 218. num. 7.* Borgninus Caualc. *deciſ. 31. num. 36.* vbi ſic refert iudicatum. Gratian. *deciſ. 95. num. 2.* Vrſil. ad Afflict. *deciſ. 308. n. 22. & 23.* Ioan. Baptiſta Hodierna ad Surd. *d. deciſ. 53. num. 4. 5. & 6.* Peregrin. *deciſ. 51 in fin.* vbi bis deciſum refert in beneficium filij contra dictum conſilium *Cephali 488.* qui conſuluerat in beneficium creditorum contra filium in conſimili ſtatuto Paduæ, & iterum in alia cauſa, idem deciſum dicit ibidem Peregr.

Inſuper coadiuuantur prædicta ex alia receptiſſi- 15
ma concluſione, & erit tertia, à ſimili in eo, quod exemplificant DD. in filio, qui facit donationem in beneficium patris cum eius conſenſu, ſtante ſtatuto prohibente filio quemlibet contractum abſque conſenſu patris, quod talis donatio ſit nullius roboris, cum pater non poſſit ſibimet auctorari, ſtante dicto ſtatuto, quo caſu talis conſenſus requiritur pro forma ad integrandam perſonam filij, ita in terminis dicti ſtatuti conſuluerunt, & docuerunt Bald. *conſ. 289. & ſeq. lib. 3.* qui contraria reſoluit Menoch. *conſ. 344. num. 19. lib. 4.* Decian. *conſ. 57. n. 30. lib. 1.* Gratian. *cap. 781. n. 36. lib. 4. diſcept.* Carpanus *d. c. 416. num. 74.* Cancer. *d. lib. 1. cap. 1. num. 56. var. reſol.* Cutell. *donat. d. cap. 1. num. 172. fol. 56.* Hodierna *in addit. ad Surdum, d. deciſion. 53. num. 4. & ſequen.* quinimò circumſcripto tali ſtatuto, attenta iuris communis diſpoſitione, per quam filius non poteſt donare cauſa mortis ſine conſenſu patris, quòd tali caſu dictus conſenſus etiam requiratur ad integrandam perſonam, nec poſſit pater ſibimet auctorari magis communiter concludunt DD. vt per D. Paſchalem *d. par. 1. cap. 6. n. 111. & 113.* & infrà latius fundabimus in reſolutione contrariorum.

Hinc igitur prodita eſt cautela per omnes præcit. 16
DD. quòd quotieſcumque agitur de intereſſe patris, vt loco, & vice conſenſus paterni adhibeatur Iudicis decretum, vt latè Tiraq. *de ll. connub. gloſ. 8. n. 122.* Molfeſ. *d. conſ. 4. n. 25.* Carau. *in d. pragm. §. 11. ſub num. 10.* D. Rouitus *d. conſ. 68. n. 3. lib. 2.* & omnes alij ſupra relati.

Prætereà prædicta comprobantur, & erit quarta 17
concluſio ex eo, quòd in omni contractu geſto per filiumfamilias in beneficium patris cum illius conſenſu, interuenit metus ſaltem reuerentialis à iure præſumptus *leg. 1. §. qua oneranda, ff. quarum rerum actio, &c.* Sicuti nec etiam poteſt negari læſio, quæ reſultat ex fideiuſſione, & obligatione contracta pro ſoluenda pecunia, non ad ipſum, ſed ad patrem peruenta, vt vtrumque ponderat, & probat D. Ro-

uitus *in d pragm.ad Macedon.num.*59. Muta *d.deciſ.* 94.*num.*24. vbi quod dicitur læſus in totum;& Mol-
18 feſ. *d.conſ.*42.*n.*2.*&* 3.*tom.*1. at quando cum metu reuerentiali concurrit læſio, tunc ſolus metus reuerentialis ſufficit ad annullandum contractum, etiam non probatis minis, & abſque alia coniectura, vt latiſſimè confirmat multorum auctoritate idem D. Rouitus *ibidem n.*61.& *in d.conſ.*68.*lib.*1.*num.*7. vbi alios congerit, nouiſſimè Caſtill.*lib.*3.*controuerſ.c.*1. *num.*55. vbi latiſſimè,& D. Præſ.Amatus *conſ.*41.*n.*
19 12. vbi alij citantur. His ſic inconceſſè firmatis,non obſtant in contrarium ponderata, quæ ex prædictis remanent reſoluta; tamen ſigillatim ea reſoluenda ſunt.

Non obſtat prima oppoſitio, quod Pragmatica non excludat caſus limitatos per ius commune circa exceptionem Macedoniani, prout eſt caſus, in quo filius fideiubet pro patre, in qua fundatur Ceph.vbi ſupra, & D.Paſchal. *d.c.*1.*n.*123. cum hæc propoſitio ſit falſa, attenta diſpoſitione Reg.Pragmaticæ, tum quia generaliter loquitur, & dat formam, & modum, quo caſu indiſtinctè eſt ſeruanda, præſertim in hoc caſu in filio fideiubente pro patre; ita in ſpecie reſpondet in ſimili ſtatuto Bald. *in dict.conſil.* 21. *lib.*1 *occurrit dubium, num.*2. vbi loquitur de obligatione filij pro redimendo patrem, quòd ſit nulla, quem ſequuntur in ſpecie Soccin. *d.conſ.*25. *lib.*4.Corn.*d.conſ.*294.*num.*3.*lib.*2.Bertazol. *d.clauſ.* 6.*gloſ.*11.*num.*9. Carpan. *d.cap.*416.*num.*64. Tuſch. *d.concluſ.*565.*num*5.*lib.*1. *concluſ.* & alij ſupra citati quibus addimus dictas deciſiones Rotæ Rom. *in recentior.*per Farinac. *tom.*1.*deciſ.*153.*num.*7. *& ſeqq. deciſ.*177.*num.*5.*& tom.*2.*deciſ.*218.*num.*10. *& ſeq.* omnino legendas. Tum ex illis verbis Regiæ Pragmaticæ, *quouis pacto, aut quæſito colore*, per quæ videtur reiectus omnis color, vel modus, qui contractus validitati dari poſſet, & ex aliis verbis, *quibuſcumque*, quæ vti generalia nullam admittunt diſtinctionem. Tum etiam quia ex tali forma inducta à Regia Pragmatica videtur correctum ius commune, niſi ſeruetur dicta forma, ita ex prædictis in terminis dictæ Pragmaticæ interrogatus reſpondit
20 idem Carauit. *ibidem* §.9. *num.*18. vbi fundat dictam Pragmaticam comprehendere etiam debitum factum pro filiofamilias cauſa ſtudij;quamuis de iure communi nullam habet difficultatem, vt *ibidem, num.*27. probat,& eum ſequitur in ſpecie de Marinis *dict.cap.*145 *quotid.reſol.num.*17.*&* 18. & *idem* Mauſon. *dict.ampliat.*10.*numer.*34. *de cauſis execut.* hoc pro indubitato admittit; quinimò ſi ſtatuta non excluderent hos caſus limitatos à iure communi, fruſtra DD.omnes in illorum terminis loquentes differerent, num conſenſus requiſitus à ſtatuto ſit pro integranda perſona,vel ratione præiudicij,quod non eſt dicendum, & ideò quia dictus caſus fideiuſſionis pro patre permiſſus de iure communi,cenſetur prohibitus per ſtatutum, meritò quærunt DD. num poſſit pater ſibi auctorari, vt ſupra:& ideò meritò fuit iudicatum contra Ceph.

21 Dicimus etiam, quod non poteſt applicari doctrina Guttierez, qua mouetur D. Paſchalis, & D. Merlinus, alijque in prima oppoſitione ex aduerſo citati in terminis noſtræ Pragmaticæ, ex aliis, eo quod Guttierez loquitur in terminis legis Caſtellæ, quæ ideò recipit forſan limitationes, quas ius commune recipit, quia eſt ampliatiua, & extenſiua legis ciuilis, vt aduertit Fontanell. *de pact. nupt. clauſ.*4. *gloſ.*7.*par.*3.*num.*46. ſubdens conſtitutiones Cathaloniæ, non eſſe eiuſdem conditionis, quæ, nedum idem non continent, quod ius commune, ſed imò nouum ius continent contra communes regulas iuris communis, exemplificando in filiisfamilias qui de iure communi poſſunt contrahere,& contrahendo obligari, *l.filiusfamilias ff.de act.& oblig.cum aliis ibid.cit. num.*49. & tamen ex Conſtitutione Cathaloniæ prohibentur abſque conſenſu eorum patris;& proinde concludit *ſub num.*49. quod tale ſtatutum nullo modo recipere debet interpretationem à iure communi, nec ſubauditum intellectum, & allegat etiam Cartar. *deciſ.*66.*n.*14. quæ quidem rectè applicantur ad noſtram pragmaticam,quæ correxit ius commune, dum prohibuit filiisfamilias quemlibet contractum ſub quouis quæſito colore, obligationem, vel inſtrumenta, niſi cum conſenſu expreſſo, & præſentia patris, quibus tamen de iure communi erat permiſſum ſimpliciter, per iura ſupra citata, & ideò nullatenus recipit interpretationem à iure communi, & quod ſit correctoria iuris communis fatetur eadem Rota Romana *deciſ.*485.*ſub n.*5 *tom.*2.*in recentior.per Farinac.* & in propriis terminis, quòd prædicta in contrarium ponderata procedunt ex iuris communis diſpoſitione, ſecus ſtante ſtatuto,vt in hoc Regno,tradit vltra ſupra citatos, Herinſſ. *de fideiuſſ.d.c.*7.*n.*347. videndus, vbi citat Soccin.Carpan. & Borgnin. *locis ſupra indicatis.*

Præterea ſi vera eſſet opinio Criuelli,& aliorum, 22
quòd dicta Pragmatica non comprehendit caſus,in quibus ceſſat Macedonianum de iure communi, ſequeretur abſurdum,quod dicta Pragmatica non haberet locum in 11. caſibus, in quibus ceſſat Macedonianum, relatis ſigillatim per gloſ. *in* §.*illud. propriè, verſ.Senatus, Inſtit.quod cum eo*,ſed conſequens eſt falſiſſimum:ergo & antecedens.

Tandem eſto millies, & non conceſſo, quod di- 23
cta Pragmatica venerit ampliatiue ad Senatuſconſultum Macedonianum, tamen negari non poteſt, quin conſenſus ab ea requiſitus non ſit pro forma, quæ non poteſt omitti; alias contractus eſſet ipſo iure nullus,late Caualc.*deciſ.*31.*n.*29.*lib.*1. & quia requiritur ad integrandam perſonam filij, nullatenus pater poteſt ſibi auctorari, ſed debet adhiberi Iudicis auctoritas ex ſupra fundatis,& idē Paſchalis fatetur *d.cap.*6.*ſub num.*39.*verſ.& ideò,lib.*1. *de patr. poteſt.*

Imò Macedonianum de iure communi erat in- 24
troductum in beneficium patris pro eius intereſſe *l.* 1.*eod.tit.ad Maced.Criuell.d.deciſ.*14.*n.*5.vnde nimirum ſi poterat filius fideiubere pro patre abſque eius conſenſu, vel cum conſenſu, qui poteſt præcedere, & ſubſequi, ſecus verò attenta diſpoſitione dictæ Regiæ Pragmaticæ,quæ requirit conſenſum pro ſolemnitate ad integrandam perſonam filij, & ideò quia non poteſt ſibi auctorari, requiritur decretum Iudicis, vt pluries diximus.

Alia verò obiectio,quòd dum filius hoc facit ne- 25
ceſſitate legis,non requiritur ſolemnitas ſtatutaria, non obſtat, nam id locum habet in neceſſitate præciſa, ſed lex non cogit filium pro patre fideiubere, ſed commendat pietatem filij liberantis patrem.Bal. *in l.ſed ſi ideò, in fin ff.ſol.matr.* nec poteſt cogi, ſed ſolùm priuatur ſucceſſione, & dicitur neceſſitas cauſatiua, ideò requiritur præciſè ſolemnitas ſtatuti, & quia non poteſt ſibi auctorari, requiritur Iudicis auctoritas, quæ erit facilis in caſu iuſtæ, vel neceſſariæ cauſæ.Prætereà quia vltra cauſam iuſtam, vel neceſſariam, requiruntur ſolemnitates à Pragmatica requiſitæ, ſecundùm magis communem opinionem, vt prædictæ obiectioni reſpondit Rota Romana *in recentior. apud Farinac. part.*1. *deciſ.* 153.*num.*10.*& ſeq.*& *deciſ.*177.*num.*8. & *par.*2. *deciſ.*218.*num.*7.*& ſeq.* & ſupra latè fundauimus ex Bald.Soccin. & aliis longa ſerie congeſtis.

Nec

26 Nec obſtat ſecunda obiectio, quod valeat pater ſibi auctorari, eo quod dictus conſenſus requiſitus à Pragmatica ſit pro intereſſe ipſius, non pro ſolemnitate, auctoritate Carauitæ, Rotæ Romanæ apud Farinac. Nouarij, & Merlini, qui ipſos ſequitur, ſiquidem hæc concluſio Carau. in qua conſiſtit cardo huius articuli communiter reprobatur, vt ſupra latiſſimè fundauimus tum rationibus, tum DD. auctoritatibus in terminis ſtatutorum, & dictæ pragmaticæ loquentium, adeò quod contra tot grauiſſimos Auctores non curandum de D. Carauita, qui ſolus tenuit hanc opinionem in terminis dictæ Pra-
27 gmaticę, cuius ſolius auctoritate fuit mota Rota Romana *in dictis deciſ.* 580. *tom.* 1. *&* 485. *tom.* 2. compilatis per Farinac. quæ ſunt in eadem cauſa Brunduſina coram D. Buratto: quinimò Rota *d. deciſ.* 580. *num.* 3. admittit opinionem Socc. *d. conſ.* 23. eſſe veram, ſecundùm quam dicit fuiſſe deciſum per eandem Rotam in Bononienſ. cenſus, ſed negat patris conſenſum in terminis dictæ Pragmaticæ requiri ad integrandam perſonam filij auctoritate Carauit. *dict.* §. 5. *num.* 15. quæ ratio Carauitæ cum communiter damnetur, remanet inconcuſſa nullitas dictæ obligationis, abſque decreto Iudicis, prout pluries fuit deciſum per eandem Rotam Romanam, vt ſupra retulimus ex collectis per Cenctum, Picum, Duard. Farinac. & alios.

28 Nec adſunt alij DD. in contrarium, qui ſequantur dictam opinionem Carauit. in ſtatuto requirente conſenſum, & præſentiam patris, etenim DD. qui citantur a Manſonio *de cauſis exequutiuis ampl.* 10. *num.* 82. loquuntur in donatione cauſa mortis facta per filiam in beneficium patris cum eius conſenſu; in qua eſt animaduertendum; nam aut loquimur de iure communi, quo iure etiam requiritur conſenſus patris in donatione cauſa mortis facta per filium *l. tam is*, §. 1. *ff. de donat. cauſa mortis*, & tunc intrat quæſtio ventilata inter DD. an talis conſenſus ſit requiſitus ad integrandam perſonam, vel pro intereſſe patris, & quamuis adſint nonnulli DD. tenentes requiri pro ipſius intereſſe, & quod proinde poſſit conſentire ad ſui commodum, quos recenſet Ioſeph. Ludouic. *com. concluſ.* 2. *verſ. contraria etiam opinio*, & Peregr. *dict. deciſ.* 51. *ſub num.* 4. *verſ. licet concluſio gloſſa*; tamen magis communis opinio etiam in conſenſu de iure communi, eſt in contrarium, quod ſcilicet non poſſit pater ſibi auctorari: latè Io. An. Rub. Alex. *conſ.* 127. *a n.* 8. *&* ſecundum eam iudicatum refert Guid. Pap. *deciſ.* 123. & hanc ſequendam vti magis communem, & in iudiciis approbatam poſt Couarru. Rim. & alios docet Craſſ. *in* §. *donatio. q.* 3. *n.* 1. *verſ. contrariam ſententiam*, vbi dat cautelam, quod faciat illam auctoritate Iudicis, idem confirmat late peregr. *d. deciſ.* 51. *n.* 3. 4. *&* 5. Cald. *in l. ſi curatorem habens, verſ. contractum feciſti*, *n.* 45. Gaſp. Teſaur. *q. forenſ. lib.* 2. *quæſt.* 57. *n.* 2. D. Paſcalis *d. cap.* 6. *lib.* 1. *n.* 111. *&* 113. qui etiam de magis communi teſtatur Marta *in ſumma ſucceſſ. par.* 4. *quæſt.* 16. *art.* 1. *num.* 8. Papon. *lib.* 7. *tit.* 1. *arreſt.* 7. vbi ſic refert deciſum Clar. *in* §. *donatio, quæſt.* 6. *verſ. quæro etiam*, qui dicit eſſe magis communem, & veriorem Durand. *de arte teſt. caut.* 1. alijque relati per Manſonium *d. ampl.* 10. *num.* 79. Mouentur omnes ea ratione, quia talis conſenſus à iure communi requiſitus intelligitur ad integrandam perſonam filij pro ſolemnitate actus, & primus omnium dixit gloſ. *in l. fin.* §. *neceſſitate. C. de bonis quæ liberis.* & ibi Bald. & alij, quam rationem communiter eſſe approbatam fatentur Socc. *in l.* 1. §. *fuit quæſitum, ff. ad trebell.* Conar. *de teſtam. par.* 3. *n.* 6. & hanc eſſe magis communem, & tenendam quicquid dixerint alij, dicit Craſſus *d.* §. *donatio, quæſt.* 3. *n.* 1. *verſ. ſed contrarium*, vbi etiam ſubdit, *adhæreas dictæ gloſſæ, & nunquam errabis.* Eamdem rationem optime confirmat Menoch. *de recuper. remed.* 15. *num.* 310. *&* 314. Gratian. *lib.* 4. *diſcept. c.* 781. *num.* 10. pulchre D. de Ponte *conſ.* 160. *num.* 11. *l.* 2. *& n.* 12. Marta *vbi ſupra n.* 9. Clarus, & omnes alij ſupra citati; qua ratione requiritur patris conſenſus de iure communi, etiam in bonis in quibus patri non quæritur vſuſfructus, vt ibidem *d. q.* 3. *ſub n.* 1. *concludit* Craſſ. & alij proximè citati.

DD. verò qui tenent contrariam opinionem fundantur in eo, quod talis conſenſus requiritur ratione præiudicij paterni, & quod poteſt præſtari, tam in ipſo actu, quàm ante, vel poſt actum *l. fin. ff. ad Maced.* vt reaſſumit Ioſeph. Ludou. *d. concl.* 2. *verſ. nec mirum*, qui tamen *verſ. ſed ſine*, dicit quod prima opinio, quam nos tuemur, eſt pluſquam communior, quod pater non poſſit ſibi auctorari dicto caſu. 29

Aut verò loquimur in terminis ſtatuti requirentis expreſſum conſenſum, & præſentiam, prout noſtra pragmatica, quo caſu talis conſenſus omninò requiritur ad integrandum ex ſupra fundatis, & nemo diſſentit, etiam in terminis donationis cauſa mortis non poſſe patrem ſibi auctorari, vt ſupra ex Bald. Menoch. Decian. Cutell. Hodierna, & aliis fundauimus, & nunc addimus Gratian. *dict. cap.* 781. *num.* 28. *lib.* 4. Cancer. *d. cap.* 1. *lib.* 2. *var. reſol. n.* 62. *& ſeq.*

Ex quibus ſequitur conſequentia, quod DD. in contrarium citati per Manſonium non obſtant, tum quia vel loquuntur in cõſenſu requiſito de iure cõmuni, quo iure magis communis ſtat pro nobis, vel ſi eſſet admittenda eorum opinio procedit vbi conſenſus non requiritur ad integrandam perſonam, ſed pro intereſſe patris, qui poteſt præcedere, & ſubſequi, ſecus verò vbi requiritur ad integrandam perſonam in ipſo actu, prout in terminis dictæ Pragmat. quo caſu omnes conueniunt, quod non poſſit auctorari pater in eius beneficium, vt fatentur idẽ omnes contrariæ ſententiæ ſectatores, & præſertim Alexan. *d. conſ.* 106. *lib.* 1. aduerſariorum antesignanus, vt expreſsè legitur *n.* 2. qui in lecturis adhæruit huic receptiſſimæ opinioni, vt animaduerterit Io. Alexandrinus *d. conſ.* 127. *n.* 8. eſtque ratio; nam vbi conſenſus requiritur in ipſo actu, tenetur pater ſcrutari, an ille actus ſit vtilis filio, cui conſentit, ita Cancer. *d. cap.* 1. *lib.* 2. *var. num.* 112. ideò non poteſt in ſui beneficium auctorari.

Neque obſtat ponderatio D. Merlini ex Cancerio *d. c. n.* 91. *tom.* 2. *var.* quod vbi requiritur conſenſus illius, cuius intereſt principaliter, vel ſecundariò actũ fieri, vel non fieri, quod tunc requiratur ratione præiudicij, qui citat inter alios Alexand. *in l. ſi quis mihi bona*, §. *iuſſum, n.* 10. *ff. de acquir. hæred.* & Gabriel. *conſ.* 2. *lib.* 1. etenim licet Gabriel enumeret hunc caſum inter alios ad dignoſcendum, quando conſenſus operetur ſolennitatem actus, vel ratione præiudicij, auctoritate Alexandri *loc. cit.* non tamen excludit alios caſus ſupra per nos ponderatos pro applicatione in terminis noſtræ Pragmaticæ, inter quos adeſt indubitabilis, vbi requiritur præſentia, & conſenſus expreſſus, ſicuti in dicta Regia Pragm. qui non poſſunt præcedere, nec ſubſequi, & proinde omninò cenſetur pro integratione perſonæ per modum auctoritatis, vt vltra relatos egregiè diſtinguendo docet idem Alex. *in l.* 1. §. *fuit quæſitum, n.* 9. *ff. ad trebell. & ibid.* Ripa *n.* 6. 30

Quinimò poteſt etiam reſponderi, quod nec intereſt patris talis conſenſus, cùm nec de iure cõmuni pater teneatur pro filio, prout è cõtra, vt in rubro, & nigro, *C. ne filius pro patre* D. Reg. Valenz. *conſ.* 174. *num.*

n.41.lib.2. ita dictæ obiectioni ſatisfacit Soccin. *dict. conſ.23.n.19.verſ.ſecundo poſſumus, lib.4.*

31 Nec pariter reſiſtit opinio Scaglioni *in comment. d.pragmatica, in princ.* qui videtur tenere, quod dicta pragmatica prouidit patribus, & filiis, tum quia magis communis eſt in contrarium, vt ſupra fundauimus, tum etiam quia dato, quod vera eſſet eius opinio, negari non poteſt, quin principaliter pro integratione perſonæ filiorum, & in conſequentiam pro intereſſe patris fuerit promulgata, quo caſu attenditur id, quod principaliter fit, & quando ſunt duæ rationes finales inductiuè, non minus operatur vna, quam altera, ſic in propriis terminis reſpondet Soccin. *cit.conſ.23.num.19.in.fin.& n.20.lib.4.* & Marius Cutel. *de donat. contemplat. matr.c.1.n.165. fol.54.* poſt Lambert. & alios ibi citatos.

32 Nec etiam obſtat alia ratio ex aduerſo ponderata, quod dicta Pragmatica non comprehendit caſtrenſia, vel quaſi, in quibus pater non habet vſumfructum, & quod proinde talis conſenſus non requiritur ad integrandum, ſecundùm opinionem Cephali *d conſ.488.&* Carauit. *in d.§.5.n.15.*

Negamus primò, quod dicta Pragmatica non comprehendat caſtrenſia, vel quaſi ſecundùm opinionem Carauitæ, qui fundatur in falſa ratione, cum contrarium in ſpecie docuerint in ſimilibus ſtatutis Carpanus *ad ſtatut. Mediolan.d.c.416.à n.42.& ſeq.* videndus, qui id probat, & quod ſtatutum loquitur generaliter; tum etiam quia requirit conſenſum ad integrandam perſonam, & proinde comprehendit quæcumque; bona, in quibus etiam ceſſat præiudicium patris, & hac ratione idem probat Chiſtophorus Mattius loquens in ſtatuto Senenſi *deciſ.25.n.65.* & Fontanell. *in ſtatuto Cataloniæ de pactis nupt. clauſ.4.gloſ.7.par.3.n.41.& 43.in fin.*

Secundò dicimus, quod quando contraria opinio, quòd pragmatica non comprehenderet Caſtrẽſia, poſſet ſuſtineri, procederet non ea ratione, quòd in illis ceſſat præiudicium patris, ſed quia illis filius reputatur paterfamilias *l.1.§.fin.& l.2.ad Maced. l.2. & 3.Cod de caſtr.pecul.* ſic declarat D.Rouitus *in dict. Pragmat.ad Maced.n.51.* latè Cancer. *c.1.lib.2.var.reſ. n.165.* & poſt Gregor.Lopez adnotauit Matienl. *in 5.recopil.tit.11.l.22.gloſ.3.n.1.* & Ioan.Rub.Alexan. *d.conſ.127.n.10.* & proindè dum reputatur paterfamilias, ceſſat dictæ pragmaticæ diſpoſitio, ita Fontanel. *vbi ſupra, num 59.*

33 Neque nos quicquam conturbat deciſio D.de Franchis 72. quæ in contrarium ponderatur, tum quia opinio illius deciſionis eſt valde controuerſa, & contrarium latiſſimè tuentur Hier.de Laur. *deciſ. Auenion.135.n.3.* Gaſpar.Theſ. alios citans *lib.2.q.8. num.13.q.forenſ.* Peregr. *deciſ.86.* Gratian. *diſcept.cap. 124.& deciſ.102.& in terminis d.Pragm.* Carau. *ibid. §.9.num.42.*

Tum etiam quia deciſio prædicta eſt fundata in deciſione Caccialupi *in l.cunctos populos, n.103.C.de ſacroſ.Eccl.ibi relata ſub n.5.* aſſerentis, quod quando ſtatutum dat formam contractui ratione peſonæ, & principaliter actũ inhabilitat ratione perſonæ, prout dicta Pragmatica, tunc attenditur locus contractus, quæ ratio nedum non obſtat, quin conſenſus requiratur pro ſolemnitate ad integrandam perſonã per dictam Pragmaticam, quinimò id confirmat expreſsè dum datur dicta forma reſpectu perſonæ filij pro ſolemnitate actus, qui alias dicitur nullus ratione omiſſæ ſolemnitatis, & perinde dicitur filius inhabilitatus ſine dicta ſolemnitate, vt in his propriis terminis pulchrè conſiderat Franciſcus Aretin. *conſ. 73.n.5.in fine, & 6.* vnde non mirum ſi attenditur locus contractus, adeò quod exteros etiam comprehendit dicta Pragmatica in Regno contrahentes, vt ibi dicit Aret. & D.Rouit. *in d. Pragmat.n.6.*

Nec obſiſtit alia ponderatio, quæ in contrarium adduci poteſt, quod dicta Pragmatica non poteſt habere reſpectum ad fragilitatem intellectus filij, dum comprehendit etiam filios maiores, & ſexagenarios, nec poteſt dici, quod filiusfamilias ſit minus integri conſilij, quàm filij ſui iuris; ergo requiritur pro intereſſe patris dictus conſenſus; nam dicta Pragmatica habuit reſpectum, quòd filijfamilias, vt plurimum ſunt iuuenes, nec habent bonorum adminiſtrationem, & faciunt contractus inhoneſtos, & lex adaptatur ad ea, quæ frequentius eueniunt. Habuit etiam reſpectum, quod filijfamilias, qui non habent adminiſtrationem bonorum facilius inducuntur ad hoc, potius quam paterfamilias, qui habet adminiſtrationem, & poteſt bona propria erogare, nec ita de facili erogat, vt patet à communiter accidentibus, ita appoſitiſſimè reſpondit Soccin. ſæpius indicato *conſ.23.num.20.lib.4.* confert etiam ratio reddita per Cancer. *d.cap.1.lib.2.reſol.d.n.165.* in peculio caſtrenſi, quod non ſit veriſimile filium, qui fuit diligens in acquirendo, fore, vt illud falſis perſuaſionibus perdat, atque dilapidet, & quod ideò non requiritur conſenſus patris in dictis bonis caſtrenſibus.

Tertia verò oppoſitio, quod actus dictæ obligationis, ſiuè fideiuſſionis tendat principaliter ad commodum creditoris, & proindè non dicatur pater ſibi auctorati, eſt nullius momenti; cùm filius fideiubens dicatur principaliter intercedere in beneficium patris debitoris, non autem illius creditoris, *l.2.mandati*, aliàs enim non haberet actionem negotiorum geſtorum aduerſus principalem debitorem, & licet reſultet vtilitas creditoris; tamen fideiuſſor non intercedit principaliter ad hunc finem, ſed vt faceret beneficium debitori, & intentio fideiuſſoris dirigitur principaliter in cõmodum debitoris, vnde dicitur talis fideiuſſit pro tali, quo vſu loquendi vtuntur Leges, aliàs poſſet etiam pater prohibitus cõſentire ad ſui commodum fraudare leges, de facili cõpellendo filiũ ad fideiubendũ, vt ex ipſius obligatione commodum conſequeretur, hinc eſt prohibita vxor intercedere pro viro, quia eſt prohibita inter eos donatio Gloſ. *in auth.ſi qua mulier. C.ad Velleian.* ſic per prædicta occurrit Socc. dictæ obiectioni *d.conſ.23.n.26.lib.4.* quem DD.omnium accutiſſimum prædicat D. de Franch. *deciſ.356. in fin.* & Soccin. ſequitur Peregr. *dict.deciſ.51. num.5. verſ.etſi diceretur*, vbi alios refert eiuſdem ſententiæ. 34

Ex prædictis etiam redditur falſa opinio Carauitæ *in dict. pragm.§.11. num.7.* aſſerentis dictam Pragmaticam non comprehendere caſum, vbi filius contrahit cum patre, dicens ſuperfluam tali cauſa eſſe cautelam traditam per Tiraq. vt pater loco eius conſenſus interponere faciat Iudicis decretum; nam dicta catela eſt neceſſaria, & opinio Carauitæ communiter reprobatur ex traditis per Flor. *conſ.8.num.5.* quem refert, & ſequitur D.Rouitus *in dict.pragmat.num.12.* quibus addimus Maſtrill. *deciſ.186.n.26.* qui dicit hanc opinionem eſſe magis communem, & ſic iudicatum refert Eugen. *conſ.88. num.51. lib.1.* Iacob. Caualer. *deciſ. 442. num.7.* vbi ſic reſolutum dicit per Rotam Romanam ſtante quod ſtatutum loquitur generaliter, vt noſtra Pragmatica, & hoc eò magis procedit, vbi ex facie ſcripturæ initæ cum patre apparet damnum filij, ſic in indiuiduo eadem Rota Romana dixit *dict.deciſ. 20. numer. 13. & ſequent. in recoll. per Duard. tom. 2. de cenſibus, & per* 35

Cencium

Cencium poſt eumdem tract.de conſ.& *in recentioribus per Farinac. tom.*1.*deciſ.*153. *num.*8. & latiùs *deciſ.* 177.*num.*2. vbi dicit eſſe magis communem, & ſic deciſum per Rotam; confirmabat hoc idem Duard. *de conſib.tom.*1.§.1.*q.*19.*n.*23.& 25.

36 Nec obſtat alia conſideratio, quod in caſibus contingentibus ſemper filijfamilias vſi fuerunt remedio iuris communis *l.*2.*ff.*& *C.quod cum eo*, non autem nullitatis contractus ex diſpoſitione dictæ Pragmaticæ. Tum quia re vera fuerunt etiam vſi remedio nullitatis, fuerùntque declarati per S.C.pluries huiuſmodi contractus nulli, vt teſtes locupletiſſimi ſunt ipſimet Præſtantiſſimi Senatores, qui in caſibus contingentibus votauerunt. Tum etiam quia electione vnius ex remediis competentibus non cēſetur alterum reiectum, nec deciſum, dum non eſt, nec propoſitum, nec deciſum, eo magis, quia facilius erat illud, *quod cum eo*, in quo non requirebatur tanta diſcuſſio ſtante auctoritate rerum toties iudicatarum, non obſtante renunciatione, quas recenſet Molfel.*d.conſ.*42.*à n.*16. vltra relatam per D. Præſidentem Amatum *conſ.*41.*in fine*, & per Nouar. *dict. collect.*208.*num.*27.

37 Virtus autem iuramenti in huiuſmodi contractibus geſtis per filiumfam. ſimiliter eſt nullius roboboris in terminis dictæ Pragmaticæ, vt patet ex Peregr. *deciſ.*112.*n.*17. Manent.*deciſ.*71.Gram.*dec.*11. Molfel.*conſ.*4.*n.*15.& *conſ.*42.*n.*2. Paſcal.*de patr. poteſt.par.*1.*c.*6.*n.*15. Muta *deciſ.*94.*n.*25. Amat.*var. reſol.lib.*2. *reſol.*100. qui concludunt nec etiam requiri abſolutionem a dicto iuramento præſtito, vt per Molfel. qui alios cumulat locis memoratis.

38 Nec poſtremò reſiſtit auctoritas Pandi, Carau. Paſcalis, Mauſonij, Nouar.& Merlini, qui contrariam ſententiam pro creditoribus ſuſtinere videntur in terminis dictæ Pragmaticæ, nec auctoritates rerum iudicatarum per Rot. Roman. apud Farinac.

39 nec Peregr.& Criuelli in contrarium citatarum. Nā ex ſupra fundatis conſtat in primis, quod eorum opinio corruit, dum fundantur in falſa ratione, quod talis conſenſus requiratur ratione præiudicij patris, cum ſit receptiſſimum, quod requiratur pro ſolemnitate actus ad integrandam perſonam, quo caſu etiam contrariæ ſententiæ fautores affirmant contractus nullitatem, vt ſupra ponderauimus. Nec inter contrarios poteſt connumerari Pandus *cit.part.*2. *declar.*17.*num.*41. quia licèt ibi dicat quod limitatur, vbi filius obligatur patri, vel pro patre, citat tamen Alex.& alios *in d.l.*1.§.*quæſitum,ff.ad trebell.*& Bolognin. *conſ.*44. qui in ſpecie dicunt, quod vbi requiritur conſenſus expreſſus in ipſo actu vigore ſtatuti, nō poteſt pater ſibi auctorari, & ſic eſt intelligendus ſecundùm DD. quos allegat, & quod hæc fuerit ipſius Pandi intentio, ſubdit eodem loco poſt citatos ſupradictos DD. (à quibus ne te commorer, excipere potes huius aſtructionis limitationes) quid igitur clarius.

40 Et D.Carauita *in d.*§.9.*n.*28.& Mauſonius *d. ampliat.*10.*n.*34.ſtant pro nobis, contra rationem in qua fundantur D.Paſcalis, & D.Merlin. Sicuti etiam D. Paſcalis admittit vti veriorem opinionem *d.cap.*6.*n.*39. quod requiratur conſenſus patris ad integrandam perſonam, contra Carau. ſed fundatur alia falſa ratione auctoritate Guttier. cui ſupra abundè fuit reſponſum.

41 Inſuper in propriis terminis connumerauimus magnam cateruam DD.tum exterorum, loquentium in conſimilibus ſtatutis, tum regnicolarum in terminis dictæ Pragmaticæ, qui & auctoritate, & numero longiſſimè excedūt numerum aduerſariorum, adeò quod de illis nulla penitus ſit habenda ratio apud Eruditiſſimos Iudices eò fortius quia etiam rerum indicatarum auctoritate eandem noſtram ſententiam pro filiis, tum Rotæ Romanæ, tùm aliorum Tribunalium, muniuimus, & deciſiones in contrarium ponderat proceſſiſſe ex falſa ratione ſupra commemorata, quod dictus conſenſus ſit requiſitus ratione præiudicij, explicauimus.

Et proindè iuſtiſſimè ſperatur deciſio in beneficium filiorum contra creditores.

Lælius Giptius.

SVMMARIVM.

1 *Feudorum obligatio cum aſſenſu facta, ſed illo non regiſtrato infra biennium in Regiſtris Regiæ Curiæ, an valeat?*

2 *Clauſula poſita in aſſenſu, quod regiſtretur in Quinternionibus Regiæ Cameræ, non eſt neceſſaria reſpectu hypothecæ feudalium, vſque ad numer.* 3.

4 *Aſſenſus cum clauſula* dummodo regiſtretur *quando non eſt poſita ab initio nihil operatur.*

5 *Clauſula* dummodo regiſtretur inf.a biennium, *ſolum cenſetur appoſita reſpectu fiſci, & fauore Regis.*

6 *Clauſula in fine priuilegij appoſita quomodo explicetur, & reſpectu quorum.*

7 *Regiſtratio in Quinternionibus Regiæ Cameræ requiritur quando agitur de tranſlatione Dominij feudorum.*

8 *Stilus, & obſeruantia Curiæ ſemper attenditur.*

9 *Clauſula in fine poſita non refertur ad omnia præcedentia, quando militat diuerſa ratio.*

10 *Clauſula in fine poſita qualiter, & quomodo influat in antecedentia, vſque ad num.* 11.

12 *Feudalium obligatio cum clauſula* dummodo habeat ſucceſſorem, *quid operetur.*

13 *Solemnitas non adhibita in actu, an annullet alium actum ſimul factum cum illo.*

14 *Aſſenſus impetratus ſub duplici capite, ſi vitietur in vno, non vitiatur in alio capite ſeparabili, vſque ad numer.* 15.

16 *Montani Doctrina* in c. Imperial. §. præterea. fol.133. littera H. *adducitur in præſenti.*

17 *Indiuiduum voluntatis quid operetur, & qualiter.*

18 *Correſpectiuitas contractuum, quid, & qualiter operetur.*

19 *Feuda*

19 *Feuda in dotem quando poſſint dari, & quomodo.*

20 *Clauſula* dummodo *præſumitur ex errore adiecta, non de voluntate Principis.*

21 *Feuda non poſſunt adiudicari creditoribus ſine aſſenſu Regis.*

22 *Clauſula* fiat in forma, *quid operetur.*

23 *Aſſenſus, reperto errore, reformatur per Dominos Regentes, vſque ad num.24.*

25 *Deciſio Regiæ Cameræ & Collateralis Conſilij in præſenti adducitur, vſque ad num.26.*

27 *Clauſula, de qua ſupra non annullat contractum ipſo iure, ſed Parte volente.*

28 *Regiſtratio aſſenſus præſumitur facta per circonſtantias de quibus hic.*

29 *Deſcriptio in libris Cedulariorum pro regiſtratione habetur, nec requiritur ad cuius inſtantiam ſit facta regiſtratio.*

ARGVMENTVM.

Aſſenſus Regius impetratus ſuper obligatione bonorum feudalium cum clauſula irritanti, vt infra biennium regiſtrari debeat in Quinternionibus Regiæ Cameræ, ſi non fuerit regiſtratus, an dicetur nullus, vel potius adhuc ſubſiſtat, illamque clauſulam pro non appoſita haberi: & de aliis notabilibus.

ALLEGATIO CVIII.

1 CREDITORES Illuſtris Ducis Carpignani contendunt aſſenſum præſtitum obligationi bonorum feudalium, reſpectu ducatorum octo mille, donatorum per quondam Regentem Lanarium contemplatione matrimonij Mario Lanario eius filio, & eius primogenitis in infinitum, eſſe nullius roboris ex quo non fuit regiſtratus in regiſtris Regiæ Cameræ infra biennium cum clauſula reſolutiua, ac non adimpleta, auctoritate Afflict. *deciſ.* 335. *num.* 16. Domini Regentis Rouiti *in Pragm.* 1. *num.* 12. *de fide memorial.* eiuſdem Regentis Lanarij *in cap.* 1. *de his. qui feud. dar. poſſ numer.* 108. vbi dicit ſemper debere opponi dictam clauſulam in aſſenſibus obligationum feudalium, quia multoties contingit ex iſtis obligationibus feuda adiudicari creditoribus, & Curia non habet notitiam de tranſlatione dominij in alium, cuius cauſa principaliter introducta regiſtratio aſſenſus, & Domini Marchionis Belmontis in deciſione Sacri Concilij 3. *num.* 29. qui tamen non loquitur in aſſenſu ſuper hypotheca, nec alij per eum citati; ſed ſuper tranſlatione dominij feudalium.

Nos verò per Ioanne Antonio Lanario iuniore conſtantiſſimè fundabimus validitatem dicti aſſenſus, non obſtante, quod non fuerit infra biennium regiſtratus in Regia Camera, & proinde dictum Ioannem Antonium eſſe præferendum cæteris creditoribus ſuper pretio terræ Sacci, quæ fuit in bonis dicti quondam Regentis Lanarij pro dictis ducat. 8000. vigore dictæ donationis, idque tribus potiſſimum mediis. 2

Primò quia illa clauſula in fine dicti priuilegij aſſenſus poſita, quod regiſtretur infra biennium in Quinternionibus Regiæ Cameræ alias habeatur pro non præſtito, non ſit poſita reſpectu obligationis feudalium; ſed reſpectu Terræ Plancherellæ, tertiæ partis Terræ Altauillæ, & feudi Baluæ datarum in feudum dotis dicto Mario per Dorotheam Spartam Matrem Iſabellæ de Iocco vxoris dicti Marij, & proinde quia reſpectu hypotecæ feudalium non requirebatur regiſtratio, & reſpectu ipſius, validus remaneat dictus aſſenſus. Secundò Dato (citra veri præiudicium) fuiſſet poſita dicta clauſula in dicto aſſenſu, etiam reſpectu dictæ hypothecæ ex quo non eſt poſita ab initio in aſſenſu per verbum *fiat in forma*, de ea nulla eſt habenda ratio, vti contra formam Regiæ Cancellariæ, ac mentem Dominorum Regentium. Tertiò Quia etiam ſi conſultò fuiſſet poſita ab initio reſpectu vtriuſque capitis, non cenſetur poſita, niſi reſpectu Fiſci, & fauore Regis, qui habuit intentum ex deſcriptione in cedulariis, quæ præſupponit etiam realem regiſtrationem. 3 4 5

Et quoad primum articulum, illud in facto animaduertere libet, quod aſſenſus fuit petitus ſuper duobus capitibus ad inſtantiam plurium; nam ad ſupplicationem dictæ Dorotheæ, & Iſabellæ ſuper tranſlatione dominij dictorum feudorum datorum in fundum dotis eiuſdem Iſabellæ; ſuper tranſlatione dominij dicto Mario viro, & ad ſupplicationem dicti Regentis Lanarij, & Marij filij ſuper obligatione bonorum feudalium dicti Regentis pro ducatis 8000. donatis contemplatione dicti matrimonij, & ſicuti ſuper duobus capitibus ſeparatis ad inſtantiam diuerſarum perſonarum fuit petitus; ita ſuper eiſdem duobus capitibus fuit reſpectiuè conceſſus per Collaterale Conſilium, & per hæc verba; *fiat in forma*; quæ reſpiciunt obligationem feudalium, deinde ſubſequuntur alia, & quoad prædictas mulieres liceat, & hæc quidem reſpiciunt tranſlationem dominij dictorum feudorum, quare clauſula deinde ſequens in fine priuilegij dicti aſſenſus, quod regiſtretur in Quinternionibus Regiæ Cameræ reſpicit caput tranſlationis dominij, in quo adeſt intereſſe Fiſci, non autem caput obligationis feudalium, in quo nullum adeſt Fiſci intereſſe. 6

Cùm certiſſimum ſit regiſtrationem in Quinternionibus Regiæ Cameræ requiri vbi agitur de tranſlatione dominij feudorum, quo caſu dicitur de forma, & neceſſaria ad hoc, vt Rex ſciat ſuos feudarios ob ſeruitia, releuia, & deuolutiones, quibus fraudari poſſet Regia Curia, ſi illis incognitus eſſet, Capyc. *in inueſtit. feudal.* 7

feudal. 230. *vol.*5. *in fin.* Regius Rouitus *in dicta Pragm.*1. *num.*12. *de fid. memor.* Secus verò vbi agitur de obligatione bonorum feudalium, quo caſu, quia ceſſat ratio prædicta, non aliter regiſtrari debet talis aſſenſus in dictis Quinternionibus Regiæ Cameræ, vt ſic vtrumque caſum diſtinguendo docent Dominus Regens de Ponte *de poteſt. Proreg. titul. de aſſenſibus Regiis*, §. 4. *num.*4. Dominus Regens de Curt. *in diuerſ. iuris feudalis tom.*2. *cap. vltim. num.*159. Dominus Conſiliarius Georgius *in repet. feudal. cap.*7. *num.*4. & *cap.*10. *n.*20. quod etiam fatetur Montanus in hac cauſa aduerſarius *in leg. Imperialem, § præterea ſi quis infeud. num.* 36. *lit. H.* & conuincitur *ex Prag.* 1. *&* 2. *de fid. memorial. & Prag.* 9. *de feudis*, ac *ex cap* 3. *verſ. Item ſupplicano la M. V. attento che*, inter gratias conceſſas huic Regno in anno 1574. *fol.*170. inter capitula huius Ciuitatis in quibus Rex dando formam in expeditione aſſenſuum ſuper hypoteca feudalium, tantùm diſponit, quod expediantur priuilegia infra biennium, & regiſtrentur in Regia Cancellaria, nil verò de regiſtratione in Regia Camera, vndè quicquid non eſt eſt diſpoſitum a dictis Pragmaticis, & capitulis, eſt ſuperfluum, *l.*1. *ff. de dot. præleg.* quia forma nec adimi, nec minui poteſt, Dec. *in c. Prudentia* 3. *num.*4. *de off. deleg.*

8 Et pariter communis obſeruantia rerum magiſtra in omnibus aſſenſibus, qui in dies expediuntur ſuper hypotheca feudalium, & pro præterito expediti fuerunt, id docet, dùm nunquam conſtat fuiſſe appoſitam clauſulam niſi rariſſime ex errore, & incuria Cancellarij, ex hac enim obſeruantia probatur, etiam ſtilus, & forma Regiæ Cancellariæ, vt pulchrè Bar. *in l. de quibus, num.* 11. *ff. de legibus*, Decius aliis relatis *conſ.* 12 *num.*9. *&* 12.

9 Et ex his cernitur dictam clauſulam in fine poſitam non debere referri ad omnia præcedentia capita, dum eſt diuerſa ratio in vno, quam in alio, præſertim quia alioquin ob eam relationem tota diſpoſitio irritaretur, quæ in aliquo ſuſtineri poteſt, ſi relatio non fiat, & proindè non debet ab omnia referri, vt probatur *in leg. final.* vbi gloſ. & DD. *ff. de fideicomm. libert.* Felyn. latè *in cap. cauſam quæ n.* . *de reſcriptis*, latiſſime Marta *de clauſulis part.*4. *clauſ.* 13. *num.*4. *&* 7. vbi ſic etiam refert deciſum per Rotam Romanam pluries, *& num.* 10. 11. *&* 12.

10 Sic etiam quoties clauſula in fine ponitur ad qualificandam aliquam diſpoſitionem nunquam refertur ad aliam, niſi ad illam, præſertim quando præcedentia ſunt aduerſatiua, clauſula ſequens reſpicit illud, non adeſt ſermonis continuatiò, ſingulariter docet Bart. *in l. fin. de reb. dub.* & Bald. *in l.*1. *C. de legit. hæred.* vbi inquiunt, quod quando præcedentia ſunt aduerſatiua, clauſula ſequens reſpicit illud, cui probabilius adaptatur, & ſi eſt dubium reſpicit vltimo loco dictum, provt in caſu noſtro adeſt proxima diſpoſitio facta de feudis à muliere datis in fundum dotis, de qua fit mentio prope finem aſſenſus, & illa non poterat qualificari, niſi per clauſulam regiſtrationis immediatè ſubſequentem, aduerſantur præcedentia, in quibus agitur de hypoteca bonorum feudalium meritò dicta clauſula ſubſequens, non debet remotam feudalium obligationem reſpicere, dum adeſt euidens ratio, quod ſit appoſita pro translatione dominij, vt in puncto tradit Alexand. *conſ.*48. *lib.*1. *per tot.* & *conſ.* 158 *num.*7. *lib.*6. Dec. *conſ.*91. Soc. Iun *conſ.* 3. *num.*41 *l.*1. & *conſ.* 16 *n.* 1. *lib.*3. & quod clauſula decreti irritantis referatur ad proximam diſpoſitionem fundat Marta *dict. part.*4. *clauſ.* 19. *n.*2.

11 Inſuper clauſula annullatiua, ſeu decreti irritantis, provt eſt illa aſſenſus noſtri non refertur ad omnia præcedentia, ſed regulatur ſecundum naturam actus, ſuper quo interponitur, & refertur ad ea duntaxat, ad quæ referri ſolet, & debet *c. Eccleſia veſtra, de elect.* vbi Abb. *n.*5. & Ripa *in c. cum M. Ferrarienſis n.*97. *de conſtit.* *Rom. conſ.*350. *num.*13. *&* 14. Alex. *conſ.*97. *num.*.. *lib.*1. Menoch. *conſ.*83. *num.*21. *lib.*1. Ergo ſecundùm mentem Principis dicta clauſula debet referri ad ſecundum caput aſſenſus, in quo eſt neceſſaria, & ſolita, non autem ad primum hypotecæ, in quo regiſtratio non requiritur.

Prætereà ita in propriis terminis aſſenſus petiti, & conceſſi ſuper translatione, tam hypotecæ feudalis, quam introituum feudalium habentis in fine clauſulam, dummodo habeat ſucceſſorem reſpondit idem Dominus Regens Lanarius *conſ.*87. *n.*7. *&* 8. dictam clauſulam non referri ad aſſenſum reſpectu tranſlationis hipotecæ, in quo non erat neceſſaria; ſed tantum ſuper tranſlatione introituum feudalium, in qua requirebatur, & ex defectu ſucceſſoris in eo capite annullabatur aſſenſus. 12

Nec eſt nouum, quod inualidum ex vno capite ex defectu ſolemnitatis, in vno eodemque contractu valeat ex alio, quo valere poteſt, cui ſua ſolemnitas non defuit, *leg. certi conditio.* §. *quoniam, ff. ſi cert. pet.* nam idem videmus diſpoſitum in reſcripto, *cap. ſi eo tempore, de reſcript. in* 6. & in ſententia *leg. etiam* §. 1. *ff. de min.* & in teſtamentis, *l. hac conſultiſſima*, §. *ex imperfecto. C. de teſtam.* 13

Et in propriis terminis noſtris ſic màgiſtraliter docuit Camer. *in l. Imperialem fol.*49. *col.*1. *in fin. lit. E*, vbi inquit, quod impetrato aſſenſu ſub duplici capite, ſcilicet ſuper contractu principali, & ſuper obligatione feudalium, ſi vitiatur aſſenſus ſuper contractu principali, remanebit validus reſpectu obligationis feudalium, quia vnum eſt ab alio ſeparabile, & cum eo concordat dictus Regẽs Lanarius *d. conſ.*87. *n.*7. *&* 8. & Camerar. ſequitur etiam Staibanus *conſ.*81. *n.*57. quicquid in contrarium temerè rit D. de Ponte *d. tit. de aſſenſibus, ſuper dote*, §. 2. *n.*6. cum indubitata ſit iuris cõcluſio in feudis, vtile per inutile non vitiari, quando vtrumque de per ſe ſtare poteſt vt vltra Camer. & Staib. locis citatis fundat idem Camer. *fol.*53. Frecc. de ſubfeudis *lib.*2. *quæſt.* 16. *n.*3. & *quæſt.* 16. *n.*2. ac etiam, aliis relatis à Roſental. *de feudis, cap.*4. *concl.*37. *n.*2. qui loquitur in conceſſione facta pro maſculis, & fœminis, quod quoad fœminas ipſo iure collabitur, & ſuſtinetur quoad maſculos, & idem Roſental. *cap.*12. *concl.* 16. *n.*7. Ann. *conſ.*46. *num.*2. *&* 4. conferunt etiam quæ in ſimilibus tradit Gaill. *lib.*2. *obſeru.*4. *pract. obſeru.* videndus præſertim *n.*14. 14

Quinimmò de Ponte *d.* §. 2. *n.*6. loquitur in caſu diuerſo, ſcilicet, vbi obligatio ſtat acceſſorie ad obſeruantiam contractus, puta, vendo feudum ſine aſſenſu, & promitto euictionem, tunc quia eſt in mala fide, ſi corruit contractus venditionis, corruit etiam promiſſio euictionis, vt acceſſoria, ita exemplificat De Ponte, vbi ſupra *n.*4. *&* 5. & contra eum eiſdem terminis inſurgit idem Montan. *d. leg. Imperialem, n.* 155. *& ſeq. d.* §. *præterea, ſub lit. N. fol.*132. *a terg.* in caſu noſtro ceſſat omnis difficultas, quia capita ſunt ſeparata, & diuidua, & cauſa annullans aſſenſum ex defectu regiſtrationis in contractu trãſlatiuo Dominij deficit in hypoteca, ergo non poteſt corruere ex capite acceſſorij. 15

Nec nos quicquam conturbat opinio eiuſdem Montani, *d.* §. *præterea fol.* 133. *lit. N. verſ. vel tertiò*, vbi in ſpecie loquendo de hac cauſa, de qua agitur, dicit, quod dicuntur dicta capita indiuidua ex vo- 16

 luntate

luntate contrahentium, quia dotatio, & donatio prædicta ſunt correſpectiuę,& irreuocabiles,& proinde vtile per inutile vitietur, cum aſſenſus aſſumat naturam contractus ſuper quo interponitur, ex Camer. *fol.*52. *lit. F.*

17 Siquidem hæc difficultas non poteſt applicari caſui de quo agitur, in quo retorquetur argumentum, quia ſi eſſet nullus, eſſet contra indiuiduam vxoris voluntatem, quæ tantam dedit dotem, vt conſequeretur dictam donationem, & tunc fortè militare poſſet ſi non fuiſſet præſtitus aſſenſus, ſicuti Partes contraxerunt: ſic enim vtrumque caput ipſius contractus corrueret ex indiuiduo voluntatis contrahentium, Parte reluctante, vt exemplificat idem Camer. *fol.*59. *lit. C.* at in caſu noſtro fuit præſtitus aſſenſus ſuper vtroque capite, iuxta conuenta per Partes, & petita in dicto aſſenſu,& erat onus deinde dictarum mulierum procurare regiſtrationem in Quinternionibus Regiæ cameræ reſpectu dictorum feudorum in dotem datorum: ambæ enim Partes tenebantur procurare aſſenſum, quilibet pro eius intereſſe; vnde ſi vnus tantùm fuit diligens, alter verò non, prodeſt diligenti tantùm, quia vigilantibus iura ſubueniunt, vt in his propriis terminis
18 docet Frecc. *d. quæſt.*16. *num.*5. Cùm igitur in re, de qua agimus, fuerit conceſſus aſſenſus ſuper omnibus promiſſionibus, etiam correſpectiuis,& ob incuriam alterius ex contrahentibus non fuerit regiſtratus reſpectu capitis tranſlationis dominij, nocere non debet alteri, cui ſufficit dictus aſſenſus, licet non regiſtratus in Quinternionibus reſpectu hypotecæ, & vt omnis ceſſet ſcrupulus, animaduertendum, quod hic nemo ex contrahentibus conqueritur, nec conqueri poteſt de indiuiduo voluntatis, quia omnia pacta correſpectiua ſuam habuerunt executionem, & intereſt etiam omnibus Partibus, quod dictus aſſenſus ſuper dicta obligatione feudaliũ reſpectu dictæ donationis ducat. 8000. ſit validus, & ſuam habeat executionem, ſicuti habuit aſſignatio dictæ dotis ſuper dictis feudalibus, intereſt enim vxoris, vt matrimonij onera commodius ſuſtineantur, & quia dicti ducati 8000. donati contemplatione dicti matrimonij ſunt eidem hypotecati pro eius dotibus, & antefacto, vt egregiè animaduertit Regens Douitus poſt Angel.& Theſaur. ibidem relatos in *Pragm.*1. *n.*169. *de titul. abſu. in ſcrib. ;ubl.* intereſt etiam filiorum, quia ſunt in ipſa donatione contemplati, atque expreſsè vocati, adeoque neutri Partium conuenit illius inualiditas, & tandem hic ceſſat voluntatis indiuiduum quia fuit petitus, & conceſſus ſpecificè,& reſpectiuè ſub duplici capite.

19 Nec etiam adeſt intereſſe Fiſci, quia data inualiditate dicti aſſenſus reſpectu tranſlationis Dominij, feuda prædicta remanſiſſent in dominio vxoris quæ illa in dotem dedit, vt docet D. de Ponte *tit. de aſſ. Regiis ſuper dote,* §.1. *num.*43. cuius ſucceſſores ſunt filij eiuſdem matrimonij, & clauſulam reſolutiuam tunc operari, quando is ad cuius fauorem poſita eſt, vti voluerit, alias ſecus, probat latè, & ſic pluries refert deciſum per Rot. Rom. Marta de clauſulis *part.*4. *clauſ.*22. *num.*1. & alij infra allegandi,& cum ceſſet intereſſe Fiſci, & Partium, ceſſat etiam dicta clauſula, Surd. *deciſ.*19. *n.*1. Nec poteſt opponi de aſſenſu non regiſtrato, niſi à Rege, vt per Dominum Regentem Tapia poſt Fecc. *d. deciſ.*3. *Sacri Conſilij num.*45. & 77.

20 Quoad ſecundum articulum, cum iſta clauſula non ſit appoſita in conceſſione aſſenſus primitus facta per verbum *fiat in forma,* reſpectu hypotecæ, quatenus tangit eam, præſumitur adiecta ex errore ſcribæ, non autem de ſcientia, & voluntate Principis, nec collateralis Conſilij, qui ſciunt non eſſe neceſſariam nec apponi ſolitam, & illam non legunt, ſed ſubſcribunt, inſpecto tantùm ſummario, quod ſe remittit ad formam Cancellariæ, vt in ſpecie adeſt in dicto aſſenſu, de quo agitur, & ſupra latè fundauimus, non eſſe talem clauſulam neceſſariam in aſſenſibus obligationis feudalium ex Domino de Ponte, Curte,& Georgio, & nunc addimus eundem Dominum Regentem Lanarium *d. cap.*1. *num.*108. *de his, qui feud. dar. poſſ.* qui etiam teſtatur non eſſe neceſſariam regiſtrationem aſſenſuum per obligationem feudalium, & licet ipſe dicat, quod debet poni, quia multoties contingit ex iſtis obligationibus feuda adiudicari creditoribus, & Curia non habet notitiam de tranſlatione dominij in alium, cuius cauſa eſt introducta regiſtratio aſſenſus in Quinternionibus, vt initio retulimus, tamen hæc eius differentia ceſſat, quia fuit ordinatum per Pragmaticam de anno 1585. exiſtente tunc Prorege eodem Domino Lanario, quod aſſenſus requiratur,
etiam in adiudicationibus feudorum faciendis cre- 21
ditoribus per quoſcumque Iudices, vt *in Pragm.*26. *de feudis,* vbi Regens Rouitus *num.*1. notat fuiſſe dictam Pragmaticam editam ad euitandam opinionem Camerarij, qui contrarium de iure demonſtrauerat. Cùm igitur aſſenſus prædictus fuerit conceſſus in anno 1587. ceſſat ratio prædicta ponendi dictam clauſulam dicti Domini Regentis Lanarij, & quod non ſit neceſſaria, nec ſolita apponi fatetur idem Montanus *d.*§. *præterea ſi quis infeudatus, fol.*132. *à terg. lit. N.*

Si igitur nec eſt neceſſaria, nec ſolita, non po- 22
teſt dici comprehenſa ſub illis verbis *fiat in forma,* & proindè rectè diximus eſſe poſitam ex errore ſcribæ, & contra mentem collateralis Conſilij, illa enim verba, *in forma,* intelliguntur, in forma Regiæ Cancellariæ. D. de Ponte *tit. de aſſenſ. Reg.*§.9. *n.*3. & dum non eſt de forma dicta clauſula, dicitur poſita ex errore,& talis error nõ nocet Partib. vt poſt Bal. *in cap. fin.*§. *fin. col. fin. de feud.* Guard. Decius *conſ.*185. & 193. fundat Regens Reuert. loquens in errore Cancellarij in aſſenſu *deciſ.*2. *in fin. lib. Manuſcript.* & quod præſumitur error quando in aſſenſu, vel in inueſtitura apponitur, quod inſolitum, & Partibus non noceat, nec Poſteris docet poſt Frecc. & alios *D. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. de Reform. inueſtit.*
præſertim *num.*8. vbi quod reperto errore reforma- 23
tur aſſenſus per Dominos Regentes, & idem repetit *deciſ.*4. *num.*36. Collateralis Conſilij, vbi refert clauſulam appoſitam in aſſenſu ſuper hypoteca, dummodo habeat ſucceſſorem, fuiſſe in concurſu creditorum reputatam inſolitam, & ſuperfluam, & ex errore,& ideò fuit deciſum nullam eſſe habendam de ea rationem, quia dicta verba ſuperflua ſunt, ſicut dicere *Arma virumque cano*; optime etiam D. de Franchis *deciſ.*716. *num.*8.

Quinimò nec etiam potuiſſet gratia ſiuè aſſenſus 24
primo loco conceſſus per verba *fiat in forma,* alterari in priuilegio extenſo, addendo clauſulam prædictam inſolitam, & in prima conceſſione non poſitam, *arg. l. ſi perfecta. C. de donat. quæ ſub modo.* Andr. *in cap.*6. §. *fin de cap. qui cur. vendidit, n.*25. & 26. & in terminis in aſſenſibus conceſſis, quod nec etiam poſſit Princeps per interpretationem apponere aliquid, quod non veniat ex natura rei, poſt Loffred. Frecciam, & alios fundat Illuſtriſſimus Marchio Belmontis *in repet. l. fin. de conſtit. Princ. part.*2. *c.*9. *num.*27. & *ſeq.*

Ex quibus reſtiſſimè deciſum fuit ſolemniter, ac 25
articulo ipſo bene perpenſo per Regiam Cameram, &

& Collaterale Conſilium, referente Domino Præſidente Rappacoda anno elapſo, in cauſa Mariæ Bernizzonæ creditricis Ioannis Baptiſtæ Nani, dictam clauſulam appoſitam in aſſenſu obligationis feudalium, nil operari contra eandem, & aſſenſum eſſe validum per hæc verba videlicet, *penes Conſtantinum Actuarium facta relatione, Decernitur verba, ſeu clauſulam appoſitam in Regio aſſenſu expedito ad beneficium dicta Maria, quod dictus aſſenſus infra biennium regiſtretur in quinternionibus Regia Camera, alias habeatur pro non preſtito, non fuiſſe appoſita de ordine Sacr. Conſ. & Regij Collateralis Conſilij, & proinde nil operari contra dictam Mariam, & aſſenſum prædictum eſſe validum*; ſuper qua cauſa Dominus Regens Ro-
26 uitus ſuam compoſuit deciſionem, quæ eſt 84. Quare temerarium videtur iterum in controuerſiam reddere ea quæ aliàs deciſa, & declarata fuerunt per tot Eminentiſſimos Senatores.

Cæterum in caſu noſtro nullus remanet dubitationi locus, nam deueniendo ad tertium articulum, dato citra veri præiudicium, quod non eſſet ſuperflua, nec etiam operaretur inualiditatem, in caſu præſenti duplici ratione ſubſiſtit; tùm quia dicta clauſula cenſeretur appoſita fauore Regis tantùm, cuius intereſt regiſtrari aſſenſus in Regia Camera vt notitiam habeat feudatariorum, propter deuolutionem, Adohas, Releuia, & ſimilia, vt ſupra fundauimus, & nunc addimus Lanar. *conſ.* 81. *num.* 15.
27 D. de Ponte, *conſ.* 17. *num.* 8. *lib.* 2. & tunc dicta clauſu a non annullat nec reſoluit, niſi volente eo, cuius gratia appoſita eſt, quia actus non annullatur ipſo iure, Bart. Bal. Iaſ. *in leg. vniuerſa. C. de precibus Imper. offer.* Couar. *in cap. quamuis, part.* 2. §. 2. *num.* 6. *de pactis in* 6. Gabriel. *concluſ.* 3. *de clauſul. num.* 23. *& ſeq.* Mareſcott. *cap.* 3. *n.* 25. *lib.* 2. *var. reſol* Matt. *de clauſ. clauſ.* 12. *part.* 4. Caldas *de poteſt. eligendi, cap.* 10. *num.* 50. & in propriis terminis Regens Tapia *dict. deciſ.* 3. Sacrij Conſilij *num.* 37. *& ſeq.* Cùm igitur reſpectu Partium aſſenſus ſit iam perfectus, & validus, poteſt quandocumque regiſtrari reſpectu Fiſci, vt probat D. de Ponte *dicto conſ.* 17. *num.* 8. *lib.* 2. & dum Fiſcus non opponit de dicta reſolutione, neque opponere poteſt, vt mox fundabimus, quia iam habuit notitiam, ceſſat omnis amaritudo, prout ſic fuit pluries iudicatum in fortioribus caſibus, in cauſa Marchionis Vallis Siculæ, in cauſa Comitis Policaſtri cum Regio Fiſco, in cauſa Marcelli Florilli cum Principe Caſerte, in cauſa Marchionis Archaiæ cũ D. Franciſco Protonobiliſſimo, & aliis quamplurimis, quæ Dominis Senatoribus innoteſcunt.

28 Tum, & ſecundò, quia re vera fuit iam regiſtratus infra dictũ tempus, quod conuincitur irrefragabili argumento, cum ſint iam deſcripta dicta feuda in faciem Marij in Cedulario Baronum anni 1588. & id nullatenus poteſt aliunde prouenire niſi ex præcedenti regiſtratione, vt liquet ex fide Rationalis Regiæ Camer. de Simone Conſeruatoris Cedutariorum, præuio ordine domini Locumtenentis, & quia reperitur deperditus liber illius anni, vbi notatus erat dictus actus regiſtrationis.

29 Tum, & tertiò quia, & ſi non præceſſiſſet regiſtratio, ſufficeret deſcriptio in dictis libris Cedulariorum, ex qua notitiam habet Regius Fiſcus dicti feudatarij, à quo poteſt exigere Adohas Releuia, & ſimilia, quæ eſt finalis intentio dictæ regiſtrationis, vt ſupra conſiderata, etiam in Pragmatica 20. *defeudis*, nec reſiſtit intentio indiuidua concedentis cum modo, dum habuit intentum, quem reſpicit ipſa regiſtratio, vt in puncto regiſtrationis deciſum refert D. de Franch. *deciſ.* 663. Petra *ad deciſ. Gram.* 103. *art.* 145.

Nec etiam eſt inquirendum ad cuius inſtantiam 30
fuerint deſcripta dicta feuda in faciem dicti Marij, ex traditis in his terminis per Regentem Rouitum *in dict. Pragm.* 20. *numero* 5. *verſ. An autem, de feudis.*

Et inſuper ſufficeret dare notam Conſeruatori Quinternionum, licèt cum effectu non ſequatur regiſtratio ex incuria dicti Conſeruatoris infra dictum tempus, quicquid in contrarium dixerit D. Rouit. loco proximè indicato, *num.* 6. quia dicto caſu habet etiam notitiam Rex feudatarij, & ſic militat eadem ratio. Quare fit extenſio etiam in aſſenſibus ex identitate rationis, & tunc dicitur comprehendi ex mente potius ſtatuentis, quàm comprehendi, vt his rationibus auctoritate Camer. *in leg. Imperialem, fol.* 53. *col.* 2. *in fin.* contendit Montanus noſter aduerſarius *in dict.* §. *præterea ſi quis infeudatus, ſub num.* 36. *lit. R. fol.* 155. *à terg.* vbi dicit hanc eſſe magis æquam opinionem.

Ex quibus omninò iudicandum eſt dictum Ioannem Antonium Lanarium iuniorem eſſe in pretio dictæ Terræ Sacci, attenta prioritate temporis, cæteris creditoribus præferendum. Cætera ſuppleat ſuprema Religio Præſtantiſſimorum Dominorum Iudicantium.

Lelius Giptius.

SVMMARIVM.

1 *Textus* in §. ſi igitur defunctus, il 2. Auth. de hæredibus ab inteſtato venientibus cum Auth. ceſſante. Cod. de legitimus hæredibus, *explicantur.*

2 *Nepos ex fratre vtrinquè coniuncto conſanguineos fratres excludit.*

3 *Renunciatio facta per fratrem vtrinque coniunctum quando noceat conſanguineis tantum.*

4 *Renunciatio non nocet, quando quis venit ex propria perſona.*

5 *Renunciationis verba* pro ſe, & hæredibus, *quem effectum producant.*

6 *Succeſſio tranſuerſalium, & aſcendentium nullam habet differentiam in caſu de quo hic.*

7 *Nepotes ex propria perſona venientes non præiudicantur per renunciationem factam à matre.*

8 *Filij ingrediuntur in gradum matris, ſed ex propria perſona.*

9 *Filius venit ex propria perſona non obſtante, quod mater renuncians acceperit aliquid.*

10 *Renunciatio ampliſſima cum clauſula* pro ſe, & hæredibus ex propria perſona venientibus, *non præiudicat filiis.*

11 *Deciſio ſolemniter facta pro caſu, de quo agimus adducitur.*

12 *Renunciatio, poſita enormiſſima læſione, non ſibi præiudicat.*

ARGV.

ARGVMENTVM.

Frater Conſanguineus tantùm, an, & quando poſſit à defuncti fratris ſucceſſione excludere nepotem ex altero fratre præmortuo, qui erat vtrinque coniunctus, cum illo de cuius ſucceſſione agitur. Renunciatio facta à parente, an noceat filiis ex propria perſona venientibus, ſi in renunciatione expreſsè ſit dictum, vt filij ipſius renunciantis ex propria perſona venire non poſſunt: & de pluribus ab ornatum Textus *in §. ſi igitur defunctus, il 2. Auth. de hæredibus ab inteſtato venientibus, & in Auth. Ceſſante.C.de legitim. hæredibus.*

ALLEGATIO CIX.

1 AGITVR de ſucceſſione D. Antonij de Palma, qui ab inteſtato deceſſit, & contendunt D. Carolus, & D. Vincentius de Palma fratres conſanguinei tantùm dicti D. Antonij excludere D. Indicum de Palma in ſuceſſione hæreditatis eiuſdem D. Antonij, non obſtante quod dictus D. Indicus ſit nepos D. Antonij ex fratre vtrinque coniuncto D. Ioanne de Palma eius patre, qui eiſdem fratribus conſanguineis ex aperta iuris diſpoſitione præfertur, ex vulgato textu *in §. ſi igitur defunctus, il 2. Auth. de hæred. ab inteſt. venient.* ex quo deſumpta eſt *Auth. ceſſante. C. de legit. hæred.* & proinde D. Indicus inſtat pro interpoſitione decreti præambuli in eius beneficium, non obſtantibus aëreis prætenſionibus dictorum fratrum conſanguinorum, quæ nec facti veritate coadiuuantur, nec iuris diſpoſitione, nec DD. auctoritate fundantur, vt infra fundabimus.

2 Proponunt dicti fratres ad excluſionem D. Indici tales obiectiones. Primò, quod obſtat dicto D. Indico renunciatio facta per dictum D. Ioannem eius patrem in anno 1625. in tranſactione inita inter D. Aureliam Turaldam tutricem dictorum D. Caroli, & D. Vincentij, & dictum D. Ioannem, qui interuenit pro ſe ſuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus, *fol. 32.* in qua expreſsè per hæc verba renunciauit ſucceſſioni ab inteſtato dicti D. Antonij, videlicet.

Amplius idem D. Ioannes ex cauſa tranſactionis prædicta in caſu mortis alicuius ex dictis D. Antonio, D. Carolo, & D. Vincentio eius fratribus abſque deſcendentibus legitimis, & naturalibus ex corpore, tali caſu ex nunc pro tunc, & è contra liberè ceſſit, renunciauit, & donationis titulo, &c. donauit illis, ſeu illis ex dictis eius fratribus, & cuilibet ipſorum tunc ſuperſtiti, vel ſuperſtitibus, &c. omnem illam partem, & portionem, quæ ad ipſum D. Ioannem ſpectaret, ſeu ſpectare poſſet per mortem cuiuſcumque ex prædictis eius fratribus abſque deſcendentibus legitimis, & naturalibus, vt ſupra, de bonis, & iuribus quibuſcumque vniuſcuiuſque ſui fratris taliter decedentis, vt ſupra, tam vigore conſuetudinis huius Ciuitatis Neap. & ex capitulis, & conſtitutionibus, quam aliàs quomodocumque, & qualitercumque, fol. 37. lit. A. Subſequuntur etiam alia verba, quod nullum ius neque actio cenſeatur quæſita filiabus dicti D. Franciſci communis patris, *fol. 37. à terg.*

Ex qua renunciatione contendunt nedum fuiſſe excluſum D. Ioannem renunciantem, verum etiam D. Indicum eius filium tunc temporis natum, qui nullatenus admitti poſſit ex propria perſona, ex pluribus.

Primò, quia hæc non ſit renunciatio ſimplex, quo caſu præſupponit, quod loquuntur DD. admittentes nepotes ad ſucceſſionem aui, vel patrui, non obſtante renunciatione patris, vel matris, ſed quod in hac renunciatione D. Ioannes ſtipulatus eſt pro ſe, & hæredibus, & ſucceſſoribus *dict. fol. 32.* & promiſit non contrauenire, &c. *fol. 38.* quibus caſibus teneri filium habere ratam renunciationem factam per patrem, prætendunt auctoritate Bald. *in leg. fin. 3. in computatione, numer. 11. Cod. de iure delib.* Alexand. *conſilio 13. libro 5.* eò magis quia potuit teſtator obligare bona hæredis, Afflict. *deciſ. 26. num. 3.* & D. Indicus videatur approbaſſe dictam renunciationem per actum aditionis, ex eodem Afflict. *deciſ. 111. num. 17.*

Secundò, quia agitur de ſucceſſione patrui, non autem aſcendentium, & quod omnes DD. qui loquuti ſunt in hac materia, quod poſſit filius ex perſona ſuccedere non obſtante renunciatione patris, loquuti fuerint in ſucceſſione aſcendentium, quo caſu nepotes ex propria perſona vocantur ad eorum ſucceſſionem, ſecus verò in ſucceſſione tranſuerſalium; cùm dicto caſu non ex propria perſona, ſed eorum patris repræſentando veniant: at in caſu noſtro non poſſe patris perſonam repræſentare, cum ſit per dictam renunciationem patris extinctam ius eidem competens ſuper hæreditate prædicta.

Tertiò, quia hæc fuit renunciatio facta tranſigendo ſuper hæreditate D. Antonij interueniente pretio ducatorum 4000. fiſcalium prælegatorum D. Vincentio ex teſtamento paterno, qui poſt mortem Don Ioannis peruenerunt ad D. Indicū eius filium, & hæredem, & proindè non poſſit dictus D. Indicus venire contra dictam renunciationem, ſed tenetur habere ratum factum patris, ex Roman. *in leg. qui ſuperſtitis, ff. de acquirend. hæred.* & Napod. *in conſuetud. ſi moriatur, num. 38.*

In his conſiſtunt ea quæ longo apparatu aduerſarij fundare conati ſunt, & ſunt eadem argumenta, quæ adducit pro contraria opinione Maranta *diſput. 10. num. 1. vſque ad 8.*

Nos verò pro Don Indico conſtantiſſimè fundabimus decretum præambuli dictæ hæreditatis eſſe interponendum in ipſius beneneficium excluſis prædictis fratribus conſanguineis, nil quidquam refragantibus prædictis obiectionibus quibus vnica reſponſione ſatisfacit idem Maranta dicta *diſp. 10. num. 13.* at ſigillatim etiam reſpondemus, prout idem Marant. *à num. 34.*

3 Siquidem dicta renunciatio Don Indico non obſiſtit, cum Don Ioannes pater, qui renunciauit, prædeceſſerit Don Antonio fratri ab inteſtato, defuncto ſuperſtite ipſo Don Indico, qui venit ex propria perſona, licèt ſit patris hæres, non obſtante dicta renunciatione patris prædefuncti, quæ illam taci

tacitam continet conditionem, ſi hæreditas eidem Don Ioanni renuncianti delata fuiſſet, cùm niſi deferatur, dum agitur de hæreditate viuentis deferenda, nec renunciari quidem potuerit, nec poſſit dici delata cum prædeceſſerit pater renuncians, provt docet Bart. & communiter Doctores *in leg. qui ſuperſtitis, ff. de acquir. heredit.* & *in leg. ſtipulatio hoc modo concepta, ff. de verb. oblig.* quibus in locis nemine penè refragante vno ore id firmant, vt dubium non ſit communi Interpretum calculo hanc communem ſententiam approbatam eſſe, ſicuti id profitetur poſt alios Tiraquell. *de primog. quæſt.* 40. *num.* 117. Grammat. *deciſ.* 57. *num.* 39. Surdus *conſil* 33. *lib.* 3. Molina *de primog. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 47. Couarr. *in capit. quamuis,* 3. *part.* 3. 2. *ſub numer.* 4. *verſic. miſſam tamen hanc opinionem, de pactis,* Guttierez *dict. capit quamuis. verſic. nec redundet, num.* 2. Vaſquez *in leg. ſi quando §. illud, C. de inoffic. teſtam. num* 56. *verſic. tertius caſus,* ibi, *hæc omnia, quæ dicta ſunt*, Maranta qui optimis fundamentis tuetur *diſput.* 10. *numer.* 13. Piſtor. *dict. lib.* 4. *quæſtion.* 7. *num.* 1. Viuius *deciſ.* 211. Cæuall. *quæſt.* 101. *num.* 11. & 75. *comm. contra commun. opinion.* Cancer. *lib.* 3. *cap.* 15. *variar. reſolut. num.* 44. & *ſeq* alios refert Gaſpar Antonius Theſaurus *libro* 2. *quæſtion. forenſ. quæſt.* 90. *num.* 1. *verſ. ſecundus eſt caſus,* & Dominus de Franchis *deciſ.* 67. *in princ.* Paſchal. *part.* 3. *cap.* 7. *n.* 53. *Praſ. Amat. conſ.* 15. *n.* 12. Sanch. in ſumma *lib.* 7. *capit.* 7. *n.* 46. Franc. Molin. *de ritu lib.* 3. *q.* 84. *n.* 10.

Nec huic receptiſſimæ concluſioni aduerſatur prima oppoſitio aduerſariorum, quod prædicti Doctores loquantur in ſimplici renunciatione, non autem quando eſt facta etiam pro hæredibus, & adeſt promiſſio de non contrauenendo, & filius hæres acceptat hæreditatem patris renunciantis, provt contendunt eſſe renunciationem, de qua agimus. Tum quia re vera hæc, de qua agimus renunciatio eſt ſimplex, & ſteriliſſima, nam Don Ioannes non aliter promiſit pro filiis, nec pro hæredibus non contrauenire, nec quod dicti filij, & hæredes ad dicta bona renunciata non aſpirabunt, ſed in principio contractus tranſactionis interuenit pro ſe, & hæredibus, & ſucceſſoribus, iuxta communem obſeruantiam omnium contractuum, quæ relationem habent ad quantitates eidem promiſſas, ac ceſſas per alteram partem, quæ ſimiliter interuenit pro ſe, & hæredibus, ſed in capite renunciationis diſtinctè poſito, verbum nullum de hæredibus, nec de filiis, nec de pacto de non contraueniendo, ſed tantùm in fine tranſactionis continentis plura capita, hinc indè adſunt illa verba ſolita apponi, *promiſerunt vna pars alteri omnia habere rata, & contra non facere : fol.* 36. ergo non poteſt dici, quod promiſerit pater pro filiis, & hæredibus, vel quod obligauerit eorum bona, vt pars ſuo capite præſupponit, quinimò tantum abeſt, quod voluit perſonam filiorum, & hæredum comprehendere, vt dictam renunciationem ad ipſius Don Ioannis perſonam tantum reſtrixerit, ibi, *omnem portionem quæ ad ipſum Don Ioannem ſpectare poſſet*, & ſic verba diriguntur ad perſonam Don Ioannis tantùm : vt in propriis terminis exemplificat Maranta *dicta diſp.* 10. *num.* 34. legendus.

4 Tum etiam quia licet adeſſet renunciatio pro ſe, nec eius hæredes contrauenient, neque eſſet alicuius momenti, quia adhuc dicto caſu veniret Don Indicus ex propria perſona ad ſucceſſionem patrui, licet ſit hæres patris renunciantis, vt magis communiter tradiderunt præfati DD. & præſertim Bart. *in dict. leg. qui ſuperſtitis*, Gozad. dicens magis communem *conſ.* 75 *n.* 20. Crauett. *conſ.* 84 *num.* 5. *in fine*, dicens iſtam opinionem in praxi obſeruandam, & latiùs *conſil.* 127. *num.* 1. & 4. & *conſ.* 703. *n.* 1. Suarez *in leg. quoniam, in prioribus, limit.* 4. *num.* 7. Cephal. *conſil.* 103. & 334. *num.* 40. & 326. *num.* 14. Natta *dict. cap. quamuis, num.* 56. Couarr. *dict. cap quamuis, part.* 3. §. 5. *n.* 7. *in fin.* latiſſime Maranta dicta *diſp.* 10. *num.* 34. & 41. pulchre Morotius *conſil.* 22. *num.* 4. vbi examinat omnes caſus, & *num. ſeq* & *num.* 8. in fine dicit hanc eſſe communiorem & veriorem, Fachin. *lib.* 3. *controuerſ. cap.* 23. optimè idem Maranta *conſil.* 104. *num.* 4. Molin. videndus *d. q.* 84. *n.* 17. reddunt rationem, quia quando pater, vel mater renunciat pro ſe, & hæredibus, & promiſit pro ſe, & hæredibus, intellexit, ſi illud ius ipſi renuncianti delatum fuerit, ſed præmortuo patre renunciante filij veniunt ex propria perſona, non vt hæredes, qui poſſunt venire etiam ſi non ſint hæredes, neque dicuntur contrauenire, quia non petunt ius patris renunciatum, ſed proprium, cui non fuit; nec pater renunciaſſe dicitur, niſi ius ad eum ſpectans, ſed ad ipſum nunquam ſpectauit, dum fuit morte præuentus, & his rationibus ſic fuit deciſum per Sacrum Conſilium duabus vicibus, vt refert Muiard. in conſtitutione *in aliquibus, notab.* 3. *ſub num.* 11. in cauſa Clementis Gattulæ, & in cauſa illorum de Geluardo, in qua ipſe ſuſtinuerat contrarium, vt patet *in eius conſil.* 12. ſic etiam in duabus aliis cauſis refert deciſum Dominus de Franch. *deciſ.* 67. vbi tota illa deciſione hunc articulum proſequitur, concludendo renunciationem matris pro ſe, & hæredibus, & cum pacto de non contraueniendo cum iuramento factam non nocere filiis hæredibus præmortua matre, ex cuius bonis renunciauit, quia intelliguntur verba illa, quod nec ipſa, nec eius hæredes contrauenient renunciationi factæ per matrem hæreditatis, quæ ad ipſam deuoluetur, vt de Franchis *ſub n.* 7. aduertit, hanc eamdem opinionem ſequitur, ſicque iudicatum per Senatum Barcinonen. refert Cancer. *d. cap.* 15. *n.* 59. & 62. eamdem etiam opinionem in Supremo Sabaudiæ Senatu confirmatam teſtatur Faber in ſuo Cod. Fabr. *lib.* 2. *tit.* 3. *defin.* 1. & 14. & pariter hanc opinionem debere præualere, contrariis ſatisfaciendo, & ſic deciſum pluries per illum Senatum refert Gaſpar. Antonius Theſaur. *lib.* 2. *q.* 90. *forenſ. d. q.* 90. *num.* 11. & *ſeq.* & *num.* 14. & veriorem eſſe profitetur etiam inſignis Piſtorius *lib.* 4. *quæſt. iur. q.* 7. *num.* 7. & *verſ. contrarium tamen,* vbi eruditè rationes pro hac opinione adducit, & numeris ſequentibus contrariis occurrit, nec obſtare iuramentum, & quid operentur illa verba in principio contractus *pro ſe, & hæredib.* optime declarat, & 5 *n.* 15 *in fine, verſ.* 4. ex rationibus ampliat hanc concluſionem, etiam ſi in renunciatione adſit pactum de non petendo, vel alia addita fuerint, etiam in forma ampliſſima, ſicuti, & in renunciatione ampliſſima loquuntur Viuius *d. deciſ.* 211. *n.* 6. & de Franch. *d. deciſ.* 67. & *ſub n.* 19. idem Piſtor. *verſ. ex quib. ſimul.* nec ſufficere probat cautelam traditam per Marantam *d. diſp.* 10. *in fin.* ad hoc, vt præiudicet nepotibus dicta renũciatio, cùm nec illa vllo iure ſubſiſtat, latè etiam tuetur Lælius Caputus *ad conſuet. ſi moriatur, par.* 3. §. 5. *n.* 5. *cum ſequent.* Sanch. *d. lib.* 7. *c.* 7. *n.* 47.

Exquibus liquet, quod extra rem ponderatur ex aduerſo deciſio Afll. 26. & 111. *num.* 17. quod poſſit obligare bona hæredis, & quod ex aditione videatur hæres ratificare illam obligationem, cùm nec in caſu, de quo agitur adſit obligatio bonorum hæredum, nec ſi adeſſet aliquid operaretur, dum D. Indicus venit ex propria perſona, nec dicitur contrauenire promiſſioni eius patris, nec dicitur hæres adeũdo, quaſi contrahere, niſi in his, in quibus remanet defuncti obligatio, quæ in hac ſpecie nulla apparet, vt ſupra fundauimus, & benè ponderat Franc. Molin. *d. quæſt.* 84. *num.* 17.

Nec

6 Nec etiam obſiſtit ſecunda obiectio, in qua aduerſarij dilatant fimbrias, nulla tamen ratione, aut auctoritate munitas, quod prædicta procedant in ſucceſſione aſcendentium, ſecus verò in ſucceſſione collateralium; Hæc enim concluſio quam ſupra probauimus eſt communiter recepta, etiam in ſucceſſione tranſuerſalium, & omnes DD. ſupra relati pariſicant vtrumque caſum ſucceſſionis aſcendentium, & collateralium, provt in propriis terminis in ſucceſſione tranſuerſalium conſuluerunt Aym. Crauet. *d. conſ. 127. li. 1. à n. 1. & ſeq.* Maranta *d. conſ. 104. per totum.* Morotius, *d. conſ. 22.* Dominus Regens Rouitus *conſ. 23. lib. 1. à n. 24.* qui conſuluit in eadem cauſa illorum de Naſtaro, in qua conſuluit pro contraria parte Dominus Conſiliarius Georgius *alleg. 30.* vbi *n. 38. & 39.* eamdem opinionem conabatur ſuſtinere noſtrorum aduerſariorum in linea collaterali, & tamen fuit per S.C. deciſum iunctis Aulis contra eius opinionem, & ſecundum opinionem Domini Regentis Rouiti, vt teſtatur idem Dominus Regens in fine dicti conſilij 23.

Idemque pro indubitato admittit Dominus de Franchis *d. deciſ. 67. n. 1.* & Antonius Faber *d. tit. 3. de pact. definit. 1. li. 2. in ſuo Cod.* dum ſubdit non eſſe diſtinguendum an de aſcendentium, vel collateralium ſucceſſione quæratur, dum eædem rationes vtroque caſu militant, & eo magis cùm de patrui hæreditate agitur, hæc Anton. Fab. cuius ſolius auctoritas ſufficeret, ſi non adeſſent alij eiuſdem opinionis, vt docet R.P. Diana *to. 1. in tract. de opinione probabili, reſol. 5.* Præſ. Amat. *d. conſ. 15. n. 12.* loquitur in linea tranſuerſali, vt liquet in figuratione caſus initio dicti conſilij. Item deciſiones relatæ per Piſanell. *in conſuet. ſi moriatur, f. 89. à terg. & 90.* loquuntur etiam in linea tranſuerſali. Caputus *in d. §. 5. par. 3. n. 2. ſeq.* loquitur generaliter in qualibet ſucceſſione. Idem Maranta *d. diſp. 10. in princ.* ponit caſum in ſucceſſione tranſuerſalium. Viſcont. etiam *in lib. concl. iuris, verbo, filia, vel ſoror, fol. 93.* idem firmat.

Et in ſucceſſione tranſuerſalium fuit ſolemniter deciſum nouiſſimè per Eminentiſſimos Arbitros, videlicet, Conſiliarios Palatium, Alderiſium, & Rouitum in cauſa Elionoræ Brancatiæ cum illis de Pignatello, quorum laudum fuit deinde confirmatum per S.C. vt teſtantur Caputus *d. §. 5. n. 6.* Reuer. Pater Molfeſ. *to. 2. ad conſuet. Neap. q. 5. de renunc. poſt n. 18.* vbi *n. 15. & ſeq. & 22.* emendat errorem, quem commiſerat diſtinguendo *in ead. q. 5. to. 1. n. 15.* ipſumque etiam corrigit Caputus *dict. §. 5. n. 9.* cuius deciſionis meminit etiam huius cauſæ præſtantiſſimus Commiſſarius in eruditiſſimo tractatu de antefato *verſ. 5. obſeruat. 1. n. 51. in fin.* poſt doctiſſimas eius allegationes ibid. impreſſas pro dicta Elionora, pro qua obtinuit, non obſtante ampliſſima renunciatione matris præmortuæ, quem quidem merito laborioſum Aduocatum appellat Dominus Regens Rouitus *in rubr. prag. de eleemoſina non petenda, ſub num. 7.*

7 Tandem Gaſpar Antonius Theſaurus *d. q. 90. lib. 2.* vbi *n. 24* allegat Georg. *d. alleg. 30. n. 35. & ſeq.* facientem dictã dinſtinctionem reſpectu ſucceſſionis colteralium, non tamen facit mentionem dicti conſilij 23. Domini Rouiti, quia tunc non erãnt impreſſa, & quod fuerit iudicatum contra opinionem Georg. vt ſupra ponderauimus, tamen *n. 25.* idem Theſaur. admittit hanc noſtram opinionem, vbi nepotes concurrunt in pari gradu, quod non obſtet eis renunciatio matris facta pro ſe, & hæredibus in ſuccceſſione tranſuerſalium, ſicque refert deciſum de an. 1605. quia tunc veniunt ex propria perſona non repręſentatiuè, & dubitat tantum, vbi nepotes veniũt repræſentatiuè. Si igitur quando nepotes concurrunt cum aliis in pari gradu non nocet renunciatio matris, licèt ſint hæredes, quantò fortius in caſu noſtro, in quo venit Don Indicus ſolus, nullo alio exiſtente in æquali gradu, qui poſſit cum eo concurrere, dũ aduerſarij, vti fratres conſanguinei defuncti excluduntur ex iuris diſpoſitione per exiſtentiam ipſius Don Indici nepotis ex fratre vtrinque coniuncto, & ſic nullo modo dici poteſt, quod veniat repræſentatiuè, ſed ſolus ex propria perſona.

Et his igitur colligitur aëream eſſe diſtinctionem, quam aduerſarij fundare conati ſunt verbis, non autem iuribus, nec auctoritatibus, videlicet, quod nepotes ad ſucceſſionem aui veniunt ex propria perſona eorum patris præmortui. Etenim loquuntur contra tex. *in d. Auth. ceſſante, C. de legitimis hæredib.* per quem corriguntur iura antiqua, & vocantur nepotes ad ſucceſſionem patrui, qui ſubingrediuntur locum patris, & ſubintrant locum, & gradũ, ſed ex propria perſona ex beneficio *l. eis tradito*, quia eſt noua vocatio, dùm per iura antiqua erant excluſi, & per dictam Authenticã vocantur cum prælatione duplicis vinculi, ita in propriis terminis docet Maranta *d. diſp. 10. nu. 9.* videndus hinc Dominus de Franchis poſt alios ſupra relatos *d. deciſ. 67.* ex Aret. & aliis dicit, quòd quamuis nepotes locũ matris ſubingrediuntur, non tamen ſuccedunt ex perſona matris, ſed ſubintrãt gradũ, & locũ matris, & ſuccedunt ex propria perſona, ſic etiã loquitur Molin. de ritu nuptiarũ, *lib. 3. q. 84. n. 11.* vbi allegat tex. *in d. Auth. ceſſante.* 8

Hanc etiam quæſtionem dirimit egregiè Cancerius *lib. 1. variar. reſol. c. 5. de ſucceſſ. ab inteſt.* vbi *n. 6.* fundat in linea deſcendentium dari repræſentationẽ, & *n. 7.* hoc fundat in linea tranſuerſali per dictã Authenticam *ceſſante* & *n. 8.* reaſſumit, ius repræſentationis habere locum tantùm in ſucceſſione aſcendentiũ, & patrui; deinde *n. 10.* concludit aureis verbis, quod in caſibus prædictis quando filius ſubingreditur locum patris, intelligendum eſt ſuccedere in eius locum quoad gradum, non autem quoad perſonam, & ſic nepos venit ex perſona propria, non autem ex iure trãſmiſſo, allegat Zanch. *in l. hæredes mei, §. cùm ita, par. 4. n. 100. ff. ad Trebellian.* Iaſ. *in l. 2. n. 4. C. de ſucceſſ. edict.* Ripa *in l. in quartam n. 199. ad l. falcidiam.* Dec. *conſ. 443. n. 20.* & Bart. in pluribus locis, quare nulla adeſt differentia inter ſucceſſionem aſcendentium, & collateralium, & ſic rectè diximus aëream eſſe hanc aduerſariorum obiectionem.

Neque poſtremò reſiſtit tertia, & vltima obiectio dictorum aduerſariorum, quòd hæc renunciatio ſit facta per modum tranſactionis acceptis duc. 4000. fiſcaliũ, auctoritate Rom. Nap. in locis citatis. Negamus enim primo, dictos duc. 4000. fuiſſe receptos in hanc cauſã, ſed fuerunt ceſſi dicto D. Io. ex eo quod per quondam D. Franciſ. patrem dicti D. Ioan. cõtemplatione matrimonij contracti cum D. Beatrice Griſone fuerat donatum Caſtrum Iugliani cum omnib. introitibus tam feudalibus, quàm burgenſaticis, titulo etiam particulari emptis, vel aliter quæſitis, nihil penitus reſeruato, cum aliis duc. 210. de ſumma annuorum ducatorum 210. quos tenebat emptos à nonnullis particularibus dictæ Terræ, & ſequuta morte dicti Don Franciſci ſimiliter donauit eidem Don Ioanni duc. 2000. ſuper omnibus eius bonis, vt aſſeritur in dicto inſtrumento tranſactionis *fol. 32. lit. A.* deinde in teſtamento dictus Don Franc. ratificauit dictã donationẽ, verũ declarauit nõ includi in dicta donatione introitus fiſcales, quos ipſe tenebat emptos ſuper dicta Terra ex eo, quod nõ poterat donare filiis primi matrimonij pluſquam duc. 22000. quia conſimilem ſummam donauerat filiis ſecundi matrimonij *fol. 32. à terg. lit. B.* qui introitus fiſcales aſcendebant ad ſummam annuorum duc. 513. quos legauit dictus D. Franciſcus D. Vinc. filio ſecundi

matri

matrimonij, *fol.* 33. *litera* C. & prætendente dicto D. Ioanne eſſe ſibi inter alia debitos dictos ann. ducatos 513. dictorum fiſcalium vigore dictæ donationis etiam pro præterito, ac etiam dictos ducatos 2000. ſuper omnibus bonis dicti eius patris, ſeruata forma dictæ donationis, de quibus aderat lis in Sacro Conſilio *fol.* 33. *littera* D. deuenerunt ad tranſactionem cum dictis fratribus ex ſecundo matrimonio, qui ceſſerunt dicto Don Ioanni pro omnibus prætenſis per ipſum annuos ducatos 280. pro capitali ducat. 4000. de ſumma dictorum fiſcalium ſuper dicta Terra Iugliani *fol.* 35. *à terg. litera E.* & e contra dictus Don Ioannes renunciauit omnia iura competentia ſuper Terra Tollæ vti primogenito *fol.* 36. ac etiam tertias reſtantium ducatorum 3000. donatorum contemplatione matrimonij, vt ſupra decurſas, & omnes portiones ex dotibus maternis, & auernis, ac etiam dictos ducatos 2000. donatos poſt mortem ipſius Don Franciſci *fol.* 37. *in ſigno* †. Hinc igitur liquet dictos ducatos 4000. fiſcalium fuiſſe ceſſos in ſatisfactionem maioris ſummæ eidem debitæ pro cauſis prædictis, non autem ex cauſa renunciationis hæreditatum dictorum fratrum, & dicti Don Antonij deuoluendarum.

Dicimus ſecundò, quod prædicti duc. 4000. fiſcalium peruenerunt ad Don Indicum non vti hæredem dicti Don Ioannis patris, ſed Don Ferdinandi eius fratris, cui fuerunt legati per dictum Don Ioannem patrem, *fol.* 29.

9 Præterea eſto, citra veri præiudicium, quod dicti duc. 4000. fuiſſent ceſſi ex cauſa dictæ renunciationis, & quod peruenniſſent in Don Indicum hæredé, adhuc nil eidem Don Indico obſtaret quin venire poſſit ex propria perſona ad ſucceſſioné dicti Don Antonij, cum Don Ioannes renuncians prædeceſſerit, & ſic euanuit illius renunciatio dictæ hæreditatis ſibi deferendæ, cum nunquam fuerit ei delata: vndè poteſt dicere Don Indicus quòd eius pater non renunciauit, dum non habuit effectum dicta renunciatio, ſic reſpondet Marant. *dicta diſputat.* 10. *num.* 13. qui dum *num.* 5. allegaſſet Napodan. pro contraria opinione loco citato, deinde *num.* 38. dixit, eſſe nouam fantaſiam Napodan. & quòd communis opinio eſt contra ipſum, ipſiúſque rationibus occurrit numeris ſequentibus, hanc etiam opinionem, reprobata Romani late tuetur Morotius *dicto conſil.* 22. *num.* 3. vbi dicit communiter reprobari Viuius *dicta deciſion.* 211. *numer.* 5. Roland. à Vall. *conſil.* 11. *lib.* 1. Suarez *in dict. leg. quoniam in prioribus, limit.* 4. *ſub num.* 7. qui dicit, hanc eſſe veriorem, & magis communem, idem ampliat. 10. *num.* 62. vbi additio citat Conarr. Guttier. Tiraquell. Molin. Gomeſ. Menoch. & alios eiuſdem ſententiæ ſectatores, Molin. *dict. quaeſt.* 84. *num.* 13. *de rit. nupt.* & quod hæc opinio ſit magis recepta, & communior apud omnes ferè mundi Doctores, & apud vniuerſa Tribunalia teſtatur Fōtanell. *tom.* 2. *de pact. nuptial. clauſul.* 9. *gloſ. vnica, part.* 1. *num.* 60. & ſecundum eam fuiſſe iudicatum pluries in his Sacris Prætoriis refert Dominus de Franchis *dict. deciſion.* 67. vbi *ſub num.* 7. *verſic. & ſtantibus*, reprobat Roman. & Napodan. & illorum ſequaces, prout in ſpecie eum etiam reprobat Dominus de Ponte *conſil.* 40. *num.* 6. *lib.* 1. & Addentes in dicta conſuetud. *Si moriatur, ſub num.* 39. licèt ex alio Napod. doctrina hic non poſſit applicari, quia loquitur quando concurrũt cum nepote filij patris, vel patrui, quibus renunciauit pater dicti nepotis, vt ibidem Pitanell. *fol.* 90. prout aduertit ſimiliter Dominus Taſſonus *dicta obſeruation.* 1. *numer.* 51. *fol.* 356. quod non eſt in caſu noſtro.

D. Reg. de Marinis Allegat. collect.

Hanc etiam communiſſimam opinionem reprobata Romani, & aliorum contrarium ſentientium, latiſſimè comprobat Iacobus Cancerius *dict. lib.* 3. *tit.* 15. *de renunciation. à num.* 47. *cum ſeq.* Sanchez *dicto lib.* 7. *cap.* 7. *n.* 43. *in ſumma*, Caputus *dict. part.* 3. §. 5. *num.* 3. *& ſeq.* Caſtill. *deciſion.* 189. *à numer.* 10. Antonius Faber *in Codic. dict. lib.* 2. *tit.* 3. *definit.* 1. & 14. Gaſpar. Antonius Theſaurus *d. lib.* 2. *quaeſt.* 90. *num.* 11. *&* 12. Gallerat. *de renunciation. lib.* 2. *cap.* 5. *numer.* 28. Dominus Præſidens Amatus *dict. conſ.* 15. *num.* 13. & magis communem dicit Dominus Regens Rouitus *dict. conſil.* 23. *num.* 24. vbi latiſſimè eam tuetur, & ſecundum eam ſemper fuiſſe iudicatũ Sacro Conſilio in refert numero ſeq. ſic etiam deciſum fuit per idem Sacrum Conſilium in cauſa D. Vincentij de Montibus, vt refert Thorus, *tom.* 2. *compend. verbo, Succedere, fol.* 670. vbi ſunt etiam impreſſæ Allegationes pro hac parte, in qua renunciatione aderant clauſulæ ampliſſimæ, & promiſerat etiam pro filiis venientibus ex propria perſona, vt colligitur ex alienationibus prædictis doctiſſimi D. Parthenij Pitagnæ.

Et tandem pro coronide, libet repetere deciſionem in cauſa Elionoræ Brancatiæ, vbi aderat renunciatio matris, dote recepta a fratribus cum promiſſione de non contraueniendo, & quod nec etiam filij poſſint contrauenire ex propria perſona, & ſi contrauenirent reſtituere omne totum, &c. vt aduertit Molfeſius *dict. tom. quaeſtion.* 5. *de renunciation. poſt numer.* 18. & cernitur ex Allegationibus Domini huius cauſæ Commiſſarij tunc Aduocati dictæ Elionoræ inſertis in dicto tractatu de antephato, *verſic.* 5. *obſeruat.* 1. *fol.* 353. præſertim *num.* 44. quibus non obſtantibus, quia mater prædeceſſit, fuit admiſſa filia ex propria perſona per Dominos Arbitros, & deinde confirmatum per Sacrum Conſilium, vt ibidem *num.* 51. *in fine*, refert, Quare ſi fuit iudicatum toties in fortioribus terminis, temerarium videtur in re tam clara obiectiones, aliàs reſolutas, ac reiectas per Sac. Conſ. in ſimilibus iterum opponere, vt hinc, vndiquè conſtet, dictum decretum præambuli eſſe interponendum in beneficium dicti Indici, excluſis aliis ex aduerſo prætenſoribus. 11

Illud etiam non prætermittendum, quod etiam ſi viuus eſſet Don Ioannes, qui concurreret ad dictam ſucceſſionem, nec etiam excluderetur ſtante enormiſſima læſione dictæ renunciationis, cum dicta hæreditas aſcendat ad ducatos quindecim mille, iuxta aduerſariorum prætenſionem, & ſic ei nec officeret, vt docet Maranta *dicta diſput.* 10. *num.* 42. Anton. Amat. *reſolut.* 23. *n.* 14. *vbi alios refert.* 12

Vnde meritò per Mag. C. iunctis Aulis ſub die... menſis... 1633. fuit deciſum, quod expediatur decretum præambuli in beneficium Don Indici, aliis penitus excluſis; & demùm per S. Conſ. pariter iunctis Aulis fuit confirmatum hoc anno 1635. die 13. Iulij penes Strina actum Magiſtrum.

Lelius Gyptius.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſeries proponitur.*

2 *Legatum annuum morte legatarij finitur, nec ad hæredes tranſit.*

3 *Legatum annuum aſſimilatur legato vſusfructus.*

4 *Legatum*

4 *Legatum annuum tranſmittitur ad hæredes in tribus caſibus, & qui ſint.*

5 *Legatum annuum pro primo anno eſt purum, pro ſequentibus eſt conditionale.*

6 *Prohibitio alienationis facta hæredi nominatim non includit, hæredem hæredis.*

7 *Legatum annuum pro legitima relictum, an tranſmittatur ad hæredes.*

8 *Teſtatoris verba quando, & qualiter declarationem admittant.*

9 *Subrogatum non ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur, quando ſunt inter ſe diuerſæ naturæ.*

10 *Legatum annuum factum à Patre in legitimam, quando imputetur.*

11 *Debitum conuerſum in alterum debitum, primum extinguit, nec ſecundum aſſumit naturam illius.*

12 *Alimenta, & vita militia non tranſmittuntur in hæredes ſecundi geniti, & quare.*

13 *Dictio* vltra *quid indicet in præſenti, quid augeat, quid declaret in legato.*

14 *Dictio* vltra *quando repetat qualitates & conditiones, latè oſtenditur.*

15 *Liquidatio legitimæ, & patrimonij, quod ius afferat Partibus, & quando.*

16 *Approbatio actus præcludit viam amplius veniendi contra eum.*

17 *Legatũ in teſtamento relictũ acceptans non poteſt amplius illud impugnare.*

18 *Coniecturæ plures adducuntur in facto pro deciſione articuli.*

19 *Inductum ex coniecturis, contrariis coniecturis eliditur.*

20 *Clerici quando, & qualiter bona conſeruent in familia.*

21 *Vitalitiũ legatũ qualiter eſſe cognoſcatur.*

22 *Æqualitas inter filios ſemper à lege præſumitur per patrem conſiderata.*

23 *Æqualitas inter filios, vt ſeruetur, minoratur legatum.*

24 *Argumentum valet ab æqualitate ſeruanda.*

25 *Teſtatoris voluntas ſemper præſumitur rationabilis.*

26 *Magis dilectus præſumitur ille, qui eſt melioris conditionis.*

27 *Coniecturæ in facto conſiſtentes pro præſumendo legato vitalitio.*

ARGVMENTVM.

Legatum annuum an, & quando aſſimiletur legato vſusfructus &, an, & quando ad hæredes tranſmittatur. Per quas coniecturas arguatur vitalitium; per quas verò perpetuum. Quid ſi pro legitima ſit relictum; quid ſi pro vita militia, & bonis maternis. Regula, de ſubrogato, quod ſapiat naturam eius in cuius locum eſt ſubrogatum. Qualiter procedat dictio *vltra*, quando repetat qualitates, & conditiones. Pater in dubio ſemper præſumitur ſeruare inter filios æqualitatem.

ALLEGATIO CX.

IOANNES Antonius Carmignanus ſex 1
habens filios maſculos, videlicet Camillum, Ioannem Iacobum, Ioan. Alfonſum, fratrem Ioan. Mariam, Ioan. Aloyſium, & Ioan. Hieronymum, ac ſeptem filias feminas, in menſe Octobris 1578. ſuum vltimum condidit teſtãmentum, in quo hæredem inſtituit dictum Camillum, & hæredem particularem ſuper omnibus bonis feudalibus ſiſtentibus in Baronia Auellæ dictum Ioan. Iacobum, reliquit etiam fratri Ioan. Mariæ omnia bona burgenſatica, ſiſtentia in dicta terra Auellæ, ac domum ſitam in hac ciuitate, ſua vita durante tantùm, deditque illi poteſtatem diſponendi de dictis bonis cui melius ipſi videbitur ex filiis, & deſcendentibus ſuis, & Ioanni Alfonſo reliquit legitimam tantùm, & ſic etiam Io. Aloyſio, & grauauit Ioannem Iacobum, vt daret Io. Hieronymo duc. mille ſub iſtis, verbis, *con lo peſo che detto Gio. Giacomo ſia obligato di pagare à Gio. Gieronymo Carmignano duc. mille, il quale peſo voglio che ſi poſſi eſigere da dette robbe feudali, vt ſupra laſſati al detto Gio. Giacomo:* Poſtmodum reliquit, etiam dicto Io. Hieronymo annuos ducatos centum ſub iſtis verbis.

Item à Gio. Geronymo mio figlio laſcio che per ragione di legitima dote materna, & per qualſiuoglia altra ragione, che li poteſſe competere ſopra detta mia heredità, che detto Camillo mio figlio ſia obligato darli annui ducati cento, oltre li detti ducati mille che detto Gio. Giacomo l'hauerà da dare: cumque dictus Ioannes Antonius cum hac voluntate deceſſiſſet, dictus Camillus pro exèquutione dictæ voluntatis per plures annos dicto Io. Hieronymo dictos ducatos centum ſoluit.

Tandem dictus Hieronymus prætendens dictum legatum non extingui eius morte, ſed eſſe perpetuum & ſic tranſitorium ad ſuos hæredes, in anno 1592. inſtitit in S. C. condemnari Camillum ad ſoluendum ei ſingulis annis in futurum dictos ducatos centum, & pro illis ei aſſignari certum corpus ex bonis dicti Camilli, nec non declarari dictum legatum non aliter extingui ipſius morte, ſed eſſe perpetuũ, & ſic trãſitorium ad eius hæredes, vt ex ſupplicatione *fol.* 1. Hoc autem (partes D. Alexandri Carmignani filij & hæredis quondam Camilli, tuendo) quantum ſit à veritate alienum ac Iuri, & rationi contrarium ex infra dicendis non obſcurè demonſtrabitur.

Pro huius igitur tam notoriæ Iuſtitiæ elucidatione prænotandum eſt hoc legatum factum in beneficium dicti Ioan. Hieronymi eſſe annuum, quod à Parte non negatur, cùm adſint clariſſima verba teſtatoris, ibi *che detto Camillo ſia obligato darli annui ducati cento:* ex quibus verbis concipitur legatum annuum, vt per totum titulum *ff. & C. de ann. leg.*

Legatum

2 Legatum autem annuum morte legatarij finitur, & non tranſit ad eius heredes, provt ſunt clara iura *in l.4 l.in ſingulos, ff.de ann.legat. l.cum Titio, ff.ad l.falcidiam,cum aliis concordant.* cum enim legatum annuum pro primo anno ſit purum, pro ſequentibus verò conditionale, nempe ſi viuat legatarius, & hæc conditio inſit in dicto legato annuo, merito mortuo legatario, legatum ad eius hæredem non tranſmittitur;nam legatum conditionale non tranſit ad hæredem *l.vnica, §.ſin autem aliquid ſub condi-*
3 *tione, C.de caduc.toll.* & legatum annuum aſſimilatur legato vſufructus, quorum vtrumque morte legatarij extinguitur, *vt per tex. in dict. l. in ſingulos, & l.patrimonij, ff.de vſu, & vſufruct legat.* Solummodo enim in tribus caſibus legatum annuum tranſmittitur ad hæredes.

4 Primus quando teſtator id expreſſit, vbicunque enim teſtator reliquit legatum certæ perſonæ, & eius hæredibus, legatum ad omnes hæredes legatarij in infinitum tranſit, vt per tex. *in l.annalibus. C. de legat.*

Secundus eſt, quando in legato adeſt præfinitio temporis, vt puta ſi teſtator dicat, lego annuos ducatos centum per viginti annos;nam tunc omnium annorum vnum legatum eſt, & in plures portiones diuiſit teſtator exonerandi hæredis gratia, ne ad totius ſummæ ſolutionem vnica præſtatione vrgeretur, & tunc decedente legatario intra tempus præfinitum, etiam futurorum annorum legatum ad hæredem ſuum tranſmittit, *l.nec ſemel, §.ſed, & ſi quot annis, l. ſi cum præfinitione, §.ſi vero,* & *l.firmio, §.pater, ff. quando dies leg.cedat.*

Tertius caſus eſt, quando ſit aliquod legatum annuum in beneficium alicuius Ciuitatis vel Eccleſiæ, & tunc an ſit perpetuum vel duraturum vſque ad centum annos controuertunt Doctores, provt latè Couar. *variar.reſolut.lib.3.cap.9.n.10.cum ſeq.* & Marta *in ſumma ſucceſſ.tom.2.par.3.q.18.art. 12.num.77.*

5 Nullus autem horũ eſt caſus noſter, ſed ſimplex legatum annuum, quod pro primo anno eſt purum, pro ſequentibus verò conditionale, & extinguitur cum morte legatarij, *l.ſi in ſingulos 4 ff.de ann.leg. & l.in ſingulos 8.eo.tit.* cum aliis in propriis terminis congeſtis per D.Præſidem Amatum *conſ.81.n.1.& ſeq.* qui conſuluit in hac cauſa, ſatis doctè, & eruditè, quod procedit in caſu fortiori vbi teſtator legauit aliquid annuum in perpetuum nominato legatario;nam adhuc legatum annuum in perpetuum reſtringitur, donec vixerit legatarius, quia diſpoſitio fuit perſonalis, ideò cum perſona extinguitur
6 *l.Lucius Sempronius, ff. de legat. 3.* vbi Bart. notat, quòd prohibitio alienationis facta hęredi nominato non includit hæredem hæredis, provt etiam notat Alex. *in conſ.56. vol.1.* Iaſ. *in l. filiusfam. §. diui, n.151.de leg.1.* & Ripa *ibidem n.3. eſtque communis opinio.* vnde multò magis hoc procedet in legato annuo quod de ſui natura cum perſona legatarij extinguitur, & dictio illa in perpetuum habet plures ſignificationes, & reſtringitur ſecundum ſubiectam materiam, Rip. Crot. & Parpal. *in l.1, ff. ſol. matr.* & Barbat. *in conſ.20.col.2.vol.4.* & ex iſtis ita in ſpecie tenuit Marta *dict.loco, n.75. & 76.*

Igitur nullus remanet dubitandi locus hoc legatum tanquam annuum morte Io. Hieronymi extinctum fuiſſe, nec aliter ad eius hæredes tranſmitti potuiſſe.

7 Pars quæ videt hoc eſſe ineuitabile, ex duobus hoc legatum eſſe perpetuum opinatur. Primò quia illud fuit relictum pro legitima, dotibus maternis, & omni Iure, quod in hæreditate teſtatoris poſſet Io.Hieronymo competere; vnde cum legitima, & portio dotium maternarum ſint ad hæredes tranſmiſſibiles, legatum illud nequaquam cum vita legatarij finiri prætendit, quia aſſumit naturam eius in cuius locum ſubrogatur, item quia cum legitima non in ſolis fructibus ſit præſtanda, ſed in vſufructu, & proprietate, legatum annuum factum propter legitimam non debet intelligi ad vitam loco fructuum, ſed ſecundùm naturam legitimæ, vt in plena proprietate, & perpetuo ſit præſtandum ex Anchar. & aliis. Secundò ex voluntate Io. Antonij teſtatoris quam deducit ex tribus. Primò ex eo quod ſpectabat ad Ioannem Hieronymum in bonis paternis, & maternis, quod prætendit aſcendere ad duc. ter mille, & ſex. vt fol. 128. vnde non ſit veriſimile, quod voluerit legare dictos annuos ducatos centum vitalitios, valoris ducatorum quingentum in excluſionem dictæ quantitatis illi debitæ. Secundò ex diſpoſitis in teſtamento nam, vbi voluit Io. Antonius teſtator legare vita durante legatarij expreſſit, & tamen in legato facto dicto Io. Hieronymo dictorum annuorum ducatorum centum nihil dixit. Tertiò ex qualitate ipſius Io. Hieronymi, quia erat filius natus minimus, & cæteris pauperior, & ſic cum tranſmiſſibilitas dicti legati dependeat ex voluntate teſtatoris, ex iſtis voluntatem dicti Io. Antonij faciendi legatum perpetuum non vitalitium, arguit.

Sed licèt vbi verba teſtatoris ſunt clara non ſit 8
admittenda voluntatis quæſtio, *l.ille aut ille, §.cum in verbis, ff.de leg.3. l.iam hoc iure, verſic. hoc itaque,* vbi Bart. *ff.de vulg.& pupil.nec ſit locus coniecturis, Angel.in conſ.595.n.5.* & ita credi debet voluntas teſtatoris quando eius ſenſus ex ſcriptura manifeſtus redditur *l.ſi pluribus, ff. de leg.1.* & ita credi debet voluntas teſtatoris, provt verba ſonant. Bal. *in l.ſi arrogator, n.27. de adopt.* & tali caſu non indigemus gloſ. ad explicandam diſponentis intentionem, Bal. *in conſil.343.col.2. vol.1.* & ſilent Aduocatorum cautilationes. Bal. *in conſ.174. in fin.vol.2.* nam non poteſt allegari voluntas defuncti contra illius verba, Alex. *in conſ.170.num.1.vol.5.* & latè probat Mantic. *de coniect. vlt. volunt.lib.3. tit.4. num.4. & ſeq.* & quando verba ſunt clara eorum attenditur proprietas, etiam ſi actus redderetur nullus, latè Menoch. *in conſ.97.n.41.* vnde cum Ioannes Antonius teſtator annuum legatum in beneficium Ioannis Hieronymi fecerit, quod ex ſui natura ſecundùm Iuris regulas non eſt tranſmiſſibile ad hæredes ſed morte legatarij extinguitur, omnino illud taliter declarandum eſſe. Sed priùs coniecturas illas non obſtare clariſſimè fundabimus.

Primum autem ſuper quo dictus Carolus nititur 9
non eſt ſubſiſtens, ſiquidem non ex eo quod dictũ legatum annuum loco legitimæ ſubrogatur, erit perpetuum; nam regula ſubrogatorum non habet locum quando ſit rei diuerſæ naturæ *l.cum in fundo, §.ſi fundus.de iur. dot.* Bart. *in l. pater filium col.pen. verſ.non obſtat quod ius agendi, ff. de iniuſt. rup.teſt.* Socc. *in cap.veniens, num.15. de accuſ.* Socc. iun. *in conſ.24.num.27.vol.3.* Rub. *in l.penultima, §.ad crimen.num.186 ff de publ.iud.* Cephal. *in conſ.20.n.14.* inde intrepide Surd. *de alim.tit.5.q.1.* voluit quod alimenta ſubrogata loco legitimæ non tranſmittuntur, ſed morte alimentarij iuxta illorum naturam finiuntur, quia ſunt diuerſæ naturæ cum legitima.

Redditur autem hoc indubitatum, nam quotieſcunque pater reliquit filio vſumfructum, alimenta, 10
vel quantitatem annuam, quæ omnia ſui natura extinguntur morte, tunc non cogitur filius tale relictum acceptare, quia poterit dicere velle legitimã in

in proprietate; at ſi relictum acceptat, non ob id tale relictum mutat naturam, nec fit perpetuum, ſed in ſua propria natura manente imputatur in legitimam filio, & fit extimatio illius iuxta computationem *leg. hereditatum,ff.ad leg.falcid.* ſic poſt Bart. *in leg. in 4. num.* 10. Dec. *num.* 170. Rip.*num.* 140.*ff.ad leg. falcid.* Pariſ. *conſ.* 1.*num.* 89. *libr.* 3. Gabr.*conſ.*109. *ſub num.* 11. *lib.*1. Surd. *de alim tit.* 9. *quæſt.* 34. & ex aliis decidit Rot.Roman. apud Ludouit.Summum Pontificem *deciſ.* 186. *per totam omnino videndam,* poſt Seraphin. & alias deciſiones ibidem relatas per Oliuer.Beltram. *in addit. ad dictam deciſionem*, quibus addo Menoch. poſt Cap. Beroi. Crauet. & alios *conſ.* 1179. *num.* 21. 22. *vol.* 11. ſequitur quoque alios citans Merlin. *de legitim. lib.* 5. *tit.* 3. *quæſt.* 8. *numer.* 4. & ſi facta imputatione non ſufficit aget ad ſupplementum,vt dicunt omnes ſupra citati. Nec dicatur, quod præcitati DD. loquuntur in legato vſusfructus, quia vtrumque legatum ſcilicet vſusfructus, & annuum parificantur in hoc, quod extinguuntur morte legatarij,vt in terminis D. Rouit.*conſ.*36.*num.* 3.*lib.*1. & ſupra fundauimus.

11 Inſuper quando vnum debitum conuertitur in alterum, tunc primum extinguitur, & ſecundum non aſſumit illius naturam, prout voluerunt Bart. & alij *in leg. ſingularia,in fine,ff.ſi cert pet.*vnde,& ſi legatum fuerit conuerſum in legitimam, & in dotem maternam, non aliter naturam illorum aſſumet, ſed ſatisfaciens, legitimam, propriam cum vita extinguibilem retinebit,& ſatis vrget ratio per Surd. ponderata,quod debitum legitimæ, & dotis maternæ videtur nouatum, ſiue extinctum per dictum legatum annuum,ſed priuilegia primæ actionis non cenſetur repetita in actione nouante, vt voluerunt Din. Bart. & alij *in leg.aliam,ff.de nouat.* Angel.*in conſ.*31.*num.*7. igitur dictum legatum annuum eſt per mortem Io. Hieronymi extinctum,quia natura legitimæ non aliter transfuſa fuit in dictum legatum annuum.

12 Et hanc Partem in alimentis ſecundogeniti dixit Surd.tenere gloſ.& Iſer. *in conſtit. Regni incip. Comitibus,*quod alimenta, ſeu vita militia ad hæredes non tranſmittuntur per ſecundogenitum; ſed cum illius morte extinguuntur, id ipſum etiam dicit tenere Afflict.*in deciſ.*252.*num.*5. & Tiraq. de *iure primogen. q.*74.*num.*1. dictamque opinionem ſibi magis placere affirmat ac Doctores qui in contrarium allegantur in diuerſis terminis loqui, & quod ſubrogatum non ſequatur naturam ſubrogati, vbi rei ſubrogatæ diuerſa in eſt qualitas,aut alia differentiæ ratio, voluerunt Aret. *in conſ.*105.*numer.*17.*vol.*1. Pariſ.*conſ.* 49.*num.* 8.*vol.*3. Natt.*conſ.*638.*numer.*41.Menoch. *conſil.*168.*n.*21.& alij quos refert,& ſequitur Giorb. *dec.*83.*num.*14.& eſt tex.*in d.l.cùm in fundo,§.ſi fundus,ff.de iur.dot.& in leg.* 1. *§.ſi quis autem,ff.de ſucceſſ.edict.* Igitur cùm diuerſa inſit qualitas in legato annuo,nequaquam illud naturam legitimæ ſequetur, ſed ſuam retinebit, quæ eſt vt morte legatarij extinguatur.

Sed hæc omnia dicta ſunt ex abundanti, quia data,ſed non admiſſa contraria opinione, illa nequaquam caſui noſtro applicari poterit, in hoc enim teſtamento Io. Antonij non tantum hoc legatum annuum legitur,ſed aliud legatum ducatorum mille ſimiliter factum in beneficium dicti Io.Hieronymi.

13 Et licèt in illo non adiecerit teſtator pro legitima portione materna, & pro omni eo etiam, prout expreſſit in legato iſto annuo,attamen omnia illa verba expreſſa in legato annuo cenſeri repetita in legato ducatorum mille, ſatis clarè deſumitur ex illis verbis, *oltre li detti ducati mille che detto Gio. Giacomo l'hauerà da dare.*Dictio enim illa *vltra*, eſt repetitiua præcedentium, vnde ſi fiat legatum ducatorum centum vltra dotem ducatorum ducentum, cenſetur dos incluſa in huiuſmodi legato propter dictionem illam, *vltra*, quæ eſt repetitiua præcedentium,ita vt expreſſe de nouo inducatur legatum quaſi duplex ſit relictum,ita Bal. *in leg.ſi vltra, circa medium.C.de fideiuſſ. & mand.* Pariſ.*conſ.*45.*num.* 8. *&* 9.*lib.*2. & alij quos refert, & ſequitur Grat. *diſcept. forenſ.c.*116.*num.*29.*&* 41.*& eſt textus in l.cum filius, §.pater cum filia,ff.de leg.* 2. quem dicit notabilem in huiuſmodi caſu Socc. *in conſ.*92.*col.*8.*num.* 8. *in fine, lib.*2. Peregrin.*de fideicomm. art.*16.*numer.*18.*&* 19. Socc.Iun. *conſ.*107.*numer.*8.*lib.*3. & Amatus *d.conſ.* 81.*in fine,numer.*29.Et quamuis hæc dictio *vltra*, ad beneficium dicti Caroli ponderetur ſub prætextu, quod repetat omnes qualitates, & conditiones præcedentis legati, quapropter cùm legatum duc. mille, quod præcedit hoc legatum annuorum ducat. centum,non poſſit dici vitalitium,ita neque vitalitium dicatur, dictum legatum annuorum ducatorum centum.

Tamen niſi mea me fallat opinio, hæc eſt maxima 14
deceptio;nam illud quod dicitur de dictione *vltra*,vt repetat qualitates,& conditiones,non procedit quando ſumus in diuerſitate rerum legatarum,& ambo legata ſunt ſeparata,& continent orationem perfectam, & eidem perſonæ ſunt relicta, tunc enim non conſiderantur dictiones repetitiuæ, ſed ſecundum legatum remanet purum abſque vlla repetitione conditionis, & qualitatis in primo appoſitæ. Bart. *in leg. repetendis,col.*2.*verſ. quandoque eſt identitas perſonarum, ff. de leg.*3.Ceph. *conſ.*528.*num.*36.*lib.* 4. Mant.*de coniect.vltim.volunt.lib.*10.*tit.*6.*numer.*33.Bal.*conſ.* 153. *lib.*5.Alex.*conſ.*3.*num.* 25.*lib.*8. & alij quos refert & ſequitur Grat. *diſcep.foren.cap.*937.*num.*3.*&* 4.Menoch.*lib.*4.*Præſumpt.*180.*num.* 13. quod multo magis procedit in hoc caſu in quo inter vnum, & alterum legatum adſunt alia legata in medio. Ac etiam quando reſultaret aliqua abſurditas vel incompatibilitas,prout voluit Cuman. *conſil.* 112. quem ſequitur Peregrin. *de fideicommiſſ.art.*16.*num.* 18. prout eſſet in hoc caſu, in quo legatum annuum fieret perpetuum.

Item dicta repetitio locum non habet quotieſcumque eſſet appoſita dictio illa per modum cumulationis non diſpoſitionis. Dec. *in l actione,numer.* 9.*C.de tranſaction.* Gratian.*c.* 116. *numer.* 39.*diſcep. forenſ.* & in aliis caſibus per Gratian. ibid. relatis. In caſu autem noſtro fuit appoſita dictio illa *vltra*, non per modum diſpoſitionis, ſed cumulationis, igitur nequaquam repetet *inſuper*,dictio *vltra,ſupra,amplius* & ſimilia faciunt de earum natura includere in diſpoſitione illa,ad quæ referuntur, non autem, quod qualitas eorum quæ determinant ſubintelligatur in ſequentibus, vt pulchrè docet Corn. omnino videndus *conſ.*13.*numer.*8.*lib.*1. vnde ſi fuerit dictum vltra dotes promitto centum, non indicant centum eſſe dotes,& ſic cum teſtator dixerit lego annuos ducatos mille, non indicant dicti annui duc centum, vt non ſint vitalitij,ſicuti duc. mille, ſiquidem illa verba *vltra hos mille*, ſunt appoſita ad oſtendendum quod illi mille non debent in legato annuorum centum computari,ita Dec.*in d.l. act.n.*9. *C. de tractation.* Gratian. *d.c.*116.*n.*39. Tandem nec in legato duc. mille adeſt qualitas perpetuitatis expreſſa, imò concurrunt voluntatis teſtatoris plures coniecturæ, excludentis dictam qualitatem,vt infra fundabimus.

Secundum vero reſpectu coniecturarum volun- 15
tatis dicti Ioan. Antonij, ex quibus dictum legatum perpetuum eſſe prætenditur, nec pariter ſubſiſtit, imò in contrarium retorquentur. Ad quas remouendas

nendas aduerto quoad primam coniecturam quantitatis dictæ legitimæ duas fuiſſe factas relationes pro liquidatione Patrimoniorum Io. Antonij, & Potentiæ, vnam a Paulo Sciarretta, qui deductis duc. 1367. onerum, dicit patrimonium Ioannis Antonij aſcendere ad ducatos 23176. 4. quibus diuiſis in treſdecim partes, cùm treſdecim ſint filij, dicit portionem cuiuſlibet aſcendere ad duc. 1582. 4. & cum legitima ſit medietas eius, quod quis fuiſſet habiturus ab inteſtato, liquidat legitimam in duc. 891. *fol. 99. à terg.*

Videns autem dictus Carolus ceſſare iuxta dictam liquidationem omnes eius prætenſiones, procurauit poſt multos annos committi alium calculum cum diſtinctione bonorum Io. Antonij, & Potentiæ, & ſic commiſſus fuit Scribæ cauſæ *fol. 119. à terg.* de dicta autem relatione nullam eſſe habendam rationem ſatis clare fundatur, ex pluribus in nota facti particulari tradita dominis.

Sed hic tantùm conſideratur, quod liquidatio dictorum patrimoniorum fuit facta a dicto Io. Hieronymo, patre, cuius Io. Hieronymus eſt hæres virtute tranſactionis *fol. 27. & 132.* & ideò non poteſt ad præſens aliud prætendere, aggregando dicta bona in Patrimonio Potentiæ, & aſſerendo burgenſatica fuiſſe valoris duc. 8370. hoc enim eſſet venire contra factum dicti Io. Hieronymi, quod impugnare non poteſt ex *vulg. l. cùm à matre, C. de rei vend.* & data eius prætenſione pro vera, annullaretur tranſactio facta inter dictos fratres, dum portio Io. Alfonſi, & Io. Aloyſij eſſet longe maior, eſſetque in dicta tranſactione enormiſſima eorum læſio ſufficiens ad reſcindendam dictam tranſactionem.

Præterea Io. Antonius in eius teſtamento diſpoſuit tam de dictis feudalibus, quam de burgenſaticis, & bona feudalia reliquit Io. Iacobo eius filio primogenito, quem grauauit, vt daret dicto Io. Hieronymo ducat. mille, & burgenſatica reliquit fratri Ioanni Mariæ, vt eſſet de illis vſufructuarius ſua vitâ durante, & poſt eius mortem poſſet diſponere in beneficium eius fratrum, & deſcendentium ab eis, quibus ipſe voluerit, qui in beneficium filiorum dicti Io. Hieronymi diſpoſuit de duc. tribus mille.

Vnde ſtante dicta diſpoſitione dictorum bonorum facta à dicto Io. Antonio, acceptata à dicto Io. Hieronymo, & Carolo dum vigore dictæ diſpoſitionis conſequutus fuit dictus Io. Hieronymus ex feudalibus ducatos mille, & dictus Carolus ex burgenſaticis ducatos mille, non poteſt amplius illam impugnare, prætendendo dicta bona fuiſſe Potentiæ, & non Ioannis Antonij diſponentis; eo magis, quia conſequutus fuit maiorem portionem illa, quam ipſe dicit ſpectauiſſe dicto Io. Hieronymo pro bonis maternis, dum ſecundùm eius computum dicta portio eſſet ducat. 1670. *fol. 28.* & habuit ducat. tres mille; vbicunque enim quis aliquid approbauit, non licet ei amplius reprobare *l. Pomponius ſcribit, ff. de neg. geſt.* Zecc. *conſ. 3. n. 35.* Ozalc. *deciſ. pedem. 62. num. 18.* & teſtamentum nullum ob præteritionem filij ſola illius approbatione conualidatur, *l. filio præterito*, vbi DD. *ff. iniuſt. rupt. teſtam.* facit etiam text. *in l. quidam cum filium, ff. de hæred. inſtit.* vbi hæres qui teſtatori promiſit ſoluere legatum non poteſt illud impugnare, quod ſequuntur Bart. Alex. & alij *in l. nemo poteſt, ff. de leg. 1.* & regulare eſt, quod acceptans legatum ſibi factum in teſtamento non poteſt amplius illud impugnare, *l. ſi pars iudicantium. §. illud*, & *l. nihil intereſt, in princ. ff. de inoff. teſtam. l. poſt legatum, in princ. ff. de his quibus vt indig.* igitur cùm dictus Carolus habuerit du-

16

17

catos tres mille ex bonis burgenſaticis Anellæ, vigore diſpoſitionis factæ à dicto fratre Io. Maria, vigore poteſtatis ſibi attributæ à dicto Io. Antonio, quo caſu non à fratre Ioanne Maria, ſed a Ioanne Antonio habuiſſe videtur per tex. *in l. vnum ex familia, § ſi falcidia. ff. de leg. 2. vbi gloſ. in verbo debet*, non poteſt amplius dictam diſpoſitionem impugnare, prætendendo dicta bona fuiſſe materna, & ob id inualidare diſpoſitionem dicti Ioannis Antonij.

Quare, tum quia Carolus non eſt in probatis circa qualitatem, ac valorem bonorum Potentiæ, tum quia fuerunt omnia liquidata inter ipſos fratres inſimul cum d. Io. Hieronymo eius patre, ac etiam quia dictus Ioannes Antonius diſpoſuit de dictis bonis tanquam propriis, & ex dicta diſpoſitione acceptata a Io. Hieronymo, & Carolo conſequuti ſunt maiorem portionem; ceſſat dictum fundamentum Caroli.

Conſtat enim ex ſupradictis, & euidenter apparet, dictum Ioannem Hieronymum aliud non potuiſſe prætendere, niſi legitimam iuxta calculum Sciarrettæ duc. 891. pro qua cùm habuerit ducatos mille vltra annuos duc. centum, & ſic plus eo, quod ad illum ſpectabat, nullo modo prætendere poteſt legatum annuum ducator. centum fuiſſe contra illius naturam perpetuum, & non vitalitium.

Sed vt Dominis Senatoribus luce clariùs innoteſcat iuſtitia conuenti, dato, ſed non admiſſo bona burgenſatica Potentiæ fuiſſe valoris duc. 8350. deductis duc. quatuor centum prælegatis Io. Hieronymo, & Io. Alfonſo, adhuc autem ceſſat coniectura voluntatis reſpectu bonorum pro arguendo legato perpetuo, nam de dictis duc. 8350. debebant fieri treſdecim partes, dum erant tempore mortis Potentiæ treſdecim filij, nempe ſeptem maſculi, & ſex fœminæ, quibus cum patrimonium ſit tenue, habito reſpectu ad numerum filiorum, debetur portio, & non paragium, vel in beneficium earundemmet filiarum, vel patris, in cuius beneficium renunciauerunt, vnde diuidendo in treſdecim partes duc. 8350. portio vniuſcuiuſque aſcendit ad duc. 642. Et ſic ad dictum Io. Hieronymum ſpectabant ſuper dictis ducat. 8350. duc. 642. In bonis verò feudalibus, dum quinque erant filij præter dictum Ioannem Iacobum grauatum ad quemlibet ſpectabant duc. quatuor centum, nam dictus frater Io. Maria erat viuus, & ipſi etiam debetur portio, & & ſic ad dictum Ioannem Hieronymum ſpectabant duc. quatuor centum, & duc. ducentum prælegati, & in bonis patris duc. 636. pro legitima, & ita pro omnibus conſequi debebat duc. mille & octingentum octuaginta, & habuit ſatis plus, vt fuit ponderatum. Ex quibus etiam remanet ex alio reſoluta auctoritas DD. aſſerentium legatum alimentorum loco legitimæ relictum ad hæredes tranſmitti; procedit enim vbi alimenta, vel annua præſtatio ſi cum vita extingueretur non proportionaretur cum legitima in proprietate debita, quod ſecus, eſt in caſu noſtro, vt benè animaduertit D. Amat. *d. conſ. 81. num. 24.* 18

Ceſſat etiam ſecunda coniectura ex diſpoſitis in teſtamento dicti Ioan. Antonij, nam licet in legato facto ſuis filiabus monialibus expreſſerit earum vita durante, hoc ideò fuit ad euitandam prætenſionem perpetuitatis, vel vſque ad centum annos, dum relinquendo dictum legatum illis cenſebatur factum monaſterio, & ſic loco religioſo, ſic etiam reſpectu legati annuorum ducat. octo facti in beneficium Iſabellæ eius famulæ, vbi expreſſit eius vita durante, nam quia erat dictum legatum ob ſeruitia, & ſic ex cauſa oneroſa, poterat dubitari, ne ob

ob dictam cauſam eſſet perpetuum, commenſurando forſan ſeruitia facta, ideo viſum fuit d. Io. Antonio exprimere illa verba vita durante, vel vt indicaret ſuam enixam voluntatem, vt legatum deberetur etiam deſinente legataria ſeruire, ideò dixit quoad vixerit.

In legato autem facto dicto Io. Hieronymo omnia ſupradicta ceſſabant, idcircò non opus fuit id exprimere, dum ex natura eiuſdem legati veniebat extinguendum per mortem dicti Io. Hieronymi. Nec illa verba poſita, vita durante, vel non poſita, poſſunt alterare naturam legati annui, videmus enim iureconſultos in aliquibus caſibus vſos fuiſſe dictis verbis, prout *in l. à vobis, ff. de ann. leg. ibi, vxori meæ præſtetis quoad viuat, annuos centum aureos*, in alijs verò non leguntur dicta verba, & tamen ſemper deciditur legatum eſſe vitalitium, igitur illa non ſunt ponderanda pro arguendo legato annuo perpetuo.

Reſpectu verò vltimæ coniecturæ ob ætatem dicti Io. Hieronymi etiam ceſſat; nam vltra quod illa de per ſe ſola non eſſet ſufficiens ad inducendam perpetuitatem dicti legati; nam non per hoc quod pater relinquit annuum legatum eius filio minori illud legatum debet eſſe perpetuum, hæc enim eſſet limitatio ad regulam, quæ nullibi legitur in caſu noſtro, neque applicari poteſt; nam tunc poſſet talis coniectura locum habere vbicumque fiunt plura legata, æqualia diuerſis filiis, inter quos eſſet aliquis minor, tunc poſſet forſan dici, quod ratione minoris ætatis legatum illi factum eſſet præſumẽdum pinguius, quinimò iuris præſumptione Primogeniti magis dilecti cenſentur, vti probat. Amat. *d. conſ.* 81. *n.* 28. ſecus autem, vbi legatum factum minori eſt de per ſe maius alijs legatis factis cæteris filiis legatariis; prout in caſu noſtro, in quo dictus Io. Antonius pluribus legauit Io. Hieronymo quam aliis, quibus reliquit tantum legitimam, igitur nullo modo minor ætas Io. Hieronymi ponderari poteſt ad inducendam perpetuitatem in dicto legato.

19 Sed dato, & non admiſſo poſſe dictam coniecturam aliquem locum habere, vbi autem maior coniectura in contrarium adeſt, vtique illa ceſſabit; nam id quod inducitur ex coniecturis, tollitur etiam ex coniecturis iuxta *l. nihil tam naturale, ff. de reg. iur.* & *leg. non ſolùm, §. vno, ff. de rit. nupt.* Bald. *in leg. quidam, per illum tex. num.* 2. *de cond. & demonſtrat.* & idem Bald. *in conſ.* 156. *num.* 5. *in fine, vol.* 2. voluit quod, id quod venit per tacitam interpretationem facilè tollatur per quamlibet aliam coniecturam, *per leg. vlt. in princ. ff. de l.* 2. Et ideò ſicut clauus clauum trahit, ita præſumptio præſumptionem excludit *l. diuus*, vbi gl. *in verb. exiſtimari, ff. de reſt. in integ.* & præſumptio potentior contra eam excludit Angel. *in conſ.* 141. *in fine*, & fortior præſumptio vincit, latè Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 12. *tit.* 18. *num.* 6. Menoc. *lib.* 1. *præſumpt.* 30.

20 In caſu autem noſtro fortior coniectura adeſt ad præſumendum legatum vitalitium, & non perpetuum; erat enim Ioan. Hieronymus tempore dictæ diſpoſitionis clericus, & omnino credebat Io. Antonius, dum erant quinque alij maſculi, quod d. Io. Hieronymus erat permanſurus in habitu clericali, & ſic quod ſufficiebat illi habere eius vita durante dictos annuos ducatos centum; igitur ſi ex qualitate legatarij eſt arguendum an legatum annuum ſit perpetuum vel vitalitium, iuxta prætenſionem dicti Caroli, dum dictus Io. Hieronymus erat clericus, & ſic talis, qui domum non propagabat, nec bona dicti Io. Antonij per ipſum conſeruabantur, cùm bona in familia non conſeruentur per clericos, prout per Dec. *in conſ.* 158. cum alijs per ipſum adductis, & per Sanchez *in* 2. *part. ſumm. lib.* 7. *cap.* 11. *numer.* 6. & 19. omni iure dicendum eſt, tale legatum fuiſſe vitalitium, & non perpetuum.

Vt autem indubitabilis hæc controuerſia reddatur in fauorem conuenti, non ſolùm ex iuris diſpotione, prout ſupra eſt fundatum, ſed etiam ex coniecturata voluntate teſtatoris: Duæ fortiſſimæ coniecturæ ad arguendum dictum legatum vitalitium ſunt conſiderandæ, vna ratione æqualitatis ſeruandæ inter filios, alia ne Camillus hæres in burgenſaticis, habeat idem vel minus eo, quod haberet Io. Hieronymus. 21

Prima autem fundatur ex eo quia Io. Antonius in ſuo teſtamento reliquit Io. Aloyſio legitimam, Io. Alfonſo legitimam, & D. Hieronymo ducatos mille, & ann. ducatos centum, pro vt ex teſtamento *dict. fol.* 4. *cum ſeq.* in hoc autem caſu interpretanda eſſet voluntas dicti teſtatoris reſpectu legati annuorum ducatorum centum, facti in beneficium dicti Io. Hieronymi, illa interpretatio eſt capienda per quam inducitur æqualitas inter liberos, nam pater præſumitur velle filios eſſe æquales, Bart. *in leg. paterfamilias, nu.* 2. *ff. de coll dot.* quia lex etiam patrem hortatur, vt inter liberos ſeruet æqualitatem, §. *illud quoque, circa finem, tit. in Auth. de nupt.* vnde hac ratione Iureconſultus reciprocam ſubſtitutionem factam inter liberos æqualiter interpretatur *leg. iam hoc iure, & l. Lucius, ff. de vulg. & pupill.* quod fundatum eſt in ratione naturali cum repugnet æquitati naturali illa diſpoſitio, per quam diſparitas inter liberos inducitur, *l. inter filios*, cum gloſ. & ibi Bald. *C. fam. erciſc.* Alexan. *in conſ.* 163. *num.* 6. *in lib.* 7. aliaque iura expendit D. Amatus *d. conſ.* 81. *num.* 21. 22

Ei ideò, vt magis æqualitas ſeruetur, minoratur legatum, & non venit in legato, quod alias veniſſet *leg. quæſitum, §. ſed & ipſe Papin. ff. de fund. inſtr.* Aret. *in conſ.* 1. *num.* 14. Soc. Iun. *in conſ.* 160. *num.* 26. *vol.* 2. Tiraq. Ber. Crau. & alij quos refert, & ſequitur Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 6. *tit.* 2. *verſ. illud etiam, num.* 5. *cum ſeq.* & ſic ratione æqualitatis ſeruandæ inter filios res quæ non eſt conferenda debet conferri, gloſ. *in leg. illud, C de collat.* Bal. *in conſ.* 37. *numer.* 5. *vol.* 2. 23

Quare licèt in caſu noſtro nulla alia interpretatio teſtatoris ſit facienda, dum habemus verba expreſſa; ex quibus liquido conſtat legatum non eſſe perpetuum, ſed vitalitium.

Adhuc autem interpretando voluntatem teſtatoris, quæ tali modo debet fieri, vt filij reducantur ad æqualitatem, cùm pro legitima d. Io. Aloyſius non habuerit niſi ducatos mille, quæ quantitates ſunt ſatis minores legato facto in beneficium d. Io. Hieronymi ducat. mille, & annuorum ducatorum centum, dictum legatum eſt præſumendum vitalitium; nam ſi eſſet perpetuum, eſſet magna inæqualitas inter iſtos filios, igitur ratione æqualitatis ſeruandæ hanc interpretari debemus fuiſſe voluntatem teſtatoris, facere legatum vitalitium, & non perpetuum, & ſic circumſcripta vi verborum dicti legati, ex quibus demonſtratur legatum fuiſſe vitalitium, & non perpetuum, adhuc autem inſpecta voluntate teſtatoris debet taliter declarari, ac ita indicari; nam in dubio, an aliquid in legato contineatur, optimum eſt argumentum ab æqualitate ſeruanda præſertim inter filios. Aret. *in conſ.* 53. Dec. *in conſ.* 41. *col.* 2. Crauet. *in conſ.* 245. & alij quos refert, & ſeq. Mart. *d. q.* 18. *art.* 1. *n.* 97. *de ſucceſ. legali.* 24

Et quamuis in dicto teſtamento reſpectu perſonarum Camilli, & Io. Iacobi videtur eſſe innæqualitas cum dictis alijs filiis; tamen adhuc omnia ſupradicta locum habent, nam quamuis teſtator in aliquibus non ſeruauerit æqualitatem, non ideo ſequitur quod in alijs 25

aliis in dubio voluerit inæqualitatem inducere, quia hoc eſſet oſtendere voluntatem teſtatoris irrationabilem contra tex. *in leg.* 1. *§.ſed,& ſi incertum ſit,verſ. quare,de ven.in poſſ.mitt.*& *l.quod ratione,ff.de leg.*& ita voluerunt Aret.*in d. conſ.* 1.*num.*15. Rum. *in conſ.* 92.*num* 8.*vol.*5. Mantic.*d.loco,num.*5.*in fin.verſ.hoc autem*, & in caſu noſtro non eſt attendenda æqualitas inter filios hæredes inſtitutos,ſed filios legatarios, cùm d.Io. Hieronymus ſit legatarius,& ſic cum d.Io. Hieronymo fuerint legati duc.mille,& ann: duc.centum, & aliis filiis ſolùm legitima, quod legatum reſpectu ducatorum mille qui debent eſſe præcipuè legatarij, ſed à legitima eſt deducendum æs alienum, quam reſpectu ann. ducat. centum eſt maius aliis legatis. Igitur ad tollendam maiorem inæqualitatem eſt præſumendum, quando eſſet ambiguum dictum legatum, cuius tamen verba ſunt clara, quod fuerit vitalitium,& non perpetuum.

Secunda etiam fundatur, quia certum eſt quod dum Io. Antonius inſtituit hæredem vniuerſalem in burgenſaticis Camillum eius filium,certè voluit, vt ex eius hæreditate plus caperet, quam alij filij quibus ſolam legitimam legauit,nam teſtator cenſetur magis dilexiſſe illum quem fecit hæredem vniuerſalem,pro vt eſt certiſſimum.

26 * Abſurdum eſt autem dici, vt minus dilectus ſit melioris conditionis,quam qui magis eſt dilectus, vt ex hac coniectura à verbis etiam receditur. *leg. publius, in fine,ff.de cond.& demonſtr.l.ſi viua matre,C. de bon. matern.* vnde Bart. *in l. ſi mater.*5. 1.*de vulg.& pupill. ſubſtit.*ſubtiliter tuendo gloſ.ibi,quando ſequitur hoc abſurdum, vt magis dilectus inueniatur deterioris conditionis eo qui minus dilectus eſt.

Sed ſi dictum legatum interpretaretur perpetuum, & non vitalitium ceſſaret hæc prædilectio Camilli,& Io.Hieron. idem vel plus eo,quod habuit Camillus haberet, igitur omni iure talis interpretatio ceſſare debet.

27 Quod autem Camillus haberet minus ponderatur idem quod à dicto Carolo producitur,ipſe enim dicit dictum Camillum iuxta eius liſtam *fol.* 40. habuiſſe ducatos 8143.incluſis ducatis octingentum pro bonis mobilibus, quæ non ſunt tanti valoris,& fuerunt appretiata poſt longiſſimum tempus, in quo ignorabatur illorum valor,ab iſtis autem deduci debent duc. mille ſoluti d. Anton. duc. centum dicto Io. Hieronymo,duc. 60.pro valore annuorum ducatorum octo relictorum d. Iſabellæ, duc. mille, & ſeptingentum ad quos aſcenderet legatum ann. ducatorum centum, relictorum dicto Io. Hieronymo ad rationem ducat. ſex pro quolibet centenario, dum legatum eſſet perpetuum, ducati 1367.onerum, iuxta liſtam d. Camilli in parte acceptatã,& in parte non remanent in beneficium d. Camilli duc. bis mille, vltra dicta mobilia,& ſic plus habuiſſet d.Ioannes Hieronymus, qui è contra haberet ducatos mille in proprietate, alios duc.centum in proprietate,alios duc. 1700. pro annuo legato, duc. 100.& alios duc. mille ex diſpoſitione fratris Mariæ,qui in vnum faciunt ſummam ducatorum 3800.vel ſi eſſent aggreganda mobilia etiam

28 minorem portionem haberet d. Io. Hieron.Non poteſt autem coniecturari d.Ioan.Ant.hoc voluiſſe,dum illum prædilexit inſtituendo hæredem vniuerſalem in burgenſaticis; igitur omninò dictum legatum fuiſſe vitalitium, & non perpetuum eſt concludendum.

29 Nec pro coronide omittenda imò repetenda diuiſio, ac tranſactio inita inter dictos fratres viuentes in anno 1581.ſuper controuerſia orta inter eos ſuper hæreditatibus,& bonis paternis, & maternis, nedum reſpectu ſucceſſionis,verum etiam legatorum,& prælegatorum deuenerunt ad infraſcriptam tranſactionem,*fol.*27.& latiùs *fol.* 131. quæ ponit gladium ad radicem.

Primò aſſignauerunt Io. Alfonſo duc. 1200. pro omnibus iuribus ſuper dictis hæreditatibus, & erant incluſi duc. 200.pro prælegato matris,& reliqui duc. mille pro legitima.

Secundò D. Antonio nepoti filio Io. Aloyſij duc. mille pro omnibus iuribus, vt ſupra,& iſte non habebat prælegatum.

Tertiò aſſignantur Io. Hieronymo de quo agitur duc. mille in proprietate, duc.centum infra annum, vltra alios duc.centum annuos,qui ſolum erat prælegatarius matris in duc. 200. & ſic legitima vniuſcuiuſque fuit liquidata in duc.mille.

Inſuper in eadem tranſactione omnes fratres ceſſerunt Camillo hæredi omne totum, & quod plus prætendere poſſunt,*fol.*17.*à terg.* ſuper dictis hæreditatibus.Cui tranſactioni acquieuit Ioannes Hieron. per annos vndecim vſque ad annum 1591. quo intentauit hoc iudicium,deinde ſuperuenit mors Fratris Io. Mariæ ex cuius diſpoſitione peruenerunt in filios Hieronymi duc.mille vltra alios fratres.

Ex prædicta igitur tranſactione colligitur primò, 30
quod dum legitima aliorum fuit liquidata in duc.mille,non poteſt prætendi maior quantitas per Io. Hieronymum qui tranſactioni interuenit,& proinde non præſumitur legatum perpetuum, quia reſultaret inæqualitas etiam cõtra mentem teſtatoris præſumptam. Secundò,quod in diuiſione prædicta quando annuus introitus erat cum capitali fuit expreſsè facta mentio capitalium,vt in portione Io. Alfonſi,& D. Ant.ideò cum in portione Ioan. Hieronymi nullam fecerunt mentionem de capitali reſpectu dicti annui legati duc. 100. dignoſcitur clara mens dictorum fratrum quod annui duc. 100.erant vitalitij, & non perpetui.

Nec aduerſus dictam tranſactionem poteſt prætendi læſio, tum quia hac via non eſt actum, tum quia illi renuntiatum, & tempora non largiuntur, nec adeſt aliqua læſio, nec alij fratres conqueruntur.

Quare ex iſtis ſatis vana redditur prætenſio Caroli,& omninò declarari debet dictum legatum fuiſſe morte Io.Hieronymi extinctum, nihilque ad præſens pro eo prætendi poſſe, & ſucceſſiuè abſoluendum eſſe ab impetitis D. Alexandrum conuentum.

Lelius Giptius.

SVMMARIVM.

1 *Indultus exceptio an poſſit per procuratorem allegari Reo adhuc non citato, & quid dicendum ſi reperiretur citatus,& contumax,num.*2.

3 *Indultus exceptio tangens crimen an poſſit allegari per procuratorem, & quid circa hoc ſeruetur in praxi,num.*4.

ARGVMENTVM.

Indultus exceptio an poſſit allegari per procuratorem ita vt ſi poſt generalem indulgentiam à Rege promulgatam

mulgatam inquiſitus citaretur ad comparendum poſſit procuratorem deſtinare ad opponenendam exceptionem indultus.

ALLEGATIO CXI.

1 IN hac cauſa inquiſitionis formatæ contra Baronem Sancti Angeli à Faſanella, cuius partes pro viribus ſuſtineo, conſtanter teneo exceptionem indultus poſſe allegari per Procuratorem, maximè ſi Reus non adhuc fuerit citatus, vt pro indubitato admiſit Caran. *ritu 169. num. 6. verſ. ſecundo caſu.*

2 Difficultas fuit, quando Reus reperitur citatus, & tantò magis ſi contumax, quo in caſu, licèt idem Caran. *in dict. titul. 169. num. 4. &* 5. videatur tenere, quod non, attamen ipſemet eodem in ritu *dict. num. 6. verſ. ſed vt dixi*, concludit, hanc exceptionem poſſe opponi per quemlibet, etiam pro Reo non tantùm citato, verùm & contumace, & ita in praxi ſeruari teſtatur, idemque voluit *in Pragm. 1. de exulibus, num.* 167. Et ſentit Præſes de Franchis *dec. 314. ante num.*
3 *5. verſ. nec ſimiliter obſtare*, vbi concludit, quod licèt quando indultus exceptio tangit crimen (prout eſt, quando inquiſitus ſupponit occiſum fuiſſe bannitum) non poſſit allegari per Procuratorem, attamen ſi extra crimen talis exceptio ſe habeat (prout eſt in caſu noſtro) non negat, poſſe talem exceptionem per Procuratorem, immò per quemcumque opponi. Sequitur Gaballus *caſ. 23. num. 53. verſ. porro.*

4 Immò in hoc vltimo caſu *d. deciſ.* 214. etiam, ſcilicet, quod dicta indultus exceptio tangeret crimen, poſſe illam per Procuratorem opponi in praxi paſſim ſeruari dixit Io. Gram. *de bell. exul. pradic. quantitatis, quaſt. 3. num. 6.*

Et ità etiam audiuit deciſum Vrſil. ad Affl. &. *deciſ.* 289. *num.* 28. Vnde cætera ſupplebit Dominorum Iudicantium eruditio.

Barthelomeus Franchus.

SVMMARIVM.

1 *Abbas Monaſterij Montis Virginis de Monte, vtrum valeat ſecularibus ſuis ſubditis primam tonſuram conferre.*

2 *Concilij Tridentini decretum* cap. 10. ſeſſ. 23. de reformatione. *explicatur.*

3 *Clericus malè promotus characterem etiam acquirit.*

4 *Abbas iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habens ſub Tridentini decreto, de quo ſupra non comprehenditur.*

5 *Epiſcopus in aliena Diæceſi ſuo ſubdito primam tonſuram conferre poteſt ſine licentia Diæceſani.*

6 *Ricci auctoritas* tom. 3. in praxi, reſolutione 234. *adducitur.*

7 *Clericus, qui ſe immiſcuit in enormibus ſana committens, priuilegio fori non fruitur.*

8 *Delictorum probatio pro excluſione priuilegij fori, qualiter facienda.*

9 *Clericus iure antiquo, vt excluderetur à fori priuilegio, debebat ter admoneri.*

10 *Alexandri Concilium 61. vol. 4. Iudici maximam prabet cautelam in praſenti.*

11 *Clericum fuiſſe captum in habitu laicali per quot teſtes probari debet, & quid ſi ſint teſtes ſatellites.*

ARGVMENTVM.

Abbas Regularis ſi in ſpiritualibus ſubditum haberet ſecularem, nùm illi primam Clericalem tonſuram conferre valeat. Abbas iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habens, nùm comprehēdatur ſub decreto Conc. Trid. *ſeſſ. 23. c.* 10. *de reformat.* Epiſcopus nùm poſſit ſubdicto ſuo in aliena Diœceſi primam tonſuram conferre abſque Diœceſani licentia: & de aliis notabilibus.

ALLEGATIO CXII.

EX iis quæ in facti nota ſunt adducta, apparet Reuerendiſ. Abbatem Generalem Montis Virginis contuliſſe primam tonſuram Clerico Ludouico Pretiola, Terræ Mercuriani eius ſubdito in ſpiritualibus, in Monaſterio Caſæmarciani eiuſdem Religionis, ſiti in Diœceſi Nolana; dictumq; Clericum vti talem fuiſſe immunem à collectis, à dicto Generali carceratum, & per Sacrum Conſilium aliàs remiſſum; ac demùm ipſum inceſſiſſe continuò in habitu, & tonſura, Diuinis ſeruiendo in Eccleſia ſibi demandata, iuxta Sacri Tridentini Præceptum; ex quibus omni iure confirmanda venit ſententia eiuſdem Sacri Cōſilij per quam dictus clericus fuit remiſſus ad Curiam Illuſtriſſimi Nuncij Suæ Sanctitatis, & à qua fuit reclamatum, non obſtantibus fiſci oppoſitionibus, quibus ſigillatim reſpondeo. 1

Primò, fiſcus obiicit Abbatem prædictum non potuiſſe conferre ordinem primæ tonſuræ, ex diſpoſitione Sacri Concilij Tridentini *cap. 10. ſeſſ. 23. de reform.* vbi ſtatuitur, non licere Abbati cuiquam, qui regularis ſubditus ſibi non ſit, ordines conferre (ſubiungit fiſcus) Neque potuiſſe conferri primam tonſuram à dicto Generali in Monaſterio Caſæmarciani, & ſic in Diœceſi Nolana, etiam proprio ſubdito abſque licentia Epiſcopi Nolani, ex diſpoſitione eiuſdem Conc. Trident. *cap. nulli, ſeß. 6. de reform.* 2

Sed circumſcripta illa veriſſima concluſione, quod malè promoto adhuc imprimatur character, vt refert Carol. de Graſſ. *de eff. cleric. eff. 1. n.* 634. aduertendum rogo, plura eſſe genera Abbatum, alij ſunt Abbates priuati locales, vt ſunt Abbas Sancti Petri ad Aram, S. Seuerini, & ſimiles huius Ciuitatis. Alij verò ſunt Abbates qui habent iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem in aliquibus Terris, & ſunt de his plurimi in Italia, & Germania, inter quos eſt dictus Abbas 3

Montis

Mon tis Virginis, & hi ſunt Epiſcopi in dictis Terris, in quibus habent iuriſdictionem, vt refert Tamburin. *de iure Abbatum, diſputat.* 21. *quæſt.* 4. *quæſito* 4. *per totum*, qui Abbas Montis Virginis ſexcentis ab hinc annis, & vltra habet iuriſdictionem in Terra Mercuriani ordinariam, ex priuilegio Celeſtini Tertij de anno 1197. vt in Bullar. Laertij Cherubini *tom.* 1. *fol.* 22. habet poteſtatem conferendi minores ordines ex priuilegio Vrbani IV. ab anno 1263. vt in eodem Bullario *fol.* 100. & pariter omnes Abbates habentes iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem poſſunt de Iure canico conferre primam tonſuram, text. eſt *in cap. Abbates, de priuileg. in* 6. & ibi gloſ. *verb. quaſi Epiſcopalem*, Gemin. *numer.* 3. & Franciſ. *numer.* 4. Mandoſ. *in regul. cancellar. regul.* 29. *quæſtione* 1. *numer.* 5. Miranda *in manual. prælat. tom.* 1. *quæſtione* 38. *articul.* 9. *concl.* 3. Roderic. *quæſtione regul. tom.* 1. *quæſtione* 18. *articul. ſecundo.*

4 Diſpoſitio dicti *cap. Abbatibus*, Concil. Triden. procedit in ſimplici Abbate, non autem comprehendit Abbates habentes iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, vt per plura fundat Steph. Grat. *diſcept. forenſ.* 212. *tom.* 2. *per tot.* hocque videmus in praxi receptum; cum in dies iſti Abbates habentes iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem conferant Ordines minores ſuis ſubditis; & proinde amplius in hoc non inſiſto.

5 Nec diſpoſitio cap. *nulli*, Conc Triden. in caſu noſtro obſtat, ex doctiſſimè diſcuſſis per Couar. *lib.* 3. *variarum reſolut. capit.* 20. *ſub numer.* 9. *circa fin.* vbi dicit, poſſe Epiſcopum in aliena diœceſi ſuo ſubdito primam conferre tonſuram abſque licentia Diœceſani, cùm ſit iſte actus voluntariæ iuriſdictionis, qui cum ſubditis vbique exerceri poteſt, idem tenet Rebuf. *in prax. beneficior. in princ. titul. de Cleric. num.* 12. & nouiſſime Bonacina *diſput.* 8. *quæſtione, vltim. punct.* 5. *numer.* 28. qui dicit hæc verba, *Tertio limitatur in prima tonſura, quam Enriquez, & alij putant ab Epiſcopo conferri poſſe ſuis ſubditis extra territorium, quia hæc non videtur ad actus pontificales pertinere, cum priuatim conferri poſſit in cubiculo*; & iterum idem Bonacina *diſput.* 3. *quæſtione, vnica, puncto* 2. *numer.* 12. ſic ait, *Addidit tamen Enriquez Epiſcopum poſſe in alterius Diœceſi conferre primam tonſuram abſque facultate Epiſcopi illius loci, hoc enim nullo iure prohibetur, cùm tonſura conferri poſſit priuatim ſine Pontificalibus.*

6 Et magis nouiſſimè Aloyſ. Ricc. *in proxim. reſol. tom.* 1. *reſol.* 234. *num.* 6. dicit, *benè tamen verum eſt poſſe Epiſcopum ſine licentia Diœceſani conferre ſuo ſubdito primam tonſuram*, & allegat Tolet. Azor. Fornar. & alios; ex quibus ſatis reſponſum apparet primo fiſci obiecto.

7 Secundò, fiſcus obiicit, dictum Clericum eſſe inquiſitum de tribus homicidiis, & in Aula dixit per teſtes examinatos ad Curiæ informationem conſtare, ipſum inceſſiſſe armatum per cāpaneam in comitiua, & proinde ex eo, quia enormibus ſe immiſcuit, & ſæua commiſit, non poſſe frui priuilegio fori, ad notata per Hippol. de Marſil. *in leg. vnius, §. cogniturum, numer.* 75. *ff. de quæſtione*, Couarru. *pract. quæſtion. cap.* 32. *numer.* 3. *verſ. tertiò his*, & per

8 alios.

Sed ſimiliter rogo aduertendum, non eſſe attendendam multitudinem delictorum, de quibus Clericus inculpatur; ſed debere conſtare, quod verè illa commiſerit, ad notata per Carol. de Graſſ. *de effect. Cleric. effect.* 1. *numer.* 807. neque per armorum delationem Clericum perdere priuilegium fori, vt Foller. *in conſtitution. apoſtatantes, num.* 9. *tit. de Iudæis*, & ad fiſci motiuum quod ſæua commiſerit, reſpondetur, quod Priſco iure Clericus, qui habitum dimittebat, vt perderet priuilegium fori, debebat ter moneri ab Epiſcopo ad reaſſumendum habitum, vt eſt text. *in cap. contingit, il.* 2. *de ſent. excom.* Clemens poſtea VII. de anno 1524. mandauit fieri vnam tantùm monitionem, quæ ſufficeret pro tribus, vt in Clem. relata per Campeg. Sacrum poſtremò Conc. Trid. *ſeſſ.* 23. *cap.* 6. *de reformat.* iuſſit, Clericum non incedentem in habitu, & tonſura, ac in diuinis non ſeruientem, non debere frui priuilegio fori, ſubſtulit itaque Tridentinum monitionem prædictam, & mandauit vt clericus ſeruiens diuinis, ac in habitu, & tonſura incedens gaudeat priuilegio fori, quod priuilegium eſſe Clericis de iure diuino conceſſum, teſtatur Beltr. de Gheuara *in propugn. Eccleſiaſt. libert. aſſert.* 1. §. 7. *numer.* 10. Regens Valenzuel. *in defenſ. monitorij, par.* 4. *num.* 57. Humada *in cap.* 65. *tit.* 5. *part.* 1. *gloſ.* 8. *num.* 6. Azeued. *in leg.* 3. *tit.* 3. *lib.* 1. *numer.* 6. *recopil.* Didac. Pet. *in leg.* 2. *titul.* 1. *lib.* 3. *verſ. quare vtrum*, quicquid alij dixerint, cùm pro hac opinione quod ſit priuilegium fori de iure diuino, adſit tex. *in cap. Silueſter* 11. *quæſt.* 1. Ex hac igitur concluſione naſcitur, quod Clericus non poteſt iudicari per laicam poteſtatem, etiam ſi grauiſſima perpetrauerit delicta, vt crimen falſæ monetæ, & alia etiam enormia, vt per Suar. *de cenſur. diſput.* 22. *num.* 11. quem nouiſſimè ſequitur Tamburin. *de iur. Abbat. diſp.* 15. *quæſt.* 19. *num.* 16.

Et ad conciliandas DD. contrarietates, Alex. *conſ.* 61. *vol.* 4. aureis verbis dixit, ne Iudex erret in iudicando, eſſe faciendam hanc diſtinctionem. Aut enim clericus non defert habitum, & tonſuram, & ſæua committit, & benè perdit priuilegium fori. Aut defert habitum, & tonſuram, & tunc quomodocumque, & qualitercumque delinquat, ſæua committat, vel enormibus ſe immiſceat, gaudet priuilegio fori, communis eſt opinio teſte Claro *in §. fin. quæſt.* 36. *num.* 23. per tot. Foller. Rolan. Farinac. & alij quos allegat Carol. de Graſſ. *de effect. cleric. effect.* 1. *numer.* 811. qui ſic in praxi ſeruari teſtatur, & deciſum refert in Rota Romana, & quod requiritur, vt habitum dimittat clericus ad hoc, vt perdat priuilegium fori qualitercumque delinquat, Gramm. *in conſtitut. apoſtatantes, num.* 3. Dec. *tom.* 1. *lib.* 4. *c.* 9. *num.* 91. Foller. *in conſt. de perſonis, num.* 19. *&* 20. Bouadilla in politica, *lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 95. *verſ. ſe el Clerigo dexado el habitos.* Franch. *deciſ.* 465. *numer.* 5. 6. 7. Reg. de Pont. *conſ.* 36. *num.* 6. *volu.* Cumque in caſu noſtro ſit concludenter probatum de inceſſu in habitu, & tonſura, ac ſeruitio dicti clerici, omninò eſt remittendus ad Iudicem Eccleſiaſticum. 10

Tertiò, fiſcus obiicit dictum Clericum fuiſſe captum in habitu laicali, idque in Aula conſtare dixit per tres teſtes de familia; & tres extra familiam; Sed iſti teſtes non ſunt repetiti, & proinde minimè probationem faciunt, ad notata per Farinac. *quæſt.* 72. *n.* 87. *& ſeq.* & quatenus probarent, non ſufficit quod deponant ſe vidiſſe illum carceratum in habitu laicali, debent enim deſcribere qualitatem veſtium tempore capturæ, aliàs non probant, vt per Foller. *in titul. audiantur excuſatores num.* 43. quem ſequitur Baiard. ad Clar. *q.* 36. *n.* 16. 11 12

Et demùm reſpondetur, iam in actis eſſe probatum iſtum clericum in habitu, & tonſura inceſſiſſe vſque ad tres dies ante eius carcerationem, vnde ſufficit, quod tempore delicti geſſerit habitum, licèt tempore capturæ dimiſerit illum, vt fiſcus prætendit; quia hoc non nocet, & Iudici Eccleſiaſtico debet remitti, Couar. Gomez. Clar. Auendañ. Farinac. Barboſ. Azor. & alij quos ſequitur Sanchez *de matrimon. lib.* 7. *diſp.* 13 14

diſp.46 num. 10. & ita declaraſſe Sacram Congregationem refert Marius Antonius, *variar. reſolut. lib.* 5. *reſol.* 48. *num.* 7.

Debet itaque ſententia huius ſupremi Senatus confirmari, ex ſupradictis, quæ Religioni Dominorum Iudicantium ſubiiciuntur, prout fuit confirmata, referente D. Conſiliario Ronito.

Donatus Danſa

Hortentius Petius de Venere.

SVMMARIVM.

1 *Regij Fiſci prætenſio ſuper feudo pro adoha taxatione refertur.*

2 *Feudi qualitates quomodo fundentur.*

3 *Feuda non niſi per inueſtituram conſtituuntur.*

4 *Feuda in Ciuitate Capuæ vocantur interdum allodialia.*

5 *Feudi conceſſio eſt contractus vltro citroque obligatorius.*

6 *Aſſenſus conceſſus à Principe non arguit fundum.*

7 *Aſſenſus tollit obſtaculum, non verò arguit feudum.*

8 *Aſſenſus petitio & impetratio in alienatione rei tanquam feudalis in nihilo præiudicat.*

9 *Confeſſio poſſeſſionis dicentis rem eſſe feudalem non probat qualitatem feudi.*

10 *Confeſſio, de qua ſupra, aliquibus concurrentibus probat qualitatem feudi.*

11 *Confeſſio erronea de qualitate feudi quomodo corruat.*

12 *Conſenſus Domini Regis non præſumitur in actibus, quæ fiunt in Regno.*

13 *Præſcriptionis exceptio Regio fiſco quomodo opponatur.*

14 *Præſcriptio 30. vel 40. annorum ſufficit pro actionibus fiſco competentibus.*

15 *Conſtitutio Regni* Quadragenalem, *quid diſponat, circa præſcriptionem bonorum fiſci.*

16 *Adohæ ſolutio quomodo debeat conſtare, qualiter etiam præſcribatur.*

17 *Præſcriptio centenaria, vel immemorabilis iuuat ad non ſoluendam adoham.*

18 *Preſcriptio contra fiſcum centenaria admittitur, & qualiter.*

19 *Adohæ remiſſio, quando fuit interdum remiſſa Baronibus.*

20 *Donatiua in Regno noſtro ſucceſſerunt in locum ſolutionis adohæ.*

21 *Facti ponderatio in præſenti adducitur.*

22 *Res duplici onere grauari non debet.*

23 *Rex, vel Fiſcus, contradicente Vaſſallo, Feudi onera mutare poteſt, vſque ad num.* 25.

26 *Solemnitates omnes longi temporis ſpatio præſumuntur.*

27 *Subhaſtatio non requiritur in alienationibus factis à Regia Curia.*

28 *Læſio rerum quomodo & qualiter probetur.*

29 *Remedium legis.* 2. C. de reſcind. vendit. 30. *annorum ſpatio præſcribitur, quod & fiſco competit.*

30 *Fiſcus vtitur iure priuati in præſcriptionibus ordinariis.*

31 *Præſcriptionis interruptio per litem motam quando fiat.*

32 *Concluſio Facti, de quo in præſenti adducitur.*

ARGVMENTVM.

Feudum ſi per centum, & plures annos fuerit poſſeſſum vti allodiale, an Fiſcus poſſit illius poſſeſſorem ad releuiorum & adhoarum ſolutionem conuenire. Feudi qualitas quomodo probetur. Donatiuum cum in Regno à Baronibus loco adohæ ſoluatur, ſi fiſcus ex integro exegerit donatiuum à cœtu Baronum, nùm actio aliqua ei ſuperſit aduerſus illum Baronem, qui adoham, ſiue donatiuum non ſoluit, vel potius dicendum eſt, competere actionem illam Combaronibus, qui integram quantitatem donatiui Reg. C. perſoluerunt, & de aliis notabilibus.

ALLEGATIO. CXIIII.

AD inſtantiam Regij Fiſci fuit expeditum mandatum per Regiam Cameram ſub die 8. Octobris 1650. quod Veſpaſianus del Balzo poſſeſſor cu m'dam Territorij, vulgò nuncupati, *il feudo degli Schiaui*, ſiti in pertinentiis Ciuitatis Capuæ, compareret ad dicendum cauſam quare non debet taxari adoha pro dicto Territorio, & ad ſoluendum adhoas ab anno 1550. hucuſque decurſas, ac etiam releuia debita Regiæ Curiæ ob mortem poſſeſſorum, qui pro tempore fuerunt Territorij prædicti. *fol.* 1. Comparuit Veſpaſianus, & oppoſuit exceptiones carentiæ, & incompetentiæ actionis, & notorium defectum iuris agendi, ex quo tam ipſe: quàm etiam eius prædeceſſores poſſederunt dictum Territorium tanquam allodiale, & nunquam pro eo præſtiterunt ſeruitium Regiæ Curiæ, nec ſoluerunt releuium, & proindè inſtitit

inſtitit non moleſtari. Dato termino, & compilato proceſſu, prætendit Reg. Fiſcus dictum Territorium tanquam feudale eſſe omninò deſcribendum in cedolari, & pro eo taxandam adoham tam pro præterito ab anno 1550. quàm in futurum, eſſéque omninò ſoluenda releuia.

2 Sed quàm futilis ſit hæc prætenſio ex eo manifeſtè conuincitur, nam Reg. Fiſcus conatur feudalem qualitatem duplici medio fundare. Primò ſcilicet, quia dictum Territorium, vulgò nuncupatur, *il feudo delli Schiaui*, & illius poſſeſſores appellati fuerunt *Baroni degli Schiaui*. Secundò, quia in anno 1563. fuit impetratus Regius aſſenſus ſuper venditione dicti Territorij tanquam feudalis, tunc facienda per Cæſarem Vitellium in beneficium Ioannis Vincentij del Bazo, & poſtea dictus aſſenſus fuit regiſtratus in quinternionibus Regiæ Cameræ, cuius regiſtri copia ad præſens producitur per Regium Fiſcum. Cúmque hæc duo fundamenta ſint nimis debilia, & nullo iure ſubſiſtant, pro certo ſperatur dictum Veſpaſianum fore abſoluendum ab impetitis per Reg. Fiſcum.

3 Et quidem primum fundamentum corruit cùm feuda non niſi per inueſtituram conſtitui poſſint, *cap. 1. quib. mod. feud. conſtitui poteſt*, & alibi dicitur, quod feudum acquiri non poteſt, niſi inueſtitura, aut ſucceſſione, *cap. 1. de feud. cognit.* ſed magis clarè loquitur tex. *in cap. 1. de conſuet. recti feudi*, dicens, quod feudum acquiritur inueſtitura, ſucceſſione, vel eo quod habetur loco inueſtituræ. Vndè cùm inter modos conſtituendi & acquirendi feudum, non connumeretur denominatio, ſiue appellatio alicuius rei tanquam feudalis, meritò Territorium, de quo agitur cenſendum eſt allodiale, non obſtante, quòd vulgò appellari ſoleat, *lo feudo degli Schiaui*. Quinimò teſtes deponentes in antiquis de auditu, & de fama publica, quod talis fundus eſt feudalis, qualitatem feudalium minimè probant, niſi reddant cauſam ſcientiæ, putà quia fuerunt præſentes tempore inueſtituræ, vel quia viderunt fundum illum poſſideri vti feudalem ſpatio triginta annorum, & quod poſſeſſor tanquam vaſſallus præſtitit ſeruitium directo Domino, Alexand. *conſ. 136. numer. 5. cum ſeqq. vol. 1.* Afflict. *in capite 1. numer 74. ex quib. cauſ. feud. amitt.* & ità cenſuiſſe Sacrum Conſilium teſtatur idem Afflict. *deciſione 277. numero 3. cum ſeqq.*

4 Præterea in caſu noſtro ex teſtium depoſitionibus clariſſimè liquet, quod in Ciuitate Capuæ, eiuſque pertinentiis territoria magnæ capacitatis, veluti modiorum quingentum communiter appellantur feuda, licèt ſint allodialia, eorumque poſſeſſores nonnunquam appellantur Barones, vt deponunt teſtes *ſuper 4. folio 23. 26. 29. 32. 35. 38. & fol. 41.* & vltra teſtium depoſitiones adducitur punctualis doctrina Domini Reg. de Ponte *conſilio. 95. numer. 3. & 4. vol. 1.* qui loquitur in territorio nuncupato *il feudo dell' Ardichella*, ſito in pertinentiis dictæ Ciuitatis Capuæ, & optimè fundat, quod ſimplex denominatio rei tanquam feudalis qualitatem feudalem minimè probat, & tandem his verbis concludit, *Et veriſſima eſt concluſio, & particulariter in Ciuitate Capua, quod territoria ampla, & magna, appellantur feuda, non quia ſunt feuda*, ſed apponitur hoc nomen tanquam elegans rei pretioſæ. Hæc Reg. de Pont. qui ſcripſit, & obtinuit contra Regium Fiſcum etiam in gradu reclamationis, qua de re fuit impoſitum perpetuum ſilentium, vt patet in eius *conſ. 30. in fin. vol. 1.* quod fuit editum in eadem cauſa feudi *dell' Ardichella*.

5 Alterum fundamentum de aſſenſu impetrato anno 1563. ſuper venditione facienda territorij prædicti tanquam feudalis iure non ſubſiſtit.

Primò, quia feudi conceſſio eſt contractus vltro citroque obligatorius. Andr. *rubr. ex quib. cauſ. feud. amitt. numer. 1.* datur enim feudum gratia vtriuſque ſcilicet, vt vaſſallus fruatur beneficio, & Domino fidelitatem præſtet, idem Andr. *in cap. 1. num. 5. eod. tit. ex quib cauſ. feud. amitt.* & *in § omnes filij, num. 7. ſi de feud. fuer. controu.* Igitur abſque Domini voluntate feudum conſtitui nequit, contractus enim duorum voluntate perficiuntur, *l. 1. ff. de pact.* Aſſenſus autem impetratio ſuper diſtractione, aut hypotheca alicuius rei tanquam feudalis, non arguit voluntatem 6
Domini, vt illa res teneatur in feudum, ſed tollit ſolummodò obſtaculum legis prohibentis feudum ſine Domini conſenſu alienari, aut obligari, Camerar. *in capit. Imperialem, fol. 43. lit. P. de prohib. feud. alienat. per Federic.* Dom. de Franch. *deciſ. 540. num. 10.* Dom. Reg. de Pont. *de poteſt. Proreg. tit. de refutat. feud. §. 8. numer. 8. & §. 11. numer. 17.* Dom. Reg. Capic. Latr. *conſultat. 75. n. 157. lib. 1.* Certum eſt namque quod vbi Dominus concedit aſſenſum ſuper alienatione, ſiue obligatione alicuius rei quæ aſſeritur feudalis, non cognoſcit, nec inquirit de feudali qualitate, ſed confirmat contractum quatenus ritè procedit, quæ confirmatio cùm ſit in forma communi habet vim confirmatiuam, non diſpoſitiuam, vt dicit Montan. *in dict. capit. Imperialem, §. præterea ſi quis infeudatus, numer. 38. lit. V.* cuius doctrinam probat D. Reg Capyc. Latr. *deciſio 43. numer. 13.* & Dominus præſtando aſſenſum non intelligitur aliquid de nouo 7
concedere, ſed tollere dumtaxat obſtaculum, quatenus adſit. D. Reg. de Pont. *dict. §. 11. numer. 17.* & *conſ. 3. n. 1. vol. 1.* actus enim agentium non operantur vltra eorum intentionem, *l. non omnis, ff. ſi cert. petat.* Dominus præſtando aſſenſum, nec quidem cogitauit feudalem qualitatem tribuere, igitur ex præſtatione aſſenſus minus rectè deducitur rem eſſe feudalem, & ſi aliter diceremus, vtique eſſet in poteſtate contrahentium feudum conſtituere, aſſerendo rem aliquam eſſe feudalem, & ſuper illius venditione, aut obligatione aſſenſum impetrando, illumque regiſtrando in quinternionibus Regiæ Cameræ quod eſſet magnum abſurdum. Vndè petitio, & impetratio aſſenſus in alienatione alicuius rei tanquam feudalis in nihil præiudicat, quando aliud non con- 8
ſtat, & videntur verba ſuperflua, ſicut in ſtipulatione, *Arma virumque cano.* vt affirmant D. Reg. de Pont. *conſ. 30. numer. 10. vol. 1.* & D. Reg. Rou. *conſ. 26. numer. 5. lib. 2.* prout & ſimiliter aſſenſus non probat contractum, ad tradita per Specul. *in titul. de inſtr. edit. verſ.* nunc autem videndum, in princ, Paris de Puteo *de reintegr. feud. in titul. reperitur vendita res, fol. mihi 127. a terg.* Afflict. *in l. Imperialem, quæſt. 45.* D. Reg. Galeota *controu. 52. num. 19. & 20. vol. 2.* qui alios recenſet.

Nec etiam poſſeſſoris confeſſio dicentis rem aliquam eſſe feudalem, probat hanc qualitatem, niſi fa- 9
cta ſit formiter, ſcilicet cum cauſa, & præſente Domino, Andr. *in rubr. ex quib. cauſ. feudum amittat. ante numer. 1.* & in Conſtitutione Regni, quæ incipit *Probationum defectum*, D. Reg. de Ponte *dict. conſ. 30. num. 14.* At in caſu de quo agitur in primis non conſtat de confeſſione poſſeſſoris, quod territorium in actis deductum ſit feudale, quia non producitur inſtrumentum venditionis dicti territorij, ſed præſentatur tantùm regiſtratio aſſenſus, qui nullo modo probat confeſſionem, cùm poſſit à quolibet abſque mandato impetrari, vt in propriis terminis cenſuit D. Reg. Rouit. *dict. conſ. 26. num. 3* & conſtaret de confeſſione non concurrent requiſita ne- 10
ceſſaria

ceſſaria ad hoc, vt confeſſio præiudicet, non enim eſſet facta ad finem probandi qualitatem feudalem in beneficium Domini, ſed vt impetraretur aſſenſus ſuper venditione rei, quæ credebatur feudalis, & ſic confeſſio incidenter facta propter aliud non præiudicat. Alexander *conſ.* 136. *numer.* 11. *libro* 1. Dec. *in Authen. Si quis in aliquo, numero* 37. *Cod. de edend.* D. Reg. de Ponte *dict. conſilio* 30. *numero* 15. *& ſeq.* quæ concluſio maximè procedit in his, quæ non dependent à poteſtate confitentium, Bartol. *in lege ſi forte, numero* 4. *ff. de caſtr. pecul.* Dec. *in dict. Auth. Si quis in aliquo, numero* 36. cum aliis cumulatis per eundem Domin. de Ponte *loc. proximè cit.* & *conſilio* 95. *num.* 15. & Camill. de Medic. *conſil.* 76. *numero* 11. Vnde Partium confeſſio circa qualitatem feudalem, aut burgenſaticam, nihil officit veritati, cum partes non poſſint facere de feudo allodium, nec de allodio feudum, Camill. de Medic. *dict. conſilio* 76. *numero* 3. 9. *&* 10. & Domin. Reg. Rouit. *dict. conſ.* 26. *num.* 4.

11 Inſuper de tali confeſſione, tanquam prorſus erronea nulla ratio habenda eſſet. Primò, quia ſi territorium in actis deductum eſſet feudale, vtique reperiretur deſcriptum in cedulario, in quo omnia feuda Regni ſunt deſcripta. Secundò, quia ab immemorabili tempore nunquam fuit præſtitum ſeruitium, nec ſolutum releuium pro dicto territorio, illúdque ſemper fuit poſſeſſum tanquam francum, & liberum, ex quibus proculdubiò confeſſio redderetur erronea, vt optimè fundant D. Reg. de Pont. *dict. conſ.* 30. *numero* 20. D. Reg. Rouit. *d. conſ.* 36. *num.* 11. *cum tribus ſeqq.* & Camill. de Medic. *d. conſ.* 76. *num.* 7.

12 Deficeret quoque aliud requiſitum, ſcilicet præſentia Domini, cùm Sereniſs. noſter Rex, eiuſque Sereniſſimi prædeceſſores ſemper fuerint ab hoc Regno abſentes, & proinde eorum tacitus conſenſus non præſumitur in actibus, qui fiunt in Regno, Io. Vinc. de Ann. *in rubr. de vaſſallo decrepit. ætat. num.* 452. & ita deciſum refert *ſingul.* 194. nec Proregum præſentia aliquid operatur, quia Proreges non habent poteſtatem infeudandi, vt idem Io. Vinc. de Ann. *in d. rubr. n.* 454. expreſsè fatetur, & poſt eum Bamniacar. *in cap. ſi quis per triginta, num.* 73. *ſi de feudo defuncti contentio ſit.*

13 Obſtat etiam Regio Fiſco exceptio præſcriptionis, quia certum eſt Veſpaſianum del Balzo, eiuſque prædeceſſiores, ſpatio longè maiori annorum triginta poſſediſſe territorium in actis deductum tanquam liberum, & allodiale, nullumque pro eo præſtitiſſe ſeruitium Reg. Curiæ; compertum eſt autem actiones Fiſco competentes triginta, aut quadraginta annorum curriculo præſcribi, vt poſt alios fundant Peregr. *de iur. fiſc. libro* 6. *titul.* 8. *numero* 1. & Barboſ. *in leg. omnes, numero*, 23. *Cod. de præcript. trigint. vel quadragint. annor.* & licèt per Conſtitutionem Regni *quadragenalem*, ſancitum fuerit contra Fiſcum minori ſpatio centum annorum præſcribi non poſſe, tamen eſt aduertendum, quod prædicta conſtitutio expreſsè loquitur de præſcriptione rerum publicarũ, quæ intelliguntur eſſe bona Fiſco incorporata, vt dicit ibi Andr. *in princ.* Quo verò ad bona nondum in Fiſci patrimonium redacta, conſtitutio nihil innouauit, & ſic viget hodie præſcriptio triginta annorum, vt notat ibidem Barthol. de Capua, *in verb. quadragenalem, circa medium*; & nouiſſimè probat Conſil. Georg. *in repetit. feudal. capite* 30. *num.* 1. *&* 2. Vnde cum in caſu noſtro territorium in actis deductum, nunquam fuerit Fiſco incorporatum, proculdubio locum ſibi vendicat triginta annorum præſcriptio.

16 Præterquam quod cum Reg. Fiſcus petat ſolutionem adohæ ab anno 1550. nec appareat ante tempus prædictum adhoham fuiſſe ſolutam, immò nec territorium de quo agitur fuiſſe deſcriptum in cedulario, obſtat etiam præſcriptio centum annorum, ſiue immemorabilis, quæ ſola, & de per ſe ſufficit ad inducendum titulum, *leg. hoc iure*, §. *ductus aquæ*, *ff. de acqu. quotid. & æſtin.* Lapſus enim centum annorum inducit mutationem totius machinæ mundialis, Paris de Puteo *de reintegr. feud. capite incip. an in territoriis, num.* 8. *fol. mihi* 97. quem in propriis terminis refert, & ſequitur D. Reg. Rouit. *dict. conſ.* 26. *num.* 13. *&* 14. Immò tanta eſt vis præſcriptionis centenariæ, ſiue immemorabilis, vt licèt in hoc Regno omne caſtrum præſumatur feudum qua- 17
ternatum, tamen ſi caſtrum ab immemorabili tempore fuit dirutum, & pro eo non fuit ſoluta adoha, nec præſtitum releuium Reg. Curiæ, cenſetur mutaſſe naturam, vt Camerar. docet *in cap. Imperialem, fol.* 71. *lit. O.* ſic pariter vbi certum eſt rem aliquam eſſe feudalem, ſed ab immemorabili tempore nunquam fuit ſoluta adoha, nec aliud ſeruitium pro ea præſtitum, tunc res illa cenſetur feudum francum, vt ex multis, quos refert, optimè fundat D. Reg. de Pont. *dict. conſ.* 30. *num.* 33. & *conſ.* 95. *num.* 24. *&* 25. vbi ſic bis deciſum teſtatur, & impoſitum perpetuum ſilentium.

Nam etſi alias contra Fiſcum nulla vigeat præſcri- 18
ptio non minus de iure communi, ad tex. *in leg. comperit, Cod. de præſcript.* 30. *vel* 40 *ann.* quam de iure Regni, ad tex. *in Conſt. Conſuetudinem prauam*, & *Conſt. Et ſi dubitatio.* Centenaria tamen, ſiue immemorabilis omninò amittenda, iuxtà *leg. expreſſam*, *in Conſt. Quadragenalem*, & ibid. Andreas, & Affl. *in cit. Conſt. Etſi dubitatio*, & *in deciſ.* 254. Præſes de Curtis *in ſuo diuerſ. feud. fol.* 69. *& ſeq. num.* 139. & *fol.* 76. *num.* 136. *&* 146. Conſ. Anna *conſ.* 137. *numer.* 3. *cum ſeq.* Reg. Rouitus *conſ.* 47. *lib.* 2. *num.* 13. *&* 14. Reg. de Ponte *conſ.* 155. *num.* 8. *vol.* 2. & *deciſ.* 2. *numer.* 8. qui alios allegat, & ex alienigenis Ludouicus Peruſ. *concluſ.* 38. *n.* 46. concludit, quando etſi bona fuerint regiſtrata vti feudalia, & fuerint tenta vti allodialia, talia reputanda ſint.

Dato tamen, & nunquam conceſſo, quod territo- 19
rium in actis deductum eſſet feudale, planè non video, quid ſibi velit Reg. Fiſcus, dum petit ſolutionem adohæ ab anno 1540. cùm certum ſit adohas in hoc Regno fuiſſe remiſſas Baronibus per Sereniſſimum Regem Alphonſum, & per conſequens non deberi, vt legitur in capitulis, & gratiis conceſſis per dictum Regẽ Alphonſum ſub die 9. Martij 1463. *fol. mihi* 8. & confirmatis per Sereniſs. Regem Catholicum ſub die 30. Ianuar. 1507. & propriè *in cap.* 19. *folio mihi* 59. à tergo, quibus capitulis de caſu in propoſito meminit D. Reg. Moles *de iur. adohæ, in præfat. circa finem*, & nouiſſimè Capan. *de iur. adohæ quæſt.* 1. *numero* 11. quo fit, vt licet Barones Regni ſin- 20
gulis duobus annis, & aliquando ſæpius fecerint donatiua Regiæ Curiæ ſoluenda, iuxta ratam adoharum, quia tamen donatiua fuerunt certæ quantitatis, & integra quantitas fuit per Regiam Curiam exacta à cœtu Baronum, nulla competeret actio Regio Fiſco contra dictum Veſpaſianum pro ſolutione donatiuorum pro præterito factorum, ſed actio ſpectaret ad alios Combarones, qui integram quantitatem donatiuorum Reg. Cur. perſoluerunt, vt in propriis terminis deciſum fuiſſe per Reg. Cam. referũt D. Reg. Moles *loco cit. q.* 2. *dec.* 23. *verſ. Si demum*, & D. Reg. de Curt. *in diuerſ. iuris feudalis, cap. incip. cum igitur, num.* 63. *& ſeq. fol. mihi* 41. *à terg.*

Hæc quidem à nobis, & prædeceſſore Colle- 21
ga defuncto (dùm ſub incerto vagabatur) excogitata

gitata, ac per veros iuris tramites deducta iuſtam, atque æquam reddebant pro conuento cauſam, eo magis fiſco in probatis deficiente. Nunc verò ex proceſſu nouiter ex fiſci parte producto ſuper prætenſa læſione venditionis, per ipſummet initæ iuris fœnandi, atque herbandi in memorato territorio, vulgariter dicto, *lo feudo degli Schiani*, claro, ac aperto iure proceditur, iuſtitiaque Baronis conuenti in tuto, ni fallor, ponitur; quandoquidem ex eiuſmodi proceſſu, ſeu venditione in illo deducta, nimis apertè conſtat Reg. Curiam in locum adoharum, aliorumque ſeruitiorum, ſiue iurium forſitan debitorum ſuper dicto territorio, vtpotè feudali, ſibi elegiſſe, ſeu magis euiciſſe ius herbandi equos ſui Regalis armenti, ſeu ſtirpis, ac percipiendi currus centum fœni ſingulis annis, de cætero verò liberum, & immune proprio ore illud fatens ab omni alio onere ſeruitutis, aut angariæ, vt nuncupatim legitur in Conſultatione Reg. Cam. de anno 1572. in illis verbis fol. 94. *Appare anco per molte altre ſcritture preſentate in dict. proceſſo il dict. Magnif. Vincenzo del Balzo eſſer Padrone del dict. feudo degli Schiani integramente, ſenza peſo, ne ſeruitiù debita ad altre perſone, eccetto alla Reg. Corte nel modo vt ſup.* Quod erat ius herbandi, & fœnandi modo ſupra relato, atque ita iuris æquitatis ratio ſuadebat, cùm res, duplici onere grauari non debeat, ad textum vulg. *in leg. Nauis onuſta. ff. ad leg. Rhodiam de iactu*, vt in puncto monet Andreas *in titul. quæ ſint regalia, numero* 55. *in fin.* inferens ex hoc iure feudatarios non teneri ſoluere collectas pro feudis, quia ſoluunt ſeruitium perſonale, ſiue adhoamentum, ne alias duplici onere grauarentur, ſequitur Marinus Freccia *de ſubfeud. libro* 2. *quæſtione* 48. *numero* 4. fuſe Capanus, qui alios recenſet *in tractatus de iure adhoa quæſtione* 13. *numero primo cum ſequentibus.* Potuit enim Rex, ſiue Fiſcus etſi forſitan contradicente vaſſallo, ſeruitium perſonale, ſiue adhoamentum mutare in aliud, numirum in onus, ſiue ſeruitutem paſcendi in memorato territorio, ſiue feudo Regale Armentum, quod tunc ibidem in pertinentiis Ciuitatis Capuæ commorabatur ita neceſſitate, vel maiori vtilitate Regalis Patrimonij ſuadente, ad tradita per Iſern. *in capitul.* 1. *de capitul. qui Curiam vend.* 3. *ſimiliter poteſt, n.*14.& ibidem Lipar *in verb. ſubſtinet.*

24 Cuiuſmodi ſeruitij mutatio fuit facta contradicente vaſſallo feudatario, ac cum maxima illius iactura, vt legitur ex inſtantia per eum facta in calce priuilegij, ſiue inueſtituræ Reg. Friderici à Fiſco productæ; quandoquidem adhoa iuxta taxam veterem parum, aut nihil referre poterat reſpectu huiuſmodi feudi venditi anno 1500. per Reg. Curiam pro duc. duobus mille, vt legitur in eodemmet priuilegio Regis Friderici, *fol.* 87. & quòd magis ab illo tempore, & ante in Regno introducta fuerunt donatiua, quæ propter ſolutio adhoarum ceſſauit, vt ſupra retulimus, vt ſic nimis vtilis fuit Fiſco, ex hoc alio capite huiuſmodi ſeruitij commutatio vaſſallo contradicente.

25 Cùmque ius illud Regia Curia, ſiue Doctor Cardinalis Granuela huius Regni tunc Prorex, præuia conſultatione Regiæ Cam. ac cum interuentu Doctorū Regentium ſibi. Collateralium eidem Baroni vendiderit in anno 1572. nil mirum ſi eiuſmodi territorium qualecumque illud fuerit, ſiue allodiale, ſiue feudale, neque in cedulario deſcriptum, ſiue taxatum reperiatur, nec vnquam pro illo à centum hinc annis, imò à tempore, cuius non extat memoria in contrarium, ſeruitium vllum, ſiue adhoamentum præſtitum, vel releuium ſolutum reperiatur præter ſupra traditum, quouſque illud per Reg. Curiam modo, quo ſupra, non fuerit eidem vtili Domino venditum, ex cuius facti ſerie, ſiue alienatione manifeſtus, atque irrefragabilis redditur titulus exemptionis, ſiue libertatis ab omni onere, ſiue ſeruitio huiuſmodi territorij etſi feudalis, vndique bona fide exuberante ſcitùmque ſit feudum francum dari à ſeruitio etſi non à fidelitate ad eleganter, ac doctè tradita per Reg. de Ponte *in conſ.* 50. *&* 95.

Huiuſmodi veritatem Fiſcus benè agnoſcens, iudicium nullitatis iugiter, ac læſionis præfatæ venditionis iam diu fere ſopitum, vel verius extinctum, nunc ſuſcitari intendit ſub prætextu, quod abſque legitimis ſubhaſtationibus, ac cum enormiſſima læſione ad illam fuerit proceſſum, vt legitur in libello *fol.* 88. nos verò vtrique obiectioni breuiter ſatisfaciendo, dicimus primo defectum ſolemnitatis non rectè poſt tot temporis interſtitia opponi, cum ex longi temporis curſu omnia ſolemniter acta præſumantur; eò magis ſi fuerint facta coram Principe, vt in puncto obſeruat poſt alios Illuſtr. Marchio Ramontis *lib.* 2 *cap.* 74. *nu.* 27. *ſuar. controuerſ.* 26

Rurſus nimis ſcita eſt illa diſtinctio apud Pragmaticos, vt quoties Princeps, ſiue Prorex, vt Cæſaris Procurator, vigore ſpecialis mandati, ſiue poteſtatis ſibi attributæ à Rege, vtpotè in caſu noſtro, contrahit, ſiue alienat, non requiruntur ſolemnitates alias de iure præſcriptæ, & præſertim ſubhaſtationes, vt in puncto obſeruat Reg. de Ponte ex Baldo Iaſ. Iacob. Afflict. Minado, & aliis *in ſuo tractatu de poteſt. Proregis, de reg. impoſ. titul.* 4. §. 5. *numero* 30. *&* 31. in cauſa Franchi Larcarij, & Solofræ, & Minadus *in conſt. in aliquibus notat. numero* 7. & latiùs *conſilio.* 53. *&* 54. *vol.* 1. pluries decitum refert, eamque diſtinctionem nouiſſimè comprobat D. Reg. Sanfelic. *deciſione* 332. 3. *vol.* quod autem hac facultate ſpecialiter fuerit vſus D. Card. Granuela ſæpè ſæpius legitur in eodem venditionis inſtrumento. 27

Quoad verò attinet ad caput læſionis neſcio, quo pacto illa nunc poſt lapſum 80. ann. in iudicium agitari imò, & probari quoquomodo valeat; cum ſatis in iure compertum ſit in huiuſmodi læſionis litigio valorem rei tempore contractus æſtimandum, rerúmque pretia ex tanto temporis lapſu variari, atque mutari, neminem ſani iudicij lateat, rerumque experientia, & viciſſitudo ſatis quoque nos doceat, hinc eleganter doctiſſimus Arius *in commento leg.* 2. *part.* 1. *de reſcind. vendit.* remedium præcitatæ legis, & ſi de iure communi 30. annis durare affirmet; apud Luſitanos tamen reſtrictum eſſe ad quindennium, apud Gallos decennium, penes Hiſpanos ad quatriennium, ex auctoribus, quos citat, idque non alia ratione factum fuiſſe affirmet, quam quia vis huius remedij in pretio conſiſtat, & valore rerum, id autem tempore mutetur, vt experientia docet ex Iuriſconſultis *in vulgat. leg. ſi pretia rerum* 63. *ff ad leg. falcid.* meritò ad longius tempus non ſit remedium illius legis protrahendum, quid ergo dicendum in caſu noſtro poſt lapſum 80. annorum in rebus circum circa Neapolim exiſtentibus, quæ ex tempore nimis, atque nimis valore creuerunt, vel decreuerunt, vt ſatis compertum eſt apud omnes. 28

Iure ergo dicimus, quòd iam tempora non largiuntur, omniſque actio quatenus competiiſſet ſit 29

penitus perempta, atque extincta, ſaltem in vim legitimæ præſcriptionis, quæ in ſpecie fuit oppoſita in comparitione; Fiſco etenim competeret remedium ſæpè citatæ legis 2. illúdque non præſcribi, niſi ſpatio 30. annorum iam decurſorum non negatur, vt in puncto teſtantur Pereg. *in tract. de iure Fiſci, lib. 6. tit. 4. num. 8. verſ. & in vend.* Reg. de Ponte *conſ. 54. & ſeq & in tract. de reg. impoſ. §. 5. num. 30. in fin.* præſertim quia venditio fuit facta à Prorege vt procuratore Cæſaris, non autem Fiſci, vt in caſu noſtro, Amaya *in tit. de venditione rerum fiſcalium, l. ſi tempora, n. 57.*

Neque obiiciatur aduerſus Fiſcum nullam iuuare præſcriptionem præter centenariam, ſiue immemorialem, ad *tex. de iur. communi in leg. competit, Cod. de præſcript. 30. vel* 40. *ann.* & ibid. Barb. *de iure Regni,* ad text. *in Conſt. quadragenalem*, nam in promptu eſt apud Feudiſtas, ac Pragmaticos reſponſio, vt ſupra diximus, tempus centum annorum, ſiue immemoriale requiri in rebus iam Fiſco quæſitis, ſiue incorporatis, eò magis publicis in tributis, cæteriſque fiſcalibus penſitationibus, vt nuncupatim legitur præcit. *leg. competit.* Atque in quærendis, ſiue magis propriè in actionibus, illas ad ſummum 30. vel 40. annorum curriculis omninò præſcribi, priuatorumque
30 iure Fiſcum metiri DD. omnes communi calculo admittunt, ad tex. *in leg. omnes, C. de 30. vel 40. ann. præſcript.* gloſ. iuncto tex. *in l. in omnibus, ff. de diuerſis, & temporalib. præſcript.* quæ 20. tantùm annis contenta remanet. Probat præ cæteris Conſ. de Georgio *in repet. feudali, cap. 30. n. 1. &* 2. & Reg. Lanarius *in rep. ſi quis per tringinta, num. 45.* & Præſes Lanarius *in addit. apud eundem, n. 24.* allegat præ aliis gl. & Andream *in eadem Conſt. quadragenalem,* gloſ. inquam, *in verb. in publicis*, per hæc verba loquitur. *Et patet, quod hic loquitur in iam quæſitis incorporatis, vt in hac Conſt. noua. Nam bona delata in Fiſcum, antequam Fiſci aggregentur ſubſtantiis, & in Fiſci patrimonium deducantur, non poſſunt dici publica, ſiue Fiſcalia, nec priuilegia fiſcalia ſortiuntur, vt ff. de iure Fiſci, leg. Fiſcus cùm priuati,* exindè ſubdit, *præſcriptiones omnes minores quadragenali præſcriptione, quæ in rebus nondùm Fiſco quæſitis competunt in ſua ſit minore permanere,* iuxta verba præcit. Conſt. Bartholomæus de Capua *in eadem Conſt. verb. quadragenalem, circa medium,* Amaya *in tit. de iure Fiſci lib. 10. n. 29. cum ſeq.* Montan. *in tract. de regalibus num. 32. circa medium, fol. mihi* 30. omnes vnanimi conſenſu concludentes in quærendis, ſiue magis in actionibus Fiſco competentibus de iure communi, vel feudalibus conſuetudinibus ad ſummum præſcribi ſpatio 30. vel 40. ann. & ſi alij 20. tantum, iuxtà præcitatum text. *leg. in omnibus Fiſci quæſtion. ff. de diuerſis, & temp. præſcript.*

Neque tandem dicatur huiuſmodi præſcriptionem, & ſi temporalem, fuiſſe iam interruptam, actionemque perpetuatam per litem motam per Fiſcum infra legitima tempora, vt legitur ex inſtrumentis *fol.* 88. nam in promptu occurritur, quod de nouo tempus metiendo à die, quo lis tacuit, illaque ſopita, vel magis extincta permanſit, nimirum ab poſtremo actu facto ſub die 13. Iannar. 1598. *fol.* 112. vſque hodie elapſi ſunt anni 52. & plus, & ſic extra omnem verſamur controuerſiam, ad tex. *in leg. fin. ad Cod. de 30. vel 40. ann. præſcript.* nihilque aliud importat vulgatum illud axioma per litis conteſtationem perpetuari actionem, quàm illam ad tempus 40. ann. protrahi, vt præ aliis probat Petrus Barb. *in tract. de præſcript. in commento eiuſdem leg. num. 4. iuxtà literam textus.*

Cum igitur huiuſmodi venditio fuerit facta à 31
Prorege, vti Procuratore Cæſaris, ſiue inuictiſſimi noſtri Regis, præuia conſultatione Reg. Cam. in qua præcipuè fuit habita ratio de valore, ſiue pretio iuris venditi, vt in illa legitur, ac cum interuentu DD. Regentium anno 1572. lapſique iam ſint 80. anni, & ab vltimo monitionis actu 52. meritò præter notoriam iuſtitiam, fuerunt oppoſitæ exceptiones carentiæ actionis, ac legitimæ præſcriptionis, vt legitur *fol.* 40. quæ ſi obſtat, prout omni iure obſtare ſperatur, fruſtra interim, ante cauſæ, ſiue huius articuli deciſionem, appretium Territorij actis deductis exequutioni mandaretur, vt meritò à decreto fuerit appellatum, & pendet relatio facienda in Reg. Cam. pro obtinenda illius ſuſpenſione, imò totali cauſæ abſolutione, vti iuris ratio, atque ordo iudicij poſtulat. Hæc occurrunt ſub correctione Supremi Senatus.

Eraſmus de Ponte.

SVMMARIVM.

1 *Quæſtio proponitur in præſenti diſcutienda.*
2 *Subſtitutio pupillaris conſuetudinis medietatem non excludit.*
3 *Conſuetudo Capuani, & Nidi quid operetur in præſenti.*
4 *Renunciatio Monialis quando noceat, & quomodo renuncianti.*
5 *Renunciatio Monialis, an, & quando dicatur realis, vel perſonalis.*
6 *Renunciatio facta cum dictione taxatiua, realis non eſt, vſque ad num. 7.*
8 *Clerici, & Religioſi ſub noſtris Conſuetudinibus huius Ciuitatis qualiter comprehendantur, vſque ad numerum* 12.
13 *Laici decedentes qualiter teneantur ſeruare conſuetudines reſpectu Clericorum.*
14 *Iuris congrui diſpoſitio in Clericis non habet locum.*
15 *Religioſi non veniunt contra conſuetudines, ſi moriantur laici cum teſtamento, & quid ſi ab inteſtato.*
16 *Difficultas, de qua hic proponitur.*
17 *Conſuetudinario iure attento Ciuitatis Neapolis, poteſt quis mori pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus.*
18 *Commodum poteſt, quis interdum conſequi ex alterius perſona, vſque ad numerum 20.*
21 *Clericus, ſiue Religioſus, quomodo, & qualiter impugnet diſpoſitionem in ſui præiudicium factam, vſque ad numerum 23.*

24 *Præ*

24 *Præſidis de franchis deciſio 667. adducitur in præſenti.*
25 *Molfeſij conſilium 27. qualiter proceſſerit.*
26 *Deciſio de Franchis an fuerit reuocata, vſque ad num. 29.*
30 *Lelij Caputi Theorica adducitur in præſenti, vſque ad finem.*

ARGVMENTVM.

Subſtitutio ſi à Patre filio pupillo facta reperitur vbi contingerit illum in pupillari ætate decedere, facto caſu ſubſtitutionis, nùm in Ciuitate Neapolis proximior agnatus admittendus ſit ad ſuccedendum in medietate bonorum antiquorum intra diſtrictum exiſtentium, ſubſtituto ab hac portione excluſo; & quid ſi proximior ipſe agnatus ſit perſona Eccleſiaſtica.

ALLEGATIO CXIV.

1 FRANCISCVS de Bonito decedens hæredem inſtituit Victoriam filiam, eique in pupillari ætate, vel quandocumque ſine liberis decedenti, ſubſtituit Sacrum Montem Miſericordiæ huiuſce noſtræ Ciuitatis: exinde obiit Victoria in pupillari ætate. Quamobrem facto caſu ſubſtitutionis pupillaris, inſurrexit controuerſia reſpectu medietatis bonorum antiquorum in diſtrictu ad proximiores Victoriæ iure conſuetudinis ſpectantis, illamque præ cæteris ſibi deberi petiit, & omni iure contendit Monaſterium Monialium diuæ Catharinæ Ciuitatis Gaetæ ex perſona D. Claræ de Bonito ipſius Monialis, proximioris agnatæ: Cuius partes libenter tuemur non minus pietate atque controuerſiæ elegantia ducti, allecti, quam nimia pij clientis iuſtitia freti.

2 In facto ambigitur capacitas Monaſterij in communi, proximitas agnationis Donnæ Claræ, amitæ Victoriæ. Deciſum pluries quoque habemus, diſpoſitionem pupillarem, conſuetudinis vinculum nequaquam euadere apud Afflict. *deciſ.* 310. & per Præſ. *deciſ.* 411. *num.* 4. *deciſ.* 296. vt nulla hodie contingat dubitatio.

3 Neque tandem matris Victoriæ exiſtentia quidquam obeſt, quippe ſecundum morem Capuani, & Nidi illa contraxit, quapropter pro non exiſtente, ſiue mortua, ea reputatur iuxta communem receptiſſimam traditionem apud Præſidem *deciſ.* 552. præcipuè *num.* 17. & 18. Molfeſ. *de renunt. quæſt.* 24. *num.* 9. & *de ſucceſſ. ad inteſt. part.* 4. *quæſt.* 46. *num.* 16. & *ſeqq.* & *vulgat. deciſ. Minad.* 26. Quin magis mater veniret etiam excluſa per ſubſtitutionem pupillarem vulgatis iuribus, & in propria materia Capic. *in conſuet. filius fol.* 186. *verſ. quod autem*, Molfeſ. *p.* 2. *quæſt.* 25. *num.* 5. adeò vt ex multiplici capite matris fauor, & exiſtentia hic ceſſet, agnatorum forſitan excluſiua.

Minus quoque magis peculiariter nobis obſtat renunciatio facta à Moniali tempore profeſſionis, quippe eius ſola lectura omnem remouet dubitandi anſam, fuit namque facta Franciſco fratri ſimpliciter, &c. & de bonis fraternis, cum dictione taxatiua *Tantum*. Cùmque hodie non pugnetur cum fratre ſiue vllo ex eius deſcendentibus, ſed cum remotioribus agnatis, vel magis cognatis, & de ſucceſſione ab inteſtato, quoad huiuſmodi medietatem attinet, agatur, vt ſatis infra conſtabit, ſuccedit vera, communis, & iudicata opinio celebrata per Dominum Regentem de Ponte *conſ.* 59. *num.* 1. *in fin.* & 2. in propriis terminis renunciationis Monialium, quod deficientibus deſcendentibus recipientis renunciationem, renuncians minimè excludatur à ſucceſſione ab inteſtato, comprobat poſt alios Molf. *de renunciatione quæſt.* 17. *num.* 24. *cum ſeq.* 4

Neque ſic tutò per Aduerſarios aſſumendum, renunciationem Monialium ſemper, & vbique realem præſumendam fore, cùm Deo viuere, & mundo prorſus mori dicantur ex allegatis per Dominum Regentem Rouitum *conſ.* 41. *cum duobus ſeqq.* quandoquidem in caſu illo ampliſſimæ, & generales aderant clauſulæ, vel magis præciſè, & explicitiſſimè realitatem ſignificantes, vtpotè ſigillatim per eundem Rouitum recenſentur *conſ.* 43. hic verò anguſtiſſima legitur renunciatio generalitatis ſiue realitatis omninò expers. Cæterum renunciationes regularium eiſdem metiri regulis quibus renunciationes ſecularium præſertim ad rem noſtram ex Couar. Anton. Gomeſ. Molin. & aliis neruosè firmat Molf. *cit. q.* 17. *n.* 25. *cum ſeq.* 5

Quin magis dictio illa, præciſa ſeu taxatina *Tantum*, cuiuſque legentis animum, & mentem, omninò remouet a realitatis cogitatione, adeò vt rectè, & propriè militare dicantur in huiuſmodi renunciatione eleganter, & eruditè tradita per Tellium Fernand. *ad leg.* 6. *Tauri* 49. & precipuè *n.* 51. quod ingrediens, & profitens in Monaſterio, totam habeat affectionem, & intentum, vt Monaſterium ditetur, hocque ſit potiſſimum ſolatium, monaſticam vitam eligentium, vt bona ipſos ſequantur, non autem vt extraneus fruatur, & cætera huiuſmodi apud tantùm virum omninò legenda, & Molf. *loc. cit.* 6

Tandem quicquid aduerſarij in contrarium adſtruant, renunciatio ſi legitur facta de bonis fraternis cum ſæpè dicta dictione taxatiua *tantum*, & hodie non agatur de bonis fraternis, ſed neptis, quorũ licèt maior pars à fratre peruenerit amplius talia nõ dicuntur *vulgato* §. *veteres, legis prima, ff. de acquir. poſſ.* vbi communiter DD. cum ſimilibus, & pro abſoluto in propria fere materia tradit Præſ. *dec.* 178. *n.* 4. & Reg. Rouit. *conſ.* 68. 1. *vol.* ſic paſſim deciſum referendo, neque de omnibus bonis neptis, ſed de medietate antiquorum tantùm, quæ magis ſpecialem requirit expreſſionem ex traditis per Molfeſium *in conſ.* 48. *num.* 14. & 44. neque cum fratre ſiue vllo ex eius deſcendentibus pugnetur, ſed cum agnatis, vel magis cognatis remotioribus, nequaquam a teſtatore vocatis, vt ſupra diximus, non video quo pacto aduerſarij fundamentum aliquod in renunciatione facere valeant, neque quò enixius, & clarius renuncians ſuam voluntatem exprimere valuerit, à qua tota lex pendet in ſubiecta materia renunciationis. 7

Totum igitur negotium nobis faceſſit ſtatus religioſus, in quo D. Clara reperitur, iam ante delatæ ſucceſſionis euentum. Ad cuius nodi extricationem atque articuli deciſionem innumeros, equidem af- 8

ferre poſſem Auctores, & magni nominis, inribus, & rationibus firmiter, & inconcuſsè tuentes, Clericos, ſiue Religioſos vti cæteros ciues municipalium legum, ſiue conſuetudinum præſcriptis indifferenter parere, viciſſimque illarum beneficio potiri, earumque diſtrictionem pati, præſertim vbi lex, ſiue conſuetudo non ſit peccati nutritiua, non contra legem, ſiue aliquam canonicam ſanctionem, non contra Eccleſiaſticam libertatem, vtpotè ſi nihil à Clericis (vti clericis competens) auferatur, ſi generalis ob bonum publicum, & familiarum conſeruationem inducta, æque commodum, & incommodum afferre valeat, denique ſi realis non perſonalis, quippe quæ bona non perſonas directè afficiat, & magis ſi non intuitu Eccleſiæ acquiſita, ſed patrimonialia, & antiqua, in materia demum teſtamentaria, in qua Clericos vti laïcos Cæſarum Conſtitutionibus pariter aſtrictos inſpicimus, quæ omnia conſuetudini noſtræ aptè conueniunt.

9 Vel tutius tueri quoque poſſemus, Clericos ſiue Regulares per modum facultatis non neceſſitatis, ſiue ſubiectionis indifferenter tam ab inteſtato, quã ex teſtamento conſuetudinum noſtrarum beneficio potiri, eoque magis quod nullatenus in toto illarum
10 corpore excluſi legantur. Quamuis è contra illarum vinculo, haud quaquam ligentur, ad quod ſolùm tendunt, ſi rectè perpendantur, omnia argumenta rationes, & dicta per Napod. in locis ſingillatim per Molfeſ. recenſitis *par. 2. de perſon. q. 7. & conſ. 27.* vbi inter cæteros eiuſdem ſententiæ ſectatorem citat Dominum Reg. Rouitum in quadam apoſtilla apud ipſum manu ſcripta penes Afflict. *deciſ.* 310. omiſſis aliis per Cap. congeſtis *in proœmio conſuet. §. 3. de perſon. n. 1. per totum.* Quæ omnia licèt miſſa faciam, eximiorum tamen Iudicum ſubiicio examini, quos non quod alias iudicatum ſiue ſeruatum, ſed quod iudicari, vel, ſeruari debet diſpiciendum eſſe monet Iuriſconſ. *in l. ſed licet, ff. de offic. Preſid.* & Imperator præcipit *in l. nemo. C. de ſentent. & interloc.*

11 Noſtra igitur Oratio dumtaxat verſabitur circa receptiſſimas noſtrorum patrum ſententias, noſtrique ſupremi Senatus rerum ſæpè ſæpius auctoritate iudicatarum firmatas, præſertim cum me non lateat, potius maiorum noſtrorum obſeruantiam, & interpretationem, quam ſtrictam iuris rationem in conſuetudinaria materia attendendam. Quamobrem ad Monaſterij Iuſtitiam dilucide, & inconcuſsè demoſtrandam, duabus innitar probatiſſimis ni fallor, propoſitionibus, vſuque forenſi receptiſſimis.

12 Prima quod quoties de ſucceſſione inteſtati agitur, non minus Eccleſiaſtici quam laici conſuetudinis beneficio potiantur. Altera (in qua tota vis cauſæ conſiſtit) inteſtatum, quem dici tam qui nullo modo diſpoſuerit, quam qui diſpoſuerit, nulliter tamen & inualidè, citra tamen Eccleſiaſticæ perſonæ exiſtentiam ſiue impugnationem; quod pertinet ad medietatem memoratam.

13 Maior propoſitio, abſolutiſſima, & apud omnes ferè tum veteres tum recentiores paſſim recepta pertranſit, illo potiſſimo ac ſolidiſſimo fundamento, vt ſicuti decedente Clerico ab inteſtato, ſuccedũt laïci ſeruata tamen conſuetudinis cenſura, vti indubitanter firmat Napod. *in conſuet. ſi quis vel ſi qua, n.* 347. confirmat deciſum referens per Collaterale Conſilium in hæreditate Epiſcopi Pollicaſtrenſis Conſiliarius de Bottis in additione eiuſdem conſuetudinis incipiente *quo moriente Clerico,* & deciſ. facit Reg. Reuert. atque pro indubitata iudicata, & ferè à nemine controuerſa, illam comprobat Molfeſ. *part. 4. de ſucceſſ. ab inteſt. q. 65. n. 54. cum ſeq.* Idem confirmans in additione ad eandem quæſtionem addita auctoritate Alex. Raud. *var. reſol. c. 11. n. 11.* idemque repetendo *part. 2. de perſonis, q. 7. n. 13.* & *in conſ. 27.*

Ita è contra ad ſeruandam æqualitatem in materia iuris congrui altrinſecus quoque receptam ad traditа per Præſ. *deciſ.* 285. laïco inteſtato defuncto, ſuccedere valeant Clericus, ſiue Religioſus, & pro eo Monaſterium, ne alioquin deterioris conditionis eſſent Eccleſiaſtici, contra omnem iurs rationem, Molfeſ. *precit. q. 74. cũ ſeq. cõſ. 27. n. 25. q. 65. de ſucceſſ. ab inteſt. n.* 66. & alibi paſſim vt inf. in diſcurſu cauſę. 14

Adeò namque omnis dubitationis expers habita fuit huiuſmodi concluſio, vt idem Molfeſ. *precit. q 7. n.* 39. referat, mortuo laïco inteſtato relictis nonnullis nepotibus inter quos aderat Religioſus, mota lite per laïcos cõtra Religioſum, habito poſtea colloquio cum primariis Aduocatis, continuò fuiſſe liti ceſſum, eiuſdemque ſententiæ refert fuiſſe Regentem de Ponte ſæpè ſæpius cum ipſo de materia alloquentem *n.* 33. & omiſſis aliis, Minad. *in conſt. Regni, in aliquibus, in 2. notabili, n. 87. circa medium,* per hæc verba diſſerit, *& ex hoc bene infertur deciſum à Napod. in conſuet.* ſi quis vel ſi qua, in verbo proximiores, *quòd medietas bonorum antiquorum, quæ competit proximioribus virtute conſuetudinis, competat etiã Monacis, quia conſuetudo ius ſanguinis reſpicit, & Monaci habent cognationem,* hæc ille, ita abſque controuerſia deciſum habemus apud Præſidem *dec.* 40. per quam medietas bonorum antiquorum fuit relaxata Monaſterio Sanctæ Claræ ex perſona Beatricis Medicæ Monialis in illo profeſſæ iam ante delatæ ſucceſſionis tempus, & poſt alios nouiſſime Caputus *precit. n.* 27. confirmans teſtatur, quod huiuſmodi concluſio nullam prorſus hodie patiatur difficultatem, vt infra quoque in diſcurſu cauſæ magis conſtabit. 15

Cardo igitur quæſtionis vertitur in probanda minori noſtri argumenti, cùm contra ſenſum pateat, nos in cauſa inteſtati verſari, quippe palam conſtet, Victoriam, de cuius bonorum medietate agimus, vigore pupillaris ſubſtitutionis teſtatam deceſſiſſe; verumtamen re diligenter introſpecta accurateq; perpenſa, illa non minus clarior, quam verior ſecundũ rectos iuris tramites apparebit, quin magis maiorum noſtrorum patrũ receptiſſimis traditionibus in propria materia atque ſupremi noſtri Senatus deciſionibus conſona cuiquam patebit, vt ſupra prædiximus. 16

Fateor quidem primo Franciſcum patrem pro Victoria pupillariter teſtatum in beneficium extranei ſeu Montis Miſericordiæ, atqui huiuſmodi diſpoſitio medietatem bonorum antiquorũ amplecti neutiquam valet ex ſupra receptiſſima ſententia apud Affl. & Preſ. paſſim deciſa; De illa in cæteros proximiores (ſecluſa Moniali) nequaquam diſpoſuit, ergo verè, & propriè quoad illam, inteſtatam Victoriam deceſſiſſe fatemur, præſertim cùm inconueniens nõ ſit in materia conſuetudinaria, quemquam decedere pro parte teſtatum, & pro parte inteſtatum apud Napod. *in conſuet. & ſi teſtator, in verbo peruenias,* & *in conſuet. filiusfamilias, in verbo poſſunt, verſ. ſi iſti filij,* quem citat, & ſequitur ad rem noſtram idem Præſ. *deciſ.* 667. *n.* 4. Superexiſtentia etenim aliorum proximiorum præteritorum ſeu ad illam non vocatorum (ſepoſita pro nunc Monialis perſona) facit illam inteſtatam in ſæpe dicta medietate bonorum, quantumuis de illa teſtator quoque ſenſerit, vti rectè, in propria materia diſſerit Præſ. *cit. deciſ.* 667. *n.* 4. comprobat Caput. ex aliorum auctoritate *loc. cit. num.* 23. Ratióque patet ad ſenſum. 17

Exinde aperta via ſuccedendi ab inteſtato, Monialis vti proximior in illa iure ſuccedit iuxta ſupra firmatam ſententiam à nemine controuerſam, neq; nouum cuiquam videndum, quod quis ex alterius 18

per

perſona commodum conſequatur vti diſertè *Præſ. ſæpe cit. deciſ.667. num.4.* per hæc verba : *Et ſtante concluſione prædicta quod ſtantibus filiis, mulier diſpoſuit de decima tantum, ſola exiſtentia Beatrici aperit viam, quod in iis nouem partibus ab inteſtato ſuccedatur, etiam quod in eam dispoſuerit, quia reſpectu nouem partium haberet ex conſuetudine, & aperta via ſuccedendi ab inteſtato dat locum Fratri Ioanni Baptiſtæ ſeu Monaſterio, vt ab inteſtato ſuccedat, cum non ſit nouum quod quis ex alterius perſona commodum conſequatur, l. poſt mortem, . fin. ff. de contr. tab.* hæc ille, cui addo tex. ſimilem *in l. poſthumus, §. ſi quis ex his, ff de inoffic. teſtam.* & *in l. ſi filio mancipato, §. vlt. ff. de liber. & poſth. vbi gloſ. in verbo veniunt,* plura ſimilia adducit; Et licet præfata Præſid. deciſio recentioribus temporibus fuerit reuocata, vt ipſe eiſdem rationibus in contrarium adductis nobis præiudicauit, noſtram tamen non impugnat ſententiam quin magis confirmat, vt ſatis infra conſtabit.

19 Ex quibus iuribus patam quoque conſtat alterum adeò alterius beneficio iuuari, vt opus non habeat, illius petitionem ſiue impugnationem expectare, vt idem Præſ. confirmat. *loc. precit.* & *in deciſ.269. num.2.* & apud Caputum non ineruditè *loc. cit. num.29.* latiùs comprobatum legimus. Verùm id non incidit in controuerſiam, cùm ſatis iam vrgeant competitores.

20 Iiſdemque iuribus Sanchez videndus *in ſua ſumma, lib.7. cap.16. num.37. in fine*, eleganter de more decidit, quod ſi quis partim ſubſtituiſſet cauſam piam, & partim profanam, grauato profitenti in Religione Capaci, Religio ex vulgata regula cauſam profanam in partem ſubſtitutam excludat, non tamẽ in ſui beneficium, cum vocata illa non reperiatur neque tacite neque expreſsè ex luculenter per eundem traditis, *n.43.* ſed in beneficium conſubſtituti, quippe cùm ſola religionis grauati profeſſio caducam reddat ſubſtitutionem quoad partem cauſæ profanæ, meritò exindè cauſæ piæ in partem ſubſtitutæ illa accreſcit, *ex vulg. regul. Vt excluſo aliquo coniuncto, alter ſubſtitutorum in ſolidum ſuccedat,* vt ſic excluſio illa in religionis fauorem inducta, non operetur in hoc aliquod religionis commodum, ſed cauſæ piæ ſubſtitutæ, quæ ex beneficio religionis profeſſæ à grauato partem cauſæ profanæ conſequatur, cùm alioquin partem tantummodo ſuam conſequeretur. Sic in caſu noſtro ſola exiſtentia proximiorum non vocatorum caducam ſiue proprius inteſtatam reddit diſpoſitionem. Quoad ſæpe dictam medietatem, non autem in ipſorum beneficium, quippe cùm Monialis proximior illis in gradu reperiatur, & æque potior, ad illam iure admittitur ex ſupra receptiſſima ſententia.

21 In eandem ducimur ſententiam ex inconuincibili argumento à ſufficienti partium enumeratione ſumpto, peritorum traditiones in propria materia deobſeruando : duplici namque ratione, quæ in vnam reincidit, Clericus ſiue religioſus conſuetudinis beneficio excludi fertur, vel vt diſpoſitio teſtatoris vndique firma, & illæſa ſeruetur, ſuumque robur cõſequatur, vel tandem quòd Clericus incapax ſit impugnandi conſuetudinis iure, diſpoſitionem à laïco factam, vti e contra, ad ſeruandam æqualitatem, atqui neutrum hic contingit, ergo.

22 Diſpoſitio etenim, quoad memoratam medietatem attinet (ſepoſita Monialis perſona) neutiquam ſeruaretur, ſed omninò ad alios proximiores æque ac Monialem præteritos ſiue omiſſos perueniret. Si impugnationem inſpicimus, illa non prouenit neque principaliter fit à Moniali, ſed ex præexiſtentia aliorum proximiorum, licet in conſequentiam, & per accidens ipſa commodum conſequatur iuribus ſupra traditis, & in propria materia receptis.

Reliquum tandem erit, vt demonſtremus ſupra 23
firmatam ſententiam a ſupremi noſtri Senatus iudicantis, nequaquam recedere, quin magis illi conformiorem reddi, vt ſupra deduximus. Primò namque ſi attendamus caſum per Capic. *in deciſ.98.* in fine poſitum, & deciſum per Præſid. relatum *deciſ. 411. n.5.* in illa licet fuerit Religioſus præteritus; alij tamen æque proximiores defuncti fratres expreſsè vocati fuere, quod quanti referat infra patebit.

Si aliam apud Præſ. *667. an.1573.* ſequutam pon- 24
deremus, illa à fortiori noſtram firmat concluſionem, quandoquidem non obſtante diſpoſitione in beneficium filiæ fœminæ facta, adhuc tamen Monaſterium admiſſum fuit conſuetudinis beneficio, ad nouem partes maternæ hæreditatis, ſiue dotis.

Si reuocationem illius nouiſſimis temporibus ad relationem tunc digniſſimi Conſiliarij Valenzuola nunc meritiſſimè ad ſuprema munerũ faſtigia euecti, iunctis tribus Aulis ſequutam attendamus, quicquid Moiſeſ. contendat, qui obſtinanter pro prima deciſione citata conſil. 22. pugnat, reuocationem nihilominus nos inſequendo, in nihilo illa noſtram
lædit ſententiã, quin magis illam comprobat; Longe 25
etenim lateque caſus ille a noſtro differt; ibi etenim teſtatrix duos habebat liberos Religioſum vnũ, alteram fœminam, excluſit Religioſum certum quid illi relinquendo, non tamen præteriit, ſed expreſsè in alſe filiã vocauit, ad quam, Monaci perſona ſecluſa, conſuetudinis emolumentum, nouarum, nempe dotis partium, integrum omnino ſpectabat : Filiæ igitur exiſtentia vtpote expreſsè vocatæ, diſpoſitionem maternam infringere quoquo pacto ſeu caducam reddere non valebat, ſoli igitur Monaſterio directè, & principaliter opus erat, diſpoſitionem impugnare, quod ei ex magis noſtrorum patrum recepta ſententia quicquid alij in contrarium iure contendant, denegatum, vel inuiti fatemur.

Quin magis teſtator cæteros proximiores in gra- 26
du, omiſſo Religioſo, expreſsè vocandō, in totum teſtatus deceſſiſſe iure fertur, non inteſtatus, indeque cùm totum corruat inteſtatæ ſucceſſionis fundamentum, non mirum ſi in illo caſu Monaſterium fuerit excluſum, vt explicitiſſimè apud eundem Præſidem ſæpè *citatum deciſ.667.* arguentem pro reuocatione deciſionis in fine in hæc verba legimus, *Similiter dicebatur non eſſe verum quod inſtituta Beatrice ſuccedit in decima parte ex teſtamento, & in reliquis ab inteſtato, & ſic etiam ſit aperta via Fratri Ioanni Baptiſtæ, nam eſt fundatio ſupra* in deciſ.89. *has nouem partes deberi iure hæreditario, ita tamen vt confecto inuentario hæres liberetur legatariis, & hæres inſtitutus teneatur adire hæreditatem ex teſtamento.* Tom. Nacl. *in conſuet. & ſi teſtator, in verbo, reliqua, que incipit. quid ſi fecit. fol.39. in manu ſcriptis.* hæc ille. Poſtea idem Præſ. ſubnectit concludendo, *& ſic non eſt verum, quod ſuccedatur ab inteſtato, & ſic via ei eſſet aperta,* confirmat *deciſ.690. num.9. & 10.*

Clariùs equidem atque enixiùs ad noſtram loqui 27
non valuit ſententiam eruditiſſimus, & laboratiſſimus ille vir; etenim ſi cæteri proximiores vocati eſſent Monaſterium conquieſceret, quandoquidem Victoria in totum teſtata deceſſiſſet, & Monaſterium ab illis contra enixam teſtatoris voluntatem, medietatem huiuſmodi euellere non rectè contenderet, atqui cùm ſecus ſecus ſit, & competitores non alio titulo, quam inteſtatæ ſucceſſionis venire valeant, non video quo pacto Monaſterium excludere intendant, cum pari iure ambo metiantur aperta via ſuccedendi ab inteſtato.

28 Et magis inconcuſſe idem Preſ. & ferè ad amuſſim nobis confirmat, verbis immediatè ſequentibus, & *dicebatur bene fundatam hanc deciſionem ex deciſionibus alias in fratribus factis*, in quibus vt ſupra retulimus licèt fuerit præteritus, ſiue excluſus Religioſus, inſtituti tamen alij æque proximiores fuerunt, exinde locum inteſtatæ ſucceſſioni nequaquam dederunt.

29 Hinc Preſ. in ſæpe memorata *deciſ.667. in princ.* prout alias retulit *deciſ.411. verſ. eſt, & alius caſus*, deciſum fuiſſe refert caſum, quando aliis fratribus laïcis inſtitutis Clericus fuit omiſſus, non ſine maximo iuris miniſterio, quaſi ſecus ſi illis præteritis, vt in caſu noſtro, & *in fine eiuſdem deciſ.411. num.6.* ex dictis, & deciſis refert poſſe decidi alium caſum quando Clerico ſolo aliis fratribus non exiſtentibus extraneus fuiſſet inſtitutus, quippe tunc impugnatio principaliter Clericum tangeret, quæ ei denegatur ex ſupra traditis.

30 Tandem ad maiorem prædictorum omnium confirmationem in teſtem dignum adduco Lelium Caputum, quippe qui in cauſa illa reuocatæ deciſionis, interuenit pro Aduocato, quapropter merito, *n.25.* loco ſupra citato prædicit ad deciſionem articuli, & veritatis dilucidationem velle ſe deciſionis rationes referre pro tuenda veritate per tot Eminentiſſimos viros comprobata, apud quem ipſe poſt à me conſiderata (abſit iactantia) cum magno gaudio prædicta omnia, licet latiori ſtilo diffuſa perlegi, qui tandem *n.28.* ex dictis per ipſum circa deciſionis reuocationem, duplicem elicit concluſionem.

31 Alteram quod quomodocumque detur caſus; in quo fiat diſponens inteſtatus, præcipuè quando cum Clerico concurrunt alij proximiores, in dipoſitione non vocati, quorum præteritio aperiri faciat viam ſucceſſioni inteſtatæ, quoad huiuſmodi medietatem attinet, conſuetudinis beneficio Clericus ſiue religioſus æque ac ſecularis potiatur.

32 Alteram verò *n.32.* ſubnectit, quod quoties non adſunt alij proximiores, vel ſi exiſtant reperiantur à teſtatore inſtituti ſeu vocati, adeò vt in ſola religioſi perſona repoſitum eſſet principaliter, & directe ius teſtamentum impugnandi, tunc ſecus dicendum, & hoc fatetur fuiſſe potiſſimum, & ferè vnicum reuocationis illus deciſionis fundamentum, quippe filia æque proximior vocata iam reperiebatur, rogo videant cùm egregiè materiam pertractet.

33 Diſcriminis rationem inter vnam & alteram fas ſit mihi repetere ex ſupra deductis; in prima etenim diſpoſitio, & impugnatio directè; & principaliter nõ contingit ex parte Religioſi, quin magis concurrit cum agnatis ſiue cognatis, æque ac illo non vocatis ſiue præteritis. In ſecunda verò totum è contra impugnatio nedum principaliter, & directò fieret Religioſo, quin fortius contra expreſſam, & enixam voluntatem à vocatis medietatem auelleret, quod quanti referat quiſque diiudicet.

34 Ex quibu omnibus adeò in tuto poſitam puto iuſtitiam Monaſterij, vt opus non habeam ad illud tutiſſimum iuris prædium confugere, in dubiis nempe pro pia cauſa ſemper fore decidendum, vulgatis iuribus, cùm ſumma ſemper ſit illa ratio quæ pro Religione facit, dixit Iuriſconſultus *in l. ſunt perſonæ ff. de Relig. & ſumpt. funer.* quam late exornat Tiraq. *de priuil. pia cau. a, priuil.146. &* 148. ibidem late addentes, præſertim ſub Religioſorum Senatorum rectiſſimo iudicio, quibus libenter prædicta omnia, & me ipſum ſubiicio.

Eraſmus de Ponte.

SVMMARIVM.

1 *Feudi tenuta an ſit burgenſatica, vel feudalis.*

2 *Feudi tenuta poteſt transferri ſine aſſenſu.*

3 *Succeſſor Feudi poteſt grauari ſine aſſenſu vt permittat fructus fundi ab alio percipi.*

4 *Feudi tenuta datur hæredibus in burgenſaticis, & non in feudalibus.*

5 *Feudi actio iudicatur prout & ipſum feudum.*

6 *Feudi tenuta interdum dicitur feudalis, interdum vero dicitur burgenſatica.*

7 *Aſſiſtentia vigore Pragmaticæ poteſt præſtari, non ſolùm ſuper immobilibus, ſed etiam ſuper iuribus, & actionibus.*

8 *Aſſiſtentia fuit interdum conceſſa ſuper iure luendi, ſiuè ſuper pacto retrouendendi, prout etiam ſuper pretio rei obligata.*

9 *Vſusfructus licèt cedi non poſſit, nec obligari, tamen commoditas fructuum vendi, & hypothecari poteſt.*

10 *Obligatione generali comprehenduntur fructus, licèt nati poſt litem motam, & qualiter procedat.*

11 *Saluiarum interdictum quomodo poſſit intentari deficiente aſſiſtentiæ remedio, vſque ad num.12.*

13 *Nominatio facta abſente parte, nullum ius acquirit nominato.*

14 *Nominatio facta per Nuncium, vel per Epiſtolam cenſetur acceptata recipiendo Epiſtolam.*

15 *Donatio facta abſenti poteſt reuocari ante acceptationem.*

16 *Actus tribuitur potius mandanti, quam exequenti.*

17 *Nominandi, vel eligendi facultas, facta ſemel nominatione expirat, nec competit variatio.*

18 *Emptio facta pro perſona nominanda, cui acquiratur, & quomodo, & an poſſit ante nominationem illam vendere vt propriam, vſque ad num.19.*

20 *Emphyteuſis conceſſa alicui pro ſe, & quibus dederit, cenſetur hæreditaria, quæ tranſit ad hæredes, etiam extraneos.*

ARGV

ARGVMENTVM.

Feudi Dominium ſi penes aliquem ſit, tenuta verò eiuſdem feudi penes alium, dubitatur, nùm creditor illius qui tenutam habet poſſit actione reali ſuper illa tenuta de iuribus ſuis experiri. Creditor illius, qui vendidit rem cum pacto de retrouendendo, an ſuper illo pacto actione reali agere poſſit. Emptio facta pro perſona nominanda, cui acquiratur, & nùm ante nominationem poſſit emptor rem illam ſic emptam vti propriam vendere: & de aliis.

ALLEGATIO CXV.

1 AD hoc, vt iuſtitia Dominorum Franciſci Mariæ Imperialis, Gineuræ de Oria, & Brigidæ Spinola clariùs eluceſcat, de tribus breuiter eſt diſſerendum.

Primò, an tenuta Status Sancti Angeli, quam dominus Landulphus de Aquino tranſtulit in Dominum Ioannem Vincentium Imperialem, præcedente recognitione facta per eundem Landulphum cum Regio aſſenſu, quod ipſe empturus erat dictum Statutum nomine, & de propria pecunia dicti Ioannis Vincentij, ſit burgenſatica, vel feudalis. Secundò, an poſſit ſuper dicta tenuta præſtari aſſiſtentia, vel aliter Actoribus ſatisfieri de eorum credito. Tertiò, an ſubſiſtat prætenſio Domini Ioannis Baptiſtæ Imperialis, quod dictus Status Sancti Angeli ad ipſum pertineat, non vti hæredem dicti Ioannis Vincentij, ſed tanquam nominatum in prætenſo chyrographo eiuſdem Ioannis Vincentij, de anno 1636.

2 Ad primum dicitur, quod tenuta feudi eſt burgenſatica non feudalis, cum transferri poſſit etiam ſine aſſenſu, Andr. *in cap. Imperialem, num. 69. cum duob. ſeqq. de prohib. feud. alien. per Federic.* Io. Vincent. de Anna *alleg. 1. num. 29.* Lanar. *conſ. 82. num. 1.* & Dom. Reg. Capyc. Galeot. *lib. 1. controuerſ. 36. num. 31. & 32.* qui omnes affirmant, quod poteſt aliquis rem poſſidere, cuius proprietatem habere nequit, eamque poſſeſſionem vocant aſininam detentionem. Et procedit hæc concluſio etiam in iuriſdictionalibus, in quibus adhuc inſpicitur poſſeſſio, & non merum ius, & doctrina Peregr. *de iure* 3 *fiſci. lib. 1. tit. 2. n. 55.* Hinc eſt, quod ſucceſſor in feudo poteſt grauari, vt permittat fructus feudi ab alio percipi, nec ſuper hoc grauamine impetrari debet aſſenſus, quia non conſideratur tanquam ius penitus ſeparatum a feudatario, ſed fructus ab illo tertio percipiuntur ex iure, quod feudatarius habet, vt optimè fundat, & deciſum refert Dom. Reg. Rouit. *in Pragm. 4. num. 46. de feud.* Sic pariter creditori ſine aſſenſu poteſt concedi perceptio fructuum feudi, non vt habeat ius in re, ſed vt fructus à ſolo ſeparandos iure creditoris conſequatur, idem Dom. Reg. Rouit. *loc. cit. num. 73.* & adeò verum eſt; quod feudi tenuta, quæ reſidet penes eum, de cuius pecunia feudum emptum fuit, accedente recognitione facta per emptorem, eſt burgenſatica, & non 4 feudalis, vt in ea ſuccedant hæredes in burgenſaticis, & non in feudalibus, ſicuti fuiſſe deciſum in cauſa Portiæ Sconditæ cum Maria Roſſa, refert Thor. *in compend. deciſ. part. 3. verſ. hæres an debeat immitti,* & nouiſſimè hanc ſententiam probat Dom. Reg. Sanfelic. *deciſ. 292. n. 1. lib. 2.*

Nec obſtat, quod Dominus Landulphus conſtituit Dominum Ioannem Vincentium procuratorem velut in rem propriam ad exigendum fructus, & introitus dicti Status, & ad exercendum illius iuriſdictionem, promiſitque etiam cedere, & renunciare Statum prædictum ipſo Ioan. Vincentio, aut cui ipſe voluerit, & pro obſeruantia omnium prædictorum obligauit in ſpecie dictum Statum, ſuper qua obligatione fuit poſtea impetratus Regius aſſenſus, itavt certum ſit præfatum. Ioan. Vincentium acquiſiuiſſe actionem realem ſuper eodem Statu: neminem verò latet idem iudicari de feudo, quod de actione ad feudum. 5

Quia reſpondetur, quod feudi tenuta, quæ transfertur ex recognitione facta per emptorem ipſius feudi in alterius beneficium, cum pactis, & clauſulis apponi ſolitis, dupliciter conſiderari poteſt. Primò, in quantum præbet commoditatem percipiendi fructus, & introitus feudi, & hoc reſpectu erit burgenſatica. Secundò, conſiderari poteſt tenuta in ordine ad acquirendum dominium feudi, ſiue ad obtinendum aſſiſtentiam ſuper eodem feudo, pro obſeruantia promiſſorum in inſtrumento recognitionis, & in hoc ſenſu dicitur feudalis, vt optimè diſtinguendo docent Dom. Anell. Amat. *conſ. 8. numer. 25.* & Ill. Dom. Marchio Ramontis digniſſimus Præſ. Sac. Conſilij *controu. forenſ. centur. 2. cap. 81. num. 63.* à quibus non diſſentit Dom. Reg. Capyc. Galeota *lib. 1. controu. 28. num. 31. cum ſeqq.* dum ait, quod actio quæ oritur ex recognitione facta cum aſſenſu eſt feudalis in quantum reſpicit acquiſitionem feudi, vel exercitium hypothecæ ſuper feudo, quatenus verò concernit pretium, vel commoditatem feudi dicitur burgenſatica, quia non tangit feudum. Et in hoc amplius non eſt immorandum, cum aduerſarius in ſuis allegationibus concedat huiuſmodi tenutam eſſe burgenſaticam, & non feudalem. 6

Ad ſecundum dicitur, quod aſſiſtentia præſtari poteſt nedum ſuper bonis immobilibus, ſed etiam ſuper iuribus, & actionibus, cum omnia hæc veniant in generali obligatione, vt nouiſſimè multis relatis probat Merlin. *de pignorib. lib. 2. tit. 1. quæſt. 19. num. 2. cum duob. ſeqq.* Appellatione enim bonorum veniunt iura, & actiones, *leg. bonorum, in fin. ff. de verb. ſignif.* Barbat. *de aſſiſtent. gloſ. 5. num. 10. & ſeq.* qua de cauſa multoties fuiſſe præſtitam aſſientiam ſuper iure luendi, ſiue pacto de retrouendendo affirmat Thor. *voto deciſiuo 68. num. 25.* eademque ratione fuiſſe præſtitam aſſiſtentiam ſuper pretio rei obli- 8 gatæ teſtatur idem Thor. *in compend. deciſ. part. 2. verſ. aſſiſtentia an quemadmodum,* & magis ad rem noſtram faciunt tradita per Neguſant. *de pignorib. 3. membr. 2. part. num. 9.* quod commoditas vtendi re aliqua poteſt deduci in obligationem, quam doctrinam probat Statilius Pacific. *de Saluian. interd. inſpect. 3. cap. 2. num. 794.* dicens, quod licet vſusfructus non poſſit cedi, nec obligari, tamen commo- 9 ditas fructuum vendi, & hypothecari poteſt ex 7

Bald. *conſ.* 335. *num.* 1. *lib.* 1. Tiraquel. *de retract. lignagier,* §. 26. *gloſ.* 1. *num.* 46. & Menoch. *conſ.* 1022. *num.* 11. *& ſeq. lib.* 11.

10 Silentio tamen prætereundum non eſt, quod fructus rei obligatæ comprehenduntur in generali hypotheca, manente dominio penes debitorem, immò fructus nati poſt litem motam in actione hypothecaria contra tertium poſſeſſorem eadem actione peti poſſunt, & ſequeſtrari debent a principio litis, vt fundat, & deciſum refert D. Præſ. Merlin. *lib.* 1. *contron. forenſ. cap.* 24. *num.* 11. *cum ſeqq.* vnde dubitandum non eſt, quin ſuper tenuta feudi, & commoditate percipiendi ex eo fructus aſſiſtentia præſtari poſſit.

11 Quatenus tamen petitæ aſſiſtentiæ locus non eſſet (quod non creditur) vtique concedendum foret Saluianum interdictum, quod nedum continetur ſub illis tribus remediis, ex quibus conflatur aſſiſtentia, ſed etiam fuit expreſse intentatum per Actores, dum in ſecundo libello petierunt ſibi ſatisfieri de eorum creditis ſuper tenuta, & commoditate percipiendi fructus ex dicto Statu Sancti Angeli.

12 Ad tertium dicitur, quod nominatio facta per Io. Vincentium in aſſerto chirographo minime ſuffragatur Ioanni Baptiſtæ, tum quia dictum chyrographum non fuit plene verificatum, tum etiam quia licet de nominatione ſufficienter conſtaret, vtique talis nominatio fuiſſet reuocata per teſtamentum poſtea conditum ab ipſomet Ioanne Vincentio, qui hæredem vniuerſalem inſtituit eundem Ioannem Baptiſtam in omnibus bonis burgenſaticis, feudalibus vbicunque ſitis, & poſitis, & quia Ioannes Vincentius alia bona feudalia non poſſidebat, præter tenutam Status Sancti Angeli, euidenter patet eum voluiſſe, vt Ioannes Baptiſta in dicto Statu ſuccederet tanquam hæres ipſius Ioan. Vincentij, & non tanquam nominatus in dicto aſſerto chyrographo. His accedat, quod præfatus Io. Vincentius in eodem teſtamento diſpoſuit, vt omnes fructus ſuorum bonorum burgenſaticorum, & feudalium certi temporis ſpatio conuerterentur in extinctionem onerum hæreditariorum, cui equidem diſpoſitioni locus non eſſet, ſi dictus Ioannes Baptiſta ſucceſſiſſet in dicto Statu tanquam nominatus in vita, & non vti hæres patris. Sed profectò hæc aſſertio in dubium reuocari non poteſt; cum Ioan. Vincentius in dicto aſſerto chyrographo expreſse voluerit, vt Ioannes Baptiſta potuiſſet diſponere de Statu prædicto, ſeruata forma eius vltimi teſtamenti, quod conditurus erat.

13 Certum eſt autem aſſertam nominationem potuiſſe per Ioannem Vincentium reuocari, ſiue dicamus eam fuiſſe actum inter viuos, ſiue vltimæ voluntatis; etenim ſi nominatio eſt actus inter viuos, & ſapit donationem, omninò requirit Partis præſentiam, & ſi fiat abſente Parte, non valet, *leg. abſenti, ff. de donat.* & in ſpecie, quod ex nominatione facta abſente Parte, nullum ius acquiratur nominato, fundat Mantic. *de tacitis & ambig. conuent lib.* 4. *tit.* 21. *num.* 12. & 13. & licet ipſe dicat, quod per
14 Nuncium, aut per Epiſtolam poteſt fieri nominatio, hoc tamen intelligitur dummodo Epiſtola mittatur ad eum, qui nominatus eſt, nam is recipiendo Epiſtolam, cenſetur nominationem acceptare, vt colligitur ex tex. *in leg. conſenſu, ff. de act. & oblig.* & melior eſt tex. *in leg. qui abſenti, ff. de acquir. poſſeſſ.* & poſt multos, quos refert, & probat Tiber. Dec. *conſ.* 109. *num.* 17. *lib.* 2.

15 Quod ſi Notarius pro abſente ſtipulatus fuerit, tenet quidem donatio, ſed poteſt reuocari ante acceptationem ex magis recepta DD. ſententia, quam probat Theſaur. *deciſ.* 70. *num.* 5. & vbi ex contractu competit alicui facultas nominandi incertum de incertis, poteſt is, qui nominauit, quouſque rem non tradidit, nominationem factam reuocare, & alium nominare, ita diſtinguendo docent Molin. *de primog. Hiſp. lib.* 2. *cap.* 4. *n.* 35. Aluar. Valaſc. *conſult.* 102. *num.* 23. *tom.* 1. Giurba *obſer.* 40. *num.* 25. *part.* 1. & hanc eſſe communem ſententiam teſtatur Caldas *de poteſt. elig. & nomin. renoc. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 2. *cum tribus ſeqq.* & licet ipſe *num.* 5. contrarium ſentiat in emphyteutica nominatione, tamen eius opinio non eſt tuta, tum quia contradicit receptiſſimæ DD. ſententiæ, tum etiam, quia ea ratione mouetur, nam emphyteuta nominans videtur ſimplex nominatoris miniſterium exercere, quæ ratio caſui noſtro minime conuenit, nam ſatis differt nominatio facta per emphyteutam, qui recipit conceſſionem pro ſe, & pro perſona ab eo nominanda, a nominatione facta per eum, qui feudum tenet in capite alterius, vt in caſu noſtro, quia emphyteuſis conceſſa alicui pro ſe, & pro perſona ab eo nominanda pertinet ad nominatum, non quidem ex perſona nominantis, ſed ex prouidentia concedentis, vt latè probat idem Caldas *de nominat. emphyt. lib.* 2. *tit.* 62. *quæſt.* 10. *num.* 2. *&* 3. *& de poteſt. elig. & nomin. reuoc. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 3. At vbi aliquis tenet feudum in 16
capite alterius præuia recognitione factà in forma ſolita, illudque transferri mandat in perſonam Caij, habet vtique Caius feudum non ab eo, qui nominationis mandatum exequitur, ſed ab eo, in cuius beneficium recognitio facta fuit, cum potuiſſet ille, aut non nominare, & ius, quod habebat ad hæredes tranſmittere, aut ſeipſum, ſiue alium prorſus extraneum nominare. Compertum namque eſt in iure, quod actus tribuitur mandanti, & non exequenti, *leg. item eorum,* §. *ſi decuriones, ff. quod cuiuſque vniuerſ. nom.* vbi hæc ſunt verba. *Si Decuriones decreuerunt actionem per eum mouendam, quam Duumuiri elegerunt, is videtur ab ordine electus, & experiri poteſt, paruì enim refert, ipſe ordo eligat, an is cui ordo negotium dedit.* Gloſ. *in leg. Inſtitutio talis, in verbo data eſſet ff. de condit. inſtit.* Bald. *conſ.* 268. *num.* 1. *lib.* 1. Crauet. *conſ.* 144. *n.* 5. Surd. *conſ.* 301. *num.* 38. *lib.* 3. in ſpecie Reg. de Pont. *conſ.* 109. *num.* 13. *& ſeq. lib.* 1. & poſt alios Niger. Ciriac. *lib.* 3. *contron* 84. *num.* 14.

Cæterum ſi facultas nominandi competit ex te- 17
ſtamento alterius, tunc facta ſemel nominatione negant DD. locum eſſe variationi, niſi nominatio facta ſit per actum vltimæ voluntatis; quia tunc poteſt nominans variare, vt affirmant Molin. & Valaſc. *locis ſup. cit.* Cum igitur in caſu noſtro Ioan. Vincentius acquiſiuerit facultatem nominandi ex contractu, & nominatio prætendatur facta per actum vltimæ voluntatis, nulli dubium eſſe poteſt, licuiſſe eidem Io. Vincentio nominationem factam reuocare. Et quod aſſerta nominatio ſit facta per actum vltimæ voluntatis, euidenter patet, quia facta fuit ſub commemoratione mortis, & effectum ſortitura erat poſt mortem nominantis, ad tex. *in* §. 1. *Inſtit. de donat.* Præterquam quod ad validitatem donationis cauſa mortis, & alterius cuiuſlibet vltimæ voluntatis requiruntur ad minus quinque teſtes, *leg. fin. C. de donat. cauſ. mort. & leg. fin. Cod. de codicill.* qui cùm non interuenerint tempore diſpoſitionis factæ in aſſerta epiſtola, meritò de tali nominatione nulla ratio haberi poteſt.

Dato tamen, citra veri præiudicium quod Ioan. 18
Vincentius non potuiſſet nominationem factam reuocare, vtique illa tenuta, quæ erat penes Io. Vincen

cen

centium tranſiuiſſet in Io. Baptiſtam affecta onere hypothecæ contractæ in beneficium creditorum ipſius Ioan. Vincentij, vt in fortioribus terminis fundat Mart. *voto* 127. & 132. dicens, quod ſi aliquis emit rem pro perſona nominanda, licèt pretium ſoluat de pecunia alterius, ipſe nihilominus rei emptæ dominium acquirit, & poteſt ante nominationem factam rem illam tanquam propriam alteri vendere, ſiue obligare. Et quamuis hæc opinio habeat aliquos contradictores in caſu emptionis factæ pro perſona nominanda, quaſi tunc facta nominatione fingatur à principio emptionem fuiſſe celebratam nomine illius, qui poſtea nominatus
19 fuit: tamen nemo vnquam dubitauit quin hæc retrotractio minimè locum habeat quando aliquis non emit pro perſona nominanda, nec de pecunia alterius, ſed habet facultatem transferendi feudum in ſe ipſum, aut in alium quem ipſe voluerit, tunc enim ceſſant omnes rationes, quæ in contrarium conſiderari poſſunt, provt in ſimili, immò fortiori caſu dicimus, quod emphyteuſis conceſſa alicui pro
20 ſe, & quibus dederit, cenſetur hæreditaria, & poteſt in ea pater filiis præiudicare, vt ex Molin. Mantic. & aliis, probat Roder. *de ann. redit. lib.* 2. *quaſt.* 21. *num.* 37. quinimò huiuſmodi emphyteuſis tranſit tad quoſcumque hæredes, etiam extraneos, & poteſt alienari ſine aſſenſu domini. Valaſc. *de iure emphyt. quaſt.* 38 *num.* 23. Cald. *de nomin. emphyt. lib.* 2. *quaſt.* 23. *num.* 30. & 31. Marta *de clauſ. par.* 2. *clauſ.* 46. Ant. Monach. *de recta feudi interpret. quaſt.* 39. *n.* 1. & *ſeq.*

Ioſeph Magaldus.

SVMMARIVM.

1 *Adoha origo in Regno noſtro oſtenditur, vſque ad num.* 3.

4 *Feudum cuius valoris antiquitus debebat eſſe, vt adoham ſolueret.*

5 *Adoha ſeruitium an ſit pecuniarium, an vero perſonale, vſque ad numer.* 6.

7 *Adoha taxatio quomodo, & qualiter ſit facienda.*

8 *Adoha taxatio vtrum, & quando fuerit innariabilis.*

9 *Adoha an, & quando augeatur auctis fructibus feudi.*

10 *Baro non tenetur ex fructibus auctis ſoluere adoham auctam.*

11 *Gratia Imperatoris Caroli V. in præſenti adducuntur.*

12 *Feuda aperta apud Dominum Regem non dicuntur amplius feuda.*

13 *Adoha ſolutio, an, & quando poſſit renouari in nouis conceſſionibus feudorum.*

14 *Adohæ augmentatio fieri nequit in præiudicium creditorum, quod ex pluribus deciſionibus fundatur, vſque ad num.* 16.

17 *Principem fidem ſeruare debere pluribus comprobatur, vſque ad numer.* 18.

19 *Clauſula illa in conceſſione feudi appoſita*, natura feudi in aliquo non mutata, *quid operetur, oſtenditur.*

20 *Aſſenſus Principis in feudi conceſſione perpetuus eſt, & quare.*

21 *Aſſenſus Regis ſuper feudis adhibitus quoad adoha ſolutionem non poteſt præiudicare creditoribus, vſque ad num.* 22.

23 *Adoha taxatio non eſt de ſubſtantia feudi, ſed ſolùm de eius natura.*

24 *Deciſio conſimilis Regiæ Cameræ ad propoſitum adducitur.*

ARGVMENTVM.

Adohæ noua taxatio, aperto feudo ad Regem, nùm in illis noua conceſſio fieri poſſit in præiudicium creditorum, qui feudum illud obligatum tenent cum aſſenſu. Clauſula illa in feudi conceſſione appoſita, *natura feudi in aliquo non mutata*, cuius ſit importantiæ: & de aliis notabilibus.

ALLEGATIO CXVI.

HOSTENDITII, ſiue adhoæ vnigena præſtatio, ſi Potentiſſimi noſtri Regis perpenſo dumtaxat reſpectu, Doctiſſimis noſtris, olim Patribus viſa fuit vtiliſſima, vt inferiùs; creditorum, ſicque tertij attento præiudicio, eandem iniuſtiſſimam diiudicandam fore opinamur; quamobrem in præſenti ſpecie Terræ Gryptæ Minardæ, ad Regiam Curiam ob finitam, vt aſſeritur, lineam deuolutæ, & in cuius noua conceſſione fortaſſis à Regia Curia facienda, nouæ adhoæ taxatio formari prætenditur; vel illam ſupremum Regiæ Cameræ Tribunal, ob maius Regij Fiſci commodum nullatenùs fore amplexurum; vel ſaltem præ creditorum intereſſe, qui ſuper eadèm Terra legitimas pro eorum creditis Regio aſſenſu, præmunitas obligationes, hypothecaſve contraxerunt, ab eadem noua taxatione fore præ ſua ſumma iuſtitiâ, & æquitate abſtenſurum, ſperamus. 1

Id, quod vt faciliùs aſſequamur, cùm cuiuſcumque rei potiſſima pars principium ſit, vt docuit Caius I.C. *in leg.* 1 *ff. de orig. iur.* non abs re erit, quam breuiſſimè adhoæ initia Dominorum Iudicantium memoriis referre, vt ex eiſdem haud difficulter, ad nouæ taxæ prætenſionis reſolutionem deueniri queat. Cùm enim frigidum illud verbum (vt *Diuus Gregorius* inquit) *Meum*, ac *tuum* toto in Orbe dominia diſtinxerit, homines diſcreuerit, Regnaque condita, ac ſæva bella gentium iure introduxerit, *leg. ex hoc iure*, *ff. de iuſtit. & iure.* ibique DD. 2

Ipſo

ipſorúmque bellorum cauſa, vt Salluſt. ait *in coniurat. Cathelinæ*, dominandi libido fuerit; hoſteſque non verbis, ſed armis deuincantur, vt ex Demoſthene *Exod. 5.* notat Andreas Eborenſis *ſententiarum tom. 1. fol. 125.* militare munus armis tractandis ad eorundem bellorum neceſſitatem adinuentum, conſtitutúmque fuit, vt *ff. & Cod. de re milit. leg. fin. in princ. C. de iure delib. l. milites. C. locat.* ibi, *Rempublicam, à qua aluntur ab omni bellorum neceſſitate defendant.* Qua de re Regnantes, vt aptiores, fortioreſque milites obtinerent, imperialiſque potentia illorum præſidio roboraretur: vaſſallos ſibi feudorum præſertim conceſſionibus adſcripſerunt, qui bellicis expeditionibus, ſecum ſtrenue militaſſent, ac vaſſallitica ſeruitia præſtitiſſent, *cap. Domino guerram, hic finitur lex*; ideóque obſeruamus nonniſi militare valentibus feuda regulariter conceſſa fuiſſe, vt *ex vſibus feudorum, tit. an mutus, vel al. imperfect. feud. retin. & tit. de vaſſall. limit. qui arma bellica depoſ.* & *in cap. 1. §. ſimiliter, de lege Corradi.* apertiſſime colligitur, & comprobat erudite Ant. Borrin. *in tract. conculcata, ſeu de ſeruitiis vaſſallorum par. 1. c. 1. verſ. indeterminatum.*

3 Cumque poſtmodùm rerum viciſſitudo palam faceret eorundem fortium virorum virtutem, non ſemper ità præſto eſſe, vt imminentibus bellis ſubſidio eſſe poſſet; quinimò illorum quampluribus excuſationis ſuffragium, ob varios rerum euentus denegari non valuiſſe; remanente proindè futili, ac ſine fructu directi, ſeruatique dominij ratione; poſteriores idcircò Cæſares ipſorum ſeruitia per reales fructuum collationes, pro feudis fore præſtanda conſtituere, prout primus omnium talem fructuum taxationem in Teutonica terra Corradum Imperatorem adinueniſſe, probatur *ex cap. 1. §. ſimiliter, de capit. Corradi*, & firmat Anton. Borrin. *in dict. tract. de ſeruitiis vaſſallorum, par. 3. cap. 1. in princ.* quem ſequitur Capanus *de iure adhoa, quæſt. 1. num. 1. verſ. Corradus.* Verùm quia omnia in pecunia conuerti queunt, vt *in leg. 1. ff. de fideiuſſor.* DD. *in leg. ſingularia, ff. ſi cert. petat.* ideò effectum fuit, vt belli euentibus id exigentibus, vaſſalliticum hoc ſeruitium in pecuniam redigeretur, ac pro modo fructuum, valoriſque feudi, ſeruitium præſtandum eſſe ſtatutum fuerit, poſt cæteros Borrin. *cit. tract. de ſeruit. vaſſall. par. 3. §. 2. adhoa, circa principium*, quæque præſtatio, licèt dimidia redditus anni vnius fuerit, vt *in cap. imperialem, §. ſimiliter, de prohib. feudi alien. per Federic.* attamen in hoc Regno in aliquo pluris, etſi parui ponderis exactio iniuncta fuit.

4 Nam ſi vaſſallus valoris vnciarum 20. feudum poſſideat, ſicuti olim ipſemet tribus menſibus propriis erogatis expenſis, tribus cum equis militare tenebatur, vt *in cap. Caroli II. Regis, item ſtatuimus, quod Comites, Barones, el primo, ſub tit. de priuilegiis, & immunitatibus*, pro eodem poſtmodùm feudo ſuper vaſſallis conſiſtente, (& de quibus noſter eſt ſermo,) vncias decem cum dimidio perſoluere obſtrictus fuit, prout hæc cuncta moribus introducta fuiſſe teſtantur Andr. *in cap. 1. §. cæteri, num. 4. in fin. quis dicatur Dux, Marchio, cap. 1. §. ſimiliter poteſt, de capit. qui curiam vendidit*, & clariùs *in cap. imperialem, §. firmiter, num. 3. circa finem, verſ. item videmus*, & *in Conſtit. Regni, Quampluribus*, Camerar. *in repetit. cap. imperialem, §. præterea, pag. 92. lit. E.* Capyc. *in ſua inueſtit. feud. in verbo feuda adhoant, in princ.* & *deciſ. 10. num. 14.* Iacobus de Ayello *de iure adhoa, num. 52. tractatuum tom. 12. fol. 171. col. 4.* Dom. Reg. Moles *de iure adhoa* poſt eundem Capan. *de iure adhoa fol. 336. & col. 4. fol. 337. verſ. & ratio, in fin.* Frecc. *de ſubfeud. lib. 5. author. 5. numer. 8.* Dom. Præſ. Camill. de Curte *in diuerſor. feud. pag. 40. num. 40.* D. Conſ. Anna *conſ. 3. num. 1. vſque ad num. 8.* Dom. Præſ. Amatus *conſ. 12. num. 9. & 10.* Dom. Conſ. de Georgio *in repet. feud. cap. 56. num. 47. & 48.*

Et moribus hiſce conſonantem Honorij IV. Papæ diſpoſitionem fuiſſe putat Dom. Reg. Moles *cit. verſ. vnde hi mores*; remanente tamen in Regno Sereniſſimi Regis arbitrio inconcuſſo, an ſcilicet pecuniarium hoc, an feudatarij perſonale ſeruitium mauit; prout id apud nos exploratum, poſt Andr. *in cap. 1. in fin. quis dicatur Dux*, & *in dict. cap. 1. §. ſimiliter, de cap. qui curiam vendidit*, tradiderunt Afflict. *deciſ. 320. num. 9.* Capyc. *dict. deciſ. 10. num. 15. & deciſ. 32. num. 2.* Dom. Reg. de Ponte *deciſ. 1. num. 7.* Dom. Præſ. de Curte *in diuerſ. feud. cit. pag. 41. num. 61.* ac receptam hanc opinionem vti communem, veriorémque per Collaterale Conſilium teſtatur D. Præſ. Amat. *cit. conſ. 12. num. 8.* comprobat id idem Dom. Conſ. Theod. *alleg. 58. num. 6.* & *alleg. 61. num. 41.* & quidem eruditiſſimè Ill. Dux Reginæ Dom. Reg. Capycius Galeota *controu. Illuſtr. contr. 4. num. 35. & 36.* & *controu. 55. num. 11. tom. 2.* ſequitur Bilotta *in concl. feud. concl. 17. n. 2.* 5

Hoc itaque militare ſeruitium, quod in pecunia in Regno exigitur adhoa, ſiue adhouum, vitualibus noſtris verbis nuncupatur, atque ex eo noſtri inquiunt proceſſiſſe; quoniam cùm non omnis feudatarius valoris vnciarum 40. feudum haberet, inſimul cum aliis feudatariis conueniebat, vt ex communibus feudorum fructibus ſimile ſeruitium, ſiue militare, ſiue pecuniarium, ex cooptatibus redditibus ſubire poſſent; à qua vnione, ſeu (vt aiunt) adhoamento, id, quod ſoluitur, *adhoa*, ſiue *adhouum*, pro ſuo ſenſu abundans Prouincia denominauit, vt apud eoſdem noſtrates, alioſque diſtinctiùs videre eſt, præſertim apud Andr. *cap. 1. in princ. num... de controu. feudi apud par. term.* Camer. *cit. §. præterea, pag. 92. lit. F.* Capyc. *in ſua inueſt. in dict. verbo feuda adhoant, verſ. & dicta eſt adhoa*, Dom. Præſ. de Curte *in diuerſ. feud. cit. par. 1. pag. 40. num. 47.* Cumia *in repet. cap. ſi aliquem, verſ. ſeruitij conſueti, num. 52.* Intrigl. *de feud. centur. 1. quæſt. 45. num. 3.* Ant. Borrin. *in tract. de ſeruitiis vaſſallorum, part. 3. §. 2. adhoa, verſ. adhoa vſus*: Dom. Conſ. de Georgio *cit. cap. 56. num. 49.* Dom. Reg. Moles *loc. cit. de iure adhoa, dict. fol. 336. poſt tractatum Capan. verſ. & hoc ſeruitium*, Dom. Conſ. de Anna *conſ. 3. num. 9.* Dom. Reg. Rouitus *ſuper pragm. 18. de offic. Procur. Cæſar. num. 2.* idem Dom. Andr. Capan. *cit. tract. de iure adhoa, quæſt. 1. num. 1. cum ſeq.* Dom. Reg. Capyc. Galeota *cit. controu. 4. num. 37. & controu. 18. num. 13.* Gallupp. *in diuerſ. iuris feud. par. 4. cap. 2. n. 19.* 6

His delibatis ad rem noſtram deuenientes, animaduertendum erit huius adhoæ taxationem, quæ fructuum medietatem, & pluris aliquid, vt diximus, tranſcendit; feudatario ius retribuiſſe, vt vaſſallis adiutorium expetere potuiſſet, id quod vaſſallorum rata dicebatur; nam cum pro quibuſlibet centenis feudatarius duc. 52. 2. 10. ſoluere teneretur illorum medietatem à vaſſallis, non impedita interim adhoæ ſolutione, eidem repetere concedebatur; quæ tamen contributio nouiſſimis eſt aboleta temporibus, ipſa etenim rata directè à vaſſallis exigitur, Baronibus eorum portionem ducat. nempè 29. 1. 4. pro centenis quibuſlibet, tantummodò perſoluentibus, Dom. Præſ. de Curte *in diuerſ. iur. feud. cit. cap. fol. 41. num. 51.* Dom. Reg. Moles *de iure adhoa, cit. q. 1. verſ. hæc ad quod ſupra*, Dom. Præſes Amat. *dict. conſ. 12. num. 10.* Capanus *de iure adhoa, quæſt. 5. num. 22.* 7

Atqui

8 Atqui licèt hæc adhoæ exactio ad feudorum fructus præhabito reſpectu exigatur; attamen poſtquam à principio in feudi conceſſione impoſita fuerit, omnimodò tum Regis, tum Baronis ratione redditur inuariabilis, idque elicitur. Primùm, *ex Conſtitut. Regni, Conſuetudinem prauam hactenùs*, §. *prædicta*, ibi, *ſeruitium deſignatum, & debitum, quod non tam perſona, quam rei ipſi adſcriptum eſſe dignoſcitur, minimè amitti poterit, vel in aliquo minorari*: poſt Andr. *in cap.* 1. §. *huius generis*, *in fin.* ſequitur Dom. Reg. Rouit. *in pragmat.* 18. *de offic. Proc. Caſ. num.* 8.

9 Sicuti à pari, ex auctis fructibus ſiue natura, temporiſque beneficio, ſeu feudatarij induſtria, adhoam augeri nec poſſe, præſertim attenta Regiæ Curiæ in eiuſdem libris taxationis deſcriptione, docuerunt Aiellus *cit. tract. de iure adhoe*, *num.* 55. Petr. Greg. *de conceſſ. feud. par.* 1. 9. 11 *num.* 4. & 14. poſt Andr. & afflict. Cumia *in cit. repet. cap. ſi aliquem, verbo, ſeruitij conſueti, num.* 45. & *ſeq* & *num.* 87. Intrigl. *de feud. centur.* 1. *quæſt.* 67 *num.* 9. Ioan. Vincent. de Anna *in repetit. cap.* 1 *num.* 151. *de vaſſall. decrep. ætat.* Dom. Reg. Moles *de iure adhoe*, *pag.* 337. poſt Capani opus *verſ. ratio autem, in fin.* D. Præſ. de Curte *cit fol.* 41. *num.* 60. Dom. Reg. de Ponte *conſil.* 79. *num.* 27. *lib.* 1. & *de poteſt. Proreg. tit.* 4. *de regal. impoſit. num.* 5. & 6. Conſiliar. de Georgio *alleg.* 4. *num.* 1. Dom. Præſ. Amat. *cit. conſ.* 12. *num.* 10. & 11. D. Garſia Maſtrill. *in addit. ad Petrum de Greg. de conceſſ. feud. cit par.* 1. *cap.* 11. *verſ.* & *ſimiliter*, vbi à doctiſſimo illo Viro D. Præſid. de Curte, dum Regij Fiſci munere digniſſimè fungeretur, audiuiſſe teſtatur; nunquam Regiam Cameram auctis feudorum fructibus militare ſeruitium augere conſueuiſſe; ſicuti Regni Siciliæ vltra Farum Tribunalia, id quoque ſemper ſeruaſſe, teſtis eſt idem Maſtrill. *ibid. verſ.* & *in Regno noſtro.* Capan. *de iure adoha q.* 5. *num.* 9. Larata *in theat. feud. par.* 12. *dilucid.* 21. *num.* 5. & *dilucid.* 36. *per tot. par.* 2. Bilott. *concl. feud. concluſ.* 17. *num.* 5. & 6. & deciſum tandem per Regiam Cameram inter Vniuerſitatem Bitonti, & Regium Fiſcum de anno 1576. ad relationem Domini Præſidis, poſtmodùm Regentis Dauid, teſtes ſunt Galupp. *in method. vniuerſ. iuris feud. par.* 4. *cap.* 2. *num.* 39. ac Thor. *in compen. deciſ. verb. adhoa augeri, par.* 3. & rationes afferunt, quia cum Princeps rei ſuæ certam à principio legem impoſuerit, ab eadem ſibi fas poſtmodum non putat diſcedere, *vulg. leg. ſicut, Cod. de action. & oblig.* ex conuentione etenim contractus legem accipiunt, *leg.* 1. §. *ſi conueniat*, *ff. depoſit. leg. contractus*, *ff. de regulis iur. cum concord.*

10 Idcircò ſuperueniens calamitas, neque Règi, neque Baroni, obeſſe conuenit, ſicuti pariter, neque induſtria proſperaque fortuna eidem vaſſallo infructuoſæ debentur exiſtere, provt ex diſpoſitione *leg. ea quæ* 3. *fin. Cod. de alluuion. & padul.* ac Iſern. Luc. de Penna, & Afflict. probarunt præ aliis Frecc. *de ſubfeud. lib.* 2. *aut.* 5. *num.* 14 & 21. Maſtrill. *loc. cit. in addit. Petri de Greg. de conceſſ. feud. verſ. & calamitas*, Cumia *in dict. rep. cap. ſi aliquem, verb. ſeruitij conſuet. num.* 46. & *ſeq.* Laratta *in theatr. feud. par.* 12. *dilucid.* 21. *num.* 5. & *dilucid.* 37. *num.* 2. & 3. *tom.* 2. id, quod adeò verum eſt, vt in fortioribus terminis per Reg. Cameram deciſum obſeruamus, quod ſi feudum, cum augumento quod fortè illi contingeret, conceſſum fuerit; & cum effectu temporis beneficio incrementum primæ conceſſioni aduenerit, non ex hoc primam taxationem augendam eſſe; provt egregie id tradidit D. Præſ. de Curt. *loc. ſuperius cit. num.* 61. ſicuti nec corporibus virtute facultatis redimendi, ſiue luendi reintegratis, adohæ taxam augendam eſſe; in cauſa olim Marchionis Campaneæ per Regiam Cameram deciſum fatetur D. Reg. Reuert. *deciſ.* 50. *num.* 7. & *ſeq.* relata per Capan. in ſui operis fine, *de iure adoha, fol.* 334. & 335. ideoque praxi inconcuſſæ receptũ noſcimus, adeò inuiolabilem prædictæ adohæ taxationem exiſtimatam fuiſſe, vt Sereniſſimorum Retroregum æuo impoſita taxa, inuiolabilis poſtmodum habita fuerit, ita vt pro magni ponderis feudo, vſque ad præſentia tempora ſatis exiguum adohæ onus perſolui non ignoremus, Andr. *in cap. imperialem*, latè *num.* 31. *de probib. feud. alienat per Federic.* Ioan. Vincent. de Anna *in repet. cap.* 1. *num.* 55. *de vaſſall. decrep. ætat.* Capyc. *in inueſtit. feud. cit cap. feuda adoha, circa princip.* Dom. Regens Moles *loc. cit. verſ. quod verum, in fin.* D. Præſ. de Amat. *dict. conſil.* 12. *num.* 11. Capan. *de iure adoha d. quæſt.* 1. *num.* 8. Laratta *in theat. feud. cit. diluc.* 21. *num.* 4. *q.* 12. *tom.* 2.

11 Id, quod diſpoſitum fuiſſe, etiam ad alios poſſeſſores, feudis per venditionis, alienationiſvè titulos tranſlatis; licèt Regius Fiſcus aliter decidendum autumaſſet, edocemur, ex Gratiis per Inuictiſſimum Carolum V. Cæſarem conceſſis de Menſe Martij ann. 1635. vt *cap.* 10. *Gratiarum, pag.* 104. ibi, *placet. Cæſar. & Cathol. Maieſt. vt alienationibus feudorum deinceps nulla ſit differentia in æſtimatione adhoæ inter venditionem, ſeu aliam alienationem, & ſucceſſionem, ſed idem ius ſeruetur, & eadem æſtimatio fiat in adoha in caſu prædicto venditionis, ſeu alienationis, quæ ſeruatur, & fit in ſucceſſione.*

12 Verum quia cuncta ſuperius deducta nequaquam militare Dominus Fiſci Patronus inquit, quoties feuda ad Regiam Curiam, ſiue ob feloniam, ſiue ob finitam lineam deuoluta fuerint; nam cum ex deuolutione Regiæ Curiæ incorporentur, feudalique remaneant exuta qualitate; cùm penes Regem cuncta allodialia exiſtimentur, Andr. *in cap.* 1. §. *huius autem generis, num.* 13. *in addit. ex quibus cauſis feud. amittatur*, Dom. Reg. Moles *de iure adhoa, quæſt.* 2. *verſ ſed pro contrario.* Montan. *in repetit. cap. imperialem, num.* 107. *de prohibita feudi alienatione per Federicum*, & *de regalibus num.* 36. *verſ. ſed penes Regem*, Camill. de Medic. *conſ.* 6. *num.* 12. Dom. Conſil. Theod. *alleg.* 5. *num.* 13. D. Reg. Capyc. Latr. *conſult.* 3. *num.* 60. *tom.* 1. ne alioquin propria ſibi res, contra iuris vulgaria deſeruiret; noua idcircò, eo caſu feuda diiudicantur, ac ſecundum, tunc exiſtentes fructus, ipſorumque valorem nouam adohæ taxationem iure merito eadem ſuſtinere coguntur, D. Præſ. de Curte *in diuerſ. iuris feud. cit. pag.* 41. *num.* 57. & in praxi receptum in Comitatu Nolæ, ac Boiani ducatu teſtatur Ioan. Vincentius de Anna *in repetit. cap.* 1. *num.* 150. *de vaſſall. decrep. ætat.* quem ſequitur D. Præſ. Amat. in conceſſione ſtatus Amatricis de anno 1591. ſeruatim tradens *cit. conſ.* 12. *num.* 12. *in fin.*

13 Proindè, vt huic obiectioni ſatisfiat dupliciter reſpondere fas ſit; primum veriſſimum quidem eſſe, hanc adohę taxationem in nouis feudorum conceſſionibus renouari poſſe; verùm id non ſemper, vt præfati ſumus ob maius Reg. Fiſci commodum, receptum fuiſſe; namque aucta adhoæ exactione, difficilius pro imminentibus Reg. Curiæ neceſſitatibus feudorum venditiones perfici poſſunt; cumque ſupremis Principum Eraſiis magis conueniens ſit, ob bellorum præſertim euentus promptam ſibi ex feudorum venditionibus pecuniam capeſſere, quam protractis temporibus adhoæ, dumtaxat auctam exactionem habere, feudis aut nullatenus, ob auctum in eiuſdem adhoæ onus, alienationi habilibus, aut
diffi

difficilius viliorique pretio; idcircò nouas etiam feudorum conceſſiones ſecundùm veterem adhoæ taxam faciendas, ſapientiſſimi quoque Reg. Cameræ Præſidentes doctiſſima conſultatione firmarunt, ſub die 6. Iulij 1571. provt teſtis eſt D. Præſ. Amat. cit. conſ. 12. num. 12. & ante eum D. Reg. Moles allegatæ conſultationis Commiſſarius cit. quæſt. 2. de iure adoha per tot. poſt opus Capani, fol. 341. & ſeq. præſertim in fine, quo loci hæc ſubdit verba, *Domini Præſidentes noluerunt in totum hunc articulum decidere: ſed ſtante præſenti vrgentiſſima neceſſitate, decreuerunt, quod ea neceſſitate attenta non decidendo punctum in genere, ſed in particulari, quoad feuda, quæ in præſentiarum ſunt in manu Curiæ, fuerunt voti, quod poſſit fieri venditio ſecundùm taxam veterem, & ita expedita conſultatio die 6. Iulij 1571. in Collaterali Conſilio me exiſtente commiſſario.*

14 Quod ſi Regij Fiſci ſolummodo attento commodo, Adhoam in nouis conceſſionibus augere, neceſſitatibus vrgentibus damnoſum exiſtimatum fuit; quantò fortius id dicendum erit in tot creditorum, ſicque euidentiſſimi tertij perniciem; à qua Inuictiſſimum Noſtrum Monarcham abhorrere, certò certius eſt; cùm nullatenus præ ſua ſumma pietate immemor ſit, nunquam Supremos Principes ius tertij, ſiue imminuere, ſiue auferre conſueuiſſe, l. 2. §. meritò. & leg. ſi quid, à Principe, ff. ne quid in locum publ. l. ex facto in principio, ff. de vulgar. & pupil. cap. quamuis, & cap. ſi propter noua debita, de reſcriptis in 6. Cephal. conſ. 12. num. 12. tom. 1. Ant. Faber. in ſuo Cod. lib. 1. tit. 11. ſi contra ius, vel vtilit. pub. diffinit. vnica, Crauett. de antiq. temp. part. 1. loc. 2. num. 15. Calliſtrat. Ramir. cæteros afferens de poteſtat. ſup. & abſol. princ §. 23. num. 41. lit. A. Dom. Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. de refut. feud. cap. 10. num. 7. Dom. Reg. Tap in repetit. rubrica de conſtit. princip. cap. 2. num. 2. & 23. Cephal. conſil. 12. num. 12. tom. 1. D. Reg. Valenz. conſ. 166. num. 98. lib. 2. Dom. Reg. Galeot. contrti. illuſtr. contr. 52. num. 28. lib. 1. Dom. S.C. præſes Merlin. controu. forenſ. cap. 89. num. 26. lib. 1. Afflict. deciſ. 334. num. 3. Gramm. deciſ. 103. num. 236. Dom. Reg. Capyc. Latro. deciſ. 3. num. 23. & deciſ. 33. num. 12. par. 1. & deciſ. 170. num. 36. & 40. par. 2. D. Reg. Sanfel. deciſ. 62. num. 59. Larrea deciſ. Gran. 11. num. 16. tom. 1.

15 Quod autem, hac in re iuribus tertiò iuſtiſſimè quæſitis irreparabile fieret præiudicium, nemo pro certo hæſitare poterit; cùm etenim creditores eorum iura, credita, nempè validiſſimis cautelis ſuper Terra Griptæ Minardæ diù iam contraxerint, ac tempore, quo de aſſerta noua taxatione timor aliquis nullatenùs aderat, atque eadem Reg. beneplacito, aſſenſuvè præmunierint, quo feuda firmiſſimè in Regno præſertim hipothecæ nexui ſubiiciuntur, vt in Conſtitut. Regni Conſtitutionem diuæ memoriæ, notant præ aliis DD. Præſid. de Franch. deciſ. 64. in princip. Reg. Capyc. Latr. conſult. 56. num. 8. tom. 1. Reg. Conſil. Carleuar. de iudiciis, tom. 2. diſput. 23. num. 9.

16 Si nouæ taxationi ad præſens aditus permitteretur; quia ex ea feudi valor maximopere, vt innoteſcit, minueretur eiſdem creditoribus, contra ſuperius firmata, & grauiſſimum irrogetur damnum, & quæſitorum iam iurium, nil ſibi refragantibus feudatariorum promiſſionibus iuriſiurandi religione vallatis, neque regiis (quæque ſemper inconcuſſa permanere debent,) beneplacitis iidem iacturam facerent; id quod ſatis abſonum, pro certo in iure foret; nam cùm aſſenſus contractus naturam aſſumat, ſuper quo interponitur, provt ex Andreæ auctoritate firmauit Camer. in repetit. cap. imperialem, pag. 44. L. E. F. & G. Frecc. de ſubfeud. lib. 2. quæſt. 1. num. 14. ſequuntur Dom. Reg. de Ponte. de poteſt. Proreg. tit. 8. de refut. feud. §. 8. num. 7. Rom. Reg. Capyc. Latr. conſult. 129. num. 47. par. 1. & conſult. 80. num. 25. par. 2. à conceſſis, promiſſiſque ſe Princeps retrahere non valet; námque Principes, vti cæteri promiſſionibus adſtringuntur, nedùm ex regia fide, quæ vti nitens ſol cæteris antecellere oportet, ſed quoniam incommodum eiſdem principibus maximum inferretur; nàm alioquin commercij, beneficio orbarentur, provt docuit Bald. in leg. princeps in prima lectura, ff. de legibus, leg. fin. in fin. Codic. de tranſact. leg. qui ſe penes 34. cap. vnde liberi, & cap. 1. num. 17. de allodiis, Iaſon. in leg. 1. num. 4. de pactis, Roland. à valle conſ. 45. num. 10. lib. 3. Peregr. de iure fiſci lib. 1. tit. 3. num. 44. in fin. qua de re obſtrictos Principes ex eorum conuentionibus, ac priuilegiis remanere, poſt celebre in hac re, Bald. conſ. 317. pridie enim conſului ſub ſigillo, lib. 1. firmarunt Afflict. deciſ. 128. num. 10. Capic. deciſ. 166. num. 2. & ex Paul. de Caſtr. Roman. Dec. Ruin. Curt. Purp. Alciat. Rimin. Iun. Ant. Rub. Aymon. Gugl. de Benedict. Martin. Raud. Iaſ. Rimin. Sen. Rebuff. Clar. Tiraq. Gabriel. Viu. Franc. Marc. Loffred. Aquil. & aliis innumeris tradiderunt Dom. Reg. Carol. de Tap. in repet. leg. fin. de conſt. prin. cap. 7. part. 2. num. 34. & ſeq. Cancer. var. reſol. par. 2. cap. 3. num. 53. Reyn. Sixtin. de regalib. lib. 1. cap. 6. numer. 6. & 13. Calliſtratus Ramirez de ſup. & abſol. princip. poteſt. §. 30. num. 41. & 42. Ludouic. Rodulfin. de abſolut. princ. poteſt. cap. 6. n. 197. Io. Bapt. Larrea allegat. fiſcal. 3. n. 1. & 2. tom. 1.

Qua de re per belle Ioan. Roman. Pontifex in 17
Epiſtola Iuſtiniano Imperatori tranſcripta poſteritati tradidit, nihil eſſe quod lumine clariore præfulgeat, quam recta fides in Principe, vt in leg. inter claras 5. verſ. nihil eſt. Cod. de Summ. Trinit. & fide Cathol. cùm Regibus, & principibus, illa conueniunt Adagia, ſcilicet *ſemel loquutus eſt Deus; quæ procedunt labiis meis non faciam irrita*; cùm immobiles eos eſſe oporteat, ſicut lapis angularis, & ſicut in Cœlo Polus, provt eruditè quidem, id tradit Ioan. Redin. de Maieſt. princ. fol. 74. num. 19. & ſeq. & facit eximium illud Romani facinus, qui, vt fidem Lacedemonorum Duci Xantippo non falleret, pro commutandis captiuis Romam miſſus, cùm patriæ captiuos reddere diſſuaſiſſet, pœnas vt iurata ſeruaret, rediens, mortem non expaueſcere viſus fuit, vt ex Tull. lib. 1. & 3. de Officiis, notat idem Ioan. Redin. loc. cit. num. 29. ac pactis etiam promiſſionibuſque nedum Supremos Principes, Reges, Imperatores, ac Pontifices Summos; ſed Altiſſimum Deum, ac Dominum noſtrum ligari multoties voluiſſe, veteris teſtamenti firmans exemplis, loc. cit. n. 22. & 27.

Et in ſpecie Principem non poſſe aſſenſum, 18
neque in partem infringere, quoniam perfecta gratia reuocari non poteſt, leg. perfecta, Cod. de donat. quæ ſub modo, tradiderunt Loffred. in cap. 1. §. ſed nec alia inſtitia, quæ ſit prima cauſa benefic. amitt. Frecc. de ſubfeud. lib. 1. q. 1. incipit. ſupereſt, vt aliqua, n. 14. Dom. Reg. Tap in repetit. dicta l. fin. de conſtitut. Prin-
cipis, part. 3. cap. 9. num. 29. Neque hæc omnia euer- 19
ti poterunt, vi, & efficacia clauſularum, *natura feudi, ſilicet, in aliquo non mutata, iuribus Regiæ Curiæ ſemper ſaluis.*

Id enim ſatis diſputatum fuit ingenioſa illa olim controuerſia, An deuoluto feudo ad directum dominium, hypotheca ſuper eodem regio aſſenſu contracta extinguatur, in qua, (vt notæ temporis conſulamus anguſtiæ, & ne aliena

tran

tranſcribere videamur) pro abſoluto habitum fuit, ſimiles clauſulas contra creditores, qui principaliter ſibi pro eorum creditis, ex regio beneplacito proſpexere, non operari; cum eædem ſuper eo, ſuper quo principaliter per aſſenſus præſtationem, diſpoſitum fuit, non operentur, vt ex Iſern. Paul. de Caſtr. Frecc. Parid. de Put. Io. Thom. de Marin. Natta, Vulti. Menoch. Piſtor. Facch. Gomez Ciriac. & aliis notat, licet contrariæ ſententiæ auctor Dom. Conſil. Carleual. *de iudic. tom.2. diſp.2. num.62.* qua in re liceat tantummodò Doctiſſimi Marini, Frecciæ verba repetere *lib.2. de authorit. Baronum, auctorit.19. num.8. verſ. fallit, & hac regula,* vbi poſtquam generaliter concluſerit, quod quoties in bonorum feudalium obligatione Regius Aſſenſus accedit, Rex, vel Baro aperto feudo pro ipſius feudi valore creditoribus ſatisfacere tenetur, allegans Andr. *in conſtitut. Regni, Si quis poſt litem, & conſtitut. diuæ memoriæ,* & *in cap.1. §. ſi clientulus, de alienat. feudi,* & quod hominis aſſenſus in omnem operatur caſum, ſiue ſine liberis feudatarius moriatur, ſiue ob culpam feudum amittat: durétque perpetuò pro accipiente, ſuiſque hæredibus aſſenſus efficacia, afferens eundem Iſern. *in c.1. qui ſucceſſores teneantur,* & *in cap.1. apud quem, vel quos* & *in cap.1. §. hæc quoque, col.3. de ſucceſſ. feudi,* & *in cap.1. §. præterea, quæ ſit prima cauſa beneficij amittendi,* ſubdit, *ideò tenetur Dominus, Baro ſatisfacere ſuper feudo, quando aſſenſum præſtitit; quia cenſetur conſentiendo ius ſuum remiſiſſe, & potuit cogitare a principio feudum poſſe deuolui, nec prodeſt clauſula, quæ apponitur tempore aſſenſus,* iuribus Curiæ, & alterius ſemper ſaluis, *nam iſta clauſula non operatur ſuper eo ſuper quo eſt principaliter diſpoſitum, per præſtationem aſſenſus, ſed ſuper alio refertur,* ſecundum Andr. *in cap.1. col.4.* quem ſequitur D. Ioan. Baptiſt. Lancea *in repetit. cap. volentes, Regni Siciliæ, col.84.* & hanc ſententiam ſectantur acerrime Facch. *contr. iuris lib.7. cap.56.* & ex eod. Andr. de Iſern. Aluar. Præp. Afflict. Petro de Anchar. & aliis Ludolph. Scadr. *de feud. par.8. cap.4. num.33. & 34 tom.1.* Capyc. *in inueſtit. feud. verbo feudorum deuolutio, verſic. hypotheca,* Gallupp. *in metho.1. feudal. par.4. cap.5. num.51.* Dom. Reg. Capyc. Latro *conſult.34. n.21. tom.1.* ante hos ex Iſern. Cardin. Alexand. & aliis Boër. *deciſ.181. num.4.* Hartam. Piſtor. *quæſt. iuris lib.2. quæſt.48. num.22. & 32.* vbi ita ratiocinatur, *quæ denique de clauſula illa, qua Dominus ius ſuum generaliter reſeruare ſolet dicta fuerunt, ea etiam nihil obſtabit huic ſententiæ noſtræ; nam clauſulæ illæ intelliguntur reſeruare omnia alia iura præter ea quæ Dominus conſentiendo, & confirmando contractum Vaſſalli concedere voluit,* vt declarat Andr. de Iſern. *in d. cap.1. col 4. in princip. qui ſucc. tenea.* & Thom. Mar. *in d. loco, neque ſane mirum, cùm alioqui contrarietatem quandam in ſe continerent, arg. legis ſi debitor, §.1. & in l. ſicut, §. non videtur quibus modis pignus, vel hypot. ſol. ſunt enim verba contractuum ſicut cuiuſuis alterius diſpoſitionis ita interpretanda, ne ſibi contradicant, cap. cum eum,* & ibi Abb. & Dec. *de teſtibus, cap. inter dilectos, iuxta fin. de fide inſtrum. l. vnica. §. quibus, C. de nouo codice faciend. leg. non ad ea, de condit & demonſtrat.* Bart. Iaſon. & DD. *in l.2. §. fin. ff. ſi cert. petat.* Dec. *in l. vbi repugnantia, in princ. de reg. iur. & de clauſula* ſaluo iure noſtro, *quod illa non referatur ad ea, de quibus eſt ſpecialiter diſpoſitum docuit etiam Author damnatus in conſuetud. feudorum, §.3. num.11. & plenius, §.44. num.27.* Gamm. *deciſ.66 num.59* Vrſill. ad Afflict. *deciſ.112. num.9. deciſ.335 num.. Natta conſ.403. num.7. vol.1.* hæc Piſtorius. Hancque ſententiam in Regno ratione, auctoritate, & praxi in omnibus cauſis receptam, nemo eſt, qui ambigat; cùm ab eadem, nec recedendum mandauerit Inuictiſſimus noſter Rex, & Dominus in piiſſimis eius litteris Excellentiſſimo Duci Medinæ, tunc Regni Protegi 16. Septembris 1640. tranſmiſſis: ibi, *por que eſte Reyno ſe ha entendido, y practicado, que los peſos, y cargas cadan y ſe paguen a volunſad del accredidor ſobre los feudos debueltos.*

Quod ſi inconcuſsè creditoribus, Regio aſſenſu præmunitis, ſuper feudis ſatisfiat; etiam ob lineam finitam, ſiue ob feloniam iiſdem ad Regiam Curiam deuolutis; quique tamen caſus in feudi inſunt ſubſtantia; cùm directum dominium indubiè penes Dominum remaneat in feudis, ipſique omni in caſu clara fides debeat exhiberi; quæque vti de feudi ſubſtantia remitti non poteſt; cùm contra feudi ſubſtantiam eſſet Dominum non recognoſcere, neque aduerſus hoc pacta ſuſtineri poſſe, tanquam contra contractus ſubſtantiam, neque proinde inueſtituram fidelitatem recuſanti concedendam eſſe, vno ore dòcuerunt Afflict. *deciſ.129.* Gizzarell. *deciſ.43. num.26. cum ſeq.* Camil. de Curt. *in diuerſ. feud. part.1. §.7. num.3. & 5.13. num.19.* Dom. Reg. de Ponte *in prælud. feud. lect.2. num.12.* Illuſtr. Marchio Belmontis *de conſtitut. princip. par.1. cap.1. num.30. & 31* Pariſ. Peregr. Decian. Ozaſ. Matta, Buiat. Rolent. Mant. Menoch. Cumia Mozzius Scred. Vult. & alij, quos ſequitur Mar. Giurb. *de ſucceſſ. feudi, prælud.1. num.6. cum ſeq.* 21

Quantò fortius mehercule id dicendum erit, vt ob nouæ adhoæ taxationem ad Regiam Curiam feudis deuolutis integra creditoribus, eorum exactio conſeruari oporteat; cum nedum eadem vigeat ratio, ideóque ex vulgaribus eadem præeſſe debeat iuris diſpoſitio; neque indirectè, ſiue vt inquiunt alia via aduerſus creditores regio aſſenſu munitos id permitti debet, quod altera prohibitum, & praxi non receptum reperitur, *leg. nec per ſe, Cod. de hæred. inſtit.* Seſſe *deciſ. Arag. 28. num.11. part.1.* 22

Sed etiam, quia adhoæ, ſiue ſeruitij taxatio nequaquam de ſubſtantia, ſed de feudi dicitur natura, ideóque feudum, ſine ſeruitio feudi retenta ſubſtantia concedi poſſe obſeruamus, Card. Tuſc. *lit. F. concl.150.* Molin. *de primog. lib.1. cap.13. numer.51.* Menoch. *præſumpt. lib.3. præſumpt.95. num.5. & conſil.845. num.5.* Giurb. *de ſucceſſ. feudi prælud.2. n.49.* deciſum poſt alios teſtatur D. Reg. de Ponte facta relatione per Reg. Cam. *in Collat. Conſ. deciſ. 1.* cúmque ſequitur recolendæ memoriæ Illuſtr. Dux Reginæ D. Reg. Capyc. Galeot. *contr. illuſt. contr.55. n.10. cum pluribus ſeqq. tom.2.* quod ſi in deuolutionibus, ſiue ob lineam finitam, ſiue ob rebellionem, quique caſus, vt diximus, feudi ſubſtantiam complectuntur, creditoribus indiminuta conſeruatur exactio; multò, & magis iiſdem integrè non ſatisfactis nouæ adhoæ taxatio, quæque tantummodò feudi attingit naturalia, formari non poterit, *arg. Authent. multo magis, Cod. de Sacroſanct. Eccleſ.* cum aliis latè congeſtis per Barbol. *loc. arg. iur. loc.73. num.1.* 23

Id quod tandem eiuſdem Reg. Cam. diffinitionibus ſuper hoc eodemmet feudo emanatis comprobatur; nam cum anno 1537. ob Ladiſlai de Aquino non ſeruatam fidem, Griptæ Minardæ feudum ad Reg. Cur. fuerit deuolutum, & ſuper ea nouæ adhoæ taxatio, iuxta tunc præexiſtentium fructuum valorem peracta foret, primam taxationem maximoperè excedentem: Spectab. Ciccus de Loffred. S. R. C. Præſes aliique concreditores Reg. Cam. ſupremo adito Tribunali, eiuſdem prouiſionibus, vt eorum credita ſecundùm veterem 24

adohæ taxationem nulla, amiſſa variatione dimitirentur, obtinuere. *vt in proc. illius cauſæ, fol. 51.*

Et ex his, tum iure, tum auctoritate, & ſtylo, eiuſdemque Reg. Cam. obſeruantia, nouæ adohæ taxationem aduerſus creditores Regio aſſenſu præmunitos, reſpuendam eſſe, ſpem habemus, cuncta tamen Sapientiſſimis, ac ſupremis Iudicentibus humiliter ſubiicientes. Die 20. Aprilis. 1652.

Io. Hieronimus de Philippo.

SVMMARIVM.

1 *Feudum apertum non eſt amplius Feudum, ſed vtile dominium conſolidatur cum directo.*

2 *Feudi conceſſio ſi ſimpliciter fiat non cenſetur primum ſeruitium repetitum, ſed datum, & conceſſum ſub conſueto ſeruitio.*

3 *Feuda deuoluta taxantur de nouo, quando iterum conceduntur, & quando.*

4 *Feudi aperti conceſſio coactè facta ſcilicet ad inſtantiam creditorum, quia forſitam venditur, non poteſt alterari in taxa.*

5 *Feudi ſucceſſor, imò etiam directus dominus tenetur ſatisfacere creditoribus cum aſſenſu pro valore feudi.*

6 *Feudo aperto non attenditur perſona feudatarij defuncti, ſed creditoris.*

7 *Hipotheca feudalis tranſit cum feudo ad quemcumque vadit, vſque ad numer. 9.*

10 *Taxa noua in feudi venditione fieri nequit in damnum creditorum cum aſſenſu, ad quorum inſtantiam vendi petitur.*

11 *Conſenſus præſtitus hipothecæ duo includit, & quæ.*

12 *Feudi deuoluti conceſſio fieri debet cum eiſdem pactis, & conditionibus.*

13 *Feudi conceſſio quando agnatis eſt facienda, debet fieri ſub eadem forma, ac prius, vſque ad num. 14.*

15 *Fidelitas ſola onus eſſentiale feudi.*

16 *Hipotheca durat, etiam feudo aperto ad dominum directum, vſque ad numer. 17.*

18 *Feudum eſt quædam Vniuerſitas facti fines habens, & terminos.*

19 *Feudi venditio ad inſtantiam creditorum ab eiſdem cenſetur facta.*

20 *Exhibitio rei fieri debet non mutata forma rei.*

21 *Aſſenſus domini ſuper hipotheca feudali operatur, vt ipſe dominus conſtituat ius in re.*

22 *Feuda aperta quando deſinant habere primam illam naturam.*

23 *Feudum nouum cenſetur reſpectu noui emptoris.*

24 *Concluſio dictorum in præſenti affertur*

ARGVMENTVM.

Feudo deuoluto ad dominum Regem noſtrum ob feudatarij mortem abſque legitimo ſucceſſore, ſi ad inſtantiam creditorum illud vendatur ſeruitium, ſiue adhoa, quomodo taxari debeat cum nouo emptore iuxta forſan taxam antiquam, & ſic provt taxatum reperiebatur tempore deuolutionis, vel potiùs iuxta taxam nouam: & de aliis notabilibus.

ALLEGATIO CXVII.

APERTO feudo Griptæ Minardæ 1
per mortem Illuſtr. Ducis della Cornia ſine legitimo ſucceſſore, & capta per Regium Fiſcum illius poſſeſſione ex diſpoſitione *cap. ex præſumptuoſa*, inſteterunt creditores Ducis cum aſſenſu pro illius venditione, quæ cùm per Fiſcum impediri iure minimè poſſit, redditur tamen difficilis, ex eo quia Regius Fiſcus prætendit venditionem eſſe faciendam cum onere ſeruitij, & adhoæ de nouo taxandæ, & fundat ſuam opinionem in notoriis illis Iuris Principiis, nempe quia feudum apertum non eſt amplius feudum, ſed vtile illud dominium conſolidatur cum directo, Iſern. *in cap. 1. §. ſancimus, il 2. n. 11. quo tempore miles*, & redit ad Dominum iure priſtino, Iſern. *in cap. 1. §. huius autem generis. ex quib cauſ feud. amitt.*, Frecc. *de ſubfeud. lib. 1 Auth. 5. n. 9.* Apont. *de poteſt. Proreg. tit. de aſſenſ. n. 6. & 10.* & *in conſ. 30. lib. 1.* & *conſ. 147. n. 5. vol. 2.* & *lect. 21. num 6 & 8. cum aliis allegandis*, & quando de nouo conceditur, quia de nouo erigitur, & de non eſſe ad eſſe deducitur debet fieri noua taxa ſecundùm quantitatem fructuum tempore nouæ conceſſionis, Luc. de Penn. *in l. 1. C. de vend. reb. Ciuit.* Iſern. *d. §. huius autem generis.*

Imò quod facta etiam conceſſione ſimpliciter, 2
non cenſetur primum ſeruitium repetitum, ſed datum, & conceſſum ſub conſueto, & ſecundùm mores, & Regni Conſuetudines, Iſern. *in cap. 1. de vaſſal. decrep. ætat. colum. 2.* & *in cap. 1. quis dicatur Dux*, & *in cap. 1. §. ſimiliter, de cap. qui cur. vend.* & *cap. 1. §. firmiter, de prohib. feud. alien. per Feder.* quem ſic intellexit Frecc. *de ſubfeud. Auth. 5. num. 18.* Cumia *in cap. ſi aliquem, verb. ſeruitij conſuet. num. 108.*

Et

3 Et in Regno dari taxam nouam ad hunc effectum introductam, nempe vt feuda deuoluta taxentur de nouo, quando iterum conceduntur, vt fuiſſe deciſum in cauſa Status Amatricis refert Ann. *in cap.1. de vaſſall.decrep.ætat.num.*150. & in cauſa comitatus Nolæ, & Ducatus Bouiani, Præſ. Anell. de Amat. *conſ.*12.*num.*11. Camill.de Curt.*in diuerſ.fol.*41.*à.n.*57. Intrigl. *de feud.cent.*1.*quæſt.*9.*num.*165. Capan. *de iur.adhoa, quæſt.*36.*num.*7.*&* 10. & neque poſſe Regem concedere ſub primo ſeruitio, quaſi induci videantur donationes, & remiſſiones contra Reipublicæ Statum, & Regni perniciem, ex Doct. Iſern. *in cap.Imperialem,§.nec Dominus, de prohib.feud.alien.* & per tex. *in cap.intellecto, de iureiur.* quod enim in Fiſci præiudicium redundat admitti non debet, *l.nec damnoſa,C.de precib.Imper. offer.* & ibi gloſ.1. & nec admitti debet damnum Combaronum, inter quos fit donatiuorum contributio, ad quantitatem adhoæ, *l.fin.C.quando ciuil.mun.lib.*10. & quia hoc ſemper conſuetum eſt fieri, & ea, quæ moris ſunt, videntur ſemper ineſſe, *l.quod ſi nolis,§.qui aſſidua, ff.de edil. edict.* Iſern.*in c.*1.*§.ſed nec alia iuſtior. in addit. in fin. ex quib.cauſ.feud.amitt.* & *in c.*1.*§.ſimiliter, n.*21. *de cap.qui cur.vend.* mutanda propterea non ſint, nec in dubium reuocanda quæ ſemper certam, & tam longam interpretationem habuerunt, vt per Reg. Moles *quæſtion. tertia de iur.adhoa, deciſ.*24.

4 Sed licèt hæc omnia aliquid ad fiſci intentionem fundandam præ ſe ferre videantur, tamen ad facti ſpeciem eſſe inapplicabilia, & nullo modo procedere quando feudum, quod aſſerit Fiſcus eſſe ſibi hypothecæ ad beneficium creditorum cum aſſenſu obnoxium, & ad illorum inſtantiam non voluntariè à Fiſco, ſed coactè venditur vt ex infraſcriptis patebit.
5 Quia ſi vera eſt paſſim iudicata, obſeruata, & in conſuetudinem iudicandi trãſacta opinio aſſeuerantium, hipothecam contractam à feudatario, cum aſſenſu ad creditorum vtilitatem, & ſecuritatem, operari, vt feudo aperto ob lineam finitam, delictum, culpam, vel defectum teneatur Rex, & directus Dominus pro valore feudi creditoribus ſatisfacere, ex Iſern. doctrina *in c.*1.*§.quid ergo,n.*5. *de inueſt. de re alien.fact.* ibi, *alij putant verius dici, quod valeat perpetuò, quia videtur conſentire pro acceptore, & ſuis hæredibus, ſicut dictum eſt de alien.* & *in c.*1.*§.& ſi clientulus. de alien.feud.pat.* & *in conſt. Diuæ mem.* iuxta tradita per Frecc. *lib.*1.*auth.*29.*n.*8 per Camer. *in c. imperialem fol.*5.*lit.L.* Scrader. *de feud.par.*8.*cap.*4. *n.*34. Fach. *contr.lib.*7.*cap.*56. de Franch. *deciſ.*213. *num.*32. Reg.Coſt. *in l.*1.*C.pœn.fiſcal.cred.prefer.lib.*10.*num.*147. Hartm. Piſtor. *lib.*2.*quæſt.iur. q.*48.*n.*14.*& ſeq.* quia conſenſus Domini duo operatur, nempe vt valeat in vita illius, qui contraxit, & vt poſtea valeat in infinitum, & perpetuò, ita vt reſoluto iure feudatarij debitoris, nullo modo reſoluatur ius hipothecæ creditoris, cui Dominus per conſenſum ius in feudo conſtituit, *l.lege obuenire,ff.de verb. oblig.l.ſi liqueat.Cod.de inoffic. donat. §.iuſiurandum, Auth.de defenſ.Ciuit.* Iſern. *in cap.*1. *qui ſucc. ten.* &
6 *in dict.§.ſed nec alia iuſtior,* vbi afflict. *num.*16. & *in dict.cap.*1.*num.*22. & *cap.*1.*§.quid ergo*, hinc feudo aperto non eſſe attendendam perſonam feudatarij defuncti, ſed creditoris, ad cuius beneficium fuit ius in feudo conſtitutum per hipothecam legitimè, & cum Domini aſſenſu contractam, *l.ſi legatum, ff. quib.mod.vſufr.amitt.* & *l. Pomponius* 29. *verſ. idem Pomponius, eod.titul.* & *leg. ſi quis vſumfructum, ff. de vſufruct. leg.* Bald. *in Authent. ſi quas ruinas, Codic. de Sacroſanct. Eccleſ.* Iaſ. *in leg. fin. numer.*33. *eod. titul.* maxime quia hoc procedit ex hipothecæ natura, quæ, quia ius conſtituit reale ſuper 7
feudo, tranſit cum illo ad quemcumque illud perueniat, *§.omnium autem,* & *§.item Seruiana inſtit. de action.leg.ſi fundus, §. in venditione, ff.de pignor.* & ipſius Domini conſenſus, qui operari, & accipi debet ſecundum ſubiectam materiam, *leg.ſi verò, ff. locat leg.inſulam, ff.de praſcript. verb.* & ſecundum naturam rei ſuper qua interponitur, *leg.ſi ſtipulatus, §. verum, ff.de vſur. leg.damnum, verſ.& quod in ſtipulatione,ff. de damn.infect.* cuius in omnibus naturam aſſumit; Camer. *in cap.Imperialem,cart.*52.*lit. F.* ſicut ſtipulatio, Iaſ. *in rub.ff.de verb. oblig.quæſt.*5. & regulatur ab actu ſuper quo interponitur, Frecc. *de ſubfeud. lib.*2.*quæſt.*10. *num.*6. & propterea iuxta pignoris, & hipothecæ naturam debet perpetuo operari ad beneficium creditoris, per Iſern. *dict. cap.*1. *qui ſucceſ. ten.num.*8. *verſ.alij dicunt*: & ibi Lipar. *col.*9. ſatis enim videri debet Dominus cogitaſſe quod ius vult, *leg.quamquam,ff. de rit. nupt.* Camer. *cart.*47.*lit.A.* & vt perpetuò hipotheca du- 8
ret renunciaſſe iuri, quod in re habebat reſpectu futuræ deuolutionis, *l.ſi ſeruus communis, ff de donat. inter vir.leg. apud celſum, §.quæſitum, ff.de except.dol.leg.ſi fideiuſſor, §.pater, ff.de fideiuſſ. leg. codicillus, §. inſulam,ff.de leg* 2. *leg.*2. *ff de remiſſ. pignor.* & ſatis euidenter probatur *in cap.*1. *§.ſi clientulus, de alien. feud. pat.* ibi, *ſi verò cum Domini voluntate totum, vel medium alienauit, ſtabilis permanet, cap.*1. *qualit.olim pot.feud. alien.* fortior enim quoad hoc eſt hominis, quam legis aſſenſus, remittere enim poteſt ius ſuum per conſenſum, & in re ſua ius con- 9
ſtituere, *leg.alienationes, ff.de pign. act.* cui conſenſui minime poteſt contrauenire, *leg. per fundum, ff. de ſeruit.ruſt. præd. leg ſi in diem, ff.de aqu. pluu. arcend.* cum alijs latius adductis per Frecc. *vbi ſupra,* & per Piſt.quidẽm in contrarium attentauerit Reg. Conſil. Carleual. *de iudic.diſput.*23 *à num.*29. Montan. *de regal. offic. numer.* 56. *& ſeq.* ſtante clauſula *iuribus noſtræ Curiæ ſemper, aliis*, Cyriac.*controu.*446. *n.*4. & nouiſſimè Merlin. *de pign.lib.*2.*tit.*1.*q.*12.qui alios recenſet *n.*12.

Sequitur neceſſariò, taxam nouam fieri non poſſe in creditorum perniciem, & feudi hypothecæ 10
obnoxij detrimentum, & diminutionem, quia venditio, quæ fit creditoribus inſtantibus eſt neceſſaria, neceſſitate oriente ex præcedenti contractu debitoris, & Domini conſenſu, quæ neceſſitas impedit aperitionis effectum, nempè feudi diſſolutionem, nam vt habemus ex Camerar. *cart.*43.*leg.*9. actus alienationis feudi cum aſſenſu eſt actus mixtus, quandoquidem non ſolus Dominus diſponit de feudo, *cap.*1. *qui ſucc. ten.* nec ſolus vaſſallus *cap. Imperialem, de prohib.feud. alienat. per. Federic.& cap.*1.*de prohib.feud. alien.per Lothar.* & dum actus eſt mixtus, vterque dat, vaſſallus ſcilicet ſuum vtile dominium, pro quo obligatur de euictione, *leg. quidam, ff. de euict.* Dominus verò conſentiendo totum, quod ipſe dare poteſt tunc, vel ſperat poſſe in futurum, quia tollendo obſtaculum perficit actum, vt nunc, & validat etiam perpetuò in caſu, quo reſolueretur ius Actoris, vt tunc, ex vi ipſius aſſenſus non reſoluatur ius acceptoris, qui pro ſe, & hæredibus quæſiuit etiam contra Dominum ex ſupra allegatis, itaque rem in quantum rem vaſſallus pignori dat, actum autem, vt valeat, perficit dominus, Iſern. *dict. cap. Imperialem, colum. ſeptima, verſicul. quamuis conſenſus domini*, ita vt conſentiendo in eo, quod expreſſit videatur vaſſallo poteſtatem dare faciendi

omne illud, quod ſi aſſenſu opus non eſſet, facere poſſet, Iſern. *vbi ſupra, col. 6. verſ. ſed ſi videbitur.*

11 Conſenſus præſtitus hipothecæ duo includit. Primum, ius in re ad beneficium creditoris conſtitutum, *l. pignus, C. de pignor.* & perpetuò durabile ex ex predictis. Secundum, licentiam vendendi feudum hypothecæ obnoxium in caſu in obſeruantiæ, *l. 1. C. ſi antiqu. cred. l. ſi pupillorum, ff. de reb. eorum, leg. cum ſoluenda, ff. de diſtract. pign. l. ſi conuenerit, ff. de pign. act.* & reſpectu vtriuſque Dominus conſentiendo tollit obſtaculum, nempè vt debitor ius pignoris conſtituere poſſit, & creditor feudum vendere. Montan. *in c. Imperialem, n. 56. lit. K.*

12 Ex qua licentia ſi neceſſariò peruenitur ad venditionem feudi nullo modo poteſt fieri noua taxa, nam Regi neceſſitate ſuadente feudum apertum concedenti non eſt permiſſum hoc facere, niſi cum eiſdem pactis, & conditionibus, provt reperiebatur conceſſum per prius, vt poſt Fulgoſ. *in conſ. 99.* Curt. Iun. *de feud. par. 2. q. 6 fol. 123. col. 2.* docet Petr. de

13 Gregor. *de conceſſ. feud. q. 4.* loquens in caſu, quo Dominus tenetur feudum apertum de nouo agnatis concedere, iuxta ſententiam communem ex doctrina Batt. *in l. 1. §. permittitur, ff. de aqu. quotid. & æſtiu.* & *l. 1. in fine, ff. de priuil. cred.* Bald. *in cap. 1. §. ſi verò, qualit. olim pot. feud. alien.* Alex. *in l. ſi mihi, & Titio, col. pen. ff. de verbor. oblig. & conſ. 81.* & Afflict. *deciſ. 238. n. 2.* & *in Conſtitutione Regni, Vt de ſucceſſionibus, n. 49. & 50.* Pariſ. *de reintegr. cap. 6.* Clar. *in §. feudum, q. 81.* & *in §. emphyteuſis, quæſt. 43.* Intrigl. *de feud. par. 1. quæſt. 65. num. 1. & 3.* Cum. *in cap. ſi aliquem, verb. ſeruitij conſueti, num. 109.* videtur enim hoc caſu facta quædam renouatio inueſtituræ in emptorem, quæ non poteſt fieri alio modo, nec ſub

14 alia forma, niſi provt erat penes debitorem, dum agitur de præiudicio creditorum, vt per Bald. *in l. 1. verſ. ſed quid ſi Dominus, C. quando non pet. par.* & ibi Roman. *11. quæſt.* Bald. *in c. 1. de eo, qui ſibi, & hæred. ſuis,* & *in cap. 1. §. vlt. verſ. modo quæro, de feud. guar.* Ancharan. *in conſil. 30.* Decius *conſ. 148.* & alios allegatos per Tiraq. *de retract. lignag. §. 32. gloſ. vnica, num. 39.* Reg. de Ponte *de poteſtat. Proreg. de prouiſ. fier. ſolit. tit. de reformat. inueſtit. num. 7.* maxime quia ſeruitium eſt accidentale feudi; & non venit ne-

15 ceſſario ex infeudationis natura, Iſern. *dict. §. ſed nec alia iuſtior,* Præſ. Amat. *d. conſ. 12.* & non eſt onus annexum feudo de natura feudi, Alex. Trentacinq. *conſ. 4. num. 4. lib. 1.* Marcobrun. *conſ. 23. num. 85. & 86.* ſed tantum fidelitas, Afflict. *deciſion. 230. num. 4.* Clar. *in §. feudum, q. 5.* Apont. *conſ. 2. num. 13. conſ. 30. num. 34. lib. 1.* Milanenſ. *deciſ. 8. num. 95.* Gizzarel. *deciſ. 44. num. 33. & 34.* Cacher. *conſ. 38.* hinc debet expreſsè exprimi, Apont. *de poteſtat. Proreg. tit. 8. de refut. feud. num. 3. & 29.* Amat. *conſ. 11. numer. 3. & 29.*

16 Secundò ſi ius hipothecæ creditoris ex ſuper allegatis durat perpetuò, neceſſario feudum obnoxium non obſtante apertione, conſeruatur in ſua ſubſtantia integrali, & tale quale erat penes debitorem, imò idem numero, argumento *l. inter ſtipulantem, §. ſacram, verſ. & nauis, ff. de verb. ſignif.* quia aliàs non poſſet hipotheca ſubſiſtere, ad tex. *in l. ſicut 8. ff. quib. mod. pign. vel hip. ſol.* Neguſ. *de pign. 3. membr. 6. part. num. 9.* ergo noua taxa fieri non poteſt feudi iam exiſtentis in ſuo primo eſſe, dato quouis fructuum augmento, vt poſt Frecc. *de ſubfeud. lib. 2. auth. 5. n. 21.* dixerunt omnes vno ore, Intrigliol. *cent. 1. cap. 96. num. 9.* Cam. *dict. cap. ſi aliquem, verb. ſeruitij conſueti, num. 83.* Iacob. de Aiello *de iur. adoh: numer. 55.* Petr. de Gregor. *de conceſſ. feud. part. 1. quæſt. 11. num. 14.* Afflict. *in cap. 1. §. ſimiliter, numer. 4. de capit. Corrad.* Roſental. *de feud. cap. 10. concluſ. 44. num. 57.* & *in gloſ. 1.* Camil. de Curt. *in di-* 17
uerſ. feud. fol. mihi 41. num. 50. qui teſtatur de obſeruantia Regiæ pragmaticæ, & illam ſequitur Maſtrill. *in addit. ad* Petr. de Gregor. *loc. cit. lit. B.* Georg. *allegat. 4. num. 1.* Camil. de Larath. *theat. feud. par. 12. dilucidat. 37. num. 8.* Capan. *de iur. adoh. quæſt. 32. & de iur. releu. quæſt. 6. num. 12.* & *quæſt. 9. num. 1.* conſenſus enim Domini ſicut conſeruat, & durare facit hipothecam perpetuò ad beneficium creditoris cum aſſenſu, ita non facit reſpectu illius feudum videri apertum, & impedit effectum apertionis, nempè conſolidationem vtilis dominij cum directo, & tranſitum ad dominum, hoc enim importat feudum aperiri, ſecundùm gloſ. *in cap. Imperialem, §. callidis, de prohib. feud. alien. per. Feder. in cap. 1. quod iuris ſit ſi poſt alien. vaſſal. feud. recup.* Iſern. *in d. §. ſancimus, il ſecundo, n. 11. quo temp. mil.* frangitur enim, 18
& exinanitur feudum per apertionem, quod aliàs erat clauſum, & ſolidum, tanquam facti vniuerſitas habens fines, & terminos, certamque formam ex his, quæ facto hominis deſtinatione ei fuerunt attributa, vt per Innoc. *in cap. cum ad ſedem de reſtit. ſpoliat.* Camill. de Curte, *§. 12. num. 36. & 58.* tunc enim quando redit ad Dominum extinguitur fidelitas, & ſeruitium, vt ſupra ex Apont. Iſern. & aliis firmant, tunc momento temporis non durat in ſuo eſſe, Apont. *lect. 21. n. 6. & 8.* tunc ciuilis poſſeſſio trahit illicò ad ſe naturalem, Bald. *in cap. qua in Eccleſiarum, col. 7. de conſt.* & *in l. 1. quæſt. 49. ff. de rer. diuiſ.* qui idem dixit de re conceſſa ad annuum cenſum ad vitam, *in capit. cum veniſſent, col. 2. de reſtit. ſpol.* Barbat. *in cap. ex parte, de feud.* Iaſ. *in leg. clam. §. qui ad nundinas, in fin. ff. de acquir. poſſeſſ.* Roſent. *de feud. cap. 7. concluſ. 60. num. 13.* Scrad. *part. 3. cap. 2. num. 15.* Giurb. *de ſucceſ. feud. §. 1. gloſ. 5. num. 15.* Lanar. *conſ. 49.* tunc Dominus nolens concedere non tenetur, & ſi concedit de nouo erigit, & nouum imponit ſeruitium, at ſecus quando propter intereſſe habentium ius perpetuum ſuper feudo, illud vendere permittit, quia tunc idem feudum, quod erat neceſſario venditur, non aliud, & proptereà taxa non poteſt fieri.

Tertiò, hoc confirmatur, quia Ius hipothecæ, 19
quod habet creditor poſt feudi apertionem, quod exercetur contra Dominum, ſiue exerceatur à creditore iure proprio, ſiue vti à procuratore debitoris, *l. creditori,* & ibi Caſtr. & Iaſ. *ff. de non. oper.* Bart. *in l. ſi pignori, col. vlt verſ. ſequitur nona pars, ff. fam. herciſc.* Bald. *in l. 1. verſ. eam nota, C. credit. euict. pign.* ſemper debitor ipſe vendere videtur, Bald. *in l. 1. 2. col. verſ. ſed contra, C. ſi ſeruus exter.* & ibi Cyn. & Caſtr. Neguſ. *de pign. membr. 1. par. 6. num. 13.* & ideò vendente Iudice debitor de euictione obligatur, cùm factum Iudicis reputetur factum debitoris, *l. ſi ob cauſam, de euict.* ſed vendente debitore non eſt locus nouæ taxæ iuxtà gratiam Cæſareæ Maieſtatis anni 1536. de qua *in cap. 10. inter cap. Ciuit. anni 1536. fol. 104.* ergo nec etiam poteſt noua taxa fieri, dum feudum deuolutum venditur inſtantibus creditoribus.

Quartò, iuxta communem DD. ſententiam ſu- 20
pra relatam, Dominus feudo aperto tenetur pro valore feudi ſatisfacere criditoribus, vt vendi poſſit, & facere in publico poteſtatem, vt ei, qui agit expediendi ſit copia ex Pauli ſententia *lib. 21. ad edict.* de qua *in leg. ſecunda, ff. ad exhibend.* at exhibitio iſta debet fieri non mutata forma rei,

rei, ex ſententia Marcelli *in leg. Iulianus 9. §. ſi quis rem, ff. ad exhibendum*, neque poteſt deterioris conditionis feudum exhiberi, *leg. exhibitionis 7. C. ad exhib.* ergo non poteſt dominus exhibere feudum vendendum cum noua taxa, quia deteriùs fieri dicitur eo ipſo, quo ſeruitium primo loco taxatum augetur, & diminuitur feudum a ſtatu, quo erat poenes debitorem *l. 2. §. deteriorem, ff. ne quid in loc. publ.* Ioſeph Ludou. *deciſ. 22. num. 3.* Scrad. *de feud. part. 11. quæſt. 1. ſect. 5. num. 19.* Culpa enim Domini, imò dolo videretur feudum exhibitum ſub deteriori forma, & non illud, ſed aliud, hinc æquitas exhibitionis, etiam ſi illud exhibere non poſſet, faceret eum in factum actione teneri ad reficiendum damnum creditoribus, vt Cæſ. Dioclit. & Marc. ſanciuere *in d. l. exhibitionis*, nam & regulare eſt in omni obligato, ſiue perſonali, ſiue reali actione ad rem reſtituendum, vt teneatur de culpa deteriorationis facto ſuo, *l. ei qui 54. §. cum prædia, ff. de petit. her. l. ſi homo 45. ff. de rei vend.* Bart. & DD. *in l. ſi ſeruum 91. ff. de verb. oblig.* Scrad. *vbi ſup. num. 15.*

21 Quintò, ſi Dominus conſentiens videtur dare *d. l. lege obuenire*, conſequenter videtur feudum hypothecæ ſubmittere etiam futurum ſuum ex iure apertionis, *l. aliena res, ff. de pign. act. l. quæ prædium, & l. fin. C. ſi alien. res pign. dat. ſit*, & ſicut debitor non poteſt rem pignoratam facere deterioris cõditionis facto ſuo, & pignoris perſecutionem exinanire, *leg. ſeruum 27.* vbi Bart. *ff. de pign.* Neguſ. *vbi ſup. 5. membr. 6. part. num. 9.* ita non poteſt Dominus qui ſua voluntate, ſuoque aſſenſu pignus, & hypothecam perpetuò duraturam in feudo ad creditorum beneficium conſtituit per nouam taxam, & augmentum ſeruitij feudum deterioris conditionis facere.

22 Sextò feuda deuoluta, vel propriùs aperta tunc deſinunt habere primam illam qualitatem feudalem, quando ſunt incorporata, non autem quando ſeparatim à patrimonialibus tenentur, Iſern. *in c. 1. n. 11. verſ. & ſi Rex. in fin. de cont. feud. apud. part. ter. de Georg. alleg. 5. n. 9.* at feuda licèt aperta propter hipothecam creditorum non incorporantur cum patrimonialibus, imò fructus inter creditores distribuuntur, & quaſi ſequeſtri loco ſunt penes Fiſcum, ad finem, vt ſi illis diſtractis, & creditoribus dimiſſis aliquid ex pretio ſuperſit, illud ad Fiſci beneficium loco feudi remaneat, ideò actus ille deuolutionis quaſi reuocabilis non operatur diſſolutionem feudi, & extinctionem priſtinæ qualitatis feudalis, nec confuſionem vtilis dominij cum directo, ad tex. *in l. debitor, ff. ad Trebell. l. ex ſextante, §. latinus, ff. de de except. rei iud. l. 1. Cod. ſi antiq. cred.* vbi Cyn. Bald. *in l. ſi vxor tua, C. de bon. auct. iud. poſſ.* Neguſ. *de pign. 1. membr. 5 part. num. 55. & 56.* nam hoc caſu actus deuolutionis fictione iuris remanet occultatus propter imminentem neceſſitatem venditionis, argumento tex. *in l. ſingularia, ff. ſi cert. pet. l. 3. §. fin. ff. de donat. inter vir. & vxor.* Iſern. *in cap. ſi vaſſallus, il ſecundo. ſi de feud. fuer. controu. ante num. 3.* quod enim deuoluitur, vt ſtatim reconcedatur, non poteſt dici deuolutum, neque extincta qualitas illa feudalis, quæ ſtatim redigenda eſt in priſtinam formam, argumento *l. ſi ager. 26. ff. quib. mod. vſuſfr. fin. l. qui ſic ſoluit, ff. de ſol.* hinc noua taxa fieri non poteſt, vt de feudo reempto ab hærede, pluribus firmat Frecc. *d.*

23 *auth. 5. n. 19. & 20.* licet enim reſpectu noui emptoris dicatur nouum feudum, tamen videtur conceſſum, & concedi debet iure, & forma antiqui feudi, & tale quale erat penes feudatarium detinentem, ad tex. *in l. quicunque. C. de omni agr. deſert. lib. 11.* DD. *in cap. 1. de vaſſal. decrep. ætat. & cap. 1. de feud. non hab. propr.* Lanar. *conſ. 39. n. 36.* & vt ſeruiet vt per prius, nec ſeruitium per nouam taxam argui, Iſern. *in cap. 1. de vaſſall. decrep. ætat. n. 1. verſ. item procedit*, quem allegat de Georg. *in alleg. 4. n. 14.* Alex. *conſ. 29. n. 24. lib. 4.* Petr. de Gregor. *de conceſſ. feud. p. 5. q. 3. n. 11.* Intrigl. *de feud. cent. 1. q. 24. num. 29.* idem de Georg. *alleg. 8. num. 10.*

Ex quibus omnibus nedum creditorum intentio ad excluſionem nouæ taxæ per Fiſcum prætenſæ remanet, vt credo, confirmata, ſed etiam his, quæ in contrarium adducta fuere, vel adduci poſſent, plenè videri debet ſatisfactum, nam conſtat procedere feudo aperto, verè, & liberè irreuocabiliter, factáque noua conceſſione domini mera voluntate, qua nouum feudum poſſit videri creatum, & conſtitutum, cum nouo ſeruitio per nouam taxam, non redundantem in damnum creditorum habentium ius in feudo duraturum perpetuò Domini conſenſu conſtitutum; quibus non poteſt Dominus aliquod inferre præiudicium, dum ex prædictis, vel tenetur illis ſatisfacere pro feudi valore, vel illud vendendum exhibere tale quale erat penes debitorem feudatarium, non autem deterioris conditionis, vel in aliquo per nouam taxam diminutum, & ſub alia forma, & quaſi aliud feudum de nouo erectum diuerſum ab illo, quod feudatarius tenebat, & pignori, & hypothecæ ſubmiſerat. 24

Cætera ſuppleant, rogo, pro more Peritiſſimi Iuſdicentes, quorum cenſuræ hæc omnia libenti, ac reuerenti animo ſubmitto.

Aſcanius Rastanus.

SVMMARIVM.

1 *Text.* in Auth. itaque. C. comunia, de ſucceſſionibus, *concordat cum Conſtitutione Regni* in aliquibus.

2 *Statutum excludens fœminas à ſucceſſione ſtantibus maſculis locum habet in ſucceſſione parentum, non collateralium.*

3 *Conſuetudo* ſed ſi morienti, *Ciuitatis Neapolitanæ, declaratur.*

4 *Statutum quod ſtantibus maſculis fœminæ non ſuccedant, fundatur in conſeruatione agnationis, & quando.*

5 *Agnationis ratio non egreditur caſus, & perſonas in Conſtitutione expreſſas.*

6 *Frater conſanguineus excludit ſororem vtrinque coniunctam in ſucceſſione ſororis in Senatu Pedemontano.*

7 *Succeſſionis forma in linea tranſuerſali incorrecta remanſit per conſtitutionem Regni.*

8 *Hæreditas non adita qualiter tranſmittatur, & ex quibus capitibus.*

9 *Hæreditatis aditio vtrum cum ſcientia debeat eſſe vt tranſmittatur.*

10 *Hæreditas paterna prius quam hæres immiſceatur in ea, non dicetur iacens.*

11 *Beneficium Prætorium abſtinendi inuentum pro filiis in poteſtate declaratur.*

12 *Suitas, & eius virtus quid operetur.*

13 *Textus* in l.ei, qui, ff.de acquirend.hæreditate, *explicatur.*

14 *Transmiſſio ex potentia ſuitatis quid, & quomodo operetur.*

15 *Transmiſſio hæreditatis, vt in extraneum fiat, quæ requirat.*

16 *Filia ſi paternæ hæreditati renunciauerit, vtrum ſit capax transmiſſionis paſſiuæ, præſertim, ſi frater ſit mortuus hæreditate non adita.*

17 *Doctores Itali quid dixerunt in præſenti quæſtione.*

18 *Doctores Hiſpani quid docuerunt in præſenti.*

19 *Doctores Siculi, & Regnicolæ quid dixerunt in præſenti.*

20 *Minadoi locus inſignis affertur ad propoſitum.*

21 *Præſidis de Franchis deciſio 32. adducitur in præſenti.*

22 *Ratio concluſionis ſuprà traditæ aſſignatur.*

23 *Hæres, qui adit ex iure tranſmiſſo, perſonam tranſmittentis repræſentat.*

24 *Subſtitutio pupillaris quomodo & qualiter tranſmittatur in hæredem.*

25 *Hæreditatis tranſmiſſio ſecundum quam perſonam fiat.*

26 *Textus* in l.vnica.Cod. de his, qui ante apertas tabulas, *explicatur.*

27 *Iuris accreſcendi portio accreſcit, & quomodo.*

28 *Michaëlis Graſſis ſententia*, in §. ius accreſcendi, quæſt.28. *reprobatur.*

29 *Gloſſa* in l.1. §.veteres, ff.de acq.poſſeſſ. *adducitur in preſenti.*

ARGVMENTVM.

Soror vtrinque coniuncta an excludat fratrem conſanguineum à ſucceſſione fratris, qui obiit antequam ſe immiſceret paternæ hæreditati. Agiturque de tranſmiſſione paternæ hæreditatis non agnitæ in quoſcumque hæredes, etiam extraneos, ex potentia ſuitatis.

ALLEGATIO CXVIII.

MORTVO Ioanne Potenza inteſtato, ad eius ſucceſſionem aſpirant Sibilla ſoror vtrinque coniuncta, & Petrus frater conſanguineus: Sed Sibilla ſolùm eſt admittenda. *Auth.itaque.Cod.communia, de ſucceſſ.* vbi Cinus, Bartol. Alberic. Bald. Salicet. Angel. & alij quos in puncto citat Menoch. *conſil.527. num.5.vol.6. Auth.ceſſante.Cod.de legit.hæred.* & in corpore, vnde ſumuntur. Cui nihil aduerſatur Conſtitutio Regni *in aliquibus*, quæ in hæreditate patris, matriſvè, ibi, *ad ſucceſſeſſionem parentum*, non autem fratris locum habet. Franch. *deciſ.171.* Marant. *diſput.10.num.16.verſ. & iſta procedunt etiam:* & eſt de iure Brun. *de ſtatut.excludent.fœmin. artic. 6.num.80.* & *artic.8. num.75.* Geor. Natta *quæſt.4. num.14.* & Campeg. *quæſt.47.eod.in 2.tom.tract.* Gabriël. *lib.6.tit.de ſtatut.concl.7. num.36.* Carpan. *ad ſtatut. Mediolan.cap.278. num.33. tom.2.* Etiam ſi in ea alia bona non ſint, quàm origine paterna. Alex. Iaſ. Soccin. Rom. & Aret. *in leg.1.§.veteres, ff.de acquirend.poſſeſſ.* Bald. *in cap.1.Epiſcopum, vel Abbatem, in vſib.feudorum,* Iaſon. *in l.venia, num.7. Cod.de in ius vocando*, Angel. *conſ.52.* Romanus *conſil.168.* Franch. *dict.deciſ.171. num.3.* Afflict. *deciſ.178.in 3.dubio.* Imo ſapientes Regni dubitarunt, ſi locum ſibi vendicet, in hæreditate matris, vt per Andream ibi. *col.2. & 12.* Afflict. *quæſt.11.* & *in dict. deciſ.178.* reiecta deciſione Viuij *469. lib.3.* ex aduerſo citata, exiſtimantis in puncto, excluſa ſorore, fratrem ſuccedere, adducit deciſionem Sacri Conſilij relatam per Vrſillum ad Afflictum *deciſ.38. poſt.num.11.* & Senatus Mantuani per Campeg. *loc. cit.quæſt.27.* de qua meminit etiam Minadois *deciſ. 36.num.9.* illa enim loquitur ſecundum conſuetudinem Neap. *Sed ſi morienti,* quo iure, frater conſanguineus excludit ſororem, in linea ex tranſuerſo, vnica dote conſtituta. Napod. ibi *num.303.* & addentes, Ann. *Alleg.81.in fin.* Franch. *deciſ.87.* Hæc autem proceſſit, ob ſtatutum Mantuanum, *ſub rubr. de ſucceſſ. ab inteſtat.* do quo Surd. *deciſ.9. & 239.* & ſtatuti verba tranſcripſit Rimin.Senior. *conſ.10.lib. 1.* Quod in ſucceſſione Collateralium, agnatos tantùm maſculos, excluſis agnatis fœminis, & cognatis, vſque ad quartum gradum admittit: quæ verè ad ius Romanum non pertinent, nec extra locum ſtatuentium vigent. 1 2 3

4 Nec contra facit ratio conſeruandæ agnationis, ſumpta ex ſtatuto excluſiuo fœminarum, in qua ſe fundat; tum quia Conſtitutio *in aliquibus*, non excluſit totaliter, & perpetuò fœminas ab omnibus ſucceſſionibus, ſed immò, eas vocanit, ſimul cum maſculis, verùm hos fœminis præferri voluit, in linea ſolùm aſcendenti; & ſic ratio prædilectionis, ac prælationis maſculorum potius habita fuit, quam conſeruandæ agnationis: vt ex pluribus probat Molin. *de primog. Hiſpanorum, lib.1.c.5. n.37. tom.1.* & *lib.3. c.5.num.50. in 7. concluſ.tom.2.* quem ſequutus eſt de hac conſtitutione loquens Reg. de Pont. *de poteſt.Proreg. tit.9 n.29.* & tenet Surd. *deciſ.239. notat. ſub n.14. & 15.* Tum etiam, quia fauor agnationis, 5 non egreditur caſus, & perſonas in conſtitutione expreſſas. Molin. ibi *n.63.* poſt Soccin.Iunior. *conſ.1.n. 15.in 1.* & *108.num.31. & ſeq.in 2.vol.* Brun. & alios, Surd. *deciſ.9.n.16.* latiſſimè Gabriël. *d.concl.7.* Sed intra terminos illius tantùm operatur, & ſexus fœmineus, per quem non conſeruatur agnatio *l.1.§.penult.* & ibi gloſ. *ff.de ventre inſpiciendo.* Surd. *conſ.96. num.*

*num.*27.*lib.*1.Honded.*conſ.*65.*n.*36.*lib.*1.ac finis eſt ipſius *leg. pronunciatio*, *in fin. ff. de verb. ſignif.* reputatur impertinens, & non vltra. Matt. *voto* 126. *numer.* 6. Rot. Piſan. Et in his terminis procedit deciſio Surd. 259. in qua frater conſanguineus in ſucceſſione alterius fratris, pariter cum vtrinque coniuncto admiſſus fuit, quia ex ſtatuto Mantuano cognati, agnatæque fœminæ excluduntur; ſic decit. Magon. Florent. 82. vbi idem, quia ſtatutum Florentinum vocauit agnatos pro conſeruanda agnatione; ſic deciſ. Mattæ *voto* 20.*num.*14. & *voto* 126. quia ſtatutum Volterrani, fœminas, & deſcendentes ex eis, vſque ad quartum gradum excluſit; ſic deciſio Minadoi 36. quia loquitur in feudis, in terminis conſtitutionis, *vt de ſucceſſionib. in quib. fœmina non ſuccedit, cap.* 1. §. *hoc autem, de iis, qui feudum dare poſſ. cap.* 1. *de ſucceſſ. feud. cap.* 1. *de ſucceſſ. fratrum*, & *cap.* 1. *de natura ſucceſſionis feud.* Sic deciſio Pedemon. de qua Gaſpar. Theſaur. *lib.* 2. *quæſt. forenſ.*

6 *quæſt.* 79. *num.* 6. vbi frater conſanguineus excluſit ſororem vtrinque coniunctam in ſucceſſione ſororis, quia ſtatutum Taurini, quod ad litteram refert Theſaurus pater *dec.* 263. reſpexit conſeruationem agnationis, vocans expreſſe agnatos, cunctis aliis perſonis excluſis, in quo caſu cenſetur etiam excluſa agnata fœmina, vt vterque Theſaur. ibi, & latè *deciſ.* 37. Nil mirum, ſi ſexus fœmineus reiicitur, nec eius vinculum duplicitatem facit.

7 Itaque ſi conſtitutio illa, ius ſucceſſionis fœminis reſtitutum, in linea aſcendenti, exiſtente maſculo, abſtulit, & ad inſtar ſecundi gradus, eas reduxit; vt dixit Caſtrenſ. *conſil.* 164. *col.* 4. *verſ. ſed vlterius, volum.* 2. Molin. Soccin. Aret. Ruin. & Curt. Iunior, quos citat Lanar. *conſ.* 1. *num.* 36. *& ſeq.* Addo Peregrin. *de fideicommiſſ. art.* 17. *num.* 4. propè finem; in tranſuerſa, remanſit intactum, & cum potiori iure duplicitatis vinculorum, iuxta iuris communis nouiſſimi diſpoſitionem. Meritò Sibilla, quæ agnationis, & cognationis vinculum habet, Petro agnationis tantum iuncto, in ſucceſſione Ioannis fratris, præfertur.

8 At maioris quæſtionis eſt, ſi debeat admitti pro medietate ad bona, quæ fuerunt Iacobi Potenza communis patris, ex perſona Ioannis, qui citra immiſtionem intra paucos dies mortis illius, pariter è vita ſublata eſt.

Negant, qui Petrum defendunt ducti ex iis, quæ dixit gloſ. & DD. *in dicto* §. *veteres*, ſequuta aditione, bona effici proprium patrimonium filij adeuntis. Bart. *in leg. fin. ff. ad Trebell.* Alciat. *in l. hæreditas, ff. de verb. ſignif.* gloſ. Iaſ. & alij *in leg. eius, qui in prou.* §. *ſi quis ſtipulatus, ff. ſi certum petatur*, Franch. *deciſ.* 171. *num.* 3. 92. *num.* 4. & communiter DD. & probat tex. *in l. ſed ſi plures*, §. *filio, ff. de vulg. & pupill.* melior tex. *in l. paterfamil.* §. *& cum ſubſtitutus, ff. de priuil. credit.* alia iura citat Gom. *in l.* 22. *n.* 13. & *l.* 35. *numero* 154. *Taur.* Ergo ante aditionem, hæreditas paterna dicitur, a qua ſtante fratre, licèt conſanguineo, ex lege Regni excluditur.

Nos verius pro Sibilla affirmatiuè reſpondemus: Nam in ſuo non eſt neceſſaria aditio, ſeu immiſtio, cum lex ſuum, ipſo iure, citra immiſtionem, ſtatim hæredem faciat, ex vi, & potentia ſuitatis. Caius I.C. *in l. in ſuis, ff. de ſuis, & legit. hæred.* §. *ſui Inſtit. de hæredum qualit. & differentia*, & ſi ignorans ſit, infans, vel furioſus, & ſine tutoris, curatoriſue auctoritate *leg. liber homo*, §. *fin. ff. de ſtipulat. ſeruorum, l. antiſtitus*, §. *fin. ff. de acquir hæred. l. fin.* §. *ſi vero perpetuò, Cod. de curatore furioſi, l. ex militari*, §. *fin. iuncta l. idem eſt, in fin. ff. de milit. teſtamen.* & *l. hæreditate*, §. *filiusfamilias paganus, ff. de caſtrenſ. peculio*, §. *ſui. Inſtit. de hæredit. quæ ab inteſt. deferunt.*

Scientia enim delatæ hæreditatis, ac cætera requiſita, quoad aditionem, de quibus gloſ. *in l. is poteſt, ff. de acquir. hæred.* ceſſant in ſuo. Craſſ. §. *acquiſitio*, *q.* 4. *num.* 9. Bardellon. *conſ.* 17. *num.* 6. *volum.* 1. Antonius Pricard. *in* §. *ſui*, paulò ante citato *num.* 4. qui magis liberam bonorum ſuorum adminiſtrationem, ob continuatum dominium, inde iam à vita genitoris, quam paternam, ac nouam, immò, & nullam hæreditatem conſequitur. Paul. I.C. *in l. in ſuis, ff. de liberis, & poſthum. l.* 1. §. *largius*, ibi, *qui penè ad propria bona veniunt, ff. de ſucceſſorio edicto* gloſ. *fin. in c.* 1. *de feud. cognit.* diffuſè Tiraquel. qui plures effectus ſuitatis enumerat *in leg. ſi vnquam, in præfatione, n.* 19. *& ſeqq. C. de reuocand. donationib.* idem Bardell. *conſ.* 20 *n.* 49. 9
& ſeqq. Hinc eſt, vt ante immiſtionem, nec hæreditas paterna iacens dicatur, gloſ. communiter recepta *in l. cum hæreditas, in verb. ſucceſſeritis, Cod. depoſiti*, vbi Cinus, Albericus, Bal. Salicet. & alij, Craſſus, §. *hæreditas*, *quæſt.* 2. *num.* 6. Gomeſ. *lib.* 1. *reſolut. cap.* 9. *num.* 17. Seſſe deciſ. aragonæ 61. *num.* 3. *par.* 1. Viuius *deciſ.* 347. Surd. *conſ.* 350. *num.* 17. *vol.* 3 Barb. *conſ.* 12. *nu.* 13. *vol.* 4. nam, non eſt dare medium, nec inſtans inter mortem patris, & exiſtentiam ſuitatis, in quo filius non ſit hæres patris, atque dominij illa continuatio interrupta videtur, text. *in leg.* ſi poſt mortem, *de legat.* 1. Iaſon ibi *notab.* 3. & 4. Imol. & Caſtrenſ. gloſ. *in leg. ſi alienum*, §. *in extraneis, in verbo hæreditatem, ff. de hæred. inſtit. in l. ſi Creditor, in verb. adita hæreditatis, ff. ad leg. falcidiam, in leg. quæſitum*, §. *præſenti, de legat.* 1. & *in d.* § *ſui, de hæredit. quæ ab inteſtat. deferuntur*, latè diſtinguendo Bart. *in leg. fin. n.* 5. *ff. de conditionib. inſtit.* Iaſon. *in l. ſi filius, qui patri, ſub num.* 5. *ff. de vulgar & pupillari, in d. l. in ſuis num.* 9. *in in l. ſi filius hæres, num.* 10. *ff. de liber. & poſthum.* Caſtrenſ. *conſ.* 41. *ante num.* 1. *vol.* 2. Molin. qui in ſucceſſore maioratus, gloſ. *in l. cum hæreditas*, adducit *li.* 3. *de primog. hiſpan. c.* 11. *n.* 20. *&* 21. *tom.* 2. 10

Nec aliud eſt dicendum in hoc caſu, propter beneficium obſtentionis, quod prætor, vigorem iuris temperando, filio indulſit; Iaſon in puncto *in dict. l. ſi poſt mortem, num.* 7. Gugliel. *de benedict. in cap. Raynutius, in verb. mortuo itaque teſtatore, el ſecondo, n.* 92. *de teſtamen. par.* 2. Gratianus *diſcept. forenſ. cap.* 732. *num.* 57. *to.* 4. Craſſus *dicta quæſt.* 2. *num.* 7. latè, & eruditè Anton. Faber *de error. pragmat. decad.* 3. *error. primo*, gloſ. *in dicto* §. *ſui, tex. ad literam in leg.* 1. §. *qui ſunt in poteſtate, ſtatim hæredes ſunt, ſeu ab inteſtato, ſeu ex teſtamento*; nec quod ſe abſtinere poſſunt, quidquam facit; *ff. ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti.* Ratio eſt, quia illud introduxit in fauorem filij *dicta leg. ſi filius, qui patri*, inquit, ibi Papin. *Etenim ius dicentis propoſitum eſt, liberos oneribus hæreditariis, non ſpontè ſuſceptis, liberare, non inuitos ab hæreditate remouere*: quam dicunt notabilem Bart. *ibi num.* 6. Bald. Alberic. Alexander *num.* 2. Iaſ. *num.* 8. Imol. *num.* 5. Aretin. *notab.* 3. & Cuman. *num.* 1. *&* 2. Ne inuitus debitis paternis, obſtrictus ſit, *leg. neceſſariis, ff. de acqu. hæred.* §. *ſed his permittit Prætor. Inſtit. de hæred. qualit. & differentia.* 11
Et per hoc intacta vtique remanſit ſuitas, & eius virtus, vt abſque immiſtione ſuus ſtatim exiſtat hæres, in iis, quæ non onus, ſed eius commodum vtilitatémque concernunt, vt eſt actus tranſmiſſionis, de quo infra: quibuſue Prætoris beneficio non indiget, alioquin filio damnoſum foret, contra mentē ipſius Prætoris, Bartol. & alij *in dicta leg. ſi filius, qui patri*, idem Bartol. in puncto *in leg. ventre, num.* 13. *ff. de acquir. hæred.* & *leg. ſi infanti, num.* 10. *Cod. de iure deliberandi*, Alexander *in dicta leg. neceſſariis, ſub numero* 5. Ioannes de Platea, dicens, hoc diligenter aduertendum, *in dicto* § *ſui, ſub num.* 5. *de hæred. qualit. & differen* 12

ſtentia, vbi Aret. Piſon. num.7. & Anton. Piccard.
num.25. Soccin. Iunior conſil.119. num.22. & ſeq. vo-
lum.1. Caſtrenſ. conſ.331. ſub num.4. verſ. hæreditas ve-
rò patris, & 335. ſub num.2. volum.1. Dec. conſ.249.
num.3. & 330. ſub num.5. Angel. conſil.287. ſub nu.1.
Craſſ. §. acquiſitio, quæſt.5. ſub numer.4. & §. ſuitas, q.6.
num.4. & quæſt.9. Gomez. dicto cap.9. n.18. verſ. ſed ego
teneo, & n.14 verſ. ſed his non obſtantibus, & num.26.
verſ. habes igitur, latè Angel. qui ita declarat & pu-
gnantia iura conciliat, in tract. de ſuitate, quæſt.8. nu-
mer.24. & q.9. n.64. & ſeqq. to.8. tract. par.2. Tuſchus,
Caſtrenſ. ſolum relato, concluſ.883. n.1. & 884. nu.1.
litera S. to.7. Et cum hac diſtinctione fauoris, & in-
commodi filij, intelligi oportet Bartol. in d. l. fin. n.5.
in fin. ff. de conditionib. inſtit. dicentem hodie, propter
edictum Prætoris, quod eum reduxit ad inſtar extra-
nei l. nam, nec emancipatus, de legat.1. l. ei qui, ff. de ac-
13 quiren. hæred. dari medium inter mortem patris, &
actum immiſtionis: ſanè hæreditas rectè poteſt ia-
cere, & non iacere, inquit Natta conſ.488. num.14.
volum.3. prout magis vtile, & expeditius eſt filio,
Cagnol. in l. precibus num.66. Cod. de impuber. & aliis
ſubſtit. eandem diſtinctionem comprobant Manti-
ca de coniect. vltim. volunt. lib.12. cap.10. n.3. Menoch.
præſumptione 99. num.5. lib.4. Nec ideò ſuitas in ſui
ſubſtantia indiuiſibilis diuiditur, ſed eius ſolùm
diuiduntur effectus, & ſic filius benè eſt ſuus, verum
virtus ſuitatis extenditur ad effectus ipſi filio vtiles,
& fauorabiles, nec ad alios. Ita exemplo indiuiduæ
ſeruitutis realis, reſoluit Gomez. d. c.9. n.26. verſ. ſed
ad hoc notabiliter reſpondeo, ſequitur Gratian. d. c.732.
num.58. Neque Prætor illud ius hæredis, nomenque
in ſuo potuit adimere, §. quos autem. Inſtit. de bonor.
poſſeſſ. cum ſimil. Et in ſumma, niſi ſe abſtineat ſuus,
numquam deſinit in vtilibus eſſe hæres, obſtante
minimè edicto Prætoris: extraneus autem non eſt,
niſi adeat, quodque diſcrimen inter vtrumque po-
nit Anchar. conſ.26. ſub. num.3.

14 Quare ex potentia eiuſmodi plenæ ſuitatis, illam
patris hæreditatem, miniſterio iuris acquiſitam, ſed
nondum facto, vel verbis agnitam, nec abſtentione
eliſam, filius, & ſi minimo momento temporis, pa-
tri ſuperuiuat, cum eodem beneficio abſtentionis,
ad text. in l. ſi quis filium, §. primo, ff. de acquirend. hæ-
red. in quoſcumque ſuos hæredes, etiam extraneos,
ſiue ſciens, ſiue ignorans, ſiue infans, ſiue furioſus,
tranſmittit, neque prædefuncti patris hæredes ſuc-
cedunt. Iura ſunt aperta in leg.3. Cod. de iur. delibe-
randi, in l. apud hoſtes. Cod. de ſuis, & ligit. liberis, in l.
qui duos, §. cum in bello. ff. de rebus dubiis, in l. ex mili-
tari. §. fin. iuncta l. idem eſt, in fin. ff. de milit. teſtamen-
to, & l. hæredit. §. filiusfamil. paganus, ff. de caſtrenſ. pe-
culio, in l. liber homo, § fin. ff. de ſtipulat. ſeruorum, in l.
Lutius, ff. de iure fiſci, in l. Antiſtius, § fin. ff. de acquir.
hæred. in l. fin. §. ſi verò perpetuo. Cod. de curatore furioſi,
in l.2. § ſi quis ex liberis, à contrario, ff. ad Tertull. &
eſt vera, atque magis communis opinio, ab omni-
bus ferè amplexa, tam legendo, quam conſulendo,
quam tenent Iacob. de Arena in leg. vnic. Cod.
de his, qui ante apertas tabulas, Speculator titul.
de ſucceſſion. ab inteſtato, num.5. Bartol. in d. l.3. num.2.
in d. l. ventre, n.12. & 19. verſ. concluditur ergo, & ibi
Cuman. n.13. Bald. Ruin. Roman. & alij, & in dicta leg.
apud hoſtes, vbi Bald. & Alberic. & in dicta l. ex mi-
litari, §. final. idem Bartol. conſ.12. n.4. lib.1. Corneus
conſ.108. ſub n.4. volum.2. vbi dicit indubitatam opi-
nionem, Riminald. Senut. conſil.20. num.10. & 11.
15 lib.1. vbi in extraneo, ſcientia delatæ hæreditatis, &
voluntas acquiſitionis requiritur, vt detur tranſmiſ-
ſio, non autem in ſuo, dicit ipſe, voluntas hæredis
adeuntis, exiſtimatur ipſius filij tranſmittentis, d. leg.
ſi quis filium, l.1. Cod. de his, qui ante apertas tabulas,
idem in conſil.125. num.4. eod. volum. ibi, tranſmiſit
ad ſororem vtrinque coniunctam, excluſa ſorore, & in
puncto, vel fratre ex vno latere, iuxta dictam Authen-
ticam itaque, ſublata eſt enim differentia ſexus, dicta
Authentica ceſſante, in fin. Alexand. in d. leg. ſi filius,
qui patri, ff. de vulg. & pupill. & conſ.20. vol.1. & con-
ſil.5. num.10. volum.6. ibi, poſthumus tranſmiſit ad ſoro-
res vtrinque coniunctas, & ad matrem, quæ erant ipſius
hæredes, ex Authentica defuncto, ad Tertull. excluſa pa-
riter ſorore ex vno latere. Dec. conſ.244. ſub numero 1.
conſ.249. num.2. ibi, de poſtumo, de quo tex. in d. l. Lu-
tius, vbi in breui tempore deceſſit, & conſ.330. n.5.
& 623. loquens de filio, qui de exciſo ventre præ-
mortuæ matris, viuus extractus, deinde in ſimili bre-
ui temporis ſpatio obiit, & de furioſo, cuius nulla
eſt voluntas l. furioſi, ff. de regul. iur. Angel. in dicta l.
antiſtitus, §. fin. vbi ait, eſſe teſtum rotundum, ſimilis
in d. l. fin. §. ſi verò perpetuo: idem de furioſo, Bartol.
in d. l. ventre, n.18. Bal. in l. potuit, q.5. à contrario ſen-
ſu, C. de iur. deliber. & Maranta in l. is poteſt, ſub n.134.
verſ. ſi verò eſt hæreditas, ff. de acquir. hæred. idem Ma-
ranta conſ.42. ibi filia, vti hæres patris contendebat
ſuccedere, excluſa matre, ob mortem fratris ante im-
miſtionem, reſpondit ipſe, vtramque vti hæredes
filij ex dicta Authentica defuncto, admitti, Roman.
conſ.58. Socin. conſ.8. n.5. & 9. lib.4. Capra, Ruin. Soc.
Iunior, Bertrand. Pariſ. Durand. Gomez. Vaſq. Aſcan.
Clemens, & Menoch. quos refert, & ſequitur Surd.
deciſ.138. n.9. Tuſch. concluſ.370. n.93. & 105. & con-
cluſ. ſequenti n.7. litt. T. to.8. & prius concl.882. n.6. &
concluſ. ſeq. num.3. & 14. littera S tom.7. Quibus addo
Craſſ. §. tranſmiſſio, quæſtio.23. & 24. Gulielm. de Be-
nedict. dict. verb. mortuo itaque teſtatore, n.101. & ſeq.
Angel. d. q.9. n.73. Simon de Petr. de interpret. vltim.
voluntat. lib.3. interpret. dub.5. ſolut.4. n.6. Didac. Spi-
nol. in ſpecul. teſtament. gloſ.33. n.86. verſ. quæ omnia,
Paſchal. de virib. patr. poteſt part.4. c.1. n.39. Gratian.
diſceptation. forenſ. to.2. c.281. n.16. Donat. Afflna inter
communes opiniones Doctorum tom.2. lib.6. tit.8. de
ſucceſſ. edict. n.20. Molfeſ. conſ.6. nu.10. Caſſan. in con-
ſuetud. Burg. rubr.7. §.10. gloſ. eſchet, aut filz, Pitrex.
Angliber. in tract. de ſuit. q.8. n.16. verſ. quod autem
hæc ſuitas, Ioann. Sayon. in conſuet. Ieronic. rubric. de
ſucceſſionib. verſ. ſed communis opinio eſt, fol. mihi 211.
Petr. Gregor. in ſintax. iuris, part.3. lib.42. c.13. n.1. &
lib.46. cap.2. n.19. Mattien. lib.5. recopil. tit.4. l. prima,
gloſ.16. num.20. Iacob. Cancer. lib.3. variar. reſolut.
c.21. n.4. Emanuel Suares, recept. ſentent. lit. T. n.305.
Ex quibus manifeſtiſſimè conuincitur pars, quæ pu-
tat, ex edicto illo Proconſulis, filium non poſſe pa-
tris hæreditatem tranſmittere, circa immiſtionem,
niſi requiſita prius de eſſentia aditionis, interue-
niant, nullam conſtituens differentiam inter ſuum,
& extraneum.

Ex his, vera, atque communis hæc oritur con- 16
cluſio: quod, quamuis filia pacto, renunciatione,
aut lege municipali à patris ſucceſſione ſit excluſa,
& moriatur frater, patris hæreditate non agnita, nec
verbis, nec facto, nihilominus bona paternæ hære-
ditatis, media perſona eiuſdem ſui fratris, ex hoc iu-
re tranſmiſſo, vti ſoror, eius legitima hæres, conſe-
quitur, adduco text. in d. l. qui duos, §. cum in bello, ff. de
rebus dubiis, vbi mortuo patre ſimul cum filio in bel
lo, ortaque controuerſia inter matrem vendicantem
bona, quaſi poſtea mortui filij, & agnatos patris, qua-
ſi filium antea periiſſe, bona patris volentes; Reſpō-
dit Trif. I.C. matrem præferri; quia Diuus Adrian.
patrem antea mortuum credidit. Ecce vxor excluſa
à ſucceſſione viri, per agnatos eiuſdem, ex l. vnica
Cod. vnde vir. & vxor. l.1. ff. quis ordo in bonor. poſſeſſ.
ſeruet.

ſuccedit vti mater, ex perſona filij defuncti ante immiſtionem, remotis agnatis; idem pro matre, Modeſtin. *in d.l. Lucius, ff. de iur. fiſci.* & Imper. Diocl. & Maiſ. *in d.l. apud hoſtes. Cod. de ſuis, & legit. liber.* quod indubitatum habuit I. C. & ſolum in dubio poſuit quis prius vita functus, pater, an filius in eo caſu exiſtimetur: neque agnati, bona patris vendicabant, quaſi mortuo filio, hæreditate non agnita, propter ius tranſmiſſionis in matrem hæredem, ex luitate cauſatum, & proindè frater, bona defuncti fratris, ex illo capite petens, iuſtè Gordian. Imper. reſponſo expellitur *in l. 3. Cod. de iur. deliber.* quemadmodum Petrus iſte, qui eodem iure ad ſucceſſionem venit, expellendus eſt.

27 Sunt primò Doctores Itali qui propoſitam in indiuiduo cõcluſionem tenent. Franciſcus Aret. *in conſ. 160. n. 1. verſ. 2. eſt præmittendum.* Hoc dictum Aretini dicit mirabile Iaſon, diligenter notandum, nec ab aliis tactum putat, *in l. eius qui in prouincia, § quod ſi ſtipulatus, num. 10. in fin ff. ſi certum petatur*, & *in l. 1. §. veteres, ſub num. 22. ff. de acquir. poſſ.* Benedictus Capra bene *conſ. 12. num 3. & 5. verſ. non obſtat ſi dicatur.* Riminaldus Senior *conſ. cit. 125. lib. 1.* qui concludit ſororem vtrinque coniunctam excluſam à ſucceſſione patris ex ſtatuto Rauennæ, ſuccedere ex iure tranſmiſſo, ex perſona fratris defuncti, ante immiſtionem, excluſa ſorore ex vno latere. Decius *conſ. 209. num. 3. vol. 1.* clarius *conſ. 433. ſub n. 5. verſ. & licèt DD.* & *conſ. 551. num. 1. in fin. verſ. & hoc haberet locum*, & *in l. quoties duplici iure, num. 7. ff. de regul. iur.* quicquid dixerit *in conſ. 263.* Soccin. *conſ. 73. n. 1. lib. 3.* Ruinus *conſ. 22. n. 15. & 16. vol. 3.* loquens de vxore excluſa per ſtatutum à ſucceſſione viri ſtantibus proximioribus coniunctis; vbi ſi moritur, vir, relicta filia, quæ deinde ante patris agnitam hæreditatem, obiit; vxor, & ſi mater ipſius filiæ ſuccedit ex iure tranſmiſſo, nec excluditur per proximiores coniunctos viri, ex eo, quia hæreditas non fuit agnita per filiam, dicens nullum de hoc apud eum eſſe dubium: addo ego in hac facti ſpecie text. *in d. §. cùm in bello*, & *in d.l. Lucius*, & miror, quod ſimilẽ quæſtionem, in incerto relinquat *in conſ. 39. eod. vol.* Rolandus à Valle *conſ. 95. num. 44. in fin. lib. 1.* Purpuratus, qui in aliis quoque hæreditatibus idem affirmat, quæ iure ſanguinis tranſmittuntur, *ex leg. vnica. Cod. de his, qui ante apertas tabulas*, vel beneficio, *leg. cum antiquioribus, Cod. de iur. deliber.* ſicuti hoc etiam addunt Gomez, Guttier. & Molin. citandi, Purpurat. inquam *in l. fin. num. 182. Cod de pactis*, & *in leg. qui ſe patris, n. 118. verſ. & iſtud vtiliter ampliat. Cod. vnde liber.* & *in conſil. 298. ſub n. 3. verſ. & licèt prædicti Doctores, vol. 1.* loquens de filia dotata, & excluſa ab hæreditate patris, ex ſtatuto Tridini, & *in conſ. 451. ſub n. 4. vol. 2.* Cagnolus *in l. hæreditas, num. 4.* & *in l. quoties duplici iure, n. 5. ff. de regul. iur.* Albertus Brunus *de ſtatut. exclud. fœmin. art. 8. n. 79. & 80. tom. 2. tract.* qui teſtatur, hanc eſſe communem opinionem, nec ab ea in iudicando recedendum.

Antonius Faber *de error. pragmatic. decad. 14. error. 3.* pariter de communi, & receptiori ſententia.

Brunon. à Sole *in compend. propoſ. iur. in verb. filia, quæ bonis paternis, verſic. imo etiam hoc haberet locum.*

18 Secundò Hiſpani. Gomezius *in l. 22. Tauri, n. 13. propè finem, verſ. quod notabiliter extendo.* Couarruuias *in repet. cap. quamuis, de pactis in 6. par. 3. §. 3. n. 2. verſ. nihilominus ipſe opinor.* Guttierez *in eod. c. in verb. omnino ſeruari debet, n. 9.* Iacobus Cancerius *lib. 3. variar. reſol. c. 15. n. 238.* qui dicit hanc eſſe veram ſententiam, Franciſcus Molina, *de ritu nuptiarum, & pactis in matrimonio appoſit. lib. 3. quæſtione 92. numero 22.*

Tertiò Siculi Ioſeph. Cumia *in cap. ſi aliquem, Regni Sicil. de ſucceſſionibus feud. in verb. maritata, n. 392. fol. mihi 328.* 19

Quartò Regnicolæ. Ioannes de Arnono *dial. 2.* loquens in terminis conſtitutionis *in aliquibus.* Maranta idem *in d. conſ. 43.* Vrſillus ad Afflict. *dec. 178. ſub n. 3.* ſequutus Dec. Capriolus *de ſucceſſionib. ab inteſt. lib. 1. num. 53.* 20

Minadous facit in conſtitutione *in aliquib. notab. 2. num. fin.* vbi mortuo maſculo ſine immiſtione, non per hoc ſoror ſuccedit in hæreditate patris. Rationem aſſignant citati per ipſum, & præſertim Soccin. *conſ. 153. in 2. difficul. vol. 2.* quia illam filius, vnà cum portione eiuſdem ſororis excluſæ per ſtatutum, ad ſuos hæredes tranſmiſit, iuxta antiquatam opinionem Vgolini de Fontana, quam amplexus eſt Cinus *in l. 1. Cod. de adulteriis*, & communiter DD. cum quo eſt deciſio Sacri Conſilij, apud Franch. mox citanda, & 239. Surdus quicquid dixerit. *in d. l. 1.* & Marant. ſibi contrarius *diſp. 10. verſ. ſexta concluſio*: Ex quo duo ſequuntur, vnum patris hæreditatem non agnitam, ad filij, & non patris hæredes tranſire; aliter enim hæc filia non foret excluſa, quam dempto maſculo, lex Regni, in ea ſucceſſione vocat alterum, ſi ipſa fratris eſt hæres, ſuccedere ex illius perſona, quamuis ex propria, vti hæres patris, venire nequeat; & licet Soccin. ibi, fratrem patruelem, ex iure tranſmiſſo, admiſerit, excluſà ſorore vtrinque coniuncta, reſpondit in terminis ſtatuti Mantuani, de quo initio dixi, apparet ibi *ante n. 24. verſ. quartò & vltimo videbatur*, & innuit Surd. *deciſ. 139. ſub n. 16. in medio.*

Franchis etiam *dec. 32.* vbi eadem ratione tranſ- 21
miſſionis, licet beneficio *l. vnica. Cod. de his, qui ante apertas tab.* neptis excluſit amitam, patre mortuo, matris hæreditate non adita, in quo puncto plenè, & ſubtiliter ſcripſit Soccin. non citatus *conſ. 296. vol. 2. & 67. vol. 4.* & attenta opinione patris, ambo æqualiter debebant admitti, cùm neptes in hæreditate auiæ, ex propria perſona ſuccedant, licèt in gradum, & locum patris. Bartol. *in leg. 1. § ſi ſit filius, ff. de coniungendis, cum emanc. liber. in l. 1. §. ſi ſit nepos, ff. de collat. dotis*, & animaduertit Aret. *in l. gallus, §. inſtituens, in fin. ff. de liber. & poſth.* & poſt alios Surdus *conſ. 85. n. 12. lib. 1.* latè Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 785. vol. 4.* & ſic abſque qualitate illa maſculinitatis excludente amitam. Et tamen contra pronunciatum videmus; quia non cenſetur hæreditas auiæ, ſed patris tranſmittentis, cum illo iure excludendi, quæ ad ſuos, & non auiæ hæredes pertinet. In caſu autem Grammatici *deciſ. 63.* filius prædeceſſit patri, ideò vtraque neptis, & amita ſucceſſit, ſecundùm communem diſtinctionem Cini *in d. l. 1. C. de adulteriis*, & Bartol. *in l. liberorum. ff. de verb. ſign.*

Ratio anteſignatæ concluſionis eſt: nam filia non 22
venit directè, & inmediatè ad ſucceſſionem patris, in quo caſu, lex regni, pactum, aut renunciatio aduerſatur; ſed ex perſona fratris, & ſic ex nouo iure, quod ſufficit, vt admittatur, Calcan. *conſ. 32. col. penult.* Gozzadin. *conſ. 9. n. 60.* filium cum effectu, media hanc tranſmiſſione, patri ſucceſſiſſe dicit Surd. *deciſ. 138. ſub n. 19. verſ. reſpondeo etiam, ex regula qui per alium, de regul. iur. in 6.* nam qui adiit, ex iure tranſmiſſo, tranſmittentis perſonam repræſentat.
Bartol. *in l. 1. num. 20. ff. de vulg. & pupill.* Soccin. *dict.* 23
conſ. 153. ſub num. 19. & 21. & *conſ. 67. num. 14. vol. 4.* Rimin. *conſ. 125. num. 2. lib. 1.* Ruin. *conſil. 22. cit. n. 16.* Bardellon. *conſ. 46. num. 69.* Cuius eſt, hoc ius tranſmiſſum, adeundi, hæreditarium, Bartol. *in l. qui duos,*

ſub

*ſub num.*11. & ibi Soccin. *num.*31. *ff. de reb. dubiis*, Surd. *deciſ.cit.*138. *num.*11. *&* 140. *num.*17. Addo eundem *conſil.*341. *num.*35. *vol.*3. Antoninm Monach. *deciſ. Lucen.*64. *n.*18. Zanch. *in l. hæredes mei, §.cùm ita, num.*204. *ff. ad Trebell.* Ruin. optimè *d. conſil.*22. *num.*16. Paril. *in l.*1 *n.*104. *ff. de vulg. & pupill.* Franch. *dec.*101. *num.*27. aliter enim non poterat tranſmitti, *leg. nemo plus, ff. de regul. iur.* licèt præter traſmiſſionem, non ſit in bonis noſtris *l. pretia rerum, ff. ad legem falcid.* Surd. *deciſ.*140. Bardellon. *conſ.*1. *n.*26. & *conſ.*17. *n.*15. *& ſeq.* nec cedi poſſit, Franch. ibi, & prius *deciſ.*60. *quam pars*, ſed extra punctum, ad denegandam tranſmiſſionem, non probata aditione, citat; loquitur namque de hæreditate fraterna, ſicuti, & illa Senatus Pedemontani relata per Gaſpar. Theſaur. *lib.*2. *quæſt. forenſ. quæſt.*51. quæ non adita haud quaquam tranſmittitur *l. quoniam ſororem. Cod. de iur. deliber. l. vnica §. in nouiſſimo, Cod. de caduc. tollend.* Bartol. *conſ.*21. *num.*3. *li.*1. Bald. *in l. vnic. n.*11. *Cod. de his qui ante apert. tab.* Grammatic. *deciſ.*103. *n.*45 Honded. *conſil.*94. *n.*30. *li.*1. Manento *conſ.*127.
24 *num.*6. *vol.*2. Niſi delata ex pupillari ſubſtitutione, quam frater in quoſcumque etiam extraneos, ex eadem potentia ſuitatis, & cum eodem beneficio abſtinendi, non minus quam paternam hæreditatem tranſmittit, text. eſt notabilis Vlpiani *in leg.*2. *§. prius, & in l. quod ſi pluries, §. quos autem. ff. de vulg. & pupil.* vbi Bartol. Angel. Alexand. Imol. & Caſtrenſ. *iuncta l.* eiuſdem Vlpiani *ſi pupillus paterna hæreditate, §. cæterum, ff. de acquirend. hæred.* Pirrus, Anglibern. *de ſuit. n.*4. Guliel. de Benedict. *in d. verb. mortuo itaque teſtatore, el.*2. *ſub n.*146. *verſ. niſi in eo caſu*, Simon de Petris *loc. cit. ſub num.*18. Corneus *conſ.*108. *n.*4. *verſ. his tamen non obſtantibus, vol.*2. & *conſil.*138. *col.*2. *volu.*4. Ruin. *conſ.*91. *ſub num.*6. *verſ. & etiam alia ratione, vol.*2. & perpetuò menti tenendum dixit *Angel. in tractatu de teſtamen. gloſ.*85. *ſub n.*16.

25 Ideò Sibilla, quæ ſola eſt hæres Ioannis ſui fratris, ex iure nouiſſimo Authenticorum, bona tanquam hæreditatem illius tranſmittentis, non autem patris primitus defuncti capit: Surd. *deciſ. ſæpius citat.*138. *numero* 10. & *ſub numero* 18. *&* 19. & *deciſ.*140. *numero* 16. Spin. *dict. gloſ.*33. *ſub num.*87. Ruin. *conſ. cit.*21. *num.*15. *&* 16. Menoch. *conſ.*105. *n.*93. *lib.*1. Purpurat. *d. conſ.*198. *ſub num.*3. quæ in inuentario aliorum bonorum Ioannis ponere, & eius creditores de illis dimitterere tenetur. Zanch. *d. §. cum ita, n.*111. Fanunt. *de inuent. part.*6. *n.*70. *& ſeq.*

26 Neque impeditur primò hæc tranſmiſſio in Sibillam ſororem, ex tex. *in l. vnica. Cod. de his, qui ante apertas tabul.* quem pars adducit, ad eam perſtringendam, in liberos tantùm; loquitur enim Imperator Theodoſ. & Valent. de ea tranſmiſſionis ſpecie ex tribus, quæ ex potentia ſanguinis fit, non autem ex vi ſuitatis. DD. vbi Bartol. *in d l. ventre, verſ quintus eſt caſus*, Craſſ. *quæſt.*26. Gomez. *num.*41. Guliel. de Banedict. *num.*161. locis citatis, Vaſquez *de ſucceſſ. progreſ. lib.*1. *§.*7.

27 Neque ſecundò ex iure accreſcendi, cuius ratione, portio Ioannis accreſcere debet portioni Petri, *l. ſi ex pluribus, ff. de ſuis, & legit. hæred. §. fin. Inſtit. ad Orfician.* & non Sibilæ à ſucceſſione patris per ſtatutum excluſæ; ex traditis per Bartol. *in l. re coniuncti, num.*48. *de legat.*3. vbi Ripa *num.*154. & alij, nam cùm ius accreſcendi, ſit quædam tacita ſubſtitutio *l. ſi Titio, & Mæuio, §. Iulianus*, ibi, *quaſi ſubſtitutus, de legat.*2. non impedit tranſmiſſionem ex potentia ſuitatis, ſed illi cedit, tanquam potentiori *leg.*3. vbi omnes, *Cod. de iur. deliber.* Bal. *in l. cum proponas, ſub n.*5. *Cod. de hæred. inſtit.* Craſſ. *§. tranſmiſſio, q.*23. *pariter n.*5. Cancer. *d. c.*21. *n.*44 *& ſeqq.*18. *n.*5. & Cagnol. *in leg. vnica, n.*47. loquens de omni ſpecie tranſmiſſionis ex tribus. *Cod. quando non petentium partes petentibus accreſcant*, Peregrin. *conſ.*73. *num.*5. *volu.*3. & ita demùm locum ſibi vendicat, ſi portio vnius, penitus defecta ſit *dict. l. ſi ex pluribus*, & *dict. l. apud hoſtes, leg.*1. *Cod. de ſucceſſion. edict.* quod ob mortem tranſmittentis, certè non euenit, cùm eius hæres, ex iure tranſmiſſo capiat. Soccin. *conſ.*8. *num.*6. *vol.*4.

Cauendum autem eſt, ab eodem Craſſo. *in §. ius* 28
*accreſcendi, quæſt.*28. oppoſitum dicente, ex eo, quia ſuitas, quæ eſt cauſa tranſmiſſionis: tollitur per dationem cohæredis extranei; hoc enim interpretationem habet, vt idem Craſſus apertè fatetur *in §. ſuitas, quæſt.*11. *num.*4. & *in §. tranſmiſſio, num.*5. *in fin.* vt illa datio non tollat ſuitatem, quoad tranſmiſſionem hæreditatis non agnitæ, in quoſcumque, cùm hoc non dependeat immediatè teſtamento, ſed ex legis diſpoſitione: benè verum tollitur ſuitas, quoad dependentiam ex eo, quod ſola exiſtentia ſui hæredis, abſque aditione, non firmatur *dict. l. apud Iul. §. idem Iulianus*, vbi Alexander de communi *num.*4. & *in d. l. ſi filius, qui patri, numer.*10. Bartol. *in fin.* & Bald. *n.*6. *in l.*3. *Cod. de iur. deliber.* & ibi Benedict. de Pumbl. *num.*823. *& ſeq. poſitus in* 8. *vol. repet.* Iaſ. *in l. fin. C. de repud. hæred. in d. l.*3. & *in l. fin. Cod. de inſtitut. & ſubſtit.* idem Bartol. *in d. l. ſi filius, qui patri, ſub num.*4. & ibi Bal. Cagnol. *in l. vnic. n.*49. *Cod. quando non petentium partes, &c.* & ibi Purpur. ſe ipſum corrigens *n.*89. *verſ. ſed iſta declarantur*, Peregr. *conſ.*46. *numer.*4. *volum.*1. Cancer. *loco citato n.*47. *& ſeqq.* & poſt Vaſquez, & Guglicl. de Benedict. Anton. de Padil. *in l.*2. *num.*6. *Cod. de iur. & facti ignorant.* Guttierez *in repetit. §. ſui, num.*73. *verſ. & tenendo hanc opinionem, Inſtitut. de hæred. qualit. & different.*

Denique non obſtat dictum gloſ. *in d. §. veteres*, 29
nam Iaſ. Dec. Purpur. Cagnol. Cumia, Arnonus, aliique, & omnes Hiſpani, quos in firmata concluſione citauimus hanc regulam ponunt, poſt aditionem nempe, bona dici patrimonium filii, verùm eam ampliant in ſuo ante immiſtionem, ex iure tranſmiſſo.

Igitur apertis iuribus, Sibilla, hæreditatem Ioannis fratris, proprio iure: bona autem ex hæreditate Iacobi patris, ex perſona eius fratris, propter ius tranſmiſſum, ex potentia ſuitatis habere debet.

Vinc. Maria Perrone.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſeries proponitur de qua hic cum articulis diſputandis.*

2 *Oeconomi Eccleſiarum, cæterorumque locorum piorum æquiparantur tutoribus, ac curatoribus minorum.*

3 *Tutores, & Gubernatores Eccleſiarum, non poſſunt debitoribus prorogare terminum ad ſoluendum.*

4 *Publicanus pro Fiſco exigens vectigal, non poteſt prorogare terminum ad ſoluendum.*

5 *Sindicus non poteſt concedere dilationem debitori Vniuerſitatis, quod idem in Adminiſtratore, in Tutore, in Nuntio miſſo ad recipiendam pecuniam dicimus, vſque ad num.* 9.

10 *Pro*

10 *Prorogatio ſapit naturam cuiuſdam donationis, ſiue liberalitatis reſpectu interuſurij longioris temporis.*

11 *Sententia probabilior adducitur, poſſe Gubernatores A.G.P. dilationem concedere debitoribus, vſque ad num.13.*

14 *Procurator cum libera adminiſtratione poteſt facere quidquid principalis poteſt.*

15 *Tutor habet liberam adminiſtrationem à Iure in bonis pupilli.*

16 *Tutor poteſt remittere debitum debitori pupilli conſtituto in egeſtate.*

17 *Tutor, vel curator ſiue alius Adminiſtrator poteſt moderatas eleemoſinas facere.*

18 *Procurator habens mandatum cum libera poteſt nouare debitum pupillare, vſque ad num.19.*

20 *Tutores cæterique Adminiſtratores poſſunt conſuetas, & ſolitas donationes perficere.*

21 *Gubernatores A.G.P. duo ad minus cum Gubernatore Platea Capuana concludunt, & decidunt.*

22 *Tutoribus pluribus exiſtentibus, dilatio ab omnibus, & non ab vno concedenda eſt.*

23 *Deciſio Domini de Franchis 281. adducitur in præſenti.*

24 *Dilatio malitioſè facta non prodeſt debitori, & quando.*

25 *Dilatio conceſſa ab anteceſſoribus Gubernatoribus ſine dolo debet à ſucceſſoribus obſeruari, vſque ad num.29.*

30 *Dilatio quando dicatur ad breue tempus, & quando ad longum tempus, cum numero 31.*

32 *Tutores an poſſint prorogare tempus ſoluendi quando pupillus eſt proximus pubertati.*

33 *Textus* in l. qui Romæ, §. Callimacus, ff. de verb. obligat. *explicatur, vſque ad num.35.*

36 *Alexandri doctrina* in l. pactum. C. de pactis, *adducitur.*

37 *Gubernatores ſucceſſores quando, & qualiter teneantur obſeruare dilationes datas debitoribus, cum diſtinctione explicatur, vſque ad num.41.*

ARGVMENTVM.

Gubernatores piorum locorum, cœterique aliena bona adminiſtrantes num poſſint debitoribus ad ſoluendum dilationem concedere. Tutores ſi plures ſunt, quorum vnus debitori pupillari dilationem ad ſoluendum conceſſerit, num hæc dilatio ſit illi proficua. Gubernatores ſucceſſores quando, & qualiter teneantur obſeruare dilationes datas debitoribus illorum, quorum bona adminiſtrant: & de aliis.

ALLEGATIO CXIX.

IN ceſſione habita in Ædibus Diuæ Mariæ Annuntiatæ à Dominis Gubernatoribus, ſiue Magiſtris illius ſacræ Domus, de duobus fuit dubitatum. 1

Primò, ſi Gubernatores pro tempore exiſtentes prædicti ſacri Xenodochij valeant de iure, debitoribus liquidis prorogare terminum ſolutioni adiectum. Secundò, & ſi liceat, an quatenus dilatio conceſſa excederet tempus eorum adminiſtrationis, illa ſit à ſucceſſoribus ſeruanda, vel poſſint, non obſtante dilatione conceſſa cogere debitores ad ſoluendũ.

Quoad primum dubium, negatiuè videbatur reſpondendum; cùm verum ſit, quòd Oeconomi Eccleſiarum, aliique locorum piorum Adminiſtratores æquiparentur Tutoribus, ac Curatoribus minorum *Clemen. quia contingit, §. vt autem*, vbi gloſſ. *in verb. tutorum, de relig. domib.* Rota apud Farinac. *deciſ. 55. part. 1. n. 4. in fin.* Gratian. *diſceptat. forenſ. lib. 3. c. 522. n. 17. & lib. 4. c. 601. n. 17. & 14.* Neguſ. *de pign par. 2. membr. 4. num. 121.* Tutores verò nullo modo valent prorogare terminum datum debitori pupilli ad ſoluendum, ita neque poterint Gubernatores Eccleſiarum. Ita affirmat Alexand. *in leg. pactum, num. 6. C. de pact.* loquens principaliter in Procuratore, cui non eſſe conceſſam facultatem concedendi dilationem concludit, & hanc magis communem opinionem eſſe dicit: In Publicano exigente vectigal pro Fiſco, quod non poſſit terminum facere in præiudicium Fiſci, Paul. de Caſtr. *in l. interdum, §. ſi quis profeſſus, ſub verſ. vnde potuit. ff. de public. & vectig.* In Sindico, quod non valeat concedere dilationem debitori Vniuerſitatis, Io. Paul. Montanarius *in Pragm. 4. de admin. vniuerſ. §. 10. num. 8.* & *§. 13. num. 2.* In Adminiſtratore, ex Alexandro loco iam allegato, Tuſc. *concl. 438. in verb. adminiſtratores, num. 16. vol. 1.* Et in Tutore, quod non poſſit prorogare terminum ſolutionis debitori pupilli, Io. Paulus Montanus *in tract. de iur. tutelar. cap. 32. regul. 9. n. 11.* c. Andr. Fachineus *controu. iur lib. 12. part. 1. cap. 56. per tot.* 2 3 4 5 6 7

Pro hac ſuadenda opinione adducunt tex. *in leg. qui Romæ, §. Callimachus, ff. de verb. oblig.* ex quo notant, quod nuncius ad recipiendam pecuniam certo loco, & tempore, non poteſt terminum prorogare. Facit ratio adducta à *Fachineo*; ſiquidem Tutor tenetur vtilia facere, & inutilia prætermittere, ſecundùm formam iuramenti per eum præſtiti tempore adminiſtrationis ſuſceptæ, *l. vltim. C. de curat. furioſ.* vtile autem non eſt pupillo dilatare tempus ſolutionis, cùm ad præſens poſſet debitorem arctare ad ſoluendum, & frui eius pecunia. 8 9

Item hæc prorogatio ſapit naturam cuiuſdam donationis, ſiue liberalitatis reſpectu interuſurij longioris tẽporis *leg. omnes in final. l. ait prætor. § quod in diem, ff. de his, quæ in fraud. creditorum.* quam tutor ſine cauſa exercere non poteſt, ſicut nec alius Procurator generalis, *l. contra iuris, §. 1. de pact.* Quam opinionem de iure verum eſſe affirmat vnus ex Dominis 10

minis Aduocatis dicti Hoſpitalis acutiſſimi ingenij I.C. ac dominus meus.

11 Mihi tamen contraria opinio magis communis, verior, & iuris diſpoſitioni conſona videtur, vt ſcilicet Oeconomi, & Gubernatores pro tempore ſacræ domus D. M. Annuntiatæ poſſint abſque vllo conſcientiæ ſcrupulo dilationes concedere ad ſoluendum debitoribus ſacræ Domus, ſub conditionibus tamen, ac reſtrictionibus inferiùs deſcribendis.

12 Hæc opinio recepta fuit à Bartol. in allegata *leg. qui Roma*, §. *Callimachus*, *ff. de verbor. obligationib. ſub numero primo* dicens, quod ſi commiſi alicui, quod reciperet ſolutionem, & addidi, quod circa prædicta haberet liberam, & plenam adminiſtrationem, hic talis poterit prorogare terminum ad ſoluendum, quia hoc importat conceſſio liberæ, & generalis adminiſtrationis quoad omnia, & idem eſt, quando fuit conceſſa libera, & generalis poteſtas, quoad certam ſpeciem, vel cauſam.

13 Bartoli opinionem in Procuratore generali, cum libera ſequutus fuit *Ang. in d.* §. *Callimachus, num.* 1. Soccinus *num.* 12. Iaſon. *num.* 14. & 15. *cum ſeq.* In tutore *Tiraquell. de retractu convent. ad finem tituli, n.* 18. licet non aperte hanc firmet opinionem. Veriſſimam hanc opinionem eſſe dixerunt loquentes in tutore Cancerius *variarum reſolut. lib.* 2. *cap.* 6. *tit. de ſolutionibus, num.* 117. *quæſt.* 23. iuxta antiquam impreſſionem, & *num.* 131. iuxta nouam editionem, Gratianus *diſcept. forenſ. tom.* 1. *cap.* 26. *num.* 11. Cagnolus *in l.* 2. *C. de pactis inter emptorem, & venditorem, n.* 272. Simili modo poteſt tutor concedere dilationem quinquennalem debitori pupilli, ex adductis per Lucá Matthæum de Apiccila, *de dilatione quiquenn. tit.* 1. *num.* 99. nec non moratoriam debitori inopi, Montanus *de tutelis, cap.* 33. *num.* 374. & fundatur rationibus, & argumentis hæc mea opinio.

14 Nam qui habet mandatum generale cum libera adminiſtratione, cenſetur ei data poteſtas faciendi quicquid ipſe conſtituens facere poſſet, Iaſ. *in leg.* 1. *num.* 22. *ff. de off. procuratoris Cæſaris*, & idem eſt ac ſi eſſet conſtitutus procurator ſpecialis ad aliquem actum perficiendum, Ruinus *conſ.* 17. *n.* 1. & 2. *lib.* 1. cum aliis adductis à Scacc. *in tract. de camb.* §. 7. *gloſ.* 3.

15 *num.* 23. Viuio *deciſ.* 34. *num.* 34. Tutorem habere in bonis pupilli à iure liberam adminiſtrationem nemo vnquam dubitauit, Accurſ. *in leg. mandato generali, ff. de procurator.* Bald. *conſ.* 476. *ex his, lib.* 5. *per totum*, dicens, tutorem habere plenitudinem poteſtatis, & cenſetur habere mandatum generale cum libera, poſt Bartolum, & Iaſonem, Grinellus *deciſ. Delan.* 60. *n.* 1. Piaggius *de tutore, & curatore, q.* 15. *num.* 29. *tract. tom.* 8. *part.* 2. Tuſcus *concluſ.* 201. *ſub verb. adminiſtratores, num.* 6. *tom.* 1. & *concluſ.* 446. *in verb. tutor, num.* 1. *tom.* 8. Antonin. de Amato *var. reſol. lib.* 2. *cap.* 99. *num.* 2. maior enim eſt poteſtas tutoris in bonis pupilli, quam patris in bonis filij, Caſtill. *dec.* 22. *part.* 1. *num.* 34.

16 Ideò iure validè poteſt remittere debitum debitori pupilli in egeſtate conſtituto, Romanus *conſ.* 50. *num.* 3. & 369. *num.* 2. quem refert, & ſequitur alios cumulando Eſcobar *de ratiociniis capit.* 24. *num.* 10. Paulus Xamar. *de officio Iudicis, & Aduocati part.* 1. *quæſt.* 6. *num.* 85. Gutierrez *de tutelis part.* 2. *capit.* 6. *num.* 8. licet contrarium teneat Decius *in leg. pactum curatoris, num.* 5. *de pactis*, cùm opinio contra Decium ſit magis recepta; nam de iure Exactor tributorum fiſcalium etiam poteſt pauperi remittere tributum, Dec. *in l. omnes, la prima, in verb. compellat. C. de annon. & tribut. lib.* 10. Florez de Mena *variar. reſolut. lib.* 2. *quæſt.* 22. *num.* 129. D. Franciſcus de Amoya *in comment. ad dict. l. omnes, num.* 43. ſic etiam Syndicus, & Officiales Vniuerſitatis poſſunt remittere debita Vniuerſitatis ob nimiam paupertatem debitoris, ex Bartolo, Angelo, & aliis in allegata *l. omnes, la prima* Montanarius *in Pragm.* 4. *de adminiſtrat. Vniu.* §. 13. *num.* 21.

Item veriſſimum eſt, tutores, curatores alioſque omnes, quibus alienorum bonorum cura demandata eſt, poſſe moderatas eleemoſinas facere, quia id pertinet ad rectam bonorum adminiſtrationem, quæ illis commiſſa eſt, ita Lorca, Vaſquez, Azorius, Ioannes de la Cruz, quos refert, & ſequitur, & communem opinionem eſſe dicit Diana *reſol. moral. libro* 5. *tract.* 8. *de eleemoſina, reſolut.* 35. Pater Marcellus Lanfranch. *in opuſculis moralibus, opuſculo* 8. *num.* 4. etiam in caſibus non extremæ neceſſitatis. 17

Ruſus procurator habens mandatum cum libera poteſt nouare debitum pupillare, *l. tutor.* 23. *ff. de admin. tutor.* quæ opinio fuit recepta à Rota apud Farinac. *dec.* 149. *num.* 4. *part.* 1. 18

Sequitur neceſſariò, quod ſi inopi debitori poterit tutor remittere debitum, egeno eleemoſynas erogare de bonis pupilli, debitori nouationem facere, tanto fortius licitum erit debitori, qui paratam non habeat pecuniam pro ſatisfaciendo pupillo, quod facilè contingere poterit hiſce noſtris temporibus, dilationem aliquam concedere. 19

His adde, quod ſi veriſſimum apud omnes eſt, quod tutores, cæterique adminiſtratores poſſunt ſolitas, & conſuetas donationes perficere, *leg. cum plures*, §. *tutor. ff. de admin. tutor.* Conſ. Georg. *alleg.* 44. *num.* 36. Gutierrez *de tutelis capit.* 6. *part.* 2. *num.* 11. del Caſtillo *deciſ.* 148. *num.* 5. Capiblancus *de Baronibus, tom.* 1. *cap.* 4. *num.* 9. & 10. imò tales tutores, & adminiſtratores facere poſſunt omnia, quæ conſueuerunt fieri, idem del Caſtillo *alleg. deciſ.* 148. *num.* 4. ſufficit enim, quod adminiſtrator fecerit, quod iuxta morem conſuetum eſt fieri, *l. ſi pignore*, §. *finali*, vbi Bartol. *ff. de pignor. act.* Caſtrenſ. *conſ.* 423. *quia ſcio, lib.* 1. *num.* 9. Crauett. *de antiquitate tempor. part.* 1. 4. *limit. num.* 28. Garſia *de expenſis, & melior. capit.* 20. *num.* 9. vnde ſi aderit conſuetudo, vel aliquod ius municipale, licitum erit adminiſtratori Vniuerſitatis facere gratiam, & remittere debitum vniuerſale, Auiles *in capitulis Pretorum, cap.* 30. *n.* 2. & de conſuetudine, quæ viget in hac Ciuitate Neapolis concedendi dilationem, nedum debitoribus huius Sacræ Ædis, verùm omnibus aliis locorum omnium piorum, non poteſt dubitari: igitur nulla adeſt iuſta dubitandi ratio, cur Domini Gubernatores ſequendo antiquam conſuetudinem non poſſint validè prorogare tempus ad ſolutionem, Eccleſiæ Diuæ Mariæ Annuntiatæ præſtandam. 20

Vt autem hæc opinio pro vera ſit habenda, neceſſariò duo requiruntur. Primum eſt, quod ad minus tres ex Gubernatoribus in concedenda dilatione interueniant, inter quos adſit Gubernator electus per Plateam Capuanæ, cùm iam ſit per Sacrum Conſilium declaratum, quod in omnibus actibus gerendis, & concluſionibus formandis pro beneficio dictæ Eccleſiæ, & Hoſpitalis Sanctæ Mariæ Annuntiatæ, vna cum Magiſtro Plateæ Capuanæ interueniant duo ad minus ex aliis quatuor Magiſtris, verba ſunt decreti Sacri Conſilij interpoſiti ad relationem Regij Conſiliar. Ioan. Felicis Scalaleonis, ſub die 18. Septembris 1577. prout in proceſſu Fabij Vicedomini, & aliorum cum Ioan. Baptiſta Minutulo, in Banca de Felice, & ſic ad præſens obſeruatur, & erit ſeruandum quouſque aliter non fuerit per Sacrum Conſilium deciſum. 21

Ita etiam in pluribus tutoribus in concedenda dilatio 22

dilatione omnes interuenire debent, aliàs dilatio conceſſa inualida erit, ſic deciſum per Sacr. Conſ. refert D. de Franch. *deciſ.* 281. vnus enim ex duobus tutoribus dilationem concedere non poteſt, Muta *deciſ.* 33. *num.* 15. allegans D. de Franch. Galterius *de tutel. part. 2. rubr. 2. num.* 41. & *de inſtrum. liquidat. 1. parte 2. partis rubr. 2. num.* 5. Thorus *in compend. deciſion. 1. part. in verb. dilatio conceſſa per tutorem*, ſi aliter actus conceſſionis dilationis eſſet explicatus, minore numero Gubernatorum interueniente, dilatio ex defectu poteſtatis eſſet nulla, & inualida.

23 Ex hoc obſeruandum, quod Domini de Sacro Conſilio in illa *deciſione D. de Franch.* 281. habuerunt pro abſoluto, quod ſi omnes illi duo tutores interueniſſent in concedenda dilatione debitori, dilatio eſſet validiſſimè conceſſa, inualidam autem dilationem indicauerunt, quia in concedendo vnus tantum ex duobus contutoribus interuenit.

24 Secundò requiritur, vt bona fide abſque dolo, non malitioſè ſit facta prorogatio termini, nam ſi aliàs eſſet conceſſa, illa eſſet inualida. De hac limitatione cum DD. OEconomis præſentibus ſupernacaneum certe eſt agere, ſtante eorum omnium notoria qualitate, verùm pro materiæ, de qua eſt ſermo, cognitione, hæc dico, ſi dolo nempe interueniente fuerit dilatio conceſſa; illa erit ipſo iure nulla, vel ſaltem reſcindenda eſſet remedio reſtitutionis in integrũ, ſi enim exempli gratia Gubernatores ſcientes debitorem male vti eius ſubſtantia, eſſe proximum decoctioni, latitare, ſuſpectum eſſe de fuga, vel aliquo alio modo dubitari poſſet, quod concedendo dilationem eſſet aptare viam ad fugam, vnde ſi ſtatim arctaretur ad ſolutionem, tam quoad bona, quam quoad perſonam, Hoſpitali poſſet de eius credito ſatisfieri, in his, vel ſimilibus caſibus certè OEconomi non poſſent dilationem concedere, & ſi concederent, tenerentur de proprio reficere omnia damna, quæ ex his machinationibus ſentire poſſet Sacrum Hoſpitale.

25 Sin autem dolus non interceſſerit, nec vlla probabilis dubitandi ratio a viro probo, & diligenti patrefamilias excogitari poterat tempore conceſſæ dilationis, ex damno, quod in futurum caſu contigerit Eccleſiæ, credo, nullo modo teneri Gubernatores, qui conceſſerunt dilationem tali creditori, nec illos imputandos eſſe de mala adminiſtratione, cum damnum, & læſio Eccleſiæ non proceſſerit ex animo, & propoſito OEconomorũ, ex adductis, licèt ad aliud per Monter. *deciſ.* 38. *Aragoniæ, n.* 38. quem ſequitur Stephanus Garronus *in commentariis ad conſtit. Mediolanenſes, lib. 4. tit. 7. de iure Fiſci, artic.* 74. *num.* 33. *in fin.* nam nomina debitorum habilia tempore mortis teſtatoris ſi ſint effecta non ſoluendo ob negligentiam tutoris, quando in his dolo, vel lata culpa fuit verſatus, tenetur tunc pupillo, pro leui verò, vel leuiſſima culpa non tenetur, *leg. 2. Cod. arbitr. tutela*, quem vocat textum rotundum pro hac ſuadenda concluſione Dominus Regens Rouitus *conſil.* 53. *num. 2. lib. 2.* in exigendis enim nominibus debitorum pupilli, tutores tenentur de lata culpa tantùm, non autem de leui, vel leuiſſima, Anton. Piaggius *de tut. & curat. quæſtion. 19. n. 13. tract. tom. 8. part. 2.* Gutierrez *de tutelis part. 3. cap. 1. num.* 98. Galterius *de tutelis part. 2. rubric. 4. num.* 7. Merlin. *deciſ.* 96. *n.* 8. Monacus *dec.* 48. *n.* 13.

26 Ratio aſſignatur à Iodoco DamEbouderio *in tract. de tut. & curator. cap. 7. num. 19. tract. tom. 8. part. 2.* his verbis, *Ne ſummi odij, maximique periculi tutelæ, curave munus cenſeatur, nam quocumque modo, & quantumlibet diligenter tutor, curatorve ſuo fungeretur officio, & perpetuò ferè, & perfacilè leuis culpa in eos ſuſpicio, & iudicium caderet, ob quæ iuxtà illos ſtatim in damnum reſtitutionis reciderent, quod contra æquitatis rationem eſſe nemo clarè percipit.*

27 Per dilationem conceſſam à tutore debitori nulla in eo eſt conſideranda culpa, cùm faciat, quod communiter ab omnibus fit, ad text. *in leg. ſi merces, §. qui columnam, ff. locati*, diligens namque paterfamilias debitori dilationem concedere ſolet, Angelus de Vbaldis *conſ. 312. num. 2. verſ. fecit enim*, quæ miſeratio ad inopiam debitoris potiùs eſt commendanda, quàm inculpanda, dum vrbanitate potius, quàm voracitate vſus ſit erga debitores, ex Angelo loco allegato Regens Rouitus *dict. conſil.* 53. *libr.* 2. *num.* 8. nimia enim feſtinantia, vel negligentia tutoris in rebus pupilli punitur, ex Bartol. *in leg. 1. §. 1. ff. de adminiſtrat. tutor.* Regens de Pont. *conſ.* 37. *n. 9. lib. 1.*

28 Ideò ſecurum OEconomum credo tam in foro fori, quàm in foro poli, ſi illam diligentiam in adminiſtrandis bonis Eccleſiæ adhiberet, quam paterfamilias in rebus ſuis ex bona fide præſtare debet, *l. à tutoribus, in princip. ff. de adminiſtrat. tutor, & curator.* Iodocus Damboudeerius *de tutel. cap. 9. nu.* 145. Gutierrez *de tutelis part. 2. cap. 9. num.* 40. Pontanella *de pactis dotal. clauſ. 7. gloſ. 3. part. 7. n.* 63. Pleniſſimè Harthamanus Piſtor. *quæſt. iuris lib. 1. quæſt. 49. ferè per totam, & obſeruat.* 124. *num.* 8. Requiritur enim illam adhibendam eſſe à ſimilibus adminiſtratoribus diligentiam in adminiſtrandis bonis Eccleſiæ, quam diligens paterfamilias in rebus ſuis, non tantùm ſolet, ſed debet, alioquin tenerentur de proprio in reficiendis damnis ab Eccleſia paſſis, Dom. de Pont. allegato *conſil. 37. num. 14. lib. 1. p. 1. in princ. ff. de tutel. & ration. diſtrah. leg. à tutoribus*, vbi gloſ. *in verb. debet*, & *l. generaliter, ff. de admin. tut.*

29 Hinc fit, quod parua dilatio debitori, qui paratam non haberet pecuniam, breui temporis ſpatio duratura poteſt, imò debet concedi, & maximè hiſce noſtris temporibus, aliter enim ſi longo temporis interuallo conceſſa fuiſſet; eſſet donatio, & dilapidatio bonorum Eccleſiæ, quæ nullo iure permittitur OEconomis, Rectoribus, aliiſque adminiſtratoribus, licèt a iure habeant liberam adminiſtrationem, ac mandatum generale, Surd. *conſ.* 431. *nu.* 43. *vol.* 3. Hoc enim in caſu loquuntur DD. affirmantes, tutores teneri debitores pupillares congruo tempore exigere, aliàs ſi eorum lata culpa effecti ſunt non ſoluendo, ac minus idonei, tenentur à tempore ſuſceptæ tutelæ ad omne damnũ, quod ex ceſſatione pupillo prouenit, *leg.* 2. ibi, *negligentia, C. arbitr. tutel.* Iodocus *de tutelis cap. 7. n.* 30. Galterius *de tutel p. 2. rub. 2. n.* 35. Caualcanus *de tutor. & curator. num.* 215. & *deciſ. 39. n. 34. part. 1.* *Paſchal. de viribus patr. poteſt. cap. 9. part. 3. n.* 26. cum concordantibus.

30 Tempus quatuor menſium breue tempus indicari dixit Angelus de Vbaldis alleg. *conſil.* 312. *numero* 2. loquens in dilatione concedenda debitori, ſex menſes dicuntur etiam breue tempus, vt concludit Angelus ibidem *ſub n.* 4. & aſſignat rationem, quia ad moram purgandam conceduntur à iure ſex menſes, *leg. ſancimus, C. de fideiuſſorib.* boni tamen viri arbitrio concludit idem Angelus, temporis quantitatem remitti in dilatione concedenda, qui ſecundùm ſubiectam materiam, & conſiderando facti circumſtantias debet arbitrari.

31 Hæc procedunt in gratuita dilatione concedenda; nam ſi aliqua rationabili cauſa intercedente Adminiſtratores Eccleſiæ deuenerint ad concedendam dilationem longioris temporis, tunc hic eſſet contractus correſpectiuus, ex quo loco alicuius

commodi, quod ex illo contractu ſenſit Eccleſia conceditur debitori dilatio ad ſoluendum,& haberet vim tranſactionis, & ſeruanda erunt, quæ ſunt à iure diſpoſita pro recta tranſactione perficienda, non autem quæ de prorogatione temporis cumulani.

32 Dicunt aliqui ex Doctoribus,prorogationem debiti factam à Tutore debitori pupilli, tempore quo pupillus erat proximus pubertati, eſſe nullam, tanquam non factam bona fide, ſed malitiosè, ex quo infra breue temporis curriculum finis imponebatur tutelæ, ita Cancerius *variar. reſolution. lib.1.cap.7. de tutel. num.*162. *& libr.2.cap.6.de ſolutionibus, numero* 132. iuxta nouiſſimam editionem, qui refert, in illo Senatu iudicatum fuiſſe prorogationem ad ſoluendum debitum pupilli factam à tutore, tempore, quo pupillus erat proximus pubertati, non eſſe ſeruandam, ſicuti etiam de bonis propriis diſponendi facultatem non habet, ſi de proximo adſit ſpes deuolutionis in alium, ex text. *in leg. ſi maritus, ad finem, ff. qui & à quibus*, plura cumulat Ancharanus *conſil* 430 *num.* 3. Ideò ex hac doctrina, quatenus vera, dubitari poteſt, ſi dilatio conceſſa a Gubernatoribus in vltimis diebus eorum adminiſtrationis eſſet ſeruanda à ſucceſſoribus, quod pro nunc relinquo cogitandum.

33 Nec huic noſtræ opinioni aduerſatur text. *in leg. qui Romæ*, §. Callimacus, *ff. de verb.oblig.* nam loquitur in ſimplici nuncio ad ſolutionem recipiendam deſtinato, non autem in Procuratore habente mandatum generale cum libera, ita reſpondet Cagnolus *in leg.2. Cod. de pact.inter empt. & vend.num.* 172. *in fine numeri.*

34 Imo ſi rectè conſideretur ille text. loqui videtur in propoſito à mercatore ad cuſtodiendas merces, cùm nauim aliquam mercibus onerat, quem ſupracharicum appellamus, cui nulla facultas negotia gerendi à Domino conceſſa fuit, niſi vt pecuniam Neap. receptam Romam certo tempore præferret, vt aduertit Stracca *in tractat. de nauigatione, numero decimo, tractat. tomo ſexto, parte prima*, proinde non poteſt terminum prorogare, niſi ſit ei conceſſum arbitrium deferendi merces tempore, & loco melius ſibi viſo, vt ex Cuiacio, Baldo, & aliis notat Sebaſtianus Nauius Siſtem. iuris, *in annotationibus ad illum textum*, & tunc eſſet dicto nuncio conceſſum mandatum ſpeciale ad prorogandum tempus, quod mandatum à generali cum libera nil differt.

35 Nec obſtat, quod tutor teneatur vtilia agere, & inutilia prætermittere, nam non eſt damnum mora modici temporis, *leg. debitoribus, de re iudicata, leg.ſi debitori, de iudiciis*; præiudicium enim dilatiuum non eſt in conſideratione, plures allegat Verallus *deciſion.*61. *numero* 3. *part.* 2. & in puncto de quo agimus ponderat Gratian. *diſceptation. forenſ. part.* 1. *cap.*26. *num.*18. cùm etiam modicè donare poſſit adminiſtrator, quando ex loci conſuetudine donare licet, *capit. cæterum, de donation.* ibi, *data rei quantitas*,& illius Terræ conſuetudo eſt diligentiùs attendenda, Eſcobar. *de ratiociniis cap.* 24. *numero* 8.

36 Nec Alexander *in leg. pactum. Cod.de pact.* affirmat, magis communem opinionem eſſe in contrarium, cùm ſub *numer.* 7. limitet concluſionem firmatam ſub his verbis: *Niſi certam ſolutionem recipiendi Procuratori conceſſa fuiſſet ſpecialiter libera adminiſtratio*, vt notat Bartol. in præallegato §. *Callimachus*, itaut Alexander concludit,Bartoli opinionem eſſe veram, quoties in perſonam Procuratoris adeſt mandatum cum facultate prorogandi, vel eſſet conceſſa libera adminiſtratio. Ideò Alexander allegatur pro hac noſtra opinione à Cancer. allegatur *cap.6.lib.2. de ſolutionibus, num.* 117. iuxta antiquam editionem,& a Gratiano *dict. cap.26.num.*11. *lib.* 1. Vnde ſequitur, quod noſtra opinio eſt magis communis, magis vera, & vſu recepta in omnibus OEconomiis huius Ciuitatis.

Quò verò ad ſecundam quæſtionem, an Gubernatores ſucceſſores teneantur ſeruare dilationem conceſſam à prædeceſſoribus. Hæc dubitatio duas habere poteſt inſpectiones. Altera eſt, ſi per contractum iuramento roboratum fuerit prorogatum tempus dilationis, & tunc aſſeueranter concludo, ſucceſſores omninò teneri ad obſeruantiam promiſſorum per prædeceſſores, prout omnes concludunt in locatione domus pupilli facta à tutore, cui ſtare tenetur tàm minor finita tutela, quàm ſi alter poſt perfectam locationem fuerit admiſſus ad onus tutelæ ſuſcipiendum. Doctores omnes in vnum cumulat Carrocius *de locat. & conduct. part.* 2. *quæſtion.*6. *num.*1.*&* 2. facit textus *in leg.ſi tutela, ff. de adminiſtration. tutor.* Gomez *variar. reſolution. tom.*2.*cap.*3. *num.*8. *verſ. ſecunda concluſio*, illud idem procedit in Prælato locante bona Eccleſiæ, Caualcan. *deciſion.*43. *num.*43. *prima parte,& deciſion.*25. *num.*25. *part.* 2. Couarruu. *variarum reſolutionum. lib.* 2. *capit.* 15. *num.* 6. qui extendit etiam in Rectore alicuius Hoſpitalis, ad vnum annum tantum electus, quia ſi ipſius res locauerit ad triennium, vel aliud tempus iure permiſſum, tenebitur ſucceſſor locationi factæ nomine Xenodochij, & ad eius vſum ſtare omninò, alioquin fallax eſſet hæc adminiſtrandi poteſtas, hæc Couarruu. loco iam allegato *verſic.hic ſanè*, attamen hæc concluſio eſt intelligenda,quando bona fide, & ſine fraude bona minoris eſſent à tutore locata, ſi autem fraudulenter, tunc tanquam doloſa reſcinderetur locatio. Plures fraudis ſpecies commemorat Morotius *conſil.* 58. *ſub numero ſeptimo*, in exemplum deducit, quando tutor per quatriennium locauerit bona pupilli pubertati proximi, ſciens tutelam finiri infra annum, allegans Ancharanum *conſil.* 430. quæ Morotij opinio, quatenus ſit vera, poſſet applicari contractibus initis per Adminiſtratores Eccleſiarum in vltimis diebus anni eorum adminiſtrationis, & forſan quando ſunt electi, ac publicati ſucceſſores, quia tunc concurrentibus aliis præſumptionibus,adminiculis,& coniecturis, eorum contractus poſſent forſan à ſucceſſoribus impugnari.

Altera inſpectio eſt, quando non per contractum fuit dilatio data, ſed per concluſionem, ſeu mauis reſcriptum ſubſcriptione Gubernatorum roboratum, hoc caſu, quia vidi ex conſuetudine iamdiu in hac ſacra Domo obſeruata, eſſe in electione ſucceſſorum in OEconomia talem qualem de prædicta dilatione rationem habere, hanc conſuetudinem, quæ bonis moribus non aduerſatur, fauétque vtilitati Eccleſiæ, non abſonum credo eſſe ſeruandam, & roboratur etiam ratione. Siquidem verum eſt, quod ſucceſſores in aliqua dignitate,electione, non autem ſucceſſione, prout ſunt OEconomi Eccleſiæ Diuæ Mariæ Annunciatæ, tenentur ſeruare contractus,qui nomine dignitatis fuerũt initi à prædeceſſoribus,Camillus de Medicis *conſil.*118. *n.*52. Paſchal. *de virib.patr.poteſtat.part.*1. *cap.*1. *n.*50.51. *&* 52.Mieres *de maiorat.4.part q.*1. *num.*268.Paulus Chriſtianus *deciſion. Belg.*53. *num.*5.*part.*1. Ioſeph. Ramonius *conſ.*24.*n.*69.79.*&* 81. Maſtrill. *de magiſtrat.cap.4.ex n.*339. Pater Franciſcus Merolla recolendæ memoriæ *tom.3.theol. moral. diſp.6. de priuil. cap.7.num.*185.

Leges

Leges autem, Statuta, & Edicta prædeceſſorum nullo modo ſeruare tenentur, cùm Principes ſucceſſores per viam legis ligare non poſſint, Dominus Regens Tapia *deciſ.* 5. *Senatus Italiæ*, *num.* 54. Auguſtin. Barboſa *in collectan. ad decretal. cap.* 1. *de probation. num.* 7. plene Caſtillus *controuer. lib.* 7. *de tertiis*, *c.* 18. *num.* 1[illegible]3. *fol.* 167, *à terg. in fin. col.* 1.

Quamuis Franciſcus Salernus Iureconſultus Siculus nouiſſime editus *conſil.* 19. *lib.* 1. *num.* 15. affirmet, Carolum, & Ludouicum Imperatores, & Symmachum Summum Pontificem ſuis quoque ſucceſſoribus legem impoſuiſſe.

Ex antedictis deduci poteſt, decreta, quæ concluſiones vocant a prædeceſſoribus Gubernatoribus à ſucceſſoribus in gubernio legitimè reuocari poſſe, quod vſu fuiſſe receptum omnes ſcimus. Hæc cumulaui, vt DD. Gubernatoribus pro viribus ſatisfaciam, ſub cenſura tamen Dominorum Collegarum, quibus ſcripta, ſcribenda, ac dicenda omnia, meque ſubmitto.

Vincentius Sergius.

SVMMARIVM.

1 *Fraus, & dolus, & caſus fortuitus qualiter inter ſe differant.*

2 *Decoctores, qui culpa propria decoxerunt qualiter puniantur.*

3 *Doctores non habent beneficium ceſſionis bonorum.*

4 *Decoctores, vt publici latrones puniuntur.*

5 *Leges antiquæ de decoctoribus loquentes, qualiter in praxi adducantur.*

6 *Decoctores quando dicantur ſua culpa decocti.*

7 *Dolus in decoctore, qualiter arguatur.*

8 *Fuga decoctoris in Eccleſia doloſa ſemper præſumitur.*

9 *Decoctoris ſola fuga indicium facit ad torturam, vt indicet bona, quæ ſurripuit.*

10 *Decoctoris malitia qualiter arguatur.*

11 *Proteſtatio præcedens ad actum ius proteſtantis reſeruat.*

12 *Dolus per decoctorem arguitur per mercium venditionem.*

13 *Decoctoris fuga in Eccleſia quid operetur in præſenti.*

14 *Metus cauſa geſtum quando ſemper præſumitur tale, & quid ſi ratificetur.*

15 *Priuilegium competens alicui per dolum amittitur.*

16 *Dolus decoctoris, nedum ciuilem, ſed actionem criminalem producit.*

ARGVMENTVM.

Decoctorum pœnæ enumerantur: publicis latronibus æquiparantur, ſi dolo, & culpa decoxerint; inter quas coniecturas doli, & fraudis fuga ad Eccleſiam enumeratur, clandeſtina mercium venditio cum aliis, de quibus hîc, an fraudem inducat; & de aliis ad materiam pertinentibus.

D. Reg. de Marinis Allegat. collect.

ALLEGATIO CXX.

SOLENT quandóque ea, quæ dolo ma- 1
lo fiunt in creditorum perniciem ad fortuitos caſus referri; & damnum, aut interitus rei, ſiue ex culpa, ſiue ex ignauia proueniens, & id, quod intereſt, quod petitur, exceptione fortuiti caſus eludi. Quamobrem Iureconſul. *in l. Iuris gentium*, §. *dolo*, *ff. de dolo*, fraudem illam, & machinationem ad fallendum aliquem, vel ad ſe, ſuaque tutanda, dolum eſſe exiſtimat, & in eum, qui huiuſmodi calliditate vtitur, doli actionem dari non veretur, *leg. eleganter*, §. *fin. eod. tit.* & *leg. dolum. Cod. eod.* Illum verò, qui ex facto naturæ, veluti naufragio, ſterilitate, valetudine, vel vi maiore, aut facto hominis, veluti hoſtium inſidiis, latronum incurſibus, incendio, vel his ſimilibus correptus creditores fugit, tanquam à dolo alienum, ab eiuſmodi actione liberum eſſe reſponderunt *leg. cùm duobus*, §. *damna*, *ff. pro ſocio*, *leg. ſi is, cui res*, *ff. quibus mod. recontrah. oblig. leg. licet*, *Cod. loca. cap. propter ſterilitatem*, *eod. tit. leg. prima C. depoſ. l. contractus. de reg. iur. cum ſimilibus.*

Cùm igitur Petrus Brozza nullam aut fati iniuria, aut naturæ vi, aut facto hominis iacturam paſſus, ſed tantummodò, vt creditores ſuos inſtantis fugæ metu terreret, in aſylum ſe contulerit, & à Ioanne Thoma iuuene, ac Fabritio Virgopia creditoribus magnam partem crediti ſibi relaxari ſtipulatus; hodie propoſita accuſatione videndum erit, num ſimulatus decoctor criminali pœnæ obnoxius remaneat, & quomodo plectendus.

Et quidem meminiſſe oportebit, lege duodecim 2
tabularum ſancitum eſſe, vt decoctores illi, qui non fortuitò, ſed culpa propria decoxerunt, grauiter puniri debeant, teſte Gell. *lib.* 20. *noct. Attic. cap.* 1. gloſ. *in leg. prima*, *in gloſſ. vltim. Cod qui bon. ced. poſſ.* Aſſeuerans, huiuſmodi decoctores tradendos eſſe creditoribus dilacerandos, quos etiam plumbatarum ictibus ſubiici mandarunt Theodoſius, & Valentinianus Imperatores *in leg. quilibet, Cod. de decur. lib.* 10. & miſeratione indignos exi-
ſtimauit Bald. *in conſil.* 400. *volum.* 5. excludens illos, 3
etiam a miſerabili beneficio ceſſionis bonorum, per text. *in leg. fin.* §. *fin. ff. quæ in fraud. cred.* & *argum. leg. pen. ff. de iur. dot.* & Bald. ſequitur Menoch. *de arbitr. Iud. lib. primo*, *quæſt.* 90. *numer.* 19. Farinac. *quæſt.* 26. *num.* 30. & 31. *in praxi.* Quinimmò peſſimam eorum naturam conſiderantes DD. publicis
eos latronibus compararunt, teſte Couar. *lib.* 2. *va-* 4
riarum reſolut. cap. 20. *num.* 14. quem ſequitur Farinac. *quæſtion.* 18. *numero* 33. & Ambroſ. *in tract. de immun. Eccleſ. capit.* 13. *num.* 4. ſubdens, illos adeò caute res ſuas componere, vt ea, quæ fraudulenter gerunt, ſemper aduerſæ fortunæ veniant tribuenda, qua de re pœnam latronibus ſtatutam ſæpènumero euadunt. Plura etiam circa pœnas ipſis infligendas tradit Farin. *quæſt.* 26. *n.* 29. mentionem

ſiciens de Bulla Pij V. qua rationabiliter diſponitur, vt tanquam publici latrones vltimo ſupplicio afficiantur, a latronibus enim in nihilo differunt, niſi quòd iſti cum vitæ ſuæ periculo, illi autem impunè furantur, ſic etiam de decreto Mediolanenſi meminit Plot. *de in litem iur.* §.4. *numero* 36. quo cauetur, vt huiuſmodi doloſi decoctores furcis ſuſpendantur, vel ad triremes perpetuò damnentur.

5 Licèt verò præfatæ leges omnimodam in hoc Regno vim non habeant, negari tamen non poteſt, quin magnum pondus, & authoritatem apud nos obtineant, cùm rationabiles ſint, vt elegantiſſimè tradit Reg. Conſtant. *ad librum duodecimum, Cod. in titul. de fil. official. num.* 36. poſt Iaſon. *in leg. de quibus, ff. de leg. numero ſexto.* Boët. *deciſ.* 293. *num.*9. Burſ. *conſ.*46. *num.*3. *lib.*1. Camerar. *in repet. Imperialem,* & Aluar. de Velaſ. *in praxi part. & collat. cap.*19. *num.* 11.

6 At quoniam in præſenti ſpecie non tantùm de pœna quærimus, cùm ea certiſſima in Regno ſit publicis latronibus conſtituta, ſed quæſtio in eo potiſſimùm verſatur. Nùm ſcilicet hic Petrus ex mero dolo, & fraudandi animo ſe decoctorem finxerit, An potiùs fatali damno perculſus fugam arripere coactus ſit, ne in creditorum manus incideret: ideò operę pretium duxi circa hoc triplex tempus conſiderare. Primum ſcilicet antequam ad Eccleſiam confugeret, quo quidem tempore vendit ſericum a creditoribus emptum, & pecuniam ex eo prouentam per intermedias perſonas deponit in banco ſub nomine alterius, a quo fiunt giratæ abſque nomine, & vt vulgò dicitur *in bianco.* Ex

7 hac autem occultatione, & artificio dolus colligitur, vt not. Felicius *allegat.* 46. *numero* 50. *parte prima,* & Giurba *conſil.*54. *numero* 15. Vxori etiam prouidet de dotium aſſecuratione paulò antequam ſecederet, ac bonorum mobilium maiorem partem abſcondit, alienat, diſtrahit. Ex quibus actibus dolum argui tenet Stracca *de decoctor. parte tertia, num.* 29. per ea, quæ allegat.

8 Attenditur ſecundo loco tempus refugij ad Eccleſiam, ex quo ſolo dolus inducitur, Maſtrill. *deciſion.* 238. *numero vigeſimoprimo*, vbi diſtinctè tenet, decoctorum fugam ſemper eſſe doloſam, eoſque fraudulentos exclamat, eorumque fraudes innumerabiles eſſe, allegat Stracc. *loco citato, parte quarta, numero* 36. vbi eo argumento vtitur, *eſt decoctor, ergo fraudator*, hoc voluit etiam Rota Genuenſ. *deciſion.* 2. & Maſcard. *de probat. con-*

9 *cluſ.* 532. *numero* 224. Sanè quod per ſolam fugam decoctor torqueri poſſit, vt res indicet, quas amiſiſſe dicit in creditorum fraudem, tenuit Farinac. *quæſtion.* 38. *numero decimooctauo*, per ibidem allegata.

10 Protinus verò in Eccleſia degens fraudes machinare non deſinit, vbi enim præfatos creditores anxios ad ſe feſtinantes cernit, hærere primùm, obſtupeſcere, admirarique eorum ſolertiam, quibus ſua occultatio tam celeriter detecta fuerit: mox eos timide alloqui, fatique ſeueritatem laceſſere, quòd ſua bona, fortunaſque impiè diſiecisſet. Deinde leniter ſuadere, ne vellent aduerſus hominem egeſtate obrutum eorum iurium rigore plenè vti, cederent ſaltem dimidium crediti, vt ſibi aliqua viuendi commoditas relinquatur; quòd ſi fortuna quandóque faciem verteret, integrum ſe ſoluturum pollicetur. At vbi pertinacem totius recuperandi crediti voluntatem agnoſcit, minas incutere adoritur, ſe Ligornum abiturum, ibique reliquum ſuæ vitæ ſpatium conſumpturum, vt omnis à de exigendi ſpes penitùs euaneſcat: Bona, quæ remanent apud ſuos lares, nec pro integris vxoris dotibus ſatis eſſe. Aduerterent quid agerent. Sæpè rigidos exactores crediti iactura doceri. His igitur, aliiſque ſubdolis verbis circumuenti, dimidiæ partis debiti ceſſionem promittunt: promiſſis ſtipulatio adiicitur: præuia tamen iudiciali proteſtatione, tum in Magna Curia Vicariæ, tum etiam in Regia Curia artis Serici, ne ſcilicet huiuſmodi ceſſio ipſis credentibus vllatenus officeret. Planè 11
clariſſimi iuris eſt, per proteſtationem præcedente metu factam annullari ſequentem contractum, vt firmat poſt multos Anton. de Amato *variar. reſolut. capitul.*82. *numero vigeſimooctauo*, & Papon. *lib.*16. *titulo tertio, Arreſto* 10. Conſeruat namque ipſa proteſtatio ius proteſtantis, vt notat Barzius *deciſ.* 86. *numero* 44. Et declarat, conſenſum à contractu abeſſe *leg. at ſi quis, §. plerique, ff. de relig. & ſumpt. fun.* Boër. *deciſ.* 100. *num.* 10.

Tertium denique tempus conſidero, in quo poſt 12
contractum nedum celebratum, ſed denuò confirmatum, ſecurus iam non poſſe vlteriùs viribus Præturæ compelli, ab Eccleſia egreſſus machinato facinori celerem executionem parat; eo ſiquidem tempore partem ſerici prius empti à præfatis creditoribus, quam abſconditam habebat in ædibus Dinæ Mariæ Sideris, clandeſtina venditione, & viliori, quam par erat, pretio alienat, officinam denuò aperire decernens, nulla ſe creditorum moleſtia amplius vexari poſſe ratus. Ex huiuſmodi autem venditione mercium, quas à creditoribus acceperat, dolum reſultare cenſuit Stracca *in eodem tractat. numero vigeſimonono*, & Maſcard. *de probat. concluſ.* 532. Bargal. *in tractat. de dolo, libro ſecundo, capit.* 3. *num.*25.

Hæc igitur cùm ita ſint neſcio, quo pacto, aut 13
quarum legum auxilio ſe tueri poſſit, quin doli actione teneatur, aut pœnam publicis latronibus ſtatutam euadat. Niſi fortè aduerſarius noſter aliquibus exceptionibus obſtare contendat, quarum prima eſt, quia tempore, quo Petrus in Aſylum confugit, iam fuerat in iudicium vocatus per Fabritium Virgopia, vnum ex creditoribus, qua de re ob timorem carcerationis aufugiſſe cenſendus eſt.

Cui quidem obiectioni facili negotio reſpondeo. Primò, citationem illam non niſi poſt refugium emanaſſe, eique notificatam fuiſſe, vt ex actis liquet. Præterea dato, quòd præceſſerit, non tamen ſequitur ea de cauſa licitum ſibi fore in Eccleſiam confugere, in qua tutò deliteſcens poſſet cum creditoribus in ipſorum perniciem licentioſè paciſci, iuxta illud Plauti *in Moſtell.* dum Tranio ſeruus nè à Teuropide, ac Lorariis puniretur, ad Aram confugiens inquit, *Interim ego aram hanc occupabo, ſi enim hinc conſilium dedero nimio plus ſapio ſedens, tum conſilia firmiora ſunt de diuinis locis*, vt refert Couar. *libro ſecundo var. reſol. cap.* 20. *num.* 2. *verſiculo item apud.* Fit vtique creditoribus formidabilis ob imminentem fugam, ideóque illos, ad paciſcendum metu trahit, ne ſcilicet totius crediti iacturam patiantur, qui quidem metus iuſtus eſt, *capitulo ſexto Presbyteros*, 50. *diſtin. capit. fin.* 22. *quæſt.*2.

Secundò obiicitur contractus remiſſionis debi- 14
ti, nedum ſemel ſtipulatus, ſed iterùm poſtea confirmatus, ex qua quidem reiteratione, & ratihabitione enixa voluntas contrahentium reſultat *leg. iuris gentium, §. ſi paciſcar, ff. de pact. l. fin. C. ad Senat. Conſ. Maced.*

Verùm

Verùmtamen quia metus præcedens per contractus conformationem non tollitur, quod enim metus cauſa geſtum eſt, nullo tempore Prætor ratum habebit, *l. ſi mulier, ff. quod. met. cauſ.* ideò dico ſequẽtem contractum eodem morbo, quo primum laborare, & ratio eſt, quia vis illa, metúſque ſemper præſumitur adeſſe, & ſpontanea ratificatio etiam ſi per actus poſitiuos fiat, nihil operatur, Bart. *in leg. ob turpem, col. fin. ff. de cond. ob turp. cauſ.* Aret. *in l. interpoſitas, num. 4. C. de tranſ.* Cacher. *deciſ.* 177. *num.* 11. *& ſequent.* Menoch. *de præſump. lib. 3. præſump.* 126. *n.* 28. Maſcar. *de prob. concl.* 1051. *num.* 56. Sic & in dolo dicimus, quotieſcumque enim dolus dat cauſam contractui, etiam ſi poſteà contractus ille confirmetur, aut geminetur, nullius erit roboris, Coſta *in praxi conuent. part.* 1. *n.* 181. & *in conſ.* 38 *n.* 49. poſt Rolan. *conſ.* 2. *num.* 87.

15 Cæterùm, quia priuilegium, quod alicui in negotio competeret, dolo commiſſo amittitur, per tex. *in l. 2. §. verba itaque, ff. ad Senat. conſ. Velleian.* ideò exceptio ratihabitionis, qua iuuari alioquin ipſe Petrus poſſet per tex. *in dict. leg. iuriſgentium, §. ſi paciſcar,* & *l. fin. C. ad Macedon.* vbi ſtante dolo commiſſo, vt diximus, nihil agit, & contra ipſum actio quantum ex dolo conſequitur perpetuò durat, nec obeſt agenti, quòd pacto dolus remiſſus ſit, pactum enim illud ratum non eſt, *l. ſi vnus,* & ibi Paul. Caſtr. *de pact. leg. in commodato, ff. commodo, leg. quidam decedens, de adminiſtr. tut. l. conuenire, de pact. dotal. l. alia cauſa, §. eleganter, ff. ſol. matr.*

16 Opponitur denique ex aduerſo dominij tranſlatio, cum enim ſericum emptum ſit, non poterit vtique in emptorem furtum cadere quantumcunque diſtrahat, nec etiam de dolo teneri, cùm in re propria dolus non committatur *vulg. iuribus.*

17 Hæc autem admodum friuola oppoſitio reſponſione non egeret, attamen, vt aduerſariis quandoque ſatisfaciam, dico hac in re, dominij tranſlationem parum referre; non enim hodie de dominio rei ciuiliter agimus, ſed de fraude in fugiendo, ac dolo in latitando commiſſo, quæ cùm grauiſſima ſint in hac facti ſpecie, ex mente *Petri Greg. Tholoſ. in ſyntag. lib.* 39. *cap.* 12. Nedum ciuilem actionem pariunt reſpectu Partis, ſed etiam criminalem reſpectu Reipublicæ, per ea, quæ doctiſſimè tradit Petr. Gabal. *reſol. crimin. caſu primo, num.* 14. poſt Hypol. de Marſ. *in praxi, §. conſtante, num.* 34.

18 Licèt namque dolus à principio in contractu emptionis ſerici non interfuerit, tamen poſt emptionem cœpit dolus interuenire, quod colligitur nedum ex fuga, vt diximus, ſed etiam ex eo, quod ipſemet Petrus faſſus eſt, dum in Eccleſia moraretur, dixit enim ſe excuſans, eius intentionem fuiſſe decipere Leonem Pariſiũ primæuum creditorem, qui de ea certioratus, omnem ipſi circumueniendi ſpem fruſtrauit, ideoque aduerſus ipſos Thomam, & Fabritium aſtum dirigere inſtituerat: neceſſitati ignoſcerent, ſi occaſione præuentus intentionis limina traſcendere cogeretur. Aduertite quæſo, Domini, hominem animi peruerſitate, non caſu peccantem, emit ſericum, ſolutione pretij ad tempus collata, cedente die in aſylum ſe confert, creditores eludens fugam parat, ab ipſis territus ceſſionem dimidiati crediti aucupatur, ab Eccleſia egreſſus merces diſtrahit, nunc verò carceribus mancipatus criminale iudicium effugere audacter contendit. Hoc igitur impunè licet? optimè quidem Reipublicæ conſuleretur, ſi his Monſtris careret.

Fulvius Daneſius.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſeries exponitur.*
2 *Actio extinguitur elapſo biennio à die litis conteſtata.*
3 *Actore non probante reus abſoluitur.*
4 *Accuſandi, vel inquirendi facultas non conceditur poſt biennium.*
5 *Inſtantia perempta, pereunt acta omnia.*
6 *Crimine abolito nouus proceſſus fieri non poteſt.*
8 *Reus liberatus ex defectu probationis in iudicium vocari poteſt, nouis ſuperuenientibus indiciis. ſecus verò ſi liberaretur ob innocentiam cauſâ cognitâ.*
9 *Decreto interpoſitio, quod abſoluatur reus ab obſeruatione iudicij iterum agi non poteſt.*
10 *ſecus autem ſi decretum prædictum non interponatur.*
14 *Pragmatica* 50. *de officio Magiſtri Iuſtitiarij interpretatur.*
15 *Cauſa expedita alia expeditione non indigent.*
16 *Tempus ad proſequendum iudicium ex ſuperuenientibus indiciis reſtringitur à Follerio ad* 30. *dies vtiles.*
18 *A Theſ. ad decennium.*
19 *A Caball. ad* 20. *annos.*
20 *Eorumdem explicantur opiniones.*
21 *Fideiuſſio de ſe præſentando, elapſo biennio euaneſcit ſecundum Alciatum, quem ſequitur Author. n.* 25.
22 *Actio criminalis infra biennium debet ſententia terminari.*
23 *Iudex prorogans tempus biennij in criminalibus inſtantiis legali pœnæ ſubiicitur.*
24 *Idem dic de tempore iudiciorum ſperandorum.*
26 *Iudex non poteſt niſi id, quod de iure poteſt.*
27 *Fideiuſſio regulari debet ſecundùm naturam iudicij.*

ARGVMENTVM.

Inquiſitus de aliquo graui crimine, ſi datis defenſionibus eſſet liberatus in forma, nouis ſuperuenientibus indiciis, nùm poſt biennium elapſum vrgentioribus ſuperuenientibus, poſſit vnà ſimul cum eius fideiuſſore vocari.

ALLEGATIO CXXII.

1 IOANNES Andreas Ventura Inquiſitus de parricidio in M.C.V. & datis defenſionibus liberatus in forma, poſt ſententiam in iudicium denuò vocatur, ob ſuperuenientiam aliorum indiciorum, eiúſque fideiuſſor compellitur, ad ipſum præſentandum. Quæritur numquid poſſit ipſe, eiuſque fideiuſſor moleſtari? & abſque dubio dicendum eſt non poſſe.

2 Primò, quia per lapſum biénij à die litis conteſtatæ actio extinguitur, *l. 1. C. vt infra certum tempus, iuncta l. properandum, C. de iud.* extincta igitur actione, non poterit ex eadem cauſa amplius moleſtari, *c. de his, extr. de accuſation. l. ſi crimen, §. ydem, ff. eod. leg. ſub*
3 *ſpecie, C. de re iudic. l. qui de crimine, C. de accuſation.* abſoluitur enim reus actore non probante, *l. qui accuſare, C. de edendo.*

4 Secundò, quia per lapſum biennij in criminalibus cauſis perit omne ius, ita vt non detur facultas, iterum accuſandi, vel inquirendi, vt dixit Salyc. *in dict. leg. qui de crimine*, Capyc. *deciſio* 106. Clar. *in §. fin quaſt.* 51. *numero* 8. de Franch. *in deciſ.* 150. *num.* 2. *& dec.* 654 *num.* 40.

5 Tertiò, quia cùm ob peremptionem inſtantiæ pereant omnia acta, tam ordinatoria, quàm probatoria, vt dixit Alex. *in dict. l. properandum, §. fin. verſ. item nota*, Afflict. *in conſtit. Regni, accuſatorem, in ſecundo notabili, verſ. an autem.* Maranta *in ſuo ſpeculo, in 5. part col fin. verſ. limita tamen.* Caran *in ritu* 248. *num.* 48. Baiard. ad Clar. *quaſt.* 51. *numer.* 19. ſequitur, quod poſt omne ius ſublatum, ac acta perempta,
6 requireretur nouus proceſſus, ſed nouus proceſſus crimine abolito fieri nequit, vt dixit de Franchis *deciſ.* 653. *in fine*; igitur amplius moleſtari non poteſt.

7 Sed ex aduerſo opponit Fiſcus duas concluſiones. Prima eſt, quia licèt de iure communi per lapſum biennij perimitur inſtantia, ſecus tamen eſt de iure Regni, in quo vigore nouellæ Regiæ Pragmaticæ nunquam inſtantia perit in M. C. V. aliiſque Tribunalibus huius Ciuitatis.

8 Secunda concluſio eſt, quia cum præfatus inquiſitus non ſit liberatus vt innocens, ſed tantummodò ex defectu probationum cum clauſula illa, *nouis ſuperuenientibus indiciis*, quotieſcumque ea ſuperuenerint, poterit iterum in iudicium vocari, ſecundùm ea, quæ dixit Salyc. *in l. ſi quis, C. ad leg. Iul. de adulter. num.* 6.

Verumtamen vt rem altius diſcutiamus, dico primo inſtantiam in iudicio, aut perimi ob actionem non proſequutam infra biennium à die litis conteſtatæ, ante tamen ſententiæ prolationem; aut verò poſt litem conteſtatam, & poſt prolationem ſententiæ.

9 Primo caſo, aut poſt lapſum biennij interponitur decretum, quod abſoluatur ab obſeruatione iudicij, & tunc agi iterum nequaquam poſſit, ita dicit Oldrad. quem ſequitur Bal. *in cap. 1. in princ. numer.* 14. *verſ. ſed aduerte, ſi de inueſtitura, inter Dominum, & vaſſallum lis oriatur*; Aut non interponitur decre-
10 tum abſolutionis ab obſeruatione iudicij, & tunc agi poſſe crediderunt vltra præfatos Petrus & Cyn. *in dict. leg. properandum, §. hoc proculdubio, C. de iudiciis*, Gloſſa verò *in dict. leg properandum, §. ſin autem vtraque*, tenet contrarium, quam ſequitur ibi-
11 dem Bart. Salyc. & Bald. dicentes ipſo iure, & abſque alia ſententia interlocutoria perimi inſtantiam, nec poſſe iterum ad accuſationem reuerti, & hanc opinionem ſequuti ſunt Capyc. *deciſ.* 11. *numer.* 16. Afflict. *in dict. capit. 1. ſi de inueſtit. inter Dominum & vaſſallum, num.* 112. Grammat. *voto* 31. *numer.* 11. & 12. & Carauita *in ritu* 248. *ſub numer.* 10. ſubdens, quod quidquid fecerit Iudex poſt lapſum biennij in criminalibus cauſis non valeret, eſt enim meta impoſita cognitori, & iudicio, per ea, quæ allegat ibidem *num.* 11.

Secundo verò caſu, quando ſcilicet poſt litem con- 12
teſtatam liberatur reus, & tunc iterum ſubdiſtinguo; aut enim liberatur ob innocentiam cognitam, aut verò ob defectum probationum cum fideiuſſione de ſe præſentando, &c. Si propter innocentiam liberatur, ſimpliciter, & diffinitiuè non poterit ex eadem cauſa, etiam ſuperuenientibus indiciis iterum moleſtari, ita dixit Petrus Cabal. *reſol. crimin. caſu* 93. *numero* 11. & Guazin. *defenſ. 2. cap. 6. numer.* 4. poſt Foller. *in pract. crimin. Canonica, cap.* 35. *numer. 2. & 3.* Boſſius *in titul. de ſentent. num.* 77. Paul. Grillard. *de relaxat. carcerator.* Rub. *de abſolut. innocent quaſt. 2. ſub numer. 1. & 2.* Couarr. *lib. 2. variar. reſolut. cap. 10. numer. 1. verſ. quartò eadem.* Si verò fuerit liberatus ex hactenus deductis cum clau-
ſula ſeu fideiuſſione de ſe præſentando *nouis*, &c. & 13
tunc quia ſententia iſta conſiderato effectu dicitur interlocutoria, poterit reuideri, & recuperari etiam ab eodem Iudice, vt tenet Caball. *loco citato numer.* 10. per ea quæ tradit Theſſ. *deciſ. Pedemont.* 81. *num.* 11. *& deciſion.* 121. *num.* 13. & Paul. Grillan. *dicta quaſtione 2. num.* 2. Idque ob inoleram Practicam, per quam non fertur ſententia diffinitiua; ſed cum illa clauſula *nouis, &c.* & ſic ſuperuenientibus nouis indiciis poterit iterum procedi, vt iterum Caball. aduertit *num.* 12.

His igitur ſic præcognitis dico noluiſſe Princi- 14
pem in Regia illa nouella Pragmatica prorogare inſtantiam iam finitam per ſententiam, quia cum extincta omninò ſit, amplius prorogari non poteſt, non entis enim nullæ ſunt partes, ſed illam tantum voluit inſtantiam prorogare, quæ pendente iudicio eſſet iam moritura, ſiuè ob negligentiam iudicis, ſiuè accuſatoris infra tempus à iure ſtatutum: voluit itaque non inſtantiam extincti iudicij reuiuiſcere, ſed eam, quæ viuente iudicio extingueretur protelare, idque colligitur ex verbis illis pragmaticæ, in qua dicitur, *Per queſto noi volendo prouedere in ciò come ſi conuiene, ſtante la moltitudine delle cauſe, che ſono in queſta gran Corte, ci è parſo farui la preſente, per la quale volemo, & ordinamo, che da qua auanti le inſtanze di dette cauſe ſe intendano ſempre prorogate, ita che per queſta Gran Corte ſi debbia, e poſſa procedere à proſequir le cauſe predette, e far le inſtanze, & atti, che vi incumbeno.* Ex quibus verbis clarè colligitur, voluiſſe Principem illis cauſis ſubuenire, quæ nondum ſunt per ſententiam terminatæ; Supponit enim, quod per cauſarum multitudinem non poterant expediri infra metam biennij à iure ſtatutam, peribat enim inſtantia prorogatione non petita infra legitima tempora, idque in damnum Fiſci redundabat ob delictorum impunitatem. Ideoque non erit diſpoſitio illius pragmaticæ extendenda ad inſtantiam per ſententiæ prolationem penitus extinctam. Quod clarius patet ex precibus Fiſci in illis verbis in eadem Pragmatica expreſſis: *Acciò li delitti non reſtino impuniti, e li inquiſiti non poſſano hauer'occaſione d'impedir l'eſpedi-*
tioni, e far perire detta inſtanza. Certum eſt autem, 15
cauſas expeditas alia expeditione non indigere, ideoque ad eas tantum pertinet diſpoſitio, quæ nondum expeditæ ſub Iudice vertuntur. Ex his itaque ſatis reſponſum eſſe arbitror ad primam Fiſci concluſionem, cum diſpoſitio Regiæ nouellæ Pragmaticæ nihil operetur in caſu noſtro.

Ad ſecundam verò Fiſci concluſionem, breuiter, & reſolutiue procedendo, fateor eum qui fideiuſſoribus liberatur de ſtando iuri, & de ſe præſentando nouis ſuperuenientibus indiciis, quotieſcumque illa ſuperuenerint ad ſe præſentandum teneri, per ea quæ ſupra reſoluimus. Dubium tamen eſt infra quantum tempus debeant ſuperuenire indicia, vt ad præſentationem teneantur. Qua in re varias reperio Doctorum opiniones.

16 Prima fuit Foller. *in tract. Canon. cap. 35. numero 10. verſic. ſed pone*, aſſerentis hoc poſſe Iudicem infra triginta dies primum iudicium proſequendo. Mouetur ex text. *in leg. libellorum, §. fin. ff. de accuſat.* ibi, *& vtique triginta dies vtiles obſeruandi ſunt.* At ſi nouum iudicium intenteturs, fieri poterit infra tantum temporis ſpatium infra quod durat ius
17 accuſandi, & non vltra. Mouetur ex text. *in leg. accuſaturus, ff. ad leg. Iul. de adulter.* ibi, *ſi tempora largiantur emendare non prohibetur, ne cauſa criminis aboleatur*, quam quidem opinionem ſecutus eſt Farinac. *quæſt. 4. num. 29. verſ. ſublimita hanc quintam*, &c.

Secunda fuit opinio Theſſ. *in deciſion. Pedemont.*
18 81. *ſub num. 1.* aſſerentis, infra decennium poſſe agi, mouetur ea ratione, quia quando de præſcriptione agitur debet illa infra decem annos inter præſentes, viginti inter abſentes currere, vt *in rubr. Cod. de praſcript. longi temp. decem, vel vig. ann.*

19 Tertia fuit opinio quorundam dicentium infra illud tempus poſſe indicia recipi infra quod actio intentari poſſet, clarum eſt autem infra viginti annos, & non vltra hoc poſſe fieri, quia tanto tempore præteribitur omnis accuſatio criminalis, *l. querelam, Cod. de falſ. igitur infra 20. annos, &c.* quam quidem opinionem ſecutus eſt Petr. Cabal. *in caſu 93. num. 33.* Verùm, iudicio meo vtraque hæc opinio contraria eſt diſpoſitioni text. *in leg. 1. & fin. Cod. vt infra cert. temp.* & *in l. properandum, Cod. de iudic.* iis enim in locis prohibetur cauſas criminales poſt litem conteſtatam vltra biennium
20 protrahi poſſe; nam licet accuſator actione vti poſſit infra viginti annos, tamen vbi illam propoſuerit, & ſuper eam lis fuerit conteſtata, elapſo biennio finitur, nec poterit infra alios viginti annos iterum actionem proſequi, quia eſſet contra leges præſcriptionis, itaque opinio Theſſauri, & Caballi, aut locum obtinet iis caſibus, in quibus non lis conteſtata, aut erit omnino falſa.

21 Quarta fuit opinio Andreæ Alciati, qui *in leg. ſi calumnietur, numero 4. & 5. ff. de verbor. ſignif.* tenet elapſo biennio amplius inquietari non poſſe, & ſic fideiuſſionem illam, de ſe præſentando, &c. euaneſcere biennio elapſo, motus ea ratione, quia ſcilicet tanto temporis ſpatio durare poſſet inſtantia criminalis cauſæ, vt diximus. Inuehit Alciat. contra latrunculatores aliquos aliter ſentientes, eumque ſequitur Caualcan. *de brachio Regio, parte prima, numero 576. verſic. & in propoſito*, & Andr. Fachin. *lib. 9. controuerſ. cap. 16.*

22 Hæc autem Alciati opinio, vt iuri conſentanea eſt, ita plurimum rationi conuenit. Diſponitur quidem per ius commune actionem criminalem criminaliter intentatam debere prorſus infra biennium per ſententiam terminari, nec vlla alia occaſione ad ampliora produci tempora. Quod ſi per ſententiam terminata non fuerit, abſolui debere omninò reum ab obſeruatione iudicij, neque poſſe Iudicem hoc tempus vltra biennium extendere, alioquin remaneret legis pœnæ obnoxius, ita voluit text. *in leg. fin. ſæpius allegat. Cod. vt infra cert. temp.* Veruntamen quia plerumque contingebat, aut delicti 23
ſocios in fortiis non reperiri, aut aliunde ſperari poſſe eiuſdem criminis alias probationes, inſurrexit practica apud latrunculatores, liberandi reum ſub fideiuſſione de ſe præſentando nouis ſuperuenientibus indiciis. Sed quemadmodum non poteſt Iudex tempus inſtantiæ prorogare, quia ſupradictis legibus prohibetur, ita non poterit tempus illud ſperandorum indiciorum vltra in- 24
ſtantiæ fines extendere. Poterit itaque noua indicia recipere infra illud tempus inſtantiæ, & non vltra; Et hæc fuit ratio conſiderata per Sacrum Conſilium, vt refert de Franch. *deciſion. 653. & 654.* cuius vigore fuit determinatum indicia ſuperuenientia elapſo biennio, nullatenus eſſe rerecipienda, etiam ſtante fideiuſſione prædicta, 25
tollitur enim per lapſum prædicti temporis omne ius Parti, ita vt non detur facultas iterum accuſandi, vel inquirendi, & cùm hoc videtur concordare ritus Magnæ Curiæ Vicariæ de quo per eundem Franch. *deciſion. 250. numero primo.* Si ergo per iuris communis diſpoſitionem actio criminalis per litis conteſtationem intentata non durat vltra biennium, fruſtra laborat Iudex, qui huiuſmodi cautela adhibita intendit illam vltra biennium prorogare, cum exploratiſſimi iuris ſit non poſſe Iudicem, niſi id, quod de iure po- 26
teſt, *gloſſ. in leg. prima, Cod. quomod. & quando Iud.* debet enim omnia facere per regulas artis, ſcilicet per leges, & Conſtitutiones, alioquin puniri poſſet, vt dixit Pariſ. de Put. *in tract. ſyndic. in verſ. Iudex, verbo, Iudices, numero trigeſimo quinto.*

Quamobrem fideiuſſio præſtita nouis ſuperue- 27
nientibus, &c. regulari debet ſecundùm naturam ipſius iudicij, non autem extendi ad ea, quæ ſunt extra iudicij naturam, ideóque cum in inſtantia cauſæ criminalis biennio terminetur, fideiuſſio prædicta vltra prædictum tempus non debet extendi, ita dixit magiſtraliter Afflict. *in conſtitut. Regn. ſæpè contingit, ſub numero quarto, ſub rub. de his qui poſt citationem*, &c.

Cum igitur cauſa hæc ſit per ſententiam terminata, & à die ſententiæ, nedum biennium, ſed ſeptennium ſit elapſum, conſequens eſt, neque ratione prorogationis inſtantiæ, neque ratione cautelæ adhibitæ in ſententia, poſſe iterum per ſuperuenientia indicia moleſtari.

Hæc breuiter & Currenti calamo ſcripſi; neque ad noua ſuperuenientia indicia nouas ſuperaddere rationes neque potiora adhibere argumenta exiſtimaui; quoniam ſeptennium iam eſt effluxum à ſententia terminata, à qua cùm non poſſit reclamari, Reum omnino abſoluendum ſpero.

Cætera ſuppleat ſublimis doctrina, & maximè ſubtilis peritia Dominorum Iudicantium, quibus hæc omnia meque humillimè ſubmitto.

Fuluius Daneſius.

SVMMARIVM.

1 *Factum exponitur.*

2 *Clericus pro rebus feudalibus ad iudicia trahitur ſecularia.*

3 *Bona reddititia alicui Baronali Curiæ dicuntur burgenſatica. n.11.& 17.*

4 *Ius autem exigendi debitum eſt feudale, & num.14.& 17.*

5 *Bona prædicta burgenſatica an ſint cenſualia, an verò emphyteutica? & emtheuſis à cenſu in quo differat.*

6 *Cenſualis præſumitur res, quoties de conceſſione non conſtat.*

7 *Bona reddititia Baroni contribuunt generalibus collectis, & non cognoſcitur à Barone.*

8 *Bona Eccleſiaſtica non contribuunt generalibus collectis, & non cognoſcuntur à Iudice ſeculari.*

9 *Secus ſi ſint conceſſa in emphyteuſi, vel cenſu ab Eccleſia.*

10 *Bona domanialia Baroniæ conceſſa in feudum præſumuntur burgenſatica reddititia feudo; Secus ſi concedantur in feudum, vel reſeruata fidelitate. ibidem.*

12 *Feudalis qualitas indicatur per Adoham, releuium, & fidelitatis iuramentum, & num.18.*

13 *Aſſenſus ſuper alienatione non facit rem feudalem.*

15 *Conceſſio non præſumitur facta ſub certa forma, quanquam ſolitum allegetur.*

16 *Conceſſio in feudum, vel emphyteuſim pro ſe, & hæredibus facta à Barone complectitur etiam aſcendentes, & collaterales.*

19 *Allegan̄ti onus probandi incumbit.*

20 *Actor ſequitur forum Rei.*

ARGVMENTVM.

Territorium, quod eſt reddititiū Baronali Curiæ, an in dubio dicatur feudale, itaut ſi à Clerico poſſideri reperitur, conuentus ille à Barone ad relaxandum ob lineam primi acquiſitoris finitam, teneatur reſpondere, & iura ſua proponere coram Domino feudi, vel potius fundus ille cenſeatur allodialis, & redditus annuus feudalis, ſicque valeat clericus forum declinare, vt non niſi coram Iudice ſuo conueniatur.

ALLEGATIO CXXII.

DOMINVS Baro terræ Palmæ Prouinciæ 1
terræ laboris, in Sac. Reg. Conſilio con-
uenit Nicolaum Minichino Ciuitatis
Nolæ, vti poſſeſſorem certarum portio-
num terræ, ſitarum in pertinentiis dictæ terræ Pal-
mæ, vbi dicitur *alto carpinito*, ad eas relaxandas, vti
apertas, & deuolutas Baronali Curiæ dictæ terræ ob
lineam finitam, ſeu ob obitum Paulini, & Matthęi Mi-
nichino ſine liberis ex eorum corpore deſcendenti-
bus, priorum prædictarum portionum terræ poſſeſſo-
rum.

Citatus dictus Nicolaus opponit pro nunc, quod
ipſe eſt Clericus, & proinde petiit remitti cauſam ad
ſuum Ordinarium Nolanum, & producit in promptu
Bullam Clericatus, Bullam beneficij cum perceptio-
ne fructuum, & ſeruitium in diuinis. Quæritur an ſit
deferendum petitæ cauſæ remiſſioni.

Et prima facie videtur non eſſe locum petitæ cau-
ſæ remiſſioni ad Iudicem Eccleſiaſticum, quia ex pla-
tea, ſeu inuentario de bonis, & terris reddititiis dictæ
Baronali Curiæ Palmæ, conſtat dictas terras ad rela-
xādum petitas, eſſe reddititias in certis tarrenis, & gra-
nis dictæ Baronali Curiæ, & etiam ex confeſſione, ſeu
agnitione dictorum Paulini, & Matthæi de Mini-
chino, qui redditus ex parte Baronis, qui vti Baro, ha-
bet ius illud exigendi, eſt ius feudale adeò quod non
poteſt remitti, vel alienari, etiam ſi eſſet vnius Galli-
næ ſine aſſenſu, & licentia Regis, vt Andr. de Iſern.
in conſtit. conſtit. diuæ memoriæ, in verbo, Tranſactionis,
Camer. *in cap. imperialem fol. 39. à terg. lit. I. verſ. ſed
tunc, iterum aduerte, de prohibita feudi alienat. per Fe-
deric.*

At in feudis, & rebus feudalibus Clericus poteſt 2
conueniri, & trahi ad iudicia ſecularia, vt diſponunt
Iura Canonica *in c. ex tranſmiſſa, & cap. verum. extr. de
for. compet.* vbi iudicium & cauſa ſuper re feudali de-
bet agitari, & terminari in Curia Domini feudi, non
in Iudicio, & Tribunali Eccleſiaſtico: eſt quoq; Capi-
tulum Regni, quod incipit *Item ſtatuimus*, vbi dicit
iuxta conuentionem inter Carolum Primum, & San-
ctam Romanam Eccleſiam, Cleri non trahuntur ad
iudicia ſecularia, niſi pro bonis feudalibus.

Propterea dictæ res reddititiæ Curiæ Regis, vel
Curiæ alicuius Baronis non poſſūt alienari ſine aſſen-
ſu Domini Regis, vel Baronis, etiam quod penes eas
eſſet Clericus, vt *in Conſtitut. Hac edictali, & in con-
ſtit. Si quando contigerit, tertio libro*, vt ſcribit Ca-
mer. *in d. cap. Imperialem, fol. 39. col. 4. lit. I. verſ. ſed in
Regno. & fol. 40. 1. columna lit. C. verſ. ſed dic auctori-
tatem. Gloſ. & Iſer.*

At prædictis, & aliis ſimilibus non obſtantibus, 3
puto eſſe locum petitæ cauſæ remiſſioni ad Iudicem
prædicti Nicolai conuenti, nam certi iuris eſt, bo-
na reddititia alicui Baronali Curiæ, reſpectu tenen-
tis eſſe bona burgenſatica, non bona feudalia, vt Ca-
mer. *in allegato fol. 39. lit. I. verſ. ſed tunc iterum ad-
uerte*, vbi dicit aduerte, quia ſi res huiuſmodi, in
quantum res ſunt burgenſaticæ, ius tamen, quod ha- 4
bet feudatarius exigendi cenſum, eſt feudale, allegat
Napodan. *in conſuet. 1. in verb. in bonis, tit. in quibus
rebus habet locum quarta*, & ita per S.C. eſt declara-
tum, & iudicatum, quod res ſint burgenſaticæ; aliud
tantum fuit in controuerſia, poſt quam ipſæ res reddi-
titiæ ſunt burgenſaticæ an præſumuntur emphyteuticæ
vel cenſuales, nam inter vnam, & alteram qualitatem
longa eſt differentia, quia in re emphyteutica ſolum 5
dominium vtile eſt tranſlatum. In re cenſuali omne
dominium,

dominium,directum,& vtile eſt tranſlatum,vt *in cap.*
conſtitutus,extr.de Religioſis Domibus,Napod. *loc. cit.*
& Capyc. refert fuiſſe deciſum eſſe cenſualem , vt *in*
deciſ. 103. Affl ct. Verò *in deciſ.* 129. refert fuiſſe
deciſum eſſe emphyteuticam,quando conſtabat illam
rem fuiſſe de corpore feudi.
6 In caſu noſtro non conſtat de origine conceſſionis
harum rerum redditiciarum,ergo præſumuntur bur-
genſaticæ cenſuales, vt *in dict.deciſ.Capyc.*103. Vnde
Lucas de Penna *in leg.vnica , c.de imponenda lucrati-*
ua deſcriptione , lib. 10.*col.* 12. dicit, quod iſta bona
7 reddititia feudo Baroniæ,vel comitatus , quæ alio vo-
cabulo vulgò nuncupantur *manſa* , vel *athenaſia*,in
generalibus functionibus , & collectis contribuunt,
quia ſunt bona burgenſatica & non feudalia ; & Ba-
rones ordinarij vaſſallorum cognoſcunt de eis in il-
lorum Curia,cùm aliàs ſi eſſent feudalia , non contri-
buerent in generalibus collectis,vt *in cap.Regni, quod*
incipit , porrecta, nec Barones de eis in eorum Curia
cognoſcunt , ſed tantum de eis cognoſcunt Iuſtitiarij
Regionis , vbi dicta feuda, quæ à Baronibus tenentur
ſita ſunt, vt eſt conſtitutio Regni *Iuſtitiarij Nomen,*
& normam.& *in conſtit. Conſtitutionem diuæ memoriæ,*
in verſ. arbitria. Si igitur ſunt bona burgenſatica &
vti res burgenſaticæ contribuunt in collectis , & Or-
dinarij locorum de eis cognoſcunt,nulli dubium, bo-
na hæc reddititia feudo , non eſſe feuda , & proinde
eſſe locum petitæ remiſſioni ad Iudicem conuenti
poſſeſſoris.
8 Præterea bona Eccleſiarum non contribuunt in
generalibus collectis,nec de eis cognoſcit Iudex ſecu-
laris , quando ſuper eis Eccleſia eſt conuenta, vt Na-
pod.*in procem. Caroli in Gloſ.tenor.num.* 293. tamen ſi
dicta bona Eccleſiaſtica ſint conceſſa in emphyteu-
9 ſim,vel in cenſu, cum opportuno aſſenſu Apoſtolico,
de eis conceſſionarij contribuunt in collectis & con-
ueniuntur coram Iudice ſeculari, quia penes eos non
dicuntur bona Eccleſiaſtica , quamuis ſint reddititiæ
Eccleſiæ;nam ſunt bona burgenſatica & laicalia , vt
ſcribit idem Luc.de Pen. *dict.leg.vnica.C. de imponen-*
da lucratiua deſcriptione , allegans Andr. de Iſern. *in*
tit.quæ ſunt regalia , in verb.& plauſtrorum & nauium
præſtationes,ita in caſu noſtro quamuis hæc bona fuiſ-
ſent domanialia dictæ Baroniæ Palmæ,quod negatur,
quia non conſtat de originali conceſſione , ſed da-
to quod conſtaret , ex quo ſunt conceſſa in cenſum,
10 non expreſſo *in feudum*,effecta ſunt bona burgenſati-
ca reddititia feudo Baroniæ , vt tradit Camer. *in cap.*
*Imperialem, fol.*39. *in art.an bona domanialia conceſſa*
in cenſum,ſicut bona burgenſatica,vel feudalia. vbi di-
ſtinguit , aut ſunt conceſſa in cenſum, non dicto *in*
feudum,vel reſeruata fidelitate;& tunc ſunt burgenſa-
tica; Si verò ſunt conceſſa in feudum , vel reſeruata
fidelitate pro alio cenſu , vel reddito,tunc ſunt feu-
dalia.
11 Et hoc quando conſtat de conceſſione originali;
Vbi verò non conſtat de originali conceſſione,ſed ſo-
lùm conſtat eſſe redditiciam feudo Baroniæ,tunc ſem-
per præſumitur burgenſatica , vt Affl.*dict.deciſ.* 129.
& Capyc. *deciſ.*103. refert, & ſequitur Reg.de Ponte
de poteſt. Proreg.tit.de elect.officialium,§.4.numer.4 &
13. quos ſequitur.Addit. ad Regentem Lanarium *in*
*c.*1. *num.*171.*&* 152. *de his qui feud.dare poſſ.*& ego
ipſe controuerſia forenſi 29. *num.* 7. *&* 9. etiam ſi in
alienatione horum bonorum redditiciorum , Baro cui
præſtatur redditus,eſſet ſolitus præſtare aſſenſum:nam
ſigna indicantia qualitatem feudalem , ſunt Adoha,
12 Releuium,& Iuramentum fidelitatis: nam aſſenſus in
alienatione, præſtatur etiam in re emphyteutica, vt *in*
13 *leg.fin. Cod. de iure emphyt.* & merito non eſt ſuffi-
ciens ad probandam qualitatem feudalem , vt plenè
demonſtraui ego ipſe *in tract.de regalibus,in verbo.po-*
teſtas conſtituendorum magiſtratuum ad iuſtitiam,num.
24.*fol.* 143. nam qualitas hæc feudalis eſt tam grauis
& oneroſa , vt etiam in Regalibus conceſſis debeat
exprimi, aliàs non dicetur conceſſa ſub natura feudi,
*ex tex.in cap.*1.*de feudo Marchiæ , in verſic.de Mar-*
chia ſi quis beneſtitus ſit per beneficium: dicit , *per be-*
neficium , quia exprimenda eſt qualitas hæc feudalis.
Iacobus de Gello *in tract.de Adoha,num.*68.
Nec obſtant in contrarium allegata,quod redditus, 14
ſiue ius exigendi redditum , ſiue cenſum,quod habet
Baro,vel Baro,eſt ius feudale penes Baronem,vt Iſern.
in dict. conſtit. conſtitutionem diuæ memoriæ , in verbo
tranſactionis,& Camer.*dict.fol.*39.*lit. S.* nam reſpon-
detur quod in iure feudorum datur hæc concluſio,bo-
na quæ præſtant redditum eſſe penes poſſeſſores red-
dentes ſub vna qualitate non feudali , & redditus ip-
ſe, qui præſtatur Baroni , eſt ſub natura feudi , vt pars
feudi penes Baronem exigentem redditum : probatur,
dico,*in c.*1.*tit. quid iuris ſit, ſi poſt alienationẽ feudi,in*
vſibus feud. docuit Montanus *in dict. controu.* 29. ex
Paride de Puteo, Luca de penna , & Reg. de Ponte
in d.§. 4.*n.*4.*&* 13.& hodie inter Baronem Palmæ,&
dictum Clericum Nicolaum de Minichino non eſt
quæſtio de reddito debito Baronali Curiæ , nec eſt
quæſtio inter eos, ſi dictæ res redditiciæ poſſunt alie-
nari ſine aſſenſu Baronis , ſed quæſtio propoſita eſt,
quod dictæ res redditiciæ ſunt apertæ Baronali Curiæ
ob lineam finitam , cùm prætendat . Barones præde-
ceſſores dictæ terræ Palmæ ſolitos fuiſſe facere con-
ceſſiones pro accipiente , & eius hæredibus legitime
deſcendentibus ex corpore; & in hoc eſt etiam vana 15
ſua prætenſio , quia talis conceſſio dicta forma non
præſumitur,etiam quod probetur quod Barones ſic ſo-
liti ſunt facere conceſſiones, vt tradit Andr. de Iſern.
*in cap.*1.*§.huius autem generis,ex quibus cauſis amitta-*
tur, & *in conſtit. vt de ſucceſſionibus , in verbo fratres*
ex vtroque parente, & ſequitur Luc.de Pen. *dict. leg.*
*vnic col.*7.*C.de imponẽda lucratiua deſcriptione,lib.*10.
Sed illa forma præſumitur,prout eſt iuris cõmunis,vel
Regni, ſcilicet pro ſe & hæredibus, quo caſu quando 16
eſt facta conceſſio à Barone pro ſe, & hæredibus de re
domaniali,ſiue ſit facta in cenſũ,ſiue in emphyteuſim,
in dicta re ſic conceſſa, ſuccedunt tam deſcendentes,
quam aſcendentes & collaterales agnati,prout de iure
cõmuni Romanorũ ſuccedere poſſunt in bonis bur-
genſaticis,vt eſt conſt. Regni *ſi quando,§. & ſi contin-*
gerit,de hominibus honor. poſſ.terr. domanij , vt dicunt
Andr.de Iſern.*in cap.*1.*num.*16.*de natur.ſucceſſ.feudi,*
Gloſ.*in conſtit.vt de ſucceſſionibus,in verbo,in omnibus.*
Luc.de Penna *d.l.vnica,*10.*col.de imponenda lucratiua*
deſcriptione, & Camer. *dict.cap. imperialem,fol.*41. *de*
prohib.feud.alienat. per Federic. & in hoc eſt ſolemnis
deciſio Sacri Regij Conſilij iunctis Aulis, de qua per
Reg. Rouit. *in deciſ.*42.*n.*17.à quo numero ſubtiliter
expendit gloſ.*in conſtit. Vt de ſucceſſionibus*, & omnes
Doctores ad illius interpretationẽ, & *ſub n.*25. dat ra-
tionem huius concluſionis , quod hæc bona redditicia
feudo, non ſunt iure feudi , ſed iure burgenſaticorum 17
penes poſſeſſores , licèt reſpectu Baronis ille redditus
ſit feudalis, & poſt relatam deciſionem *ſub n.* 31. di-
ſtinguit quatuor ſpecies bonorum feudalium *in col.*
penult.in verſ. Addo, quod longè poſt hanc cauſam : &
in quarta ſpecie ponit bona hæc redditicia feudo, quæ
non dantur ſub fidelitate, ſed ſub reddito pecuniæ.
Quæ bona licèt ſint de feudo , non tamen penes poſ-
ſeſſores reddentes ſunt feuda , quia poſſeſſores non
præſtant fidelitatem , quæ eſt eſſentia feudi.
Hinc ad præſentem articulum remiſſionis ad Iudi- 18
cem

cem Eccleſiaſticum, vt dum Baro conuenit clericum Nicolaum Minichino poſſeſſorem bonorum redditiтiorum feudo Palmæ in annua pecunia, pro quibus bonis dictus poſſeſſor non iurat fidelitatem, ſed redditum pecuniæ tantùm præſtat, nec conſtat de conceſſione dictorum bonorum, abſque dubio bona hæc non ſunt feuda, & proinde dum Baro eſt actor, & poſſeſſor conuétus eſt clericus beneficiatus, habet cõuentus poſſeſſor intentionẽ ſuam fũdatam in exceptione remiſſionis oppoſita, & dũ Baro actor ad excludendam hanc exceptionem replicat, bona hæc eſſe feuda; hoc
19 eſt fundamentum ſuæ replicationis, & ideò ab ipſo eſt probandum eſſe feuda, ex communi regula à Bar. tradita *in leg. ſi fortè, ff. de caſtrenſ. peculio* & ideò in præallegato *cap. Cæterum, extr. de Iudiciis*, dicit Summus Pontifex, quia in eos, quos, ab Eccleſia tua conſtat poſſeſſores tenere in feudum. Cùm ergo, in noſtra facti ſpecie non demonſtrat Baro, poſſeſſorem Clericũ Minichinum tenere in feudum bona hæc, non eſt locus diſpoſitioni *d. cap. cæterum.* cum aliis concordantibus; ſed ſtamus regulæ, vt Actor ſequatur forum Rei conuenti, *cap. cum ſit generale, extr. de foro comp.*
20 Et ideò ſpero decernendum remittendam eſſe cauſam ad Iudicem Eccleſiaſticum.

Horatius Montanus.

SVMMARIVM.

1 *Creditori agenti via executiua pro annuis redditibus poſſeſſorium habenti vtrum obſtet exceptio redditionis computorum, nondum completa.*

2 *Redditionis computorum exceptio illiquida eſt, vſque ad num. 3.*

4 *Compenſatio, vel retentio pro liquido non impeditur per illiquidum.*

5 *Matri agenti pro dote, an poſſit obſtare exceptio computorum redditionis tutelæ.*

6 *Textus* in lege vnica §. taceat. Cod. de rei vxoriæ actione, *explicatur.*

7 *Renunciatio dict.* §. taceat, *quid noceat mulieri.*

8 *Tutori cuicumque proprium creditum liquidum poſtulanti, non poteſt opponi exceptio redditionis computorum, quia illiquida.*

9 *Tutori opponitur redditionis exceptio, ſi liquido conſtet debitorem eſſe.*

10 *Fraudes plures darentur ſi contrarium diceremus, & quare.*

11 *Satisfacio tutoris quomodo ex libris rationum probetur.*

12 *Debitum illiquidum, quale ſit.*

13 *Retentio non datur aduerſus legatum vitæ, & militiæ, vel alimentorum.*

14 *Compenſatio non admittitur pro impedienda via exequutiua.*

15 *Tutoris præſumpta ſatisfactio quomodo arguatur.*

16 *Satisfactionis præſumptio præſentatis computis, qualiter colligatur.*

17 *Tutoris ſatisfactio de bonis pupilli quando arguatur, vſque ad num. 18.*

19 *Nullitate pendente contractus cenſuarij, ſolutio tertiarum non impeditur.*

12 *Manutentio, vt concedatur non requirit iuſtitiam cauſæ.*

21 *Deciſio de Franchis 641. declaratur, vſque ad finem.*

ARGVMENTVM.

Exceptio redditionis computorum, an obſtet Tutori in iudicio comparenti, & petenti, vt à pupillo, maiore iam effecto, ſibi ſoluantur annui redditus, quos *tertias* in Regno appellamus, ipſi olim Tutori debiti, & in quorum exactionis poſſeſſione reperitur. Matri filiorum tutrici pro ſuæ dotis receptione agenti, an obſtet exceptio redditionis computorum, & de aliis ad ornatum text. *in leg. vnica, §. taceat, Cod. de rei vxor. action.*

ALLEGATIO CXXIII.

CVM petierint in S. R. C. D. Carolus Cajetanus, & Illuſtriſ. Ducilla Laurenzani manuteneri in poſſeſſione exigendi annuos redditus ſibi debitos ab Ill. Duce Laurenzani, ac ſibi ſatisfieri de quantitatibus decurſis; cumque de eorum credito, & poſſeſſione exigendi conſtet ex facto, nec dubitetur, quod pro eis competat via exequutiua. Vnus remanet de iure diſputandus articulus, an ſcilicet obſtet illis exceptio redditionis computorum, nondum completæ, in qua Pars totam ferè ſuæ defenſionis vim conſtituit. Nos verò illam non obſtare breuiter demonſtrabimus. 1

Et certè vt verum fatear, nunquam adduci potui, vt 2 exiſtimarem, poſſe ſub prætextu redditionis computorum impediri tutori conſecutionem ſui crediti, vbi illud liquidum ſit, & viam exequutiuam habeat; & à tutela, vel adminiſtratione nullo modo dependeat: Etenim ſi rem ad terminos iuris, ſecundum quos omnis controuerſia rectè deciditur, reducere volumus, vtique dubitari non poteſt, quin prætenſio redditionis computorum certum creditum nullo modo contineat, cùm enim aliud non ſit, niſi accepti, & expenſi calculatio, incertum ſemper habet exitum, & quouſque computa ad plenum non diſcutiuntur, ſciri non poteſt, quiſnam creditor ſit futurus, tutor, an pupillus; ideoque actio ad factum eſt, licèt poſſit poſtea in præſtationem quantitatis reſolui, ad tex. *in l. cum ſeruus* 80. *D. de condit. & demonſtr.* Vnde omnino eſt illiquida, vt communiter DD. ſcribunt, Alex. *conſ.* 192. *n.* 2. *lib.* 7. Cra- 3
uett. *conſ.* 271. per diſcurſum. Roland. *conſ.* 17. *n.* 3. & 4. *lib.* 4. Surd. *conſ.* 299. *num.* Neguſ. *de pignor. part.* 5. *memb.*

*memb.1.n.47.*Caſtill.*deciſ.Sicil.32.in addit. verſ. Sed hac intellige:lib.1.* Gratian.*diſcept.for.cap.641.n.23.*& alij paſſim,ſi igitur illiquida eſt,altioremq;requirit indaginem,imò adeò incerta, vt poſſit in exitu pupillus potius debitor,quam creditor remanere, quonam pacto erit dicendum,vt hoc prætextu poſſit tutori conſequutio proprij crediti liquidi,& exequutini impedi-
4 ri. Notum enim eſt in iure,exactionem crediti liquidi per oppoſitionem illiquidi,& incerti, nullo modo retardari,neq;per viam compenſationis,neque per viam retentionis *l.ſtatuliber rationem,D. de ſtatuliber.l.fin. Cod.de compenſat.*Negul.*de pignor.memb.1.n.37.*Surd.*dec.184.n.4.5.& 6.& n.11.*Turrett.*conſ.60.n.20.vol.1.*Anna *alleg.136.n.2.& ſeq.& n.17.*poſt Affl.*in conſtit. Conſtitut.diua mem n.50.*& alios,Theſ. *quaſt.for.lib.2 q.96.n. 12.*poſt alios innumeros Carleu.*de iud.lib.1.diſp.15.n.2.col.2.*Quia ſicuti non datur compenſatio de illiquido ad liquidum,ex *l.fin.de compenſat.*ita pro credito illiquido,& incerto,non poteſt dari liquidi retenſio,DD.ſupracitati, præſertim Neguſ. Affl.Ann. & Turrett. & præter eos Surd.*dec.48.* Ludouiſ.*deciſ.254.*Zacchia *de obligat.*Camer.*deciſ.130.n.8.*Pacificus *de Salu.interd.inſpect.4.c.1.n.224.*Chriſtof.Matt.*exam.56.n.6.* & alij paſſim.

5 Hinc DD diſputantes hunc articulum in caſu matris filiorum tutricis, an ei dotes repetenti obſtet exceptio computorum,in qua ſpecie fere omnes loquuntur,qui de hac re ſcribunt,paucis exceptis, quos infra referemus,communiter concludunt nullo modo eam obſtare,reprobato Socino *in conſ.126.lib.1.& 180.lib.2.* & quibuſdam aliis contrarium ſentientibus, ita Caualcan. *de tutor & curat.num.219.& 220.*Guttier.*de tut.p.1.cap.9.n.52.* Eſcobar.*ratiocin. cap.21.num.27. & ſeqq.*Neguſant.*de pignor.p.5.memb.1.num.45. & 46.* Viuius *deciſ.317.num.1.& 2.*Caſtill.*deciſ. Sicil.32.n.*.Maſtrill.*deciſ.Sicilia 189.num.11.& 12.*Intrigl.*deciſ.5.num.4.*Put.*dec.146.in fine.lib.1.in 1.dub.* Franch.*deciſ.642.* Theſ.Iun. *quaſt.forenſ.lib.1.q.78.* Peregr. *conſil.100.lib.1.* Reg.Galeota *controu.60.lib.2.num.21.* Cancer.*var.reſ.tit.de tut.num.113.* Thom.*de tut.& curat.tract.10.tit.41. in 6.ampliat. num.39.* Hermoſill.ad Greg.Lopez *l.2.p.5.gloſ.3.& 4.num.78.* Vrſill. *in concluſ.legal.tom.1.concl.56.num.75. & ſeq.* Andreol.*contr.187.num.7.& ſeq.lib.1.*Neque dicas id eſſe ſpeciale fauore dotis, aduerſus quam retentio non admittitur,ex tex.*in §.taceat.l.vnica.Codic.de rei vxor.*
6 *action.*Etenim DD.ſupracitati non ſe fundant in ſpecialitate fauore dotis, ſed in ratione à nobis ſuperius adducta, nempe quia cum creditum dotis liquidum ſit; non poteſt prætextu exceptionis redditionis computorum, quæ nedum illiquida eſt, ſed creditum non continet,nec retineri,nec eius actio impediri,vt patet ex Neguſ.*d.p.5.memb.1.num.47.verſ.ex quo etiam infertur.* Vbi ait: *Ex quo etiam infertur,quod cum debitum dicta tutela non ſit liquidum, ſed incertum, donec tutela ratio integre non ſit reuiſa, quod pro ea non debet dari retentio, quæ eſt quadam compenſatio; compenſatio autem de illiquido ad liquidum non admittitur?*Clariùs explicat Caualc.*de tutor.& curat.n.219.*ſequitur Guttier *d.p.1.c.9.n.52.*Eſcobar.*de ratiocin.d.cap.21.num.29.verſ.Secundò quia.& in fine d.n.29. verſ. Et ratio ſupraſcripta concluſ.*Caſtill.*d.deciſ. Sicilia 32.tom.1.in addit.verſ.Sed hac intellige,*Maſtrill.*d.deciſ.189.num.6.& 20.verſ.Et ratio ſupraſcripta concluſ.*Theſ.Iunior *in d.q.18.lib.2.num.4.* Peregr.*d.conſ.100. lib. 1. ante num.2.verſ.Et per rationem.*Turret.*conſ.92.num.7.lib.2.*Reg.Galeota *d.controu.60.lib.2.num.9 & 24.* Hermoſill. *loc.ſup.cit.num.80.* adeò, vt voluerint ii DD.
7 Vt licèt mulier renunciauerit diſpoſitioni, §. *taceat,* per renunciationem omni legum auxilio, non propterea detur aduerſus dotem retentio prætextu computorum,niſi appareat liquida debitrix occaſione adminiſtrationis. Caſtill.*cit.deciſ.32.in addit.verſ.Sed hoc intellige.*Hermoſill. *loc.ſupracit.* Andreol. *d.controu.187.num.8.* & è contra.Vbi debitum matris occaſione adminiſtrationis eſſet liquidum,dari aduerſus dotem retentionem, in nihilo refragante tex.*in d.§.taceat,* docent Theſ.*d.q.28.num.4.lib.2.* Maſtrill. *d.deciſ.189.num.* Caſtill.*d.deciſ.32.in addit.* & alij ex ſupraſcriptis.Idcirco tota vis non in priuilegio dotis, ſed in liquiditate, vel illiquiditate crediti,quod ex adminiſtratione reſultat,conſiſtit.

Ideòque Caluac. in terminis noſtris *d. tract.de tut. & curat. num.219.* expreſſim agit nedum de matre tutrice dotes petente,ſed de quolibet alio tutore proprium creditum poſtulante,& negat ei poſſe retentionem opponi prætextu rationis non redditæ,vbi tutoris creditum liquidum ſit;creditum verò minoris illiquidum, ſecus autem ſi creditum minoris eſſet liquidum: idem latiſſimè probat Fabius Turret. *conſ.60.lib.1.n.14.& ſeqq.*vbi alios refert,ſequitur Vrſill. *in concl. legal.lib.1.concl.59.num.73.& 74.* vbi affert Seraphin. *deciſ.1214,in fin.*idem ſcribit Andreol. *cit. controuerſia 187.num.6.& ſeqq.* Vt proindè hæc ſententia omninò,& verior ſit,& communis,imò nec contradictorem habeat. 8

Etenim omnes ferè DD.qui ſcribunt tutori petenti 9
ſuum creditum obſtare retentionem ob rationem adminiſtrationis,adhuc non diſcuſſam, certè hanc propoſitionem non indiſtinctè,& generaliter probant,ſed ſecundùm ſuperiorem diſtinctionem, vt nempè id locum habeat,vbi liquido conſtat, tutorem occaſione adminiſtrationis debitorem eſſe:Gratian.*diſcep.129.n.40.cum ſeqq & deciſ.129.num.*[illegible] Decian.*conſ.94.num.15.& 22.lib.1.*Io.Andr.de Georgio *allegat.36 num.1.* Theſ.*d.q.28.lib.2.num.4.* Vel in aliis caſibus particularibus locuti ſunt, putà ſi tutor doloſè verſatus eſt in adminiſtratione,quia ſcilicet inuentarium non confecit,vt ſcribit Cancer.*var.reſol.lib.1.cap.7.numer.117.* Vel ſi iuxta poſita per ipſum in computis debitor appareat,vt notat Intrigl.*deciſ 5.n.39.& 40.*Vel vbi rationes reddere contumaciter recuſaret: vt aſſerit Hermoſill.ad Greg.Lopez *cit.tit.* [illegible] *p.5.gloſ.3.num.8.*

Extra verò hos caſus vbi tutor non apparet liqui- 10
dus debitor, imò iuxta poſita in libris computorum potius apparet creditor, nec dolum in adminiſtrando commiſit,nec recuſat rationem reddere;imò computis præſentatis diſcuſſioni incumbit,nemo ſani capitis dixerit illi poſſe impediri proprij crediti liquidi exactionem,& certè ſi hoc admitteremus:ô quam latam aperiremus fraudibus, & dilationibus viam.Pupilli enim ne quod tutoribus debent exoluerent, continuò computorum exceptionem obiicerent,non vt illorum redditionem exigerent,ſed potiùs vt eorum diſcuſſionem in æternum protelarent:difficultates, vt plurimùm cauilloſas proponétes,ſecuri interim ſe non poſſe à tutoribus,etiam pro eorum liquidis creditis moleſtari, ita perfecto vano rationum prætextu,in quarum exitu pupilli plerumq;debitores apparebunt,vera interim tutorum credita eludent; id verò quam indignum ſit, & quam Reipublicæ pernicioſum,nemo nó videt publicum, & neceſſarium eſt tutorum officium,at ſi quæ diximus permittantur, quis illud cum tanto propriæ ſubſtantiæ determinato exercere volet?neq; dicas præſumi ſemper tutorem ſibi ſatisfeciſſe ex bonis, ſeu pecuniis,ad eum peruentis,ideóque donec per diſcuſſionem rationum non appareat ſibi non ſoluiſſe,non poterit creditor id petere, nam vt bene aduertit Caualc.
de tutor.& curat.n.181.& poſt ipſum Intrigl *d.dec.Si-*
*cilia.5.n.39.& 40.*Hæc præſúptio locũ non habet, vbi 11
ex lectura partitarum deſcriptarũ in libris computorũ introitus,& exitus appareat,tutorẽ ſibi nó ſatisfeciſſe.

Ex

Ex his,quæ hactenus diximus iam patet,quid in noſtra ſpecie ſtatuendum ſit,nam cùm in ea D. Carolus & Duciſſa Laurentianæ, nedum non appareant debitores ex computis præſentatis, ſed creditores in maxima pecuniarum quantitate, nec in iis legatur ſibi ſatisfeciſſe,nec fuerint cõtumaces in rationibus reddendis,cum computa præſentauerint, vtique non poteſt eis, prætextu computorũ impediri exactio quantitatũ, quæ eis liquido debentur; imò verò quoad ipſos debet haberi ratio computorum pro reddita; cum libros præſentauerint, *ad tradita per Ceph. conſ.* 8. *lib.* 1. Et profectò licèt dici poſſet debere impediri tutori exactionem crediti,ex quo computa non reddit, non tamen videtur dici poſſe eodem modo debere impediri, ex quo computa præſentata non ſunt diſcuſſa, quando per tutorem non ſtat vt diſcutiamus.Tunc enim quoad eum pro diſcuſſis haberi debent, ad text. *in l.iure ciuili,D de condit.& demonſtr.*

12 Cæterum,vt omni ex parte cauſam noſtram in tuto collocemus,aduertimus quod quando ſuperior opinio à nobis firmata difficultatem pateretur,generaliter accepta,& poſſet tutori opponi retentio occaſione rationis nedum diſcuſsæ, nihilominus in noſtra cauſa id locum habere non poſſet, tum ex qualitate,& natura crediti,quod petitur,tum etiam ex particularibus facti circumſtantiis.

13 Ex natura,& qualitate crediti,quod petitur,& quidem reſpectu D. Caroli,quia ipſius creditum dependet ex legato paterno illi facto pro vita militia, quæ idem importat,ac alimenta, vt legitur in teſtamento D. Franciſci ſenioris *fol.66. lit. B.* & propriè *fol. 67.* ſigno Crucis, quo caſu militat eadem ratio, quæ in dote, vt ſicut aduerſus dotem retentio prætextu computorum opponi non poteſt ex receptiſſima omnium DD. ſententia,ita,& aduerſus hoc legatum vitæ militiæ,ſeu alimentorum; ita in legato alimentorum tenet Reg Galeota *contr.*60.*lib.* 2. *n.* 15. qui in fortioribus terminis loquitur vbi vir vxori alimenta legauerat, quæ certè non merentur tantam prærogatiuam, ſicut legatum factum à patre filio, & facit euidens ratio, quia à dote argumentum licitum eſt ad alimenta, & eadem priuilegia vtrique competunt,vti tradunt communiter DD. poſt *gloſ.in l.ob as,de præd.minor.* Iaſ. *in l. cum his,§.ſi mulier,num.* 1.*ff.de condit. indeb.* Ruin. *conſ.*94 latè poſt alios Tiraquell.*de primog.q.*62. *num.* 4.& *in tract.de priuil.piæ cauſæ,in præfat.n.*39.

14 Reſpectu verò Dominæ Duciſſæ,cum ipſius credita dependeant ex contractibus annuorum introituum, vtique dum pro tertiis decurſis agit via executiua,certè nulla exceptio opponi poteſt,niſi realis ſolutionis,vt *in Pragm.*1.*de cenſibus* , §. 5. vbi prohibentur omnes aliæ exceptiones præterquam realis ſolutionis, itaut nec cõpenſatio admitti poſſit.Caſtill.qui ita ſẽper ſeruatum vidiſſe ait *dec.*118.*in fin.*Craſſ.*except.*16.*n.*4.Immò ſolutionis exceptio opponitur tunc demùm,vbi de ea conſtat per publica documenta.Ideóque præſumpta ſolutio non admittitur.Petr.de Gregor. *tract. de cenſibus q.*9.*n.*8.& ibi Maſtrill.*in addit.* vbi alios affert.

15 Rurſus vt diximus,ceſſat hæc oppoſitio in caſu noſtro ex particularibus facti circumſtantiis. Etenim omnes illi DD. qui ſcribunt poſſe opponi retentionem tutori,donec rationes reddiderit, illud in eo fundant, quia, ſcilicet, præſumitur tutorem ſibi ſoluiſſe, ideoque donec per diſcutionem rationum non conſtet ſibi non ſatisfeciſſe, non poterit creditum petere, ita Gratian. *deciſ.*79.*num.*2.Maſtrill.*deciſ.*189.*num.*2. Ludou.Sacca *conſil.*61.*n.*2. Io.Andr. de Georg. *alleg.* 36.*n.*6.& alij.

16 Hæc autem præſumptio ad cauſam noſtram nullo modo poteſt amplicari. Primò, quia iam ſunt præſentata computata baliatus,& inter alias partitas exitus in eis deſcriptas non leguntur partitæ aliquæ, quæ contineant ſatisfactionem capitalium debitorum tam Dominæ Duciſſæ, quam D. Carolo, nec ſimiliter in eis legitur ſatisfactio illarum tertiarum, quas in comparitionibus petunt, ſed benè aliarum tertiarum antea decurſarum, ergo ceſſat præſumptio ſatisfactionis, vt benè obſeruat Caualcan. *de tutore,& cur.num.*181.& Intrigliol.*deciſ.Sicil.*5. *num.* 39. & 40. & certè ſicuti tutores poſuerunt in exitu eas partitas,quas verè exegerunt;ita etiam poſuiſſent alias ſi exegiſſent:alioquin ſi pecuniam pupillarem in proprios vſus conuertiſſent, nec in exitu eam poſuiſſent, furtum commiſiſſent,quod non eſt præſumendum, &c.

Secundò quia eſt omnino impoſſibile,vt potuerint tam D.Carolus,quam Domina Duciſſa ſibi ſoluere,& quidem,quod attinet ad Dominam Duciſſam non potuit ſibi ſatisfeciſſe de his creditis, quæ nunc petit in Baliatu quondam Ducis Alphonſi,quia tunc nondum acquiſiuerat credita,de quibus agimus,quæ omnia,acquiſiuit poſt baliatum prædictum,nec etiam in baliatu,quondam Ducis D.Franciſci,quia ſimiliter eo tempore nondum acquiſiuerat credicta prædita, niſi tantùm creditum annuorum ducatorum 815. pro ſorte ducatorum...... vigore inſtrumenti initi cum Duce Alphonſo in anno 1628. reliqua enim credita acquiſiuit partim in fine Baliatus Ducis D.Franciſci,nempe in anno 1652. & partim in fine Baliatus hodierni Dom. Ducis D.Antonij, nempe in anno 1654. & 1655. ideóque difficultas reducitur ad Baliatum D. Antonij, tam à Domina Duciſſa, quam à D. Carolo adminiſtrati.Hic autem baliatus durauit tantum duobus annis, & octo menſibus, & tamen capitalia debita tam D. Carolo, quàm Dominæ Duciſſæ excedunt sũmam ducatorum 48000. ideóq;impoſſibile eſt tam breui tempore potuiſſe ex introitibus facultatum, quas adminiſtrabant ſibi ſoluere, & onera neceſſaria domus ſuſtinere; non enim pars prætendit, nec prætendere poteſt D. Duciſſam, vel D. Carolum occupaſſe aliquod corpus patrimonij, ſed tantùm ex redditibus ſibi ſatisfeciſſe, quod tam breui tempore impoſſibile eſt,vt ſupra diximus, & prætereà creditum D. Caroli annuorum duc. 800. vitalitium non habet capitale,ideóque in eo non poteſt conſiderari præſumptio ſatisfactionis.

17 Tertiò,& melius, quid egemus præſumptione, vbi veritas eſt euidens?Tunc enim præſumunt DD. tutorem ſibi ſatisfeciſſe, quando conſtat,pecunias adfuiſſe in hæreditate, ex quibus ſibi potuerit ſatisfacere. In noſtra verò ſpecie apparet euidenter,illas non adfuiſſe, cùm redditus annui, qui ſunt in patrimonio deductis expenſis neceſſariis,ac deductis oneribus annuorum introituum, qui creditoribus domus debentur, vix ſufficiant ad domus dignitatem cum debito ſplendore ſuſtentandam,imò prorſus non ſufficiunt, vt in nota particulari,quæ ſeparatim datur,ideóque coacta fuit Domina Duciſſa omnes redditus propriæ facultatis quot annis pro ſeruitio domus expendere, imò etiam capitalia propria pro hac cauſa erogare, & ſimiliter etiam D. Carolus fuit coactus expendere de proprio pro ſeruitio domus; ideóque remanent creditores occaſione adminiſtrationis in maximis quantitatibus, vt ſimiliter in eadem nota, quæ ſeparatim datur, apparet:tantùm igitur abeſt,vt potuerint ſibi ſatisfacere de creditis, vt potius coacti fuerint noua credita contrahere.

18 Et tandem aduerto,quod hodie, nec Duciſſa, nec D.Carolus petunt ſatisfactionem capitalium, ſed tantummodo tertiarum, decurſarum,& quidẽ pro maiori parte poſt finitum Baliatum in menſe Martij 1656. Ideóque non video quænam difficultas adeſſe poſſit; remanent enim capitalia in poſſe D.Ducis,ideóq;ſatis eſt

eſt ei cautum, vbi fortè in diſcuſſione computorum remaneret creditor, quod certe nullo modo erit; & rurſus ſi tertiæ petitæ pro maiori parte decurſæ ſunt poſt Baliatum finitum, ceſſat in eis præſumptio latiſfactionis, præterquam quod eſt abſolutum, ſolutionem tertiarum lite pendente, nedum ſuper præſumpta ſatisfactione, ſed etiam ſuper nullitate contractus nullo modo debere impediri; ad tradita per
19 Giurb. *deciſ.* 100. & Dom. Conſil. Staban. *reſol.* 189. *in princ.* qui cæteros afferunt. Et DD. omnes qui forte ſcripſerunt impediri tutori exactionem crediti ob computa nondum reddita, loquuntur quando tutor vult exigere capitalia, non autem quando petit manutentionem in quaſi poſſeſſione exigendi tertias, in qua reperitur; nemo enim ex Doctoribus dixit vnquam, quod tutor qui eſt in quaſi poſſeſſione exigendi tertias, tam ante tutelam, quam ea durante, debeat, poſtea hanc quaſi poſſeſſioné amittetere durante redditione computorum, quando per eum non ſtat, quin computa diſcutiantur; nec id dicere poſſunt; nam in hoc iudicio manutentionis ſufficit ſola exigendi poſſeſſio, & nullo modo inquiritur de iuſtitia cauſæ, nec retardatur manutentio per quaſcumque exceptiones, quę reſpiciant petitorium,
20 ſeu cauſam principalem, vt latè poſt innumeros ab eo relatos, probat Poſtius *in tractat. de mandato de manutent. obſeruatione* 42. *per totam*, præſertim, *numero primo & ſequentibus, numero* 13. *& ſequentib. n.* 44 *& ſeq. n.* 84. *& ſeq.* Etiamſi eſſet exceptio ſimulationis, vel ſolutionis: idem Poſtius *obſeru.* 63. Vel eſſet exceptio extinctionis crediti, vel compenſationis; idem Poſtius *obſeru.* 64. *&* 66. omninò videndus.
21 Ex his reſpondetur ad deciſionem Domini de Franch. 642. in qua fuit denegata exactio intereſſe dotis ob exceptioné computorum nondum redditorũ; non enim poteſt ad cauſam noſtrã applicari. Primò, quia ibi tractabatur de exactione intereſſe debiti occaſione moræ, & ſic illiquidi, quod erat liquidandum via ordinaria, vt patet *ſub n.* 4. *in fin. verſ. Addebat vnus ex Dominis.* Nos autem tractamus de
22 exactione tertiarum liquidarum debitarum vigore publici inſtrumenti cum pactis executiuis, & cum poſſeſſione exigendi, aduerſus quas nulla poteſt exceptio admitti, niſi realis ſolutionis.

Secundò, quia in illa deciſione mulier, quæ petebat intereſſe paſſa fuerat procedi per multos actus ad diſcuſſionem computorum, ideòque ſibi præiudicauerat, vt patet *in ead. deciſ. num.* 3. *in fine verſ. Et dum in cauſa liquidationis computorum, &c.* & hoc fuit præcipuum motiuum illius deciſionis, vt patet *n.* 4. *verſ. Dicebant tres ex Dominis*, & rurſus *in fine deciſ. verſ. Nec procurata liquidatio*, quod in caſu noſtro non eſt.

Tertiò, quia in illa deciſione ſoluebatur capitale dotium mulieri, ideòque pupillus remanebat abſque cautela reſpectu computorum, nil mirum, ſi fuit ſaltem ſuſpenſa ſolutio intereſſe, hic verò capitalia remanent in poſſe Domini Ducis.

Quartò, quia ibi apparebat adfuiſſe in hæreditate bona, & pecuniam, ex qua ſibi ſoluere poterat, vt *num.* 5. *verſ. & apparebat.* hic contrarium patet.

Quintò, quia ibi agebatur de intereſſe prætenſo durante adminiſtratione, hic autem agitur de tertiis decurſis pro maiori parte poſt finitam adminiſtrationem.

Sextò, quia ibi mulier iam exegerat capitale dotis, quo poterat ſuis neceſſitatibus conſulere, hìc verò capitalia ſunt in poſſe Ducis, ideòque ſi tertiæ etiam impediuntur, neque Duciſſa, neque D. Carolus habebunt vnde viuant.

Et tandem non eſt exemplis iudicandum, quo etiam modo reſpondetur ad exemplum cauſæ Antonij Catalani, præterquam quod ea cauſa alias habuit inſpectiones in facto, quæ in noſtra non militant, præſertim, quia ibi creditum Antonij dependebat ex variis partitis illiquidis contentis in quadam relatione, pro quibus opus erat iudicio ordinario, vt patet ex proceſſu illius cauſæ, & colligitur ex comparitione præſentata per partem, *fol...*

Et ex his liquidò patet, nullo modo poſſe ſub prætextu diſcuſſionis computorum impediri Dom. Duciſſæ, & D. Carolo exactionem tertiarum, & ita iuris eſſe cenſeo ſub cenſura. Neapoli. die 12. Iulij 1657.

Ioſeph de Roſa.

SVMMARIVM.

1 *Facti Series proponitur, de qua hic.*
2 *Ritus* 220. *quod pro contumace nemo loquatur conformis eſt iuri communi.*
3 *Grammatici votum* 18. numero 19. *cautelam dans Aduocato Rei, adducitur.*
4 *Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ* 269. *Procuratorem negans admitti ad cauſam criminalem, niſi pro certis caſibus, explicatur.*
5 *Clerici non ligantur ſtatutis laicorum.*
6 *Clericatus exceptio poteſt opponi, non obſtante ſtatuto excluſiuo omnium exceptionum.*
7 *Ritus M.C.V.* 65. *&* 235. *declarantur, vſque ad num.* 10.
8 *Grammatici Conſilia* 1. *&* 18. *adducuntur ad propoſitum.*
12 *Clericus mulctatur à Iudice laico in expenſis ob contumaciam.*
13 *Contumacia eſt delictum, & quale.*
14 *Ioannis Baptiſtæ Lorreæ doctrina in allegatione fiſcali* 64. *numero* 11. *adducitur.*
15 *Clericatus Bullæ an, & quando per Procuratorem poſſunt præſentari.*
16 *Iudex laicus in Clericum quando habeat iuriſdictionem.*
17 *Barboſæ Doctrina* in leg. Titia, numero 29. & 31. ff. ſolut. matrim. *declaratur.*
18 *Terrerij obſeruatio* 173. *adducitur.*
19 *Iudex ſecularis non ſolùm cognoſcit de poſſeſſione Clericatus ſed etiam de titulo in Regno noſtro.*
20 *Ritus M.C.* 65. *adducitur.*

21 *Clericus purgare volens contumaciam qualiter admittatur.*

22 *Deciſio Regentis Sanfelicis 277. an fuerit reuocata.*

23 *Bullarum præſentatarum recognitio, qualiter facienda ſit.*

24 *Clericus citatus vt laicus comparere tenetur, & quando.*

25 *Bart. ſententia* in l. 3. ff. de iudiciis, *adducitur.*

26 *Titulus attenditur in beneficiis, & non poſſeſſio.*

27 *Mulcta ex præcepto nullo & ſtrangulato non debetur.*

ARGVMENTVM.

Citatus ſi quis fuerit abſque vlla ſpecialis cauſæ expreſſione, vt infra tot dies coram Iudice citante ſub certa pœna ſe præſentet, ſi non comparuit, ob quod contumax reputatus extitit, & ad pœnam in mandato contentam condemnatus, nùm eo demùm comparente per procuratorem ipſius citati Clericatum allegantem, & Bullas Beneficij, præſentantem, audiendus ille ſit, ſaltem ad finem vt pœnæ exactio impediatur. Statuto exiſtente excluſiuo omnium exceptionum, nùm cenſeatur excluſa exceptio Clericatus, cuius occaſione explicantur Ritus. Magnæ Curiæ Vicariæ, 65. 210. 235. & 269.

ALLEGATIO CXXIV.

1 POENALE præceptum abſque vlla ſpecialis cauſæ expreſſione diebus elapſis M.C.V. Fœlici Lubrano iniunxit, vt ſub pœna ducatorum decem mille infrà quindecim dies in d. M. C. ſe præſentare deberet, nuncius ab oppido Cilij, vbi Felix domicilium habet, reuerſus, domi mandatum prædictum denunciaſſe refert: elapſo termino prædicto, cùm accuſaretur vltima contumacia, Curia pro Tribunali ſedente, vt moris eſt Felicis abſentiam excuſator allegat, poſt rectam Curiam prima die iuridica Dominus Iudex Franciſcus Maria Pratus Commiſſarius abſentiam denegat, illum contumacem reputat, & ad pœnam ducatorum decem mille condemnat, eumque in libro Inferni deſcribi iubet; ſed eodem temporis momento excuſator reſcriptum S. R. M. de verbo faciendo præſentat, quod ab denegata abſentia legitimo iure obtinuerat, recipitur, priùs in plena Aula, & poſteà de illo nulla habetur ratio. Comparet tandem Procurator Fœlicis ſpeciale mandatum habens, & litteras Clericatus, & beneficij cùm actu poſſeſſionis, atteſtationem ſeruitij in diuinis, aliaſquè ſcripturas Clericatum confirmantes, ad impediendam mulctæ exactionem, qua coërceri nequit Clericus à ſeculari iuriſdictione omninò exemptus, exibet: recipiuntur illæ ad inſtructionem Domini Fiſci Patroni, & cauſæ Commiſſarij, à quo domi priùs recognitæ, referuntur pleniſſimè in Aula, & poſtremò, quamuis inſtructa ſatis fuiſſet Dominorum Iudicantium mens de Clericatu prædicto, decretum Magnæ Curiæ promulgat, *Comparente perſonaliter prouidebitur.* Appelat ab hoc decreto Procurator Clerici Fœlicis, & neſcio, quo iure appellationis reſcriptum illi denegatur.

Vrget intereà Fiſcus omni conatu pro pœna prædicta ducatorum decem mille contrà Clericum Fœlicem, & illius bona diſtrahere iam cœpit. Ad vos tandem Conſiliarij Ampliſſimi, Fœlicis Procurator fatigatus recurrit, vobis ſiquidem, Supremi Senatus reſcripto, prouiſio demandata eſt. 2

Examinemus ergo Magnæ Curiæ decretum, ſi comparente perſonaliter Clerico Fœlice prouidere intendit, procuratoremque audire recuſat propter vulgatam illam regulam ad Rit. Magnæ Curiæ 220. *pro contumace nemo loquatur*, conformem quoque iuri communi ad text. *in leg. ſed ſi per procuratorem, §. ait. Prætor*, iunct. gloſ. *in verſ. decreto, ff. ex quibus cauſ. maior.* & gloſ. *in leg. contumacia, in verſ. litis damno. ff. de re iud.* vt aduertit Carau. ibidem non benè ratiocinatur, quia, licèt per contumaciam fori exceptio declinatoria regulariter amittatur, per text. *in leg. de die, §. planè, ff. qui ſatiſd. cogant.* & *in capit. præterea*, vbi hoc notat Innocent. *extr. de dilat.* & docent Bald. *in leg. ſi quis ex conſenſu, 3. col. verſ. deindè, Cod. de Epiſcop. aud.* Afflict. *in deciſ. 133. & in Conſtit. Regn. pœnam eorum, numero nono.* Theſaur. *deciſ. 165. num. 2.* Franch. *deciſ. 417. num. 1.* Carauit. *in rit. 205. num. 4.* Ann. *ſingul.* 120. Foller. *pract. crim. rubr. banniantur, num.* 50. Nouar. *in prax. elect. for. tom. 1. ſect. 4 quæſtio. 22. num. 2.* nunquam tamen amittit illam Clericus, qui, quantumuis citatus, & reputatus contumax, ſemper poteſt fori declinatoriam opponere, Butr. *in capit. ſi diligenti, numero 14. de for. compet.* Ann. *dict. ſingul.* 120. Ioan. Grand. *de bell. exul. in prædicam pat. quæſt. 3. ſpecial. 97. in fin.* quia Clericis coram Iudice ſæculari non eſt licita comparitio, nec poſſibilis prorogatio *cap. ſi diligenti, de for. compet.* vnde contumaces dici non poſſunt: Nam contumaces non videntur, niſi qui cùm obedire deberent, non obſequuntur, ideſt qui ad iuriſdictionem eius, cui negant obſequi, pertinent, ita reſpondet Iuriſ. Conſ. Hermogenianus in *l. contumacia. ff. de re iud.* nec latitare videtur, qui præſens ſuſcipere iudicium non compellitur, *l. non videtur, ff. de iud.* hinc docuit Bart. *in leg. 2. ff. ſi quis in ius vocat. non ier.* quòd citatus à Iudice omninò incompetenti, non obſtante, quòd fuerit reputatus contumax, poteſt ſemper fori declinatoriam opponere, cui adſtipulantur Fol. *in pract. crim. rub. banniantur, n. 5.* & Marſil. *in tract. de bannit. verſ. contumacia, n. 75.*

Imò Gram. *in vot. 18. n. 15.* dat cautelam Aduocato Rei citati, quòd non opponat ſtatim de Clericatu, ſed patiatur fieri proceſſum in contumaciam, & in fine cauſæ, aut in ſententia dicat de nullitate, ne inſtruatur actor ad conueniendum illum coram Iudice competenti. 3

Et rurſus de manu procuratoris bullas recipere non intendit ex decreto reginali *rit. M C. 269* quo cauetur non admitti pro citato ad cauſam crimin...em

procu

procuratorem ad allegandum nullam exceptionem, niſi tres dumtaxat, captiuitatis, infirmitatis, & abſentiæ; nec etiam ſubſtinetur M. C. decretum. Primùm, quia, cùm ritus prædictus loquatur de citatione in cauſa criminali, extendi non poteſt ad ſimplex mandatum ſub pœna pecuniaria, quæ cauſa mere ciuilis eſt, vt bene probat Reg. Sanfel. *deciſ.* 237. non ex eo, quia ibi Illuſtriſſi. Gallicani Princeps citatus fuit ad legitimè comparendum, vt ponderauit vnus ex Dominis Iudicantibus: Nam legitimè comparere ritu attento perſonali ſolùm comparitione expletur; ſecundò, quia licet ex hoc ritu prohibita ſit etiam exceptio fori declinatoria, vt voluit Carauit. *ſuper dict. rit. num.* . *&* 2. contradicente Mura *ſuper conſuet. Panor. capit. 4. num.* 11. qui, pragmatica reiiciente omnes, qualcumque exceptiones, declinatoriam fori non excludi ſolemniter docet, non per hoc cenſetur prohibita exceptio declinatoria Clericatus, quia leges ciuiles non ligant Clericos, *capit. quæ in Eccleſiarum,* & *capit. Eccleſia S. Mariæ.* vbi gloſ. *de conſtit.* & indubitati iuris eſt,
5 Clericos non ligari ſtatutis Laicorum *cap. benè quidem 96. diſt. cap. at ſi clerici, cap. clerici,* & *cap. qualiter, de Iud. capit. 2. de for. compet. cap. aduerſus de immunit. Eccleſiar. Auth. caſſa, & irrita, C. de Sacroſ. Eccl.* & admittunt vno ore omnes DD. quos fuſiſſimè citat Graſſ. *de effect. Cleric. effect.* 2. quia nulla lex poteſt ligare, & comprehendere non ſubditum *cap.* 1. *iunct. gloſ. de conſtit. cap. à nobis. de ſent. excom.* hinc leges ciuiles, quæ quamlibet fori prærogatiuam, & præſcriptionem in certis caſibus de medio tollunt, nunquam de clericatus priuilegio loqui interpretatæ fuerunt; Caſus habemus *in leg. nulli, C. de Iud.* & *leg. nullum, C. de teſtib.* quidquid incontrarium dixerit gloſ. *in dict. l. nullum, in verbo præſcriptionem,* quæ reprobata fuit ab Innoc. & Paul. de Caſtr. vt aduertit *Addit. ad eandem,* & in terminis terminantibus, ſtante ſtatuto, quòd nulla poſſit opponi exceptio,
6 poſſe ſtatuto non obſtante opponi Clericatus exceptionem docent gl. *in cap.* 1 *de ſequeſt. poſſeſſ. & fruct.* Bart. *conſil.* 62. Gram *deciſ.* 61. *num.* 20. Natt. *conſ.* 495. *num* 18. Dec. *conſ.* 241. Vnde non benè, & abſque fundamento Carau. *in dict. rit.* 2.9. miratus fuit de Gram. cuius doctrinam inferiùs exponam, quod non meminerit de ritu prædicto. Hinc reſpondetur ad ſatis futile, & inane Fiſci argumentum dicentis, ex eo audiri non debere procuratorem, quia pœna deſcripta eſt iam in libro inferni, iuxtà diſpoſitionem Pragm. 8. *de liquidat. inſtr. capitulo 7. in fin.* primùm, quia Pragmatica prædicta non comprehendit Clericos, ſecundò quia loquitur in caſu tantùm liquidationis inſtrumenti, tertiò quia tollit remedium appellationis, non autem exceptionem Clericatus; quinimò Fiſci argumentum probat pluſquàm intendit; ſequeretur enim ex inductione dictæ Pragmaticæ, quòd Clerico etiam præſenti, poſt deſcriptionem pœnæ in libro inferni prohibita eſſet appellatio, quod eſt abſurdum; quia reſpectu Clerici parùm refert contumaciæ pœnam deſcriptam fuiſſe in libro inferni, imò incorporatam Regio Fiſco. Et ad hunc finem allegata fuit deciſio S. R. C. relata à Gram. *in vot.* 27. vbi pignora depoſita per ipſum Clericum, & aurea in poſſe Perceptori ſuſpenſo decreto M. C. fuerunt eidem Clerico reſtituta.

7 Totum ergo dicti decreti fundamentum conſiſtit in duobus ritibus M. C. 65. & 235. de Clericis citatis in ſpecie loquentibus, quibus expreſsè cauetur, Clericos à Iudice laïco citatos debere perſonaliter comparere vna cùm documentis Clericatus.

Sed facile tale conſternitur fundamentum. Ri- 8
tus ſiquidem ſupradicti loquuntur de Clericis, citatis, qui declinatoriam fori formiter opponendo remitti petunt ad ſuum Iudicem, vna cùm actis; verba rituum clara ſunt abſque vllo ſubtili intellectu: *in ritu* 65. ibi, *& conſtito ipſi Curiæ de Clericatu huiuſmodi, eadem Curia remittit ipſum ad ſuum Iudicē competentem,* & *in rit.* 235. ibi, *alias non auditur in declinando forum Curiæ ipſius, & ipſo veniente detur terminus ad probandum de Clericatu, oblata per eum quadam petitione declinatori fori, & raro quaſi dictus proceſſus finitur; vnde eo ipſo quod datur terminus intelligitur eſſe remiſſus.* Ex verbis ſequentibus deducitur quoque ritum loqui de Clerico citato pro aliqua cauſa criminali, ibi, *& ſi Archiepiſcopus vult petere copiam inuentorum contra eum, Curia mittit ſibi.* Vnde Carauita ibidem nota, inquit, ex hoc ritu, quod Clericus citatus, ſupple, pro cauſa criminali: & ritus 65. loquitur de Clerico citato & reputato contumace pro aliqua cauſa criminali, vel ciuili; quorum rituum diſpoſitio rationabilis, & laudanda eſt, alioqui Clerico in fortiis Iudicis laïci non conſtituto, eluſoria eſſet remiſſio eiuſdem, vna cum actis ad ſuum Iudicem competentem.

At in caſu noſtro, cùm citatus non fuerit Cleri- 9
cus beneficiatus pro aliqua cauſa criminiali, vel ciuili, ſed genericè ad ſe præſentandum ſub graui mulcta, cauſæ remiſſionem petere opus illi non eſt, quorſum enim exceptio fori declinatoria, ſi citationis libellus nullam continet cauſam, quæ citatum arctare poteſt ad petendam remiſſionem? Neque dicere poteſt Fiſcus pro occulto quodam crimine, cuius extat apud acta inquiſitio, ortum eſſe mandatum; quia citatus non tenetur diuinare, ſed iuxtà poſtulationem actoris, exceptionem proponere. Mandato generaliſſimo ad ſe exhibendum in Mag. Cur. cliēs meus poſtulatur, & ille mandato non aſtringi tanquam non ſubditum per oſtenſionem bullarum reſpondet, & proindè, neque contumacem eſſe, neque mulctari pro contumaciæ pœna debere.

Rurſus ex prædictorum rituum diſpoſitione ad 10
ſummum argui poteſt à contrario ſenſu, quòd Clericus citatus, & non comparens ad allegandum Clericatus priuilegium remitti non debet, ſed quòd ex non comparitione poſſit vlteriùs Iudex laïcus mulctare Clericum in pœnam contumaciæ, & contemptus, ritus non dicit. Imò ſi daretur caſus, quòd ante contumaciam contractam Clericatus documenta exhiberentur per Procuratorem, contumacia etiam ſuperſederi deberet ex hac eadem ratione, quia Clericum documenta Clericatus per Procuratorem exhibentem, & perſonaliter non comparentem, remitti non debere diſponit ritus, ſed non audet vltra procedere, & non dicit, quòd ſi Clericus non comparet perſonaliter, poteſt M. C. procedere contra ipſum citatum ad vlteriora, & contumacem reputare, cùm id minime facere potuiſſet, ex quo nec Iudex laïcus, nec Princeps poteſt imponere legem perſonis Eccleſiaſticis, cùm non ſint, nec eſſe poſſint de iuriſdictione laïci, neque aliquid eis imponi contra libertatem Eccleſiæ; tota hæc Th. Gram. 11
peregrina, & ſubtilis eſt ratiocinatio in celebri illo *conſ.* 1. *poſt deciſ. & vot.* 18. Nam ſi ad vlteriora procederet, laicus animaduerteret in Clericum, quòd fieri nequit *capit. nullus Iudicum* 11. *quæſt.* 1. quamobrem Carau. *ſup. dict. rit.* 65. Clericum citatum vt laïcum à Iudice ignorante illum eſſe Clericum, & contumacem reputatum, mulctari non poſſe ſolemniter docet: quam ſententiam tuentur, Guid. Pap. *deciſ.* 450. Gratian. *tom.* 1. *diſcept.* 190. *num.* 20. Mart. *de iuriſdict. capit.* 1■2. *part.* 4. *cent.* 2. Gram. *deciſ.* 29.

*num.4. & deciſ.6*1. Scapp. *de iur.non ſcript. lib.*1.*c.*2.
*num.*3. Gram. *dict. conſ.*1. Graſ. *de effect. cleric. ef-
fect.*1.*num.*;52.*&* Iul.Clar. §. *fin. quæſt.*36. *num.*3.
& 4. quamuis in ſtatu Mediolanenſi ſeruetur etiam
de facto Clericum citatum debere perſonaliter
comparere ad allegandum Clericatum, vt refert
idem Clar. *loc. cit. verſ. regulariter.*

12 Neque dicas, poſſe Clericum mulctari ob con-
tumaciam paritate expenſarum, ad quas condemna-
tur clericus à Iudice laico ob retardatam allegatio-
nem Clericatus; quia, eſto vera ſit hæc concluſio
expenſarum, quam omninò reſellit, Mart. *d. capit.*
102. Cocchier. *de iuriſdiction. in exempt. lib.*2. *quæ-
ſtion.*6. *ſub num.* 13. *verſ. ſecundò.* Dec. *conſ.*240.
quem citat Carau. *ſuper dict.rit.*65.*num.*8. & Gram.
*vot.*18. *num.*17. non currit paritas, quia Clericus,
qui diſtulit à principio clericatum allegare, tenetur
actori ad expenſas, ex Ægid. Bellam. *in deciſ.*226.
in cauſa mea, & *in cap. exceptionem, de except.*pro re-
fectione damni paſſi, quod non tollitur per exce-
ptionem Clericatus; ſed mulcta, quæ in caſu noſtro
prætenditur, deſcendit ex contumacia, quæ exce-
ptione clericatus nedum eliditur, ſed prorſus an-
13 nullatur, quia contumacia non tenet. Abb. *in cap.ſi
diligenti de for. compet.*cùm contumacia ſit delictum,
vt voluit, gloſ. ſingul. *in leg. ſi filius,ff.de interrogat.
act.*gloſ.*in cap.fin.*5.*quæſt.*2. & gloſ. *in l.*1. *ff. ſi quis
ius dicent. non obtemper.* & apertius *in leg. contuma-
cia, ff. de re iud.* & ideò non poteſt Iudex ſæcularis
pœnam contumaciæ in Clericum infligere *capit.* 1.
extr.de Cler. coniug. in 6. ſi contumax reputetur, &
ex ea contumacia Iudex ipſum ponat in banno,
ex hoc non debet timere, magiſtraliter docet hoc
Bald. *in dict. leg. ſi quis ex conſenſu* 3. *col. verſ. de-
mum, C. de Epiſcop. aud.* maxime cùm de natura
iuriſdictionis ſit, vt non poſſit exerceri in non ſub-
ditum.

14 Nec me terret Ioan.Baptiſtæ Larr. doctrina *in al-
legat. fiſcal.*64.*num.*11. dicentis Clericum, qui man-
data Iudicis ſecularis impedierit, poſſe à Iudice ſæ-
culari mulcta, & pœnis pecuniariis affici; ſiquidem
iſto caſu non ex contumacia, cui penitus obnoxius
eſſe nequit, ſed ob turbatam iuriſdictionem clericus
punitur: impedire enim mandata Iudicis ſæcularis,
eſt turbare iuriſdictionem, quæ punitio omni iure
Principi permittitur, vt ex Steph. Aufr.probat Ferr.
*in ſuis obſer. capit.*152. *verſ. & forſan,* quicquid in
contrarium defendere conetur Mart. contra DD.
Hiſpanos, & Gallos *in dict. tract. de iuriſd.cap.*1[illegible]1.
& idem Larr. *loc.cit.* non bene intellectus, & pro
Fiſco citatus in principio *dict.num.*11.*quia id proce-
dio,* inquit, *etiam contra exemptos, qui Iudicis turba-
uerint iuriſdictionem, vel coram eo deliquerint:* docet
enim ſupracitatus Doctor *in dict. allegat.* exemptum,
qui in officio deliquerit, fori priuilegio gaudere
non debere.

15 At in caſu noſtro non turbat Clericus Fœlix Re-
giam iuriſdictionem; ſed fori prærogatiua coram
Iudice ſeculari ſe aduersùs mulctam tuetur, præſen-
tatis per Procuratorem Clericatus atteſtationibus,
quod fieri poſſe ius commune ſuadet, ad quod re-
currendum eſt, quia ſumus in caſu à ritibus prædi-
ctis omiſſo, ad text. *in l.commodiſſimè, ff. de liber. &
poſth. l. ſi cùm dotem, in princip. ff.ſolut.matrim.*& in-
dubitata eſt iuris regula, ſtatuta interpretationem
recipere ſemper debere à iure communi ad hoc, vt
minùs lædant, *leg. ſerui veſtri, C. de noxalib.*& eò ma-
gis ritus prædicti ſtrictiſſimè intelligi debent, quo
Iuri canonico refragantur, & Eccleſiaſtica immu-
nitate tractatur, fauore cuius, nedum Canones, Con-
cilia, & Pontificia diplomata, ſed plurimæ Reg. &
Imperiales conſtitutiones publicatæ fuerunt, quas
fuſiſſimè recenſet, Carth. *de Immunit. Eccleſia,n.*85.
cum ſequentibus, & præſertim in hoc Regno per 16
conuentionem initam inter Regem Regni, & Ro-
manam Eccleſiam in inueſtitura, quòd Rex nullo
alio caſu iuriſdictionem in Clericos habeat, niſi ra-
tione feudi, vt habetur in *cap. Regn. Item ſtatuimus,
ſub rub. de trahend. Cleric. ad Iudic. ſecul.*de quo me-
minit Gran. *dec.*29. *num.*13. & Carau. *ſup.dict.rit.*
235. *num.*20. & quod Iuri Canonico refragentur
idem *ritus* 235. fatetur, & eccleſiaſticæ libertati,
gloſ. ad *rit.*65. admittit etiam Præſ. de Franch. *de-
ciſ.*339. *num.*5. & Carau. *ſupra d. rit.*235. *num.*20.
& apertis iuribus ſuadetur; Clericatus ſiquidem
cognitio, tanquàm quid ſpirituale à Iudice Eccle-
ſiaſtico cognoſci debet. tex. eſt expreſſus in *capit. ſi
Iudex laicus, de ſentent. excomm. in* 6. & ibi DD. per
quem tex. tenet hoc indubitanter Ferr. *in ſuis ob-
ſeru.capit.*179.*num.*2. DD. *in cap.de Cler.coniug.in* 6.
Matt. *in tract.de iuriſdict.part.*2. *cap.*31.*num.*1. Me-
noch. *conſ.*912. *num.*16. & 17. *libro* 10. & *de præ-
ſump. præſ.*76. *numer.* 5. & latiſſimè Graſſ. *de effect.
Cler.effect.*1.*num.*1257. quamuis contrarium proba-
re conetur Petr. Barboſa *in leg. Titia, ex num.*29.*&*
31.*ff. ſolut.matrim.*dicens praxim hanc conformem
eſſe Iuri Canonico, & deriuatam ex Concilio Tri- 17
dentino *ſeſſ.* 23. *de reform.* & ex Bullis Pontificum
conceſſis Regibus Portugaliæ, Caſtellæ, Galliæ, &
Neapolis. Nam cùm per prædictas Bullas, & Con-
cilium conceſſa ſit iuriſdictio ſecularibus Iudicibus
in Clericos in minoribus non geſtantes habitum
& tonſuram, in conſequentiam eiſdem videtur con-
ceſſa facultas cognoſcendi an ſua ſit iuriſdictio, &
de requiſitis Concilij: ita ratiocinatur Barboſa; ſed
pace tanti viri, argumentum non ſubſiſtit, quia ti-
tulus Clericatus ſaltem incidenter cognoſceretur à
Iudice laïco, quod implicat; cauſa ſiquidem ſpiri-
tualis, nec etiam incidenter cognoſci poteſt à Iudi-
ce laïco penitus incompetenti, & incapaci, de Fran-
ch. *deciſ.*551.*numero primo.&* 189.*numero tertio.*Ce-
uall. *com. contr.com.quæſt.*403. qui hoc de commu-
ni teſtatur, ſiue ſit quæſtio facti, ſiue iuris. Inſuper
ritus prædicti iubent, quòd Clericus citatus debeat
perſonaliter comparere coram Iudice citante, & in
hoc refragantur etiam Iuri Canonico, cùm ex diſ-
poſitione *dict. capitulo ſi Iudex laicus,* ſufficiat
Clericum detineri coram Iudice eccleſiaſtico.
Quamobrem perperam citatus fuit, Ferr. pro Fiſco 18
in ſuis obſeru.capitulo 173. quia ibi docet Clericum
pendente contentione iuriſdictionis captum eſſe
oportere, ſed intelligi debet coram Eccleſiaſtico,
quia ſubdit hoc eſſe clarum per tex.*in dict.cap. ſi Iu-
dex laicus:* Quinimò attento etiam iure communi,
nec etiam tenetur perſonaliter comparere, ad tex.
*in leg.*2. *ff. ſi qui in ius vocat. non ier. non ier.* & *in
leg. ſi quis ex aliena, ff. de Iud.* quia ſupracita-
tæ leges non vtuntur verbo comparere perſonali-
ter, ſed venire, cui ſatisfieri poteſt ſi compareat
per Procuratorem, vt aduertit ingenioſiſſimè Conſ.
Patign.apud Rouit.*in prag.*11.*de milit.in alleg. n.*53.
& ex dictis legibus deducitur poſſe eundem Iudi-
cem citantem cognoſcere an ſua ſit iuriſdictio, ſed
virtute rituum M. C. cognoſcit Iudex laïcus de ti-
tulo Clericatus, quorum terminorum magnum di-
ſcrimen eſt apud Ferr. *in ſuis obſeru cap.*179.*n.*2.

Addo ex rituum diſpoſitione debere Iudicem 19
ſæcularem cognoſcere nedum de poſſeſſione, ſed
de titulo Clericatus, quod omnino repugnat *dict.
cap. ſi Iudex laicus,* in quo habetur ſolam poſſeſſio-
nem Clericatus ſufficientem eſſe ad finem, vt Iudex
laïcus remittat Clericū ad Iudicem Eccleſiaſticum,
ſed

ſed ad probandam deinde exemptionem tituli Clericatus pleniſſimè coram eccleſiaſtico Iudice probari debere, ita ſubtiliſſimè more ſolito expendit tex. *prædict.* Couar. *pract. quæſt.cap.*33.*num.*3. Barboſ. *in dict.l.Titia*, *num.* 27. Vnde pro comperto tenendum eſt, ſupracitatos M.C.ritus Iuri Canonico refragari, & proinde, vt diximus, ſtrictiſſime interpretandos eſſe; adeoqne verum eſt, quòd Graſſ. *loc.cit.numero* 1276. auſus fuit dicere Clericum poſſe declinatoriam fori opponere, vel per ſe, vel alium, non obſtante ſtatuto, vt eſt rit. M.C. Regni Neap.quòd declinatoria fori non opponatur, niſi reo comparente.

Inſurgit iterum Fiſcus, Clericum Fœlicem contumacem eſſe, dicens, & proinde ad purgandam contumaciam debere perſonaliter comparere ritu prædicto 65. ita expreſſis verbis cauente.

20 Sed reſpondetur ritum 65.loqui ſimiliter de Clerico contumace petente remiſſionem ad ſuum Iudicem Eccleſiaſticum, vt ſupra ponderauimus, & in nihilo a ritu 235. differre. Verùm qui contumaci non eſt præſtanda audientia, niſi purgata prius contumacia, quæ purgatur refectis expenſis, ſoluta pœna Curiæ, & præſtita cautione de iudicio ſiſti, vt docet Speculat. *de ſatiſd.* §.1.*in fin.* cùm hic purgandi modus à Clerico adimpleri nequeat coram Iudice ſæculari, ritus tollendo omnem difficultatem diſponit, Clericum quantumuis contumacem abſque alia purgatione, ſola comparitione habilitari ad petendam remiſſionem. Confirmatur hoc, quia ſi ritus Clerici perſonalem comparitionem requireret ad finem purgandi contumaciam, comparitionem ſponteneam eſſe oporteret, quod eſt falſum; Nam vt deciſum refert Gram. *in d.vot.*27. bona, ob contumaciæ pœnam executa, reſtituta Clerico fuerunt non obſtante, quod non comparuiſſet ſponte, ſed
21 Curiæ induſtria vinculis mancipatus fuiſſet. Vnde colligitur ritum prædictum loqui de Clerico purgare volente contumaciam ad finem, vt remittatur ad ſuum Iudicem, non autem ad impediendam mulctæ exactionem; alioquin Clericus eſſet deterioris conditionis laïco, qui poteſt purgare contumaciam ad finem impediendi pœnam contumaciæ tertiæ partis mobilium, etiam per alium ad rit. Mag. Cur.111.& 114. ita magiſtraliter reſpondet Carauit.*ſup.d.rit.*65.& aduertit Foller.*ſup.Conſtit.Regn.in d.rit.*65.*n.*2.vbi *aduerte* inquit,*quòd inquantum ritus iſte non aliter admittit Clericum ad purgandam contumaciam niſi perſonaliter compareat, intelligitur ad effectum, vt remittatur ad ſuum Iudicem, vel declarandi nullam contumaciam; cum alias contumax laïcus poteſt purgare contumaciam, etiam ſi non compareat, quoad mulctam, & ad pœnam tertiæ partis mobilium.* Differentia tamen erit in hoc quòd laïcus purgabit contumaciam per alium, & euitabit pœnam contumaciæ tertiæ partis mobilium, præſtita fideiuſſione de iudicio ſiſti, refectis expenſis, & ſolutis Curiæ tarenis 16. vt prædictis ritibus 111.& 114. cauetur; Clericus verò quia has conditiones adimplere non poteſt coram Iudice ſeculari per text. *in dict.capit.ſi diligenti*, & *c.at ſi clerici*, purgabit contumaciam ad euitandam pœnam illius per Procuratorem, qui Clericatus documenta exhibebit. Hinc Clerico citato vt laïco, & reputato contumace pro ictu ſcopitti, admitti debere excuſatorem ad impediendam exactionem pœnæ ducatorum mille, quæ contracta contumacia vigore pragmaticæ debetur, deciſum refert Reg.Sanfelic.*deciſ.*277.

22 Neque dicat Fiſcus deciſionem hanc reuocatam fuiſſe, fretus auctoritate vnius ex Dominis Conſiliariis in Aula Præſidentibus, quem ego præceptorem, & Dominum meum agnoſco. Siquidem ſcio etiam ego ſuſpenſam fuiſſe quoad ordinem, non autem quoad iuſtitiam; Bullæ ſiquidem Clericatus, licet non recipiantur modo de manu Procuratoris per Magnam Curiam citantem, recipiuntur tamen per Dominum delegatum pœnarum contumaciæ, qui audito Fiſco bonorum exequutorum venditionem ſuperſederi iubet: de quò ſtylo eundem Dominum Conſiliarium teſtificetur, rogo. Caſus non deſiderantur in M. C. apud acta Mag. Vulturalis Magiſt. Actor. Bullæ Clerici Michaelis de le Donne, me patrocinante ad impediendam pœnam ducatorum mille ex contumacia commiſſam pro ictu ſcopitti coram Domino delegato audito Reg.Fiſco per Procuratorem præſentatæ fuerunt Bullæ illorum ad impediendum ſimiliter plures pœnas ducatorum mille, ordine eiuſdem Domini Fiſci Patroni, quòd mirabilius eſt, à manu Procuratoris receptæ fuerunt. Præterquam quòd ratio ſuſpenſionis allegatæ deciſionis non militat in caſu noſtro; Nam Clerico citato pro ictu ſcoppitti, ideò cogitatum melius fuit Bullas recipi non debere, quia nedum impediretur exactio pœnæ pecuniariæ, ſed proceſſus quoque ad vlteriora propter ſcrupulum Clericatus; ſed in caſu ſimplicis mandati poſt exactionem pœnæ ſpreti mandati nihil vlterius ex vi mandati agendũ Fiſco ſupereſt. Quapropter ad euitandum damnationis ſententiam, quam Iudex laicus in Clericum ſtatuere prohibetur, recipiendæ proculdubio ſunt Bullæ Clericatus à Procuratore, ſicut ad impediendam foriudicationis ſententiam admitti procuratorem, imò quemlibet amicum in dies practicari videmus, per ea qua docet de Franch. *deciſ.*329. & Maſtrill. *deciſ.*113. in quo caſu maior deberet eſſe difficultas, quia per Procuratorem retardatur foriudicationis ſententia, quæ licet ſit pœna contumaciæ, Franch.*deciſ.*113.*num.*2.*& deciſ.*560.& Gram. *in Conſtit. Regn. pœnam eorum, num.*38. ſupponit tamen delictum, cuius punitionem Clericus euadere non poteſt de manu Iudicis laïci, niſi perſonaliter compareat ad declinandum forum.

Sed quid plura circa iuris quæſtionem, ſi ex ipſo 23
facto Clerici Fœlicis innoteſcit iuſtitia? præſentatis per procuratorem Bullis prædictis, inſtitit Fiſcus pro recognitione illarum, Dominus cauſæ Commiſſarius ſecum illas ad domum aſportauit, & tandem relationis tempore in plena Aula ab eodem ſatis diffuſè, & accuratè more ſolito relatæ fuerunt: quomodò ergo negari poterit Bullas non fuiſſe receptas? dicit Fiſcus non fuiſſe receptas formiter apud acta, ſed ad inſtructionem, & extra proceſſum, & ego admitto; ſed non tollit difficultatem, quia eò ipſo, quòd ſecularis Iudicis mens inſtructa eſt de Clericatu, arctare non poteſt Clericum ad comparendum coram ipſo perſonaliter; quia ritus M.C.ſuſtinentur ratione dubij, & de Clerico loquuntur citato vt laï- 24
co à Iudice ignorante illum eſſe Clericum, vt notant Cauenſ. & Carauit. *ſup.dict.rit.*235. ſicut etiam diſpoſitio text. *in d.l.ſi quis ex aliena. ff.de Iud.* procedit quandò dubium eſt citatum eſſe de aliena iuriſdictione, non autem, quando manifeſtum eſt eum eſſe de alieno foro, quia tunc comparere non tenetur, per text. *in d.l. non videtur, ff.de Iud.l.fin.ff.de iuriſd.omn.Iud.*& *ff.de fer.l.*1.vt docet gloſ.*in d.l.ſi quis ex aliena*,& ex Menoch.& Dom.Reg.de Pont. probat idem Conſ.Patign.*loc.cit.* de militari exemptione verba faciens. non alia ratione, niſi quia, ex quo miles oſtendit documenta militaria, facit notoriè conſtare Iudici de eius incompetentia, quo caſu non tenetur cõparere per gloſ.& DD.*in l.*2.*ff.ſi quis in ius voc.nõ ier.* Quinimò ſi ex ſola inſtructione Clericatus

M. C. remittit Clericum ad ſuum Iudicem, etiam attento ritu prædicto 235. cùm ſit tutior via, vt conſulit Carauit. *ibid.* & innuere videtur, idem ritus ibi, *& raro quaſi dictus proceſſus finitur, vnde eo ipſo, quòd datur terminus intelligitur eſſe remiſſus*, & ita ſeruari in hoc Regno teſtatur de Franch. *deciſ.* 189. *num.* 1. & in Regno Portugalliæ Salgado *de reg. protec. p.* 4. *cap.* 14. *num.* 84. inquiens, ex ſola inſtructione Iudicis, abſquè vlla alia pronunciatione remitti Clericum, non obſtante regia ordinatione: & mihi ſuadet hæc ratio, quia ex ſola obſtentatione Bullarum Iudex conſtituitur in mora, & in mala fide ſi non remittit ſuo ſuperiori Clericum. Aluar. *in ſpecul. iur. Pontif. cap.* 33. *verſ. & nota*, Boſſ. *in tract. crim. de for. compet. num.* 156. quantò magis Clericatus inſtructio ſufficere debet in caſu noſtro, in quo non petit Clericus remitti ad ſuum Iudicem, nec annullari contumaciam, ſed ſuſpendi tantùm pœnæ exactionem, ſicut in caſu foriudicationis per oſtenſionem bullarum non annullatur contumacia, ſed ſuſpenditur dumtaxat ſententia. Imò idem Bart. qui *in*
25 *l.* 3. *verſ. bene tamen, ff. de iud.* docuit Clericum ratione dubij, ſi non comparet, mulctari poſſe à Iudice laico, ſententiam hanc tuetur *in leg. ex quacumque, num.* 9. *ff. ſi quis in ius voc. non ier.* nixus auctoritati Innoc. *in cap. ex parte, de verb. ſignif.* docens, quòd ſi conſtaret Iudici per oſtenſionem priuilegiorum exemptionis, ex tunc non tenetur vlterius comparere, & ſubdit, hoc intelligendum eſt in exempto, ipſo iure, iuxta not. *in cap. cùm perſonæ de priuil. in* 6. (vt eſt Clericus) ſecus autem eſt in non exempto, dato quòd habeat declinatoriam fori, vel iudicis, nam antequam dicta exceptio obiiciatur, iuriſdictio Iudicis in nullo eſt eliſa, ſed liberè poteſt eam exercere: & ob hanc rationem Bald. *in Auth. Statuimus, C. de Epiſcop. & Cler.* docet quòd Clericus eò ipſo, quòd allegat ſe Clericum dicitur declinare, quia excipiendo ſufficit factum narrare, cum qua opinione tranſit ibi Paul de Caſtr. quæ omnia ſi militant pro Clerico in minoribus conſtituto, qui præter documenta Clericatus, requiſita Conc. Trid. & Bull. Clem. VII. in hoc Regno probare tenetur, multò fortiùs militare debent pro Clerico noſtro beneficiato, qui requiſita Concilij probare non tenetur, & eſtò deducere deberet perceptionem fructuum, quòd negat Pater Thom. del Bene *in tract.*
26 *de imm. Eccleſ. cap.* 4. *dubit.* 5. *tom.* 1. Cùm in beneficialibus attendatur titulus, & non poſſeſſio ex Boër. *dec.* 24. *num.* 8. & ita caueri decreto Sac. Congreg. ſub die 16. Iul. 1587. refert Flam. Pariſ. *de reſignat. benef. lib.* 7. *q.* 1. *num.* 46. *& Gemenſ. in prax. Archiep. cap.* 7. *num.* 6. Vnde Clericum beneficij titulo tantùm decoratum, poſſe agere nomine beneficij condictione *ex decret. quarelam, de elect.* pro annua penſione diu ſuis prædeceſſoribus ſoluta, & poſtmodùm ſubtracta, licèt ipſe nunquam fuerit in poſſeſſione percipiendi eandem, Rot. deciſum refert *in antiq. dec.* 1. *in nou. de reſtit. ſpoliat.* quia Eccleſia, quæ poſſidet, agere videtur, & ſimplicem collationem beneficij oſtendentem, remitti debere ex Maſull. ad Capyc. *deciſ.* 161 *num* 8 docet Graſſ. *de effect. Cleric. in prælud. numero* 211. non potuit perceptionem fructuum tempore intimationis mandati demonſtrare, quia tunc duo tantùm menſes elapſi erant à die captæ poſſeſſionis, & fructus nondum ſibi maturati erant.

27 Hæc ſunt, quæ pro Clerico beneficiato Fælice Lubrano imperitè ſcribebam: ex quibus, eò magis victoriam conſequuturum eſſe ſpero, quò de impedienda mulctæ exceſſiuæ exactione tractatur, quæ ex præcepto nullo, & ſtrangulato, vt loquitur Par. de Put. *de Synd. in verbo præceptum in princip.* deſcendit; vnde Clericatus documenta non fraudandi cauſa M. C. ritus, vt cogitat Fiſcus, per Procuratorem oſtenſa fuerunt, ſed obuiam eundi huic iniquæ praxi incipiendi contra prætenſum Reum à præcepto, quod iniquiſſimè fieri ſolet, inquit Boſ. *in tit. quomod. procedat. per præcept.* à Iudice Miniſtro diaboli, magis ad finem mulctandi, & comparandi pecunias quam eruendæ veritatis, quæ ordinaria citationis via haberi debet.

Antonius de Gaeta.

SVMMARIVM.

1 *Fiſcus pro adminiſtratione primipilaria præfertur etiam vxori, & filiis, etiam non hæredibus patris.*

2 *Iura pro Fiſco, num.* 3. *&* 4.

5 *Ratio pro Fiſco.*

6 *Officium Theſaurij eſt ſubrogatum officio primipili: de veritate infra.*

7 *DD. pro Fiſco.*

8 *Fiſcus vtitur iure communi in his, in quibus non reperitur priuilegiatus.*

9 *Actor proponit actionem, & Reus exceptionem in ſcriptis.*

10 *Priuilegium primipilare non militat in corporibus dotalibus inæſtimatis.*

11 *Dominium rerum dotalium inæſtimatarum non tranſit in virum.*

12 *Explicatur tex.* in l. vtilitas publica, C. de primipilo, lib. 12. *&* in l. ſatis notum, C. in quibus cauſ. pign.

13 *Explicatur tex.* in l. doce ancillam, C. de rei vindic. *&* in leg. in rebus, Cod. de iur. dot.

14 *Intellectus* l. ſi conſtante, §. ſi maritus. D. ſolut. matrim. in leg. denique, §. ſed verum, in fin. D. de minorib. in leg. quamuis, D. de iur. dotium.

15 *Rerum inæſtimatarum periculum eſt vxoris, & augmentum, & viro prohibetur alienatio.*

16 *Facilius tollitur hypotheca, quam dominium.*

17 *Contra adminiſtratorem non exequitur, niſi diſcuſſis computis, vel adſit debitum bilancij.*

18 *Fiſcus pro pœna eſt poſterior.*

19 *Creditori competit actio competens debitori.*

20 *Sententia lata contra debitorem non nocet eius creditori non audito, & num.* 21.

22 L. 1. de priuileg. fiſc, d. l. vtilitas, C. de primip. *&* l. ſatis notum, *non comprehendere Theſaurarium.*

23 *Quid ſit primipilus ſecundùm vegetium, & infraſcriptos Hiſtoriographos.*

24 *Verba Vegetij.*

25 *Aqui*

25 *Aquila erat ſignum vexillare Romanorum.*
26 *Secundùm Alex. ab Alex.*
27 *Secundùm Tiraquel.*
28 *Dioniſ. Halicarnaſ.*
29 *Pompon. latus.*
30 *Iulius Cæſar Bulinger.*
31 *Iuſtus Lipſius.*
32 *Secundùm Petrum Bell. & alios Iuriſconſultos.*
33 *Claud. Cotereus.*
34 *Pilum quid ſit.*
35 *Pyr. Anglebermei.*
36 *Abbas.*
37 *Rip.*
38 *Luc. de Penn.*
39 *Petr. de Gregor.*
40 *Vgo Denellus.*
41 *Franciſcus Balduin.*
42 *Guid. Pancirol.*
43 *Petrus Vanderau.*
44 *Pyrrh. Anglebermei.*
45 *Peregrin de iur. fiſc.*
46 *Alfar. de offic. fiſc.*
47 *Fontanell. de pact. nupt.*
48 *Caluin.*
49 *Simon Schard.*
50 *Antonius Nebriſſen.*
51 *Barnab. Brixonius.*
52 *D. Hieronymus Altamiranus.*
53 *Marc. Anton. Surg.*
54 *Hieronymus de Palma.*
55 *Hartm. Hartm.*
56 *Munnoz Eſcobar.*
57 *Camill. de Racta.*
58 *Herman. Meyeren.*
59 *Butrigar.*
60 *Odofred.*
61 *Gloſſa variauit in explicando primumpilum.*
62 *Alij non ſunt auſi explicare, quid ſit primipilus.*
63 *Cuiac. quomodo explicat.*
64 *Septem concluſiones ex prædictis elicitæ per quas cognoſcuntur differentiæ inter Theſaurarium, & Primipilum.*
65 *Theſaurarius quid ſit, & eius officium.*
66 *Quæſtores antiquitus fuerunt in triplici differentia.*
67 *Quæſtor ſignificat Præfectum ærarij.*
68 *Quæſtor denominabatur ex quærendo pecunias.*
69 *Quæſtor parebat Præfecto Comiti largitionum.*
70 *Quæſtor non eligebatur niſi nobilis.*
71 *Quæſtor appellatur Theſaurarius.*
72 *Plures differentiæ afferuntur inter Quæſtorem, ſiuè Theſaurarium, & Primipilum.*
73 *Hæc officia Quæſtoris, & Primipili, quo tempore originem habuerunt.*
74 *Quæſtoris officium ante omnes Magiſtratus creatum.*
75 *Quæſtores à Tullo Hoſtilio Rege originem habuerunt ex Vlpian.*
76 *Vlpian. fuit ſub Imperio Caracallæ.*
77 *Tullus Hoſtil. quo tempore fuit?*
78 *Ex Pompon. & quo tempore ipſe fuit, & num. 79.*
80 *Primipilus, quo tempore fuit creatus.*
81 *De Primipilo loquuntur Papin. & Modeſtin. num. 82.*
83 *Quò tempore fuerunt publicatæ leges contra Primipilum.*
84 *Tempore publicationis legum prædictarum contra Primipilum aderat officium Quæſtoris.*
85 *Officium Primipili non eſt in vſu.*
86 *Recenſentur DD. de hoc affirmantes, cum num. ſeqq. vſque ad n. 103.*
103 *Opin. contraria eſt falſiſſima, iniqua, & dura.*
104 *Adducitur ratio iſtius deſuetudinis.*
105 *Contra Fiſcum afferuntur plures deciſiones, vſque ad n. 111.*
112 *Contra alios Theſaurarios pro tempore nunquam practicatum priuilegium primipilare.*
113 *Refelluntur contraria.*
114 *Examinatur, & reprobatur Angeli opinio.*
115 *Intellectus l. 1. C. de priuil. fiſc.*
116 *Quare fuit introducta diſpoſitio ſic rigoroſa contra Primipilum, vxorem, & filios.*
117 *Veget. verba notabilia.*
118 *Ex alia ratione reprobatur Angel.*
119 *Æquiparatio, ſubrogatio, & extenſio quando fieri poſſit. numer. 120. 121. 122.*
123 *Reſpondetur obiectioni fiſci. & numer. 124.*
125 *Priuilegium primipilare eſt ſpecialiſſimum, & contra ius commune.*
126 *Leges begnignius ſunt interpretandæ, cum multis ſimilibus.*
127 *Bald. quomodo intelligendus, & de aliis DD. num. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138.*
139 *Recenſentur DD. pro opinione contra fiſcum.*
140 *Quæ ſit pœna hodie contra Theſaurarium.*
141 *An Theſaurarius teneatur pœna peculatus, vel de reſiduis.*
142 *Contra hæredes non agitur, nec contra vxores Theſaurarij.*
143 *Super domo donata eſt concedenda aſſecuratio.*

144 *Verba donationis contemplatione matrimonij.*
145 *Donans poteſt apponere quodlibet pactum in donatione.*
146 *Vſusfructus patri poteſt prohiberi.*
147 *Vxori in donatione contemplatione matrimonij ius competit.*
148 *Donatio contemplatione matrimonij eſt pars indiuidualis contractus dotis.*
149 *Vxor agit, vt res donata contemplatione matrimonij conſeruetur.*
150 *Donatio contemplatione matrimonij, quando reuertatur ad donantem, & num.*151.
152 *Fiſcus, an poterit pretendere ratam fructuum dotalium.*
153 *Oppoſitionibus contrariis occurritur, & num.*154. 155. 156. 157. 158. 159. 160 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. & 170.

ARGVMENTVM.

Officium Theſaurarij, quid ſit, quidve Officium primipili, & an ſit idem, vel diuerſum Officium, latè demonſtratur. Quid officium Quæſtoris. Officia Quæſtoris, & Primipili, quo tempore originem habuerunt. Theſaurarius an teneatur pœna peculatus, vel potius de reſiduis. Priuilegium Primipilare an locum habeat in corporibus dotalibus inæſtimatis: & de aliis pluribus notabilibus ad materiam pertinentibus.

ALLEGATIO CXXV.

IN iudicio aſſecurationis petitæ per Ill. D. Iſabellam de Sancto Seuerino Principiſſam Montiſleonis tam ſuper propriis corporibus dotalibus, quàm ſuper aliis ob viri indigentiam, produxit capitula matrimonialia, inſtrumentúmque dotale, verificauit pariter eius incumbentia, itavt omninò ſententia proferri debebat, niſi Dominus Præſidens D. Carolus Calà, & in præſenti cauſa Fiſci Patronus doctrina, & eruditione ſublimis, vt nihil pro Fiſco intactum relinqueret, voce inſtetiſſet, excipiendo Principiſſam obtinere non poſſe, & eius bona dotalia Fiſco applicanda ob reliqua adminiſtrationis primipilariæ geſtæ per Illuſtr. D. Corbonam Capicium Galeotam, Generalem Theſaurarium huius Regni, eius virum.

1 Nemo dubitat tex. eſſe ſatis claros decidentes bona vxoris, & filiorum, etiam non hæredum patris primipilarij Fiſco applicanda ex reliquis debitis, ex cauſa adminiſtrationis primipilariæ. Tex. *in l.*1. *Cod. de priuil. Fiſc.* ſtatuit bona mariti tui, ſi ob reliqua 2 adminiſtrationis primipilariæ à Fiſco occupata ſunt, res, quas tuas eſſe liquidò probaueris ab aliis ſeparatæ tibi reſtituantur: ibique DD. concludunt ſolùm in bonis parafernalibus vxoris Fiſco actionem non competere, in cæteris dotalibus Fiſcus ſibi ſatisſit.

Quod eſt incontrouerſum, cum ſatis notum ſit, 3 & ratione conſtitutum bona earum in dotem, quæ nuptæ ſunt iis, qui primipili ſarcinam ſubeunt obnoxia neceſſitati eius teneri. Sunt verba tex. *in leg. ſatis notum* 4. *C. in quibus cauſ. pign.* vel *hypot. tacitè contrah.* Sic expoſcit vtilitas publica præferenda pri- 4 uatorum contractibus, & ideò ſi conſtiterit Fiſco ſatisfactum eſſe ob cauſam primipili, poteris obligatam tibi poſſeſſionem dotis titulo petere, vt ſatis doti fieri poſſit. Sic determinant propriis prædictis verbis Impp. Diocletian. & Maximin. *in l. vtilitas publica* 3. *C. de primip. lib.* 12.

Ratio eſt manifeſta, quia ſolent viri ad gemitus 5 vxorum, & filiorum fraudes committere in perniciem Reipublicæ, in cuius officio tota ipſius ſalus conſiſtit, vt proinde bona vxoris, & filiorum ſint obligata, vt tradit Abb. *in cap. ex parte, numer.* 5. *de conſuet.* aliique eum ſequuntur. Nec obiici poſſe 6 contendit Fiſcus, aliud eſſe officium primipili, & aliud Theſaurarij, cum Theſaurariatus officium loco officij primipili ſit ſubrogatum. Sic in puncto affirmare prætendit. Angel. *in l.* 1. *C. de priuil. fiſc.* Bald. 7 *ibidem.* Alex. *in l. à Diuo Pio, §. in venditione, num.* 27. *de re iudic.* Franciſc. Parmenſ. *de iure Fiſci, num.* 18. Martin. Laud. *de priuil. fiſc. quæ.* 214. Bolognet. *in l.* 1. *num.* 202. *D. ſolut. matrim.* Peregrin. *de iur. fiſc. lib.* 6. *tit.* 6. *num.* 43. Mantic. *de tac. & ambig. lib.* 11. *tit.* 18. *num.* 8. *&* 9. Capyc. *deciſ.* 129. *num.* 17. Rebuff. *in conſtit. Franc. tit. de reddit. art.* 1. *gloſ.* 8. *n.* 40. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 733. *num.* 6. 8. *&* 9. Zuccar. *deciſ. Lucenſ.* 73. *num.* 4. Afflict. *in conſtit. Regni Patres. Ne filius pro patre. num.* 8. Quare ex his videtur Fiſcum fundatam habere intentionem.

Sed antequam ad veros Iuris terminos tranſgre- 8 diamur, dicimus primò Regium Fiſcum non eſſe audiendum; cùm inſtantia, quam proponit, fieri debebat in ſcriptis, & ante donationem termini, & non voce, vt Dominæ Principiſſæ fuiſſet defenſioni locus. In hoc enim non reperitur Fiſcus priuilegiatus. Ideò ſtandum eſt iuris diſpoſitioni, per quam eſt ſtabilitum, quòd ſicut rector debet ſuam actionem 9 in ſcriptis proponere, ſic reus ſuam exceptionem *Auth. offeratur, C. de litis conteſtat.* ad hoc vt actor poſſit ſe defendere: nam duo in facto probare poterat. Primum hanc exceptionem ex obſeruantia tot ſeculorum nunquam viguiſſe contra tot vxores aliorum Theſaurariorum. Secundum quod poterat probare non adeſſe debitum Theſaurarij viri Actricis, vt infra.

Secundò, hoc fiſcale priuilegium non militare in 10 propriis corporibus dotalibus; ſed tantùm in hypotheca, quamuis anteriori, mulieri competenti, ſecus eſſet in corporibus dotalibus, & rebus ſtabilibus, quæ cum non ſint in dotem datæ æſtimatæ, eorum 11 dominium non tranſiuit in virum, ex qua ratione ſic concludit Merlinus *de pign. lib.* 3. *tit.* 3. *q.* 94. *n.* 24.

Quæ concluſio confirmatur ex tex. *in d. leg. vtilitas* 12 *publica, C. de primip.* vbi concedit mulieri eius dotis ſatisfactionem, & poſſeſſionem ſibi obligatam obtinere, quando Fiſco eſt ſatisfactum. Patet tex. loqui de hypotheca, nō de dominio rerum dotalium, provt dicitur *in l. ſatis notum,* in qua ſtatuitur bona propria reſtitui debere vxori, ibi, *Bona mariti tui ſi ob reliqua*

reliqua adminiſtrationis primipilaris à Fiſco occupata ſunt, res, quas tuas eſſe liquido probaueris, ab aliis ſeparata tibi reſtituantur. Igitur dum corpora ſunt inæſtimata, ſunt vxori reſtituenda,& licet DD. dicant Parafernalia eſſe reſtituenda, non dotalia, ſunt intelligendi de dotalibus æſtimatis, quorum dominium tranſit in virum, cuius vxor remanet creditrix cum hypotheca, non autem bonorum inæſtimatorum,
13 quorum dominium remanſit penes vxorem. Et tex. *in l. doce ancillam, C. de rei vindic.* loquitur in rebus æſtimatis, non inæſtimatis, in quibus loquitur tex. *in l. in rebus, C. de iure dot.* ibi, *Et ab initio vxoris fuerint, & naturaliter in eius dominio permanſerint:* & ibi: *non enim quod legum ſubtilitate tranſitus earum in patrimonium mariti videatur fieri, ideò rei veritas deleta, vel confuſa eſt.*

14 Probatur etiam ex tex. *in l. ſi conſtante, §. ſi maritus, ff. ſol. matrim.* vbi res dotales alienas appellat reſpectu mariti, *in l. denique, §. ſed vtrum, in fin. ff. de minorib.* vbi dos dicitur proprium patrimonium vxoris. *in l. quamuis, ff. de iur. dotis,* ibi: *quamuis in bonis mariti poſſit, mulieris tamen eſt, in l. ſi fundus, ſol. matrim.* vbi dicitur, quòd palam ſit eo animo dediſſe fundum mulierem, vt fructus ad maritum pertineat: quod etiam affirmat idem tex. *in d. l. quamuis,* ibi: *Quamuis apud maritum dominium ſit emolumenti.* Hanc ſententiam vti veriſſimam ex tex. prædicti dixerunt Zaſ. *in lib. 2. ſuorum intellect. c. 5.* Rimin. *in rub. Inſtit. Quib. alien. licet, vel non;* Coraſ. Miſcellan. *lib. 6. c. 14.* Anton. Gubert. *in tract. de dote, cap. 5. n. 4.* Igneus *in leg. 1. §. ſi vir. aut. vxor. ff. ad Sillan.* quam diſtinctionẽ ſequuntur Maſtrill. *deciſ. 149. vol. 2.* Caſtil. *deciſ. 21. & 74.* Afflict. *deciſ. 270.* Rot. Rom. *deciſ. 136. & 156. in 2. part. diuerſ.* Laderc. *conſ. 65.* Guttier. *in tract. de iuram. confirmat. p. 1. c. 1. n. 4. & 9.* Natt. *conſ. 660. n. 2.* Viu. *in com. opin. 40. & deciſ. 61. n. 1. lib. 2.* quibus relatis eam amplectitur Fontanell. *de pact. nuptial. clauſ. 5. gloſ. 8. par. 13. n. 15.* & quòd illud dominium rerum inæſtimatarum ſit verum dominium penes vxorem; fictitium tamen, & imaginarium penes virum, vt fructus tantùm percipiat, cum eo caſu, & alienatio vito prohibeatur, & periculum, & augmentum ſit vxo-
15 ris, ex Ceual. Garſ. Queſad. Petro de Gregor. Caſtil. Sottoma. Menoch. Gabed. & Barboſ. & alij comprobat idem Fontan. *ibid. n. 19.* vbi Senatus refert deciſionem.

16 Non mirum ergo ſi diximus Fiſcum in corporibus dotalibus nullum priuilegium primipilare exercere poſſe, prout poſſe contra vxorem hypothecam exercere exceptionem: nam facilius tollitur hypotheca, ex traditis per DD. *in § his conſequens, Auth. de æqualit dot.* quàm dominium, quod ſine facto noſtro à nobis abdicari non poteſt, *ex l. ius noſtrum, de reg. iuris,* cùm hypothecam lex introduxit, vel priuilegio, vel pacto tribuit, quod non eſt in dominio Iure Gentium quæſito, vt *ex gloſ. in l. ex hoc iure, in verb. dominia, ff. de iuſtit. & iure,* & ex aliis optimè fundat Rimin. *Inſtit. de teſtam. n. 267.* & iam Regia Iuncta, audito Regio Fiſco, liberauit fructus ex dotalibus corporibus peruentos.

17 Tertiò audacter affirmamus Regium Fiſcum eſſe excludendum, dum non adeſt debitum Theſaurarij, qui iam præſentauit eius computum cum cedulis iuxta Regios ordines, ex quibus conſtat, vel ſaltem diſcutienda eſſe computa, & interim exequi non poteſt contra Theſaurarium, & conſequenter non eſt moleſtanda Domina Principiſſa, iuxta tex. *in leg. cum ſeruus 81. ff. de condit. & demonſtrat.* ibi: *Sed ita vt legeret, examinaret, exciperet.* ità ex Iaſ. Alex. Crauett. & aliis fundauit Munnoz. Eſcob. *de ratioc. cap. 27. num. 12.* Borgnin. Caualcan. *de tutor. & curat. num. 214.* Galgan. *de tut. tit. 36. num. 23.* Quia computum eſt indiuiduum dependens ex datis, & acceptis, quibus non diſcuſſis, non fit executio. Sic ex innumeris DD. concludit generaliter Giurb. *dec. 15. n. 4.* non poſſe exequi contra adminiſtratorem, tutorem, vel ſocium, niſi priùs diſcuſſis computis, iiſquè liquidatis, & docet communis praxis Regiæ Cameræ, & omnium Tribunalium. Ex computis apparebit Theſaurarium non eſſe debitorem, & conſequenter nulla actio Fiſco competit pendente diſcuſſione computorum. Nec in proceſſu adeſt ſignificatoria, quæ ſi adeſſet, eſſet videndum, ſi ex cauſa adminiſtrationis, vel pro pœna: nam ſi pro pœna, vltra quòd adeſt generalis indultus, pro ea etiam Fiſcus vxori non præ- 18
ferretur, ex tex. *in l. 1. C. pœnis fiſc. credit. præfer.* in qua diſcuſſione ſtãte notorio Principiſſæ intereſſe audiri debet ad Fiſci excluſionem; cum creditori competat ius, & actio, quæ debitori competit, *l. ſi cui, C. de non* 19
num. pecun. Couar. *variar. reſolut. c. 7. lib. 1.* Ant. Fab. *in ſuo Cod. tit. de dot. caut. non num.* & poſt alios Ioan. Vincent. de Anna ibique filius *in ſingul. 168.* latè Regens Rouit. *deciſ. 19. n. 4. & 10.*

Nec illud, quod forſan eſt iudicatum cum debi- 20
tore, creditori præiudicat, ſemper enim, quod ſententia eſſet in perniciem, & exitium creditorum, quòd illis non noceat, Angel. *in d. l. de vnoquoque de re iudic.* vbi Imol. *in fin.* obſtant enim regulæ ſatis notoriæ, nimirum res inter alios acta aliis non nocet. & *d. l. de vnoquoque.* Bald. *in l. ab eo, C. quomod. & quand. Iudex* Ioan. Fab. *in § licet, Inſtit. de action.* latiſſime Couarr. *pract. queſt. cap. 13.* Quodque fortius, 21
& maiori ratione procedit in ſententia in contumaciam lata, *ex l. qui repudiantis, §. fin. ff. de inoffic. teſtam.* & aliis congeſtis, optimè fundat Peregrin. *de fideicom. artic. 53. num. 57.* Menoch. *de arbitr. iudic. caſ. 39. num. 23.*

Quæ omnia dicta ſunt ex abundanti, & ex his ſolis remanet Fiſcus excluſus. Nam fundabimus Fiſcum in hac exceptione nullam fouere iuſtitiam, proinde alteriùs exordiendo materiam dicimus, di- 22
ſpoſitiones *l. 2. C. de priuil. fiſc. l. vtilitas, Cod. de primipil. l. 12. l. ſatis notum, C. in quib. cauſ. pign. vel hypot. tacit. contrah.* non habere locum in Theſaurario, ſed tantùm in primipilo.

Vt autem hoc aſſumptum veriſſimum, & indubitatum Dominis Iudicantibus liqueat, eſt indagandum de pluribus inſpectionibus.

Prima, quid ſit primipilus, & eius officium. Secunda, quid ſit Theſaurarius, & eius officium. Tertia, quo tempore officiũ primipili introductum, fuit & quo tempore officium Theſaurarij. Quarta non eſſe in vſu officium primipili. Quinta adeſſe deciſiones excludentes Theſaurarium à rigoroſitate dictorum iurium. Sexta reſoluuntur contraria. In prima Inſpectione dicimus primipilum variis modis deſcribi tam ab hiſtoriographis, quàm Iuriſconſultis. 23
Veget. *de re milit. lib. 2. cap. 8.* ſic inquit. *Vetus autem conſuetudo tenuit, vt ex optimo principe legionis promouetur centurio primipili, qui non ſolùm Aquila* 24
præerat, verùm etiam quatuor centurias, hoc eſt quadringentos milites in prima acie gubernabat, hic tanquam caput totius legionis merita conſequebatur, & commoda, & idem *in cap. 21. Veget.* ſequitur, & latè explicat Condeſcalch. Stuuec. *in addit.* ibidem, *verſ. verumtamen,* ibi. *Hoc præter diſciplinam maiorum introductum eſt; Ideòque rem militarem Vegetiano ſeculo, & in hac quoque parte mutatam certum eſt.*

Eſt notandum, quòd in qualibet legione apud 25
Romanos ſignum vexillare, Aquila erat, ex Plin. *l. 10. c. 4.* Alex. ab Alex. *genial. dier. lib. 4. c. 20.* Centurio

turio verò, qui Aquilæ in legione præerat, primipilus dicebatur, & is ducebat quadringentos milites,& aduertit etiam Condiſcalch. *d.c.8.*

26 Alex.ab Alex.*genial.dierum lib.1.cap.5.* ait, *Primipilus ex tribus vexilis conſtat. qui centurionem habet, qui ordine primus erat; ſiquidem centurio primus, & primipilus, ac primi ordinis ductor idem fuit, poſtquam ductor populariũ in Romanis caſtris ſequi meruit,& ordines duxit.*

27 Comprobat Tiraquell. *ibidem ex Liuio lib.8. decad.1.& lib.5.decad.3.& lib.1.decad.7.Cæſar belli ciuilis, lib.1.*

28 Dionyſ.Halicarnaſ. *lib.9. Antiquit. Romanor. fol.* 567. ibi:*propter publicum Salonium poſtulatum eſt à coniuratis,qui alternis propè annis tribunus militum,& primus centurio fuit, quem nunc primipilum appellat. Primipilus itaque primipili ductorem ſignificat. Centurionem autem primipili non ſolùm Aquilæ præfuiſſe, verùm etiam quadringentos milites in prima facie gubernaſſe,& tanquam caput totius legionis merita conſecutum, & commoda.* Et Veg.*lib.1.c.8.& 21.*

29 Pompon.Lætus *de magiſtrat.Roman.primipilus dicitur Comes primi ordinis, & præfectus decimæ legionis, quam ſexaginta centuriæ obſequentes ſequebantur. Erat namque decima legio cæteris præſtantior, ac prima, & per excellentiam primipilus dicebatur..*

30 Iulius Cæſar.Buleng.*lib.3.de Imper.Rom c.31.Primipilus militaris erat exhibitor annonæ, qui tam à primipili centurione numerus eſt ſortitus.*

31 Iuſtus Lipſius *lib.2. de milit. Roman. dialog.*8.ibi: *iſtos primipilos vtrobique intelligi probabile eſt,ac cum iis primos Principes,& haſtatos.* & *in dial.2. &.3.*

32 *Inter Iuriſconſultos adeſt primò.* Petr. Bellin. *de re milit. titul.11.num.11. Primipilum appellabant tribus ex vexillis conſtabat, vexillum, centum octuaginta tres homines erant.*

33 Claud.Coter. *de iur.milit.lib.1.cap.22. Primipilus quidem primus eſt centurio, dicente Liuio, quòd anno ab Vrbe condita quadringenteſimo duodecimo, Claudio Martio Rutil. quarto, & Q. Seruilio Hala ſecundo, Coſſ.ex Roma lata eſt, ne quis vbi Tribunus militum fuiſſet, poſtea ordinum ductor eſſet,* & ibi: *Qui cum in legione primus eſſet, ac totius legionis commoda conſequeretur, militarem quoque annonam per capita mili-*

34 *tum diuidebat*: quod tamen Gloſſatores non intellexerunt, qui ſic etiam explicat. *Pilum erat miſſile maius ferro triangulo vnciarum nouem haſtili pedum quinque, & ſemis nunc Spiculum dicitur, quod ſcutati pedites ,& loricati equites ſæpè tranſuerberant.*

35 Ioan.Pyrrh. Anglebermei *de Magiſtr.Rom par.3. num.7. Primipilus, vt quidam tradunt, erat legionis caput. in re militari, ſed decimæ, quæ nobiliſſima erat, & præcipua. Alij verò primæ illum adſcribunt, quod ipſi vocabulo magis alludit. Erat autem legio in centuriis ſexaginta diuiſa, manipulos triginta,& cohortes decem.*

36 Abb. *in cap.ex parte, col.vltim. num.5. de conſuetud. in gloſ. alienat. & dicuntur primipilarij illi, qui deferebant in bello primipila, ideſt tela, & propterea magnum periculum, quod in eis vertebatur, cum erant primi in bello, fuit inducta iſta ſpecialitas*; cum

37 ſequitur. Ripa *in leg. prima. de priuil. creditor. numer.* 44.

38 Lucas de Penna *in rub. Cod. de primipil.* ibi,in fine Gloſ. *Adde, & dic clarius, hoc pilum eſt quoddam genus Teli Romanorum, ſecundum Macrobium in Saturnalibus dictum à Pello, & eſt grandis Haſta.* Et ibi: *& hic primipilus, ideſt, Vexillifer, qui portat primum vexillum ante Regem ſecund. Hugolin. ad hoc eſt,quod ponit Val. Maxim.lib.1.de prodig.cap.6.§.non ſint.Vnde primipilares dicuntur numerus militum primo probatus, qui ſcilicet incedat iuxtà primum vexillum, & hoc videtur verius, quod hoc officium exercetur in bello, vt ſuprà de filiis offic. Milit. qui in Bello moriuntur,& hac adminiſtratio fit in neceſſitates militares.*

Idem in *leg.3.* explicando verba tex.ibi: *Cauſam, ideſt, adminiſtrationem.forte enim primipilarius recipiebat à Fiſco ſtipendia pro ſe, & militibus ſub ſe, vel vexillo, aut pilo ſuo conſiſtentibus, qua non regnanis, vel recepto pro ſe ſtipendio, militiam deſeruit, & aufugit, quare etiam tenetur vxor, vt hic: Sed quod hoc officium conſiſtat in adminiſtratione pecuniæ, colligitur ſupra de Epiſc. & Cleric. leg.officiales,& de priuil.fiſc. leg.1.& ff.de adim.leg.l pater, & hoc patet benè ex dictis Vegetij. Primipilarius enim qui & ſignifer conſeruabat dimidiam totius ſtipendij omnium militum apud ſigna, vt ipſe ponit lib.2.cap.20.& vel merita,& commoda velut caput, vt ibidem cap.8.& his eſt verus intellectus huius legis, & concordantium, quæ de materia, & bonis primipilariorum loquuntur.* Hæc eſt opinio Luc de Penn.

Petr.de Gregor. *Syntag.iur.lib.19. part.2. cap.3.* 39
Primipilus, qui quatuor centuriones, & commilitones regebat,iſque, & caput legionis dicebatur. Veg.in 2.de re milit. Liu. Salonium Tributum militum, & primum centurionem fuiſſe, quem nunc primipilum (inquit) *vocant, tradit lib.7.deciſ.pr. Iulius Cæſar.P. Sextium baculum dixit primum centurionem ab haſtula pilus dictus,& hic Aquilæ vexillo præerat, & quatuor centuriis. Veg.leg.2.cap.8. dicitur etiam à Liuio primus haſtatus pro primipilo,lib.2.decad.5.Pilum porrò quaſi perillum, quod hoſtis ab eo periret ſecundum Varon. lib. 4.de lingu.latin.*

Vgo Donel. *de pignor.c.4. Primipilus, qui milita-* 40
ri annonæ curandæ præpoſitus eſt cuius cura, & adminiſtratio omnibus rebus potior, antiquior eſſe debet, vtpote cuius neglectus, aut interuerſio,vel minima,vel maxima interdum in militibus corporum, & animorum remiſſiones facit.

Franciſcus Balduin. *in eod.tract. de pignor.& hy-* 41
pot.cap.7. Primipilum facilè intelligimus legionis fuiſſe veluti Principem.Scribit autem Vetruuius de re milit.cap.8.cum tanquam caput conſecutum eſſe, totius legionis merita, & præmia. Itaque Papin. meminit commodatam ex ratione primipili l.23.de admin.leg. Fortaſſe ad eius quoquè curã pertinuit diuiſio militaris annonæ inter milites diſtribuenda,quã vt meliori fide erogares,vt ſi aliquid,interuerteret, & eo nomine Fiſco eſſet obnoxius,Fiſc. poſſet nõ modò pignoris iure in eius bona manus inijcere, ſed & ſi vxorem habeat in res dotales.

Guid.Panciro!.vidend. *de notitia vtriuſque imper.* 42
cap.21.

Petrus Vander. *de priuil.credit.cap.4. fol.219. in* 43
*fin.*tradit ex Veget.& Pompon.Leto.*de magiſtr.Rom.* quòd primipilo totius belli adminiſtratio committebatur.

Pyrrh. Anglebermei *in rub.de primipil.Codic. lib.* 44
12. Primipilus (inquit) *ille eſt, centurio decimæ legionis; nam decumana legio erat cæteris nobilior, cuius centurio dicebatur primipilus. vt Liu. tradit ab Vrbe condita, refert etiam dicta Vegetij, & Suida, ex cuius auctoritate dicit primipilarius maiorem dignitatem inter milites habens à Romanis appellatur, & ex innominato Auctore Græco,Primipilum militarem annonam eſſe.*

Peregrin. *de iure Fiſci, lib.6. titul. 43. Primi-* 45
pilum eſſe, ait, *illum, qui primò in hoſte tale ferebat, ex Abb. & Rip. refert etiam opinion. Couarru. primipilatum officium eſſe centurionis, qui Aquilæ*

vexillo

vexillo in legione præerat.

46 Alfar. *de offic. Fiſc. gloſ.* 19. *num.* 94. ibi: *Quoad noſtrum inſtitutum attinet, ſat ſit dicere primipilum dici publicam pecuniam militarem, ex eo quia ad primipilum, qui ſignifer erat, & Aquilæ præerat, & apud eum annona, ſiue publica militaris pecunia, & dimidium donatorum ſeruabatur.*

47 Fontanell. *de pact. nupt. clauſ.* 7. *gloſ.* 2. *part.* 3. *num.* 12. ſequitur Abb. & Rip. affirmantes eſſe primipilum illum qui primò in acie pilum ferebat, id eſt tale.

48 Cum ſupradictis concordant, Caluin. *in lexic. in verb. primipilus.*

49 Simon. Schardius *in lexic in verbo primipilus.*

50 Anton. Nebriſſen. *in lexic. in eod. verb. primipilus.*

51 Bernard. Briſſon. *in verb primipilus.*

52 D. Hieronym. Altamiranus *in tit. de filiis offic c.* 2. *n.* 22. 23. & 24.

53 Marcus Anton. Surg. *de Neap. illuſtr. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 17.

54 Hieronym. de Palma *conſ.* 18. *num.* 32. & 33.

55 Harum. *in prax. obſer lib.* 2. *tit.* 27. *obſer.* 19.

56 Munnoz Eſcob. *de ratioc. cap.* 39. *n.* 9.

57 Camill. della Ratta. *in conſ.* 80. auctorit. nonnullorum ex prædictis, & ex Iulio Barbarano *in officin. tom.* 1 *lib.* 3. *num.* 13. Anton. Auguſtin. ad Modeſt. *lib. ſing.* Carol. Sign. *de antiquo iure Prouinc lib.* 1. *cap.* 2. Gallan. *in* 4. *part.* Catat. *gloſ. mund. conſid.* 20. *in fine*, & *part.* 1. *conſiderat.* 7. confirmat prædicta omnia.

58 Additur Herman. Meyten. *tract. de pignor. tit.* 3. *n.* 5. Alij loquuti ſunt tam oſcitanter, & inſipide, vt verè fateri oporteat ignorauiſſe, & hiſtorias, & legales terminos.

59 Butrig. *in d. l. ſatis notum*, aſſerit primipilum eſſe, qui gerit maius officium inter adminiſtratores. Videant Domini, in quo eſt fundatum, & tamen eſt luculentiſſimè demonſtratum per plures DD. auctoritates, & hiſtorias antiquas ſemper in caſtris fuiſſe primipilum.

60 Odofred. doctor alioquin doctus, dixit aliud ridiculum explicando primipilum, dicit, vt ſi aliquis eſt magiſter Iuſtitiarius dicitur habere officium primipilare, vt fuit magiſter talis in Apulea. Dicitur alio modo officium primipili, vt qui primo portat vexillum in acie *l.* 1. *C. de priuil. Fiſc.*

61 Gloſ. variauit, & contra eum inuehit Cotor. vbi ſupra, & alij, quos citat Merend. infra alleg. & Couar. *cap.* 16. *var. lib.* 1. vbi notat Accurſ. & Bartol. non habuiſſe cognitionem primipili; *in rub. de primip.* Primipilarios prætendit eſſe adminiſtratores, alias pro his, qui primipilum ferunt, vel dic primipilum portantem aliqua ſigna occaſione ſui officij adminiſtrare.

62 Et alij non mediocris auctoritatis non ſunt auſi affirmare, quid ſit primipilus, inter quos Couar. *lib.* 1. *var. cap.* 16. Petr. Barboſ. *in l.* 1. *par.* 2. *ſolut matrim. num.* 2. Pyr. Anglebermei *in rub. de primipilo*, vbi ſubdit: *Audiui ego doctiſſimos viros negantes ſe numquam intellexiſſe quis primipilus hic fuerit*, refert etiam aliam opinionem ex auditu cuiuſdam Senatoris concludentem eſſe officium militare, & caput eſſe legionis, & diſtribuens ſtipendia, & habens alia bona militum. Anton. Auguſt. & Coraſ. alios intellectus referunt, ſed omnes dicunt, quod ſit officium militare, & in exercitu viguiſſe.

63 Cuiac. *in l.* 3. *C. de cohortalib. lib.* 12. dicit primipilum eſſe annonæ militaris exhibitionem, & curam, & ex Theodor. Hermapol. dicit primipilum eſſe annonam, quæ datur primipili centurionibus, vt inter milites diſtribuatur.

Ex quibus plures eliciuntur concluſiones. Prima officium primipili exerceri in caſtris. Secunda Primipilum eſſe haſtatum. Tertia præeſſe Aquilæ: Quarta diſtribuere annonam inter milites. Quinta in ſui poſſe loco depoſiti ſeruare medietatem donatiuorum, & aliorum, quæ à militibus acquirebantur, vt ex Pirrh. Anglebermei *loc. citat.* ex Veget. *d. cap.* 20. ex Stuuich. *ibid.* ex Coter. Couarruu. Fontanell. & aliis. Sexta, quòd priuilegia Fiſco conceſſa ex cauſa primipilariæ adminiſtrationis, fuerunt attributa propter imminẽs periculum exercitus ex fraude primipili, in quo tota ſalus Reip. conſiſtebat ex Abb. Rip. Merenda, Cou. Veget. & aliis. Septima, quòd primipilus multa conſequebatur commoda finito officio *l.* 1. *C. de primip. lib.* 12. Theſaurarius autem officium emit, & finita adminiſtratione nullum commodum conſequitur, ergo diuerſum eſt hoc officium a primipilo, vt etiam dixit Gloſ. *in l. pater* 23. *D. de admin. legat.* 64

In ſecunda Inſpectione, quid ſit Theſaurarius & eius officium aſſerimus Theſaurarium eſſe illum, qui facultatem habet inquirendæ, & conſeruandæ pecuniæ; vocabaturque antiquitus, *Quæſtor, in l.* 2. §. *quæſtores, D. de orig. iuris, in l.* 1. *D.* & *C. de offic. Quæſtoris.* 65

Quæſtores fuerunt in triplici differentia: nam alij ad quærendas pecunias, alij ad legendum libellos in Senatu, *leg.* 1. *Codic. de offic. quæſt.* Pyrrh. Anglebermei *in tract. de de magiſtrat. Rom. titul. de quæſtorib. lib.* 2. & *in leg.* 1. §. *quæſtores, de orig. iur.* & alij parricidij, qui conſeruabant pœnas dictis iuribus. Quæſtor etiam ſignificat Præfectum Ærarij, Aulus Gall. *noct. attic. lib.* 13. *cap.* 13. *in fin.* Hoc nomen Quæſtoris denominatum eſt ab officio publicæ quærendæ pecuniæ, quæ eſt neruus Ciuitatum ex Feneſtell. *de magiſt. cap.* 3. Matth. Vuellembeg. *in titul. de offic. quæſtor.* Et olim Præfecto comiti largitionum parebat, eique exactas pecunias in ſingulis Prouinciis tranſmittebat, Buleng. *de Imper. Rom. lib.* 3. *cap.* 30. Amm. Marcell. *lib.* 29. Quæſtor non eligebatur, niſi nobilis, & nunquam plebeius, cum quæſtor erat illuſtris, *leg.* 1. *Codic. de offic. quæſtoris.* Primipilus etiam plebeius, dummodo per gradus, vt explicat Vegetius *lib.* 2. *cap.* 21. Hodie etiam quæſtor appellatur *in prag. de offic. queſtoris*, & in ordinationibus Regiæ Cameræ. 66 67 68 69 70 71

Ex his apparet quanta ſit differentia inter officium primipili, & Theſaurarium. Theſaurarius non exercet in caſtris officium, ſicut primipilus, vt in prima concluſione. Theſaurarius non eſt haſtatus, prout primipilus, vt in ſecunda concluſione. Theſaurarius nõ præeſt Aquilæ, prout primipilus, vt in tertia concluſione. Theſaurarius non diſtribuit annonã inter milites, ſicut primipilus, vt in quarta cõcluſione. Theſaurarius non recipit in ſui poſſe quæſita per milites, ſicut primipilus recipit loco depoſiti, vt in quinta concluſione. In Theſaurario non adeſt imminens periculum Reipublicæ, ex quo milites penes Theſaurarium nihil habent, prout habent penes primipilum, vt in ſexta concluſione. Et demùm, vt diximus eſt differentia, quia Theſaurarius ſemper Nobilis, & eſt officium venale. Primipilus etiam plebeius, & non emitur, ſed per gradus ad illud officium perueniebatur. Veget. *d. c.* 21. vbi Condiſcaluas Stuuech. 72

In tertia Inſpectione in qua attenditur quo tempore vtraque officia Primipili, & Theſaurarij originem habuerunt, Dicimus Quæſtoris, ſiue Theſaurarij officium eſſe antiquiſſimum, & fuiſſe introd- 73

troductum ab anno 269. ab Vrbe condita, vt te-
ſtatur Cornelius Tacitus *lib.11.ann.fol.175.num.79.*
vel in anno 308. ſecundum ſententiam Iuſti Lipſij
ibidem, & Vulpian. *lib.ſing.de offic.quæſtoris,regiſtra-
to in leg.1. D. de offic.quæſtoris*, inquit eſſe origine
antiquiſſimum,& ante omnes magiſtratus eſſe crea-
74 tum. ibi, *Origo Quæſtoris creandi antiquiſſima eſt,
& penè ante omnes magiſtratus. Iunius denique Grac-
chanus, lib.7. de poteſtatibus, etiam ipſum Romu-
lum, & Numam Pompilium binos Quæſtores habuiſ-
ſe, quos ipſi non ſua voce, ſed populi ſuffragio crea-
rent, refert. Sed ſicuti dubium eſt an Romulo, & Nu-
ma regnantibus Quæſtor fuerit, ita à Tullo Hoſtilio
75 Rege, Quæſtores fuiſſe creatos certum eſt. Et ſane cre-
brior apud veteres opinio eſt Tullum Hoſtilium pri-
mum in rempublicam induxiſſe Quæſtores, & à genere
quærendi Quæſtores initio dictos, & Iunius, & Treba-
tius, & Feneſtella ſcribunt.*
76 Vlpian. fuit ſub imperio Caracallæ, in anno
964. ab Vrbe condita, & in anno ſalutis 212.
Catellian. Cotta *in eius vita*, Zaſ. *in tit.de offic. quæ-
ſtor.* Eguin. Baron. *in tit.de offic.quæſtor.lib.1.titul.13.
tom. 1.*
77 Tullus verò Hoſtilius Rex fuit Tertius Roma-
no, à creatione mundi 3994. ab Vrb. condita an.
82. Forſter. *in hiſtor.iur. ciuil, in vit. Tulli Hoſtilij.*
78 Quod confirmat Pomp. *lib.ſing.enchiridij, in leg.2.D.
de orig.iuris*, ibi, *Deinde cum ærarium Populi auctius
eſſe cœpiſſet, vt eſſent, qui illi præeſſent, conſtituti ſunt
Quæſtores, dicti ab eo, quod inquirendæ, & conſeruandæ
pecuniæ cauſa creati erant.*
Pomponius ſcripſit tempore Heliogabali, qui re-
79 gnauit in anno 970. ab Vrbe condita, & anno ſa-
lutis 219. vel ſecundum Valent. Forſter. ſub Ale-
xandro. Itaque Quæſtores fuerunt creati ante om-
80 nes Magiſtratus. Primipili fuerunt poſtea creati pro
militia regenda. Vel ſaltem non poteſt negari, quin
fuiſſent eodem tempore: nam de primipilo loqui-
tur tex. *in leg.pater inter filios 23.D.de adim leg.* quæ
81 lex fuit compilata per Papinianum, qui fuit ſub
Aurelio Alexandro Seuero, qui regnauit in anno
974. ab Vrbe condita, & anno ſalutis 223. vt tra-
dunt Bernardin. Rutil. *de Iuriſconſultorum vitis, in
vita Papiniani. Valentin. Forſter. lib.2. Hiſtoriarum
Iuris Ciuil.* Rom. *in eius vita, & Cotta in tract.de Iu-
riſperitis.* Loquitur etiam Modeſtinus *in leg. ſed &
82 milites, § fin.de excuſat.tutor.* Qui Modeſtinus flo-
ruit anno ab Vrbe condita 980. ann. ſalutis 238. vt
refert Valent. Forſter. *in eius vita.*
Ex hoc ſequitur incontrouerſa concluſio, tem-
83 pore conditarum legum *primi.de Iure Fiſc. leg. ſatis
notum in quib. cauſ.pign. & leg. vtilitas, Cod. de pri-
mipil.* erat in eſſe officium Quæſtoris, & Theſaura-
rij. Nam *lex.prima* fuit publicata per Imperato-
rem Antoninum, qui regnauit in anno 922. ab
Vrbe condita, & anno ſalutis 171. *Lex ſatis no-
tum*, fuit emanata ab Impp. Caro, Carino & Nume-
riano, anno 1034. ab Vrbe condita, & anno ſalutis
283. *Lex vtilitas.* ab Impp. Valeriano, & Galie-
no in anno 1005. ab Vrbe condita, & anno ſalu-
tis 254. Et ſic patet leges prædictas fuiſſe publica-
tas poſt leges loquentes de Quæſtoribus.
84 Ex quo ſequitur, quod tempore quo fuerunt le-
ges prædictæ publicatæ contra Primipilum, vxorem,
& filios, erat cognitum officium Quæſtoris, & ta-
men rigoroſitas illa fuit ſolùm diſpoſita contra pri-
mipilum, igitur non eſt trahenda contra Quæſto-
85 rem, & eius vxorem.
86 Quarta inſpectio quod non ſit in vſu officium
87 Primipili. Probatur ex *Caſtren. in leg. 1. Codic. de
priuil.fiſc.* quem ſequuntur D. Franc. Alfar *d.gloſ.16.
num.95.* vbi dicit, quòd numquam vidit ſeruari
ſequendo etiam Mattheſil. *in leg.1.Codic.de priuil.
Fiſc.*
Maſtrill. *de Magiſtrat.lib.5.cap.9. num.91.* ibi, 88
*Et quamuis multa Fiſco competant priuilegia contra
huiuſmodi Primipili officium exercentem, eiuſque vxo-
rem, & filios, cæteroſque creditores anteriores, ex leg.1.
de priuil. Fiſc. leg. ſatis notum, Codic.in quib.cauſ.
pign. vel hypoth. tacit. contrah.leg. vtilitas, Codic.de
primip. lib.12. Attamen in Regno non ſeruatur, & vi-
di pluries practicatum, & determinatum per doctiſſimos
viros in eod. Tribunali degentes. Id etiam de Regno
Neapolitano teſtatur Dominus de Ponte in dict.§.8.
ſub.n.17. & in Regno Luſitaniæ tradit Alfar. gloſ. 16.
num.94.*
Regens de Ponte *in d.loco.* 89
Munnoz Eſcob. *vbi ſupra num.11.* ibi: *Ex quibus* 90
*patet opinionem illorum, qui dicebant primipili officium
adminiſtrationem pecuniæ, ſtipendij militiam continere,
lapſos fuiſſe, & ſic iniquè dicetur, quod dict.leg.* ſatis
notum, *hodie extendi poſſit ad dotes vxorum The-
ſaurariorum, qui ſtipendia militum ſoluere debent.*
Merend. *lib.6. controuer. c.39.n.8. & .9.* ex Alcia- 91
& aliis.
Camill. della Ratta *d.conſ.80.* 92
Fontanell. *de pact.nuptial.d.clauſ.7.gloſ.2.part.3.* 93
n.13.14. & ſeqq.
Merlin. *de pignor. lib.3. titul. 3. capit. 94. nu-* 94
mer. 12.
Hieronym. de Palma *conſil. 19. numero 32.* 95
& 33.
Harm. *in praxi obſeru. dict. lib. 2. titul. 27. ob-* 96
ſeruat. 19.
D. Hieronym. Altomitanus *in tit.C.de filiis offic.d.* 97
c.2.d.n.22.23. & 24.
Marc. Ant. Surg. *dicto lib.1.cap.5.n.17.* 98
Franch. Ferrer. *in com ad conſtit.Catalon. ſub titul.* 99
*ſolut. matrim in 3. temp.num.104. verſ. ego autem
receptorem, ſeu ſolutorem Capitaniæ generalis dicerem
primipilum, non autem Theſaurarium.*
Gregor. Lopez *ad l.16.lib.9.part.2.in gloſ.2.* 100
Gait. *de credit.c.4.q.11.n.1900.vſque ad n.1910.* 101
latiſſimè.
Ramon. *conſ.86.n.10.cum ſeqq.* 102
Imò increpant eos, qui contrariam opinionem 103
ſectantur, eamque appellant falſiſſimam, vt Me-
rend. *num.10.* Iniquam Hier. de Pal. *d.conſ.18.* Mun-
noz *l.cit. & duram.* Addimus Dominum Regentem
Marchianum *in diſput.47.n.49.* vbi dicit deciſum
contra fiſcum per Regium Collaterale Conſilium,
num. 50.
Ratione eſt fundata hæc opinio iſtorum grauiſ- 104
ſimorum Auctorum, quia officium primipili eſt di-
uerſiſſimum ab officio Theſaurarij, tum ex qualita-
te perſonæ Theſaurarij, qui eſt illuſtris, tum quia
non exercet in caſtris, non eſt haſtatus, & in eo non
adeſt illud imminens periculum, & ex aliis ſuprà
ponderatis reuidendis, ne repetamus, per quæ acer-
rimè defendit Fontanell. ex Barboſ. *num.9.* & patet
euidenter abſque alia probatione.
In quinta inſpectione afferuntur deciſiones per 105
quas Fiſcus aliàs fuit excluſus; Quibus rationibus, &
differentiis inter vnum, & aliud officium moti Pa-
tres, & Senatores doctiſſimi, eruditi, & benè intelli-
gentes hiſtorias, & iuris claras, & indubitatas di-
ſpoſitiones diuerſorum Tribunalium iudicauerunt
contra Fiſcum, quæ ſufficerent ad nunquam am-
plius à Fiſco ſimilem exceptionem opponendum,
ſicut infraſcripti teſtantur.
In Regno Siciliæ teſtatur Maſtrill. *loco mox citato* 106
num.95.

In

107 In Regno Luſitaniæ teſtatur Alfar. *dict. gloſ. 16. num.94.*

108 In Regno Aragoniæ nunquam fuit obſeruatum, & contra Fiſcum indicatum teſtatur Fontanell. *vbi ſupra, num.14.*

109 In hoc Regno nunquam practicatum teſtatur Regens de Ponte, qui fuit primarius Aduocatus, deinde Præſidens Regiæ Cameræ, & demùm Regens Cancellariam *in tract. de poteſt. Proreg. tit. 4. §. 8. num.17.*

110 Sic pariter contra Fiſcum deciſum refert Capyc. *deciſ.126 in fine.*

111 Et alia vice in cauſa Dom Baldaſſaris Aquauiua, Generalis Theſaurij, refert Camill. della Ratta, *d. conſ. 80. in fine.*

112 Additur in hoc Regno fuiſſe plures Theſaurarios, & contra eos nunquam obſeruata diſpoſitio dictarum legum. Addimus deciſionem relatam per Dominum Regentem Marcian. *diſput.47. num. 50. in fine*, & credo, quod ſit eadem cauſa, in qua ſcripſit Dominus Reg. *Galeot. in reſponſ. fiſc.6.* cuius exitus fuit contra fiſcum in Reſponſo 8. *num.16. ante verſic. non enim in caſu Capycij.*

113 In ſexta Inſpectione contraria à nonnullis Doctoribus adducta refelluntur qui, neſcio quo moti fundamento aſſeruerunt leges prædictas habere locum contra Theſaurarium, & eius vxorem, incipiendo ab Angelo, qui fuit Auctor huius falſiſſimæ, & iniquiſſimæ opinionis, quem licèt aliqui ſunt ſequuti, & alij
114 qui pro ea adducuntur, hoc non dicunt. Ipſe enim *in d.l.1. de priuil. fiſc.* ſic ſomniatur, *Et eſt primipilarius officium maius Principis, & credo, quod intelligitur de Generali Theſaurario Principis, in cuius burſa omnes introitus Principis ſunt, D. de excuſat. tut. l. Sed an milites, §. fin. In Curia appellatur primipilarius, Camerarius Domini noſtri Papæ.*

Notent Domini doctiſſimi, & circumſpecti Iudicantes, quid dixerit hic Angelus, non cœleſtis, ſed qui è Cœlo deſcendit, ad ampliandum priuilegium primipilare ad officium Quæſtoris? In ſumma facit æquiparationem inter primipilum, & Theſaurarium; facit ſubrogationem Theſaurarij officio primipili per ſolum verbum *credo*, in quo ſe fundet, ignoratur? non conſiderando diuerſitatem officij in tot, & tantis differentiis ſupra bene fundatis, neſciens hiſtorias, ignorans legum veritatem, aſſerens gratis tam grande, & maximum aſſumptum in præiudicium totius Orbis, vt iniuſtè infelices vxores vexentur.

Ad quid allegare tex. *in l. ſed an milites, §. fin. ff. de excuſat. tut.* in quo ſolum dicitur, *Primipilarij ex conſtitutionibus Imperialibus excuſationem habent reliquarum tutelarum*: primipilarij autem ij exiſtimantur, qui exercent primipilum.

Ex his verbis non poteſt trahi conſequentia Theſaurarium eſſe primipilum, vel eius officium exercere. Videant ergo Domini, quàm oſcitanter, inſulsè, & falsò hoc aſſerit Angelus.

Nec ex eo, quod ſit Adminiſtrator maior Principis inferri poteſt idem eſſe Theſaurarium, & primipilum: Siquidem datur adminiſtratio, ſed illa non ſufficit, vt
115 ſubiaceat diſpoſitioni dictarum legum, ſed oportet, quod ſit adminiſtratio primipilaria, vt in puncto determinat Imperator Antoninus *in leg.1.* ibi: *Bona mariti tui ſi ob reliqua adminiſtrationis primipilaria.* Non loquitur de ſimplici adminiſtratione, ſed de adminiſtratione primipilaria. non poteſt ergo comprehendere adminiſtrationem Theſaurarij, officium cuius eſt diuerſiſſimum totum cœlo, vt eſt fundamentum ſupra in prima inſpectione.

116 Et inter cæteras differentias eſt illa præcipua, quod primipilus penes ſe detinebat loco depoſiti medietatem donatiuorum, & lucrorum militum, qui ſub illo repoſita ſubſtantia de deſerendo exercitum nihil cogitant, & Reipublicæ inſeruiunt, & ex ſeruitio ſalus Reipublicæ conſeruatur. Vnde dixerunt, ſalutem Reipublicæ in primipilo conſiſtere, vt in dicta prima inſpectione in 5. *concluſ.* libet, & deſcribere verba Vegetij in hoc ibi. *lib.2. cap.20.*

Illud verò ab antiquis diuinitus inſtitutum eſt, vt ex 117
donatiuo, quod milites conſequuntur dimidia pars ſequeſtraretur apud ſigna, & ibidem ipſis militibus ſeruaretur, ne per luxum, aut inanium rerum comparationem à contubernalibus poſſit abſumi. Plerique enim homines, & præcipuè pauperes tantum erogant, quantum non habere potuerint. Depoſitio autem iſta pecuniæ primùm ipſis contubernalibus docetur accommoda, nam cùm publica ſuſtentetur annona ex omnibus donatiuis, augetur eorum pro medietate caſtrenſe peculium. Miles deinde, qui ſumptus ſuos ſcit apud ſigna depoſitos, de deſerendo nihil cogitat, magis diligit ſigna. Pro illis fortiùs in acie dimicat more humani ingenij, vt pro illis habeat maximam curam, in quibus ſuam videt poſitam eſſe ſubſtantiam. Ob quam rationem ſtatutas eſſe prædictas leges contra primipilum DD. *in 5. concluſ.* firmarunt, quæ ratio cum non militet in officio Theſaurarij fruſtra Angelus opinatus eſt hanc inſaniam.

Rurſus vel dicit Angelus, quod ſit æquiparatio in- 118
ter Primipilum, & Theſaurarium, vel quod Theſaurarij officium eſt ſubrogatum officio primipili. Vtrum-
que eſt falſum, nam æquiparatio non poteſt fieri, 119
niſi à lege in concernentibus iura publica, vel priua-[illegible], vel à partibus in concernentibus contractus inter eos geſtos, iuxta tradita *in l.1. [illegible] de leg. & in leg.1. Cod. com. de leg.* quia facere adæquationem eſt conficere legem: legem autem promulgare non poteſt, niſi habens poteſtatem legis condendæ *leg. fin. C. de leg.* Imò interpretationem legis Imperator Conſtantinus ſibi reſeruauit *leg.1. Cod. eod.* & quando caſus nouus concurrit, ad Principem recurritur *leg. humanum 8. Cod. eod.* ſic dubitatio per conditorem deciditur *leg. leges 9. Cod. eod.* & licèt regula ſit, quod æquiparatorum idem ſit iudicium *dict. leg. 1. cum ſimilibus*, quæ procedit quando æquiparatio eſt vniuerſalis per viam regulæ, & in omnibus, & per omnia Gloſ. *in cap. vnico. de vot. in 6. in verbo ſacri*, cui ſcribunt innumeri, quos ſequitur Barboſ. *in axiom. iuris vtriuſq. axiom. 14. num.4.*

Additur, quod caſibus non ſcriptis à iure, alius quàm legiſlator non debet vti: eo ipſo enim quod lex noua corrigit, ſeu limitat ius commune, dicitur eſſe contra ius commune, & quod eſt introductum contra ius commune non eſt trahendum ad alios caſus. Sic omnia ponunt And. de Iſern. *in titul. quæ ſint regal. poſt num. 87. verſ. non obſtat argumentum*, & *in c.1. de ſtat. & conſuet. cont. libert. Eccleſ. num. 24. verſ. hoc argument.* & Reg. Rouit. *in pragm. 4. de feud. num.35.*

Eadem ratione non poteſt fieri ſubrogatio, nam 120
quis poteſtatem tribuit Angelo ſubrogationem introducere in officium Primipili Theſaurarium? Et proinde dixit Ruin. legis ſubrogationem intelligi, non hominis, Rimin. Iun. *conſ.18. n.88.* & ex Ancheran. & Tuſch. firmauit Barboſ. *axiom. 213. num.2.*

Pernicioſa etiam eſſet extenſio de Primipilo ad 121
Theſaurarium, cùm ſit contra iuris regulas, vt ſcilicet vxor pro marito, & filius pro patre non teneatur, vt in propriis Rubricis, *Quod verò dixit Paulus contra rationem iuris receptum eſt, non eſt producendum ad conſequentias, D. de legibus, & in iis* firmat Iulianus, *quæ contra rationem iuris conſtituta ſunt, non*

eſſe loco Primipili, nam gloſ. præd. *in dict. Rubr.* cuius verba ſunt. *Primipilarij dicuntur adminiſtratores, & ſic accipitur ſupra de cohortalibus, l. ſolita, & l. ordinariorum, & ſupra de Epiſc. & cler. l. officiales. Alias pro his, qui primumpilum ferunt. Secundum enim poteſt accipi hic vtroque modo, vel dic primumpilum portantem aliqua occaſione ſui officij adminiſtrare, & ſic vtrumque continet.* Quomodo ergo allegatur gloſ. ad hoc probandum, cum hoc neque ſomniauerit, prout nec aliæ gloſ. allegatæ per Gratian. *cap.* 73. hoc dicunt.

135 Gloſ. *in l. officiales 4. in verbo primipili, lit. M. C. de Epiſc. & Cleric.* hoc tamen dicit ibi: *Hoc expone, infra eodem, l. quiſquis emenſis, vel primipili 1. prima, & maxima adminiſtrationis, quam gerebat.* De quæſtore nihil dicit, quod ſit loco primipili, vltra quod non benè explicauit officium primipili, vt eſt ſupra demonſtratum.

136 Eadem gloſ. *in l. quiſquis emenſis 27. in verbo primipilaribus, lit. A. C. de Epiſc. & Cleric.* ibi: *Qui ſi tenentur, non poſſunt clericari etiam finito officio, alias verò poſſunt, vt modo diximus, per l. ſupra, eod. officiales. Alij dicunt, quod hic dicit de ijs, qui ſunt Adminiſtratores, & Rationales Principis, ſed Bulgar. è contra, vt ſcilicet hic de primis adminiſtratoribus, vel Caſtaldis, ibi de ijs, qui ferunt primumpilum.* Neque loquitur de quæſtore, & vt videtur ſe confundit in explicatione primipili.

137 Idem dicitur *in l. ſed & milites 10. §. fin. ff. de excuſat. tut.* & *in l. pater 23. ff. de adim. leg.* Capic. *d. deciſ.* 129. ſequitur Angel. & allegat Luc. de Penn. qui vt ſupra retulimus contrarium affirmat, & ſecundum opinionem aliorum fuiſſe deciſum contra Fiſcum teſtatur in fine.

138 Rebuff. Grat. Zucc. & Affl. *in conſtitutione patres pro filiis, ne filius pro patre, numer.* 8. confunduntur ex iiſdem rationibus fundatis contra Angel. quem ſequuntur. Idcircò apparet quod DD. qui ſimpliciter hanc falſam, & chimericam opinionem ſunt ſequuti reducuntur ad Ang. Fran. Parmenſem. Martin. Laudenſ. Bolognet. Mantic. Rebuff. Grat. & Zucc. qui ſunt octo.

139 DD. verò pro Illuſtriſ. Principiſſa ſunt, & numero, & authoritate maiores, & adeſſe plures deciſiones, pluribus, euidentiſſimis, & clariſſimis rationibus confirmatas. Pro Fiſco nullam eſſe deciſionem, prout ſunt tam hiſtoriographi, quam Iuriſconſ. Veget. Alex. ab Alex. Halicarn. Pompon. Letus, Buleng. Iuſt. Lipſi. Petr. Bell. Coror. Pyr. Angleber. Abb. Rip. Luc. de Pen. Petr. de Gregor. Donel. Balduin. Pet. Vanderan. Alfar. Fontanell. Caluin. Schard. Nebriſſen. Bertach. Altamur. Surg. Hieron. de Palma, Hartm. Hartm. Munnoz. Camill. de la Ratta, Caſtren. Reg. de Ponſe. Merend. Alciat. Fontanel. Merlin. Franc. Ferrer. Greg. Lopez, & Ramon.

Deciſiones ſunt plures, vt ſupra in 5. inſpectione.

140 Nec eſt prætermittendum addere pro prædictorum confirmatione pœnam inflictam contra Theſaurarium, contra quem licet erat pœna capitis per Conſtitutionem *officiales*, tamen per *cap. vulgaris famæ proloquio* 260. eſt pœna nonupli, & in *Rit. R. C. ſub tit. de non poſitis, ſeu ſubtractis in quaternis rationum officialium*, quæ iura optimè ponderant, & explicant Regens de Ponte *conſ.* 12. *num.* 1. *& de poteſt. Proreg. de Reg. Imper. §.* 3. *& deciſ.* 7. 16. *&* 25. Reg. Tap. *in dict. conſtit. officiales, in verbo capitali.* vbi etiam Mormil. & *in reform. Reg. Camer. cap.* 16.

141 Imò vel tenetur pœna peculatus, vel de reſiduis abſque eo, quod vxores teneantur, nec filij, Caballin. *in reſolut. crimin. cap.* 99. Farinac. *quæſt.* 171. *part.* 1. Hieron. de Palma *d. conſ.* 93.

142 Buriat. *conſ.* 325. *num.* 14. Reg. Rouit. *in pragm. de offic. quæſtoris.* Quod eſt adeò verum, vt contra filios, imò neque contra hæredes agitur, Lanar. *conſ.* 43. & Reg. Rouit. *num.* 4. quod expreſſè eſt contra naturam officij primipili, pro quo vxor, & filij tenentur, &c.

Si ergo opin. Ang. & ſequacium eſt iuris authoritate deſtituta, & propoſita abſque fundamento, eſtque illa tanquam falſa, iniqua, & dura, ab omnibus reiecta, reprobata, & nunquam obſeruata, & contra eam pluries eſt deciſum. Et verſa vice opin. Caſtr. eſt iuri conſona, hiſtoriis conformis, tot Patrum authoritate fulcita, tot rationibus munita, vera, æqua, & benigna non poteſt ab eo recedi, prout quando aliàs fuerit prætenta, ſemper re iecta, ſupplicatur hodie ſic etiam reiici, & nullam de ea haberi rationem.

Quo verò ad aſſecurationem petitam ſuper domo donata contemplatione matrimonij contracti inter ipſam Principiſſam, & Theſaurarium ab Illuſtriſſ. Principe Sancti Georgij in anno 1645. ſub die prima Iunij eſſe concedendam, Fiſco penitus excluſo, ex donationis verbis quæ ſunt vid. licet. *In contemplatione anco, del qual matrimonio il Signor Gio Battiſta Spinello Principe di San Giorgio Zio del detto Signor, Principe di Monteleone dona alli figli naſcituri tantùm del detto matrimonio, & loro deſcendenti in perpetuum il palazzo grande in più, & diverſi appartamenti ſito, e poſto nel largo di Sancto Domenico l'anni paſſati per il Signor Franceſco Maria de Sangro Duca di Vietre dato in ſolutum a Don Franceſco del Tufo per docati* 7500. *con due Curie ſotto di eſſo, con lo peſo del cenſo d'annui docati* 152. *cioè docati* 30. *al Monaſterio di Mont'Oliueto, & altri ducati* 122. *al Monaſterio di Santa Patritia, e poi per detto Don Franceſco detto palazzo venduto a detto Signor Principe di San Giorgio con il detto peſo per docati* 7500. *con eſpreſſo patto, e conditione, che l'vſufrutto della detta caſa vita durante del detto Signor Principe di Monteleone ſij del detto Signor Pincipe. Con conditione però che in detto vſufrutto li creditori di detto Signor D. Gerona tanto preſenti, quanto futuri non poſſano pretendere, nè hauere attione alcuna ſopra di eſſo, ne poſſano ſopra il detto vſufrutto concorrere per li loro crediti, & in caſo, che voleſſero pretendere coſa alcuna ſopra di detto vſufrutto, o foſſe acquiſtata raggione, ò attione alcuna, in tal caſo vuole eſſo Signor Principe di San Giorgio eſpreſſamente, che detto vſufrutto ſi conſolidi con la proprietà, & cedi in beneficio de detti figli naſcituri, alli quali in detto caſo ex nunc pro tunc, & e contra detta caſa ſe intendi donata alli detti figli naſcituri quoad vſumfructum, & proprietatem, ne s acquiſti a detto Principe di Monteleone detto vſufrutto, ne anco come padre, & legitimo adminiſtratore, e con le ſudette conditioni detto Signor Principe di San Giorgio fà detta donatione, & non aliter.* 143 144

Quæ domus in anno 1638. fuit empta per ipſum Principem Sancti Georgij, vt aſſeritur in dicto inſtrumento donationis, & eſt productum inſtrumentum emptionis in dicto anno.

De validitate autem huiuſmodi donationis, cum iis conditionibus ambigi non poteſt, cùm dominus rei ſuæ ſit moderator, & arbiter *l. in re mandata. C. mād.* & poteſt donans imponere quam legem vult, & ſibi placet, *l. donatio* 24. *C. de donation.* ibi. *Vt quas leges indulgent actiones, conditiones, pactiones contineat.* DD. *in l. traditionibus* 20. *C. de pact. l. legem C. de pact. conuenit.* latiſſimè Cutell. *de donat. contemplat. matrim. diſcurſ.* 3. *part.* 6. *n.* 36 *fol.* 534. *tom.* 1. & in patre, cui vſufructus acquiritur in bonis filij, poteſt vſusfructus prohiberi ab eo, à quo res in filium prouenit *Auth. excipitur. C. de bon. quæ lib. cum innumeris.* DD. per Cutell. congeſtis *tom.* 1. *fol.* 453. *num.* 7. *& ſeqq.* 145 146

D. Reg. de Marinis Allegat. collect. GGgg 2 Igitur

Igitur ſtantibus dictis pactis, & conditionibus nullum ius Fiſco competit ſuper domus proprietate, & vſufructu, cum expreſsè donans in actu traditionis illa adiecerit, & ſicut non cogebatur donare, ita poterat donationi omnia pacta apponere.

Illuſtr. Principiſſæ tantùm ius competit, quodque indubitatum eſſe, tradit, ex Guid. Pap. de Franch. Gizzarell. Ronit. de Pont. Giurb. Fontanell. & Cutell. D. Reg. Merlinus *contr. cent. 2. cap. 60.*

Adeò quòd ſuper bonis donatis contemplatione matrimonij poſſit ſatisfieri de eo, quod ſibi debetur pro dote, & antephato. Ratio eſt, quia hæc donatio eſt pars indiuidualis, & correſpectiua contractus dotalis, imò cum eo confunditur, vt fundant omnes prædicti DD. & aliàs matrimonium non fuiſſet contractum.

149 Et non ſolùm poteſt ſatisfieri, ſed propter formatum intereſſe, quod habet in hac donatione agere poteſt, vt res donata conſeruetur, & illibata remaneat. Ita poſt Rouit. *conſil.* 15. de Ponte *conſil.* 80. *n.* 15. Fontanell. Giurb. & alios defendit Cutel. *tract.* 2. *diſc.* 1 *ſpec.* 9. *num.* 22. *& ſeqq.*

Dominus Fiſci patronus videns prædicta non poſſe euitare, obiicit vſumfructum eſſe Principis mariti, & vigore donationis creditores non poſſe ſuper eo ſatisfieri, & in caſu contrarij attenta voluntate donantis eſſe conſolidandum in beneficium filiorum, quorum eſt proprietas. Vnde cum non adſint filij conſolidatio fieri non poteſt, ergo Fiſco ius quæritur.

150 Conſequentia hæc (ſalua pace) non eſt vera, & contra verba, & mentem donantis, qui voluit creditoribus nullam acquiri actionem, nullumque ius competere diſpoſuit, ſi Fiſco ius quæreretur ſuper vſufructu, donans defraudatus remaneret, quod non eſt permittendum.

Et conſolidatio, vel fieri deberet filiis naſcituris, qui naſci poterunt ex iuuenili coniugio, & donec naſcantur donatio deſeruiet oneribus matrimonij, quem effectum donatio hæc indubitanter producit, ex auctoritate prædictorum Auctorum, ſi verò non naſcantur filij, ipſa donatio ad donantem reuertitur. Ita declarat. Anchar. *in capit. nuper, de donation. inter vir. & vxor.* quem ſequuntur Reg. Lanar. *conſil.* 89. *numer.* 8. *latiſſimè* Cutell. *deciſ.* 7. *&* 10. *per totam* de Franch. *deciſ.* 591. *&* 593. Conſil. Theod. Reg. Rouit. *dict. conſil.* 15. *&* 16. *tom.* 2. & Camil. de Medic. *conſ.* 99. *num.* 24.

151 Prædictorum ratio eſt, quia dum donatio fuit facta pro filiis naſcituris tantùm ex dicto, matrimonio, intelligitur facta ad tempus, ſcilicet durante linea ſucceſſorum, quod operatur, vt iis deficientibus, donatio reuertatur ad donantem, ex *leg.* 1. *verſ. dat aliquis, ff. de donat.* & ſufficit, quòd ex verbis appareat de reuerſione cogitatum. Achil. *deciſ.* 1. *de donat.* Quod maximè procedit ex vi dictionis taxatiuæ *tantùm*, ſcilicèt filiis naſcituris tantùm ex dicto matrimonio. Ita in puncto Thom. Doctius *conſ.* 106. Soccin. Iun. *conſ.* 53. *lib.* 2. Peregrin. *de fideicom. art.* 51. *num.* 20. *verſic. quartò, circa medium*, vbi ſequitur doctrinam Doctij, & Soccin. Camill. de Medic. *d. conſ.* 99. *num.* 24.

152 Demùm neque Fiſcus poteſt prætendere ratam fructuum corporum dotalium, cùm hæc opinio ſit ſatis controuerſa ex iis, quæ tradunt Crot. *in leg. ſi conſtante, ſolut. matrim.* quo in loco ob maximam dubietatem Roman. Crot. & Imol. reliquerunt cogitandum, & Præſ. de Franch. indeciſam reliquit *in deciſ.* 617.

Sed hæc cauſa eſt incontrouertibilis, cum Fiſco factum non proſit, cùm ex eo conſtet per teſtes examinatos eo audito, introitus nõ ſufficere ad alimenta vxoris, viri, & duarum filiarum ex primo matrimonio, quæ ex bonis paternis nihil habent ex cauſis notis attenta eorum nobilitate.

Et verè non ſufficiunt, cùm licèt dos ſonet ducatorum octuaginta mille, rei veritate capitalia non aſcendunt ad duc. 30. mil. Etenim inter alia corpora dotalia ſunt infraſcripta, videlicet. Domus valutata pro duc. 18266. ex qua non percipitur penſio annuorum duc. bis centũ, teſtes ſunt, qui in ea habitant omni exceptione maiores, nimirum Dom. Præſidens Bailus, Dom. Iudex Fitiù. Valor verus eſt ſolùm ducatorum trium mille cum onere cenſus duc. 140. Adeſt creditum inexigibile ducatorum quatuor mille ſuper hæreditate D. Iſabellæ Geſualdæ. Super hæreditate Principis Sanſæ, pro antephato ducatorum octo mille non adhuc exactorum, etiam in minima parte. Alij ducati quatuor mille pro tertiis attraſſatis ſuper arrendamentis. Item ſuper monte maritagionum iunctorum ducati decem mille.

Itaque deductis oneribus prædictis fructum non producentibus, & deducta quantitate ſuperflua domus, remanet dos in ducatis triginta mille ſuper Arrendamento Doganarum Apuleæ, ſuper Arrendamento Serici Calabriæ, ſuper oleo, & ſapone, ſuper Regia Dogana maioris Fundaci, ſuper Arrendamento Serici Ebuli, ſuper functionibus Baſilicæ, & Campoli. A quibus fuerunt deducta alagia, & alia onera in beneficium Regiæ Curiæ, & conſiderata exiguitate introituum propter temporum calamitates, non fructuant annuos ducatos mille ter centum, prout patet ex liberatione facta per Regiam Iunctam vnius annatæ, quæ non important niſi ducatos 1283.3.19.

His concluſionibus viſis per Illuſtriſ. Fiſci Patro- 153
num meum dominum acutiſſimi ingenij, edidit libellum de Primipilo, & primipilari adminiſtratione. In quo erudirè, & ſubtiliter adeò ſcripſit, vt prima facie videretur aliquantulum iuſtitiam Illuſtriſ. Principiſſæ inturbidare; Sed lætor, quia non potuit dictis noſtris indubitatis concluſionibus reſpondere, cum veritas ipſarum neque velari queat.

Dixit *num.* 1. vſque ad *num.* 7. Fiſcum pro adminiſtratione primipilari, doti præferri, quod non negauimus in prædictis noſtris allegationibus. *numer.* 1. 2. 3. 4. 4. Non reſpondet tamẽ, quod priuilegium non procedit in corporibus dotalibus; ſed tantùm in hypotheca, prout deduximus *in num.* 10. vſque ad *num.* 16. Item nec reſpondet, quòd in liquidatione crediti contra Theſaurarium erat audienda Principiſſa, vt eſt fundatum *num.* 18. vſque ad *num.* 22.

In *num.* 10. proponit diſtinctionem inter primipilum in genere neutro, & primipilum in genere
maſculino. Quæ diſtinctio etſi vera ſit (reuerentia 154
tanti viri) non diſputatur hoc, ſed tantùm an hodie adſit primipilare officium, etſi Theſaurarius ſubiaceat legum diſpoſitioni contra Primipilum promulgatæ.

In *num.* 12. optimè diſcurrit de officio primipili, & nos cum eo in hoc concordamus *in numer.* 23. *in prima inſpectione*, ſed negamus Theſaurarium exercere officium Primipili, cùm ſatis ſit diſtinctum officium Theſaurarij ab officio Primipili, vt *in dicta prima inſpectione, & in ſecunda numer.* 65. *cum multis ſeqq.*

In *num.* 21. iam confitetur diuerſum eſſe officium Primipili ab officio Theſaurarij, ſolùm tamen dicit militare eandem rationem contra primipilum, quàm contra Theſaurarium. Illa eſt ratio per eum aſſignata,

aſſignata, diſſipatio ſcilicet annonæ, quæ militat tam contra primipilum, quàm contra Theſaurarium.

155 Dicimus non ſolùm leges prædictis oculos habere ad diſſipationem annonæ, ſed ad aliud imminens periculum, quod tunc incurrebatur in exercitus conflictu, in quo deficiebat annona, & milites ea priuati, & pariter depoſito eorum ſubſtantiæ penes primipilum conſeruato, militiam deſerebant, vt ex Veget. & aliis ſcripſit Lucas de Penna per nos relatis *numer.* 38. & *num.* 116. Quæ cum non concurrant in Theſaurario, cùm non ſint in caſtris, nec depoſita militum conſeruet, nec diſponit de pecunia Fiſci, ad ſui libitum, ſed ſolùm cum Proregis mandato, quod aliter erat in Primipilo: Igitur non eſt applicabilis ad Theſaurariũ. Et in *num.* 64. alias deduximus rationes diuerſitatis inter vtraque officia, nimirum vltra imminens periculum, & depoſitorum militum conſeruationem, quòd officium Primipili exercebatur in caſtris. Secundo, quia Primipilus erat haſtatus. Tertiò, quia præerat Aquilæ. Et demùm quia Primipilus multa poſt finitum officium conſequebatur commoda, *ex leg.* 1. *C. de primipilo.* Quæ non applicantur Theſaurario, Ergo diuerſa diſpoſitio.

In *num.* 27. *verſ. Et profectò*, & *num.* 48. Supponit Theſaurarium ſucceſſiſſe loco Primipili *ex l. Officiales C. de Epiſcop. & Cleric. & in l. quiſquis emenſis. C. eod.* per hæc verba. *Et profectò. quod Theſaurarius generalis in officio primipili ſuccefferit. & eiuſdem legibus obſtringatur. Fundatur primò in dict. leg. Officiales* 4. *Cod. de Epiſc. & Cleric. vbi Conſultus loquitur de Officialibus Rationalibus exercentibus primipilum, hoc eſt annonæ curam.*

156 Audacter affirmamus text. hunc non probare Fiſci intentionem. Siquidem tex. ille ſolùm concludit, quòd Officiales Rationales publici curſus, vel primipili, non reddita ratione, non poſſint clericari, verba ſunt iſta, *Officiales Rationales ſi exhibitione curſus, ſeu Primipili neceſſitate neglecta, interuerſa etiam ratione fiſcali, ad clericatus honorem putauerint tranſeundum, ad prio-*

157 *rem conditionem retrahantur.* Vbi ergo, quòd Theſaurarius ſucceſſit in locum Primipili? Vbi ergo, quòd Theſaurarius obſtringatur eiſdem legibus Primipili? Verbum quidem nullum.

In *leg. quiſquis emenſis* 27. *C. eod.* nihil de aſſumpto Fiſci. Audiamus verborum literam, & ſenſum: *Quiſquis emenſis militiæ ſuæ ſtipendiis, expletiſque officiis, ſiue muneribus, quæ cuicumque conditione, aut conſuetudine, vel lege debebantur ad conſortium ſe contulerit Clericorum, & inter miniſtros veræ orthodoxæ fidei maluerit, & elegerit numerari, nullius prorſus ſententia acerbitate reuocetur, nec à Dei templis, quibus ſe conſecrauit, importunis intentionibus abſtrahatur; ſed in iiſdem beatiſſimis miniſteriis ſecurus permaneat, & quietus: ad quæ poſt longi laboris laſſitudinem ob reliquæ vitæ requiem conſilio meliore protractus eſt iis actionibus, ſi quæ contra eum eiuſque patrimonium legitima intentione competunt pro iuris ordine reſponſurus; exceptis primipilaribus, quos præceptis tui culminis, & publicis vtilitatibus in perpetuum eſſe ſubiectos ſacratiſſimæ conſtitutionis ſtatuta ſanxerunt.* Ecce ex hoc tex. nullum verbum de ſubrogatione Theſaurarij in locum Primipili.

158 Si auctoritatem Gloſ. *in l. prædicta, in verbo primipilaribus*, diſpiciamus, nihil de eo, ad quod allegatur, nec Gloſ. bene ſciuit, imò penitus ignorauit Primipili eſſentiam, vt diximus, ex Gotereo *num.* 13. & ex Conarr. Merend. Gloſſatores variaſſe; nam in vno loco vno modo dixerunt, & aliis locis, aliis modis *num.* 61. Nec quod dicit habet fundamentum, nec auctoritatem.

Si inſpiciamus tit. *de ſuſceptorib. & arcariis lib.* 10. nihil de hoc, ad quod allegatur, vbi ſuſceptores ſunt qui pecunias exigunt, & Theſaurarius conſignabant, & hodie ſunt Perceptores.

Si quis videre voluerit aliam legem allegatam *eod. num. in l. cum poſſeſſor.* 5. *C. de cenſib.* videat, ſi eam inuenire poterit.

Si authores allegatos quæras, nimirum Claudium Ramirez. Buleng. Simang. Guther. Panciroll. & Caſſiod. apud eos nihil de hoc inuenies. Imò Rationales Panciroll. appellat, auctoritate tex. *in leg.* 1. *Cod. de offic. Comit. Sacr. Larg. & l.* 3. *de Comit. Sacr. Larg.* eos, qui ſuſceptorum rationes ſcribunt *in c.* 73. *denot. Imp Orien.* & ex hoc reſpondetur ad aliud aſſumptum eiuſdem Domini Fiſci patroni *num.* 45. 159

Si alium tex. *in l. ſatis notum C. in quib. cauſ. in pign. vel hyp. tacitè contrah.* allegatum *in num.* 29. cupiat interpretari, interpretatio erit, quòd pro primipilari adminiſtratione teneantur vxor, & filij, non negatur. Sed quòd Theſaurarius ſit ſubrogatus loco Primipili tex. hoc non dicit. 160

Prædicta omnia abſque vtilitate remanent, cùm iam ſit fundatum per nos in *num.* 75. non poſſe affirmari Theſaurarium fuiſſe ſubrogatum loco primipili, cum Theſaurarius fuerit prius creatus, quàm primipilus, cum officium Theſaurarij, vel Quæſtoris fuerit primum in Republica Romana. Ad hoc per Dominum Fiſci Patronum non potuit reſponderi.

Subnectit deinde *num.* 30. auctoritatem *Angeli*, cui fuit reſponſum multis mediis *num.* 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. vſque ad *num.* 128. Quomodo Bal. intelligatur diximus in *num.* 127. Martinus Laudenſ. incidit in eundem errorem *num.* 130. Eodem modo Franciſcus Parmenſis *num.* 129. decipitur. Et ſimiliter Capic. Rebuff. Caſtald. Gratian. Afflict. Zuccar. Peregrin. quomodo intelligatur, patet *n.* 131. Petrus Barboſ. non audet affirmare, quis ſit Primipilus. Mantic. non meretur allegari, ex ponderatis *num.* 133.

Ad quid ergo allegare Regentem de Ponte, dum ipſe fatetur, quòd in Regno hoc officium nunquam fuit practicatum, prout in noſtro libello *numer.* 109. 161

Idem dicit Ramonius *num.* 101. Rebuff. ſequitur Capic. qui teſtatur deciſum contra Fiſcum. Bolognet. loquitur de adminiſtratore in exercitu in *l.* 1. *num* 201. *D. ſol. matrim.* Cuiac. *in num.* 63. ponderetur. Buleng. *num.* 30. refertur pro nobis. Alfar. dicit deciſum contra Fiſcum *num.* 107. Solorz. reuideatur. Videatur etiam Io. de Plat. quid dicat. Alex. quomodo intelligatur, eſt dictum *num.* 128. Marc. Ant. Surgens dicit, quod non eſt in vſu, *num.* 98. *num.* 39. allegat Alciat. Duaren. & Conar. ſupplicatur reuideri. Merenda veritatem dicit, vt *num.* 91. idem fatetur Merlin. *num.* 94. Ferret. expreſsè dicit contrarium *num.* 99.

Et Regens Galeot. *allegatus in reſponſ. fiſcal.* 1. *num.* 14. & *in* 2. *reſponſo num.* 93. de quo fit magnus apparatus, *num.* 30. *verſic. & tandem*, hoc non dixit, & *reſponſ.* 6. *numer.* 64. hanc ſententiam non firmat, ſed tantùm *num.* 63 dicit: *Nouiſſimè, & tandem attentari poſſet Regium Fiſcum pro credito, quod conſequi debet ſuper hereditate quondam Marchionis Paduli Doharerij Dohanæ Apuleæ, eſſe velut priuilegiatum præferendum creditoribus; ſiquidem cum nouiſſimum ſit Fiſcum, pro officio, & adminiſtratione primipilatus præferri, etiam doti, &c.* 162

Dominus Regens doctiſſimus dixit poſſe attentari, ergo non habuit pro vero, opiniones & exitum cauſæ refert *in reſponſo* 8. *numer.* 16. *ante verſic. non enim in caſu Capicij, & num.* 15. *in fine* dicit, quod articulus primipili fuit ab ipſo propoſitus, ex abundanti, non

pro cauſæ victoria. Altamir. allegatus à fiſco *num.* 32. dicit contrarium, vt deduximus *num.* 97. Alij allegati *num.* 54. ſolùm dicunt Theſaurium eſſe Quæſtorum.

163 Et licet nonnulli ex dictis DD. dicant ob generalem adminiſtrationem, quam habet Theſaurarius, æquiparari Primipilo. Nihilominus hæc ratio non eſt ſufficiens ad inducendam contra Theſaurarij vxorem diſpoſitionem dictarum legum, vt latè per nos *n.* 115.

Ad *numer.* 51. eſt reſponſum à *numer.* 114. vſque ad *num.* 121. Et dum *in num.* 51. ponderat DD. per nos relatos, non immoror, cum poſſint reuideri, cum ſint punctuales pro Principiſſa.

In *num.* 54. vult redarguere deciſiones pro nobis
164 adductas, & in primis dicit Capic. deciſionem non eſſe applicabilem, quia illa fuit promulgata contra Reginam, quæ non habet priuilegia Fiſci; Nam ad quid diſputare de priuilegio Fiſci contra Theſaurarium, ſi Regina eo priuilegio non fruebatur; erat enim Regina huius Regni, & potiebatur hoc priuilegio, ſed quia non aderat officium primipili, fuit excluſa.

Ad deciſionem allegatam per Camillum della Rat-
165 ta *num.* 60. replicat non videre deciſionem, ſed quia adſunt proceſſus in Regia Camera, poteſt eam videre.

Ad Fontanell. Dicit non loqui de Theſaurario, ſed de alio officio. Reuideatur Fontanella, qui deciſionem fundat ex eo, quod non adeſt primipilus hodie, & idem fatetur Ramon. in eadem cauſa.

Alfarum allegauimus dicentem non eſſe hodie Primipilum, & nunquam vidiſſe practicatum, & tamen in omnibus Regnis adeſt Theſaurarius, & contra eum non vidiſſe ſeruatum priuilegium fiſcale, ſi non eſt practicatum, nec ſeruatum, non poteſt nunc allegari.

Maſtrill. licèt non referat cauſas, tamen quia eſt articulus impracticabilis, & ſemper teſtatur contra Fiſcum deciſum. Vnde dum non obſtant conſiderata per Dominum Fiſci Patronum, maxima cum ratione confirmamus, iuridicas, & indubitatas eſſe noſtras concluſiones pro Principiſſa elaboratas.

Prima fuit concluſio, per quam explicauimus ve-
167 ram, & germanam Primipili intelligentiam, eiuſque eſſentiam per Hiſtoricos, vt ex Veget. Condeſcalch. Alex. ab Alex. Tiraq. Liuio, Dionyſ. Halicarn. Pompon. Læto, Bulenger. Iuſto Lipſio. Ex Iuriſconſultis, videlicet ex Bell. Cotor. Anglebernn. Abb. Rip. Luc. de Penn. Petro de Gregor. Vgon. Donell. Franc. Balduino, Pancirolo, Petr. Vander. Peregrin. Alfar. Fontanell. Caluin. Schard. Nebriſſ. Briſſon. Altamir. Surg. Hieronym. de Palma, Munnoz, Camill. della Ratta, Herman. Meyren. vt *in prima inſpectione num.* 14.

In ſecunda inſpectione *num.* 65. probauimus aliam
168 concluſionem quid ſit Theſaurarius, & eius officium, diuerſiſſimum eſſe ab officio Primipili.

In tertia inſpectione *n.* 73. ex Hiſtoricis, & Iuriſcõ-
169 ſultorũ reſpõſis deduximus tempora erectionũ vtriuſque officij, & Theſaurarij, & Primipili, & ſine cõtrouerſia fuiſſe inſtitutum Theſaurarium, & poſtea Primipilũ, & eo tempore, quo leges contra primipilum, promulgatæ non fuerunt, niſi contra primipilum, & non contra Theſaurarium, ſiue Quæſtorem. Aduerſus quam concluſionem verè indubitatam nihil prorſus Dominus Fiſci patronus inuenire potuit.

Sequitur quarta inſpectio *num.* 85. in qua eſt probatum ex auctoritate Caſtr. Alfar. Maſtrill. de Pont. Iacob. Merend. Camill. della Ratta, Fontanell. Merlin. Hieronym. de Palma, Hartm. Altamir. Surg. Ferrer. Gregor. Lopez, Gait. & Ramon. hoc officium non eſſe in vin.

170 In quinta inſpectione *num.* 105. Deciſiones ſemper contra Fiſcum retulimus ex grauiſſimis Auctoribus.

In ſexta verò inſpectione *num.* 113. verò inſpecti-

mus contrariorum ſomnia, & inſulſas doctrinas quas tanquam contra iura, contra hiſtorias, contra obſeruantiam, contra deciſiones, facili modo reiecimus. Et *in num.* 140. ſcripſimus pœnas inflictas contra Theſaurarium diuerſiſſimas à diſpoſitis contra Primipilum. Et in hoc peracutiſſimum Domini Fiſci ingenium nihil contra.

Proinde ſupplicatur pro aſſecuratione ſuper omnibus bonis prædictis, prout ſperatur à Religioſiſſimis Iudicantibus, qui ſuppleant, vt moris eſt, quæ nobis deſunt.

Die 11. Maij 1658. fuit per Regiam Cameram deciſum iuxtà hic allegata, nemine ex Dominis Iudicantibus contradicente.

Scipio Martinus.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo exigendi quartarias ex venditionibus bonorum, Baronali Curiæ redditiorum, an ſit iuri communi contraria, & in quibus venditionibus locum habeat, & num.* 9. *Et an ex ſimplici contractu cenſitico, nec laudemium, nec quartaria debeatur, & n.* 13.

2 *In probanda conſuetudine per teſtes, quæ requirantur.*

3 *Ad conſuetudinem probandam de iure ciuili an ſufficiat tempus decem annorum, etiam in materia ſolutionis quartariæ.*

4 *Vaſſallus pro Barone an poſſit adhiberi in teſtem: Et quid dicendum ſi grandi amicitia eſſet cum Barone coniunctus.*

5 *Conſuetudo an probetur ex inſtrumentis in facto enunciatis, diuerſiſque temporibus initis: Et quid dicendum ſi inſtrumenta eſſent inter alios acta.*

6 *Res inter alios acta, tertio an noceat: & Et quid ſi in inſtrumentis antiquis res atteſtetur.*

7 *Ex duobus actibus, an inducatur conſuetudo: Et an ad probandum ſolitum ſufficiat vnus actus.*

8 *Conſuetudo num probetur ex geminatis ſententiis, & an ſufficiant duæ dumtaxat.*

9 *In Baronia Lauri adeſt conſuetudo immemorabilis exigendi quartarias ex venditionibus bonorum, Curiæ Baronali redditiorum: Et an hæc conſuetudo reſiſtentiam habeat iuris communis.*

10 *Ex ſimplici contractu emphyteutico ſimplex debetur laudemium, & num.* 13. *Et an poſſit excedere quinquageſimam partem pretij: Et quid dicendum ex pacto, vel Regionis conſuetudine.*

11 *Pactum, & conſuetudo à pari procedunt.*

12 *Laudemiorum in ſolutione attendendã eſſe loci conſuetudinem complures Doctores, hoc*

hoc affirmantes, referuntur.

13 *Exactio iuris quartariæ, an tunc concedi poſſit, cùm res ſub onere ſpecialiter conceſſa reperitur: Et an contractus potiùs præſumantur ſimpliciter cenſuales, ſi in conceſſionibus nulla de emphyteuſi fuerit facta mentio.*

14 *Feudalia cum alienantur in Regno, laudemium exigi non poteſt, & num. 19. & 20.*

15 *Si vltra annuam præſtationem reſeruetur Domino concedenti ius præſtandi aſſenſum, contractus an cenſendus ſit emphyteuticus.*

16 *Contractus tunc eſt cenſualis, cùm quis omne ius concedit, quod habet in re, licèt certa portio ſibi reſeruetur.*

17 *Contractus ſi dubitetur an ſit emphyteuticus, vel cenſiticus, & conceſſa reperitur res, quæ fuit de feudo, an præſumatur potiùs facta conceſſio in emphyteuſim.*

18 *Res ſi reddatur feudo, potius ex contractu emphyteutico, quàm cenſuali reddi præſumitur: Et an ſi res illa vendatur, fiat locus ſolutioni releuij.*

19 *Feudum in emphyteuſim concedi, licèt conditio Domini melior fieret, an prohibeatur.*

20 *Si vendatur res feudi, quæ in emphyteuſim à Barone conceſſa reperitur, an debeatur laudemium: Et an res feudi, licèt non totum feudum, poſſit in emphyteuſim concedi.*

21 *Contractus ſi ſit ſimpliciter cenſiticus, an cenſuarius incidat in commiſſum, quamuis per centum annos cenſum non ſoluat.*

22 *Laudemij ſolutio eſt de natura contractus, illudque ex legis diſpoſitione debetur: Et an ſit ſoluendum laudemium, ſi Dominus in contractu expreſsè facultatem dederit conceſſionario alienandi, & de emphyteuſi diſponendi.*

23 *Ex facultate tributa emphyteutæ alienandi, an præſumatur laudemij remiſſio.*

24 *Qui laudemium præſtant de conſuetudine alienare an poſſint ſine aſſenſu.*

25 *Dominus recipiendo quartariam, alienationi factæ an ſuum præſtet aſſenſum.*

ARGVMENTVM.

Quartaria num conſuetudine induci poſſit, vt ſoluatur, quando emphyteuta rem ſibi in emphyteuſim conceſſam alienat. Conſuetudo quando per teſtes probatur, vt legitimè probata ſit, quot concurrere debeant requiſita; & quid quando ex publicis inſtrumentis probetur. Conſuetudo ex quot actibus inducatur, & quomodo ex auctoritate rerum iudicatarum. Conſuetudo loci num attendenda ſit in ſolutione laudemij, vt nimirum ea ſoluatur quantitas, quæ conſuetudine introducta eſt. Conceſſio quando præſumatur emphyteutica, & quando cenſitica: & de pluribus aliis notabilibus ad materiam pertinentibus.

ALLEGATIO CXXVI.

PVTO ex his, quę in facto deducta ſunt, Domini Lauri Baronis, iuſtitiā in hac cauſa, tum ex teſtium depoſitionibus, variis diuerſiſque temporibus receptis, tum ex publicis inſtrumentis, tum, & tandem ex rerum iudicatarum auctoritate fuiſſe comprobatam; remanet modò, vt principalioribus oppoſitionibus, quæ ex aduerſo fiunt, tum iuribus, tum rationibus tum DD. auctoritate ſatisfaciam.

Opponitur enim principaliter, conſuetudinem exigendi quartarias ex venditionibus bonorum Baronali Curiæ redditjtiorū, nullo pacto cum ſuis requiſitis fuiſſe probatam, & quatenus contrarium diceremus, Baronem nullatenus ea iuuari poſſe, tanquam iuri communi contraria, illamque vix locum habere in venditionibus illorum bonorum, quæ cum ſpeciali onere quartariæ conceſſa reperiuntur; nam ſi ſimpliciter in emphyteuſim abſque hoc onere conceſſa conſtaret, non niſi ſimplex laudemium præſtandum, & vbi contractus eſſet ſimpliciter cenſiticus, & non emphyteuticus, nec laudemium, nec quartariam fore debendam. 1

Etenim vt obiecto reſpondeam, pro eo quod pertinet, an Baro ſit in probatis circa conſuetudinem, quam vigere affirmamus in Baronia Lauri exigendi quartarias ex venditionibus; quæ pro tempore fiunt bonorum Baronali Curiæ redditiriorum, credo in facto ſatis, ſuperque fuiſſe fundatum. Primò ex depoſitione, tot, tantorumque teſtium, variis, diuerſiſque temporibus receptorum, hanc veritatem cum omnibus requiſitis atteſtantium. Nam ſi in probanda conſuetudine per teſtes requiritur. Primò, vt illi in conſuetudine probanda aliquod intereſſe non habeant, vt dixerunt Guid. Papi *decif.* 193. *num.* 2. Couar. *pract. quaſt. cap.* 18. *ſub num.* 4. & Hieronym. de Monte, *in tract. fin. regund. cap.* 58. *num.* 2. & 12. quos citat, & ſequitur Camill. Borrell. *in ſum. decif. part.* 1. *in tit. de conſuet. n.* 42. in caſu noſtro ceſſat prorſus teſtium examinatorum intereſſe, nam cum ferè omnes ciues erāt Terræ Lauri, & Caſalium, potius illorum intererat, vt contrarium eius, quod depoſuerunt, probaretur. Secundò ſi requiritur, vt ſint cōteſtes per verba affirmatiua deponant, non autem negatiua, vt dixerunt Alex. *conſ.* 45. *num.* 5. *conſ.* 105. & 125. *lib.* 2. Gratian. *decif.* 148. *num.* 11. Valaſc. *decif.* 80. *num.* 12. quos, & alios citat Borrell. *loc. moderi-* 2

*lato,num.*34.*&* 35.teſtes noſtri,vt ex illorum lectu-
ra conſtat omnes ſunt conteſtes, & per verba affir-
matiua depoſuerũt, nimirum ex immemorabili tem-
pore Barones Lauri ex venditionibus bonorum Ba-
ronali Curiæ redditítiorũ quartarias exegiſſe. Ter-
tiò ſi requiritur, vt reddant cauſam ſcientiæ, adhuc
ſi interrogati non ſint, vt dixerunt Dec. *conſ.*214.*n.*
3.Valaſc.*loc.cit.num.*19.Maſcard.*de probat.concl.*424.
*num.*62.Gratian.*loc cit.num.*14.& Borrell. vbi ſupra
num. 41.& pariter hoc requiſitum in caſu noſtro
habetur; multi enim depoſuerunt Barones exegiſſe
quartarias, & hoc ſcire, quia illas ſoluerunt quando
bona reddititia emerunt, alióſque depoſuiſſe, quia
ius hoc exigebant, cum Baronalium introituum exa-
ctores deputati eſſent. Quartò ſi requiritur, vt de-
ponant de tempore, teſtes noſtri, non ſolùm depo-
ſuerunt de tempore decem annorum, quod de iure
3 Ciuil.ad conſuetudinem probandam ſat eſſe, in pro-
priis terminis ſolutionis quartariæ dixit ſingulariter
Alex. *conſ.*113.*num.* 2. ſed etiam de immemorabili,
ſubiungentes nonnulli, quod ita ab eorum parenti-
bus, & anteceſſoribus audierunt, id quod exquirit
Gloſ. *in cap.* 1.*verbo,memoria de preſcript. in* 6. quam
multi ſequuntur, & cum hac immemorabili neceſ-
ſe non eſſet actuum frequentiam probari, nec Popu-
li ſcientiam, minúſque quod teſtes ſint conteſtes,
nec aliud, cùm ſat ſit teſtificatio, quod ita ab im-
memorabili fuit obſeruatum, nec vnquam contra-
rium obſeruari viſum, vt dixerunt Io.Fab. commu-
niter receptus *in* §.*ex non ſcripto, Inſtit de Iur. Nat.*
Gent. Decian. *conſ.*52. *à n.*54.*cum ſeqq. lib.*2.

4 Nec dicant Aduerſarij, teſtes noſtros nihil pro-
bare ex quo in maiori parte erant ſubditi Baronis,
ad tradita per Camill. de Medic. *conſ.*152. *num.*66.
verſ præterea; nam reſpondetur nullo iure probari,
vaſſallum adhiberi non poſſe in teſtem pro Barone,
& Camil. de Medic. qui hoc aſſeruit, gratis locu-
tus fuit ſine ratione, & auctoritate, prout, & om-
nia, quæ in illo conſilio exarauit: eſt enim contra-
ria ſententia, maximè noſtratum, magis communi-
ter recepta, excepto ſi ſubditi, qui in teſtes adhi-
bentur, eſſent grandi amicitia cum Domino con-
iuncti, quo caſu, non vt ſubditi, ſed vt familiares
repellerentur, & cum hac opinione poſt recitatas
alias decem, Sacrum conſilium acquieuiſſe nemine
diſcrepante, teſtatur Affl. *decif.* 504. & prius hoc
idem affirmauerat Andr. *in c.*1.*tit. ſi de inueſt. inter*
Dom & Vaſſall. lis oriatur, vbi dicit per illa iura, quæ
allegat, hoc dubitationem aliquam non habere,
Gram. *conſ.ciuil.*12.*num.*19.& Viu.aliis omiſſis *com.*
*opin.lib.*3.*opin.*984.*n.*2.

5 Secundò ad exuberantiam ſatis dicitur probata
conſuetudo in caſu noſtro ex tot inſtrumentis in fa-
cto enunciatis, diuerſis temporibus initis, quibus
mediantibus conſtat Barones, qui pro tempore fue-
runt hoc iure potitos eſſe, ita Bald. *in l.*1.*n.*13. *C.ad*
Senat.Conſult.Vell. vbi ait ſatis dici probatam noto-
riam conſuetudinem ex inſpectione publicorum
inſtrumentorum, nec aliam requiri probationem, *&*
*in leg.cum aliquis,num.*4.*C.de iur.delib.* addit hoc eſ-
ſe verum, quamuis inſtrumenta, quæ producuntur,
eſſent inter alios acta; nam, etſi iure cautum ſit, vt
6 res inter alios acta, Tertio non noceat, *tot. titul.C.*
res inter alios acta aliis non noc. hoc dicit. Bald. ve-
rum eſſe, niſi inſtrumenta antiqua hoc atteſtentur,
idemque firmarunt Dec. *conſ.*15.*n.*9. *verſ. nam ex in-*
ſpectione multorum inſtrumentorum, Curt. Iun. *con-*
*ſil.*106. *num.* 5. *in fin. verſ. vbi dicit, quod talis con-*
ſuetudo, Cran. *conſ.*134.*num.*9. *&* 158. *num.*17. Io-
ſeph. Ludou. *deciſ.Lucenſ.*29.*num.*27.Borrell.*loc.cit.*
num. 46. & quod ex frequentia actuum inducatur
conſuetudo dixerunt Cyn. *in leg.*2. *Cod.quæ ſit longa*
conſuet. Affl. *deciſ.*321. *n.*17. & *deciſ* 388. *ſub n.*7.
Borrell. poſt alios quos ad nauſeam refert *cit.titul.de*
conſuet. num. 19. & ſi verum eſt; quod ex duobus 7
actibus conſuetudo inducitur, iuxta ea quæ ſcripſe-
runt D.de Franch. *deciſ.*91.*num.*16. D.Creſcent.*de-*
*ciſ.*1. *in titul. de conſuetud.* & Theſ.Fil. *quæſt.forenſ.*
lib. 1 *quæſt.*58.*num.*16.& ad probandum ſolitum ſat
ſit vnus actus, vt ex Bart. & aliis dixit Borrell. ad
Bellug. *in ſpecul. Princip.rub.* 4. & *in cit.titul.de con-*
*ſuet.num.*106. & Theſ. *dict.quæſt.*38. *n.*17. Quantò
fortius dicitur inducta conſuetudo in caſu noſtro,
vbi non vnus, duo, decem, ſed innumerabiles con-
ſiderantur actus.

Tertiò ex alia probata remanet conſuetudo in 8
caſu noſtro; nimirum ex tot geminatis ſententiis
inde ortis, cùm duæ dumtaxat ſufficerent, Gramm.
*deciſ.*48.*num.*1.*&* 3. Menoch. *conſ.*501. *num.*36. *&*
38. *lib.*6. Maſtrill. *deciſ.Sicil.*67.*num.*16. Bart. *deciſ.*
*Bonon.*98.*n.*9.11.13. *& aliis.*

Sed quorſum ratiocinatio hæc ad demonſtran-
dum, quod in caſu noſtro ſit probata conſuetudo
exigendi quartarias, cùm bona Baronali Curiæ red-
dititia venundantur? ſi ex proprio Aduerſariorum
ore hanc habemus probationem; fuit enim in fa-
cto demonſtratum, in gradu appellationis à ſenten-
tia reintegrationis, in quo iudicio audiebatur Vni-
uerſitas, conuentos à tunc Comitiſſa Nolæ hanc
falſos eſſe veritatem; etenim pro eorum defenſione
nunquam negabant, hoc ius ad Baronem ſpectare;
ſed ad excludendum illius intentionem aſſeuera-
bant, quartarias ſoluiſſe, ſicque non video quo pa-
cto in controuerſiam hodie poni poſſit, conſuetudi-
nem non fuiſſe probatam.

Vnde exiſtente Barone in probatis, etiam ex 9
confeſſione Aduerſariorum, quando alias de his
dubitari contingit, vt in eius Baronia Lauri vigeat
conſuetudo, etiam immemorabilis, vt ex venditio-
nibus bonorum Baronali Curiæ reddititiorum ſolui
debeat Baroni quartaria, non obſtat vana oppoſitio,
nimirum, quod exactio hæc iuris habeat reſiſten-
tiam, ex eo quod iure cautum reperitur, vt quando
contractus eſt ſimpliciter emphyteuticus non niſi
ſimplex debeatur laudemium, *vulg. l.fin.Cod.de iur.* 10
emphyteut. etenim vt obiecto ſatisfaciam, credo
DD. Iudicantibus ſatis patere, quod quamuis lau-
demium directo Domino ſoluendum, ex iuris diſ-
poſitione quinquageſimam partem pretij, quo res
illa venundatur, excedere non poſſit, *dict. leg. fin.*
Attamen communiter DD. noſtros affirmaſſe, vt
tam ex pacto contrahentium, quam ex Regionis
conſuetudine ſtatui poſſit, vt maior præſtetur
quantitas; nullibi enim legimus ius aliquod, pa-
ctum hoc, ſiue conſuetudinem prohibens; text.
enim *in dict. leg. fin.* aliud non diſponit, niſi quia
directi Domini in eorum præſtando conſenſum
alienationibus rerum in emphyteuſim conceſſarum
ſe malè gerebant, ſic ab emphyteuticariis ingentes
pecuniarum ſummas extorquentes, ſtatuit Impera-
tor, vt quinquageſimam partem pretij excedere non
poſſint; aſſerere modo, quod ſi augeretur hæc
quantitas, vel ex partium conuentione, vel ex certi
loci conſuetudine quod idem eſt (nam pactum, & 11
conſuetudo à pari procedunt, & quod poteſt fieri
per vnum poteſt fieri per aliud, vt ferè in terminis
loquebantur Io. de Plat. *in l. Domin. num.*3. *Cod. de*
*agric.& cenſit.lib.*11. & Affl.*deciſ.*91.*num.*9 *&* 258.
num. 2.) aduerſaretur diſpoſitioni *dict.leg.fin.* credo
certè quod aſſeueratio hæc eſſet merè ſomnium vi-
gilantium, quandoquidem, nec ex verbis, nec men-
te text. hoc colligi poteſt, cùm voluerit tantùm

Impera

Imperator prouidere caſum, quando res ſimpliciter conceſſæ reperiuntur, nullo a principio inſerto pacto, vel conſuetudine vigente, vt in caſu alienationis maior quantitas, quàm quinquaſima exigatur; nam vbi hoc pactum, vel conſuetudo in medium ſe offerunt ceſſat omnis contentio inter contrahentes, & ſeruatur quod pacto, vel conſuetudine ſtatutum eſt, ſicque ceſſat inſimul ratio *d.l.fin.* quæ fundatur in refrænando cupiditatem directi Domini, qui ab emphyteuta, vt dixi, pro ſuo arbitrio, & non moderatè ingentem pæcuniarum ſummam extorquebat.

12 Vndè, vt in laudemij ſolutione loci conſuetudo attendenda ſit, vt nimirum id ſoluatur, quod conſuetudine introductum eſt, dixerunt indiuidualiter Paris de Put. *de reintegr. feud. in queſt. qua incipit, pone, quod quod ſunt duo Domini, num.* 10. ibi, *tale laudemium ſoluitur ſecũdum conſuetudinem, & morem Prouinciarũ.* Alex. *conſ.* 5. *n.* 8. *per tot. lib.* 5. vbi teſtatur Veronæ pro Laudemio ſolui decem pro quolibet centenario. Caſſan. *in conſuet. Burgund. rubr.* 11. §. 1. *num.* 2. ſub illis verbis attendendæ ſunt conſuetudines & vſanſiæ locales, ſecundùm quas ſoluendum eſt Laudemium. Renat. Chop. *in conſuet. Andag. tit.* 3. *art.* 1. *lib.* 2. *vol.* 2. vbi dicit in illa Regione pro laudemio ſolutionem fieri viginti denariorum pro qualibet pretij libra. Ant. Sola. *in conſuet. Sabaud. tit. de iur. emphyt. gloſ.* 1. *ſuper decr. in cauſis, n.* 4. vbi dicit validam eſſe conſuetudinem vt pro laudemio ſoluatur tertia pars pretij. Foller. *in tract. de cenſib. in verb. huiuſmodi, num.* 51. vbi dicit hæc verba, *ſcire autem oportet quod Domini directi non habent intentionem fundatam, vt habeant laudemium ſiue quartariam, niſi quatenus conſuetudinibus locorum aut titulo particulari probetur.* Matth. Coler. *deciſ.* 33. *num.* 3. vbi dicit apud Saxonos, & Turingos ſolui quintum pro quolibet centenario. Ludouic. Scacc. *conſ.* 65. *n.* 46. vbi ſimiliter quinq; pro cẽtenario Parmæ exigi pro laudemio atteſtatur. Camill. Borrell. *in ſum. deciſ. part.* 1. *tit. de laudemio, num.* 12. vbi auctoritate Marin. Frecc. *de ſubfeud. lib.* 2. *in* 1. *auct. in queſt. incip. pluribus autem modis, n.* 81. *& ſeq. fol. mihi* 167. teſtatur in aliquibus locis huius Regni pro laudemio exigi tertiam, & alibi quartam pretij partem, quæ tertiaria, & quartaria appellatur.

13 His igitur ſic ſtantibus, & pro veriſſimis ſuppoſitis dico ſatis in vanum elaboraſſe Aduerſarios diſſerendo in hac cauſa, vt tunc demum concedi poſſit exactio huius iuris quartariæ, cùm res ſub hoc onere ſpecialiter conceſſa reperietur, at ſi conceſſio ſimpliciter in emphyteuſi facta eſſet, nullibi in contractu, hoc onere expreſſo, non niſi ſimplex laudemium deberi; & nec laudemnium nec quartariam, quando contractus eſſet ſimpliciter cenſiticus; ſubiungentes quod cùm in conceſſionibus factis per Dominos de vrſinis, nulla, de emphyteuſi fuerit facta mentio, nec dictum vt in caſu alienationis ſolui deberet laudemium vel quartaria, contractus potius præſumuntur ſimpliciter cenſuales, quàm emphyteutici, & per conſequens nec laudemium, nec quartariam deberi, & eò fortius, cùm ſupponatur bona ſic ſimpliciter conceſſa de feudo proceſſiſſe, & ſic feudalia, quo caſu cum alienantur
14 in Regno, incontrouerſum eſt, vt laudemium exigi non poſſit.

Domini, Vt prædictis ſatisfaciam, Reſpondeo primò corruere prorſus hæc omnia ex aduerſo ponderata, ſi Baro eſt in probatis vigere in terra Lauri cõſuetudinem, vt quando contingit venundari bona Baronali Curiæ redditita ſolui debeat quartaria, nam ſi hoc eſt probatum, prout in facto demonſtraui, & ſuperius de iure fundaui, nullo pacto eſt quærendum, an conceſſio fuerit facta cum hoc onere, vel ſimpliciter in emphyteuſim, vel ſub ſimplici annuo reddito, ſiue vt contractus præſumendus ſit cenſiticus, potius quam emphyteuticus, itémque an ſit de feudo res conceſſa; ſic enim qualiſcumque contractus, & de re quæ tenebatur in feudum, vel in allodium, dum viget conſuetudo hæc non eſt de alio inueſtigandum.

Secundò vt videat materiã deguſtaſſe cõcordamus in facto cum Aduerſariis in conceſſionibus factis per Dominos de vrſinis, nullibi legi, vt in caſu alienationis ſolui deberet laudemium, vel quartaria, & quod legitur eſt, vt in caſu alienationis ſit impetrandus directi Domini conſenſus; ſed falſum eſt omnino conſequens quod ex hoc deſumunt: ergo nulla debetur quartaria, ergo contractus initi præſumuntur cenſuales, & non emphyteutici, quandoquidem ex infra dicendis nullo pacto controuerti poteſt has conceſſiones ſub natura emphyteutica proceſſiſſe. Primò, Quia in caſu 15
alienationis expreſsè fuit dictum, vt recurrendum ſit ad concedentem pro aſſenſu, & ſic vltra annuam præſtationem fuit hoc ius Domino concedenti reſeruatum, hæc eſt notabilis Theorica Bart. contra quam non inueni contradictorem, *in l.* 1. §. *hic titulus, num.* 4. *ff. de public. & vectigal.* illamque recitant Paris de Put. *in ſuo tract. de reintegr. feud. cap.* 225. quod incipit. *& quia ſæpè, num.* 3. & Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 22. *tit.* 3. *num.* 9. Dicit enim Bart. quod tunc contractus eſt cenſualis quando quis con- 16
cedit omne ius, quod habet in re licet certa penſio ſibi præſtari debeat, ſed quando vltrà annuum canonem aliquid iuris ſibi reſeruat prout in caſu noſtro, emphyteuticus erit iudicandus contractus, & ſucceſſiuè cùm res illa ſic conceſſa alienatur, laudemium, ſiue Quartaria, ſecundum loci conſuetudiem ſolui debet; & hoc pro eo quod ad caſum noſtrum pertinet indubitatum redditur, cum in conceſſionibus prædictis, vltra aſſenſus reſeruationem in caſu alienationis expreſsè fuerit dictum quod ſi conceſſionarij contra fecerint, ab eorum iure cadant, id quod conceſſionibus cenſualibus non conuenit: legantur conceſſiones ab Vniuerſitate in hoc iudicio præſentatæ *fol.* 274. 276. *&* 278. *in proc. curr.* & legatur alia conceſſio ſimilis in proceſſu reintegrationis *fol.* 445. & propriè 448. Secundò quia quando de conceſſionibus non conſtaret & dubitaretur an conceſſio fuerit facta in emphyteuſim, vel potiùs ſub ſimplici annuo cenſu, ſicque an contractus fuerit emphyteuticus, vel cenſi- 17
ticus, in dubio dum conceſſa reperitur res, quæ fuit de feudo, in emphyteuſim præſumitur facta conceſſio, ita ſatis bene Affl. *in deciſ.* 129. *num.* 6. *&* 7. vbi teſtatur maiorem partem Dominorum de Cõſilio huius ſuæ ſententiæ adhæſiſſe, idemque affirmauit *in cap.* 1. §. *ſi quis per triginta. in* 6. *not. ante num.* 7. *in tit. ſi de feud. defunct. fuer. contr. int. dom. & agnat.* Intrigl. *de feud. cent.* 1. *queſt.* 9. *num.* 91. *& queſt.* 10. *num.* 14. quem citat D. Reg. Tap. *deciſ. S. C.* 9. *n.* 4. Cæſar Vrſill. *in addit ad Affl. ad ſupra cit. deciſ. Afflict.* 129. *num* 4. vbi teſtatur in cauſa Comitis Mutconi cum aliquibus de Circello, S. C. reiecta deciſione Capyc. 103. adhærenſque ſententiæ Affl. &. iudicaſſe quod quando res 18
redditur feudo, in dubio ex contractu emphyteutico, potiùs quam cenſuali reddi præſumitur, ſubdens in illa cauſa Thomam Grammaticum compilaſſe deciſionem 77. idemque ſatis benè affirmauit Pariſ. *de reintegr. feud. cap.* 291. quod incipit, *& circa iam dicta, num.* 3. & nouiſſimè D. Reg. de Pont. *de pot. Proreg. tit. de elect. offic.* §. 4. *num.* 12.

Vnde data hac iuris præſumptione, & in dubio quando non conſtat de conceſſione, cenſeatur contractus emphyteuticus, dum res eſt feudo redditia, conſequens eſt dicere, vt quando venditur res illa, ſiue conſtat de conceſſione à Barone in emphyteuſim facta, ſiue non, fiat locus ſolutioni rele-

uij

19 nij ſecundùm loci conſuetudinem, in nihilo obſtante, quod cum feudum in emphyteuſim cõcedi prohibeatur, adhuc ſi Domini conditio melior fieret, nunquam viſum, nec auditum ex alienatione feudi ſolui in Regno laudemium, hoc enim eſt veriſſimum quando venditur corpus integrale feudi, viget enim generalis conſuetudo in hoc Regno, vt quando venditur feudum, laudemium, ſiue quartaria Domino Regi noſtro non ſoluitur ex quo ſoluitur releuium in morte, vt per Andr. Affl. & quos citat D. Reg. Tap. *loc. cit n. 3.* & in his terminis procedit deciſio, quæ prodiit in cauſa Card. Ieſualdi, Abbatis Regalis Vallæ ſuper venditione terræ Schifati, at cõtrariũ ab omni dubio procul eſt
20 affirmandum, quando venditur res feudi, quæ ſub annuo canone ab antiquo in emphyteuſim à Barone conceſſa reperiretur; Tunc enim nullo iure prohibetur in Regno, quin ex illius rei alienatione laudemium Baroni concedenti ſolui debeat; nam quamuis, ſecundùm receptiorem noſtratum ſententiam, corpus integrale feudi, & ſic totum feudum in emphyteuſim concedi non poſſit, benè tamen res aliqua feudi, putà Domus, vinea, Molendinum, ſiue Territorium aliquod incultum, vel nemoroſum in emphyteuſim concedi poſſunt, quæ quidem conceſſiones priſcis temporibus in dies procedebant, ità Andr. in conſtitutione *conſtitutionem Diuæ memoriæ, in verb. minuendis,* & *in c. 1. in addit. in fin. in tit an ille qui interficit fratrem Domini ſui,* Paris *de reintegr. feud. in quæſt quæ incipit, quæ bona dicantur domanialia, num. 6. fol. 2.* & *in quæſt. quæ incipit aliqua inſuper fol. 5.* Affl ćt. *cit. deciſ. 129. numer. 14 & ſeq.* Matin. Frec. *de ſubfeud. lib. 2. in 15. auth. per totam.* Cæſar. Vrſil. *in addit. ad Affl. in dict. deciſ. 129. numer. 13.* Iul. Clar. poſt alios quos citat in *§. feudum quæſt. 33. num. 4.* Dominus Reg. Tap. *cit. deciſ. 9. num. 9. &* 10. vbi diſtinctè, & benè loquitur. Tertiò quod omnes conceſſiones factæ à Baronibus Lari proceſſerint ſub natura emphyteutica, eſt iam iudicatum in ſententia reintegrationis per S. C confirmata. Fuit enim per illam declaratum, bona Curiæ reddititia in commiſſum incidiſſe, præcedente inſtantia comitiſſæ Actricis deuolutionem petentis propter canonem intra triennium non ſolutum, propter alienationem factam ſine aſſenſu Domini, & nulla ſoluta quartaria, legatur inſtantia *fol. 29. cit. lit. A.* 30. 31. *& fol. 50. & 51. lit. B. fol. 65. à terg. &* 66. *lit. C. fol.* 108. *à terg. &* 109. *à terg. lit. D. fol. 115. lit. E. fol. 122. lit. F. fol. 125. lit. G fol. 148. lit. H. & fol. 395. lit. I. à terg.* ſi enim S. C. non habuiſſet bona Baronali Curiæ reddititia pro conceſſiis in emphyteuſim, caducitatem declarare non poterat, ſed tantùm poſſeſſores ad cenſus decurſos ſoluendum condemnare, cùm ſine controuer-
21 ſia procedat, quod quando contractus eſt ſimpliciter cenſiticus, cenſuarius nunquam in commiſſum incidit, quamuis annuum cenſum per centum annos non ſoluat, & rem irrequiſito Domino cenſus alienet, vt per D D. paſſim in locis vulgarib. & præ cæteris Capyc. *deciſ. 103. num. 5.* Marſigl. *ſing. 95.* Alu. Valaſc. *de iur. emphyt. quæſt. 32. num. 33.* Menoch. *de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 106. num. 16. 18. & 19.* Couar. *lib. 3. var. cap. 9. num. 1.* & Roderic. *de ann. redd lib. 2. quæſt. 21. num. 9. & ſeq.*

22 Quibus principalioribus oppoſitionibus ſic reiectis, reiiciuntur & aliæ inferiores; Nam quod ex aduerſo opponatur, ex alio etiam non deberi laudemium ſiue quartaria, quia in conceſſionibus dictum non fuit, vt in caſu alienationis ſolui debeat laudemium, ſiue quartaria, ſicque ex hoc cenſiticam præſumi conceſſionem, & non emphyteuticam, eſt certè ſatis vana oppoſitio, quia cùm laudemij ſolutio ſit de natura contractus, illudque ex legis diſpoſitione debeatur, vt probant DD. citati per Surd. *deciſ. 31. num. 6. & 7.* nil refert, quod de illius ſolutione in caſu alienationis non fuerit in conceſſionibus facta mentio, *arg. tex. in l. non dubitatur. C. de euict.* & hoc adeò verum eſt, quod ſi dictus Dominus, dum concedit expreſsè in contractu facultatem conceſſionario dederit in quemlibet extraneum alienandi, & de emphyteuſi ad ſui libitum diſponendi, adhuc in caſu alienationis ſoluendum eſt laudemium, cum ex facultate tributa emphyteutæ alienandi deſumi non poſſit, vt cenſeatur facta laudemij
remiſſio, probant Salyc. *in leg. fin. ante num. 3. verſ. fa-* 23
teor bene. C. de iur. emphyt. ibique Iaſ. *num. 4. verſ. dicit tamen, Salyc.* Socin. Iun. *conſ. 70. n. 11. & 27. lib. 3.* Ceph. optimè *conſ. 505. num. 17. lib. 4.* vbi dicit quod quando Dominus directus in conceſſionis contractu alienandi licentiam emphyteutæ præſtiterit, intelligitur concurrentibus his, quæ ſunt de natura contractus, & ſic laudemij interueniente ſolutione, idemque ſatis benè confirmat Cald. *de iur. emphyt. lib. 4. cap. 16. num. 19.* vbi *num. 37.* ampliat, vt debeatur laudemium, adhuc ſi Domini emphyteuſim conceſſerit immunem, & exemptam, omnia iura emphyteutæ cedendo, quia per talem conceſſionis formam non intelligitur, vt eximatur emphyteuta ab iis iuribus, quæ domini alia ſunt, & quæ ſecundùm contractus emphyteutici naturam Domino ſpecialiter debentur, ſubdens, quod hæc laudemij præſtatio nunquam remiſſa, aut ceſſa tranſlatiuè cenſetur niſi ſpecialiter exprimatur, allegat Soccin. *cit. conſ. 70. num. 29. lib. 3.*

Vlterius ceſſat, & alia, quæ fit oppoſitio, dum præ- 24
ſupponitur ex aduerſo aſſenſus reſeruationẽ, quæ legitur in conceſſionib. factis per DD. de Vrſinis, quando res ſub annuo redditu conceſſa alienaretur fundare titulum prorſus contrarium ſolutioni laudemij, ſiue quartariæ. Nam ſi in caſu alienationis eſſet locus huic præſtationi, nullatenus requireretur aſſenſus, ex eo quod qui præſtant laudemium de conſuetudine alienare poſſunt ſine aſſenſu Domini.

Allegant aduerſarij Andr. quem renidere rogant *in c. Imperialem, numer. 63. verſ. qui præſtant, de prohib. feud. alien. per Feder.* illúmque inſecuti fuere Capyc. *in inueſtit. feud. in verb. feudorum alienationes, in 34. limit. fol. mihi 40. col. 2. in fin.* Loffred. *in dict. c. Imperialem, fol. 55. à terg. verſ. item is qui ſecundum conſuet.* & Frecc. *de ſubfeud. lib. 2. in 27. limit. ad Conſtit. Regn. Conſtitutionem Diuæ memoriæ, num. 80. & 81. fol. mihi 167.* & *in 29. author. num. 7. in fin. fol. 360. col. 1. in princ.* Domini hæc Andr. & ſequacium Theorica ad noſtrum non pertinet, ſicque nullo pacto in hac cauſa allegari merebatur. Nam circumſcripto quod Baro eſt in probatis, vt in caſu alienationis bonorum ſuæ Baronali Curiæ reddititiorum, ſit impetrandus ipſius aſſenſus cum ſolutione quartariæ, Andr. loquens de alienatione feudi in terminis illius Imperialis Sanctionis, qua mediante ſtatutæ ſunt tot pœnæ aduerſus bona feudalia contractantes, dicit, quod de conſuetudine, qui ſoluit laudemium poteſt alienare feudum ſine aſſenſu Domini, ſicq; euitare pænas *in l. illa,* præſcriptas, ſed non dixit quod qui alienat cum aſſenſu Domini non tenetur ſoluere laudemium ſiue quartariam, huius Andr. dicti aſſignat rationem Frecc. *in loc. cit.* & ea, eſt, quia conſuetudo illa, quæ tertiariam aut quartariam induxit, licentiam alienandi conceſſiſſe videtur, & ego aliam conſidero efficaciorem
rationem, nimirum, quia Dominus recipiendo ſolutio- 25
nem quartariæ factæ alienationis, ſuum præſtat conſenſum, qui quidem conſenſus in hoc caſu potius ex facto, quam ex verbis procedit, ad tex. *in leg. Paulus, ff. rem rat. hab.* etenim alicuius momenti extitiſſet Andreæ Theorica, ſi dixiſſet quod qui alienat cum conſenſu Domini, laudemium ſoluere non tenetur, ſed hoc dicere non poterat obſtante nimis cla-

ra-

ra diſpoſitione tex. *in vulg. leg. fin. C. de iur. emphyt.* ergò.

Hæc ſatis ad demonſtrandam Iuſtitiam Domini Baronis.

Donatus Antonius de Marinis.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſpecies proponitur.*

2 *Iura feudalia de retractu loquentia procedunt in feudo ex pacto, non autem hæreditario mixto.*

3 *Feudum ex pacto non poteſt alienari niſi proximiori agnato, feudum verò hæreditarium cuilibet.*

4 *Ratio, quæ affertur pro retractu obtinendo, quia fuit res maiorum, eſt falſa.*

5 *Deciſiones proditæ pro retractu in feudo hæreditario proceſſerunt ex æquitate, & re integra.*

6 *Tempus quodnam eſt præſcriptum agnato ad retrahendum feudum alienatum; & an currat contra minorem ipſo iure, num. 7.*

8 *Minor ad hoc vt poſſit reſtitui aduerſus lapſum temporis, læſionem paſſam probare tenetur.*

9 *Minor quid probare teneatur, quando petit ſe reſtitui aduerſus lapſum temporis ad retrahendum præſcripti, & numero 10.*

11 *Andreæ Fachinei ſententia in conſilio 64. ante num. 15. defenditur ab aliquorum oppoſitionibus, & num. 14.*

12 *Intellectus traditur ad* tex. in lege ſi in emptionem 36. ff. de minoribus, *& num. 13.*

15 *Ius retractus, quod competit iure ſanguinis, illi competit, cui competit alienantis inteſtata ſucceſſio.*

16 *Succeſſorium edictum an habeat locum in iure retractus, quod competit iure ſanguinis.*

17 *Ius retractus, quod competit agnato in venditione feudi ex pacto, an competat filiis alienantis.*

18 *Ius retractus, quod competit iure ſanguinis, an habeat locum quando feudum venditur ſub haſta.*

19 *Prælatio vbi competit, eſt deneganda quoties Agnatus illam petens eſſet pauper, ſicque pro retractu obtinendo neceſſe haberet mutuo, vel ſub vſuris ab alio pecuniam accipere, & nu. 20.*

ARGVMENTVM.

Ius retractus, quod in venditione feudi ex pacto competit agnato nùm locum habeat in feudo hæreditario mixto. Minor læſione non probata nùm reſtitui poſſit aduerſus lapſum temporis ad retrahendum à iure præſcripti; & de germano intellectu *l. ſi in emptionem 36. ff. de Minoribus.* Ius retractus an competat vlteriori agnato, proximiore retrahere non valente. An locum habeat in venditione, feudi quæ fit ſub haſta. Et an iure illo vti poſſit filius feudatarij alienantis. Inſuper dubitatur, an in caſibus, in quibus competit Agnato prælatio ſit à Iudice concedenda, vel potiùs deneganda, ſi Agnatus, qui pro retractu inſtat, ſit pauper, adeo vt mutuo, vel ſub vſuris eſſet ab alio pecuniariam neceſſariam recepturus.

ALLEGATIO CXXVII.

EXPOSITA venali Terra Lauri ſub die 25. menſis Maij 1632. inſtantibus creditoribus Illuſt. Marchionis, emptaque illa à Ioanne Franciſco Reniglione pretio ducatorum centum quinquaginta millium, quos iam in pecunia contanti exburſauit. 1

In anno 1635. ſub die 30. Maij comparuit in S. C. D. Ioſeph Pignatellus præfati Marchionis filius adhuc in minori ætate conſtitutus petens, in emptione prædicta præferri Ioanni Franciſco emptori, offerens ſe adimplere ea omnia, ad quæ de Iure teneretur, vt ſupplicatione fol. 1. ad finem, vt legitimè potuiſſet iudicium proſequi, cùm defenſorem non haberet; anno ſequenti ſub die vltima Iunij petiit ſibi de curatore prouideri, quem nominauit Doctorem Marcum Antonium de Angriſano, *fol.* 4. qui iam à Domino tunc cauſæ Commiſſario conceſſus, eadem die mediante alia comparitione inſtetit, Actorem cum effectu præferri in emptione prædicta, etiam per viam reſtitutionis in integrum, ad quam admitti petiit, *fol.* 5. contradicit Ioannes Franciſcus conuentus, quo fit, vt in præſentiarum dubitari contingat, quid Iuris.

Et cùm anno præterito de hoc eodem articulo in Sacro Conſilio & in eadem Aula vbi præſens controuerſia dirimenda ſe offert, mihi diſſerere contigiſſet pro Domino meo Conſiliario Maſtrillo hac eadem vexatione tunc oppreſſo, conſimilem tutelam in præſenti anno continuare libenter onus aſſumpſi, in Domino ſperando, quod cùm cauſa hæc eiuſdem facti, & iuris ſit, idem iudicium, & exitus, eademque fortuna eſſe debeant.

Acce

2 Accedendo igitur ad tuendum iura conuenti,
dico primò, prout aliàs dicebam, quod cùm Actor
ad eius iuſtitiam fundandam nullo alio funda-
mento fulciri poſſit, niſi eo, quod habetur *in capit.*
1. §. ſed etiam res, per quos fiat inueſt. in capitulo 1.
§. porrò, qual. olim pot. feud. alienar. & *in capitulo 1.*
§. Titius, ſi de feud. defunct. content. ſit inter Dominum,
& agnat. vaſ. in vanum laborat, cùm iura hæc,
quæ prælationem in agnati fauorem induxerunt,
communiter receptum ſit, vt non niſi in feudo
ex pacto ſimpliciter procedant, non autem in feu-
do hæreditario mixto, qualia ſunt in Regno om-
3 nia, feudum enim ex pacto non poteſt feuda-
tarius alienare niſi proximiori agnato, nec vn-
quam alteri, abſque eiuſdem agnati conſenſu, ac
proindè non mirum, ſi contraueniendo, ſicque
in extraneum alienans, valeat agnatus ille proxi-
mior retrahere, id, quod in feudo hæreditario mix-
to ceſſat omninò, cum in illius diſtractione nul-
lus agnati conſenſus requiratur; ſed tantùm ſupre-
mi, ac directi domini; ita Noſtrates communiter,
& omnium primus Andr. *in dict. capitulo 1. §. Titius,*
& ibidem Afflict. *numer.* 4. & *in Conſtitut. Prade-*
ceſſorum, Paris *de reintegr. feud. in quaſt. incip. An*
ſi vendantur, in fine numer. 17. Grammat. *deciſ.* 103.
numer. 207. Camer. *in capitulo Imperialem, cart.*
98. & 90. col. 3. verſ. 4. concluſ. Loffred. *in capitulo*
1. num. 202. & *conſ. 14. num.* 51. & *in d. § Titius,* Frecc.
lib. 3. de ſubfeud. differ. 2. inter feud. ex pact. & hared.
Lanar. *conſ.* 96. D. Præſ. de Franc. *dec. 1. numer.* 29. &
alij per me relati in Reſponſo pro Domino Maſtril-
lo *numer.* 5. vbi *numer. ſeqq.* falſam prorſus oſten-
4 dimus rationem à Rouit. ponderatam in *Reſp. poſt*
11. deciſ. Reg. de Ponte *numero* 73. dum dixerit,
ideò in feudi diſtractione eſt agnato concedenda
prælatio, quia fuit res Maiorum, quæ ſanè ratio ſi-
cut militat in feudo ex pacto, militat quoque in
feudo hæreditario mixto; diximus enim, quòd ſi
ratio hæc vera eſſet, ſequeretur, vt in diſtractione
feudi, merò, & abſolutè hæreditarij, & cuiuſli-
bet rei allodialis, quæ fuit Maiorum, eſſet locus
prælationi ad fauorem omnium, qui à primo illius
rei acquirente deſcenderent, id quod falſum eſt,
& contra expreſſam iuris diſpoſitionem, idemque
Rou. negat omninò *cit. reſp. num.* 47.

5 His ſic ſtantibus nullius momenti eſſe affirmo
deciſiones, quæ aduerſus hanc meam, totque Pa-
trum ſententiam in ſupremo huius Regni Senatu
proditæ afferuntur, cùm omnes ex quadam æquita-
te proceſſerint, & citra vllum emptoris intereſſe;
nimirum re integra, & ſic emptori poſſeſſione non
tradita, nec pretio ſoluto; at quando venditionis
actus, ſiue de Partium conſenſu, ſiue de ordine Iu-
dicis celebratus, extitit ex omni ſui parte perfe-
ctus, & per poſſeſſionis traditionem, & pretij ſo-
lutionem conſummatus, prout euenit in caſu oc-
currentis controuerſiæ, non inueni deciſionem, quæ
huic noſtræ ſententiæ aduerſetur; ſed bene ſecun-
dùm illam iudicatum, nimirum in cauſa Annæ
Mariæ Carafa, cum D. Alfonſo Sancio, ſub die
19. Decembris 1626. vbi fuerunt vndecim Vo-
tantes, & vt audiuimus, omnes concordes, vt in
feudo hæreditario mixto non habeat locum præla-
tio, idemque anno præterito ſub die 6. Iunij in
memorata cauſa Domini Conſiliarij Maſtrilli, cum
illis de Zattara; ſatis enim impium eſſet, & in pu-
blici commercij perniciem, vt quis poſtquam
feudum aliquod emerit, pretium ſoluerit, illúd-
que per annos pacificè poſſederit, & meliorauerit,
venditoris fidem ſequutus, vel haſtæ fiſcalis au-
ctoritate munitus talem recipiat moleſtiam, &
vexationem, vt tanto eius incommodo, tanto-
que intereſſe à feudo empto, & per tot annos pa-
cificè poſſeſſo eiiciatur, id quod credo benè con-
ſideraſſe Imperatores, dum ius hoc retractus, quod
in rerum venditione antiquitus vendentibus con-
ſanguineis concedebatur à Chriſtiano Orbe abo-
lendum eſſe ſtatuerunt *in vulg. l. dudum. C. de contrah.*
emption.

Secundò, ſi imprudenter adhærere velimus ali- 6
quorum ſententiæ, qui audacter, & citra erubeſ-
centiam affirmare auſi ſunt, iura prædicta etiam
in feudo hæreditario mixto procedere, & locum
habere, ex alio Nos contendimus, conuentum à pe-
tita prælatione eſſe abſoluendum; ſiquidem eo-
rundem iurium diſpoſitione attento, nimis ſerò
Actor iura ſua propoſuit, & penitus extra tempus,
nimirum poſt tres, ſiue quatuor annos poſt per-
fectam venditionem, cúmque indubitatum ſit, ex
diſpoſitis *in dict. §. Titius,* & *in dict. §. porrò,* annum
tantùm agnato ad retrahendum fuiſſe conceſſum,
ergo. Nec dicat Actor anni circulum conſidera-
ri, ſicque illum datum cenſeri, quando venditio in
remotiorem agnatum facta proponitur; at quando
in extraneum, prout in caſu noſtro, non niſi trigin-
ta annorum ſpatio ius hoc, de quo agimus, præſcri-
bi; nam reſpondemus hoc procedere; quando ag-
natus proximior defuncto feudatario alienante iu-
re proprio vellet alienationem reuocare, nullo re-
fuſo pretio, eo enim caſu, quia tractatur de iure
ſibi per inueſtituram quæſito, ius illud non niſi tri-
ginta annorum curſu præſcribitur; at quando in
vita feudatarij alienantis agere vult agnatus iure
prælationis, prout in caſu noſtro, quod ei permitti-
tur, pretio tamen exburſato, & tunc ſiue aliena-
tum ſit feudum in remotiorem agnatum, ſiue in
prorſus extraneum, annus dumtaxat conceditur ad
retrahendum, vt nimis clarè probatur *in dict. §.*
Titius, & *in dict. §. porrò,* ita vno ore faſſi ſunt Andr.
Fachin. *contr. iur. lib. 7. capitulo 9. verſ. poſtremò,* &
capitulo 15. verſicul. ego puto, Ioan. Kop. *deciſio* 54.
numero 58. & 59. Harthm. Piſtor. omninò viden-
dus, *quaſtion. iur lib. 2. quaſtione 8. numer. 10. verſi-*
cul. pratereà ex verbis, & latiùs, ac melius *qua-*
ſtione 12. numero 18. 19. 20. 21. & 22. Rouit. aliis
omiſſis *in pragm. 63. numero. 8. de offic. procurat. Ca-*
ſar. in nouiſſimis. Nec concluſio hæc aliquam po- 7
teſt recipere reſtrictionem, ex quo actor extitit
ſemper, prout ad præſens reperitur, in minori æta-
te conſtitutus; nam reſpondemus, receptiſſimum
eſſe, tempus vnius anni, de quo in iuribus præ-
dictis ad retrahendum Agnato conceſſum minori
ipſo iure currere, ita Scrader. *de feud. part. 8. capite 7.*
numer. 49. & ſeqq. Roſent. *de feud. cap. 9. concl. 92. n.*
14. & *in addit.* ibidem, *litera Q.* & Harthm. Pi-
ſtor. poſt alios *quaſt. iur. lib. 2. quaſt. 12. n. 33.*

Et quamuis non ignorem potuiſſe Actorem in 8
hoc caſu ad in integrum reſtitutionis auxilium re-
currere, attamen paſſam læſionem probare erat ei
onus; nullibi enim in iure legimus, minorem re-
ſtitui, quia minor, ſed quia læſionem paſſus eſt, nec
aliter dici poſſe læſum eò ipſo, quòd paſſus ſit labi
tempus ad aliquid faciendum à lege conceſſum,
ſed cogitur inſimul, ſi reſtitutionem aſſequi, vult,
de allegata læſione edocere, ita Bartol. *in lege nàm*
poſtea 9. §. ſi minor, numero 6. ff. de iureiur. ibique
Angel. *numer.* 3. Salyc. *numer.* 7. Alex. *numero* 8.
Viu. *deciſ.* 534. *numero* 42. & alij per me relati in
citato reſponſo pro Domino Conſiliario Maſtrillo
numer. 21. & ſeqq. quo loco *numer.* 25. in termi-
nis iuris retractus, ſiue prælationis attulimus doctiſ-
ſimum Fachin. qui *conſ. 64. ante num. 15. verſ. venio ad* 9
quartum,

quartum, lib. 1. docet id, quod per minorem in hac re probandum ſit, vt obtinere queat; nimirum quod tẽpore alienationis poterat minor emere, quod habebat in promptu pecuniam, & quòd talis retractus fuiſſet ei vtilis, ad idque, ait, à Iudicibus ſummè aduertendum, ex quo eſſe poſſet, vt aliquando non ſit minoribus vtile, aliquid emere, vel quia, non habent pecunian, vel quia ære alieno oppreſſi ſunt, vel quia, & tandem ad alios vſus magis neceſſarios pecuniam erogare ſit magis expediens, ſubdens demùm, neminem affirmare poſſe, minori vtile eſſe aliquid emere, ſi ad hoc faciendum neceſſe haberet pecuniam ſub vſuris accipere, vel aliquem alium damnoſum facere contractum.

10 Nec dices contra concluſionem iſtam à Fachineo firmatam aliquos inſurrexiſſe Doctores aſſerentes, læſionem ſatis eſſe in hoc caſu probatam, ſi res, ad quam retrahendam petit minor reſtitui ſuorum Maiorum fuerit, ſicque ſat eſſe, paſſum fuiſſe minorem affectionis intereſſe, ad tex. *in leg. ſi in emptionem 36. ff. de minor.* triplici enim modo huic obiectioni reſpondetur.

11 Primò Doctores omnes, quos inueneris ſic ſe Fachin. ſententiæ opponentes alloquutos eſſe contra caſum tex. *in cap. conſtitutus. de in interg. reſtit.* vbi Summus Pontifex tunc demùm permittit reſtitui conſanguineum minorem aduerſus omiſſam petitionem iuris retractus, quod infra annum, & diem à tempore contractus alienationis, ſecundùm loci conſuetudines proximiori conſanguineo competit, ſi læſionem probauerit, & non aliter, ibi, *Et eos læſos eſſe conſtiterit,* quæ tex. verba gloſ. ibidem explicando ſic loquitur, *probabunt ergo iſti ſe eſſe minores, & læſos, aliàs non audientur.*

12 Secundò reſpondetur, tex. *d. l. ſi in emptionem,* ex quo colligitur intereſſe affectionis, quia res fuit Maiorum, ad caſum noſtrum non applicari; ibi enim tractatur de auocanda re de manu minoris, qui rem, quæ fuit Maiorum emerat cum pacto addictionis in diem, & ſic agit minor de damno vitando, hic de lucro captando, & de damno inferendo tertio rei poſſeſſori, vt benè explicant Curt. Sen. *conſ.* 58. & Soc. Iun. *conſ.* 45. *n.* 8. *&* 9. & *conſ. ſeq. n.* 42. *verſ. quantum verò ad ſecundum, lib.* 4.

13 Tertiò reſpondetur, quòd in tex. *d. l. ſi in emptionem,* ſecundùm explicationem gloſ. ibi, *in verbo, audietur,* ſuppoſitur, potuiſſe minorem tempore addictionis tantum offerre, quantum alius dare obtulit, & recuſauit, quæ quidem potentia de reali, & effectiua, nimirum per pecuniæ numerationem, non autem de verbali eſt certè intelligenda; vnde ſtante hac potentia, quam neglexit minor, ſtatuit Iuriſconſultus, vt ſuccurratur ille hoc reſtitutionis auxilio; ſed fac, vt minor, qui cum hoc pacto emerat, tempore, quo alius intra tempus ſtatutæ addictionis maius obtulit pretium, pecuniam ab alio oblatam non habuiſſet, potuiſſetnè rem ab ipſo emptam aſſequi? certè non, quia deficiebat in ſalutari; modò, ſuppoſita hac impotentia, peto, ego, potuitne in eo tex. ſentire Iuriſconſultus, eſſe minorem illum reſtituendum, ex quo omiſit offerre, quod alius obtulit, certè non, quia etſi obtuliſſet, fruſtratoria extitiſſet oblatio propter ipſius impotentiam, ergo, dico ego neceſſariò intelligenda eſt reſtitutio, de qua in tex. prædicto, cùm minor realiter, & effectiue per pecuniæ numerationem offerre potuit, quod alius obtulit, & neglexit; nunc videamus in caſu noſtro, dum D. Ioſeph Actor petit ſe in integrum reſtitui aduerſus omiſſam petitionem iuris retractus, ſi verè intra annum à die emptionis factæ per Ioannem Franciſcum conuentum, iure illo vſus eſſet, habuiſſetne promptam ſummam, & quantitatem ducatorum cenſum quinquaginta millium, pro ea Ioan. Franciſco emptori exburſanda? conſiderent quæſo hoc Domini Iudicantes, & demùm ſolita eorum integritate videant, ſi in præſenti cauſa attenta diſpoſitione text. *in dict. leg. ſi in emptionem*, poſſit de in integrum reſtitutione tractari.

Et ex his vides quantum vera, iurique conſentanea ſit ſupra relata Fachin. ſententia, dum exiſtimauit, in hac retractus reſtitutione aſſequenda neceſſarium fore, vt minor, qui aduerſus temporis lapſum reſtitutionem petit, probet pecuniam habuiſſe promptam alienationis tempore, ſicque illum potuiſſe retractum exercere, & neglexit, nam ſi dari poſſet caſus, vt maior audiri non poſſet, etiam ſi offerret intra tempus ad retrahendum præſcriptum, & hoc propter ipſius impotentiam, quonam pacto poſſet elapſo tempore reſtitutionis auxilio ſubueniri; dicendum eſt ergo requiri neceſſariò, vt conſtet de potentia, qua mediante detegitur læſio, ſicque Iudicem arbitrari poſſe; an minor, qui reſtitutionem petit aduerſus temporis lapſum, tanto beneficio dignus ſit, iuxta diſpoſita *in d. cap. conſtitutus*, cui congrua reſponſio dari non poteſt. 14

Tertiò, ex alio venit etiam Dom. Ioſeph ab inſtituto prælationis iudicio repellendus, nam cùm ius hoc retractus, quod competit iure ſanguinis, reguletur ſecundùm ordinem legalis ſucceſſionis, & ſic, vt ad illum dumtaxat ſpectet, qui in re vendita, agnato venditore defuncto, ab inteſtato ſucceſſurus eſſet, vt per Gugliel. de Bened. *in cap. Raynutius, in verb. & vxorem nomine Adelaſiam, num.* 636. *in antiquis.* & 74. *in* 5. *deciſ. in nouis* Rondell. *in Conſtit. Sancimus, §. in primis, in verb. ſocij, num.* 12. & Simon. Piſtor. *in addit. ad genitorem. quæſt.* 12. *circa finem,* certè ſi vendita non eſſet Terra Lauri, defuncto Marchione patre, in ea Dom. Ioſeph non ſuccederet, ſed frater ſuus primogenitus, & deficiente primo, ſecundus, & cæteri multi, qui actorem ipſum ætate præcedunt. 15

Nec dices, vt aliqui opinati ſunt, quòd quando perſona, quæ ab inteſtato in re vendita ſucceſſura eſſet, vel nollet hoc retractus iure vti, ſit locus ſequenti in gradu, nam contraria ſententia eſt magis vera, & iuri conſona, quam tuentur Cuiac. *in dict. cap.* 1. *§. ſed etiam res, tit.* 4. *lib.* 2. *de feud.* Harthm. Piſtor. *qq. iur. lib.* 2 *quæſt.* 12 *num.* 66 Herm. Vult. *de feud. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 101. Fab. de Anna *pract. obſeruat. decad.* 1. *obſeru.* 10. *poſt opuſcul. collect. Iul. Caſ.* Gallupp. *in ſuo method. iur. feud. part.* 2 *c.* 11. *n.* 25. & alij plures, qui omnes rationibus, quibus congruè reſponſum nuſquam vidi, docent, nullo modo, nullóve pacto agnatum remotiorem, ad hoc ius retractus admitti poſſe, quãdo proximior iure illo non vtitur, vel vti non poteſt, ſatiſque credo me ſatisfeciſſe Doctoribus illis, qui contrariam tuentur ſententiam, in citato reſponſo pro Domino Maſtrillo à *n.* 30. *& per totum, vſque n.* 40. 16

Quartò, non eſſet ponere os in cœlum, ex alio etiam contendere Actorem à petita prælatione forè excludendum, nimirum attenta perſona, quæ pro retractu inſtat, & ex modo, quo mediante fuit proceſſum ad venditionem feudi, de quo agimus: perſona enim, quæ agit, eſt filius feudatarij, propter cuius debita fuit feudum venditum, & vt talis hoc iure vti non poteſt; ſic pro indubitato firmarunt Iacob. Cuiacc. *tract. de feud. lib.* 3. *titul.* 14. *in explicatione dicti §. Titius,* Harthm. Piſtor. *qq. iur. lib.* 2. *quæſt.* 13. *à num.* 33. *ad ad finem,* Vult. *de feud. cap.* 11. *num.* 88. Fachin. *con-* 17

*tros. int.lib.7.cap.*19. & alij vno ore aſſerentes, ius hoc retractus filij alienantis non competere; ea quidem principaliori ratione moti, cùm nulla feudalis lex afferri poſſit, ex qua ius iſtud alienantis filiis competere demonſtrari poſſit, nam quod attinet ad tex. *in d.§.Titius*, vbi, *verbum nullum*, quòd hoc ius filiis competat, ſed tantùm agnato proximiori, & cùm verſemur in materia ſtricta, non poteſt latè fieri interpretatio, ex quo ius iſtud iuris regulis maximè aduerſatur, *dict. l.dudum*, immò attentè conſiderato tex. *in dict.§. Titius*, apertè in eo hæc ſententia contra filios probatur, ex quo deducit Piſtor. *loc.cit.* quod in hoc peioris conditionis eſt filius, quàm agnatus, cùm teneatur ille eſſe hæres, & in feudo, agnatus verò non, *vulg.tex.in cap.*1. *an agnatus.*

18 Diximus etiam ex modo, quo mediante fuit feudum, de quo agimus, diſtractum; conſtat enim Auctore Prætore, & ſub haſta venditum fuiſſe, in cuius quidem venditionis ſpecie magis communiter Doctores affirmaſſe comperimus, ius aliquod prælationis, ſiue retractus non competere, & hoc propter auctoritatem magni Prætoris, & ne haſtæ fiſcalis auctoritas in ludibrio ponatur, propter quod apud Noſtrates receptiſſimum eſt, reuocandi facultatem conceſſam per Conſtitutionem Regni *Conſtitutionem diuæ memoriæ*, quando feudum ſine aſſenſu à feudatario alienatum reperitur, in venditione, quæ fit ſub haſta locum non habere, probant concluſionem hanc, quod in venditione, quæ fit ſub haſta non habeat locum prælatio, Ioan.de Plat. *in leg.*1.*col.*2.*verſ.item eſt argumentum. Cod. de feud. patrim.lib.*11.Paul.de Caſtro *conſ.*74.*ſub num.*4.*verſ. ſed dubium lib.*2. Alex. *conſ.*52.*numer.*4. *lib.*1. Rom. *conſ.*107. Curt.*ſen.conſ.*27. *num.*16. Crau. *conſ.*215. *num.*4. Rol.à Valle *conſ.*21. *num.*22.*lib.*1. *Dec. conſ.* 300. Afflict. *in Conſtit.Sancimus*, §.*licèt*,*num.*26. & 27. Tiraquell. *de retract. lignag.*§.1. *gloſ.*14. *num.* 8. vbi alios citat Capyc. *deciſ.*99. *num.*4. Ludou. Morot. omninò videndus *conſ.*62. *num.*21. *per totum*, Frecc. *lib.*2.*de ſubfeud.in* 6. *limit. ad Conſtitutionem diuæ memoriæ, num.*15. Gozad. *conſ.*103.*n.*21. Clapper. *in cent cauſ.fiſc. cauſ.*100. *queſt.*1.*num.*18.Scrader. *de feud.part.*8. *cap.*7. & alij plures, quibus addo Ioan.Franc. de Ponte, qui licèt *in deciſ.*11. firmauerit, ius prælationis competere etiam in feudo hæreditario mixto, contra opinionem, quam nos tuemur, hoc tamen limitauit, quoties feudum eſſet ſub haſta venditum, id, inquam, *in tract. de poteſt. Proreg. tit.de diuerſ. prouiſ.*§.1.*num.*21.*fol.mihi* 327. quem ſequitur Thor. *ibidem in addit.* eandemque ſententiam nouiſſimè amplexus fuit Io.Bapt. Bilotta *in ſuis concluſ. feudal. concl.* 19. *num* 8. vbi ceſſare prorſus prælationem hanc affirmat, quoties in feudi venditione legitimæ ſubhaſtationes, & præconia pro liberando feudum plus offerenti facta eſſent, vt tunc nullo modo emptor, qui cum his ſolemnitatibus emit, poſſit à conſanguineis feudatarij, ob cuius debita fuit feudum venditum moleſtari, ſed in hoc parum inſiſto.

19 Quintò, & tandem redditur Clientis noſtri iuſtitia luce meridiana clarior ex notoria impotentia actoris ad petitam prælationem aſſequendam, nam cùm ſummam teneretur exburſare ducatorum centum quinquaginta millium, & in pecunia contanti, prout illam exburſauit Ioannes Franciſcus emptor, necnon ſupra alios ducatos decem mille, quos erogauit in meliorando feudum, certum eſt, quòd non reperitur in ſtatu ſimilia peragendi; & vt circumſpectiſſimis Dominis Iudicantibus conſtet hæc propoſitio, rogo, vt illam tali modo diſcutiamus. Hic, qui pro retractu inſtat eſt minor, & vt talis ſua induſtria, nec quidem obolum acquirere potuit; ex patre nihil poſſidet, nec illius auxilio tam magnam pecuniæ quantitatem exburſare poteſt; ex matre idem, nam & ſi illa dotem habeat alicuius conſiderationis, adſunt tamen in medio plures filij, vndè ius reſiſtit, vt integram, totamque dotem, huic, qui pro retractu inſtat, donet, & quando talem liberalitatem in perniciem aliorum filiorum exercere ius permitteret, modica eſt quantitas pro aſſequendo, quod quærit: ſuppoſita igitur tanta impotentia, interrogemus, quæſo, huius minoris defenſorem, ſiue curatorem in præſenti iudicio datum; quibus mediis feudum tanti momenti acquirere poterit; etenim nullo eſt pacto credendum, nec S. Conſilium vti omnium pater permitteret, vt hic minor, cum alterius pecunia ſub vſuris accipienda feudum prædictum acquirat, ſicque exigere decimum à corporibus feudalibus ad rationem trium, & ad ſummum quatuor, & creditoribus, qui pecuniam ſub vſuris dederunt correſpondere ad minus ad rationem octo pro centenario; quare fas ſit mihi in hac cauſa pro complemento repetere illud idem, quod dicebam pro D. Conſiliario Maſtrillo, nimirùm iudicium hoc prælationis de alterius ordine, huius minoris nomine inſtitutum fuiſſe, nec ad alium finem, niſi vel & primò ad defatigandum emptorem ſub aliqua concordiæ ſpe; vel & ſecundò, vt obtenta prælatione poſſit Actor feudum alteri, cum quo ſecretò forſan ſe conuenit, vendere, ſicque lucrum aliquod conſequi; Primum ex parte conuenti deficit omninò; alterum iuris habet reſiſtentiam; eſt enim citra controuerſiam, quod vbi locus eſt prælationi (quam certum eſt ex ſupra iam dictis in hac cauſa non competere) eſt illa prorſus deneganda, quando res, ſuper qua præferri petitur in petentis dominio non eſt longo tempore permanſura; videatur Guid. Pap. *deciſ.*411. & ex 02 noſtris Cæl.Viſil. *in addit.ad Afflict. dec.* 238.*nu.*6. ex cuius dictis cernitur apertè S. Conſilium in vna facti contigentia habuiſſe pro abſoluto, vt in caſu, in quo de iure competit alicui prælatio, non ſit illi locus, quoties res illa, ſuper qua petitur præferri penes petentem non eſt duratura, prout ſine dubio contingeret in caſu noſtro, id, quod etiam doctè ſatis, prout de more obſeruauit Andr.Gayl. *pract.obſer.lib.*2.*obſer.*19. *à num.*8. vbi inter requiſita, quæ colligit concurrenda ad hoc, vt locus fiat retractui, quod competit iure ſanguinis; illud pro ſubſtantialiſſimo ſcripſit, nimirum, vt retrahat conſanguineus pro ſe, & in vſum ſuum, non autem in alterius vtilitatem, & in fraudem rei emptoris, ſequitur Io. Baptiſta Coſta *de rat.port. quæſt.*110. *num.*3. Caſtil. *deciſ.*89.*num.*16. & omnium ſingulariſſimè Marius Giurba, quem rogo reuideri *deciſ.*51. vbi *num.*21. plurium auctoritate docet, hac in re Iudicis partes eſſe in cognoſcendo, an pro ſe, vel in alterius commodum velit agnatus retrahere, id, quod ex perſonarum, rerum, & locorum qualitate dignoſci poſſe ait, ſubdens ad ſimulationem hanc probandam leues ſat eſſe coniecturas, ex Bec. *conſ.*52. *num.*50. & *ſeqq.* quo loco dicit, hoc in Iudicis arbitrium remitti; ſed illam exiſtimauit Giurba potiſſimam eſſe ſimulationẽ, quam Card. Verallus in indiuiduo pro hac cauſa ſcriptam reliquit *deciſ.*143.*lib.*1. nimirùm ſi perſona, quæ pro retractu agit, ſit pauper, & ad pecuniam pro retractu neceſſariam exburſandam inhabilis, adeò, vt mutuo ab alio eſſet eam recepturа, id, quod cùm in caſu illius deciſionis concurreret, prout & in noſtro, ſupremum illud Siculum Conſiſtorium confirmando ſententiam

M.C.

M.C. prelationem Agnato denegandam eſſe cenſuit, emptoremque ab impetitis abſoluit.

22 Quare ex his omnibus iam ponderatis conſtat enixè ſententiam, quam in præſenti tuemur, & alias defendimus multiplici ratione, grauiſſimorumque Iuriſconſultorum authoritate roboratam eſſe; quod proindè omni iure Senatores præſtantiſſimi in hac cauſa iudicaturi, religione, morum probitate, ac doctrina inſignes, illi aſſentiri, adſtipulari, & adhærere tenentur, prout ſic ſperat Ioannes Franciſcus conuentus.

Donatus Antonius de Marinis.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſeries proponitur de qua hic.*

2 *Soror vna cum nepotibus ex fratre præmortuo, quando, & qualiter admittatur, non obſtante renunciatione facta.*

3 *Textus* in leg. fin. Cod. de pactis, *quod improbat pactum inter duos de ſucceſſione tertij viuentis, qualiter procedat.*

4 *Textus* in d.l.fin. *vtrum locum habeat, ſi pater renunciationem ſtipulatus fuerit ad commodum omnium filiorum.*

5 *Gratiani locus* tom.4. cap.692. num.45. & ſeqq. *improbatur, & quare.*

6 *Textus* in leg.3. §.de illo. ff. pro ſocio, *adducitur in præſenti, vſque ad n.8.*

9 *Textus* in dict. leg. fin. Codic. de pactis, *quomodo limitetur ab Antonio Fabro, & an vera ſit limitatio.*

10 *Renunciatio vtpotè ſtrictiſſimi iuris, eſt ſtrictè intelligenda.*

11 *Renunciatio non intelligitur facta iuris, quod in actu alicui non competit.*

12 *Renunciatio bonorum paternorum, & maternorum, quamuis accepta dote non comprehendit bona fraterna.*

13 *Cautela, de qua in præſenti facta, quid operetur.*

14 *Renunciatio facta à matre ſuis filiis an, & quando præiudicet, vſque ad num. 19.*

20 *Succeſſorium Edictum quomodo, & qualiter locum habeat.*

21 *Soror, quæ renunciauit habetur ac ſi non eſſet in numero vocatorum.*

22 *Ius accreſcendi non habet locum in ſuccedentibus ex priuilegio.*

23 *Succeſſorium Edictum locum habet etiam quando filia renunciauit tempore nuptiarum.*

24 *Pauli de Caſtro doctrina* in leg. qui ſuperſtitis, num.5. iuncta leg. pactum quod dotale. Cod. de collationibus, num.7. *qualiter procedat, vſque ad num. 26.*

27 *Baldi Doctrina* in leg.duobus 87. ff. de leg.1. *adducitur in præſenti.*

27 *Renunciatio facta per filiam quando & qualiter præiudicet ſucceſſoribus eius.*

29 *Baldi Doctrina* in d.l. fin. C. de pactis, cum concord. *adducitur.*

30 *Nepotes ex ſorore num cum ſobrinis concurrere poſſint ad ſucceſſionem, & quando.*

31 *Nepotes ad aui ſucceſſionem concurrunt non obſtante matris ſuperexiſtentia, ſi mater renunciando nihil accepit.*

32 *Renunciatio facta per filiam quando dicatur extinctiua, & quando tranſlatiua, vſque ad n.34.*

35 *Renunciatio iuris adeundi alicuius hæreditatis cedi non poteſt.*

36 *Renunciatio, & ceſſio de hereditate aliena nondum quæſita nullius eſt momenti.*

37 *Regenti Rouiti deciſio* 85. *adducitur ad propoſitum.*

38 *Renunciatio facta à filia quando dicatur fauore maſculorum.*

39 *Molfeſij theorica* quæſt.6. num.17. *adducitur.*

ARGVMENTVM.

Soror ad inteſtatam fratris ſui ſucceſſionem, num vnà cum nepotibus ex fratre præmortuo admitti poſſit, vel potiùs obſtabit ei ampliſſima renunciatio, quam in manibus Patris, dum nuptui traderetur, peregit. Renunciatio futuræ fratrum ſucceſſionis num renuncianti obſtet, quando fratribus abſentibus facta reperitur in manibus patris, eoque magis ſi filiæ dotatio contigit de bonis paternis tantùm. Filij an & quando ex propria perſona ad alicuius conſanguinei inteſtatam ſucceſſionem concurrere poſſint, non obſtante quod eorum mater, quæ ampliſſimè renunciauit, ſuperexiſtat, & de aliis pluribus notabilibus ad materiam pertinentibus.

ALLEGATIO CXXVIII.

OCcasione ſequuti obitus D. Iulij de Sangro, orta eſt controuerſia, num ad illius inteſtatam ſucceſſionem in bonis extra diſtrictum, inſimul cum Dominis Nepotibus ex Fratre præmortuo concurrere poſſit Domina Brigida de Sangro germana ſoror ſuperſtes. 1

Ratio dubitandi contrà D. Brigidam ea eſt, quia cùm hæc Domino Fabritio Brancatio nuptui traderetur, Domino Antonio, Patri ſuo, eiuſque hæredibus, & ſucceſſoribus ampliſſimè renunciauit; ergo.

2 Sed hac dubitandi ratione non obſtante, adhuc contendit D. Brigida, poſſe eam ad germano fratri ſuccedendum cum Dominis Nepotibus concurrere, idque duobus potiſſimum perpenſis, & primò, quod cùm in facto verum ſit, in contractu renunciationis præſentiam, & conſenſum Iulij fratris, cuius bonis Brigidam ſororẽ renunciaſſe ſupponimus, haud interueniſſe, nullo pacto affirmari poteſt, vt facta renunciatio ipſi noceat; etenim receptiſſima eſt DD. concluſio, quòd ſi filia in manibus patris, vel fratris paternam, maternam, fraternam, auernam, vel aliorum quorumcunque renunciauerit ſucceſſionem, talis renunciatio nulliùs erit momenti reſpectu ſucceſſionis maternæ, & fratrum abſentium, aliorumque conſanguineorum non conſentientium, quia licet quantum ad ſucceſſionem bonorum patris ſit facta cum eo, de cuius hæreditate agitur, & valeat, per tex. vulgatum *in c. quamuis pactum, de pact. in 6.* tamen reſpectu ſucceſſionis matris, fratrum, & auorum ſuorum abſentium, non valebit, quia in eorum perſona non erit pactum cum eo, de cuius hæreditate agitur; ſed erit pactum inter tertios, & de ſucceſſione tertij viuentis, quod à iure improbatur, per tex. *in l. fin. C. de pact.* idque ſiue pactum ſit de ſuccedendo, ſiue de non ſuccedendo, quia ſemper
3 eſt de ſuccedendo in perſona alicuius, nec firmatur iuramento; vnde ad dictorum pactorum validitatem cautelam tradiderunt Doctores, vt interueniat præſentia matris, vel aui, vel aliorum fratrum, de quorum ſucceſſione agitur, qui præſtent conſenſum, nam tunc eorum validatur conuentio, per tex. *in d. l. fin.* ſic ſanè apertis verbis ſcripſerunt Fulg. *in leg. pactum dotal. C. de collat. & in conſ. 73.* Cum. *in l. ſtipulatio hoc modo concepta, ff. de verb. oblig.* Gemin. *in cap. quamuis pactum. num. 13. de pact. in 6.* Io. de Imol. *ibidem.* Alex. *in d. l. ſtipulatio hoc modo concepta, num. 12.* Aret. *in l. qui ſuperſtitis, col. 4. verſ. eſt quarta fallentia, ff. de acqu. hered.* Dec. *in d. l. pactum dotali, col. 4. verſ. ſexto limitatur, in fine.* Hieron. Cagnol. *in leg. fin. num. 95 & ſeq. C. de pact.* vbi dicit, ita ſæpè de iure reſpondiſſe, magnumque honorem conſequutum fuiſſe. Io. Bologn. quem, rogo, omninò videri *in d. l. fin. num. 59. C. de pact.* Petr. de Anchar. *conſ. 39. num. 3.* Guid. Pap. *conſ. 162.* Soc. Sen. *conſ. 73. num. 2. & ſeq. lib. 3.* Ber. *conſ. 140. num. 8. lib. 2.* Crauet. ſatis notanter *conſ. 127. num. 5. & alibi.* Ruin. *conſ. 204. num. 8. lib. 2.* Pariſ. *conſ. 24. num. 16. lib. 2.* Roland. à Valle *conſ. 81. num. 1. 2. & 3. lib. 4.* vbi bene loquitur. Ozal. *conſ. 75. num. 7.* Calcan. *conſ. 33. num. 23. verſ. & ſi dicatur.* Surdus notabiliter *conſ. 133. num. 17. lib. 1.* Morot. *conſ. 22. num. 11.* Camil. de Medic. *conſ. 35. num. 2. & 5.* Præſ. de Franch. *deciſ. 89. num. 4. & ſeq.* Franc. Viuius *deciſ. 316. n. 7.* Gaſp. Theſ. *in addit. ad patrem, deciſ. 63. verſ. ſed quæro, quid ſi filia renunciauit,* vbi dicit, concluſionem hanc, nimirùm, vt renunciatio futuræ fratrum ſucceſſionis, renuncianti non obſit, quando fratribus abſentibus facta reperitur in manibus patris, eſſe vndequaque receptam. Paul. Gallerat. *tract. de renunciat. lib. 3. cap. 2. num. 60. per totum.* Addens ad Alex. *in conſ. 155. lib.*
4 *7.* vbi notabiliter dicit, concluſionem ſuprà firmatam, adeò veram eſſe, vt procedat, adhuc ſi pater renunciationem fraternarum ſucceſſionum, à filia recipiens, ſtipulatus eſſet ad commodum omnium filiorum, & deſcendentium maſculorum, ait enim, etiam in hoc caſu, in renunciatione, quæ fit, requiri conſenſum expreſſum ſingulorum dictorum filiorum, ſeu fratrum filiæ renunciantis, alioquin filia ipſa renuncians, etiam cum fratribus ſuperſtitibus, fratri demùm ſine liberis decedenti ſuccedere poterit, renunciatione non obſtante, ſubdens, ità pluries in illo Pariſienſi Senatu iudicatum.

Quibus non obſtant dicta per Grat. *diſcept. forenſ. 5*
tom. 4. c. 692. num. 45. & ſeqq. vbi ait, fuiſſe per Rot. decilum, valere generalem renunciationem à Moniali ante Religionis ingreſſum factam de omni, & toto eo, quod ex ſucceſſione paterna, materna, auita, fraterna, & aliorum quorumcunque aſcendentium, & collaterarium ad ipſum renunciantem in futurum perueniret, quamuis mater, de cuius ſucceſſione demum agebatur, in eo renunciationis contractu præſens non extitiſſet; Etenim reſpondetur, & primò, DD. quos ad hoc probandum allegat, quales ſunt Salic. *in d. l. fin. num. 10.* Fulgoſ. & Iacob. *ibidem, num. 40.* Curt. Iunior. *num. 26.* & Cagnol. *num. 51.* nullo pacto affirmaſſe id, ad quod allegantur, ſed tantùm dixiſſe, valere renunciationem ſucceſſionis hominis incerti, & in genere, quod ſatis differt, quando quis indiuidualiter renunciat ſucceſſioni maternæ, fraternæ, &c. hac enim renunciatione ſic ſtante, dico indubitanter, idem eſſe, ac ſi deſignatis nominibus matris, & fratrum illorũ ſucceſſioni renunciaſſet, ſicque cùm dixerim, renuncio hæreditati meorum fratrum, mihi in futurum deuoluendæ, idem eſt, ac ſi dixiſſem, hæreditati Petri, & Antonij meorum fratrum, & ſic certi hominis, non autem incerti, in quibus ſanè terminis DD. modò citati loquuti fuere, ita ſatis bene ex noſtratibus Dom. Præſ. de Franch. *deciſ. 89.* ſecundò, cùm ad ſuum dictum probandum Grat. vltrà DD. modò citatos alleget inſimul text. *in l. 3. §. de illo, ff. pro ſoc.*
vbi ſupponitur, valere pactum ad fauorem ſocieta- 6
tis initum, vt in ea ponatur ſi quæ iuſta hæreditas ſociis obueniret, quaſi tunc dicatur agi de hæreditate incerti hominis: eſt aduertendum, quod non deſunt DD. qui dixerint, diſpoſitionem tex. *in d. §. de illo,* per ſupra ſæpè citatam *l. fin. C. de pact.* fuiſſe an-
tiquatam, & is inter alios fuit Purpur. in ead. *leg. fin.* 7
num. 13. vbi addit, poſſe etiam textum illum intelligi, quod tractabatur de hæreditate, quæ iam obuenerant, atque quæſita erat, de qua tamen ſocij erant ignari. Secundò, & meliùs reſpondet Petrus Gilken. *in dict. l. fin. num. 31.* poſt Iaſ. quem allegat *in l. 1. C. quand. non petent. part. in text. dicti §. de illo,* non aliter de contractus validitate fuiſſe dubitatum, ſed potiùs de verborum ſignificatione, nam cùm Iuriſconſultus diſſeruiſſet, quomodo ſocietas iniri poſſet, & quæ clauſulæ in tali contractu adiici poſſent, progreſſus fuit ad illam quæſtionem, ſi inſtituta eſſet ſocietas, ea habita conuentione, vt ſi alicui ex ſociis iuſta hæreditas obuenerit, communis eſſet, an tantum ea veniat, quæ iure legitimo, & ſic ab inteſtato obueniret, vel etiam ea, quæ ex teſtamento? & quòd ad legitimam tantùm hæreditatem hoc pertineat, probabilius eſſe putauit Iuriſcon-
ſultus. Hæc determinatio dicit Gilken *loc. cit.* & pru- 8
denter, quod nullo pacto pertinet ad quæſtionem, de qua agimus, cùm illud dumtaxat voluerit Iuriſconſult. decidere, nimirum, vt appellatione legitimæ hæreditatis illa tantum, quæ ab inteſtato defertur, veniat, non autem quæ ex teſtamento.

Vlteriùs nec obſtat, ſi quis cõtendere vellet, diſpo- 9
ſitionẽ tex. *in d. l. fin.* limitari, quoties renũciatio ſucceſſionis bonorũ maternorũ, fraternorũ, & cæterorũ fieret in manibus patris, ex Ant. Fab. *diffin. 26. C. de pact.* nam reſpõdetur, hoc in ea diffinitione nullatenus

nus fuiſſe deciſum, ſed tantùm de eo tractatum, imò ipſe idem Faber *in allegat. n. 1.* ait, quòd communis DD. opinio eſt in contrarium, & in eadem diffinitione ſubdit, quòd non deerant ex Dominis Iudicantibus, qui dicerent, alias contra iudicatum, nimirum, vt renunciatio ſic peracta, nullius eſſet momenti, ſicque in Pariſienſi Senatu deciſum annuimus ſupra ex Additionat. ad Alex. *in cit. conſ. 155. lib. 7.* & ex Gaſpar. Theſ. *in addit. ad Patrem dec. 63. verſ. ſed quæro.*

10 Secundò, cùm pariter in facto verum ſit fuiſſe D. Brigidam dotatam ab Antonio patre tantùm, ad quem onus ſpectabat dotandi, ſequitur per hoc neceſſario dicendum, vt renunciatio per ipſam facta, quantumuis generalis, tanquam ſine cauſa reſpectu bonorum fraternorum, inefficax, nulliuſque roboris diiudicanda ſit; probatur concluſio hæc ratione, & auctoritate; ratione, quia cùm renunciatio ſit ſtricti iuris, ſemper reſtringenda eſt, ne quis indebitè damnum patiatur, ità & taliter, vt perpetuò interpretetur, vt minùs, quam poſſit, noceat renuncianti, ita ſatis diſerte Calder. *conſ. . tit. de præbend.* Dec. *in l. poſtquam liti, num. 15. C. de pact.* & *in conſ. 379. num. 3.* quo loco in propria materia noſtra notabiliter dicit, has renunciationes ſæpè fieri cum parua cauſæ cognitione, & quod Notarij ex quadam conſuetudine in eis clauſulas apponunt pleniores: Idemque, & ſatis benè Surd. poſt alios, quos citat *conſ. 431. num. 32.* Peregr. *de fideicom. art. 52. num. 25.* Dominus Conſ. Staib. *reſol. 32. n. 15. cent. 1.* aliique
11 quamplures in locis vulgaribus, qui etiam vnanimi conſenſu ſcripſerunt, vt iuri, quod in actu alicui nó competit, provt in caſu noſtro, renunciatum non cenſetur, id, quod pariter dixerunt Io. Bapt. à ſancto Blaſio, & alij relati à Molfeſ. *de renunciat. quæſt. 6. num. 35. 36. & 37.* vbi addit, quòd ius, quod in actu non competit, dicitur ignoratum, & iuri, quod quis ignorat, renunciatum non præſumitur; idemque Rota *deciſ. 543. num. 27. in reſid. 5. part. recent.* vbi notabiliter addit, renunciationem hæreditati, vel iuri de futuro ſemper intelligi debere de illo iure, quod habuit, vel habet cauſam de præterito, vel de præſenti, non autem ex cauſa de futuro, non habere ſpem probabilem de præſenti: allegat Ciriac. *controuerſ. iuris 262. num. 8.* Coſta *de clauſ. conuent. clauſ. 94. num. 2.* & Add. ad Dominum Ludouiſ. *in deciſ. 265.*
12 Auctoritate etiam probatur concluſio noſtra, nam quod vbi donatio contingit de bonis paternis, vel maternis tantùm, itavt fratres nihil de proprio promittant, renunciatio, quantumuis generalis facta patri, eiuſque hæredibus, nullo pacto bona comprehendat fraterna, vno ore faſſi ſunt infraſcripti magni nominis Doctores, tum veteres, tùm recentiores, & primus omnium Petrus de Anchar. *in conſ. 39. num. 3. verſ. ex quibus omnibus concludo.* Philipp. Dec. *in l. pactum, quod dotali, in 4. limit. C. de pact.* & melius *in conſ. 379. num. 14.* Georg. Natt. *in repet. c. quamuis pactum. num. 56. verſ. ſeptimò limita, de pact. in 6.* Ioan. Bolognet. *in repet. l. fin. num. 113. verſ. ex qua diſtinctione infertur, C. de pact.* Bartholom. Caſſan. *in conſ. 69.* quod eſt poſtremum, *num. 13. verſ. nec in hoc obſtabit.* Matth. de Affl. *in cap. 1. num. 7. verſ. 3. fallit, de feud. dat. in vicem leg. comm.* Tiber. Decian. *conſ. 77. num. 24. verſ. ſicut è contra, lib. 5.* Iacob. Menoch. *conſ. 412. num. 40. verſ. vltimò hac controuerſia, lib. 5.* Riminal. Iunior. *conſ. 670. num. 24. verſ. vnde mihi ſuccedere videtur. lib. 6.* Cæſar. Vrſill. omninò videndus *in addit. ad Afflict. deciſ. 1. 1. num. 6. verſ. quid ſi fiat renunciatio generalis.* Ioan. Franc. de Ponte *conſ. 74. n. 9. verſ. imò in tantum, lib. 1.* Io. Ant. Lanar. *conſ. 49. num. 7. & 8. verſ. vlterius non eſt modica conſi-*

derationis. Paul. Staib. Senior. *conſ. 69. num. 11. verſ. & licèt in renunciatione apponantur clauſulæ.* nec diſſentit Dominus Conſ. Nepos. *ibidem in addit.* Paul. Galler. *in tract. de renunciat. lib. 3. cap. 2. num. 52. verſ. quapropter filia dotata à patre.* & Niger. Ciriac. aliis omiſſis, *controuerſ. 474. n. 40. & 41. verſ. non eſt veriſimile.*

Quodque in caſu noſtro concluſio modò firmata 13 procedat ſine controuerſia, ſatis dicimus, in facto conſtare, non aliud patrem renunciatarium in hac renunciatione voluiſſe, niſi, vt filia ſuper bonis ſuis tantùm ſuccedere non potuiſſet, non autem, vt illa à fratrum ſucceſſione excluderetur; probatur, quia poſt extenſam à Notario ſolitam cantilenam renunciationis ſucceſſionis bonorum paternorum, maternorum, fraternorum, &c. cupiens pater ipſe renunciatarius, ſibi, & hæredibus ſuis proſpicere, caſu forſan eueniente; in quo filia renuncians, ſiue filij ab ea procreandi, factæ renunciationi contrauenirent, voluit, vt ſi aliquo futuro tempore D. Brigida, ſiue filij ab ea naſcituri aliquid ab ipſo patre renunciatario, vel ab hæredibus ſuis vltra dotem promiſſam ducatorum 9000. petiiſſent, tali caſu omne id, quod declararetur, eis deberi vltra dotes prædictas, teneretur Fabritius tunc ſponſus de propria eius pecunia exburſare; ex hoc quidem pacto, dico ego, ſatis aperte elici, illud tantùm voluiſſe Antonium patrem, vt filia renuncians nullo futuro tempore potuiſſet ei ſuccedere; nam ſi voluiſſet, vt inſimul à fratrum ſucceſſione excluderetur, quando dixit, vt teneretur Fabritius ſponſus omne id exburſare, quod declararetur deberi D. Brigidæ ſuper bonis Antonij patris, dixiſſet vtique quod declararetur deberi tam ſuper bonis Antonij patris, quàm ſuper bonis fratrum, aliorumque coniunctorum ab inteſtato decedentium; ſed hoc nó dixit, ergo non eſt, cur dici poſſit, vt ſit extendenda renunciatio, vt etiam bona comprehendat fraterna, de quibus D. Brigida nec dotationis tempore, nec vnquam deinceps aliquid conſequuta fuit.

Sed ſupponamus pro nunc, citra præiudicium ve- 14
ritatis, renunciationem à D. Brigida factam, eſſe aptam comprehendere etiam bona Iulij, quod impoſſibile credo, diſcutiendum nobis eſt, an filij ex ipſa renunciante orti, inſimul cum ſobrinis ex propria perſona ſuccedere poſſint, vel potiùs aſſeuerandum, ſtante matris excluſæ ſuperexiſtentia, cenſeri eos pariter excluſos.

Et poſſe illos, ac debere ſuccedere, teneo indu- 15
bitanter; quandoquidem in illa vulgari quæſtione, an renunciatio matris, filiis noceat, quin ex propria perſona ad aui ſucceſſionem venire poſſint, Doctores noſtri in terminis iuris communis duos diſtinxerunt caſus, quorum primus eſt, quando renuncians filiis relictis, præmoritur patri, cui eſt cum iuramento renunciatum, & in hoc receptiſſima eſt omnium ſententia, matris renunciationem in nihilo filiis obeſſe poſſe, quin ex propria perſona ad aui ſucceſſionem venire poſſint, ea quidem vulgata ratione, cùm in omni renunciatione illa tacita inſit conditio, ſi hæreditas ad matrem renunciantem fuerit delata: vnde ſi mater patri ſuo, cuius bonis renunciauit, præmoriatur, tanquam facta renunciaciatio ſub conditione, quæ non exiſtit, euaneſcit; idque etiam, ſi matris renunciantis ſint hęredes, factaq; eſſet renunciatio, dote recepta, ita [illegible]r. Paul. 16
Caſtrenſ. & reliqui communiter *in l. qui ſuperſtitis 93. ff. de acquir. hæredit.* & *in l. pactum dotal. Cod. de collat.* Anton. Gabr. *commun. concluſ. lib. 3. tit. de iure dot. concluſ. 1. num. 47.* Dom. Præſ. de Franch. qui ſic deciſum teſtatur *deciſ. 67.* Viuius *deciſ. 111. per*

totum, Morot. *conſ.* 22. Anton. Fab. *diffin.* 1. *de pact.* Fontanel. *de pact. nupt. clauſ.* 9. *gloſ. vnica*, *part.* 1. *n.* 65. *tom* 2. Dom. Reg. Rouit. *conſ.* 23. *n.* 24. *&* 25. vbi dicit, ſic ſemper in Supremo Regni huius Senatu deciſum, & nouiſſimè ſatis benè D. Reg. Merlin. *contr. cent.* 1. *c.* 11. *per totum*, & D. Reg. Capyc. Latro *deciſ.* 4. *&* 41. *num.* 16.

17 Alter caſus eſt, quando mater, quæ renunciauit, ſupraiuixit patri, cui fuit renunciatum, & in hoc pro eo, quod ad materiam noſtram pertinet, ſubdiſtinguendi ſunt duo alij caſus: Primus, quando renunciantis filij ad aui materni ſucceſſionem venire intendunt in concurſu auunculorum. Secundus, quando auunculis non ſuperexiſtentibus, concurrere vellent cum ſobrinis auunculorum, ſiue materterarum filiis: In primo conueniunt omnes ſine contradictore, matris renunciantis ſuperexiſtentiam nocere filiis, ſicque illos omninò per auunculos, ſiuè materteras excludi, ratio aſſignatur potiſſima, quia volentes cócurrere cum auunculis, nullo pacto ſuccedere poſſunt, niſi ex perſona matris viuæ, quæ per renunciationem reperitur excluſa, ac proinde ipſi quoque filij repelluntur, illaque portio, quæ matri deberetur, ſi non renunciaſſet, accreſcit fratribus per ius accreſcendi, ità ſatis benè Reg. Rouit. *conſ.* 46. *n.* 52. *lib.* 1. In ſecundo autem caſu ſecus omninò affirmandum, nam cùm hi nepotes ad aui ſucceſſionem concurrant cum perſonis æqualis gradus, ita vt Matris perſonam, ſiue gradum ſubingredi non indigeant, non eſt de quo dubitari poſſit, vt matre per renunciationem excluſa, filij ex ea orti per ſucceſſorium edictum cum ſobrinis ſuccedant, hoc eſt enim de iure, vt proximiore ob aliquam cauſam à ſucceſſione excluſo, ſequentes in gradu admittantur, ita

18 ſanè ſcripſerunt Bart. *in l. qui ſuperſtitis*, *n.* 2. *verſ. aduerte ſiquidem*, *ff. de acquir. hæredit.* Io. de Imol. *in eadem l. qui ſuperſtitis, ante n.* 2. *verſ. ſed vbi filia.* Ioan. Crot. *in l. ſtipulatio hoc modo concepta*, *à n.* 56. *vſque*, *& per totum n. ſeq.* attentè legendus. Ludouic. Morot. *conſ.* 22. *num.* 7. *verſ. ſecundò probatur.* Franciſ. Molin. *de rit. nupt. lib.* 3. *q.* 84. *num.* 23. *verſ. ſubdeclaratur egregiè.* Paul. Galler. *in tract. de renunciat. lib.* 2. *cap.* 5. *n.* 28. *verſ. ex quibus.* Præſ. de Franch. ad Napod. *in conſuet. ſi moriatur, ſub n.* 39. *in apoſtill incipiente, vide Dec. verſ. & adde, quòd ſi adſunt, &c.* P. Molfeſ. omninò videndus *in comment. ad conſuet. noſtras, in tit. de renunciat. quæſt.* 14. *n.* 9. *verſ. probari poteſt*, quo loco notabiliter loquitur.

19 Hæc tantorum Patrum ſententia ea ſolidiſſima ratione comprobatur, nam ſi principalis ratio dubitandi contra iſtos Dominos concurrentes ea eſt, quia D. Brigida mater, quæ renunciauit, adhuc viuit; corruit prorſus ſi ad Iuris principia recurrimus; etenim in Iure nouum non eſt, vt exiſtentia perſonæ excluſæ proximioris, non modò immediatè ſequentes à coniuncti decedentis ſucceſſione non repellat, ſed quod bene illorum operetur incluſionem; ad hoc enim proditum eſt à Iure ſucceſſorium edictũ, vt quoties proximior nolit, vel non poſſit ſuccedere, ſequens in gradu admittatur; ſupponamus enim, Dominam Brigidam nullatenus renunciaſſe, certè nullum ſe offerret obſtaculum, quin Iulio fratri ſuo prædefuncto ſuccedere poſſet; fac modò, vt ipſa declaret, nolle ſuccedere, ſic fraternam reſpuens hæreditatem, nonne ex edicto ſucceſſorio eius filij admitterentur; certè ſic, ac ſi eorum mater in rerum

20 natura non eſſet. Sunt hæc iura nimis clara, & vulgata *in l.* 1. *§. quibus*, vbi gloſ. *in verb. noluerit*, *ff. unde cognat.* & *in l.* 1. vbi DD. communiter, *C. de ſucceſſ. edict.* parificantur enim per hæc iura, mors, & repudiatio; nam quemadmodum ſi Domina Brigida fuiſſet fratri prædefuncta, filij ex ea geniti abſque aliquo alio obice admitterentur, ſic pariter, dum ipſa viuens ſucceſſioni renunciat. Et ita in puncto obſeruauit Salycet. *in Auth poſt fratres*, *n.* 3. *C. de legitim. hæred.* vbi quærit, ſi Titius decederet, ſuperſtite ſorore vtrinque coniuncta, filium habente, ac pariter ſuperſtitibus duobus nepotibus ex duobus fratribus, ſimiliter vtrinque coniunctis, ſorore hæreditatem repudiante, nepotibus autem adeuntibus, num filius ſororis, quæ repudiauit, ad aliquam partem hæreditatis defuncti auunculi vocetur? Arguit primò, quod non, ſed quod portio repudiata accreſcat portioni, per nepotes prædefunctorum fratrum

aditæ; Sed contrarium putat eſſe verius, ex pluribus, 21
eo tamen potiſſimùm perpenſo, quia ſoror, quæ repudiauit, habetur, ac ſi in numero vocatorum non fuiſſet, allegat tex. *in d. l.* 1. *§. ſi quis eorum*, *ff. de ſucceſſor. edict.* Sed nemini tunc dubium, quod nepos iſte ex ſorore cum nepotibus ex fratribus vocaretur, Ergo: & ſubdit non poſſe in hoc caſu locum habere ius accreſcendi, cùm nepotes ex fratribus, quando eorũ amita ſuccedere voluiſſet, ad ſuccedẽdum cum ea admitti non poterant, niſi ex priuilegio, ſed

ſuccedentibus ex priuilegio denegatur ius accreſcen- 22
di, *l.* 3. *§. ſi coniunctim*, & *l. filium*, *§. ſi legata*, *ff. de legat.* 1. & *l. mulier*, & *l. Titio*, *ff. de condit. & demonſtr.* Ergo. Idemque ex recentioribus ſatis notanter ſcripſit Io. Antõ. Mangil. *de imputat. q.* 64. *num.* 4. ſub illis verbis, *Ergo ſimiliter ſi renunciauit filius, quia mors, & repudiatio quoad admittendum ſequentem in gradu, parificantur, vt in d. §. quibus, & in §. proximus l.* 1. *ff. vndè cognati &c.* Et magis ad rem noſtrã paulò poſt *num.* 6. ſic loquitur, *ſi ſoror habens filium renunciauit parti ſuæ; quemadmodum ea mortua, iſte nepos cum patruis ſucceſſiſſet, dictis Iuribus, & in Auth. vt fratrum filij, & in Auth. de hæred. ab inteſtat. in* 1. & 2. *col. ità, cùm ſoror, materque illius ſupereſt, ſed renunciauit*, &c. Idemque Mercurialis Merlin. tract. ſuo de *legitim. lib.* 1. *tit.* 2. *q.* 11. & per hæc verba: *Reſtringenda tamen eſſet huiuſmodi declaratio, quando pater ſucceſſioni aui renunciaſſet, aut eam repudiaſſet, nam ex ſucceſſorio edicto deuoluit ad nepotes, quibus repudiatio patris non obeſt. &c.* Hinc in fortioribus terminis Roder. Suarez. *in repetit. leg. quoniam in prioribus, C. de inofficioſ. teſtam. ampliat.* 10. *num.* 56. ex communi ſententia affirmauit, nepotem à filio genitum, cui certum eſt, quod patre ſuo viuente, nullum ius competit ſuper bonis prædefuncti Aui, poſſe, ac debere ex propria perſona ſuccedere, vbi pater ſuus fuiſſet iuſte exhæredatus, ſicque tutatur, contrariis reſpondens, adhuc in querela, perſona excluſa ſuperexiſtente, fieri locum ſucceſſorio edicto, ſub illis ſignanter verbis: *communis opinio eſt in contrarium, imo quod in querela ſit locus ſucceſſorio edicto. quod tunc nepos ex edicto ſucceſſorio admittitur ad querelandũ teſtamentum aui, quia quoties ſunt plures, quibus ordine ſucceſſiuo defertur querela, primo excluſo repudiatione, tempore, vel ſententia, ſequens licèt præteritus habet querelam ex edicto ſucceſſorio. Iſte eſt caſus apertus in l. pater filium. ff. de officioſ. teſtam. & in l. ſi is, qui, ff. eod. tit. & hanc opinionem tenet Dyn. in d. l. ſi pater filium, ſcilicèt quòd nepos ex edicto ſucceſſorio habet querelam, nec obſtet ei patris demeritum. ff. de contra tab. l.* 3. *Si emancipatus, Item Dyn. in regula non debet, de reg. iur. lib.* 6. *Item Azo in ſumma de inofficioſ. teſtam. Nec obſtat d. l. ſi quis filium, &c. Nec obſtat d. l. ſi quis filio, &c.* Sed in hoc non inſiſto, quia non eſt materia noſtra, verſamur enim in cauſa inteſtati, in qua propriè, ac naturaliter ſucceſſorium ſubintrat edictum.

Hæc, ſi vera ſunt, quãdo matris renunciatio cõtin- 23
git,

git, tempore delatæ paternæ ſucceſſionis, cur veriora eſſe fateri non debemus, quando nuptiarum tempore futuræ, & forſan incertæ parentum ſucceſſioni renunciat, poteſtne maior ratio conſiderari, vt ſit locus ſucceſſorio edicto, quando filia, patre defuncto, illius ſucceſſioni renunciat, quam vbi reperitur nuptiarum tempore in manibus patris renunciaſſe. Dicet quis, illam diuerſitatis conſiderari rationem, quia quando filia paternæ ſucceſſioni ſibi deferendæ, cum pacto de non petendo renunciat, videtur per hoc, quod ſit inducta tacita donatio, in hæredem vniuerſalem patris collata, non ſic, quando quis paternam hæreditatem ſibi delatam repudiat. Sed reſpondetur Primò, nullibi in Iure hoc cautum reperiri, ac proinde gratis dictum; Reſpondeo ſecundò, quòd ſi vera eſſet aſſeueratio hæc, nimirum, vt renunciatio, quæ fit in manibus patris ſucceſſionis ſuper bonis eiuſdem ſibi deferendæ, donationem importet ad beneficium eius hæredis vniuerſalis, intelligo ab inteſtato, ſequeretur, vt ſi quis ab inteſtato decederet, ſuperſtite ſibi ex linea deſcendentè filia tantùm, & ex ea nepote, ſequeretur, inquam, vt tranſuerſalis, ſiuè agnatus, ſiuè cognatus, quantumuis remotus neceſſariò hæres patris renunciatarij eſſe deberet, ſicque hunc dici donatarium filiæ renunciantis. Sed hoc eſt contra communem omnium ſententiam, quæ ſe habet, vt matris renunciatio filiis non obſit, quin per ſucceſſorium edictum ad Aui ſucceſſionem venire poſſint, collateralibus, ſiue agnatis, ſiue cognatis penitus excluſis, non obſtante, quod filia renuncians dotem receperit, ac patri ſuperuixerit, vt per Paul. de Caſtr. *dict. l. qui ſuperſtitis, num. 3. verſ. & hoc ſi extabant ali; ff. de acquir. hereditat.* Ioann. de Imol. *ibidem col. 2. verſ. ſed vbi filia.* Philipp. Corn. *in leg pactum dotali, num. 14. ver. ſi vero concurrens, Cod. de collation.* Anton. Gabriel. *commun. concl. tit. de iur. dot. concluſ. 1. num. 54.* Anton. Gomez. *in leg. 22. Tauri, num. 10. in princ.* & *in verſ. vnum tamen eſt,* Roder. Suarez *in l. quoniam in prioribus, in declaratione legis Regni, in 4. limitat. n. 10.* vbi in fine, dicit, quod in hoc omnes concordant, Ludouic. Morot. *conſ. 22. num. 1. & 7.* Michaël Craſſ. *in §. legitima, q. 4. num. 3. per totum.* Franciſ. Molin. *tract. de ritu nuptiar. lib. 3. quaſt. 84. num. 23.* Pater Sanchez *lib. 7. in præcept decal. capit. 7. num. 58.* & Mercurial. Merlin. *in tract. de legitima, lib. 1. tit. 2. quaſt. 11. num. 5. verſ tertius caſus eſt.* Ergo non eſt, cur dici poſſit, per renunciationem in manibus patris factam, inductam eſſe tacitam donationem in beneficium hæredis vniuerſalis, quem neceſſariò intelligo ab inteſtato.

24 Quibus ſic ſtantibus, pro eo, quod ad caſum noſtrum pertinet, non obſtant, quæ pro excluſione nepotum ex filia ſuperuiuente ſcripſit Paul. Caſtrenſ. *in dict. leg qui ſuperſtitis, num. 5.* & *in l. pactum dotali, C. de collation. num. 7.* quibus in locis pro viribus tuetur, quod quando filia ſuperuixit patri, eo defuncto, defertur ſibi hæreditas, & eodem inſtanti ſuccedit repudiationis virtus, illamque taliter excludit, vt accreſcat maſculo, non autem, vt tranſeat ad filios filiæ: etenim Caſtrenſ. loquutus fuit in terminis renunciationis, à filia patri facta ad fauorem maſculorum, qui cùm tempore mortis communis patris ſuperſint, virtus renunciationis operatur, vt fratres maſculi portionem à ſorore renunciatam præcapiant, & hoc per ius accreſcendi, ſic loquitur Caſtrenſ. de cuius tamen dicto ſatis Ioan. Crot. *in repetit leg. ſtipulatio hoc modo concepta. num. 57. per totum. ff de verbor. oblig.* dum firmans verbis ſatis expreſſis, vt ſuperexiſtentia matris, filiis non noceat, quin ex propria perſona cum ſobrinis communi auo ſuccedere poſſint. Subdit, concluſionem hanc declari per Caſtrenſ. vt illa non procedat, quoties renunciatio facta eſſet contemplatione maſculorum, ex linea maſculina deſcendentium, ſed addit demùm hæc verba, *Cuius dictum videtur eſſe dubium, & contra mentem Doctorum, quos ſuprà retuli, qui dicunt, quòd renunciatio matris non præiudicat eius filiis venientibus ex propria perſona, non autem ex perſona matris, maximè quia in pactis potiùs attenditur quod agitur, quam cuius contemplatione fiat, l. ſi pro te, C. de iur. dot. &c.* Sed in hoc non inſiſto, quia ſiue vera, ſiue falſa ſit Paul. Caſtrenſ. theorica, ad caſum noſtrum non pertinet, in facto enim habemus, D. Brigidam non aliter fauore maſculorum, & ſic fratrum renunciaſſe, ſed quia dotem receperat. Sunt ſanè ſatis clara, & aperta verba renunciationis, ibi, *Et facta aſſertione prædicta*, &c. *prædicta D. Brigida ex cauſa dictarum dotium vt ſupra ſolutarum. & ſatisfactarum*, &c. Sicque cauſam habemus expreſſam huius renunciationis, nimirùm dotis receptæ, quo, inquam caſu de maſculorum fauore tractari non poteſt, ita in puncto Bald. *in leg. duobus 87. ff. de leg. 1.* vbi notabiliter ad rem noſtram dicit, quòd ſi filia renunciet hæreditati, quia fatetur, ſe dote contentam, vel quia aliud percepit, quòd tunc legitima ſua portio alteri non accreſcit, ſicque ait, ceſſare ius accreſcendi, quia non eſt mera repudiatio, ſed quædam ſatisfactio, idemque Alex. *conſ. 149. num. 7. lib. 7.* vbi addit, quòd hoc Bal. dictum Paul. de Caſtro ſimpliciter ibidem ſequitur Socin. *conſ. 34. num. 5. verſ. ſecundò reſpondetur, lib. 4.* Surd. *conſ. 244. n. 14. lib. 2.* Et per hæc verba, *Et multo magis hæc procedunt in caſu noſtro, in quo Domina Maria, non ſimpliciter, nec gratis renunciauit, ſed mediante dote, quam receperat, quo caſu Alex. in d. conſ. 149. num. 7. volum. 7. dicit, quòd ius renunciatum acquiritur ſoli patri, quia eſt videtur data recompenſatio dotis, allegat Bal. in l. duobus, ff. de leg. 1. Et non poſſumus coniecturare, quòd contemplatione fratrum & mota eorum affectione renunciauerit, cùm de cauſa dotis in renunciatione expreſſè conſtet, vt inquit Socin. &c.*

Minus obſtant, quæ pro conciliandа opinione Imol. & Paul. Caſtrenſ. conſiderauit Aret. *in d. leg. qui ſuperſtitis, colum. 4. in princ. verſ. vbi autem non extarent,* quo loco dicit, quod ſi pater deceſſerit, relictis nepotibus ex filio præmortuo, ac relicta pariter filia renunciante, quæ habet filios, nepotes antùm ex filio præmortuo admittuntur, ex quo ſucceſſerunt in gradum paternum, ſicque cùm vocentur in primo gradu, excludunt filios amitæ renunciantis, quos ait, non poſſe venire ex primo gradu. Reſpondeo, Aret. in hoc ſuo dicto erraſſe ſatis; nam ſi vera eſſet hæc ſua aſſeueratio, nimirum, vt quia nepotes ex filio præmortuo ſuſceperunt gradum paternum, debent excludere ſobrinos, quos, certum eſt, non poſſe venire ex primo gradu, cum eorum mater viuat, ſequeretur, quòd ſi quis ab inteſtato decederet, relictis poſt ſe nepotibus ex filio præmortuo, ac altero filio ſuperuiuente, qui haberet filios, ſi hic filius ſuperuiuens, paternam repudiaret hæreditatem, eius filij ex ſucceſſorio edicto ſuccedere prohiberentur, cum non poſſent venire ex primo gradu, ſtante ſuperexiſtentia eorum patris, facto ſuo excluſi: id, quod quantum ſit à veritate alienum, ſatis cernitur ex dictis per Salycet. *in dict Auth poſt fratres, num 3. C. de legit. hered.* & per Mangil. *in citata quaſt. 64. tract. de imputat.* Vnde meritò Ioan. Crot. *loc. cit.* poſt firmatam concluſionem, vt ſuperexiſtentia matris filiis non noceat, quin ex perſona cum ſobrinis communi auo ſuccedere poſſint, in dubium reuocans, an ea vera ſit, ſi conſideremus perſonas

ſonas nepotum, qui ob mortem eorum patris, viuo auo, primum gradum ſuſceperunt, nullo pacto anſus fuit recedere a concluſione, per ipſum firmata, quam communem appellat. Reſpondeò, nullibi iure legi, vt quis patris ſui præmortui locum, ſiue gradum ſubingrediatur, quando alius ad ſucceſſionem concurrens eodem coniungitur gradu, ſed tantùm, quando hic reperitur proximior; ad hoc enim iura ſubingreſſionem introduxerunt, nimirum, quando in medium ſe offert aliquis, qui in gradu præcedat alium concurrentem, vt tunc iſte patris ſui perſonam ſubingrediens, ad ſuccedendum vnà cum proximiore admittatur, ſunt hæc iura nimis vulgata *in Auth. vt fratrum filij*, & *in §. ſi igitur defunctus, Auth. de hæredib. ab inteſt. venient.* quando autem concurrentes eodem gradu, defuncto coniunguntur, nec extat perſona, quæ ſit proximior altera, prout in caſu, de quo agimus, non eſt cur de ſubingreſſione tractari poſſit, ità ex recentioribus ſatis bene Doctor Marta *deciſ. Piſan.* 1 *2. n. 9.*

29 Minus etiam obſtare dicimus ſcripta per Bal. tam *in l. fin. C. de pact.* quàm *in l. pactum dotali*, vbi etiam Alex. *C. de collat.* per Salic *in l. pactum, quod dotali, C. de pact.* per Roman. *in l. qui ſuperſtitis, ff. de acquir. hæredit.* & ex Noſtratibus per Conſil. de Anna *conſ. 92. num. 44.* & per Reg. Rouit. *conſ. 46. à n. 31. lib. 1.* nam reſpondetur, quòd cùm iſti caſus non diſtinguant, neceſſariò intelligendi ſunt, prout expreſſe Rom. & Rou. loquuntur, quando nepotes ex filia renunciante, & ſuperuiuente, ad Aui ſucceſſionem concurrere vellent cum auunculis, ſecùs verò ſi cum Sobrinis.

30 Sed quorſum diſputatio hæc? dum non agimus de ſuccedendo Antonio auo, cui Brigida filia non ſuccedere promiſit; ſed de ſuccendendo Iulio patruo, & auunculo reſpectiuè, ad cuius quidem inteſtatam ſucceſſionem, vt nepotes ex ſorore cum ſobrinis concurrere non poſſint, nemo affirmare auſus fuit; ſed quod in hoc caſu ceſſet omnis controuerſia, ſatis bene, & indiuidualiter ſcripſit P. Molfeſ. *in tit. de renunciat. quæſt. 14. num. 20.* etenim, attendamus, quæſo, ſi fundamentalis ratio Bald. *in dict. l. pactum dotali, num.* 8. pro excluſione nepotum ex filia ſuperuiuente ea fuit, quia mater videtur ſuccedere patri ſuo in portione, quam pro dote habuit, ſicque aui, nepotes non vi renunciationis; ſed vi ſucceſſionis repelli, contrarium expreſſe firmans, quando filia, nihilo recepto, renunciauit, quid dixiſſet, ſi non tractaretur de ſuccedendo auo, ſed auunculo, ex cuius bonis, nihil habuit ſoror, iſtorumque mater renuncians, nonne in hoc caſu, etiam attento Bald. fundamento, ceſſat prorſus excluſionis ratio? certè ſic. Fingamus enim, in ſucceſſione aui, filiam in illius manibus ampliſſimè, & cum iuramento renunciaſſe, nihilo tamen recepto, poſſetne iure aliquo, ratione, aut Doctorum auctoritate ſuſtineri, vt filij huius renunciantis non poſſent ad aui ſucceſſionem cum ſobrinis concurrere, ex eo, quod mater eorum, quæ renunciauit, adhuc viuit; certè non; quæſtio namque fuit inter DD. eo præſuppoſito, quòd filius renunciauit, legitima portione recepta; ſed quando nihilo recepto reperitur facta renunciatio, omnes conueniunt, & ſine contradictore, vt
31 nepotes ad aui ſucceſſionem concurrere poſſint, matris renuncianti ſuperexiſtentia in nihilo obſtante, ita Bald. in proxime citata *l. pactum dotali num.* 8. Corn. *num. 16. 17. & 20. verſ. recolligendo autem*, & alij penes Merlin. *tract. de legit. lib. 1. tit. 2. quæſt. 11. num 2.* Hoc poſito, vellem ego ab Aduerſariis ſcire, quo iure, quaue ratione D. Brigidæ renunciantis filios à Iulij auunculi ſucceſſione excludere intendunt; certè non alia ratione reſpondebunt, niſi quia eorum mater viuit, & fraternæ hæreditati iam renunciauit; ſed dicam ego, etiam admiſſa, citra veritatis præiudicium, contraria ſententia, renunciationem reſpectu bonorum fraternorum non aliter contigiſſe, portione aliqua de eorum bonis recepta, ſed ſimplicem illam extitiſſe: ſed ſic eſt, quod quando ſimplex eſt renunciatio, etiam ſi tractatur de ſuccedendo auo, poſſunt venire nepotes ex propria perſona, matris renunciantis ſuperexiſtentia non obſtante, ergo idem pari ratione affirmandum, quando tractatur de ſuccedendo auunculo, ex cuius bonis nihil habuit ſoror renuncians: & ſi Doctores in principio allegati, dum de incluſione D. Brigidæ agebamus, dixerint, quod dum dotatio contigit de bonis paternis tantùm, poterit adhuc ipſa renuncians fratri prædefuncto ſuccedere, renunciatione facta non obſtante, tanquam ſine cauſa reſpectu bonorum fraternorum, quid dixiſſent, quando non ipſa renuncians: ſed eorum filij ex propria perſona ad ſuccedendum concurrerent?

Nec quæſo, dicant aduerſarij, Dominam Brigi- 32
dam generaliter patri ſuo, eiuſque hæredibus, & ſucceſſoribus bona omnia renunciaſſe, & ſic tam paterna, quàm materna, fraterna, &c. Sicque videri renunciationem, de qua agimus, fuiſſe tranſlatiuam, ità vt, qui ad præſens ſunt hæredes Antonij patris, vti renunciatarij, ſiue ceſſionarij Dominæ Bridæ portionem eidem ſuper bonis Iulij fratris tangentem ex perſona renunciantis præcapiant, nàm reſpondetur, & primo, negantes omninò renunciationem, quæ fit a filia patri, eiúſque hæredibus, & ſucceſſoribus de omnibus ſucceſſionibus paternis, maternis, fraterniſque deuoluendis, eſſe tranſlatiuam: quandoquidem eſſe illam extinctiuam, præſertim, quando fit in manibus patris, fuit ſemper magis communiter receptum, quamuis in renunciatione verba illa legantur, *cedens, transferens, &c.* Etenim ex receptiſſima omnium ſententia, renunciationes iſtæ a parentib. procurantur, non ad aliũ finẽ, niſi, vt renuncians ſuccedere nõ valeat, non autẽ, vt per talem renunciationem ius aliquod in ipſum patrem, eiúſque hæredes transferatur, ita ſatis egregiè Hieron. Gabriel. poſt alios, quos refert, diſcrimen conſtituens inter renunciationem, quæ fit patri, & illã, quæ fit fratri, *conſ. 135. num. 2. & a num. 22. vſque &* 33
per totum, num. 27. lib. 2. & ex noſtratibus Ioan. Andr. de Georg. omninò videndus *alleg. 19. num. 14. vſque & per totum 24.* & Pat. Molf. qui loquitur de renunciatione facta ſecundùm nouum vſum Capuanæ & Nidi, prout eſt iſta, de qua agimus, quòd ſit extinctiua, non autem tranſlatiua *in tit. de renunciat. quæſt. 14.* id, quod in caſu noſtro ſatis apertè conſtat ex tenore renunciationis Dominæ Bridæ. nimirum, vt nullo pacto per eam voluerit Antonius pater aliquod acquirere, vt demùm illud idem ad hæredes ſuos tranſmitteret, ſed tantùm renunciationem eum accepiſſe ad finem, vt filia ſuper bonis ipſius patris nullo futuro tempore ſuccedere potuiſſet, ſatis enim hoc indicat pactum illud, in eo contractu appoſitum, & ſupra ponderatum, nimirum, vt in caſu, quo Domina Brigida renunciationi factæ contrauenirer, teneretur Fabritius vir omne id exburſare, quod renuncianti ſuper bonis patris vltra dotes promiſſas deberi, declararetur, quid enim pactum hoc importat, niſi, vt Domina Brigida nullatenus in bonis paternis ſuccedere potuiſſet?

Hæc opinio nitidiſſimo iuris fundamento fulci- 34
tur: nam, vt quis poſſit ad hæredes ſuos aliquid tranſmittere, neceſſe eſt, vt prius acquirat, non enim poteſt dari tranſmiſſio ſine acquiſitione, etenim quan

quando filia fratrum viuentium ſucceſſionem patri renunciat, nihil certè habet acquiſitum, vt in patrem transferre poſſit, & ſucceſſiue, vt illud idem à patre ad hæredes ſuos tranſmittatur, quò circa conſultò dixerunt DD. ſuperiùs allegati, renunciationes recipi à parentibus, non ad alium finem, niſi vt renuncians ſuccedere non valeat, non autem, vt per talem renunciationem ius aliquod in ipſum patrem, eiuſque hæredes transferatur.

35 Et ſi dices, filiam renunciantem ſaltem habere ſpem ſuccedendi fratribus ſuis, ad text. *in l.3. §. ſi quis quaſi, ff. de condit.ob cauſ.* Sicque videri, ſpem illam patri, & ſucceſſiuè hæredibus ſuis ceſſiſſe, & donaſſe, reſpondetur, hoc nullibi à iure probari, imò in fortioribus terminis communiter dixerunt DD. vt nec ius adeundi alicuius hæreditatem cedi poſſit, aſſignant rationem, quia ius hoc inſeparabile eſt à perſona, conſiſtitque in voluntate, quæ cedi non poteſt, *capit. ſi gratioſè, de reſcript. in 6.* ità per text. *in leg. ſi mulier, §. ex vſu, ff. de iur. dot.* reſponderunt Bald. *in cap. ex reſcripto, num.1. de iureiur.* & *in conſ.357.lib. 1. & 448.lib.5.* Aretin. *in leg. Iulianus, num.3 ff. de leg.1.* vbi ait, ius adeundi eſſe mere perſonale, Corn. *conſ.239. col.2. & 3.lib.4.* Tiraq. *de retract. lignag. §.26.* Gloſ.1.*num.49.* Peregr. *de fideicom. artic.2. num.52. verſ. & idem eſt,* Surd. *conſ.463. n.6. verſ. ſextò videmus, lib.4.* Nicol. Noal. *in tract. de tranſmiſſ. caſu 8. num.178.* & Dom. Præſ. de Franch. aliis omiſſis, *deciſ.60. num.1. & 2.* & meliùs in terminis, de quibus agimus, nimirùm, vt nullius momenti ſit ceſſio, quæ fit de alicuius hæreditate, nondum quæ-
36 ſita *in deciſ.89.* vbi contigit, quem vxori ſuæ omnes ſucceſſiones paternas, maternas, & alterius cuiuſlibet ei delatas, & deferendas donaſſe, & cùm demùm contigiſſet, donantis matrem è viuis deceſſiſſe, velléque donataria ex iuribus ei à viro ceſſis conſequi, quòd ad virum ipſum donantem, & cedentem ex materna ſucceſſione ſpectabat, opponebatur primò contra illam de inualiditate donationis, *ex reg. text. in leg. fin. Cod. de pact.* Secundò, quod cum hæc mulier donataria veniebat ex iuribus ſibi à viro donante ceſſis, inutilis dicebatur ceſſio, quia ad finem tranſmittendi requiritur agnitio, quæ quidem agnitio non apparebat, nec fundari poterat in ceſſione, iuxta text. *in leg. ſi auia, C. de iur. delib.* quia ceſſio prædicta fuit facta, hæreditate materna nondum delata, ſicque cùm aditio conſiderari non poterat, per conſequens, nec ceſſio: nam licèt aliàs quis donando, vel cedendo hæreditatem adire videatur, hoc procedere dicebatur, data donatione, vel ceſſione poſt ius filio delatum, quod non erat in caſu, de quo agebatur, ex quo donatio facta fuerat ante ius delatum, quibus quidem rationibus attentis Sacrum Conſilium, tam in prima inſtancia, quàm in gradu reclamationis, iſto Domino Præſide referente, donationem, ſiue ceſſionem illam non valere iudicauit.

37 Qua quidem geminata deciſione attenta, eo principaliter perpenſo, quia renunciatio, ſiue ceſſio facta extiterat de hæreditate nondum delata, nullo pacto obſtare dicimus ſcripta per Reg. Rouit. *deciſ. ſua 85. n.3.* quo loco ad fundandũ, vt renunciatio ſit trãſlatiua, quando quis deuoluendas ſucceſſiones renunciat alicui, pro ſe, & hæredibus ſuis ſtipulanti, dicit, quod ſucceſſionis caſu eueniente, ſucceſſio renuncianti defertur, & virtute renunciationis ſtatim transfertur in illum, cui eſt facta renunciatio; etenim reſpondetur, & primò, concluſionem hanc directò aduerſatij ſemel, atque iterum per S. C. dedeciſis in ſupra citata *deciſ.89.* in qua pro indubitato fuit tentum, nullam dari poſſe ceſſionem iuris deferendi, ſed tantum iuris delati; Secundò reſpondetur, quòd ſi eſſet verum R. Rou. axioma, omnes renunciationes eſſent tranſlatiuæ, & nulla daretur abdicatiua, ſiue extinctiua, quod ſatis eſt abſonum. Tertiò reſpondetur, *R. Rouit.* alloquutum in terminis renunciationis factæ ab ingreſſo in Religionem in manibus fratris; nos autem verſamur in caſu, quo renunciatio facta reperitur, ſecundum vſum Capuanæ, & Nidi, & in manibus patris, quem, vt ſuperius ex Hieron. Gabr. Moleſ. & aliis probauimus, dicendum eſt, non ad alium finem renunciationem à filia recepiſſe, niſi vt illa eidem ſuccedere non potuiſſet, non autem, vt pater ipſe, per talem renunciationem aliquid acquirere voluiſſet. Quartò, & meliùs Rouitus ad fundandam eius ſententiam allegat Paul. Caſtr. *in ſæpiùs allegat. leg. qui ſuperſtitis, num.5. ff. de acq. hæred.* & D. de Franch. *in apoſtill. ad Napodan. in Conſuet. ſi moriatur, ſub num.19.* incipit *vide Decium, verſ. Pondero etiam pulchra verba Paul. de Caſtr.* quos certum eſt, nullo pacto affirmaſſe id, ad quod allegantur, loquitur enim Caſtrenſ. 38
cuius theoricam recitat de Franch. in terminis renunciationis à filio patri factæ ad fauorem maſculorum, itaque, quod ſi filia, quæ renunciauit, ſuperuixit patri, iſto demùm defuncto defertur ſibi hæreditas, ſed eodem inſtanti ſuccedit repudiationis virtus, illamque taliter excludit, vt accreſcat maſculis, quorum fauore facta fuit renunciatio, nullibi autem dixit, vt ſuccedat renuncians, & vt ab ea virtute renunciationis, in renunciatarium transferatur ſucceſſio, hoc namque impoſſibile eſt, quia deficit actus medius, qui abſque hominis facto expleri non poteſt, nimirum, vt ipſa renuncians ius ſibi delatum præuia ceſſione in alium transferat, ſi enim renunciatio diceretur tranſlatiua, non autem cùm facta appareat patri, eiuſque hæredibus ſucceſſionum deuolendarum, iſto enim caſu renunciatio nullo pacto importare poteſt effectum tranſlatiuum, ſed merè abdicatiuum, ſiue extinctiuum, quia pater per renunciationem nihil acquirit, vt illud idem ad hæredes ſuos transferre poſſet.

Quocirca conſultò P. Molf. pro clariori huius 39
articuli intelligentia materiam reaſſumens *in ſupra cit. tit. de renunc. q.6. à num.17.* tres diſtinguit caſus, quorum primus, quando hæreditas eſt delata, & ſemel per renunciantem adita, & tunc ait, nulli dubium eſſe renunciationem dici tranſlatiuam, quia transfert renuncians ius ſibi quæſitum in beneficium illius, cui renunciat. Alterum conſtituit caſum, quando hæreditas eſt delata, ſed nondum adita, & tunc aliam ſubnectit diſtinctionem, vt ibi per eum *à num.20. vſque, & per totum 26.* Tertium, & poſtremum conſiderauit caſum, de quo agimus, nimirum, quando renunciatur, ſiue ceditur ſucceſſio deferenda, vt tunc nullo pacto affirmari poſſit, renunciationem effectum operari tranſlatiuum, ſed prorſus extinctiuum, id, quod longa manu comprobat *in quæſt.14. eod. tit. de renunc.* quo loco materiam verè deguſtauit.

Hæc pro nunc ſe offerunt ad demonſtrandam iuſtitiam D. Brigidæ de Sangro, eiuſque Dominorum filiorum, cætera, quæ deſunt, ſuppleant Senatores præſtantiſſimi. Neap. Cal. Octobris MDCL.

Donatus Antonius de Marinis.

SVMMARIVM.

1 *Hæres inſtitui in feudalibus qualiter & quomodo quis poſſit.*

2 *Textus* in capit. 1. de natura ſucceſſionis feudi, *explicatur.*

3 *Feudum planum, & de tabula, qualiter, & quando dicatur, & quale dicatur quaternatum ſecundùm quid.*

4 *Feudum Turelli cuius ſit qualitatis.*

5 *Feudum Turelli vti Caſale Terræ ſancti Seuerini fuit antiquitus poſſeſſum ab illis de quibus hîc.*

6 *Feuda omnia in Regno licet à Barone recognoſcantur, quaternata cenſentur.*

7 *Aſſenſus Regis quo tempore præſumatur.*

8 *Aſſenſus Regis pro feudi conceſſione cum qualitate præſumitur præſtitus.*

9 *Feudum nobile cenſetur quando cum Vaſſallis datur.*

10 *Clauſula in conceſſione poſita*, dummodo teneat in capite à nobis, & à noſtra Regia Curia, *quid operetur.*

11 *Feudi quaternati ſucceſſio quomodo deferatur, & quid, ſi ſit quaternatum ſecundùm quid.*

12 *Clauſula* pro ſe, & hæredibus ex corpore legitimè deſcendentibus, *quid operetur, vſque ad num. 14.*

ARGVMENTVM.

Amita magna concurrens ad ſucceſſionem Nepotis in feudo ex linea paterna ei obuento, an excludat fratrem, ſiue ſororem vterinam defuncti feudatarij, eo præſuppoſito, ſi quod feudum illud ſit planum, & de tabula. Et quid ſi eſſet feudum quaternatū ſecundùm quid. Aſſenſus Regius, an curſu temporis præſumatur. Feudum ſi non apparet ſub qua forma ſit conceſſum, an dicatur conceſſum pro ſe, & hæredibus ſimpliciter, vel pro ſe, & hæredibus ex corpore legitimè deſcendentibus: & de aliis notabilibus.

ALLEGATIO CXXIX.

1 OCTAVIVS Villanus Baro Caſtri Turelli, quod eſt feudum cum iuriſdictione, & vaſallis, ſub Baronia S. Seuerini, nouiſſimorum ſuorum non immemor, cupiens inteſtatus non decedere, teſtamento ſuo paternam inſequens voluntatem, Claudiam de Sanctis eius matrem dilectiſſimam vniuerſalem inſtituit hæredem, eo expreſſo, quo vbi in bonis feudalibus alia perſona, quam dicta eius mater fortè ſuccederet, quod non credebat, teneretur eorundem bonorum feudalium æſtimationem dictæ eius matri hæredi inſtitutæ ſoluere, & exburſare, vt ex teſtamento *fol. 46. lit. C.*

Defuncto Octauio in anno 1633. quia inſtitutio 2
facta bonorum feudalium reſpectu, iuris habebat reſiſtentiam, *cap. 1. de nat. ſucceſſ. feud.* Dorothea de Sanctis ſoror vterina proximior, & in bonis feudalibus immediatè ſucceditrix inſtitit in Curia S. Seuerini, ſe in bonis prædictis feudalibus hæredem declarari, prout decreto præambuli ſub die 18. Ianuarij 1634. extitit declarata, *fol. 33.*

Et cùm tanquam hæres, vt ſupra, dicti Caſtri Turelli, mediante ſui patris perſona, corporalem cœpiſſet poſſeſſionem, *fol. 61.* eaque in pacifica poſſeſſione ſic exiſtente, ſupplicationem in S.C. porrexit, qua mediante petiit manuteneri in poſſeſſione dictorum bonorum feudalium, non obſtante quauis prætentione aliquorum conſanguineorum dicti quondam Octauij remotiorum, qui ſuper bonis prædictis feudalibus iura habere ſe iactabant, vt ex ſupplicatione, *fol. 33.*

Aduerſus quam petitionem, & inſtantiam per Dorotheam factam, comparuit Conſtantia Villana ſub die 30. eiuſdem menſis Ianuarij 1634. & aſſerens ſe legitimam ſucceditricem in dicto Caſtro Turelli, ac in omnibus bonis antiquis defuncti feudatarij in diſtrictu huius Ciuitatis exiſtentibus, petiit ſe declarari hæredem in Caſtro, & bonis prædictis, ſicque in illorum poſſeſſionem immitti, eaque immiſſa manuteneri, quolibet indebito detentore remoto, vt ex comparitione. *fol. 40.* cui quidem inſtantiæ adhæſit Ioan. Baptiſta Vinaldus ceſſionarius, ſiue refutatarius dictæ Conſtantiæ, vt ex altera comparitione, *fol. 53.*

Factâque de his omnibus relatione in S. C. ſub die 19. Aprilis 1636. eiuſdem decreto prouiſum fuit quod infra quatuor dies audiantur partes, *fol. 178.*

Reclamauit Io. Baptiſta, inſtando feudum prædictum ſequeſtrari *fol. 180. & 181.* ac inſimul procurauit, vt penes acta compareret D. Abellinatum Princeps, qui mediante ſupplicatione porrecta *fol. 181.* aſſerendo, dictum feudum teneri in capite à prædeceſſoribus Dominis dictæ Terræ S. Seuerini, petiit declarari illud fuiſſe, & eſſe deuolutum ad ipſum Dominum Principem, ob mortem ſequutam dicti quondam Octauij abſque deſcentibus, inſtando etiam pro ſequeſtro, *fol. 185.*

Principale fundamentum, quo munitur Conſtantia, & ſucceſſiuè Ioan. Baptiſta eius refutatarius in obtinendo immiſſionem abſque termino, conſiſtit in illo falſo præſuppoſito, nimirum quod feudum, de quo agitur, ſit planum, & de tabula, in cuius ſucceſſione, cùm attendatur ius commune feudorum, exiſtens ipſa Amita magna defuncti feudatarij, & ex corpore deſcendentium primi acquirentis, debet omninò ad ſucceſſionem admitti, excluſa prorſus Dorothea ſorore vterina.

At ego, qui Dorotheæ iura tueor, pro confirmatione decreti S.C. iuſtiſſimè prolati, ac totali excluſione petiti ſequeſtri, pro quo aduerſarij inſtant in caſu, quo Sacr. Conſil. videretur decretum reſpectu termini prolatum eſſe confirmandum; dico primò, illud eſſe ſine controuerſia, Dorotheam ſororem eſſe vterinam defuncti feudatarij, & ſic in gradu Conſtantiam 3

ſtantiam præcedere, eamque per ſpatium nouem annorum pacificè, & quietè feudum poſſediſſe, quo fit vt iura Conſtantiæ, ſi quæ habet, non niſi in iudicio proprietatis diſcutienda ſint; in termino enim docebit pleniſſimè Dorothea, feudum, de quo agitur, non aliter planum, & de tabula eſſe; ſed verè quaternatum ſecundum quid conceſſum cum clauſula, *pro ſe, & hæredibus* ſimpliciter, in cuius ſucceſſione ex vulgato Noſtratum axiomate, non ius commune feudorum, ſed Regni Conſtitutionum attenditur, ſecundùm quod ex vno tantùm latere coniunctus in feudis ſuccedit, inferius annuemus; exiſtente igitur Dorothea in gradu ſucceſſibili, & cæteris conſanguineis proximiore, cum per tot annos in pacifica poſſeſſione perſtiterit, provt ad præſens perſiſtit, non ſolùm in præſentiarum de petito ſequeſtro tractari non poteſt, ſed partes noſtri ſupremi Senatus ſunt in manutenendo ipſam poſſeditricem in ea poſſeſſione, in qua iuſto titulo reperitur, adhuc dico, ſi armorum timor ſubſiſteret, provt certum eſt, quod non ſubſiſtit, ita poſt Iacob de Aren. Bald. Iacob. Butr. & alios, docent Zuccard. in *l. fin. num.* 123. *C. de edict. Diui Adr. tollen.* Curt. Sen. *conſ.* 61. Paul. de Caſtro *conſ.* 3. *lib.* 3. Lanfranc. *in rubr. de cauſ. poſſ. & propriet.* Hippolyt. de Maryſil. *ſing.* 543. *n.* 3. vbi bene loquitur; Felin. *in rubr. de treug. & pac.* Mier. *tract. de maior. p.* 3. *q.* 7. *num.* 9. Reuerter. noſter *deciſ.* 321. *vel.* Menoch. *de adipiſc. poſſeſſ. remed.* 6. *nu.* 12. & 32. Gratian. *diſcept. forenſ. lib.* 5. *capit.* 850. *num.* 18. vbi dicit, prohibitam eſſe ſequeſtrationem, quoties de poſſeſſione conſtat, & alij recentiores hoc idem affirmantes ſine contradictore.

4 Secundò, vt aliqua de bono iure, quod in proprietatis iudicio fouet Dorothea breuiter tangamus, dico, quod cùm controuerſia hoc in eo duntaxat verſetur, an feudum Turelli, de cuius ſucceſſione agitur, ſit planum, & de tabula, vt prætendit Conſtantia, vel potiùs quaternatum ſecundum quid, vt affirmat Dorothea, ſat eſſe ad Conſtantiam repellendam, illud tantum diſertiſſimis Senatoribus indicare, Caſtrum hoc eſſe cum iuriſdictione, & vaſſallis, ſicque nullo modo planum, & de tabula cẽſeri poſſe, ſed quaternatum, quamuis ſecundum quid; ſciunt enim noſtri Regnicolæ, omne Caſtrum in Regno, ſiue Villam, aut Caſale cum iuriſdictione, & vaſſallis in feudum conceſſum, dici feudum quaternatũ ſimpliciter, ſi à Rege tantum tenetur, & ſecundùm quid ſi à Rege, & Barone, quamuis in quinternionibus Regiæ Cameræ non ſit deſcriptum, ita Andr. *in capit.* 1. *per totum, num.* 10. & ibi Liparul. *in verb. item Caſtrum, de controuerſ. feud. apud par. term.* & *in Conſt. Iuſtitiarij nomen, & normam,* Affl. *in Conſt. Poſt mortem, n.* 5. Iacob. de Franch. *in præl. feud. num.* 179. quo loco dicit, omne Caſtrum eſſe feudum quaternatum; ſed non omne feudum quaternatum eſſe Caſtrum, Loffred. *in cap.* 1. *col.* 8. *in princ. verſ. Caſtra enim vbi ſunt incolæ, tit. de nat. ſucceſſ. feud.* Camer. *in c. Imperialem, fol.* 69. *lit. B & N.* Marin. Frecc. ſatis bene *de ſubfeud. li.* 2. *in* 29. *auctor. n.* 3. & 4. *per tot.* & *in tit. de differ. int. feud. quatern. & de tabul. n.* 1. Io. And. de Georg. *alleg.* 10. *n.* 4. Camill. de Medic. *conſ.* 47. *num.* 4. vbi Caſale dictum delli *Guarani* dictæ Terræ S. Seuerini antiquitus à Comitibus Marſici, demùm Salerni Principibus, illis de Mordente ſubinfeudatum, tanquam Caſtrum habens vaſſallos, feudum quaternatum appellat, idemque probat Dom. Reg. Galeot. *controuer. iur. lib.* 1. *controu.* 7. *num.* 2. Lanar. in addit. ad Reg. Lanar. *in cap.* 1. *n.* 69. & 78. *de his, quis feudum dar. poſſ.* & Biloct. *in concluſ. feudal. concl.* 44. *n.* 2.

5 Etenim concordamus in facto, feudum hoc antiquis temporibus vti Caſale eiuſdem Terræ S. Seuerini à priſcis illius Terræ Dominis Comitibus Marſici fuiſſe poſſeſſum, quod demùm in an. 1347. Philippo del Buderto, Nicolai filio, ſuiſque hæredibus in perpetuum ſub feudali ſeruitio conceſſum producitur, vt ex inueſtitura in proceſſu Cameræ *fol.* 28. ſicque controuerti non poteſt, quod ante peractam conceſſionem dicebatur illud in poſſe Baronis concedentis quaternatum ſimpliciter, provt erat caput, facta autem ſubinfeudatione cum Regio aſſenſu, certè nullo modo affirmari poteſt, fuiſſe per ſubinfeudationem illã primæuam qualitatem mutatam, vt Caſtrum cum iuriſdictione, & vaſſallis ſic conceſſum remanſerit planum; ſed omninò quaternatum ſecundùm quid, quia non a ſolo Rege, nec à ſolo Barone, ſed ab vtroque tenetur, ex quo vterque in ſubinfeudatione interuenit, ac proinde dicitur quaternatum ſecundùm quid; feudi enim natura nunquam alterata præſumitur, niſi expreſsè dicatur, *cap.* 1. *de feud. non habent. propr. nat. feud.* ita in puncto Capyc. *in ſua inueſt. in verb. quaternatum, verſ. Caſtra, & in verb. planum, verſ. ſed ſi Baro,* in quibus
locis expreſſis verbis dicit, quod omnia Caſtra in 6
Regno, etiam ſi à Barone recognoſcuntur, quia ab ipſo ſubinfeudata eſſent quaternata, non autem plana cenſenda ſunt, Camer. *in cap. Imperialem, fol.* 39. *lit. B. & C.* Præſ. de Franch. *deciſ.* 154. *num.* 1. Georg. *in repet. feud. cap.* 8. *num.* 8. Reg. de Pont. benè in *repet. feud. in prælud. lect.* 1. *num.* 81. & 99. vbi notabiliter dicit, quod ex ſubinfeudatione feudi, vel partis illius cum Regio aſſenſu facta, nullo expreſſo verbo, vt per talem ſubinfeudationem conſtituatur feudum planum, quod non per hoc, quia interuenit Regius aſſenſus, feudum illud dicitur planum, ex quo aſſenſus non potuit illius mutare naturam, alio non expreſſo, vnde remanet, provt erat, quaternatum, ex ratione, de qua ſupra, quia natura non alteratur, niſi in expreſſis, idemque ſcripſit D. Reg. Galeot. *loc. cit. num.* 6. & Ronit. *deciſ.* 42. *num.* 19.

Et quamuis ſuper huius Caſtri ſubinfeudatione 7 nouiſſimè ab aduerſariis producta Regius aſſenſus non appareat, attamen cum propter temporis vetuſtatem iuris ſit præſumptio, quod fuerit impetratus, ad tradita per Parid. de Put. *in tract. de reintegrat. feud. in cap. quod incipit, reperitur Eccleſiam poſſidere, num.* 30. *fol. mihi* 81. *à terg.* & *fol.* 27. *num.* 25. Frec. *de ſubfeud. lib.* 2. *quæſt.* 28. *num.* 4. Reg. Lanar. *conſ.* 94. *in fin.* Reg. de Pont. *conſ.* 175. *num.* 12. *lib.* 2. & per alios relatos à Reg. *in prag.* 1. *num.* 10. *de priuileg. vniuer. conceſſ.* eſt pariter præſumendum, vt in forma conſueta extiterit conceſſus forma conſueta, quando Rex huiuſmodi ſubinfeudationibus ſuum præſtat aſſenſum, ea ſemper extitit, nimirum *Aſſentimus, dum tamen à nobis, & à noſtra Curia in capite teneatur, ſiuè, feudi natura in aliquo non mutata, & iuribus noſtris, noſtraque Regia Curia ſemper ſaluis,* ita Camer. *in d. cap. Imperialem, fol.* 69. *col.* 3. *lit. L.* Frecc. *de ſubfeud. lib.* 2. *in* 1. *auctor. in quæſtione, quæ incipit, ſupereſt vt aliqua, num.* 10. *fol. mihi* 173. Viſcon. *in ſuis concluſ. in verb. feudum planum, verſ. vnde Fiſcales inuenerunt cautelam.*

Et quod in caſu noſtro dubitari non poſſit, quin 8 Regius aſſenſus fuerit verè, & realiter impetratus, eo expreſſo, vt feudum, de quo agimus teneri deberet in capite à tunc Regni huius Rege, eiuſque Regia Curia, rationem affero inconuincibilem: diximus enim, ſubinfeudationem factam fuiſſe à Comite Marſici vtili Domino Terræ S. Seuerini, Philippo del Buderto in anno 1347. *fol.* 28. in proceſſu Cameræ, & demùm noſcitur in anno 1408. poſt annos

annos 60. Aloyſium del Budetto Philippi I. inueſtiti filium, patris mortem Regi Ladiſlao denunciaſſe, aſſerentem tenere Caſtrum Turelli in capite à Regia Curia, legatur *fol. 26.* idemque in alio aſſenſu enarratum in anno 1416. *fol. 6.* in proceſſu Cameræ; dico modo ego ex iſtis documentis, nullatenus in dubium reuocari poſſe, quin præfatæ ſubinfeudationi fuerit impetratus Regius aſſenſus cum clauſula, quod Caſtrum prædictum teneri deberet in capite à Rege; nam alias filius primi inueſtiti, qui plenam poterat habere cognitionem eorum, quæ circa hanc ſubinfeudationem occurrerunt, non aſſeueraſſet, quod Caſtrum tenebat in capite à Regia Curia, ſignum euidens, quod aſſenſus erat expeditus in forma conſueta, qua attenta feudum ſubconceſſum remanet quaternatum, quamuis ſecundùm quid; etenim, attendamus quæſo, ſatis eſſet abſurdum, & impertinens aſſerere, Caſtrum cum iuriſdictione, & vaſſallis in feudum ſubconceſſum, feudum planum, & de tabula poſſe cenſeri, adhuc dico, ſi in ſubinfeudatione Regius aſſenſus per ſimplex verbum, *fiat*, abſque alia clauſula impartitus eſſet, nec aliter in forma conſueta Regiæ Cancellariæ conceſſus: quo enim pacto Caſtrum cum vaſſallis poteſt eſſe feudum planum? nonne feuda plana ideò ſic nominantur ad differentiam Caſtrorum cum vaſſallis? nonne Caſtrum cum vaſſallis nobile appellatur? planum verò, & de tabula ruſticum, ple-
9 beium, & penitùs ignobile? ita Paris *in tract. de reinteg. feu. in queſtione, quæ incipit, veniamus igitur ad primum*, Lucas de Penna *in l. mulieres, C. de dignit. lib. 12.* quem citat Capyc. *in cap. Imperialem, fol. mihi 27. col. 1. verſ. notandum*, qui aſſerunt, feuda non nobilitare, niſi ſint cum vaſſallis, alia verò plana nobilitatem non porrigere, Maranta *in ſuis ſingul. in verb. feudum, verſ. feudum quaternatum*, vbi dicit, feudum planum conſiſtere in territorio, non in Caſtro, Hierony. de Roſis ſatis benè *in quadam allegat. impreſſa poſt deciſ. Viuij 225. num. 13.* Georg. *cit. capit. 8. num. 17. verſ. & ſic indubitanter*, & cæteri omnes; hinc benè dicebat Capyc. *in ſua inueſtit. in dict. verſ. caſtra omnia*, & *in verb. planum*, auctoritate Andr. *in c. 1. de cap. qui cur. vend.* vt *in Conſt. Poſt mortem*, Caſtra omnia in Regno etiam ſi à Barone tenentur, & recognoſcuntur, feuda quaternata eſſe cenſenda, non autem plana, & Camill. de Medic. *relato conſ. 47.* dicit, ſubfeudum *delli Gierani* vigore Regij aſſenſus teneri in capite à Principe Salerni, & tamen tanquam Caſtrum habens vaſſallos, feudum quaternatũ appellat, proſequitur Lanar. *loco cit. n. 86.* & Laratha *de feud li. 1. par. 7. dilucidat. 60. n. 6.* vbi dicit, quod ſi Baro infeudaret Caſtrum, non eſſet illud feudum planum, ſed quaternatum, & quaternati inſtar; illud autem, quod aliquando Noſtrates affirmaſſe comperimus, poſſe feuda quaternata effici plana, intellige ſemper, vt non ad Caſtra cum iuriſdictione, & vaſſallis, ſed ad domanialia feudi pertineat, quæ, & qualia ſint, explicat benè Paris *cit. tract. de reintegrat. feud. in queſtione, quæ incipit, quæ bona dicantur*, & ſic quando dicimus in Regno, illud cenſetur feudum planum, quod in capite tenetur à Barone, intellige quando res domanialis feudi ſubinfeudata eſt, non autem quando Caſtrum cũ vaſſallis, quod ſemper dicetur quaternatum, vel ſimpliciter, vel ſecundũ quid, vt ſuperius explicauimus.

10 Nec aliter dices repugnantia eſſe, vt in ſubinfeudatione à Barone facta dicatur, vt ſubinueſtitus tenere habeat in capite ab ipſo Barone, & in aſſenſu Regis ſuper tali ſubinfeudatione impetrato legatur, *dummodò teneat in capite à nobis, & à noſtra Regia Curia*, quandoquidem hæc nullatenus repugnantia, ſed potius compatibilia ſunt, cum verè ab vtroque in capite teneatur; hæc eſt enim propria natura feudi quaternati ſecundùm quid, vt pro parte teneatur in capite à Barone, cui propterea ſoluitur releuium, & ſeruitium præſtatur, & pro parte in capite à Rege qui propterea in caſu deuolutionis confert idem ſubfeudum cui vult, tenendum tamen à Barone, iuxta Conſtitutionem *Poſt mortem*, vt benè explicat Scipio Rouitus *in rubr. prag. de feudis, num. 82.*

Exiſtente ergo Caſtro Turelli huius qualitatis, & 11
naturæ, conſequens eſt dicere, vt ad illius ſucceſſionem Dorothea vti exiſtens defuncto feudatario in ſecundo gradu ſit omninò admittenda, Conſtantia prorſus excluſa, tanquam exiſtente in quarto, & ſic in gradu non ſucceſſibili; ſciunt enim Noſtrates, in hoc feudi genere, nimirium quaternato ſecundùm quid, non ius commune feudorum, ſed Conſtitutionem Regni, *Vt de ſucceſſionibus* attendi, ita Frecc. *de ſubfeud. tit. de differ. inter feud. quatern. & de tab. num. 4 verſ. feudum autem quaternatum, quod à Barone tenetur*, Georg. *in repet. feud. cap. 8. n. 10. & cap. 9. num. 15.* & dixi ego *lib. 1. reſol. iuris cap. 126. n. 85.* quo quidem Conſtitutionis iure attento, non ſolùm fratres, & ſorores vtrinque coniuncti, ſed et à ex vno tantùm latere ſuccedunt fratri, ſiue ſorori tam in feudo nouo, quàm in antiquo pro ſe, & hæredibus acquiſito, ita Andr. *in cap. 1. in addit. de nat. ſucceſſ. feud.* & *in Conſt. Si quando aliquem*, Loffred. *conſ. 38. num. 8. & in capit. 1. eit. tit. de natur. ſucceſſ. feud.* Medic. *conſ. 85. num. 15.* de Pont. *tract. de poteſt. Proreg. titul. de ſucceſſ. mulier. §. 1.* Anel. Amat. *conſ. 97.* ego ipſe *loc. cit. num. 9.* & 44. & cæteri omnes.

Nec obſtat, vt Abellinatum Principis prætenſionem reiiciamus, quod in tot inueſtituris productis 12
legatur clauſula, *pro ſe, & hæredibus ex corpore legitimè deſcendentibus*, qua quidem clauſula attenta noſcitur, magnam eſſe apud nos controuerſiam, an frater, vel ſoror vterina, quæ non eſt nec de deſcendentibus primi acquirentis, nec vltimi morientis, poſſit fratri eorum vterino in feudo ſuccedere antiquo; nam in nouo ceſſat hodie omnis dubitatio, ſtantibus gratiis in Regno conceſſis, vt poſt alios obſeruauimus etiam nos *cit. cap. 136. num. 50.* quicquid enim ſit de hac quæſtione, in caſu noſtro ceſſat omnis dubitatio; nam inueſtituræ, in quibus hæc clauſula legitur, ſunt illæ, quæ per mortem ſubfeudatariorum à ſucceſſoribus in Caſtro prædicto obtentæ fuere, dum releuium ſoluebant, vnde cum conſtet de primæua, & originali inueſtitura, quæ eſt lapis angularis, illaque facta apparet ſimpliciter pro hæredibus in perpetuum, abſque clauſula *ex corpore*, de præfatis aliis inueſtituris ſucceſſionis confirmatoriis nulla poteſt haberi ratio: vltra quod poſtrema inueſtitura ſucceſſionis confirmatoria, quæ producitur de anno 1562. in proceſſu Cam. *fol. 79.* adhuc facta apparet *pro hæredibus* ſimpliciter, abſque 13
clauſula *ex corpore*. Videatur Afflict. *deciſ. 195. n. 5.* Anna pater *ſingul. 563.* Anna filius *conſ. 53. num. 15.* vbi infinitos citat, Ioan. Franciſcus de Pont. *tract. de poteſt. Proreg. in rub. de diuerſ. prouiſionibus ſub tit. de reformat. inueſtit* Borell. *conſ. 1. num. 112.* & cæteri omnes, & hoc eſt adeò verum, quod ſi non conſtaret de primæua, & originali inueſtitura, adhuc facta præſumeretur *pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus* ſimpliciter, ſeruata forma Conſtitutionis *Vt de ſucceſſionibus*, abſque clauſula, *ex corpore legitimè deſcendentibus*; eſt enim noſtratum receptior ſententia, idem eſſe conſtare de inueſtitura, quæ caueret *pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus* ſimpliciter & nullam apparere, ita Andr. *in dict. Conſt. Vt de ſuc-* 14
ceſſionibus,

14 *ceſſionibus*, & *in cap.* 1. *num.* 5. *de eo,qui ſibi*, *& heredibus ſuis*, Frecc. *de ſubfend.lib.* 2. *auctor.* 1. *quaſt.* 12.*poſt num.* 10. Io.Ang.Piſanel.*in repet.poſt Cannet. num.*18.Anna pater *in cap.*1.*num* 85.*& ſeq.de vaſſall. decrep.atat.*Reg.de Ponte *in tract.de poteſt.Prorog.tit. de ſucceſſ.mul.*§.1.*num.*12.& 13.& *in repet.feudal.lect.* 12.*num.*91. Anel.Amat.*cit.conſ.*97.*num.* 14.& cæteri noſtri ſine contradictore,quibus addo Marant. *in ſuis ſingul.in verb.feudum*, quo loco dicit, feudum ſi non apparet,ſub qua forma ſit conceſſum, ſemper conceſſum præſumitur pro ſe, & hæredibus ſuis, qua quidem forma paſſim inuenitur, in ſubinfeudationibus vſos eſſe olim Salerni Principes, videatur Camil. de Medic. *cit. conſ.* 47. exiſtente ergo inueſtitura Caſtri Turelli ſub hac forma, non eſt cur dubitari poſſit, D. Abellinatum Principem ſuper petita deuolutione nullum bonum fouere ius, nam cùm defuncto feudatario ſuperſtiterit ſoror vterina à Regni Conſtitutione *Vt de ſucceſſionibus*, ad ſucceſſionem vocata, vt ſuperius ex And.Loffr.de Pont.Medic.& aliis probauimus, iſta cæteris prætenſoribus excluſis,ſuccedit,& vbi ſoror iſta non ſuperſtitiſſet, deuolutio ſpectaret ad Fiſcum,ad tex.*in Conſt.Poſt mortem*,& ſic ceſſant prorſus omnes cauſæ huius amaritudines.

Cætera ſuppleant eximia DD. Iudicantium religio & doctrina.

Donatus Antonius de Marinis.

SVMMARIVM.

1 *Quæſtionis ſtatus,de quo in præſenti proponitur,vſque ad num.*3.

4 *Subrogatum ſapit naturam eius, in cuius locum eſt ſubrogatum.*

5 *Vita,& militia quomodo taxetur in Regno noſtro.*

6 *Vita, & militia ſecundogenito debita in feudis,iuxta legitimæ valorem liquidatur,vſque ad n.*8.

9 *Filia dotata an, & quando faciat partem in liquidatione vitæ, & militiæ,ſicut & in legitima.*

10 *Religioſus profeſſus in Religione incapaci, poſita renunciatione, an faciat partem.*

11 *Capicij deciſio vltima interpretatur, & qualiter concordetur cum dec.* 159.*eiuſdem,vſque ad num.*14.

15 *Deciſio Regentis Reuerterij* 1.parte 1.*cum* 58. part. 4. *in præſenti adducuntur, vſque ad num.finalem.*

ARGVMENTVM.

Vita & militia fratre primogenito ſecundogenitis ſuper feudo debita, quonam modo taxetur. Filia monialis,quæ dote à patre accepta,ampliſſimè renunciauit, an in taxanda vita, & militia ſuper feudo, vel legitima ſuper allodio ſit inter filios connumeranda. Vita, & militia an in locum legitimæ ſucceſſerint: & de aliis.

ALLEGATIO CXXX.

IN facto verum eſt, Dominum Principem Montiſmilitum Ioannem Baptiſtam de Tocco ſub die 27. Menſis Nouembris 1613. donaſſe donationis titulo irreuocabiliter inter viuos Domino D. Leonardo de Tocco contemplatione matrimonij contrahendi, & demùm contracti cum Domina D. Franciſca Pignatella, ex tunc quoddam comprehenſorium domorum intus hanc Ciuitatem in platea, vulgò dicimus, *la Rua Franceſca*, necnon poſt eius mortem duc. 70. mille in tot corporibus,eo tamen expreſſo, vt de fructibus, & introitibus bonorum donatorum eſſet D. Leonardus ſimplex vſufructuarius,& eo mortuo in vſufructu pariter ſuccedere debuiſſent eius deſcendentes maſculi, hoc eſt ille, qui primogeniti locum occuparet, cum onere tamen præſtandi ſecundogenitis maſculis loco legitimæ vitam,& militiam,& fœminis paragium, ac ſi eſſent bona feudalia antiqua,ſic legitur in contractu donationis.*fol.*8.à ter.lit. A. & *fol.ſeq.* per totum, & per hæc verba. 1

Promette donare, ſincome da mò contratto detto matrimonio dona donationis titulo irreuocabiliter inter viuos al detto D.Lonardo preſente, & accettante per ſe, e per ſuoi figli maſcoli naſcituri da primogenito in primogenito, & à quello terrà il luogo di primogenito, e loro deſcendenti in infinitum, & in perpetuum il ſuo fundico di Caſe, potteche, furno, & altre comodita, in diuerſi membri conſiſtente ſito, & poſto in queſta Città di Napoli, & propriè alla ſtrada detta la Rua Franceſca, iuxta li beni delli heredi del quondam Gio Berardino Longo, & altri confini, con tutte ſue raggioni, & integro ſtato, per franche, & libere d'ogni peſo.

*Di più il detto Principe per contemplatione del detto matrimonio, vt ſupra, promette donare, ſincome da mò per all'hora ſequuta ſua morte, & è contra & in preambula hora mortis, & per duas horas ante mortem, & non aliter, dona donationis titulo irreuocabiliter inter viuos al detto D.Lonardo per ſe, e ſuoi figli maſculi da primogenito in primogenito, & à quello tenerà il luogo di primogenito, & à loro deſcēdenti primogeniti in infinitū, & in perpetuū altri duc.*70.*mila, e per eſſi le intrate, che eſſo Principe tiene cōprate dall'infraſcritti, cioè da queſta fideliſſima Città di Napoli per duc.*40 *mil & dalla Regia Corte ſopra li pagamenti ordinarij, & extraordinarij & ad obi della Città d'auellino nella Prouincia di Principato vltrà per duc.*30.*m. frà maggior ſumma, & con tutte loro raggioni, & integro ſtato, e con il peſo di retrouendere dette intrate alle dette Città, & Regia Corte, ſeruata la forma delle cautele, che n'appareno, delle quali entrate, & fundico eſſo Don Lonardo ſua vita durante tantùm ne ſia vſufruttuario, e dopoi ſua morte di quelle, & del detto fundico ne ſiano vſufruttuari gli ſuoi figli, e deſcendenti maſcoli da primogenito in primogenito, & quello tenerà il luogo di primogenito loro vita durante tantùm, & con peſo di ſodisfare alli ſecondogeniti, come fuſſero dette entrate, & fundico beni feudali antichi,*

tichi, in luoco della legitima, la vita militia tantùm, & alle femine il paragio, il quale paragio, ſeù paragij ſi habbiano à ſodisfare tanto per il loro maritaggio, come per il loro monaccagio della metà delli frutti, & entrate, che perueneranno dalli detti capitali de duc. 70. mil. & fundico, ò delli beni, che con detti duc. 70. m. ò fundico ſi compraranno, inſino a tanto, che ſiano ſodisfatte dette figlie femine di detto paragio, & l'altra metà de frutti reſti a beneficio del primogenito, ò ſucceſſore in detti corpi donati, vt ſupra, & il ſimile ſi debbia oſſeruare in caſo, che detto D. Lonardo ò ſuoi deſcendenti moreſſero ſenza figli ſuperſtite ſolamente figlie femine, alle quali ſi debbia dare il loro paragio, come di ſopra, da ſodisfarſeli con la metà delli frutti, & entrate di detti beni donati per contemplatione del preſente matrimonio anno per anno continuatamente, inſino alla totale, & integrale ſodisfattione, per la quale effettuale ſodisfattione facienda dalle metà di detti frutti, vt ſupra, in tutti li caſi ſopradetti il detto Principe obliga eſpreſſamente, & ſpecialmente tutti li corpi, vt ſupra donati, &c.

2 Vita functo demum Principe donante, ac & tandem D. Leonardo donatario, ſuperſtitibus tribus filiis maſculis, & quatuor fœminis; D. Ioannes Baptiſta, ac D. Ioſeph filij ſecondogeniti, D. Antonium fratrem eorum primogenitum Acayæ Principem in ius vocarunt, præfatæque inhærentes donationi, ſiue diſpoſitioni, in illa intelligentes, vt infra inſtiterunt, dictum Principem D. Antonium fore per Sacrum Conſilium condemnandum ad eis præſtandam vitam, & militiam loco eorum legitimæ ſuper medietate fructuum, & introituum corporum in dicta donatione, & teſtamento per dictum Principem donantem expreſſorum, ſub illis verbis in ſupplicatione *fol.* 1. & à *terg. lit. A. Et mediante ſententia veſtri Sacri Conſilij condemnari facere dictum D. Antonium Tocco modernum Principem Acayæ eorum fratrem primogenitum, & heredem vniuerſalem dicti Principis Ioannis Baptiſtæ ad præſtandum, dandum, & ſoluendum ipſis ſupplicantibus ſecundogenitis reſpectiuè prædictam vitam, & militiam ordinatam per dictum Principem Ioannem Baptiſtam, vnà cum omnibus damnis, expenſis, & intereſſe decurſis à die mortis dicti D. Leonardi eorum patris, & decurrendis vſque ad effectualem ſatisfactionem loco eorum portionis, & legitimæ ſuper medietate fructuum, & introituum corporum, in donatione, & teſtamento prædictis expreſſorum, & deſignatorum per dictum quondam Principem donantem & diſponentem in omnibus, ſeruata forma prædictæ donationis, & teſtamenti, &c.*

3 Datoque termino in cauſa, ac tandem compilato proceſſu, prodiit ſententia pro actoribus, condemnato Principe fratre ad petitam vitam, & militiam liquidandam *fol.* 407. & cùm ſuper liquidatione eſſet pariter compilatum, inſtant hodie fratres hi ſecundogeniti, liquidari vitam, & militiam in hunc modum, nimirum vt medietas fructuum remaneret pro primogenito, alteram verò diuidi inter ipſos ſecundogenitos, ſic legitur in relatione patrimonij pro hac liquidatione commiſſa *fol.* 447. à *terg. lit. A.* & in comparitione nouiſſimè per eoſdem præſentata *fol.* 465. vbi addunt, non eſſe connumerandam D. Veronicam ſororem Monialem profeſſam in Venerabili Monaſterio Sanctæ Patriciæ, ex eo, quod cùm ad partem non admittatur, nec partem facere debet; contradicit, & meritò Princeps frater primogenitus, contendens, prætenſam à fratribus ſecundogenitis liquidationem iuribus, rationibus, ac DD. auctoritatibus eſſe penitus deſtitutam cùm, in Regno receptiſſimum ſit, prout in illo vlterioris Siciliæ, vt vita, & militia ad inſtar legitimæ taxetur, & quod ſorores, ſiue nuptæ, ſiue profeſſæ, quæ dote recepta ampliſſimè patri renunciarunt, ſint inter filios connumerandæ, vt partem faciant, licèt ad partem non admittantur.

Et vt pateat de veritate, dico primò, quòd ſi in omni alia huius dubij, ſiue caſus contingentia res difficultatem aliquam pateretur, in hac, de qua agimus cauſa, non eſt, de quo controuerti poſſit, cùm Princeps donans, approbando Camer. ſententiam *in capit. Imperialem, fol.* 103. à *terg. lit. L verſ. quæ omnia,* D. Reg. de Pont. *in tract. de poteſt. Proreg. tit.* 7. §. 4. *num.* 31. *circa finem*, & aliorum, quos refert, & ſequitur Dominus Præſes noſter *contr. for. cent.* 2. *cap.* 10. *num.* 25. expreſsè diſpoſuerit, vt teneretur primogenitus ſecundogenitis in locum legitimæ vitam, & militiam præſtare; ſi (dico Ego) in locum legitimæ, vt ſubrogatum ſapiat naturam illius, in cuius locum ſubrogatur, vt in terminis ratiocinatur Dominus Præſ. noſter *loco proximè citat. num.* 26. neceſſe eſt, vt taxetur, ſiue 4

liquidetur vita, & militia, eo modo, quo iura diſponunt, liquidari portionem legitimam, ad tex. vulg. in *Authen. nouiſſima, Cod. de inoff. teſtam.* Nec dicant Aduerſarij Principem donantem diſpoſuiſſe, vt medietas fructuum bonorum donatorum remaneat pro primogenito, ad hoc, vt altera æquis portionibus inter ſecungenitos diuideretur; etenim intelligentia hæc diſpoſitioni factæ aduerſatur omninò, ſi enim donans hoc voluiſſet, poterat id expreſsè ordinare, nimirum vt medietas eſſet primogeniti præcipua, altera verò vt diuideretur inter ſecundogenitos; ſed hoc penitus dixit, ergo. Si igitur vita, & militia eſt præſtanda, ordinata diſpoſitio iuris recipit intellectum, vt obtineant ſecundogenitti eam fructuum portionem, ad quam aſcendit vita, & militia, quæ cùm iuxta communem in Regno receptam ſententiam taxetur ad inſtar legitimæ, conſequens eſt dicere, voluiſſe Principem donantem, vt ad hanc portionem primogenitus teneretur, non autem, vt æquis portionibus fructuum medietas inter ſecundogenitos diuideretur, vt & Aduerſarij nullo iuris fundamento fulciti præſupponunt; Quodque apud nos ſit citra controuerſiam, vita, & militia, quæ à fratre primogenito, qui in feudo ſuccedit ſolus, ecundogenitis, ex diſpoſitione Conſtitutionis *Comitibus* præſtanda eſt, ſit taxanda, eo modo, & forma, prout taxatur legitima, videantur, quæſo, ex noſtratibus inſraſcripti, quod ſic vno ore reſponderunt, & primus omnium. 5 6

Andreas Fendiſtrarum auriga *in Conſtit. In aliquibus, col. fin. circa finem*, ſub illis verbis, *ſecus in vita, & militia, quam dat ma or frater minori, cum viuitur iure Francorum, tunc contentus eſſe debet de tertia parte, quam eſſet habiturus, &c.* idemq; & clariùs *in Conſt. Comitibus, col.* 3. *in princ.* & per hæc verba: *Alij dicunt, ſicut diximus in paragio dotis in Conſtitut. In Aliquibus, in fine, vt habeat minor tertiam partem valoris partis ſuæ, quam haberet, ſi ſuccederet, duæ verò partes remaneant maiori, quem lex, & mos voluerunt honorari prærogatiua primogenituræ; vnde ſi totum feudum valeret ducenta (hoc eſt in redditu,) & ſint duo fratres, & minor habeat centum pro dimidia, tunc pro tertia habebis triginta tres, & tertium pro vita, & militia, &c.* 7

Afflict. qui ſic iudicatum teſtatur *in dict. Conſt. Comitibus*, vbi *num.* 4. per hæc formalia loquitur; *Vnde ſi totum feudum annis ſingulis eſſet redditus duc.* 200. *& ſunt duo fratres, quilibet fratrum, ſi ſuccederent ſimul, haberent centum pro quolibet, nunc pro tertia frater ſecundogenitus pro militia debita habebit* 33. 8

duc.

duc & vnum tertium , & ſic quando ſunt infra quatuor fratres , quilibet frater habebit tertiam tertiæ ſibi contingentem pro legitima , vt in Authent.de triem. & ſemiſſ.§.1.& notatur in Authem. nouiſſima, Cod.de inoff. teſtam.& ſi ſunt vltra quatuor , legitima erit medietas, & ſic erit medietas medietatis,&c. Addit demùm intra numerum quintum hæc verba: *Ego Vidi iudicatum in Sacr. Conſilio ſecundùm prædictam opinionem , quam Andr.dicit æquam & ideò poſſum , dicere,quòd iſta opinio eſt lex hodie in Regno, &c.* Idemque affirmauit *deciſ.*252.

Ant. Capyc. *deciſ.poſtrema,num,*2. ſub illis verbis; *nunc autem cùm ageremus de dicta liquidatione , orta ſunt duæ difficultates,prima, ex quo in Regno ſecundùm* Andr.de Iſern. *in Conſtit.Comitibus, hæc vita,& militia vadit ſecundùm legitimam,& ita taxatur,& ſic ſeruatur,& iudicatum eſt,&c.*

Ioan.Ant.de Nigris *in cap.Regni,quod incipit Alienationis actus,num.*13. ibi, *quanta autem ſit iſta vita,& militia non eſt determinatum a iure,vt dicit Matth. de Afflict.dec.*251.*colum.fin.ſed in d.Conſt.Comitibus,col.*2.*in* 2.*quæſt. ponit iſtam quæſtionem & dicit , quòd eſt quantum eſt legitima &c.*

Ioan. Thomas Minadous *in Conſtit. In Aliquibus, notab.*7.*num*....ibi, *in taxanda legitima ſeù vita, & militia,quæ taxari ſolet ad inſtar legitimæ,&c.*

Iacobus Anellus de Bottis *in dict. Conſtit. Comitibus,col.*3. *in princ.* per hæc verba , *vita,& militia vadit ſecundùm legitimam,& ita taxatur,vt diximus,&c.*

Dom.Reg.Reuerter *deciſ.*1.*in princip.* ſub illis verbis. *& ibi Andreas dicit,quòd iſta vita,& militia taxatur ad inſtar legitimæ, ſcilicet , quòd ſi tertia pars eius partis,quam haberet ab inteſtato,prout de legitima,&c.* & iterùm *deciſio.* 58. *libro.*4. ſub illis verbis, *redeundo nunc ad propoſitum fuit deciſum, quod vita,& militia taxetur pro modo legitimæ,quia ſic determinat Andr.*

Dom.Reg.de Ponte *tract.de poteſtat.Proreg.tit.* 7. §.4.*intra num.* 7. ibi, *tertiò , ſi ratione portionis debitæ ſuper feudo vita, & militia deberetur,non regularetur à legitima,vt tertia pars fructuum daretur,nec eſſet in vita,nec perpetua , & integra pars conſtitueretur , cuius contrarium dicunt omnes,&c.*

Fab.de Anna *conſ.*4.*num.* 52. ibi, *debetur ad inſtar legitimæ,vt apertè decidit idem Andr.in d.Conſtit. Comitibus,&c.*idemque affirmauit *conſ.*6.*n.* 13. per hæc verba, *quintò,quòd ſit loco legitimæ moueor , quia omnes D D. admittunt,& vſus approbauit,vitam,& militiam eſſe taxandam ſecundùm legitimam, iuxta numerum filiorum,&c.*

Dom.Reg.Tap.*dec.Sacr.Conſil.*14. *n.*21. *circa fin.* ibi, *vita tamē,& militia eſt tertia illius,quā eſſet habiturus ab inteſtato, &c.*ac iterum *dec.*44.*n.*3.*&* 4. ibi, *& ſic reſpectu obligationis debetur ex fructibus feudi, & regulatur ſecundùm legitimam reſpectu quantitatis,&c.* idemque affirmait *in dict.Conſtit.Comitibus, ſub num.* 17. ibi, *hodie tamen huiuſmodi vita , & militia taxatio fit iuxta quantitatem,& regulam Auth.nouiſſima,C.de inoff.teſtam.&c.*

Scipio Theodor.*allegat.* 81.*numer.*5. ibi. *certum eſt enim,quòd vita,& militia, & paragium liquidantur ad inſtar legitimæ,& eo modo,& forma,ſicut legitima liquidaretur,&c.*

Dom.Reg.Rouit.*in pragm.*4.*numer.*70.*de feud.*ſub illis verbis, *& illa medietas, ex qua erat deducenda vita, & militia,erat diuidenda, inter omnes filios , connumerata etiam perſona primogeniti , iuxta diſpoſitionem Auth.nouiſſima,C.de inoffic.teſtam. quam habere locum etiam in hac liquidatione vitæ , & militiæ tradiderunt Andr.&c.*

Paul.Staiban.*conſ.*2.*num.* 15. per hæc verba , *& ſic liquidatio vitæ,& militiæ aſſeueratur ad inſtar legitimæ, iuxta tradita in Auth. nouiſſima,cum concordantibus, C.de inoff.teſtam.*

Et ex Siculis,aliis noſtris omiſſis,primò Guglielm. de Perno *conſ.*11.*ſub n.*12.Petr.de Gregor. *in tract.de vita,& militia,quæſt.*7. *num.*1. *&* 4. Io. Ant.Cannet. *in extrauag.ſi aliquem,num.*54.*cum ſeq.fol.*330.Ioſeph Cumia *in repet.cap.Si aliquem,in verb.antiquis , num* 550.*in fin.*Blaſcus Lancea *ibid.quæſt.*21. Nicolaus Intriglio1us *de feud.cent.*1.*quæſt.*57.*num.*16. Dom.Reg. Petrus Corlettus in *addit.ad Octauium patrem , conſ.* 27.*n.*11.Don.Garſia Maſtrili.*deciſ.*64.*num.*2. Marius Giurba *ad Conſuet.Meſſan.part.*1.*c.*4. *gl.* 4.*ſub n.* 17. Franc.Ant.Coſta *conſ.*91.*n.*34.& alij Hæc reſpectu liquidationis vitæ,& militiæ.

9 Quò verò ad alteram Actorum prætenſionem, nimirum,vt in hac liquidatione inter filios quondā D. Ledonari cōnumerari nō poſſit D.Veronica Monialis profeſſa in vita patris , ita vt ſicut non admittitur ad partē, ſic etiam nec partem faciat;dico,ſatis inutiliter Aduerſarios in hoc elaborare,nam quamuis in terminis iuris communis,grauiſſima ſit quæſtio inter Scribentes,an in taxanda legitima maſculorum, ſiue paragio fœminarum, computatis dotibus receptis , ſit filia dotata inter filios connumeranda , de qua latè per D D. relatos ab Ant. Gabriel.*commun.concl.lib.* 6. *tit. de legitima.concl.*2. & ab Anton.Theſaur.*deciſ.* 159. quorum meminit Præſ.Amat.*conſ.*75.*num.*14.attamen pars affirmatiua, nimirum , vt aggregatis in patrimonio patris dotibus receptis , ſit inter filios connumeranda,& vt vulgò diximus faciat partem,licèt non admittatur ad partem,credo,quod hodie apud Noſtrates procedit ſine controuerſia, vt videre eſt penes Afflict. *in Conſt.In aliquibus,num.*54.Capyc.*deciſ.*158.Dom. Præſ. de Franch.*dec.*549. D. Reg. de Ponte *conſ.* 65. *lib.*1.Ioann.Vincent.de Ann.*ſingul.* 214. Molfeſ. *ad Conſuetud Neap.part.*4.*quæſt.*17.*per tot.*& apud alios relatos à Domino Regent.Capyc.Galeot.*in addit. ad conſ.de Medic.*167. quo loco dicit , opinionem hanc in Sac. Conſ. pro indubitabili hodie haberi, eamque indubitanter procedere,addo Ego , quamuis filia ampliſſimè,& cum iuramento paternæ hæreditati renunciaſſet,vt adhuc iurata renunciatione non obſtante,in taxanda fratrum legitima partem faciat,dummodo aliquid pro ſua portione receperit; ratio aſſignatur,quia videtur hoc caſu,ac ſi totaliter patri ſuccederet,& ſucceſſiue neceſſariò partem facere debet, ſecus autem ſi nihilo recepto,tunc enim ſuppoſita renunciatione pro 10
valida , pro mortua haberetur,id , quod vt plurimum euenire ſolet in perſonas maſculorum, qui Religionem aliquam bonorum incapacem profeſſi ſunt , ita ſanè ſcripſerunt Bald. *in l.vnic ante n.* 291. *verſ.quid de filia,C.quando non petent.partes* , Fabian. de Giocclus *in repet Auth.nouiſſima,intra n.*218.*C. de inoffic. teſtam.*Ioan.Campeg.*tract.de dote,part.*1.*in* 15.*quæſt.* Hieron.Gabriel.*conſ.*135 *n.*14.*lib.* 2. Peregr.*de fideicommiſſ.articul.*38.*n.*12.*verſ.ſi verò in vita patris,*Rot. *dec.*266.*n.*5 *part.*1.*diuerſ.*Surd.*dec.*252.*num.*2.*ad fin.* Paul. Gallerat.*in tract.de renunciat.lib.*2.*cap.*5. *n.* 23. *circa fin.*Mercurial.Merlin.*tract.de legitima, lib.*1. *tit.* 4.*q.*3.*n.*33.& Paul.Belton.aliis omiſſis *in ſuo tract de iur accreſc.c.*6.*q.*14.*n.*6.*&* 7.ſicque maxima diſcuſſione præcedente per S.C.me patrocinante deciſum ſub die 19.Decembris 1644. in cauſa Ianuarij,& Lælij de Ligorio,cum Anna de Ligorio eorum ſorore,in cuius paragio taxando duo fratres Monaci Caſinenſes, qui nihilo recepto renunciauerant , non fuerunt inter filios connumerati,bene tamen duæ ſorores Moniales in Monaſterio Sancti Hieronymi huius Ciuitatis profeſſæ , quæ ingreſſæ paragio recepto , ampliſſimè Patri renunciauerant, Commiſſario olim Domino

Conſiliario Andrea Prouenzale, penes de Amico actorum Magiſtrum S.C. vt videre eſt *lib. 2. mearum reſol. cap. 93.*

11 Nec, quæſo, dicat quis, hæc omnia apud nos de plano procedere, cùm tractetur de taxanda legitima maſculorum, ſine paragio feminarum in patrimonio allodiali, ſecus verò vbi ageretur de taxanda vita, & militia ſuper bonis feudalibus, iuxta ea, quæ notat Capyc. *deciſ. vlt. circa fin.* vbi in cauſa filiorum Galeatij Caraccioli, quoad legitimam burgenſaticorum Sacrum Conſilium iudicauit, fœminas partem facere, quamuis ad partem non admitterentur. *Licèt poſtea in liquidatione vitæ, & militiæ* (hæc ſunt verba Capicij) *iudicauerit, dum eſſent quinque filij maſculini, eſſe quintam partem medietatis fructuum rerum feudalium, & ſic decimam, vndè fæminæ ibi non fecerunt partem, quia ſi feciſſent, fuiſſet octaua pars medietatis fructuum, & ſic decima ſexta pars, vt iudicatum fuit* 1621. 17. *Aprilis*, hæc Capyc. quem ſequutus fuit Dominus Regens Tapia *dec. S.C.* 44. *n.* 6. Etenim ſi verum fateri velimus, ex his, quæ refert Capyc. non benè percipi poteſt, an in illa cauſa fuerit de hoc dubio inter Partes diſceptatum, refert namque liquidationem vitæ, & militiæ maſculis pro decima parte, ob quod argumẽtatur, quòd fœminæ partẽ non fecerunt, quia ſi feciſſent, aliter vita, & militia liquidata fuiſſet;
12 nõ enim in hac liquidatione Capyc. interuenit, vt cernitur apertiſſ. *in dec.* 159. *n.* 8. quo loco cauſa illa fuit terminata, ſicq; neſcio, quæ fides ſit ei adhibẽda quatenus affirmare vellemus, hoc in puncto fuiſſe per Sacrum Conſilium deciſum; ſed ſupponamus deciſionem in terminis, nonne reſpondere fas erit, eſſe illam ratione, & DD. authoritate deſtitutam? ſuppoſita tamen, ſic ego loquor, pro indubitabili apud nos ſententia illa, vt in taxanda legitima filiorum fæmina partem faciat, ſi enim, vt vtar verbis Domini Præſidis noſtri, *cit. cap.* 10. *num.* 25. vera eſt grauiſſimorum Doctorum ſententia, exiſtimantium, vitam, & mili-
13 tiam ſuccedere in locum legitimæ, iſtámque opinionem magis communem eſſe, ac eam tenentes rectiùs intellexiſſe Andream, & de contrariis nullam eſſe habendam rationem, prout pariter exiſtimauit D. Reg. Capyc. Latro *conſultationum lib.* 2. *conſult.* 111. *numero.* 20.

14 Quæro Ego à Capycio, quæ diſcriminis ratio aſſignari poteſt, vt quando tractatur de taxanda legitima filiorum in bonis allodialibus, fæmina partem faciat, quamuis ad partem non admittatur, ſecus autem, quando agitur de liquidanda vita, & militia ſuper bonis feudalibus; ſi enim ad primum affirmandum, eam Noſtrates vnicam conſiderarunt rationem, quia filia aggregatis in patrimonio Patris dotibus receptis, videtur in ea portione ſuccedere, & ſucceſſiuè, neceſſariò partem facere debet, ac ſi dotata nunquam extitiſſet; nonne ratio hæc pariformiter militat, quando tractatur de taxando vitam, & militiam ſicut enim ad faciendum partem in taxando legitima habetur, ac ſi in portione, quam pro dote recepit, ſuccederet, ita pariter omninò affirmandum, quando agitur de liquidãda vita, & militia, vt nimirùm partem quoque faciat, quia videtur in ea portione, quam dotis nomine aſſequuta eſt, ſuccedere. Nec ſtringit ratio illa, quam aſſignat Dominus Reg. Tap. illius tanti Viri pace ſit dictum, in citata *deciſ.* 44. *numer.* 6. ideò fæminam dotatam in taxanda vita, & militia filiorum partem non facere, quia cùm dotata reperiatur, ceſſat onus feudi, quod erat in dotando illam: etenim ſi vera eſſet ratio hæc, procederet pariter indubitanter in taxatione legitimæ ſuper bonis allodialibus, quia adhuc in filia dotata ceſſaret onus illius patrimonij, quod eſt in dotando filiam; vnde dicamus, quæſo, ab omni dubio procul, nullam iuri conſentaneam conſiderari differentiam, quando agitur de taxanda legitima ſuper matrimonio burgenſatico, aut vita, & militia ſuper patrimonio feudali, nam ſi diximus, ſuccedere vitam, & militiam in locum legitimæ, æquiparatorum idem iuditium eſſe debet, vt per D. Præſid. *citat. cap.* 10. *n.* 16. quodque hoc verum ſit, ne mea hæc ſententia ratione munita rerum iudicatarum auctoritate deſtituta ſit, videatur, quæſo, Dominus Regens Reuerterius, qui nullum conſtituendo diſcrimen inter vitam, & militiam, ac legitimam, quamuis illius eſſet opinionis, vt in taxanda legitima, ſiue vita, & militia, filia dotata partem non faciat, dum ad partem non admittitur; attamen ſubdit, quod in Regno contrarium fuit ſæpè iudicatum, & hoc tam in *deciſ.* 1 *part.* 1. quàm 15
in deciſion. 58. *lib.* 4. per hæc enim verba loquitur *in deciſion.* 1. *circa fin. Ex quibus omnibus concludo, hanc opinionem veram, quòd filia dotata excluſa per ſtatutum à ſucceſſione, ſicut non admittitur ad partem, ità non faciat partem, nec in legitima filij, nec in vita, & militia, quæ ad inſtar legitimæ liquidatur; tamen, vt intellexi, in Regno contrarium fuit ſæpè iudicatum, quòd in caſu noſtro licèt non admittatur ad partem faciat partem, illa ratione potiſſima, quia non eſt penitus excluſa à ſtatuto, ex quo illa pars, quam habet, ſuccedit loco legitimæ, & ſic non eſt omninò excluſa*, &c. ac ità deciſum teſtatur *in deciſion.* 58. *libro* 4. *verſ. fuit etiam dubitatum in hac cauſa*, quo loco profert hæc verba: *Quòd ſi ſunt quatuor filij, vel pauciores, ſit legitima tertia pars eius, quam quis haberet, ſi ab inteſtato ſuccederet, ſi verò ſunt plures, puta quinque vel vltra, ſit ſemis illius partis, in qua ab inteſtato ſuccederet, & ità ibi dicunt omnes DD. & in lege planè, §. ſi duobus, ff. de leg. 1. & ità fuit taxata vita, & militia, habita conſideratione ad nouem filios, quos tam maſculos, quàm fæminas reliquit dictus Dux, etiam quòd eſſet vna, nupta, quia & ſi non admittebatur ad ad partem, bene facit partem, vt notant Bart. Alexander. la,. & omnes in dict. §. ſi duobus, & poſui latè in quadam mea deciſione in principio, quando fui effectus Præſidens Regiæ Cameræ*. &c.

Idem pariter temporibus noſtris (ne nouiſſima re- 16
rum iudicatarum auctoritate careamus) per Sacrum Conſilium die 19. Feb. 1639. referente olim feudorum interprete Domino Andrea Marcheſio tunc Regio Conſiliario, demum Præſide digniſſimo, deciſum fuiſſe comperimus in cauſa D. Lucretiæ Petrarolæ cum Comite Palmerici, vbi in liquidatione vitæ, & militiæ debitæ quondam Horatio de Matheis tam ex propria perſona quàm ex perſona quondam Franciſci eius fratris, fuit dictum, eſſe connumerandam etiam eorum ſororem, prout videre eſt in proceſſu 2. *volum.* pro Pio Monte mortuorum cum ſpectabili Alexandro de Mattheis, penes de Martino S. C. Actorum Magiſtrum; verba decreti ſunt hæc fol. 361.

In cauſa D. Lucretiæ Petrarola cum Comite Palme- 17
rici. Die 19. *Menſis Februarij* 1639.

Facto verbo de prædictis in S. C. per Magnificum V. I. D. Andream Marcheſium. Regium Conſiliarium, & cauſæ Commiſſarium.

Decretò S. R.C. prouiſum eſt fructus feudorum Sanctæ Mariæ de Noui, Nouuoli, & Agliuli, ac annuorum introituum feudalium, videlicet annuorum ducatorum tercentum viginti ſuper Caſtro Francone, & aliorum annuorum ducatorum centum ſuper Palata liquidati ſunt in ducatis duobus mille ſexcentum ſeptuagintaquinque, ſuper quibus declaratum eſt, deberi vitam, & militiam liquidandam quondam Horatio de Mattheis tam ex ſua perſona, quam ex perſona quondam Franciſci eius fratris, in cuius liquidatione eſſe connumerandam etiam

eorum

cerium ſororem, verùm non eſſe deducendam adhoam, hoc ſuum, &c. Andreas Marcheſius, Franciſcus Antonius de Mercatis Secretarius.

Meminit de hac determinatione Dominus Conſiliarius Petrus Carauita in reſponſo, per ipſum ſcripto pro dicto Comite, quod imprimi curauit Andreas Capanus *in ſuo tract. de vita, & militia, quaſtion. 6. fol. mihi* 31. & Thor. *in ſupplem. ſui compendij, in verb. vita, & militia.*

Vnde rogo Dominos Iudicantes cætera ſuppleant.

Donatus Antonius de Marinis.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſpecies refertur.*

2 *Pactum in capitulis matrimonialibus appoſitum, quod ſtipularetur publicum inſtrumentum ad Conſilium Sapientis, obligationem feudalium etiam importat, & n. 6. & quid ſi capitula, ſtipulata non eſſent, & nulla in iis expreſſa ſit hypotheca, num. 3.*

4 *Clauſula* ad Conſilium Sapientis *quid importet.*

5 *Conuentio de ſtipulando inſtrumentum habetur pro ſtipulatione.*

7 *Obligatio bonorum feudalium apponitur de ſtylo Notariorum.*

8 *Notarius ſemper rogatus cenſetur apponere clauſulas conſuetas.*

9 *Notarij error contrahentibus nocere non debet.*

10 *Subrogatus exequitur, quod exequi debebat is, in cuius locum ſubrogatus eſt.*

11 *Clauſulæ extendi debent à Notario ſubrogato præuio decreto.*

12 *Secus ſi non præcedat decretum.*

13 *Feudalia non comprehenduntur ſub generali bonorum obligatione.*

14 *Obligatio generalis bonorum differt ab obligatione vniuerſali.*

15 *Feudales cauſæ agitari poſſunt à procuratore habente mandatum vniuerſale.*

16 *Renuncians omnibus bonis vniuerſaliter videtur renunciaſſe etiam feudalibus.*

17 *Obligatio vniuerſalis bonorum comprehendit etiam feudalia.*

18 *Dotis fauore præſumuntur obligata bona omnia.*

ARGVMENTVM.

Inſtrumentum capitulorum matrimonialium, ſi fuerit ſtipulatum, ſed per Notarium iuxta ſtylum non extenſum, eo mortuo, num Iudice mandante extendendum ſit cum omnibus clauſulis, quæ in ſimilibus apponi ſolitæ ſunt, ſignanter, obligationis bonorum feudalium. Clauſula *ad conſilium ſapientis* quid importet. Obligatio generalis an, & quando bona feudalia comprehendat: & de aliis.

ALLEGATIO CXXXI.

IN facto verum eſt, ſub die 18. Ianuarij 1606. fuiſſe ſubſcripta capitula matrimonialia inita inter Dominum Marchionem Anzij, & D. Emiliam Brancia, olim Marchionis Montisleonis germanam, ſpecialique pacto conuentum, vt illa in publicam formam redigerentur, per hæc verba *fol. 8 lit. A.* 1

E delle coſe perdette eſſi Aurelia, Marcheſe di Montelione, e Marcheſe d'Anzi vogliano, che ſe n'habbi da fare publico inſtromento à conſeglio del ſauio, non alterando però, nè diminuendo in coſa alcuna la ſubſtanza delli preſenti capitoli già di ſopra dechiarata, ma ſolamente, per eſtendere le clauſole in forma.

Pro huius pacti obſeruantia, die ſequenti fuit ſtipulatum publicum inſtrumentum manu Notarij Ioannis Baptiſtæ Martinæ, cuius incuria cum in protocollo iuxta ſtylum extenſum nó eſſet, ſed tantùm in quadam pagella cum eiſdem capitulis ſuta ſtipulationis actus notatus *eod. fol. 8. à terg. lit. B.* vt extenderetur cum clauſulis ſolitis, iuxtà ſtylum dicti Notarij iam defuncti, inſtiterunt fratres de Carrafa dictorum Marchionum filij, & hæredes præuio memoriali Excellentiſſimo Proregi porrecto, remiſſoque negotio, iuxta morem ſpectabili Domino Præſidi, capta de illius ordine informatione de fide, & legalitate Notarij, Partibus pleniſſimè auditis, decreto mediante prouiſum fuit, quod extendatur, verùm quoad extenſionem clauſulæ obligationis bonorum feudalium, quod Sacro Conſilio de iuſtitia prouideat, *fol.* 107.

Et cum ad præſens ſit ſuper hoc prouidendum, credo nulli dubium eſſe per Sacrum Conſiliũ fore determinandum, extendendam eſſe omninò clauſulam prædictam obligationis bonorum feudalium, ſic enim Partes voluerunt in capitulis matrimonialibus, dum expreſſis verbis conuenerunt, vt ſtipularetur publicum inſtrumentum ad conſilium Sapientis, quod quidem pactum obligationem bonorum feudalium importare ſcripſit in propriis terminis Præſ. Amat. *conſ.* 35. *numer.* 28. *verſicul. nec tandem omitto,* & nouiſſimè Dom. Reg. Sanfelic. *deciſ.* 99. vbi ſtante hoc pacto, ſic per Sacrum Conſilium determinatum fuiſſe teſtatur, ſubdens in fine, ita pariter per Regiam Cameram deciſum, facta relatione in Collaterali Conſilio, & in caſu fortiori noſtro, nimirum, cum tantum producta eſſent capitula matrimonialia non ſtipulata, ſed ſubſcripta dumtaxat abſque expreſſione hypothecæ: hæc eſt enim vis, & virtus clauſulæ *ad conſilium Sapientis*, vt legitimè, & cautè liget contractus in ampla, & meliori forma, qua fieri potuit, & quod intelligantur appoſita in contractibus omnia, 2 3

quæ ſunt de conſuetudine, & quæ ſapiens vigo-
re arbitrij ſupplere poterit, ita gloſ. *in leg. ſi mandato*
Titij, §. fin. in verbo accepta, ff. mandat. Specul. *in tit. de*
empt. & vend. §. 1. nummer. 9. verſ. ſed quid ſi, D. Conſil.
Merlin. omninò videndus *controuerſ. cent. 1. cap. 5.*
num. 17. Dom. Reg. Galeot. *contr. iur. lib. 1. controu.*
57. *nummer.* 27. & Dom. Reg. Sanfelic. *loc. cit. num.* 6.
vbi addit, quod quoties conuenitur, vt ſtipuletur
inſtrumentum, ad circuitum euitandum pro ſtipu-
pulato habetur, quod allegat Surd. *conſ.* 457. *num.* 12.
verſ. ſecundò facit, vol. 4. Fab, de Ann. *conſ.* 8. *num.* 17.
Reg. de Ponte *conſ.* 10. *num.* 23. *verſ. ſi ille habebatur,* &
de communi atteſtantem Craſſ. *commun. opin. lib. 1. cap.*
6. *quæſt.* 20.

6 Inſuper quòd voluerint contrahentes pro obſer-
uantia promiſſorum obligare etiam bona feudalia,
ſatis liquet ex eodem pacto, dum dixerunt, eſſe con-
ficiendum publicum inſtrumentum ad finem exten-
dendi clauſulas in forma, vnde cum demùm die ſe-
quenti verè adſtipulationis actum deuentum fuerit,
& in hac Ciuitate de ſtylo, & conſuetudine Notario-
rum, in obligatione bonorum, quæ in quolibet con-
7 tractu apponitur, additur etiam clauſula obligatio-
nis bonorum feudalium, teſte Octauio Iammacar. *ad*
titul. ſi de feud. defunct. cont. ſit. &c. in §. in generali,
num. 40. & faſſi ſunt Notarij, vt ex eorum fide *fol.*
121. & in ſpecie, quòd ſic ſe habebat ſtylus Notarij,
qui ſtipulatus eſt contractum, de quo agimus, vt ex
relatione Reuerendi Rolarij *fol.* 120. ſequitur certè
dicendum, vt in eo ſit omnimodo deſcribenda clau-
ſula hæc obligationis bonorum feudalium ſecundùm
ſtylum prædicti Notarij, qui pro dictorum capitulo-
rum ſtipulatione rogatus fuit; hoc eſt enim de iure, vt
8 Notarius ſemper rogatus cenſeatur apponere inſtru-
mento clauſulas ordinarias, & conſuetas, & quòd
vbi fuerint omiſſæ, pro appoſitis habeantur, quia er-
9 ror, & incuria Notarij contrahentibus nocere non
debet, reuideatur tex. *in leg. fin.* vbi hoc notant Bald.
& communiter DD. *Cod. de fideiuſſor.* Abb. *in c. cum*
M. Ferrarienſis *num. 5. de conſtit.* ibique Felin. & Dec.
ambo *numer.* 6. Iaſ. *in leg. certi conditio, §. ſi nummus,*
num. 14 *ff. ſi cert. pet. in leg. argentarius, num. 7. ff. de*
edend. & in leg. Gallus. §. idem credendum, in prima
lect. numer. 22. ff. de lib. & poſth. vbi etiam Soccin.
col. fin. verſ. aliquando, Ant. Gabr. *com. opin. lib. 6. titul.*
de conſuet. concluſ. 3. nummer. 1. aliique ad nauſeam re-
lati per Tiraq. *de iur. conſtit. in vltim. limit. numer. 7. &*
8. quibus ex noſtris addimus Affl. *in Conſtit. Baiulos*
omnes, nummer. 13. 15. *&* 16. Capyc. *deciſ.* 159. *per tot.*
numer. 39. & D. Conſiliar. Merlin. *contr.* 35. *nummer.* 4.
vbi recentiores allegat, & cum impoſſibile ſit, exten-
ſionem fieri à Notario, qui inſtrumentum hoc capi-
10 tulorum matrimonialium ſtipulatus eſt, erit omnino id
exequendum ab alio Notario ſubrogato, Iudicis com-
miſſione præcedente, prout eſt communis omnium
ſententia *in leg. contractus, Cod. de fid. inſtrum.* & præ
cæteris Caſtr. *nummer. 5. & in conſ.* 111. *numer. 1. &* 307.
lib. 1. Canoniſt. *in cap. cum tabellio, de fid. inſtrum.* ſi-
gnanter Abb. *num. 1. in fine, & nummer.* 3. & Felin. *num.*
6 *& ſeq.* Angel. *conſ.* 174. *col. 2. verſ. omnes ergo iſtos*
defectus, Marc. *de probat. tom. 2. concl.* 1249. *n.* 29. Cæſar
Barz. *dec.* 39. *num.* 48. *& ſeq.* & *n.* 65. *&* 66. *Peregr. dec.*
35. *n.* 6. iſtoque iure vtimur in Regno; in nihilo ob-
11 ſtante aliquorum opinione, clauſularum extenſionem
denegantium fieri poſſe ab alio, quam ab illo Nota-
rio, qui rogatus fuit, inter quos Hippol. de Marſigl.
ſing. 123. nam alias reſpondi *lib. 1. mear. reſol. cap.* 196.
numer. 13. verſ. nec refragatur, opinionem hanc pro-
cedere, quoties alius Notarius ad ſimplicem Partis
12 inſtantiam extenſionem facere vellet, nulla Iudicis
commiſſione præcedente; ſecus autem quando au-
ctoritate, & ſpeciali mandato Iudicis inſtrumentum
extendi peteretur, ad quod citaui Cyn. *in d. l. cõtractus,*
in fine, ſub illis verbis, *non obſtat quod dicitur, quòd*
non poteſt ſcire quid ſit ponendum, quia ſeruatur forma,
quam Notarius mortuus obſeruabat in talibus inſtru-
mentis, &c. Salyc. *ibidem numer. 10. verſ. ſed dic, quòd*
auctoritate Magiſtratus, Ang. *in l. Gallus, §. idem cre-*
dendum, numer. 3. ff. de liber. & poſthum. & ibidem
Imol. *in fin. verſ. fallit ſi auctoritate, & mandato Iu-*
dicis, Alexander. *intra numer. 4. verſ. ſed alius ſub-*
rogatus, Claud. Syſſel. *numero* 8. & alios, quibus
nunc addo Girard. de Petra Sancta *ſingul.* 41.

Secundò, vt Domini Iudicantes ad extenſionem, 13
quæ petitur ordinandam eò faciliùs deueniant, rogo
aduertatur, quod huius clauſulæ bonorum feuda-
lium extenſio ab actoribus ad ſuperabundantem cau-
telam deſideratur, non quòd neceſſitas ſuadeat; nam
cum iuxta decretum capitulorum matrimonialium
ſit iam ab alio Notario extenſum *fol.* 109. quamuis
in illo non legatur expreſsè bonorum feudalium obli-
gatio (ex quo Notarius, qui pro extenſione roga-
tus fuit, huiuſmodi clauſulam extendere iuxta ſty-
lum Notarij defuncti ſibi reſeruauerit, cum primum
Sacrum Conſilium ita mandauerit) attamen ex obliga-
tione omnium bonorum, quæ inibi habetur *fol.* 118.
lit. A. indubitatum eſt, quòd bona omnia feudalia
Marchionis dotantis pro dotis conſequutione actores
mulieris dotatæ filij, & hæredes hypothecata habent;
etenim quamuis ex vulgari diſpoſitione tex. *in capite*
1. *§. in generali, ſi de feud. defunct. contr. ſit inter. dom.*
& agnat. vaſſall. in generali bonorum obligatione
bona feudalia non comprehendantur, attamen ex re-
ceptiſſima noſtratum ſententia, diſpoſitio illa vti irra-
tionabilis vbique non ſeruetur, ſed tantum ſecun-
dùm Andr. *ibid.* vbi viget vſus, & conſuetudo, quam
in hoc Regno vigere nemo ex noſtratibus huculque
affirmare auſus fuit, & ita in terminis taciti aſſenſus,
ſuper quo nos verſamur, concluſionem hanc doctè
ſatis, prout de more comprobat Gizz. *deciſ.* 87. quo
loco poſt deguſtatam materiam dicit, omnia ſcripſiſſe
ad confuſionem illorum, qui articulum tam clarum,
& irrefragilem in illa cauſa controuertere auſi fue-
runt, ſubdens Sacrum Conſilium ab eius opinione tá-
quam veriſſima nullatenus diſcrepaſſe, vnumque ex
Dominis dixiſſe, quòd diſpoſitio *dict. cap. 1, §. in ge-*
nerali, in Regno recepta non eſt, & quod paſſim con-
tra diſpoſitionem illam iudicatum extitit.

Sed circumſcripta Gizzarelli ſententia, & deci- 14
ſione ab illomet relata, non diſcedendo à diſpoſitio-
ne tex *in dict. §. in generali,* ſed ea omninò attenta,
dico, quod pro caſus noſtri determinatione tres
ad textum prædictum acommodantur limitatio-
nes.

Prima ſe offert, nam cùm illius feudalis ſanctionis
Auctores verba fecerint de generali bonorum alie-
natione, ſeu obligatione, ſecus erit, dixerunt magis
communiter Feudiſtæ, in vniuerſali, vt puta ſi di-
ctum eſſet, prout in caſu noſtro, *vendo,* ſiue, *hypo-*
theca ſubmitto omnia bona mea, &c. ſicque per Sa-
crum Conſilium deciſum tempore Affl:ct. ipſe teſta-
tur in eod. tex. *numer.* 9. nam cùm dubitatum eſſet,
an cauſæ feudales agitari poſſent cum procuratore, 15
qui vniuerſale habebat mandatum ad omnes cauſas,
pro affirmatiua opinione determinatum fuit, idem-
que tempore ſuo deciſum fatetur Anna pater *in re-*
pet. capitul. 1. de vaſſall. decrep. ætat. nummer. 43. & *in ſin-*
gulari 328. vbi addit, quod ſi quis vniuerſaliter re-
nunciauerit omnibus bonis, videtur pariter renuncia- 16
tum feudalibus, ad quod allegat Corn. Dec. Crauett.
& alios, vt ibi, idemq; firmauit *in ſing.* 433. & quòd in
Regno opinio illorum, qui tenuerunt ſub vniuerſali
bonorum

17 bonorum omnium obligatione bona feudalia comprehendi, verior, atque magis communis ſit, teſtis eſt Octauius Bammacar. *id eod.§.in generali, quaeſt.2. num.40.* idémque poſt alios ſcripſerunt Maſtrill. *deciſ.86.num.6.* & de Pont. *deciſ.23.num.2.* nec diſſentit Dom.Conſ.Theod. *alleg.25.num.13.verſ.& omiſſa diſputatione, fol.193.*

Secunda limitatio datur fauore dotis, de cuius conſequutione agimus, nam quòd dotis fauore à rigoroſa diſpoſitione *dicti §. in generali*, recedere debeamus, poſt Barthol.de Capua, & Marin. Frecc. quos allegat, probat P.Molfeſ. *conſil.3.numero 33. & ſeq.*

Tertia limitatio, vt generalis diſpoſitio etiam bona feudalia comprehendat affertur, quoties actus eſſet talis, per quem licitè bona feudalia ſpecialiter obligari potuiſſent, & hoc erit, vbi aſſenſus hominis, vel legis præcederet, prout in caſu noſtro, in quo ex munificentiſſimi tunc Regis noſtri ſpeciali gratia conceſſa eſt facultas feudatariis Neapolitanis pro dotibus ſoluendis, vel reſtituendis bona
18 feudalia obligare, ità dixerunt Bald. *in eodem, §. in generali, ante numer. 2. verſic. quædam ſunt*, ibique Præpoſit *in princip.* Cranett. *in conſil. 256. numer. 5. verſic. & quod feudum veniat*, Maſtrill. *cit. deciſ. 86. num.3.* P.Molfeſ. *cit.conſ.3. num.9.* Præſ. Amat. poſt quamplures, quos citat *relato conſil.35.num.15.* omninò videndus.

Vnde his ſic ſtantibus, non eſt, de quo dubitari poſſit, quin petita extenſio ad ſuperabundantem cautelam concedenda ſit, inſtant enim pro ea Marchioniſſæ dotatæ filij, quos Marchionis dotantis hæredes ſub vano prætextu defectus obligationis bonorum feudalium à crediti conſequutione excludere prætendunt, quod an ſit tolerandum, videant Senatores præſtantiſſimi. Die 1. Iulij, 1642.

Fuit per Sacr. Conſ. deciſum extendendam eſſe clauſulam obligationis bonorum feudalium, iuxta hic allegata, penes Fabritium Solarium Actorum Magiſtr.

Donatus Antonius de Marinis.

SVMMARIVM.

1 *Factum refertur.*
2 *Clericus vxorem ducens priuilegium Clericatus amittit.*
3 *Reaſſumptione habitus, & tonſuræ recuperatur Clericatus.*
4 *Quamuis fiat ſine decreto.*
5 *Et in manibus Ordinarij renunciaſſet.*
6 *Clericus ſemel talis nunquam deſinit eſſe Clericus, ſed limitatur ſi in habitu laicali perſeuerauerit.*
9 *Reaſſumptio Clericatus iuuat etiam poſt patratum delictum.*
10 *Laicus effectus Clericus poſt commiſſum crimen gaudet foro Eccleſiaſtico.*
12 *Reus confugiens ad Eccleſiam gaudet immunitate.*
13 *Reſtitutio rei conſecrata Domino fieri non debet.*
14 *Sacerdotio per partem aſſumpto lite pendente arbiter non amplius iudicat.*
15 *Accuſatus paganus ſi miles efficiatur à militari Iudice iudicabitur.*
17 *Clericus immunis eſt à collectarum ſolutione.*
18 *Pœna pecuniaria exigi poteſt à Reo effecto clerico poſt delictum commiſſum ſecundùm aliquos.*
19 *Clericus, quamuis in fraudem effectus remittitur Eccleſiaſtico Iudici.*
20 *Laicus talis exiſtens delinquens dat ius Magiſtratui pro conſequenda pœna pecuniaria.*
21 *Aliorum ſententia prorſus reiicitur.*
22 *Clericus talis in omnibus eſt à ſua Communitate reputandus.*
23 *Aduerſæ Partis aliud fundamentum nihil obſtare oſtenditur.*

ARGVMENTVM.

Clericus, qui per matrimonium, quod contraxit, exutus fuit omni priuilegio Clericali, ſi mortua vxore habitum, & tonſuram reaſſumpſerit, an recuperet priuilegia, quæ amiſit Clericalia. Licentia Epiſcopi an neceſſaria ſit in reaſſumptione habitus, & tonſuræ Clericalis. Reaſſumptio habitus, & tonſuræ, num reaſſumenti proſit, ſi poſt delictum commiſſum ſequeretur: & de aliis notabilibus.

ALLEGATIO CXXXII.

Caputaquenſis Communitatis iura tuentes, per quinque concluſiones demonſtrare conati ſunt malum ius, quod dicunt fouere Leonem Laudiſium circa collectarum immunitatem, aliorumque onerum, ad quæ cæteri conciues ſui tenentur, quarum quidem concluſionum tenore attento, vidimus in perſona dicti Leonis omninò Clericatum denegari; nam quamuis Clericali prima tonſura ſe inſignitum demonſtret, attento tamen ſtatu præſenti, ei non ſuffragatur; conſtat enim, poſt Clericatum vxorem duxiſſe habitu, & tonſura clericali penitus dimiſſis, quo caſu nemo hucuſque dubitauit, talem ſic contrahentem omni clericali priuilegio eſſe exutum, in nihilo Communitati prædictæ obſtante habitus reaſſumptione, poſt diſſolutum matrimonium ſubſequuta, qua Leo ad præſens ſe tuetur; de illa enim dicunt Aduerſarij nullam haberi poſſe rationem; tum primò quia in fraudem poſt delictum patratum, tum ſecundò, cùm in reaſſumptione prætenſa Ordinarij decretum non in- 1

teruenit; ſed Metropolitani, qui cùm non in gra-
du appellationis id peregerit, inutiliter omne
actum eſſe affirmant; quod ex eo in occurrenti caſu
indubitatum eſſe dicunt, cùm idemmet Leo exi-
ſtens criminaliter in Magna Curia accuſatus, vti
Laicum ſe remitti petiit ad eius Curiam Baro-
nalem, & ſic omne dubium ex hoc ceſſare con-
tendunt.

At ego, qui Leonis partes tueor, facili qui-
dem modo demonſtrabo, hæc omnia ex aduerſo
ponderata in aliquo ei non obeſſe; ſed illum om-
nino pro clerico reputari, ac vti talem ab omnibus
impoſitionibus, & collectis, ad quas laici tenentur,
immunem eſſe, & exemptum, ad text, & ibi dicta
per DD. *in cap.1. de immun. Eccleſ. in 6.* & *in cap.*
Regni huius; *item ſtatuimus, quòd Clerici*, ſecundùm
ordinem Nigri 98.

2 Etenim quamuis per matrimonium, quod con-
traxit Leo omni clericali priuilegio, quo per prius
fulciebatur, exutus extiterit, ad text. *in capit. ex
parte de cleric. coniug.* & ibi DD. communiter, quia
tamen eo diſſoluto habitum, & tonſuram reaſſum-
pſit, ac in diuinis inſeruiit, clericale, quod ami-
ſerat priuilegium recuperauit, ceſſauit enim im-
3 pedimentum, quod priuilegij executionem ope-
rabatur, vt aliquorum auctoritate fundat Carol. de
de Graſſ. *tract. de effect. cleric. effect.1. num.324.* nec
obſtat in hac, de qua agimus reaſſumptione, Iudi-
cis competentis decretum non interueniſſe, nam
hoc vltra, quod expreſsè negatur, cùm id om-
ne per Metropolitanum in gradu appellationis
geſtum, actúmque fuerit, vt ex decreti tenore con-
4 ſtat; dico, quòd ſi nullum produceretur reaſſum-
ptionis decretum, adhuc reaſſumptio facta prodeſt;
diximus enim *libr. primo noſtrarum reſolut. cap. 49.*
nulla lege, nullove canone, aut aliqua alia pontifi-
cia conſtitutione cautum eſſe, Clericum, qui etſi
5 clericatui in manibus ſui Ordinarij renunciaſſet,
non poſſe demum habitum, & tonſuram abſque
ſui Ordinarij licentia reaſſumere, ſemel enim Cle-
6 ricus propter caracteris in anima impreſſionem
nunquam deſinit eſſe Clericus, niſi totaliter à
clericorum more ſe abſtinuerit, & in habitu perſe-
7 uerauerit clericali, vt & laici viuendo, Attiman.
conſil.16. numero 6. Merend. *conſil.91. numero 3. &
ſeq.* hinc in caſu fortiori dicebam; nam cùm in Ar-
8 chiepiſcopatu huius Ciuitatis Synodali conſtitu-
tione expreſsè ſancitum ſit, non poſſe illum, qui
Clericatui renunciauit, habitum abſque Ordina-
rij licentia reaſſumere, attamen ſi caſus daretur, vt
de facto hic talis reaſſumpſerit, in facti contin-
gentia deciſum fuiſſe inuenimus, debere reaſſu-
mentem priuilegiis gaudere clericalibus, teſtatur
D. Epiſcopus Riccius *deciſion.167. part.2.* quem ſe-
quitur Squilan. *tract. de priuileg. Cleric. cap.6. n.19.*
& ſic ceſſat prorſus obiectio facta circa decreti re-
aſſumptionis inualiditatem.

9 Ceſſat & alia prætenſæ fraudis in reaſſumptione,
quia poſt delictum; nam hoc non modò eſt à veri-
tate procul, vt in facti nota demonſtrabitur; ſed
dato, non autem conceſſo, quod verè poſt præten-
ſum patratum delictum reaſſumptio ſubſequuta eſ-
ſet, adhuc dicimus, Clerico Leoni illam prodeſſe,
ad effectum, vt verè Clericus reputandus ſit; nam
cum magis ſit communis DD. ſententia, quam for-
ſitan Aduerſarij non deguſtarunt, Laicum effectum
10 clericum poſt delictum commiſſum, quamuis in
fraudem non poſſe per Iudicem ſecularem cogno-
ſci, ſed Iudici Eccleſiaſtico puniendum relinqui, vt
per DD. quos nouiſſimè citant Matt. omnino vi-
dendus *tractat. de iuriſdiction. parte quarta, cent. 2.*
caſu 121. à numero decimo, vſque ad 19. Ricc. *de-
ciſ.357. part.4.* Dian. *part.1. reſol. moral. tractat.2. re-
ſol.26.* & Squillan. *loco citat. cap.7. num.33.* aliàs aſ-
ſeuerabam, cur idem non eſſet dicendum in eo, qui
tempore delicti erat iam minoribus ordinibus inſi- 11
gnitus, quamuis Sacri Trident. Concilij requiſita
quoad forum non haberet; ſed tamen poſt delictum
habitum, & tonſuram reaſſumendo Eccleſiæ inſer-
uiuit vſque ad illum diem, quo à Iudice laico exti-
tit captus, vel in fugam poſitus? id, quod inconuin-
cibili ratione, quæ fuit Oldradi, probat Epiſcop.
Iſernienſ. *in prax. cap.8. num.5.* nam ſi confugiens ad 12
eccleſiam poſt delictum animo fraudandi curiam
ſecularem gaudet immunitate, quamuis laicus ſit,
& ad tempus in ea moretur, multò magis gaudere
debet qui perſonam propriam per ordinum ſuſcep-
tionem Deo conſecrat, citat text. *in cap. comperimus
14. quaſt.6.* vbi res alterata, & conſecrata domino 13
non reſtituitur, item text. *in leg. non diſtinguemus, §.
ſacerdotio, ff. de arbitr.* vbi lite pendente, ſacerdo-
tio aſſumpto, arbiter non amplius iudicat, citat & 14
tandem ſolemnem, *leg. qui cum vno, §. reus, ff. de re
militar.* vbi paganus de capitali crimine accuſatus,
ſi demùm miles efficiatur, a Iudice militiæ iudican- 15
dus eſt; ergo multò magis id procedere debet in ef-
fecto milite celeſtis militiæ, & vt omnis in præſen-
ti controuerſia ceſſaret dubietas, dicebam alias eo-
dem *lib.1. reſolut. iuris capit.50. à num.8. ad fin.* quòd
ſecundùm hanc meam opinionem inueni determi-
naſſe ſacram Congregationem Eminentiſſimorum
S. T. C. Interpretum *ſuper capit.6. ſeſſ.23. de reform.*
cuius verba ibi imprimi curaui, & ſunt, quæ ſe-
quuntur.

Congregatio Conſilij cenſuit, Clericum prima tonſu- 16
*ra, qui poſt dimiſſum habitum, & tonſuram clericalem
deliquit, & pro eo delicto in curia ſeculari citatus fuit,
deinde reaſſumpto habitu, & tonſura Eccleſia ſeruire
cœpit, iuxt. cap.6. ſeſſ.23. de reform. non poſſe Iudicem
laicum proceſſui finem imponere, & contra illum reali-
ter procedere.*

Hæc omnia ſupra iam dicta ſic magis communi- 17
ter à maioribus noſtris recepta, indubitata reddun-
tur, & ſine vlla controuerſia in caſu, de quo agi-
mus, dum noſtra non eſt contentio, an Clericus
Leo pro delicto forſan Commiſſo poſſit à Iudice
laico cognoſci, ſed de habendo illum pro immuni
à collectarum ſolutione: etenim quando Doctores
in genere diſputarunt articulum, an quis clericus
effectus poſt delictum commiſſum, vt ſe à Iudicis
laici iuriſdictione eximeret, & ſic in fraudem, poſ-
ſitne ab eodem Iudice, pro eo delicto, ante Clerica- 18
tum patrato cognoſci, illi, qui ſeculari magiſtratui
fauere voluerunt, affirmatiue reſponderunt, reſpe-
ctu realis diſtinctionis, & ſic vt poſſit exigi pœna
pecuniaria, quæ vltra corporalem pro eo delicto
venit à iure imponenda; reſpectu autem perſonæ,
concorditer dixerunt, eſſe talem Clericum, quam-
uis in fraudem effectum Iudici Eccleſiaſtico remit- 19
tendum, ſic ex Aufrer. *in Clem.1. in 1. reg. num.19. de
offic. ordinar.* Couarruu. *pract. quaſt. cap.32.* Franciſc.
Viu. & aliis docent Iul. Clar. *in prax. crim. §. fin. quæ-
ſtion.36. num.38.* Io. Vinc. de Anna *ſing.130.* & D.
de Franc. *dec.384.* vbi ſic pluries deciſum teſtan-
tur; in tantum, quod conſiderata perſona talis delin-
quentis, habetur illa pro immuni, & exempta à iu-
riſdictione Iudicis ſecularis; quia verè negari non
poteſt, propter caracteris in anima impreſſionem
eſſe effectum de foro eccleſiaſtico; procedere autem
ad exequutionem pœnæ pecuniariæ non eſt, quia
delinquens non habetur pro perſona eccleſiaſtica,
ſed ex eo dumtaxat; cùm eo ipſo, quod hic talis exi- 20
ſtens

ſtens laicus deliquerit, acquiſitum fuit ius magiſtratui ſeculari pro conſequenda pœna pecuniaria, quæ vltra corporalem pro eo delicto à iure, vel ab homine fuit impoſita, & ſic quamuis ille efficiatur demùm perſona eccleſiaſtica, & ſic liber à iuriſdictione Iudicis ſecularis reſpectu pœnæ corporalis, Iudex laicus agit ſuper bonis, quaſi hic delinquens ratione cauſæ, & bonorum remanſerit iam ei ſubditus ad effectum, vt pro illa vice pœnam illam pecuniariam impoſitam exigere valeat; modò vt deueniamus ad rem noſtram, quicquid ſit de iſto-
21 rum ſententia, quam non ſolùm non admitto; ſed eam prorſus damno, & reiicio, ex aliàs deciſis per Sacrum Concilium penes D. de Franchis *deciſ.* 395. quam certè edidit pro maiori declaratione alterius ſuperius relatæ 384. dico, quòd hæc omnia in caſu noſtro ſunt inapplicabilia; cùm non aliter, vt diximus, agatur contra Leonem pro perſequutione pœnæ pecuniariæ, ad quam forſan pro delicto patrato incidiſſet; ſed tantùm, an vti clericus à collectarum ſolutione, ad quam laici tenentur immunis ſit reputandus, & exemptus; & cùm ex ſupra relatis dubitari non poſſit, quin ſit ille Clericus, quamuis, vt dicunt Aduerſarij, in fraudem, vt pro commiſſo delicto euaderet ſe à iuriſdictione Iudicis ſecularis, nil pertinet ad caſum, de quo agimus; nam ſi vere dicitur Clericus, quia potuit mortua vxore, etiam etiam citra Ordinarij licentiam habitum, & tonſuram reaſſumere, in nihilo obſtante, quòd ſequuta eſſet reaſſumptio poſt delictum, quod expreſſe negatur, & ſic vti talis veniret omninò ſuo Ordinario remittendus conſequens eſt dicere, vt in omnibus
22 tanquam Clericus ſit à ſua Communitate reputandus: ridiculum enim ſatis eſſet aſſerere, laicum effectum Clericum poſt delictum commiſſum captum a Iudice ſeculari, eſſe illum omninò ad Eccleſiaſticum remittendum; ſed nullatenus in poſterum reputari immunem à muneribus realibus, & perſonalibus, ex eo dumtaxat, quia in fraudem delicti commiſſi Clericus effectus, eſt, vel habitum reaſſumpſit; ſi enim eſt Clericus, & vti talis ad Iudicem Eccleſiaſticum remittitur, quo pacto cogi poteſt ad ſubeunda onera, ad quæ laici tenentur?

23 Vltimò pro complemento non obſtat aliud Aduerſæ Patris fundamentum, per quod dicit verſari in claris, dum præſupponit, Clericum Leonem vti laicum comparuiſſe in Magn. Cur. petendo ſe ad Baronem remitti, nam reſpondetur, hoc in facto non eſſe verum; nunquam enim Clericus Leo petiit ſe remitti ad Baronem; ſcit namque pœnas, quas ſic peragendo pateretur, de quibus per DD. nouiſſimè relatos à Mart. *tractat. de iuriſdict. parte 4. centur. 1. caſu 37. num. 11. & ſequenti* & de Graſ. *citat. tractat. de effect. clericat. effect. 1. numero 23.* eſt tamen veriſſimum, Baronem pro remiſſione comparuiſſe, quod an Leonis clericatui præiudicium intulerit, videant, qui hæc iudicaturi ſunt, ſub quorum etiam iudicio omnia ſupra iam dicta ſubmitto.

Donatus Antonius de Marinis.

SVMMARIVM.

1 *Exponitur factum.*
2 *Hæreditas non adita non tranſmittitur.*
3 *Hæreditas filij non adita à Patre non tranſmittitur ad cæteros filios.*
4 *Hæreditas aſcendentium omnimodò ad deſcendentes tranſit.*
5 *Quamuis deſcendentes adhuc nati, vel concepti non eſſent.*
6 *Et ſi deferatur iure prætorio.*
7 *Hæreditas delata infanti tranſmittitur ad parentes.*
8 *Hæreditas matris delata infanti tranſmittitur ad proximiores, quamuis non ſit adita.*
9 *Ius deliberandi, quod infanti competebat tranſmittitur ad proximos.*
10 *Reſtitutio in integrum competit infanti aduerſus omiſſam hæreditatis aditionem.*
11 *Reſtitutionis in integrum beneficium transfertur ad hæredes.*
12 *Hæreditas paterna infanti delata tranſmittitur ad hæredes infantis.*
13 *Hæreditas paterna ab infante non agnita potius matri, quam auo paterno defertur.*
14 *Tranſmiſſibilis effecta ſemel res ſemper tranſmiſſibilis remanet.*

ARGVMENTVM.

Hæreditas non adita an, & quando ad alios tranſmittatur. Pater qui omni iure legitimus eſt ſucceſſor in bonis filij ab inteſtato defuncti, ſi illius hæreditatem non adierit, & deceſſerit, nùm ad filios ſuperſtites eam tranſmittat; & quid è contra ſi quis deceſſerit ſuorum aſcendentium hæreditate non adita, ſiue ex linea paterna, ſiue materna, an ad ſuos deſcendentes eam tranſmittat: Hæreditate patris filio in infanti delata ſi hic è viuis deceſſerit, num ad eius matrem illa tranſmittat. Hæreditas ſi alicui infanti deferatur, qui demùm, ea non adita, deceſſerit, patre, & matre ſibi ſuperſtitibus, num ad matrem, ſicut ad patrem hæc tranſmittatur. Tranſmiſſioni an ſit locus, quando infanti defertur hæreditas matris, vel aliorum conſanguineorum ex linea collaterali, illaque non adita decederet. Hæreditas patris ſi deferatur filio infanti, qui ea non ag-

nita.

nita, deceſſit, matre tantùm ſi-
bi ſuperſtite, num ad eundem
matris beneficium transmittatur,
& quid ſi ſupereſſet etiam auus pa-
ternus: & de aliis.

ALLEGATIO CXXXIII.

1 ILLVD eſt, de quo dubitatur, qui-
nam ad ſucceſſionem bonorum re-
manſorum in hæreditate quondam
Annæ Volpicellæ admitti debeat,
nepotes forſan dictæ Annæ ex Am-
pollonia filia iam defuncta, vel po-
tius, Victoria Faracia per intermedias perſonas Ia-
nuarij de Auria filij eiuſdẽ Annæ ſimiliter defuncti,
& Annæ de Auria filiæ dicti Ianuarij, & ipſius Vi-
ctoriæ concurrentis, ſuppoſito in facto, quod tem-
pore mortis dictæ Annæ, Ianuarius filius, & Am-
pollonia filia ſuperſtites erant, vel tandem, his om-
nibus excluſis, Ioannes de Auria auus paternus di-
ctæ Annæ Ianuarij filiæ.

2 Ratio dubitandi contra Victoriam, ea eſt, quia
adhuc non conſtat Ianuarium eius virum Annæ
matris hæreditatem adiuiſſe, ad quam certè Am-
pollonia filia propter fratris exiſtentiam concurre-
re non poterat, ac proinde, cum hæreditas illa
adhuc non ſit adita, ſed adeunda, videtur quod non
niſi ad nepotes ex filia, quos certè nemo hodie præ-
cedit, ſpectare, & pertinere debeat, Victoria tan-
quam prorsùs extranea penitùs excluſa.

3 Sed hac dubitandi ratione non obſtante, pro
Victoria fore iudicandum exiſtimo indubitanter.
Etenim quamuis regulariter hæreditas non adita
nullatenus tranſmittatur, prout ſunt iura nimis vul-
gata *in leg. ſi ex pluribus. in princ. ff. de ſuis, & legit.
hæred.* in *leg. quoniam ſororem, Cod. de iur. delib. & in
leg. vnica, §. in nouiſſimo, verſ. hæreditatem, Cod. de cad.
toll.* idque adeo verum, vt etiam pater, qui omni
iure legitimus eſt ſucceſſor in bonis filij ab inteſta-
to defuncti, ſi illius hæreditatem non adierit, &
deceſſerit, ad filios ſuperſtites non tranſmittat. Bart.
in leg. ſi infanti, num. 5. Cod. de iur. delib. Paul. de Caſtr.
conſ. 304. propè finem, verſ. ex his relinquitur, lib. 1.
Corn. *conſil. 1. num. 7. volum. 2.* Cuman. *conſ. 111. nu-
mero 2.* Bertrand. *conſ. 220. num. 1. volum. 7.* Surd. *con-
ſil. 341. num. 15. & 16. lib. 3.* Noalis *de tranſmiſſion.
caſu 8. num. 16.* attamen hæc concluſio nullo pacto
procedit è contra; nam ſi quis deceſſerit ſuorum aſ-
cendentium hæreditate non adita, ſiue ex linea pa-
4 terna, ſiue materna, bene eam ad ſuos deſcenden-
tes tranſmittit, ſiue hic qui decedit ſub patria exti-
terit poteſtate, ſiue emancipatus, idque ex benefi-
cio *leg. vnica, Cod. de his qui ant. apert. tabul.* iſtám-
que procedere concluſionem DD. affirmarunt,
adhuc ſi liberi, & deſcendentes, ad quos fit tranſ-
miſſio, non eſſent nati, neque concepti in vita il-
5 lius aſcendentis, de cuius ſucceſſione tractatur,
quia licèt nepos, pronepos, vel alius deſcendens
non conceptus in vita illius, de cuius hæreditate
agitur, ex ſua propria perſona ad ſuccedendum
non admittatur, bene tamen ex perſona patris, vel
alterius ſui aſcendentis iure tranſmiſſionis, vigore
dict. leg. vnica. Ita ſanè ſcripſerunt Bartol. *in leg. fin.
Cod. ad Orfician. & in dict. leg. vnica num. 5.* vbi etiam
Bald. *num. 3.* Paul. de Caſtr. *numero ſecundo*, & alij,
idem Caſtrenſ. *in leg. ſi quis filium, numer. quarto,
verſicul. primo ergo. C. de inoff. teſtament.* vbi ſubdit,
ſic affirmaſſe Din. *in leg. Gallus, ff. de lib. & poſthum.*
ac ita pariter obtinuiſſe Cyn. ſequitur Iaſon. *in leg.
ſi quis filium, num. 8. Cod. de inoff. teſtam.* Angel. *in
§. poſthumorum, verſ. 2. aduerte, Inſtit. de exhæred. li-
ber.* vbi ait hanc eſſe propter votum parentum, com-
munem opinionem, idemque Tiraquell. *de retract.
lignag. §. 1. Gloſ. 9. num. 93.* & ex recentioribus, Andr.
Gayll. *pract. obſeruat. libro ſecundo, obſ. 131. numero 5.*
Anton. Gomeſ. poſt alios, quos refert *variarum reſo-
lutionum, tom. 1. cap. 9. numero 44.* Craſſ. *in §. tranſmiſ-
ſio, quæſt. 26. numero quinto* & Nicol. Noal. *in tract. de
transm. caſ. 1. numero 67. & 107. vbi numero ſeq.* addit, 6
fieri locum tranſmiſſioni ad beneficium deſcenden-
tium, non ſolùm in hæreditate delata de iure ciuili,
ſed etiam in hæreditate delata de iure prætorio, né-
pe in bonorum poſſeſſione; ad quod citat Iaſonem,
qui hanc tuetur ſententiam, *in leg. emancipata, nu-
mero 18. & ſeqq. Cod. Qui admitt.* & Gomeſ. *cit. cap. 9.
numero 45.* vbi ait hanc communem eſſe ſententiam,
veram, ac tenendam; ex his igitur conſtat apertiſ-
ſimè Ianuarium, quem volumus ſupponere Annæ
matris hæreditatem non adiuiſſe, benè illam ad An-
nam filiam tranſmiſiſſe, prout & alia, ſi quæ habebat
bona propria.

Vis eſt modo videre, an hæc Anna Ianuarij filia,
ad quam dicimus iura omnia paterna tranſmiſſa eſſe,
dum in infantili ætate è viuis deceſſit, hæc ſimili-
ter iura ad Victoriam matrem tranſmiſerit; & citra
omne dubium affirmatiuè reſpondeo, ſic ego qua-
tuor illos caſus, qui in hac materia contingere poſ-
ſunt, conſtituo.

Primus quando infanti alicuius hæreditas fuit 7
delata, qui demùm, ea non adita, deceſſit patre,
& matre ſibi ſuperſtitibus; ingens enim in hoc eſt
controuerſia inter Doctores ad matrem, ſicut ad
patrem hæc tranſmittatur hæreditas, ita, vt non de-
ſint Doctores & grauiſſimi, qui dixerint Cæſarea
indigere deciſione, inter quos Fulgoſ. *in leg. ſi in-
fanti. Cod. de iur. delib.* & Burſat. *in conſil. 61.* Sunt
enim qui putarunt hæreditatem filio infanti dela-
tam, & non aditam, eo demùm defuncto, non niſi
ad patrem tranſmitti, nullóque pacto ad matrem,
quia textus *in dict. leg. ſi infanti*, de patre tantum
loquitur, ita dixere quamplurimi quos citat, & ſe-
quitur Vaſquez *de ſucceſſ. progreſſ. lib. 1. §. 8. in prin-
cipio*, Craſſ. *in §. tranſmiſſio, quæſtion. 21. numero 3. &
quæſt. 27. num. 2. & alij*, ſed quod etiam ad matrem
tranſmittatur iure nouiſſimo attento, ſatis bene ex
recentioribus explicat Doctor Mart. *in ſumm. ſucceſſ.
legal. part. 1. quæſt. 24. art. 4. num. 8. cum ſequentibus*, &
Cancer. *variar. reſolut. tom. 3. cap. 21. numero 72.* ſicque
die primo Iulij 1551. fuiſſe per Rot. deciſum teſtis
eſt Paul. Emil. Verall. *deciſ. 67. part. 2.* eſt enim quo-
ad hoc correcta diſpoſitio *d. l. ſi infanti*, nam vt om-
nes ſciunt iure Codicis ſolus pater ſuccedebat filio,
ac proindè non mirum ſi attenta diſpoſitione *dict.
leg. ſi infanti* ad patrem ſolum fit tranſmiſſio; at quia
iure nouiſſimo; at non ſolùm pater, ſed etiam mater,
& fratres filio ſuccedunt, ergo ad iſtos omnes hære-
ditas infanti delata tranſmittitur.

Secundus eſt caſus, quando infanti defertur hæ- 8
reditas matris, vel aliorum conſanguineorum ex li-
nea collaterali, illáque non adita, decederet; & in
hoc licèt dicendum videtur, non eſſe locum tranſ-
miſſioni ad beneficium proximiorum infantis, per
tex. *nimis clarum in d. l. ſi infanti, verſ. ſin vero C. de iu-
re deliber.* vbi deciditur, quod non exiſtente tutore,
vel eo exiſtente, & adire negligente, hæreditates ad
infantes deuolutæ habentur ac ſi non eſſent ei de-
latæ;

latæ; ſed ad illas perſonas peruenîant, quæ vocabantur; ſi hæreditates infanti delatæ non eſſent; attamen in vna facti contingentia ex pluribus contrarium verius eſſe demonſtraui, potiſſimum ex duobus, & primò quia hic infans, cui matris hæreditas erat delata, cum tutorem haberet, intra duos menſes poſt matrem e viuis deceſſerat, ſicque ius illud deliberandi, quod infanti competebat, benè ad proximos ſuos tranſmiſerat; ſat enim eſſe dice-
9 bam tutoris, vel patris ſuperſtitis ſcientiam, vt infans ius deliberandi ad ſuos hæredes tranſmittat, vt ſatis eleganter probat Polydor. Ripa *obſeru. ſingul. obſeru 5. per totam*, & poſt eum Iacob. Cancer. mox allegandus. Secundò, quia cùm negari non poſſit ex aditione per infantem non facta, læſum illum remanſiſſe, conſequens eſt dicere potuiſſe eundem,
10 ſi vixiſſet, aduerſus omiſſam aditionem hæreditatis, vel matris, vel aliorum extraneorum ad reſtitutionis in integrum beneficium recurrere, quod quidem beneficium cum fuerit morte præuentus, negari non poteſt, tranſmiſiſſe ad ipſius hæredes, qui hoc legis auxilio fulciti nullum certè poſſunt habere obicem, quin peragant, quod infans peragere
11 non potuit; ita ſatis bene, per text. qui loquitur in caſu fortiori *in leg. Pantonius* 85 *.ff.de acquirend. heredit.* & *in leg.qui duos, ff.de reb.dub.* ſcripſerunt Bartol. *in dicta leg. infant. num.* 11. ibique Alexand. *in fine*, Corn. & cæteri, Paul. de Caſtro *in dict. leg. qui duos*, vbi dicit, quod ita quotidie practicatur, & conſulitur, quodque totus Mundus hanc ſequitur opinionem, Iacob. de Sancto Georg. *in dicta leg. ſi infanti*, vbi ait tutum non eſſe ab hac opinione recedere, Soccin. Sen. *in dict. leg. qui duos numero* 16. *&* 18. Gugliel. de Benedict. *in capit. Raynutius, in verb. Mortuo, itaque teſtatore, num.* 181. Franc. Viu. *comm.opin.lib.*1 *opin.*359.*num.*3. Andreas Gaill. *pract. obſeru.lib.*2.*obſeru.*132.*num.*8.*& ſeq.* Anton. Gomez ſcitiſſimè *variar.reſolut. tom.*1. *capit.*9. *num.*56. Surd. *deciſ.*138.*num.*21. Iacob. Cancer. omninò videndus *variar.reſolut. lib.*3,*cap.*21 *à num.*173. *vſque ad* 198. & Nicol. Noalis, cæteris omiſſis *in ſuo tractat. de tranſmiſſione, caſu* 8. *per totum, n.*167. qui omnes reſpondent ad text. *in dict.leg.ſi infanti,§ ſi verò*, nimirum, vt diſpoſitio illa benè procedat iure communi inſpecto, ſecus verò habito reſpectu ad beneficium reſtitutionis in integrum.

12 Tertius caſus eſt, quàndo defertur hæreditas paterna infanti, qui ea non agnita, moritur, matre tantùm ſibi ſuperſtite, in hoc nemo dubitauit fieri locum tranſmiſſioni ad beneficium matris, prout ad quoſcumque infantis hæredes, ita per text. *in leg. final.§.ſin verò perpetuò, C. de curat. furioſ. in leg. apud hoſtes. C. de ſuis, & legit. hered.* & *in leg. ex militari. §. vltimo, cum leg. ſeq. ff. de teſtam. milit.* ſcripſerunt Bartol. *in dict leg.ſi infanti, num.*10. vbi Alexand. Fulgoſ. Corn. & Iaſon. *numero* 16. *verſic.*2. *limita.* Idem Iaſon. *conſ.*130. *lib.*1. Imol. *in leg.ventre, ff.de acquir. hered.* Roman. *conſ.* 58. *num.*2. Angel. *conſ.*241. *numero* 1. vbi dicit huic opinioni ſemper ipſum conſulendo, & legendo adhæſiſſe. Soc. Iun. *conſil.*119. *lib.*1. Dec. *conſ.* 87. *num.* 5. *in fine & num.* 6. vbi de communi Tiraquell. *in tract. Le mort ſaiſit, part.* 2. *declar.*17. *num.*3. Gayll. *citat. ob eru.*131. *numero* 7. Borgn. *de tut.& curat. cap.*1. *numer.*69. Graſſ. *in §. tranſmiſſio, quæſt.*23.*num.*2. & Mart. aliis omiſſis, *cit. quæſt.* 24. *art.*4. *num.*26.

13 Quartuseſt caſus, quando defertur hæreditas paterna filio infanti, qui demùm, ea non agnita, deceſſit matre, & auo paterno ſuperſtitibus, & in hoc licèt DD. non ſint omnino concordes, cum aliqui dixerint fieri locum tranſmiſſioni in beneficium aui tantum, alij ad beneficium matris dumtaxat, & alij ad beneficium vtriuſque, vt conſtat ex dictis per Theſaur. *in deciſion.* 88. Verum, quod ad matrem tantùm fiat tranſmiſſio, auo prorſus excluſo, magis communem eſſe ſententiam non dubitamus; nam ſi magis communiter affirmarunt DD. vt ſupra annuimus text. *in leg. ſi infanti*, fuiſſe correctum per ius Authenticorum, quoad hoc vt non ſolùm pater, ſed & mater, fratres, & ſorores ad defuncto filio ſuccedendum admittantur, vt per Gloſ. *in dict. leg. ſi infanti, in verb.infanti quæſita, verſic. hodie.* Bartol. *ibidem numero* 5. Bald. *numero* 7. Guid. Pap. *deciſion.* 300. vbi Ranchin. *in addit.* omninò videndus, & alij, ſequitur neceſſariò dicendum, quod, cùm in ſucceſſione filij potior ſit cauſa matris, quam aui paterni, vt attenta diſpoſitione text. *in Authent.defuncto, Cod.ad Senat. Conſult. Tertull.* ſcripſerunt Gloſ. *ibi*, & communiter DD. hæreditas paterna filio infanti delata, & non niſi adita, non ad matrem, auo prorſus excluſo, tranſmittitur, ſicque in puncto per Collegium Piſanum deciſum teſtatur Doct. Marta quem rogo videri *deciſ.*1: 1.*& in citata quæſt.*24.*articul.*4. & *in ſuis digeſtis nouiſſimis, tomo quinto, titul. tranſmiſſio, capit.* 3. idémque ſtricto iure attento Gaſp. Theſ. *in addit. ad patrem, citata, deciſion.* 88. & alij.

Sed dicet quis, articulo non deguſtato, hæc om- 14
nia benè procedere, ſi tractaretur de hæreditate Ianuarij Annæ filiæ delata, ipſiuſque nomine non adita, vt hæc omni iure ad Victoriam matrem tranſmittatur; at nos agimus de hæreditate materna Ianuario delata, & ab eo non adita, quam ſi dicimus ad filiam infantem tranſmiſſam, videtur, dubitari poſſe, an ab hac filia eadem hæreditas ad Victoriam matrem tranſmittatur. Reſpondeas idem eſſe, quia, cum hæreditas materna Ianuario delata, quamuis non adita, fuerit ad Annam filiam tranſmiſſa, ius hoc dicitur de patrimonio ipſius Annæ infantis, in ipſiúſque bonis repertum, ac proinde ea defuncta ad Victoriam matrem ſine dubio tranſmiſſum, ſemel enim effecta res tranſmiſſibilis, durat perpetuò tranſmiſſibilis, ita attenta diſpoſitione text. *in leg. videamus, ff.quod met. cauſ.* dixerunt, & ſatis notanter Bartol. *in leg. qui duos, num.*11. & Soccin. *numero* 31. *ff.de reb. dub. Petr. de interp. vltim. vol. lib.*3. *fol.mihi* 316.*num.*43. Pereg. *conſil.*45.*num.*10. *vol.*5. Graſſ. *in §. tranſmiſſio quæſt.* 18. *num.* 2. Nicolaus de Noal. *de tranſmiſſ. caſu* 37.*num.*8. & alij.

Hæc ſatis ad demonſtrandum iuſtitiam Victoriæ. Neap. Kal. Maij M. DC. LIII.

Donatus Antonius de Marinis.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſpecies proponitur.*
2 *Aſſenſus, vt validè obtentus iudicetur quæ requirantur.*
3 *Aſſenſus Regius qui in formam priuilegij redactus non regiſtratur in Regia Cancellaria, nullius eſt roboris.*
4 *Idem eſt ſi non regiſtretur in quinternionibus Regiæ Cameræ.*

5 *Priuilegia*

5 *Priuilegia conceſſa à Rege infra annum præſentari debent, alias nulla cenſentur.*

6 *Aſſenſus impetrari debet à venditore.*

7 *Alienationis nullitas, caducitatiſque pæna non tollitur quando in reuocando non præuenitur.*

8 *Diſpenſatio Regia cum clauſula* ex certa ſcientia *reuocatione non obſtante nihil operatur quoad venditionis reuocationem.*

9 *Non entis nullæ ſunt partes.*

10 *Aſſenſus habetur pro non præſtito quoties deficit fidelitatis iuramentum.*

11 *Aſſenſus annullatus ex Iuris diſpoſitione æquiualet aſſenſui non impetrato.*

12 *Solemnitas requiſita intra certum tempus ſi non adimpleatur actus corruit.*

13 *Eo fortius ſi decretum irritans ſit additum.*

14 *Dictio* aliàs, *vel* alioquin *eſt reſolutiua præcedentis diſpoſitionis.*

15 *Clauſulæ iuramenti præſtandi, & regiſtri in quinternioribus, in alienatione feudalium intelliguntur adiectæ de forma.*

17 *Commodum ex propria culpa nullus reportare poteſt.*

18 *Reuocationi locus datur tam ex culpa venditoris, quam ex culpa emptoris.*

20 *Intereſſe nunquam debetur quando fit actus lege permittente.*

22 *aſſenſus obtentus ſubreptitie nullius eſt momenti.*

23 *Venditio feudi, vt ſuper ea obtineatur aſſenſus mortuo venditore indiget ratificatione hæredis.*

24 *Idem dic mortuo emptore.*

25 *Titulus habilis neceſſarius eſt pro dominij acquiſitione.*

26 *Aſſenſus operatur ex nunc, non prout ex tunc.*

28 *Conſenſus hæredis venditoris diſpoſitiuus opus non eſt, ſed ſat eſt conſenſus approbatiuus, vt ratificetur contractus defuncti.*

29 *Secus eſt in hærede emptoris, ex quo requiritur conſenſus diſpoſitiuus.*

ARGVMENTVM.

Aſſenſus Regius ſuper bonorum feudalium alienatione præſtitus ad hoc, vt validè obtentus iudicetur quæ de neceſſitate requirantur. Iuramentum fidelitatis ſi à feudi emptore præſtitum non fuerit, ob quod aſſenſus fuit reſolutus, an ipſemet valeat cõtractum alienationis feudi reuocare ex beneficio Conſt. Regni *Conſtitutionem diuæ memoriæ*. Aſſenſus Regius ſicut poſt mortem feudi venditoris ab emptore impetrari non poteſt, abſque nouo illius hæredis conſenſu, an ita pariter venditor illum obtinere non poſſit, mortuo emptore illius hærede non accedente conſenſu: & de aliis.

ALLEGATIO CXXXIV.

IN facto verum eſt, Dominam Comi- 1
tiſſam Conuerſani in anno 1634. ſub die 19. menſis Iulij vendidiſſe terram Agropolis, olim Dominæ Comitiſſæ Potentiæ pro pretio ducatorum viginti ſex millium, & quingentum, vt ex inſtrumento, *fol.* 10. ſuper quo quidem contractu, cùm Regius aſſenſus in forma valida nunquam impetratus fuiſſet, Don Antonius Minadoi de Gueuara filius, & hæres dictæ Comitiſſæ emptricis ſub die 25. Februarij 1639. publico mediante inſtrumento *fol.* 5. contractum reuocauit vigore Conſtitutionis Regni, *Conſtitutionem Diuæ memoriæ* inſtando præfatam Conuerſani Comitiſſam fore cogendam ad reſtituendum omnes pecuniarum quantitates ex cauſa dictæ venditionis ei ſolutas, offerens feudum ſic nulliter diſtractum relaxare vnà cum fructibus perceptis, vt ex ſupplicatione, *fol.* 1.

Quod Regius aſſenſus in forma valida ſuper contractu prædicto nuſquam fuerit impetratus, ſatis conſtat ex atteſtationibus Officialium Regiæ Cancellariæ, qui ſub die 28. Februarij 1639. atteſtantur, priuilegium Regij aſſẽſus ſuper venditione Terræ Agropolis, quod in forma Regiæ Cancellariæ ſub data 5. Octobris 1634. extenſum reperiebatur, vſque ad diem prædictum 28. Februarij 1639. non reperiri neque regiſtratum, neque ſigillatum, legatur fides *fol.* 39.

Compilato proceſſu, pro parte Dominæ Comitiſſæ venditricis fuit præſentatum priuilegium Regij aſſenſus *fol.* 44. cum ſigillo pendenti regiſtratum in anno 1640. in regiſtris Regiæ Cancellariæ, & quinternionibus Regiæ Cameræ, & cum hoc præſupponit Domina Comitiſſa reuocationis iudicium contra ipſam inſtitutum prorſus corruere, ſicque abſolutoriam obtinere ſententiam.

Sed quod vana ſit hæc ſua prætenſio liquidò conſtare affirmo ex producti aſſenſus inſpectione, & lectura. Apparet enim impetratus, non modo poſt iudicium motum, immò compilato proceſſu, ſuper reuocatione, nulla litis motæ mentione facta, & non adimpletis adimplendis, ſed quod peius, poſt mortem Comitiſſæ emptricis, quo fit, vt de illo tanquam mera cartula nulla poſſit haberi ratio.

Etenim

2 Etenim ſcio ego, Noſtratibus bene compertum eſſe, aſſenſum Regium ſuper bonorum feudalium alienatione præſtitum, ad hoc vt validè obtentum iudicemus, infraſcripta de neceſſitate requiri, vt aduertit Rou. *in pragm. 1. numero. 5. de fid. memorial.* Primò, quod infra annum, non biennium expediatur priuilegium cum appoſitione ſigilli, & regiſtretur in regiſtris Regiæ Cancellariæ. Secundò, quod infrà aliud biennium a die datæ priuilegij regiſtretur in quinternionibus Regiæ Cameræ. Tertiò, quod expediantur per emptorem literæ, quas dicimus aſſecurationis vaſſallorum. Et quartò, quod præſtet emptor ipſe Domino noſtro Regi, & pro eo perſonæ ad id deputatæ fidelitatis iuramentum, de quo *in cap. 1. de form. fidelit.* & *in cap. 1. de nou. form. fidelitat.* quæ omnia ſunt adimplenda viuis contrahentibus; nam ipſis defunctis, ſiue ipſorum altero, abſque nouo hæredis conſenſu fruſtratoria erit aſſenſus impetratio, vt ſuo loco dicemus.

3 Videamus modò ſi his omnibus fuerit ſatiſfactum, certè non; nàm ſi primum inſpiciamus requiſitum, illud perperam adimpletum inuenimus, quamuis enim infrà biennium a die decreti interpoſiti per verbum, *fiat*, fuerit aſſenſus in formam priuilegij redactus, non tamen extitit in regiſtris Regiæ Cancellariæ regiſtratus, ac ſigillo pendenti munitus, niſi poſt lapſum ſex annorum, & compilato iam proceſſu ſuper reuocatione: vndè fit locus nimis claræ diſpoſitioni Pragmat. 1. 2. & 3. *ſub tit de fid. memorial.* & *cap. vltimo*, *Item ſupplicamo la Maeſta voſtra*, inter gratias conceſſas in anno 1570. quod eſt impreſſum inter Priuilegia & Capitula Regni huius *fol. mihi* 170. quibus quidem Regiis ſanctionibus cautum eſt verbis expreſſis, nullius roboris eſſe Regios aſſenſus ex memorialibus expeditis per verbum, *fiat*, niſi infrà biennium expediantur priuilegia in forma Regiæ Cancellariæ, eademque priuilegia ſint Regio ſigillo, manuque Taxatoris ad id deputati munita, quæ iura fuerunt bene obſeruata à Freccia *lib. 2. de ſubfeud. in prima auctor. quæſt. 28. num. 4. fol. mihi* 216. Reg. de Pont. *de poteſt. Prorog. tit. de aſſenſ. Reg. §. 9.* Marcell. de Maur. *allegat. 71. n. 1.* Reg. Rouit. *in d. pragm. 1.* & ab aliis paſſim.

4 Secundò, redditur nullus aſſenſus in actis productus ex defectu alterius requiſiti, quod verſatur ſuper regiſtro in quinternionibus Regiæ Cameræ; hic enim defectus propter vim decreti irritantis, ſinè clauſulæ annullatiuæ infrà certum tempus, adeò ex vulgatis regulis reddit actum ipſo iure nullum, vt habeatur, ac ſi nunquam geſtus eſſet, prout in puncto obſeruarunt Afflict. *deciſ. 335. à num. 15.* & *in cap. 1. ſub num. 19. verb. Item illud, de vaſſall. qui contra Conſtit. Lothar.* Camer. *in cap Imperialem, fol. 14. lit. H. de probib. feud. alienat. per Federic.* Regens de Pont. *conſil. 5. num. 32. lib. 1. & conſ. 60. lib. 2.* Franc. de Amic. *de feud. in titul. de his, qui feud. dar. poſſ. §. vlterius*, Gizzarellus *deciſ. 3. num. 15.* ſub illis verbis, *Nam regiſtratio eſt ſolemnitas, quæ requiritur à lege ex forma cum præfinitione temporis, quo elapſo actus eſt nullus, etiam ſi lex, ſeu pragmatica vlterius non procederet, annullando à fortiori, quando lex vlterius procedit, annullando, &c.* idemque Rouit. *in Pragmatica 20. de feudis, in fin.* vbi ſic pariter per Sacrum Conſilium deciſum teſtatur in cauſa Illuſtr. Marchioniſſæ Dom. Hipolytæ Carbone cum Illuſtr. Duce Ayelli ſuper nullitate venditionis terræ Paduli ob regiſtrationem aſſenſus in quinternionibus Regiæ Cameræ, intra præfinitum tempus non factam, idque ſub die 4. Maij 1620. id, quod pariter practicatum inuenimus in terminis Pragmaticæ vnicæ, *de priuilegiis infrà annum præſentandis*, qua expreſsè ſtatutum eſt, omnia reſcripta, & priuilegia, quæ à Domino Rege noſtro obtinentur, infra annum in Regno præſentanda eſſet nam ſi infrà tempus illud non præſentantur, elapſo demùm anno, ipſo iure nulla cenſentur, ac ſi obtenta non eſſent, vt ex Reg. de Pont. *conſ. 3. num. 28. lib. 1.* deducit Rouit. *in dicta pragmat. vnica, numer. 5.* ſicque iunctis Aulis per Sacrum Conſilium deciſum in cauſa Fabritij de Tufo, & D. Antonij Caraccioli cum Viualdis, teſtatur Conſiliar. de Georg. *alleg. 3. num. 11.* 5

Nec dicant aduerſarij, Dom. Comitiſſam venditricem hæc omnia adimplere non potuiſſe propter impedimentum ſibi datum ex empara Regij ſigilli, cuius Conſeruator nunquam procedit ad ſigillandum priuilegia aſſenſuum ſuper feudorum alienatione præſtitorum, niſi prius ſoluantur directus ligij homagij, qui quidem directus à feudorum emptoribus Commiſſario ad id deputato ſolui debent, propter quod eadem Dom. Comitiſſa recurſum habuit ad D. Reg. Tap. coram quo inſtitit, mandari conductori introituum Terræ prædictæ Agropolis, vt de quantitatibus debitis ex cauſa affictus faceret depoſitum tantæ ſummæ, quantam directus prædicti importarent, & quod interim biennij tempus ad adimplendum adimplenda nullatenus curreret, vt ex memoriali *fol. 43.* ſuper quo fuit dictum *intimetur parti*, & nil aliud prouiſum; reſpondetur enim, obiectionem hanc nullius eſſe momenti; nam cùm onus impetrandi aſſenſum, quando aliter non eſt cautum, ſpectet ad venditorem (ex quo alienanti lex pœnam imponit, & in eo Domini contemptus conſideratur, ſicque vt feudatarius licitè vendat, Dominum requirere tenetur, vt per tex. *in l. fin. C. de iur. emphyt.* probant Parìſ. *de reintegr feud. in quæſt. incip. quãdo verò plures, fol. 86. à terg.* in impreſſis Neap. de anno 1544. Reg. de Ponte *conſ. 5. n. 91.* Montan. *in repet. l. Imperialem, n. 198. de probib. feud. alien. per Feder.* & alij) ſequitur, vt impedimentum emparæ nullatenus eximere poſſit venditorem ab onere perficiendi aſſenſum, & ex parte ſua adimplendi adimplenda, ſicque omnes erogare expenſas ad actus perfectionem neceſſarias, demúmque ab emptore repetere illas, ad quas fortè emptor ipſe tenetur; & cum hoc euitare alienationis nullitatem & ſucceſſiue caducitatis pœnam, quam ius Conſtitutionis non abſtuliſſe, quando in reuocando non præuenitur, docent ſummi Feudiſtæ, nimirum Marcin. Frecc. *de ſubfeud. lib. 1. fol. mihi* 149. *ex n. 12.* Ann. *in Conſt. Conſtitutionẽ diuæ memoriæ. n. 276. & alleg. 140. n. 16.* Reg. de Pont. *in tract. de dot. Prorog. tit. 6. §. 1. num. 10.* & Conſ. Marcian. *conſ. 49. n. 8.* id, quod in caſu noſtro cum aduerſarij benè agnouiſſent, & ad id D. Comitiſſam teneri maturius cogitaſſent, impedimentum illud emparæ, quod tempore debito, & opportuno tollere tenebantur, vt tolleretur poſt ſex annorum ſpatium, procurarunt; nulliter enim poſt peractam alienationis reuocationem ad aſſenſus expeditionem proceditur, quamuis Regia diſpenſatio accedat, & cum clauſula *ex certa ſcientia, reuocatione non obſtante.* Ratio aſſignatur, quia diſpenſatio habilitatem ſubiecti, nimirum alienationis non inuenit, ex quo actus reuocationis traxit ſecum exequutionem, annullando contractum, & ſic non entis nullæ ſunt partes: probant concluſionem hanc noſtrates paſſim, nemine contradicente, & præ cæteris Paris *de reint. feud. in quæſt. incip. an ſi vaſſallus alienauit, fol. mihi.* 158. Afflict. *deciſ. 335. num. 11. & 14.* Capyc. *deciſ. 100.* Reg. de Pont. *conſ. 17. num. 9. lib. 2. & conſ. 40. num. 29. eod. lib.* Reg. Rouit. *in dict. pragm. 1. num. 4.*

6 [margin at start of "Nec dicant"]; 7 [margin at "ue caducitatis"]; 8 [margin at "proceditur"]; 9 [margin at "partes: probant"]

de fide memorial. Reg.Tap. *deciſ.3.S.C.num.65.* alios referens DD. quibus nouiſſimè addo Conſil. Marcian. *conſ.37.num.13. & ſequent.* Reg. Capyc. Galeot. *contr.lib.2.contr.27. num.48.& ſequent.*& *contr.66.num.13.*& Camil.de Laratha *in ſuo theatr.feudal. par.8.dilucid.67.fol.259.*

10 Tertiò, ex abundanti corruit aſſenſus, de quo agimus ex defectu iuramenti fidelitatis non præſtiti, nam cùm in omni aſſenſu, qui ſuper bonorum feudalium alienatione conceditur, expreſsè mandetur, vt teneatur emptor infra annum à die elapſi biennij conceſſi pro expeditione priuilegij diſſenſus in forma Regiæ Cancellariæ expediri facere literas aſſecurationis vaſſallorum, & ligium homagium debitæ fidelitatis iuramentum nomine Domini noſtri Regis præſtare in manibus perſonæ ad id deputatæ, ac omnia, & ſingula adimplere, quæ in dictis literis continentur, quo non adimpleto ſtatuitur, vt aſſenſus habeatur pro non præſtito, ſequitur quod cùm huic ſolemnitati à Rege ordinatæ non fuerit ſatisfactum, aſſenſus ipſo iure remanet reſolutus, ac ſi nuſquam impetratus eſſet, paria enim
11 ſunt aſſenſum non eſſe impetratum, vel eſſe, & ipſo iure ex aliqua legali diſpoſitione annullatum, vt dicebat in his terminis Rouit. *in pragm.26.num.25. de feud.* poſt Caner. quem ibi citat: quoties enim Princeps, ſiue lex in aliquo actu in eſſe deducto ſolemnitatem aliquam requirit, quam intra certum tempus adimpleri mandat, tunc ſi punctualiter non adimpleatur, tempore elapſo actus ille re-
12 manet omnino nullus, etiam nulla facta petitione, nec Iudicis expectata ſententia, ita Ang. *conſil.36. ſub num.5.verſic.in quarto tempore, ex leg. ſancimus. §.ſin autem, Cod.de donation.* Pariſ.ad Bart. *in leg.vniuerſa, Cod.de precib. Imper.offer.* & ibi Salyc. *num.2.* Caſtr. *num.5.* Reg.de Pont. *conſ.3.num.17.& conſil.5.num.55.* & in puncto *conſ.67. num.25.*& *28.lib.1.* ceſſat enim poſt tempus implendi facultas, adeò vt non admittatur moræ purgatio, Bald.& Laudenſ. *in cap.1.quo temp. mil.* Aluar. *in cap.1.qua ſit prima cauſ. benef amitt.* Afflict. *in cap.1.ſub num.19.de va-*
13 *ſall. qui contra Conſtit. Lothar.* Gizzarel. *deciſ.3. numer.15.* id, quod eò fortius procedit, quando cum temporis præfinitione additur decretum irritans, prout in caſu noſtro, ibi, *aliàs prædictis non adimpletis præſens aſſenſus habeatur pro non præſtito*, cuius quidem decreti vis eſt, vt actus à principio reſoluatur, ac ſi præſtitus non eſſet, prout eſt tex. *in cap. ſi eo tempore, de election.* & poſt antiquos docet ſatis bene Tiraquel. *in tract.lignag.§.8. gloſ.6. & 7.* vbi eleganter ex pluribus demonſtrat per dictionem il-
14 lam, *aliàs* vel *alioquin*. quæ apud nos ſemper in aſſenſibus ponitur, ibi, *aliàs habeatur pro non præſtito*, tanquam reſolutiuam illius diſpoſitionis, in qua ponitur, ſi non concurrunt in actu omnes qualitates præcedentes, illius actus nullitatem ipſo iure induci, & operari, volens eſſe adnotandum in ſtatutis, & priuilegiis, in quibus tales dictiones proferuntur, quòd niſi verificantur omnes qualitates in illis contentæ, priuilegium in totum ipſo iure annullatur, itavt tollatur Iudicibus facultas in contrarium iudicandi, idemque affirmat Iaſ. *in leg. final. numer. 25. verſicul. ſecundò & fortius, ff. de feriis.*

15 Hocque in Regno noſtro ex alio indubitatum redditur, cùm clauſulæ hæ iuramenti præſtandi, & regiſtri in quinternionibus Reg. Cameræ, quæ in omni aſſenſu ſuper bonorum feudalium diſtractione impetrato apponuntur, in illo pro forma adiectæ intelliguntur, vt nimis clarè habetur *in prag.16.ſub tit.de feud.* quo fit, vt adimplemento non ſequuto, actus ipſo iure nullus reddatur, ad tex. *in cap.cum dilecta.* vbi Felyn. *num.6.de reſcript. in cap.venerabile de offic. leg.in l.de his,* & *in leg.cum hi, §.prætor, ff.de tranſact.* Bal.Paul.Alex. & cæteri *in leg.1.ff.de lib.& poſth.* Dec.*conſ.10.num.2.& conſ.110.num.6.* Cacher. ſatis bene *deciſ.165.* vbi per illum Senatum deciſum fuiſſe teſtatur, feudi alienationem nullam, ex eo, quod non fuerunt adimpletæ omnes ſolemnitates ſecundum decretorum dominicalium formam requiſitæ; & in terminis terminantibus, nimirum vt locus ſit reuocationi vigore Conſtitutionis Regni *Conſtitutionem diuæ memoriæ*, quoties ſolemnitas iuramenti præſtationis infrà tempus in aſſenſu præfinitum fuerit omiſſa, conſuluerunt Reg. de Pont. 16
conſ.67.per tot lib.1. & *in tract.de pot.Proreg.titul.de regalib.impoſit.in princ.num.15.* Reg. Rouit. *in dict. pragm.1.de fid.memorial.num.4.* & *in d.prag.26.num.27. de feud.* vbi dicit, non eſſe vlterius de hoc articulo in regno dubitandum, Præt.amat. *conſil.69.* Conſil.Marcian. *conſ.37.* Reg.Tap. *deciſ.S.C. 3. per tot.* qui omnes ſic per S.C. iunctis Aulis in Collaterali Conſilio per binas ſententias conformes deciſum fuiſſe teſtantur.

Nec dices, Doctores, quos modò citauimus, conſuluiſſe in terminis reuocationis, quæ fit a venditore, vt tunc ob defectum ſolemnitatis iuramenti non præſtiti poſſit venditor reuocare; ſecus verò dicendum videtur, vbi emptor reuocaret; eo enim caſu quia conſideratur culpa emptoris, cuius erat onus fidelitatem iurare, ſi permitteretur reuocatio, ex propria culpa commodum reportaret, contra vulgata iura *in l.nec ex dolo.ff.de dolo, & dicta. l.ex dolo, ff.de re iud.* 17

Etenim huic factæ obiectioni pro eo, quod ad caſum, de quo agimus pertinet, Reſpondeo primò, quod ſi ſemper in his caſibus potuit conſiderari culpa emptoris in non adimplendo hanc, de qua agimus iuramenti ſolemnitatem, in caſu noſtro penitus abeſt, cùm verum ſit in facto, D. Comitiſſam emptricem poſt dies quatuordecim à die interpoſiti decreti per verbum, *fiat*, è viuis deceſſiſſe, vt ex fide mortis *fol.52.* quo fit vt dicamus, de culpa emptoris in hoc caſu nullatenus tractari poſſe; minus etiam poteſt tractari de culpa hæredis, qui in præſenti iudicio eſt actor: eo enim tempore conſtitutus erat in pupillari ætate, vt ex fide natiuitatis *fol.53.* & ſic ſub gubernio Balij, qui hæc omnia ignorabat, idemque ſi maior natu fuiſſet, nam cùm huic ſolemnitati ſatisfieri non poſſit, niſi intra annum à die elapſi biennij conceſſi pro expeditione aſſenſus in forma Regiæ Cancellariæ, ſicque eſt priùs à venditore impetrandus aſſenſus in forma valida, & demum cogitur emptor fidelitatem iurare, dum in caſu noſtro nullatenus in forma valida à venditore impetratus fuerit aſſenſus, non poterat tractari de adimplendo iuramenti ſolemnitatem, non modò ab hærede, ſed nec etiam ab ipſamet Comitiſſa emptrice, adhuc ſi vixiſſet.

Secundò, factæ oppoſitioni in articulo generali reſpondetur, culpam emptoris in non præſtando fidelitatis iuramentum nullius conſiderationis in hac materia eſſe poſſe, nam vt ſit locus reuocationi, ſat eſt, vt contractus remaneat ſine aſſenſu, idque ſine contingat ex culpa, & negligentia venditoris, ſine emptoris, vt in puncto ratiocinatur Regens Rouit. *in pragmatica 23. num. 23. de feud. in nouiſſimis*, ſubdens, & bene, quod ſi aliter diceremus, nunquam ius reuocandi competeret, quia ſemper in non impetrando aſſenſum conſideratur contrahentium culpa, ſicque per indirectum feudi alienatio ſine aſſenſu valida remaneret. Pro- 18
batur,

batur, nam licèt aſſenſus impetrari poſſit tam per
venditorem quàm per emptorem, tamen quando
nihil eſt cautum, eſt impetrandus à venditore, vt ex
19 Paride, Regente de Ponte, & aliis fuit ſupra de-
monſtratum: vnde ſi facta feudi alienatione vendi-
tor pro aſſenſu ad dominum non recurrit, certè di-
citur eſſe in culpa, modò dico ego, ſi hæc culpa eſ-
ſet in conſideratione, venditor reuocare non poſſet,
quod affirmare ſatis eſſet impertinens: hinc aliàs iu-
dicatum inuenimus, potuiſſe emptorem reuocare,
reuocationemque admiſſam, non obſtante, quod in
reuocando doloſè emptor ipſe ſe geſſiſſet, ex quo à
venditore pecuniam neceſſariam receperat pro ex-
peditione aſſenſus, quem obtinere non curauit, fuit-
que ab intereſſe prætenſo per venditorem abſolu-
tus, ex eo, quòd nunquam intereſſe debetur, quan-
20 do ſit actus lege permittente, ad tex. *in leg. Gracchus, Cod. ad leg. Iul. de adulter.* teſtatur Regens de Ponte
cit. conſ. 5. num. 96. omninò videndus; quare in hac
re aliud non eſt inſpiciendum, vt ſit locus reuoca-
tioni, an contractus penitus careat aſſenſu, vel non
careat, an ſit reſolutus ex aliqua ſolemnitate non
adimpleta, quod idem eſſet, nec aliter inueſtigan-
dum, cuius culpa id euenerit, quia ſat eſt vt ſit con-
trauentum voluntati domini, vel in non impetran-
21 do aſſenſum, vel eo impetrato, ſi non fuerint adim-
pletæ ſolemnitates in illo ordinatæ, vtroque enim
modo contractus remanet ſine aſſenſu, ac proinde
ex beneficio Conſtitutionis reuocabilis tam ex par-
te venditoris: quàm emptoris, vt per Regentem de
Pont. *deciſ. 6. in fin.* quibus enim clarioribus verbis
in caſu noſtro Rex voluntatem ſuam oſtendere po-
terat, dum loquens cum emptore expreſsè manda-
uit, vt teneretur ille intra certum tempus fidelita-
tem iurare, & addit, quod ſi infra tempus illud non
iuraret, aſſenſus pro non præſtito haberetur, ſi pro
non præſtito, ergo remanet contractus ſine aſſenſu,
& ſucceſſiuè ſit locus reuocationi ex beneficio no-
ſtræ Conſtitutionis.

Quartò, de aſſenſu producto ex alio nulla po-
teſt haberi ratio, nam cùm fuerit elapſum biennium
22 à die decreti interpoſiti per verbum, *fiat*, pro adim-
plemento ſolemnitatum regiſtrorum, & ſigilli, ap-
paret fuiſſe his omnibus poſt ſex annorum ſpatium
adimpletum præcedentibus diſpenſationibus nulli-
ter, & ſubreptitiè obtentis: nulliter cùm in vna ex
duabus Regiis decretationibus fuerit ſuppoſitum,
fidelitatis iuramentum præſtitum fuiſſe, quod ve-
rum non eſt: ſubreptitiè, cùm in memorialibus por-
rectis pro diſpenſationibus obtinendis nulla de re-
uocatione iam facta, & lite mota fuerit facta men-
tio, vtique enim ſi hæc omnia expreſſa eſſent, Do-
mina Comitiſſa venditrix diſpenſationes non obti-
nuiſſet, ſed vt intimaretur actori, qui reuocauerat,
iuſſum eſſet, demumque reuocatione cognita, ne-
ceſſariò, alia decretatio ordinari non poterat, niſi il-
la ſolita, nimirum quòd *Sacrum conſilium iuſtitiam faceret*, ex hac autem patenti ſubreptione, diſpenſa-
tiones obtentæ nullæ redduntur, *cap. ſuper literis, de reſcript. leg. præſcriptiones; cum ibi not. Cod. ſi contra ius, vel vtilit. public.* Afflict. *deciſ.* 116. Aym. *conſ. 7. numer.* 11. quos in puncto, & in fortioribus termi-
nis allegat Dominus Reg. Tap. *deciſion. 3. S.C. numer. 60. verſic. ſed pro parte mulieris, vſque ad numer. 64.*

Quintò, & tandem, quod aſſenſus productus
nullius ſit momenti, ſicque de illo iudicandum, ac
23 ſi verè eſſet cartula, circumſcriptis prædictis ex alio
demonſtratur; Apparet enim impetratus poſt mor-
tem Comitiſſæ emptricis, elapſis iam annis ſex, nul-
lo actoris, qui extitit hæres, nec diſpoſitiuo, nec
approbatiuo accedente conſenſu; nam quamuis ſit
in facto veriſſimum, decretum per verbum, *fiat*,
interpoſitum fuiſſe ſub die 5. Octobris 1634. quo
tempore comitiſſa emptrix viuebat, ex quo in die
19. eiuſdem menſis è viuis deceſſit, vt ex fide mor-
tis *fol.* 52. attamen quia decretum illud ex regiarum
ſanctionum diſpoſitione poſt biennium euanuit, vt
in principio fuit demonſtratum, ſicque indubitanter
venditionis contractus remanſit ſine aſſenſu, cer-
tè vt iure licito in hoc anno 1641. quo tempore
apparet obtentus, impetrari potuiſſet hæredis con-
ſenſus ſaltem approbatiuus concurrere debebat:
etenim ſcio ego, Dominis Iudicantibus benè com-
pertum eſſe, quòd quemadmodum poſt mortem
venditoris non poteſt per emptorem impetrari aſ-
ſenſus, niſi accedente nouo hæredis contractu, ſu-
per quo ſubſiſtere poſſit, nam alioquin ſuperueni-
ret tempore, quo dominium feudi alienati eſt pe-
nes alium, & ſic hæredem, vnde vt ab ipſo hære-
de in emptorem transferri poſſit, requiritur eiuſ-
dem ratificatio; vt dicebant Andr. *in cap. Imperialem, num. 14. & ſeqq.* & communiter Feudiſtæ, 24
ità pariter quando mortuus eſt emptor, nimirum,
vt venditor ſuper contractu inito cum emptore de-
functo Domini aſſenſum impetrare non poſſit, ni-
ſi accedente conſenſu expreſſo hæredis emptoris,
vel diſpoſitiuo per nouum contractum, ſecundum
receptiorem, ac veriorem ſententiam, vel ſaltem
approbatiuo, vt ſi ipſe emptoris hæres ad Domi-
num pro aſſenſu recurreret, & ſupplicaret, hoc-
que propter eandem principaliorem rationem
tranſlationis dominij, quæ conſideratur quando
mortuus eſt venditor; nam ſi requiritur nouus con-
ſenſus hæredis, penes quem feudi dominium re-
ſidet, ad finem vt dominium illud, accedente aſ-
ſenſu Domini, ab ipſo hærede in emptorem trans-
feratur, ita etiam quando moritur emptor, requi-
ritur illius hæredis conſenſus, ad hoc vt mediante
illo cõſenſu, ſuper quo impetrari poſſit aſſenſus, feu-
di dominium acquirat: nullibi namque legimus, vt
dominium alicuius rei, quod eſt penes Sempronium
poſſit in me transferri ſine facto, & cõſenſu meo,
illud autem benè legimus, vt titulus habilis ſem-
per neceſſarius ſit pro dominij acquiſitione, ſic
Paulus I.C. *in leg. numquam, 31. ff. de acqu. rer. dom.*
quem in materia noſtra allegat Andr. *in dicto cap.* 25
Imperialem poſt num. 16. antè *addit. verſ. debent enim verba.*

Vnde in caſu noſtro, ſuppoſito pro indubitatiſ-
ſimo, quòd aſſenſus non operetur, niſi ex nunc,
non vt ex tunc, vt dixerunt Afflict. *deciſ.* 286. Ma- 26
rin. *de ſubfeud. in prima auctor. quæſt. 30. n. 12. & ſeq.*
Anna Pater *in conſtitutione, Conſtitutionem diuæ memoriæ, num. 28.* & *in rubr. de vaſſall. decrep. ætat. numer. 219. & ſequent.* ac cæteri noſtrates, ſatis eſſet
erroneum affirmare, vt aſſenſus, qui fuit impetra-
tus elapſis iam annis ſex à die mortis Comitiſſæ
emptricis, poſſit conualidare contractum cum illa
celebratum, ſicque operari, vt dominium feudi
venditi, quod eſt penes Comitiſſam venditricem,
transferatur in perſonam hæredis Comitiſſæ em-
ptricis, ipſo penitus acquirere nolente: ita per hæc,
& alia media ſententiam hanc defendit Regens
Rouit. *in pragmat. 1. à num. 15. de fid. memorial.* vbi
ſuſtinet, expreſſum requiri hæredis emptoris con-
ſenſum per nouum contractum, & inuehit contra 27
Afflict. qui *in cit. cap. Imperialem, num.* 21. poſt Pari-
dem, quem non allegat *in tract. de reintegr. feud. in quæſtion. incip. an conſenſus Regis, num. 4. fol.* 146.

à terg. affirmat, non eſſe neceſſarium nouum conſenſum hæredis emptoris per contractum, ſed ſat eſſe, quòd hæres conſentiat ſupplicando pro aſſenſu, ſicque nó requiri conſenſum diſpoſitiuum, ſed appro-
28 batiuum tantùm, & cum hac opinione Parid. & Afflict. reſidet Gizzarell. *deciſ. 2. num. 14.* illam tamen Reg. Rouit. amplexus eſt, Præl. Lanar. *in addit. ad patruum, in repet. capit. 1. in tit. ſi vaſall. feud. priu. num. 8.* & ambo ſuſtinent, vt hæc omnia procedant non ſolùm quando emptoris mors interuenit ante aſſenſus impetrationem per verbum, *fiat*, ſed etiam vbi interuenerit, poſtquam verè fuit obtentus aſſenſus, qui tamen demùm corruit ex clauſulis, & conditionibus in illo appoſitis, vt hoc etiam caſu dum emptor reperitur mortuus, abſque nouo illius hære-
29 dis conſenſu diſpoſitiuo, nullatenus impetrari poſſit diſpenſatio adimplendi conditiones, & ſolemnitates in aſſenſu pro forma requiſitas.

Sed quicquid ſit de vtriuſque ſententiæ veritate, pro eo, quod ad caſum noſtrum pertinet, ſiue primam Rouit. ſiue alteram Afflict. attendamus opinionem, res eſt in tuto, cùm nullus ex parte hæredis emptricis, nec diſpoſitiuus, nec approbatiuus interuenerit conſenſus, non diſpoſitiuus, quia illum non legimus, non approbatiuus, ex quo aſſenſus, qui producitur, non aliter ad ſupplicationem hæredis emptricis, ſed venditricis obtentus apparet, ſicque omnia, quæ citra hunc conſenſum geſta fuerunt, funditus corruunt.

Hæc ſatis ad demonſtrandam iuſtitiam Don Antonij actoris.

Donatus Antonius de Marinis.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſpecies exponitur.*
2 *Reſtitutio aduerſus ſententiam mulieri non conceditur, ſed tantùm ad veriùs probandum.*
3 *Reſtitutio in integrum Senibus quando concedatur Iudici remittitur.*
4 *Prohibetur tamen illius conceſſio, lata ſententia.*
5 *Conſuetudinis Platearum Capuanæ, & Nidi referuntur verba.*
6 *Conſuetudine prædicta attenta matri ſucceditur non filio.*
7 *Succeſſioni materteræ concurrere poſſunt tam filij filij ſororis, quam eorum auia.*
8 *Idem dic ſi vltra prædictos concurrat frater defuncti.*
9 *Explicatur textus* in Auth. defuncto, verſ. in hoc caſu C. ad Tertullianum, *& textus* in §. ſi autem, vel fratris, Auth. de hæred. ab inteſt. venient.
10 *Ponderatur Rub.* Auth. vt fratrum filij.
11 *Repræſentatio conceditur filiis fratrum quando cum propriis Theiis concurrunt.*
12 *Fratres vtrinque coniuncti & fratris præmortui filij non admittuntur ad ſucceſſionem defuncti.*
13 *Datur etiam repræſentationis beneficium filiis fratrum, vt excludatur patruus defuncti.*
14 *Succeſſio inter filios fratrum quare fiat in ſtirpes ſecundum Accurſium.*

ARGVMENTVM.

Filij præmortuæ matris, an vnà ſimul cum Auia materna, attento Iure Municipali huius Ciuitatis, poſſint ſuccedere in bonis maternis fratris conſobrini, in infantili ætate defuncti. Diſpoſitio textus *in Auth. Et fratrum filij*, an ſicut procedit, quando defuncto, ſuperſunt fratres vtrinque coniuncti, ita pariter ſi illi non ſupereſſent, ſed tantum aſcendentes, & fratrum præmortuorum filij. Mulier an reſtituatur aduerſus ſententiam contra ſe latam, & quid ſi eſſet in ſenili ætate conſtituta: & de aliis.

ALLEGATIO CXXXV.

Defuncto Anibale Capycio Latro infante, orta extitit annis ſuperioribus controuerſia, nùm ad illius inteſtatam ſucceſſionem in bonis maternis, inſimul cum Auia materna concurrere potuiſſent Domini Rinaldus, & Antonius Mirobaili filij quondam Hadrianæ ſororis, quondam Aloyſiæ matris defunctæ infantis. 1

Et potuiſſe hos Dominos germanos fratres ad ſuccedendum concurrere, Magna Curia, præuio decreto præambuli, ſub die 15. Ianuarij 1630. pronunciauit, vt ex decreto *fol.* 157. *& à terg.* quod & per Sacrum Conſilium in gradu appellationis, ab Auia interpoſitæ, referente olim Magno Conſiliario Marcello Marciano confirmatum extitit, idque ſub die 12. Iulij 1632. vt ex ſententia *fol.* 162.

At Auia his geminatis determinationibus non acquieſcens, ad illarum exequutionem impediendam, ſupplici libello aſſerens, ſe infirmam, & decrepitam ſenem, annorum ſcilicet ſeptuaginta, petiit per viam reſtitutionis in integrum, vt iterum de iuribus ſuis videretur *fol.* 164. Et cùm ita à Domino tunc S. Conſ. Præſide ordinatum eſſet, occurrit in præſentiarum dubitari, an auia hæc, & pro ea hodie curator ſuæ iacentis hæreditatis, ſuper petita in integrum reſtitutione bonum fou at ius.

Negant Domini Rinaldus, & Antonius, qui modò onus aſſumunt demonſtrate, & ſatis fœliciter, omninò per S.C. fore pronunciandum, non eſſe locum in integrum reſtitutioni petitæ, ad id affirmandum moti ex ſequentibus.

Primò nam cùm agatur de reſtitutione in integrum petita aduerſus ſententiam Sac. C. nulla lege 2
cau

cautum eſſe comperimus, vt mulier reſtitui poſſit, ac proinde ſtandum diſpoſitioni textus *in leg. fin. Cod de iuris, & fact. ignor.* etenim illud, quod in hoc Regno ſtatutum eſt, vt mulieri in iudiciis ſuccurratur, procedit, quando in termino ſibi conceſſo ad ſe defendendam, probare omiſit, quod ſibi incumbebat, ac proinde ad vberius probandum reſtituitur, ex diſpoſitione Conſtitutionis incipientis *Obſcuritatem*, quam nullo pacto procedere, cum mulier aduerſus ſententiam reſtitutionem petat, dixerunt gl. *ibi*, Andr. & Afflict. quos inſequutus fuit Dom. Præſ. de Franch. in illa ſua vulgata *deciſ.* 284.

Idemque ſi perſonam reſtitui petentem, in ſeni-
3 li ætate conſtitutam conſideremus nam ad hoc vt ſeni reſtitutionis in integrum beneficium competat, dixerunt DD. mox citandi, opus eſſe demonſtrare, quod in caſu noſtro defecit omninò, vt ſit ille in eo ſtatu conſtitutus, vt propter intellectus imbecillitatem ſimilis ſit pupillo, & propter fragilitatem, mulieri comparetur, adeò; quod Bald. *in l. quid ergo, §. pœna grauior, num. 16. ff. de his, qui not. infam.* voluerit, hos ſenes adeò repueraſcere debere; vt ſimiles ſint Bulgaro, quem, ait Odofr. ad ſenium puerilem adeò redactum, vt cum pueris ad puluerem luderet; Hinc alias, cùm apud nos quidem ſenex exemplo minorum in integrum reſtitutionem in Sacro Conſil. peteret, quia Bulgaro ſimilis non erat; ſed ſapiens, fuit a tanto beneficio excluſus, ſic atteſtante D. de Franchis *deciſ.* 608. & ſi dicamus, hoc potiùs Iudicis arbitrio relinquendum, ad tradita per Florian. quem refert, & ſequitur Dec. *in leg. ſenium, num. 7. Cod. qui teſtam. fac poſſ.* Farinac. *de teſtib. quæſtione 76. nu. 83.* Gratian. *diſcep. forenſ. cap.* 801. *n.* 27. aduertatur, nullo pacto in caſu noſtro Dominos Iudicantes arbitrari poſſe, reſtitutionem petentem tempore latæ ſententiæ in decrepita ætate fuiſſe
4 conſtitutam, ac imbecillis intellectus extitiſſe, primò, cùm de hoc non conſtiterit, ſecundò, quia vixit demum vltra annos decem, & in hac cauſa adeò bene ſe defendit, vt nil vnquam reliquerit pro ſuorum iurium tuitione, prout in ſimilibus cauſis deciſum teſtatur D. Præſ. Merlin. *contron. lib. 2. cap.* 52. per totum, vbi *à num.* 38. de hoc articulo non eſſe diſputationi locum dicit, cum pluries ita fuerit per Sac. Conſ. iudicatum.

Secundò ad iuſtificandam ſententiam Sac. Conſ.
5 qua mediante, Dominis Rinaldo, & Antonio conceſſus fuit concurſus cum aſcendente, in ſucceſſione bonorum maternorum defuncti infantis, eſt præmittendum in facto, quod cùm Aloyſia Anibalis mater Andreæ Capycio Latro nuptui traderetur, expreſsè conuentū extitit, vt matrimoniū contractum diceretur, iuxta vſum, ſiue conſuetudinem Nobilium Platearum Capuanæ, & Nidi, qua attenta, cùm demùm matrimoniū per mortē vxoris diſſolui cōtigerit, filiis ſibi ſuperſtitibus, qui poſteà in pupillari ætate, vel quādocunq; ab inteſtato à viuis decedūt, quia pater ſuccedere non poteſt, quo pacto ſe excluſit, cogitur omninò dotem, quam habuit illis reſtituere, qui defunctæ coniugis legitimi extitiſſent hæredes, quando abſque filiis mori contigiſſet, ſicque in hoc caſu matri, non autem filio ſucceditur; verba vſus, ſiue conſuetudinis Nobilium Platearum, relata ab Afflict. *deciſ.* 237. ſunt hæc. *Si verò dictum matrimonium diſſolui contingat per mortem vxoris, liberis ſuperſtitibus ex dicto matrimonio, dictæ dotes ſolutæ, & per virum receptæ reſtituantur. & earum reſtitutio fiat ipſis liberis, ex dicto matrimonio procreatis ſuperſtitibus, vel etiam ſi tempore mortis dictæ vxoris, liberi ex dicto matrimonio ſupereſſent, & poſteà hæreditate adita, vel non adita, per eos, vel per alium, ſeu alios eorum nomine, liberi ipſi decederent, vel morerentur in pupillari ætate, vel quandocunque ab inteſtato, ſine liberis legitimis, & naturalibus, dictæ dotes modo prædicto receptæ veniant, & deuenire habeant, & ipſarum reſtitutio realiter fiat, & fieri debeat hæredibus, & ſucceſſoribus dictæ vxoris, ſeu hæredibus dotantis in pace, & ſine moleſtia, &c.*

Huius vſus, ſiue conſuetudinis tenore attento, 6
quòd ſuccedatur matri, & non filio, ſcripſerunt Napodan. *in Conſuet. Si quis, vel ſi qua, in verb. præterquam, num. 200. verſ. dicam ergo, illos eſſe hæredes.* Marinus Frec. *ibidem in addit. quæ incipit, Nota ex dictis hic, verſ. in tantum, quod mortua vxore.* Ioan. Angel. Piſanell. *in addit. ad Napod. in dict. Conſuet. Si quis, vel ſi qua, fol.* 128. incipit, *Et ſic nota.* D. Vincent. de Franch. *deciſ. 92. num. 4. & 5.* vbi deciſionem refert, quicquid in illa cauſa ſcripſerit D. Io. Fanc. de Pont. *conſ. 61. à num.* 48. qui ſententiam contra Clientem reportauit. D. Anell. Amat. *conſ. 26. num.* 34. D. Scipio Rouit. *deciſ. 99. num. 1. & 2.* P. Andr. Molfeſ. *in tit. de renunc. quæſt. 15. n. 10. & 11.* D. Scipio Theod. *alleg. 1. n. 9.* D. Hector Capyc. Latro *conſult. lib. 1. conſult. 20. num. 11.* Iō. Bapt. de Thoro *in compend. deciſ. p. 1. in verb. ſuccedi an videatur matri.*

Suppoſito igitur, & pro indubitato, in caſu noſtro 7
Anibalem haberi pro non nato, ſicque non niſi de Aloyſiæ eius matris inteſtata ſucceſſione tractari, videndum eſt, an cum Catharina Aloyſiæ matre concurrere poſſint Domini Rinaldus, & Antonius filij Adrianæ, quæ Aloyſię ſoror extitit vtrinq; cōiuncta.

Et poſſe iſtos eorum Materteræ in ſimul cum auia ſuccedere teneo indubitanter, nam quamuis de primæuo Auth. iure ſtatutum fuerit, vt aliquo moriente, ſuperſtitibus ſibi aſcendentibus, fratribus vtrinque coniunctis, & aliorum præmortuorum fratrum filiis, ad illius inteſtatam ſucceſſionem non niſi aſcendentes, & fratres vtrinque coniuncti concurrere poſſint, non autem fratrum præmortuorū filij, prout eſt tex. nimis clarus *in §. ſi autem cum fratrib. Auth. de hered. ab inteſt. venient.* attamen poſt legem hanc conditam, eundem Conditorem Iuſtinianum illam emendare non piguit, dū abolita prorſus diſpoſitione hac, expreſſis verbis decreuit *in §. 1. Auth. vt fratr.* 8
filij, vt ſi quis moriens (hæc ſunt verba tex.) *relinquat aſcendentium aliquem, & fratres, qui poſſunt cum parentibus vocari, & alterius præmortui fratris filios: cum aſcendentibus, & fratribus, vocantur etiam præmortui fratris filij, & tantam accipient portionem, quantam eorum futurus erat pater accipere, ſi vixiſſet.*

Nec dices cum Alber. *in Auth. defuncto, n. 2. verſ.* 9
ſed in hoc caue, C. ad S.C. Tertul. huius tex. diſpoſitioſitionem tunc demùm procedere, quando cum aſcendentibus ſuperſunt defuncti fratres vtrinque cōiuncti vt eo caſu poſſint inſimul concurrere fratris præmortui filij, at ſecus, ſi nullus ſupereſſet frater, ſed tantùm aſcendens aliquis, prout in caſu, de quo noſter eſt ſermo, quia tunc fratris præmortui filij ad ſuccedendum cum aſcendente concurrere non poſſent; etenim reſpondetur, Alber. illiuſque, ſi qui ſunt, aſſeclas ſatis a Iuſtiniani mente deuiaſſe, nam legem per ipſum conditam emendans, habiles fecerit præmortui fratris filios, vt vnà ſimul cum aſcendentibus, & patruis defuncto patruo ſuccedere poſſint, quæro ego, quænam diuerſitatis ratio eſſe poſſit, vt voluerit Iuſtinianus, filios præmortui fratris admittere, cùm in medio extiterint defuncti fratres vtrinque coniuncti, ſecus verò ſi illi non ſupereſſent; certè nulla poteſt diuerſitatis ratio conſiderari; ratio enim, quæ mouit Imperatorem ad diſponendum, vt fratris præmortui filij defuncto ſuccedere poſſint inſimul cum aſcendentibus, & patruus, et

fuit, vt dum defuncti fratres vtrinque cõiuncti cum aſcendentibus concurrere poterant, exiſtentibus pariter alterius præmortui fratris filiis, qui illum repræſentabant, conueniens erat, vt iſti portionem illam eſſent conſequuturi, quam eorum pater, ſi vixiſſet, habiturus fuiſſet; hæc ſane ratio, dico ego, ſicut procedit, quando defuncto ſuperſunt fratres vtrinque coniuncti, ita quoque cùm nullus ſupereſſet; de quo enim patet, ſiue mater conqueri poſſunt, vt defuncto filio, nepotes ex filio præmortuo, cum eis ad ſuccedendum concurrant, adhuc aliis filiis defuncti fratribus vtrinque coniunctis non exiſtentibus, ſi iam, illis ſuperſtitibus, ſancitum eſt, vt admittantur; opportuna certe eſſet in hoc caſu aſcendentiũ quærela, bonumque iſti fouerent ius, ſi Imperator primæuam corrigens diſpoſitionem, in hac ſecunda fratris promortui filios vocaſſet, ea quidem ratione, & cauſa, quia ſuperſunt fratres vtrinque coniuncti, qui cum aſcendentibus ad ſuccedendum concurrunt, ſicque cauſa vocationis fuiſſet ſuperexiſtentia patruorum; ſed hæc nullibi in eo tex. legitur, nam quamuis ibi fratrum ſuperexiſtentiam legamus, hoc, ex eo, quia volens Imperator emendare diſpoſitionem tex. *in d. §. ſi autem cum fratribus, Authent. de hared. ab inteſt. venient.* vbi ſancitum erat, quòd ſi aliquis decederet, ſuperſtitibus aſcendentibus, fratribus vtrinque coniunctis, & aliorum præmortuorum fratrum filiis, vt iſti cum aſcendentibus, & fratribus defuncti ad ſuccedendum concurrere non poſſent, opus erat, vt idem caſus, qui corrigebatur in emendatione exemplificaretur, vt nimis clarè conſtat ex littera tex. primæuum ius corrigẽtis.

10 Quodque verè Imperator voluerit vocare fratris præmortui filios, ſiue in medio exiſtant defuncti fratres vtrinque coniuncti, ſiue non, ſatis conſtat ex rubro per hæc verba inſcripto, *Vt fratrum ſi ij ſuccedant pariter ad imitationem fratrum, etiam aſcendentibus extantibus*; ſicque ſatis clarè loquutus fuit Imperator, nimirum, vt fratris præmortui filius poſſit cum aſcendentibus concurrere, ſicut cum illis concurrunt defuncti fratres vtrinque coniuncti, quo fit, vt dicamus, factam fuiſſe æquiparationem inter patruos, & nepotes, vt ſicut cum aſcendentibus concurrit defũcti frater vtrinque coniunctus ſic pariter alterius fratris prædefuncti filius, & ex hoc aiunt DD. infra allegandi, quod cum rubrica hæc perfectam contineat orationem, decidit caſum, & pro tex. allegari poteſt.

11 Nec, quæſo, opponat quis, fratris præmortui filium ad ſuccedendum cum aſcendentibus nullo pacto concurrere poſſe, niſi cùm in medio exiſtat defuncti frater vtrinque coniunctus, ex eo, quòd cùm fratris præmortui filius venire non poſſit, niſi ex priuilegio repræſentationis, nimirùm repræſentando perſonam patris ſui, qui ſi viueret, ad ſucceſſionis concurſum nullum haberet obicem, hoc, inquam, priuilegium præmortui fratris filiis conceſſum inuenimus, quando cum patruis concurrunt, vt nimis clarè habetur in *§. ſed & ipſis, Auth. de hared. ab inteſt. venient.* vbi Imperator ſic loquitur, *Sed ex ipſis fratrum filiis tunc hoc beneficium conferimus, quando cum propriis vocantur Theiois maſculis, & fœminis, &c.* ergo argumentatur ex aduerſo, vbi non ſuperſunt defuncti fratres vtrinque coniuncti, quia ceſſat repræſentatio, præmortui fratris filius cum aſcendentibus concurrere non poteſt. Etenim huic factæ oppoſitioni facili quidem modo reſpondetur, ſi attentè perpendamus verba Nouellæ 118. *ex §. ſi igitur defunctus, neque deſcendentes, verſ. ſi autem defuncto, vſquè ad §. ſi verò neque Fratres, cit. tit. de haredibus ab inteſt. venient.* inuenimus enim repræſentationis beneficium generaliter, & indefinitè fratrum præmortuorum filiis fuiſſe ab Imperatore conceſſum, nec aliter reſtrictum, vt eo iure vti non poſſent, niſi in caſu, quo cum patruis ad ſuccedendum concurrant, ſed in illo tantùm caſu, nimirum, quando inſimul cum patruis ſuperſunt pariter aſcendentes, vt tunc fratrum præmortuorum filij ſuccedere non valeant, ſed tantùm defuncti aſcendentes, & fratres vtrinque coniuncti, id, quod poſteà idem Iuſtinianus reuocauit in Nouella 127. vt ſuperiùs dictum eſt. Attendamus, quæſo, quid diſpoſitum eſt *in dict. §. ſi igitur defunctus, verſ. ſi autem defuncto*; etenim imbi ſancitum comperimus, vt ſi quis abſque deſcendentibus deceſſerit, ſuperſtitibus ſibi fratre vtrinque coniuncto, & alterius fratris, ſiue ſororis præmortuorum filiis, iſti cum patruo ad ſucceſſionem admittuntur, ita vt tantam accipiant portionem, quantam eorum pater, ſi eſſet ſuperſtes, conſequuturus eſſet; proſequitur demùm Imperator *in verſ. huiuſmodi*, vt hoc repræſentationis priuilegium filiis tantùm præmortuorum fratrum cenſeatur collatum, nimirum, vt in eorum parentum iure ſuccedant; addit poſtea in *verſic. ſed & ipſis*, vt hoc repræſentationis ius tunc dicatur fratris præmortui filiis conceſſum, quando cum propriis vocatur patruis, ſed ſubiungit immediatè *in §. ſequenti* quòd ſi defuncto ſupereſſent aſcendentes, fratres vtrinque coniuncti, & alterius fratris 12
præmortui filij, iſti ad ſucceſſionem non admittuntur, ſicque Imperator dicere voluit, vt hoc repræſentationis beneficium detur filiis fratrum, quando concurrunt cum patruis, non autem quando defuncto ſuperſunt etiam aſcedentes, & fratres vtrinque coniuncti; ſed cùm demùm in Nouella 127. adhuc fratrum præmortuorum filij ad patruo ſuccedendum cum aſcendentibus ſint vocati, remanet firmum eorum priuilegium in omnibus caſibus, vt patrum præmortuorum perſonas repræſentare poſſint, ita ſanè iura prædicta interpretati ſunt noſter Napodan. omninò videndus *in Conſuet. Sed ſi morienti, in verb. in ſtirpem, num. 176. verſic. ſed pro Azone videtur facere*, Anton. Fab. *in ſua diſputat. forenſ. fol. 359. poſt tract. de variis nummariorum debitorum ſolutionibus*, Robl. *de repraſentat. libro ſecundo, capit. 26. numero 68. cum pluribus ſeqq.* Dom. Reg. Vrſin. *de ſucceſſ. feud. part. 2. quaſtione 6. articulo vnico, ſub numero 24. verſ. rurſus*, & nouiſſimè ſubtiliter, & eleganter Dom. Conſilarius Marcian. *diſputat. libro primo, diſput. 1.* vbi à *numero 24. ad finem* materiam ſatis benè enucleauit; & his addo Gabriel. Pereira poſt hæc ſcripta viſum *deciſ. 3. numero 12.* ſub illis verbis: *Deindè quia in dict. §. ſi igitur, repraſentatio inducta fuit ſimpliciter, & ſine vlla reſtrictione, & durum nimis videtur, illam deciſionem reſtringere ad caſum, quo cum patruo datur concurſus, & non alias, &c.* & *num. ſeq.* ſic loquitur. *Dubitabatur ergo, an ſicut frater ex vtroque latere cum aſcendentibus admittebatur, ità & eius filius deberet admitti cum aſcendentibus ex beneficio repraſentationis, & occurrit Imperator dicens, quòd repraſentatio habet locum, quando cũ Theiois ſuccedunt, non vero quando cum aſcendentibus, quia eo caſu, licèt pater ſuccedere poſſet, nulla tamen reperitur filiis conceſſa repraſentatio, licèt etiam hoc caſu poſteà conceſſa fuerit in in Auth. vt fratrum filij in princip.*

Et quòd hoc ſit verum, & indubitatum, videmus 13
Imperatorem *in verſ. ſequent. incip. Illud palam eſt*, ex quo deſumpta eſt *Authent. poſt fratres, Cod. de legit. haredib.* expreſſis verbis ſtatuiſſe, vt ſi quis deceſſerit, ſuperſtitibus ſibi patruo, & fratris præmortui filio: quamuis omnes in tertio ſint conſtituti gradu, tamen

tamen fratris præmortui filius in ſuccedendo præfertur patruo, ratio aſſignatur, quia hic filius ad ſucceſſionem venit, patris ſui præmortui perſonam repræſentans, nam aliàs omnes admitterentur æqualiter, cum omnes ſint in pari gradu, vt benè aduertit gloſ. *ibi in verſ. ſimilibus*, & Dom. Conſil. Marcian. *cit. reſponſ. 1. num. 32. 33. & 34.* ergo datur caſus, quò fratrum filij repræſentationis priuilegio ſubueniuntur, etiam quòd cum propriis non vocentur Theiois.

14 Vlteriùs; in illa non tam celebri, quàm vulgata quæſtione, per tot ſæcula inter DD. agitata, nimirum, an filij duorum fratrum in ſucceſſione patrui admittendi ſint in ſtirpes, vel in capita, qui Accurſ. contra Azo. inſequuti fuere, vt ſucceſſio fiat in ſtirpes, non autem in capita, aliud principale fundamentum non afferunt, niſi Imperatoris dictum *in dict. § ſiue, verſ. huiuſmodi*; ibi enim, putarunt, eſſe caſum huius quæſtionis, ſic arguentes; generaliter ibi ſtatutum eſt, fratrum filios; in locum parentum ſuccedere: eamque portionem repræſentationis beneficio ferre, quam eorum parentes eſſent conſequuturi; vnde aiunt, generaliter hoc intelligendum, ſiue ſoli inter ſe filij fratrum ſuccedant, ſiue cum patruis, aut auunculis, qua de re latè per Bec. *conſ. 16. num. 3.*

15 Tandem, ad prædicta confirmandum, quòd diſpoſitio tex. *in Authent. vt fratr. filij*, ſicut procedit, quando defuncto ſuperſunt fratres vtrinque coniuncti, ita pariter, ſi illi non ſupereſſent, ſed tantùm aſcendentes, & fratrum præmortuorum filij, cùm diuerſitatis ratio aſſignari non poſſit, dixerunt infraſcripti magni nominis Doctores, & ſit omnium primus.

Iacob. de Beluiſio *in dict. Authent. vt fratr. filij*, & per hæc verba, *idem etiam puto, ſi non ſuperſint fratres, ſed aſcendentes tantùm, vt filij fratrum cum eis ſuccedant, cùm ſit eadem ratio, &c.* Cyn. *in Authent. defuncto, num. 5. Cod. ad S.C. Tertull. in Authent. ceſſante, Cod. de legit. hæred.* & *in tract. de ſucceſſ. ab inteſt. verſ. in hac ſecunda parte, num. 3.* & meliùs *n. 4. verſ. nunc ante, membr. 3.* Dinus de Mugello *in tract. de ſucceſſ. ab inteſt. num. 15. verſ. ſin autem habet aſcendentes.* Bart. *in dict. Authent. vt fratrum filij, verſ. ſed quæro, hic loquitur.* Bald. *in dict. Authent. ceſſante, verſ. idem dico, & verſic. niſi quando fratrum filij*, & *in Authent. poſt fratres, Cod. de legit. hæred.* Paul. de Caſtr. *in dict. Authent. defuncto, verſ. cum alia gl. quæ incipit non autem.* Ioan. Fab. *in § cæterùm, num. 4. verſ. ſed vbi nulli ſunt patrui, Inſtit. de legit. agnat. ſucceſſ.* Mattheſil. *de ſucceſſ. ab inteſtat.* vbi Ludouic. Bolognin. *in addit. art. 2. princip. num. 13.* Napodan. *in Conſuetud. Si quis, vel ſi qua, § ſed ſi morienti, numer. 272. verſ. & idem dico, ſi deceſſit.* & *num. 277. verſic. præterea hodie.* Ang. Aret. *in § præferuntur, Inſtit. de ſenatuſconſult. Vell. à num. 2. verſ. prædicta omnia.* Oliuer. Teſtor. *de ſucceſſ. ab inteſt. à num. 76. ad 79.* vbi optimè loquitur. Caſſan. *in conſuet. Burgundiæ, titul. de ſucceſſ. rubr. 7. § 6. in gloſ. & les enfans, verſ. ſed quid quando.* Couar. *in epitom. de ſucceſſ. ab inteſt. verſ. ſexta concluſio.* Maturin. Montan. *de hæredib. ab inteſtat. venientibus, in tract. de ſucceſſ. ab inteſtat. verſ. ſi igitur defunctus*, ibi, *tertius caſus, &c.* Valentin. Forſter. *de ſucceſſ. lib. 7. cap. 7. num. 2.* vbi, quòd hoc caſu ſuccedunt in ſtirpes. Guido Pancirol. *in theſ. variar. lect. lib. 3. cap. 16.* Petrus Gudelinus *de iure nouiſſ. lib. 2. cap. 14. num. 11. verſ. quòd ſi nulli.* Conradus Rittershuſius *in iure Iuſtinianeo, ſiue in nouellis, part. 7. cap. 10. Theſ. 6. num. 8. & 9.* Vulterius *Inſtit. de hæredibus, quæ ab inteſtat. defer. lib. 3. num. 39. verſ. item cùm ſupereſt.* Ioan. Oinot. *eodem tit. de hæreditat. quæ ab inteſt. defer. in tit. de ſecundo gradu ſucceſſ. ampliat. 4. num. 29.* Blaſius Robles omninò videndus *lib. 2. de repræſent. cap. 23. à num. 1. cum ſeqq.* Matta *in ſumma ſucceſſ. legal. part. 2. quæſtion. 1. articul. 2. num. 2. verſic. quod ſi hoc caſu non ſupereſſent fratres.*

Hæc ſcripſi ad demonſtrandum, quantum per tramites iuris, & regulas artis proceſſerit noſtri Supremi Senatus determinatio pro Dominis Germanis fratribus de Miroballis; cætera, quæ deſunt, pro ſolita benignitate idem Supremus ſuppleat Senatus. Neap. Kal. Iunij M. DC. LII.

Donatus Antonius de Mariniis.

SVMMARIVM.

1 *Legatum in Teſtamento relictum defectu voluntatis inualidum non debetur.*

2 *Teſtamentum factum per metum reuerentialem eſt nullum.*

3 *Teſtamentum precibus importunis factum non valet.*

4 *Metus reuerentialis ſine minis, & verberibus ſufficit ad actum annullandum.*

5 *Iudicis arbitrio remittuntur metus probationes.*

6 *Metus reuerentialis quando perſona eſt grauis, vt ei nimia debeatur reuerentia annullat contractum.*

7 *Textus* in leg. 1. §. Quæ onerande, ff. quarum rer. actio non detur, *adducitur in præſenti.*

8 *Metus illatus mulieri leuioribus probationibus probatur.*

9 *Mulieris Teſtamentum factum in beneficium viri quando, & qualiter valeat.*

10 *Textus* in leg. fin. Cod. ſi quis aliquem teſtari prohibuerit, *explicatur.*

11 *Metus per indiſcretam diſpoſitionem qualiter arguatur.*

ARGVMENTVM.

Legatum factum à Domicella ſocero, & viro, an de iure ab illius hærede ſit præſtandum, vel potius affirmandum fuiſſe illud relictum metu reuerentiali eorundem ſoceri, viri legatariorum. Metus reuerentialis abſque minis, & verberibus, an ſat ſit ad actum aliquem annullandum: & de pluribus notabilibus.

ALLEGATIO CXXXVI.

1 IN facto ſupponitur, Dominam D. Corneliam de Aquino Caſtellionis Principiſſam, in teſtamento, quod in Vrbe condidit ſub die 14. Auguſti 1644. Domino Duci Sermonetæ Socero, ac Domino Principi Caſertæ Viro ducat. 40.mill.legaſſe,pro cuius quidem legati conſequutione Dominum Ducem legatarium, etiam nomine, & pro parte Domini Principis filij in ſupremo Regni huius Senatu egiſſe, ſic in ius vocantem Dominam Hodiernam Principiſſam, Dom. Ioannam Principiſſæ teſtatricis germanam ſororem, ac Vniuerſalem hæredem, vt ex ſupplicatione *fol.* 1.

Aduerſus quam inſtantiam inſurrexit Domina Principiſſa conuenta, & ad petita non teneri putat, contendens legatum prædictum, ac aliud bonorum mobilium Dominæ Duciſſæ Sermonetæ factum, ex defectu voluntatis Principiſſæ legantis, prorſus corruere, idque duobus potiſſimum perpenſis.

2 Primò cùm negari non poſſit, præfatam diſpoſitionem contigiſſe metu accedente reuerentiali Domini Ducis Soceri,ac Domini Principis Viri,quem quidem metum ad teſtamentum annullandum ſat eſſe, in puncto dixerunt Afflict. noſter *deciſ.*69. *num.*4. Iacob. Menoch. *conſ.*1139. *num.*11. *lib.*12. Suarez. *allegat.*1. *num.*33. Auenda. *de met.lib.*2.*cap.*20.*numer.*68. Mart.aliis omiſſis, *in ſum.ſucceſſ. legal. part.*4.*queſt.*1.*art.*6. *num.*24.*&* 32.quibus addi poteſt. Molin. *de iuſt.& iur.tract.*2.*diſpoſ.*135. *num.*7. *tom.*1.*fol.mihi* 503. vbi hæc notabilia profert verba,
3 *quod dictum de precibus importunis, quæ moleſtiam, ac tedium pariunt, dicendum maiori cum ratione eſt de reuerentiali timore vxoris comparatione mariti, aut filij comparatione parentum, præſertim ſi vultu, aut aliqua alia ratione oſtendant, ſe ægrè ferre, quod ab eis non inſtituantur hæredes, aut legatarij, aut quod in ſcriptis, & occultè liberè de ſuis bonis diſponant, præſertim cùm timere hi meritò poſſint, quod ſi mortem euadant, moleſtiam ea de cauſa patientur reliquo vitæ tempore. Quare grauiter peccant contra Iuſtitiam, qui in cauſa ſunt, ne eiuſmodi valetudinarij libere de ſuis bonis diſponant, an verò ad reſtitutionem teneantur eorum, quæ ita illis relicta fuerint iuxta proximè dicta eſt iudicandum.*

4 Etenim ſolam præſentiam illius, cui debetur reuerentia, abſque minis & verberibus, ſat eſſe ad actum aliquem annullamdum per tex. *in leg.pen.ff. de furt.* ſcripſerunt. Salic.*in l.interpoſitas,num.*4.*cap. de tranſact.* Rom. *in leg.ſi cum dotem,* §.*eo autem tempore, num.*11.*ff.ſolut.matr,* Barbat. *in cap.cauſam matrimonij num.*13. *de officio delegat.* & *in conſ.*38. *num.*28. *&* 29.*lib.*4. Socc.Iun.*conſ.*47.*num.*32.*lib* 3. Rip. *reſp.*138. *num.*8. Iacob.Menoch. *de arbitr. Iudic.lib.*2.*Cent.*2.*caſ.*136.*num.*7.Bald.*in dict.leg.interpoſitas,num.*20. Dom.Regens Capyc.Latr. *conſ.*54. *numer.*7.14.15.*&* 16. Dom.Regens Capyc.Galeota *contr.lib.*2.*controuerſ.*14. vbi *num.*26. ait,metum reuerentialem, veluti præſumptum probatione non indigere, & ad contractum reſcindendum ſolum ſufficere; & *num.ſeq.*addit ex ſola auctoritate,dignitate, & ſuperioritate, quas pater in filium, vir in vxorem, patruus in patruelem exercent, metum reuerentialem probari.

Quod autem Vxor viro ſuo reuerentiam debeat, ſatis probatur *in Geneſ.cap.*3.& dixerunt. Gloſ.*in leg.*1.§. *quæ oneranda. in verb.metu ſolo, ff.quar.rer. act. non det.* Bart.ibidem *num.*4. & *in tract. de tyrannide num.*11. Iaſ.poſt plures,quos allegat. *in* §.*quadrupli, num.*65. *Inſtit.de action.* Ioan. del Caſtill. *controuerſ. iur.lib.*3.*cap.*1. *num.*159. vbi poſt Monter.*deciſ.*45. & Barb. quos citat,addit, & ſingulariter,Iudicem in 5 hac materia facilem eſſe debere ad iudicandum mulierem non ſponte ſua contractui conſenſiſſe, imò præſumere debere, quemlibet contractum a mulieribus ſub virorum poteſtate conſtitutis celebratum ad eorum preces, inſtigationes, & nutum fieri, ad idque metu reuerentiali adductas.

Et in nuru reſpectu ſoceri ſcripſerunt Franc. Aret. *conſ.*24. *num.*6. Crauett. *conſ.*282.*col.*10. *verſ.*2.*principaliter, lib.*2.Fab.de Ann. *in addit. ad patr. ſingul.*340. Maſull.& Petr.ad Capyc. *deciſ.*159. Dominus Reg. Galeot. *controuerſ. lib.*2. *controuerſ.*14. *num.*31.Intrigliol.*de caſibus conſcient.Cent.*1.*caſu* 41. *num.*39. Carol. de Graſ. *de exception. in.*11. *except. num.*36. P.Sanchez. poſt alios, quos citat *in tractat. de matrim.lib.*4. *diſputat.*6. *num.*26.

Et in ſorore reſpectu fratris, Aret. *conſ.*24. *n.*15. Padill. *in dict.leg. Interpoſitas, num.*21. *cap.de tranſact.* Decian. *conſ.*30. *num.*12,13. *&* 14.*lib.*4. Sanchez poſt alios, quos citat loco proximè citato, *num.*31.

Et quamuis non ignorem aduerſus hanc ſic fir- 6 matam concluſionem aliquos inſurrexiſſe Doctores, putantes ſolam præſentiam illius, cui debetur reuerentia, ſicque metum dumtaxat reuerentialem, ad actum reſcindendum ſat non eſſe, inter quos ex recentioribus poſt alios, quos citat, Marc.Salon. de Pac. *conſ.*3.*n.*53. attamen conueniunt omnes, quod quando perſona ſit ita grauis, vt ei nimia debeatur reuerentia, tunc ad contractum annullandum ſola præſentia ſufficiat, abſque quod minæ vel verbera præcedant. Ita. Bald. *in l.ſi ſine,num.*2. & *in leg.etiam num.*3.*cap.ad Velleian.in dict.leg.interpoſitas, num.*7. *cap.de tranſact.* & *in leg.pactum, num.*7. *cod.de collationibus.* Bened.Capr. *conſ.*29.*num.*15.*&* 17. Barbat. *in conſ.*31.*num.*7.*lib.*3. Roman.*in dict.leg.Si cum dotem,*§. *eo autem tempore,num.*12.*ff.ſolut.matr.* Hypp. de Marſ. *ſingul.*347.*num.*3. Padill. *in dict. leg.interpoſitas,n.*20.*in fin.*Mencac. *quæſt.illuſtr. lib.*1. *quæſt.*35.*num.*18. Baldax. Mongollon, omnino videndus, 7 qui hos omnes citat, & ſequitur *in tract.de met.cap.*4 §.1. *num.*5. *verſ ſecundo caſu,* quo loco dicit ſuper hoc eſſe textum indiuidualem *in dict.l.*1. §.*quæ onerandæ,* ibi *metu ſolo, vel nimia reuerentia, ff.quar. rer. act. non dat.* ac proinde DD. auctoritate opus non eſſe;hic eſt caſus ſuper quo nos verſamur,nam quod perſonæ Dominorum Ducis, & Principis legatariorum ita ſint, prout fuerint graues, quod eis nimia deberetur reuerentia, controuerti non poteſt,conſiderata inſimul perſona Dominæ Principiſſæ legantis, quæ conditi teſtamenti tempore vix annum excedebat decimum quartum, ſicque imbecillis ingenij, Romæ degens,procul à matre,procul à conſanguineis, procul ab amicis, ſic ſub poteſtate Domini Ducis Soceri, & Curatoris, ac Domini Principis, eius viri conſtituta, quo fit, vt neceſſario dicamus, legatum factum ad iſtorum Dominorum beneficium non ex libera eius voluntate contigiſſe;ſed potius ex metu reuerentiali; ita ſatis ad rem ratiocinatur Theſaur.filius *quæſt.forenſ.lib.*1.*quæſt.*51.*num.*23. 8 vbi addit, ad reſcindendum actum per mulierem in longinquis partibus geſtum, in quo conſanguinei non fuerunt præſentes,leuiores ſat eſſe probationes, eoq; magis in caſu noſtro,& ceſſat omnis amaritudo, ſi conditi teſtamenti tempus inſpicimus, quo quidem

dem tempore importunata hæc Domicella, ita laborabat in extremis, vt, eadem vel ſequenti die è viuis fuerit ſubtracta, ex quo oritur vel quod tunc non erat in recto ſenſu, pro vt præſumitur moribundus, vt ex Ariſt. Bald. & aliis probant Suarez *citat. alleg.* 1. *num.* 38. & Soccin. *conſ.* 219. *num.* 7. *lib.* 2. vel ſi in ſui recta loquutione, & intellectu, cum viuere ſperaret præſumendum omninò ex iuſto timore ita legaſſe, ne ij, ſub quorum poteſtate manebat, eam in poſterum odio proſequerentur, provt ferè in terminis loquitur Decian. *cit. conſ.* 30. *num.* 12. 13. *&* 14. *lib.* 4. vbi reſpondit nullius momenti eſſe donationem à ſorore factam fratri, in cuius domo reperiebatur illa grauiter infirma, ſit timens ne ab illo dereſeretur, idemque Menoch. *cit. conſ.* 1139. *n.* 12. *lib.* 11.

9 Hinc ſatis bene ex eodem Menoch. *conſ.* 45. *n.* 35. dicebat noſter Præſidens de Franch. *deciſ.* 180. *num.* 3. quod licèt prohibitum non ſit viro ad vxorem inducendam, vt teſtamentum ad ipſius beneficium condat. *leg. fin. cap. ſi quis aliq. teſtar. prohib.* attamen ſecus, vbi mulieris imbecillitas exiſtentis ſub regimine viri, eiuſdem viri potentia ac indiſcreta diſpoſitio concurrerent, his enim concurrentibus, provt ſine dubio in caſu noſtro concurrunt, cenſuit Sacrum Conſilium de hac mulieris diſpoſitione nullam eſſe habendam rationem, & alias comperimus, locum dumtaxat fuiſſe in cauſa, vt teſtamentum in viri beneficium ab vxore factum reſcinderetur, nimirum quia conditum in loco vbi vir præerat, & nullus aderat vxoris conſanguineus, ſic per Sacrum Conſilium deciſum atteſtantur allegantes in cauſa, ſuper qua Dominus de Franch. deciſionem modo allegatam ſcripſit, provt videre eſt *in alleg.* 29. *intra num.* 37. *cum ſeq.* impreſſa poſt deciſiones Domini Regentis Salernitani, omninò videnda, vbi *num.* 33. ſatis benè probatur diſpoſitionem tex. *in d. leg. fin. cap. ſi quis aliq. teſtar. prohib.* ceſſare prorſus,

10 vbi vxor eſſet imbecillis iudicij, & facilè perſuaſibilis, vel quando legatum eſſet magnum, itavt ſic ab inteſtato venientes fraudarentur, provt contingit in caſu noſtro, in quo vltra teſtatricis iudicij imbecillitatem, ſtante eius minori ætate, cum, vt diximus, vix decimum quartum annum excedebat, indiſcreta ſe offert diſpoſitio, ex quo deducto ære alieno, deductiſque bonis vinculatis, nil remanet in beneficium Principiſſæ conuentæ de bonis Principiſſæ eius Sororis, ſic immoderatè legantis; nam quod vniuerſalis hæredis inſtitutio in perſonam Principiſſæ Dominæ Ioannæ Baptiſtæ ſit prorſus inutilis, nullo pacto dubitari poteſt. Etenim ſi bona inſpicimus allodialia à Principiſſa teſtatrice poſſeſſa, hæc ad Principiſſam Dominam Ioannam Bapti-

11 ſtam ſororem communis patris iudicio ſpectabant, vt ex illius teſtamento *fol.* 35. *&* 36. ſin autem ad bona feudalia recurrimus, nouimus illa adeò ære alieno grauata, vt pro nunc cernere non poſſimus, an ex pretio iſtorum bonorum, ære alieno ſoluto, remaneat quantitas conſideratione digna. Dicamus ergo indiſcretam fuiſſe prorſus diſpoſitionem, ac proinde ex hac etiam ratione affirmandum omninò contigiſſe illam metu Principis viri, ac Domini Ducis ſoceri, cum quibus an bene Domina Principiſſa teſtatrix ſe haberet, Deus ſcit, & facile cerni poteſt, tum ex literis miſſiuis ab illa Principiſſa matri ſcriptis *fol...* tum etiam ex teſtium depoſitionibus in cauſa legatariorum. *fol...* Vnde præmiſſis tot clariſſimis rationibus tale teſtamentum reſcindendum ſpero. Cætera ſuppleat Dominorum Iudicantium Religio & Doctrina.

Donatus Antonius de Marinis.

SVMMARIVM.

1 *Factum refertur.*

2 *Officiales Procuratoris Cæſaris conueniri debent in Tribunali ipſius Procuratoris.*

3 *Officiales, qui perpetuo ſunt in iudicando impediti prorogare non poſſunt alterius iuriſdictionem.*

4 *Nec proprio foro renunciare.*

5 *Forum ſortitur, quis ratione domicilij, etſi locus ſit deſtinatus ad rem tradendam.*

6 *Subiectus dicitur, quis ratione originis, ſi ibi repertatur.*

7 *Foro ſubiicitur ratione rei ſitæ, quoties realis actio inteſtatur.*

9 *Ratione contractus ſi ibi inueniatur.*

11 *Ratione quaſi contractus, qui aliunde non dependeat.*

12 *Secus ſi aliunde inducatur.*

13 *Hæres conueniri debet coram ſuo Iudice Ordinario pro legatis, & fideicommiſſis.*

ARGVMENTVM.

Officialis Procuratoris Cæſaris ſi vti alicuius hæres in alio Tribunali, quam ſuo conueniretur, num ad ſuum Tribunal cauſæ remiſſionem petere poſſit. Forum ex quibus cauſis quis ſortiatur, & de aliis ad ornatum textus, *in leg. penult. Cod. vbi cauſæ fiſcales*, & *in leg. vnica, Cod. vbi fideicommiſſum peti oportet.*

ALLEGATIO CXXXVI.

QVOD iudicium inſtitutum à Patribus miniſtrantibus infirmis, & à Ioan. Caputo prætenſis legatariis quondam Dom. Mariæ de Acunno, aduerſus Dom. Matthæum de Roſales Comitem de Vaylà eius vniuerſalem hæredem, ſit omni iure remittendum ad ſupremum Tribunal Magiſtratus redditnum extraordinariorum Status Mediolani, iuxta inſtantiam factam, affirmo indubitanter, duobus potiſſimùm perpenſis. 1

Primò, quia Dom. Comes in Tribunali prædicto Quæſtoris officio fungitur, ſicque fit locus nimis vulgatæ diſpoſitioni tex. *in leg. penult. C. vbi cauſa fiſc.* inibi enim ab Imperatoribus ſancitum comperimus, nullum ex Officialibus Procuratoris Cæſaris ciuiliter 2

ciuiliter conueniri poſſe, niſi coram ipſo Procura-
tore,ergo; quodque in hac Vrbe Regia Neapolis,
cum Præſidentibus Regiæ Cameræ hoc iure vta-
mur, teſtes ſunt D.Reg.Reuert. *deciſ.*7. Dom.Con-
ſil. Carleual. *tract.de indic.tom.*1.*diſp.*2. *quæſt.*6.*ſect.*
9.*num.*71.*fol.*289. D.Reg.Rouit. *deciſ.*74. D. Reg.
Sanfel. *in ſua prax.indic.in addition. fol.*243.*à ter.*&
D.Reg.Capyc. Latro *deciſ.*198. vbi *num.*16. addit,
3 quod cùm iſti Regij Miniſtri, ſiue Officiales con-
numerentur inter perſonas,quæ gaudent priuilegio
l.vnic.Codic. quando Imper.inter pupil. & vid. ex eo,
quia ſunt perpetuò in munere iudicandi impediti,
ex Rebuff. *ad Conſtit.Gallic. tit.de ſentent.prouiſ.gloſ.
fin.art.*3. Mandol. *in regul.*5. *Cancell.de reſeruat.num.*
4. Azeu.*in leg.*9.*tit.*3. *num.*14.*lib.*4.*in noua recompil.*
Tap. *ad Ius Reg.lib.*2.*tit.de Offic. Magiſtr. Iuſtit.* &
Nouar. *de elect.& variat. fori,quæſt.*35.ideò nec poſ-
4 ſunt alterius iuriſdictionem prorogare, nec eorum
foro renunciare, ad tradita per Bald. *in cap.de cauſis,
num.*49.*de offic. & poteſt.Iudic.deleg.*& per Carleual.
*loc.cit.n.*1061.*fol.*443.

5 Secundò, ſi D.Comes in Statu Mediolani Quæ-
ſtoris muneri non eſſet addictus, ſicque vt priuata
perſona cenſeretur, adhuc iudicium contra ipſum
inſtitutum, ad iudicem ordinarium Mediolanenſem
eſſet omninò remittendum; conſtat enim, S.C. Re-
gni huius, vbi actio inſtituta eſt, nullam in D. Co-
mitem iuriſdictionem habere, nec ratione domici-
lij, nec ratione originis, nec ratione rei ſitæ, nec
ratione contractus, vt ſic affirmare poſſimus, huius
ſupremi Tribunalis forum ſortiri eum debere; ete-
nim D.Comes in hac Ciuitate domicilium non ha-
bet, cuius intuitu diceretur iuriſdictioni horum ſu-
premorum Tribunalium ſubiectus, ad tex. *in l.hæres
abſens,§.ſi quis tutelam,* & *§ proindè,* vbi gloſ. *in ver-
bo dubia,* communiter recepta, *ff. de iudiciis*, &
in cap. fin. vbi gloſ. *in verb.domicilij, extr. de foro
compet.*

6 Nec pariter ratione originis propriæ, vel pater-
næ, non enim D.Comes in hac Ciuitate ortus eſt,
minúſque genitor ſuus, vt ſic contra eundum eſſet
locus diſpoſitioni tex. *in leg.*1. *In princip.*& *in leg.aſ-
ſumptio.§.filius,ff. ad municip.* & *in leg.filios,C.de mu-
nicip.& originar.lib.*10,

7 Vlteriùs nec ratione rei ſitæ D.Comes huius Ci-
uitatis forum ſortiri poteſt; nulla enim aduerſus ip-
ſum fuit inſtituta actio in rem, ad tex.*in leg.fin.Cod.
vbi in rem actio,* & *in cap.ſanè,*& *in dict.cap.fin.de fo-
ro compet.* vt enim quis ſortiatur forum ratione rei
ſitæ, opus eſt, vt coram Iudice illius loci, in quo res
ſita eſt, conueniatur ad rem illam, quam poſſidet
8 relaxandam,idque adeò verum, quòd ſi mera actio-
ne perſonali agatur ad rem, vt ſcilicet actori trada-
tur, nullo pacto conueniri poterit coram Iudice il-
lius loci, in quo res tradenda exiſtit; ſed inſtituen-
da eſt actio in domicilio poſſeſſoris, ita ſanè probat
Petr.Barboſ. *in comment.ad leg.hæres abſens, §.proin-
de, numer.*11. *de ratione. rei ſita, ff.de iudiciis*, poſt
Ang. quem non allegat *in leg. quod legatur, ff.de
iudic.*

9 Nec & tandem ratione contractus, nullibi enim
legimus,D. Comitem actoribus in hac Ciuitate ali-
quid promiſiſſe, in eaque promiſſa adimplere fidem
ſuam adſtrinxiſſe, vt ſic eſſet locus diſpoſitis *in dict.
cap.fin.de foro compet.*& *in c. Romana, §.contrahentes,
hoc tit. in* 6. vbi ratione contractus geſti in vna Ci-
uitate,illius forum contrahentes ſortiri ſancitum eſt,
ſi tamen ibi inueniantur, alioquin abſens compel-
lendus non erit præciſè reſpondere, vt ſe defendat
coràm Iudice loci contractus, ita ex iuribus prædi-
ctis probant Innocent. *in cap.dilecti* 17.*intra n.* 2.*de
foro compet.*Marian.Soccin.*ibi.num.*23. Couar.*pract.
qq.cap.*10.*num.*3.Gayl.*pract.obſer.lib.*2.*obſer.*36.*num.*
14. Petr.Barboſ.*in d.§.proinde,a n.*41.& alij relati à
Dom.Conſiliar.*cit.* Carleual.*tract.de iudic.lib.*1.*tit.*1.
*diſp.*2.*quæſt.*4.*num.*218. id,quod pariter in foro ori-
ginis, vt coram illius Iudice originarius conueniri
non poſſit, niſi ibi inueniatur, poſt Bart. Abb. &
alios obſeruat Afflict. *deciſ.*384.*num.*6. quem citat,
& ſequitur Rouit. *in prag.*1. *numer.*9. *de immunit.
Neap.*

Minus etiam ratione quaſi contractus, qui ex 10
hæreditatis additione inducitur inter hære-
dem, & legatarios, poteſt Dom. Comes in hac
Ciuitate conueniri,eſto millies,quod imaginaria,&
ridicula legata, quæ ab actoribus petuntur, in te-
ſtamento, quod Iannæ ſolemniter condidit Dom.
Maria, legerentur; nam non ex eo, quòd in Tribu-
nali Noſtræ Magnæ Curiæ, illius teſtamenti vigo-
re D. Comes hæres vniuerſalis declaratus extitit,
Neapolitanum forum ſortitur, ſed in loco ſui domi-
cilij conueniendus eſt: ita ſatis bene ratiocinatur
D.Conſiliarius Carleual. *cit.tractat. de iudic. diſp.*2.
*quæſt.*4.*per totum num.*167.*fol.*86.quo loco, poſt Bal.
in l.omnem 20.*ff.de iudic.* & Marian. Soc. *in dict.cap.
dilecti, num.*37. *de foro compet.* duplex genus quaſi 11
contractus conſiderat, primum, quod per ſe ſubſi-
ſtit, & quod aliunde dependentiam non habet, vt
eſt geſtio tutelæ, vel argentariæ, ſiue dublici offi-
cij adminiſtratio; ſecundum genus, quod oritur ex
anteriore iure, & hic dicitur quaſi contractus,
qui ex hæreditatis aditione inducitur, pendet enim 12
ex iure hæreditatis delatæ inter hæredem, & lega-
tarios, ad tex. *in leg.hæres quoque, Inſtit.de obligation.
quæ ex quaſi contract.* In primo quaſi contractus ge-
nere, probat Dom. Carleual. contrahentes forum
ſortiri in loco, in quo ille quaſi contractus celebra-
tus eſt; ſecus verò attento ſecundo,hunc enim qua-
ſi contractum, affirmat, forum non tribuere, neque
vbi celebratus eſt, conueniri poſſe eum, qui illum
exercuit, idemque dixerat Gregor. Lopez *in leg.*32.
*tit.*2.*part.*3.*in verb.en à quella Tierra*: Hinc D.Reg.
de Pont. *conſ.*18. *num.*16. & *ſeq.lib.*1. notanter ad- 13
uertit, pro legatis, & fideicommiſſis à defuncto re-
lictis,hæredem defuncti forum non ſortiri;ſed con-
ueniri debere coram eius Iudice ordinario, aſſignat
rationem quia hæres ad legata perſoluenda non
conuenitur ex contractu defuncti; ſed ex actione,
quæ poſt illius mortem ſumit initium in perſona ip-
ſius hæredis.

Et in terminis tex. *in leg.vnica, Cod.vbi fideicom-* 14
miſſum peti oportet, per quem ſtatutum eſt, vt fidei-
commiſſum ibi petendum ſit, vbi hæreditas relicta
eſt, Salyc. ibi *num.*4. docet, axioma hoc ita demùm
procedere, ſi hæres ibi inueniatur, alioquin ſi fue-
rit abſens, in loco domicilij conueniendus eſt, ra-
tionem aſſignat irrefragabilem, & ea eſt quia hæ-
res, in loco, in quo extat hæreditas, ſiue maior illius
pars, ex alio ad fideicommiſſum, ſiue legatum præ-
ſtandum conueniri non poteſt, niſi ratione quaſi
contractus, & tacitè deſtinatæ ſolutionis; ſed in lo-
co veri contractus, & ſolutionis expreſsè deſtinatæ
contrahens conueniri non poteſt, niſi ibidem in-
ueniatur, ergo: idemque ſcripſit Paul. Caſtrenſ. *in
leg.quod legatur* 38.*ff.de iudic.* quem ſequitur Iaco-
bin. *ibidem num.*3. & ex recentioribus Marc. Ant.
Peregr. *in tractat. de fideicomm.art.*53.*num.*1.& 7. &
D.Conſiliar. Carleual. omninò videndus *cit.diſp.*2.
*quæſt.*5. per *totum num.*357. *fol.*163. quo circa me-
ritò idem Caſtrenſ. *in dict.leg.hæres abſens.§.*1. *num.*
8.*verſ.& hoc generaliter verum*, pro regula tradit, vt
præter forum domicilij, quoties dicamus, quem
poſſe

poſſe conueniri coram alio Iudice; qui aliàs non eſſet competens; ſed ex aliqua particulari ratione, & cauſa ſit competens, hoc eſt intelligendum, dummodò qui conueniendus eſt, ibi inueniatur, idemque ſcripſit *in conſ.423.intra n.4.verſ.& poſito, quòd ratione originis*, cuius meminit D.Card.Tuſch.*pract. concl.tom.4. litt.F.conc.443.in fine*, D. Conſil. Carleual. *cit.diſp.2.quæſt.4. num.*218. *verſ. quod in foro, fol.*111. & nouiſſimè D.Ioſeph.Caualer. iuris Pontificij in hac Regia Academia primarius Interpres *in repet.cap.dilecti, num.*54.*& ſeq.extr. de foro compet.* & in Regnis Caſtellæ, de hoc eſt tex. expreſſus *in leg.*8 *tit.*9.*part.*1. ibi *Però eſto ſe deue entender, fallandolo alli, do el hà poder de iuzgar.*

Donatus Antonius de Marinis.

SVMMARIVM.

1 *Articuli diſputandi in præſenti quæſtione adducuntur.*

2 *Donans an poſſit renunciare beneficio legis* ſi vnquam C.de reuoc.donat. *diſputatur, vſque ad n.*3.

4 *Renunciatio legis* ſi vnquam *debet eſſe in diſpoſitiuis, non vero in executiuis.*

5 *Renunciatio legis* ſi vnquam *debet eſſe certiorata, vt valeat.*

6 *Donatio per ſuperuenientiam filiæ ſpuriæ non reuocatur, ſi fiat à patre, ſecus ſi à matre, dummodo non ſit mater perſona Illuſtris.*

7 *Donatio facta loco pio non reuocatur per ſuperuenientiam filiorum.*

8 *Textus* in cap.fin. verſ.quidam 17.quæſt. 4. *adducitur, & ponderatur.*

9 *Ripa* in leg. ſi vnquam, quæſt.49. *bene diſtinguens adducitur in præſenti.*

10 *Sancti Auguſtini verba de quibus* in d. cap.fin.*ponderantur.*

11 *Verba de quibus* in dict.cap.fin. *ibi*, Iure fori, non iure poli, *quem ſenſum habent.*

12 *Donatio facta Eccleſiæ in vtroque foro ſecundùm opinionem Auctoris reuocatur per ſuperuenientiam filiorum.*

13 *Eccleſiam haberi loco filij, non ſemper eſt verum, ſed melius eſt haberi loco hæredis.*

14 *Antonij fabri definitio* 43. Codic. de ſacr.Sanct. Eccleſiis, *notabiliter adducitur.*

15 *Monaſterium excludere ſubſtitutum quomodo, & qualiter procedat.*

ARGVMENTVM.

Donatio facta à muliere alicui Eccleſiæ, nùm per filij ſpurij ſuperuenientiam reuocetur, & quid ſi eſſet renunciatum beneficio *leg.*1.*ſi vnquam Cod.de reuoc. donat.* & an reuocatio hæc indiuidualis, & ſpecifica facienda ſit, itavt donans certioretur de eo: quod renunciatur. Explicatur text. *in cap. fin.* 17. *quæſt.*4. ſubſtitutioni an fiat locus, vbi filius, cui datus eſt ſubſtitutus, ſi ſine filiis deceſſerit, monaſterium ingreditur: & de aliis notabilibus.

ALLEGATIO CXXXVIII.

ILLVD continet conſultatio ad me 1
delata, num donatio facta ab Anna Maria de N. Conſeruatorio Orphanorum Sanctæ Mariæ Lauretanæ huius piæclariſſimæ Ciuitatis, pro reuocata cenſenda ſit ob natiuitatem, quæ ſuperuenit Iudictæ filiæ.

Ratio dubitandi contra filiam, pro reuocatione acerrimè inſtantem, triplex eſt. Prima, quia mater donando, renunciauerat beneficio legis *ſi vnquam C.de reuocat.donat.* Secunda, quia hæc filia, quæ poſt donationem pio loco factam ſuperuenit, eſt ſpuria. Tertia, quia donatio fuit facta Pio loco.

Pro reſolutione huius controuerſiæ hæ ſunt di- 2
ſcutiendæ rationes; & quoad primam, grauiſſima eſt quæſtio inter DD. an beneficio legis *ſi vnquam, Cod.de reuoc. donat.* renunciari poſſit, tantáque eſt varietas, vt dixerant Iul.Clar. *in §.donatio, quæſt.*22. *num.*4. & Miſinger *ſingul.obſeruat. centur.*5. *obſeru.* 63. quod Cæſarea indigeret deciſione. Anteſignanus opinionis, quod renunciari poſſit, fuit Bart. *in l.Titia, §.Imperator, num.*7. *ff.de legat.*1. & *in l.*1.*c. de inoffic.donat.* quem ſequuti ſunt infiniti DD. ad nauſeam, prout de more relati per Tiraquel. *in repetit.eiuſdem leg.ſi vnquam, in præfat. num.*87.88. *&* 96.& Couarr.*part.*1.*de teſtam.*5.4.*num.*3.Ant.Gabr. *commun.concluſ.in tit.de donat concluſ.*2.*num.*63.Tell. Fernandez *in leg.*23.*Tauri, num.*3. & Zeuallos *commun.contra communes, quæſt.*104. & quod hæc ſit communis opinio, dixerunt, Soccin. *conſ.*147.*num.* 17 *lib.*1. & Viuius *deciſ.*259. vbi ſic deciſum teſtatur. Anteſignanus opinionis, quod renunciari non poſſit, fuit Oldrad. *conſ.*163. quem ſequuti fuere quamplurimi relati ab eodem Tiraquell.*loc.cit.num.* 89. & à Miſingerio *dict.obſeru.* 63.& quod hæc ſit communis opinio dixit Alciatus *in l pacta, quæ contra.cap.de pactis*, Curt.Sen. *conſ.*1. quem toto pectore amplectendam ſuadet Coſta de rata ratione *quæſt.*152.

Veritas eſt, quod opinio Bart. eſt magis commu- 3
nis, nimirum, vt beneficio legis *ſi vnquam*, renunciari poſſit, & quod ab hac opinione neque in conſulendo, neque in iudicando recedi poſſit, dixit Zeuallos *dict quæſt.*104. Ratio potens eſt, quia diſpoſitio legis *ſi vnquam* fundatur, quia ſi donans cogitaſſet, filios ſe procreaturum, forſan non donaſſet, vnde ſi cogitauit, ſic renunciando, ceſſat vtique illius diſpoſitio.

In caſu noſtro rei veritate attenta, non poſſunt 4
dicere, fuiſſe renunciatum huic beneficio, quia, vt

validà

valida iudicetur renunciatio, requiritur, vt ea ſit ſpecialis, & expreſſa, itavt peculiari pacto promittat donator propter filiorum ſuperuenientian donationem non reuocare; Cæterum ſi in exequutiuis contractibus reperitetur facta generalis renunciatio, diceretur potius ſcripta ex Notariorum conſuetudine, ita poſt Menoch. ſatis notanter Galleratus *de renunc.centur.*1*.renunciat.* 87*.ante num.*8. vbi addit, quod renunciatio hæc non debet cumulari inter cæteras renunciationes;ſed apponi debet expreſſim, & ſeparatim, idemque Seraphin. *deciſ.*829*. &* 835. & Viuius *dict.deciſ.*259.

5 Ceſſat poſtea in caſu noſtro omnis dubitatio, quia ſupponimus, renunciationem factam à muliere, in executiuis, non certiorata de beneficio huius legis; conſtat enim, quando mulier, minor, vel ruſticus, alicuius legis beneficio renunciat, debet certiorari, aliàs inaniter diceretur facta renunciatio, vt in terminis renunciationis huius legis dixerunt Tiraquel.*in præfat. num.*98. & 99. Coſta *de ratione rata,quæſtion.*152*.num.*2. Gallerat. *cit. renunciat.*87. *num.*8. & Gaſpar. Theſaur. *in addit. ad patrem, deciſ.* 121

6 Ad ſecundam dubitandi rationem, nimirum quia facta donatione ſuperuenit filia ſpuria: ſi verſaremur in donatione facta a Patre, indubitatum eſſet, ceſſare Prorſus diſpoſitionem legis *ſi Vnquam,* ſic ſatis diſcretè Oldrad. *conſ.*278*.in* 5*. dubio.in fin.* Ripa, Tiraq.& alij relati à Boër. *deciſ.*159. *num.*3. In matre autem ſecus dicendum eſt, quia cum filius ſpurius matri ſuccedat, niſi eſſet illa perſona Illuſtris, *§.vulgo quæſitos.inſtitut. de ſucceſ. cognatorum. Authen.ſi qua Illuſtris,cap.ad ſenat.conſ Orſic.* conſequens eſt dicere, vt per ſuperuenientiam filij ſpurij donatio facta à matre reuocetur, & ita indiuidualiter dixit Ripa *in dict.leg.ſi vnquam, in* 26*. quæſt. num.*66.

7 Quo verò ad aliam dubitandi rationem, nimirum quia fuit facta donatio loco Pio; contra filiam, eſt textus indiuidualis *in cap. vlt. verſ. quidam* 17*. quæſt.*4. cuius verba ſunt; *quidam enim cùm filios non haberet, nec ſperaret res ſuas omnes retento ſibi vſufructu, donauit Eccleſiæ, nati ſunt ei fili, poſtea, & reddidit Epiſcopus, nec etiam opinanti illi, quæ donauerat: in poteſtate habebat Epiſcopus non reddere, ſed Iure fori, non Iure Poli.*

8 Hic textus decidit, quod quando donatio fit Eccleſiæ,per filiorum ſuperuenientiam non reuocatur, eſt verum, quod Gloſ.ibi, & Archid.aduertunt,textum eſſe intelligendum, vt Eccleſia non cogatur totum reddere,ſicut diſponit tex.*in dict.leg.ſi vnquam,* ſed tantum portionem de iure naturæ filio debitam. Idemque dixerunt Bart. *in dict.leg Titia Seio.§. Imperator,num.*6*.ff.de legat.*2.Bald.*in leg.*1*.num.*17*.Cod. de inoffic. donat.* Roman.*in Authent.ſimiliter, cap.ad leg.falc.*Iaſ.*in Authen.ſi qua mulier Cod.de ſacroſanct. Eccleſ.*Abb. *in cap.fin.de donat.* Afflict. noſter *in conſtitut.Authoritatem, num.*6. Ant. Corſett. *ſingul.*86. & alij relati à Tiraq. in verbo *libertis,num.*79. à Couarr.*variar.lib.*1*.cap.*19.Iul.Clar.*in §.donato,quæſt.*23. *num.*2. Ant.Gabr. *in tit.de donat.concl.*2*.num.*125. & à Cancer. *tit.de donat.num.*125. & quamuis Franc.
9 Ripa *in repet.dict. leg.ſi vnquam, in* 49*. quæſt.* diſtinguat, an donatio fuerit facta Eccleſiæ, pro anima donantis, aut ſimpliciter, vt prima reuocetur vſque ad legitimam ſecunda in totum; attamen demum concludet quod in dubio præſumendum eſt, factam fuiſſe donationem pro ſalute animæ, ſicque vt renocetur vſque ad legitimam, & ita deciſum teſtatur Ant.Gama.*deciſ.*240.

10 Hæc opinio nullibi in textu probatur, nam ſi Diuus Auguſtinus huius Canonis Auctor ſenſiſſet, vt reuocetur Donatio pro concurrenti quantitate legitimæ, non dixiſſet ſimpliciter *in poteſtate habebat Epiſcopus non reddere,* ſed dixiſſet *in poteſtate habebat Epiſcopus non reddere niſi portionem legitimæ;* quare addit Gloſſa, vel Canon corrigit legem; ſed parcat mihi Gloſſa, quia non bene dicit,ex quo Iuſtinianus Imperator, à quo tex. *in l ſi vnquam,* auctoritatem habuit,Imperio præfuit poſt mortem Diui Auguſtini. Probatur hoc ex hiſtoria, quia Auguſtinus mortuus eſt tempore occupatæ Africæ à Gothis, & antequam recuperaretur à Beliſario Duce Iuſtiniani.

Mea ſententia eſt, attenta littera huius textus, vt 11
propter filiorum ſuperuenientiam non cogatur Eccleſia reſtituere, nec me mouent verba illa, *ſed iure fori, non iure Poli*: Quaſi quod valuiſſet Diuus Auguſtinus, vt in foro fori non cogatur Epiſcopus reſtituere, ſed bene in foro conſcientiæ; nam vt bene aduertit Couarr. *loc. cit. ante num.*12. monſtruoſum eſſet, vt dicamus Prælatum, ſiue Epiſcopum eſſe ſecurum in foro fori,ſed non in foro conſcientiæ, ſicque verba illa, iuxta Couarr. & omnium ſententiam ſunt intelligenda, vt cogatur Epiſcopus reddere ſecundum quandam honeſtatem moralem,quæ tamen legalem obligationem, aut reſtituendi neceſſitatem non inducit. Vnde bene eadem Gloſ. dixit *in cap. ſi quis iraſcitur,* 13*.quæſt.*2. quod ſi quis donauit bona ſua Eccleſiæ tempore, quo filios non habebat, quos poſtea ſuſcepit, honeſtum eſt, vt Eccleſia reſtituat, & citat. text. *in dict. cap. fin.*17. *quæſt.*4.

Sed his omnibus in nihilo Eccleſiæ ſuffraganti- 12
bus, teneo indubitanter, donationem factam Eccleſiæ, ob filiorum ſuperuenientiam eſſe in totum reuocandam, ſiue in foro ſeculari de his ageretur, ſiue in foro Eccleſiaſtico.

In foro ſeculari cum legem habeamus expreſſam ſic generaliter intellectam, vt propter filiorum ſuperuenientiam donatio in totum reuocetur, quæ quidem lex, cum generaliter loquatur, omnes complectitur caſus, vtcumque priuilegiatos, omneſque perſonas, quocumque priuilegio munitas, dum expreſsè non ſunt exceptæ. Sic ſe habet communis ſententia, per illum tex. *in leg.in fraudem, §.fin.ff.de legat.*1. Dec. *conſ.*5. & alij; & ſi dices Eccleſiam ſe tueri poſſe eo vulgato axiomate, quia habetur loco filij, & quando donatio eſt facta filio, non reuocatur, niſi pro concurrenti quantitate legitimæ,*leg. ſi totas, Cod.de inoffic. donat.* Reſpondeo, concluſio- 13
nem hanc, vt Eccleſia habeatur loco filij, falſam eſſe, quia nullibi probatur; tex.enim *cap. inpræſentia, de probat.*decidit, vt habeatur loco hæredis, non loco filij.

Prætereà, quando concurrit fauor Eccleſiæ, & 14
filiorum, fauor filiorum præfertur, ſic notabiliter Ant.Faber *diffin.*43*. Cod.de ſac.ſanct. Eccleſ.* vbi in quæſtione illa, an ſi filius, cui, facta eſt ſubſtitutio, ſi ſine liberis deceſſerit, monaſterium ingrediatur, fiat locus ſubſtitutioni, per hæc verba aureo charactere digna reſpondit. *Illa diſtinctio probabilior videri poſſit, quæ, quibuſdam placuit, an is qui Monaſte-* 15
rium ingreſſus eſt ſubſtitutum habuerit extraneum, an aliquem ex deſcendentibus à teſtatore, vt priore dumtaxat caſu, non etiam poſteriore Monaſterium admittatur. Liberorum enim poſteriorem quam Monaſterij cauſam eſſe conuenit; nec pater aut auita pietatis ratio patitur, vt credamus teſtatorem ſi ſciuiſſet futurum vt is, quem ſub conditione liberorum honorabat,vel onerabat, Monaſterium ingrederetur, eo minus filium, aut nepotem ei ſubſtitutum fuiſſe, ita tractatum eſt in eadem cauſa.

In

16 In foro Eccleſiaſtico idem propter generalitatem *dict.leg.ſi vnquam*; Sacr. enim Canones non dedignantur leges imitari,*cap.1.& 2.de nou. oper. nunciat.*& ſi dices, hoc procedere, quando in contrarium non eſt quid ſtatutum de Iure Canonico; ſed hoc iure attento per tex. *in d. ct. canon. fin.* videtur, quod non eſt locus reuocationi propter filiorũ ſuperuenientiam; Reſpondo primò Diuum Auguſtinum huius Canonis Auctorem locutum fuiſſe in terminis conſuetudinis, quæ vigebat Africæ,vt Donatio facta Eccleſiæ propter filiorum ſuperuenientiam reuocationis legibus ſubiecta non eſſet.Secundò quia attento hoc textu de æquitate,eſt locus reuocationi, ibi,*Sed Iure Poli*: ſicque æquitat hæc eſt ſcripta,quæ rigori præfertur *l.placuit.C.de iudic.* Tertiò quia etiã de iure communi Canonico fit locus reuocationi ob filiorum ſuperuenientiam *c.quod ante, de Cler.coniugat.* & ita indiuidualiter dixerunt Vaſq. *de ſucceſſ. progreſſ.lib.3.§.16.* & Marcus Antonius Genuenſis *in practic.Eccleſ.quæſt.194.*

Hæc breuiter,& currenti calamo ob temporis anguſtiam conſiderabam, ſub correctione melius ſentientis.

Donatus Antonius de Marinis.

SVMMARIVM.

1 *Facti Series proponitur in præſenti.*

2 *Teſtis vnius depoſitio non ſufficit ad torturam niſi ſit omni exceptione maior.*

3 *Delinquens, qui poteſt torqueri, poteſt & capi non præcedente citatione ad informandum.*

4 *Conſtitutio Regni, quæ incipit* humanitatem, *cum capitulo Regni incipiente* ab illo inchoandum, *diſponit poſſe capi aliquem quãdo plene de delicto conſtat.*

5 *Ritus M.C.V.41. diſponit conſtito per vnũ teſtem de crimine, poſſe capi.*

6 *Pragmatica prima de cuſtodia reorum quid Iudici praſcribat in capiendo delinquentem.*

7 *Teſtis vnius depoſitio de Iure Regni ſufficit ad torturam, licèt non ſit omni exceptione maior.*

8 *Thomæ Grammatici deciſio 19.dicens poſſe incipi à captura, qualiter procedat.*

9 *Inquiſitus carcerari, quando poſſit de conſuetudine.*

10 *Franciſci Viuij deciſio 121. qualiter explicet indicia pro tortura.*

11 *Floridi Mauſonij doctrina* quæſt.11. de contrabandis,*adducitur in præſenti.*

ARGVMENTVM.

Mandatum de capiendo an relaxari poſſit aduerſus illum, qui inquiritur de delicto,pro quo impoſita eſt pœna vltra relegationem, cùm alia probatio criminis probatio non ſe offerat,niſi vnius teſtis de viſu depoſitio. Vnius teſtis de viſu depoſitio an ſat ſit, vt delinquens torqueri poſſit, & de aliis ad ornatum, & explicationem Conſtitutionis Regni, *Humanitatem* cap. Regni quod incipit *Ab illo inchoandum,* Ritus M.C. qui incipit, *Item ſi accuſatur,* & *pragm.1. de cuſtodia reorum.*

ALLEGATIO CXXXIX.

CVM Carolus de Ventimiglia inquireretur in Magna Curia de delicto, pro quo impoſita eſt pœna vltra relegationem, nec alia probatio contra eundem offerebatur, niſi vnius teſtis de viſu depoſitio, ordinatione huiuſmet Tribunalis fuit relaxatum mandatum, quod capiatur de perſona, & captus ducatur ad carceres M. C. abſque quod citatio præcederet ad informandum, delatáque cauſa,per viam grauaminis in S. C. fuit dubitatum, an ſtandum eſſet in deciſis. 1

Pro cuius dubij reſolutione, dixi inueſtigandum eſſe omninò,an ſi hic deliquens eſſet in fortiis,poſſet ſeruatis ſeruandis torqueri;text. *in leg.maritus, ff. de quæſt.* videtur decidere, vt delinquens non poſſit torqueri, vbi contra illum adeſt depoſitio vnius teſtis tantum;ſed quod torqueri poſſit vbi hic teſtis eſſet omni exceptione maior, firmarunt ex recentioribus Ant.Gomez.*lib.3.tit.de probat.delict.n.16. & tit. ſeq.de tortura reorum.*Iul.Clar.*in §.fin.quæſt.21.* & Farinac.*in indic.ad torturam,quæſt.36.n.215.& ſeq.* 2

Suppoſito, quod poſſit torqueri, conſequens eſt dicere,vt poſſit capi;etenim Bart.*in leg.conſentaneum, n.13.C.quomodo,& quando Iudex,* firmauit Iudici eſſe arbitrium, ſic capta informatione velit ordinare capturam,non tamen ait,poſſe eum cogi à Parte,niſi contumacia contracta, idemquè ſcripſerunt Paris de Put.*de ſindic.in verbo captura, verſ plerumque;* & Follet.*in praxi, in rubr.notatos capiat de perſona, in princ.* Hoc de iure communi. 3

De Iure verò Regni huius habemus Ius conſtitutionum,Ius Capitulorum,Ius Rituum,Ius Pragmat. 4

Attenta conſtitutione, quæ incipit *ab illo inchoandum,*vt quis pro aliquo crimine,quod parauit, poſſit capi,requiritur,vt plenè de delicto conſtet.

Attento ritu,qui incipit *Item ſi accuſatur*, ſecundũ ordinem Carauitç 41.vt quis poſſit capi pro delicto, quo poteſt torqueri,ſat eſt vt conſtet de crimine per vnum teſtem,& ibi Carauita aduertit diſpoſitionem huius ritus corrigere capitulum Regni ſupracitatum,quod incipit *ab illo inchoandum.* 5

Attenta Pragmatica prima de cuſtodia reorum,iudex in capiendo delinquentem debet ſeruare diſpoſitionẽ dictæ Conſtitutionis,& Capituli,qua attenta requiritur plena probatio; ſed hoc videtur declarare vt procedat antequam incipiat cõſtare de maleficio, vnde ſi incipit conſtare, id, quod per vnum teſtem dici poteſt,videtur,quod ad capturam procedi poſſit. 6

Afflict. in dicta conſtitutione *Humanitatem* in ea eſt ſententia, vt ritus ſupracitatus ſit abrogatus; ſed reprobatur a Carauita,ibi,& meritò, & addit *a num. 7.ad 10.* quod licèt de iure communi dictum vnius teſtis de viſu non faciat indicium ad torturam, niſi 7

ſit ille omni exceptione maior, ſecus tamen dicendum attenta diſpoſitione huius Ritus ex quo quando expreſſit de vno teſte, non dixit, quod ſit omni exceptione maior.

8 Thom. Grammat. *in dec.60.n.19.* dicit, quod licèt in criminalibus, ſi Iudici videbitur, incipi poteſt nedum à citatione, ſed etiam a captura, attamen addit, melius eſſe, vt prius conſtet de delicto, antequam procedatur ad capturam.

9 Sebaſt. de Neap. *in dict. cap. ab illo incohandum, n.* 34. in ea eſt ſententia vt, ſi incipit conſtare ſemiplene de delicto, poteſt inquiſitus carcerari, & quod ita ſeruat M. C. nec diſſentit Ioan. Ant. de Nigris ibidem *n.*50. licet demùm addat, quod de conſuetudine ſeruatur, vt in criminalibus capta informatione, ſi incipit conſtare taliter, quod extent indicia ſufficientia ad torturam, reus citetur ad informandum, & eo comparente, detineatur.

10 Franc. Viuius *dec.*121. in ea eſt ſententia, vt nunquam iudex poſſit relaxare mandatum de capiendo, niſi apparentibus ſufficientibus ad torturam indiciis quæ, & qualia eſſe debeant, vt Iudicis animum mouere poſſint ad quæſtionem inferendam, dixi aliqua in obſeruatione *ad deciſ.*43. D. Regentis Reuerterij.

Floridus Mauſon. *de contraband. quæſt.*11. in ea eſt
11 ſententia, vt tunc demùm ad capturam inquiſiti procedi poſſit, ſi teſtis vnus, qui contra illum depoſuit, eſt omni exceptione maior.

In caſu, de quo noſter eſt ſermo, ceſſat omnis controuerſia, vt decretum M.C. in hoc gradu appellationis ſit per S.C. reformandum; quandoquidem teſtis, qui de viſu contra Carolum depoſuit, eſt leuiſſimæ conditionis, & aliàs in cauſa ciuili ad falſum deponendum attinctus.

Donatus Antonius de Marinis.

SVMMARIVM.

1 *Pragmatica ſanctio diſponens non poſſe recipi nullitates contra ſententias, vel decreta, niſi ſint contra expreſſum caſum text. legis communis, vel municipalis, declaratur, vſque ad num.*2.

3 *Commoditas fructuum quid ſit, in quo differat ab vſufructu, explicatur.*

4 *Pragm.* in 5. capite, de feudis. *declaratur.*

5 *Spurius omninò incapax eſt feudi.*

6 *Fæmina de iure communi penitùs eſt incapax ſucceſſionis feudi, lite tamen pendente ſuper qualitate corporis, vtrum ſit feudale necne, poſſeſſio ſtat penes fæminam.*

7 *Feudi recognitio qualiter, & quo modo in Regno noſtro fiat.*

8 *Creditor in feudo ſine aſſenſu poteſt obtinere immiſſionem ſuper commoditate percipiendi fructus feudi.*

9 *Tenuta feudi cum facultate percipiendi fructus, an ſit burgenſatica, vel feudalis, vſque ad num.* 11.

12 *Iuriſdictio feudi vnita cum poteſtate conſtituendi officiales, quid operatur.*

13 *Camerar.* in cap. Imperialem fol. 51. littera P. *adducitur.*

14 *Tenuta feudi cum fructibus ipſius poteſt locari ad inſtantiã creditoris ſine aſſenſu.*

15 *Tenuta feudi, vel commoditas ipſius morte extinguitur, quod qualiter procedat explicatur, vſque ad num.*17.

18 *Vſusfructus à commoditate percipiendi fructus longè differt.*

19 *Pater filio refutando feudum, quid poſſit ſibi reſeruare.*

20 *Commoditas an, & quando tranſeat ad hæredes, oſtenditur.*

ARGVMENTVM.

Creditor illius, qui non niſi feudi tenutam habet, cùm eiuſdem feudi vtile dominium ſit penes alium cum ſolita recognitione, nùm aſſenſu carens ſuper obligatione bonorum feudalium, poſſit de iuribus ſuis actione reali ſuper illa tenuta experiri; fœmina, quæ eſt incapax ſucceſſionis feudi an ſit pariter incapax poſſeſſionis illius. Annuus redditus ſuper fructibus feudi à feudatario Regio mediante aſſenſu conſtitutus, nùm ſit feudalis. Aſſenſus Regius an requiratur ſuper contractu locationis feudi cum iuriſdictione, & vaſſallis. Diſcrimen, quodnam conſtituitur inter vſumfructum, & commoditatem percipiendi fructus: & de aliis notabilibus.

ALLEGATIO CXL.

NVLLITATES propoſitas pro parte D. Ioannis Baptiſtæ Imperialis aduerſus ſententiam Sacri Conſilij qua decretum fuit, Dominam Brigidam Spinula fore immittendam in quaſi poſſeſſionem commoditatis percipiendi fructus, & emolumenta Iuriſdictionis Status Sancti Angeli, vnica reſponſione reiici poſſe putarem, nam cùm apud nos Pragmatica Sanctione cantum ſit verbis expreſſis, nullo pacto recipi poſſe nullitates, quæ aduerſus ſententias ſiue decreta proponuntur, niſi allegetur contra expreſſum caſum legis communis vel municipalis fuiſſe prolatas, ſiue prolata, & quod in ſpecie exprimatur, quæ ſit illa lex, dum in Caſu noſtro nulla lex communis, ſiue municipalis relata ſit, quæ prohibeat creditorem ſine aſſenſu immitti poſſe in quaſi poſſeſſionem commoditatis percipiendi fructus, & emolumenta iuriſdictionis feudi, qua fruitur ille, cuius pecunia ab alio feudum fuit emptum, ſit certè locus diſpoſitioni Pragmaticæ Sanctionis, vt de nullitatibus per Ioannem Baptiſtam propoſitis nulla poſſit haberi ratio. Hinc prudenter Dom. Reg. Rouit. *in Pragm. 4. num. 15. de dilation* ſtatuto hoc ſic ſtante, nec recepi poſſe nullitates affirmat, adhuc ſi ſententia contra legis rationem ſiue contra communem Doctorum opinionem prolata eſſet. 1

Sed,

2 Sed, vt videant Aduerſatij quàm iuſtè prolata ſit ſententia hæc, quia totus eorum conatus conſiſtit in examine tertiæ & quartæ nullitatis, ideò poſthabitis aliis, tanquam nullius ponderis, & momenti, iſtis ſigillatim reſpondere decreuimus.

3 Vnde ad tertiam deuenientes, dum præſupponitur ex aduerſo, immiſſionem fuiſſe Dominæ Brigidæ conceſſam ſuper iure feudali, quod ex contractu recognitionis extiterat Ioanni Vincentio viro quæſitum, ſiue fuerit illud tenuta cum facultate percipiendi fructus, & adminiſtrandi iuriſdictionem, ſiue fuerit commoditas fructuum cum adminiſtratione, & exercitio iuriſdictionis, falſum eſt omnino præſuppoſitum hoc, cum non niſi merum, ac prorſus allodiale ius iſtud ſic Ioanni Vincentio quæſitum ſit cenſendum: probatur, nam ſi dicemus commoditatem hanc percipiendi fructus, quæ paſſim conceditur illis, quorũ pecunia feuda emuntur, eſſe quid feudale; cogeremus omnino affirmare, vel quod ſtatus Sancti Angeli eſſet penes duos, nimirum penes Landulfum, & Ioannem Vincentium, vel quod à Landulfo, fuiſſet facta ſubinfeudatio in beneficium Ioannis Vincentij facultatis percipiendi fructus, & adminiſtrandi iuriſdictionem, ſicque in hunc modum feudi huius factam diuiſionem, contra expreſſam diſpoſitionem *Pragm. 4. in 5. cap. de*
4 *feud.* quam ſatis bene expendit Franciſcus de Amicis *in repetit. cap. 1. de his qui feud. dar. poſſ. fol.* 128. *col.* 2. etenim credo indubitanter Dominis ex aduerſo ſatis bene liquere, quod vbi non agitur de dominio feudi; ſed de illa ſimplici poſſeſſione, quæ conſiſtit in ſola commoditate percipiendi fructus, qui illam tenet, nullo pacto affirmari poteſt, vt dicatur feudum poſſidere: allegatur ad hoc vulgata theorica Andr. *in cap. Imperialem. § illud; à num.* 68. *ad* 71. *de prohib. feud. alienat. per Feder.* quo loco dixit, feudi poſſeſſionem adhuc penes illum exiſtere poſſe, qui eſt incapax ſucceſſionis, & dominij, aſſignat rationem quia poſſeſſio cum ſit facti, iure Ciuili infirmari non poteſt, additque feudum ſic à quolibet quoad poſſeſſionem detineri poſſe, ex eo quod poſſumus nos poſſidere rem, cuius proprietatem habere non poſſumus, ad tex. *in cap. dilectus* 12. *quaſt.* 1. quam quidem Andreæ theoricam in propriis terminis noſtris ſatis eleganter exornat Dom. Reg. Capyc. Galeot. *contr. lib.* 1. *controu.* 56. *a num.* 30. dum ait quod vbi defunctus non fuit Dominus, ſed ſimplex feudi poſſeſſor, ſiue detentor, hæres eius, qui aliud non prætendit, niſi poſſeſſionem, ſiue tenutam illam nanciſci, non habet neceſſe oſtendere ſe verum, & legitimum eſſe hæredem, ac in feudo immediatum ſucceſſorem, quia cùm non agamus de dominio feudi, ſed de ſimplici poſſeſſione, huius eſt capax etiam ille, qui Dominus eſſe non poteſt, & *num.* 33. addit ex hac ratione ſpurium om-
5 nino incapacem fuiſſe per Regiam Cameram ad feudi poſſeſſionem admiſſum, apud Ioannem Vincentium de Anna *in ſing.* 535. quæ omnia in propria materia fuerunt à me ponderata *lib.* 2. *mear. reſolut.*
6 *cap.* 38. *à num.* 23. quibus nunc addo, quod licet fœmina de iure communi feudorum feudi ſucceſſionis ſit penitus incapax *cap.* 1. *de nat. ſucc. feud.* attamen mortuo patre, & contendente cum agnato, an fundus in hæreditate remanſus ſit feudalis, vel potius allodialis, controuerſia pendente, poſſeſſio penes filiam manere debet *c.* 1. *§. inter filiam, ſi de feud. defunct. controu. ſit inter dominum, & agnat.* Ratio a DD. aſſignatur, quia cum non tractetur de acquiſitione dominij, ſed de ſimplici poſſeſſione quam *tenutam* noſter Barzar. in eo tex. appellat, fœmina iſtius ſimplicis poſſeſſionis, ſeu tenutæ incapax dici non poteſt. Hinc ab immemorabili tempore in hoc Regno obſeruatum agnouimus nonnulla Monaſteria, quorum pecunia feuda ab aliis empta fuerunt, commoditate illa percipiendi fructus, quam nos vulgo tenutam appellamus abſque obice frui, id quod, ſi quid feudale eſſet prohiberetur omnino; reſiſtit enim lex communis feudorum, & Regni huius, vt perſona Eccleſiaſtica feudum teneat, hic eſt tex. *in c.* 1. *§. qui Cler. ſi de feud. defunct. cont. ſit inter dom. & agnatum:* & *in conſt.* 1. *eſt. a.* quæ incipit *errores eorum.*

Et quod hæc perceptio fructuum cum ampliſſima adminiſtratione feudi quæ mediante inſtru- 7
mento recognitionis datur illi, cuius pecunia, & contemplatione feudum eſt emptum, ſit ius merè allodiale a feudi dominio prorſus diſtinctum, ac ſeparatum, deciſum habemus, & ſolemniter in ſupremo Regni huius Senatu, iunctis Dominis duarum Aularum in cauſa Dominæ Mariæ Ruffæ cum D. Fichria Scondita, quæ inſtituta hæres a Camillo Portio, cuius pecunia Marinus Ruffus, D. Mariæ Auus Terram Centulæ emerat, ad huius feudi tenutam, qua Camillus fruebatur Domina Maria contradicente, immiſſa fuit, quam certe nanciſci non poterat, ſi quid feudale extitiſſet, cum hæres prorſus extranea diceretur; videantur omnino, quæ in proceſſu huius cauſæ obſeruaui *cit. c.* 38. *n.* 26. *lib.* 2. mearum reſolutionũ. Etenim actio illa, quæ oritur ex cõtractu recognitionis, tunc demùm pro feudali eſt habẽda, quoties reſpiceret acquiſitionem feudi, vel exercitium hypothecæ ſuper feudo, & ad hunc finem ſuper hoc cõtractu Regius impetratur aſſenſus, quatenus verò actio iſta reſpiciat commoditatem percipiendi fructus, quia feudum non tangit, nec ſuper illo ius reale cõſtituit, dicitur prorſus Burgenſatica, ita ſanè ratiocinatur D. Reg. Merlin. *controu. cent.* 2. *c.* 81. *n.* 63. *&* 67. ab Aduerſariis relatus.

Hinc in fortioribus terminis caſus, ſuper quo ver- 8
ſamur, quando feudum creditori feudatarij non eſt obligatum, ob quod denegatur illi immiſſio ſuper corpore feudi exiſtentis penes debitorem, quod poſſit tunc creditor obtinere immiſſionem ſuper commoditate percipiendi fructus, redditus, & prouentus feudi; dixit, & ſatis notanter Iacobin. *in ſuo tract. de feud. in verb. & dicti Vaſſalli, in fin. verſ. aduertendũ etiam, col.* 1. *fol. mihi* 117. quem ex noſtratib. inſequuti fuere Liparul. ad And. *in c.* 1. *§. quid ergo, verſ. ſed an iudiciale pignus, de Inueſt. de re alien. fac.* & D. Reg. de Pont. *deciſ.* 4. *ante n.* 29. ſed in hoc non inſiſto, quia Dom. Brigida non inſtat pro immiſſione ſuper commoditate percipiendi fructus feudi, cuius vtile dominium & poſſeſſio eſſet forſan penes Ioan. Vincentium debitorem, vel eius hæredem, in quibus ſane terminis loquuntur Iacob. & alij ſupra relati, ſed inſtat, vt immittatur in poſſeſſionem, ſeu quaſi illius iuris, & facultatis percipiẽdi fructus, quæ exiſtebat penes virũ, quod quidem ius ex ſupradictis, & infra dicendis dubitari nõ poteſt, quin ſit prorſus allodiale, & cõſequenter ipſi Brigidæ obligatũ; quæro enim vbi lex reſiſtit, & in quo dominicalia iura læduntur, vt Brigida fruatur eo iure, quo fruebatur eius vir, qui certe nunquam vti Dominus ſtatum ſancti Angeli poſſedit, cum ſolam nactus fuit commoditatem illam percipiendi fructus.

Quibus ſic ſe habentibus, non obſtant rationes ex 9
aduerſo ponderatæ: Et prima, ideò tenutam cum facultate percipiendi fructus, & emolumenta Iuriſdictionis dici facultatem, quia ius hoc quæſitum fuit Io. Vincentio ex contractu valido, & cum aſſenſu, etenim reſpõdetur nullibi in iure probari, quod mihi quæſitũ eſt ex contractu valido cũ aſſenſu, eſſe quid feudale; aſſenſus enim non facit rem feudalem,

niſi res illa, quæ de vna perſona in aliam transfertur ſit verè feudalis, quo caſu aliud non operatur aſſenſus, quia Domino præſtatur, niſi tollere obſtaculum rei transferri prohibitæ vt per Dom.Regentem Rouit. poſt alios paſſim *in rubr.de feud. num.70.* hinc cum aliàs apud nos dubitatum eſſet, an an-
10 nuus redditus ſuper fructibus feudi à feudatario Regio mediante aſſenſu conſtitutus ſit feudalis,negatiuè reſponſum fuit,nam, vt annuus cenſus ſuper fructibus feudi conſtitutus efficiatur feudalis, neceſſe eſt, vt in contractu fundationis exprimatur, vt in feudum cenſeatur conſtitutus, accedente deſuper ſpecialiſſimo Regis aſſenſu; at vbi hoc non fuerit expreſſum,remanet prorſus allodialis,videantur Reg. Loffred. *in paraph.feud.in tit.ex quib. cauſ. feud.amitt.§.huius autem generis, in fine*, Camer.*in c. Imperialem fol.41.lit.C.D.E.F.P.* Reg.de Pont. *conſ. 30.num.20.lib.1.* Scrad.*de feud.part.7.cap.3.num.10. verſ.idem iuris*, Petr. Gratia Tolet. *deciſ.35.* ſicque
11 noſtris temporibus per Regiam Cameram deciſum comperimus de anno 1621. in cauſa Regij Fiſci & aliorum cum Iſabella Polizzi; nam cum per mortem Felicis Polizzi, qui Regio accedente aſſenſu emerat annuos ducatos 960. pro capitali pretio ducatorum duodecim millium, ſuper fructibus, & introitibus feudalibus terræ Plaianici,prætenderet primogenitus Felicis in dictis annuis introitibus vti feudalibus ſuccedere, ac Regius fiſcus releuium exigere,deciſum extitit contra Regium fiſcum,& filium primogenitum, ſicque diffinitiuè decretum, annuum illum redditum cum Regio aſſenſu, ſuper fructibus feudi conſtitutum, vti allodialem ad filios ſecundogenitos hæredes vniuerſales in bonis burgenſaticis ſpectare, & pertinere, de hac deciſione memores fuerunt Thorus *in compend. deciſ.par.1. in verb. venditio annuorum introituum*, & Lelius Caputus in preludiis ad conſuetudines noſtras, §. 6. *num.23.*

12 Minus obſtat ratio altera quæ ponderatur, nimirum, ideò ius quæſitum pro Ioanne Vincentio ex contractu recognitionis eſſe quid feudale, quia continet etiam adminiſtrationem & exercitium iuriſdictionis, nempe poteſtatem conſtituendi officiales, ob quod dubitari non poteſt quin ipſa iuriſdictio intrinſecè tangatur ex Camill. de Medic. *conſ. 147.num.15.* etenim reſpondetur, animaduertentes, primo,nullibi in contractu recognitionis legi iuriſdictionem ſtatus Sancti Angeli fuiſſe à perſona D. Landulfi in illam Domini Ioannis Vincentij translatam, quia, nec hoc cum Domini Proregis aſſenſu ſequi poterat; ſed tantum in eo contractu fuiſſe Ioannem Vincentium Procuratorem & Vicarium ad iuriſdictionem exercendam, conſtitutum, ſicque iſte vti Domini Landulphi Procurator iuriſdictionem exercuit, adeò vt ad hunc actum validandum,nec Regio aſſenſu opus erat,quia nulla lege feudi cauetur, vt in conſtitutione, Procuratoris ad feudum adminiſtrandum, vendendum, vel obligandum Domini aſſenſus requiritur, vt per in-
13 ſignem Camer. *in cap. Imperialem. fol.51.lit. P.* Capic. *in inueſt.feud.in verſ.neceſſitas, verſ. aſſenſus, fol. 80.* Marin.Frecc. *lib.2.de ſubfeud.in 1.auth. in limit. ad conſtit.conſtitutionem diuæ memoriæ, num.165.fol. mihi 164.* & Ioan.Vinc. de Anna *in repet. ad eandem conſtit. num.246.* & hæc fuit vna ex principalioribus rationibus, quæ me mouit ad firmandum contra Camill. de Medic.vt in locatione feudi cum iuriſdictione, & vaſſallis Regius non requiratur aſſenſus, cum conductor non ſit noua perſona in feudo, nec quod facit, ſuo nomine facere dicitur; ſed Domini qui verè poſſidet, & vti illius Procurator, ſiue ſubſtitutus, *lib.1.mear. reſol.cap.31.per tot.* At in hoc non inſiſto, quia Domina Brigida non fuit immiſſa in quaſi poſſeſſionem iuriſdictionis ſtatus 14
Sancti Angeli, ſed commoditatis percipiendi emolumenta iuriſdictionis, quam ad hunc effectum abſque aſſenſu locari poſſe ipſemet de Med. admittit *cit.conſ.147.num.16.* ex Bald. *in leg.vſufruct.ff.ſoluto matrim.* cui addo viuium *deciſ.126. num.5.* & doctiſſimum Capibl. *in pragm.8.par.1. num.155.de Baron.* Ratio aſſignatur, quia commoditas iuriſdictionis, quæ in prouentuum exactione conſiſtit, eſt quid diuerſæ naturæ ab ipſa iuriſdictione, vt ſatis bene ratiocinatur Reg. Lanar. *conſ.34. num.7.* dum dixit, quod licet iuriſdictio ſit de Regalibus, tamen prouentus, qui iuriſdictionis fructus dicuntur iuxta Andreæ ſententiam *in cap.1.§.hæreditatem, de pace tenend.* de regalibus non dicuntur, ſicut fructus feudi feudales non cenſentur, vt per DD. quos ibidem citat, quibus addo Paris de Puteo *in ſuo tract. de reintegr. feud.cap.20. num.2.* & Iacob. Anton. de Mauro *allegat.48. per tot. numer.3.* omnino legendum. Hæc ſatis ad reiiciendam tertiam nullitatem.

Modo ad quartam reuenientes, in qua conten- 15
dunt Aduerſarij, ius Ioanni Vincentio ex contractu recognitionis quæſitum, fuiſſe ipſius morte extinctum, idque ſane ſiue de tenuta loquamur, ſiue de facultate percipiendi fructus, & adminiſtrandi iuriſdictionem, ſiue de commoditate fructuum, ſiue & tandem de mandato ad exigendum fructus; nam quod tenuta fuerit extincta aiunt probare Chriſtof. Paz. *de tenuta cap.8.num.50.* idemque de commoditate percipiendi fructus, & adminiſtrandi iuriſdictionem, quæ cum vſumfructum importare præſupponatur ex aduerſo, morte Ioannis Vincentij fuit ille extinctus, nec aliter in illius hæreditate remanſit, ad tex. *in leg. hæreditas, in multis 61.in fin.ff.de acquir. rer.dom.* & *in leg.vſuſfructus 26.ff.de ſtipul.ſeru.* & multo magis de commoditate fructuum, aut de mandato ad exigendum 16
fructus, quod morte tam mandantis, quam mandatarij extinguitur, *leg.inter cauſas ff.mand.* ex quibus argumentatur ex aduerſo, quod cum iura Ioannis Vincentij per illius mortem ſint penitus extincta, conſequens eſt dicere, vt nullius momenti iudicanda ſit ſententia immiſſionem Dominæ Brigidæ concedens ſuper iuribus non exiſtentibus.

Sed reſpondemus, falſum eſſe omnino Aduerſa- 17
riorum præſuppoſitum; illud enim; quod præſupponunt,eſt, vt facultas iſta percipiendi fructus, & adminiſtrandi iuriſdictiondem Ioanni Vincentio conceſſa, importet vſumfructum, ſicque vt per recognitionem euaſerit ille ſtatus Sancti Angel.vſufructuarius; & cum iam ſit defunctus, remanſit extinctus, vulgatis iuribus, hoc dico falſum eſſe. Probatur; nam ſi facultas illa percipiendi fructus, & adminiſtrandi iuriſdictionem conſideraretur, vt vſuſfructus in perſonam Ioannis Vincentij, ſequeretur certè dicendum per recognitionem illam fuiſſe inductam feudi diuiſionem; nimirum, vt dominium eſſet penes Landulphum, vſusfructus verò penes Ioannem Vincentium, id quod Pragmatica ſanctione, quæ eſt 4.in 5.cap.de feud. ſupra cit. prohi- 18
betur omnino; longè enim diſtat ius vſusfructus à commoditate percipiendi fructus, quam dicimus nos Ioannem Vincentium in vita aſſequutum fuiſſe; ius namque formalis vſusfructus neque cedi,neque obligari poteſt, bene tamen vſusfructus commoditas, *leg.arboribus 13.verſic.vſufructuarius. ff.de vſufr.§.1. Inſtit. de vſu.& habit.* Bart.*in l.ſi is,qui 11. §.vſusfructus, num.2.de pignor.*& *in leg.1.num.8.Cod. de*

de petit.honor.ſubl. Negnſant. *de pign.part.2.memb.3.n.* 9.10 *&* 11. Caſtill. *de vſufr. c.69.n.7.& c.10.n.6.* Pacific. *de Saluian.interd. inſpect.3.c.2.n.805.* vbi expreſſis verbis ait, quod ſi dicamus vſusfructus commoditatem eſſe penes debitorem, poterit in eum experiri Saluiano interdicto, idemque aliis relatis Merc. Merlin. *de pignor lib.2.tom.1.quaeſt.23.num.* 7. 8. *&* 9. & ad rem noſtram D. Reg. de Ponte *conſ.*
19 156.*à n.*93.*lib.*2. vbi docet ſubreptitium fuiſſe aſſenſum, dum pater refutando feudum filio reſeruauerat ſibi ſua vita durante vſumfructum feudi, & demùm in ſupplicatione pro aſſenſu dixerat ſibi reſeruaſſe fructus, ſicque ait falſum expreſſiſſe, cùm maximè interſit inter vſumfructum, & fructus, quia de fructibus poteſt feudatarius diſponere ſine aſſenſu, vſusfructus autem abſque aſſenſu conſtitui non poteſt, vt per Andr. Bald. Aluar. & alios, quos citat. Vndè ſubdit D. Reg. *numero.* 96. quod cùm ſit quid diuerſum, falſa fuit ſupplicatio, & conſequenter aſſenſus ſubreptitius, quia ſi pater refutans expoſuiſſet ſibi reſeruaſſe feudi vſumfructum, aſſenſus non fuiſſet præſtitus, id quod longa manu comprobat Conſil. Theodor. *alleg.* 5. vbi dicit, poſſe quem abſque aſſenſu acquirere commoditatem percipiendi fructus ex feudo, at ſecus verum vſumfructum.

20 Poſito hoc, nimirum Ioannem Vincentium per recognitionem ſibi à Landulpho factam non aliter acquiſiuiſſe vſumfructum ſtatus Sancti Angeli, ſed tenuiam tantum, quæ conſiſtit in ſola commoditate percipiendi fructus, hæc certe per eius mortem non fuit extincta, cum illius ſit naturæ, vt ad hæredes tranſeat, *leg.neceſſario, 9. fin.* vbi Alber. & cæteri *ff. de periculo, & commodo rei vendit.* Conſil. Anas *var. lib.3. cap.49. num.* 7. & in propriis terminis noſtris D. Reg. Galeot. *contr.* 36. *lib.* 1. idemque reſpectu mandati quod licèt regulariter morte mandantis, & mandatarij extinguatur, iuribus ſuperius citatis, hoc tamen limitatur quoties quis eſſet conſtitutus procurator irreuocabilis, & in rem propriam, prout Ioannes Vincentius à Landulpho conſtitutus extitit *l.quæ omnia 25.§.fin.ff. de procur.* Ruin. *conſ.* 115. *num.*15. *lib.* 1. quo loco dicit irreuocabile eſſe mandatum, quando illud, quod in mandato continetur in ſtipulatione eſt deductum.

Hæc ſatis ad demonſtrandam Iuſtitiam D. Brigidæ.

Donatus Antonius de Marinis.

SVMMARIVM.

1 *Textus* in leg.1. ff. de priuilegiis creditorum, *&* c.1. Titius ſi de feudo defuncti, *explicantur.*

2 *Creditor agnatus præfertur creditori extraneo in venditione, vel locatione bonorum debitoris.*

3 *Creditor de quo ſupra præfertur dummodo emptio celebrata non fuerit.*

4 *Doctores in præſenti adducuntur pro doctrina ſupra tradita.*

5 *Deciſio punctualis affertur, quod capta poſſeſſione non competat prælatio, de qua ſupra.*

6 *Domini Regentis Sanfelicij deciſio* 104. *adducitur.*

7 *Domini Conſiliarij Marciani diſputat.* 50. *n.24.lib.1. in præſenti adducitur.*

8 *Textus* in leg.1. ff. de priuilegiis creditorum, *cui creditori prælatio detur.*

9 *Filij vulgò quæſiti naturales non veniunt appellatione agnatorum, & coniunctorum, vſque ad num.*10.

11 *Naturales, & illegitimè nati non veniunt ſub ſtatuto de compromiſſo.*

12 *Baſtardi non dicuntur eſſe de familia, vel agnatione, vſque ad num.*13.

14 *Textus* in dict.l.1. ff. de priuilegiis creditorum *loquitur de creditoribus hypothecariis ſuper re.*

15 *Prælatio competens in venditione, vel locatione feudi non habet locum in feudo nouo, vſque ad num.*16.

17 *Prælatio non competit agnato in locatione feudi.*

ARGVMENTVM.

Præferri, quiſnam debeat in venditione ſub haſta, quæ fit de re debitoris, ipſius creditoribus inſtantibus, agnatus, vel creditor; & quid, ſi agnatus eſſet ſimiliter creditor; & an prælatio hæc, perfecto iam venditionis contractu, exerceri poſſit ad intellectum & germanam explicationem textus *in l. de priuileg. creditor.* Illegitimè natus, an comprehendatur ſub ſtatuto diſponente, vt lites inter coniunctos exorientes per arbitros terminentur. Prælatio an competat filio in venditione feudi per patrem pecunia quæſito: & de aliis.

ALLEGATIO CXLI.

CVM præuio noſtri ſupremi Senatus Decreto Terra Carouinei pro duobus annis locata eſſet Domino Proſpero Caſtaguto ad rationem ducat. quatuor millium cuiuſlibet anni, inſtantibus & conſentientibus creditoribus D. Auguſtini Serra, in cuius poſſe Terra producta è patrimonio quondam N. fuit tranſlata; comparuit Dominus N. & aſſerens ſe creditorem Auguſtini, ac in ſimul agnatum proximiorem, petiit declarari, fore ipſum in affictu prædicto præſentato Domino Proſpero præferendum, idque ex vulgata diſpoſitione text. *in leg. prima, ff. de priuileg. creditor.* & *in cap. 1. §. Titius, in tit. ſi de feud. defunct.* 1

Sed quod in vanum laboret, ſatis ex infraſcriptis conſtare credo indubitanter; & primò quia tempora non largiuntur, nam quod in venditione, vel locatione bonorum debitoris poſſit creditor agnatus extraneo creditori præferri, opus eſt, vt petatur prælatio, quodquę de ea agatur priuſquam res vendita, 2

dita, vel locata ſit; ita apertè indicant verba text. *in dict. leg. prima in princip.* ibi, *cum bona venerunt debitoris*; Sicque Caij Iuriſconſulti reſponſum communiter intellectum habes ex dictis per Petrum Vandoranum *in ſuo opuſc. de priuil. creditor. cap.* 12. *circa finem*, vbi ſic loquitur. *Quæ autem ſupra de cre-*
3 *ditorum, & cognatorum priuilegio dicta ſunt ita velim temperari, ſi nondum ex legis præſcripto, emptio celebrata ſit, ea enim completa nullus eſt reſciſſioni locus. Nam grauis hæc videtur iniuria, licet honeſtatis prætextu tegatur leg. dudum Cod. de contrah. empt. quod emptione ſolemniter contracta, alij ius ſuum emptor concedere cogatur, nec verò vlla eſt ratio quæ propter cognationis, vel obligationis ius contractum reſcindi requirat. Cum enim per Præconem tempus rei ſubhaſtæ vendendæ publicè ſoleat denunciari, ſanè per ipſum ſtetit, & ſuæ culpæ debet adſcribere, qui non tempeſtiuè futuræ actioni ſe parauerit.* Huicque ſententiæ adhæſerunt
4 pariter Sab. de Monte *in tract. de empt. & vendit. part.* 5. *ſub num.* 90. Aſin. *de exequut. ſentent.* §. 6. *cap.* 10. Et Senatus noſter ſemel, atque iterum. Sic primò atteſtante Domino Conſil. de Bottis *in addit. ad Bart. in d. leg. prima*, & per hæc verba *Die* 10. *Iunij* 1575. *in cauſa creditorum Magnifici Fabritij Mormilis, dum*
5 *eſſet vendita quædam Domus dicti Fabritij præcedente ſubhaſtatione ad inſtantiam eius creditorum, & liberata Roſella Cirolla, quæ cœperat poſſeſſionem, comparuit Magnificus Valerius Mormilis creditor, & cognatus petens præferri in venditione dictæ domus pro eodem pretio vigore huius text. & tandem (me referente) per S. C. iunctis Dominis duarum Aularum, fuit excluſus, quia creditio erat iam facta.* Hæc ille. Itemque
6 & ſecundò ſic confirmante Domino Regente Sanfelicio *deciſ.* 104. vbi expoſita venali terra Sancti Ioannis, ordine S. Conſ. ac viſis videndis, Franc. de Angelis ad dicta, inſtitit pro prælatione D. Michaëlis Cataniglia debitoris Feudatarij creditor, & agnatus proximè ſucceſſurus, oblatam à Franc. emptore pecuniam depoſitans, & cum ex aduerſo opponeretur, ſerò D. Michaëlem comparuiſſe, ex quo perfecta erat venditio, quamuis poſſeſſio adhuc tradita non extitiſſet, Decreto S. C. facta relatione in Collaterali Conſilio, & coram olim Domino Cardinali Zapata, Regni huius Locumtenente fuit prouiſum conſignandam eſſe poſſeſſionem Franc. emptori, oppoſitis per D. Michaëlem non obſtantibus, idemque D. Io. Franc. Marcianus *diſput.* 50. *numero* 24. *lib.* 1.
7 Vnde in caſu noſtro dum Dominus N. non dico Præconis voce certioratus, ſed ad audiendam prouiſionem per S. C. faciendam ſuper oblatione facta per Dominum Proſperum monitus, & quod plus, ipſo præſente, & ſe opponente, dum cauſa in Aula S.C. agebatur, verbum aliquod circa prælationem, pro qua modo inſtat, modo aliquo protulerit, non video ex hac ratione quo ſuadente ſpiritu perfecto iam conductionis contractu ad aliorum iura vſurpanda hodie accedat; eoque magis, ſi conſideramus prælationem, quæ ex diſpoſitione textus *in dict. leg.* 1. *ff. de priuileg. cre-*
8 *ditor.* competit creditori agnato, vel etiam ſimplici creditori, tunc demum locum habere poſſe, quando emptor non reperitur, ſicque tractatur de adiudicanda re alicui ex creditoribus eam petenti; eo enim caſu dicamus, quod ſi alius creditor concurreret in parificatione pretij, ille præfertur, qui eſt creditor, & agnatus, & concurrentibus agnato, qui non eſt creditor, & alio, qui eſt creditor, hic præferatur, & inter plures creditores non agnatos, ille, cui maior pecunia debetur, ita ſatis benè ad litteralem intellectum illius tex. notat ibi gloſ. Iacob. de Aren. Bart. Alberic. Gottofred. & communiter omnes.

Secundo & melius, eſto millies, quod temporis au- 9
xilio D.N. non eſſet deſtitutus dum in comparitione, & libello per ipſum præſentato aſſeruit eſſe agnatum proximiorem, & creditorem, credo, quod ſatis errauerit, nam ſi Auguſtini agnatum ſe eſſe putat, negatur; conſtat enim N. Patrem ſuum ex illicito coitu genitum, & natum fuiſſe, ſicque vti talem nullum agnationis ius, quod ad N. filium tranſmiſſum dici poſſemus, cum Auguſtino habuiſſe, ſunt iura nimis vulgata *in l.* 4. *&* 5. vbi DD. communiter *ff. vnde cogn.* & *in* §. *vul-*
gò quæſito, Inſtitut. de ſucceſſ. cogn. etenim coniunctorum 10
appellatione naturales non veniunt, gloſ. *in clement. vnica, in verb. liberi, de baptiſm.* Io. Andr. & Innoc. *in c. nonnulli,* § *ſunt & alij de reſcript.* Bald. *in l. cum acutiſſimi, Cod. de fideicom.* & *in leg. id quod pauperibus, C. de Epiſcop. & Cler.* nam coniunctus propriè ille dicitur, qui aliquo modo poteſt ab inteſtato ſuccedere, gloſ. & DD. *in cap. poſtremò, de appellat.* Lanar. noſter *conſ.* 53. quodque illegitimè natus, quamuis legitimatus nullo pacto agnatis, & cognatis patris ſui ab inteſtato ſuccedere poſſit, cautum eſt verbis expreſſis *in* § *filium verò. Auth. quibus mod. natur. effic. ſui,* & *in l. communium,* §. 1. vbi Scilicet. *Cod. de natural. liber.* & ſi illegitimè natus cognatus dici non poteſt, multo minus conſanguineus, Bald *in leg. fratres, num.* 2. *Cod. de inoff. teſtam.* & *in leg. fin. Cod. de verb. ſignific.* vbi in puncto dicit naturalem, ex quo ille de legitimis nuptiis non naſcitur, conſanguinitatis iura non habere, cùm conſanguinitas ibi conſideretur vbi legitimæ interuene-
runt nuptiæ *leg. cum legitimè* vbi gloſ. *ff. de ſtatu homi-* 11
num, cum aliis relatis per me *lib.* 1. *mearum reſolutionum cap.* 321. vbi ſuis iuribus attentis in terminis noſtri ſtatuti diſponentis, vt lites inter coniunctos exorientes per arbitros terminentur, probaui illegitimè natos ſub illo non comprehendi, ſicque per S.C. pronunciatum, referente Domino Conſ. Conſtan-
tio retuli, & indiuidualiter, quod ex quo baſtardi non 12
dicuntur eſſe de familia, vel agnatione, vt per Bald. *in leg. pronunciatio,* § *familiæ ff. de verb. ſignif.* ius retractus, ſiue, prælationis non habeant; & non ſolum ipſi, ſed nec etiam eorum filij de legitimo matrimonio nati, dixerunt Angel. *conſ.* 191. *per tot.* Dec. *conſ.* 471. Gugl. de Bened. *in cap. Raynutius in verbo, & uxorem nomine Adelaſiam, in* 5. Dec. *n.* 153. *per tot.* Manſuer. *in titulo. de retract.* §. *penult.* Afflict. noſter *in tract. de iure prothom. in princ. leg. num.* 34. *verſ. ſed iuxta hoc quæro. fol.* 24. *à terg. & pariter* Arnoldus Ferron. *ad
conſuet. Burdeg. tit. de retractu,* §. 6. *col. penult.* §. 10. *verſ.* 13
præterea ſpurij, & Tiraq. ſcitiſſimè *in tract. de retract.* §. 1. *gloſ.* 8. *num.* 6. & 7.

Deficiente ergo in Domino N. hoc agnationis iu- 14
re, vt videant Domini Iudicantes quàm fruſtra ille egerit, poſſem bene probare illum, nec creditorem eſſe, ſi conſideramus mentem I.C. *in dict. leg.* 1. *de priuil. cred.* vt ſenſerit de illis creditoribus, qui bona, quæ venduntur eorum hypothecis ſubmiſſa habeant, quod quidem ius ſuper Terra Carouinei Dom. N. non habere in facto pluſquam certum eſt, & quando contrarium conſtaret, cum Dom. Proſper longe maioris ſummæ ſit creditor, & in forma valida feudum illud obligatum tenet, ſubintrat indiuidualis determinatio eiuſdem tex. *in vlt. reſp.* vt inter creditores, is ſit potior, cui maior pecunia debetur.

Tertiò ſi prætenderet Dominus N. hoc petitum 15
prælationis ius ſibi competere, vti filio quondam N. in cuius patrimonio terra Carouinei remanſit, obſtat eidem factum, obſtat, & ius; factum cum licèt verum ſit feudum illud in N. hæreditate remanſiſſe, attamen demum cum eiuſdem Dom. N. filij conſenſu iudicialiter præſtito in Auguſtinum, iudicis quoque competentis accedente auctoritate translatum illud

fuit

fuit, ſicque exiuit iam de Patrimonio N. eum ipſitis filij deliberato conſenſu; obſtat ius; nam dato, quod N. viueret & in eius poſſe Terra Carouinei extaret, ea vendita Dom. N. filius petens ſe extraneo emptori præferri ex diſpoſitione tex. *in capite.* 1. §. *Titius ſi de feud. defuncti*, omninò veniret excludendus, ex
16 quo dictus N. pater fuit illius feudi primus acquiſitor, quo caſu, non eſt qui dubitet retractui locum non eſſe, cum ceſſet ratio, ita communiter Feudiſtæ *in dict.* §. *Titius*, Scrader. *de feud. part.* 8. *c.* 7. *n.* 31. *& ſeq.* Reg. de Ponte *tract. de poteſt. Proreg. tit.* 10. §. 1. *num.* 20. Reg. de Curt. *in* 2. *part. diuerſ. feud. cap.* 4. *num.* 43. Maſtrill. *deciſ.* 8. *in fin.* vbi hoc pro indubitato affirmat. D. Reg. Sanfelic *deciſ.* 284. *numer.* 10. Ego ipſe *reſol. iur. lib.* 1. *cap.* 24. *n.* 11. & ea eſt potiſſima ratio, quia in feudo nouo, nullum ius habet agnatus, & ſi hoc in alienatione feudi de plano procedere dicimus, quanto magis in locatione, adhuc ſi feudum eſſet antiquum,
17 cum apud nos crebrius obtinuerit ſententia illa, nimirum, vt in contractu locationis feudi ius retractus agnato non competat ex ratione per me adducta *eod. lib.* 1. *c.* 133. *num.* 34. quo loco ſic per S. C. iunctis Dominus Conſiliariis duarum Aularum deciſum retuli.

Hæc breuiter, & currenti calamo ſcripſi, cætera suppleat Religio Supremi Senatus.

Donatus Antonius de Marinis.

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutio in integrum impediens exequutionem ſententiæ qualiter ſit concedenda?*
2 *Reſtitutio in integrum aduerſus ſententiam non datur, niſi præcedente habilitatione perſonæ.*
3 *Tertius veniens ad cauſam, vt audiri poſſit, incontinenti tenetur probare ſuum intereſſe.*
4 *Reſtitutio in integrum fundatur principaliter in læſione.*
5 *Sententia lata cum vno, qualiter, & quomodo noceat contra alium.*
6 *Sententia, à qua reclamari, vel appellari non poſſit, an poſſit impediri pro in integrum reſtitutione.*
7 *Text.* in leg. à ſententia, ff. de appellationibus, *adducitur.*
8 *Tertius veniens ad cauſam pro intereſſe ſeparato, an, & qualiter ſit audiendus.*
9 *Deciſio Domini de Franchis 75. adducitur pro quæſtione.*

ARGVMENTVM.

Tertius oppoſitor veniens ad cauſam inter alios vertentem poſt latam ſententiam, num poſſit pro ſuo intereſſe ab illa appellare, reclamare, vel ſi eſſet priuilegiata perſona in integrum reſtitutionem petere; & quid ſi intereſſe, quod allegat non eſt illud idem, quod eſt Actoris, vel Rei; ſed omninò ſeparatum à iure deducto inter principales collitigantes: & de aliis notabilibus.

ALLEGATIO CXLII.

FIDEICOMMISSARII ſiue tutores filiorum quondam Iacobi Serra, qui in iudicio moto per Proſperum Caſtagnum contra Auguſtinum Serra comparuerũt 1
poſt latam ſententiam, vt illius exequutio impediretur, ſupplicarunt fore eis concedendam Regiam decretationem, vt iterum fiat verbum ad finem videndi an ſit deferendum petitæ reſtitutioni in integrum, ſed eſſe illam à præſtantiſſimo Domino meo Præſide omnino denegandam, probatur ex infraſcriptis.

Primò, nam cum vſque adhuc non fuerint per S.C. 2
habilitati vt poſſint audiri in hoc iudicio, imò nec etiam inſtitum, vt audiantur, non video quo pacto ſic inordinatè, & ex abrupto poſſint aduerſus ſententiam inter alios latam in integrum reſtitutionem petere; poterit enim dari caſus, vt inſtantibus audiri, denegetur audientia, & ita ſuo tempore fundabitur, ergo.

Secundò quòd cum tertius veniens ad cauſam, vt 3
audiri poſſit cogatur preciſè in continenti docere, & probare ſuum intereſſe, vt eſt tex. *in cap. veniens*, *il* 2. vbi Innoc. & communiter Canoniſtæ, *extr. de teſtibus*, iſti fideicommiſſarij volentes pupillorum intereſſe demonſtrare, præſentarunt mandatum exequutiuum rotæ ciuilis Ianuæ, ſuper quo, vſque adhuc Sacri Conſilij brachium non fuit impartitum, in eoque legimus fore exequenda bona quondam Pauli Serra; at Terra Carouinei nunquam fuit in bonis quondam Pauli, ergo, & ſi dicatur feudum illud fuiſſe Paulo obligatum, non per hoc ſequitur, vt ſit obligatum creditoribus ipſius Pauli, qui ſuper eorum creditis Regio carent aſſenſu.

Tertiò quod cum hi prætenſi Pupilli aduerſus la- 4
tam ſententiam in integrum reſtitutionem petant, certè ex illa ſupponunt ſe læſos, ex quo fundamentum reſtitutionis in integrum non eſt aliud, niſi læſio, *l. nam & poſtea,* § *ſi minor ff. de iureiur.* Abbas *in cap. ex literis, num.* 5. *de reſtit. in integrum.* Rot. *dec.* 1. *eod. tit. in nouis, &* 194. *num.* 4. *apud Cardinal. Caualerium.* Sed hoc affirmare ſatis eſt impertinens, nam cùm fuerit res inter alios acta, ſucceſſiuè præiudicium aliquod non vocatis, nec auditis afferre non potuit, *toto tit. res inter alios acta*; & quamuis regulariter ſententia lata cum 5
legitimo contradictore, quoad alios, quorum in conſequentiam intereſt, ius faciat, hoc tamen verum, vbi illorum ſaltem per proclamationem præceſſerit citatio, quia aliàs nullum eis afferret præiudicium, vt ex Alex. & Ant. Capyc. probat Dominus de Franch. *dec.* 523. *num.* 13. *&* 14. ſi igitur nullatenus dici poteſt ſententiam, de qua agimus attuliſſe præiudicium iſtis, qui pro reſtitutione modò inſtant, ex eo quod non fuerunt vocati, nec auditi, nec eorum intereſſe eſt illud idem, quod habet victus, conſequens eſt dicere, vt nullo pacto læſio aliqua conſiderari poſſit, & dum non poteſt conſiderari læſio, fruſtra in integrum petitur reſtitutio.

Quartò concluſio modo firmata eò fortiùs ſine 6
controuerſia procedet, ſi conſideramus iſtis mino-

ribus, nec etiam appellationis, ſiue reclamationis remedium, quod eſt ordinarium poſſe concedi; nam ſi verum eſt illorum prætenſum,& aëreum intereſſe non eſſe illud idem, quod habet in hoc iudicio vocatus; ſed penitus ſeparatum, ſequitur, vt à ſententia, de qua agimus, vti inter alios lata à tertio appellari, ſiue reclamari non poſſit, & dum non poteſt appellari, ſiue reclamari, eo magis nec in integrum reſtitutio peti; etenim tunc demum à ſententia inter alios lata tertius veniens ad cauſam appellare poterit, ſi intereſſe quod habet eſt illud idem, quod habet victus, probat hoc tex. ſatis vulgatus *in leg. à ſenten-*
7 *tia, ff. de appellat.* vbi Iuriſconſultus prohibens appellari à ſententia inter alios lata, id declarat, niſi tertius, qui venerit ad iudicium iuſtam appellandi cauſam habuerit, & quæ ſit hæc iuſta cauſa, quatuor exemplis demonſtrat, quibus cernitur apertiſſime intereſſe tertij appellantis debere eſſe illud idem, quod habet victus, & in his terminis ſunt intelligendi omnes DD. qui tertium ad appellandum à ſententia inter alios lata admiſerunt; Cæterum vbi intereſſe tertij ad cauſam venientis eſt penitus ſeparatum ab illo, quod habet victus, nullibi in tex. prædicto legitur, nec ratio aliqua ſuadet, vt poſſit quis appellare à ſententia, quam nullo pacto dici poteſt eundem grauaſſe; poterit enim de iuribus ſuis experiri quandocumque ſententia inter alios lata non obſtante.

8 Hinc magis communiter voluerunt DD. quod quãdo tertius venit ad cauſam, non ad coadiuuandum iura Actoris vel Rei conuenti, aut ad infringendum iura alterius, ſed pro intereſſe penitus ſeparato ab illo Actoris, & Rei, prout in caſu noſtro, non eſt audiendus, nec admitti debet in illo iudicio, ſed opus eſt noua inſtantia, & nouo proceſſu, ita Innoc. Ant. de Bu. r. Bellamer. & Felic. *in cap. cum ſuper, de ſent. & re indic.* Rot. *deciſ.* 4. *de indic. in antiquior.* Couar. *pract. quæſt. cap.* 14. *num.* 4. Gaill. omninò videndus *obſer.* 69. *num.* 2. & *obſer. ſeq. numer.* 24. aliique relati per Rouit *deciſ.* 1. *num.* 12. *verſ. alij vero*, & *n.* 30.

9 Quintò ad prædicta, corroborandum, vt iuſtitia Domini Proſperi eo magis pateſiat pro deneganda petita Regia decretatione, rogo aduertatur quod ſi Terra Carouinei eſſet vendita, & pretium ab emptore depoſitum, concurrentibus ad illius liberationem prædictis pupillis, Paulum repræſentantibus, & Proſpero huic omninò eſſet illud liberandum, non autem pupillis, qui ſuper eorum prætenſo credito Regio carent aſſenſu, verſaremur enim in puris terminis deciſionis relatæ per Dominum de Franc. quæ eſt 75. in ordine.

Quibus ſic ſtantibus non obſtant DD. relati per Menoch. de præſumpt. *lib.* 2. *præſumpt.* 47. *num.* 4. & *per Gurb. dec.* 90. *n.* 3. nam loquuntur in caſu diuerſo ac proinde allegari non merentur.

Donatus Antonius de Marinis.

SVMMARIVM.

1 *Dos integra à matre filiæ collata, bonaque omnia antiqua in illius hæreditate remanſa, an ſint diuidenda inter filiam ex primo matrimonio ſuſceptam, & filium ex matrimonio natum vigore conſuetudinis Ciuitatis,* ſi qua moriens. *Et an ſit habenda ratio donationis filiæ factæ à matre in eius vita, & n.* 3.

2 *Conſuetudo prædicta, & alia huius Ciuitatis an locum habeant in diſpoſitionibus factis in vita, & quoties dominium, & poſſeſſio in vita diſponentis in alium tranſeunt: Et quid dicendum ſi diſpoſitio facta in vita ſuum non poteſt ſortiri effectum, niſi poſt mortem diſponentis.*

3 *Donatio facta à Matre quamuis viuente in hac Ciuitate Neapolitana an ſit in conſideratione habenda, ſi tantundem non remaneat pro filio: Et an mater cogi poſſit, ad filiam dotandam?*

4 *Soror ſuccedens cum fratre in bonis matris, an teneatur materno patrimonio dotem conferre habitam à matre, etiam in eius vita: Et an hodie, attento nouiſſimo iure Authenticorum locum habeat collatio inter ſuccedentes ex teſtamento.*

ARGVMENTVM.

Dos promiſſa à matre filiæ poſt mortem ſoluenda, nùm collationi ſubiecta ſit, cùm matri dotanti mors ſuperuenerit, aliis pariter filiis ſibi ſuperſtitibus. Diſpoſitio facta in vita à Ciue Neapolitano ex lege, vt poſt mortem diſponentis ſuum ſortiatur effectum, an dicatur facta in fraudem conſuetudinis, quæ mandat, vt ciuis de bonis antiquis non poſſit diſponere, niſi de medietate: & de aliis.

ALLEGATIO CXLIII.

PVTO ab omni dubio procul, integram dotem, bonaque omnia antiqua remanſa in hæreditate quondam D. Lucretiæ de Leyna Sancti Martini Principiſſæ, æquis portionibus fore diuidenda inter D. Mariam Caracciolam Rouæ Duciſſam, filiam ex primo matrimonio ſuſceptam, & D. Antonium Vrſinum oppidi comitem, ex ſecundo natum, nulla habita ratione dotationis dictæ Duciſſæ D. Mariæ, cum nuptui à communi matre tradita eſſet, ac teſtamentariæ diſpoſitionis dictæ Principiſſæ D. Lucretiæ, vbi directò aduerſantis municipali Sanctioni exordienti *ſi qua moriens*, idque ex ſequentibus. 1

Primò quia quamuis dotatio ſequuta fuerit in vita D. Lucretiæ matris, quo tempore inſpecto, ex communi noſtratum ſententia, conſuetudo prædicta, & aliæ huius Ciuitatis non procedunt, ex quo ſemper illam habuerint interpretationem, vt locum ſibi vendicent in morte, vt per Napod. in pluribus locis, & alios, quos retuli *lib.* 1. *mearum reſolutionum, cap.* 24. *num.* 7. & *cap.* 70. *num.* 21. attamen hoc procedere dico indubitanter, quando dominium, & poſſeſſio rei 2

con

conſuetudinibus ſubiectæ in vita ciuis diſponentis in alium tranſierunt, ſecus verò quando diſpoſitio facta in vita, ſuum non poteſt ſortiri effectum, prout in noſtri facti ſpecie, niſi poſt mortem diſponentis; hoc enim caſu, quia ſubſtantia promiſſionis confertur ad tempus ſecutæ mortis, & conſequenter tunc, & non ante oritur obligatio, vt *ex leg. vnic. C. vt action. ab hered. & contra hered.* poſt Imol. & Socc. fundat Loffred. noſter *conſ. 9. num. 5.* diceretur certè diſpoſitio facta in fraudem: & ſi ſecus diceremus, nunquam eſſet conſultum agnatis ſuper bonis antiquis, quilibet enim in vita diſponeret ad fauorem perſonæ ſibi meliùs viſæ, ea lege, vt poſt ipſius diſponentis mortem diſpoſitio illa ſuum ſortiatur effectum, quod quidem tolerandum non eſt.

3 Secundò dotatio facta a matre, quamuis in vita, nunquam in hac ciuitate eſt in conſideratione habenda, ſi tantumdem non remanet pro alio filio, quia diceretur facta in fraudem; nam cùm mater cogi non poſſit ad filiam dotandam, *leg. neque, Cod. de iur. dot.* cum paternum ſit officium, *leg. ſi pater, Cod. de dot. promiſſ.* quando mater vult dotare, ex quo nulla ſubeſt neceſſitas, prohibetur omninò, ita expreſſis verbis firmat Napod. *in conſuet. Et ſi mulier iuſtum, num. 13. de contract. int. vir. & vxor. fol. 284. verſ. item quid ſi vult.*

4 Ceſſat omnis dubitatio in caſu noſtro, nam eſto millies, quod D. Lucretia mater ſicut ſuarum dotium medietatem D. Mariæ Filiæ poſt mortem promiſit, vere in vita promiſiſſet, & inſimul conſignaſſet, ſicque, vt nulla reſpectu D. Antonij filij fraus conſiderari poſſit, adhuc hodie D. Maria, quæ matri ſuccedere vult, dotem illam in vita habitam materno patrimonio conferre teneretur, vt demum æqua lance bona omnia inter ſororem ipſam, & fratrem diuidantur, hic eſt tex. *in leg. vt liberis, Cod. de collation.* quæ licet loquatur, quando tractatur de ſuccedendo ab inteſtato, vel contra teſtamentum, idem pariter attento nouiſſimo iure Auth. ſi ex teſtamento, prout eſt tex. vulgatus *in Authen. ex teſtamento. Cod. de collation. & in corpore vnde ſumitur*, in quo probatur, ita demum collationem ex teſtamento fieri non poſſe, ſi pater, vel mater, qui in vita donarunt, illam expreſſe prohibuerint, cumque in caſu noſtro hæc collatio non reperiatur prohibita, ergo; vltra quod verè in caſu, de quo agimus, ſucceditur matri communi contra teſtamentum, & ſic fit locus indiniduali deciſioni *dict. leg. vt liberis.*

Donatus Antonius de Marinis.

SVMMARIVM.

1 *Factum exponitur.*
2 *Conſuetudo tantum habet de potentia, quantum de vſu.*
3 *Releuium ſoluitur per ſucceſſorem mortuo feudatario.*
4 *Succeſſor nouam ſuſcipit inueſtituram quando intrat in feudum.*
5 *Succedens in feudo ob ingreſſum Religionis feudatarij non tenetur ſoluere releuium.*
6 *Mors feudatarij intelligitur naturalis.*
7 *Foriudicato feudatario, non ſoluitur releuium ab agnato ſucceſſore.*
8 *Refutatione facta feudi non debetur releuium.*
10 *Releuium peti non poteſt, quando feudum repudiatur.*
11 *Eccleſiæ Prælato defuncto non ſoluit releuium.*
12 *Limitatur ſi fuerit reſeruatum releuium in conceſſione, vel Curia eſſet in poſſeſſione illud exigendi.*
13 *Prælatus ſuccedit in feudo tanquam Adminiſtrator.*
15 *Vniuerſitas non tenetur ad releuium, quamuis mutentur adminiſtratores.*
16 *Succeſſor in iuriſdictione criminali in feudum conceſſa, releuium non ſoluit.*
17 *Conſuetudo optima legum, & eorum, quæ occurrunt in facto interpres.*
20 *Regeſtris publicis creditur.*
21 *Feudo perueniente de priuato ad manus mortuas quindenis, quibuſcumque annis ſoluitur releuium. Emphyteuſi perperueniente de priuato ad manus mortuas ſingulis quindecim annis ſoluitur laudemium, ibidem.*
22 *Omiſſum in contractibus habetur pro omiſſo in damnum ſtipulantis.*

ARGVMENTVM.

Eccleſia, quæ feudum tenet à Rege, an ſingulis quindecim annis releuium fiſco ſoluere tenetur, & quid mortuo Prælato. Releuium an ſit ſoluendum, quando quis propter foriudicationem agnati feudatarij in feudo ſuccedit: & de aliis.

ALLEGATIO CXLIV.

Concesserat de anno 1495. Sereniſſimus Alphonſus Rex huius nominis Secundus, Venerabili Monaſterio Sanctæ Mariæ Montis Oliueti huius præclariſſimæ Ciuitatis, inter alia bona feudalia, Caſale quoddam, nominatum *de Aprano*, pertinentiarum Ciuitatis Aurerſæ, cum omnibus clauſulis fauorabilius, quæ excogitari poſſunt, nihil penitùs ſibi reſeruato, niſi feudali ſeruitio, ſeu adoha, quoties in Regno imponi contingeret; in cuius quidem Caſalis pacifica poſſeſſione, cùm ab eo conceſſionis tempore Monaſterium prædictum vſque adhuc reperitur, nullo alio onere grauatum, niſi præſtationis adhoæ, elapſis modo centum, & quinquaginta quinque annis, compertum eſt, fuiſſe per Regiam Cameram relaxatam citationem, Fiſco Regio inſtante, ad hoc vt Monaſterium cauſam allegaret, 1

garet, ob quam aſtringi non deberet ad ſoluendum releuium, quod ſingulis quindecim annis, cum res ad manus mortuas, vt aiunt, deuenit, ſolui debere, conſuetum eſſe ſupponitur; cuius quidem inſtantiæ, ſeu mauis, nunquam auditæ nouitatis Abbas, & Patres participes facti comparuerunt in Regia Camera, & ad id non teneri reſponderunt, eo Potiſſimum perpenſo, nimirum, cùm nulla lege, nec communi, nec municipali cautum ſit in hoc Regno, vt Feudatarij ad releuium ſoluendum cogi poſſint; ſed moribus (ſic loquuntur Noſtrates) ſiue conſuetudine in vno tantùm caſu fuiſſe releuij ſolutionem introductam, ita Andr. *in cap. 1. §. ſed & res, num. 7. & 8. per quos fiat inueſt.* & *in Conſtit. poſt mortem*, & cæteri paſſim.

2 Hoc ſuppoſito vulgatiſſimo axiomate, quia conſuetudo tantum habet de potentia, quantum habet de vſu, & proprios terminos non excedit, itavt nec ad alios, etiam eiuſdem naturæ extendi poſſit, *cap. quoad conſultationem*, vbi Abb. *in vlt. notab. extr. de offic. deleg.* Bal. *in leg. fin. col. pen verſ. vnum aliud. Cod. commun. vtriuſq. iudicij*, Tobias Nonius *conſ. 48. n. 23.* Rol. à Vall. *conſ. 35. ſub num. 30. lib. 3.* & alij; dico,
apud nos, in illo tantum caſu conſuetudine, ſiue
3 moribus fuiſſe introductum, vt ſoluatur releuium, nimirum, quando feudatarius moritur, vt ad hoc onus præſtandum filius, vel agnatus, qui ex lege inueſtituræ in feudo ſuccedit, teneatur, & hoc pro renouatione inueſtituræ, in ſignum deuotionis, & reuerentiæ, ad notata per Bald. *in leg. 1. num. 4. ff. de rer. diuiſ.* illudque præſtatur, quia ſucceſſor nouam recipiens inueſtituram, ad feudum habet introitum, gloſ. *in d. Conſtit. poſt mortem, in verb. recepto*, & Andr. *in capit. primo, §. ſi mulier, numer. 14. de capit. Corrad.*

4 Ideoque cùm dubitaretur, an ſucceſſor in feudo
5 ob ingreſſum feudatarij in Religionem, & profeſſionem ſolemnem inde ſequutam, teneatur ſoluere releuium, negatiuè fuit reſponſum, quia conſuetudo, quæ releuij ſolutionem introduxit, loquitur de morte feudatarij, & licèt ob Religionis ingreſſum profeſſione ſequuta, hic, qui profeſſus eſt, pro mortuo habeatur, *Auth. ingreſſi, Cod. de ſacroſ. Eccleſ.* ob
6 quod feudum perdit, quia domino ſeruire non poteſt, tamen vere non poteſt dici mortuus, & cum mos ſoluendi releuium, intelligatur in eo, qui propter veram mortem ad feudum admittitur, non autem in eo, qui propter fictam, ergo: ità, Marin. Frecc. *de ſubfeud. lib. 2. in 3. auth. à num. 22.* vſque & per totum *num. 26.* vbi addit, hac eadem ratione atten-
7 ta, idem eſſe dicendum de eo, qui propter foriudicationem agnati feudatarij in feudo ſuccedit, & D. Reg. de Pont. *in tract. de poteſt. Prorega. tit. 8. num. 5.*
8 addit, quod ſi quis per refutationem, & ſic per contractum inter viuos feudi vtile dominium nanciſceretur, ad releuium non teneretur, quia moribus introductum eſt, vt iſtud præſtetur, quando quis per
9 mortem ſuccedit feudatario, non autem per contractum; quibus ſanè repetitis concluſionibus inſignis Camill. de Medic. *conſ. 55.* conſuluit, & prudenter, nullo pacto poſſe Regium Fiſcum releuium prætendere per mortem defuncti feudatarij, quando filius, vel agnatus videns, æs alienum feudi valorem
10 excedere, hæreditatem repudiat, quia cùm conſuetudo introduxerit, vt ab hærede tamen, & ſucceſſore in feudo ſoluatur releuium, & pro renouatione inueſtituræ, quia hic filius non vult eſſe hæres, nec ad feudum habere introitum, conſequens eſt, vt ab hoc onere releuij ſit ille exemptus.

11 Et magis ad rem, cùm pariter fuiſſet dubitatum, an Eccleſia, quæ feudum tenet à Rege, Prælato defuncto, ad releuij ſolutionem teneretur, communiter noſtrates negatiuè reſponderunt, & primus omnium Andr. *in dict. cap. 1. §. ſi mulier, numer. 15. & ſeq. de cap. Corrad.* vbi Afflict. & cæteri ſine contradictore, niſi in conceſſione (ſic ratiocinantur
Andr. & Affl.) fuerit expreſsè à concedente feudum 12
Eccleſiæ reſeruatum releuium, idemque & ſatis benè Marin. Frecc. *loc. cit. n. 39.* vbi diſertis verbis docet, Eccleſiam in Regno per mortem Prælati non ſoluere releuium; quia de prælato non introduxit conſuetudo, neque fuit cum eo vſitatum, item quia Prælatus in feudo iure hæreditario non ſuccedit; ſed
tanquam adminiſtrator, *c. 1. qui ſucceſſ. teneant.* niſi 13
aliud actum ſit tempore dationis feudi, vel Curia
eſſet in poſſeſſione illud exigendi, qua quidem ra- 14
tione attenta ſubdit Marin. idem dicendum de Vniuerſitate feudum à Rege tenente, quæ cum nunquã
moriatur, provt Eccleſia, quamuis mutentur Admi- 15
niſtratores, ad releuium non tenetur; provt nec eſt
hæres in iuriſdictione criminali, in feudum conceſ- 16
ſa ſuccedente, vt de prouentibus huius iuriſdictionis releuium ſoluere non teneatur, eadem nimirum ſupra ſæpiùs repetita ratione, quia nunquam fuit conſuetum, ab iſtis hæredibus præſtari releuium, quod fuit introductum ex vſu, & conſuetudine, quæ quidem conſuetudo, inquit Frecc. optima eſt interpres eorum, quæ in facto occurrunt, idemque in
caſu noſtro ſatis notanter Genuenſ. *in practicab. Eccleſ. Tricen. 1. quæſt. 21.* vbi relata communi concluſione, nimirum vt Eccleſia in Regno non ſoluat releuium, ex Andr. & Afflict. illam limitat, & primò, 17
quando Fiſcus releuij exactionem contra Eccleſiam 18
40. annorum ſpatio præſcripſiſſet, ad tex. *in cap. de quarta, de præſcript.* idque eſſe, ait, ſi ſemel Prælatus ſoluiſſet, & 40. annis vixiſſet. Secundò, vbi in con-
ceſſione, ſiuè inueſtitura expreſſe Rex inueſtiens 19
dixiſſet, vt Eccleſia releuium ſoluere deberet, & ter- 20
tiò, quoties Fiſcus per ſua regiſtra probaret, quod Eccleſia releuium ſoluit, quia tunc creditur regiſtris, ad tex. *in l. cenſus, ff. de probat.*

Etſi dices, noſtris temporibus praxim ſeruare, vt 21
quando feudum, ſiuè emphyteuſis perueniunt ad manus mortuas (ſic loquitur vulgus) ſingulis quindecim annis releuium, ſiuè laudemium directo Domino ſoluitur, reſpondeo, hoc verum eſſe, ſed id contingere, quando laicus feudum, vel emphytheuſim poſſidens, illud, vel illam in Eccleſiam transferre vult, quo caſu, quia directi domini conſenſus in tali conceſſione, ſiue alienatione neceſſarius eſt, ſi tractatur de venditione feudi, fiſcales curant, vt volens Dominus Rex noſter aſſentire, addat, vt Eccleſia illa, in quam feudum transfertur, ſingulis quindecim annis releuium Regiæ Curiæ ſoluat, quod vulgò quindennium appellamus, ſic loquuntur Recentiores, de his tractantes; at vbi de hoc onere verbum aliquod in aſſenſu, ſiue conceſſione non profertur, Rex ſic aſſentiens, ſaltem tacitè videtur releuium remittere; ſciebat enim, feudum ad Eccleſiam deuenire, quæ nunquam moritur, ſicque obſtat Fiſco regula, in contractibus omiſſum
haberi pro omiſſo in damnum ſtipulantis, cum in 22
poſſe ipſius erat, verba latius concipere, & ſibi prouidere, ad tex. *in l. quicquid adſtringendæ, ff. de verb. obligat. in leg. ſi extraneus, ff. de condit. ob cauſ. & in l. ſi cum dotem, in princ* vbi Alex. *n. 14.* & Aquenſ. *n. 12. ff. ſolut. matr.* Bart. *in l. ſi conſtante, n. 53. ff. hoc tit.* & alij penes Surd. *deciſ. 201. n. 9. & 10.*

Vnde cùm in conceſſione Caſalis, de quo agimus, 23
Monaſterio Oliuetano, à piiſſimo illo Rege facta, nil fuerit Regiæ Curiæ reſeruatum, niſi, vt præſtaretur adhoa, quoties in Regno imponi contingeret, &

& de releuio præſtando verbum aliquod non fuerit prolatum, conſequens eſt, vt dicamus, firmam remanere concluſionem, in principio tentam, nimirùm quod cùm nullo iure cautum ſit, vt releuium ſoluatur; ſed tantum moribus, ſiue conſuetudine fuiſſe in Regno onus hoc introductum, & in eo dumtaxat caſu, quando moritur feudatarius, vt ab illius legitimo in feudo ſucceſſore præſtetur, ratione inueſtituræ obtinendæ, ad alium caſum conſuetudo hæc non ſit extendenda; ſed intra ſuos limites, vt par eſt, ſeruanda.

Hæc breuiter ſe offerunt ad indicandam iuſtitiam Monaſterij.

Donatus Antonius de Marinis.

SVMMARIVM.

1 *Exaratur factum.*
2 *Author laudatus poſt paſſam ſententiam à poſſeſſore moleſtari non poteſt.*
3 *Creditor hæreditatis pendente diſcuſſione inuentarij oppoſita agere non poteſt iudicio aſſiſtentiæ contra tertium poſſeſſorem.*
4 *Creditor agere non poteſt contra tertium, niſi diſcuſſo principali debitore.*
5 *Limitatur quando in contractu adeſt conſtitutum, & precarium.*
6 *Conſtitutum, & precarium per conſtituentis mortem extinguitur.*
7 *Hæreditate diſcuſſa, & reperta non ſoluendo, moleſtari non poſſunt tertij poſſeſſores.*

ARGVMENTVM.

Creditor, an pendente Iudicio diſcuſſionis inuentarij poſſit actione reali de iuribus ſuis experiri ſuper bonis debitoris per Tertium poſſeſſis. Creditor an attenta diſpoſitione *leg. fin. Cod. de acquir. poſſeſſ.* poſſit agere ſuper bonis ſibi obligatis, per tertium tamen poſſeſſis, ſi principalis debitor mortuus reperitur vel potius teneatur primò diſcutere bona in debitoris hæreditate remanſa, & quæ per illius hæredem poſſidentur

ALLEGATIO CXLV.

1 Ex his, quæ in facto deducta ſunt, ſatis ſuperque demonſtratum Nicolaum Pignonem tertium poſſeſſorem Terræ Bonatorum, nullo modo potuiſſe euictionem pati, ſi in iudicio aſſiſtendi contra illum moto ad inſtantiam duorum creditorum quondam Marchionis Lælij Caraccioli vocaſſet Marchionem Torrecuſij eius filium, & hæredem, qui vtique iudicij onere aſſumpto, potuiſſet ſine dubio Actoribus obiicere, id quod aliàs eiſdem oppoſuerat, quod cum Rei conuenti culpa ſequutum non fuerit, non video cur ad præſens Marchio non citatus, nec aliàs de moto iudicio conſcius moleſtari poſſit, ſicque dico caſum noſtrum ſine dubio comprehendi ſub ſimplici diſpoſitione tex. *in vulgata leg. emptor, C. de euict. cum concord.*

Nunc pro confirmatione duas ſubnectam iuris concluſiones; ex quibus citra omne dubium Marchionis iuſtitia in tuto reponitur; demonſtrabo enim nullo modo licuiſſe de iure creditoribus prædictis, dimiſſo iudicio diſcuſſionis inuentarij, quod iam pendebat, agere contra tertium poſſeſſorem bonorum in debitoris hæreditate remanſorum, ipſo Marchione filio, & hærede prius non diſcuſſo; etenim ſic punctualiter docet doctiſſimus Anton Fab. *diffin. 40. Cod. de iur. delib.* vbi rationibus non vulgaribus oſtendit creditorem hæreditarium, pendente diſcuſſionis inſtantia nullatenus poſſe aduerſus tertium poſſeſſorem agere remedio *leg. fin. Cod. de acquirend. poſſeſ.* quod in Regno noſtro aſſiſtentiam appellamus. 2 3

Secundò, hæc concluſio ex alia eò magis indubitata redditur, cum explorati iuris ſit, non licere creditori contra tertium poſſeſſorem hypothecaria agere, niſi prius principalis debitor, eiuſque fideiuſſor diſcutiatur, hic eſt tex. nimis vulgatus *in Auth hoc ſi debitor, Cod. de pignor.* & *in Auth. ſed hodie, Cod. de act. & oblig.* 4

Et quamuis concluſio hæc limitetur, quando bonorum obligatio continet conſtitutum, & precarium, ex citata *leg. fin. Cod. de acquirend. poſſ.* & apud Nos *ex pragm. 1. ſub tit. de aſſiſtent.* vbi expreſſis verbis ſancitum habemus, poſſe creditorem, qui ſui debitoris bona obligata habet cum conſtituto, & precario recta via agere contra tertium poſſeſſorem, nulla ſuper bonis per principalem debitorem poſſeſſis diſcuſſione facta. 5

Hoc tamen intelligendum eſſe dicunt. DD. communiter, viuo debitore conſtituente, ſecus verò eo mortuo, prout in caſu noſtro; tunc enim, quia conſtitutum, & precarium per conſtituentis mortem extinguitur, *leg. cum precario, §. precarij, ff. de precar. capite. final. eod. titul.* nullo modo poterit creditor aduerſus tertium poſſeſſorem agere, hærede principalis debitoris prius non diſcuſſo; ſic ſanè pro limitatione *dict. leg. fin. Cod. de acquir. poſſeſſ.* ſcripſerunt Rom. *conſ. 189. in fin. vbi* Mandoſ. addens Iaſ. *in §. item ſi quis, num. 77 inſtit. de action* Corn. *conſ. 190. num. 5. lib. 1.* Ruin. *conſ. 127. num. 8. lib. 5.* Gozad. *conſ. 42. n. 4. & 18.* Grat. *conſ. 62.* Alciat. *in leg. quod meo col. 2. in princ. ff. de acquir. poſſeſſ.* 6

Negul. *pignor. 1. memb. 6. part. num. 36. verſ. adde tu.*

Et ex noſtris pro limitatione *Pragm. 1. de aſſiſtent.* Gramm. *in ea pragm num. 1. & 2.* Marant. *tract. de remed. poſſeſſ. num. 61.* Trentacinq *conſ. 33 per totum, lib. 2.* quem vide omnino. Viuius *deciſ. 12. a num. 5. ad finem.* Rouit. *in ead. pragmat. 1. num. 40. & ſeq.* Barbat. *de aſſiſtent. gloſ. 7. num. 57. in nouis.*

Nec in vtraque ſupra firmata concluſione dices hæc omnia vera eſſe, quando tertius poſſeſſor diſcuſſionem opponit, ſecus verò dicendum videri, quando nihil dixit; nam reſpondetur, quod ſi in caſu de quo agimus, Marchio ad ſuſcipiendum iudicij onus vocatus eſſet, aſſumpto per eum onere, hæreditatis diſcuſſionem iam aliàs oppoſitam, & Sacri Conſilij decreto admiſſam, iterum, ac de nouo oppoſuiſſet, ad quam omninò eo inſtante erat procedendum, ſicque tertius poſſeſſor nullo vnquam tempore potuiſſet pati moleſtiam; nam aut viribus hæreditariis diſcuſſis, repertebatur 7

batur Marchio debitor, quia bona hæreditaria creditoribus obnoxia penes ſe retinebat, & eo caſu potuiſſent creditores ſibi ipſis de eorum credito ſatisfacere, abſque quod ad tertium poſſeſſorem recurrere neceſſe haberent; aut nihil poſſidere compertum eſſet, quia bonorum hæreditariorum valorem bona fide in creditoribus primò venientibus dimittendis erogaſſet, & tunc quia debitoris hæres moleſtari non potuiſſet, ſic lege diſponente, & inuentarij beneficio ſuffragante, ita pariter, & maiori cum ratione tertius poſſeſſor, vt punctualiter determinat tex. *in vulgato §. & ſi præfatam leg. fin. Cod de iur. delib.* Hæc breuiter occurrunt, ſub correctione Dominorum meorum.

Donatus Antonius de Marinis.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſeries, de qua in præſenti recenſetur.*

2 *Fideicommiſſum factum per priuilegium regis qualiter explicetur.*

3 *Feudum quod peculiarem naturam habet poſito priuilegio, an mutetur.*

4 *Datum contemplatione mea, mihi videtur dari, quæ regula in feudalibus etiam procedit.*

5 *Feudum ex pacto, non autem hæreditarium cenſetur, quando datur, cum qualitate maſculinitatis, licet dicatur* pro ſe, & hæredibus.

6 *Conceſſio pro ſe, & hæredibus intelligitur de deſcendentibus, vſque ad num.* 8.

9 *Feudum emptum ex pecunia alterius, ſi deinde deuoluatur ad Regem, tenetur Rex ſoluere pretium in emptione feudi ſolutum, vſque ad num.* 10.

11 *Succeſſor in feudo quando teneatur ſoluere debita contracta in feudo.*

12 *Fideicommiſſum fieri poteſt ſuper bonis hæredis.*

13 *Hæres per aditionem hæreditatis cenſetur defuncto conſentire, vſque ad numerum* 14.

15 *Hæredis bona poſſunt à teſtatore prohiberi, & qualiter, vſque ad num.* 17.

18 *Deciſio præſidis de Franchis* 298. *latè declaratur.*

19 *Prohibitio tacitâ alienandi, dominij tranſlationem non impedit, vſque ad numerum* 23.

24 *Teſtamenti verba, de quo in præſenti adducuntur.*

25 *Hypotheca quomodo, & qualiter competat ſuper bonis teſtatoris pro legato.*

26 *Legatarius, ac fideicommiſſarius ſuper bonis hæredis ſibi legatis habet hypothecam quando hæreditatem adiuit hæres ſine beneficio legis & inuentarij.*

27 *Rota Romana deciſio coram Coccino ſingularis in præſenti affertur, vſque ad n.* 31.

32 *Fideicommiſſum factum ſuper feudalibus, & burgenſaticis, ſi non valet ſuper feudis, an firmum remaneat in burgenſaticis, vſque ad num.* 37.

38 *Regula illa quod vtile per inutile non vitietur in feudis an, & quando procedat.*

39 *Indiuidua diſpoſitio quomodo vitietur, & qualiter.*

40 *Feudalium, & burgenſaticorum bona ſimul vnitorum quale iudicium ſit faciendum, vſque ad num.* 41.

ARGVMENTVM.

Fideicommiſſum ſuper feudo, an, & quando ſine directi Domini aſſenſu validè impoſitum cenſeatur. Feudum cum qualitate hæreditaria, an, & quando dici poſſit naturam feudi ex pacto aſſumpſiſſe. Verbum *hæredibus* quando de deſcendentibus intelligatur. Feudum emptum cum pecunia alterius, an huic Creditori obligatum remaneat, quamuis ſuper illius contractu non fuerit Regius impetratus aſſenſus. Fideicommiſſum, an ſuper re hæredis imponi poſſit. Legatarius, ſiue fideicommiſſarius, num ſuper re hæredis ſibi legata, vel per fideicommiſſum relicta, valeat hypothecariam exercere actionem. Fideicommiſſum impoſitum ſuper Baronia, quæ componitur de corporibus feudalibus, & allodialibus, ſi non valet reſpectu corporum feudalium, ex defectu aſſenſus directi Domini, an ſubſiſtat reſpectu bonorum allodialium: & de aliis.

ALLEGATIO CXLVI.

ILLVD eſt, de quo dubitatur, an inſtantibus creditoribus quondam Marchionis Paridis Pinelli, procedi poſſit ad venditionem bonorum feudalium, & burgenſaticorum, comprehenſorum ſub ſtatu Ciuitæ Sancti Angeli, Aprutinæ Prouinciæ: affirmant creditores, eo præſuppoſito, quòd bona hæc in Paridis hæreditate remanſerint, & vti huius qualitatis, ad æs alienum perſoluendum obligata; negat Marchio Mutius, dictorum bonorum Dominus, & poſſeſſor, motus ex pluribus, potiſſimùm ex ſequentibus. 1

Primò

2 Primò contendit, bonis prædictis inductum fuiſſe fideicommiſſum, ex gratia conceſſa à tunc potentiſſimo Rege noſtro, olim Domino Cardinali Pinello, vt moriente ſine filiis maſculis Paride, ſuccedere potuiſſent, fœminis excluſis, ſiue filiabus, ſiue ſororibus Paridis, filij Io. Auguſtini Pinelli, provt ſententia S.C. mediante, facto iam caſu ſucceſſerunt, quodque gratia illa à Rege conceſſa fideicommiſſi erectionem importet, late, ac doctè ſatis, provt de more ſcripſit olim Dom. Petrus Carauita, tunc huius cauſæ defenſor, demum Regius Conſiliarius digniſſimus, provt in reſponſo dato, ad quod me remitto, eo tamen addito, quòd quando Mutij hæc prætenſio in controuerſiam poneretur, redditur ſine dubio ex ampliſſimo fideicommiſſo à Domino Cardinale inſtituto, cum prohibitione alienandi, & obligandi, provt ex eius teſtamento, ſuper quō, licèt Regiam non legamus facultatem, ſicque nulliter ordinatum, quod diſpoſitum eſt, ad tex. *in cap.1.de ſucceſſ.feud.* attamen quia Paris, Cardinale defuncto, diſpoſitionem acceptauit, quando dicimus, diſpoſitum à Cardinale Regia facultate carere, ac proindè nullius roboris, remanet firmum ex acceptatione Paridis, provt in propriis terminis tex. modò relati *in dict. cap.1. de ſucceſſ.feud.* reſpondit Bald. *conſ.356.lib.5.* quem citat, & ſequitur noſter Freccia *lib.3. de ſubfeud.in tit. de different. inter feud.ex pacto, & hareditaria, in 6. differ.* vbi dicit, fideicommiſſum ſuper feudo impoſitum nullius roboris eſſe, ex diſpoſitione tex. *in dict.cap.1.de ſucceſſ.feudi,* niſi filius, vel ſucceſſor teſtamentum approbauerit, quia tunc valebit in vim pacti, & in caſu ſatis notabili Curt. Sen. *conſ.79.* & Simon de Præt. *de interpræt. volunt.lib.2. ſolut.2.n.30.& ſeq.fol.* mihi 135.& ex hoc ſequitur, nullius ponderis habēdos eſſe aſſenſus ad Paridis preces ſuper obligatione dictorum bonorum feudalium impetratos, ſubreptitiè enim, & obreptitiè obtētos fuiſſe fateri neceſſe eſt, non enim Paris feudorum poſſeſſor ad illius validandam obligationem pro Regis aſſenſu, preces dando expoſuit, Cardinalem, cuius pecunia fuerunt feuda acquiſita, alienationem, & obligationem prohibuiſſe, ipſamque prohibitionem ab ipſo Paride acceptatā extitiſſe: Etenim ſi hoc expreſſiſſet, aſſenſus fuiſſent à Principe denegati, iuſta enim extitiſſet cauſa hæc denegandi aſſenſum, vt iudicatum teſtatur Anna pater *in Comment.ad Conſtitutionem Diua memoria, num.47. & 48.* Ego ipſe *reſol. iuris lib.2.cap.90.n.4.* & in puncto, quando Princeps non poteſt conſentire, vel non debet, vel difficiliùs, quòd taciturnitas aſſenſum faciat ſubreptitium, *ex tex.in c.ſuper litteris, extr.de reſcrip.* firmauit D Reg.
3 de Pont. *de feud.lect.6.n.28.& conſ.82.n.14.lib.2.*

Secundò, nō eſſet ponere os in Cœlū; ſed verè per ſolidiſſimos iuris feudorum tramites diſſerere, vbi Marchio Mutius cōtenderet, ex gratia in forma priuilegij conceſſa à tunc Domino Rege noſtro Cardinali Pinello, Statum Ciuitæ Sancti Angeli, reſpectu bonorum feudalium, in perſonas deſcendentium à Io. Auguſtino naturam mutaſſe, ità vt ſicut per priùs ante conceſſionem priuilegij conſiderabantur feuda illa mixta, ex pacto nimirum, cum qualitate hæreditaria, poſteà Cardinale ſupplicante, & Rege concedente euaſerint ex pacto, hæreditaria qualitate penitùs ſemota; & vt Dominis Iudicantibus hæc pateat aſſeueratio, præmitto mihi primò, in facto dubitari non poſſe, Statum prædictum Cardinalis pecunia fuiſſe quæſitum, eumque in rei veritate dici, & cenſeri primum acquiſitorem, quamuis ad commodum Paridis nepotis; conſtat enim, Dominum Regem noſtrum aſſentiiſſe emptioni faciendæ per Cardinalem Status Ciuitæ Sancti Angeli à Comite Cælani pro Paride nepote, id, quod benè probant verba illa, nimirum, *expoſitum nobis fuit nomine admodum Reuerendi in Chriſto Patris Dominici Pinelli Cardinalis noſtri perchari, inter ipſum, & Comitem Cælani tractatum, & conuentum fuiſſe de vendendo, & emendo Statum Ciuita Sancti Angeli, &c. provt, & quemadmodum prædictus Comes à Nobis, & noſtra Regia Curia eiuſdem Regni eundem Statum, iuſtis, & legitimis, vt aſſerit, titulis in feudum tenet, & poſſidet, pretio, pactiſque, & conditionibus inter ipſos conueniendis, & ſtatuendis, pro perſona Paridis Pinelli nepotis, &c.* ſicque, vt ſupplicatum extitit, Regem aſſentiiſſe, provt in corpore aſſenſus, ibi, *Nos verò prædicto Cardinali Pinello in longe maioribus fauere cupientes, provt eius dignitas, & præclara merita, &c.* & in ſummario, quòd in gratiis, & priuilegiis, quæ à Regibus cōcedūtur, eſt magni pōderis, per hæc verba, *Concedo Vueſtra Mag. ſu Real aſſenſo a la compra, que deſea hazer el Cardenal Pinello dell' Eſtado de Ciuidad S. Angelo della provincia de Apruzo, en el Reyno de Napoles dal Conde de Celano, para Paris Pinello ſu ſubrino, &c.*

His in facto ſic ſe habentibus, nullatenus ambigi poteſt, Dominum Cardinalem, ſciente, & conſentiente Domino, ſtatum acquiſiuiſſe; etenim hoc eſt de iure, vt quod mea contemplatione datur, mihi dari videatur, *l.dedit, ff.de collat.bonor.l.ſed ſi plures, §.in arrogato. ff.de vulg.& pupill.* quæ iura in propria materia noſtra allegat Andr. *in cap.1.§.& ſi libellum, num.10.circa finem, de alien. feud.pater.* vbi *n.* 15. addit, eius contemplatione dari, cuius pecuniā feudum acquiritur, & eſt bonus tex. *in cap.1.* ibi: *vel vtriuſque nomine, Domino ſciente, in tit.de benef. fratris,* de quo meminerunt gloſ. *in cap.1. §.ſiue, verſic. quòd ſi cum equis, in verb.dicunt,* & Andr. *in fine, in tit.de fratrib.de nouo benef.inueſt.* At quia Cardinalis in hac acquiſitione ſummopere cupiebat familiæ ſuæ proſpicere, ſupplicauit Domino noſtro Regi, dignaretur, vt in caſu mortis Paridis, ſine deſcendentibus maſculis, in ſtatu prædicto ſuccedere potuiſſent ipſius, fratres conſobrini, (hi erant Ioan. Auguſtini filij, qui tam de iure communi feudorum, quàm Regni huius, nullo pacto ſuccedere poterant) pro ſe, ſuiſque ſucceſſoribus maſculis, ex corpore legitime deſcendentibus, & ità conceſſum, ibi in priuilegio (hoc enim nomen meretur, hic aſſenſus, ex quo Rex nedum abſtulit obſtaculum rei alienati prohibitiæ; ſed pariter tollit aliud naturæ ipſius rei, ſic diſpenſando contra naturā feudorum, in hoc Regno exiſtentium, vt ad rem noſtram notant Camer. *in c.imperialem, fol.44.lit.L.* & Lanar. *conſ.60.n.223.*) ibi inquam, *volētes inſuper, ac diſpenſantes, quòd prædicti fratres conſobrini d. Paridis Pinelli ſucceſſores, habiles, & capaces, & idonei nominentur, & ſint pro ſe ſuiſque ſucceſſoribus maſculis, ex corpore legitime deſcēdentibus in prædicto Statu Ciuita Sancti Angeli, &c.* Et in ſecūdo priuilegio, ad eiuſdem Cardinalis preces obtento in anno 1608. ſub die 20. menſis Septembris, ibi: *Declarantes inſuper ex gratia ſpeciali, citra tamen præiudicium dicti priuilegij noſtri aſſenſus eidem conceſſi, vt ſupra, cui nō intendimus in aliquo præiudicari, quod deficientibus maſculis, tam deſcendentibus ex dicto Paride, quam ex dictis fratribus ſuis conſobrinis, &c.* Ex hac formula inueſtituræ conſtat apertiſſimè, feuda prædicta in perſonas deſcendentium à Io. Auguſtino naturā feudi ex pacto aſſumpſiſſe, hæreditaria qualitate prorſus extincta, & cōſequenter dū acquiſitio fuit facta à Cardinale, deſcendentes à Io. Auguſtino ad nihilū hodie teneri pro ære alieno à Marchione Paride contracto, ad tex. *in c.1.* vbi DD. communiter, præſertim Camer. *in 1.q.à n.53. tit.an agnatus*; quòdque feudum dicatur ex pacto, quoties in inueſtitura, ſiue in aſſenſu, qui in Regno loco

inueſtituræ habetur, vt per Noſtrates vbique, nulla
fuerit facta mentio de hæredibus, provt in caſu no-
ſtro, ſed vſus ſit Rex formula illa, nimirum, vt ac-
quiratur feudum Titio, ſuiſquè liberis, vel ſucceſ-
ſoribus ex corpore, ſiue deſcendentibus, aut poſte-
ris, ſatis bene declararunt Andr. *in cap.1. §. & quia, colom.2. de his, qui feud. dare poſſ. & in capit.1. §. præ-
tereà, col. penult. quæ ſit prima cauſa benef. amitt.* Pa-
ris de Puteo *in tit. de verb. ſignif. in verbo ſucceſſor.*
Camer. *in capit. Imperialem, §. præterea Ducatus, fol.95. lit. F.M. & V. verſic. proindeque regulariter,*
& *in cap.1. in 21. quæſt. numero 147. in fine, & 148. in titul. An agnatus.* Dom. Reg. Loffred. *conſ.46. intra numer. 12. verſ. & eſt ratio, quia delictum vnius non debet, &c.* Dom. Reg. Lanar. *in repet. §. huius autem generis, num.38. titul. in quibus cauſ. feud. amitt.* Iulius Cæſ. Gallupp. *in method. iuris feudalis p.1. c.5. n.6.* & alij.

5 Dico plus, vt nec eſſet quid impertinens affirma-
re, feuda, de quibus agimus, etiam in perſonas filio-
rum, & deſcendentium à Paride, ſi quos habuiſſet,
dici, & cenſeri ex pacto, non autem hæreditaria,
nam licet in illorum vocatione, Cardinale ſuppli-
cante, legamus verbum *Heredibus*, quod feudum
facit hæreditarium; attamen id contigit, cum qua-
litate maſculinitatis, ibi, in priuilegio, *pro perſona Paridis Pinelli, ſui ex fratre Caſtellino nepotis, pro ſe, ſuiſque heredibus, & ſucceſſoribus maſculis, &c.* qua
formula ſic ſtante, verbum illud *heredibus*, intelli-
gitur de deſcendentibus; etenim quamuis hodie in
Regno ſine controuerſia procedat, vt in acquiſitio-
ne feudi verbum *heredibus*, ſemper faciat feudum
hæreditarium, adhuc ſi addita ſit illa qualitas, nimi-
rum, ex corpore legitimè deſcendentibus, vt pluries
per Sac. Conſil. deciſum, licet contra eius opinio-
6 nem teſtatur Afflict. *deciſ.140.* hæc tamen receptiſ-
ſima concluſio ſuas patitur limitationes, & inter cæ-
teras illa ſe offert; quoties verbo *heredibus*, qualitas
adiecta ſit maſculinitatis, provt in caſu noſtro, nam
tunc verbum illud *heredibus*, intelligitur de deſ-
cendentibus, ſicque dicetur feudum ex pacto, non
autem hæreditarium, ita benè Ioan. Angel. Piſa-
nell. *in addit. ad Afflict. in cit. deciſ.140.* poſt Dec.
quem allegat *in conſ.395. num.7.* Soccin. Iun. *conſ.72. num.27. lib.1.* Rol. a Valle *conſ.67. ante numer. 22. verſ. ſed feudum de quo in terminis noſtris, libro 1.* Pi-
nell. *in leg.1. part.3. per totum num.88. Cod. de bonis matern.* & cæteri plures; id, quod in caſu noſtro ſa-
tis clarè à Domino Rege declaratum habemus, dum
habiles reddens fratres conſobrinos Marchionis
Paridis ad ſuccedendum in feudis prædictis, addit,
hoc forè intelligendum, deficientibus filiis maſcu-
lis à Paride procreandis, illorumque deſcendenti-
bus maſculis, ibi, *Volentes inſuper, ac diſpenſantes, quòd prædicti fratres conſobrini dicti Paridis Pinelli ſucceſſores habiles, capaces, & idonei nominentur, & ſint pro ſe, ſuiſque ſucceſſoribus maſculis, ex corpore legitimè deſcendentibus in prædictio Statu Ciuita S. Angeli, immediate* (nota) *poſt filios maſculos legitimos, ac de legitimo matrimonio per dictum Paridem Pinellum procreandos, & habendos, ac ipſorum deſcendentes maſculos legitimos, vt iis deficientibus eidem ſuccedere poſſint, & valeant in dicto Statu, excluſis fœminis, ac dictis ſororibus eiuſdem Parides, vt ſup.* Et in
precibus à Cardinale porrectis in ſecundo priuile-
gio pro incluſione fœminarum in caſu, quo defice-
rent maſculi, tã Paridis, quàm Io. Aug. legitur ſic: *Et hauẽdone data notitia à V. M. li meſi paſſati, ſe degnò à contemplatione del ſupplicante farli gratia, e diſpenſare, che in detto ſtato non poſſano, nè debbiano ſoccedere le femine, ma ſolamente li maſcoli deſcendenti dal detto Paris Pinelli ſuo nipote, & in caſo, quod abſit, non vi fuſſero maſcoli legitimi deſcendenti; in detto Stato poſſano, e debbiano ſoccedere li frateli conſobrini di detto Paris, deſcendenti dal quond. Gio. Agoſtino Pinelli, eſcluſe le ſorelle di detto Paris, & anco le femine deſcendenti dalli detti fratelli conſobrini, itache ſolamente ſoccedano li maſcoli di detto Paris, quanto ſucceſſiuamente li detti ſuoi fratelli conſobrini.* Et paulò poſt, ibi: *Giache l'intentione d'eſſo ſupplicante dal principio fù di conſeguire detta gratia à fauore di detto Paris, & ſuoi legitimi deſcendenti maſcoli.* Et inferiùs. *Per tanto ſupplica V. M. li facci gratia dechiarare per ſpecial gratia, che in caſo mancaſſero* li maſcoli, *tanto deſcendenti di detto Paris, quanto de ſudetti ſuoi fratelli conſobrini, &c.* Ac de-
mùm ibi: *Se intendano eſcluſe le femine in caſo, che vi ſiano maſcoli deſcendenti da detto Paris.*

Ex his ſanè verbis tam primi, quàm ſecundi priui- 7
legij conſtat enixè, quòd quando Cardinalis Do-
mino Regi expoſuit, quod intendebat emere à Cõ-
mite Celani Statum Ciuitæ S. Angeli pro perſona
Paridis, ſuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus maſcu-
lis, intellexit de filiis, ſiue deſcendentibus à Paride,
provt Rex ipſe aſſentiens declarauit, & ſumus in alia
limitatione, quæ ad concluſionem paulo antè firma-
tam a Noſtratibus datur, nimirùm, quòd quãdo pro-
batur, vt feudum acquirens, ſiue Dominus conce-
dens, verba faciens de hæredibus, intellexit de libe-
ris, non autẽ de hæredibus, feudum illud dicetur ex
pacto, non autem hæreditarium, ità ſanè ratiocinati
ſunt Andr. *in c.1. §. etſi libellum n.10. de alien. feud. pa-* 8
ter. D. Reg. Loffred. *conſ.1. poſt n.134.135. & 138.* D.
Conſ. Frec. *de ſubfeud. lib.3. in tit. de formul. inueſtit. in 3 formul. num.22. fol. mihi 414.* Camill. Saler. *in addit. dit. ad Napod. in Conſuet. Et ſi teſtator, f.178.* per hæc
verba: *Item limita, non eſſe hereditarium, quando dictũ eſt. Titio, & heredibus, ſi per coniecturas poterimus intelligere, Principem in illa conceſſione voluiſſe intelligere de filiis, arg. eorum quæ voluit Andr. &c.* Dom. Præſes
de Curt. omninò videndus *in ſuo diuerſ. iur. feudal. c.14.* quod incipit *multoties concedens, n.57. fol.49.* &
Dom. Conſ. Marc. ſcitiſſimè *conſ.69. per tot. n.34. li.2.*

Sed in hoc ampliùs non immoror, ſatis enim ius,
quod deſcendentes à Io. Auguſt. in hoc articulo fo-
uent, doctiſſimo reſponſo demonſtrauit eruditiſſi-
mus, ac præſtantiſſimus Dominus, & Collega Meus
Aſcanius Raetanus, cuius ſingulariſſimè dictis li-
benti animo me ſubſcribo.

Vlteriùs, quando hæc omnia ſupra iam dicta in 9
medium non ſe offerrent, ex alio Marchionis Mutij
prætenſionem, iuſtiſſimam putamus, iurique conſen-
taneam, nam ſi verum eſt, bona feudalia, & burgen-
ſatica, quæ continentur ſub Statu Ciuitæ S. Angeli,
Cardinalis pecunia acquiſita fuiſſe, eſto millies,
quod nullũ ſuper his bonis fuiſſet ordinatum fidei-
commiſſum, nec defendi poſſet, feuda prædicta in
perſonas deſcendentium, à Io. Auguſt. naturam mu-
taſſe, negari tamen non poteſt, quin Cardinalis, pre-
tij exburſati remanſerit creditor, & quamuis ſuper
hoc credito Regium aſſenſum impetratum non le-
gamus, dicito, eo non indiguiſſe Cardinalẽ, cum ſat
ſit ſciuiſſe D. Regẽ Cardinalis pecuniâ fuiſſe feudũ
quæſitũ, ſicque Mutiũ hæredẽ ſubſtitutum cæteris
Paridis creditoribus anteponendũ; etenim receptiſ-
ſimum eſt, quoties agitur de debito contracto occa-
ſione emptionis feudi, ita vt nullatenus ementi ac-
quiri potuiſſet, niſi mediante illo pretio, a tertio
exburſato, quamuis feudum illud creditori pecu-
niam exburſanti non ſit obligatum, eſt tamen cre-
ditum adeò priuilegiatum, vt decedente poſtea feu-
datario ſine hærede, ſicque feudo ad Dominum re-
uerſo, teneri Dominum ipſum ad ſoluendum debi-
tum contractum occaſione emptionis feudi, &
tamen certum eſt, ad nihilum Dominum adſtringi
poſſe,

poſſe, quando defuncti feudatarij creditor, creditum ſuum Regio aſſenſu roboratum non oſtendit, idemque, quando feudatario ſucceſſit agnatus in feudo, & extraneus in allodio, vt debitum contra-
11 ctum occaſione emptionis feudi, ab agnato ſit perſoluendum, non autem ab hærede in allodio, ita in vtroque caſu ſatis notanter Albert. Brun. *conſ.*104. quem ex noſtris ſequuti ſunt Reg. Lanar. *conſ.*80. *num.*52. Conſil. de Ann. *conſ.*4. & Reg. de Pont. *deciſ.* 4. *n. num.*28. quorum dictis, data ſcientia Domini, nimirum, quod feudum fuerit emptum de pecunia alterius, non contradicit Camer. *in cap. imper. car.*14. *lit.* K. & poſt eum Iacob. Thoming. *deciſ.*27. *n.*34. Hæc breuiter reſpectu bonorum feudalium.

12 At reſpectu burgenſaticorum ceſſat profectò omnis controuerſia; ſuper hoc enim bonorum genere dubitari non poteſt, iure permittente potuiſſe Cardinalem fideicommiſſum imponere, quamuis diceremus, Statum, de quo agimus, à Paride fuiſſe acquiſitum, & de propria eius pecunia; etenim notiſſimi iuris eſt, poſſe nos, non ſolùm res noſtras legare, & per fideicommiſſum relinquere, ſed etiam illorum, quos inſtituimus hæredes, ſunt iura ſatis vulgata *in l. hæredum, Cod. de fideicomm.* & *in* §. *non ſolùm. Inſtit. de legat.* adhuc ſi bona iſta, quæ verè in dominio ſunt hæredum, noſtra eſſe putamus, *leg. vnum ex familia*, §. *ſi rem, ff. de leg.*2. Peregr. poſt quamplures, quos citat, *de fideicomm. art.*33. *num.*5. Suppoſita igitur fideicommiſſi validitate, iuſtè hodie Mutius vocatus, iſtorum bonorum, auctore Prætore, dominus, & poſſeſſor effectus, Paridis creditores repellit, cum eorum cauſa, ſtante morte ſequuta hæredis grauati ſine filiis ab initio in irritum deuocata ſit, ſicque intelligenda, quaſi nec ſcripta, nec penitus fuerit celebrata. Sunt verba tex. *in l. fin.* §. *ſin autem ſub conditione, verſ. ſin autem auaritiæ cupidine, C. com. de leg. & fideicom.* id, quod in caſu noſtro ſine controuerſia procedit, ſi conſideremus, Mutij perſonam actione aliqua ad bona hæc acquirenda non indigere, cùm iam ex decreto S. C. in ipſius dominio ſint, & poſſeſſione, ſicque eum aduerſus Paridis creditores exceptione tutum eſſe, ſatis benè probatur ex dictis per Bart. *in l. rem alienam, num.*14. *ff. de pignor. action.* & *in l. cum vir, num.*14 *ff. de vſucap.* quem citat, & exornat Negul. *tract. de pignor.* 2. *membr.* 2. *part. num.*57. *verſ. & hoc*, & in propriis terminis ſcripſit Alciat. *in leg.*1. *num.*26. *verſ. receptum tamen eſt, ff. de leg.*1. & hoc, ſuppoſita acceptione grauaminis per Paridem facta, quæ vel poteſt eſſe expreſſa, de
13 qua videtur Alciat. verba facere, vel tacita, nimirum per ſolam hæreditatis aditionem, quam ſat eſſe, vt hæres intelligatur defuncto conſentire, ſcripſit, & notabiliter. Bald. *in dl.*1. *num.*28. *Cod. com. de leg. & fideic.* cuius theoricam recitat Peregr. *tract. ſuo de fideicomm. art.*33. *num.*8. vbi poſt firmatam concluſionem ſupra poſitam, nimirum vt teſtator poſſit de re hæredis, ſicut de propria diſponere, ea quidem ratione, quia hæres adeundo poſtea defuncti hæreditatem, videtur conſentire diſpoſitioni per teſtatorem factæ, ſubdit, huius rationis rationem eſſe, quia hæres per hæreditatis aditionem videtur quaſi contrahere cum creditoribus, & legatariis, & cauſam habentibus cum defuncto, cum in eius locum, & vicem ſubintret, ac proinde ex ſuo quaſi contractu obligatur, ad tex. *in l. ex maleficiis.* § *hæres ff. de act. & oblig.* idemque noſter Afflict. *deciſ.*111. *num.*17. vbi dicit, quod quando defunctus bona ſua, & ſuorum
14 hæredum obligat, dum hæres hæreditatem adit, videtur per actum illum aditionis ratificare obligationem bonorum hæredum per defunctum factam, idemque Petr. Peral. *in leg. hæredum num.*27. *ff. de leg.* 4. *fol.*176. Et magis in terminis Ioan. Petr. Fontanel. *de pact. nuptial. tom.*1. *clauſ.*4. *gloſ.*5. *num.*35. vbi ait, quòd quando teſtator grauat hæredem de propriis bonis, per actum aditionis videtur hæres ratificare illam teſtatoris diſpoſitionem.

Secundò, vt ius bonum, quod in hac cauſa fouet Mutius, eo fortiùs confirmetur, rogo obſeruari, 15
Dominum Cardinalem teſtamento ſuo, inſtituto hærede Paride vniuerſali, non ſolùm in defectum deſcendentium maſculorum Paridis in Statu Ciuitæ S. Angeli, ſub quo contineri diximus, & bona feudalia, & allodialia, Mutium vocaſſe, ſed etiam expreſſis verbis diſpoſuiſſe, vt bona hæc nullo futuro tempore à Paride, eiuſque deſcendentibus, nec alienari, nec hypothecæ ſubmitti, ex quacumque cauſa poſſent, ex quo volebat, ea in familia conſeruari; quodque Dominus Cardinalis potuerit prohibitionem hanc facere, allegatur à DD. tex. *in l. ſi quis ita ſit legatus* 9. §. 1 *ff. de manum. teſtam.* quem notabilem dicit Paul. Caſtrenſ. *in d. l vnum ex familia*, §. *ſi rem, ff. de leg.*2. Probatur in eo tex. eo poſſe teſtatorem prohibere, ſicut & ſuo, ita & hæredis ſeruo libertatem dari, & quamuis Ioan. Fab. *in l. voluntas, C. de fideicomm.* dixerit, legem illam cauſam ponere ſpecialem, tamen vt prudenter notat Ioan. Crot. & Petr. Peralt. mox citandi Doctores communiter, quos allegant, contrarium ſentiunt, concluſionem ex eo tex. firmantes, poſſe teſtatorem rei hæredis alienationem prohibere, ſicut propriæ. Suppoſito hoc, quærunt Doctores, an eo caſu, ſcilicet, quando teſtator ex cauſa rei hæredis prohibuit alienationem, ſi hæres, tali prohibitione non obſtante, eam alienauerit, dominium in recipientem transferat, necne? Ioan. Crot. excitat quæſtionem hanc *in leg. filiusfam.* §. *Diui, num.*35 *ff. de leg.*1. Et primò dicit, dominij tranſlationem per prohibitionem iſtam non impediri, nam quamuis hæres teſtatoris prohibentis adeundo hæreditatem, huiuſmodi prohibitioni conſentire videatur, *l. Imperator*, §. *ſi certum, ff. de leg.*2. attamen non per hoc alienando demum hæres, dominium in recipientem non transfert, ſed 16
prohibitio hæc operabitur, vt teneatur hæres æſtimationem illius rei alienari prohibitæ illis de familia præſtare, ad quorum fauorem prohibitio facta extiterat; & ità ſubdit Crot. quod dicebat in lectione præcedenti. At poſtea melius conſideranti ratio non placuit; nam ſi dicamus, eam eſſe rationem, vt transferatur dominium, cùm hæres rem ſuam alienari prohibitam in alium transferat, quia dominium illius rei reſidet penes ipſum hæredem; hæc ſanè ratio pariter procederet, quando teſtator rem propriam extra familiam diſtrahi prohibuit, nam antequam ſequatur alienatio, adhuc eiuſdem rei dominium reſidet penes hæredem, & tamen ſi alienet, indubitatum eſt, quòd non transfert dominium: Vnde putat Crot. quòd etiam in caſu præmiſſo dominij tranſlatio impediatur, ſicut quando teſtator bona propria alienari prohibuit, ad id expendens 17
tex. *in d. l. ſi quis ità ſit legatus*, §. 1. *ff. de manum teſt.* iſtamque ſententiam inſequuti ſunt pariter Iaſ. omninò videndus *in d. ct.* §. *diui, in* 2. *leg. ſub num.*88. *& ſeq.* quo loco dicit ad tex. *in d. l. ſi quis ita legatus*, §. 1. *ff. de manum. teſtam.* reſponderi non poſſe, ſic mutando ſententiam, quam in contrarium firmauerat *in* 1. *lectura, num.*40. Soc. Iun. *in d.* §. *Diui, n.*125. vbi dicit, prohibitionis validitatem non fundari præcisè in eo, quod prohibens rei dominium habeat, ſed in eo, quòd voluntas teſtatoris debet pro lege ſeruari, & eo adito, quod per hæredem, qui eſt Dominus, dicitur talis voluntas acceptata, dùm adit, hæres enim hæreditatem adeundo, ex ſuo quaſi

contractu obligatur ad non alienandum, ad tex. *in* §. *heres, Inſt.de obligat. quæ ex quaſi contract.* Vnde cùm prohibitioni conſenſerit, efficaciter debet eſſe obligatus, idemque Cephal. *conſ.*153. *num.*100. & ſingulariter Doctiſſimus Iureconſultus Hiſpan. Petr. Peralt. *in comment ad dict. leg. vnum ex familia*, §. *ſi rem, n.*5. & 6. *ff.de l.*1. & per hæc notabilia verba.

*Ad hac facit, non ſolùm poteſt legare teſtator rem hæredis, vt hic, ſed etiam prohibere ipſius alienationem tex. eſt notab. ſecundùm Paul. hic, ſi quis ita ſit legatus, ad fin. ff. de manum. teſtam. Quod tamen ſano modo eſt intelligendum, dum tamen talis prohibitio fiat cum cauſa, prout regulariter conſimiles prohibitiones fieri debent, l. filiusfam. §. diui, ſupra tit.*1. *non ſolùm enim plus iuris quoad non apponendam cauſam prohibitionis, vel in tali prohibitione debet tribui teſtatori in re aliena hæredis, quàm in re propria ipſiuſmet teſtatoris, argumento l. in re mandata, C. mandati, iuncta prædicta l. cum alienam, C. de legatis, maximè, quia licèt in hoc textu detur priuilegium teſtatori legandi, vtcunque, id eſt ſiue ſcienter, ſiue ignoranter, ſiue erranter, aut dubitanter rem hæredis, non tamen reperitur teſtator hoc caſu priuilegiatus, vt abſque cauſa alienationem de tali re hæredis prohibeat, contra regulam traditam in eodem* §. *Diui vbi vide Crotum illam l. ſi quis ita, allegantem, poſt Raphaël. licèt aliud agentem, col.*12. *in fin. & quamuis Io. Fab. in l. voluntas, C. de fideicomm. dicat, ſub dubio fortè legem illam, ſi quis ita ſit legatus, ſupra proximè citatam ponere caſum ſpecialem, tamen Doctores communiter, quos ibi refert idem Crotus in proſecutione materiæ, ſentiunt, & præſupponunt contrarium, & ſic volunt idem, quod Paul. de Caſtr. hic in illius l. allegatione, vt ſupra retuli, cum illam citare.*

Sed an eo caſu, ſcilicet quando teſtator prohibuit ex cauſa rei hæredis alienationem, ſi hæres non obſtante tali prohibitione alienet eam, an alienatio valeat, & trãsferat dominiũ in recipientem, necne. Et in hoc articulo breuiter dicendum eſt, quod nõ, vt tenet Crotus poſt multam deliberationem in loco ſupra citato per eandem l. ſi quis ita, vbi probatur id, ad quod ſupra dixi, eam allegare Paul. de Caſtr. hic, quod teſtator poteſt facere talem prohibitionem alienationis de re hæredis, prout, & de ſua, item probatur hoc, de quo hic agimus, quod alienatio facta ab hærede extra familiam, vel extra perſonas, ad quas voluit teſtator eam rem pertinere, tali facta alienatione, & ſic in caſu contrauentionis non valeat: nam in illo tex. in dict. l. ſi quis ita, ad fin. æquiparatur vterque caſus, id eſt, quando teſtator proprium ſeruum manumitti prohibet, item & ſeruum hæredis, & vtroque caſu dicit, manumiſſionem, & ſic alienationem non valere. Et iſtud videtur tenendum, licèt Bald. cuius ipſe non meminit conſilio 89. *incip. Dinus Thomas, lib.*1. *non memor illius legis, ſi quis ita, per bona fundamenta aliud teneat. Sed quia ille tex. eſt irrefragabilis, non audeo tenere, quod Bald. tenet. Iam illud non eſt ferendum, quod retuli ſupra Ioan. Fab. dicere in d. l. voluntas, illum tex. ponere caſum ſpecialem in libertate, quia præterquam, vt prædixi, Paul. hic, & DD. communiter in dict. §. Diui, tenent contrarium, patet euidenter, nullam ibi eſſe ſpecialitatem, quia ſpecialitas nunquam conſideratur in illa materia, niſi propter fauorem libertatis, ſed ibi nullus eſt fauor, imo odium ſerui, qui non conſequitur libertatem, contra prohibitionem teſtatoris, ſiue ſit ipſius, ſiue hæredis; ergo à fortiori erit idem dicendum in alia materia; & ſic in noſtro propoſito.* hæc ille.

18 Et quamuis non ignorem, aduerſus hanc, quam tuemur ſententiam, aliquos inſurrexiſſe Doctores, quos recenſet Dom. de Franc. *deciſ.*298. (vbi quæſtio non fuit deciſa) ad id expendentes theoricam Bart. *in dict.* §. *Diui, intra num.*8. quo loco dicit, alienationis prohibitionem relatam ad bona hæredis, nihil importare, citans tex. *in l. hæres ſeruum proprium* 28. *ff qui, & a quib. in l. ſi quis inquilinos* 115. §. 1. *ff. de leg.*1. & *in l. ſi hæredis ſeruus* 50. *eod. tit.* aduertendum tamen, dicta per Bart. nobis nullatenus officere, primò, quia loquitur in terminis illius tex. & ſic in prohibitione alienationis factæ ſine cauſa, quæ nullum poteſt producere effectum, vt probatur in eodem §. *Diui.* & *in l. pater filium*, §. *Iulius Agrippa, ff. de leg.*3. & vtrobique DD. commun. ter. vt obſeruat Molin. *de Hiſp. primog. lib.*1. *cap.*6. *num.*10. at in caſu noſtro Dominus Cardinalis prohibuit alienationem cum cauſa, & ſic ad finem, vt bona illa in deſcendentibus ſuorum nepotum perpetuò conſeruarentur; ergo.

Secundò reſpondetur, iura allegata per Bart. vt prudenter aduertit Rip. *in eod.* §. *Diui, num.*55. loqui in tacita prohibitione, quæ regulariter dominij tranſlationem non impedit, licèt prohibitus ad æſtimationem teneatur, *l. ſticchus, ff. de manum. teſtam.* in illis enim iuribus conſtat, teſtatorem hæredis legaſſe, ex qua quidem diſpoſitione tacitam tantùm reſultare prohibitionem, cautum eſt *in Auth. res, quæ, in princ. C. comm. de leg.* & quod hoc ſit verum ponderentur, quæſo, iura prædicta. Et primò tex. *in dict. l. hæres ſeruum proprium* 28. *ff. qui, & à quib.* vbi diſponitur, quòd ſi hæres ſeruum proprium, quem teſtator alicui legauerat, manumiſerit, nihil agit. In hoc tex. non legitur expreſſa prohibitio facta à teſtatore ſuo hæredi, ne ſeruum manumittat, ſed tantùm tacita, quæ ex legato oritur, & ſic nihil ad nos; Sed dicamus meliùs, hic tex. potiùs noſtram fundat ſententiam; nam dum I.C. ait, quòd hæres manumittendo ſeruum proprium, quem teſtator alteri legauerat, nihil agit, hæc ſanè verba ſui natura aliud non important, niſi nullitatem actus, qui geritur, ad tex. *in l.*1. §. 1. *ff. de ſtipul. ſeru.* & *in l.*2. *ff. de fæner. act.* ſed quidquid ſit de hoc, certum eſt, ex hac 20 teſtatoris diſpoſitione, attentis iuribus prædictis, tacitam tantùm reſultare prohibitionem, cùm expreſſam non legamus, idemque *in d. leg. ſi quis inquilinos*, §. 1. *ff. de leg.*1. tex. autem *in d. l. ſi hæredis ſeruus* 50. *ff. eod. tit.* non probat id, ad quod allegatur, cum ibi legata ſit res teſtatoris, à ſeruo hæredis ſubtracta, & ſic nihil ad quæſtionem; quod autem maximè interſit, quando prohibitio facta à teſtatore eſt expreſſa, & quando eſt tacita, quæ propriè dicitur legalis, ſatis conſtat ex dictis per gloſ. *in l. cum pater*, §. *libertis, in verb. ne id alienarem, ff. de leg.*2. Paul. de Caſtr. *in d.* §. *diui, poſt num.*7. *verſ. ſed contra prædicta*, Crauett. *in eod.* §. *diui, num.*158. & *ſeq.* per Craſſ. *in* §. *fideicommiſſum, q.*56. quos recenſui ego *cit. c.*9. *li.*2. hi enim omnes dixerunt, per tacitã prohibitionem dominij tranſlationem non impediri, ſecus per expreſſam.

Tertiò reſpondetur, dicta per Bart. ex alio nobis 21 non officere, nam ſi verum eſt, ex diſpoſitione tex. *in d. l. ſi quis inquilinos*, §. 1. quando hæres rem legatam alienaret, teneretur ad præſtandam æſtimationem legatario, ſi daretur caſus, vt hæres grauatus ſoluendo non eſſet, prout cõſideratur perſona Marchionis Paridis, ac eius hæredis, ait Rip. *loc. proximè cit.* quod eo caſu etiam ſi verſaremur in tacita prohibitione, impediretur dominij tranſlatio, ne prohibito eſſet prorſus inutilis, ad tex. *in leg. plane* 97. §. 1. *in fin ff. de leg.*1. quicquid de hoc dubitaſſet D. de Franch. *cit. deciſ.*298. *à n.*7. *ad* 11.

Quartò reſpondetur, dicta per Bart. etiam in tacita 22 prohibitione locum non habere vbicumque, & hic eſſet caſus noſter, rem illam hæredis alienari prohibitam hæres ipſe in vita à teſtatore habuiſſet, quia tunc etiam alienando impediretur dominij tranſlatio. D. de Franch. *loc. cit. in fin.*

Ex

23 Ex his conſtat apertiſſimè, Marchionem Paridem nullam potuiſſe ſuper bonis allodialibus, comprehenſis ſub Statu Ciuitæ Sancti Angeli, conſtituere hypothecam, illamque conſtitutam creditoribus non prodeſſe, nam ſi probauimus, quod ſequuta alienatione, dominium horum bonorum in emptorem non fuiſſet tranſlatum, ergo, & maiori cum ratione, nec hypothecam validè conſtitutam, ad tex. & ibi dicta per DD. *in leg. fin. C. de rebus alienis non alienan.*

24 Vltimò ad ſuperfluitatem, quando alienandi prohibitionem in teſtamento D. Cardinalis non legemus, ſed tantùm ſimplicem vocationem filiorum Ioan. Auguſtini, in caſu, qui iam euenit mortis Paridis ſine filiis maſculis, non eſſet quid durum, aut impertinens affirmare, vocatos hypothecam ſuper his bonis allodialibus à die mortis Cardinalis, ſiue eius aditæ hæreditatis acquiſiuiſſe; & vt hæc concluſio luce meridiana clarior fiat, illud in facto eſt priùs animaduertendum, facta acquiſitione huius Status à D. Cardinale de eius propria pecunia, ad commodum tamen, & beneficium Paridis Nepotis, iſtum eundem D. Cardinalem procuratorem conſtituiſſe cum ampliſſima facultate, bona illa gubernandi, fructus percipiendi, & in proprios vſus conuertendi, ac etiam ea obligandi in genere, & in ſpecie, cum clauſula conſtituti, in forma Iuris valida, ac & tandem generaliter omnia alia, & ſingula faciendi, quæ ipſi Domino procuratori viderentur opportuna, & quæ ipſemet Paris conſtituens faceret, & facere potuiſſet, ità vt omnes, & ſingulæ facultates, quæ dici, vel excogitari poſſent, maiores expreſſis, ſub mandato prædicto datæ, & comprehenſæ cenſerentur ſub illis verbis.

Et ad faciendum quaſcunque conuentiones, promiſſiones, obligationes, & cautelas, ſub quibuſcunque modis, formis, & clauſulis placitis dicto procuratori; Faciendum etiam ea, quæ mandatum ſpeciale poſtularent erga quoſcunque, & omnia, & ſingula tam per inſtrumenta, & acta publica, quàm per ſcripturas vel litteras patentes, vel aliàs quomodocunque expediendum, & pro implemento, & obſeruatione omnium, & ſingulorum contractuum, diſtractuum, & aliorum agendorum per dictum Illuſtriſſimum, & Reuerendiſſimum D. Procuratorem, ipſum D. conſtituentem, eiuſque hæredes ſucceſſores, ac omnia, & ſingula bona mobilia, ſtabilia, ſeque mouentia, iura, actiones, & debitorum nomina, & alia quæcunque bona præſentia, & futura, etiam ea, quæ in generali obligatione non veniunt obligandum in genere, & in ſpecie, etiam cum clauſula, & effectu conſtituti in forma Iuris valida, &c. Ac demum circà finem mandati.

Et inſuper dedit, & conceſſit eidem Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo D. Procuratori in omnibus, & ſingulis in hoc mandato tam in genere, quàm in ſpecie contentis, & aliis quibuſcunque etiam non expreſſis ampliſſimum, & generaliſſimum, ac liberum mandatum, cum pleniſſima, liberaque adminiſtratione, ac abſoluta, omnimoda, & libera poteſtate, etiam ad contractandum, procurandum, & expediendum ea, quæ ſpecialiſſimum mandatum de iure poſtularent, & ea, quæ perſona propria ipſius conſtituentis facere poſſet, ſi perſonaliter intereſſet, ita vt omnes, & ſingula facultates, quæ dici, vel excogitari poſſunt maiores expreſſis, & maxima cenſeantur data, & comprehenſa in hoc mandato, cum facultate vnum, vel plures procuratorem, ſeu procuratores loco ipſius cum ſimili, aut limitata poteſtate ſubſtituendi, eumque, vel eos reuocandi, & onus procurationis huiuſmodi in ſe reaſſumendi toties quoties opus fuerit, & ipſi Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Domino Procuratori videbitur expedire, præſenti procuratorio nihilominus in ſuo robore duraturo; Et generaliter omnia alia, & ſingula facienda dicendum, gerendum, exercendum, & procurandum, quæ in præmiſſis, & circa ea neceſſaria fuerint, ſeu quomodolibet opportuna, & quæ ipſemet Illuſtriſſimus Dom. Conſtituens faceret, & facere poſſet, ſi præmiſſis omnibus, & ſingulis præſens, & perſonaliter intereſſet; etiam ſi talia forent, quæ mandatum exigerent magis ſpeciale quàm præſentibus eſt expreſſum: Promittens inſuper ipſe Dominus conſtituens mihi Notario publico infraſcripto, tanquam publica authentica perſona ſolemniter ſtipulanti, & recipienti vice, & nomine omnium, & ſingulorum, quorum nunc intereſt, intererit, aut intereſſe poterit, quomodolibet in futurum ſe ratum, gratum, validum, atque firmum perpetuò habiturum totum id, & quicquid per dictum Illuſtriſſimum, & Reuerendiſſimum D. Cardinalem Procuratorem ſuum conſtitutum, & ſubſtituendos ab eo actum, dictum, factum, geſtum, procuratumve fuerit in præmiſſis, ſeu aliquo præmiſſorum, &c.

Domino Cardinale cum hac facultate procuratore conſtituto, Statum prædictum, dum ipſe vixit, poſſidente, cùm ad extremum perueniſſet teſtamentum concedens, bona prædicta in caſu mortis Paridis ſine filiis maſculis, Io. Auguſtini deſcendentibus per fideicommiſſum reliquit, illorumque alienationem, & obligationem prohibens expreſsè, propter cauſas, &c. 25

Hoc poſito, ad probandum, vocatos à Domino Cardinale ſuper bonis allodialibus Status prædicti hypothecam acquiſiuiſſe, dico primò, quod ſi verum eſt de iure, legatarium, ſiue fideicommiſſarium pro legato, ſiue fideicommiſſo conſequendo hypothecam ſuper bonis teſtatoris habere, *vulg. leg. 1. C. commun. de legat.* dum in caſu noſtro Dominus Cardinalis ex facultate à Paride ſibi conceſſa poterat bona prædicta alteri obligare, ac de illis diſponere, prout ipſi Domino Procuratori videretur, legando demùm, dubitari non poteſt, honoratos legalem acquiſiuiſſe hypothecam ſuper bonis prædictis, ac ſi illa in dominio Domini Cardinalis legantis extitiſſent, nam ſi poterat Dominus Cardinalis ex facultate ſibi conceſſa expreſsè bona illa obligare, deque illis ad ſui libitum diſponere, non eſt cur dubitari poſſit, Paride hærede vniuerſali poſtea inſtituto, legatarios, & fideicommiſſarios ſuper bonis prædictis hypothecam acquiſiuiſſe.

Confirmatur hoc, nam cùm Cardinale defuncto Paris illius hæreditatem adierit ſine beneficio inuentarij, dicitur, enim quaſi contraxiſſe, ac ſe obligaſſe creditoribus, & legatariis actione perſonali cui accedit hypothecaria; etenim ſine controuerſia procedit concluſio hæc, nimirum, vt in illis caſibus, in quibus pro legato, & fideicommiſſo datur actio perſonalis, in iiſdem pariter hypothecariam concedi, *ex dict. leg. 1. C. comm. de legat.* ita vno ore faſſiunt Bart. *in leg. 1. n. 13. ff. de leg.* & ibid. Ang. *num. 5.* Crot. *num. 76. & ſeq.* Alex. *num. 23.* Bologn. *num. 308. & 313.* Ruin. *num. 86. & ſeq.* Alciat. *n. 29.* Soc. Sen. *n. 16.* Soc. Iun. *n. 447. & ſeq.* Iacob. de Nigr. *num. 330.* Aret. *in §. hæres quoque, num. 3. & ſeq. Inſtit. de oblig. quæ ex quaſi contract.* Ioan. Fab. *in §. idem iuris, num. 1. Inſtit. eod. tit.* Surd. *deciſ. 76. num. 5.* Gratian. *diſcept. forenſ. lib. 3. cap. 542. num. 37.* Rot. modo alleganda, & alij communiter.

In puncto autem, quod legatarius, ſiue fideicommiſſarius ſuper re hæredis ſibi legata, vel per fideicommiſſum relicta, valeat hypothecariam exercere actionem, adita tamen ab hærede grauato hæreditate ſine beneficio legis, & inuentarij, dixerunt Bald. *conſ. 89. nu. 8. lib. 1.* Afflict. *dec. 111. num. 16. verſ. & ideò totum Conſilium.* Io. P. Fontanell. *de pact. nupt. lib. 1. clauſ. 4. gloſ. 5. numero. 35.* Mercur. Merlin. *de pignor. lib. 2. tit. 1. quæſt. 16. à num. 3.* vbi alios plures allegat. 26

Rot. in vna Viterbienſis Caſtrorum coram Reuerendiſſimo Domino Coccino Decano; ſub die vndecima Martij 1522. decima Iunij, eiuſdem anni, duodecima Iunij 1613. quæ eſt 438. in reſiduo *quinta part. recent.* 10. Maij 1624. quæ datur impreſſa, & 27

& 11. Martij 1626. quæ eſt 4. *part. 5. recent.* etenim in his elegantiſſimis deciſionibus inuenies Sacrum Romanum Auditorium, reiteratis vicibus determinaſſe, iure permittente potuiſſe Georgium de Sancta Cruce, quondam Honophrij, dùm inſtituebat hæredem Honophrium iuniorem filium, eundem onere fideicommiſſi grauare, vt in caſu mortis ſine filiis, certa bona, quæ ex diſpoſitione quondam Honophrij ſenioris poſt mortem Georgij ſpectabat ad ipſum Honophrium iuniorem, reſtituere deberet Valerio de Sancta Cruce, ea attenta iuris concluſione, de qua ſuprà, vt poſſit teſtator rem hæredis ſicut propriam alteri legare, & per fideicommiſſum relinquere, ex iuribus ſupra citatis *in leg. vnum ex familia, §. ſi rem, ff. de leg. ſecundò*, & *in §. non ſolum, inſtitution. eodem titul.* & cum Honophrius iunior hæres inſtitutus, & grauatus, Georgij patris hæreditatem adiiſſet ſine beneficio legis, & inuentarij, eo poſtea defuncto competiiſſe Valerio ſubſtituto hypothecariam actionem legalem, & Saluianum, ex diſpoſitione *l. 1. C. com. de leg.* ad bona illa acquirenda, quamuis reperirentur in poſſe D. Ducis Bracciani, cui Honophrius hæres in vita vendiderat, ſicque plura in cauſa illa fuerunt ſingulariter à Rota deciſa.

28 Primò, poſſe hæredem in bonis propriis grauari, cùm de iure valeat, teſtator rem hæredis ſicut propriam legare, & per fideicommiſſum relinquere.

29 Secundò, hypothecariam dari actionem ad res ipſas legatas conſequendas, quicquid in contrarium firmaſſent gl. *in §. noſtra, in verb. hypothecariam, Inſtit. de legat.* Bal. *in dict. leg. 1. ſub num. 21. verſ. item competit, Cod. com. de leg.* & Iaſ. *in l. 1. ſub num. 142. ff. de leg. 1.* nam dictum fuit contrarium, & meliùs ſcripſiſſe Bar. *in dict. leg. 1. ſub numero 13. verſic. ita intelligit gloſſ. ff. de leg. 1.* Imol. *ibid. num. 4.* Aret. *ſub nu. 5.* *Soc. iun. n. 15.* de communi atteſtantem, Rip. *num. 65.* vbi etiam de cómuni, Surd. *dec. 66. n. 7.* Peregr. *de fideic. art. 45. à n. 49.* Purpur. *conſ. 37. n. 714.* inter conſilia feudalia, vbi dicit, ab hac opinione neq; cóſulendo neque iudicando recedendum fore, Gabr. *conſ. 46. n. 21. lib. 1.* Greg. Lop. per illum tex. *in leg. 26. tit. 26. partit. 1. in verb. obligados*, & eandem Rot. in vna Montis Salicis hæreditatis 27. Septembris 1587. coram Lauretano, & in Romana Saluiani interdicti 8. Iunij 1001. coram Reuerendiſſimo Atrebatenſe.

30 Tertiò reſolutum, competere legatario actionem hypothecariam legalem ſuper re hæredis legata, dum hæres grauatus, grauantis hæreditatem adiit ſine beneficio legis, & inuentarij, & quod quamuis ſuper hoc DD. variè loquuti ſint, attamen dictum fuit, quod ſi rectè eorum dicta perpendantur, bene omnes loquuntur; nam opinio illorum, qui negant, competere legatario actionem hypothecariam ſuper re hæredis legata, procedit, vt bona hæredis non cenſeatur expreſsè hypothecata à teſtatore, nec hoc inuentarij omiſſionem operari poſſe, ſed quod non propterea ceſſat, quod ſi hæres adeat abſque beneficio legis, & inuentarij, non cenſeatur cum legatariis contrahere, & inde oriatur actio perſonalis, & conſequenter hypothecaria, *ex leg. 1. C. comm. de leg.* quæ eſt acceſſoria perſonali, ex Bal. *cit. conſ. 89. num. 8.*

31 Nec dicendum, quod in tex. *dict. leg. 1. modò citat.* expreſsè diſpoſitum ſit, hypothecariam legato facto induci in bonis teſtatoris, non autem in hæredis, ibi, & *hypothecam eſſe, non ipſius hæredis, vel alterius perſonæ, quæ grauata eſt fideicommiſſo rerum, ſed tantùm earum, quæ a teſtatore ad eum peruenerant*: ob quod Addentes ad gl. ibi, *in verbo ipſius hæredis*, in ſpecie dicunt, hæredis bona pro legato nullo pacto tacita obligatione affecta eſſe; etenim Sacra Rota huic obiectioni reſpondens ait, verba tex. modò relata hoc tantum probare, nimirum, quod bona hæredis non ſunt obligata pro legato, à teſtatore de rebus ipſius teſtatoris facto; non autem in eo tex. diſponitur, quod ſi teſtator diſponat de rebus hæredis (de quibus diſponere eum poſſe, ſupra probatum eſt) non intret obligatio perſonalis, & inde oriatur hypothecaria legalis; nam ſi verum eſt, non minus licere teſtatori hypothecam rerum hæredis in teſtamento dare, quam ſuarum, conſequens eſt dicere, vt ſi hæres non conficiet inuentarium, ſubintret actio perſonalis, & inde hypothecaria legalis, ex *d. l. 1.* eſt tamen verum quod hypotheca in bonis hæredis non eo modo contrahitur, quo in bonis teſtatoris, quia hypotheca in bonis hæredis non inducitur immediatè, prout in bonis propriis teſtatoris, ſed mediatè, ſcilicet poſt aditam hæreditatem, & ſic à die ipſius aditionis.

Quartò fuit deciſum, actionem hanc hypothecariam legalem poſſe in ſolidum exerceri contra tertium poſſeſſorem bonorum hæredis legatorum.

Hæc omnia ſupra iam dicta, prout vera ſunt, & indubitata, credo, ab aduerſariis non controuerti, 32 agnoui tamen priſcos creditorum Aduocatos affirmaſſe, D. Cardinalem nullibi in ſuo teſtamento ſuper bonis burgenſaticis, in Statu Ciuitæ Sancti Angeli exiſtentibus fideicommiſſum impoſuiſſe, ſed tantum ſuper Statu, ſic ſtrictè, & ſimpliciter loquens; vnde ſi quis dicet, fideicommiſſum, de quo agimus, bonorum feudalium reſpectu corruere, quod negamus omninò, diſpoſitio illa, quæ vtilis eſſe poterat reſpectu burgenſaticorum, cùm illa vnita reperiantur cum bonis feudalibus, vitiatur, & hoc eſt, quod in hac cauſa probare voluit, ſed inaniter ſatis Ioan. Bapt. Bilotſt. *concl. ſua feudali 63. per tot. fol. 85.*

Vt huic obiectioni, quæ nullius momenti eſt, 33 reſpondeamus, credo, Dominis meis ſatis patere, in quolibet Statu Regni huius, ſiue in qualibet Baronia bona extare allodialia, non quidem à Sereniſſimiſſimis Retroregibus conceſſa, cum omnes Ciuitates, & Terræ, quæ cum territoriis conceſſæ reperiuntur, in feudum, & ſub contingenti feudali ſeruitio ab initio conceſſæ fuerint, ſed poſſidentibus demùm feudatariis, feuda illa tractu temporis ſpecioſiora euaſerunt, & hoc, vel mediante acquiſitione bonorum allodialium, vel aliter eadem bona feudalia meliorantes; & ex hoc, cum dubitatum eſſet, 34 an bona hæc, ſiue meliorationes eandem feudi ſortiantur naturam, ita vt reuerſo feudo ad dominum, ob lineam conceſſionarij finitam, cenſeantur pariter bona illa ei quæſita, negatiuè reſponſum fuit, cum illa tamen declaratione, de qua in *cap. 1. §. è contrario, de inueſt. de re alien. fact.* nimirum, vt ſi aliquid emptum, vel melior tum eſt in feudo, quod adeò annexum eſt ipſi feudo, vt ab eo ſeparari non poſſit, putà ſeruitus realis, & tunc domino acquiritur, quamuis teneatur, quod vaſſallus in illa acquiſitione impendit, eius hæredi in allodio ſoluere, & exburſare; at ſi aliquid eſt emptum à feudatario, quod melius reddat feudum, verum id extra feudum eſt, nec cum feudo vnitum, putà erat fundus feudalis, & feudatarius alium fundum confinem, vel conuicinum emit, & tunc licèt deſtinatione patrisfamilias, vnicum feudum fuerit reputatum, tamen feudo deuoluto, non deuoluetur illud, quod à feudatario fuit 35 emptum; ſed remanet in dominio hæredis in allodio, ita ſatis benè text. *in dict. §. è contrario, & in c. 1. §. ſi vaſallus, hic finitur lex*, exornant Paris de Put. *de reintegr. feud. cap. 12. n. 19.* Reg. Moles *dec. 4. tit. de iur. deuolut.* quam impreſſam habes *lib. 2. mear reſolut. c. 154.* & Reg. de Pont. *conſ. 52. à n. 31. vol. 1.*

Huius

36 Huius qualitatis ſunt bona, de quibus agimus in Statu prædicto exiſtentia; ex actis enim plenè conſtat, nonnulla corpora burgenſatica, quæ particulares perſonæ ibi poſſidebant, à prædeceſſoribus Baronibus validis titulis acquiſita fuiſſe; vnde Marchione Paride illa poſſidente, voluit Dominus Cardinalis, illum hæredem inſtituens, vt Statum Ciuitæ S. Angeli ſub perpetuo fideicommiſſo remaneret.

37 Modò ſi quæris, an bona illa allodialia, quæ in Statu prædicto ſita ſunt, & quæ ſub illo comprehenduntur, ſint fideicommiſſata, ſuppoſito, quod nos negamus, quod bona feudalia non ſint hoc onere affecta, affirmatiuè eſt omninò reſpondendum, nam verſantes nos in actibus prorſus ſeparabilibus,
38 & diuiduis, ſuccedit regula, vt vtile per inutile non vitietur, ad tex. *in lege.* 1. §. *ſed mihi*, *ff. de verb. obligat.* eoque magis, cum ſemper interpretatio facienda ſit, vt actus potiùs valeat, quàm pereat, ad tex. *in leg. quoties, C. de reb. dub.* & ita in terminis contractus rei feudalis firmat Andr. *in cap.* 1. *num.* 48. *de pac. iur. firm.* & *in c.* 1. §. *præterea Ducatus*, *intra num.* 36. *verſ. item ponitur in vno ex hæredibus*, *de prohib. feud. alien. per Freder.* qui omninò videatur, & attentè ponderetur, idemque Cannet. *in extrauag. volentes, in quæſt. incip. & corrolariè, fol.* 157. *num.* 29. quo loco ex communi DD. ſententia docet quod quando diſpoſitiones ſunt
39 diuiduæ, vna diſpoſitio inutilis, aliam, quæ ſuam continet eſſentiam perfectam vitiare non poteſt, quod ſecus eſſe addit, vbi actus eſſet indiuiduus, de quo loquitur inſignis Camer. *in c. Imperialem, n.* 32. *lit. H. & fol. ſeq. lit. A.* vbi dicit, quod in feudis vtile per inutile perpetuò vitiatur, loquitur enim de ipſa feudi alienatione, nimirum ſi illius pars diſtraheretur, vel feudi proprietas refutaretur, reſeruato vſufructu, tunc enim quia noluerunt contrahentes, vnum fieri ſine alio, vt ex eorum mente præſumi poteſt, quamuis refutatio de per ſe ſtare poſſit, & reſeruatio vſusfructus pariter de per ſe, quia tamen ex mente conſtat, minimè illud refutare voluiſſe, ſine illa reſeruatione vſusfructus, hac ratione dicit Camer. *lit. E.* ſtabunt, vt indiuidua, proindéque vtile per inutile vitiatur, idemque Roſent. *de feud. c.* 12. *num.* 2. vbi ex Bar. *in l. non dubium, num.* 28. *Cod. de legib.* & Alex. *in conſ.* 4. *n.* 9. *lib.* 1. addit, quod quando vtrumque per ſe ſtare poteſt quoad ſuos effectus, vnius nullitas alterum inutile non reddet, idemque Franc. de Amic. *de feud. fol.* 85. *num.* 3. & Gorg. *in repet. feudal. cap.* 38. *num.* 8. *fol.* 239.

40 Hoc poſito, pro eo, quod ad rem noſtram pertinet, videamus breuiter, in quo caſu nos verſamur; diximus enim quòd ſub ſtatu Ciuitæ Sancti Angeli comprehenduntur bona feudalia, & pariter allodialia, quæ inter ſe ſunt prorſus diſtincta, & ſeparata, vt fuit ſupra demonſtratum, euenit, vt D. Cardinalis, Paridem inſtituens hæredem, mandauerit, vt eo ſine filiis maſculis decedente, in Statu prædicto ſuccederent filij Io. Auguſtini; ſi modò dicamus, hoc onus Paridi iniunctum reſpectu feudalium non ſubſiſtere; quis prudens, & peritus non reſpondebit, vt dùm verſamur in actibus prorsùs diuiduis, & ſeparabilibus, benè ſubſiſtat reſpectu allodialium; poteſtne in hoc caſu de mente Cardinalis dubitari, ſi enim voluit familiæ ſuæ proſpicere, ſuper quo tantoperè elaborauit, quis menti compos affirmare nuſquam audebit, vt ſi ſciuiſſet Cardinalis, quod Paridem ſuper bonis feudalibus Ciuitæ S. Angeli grauare non potuiſſet, nec etiam eum reſpectu allodialium grauaſſet, imò oppoſitum omninò eſt aſſeuerandum, nam ſi de hoc Cardinalis dubitaſſet, non ſolum per verba expreſſa, bona allodialia in illo Statu exiſtentia in caſu mortis Paridis ſine filiis maſculis, filiis Io. Auguſtini reliquiſſet; ſed à Peritis in arte, conſilio accepto, dum non poterat ſuper bonis feudalibus os ponere, certè eidem Paridi grauamè iniunxiſſet, vt eo ſine filiis maſculis moriente, pretium bonorum feudalium filiis Io. Auguſtini exoluiſſet, nec quod eius hæreditatem adire potuiſſet, niſi ad hoc in forma valida ſe obligaſſet, nam quod hoc diſponere potuiſſet, apud nos eſt ſine controuerſia; vnde bene in fortioribus terminis ſubintrat vulgatum illud dicterium D. Præſid. de Franch. hic vir doctiſſimus dicere ſolebat, (ſic à maioribus accepi, & atteſtatus ſum *lib.* 1. *mear. reſ. c.* 239. *num.* 11.) quod quando ali- 41
quid in fideicommiſſis deficere apparebit, quod fideicommittens appoſuiſſet, ſi id præcogitaſſet, per Iudices, & Aduocatos addi poſſe, & debere, id, quod benè probatur ex tex. *in leg. tale pactum, §. fin. ff. de pact. & in leg. mulier, §. Braſidas, ff. ad Sen. Conſ. Trebell.* etenim DD. communiter, ſignanter Paul. de Caſtr. & Iaſ. in materia vltimarum voluntatum ex his iuribus illa deſumunt concluſionem, nimirum, vt diſpoſitio teſtatoris collata in vnum caſum, locum ſibi vendicet in caſu omiſſo, quem, veriſimile eſt, teſtatorem prohibiturum, ſi de eo cogitaſſet; & Zaſ. addit *in dict. §. fin.* quod hæc doctrina in iure poſitiuo eſt magni ponderis, & cedro digna, & eſt velut colūna iuris ciuilis, vt ea, quæ in diſpoſitionibus, in deciſionibus legalibus, & in ſtatutis municipalibus ſunt omiſſa, habeantur pro diſpoſitis, & expreſſis, quando veriſimile eſt, talia prouiſa fuiſſe, ſi Legiſlator, vel Statuens de eis cogitaſſet; & in puncto, quòd fideicommiſſum impoſitum ſuper feudis, ſi non valet quoad feuda, teneat quoad allodialia, poſt Bald. *in conſ.* 170. *lib.* 2. & alibi, firmat noſter Frecc. *in* 6. *diff. inter feud. ex pact. & hæreditar. fol. mihi* 441. *col.* 2. *in fine.*

Hæc ſunt, quæ pro tenui mea facultate demonſtrare potui, ad fundandam iuſtitiam Dominorum de Pinellis, cætera, quæ deſunt pro ſolita benignitate ſuppleant Senatores præſtantiſſimi. Neapoli Kalend. Aprilis 1653.

Donatus Antonius de Marinis.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſpecies exponitur.*

2 *Fideiuſſio de præſentando ad omnem ordinem, vel toties, quoties, quanto tempore durat.*

3 *Clericus ſi vti laicus coram iudice ſeculari ſe obligauerit de ſe præſentando toties, quoties, cui obligationi acceſſit fideiuſſor, & hic citatus ad præſentandum principalem, poſſit allegare nulliter ſe obligaſſe, & num.* 7.

4 *Clericus effectus poſt obligationem per ipſum factam coram Iudice ſeculari de ſe præſentando ad omnem ordinem, nùm citatus vt compareat, poſſit forum declinare, & num.* 5.

6 *Fideiuſſor an ſit audiendus ſi allegauerit nullitatem fideiuſſionis præſtitæ ex eo, quia ſuus principalis erit clericus.*

8 *Exceptio competens principali, an pariter fideiuſſori competat.*

9 *Obligatio fideiuſſoris, quando ſuſtineri poſſit, data nullitate obligationis principalis.*

ARGVMENTVM.

Obligatio fideiuſſoris an ſit nulla, ſuppoſita nullitate obligationis principalis. Clericus ſi vti laicus coram Iudice ſeculari ſe obligauit de ſe præſentando ad omnem ordinem, ſiue toties, quoties,& cui obligatoni acceſſit fideiuſſor,nùm hic ſolus poſſit demum comparere, & obligationis nullitatem allegare, ex eo quod principalis obligatus eſt Clericus;& quid ſi in ſolidum Clericus principalis, & laicus fideiuſſor ſe obligauerint; & quid ſi clericatus poſt obligationem contractam ſuperuenerit: & de aliis notabilibus.

ALLEGATIO CXLVII.

1 PVTO ſub correctione Dominorum meorum de Collaterali Conſilio, nullo pacto poſſe moleſtari Ioſephum Guerra ad præſentandum Carolum de Paula vigore fideiuſſionis præſtitæ de illum præſentando ad omnem ordinem Domini mei Regentis Caſanetæ, idque ex duobus potiſſimùm.

2 Primò,quia tempora non largiuntur; extitit enim præſtita fideiuſſio de menſe Aprilis 1640. cúmque fideiuſſio de præſentando ad omnem ordinem, ſiue toties, quoties, ex receptiſſima ſcribentium ſententia biennio ad ſummum duret,& ſunt iam elapſi tres anni, & menſes, ergo; videantur poſt antiquos Affl. *in Conſt.ſæpe,contingit.num.* 4. 5. *&* 6. Foller.*in prax. in verb.fiat litis conteſtatio.num.*13. Petr.Gari. *in ſuis dictis iur. dict.* 176. & Muſcatell. *in prax. fideiuſſor. part.2.quæſt.5.num.4.*

3 Secundò, quia actus præſtitæ fideiuſſionis fuit à principio nullus; nimirum ex incompentia Iudicis, cuius ordine fuit capta fideiuſſio;conſtat enim tempore,quo fuit ſtipulatus actus fideiuſſionis,Carolum fuiſſe, & eſſe Clericum beneficiatum, & quamuis vti laïcus ſe obligauerit,tamen quia non potuit nec expreſsè, nec tacitè in iudicem laïcum conſentire, ad tex.*in cap ſi diligenti,de foro compet.* obligatio facta per ipſum clericum fuit à principio nulla, & dum fuit talis ab initio,nullitas illa obligationis reſpectu principalis, deſtruit obligationem fideiuſſoris, & ne dum vti ſimplicis fideiuſſoris, ſed etiam vti in ſolidum obligati, ſicque ſemel, atque iterum in noſtro Sacro Conſ. determinatum teſtantur D. Præſ. de Franch. & D.Reg.Rouit. ille *in deciſ.*400. iſte *in deciſ.* 19. vbi loquitur de fideiuſſore, qui ſe obligauerit præſentare principalem intus carceres
4 M. C. V. iſtamque ſententiam adeò veram fateor, vt illa procedat non ſolum quando tempore præſtitæ fideiuſſionis, principalis extiterit Clericus; ſed etiam ſi eſſet laicus, & demum fuit effectus Clericus, vt adhuc per mutationem ſtatus principalis, fideiuſſor cenſeatur liberatus, ita vt amplius coram Iudice ſeculari propter eam quæ fuit præſtita fideiuſſio, conueniri non poſſit, ita Bald. *in leg.ſi filius, ff. de tutel. & ration. diſtrahen.* Cardin. Zabarell. *in Clement.* 1.*in* 9 *quæſt de cenſib.* Boll. *in prax. in titul. de carcerat. fideiuſſori committen. num.* 42. Hypol. de Marſyl. *in rubr.de fideiuſſ. quæſt.*12.*num.*132. Farin. *in prax crim. tom.* 1.*part.* 1.*quæſt.* 34. *num.*, 8. & alij relati per Bellet. *diſquiſit. clericat. part.* 1. §. 4. *numero* 7.

Et quamuis in hoc vltimo caſu, quando Reus principalis efficitur Clericus poſt præſtitam fideiuſſionem, contrarium firmauerit Affl. *deciſ.* 206. eius tamen ſententia communiter reiicitur, vt conſtat ex Præſid.de Franch. *cit.deciſ.*400. *in fine*, ex Reg.Rouit. *dict.deciſ.*19.*num* 8. *verſ. ratio differentiæ*, & ex Bellet. *loco paulò ante cit.* 5

Nec prædictis in caſu de quo agitur opponi poteſt, nimirum in deciſionibus Præſid.de Franch. & Reg. Rouit. comparuiſſe reos principales Clericatum allegantes, quod non eſt in caſu noſtro, in quo comparuit ſolùm fideiuſſor, qui ſi admitteretur ad allegandam nullitatem fideiuſſionis præſtitæ, ex eo, quia reus principalis eſt Clericus, fieret fraus ritui, quo cautum eſt, vt nullus clericus poſſit comparere, niſi perſonaliter, & cum documentis Clericatus; etenim opportuna eſſet oppoſitio hæc, & bene procederet, quando hic fideiuſſor comparendo peteret ſe ad iudicem Eccleſiaſticum remitti ex perſona clerici, nam cum ſit exceptio hæc fori declinatiua vti perſonæ clerici cohærens, circunſcripta diſpoſitione ritus non poteſt de iure opponi a fideiuſſore, *ad tex.& ibi dicta per DD. a leg.exceptiones, leg.* 2. *in prima part. ff.de except.* At caſus noſter eſt longe la- 6
7 tis diuerſus; in eo enim fideiuſſor Iudicis incompetentiam non allegat, vt cauſa coram competenti tractetur, qua de re loquitur ritus, qui ſtrictè in caſu, de quo loquitur, eſt intelligendus; ſed quia per non præſentatiuum rei principalis veniret condemnandus ad pœnam in fideiuſſione contentam comparet pro ſuo intereſſe, & coram Iudice ſuo allegans actum eius obligationis fuiſſe, & eſſe nullum, & quemadmodum comparendo principalis hoc poſſet opponere, ita & eius fideiuſſor, quia quoties exceptio reſpicit obligationem, & merita 8
cauſæ, ſicque cohæret rei, prout in caſu noſtro, ſicut competit principali, ita & eius fideiuſſori *dict. leg.exceptiones, in 2.part.* & *leg.omnes, ff. de except.* eoque magis in caſu noſtro, cum Ioſeph fideiuſſor non acceſſerit alienæ obligationi ſimpliciter, ſed vti principalis, alienam ſuam faciens, ſicque cenſendi ſunt duo rei debendi, quo caſu nemo dubitauit, vt pro ſuo intereſſe in exceptione propoſita ſit omnino audiendus, videantur Mangon. *deciſ. Florent.*110.*num.*3.4. 5 *&* 6. Surd. *deciſ.* 301. *num.* 13. Carol.de Graſſ. *de except.in* 16.*except.n.*44.

Nec pariter prædictis obſtant, quæ ſcripſerunt Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*122. *n.*21. Maur. *de fideiuſſor. ſect.*1. *cap.*5. *num.* 17. Rot. *deciſ.* 1324. penes D. Seraph. *&* 321. *&* 560. penes D. Ludouiſ. vbi Rolan.*in addit.* & Mariſc.*lib.*2.*var.reſol cap.*15.*num.* 7. ſi enim omnes voluerunt, quod quamuis regulariter obligatio fideiuſſoris eſt nulla, data nullitate obligationis principalis, tamen limitatur hæc communis concluſio, quando fideiuſſor obligauit ſe vti principalis principaliter, quia tunc ſuſtinetur eius obligatio, etiam data nullitate obligationis principalis; etenim reſpondetur hoc bene ſuſtineri poſſe, quando obligatio principalis eſt ad aliquid ſoluendum, eo enim caſu quia quod promiſſum eſt per fideiuſſorem,& in ſolidum obligatum adimpleri poteſt,non eſt ponere os in cælum,quod eius obligatio pro valida ſit diiudicanda, quamuis illa principalis 9

debitoris

debitoris nulla,& in hoc caſu loquuntur DD.modo citati; at in caſu noſtro data nullitate obligationis principalis, quod fideiuſſor promiſit,nimirum reum principalem præſentare,adimplere non poteſt, cùm nullum habeat modum cogendi principalem ad ſe præſentandum, ad quod fideiuſſor ſe obligauit, ex quo principalis eſt perſona Eccleſiaſtica, & ſic illud, ad quod fideiuſſor principaliter, & in ſolidum ſe obligauit, adimpleri nullo modo poteſt, & conſequenter neceſſariò in hoc caſu ſtandum eſt regulæ; vt data nullitate principalis obligationis, corruet ſimiliter obligatio fideiuſſoris, quamuis principaliter facta, & hoc eſt, quod in terminis noſtris tenet Dom.Reg.Rou. *deciſ.*19. *cit.* quem vide. Cætera,ſi quæ deſunt, ſuppleant Domini mei.

Donatus Antonius de Marinis.

SVMMARIVM.

1 *Filius ſecundogenitus, an poſſit petere à primogenito partem pretij, quam pater expendit pro emendo titulo, ſicuti poteſt pro emendo feudo?*

2 *Filius conferre non tenetur, quod pater expendit pro emenda militia, vel dignitate.*

3 *Tex.* in leg.1.§.nec caſtrenſe,ff.de collat. *bonorum in præſenti adducitur.*

4 *Filium primogenitum conferre cum fratribus ſuis pretium, quo feudum fuit emptum de iure regni diſponitur, & conſuetudine ipſius.*

5 *Conſuetudo tantùm habet de potentia, quantum habet de vſu.*

ARGVMENTVM.

Filius primogenitus, qui in feudo empto per patrem ſucceſſit, an ſicut tenetur conferre cum fratribus ſuis ſecundogenitis pretium, quo feudum illud emptum fuit, idque ex conſuetudine, ſic in Regno iudicandi, ſic pariter teneatur conferre pretium, ſi quod pater erogauit in acquiſitione Tituli, putà Principatus Ducatus Marchionatus, vel Comitatus: & de aliis.

ALLEGATIO CXLVIII.

1 DOMINVS meus Regens Ferdinandus Brancia miles ordinis Calatrauæ,Dux Beuederij, de noſtra iuriſprudentia optimè meritus,his diebus me interrogauit, ſi Doctorem aliquem nuſquam obſeruaſſem, qui dixerit, quod, quemadmodum, mortuo patre feudatario, qui feudum pecunia mediante acquiſierat, poteſt filius ſecundogenitus à primo, qui in feudo ſucceſſit, petere partem pretij erogati in emptione feudi, ac ſi in arca illud repertum eſſet, idque non alia actione, ſecundum receptiorem ſententiam, niſi iure collationis ex vulgata Theorica Andr. *in cap.Imperialem, §.præterea Ducatus, in addit. num.*39.*de prohib.feudi aliena.per Feder.* ita pariter poſſet eademmet actione petere partem pretij,ſi quod idem pater erogaſſet in acquiſitione tituli Principatus, Ducatus, Marchionatus, & comitatus; & cum negatiuè reſpondiſſem; nimirum me nunquam obſeruaſſe Doctorem, qui de hoc dubitauerit, conſiderabamus filium ſecundogenitum in petendo à fratre ſuo primogenito partem pretij à communi patre erogati in acquiſitione tituli, prorſus actione carere,cum diuerſa militet ratio in vno caſu, quàm in alio; ſiquidem quod filius primogenitus teneatur cum fratribus ſecundogenitis conferre pretium à communi patre erogatum in emptione feudi, quod quidem pretium ſi ita impenſum non eſſet,reperiretur in arca,in eoque ita ſuccederet primus ſicut & cæteri filij; ſuadet ratio, quia ſucceſſit in re indiuiſibili,ex qua fructus annuos,& tot commoda ſingulis anni diebus percipit, id quod non conſideratur in ſucceſſione dignitatis, ex qua nihil vtilitatis, aut lucri conſequitur, ſed tantùm ſimplicem honorem.

Et vt ferè in puncto ratiocinatur Anton. Fab. *de error.Pragmat.decad.* 41. *errore* 9.*num.*6. 10.11. nimirum an filius, pro quo pater militiam, ſiue dignitatem emit, teneatur, quod impenſum eſt cum fratribus conferre, negatiue reſpondit. Nam etſi propter illam dignitatem maximum videatur conſequi honorem, huic tamen honori maximum pariter eſt annexum onus ipſiuſmet dignitatis gerendæ, quod quidem onus neceſſariò ſuſtinere cogitur, eoque magis addit Faber, ſi conſideremus æquum non videri, vt quis præſtare cogatur æſtimationem illius rei, quam rem ſi filius ipſe præſtare vellet, non poſſet; dignitas enim hæc mere perſonalis eſt, ideoque à perſona abſcedere non valet, nec communicari vllo modo poteſt, allegat tex. individualem *in leg.*1.*§.nec caſtrenſ.ff.de collatione bonorum.* ibi, *ſed an id,quod dignitatis nomine à patre datum eſt, vel debetur conferre, quia in commune cogatur, videamus. Et ait Papinianus libro* 13. *quæſtionum, non eſſe cogendum: hoc enim propter onera dignitatis præcipuum haberi oportere. Sed ſi adhuc debeatur hoc ſic interpretandum eſt, vt non ſolus oneretur is, qui dignitatem meruit, ſed commune ſit omnium hæredum onus hoc debitum.* 3

His omnibus pro confirmatione aliud ego addidi, cui reſponſum aliquod accommodari non poteſt; nimirum cùm nullo iure caueatur, vt filius primogenitus cogatur cum fratribus ſuis ſecundogenitis conferre pretium, quo feudum à communi patre fuit comparatum; ſed tantum hoc in Regno ſeruamus ex conſuetudine præſcripta ſic iudicandi, quæ traxit originem à vulgatiſſima Theorica Andreæ *in dicto §.præterea Ducatus, à num.*39.vt ex Minadoo,Anna filio, Regente Rouito, & Montano deduximus *lib.*2. *reſolutionum iuris cap.*85. *& alibi*, hæc quidem conſuetudo ſic iudicandi non fuit aliter practicata, niſi in acquiſitione feudi; nuſquam autem in acquiſitione tituli. Vnde cum conſuetudo tantùm habeat de potentia, quantum habet de vſu, vt ſatis bene probant Tobias Nonius *conſil.*48. *num.*23. Roland.à Vall. *conſ.*5.*ſub num.*10.*lib.*3. & Hondedeus *conſ.*87.*num* 49.*libro.*1.& *conſil.*75.*num.* 46.*lib.*1. conſequens eſt dicere, vt quod conſuetudine 4 5

dine introductum eſt in vno caſu tantum, ad alium, quamuis ſimilem extendi non poſſit; eſt enim conſuetudo ſtricti iuris, & proprios terminos non excedit, illamque ad terminos eiuſdem naturæ extendendi haud poſſe, ſcripſerunt Doctores modo citati, quorum ſatis ad rem, de qua agimus, memini *cit. cap.*80. circa finem.

Donatus Antonius de Marinis.

SVMMARIVM.

1 *Electi Ciuitatis Neapolitanæ an habeant iuriſdictionem corporalibus pœnis plectendi ſubditos annonæ.*

2 *Textus* in cap.cum perſonæ, de priuilegiis in 6. *adducitur.*

3 *Poſſeſſorium intentans, ſi allegat immemorabilem, an lite pendente ſit manutenendus.*

4 *Textus* in cap. cum veniſſent, de inſtitutionibus, *adducitur.*

5 *Titulus coloratus qui propriè dicatur.*

6 *Dominus Regens de Ponte* conſ.97. n.19. volum.1. *in præſenti adducitur.*

7 *Iſernia noſter in præſenti affertur ad propoſitum.*

8 *Dominus Regens Capicius Galeota,* primo tomo,controu.51. *adducitur.*

9 *Textus* in dicto cap.cum perſonæ, *in noſtro Regno nunquam fuit practicatus cum fiſco.*

10 *Fiſcus poſſeſſores ad titulum oſtendendum, quando, & qualiter cogat.*

11 *Titulus coloratus quando, & qualiter aſſiſtat poſſeſſorio.*

12 *Conſuetudo qualiter, & quando inducatur, & per quot vices debeat obſeruari.*

13 *Præſumpta inueſtitura quomodo, & qualiter prætendi valeat.*

14 *Textus* in cap. ſi quis per triginta, *in vſibus feudorum, adducitur.*

15 *Dominus Camillus de Curte cum cæteris Pendiſtis huius Regni adducitur.*

16 *Aſſenſus Regis, an præſumatur conceſſus ex longiſſima poſſeſſione rei.*

17 *Iuriſdictionales actus in multiplici genere ſunt.*

18 *Iuriſdictionis exercitium fuiſſe apud aliquem,per quos actus probetur.*

19 *Præſcriptio, ſiue titulus coloratus non requirit Principis ſcientiam in iuriſdictionalibus.*

20 *Scientia præſumpta, an ſufficiat pro titulo colorato.*

21 *Iuriſdictionis poſſeſſorium, vt conſeruetur ſolus ſtatus eſt attendendus.*

22 *Electi huius fideliſſimæ Ciuitatis in ſubditos Annonæ merum, & mixtum imperium exercent.*

23 *Tituli infecti obſtaculum, qualiter diluatur.*

24 *Priuilegium ſtrictum, ſiue dubium per obſeruantiam ſubſequutam recipit latam interpretationem.*

25 *Ciuitas Neapolitana per D.D. Electos qualiter repræſentetur.*

26 *Sententia proceſſus,& iudicium factum in vna cauſa, non præiudicant in alia.*

27 *Priuilegium Principis, an operetur idem, ac conſuetudo immemorabilis.*

28 *Regalia Principis poſſunt per immemorabilem præſcribi.*

29 *Textus* in cap.dudum de decimis,*adducitur cum Oſaſco* deciſ.100.

30 *Priuilegium qualiter, & quando præſcribi poſſit.*

31 *Poſſeſſorij iudicium an decidatur cum termino.*

32 *Poſſeſſionis interruptio qualiter dicatur facta.*

33 *Litteræ Catholicæ Maieſtatis in præſenti adducuntur, vſque ad n.*37.

ARGVMENTVM.

Electi Ciuitatis Neapolis nùm iuriſdictionem habeant corporalibus pœnis puniendi ſubditos Annonæ. Titulus coloratus quis dicatur, & cuius ſit importantiæ. tex. *in cap. cum perſonæ, de priuileg. in 6.* declaratur, & an in Regno cum fiſco procedat. tex. *in cap.* 1. §. *ſi quis per triginta, in tit. ſi de feudo defuncti militis,* num in Regno contra Regem allegari poſſit. Principis ſcientia an requiratur ad coloratum titulum inducendum. Fiſcus poſſeſſores bonorum, quæ ſunt de regalibus ad titulum oſtendendum quando, & qualiter cogat: & de aliis notabilibus.

ALLEGATIO CXLIX.

CVM inſtitiſſet Regius Fiſcus declarari Electos huius præclariſſimæ Ciuitatis nullam habere Iuriſdictionem, corporalibus pœnis plectendi ſubditos Annonæ, cùm illos in eorum magiſterio delinquere contigerit. Procurator Ciuitatis excipiendo allegauit, ſuos ſpectabiles Principales iuſto titulo ab immemorabili

rabili tempore ſtetiſſe, & ſtare in pacifica poſſeſſione, ſeu quaſi iuriſdictionis prædictæ; ſicque inſtitit, ſibi impartiri terminum ad probandum incumbentia, ac interim manuteneri Ciuitatem in ſua quaſi poſſeſſione, quouis remoto impedimento, quo factum fuit, vt in hoc ſummariiſſimo poſſeſſorio dubitaretur, quid iuris.

2 Contra Ciuitatem primò, & principaliter affertur diſpoſitio tex. *in vulg. cap. cum perſona, de priuil. in 6.* qua attenta, cùm huius iuriſdictionis titulus non exhibeatur, ſed tantùm allegatur inſimul cum immemoriali poſſeſſione, ſeu quaſi, quia ius prorſus reſiſtit, vt poſſideatur res, quæ ſine titulo poſſideri non poteſt, lite pendente non poteſt Ciuitas in poſſeſſione, ſeu quaſi conſeruari, & ita in terminis terminantibus, nimirum, vt donec, qui dicit in poſſeſſione, ſeu quaſi ab immemorabili tempore reperiri exercendi Iuriſdictionem, immemorabilem non probauerit, ab exercitio repellendus, ſit, ſcripſerunt ex recentioribus, qui antiquos referunt. Couar. *pract. quaeſt. cap. 17. num. 6.* Iacob. Cancer. *var. reſol. lib. 3. cap. 14. num. 43.* Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 441. per tot.* Ioan. Franc. Capiblanc. *lib. 2. de author. Baron. cap. 77. per totum, &* Cyriac. *controuerſ. forenſ. lib. 1. contr. 178. num. 15. 16. 36. & 52.*

3 Cæterum, his non obſtantibus, Ciuitatis iura in tuto ſunt, eoque magis ſub bono Principe, & Iudicibus, doctrina, & integritate præclariſſimis; & vt pateat de veritate dico libenter, citra controuerſiam procedere concluſionem modò firmatam, ex diſpoſitione tex. *in d. c. cum perſona*, nimirùm, quod quàndo quis poſſidet rem, quæ ſine titulo poſſideri non poteſt, ſi ad poſſeſſionem tuendam allegat immemorabilem, nullo pacto lite pendente poſſit in poſſeſſione conſeruari, donec, & quouſque immemorabilem probauerit; ſed pariter citra controuerſiam procedit, vt hæc eadem concluſio reſtringatur, ſiue limitetur, quoties poſſidens titulum produceret coloratum, taliter quod poſſit Iudex ad credendum induci iuſtitiam eſſe pro poſſidente, hoc enim caſu fieret locus diſpoſitioni text.
4 *in capit. cum veniſſent, extra de inſtitutionibus*, nec aliter procedere, quæ determinantur *in c. cum perſona*; ita ſanè ſcripſerunt Abb. omninò videndus *in dict. cap. cum veniſſent. num. 8.* Antonius Capyc. *deciſ. 6. num. 10. & deciſ. 189.* quamuis de ea non bene ſenſerit Seſſe *de inhibit. cap. 5. §. 10. num. 19.* Iacob. Menoch. *de retin. poſſeſſ. rem. vlt. num. 24.* Achill. de Graſſ. *deciſ. 5. de reſtit. ſpoliat.* Capiblanc. *in pragm. 1. num. 235. de Baronib. & in cit. cap. 77. num. 17.* Ludou. Poſtius, poſt alios, quos ad nauſeam refert, *in ſuo tract. de manut. obſeru. 44. num. 29.*

5 Sed videndum eſt, quis ſit titulus iſte coloratus, & an Ciuitas noſtra eo fulcita ſit. Titulus coloratus ille dicitur, qui oritur ex diuturna poſſeſſione, ſicque aiunt Doctores antiquā poſſeſſionem ſat eſſe pro coloratione tituli, & ad effectum, vt quis lite pendente ſit manutenendus, adhuc lege reſiſtente: ita ſatis bene Bellemer. *deciſ. 455. num. 2.* Felin. *in conſ. 2. num. 27.* Rot. *deciſ. 595. num. 4. part. 1. diuerſ. & 384. num. 1.* penes Card. Caualer. & *194. num. 12. in collect.* per Po-
6 ſtium. Dom. Reg. de Pont. omninò videndus *conſ. 97. num. 19. lib. 1.* quo loco dicit, quod quando certum eſt, aliquem diu poſſediſſe, vel per informationem captam, vel alio modo, tunc lite pendente non eſſet ille poſſeſſione priuandus, quamuis verſaremur ſuper his, quibus lex reſiſtit, quia tunc præſumeretur titulus, vel quia fuit allegatus, vel quia in iudicio ordinario plenè de eo conſtabit, ſicque fieri locum diſpoſitioni text. *in d. c. cum veniſſent*, & demum *num. 26.* addit, quòd quando tractatur de poſſeſſione contra ius, ſi de ea conſtat, adiuuata titulo ſaltem colorato, tunc debet manuteneri, qui in poſſeſſione exiſtit, at ſi non conſtaret procederet text. *in d. c. cum perſona*, idemq; in *conſ. 31. num. 8. lib. 2.* Auguſt. Barboſ. ſatis benè *voto deciſiuo 52. num. 19. lib. 2.*

7 Hinc noſter Andreas *in cap. Imperialem, num. 68.* & ibidem Affl. *in § illud, in fin. de prohib. feud. alien. per Feder.* ſcitiſſimè ſcripſerunt, quod ſi vaſſallus fuerit à Domino feudo ſpoliatus, ex eo quod inuentus ſit ſine titulo poſſidere, erit omnino reſtituendus, quamuis de titulo ſpoliati non conſtet, ſi tamen de colorata poſſeſſione fuerit doctum, iſtumque colorem probatum dici, ſi vaſſallus ipſe ſpoliatus docebit, ſe longo tempore poſſediſſe, putà decem, viginti, vel triginta annorum, idemque ſatis bene Peregr. *de fideicom. art. 51. n. 141.* quo loco noſtrum inſequendo Afflict. ait, nullo pacto opus eſſe, vt feudatarius ſpoliatus doceat de ſuo titulo, ſed docto de colorata poſſeſſione reſtituendus eſt aduerſus ſpolium Domini; & Rot. de Regaliis loquens, ait, quod quando tractatur de quaſi poſſeſſione eorum, quæ ſunt de regalibus, ſat eſſe quaſi poſſeſſionem decennalem *deciſ. 17. num. 18. part. 1. diuerſ.* qui-
8 bus omnibus adſtipulantur ſcripta per Dom. Reg. Capyc. Galeot. *controuerſ. lib. 1. controuerſ. 51.* vbi de officiis, & regaliis agens probat, quod vbi conſtat, aliquem eſſe in poſſeſſione alicuius rei, vel iuris, Iudex debet illum, qui tempore litis motæ poſſidebat, conſeruare, adhuc ſi ei ius commune reſiſteret, & vehemens iuris communis præſumptio contra eundem poſſidentem ſe offerret, procededere enim in hoc caſu ait tex. *in dict. c. cum veniſſent*, cui obſtaret tex. *in d. cap. cum perſona*, quia diſpoſitio illa procedit in eo, cui ius reſiſtit, nec docet in promptu de poſſeſſione, ſecus autem, cùm de poſſeſſione conſtaret, ſic poſſidens titulum præſumptum, ſiue coloratum deducens, allegat D. de Franch. *deciſ. 210. num. 4.* Menoch. *cit. remed. vlt. retinenda, num. 21. & 24.* D. Reg. Lanar. *conſ. 27. num. 8.* Capyc. *dec. 13. 55. 77. 96. 189. & 299.* & D. Reg. de Pont. *locis ſuperius relatis.*

9 Et ex hoc credo, communem illam concluſionem in principio firmatam ex diſpoſitione text. *in dict. cap. cum perſona*, in Regno noſtro, cum Regio Fiſco nunquam fuiſſe practicatam, nam, vt ſcripſi *lib. 2. mearum reſolut. cap. 115. num. 16.* & in obſeruatione ad deciſionem D. Reg. Reuert. 111. ſecundùm meam nouiſſimam compilationem, hucuſque non vidimus, nec à maioribus audiuimus, D. Regem noſtrum poſſeſſores earum rerum, quæ ſunt de Regalibus de facto ſpoliaſſe, ſed ordinariè iura ſua Regium Fiſcum propoſuiſſe, poſſeſſores ad titulum oſtendendum vocando, id, quod pariter aduertit D. Reg. de Pont. *tract. de poteſt. Pro-* 10
reg. tit. de Regalibus impoſit. §. 6. num. 38. & ante eum Afflict. *in Conſtit. quæ incipit inter multas, intra n. 4.* per text. ad literam *in c. Regni, Item ſtatuimus, quod ſi Procuratores Fiſci*, ſecundùm ordinem Ioan. Ant. de Nigris 120. cuius notabilia verba ſunt hæc. *Item ſtatuimus, quod ſi Procuratores Fiſci, vel alij Officiales, ſeu publica perſona, ad quorum officium iſtud ſpectat, credant, poſſeſſiones aliquas, ſiue iura ad Fiſcum ſpectantia detineri per aliquos occupata, detentores ſeu poſſeſſores ipſarum poſſeſſionum, ſeu iurium in competenti Tribunali conueniant, & contra ipſos, ſeruato iuris ordine procedatur, nec ipſarum poſſeſſione priuentur, antequam legitimè conuicti fuerint, & etiam condemnati*; in hoc tex. Niger noſter *num. 5.* explicando verba illa text. *iuris ordine*, dicit hæc verba, in tex. ibi *iuris ordine, qui eſt, vt poſſeſſor citetur, libellus offeratur, lis conteſtetur, iuretur de calumnia, & ſentẽtialiter condẽnetur*, &c. Addo modo ſic ſancitum, ſicque deinceps obſeruatum, cum ſemper titulus præſumptus, ſiue coloratus, qui ex diutina poſſeſſione exoritur fuerit ſuppoſitus, ac proinde meritò agnoſcimus, poſſeſſores, lite pendente

dente in eorum poſſeſſione fuiſſe per Reg. Camer. conſeruatos.

11 Sed videamus, ſi titulus iſte coloratus Ciuitati noſtræ aſſiſtit, & quis eſt, qui hoc non videat; nonne ſupra centum annos in promptu afferuntur tot actus iuriſdictionales, vltra alios in termino iudicij proprietatis adducendos, quibus pleniſſimè conſtat, Electos fuiſſe,& eſſe in poſſeſſione, ſeu quaſi iuriſdictionem criminalem exercendi in ſubditos annonæ, Dominis Proregibus, cœteriſque ſupremis Officialibus ſcientibus, & non ſolùm tacitè, ſed expreſsè conſentientibus, quorum quidem ſcientiam, ſiue tacitum, conſenſum in hoc Regno ſat eſſe, etiam ad conſuetudi-
12 nem præſcribendam, decennali curriculo concurrente, & quod per duas dumtaxat vices ita ſeruatum ſit, dixit,& ſatis notanter D. Reg. Reuert. *deciſ.* 24. cuius dictis ſatis conferunt ſcripta per D. Reg. Capyc. Galeot. *alleg. controu.* 51 *num.* 45. 46. 47. *&* 48. in quibus locis probat, & prudenter, Officialium ſcientiam in præſcriptione, Principis ſcientiam eſſe, ad tradita per Surd. *dec.* 4. *num.* 6. & quod dicitur, Regis præſentiam in Regno neceſſariam eſſe, per Conſtitutionem *Conſuetudinem*, procedere dumtaxat in caſu particulari, nimirùm, quando agitur de præſcribendo feudum ipſum, in terminis text. *in cap.* 1. §. *ſi quis per triginta, in tit. ſi de feud. defunct. milit.* ea quidem ratione, quia cum Prorex de nouo inueſtire non valeat, non minus poteſt præſumpta inueſtitura ab ipſo prætendi,
13 ad tradita per Io. Vinc. de Ann. *in rubr. de vaſſall. decrep. ætat. à num.* 451. *& in ſingular.* 194. ſecus autem in cæteris iuriſdictionalibus, vbi ſolam Magiſtratuum ſcientiam ſat eſſe tuetur, idemque, & ſatis bene D. Reg. Valenz. *conſ.* 93. *num.* 45. vbi Bar. Imol. & aliorum auctoritate pro indubitato affirmat, Officialium ſcientiam, in præſcriptione contra Principem ſufficere.

14 At pro eo, quod ad caſum noſtrum pertinet, ceſſat omnis contentio, ſtante lapſu annorum centum, per quod quidem continuatum tempus actus producuntur iuriſdictionales ab omni interruptione procul, vnde, ſiue de feudo, ſiue de iuriſdictione agatur, ſit locus legitimæ præſcriptioni, quæ priuilegio æquiparatur, ſiue manus præſumptæ inueſtituræ, quæ ex iuſta immemorabili poſſeſſione, ſeu quaſi exoritur, Domini noſtri Regis abſentia, ſiue ignorantia non obſtante; nam quod dicitur text. *in dict.* §. *ſi quis per triginta,* propter Regis abſentiam in Regno, contra Fiſcum allegari non poſſe, vt dicamus, per hoc tempus præſumptam induci inueſtituram, ſine contradictore, Noſtrates declarant. ſecus eſſe, quoties immemorabilis temporis lapſus concurreret, iuxta Conſtitutionem *quadragenalem*, ita ſanè ex recentioribus ratiocinati ſunt
15 Camill. de Curt. *in diuerſ. iur. feud.* 1. *part. fol.* 73. *num.* 94. *& ſeq. & fol.* 76. *à num.* 135. *verſ. & propterea infertur ad notabilem quæſtionem, vſque ad finem.*

Dom. Reg. de Pont. *conſ.* 32. *num.* 18. *&* 19. *lib.* 2. Octau. Bambac. *in d.* §. *ſi quis per triginta, quæſt.* 10. *per totam, præſertim num.* 70. Io. Andr. de Georg. *in repet. feud. cap.* 24. 25. 26. 27. *&* 28. & Iulius Cæſar Gallup. *in method. iur. feud. part.* 1. *cap.* 4. *num.* 25. quibus placet addere Dom. Reg. Valenz. *loco cit. num.* 44. vbi notabiliter probat, inter alias prærogatiuas conſuetudinis immemorabilis eam eſſe, quod non requiritur ſcientia illius, contra quem introducitur.

16 Et à ſimili, in terminis Regij Aſſenſus pro firmitate contractuum bonorum feudalium requiſiti, qui in Regno ſucceſſit in locum inueſtituræ, vt per Andr. *in cap.* 1. *quib. mod. feud. conſtitui poteſt*, & alios relatos per Octau. Bambac. *in cap.* 1. §. *ſi minori, num.* 37. *in tit. ſi de feud. defunct.* ſi non producitur impetratus in forma ſolita, quod præſumatur conceſſus ex longiſſima poſſeſſione feudi, dixerunt Paris de Put. *in tract. de reinteg. feud. cap.* 40. *num.* 23. & *cap.* 133. *num.* 30. Marin. Frecc. *lib.* 2. *de ſubfeud. quæſt.* 28. *num.* 4. *&* 5. D. Reg. Lanar. *conſ.* 94. *in fine.* D. Reg. de Pont. *conſ.* 155. *num.* 12. *lib.* 1. Dom. Reg. Rouit. *in Pragm.* 1. *ante num.* 20. *de priuileg. vniuerſit.* vbi tuetur, validam fuiſſe capitulationem initam inter Baronem, & Vniuerſitatem, quamuis Reg. aſſenſus ſuper illa non produceretur, quia iam erant elapſi anni centum, vnde capitulatio illa vallata cenſebatur aſſenſu Regio præſumpto, ex diſpoſitione legis, quem Vniuerſitas allegauit, ſicque opus non habebat, illum exhibere in forma ſolita. Ego ipſe *reſolut. iuris lib.* 1. *c.* 234. *num.* 15.

Actus, inquam, iuriſdictionales, qui producuntur 17
ad iuriſdictionem fundandam, triplicis ſunt generis; habemus enim quamplurima banna pænalia de mandato Dominorum Electorum, continuatis temporibus ab anno 1544. vſque ad hæc noſtra tempora publicata.

Habemus pariter nonnulla diffinitiua decreta à Dominis Electis, cum voto Conſultoris prolata, quibus conſtat, delinquentes in concernentibus annonam fuiſſe corporalibus pœnis afflictos, & innocentes abſolutos, de quibus decretis in gradu appellationis, quam condemnati interpoſuerunt, ſic ſe grauatos ſentientes, in Collaterali Conſilio per Conſultores Ciuitatis relationes factæ fuerunt, vt latiùs ex facti nota hæc diſtincta apparent.

Habemus & tandem palam præ foribus Tribunalis S. Laurentij inſtrumentum, quo delinquentes de mandato Dominorum Electorum, ictibus plectuntur, vulgo dicimus, *Done ſe danno li butti.*

Quod autem ex his omnibus, Dominorum Electo- 18
rum iuriſdictio ſatis probetur, docent Doctores communiter *in cap. cùm Eccleſia Sutrina, extr. de cauſa poſſeſſ. & propriet.* & latè Menoch. *de retinend. poſſeſſ. remed.* 3. *num.* 585.

Et in puncto, quod emanatio banni probationem inducat quaſi poſſeſſionis iuriſdictionis, probant, & ſatis notanter Innocent. *in cap. dilectus, de capel. Monach.* vbi expreſſis verbis ait, cenſeri acquiſitam quaſi poſſeſſionem iuriſdictionis in aliqua Ciuitate, vel Prouincia, per Banni emanationem, quamuis nemo inciderit in pœnas, in banno præſcriptas, hoc eſt, dato, quod non probetur, ea ad effectum deductā fuiſſe. Bal. idemque, & ſatis bene *in leg.* 2. *num.* 54. *Cod. de ſeruit. & aqu.* & *in eius Margarita in verb. poſſeſſio.* Anchar. *in cap. ſine poſſeſſione, col.* 20. *&* 22. *de regul. iur. in* 6.

Pract. Papienſ. *in forma libelli in actione confeſſoria, in verb. plenam, & omnimodam, num.* 10. *&* 11. Roman. *conſ.* 70. *num.* 12. Dec. *conſ.* 694. *num.* 12. Capyc. *deciſ.* 27. *num.* 30. *in fine.* Iacob. Mandel. de Alba doctè ſatis *conſ.* 64. *num.* 9. 10. Marcell. de Mauro *Alleg.* 2. *n.* 11. Poſtius *cit. tract. de manuten. obſeru.* 31. *num.* 41. *& ſeq.* Dominus Reg. Capyc. Latro omnino videndus *deciſ.* 77. *num.* 12. *&* 13. vbi probat, pro fundanda poſſeſſione alicuius iuriſdictionis non requiri de eſſentia, vt probetur, quod fuerit decretis Curiæ obtemperatum, cum ſat ſit probari, bannum pænale eſſe promulgatum, quamuis ei non ſit paritum.

Quodque decretorum prolatio iuriſdictionem probet, dixerunt Bart. *in leg.* 2. § *hoc interdicto, ff. de itiner. actuque priuato.* Roman. *cit. conſ.* 70. *num.* 13. Soc. Sen. *conſ.* 187 *lib.* 2. Brun. *conſ.* 34. *num.* 13.

Et de inſtrumentis ad pœnas infligendas deſtinatis, quod actus ſint iuriſdictionis Bald. *in l. data opera, num.* 28. *C. de his qui accuſ. non poſſ.* Alex. *conſ.* 43. *in fin. lib.* 1. Brun. *loco ſupra citato.*

Quibus ſic ſe habentibus, duo hac in re ſunt om- 19
nino aduertenda, alterum, quod in his actibus magis communiter receptum eſt, nullam Principis ſcientiam eſſe

eſſe probandam ad præſcriptionem, ſiue coloratum titulum inducendum, vt ex Petr. Iacob. *in ſua praxi in capit. de libello ſuper iuriſdictione, in princ.* notat Auendan. *de exequend. mand. lib. 1. part. 1. c. 2. n. 24. & 25.* poſt Abb. & alios, quos allegat.

20 Alterum, quòd etiã ſi Principis ſcientia requireretur (circũſcriptis prædictis) hæc ſatis præſumeretur, nedũ ex in facto deductis, ſed etiam ex eo, quòd hæc omnia per tot annorum curricula publice, & palã geſta ſunt, vt optimè ad rẽ argumentatur Menoch. *conſ. 1156. n. 66. in fin.* etenim funiculus in Tribunali S. Laurentij præ oculis omnium ſemper extitit, & ſignanter EE. DD. pro tempore Protegum, cæterorumque Supremorum Officialium, quando contingit, ad publica Comitia incedere, & conuenire, nulla vnquam ſubſequuta querimonia; immò à maioribus percipimus, inuictiſſimum Carolum Cæſarem fælicis recordationis, dum ad Diui Laurentij Templum accederet, funiculum illum vidiſſe, de eoque inueſtigaſſe, auditoque inſtrumentum eſſe, quo Spectabiles Electi pœnas irrogabant in delinquentes in re annonaria, acquieuiſſe.

21 Quò fit, vt nulli ſit dubium, ex his omnibus ſic breuiter exaratis, Statum iuriſdictionis Dominorum Electorum in concernentibus Annonam reſultare, in eoque fore illos conſeruandos, cùm adhuc in iuriſdictionalibus, non ius, ſed ſtatus ſit attendendus, vt latè probat Peregr. *de iur. fiſc. lib. 1. tit. 2. n. 55. cum ſeqq. arg. l. 1. C. de Sum. Trinit. & fide Cathol. cit.* Bal. *in c. elim. extr. de reſcript. & in rubr. C. de fruct. lib. & lit. exp.* Boſſ. *in tit. de crimine leſ. Maieſt. n. 82.* & Reſtaur. *de Imper. q. 53. n. 20.* quibus nos addimus noſtrum D. Regent. Capyc. Galeot. *controuerſ. lib. 1. controu. 9. num. 17.*

22 Et pro coronide, quod Electi huius Fideliſſimæ Ciuitatis in ſubditos annonæ Iuriſdictionem, ac merum imperium exerceant: teſtis eſt inſignis Dominus Regens de Tapia, qui in hoc Regno, ferè per annos ſexaginta Regi noſtro inſeruiendo, togatus militauit, *lib. 7. Iuris Regni in Pragm. 2. ſub tit. de adminiſtratione Vniuerſ. verſ. vel per concilium,* quem rogo videri, quia ſatis bene loquitur.

23 Nec in aliquo noſtris Dominis Electis obſtabit id, quod ad prædicta deſtruenda opponitur ex aduerſo de titulo allegato Sereniſſimorum Regũ Ladiſlai, & Ferdinandi Primi, in cauſa, quã habuimus cũ Præfecto Annonæ, quo attento, forſan tueri poſſet, quod cùm ab illis Regibus merum Imperiũ Dominis Electis conceſſum non ſit, ſed tantum ciuilis Iuriſdictio demandata, nimirum, vt ſubditi Annonæ, cùm in eorum magiſterio delinquere contigerit, pecuniaria pœna mulctentur, immemorabilis poſſeſſio, de qua ſupra, nullius momenti Ciuitati eſſe poteſt, quaſi conſtet de titulo infecto, ad tradita per Innoc. per illũ text. *in c. dudũ, n. 2. extr. de decimis;* Etenim huic factæ oppoſitioni multifariã reſpõdetur.

24 Primò, non impertinenter tueri poſſe, adhuc iuriſdictionem criminalem, benè ponderatis verbis Gratiarũ, Dominis Electis fuiſſe conceſſam, vel ſaltem illarum tenore attento, de hoc dubitari poſſe, quod quidem dubium ex antiquata obſeruantia per centum, & tot annos inde ſequuta, clarum ſit, vt criminalis Iuriſdictio à dictis Sereniſſimis Regib. intelligatur conceſſa; etenim receptiſſimum eſt, priuilegium ſtrictum, ſiue dubium, ab vſu, & conſuetudine ſubſequuta, latam recipere extenſionem, & interpretationem, ita ſatis notanter Freder. de Senis *conſ. 61. n. 2. verſ. prætereà conſuetudo.* Alex. *conſ. 9. n. 5. lib. 5.* Soc. *conſ. 63. n. 11. lib. 3.* vbi dicit, conceſſionem præcedentem, per ſubſequutam obſeruantiam interpretari, etiam ſi verba non paterentur. Crau. *conſ.* 101. *n. 4. & conſ. 118. n. 2.* Menoch. *conſ. 49. n. 20. & ſeq.* Surd. *conſ. 224. n. 7. & conſ. 275. num. 11.* Put. *deciſ. 15. n. 2. lib. 2.* Mantica *deciſ. 310. num. 5.* quo loco dicit, Priuilegia, quæ ſunt leges priuatæ, *can. priuil. 3. diſt. l. ius ſingulare, ff. de l.* ab obſeruantia ſubſequuta optimam recipere interpretationem; immò magis a conſuetudine, quam à iure communi illa interpretari addit, nec huiuſmodi obſeruantiam, quæ conſuetudo dicitur interpretatiua, longi temporis præſcriptione indigere, allegat Paul. Caſtrenſ. *conſ. 347. n. 4. lib. 1.* Aret. *conſ. 11. n. 5. ad finem,* & Crauet. *conſ. 118. nu. 2.* eandemque concluſionem probant pariter Seraph. *deciſ. 1410. num. 16. & 17.* & Rota ſatis bene *deciſ. 451. n. 3. in reſiduo, 5. par. recent.*

Secundò reſpondetur, quando diceremus, ſub cõceſſione facta à Sereniſſimis Regibus Ladiſlao, & 25
Ferdinãdo Primo, nullo pacto iuriſdictionem comprehendi criminalem, non per hoc, quia hic titulus fuit allegatus in cauſa Præfecti annonæ, affert in præſentiarũ præiudicium aliquod in hac cauſa mota per Regium Fiſcum contra Ciuitatem; nam circumſcripto, quòd in illa cauſa fuit allegatus per tunc Dominos Electos, qui cùm Ciuitatem non repræſentarent, ad tradita per *Franc. de Petr. conſ. 46.* eidem præiudicium afferre non poterunt; dico, quod cùm hæc diuerſa ſit cauſa ab illa, & inter diuerſas perſonas, ſit locus receptiſſimæ concluſioni; nimirum, iu- 26
dicium, proceſſum, & ſententiam, quæ in vna cauſa fiunt, non procedere, ſiue præiudicare in alia, perſonam alteram reſpiciente, *iuxta tit. cap. res inter alios acta,* ita ſatis bene Soc. Iun. *conſ. 57. n. 1. vol. 4.* Alex. & communiter omnes *in l. ſæpè, ff. de re iudic.* facit text. *in l. ſi vnus, §. ante omnia, ff. de pactis.* Maſcard. *de probat. concl. 33. n. 36.* vbi addit, quod ſicuti non nocet, ita etiam nec patrocinatur, ad tex. *in l. 2. C. quand. res iudic. non nocet.*

Tertiò, & meliùs, ſupponamus, citra præiudicium 27
veritatis, quod titulus ille fuerit allegatus in illa cauſa à tota Ciuitate, ſiue à perſonis, quæ illam repræſentare poterant, & quod verè ſub conceſſione à dictis Dominis Regibus facta, iuriſdictio non comprehendatur criminalis; peto ego, eritne nobis per hoc os clauſum, vt in hac, de qua agimus cauſa, alium non valeamus allegare, & producere titulum, quo probare poſſimus, merum imperium in ſubditos annonæ Dominis Electis fuiſſe conceſſum? certè nulla lex hoc vetat; etenim ſi Carolus Cæſar, ſiue Rex Catholicus iuriſdictionem criminalem Ciuitati cõceſſiſſet, nulli dubium eſt, quod hanc exhibendo conceſſionem, res noſtra in tuto eſſet; quodnam ergo nocumentum nobis erit, dum non exhibemus titulũ Principis, & ſic hominis; bene tamen titulum legis; poteſtne inter vnum, & alterum titulum diſcrimen aliquod conſtitui; ſonat enim in auribus omnium concluſio illa, vt immemorabilis poſſeſſio priuilegio æquiparetur, quodque tantum operetur Regia largitio, quantum immemorabilis poſſeſſio, ſunt Iura nimis vulgata *in cap. ſuper quibuſdam, §. præterea, de verb. ſignif. in c. 1. circa fin. de præſcript. in 6. in leg. hoc Iure, §. ductus aquæ ff. de aq. quotid. & æſtiu. in l. 1. §. fin. ff. de aqu. plu. arc.* & in his locis, & alibi DD. communiter, quos ad nauſeam refert Ant. Gabr. *commun. concl. lib. 5. tit. de præſcript. concl. 1. num. 1. & 2.* Gaballin. *miliLoquio 571.* Peregr. *de iure fiſci lib. 1. tit. 2. num. 61.* vbi probat, vt omnia, quæ ſunt priuilegio quæſibilia, acquiri etiam poſſint præſcriptione immemorabili, allegat Abb. & Dec. *in capit. cum contingat, extr. de foro compet.* & Cardin. in Clement. 2. *in fine, de Relig. domib.* idemque ex noſtratibus Dominus Reg. Reuert. *deciſ. 30. libro 6. alias 495.* ſecundùm meam compilationem.

Montan. de *Regalib. in præludiis, n. 31. verſ. Conſuetudine immemorabili acquiruntur Regalia*, vbi dicit, quòd quando immemorabilis eſt pro nobis, titulum allegare opus non eſt, quia immemorabilis poſſeſſio dicitur priuilegium.

28 Dominus Reg. & Præſ. de Curte *in cit. diuerſ. Iuris feudalis fol. 73. à n. 90. ad 95.* quo loco dicit, ea, quæ ſunt de regalibus Principi reſeruatis, per vſum temporis immemorabilis acquiri poſſe, aſſignat rationẽ, quia vſus tanti temporis, vim habet priuilegij, iurib. paulò ante citatis, ſubdẽs, quod immemorabilis tantæ eſt poteſtatis, quòd præſumptionem inducit, iuris, & de iure, contra quam probatio non admittitur in contrarium, ac propterea regulam conſtitui poſſe, quòd omnia, quæ priuilegio mediante acquiri poſſunt, poſſint pariter quæri per immemorabilem, & n. 148. addit, ex probatione tanti temporis reſultare, vt præſumatur præceſſiſſe inueſtituram, idque ſatis benè probat etiam D. Reg. Rou. *in cit. prag. 1.* ante *n. 20. de priuil. vniuerſ.* dùm dixit, Capitulationẽ initã inter Baronem, & Vniuerſitatem ex lapſu centum annorum, vallatam cenſeri aſſenſu Regio præſumpto ex diſpoſitione legis, quam Vniuerſitas allegauit, ſicque illam opus non habuiſſe, aſſenſum in forma ſolita exhibere.

29 Si igitur eiuſdem ponderis, & virtutis eſt immemorabilis poſſeſſio, cuius eſt priuilegiũ; dùm illa Ciuitati aſſiſtit, deque ea magis in Iudicio proprietatis conſtabit, non eſt, de quo in præſentiarum dubitari poſſit; Etenim opportuna eſſet oppoſitio, vt immemorabilis nullius ſit releuantiæ, quando conſtat de titulo inualido, ſi diceremus, Dominos Electos per centum, & tot annos merum imperium in ſubditos Annonæ exercuiſſe, ex conceſſione ſibi facta à Regib. Ladiſlao, & Ferdin. I. quæ modò inualida detegitur, ſic. n. loquitur Innoc. in terminis illius tex. *in d. c. dudũ*, vbi Prior Hieroſolymitani Hoſpitalis decimas Epiſcopo ſoluere recuſans, ad eius fundandã intentionẽ probauit, per tempus immemorabile non ſoluiſſe, ac inſimul cum immemorabili exhibuit titulum Regis, ac Reginæ Vngariæ, a quibus Hoſpitale prædictum exemptionem à decimis ſoluendis obtinuerat; qui quidem titulus, ex defectu poteſtatis concedentiũ nullus erat, ac proindè Priori exhibenti illum, ſuffragari non poſſe, ſtatuit Pontifex ille Sãctiſſimus, & pariter in his terminis loquitur Cach. *deciſ. 100.* At in caſu noſtro titulus præfatorum Sereniſſimorum Regum eſt validiſſimus, & quod Fiſcus prætendere poteſt, illud tantùm eſt; nimirùm, vt ſub hac conceſſione, merũ Imperium non comprehendatur; Vnde ſi nos huic Fiſci prætenſioni adhærere velimus, nõ ex hoc oritur, vt immemorabilis poſſeſſio, quæ nobis aſſiſtit, corruat; quia ſi dicimus, à Ladiſlao, & Ferdinando, & ſic ab homine acquiſiuiſſe Ciuitatem iuriſdictionẽ Ciuilem tantum, acquiſiuit demùm à lege alterã, nimirum Criminalem, quæ inter ſe non ſunt aliter repugnantia, ſed benè compatibilia, ſic ratiocinatur Dom. Reg. Lanar. *conſ. 94.* vbi

30 *n. 5. & 6.* duos in hac materia diſtinguit caſus, quorũ primus eſt, quandò tractatur de præſcriptione eius, quod continetur in priuilegio: nam ſi demùm detegitur, priuilegium eſſe nullum, poſſeſſio, quantumuis immemorabilis corruit prorsùs, hic nõ eſt caſus noſter, ſed alter, nimirùm, quando tractatur de acquiſitione eius, quod non continetur in priuilegio, putà, ſi priuilegium continet minus quam eſt per tempus immemorabile quæſitum (quod eſt ſummum, quòd Fiſcus in hac cauſa prætendere poteſt) & in hoc caſu, cùm priuilegiũ, & immemorabilis poſſeſſio non ſint contraria, ſimul in eadem re bene procedunt, & pinguius ſuccurritur per poſſeſſionẽ immemorabilẽ in eo, quod in priuilegio nõ continetur, allegat Andr. *in Cõſt. In locis domanij*, qui in fortiorib. terminis docet, poſſe Baronẽ præſcribere ea, quæ in priuilegio ſuæ inueſtituræ ſunt Regi reſeruata: ideq; & fere in propria materia noſtra D. R. Capyc. Latro *conſult. iur. li. 1. conſult. 2. à n. 20. vſq; & per totũ 24.* vbi cùm aduerſus Regiũ Fiſcum inſtantem, Principem Conchę fore cogendum ad relaxandum iura Portulaniæ, põderũ, & menſurarum, quæ in ſuo Comitatu Calentiæ poſſidebat, inter alia oppoſuiſſet conuentus de titulo reſultante ex immemorabili poſſeſſione, replicante Fiſco, immemorabilem conuento non opitulari, quia conſtabat iam de titulo hominis, in quo nullo pacto legebatur conceſſio iuris Portulaniæ, ſicque non potuiſſe conuentum præſcriptione ſe tueri, ex eo, quòd de titulo inualido, & vitioſo conſtabat, ad tex. *in d. c. dudũ*, conſultus D. Reg. qui in Reg. Cam. victoriam pro cliente reportauit, reſpondit, & probauit, titulũ hominis, qui in illa cauſa fuerat productus, nullatenus fuiſſe præſcriptioni cõtrariũ; ſicq; potuiſſe Baronẽ conuentum, priuilegio, & præſcriptione vti; imò, quod poterat præſcribere, etiam ea, quæ in priuilegio extiterant Principi concedenti reſeruata.

Minus etiam obſtat nobis vana altera oppoſitio, 31 quæ fit, nimirum, immemorabilem poſſeſſionem, ſeu quaſi noſtrorum Dominorum Electorum exercendi iuriſdictionẽ criminalem in ſubditos annonæ, fuiſſe in an. 1578. 1581. & 1587. interruptam, idque conſtare ex Regiis litteris, Dominis tunc Electis directis, quæ impreſſæ circumferuntur. Primò enim reſpondetur opportunam extitiſſe oppoſitionem hanc, ſi de proprietatis iudicio ageremus, at quia in caſu noſtro verſamur in poſſeſſorio ſummariiſſimo, ſicque dato iuris termino, ante omnia prouidendum, an lite pendente ſint Domini Electi in eorum quaſi poſſeſſione manutenendi, & conſeruandi, ſat eſt nobis docere de titulo colorato, qui oritur ex diutina poſſeſſione; decem, nimirum annorum, quam cùm Ciuitas enixè demonſtraſſet, & longè maiorem, abſque vllo obice, non eſt cur hodie in hoc interdicto interim de allegata interruptione tractari poſſit.

Secundò reſpondetur, quòd ſi iudicium proprie- 32 tatis eſſet in limine expeditionis, adhuc dicimus, nullius ponderis eſſe oppoſitionem, quæ fit de allegata interruptione, mediantibus litteris Regiis paulò ante enunciatis, nam ſi de eo dumtaxat nos agimus, nimirùm an Domini Electi poſſint corporalibus pœnis ſubditos annonæ punire, cum in eorum magiſterio delinquere contigerit, huc uſquè in litteris prædictis non legimus, non vidimus, nec audiuimus, Regium Fiſcum inſtitiſſe, per Supremũ Magiſtratum declarari iuriſdictionem hanc Ciuitati non competere, ac ſuper inſtantia iſta fuiſſe litem conteſtatam, quo caſu diceretur de iure interrupta poſſeſſio, ex diſpoſitione tex. *in l. more litis, C. de rei vendic.* minuſque legimus in litteris prædictis, nec alibi vidimus, neque audiuimus, per Collaterale Cõſilium fuiſſe Dominis Electis ordinatum, ne corporalibus pœnis afficiant ſubditos annonæ, cùm illos delinquere contigerit; ſed quòd aduerſus illos M. C. cauſarum criminalium, ſiue alius Iudex priuatiuè procederet, prout demùm in huius mandati executionem proceſſiſſet; quo etiam caſu diceretur interrupta Dominorum Electorum quaſi poſſeſſio, in quibus ſanè terminis loquitur Abb. *in capit. illud, & in cap. auditis, extra de præſcript.* quem ſequitur Balbus *de præſcript. 3. part. 6. & vltimæ principalis, num. 40. verſ. primò quæro, fol. 563. in paruis*: vnde his ſic ſtantibus, non video, cur in hac cauſa de interruptione immemorabilis poſſeſſionis, ſeu quaſi Do-

minorum

minorum Electorum circa exercitium iuriſdictionis criminalis in ſubditos annonæ, tractari poſſit.

33 Sed ad maiorem claritatem iuſtitiæ, quam in hac cauſa fouet Ciuitas, examinemus quæſo, quid in dictis Regiis litteris continetur. In primis ſub datum 16. Octobris 1578. aliud non continetur, niſi Reg. Conſenſus concluſioni factæ per Ciuitatem, vt panis, qui in poſterum conficeretur, nonniſi duarum ſpecierum comederetur, abolita tertia, quæ dicebatur *à rotolo*, & quòd pro huius concluſionis obſeruantia, ea imponeretur pœna, quæ Dominis Electis videretur, ſic aſſentiit, & mandauit Dominus tunc Prorex Marchio de Mondeyar, cum voto Collateralis Conſilij ſub die, & anno prædictis.

34 Subſequuntur aliæ litteræ ſub dat. 26. Ianu. 1581. ſupplici libello Dominorum Electorum præcedente, in quo aſſeritur; quòd cum eſſet emanatum bannum cum conſenſu, & voluntate prædeceſſoris D. Proregis pro obſeruantia concluſionis per Ciuitatem, vt ſupra factæ, ne ſub pœna Regiarum Triremium potuiſſet confici tertia illa ſpecies panis, quæ denominabatur *à rotolo*, aliquam illud pateretur difficultatem, circa obſeruantiam contentorum in eo, ob pœnam Regiarum Triremium contrauenientibus impoſitam, quia multum intererat, vt declararetur, quo pacto bannum prædictum obſeruari deberet, vel moderari, ſupplicatum fuit Domino Proregi ſucceſſori, vt quòd circa hoc iuſtum, & conueniẽs erat, prouidere dignaretur; cui quidem ſupplicationi reſpondit Dominus ille Prorex D. Ioan. de Zunica, approbando pœnas impoſitas in dicto banno, ex quo in exequutionem Regij mandati priùs dati, impoſita erant; ſed quia eodem banno, eaſdem pœnas Electi impoſuerant aduerſus Piſtores *che lauoraſſero* hæc ſunt verba Regiarum litterarum) *il fiore, tanto delle farine bianche deſtinate à lauorare il pane bianco, come à quelle deſtinate à far pane bruno*, &c. mandauit Dominus Prorex, ex quo impoſitio dictarum pœnarum erat contra formam dicti præcalendati Regij Ordinis, vt moderarentur, ſicque illæ imponerentur pœnæ, quæ in capitulis *del ben viuere*, ab Electis imponi poterant; hoc eſt illud, quod continetur in dictis Regiis litteris; quæro modò, harum litterarum tenore attento, quo pacto ex aduerſo prætendi poteſt, fuiſſe per hoc interruptam poſſeſſionem, ſeù quaſi iuriſdictionis criminalis, quam ab immemorabili tempore noſtri Domini Electi exercuerunt aduerſus ſubditos annonæ, cùm deliquerint: ſi dices, fuiſſe interruptã, quia Dominus tunc Prorex mandauit, vt aboleretur pœna Regiarum Triremium, quam Electi in caſu prædicto impoſuerant, hæc eſt ſumma vanitas.

Primò, quia ſic fuit ordinatum in illo caſu particulari, & maxima cum ratione, ſi verum eſt, quod in dictis Regiis litteris habetur, nimirùm, bannum fuiſſe emanatum non ſeruata forma ordinis Regij.

Secundò, quia nullo pacto nos contendimus, pœnas per Electos in eorum bannis impoſitas corporales, à Dominis pro tempore Proregibus moderari, vel tolli non poſſe, ſed quod iuſtiſſimè prætendimus, illud eſt, vt non poſſit Dominus Prorex Electis prohibere, ne iuriſdictionem exerceant criminalem aduerſus ſubditos annonæ, cùm illos delinquere cõtigerit: hæc enim prohibendi poteſtas in ſola Domini noſtri Regis perſona reſidet, nec aliter illam Dominis Proregibus communicatam agnoſcimus, & in hunc modum vnico verbo ſatisfacimus alteri, quæ fit, oppoſitioni, nimirùm Ciuitatem hanc Fideliſſimã nullo pacto dici poſſe, iuriſdictionem, de qua agimus acquiſiuiſſe, niſi in officium, & ſucceſſiuè reuocabilem ex Affl. *in c. 1. §. item ſi quis, in tit. quib. mod. feud. amittatur*, de quo meminit Montan. *in ſuo tract. de regalib. in verb. poteſtas conſtituendorum magiſtratuum, n. 15.* nam quando dictum hoc pro vero ſupponere velimus, cùm vſque adhuc Sereniſſimus ac Piiſſimus Rex noſter illam non reuocauerit, non video, cur ſermo iſte exierit, quòd quando iuriſdictio eſt in officium conceſſa, poteſt a Principe reuocari.

Superuenerunt & aliæ Regiæ litteræ ſub datum 17. Aprilis eiuſdem anni 1581. quibus mandatum fuit tunc Dominis Electis, vt omnia banna emanata circa concernentia annonam huius Ciuitatis, in vnũ redigerentur, cùm ex multiplicitate bannorum deſuper promulgatorum magna oriebatur confuſio, & reſpectu pœnarum, quòd illæ imponerentur, quæ in capitulis *del ben viuere* præſcriptæ reperiebantur, exceptis tamen illis caſibus, in quibus maior pœna de mandato D. Proregis impoſita extitiſſet, & quòd nullo pacto imponerentur pœnæ Domini Proregis arbitrio reſeruatæ, ex quibus quidem Regiis litteris prætendit Regius Fiſcus, euidenter conſtare corporalium pœnarum comminationem fuiſſe Dominis Electis interdictam, & ſucceſſiuè poſſeſſionem, ſeu quaſi immemorabilem interruptam: At nos reſpondemus, prætenſionem hanc Regij Fiſci, nullius ponderis eſſe, quandoquidem in caſibus prouiſis in capitulis *del ben viuere*, pœnæ inibi præſcriptæ nunquam auctæ fuere; ſed quia creſcente hominum malitia, multa in præteritum contigêre, & in dies contingunt, quæ in capitulis prædictis determinata non habentur; proinde in diuerſis caſuum contingentiis, non immeritò illæ à Dominis Electis impoſitæ fuerunt, pœnæ, quas ipſis pro bono publico imponi viſum fuit, patet, quia in eiſdem Regiis litteris annuitur pariter, maiores pœnas in aliquibus caſibus a Dominis Proregibus impoſitas fuiſſe, quàm illas in dictis capitulis contentas; ergo non omnia fuerunt prouiſa in capitulis prædictis; ſed quicquid ſit de hoc, noſtra contentio, vt diximus in præcedenti, verſatur, an Domini Electi ſint conſeruandi in eorum immemorabili poſſeſſione, ſeu quaſi exercitij iuriſdictionis criminalis in ſubditos annonæ, cùm illos delinquere contigerit; In hac enim controuerſia, vt fuit ſupra demonſtratum, nulla ſe offert interruptio, ergo; etenim fac, vt ſubditus annonæ contraueniat banno, de ordine Domini Proregis emanato cum comminatione pœnæ corporalis, nonne Domini Electi in ea poſſeſſione, ſeu quaſi ſemper extitere, cognoſcendi, & puniendi ſic delinquentem? certè ſic.

Subſequuntur aliæ Regiæ litteræ ſub datum 17. Aprilis 1587. quæ potiùs Dominorum Electorum fundant intentionem, quàm illam elidunt; in illis .n. habentur vendecim capitula prouiſionalia ſuper venditione carnis cùm impoſitione pœnarum corporalium, dataque poteſtate Electis pro illorum obſeruantia publicari faciendi banna, ac pœnas exequendi aduerſus contrauenientes, abſque figura Iudicij, quid melius pro Ciuitate? 36

Aliæ, quæ producuntur litteræ ſub datum 23. Maij eiuſdem anni 1587. non obſtant, imò proſunt; nam quatenus ex illis conſtet, eo tempore Dominos Electos, tunc Domino Proregi ſupplicaſſe, vt in bannis aduerſus *Coyrarios* promulgandis, vltrà pœnas pecuniarias, corporales etiam iniungerentur, ſicque per hoc contendat hodie Reg. Fiſcus ſatis conſtare, iuriſdictionem criminalem pœnes Electos nullatenus reſidere, quia ſi illam habuiſſent, non aliter tunc Domino Proregi ſupplicaſſent, vt eis permitteretur pœnas imponendi corporales. Reſpondetur, ideo illius temporis Electos ità ſupplicaſſe, quia *Coyrarij*, aduerſus quos bannum erat promulgandum, non erant ſubditi annonæ, prout nec eos ad præſens eſſe 37

contendunt; ſicque neceſſariò ad Dominum Principem recurrendũ erat: vnde fac modò, vt hi *Coyrarij* banno prædicto contraueniant, cũ certũ ſit incidere eos in pœnam triennalis remigationis, ex poteſtate Dominis Electis tributa, dubitari non poteſt, eſſe illos Iudices competentes ad cognoſcendum de crimine iſto contrauentionis banni prædicti, ſicque ex hoc eo magis Dominorum Electorum iuriſdictio criminalis enixa detegitur.

Hæc ſatis ad demonſtrandam iuſtitiam Ciuitatis.

Donatus Antonius de Marinis.

SVMMARIVM.

1 *Auctores, qui de Sanctis Iuſto Orontio, & Fortunato ſcripſerunt.*

2 *Septem honoris qualitates, quibus ab immemorabili tempore hi ſancti culti & venerati fuerunt.*

3 *Hi ſeptem honores ſunt, qui omnibus Sanctis debentur, & tribui ſolent.*

4 *Vt pro ſancto quis habeatur, ſufficit, vel in eius honorem templa, & Altaria Deo eſſe dicata, vel ſacrificium in illorum memoriam Deo eſſe oblatum.*

5 *Eccleſiæ vniuerſalis, vel etiam particularis, antiqua conſuetudo cum expreſſo, vel tacito Sedis Apoſtolicæ conſenſu ſufficit pro veneratione Sanctorum, & feſti celebratione, ac officij recitatione.*

6 *Conſuetudo hæc debet eſſe immemorabilis, quæ iuſtus cenſetur titulus, & vim priuilegij obtinet.*

7 *Ex Conſtitutione Vrbani Octaui immemorabilis hac in re temporis curſus eſt is, qui excedit metam centum annorum.*

8 *Cultus adhibitus notoriè ſanctis vltrà centum annos facit præſumere ſcientiam ſummi Pontificis, & multò magis Ordinarij loci.*

9 *Conſtitutione Gregorij XIII. prohibetur nominum ſanctorum particularium Eccleſiarum in Martyrologio deſcriptio, non autem illorum cultus, & officij ſoliti recitatio.*

10 *Ex rubrica Martyrologij Romani nomina ſanctorum, de quorum Canonizatione non conſtat, ſed de conſuetudine in particularibus Eccleſiis coluntur, legi poterunt etiam primo loco.*

11 *Clauſula Martyrologij*, & alibi aliorum plurimorum Sanctorum, *comprehendit quotquot per orbes ſanctitatis ſub titulo, etiã abſque canonizatione venerantur.*

12 *Ex rubrica Breuiarij Romani poteſt recitari officium duplex de ſanctis non canonizatis à Sede Apoſtolica qui de conſuetudine alicuius particularis Eccleſiæ coluntur, qui tamen cultus debet eſſe ſolemnis.*

13 *In Kalendario Romano tantùm ſancti, quorum recitatur officium, in Martyrologio verò omnes ſancti ab Eccleſia approbati ſcribi conſueuerunt.*

14 *Cultus ſolemnis qualis ſit.*

15 *Diſpoſitio particularis ex ratione particulari reſtringitur.*

16 *Rubricæ Breuiarij Romani ſunt veluti iuris communis totius Eccleſiæ regulæ.*

17 *Pij V. Conſtitutio non derogat conſuetudinibus feſtorum ſolemnium ſanctorum, quæ in Breuiarij rubrica ſeruari conſtituit.*

18 *Officium pro ſanctis non canonizatis dici non poteſt.*

19 *Niſi ſint Sancti, qui ex immemorabili conſuetudine ab Eccleſiis particularibus coluntur.*

20 *Canonizationes Sanctorum duobus modis in Eccleſia Dei introducta ſunt.*

21 *Canonizabatur particulariter olim ab Epiſcopis in earum Diœceſibus.*

22 *Natalitia ſanctorum Martyrum Romæ olim Notarij ſcribebant, & in aliis Eccleſiis aliqui ex eorum Clero.*

23 *Memoriæ vocabantur Eccleſiæ, quæ in Sanctorum Martyrum honorem Deo conſecrabantur.*

24 *Felix I. decreuit, vt quotannis ſacrificia martyrum nomine celebrarentur, quod antea traditione tantùm ſeruabatur.*

25 *Canonizandi Sanctos modus fuit prius introductus quoad Martyres, quam quoad Confeſſores.*

26 *Mos canonizandi particulariter ceſſauit.*

27 *Canonizandi ſecundus modus vniuerſaliter ab Alex. III. & Innoc. III. præſcriptus fuit.*

28 *Canonizati tamen ante hos Pontifices vnde eim ſancti fuerunt quorum nomina ſcribuntur num.* 30.

29 *Sanctus aliquis an Canonizatus fuerit ante annum* 804.

31 *Sancti ab Alex. III. canonizati.*

32 *Sancti vſque ad tempus Vrbani VIII. Canonizati ad ſeptuaginta duos tantùm accedunt.*

33 *Cæteri autem omnes ſancti de conſuetudine coluntur.*

34 *Canonizandi alius modus in Synodo Prouinciali.*

35 *Conſuetudines colendi Sanctos non canonizatos magno periculo ſubiacent, non tamen ab hoc improbandæ, quæ piè introducta & legitimè præſcripta ſunt.*

36 *Acta ab Apoſtolis & ſignanter à D. Paulo non omnia ſcripta fuerunt à S. Luca.*

37 *Coniectura de Tito Iuſto, cuius mentio habetur in Actis Apoſt. c. 18. vt idem ſit, ac Sanctus Iuſtus Martyr, qui Licij colitur.*

38 San

38 *Sanctorum Acta ex monumentis, & tabulis, ac manuſcriptis antiquis Eccleſiarum deſumi ſolent.*

39 *Paulo Regio in vitis, quas de Sanctis ſcripſit, fides adhibenda eſt.*

40 *D. Pauli Apoſtoli Diſcipuli innumeri fuerunt.*

41 *Acta martyrum Romanorum Pontificum iuſſu congeſta magnam iacturam paſſa ſunt tempore Imperatorum, qui Chriſtianos perſequebantur.*

42 *Sacra Congregationis Rituum decreto percipitur, quod nihil conſtituatur de ſanctis, de quibus in Calendario Romano ſeu rubricis Breuiarij nihil habetur, ſed eadem Sacra Congregatio conſulatur: ex hoc tamen decreto non videntur prohibita feſta, & officia de Sanctis ab immemorabili tempore celebrari ſolita.*

43 *Renunciatio non præſumitur, & eſt strictè intelligenda.*

44 *Cedens, vel renuncians poſſeſſionem, vel dominium de iure perdere videtur, ſed ſi poſtea de facto incumbat, & inhæreat poſſeſſioni eſt manutenendus, & reintegrandus ſi ſpolietur.*

45 *Scandalum magnum oriretur ex mutatione, vel innouatione cultus ſanctorum: ideóque nihil mutandum.*

46 *Sacra Rituum Congregatio vetuit eligere in patronos locorum, niſi illos ſanctos quos vniuerſalis veneratur Eccleſia.*

47 *Eius tamen decreto non fuit abrogatum patrocinium ſanctorum, qui ante illius publicationem in diuerſis locis pro patronis habebantur.*

48 *Sancti Iuſtus, & Orontius ab immemorabili tempore à Populo Licienſi pro ſuis patronis habiti ſunt, idemque ſupplicauit pro ſancto Fortunato, quem ab immemorabili tempore Eccleſia Licienſis, vti ſanctum, licèt non vti Patronum venerata eſt.*

49 *Horum Sanctorum præcipuè verò Orontij ope, & precibus Ciuitas Licij, & vniuerſa eius Prouincia à peſtilenti lue præſeruata fuit, ac innumera beneficia quotidie à Deo obtinet.*

ARGVMENTVM.

Cultus, & Veneratio Sanctorum, eorumque canonizationes in vniuerſali, & particularibus Eccleſiis enarrantur; Quodque cultus ſanctorum, qui in particularibus Eccleſiis venerantur, licèt canonizati non ſint, ſi ſolemniter, & per immemorabilis temporis curſum fuerit illis adhibitus, piè, & rectè, etiam iuxtà nouas Summorum Pontificum Conſtitutiones, & rubricas Martyrologij, & Breuiarij Romani, eodem modo continuari in futurum valeat, taléſque ſancti in patronos eligi, feſtum illorum, & Miſſam celebrari, ac officium recitari poſſint, cum decreto Sacræ Rituum Congregationis, quæ ita approbauit, & indulſit.

ALLEGATIO C L.

VT Eminentiſſimis Patribus Sacræ Rituum Congregationis pateat Iuſtitia Ciuitatis, & Capituli Lycienſis ad obtinendum, vt Sancti IVSTVS Martyr, & ORONTIVS ipſius Ciuitatis Primus Epiſcopus, & Martyr in ſuos Patronos antiquos, quatenus opus ſit ab eis confirmentur, & D. FORTVNATVS Orontij Nepos, & in Epiſcopatu immediatus Succeſſor, in nouum Patronum benignè concedatur, ex cauſis in eadem Sacra Congregatione deductis, infra commemorandis. 1

Sciendum eſt, quod præter illa, quæ de his Sanctis ſcripſerunt Paulus Regius Epiſcopus Vici Equenſis, Antonius Beatillus è Societate Ieſu, in vita Sanctæ Irenes Virginis, & Martyris, cap. 7. in annot. Philippus Ferrarius in noua Topographia in Martyrologium Romanum, verbo, Aletium, & in Catalogo generali Sanctorum, qui in Martyrologio Romano non ſunt, in Menſe Auguſti, octauo Kal. Septembris, in annot. qui Auctor laudibus extollitur à doctiſſimo, & eruditiſſimo Lezana *conſult.* 2. *numero* 23. & 46. ac tandem Iacobus Antonius Ferrarius Patritius Lycienſis in deſcriptione Corinthi, quam anno 1552. confecit, & in Paradoxica Apologia rationum Ciuitatis Lycij; cuius vtrumque opus manuſcriptum legitur; ex proceſſu in Curia Epiſcopali Lycienſ. ad inſtantiam ipſius Ciuitatis, & Capituli inſtructo conſtat, ab immemorabili tempore.

Primò hos tres Sanctos in eadem Ciuitate, imò IVSTVM, & ORONTIVM etiam in Prouincia Hydruntina, ſemper pro Sanctis habitos eſſe, & tales fuiſſe vocatos, & immemorabilem traditionem eſſe, Iuſtum à Paulo Apoſtolo Corinthi degente Romam miſſum ad oras maritimas Lycienſes appuliſſe, & Orontij Hoſpitem fuiſſe, eumque, ac Fortunatum, alioſve illis ſanguine coniunctos ad Fidem Catholicam conuertiſſe, ac baptizaſſe, ad Vrbem deinde acceſſiſſe, & ab ea expeditum, Lyciumque reuerſum quam plurimis aliis ab Orontio cathechizatis, Baptiſmum quoque contuliſſe, & cum ipſis Orontio, ac Fortunato Corinthum rediiſſe, ibique à Paulo Apoſtolo Orontium Epiſcopum Lycienſem creatum eſſe, & ipſum Iuſtum ad prædicandum Euangelium ei Socium datum fuiſſe, hoſque omnes Lycium repetiiſſe, ibique, & in tota Prouincia Fidem Catholicam propagaſſe, & tandem ipſos Iuſtum, & Orontium Neroniana vigente contra Chriſtianos perſecutione, die vigeſimaſexta Auguſti, quarta Dominica eiuſdem menſis, anno ſexageſimo 2

octauo, variis cruciatibus ſimul Martyrio coronatos, ad Cœlum euolaſſe, & Fortunatum in Epiſcopatu Orontio ſucceſſiſſe, Martyriūque quoque paſſum eſſe.

Secundò, ſemper cum ſignis Sanctorum eorum Imagines depictas, & Statuas erectas fuiſſe.

Tertiò, in publicis Deo exhibitis precibus inuocatos illos eſſe, præſertim D.num Orontium, ad cuius Eccleſiam proceſſionaliter pro pluuia impetranda accedere conſuetum fuiſſe, & ipſum Orontium, ac Iuſtum ſemper, vti ſuos Patronos, eandem Ciuitatem exiſtimaſſe, ac coluiſſe.

Quartò, in honorem Sanctorum Iuſti, Orontij Templa, & Altaria Deo dicta eſſe, ac inter antiquos Eccleſiæ Cathedralis Lycienſis Canonicatus, alterum ſub Sancti Iuſti, alterum verò ſub Sancti Orontij Titulo ab immemorabili Tempore eſſe fundatos; Et in Ciuitatis Monopolitanæ Territorio Prouinciæ Barenſis adeſſe Eccleſiam ſub inuocatione Sancti Orontij, quam Alexander Tertius inter Eccleſias in iuriſdictionis confinibus Epiſcopatui eiuſdem Ciuitatis aſſignatas recenſuit in ſua Bulla expedita anno 1180. originaliter in illo Epiſcopali Archiuio ſeruata, cuius exemplar in proceſſu eſt deductum, vna cum ſcripta atteſtatione iuramento roborata Syndici, & aliorum de Regimine eiuſdem Ciuitatis, ab immemorabili tempore hoc Templum ibidem conſtructum inſpici, & in eo ſemper Miſſam celebratam eſſe, & nunc celebrari. Conſtat etiam ex ſimplici auditu teſtium aliquas Eccleſias antiquiſſimas ſub eodem Sancti Orontij Titulo in aliquibus locis Prouinciæ Hydruntinæ conſtitutas eſſe. In honorem verò Sancti Fortunati in eadem Cathedrali Lycienſi immemorabile Altare fuiſſe erectum cum duobus beneficiis in eo, ſub ipſius Sancti Titulo inſtitutis, quorum collationes vltra centum annos, nempè anno 1494. vna, anno verò 1551. altera, ex Actis antiquarum Viſitationum Marci Antonij Prolomei, & Ioannis Baptiſtæ Caſtromediani Epiſcoporum Lycienſium apparent; Ex quo longè ante ea erecta fuiſſe arguitur; licet idem Altare, quia vni ex ipſius Eccleſiæ Columnæ hærebat, & ideò illi impedimento erat, Præſulis tunc temporis iuſſu fuerit demolitum, Miſſarum eorumdem Beneficiorum oneribus in alia Altaria eiuſdem Eccleſiæ tranſlatis.

Quintò, in SS. Iuſti, & Orontij memoriam Miſſæ Sacrificium Deo fuiſſe oblatum.

Sextò, dicta quarta Dominica Auguſti ſemper in ipſorum Sanctorum Iuſti, & Orontij honorem ſingulis annis vſque ad annum 1640. Feſtum Solemniter cum Miſſa Solemni, & Officio ſub ritu duplici cum Octaua de Comm. plur. Mart. (confirmato deinde in Diœceſana Synodo Licienſi anno 1628. celebrata) concione, & multoties aſſiſtentibus Syndico, & Decurionibus in forma Ciuitatis, in ſignum, quod eos vti Patronos venerebantur, celebratum fuiſſe, & eadem die Nundinas celebres habitas eſſe, & nunc haberi.

Septimò, Sanctorum Iuſti, & Orontij pignora, ex immemorabili Traditione, in ſuis Eccleſiis extra Ciuitatem Lycij olim erectis antiquitus ſeruata, ob bella ad Cathedralem Eccleſiam tranſlata ſub eius pauimento eſſe recondita; ſed quo eius loco, ignoratur.

3 Ex quibus omnibus clarè apparet, hos Sanctos, præſertim Iuſtū, & Orontium præditos eſſe omnibus illis ſeptem honoris qualitatibus, quas Sanctis tribui ſolere docet Bellarm. *controu. tom. 1. controu. 7. general. de Beat. & Sanct. lib. 1. capite 7. verſ. ad ſeptimum*, quia infra *capite 10. verſ. quantum ad tertium*, tradit quoque, quod, vt pro talibus habeantur, ſufficeret, vel in eorum honorem Templa, & Altaria tantum Deo eſſe conſtituta, cùm illa publicum Cultum nomine Eccleſiæ denotent, & erectio Altaris cum Imagine alicuius Sancti ſignum ſit Canonizationis; Canonizatis enim tantùm Eccleſia ea permittit, vt ex Petro Damiano docet Baronius *Annal. tom. 10. anno 993. §. Non eſt autem. verſ. concedere*, quem refert, & ſequitur Molfeſ. *conſ. 45. num. 31.* Vel, Sacrificium in illorum memoriam Deo eſſe oblatum, quod magis, ac præcipuè ipſum nomine Eccleſiæ Cultum confirmat; cùm nullum in ea adſit Sacrificium, quod non ſit commune à Deo inſtitutum, & Templa, & Altaria ad ipſum referantur; Bellar. *loc. cit.* 4

Non obſtat, quod prædicti Sancti non ſint à Sede Apoſtolica Canonizati, neque eis ab Eccleſia Vniuerſali hi honores exhibeantur; quia reſpondetur, 5
quod nedum Eccleſiæ particulares, ſed etiam Eccleſia Vniuerſalis venerantur Sanctos antiquiores, non ex vi Legis, vel alicuius Decreti Summorum Pontificum, ſed ex antiqua Conſuetudine, cum expreſſo, vel ſaltem tacito Sedis Apoſtolicæ conſenſu, ſine quo illa nulla eſſet, vt in terminis Bellarm. *loc. cit. c. 8. in fine*, ex Diuo Thoma 1. 2. *quæſt. 97. art. 3.* quem ſequitur Molfeſ. *conſ. 46. num. 12.* & latè P. Lezana *d. conſult. 2. num. 11. & ſeqq.* vbi in propriis terminis Sanctorum ſuæ Religionis Carmelitanæ, qui à Sede Apoſtolica non fuerunt Canonizati, ſed ex antiqua Conſuetudine ab eadem Religione coluntur, probat hanc Conſuetudinem ſufficere, vt eorum Feſta celebrentur, & Officium recitetur.

Verùm hæc Conſuetudo debet eſſet immemorabilis prout eſt in caſu noſtrorum Sanctorum, quia 6
ea probata cenſetur probatus iuſtus titulus *cap. 1. ad finem, de præſcript. in 6.* Maſcard. *de probat. concl.* 1229. *num.* 8. & *concl.* 1377. *num.* 16. 22. 24. 36. & præcipue num. 49. & iuſtitiam permanentem habere cenſetur. Maſcard. *ead. concl.* 1377. *num.* 20. & tituli defectum ſupplet, Couar. *de præſcript. p. 2. §. 3. num. 9. verſ. primum*, & titulus ex ea inſurgens præſumitur Iuris, & de Iure, & non admittit probationem in contrarium, ſecundum communiorem opinionem, vt ex innumeris DD. probat Gabriel. *comm. concl. de præſcript. concl. 1. num. 5. præſertim in fine.* Sperell. *deciſ. 37. num. 15.* ita vt alius titulus non requiratur. Gabriel *ibidem num. 4. & 47.* Rot. Rom. *deciſ. 977. n. 4. par. 1. deciſ. 11. num. 2. & 3. part. 2.* & *deciſ. 631. n. 3. in fine, part. 4. recent.* Et hic titulus dicitur melior de mundo, vt docet eadem Rot. *deciſ. 654. num. 1. p. 2. & deciſ. 15*[illegible] *num. 4. part. 6. recent.* & apud Peniam *in deciſ. impreſſis deciſ.* 137. *num.* 2. & *deciſ.* 377 *num.* 71. Sperell. *d. deciſ. 37. num. 13.* & habet vim Priuilegij, eadem Rot. *deciſ.* 977 *num.* 4. *par.* 1. *deciſ.* 389 *num.* 3. *p. 3. & deciſ.* 942 *num.* 2. *p. 4. recent.* quidquid Paulus Rubeus *ad deciſ. 14. num. 20. p. 3. recent.* dicat, nempe, quod non ſit ſimpliciter verum, quod immemorabilis ſit melior titulus de mundo, & habeat vim Priuilegij, quia Rota paſſim contrarium docet, vt ait Sperel. *d. deciſ. 37. num. 13.* & habet locum etiam in reſeruatis Principi *l. hoc iure, §. ductus aquæ, ff. de aqua quotid. & æſtiu. cap. ſuper quibuſdam, §. præterea*, & ibi gloſ. *verbo, non extat memoria, de verb. ſignif.* Maſcard. *d. concluſ.* 1377. *num.* 23. Gabriel *loc. cit. n. 3.* Rota *dict. deciſ. 11. num. 2. p. 2. recent. & alibi*, vt tradit Sperell. *d. deciſ. 37. num. 5.* Et immemorabilis, ac Priuilegium Apoſtolicum pari paſſu ambulant. Rot. *deciſ. 614. n. 2. p. 2. recent.* Sperell. *loc. cit. num. 6.* & ita habetur pro veritate, vt non requiratur ſcientiæ Principis probatio ſecundum opinionem receptiorem, de qua Alex. *conſ. 6. col. 1. lib. 1.* notabiliter Decius *conſ. 2. lib. 1.* vbi multis exornat, & *conſ.* 172 *num.* 3. *ac conſ.* 341. *n.* 14. & ex curſu tanti temporis præſumitur iuſtus vſus, & quod interceſſerit auctoritas, & conſenſus Pontificis,

cis, ex Iuribus congeſtis à Rot. *d. deciſ.* 11. *num.* 3. & à Sperell. *d. dec.* 37. *num.* 10.

Et in terminis immemorabilis tituli Beatitatis acquiſiti ante decretum Alexandri III. *in cap. Audiuimus de Reliq. & Veneratione Sanctorum*, infra citando, illum eſſe meliorem de mundo, tradit Scacch. *de Cult. & Veneratione Sanctorum ſect.* 1. *capit.* 8. *verſ. Si vero titulum Beatitatis fol.* 49. *litera C.*

7 Sed efficacius in terminis noſtris adeſt Conſtitut. Vrban. VIII. quæ incipit, *Sanctiſſimus*, edita 4. Aprilis 1625. vbi Summus Pontifex, poſtquam prohibuit Venerationem, & Cultum hominum, qui obierint cum fama Sanctitatis, vel Martyrij, à Sede Apoſtolica non Canonizatorum, nec Beatificatorum, ſubdit hæc verba: *Declarans, quod per ſupraſcripta præiudicare in aliquo non vult, neque intendit iis, qui aut per communem Eccleſiæ conſenſum, vel immemorabilem temporis curſum, aut Patrum, Virorumque Sanctorum ſcripta, vel longiſſimi temporis ſcientia, ac tolerantia Sedis Apoſtolicæ, vel Ordinarij coluntur*, quod tempus longiſſimum, illiuſve immemorabilem curſum, idem Vrban. VIII. in ſua Conſtitutione, quæ incipit, *Cœleſtis Ieruſalem*, edita 5. Iulij 1634. declarauit, debere eſſe illud, quod excedit metam centum annorum. Sufficit ergo pro Veneratione Sanctorum, immemorabile tempus, ſeu ſcientia, ac tolerantia Sedis Apoſtolicæ, vel Ordinarij, vltra centum annos.

8 Et hæc ſcientia, ac tolerantia magis præſumitur, quando hic Cultus adhibitus eſt notoriè, quia tunc veriſimile eſt, Summum Pontificem illum ſciuiſſe, Capic. *deciſ.* 4. *num.* 30. quem citat, & ſequitur Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præſump.* 132. *num.* 71. *in fine*, & multò magis præſumitur ſcientia, ac tolerantia Ordinarij, quando hic Cultus publicè eſt exhibitus in locis ſuæ Iuriſdictionis, cùm non ſit veriſimile, quod res tanti ponderis, quæ publicè fit, ab eo fuerit ignorata; & ex dicta Conſt. Vrb. VIII. *Sanctiſſimus*, alternatiuè ſufficit ſcientia Sedis Apoſtolicæ, aut Ordinarij ob dictionem, *Vel*, que ex ſui natura, maximè quando inter diuerſa replicatur, eſt diſiunctiua, ſeù alternatiua, Barboſ. *tract. var. tit. de diction. vſufreq. dict.* 414. *num.* 1. 2. & 3. & ſufficit, vt vna pars verificetur.

Quæ omnia procedunt tam de Conſuetudine, qua Sancti coluntur ab Eccleſia Vniuerſali, quam de ea, qua illos venerantur Eccleſiæ particulares, vt diximus, etiam ſi in Kalendario, & Martyrologio Romanis non ſint deſcripti, vt expreſsè hoc probatur.

9 Primò ex Conſt. Greg. XIII. quæ incipit, *Emendato iam Kalendario*, impreſſa in principio Martyrologij à Cardinale Baronio notis inſtructi, vbi Summus Pontifex poſtquam decreuit, vt in peragendo Diuino Officio de Sanctis in Choro, illud tantùm Martyrologium adhibeatur; nè exiſtimetur, vt perpendit Lezana in terminis *d. conſult.* 2. *num.* 13. non poſſe fieri Officium de Sanctis in ipſo Martyrologio non appoſitis, ita ſubdit. *Si quos alios habuerint Sanctos in ſuis Eccleſiis, aut locis celebrari ſolitos, eos in hunc librum ne conferant, ſed ſeparatim deſcriptos habeant*: ex cuius Conſtitutionis verbis elicitur, vt ait Scacchus *de Cultu, & Vener. Sanct. ſect.* 11. *cap.* 4. *verſ. verùm contra hoc*, à Gregorio prohibitum eſſe conſcribi in hoc Martyrologio nomen cuiuſuis Sancti, licèt de eo in aliqua Eccleſia Officium recitetur, quia aliud eſt legitimo loco legi, aliud nomen eiuſdem imprimi; illud enim reſpicit horarum Canonicarum recitationem, & Veſperas illius diei, vnde vbi aliquod Officium Veſperarum dicitur, ex Rubrica, primo loco legi debet in Martyrologio, licèt in lectione ipſius Martyrologij eiuſdem diei vltimum locum, aut nullum haberet; hoc verò, nempè imprimere nomen illius in eodem Martyrologio, reſpiceret quamdam extenſionem Cultus, quod nemini, abſque Sedis Apoſtolicæ conſenſu, nec Epiſcopis permittitur. Et propterea verum eſt, ſubdit Scacchus *loc. cit. verſ. ſeq. qui incipit, argumentum*, non valere argumentum ad effectum Canonizationis à recitatione Officij ad impreſſionem in Martyrologio, quamuis, ſi Officium conſtaret recitari de licentia Sedis Apoſtolicæ, eſſet validum argumentum ad extenſionem Cultus Sancti, de quo recitatur in particulari Eccleſia, & propterea in Martyrologio poſſet deſcribi de licentia eiuſdem Sedis, ad quam pertinet extollere, & extendere Cultum Sanctorum *Lezan. loc. cit. num.* 7.

Secundò probatur ex Rubrica ipſius Martyrologij §. 4. in qua hæc habentur verba: *Feſta, de quibus eodem die fit Officium, ſemper primo loco pronunciantur, quod etiam ſeruandum erit & in Feſtis mobilibus; quæ pronuncianda ſunt vt infra dicetur, & in Sanctis propriis particularium Eccleſiarum in hoc Martyrologio non appoſitis, qui in iis tantum Eccleſiis, & locis, vbi præcipuè eorum memoria celebris habetur, legi poterunt etiam primo loco, ſi de illis ibidem agatur, ſi verò non agitur, poſt Sanctos in hoc Martyrologio deſcriptos, ordine ſuo; videlicet, Martyres poſt Martyres, Confeſſores poſt Confeſſores, & Virgines poſt Virgines.* 10

Et licèt Scacchus *loc. cit. d. ſect.* 11. *c.* 4. *in fine* dicat, hanc Rubricam debere intelligi de Sanctis Canonizatis, vel receptis ab Eccleſia Romana vt Canonizatis, tamen pace tanti Viri, ſi quod ipſe tradit, verum eſſet, iidem Sancti fuiſſent deſcripti in ipſo Martyrologio, & per totam Eccleſiam Vniuerſalem colerentur; igitur intelligenda eſt de Sanctis, de quorum Canonizatione non conſtat, ſed de Conſuetudine in aliquibus Eccleſiis coluntur. Imò ipſe Scacchus ibidem rurſus affirmat ex eadem Rubrica poſſe ob hanc conſuetudinem in particularibus Eccleſiis legi in Martyrologiis Sanctorum nomina, qui in illis coluntur, & negat poſſe eorum Cultum per Vniuerſalem Eccleſiam extendi, ipſos in Martyrologium prædictum, abſque licentia Sedis Apoſtolicæ, inſerendo.

Accedat quòd in eadem Rubrica Martyrologij §. 5. præſcribitur, vt quælibet lectio quotidiana, debeat terminari his verbis: *Et alibi aliorum plurimorum Sanctorum Martyrum, & Confeſſorum, atque Sanctarum Virginum*, quæ clauſula eſt antiquiſſima, & legitur in antiquiſſimis Martyrologiis, & præcipuè in ſingulis lectionibus Martyrologij Adonis, & in quodam vetuſtiſſimo Martyrologio manuſcripto in charta pergamena, quod ſeruatur in Archiuio Abbatiæ Sanctæ Mariæ de Pulſano Montis Gargani in Apulia, vt teſtatur Ioannes Paulus Grimaldus Societatis Ieſu *in Vita Sancti Rugerij Epiſcopi Cannenſis, ſeu Canuſini, annot.* 1. *in fine*, ſub cuius verbis legitur implicitè in ſingulis Eccleſiis memoria cuiuſlibet Sancti, qui in aliqua particulari Eccleſia tantùm colitur. Scacch. *dict. tract. ſect.* 1. *cap.* 7. *verſ. Communis Eccleſiæ praxis, fol.* 81. *lit. N.* & *fol.* 82. *litt. A.* Cuius verba hic annectere confert, ſic enim inquit: *Communis quoque Eccleſiæ praxis, plauſum populorum de Sanctitate alicuius prædefuncti roborat, atque confirmat. Vt nulla indigere Beatificatione, aut Canonizatione ferè videatur, qui communi populorum voto Sanctus cenſetur. vel ſi de Beatificatione, aut alicuius talis Dei ſerui Canonizatione agatur. præſtantiſſimũ inde argumentũ, & validum hauriri cõſtat. Per totã namq. Eccleſiam diuerſis in Epiſcopatibus Ciuitatib. Oppidis, & locis plures Dei ſerui coluntur, ad eorumdè honorem Horæ Canonicæ recitantur; & Miſſæ Sacrificium ad illorum* 11

memoriam ſupremo Numini offertur;de quorum Beatificatione, ac Canonizatione nihil certi habetur. Quin etiam plurimorum talium ſeruorum Dei nomina ſub titulo Sanctitatis in Martyrologiis leguntur, quorum quidem tanta eſt multitudo in diuerſis Orbis regionibus,vt propterea in fine Lectionis eiuſdem Martirologij addatur : [Et alibi aliorum plurimorum Sanctorum Martyrum, & Confeſſorum, atque Sanctarum Virginum.] Quibus quidem ſub titulis comprehenduntur quotquot per Orbem Sanctitatis ſub titulo à fidelibus venerantur.

12 Tertiò probatur ex Rubrica prima Breuiarij Romani *de Off. dupl.* vbi hæc ſunt verba. *Officium fit duplex &c. & in Feſtis Sanctorum, qui apud quaſdam Eccleſias, Religiones,vel Congregationes conſueuerunt ſolemniter celebrari cum Officiis à Sede Apoſtolica approbatis, aut ex eiuſdem Sedis auctoritate receptis, vel recipiendis (ſeruata tamen forma huius Breuiarij)alioquin de Cōmuni,etiam ſi prædicta in hoc Kalendario non ſint deſcripta*; ex cuius Rubricæ verbis clarè apparet, poſſe etiam recitari Officium duplex de Sanctis non Canonizatis à Sede Apoſtolica, qui de Conſuetudine alicuius particularis Eccleſiæ, Religionis, vel Congregationis ſolemniter coluntur,quamuis in Kalendario Romano non ſint deſcripti, vt eandem Rubricam in terminis prædictorum Sanctorum ſuæ Religionis Carmelitanæ conſiderat Lezana *d.conſult.2.num.2.*

13 Nec refragatur, quod alia ſit ratio Martyrologij, alia Kalendarij Romani, cum in hoc tantum Sancti, quorum recitatur Officium Eccleſiaſticum, in illo verò omnes Sancti ab Eccleſia Vniuerſali approbati ſcribi conſueuerint, vt perpendit Baronius *in eod. Martyrol. die 22. Iulij in notis Sanctorum decem millium Crucifixorum, circa initium*, & ideo hæc Rubrica intelligi debet,quod habeat locum in Sanctis non deſcriptis in Kalendario, dummodo tamen ſint appoſiti in Martyrologio Romano, & non eſt inferenda ad Sanctos in hoc non congeſtos, & qui ab Eccleſia Vniuerſali non coluntur.

Quia reſpondetur, eandem Rubricam neceſſariò intelligendam eſſe etiam de Sanctis in ipſo Martyrologio Romano non deſcriptis, quos Eccleſiæ particulares tantum venerantur; alioquin repugnaret dictæ Conſtit. Gregor.XIII. *Emendato iam Kalendario, & ipſius Martyrologij Rubrica*, §.4. paulò ante recenſitis, in quibus ſtatutum eſt, vt diximus, poſſe dici Officium de Sanctis, qui tantùm ab Eccleſiis particularibus coluntur, etiam ſi in Martyrologio prædicto non legantur.

14 Verumtamen eſt ex his quæ docet Lezana *dict. conſult.2. num.35.* perpendendo prædictam Rubricam in terminis prædictorum Sanctorum ſuæ Religionis Carmelitanæ non Canonizatorum, quod, vt illius diſpoſitio locum habere poſſit, requiritur qualitas Cultus ſolemnis, quæ in ea exprimitur, vt bene ibidem probat, vbi ſubdit cum Gau. *in loco paulò infra citando num.29.* quod hæc ſolemnitas importat, reſpectu Cleri ſecularis feſtiuitatem ipſius Cleri, vel Populi cum Pompa exteriori, puta cum Proceſſione, Apparatu, concurſu, & huiuſmodi, & ita declaraſſe ait ex eodem Gauant. *S. Rit. Congr. 28. Auguſti* 1628. reſpectu verò Regularium, vel Congregationum ſignificat ſingularem quemdam Cultum communem aliis Feſtis in Kalendario deſcriptis; & ex prædicta Rubrica, vt inſuper perpendit Lezana, ſufficit pro his Sanctis, quorum Feſta ſolemniter celebrantur, quod ſi non habeant Officia propria, ſumantur de Communi.

Hæc verò qualitas in Feſtiuitate Sanctorum Iuſti, & Orontij non defuit,quia, vt ſupra diximus,ex dicto Proceſſu conſtat, fuiſſe celebratam cum Apparatu, Miſſa ſolemni, Officio cum Octaua, Muſica,Concione, aſſiſtentia Syndici,& Decurionum Ciuitatis, & Nundinas celebres ipſa die eorum Feſti habitas fuiſſe.

Nec etiam, ait Lezana *loc.cit.num.24.* eidem Rubricæ obſtare, quod Pius Quintus in ſua Conſtitutione, quæ incipit, *quod à nobis*, edita anno 1568. ſtatuerit, recitantes Officium conformari debere cum Breuiario Romano, non obſtantibus Conſuetudinibus in contrarium, quia ne idem Summus Pontifex videatur ſibi ipſi in dicta Conſtitutione, & Rubrica contrarius, dicendum eſt, eum non excludere Conſuetudines in ipſa Rubrica commemoratas; 15 diſpoſitio enim generalis ex ratione particulari reſtringitur *l.cum Prætor, §.dulciſſimus ff.de leg.2.l. ſi de re certa,C.de tranſact.* Surd. & alij ab eo citati, & non comprehendit caſum ſpecialiter diffinitum *leg.cum in teſtamento,§.fin.ff.de hered.inſt.l.ſeruo manumiſſo.ff.de pecul.legat.* Barboſ. *in axiom.iuris axiom. 73.num 9.* & reſcripta Summorum Pontificum debent exponi iuxta communes iuris regulas *cap. cum cauſam,de reſcriptis,cap.licèt,de præbend.* Rubricæ verò Breuiarij ſunt veluti Iuris communis totius Eccleſiæ regulæ, 16 Thomas à Ieſu *in Regul. Carmelit.* quem refert, & ſequitur Lezana *loc.cit.*

Et idem in terminis, quod Pius V. in dicta ſua Conſtitutione non deroget conſuetudinibus Feſtorum ſolemnium Sanctorum, quæ ſeruari præſcripſit 17 in eadem Rubrica, & in aliis ſubſequentibus,nempe *tit.2.de offic.ſemidupl. num.1.* ibi, *Officium fit ſemiduplex &c. Et in feſtis propriis quorumdam locorum, ſeu Congregationum, quæ ſolemnius apud illas, quam ſimplicia conſueuerunt celebrari.* Et *tit.7. de Octauis num.1.* ibi, *Fit de Octaua in Paſchate &c. Et in Feſtis aliorum Sanctorum, quæ apud quaſdam Eccleſias, Congregationes, & Religiones conſueuerunt ſolemniter cum Octauis celebrari*, docet Gauantus *in Comment. Rubr. Breu.ſect.2.c.2.de Bull.Pij V. & vſu eiuſdem Breu.n.27.fol.14.* his verbis. *Dices in Rubricis habentur ſæpius hæc verba,vt tit.1.n.1.tit.2.n.1.& alibi Feſta Sanctorum, quæ conſueuerunt celebrari: ergo concedit Pius V. retineri has Conſuetudines. Reſpondeo,quod ſic ſe habet textus (celebrari conſueuerunt ſolemniter,vel ſolemnius) tum quia alioquin Pius V. ſibi eſſet contrarius, ſi in Rubricis concederet Conſuetudines,quas abrogauit in Bulla, non enim abrogauit Conſuetudines ſolemnes,quas concedit in Rubricis,tum quia verè conceſſit retineri Feſta Sanctorum in locis propriis, non autem quæcumque feſta,ſed ſolemniter celebrata,*ſubdit Grauant. *num.28.* quòd licèt in iiſdem Rubricis *tit.7.num.4.* habeantur præciſè ſine aduerbio *ſolemniter*, hæc verba *conſueuit celebrari*, & *titul.5. numer.1. conſuetum celebrari*, tamen poſteriores textus pendent à prioribus,& ideò in eodem ſenſu accipiendi ſunt,ac priores, qui addunt dictum aduerbium, ne inter ſe pugnent.

Neque obſtare quoque poterit huic conſuetudini 18 de recitando Officio Sanctorum Iuſti, & Orontij, quod DD. *in dicto cap.1.de reliq.& ven.Sanct.* negant poſſe dici Officium pro Sanctis non Canonizatis, & qui ab Eccleſia Vniuerſali non coluntur, quia pro eorum Cultu deficit communis conſenſus ipſius Eccleſiæ, & ideò pro Sanctis Canonizatis dici tantùm poſſe,inquit gloſ. *in c.1.verbo Sedes Apoſtolica, eod.tit.de Reliq.& Vener.Sanct.in 6.* prout & alij Doctores docēt,nec Ordinarij,incōſulta ipſa Sede Apoſtolica, propriis Kalendariis Sanctorum Officia addere poſſunt, nam hoc prohibuit Sacra Congreg. Rit.8. Aprilis 1628. apud Barboſ. *in ſumm. deciſ.*

deciſ. Apoſt. verbo, Officium Diuinum, ſeu collect. 532. *num.* 17. & refert Gauant. *in Indice decretorum eiuſdem Sacræ Congregationis, num.* 33.

19 Quia reſpondetur, Gloſſam, & Doctores *in loc. cit.* non poſſe intelligi de Sanctis, qui ex immemorabili Conſuetudine non ſolum ab Eccleſia Vniuerſali, ſed etiam ab Eccleſiis particularibus coluntur, nam alioquin, quæ docent aduerſarentur prædictis Conſtitutionibus Vrbani VIII. *Sanctiſſimus*, *& Cæleſtis Hieruſalem*, & Gregor. XIII. *Emendato iam Kalenderio, ac dicta Rubrica prima Breuiarij Romani, de Offic. duplici, & recenſito*, §. 4. *Rubrica Martyrologij Romani*, vel ſaltem ex earum diſpoſitionibus Gloſſæ, & Doctorum doctrina locum habere deſiuit. Et prædictum decretum Sac. Cong. Rit. de anno 1618. poſſet ita intelligi, nempe quod Ordinariis non ſit permiſſum abſque conſenſu Sedis Apoſtolicæ addere Kalendariis Officia Sãctorum ab ipſis compoſita, vt colligitur ex illis ſubſequentibus verbis *niſi ea dumtaxat, quæ Breuiarij Romani Rubricis, vel Sacrorum Rituum Congregationis, ſeu Sedis Apoſtolicæ licentia concedantur.* Sed dato, quod indifferenter intelligatur ex eo prohibitum eſſe Ordinariis concedere facultatem recitandi Officia pro Sanctis, etiam de communi, inconſulta Sede Apoſtolica, nihilominus nos ſumus in caſu conſuetudinis immemorabilis illud recitandi, ob quam eiuſdem Sedis, vt probauimus, licentia interceſſiſſe præſumitur, alioquin prædictum decretum non ſolum diſpoſitionibus quoque memoratarum Conſt. Vrb. VIII. & Greg. XIII. ac Rubricarum Breuiarij, & Martyrologij Romani repugnaret, ſed etiam eſſet contrarium alteri decreto ipſiuſmet Sacræ Congregationis in vna, Viſen. 2. Iun. 1605. penes eundem Barboſ. *dict. collect.* 532. *num.* 21. & *collect. Bullar. verbo, Officium Diuinum.* 1. cuius verba ſunt: *Officium pro Sanctis etiam non Canonizatis poteſt recitari de communi, vbi viget conſuetudo immemorabilis recitandi.*

20 Et hæc Conſuetudo immemorabilis venerandi Sanctos non Canonizatos à Sede Apoſtolica incepit ab initio naſcentis Eccleſiæ quoad Martyres, & habuit originem etiam ab Apoſtolis. Et vt hoc pateat, ſciendum eſt, duobus modis Canonizationes Sanctorum in Eccleſia Dei introductas eſſe, nempe, particulariter, & vniuerſaliter, Bellarmin. *loc. cit. dict. conſ.* 8.

21 Particulariter; vt in vno loco particulari, ſcilicet in vna Diœceſi, vel Prouincia colantur, honorentur, & habeantur pro Sanctis, & hoc modo in primordio Eccleſiæ Martyres Canonizabantur ab Epiſcopis, in quorum Diœceſibus paſſi erant, cum ad eos hoc munus pertinebat, vt notant Canoniſtæ *in capite fin. de feriis*, & tradunt Bellarm. *loc. citat.* & alij, quos refert Troilus Maluet. *de Canonizat. Sanct. dub.* 2. *per totum.* Molan. *in Natali Sanctorum Belgij* 23. *Maij*, Diuus Aug. *in Breuic. collat. cum Donatiſtis. collat.* 3. *diei, cap.* 13. Optatus Mileuitanus *lib.* 1. *contra Donatiſtas*, & alij apud Molfeſ. *conſ.* 46. *num.* 10. Et patet ex Epiſtola Pij Summi Pontificis ad Iuſtum apud Baron. *Annal. tom.* 1. *anno* 166. *num.* 3. ibi; *Cura autem Sanctorum Martyrum corpora, ſicut membra Dei, quemadmodum curauerunt Apoſtoli Stephanum. carceres Sanctorum viſita, ne aliquis tepeſcat in fide, Martyria Sancta Spiritu ſancto proba.* Diuus quoque Cyprianus Epiſcopus Carthaginenſis *in ſua Epiſt.* 37. *ad Presbyteros, & Diaconos Carthaginenſes*, quam in terminis refert Baron. *de Martyrolog. cap.* 4. *& annal eodem tom.* 2. *anno* 253. *num.* 40. ſic ait: *Denique dies eorum, quibus excedunt, adnotate, vt commemorationes eorum inter memoriam Martyrum celebrare poſſimus*: Et idem ſeruatum fuit, vt ait ipſe Baron. *annal d. tom.* 2. *anno* 254. *n.* 57. à Magno Gregorio Thaumaturgo de populari lætitia in Natalitiis Martyrum, teſte Gregorio Nyſſeno in vita eiuſdem Gregorij, ita de eo ſcribente: *Deſcendit rurſum in Vrbem, & omni circa regione vndique peragrata, ac perluſtrata, additamentum, quaſi corollarium ſtudij ſui erga Numen Diuinum inſtituebat, apud omnes vbique Populos ſanciens, vt nomine eorum, qui pro fide certaſſent, dies Feſti, atque ſolemnes Conuentus celebrarentur; Cúmque alij in alium locum corpora Martyrum deduxiſſent, per Anniuerſarij circuli ambitum congregati lætabantur, in honorem Martyrum ferias agentes.* Hæc Nyſſenus.

Sed longè ante Pij Summi Pontificis, ac Cypriani, & Gregorij Thaumaturgi Epiſcoporum tempora, egregiam à Maioribus eidem rei nauatam eſſe operam; ita vt non modò ab Epiſcopis, & Præſulibus, aliiſque, qui in Eccleſia illuſtriores erant, ſed etiam ab infimi ordinis hominibus Martyrum acta conſcriberentur, & ſtatim ac paſſi erant, illorum oſſa, vel cineres honorificè ſeruarentur, colerentur, & in ipſorum honorem ſacrificia à Chriſti fidelibus Deo offerrentur, tradit idem Baronius ex Pontio Cypriani Diacono in *eodem Annal. tom.* 2 *anno* 258. *n.* 5. *qui tom.* 1. *anno* 58. *n.* 93. ait, hanc Conſuetudinem ab Apoſtolis emanaſſe, his verbis: *Non negligenda in primis videntur, quæ de his apud Clementem (nempe Conſt. lib.* 8. *cap.* 39.) *ſcripta leguntur, manaſſe hæc ſcilicet ex Apoſtolorum inſtitutis, cum antiquæ traditioni de Sanctorum Natalitiis celebrandis complures antiqui Scriptores adſtipulentur, nemo certè niſi Apoſtolorum auctoritate rem tantam in noua Eccleſia, abſque vllo diuinæ Scripturæ exemplo, introducere præſumpſiſſet, neque rurſum ab Vniuerſali Eccleſia recepta eſſet, niſi id omnes ex Apoſtolica Traditione manaſſe nouiſſent.* Et faciunt plura, quæ ſequuntur, quæ legi ſatis conſentaneum erit.

Et idem Baronius *de Martyrolog. cap.* 4. *in initio*, inquit, quod, ſicut olim Romæ fuit commiſſum Notariis negotium de conſcribendis Natalitiis Sanctorum Martyrum, ita hoc idem fuit impoſitum in aliis Eccleſiis alicui ex earum Clero, vt quotannis eodem recurrente die in cuiuſlibet Sancti Martyris memoriam Deo offerretur ſacrificium. Et *eodem cap.* 4. *inferiùs*, proſequitur hæc verba: *Ex prædicta igitur nota dierum Natalium Sanctorum Martyrum pro commemorationibus faciendis, Martyrologij ſcribendi prouenit occaſio, cùm enim frequens eſſet Martyrum numerus (decem enim illis, quas numerant, perſecutionibus, in vnaquaque Prouincia necatos fuiſſe quamplurimos nemo poterit dubitare) atque in Chartis Eccleſiæ ſingulorum nomina, & dies, quibus Martyrium conſummaſſent, notata haberentur, ex eiſdem Eccleſiaſticis Monumentis pridie dies, Natalis (vt hodie fit in Martyrologio) annunciabatur in Eccleſia, quorum Natalitia recenſenda eſſent die ſequenti, eorumdemque vnà cum ſacrificio foret commemoratio facienda, eiuſmodi Eccleſiaſticas tabulas, quibus ſingulorum Martyrum Natalitia conſcripta haberentur, faſtos fuiſſe appellatos optimè, eruditéque notat Pamel. in d. Epiſt.* 37. *Cypriani, ille enim in libro de corona Martyr. hæc ait, Habes tuos cenſus tuos faſtos, nihil tibi cum gaudiis ſæculi*, &c. Hactenus Baronius, qui ſubdit *loc. cit.* quod hæc antiquitas veneranda, & ab Apoſtolis manans, ſemperque ſeruata, ac propagata traditio non tantùm egit, vt anniuerſaria celebritate Sanctorum Commemoratio ageretur, ſed etiam, vt in ipſorum honorem memoriæ paſſim erigerentur; memoriæ enim vocabantur Eccleſiæ, quæ in Sanctorum 23
Martyrum honorem Deo conſecrabantur, vt teſtatum fuiſſe, ait Diuus Auguſt. *de Ciuit. Dei lib.* 2. *cap.* 10. Et hic quidem laudabilis vſus ab Apoſtolorum temporibus viſus eſt duxiſſe initium, ea nimirum occaſione, quod veneranda Martyrum Corpora ſub Altaribus recondi conſueuerunt, ſecundùm illud Ioann. *in Apocalypſi c.* 6. *Vidi ſub Altari Dei animas interfectorum*

Eorum propter Verbum Dei, & propter teſtimonium, quod habebant, vt omnes, præſertim antiquiores, tam Græci, quam Latini declarant interpretes. Vt tradit *Baron. Annal. tom. 2. anno. 275. num. 2.*

24 Ex cuius Sacræ Scripturæ in Apocalypſi auctoritate refert idem Baron. *loc. cit. n. 7.* quod licèt Felix I. decreuerit, vt quotannis Sacrificia, Martyrum nomine celebrarentur, vt ait Platina in eius vita, tamen longè ante Felicis tempora Eccleſia eiuſmodi inſtitutionem ſibi vindicauit, & huius Summi Pontificis decretum ſtabiliuiſſe potiùs videtur, quod abſque ſcripto Canone, traditione tantum ſimpliciter, ſeruabatur.

25 Ex his omnibus patet, hanc conſuetudinem eſſe inceptam ab initio naſcentis Eccleſiæ, & ab Apoſtolis emanaſſe.

Modus enim hic antiquus Canonizandi Sanctos fuit priùs introductus quoad Martyres, quam quoad Confeſſores, de eis enim, & non de his Eccleſia ab initio Feſtum celebrare cæpit, & poſt multos annos à Chriſtianæ Religionis fundatione in Pontificatu Bonifac. IV. nempe anno 608. ignorabatur, fuiſſe generaliter conſtitutos dies Feſtos pro Sanctis Confeſſoribus, ex quo cum ab eodem Bonifacio Pantheon in honorem Beatæ Virginis, & omnium Sanctorum conſecraretur, titulus fuit ei datus Sanctæ Mariæ ad Martyres, nulla habita Sanctorum Confeſſorum commemoratione, Platina *de Vitis Pontific. in initio Vitæ eiuſdem Bonifacij, Innoc. III. de Myſter. Miſſæ lib. 3. cap. 10.* & Diuus Auguſtinus de Sancta Virg. *cap. 45.* & ex eadem ratione in Canone Miſſæ Sanctorum, & Sanctarum Martyrum memoria tantùm, & non Confeſſorum recenſetur, quia tempore, quo idem Canon fuit compoſitus, nullum feſtum de Sanctis Confeſſoribus celebrabatur; & quod hæc Sanctorum Martyrum commemoratio in Canone Miſſæ ſit vetuſtiſſima, tradit quoque Durant. *de Ritibus Eccleſ. Cathol. lib. 2. c. 35. num. 3.*

26 Hic mos canonizandi particulariter ceſſauit, & vt Sanctorum Canonizatio fieret cum omni rectitudine, & nè Populo daretur errandi occaſio, ita vt non Sancti pro Sanctis haberentur, & ob alias rationes, quas refert Tuſchus *pract. concluſ. verbo Canonizatio, concl. 41. in principio*, & ante eum gloſ. *in c. 1. verbo, Sedis Apoſtolicæ, de reliq. & vener. Sanct. in 6.* fuit ſecundus modus canonizandi vniuerſaliter præſcri-
27 ptus ab Alex. III. & Inn. III. *in c. 1. & 2. extr. eodem tit. de reliq. & vener. Sanct.* nempè, vt nullus pro Sancto colatur, niſi fuerit Canonizatus à Sede Apoſtolica, ad quam pertinet ſolùm decernere quid credendum, & quid agendum ſit de rebus, quæ fidem, & Religionem reſpiciunt, Doctores citati à Molfeſ. *d. conſ. 46. n. 11.* Tuſchus *loc. nuper. cit.* & hi ab vniuerſali Eccleſia, ſeu fidelium Congregatione vti Sancti coli debent.

28 Eſt tamen verum, quod ante prædicta Alex. III. & Innoc. III. decreta traditur, aliquos Sanctos fuiſſe à Summis Pontificibus canonizatos, qui fuerunt vndecim, quorum nouem enumerantur à Rocca *de Canoniz. Sanct. inter catalogum Sanctorum à Summis Pontificibus ab anno* 804. *vſque ad annum* 1601. *Canonizatorum, in fine dicti ſui operis impreſſum*, & duo alij fuerunt ab ipſo prætermiſſi, quorum canonizationum Conſtitutiones ſunt inter congeſtas in Bullar. *tom. 1.*

29 Ante verò annum 804. non legitur aliquis in Sanctorum numerum ab vllo Summo Pontifice adſcriptus, vt ait, ſe credere Bellarm. *loc. cit. d. cap. 8. verſ. dices*, & refert quoque Surius *tom. 2. cap. 9.* licèt Auctores in hoc non conuenire doceat Molfeſius *dicto conſ. 46. num. 15.* nam aliquos, inquit, exiſtimaſſe, Beatum Trudpertum anno 770. fuiſſe Canonizatum à Stephano Papa III. vt ex libello Sanctorum Eccleſiæ Conſtantienſis nondum typis impreſſo haberi, & alios alia docere ſubdit.

Hi primi vndecim Sancti fuerunt Canonizati, nempè. 30

1 S. Suitbertus à Leone III. anno 804. pridie nonas Septembris.

2 S. Vldaricus Auguſtæ Vindelicorum Epiſcopus à Ioanne XV. anno 993. menſe Februarij.

3 S. Simeon Monachus Treuirenſis a Benedicto IX. anno 1035.

4 S. Stephanus primus Vngarorum Rex, & S. Em-
5 mericus & eius filius ab eodem Benedicto IX. anno 1036. 4. Nouembris.

6 S. Vuolfangus Ratiſponæ Epiſcopus à Leone IX. anno. 1049.

7 S. Gerardus Epiſcopus Tullenſis ex Colonia Agrippina, ab eodem Leone IX. anno 1052.

8 S. Attilanus Epiſcopus Zamorenſis ab Vrb. II. anno circa 1088.

9 S. Petrus Epiſcopus Anagniæ à Paſchale II. anno 1110. 4. Iunij.

10 S. Hugo Epiſcopus Gratianopolitanus ab Innocentio II. anno 1134. 22. Aprilis.

11 S. Henricus primus Romanorum Imperator ab Eugenio III. anno 1152. 13. Martij.

Poſt prædicta verò decreta Alex. III. & Innoc. III. 31
ij, qui fuerunt in Sanctorum numerum cooptati ab eodem Alexand. ſunt Eduardus Anglorum Rex. Bernardus Claræ Vallis Abbas, Thomas Epiſcopus Cantuarienſis, & M. Galganus Eremita; reliqui fuerunt Canonizati à Summis Pontificibus ſucceſſoribus, ita vt omnes, computatis prædictis vndecim Sanctis ante Alexan. III. vſque ad Pontificatum Vrb. VIII. incluſiuè, qui fuerunt congeſti à Rocca *loc. cit.* & referuntur in prædictis Conſtitutionibus Apoſtolicis, in Bullario poſitis, ad ſeptuaginta duos tantum aſcendant (præter aliquos Regulares Mar- 32
tyres ab eodem Vrb. VIII. Sanctos declaratos,) & ſi qui hunc numerum excedunt, per paucos eſſe, ait Rocc. *dict. Catalog. in fine*, & de his à Summis Pontificibus in Sanctorum numero ante tempus Alex. III. adſcriptis, poterũt videri Trithemius *in lib. de viris illuſtribus.* Demochares *in tabulis Epiſcoporum Aurelian. num. 5. lib. de omnibus Epiſcopatibus Germaniæ cap. 9. & ſeqq.* ac Molan. *in append. ad Martyrol. Vſuardi.* à Molfeſio *conſ. 46. n. 19. 23. & 24. citati.*

Cæteri verò innumerabiles Sancti Martyres, & 33
Confeſſores ab Eccleſia Vniuerſali, & Eccleſiis particularibus, ſiuè ſint in Kalendario, & Martyrologio Romanis, ſiue non deſcripti, de conſuetudine coluntur.

Et vt tradunt Diuus Auguſtinus *in Breuic. collat. dict. coll. 23.* Molan. *loc. cit.* & Baronius *in notis Martyrolog. 2. Aprilis, verbo, Sanctorum numero*, alius mos fuit deinde in Eccleſia Catholica introductus in Canonizatione Sanctorum Martyrum, cùm enim quis martyrio occubuiſſet, Epiſcopus, ſub cuius ditione hoc contingebat, rem deferebat ad Primatem, qui, conuocato Epiſcoporum ſuffraganeorum Concilio, eius Martyrium illis communicabat, & ſi, 34
re benè perpenſa, decernebatur, paſſum, inter Sanctos Martyres numerari debere, pro Sancto in tota Eccleſia habebatur, & hunc morem cœpiſſe in Africa tradit Baron. *annal. tom. 2. anno 302. numer. 126.* quem in aliis Prouinciis ſeruatum quoque credit, & hanc fuiſſe veterem praxim Eccleſiæ, affirmat Scacchus *d. ſect. 1. eod. cap. 7. verſ. vetus quoque praxis, fol. 28.* & Molfeſ. *dict. conſ. 46. num. 13.* ait, idem antiquitus fuiſſe poſtea quoque introductum

pro

pro Sanctis Confeſſoribus, ſi quis enim cum opinione Sanctitatis obierat,& in vita,& in morte miraculis claruiſſet, res hæc *agebatur*, & benè diſcutiebatur in Synodo, ſeu Concilio Prouinciali, & eius aſſenſu iſte eleuebatur, ideſt Canonizabatur cum mirabili gaudio, ac concurſu Populorum. Et ideò innumeros Sanctos Confeſſores, non à Sede Apoſtolica, ſed hoc modo in Sanctorum numerum relatos Vniuerſalis venerata eſt, & veneratur Eccleſia, quorum plurimi referuntur à Sancto Gregorio Turonenſi *in hiſtoria Sanctorum Patrum*,& à Sancto Gregorio Papa *in lib. Dialogorum*, & inter eos plures Sancti inſignes conſpiciuntur,vt inquit Molfeſ. *d.conſ. 46. num. 12.* quales ſunt, Antonius Abbas, Hylarion, Gregorius Nyſſenus, Io. Chriſoſtomus, Auguſtinus, Hieronymus, Ambroſius,& alij.

His adductis,ac perpenſis, fatendum eſt noſtrorum Sanctorum Venerationem cœptam eſſe,vel quia Epiſcopi ſucceſſores, Conſuetudine,qua Martyres vindicandi, ſeu probandi facultas ad Ciuitatum Antiſtites pertinebat,eos pro Sanctis exiſtimari, coli debere decreuerint;vel ex primæua naſcentis Eccleſiæ Conſuetudine, qua Chriſti fideles, ſtatim ac quis Martyrio coronatus erat, eius Oſſa, & Cineres honorificè ſeruabant,colebant, ac ſuper eis Sacrificia Deo offerebant,quod veroſimilius eſt; nam ex antiquiſſima traditione probatum eſſe diximus, Iuſtum,& Orontium anno 68. & Fortunatum poſt aliquot alios annos paſſos eſſe.

35 Non obſtat, quod hæ conſuetudines colendi Sanctos non Canonizatos à Sede Apoſtolica,magno periculo falſi cultus exhibendi iis,qui vere Sancti non ſunt nec cœleſti gloria fruuntur, ſubiacent,prout aliquando contigit in Eccleſia,ſpecialiter in caſu illorum,qui venerati ſunt ebrium occiſum,vti Sanctum,qui refertur *in dict.cap.1.de reliq.& ven.Sanct.* & in altero caſu,qui commemoratur à Seuero Sulpitio in Vita Sancti Martini Turonenſis, nempe eorum,qui quemdam Latronem, vti Martyrem,venerabantur,quod confirmat illud quod tribuitur Auguſtino, *Multorum Corpora honorantur in terris, quorum animæ torquentur in gehenna*,ideò ſemper hac in re Eccleſia magnam adhibuit diligentiam,ne falſis Sanctis Cultus aliquis adhiberetur,vt patet ex pluribus Conciliis, quæ refert Lezan. *d.conſult.2.num.28.& ex Concil. Trid.ſeſſ. 25.tit. de innoc.vener.& reliq.Sanct.*

Quia reſpondetur cum eodem Lezan. *loc. cit. num. 29.* quod caſus prædicti, & alij conſimiles particulari Dei prouidentia fuerunt manifeſtati, & verba Auguſtini Bellarm. *dict.lib.2.de Sanct.& Beat.cap.10. verſ. Sed obiiciunt quidam*, teſtatur,quod nunquam in eius operibus reperire potuit, & etiam ſi reperirentur,ſubdit,intelligi debere de impiis, qui ſuperbiſſimis ſepulchris honorantur in terris,quorum animæ in gehenna torquentur,vel de corporibus defunctorum fraude aliqua pro corporibus Sanctorum ſuppoſitis,vel de Martyribus Donatiſtis. qui ab hæreticis,vti Sancti,honorabantur;& ſi prædicta vrgerent, neceſſario ſequeretur,quod ſolum ij, qui à Sede Apoſtolica ſunt Canonizati,ab Eccleſia coli deberent, & tamen verum eſt, innumeros non Canonizatos ab eadem Sede ex longæua conſuetudine,cum eius tacito, vel expreſſo conſenſu,legitimè præſcripta,ab Eccleſia vti Sanctos coli, & honorari, vt ſupra probauimus. Præterea caſus prædicti raro eueniunt,& ideo non poſſunt vitiare factum legitimum ex immemorabili conſuetudine, vt in terminis docet Melfeſ. *d ct. conſ. 45. num. 68.* lex enim attendit ea, quæ ordinariè, non quæ raro contingunt *l.nam ea,ff. de legib.* quod apud omnes vulgatum eſt,

Nec obſtat quod ex prædicto Proceſſu probatum dicitur, Iuſtum fuiſſe Diſcipulum Pauli Apoſtoli, & SS. Orontium,& Fortunatum ad eundem Apoſtolum Corinthi degentem viſendum acceſſiſſe, & ipſum Orontium ab illo Epiſcopum Lycienſem creatum fuiſſe, & tamen de eis nihil legitur in Actis Apoſtolorum,& Gauant. *in ſuo libello de Paulo Apoſtolo,impreſſo in calce ſui Comment. in Rub. Brev. Rom. anno 1632.fol.mihi 12.* Iuſtum inter illius Diſcipulos,quos ibi recenſet,non enumerat.

36 Quia reſpondetur, non omnia Acta ab Apoſtolis, & ſignanter à D.Paulo,fuiſſe à D.Luca ſcripta,vt tradit Baron. *Annal.tom.1.an.34.n.235.verſ.porrò,& an. 58.num.24.verſ. horum quidem*, dicens, horum quàm plurima à Luca eſſe prætermiſſa,omnibus patere, idque non inuidiæ, vel obſcitantiæ cauſa, ſed quod in multis,vt ipſe Baronius obſeruauit,non niſi ea,quibus præſens fuit, ſigillatim recenſuerit, cætera verò adeò ſummatim ſcripſerit, vt tribus ferè verbis res geſtas plurium menſium,ac annorum perſtrinxerit, nam, vt ſupra dixiſſe,ait, Pauli Epheſo diſceſſionem,in Macedonia commorationem, profectionem in Græciam, & nauigationem Troandem, quæ duorum prope annorum ſpatio eſſe peracta, Epiſtolæ eius profectò declarant,per paucis abſoluit, *& ibidem anno 61.num.6. verſ.hoc eodem*,inquit,Lucam interpolatis temporibus, & diſtinctè proſecutum fuiſſe eadem Acta circa ea, quibus præſens fuit,cætera verò,quæ,ſe abſente, contigerunt, vel breui compendio ſummatim ſcripſiſſe, aut intacta reliquiſſe.

37 Sed ſi legatur *cap.18.Actorum Apoſtolorum*, inuenietur, quod Paulus Athenis venit Corinthum, vbi cum Iudæi, & Græci noluiſſent ab eo intelligere,eſſe Chriſtum,ait Lucas, *Et migrans inde intrauit domum cuiuſdam nomine Titi Iuſti colentis Deum*, ſuper quo textu Cornelius à Lapide *verſ. 7.* ſic ait, *Titum cognomento Iuſtum fortè à Iuſtitia,qua pracellebat,ita dici ex Beda,& alium eſſe à Tito Pauli Diſcipulo,quem Paulus Cretæ conſtituit Epiſcopum, ad quem vnam ſcripſit Epiſtolam*; Et Ioannes Lorinus *ad dict.cap.18.verſ.7.* idem confirmat, & inſuper *in fine eiuſdem verſ.* ſubdit, *Cæterum de hoc Tito Iuſto nihil vſpiam aliud legitur.* Quod facile contingere potuit,cum Iuſtus noſter fuerit miſſus Lycium cum D. Orontio, qui poſt aliquos annos ibidem ſimul paſſi ſunt Martyrium.

Inſuper Paulus Apoſtolus ſcribens ad Rom. *c. 16. in eius initio*, commendat illis Phæben quæ erat in miniſterio Eccleſiæ, & Paulus Regius in Vita dictorum Sanctorum Iuſti,& Orontij *c.1.* ait non ſolum prædictum Titum Iuſtum de quo in Actis Apoſtolorum, *d. cap.18.*fuiſſe noſtrum Iuſtum,ſed etiam *cap. 3.* refert, hanc Phæben fuiſſe ſimul cum D. Iuſto Vrbe reuerſam,& ea eſt,quam Baron. *in Martyrolog. 3. Septembris*, notat eſſe illam, de qua D. Paulus *loco citato*, ac Corinthiam fuiſſe tradit Gauantus *in d. catalogo Diſcipulorum dicti Apoſtoli*,& Menſe Septembris eius Feſtum quoque ponit.

Non obſtat,quod Paulus Regius,qui hæc refert,& Sanctorum Iuſti,& Orontij vitam typis imprimi curauit, ſit Auctor Modernus de Anno 1590. nec quæ de eis ſcripſit, ab aliis Auctoribus antiquioribus excerpſiſſe tradat,cum nullus alius Auctor eo antiquior reperiatur,qui de ipſis Sanctis tractet.

38 Quia reſpondetur, quod idem Regius inquit, vitam dictorum Sanctorum collegiſſe ex Codicibus antiquis Lycienſibus, & certum eſt, quod Baronius in notis plurimorum antiquorum Sanctorum in Martyrologio deſcriptorum,refert,eos in illud illatos eſſe,ob cognitionem tantum, quæ de illis habita fuit ex monumentis,& tabulis, ac manuſcriptis antiquis aliquarum Eccleſiarum,nullos Auctores, qui de iis ſcripſerunt, adducendo, vt legi poterit in notis Sanctorum

Siridionis Epiſc. 12. Ianuarij. Armentarij Epiſc. 30. eiuſdem menſ. Bernardi Epiſc. 12. Martij. Antouini Epiſc. 13. eiuſdem menſis. Fidelis Martyris 33. eiuſdem. Clinij 30. eiuſdem. Paulini Epiſc. 29. Aprilis. Fulci 22. Maij. Creſcentiani 1. Iunij. Fortunati eadem die. Clatæi Epiſc. 4. eiuſdem menſis. Saturninæ eadem die. Octuaginta militum 24. Iunij. Sancti Mauri Epiſc, & Sociorum 27. Iunij, de quibus tantum conſuetudinem Eccleſiæ Vigiliarum in Apulia, *in Annal. tom. 2. anno 118. num. 7. in fine*, ad quem locum ſe refert, allegat. Baſſæ, & Sociorum 10. Auguſti. Paterni Martyris 21. eiuſdem menſis. Felicis 26. eiuſdem menſis. Ioannis Epiſcop. 27. eiuſdem. Priſci 1. Septempris. Pamphili 7. eiuſdem menſis. Andreæ, & Sociorum 23. eiuſdem. Grinaldi 29. eiuſdem. Bernardi Epiſc. 14. Octobris. Philippi Epiſc. 22. eiuſdem menſis. Gerardi Epiſc. 30. eiuſdem. Rufi Epiſc. 12. Nouembris. Demetrij, & Honorij 21. eiuſdem. Blaſij, & Demetrij 29. eiuſdem. Pelini Epiſc. 1. Decembris. Raynerij Epiſc. 30. eiuſdem menſis. Stephani, & Sociorum 31. eiuſdem.

39 Et eidem Paulo Regio fides adhibenda eſt, prout ei adhibita eſt pro aliis Sanctis antiquis in Martyrologio deductis, vt ex eorum notis ab ipſo Baronio inſtructis, apparet, in quibus ſolum eius auctoritatem adducit, vt videre eſt in notis Sanctorum Antonini Abbatis 14. Februarij. Seueri Epiſc. 30. Aprilis. Euphebij 22. Martij. Athanaſij 15. Iulij. Aſpreni 3. Auguſti. Patritiæ 25. eiuſdem menſis. Candidæ Senioris 4. Septembris. Agrippini 9. Nouembris.

Imò ipſa Sacra Rituum Congregatio in notis Sanctorum additorum prædicto Martyrologio, poſt obitum Baronij edito, anno 1630. valdè detulit auctoritati eiuſdem Pauli Regij, cum ſolùm in notis littera curſiua impreſſis die 9. Iunij ad Sanctum Riccardum Epiſcopum Andrienſem, qui vixit circa annum 500. nouiſſimè illi adiunctum, ipſe, & Philippus Ferrarius tantùm referantur, qui de dicto Sancto vitam ſcripſeriut, & tamen, ſi legatur eius vita ab eodem Paulo Regio ſcripta, & quod de ipſo dixit idem Ferrarius, nullus Auctor antiquus, qui de hoc Sancto aliquid tradiderit, ab illis adductus inuenietur; ex quo infertur, auctoritatem Regij S. Congregationi prædictæ nimis artiſiſſe pro hoc Sancto tam antiquo in Martyrologium Romanum inferendo; Et tantùm reperitur eius corporis inuentionem de anno 1438. ſcriptam fuiſſe à Franciſco Baucio, eiuſdem Ciuitatis Duce, in ſua hiſtoria, quam edidit anno 1451. vbi tradit, miſiſſe bis ad Eugenium IV. Summum Pontif. Oratores, nempe prima vice vnum cum antiquo Kalendario, in quo fiebat mentio dicti Sancti, & cum folio Miſſalis vetuſti, in quo tantùm legebantur illius Oratio, Secreta, & Poſtcommunio, reliquum enim erat antiquitate conſumptum, & cum parte miraculorum illius, teſtibus inſtrumento rogatis probatorum, vt ex his ille canonizaretur ab eodem Summo Pontifice, qui nihil voluit de eo decernere, ſed tantum conceſſit Indulgentias in Feſtiuitate ſuæ Inuentionis. Secunda verò vice miſit alium cum quibuſdam antiquis Breuiariis, in quibus dies erant dicto Sancto deſignati, ac cum quadam ſcripta fide aliquorum Præsbyterorum affirmantium, legiſſe eius vitam, vt rurſus ipſius Canonizationem expeteret, & obtineret ab eodem Summo Pontifice, qui rem commiſit Cardinali Præneſtino Archiepiſcopo Tarentino, à quo fuit ſcriptum eidem Duci, nihil agendum de Sancti tàm antiqui Canonizatione, quia, ſi quis ab ipſo peteret, an Sanctus Cataldus Archiepiſcopus, & Patronus Ciuitatis Tarenti fuerit a Sede Apoſtolica Canonizatus, nullam de hac Canonizatione rationem reddere poſſet; intendens, quòd non debet Sanctorum antiquorum Cultus infringi, ex quo eorum Canonizatione Apoſtolica non conſtat, cum plures Sancti ab Eccleſia honorentur, & colantur, qui ante dicta decreta Alex. III. & Innoc. III. floruere.

Quod verò obiicitur de Iuſto, quod non ſit numeratus à Gauanto inter Diſcipulos Pauli, nihil refragatur; imò Gauanti auctoritas nobis fauet, ait enim *loc. cit.* inter innumeros eiuſdem Apoſtoli Diſcipulos nobiliores eſſe, quos ipſe per menſes, in quibus eorum feſta in prædicto Martyrologio ponuntur, enumerat: ergo, ſi fuerunt innumeri, & eos, præter nobiliores, non recenſet Gauantus, non repugnat, quod inter illos fuerit Iuſtus noſter, ex immemorabili traditione in dicto proceſſu probata. 40

Nob obſtat ſi diceretur, quod Codices antiqui, qui de his Sanctis loquuntur, non reperiantur; quia ſufficeret, quod ex illis eorum vitam excerpſiſſe teſtetur Paulus Regius, cuius auctoritas magna eſt, vt paulò antè diximus, de eo, quod ſcripſit circa vitam S. Riccardi Epiſcopi Andrienſis, quod cum tantùm eam ex Monumentis illius Eccleſiæ collegiſſe teſtatus ſit, S. tamen Rit. Cong. ob fidem habitam huic Auctori, illum in Martyrologium inferri iuſſit; ſed etiam ſi numquam eos ille vidiſſet, & nulla adeſſet eorum memoria, parum hoc referret, quia ſatis notum eſt, acta Martyrum, quæ Romæ iuſſu Clementis, & in illis Prouinciis, iuſſu aliorum Romanorum Pontificum congeſta ſunt, magnam iacturam paſſa eſſe tempore Imperatorum, qui Chriſtianos perſequebantur, præſertim Diocletiani, vt tradit Baron. *Annal. tom. 1. anno 60. num. 45.* his verbis. *At non Romæ tantum, & locis iuxta Vrbem poſitis, ſed in aliis Ciuitatibus, atque Prouinciis ſub eodem Nerone paſſi Martyres reperiuntur, nam tradit Oroſius lib. 7. cap. 6. Per omnes Prouincias parì perſecutione Chriſtianos vexari à Nerone mandatum eſſe: horum enim magna ex parte nomina exciderunt, exuſtis Eccleſiarum Monumentis à Diocletiano Imperatore, vt ſuo loco dicemus; adeò, vt vix paucorum habeatur mentio in Romano Martyrologio; ſed omiſſis cæteris (cum non noſtri ſit inſtituti omnium Eccleſiarum Martyres omnes proſequi) quæ pertinent ad ea, quæ Romæ geſta ſunt, tantummodo nunc proſequamur.* Videatur etiam ipſe Baronius *de Martirol. cap. 3.* vbi fusè agit de iactura Actorum Martyrum, quorum non ſolum plura fuerunt flammis tradita, ſed etiam alia diminuta conſpiciuntur, ita vt, quo Martyrij genere aliqui eorum, quos etiam Eccleſia Vniuerſalis veneratur, obiere, ignoretur, vt inquit idem Baron. *Annal. tom. 1. anno 302. num. 128.* & *de Martyrol. c. 8.* vbi refert, Greg. Papam *lib. 7. Regiſt. Epiſt. 29. ad Eulogium Epiſc. Alexandrinum*, hoc ſic atteſtantum. *Nos pene omnium Martyrum, diſtinctis per dies ſingulos paſſionibus, collecta in vno Codice nomina habemus, atque quotidianis diebus in eorum veneratione Miſſarum ſolemnia agimus; non tamen in eodem volumine quis, qualiter ſit paſſus, indicatur, ſed tantum locus, & dies paſſionis ponitur. Vnde fit, vt multi ex diuerſis Terris, atque Prouinciis per dies, vt prædixi, ſingulos cognoſcantur coronati.* Et quo tempore fuerint aliqui ex prædictis Martyribus paſſi, etiam ignoratur, vt habetur in Martyrologio in iiſdem notis, nempe Baſſæ, & Sociorum 10. Auguſti, ab eodem Baronio inſtructis. Sufficit ego traditio, ſeu conſuetudo immemorabilis de eorum cultu. 41

Non

Non obſtat quoque, quod huic immemorabili Conſuetudini Eccleſiæ Lycienſis celebrandi Feſtum, cum Miſſa ſolemni, & Officio duplici cum Octaua dictorum Sanctorum Iuſti,& Orontij, videntur ipſa Ciuitas, & Capitulum Lycienſe renunciaſſe an. 1640. quo,& pluribus annis ſequentibus illud celebrare omiſerunt, vt ex eodem proceſſu conſtat.

42 Quia hæc omiſſio non contigit ex propria Ciuitatis,& Capituli volũtate,ſed ſic iubẽte Epiſcopo, ipſo Capitulo renuente,vt ex dicto proceſſu liquet.

Verùm,etiamſi voluntatè illam celebrare omiſiſſent, id non accedit, quia dubitauerint de illorum Sanctitate, ſed quia timuerunt transgredi, quod præcipitur in decreto Sacræ Congregationis Rit. in initio Breu. Rom. impreſſo; nempe,quod nihil conſtituatur de Sanctis Epiſcopis locorum Martyribus, & Ciuibus, & aliis Feſtis, de quibus in Kalendario Romano, ſeù Rubricis Breuiarij nihil habetur, ſed omninò conſulatur eadem Sac.Rit. Cong. quod decretum mouit Epiſcopus ad ipſam Feſtiuitatem ſuſpendendam. Sed,cùm deinde animaduerterint,illud non intelligi de Sanctis ab immemorabili tempore in Vniuerſali, vel particularibus Eccleſiis coli conſuetis, quorum Feſta, & Officia fieri poſſunt ex recenſitis Conſtitutionibus Vrb.VIII. & Greg. XIII. & Rubricis Breu. ac Martyrolog. Rom. non ſolùm eadem Ciuitas,& Capitulum potuerunt iuſtè recurrere ad eandem Sac.Congregationem pro dictæ Feſtiuitatis celebrandæ reintegratione, ſed etiam eis propria auctoritate illam reſumere licuiſſet; quia, cùm in dicto Decreto habeatur,quod nihil conſtituatur de Feſtis &c. de quibus in Kalendario Romano, ſeu Rubricis Breuiarij nihil habetur, potiùs illud videtur fauere eidem Ciuitati, & Capitulo; nam,cum in Rubrica dicti Breuiarij de Offi.duplici decernatur, poſſe fieri Officium duplex de Sanctis in Eccleſiis particularibus, Religion. vel Congreg. ſolẽniter coli ſolitis,poſſumus ex ea inferre,quod de noſtris etiã Sanctis, licet ſub generali diſpoſitione loquatur; cum, vt probatum eſt, ab immemorabili tempore ſolemniter ab Eccleſia Lycienſi colantur.

Et ex hac ratione, refert Lezan. *d.conſult.2.n.52. 62.& 63.* Fratres Ordinis S.Mariæ de Monte Carmelo diſcalceatos, propria auctoritate, reſumpſiſſe Feſta cum Officiis Sanctorũ totius Religionis Carmelitanæ à Sede Apoſtolica non Canonizatorum; nec in Martyrologio deſcriptorum, ab ipſo Auctore commemoratorum, quæ tempore editionis Breuiarij Romani, Pij V. iuſſu editi prætermiſerunt, vt voluntati eiuſdem Summi Pontificis ab omnibus illud recipi cupientis adhærerent; nõ quia de eorum Sanctitate ancipites eſſent, & non obſtante quod antea per 40. annos tantum, & non per immemorabile tempus, vt in caſu noſtro, illa celebrauerint, id licitè feciſſe, Rota Romana in voto quod protulit, audito Vicario Generali eiuſdẽ Ordinis Diſcalceatorum, adducto ab eodem Lezana *in fine d. conſ.* declarauit ex rationibus ab ea congeſtis; & præcipuè, quia, quæ tunc diſpoſuerat Clem. VIII. ſuper præcauenda Veneratione hominum mortuorum nondũ Canonizatorum, aut Beatificatorum, non comprehendebãt Sanctos antiquos, imò eos expreſsè Summus Pontifex præſeruauerat.

43 Inſuper, vt ait idem Auctor *loc.cit.n.58.* per hanc omiſſionem ex cauſa prædicta, Renunciatio ſui Iuris, vel Priuilegij non præſumitur, & hoc caſu non procedit communis Regula, quod Priuilegia ipſo iure per Renunciationem omittuntur; & eſto,quod Ciuitas, & Capitulum Lycienſe per hanc omiſſionem ſibi in aliquo præiudicauerint;præiudiciũ fuit quantum ad hoc, quod eſt, hos Sanctos in corpore Breuiarij, vel Martyrologij Romani collocari, non tamen quantum ad id,de quo agitur; nempè poſſe facere Feſtũ, & recitare Officium eorumdẽ Sanctorum;nam Renunciatio ſtrictè eſt intelligenda,ac interpretanda, vt minus, quàm fieri poteſt, lædat renunciantẽ *l.ſi dominus, ff.de ſeruit.vrb.præd.* Beccius *conſ.111.ſub n.31.* Surd.*conſ.446.* Et ideò in hoc Feſto cũ ſuo Officio peragendo reintegrari, & ſi illud reſumpſiſſent,manuteneri debent;licèt enim cedẽs, & renuncians, dominium, ac poſſeſſionem, ſaltem de iure perdere dicatur, nihilominus,ſi poſteà incũbat de facto, & realiter inhæreat poſſeſſioni, adhuc ad ſtatum eſt manutenendus,imò,& reintegrandus, 44
ſi ſpolietur; ſunt verba Merlin. *deciſ.299.n.12.* ad quod probandum vtitur auctoritate Calder. *cap.4.de renunc.* Innoc. *in cap.ſuper hoc eodem tit.* Rot.*deciſ.n.2. ipſomet titulo, in nouis.* Caſſador.*deciſ.4.de reſt.ſpoliat. n.2.& 4.verſ.tradit tamen.* Et in terminis latè hoc probat Molfeſ. *conſ.45.n.75.& ſeqq.* Etiam exemplis, & Reſolutionibus diuerſis factis coram Summis Põtificibus,præſertim circa cultum erga DD.Carolum, Philippum Nerium, & B.Caietanum, reſpectu cuius coram Paulo V. fuit reſolutum, Patres Clericos Regulares eſſe manutenendos in poſſeſſione illum venerandi, vti Beatum; & ſi ab aliis turbarentur,ad Sacrã Congregationẽ Supremæ Vniuerſalis inquiſitionis recurrere poſſent,quæ eos in hoc tueretur.

Et prædictæ reſolutiones editæ ſunt ante Conſtitutionem Vrbani VIII. *Sanctiſſimus,* qua,vt dictum eſt, prohibitus eſt Cultus Sanctorum non Canonizatorum, nec Beatificatorum, ex ſola poſſeſſione, in qua reperiebantur colendi Sãctos Carolum, ac Philippum Nerium, & Beatum Caietanum,priùs quàm fuiſſent à Sede Apoſtolica declarati Sãcti,vel Beati; quantò magis in caſu noſtro Ciuitas, & Capitulum Lycienſe in poſſeſſione, quam reſumpſiſſent, celebrandi Feſtum cum Miſſa, & Officio de SS.Iuſto,& Orontio, dum in dicta Conſtitutione excipiuntur Sancti, qui per immemorabile tẽpus coluntur,prout illos per hoc tempus venerata eſt Lycienſis Eccleſia, & ideò concurreret iuſtus titulus, vt ſupra probatũ eſt, manuteneri deberent? Et ſi aliqua mutatio, vel innouatio fieret,maximum ſcandalum oriretur,quod omni iure vitandum eſt; inſurgeret enim ſuſpicio, 45
vt ij,qui pro Sanctis habebantur, & in quorum honorem Templa,& Altaria ab immemorabili tempore ſunt erecta, ac Sacrificia Deo oblata, & Officium recitatum, fuerint viri malæ conditionis,& non ſolum Lycij, ſed in tota Eccleſia hoc exemplo Chriſti fideles à Cultu tot Sanctorum non Canonizatorum, qui in Martyrologio non ſunt deſcripti,& in diuerſis Eccleſiis particularibus pro Sanctis per idem tempus habentur, & coluntur,facilè retraherentur; vt hoc ſcandalum in terminis vitandum eſſe perpendit Molfeſ.*conſ.45.in fine.*

Non obſtat tandẽ, quod ex Decreto Sacr.Congr. 46
Rit.ſub die 23.Martij 1630. à Sanctiſſimo Domino Vrb.VIII. approbato, & à Gauant. *in Rubr. Breuiar. ſect.3.c.12.de Patron.loc.& Tit.Eccl.* relato, non poſſunt eligi in Patronos Locorũ,niſi ij Sãcti,quos Vniuerſalis veneratur Eccleſia;& ideò cùm hi Sancti tãtùm a Lycienſi,& Prouinciali,& non ab Vniuerſali Eccleſia colantur,nequeunt ab eadẽ Sacra Congregatione in Patronos eiuſdem Ciuitatis confirmari.

Quia reſpondetur,hoc Decreto nõ fuiſſe abrogatũ 47
patrocinĩ Sanctorum,qui ante illius publicationẽ in diuerſis locis pro Patronis habebãtur,ſiuè ab Vniuerſali ſiue ab aliqua particulari Eccleſia colerentur; notoriũ enim eſt,eis Cultũ,qui ad præſcriptum Rubricarum Breuiarij Romani priùs ab Eccleſiis aliquarũ Ciuitatũ, vel Prouinciarum adhibebatur,nũc exhiberi,& illud fuit editũ pro futuris Electionibus nouorum Patronorũ tãtùm,vt clarè patet ex ſuis verbis in initio,ibi: *in electionibus Patronorum mandauit infraſcripta in poſterum ſeruari debere.* Et circa finem

DECRETA ALIQVA SACRI NEAP. SENATVS,

A DOMINO IO. ANGELO PISANELLO I. C. Clariſſimo annotata.

DVM eſſet controuerſia inter Magnificas Ritam, & Æmilitiam Caldoram cum Magnif. Ioanne Rullo, quia erat lata ſententia, per quam domus pro certis partibus fuit declarata ipſarum mulierum, quæ obtulerunt pretium ſpectantis partis, ad finem, ne ſtarent in communione, & quia erat inutilis domus ſic diuiſa, fuit per S. C. referente Domino Martiale decretum die 27. Ianuarij 1517. quod prædictæ Magnificæ Mulieres admittantur ad oblationem per eas factam in pecunia pro reſiduo tangente dictum Ioannem, ita quod dictæ mulieres habeant totam domum, & præfatus Ioannes ratam eum tangentem in pecunia.

Alienato feudo ſine aſſenſu de menſe Februarij 1517. relatore Domino Maiorana, fuit per S. C. lata ſententia in cauſa Magnif. Io. Baptiſtæ Prothonobiliſſimi, & Antoniæ de Luto coniugum, vtilium Dominorum feudi, nominati *Brongo*, in Prouincia Terræ Hydrunti, cum Nicolao Gozzolo de Curſi, Paſqua de Morineno, Georgio Ceſſa, & alijs, condemnentur dicti Nicolaus, Paſqua, Georgius, & alij ad dimittendum, & relaxandum dictis coniugibus poſſeſſionem terrarum, & bonorum, in ſupplicatione deductarum, eiſdem Conuentis conceſſorum per quon. Magnif. Io. Petrum de Luto, patrem ipſius Antoniæ, vnienda, & incorporanda cum alijs bonis domanialibus dicti feudi, ſolutis per eoſdem coniuges dictis Conuentis pecuniarum quantitatibus per ipſos Conuentos erogatis, & ſolutis dicto q. Io. Petro pro intratura dictarum terrarum, & bonorum conceſſorum, & etiam expenſis factis, & erogatis in meliorationibus dictorum bonorum, & terrarum, liquidandis bonis ipſis, & pecuniarum quantitatibus tempore exequutionis, in qua liquidatione habeatur ratio fructuum perceptorum per eoſdem Conuentos, quæ de iure habenda erit, ſaluo tamen iure, ſi quod eis competit prædictis Conuentis contra authores laudatos; & ſic collige, quòd Conuenti habuerunt cauſam ab aliis, & ſoluerunt intraturam, & ſic habuerunt aſſenſum, & nihilominus fuerunt condemnati.

Fuit dubitatum, ſi eſſet dandus terminus ad deliberandum, ſi intendebat petere beneficium, tandem die 11. Aprilis 1517. relatore Domino Iacobutio de Franchis in cauſa Magnif. Andreæ de Ebulo cum Vniuerſitate Peſchi; fuit per S. C. decretum quòd dicti de Petro habeant terminum per totas ferias Reſurrectionis Domini ad deliberandum, ſi volunt primum beneficium, quibus elapſis, ſi noluerint, cauſa habeatur pro introducta.

In cauſa hæredum quondam Annibalis Macedonij cum Albina de Caſtellis, relatore Domino Epiſcopo Biſiniani, die 27. Octobris 1517. quoad validitatem matrimonij, ſcilicet, ſi inter eos potuerit contrahi; vel non, remittatur ad Iudicem Eccleſiaſticum, quo verò ad cauſam amiſſionis dotis, & antum dotalium, per commiſſum, vt prætenditur, ſtuprum, remaneat cauſa ipſa in S. C. & in ea procedatur ad actus incumbentes.

Die 14. Nouembris 1517. in cauſa Magnifici Franciſci Barrilis cum Magnifico Gurrello Brancatio ſuper iumento, relatore Domino Martiale, decretum eſt, ex quo non conſtat, in quo loco dictum iumentum fuit interceptum, quòd facto depoſito pignoris per dictum Magnificum Franciſcum pro iure fidæ, & diffidæ, quod prætendit prædictus Dominus Gurrellus eidem deberi ex cauſa interceptionis dicti iumenti, iumentum ipſum reſtituatur, qua reſtitutione facta, capiatur informatio de dicto loco interceptionis dicti iumenti, vt ea habita debitè prouideri poſſit.

Die 17. Nouemb. 1517. relatore Domino Maiorana in cauſa Magnificæ Camillæ Carafæ cum Excell. Comite Roccæ Montis Ragonis, & fratribus, decretum eſt, quod inter dictam Dominam Camillam, & Excell. Comitem, & fratres fiat compromiſſum, & liceat dicto Comiti, & fratribus eligere vnum arbitrum, vel tres, prout ipſi voluerint, vnumquemque pro quolibet ipſorum fratrum, quo caſu liceat prædictæ Camillæ eligere tres arbitros, vel vnum, qui habeat locum, & vicem trium, & arbitri procedant iuxtà formam Regiæ Pragmaticæ, & faciant iuſtitiam.

Die 9. Decemb. 1517. relatore Melar in cauſa Magnif. Matthæi de Cardona Regentis Regiam Theſaurariam cum Nicolao de Galterio, remiſſa eſt cauſa ad Magnam Curiam Vicariæ, quæ exequatur obligationem per dictum Matthæum accuſatam contra dictum Nicolaum, iuxta ipſius ſeriem, & tenorem, præſtita prius cautione per dictum Matthæum de reſtituendo in caſu ſuccumbentiæ in cauſa præuentionis per dictum Nicolaum factæ contra dictum Matthæum, & quod cautio præſtita per dictum Nicolaum iuxta formam Regiæ Pragmaticæ habeatur pro caſſa, & nulla.

Ex iſta determinatione, quæ fuit me exiſtente Aduocato pro Nicolao reſultant iſtæ reſolutiones. Quod in obligatione penes acta, non admittatur præuentio, ad finem impediendi exequutionem. Item reſultat, quod ſtante præuentione ſit cauendum per præuentum in caſu, quo fuerit repertum verum id, quod in præuentione continetur. Item reſultat, quod in præuentione continetur. Item reſultat, quod ex quo ſoluitur debitum, debet ceſſare diſpoſitio Pragmaticæ de cautione præſtanda, de ſoluendo pœnam, & debitum caſu, quo in præuentione ſuccubuerit.

Die 17. Decemb. 1517. relatore D. Martiale in cauſa Magnif. Iacobi Maramonti cum Excell. Comite Vigenti, fuit decretum, quia perempta inſtantia ſententia

tentia fuit lata, ideò declaratur, ſententiam eſſe nulliter latam, ſtante peremptione inſtantiæ, & ideò non eſſe ad eius reuiſionem procedendum.

Hic eſt conſiderandum, quia aderat citatio ad dicendum, per quam perpertuatur per tres alios annos, & illi tres erant elapſi, & ſic non poterat vltra triennium prorogari.

Die 6. Februarij 1518. Relatore Tomino Seuerino in cauſa Illuſtriſ. Marchionis Polignani cum Capitaneo Galliuſo, decretum eſt, quòd Senes, Valetudinarij, Mulieres, Clerici, Nobiles, & perſonæ graues, & egregiæ, ac Infirmi examinentur in locis, vbi degunt, cæteri verò teſtes examinentur, aut ſuper loco differentiæ, aut in terra Cirignolæ, aut Canuſij.

Nota modum, quando dantur ſuſpecta loca, quia pro iſtis perſonis hic enumeratis ceſſat ſuſpicio.

Dùm eſſet quæſtio inter Priorem Cicciani cum Comite Nolæ de quodam vaſſallo de Cicciano, vtroque prætendente habere iuriſdictionem criminalem, fuit de dicto menſe Februarij 1518. Relatore Domino Martiale latum decretum, videlicet: In cauſa Reu. F. Caroli Geſualdi, & Bernardini Cirellæ cum Excellen. Comite Nolæ, concluſum eſt, quòd dictus Bernardinus veniat in poſſe Magnæ Curiæ Vicariæ, & capiatur informatio de quaſi poſſeſſione exercitij iuriſdictionis criminalis in Terra Cicciani, qua informatione capta, ſuper hinc inde deductis per Sacrum Conſilium debite prouidebitur.

Fuit diſceptatum, ſi debebat exequi obligatio præſtita iuxta formam Regiæ Pragmaticæ circa præuentionem, tandem eodem mēſe in cauſa Marini Antonij Gargani cum Innocentio Peregrino, Relatore Domino Capycio fuit lata ſententia, dictum Innocentium eſſe abſoluendum à iudicio præuentionis, & nihilominus ad omnem inſtantiam dicti Innocentij exequendam eſſe obligationem penes acta S.C. factam per dictum Marinum Antonium, & fideiuſſores eius pro obſeruantia Regiæ Pragmaticæ.

Dùm pro parte Vniuerſitatis Zunguli cum Vniuerſitate Flumariæ eſſet petita reſtitutio in integrum, & dictum de nullitate ſententiæ, fuit tandem 20. Febr. 1518. Relatore Domino Martiale latum decretum, quod ſuper cauſis petitæ reſtitutionis in integrum capiatur informatio, vt ea capta, & viſa, debite prouideri poſſit ſuper nullitatibus, & petita reſtitutione.

De menſe Martij 1518. Relatore Domino Martiale in cauſa appellationis Vniuerſitatis Zunguli cum Vniuerſitate Flumariæ, viſa informatione, &c. dictam Vniuerſitatem Zunguli eſſe reſtituendam in integrum aduerſus ſententiam latam contra eam, ſuſpenſa exequutione ipſius ſententiæ, oppoſitis non obſtantibus.

Die penultima Martij 1517. Relatore Domino Cicco in cauſa Excellen. Comitis S. Seuerinæ, cum Excell. Comite Vgenti, fuit decretum, quòd dictus Comes Vgenti examinetur, ſi eſt hæres, & quo tempore adiuit hæreditatem patris.

De menſe Martij 1518. Relatore Domino Maiorana in cauſa Bernardi Micchaelis cum Magnif. Ioanne Tomacello, fuit decretum, quod dictus Ioannes abſoluatur à præuentione facta per dictum Bernardum Nicolaum, & quòd obligatio facta apud acta Sacri Conſilij exequatur contra ipſum Bernardum Michaelem, & fideiuſſores, tam pro debito principali quam pro pœna vnciarum decem, iuxta formam Regiæ Pragmaticæ.

De menſe Aprilis 1518. Relatore Domino Maiorana in cauſa Magnifici Hieronymi de Guarino cum Magnifico Federico de Prato, condemnetur dictus Federicus ad relaxandum, & reſtituendum Caſale Aquarici, & eius poſſeſſionem in proceſſu deductum, prædicto Hieronymo, reſtitutis tamen eidem Federico ducatis octingentis triginta, olim ſolutis pro pretio, & emptione dicti Caſalis, nec non ſolutis meliorationibus in eodem Caſale factis, in quibus imputentur fructus percepti ex eodem Caſali à tempore motæ litis, quatenus dicti fructus conuenirent cum dictis meliorationibus, liquidandis ſiquidem dictis meliorationibus, & dictis fructibus perceptis poſt dictam litem motam tempore exequutionis, in qua liquidatione habeatur ea ratio, quæ de iure habenda erit, eo quia dicta quantitas dictorum ducatorum octingentum triginta extitit penes dictum Hieronymum ex cauſa venditionis dicti Caſalis, ac etiam de fructibus meliorationum fortè perceptis, ab aliis autem fructibus dictus Federicus abſoluatur.

Dùm eſſet introducta cauſa, & dubitatum de ſcriptura fuit die 26. Iunij 1518. Relatore Domino Seuerino in cauſa Magnificæ Magdalenæ Cantelmæ cum Magnificis Io. Franciſco Caiuano, & filiis latum decretum, attento, quod ſcriptura nouiter exhibita pro parte dictæ Magdalenæ, fuit articulata, & producta verbo in exceptionibus pro parte dictorum Ioannis Franciſci, & filiorum productis, ponatur in proceſſu, de qua in deciſione cauſæ S.C. habebit eam rationem, quæ de iure erit habenda.

Dùm eſſet oppoſita exceptio excommunicationis pro parte Principiſſæ Biſiniani de menſe Sep. 1518. communi voto cum interuentu Domini Ludouici Montalti, & Domini Sigiſmundi Loffredi Regentium fuit concluſum, ſtante exceptione excommunicationis oppoſita contra Magnificum Iulium de Scottiatis, non eſſe procedendum in cauſa.

Dùm pro taxando paragio eſſet deſtinatus Commiſſarius ad capiendam informationem circa appretium bonorum feudalium Magnif. Diofebi de Lantoglietta cum Sororibus, & de ſalario tractaretur, ſi debebat Diofebus contribuere, fuit Relatore Domino Galeota de menſe Octob. 1518. decretum, quod dictus Diofebus teneretur reficere expenſas ſubminiſtratas pro medietate.

Dùm eſſet præſentatum Authenticum, ſeu Tranſumptum per Comitem Venafri in cauſa Ioan. Antonij Vulcani, qua fuerat præfixus terminus, vt produceret Originale, tandem de Menſe Octobris 1518. Relatore Domino Martiale cum interuentu Domini Regentis de Colle, fuit interpoſitum decretum, quod de Authentico, ſeu Tranſumpto in proceſſu præſentato nulla in deciſione cauſæ habeatur ratio, attento, quòd infra terminum præfixum originale priuilegium non fuerat præſentatum.

Dùm in lite Magnif. Hieronymi de Duce cum Magnif. Io. Baptiſta de Montibus dubitaretur de teſtibus examinatis vltra numerum Pragmaticæ fuit Relatore D. Epiſcopo Biſiniani de menſe Dec. 1518. decretum, quod teſtes examinati tam ad inſtantiam Actoris, quàm Rei remaneant, & in deciſione cauſæ de numero, & depoſitionibus ipſorum haberetur ea ratio, quæ de iure habenda eſt, iuxta formam Regiæ Pragmaticæ, & non aliter.

Alias dum Princeps Salerni obtinuiſſet prouiſiones à Catholica Maieſtate ſuper reaſſumptione inſtrumenti facienda, & Princeps Melfiæ petiiſſet terminum ad impugnandum dictas prouiſiones, per S.C. ſub die 11. Iulij 1511. fuit decretum, dictam dilationem non eſſe concedendam, ſed determinandum eſſe, reaſſumptionem inſtrumenti fore faciendam iuxta mandatum Catholicæ Maieſtatis.

Die

Die 26. Febr. 1513. in cauſa Illuſtr. Marchionis Neritoni cum Magnif. Roberto Bonifacio, Relatore Domino Attaldo, decretum eſt, quòd dictus Marchio admittatur etiam ad examinandum eius teſtes hic in Ciuitate Neap. ſuper articulis præſentandis infrà terminum aliorum dierum trium, prout fuit Parti aduerſæ ſtatutum, dummodò non excedat numerum Partis aduerſæ, verùm ſi idem Marchio voluerit examinare in dicto termino, & compertum fuerit, quòd prædictus Robertus examinauerit plures teſtes numero, quam dictus Marchio, eo caſu fiat æqualatio dictorum teſtium, aut quòd tollantur ab actis.

Die 11. Iulij 1514. Relatore Domino Viceprothonotario in cauſa Vniuerſitatis Venafræ cum Vniuerſitate Rapollæ, fuit decretum, quòd de omnibus teſtibus examinatis data electione illis de Rapolla, poſſit eligere, quos voluerit, iuxtà numerum taxatum in Regia Pragmatica & ſi qui ſupereſſent vltrà dictum numerum, habeantur pro teſtibus impertinentibus.

Aliàs dùm Principiſſa Altamuræ ageret contra Ducem Ariani Bartholomeum Caracciolum, & alios litis conſortes, & voluiſſet ſuperſedere quoad aliquos, eſſetque de hoc dubitatum, fuit Referente D. Hieronymo Sperandeo 18. Sept. 1508. latum decretum cum interuentu D. Iacobi de Gello, & D. Marcelli Gazzella Præſidentium, quòd dicta Principiſſa poſſit ſuperſedere in cauſa quoad dictum Bartholomæum, & D. Elionoram Caracciolam, & poſſit procedere contra prædictum Ducem, & alios litis conſortes. Et die 19. eiuſdem fuerunt reiecti pro impertinentibus omnes articuli, & teſtes concernentes fidelitatem D. Petri de Gueuara Magni Seneſcalli, & quòd de eis non habeatur ratio. Et nota, quòd iam erat datus terminus, ità quòd ſuperſeſſorium fuit poſt litem conteſtatam. Actuarius Angelus Ciſa, & ſic vxor non poterat articulare in repetitione ſuarum dotium de fidelitate viri.

In cauſa Comitis Vgenti cum Iacobo Maramonte, Relatore D. Ioan. Aloyſio Attaldo, fuit interpoſitum decretum die 15. Maij 1509. quod teſtes examinati in cauſa appellationis in repulſa, concernentes repulſam teſtium examinatorum in prima inſtantia habeantur pro reiectis. Act. Ruta.

Die 25. Sept. 1509. Relatore Domino Martiale in cauſa D. Troiani Mormilis cum D. Cornelia de Marra, fuit interpoſitum decretum, quòd D. Cornelia reſpondeat præciſè, ſi intendit vti omnibus teſtibus pro eius parte in cauſa examinatis, & quod per eius reſponſionem nullum fiat præiudicium Priuilegio exemptionis, in fauorem mulierum per Pragmaticam introducto. Act. Saponus.

Lite orta ſuper bonis feudalibus, & vita militia, ſi debeatur Abb. Carolo Coſſo cum Petro Coſſo de menſe Febr. 1518. Relatore D. Capycio, fuit decretum, quòd quatenus concernat bona feudalia, & vitam militiam; remaneat in S. C. quò verò ad alia compromittatur, iuxtà formam Regiæ Pragmaticæ.

Dùm Epiſcopus Biſiniani peteret vitam, & militiam, & ratam bonorum allodialium à Duce Amalfiæ, eſſetque petitum compromiſſum pro parte Ducis, Relatore Domino Martiale die 24. Ianuarij 1509. Act. Angelo Ciſa, fuit decretum, cauſam non eſſe compromittendam, ſed eſſe procedendum in S.C. & ſic adeſt deciſio, quòd quando agitur de vita, & militia, non fit compromiſſum. Item, quòd quando agitur inſimul pro bonis burgenſaticis non fit compromiſſum, alias eſſet dicere, quod contra clericum non obiicitur de compromiſſo.

Dubium ſtat, ſi dubitatur, an debeatur paragium, vel non debeatur, an ſtante Regia Pragmatica quòd cauſæ debeant compromitti, an iſta cauſa debeat compromitti, videtur dicendum, quod debet compromitti, quia ex cauſa paragij frater non tenetur dare ſorori portionem hæreditatis, ſed valorem portionis, vt dixit Napod. *in Conſuet. Si moriatur aliquis, in verb. paragium, verſ. reſpondeo*, quia cum non tractetur de feudo, ſed ſolùm de debito, non habebit locum diſpoſitio *Conſtit. Conſtitutionem diuæ mem.*

Contrarium puto, nam nulli dubium, quod quamuis paragium non debeatur de corpore rei, cùm ſufficiat dare paragium in pecunia, tamen debetur de bonis, & eſt onus certo modo reale, vt declarat Napod. *in Conſuet. Si qua mulier, in verſ. de bonis, per tot.* & Andr. de Iſern. *in Conſt. In aliquibus, col. 7.* & propterea dicebat Andr. *ibi*, quòd quando frater alienauit feudum, condemnatur frater ad paragium, & ad pecuniam pro paragio, & ſi in exequutione aliud non habet, peruenietur ad iuramentum, ita quod ſi tenens feudum confiteatur, fiet exequutio contra eum in feudo, ſi neget, dabitur Curator bonis, & illud reuocet, & irreuocabiliter fiet exequutio, *C. quando Fiſc. vel priuat. l. 2.* & Dom. Mazzeus latè *dec. 162.*

Et propterea *ibid.* dicebat Andr. de Iſern. *col. 8. verſ. quòd ſi frater*, quod eſt onus feudi paragium, à quo repellitur fœmina, cùm concurreret cum maſculo, vnde cùm ſit onus feudi, & tangat feudum, quia ſi declararetur, debere paragium, afficeret feudum, ſequitur compromiſſum fieri non poſſe, ad text. *in Conſtit. Conſtitutionem diu. mem.*

Et hoc etiam corroboratur, quia ſæpius fuit determinatum, quòd ſi diſputaretur, an debeatur vita militia, quod iſtud non poteſt compromitti, vt dixit *D. Mazzeus deciſ. 43. incip. Dictat Pragmatica*, & *deciſ. 138.* & inter alias rationes aſſignat illam, quia vita militia eſt onus feudi, vt per Andr. *in Conſtitut. Comitibus.*

Et ſi dicatur, quod vita militia magis afficit rem, quàm paragium, quia pro vita militia poteſt agi de directo contra tertium poſſeſſorem, vt *in Cap. Reg. Alienationis actus*, pro paragio verò non, niſi in ſubſidium, non tamen ex hoc argui poteſt, quòd paragium non ſit onus feudi, vt apparet ex ſuperioribus.

In hac cauſa per Magn. Anton. Capycium cauſæ commiſſ. fuit datus terminus in cauſa, compromiſſo petito non obſtante.

Io. Angelus Piſanellus.

D. MAZZEI DE AFFLICTO IVRISCONSVLTI CLARISSIMI, REGII CONSILIARII,

Annotationes aliquæ ad Gloſ. Napodani ſuper Conſeutudinibus Neapolitanis ex eiuſdem Domini Conſiliarij originali libro Conſuetudinum, qui conſeruabatur penes Dominum Io. Angelum Piſanellum exemplatæ, adhuc non impreſſæ.

In Conſuetudine Si moriatur, ſuper tex. d. Conſuetud. ſiue gloſ. Napod.

PONE, moritur mater ſuperſtite filio, & filia, & ſuperſtite marito, pater illius filiæ non maritauit eam infrà annos 16. an ſuccedat æqualiter vnà cum fratre in bonis maternis; videtur, quòd ſic, per tex. huius Conſuetudinis, *Eas autem, &c.* in contrarium eſt veritas, quia non ſpectabat ad fratrem, ipſam dotare, ſed ad patrem viuentem, *l. fin. de dot. prom. Cod. leg. qui liberos*, & ibi Bart. *ff. de rit. nupt.* non quidem iure actionis, ſed officio Iudicis, & iſtud tempus ad maritandum datur ſucceſſoribus, non patri, & ſic patri non poteſt mora imputari, vt tenet etiam huiuſmodi gloſ. Napod. ſic ergo nec filio, cuius non erat officium maritare ſororem, quia habebat patrem, nec patri poteſt mora imputari, merito, verbum illud *eas autem*, non extenditur ad caſum noſtrum, & ſic filia ſolùm habebit legitimam de dote materna, & non medietatem, & ita vidi pluries fuiſſe iudicatum.

Sed quid ſi iſta filia fuit maritata à patre poſt mortem matris, & renunciauit patri bonis paternis, & maternis, & ſic pater ſuccedit virtute renunciationis in illa legitima debita filiæ. Vtrum pater, in morte poſſit diſponere liberè de illa legitima, vel de medietate tantùm, ità quòd illam medietatem teneatur relinquere alteri filio. Quidam dicebant, quod ſic, per Conſuetudinem *Si aliquis, in verſ. de bonis autem*, in contrarium quod liberè poſſit diſponere, quia illa portio, quæ competebat filiæ, fuit in vita alienata patri per renunciationem, quia tantundem habuit à patre, & in vita poteſt fieri alienatio in præiudicium ſucceſſorum, vt dicitur *in gloſ. in d. Conſuetud. Si aliquis*, ergo pater, qui per contractum acquiſiuit bona, & portionem filiæ, poteſt liberè diſponere in vita, & in morte, quia non ſunt bona, quæ ei obueniunt ex ſucceſſione, ſed titulo oneroſo, id eſt renunciatione, quia tantundem dedit filiæ, quantum erat eius portio, maximè cùm facultates patris non erant ſufficientes, attento numero liberorum, de eius bonis dare ità magnam dotem, niſi fuiſſet computata portio bonorum maternorum propter renunciationem bonorum maternorum: cogita, quia vidi dubitari ſatis de hoc, ſed in contrarium, quòd ex quo pater non expreſſit, quantum dedit in dotem filiæ de ſuo, & quantum de bonis maternis filiæ, ſi pater erat diues, videtur totum de bonis ſuis dediſſe, *l. ſi pater, C. de dot. promiſſ.* quæ eſt vna de quinquaginta deciſionibus Iuſtiniani & ibi *in Apoſtilla meà*, in Baldo vide deciſionem factam per Sacrum Conſilium.

Mazzeus de Afflicto.

Deciſio iſtius Domini eſt 178. *in 9. dub.*

In tex. eiuſdem Conſuetud. Si moriatur.

LOquitur hæc Conſuetudo, quando pater mortuus eſt relictis filiis maſculis, & fœminis in capillo, nam fratres tenentur ipſas maritare ſecundùm paragium, & nihil dicit de filiabus maritatis à patre, & ſic ceſſante iure municipali, eſt recurrendum ad ius commune, vt *ff. de ſepulchr. viol. l. 3. §... & de conſuet. cap. cùm dilectus*, ſecundùm Bald. *in l. maximum vitium, C. de liber. præt.* vnde filia maritata à patre, mortuo fratre ſuccedit fratri, nec iſta Conſuetudo hunc caſum comprehendit, ſed non eſt ſic, vide quod ſcripſi in meo memoriali *in verb ſoror.*

Mazzeus de Afflicto.

In tex. eiuſdem Conſuet. Si moriatur, §. eas autem.

SOlet dubitari, an ſoror maſculiata poſſit ſuccedere, non ſolùm in bonis intra diſtrictum; ſed etiam extra, ratio dubitandi, quia Conſuetudines Neapolitanæ non habent locum in bonis, extra diſtrictum ſitis, ſed in contrarium eſt veritas in caſu propoſito, ratio aſſignatur, quia iſta maſculiatio reſpicit perſonam, & quando Conſuetudo Neapolitana diſponit de aliquo, quod principaliter concernit perſonam, nil refert, quod bona, de quibus in conſequentiam agitur, ſint in diſtrictu, vel extrà diſtrictum huius Ciuitatis, ità in terminis voluit Napod. *in proœm. Conſuet. in ver. diſtrictum*, & magis planè, & clarè *in Conſuet. Pupillus, ſub rubr. de in integr. reſtit.* ſi enim ſecus diceremus, ſequeretur abſurdum, quòd ſi fratres ciues originarij Ciuitatis Neap. haberent ſororem germanam, & communis pater reliquiſſet amplam hæreditatem, & bona, exiſtentem, & exiſtentia extra diſtrictum Ciuitatis Neap. quod etiam fratribus requiſitis, & differentibus maritare, & dotare ſororem, non eſſet conſultum ſorori, quod maſculiaretur, quod eſſet ſatis inconueniens, & abſonum dicere.

Gaſpar de Leo.

Super

Super gloſ. ſuper verb. à matre, in Conſuet. Si quis, vel ſi qua.

VNum tamen non omitto, quòd ſi maritatur filia ſecundùm pacta, quæ obſeruantur, & obſeruata fuerunt, & obſeruari conſueta inter Nobiles Capuanæ, & Nidi, ex quo inter ipſos Nobiles eſt pactum, quòd ſi ex matrimonio ſuperesſent filij, & deceſſiſſent in pupillari ætate, vel ab inteſtato quandocumque, quòd dos reuertatur ad conſanguineos matris, ergo à contrario ſenſu, ſi mortuus eſt cum teſtamento, non ſunt in aliqua parte ſucceſſores conſanguinei matris, ſed hæredes inſtituti, quia licèt in ſtatutis non valeat argumentum à contrario ſenſu, ſecundùm Bartol. *in l. omnes populi, de iuſt. & iur.* & notatur per Bald. *in l. conuenticulam, extr. de Epiſc. aud.* tamen benè ſumitur argumentum à contrario ſenſu verborum contractus in præiudicium cõtrahentium contra ius commune, vt eſt text. notabilis *in l. inter ſocerum. §. cùm inter ff. de pact. dot.* & tenet Guido de Suzar. *in l. 1. de offic. eius,* & Alex. & Bald. *in leg. ſi vendita, de act. empt.* vnde cum ſit deductum in pactum, vt ſi ab inteſtato decedant filij, dos deueniat ad conſanguineos vxoris, ergo à contrario, ſi decedit cum teſtamento, ſuccedunt hæredes inſtituti, non obſtante, quòd inducatur ex hoc argumento correctio Conſuetudinis Ciuitatis Neapolis, quæ vult, vt de bonis obuenientibus ex materna, vel paterna linea, non poſſit diſponi, niſi de medietate, quia Partes in eorum præiudicium per argumentum à contrario ſenſu poſſunt ſibi præiudicare, vt dicit Alex. *in d. l. 1. ff. de offic. eius,* & ideò ſecundùm dictum pactum Capuanæ, & Nidi, ſi filij moriantur poſteà cum teſtamento, in dote materna conſanguinei ex parte matris non poſſunt petere medietatem virtute Conſuetudinis, tene menti.

Mazzeus de Afflicto.

In text. Conſuetud. Si quis, vel Si qua.

ISte §. *ſed ſi morienti* debet intelligi, quando fuit dotata à fratre, ſecus ſi à patre, quia omnia, quæ excedunt ius commune, ſunt ſtricti iuris, vt notat Archid. 18. *q. 2. can. hoc tantùm,* ita Bald. *in l. non ſine, C. de bon. quæ liber.* & in materia reſtringibili id venit, quod palam, & verbis expreſſis eſt actum, *ff. de verbor. obligat. l. quicquid aſtringenda. ff. ſolut. matrim. l. ſi cùm dotem, in princ.* ita dicit Ioan. Andr. *in addit.* Specul. *in tit. de actione, ſeu petitione, §. ſuper petit. in addit. incip. auctor nobis, cart. mihi* 16.

Mazzeus de Afflicto.

In text. Conſuetud. Quod autem, verſ. & in præmiſſis.

NOta, quòd dicit ſoror, aliud ergo in filio ſororis, ſi ſoror prædeceſſit fratri, quia filius ſororis ſuccedit patruo, melius dixiſſet auunculo vnà cum patruis, per id, quod voluit Bald. in ſimili, *in l. maximum vitium, C. de liber. præter.* & *l. illam, C. de collat.* Adde Bald. *in Auth. ceſſante, C. de legit. hæred.* vbi dicit, quòd ſi fœmina eſt excluſa per ſtatutum à ſucceſſione, intelligitur excluſus filius eius, fallit, niſi eſſent fratres, vel fratrum filij, tunc nepos ex fœmina ſuccedit ex perſona, & non habet locum illa regula, *quæ principium inficit, &c.* quod perpetuò tene menti, ſed quid ſi moritur frater ſine filiis, ſuperſtitibus nepotibus ex fratribus, & nepotibus ex ſororibus, an omnes iſti nepotes pariter ſuccedant? Videtur, quòd ſic de iure communi *per Auth. poſt fratres,* ſed iure iſto, ex quo ſtantibus fratribus ſoror non ſuccedit, niſi quando eſſet maſculiata, ergo nec eius filij, & ſic nepotes, ita videtur tenere hic Napod. *in gloſ. in verb. parentum,* vbi ſi non ſuccedit ſoror, nec eius filij, dicit ipſe multa ad hoc, allegat *in rubric.* Albertum Brunum, *in tract. excluſiuo fœminarum,* & licèt multos Doctores referat, qui tenent contrarium, tamen dicit, quòd ſupradicta opinio eſt verior, & communior.

Item ſi filius ſuccedit in ea parte, in qua mater ſuccederet, vt in § *neque illi, in Auth. de triente & ſemiſſ.* & ibi Ang. ergo à contrario ſenſu, ſi mater non ſuccedit fratri, ſtante fratre, ergo nec eius filius.

Mazzeus de Afflicto.

Ibidem in verſ. præterquam.

NOta, quòd ſoror non ſuccedit cum fratre, aut filiis fratris, ſi ſit dotata de bonis patris, ſed ſi partem, vt maſculus habuiſſet, tunc ſuccedet cum fratre, & fortiùs ſi nihil habuit à patre, vel fratre, ſed nunquid ſoror maritata poſt mortem patris, eo caſu, quo eſt maſculiata, debebit habere dotem de bonis maternis, vel debeat ſuccedere tanquam maſculiata, ita quòd iſta maſculiatio intelligatur tam de bonis paternis, quàm maternis, vel vt ſit ſolùm maſculiata quoad bona paterna tantùm, & ſic ſolum debeat habere dotem, vel legitimam de bonis maternis; Ego ſum voti, quod erit maſculiata, tam quoad bona paterna, quàm materna, & hoc votum capio ex text. Conſuetudinis propriæ, vbi dicitur, quod poſſunt filiæ maſculiatæ petere portionem de bonis paternis, & maternis, vt fratres.

Mazzeus de Afflicto.

In Conſuetud. Si aliquis moriens, in gloſ. ibi vſque ad medietatem.

PRopriis nominibus ſuccedunt in viriles partes per iura hic allegata, ſicut præſumitur voluntas teſtatoris. Nec obſtat, quòd nepotes ſuccedant in ſtirpem, quia illud eſt verum ab inteſtato, vt dicit hic Napod. & ſic Ego votaui ad requiſitionem arbitrorum, ſecundùm opinionem Napod. hic, licèt loquatur in ſubſtitutione, idem in inſtitutione facta de nepotibus ex fratre, propriis, & expreſſis nominibus, & fratre, vt ſuccedant in capita, ſecus quando inſtitutio facta fuiſſet ſub nominibus collectiuis, puta *inſtituo fratrem, & nepotes meos ex fratre,* tunc nepotes ſuccedunt in ſtirpem, & fuit ſuper hæreditate Petri Minutuli, vide deciſionem meam.

Mazzeus de Afflicto.

In Conſuetud. Et ſi teſtator, in gloſ. diſponere, 2. col. in fin.

SEd hic quæro, quod ſi dictum eſt, *tibi, liberis, & hæredibus,* hic caſus non eſt tutus, nam benè reperitur, quòd *tibi, & hæredibus,* eſt hæreditarium, *tibi, & liberis,* eſt ex pacto, & prouidentia, vt *in c. 1. an agnatus,* vbi Andr. *& de alienat. feud. pat.* dico, quod tantum eſt dicere, *tibi, liberis, & hæredibus,* quantum dicere, *tibi, & hæredibus ex legitimo corpore deſcendentibus,* patet, quia liberi ſunt illi, qui veniunt

niunt ex legitimo corpore, & illi, qui veniunt ex legitimo corpore ſunt liberi, vt dicit Andr. *in c.1. §. & ſi cliemulus, de alien. feud.* ſed quando dicitur, *tibi, & heredibus ex legitimo corpore deſcendentibus*, feudum eſt hæreditarium, vt hic, & notat Bald. *in cap,1.verſ.& nota,quòd Iacob.de Beluiſo,de eo,qui ſibi & heredibus*, & illud verbum *liberis* tantum habeat operari, ſicut illud verbum *ex ſuo corpore legitimè deſcendentibus*,quod tene menti,quia iſta eſt veritas.

Mazzeus de Afflicto Legum Doctor.

Ibidem in gloſ. prædicta, vers, ſed quis probabit fraudem.

IDem ſi donaret benemerenti, debent tamen merita aliter probari, quàm per confeſſionem, vide conſ.Alex.55.*in 1. vol.*

MaZZeus de Afflicto.

Ibidem. Sed quomodo probatur fraus.

VIde 81. *diſtinct. can.1. & ff.de pact. l.iuris gentium,§.ſed ſi fraudandi,in gloſ. & C.de in lit.iur. leg. 2. in gloſ.* Item probatur fraus per binas comminationes factas per mulierem, quæ volebat, vt nihil perueniret de bonis ſuis ad filios, argumento *cap.2.de renunciat. lib.6.* ſecundùm D.Abbat. *in cap. in preſentia, verſ. inſuper quæro,de probat.* Item fraus præſumitur ex actuum celeritate, & nimia liberalitate, Bald. *in leg eam.in 15. col.de fideicom.*in contrarium dic, quòd præſumitur id, quod ſtatim, & ab initio agitur, quod ſine malitia, & machinatione proceſſit, & è contra malum præſumitur, quod ex interuallo actum eſt, & *in Auth. de æquali dote, §.ſin autem mulier ad hoc. ff. de Carb.edict. l.3.*

Item vbicunque minor apparet læſus, gloſ. *in leg.2.C.ſi aduerſ. vendit.* Item in emptione facta per interpoſitam perſonam, *leg. pupilli, §. fin.* & ibi Bartol. *ff.de auth. præſt.* niſi fiat palam, & bona fide, vt *ibi*,& Bart.*in l. is, qui bonis, ff.de acquir. hæredit.* vbi præſumitur fraus in filio repudiante,& poſteà emente per interpoſitam perſonam. Item præſumitur fraus,ſi filius baſtardus emit ab eo, cui pater vendidit,ſecundùm Bart. *in leg.is,qui,ad finem ff.de vulgar. & pupill.* Item præſumitur, ſi mutuum fit cum pacto,quòd reſtituatur ei, quem Titius declarabit, & Titius declarat filium mutuantis, Bald. *in leg. iubemus,§.1.C.ad Trebell.* Item præſumitur fraus, ſi alienantur omnia bona, vel ſi non omnia, quaſi omnia, vel meliora, vel maior pars, vt optimè Alexand.de Imol. *1.vol. conſ.55.* quot autem modis fiat fraus legi, vide gloſ.13. *quæſt.3. can. plerique*, notatur *ff. de legib.leg. fraus*,Din.*in regul. fin.lib.6.*Ang.*in l.omnes, §.* Lucius, *ff. de his, quæ in fraud. credit.* An autem coniunctio ſanguinis tollat, vel inducat præſumptionem fraudis,notat Alber.latè *in Auth.quibuſcunque,C.de ſacroſ. Eccleſ.*facit *leg.non ſolùm,§.de vno, ff. de rit.nupt.*Bald.*in leg.poſt contractum. de donat.* Item præſumitur fraus, vt infrà *de iure congrui,in verb.poſſidet*,vide Luc.*de agricol. & cenſ.l.quemadmodum*,vide *Inſtit.de act. §. item ſi quis in fraudem*, ex quibus præſumatur donatio in fraudem creditorum, Ang. *in conſ. ſuo*, quod incipit *ex themate,n.48.* Item ſcias, quod non committit dolum, qui vtitur iure ſuo, vt *ff.pro ſocio,l.meritò,de regul.iur.l.nullus*,quod verum, niſi aliter iure ſuo non eſſet vſurus,*ff.de iudic. leg.ex hoc edicto.* Item probatur fraus, ſiue dolus eo ipſo, quod alienauit rem ſine pacto de reſtituenda re, *Bart.in l.item ſi res,§. idemque, ff.de alienat.iudic.mut.*

cauſ. fac. Item præſumitur fraus in donatione, quæ fit coniunctæ perſonæ, ſi ſit facta in præiudicium tertij. Paul. *in conſil.65.* Item præſumitur donatio in fraudem;ſi facta ſit tempore infirmitatis, & poſtea ſtatim mortuus,text.eſt in *l.... ff. de donat.cauſ.mortis*

Mazzeus de Afflicto.

In tex. Conſuet. Et ſi teſtator, in verb. provt in capitulis.

NOta verbum *provt*, quòd ſicut mater excludit agnatos, quando ſuccedit filio ab inteſtato,ita ſi mater eſſet hæres inſtituta à filio excludit agnatos de meditate, quia licet Conſuetudo nihil dicat de matre, tamen per interpretationem, & ſic idem eſt; in contrarium facit, quia iſtæ Conſuetudines ſunt ad inſtar ſtatuti,vt dicitur *in leg.de quibus,ff.de legib.* ſed ſtatutum iſtud in quantum dicit,*provt*,intelligitur provt dicitur in ſtatuto de ſucceſſionibus ab inteſtato verè, & non in caſu per interpretationem, vt *in leg.3. §.hæc verba. ff.de negot. geſt.l.conſtitutionibus, ff.ad municip.l.1.* & ibi Bart.*ff.de feriis*, & plene notatur in *l.ſi verò, §. de viro, ff. ſol. matrim.* Anton. de Butr.*in c.cùm dilectus 3.col.de conſuet.*Bart. *in l.omnes populi 24. col. verſ. quartò quæro.* Vtrùm ſtatuta recipiant interpretationem extenſiuam, *ff. de inſt. & iur. & leg. apud antiquos,Cod.de furt.* Bald.& Cyn. *in l.conuenticula,C.de epiſc. & cler.* ſed veritas eſt,quod indiſtinctè patre, vel matre exiſtente in medio ceſſat Conſuetudo,& ſic tam ab inteſtato, quàm ex teſtamento.

Mazzeus de Afflicto.

In Conſuetud. Si qua moriens, in gloſ. ſuper verbo diſponere, fol.22.

SEd iuxta hoc quæro, quid ſi obuenerunt matri bona ab aliquo conſanguineo, & mater illa bona vendidit, & de pretio emit alia bona, vtrum de iſtis bonis poterit in totum diſponere,dicendum videtur quòd non, quia iſta bona ſunt ſubrogata loco illorum bonorum, & ſubrogatum, &c. Item quia pretium ſuccedit loco rei in hoc, & ſic res ipſa empta ſuccedit loco illius venditæ, vt *in leg. labeo, de verb. ſignif.* vbi gloſ. notabilis in libro D. Stephani de Caieta, vbi dicebatur, quod iudicatum fuit contrarium, & facit in ſpecie *de emptione, & venditione, §.3.verſ.item pone, vir alienauit.*& facit *leg.quàmuis, C. in quibus cauſis pignus, vel hypoth. tacitè contrahatur*, Bald. plene in *leg. mater tua, C. de rei vendic.* vidè Bald. *in capit.1. de feud. non habent. prop. feud.nat.* Adde, quòd ſicut res empta de pecunia dotali eſt dotalis, vt *in leg.ita conſtante, ff.de iur.dot.* ita res empta de pecunia quaſi dotali, *leg. ſi cùm dotem, §. ſi mulier, ff. ſolut. matrim.* vide pleniùs per Ludou.*in conſ.101. pro deciſione præſentis dubitationis*, &c. Bald. *in leg. ex peculio,de iure dot.*vide Bart. *in leg. à debitore,ff.de his, quæ in fraud.credit.* & not. gloſ. *in leg. ſi cum ſeruum, ff.ſi cert.pet.* vide Napod. *in Conſuetud. Si mulier, de iure dot. in verb. ſi non extant.* vbi quærit, an res empta de pecunia dotali, ſit dotalis, vbi plura dicit fauore dotis, vt *l.proculus, de iur. dot.* ſecundùm Bald. *in l. & ſi vt proponis, de rei vend. & in leg. cùm vir, §. fin. de iure dotis.* Ludou. *dict. conſ.101.* Ioann. de Imol. *in capit.1. de pecul.cler.* Abb. *in capit. tua nos, de vſur.* Butr. *in cap. quanto, de vſur.* An in re pignorata pretium ſuccedat loco rei, Bald. *in leg. mater tua, C.de rei vendicat.* Bart. *in leg. 1. ff. de diſtr. pignor.* vide *in leg.*

Impe

Imperator, de leg. 2. Quid in re furtiua Bald. *in d. leg. mater tua*, vide Bald. *in leg. pro debito, Cod. de bon. auctoris. Iud. poſſ.* vbi dicit, quod ſi ſpecies eſt in obligatione, non ſuccedit alia empta ex re illa, vide Bart. *in l. teſtamento, de condit. & demonſtrat.*

Mazzeus de Afflicto.

In Conſuetud. Quartam autem, in gloſ. à quondam viro ſuo.

ITem quia propter oſculum, &c. Propter oſculum lucratur medietatem antefati, & aliam medietatem propter copulam, vide Paulum de Caſtr. *in leg. cum fuerit, ff. de condit. & demonſtr.* vbi dicit, quòd ſi dicat ſtatutum, quòd vir lucretur dotem vxoris præmortuæ, quod ſtatim, quod eſt contractum matrimonium per verba de præſenti, licèt non ſit conſummatum, habet locum ſtatutum, ſed notatur, quod ſaltem debet eſſe deducta in domum viri, ſecundùm Paul. de Caſtr. *ibi*, qui poſteà dicit idem, ſi non ſit traducta, ſi tamen conſtet de matrimonio per verba de præſenti, ſed contrarium conſuluit Abb. *in 1. vol. conſ.* 1. & *in 2. vol. in conſ.* 79. & idem cum Abbat. per multas rationes tenet Salyc. *in l. cum inte, C. de donat. ante nupt.* vide Abb. *in cap. ex publico, de conuerſ. coniug.* & Paul. de Caſtr. *in l. de diuiſione, ſolut. matrim.* & *in l. ſi donaturus, in fin. de donat. ob cauſ.* & ibi Alex. qui dat alias remiſſiones.

Mazzeus de Afflicto.

In d. gloſ. in fin.

SEd pulchrum eſt ſcire, ſi matrimonium fuit conſummatum, & remanſit per vxorem, quòd non præſtitit obſequia matrimonialia, quia receſſit a domo viri, & acceſſit honeſte ad domum parentum, & ibi ſtetit longo tempore, putà decem annis, & vltra, & nunquam requiſita voluit reuerti ad virum, & vir durante eius abſentia eſt mortuus, ſuperſtite vxore ſine liberis, an lucretur antephatum? diceres, quod ſic, per gloſ. *in l conſenſu, C. de repud.* quæ volunt, quod quando vxor acceſſit honeſtè ad domum parentum, remota ſuſpicione fornicationis, quòd non perdit antephatum, ſed illæ gloſſ. non loquuntur, quando per longam abſentiam vxor ſe abſentauit, vnde per longam abſentiam videtur ſpoliare maritum de obſequio matrimoniali, & ſicut maritus expellens vxorem, perdit lucra nuptialia, vt *in l. ab honeſtibus, §. fin.* per Alex. *ff. ſolut. matrim.* ita vxor tacite expellens virum de obſequio matrimoniali, debet perdere antephatum. Item maritus non lucratus fructus dotis, ſi non ſuffert onera matrimonialia, vt *in l. ante*, & *in l. de diuiſione, ff. ſolut. matrim.* & *in l. dotis fructus, ff. de iur. dot.* & Salyc. *in l. ſi antè. C. de donat. ante nupt.* multo fortiùs non lucratur lucra nuptialia, ita vxor denegans præſtare onera matrimonij, perdit lucra nuptialia, ideò dubito de iſta quæſtione.

Mazzeus de Afflicto.

IN Curia Archiepiſcopali Neapol. per binas ſententias contrarium deciſum fuit, ſcilicet, lucretur antephatum.

Mazzeus de Afflicto.

In d. Conſuetud. in gloſ. liberis, in fine.

SI ſoluto matrimonio filij extabant, & poſtea moriuntur, vxor lucratur antephatum, etiam quoad proprietatem, vt dicit iſta Conſuetudo, ſed quid inter Barones, qui recipiunt dotem in pecunia, & faciunt tertiariam in pecunia, & moritur Baro ſuperſtite vxore, & filio, & fit reſtitutio dotis, & tertiariæ quoad vſumfructuum, poſteà moritur filius, vtrū in proprietate ſuccedant agnati, vel mater? vide *in Conſtit. Licentiam*, & *in Auth. præterea, C. vnde vir, & vxor*, & Bald. *in l. ſi infanti, in 1. q. C. de iure delib.* & Salyc. & Paul. de Caſtr. qui tenent, quòd hæreditas patris delata infanti, non adita, non tranſmittitur ad matrem, & Iaſ. dicit, quòd iſta eſt communis opinio, & ſic mater non ſuccedit in proprietate filij infantis defuncti de iure, ſed patruus, Bald. *in 1. vol. conſ. 95. quæſtio eſt.* vide grande conſil. ū And. Barbatij *in 3 vol. conſ* 60. vide Oldrad. *conſ.* 20. vbi tenet, quod mater non ſuccedit infanti, hæreditate non adita.

Mazzeus de Afflicto.

In text. conſuet. Bona ſtabilia.

NOta verbum *ante venditionem perfectam*, ſcilicet antequam res ſit tradita, poſtquam autem perfecta eſt, ipſis filiis ſcientibus, & non contradicentibus, non poſſunt poſtea contradicere, ſed quæro, vtrum vxor vidua, quæ habuit dotem in bonis ſtabilibus, viro datis in ſolutum pro dote, poſſit illa bona liberè vendere, ſine decreto Iudicis, & ſine conſenſu filiorum, videtur dicendum, quòd ſic, quia iſta Conſuetudo loquitur, quando mulier tranſiuit ad ſecunda vota, tunc filij primi matrimonij poſſunt contradicere, & tunc requiritur iuſta cauſa vendendi, & decretum Iudicis, aliàs filij non poſſent contradicere, quando eſt vidua, præſumitur enim pro matre, ſicut pro patre, vt in gloſ. *hoc alij*, ſed illa gloſ. loquitur, quod filij ſecundi matrimonij non poſſunt contradicere, & ideò gloſ. præcedens dicit, quod cum non poſſit reddi ratio diuerſitatis, ſi mater contraxit ſecundum matrimonium, vel non, filij primi matrimonij poſſunt contradicere, & ideò requiritur cauſa iuſta, & decretum Iudicis, vt in ſequenti Conſuetudine. Sed Ego dicerem, quod Conſuetudo hæc non loquitur in caſu præſentis quæſtionis, primò, quia Conſuetudo loquitur, quando mulier vendit cum conſenſu viri ſui, ſed in quæſtione propoſita vendit mulier vidua ſoluto matrimonio, quando ipſa eſt Domina: Item Conſuetudo loquitur, quando alienantur bona dotalia conſtante matrimonio, ſed ſoluto matrimonio non dicuntur bona dotalia quādo pro dotibus reſtituendis data ſunt bona in ſolutum, & pro ſoluto, quæ eſt ad inſtar emptionis; item loquitur, quando mulier tranſiuit ad ſecunda vota exiſtentibus filiis primi matrimonij, tamen audiui a certis Practicis, qui dicebant, quod Conſuetudo *Et ſi mulier* habet locum exiſtentibus filiis, ita vt mulier nullo modo poſſit cautè vendere, niſi cum decreto ſine conſenſu filiorum, ſed poſito, quòd iſta vltima opinio ſit vera, vtrū reſcripto Principis poſſit confirmari talis venditio facta ſine decreto, dico, quòd ſic, per tex. *in l. 1. de reb. eor.* & iſta confirmatio per reſcriptum Principis facit validum, quod erat inualidum, ſic *ff. de adopt. leg. nam ita diuus*, & *ff. de confirmat. tut. per tot.* eſt ſciendum, quòd in tali confirmatione debet exprimi cauſa alienationis, alias non valet confirmatio de re prohibita alienari ſine decreto, Gloſ. eſt ſingularis *in leg. 3. quando decreto opus non eſt, Cod.* quam allegat Ludouic. *in ſing. ſuis, in verb. alienatio*, & *in verbo prohibitus* Item quæro, quid ſi dos mulieris conſiſtat in pecunia, vtrum habeam locum, vt filij anterioris matri

matrimonij poſſent contradicere, ſi mater vult alienare dotem ſuam, vltra de decem partibus vnam, ſi non habet iuſtam cauſam, vide gloſ. *in Conſuet. Mulier, de dot. in verb. de fructibus, in gloſ. in Conſuet. Et ſi teſtator, in verb. diſponere.*

Mazzeus de Afflicto.

In Conſuetud. Contra inſtrumenta, in gloſ. inſtrumenta.

QVid de inſtrumentis confectis per Iudicem, Notarium, & ſubſcriptionem trium teſtium, quod habet vim publicæ ſcripturæ, ſicut Curialiſcum, Napod. dicit *Conſuetud. Inſtrumenta donationum*, quod licet loquatur de Curialiſcis, idem ſeruatur de Notariſcis, quia generaliter dicitur Inſtrumenta, & dicit, quod ita ſeruatur; eadem enim eſt ratio, *leg. 1. §. & generaliter. de legat. præſtand. leg. proſpexit, ff. qui, & à quibus, leg. de pretio, ff. de public.* item quia illud verbum *inſtrumenta* debet interpretari ſecundùm ius commune, *cap. cùm dilectus, de conſuet. leg. 1. C. de noxal. leg. quamuis, ff. de in ius voc.* item ſi hæc Conſuetudo voluiſſet, quod tantùm inſtrumentis Curialibus haberet locum, dixiſſet, *l. vnica. §. ſin autem deficientis. C. de caduc. toll. cap. ad audientiam, de decim.* nec eſt verum, quod iſta Conſuetudo eſt ſub numero *de inſtrumentis Curialiſcis*, ſed eſt ſub Rubrica *de inſtrumentis ſimulatis*, item rubricę iſtarum Conſuetudinum non ſunt approbatæ, ſed Conſuetudines tantùm, vt patet in proœmio iſtarum Conſuetudinum.

Mazzeus de Afflicto.

In Conſuetud. Si quis emit, de iure congrui, in gloſ. fuerit, in fin.

SEd iuxta hoc quæro, venditur domus pro quinquaginta, tempore venditionis valet centum, tempore ſententiæ, per quam domus mihi adiudicatur iure congrui valet ducentum, an fiet æſtimatio ſecundum præſens tempus ſententiæ, an ſecundum præſens tempus litis conteſtatę in cauſa congrui? Reſpondeo, hæc Conſuetudo videtur reſpicere, quod fiat æſtimatio ſecundùm tempus futurum, ſcilicet ſententiæ, & ad hoc accedant iura allegata per Napod. *hic*, in contrarium tamen eſt veritas, ſcilicet quod fiat æſtimatio à tempore moræ, videlicet à tempore requiſitionis, caſus eſt *in leg. hoc. ff. de triticar. & in l. quoties in diem, de verb. obligat. & in leg. vinum, ff. ſi cert. pet.* & hoc tenet Ludou. *in conſ....* ad hoc facit *leg. vxorem, §. reſtitutioni, ff. de l. 3.* quam legem allegat Oldrad. *conſ. 31.* quod condemnatus ad decem, debet ſoluere de pecunia, quæ currebat tempore ſententiæ, & non tempore executionis, accedant notata per DD. *in lege cùm quid, ff. ſi cert. petat.* & quod notat Specul. *in titul. de ſolut. §. nunc aliqua*, & idem Bald. *in leg. illud, de ſacroſ. Eccleſ. & in lege fin. C. comm. de legat.* Mora enim committitur per interpellationem, vt *in l. mora, in princ. ff. de vſur. l. ſi ex legati cauſa, de verb. obligat.* Nec obſtant iura hic allegata, quia loquuntur, quando nulla mora eſt commiſſa, quia fit æſtimatio à tempore moræ, per iura allegata, & per doctrinam Ludouici *in dict. leg. vinum*, item hoc intelligas verum, quod iſta mora conſideratur à tempore, quo conſtat, nō habuiſſe iuſtam cauſam litigandi, nam donec habuit iuſtam cauſam litigandi, non eſt in mora, & ad hoc accedant illæ doctrinæ, quod iuſta cauſa quem excuſat ab expenſis, de quo per Modernos *in l. qui Romæ, §. duo fratres, ff. de verb. oblig.*

Mazzeus de Afflicto.

Ibidem.

ITem quia ſi creuit æſtimatio rei, pertinet ad emptorem, Bald. *in rubr. Codic. de peric. & commod. rei vendita*, item quia quod potuit peti conſequutiue tempore litis conteſtatæ, poteſt etiam peti tempore ſententiæ, Bald. *in l. ſi traditio, C. de act. empt.* & quod inſpiciatur tempus ſententiæ, videtur bonus tex. *in c. 1. ſi de feud. vaſſal. ab aliquo fuerint interpellati.*

Mazzeus de Afflicto.

In Conſuet. Si Eccleſia in 1. gloſ.

QVoniam hic gloſ. tenet, quod bona Stauritæ non dicuntur Eccleſiaſtica, & ſic habet locum in eis ius congrui, adde, quod ex hoc ſequitur, quod bona Stauritæ debent iudicari ſecularia, & non Eccleſiaſtica, & ſic poſſunt vendi, &c. & pro hoc adducitur primò, quia iſta Staurita non eſt fundata authoritate Epiſcopi, *in cap. ad hoc, de relig. domib. & in cap. inter dilectos, de donat.* & per gloſ. *in Clem. per litteras, de preb.* & ibi Paul. de Leazar. ergo ſunt mere laïcorum. Secundò, quia res Eccleſiaſticæ debent gubernari per Oeconomos, qui ſunt Clerici, vt *in cap. cùm nos, de offic. ordin. & in cap. Imperatorum, de iuram. calum.* ſed bona iſta gubernantur per meros laïcos, ergo. Tertiò bona iſta alienantur ſine auctoritate Epiſcopi, quod non poſſet fieri, ſi eſſent bona Eccleſiæ, vt *in cap. 1. per totum, de reb. Eccleſ. non alien. & in Can. Abbatibus 12. quæſt. 2. & in cap. hoc conſultiſſimo, de reb. Eccleſ. non alienand. cap. Monaſteriorum, eod. tit.* & eſt Conſtitutio *Gerardina.* Quartò ipſi ſeculares faciunt ſibi Sindicum, & non Epiſcopus, vt *d. cap. ad hæc, verſ. habent collegium ſeculare, & militiare, quod non ſubiiciuntur Curia Eccl. ſiaſtica, & in can. ſi quis deſpicit 42. diſt. & 14. quia ſane.* Quintò Epiſcopus nullam iuriſdictionem in hoc exercet, nec exercet aliquam legem diœceſanam, neque iuriſdictionis, neque habet Cathedraticum, nec aliquid, iuxta formam *cap. conquerente, & cap. cum dilectus, de offic. ordin. iuxta Clem. dudum, de ſepult.* Sextò, bona dictæ Stauritæ non reperiuntur in Gazophilacio, id eſt in Cataſtro Eccleſiæ, vt *in cap. 1 de probat.* & ibi D. Antonius. Septimò iſti Stauritarij fuerunt, & ſunt in tali poſſeſſione, cuius non extat memoria in contrarium, & hoc habet vim priuilegij, *cap. ſuper quibuſdam, §. præterea. de verb. ſignif. & in cap. 1. de præſumpt. lib. 6.* ſemel declarauit Dominus noſter Rex Ferdinandus tanquam bona profana, *cap. ex parte, de verb. ſignific. cum cap. cùm veniſſent, de iudic.* & ſemper fuerunt in tali poſſeſſione iſti de Staurita, & denominatio, & poſſeſſio fit ab iſta Staurita, & non ab Eccleſia Stauritæ, vt dicit gloſ. *in clem. per literas, in verbo Eccleſia*, nec obſtat, quod habent aliquam Capellam, quia ibi non eſt reperire, nec Cœmeterium, neque Campanam releuatam, vt dicit D. Antonius *in c. patentibus, de priuileg.* & Feder. de Senis *conſ. 130.* licèt Stauritarij faciant dicere in dicta Capella, vbi ſolent congregari, aliquas miſſas peculiares pro animabus benefacientium, vt *in c. miſſa peculiares, de conſecrat. diſt. 1.* ſic patet, quod bona Stauritæ ſunt ſæcularia, & non Eccleſiaſtica, vt tenet hic Napod. & hoc etiam tenebat D. Ioannes Antonius Carafa, qui ità conſuluit D. Cardinali Carafæ Archiepiſcopo Neapolitano, & etiam allegauit, quod non tenentur Stauritarij ſoluere decimam impoſitam per Papam Clericis, vt concludunt Doctores, maximè Io. de Imol. *in dict. Clem. per literas, & ibi* dicit gloſ. quod ita extitit declaratum per maxi-

mos

quod ita extitit declaratum per maximos Pontifices, videlicèt Clementem 1. V. & Honorium, & Bonifacium VIII. licèt Lapus aliter dicat, vt refert *ibi* Ioan. de Imol. tamen contrarium tenet *ibidem* D. Franciſcus de Zabarellis, Cardinalis Florentinus, & illa eſt veritas.

Mazzeus de Afflicto.

Ibidem.

ADuerte, quòd Napod. hîc multum videtur dubitaſſe, ſi Clericus emat pro ſe, & ſic in ſuum patrimonium, an poſſit coram Archiepiſcopo Neapolitano iure congrui conueniri vigore iſtius Conſtitutionis; nam licet arguat leuibus argumentis, quòd ſic, tamen poſtea ſe remittit ad ſuam gloſ. *in proœmio, in verb. tenorem,* & licèt poſtea ſubdat, quod iſtæ conſultationes poſſunt allegari in Curia Epiſcopi, per gloſ. *in leg. ex ea tamen,* poſtea dicit, quod illa gloſ. non dicit, & ſic videtur ſatis dubitaſſe iſte Gloſſator, & ideò ſemper fuit à Literatis huius Ciuitatis dictum, quòd Clericus emens nõ poteſt conueniri iure congrui, quia priuilegium conceſſum Clericis in bonis patrimonialibus, cenſetur conceſſum contemplatione Eccleſiæ, vt notat. *in l. non plures, C de ſacroſ. Eccleſ.* item priuilegium Eccleſiæ, vt non poſſit Eccleſia conueniri iure congrui, tranſit ad perſonam Eccleſiaſticam, quia priuilegium Eccleſiarum tranſit ad perſonas miniſtrantes Eccleſiæ, vt notat. *in cap. fin. de vit. & honeſt. cler.* vbi eſt ergo priuilegium conceſſum Clericis, quòd non poſſint conueniri iure congrui? Reſpondeo, eſt in iſta Conſuetudine, quæ dicit, quòd ab Eccleſia non petitur ius congrui, & de conſuetudine non reperitur, quòd Clericus poſſit iure congrui conueniri, quia eſſet contra libertatem Eccleſiæ, vt *in cap. nouerit, de ſent. excomm.* & ideò ſi in ſpecie fieri non poteſt hoc, nec in genere, ſic ergo conſului, & obtinui, vide in conſilio meo 443.

Mazzeus de Afflicto.

In Conſuetud. Si eſt quæſtio, in gloſ. ſuper verbo perceptionem.

VVlt gloſſa, quòd ſi locatarius, vel tertius oſtendit in continenti de iure ſuo, non habet locum iſta Conſuetudo, ex quo infertur, quòd ſi Ego emi domum à te, & tu confeſſus fuiſti precario, nomine meo poſſidere, & locaſti Sempronio domum, & demùm Ego reuoco precarium, & peto, quòd locatarius mihi reſpondeat de penſione, ille venditor comparet cum ipſo inquilino, & interrogatus dicit, ſe tenere ab ipſo venditore, ſi venditor oſtendit in promptu inſtrumentum, non habet locum iſta Conſuetudo, quia conſtat in promptu de non iure illius, qui locauit, propter venditionem, in qua etiam conſtituit ſe precario poſſidere, propter quod precarium recedit ab eo poſſeſſio, *leg. ſi quis vi, §. differentia, ff. de acquir. poſſ.* & ideò talis poſſeſſio precaria ſibi non opitulatur, cùm quandocunque placuerit emptori, potuerit eam aduocare, vt plenè per Bart. *in l. ab emptione, ff. de pact. l. quamuis, §. ſi conduxis, ff. de acquir. poſſ.* item quia per illa verba poſita in inſtrumento venditionis, quæ ſolent apponi, videlicet *vendidit, & tradidit,* datur licentia auctoritate propria ingrediendi poſſeſſionem, vt *in leg. prædia,* vbi Bart. *ff. de acquir. poſſ.* & not. Bald. *in leg. 1. C. de acquir. poſſ.* ſed pone, quod Inquilinus reſirmauit fundum titulo locationis ab eodem emptore, demum vocatur à venditore, vt dicat, à quo tenet, ipſe dicit, tenere à venditore, ſed poſtea locauit ab emptore, vtrum dicatur interuertere poſſeſſionem, videtur, quòd ſic, *leg. cùm nemo, Cod. de acquir. poſſ.* in contrarium eſt veritas, quia illud, quod dicitur, quòd colonus non poteſt interuertere poſſeſſionem, vt *ibi* intelligitur, ſecundum *gloſ. in dict. leg. cum nemo,* niſi quando habuit titulum, ſeu cauſam à vero domino, vt *in dict. leg. ſi quis vi, §. differentia,* & de hoc eſt text. ad literam, quem allegat Bald. *in dict. leg. cum nemo,* videlicet in *leg. non ſolum, ff. de vſucapion. in ver. quod vulgò,* ibi dùm dicit, *Quantò magis in colono recipiendum eſt.* Item ſi nouus emptor poteſt expellere inquilinum, vt *in leg. emptorem, Cod. locat.* & tenet Napod. *in gloſ. in verb. cuius, in fin.* multò magis poterit reſirmare, & ſi ille dicit, reſirmaſſe à nouo emptore, quamquam primò locauit à venditore, non dicitur interuertere, ſi hoc clarè oſtendit, per *dict. leg. non ſolum.* vt reſpondeat ipſi emptori, quia apertè conſtat de eius iure, vt dixit hîc Napod.

Mazzeus de Afflicto Legum Doctor.

In text. Conſuet. Si quis aliquam rem.

QVòd ſi creditor agit contra debitorem vt luat pignus, & debitor dicit, quòd eſt paratus luere pignus pignoratum pro decem, & creditor dicit pignoratum pro 20. & ſic vult iurare, an habeat locum hæc Conſuetudo; ſummarium Napodan. hoc videtur dicere, quòd idem ſit, poſteà dicit, quòd hæc Conſuetudo eſt ad beneficium creditorum; ergo non debet eius contrarium operari, in contrarium facit, quia idem Napodan. dicit, quòd hæc Conſuetudo loquitur, quando creditor conuenitur à debitore ad pignus, quaſi ſecus, quando creditor agit, & ſic videtur contrarius ſibi ipſi, Ego dicerem, quòd iſta Conſuet. loquitur in ſuo caſu tantùm, & non ſit extendenda ad huiuſmodi caſum, quia eſt exorbitans, vt patet *in gloſ. hic in verbo, à dicto.*

Mazzeus de Afflicto.

EX QVODAM LIBRO ANTIQVISSIMO in Pergameno poſt Gloſſam Caroli de Tocco in Longobardo.

NOTA hic quæſtionem plurimum vtilem, Filiusfamilias exiſtens in poteſtate, conſtituit quartam omnium, quæ habet, & quæ acquirere poterat vxori ſuæ per ſcriptum morgicap, volente, & conſentiente patre, præmoritur iſte filius, quæritur, nunquid vxor petat quartam eius patris, quam habiturus eſſet, ſi filius iſte non eſſet præmortuus, & videtur, quòd ſic, quia fuit quaſi dominus, vt *ff. de liber. & poſthum. leg. in ſuis, & Inſtit. de hered. qual. & differ. §. ſen.* Hoc non obſtat, quia eſt fictio quædam, quòd ſit Dominus. Duo enim in ſolidum non poſſunt habere dominium, vt *ff. de eo, pec. leg. hereditas, §. pater, ff. commod. leg. ſi vt certo, §. ſi duobus*, & per ſpeciem, *vt notat. qui pot. in pign. hab. leg. aſſiduis, ff. de adopt. leg. nec ei.* Item quia, quod donat filius, donat pater, vt *ff. de donat. leg. in ædibus, in fin.* hoc non obſtat, ſi benè conſideres, nam ibi loquitur, quando filius dat ea, quæ poteſt donare, hic autem non poteſt donare, cum non ſit dominus, ſed plus videtur obſtare, *C. quæ res pignor. oblig. poſſ. leg. fin.* vbi qui obligat res generaliter, præſentia, & futura obligat, ergo quando quartam conſtituit in rebus, quas habet in futurum, & in præſentibus conſtituit, ſed non obſtat, quia verum eſt de futuris, quæ obuenerunt; ſed hic non obuenerunt, quia ante mortuus fuit filius, item ſi teſtator legat ſub conditione, pendente conditione hęres vendicat, vt *ff. de rei vendicat. l. non ideò, & fam. herciſc. & poſt, & de pignor. l. grege, §. ſtatuliber*, ergo ſicut id, quod non eſt noſtrũ, poſſumus vendicare, ita & conſtituere quartã, ſolutio, non eſt ſimilis ratio, quia filius non eſt dominus, vt dictum eſt, hæres autem eſt dominus pendente conditione, vt *ff. ad Syllan. leg. 1. §. ſerui*, ſecus in puris legatis, vt *ff. de furt. leg. à Titio, de leg. 1. leg. ſi tibi, §. cùm ſeruus.*

Item videtur eſſe caſus *ff. ſolut. matrimon. leg. ſi cùm dotem, §. penult. & fin.* vbi dicitur, quòd filio recipiente voluntate patris, pater tenetur quod iuſſu, ſi nihil habet filius. Ad quod quidam dicunt, quòd illud in dote, non autem inuenies in donatione propter nuptias, ergo non eſt in quarta, ſed mala eſt reſponſio, quia proceditur de ſimilibus ad ſimilia; ſed dic, quod illud ideò eſt, quia cùm filius recipit dotes, & alium obligat ſibi, & ſe obligat alij, hic autem obligat ſe aliis, & non alios ſibi ergo non eſt par ratio, & eodem modo reſpondeas ad id, quod dicunt quidam in quæſtione iſta, patrem teneri quod iuſſu, quia tunc pater tenetur quod iuſſu, cùm filius contrahit, & ſe obligando, & alium ſibi.

Item dicunt aliqui, quòd debeat vxor habere quartam in ea parte, quam filius ab inteſtato debet habere, argumento *dict. leg. ſolut. matrimon.* ſed caſus legis eſt contra *ff. de collat. bon. leg. 1. §. ſi impubere*, cùm de hæreditate viuentis non debeamus eſſe ſolliciti, *ff. de vulg. & pupill. leg. 1.* item de iure Longobardo videtur expeditum, quia quod dicitur de iure Romano ideò eſt, quia filius eſt in poteſtate, cùm autem de iure Longobardo ſint omnes filij emancipati, ergo expeditum eſt, quòd non tenetur pater, quòd autem ſint emancipati, probatur ſic, quia tenet donatio facta à filio ipſi patri, vt *in Long. de praeſcript. leg. ſunt fratres*, ibi, *nobiliter, leg. 2. & de adoption. leg. 1.* ergo non eſt in poteſtate, & donatio facta non tenet inter eos, quod autem dicitur, lege præallegata tenetur, primò dico, quod ibi donauit, caſtrenſia, vel quaſi, in quibus loco patrisfamilias habetur, vt *ff. ad Macedon. l. 2.* & facit *ff. de contrah. empt. l. 2.* & quòd iure illo ſint filij in poteſtate, patet, quia iure illo fit adoptio, vt *in Long. de adopt. leg. 1. & per tot.* & *Inſtitut. eod.* & *Cod. eodem per totum.* Quòd etiam iure Lomgobardo ſint filij in poteſtate, notat Loffredus *in libellis, in actione praeiudiciali*, qua quæritur, vtrum ſit filius in poteſtate in contractu ciuilium. Prætereà ſi verum eſſet, iure illo nullum eſſe in poteſtate, quod falſum eſt, vt probaui ſuprà, correctum tamen eſſet per Conſ. Nam hodie pater dat filio ſuo tutorem in teſtamento, & ſubſtituit ei pupillariter, vel quomodò vult, ergo patet, quòd ſunt in poteſtate, nam aliàs nec dare tutorem poſſet, vt *ff. de vulgar. & pupillar. ſubſt. leg. 1. in fin.* Ego dico, quod habet quartam eius partis, quam habiturus eſſet ab inteſtato, per dicta iura, & iam patet ſibi pater quare conſenſit, vndè in hoc prodeſt conſenſus, quia aliàs non obeſſet patri, nam filius conſtituendo, conſtituit in eo, ſcilicet in portione, quam habiturus eſt, hæc denotant verba, pater cùm conſenſit, ſibi præiudicat, eſtque portio de iure Romano, ſecundùm quod viuit pater, *C. de inoffic. teſtam. leg. quoniam in prioribus*, & *leg. omnimodò*, de iure Longobardo, ſi eſt vnus, totum debet habere, aliàs pro numero, vt *in Long. de eo, quod pater filio nec hab. relinqu.* & ſic dixi de facto in cauſa filij mei, qui præmortuus fuit nurui meæ.

Andreas de Iſernia.

Ex eodem libro.

COnſueuit dubitari, vtrum ſoluto matrimonio morte viri vxor poſſit repetere dotem & quartam ſibi à marito conſtitutam? & de iure ciuili poſſumus audacter dicere, quòd non poſſit vtramque petere, aut enim dicimus, hanc quartam ſuccedere loco donationis propter nuptias, de qua non eſt factum de ea lucranda, aut neutrius loco ſuccedere dicimus, ſed dicimus, eſſe proprium ius quartæ. Primo, ſoluto matrimonio ſicut dos reuertitur ad dotantem, vt *C. de rei vxor. act. l. 1. §. illo*, ita donatio ad donantem, cùm paribus paſſibus debeant ambulare, vt *in Auth. de æquali dot. §. 1.* & notat. *Inſtit. de donat. §. eſt & aliud*, & *C. de don. ante nupt. Auth. dos data.* Secundo caſu ſimiliter non poteſt vtramque petere, quia licèt ex pacto lucrandæ petitionis donationis, ipſam poſſit petere, vt *C. de iure dot. C. vbi, & qui pot. in pig. hab. leg. aſſiduis, in fin.* & notat. *in dict. Auth. dos data*, tamen maritus eatenus retinet ex dote, quatenus mulier repetit ex donatione, etiam ſi nullum pactum ſit de hoc appoſitum, ſed tantũ pactum factum eſt de lucranda donatione, vt patet expreſsè *C. de pact. conu. Auth. æqualitas*, & *Auth. ſi qua*, & notat. *eod. tit. l. Leonis*, & *C. de donat. ante nupt. leg. fin. §. ſin autem donatio*, non obſtat, quòd mulier

mulier dicitur domina quartæ viuente marito, quia etiam mulier dicitur domina donationis propter nuptias viuente marito, ſiue ſit factum pactum de ea lucranda, ſiue non, vt *Cod. de donat. ante nupt. Authen. præmiſſa*, & *ad Velleian. Authen. ſiue à me.* In tertio autem caſu dico ſimiliter, quòd non poſſit vtrumque petere, quia licet iure ciuili ius quartæ, quod habet mulier bonis mariti, ipſa lege, ſiue conſtitutione ei deferatur; tamen iure Longobardo ſine conſtitutione mulieri ius quartæ non competit, vt *in Longob. de ea, quæ ſine vol. mul. ad mar. leg. fin.* & hoc ius mulier non habet, niſi quando eſt indotata, vt *C. de repud. leg. fin.* & ſuperſtes laboret inopia, vt *Cod. vnde vir, & vxor. Auth. prætereà.* Sic ergo quando dotem habet mulier, hoc ius quartæ ſibi non competit, & ſic non poterit vtrumque petere de iure ciuili, de iure Longobardo videtur, quòd vtrumque mulier poſſit petere, vt colligi poteſt *in Long. de hom. lib. hom. leg. ſi maritus*, vbi dicitur, quod filij mulieris occiſæ à marito repetunt pharadeſium, & quòd ſecundùm Longobardos interpretatur dos, & morgicap, quod interpretatur quartam, & ſic videtur, quòd vtrumque mulier poſſit petere, quia ſi hæredes mulieris hoc poſſunt, multò fortiùs mulier, à qua ipſi hæredes, cauſam habent, cùm hæredes, & defunctus eadem perſona cenſeantur, vt *in Auth. vt iuſiur. quod præſtatur à mod. §. 1.* Item poteſt colligi ex alia lege *in Long. de ſucceſſ. leg. ſi pater ij*, in qua dicitur, quod filia nupta, vel ſoror mortuo marito, reuertitur ad domum patris, vel fratris ſimul cum ſororibus, quæ in domo patris remanſerunt, quibus non tenetur conferre morgicap, id eſt quartam, quam habuit de bonis viri, ea tamen, quæ pater, vel frater ſibi dedit, conferre tenetur ſororibus, & ſic habet, quod morgicap, habuit à marito, item probatur alia ratione, quòd vtrumque poſſit petere; nam Car. notat ab aliis *de iis, quæ à vir. & vxor. leg. nulli*, quod morgicap eſt donatio cauſa mortis, & ſic morte mariti confirmatur, vt *ff. de donat. inter vir. & vxor. leg. res, quæ*, & *leg. donationes*, item probatur per aliam legem quæ eſt *in Longob. de ſponſalib. leg. ſi quis filiam, aut quamlibet*, in qua dicitur, quòd mortuo marito ſi hæres eius nolit recipere pretium mundij à muliere, quæ vult ad ſecunda vota tranſire, quòd perdit mundium. & mulier acceptis morgicap id eſt quarta, & pharadeſio, id eſt dote, poterit, per proximos parentes ſuos tradi nuptui, & ſic videtur, quòd morgicap & pharadeſium mulier poſſit petere, mortuo viro. Poteſt reſponderi ad legem illam de *hom. lib. hom.* quòd ibi ideò contingit, quòd vtrumque poſſit petere hæres mulieris propter delictum mariti, ſic & aliàs maritus, qui occidit vxorem, perdit, id quod habiturus fuiſſet, ſi ipſam non occidiſſet, *ff. ſolut. matrim. leg. ſi ab hoſtibus.* Item perdit maritus propter delictum ſuum donationem propter nuptias, quæ apud eum fuiſſet alias remanſura, vt *Cod. de repud. l. conſenſu.* Ad legem *de ſucceſſionibus*, poteſt reſponderi, quod ibi fuerat quarta mulieri relicta à marito expreſsè, vel ibi mulier habuit quartam, & ea, quæ ſibi pater, vel frater donauit, vt ibi dicitur, nam dos data non dicitur donatio, quia pater tenetur filiæ dotem dare, vt *ff. de ritu nupt. leg. qui liberos*, & frater ſorori de bonis paternis, vt *ff. ad Maced. leg. idem, §. ſed & ſi filius*, & *de in rem verſ. leg. & ideò, §. final. & leg. ſeq.* & *in Conſtitut. de ſucceſſionibus Comit. & Baron.* in neceſſitatibus enim nemo dicitur liberalis, *ff. de adim. leg. leg. rem legatam*, & ideò dicitur donari, quod nullo iure cogente conceditur, & ſic non loquitur ibi de dote, ſed de donatione, vt ſuprà probatum eſt. Ad id autem, quod notatur per Car. *de iis quæ à vir. in vxorem*, poteſt reſponderi, quòd ſalua gratia ſua, quòd licèt morgicap non ſit ſimplex donatio, non ſequitur, quòd ſit donatio cauſa mortis, quia eſſet ſibi ipſi contrarius, notauit enim in prima lege ipſius tituli, quòd mulier viuente marito eſt domina quartæ, quod non poſſet eſſe verum, ſi eſſet donatio cauſa mortis, quia viuente marito non eſſet ipſa domina, ſed maritus, vt *ff. de donat. inter vir. & vxor. leg. ſed interim in princip.* ſic ergo non erit mortis cauſa donatio, ſed dicetur potiùs donatio propter nuptias, cui idem Carol. quartam aſſimilat, vt notat ipſe *in 1. lege* ipſius tituli. Item alia ratione non poteſt dici donatio cauſa mortis, quia ſi eſſet donatio cauſa mortis præmoriente muliere reuocaretur, & euaneſceret, vt *Inſtit. de donat. §. 1.* & *ff. ſi cert. petat. leg. non omnis*, & *ff. de donat. cauſ. mortis, leg. Senatus, §. ſecundo*, & tamen præmoriente muliere debetur liberis ipſius, vt in præallegata *leg. ſi maritus, de homic. lib. homin.*

Item mulier agit pro quarta viuente marito in caſu, quo agere poſſet pro dote, vt notat Carol. *qualiter mul. ali per fiſc. leg. ſi qua mulier*, & in prædicto titulo *de iis, quæ à viro, & vxore dantur, leg. 1.* Quod non poſſet facere in aliquo caſu, ſi eſſet donatio cauſa mortis, cùm non ſit valida, niſi morte donantis præueniente, vt ſuprà probatum eſt. Ad legem autem *de ſponſalibus*, ſic reſpondeo, quod ſimiliter ideo ibi illud contingit propter culpam, ſeu delictum hæredum mariti, nolentium recipere pretium mundij, argumento *Cod. de repud. leg. conſenſu.* Concludo ergo ex præmiſſis, quod nec de iure ciuili vtrumque poſſit petere, nec de iure Longobardo, niſi in caſibus ſuprà exceptuatis: ſtabo ergo iuri ciuili; cùm legum correctio ſit vitanda, vt *Cod. de appellat. lege precipimus, in fin.* & quod non mutatur, cur ſtare prohibetur, vt *Cod. de teſtamentis, leg. ſancimus*; nec enim nouum eſt, vt priores leges ad poſteriores trahantur, & poſteriores ad priores, vt *ff. de legib. leg. non eſt nouum*, licèt enim hodie donationes propter nuptias non conſtituantur, ſed quartæ, ſeù alia iura, vt notatur in *dict. Authent. æqualitas, Cod. de pactis conu.* illud tamen ius, quod ſeruabatur olim in donationibus propter nuptias, ſeruabimus hodie in quarta, & aliis iuribus, quæ conſtituuntur earum vice, *argum. ff. ſi quis teſt. liber eſſe iuſſus fuerit, leg. 1. §. hac actio*, licèt per aliam legem olim donationes conſtituantur, ſcilicet per ciuilem, & per aliam conſtituantur hodie quartæ, *argum. ff. ſi cui plus, quàm per leg. Falcid. leg. 1. §. penult.* An autem dici poſſit ſimplex conſtitutio quartæ, & certè ſine aliqua dubitatione reſponderi poteſt, quòd non, vt notat Carol. *in leg. nulli*, ſuperiùs alleg. Item alia ratione, non enim Car. *in leg. 1. tit. de iis, quæ à viro in vxorem dantur*, quòd mulier eſt domina quartæ viuente marito, & quòd agit mulier conſtante matrimonio, marito vergente ad inopiam, quod eſſe non poſſet, ſi eſſet ſimplex donatio, nam non eſſet valida, niſi confirmaretur morte mariti, vnde rei donatæ à marito vxori conſtante matrimonio non ipſa eſt domina, ſed maritus, vt *ff. de donat. inter vir. & vxor. leg. 3. §. ſi quis igitur nummos*, & *leg. quæ iam*, prætereà ſi diceremus eam ſimplicem donationem, muliere præmoriente nullius momenti efficeretur donatio, vt *ff. eod. leg. cùm hic ſtatus, §. ſi ambo*, & ſic hæredes mulieris non agerent pro quarta, quod verum non eſt, immò præmoriente muliere hæredes agunt, vt *in ſupra alleg. leg. de hom. lib. hom.* quinimmò ex verbis, quibus conſtituitur quarta apparet manifeſte, quòd non eſt ſimplex donatio; ſed propter nuptias, nam licèt *ibi* non dicatur, quòd propter nuptias conſtituitur, dicuntur tamen ea verba quæ id denotant, vt *Codice de donation. inter vir. & vxor. leg. final. §. ſancimus*, nam probata qualitate facti, probatur

probatur iterum, ſicut de *l. commiſſ. vt ff. de except. dol. l. 1.* & ideò nihil refert, quòd ex æquipollentibus fiat, vt *C. de inſtitut. & ſubſtit. l. 3.* non enim figura literarum, ſed oratione, quam exprimunt literæ quis obligatur, vt *ff. de action. & obligat. l. non figura.*

Andreas de Iſernia.

VIdimus plenè de ſucceſſoribus ab inteſtato ſecundùm iura Romana. Verùm quia hæc iura noſtra per ius Longobardũ in ſucceſſionibus corriguntur quod ius Longobardum noſtris peccatis exigentibus in partibus Apuliæ tenet; ideò videamus, in quibus per hoc ius iura ciuilia corrigantur, & primò, quòd nullus cognatus ad ſucceſſionẽ admittatur, quod intelligo in linea collaterali, vel aſcendenti, vnde mater non ſuccedit filio, vt *not. in Longob. de ſucceſſ. in l. 1.* ſed in linea deſcendenti ſecus, vnde filius matri ſuccedit, vt *eod. tit. l. ſi fratres*, & *l. ſorores*, not. Car. *in l. ſi quis Longobardus ſorores, in fin.* ſed ex naturali æquitate non ſcripta per illud ius poteſt admitti ad luctuoſam hæreditatem filij, vt notatur in lege præallegata *ſi ſorores.*

Item mortuo aliquo relicto fratre, & nepote ex fratre præmortuo, non ſuccedit nepos cum patruo, quia ſecundùm illud ius, qui potior eſt in gradu, potior eſt in ſucceſſione, vt *eod. tit. l. 1.* & ſic corrigitur *Authent. ceſſante.*

Item ſi quis, vel ſi qua decedat relicto filio maſculo, vel fæmina, fæmina excluditur per maſculum, frater debet eam maritare; immò ſi decedat relicta filia, vel nepote, vel etiam nepte ex filio, nepos, vel neptis, qui repræſentant perſonam patris, excludunt amitam; ſed eam maritare tenentur, vt *ea l. ſi quis Longobardus*, & *ibi* plenè notat. & in hoc contradicit lex, *C. de legit. hæred. leg. lege, cum ſimilibus*; filius autem, vel nepos, vel neptis ex filio præmortuo æqualiter ſuccedunt, & in hoc concordant. iure Romano *in Authent. in ſucceſſione*, vt not. *in d. leg. ſi quis Longobardus.*

Item ſi quis decedat relicta ſorore in capillo, & filia, ſuccedunt æqualiter, ſcilicet amita, & neptis, vt *l. ſi quis Longobardus filius, & ſorores*, & ita, quod eſt mirabile, filia non excludit amitam in capillo, ſed patruum, ſic ratio diuerſitatis ibi patet, & plenè notat. per Carolum, ſecus autem vbi amita non erat in capillo, quia tunc excluditur à filia fratris mortui, vt *eod. tit. l. ſi quis Longobardus ſorores.*

Item ſecus ſi relinquat filium maſculum, & ſororem, quia tunc filius, amitam excludit in ſucceſſione; debet tamen amitæ prouidere in alimentis, & neceſſariis, vt *eod. tit. leg. recolimus*, & ita per id, quod dixit quod amita, id eſt ſoror concurrit cum filia corrigit ius, quod dixit, in ſucceſſionibus ab inteſtato potiorem eſſe lineam deſcendentem, vt *in auth. de hæred. quæ ab inteſt. §. 1.* & ratio eſt, vt notat. *in prædicta l. ſi quis Longobardus filias, vel ſorores.*

Item mundius ſi eſt extraneus, excludit omnes agnatos, exceptis filiis, patre, & ſororibus, vt *eod. tit. l. ſi ſorores*, & de huiuſmodi notatur *l. ſi qua mulier*, & *tit. de ſucceſſionib. l. 1.* Item ſi maritus ſit mundius, excludit omnes ſupradictos, exceptis filiis, *eod. tit. fin.* & *ibidem* habetur *in ſumma.*

Item ſi decedat ſoror relicto fratre, & ſorore, æqualiter ſuccedunt, niſi frater ſit mundius ſororis præmortuæ, quia tunc ratione mundij præfertur, vt eodem *tit. not. l. ſi ſorores*, quia cùm hic non ſit mundi locus, vterque ſuccedit æqualiter, vt *in d. l. ſi quis Longobardus*, & hoc conuenit iuri noſtro, quia appellatione fratris, & ſoror continetur, vt *ff. de pactis, leg. tres fratres, & de legat. 3. leg. Lucius, §. quæritur*, ſed hîc quæro, deceſſit aliquis, vel aliqua relicto patre, & fratre, vel ſorore, qui ei ſuccedit, de iure noſtro eſt indubitatum per Auth. *defuncto*, ſed de iure Longobardo ſi deceſſit filia, cuius pater mundium habebat, ratione mundij dicitur patrem præferri, ſicut modò dixit in fratre.

Si verò pater non habebat mundium, vel deceſſit maſculus, tunc quidam dicunt, patrem excludere fratrem, & ſororem vocari per *l. ſi ſorores*, quod puto falſum, quia quod dicitur, parentes repelli, exponitur *leg. propinqui* vltrà fratres, ſic etiam in toto iure Longobardo ponitur hoc verbum *parentes*, vt *in leg. 1. de parricidiis*, & notat Carolus *in leg. ſucceſſionibus*, vnde poſſumus ſtare illi *Auth. defuncto*, vel poſſumus dicere, quòd pater excludit fratres defuncti, quia potior eſt linea aſcendens, quàm collateralis, vt *not. in Long. de ſucceſſ. leg. item ſicut*, ſed quia non inuenio per ius Longobardum expreſſum hoc, ſtabitur *Auth. defuncto*, ſi vero filius moritur ſuperſtite matre, & fratre, iſto caſu quis ſuccedit in bonis, vtrum mater, & frater, & dic, quod ſi iſte frater iſtius defuncti eſt frater ex vtroque parente, ſcilicet ex parte patris, & matris, & tunc ſi remanſit vnus frater, debet habere medietatem omnium bonorum dicti defuncti, & aliam medietatem habebit mater, ſi verò remanſerunt duo fratres, mater eorum debet habere tertiam, & alias partes debent habere alij duo fratres, & ſic de ſingulis, ſi ſunt plures, ſi vero remanſit frater ex parte patris tantùm, tunc mater ſuccedit in totum & excludit fratrem, ità *not. in corp. Auth. coll. 9. de hæred. ab inteſt. in §. reliquum*, & *§. ex diuerſo*, & *Cod. ad Senatuſconſ. Tertull. Auth. defuncto*, nam ſecundùm iura Romana potior eſt linea aſcendens, quàm collateralis, & ſic apparet, quod fratres poſſunt exhæredari, dummodo non inſtituantur turpes hæredes perſonæ, ſed non poſſunt patrem à ſucceſſione excludere, vt *Cod. de inoffic. teſtam. l. ſi fratres, ff. eod. leg. pater.*

Item plures cauſæ requiruntur in exhæredatione patris, quàm fratris, tamen quòad hoc lex coæquat eos, vt *Authent. defuncto*, ſed quid erit mulier habens filios ex primo matrimonio, nubit ſecundò, & ei dat marito cuncta bona in dotem, & ex ſecundo habet filios, moritur relictis filiis primi, & ſecundi matrimonij, qui erunt potiores, primi, an ſecundi, an concurrent omnes? Reſpondeo, aut hæc mulier fecit pactum marito de lucranda dote, vel vt remaneret penes filios ſecundi matrimonij, & tunc ſerua legem *hac edictali, C. de ſecund. nupt.* quod intelligas, quando nihil aliud habebat mulier, niſi quod dabat in dotem ſecundo viro, aliàs ſi habebat alia bona, tunc ſerua legem *Cod. de donat. ante nupt. l. ſi liberis*, aut non fecit pactum de lucranda dote, & tunc omnes filij vocantur per Orficianum; cum hæc dos debeat remanere penes hæredes mulieris, vt *l. rem in præſenti, §. videamus*, & *§. illud proculdubio*, & *not. C. de inoff. teſtam. leg. 1.* & hoc ſiue ſecundus maritus habeat mundium vxoris, ſiue non; & de hoc plene *not. in ſumma. Domini Carol. l. fin. de ſucceſſionib.* & hæc ad præſens de ſucceſſionibus dicta ſufficiant.

Andreas de Barolo.

QVæri conſueuit, nunquid mulier poſſit petere quartam, etiam de legatis Eccleſiæ relictis, ad hoc dixit, quòd poſſit, *arg. ff. de adopt. leg. ſi pater, & de don. ant. nupt. leg. filius*, ſed hæredes tenentur ſupplere,

ſupplere, vt *C.de leg.l.cùm rem alienam,l.3. C.de fidei-comm.l.prædia.* ſed nunquid poſſit petere de re Eccleſiæ conceſſa in emphyteuſim, dic, quòd non *arg. ff.de adopt. l. ſi paterfamil.* & *in Auth. de non alienand. §. in emphyteuſim.* Item nunquid de re feudali? Reſpondeo, quòd ſic, *arg. l. præd.* Item quæro, nunquid poſſit quæri quarta per mulierem, ſi non ſit conſtituta, dic, quòd non, niſi Conſuetudo aliud inducat, & dic, petit quartam ad ſimilitudinem donationis propter nuptias, quæ ſi non conſtituatur, non petitur, vt *C.de donat. propter nuptias*, aut dos data, alij dicunt, etiam ſi non conſtituatur peti, *arg. C.de repud. l. conſenſu.* Item quæro, nunquid mulier poſſit petere quartam de malè quæſitis? Reſpondeo, quòd non, *arg. ff.de iis, qui ſunt ſui, vel alieni iuris, l.1. ff.de adopt. l.ſi paterfam. C. de adop. l.cùm adoptiuos, §. ſi verò, ff. de acquir. poſſeſſ. l. quod ſeruus, & pro ſocio*, nec prætermittendum *l.quod autem*, quia iſtorum nulla eſt communio, *ff.de tutel.& rat. diſtr. l.1. §. nunc tractemus*, ſed dic, quòd non; nam quæſita ex turpi lucro non ſunt communicanda, ſed communicata diuiduntur, *ff.pro ſocio, l.quod autem*, & *l.ſequenti*, quòd autem bona omnia viri, quæ habet, & poſteà quærit, ſint communicanda, patet, nam not. Carol. *in Long.de iis, quæ à viro in vxorem dantur*, quòd à tempore conſtituti matrimonij tranſit dominium in eam, tam in acquiſitis, quàm in acquirendis, illud tamen non omitto, quòd ſi hæres mariti damnatus ſit ad reſtituendum malè quæſita, quòd poteſt ante partem, partem, vel ab ea petere, ſi quartam habet, ſcilicet vxor in illis malè quæſitis, vt *d.l.quod autem,cum l.5.& ſeq.*

Bartholomæus de Capua.

QVæſtio talis eſt, maritus conſtituit vxori ſuæ quartam bonorum, ſi ipſum præmori contigerit, vxore ſuperſtite; demù n maritus extitit vita functus, inſtituto ſibi quodam hærede vniuerſali, quæritur, nunquid mulier in re qualibet mariti ſui poſſit petere quartam, cùm hæres in vna re hæreditaria poſſit dictam quartam ſoluere. Et primò videtur, quòd in re qualibet poſſit dicta vxor petere quartam, *arg. C. ad l. falcid.l. ſi quis quadringentorum, ff. eod. Plautius*, & *l.in quantitate, §.1. ff. de peculio,l. ſi peculium, in princip.* in contrarium videtur verius dicendum, quòd poſſit hæres in vna re vxori quartam omnium bonorum præſtare, & hoc per rationem, quia quod alicui prodeſt, & facienti non nocet, compellitur facere, *arg. ff. de aqua plu. arcen. l.2. §. item varius*, ſed cùm recipere quartam in vna re, non in ſingulis rebus hæredi prodeſt ob euitandam communionem, & vxori non nocet, immo prodeſt, vt *ff.famil. hercifc. l.planè*, & ratio, *ff.de tranſaction.l. cum iis, §. cauſa*, ergo ad recipiendam quartam in vna re, debet dicta vxor compelli, cùm hoc ſibi non noceat, & proſit hæredi prædicto, & pro hoc ſunt leges euidentes *ff.famil. herciſ.l.planè, ff.ad l.Falcid.l. ſi ex pluribus, de leg.1.l.non amplius, §.fin.cum l. ſeq.* Non obſtant iura in contrarium allegata, quia ibi in legato loquitur, vbi à legatario quolibet debet Falcidia exigi, nec debet alteri per alterum iniqua conditio inferri, *ff.de iniuri. l.quia,* quod eſſet, ſi in vna re tantummodo legata diuerſimode legatorum detraheretur Falcidia, ſiue quarta. In caſu autem quæſtionis propoſitæ bonorum omnium mariti eſt ex conuentione per vxorem quarta, vt prædicitur, detrahenda, quo caſu in vna re debet detrahi quarta prædicta, lex hæc not. & expreſsè colliguntur ex ſolutione gloſ. *C. ad Falcid. l.2. in gloſ. ibi, D.Reg.de Marinis Allegat. collect.* ſed ibi loquitur in parte bonorum legata, &c. Poſſet tamen hæres prædictus, ſi vellet æſtimationem dictæ quartæ bonorum præſtare, & hoc etiam cùm bona prædicti mariti commodam diuiſionem reciperent, vbi autem commodam diuiſionem non reciperent, ad præſtandam æſtimationem dictæ quartæ hæres omninò compelletur, & hoc expreſsè indicat *d.l.non amplius, §. fin.l. ſeq.*

Ioannes de Lando.

SEd quid erit, maritus tempore nuptiarum, vel ſponſaliorum dedit quartam vxori ſuæ de his, quæ tunc habebat, & habuit tempore contracti matrimonij, contigit, quòd vxor prædeceſſit, nunquid hæredes poſſint petere quartam, & videtur, quòd non, cum tacitè videtur eſſe actum in ipſa donatione, quòd ita demùm habeat locum quarta, ſi præmoriatur vir, vt *ff.de leg.3.l.item legato,§.ſi vxori,& ff. de donat.inter.vir.& vxor.l.cùm hic ſtatus, §. quòd ſi diuortio*, ſed quid erit, vxor, quæ habet quartam in bonis, moritur relictis filiis, cùm moritur vxor vir habet in bonis centum tractu temporis habet ducenta in bonis, nunquid hæredes vxoris habebunt quartam de ducentis, ac de centum, vt *ff.de aur.& argent.legat.l.ſi quis ita, de legat. 3.l.quod nuper*, hoc de iure Romano, de iure autem Longobardo, quærite, quos agitat mundi labor, ſed quid erit, maritus conſtituit quartam, vel dedit donationem propter nuptias vxori ſuæ, quam non poteſt cognoſcere carnaliter, nunquid lucrabitur donationem, vel habebit quartam, & planum eſt, quòd non *arg. C.de nupt.l.ſancimus,de donat.ante nupt.l. cùm in te, & de diuortio l. pen.* & eſt caſus legis, ſed quærit, quidam duxit vxorem, quæ erat minor 12. annorum, & conſtituit ſibi quartam, vel fecit donationem propter nuptias, mortuus fuit vir, antequam vxor compleret duodecimum annum, verum mulier lucretur quartam, vel donationem propter nuptias, quidam dicunt, quod ſic, quia hoc non fuit delictum vxoris, ſed viri, vt *ff.de legat.1.l.fin.& de ritu nupt.l.præfertur*, alij dicunt, quòd non, quia conſtitutio quartæ, vel dotarij pacta nuptialia ſunt, & illa non videntur habere locum, niſi ſequatur matrimonium, vt *C.de don. ante nupt. l. cùm in te*, & generaliter quotieſcunque deficit matrimonium propter ſolemnitates iuris, vel quia cognoſcitur ante 12. annos vxor, donationem, quartam, vel dotarium non lucratur, vt *C.de donat.ante nupt.l. ea, quæ*, & *ad l. Iuliam de adulter.l.cùm qui.*

Andreas de Iſernia.

SEd quid erit de quarta conſtituta vxori, nunquid detrahatur primò de bonis viri, & poſteà dos, an primò dos & poſteà quarta, & videtur, quòd primo quarta, quia dos videtur eſſe in bonis viri, vt *C. de ſeru. pig. dat.man.l. fin.* ſi eſt in bonis viri, deducitur primò quarta, & ſic eueniret, quòd mulier habebit quartam de dote, tanquam in bonis viri, præmiſſis tamen allegationibus non obſtantibus veritas ſe habet in contrarium, ſcilicet, vt primò dos, & poſteà de reſiduo detrahatur quarta, nam lex dicit, quòd ſemper, & vbique dos eſt præcipua, *ff.ſolut. matr. l.1.* quid plura, dos primò, quàm quarta debet de bonis viri exhiberi, nam dicit lex, quòd dos habetur loco æris alieni, vt *ff.de coll. dot. l.fin. §. ſi autem as alienum, ff.de iur.dot.l.ſi mulier,in princ.ff.de verb.ſign. l. ſub ſignatum, §. bona*, ergo primò detrahitur

æs alienum, ſic, & per conſequens dos, & poſteà quarta detrahi debet, lex optima *ff de inoffic. teſtam. l. Papinianus, §. quarta, cum ſimilibus.*

Bartholomæus de Capua.

POne quæſtionem de facto, ius Longobardorum dicit, quòd ſi aliquis acceperit vxorem, & conſummauerit cum ea matrimonium, habendo rem cum ea, quod ſi moritur poſteà maritus, vxor debet habere quartam de bonis mariti. Quæro ergo, aliquis accepit vxorem minorem 12. annorum, licèt de iure non poſſit contrahere, nec valeat matrimonium, vt *Inſtit. de nupt. in princ.* & moriatur maritus antequam mulier perueniat ad duodecimum annum, nunquid poſſet petere quartam, ſed videtur primò, quod ſic, vt *ff. de leg. 1. leg. vltim. & de rit. nupt. leg. perfectus*, ſed contrarium videtur verius, quòd non debeat habere quartam de bonis mariti, licèt de facto fuerit matrimonium conſummatum, vt *Cod. de donat. ant. nuptias leg. cùm veterum ſententia*, & *leg. ea, quæ*, & *de adulter. leg. cum qui*, & facit melius *de condit. ob cauſ. l. 1.*

Bartholomæus de Capua.

D. ALEXANDRI DE TARTAGNIS DE IMOLA I. C. CLARISSIMI RESPONSA DVO.

D. Ioannis Piſanelli diligentia collecta.

SVMMARIVM.

1 *Soror in ſucceſſione Comitatus fratris an præferatur nepoti ex ſorore præmortua primogenita, & n. 16. 18. 20.*

2 *Ius Francorum vbi viget, in ſucceſſione feudi maior natu minori, & maſculus fœminæ præfertur. & n. 8.*

3 *Remedium introductum ex diſpoſitione* text. in leg. fin. Cod. de Edict. Diui Adr. tollend. *an & quando competat ſubſtituti per fideicommiſſum.*

4 *Fideicommiſſi reſtitutio in rebus alienatis neceſſaria non eſt.*

5 *Conditio appoſita in contractibus per verba maſculini generis, fœminas non comprehendit, licet aliud ſit in voluntatibus.*

6 *Pater ſi recipit feudum ab Eccleſia in emphyteuſim pro ſe, & filiis, an filiæ comprehendantur.*

7 *Filiorum appellatione in vltimis voluntatibus an nepotes comprehendantur, & quid in contractibus.*

9 *Maſculinum in materia, in qua fieri debet latiſſima interpretatio non concipit fœmininum, ſi per hoc fieret præiudicium tertio.*

10 *Donatio ob cauſam non dicitur propriè donatio.*

11 *Interpretatio ſtricta fit, vbi contractus ſunt vltrò, citroque obligatorij.*

12 *Dominium rerum donatarum nunquam in donatarium transfertur, niſi fuerit facta traditio rerum donatarum.*

13 *Donatio abſenti valida non dicitur, & quid ſi donatarius fuerit præſens, & dixerit,* placet.

14 *Confeſſio non ſufficit, quòd ſit facta præſente aduerſario, niſi ſit facta eo præſente, & acceptante.*

15 *Dictio* ſecundùm *appoſita in donatione eſt limitata, & reſtricta ad qualitates deſcriptas in priuilegio, quando de ipſo priuilegio conſtat.*

17 *Filius ſecundogenitus in ſucceſſione Regni an præferatur nepoti ex filio primogenito præmortuo, & num. 10.*

19 *Gradus prioritas vbi attenditur, tunc frater præfertur filio fratris, & ſoror filio ſororis, vbi lex, vel ſtatutum vocat proximiorem in gradu, patruus præfertur filio fratris.*

21 *Maſculus in ſucceſſione feudi præfertur fœminæ, quando ſunt in eodem gradu.*

22 *Emphyteuſim recipiens pro ſe, & filiis maſculis, & fœminis, primò pro maſculis, & illis non exiſtentibus pro fœminis recepiſſe intelligitur.*

23 *Text.* in capit. de gradib. ſucced. in feud. *declaratur.*

24 *Beneficium* l. fin. C. de Edict. Diui Adrian. tollend. *an locum habeat, vbi quis in re certa eſſet inſtitutus, & n. 25. & 28.*

26 *Inſtitutus in re certa non dicitur inſtitutus in parte.*

27 *Ius ſuperueniens ex cauſa de præterito, iudicio pendente ſuffragatur tam reo, quam actori, ſicut ſi ante competiiſſet.*

29 *Recedendum non eſt à ſententia communi in iudicando, maximè vbi adeſt authoritas* gloſ.

30 *Legitima*

30 *Legitima debita filio eſt quota bonorum, non quota aſſis.*

31 *Filius in re certa inſtitutus non habet beneficium* l. final. C. de edict. Diui Adr.

32 *Peculiũ, & dos dicitur quid vniuerſale: & tamen non reperitur iure cautum, vt inſtitutus in dote, vel peculio, aut grege habeat beneficium* l. fin. Cod. de Edict. Diuu.

33 *Verbum* relinquo, *ſi refertur ad vniuerſalem hæreditatem, ad inſtitutionem trahitur, & quid ſi adiiciatur doti, vel peculio.*

34 *Mulier habens dotem, & aliud patrimonium ſeparatum à dote, poteſt decedere teſtata in dote, & in reliquis bonis inteſtata.*

35 *Teſtator ſi tres hæredes inſtituit, & prohibuit, ne vni eorum accreſcat portio deficiens, non accreſcit illi probito, ſed alij non prohibito.*

36 *Teſtator an poſſit prohibere ius accreſcendi*

37 *Teſtator ſi dixerit* inſtituo Titium in fundo tantùm, *an per hoc videatur prohibere ius accreſcendi.*

38 *Miles poteſt decedere pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus.*

39 *Remedium* l. fin. C. de Edict. Diuu. Adr. *ceſſat, ſi apparet, perſonam, quæ immiſſionem petit aliquo momento poſt mortem teſtatoris bona poſſediſſe.*

40 *Ius Francorum diſponit, vt maior natu minori præferatur.*

41 *Alienatio bonorum feudalium tam de iure communi, quàm Regni vtriuſque Siciliæ prohibita eſt.*

42 *Ius primogenituræ ſeruatur tam inter hæredes ab inteſtato, quàm condito teſtamento.*

43 *Inueſtitura quando eſt conceſſa iure Francorum, feudum ſucceſſoribus defertur, non iure ſucceſſionis, ſed iure contractus.*

44 *Feudum, quod à Maioribus prouenit, alienari non poteſt, niſi in eum, qui proximior eſt in ſucceſſione, vel in alium de iſtius proximioris conſenſu.*

45 *Cap.* Volentes, *Regni Siciliæ, declaratur, & num.* 48.

46 *Interpretatio legis nouæ ita fieri debet, vt non lædat ius commune.*

47 *Regulis veterum legum relinquitur, quod ſpecialiter non exprimitur in lege noua.*

49 *Statutum ſi permittit vaſſallo alienare feudum, non per hoc intelligitur ablata poteſtas Domino, vel agnatis redimere infra annum, prout de iure communi poterat.*

50 *Inueſtitura facta de feudo* pro ſe, & hæredibus & ſucceſſoribus in perpetuum *abſque dictione* quibuſcumque, *quid operatur.*

ARGVMENTVM.

Soror in ſucceſſione Comitatus fratris nũm nepoti ex ſorore præmortua primogenita præferatur. Filius ſecundogenitus in ſucceſſione Regni an præferatur nepoti ex filio primogenito præmortuo. Remedium introductum ex diſpoſitione text. *in l. fin. C. de edict. Diui Adr. tollend.* an, & quando competat ſubſtituto per fideicommiſſum. Item an locum habeat, vbi quis in re certa eſſet hæres inſtitutus. Pater ſi receperit feudum ab Eccleſia in emphyteuſim pro ſe, & filiis, an filiæ comprehendantur: & de aliis.

In præſenti conſultatione ſuper cauſa terrarum Caſtri Sclafani, & eius Comitatus, & Caſtri Calatabelloti, & eius Baroniæ, non diſcutiam nunc, an euenerit caſus ſubſtitutionis factæ in teſtamento Comitis Henrici, quatenus ſubſtituit Magnificum Dominum Antonium de Barreſio, & eius filios maſculos deſcendentes ex eo, adeò quod Magnificus Dominus Antonius Perij de Barreſio, Dominus, & Baro Militelli, nepos dicti Domini Antonij de Barreſio, potuerit, & poſſit ad dictam ſubſtitutionem venire, quia de hoc aliàs conſultus reſpondi, quòd non, & conſilium meum incipit *Redemptoris noſtri inuocato ſuffragio. Perſpectis verbis teſtamenti Magnifici Comitis Henrici, &c.* & eſt primum *volum.* 1. nec etiam videretur neceſſarium inſiſtere, an dictus Henricus videatur inteſtatus deceſſiſſe, & ſubſequenter, quis ab inteſtato debuerit præferri in dicto Comitatu Sclafani, an dictus Dominus Antonius de Barreſio nepos dicti Henrici ex ſorore maiore, ſeu primogenita præmortua: an verò alia ſoror dicti Henrici iunior, ſeu vltimogenita, præſuppoſito, quod mulieres in loco ſint habiles ad ſuccedendum in Comitatibus, attento, quòd vbi ius Francorum ſeruatur, prout in dicto Comitatu, maior natu minori, & maſculus fœminæ præferatur, attento 2 quod pro parte dicti Antonij Perij eſt intentata conditio *ex l. edicto*, C. *de edict. Diu. Adr. toll.* petendo ſe immitti in poſſeſſionem ex forma *d. l. edicto*, & ſic intentauit, & elegit viam veniendi ex teſtamento virtute ſubſtitutionis, illa ſibi pateat, *l. C. de codicillis l. ſi mulier, §. fin. ff. quod metus cauſa.* & conſtare videtur, dictum Antonium obtinere non poſſe ex via intentata. Primò, quia non euenit in perſona ſua caſus ſubſtitutionis, vt in præallegato conſilio, per rationes, & authoritates *ibi* adductas conſulendo.

Secundò, quia poſito, quod eueniſſet caſus ſubſti- 3 tutionis, per quam poſſet admitti dictus Antonius Perij. Iſtud non poſſet contingere, niſi ex ſubſtitu-

tione fideicommiſſariæ factæ Antonio Spatafora, qui Antonius Spatafora ſe pro hærede dicti Henrici geſſit ex ſubſtitutione vulgari facta poſthumo, ſeu poſthumis dicti Henrici, qui nati non fuerunt, & conſtat, remedium introductum per dictam *l. edicto*, non poſſe competere ſubſtituto per fideicõmiſſum, niſi facta prius reſtitutione fideicommiſſi, vt concluditur per gloſ. & DD. *d. l. edicto*, & per Bart. *in conſ. incip. Miſſus in poſſeſſionem*, & *in conſ. incip. In Curia Capitanei*, & per Bal. *in addit. ad Specul. in tit. de teſtam. in vlt. col.* ſed dicto Antonio Perij ab hæredibus Antonij Spataforæ non eſt facta reſtitutio re, neque verbo, ergo ſibi non competit tale ius agendi.

4 Nec obſtat, ſi dicatur, quòd dictus Antonius Spatafora alienauit dicta Caſtra, & Comitatum, & ideò in rebus alienatis non eſt neceſſaria reſtitutio fideicommiſſi, *l. fin. §. ſin autem. C. commun. de legat.* notant gl. & DD. *in l. Marcellus, §. res, quæ. ff. ad Trebell.* & gloſ. *Inſtit. de fideicommiſ. hæredit. §. ſed quia, in verbo reſtituitur*, & notant gloſ. & Bart. *in l. penultim. C. ad Trebell.* quia reſpondeo, quòd ratio, per quam tranſeunt iura, & actiones in fideicommiſſarium ſine reſtitutione, iſto caſu eſt, quia in rebus alienatis hæres non poteſt facere reſtitutionem rerum, quas in alium tranſtulit, ita notat gloſ. & DD. in dictis locis, ſed hæc ratio ceſſat in caſu noſtro, quia ſi conſideramus primam conceſſionem factam in Thomaſium Spataforam, filium dicti Antonij Spataforæ, & certè illa non videtur obſtare, etiam in Comitatu Sclafani, de quo tantùm facta fuit, quia talis donatio non eſt ſortita effectum, quia actum fuit in donatione ipſa, quòd ſi dictus Thomaſius decederet ſine filiis legitimis, & naturalibus, viuente dicto donante, & Antonio Spatafora patre ſuo, reuerteretur Caſtrum ipſum, & Comitatus ad ipſum donantem, & conſtat, Thomaſium deceſſiſſe ſine vllis filiis legitimis, & naturalibus, & ſuperſtite ſolùm dicta Domina Beatrice, filia fœmina ex primo matrimonio, & cùm in dicto contractu donationis conditio fuerit appoſita per verba maſculini generis, quia

5 dictum fuit *ſi deceſſerit ſine filiis*, & non fuit dictum aliquod de filiabus, talia verba maſculini generis prolata in contractibus non comprehendunt fœmininum, licèt aliud ſit in vltimis voluntatibus, ita ſingulariter voluit Archidiac. 17. *quæſt.* 4. *Can. ſi quis ſuadente*, & refert, ita voluiſſe Guid. de Suzar. quia in contractibus non reperitur, quòd maſculinum concipiat fœmininum; Vnde ſecundùm eos imputent ſibi contrahentes, quia hoc non expreſſerunt, allegant *l. veteribus, ff. de pact.* & quia plenior, quàm in contractibus fit interpretatio in vltimis voluntatibus, in quibus maſculinum concipit fœmininum, *l. ſi quis ita, ff. de teſtam. tutela, l. ſi ita ſcriptum ſit filiabus, ff. de leg. 2. iunct. l. in teſtamentis, ff. de reg. iur. cap. cùm dilecti, de donationib.* idem tenuit Ioannes de Imol. *in*

6 *d. l. ſi ita ſcriptum, & in cap. potuit, vlt. col. locat.* vbi per hoc refert, ſe conſuluiſſe, quod ſi pater recipiat feudum ab Eccleſia in emphyteuſim pro ſe, & filiis, non comprehendantur filiæ, niſi conſuetudo aliter ſe haberet, ita etiam dicit Ludouic. Roman. *in l. 1. in princ. 16. colum. de verb. oblig.* vbi refert, idem tenuiſſe *in l. Gallus, in princ. ff. de lib. & poſth.* bene facit, quod notat Bar. *in l. liberorum,*

7 *ff. de verb. ſignif. in 16. col.* vbi voluit, quòd licèt in vltimis voluntatibus appellatione filiorum poſſint comprehendi nepotes, tamen ſecus eſſet in contractibus, per *d. l. veteribus*, & illud dictum ſequuntur communiter DD. pro hoc etiam optimè facit, quia quando dicimus, quòd maſculinum concipit fœmininum, illud procedit, vbi eſt eadem ratio, vt notat Petr. & Cyn. *in l. quiſquis, in 1. quæſt.* & ibi Bald. *C. ad l. Iul. Maieſt.* & Paul. de Leaz. *in Clem. 1. de electione.* ſed in caſu noſtro non erat eadem ratio, quòd pater voluerit ſe priuare Comitatu, ita per exiſtentiam filiarum Thomaſij decedentis viuo patre Comite, ſicut per exiſtentiam maſculorum, per quos conſeruatur agnatio, & familia, & non per fœminas, *Inſtit. de legit. agnat. ſucceſſ. in princ. l. familia, §. 1. ff. de verb. ſignif.* ergo, &c.

Accedat, quia dictus Comitatus erat, & eſt feudum, 8
in quo viuitur iure Francorum, & quòd per exiſtentiam maſculorum bene denegatur fœminis agnatis, vt prouident Conſtitutiones loci, & veniet infra dicendum, ſed non erat eadem ratio excludendi alias agnatas, ſeu filios dicti donantis per neptes naſcituras ex dicto Thomaſio, ſtante præſertim ſtatuto loci, & inueſtitura diſponente, quòd mulier antiquior natu præferatur iuniori in feudo; vnde quia per dictam conceſſionem factam Thomaſio fiebat præiudicium filiabus dicti Comitis, ſi intelligeretur, Comitem Antonium voluiſſe per exiſtentiam filiarum Thomaſij firmam manere alienationem, quamuis Thomaſius decederet viuo patre donante, non erat eadem ratio excludendi dictam filiam Comitis antiquiorem per neptes naſcituras ex Thomaſio, ſicut erat per maſculos naſcituros ex Thomaſio, qui de iure veniebant præferendi propter ſexum fœminis, pro hoc benè facit, quod notat idem Archidiac. *in d. Can. ſi quis ſuadente*, & moderni, maximè Dominicus de Sancto Gemin. *in cap. generali, de elect. in 6.* vbi vo- 9
luit, quòd etiam in materia, in qua fieri deberet latiſſima interpretatio, maſculinum non concipit fœmininum, niſi per hoc fieret præiudicium tertio, ita patet, dùm Archid. dicit, *quod intellige, vt notatur in cap. quod dilecto, de conſanguin. & affin. & prout notatur per Compoſt. in cap. cauſam, de teſtib.* & per hoc patet, quòd non obſtaret, ſi diceremus, quòd verba dictæ donationis debent intelligi latiſſimè, quia in donationibus latiſſima fit interpretatio, *d. cap. cùm dilecti, l. fin. ff. de conſtit. Princip.* quia reſpondetur, quòd illud poſſet procedere, vbi non ageretur de præiudicio tertij, vt in caſu noſtro, in quo agebatur de præiudicio Dominæ Ioannæ, poteſt, & ali- 10
ter reſponderi, quòd iſta non fuit propria donatio, procedens à liberalitate, ſed fuit facta ob cauſam, ſcilicet, vt ſequeretur contractus matrimonij inter Dominum Thomaſium, & ſecundam eius vxorem, & etiam vt renunciaret Thomaſius iuri ceſſionis matris ſuæ, & ſororum ſuarum, & propter benemerita dicti Thomaſij, vt in dicta donatione apparet; vnde non eſt propriè donatio, *l. 1. ff. de donation.* vbi etiam dicitur, quòd vbicunque agitur, quòd in certum euentum res donata reuertatur ad donantem, tunc non eſt propriè donatio, & iura, quæ dicunt, in donatione faciendam eſſe latiſſimam interpretationem, loquuntur in donatione libera, & pura, vt *in d. cap. cùm dilecti*, vbi dum text. dicit, *quæ tam libera, & pura, &c.* vnde vt dicit Cyn. *in l. fin. de conſtit. Princip.* ratio, quare in illis fit latiſſima in- 11
terpretatio eſt, quia continent fauorem, & liberalitatem, ſed alij contractus ſunt vltro, citroque obligatorij, ideò in eis fit ſtricta interpretatio, *l. quicquid adſtringendæ, ff. de verbor. oblig.* Vndè in propoſito ratio, quæ habet locum in aliis contractibus, militaret in huiuſmodi donatione: fortificantur prædicta per ea, quæ notat Bart. *in l. 1. in princ. in vlt. col. ff. de pecul.* dum dicit, quod maſculinum concipit fœmininum in materia, quæ recipit interpretationem extenſiuam, vt *d. l. ſi ita ſcriptum, & l. Lucius, §. quæſitum, de leg. 3.* ſecus in materia, quæ non recipit interpretationem extenſiuam, allegat *l. 1. §. quare, ff. de ventr. in poſſeſſ. mitt.* ſed ita eſt, quod in

in contractibus regulariter non habet locum interpretatio extenſiua, *dict. leg. quicquid aſtringenda, in princ.* & ibi notat Bart. ergo in propoſito maſculinum non concipit fœmininum. Cùm igitur dicta res, & eius poſſeſſio reuerſa eſſet ad donantem, ſequitur quòd non poteſt dici, habere locum rationem, propter quam dicimus, quod in rebus alienatis tranſeat ius ſine reſtitutione fideicommiſſi, & tantò magis procederent iſta, ſi dicta conceſſio facta Thomaſio fuit facta Thomaſio contemplatione ſua, & filiorum maſculorum ex ipſo ſecundo matrimonio, vt dicitur conſtare per quaſdam atteſtationes mihi tamen non exhibitas.

12 Si autem conſiderare voluerimus conceſſionem, & donationem factam per dictum Comitem Antonium dictæ Comitiſſæ Beatrici nepti ſuæ, ad hoc reſpondeo; quia illa non poteſt dici alienatio, quia dominium remanſit apud donantem, *leg. alienatum, ff. de verb. ſignif.* quòd autem remanſerit apud donantem, patet quia donatio fuit facta ſub conditione, *ſi prædictus Comes decederet ſine filiis maſculis.* Item quia nunquam facta fuit traditio dictarum rerum donatarum, ſine qua non transfertur dominium dictæ donationis irreuocabiliter factæ, *leg. quod tibi, C. de his, qui à non domino, leg. ſi ager, ff. de rei vendic.* etiam ſi eſſet contractus dotis, aut donationis omnium bonorum, vel actionis iuris vniuerſalis, vt eſt gloſ. notabilis ſecundùm Bart. *in leg. 1. ff. pro dote*, & probatur *in d. l. quod tibi.*

13 Secundò, non obſtat dicta donatio, quia ſi benè inſpiciatur, nemo fuit, qui dictam donationem pro dicta Beatrice reciperet, ergo ſibi non fuit acquiſitum ius, nec donatio valida fuerit, *l. abſenti, ff. de donat.* & ibi declarat Bart. *in princip.* dum quærit, an ſi ego exiſtens in domo mea, dico, dono Titio fundum, & ille hoc audito dicit, *placet*, per hoc non erat perfecta donatio, quia non interfuerat nuncius, vel epiſtola, allegantur notata *in l. 1. in fin. ff. de contrahend. empt.* & *in l. conſenſu, ff. de act. & oblig.* & *in l. illud, C. de ſacroſanct. Eccleſ.* & vt apparet in inſtrumento dictus Comes Antonius promiſit procuratori Domini Caroli ſponſi dictæ Dominæ Beatricis ſtipulanti nomine dicti Domini Caroli, dare, & aſſignare dicto Domino Carolo contenta in certis capitulis factis, & firmatis inter Partes ipſas, & ſic capitula non fuerunt firmata cum Domina Beatrice ſponſa, vt ſonant proximè dicta verba inſtrumenti, dicentia, *inter partes eaſdem, &c.* ac etiam in fine dicti inſtrumenti dum ibi dicitur, *prafata Partes, ac etiam dicta inclita ſponſa, &c.* quamuis in fine dicti inſtrumenti dicatur, *quòd prædictæ Partes, ac etiam dicta inclita ſponſa, & etiam vxor dicti Comitis Antonij pro omnibus, & ſingulis prædictis obſeruandis, & implendis ſolemne præſtiterunt iuramentum*, tamen hoc non arguit, quòd donatio fuerit ibi facta dictæ ſponſæ præſenti, ad hoc etiam acceptanti dictam donationem, bene facit quod notat Cyn. *in leg. 1. Cod. de confeſſ. in 6. quaſt.* & ibi

14 clariùs Salycet. dum voluit, quòd non ſufficiat, confeſſionem eſſe factam præſente aduerſario, niſi ſit facta eo præſente, & acceptante, & ſic, quod celebretur contractus, iuxtà *leg. de ætate, §. qui interrogatus, digeſtis, de interrogat. action.* & per plures rationes probat hoc Salycet. *in dict. leg. prima in 15. oppoſit. & leg. iubemus, in final. Codice de liberal. cauſa, & in leg. generaliter, in 6. quæſtion. Cod. de non numerat. pecun.* & eſt de mente Bald. *in leg. ſuus, in 2. notabil.* per illum textum *Cod. de repudiation. hæreditat.* & ſic, licèt in capitulis, de quibus fit mentio in inſtrumento, dicatur, quod Comes Antonius donat ipſi Beatrici, tamen illa capitula non fuerunt firmata inter dictum Comitem Antonium, & dictam Dominam Beatricem, vt colligitur ex verbis dicti inſtrumenti ſupra ponderatis.

Tertiò, non obſtat dicta donatio, de qua in dictis capitulis fit mentio, quia in illis capitulis dicitur 15
quòd donat Dominæ Beatrici ſecundùm formam, & tenorem priuilegiorum ſuorum, & in priuilegiis, & in inueſtituris ſuis continetur, quòd maior natu ſuccedere debeat in dicto feudo, ergo dicta donatio intelligitur facta ſub conditione, ſi ipſa Beatrix tempore mortis dicti Comitis erit maior natu, quia dictio *ſecundùm*, appoſita in dicta donatione eſt limitata, & reſtricta ad qualitates deſcriptas in priuilegio, quando de ipſo priuilegio conſtat, *l. edita, Cod. de edendo*, ità inquit Bart. *in extrauag. ad reprimendum, in verb. prout*, cùm ergo Beatrix non ſit antiquior, ſed Domina Ioanna, ergo Beatrix non poteſt admitti, nec etiam dicitur factam eſſe alienationem, adeò quòd in dictis bonis non remanſerit tempore mortis ius apud dictum Comitem, & in eius hæreditate, iuxta notata per gloſ. *in leg. item videndum, §. fin. ff. de petit. hæred.* & per Bart. *in lege iuriſiurandi, §. ſi liberi, ff. de oper. libert.* & *in leg. ſi patroni, in princ. ff. ad Sacr. Conſ. Trebell.* & per Ioan. Rodr. *in addit. ad Specul. in tit. de locat. §. nunc aliqua, in addit.* incip. *quæſtio non eſt dubia*, nec iuuat, quod Beatrix nata ſit ex maſculo, quia nòn conſideratur perſona patris qui deceſſit, viuo adhuc dicto Comite Antonio Spataſora, vt in ſequenti proximo articulo probabitur, omitto etiam, quòd ſecundùm opinionem traditam per Salyc. *in dict. leg. fin. §. ſin autem, C. commun. de leg.* & in rebus alienatis oportet, quod fiat reſtitutio per fideicommiſſum verbo, antequam tranſeat ius in fideicommiſſarium, quia hæc diſputatio non eſt neceſſaria per prædicta, & hæc ſufficiunt ad totalem excluſionem dicti Antonij Perij.

Tamen vt ſatisfaciam petenti, tangam aliquid, an in caſu, quo hæreditas dicti Henrici diceretur à principio fuiſſe in cauſa inteſtati, quis debuerit præferri? an dictus Dominus Antonius de Barreſio, natus ex ſorore dicti Henrici prædefuncta, & primogenita, an verò dicta alia ſoror vltimogenita mater Antonij Spataſora, quæ benè erat maior natu dicto Antonio Barreſio, & videretur primò dicendum, præferendum dictum Antonium de Barreſio, tanquam maſculum virtute Conſtitutionum volentium, præferri debere maſculum, præſertim hoc ſeruari debet in feudis in quibus ſaltem, donec extat maſculus fœmina non admittitur regulariter, *cap. 1. § hoc autem, in titul. qui feud. dar. poſſ. cap. 1. de ſucceſſ. feudi*, ad hoc etiam poſſent adduci rationes, quæ adducuntur, præſertim per Oldradum *in conſ. 124. incipit. Iſti ſunt, &c.* & per Ioannem Andr. *in addit. ad Specul. in titul. de feud.* & per Bald. *in leg. in antiquioribus, Cod. de iur. delib.* & *in leg. ex hoc iure, in 6. quaſt. ff. de iuſtit. & iur. in leg. liberti libertaque, C. de oper. libert.* cum ſuis concordantiis, dum conatur probare, quòd ſtante 16
Conſuetudine, quod primogenitus ſuccedat in Regno, & contingat viuo Rege decedere filium primogenitum, relicto ex ſe filio, deinde decedat Rex, ſuperſtite alio filio ſuo ſecundogenito, & ſuperſtite dicto nepote nato ex filio primogenito, præferatur nepos ex perſona patris ſui, *arg. capit. 1. de gradib. ſucced. in feudo*, cum aliis multis allegatis per eos in dictis locis. 17

Sed contrarium puto verius, ſcilicet quòd præferatur dicta ſoror ſecundogenita, quæ tamen nata, fuit ante dictum Antonium Barreſium: probatur, quia ſtatuta loci volunt, quòd vnus tantùm ſuccedat in feudo, ſaltem in quo viuitur iure Francorum, & quòd proximior ſuccedat, & quando duo ſunt in eodem gradu, fœminam maſculus, & iuniorem 18

maior natu præcedat, vt patet *in rubr. & nigro, quod*
19 *proximior feudatarij,&c.* & *in rubric. quòd collaterales ſuccedant in feudo*, ſed ita eſt, quod vbi attenditur prioritas gradus,tunc frater præfertur filio fratris, ſeu ſoror filio ſororis,*leg. 3. §. ſi duo, ff. de legitimis tutoribus, leg. auunculo, C. commun. de ſucceſſ. & Inſtit. de hæredit. quæ ab inteſtato defer. §. cùm filius*,facit lex *Iuriſconſultus, §. ſecundo gradu,& §. ſeq. ff. de gradib.* & ſunt verba Bal. *in leg. cùm ità, § in fideicommiſſo, in fin. ff. de legat.* 2. & indè dicit Bald. *in leg. 3. Cod. de legit. heredib.* quòd quando vnus tantùm debet ſuccedere, vt in Regno, ſi lex, vel ſtatutum vocat proximiores in gradu, certum eſt, quod patruus præfertur filio fratris, & filius nepoti ex fratre præmortuo, ergo dicta ſoror ſecundogenita debuit excludere filium natum ex primogenita prædefuncta.

20 Secundò confirmatur, quia etiam ſecundùm prædicta ſtatuta maior natu præfertur, ſcilicet dicta ſoror, quæ ſuperera t tempore mortis Henrici, & erat maior natu dicto Antonio Barreſio, ergo, &c. pro iſta parte poſſunt adduci rationes, quæ adducuntur per DD. pro filio ſecundogenito in illa ardua quæſtione, an præferatur filius ſecundogenitus nepoti nato ex filio primogenito defuncto, adhuc Rege viuente, vt concludunt Cyn. Bald. & Salyc. *in leg. ſi viua matre* per illum text. *C. de bonis maternis*, & Bart. *in auth. poſt fratres, C. de leg. hered.* & Andr. de Iſernia *in cap. 1. de nat. ſucceſſ. feud.* & Bald. *in l. 3. C. de ſuis, & legit.* vbi concordando opiniones quoad caſum noſtrum tenet iſtam partem, quando filius ſecundogenitus natus fuit ante nepotem ex filio præmortuo, viuente Rege, & ita etiam Bald. *in leg. tutela, §. legitima, ff. de legit. tutorib.* & DD. moderni, & Ioannes de Imola, & Dominicus de Sancto Geminiano *in cap. grandi, de ſupplend. neglig. Prælator.* & ita conſuluit Petr. de Anchar. *in conſ. 81. incip. In Chriſti nomine dicta facti narratio*, & pro iſta parte determinauit Eccleſia, ſcilicet pro Rege Roberto, vt in *Clem. paſtoralis, de re iudic.* & iſta pars, vt nunc viſum eſt munita eſt melioribus rationibus, & etiam videtur magis communis, nam cum ſucceſſio deferatur proximiori in gradu, *Inſtit. de legit. agnat. ſucceſſ. in princ.* & *in dict. leg. auunculo*, & ex æquitate reperitur diſpenſatum in nepte ex filio fratris concurrente cum patruo, vt ſubintret locum patris, quando tractatur de ſucceſſione diuiſibili, vt *in dict. §. cùm filius, in verbo æquum*, ergo extra illum caſum, vbi non reperitur ſcripta illa æquitas debemus ſtare regulæ ſcriptæ, vt *in leg. 1. Cod. de legib.* & *in leg. placuit*, cum ibi notatis, *Cod. de iudic.* & alias melior eſſet conditio nepotis, quàm filij, *dict. leg. ſi viua matre*, & nunquam iudicatur de nepote, prout de filio, quando filius vocabatur cum aliqua qualitate, quæ non erat in nepote, ſed erat in filio, à quo ipſe proceſſit, *leg. fin. C. de natur. liber.* notat Bart. *in leg. liberorum, ff. de verb. ſignif. in 4. col. in verſ. ſecundo quæritur, quando verbum filij profertur à lege*, & *in leg. 1. Cod. de priuileg. dotis*, facit lex *ſi pater, §. pupilli, ff. de rit. nupt.* ergo cùm illa qualitas primogenituræ non ſit in nepote, non poteſt iudicari de nepote, vt de filio.

21 Tertiò, quia Conſtitutiones diſponentes, quòd maſculus excludat fæminam in ſucceſſione feudi, in quo, viuitur iure Regni, procedant, & intelligi debeant, quando maſculus & fœmina ſunt in eodem gradu, vt etiam vult Andr. de Iſern. *in cap. 1. de eo, qui ſibi, & hæredibus ſuis maſc. & fæmin.* aliàs ſequeretur, quòd fæmina nunquam admitteretur, quod eſſet contra mentem dictarum Conſtitutionem, quæ voluerunt, fæminas eſſe habiles ad ſuccedendum in feudo.

22 Nec prædictis obſtat conceſſio in feudum facta pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus in perpetuum vt viuatur iure Francorum, vt videlicet quòd maior natu minoribus fratribus, & cohæredibus ſuis, & maſculus fæminis præferatur, quia reſpondeo, quòd verba poſita in dicto contractu conceſſionis feudi, debent intelligi, & interpretari, vt ſe conforment ſtatuto, & conſuetudini loci, vt inquit Bart. *in l. vt iuriſiurandi, §. ſi liberi, ff. de oper. lib.* & ideò in ſuo Conſilio, incipiente *Quæſtio iſta habet duo dubia*, dum dicit, quod ſiquis recepit emphyteuſim pro ſe, & ſuis filiis maſculis, & fæminis, primo pro maſculis, & illis non extantibus pro fœminis, ſi ſtatutum Ciuitatis diſponebat, quod ſtantibus maſculis fœmina non ſuccederet. Quo ſtatuto non obſtante venirent pariter, *arg. notat. in leg. gallus, §. 1. ff. de lib. & poſth.* & per notata per Cyn. *in leg. liberti, liberteque C. de oper. libert.* & ita etiam tenet Bald. *in dict. leg. liberti, in 11. col. & in l. fin. in 2. col. Cod. de ſuis, & legit.* & Petrus de Anchar. *in cap. olim, diſt. 2. de iur. patron.* & *in conſ. 433. incip. In Chriſti nomine, Poſtquam iſta Domina.* & Io. de Imol. *in cap. potuit, in fin. de locat.* bene facit quod notat Bart. *in leg. heredes mei, §. cùm ità, circa medium, ff. ad Trebel.* ſed ex forma dictarum Conſtitutionum præfertur maſculus fæminæ, quando ſunt in eodem gradu, aliàs autem proximior præfertur, vt dictum fuit, & per iſta apparet reſponſum ad ea, quæ allegabantur in contrarium, nam id, quod habetur *in cap. 1. de gradib. ſucced. in feud. cum ſimil.* loquuntur in feudo, in quo 23
nepos ſuccedit pro parte, & alius filius pro parte, nos autem loquimur in caſu, quo vnus tantùm habet ſuccedere, vt dictum eſt, nec Ioann. Andr. *dict. rubr. de feud.* nec etiam Bald. *in dict. leg. liberti*, nec *in leg. ex hoc iure*, nec *in leg. cùm in antiquioribus*, firmant aliquam opinionem; quinimò Oldrad. *in conſ. 54. incip. eleganter circa negotium, in 10. col.* tenet iſtam partem, & ad rationes alias adductas per Ioann. Andr. facilis datur reſponſio ex prædictis, & ità eſt mens dictarum Conſtitutionum, quæ ſi voluiſſent attendere qualitatem patris præmortui, non qualitatem perſonæ ſuccedentis, non dixiſſent, quod inter duos eodem gradu defuncto coniunctos præcedat fœminam maſculus, & iuniorem maior natu, ſed dixiſſent, natus ex maſculo, vel natus ex antiquiore præcedat, & quis ſit antiquior, debet conſiderari tempus mortis illius, de cuius ſucceſſione agitur, vt inquit Andr. de Iſer. *in cap. 1. de nat. ſucceſſ. feud.* per iura ibi allegata, præterea non ſolùm arbitratus expedire latiùs hunc articulum exordiri, ſtante etiam, quòd illa eſt magis communis opinio, quam ſupra probaui, à qua in iudicando non eſt recedendum, vt traditur in locis vulgaribus, ex quibus apparet, dictum Antonium Perij de Barreſio in omnem euentum excluſum eſſe, & indubitanter à beneficio *dict. leg. edicto*.

Nunc capio aliam principalem dubitationē, in qua 24
quæritur, an dictæ Dominæ Beatrici nepti dicti Comitis Antonij Spatafora competat cum effectu beneficium *dict. leg. edicto*, & videretur prima conſideratione, quod ſic, quia ipſa eſt inſtituta hæres in teſtamento dicti Comitis Antonij aui ſui paterni in dicto Comitatu Sclafani, & Calauulturi, & licet ſit inſtituta in re certa tamen quia teſtator caſu, quo non naſcerentur ſibi poſthumi, prout non ſunt nati, nullum videtur ſibi inſtituiſſe hæredem vniuerſalem, ſed in re certa, videlicet dictam Dominam Beatricem in dictis terris, & dictam Ioannam filiam ſuam in Caſtro de Martinis, & in quibuſdam aliis rebus, perindè eſt, ac ſi ambæ prædictæ Dominæ fuiſſent inſtitutæ in vniuerſa hæreditate æqualiter, & dicta bona particularia fuiſſent eis prælegata, non attento, quis, vel quæ fuerit in bonis maioris æſtimationis inſtituta *leg. ex facto proponebatur*, & *leg. ſi alterius, leg. quoties, §. ſi duo, ff. de hæred. inſtit.* facit lex *cohæredi, §. final. ff.*

de

de vulg. & pupill. quinimò nonnulli tenere videntur quòd beneficium *dict. leg. edicto,* competat instituto ſimpliciter in re certa, etiam quòd non haberetur loco vniuerſalis hæredis, & præſertim filio, vt per DD. *in dict. leg. edicto,* attento etiam, quòd instituta fuit Domina Beatrix in dicto Comitatu, & pertinentiis, & ſic videtur instituta in quodam iure vniuerſali ſicut dicimus in instituto in bonis caſtrenſibus.

25 Sed præmiſſis non obſtantibus, contrarium dico in caſu noſtro eſſe verum, maximè ex infraſcriptis, quia hæredi instituto in re certa non competit beneficium *d. leg. edicto,* vt probatur *prealleg. leg. edicto,* quæ requirit, petentem eſſe hæredem ex aſſe, vel ex parte, ſed certa res non eſt pars aſſis, qui diuiditur in duodecim vncias hæreditatis, *leg. ſeruum meum, §. hereditas, ff. de hered. inſtitut.* & ſic res certa, ſeu particularis non eſt hæreditas, nec quota hæreditatis, vt probatur *in leg. quoties, Cod. de hered. inſtitut. l. 1. Codice de euict.* & euidenter probatur *in dict. lege*
26 *quoties*, quod inſtitutus in re certa non dicitur inſtitutus in parte, ergo apparet, caſum legis eſſe *in dict. leg. edicto,* quòd hæredi instituto in re certa non competit illud beneficium, hanc opinionem firmat gloſ. in præalleg. *l. edicto, in verbo ex parte*, ſcilicet quando habet alium cohæredem, qui ſic, ſeu eſſe cenſeatur vniuerſaliter inſtitutus, prout eſt in caſu noſtro, vt infrà probabo, & dicit Cyn. *d. leg. fin.* quod illam gloſ. ſequûtur quaſi omnes, vnde Bar. *in d. l. edicto,* tenet, quod non competit hæredi inſtituto, quando hæres vniuerſalis adiuit, quia tunc ceſſat ſpes iuris accreſcendi, & per conſequens excluditur à dicto beneficio, & dicta Domina Ioanna, aut adiuerat, antequàm dicta Domina Beatrix peteret immitti in poſſeſſionem, aut adiuit pendente iudicio, & ſic ius ſuperueniens
27 ſaltem ex cauſa de præterito pendente iudicio ſuffragatur, tam reo, quam actori, ſicut ſi ante competiſſet, *leg. cùm decem in §. fin. de ſolut. l. ſi rem, §. fin. ff. de pignor. act. leg. ſi mandauero tibi aut Titio, ff. mand.* notat Bart. *in leg. 1. ff. de except. in 3. col.* optimè facit *leg. heres quicque*, iunctis ibi notatis per Cyn. Bald. Ioannem de Imol. *ff. de acquir. heredit.* & ita declaratur id, quod ſub dubio fortè ſcripſit ipſemet Bart. *in dict. leg. facto.* fortiùs tenuerunt Angel. & Salic. *in d. l. quoties, C. de hered. inſtit.* & Angel. & Io. Imol. *in leg. 1. §. ſi ex fundo. ff. de hered. inſtit.* & Angel. & Fulgoſ. *in dict. leg. edicto & Ioan. de Imol. in dict. leg. ex facto, & in cap. Raynutius, ſuper 2. gloſ. de teſtam.* quod
28 nullo modo hæres in re certa habeat tale beneficium, niſi quando cohæres ſuus repudiaſſet, quia per omnia habetur tunc pro hærede, ſicut quando nullus datus eſt cohæres, vt *dict. §. ſi ex fundo*, paria enim ſunt, nunquam fuiſſe datum cohæredem, vel fuiſſe datum, & repudiare, *leg. 2. §. ſi ſint ſui, ff. ad Tertull. leg. vnica, §. cum autem, Cod. de caduc. toll.* & à pari procedunt, aliquem à principio non fuiſſe, vel fuiſſe, & poſteà deſtitiſſe, *l. ſi quis ſub conditione, ff. de teſtam. tutel. leg. ſi quis cum Senatoria, & leg. eos, qui, ff. de rit. nupt.* ſed ante repudiationem non poteſt dici, quòd ſit hæres ex aſſe, vel pro parte, vt requirit text. in præalleg. *leg. edicto,* ſicut ſuprà probaui, & iſtam opinionem tanquam de iure verio-
29 rem, & magis communem ſum ſolitus ſequi legendo, & conſtat in iudicando, non eſſe recedendum à ſententia communi, & præſertim vbi adeſt auctoritas gloſſæ firmantis pedes, vt traditur in locis vulgaribus, & quòd instituto in re certa non competat dictum remedium, ſaltem, quando cohæres agnoſcit, firmat etiam Bal. *in dict. leg. edicto, in 1. quæſt.* nec curandum eſt, an intentans tale remedium ſit filius, vel non quando eſt inſtitutus in re certa, quia illam differentiam inter filium, & alium, quam faciebat Martinus Syln. reprehendunt Bart. & alij moderni *in d. leg. ex facto*, & Salyc. *in dict. leg. quoties*, quia legitima debita filio eſt quota bonorum, non quota aſ- 30
ſis, ſeu vniuerſæ hæreditatis, *leg. Papinianus, §. quarta, ff. de inoff. teſt. iuncta leg. ſi quis ſeruum, §. fin. ff. de leg. 2. & in leg. non amplius, §. fin. ff. de leg. 1.* & ideò Iacob. Butrig. *in dict. leg. edicto,* dicit, quod quicquid dixit Mar. Silu. veritas eſt, quod filius in re certa inſtitutus non habet illud remedium, quia ſibi non 31
debetur quota hæreditatis, ſeu bonorum, vt dictum eſt, & poſito, quòd quando filius eſſet inſtitutus in legitima, ideſt in quota bonorum, procederet illa opinio, vt per Bald. *in dict. leg. edicto,* tamen ſumus in caſu, quo Domina Beatrix non fuit instituta in quota, ſed in rebus certis, propterea veritas videtur, quod filio inſtituto etiam in legitima, ſeu in ſua quota bonorum, non haberet beneficium *dict. leg. fin.* per ea, quæ proximè dicta ſunt, & maximè per *dict. leg. edicto*, benè facit quod notat Ang. *in leg. Papinianus, §. conditioni, ff. de inoffic. teſtam.* & Salyc. *in leg. ſcimus, in princ. in 2. quæſtione & in leg. ſi quis in ſuo, in princ. Cod. de inoffic. teſtam.* vnde concludunt, non competere filio pro legitima portionem hæreditatis, quæ non eſt quota hæreditatis. Nec etiam habet obſtare, quòd Domina Beatrix fuerat instituta in Comitatu, & ſic in iure vniuerſali, quia reſpondeo, quod per hoc non debet habere remedium *dict. leg. edicto*, quia non ſequitur per hoc, quòd ſit inſtituta hæres in parte, ſeu quota hæreditatis: nam aliàs ſequeretur, quod inſtitutus in dote, vel in peculio diceretur inſtitutus in parte quotæ hæreditatis, & haberet beneficium *dict. l. edicto*, quia peculium, & dos dicuntur quid vniuerſale, *leg. quod dicitur, leg.* 32
1. ff. de impenſ. in reb. dot. fact. & ibi gloſ. *in verb. ſed dotis, & leg. peculium, ff. de pecul. leg. ſi peculium, ff. de penu legat.* & ſimiliter grex *in l. 1. §. fin.* cum duabus *ll. ſeq. ff. de rei vend.* & nota ut per Bart. *in rubr. ff. ſolut. matrimon.* & *in l. fin. Cod. de ſent. quæ ſine cert. quant.* quod tamen non reperitur de iure cautum, ſcilicet quod inſtitutus in dote, vel peculio, aut grege habeat beneficium *dict. leg. edicto.* vnde dixit Io. de Imol. *in cap. Raynutius, in 6. col. de teſtam.* quòd licet quando verbum *relinquo*, refertur ad vniuerſalem hæredita- 33
tem, ſeu ad quotam hæreditatis, trahitur ad inſtitutionem, ſaltem alio non inſtituto hærede, iuxtà plenè notata *in leg. his verbis in princip. ff. de hered. inſtit. & in authen. de hered. & falcid. §. ſi verò nulla*, tamen licèt verbum *relinquo*, ſi adiiceretur doti, vel peculio, quæ ſunt iura vniuerſalia, non per hoc traheretur ad inſtitutionem, quia non reperitur iure cautum, & ità eſt de mente gloſ. *in dict. cap. Raynutius, in verb. relinquens*, & gloſ. *in c. ſi pater, de teſtam. in 6. in verb. inſtitui*, iuncto text. *in d. c. Raynutius.* Item aliàs ſequeretur, quod mulier habens dotem per ſe, & aliud patri- 34
monium ſeparatum à dote, poſſet mulier decedere teſtata in dote, & in reliquis bonis inteſtata, ſi verum eſſet dicere, quod de inſtituto in aliquo iure vniuerſali iudicaretur, prout iudicaretur de inſtituto in hæreditate, ſeu patrimonio caſtrenſi, in quo quis poteſt decedere teſtatus, & in reliquo inteſtatus, *leg. 1. & 2. Codice. de teſt. milit.* hoc autem eſt falſum, quia mulier in dote, vel alia perſona in peculio aliquo, excepto caſtrenſe, vel quaſi, poſſet decedere teſtata, per *leg. ius noſtrum, de reg. iur.* & in dote notat Bart. & Ang. *in leg. ſi cùm dotem, in princ. ff. ſol. matrim.* Non obſtat, quòd nullus fuerit datus cohæres vniuerſalis Dominæ Beatrici, & per conſequens cenſeatur ipſa inſtituta in vniuerſo cum Domina Ioanna, quia reſpondeo, hoc eſſe non poſſe, quia Domina Beatrix fuit inſtituta in dicto Comitatu cum dictione taxatiua

taxatiua *tantùm.* Item in dote cum clauſula adiecta in inſtitutione facta de dote, *quòd debeat eſſe tacita, & & contenta*, quæ verba operantur, vt vltrà conſequi non debeat, *leg. peto, in princ. ff. de leg.* 2. ſed Domina Ioanna in primo capitulo inſtitutionis factæ de Caſtro de Martinis, & in quibuſdam aliis bonis fuit inſtituta, nulla adiecta taxatiua dictione, vel prohibitione iuris accreſcendi, & licèt poſteà in alio capitulo inſtitutionis factæ de dote, & vnciis decem adiiciantur illa verba, *de quibus debeat ſe ſentire contentam*, tamen iſta clauſula non refertur ad præcedens ſeparatum capitulum inſtitutionis factæ de dicto Caſtro, ſtante etiam, quod inter iſta duo capitula inſtitutionum eſt aliud capitulum per ſe poſitum, in quo facta eſt certa ſubſtitutio dictæ Dominæ Ioannæ, refertur ergo dicta clauſula ſolùm ad capitulum, in quo eſt inſerta, cùm non ſit per ſe principaliter poſita. Ita inquit Bart. *in lege final. ff. de reb. dub.* per *leg. filium, cum ibi notat. ff. quando dies leg. cedat.* Modo in propoſito, cùm in omni inſtitutione facta de rebus certis Dominæ Beatrici ſit adiecta prohibitio, ſeu taxatio, non autem in perſona Dominæ Ioannæ, vt dixi, ſequitur, quod vniuerſa hæreditas quoad bona non comprehenſa in particulari inſtitutione, accreſcat Dominæ Ioannæ, & ſuo fauore videtur adiecta prohibitio, & taxatio in inſtitutione facta Dominæ
35 Beatrici, hoc deciditur ex his, quæ voluit Bald. *in leg. vnica, in 9. quæſt. Cod. quando non pet. par.* vbi dixit, quod ſi tres hæredes teſtator inſtituit, & prohibuit, ne vni eorum accreſcat portio deficiens, non accreſcit illi prohibito, ſed alij non prohibito, quia contemplatione cohæredum non prohibitorum videtur prohibuiſſe, illum habere ius accreſcendi, argumento *leg. fideicommiſſa, §. de legat.* 3. non autem autem intelligitur, teſtatorem voluiſſe, quod Domina Beatrix habeat etiam per ius accreſcendi partem reſidui hæreditatis, ſed illam reſtituit per fideicommiſſum Dominæ Ioannæ, *iuxta dict. leg. peto, in princ.* quia dico, quòd *in l. peto* intelligitur per fideicommiſſum grauatus, ſcilicet in ea parte, quæ fuerat ſibi iure inſtitutionis relicta, nam ſi poſteà teſtator dicat, quòd vult, eum eſſe contentum de vna particulari pro tota parte ſuæ hæreditatis, in qua fuerat inſtitutus, videtur grauaſſe eum per fideicommiſſum vt dictam partem reſtituat per fideicommiſſum cohæredi, retenta illa re particulari, ſecus quando fuerat inſtitutus, niſi in re particulari cum dictione taxatiua, vt in caſu noſtro, quia tunc non poteſt videri grauatus reſtituere per fideicommiſſum illud, quod ſibi non eſt relictum, *l. labeo, Cod. de fideicomm. & leg. planè, la 2. §. fin. ff. de legat.* 1. & ita intelligitur tex. *in l. quoties, Cod. de her. inſt.* vt etiam vult ibi Salyc. *in 8. quæſt.* & Io. de Imol. *in repet. leg. prima, §. ſi ex fundo, in antepenult. col. ff. de hæred. inſtit.* & *in d. cap. Raynutius, in 14. car.* pro hoc etiam faciat, quia per prohibitionem iuris accreſcendi non incidimus in contradictionem, & repugnantiam cauſæ teſtati, & inteſtati tenet prohibitio, ita omnes concludunt in illo articulo, quo quæritur, an teſtator poſſit prohibere ius accreſcendi, per *leg. Dominus, §. fin. cum gloſ. ff. de vſufr.* & notat ſpecificè Ang. *in l. pen. ff. de iniuſto teſtam.* & Bald. *in leg. ſi quis ità hæres inſtituatur, §. ſi legitimus, ff. de hær. inſtit.* ſed per dictam prohibitionem non reſultabat, quod decedat pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, quia poteſt ſine aliqua repugnantia totum ius vniuerſale, de quo non eſt diſpoſitum accreſcere Dominæ Ioannæ vigore illius inſtitutionis, in qua nulla eſt prohibitio, & hanc fuiſſe mentem teſtatoris, apparret, quia voluit, quod deſcendentes Dominæ Ioannæ debeant portare inſignia domus teſtatoris, & ſe cognominare de domo teſtatoris, quod non diſpoſuit in deſcendentibus Dominæ Beatricis, & ſic voluit, nomen agnationis, & familiæ ſuæ remanere in Dominam Ioannam, & eius deſcendentes, non obſtat etiam, ſi diceretur, quod per dictionem taxatiuam tantum, non videtur prohibere teſtator ius accreſcendi, per not. per Ang. *in leg. quoties, §. ſi duo, de her. inſt.* vbi voluit, quòd ſi teſtator dixerit, *Inſtituo Titium in fundo tantùm*, non videtur prohibere ius accreſcendi, quia nil dixit de potentia petendi in futurum, præſens ad illud non refertur, *lig. ſi ita de auro,* 37
& arg. legat. & per not. in l. qui Romæ, §. duo fratres, de verb. obligat. reſpondeo primò, quod dictum in ſe non videtur verum, quia illud reprehendit Ludou. Rom. *in dict. l. vnica, quando non pet. partes, in 10. q.* quia virtus illius dictionis taxatiuæ eſt, quod omne id quod non continetur in verbis, iuxtà quæ poſita ſunt, intelligatur exceptum, *leg. 3. §. cum Titio, ff. de adim. legat. & not. in leg. rationis, C. de prob. & in l. ob as, C. de prædiis minor.* ſed ita eſt, quia ſi teſtator dixiſſet, *Inſtituo Titium in tali re*, excepta reliqua hæreditate, videretur prohibuiſſe ius accreſcendi, *leg. ſi quis ita hæres inſtitutus fuerit excepto fundo, ff. de hær. inſt.* ergo ita caſu iſto. Iſtam opinionem etiam tenebat Honufrius de Peruſio, quem refert Ludou. Roman. *in leg. ſi quis minor, ff. de acquir. hær.* vbi etiam dicit, alios tenuiſſe, & hoc per *leg. 2. C. de teſtam. milit.* & per *l. Lutius, §. qui habebat. ff. ad Trebell.* Secundo reſpondeo, quod poſito, quod dictum Ang. poſſet procedere quoad portionem, quæ non veniebat ex inſpectione teſtamenti, ſed pendebat ex futuro euentu, putà à repudiatione cohæredis, nam tunc illud ius accreſcendi bene reſpicit futurum, & ad hoc tendunt verba Angeli, ſed quando ex inſpectione teſtamenti apparet, tempore teſtamenti hæreditatem vacare, vt quia facta eſt diſpoſitio ſolùm de rebus particularibus, tunc ius accreſcendi non pendet à futuro, ſed ex præſenti, *per dict. §. ſi ex fundo, & d. l. ex facto*, cum ſimili. Vndè ſi tunc eſt adiecta dictio taxatiua, nihil repugnat, quod nó videatur teſtator, inſtitutum cum dictione taxatiua voluiſſe excludere ab illo iure accreſcendi, quod concernebat portionem de præſenti vacantem ex inſpectione teſtamenti, poſito, quod non videatur voluiſſe excludere à iure accreſcendi in futurum procedente à repudiatione cohæredis. Tertiò reſpondeo, quod opinio Angeli poſſet procedere in illa prohibitione iuris accreſcendi, quæ induceret repugnantiam cauſæ teſtati, & cauſæ inteſtati, contra iuris diſpoſitionem, quaſi tunc debeat euidentiſſimè conſtare, quod teſtator prohibere voluerit per dictum *§. ſi duo*, ſecundum vnum intellectum, ſed vbi non reſultaret ex illa prohibitione aliquid contra iuris diſpoſitionem, tunc per dictionem taxatiuam videtur prohibitum ius accreſcendi, vt probatur *in d. leg. 2. C. de teſtam. milit.* nam ibi erat permiſſum militi decedere pro parte te- 38
ſtatus, & pro parte inteſtatus, & prohibere ius accreſcendi de vno patrimonio ad aliud. Ideo per dictionem taxatiuam videtur illud prohibere, vt *ibi*; facit quod in ſimili notat Ang. *in authen. de hæred. & Falcid. in §. ſin verò expreſſim, in princ. 2. col.* ſed ita eſt in caſu noſtro quod licet per dictionem taxatiuam videatur prohibuiſſe teſtator, quod ius vniuerſale hæreditatis, de quo non eſt facta diſpoſitio in teſtamento, præter res particulares, non accreſcat Dominæ Beatrici, non ſit contra diſpoſitionem iuris, nec reſultat repugnantia cauſæ teſtati, & cauſæ inteſtati, immò conſeruatur teſtamentum, quia extat perſona Dominæ Ioannæ adeuntis, cui nulla facta fuit prohibitio, & cuius contemplatione videtur facta prohibitio Dominæ Beatrici, ideo accreſcit Dominæ Ioannæ, & conſeruatur teſtamentum, abſque vlla repugnantia, & huic ſententiæ conformant mens, & verba teſtatoris, nam aliàs nil operaretur

retur illa dictio taxatiua, quod eſt contra mentem teſtatoris, & iuridicam interpretationem, *l. Meuius, in princip. ff. de leg. ſecundò, l. ſi quando, ff. de leg. primò.*

39 Præterea & alia ratione Beatrix non poſſet obtinere in remedio *d. l. edicto*, ſi appareret, eam aliquo momento poſt mortem dicti Comitis Antonij habuiſſe poſſeſſionem dictarum rerum, in quarum poſſeſſionem ſe immitti petit, vt tenuit Cyn. poſt antiquos *in d. l. edicto, ad fin. argum. leg. quod ſi in diem, in princip. ff. de pet. hæred.* & Salyc. *ibid.* nam iſtud remedium eſt poſſeſſorium adipiſcendæ, vt *ibi in verbo acquiritur*, & notat Bart. *ibi*, in ea quæſtione, qua quæritur, quis ſit legitimus contradictor, ergo non competit, niſi illi, qui nunquam adeptus eſt poſſeſſionem, *Inſtitut. de interdictis, §. ideò autem*, notat gloſ. *in c. 1. in fin. de confeſſ. in 6.* benè facit quod notat Bart. poſt gloſ. *in l. fin. ff. de fideicomm. heredit.* plus dicit Cyn. *in dict. l. edicto, circa vlt. col. in verſ. ſed pone, quod hæres*, quòd ſi hæres aliquas res poſſidet, tale remedium ſibi non competit, quia datur ad vniuerſalitatem, & non ad res ſingulares, vt colligitur ex illa *leg. edicto*, dùm loquitur de viceſima hæreditatis, ſoluenda per hæredem petentem immitti in poſſeſſionem, & per alia ibi allegata per eum, ad hoc facit ad confirmationem illius concluſionis, quam firmaui ſupra, ſcilicet, quod hæredi ſcripto in re certa non competit beneficium intentatum, verùm quia iſtud eſt facti, non pono pro conſtanti, niſi quatenus in facto legitimè probetur.

40 Poſtremò videndum eſt, an quia dicta Domina Ioanna per viam principalis petitionis agendo petiit, condemnari Illuſtr. Dominum D. Lupum Viceregem ad reſtituendum dictum Comitatum Sclafani, & dictam Baroniam Calatauulturi, quia dicta bona ad eam de iure pertinent virtute dictarum inueſtiturarum factarum in perſonam dicti Comitis Antonij, qui fuit inueſtitus pro ſe, & ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque in perpetuum, & ſecundùm mores Regni Francorum, videlicet, quod maior natu minoribus fratribus, & cohæredibus ſuis præferatur, & certum eſt, quòd ipſa Domina Ioanna, vt verbo fertur inter habiles eſt maior natu, & proximior in gradu, & eſt habilis ad ſuccedendum in ſimilibus feudis, ſecundùm mores conſuetudinis, & ſtatuta loci. Nec curandum eſt, quòd D. Beatrix ſit nata ex maſculo, quia attenditur qualitas perſonæ ipſius ſuccedentis, vt ſupra probatur.

41 Solùm reſtat videre, an dictæ Dominæ Ioannæ habeat obſtare donatio, & conceſſio facta per D. Comitem Antonium dicto Thomaſio eius filio, dum vixit, & etiam poſtea facta inter viuos dictæ Dominæ Beatrici, & etiam inſtitutio facta poſtea de dicta Domina Beatrice in teſtamento dicti Comitis, quæ eam inſtituit in dicti terris, & videretur, quòd ſic, quia licèt de iure communi, & per Conſtitutionem Regni quæ incipit *Conſtitutionem diuæ memoria Regis Rogerij*, eſſet prouiſum, tales alienationes nullam firmitatem habere, & habetur *in cap. Imperialem, in princip. de prohibit. alien. feud. per Feder.* & *in capit. primo de ſucceſſ. feud.* & *in cap. primo qual. olim. feud. pot. alien.* tamen talis diſpoſitio, & tranſlatio videtur permiſſa, maximè per quandam poſtea editam Conſtitutionem, quæ incipit *Volentes Comites, & Barones, &c.* per quam corrigitur tota Conſtitutio præcedens, & permittitur quælibet alienatio inter viuos, ſeu in vltima voluntate, & præſertim attentis illis verbis. *Volentes Comites, & Barones tenentes feuda à noſtra Curia, Comitatibus, & Baroniis, & feudis longius de ſolito poſſe gaudere, & eorum emergentibus pro tempore neceſſitatibus, ſine noſtrorum iurium læſione ſubuenire, &c.*

Contrarium puto eſſe verum in propoſito noſtro, quia, vt dicunt Hoſtienſ. Io. Andr. Ant. de Butr. & alij in *cap. licet, de voto*, non poteſt aſcendens deſcendenti auferre ius primogenituræ, niſi iuſtam cauſam priuationis commiſiſſet, ſicut nec legitimam ſibi auferre poteſt, allegant id, quod habetur *in cap. requiſiſti, & in cap. officij, de teſtam. & in leg. quoniam in prioribus, C. de inoff. teſtam. & in leg. 1.* cum ſimil. *C. de inoff. donat.* ita etiam concludit Oldrad. *in conſ. 94. incip. Elegamter circa negotium, &c.* & And. de Iſer. *in c. omnes filij, in tit. ſi de feud. defuncti. fuer. contr.* ſed dictum feudum tranſire debet ad habentem ius primogenituræ, vt patet ex inueſtituris, & ex diſpoſitione dictorum ſtatutorum, ergo tale ius auferre non potuit Dominæ Ioannæ, quæ nullam cauſam exhæredationis, aut priuationis commiſit, & non poſſet negari, quòd aliàs peruerteretur forma inueſtituræ, quæ vult, quod tranſeat in primogenitum, & intentio dicti Comitis fuit, per teſtamentum, aut per alium actum nolle afferre præiudicium iuri alicuius dictarum filiarum, vt patet ex diſpoſitione, quam fecit in codicillis, attento maximè, quia Domina Ioanna eſt hæres inſtituta, & vniuerſalis cenſetur, & ſic propriè hæres, vt probaui in ſuperiori dubio, & in inueſtitura non prouidetur, quod magis inter hæredes ab inteſtato, quàm 42
condito teſtamento ſeruetur ius primogenituræ. Sic videmus, quod quamuis feudum videatur receptum pro filiis hæredibus, *cap. 1.* & ibi Andr. *in agnat. vel fil.* tamen filij ſemper æqualiter ſuccedere debent in feudo, tam ab inteſtato, quam ex teſtamento condito, quocunque modo teſtator diſpoſuerit, vt *in cap. 1. de ſucceſſ. feud.* & infra dicetur, hoc etiam colligitur ex mente omnium Doctorum *in d. cap. licet de voto*, dum voluit, quod pater non poſſit etiam in teſtamento auferre ius primogenituræ filio primogenito, & ſic regimen alteri relinquere, ad hoc bene facit quod notat Andr. de Iſern. *in cap. 1.* circa *med. in titul. qualit. poterat feud. alien.* vbi vult, 43
quod quando inueſtitura eſt conceſſa iure Francorum, feudum ſucceſſoribus defertur, non iure ſucceſſionis, ſed iure contractus, & ideo quamprimùm Comes inſtituit filiam maiorem natu hæredem, & dato quod inſtituerit etiam neptem hæredem, habebit hæres maior natu virtute dictæ inueſtituræ dictum feudum, in quo viuitur iure Francorum.

Præterea feudum ſaltem, quod proceſſit à maio- 44
ribus, quale erat iſtud, non poteſt alienari, & transferri de iure in alium, niſi in eum, qui proximior eſt in ſucceſſione, niſi alienationi factæ in aliũ conſenſiſſet iſtæ proximior, alias autem reuocari poſſet per proximiorem in ſucceſſione prædicta, ſi eſt hæres alienantis cum beneficio inuentarij, ita probatur *in cap. 1. de alienat. feud. pat.* iuncta maximè expoſitione ibi tradita per And. de Iſern. qui hoc ibi vult, & ſequitur Bald. *in cap. primo de alienat. feud.* vbi hoc plenè probat, & plurimos *ibi* refert, qui ita firmauerunt, quæ breuitatis cauſa omitto, ita etiam probatur *in cap. primo, §. ſed & res, per quos fiat inueſt.* & ita etiam concludit Iac. de Belu. *in dict. cap. Imperialem, in princ.* & Bal. *in cap. primo, §. hoc quoque in 4. colum.* & etiam *in penultim. colum. in verſicul. ſeptima concluſio, de ſucceſſion. feud.* bene faciunt notat. per Bald. & Angel. *in leg. apud Iulianum, §. ſi quid alieni, de leg. prima*, & per notat.

per

per Bald. *in prealleg. cap. Imperialem, in princip. circa 6. col.* vbi plus concludit abſolute, quod in feudo, tam nouo, & ſic ſua probitate, vel prouidentia quæſito, quàm in feudo antiquo non poſſet pater feudum vni ex filiis aſſignare, niſi conſentientibus aliis, per plura ibi allegata per eum, & bene probatur *in dict. capit. primo, de ſucc. feud.* vbi notant DD. & etiam concludunt Bal. & Ang. *in leg. item videndum, §. nunc videamus, ff. de pet. hered.* vbi referunt, Iac. Butrig. ita conſuluiſſe, & ita etiam Bald. *in l. 1. in fin. C. per quas perſonas nobis acquiritur.*

45 Non obſtat præallegata Conſtitutio, quæ incipit *Volentes*, quia reſpondeo, quòd illa Conſtitutio venit ad emendationem antiquæ Conſtitutionis prædictæ, vt in dicta noua Conſtitutione cauetur, dum dicit. *Conſtitut. Diui Auguſt. proaui noſtri, per quas feudorum alienationes ſunt inhibitæ corrigentes,* ſed *in d. Conſtit.* correcta, ſolùm prouidebatur, omnes alienationes ſuper feudis, & rebus feudalibus minuendis, aut commutandis nullam omnino firmitatem habere, niſi de ſpeciali Regis licentia confirmetur, & alienantibus, aut ſic contrahentibus permittebat poteſtatem prædictos contractus iure proprio reuocare, & ſic ſolùm prouidebat, quòd non fiat alienatio vlla ſine conſenſu Domini. Vnde poſtea in Conſtit. noua, & corrigente cauetur, quod liceat abſque permiſſione, ſiue licentia Regis alienare, & in vltima voluntate relinquere, aut quolibet alio alienationis titulo transferre in vnam tantùm perſonam digniorem, ſeu æque dignam, ſicut alienator extiterat: debet ergo interpretari, & intelligi dicta noua Conſtitutio quoad prouiſionem factam per Conſtitutionem correctam, vt *in Auth. vt fratrum filij, §. fin.* vbi lex interpretans, intelligitur loqui ſecundùm legem interpretatam ab ea, & lex interpretans accipitur etiam pro lege corrigente, *leg. prima, §. qui operas, ff ad Tertull. & ibi not.* ad idem, quod not. Archidiac. *in cap. diſpendia, de reſcript. in 6. in gloſ. in verb. confertur, in fin.* vbi dixit, quod Conſtitutio præſupponens aliam præcedentem, ſi ei aliquid adiiciatur, intelligenda eſt in eo caſu, in quo illa Conſtitutio loquitur, & eſt etiam gloſ. notab. *in Clem ſtatutum, in verb. conſuetudine*, & ibi DD. *de elect.* ſed illa antiqua Conſt. emanauit ſolùm ad prouidendum, quod requiritur licentia Regis in alienatione, ergo iſta noua Conſtitutio corrigens, intelligitur corrigere illud, quod illa præcedens diſpoſuit, ſcilicet quòd non ſit neceſſaria licentia Regis; ergo quoad conſenſum, & præiudicium agnatorum, ſeu habentium ius primogenituræ nihil intelligitur eſſe immutatum, ad hoc bene facit, quia non extenditur commiſſoria lex, niſi ad illud, quod ſpecialiter continetur in lege corrigente, vt dicitur *l. præcipimus, § fin. in verb ſpecialiter, C. de appell.* ſed negari non poteſt, quod iſtud de præiudicio, & conſenſu agnatorum non eſt ſpecialiter cautum in lege corrigente, ergo non intelligitur derogatum in hoc iuri communi.

46 Denique fieri debet interpretatio, vt lex noua non lædat ius commune, neque ius tertij, & ſi oporteat verba impropriare, vt eſt optimus text. licèt vulgatus in *cap. cum dilectus*, & ad hoc illum ibi ponderauit Doctor. *extr. de conſuet.* facit lex 2. *C. de noxali act.* & quod notat. gloſ. & DD. *in l. fin. §. in computatione, C. de iur. delib.* probatur etiam hæc concluſio per ea, quæ decidit Andr. de Iſern. *in d. cap primum de alien. feud. pat. circa ſecundam, vel tertiam col.* vbi quærit, vtrum per dictam Conſtitutionem, quæ incipit *Conſtitutionem diuæ memoriæ, &c.* quæ indiſtinctè dicit, alienationem ſine conſenſu Domini non valere, corrigatur text. *in dict. cap. primum de alienat. feud. pat.* per quem prouidetur ſecundùm verum intellectum, quem ipſe *ibi* approbat, quòd vaſſallus ſine conſenſu Domini poteſt feudum alienare in agnatum proximiorem, in quem feudum erat reuerſurum, & arguit primò, quòd ſic, quia generaliter dictum, generaliter debet intelligi, & vbi lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, *leg. de pretio, de public. in rem act. leg. prima, §. quod autem, ff. de aleator.* tamen 47 contrarium decidit, quia quod ſpecialiter non exprimitur in lege noua, relinquitur regulis veterum legum, allegatur *dict. leg. præcipimus, in fin. & §. rebus, in Auth. quibus mod. nat. effic. ſui*, & quia ſecundùm eum generale non derogat ſpeciali, *l. ſanctio legum, ff. de pœnis*, & quia poſteriores leges diſtinguntur per priores, *leg. ſciendum, in princ.* cum *ibi* notat. *ff. qui ſatiſd. cogant. & in authent. offeratur, C. de lit. conteſt.* & ita dicit, in Regno ſeruari, pro hoc eſt gloſ. optima in *dict. cap. primo, §. ſed & res, in tit. per quos fiat inueſtitura, iuncto dict. cap. Imperialem, in princ.* ſi ergo antiqua Conſtitutio quæ incipit *Conſtitutionem,* non habebat locum quoad caſum dicti *cap. primo, de alien. feud. pat.* nec etiam noua Conſtitutio quæ de hoc caſu ſaltem mentionem ſpecialem non fecit, vt requirebatur, & ſic Conſtitutio *Volentes* operabitur 48 quoad illos vaſſallos, qui non haberent agnatos ſucceſſibiles, vel haberent, & conſentirent alienationi, nam tunc abſque licentia Principis valebit alienatio, vbi primò non valuiſſet, obſtante iure communi, & Conſtitutione antiqua. Inſuper quoad conceſſiones factas inter viuos d. Thomaſio, & dictæ Dominæ Beatrici aliis mediis apparet, illas non obſtare, & non valuiſſe, prout dixi in primo dubio, & ſic quoad illas hæc vltima diſceptatio parum neceſſaria videtur, & poſito, quod quantum ad vltimam voluntatem in caſu noſtro per dictam Conſtitutionem *Volentes* diceretur, aliquod eſſe innouatum, ſcilicet, quod poſſit alienari in vltima voluntate, tamen non dicitur in dicta Conſtitutione quòd ſtantibus hæredibus vaſſalli, inter quos ſit ordo primogenituræ, vel ſexus, quando in forma inueſtituræ hoc traditum eſt, vt in caſu noſtro. Igitur ab inueſtitura diſcedere non debemus, *cap. ſecundo, de feud. nat. & dict. cap. primo, de ſucc. feud.* cùm in aliquo non reperiatur quantum ad hoc, illi per dictam Conſtitutionem eſſe derogatum, *l. ſancimus, C. de teſtament. cap. ſuper eo, de offic. deleg.* cum aliis ſupra allegatis, facit quod notat gloſ. & clariùs Iac. de Beluiſ. *in cap. primo, §. porrò, qualiter olim feud. pot. alien.* vbi traditur, quòd ſi per ſtatutum erat 49 permiſſum vaſſallo alienare feudum, non per hoc intelligebatur ablata poteſtas Domino, vel agnatis redimere infrà annum, prout de iure communi poterat, iuxta id, quod habetur *in dict §. porrò,* licèt in ſtatuto nihil diceretur, quod poſſint redimere, quia non eſt interpretandum, quòd ſtatutum in hoc voluerit derogare iuri agnatorum, de quo mentionem non fecerat, & licèt, vt accepi, varij varios dent intellectus ad dictam Conſtitutionem quæ incipit *Volentes*, tamen non video, quod vllum ſanum pati poſſet intellectum, per quem Magnifica Domina Ioanna maior natu, & proximior in gradu, & inſtituta hæres vniuerſalis, à dicto feudo poſſit excludi, & potiſſimè ſtantibus defectibus, quibus dictæ conceſſiones inter viuos laborant, vt ex præmiſſis patere puto.

Et prædicta videntur profecto tute procedere in 50 hoc,

hoc, iudicio meo, in Comitatu Sclafani, in quo facta fuit inueſtitura Magnifico Comiti Henrico in feudum *pro ſe, & hæredibus, & ſucceſſoribus in perpetuum*, abſque dictione *quibuſcumque*, & ſic intelligebantur illa verba de hæredibus, non penitùs extraneis; ſed ſolum de illis, qui ſunt ſucceſſores ex ſanguine, & habiles ex forma iuris cõmunis. & Conſtitutionum loci ad ſuccedendum in feudo iuxt. *caput primum §. & ſi clientulus, de alienatione feudorum, & capit. final. ſi de feud. fuerit controuerſia, inter dom. & agnatum*, notata gloſſa & Doctores *in lege ex facto, §. final. Digeſtis, ad Trebellianum* & Bartolus, *in leg. gallus, §. & ſi parente. Digeſtis de lib. & poſthumis*, & Doctor. maximè Bald. *in leg. liberti, libertæque, Codic. de oper. libert. in leg. etiam, ff. ſoluto matrimonio*, pro hoc bonus textus & ibi Bartolus, *in lege pro hærede, §. ſi quid tamen, Digeſtis de acquirenda hæreditate*, vbi in his, quæ non ſunt tranſitoria ad extraneos, ſed ad filios, verbum *hæres*, accipitur, idest filius, & licèt Comes Antonius Spatafora in confirmatione inueſtituræ adiecerit dictionem *quibuſcunque*, tamen eo tempore erat iam nata Domina Ioanna, in cuius præiudicium non potuit per Comitem Antonium alterari antiqua inueſtitura, abſque eius conſenſu, per ea, quæ dixi ſupra, allegando notata per Ioann. Andr. & alios *in c. licet, de voto, & in capitulo primo*, cum ibi notatis per Doctores *de alienatione feudorum paternorum cum concordantib.* ſupra allegatis; quinimmò etiam quando à principio facta eſt inueſtitura *pro hæredibus quibuſcunque*, tenuit Bald. *in capitulo primo, §. donare, circa medium, qualiter feudum poteſt alienari*, quòd illa verba, ſcilicet *pro hæredibus quibuſcumque*, recipiant reſtrictionem de habilitate; quoad feuda tamen illud non eſſet abſque dubitatione: In caſu autem noſtro ſtandum eſt inueſtituræ, vt eſt dictum.

Ità vt ſuperiùs concluſum eſt, puto iuris eſſe, ideò ità dico, & conſulo Ego Alexander de Tartagnis de Imola Iuris vtriuſque Doctor, Paduæ Iura ciuilia ordinaria legens. In cuius rei teſtimonium propria manu ſubſcripſi, & ſigillo ſolito ſignaui, alterius rectiùs ſentientis conſilio ſemper ſaluo.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſpecies enarratur.*

2 *Natura dictionis ſi conditionem facit & cauſam finalem importat.*

1 SVPERIORI anno conſultus, an ſubſtitutio facta per Magnif. Comitem Henricum Rubeum de Raymundo, Rubeo ſubſtituto poſthumis ipſius teſtatoris, & ſucceſſiuè de Comite Antonio Spatafora ſubſtituto ipſi Raymundo, ac etiam vltimo de Domino Antonio de Barreſio, & eius filiis, habuit, ac habere debuerit de iure effectum in perſonam alicuius prædictorum: reſpondi, quòd non, rationibus, & iuribus allegatis *in conſ. ipſo incip. Redemptoris noſtri inuocato ſuffragio. Perſpectis verbis teſtamenti Magnifici Comitis Henrici, &c.* & in eadem concluſione in præſentiarum reſideo per ea, quæ *in dicto conſilio* allegata ſunt. Nec obſtat, ſi contra dictam concluſionem, quam in *conſilio* aliàs reddito feci, obiiciatur, quòd illa verba poſita in teſtamento, videlicet, *& ſi eundem Antonium ſuccedere contigerit, prædicto Raymundo, ipſo caſu adueniente, & deficiente ipſo Antonio ſine filiis maſculis, vt ſuprà ſubſtituit, &c* non ſunt verba diſpoſitiua ſub conditione, ſed ſunt verba enunciatiua, attento, quod etiam in caſu, in quo Antonius Spatafora deceſſiſſet ante Raymundum, & ſic ei non ſuccederet, etiam erat vocatus Vitardus Spatafora frater ipſius Antonij Spatafora, vndè ſi poſteà teſtator ſubiiciat illa verba, videlicet *& ſi eundem Antonium ſuccedere contigerit prædicto Raymundo, &c.* oſtenderet, quòd tunc veniſſet etiam idem Vitardus, ſi ſuperfuiſſet. Itaquè Vitardus, & per conſequens ſubſtituti poſt eum in vtroque caſu fuerunt vocati, & ſic etiam ſunt vocati in caſu, in quo Antonius Spatafora non ſuccederet Raymundo, ſed decederet ante eum, vt ſonare videntur dicta verba teſtamenti: videntur ergò illa verba poſita *in dict. verſic. & ſi eundem Antonium ſuccedere contigerit, &c.* non facere conditionem, ſed demonſtrationem, quia reſpondeo, 2
quòd de natura illius dictionis, *ſi*, quæ facit conditionem, *lege ſi Titio, in princip. Digeſtis quando dies legat. ced.* & plenè notatur *in lege prima, Digeſtis de conditione & demonſtratione*, eſt importare cauſam finalem, & quòd ea ceſſante, ſeu non impleta in forma ſpecifica, ceſſat diſpoſitio, *lege qui hæredi, in princip.* & *§ final. & lege Mænius, Digeſtis de conditione & demonſtratione, lege cedere diem, ff. de verb. ſignific.* & notat Bartol. *in lege ſecunda, §. final. cum ſimil. Digeſtis de donatione*: ergò ſi non ſucceſſit Antonius Spatafora prædicto Raymundo, non eſt impleta conditio ſubſtitutionis illorum, qui vocati ſunt in illa ſubſtitutione importata *in illo verſiculo* teſtamenti, ſcilicèt, *& ſi eundem Antonium ſuccedere contigerit, &c.* & in ſequenti *verſiculo*, quia non eſt impleta conditio dictæ ſubſtitutionis, quæ conditio intelligitur eſſe cauſa finalis. Nec obſtat, quòd immò ante fuerit vocatus Vitardus, ſi contigiſſet, Antonium Spatafora decedere antè Raymundum, quia dico, quòd ſi eueniſſet ille caſus, ſcilicèt quòd Antonius Spatafora deceſſiſſet antè Raymundum, tunc potuiſſet Vitardus ſuccedere, non ex illa ſubſtitutione poſita *in d. verſic. & ſi eundem Antonium ſuccedere contigerit, &c.* ſed ex illa ſubſtitutione poſita antè illum *verſ.* Cùm ergò iſti, qui volunt in præſentiarum venire ex ſubſtitutione, non ſint nominati in illa ſubſtitutione poſita antè dictum verſiculum, *& ſi eundem Antonium ſuccedere contigerit, &c.* ſequitur, quòd ex illa venire non poſſunt, nec etiam poſſunt venire ex ſubſtitutione poſita *in verſiculo, & ſi eundem Antonium, &c.* quia non euenit ille caſus, plus dico, quòd etiam ſi contigiſſet caſus, quòd Antonius Spatafora deceſſiſſet ante Raymundum, tamen adhuc non potuiſſet Vitardus venire ex ſubſtitutione facta Raymundo, ſtante quòd Raymundus deceſſerat viuo teſtatore, attento, quòd ſubſtitutio facta Raymundo de Antonio Spatafora, & de aliis, ſucceſſiuè intelligitur facta in caſu in quo fuerit hæres, & ſerua-

D. Reg. de Mariniis Allegat. collect.

uerit legem teſtamenti, vt dixi plenius in priori Conſilio, & ſic Raymundo fuit facta tantùm ſubſtitutio fideicommiſſaria, vndè cùm nemo adhiuerit hæreditatem dicti teſtatoris, non potuit habere effectum dicta conditio fideicommiſſaria, nec in conſequentiam alia dependens ſucceſſiuè ab ea, *dict. leg. ille, a quo. §. ſi de teſtamento*, & *leg. cùm in teſtamento, verſicul. ex quo, ff. de hæredibus inſtituend.* & *in dicta lege ſi mater*, §. 1. & patet ex not. per Bartol. *in leg. quamdiu vltim. ff. de acquirend. hæred.* iunctis aliis iuribus, de quibus *in prælleg. conſ.*

Ità, vt ſuperius concluſum eſt, dico, & conſulo, iuris eſſe Ego Alexander de Tartagnis de Imola V. I. D. Bononiæ Iura ciuilia legens, in cuius rei teſtimonium propria manu ſubſcripſi, & ſolito ſigillo ſigillaui, alterius rectius ſentientis conſilio ſemper ſaluo.

Caput conſilij Domini Chriſtofori de Benedictis Siculi in eadem cauſa contra Alexand. & contra alios.

SVMMARIVM.

1 *Soror ſecundogenita an in ſucceſſione Comitatus fratris ſui præferatur nepoti ex ſorore primogenita præmortua, & n. 3.*

2 *Feudorum in ſucceſſione deficientibus deſcendentibus proximiores in gradu præferuntur, quod eſt etiam de iure communi.*

4 *Feudi ſucceſſio potiùs fit ex contractu inueſtituræ, ſeù ex pacto, quàm ex ſucceſſione.*

5 *Nepos ex fratre præmortuo in ſucceſſione feudi præfertur amitæ.*

6 *Dies incertus pro conditione habetur.*

7 *Ius quærendum faciliùs abdicatur, quàm ius quæſitum tollitur.*

8 *Maſculus remotior, Francorum iure attento fœminæ proximiori præfertur.*

9 *Fœmina vbi ſemel ſucceſſerit, per ſuperuenientem exindè maſculum non excluditur.*

10 *Maſculus licèt deſcendens ex fœmina, & adhuc remotior præfertur fœminæ, quamuis proximiori, quando tamen viget lex, quòd maſculus præferatur fœminæ.*

Sed quia DD. Itali præter Dominum Barbat. tenent firmiter, dictum Comitem Henricum deceſſiſſe ab inteſtato, ex quo Raymundus deceſſit in vita teſtatoris, & ſic non potuit eſſe hæres per aditionem. Vndè dicunt, quod omnis ſubſtitutio ceſſat, quia ſubſtituti omnes cenſentur vocati, ſi Raymundus erit hæres, & deceſſerit ſine filiis maſculis, propter dictionem *hæredis*, & ſeruantem legem teſtatoris, vt ſatis eſt ſuprà allegatum, tamen licèt hæc opinio ſit erronea, & diſcrepet ab omni ſano intellectu, & iuris diſpoſitione, vt ſuperiùs demonſtraui: dato, quod 1
vera ſit, & ſic ab inteſtato deceſſiſſet dictus Dominus Comes Henricus, quis debuit præferri in ſucceſſione eius, maximè in Comitatu, & Baronia, de quibus agitur. Concurrebat enim Domina Beatrix mater Domini Comitis Antonij, ſoror defuncti, & Dominus Antonius de Barreſio filius Dominæ Margaritæ, quæ fuit ſoror dicti defuncti, & ſoror dictæ Dominæ Beatricis, maior natu, licèt mortua in vita dicti Comitis Henrici, & videtur prima facie dicendum, quod in dicta ſucceſſione debeat præferri Domina Beatrix, & excludi dictus Dominus Antonius Barreſius, licèt filius alterius ſororis primogenitæ prædefunctæ, & hoc per Conſtitutionem *Si aliquem*, & *in Conſtitut. Conſtitutionem*, in quibus 2
cauetur expreſsè, quod decedenti ab inteſtato in feudis per lineam transuerſalem, deficientibus deſcendentibus, præferuntur ſtrictiores in gradu remotioribus, ad quod facit text. *in cap. 1. de grad. ſucc. in feud. §. his verò*, & hoc etiam prouiſum eſt de iure Romano, non ſolum in deſcendentibus, ſed etiam in tranſuerſalibus, vt de primo eſt caſus *in leg. lege 12. tabularum, Codice de legit. hæred.* ibi, *vocari ſecundum gradus ſui prærogatiuam, &c.* de tranſuerſalibus eſt caſus *in leg. maximus.* & facit tex. *in Authent. de hæred. quæ ab inteſt. defer. §. ex diuerſo*, & *§. illud, palam col. 9.* ſed certò certius eſt, quod ſoror proximior eſt fratri defuncto, quam filius alterius ſororis, quod patet, quia ſoror eſt in ſecundo gradu, filius ſororis in tertio gradu, ergò dicta Domina Beatrix debet præferri dicto Antonio de Barreſio, nec tamen debet haberi conſideratio in prærogatiua ſexus, quia nepos eſt maſculus, & Domina Beatrix ſoror eſt mulier, quia illa conſideratio debet attendi quando maſculus & fœmina concurrentes ad ſucceſſionem feudi, eſſent defuncto eodem gradu coniuncti, ſi autem diſpari, tunc proximior præfertur, vt dixi, nulla facta conſideratione ſexus, vt ſatis comprehenditur *ex dicta Conſtitution. Si aliquem*, ibi, *vt inter duos eodem gradu, &c.*

Sed his non obſtantibus, dico, dictum nepotem, licèt remotiorem eſſe præferendum, tum quia 3
maſculus erat, tum quia filius maioris ſororis Dominæ Margaritæ, quæ ſi viua fuiſſet tempore mortis Domini Comitis Henrici, debuiſſet præferri dictæ Dominæ Beatrici ſecundò natæ, vt per inueſtituram, & conuentionem Principis, & Domini directi patet, qua cauetur, quod maior minori, & maſculus fœminæ præferatur, & hoc fortiùs, cum defunctus, de cuius feudi ſucceſſione agitur, moritur ab inteſtato, vt eſt tex. *in dicta Conſtitut. Conſtitutionem*, facit benè Conſtit. *Si aliquem*, & licèt Dominus Antonius Barreſius fuerit remotior Dominæ Beatrici ipſi defuncto, illud

non

non debet attendi, quia in feudi ſucceſſione non attenditur proximitas reſpectu perſonæ eius, à qua vacat feudum, vt habetur *de ſucc.feud. cap.* 1. ibi *ſi moriatur ſine hærede maſculo,&c.* ſed attenta conuentione feudorum, in qua dicitur maior natu minoribus fratribus, & maſculus fœminis præferatur, patet, dictus Dominus Antonius Barreſius, licèt deſcendens ex fœmina, eſt tamen de tranſuerſalibus inueſtiti, quibus datur ſucceſſio deficientibus deſcendentibus, ſecundum formam iuris ſtatutorum, hoc eſt, vt maior natu minoribus, & & maſculus fœminæ præferatur, prout ſunt inueſtituræ, de quibus agitur, *in dict. Conſtitut. Conſtitutionem*, & *Si aliquem*, & eſt *tex. in Conſtitut. Vt de ſucceſſionibus*, quamuis ergò Dominus Antonius Barreſius non fuerit proximior illi Comiti Henrico, à quo vacat feudum, ſicut erat proximior Domina Beatrix, tamen propter pactum,
4 ſeù inueſtituram ille maſculus ſuccedit, & præfertur dictæ, fœminæ, & facit pro hoc, quia feudi ſucceſsio potiùs fit ex contractu inueſtituræ, ſeu ex pacto, quam ex ſucceſsione, *capite* 1. *an agnat.* & ſic non debet attendi ſucceſsio reſpectu gradus, ſed attenditur pactum factum primo inueſtito, quo cauetur, quòd maſculus fœminæ præferatur, & ſic eſt hodie feudi natura, vt in Conſtitutionibus ſupra allegatis, & quòd hæc opinio ſit vera, probatur per tex. *capit.* 1. *de eo qui ſibi,& hæredibus ſuis,* vbi maſculus licet deſcendat ex fœmina, præfertur fœminæ proximiori, in cuius lineam feudum fecerat tranſitum, quod eſt mirum, quod hodie in hoc Regno non habet locum, vt dixit And. de Iſer. *in dicto cap.* 1. *de his qui ſibi,& hæredibus ſuis,*
5 per text. *in Conſtitut. In aliquibus*, vnde per illum text. gloſ. ibi videtur velle, quod ſi concurrat amita cum nepote ex linea tranſuerſali præfertur in ſucceſsione feudi defuncti, nepos, licèt amita, ſeù matertera ſit ſoror defuncti, & ſic proximior, & hoc ex eo, quia maſculus in caſu *dict. capituli* 1. debet præferri fœminæ, quod verum putat Iacob. de Belu. quando feudum non feciſſet tranſitum ad eam, & tunc ſi tempore ſucceſsionis concurrebat, non ſolum matertera, ſed etiam nepos, nepos maſculus præfertur fœminæ, per text. *in dict. cap.* 1. licèt Andr. de Iſern. dicat, etiam quando feudum feciſſet tranſitum ad materteram, quia per ſuperuenientiam maſculorum excluderetur per *dict. capit.* 1. & ſic eſt dare caſum quòd qui ſemel eſt hæres, deſinat eſſe hæres propter ſuperuenientem maſculum, qui conditionaliter eſt heres, ſcilicet ſi maſculus non naſceretur, aliàs non deſineret, *Inſtitut. de fideicommiſſ. hæred.* §. *reſtituta, leg. qui ſoluendo, ff. de hæred. inſtit.* facit quod not. Bart. *in lege paterfamilias teſtamento, ff. de hær. inſt.* & ſic
6 habebit fœmina feudum ad diem incertum, ſcilicet donec maſculus naſcatur, & dies incertus habetur pro conditione, *lege dies incertus, ff. de cond. & demonſt.* & in hoc caſu dicit Andr. ibi *in dict. capite* 1. dictum capitulum non habere locum in Regno Siciliæ per *Conſtitut. In aliquibus*, §. *cæterum*, quia ſemel feudo tranſeunti ad vnum ſibi ſuccedit filia, excluſis collateralibus. Illud ergo, quod dicitur, quod fœmina proximior excluditur per maſculum remotiorem; procedit hodie, quando feudum nondum erat quæſitum fœminæ, vt eſt caſus noſter, ſi autem ſemel fœmina ſucceſſiſſet, per ſuperuenientem maſculum non fuiſſet
7 excluſa, & facit pro hoc, quia ius quærendum

faciliùs abdicatur, quam ius quæſitum tollatur, *notat. in capite admonet, extrà de renunciatione,* Federicus de Senis *conſilio* 9. *leg. qui autem, in princ. digeſtis, de his, quæ in fraudem creditorum:* & ideò dixit Andr. *in dict. capite* 1. quòd ſi primogenitus viuens iure Francorum decedat, filia tantum relicta, ſecundogenitus frater ſemel excluſus per primogenitum patrem dictæ filiæ excluderetur per dictam filiam, ſed quia ad dictam materteram nunquam venerat feudum, ſcilicet ad Dominam Beatricem, meritò nepos debeat excludere eam, quia agebatur de feudis quærendis tempore mortis Comitis Henrici, & hoc eſt de mente Bal. ibi, licèt ignorauerit Conſtitutionem Regni, & quod in omni caſu de iure communi feudorum 8
maſculus remotior præferatur fœminæ proximiori, ſtante iure Francorum, ſcilicet quando maſculus præfertur fœminæ, eſt conſilium ſolemne Ioan. Cald. *in tit. de feud.* quod incip. *Conceſſum eſt feudum vni,&c.* & eſt *conſilio* 13. & pro certo opinio DD. Italiæ, quæ eſt, quod Comes Henricus deceſſerit ab inteſtato, eſt falſa, ſicut Iudas Scariot, vt ſatis dixi ſupra, quæ ſi vera eſſet, non proficeret Dominæ Ioannæ de Berdaxi, cum ab inteſtato veniant omnes de Militelli ex perſona eius aui Domini Antonij Barreſij, excluſa matertera, vt dictum eſt, ex qua deſcendit Domina Ioanna. Intrepidè ergò, & firmiter eſt dicendum, quod ſtante *Conſtitutione*, ſeu aliqua conuentione, quod maſculus feudatarij præferatur fœminæ, vel deficientibus maſculis ſuccedant fœminæ, vel primò ſuccedant maſculi, & his deficientibus fœminæ, vel quod maſculus præferatur fœminæ, dictis caſibus de iure communi feudorum poſſet dici, quod ſi matertera proximior in gradu, etiam ſi ſucceſſiſſet, per ſuperuenientem maſculum remotiorem excluderetur, & ità tenet *in dicto capitulo* 1. Andreas de Iſern. quod limitat eſſe verum in d.ct. caſu, ſecundum Conſtitutionem *In aliquibus*, quando non ſucceſſiſſet matertera, & tempore, quo agitur de ſucceſſione feudi nepos & matertera concurrebant, & tunc maſcu- 9
lus præfertur fœminæ, ſi autem ſemel ſucceſſiſſet fœmina, per ſuperuenientem exinde maſculum non foret excluſa, ex quo ſemel feudum fecerat tranſitum ad eam, vel ad eius lineam, & hoc eſt etiam quod dicit Iacob. de Belu. *in dicto capitulo* 1. ibi, *& hoc videtur æquius, quòd remaneat apud eam, ex quo feudum ſemel fecerat tranſitum ad eam.*

Si ergò agimus de ſucceſſione feudorum tempore, quo ad fœminam non tranſierant, meritò maſculus excludet eam, licèt remotior, nec obſtat dicta *Conſtitutio, Si aliquem*, quæ licèt loquatur, quandò maſculus, & fœmina ſunt in pari gradu, & velit, dicto caſu maſculum præferri fœminæ, tamen quando ſunt diſpares in gradu, prædicta fœmina proximior maſculo, nil diſponit dicta *Conſtitutio* & in ea hic caſus eſt omiſſus: remanet ergò in diſpoſitione iuris, & habetur pro omiſſo. *leg. ſi extraneus, digeſtis de cond. ob cauſam,* & *ibi notat. leg. commodiſſimè, digeſtis, de liber. & poſth. lege ſi cum dotem, in princ. digeſtis, ſol. matr.* ſed de iure eſt in feudis, & de natura ipſorum eſt quando defunctus decedit ab inteſtato, maſculus præfertur fœminæ, etiam remotior, vt dictum eſt plenè ſuprà.

Nec obſtat, quod dicitur iure Romanorum, 10
quod

quod non ſolum deſcendentes, ſed etiam tranſuerſales ſuccedunt, ſalua gradus prærogatiua, quia reſpondetur, quod in ſuccedendo non ſit differentia ſexus, vt patet per ſuprà dicta, & ad hoc facit quod in ſimili dicimus, quod ſcilicet proximiores in gradu debeant in ſuccedendo præferri, tamen liberi, & nepotes, qui ſunt in tertio gradu præferuntur patri, qui eſt proximior in gradu, quia eſt in primo, vt *Inſt. de ſucc. quæ ab inteſt.* §. 1. *cum ſimil.* & quod maſculus licèt deſcendens ex fæmina, etiam remotior in gradu præferatur fæminæ, licèt proximiori, quando viget lex, quod maſculus præferatur fæminæ iudicauerunt illi nouem Doctores celeberrimi de Regnis Domus Aragoniæ per viuas rationes, & optima iura, vbi tractabant de ſucceſſione tranſuerſalium.

Chriſtoforus de Benedictis.

Nolui exemplare totum conſilium, quia tendebat ad reſpondendum motiuis Alex. Bald. Nouel. & Corn. circa ſubſtitutionem ſecundum teſtamentum Comitis Henrici, hoc tamen Capitulum volui exemplare, quia tangit intellectum capituli *Si aliquem.*

Io. Angelus Piſanellus.

INDEX

INDEX RERVM, ET VERBORVM OMNIVM,

Quæ in hoc ſecundo libro Reſolutionum Iuris, & in Allegationibus in calce ipſius impreſſis continentur.

ALPHABETICO ORDINE DIGESTVS.

Primus Numerus Paginam indicat lit. *p.* ſecundus marginales notas deſignat, lit. *n.*

Abbas, & Abbatiſſa.

ABBAS exemptus nullius Diœceſis an poſſit examinare Regios Notarios circa eorum ſufficientiam in officio exercendo, prout poſſunt Epiſcopi in ſuis Diœceſibus. p.1. num.1. & 2.

Et quid in Regno Neapolitano. p.1. & 2.n.4.

Abbas exemptus nullius Diœceſis an poſſit omnia facere, quæ poſſunt Epiſcopi in ſuis Diœceſibus. p.1.n.2

Et an comprehendatur ſub nomine Epiſcopi. ib.n.2

Abbas Monaſterij Montis Virginis de Monte, an valeat ſecularibus ſuis ſubditis in ſpiritualibus primam conferre tonſuram. p.840.n.1

Abbas nullius Diœceſis an poſſit ſubdito ſuo litteras concedere commendatitias. p.569.n.4

Abbates Iuriſdictionem habentes quaſi Epiſcopalem, num de Iure Canonico conferre poſſint primam tonſuram. pag.841.n.3

Et an cuiquam Abbati liceat ordines conferre non ſibi ſubdito regulari. p.840.n.2

Et quot ſint genera Abbatum. ibid.n.3

Abbatiſſa hodie ſolum per triennium poteſt ſuo muneri incumbere. p.2.n.2

Et num Ordinarius loci poſſit triennium ipſum per paucos dies prorogare. ibid.

Et quænam fuit mens Pontificis, vt Abbatiſſæ, non niſi per triennium iniuncto muneri incumberent. ibid.n.6

Abbatiſſa, Prioriſſa, & quocumque nomine præfecta non minor annis 40. eligi poteſt, expectato quoque octo annorum ſpatio poſt annum probationis. pag. 309.n.8

Abbatiſſa ſola vti principalis, an vero omnes, vel maior pars monialium debent deponere vti principales in iudicio moto per Monaſterium. p.484. num.1.

Abiuratio.

Abiuratio ab hæreſi quid ſit, & quos pariat effectus. pag.6.n.7.

Ablatiuus abſolutus.

Ablatiui abſoluti conditionem faciunt, & formam inducunt. p.714.n.26

Abortus.

Abortus crimen committens ſi ſit laïcus, an poſſit cognoſci per Iudicem Eccleſiaſticum, attenta Conſtitutione Sixti V. p.3.n.1

Abſens, & Abſentia.

Abſens à loco Iudicij vid. in verb. Vxor inſequens.

Abſentia an dicatur iuſta in legatis, & oratoribus miſſis ad gratulandum, & ſic etiam in vxoribus eorum. p.594.n.47

Abſolutio.

Abſolutio à iuramento an neceſſaria ſit, concurrente enormi, vel enormiſſima læſione. p.295.n.12

Abſurdum.

Abſurdum omnino vitandum eſt. p.723.n.54

Acceſſorium.

Acceſſorium an, & quando corruat, corrupto, vel ſublato principali. p.180.n.10

Acceptilatio.

Acceptilatio, & nouatio debitorem an liberet ipſo iure. p.609. ſiue 611.n.10

Accuſandi ius, Accuſatio, & Accuſatus.

Accuſandi, & remittendi ius vid. in verbo Ius accuſandi.

Accuſatio in crimine *Repetundarum*, num debeat proponi intra annum; in crimine vero peculatus intra quinquennium. p.498.n.15

Accuſatus de crimine capitali cùm non ſit miles, & miles efficiatur, num à Iudice militiæ cognoſci, & puniri debeat. p.414.n.15

Accuſatus de hæreſi, & damnatus ad perpetuum carcerem, an poſſit ſuos debitores vocare in ius per Procuratorem. p.6.n.1.& ſeq.& p.7.n.15

Acquiſitum.

Acquiſitum ex re communi per gerentem commune negotium, an ſit commune, & acquiratur vtrique. p.83.num.19.

Et quid in feudo. ibid.

Acta.

Acta omnia tam ordinaria, quàm probatoria an pe-

reant perempta inſtantia. p.874.n.5
Act: ſi non reperiantur, ſententia plene probat. pag. 645.n.7.

Actio.

Actio ad dotem conſequendam an, & quando competat viro, eiuſque hæredibus, & quando vxori. pag. 299.n.7.& 8.
Actio ad rem immobilem an habeatur loco rei immobilis. p. 60.n. 5
Actio de dote cum iure prælationis. vid.in verb. Prælationis priuilegium.
Actio empti, & venditi in quo differat ab actione ex ſtipulatu. p 615.n.16
Et an ſit perſonalis hæc actio empti,& venditi. pag. 616.n.22
Actio ex empto, re euicta, non ſolum datur ad pretium, ſed etiam ad omne quod intereſt. p.615.n.18
Actio ex ſtipulatu non extenditur ad omnes caſus, nec ad res, quæ acceſſoriè veniunt ad contractum. ibid. num.20
Actio intententa, & non proſequuta, 40. annorum ſpatio præſcribitur à die, quo partes deſierunt proſequi iudicium. p.665.n.4
Et quid ſi actio ſit realis. ibid.n.5
Actio mulieri competens pro dote conſequenda, vel ſibi reſtituenda ex bonis fideicommiſſo ſubiectis, an & quando ſit directa vel ſubſidiaria p. 22. n. 1.3.& 10.
Actio per lapſum biennij à die litis conteſtatæ, an extinguatur. p.874.n.2
Et quid in criminalibus. ibid.n.4
Actio pro fructibus legitimæ filio debitis à die mortis patris, an exerceri poſſit ſuper bonis hæreditariis, per tertios poſſeſſis. p.669.num.4
Actio pro legitima datur contra tertium poſſeſſorem, ſed facta prius diſcuſſione cum hærede. ibid.n.8
Actio vicino competens pro retrahenda re ab emptore, an ſit realis, vel perſonalis in rem ſcripta. p.95. num. 4
Actione ex ſtipulatu ſi agatur in iudicio Euictionis attenditur valor rei euictæ, qui erat tempore contractus. p.615. num.19
Et quid ſi agatur actione ex empto, an attendatur tempus euictionis. ibid.
Actiones fiſco competentes, an præſcribantur 30. vel 40. annorum curriculo. p.844.n.13.& p.846.n.30
Actionis ad feudum idem eſt iudicium, ac de ipſo feudo. p.605.n.13
Actionum ſpecies ſi diuerſæ ſe offerant, & dubitatur quænam actio competat actori, an cogatur actor declarare, vel ſatis ſit, ſi id definiat Iudex. p.227.n.21

Actor.

Actor, vel Reus quiſnam dicatur in iudicio iactantiæ. p.8.n.1.& 3.& p.9.n.4.& 5.
Actore non probante, Reus abſoluitur. p.274.n.3
Actorum Magiſter in ſuſcipiendis iudiciariis fideiuſſionibus, an habeatur loco fideiuſſoris, & teneatur actione ſubſidiaria, facta ſcilicet diſcuſſione cum principali. p.10.n.2. & 7
Et an poſſit cogi à Principe ad ſuſcipiendas dictas fideiuſſiones, & aliquid minimum exigere. ibid.n.8.
Actorum Magiſter an poſſit eſſe ciuis de propria ſua patria. p.674.n.7
Et quid in oppidis exiguis, vel ſi in contrarium vigeat oppidi ſtatutum. ibid.n.8.& 9
Actorum Magiſtri, qui in Regno eorum periculo iudiciarias ſuſcipiunt fideiuſſiones, an poſſint tuta conſcientia mercedem petere ad eorum arbitrium. p.10.n.1.2. & 7.

Actus.

Actum agens extra territorium, qui intra territorium eſt prohibitus, conſiderata fraude, an habeatur æquè, ac ſi in Ciuitate actum feciſſet. p.255.n.7
Actus iuriſdictionales, triplicis ſunt generis, & qui. p.964.n.17
Actus non extenſus à Notario, an debeat per alium Notarium extendi Iudicis commiſſione præcedente. p.911.n.10
Et quid in Regno Neapolitano. ibid.n.11
Actus poſſeſſionis, an & quando præſumantur facti iure familiaritatis. p.462.n.13

Adiudicatio.

Adiudicatio bonorum exequutorum an ſit facienda creditori iuxta appretium per expertos faciendum. p.90.n.2.
Et quid ſi bona illa longe excedant importantiam crediti. p.91.n.7

Adminiſtrator.

Adminiſtrator bonorum alicuius, qui in reddendis rationibus moroſus eſt, an teneatur ſoluere intereſſe illius quantitatis, in qua calculatis rationibus debitor appareat. p.232.n.2.& 3.& p.233.n.7
Adminiſtrator perpetuus num ſit ad nutum amouibilis. p.510.n.10
Adminiſtratores aliorum bonorum an poſſint moderatas facere eleemoſinas. p.868.n.37
Adminiſtratores Eccleſiæ ſi ex rationabili cauſa dilationem concedant debitoribus ad longius tempus, an tunc contractus ſit correſpectiuus, & vim habeat tranſactionis. p.869.n. 38

Admiſſus.

Admiſſi ad collegium vltra, vel ſupra numerum, an potiantur eiuſdem collegij beneficiis, & immunitatibus. p.237.n.7.

Adoha.

Adoha an augeri poſſit, auctis fructibus, ſiue naturæ, temporiſque beneficio, ſiue feudatarij induſtria, præſertim attenta taxatione in libris Regiæ Curiæ. 855.n.9.& 10.
Et quid in aliis poſſeſſoribus feudorum, per venditionis, alienationiſve titulum tranſlatorum. ibid. num.11.
Et quid ſi feuda deuoluta fuerint ad Regiam Curiam ob felloniam, vel ob finitam generationem, & deinde aliis concedantur, an in nouis feudorum conceſſionibus renouari poſſit adohæ taxatio. ibid. n.12. & 13.& p.856.n.14.& 16.
Et an id fieri poſſit in creditorum perniciem, vel detrimentum feudi hypotecæ obnoxij. p.859.n.30. & p.860.n.11.& ſeqq.
Adoha exigitur, habito reſpectu ad fructus feudorum. p.855.n.8.
Adoha ſiue Adohum an ſit illud militare ſeruitium, quod in Regno exigitur in pecunia à Baronibus p.854.n.6.
Adoha vnde initia, & originem habuit. p.852.n.1
Adoham in nouis conceſſionibus augere, damnoſum exiſtimatum fuit. p.856.n.14.& 16
Adohæ in hoc Regno fuerunt remiſſæ Baronibus per Sereniſſimum Regem Alphonſum. p.844.n. 19
Adohæ noua taxatio an fieri poſſit in feudis deuolutis, apertis, ac reemptis. p.861.n.23.& 24
Adohæ ſoluuntur pro rebus feudalibus, non burgenſaticis. p.535.n.15.
Adohæ Taxatio ad quid tranſcendat, & quid iuris feudatario retribuerit. p.854.n.7
Adohæ taxatio non dicitur de ſubſtantia, ſed de natura feudi. p.857.n.23.

Adoleſcentulus.

Adoleſcentulus quidam tempore Gregorij XIII. fuit per pedes ſuſpenſus, & quare. p.551.n.6.

Adulterium.

Adulterij crimen qua pœna puniatur de Iure communi,& qua ſecundum hodiernum vſum. p.798.n.16

Aduocatus.

Aduocati in Camera Computorum in Regno Franciæ, licet ſint priuilegiati, vt alij Aduocati fiſcales, an præcedere debeant Aduocatos fiſcales criminum. p.720.n.8.& p.725.n.80.

Aduocatus agnoſcens in progreſſu litis, clientem malam fouere cauſam, & per hoc illius tutelam deſeruerit, an poſsit ſalarium acceptum tuta conſcientia retinere. p.20.n.3.

Aduocatus clerici citati per Iudicem, & contumax reputati an ſtatim opponere debeat de clericatu, vel pati fieri proceſſum in contumaciam, & in ſententia dicere de nullitate. p.882.n.3

Aduocatus cogi an poſſit ad ſuſcipiendum officium Conſiliarij. p.14.n.30

Aduocatus cui certum annuum ſit conſtitutum ſalarium, an poſſit tranſacto anno illud tuta conſcientia exigere; ſi in illo anno cliens nullas habuit lites. p.21.n.1

Aduocatus cui certum annuum eſt ſalarium conſtitutum, ſi cliens plures habuit lites, itavt illarum reſpectu diceretur exiguum, an poſſit maius petere, quam conuentum eſt. ibid.n.2

Aduocatus defendens cauſam iniuſtam, ex quo à cliente ſic rogatus extitit, ſperante pro ſe iudicem pronunciaturum, an peccet mortaliter. p.19.n.1

Aduocatus effectus iudex an poſſit cauſam quam patrocinatus fuit iudicare. p.239.n.16

Et an poſſit eſſe Iudex in alia cauſa, illi tamen connexa, vel ab illa dependente, in qua fuit Aduocatus. p.239.n.17.& 18

Aduocatus fiſcalis vid. in verbo, Patronus fiſci.

Aduocatus in iis cauſis in quibus eſt Aduocatus, an interuenire poſſit vti iudex. p.15.n.6

Et an poſſit interuenire in cauſis coram Iudice, cum quo eſt coniunctus conſanguinitatis, vel affinitatis gradu. p.16.n.6

Aduocatus patrocinari an poſſit tuta conſcientia cauſam contra hæredem debitoris, vt teneatur vltra vires hæreditarias, ex quo non confecit Inuentarium, ſi ipſi conſtet, hæredem illum bona hæreditaria non ſubtraxiſſe. p.18.n.1.& 4

Aduocatus Pauperum an interuenire poſſit tempore quo Iudices cauſas decidunt, quas ipſe defendit. p.16.n.1.& 3.& p.17.n.4.14.& 16

Aduocatus prius rationem legis Diuinæ, quam Iuris ſcripti exquirere debet. p.19.n.4

Aduocatus qui à pluribus annuum recepit ſalarium, ſi lis contigerit inter ſuos clientes, an poſſit vnum contra alium defendere. p.20.n.1.2.& 4

Aduocatus qui mercedem accepit à cliente pro futuro patrocinio, an teneatur in foro conſcientiæ illam reſtituere, ſi cliens amplius patrocinium non exquiſiuit. ibid.n.1

Aduocatus ſi in morbum inciderit, adeò vt patrocinium præſtare nequeat, an adhuc poſſit tuta conſcientia ſalarium acceptum retinere. ibid.n.4

Aduocatus, vel Procurator num idoneus reputetur teſtis pro ſuo cliente. p.15.n.1

Et an cogi poſſit ad deponendum contra ſuum clientem requiſitus ab aduerſario. ibid.n.2

Ædificium.

Ædificium,& alia cum diphtongo notata vid. in lit. E. vbi aptius poſuiſſe viſum eſt.

Affectio.

Affectio vnius,vel alterius,quæ in licitatione interuenire ſolet,veram rei æſtimationem non facit.p.711.num.46

Afflictus.

Afflictus in conſt. Regn. *In aliquibus*, n. 10. & ſeq. declaratur, vt loquutus fuerit de ſucceſſione bonorum feudalium. p.443.n.8

Agens, & Agere.

Agens contra plures litis conſortes, an poſſit ſuperſedere quoad aliquos, & contra vnum, vel alium procedere. inter decreta Angeli Piſanel.verſ. *Alias dum.* p.991

Agens de damno euitando an præferendus ſit agenti de lucro captando, ſi ambo ſint priuilegiati,ſintque in pari cauſa. p.41.n.18.& 23

Agenti via exequutiua nulla opponi poteſt exceptio, nec etiam compenſationis, præterquam realis ſolutionis. p.680.n.14

Agere in iudicio nequeunt, Serui, Religioſi, Banniti, Deportati,& Excommunicati. p.7.n.15

Agnatio, & Agnatus.

Agnatione per teſtatorem vocata, num cognatus proximior fœminam agnatam proximiorem excludat. p.467.n.3.& 4.& p.468.n.5.& 6

Agnationis ratio à teſtatore conſiderata, an ad gradum reſtringuatur expreſſum. p.195.n.6

Agnati proximiores an facultatem habeant retrahendi feudum ab emptore,& quare. p.774.n.8.& 9. & ſeqq.

Et quid in feudo nouo titulato. ibid.n.20.& p.775. num.21

Et quænam perſona inſpici debeat,ad cognoſcendum an feudum ſit nouum, vel antiquum in hoc iure retrahendi. ibid.n.25

Agnato proximiori in venditione feudi an,& quando competat prælatio. p.773.n.2.& p.775.n.25

Et an competat retentio pendente appretio. ibid. n.26.& ſeq.

Agnatus in Ciuitate Neapolitana ex conſuetudine ipſius Ciuitatis ſuccedens in medietate bonorum antiquorum, pro oneribus in dictis bonis impoſitis, an recurſum habere poſſit ſuper bonis de nouo per defunctum quæſitis, ſi creditor vellet ſibi ſatiſfieri ſuper præfatis bonis. p.579.n.4.

Agnatus in Ciuitate Neapolitana an poſſit immiſſionem petere ſuper medietate bonorum antiquorum. p.134.n.2.3.& 4.

Et an dicta medietas bonorum antiquorum ſpectet ad proximiorem agnatum iure hæreditario, vel ex prouidentia conſuetudinis. ibid.n.5

Et an agnatus capere poſſit poſſeſſionem prædictorum bonorum propria auctoritate. ibid.n.7.

Agnatus in emptione feudi antiqui, vel paterni an præferatur extraneo pro eodem pretio. p.144.n.2.

Et quid in feudo hæreditario, vel ex pacto nouo. ibid.n.3.& ſeqq.

Reliqua vide infrà in verb. Proximior.

Agnatus in feudo nouo nullum habet ius, neque retractum. p.947.n.17.

Agnatus prætendens feudum eſſe factum maſculinum ex contractu,vel priuilegio,& inueſtitura eſſet pro maſculis & fœminis,& ſic in feudo fideicommiſſum adeſſe ad fauorem maſculorum, illud capere debet de manu hæredis,aliàs eius poſſeſſio eſſet vitioſa ſibique non prodeſſet. p.600.n. 15.

Agnatus proximior recuperare an poſſit feudum venditum, mortuo venditore, nullo reſtituto pretio. pag. 773.n.4.

Et quid ſi venditor filios habeat, an poſſit ſtatim feudum retrahere, reſtituto tamen pretio emptori ibid.n.4.

Et an olim in prohibendo feudi venditorem, vel illud redimendo potior fuerit conditio proximioris agnati quam domini. ibid.n.6.

Agnatus, qui ex Iure conſuetudinario (vt eſt Neapoli) tenetur inſtituere hæredem agnatum proximiorem, ſi inſtituat extraneũ, quia forte agnatus proximior reperitur Religioſus profeſſus, quo caſu eſt ſucceſſibilis de Iure communi, ſed non de Iure conſuetudinario, an valeat talis inſtitutio in præiudicium agnatorum remotiorum. p.800.n.7.& ſeqq.

Albaranum.

Albaranum in quo dos fuit diminuta poſt nuptias celebratas, an, & quando valeat. p.525.n.9

Alienare, Alienatio, & Alienatum.

Alienare prohibitus an etiam prohibeatur vſumfructum, aliaſque ſeruitutes conſtituere. p.72.n.17

Alienare, verbum, in materia prohibitionis ad Eccleſiæ fauorem late eſt interpretandum. p.60.n.2

Alienare volens ex cauſa neceſſitatis rem alienari prohibitam, hoc agere debet, adito Prætore. p. 520. num.3

Alienata ſi fuerit res, quæ alienari prohibeatur, ſi perſona ad cuius inſtantiam prohibitio facta eſt, in iudicio ſuccubuerit, an alienatio firma remaneat. p. 521.n.5

Alienatio bonorum minoris an valeat abſque decreto Iudicis competentis. p.180.n.5

Alienatio feudi an ſolum illa prohibeatur, per quam Regia Curia perdit ſeruitium, vel redditum ſibi debitum. p.13.n.24

Alienatio quid ſit. p.574.n.2

Alienatio, ſi fiat à Principe, vel Protege, aut Procuratore Cæſaris, vigore ſpecialis mandati ſibi facti à Rege, ſolemnitates non requirit de Iure præſcriptas, nec ſubhaſtationes. p.845.n.27

Alienatione bonorum minoris rite facta, ſi pretium per emptorem non fuerit ſolutum, an poſſit Tutor ſibi retinere bona, & pretium conuertere in vtilitatem pupilli. p.646.n.18

Alienationes bonorum ſtabilium qualiter fiant in Regno noſtro. p.42.n.1

Alienationis prohibitio facta hæredi nominato, an comprehendat hæredem hæredis. p.833.n.6

Alienationis prohibitio facta, vt bona conſeruentur in in familia, an inducat excluſionem fœminarum. p.171.n.14

Alimenta.

Alimenta, ſeu vita militia, an tranſmittantur ad hæredes per ſecundogenitum, vel extinguantur cum illius morte. p.836.n.12

Allodialia bona.

Allodialia bona, quæ in feudo ſita ſunt, & ſub feudo comprehenduntur, an intelligantur ſubiecta fideicommiſſo, ſi ipſum feudum fideicommiſſo ſupponatur, dato, quod non teneat diſpoſitio reſpectu ipſius feudi. p.939.n.37

Amita.

Amita, & neptis de Iure Longobardo, æqualiter ſuccedunt, modo amita ſit in capillo, ſecus ſi concurrat cum Patruo. In Annot. ad conſuetud. Neapol. verſ. *Item ſi quis decedat.* p.990

Et an amitam excludat filius de Iure Longobardo. verſ. *Item ſecus.* ibid.

Amita magna an, & quando ſororem vterinam feudatarij, à feudi ſucceſſione excludat. p.914.n.2.& 3

Amita naturalis, num ſuccedere poſſit Nepoti naturali. p.5.n.10

Andreas de Iſern.

Andreas de Iſern. in conſt. Reg. *vt de ſucceſſionibus.* in verbo *fratres*, declaratur. p.761.n.94.& p. 769. num.120

Angaria.

Angaria, & parangaria in Vaſſallos an cenſeatur da...m, & conceſſa ad finem eos reuocandi, etiam ſi Baro haberet ius cogendi vniuerſitatem ad ei dandum Camerarium, ſeu ærarium. p.754.n.14

Et an cenſeatur indicta Angaria, & parangaria ex onere præſtandi Camerarium, ſiue Ærarium. ibid. num.15

Et quid ex onere præſtandi Baiulos, & ſeruientes propriis expenſis. ibid.n.16

Et an per hæc verba *Cum angariis, & parangariis*: in priuilegiis inſerta, inducatur obligatio perpetui ſeruitij, vel ſolum conceſſio iuriſdictionis in angaria, & parangaria. p.755.n.18

Angariæ, & Parangariæ an poſſideri poſſint ſine Regis priuilegio. p.753.n.7. & p.755.n.18

Annua, Annus, & Annuus.

Annua penſio ſi ſit alicui relicta, donata, vel aſſignata ſuper certo corpore, & contigerit corpus illud non eſſe in tanto fructu, vt ex eo illa ſolui poſſit, an teneatur hæres illam ſupplere ex aliis corporibus. p.265.n.6.& 8

Annua præſtatio conceſſa alicui in excambium officij, quod de motu proprio Regis alicui ablatum eſt, ſi temporis progreſſu idem officium ipſimet denuo concedatur, an ceſſet prædicta annua præſtatio. p.320.n.1.& 2

Annua præſtatio, ſiue interuſurium conuentum, & promiſſum per emptorem ſolui venditori, donec pretium ſoluatur, ſi excedant fructus, qui ex re vendita percipiuntur, an poſſit emptor inſtare, vt moderetur vſque ad quantitatem fructuum, qui ex illa re empta colliguntur. p.42.n.2.& ſeqq.

Annui introitus, ex Bull. Nicol. V. & Greg. XIII. ſuper certo corpore vendi debent, cuius corporis pars eſſe cenſentur, & adeſſe intelliguntur in loco rei ſitæ, & non deſtinatæ ſolutionis. p.738.n.41

Annui introitus, ſeu cenſus tam perpetui, quam redimibiles, num collectis ſubiaceant, & functionibus fiſcalibus. p.735.n.13

Annui introitus ſuper arrendamentis an dicantur de diſtrictu Neapolis. p.419.n.41

Annui redditus num principaliter fundentur ſuper obligatione perſonæ, & cur fiat ſubmiſſio rei. p.119.n.8

Annui redditus redimiles in Germania conſtituuntur ad rationem quinque pro centenario. pag. 739. n.53. verſ. *hec prima.*

Annuorum introituum ſummum pretium ex Boll. Nicol. V. roborata auth oritate Regia, an excedere poſſit decem pro centenario. p.739. num.46. verſ. *primum.*

Et an ſit vſurarium pactum, quod hoc caſu ſpectet ad venditorem ſolutio gabellæ, & collectarum. ibid.n.46

Et quodnam ſit ſummum pretium in annuis redditibus, qui venduntur per vniuerſitatem, & per Regiam Curiam. ibid.num.49. & p.746. n.16. & 19

Et quid ſi fiant ad maiorem ſummam, quã m ſeptem pro centenario, an redigi debeant ad dictam ſummam, ſeptem ſcilicet pro centenario. p.739.n.51

Annus, & dies ad ſoluendum releuium eſt conceſſus ad fauorem vaſſalli. p.578.n.5

Annuum cenſum ſuper maioratu conſtitutum, ſi Dominus illius titulo particulari, putà emptionis, vel donationis acquiſierit, an, & quando ſucceſſor in maioratu illum ſoluere teneatur hæredi acquirentis in bonis liberis. p.45.n.12

Annuum redditum ſi quis habeat ſuper maioratu Sempronij, v. g. Regia facultate conſtitutum, & teſtamento ſuo hæredem faciat dictum Sempronium; qui adita prædicti ſui creditoris hæreditate non confecto inuentario, decedat hæredem inſtituendo

tuendo alium in bonis liberis, & alium in bonis maioratus, an præfatus annuus redditus ſpectet ad hæredem in bonis maioratus, vel ad hæredem in bonis liberis. ibid.n.10.& 11

Annuus cenſus ſuper feudi fructibus, Regio Aſſenſu pro certo pretio à feudatario conſtitutus, ſi à ſucceſſore in feudo, huic oneri obnoxio, fuerit titulo particulari, vel vniuerſali acquiſitus, ſucceſſore tandem defuncto cum hærede in feudis, & hærede in allodiis, ad quem hæredem ſpectet cenſus prædictus. p.44.n.1.& 2.& p.46.n.23.& ſeq.

Et quid ſi feudum deuoluatur ad Regem, an teneatur Rex cenſum ſoluere hæredi vaſſalli. p.45.n.13

Annuus redditus ſuper fructibus feudi à feudatario conſtitutus Regio Aſſenſu mediante, an ſit feudalis. p.944.n.10.

Antefatum.

Antefati proprietas an ſit diuidenda inter omnes filios primi & ſecundi matrimonij vigore conſuetudinis Neapolitanæ, ſi fuerit conſtitutum ſecundæ vxori, & per ipſam lucratum ob mortem mariti. p. 52. num.20

Antefato pro lucrando an ſatis ſit, quod matrimonium contrahatur per verba de præſenti, licet nulla ſit ſequuta copula. p.56.n.8

Antefatū an cauſam contineat lucratiuam. p.41.n.18

Antefatum conſtitutum per virum ſecundæ vxori an debeatur filiis tam primi, quàm ſecundi matrimonij. p.55.n.10.& ſeqq.

Antefatum an debeatur, ſi illud à viro conſtitutum non fuit, nec promiſſum conſtitui, nec mulier conſtante matrimonio egit, vt conſtituatur. p.57.n.9

Antefatum in Ciuitate Neapolitana an conſtituatur in locum quartæ. p.52.n.18

Et quomodo lucretur vigore dictæ conſuetudinis per vxorem mortuo viro. ibid.n.19

Antefatum licet cenſeatur datum filiis ſecundi matrimonij, tamen non erit præcipuum ipſorum, ſed conferendum cum aliis filiis. p.788.n.4

Antefatum an lucretur vxor, ſi matrimonium fuerit conſummatum, per illam tamen remanſit, quod non præſtitit obſequia matrimonialia, quia receſſit à domo viri, & acceſſit ad domum parentum, ibique ſtetit longo tempore, putà decem annis & vltra, eiuſque abſentia durante vir ſit mortuus. In annotat. ad Conſuet. Neapol. verſ. *Sed pulchrè.* p.995

Et quid fuerit deciſum in Curia Archiepiſcopali Neapolitana. verſ. *In Curia.* ibid.

Antefatum an lucretur vxor etiam quoad proprietatem ſi ſoluto matrimonio filiij extabant, & poſtea moriuntur. Verſ. *Si ſoluto.* ibid.

Antefatum an, & quando lucretur mulier ex ſolo oſculo. p.56.n.7

Et an, & quando dicatur lucratum per mulierem pleno iure, & quando quoad vſumfructum tantum. p.57.n.1

Et quid attento nouiſſimo iure Regni. ibid.n.2

Antefatum per vxorem rebellis lucratum quoad vſumfructum, eaque defuncta, cum proprietate conſolidatum, an ſpectet ad Fiſcum, ſiue extent, ſiue non extent filij, qui paterna ſucceſſione eſſent indigni. p.50.n.1

Et quid exiſtente patre, qui antefatum illud pro filio rebelle conſtituerat, an debeat reuerti ad eundem, fiſco excluſo. ibid.n.2

Et an ſpectet ad fiſcum, ſiue filij ſuccedant vti hæredes, ſiue vti filij, patre non exiſtente. ibid.n.3

Antefatum an poſſit petere mulier ab hæredibus mariti, quando dotem non ſoluit. p.56.n.2.& ſeqq.

Antefatum quarta, & donatio propter nuptias conformitatem an habeant. p.53.n.23.

Antefatum quocumque nomine appelletur, in effectu num ſit donatio. p.54.n.1

Antefatum ſi ſit in minori ſumma conſtitutum, quam fuit per Regiam Pragmaticam taxatum, num adhuc ſoluto matrimonio per mortem viri poſſit illud mulier petere iuxta taxam in præfata Regia ſanctione contentam. p.57.n.9

Antefatum an ſucceſſerit in locum donationis ante nuptias. p.789.n.10

Antefatum vigore Conſuetudinis Neap. mortua matre an vadat ad filios vti hæredes patris, prout alia bona patris. p.51.n.10.& p.54.n.2

Et vt filij in antefato ſuccedant vti filij etiam in Ciuitate Neap. quæ cautela inuenta fuit. p.54.n.3

Antefatum, vt mulier lucretur per mortem viri, quæ concurrere debeant. p.56.n.1

Antefatum, vt mulier petere poſſit duo copulatiuè requiruntur. ibid.n.6

D. Antonius.

D. Antonius Ianuarius, Præſes Sacri Conſilij commendatur. 433.n.12

Annulus.

Annulus traditus à ſponſo ſponſæ, an, & quando cenſeatur donatus. p.159.n.20.& 24

Apoca.

Apocam Banco ſi quis ſcripſerit, vt Titio ſoluat mille quæ ſibi debentur à Caio, pecunia deinde non reperta in Banco, an ipſe ſcribens obligatus remaneat, vel cenſendum ſit, ſcribentem ſe obligaſſe vti Caij procuratorem. p.58.n.1.& 3

Et an hoc caſu ſcribenti competat beneficium ordinis, vt ſcilicet prius conueniatur Caius principalis, & deindè ſcribens. p.59.n.5

Apocam ſcribens bancalem ex diſpoſitione Pragm. audiri non poteſt, niſi in vinculis, vel facto depoſito. ibid.

Appellandi ius, Appellare, & Appellatio.

Appellandi iuri an poſſit pacto renunciari p.256.n.5

Appellans à literis Apoſtolicis, vel à ſententia Papæ ad Magiſtratum ſecularem, an ſit excommunicatus in Bulla Cœnæ. 136.n.9

Appellans à ſententia Præfecti Prætorio. vid. in verb. *Reclamans.*

Appellari à Curia Baiuli an debeat ad Curiam Baronalem de Iure Regni. p.87.n.2.& p.674.n.11

Appellari an liceat à decreto Portulani ad Iudicem ſecundarum cauſarum, ſi Baro habens primas, & ſecundas cauſas, habeat & quoque Portulaniam, in qua Portulanum elegerit. p.87.n.1.& 3

Appellari an poſſit à ſententia Arbitri. p.368.n.4

Et num ſit admittenda appellatio à ſententia, ſeù laudo arbitrorum, priuſquam pœna in compromiſſo adiecta ſoluatur. ibid.n.6

Appellari an poſſit à ſententiis Præfecti Prætorio priuſquam illæ exequutioni mandētur. vid. in verb. *Reclamationes.*

Appellari an, & quando poſſit à ſententia inter alios lata. p.948.n.7

Appellatio an admittatur à comminatione torturæ. pag.17.n.13.

Appellatio à decretis Baiulorum. vid. ſupra in verb. *Appellari a Curia Baiuli.*

Appellatio, fatalibus elapſis, habetur pro non oppoſito. p.172.n.4.& 8

Appellatione prohibita, denegatur quoque ſupplicatio, & recurſus. p.536.n.4

Appellationis inſtantia, an currat, ſtante compromiſſo inter partes. p.173.n.10

Appretium.

Appretium, ſeù æſtimum pro collectis & functionibus,

bus fiſcalibus, quomodo ſit faciendum ab vniuerſitatibus. p.735.n.11

Aprutini.

Aprutinis eſt prohibitus acceſſus ad ciuitatem Neapolitanam à menſe Iunij vſque ad 15. menſis Septembris propter aëris intemperiem. p. 173.n.9

Aquila.

Aquila ſignum erat vexillare apud Romanos in qualibet Legione. p.889.n.25

Aquiliana ſtipulatio.

Aquilana, ſtipulatio in contractu Renunciationis appoſita an, & quando efficiat renunciationem abſolute realem, vel reſtringatur ad fauorem perſonarum in renunciatione contemplatarum. pag. 403.n.34.& 40

Et an, & quando impediat, quominus alius ex perſona renunciantis ſuccedere poſſit. ibid.

Aquilianam in ſtipulationem vt aliquid deduci poſſit, ius in re competere debet. p.393.n. 76

Arbitrator, & Arbiter.

Arbitrator quiſnam ſit. p.368.n. 3

Arbiter, expirato compromiſſo, nullo prolato laudo, an poſſit in teſtem adhiberi in cauſa, ſibi alias compromiſſa. p.16.n.7

Archiepiſcopus.

Archiepiſcopus ſi per Papam eligatur Epiſcopus, an dignitatem perdat Archiepiſcopalem, & cogatur deſcendere de maiori titulo ad minorem. p. 331 num.3

Argumentum.

Argumentum à contrario ſenſu an valeat in ſtatutis. In annot.ad Conſuet.Neap. verſ. *vnum tamen noto.* p.993.ſiue 983

Et an ſumi poſſit argumentum à contrario ſenſu verborum contractus in præiudicium contrahentium contra Ius commune. ibid.

Argumentum de feudo ad fideicommiſſum, an valeat in iure. p.193.n.9

Argumentum de maiori ad minus haud valet. pag. 435.n.5.

Argumentum de matrimonio carnali ad ſpirituale validum eſt, ſignanter quoad dotem. pag.297.n.3

Arſenale.

Arſenalis Superintendens an comprehendatur inter Officiales exercitus, qui milites non ſunt. p.293. verſ. *Sed hac.*

Ars.

Ars ſerici vid. infra in verb. *Conſules.*

Aſcendens.

Aſcendens deſcendenti ius primogeniture auferre non poteſt abſque iuſta cauſa. In 1. reſp. domini Alexandr. Tartag. p.999.n.41

Aſcendentes, & collaterales licet coniuncti non ſint ab illo latere, vnde feudum peruenerat ad defunctum, num ſuccedant in feudo antiquo. p.760 num.31.

Et an aſcendentes ſuccedant in feudo antiquo, vel nouo. p.761.n.51.& ſeqq.& p.762.n.56.& 60

Aſſaſſinus.

Aſſaſſinum clericum vt Iudex laïcus proſequi in iudicium poſſit, quid requiratur. p.479.n.6

Aſſaſſinus clericus vt à Iudice laïco cognoſci poſſit an ſufficiant indicia ad torturam. ibid.n.7

Aſſecuratio.

Aſſecuratio ſuper bonis mariti, an ſit concedenda vxori pro bonis donatis contemplatione matrimonij, excluſo fiſco, agente contra maritum prædictum tanquam Theſaurarium Regium. p.895.n.143

Aſſenſus.

Aſſenſum denegandi an Rex habeat iuſtam cauſam, ſi feudatarius prohibuerit, ne ſucceſſor in feudo illud alienet. p.194.n.4

Aſſenſum an faciat ſubreptitium taciturnitas, quando Princeps non poteſt vel non debet conſentire. pag. 253.n.3

Aſſenſum impetrandi onus an ſpectet ad feudi venditorem. p.929.n.6.& p.931.n.19

Aſſenſus Apoſtolicus num requiratur in alienatione bonorum Eccleſiæ neceſſaria, qualis eſt illa, quæ ſit per Iudicem p.61.n.15

Et quid in caſu ſoluendi debita contracta ab aliquo Authore Eccleſiæ, qui eidem reliquerit plura ſua bona. ibid.n. 16.

Aſſenſus Apoſtolicus an requiratur in ceſſione, ſeu remiſſione hypothecæ quam Eccleſia habet in prædio alieno conſtitutam. p.60.n.3

Et quid ſi ceſſio fieret in perſonam extraneam, pretio mediante. ibid.n.4

Quidve, ſi hypotheca eſſet conſtituta ad fauorem Eccleſiæ pro conſequutione annui cenſus. ibid. num.5.

Aſſenſus Apoſtolicus an requiratur in conſtitutione cenſus per clericum facienda ſuper ſuo patrimonio, ad cuius titulum ordinatus eſt. p.119.n.4

Aſſenſus Apoſtolicus an requiratur in omni translatione quæ fit in alium de dominio directo, vel vtili, bonorum Eccleſiæ, vel de ceſſione iurium, & actionum. p.60.n.1.& 6

Aſſenſus Apoſtolicus an requiratur in tranſactione de rebus Eccleſiæ non incorporatis. p.552.n.8.& p.553.n.16.& 22.

Et quid in litis redemptione, vel æſtimatione. pag. 552.num.13

Aſſenſus Apoſtolicus an requiratur ſi bona Eccleſiæ ſint ſubmittenda hypothecæ, vel ſeruituti. p.60.n.7

Et quid ſi Eccleſia vellet bona ſua alicui generaliter obligare occaſione emptionis alicuius rei per ipſam factæ. ibid.n.7.8.& 9

Aſſenſus Apoſtolicus ne ſit neceſſarius in alienatione rerum Eccleſiæ, quænam cautela tradatur. p.552. n.13.& 14.

Aſſenſus conceſſus à lege Capitulorum Regni Siciliæ vltra pharum, vt poſſit feudum alienari, an extendatur, vt poſſit ſuper eo fideicommitti. p.604.n.12

Aſſenſus domini an requiratur in alienatione feudi, ſi per alienantem melior fiat ipſius conditio. p. 73. n. 13.

Aſſenſus an expediri poſſit poſt peractam alienationis reuocationem, etiam Regia diſpenſatione accedente cum clauſula, *Ex certa ſcientia, reuocatione non obſtante.* p.929.n.8.& 9

Aſſenſus impetrari poteſt ſuper feudi venditione poſt mortem emptoris, viuo venditore, accedente tamen hæredis eiuſdem emptoris conſenſu approbatiuo vel diſpoſitiuo. p.371.n.15

Aſſenſus impetratus per verbum, *fiat*, an retrotrahatur in præiudicium illorum qui medio tempore contraxerunt. p.794.n.9.& 10

Aſſenſus impetratus per verbum, *fiat*, reuocationem impedit. p.543.n.2

Et an annulletur ſi non regiſtretur infra biennium. ibid.n.5.& 5.& p.590.n.1.

Et quid ſi ſit expeditus in beneficium pupilli. ibid.

Aſſenſus impetratus ſuper obligatione feudorum, ſi non regiſtretur in Regiſtris Regiæ Curiæ infra biennium an nullius ſit roboris. p.826.n.1.& 2.

Et quid ſtante clauſula in fine priuilegij, quod regiſtretur infra biennium, aliàs habeatur pro non præſtito, non tamen ſit appoſita reſpectu obligationis feudalium, vel non ſit oppoſita ab initio in aſſenſu per verbum *fiat*, ibid.num.3.& 4.& p.817.num. 12.& 14.& p.828.n.10.

Et

Et an biennium hoc currat aduerſus minorem. pag. 793.n.2.
Et an currat aduerſus hæredem etiam maiorem qui ignorauit contractum defuncti. p.591.n.4
Et quando talis regiſtratio ſit de forma, & neceſſaria. p.826.n.7
Aſſenſus legis ſtrictiùs interpretatur, quàm hominis. p.604.n.11
Aſſenſus operatur ex nunc, non vt ex tunc. p. 370. n.10.& p.931.n.26
Aſſenſus per Proreges an præſtari poteſt in Regno ſuper alienatione ſeu obligatione feudorum, titulo Principatus, Ducatus, &c. decoratorum. p.76.n.1
Aſſenſus præſtiti vſque ad annum 1561. an fuerint confirmati per Regem in anno prædicto. ibid.n.2
Aſſenſus probari num poſſit per teſtes, vel ſolum per ſcripturam. 478.n.4
Aſſenſus Proregis ſolus num ſufficiat quando Regnicola vendit feudum, ſecus ſi aduena, tali enim caſu requiritur aſſenſus Regis. p.86.n.34
Aſſenſus recuſatoris in deleganda cauſa ob Iudicis ordinarij ſuſpicionem, an requiratur de neceſſitate, vel de conſilio. p.666.n.1
Aſſenſus Regius generaliter conceſſus mulieribus Neapolitanis, vt pro præſtito, & impetrato cenſeatur ſuper obligationibus bonorum feudalium viri pro dotium reſtitutione an procedat, ſi pro illarum reſtitutione inſtarent hæredes mulieris, quamuis extranei. p.63.n.1.3.4.& 5
Et quid ſi inſtarent pro dotium recuperatione ſuper bonis feudalibus viri quæſitis poſt mortem coniugis. ibid.n.2
Aſſenſus an cenſeatur conceſſus mulieri, vel inſtrumento dotali, vt pro præſtito habeatur. ibid.n.5. & p.64.n.18
Aſſenſus an cenſeatur conceſſus in beneficium omnium, quibus dos fuit promiſſa reſtitui in caſu reſtitutionis. ibid.n.7
Aſſenſus an intelligatur conceſſus in ſubſidium, in defectu ſcilicet allodialium. p.64.n.10.& 11.& p.603 n.1.p.605.n.13.& 19
Aſſenſus an intelligatur quoque conceſſus ſuper ſubfeudis viri. p.64.n.12
Et an huiuſmodi aſſenſus dicatur potius legis, quam hominis, vt propterea ſit ſtrictiùs interpretandum p.604. n.10
Aſſenſus Capituli vtrum intelligatur præſtitus inſtrumentis factis extra ciuitatem. p.605.n.17
Aſſenſus an procedat in dote confeſſata tantùm, ſed non ſoluta. p.64.n.13
Aſſenſus an procedat ad beneficium mulierum Neapolitanarum naturalium. ibid.n.14
Aſſenſus an extendatur ad bona feudalia ſoceri. ibid. num.15
Aſſenſus num operetur ad fauorem mariti agentis ad bona ſoceri vigore inſtrumenti mutui ex reſta dotium. ibid.n.16
Et an intelligatur præſtitutus ſi maritus legitimo careat ſucceſſore. ibid.n.17
Et an præſtitus intelligatur donationibus, quæ in eiſdem inſtrumentis dotalibus fiunt filus contemplatione matrimonij. ibid.n.18
Aſſenſus an ſuum operetur effectum ſuper bonis feudalibus, tacitè marito obligatis. ibid.n.19.& p.66.n.25.& 26
Aſſenſus an non ſolùm locum habeat pro ſorte dotis, ſed etiam pro intereſſe illius. p.66.n.28
Aſſenſus Regius an concedendus ſit donationi feudi, quæ fit à patre in beneficium ſecundogeniti, contradicente primogenito. p.67.n.1
Aſſenſus Regius impetrari an poſſit ſuper obligatione feudorum, ſi adhuc impetrationis tempore feudatarius obligans eſſet decoctus. p.77.n.1.& ſeqq.
Aſſenſus Regius an impetrari poſſit ſuper Feudi venditione poſt mortem emptoris abſque hæredis conſenſu, nec diſpoſitiuo, nec approbatiuo. p. 931. n.23.& ſeqq.
Et an conſenſus hæredis emptoris non ſolum requiratur ſi mors emptoris interueniat, antequam aſſenſus impetretur per verbum, *fiat*, ſed etiam vbi interuenerit poſt, demum corruat ex clauſulis & conditionibus in eo appoſitis. p.932.n.28.29
Aſſenſus Regius impetratus à feudatario, legitimo carente ſucceſſore, vt poſſit de feudo teſtari, an intelligatur, vt fundatarius poſſit condere ſecundum, ſi primum reuocare contigerit. p.77. n.1. & 3. & p.78.n.5.& 6
Aſſenſus Regius impetratus ſuper refutatione, an importet quandam fictam relaxationem in manibus domini. p.390.n.50
Aſſenſus Regius num impetratus præſumatur ob temporis vetuſtatem, & ob longiſſimam poſſeſſionem. p.915.n.7.& p.964.n.16
Aſſenſus Regius præſtitus ſuper donatione facta à patre de feudo hæreditario in beneficium ſecundogeniti, an cenſeatur ſubreptitius, ſi in ſupplicatione non fuerit facta mentio de primogenito p.67.n.4
Aſſenſus Regius præſtari an poſſit à Proregibus ſuper alienatione, vel obligatione feudorum titulatorum. p.76.n.1.
Aſſenſus Regius præſtitus ſuper obligatione feudalium pro dotis ſecuritate, an pariter cenſeatur præſtitus pro intereſſe dotis debito ob retardatam eius ſolutionem. p.343.n.26.p.344.n.34
Aſſenſus Regius quare, & ob quem finem requiratur in contractibus feudorum, & Regalium. p.75.n. 14.& 16.
Aſſenſus Regius reperto errore, reformatur per Dominos Regentes. p.818.n.23
Aſſenſus Regius an requiratur in adiudicationibus feudorum creditoribus faciendis per quoſcumque Iudices. ibid.n.21.& ſeqq.
Aſſenſus Regius an requiratur in ceſſione actionis ad feudum tam ratione dominij, quam hypothecæ. p.140.n.4
Aſſenſus regius an requiratur pro centenaria præſcriptione roboranda. p.241.n.14
Aſſenſus regius an requiratur in impoſitione ſeruitutis ſuper feudo per feudatarium facienda. pag. 71.n.1.2.5.& 6.p.575.n.9.
Aſſenſus regius an requiratur in imponenda ſeruitute iuris paſcendi vel lignandi, ſi in augmentum alterius feudi conſtitueretur. ibid.n.7
Aſſenſus regius an requiratur in diſmembratione ſeu diuiſione feudi. p.575.n.9
Et an requiratur in conceſſione noui Capitanei. pag. 576.n.14.
Aſſenſus Regius an requiratur in locatione feudi, cum Iuriſdictione & vaſſallis. p.73.n.2.6.7.8.& 10.& p.75.n.12.& 18.
Aſſenſus regius an retrotrahatur ad tempus contractus in præiudicium tertij. p.591.n.8
Et an & quando retrotrahatur virtute clauſulæ, *ex nunc pro tunc*. p.315.n.9
Aſſenſus regius an ſit ſtricti iuris, ita vt nullam recipiat extenſionem nec de perſona in perſonam, nec de re ad rem. p.83.n.21.& p.140.n.3
Aſſenſus Regius ſi infra biennium à die decreti interpoſiti per verbum *fiat*, fuerit in formam priuilegij redactus, non tamen regiſtratus in regiſtris Regiæ Cancellariæ, ac ſigillo pendenti munitus, an nullius ſit roboris. p.929.n.3.& p.931.n.22

Index Rerum,

Aſſenſus an reddatur nullus, ſi regiſtratus non ſit in Quinternionibus Regiæ Cameræ. p.929.n.4
Et quid ſi Regiſtratio impedita fuerit ex empara Regij ſigilli. ibid.n.6
Aſſenſus Regius ſuper alienatione feudi an corruat ex defectu iuramenti fidelitatis non præſtiti ab empto infrà annum à die lapſi biennij conceſſi pro expeditione priuilegij in forma Cancellariæ. p.430. num.10.
Aſſenſus Regius ſuper bonorum feudalium alienatione, vt valide obtentum iudicetur, quæ de neceſſitate requirantur. p.929.n.2
Aſſenſus Regius ſuper feudi alienatione an reddatur nullus ex omiſſione litterarum exequutorialium, à Prorege obtinendarum. p.714.n.29
Aſſenſus an reddatur nullus, ſi in eo adſit clauſula, vt à ſubditis præſtetur feudatario iuramentum aſſecurationis, idque non fuerit præſtitum infra tempus à lege præfixum. ibid.n.30
Et an ſufficiat ſolus temporis lapſus vt annuletur, vel requiratur aliqua ſententia. ibid.n.33.& 34
Et an iuramentum hoc ſit de forma talis aſſenſus ibid.n.31.
Aſſenſus regulatur à contractu, eiuſque naturam aſſumit. p.391.n.51
Aſſenſus ſi denegatur in vltima voluntate, denegari etiam debet in actibus inter viuos. p.65.n.7
Aſſenſus an ſit ſubreptitius, ſi feudatarius dando preces Domino Regi pro impetrando, taceat prohibitionem alienandi factam à primo feudi acquiſitore. p.953. num.2

Aſſiſtentia.

Aſſiſtentia præſtari an poſſit nedum ſuper bonis immobilius, ſed etiam ſuper iuribus,& actionibus.p.851. num.7.
Et an præſtari poſſit ſuper pretio rei obligatæ.ib.n.8.

Attentare, & Attentata.

Attentare non dicitur, qui poſſeſſionem continuat. p.433.n.11.
Attentatorum iudicium vid. infra in verb. *Iudicium attentatorum.*

Augmentum.

Augmentum dotis an gaudeat eodem priuilegio, ac ipſa dos. p.537.n.6
Et an dicatur eadem dos. p.669.n.7
Augmentum feudi vid. infra in verb. *feudum liberare ab annuo.*
Augmentum quoduis in feudo factum, ſine titulo oneroſo, ſiue lucratiuo, an ſpectet ad hæredem in allodio, ſi feudum Domino aperiatur. p.46.n.25. & ſeq.& p.47.n.27.

Authenticatum & Authenticum.

Authenticatum plenam facit fidem in iudicio etiam plenario. p.583.n.3.
Authenticum ſine tranſumptum, ſi præſentatum ſit in proceſſu, ſed non infra terminum præfixum ad præſentandum originale, nulla de eo debet haberi ratio in deciſione cauſæ. Inter decr. Angel. Piſanell. verſ. *dum eſſet præſentatum.* p.990

Authores, & Authoritas.

Authores memorantur, qui ſcripſerunt de Sanctis Iuſto, Orontio, & Fortunato, Epiſcopis, & Patronis ciuitatis,& Capituli Licienſis. p.969.n.1.verſ. *Sciendum.*
Authoritas Iudicis an ſuppleat defectum tutoris, vel curatoris. p.296.n.1
Authoritas tutoris quando dicatur perperam interpoſita. p.30.n.13
Authoritas tutoris. vid. infra in verb. *Tutoris.*

Auia, & Auus.

Auia materna an excludatur à ſucceſſione nepotum in bonis maternis ob exiſtentiam fratrum conſanguineorum tantum. p.690.n.12.& ſeqq.
Et num excludatur à bonis Paternis propter eoſdem fratres. p.700.n.116
Auia an admittatur ad ſucceſſionem nepus in bonis paternis, vel ex linea paterna obuenientis, excluſis omnibus fratribus, & ſororibus conſanguineis. pag. 701.n.127.
Et quid ſi concurreret cum fratre qui eſſet illi coniunctus ex latere ipſius parentis ibid.n.128
Auia materna an admittatur indiſtinctè, & in quibuſcumque bonis. ibid.n.129
Auia materna an ſuccedat in bonis propriis ipſius nepotis, putà in illis, quæ ipſi obuenerunt ex ſucceſſione ſororis vtrinque coniunctæ prædefunctæ.pag. 705.n.173.
Auia materna in fauorabilibus num veniat appellatione matris. p.701.n.126
Auus,& Auia an inſimul cum nepotibus nepoti prędefuncto ſuccedant. p.400.n.13
Auus ratione Patriæ poteſtatis an dicatur legitimus adminiſtrator bonorum nepotis, itavt non teneatur rationem vel computum reddere ſuæ adminiſtrationis, nec conficere inuentarium. p.154.n.14
Et an auo acquiratur vſusfructus, vel commoditas in bonis feudalibus nepotis. ibid.

B

Balius.

Balij conſtitutio de quo iure ſit. p.562.n.2
Balio debetur ſalarium ex more, & vſu Curiæ, & ex Regni. conſtitutione, quæ incipit *minoribus.* p.562.n.5.
Balio debetur ſalarium licet petitum non ſit. p.562 n.1.& p.562.n.8.& 11.
Balium dare qualiter permittatur feudatariis per cap. Regni p.561.n.3
Balius exitum facere poteſt de expenſis, quas ſibi fecit pro victu,& veſtitu. p.562.n.9
Balius in quo differat à tutore. ibid.

Bancum.

Bancum ſoluens pecuniam vinculatam, non prius adimpletis de iure adimplendis; an poſſit directè conueniri ad reſtitutionem ipſius pecuniæ, vel potius prius erit conueniendus, qui pecuniam à Banco exegit. p.144.n.7

Bannitus.

Bannitus à territorio, an intelligatur bannitus à mari illius. p.751.n.10
Bannitus à territorio, nec capi, nec occidi poteſt extra territorium bannientis. ibid.n.14
Bannitus à territorio ciuitatis ſub pœna capitis, ſi capitur extra territorium à ſuperiore illius loci,& ducatur ad territorium, à quo eſt bannitus, an puniri poſſit. p.751.n.16
Bannitus à territorio ſi capitur in Eccleſia exiſtente in territorio, an relaxari debeat. p.751.n.15
Et quid ſi capiatur à ſuperiore Eccleſiæ, ſeu loci exempti,& tradatur ab eo Iudici ſeculari. ibid. num.17.
Bannitus captus cum Regio guidatico eſt in loco tuto, & in priſtinam libertatem reponendus, quamuis guidaticum factum ſit à Iudice poteſtatem non habente. p.752.n.19
Bannitus de ciuitate, an intelligatur etiam bannitus de diſtrictu ciuitatis. p.751.num.8
Bannitus ſi plenariè reſtituatur à Principe, & non ſimpliciter indulgendo crimini, an recuperabit bona conſanguineis proximioribus quæſita & delata ad ſententiam

ſententiam condemnationis mortis ciuilis. p.113. num.15

Bannum.

Banno emanato, vt omnes aſſaſſini, & latrones à Ciuitate extractent, quinam aſſaſſini comprehendantur. p.479.n.5

Baro.

Baro an cogere poſſit vaſſallum, vt ſeruitia præſtet ſuo amico conſanguineo, vel alteri diuiti vaſſallo, ſoluta mercede, ſi ipſe ſeruitio non indigeat. p. 80. num.3

Baro an cogere poſſit vaſſallum ad ſeruiendum pro mercantia, vel pro cultura terrarum, ſi terræ non ſint de feudo. p.80.n.9

Et an poſſit cogere ſubditos, vt potius terras ſuas colant, quam aliorum. ibid. n.10

Baro an poſſit ordinare vaſſallo, vt ſeruitia, quæ Baroni debentur cum propria perſona, vel beſtiis, præſtet alteri cum eodem ſalario. p.80.n.7

Baro non efficitur tantum qui feudum emit, eiuſque acquirat dominium; ille vero cuius pecunia feudum emit, per recognitionem Regio Aſſenſu vallatam ſolam ſimplicem acquirat tenutam, quæ vere eſt allodialis. pag.85.num.28. verſ. *Vnde ex his.*

Baro exigens quotam fructuum de ſeminatis ex conuentione cum ciuibus, an poſſit quotam etiam exigere de plantatis, provt de ſeminatis. pag. 448. n.7.& p.449.n.9.& ſeqq.

Baro in emptione fructuum, qui ex feudi territorio peruenerunt, præferendus eſt omnibus, dum vaſſallus vult illos diſtrahere. p.332.n.9

Baro an præferatur in omnibus fructibus vndecumque perceptis ex propriis vaſſalli territoriis. ibidem.

Baro in Regno, an, & quando abſque Regis aſſenſu poſſit in ſua Baronia vnum deputare Capitaneum pro iuſtitia adminiſtranda in terra, quæ eſt caput Baroniæ, & alterum in caſale eiuſdem terræ, accepta pecunia. p.573.n.1.& 575.n.9

Et an id ſit diſmembratio, vel diuiſio feudi, aut iuriſdictionis. pag.574. num.1. verſ. *Quoad primum.*

Baro ius habens confirmandi Officiales vniuerſitatis, an poſſit confirmare minora habentes ſuffragia, vel cogatur præciſè confirmare habentes maiora. p.79.n.7

Baro licèt habeat ampliſſima priuilegia, an per hoc habeat portulaniam, & ſecundas cauſas. p.87.n.5. verſ. *Fuit dictum.*

Baro manutenendus eſt in ſua poſſeſſione, ſeu quaſi, lite pendente. p.674.n.10

Baro an poſſit eſſe quis alicuius territorij, & alter in illo habere iuriſdictionem. p.140.n.2

Et an Barones priſcis temporibus aliquam iuriſdictionem habebant. ibid.n.4

Baro non poteſt facere burgenſatica de feudalibus, nec è contra. p.534.n.6

Baro plura habens caſtra in territorio, veluti in vno Comitatu, diuidere poteſt exercitium, & vſum iuriſdictionis, pro commodiori regimine vaſſallorum. p.574. n.8

Baro an poſſit petere remiſſionem cauſæ ad ſuam Curiam, quando vidua accuſando necem ſui viri elegit forum M. C. V. & poſtea nubat. pag.783. num.95

Baro pro animalibus quæ in territoriis feudalibus paſcua ſumunt non tenetur ſoluere collectam. p. 78. n.1.2.& 3

Et quid de animalibus, quæ ex prædiis allodialibus, vel ſubditorum paſcua ſumunt. ibid.n.50

D. Reg. de Marinis Allegat. collect.

Baro ſi aliqua bona emerit, feudalia non efficiuntur, licet pecunia feudali emerit. p.535.n.12

Baro ſi terram habeat cum vaſſallis, num poſſit vaſſallos recedentes à Baronia cogere, vt in eam reuertantur. p.753.n.1.4.& 6

Et quid ſi vaſſalli obligati non eſſent ad ſeruitia perſonalia. ibid.n.6

Et an exequatur quod ſint obligati ad ſeruitia perſonalia. ibid.

Baro ſi territorium cum vaſſallis communicauerit certo accepto pretio, num vaſſalli poſſint immittere ad paſcendum quæcumque animalia, vel ſolum pro domus ruriſque ſui neceſſitate. p.538.n.1

Baro ſpecialiter habet conceſſum in priuilegio, vt poſſit creare Magiſtratus. p.575.n.10

Baro ſi conueniat clericum redditiuum ſibi pro feudo, ob quæ non iurat fidelitatem, an ſit remittendus ad Iudicem Eccleſiaſticum. p.877.n.18

Baro vnius Ciuitatis, vel Caſtri contentioſam iuriſdictionem in alieno territorio exercere an valeat in ſubditos illos, qui illuc traxerunt domicilium. pag. 140.n.1. verſ. *Sed cum.*

Baro vnum Capitaneum conſtitueret in ciuilibus, alium in criminalibus an prohibeatur. p.574 n.8

Barones caſtra noua ædificare, vel antiqua reficere an poſſint abſque licentia Regis. p.450.n.7

Barones cum à vaſſallis burgenſibus perſonalia exquirunt ſeruitia, an teneantur illis certam præſtare mercedem, iuxta ſeruitij qualitatem taxandam. p. 80. n.1.& 6

Et quid ſi à Ciuibus diuerſimodè vaſſallo illa die, qua Baroni ſeruit ſoluatur ſalarium, putà ab vno carolenus vnus, ab alio grana 12. & ab alio 15. an Baro teneatur ſoluere minimum. ibid.n.2

Barones huius Regni an ſint Iudices ordinarij vaſſallorum. p.75.n.11

Barones merum, & mixtum imperium habent à Rege, eorúmque Officiales ab ipſomet Rege dicuntur iuriſdictionem habere. p.176.n.13

Barones multi ſunt in Regno, qui ius habent confirmandi Sindicos, cæteroſque Officiales in ſuis terris, & vniuerſitatibus ad bene gubernandum. p.79.n.1

Barones an poſſint confirmare illos, qui minora habent ſuffragia. ibid.n.7

Et quid ſi Baro poſſit confirmare, quos velit ad ſuum libitum. ibid.n.7. verſ. *Et quamuis.*

Barones, qui eorum Officialibus pro iuſtitia miniſtranda ſalarium decernunt, percipiendum ex prouentibus faciendis per eoſdem Officiales, ſi contingat illo anno paucos, vel nullos fieri prouentus, an teneantur ex aliis redditibus baronalibus ſalarium ſupplere. p.266.n.11

Barones Regni Neapolitani, quænam habent priuilegia, & prærogatiuas circa vaſſallos burgenſes. pag. 81.n.1.

Et an priuilegium habeant cogendi vaſſallos ad præſtanda ſibi adiutoria, cùm proprias filias, vel ſorores nuptui tradunt. ibid.

Et an prædictis priuilegiis, & prærogatiuis potiri poſſint ementes feuda. p.83.n.22

Barones Regni an ſint immunes à paſsibus & dohanis Regni pro fructibus feudorum. p.639.n.17

Barones ſi duo ſint, quorum vnus ſit iuriſdictionis ciuilis, alter criminalis, ſi is qui criminalem habet, alteri vendere vult, an præferendus ſit Baro ciuilis, vel vniuerſitas. p.332.n.12

Baroni, quæ acquiruntur per vaſſallos, non feudalium, ſed burgenſaticorum naturam ſortiuntur cum onere ſoluendi collectas &c. p.534.n.9

Bartholomæus.

Bartholomæus Camerarius olim Regiæ Cameræ Locumtenens,

continentis, declaratus fuit rebellis. p.107.n.10

Et an ex primo, vel ſecundo Capite, vel ex aliis. pag. 288.n.12

Baſtardi.

Baſtardi non dicuntur eſſe de familia, vel agnatione parentum. p.946.n.12

Et an ipſi, vel eorum filij, licèt de legitimo matrimonio nati ius habeant retractus in venditione rerum. ibid.

Bellum.

Bellorum cauſa fuit dominandi libido. p.854.n.2

Beneficium, & Beneficiatus.

Beneficia non dantur perſonis priuilegiatis aſſerentibus ſe læſos in probationibus circà exceptionem fori declinatoriam. p.425.n.4.& 11

Beneficia duo ſi fuerint alicui conceſſa, quæ ambo perſonalem reſidentiam requirant, debet perſonaliter adeſſe in loco digniore, in alio vero deſeruire per ſubſtitutum. p.627.n.12

Beneficia Principum. vide infrà in verbo *Gratia*.

Beneficia plura habere, ius non reſiſtit. p.87.n.2

Beneficiatus, vt fructus faciat ſuos, an aliqualis titulus ſufficiat. p.92.n.7

Beneficij collatio facta à vicario Epiſcopi reuocato, valida eſt ſi ei reuocatio non fuerat notificata collationis tempore. p.359.n.5

Beneficij renunciatio, vt efficax ſit, an fieri debeat coram proprio Prælato. p.121.n.3

Beneficium à iure indultum, non eſt alicui auferendum, p.469.n.2.

Beneficium an, & quando ſit ſacerdotale, vt neceſſarium ſit præſentari in eo actu ſacerdotem. pag.89. num.12.

Beneficium Eccleſiaſticum, ſi ſit fundatum ea lege, vt qualibet die in eo Miſſæ ſacrificium celebretur, an requiratur ſacerdotalis qualitas in præſentando ad illud, vel ſufficiat ſi præſentetur quilibet clericus. pag.87.num.1.pag.88.& 89.num.5. & 11.pag.90. num.21

Et quid ſi verba fundatoris dirigantur ad ipſum beneficiatum. p.88.n.5.verſ.*nec refragari.*

Et quid ſi fundans dixerit; vt pro celebratione miſſarum deputetur ſacerdos, an requiratur, vt præſentandus actu ſit ſacerdos. p.88.n.9

Et quid ſi vltimus ſtatus ſtet pro qualitate ſacerdotali. p.89.n.18

Beneficium per quod quis valeat ſacris initari Ordinibus, an debet eſſe ſufficiens ad vitam ordinandi ſuſtentandam. p.322.n.2.3.& 4

Beneficium qui confert ex pactione dandi pecuniam, vel alterius rei quantitatem ſingulis annis, ſimoniam committit. p.354.n.3

Beneficium tenuiſſimum, quale dicatur remiſſiuè. pag. 321.n.8.

Beneficiorum in collatione fructuum retentio, vel penſionis, conſtitutio abſque ſummi Pontificis conſenſu prohibita eſt. p.354.n.8

Biennium.

Bienni lapſu tollitur ius Parti, ita vt in criminalibus non detur iterum facultas accuſandi, vel inquirendi. p.875.n.25

Biennium infra quod eſt regiſtrandum in forma Cancellariæ priuilegium obtentum per verbum *fiat*, an currat aduerſus minorem. p.793.n.2

Binubus.

Binubus parens omnem proprietatem, quæ ex prædefuncti filij ſucceſſione eſt conſequutus, filiis illius matrimonij ſeruare an teneatur. p.697.n.81

Bona.

Bona aduentitia laïcorum dicuntur quaſi caſtrenſia reſpectu Clericorum. pag.787.n.12.& 15

Bona acquiſita à Religioſo, propter culpam à Religione eiecto, cuius ſint. p.416.n.11

Bona à patre filiæ tradita pro iocalibus, an imputentur in legitimam, ſicuti ipſa dos. p.748.n.6

Bona debitoris, vel pupilli ad alienandum num poſſit procedi non citato ipſo debitore, vel pupillo. p.32.n.35.

Bona dotalia conſtante matrimonio num pro delicto ab vxore patrato exequi poſſint. p.489.n.10

Bona Eccleſiaſtica ſi concedantur laïcis in emphyteuſim, vel in cenſum cum aſſenſu Apoſtolico, efficiuntur laïcalia, & burgenſatica, & de eis conceſſionarij contribuunt in collectis, ac conueniuntur coram Iudice ſeculari. p.877.n.9

Bona Eccleſiaſtica, vel Monaſterij pro obligatione generaliter contracta abſque aſſenſu Apoſtolico, an ſubhaſtari poſſint. p.60.n.8.& 9. & pag. 61. num.10

Bona fideicommiſſo ſubiecta ſi alienari debeant pro ſoluendis debitis fideicommittentis, quænam prius ſint intelligenda. pag.52.n.34

Bona fideicommiſſo ſubiecta, num in ſubſidium alienari poſſint pro dote, ſeu donatione propter nuptias conſtituenda, vel reſtituenda. p.22.num.1. & ſeqq. p.24.n.1.& p.39.n.1

Et an hoc priuilegium tranſeat in mulieris ceſſionarium. p.39.n.2.6

Et an hoc priuilegium tranſeat ad hæredes mulieris. ibid.n.7

Et an tranſeat ad hæredes mulieris ius petendi dotem ſuper bonis fideicommiſſo ſubiectis. ibid. num.8

Et an tranſeat ad filios. ibid.n.10

Bona an poſſint alienari principaliter, ſi teſtator ſic diſpoſuerit. p.23.n.2.3.11.& 12.& p.748.n.8

Bona an poſſint in ſubſidium pro dicta cauſa alienari, etiam ſi in contrarium adſit teſtatoris diſpoſitio. p.22.n.7.

Et quid ſi alienans non eſſet de deſcendentibus fideicommittentis, ſed de linea tranſuerſali. pag.25. num.9.

Bona fideicommiſſo ſubiecta num alienari poſſint pro impenſis quæ ad matrimonium perficiendum neceſſariæ ſunt, vt in emendis veſtibus ſponſi, ſponſæ & apparatum. pag.24.n.2.3.& 5.& p.25.n.6. & ſeqq.& p.748.n.4.

Bona fideicommiſſo ſubiecta an alienari poſſint pro ornatu famulorum, & pro impenſis pro conducenda vxore. p.748.n.7

Bona fideicommiſſo ſubiecta an alienari poſſint ex cauſa dotis ſtante expreſſa teſtatoris prohibitione, quod neque in cauſam dotis alienentur, & cum expreſſa grauati approbatione, vallata iuramento. p.749.n.13.

Et quid ex Principis diſpenſatione. ibid. num.14

Bona fideicommiſſo ſubiecta, num confiſcari debeant confiſcatis, vel publicatis bonis cuiuſuis delinquentis, & ob quoduis priuilegiatum delictum, vel ſint reſtituenda proximioribus fideicommittentis, iuxta gradus proximitatem, vel proximioribus grauati. p.27.n.2.& 3

Bona fideicommiſſo ſuppoſita conditionali per grauatum alienata, eo viuente, an vendicari poſſint, vel expectari debeat, quouſque dies fideicommiſſi ceſſerit. p.194.n.1.& p.195.n.9.& 10

Et quid ſi teſtator expreſsè alienationem prohibuerit. p.194.n.2

Et quid ſi fuerint ſubhaſtata iudicialiter pro ſoluendo ære alieno primi hæredis grauati, an eo viuente

regulariter

regulariter ſuſtineatur alienatio, vel poſſint ano-
cari. ibid.n.9
Et quid ſi alia non extabant bona ex quibus æs alie-
num ſolui poſſet. p.196.n.12
Bona immobilia debitoris exequuta ad inſtantiam cre-
ditoris, vt legitimè vendi poſſint, quid requiratur.
p.90.n.1.4. & 5
Et an ſint per expertos æſtimanda, antequam ad
venditionem procedatur. ibid.n.2.& 3
Et quid in bonis mobilibus. ibid.n.3
Et quid in veſtibus. p.91.n.5
Et quid in veſtibus pretioſis. ibid.
num.6
Bona laicorum per Eccleſiam empta, an de iure Re-
gni ſubiaceant oneribus vniuerſitatis. p.679.
n.19.& p.680.n.23
Et an ſint immunia à collectis. ibid. num.23.
& ſeqq.
Et quid ſi ſint obligata pro debito communitatis.
p.680.n.26
Bona materna quæ, & qualiter dicantur, & quando
tranſeant ad filios primi matrimonij. pag. 693.
num.52
Bona minorum, ſi nulliter alienata declarentur, an
ſint reſtituenda ab emptore vnà cum fructibus ab
initio perceptis, facta tamen illi reſtitutione pre-
tij cum annuo interuſurio. pag.37. n.68. & 69.
& p.38.n.70.& 71
Et quid in emptore bonorum Eccleſiæ. pag. 38.
num.72
Bona obuenta quæ dicantur, & quæ quæſita. p.692.
n.39.& ſeqq.ad 51
Bona paraphernalia vxoris quæ ſint, & an in illis vir
habeat adminiſtrationem. pag.489.n.5
Bona pupillorum vt poſſint vendi, & alienari neceſſi-
tate ſuggerente, quæ ſeruanda ſint. p.26. n.1.
p.28 n.8
Et an emi poſſint abſque tutoris authoritate. p. 29.
num.9
Et an tutoris authoritas interuenire debeat in ipſo
actu principali, vel ſtatim, & incontinenti, non
ex interuallo. p.29.n.10
Et vt poſſint alienari, an requiratur, vt exiſtat cre-
ditorum vrgentia. pag.31.num.30.& p.32.
num.31
Bona reddititia Curiæ Baronalis, reſpectu tenentis,
num dicantur burgenſatica, vel feudalia. p.876.n.3.
p.877.n.11
Et an alienari poſſint abſque aſſenſu Baronis, vide
infrà in verb. *Res redditia.*
Et an præſumantur burgenſatica cenſualia. p.877.
num.6
Et an talia bona nuncupentur, alio vocabulo *Man-
ſa*, ſeu *Athenaſia.* ibid.n.7
Bona ſtauritæ haud dicuntur Eccleſiaſtica, & ſic in
illis locum habet ius congrui, poſſuntque vendi
&c. in annot. ad Conſuet. Neapol. verſ. *Quoniam
hic Gloſ.* pag.996. aliàs 986
Bona tenentes num ad omnia onera teneátur impoſita
pro functionibus fiſcalibus, vel ad quinque ſolum-
modo. p.745.n.10
Bonorum antiquorum medietas, vide infr. in verb. *de-
cedens*, & in verb. *onera.*
Bonorum ceſſio; vide infr. in verb. *Ceſſio bonorum.*
Bonorum maternorum appellatione, quænam bona
veniant. pag.692.n.29.& ſeqq.
Bonorum mobilium, & immobilium appellatione;
licet non veniant iura, & actiones, ſecus erit ſi di-
ctio apponatur vniuerſalis, putà *omnia.* pag.334.
num.10

Et quid ſi vnicum ſignum vniuerſale in appellatio-
ne legatur. ibid.n.11

Bulla.

Bulla Pij V. contra Sodomitas, an locum habeat con-
tra committentem beſtialitatis crimen. pag.435.
num.7
Bulla Pij V. ſub datum Romæ Calendis Februarij
1569. circa conſtitutionem cenſus in Regno Nea-
politano, nunquam recepta fuit, ſed ſolùm ibi
ſeruatur Bulla Nicolai V. p.43.n.10.& 11
Et quòd non poſſit repeti ſors principalis in caſu de-
fectus ſolutionis interuſurij, neque fuit recepta.
p.337.n.5
Bullæ clericatus præſentatæ per clericum citatum à
M. C. licèt non recipiantur per ipſam Magnam
Curiam de manu Procuratoris, recipiuntur tamen
per Dominum Delegatum pœnarum contumaciæ,
qui audito fiſco, ſuperſederi iubet bonorum exe-
quutorum venditionem. p.885.n.22
Et an proculdubio ſint recipiendæ Bullæ prædictæ
à Procuratore. ibid.
Bullæ commemorantur Vrbani VIII. vna, quæ incipit
Sanctiſſimus: & altera *Cœleſtis Ieruſalem*: circa cul-
tum, & venerationem ſanctorum non canonizato-
rum, nec beatificatorum à ſancta Sede Apoſtolica,
ſed per longiſſimum tempus, atque immemorabile,
per communem Eccleſiæ conſenſum, ſcientia, &
tolerantia Sedis Apoſtolicæ, ſeù Ordinarij, vltrà
centum annos coluntur. p.971.n.7
Et an comprehendant Sanctos illos, qui de conſue-
tudine ab Eccleſia vniuerſali coluntur; vel à parti-
cularibus Eccleſiis venerantur, licèt in calendario,
vel Martyrologio non ſint adſcripti. ibid.num.8.
verſ. *quæ omnia.*

C

Canon.

CAnon qui ſoluitur per emphyteutam Domino
directo, an etiam dicatur annuus redditus em-
phyteuticus. pag.129.n.24.verſ. *& multo minus.*

Canonicatus, & Canonicus.

Canonicatum, quis habere poteſt in Eccleſia Colle-
giata, & inſimul in Plebe Rurali ſimplex Altare.
p.87.n.2
Et quid ſi Altare illud perſonalem requirat reſiden-
tiam. verſ. *nec obſtat.* p.88.n.3
Canonicus habens Capellam, dum in ea celebrat,
non accipit diſtributiones quotidianas. pag.571.
num.14
Canonicus vltra numerum receptus, an gaudeat iuri-
bus canonicalibus, ſi in capitulo expreſſe ſit de-
claratum, vt ſit ſupernumerarius. p.236.n.5

Canonizati, & Canonizatio.

Canonizati ante Decreta Alex. III. & Innoc. III.
quot, & quinam fuerint, à quibúſve ſummis Ponti-
ficibus fuerit præſcriptus modus Canonizandi
ſanctos vniuerſaliter. pag.974.n.27.& 28
Et an fuerit quis ante annum 804. ab aliquo ſummo
Pontifice, in ſanctorum numerum adſcriptus. ibid.
num.20
Quotque & qui fuerint canonizati, & cooptati in
numerum Sanctorum poſt Decreta Alexand. III.
& Innoc. III. vſque ad Vrban. VIII. ibid.n.31
Canonizatio Sanctorum, duobus modis, particulariter,
ſcilicet, & vniuerſaliter in Eccleſia Dei, introducta
fuit. p.973.n.20.& 21
Et quomodo canonizabantur Martires, in primor-
dio Eccleſiæ. ibid.

Et à quo tempore ceſſauerit modus canonizandi Sanctos, particulariter. pag.974.26

Capitulum.

Capitulum ſede vacante num conferre poſſit beneficia, ad collationem Prælati ſpectantia pag.91. & 92.n.1.& 8

Et quid ſi ſit in poſſeſſione illa conferendi. ibid. num.8

Et ſi de facto clerico contulerit, an proſit illi, vt fori priuilegio fruatur. p.91.2

Capitulum ſede vacante, num poſſit concedere ſubditis ſuis litteras commendatitias. p.369.n.7

Capellanus.

Capellani electio eſt de præcipuis iuribus adminiſtratoris. p.259.n.5

Et num capaces ſint huius iuris eligendi. ibid. num.6

Capellanus abſens cogi non poteſt ab Epiſcopo, vt ipſemet occaſione celebrandi in beneficio reſideat. p.88.n.4

Captatoria.

Captatoria voluntas. Vid. infr. in verb. *Voluntas captatoria.*

Captiuus.

Captiuus duorum ſi ſimul ab vtroque vocetur ad ſeruitia, vtri potius teneatur obedire. p.618.n.3

Capuana.

Capuanæ, & Nidi vſus. Vid. infr. in verb. *Parentes.*

Carcer, Carcerari, & Carceratus.

Carcer ad reorum cuſtodiam non ad pœnam eſt inuentus. p.7.n.21

Carcerari num debeat ita nobilis ſicut plebeius, vel magna inter eos ſit facienda differentia. p.791. num.4

Et an id remittatur arbitrio Iudicis. ibidem, num.5

Carcerari ſi quis debet ex diſpoſitione ſtatuti, num ſufficiat ſi à iudice aſſignetur domus, palatium, vel tota ciuitas loco carceris, modo ſit vir nobilis. ibid. num.8

Quidve ſi carcerari debeat aliquis nobilis ex mandato Principis,num ſatis erit ſi iudex aſſignet Ciuitatem in carcerem. ibid.n.9

Carceratus ne dum dicitur, ſed etiam in vinculis poſitus, qui fideiuſſionem dedit tenendo domum, loco carceris,vel ſit habilitatus per palatium,vel ciuitatem. ibid.n.6.7.& 12

Carceratus non tantum dicitur is qui ſtat ſub clauibus, ſed etiam qui ad ſui libitum ab aliquo loco diſcedere non poteſt. ibid.n.6

Carolus Quintus.

Carolus Quintus Imperator quo tempore fuerit ingreſſus Neap. p.80.n.4.& p.558.n.17

Et quos deputauerit iudices circa grauamina Vaſſallorum. ibid.n.4

Carolus Quintus dum ad templum Diui Laurentij accederet, funiculum illum vidit quo electi pœnas irrogabant in delinquentes circa rem annonariam, & de illo inueſtigauit,quo audito acquieuit.p.965. num.21

Caſtrum.

Caſtra omnia in Regno licet à Barone recognoſcantur, feuda quaternata dicuntur. pag.915. num.16. & 9

Et num in Regno omne Caſtrum præſumatur quaternatum. p.844.n.17

Caſtrum dirutum Vaſſallus reficere non valet abſque licentia Regis. p.450.n.6

Caſtrum, ſi ab immemorabili tempore fuit dirutum, & pro eo non fuit ſoluta adhuc, nec præſtitum releuium Regiæ Curiæ, an cenſeatur mutaſſe naturam. p.844.n.17.

Caſus.

Caſus omiſſus non habetur pro prouiſo. pag.815 num.8

S. Catherina.

Sancta Catherina Virgo Senenſis,fuit de tertio Ordine ſancti Dominici. p.808.n.5

Cauſa.

Cauſa iuſta litigandi, ne dum excuſat ab expenſis, ſed etiam ab intereſſe. p.619.n.7

Et an excuſet à mora. ibid.n.8

Et quid ſi adſit ſententia. ibid.n.9

Cauſa matrimonij, quoad eius validitatem remittenda eſt ad Iudicem Eccleſiaſticum,quo verò ad amiſſionem dotis & iurium dotalium remanere debet apud Iudicem ſecularem. Inter Decret. Ioan. Piſanel.veri. *in cauſa heredum.* p.989

Cauſa pia ſemper eſt fauorabilior. pag. 17. n.10

Cauſa teſtati facit ceſſare cauſam inteſtati. pag.462. num.14

Cauſam habens à fiſco, poſt lapſum quatriennij à nemine poteſt moleſtari. pag.37. num.61. verſ. *enim.*

Et quid ſi habeat cauſam à Gubernatore Ciuitatis, vendentis rem, vti ad fiſcum ſpectantem. ibid. num.62

Cauſæ omnes iuris congrui & retractus coram quo Magiſtratu agitentur in Alma Vrbe. pag.98. num.32.

Cauere.

Cauere formaliter, & materialiter quomodo accipiatur. p.727.n.7.& 9

Et quomodo caueatur perſonis, rebus, vel ſimpliciter. ibid.num.11.19.21.& 22

Cenſualis, & Cenſus.

Cenſualis contractus debitor nunquam incidit in in commiſſum, etſi per centum annos cenſum non ſoluat,vel rem alienet inuito Domino. p.902. num.11

Cenſualis contractus num validus ſit ſi contrahatur cum pacto de non reemendo intra annum. pagin. 716. num. 4. & ſequent. & pag. 717. num.10

Et an apponi poſſit pactum vt liceat venditori reemere intra certum tempus, & non vltra. pag.716.n.6.p.717. n.17

Et an hoc pactum ſit vſurarium, & vitietur vel vitiet contractum. ibid. num. 7. 8. & 12

Et an poſſit apponi pactum quod venditor teneatur denunciare per duos menſes, ante. p. 717. num.21

Et quæ ſit ſubſtantia contractus cenſualis. ibid. num.14

Cenſus conſtitutio vt ſuſtineri poſſit,requiritur pecuniæ numeratio. p.45.num.9

Cenſus ſoluendus in frumento, oleo, & ſimilibus, ſi tempore contractus erat iuſtus, & progreſſu temporis fuerit effectus iniuſtus, quia pretium creuit in duplum, an debeat reduci ad verum valorem, iuxta formam Bullæ. pag.630. num.7

Centum.

Centum annorum lapſus mutationem inducit totius machinæ mundialis. pag.844.num.16

Ceſſante.

Ceſſante.

Ceſſante cauſa, ceſſat effectus. p.120.n.6
Et quid ſi effectus ſit conſummatus. pag. 320. num.5
Ceſſante cauſa, ceſſat relictum. p.537.n.3

Ceſſio, & Ceſſionarius.

Ceſſio bonorum cum ignominia pro ſolutione habetur. p.566.n.1
Ceſſio hæreditatis nondum quæſitæ nullius eſt roboris. p.913.n.36.& ſeqq.
Ceſſio idem operatur in rebus incorporalibus, ac traditio in corporalibus. p.491.n.13
Ceſſionarius conſtitutus à cedente Procurator in rem propriam, poteſt omnia facere, quæ poteſt ipſæ cedens. p.141.n.9
Ceſſionarius agere an poſſit iure aſſiſtendi ſuper feudo, ſi aſſenſu careat, in inſtrumento tamen celebrato inter creditorem, & debitorem, reperiatur hypotheca ſuper ipſo feudo Regio aſſenſu mediante conſtituta, cum poteſtate capiendi propria authoritate. p.141.n.10
Ceſſionarius creditoris anterioris cum aſſenſu, qui tamen ſuper ceſſione aſſenſum non obtinuit, an præferatur creditori poſteriori cum aſſenſu in concurſu liberationis pecuniæ redactæ ex re feudali. p.140.n.2.& p.141.n.5
Ceſſionarius dotis an præferatur ceſſionario antefati in concurſu ſuper bonis viri, ſi ad abſoluendam dotem & antefatum non ſint bona ſufficientia, vel vterque in eodem gradu concurrat, pro rata quantitatis ſolutæ. p.41.n.17.& 19
Et quid ſi concurſus eſſet inter ipſos tantum ceſſionarios. ibid.n.21

Character.

Character num adhuc imprimatur malè promoto. pag.840. num.3. & vid.infr. in verb. *Clericus ordinatus.*

Citari, & Citatio.

Citari an ſufficiat feudatarium in loco feudi, & beneficiatum in Eccleſia in qua habet beneficium. p.92.n.4.& 5
Citari vbi debeat abſens à Regno ſi non ſit certa domus ſolitæ habitationis. ibid.n.3
Et quid ſi ſit regnicola. ibid.n.6
Citatio ad dicendum perpetuat inſtantiam per tres annos. Inter decreta Ioannis Angeli Piſanell. verſ. *hic eſt conſiderandum.* p.990
Citatio de Iure eſt diuino, & naturali, nec poteſt omitti. p.32.n.36
Et an poſſit per Principem tolli. ibid.n.37
Et num inſanabilis ſit actorum nullitas ex defectu citationis. ibid.
Citatio domi ſolitæ habitationis num ſufficiat, quoties principalis citandus ſit. p.92.n.2
Citatio legitima ob non tutum acceſſum, alio modo fieri non poteſt, quam per edictum. pag. 94 num. 17
Citatio per edictum à iudice ſeculari emanata, ſcilicet (*ſi quis ſua putauerit intereſſe*) num ſit alicuius momenti, reſpectu Eccleſiaſticorum. pag.166.n.9
Citatio per edictum in quo loco affici debeat. p. 93. num.11
Citatio per edictum vt fiat ob non tutum acceſſum, an præcedere debeant teſtium depoſitiones. p. 94. n.15.& 17
Et quid ſi teſtium depoſitiones ſint receptæ parte legitimè non citata. ibid.n.14. Verſ. *nec refert.*
Et an ſolus notarius poſſit examinare teſtes abſque interrogatoriis. ibid.n.15
Citatio per edictum, vt fiat, inſta cauſa requiritur, & quomodo ipſa probetur. ibid. num. 15. cum ſequent. *D.Reg. de Marinis Allegat.collect.*
Citatio perſonalis regulariter præcedere debet edictalem, præſertim in cauſis grauis præiudicij. pag.94. num.18
Citatio prima num incipere poſſit à Procuratore. p.92.n.1
Citatione per edictum vt poſſit Rota procedere ſpecialis facultas eſt ei concedenda à ſummo Pontifice. p.93.n.12
Citationis defectus in confectione inuentarij reſpectu creditorum etiam certorum, ſed abſentium, an ſit nullius momenti. p.234.n.4.& ſeqq.

Ciuilitas, Ciuis, & Ciuitas.

Ciuilitas Ciuitatis Neapolis an probetur, ex ſola fide electorum Ciuitatis, vel etiam ex fide ſex nobilium Sedilis. p.802.n.2
Ciuilitas, vt acquiratur, vel retineatur neceſſarium eſt domicilium. p.804.n.18
Ciues, an cogantur ſoluere debitum vniuerſitatis exiſtente illa non ſoluendo. pag.138. num.7. verſic. *Inſuper.*
Ciues locorum conuicinorum Neapolis, qui vxores ſuas prægnantes Neapolim ducunt, vt parturiant, in fraudem immunitatis an teneantur ſoluere gabellas, & functiones fiſcales. p.255.n.18
Ciues particulares, alicuius ciuitatis, qui pecuniam, ſub viuris, vel mutuo à creditoribus acceperunt, conuertendam tamen ad beneficium communitatis, an & quando obligati teneantur vt ad reſtitutionem pecuniæ, & viurarum ſolutionem cogi poſſint. p.137.n.1.& 2.p.138.n.6
Et quid ſi creditor, pecuniam dedit ipſi vniuerſitati, cum qua prius conuenit, ſed pro maiori eius ſecuritate, & cautela voluit ſimul cum vniuerſitate, in vno, eodemque inſtrumento, aliquos particulares ciues ex ditioribus obligatos habere, ſi ciues ipſi conueniantur, an poſſint ſe aliqua exceptione tueri. p.138.n.3
Ciues an poſſint ſe obligare pro vniuerſitate, abſque Regio aſſenſu. p.138.n.4.5.p.139.n.10.
Ciues, ſi ſimul cum vniuerſitate ſe obligent, mediante Regio aſſenſu an poſſint aſtringi pro obſeruantia contractus. p.138.n.6
Ciuis allectus, & non natus, fit ciuis tanquam natus, & habet nomen iuris, & non naturæ. pag. 802.n.4.
Et an illi competat, quicquid originario competit immunitatis. ibid.n.4.& 5
Et ſi in ciuitate non habitet, an illi competat immunitas. ibid.n.6.& p.805.16
Ciuis antiquus originarius, an poſſit per deſertionem domicilij commoda ciuilitatis amittere. ibid.n.16
Ciuis electus à Barone vide infra in verb. *Vaſſallus.*
Ciuis, numquid eſſe poſſit, in pluribus locis, & in dictis locis ſoluere onera, vel vbi habitat. pag.814. num.25.
Ciuis Neapolitanus, vel eſſe de Neapoli, an differant. p.803.n.15.
Ciuis vocatus vide infra in verb. *Vocatus.*
Ciuis, vt fiat, an requiratur, quod ſubeat onera, & in loco habitet. p.804.n.25
Ciuitas, & Capitulum Licienſe, de anno 1640. minime renunciarunt conſuetudini immemorabili, celebrandi feſtum Sanctorum Iuſti, Orontij, & Fortunati, cum Miſſa ſolemni, Officio Duplici, & cum Octaua, eo quod pluribus ſequentibus annis, illud celebrare omiſerunt. p.977.n.42.& 41. verſic. *non obſtat.*
Ciuitas, ſi ſit diuiſa in Quarterios, quod facit vna pars de attingentibus ad illum Quarterium, habetur ac ſi eſſet

eſſet factum ab Vniuerſitate. p.802.n.4

Claues.

Clauium cuſtodia, & Portarum Ciuitatis Neapolis, an ſpectet ad fideliſſimum populum. p.556.n.10

Et an ſpectet ad Nobiles Sedilium. p.558.num.17. p.559.n.22.& 27.

Clauium cuſtodia, & Ciuitatis, an ſit committenda inferiori. p.559.n.24

Clauium cuſtodia Portæ Ciuitatis Neapolis, propè Burgum Virginum, ad quem ſpectet. p.560.n.35

Clauium traditio, quando intelligatur facta, cauſa cuſtodiæ. p.417.n.3

Clauium traditio precario nomine facta, poſſeſſionem an transferat. ibid.n.9

Clauium traditio quo nomine facta fuit Imperatori Carolo Quinto. pag.558.n.18

Clauium traditione, an acquiratur, & retineatur poſſeſſio per eum, cui me mandante, facta fuit traditio. pag.557.n.5

Clauium traditione, non ſolum acquiritur poſſeſſio, ſed retinetur. ibid.

Clauſula.

Clauſula Aquilianæ ſtipulationis facit renunciationem realem, relatiuam tamen ad perſonas contemplatas. p.393.n.74

Clauſula codicillaris communiter à Notariis apponitur de ſtylo. p.461.n.7

Clauſula codicillaris cuius ſit virtutis. p.227. n.4. & 10

Et quot producat effectus. p.396.n.88

Clauſula codicillaris fauore piæ cauſæ ſubintelligitur à iure, licèt expreſsè non ſit poſita. p.817.22

Et an operetur in præambulo pro immiſſione in beneficium piæ cauſæ. ibid.n.23

Clauſula codicillaris operatur, vt caducata inſtitutione per mortem inſtituti ante teſtatorem, locum habeat ſubſtitutio. p.460.n.1

Clauſula codicillaris operatur, vt omnia diſpoſita in teſtamento iure ſubſtitutionis, vel legati, ſi non poſſint valere iure directo, valeant iure fideicommiſſi, & debeantur ab illo, qui quouis modo ſuccedit. p.817.n.21

Clauſula codicillaris, vt teſtamenti ſaluet validitatem, debet exponi eius tenor vulgari ſermone vt à teſtatore intelligatur eius virtus, & efficacia, maximè ſi teſtator ſit perſona idiota vel minor. p.690.n.8 & ſeqq.

Clauſula conſtituti num vere ſit tranſlatiua dominij & poſſeſſionis. p.156.n.9

Clauſula executioni legati adiecta eius naturam non alterat. p.542.n.23

Clauſula in fine poſita apta eſt comprehendere omnes caſus præcedentes. p.456.n.8

Clauſula *nec aliter, nec alio modo*, cuius ſit vis, & an conditionem importet. p.161.n.9

Clauſula poſita ad qualificandam aliquam diſpoſitionem, ad aliud non refertur niſi ad illam, præſertim quando præcedentia ſunt aduerſatiua. p.827.n.10

Clauſula poſita in aſſenſu, *quod regiſtretur, alias habeatur pro non præſtito*: cenſetur appoſita fauore Regis, eoque tantum volente annullat, vel reſoluit actum. p.819.n.26 & ſeq.

Clauſula, *pro quibus omnibus obſeruandis partes ipſa obligauerunt ſe & bona omnia*: obligationem ad intereſſe vbique importat. p.344.n.37

Clauſula, *quibuſcumque, & pro quibus dederit*: an importet vt recipiens aliquod ius, poſſit tam in vita, quam in morte in alium transferre. pag.49. num.40

Clauſula, *quibus dederit*: & clauſula, *quibuſcumque*: num idem importent. p.388.n.37. p.391.n.61. p.792.n.65.& p.393.n.70

Clauſula, *quibus dederit*: poſita poſt verbum *hæredibus*, dicitur ampliatiua. p.392.n.68

Clauſulæ, *ſine præiudicio venientium ab inteſtato: aut alia valida diſpoſitione, aut pro ſui arbitrio, & voluntate*: an concedant facultatem liberam diſponendi. p.214.& 215.n.10.& ſeqq.

Clauſula, *vt actus fiat ad conſilium ſapientis*, cuius ſit vis, & virtutis. p.337.n.4.p.921.n.3

Clauſulæ poſitæ in renunciatione bonorum feudalium quantumuis ampliſſimæ illam non faciunt realem. p.393.n.71

Clericatus, & Clericus.

Clericatus numquam præſumitur, & proinde qui eius exceptione ſe tuetur, illum probare debet. p.779. n.21.& 22

Clerici num fruantur beneficio legum municipalium, & conſuetudinum Ciuitatis prout cæteri ciues. p.848.n.8.9.& 12

Et quid circa ſucceſſionem ab inteſtato. ibid.n.10 & ſeqq.

Clerici ſæculares in communi viuentes, vt Religioſi, an comprehendantur ſub Bullis Clemens VIII. quod non poſſint acquirere Monaſteria, niſi citatis mendicantibus eiuſdem loci, & conſtito coram Ordinario, quod omnes commodè viuere poſſint. p.216.n.9

Clerici ſi ex edicto Curiæ prohibeantur arma aſportare, etiam in prohibitionem incidit Diœceſanus ſi extra Diœceſim propè finem in fraudem edicti illa portauerit. p.255.n.9

Clericum percutiens non incedentem in habitu, & tonſura excommunicationem incurrit. p.116.n.6.

Et an adempto fori priuilegio cenſeatur etiam clerico ademptum priuilegium canonis, *Si quis ſuadente*. ibid.n.8.& 9

Clericus alienare an, & quando poſſit bona, ad quorum titulum ſacris fuit inſignitus. p.119.n.5.

Et an alienatio ſit ipſo iure nulla, vel ſententia requiratur. ibid.n.4.& 11

Et an ſuper patrimonio ad cuius titulum fuit ordinatus, poſſit conſtituere annuos redditus pro capitali recepto, ad formam Bullarum Nicolai, & Pij V. ibid. n.2

Et quid ſi de facto, ſuper ſuo patrimonio, ad cuius titulum fuit ordinatus cenſum conſtituat, an poſſint eius hæredes nullitatem contractus opponere. p.119.n.5.& 2

Clericus beneficiatus in pluribus Eccleſiis an poſſit vni contra aliam patrocinium præſtare. c.14.p.20. num.2

Clericus beneficiatus vt fori gaudeat priuilegio, requiritur quod ſit in poſſeſſione beneficij. pag.91. num.3

Et an ſufficiat intruſio in beneficium. ibid.

Clericus beneficiatus vt forum declinare poſſit, an deducere debeat fructuum perceptionem, vel ſatis ſit deducere titulum. p.856.n.26

Clericus beneficij tantum titulo decoratus, an pro annua penſione diu ſoluta prædeceſſoribus, & poſtmodum ſubtracta poſſit agere conditione ex cap. *querelam de electione*. licet ipſe numquam fuerit in poſſeſſione percipiendi eandem penſionem. ibid.

Clericus beneficio ſi ob delictum à ſuo Ordinario ſit priuatus, num adhuc fori priuilegio gaudeat, vt ſi aliud cōmittat delictum, & à Iudice ſeculari inquiratur, ad ſuum Iudicem ordinarium ſit remittendus. p.91.n.4

Clericus beneficium ſi de facto obtinuerit à Capitulo Sede vacante, quod pertinebat ad collationem Epiſcopi.

ſcopi,an illi proſit,vt fori priuilegio gaudeat. pag. 91.n.2.p.92.n.5.& ſeqq.
Et quid ſi collatio reddatur nulla ob inhabilitatem obtinentis. ibid.num.6
Clericus citatus per Iudicem laïcum abſque ſpecialis cauſæ expreſſione, vt infra tot dies ſe præſentet coram Iudice citante, ſi non compareat,& contumax reputetur, ac ad pœnam in mandato contentã condemnetur, demum comparens, per Procuratorem, clericatũ alleget,& bullas bebeficij præſentet,an ſit audiendus,vt pœnæ exactio impediatur. p.882.n.1
Clericus citatus per Iudicem laïcum ob retardatam allegationem clericatus, an teneatur actori ad expenſas. p.884.n.12
Clericus citatus vt laïcus à Iudice ignorante illum eſſe clericum, num arctari poſſit ad comparendum perſonaliter. p.885.n.24
Clericus citatus ſi ſit vt laïcus, & reputatus contumax pro ictu ſcopitti admitti debet excuſator, ad impediendam exactionem pœnæ contractam ob contumaciam. ibid.n.21
Clericus citatus. vid. infr. in verb. *Clericus quantumuis citatus.*
Clericus compelli poteſt ad ſuſcipiendam tutelam miſerabilium perſonarum. p.364.n.9
Clericus creditorum mole grauatus ſuccurritur beneficio capituli *Odoardus.* p.120.n.1
Clericus debitor annui cenſus conuentus coram Iudice laïco,remittendus eſt ad Iudicem eccleſiaſticũ competentem, non obſtante quod, dum erat laïcus, fuit condemnatus ad ſoluendos cenſus decurſos. p.167.n.13
Clericus diffamans num à laïco diffamato coram Iudice ſeculari conueniri poſſit. p.101.n.50
Clericus effectus poſt delictum commiſſum in fraudem,vt ſe eximeret à iuriſdictione Iudicis laïci an, & qualiter poſſit à Iudice ſeculari cognoſci.p.924. num.17.p.925.n.1
Et an huiuſmodi clericus ſit immunis à collectis. ibid.n.22.
Clericus emens pro ſe, num vigore conſuetudinis Neapolitanæ poſſit conueniri iure congrui coram Archiepiſcopo Neapolitano. p.164.n.6.& in Annotation. ad conſuetud.Neap.verſ.*aduerte.* 997
Clericus eo ipſo quod ſe allegat clericum dicitur forum declinare. p.886.n.25
Clericus etiam expreſſe per pactum non poteſt prorogare iuriſdictionem Iudicis laïci. p.364.n.11
Clericus ex diſpoſitione ritus M. C. V. citatus à Iudice laïco an, & quando teneatur perſonaliter ad comparendum vnà cum documentis clericalibus. p.779.n.25.& 26.& p.883.n.7.& 8
Et an ex dictis ritibus ſolum habeatur,quod non debeat remitti, non autem, quod poſſit mulctari pœna contumaciæ. ibid.n.10
Et an dicti ritus refragentur iuri canonico. ibid. num.16.
Clericus falſum deponens coram Iudice laïco, num ab eo puniri poſſit. p.364.n.12
Clericus filiusfamilias de quibus bonis aduentitiis diſponere poſſit. p.786.n.7.& 8.p.787.n.9
Et an eximatur à patria poteſtate per clericatum. ibid.n.11.& 13.
Clericus grauiter offenſus à minore decem, & octo annis,ſed maiore quatuordecim,patrẽ habente,num valeat forum principis eligere. p.116.n.1.& ſeq.
Clericus habitum, & tonſuram deferens ſi ſæua committat & enormibus ſe immiſceat an gaudeat fori priuilegio. p.841.n.10
Clericus habitum dimittens, iure priſco vt fori perderet priuilegium ter admoneri debebat ad reaſſumendum habitum. ibid.n.9
Et quid ex Conſtitutione Clementis VII.& demum ex Sacroſ. Conc. Tridentino. n.9
Clericus homicida num beneficio ſit priuandus ipſo iure, vel per ſententiam, fructuſque faciat ſuos medio tempore perceptos. p.282.n.14.& 15
Clericus in actionibus regalibus num conueniri poſſit coram Iudice laïco. p.97.n.23
Et quid ſeruetur in Regno Neap. ibid.n.26
Et vid. infr.in verbo *Iudex.*
Clericus incapax ſucceſſionis feudorum, an poſſit à Rege habilitari,vt ſuccedat in feudis per patrem relictis,non obſtante quod tempore mortis patris feudatarij ob eius incapacitatem ſequenti in gradu ſucceſſio delata fuerit. p.112.n.1.cum ſequent.pag. 113.n.10.
Clericus in eligendo forum an connumeretur inter pupillos,& viduas. p.117.n.17
Et an in fori electione, & variatione maius habeat priuilegium quam minor 18.annis. ibid.num. 15.& 17.
Clericus in minoribus beneficiatus an libere poſſit diſponere de bonis antiquis, ſi ante mortem, ſed poſt teſtamentum beneficio & clericatui renunciauit. p.121.n.2.& 4.
Et quid ſi beneficio, & clericatui renunciauit, non ſeruata forma iuris. ibid.n.3
Et an ſi feudum teneret cum licentia Sacræ Congregationis,dato tempore ad deliberãdum,an illud velit tenere, vel clericatum continuare. ibid.n.8
Clericus in minoribus,ſi clericatui in manibus ſui Ordinarij renunciauerit, nequit illum reaſſumere abſque eiuſdem Ordinarij licentia. p.924.n.5
Et quid in ciuitate Neapolitana ex conſtitutione Sinodali. ibid.n.8
Clericus inquiſitus in foro ſeculari ſi fuerit captus cum habitu, & tonſura, erit ad Iudicem Eccleſiaſticum remittendus abſque alia clericatus probatione. p.584.n.1.
Clericus in Regno Franciæ compellitur per Tribunal Regis Eccleſiam reparare,& quare. p.643.n.8
Clericus in Regno Neapolitano declinatoriam fori prætendere non poteſt,niſi perſonaliter coram Iudice laïco compareat,& petat ſe remitti. p.584.n.2
Clericus ligatur actiuè, & paſſiuè ſtatuto,quod induxit ius retractus. p.95.n.1
Clericus haud ligatur conſuetudine ciuitatis Neapolitanæ, quæ incipit *& ſi teſtator.* p.121.n. 1.p. 164.n.13.
Clericus minime ligatur *Pragm.1. de Arbitris,* vt teneatur cauſas inter conſanguineos, & affines, in quarto gradu compromittere. p.164.n.9
Clericus minimè ligatur *Pragm.1.de Senat.Conſ.Macedon.* quod nullum contractum facere poſsit, ſine conſenſu patris. ibid.n.11
Clericus non ligatur *Pragm.vnic.de præuent. moder.* & ſic valeat præuenire ſuum creditorem, & teneatur penes acta cautionem præſtare de ſoluendo debitum,& pœnam. ibid.n.12
Clericus an ligetur ſtatutis laïcorum. p.883.n.5
Clericus loci exempti ordinari debet ab illo Epiſcopo, intra cuius Diœceſis fines locus ille exiſtit, & ad eundem ſpectat litteras dimiſſorias, vt ab aliis ordinetur, concedere. p.323.n.5
Clericus loci exempti, ſi ab aliis fuerit ordinatus,cum litteris commendatitiis eius Abbatis tantum, remanet ſuſpenſus. Sed ab incurſa ſuſpenſione,à quo ſit abſoluendus. ibid.n.4.& 5
Clericus matrimonium contrahens, eo ipſo priuatur omni priuilegio clericali. p.924.n.2
Et an fori priuilegium recuperet, ſi matrimonio diſ-

ſoluto habitum & tonſuram reaſſumat, & diuinis inſeruiat. ibid.n.3
Et an proſit reaſſumptio, ſi in ea Iudicis decretum non interuenerit. ibid.n.4
An vero clericus iſte ſit immunis à ſolutione collectarum. p.925.n.2.
Clericus negotiator, pro bonis mercimonialibus non vtitur priuilegio clericali, nec immunitate eccleſiaſtica. p.656.n.1
Clericus nondum ſacerdos, ſi Eccleſiam Parochialem obtinuit, tenetur intra annum ſacerdotium conſequi. p.469.n.3
Et an hoc tempus poſſit ab Epiſcopo abbreuiari. ibid.
Clericus ordinatus à non ſuo Epiſcopo ſine licentia proprij, licet ab ordinum exequutione cenſeatur ſuſpenſus,& ad impetranda beneficia inhabilis reddatur,num eius in anima character imprimatur, & delinquendo ſit ab Epiſcopo cognoſcendus. pag. 313.n.6
Et quid ſi Ordines fuerit aſſecutus cum falſa licentia Ordinarij. ibid.n.7.& 8
Clericus prima tonſura inſignitus, ſi habitum,& tonſuram non deferat & diuinis inſeruiat, adhuc gaudet beneficio Capituli, *Odoardus*. p.117. num.10.
Et an ſuffragetur tali clerico beneficium diſponendi de bonis aduentitiis,poſt clericatum quæſitis, ſicut de caſtrenſibus. ibid.n.11
Clericus primorum ordinum habitum non ferens clericalem nec diuinis inſeruiens fori priuilegio non gaudet. p.584.n.7
Clericus pro feudis & rebus feudalibus trahi poteſt ad iudicia ſecularia. p.876.n.2
Et quid ſi ſit redditicius Baroni pro aliquo feudo, quod potius habetur pro burgenſatico vel pro aliquo cenſu, an ſit remittendus ad Iudicem Eccleſiaſticum. p.877.n.18.& p.878.n. 20
Clericus pro iure rettactus an poſſit coram Iudice ſeculari conueniri. p.95.n.2.& ſeqq.
Clericus propter characterem ſibi impreſſum in anima,non deſinit eſſe clericus, niſi totaliter à more clericorum ſe abſtinuerit, & quod viuat vt laïcus. p.924.n.7.
Clericus promiſſus de beneficio reſeruato,num teneatur ad reſtitutionem fructuum perceptorum ante litem motam. p.92.n.7
Clericus quantumuis citatus, & contumax reputatus per Iudicem ſecularem, fori non admittit declinatoriam. p.881.n.2
Clericus quando pro ſuo intereſſe coram Iudice laïco principaliter comparet debet ad Eccleſiaſticum remitti. p.366.n.10.& ſeqq.
Clericus qui diu vti auctor litem habuit coram Iudice laïco, num ad ſoluendum ſalarium Aduocato & Procuratori poſſit ab eodem Iudice conueniri. p.122.n.1.3.& 6
Clericus qui poſt dimiſſum habitum, & tonſuram deliquit,& pro delicto in curia ſeculari fuit citatus, ſi deinde reaſſumpto habitu,& tonſura,Eccleſiæ inſeruire incipiat, non poteſt Iudex laïcus proceſſui finem imponere. p.924.n. 16
Clericus quicquid acquirit poſt clericatum dicitur quaſi caſtrenſe. p.787.n.14
Clerici bona quæſita ante clericatum iudicantur vt bona laïcorum. ibid.n.19
Clericus qui tempore delicti erat minoribus Ordinibus inſignitus, non tamen habebat requiſita Sacr. Conc. Trident. deinde poſt delictum habitum & tonſuram reaſſumendo Eccleſiæ inſeruiat, an fori habeat priuilegium. ibid.n.11
Clericus quòd ſit inhabilis ad tenendum feudum,num in fauorem Domini, vel agnatorum ſit introductum. p.112.n.4
Clericus ratione dubij ſi non compareat,an mulctari poſſit à Iudice laïco. p.886.n.25
Clericus reconueniri an poſſit coram iudice laïco. vid. infr. in verb. *reconueniri.*
Clericus Regularis neque ad minores Ordines aſcendere valet durante anno probationis. p.309.n.7
Clericus renunciare an poſſit beneficio abſque licentia propria Epiſcopi. p.121. n.7
Et quid de conſuetudine. ibid.
Clericus requiſita non habens S. Conc. Trident. omnibus gaudet priuilegiis,præterquam fori.p.116. n. 5.& 7.& p.117.n.12.
Clericus ſecularis à clerico regulari non differt quoad ſeruanda Ordinum interſtitia. p.509.n.5
Clericus ſi beneficium Cap. *Odoard.* fuerit aſſecutus à ſuo Ordinario,ſi demum efficiatur laïcus, & à ſuis creditoribus coram magiſtratu ſeculari conueniatur,num adhuc potiatur dicto priuilegio, & exceptione rei iudicatæ tueatur. p.120.n.2
Clericus ſi comparuerit coram Iudice laïco vigore edicti generalis, monentis quemcunque ad comparendum, ſi ſua putauerit intereſſe, remitti debet ad Eccleſiaſticum. p.366.n.12
Clericus ſi conueniatur ab aliquo vti fideiuſſor alterius, excuſſionis exceptionem opponere poteſt. p.121.n.1.& 3. & p.122.n.6.
Clericus ſi enormibus ſe immiſcuit, armando ſcilicet per campaneam in comitiua,& ſæua cōmiſerit,num priuilegio fori frui poſſit.p.841.n.7.& ſeq.& n. 10
Clericus ſi impedierit mandata Iudicis ſecularis an poſſit ab eo mulctari, & pænis affici pecuniariis. p.883.n.14.
Clericus ſi poſt minores Ordines ſuſceptos vxorem duxerit,& mercari cœperit,an mortua vxore ad ſtatum Eccleſiaſticum redire poſſit, non prius ſatisfactis creditoribus. p.363.n.6
Clericus ſi publicam adminiſtrationem coram Iudice ſeculari ſponte ſuſceperit pro computorum redditione debet coram Eccleſiaſtico conueniri. p.364. n.8.10.& 13.
Clericus ſi reaſſumat clericatum poſt patratum delictum, num illi proſit, vt propterea reputandus ſit clericus, & remittendus. p.924. n.9
Clericus ſi ſit filius primogenitus, & hæres patris ſui in allodio, num adhuc poſſit ſuper feudis antiquis vitam,& militiam,& ſuper feudo nouo integrum pretium erogatum, vel eius partem petere. p.102.n.1. & 2. p.103.n.11.p.105.n.18.& p.106. num.23.
Clericus ſi vti laïcus compareat in M. C. V. & petat ſe ad Baronem remitti, quibus pœnis afficiatur. p.925.n.23.
Clericus ſiue in minoribus, ſiue in ſacris conſtitutus num poſſit ſuccedere in feudo. p.112.n.2
Clericus teſtamentum condendo videtur ſe ſubiicere legibus fori,vbi cauſa agitanda eſt. p.476.n.9
Clericus, vel monacus non ligatur conſuetudine Neapolitana circa relinquendam medietatem bonorum antiquorum proximiori, nec proximior è contra ad relinquendam clerico,vel monacho. pag. 554.n.23.
Clericus veniens in cauſa poſt ſententiam latam contra aliquem in actione reali, an audiendus ſit, ſi allegauerit, fuiſſe prolatam in bonis propriis. pag. 123.n.2.& 4.
Et quid ſi alleget fuiſſe exequutum in bonis propriis per ſententiam latam in actione perſonali. ibid. num.5.

Et quid ſi clericus notitiam habuit litis motæ. n.4

Clericus, vt remittatur ſuo Iudici ordinario, & eo fortiùs ad ſuperſedendam pœnæ exactionem, an ſufficiat ſola clericatus inſtructio. p.885.n.24

Coadiutoria.

Coadiutoriæ gratiâ ſi quis fuerit prouiſus cum futura ſucceſſione, & coadiutus antequam coadiutoria ſuum ſortiatur effectum moriatur, an remaneat altera gratia futuræ ſucceſſionis, in fauorem coadiutoris. 355.n.19

Codicillandi facultas.

Codicillandi facultas num operetur, vt liceat ab inteſtato tranſmittere. p.215.n.12

Cognatus.

Cognatus proximior num fœminam agnatam remotiorem excludat, teſtatoris agnatione vocata. p.467. n.3.& 4.& p.468.n.5.& 6.

Collatio.

Collatio beneficij facta per poſſeſſorem iuris conferendi, præfertur collationi factæ per eum, qui re vera ius prædictum habet. p.653.n.6

Et an idem ſit in eiuſdem beneficij inſtitutione. ibid. n.7.

Collatio ceſſare num debeat, vbi ceſſat ſucceſſio. p.107.n.29.

Collatio ceſſat in linea collaterali. p.443.n.7

Collatio ceſſat quoties patet illam expreſsè, vel tacitè ex ſua præſumpta mente prohibuerit. pag. 185.n.8.

Et num ſufficiat prohibitio expreſſa, ſed verbis generalibus. p.186.n.13

Et ex qua probabili coniectura colligatur præſumpta mens patris, quod ſcilicet voluerit collationem prohibere. ibid.n.9.& ſeqq.

Collatio in quibus caſibus prohibeatur. p.108.n.35

Collatio locum habet inter liberos tantum. p.110.n. 41.& 4.

Collatio vt locum habeat, num ſufficiat, quod quis hæres ſit in vno obulo. p.109.n.39

Et an locum habeat tantùm inter hæredes patris. p.108.n.35.

Collatio olim locum tantum habebat, cùm quis ab inteſtato ſuccedebat, hodie verò tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato. p.186.n.12. verſ. *Et ſi mihi.*

Collatio pretij in feudi emptionem per patrem erogati, an, & quando prohibita cenſeatur per patrem in teſtamento. ibib.n.10

Et num cenſeatur à patre prohibita, ſi ita de Burgenſaticis inæqualiter diſpoſuit, vt veriſimiliter iudicari poſſit, noluiſſe patrem inter filios æqualitatem ſeruare. ibid.n.11

Collatio quid ſit, & quare inuenta. p. 788.n.4.cum ſeq.

Collationis vinculo num ſubiaceant, quæ deferuntur ad filios poſt mortem patris, vel quæ per ipſos poſt eiuſdem patris mortem acquiruntur. p.107.n.31. p.790.n.15.& ſeqq.

Collecta, Collectandi ius, & Collectari.

Collecta indicitur ſingulo quoque anno, ſiue biennio, aut triennio, & in aliquibus regionibus quinquennio. p.125.n.13.verſ. *Ratio.*

Collecta pro bonis ſitis in alieno territorio, in quo viuitur per gabellas, ſi fuerit ſoluta pertempus immemorabile in loco in quo illa poſſidens eſt originarius vel commoratur, deinde territorium illud vellet viuere per cataſtum, num collectare poſſet bona prædicta. p.123.n.1

Et quid ſi in ea ciuitate, vel caſtro, in cuius territorio bona ſita ſunt, fuerit ſemper mos viuendi per cataſtum & non per gabellam, num per hoc in aliquo ſibi præiudicauerit, ne poſſit demum in præiudicium illius loci, vbi in præteritum fuit collecta ſoluta, bona prædicta collectare. p.124.n.2

Collecta Sanctæ Mariæ erat diuerſa à collectis generalibus, & quibus ſoluebatur. p.744.n.4

Collecta, ſiuè bonatenentia num ſolui debeat de functionibus fiſcalibus, venditis per Regem, ſeu fiſcum creditoribus conſignatariis. pag. 737.n.35. cum ſequent.

Et quid ſi venditi fuerint pro liberis, & franchis, ac immunibus ab omni onere. p.738.n.45

Et quid ſi pactum fuerit de immunitate collectarum, & ſuper eo appoſitum ſit decretum Regium Collateralis Conſilij. pag.742.n.84.& 85.cum ſequent. p.743

Collectarum onus num reſpiciat dominum, ad ipſumque ſpectet, vel ad conductorem. p.638.n.4.verſ. *Primo, an onus.*

Et num ſit onus mixtum impoſitum ſcilicet perſonis pro rebus. p.124.n.8

Collectam ſoluere an, & quando teneatur quis in propria patria, vel incolatu pro bonis, vel animalibus, quæ diuerſis in locis poſſidet, & habet. p.78.n.15

Collectarum pro exequutione quid diſpoſuit Carolus II. p.744.n.5

Collectas ſoluere an teneatur Eccleſia pro rebus à laïco emptis. vid. infra in verbo *Eccleſia.*

Collectam ſoluere an teneatur tenens bona ab Eccleſia. p.639.n.10

Collectas, ſeu bonatentiam an teneantur ſoluere emptores annuorum introituum ab huius Regni vniuerſitatibus. p.734.n.1.p.735.num.3

Et quid ſi venderentur extra diſtrictum vniuerſitatis vendentis, & in hac ciuitate Neapolitana eſſet celebratus contractus. p.738.n.40

Et an teneantur ad collectas, ſi emptores prædictorum annuorum introituum ſint ciues Neapolitani, vel vniuerſitas viueret per gabellas, ibid.n. 43. cum ſeq.

Collectæ, & huiuſmodi impoſitiones ſunt onera mixta, impoſita, ſcilicet rebus, & perſonis. p.678.n.8. p.744.n.6.

Et an dicantur impoſitæ perſonis pro rebus. p.678. n.9.& p.679.n.15.

Collectæ nullæ fuerunt tempore Regis Gulielmi, fuerunt tamen iniunctæ tempore Federici. II. Imperatoris. p.744.n. 2

Collectæ quæ imponuntur in Regno, Principe mandante, dicuntur munera ordinaria, & canonica, in caſibus tamen per Papam Honorium expreſſis, & approbatis. p.679.n.16

Collectæ tempore Imperatoris Federici II. indicebantur ratione bonorum, tum ab ipſo Rege, tum ab vnaquaque vniuerſitate. p.735.n.4

Et quot collectas imponebat ipſe Imperator quolibet anno. ibid.n.5

Et quomodo indicebantur collectæ tempore Regum Andegauentium. ibid.

Et ad quam ſummam loco collectarum fuerunt impoſitæ per Alphonſum I. functiones fiſcales. ibid. num.9

Collectandi ius num præſcribatur, ſi vniuerſitas, in cuius territorio forenſes habent bona, per longum, vel longiſſimum tempus illa neglexerit collectare. p.124.n.10.p.125.n.13

Collectari an poſſit quis per eius ciuitatem, vel caſtrum, pro bonis, quæ in alieno territorio poſſidet. p.124.n.7

Et quid ſi prædicta ciuitas, vel caſtrum haberet priuilegium imponendi collectas in his bonis, vel de conſuetudine eſſet receptum. ibid.n.10

Et quo tempore hoc Priuilegium, vel conſuetudo tollatur,

tollatur, ſi per negligentiam ciuitas non exegerit collectas. ibid.n.11
Collectari an poſſit quis pro bonis mobilibus, vel pro ſua induſtria. p.638.n.7

Collegium.

Collegium Neapolitanum ex quot,& quibus repræſentetur. p.510.n.1
Et ex eis quot debeant eſſe Promotores cuiuſlibet doctorandi. ibid.n.2
Collegium Theatinum vid.infr.in verb.*Eccleſia.*

Colonus.

Colonus Eccleſiæ contractando fructus ad ſui commodum,num immunis ſit à pedagio. p.639.n.15
Colonus Eccleſiæ num teneatur ad onera,ad quæ ipſa Eccleſia non tenetur. p.638.n.6.& 9

Commiſſarius.

Commiſſario deſtinato ad capiendum informationem &apprętium bonorum feudalium pro taxando paragio ſororum feudatarij,eſt ſoluendum ſalarium, tam à ſororibus, quàm à feudatario. Inter decr.Io.Ang. Piſanell. verſ. *dum pro taxando.* p.990

Commodum.

Commodum quis conſequi ex perſona alterius, non eſt nouum. p.849.n.18

Communitas.

Communitatis non eſt,quod meum eſt. 502.n.4

Compromitti,& Compromiſſum.

Compromitti haud debet cauſa inter coniunctos, ſi concernat bona feudalia, & vitam militiam. Inter decr.Io. Ang.Piſan. verſ.*iſte orta*,& verſ. *dum Epiſcopus*,& verſ. *& hoc etiam.* p.991.aliàs 981
Et num debeat compromitti cauſa paragij ſororis, ſi dubitetur an debeatur, vel non debeatur à fratre. verſ. *dubium ſtat*,& verſ.*contrarium puto.* ibid.
Compromiſſum ex Regia Pragm. faciendum eſt inter coniunctos. Quod ſi ex vna parte fuerint tres coniuncti,& ex altera vnus,poſſunt illi tres eligere tres arbitros, vel vnum, prout ſibi placuerit; vnus verò alios tres, vel vnum, qui locum habet, & vicem trium. Inter decret.Io. Ang. Piſanel. verſ. *die 17. Nouembris.* p.989.alias 979

Conceſſio.

Conceſſio dicitur facta in ſolidum, ex eo quod conuentum eſt vt ſinguli conceſſionarij conueniantur in ſolidum. p.130.n.29
Conceſſio facta à Principe ad ipſius beneplacitum, ſi tranſiuit in contractum,num reuocari poſſit, & quando dicatur in contractum tranſire. p.511.n.17.& ſeqq.
Conceſſio facta à Rege ad beneplacitum reuocari poteſt. p.510.n.1.p.511.n.10.& 15
Et quamdiu duret conceſſio facta ad beneplacitum. p.510.n.12.
Conceſſio meri imperij, facta ad Principis beneplacitum,num reuocata cenſeatur per verba conſtitutionis Regni,incipientis *Ea qua ad decus.* p.510.n.14.p.511.n.16.
Conceſſio ſi ſit facta pluribus de aliqua re in emphyteuſim cum clauſula *durantibus lineis maſculis in perpetuum*: conuentum videtur, quod res non redeat ad dominum priuſquam ſingulæ lineæ defecerint. p.130.n.30
Conceſſo nemore ad lignandum pro ſe ſuaque familia,& ſi decedat pluribus relictis filiis, num poſſit quilibet ex ipſis lignari quantum indiget, vel ſimul omnes lignari debeant,quantum poterat eorum pater. p.537.n.2

Concilium Tridentinum.

Concilium Tridentinum cœpit ligare per totum Terrarum Orbem à die prima menſis Maij, anni 1564. p.606.n.5.
Et à quo die ligare cœpit conſtitutio eiuſdem Sacri Concilij *in cap.16.ſeſſ.25.de regular.* ibid.n.6
Concilium Tridentinum *in d.cap.*16. num locum habeat in Monaſteriis etiam exemptis. p.652.n.8
Concilium Tridentinum *in dicto cap.* 1. quinque determinauit,& quæ. p.417.n.14
Concilium Tridentinum *in d.cap.*16.num procedat in teſtamentis aliiſque vltimis voluntatibus,& vbi renunciatio fuit facta ante habitus ſuſceptionem. p.418.n.2
Concilium Trident. publicatum haud fuit in Ducatu Montenſi,Archiepiſcopatus Coloniæ. p.285.n.13

Concluſio.

Concluſio firmiſſima fit ex interpretatione, & obſeruantia Sacri Regij Conſilij, & tot ampliſſimorum patrum. p.536.n.3

Conditio.

Conditio nubendi alterius arbitratu,adiecta in legato, reiicienda eſt. p.655.n.5.cum ſequent.
Et quid ſi ſit conditio de contrahendo matrimonio alterius conſilio. ibid.n.6
Conditiones longe differunt à caſu ſubſtitutionum. p.465.n.17.

Condominus.

Condominus alicuius caſtri haud præfertur in venditione eius partis,facta extraneo per alium condominum. p.253.n.19

Conductio & Conductor.

Conductio officij Graffariæ num tranſeat ad hæredem pupillum. p.634.n.19
Conductor duplicare non cogitur penſionem ob maximum lucrum. p.623.n.18
Conductio officij num tranſeat in hæredem fœminam, & pupillam. p.634.n.19
Conductor feudi ſoluere an teneatur vniuerſitati, in cuius territorio ſitum eſt feudum, impoſitionem factam pro quolibet boue, deſeruiente ad culturam feudi. p.638.n.8
Conductor prædij ruſtici, vel vrbani, ſi finito tempore locationis à locatore conueniatur ad prædium conductum ſibi dimittendum,cogitur præciſè illud relaxare, nec quæſtionem dominij, & multo minus hypothecæ inferre poteſt. p.126.n.1
Et quid ſi prædium conductum eſſet re vera alienum, & per conductorem poſt conductionem, ſit à vero Domino acquiſitum. ibid.n.2
Quidvè ſi exceptio dominij eſſet adeò notoria, vt euidenter includeret dolum locatoris. ibid.n.3
Conductor prædiorum fiſcalium ſemper præfertur ſecundo conducere volenti pro eodem pretio. pag.252.n.14.
Conductor vide infra verb. *Locatarius.*

Confeſſio.

Confeſſio vt valeat,& noceat confitenti, fieri debet Aduerſario præſente, & acceptante in 1. Reſp. Domini Alex.Tartag. p.995.n.14

Confirmatio.

Confirmatio cuiuſuis actus quid ſit. p.76.n.7.

Confugiens.

Confugiens ad Eccleſiam ſi aufugerit à manibus miniſtrorum Curiæ,per quos iuſſu Proregis ducebatur, vt in loco tuto reponeretur ad aliquem bonum finem,num gaudeat immunitate, vel poſſit ab ea extrahi. p.683.n.10
Et ſub qua fide, & verbo extrahi debeat. p.684.n.23.p.685.n.1.
Confugiens ad Eccleſiam ſi ſit excommunicatus vitandus,& ingrediatur Eccleſiam, vbi neceſſario diuina officia ſunt celebranda, debet in alium ſecurum locum authoritate Epiſcopi transferri. ibid. num.8.

Confugiens

Confugiens ad Eccleſiam vid. Infr. in verb. *criminoſus*, & in verb. *extrahi*, & in verb. *immunitas*.

Congregati.

Congregati more Religioſorum, in communi viuentes licet ſacerdotes ſeculares ſint, num gaudeant priuilegiis, & prærogatiuis, immunitatibus, & exemptionibus, quibus veri Religioſi gaudent. pag. 216. num. 4.

Coniectura.

Coniecturæ quænam admittantur ad probandam filiationem. p. 528. n. 4

Coniunctus.

Coniunctus Iudicis, ſi vti amicus, & beneuolus cauſam protegit alterius, & aduocat, facit contra *Prag. 23. de offic. Sacr. Regij Conſilij*, & conſequenter abſtinere debet. p. 16. n. 6

Conſanguineus.

Conſanguinei, vel Affines nominatium nominari num poſſint pro regimine vniuerſitatis. p. 313. n. 1. & 2. p. 314. n. 7.

Conſenſus.

Conſenſus, & conſilium, num differant in iure, & quomodo ſint adimplenda. p 655. n. 6. cum ſeq.

Conſenſus expreſſus, & tacitus, quinam ſint. p. 448. num. 4.

Conſenſus in matrimonio eſt cauſa efficiens, & ſubſtantialis ipſius. p. 284. n. 8

Et quibus ex verbis, ac dictionibus colligatur conſenſus in matrimonio. ibid. n. 9. cum ſeq.

Conſenſus maioris ſi requiratur in actu, requiritur vtique per viam authoritatis, ſecus dicendum in conſenſu minoris. p. 820. n. 11

Conſenſus parentum, num requiratur in matrimoniis contrahendis per filios, attento iure nouiſſimo Sacr. Concilij Tridentini. p. 285. n. 2

Conſenſus ſi per ſtatutum requiratur in actu non ſimpliciter, ſed cum clauſula annullatiua ipſius, in caſu deficientiæ, tunc requiritur per viam ſolemnitatis ad integrandam perſonam agentis. p. 820. n. 12

Conſenſus tacitus Domini Regis, & Sereniſſimorum Regum prædeceſſorum non præſumitur in actibus, qui fiunt in regno, ob eorum abſentiam. pag. 844. n. 12.

Conſenſus tacitus in ſtatuto condendo non dicitur præſtitus, vbi quis vocatus per ſonum campanæ, vel per gridam, non comparuerit. p. 448. n. 5

Conſenſus vbi in contractu de iure requiritur expreſſus & non tacitus, dicitur authoritatiuus, ad perſonam contrahentis integrandam, & in eo omnino neceſſarius. p. 820. n. 10

Conſiliarius Regis.

Conſiliarij Regis in quibus ſubditi ſint Magnæ Curiæ Vicariæ. p. 782. n. 64

Conſiliarij ſi eis commiſſæ ſint cauſæ in certum genus perſonarum, & negotiorum, num poſſint repræſentare eãdem dignitatem, & præeminentiam quam habent, vt Conſiliarij. ibid. n. 65

Conſiliarij ſi vt Delegati petant remiſſiones cauſarum à Magna Curia Vicariæ, eas hortando, & non imperando petere debent. ibid. num. 66

Conſiliarius nouiſſime creatus, nouiſſimo in loco erit recipiendus, eique currit ſalarium poſt præſtitum iuramentum, ac in libro portionis inſcripto. p. 569. num. 12.

Conſiliarius Regis dici non poteſt, niſi præſtito iuramento poſſeſſionem ſit adeptus. p. 567. n. 1

Et an inter Regis Conſiliarios attendatur temporis prioritas ex adeptione poſſeſſionis, vel ex data priuilegij. ibid.

Et quid ſi aliter appareat ex verbis priuilegij, & cedulæ ſuæ Maieſtatis. ibid. n. 2

Conſtitutio.

Conſtitutio Gregorij XIII. quæ incipit: *Expoſcit debitum.* circa tempus triennij, quo Abbatiſſæ iniuncto muneri vacare debent, procedit in omnibus monaſteriis monialium, quarumuis Militiarum, etiam Hieroſolymitanæ. p. 3. n. 7

Et an quoque procedat in monaſteriis, quæ regulam à ſancta Sede approbatam profeſſa non ſunt. ibid.

Conſtitutio Regni incipiens *Vt de ſucceſſionibus*, in linea collaterali gradus connumerat, & non perſonas. p. 219. n. 5. & p. 220. n. 7. & 12

Et an Conſtitutio prædicta admittat ad feudi ſucceſſionem fratrem, nepotemque fratris, ſiuè ex vtroque, ſiue ex altero tantum parente coniunctos. p. 221. n. 15.

Et in quo differat hæc Conſtitutio à conſuetudine Neapolitana, incipiente, *Si quis, vel ſi qua,* in verſ. *Sed ſi morienti.* p. 512. n. 6

Et an Conſtitutio iſta intelligenda ſit de inueſtitura data pro hæredibus ſimpliciter, vel data pro hæredibus ex corpore. p. 767. n. 99

Anve dicta Conſtitutio in multis ſit contra ius commune Romanorum, ac in multis contra ius commune feudorum. ibid. n. 105. & p. 768. n. 106

Conſtitutione in Regni, quæ incipit, *In aliquibus*: num fuerit habita ratio conſeruandæ agnationis, vel potius prædilectionis maſculorum. pag. 862. num. 4.

Conſtitutum, & Conſtitutus.

Conſtitutum, & precarium per mortem conſtituentis extinguitur. p. 142. n. 3. & 4

Conſtitutus in articulo mortis ſi faciat actum, per quem alteri præiudicium inferatur, num actus ille aliquem producat effectum. p. 297. n. 4

Conſuetudo.

Conſuetudo Capuanæ, & Nidi in hac ciuitate Neapolitana facit in ſucceſſione habere matrem pro non exiſtente, ſeù mortua, quoties filia ſecundum eam matrimonium contraxit. p. 847. n. 3

Conſuetudo Capuanæ, & Nidi, quæ patrem excludit à ſucceſſione filij in bonis intra diſtrictum, num pariter locum habeat in bonis extra diſtrictum. p. 132. n. 15.

Conſuetudo ciuitatis Bari, quæ incipit, *Dos à patre,* quid diſponat. p. 347. n. 4. cum duob. ſequent. pag. 349. n. 14.

Conſuetudo exigendi quartarias ex venditionibus bonorum Curiæ Baronali redditiciorum, num ſit contraria iuri communi. p. 899. n. 1

Et quid ſi ſit immemorabilis. p. 900. n. 9

Conſuetudo ex variis, & diuerſis actibus minime inducitur. p. 608. n. 20

Et num inducatur ex duobus actibus. p. 900. n. 7

Conſuetudo immemorabilis venerandi Sanctos non canonizatos per Sedem Apoſtolicam, incepit ab initio naſcentis Eccleſiæ, & etiam ab Apoſtolis. pag. 973. n. 20. p. 974. n. 25.

Et num tales conſuetudines ſubiaceant magno periculo exhibendi falſum cultum iis, ſcilicet, qui vere Sancti non ſunt, nec cæleſti gloria fruuntur. p. 975. n. 35.

Conſuetudo iuriſdictionem præbet meram, & mixtam imperioſam, altam, & baſſam. p. 502. n. 3

Conſuetudo Neapolitana, quæ incipit *Sed ſi morienti*: loquitur exemplificatiuè, non autem taxatiuè in perſonis expreſſis. p. 456. n. 10

Conſuetudo Neapolitana, quæ incipit *Si qua moriens*, aliæque huius ciuitatis Neapolis, locum habent tantùm in diſpoſitionibus, quæ fiunt in morte. p. 949. n. 2.

Et num locum habeant, quando diſpoſito, facta in vita, non poteſt effectum ſortiri, niſi poſt mortem diſponentis. p.949.n.2

Conſuetudo Neapolitana quæ incipit, *Si quis vel ſi qua*, locum non habet, patre, vel matre in medio exiſtentibus. p.408.n.3. & ſeqq.

Et num locum habat, exiſtentibus in medio aliis deſcendentibus. p.533.n.1

Et num includat matrem tantum, cæteras verò fœminas excludat, ita vt nec faciant partem, nec admittantur ad partem. ibid.n.7

Et an loquatur in ſororibus, & deſcendentibus ab illis. p.545.n.5

Conſuetudo Neapolitana ſi diſponat de aliquo, quod principaliter concernit perſonam, nihil refert, quod bona ſint in diſtrictu, vel extra ciuitatem. in Ann. ad conſ. Neapol. verſ. *Soles dubitari.* pag. 992.

Conſuetudo an probetur ex inſtrumentis in facto enunciatis, & ex inſpectione publicorum inſtrumentorum, nec alia requiratur probatio. p.900. num.5.

Et quid ſi inſtrumenta ſint antiquiſſima, ſed inter alios acta. ibid.n.6

Et an probetur ex duabus ſententiis inde ortis. ibid. num.8.

Conſuetudo tantum habet de potentia, quantum de vſu, proprioſque terminos non excedit, adeò vt ad alios etiam eiuſdem naturæ actus nequeat extendi. p. 950.n.2.& p.961.n.5.

Et num ſit ſtricti iuris, & proprios terminos non excedat. p.187.n.16.& p.434.n.10

Conſuetudo vetuſta, & longæua, quænam ſit. p.781. num.69.

Conſuetudo vt probetur per teſtes, quæ neceſſaria ſint vt deponant. p.899.n.2

Et an ſufficiat, quod teſtes deponant de tempore decennij. p.90.no.3

Conſuetudinem ad fundandam, vltra temporis curſum, requiritur etiam frequentia actuum contradictorum, & quod ſecundum eos ſemper, & in perpetuum ſit iudicatum. p.783.n.70

Conſuetudinem ad inducendam num ſufficiat decennij curriculum, & quod per duas dumtaxat vices ita ſit ſeruatum. p.964.n.12

Et quid in præſcribendo feudo, ac iuriſdictionibus. ibid.n.12. & 13.

Conſuetudines Neapolitanæ adſtringentes Ciues ad minimè diſponendum de bonis antiquis, niſi de medietate, clericos non ligant. p.131.n.1.p.164. num.13.

Conſuetudines Neapolitanæ, loquentes de diſpoſitione bonorum in morte, num bona comprehendant extra territorium exiſtentia. p.132.n.10

Conſuetudines Neapolitanæ loquentes de ſucceſſione ex teſtamento, vel ab inteſtato, ceſſant, patre, & matre defuncti in medio exiſtentibus. ibid.n.8.& pag. 279.n.6

Et num ceſſent data facultate per agnatos liberè diſponendi. p.133.n.18

Conſuetudines ſunt ſtricti iuris. p.434.n.10

Conſules.

Conſules artis ſericæ priuilegium habent cognoſcendi de omnibus, & quibuſuis delictis, & criminibus, præterquam de his, pro quibus veniret imponenda pœna mortis. p.480.n.12

Continui.

Continui excellentiſſimi Proregis, omneſque de Equeſtri, & Pedeſtri militia, ac Penſionarij, qui à ſua Catholica Maieſtate in ſeruitiorum remunerationem penſionem obtinuerunt, in cauſis ciuilibus locorum Ordinariis ſubiecti ſunt. p. 293.n.12. verſ. *Pro intelligentia.*

Contractus.

Contractu annullato, omnia ad ipſum acceſſoria annullantur. p.180.n.3.& 10

Contractum ad reſcindendum, geſtum per mulierem in partibus longinquis, & in quo conſanguinei non fuerunt præſentes, leuiores ſufficiunt probationes. p.936.n.8.

Contractus cenſualis quando dicatur. p.901.n.16

Et an in dubio potius præſumatur cenſualis, quam emphyteuticus. ibid.n.13.17.& ſeqq.

Et an cenſeatur emphyteuticus, ſi expreſsè ſit dictum, vt in caſu alienationis recurrendum ſit ad concedentem pro aſſenſu. ibid.num.15

Contractus cenſualis eſt implicite vſurarius, & iniuſtus, ſi emptor à principio venditorem obligauit, vt cenſum redimeret quando ipſe emptor voluerit. p.330.n.13.

Contractus cenſualis, ſiuè annuorum introituum. vid. ſupra in verb. *Cenſualis contractus.*

Contractus dotis, ſi in mutuum transfundatur, vel in contractum cenſualem, quem Siculi ſubiugatorium ad formam Bullæ appellant, transfundi cenſetur cum omnibus eius priuilegiis, & qualitatibus, quæ primò inerant, tam pro capitali, quam pro tertiis decurſis, & interuſurij. p.243.n.28.30.31.& p.345.n.43.

Contractus ex partium conuentione legem accipiunt. p.764.n.78.

Contractus factus à minore, ſi lege ſit improbatus, alia ratione quàm minoris ætatis iuramento firmatur. p.411.n.11.

Contractus geſti per tutorem, non confecto inuentario, vel omiſſa ſatisdatione, num ſint ipſo iure nulli, ac ſi abſque tutoris interuentu celebrati eſſent. p.50.n.16.& 18.

Contractus infirmari an poſſit ex his, quæ in ipſo apponuntur in exequutiuis. p.49.n.43

Contractus mulieris ſub viri poteſtate conſtitutæ, factus præſumitur ad eiuſdem viri preces, inſtigationes, & nutum, atque ad illum adducta metu reuerentiali. p.936.n.5

Contractus omnes, inſtrumenta, & obligationes, factæ per quoſcumque filiosfamilias redduntur nullæ, niſi fiant in præſentia, & de expreſſo conſenſu eorum patrum. p.819.n.1

Contractus promiſſionis emendi, & vendendi, ſub aliqua conditione initus, minimè perfectus dicitur. p.491.n.1

Contractus venditionis annui cenſus conſtituti per emptorem ab beneficium venditoris ratione pretij rei venditæ non ſoluti, num ſuſtineatur defectu numerationis pecuniæ non obſtante. p.504.n.8

Contractus venditionis, an & quando ſit vſurarius. vid. infr. in verb. *Pactum de retrouendendo.*

Contumax.

Contumax audiri non debet, cùm pro contumace nemo loquatur. p.882.n.1.verſ. *Examinemus.*

Contumax per contumaciam regulariter amittit fori declinatoriam. ibid.

Et an illam amittat Clericus reputatus contumax per Iudicem laicum. ibid.verſ. *Examinemus.*

Creditor.

Creditor agere an poſſit actione hypothecaria aduerſus bona ſibi obligata, & per tertium poſſeſſa, non diſcuſſo prius principali debitore. p.141.n.1.& p.951.n.4.

Et quid ſi in inſtrumento contineatur conſtitutum, & precarium. p.142.n.1.p.951.n.5

Idque num procedat tam viuo quàm defuncto debitore

tore conſtituente. p.142.n.2.& p.951.n.6
Et quid ſi diſcuſſio non fuerit oppoſita per tertium poſſeſſorem. p.951.n.7
Et an liceat creditori agere hypothecaria actione, non diſcuſſis prius hæredibus principalis debitoris. ibid.n.5
Creditor agnatus vt creditor extraneo præferatur in venditione, vel locatione bonorum debitoris, num opus ſit, vt petatur prælatio, ac de ea agatur priuſquam res vendatur, vel locetur. p.945.n.2. p.946. n.5.& ſeqq.
Et quid ſi creditor agnatus eſſet illegitimus. ib.n.14
Creditor anterior cui bona omnia ſunt obligata, & fideicommiſſata, & libera, num poſſit in præiudicium creditorum poſteriorum recurſum habere ſuper bonis liberis. p.23.n.16
Creditor anterior pecuniam, poſteriori creditori ſolutam per debitorem communem, an poſſit auocare. p.143.n.1.
Et quid ſi fuerit ſoluta per hæredem communis debitoris. p.225.n.14
Creditor anterior qui hypothecam habet ſuper bonis debitoris, generalem quidem in omnibus, & ſpecialem in quibuſdam; ſi poteſt ſuum conſequi ſuper bonis ſpecialiter ſibi obligatis,num poſſit recurrere ad rem in generali obligatione contentam. p.135.n.9
Creditor anterior, qui in iudicio reali ſententiam pro ſe obtinuit ſuper bonis ſui debitoris,à tertio poſſeſſis, an poſſit exequutionem deſerere, & ſuper aliis bonis eiuſdem debitoris recurrere in præiudicium poſterioris creditoris. p.135. n.1. cum ſeq. p.236.n.14
Creditor anterior quiſnam cenſendus ſit in bonis communis debitoris, vtrum locator, qui fundum locauit. v.g. de menſe Auguſti, ſub annua penſione tot ducatorum, quos ipſe debitor promiſit ſoluere ſub hypotheca bonorum; an verò qui de menſe Octobris eiuſdem anni emit à dicto debitore annuum cenſum tot ſimiliter ducatorum ſub eadem hypotheca bonorum,vtroque concurrente,locatore ſcilicet pro penſionibus decurſis, emptore verò pro annatis maturatis. p.13.n.1.& 5
Creditor anterior quiſnam cenſendus ſit, num qui mutuare promiſit, cum bonorum debitoris obligatione, an verò alius qui eidem debitori pecuniam numerauit cum eadem obligatione. ibid.n.4
Et quid ſi in poteſtate ſit debitoris, pecuniam, vel aliud conuentum non recipere. p.140.n.6.7.& 9
Et quid fauore dotis. ibid.n.7
Creditor contra tertium poſſeſſorem num poſſit agere hypothecaria, non diſcuſſo priùs principali debitore, eiuſque fideiuſſore. p.951.n.4
Et vid. ſup. in verb. *Creditor agere.*
Creditor cui fundus pignoratus eſt, num ex fructibus perceptis teneatur ſolum imputare in ſortem illud plus, quod vltra decem pro centenario exegit. p.356.n.12
Et num ad euitandos ſcrupulos, vt ſecurius in vtroque foro contrahatur, celebrari debeat contractus, non mediante pignoratione, ſed mediante venditione cum pacto de retrouendendo. ibid.13
Creditor cui obligata ſunt bona debitoris, tum feudalia, tum allodialia,licèt anterior ſit, ſi poſſit habere recurſum ad bona feudalia, num poſſit illa omittere,& ſibi ſatisfieri ſuper allodialibus;idque in præiudicium creditorum poſteriorum, quibus bona allodialia tantum ſunt hypothecata. pag.23.n.15. & 18
Et num prius teneatur diſcutere bona allodialia, & demum peruenire ad feudalia. ibid.n.17

Creditor duorum qui ad pecuniæ reſtitutionem tenentur, non poteſt contra vnum directò agere;niſi prius diſcuſſo eo, in cuius poſſe pecunia prædicta peruenit.144.n.7
Creditor habens obligata bona ſubiecta maioratui, cum Regia diſpenſatione; & etiam bona libera, num poſſit habere recurſum ſuper bonis liberis in præiudicium poſteriorum creditorum. p.23.n.16
Creditor habens multa corpora obligata propter modicam pecuniã,num poteſt rem maximã diſtrahere, ſi ex re viliori poteſt ſuum conſequi.p.308.n.4.&7
Creditor hereditarius, pendente iudicio diſcuſſionis inuentarij,num poſſit agere iudicio aſſiſtentiæ contra tertium poſſeſſorem. p.142.n.5
Et an pendente diſcuſſione prædicta agere poſſit contra tertios poſſeſſores bonorum in hæreditate remanſorum, non prius diſcuſſo hærede. p.951 num.2.& 3
Creditor in actione perſonali num agere poſſit aduerſus poſſeſſorem bonorum debitoris, ſaltem in ſubſidium. p.142.n.1
Creditor poſterior, Regium habens aſſenſum num præferatur creditori anteriori,aſſenſu carenti, in liberatione pecuniæ redactæ ex venditione rei feudalis. p.140.n.1
Et qoid concurrente ceſſionario ipſius. vid. ſup. in verb. *Ceſſionarius.*
Creditor poſtquam nactus eſt bonorum debitoris tenutam, num petere poſſit eiuſdem debitoris carcerationem. p.135.n.6
Creditor vigore generalis hypothecæ quam habet, num poſſit agere vtili Saluiano ad bona hypothecata,ad effectum ſibi ſatisfaciendi ex fructibus, & præferendus ſit creditoribus chyrographariis.p.61. num.11
Creditore agente contra debitorem, vt pignus luat, ac debitore parato illud luere pro decem; ſi creditor dicat eſſe pignoratum pro viginti, de quo vult præſtare iuramentum, num locum habeat conſuetudo Neapolitana,quæ incipit *Si quis aliquam rem.* In annotat. ad conſuetud. Neapol. veri. *Quod ſi.* p.997. aliàs 987
Creditores ex cauſa dotis ſi concurrant, & petant,ſibi ſatisfieri ſuper omnibus bonis fideicommiſſo vinculatis,&liberis,concurrentibus etiam creditoribus non priuilegiatis, inſtantibus vt creditoribus ex cauſa dotis ſatisfiat ex pretio bonorum fideicommiſſo ſubiectorum;opponente tamen fideicommiſſario actionem dotis ſuper bonis prædictis vinculatis eſſe ſubſidiariam,quid erit agendum. pag.23. num.16
Creditores mulieris, habentes tantùm actionem perſonalem pro debitis ante matrimonium contractis, num poſſint concurrere ſuper bonis aſſignatis marito in dotem. p.142.n.2.cum ſeqent.p.143. n.5. & 6
Et num maritus in exequutione facienda debeat audiri,vel ſaltem ſcientiam habere, de ſententia lata contra vxorem. ibid.n.4
Et quid ſi debita ſint contracta conſtante matrimonio. ibid.n.6
Creditores viri, dotem, & antephatum non poſſunt offerre vxori petenti aſſecurationem ob vergentiam illius ad inopiam. p.308.n.2
Creditori qui ſemel elegit conſequi iura ſua ſuper vna re debitoris, num ſit permittenda, vel deneganda variatio. p.135.n.5
Et num liceat creditori variare,poſtquam ſemel obtinuit ſuper vna re ſibi obligata. ibid.n.7
Et num ſit illi deneganda variatio quando perfecta eſt bonorum debitoris exequutio, & peruentum

ad illorũm ſubhaſtationem, & deliberationem. p.136. n.14.

Referuntur circa id Decreta Sac. Conſilij Neapolitani. p.137.n.15

Creditoribus ſuper feudis Regio Aſſenſu munitis, num integrè ſatisfiat, vbi feuda deuoluuntur ad Regiam Curiam vel ob lineam finitam, vel ob felloniam. p.857.n.21

Creditorum arbitrium in quibus caſibus refrenandum ſit,& in quibus non. p.135.n.3.8.& n.9.p.136. n.10.cum ſequent.

Et vt creditoris arbitrium poſſit refrenari, num requiratur, quod poſſit faciliter conſequi ſuum abſque incommodo, & ſumptu, ſuper re, quam elegit. p.136.n.13

Et num requiratur quoque dolus,ac fraus creditoris. ibid.

Creditorum in concurſu creditor habens aſſenſum tenetur recurrere ad bona feudalia, & ex his ſatisfactionem procurare, vt cæteris creditoribus poſterioribus ſuper bonis liberis conſultum eſſe poſſit. p.23.n.18

Creditum.

Crediti liquidi per oppoſitionem illiquidi nunquam retardatur exequutio, nec per viam compenſationis, nec retentionis. p.879.n.4

Crimen, & Crimineſus.

Criminibus in coërcendis veritas rei eſt attendenda, & non titulus. p.479.n.4

Criminoſus ingrediens in Monaſterium Monialium, cum eum Curia inſequitur, ſtatim de eo extrahendus eſt. p.685.n.7

Et an, & quando in ſententiam incidat excommunicationis. ibid.

D

Damnatus.

DAmnato ad carceres perpetuas num relinqui poſſint alimenta de Iure Canonico. p.7.n.19

Damnatus ad perpetuum carcerem an maximam patiatur capitis diminutionem. ibid.n.12

Et an ſit actiuè,& paſſiuè inteſtabilis. ibid.n.14

Et an nequeat eſſe in iudicio nec actiuè, nec paſſiuè. ibid.n.15

Damnatus ad regias triremes an tanquam infamis ab Ordinum repellatur ſuſceptione. p.79.n.5

Dari.

Dari mihi videtur quod mea contemplatione datur. p.953.n.4

Debitor, & Debitum.

Debitor contra quem liquidatur inſtrumentum, an debeat ſuam cauſam dicere in vinculis, vel poſſit illi à Iudice aſſignari palatium M. C. Vicariæ,vel Ciuitas, loco carceris. pag.791.n.13. & p.792. n.14.& ſeqq.

Et quid ſi debitor ſit nobilis,an tam ſtrictè ſicut plebeius carcerari debeat, vel ſufficiat, eum vinctum permanere domi. p.791.n.11

Et an habilitari poſſit per palatium, vel per ciuitatem. p.792.n.16

Et vid.infr.in verb. *Debitor ſi ſit nobilis.*

Debitor debitum rei obligatæ offerre non admittitur, poſt dominij tranſlationem eiuſdem rei in alium. p.517.n.5

Debitor decoctus reputatur tanquã mortuus. p.77.n.4

Et vid.infr. in verb. *Decoctor.*

Debitor in Regno noſtro vigore inſtrumenti guarentigiati, ſi creditorem ſuum præuenerit allegando debiti ſolutionem, quam fideiuſſionem præſtare teneatur, vt exequutionem euitet, quouſque facta publicatione in cauſa de iuribus ſuis conſtiterit pag.147.n.1. & p.164.n.12

Et quam fideiuſſionem præſtare teneatur ſi creditorem præuenerit, allegando inſtrumentum ſimulatum, ſiue per vim, & metum extortum, falsúmve, aut viurarium. pag.147.n.2.3. & pag.148. num.6.7.& 10

Debitor moroſus an ſit cenſendus, qui iuſtam habet litigandi cauſam. p.230.n.4

Et quid ſi actor plus ab eo petiit, quam ſit iudicatum, an moroſus cenſendus ſit, ſaltem reſpectu partis quæ in omni euentu veniret omnino ſoluenda. p.232.n.12

Debitor pro mulctis fiſco debitis an poſſit cedere bonis cum ignominia. p.566.n.1.& 5

Et quid ſi deinde ad pinguiorem peruenerit fortunam,num amplius fiſco teneatur. ibid.n.5

Debitor pupilli ſi ſoluat tutori, inuentario non confecto,num malè ſoluat. p.30.n.19

Debitor qui non habet in bonis, vt creditoribus ſatisfacere poſſit, num ordinari valeat, vel in Religionem ingredi. p.363.n.4.& 5

Debitor qui ſoluere tenetur, regulariter haud liberatur faciendo depoſitum. p.610.n.3

Debitor ſi alternatiuè ad duo ſe obliget, vna re perempta, num remaneat obligatus in alia. p.146. num.9

Debitor ſi probet ſoluiſſe creditori creditoris ſui, an liberetur. p.148.n.5

Debitor ſi ſit Nobilis, Illuſtris, aut aliquo titulo decoratus,num ſit ſub fideiuſſione relaxandus etiam in caſu, quo cæteri debitores eſſent carcerandi ſub claue. p.790.n.3

Et quid in delictis grauibus, an ſit ſub militum cuſtodia relaxandus. ibid.

Et an habilitari poſſit per palatium M. C. vel per Ciuitatem. p.792.n.16. Et vid. ſup.in verb *Debitor contra quem.*

Debitor ſub clauibus exiſtens, ſi pro ſe liberando fideiuſſorem dederit de ſoluendo debitum intra certum tempus, vel de ipſum præſentando, an cogatur fideiuſſor præciſè ad ſoluẽdum.p.145.n.1.& 2.

Et quid ſi debitor reperiatur mortuus p.146.n.5

Debitor ſuper decreto interpoſito, quod res vendatur, an citari debeat, quoties eius res venalis exponitur ad creditoris inſtantiam. p.33.n.38

Debitores contra quos liquidantur inſtrumenta, in quam incidant pœnam. p.582.n.15

Debitores an ipſo iure ab omni obligatione abſoluti cenſeantur, ob incurſum creditoris in hæreſim. p.6.n.5

Et num reuiuiſcat obligatio per abiurationem indè ſequutam. ibid.n.8

Debitum conditionale an tranſmittatur ad hæredes. p.577.n.1

Debitum contractum occaſione emptionis feudi domino conſentiente, an teneatur dominus ſoluere, ſi feudatarius abſque hærede decedat. p.954.n.9

Debitum contractum occaſione feudi ſi in eo ſuccedat agnatus, & extraneus in allodio, num ſit ab agnato per ſoluendum. p.955.n.11

Debitum legitimè contractum per vniuerſitatem, ſi non ſit ſoluendo,an ſit ſoluendum per ciues.p.138. n.7.verſ. *Inſuper conſideras..*

Debitum vnum ſi conuertatur in aliud tunc primum extinguitur,& ſecundum illius non adſumit naturam. pag.836.n.12

Decedens,& Decedere.

Decedens in ciuitate Neapolitana relictis matre, filio, & filia fratris, an ſuccedat mater, & filius fratris ſolus,filia vero excludatur. p.533.n.2

Decedens

Decedens in Ciuitate Neapolitana ſine liberis, de bonis paternis, & maternis aliiſque obuentis ab agnatis, & cognatis, vſque ad medietatem diſponere poteſt ex Iure Conſuetudinario dictæ Ciuitatis, reliqua verò medietas ſpectat ad proximiores agnatos. p.579.n.1
Et an hæc medietas ſpectet ad agnatos ex prouidentia conſuetudinis. ibid.n.9
Et à quanam medietate onera deducenda ſint, quæ ſuper dictis bonis reperiuntur impoſita. ibid. n.1.2.& 5
Et quid in annuis redditibus, venditis cum pacto de retrouendendo, an deducatur ex toto patrimonio, vel ſolum de medietate. ibid.n.6
Et quid ſi bona eſſent ſpecialiter, vel generaliter obligata pro annuis redditibus prædictis.ib.n.7.& 8
Et an agnatus poſſit habere recurſum ſuper bonis de nouo per defunctum quæſitis, ſi creditor ſibi vellet ſatisfieri ſuper bonis antiquis ex electione.ibid. num.4
Decedens in ciuitate Neapolitana ſine liberis, de bonis ſibi obuentis à matre, quæ per ipſam matrem fuerunt empta; de pretio tamen peruento, ex venditione bonorum, quæ ipſi matri ab aliquo conſanguineo obuenerunt, an poſſit diſponere in totum, tanquam nona, vel de medietate tantum, tanquam bona antiqua. In annotat. ad Conſuetud. Neapol. verſ. *Sed iuxta hoc quæro.* p.994
Decedere an quis poſſit pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, attento iure municipali Neapolitano. p.229.n.11.p.408.n.12.& p.848.n.17

Deciſio.

Deciſio Præſid.de Franch.118.non procedit ſine controuerſia. p.316.n.9
Deciſiones Præſid.de Franch.91.& 92. concordantur cum deciſione Capicij 210. & cum altera eiuſdem Præſidentis 486. p.800.n.10

Decoctor.

Decoctor ob ſolam fugam num torqueri poſſit.p.872. num.9
Decoctores, qui non fortuitò, ſed propria culpa decoxerunt, an grauiter puniri debeant. p.871.n.2
Et an excludantur à beneficio miſerabili ceſſionis bonorum. ibid n.3
Et an comparentur publicis latronibus, & ex Bulla Pij V. tanquam publici latrones vltimo debeant affici ſupplicio. ibid.n.4
Et quid in Regno noſtro Neapolitano. p.872.n.5
Decoctorum fuga ſemper eſt doloſa, & fraudulenta. ibid.n.8

Decretum.

Decretum Iudicis in contractibus minorum an poſſit præcedere, vel ſubſequi contractum ipſum. pag. 245.n.12

Deiectus.

Deiectus de poſſeſſione poſt biduum eam recuperare poteſt, & dicitur in eadem poſſeſſione manere, & perſeuerare. p.557.n.10

Delegatus.

Delegati à Principe an ſint ſuperiores omnibus Tribunalibus, præſertim Magnæ Curiæ Vicariæ. pag. 781.n.47
Delegati Iudices petere debent cauſæ remiſſionem ciuili modo, & non imperando, ſed hortando, & per ſchedulam ſeu viglietto. p.781.n.58
Delegatus an erit maior Ordinario in illo negotio ſibi delegato. p.781.n.52
Delegatus à Principe, licet ad vnum negotium, an teneatur oſtendere delegationem, ſeu commiſſionem. ibid.n.50
Et num ante oſtenſionem prædictæ commiſſionis impediat curſum cauſæ, & actorum inducat nullitatem. ibid.n.51
Delegatus à Principe, vel à ſummo Pontifice an ſit maior quolibet Ordinario. ibid.n.48.& ſeq.
Delegatus ad vniuerſitatem cauſarum, ſed ad certum genus perſonarum, an habeatur pro Iudice ordinario. ibid.n.54
Et an poſſit cognoſcere de nullitate ſuæ ſententiæ, & alteri cauſam ſubdelegare ibid.n.55.& ſeq.

Delictum, & Delinquens.

Delicta puniri, Reipublicæ intereſt. p.17.n.12
Delictum facere, quod iure communi non eſt delictũ, eſt de ſuprema authoritate. p.352.n.4
Delictum patris an poſſit nocere filiis, quin ex propria perſona, & iure proprio in bonis aui, & fideicommiſſo ſubiectis ſuccedere poſſint. p.27.n.4
Et quid ſi pater peccaſſet in fideicommittentem. p.28.n.4. verſ. *In quibus.*
Et quid ſi filij eſſent nati ante patris delictum. n.6. fol. eod.
Delictum ſi patretur in ipſa re quæſita contra legem, ſtatim eius Dominium amittitur. p.498.n.10
Delinquens, ob depoſitionem vnius teſtis omni exceptione maioris, an capi poſſit, & torqueri.p.941.n.3
Et quid de Iure Regni. ibid.n.4.& ſeqq.
Delinquens, qui guidaticum obtinuit. vid. infra in verb. *Guidaticum.*
Delinquens ſi ab Eccleſia aufugerit timens capi à Curia ſeculari, & extra illam caperetur, an ſit in eadem Eccleſia reponendus. p.424.n.1.4.& 4
Et an ſit in Eccleſia reponendus, qui blandis verbis à priuato homine fuerit ab Eccleſia extractus. ibid. num.1
Delinquentes in Eccleſia, intra ambitum territorij delinquere dicuntur. p.750.n.4

Depoſitio.

Depoſitio principalis num de iure peti poſſit poſt concluſum in cauſa. p.484.n.3.& 5
Et quid ſeruetur in Regno noſtro. ibid.n.5.& 6

Depoſitum.

Depoſito facto ipſo iure non liberatur debitor. pag. 609.vel 611.n.14
Depoſitum non dicitur explicitum, niſi totum ſit de de pecunia debitoris. p.608.vel 610.n.8
Depoſitum reaccipiens fingitur non depoſuiſſe, & quando.p.608.vel 610.n.7.& p.610.vel 611.n.12

Deſcendentes.

Deſcendentes tam in vltimis voluntatibus, quam in contractibus an cenſeantur in acquiſitione vocati, ſecundum diſpoſitionem ſtatuti, non iuris communis. p.150.n.2

Deſuetudo.

Deſuetudo quid ſit, & num tollat legem, vel ſtatutum. p.607.n.11. verſ. *Secundo.*

Detruſio.

Detruſio ad carcerem perpetuum de Iure Canonico an ſit ordinata ad pœnam, vel ad pœnitentiam. p.7.n.21.p.8.n.22.

Deus.

Deus omnipotens priuſquam Adam, & mala Sodomæ iudicaret, voluit vti citatione, & quare. p.32. num.37

Dictio.

Dictio *ad hoc* an importet modum, vel conditionem. p.11.n.2
Dictio *aliàs*, eſt reſolutiua, & vim habet decreti irritantis. p.714.n.15
Dictio *æquiparet*, & dictio *æquè*, quid importent. p.129.n.27
Dictio *etiam*, vim habet includendi. pag.411. num.12

D. Reg. de Marinis Allegat. collect.

Dictio *in ſolidum*, in contractu emphyteutico appoſita ius accreſcendi importat inter inueſtitos. p.128. num.17
Dictio *inuicem*, & dictio *viciſſim*, quid importent. p.284.n.11
Dictio *Vt*, denotat modum, non conditionem. p.13. num.19
Dictio ſi conditionem facit & cauſam finalem importat. p.1001.n.2

Dies.

Dies incertus in conditionem tranſit. p.537.n.3 & p.1003.n.6.& p.701.n.134

Dignior, & Dignitas.

Dignior an cenſendus ſit anterior in data priuilegij, ſed poſterior in adeptione poſſeſſionis. pag.568. num.4. & 5
Dignior an ille ſit,& præferendus, cuius officium eſt Reipublicæ magis neceſſarium. p.723.n.51
Et vid. infr. in verb. *Maior*.
Dignitatem maiorem habens, ſi aſſequatur minorem, amittit maiorem. p.531.n.3
Idque pluribus illuſtratur exemplis. ibid.n.4.& ſeqq.
Dignitatem perpetuam habere quis dicitur, quamuis illam ad beneplacitum principis obtinuerit. p.510. num.11
Dignitatem prius obtinens abſque adminiſtratione, an præferendus ſit poſterius obtinenti cum adminiſtratione. ibid.n.9
Dignitates Regales quænam ſint, & an acquirens vnam ex illis ſtatim fiat illuſtris. p.774.n.18 & ſeq.

Diminutio.

Diminutio ſi fiat in pretio, vel in re vendita,an inducatur nouus contractus, & dicatur recedi à primo. p.610.vel 612.n.23

Diſmembratio.

Diſmembratio feudi quotuplex ſit. p.574.n.2

Diſponens,& Diſpoſitio.

Diſponens in dubio, magis diſponere cenſetur ſecundum iura municipalia, ſeu ſtatutaria ſuæ patriæ, quàm ſecundum iura communia. p.704.n.153
Diſpoſitio bonorum feudalium ad inſtar eſt allodialium, quando aſſenſus adeſt vel hominis, vel legis. p.65.n.23
Diſpoſitio fraudulenta nullo poteſt ſuſtineri pacto, & ſi citra fraudem ſuſtineri potuiſſet. p.459.n.9
Diſpoſitio inter viuos, quamuis conditionalis, ad hæredes omnes tranſmittitur. p.702.n.137
Diſpoſitio inutilis, vtilem diſpoſitionem non vitiat, modo ſint diuiduæ. p.959.n.39

Diuortium.

Diuortio num ſit locus ipſo iure, ipſoque facto ob viri ſæuitiam, vel adulterium ſpirituale. p.282.n.13

Doctor.

Doctor ignarus num gaudeat priuilegiis doctoribus conceſſis. pag.149.num.4. verſ. *Hinc indiuidualiter*.
Doctor ignarus, quamuis ob eius imperitiam omni honore indignus ſit, pro digno tamen habendus eſt ad finem, vt ab omnibus oneribus liber ſit, & immunis. ibid.n.4
Doctore in creando an requiratur decretum Curialium & Conſenatorum, quibus Doctorandus præſentatur. p.570.n.6
Et an,& quando quis Doctor pronunciatur. ibid.n.6
Doctores legum in Regno Neapolitano an cogi poſſint per Barones ad ſuſcipiendum munus ærariatus. p.149.n.1.2.& 3
Et an Doctoratus ſit dignitas,& legum doctores ſint in dignitate conſtituti. ibid.n.3
Doctori atteſtanti de conſuetudine, an ſit credendum, ſi veriſimiliter ab eo ſciri non poteſt. p.725.n.81. & p.797.n.7
Doctori atteſtanti de priuilegiis an ſit omnino credendum. ibid.n.7

Dolus.

Dolus ex ſimulatione pretij non præſumitur, quando ex ipſa contrahentes non læduntur. pag. 648. num.29
Dolus in debitore, decoctorem ſe fingente, & ad Eccleſiam confugiente, ex quibus colligatur contectoris. p.872.n.6.& ſeqq.
Dolus quid ſit. p.648.n.27.& p.871.n.1
Dolus an reſultet ex occulta mercium venditione, & viliori pretio quàm valeat. p.872.n.12

Domeſticus

Domeſticus in teſtem adhiberi an poſſit ſi aliter veritas haberi nequeat. p.16.n.8

Domicilium.

Domicilij deſertione, an, & quando iura ciuilitatis amittantur. p.803.n.10.& ſeqq.
Domicilium an ſit neceſſarium ad ius ciuilitatis, vel acquirendum, vel conſeruandum. p.804.n.18
Domicilium transferens in alium locum cum animo ibi perpetuo habitandi an efficiatur verè ciuis illius loci, ac ſi ibi natus eſſet. p.132.n.12
Et an poſſit amplius conueniri in loco originis. ibidem, num.12

Dominium, & Dominus.

Dominia rerum, an, & quando diſtincta fuere. pag. num.2
Dominium eiuſdem rei & generis eodem tempore apud duos in ſolidum reperiri impoſſibile eſt. p.85. num.31
Dominium, & commodum illi acquiritur, cuius contemplatione actus geritur. p.82. n.4
Dominium, & hypotheca num ſint incompatibilia,& an,& quando ſimul ſtare poſſint. p.45.n.19
Dominium, & poſſeſſio ſolo Regis priuilegio transferuntur. p.358.11
Dominium feudi. vid. infr. in verb. *Dominium vtile*.
Dominium in Eccleſiam ipſo iure tranſit abſque traditione. p.552.n.12
Dominium in feudis prohibetur eſſe penes duos in ſolidum. p.82.n.12.p.85.n.31
Dominium rei dotalis poſt mortem mariti ipſo iure ad vxorem reuertitur. p.307.n.8
Dominium rei feudalis vt transferatur, quæ requirantur. p.515.n.12
Dominium rei venditæ, pacto præcedente de retrouendendo, oblato, vel depoſitato pretio per venditorem, an ipſo iure tranſeat in eundem,abſque alia traditione. p.608. vel 610.n.4
Dominium rerum dotalium inæſtimatarum verum eſt penes vxorem,fictum verò, & imaginarium eſt penes maritum. p.889.n.14
Dominium num transferat ſola promiſſio cedendi. p.86.n.32
Dominium vtile feudi in feudatarij perſona an ſit perpetuum, vel temporale, reuocabile,& commutatiuum. p.45.n.10
Dominus cenſus volentibus emere rem ſuppoſitam cenſui, omnino præfertur. p.331.n.5
Dominus directus in emptione fructuum rei emphyteuticæ, ſicut è contra emphyteuta in emptione directi dominij, omnibus eſt præferendus. ibidem. n.6.& p.332.n.8
Dominus directus in venditione emphyteuſis,vel feudi, an præferatur extraneo emere volenti. p.252. n.3.& 4

Dominus in nemore communi an poſſit immoderatè paſcere,ita vt vaſſalli nequeant ſua animalia paſcere, & quid è contra. p.538.n.3

Dominus verus rem ſuam à fiſco venditam minùs ſolemniter, an poſſit ſemper agere, & ab emptore vendicare. p.37.n.62

Domus.

Domum habens pro communi, & indiuiſo cum alio, an poſſit condomino offerre pretium ſuæ partis, & conſequi totam domum, ſi modo domus ſic diuiſa foret inutilis. Inter Decr. Ang. Piſanel. verſ. *Dum eſſet.* p.989

Domum habens ſupra, vel extra domum vicini,ſi velit ſuper illa alia ædificare membra, poterit vtique in illis feneſtras facere, quæ tamen non ſint veteribus ampliores. p.434.n.5

Donare, & Donans.

Donare perdere eſt. pag.295. num.17. verſ. *Et omittendo.*

Donare, verbum,an & quando impropriari debeat, vt vius & non proprietas cenſeatur donata. p.159. num.17

Donans in donatione an imponere poſſit legem quam vult, & ſibi placet. p.895.n.145

Donans rem vſufructu retento donec vixerit, an cogi poſſit à donatario ad præſtandam fideiuſſionem de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri. pag.504. num.5

Et quid ſi donauerit contemplatione matrimonij. ibid n.6. & ſeqq.

Donans renunciare an poſſit beneficio *l. ſi vnquam C. de reuoc.donat.* p.939.n.2.& 3

Et an ipſa renunciatio debeat eſſe ſpecialis, & expreſſa, ac in diſpoſitiuis, nec ſufficiat in exequutiuis. ibid.n.4

Et an donans debeat eſſe certioratus de tali beneficio, vt eius valeat renunciatio. p.940.n.5

Donans vltra dimidiam bonorum ſuorum, dicitur enormiter læſus. p.295.n.19

Donata, Donatarius, & Donatio.

Donata an cenſeantur quæ data ſunt ſponſæ à conſanguineis ſponſi. p.158.n.8

Donata ſi ſit res vni licet abſenti, Notario tamen pro eo acceptante,an poſſit deinde transferri in ſingularem ſucceſſorem titulo particulari, & reuocari donatio prædicta. p.156.n.10

Et quid ſi non præcederet acceptatio Notarij, vel non adeſſet iuramentum, retentio vſusfructus, aut clauſula conſtituti, & precarij. ibid.n.10

Donatario, vt per clauſulam conſtituti rei donatæ dominium & poſſeſſio transferatur quid requiratur. p.462.n.11

Donatarius omnium bonorum habetur loco hæredis, tenetur que ad omnia debita donantis etiam actione perſonali. p.310.n.20

Donatarius ſi præmoriatur donanti, an donatio caducetur,dum in contractu ſtipulatus non eſt pro hæredibus. p.398.n.3.& p.399.n.5

Donatio cauſa mortis per donantis conualeſcentiam reuocatur. p.415.n.3

Donatio collata in filios ex certo matrimonio naſcituros, an ſubiaceat legibus collationis, & imputationis. p.55.n.9

Donatio collata à patre in filios,ex ſecundo matrimonio procreandos an ſubiaceat regulis collationis. p.54.n.7

Et an hæc donatio dicatur ſimplex,vel ob cauſam finalem. p.55. verſ. *Quod autem,*

Donatio de feudo hæreditario an fieri poſſit per patrem filio ſecundogenito, interueniente tamen aſſenſu Domini. verſ. *Ioannes Thomas.*p.67.n.5. & pag.68.num.7. & ſeqq.

Et an hæc donatio diceretur vera ſucceſſio, retineretq; omnes vltimæ voluntatis qualitates.p.68.n.7

Donatio ex quibus cauſis & coniecturis ſimulatè facta præſumatur. p.153.n.3.& ſeqq.

Donatio ex quibus coniecturis facta præſumatur in cauſam dotis. p.702.n.141.& ſeq.p.703.n.145

Donatio facta ab ingreſſu Religionem, reuocatur profeſſione non ſequuta. p.422.n.38

Donatio facta abſenti an valeat. p.581.n.13

Et quid ſi fiat Notario ſtipulante pro abſente. ibid. num.15

Et an reuocari poſſit ante abſentis acceptationem. ibid.n.15

Et vid.ſupra in verbo *Donata ſi ſit res*, & infr. in verb. *Donatio ſi fiat abſenti.*

Donatio facta ad beneplacitum an ſit conditionalis. p.510.n.7

Donatio facta alicui pio loco, an cenſeatur reuocata ob filiorum ſuperuenientiam. pag.939.n.1.2.& p.940.n.7.& ſeqq.

Et an Eccleſia ſeu locus pius hoc caſu haberi debeat loco filij. p.940.n.13

Et quid ſi donans renunciauerit beneficio *leg. ſi vnquam,C.de reuoc. donat.* ibid.n.1.verſ. *Ratio.*

Et num poſſit huic beneficio renunciari p. 939. n.2.& 3

Et an reuocetur hæc donatio ob ſuperuenientiam filij ſpurij. p.940.n.6

Et quid ſi donatio fiat à matre. ibid.n.6

Et quid ſeruandum ſit circa id in foro Eccleſiaſtico. p.941.n.6

Donatio facta contemplatione certi matrimonij, an ſit conferenda. p.789.n.11

Donatio facta contemplatione matrimonij imperfecta dicitur, vbi matrimonium non ſequitur.p.415. num.3

Donatio facta contemplatione matrimonij filiiſque naſcituris, illis deficientibus an reuertatur ad donantem. p.896.n.151

Donatio facta filiæ naſcituræ, conſequenda tamen cum ad certam ætatem peruenerit, an ſit conditionalis, vel ad hæredes tranſmiſſibilis. p.701.n.134. & p.704.n.161

Donatio facta filiis, an comprehendat tam maſculos, quàm fæminas. p.151.n.20

Donatio facta in Albarano an indicetur perfecta vel ad eius perfectionem ſtipulatio requiratur. p.491. num.11

Donatio facta in capitulis matrimonialibus filiis naſcituris,an competat filiis ſecundi matrimonij.p.54. num.6

Donatio facta in diem, ſed ad beneficium filiæ, an tranſmittatur ad hæredes, vel caducetur per eius mortem ante diei aduentum. p.702.n.136

Donatio facta patri,& filiis,vel liberis eius,cuius contemplatione facta cenſeatur. p.150.n.12.& ſeq.

Donatio facta per mulierem,ſi inceperit à promiſſione, num ſubſiſtat. p.490.n.5.& p.491.n.12

Donatio facta per patrem filio abſenti cum retentione vſusfructus, vel cum clauſula conſtituti, an valida ſit. p.156.n.8.& 9

Et quid ſi deficiat Notarij ſtipulatio. ibid. n.7

Donatio facta per patrem filio de re nouiter acquiſita ad finem euitandi retractum, vicino competentem, quem nos *Ius congrui* appellamus, an ſit valida cenſenda. p.152.n.1.& p.155.n.2.7.& 9

Et an in Ciuitate Neapolitana permiſſa ſit huiuſmodi donatio. ibid.n.1. verſ. *Contingit.*

Donatio facta per patrem filio in poteſtate exiſtenti, abſque iuramento, an valida ſit. p.155.n.8

Donatio facta per Prælatum ſuæ Eccleſiæ de quibuſdam animalibus, reſeruato ſibi vſufructu, & fœtibus an valeat. p.656.n.4.& 5
Donatio facta propter ſeruitia, ſi fuerit facta à priuato irreuocabilis erit, ſi verò à Principe, etiam ſine cauſa poterit reuocari. p.511.n.19
Donatio infra certum tempus inſinuanda vigore alicuius ſtatuti, aliàs nullius ſit roboris, ſi poſt prædictum tempus inſinuetur an valeat. p.547.n.4
Donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum, an de iure ſubſiſtat quoad præſentia, ſi adſit iuramentum. p.421.n.22.& p.422.n.42.& 45
Donatio perfecta neque diem recipit, neque conditionem. p.320.n.3
Donatio prima haud reuocatur per ſecundam. p.422. num.38
Donatio propter nuptias an acquiratur filiis, ſi mortuo marito mater tranſeat ad ſecunda vota. p.51.n.14
Et an differat à quarta, ſiue antefato. p.53.n.23
Donatio propter nuptias an ſublata ſit per deſuetudinem & in eius locum ſucceſſerit augmentum dotis, ſiue anteferna, eaque differat a dotario. pag. 789.n.9
Donatio propter nupias num tradi debeat fiſco, ob ob mariti rebellionem, reſeruata tamen falcidia filiabus. p.52.n.15.& ſeq.& p.53.n.23
Donatio quænam dicatur ſimplex, & quæ ob cauſam. p.55.n.8
Donatio quæ fit ad dotandam aliquam puellam, an reuocetur per ſuperuenientiam filiorum. p. 555. num.11
Donatio reſpiciens commodum non ſolum donatarij, ſed etiam alterius tertiæ perſonæ an dicatur potius ob cauſam, quam ſimplex. pagin. 789.num.12
Donatio reuocabilis an ſit ante donatarij acceptationem, quamuis fiat per Notarium acceptantem pro eo. p.156.n.12
Donatio reuocari an & quando poſſit. pag. 420. n.18.& ſeqq. p.421.n.24.cum ſeqq. & p.422. n.30.cum ſeqq.
Et an reuocari poſſit, ſi impediat liberam teſtandi facultatem. pag.420.n.19.n.19.& p.422.n.37. verſ. *Alterum.*
Et an reuocari poſſit ſi aliquid reſeruatum ſit ad teſtandum. pag.421.n.23.& p.423.n.41
Donatio reuocata an cenſeatur ſi donans poſt donationem rem donatam transferat in alium. p.156. num.5
Donatio ſi fiat abſenti, Notario pro eo acceptante, & ſtipulante, vel cum iuramento, aut retentione vſusfructus donec viuat donator; ſi demum eadem bona alteri donata appareant, quis ex donatariis præferri debet. p.156.n.13
Donatio ſi fiat à patre filiabus, & poſt celebratam donationem ipſemet pater poſſeſſionem capiat, & nomine filiarum in poſſeſſione remaneat, vti pater, & legitimus adminiſtrator, an cenſeatur ſimulata. p.153.n.6.cum duobus ſeq.
Et an pater in rebus filiis donatis poſſit eſſe legitimus adminiſtrator. ibid.n.8
Donatio ſi fiat à patre filiæ in cauſam futuræ dotis de aliquo fundo nouiter quæſito, an ſimulata præſumatur ad euitandum vicinorum retractum. ibid. num.6
Donatio ſi fiat à viro & vxore poſt eorum mortem alicui Eccleſiæ, altero eorum defuncto an poſſit Eccleſia bona ipſius defuncti petere. p.464.n.4
Donatio ſi fiat bene merenti, debent merita aliunde probari quam per confeſſionem donantis. In Annotat.ad Conſuet. Neap.verſ. *Idem ſi.* pag.999
Donatio ſimplex eſt conferenda, & imputanda, ſecus donatio ob cauſam. p.789.n.6
Donatio ſimplex facta filio exiſtenti in poteſtate cum iuramento, an ſit conferenda. ibid.n.14
Donatio ſimulata quando cenſeatur. Vid. ſup.in verb. *Donatio ſi fiat à Patre.*
Donatione ex immodica & exceſſiua, an præſumatur læſio. p.195.n.16
Et num donatio ſit magna læſio, & deceptio. ibid. num.16
Et quænam læſio conſiderari debeat in donatione. ibid.n.17.verſ. *Et omittendo.*
Donationem ad inducendam quænam coniecturæ requirantur. p.159.n.14
Donationes Principum omnis diminutionis expertes eſſe debent. p.310.n.4
Donationis præſumptio admitti non ſolet, ſi alia recipi poſſit. p.158.n.5

Donatiuum.

Donatiua gemmarum, quæ fiunt à ſponſo ſponſæ ante matrimonium conſummatum, an cenſeantur donata. p.157.num.1.2.4.p.158.n.5.& ſeqq. & p.159.n.18.& ſeqq.
Et quid de illis donatis à conſanguineis ſponſi. pag 158.n.8
Et quid ſi modici ſint valoris. p.160.n.22
Donatiua quæ nouus emptor, & nouus dominus feudi habuit à vaſſallis ratione ſui iucundi aduentus, an ſint reſtituenda, reuocata feudi alienatione. p.188. num.8
Donatiui quantitas per Regiam Sanctionem fuit moderata, licet antiquis temporibus erat in exceſſu, maximè in Ciuitate Neapolis. p.87.n.10
Donatiuum quid ſit, attenta *Pragmatica vnica de donat. propt. nupt.* ibid.n.10
Donatiuum quod ſponſus ad ſponſam tranſmittere tenetur, ſi promiſſum non appareat in capitulis matrimonialibus, an poſſit mulier conſtante matrimonio à viro petere, vel eo ſoluto ab eius hæredibus. ibid.

Dos.

Dos à Patre profecta ſecundum conſuetudinem Ciuitatis Bari, exordientem, *Dos à Patre*: redire debet ad dotantem, ſi mulier dotata ſine liberis decedat, decedente verò ſuperſtitibus liberis eiſque minoribus, adhuc dotanti reſtituitur, vt ab eo conſeruetur quouſque filij peruenerint ad maiorem ætatem, quibus decedentibus ab inteſtato fit locus plenariæ reſtitutioni. p.547.n.3
Et an exteri contrahentes ſecundum hanc conſuetudinem, ſed inſcia vxore eademmet ligentur. ibid. n.4.& 6
Dos cauſa dicetur incidens, & acceſſoria ad matrimonium. pag.235.n.3
Dos cauſam continet oneroſam, antefatam vero lucratiuam. p.41.n.18
Dos conſiſtens in bonis mobilibus, ſoluto matrimonio poſt annum repeti poteſt. p.22.n.9
Et quid ſi teſtator contrarium diſpoſuerit. ibid.n.9
Dos de iure Regni debetur filiæ à patre de Paragio, tam ſuper bonis feudalibus, quam burgenſaticis. p.704.n.154
Dos de paragio debetur ſorori in pecunia, ſi frater ſucceſſit in feudo, ſi verò in burgenſaticis, vel in pecunia, vel in corporibus ad fratris electionē.p.341.n.4
Dos an dicatur matrimonio ſoluto, & ante illius reſtitutionem. p.63.n.8.& p.64.n.9. verſ. *Si igitur.*
Dos in locum legitimæ an ſucceſſerit. p.704.n.157
Dos integra, collata filiæ à matre, & omnia bona antiqua remanſa in eiuſdem matris hæreditate, an ſint æquis portionibus diuidenda inter filiam ex primo matrimonio, & filium natum ex ſecundo, idque vigore

vigore Conſuet.Ciuit.Neap. *Si qua moriens.* pag. 948.n.1.& ſeq.
Dos an ſit ius vniuerſale. In 1.reſponſ.Domini Alex. Tartag. p.997.n.32
Dos promiſſa,& non ſoluta an dicatur vera dos. pag. 514.n.7
Et an dos efficiatur ex ſola promiſſione. pag.515. num.15
Dos reſtituenda an ſit fratri dotanti,quamuis ex bonis paternis & maternis obuenta, ſtante pacto inito in capitulis matrimonialibus,de ea reſtituenda dotanti, decedente muliere ſine liberis, vel cum liberis, ſed in pupillari ætate. p.348.n.12
Dos reſtituenda num ſit vxori vnà cum antefato, ſi culpa mariti matrimonium ſeparetur quoad thorum. p.281.n.1.
Et an ſimul, reſtituendi ſint fructus, percepti ex corporibus dotalibus lite pendente ſuper diuortio. ibid.n.2.& 3.& p.282.n.18.
Dote in conſtituta quod dicimus,locum habet in dote promiſſa. p.515.n.15
Dote in reſtituenda an attendatur tempus ſolutionis, vel promiſſionis. p.65.n.22
Dotem à ſocero certa die ſuo genero promiſſam, ſi ille exigere non potuit,vel non curauit, periculum ipſius num pertineat ad vxorem. p.304.n.13
Dotem poſt conſtitutam, & promiſſam ſuper illius diminutione non licet pacta apponere. p.325.n.8
Dotis augmentum vid.ſupr.in verb. *Augmentum dotis.*
Dotis contractus vid. ſupr. in verb. *Contratus dotis.*
Dotis datio ſine aſſenſu,an & quando valeat in feudis. p.516.n.22.& ſeq.
Dotis priuilegia omnia mulieri conceſſa, an tranſeant ad eius hæredes tam ſuos, quam extraneos. pag. 39.n.7.p.64.n.9.
Dotis promiſſione facta viro per patrem,an excludatur eius filia primogenita à ſucceſſione feudorum, & admittatur ſecundogenita. p.514.n.6
Dotis titulus habilis num ſit ad dominium transferendum. p.515.n.13.& 16
Dotium, & antefati reſtitutio num deducenda ſit de medietate bonorum antiquorum,de qua teſtator ex conſuetudine neapolitana poterat diſponere, an verò de toto patrimonio. p.579.n.8

Dotalis & dotatio.

Dotales res appellantur alienæ reſpectu mariti. pag. 889.n.14.
Dotalis fundus ex ſola promiſſione efficitur, poſtquam eſt ſequuta traditio. p.515.n.14
Dotalis pecunia an cenſeatur numerata fictione iuris per confeſſionem receptæ dotis,& contractum mutui indè ſequutum. p.304.n.12
Et quid in patre,vel extraneo dotante. ibid.n. 13.
Dotatio in hac ciuitate Neapolis, facta per matrem etiam in vita,haud habetur in conſideratione, niſi tantundem pro alio filio remaneat. p.949.n.3
Dotatio iure communi attento, non facit vt dotata à dotantis ſucceſſione excludatur. p.443.n.6

Duplicatio,& duplex.

Duplicatio alicuius partitæ facta in aliquo exitu an,& quando tribuenda ſit errori,vel fraudi. p.580.n.1
Duplicem eſſe aliquem in eadem Eccleſia, vel collegio,& duas habere præbendas, vel portiones,iura prohibent. p.571.n.12

E

Eccleſia,& Eccleſiaſticus.

ECCLESIA, cæterique priuilegiati. vide infrà in verbo *fiſcus.*
Eccleſia dicitur de territorio ciuitatis,vbi ſita eſt. pag. 750.n.2.
Et quomodo id intelligatur. ibid.n.4
Et an dicatur de territorio principis ſecularis. pag. 750.n.1.
Et an dicatur de territorio, & diſtricto (quod poteſtatem iuris dicendi ſignificat) in materia fauorabili,ſecus in odioſis. p.751.n.5.9.11
Eccleſia, & Eccleſiaſticæ perſonæ,num ligentur ſtatuto municipali,quamuis fauorabili. p.164.n.4
Et an ligentur conſtitutionibus,& Pragmaticis Regni. ibid.n.5
Et an ligentur conſtitutione Regni *Sancimus de iure Prothomiſeos*, n.6. verſ.*& quamuis.* ibid.
Et an ligentur Pragmaticæ 4. ſub titulo *de poſſeſſione non turbanda*,vulgo dicta *Editathori.* ibid.n.10
Et an ligentur capitulo Regni, qui incipit *Conuentus*, vt ſcilicet iudicium motum in actione reali rebus in alium tranſlatis, poſſit cum reo conuento compleri,& exequi ſententia contra nouum poſſeſſorem. ibid.n.8
Eccleſia,& Eccleſiaſticæ perſonæ pro rebus emptis à laico an teneantur. p.677.n.3.4.5.p.678.n.7.10. & p.680.n.23.& ſequent.
Et an teneantur ad onera realia. p.677.n.5
Eccleſiam contra,quot annis præſcribatur,tam Iure Ciuili,quam Canonico. p.665.n.2
Eccleſia opinionem æquiorem amplecti debet, cum ſit Cultrix Iuſtitiæ,& æquitatis. p.162.n.18
Eccleſia ſi conueniat infeudare pro maſculis tantùm, & deindè feudum concedat alicui pro ſe,& ſucceſſoribus tam maſculis, quam fœminis, an vitiabitur in totum,vel valebit,quoad maſculos tantùm. pag. 539.n.5.
Eccleſiaſtica immunitas, vide infrà in verbo *Immunitas Eccleſiaſtica.*
Eccleſiaſtici non minùs,quam laici conſuetudinis beneficio potiuntur, cum de ſucceſſione agitur ab inteſtato. p.848.n.12.& 13

Edictum.

Edictum Diui Adriani, etiam in iudicio ſummariſſimo,an locum habeat in hærede inſtituto extraneo, & qui defuncto ab inteſtato non ſuccederet. pag. 600.n.7.
Et an competat remedium Cap. ſiue §. *inter filiam, ſi de feud.defunct.controuerſ. fuerit.* p.601.n.19.
Et an competat remedium *quorum bonorum*, & officium Iudicis. ibid.n. 20

Electio,& electus.

Electio facta de digno, digniore, & magis idoneo omiſſo,num ſit valida. p.79.n. 6
Electio fori,vide infrà in verbo *Electionis, ſeù variationis*,& verb.*fori electio.*
Electio in alternatiuis, an ſit debitoris, vel creditoris. p.145.n.2.4.& 5.& p.146.n.8.
Electio Sindicorum, ac electorum vniuerſitatis, num fieri poſſit in perſona eorum ciuium, qui alias ad regias triremes damnati fuerant. p.79.n.1.2.& 4
Et quæ ſint conſideranda in hac electione Syndicorum,& Electorum. ibid.n.3
Electio Superiorum in Monaſteriis eſt facienda per vota ſecreta. p.160.n.1
Et quare ſit facienda per vota ſecreta. ibid.n.4
Et an ſit cenſenda nulla, ſi ſcrutatores publicauerint electionem omnium conſenſu fuiſſe factam. ibid. num.2.
Electione vnius ex viis contrariis,num inducatur alterius renunciatio. p.226.n.2.& p.227.n.7
Electionis, ſeù variationis fori beneficium, miſeris perſonis conceſſum, an allegari poſſit aduerſus Officiales

ficiales Regios,& de numero Ordinariorum. pag. 237.n.10.
Electi Ciuitatis, ciuitatem non repræſentant, niſi in negotiis annonæ,& tanquam Procuratores. p.238. num.8.
Et an poſſint abſque ſpeciali mandato recuſare Iudicem ſuſpectum in cauſis ciuitatis. p.238.n.6.& 8
Electi Ciuitatis Neapolitanæ, an habeant iuriſdictionem corporaliter plectendi ſubditos Annonæ. pag. 962.n.1.pag.963.n.2.3. p.964.n.18.19.& p.965. n.21.& ſeqq.
Et an illam habeant ſaltem ex titulo colorato. pag. 964.n.11.
Et an dominus Prorex pœnas corporales impoſitas ab Electis,poſſit moderare,vel tollere. pag.967.n.33. & 34.
Electi Ciuitatis vid. infr. in verb. *Syndicus*.
Electus ad aliquod exercitium, etiam contemplata induſtria perſonæ, quæ tempore electionis erat abſens, vel ex poſtfacto abeſſe cœperit ex cauſa nota Principi, an poſſit ſubſtituere alium in illo. pag. 627.n.12.
Electus populi in Ciuitate Neapolitana, quomodo creetur. p.556.n.2.
Electus prior ad Officium, quod eiuſdem eſt qualitatis,alterum præcedere debet. p.720.n. 3
Eligi in Patronos locorum, quinam Sancti poſſint. p.977.n.46.

Emens,Emptio, & Emptor.

Emens rem fideicommiſſo ſubiectam ſcienter, an teneatur eam reſtituere vnà cum fructibus. pag.38. num.73.
Emens rem pro perſona nominanda, licet pretium ſoluat de pecunia alterius,an nihilominus rei emptæ dominium acquirat, & poſſit ante factam nominationem rem illam tanquam propriam alteri vendere,ſeu obligare. p.853.n.18
Ementes à Principe fiſco, vel Eccleſia, num ſint immunes à ſolutione gabellarum. p.328.n.7
Emptio rerum feudalium facta ſub haſta,an inualidetur ex reuocatione vigore conſtitutionis *Conſtitutionem Diuæ Memoriæ*,vel poſſit impetrari aſſenſus non obſtante tali reuocatione. p.648.n.28
Emptionis contractu annullato propter reſiſtentiam legis, pretium ſolutum recuperatur actione ex illo contractu,& non actione ex ſtipulatu. p.615.n.21
Emptionis, & venditionis contractus ſolo conſenſu perficitur, & tria ſubſtantialia tantùm ad eius perfectionem requirit. ibid.n.13
Emptor alicuius rei, annullato contractu emptionis, an teneatur rem reſtituere, vnà cum fructibus ab initio perceptis, facta tamen illi reſtitutione pretij cum annuo interuſurio. p.37.n.68.& 69
Et quid in emptore bonorum pupilli. p. 38. num. 70.& 71.
Et quid in Emptore bonorum Eccleſiæ. ibid.n.72
Emptor corporis hæreditarij,ne hypothecaria actione conueniatur, curare debet quod pretium ſoluatur creditoribus hæreditariis. p.225.n.16.17
Emptor cum pacto de retrouendendo aliis præferendus eſt, quando venditor rem venditam libere aliis vendere vult, vel ſi illud ius redimendi diſtrahere in alium intendit. p.332.n.14.& 15
Et quid ſi in contractu venditionis fuerit conuentum,quod in caſu redemptionis non poſſit venditor rem illam alteri vendere, ipſo primo emptore irrequiſito. ibid.n.17
Emptor cum pacto de retrouendendo an cogatur retrouendere,ſi integrum pretium,& de probis nummis ſibi non ſoluatur. p.718.n.24
Emptor eligens rem reſtituere in caſu,quo venditor fuit læſus, quam partem teneatur fructuum reſtituere. p.555.num.11.& 12
Et quid in venditore læſo. ibid.n.11
Emptor feudi prætextu iuramenti fidelitatis ab ipſo non præſtiti,an poſſit reuocare emptionem. pag. 930.n.17.& 18
Emptor rei cum pacto de retrouendendo, ſi petierit præferri in ceſſione iuris luenda alteri à venditore pretio mediante, an ſit audiendus. p.252.n.12.& 15.p.253.n.18.
Emptores annuorum introituum ab vniuerſitatibus huius Regni, an pro illis teneantur ſoluere collectas ſeù bonatenentiam. p.734.n.1. p.735.n.3. p.736.n.21.& 22.
Emptori an liceat emere minus infimo pretio (quod pium appellant) & ſit tutus in conſcientia, licet in dimidio iuſti pretij læſio non ſit. p.709.n.28

Emphyteuſis,& Emphyteuta.

Emphyteuſis caducitas num prætendi poſſit, ſi non probetur verè per alienantem fuiſſe rem traditam emptori. p.162.n.17.& 21
Et an ſuffragetur clauſula *conſtituti,& precarij*. ibid. num.22.
Emphyteuſis conceſſa alicui pro ſe, & quibus dederit, an cenſeatur hæreditaria, & poſſit in ea pater filius præiudicare. p.853.n.20
Emphyteuſis Eccleſiæ conceſſa Titio, & eius hæredibus, de ſui natura ad hæredes extraneos non tranſit. p.392.n.62.& 66.
Et quid ſi additum ſit *hæredibus, & quibus dederit*. ibid.n.63.
Emphyteuſis ſi ſit hæreditaria, an ſit tranſitoria ad quemlibet hæredem etiam extraneum. p.161. n. 13.& p.162.n.20.
Emphyteuta,emphyteuſi finita,an recuperabit meliorationes factas in re empta à domino directo, inſpecto reſtitutionis tempore. p.288.n.13
Emphyteuta in emptione directi dominij omnibus emere volentibus præfertur. pag.331.num.6.& p. 332.n.8.
Emphyteuta inſtans pro prælatione in venditione directi dominij à directo Domino alteri facta, num ſit audiendus. p.253.n.17
Emphyteuta finita generatione, vel conceſſionis tempore,an præferatur extraneo, cui dominus rem illam in emphyteuſim ſimiliter concedere vellet.pag. 252.n.13.
Emphyteuta, finita emphyteuſi,an rem dimittere cogatur præciſe, vel opponere poſſit exceptionem dominij. p.126.n.4.p.127.n.15
Et quot requirantur ad obtinendum in hoc iudicio. ibid.n.6.8.& 9.
Emphyteuta rem emphyteuticam ad longum tempus locare non poteſt,abſque conſenſu directi domini. p.632.n.7.
Emphyteuta ſi alienet ſaluo aſſenſu Domini,cum clauſula *nec aliter, nec alio modo*, an res incidat in commiſſum. p.161.n.8.10.& p.162.n.16.18.& 23
Et quid ſi emphyteuta differat petere conſenſum directi domini. p.163.n.24
Emphyteuta ſi Emphyteuſim alienauerit,non prius requiſito directo domino, an incidat in commiſſum res prædicta. p.161.n.1
Et in quibus caſibus hæc concluſio limitetur. ibid. n.2.& ſeqq.
Et quid ſi agatur de alienatione neceſſaria,puta iure congrui. ibid.n.15
Emphyteuta ſi rem vendat Emphyteuticam irrequiſito Domino, eamque recuperet vigore pacti antecedentis ante domini conqueſtum, an res in commiſſum incidat. p.628.n.17

Enunciatiua.

Enunciatiua verba in aliqua ſententia ſemiplenè probant. p.645.n.8

Epiſcopatum, & Epiſcopus.

Epiſcopatum quis conſequi non poteſt, niſi poſt ſex annorum ſpacium, quo fuerit ſacro Ordine inſignitus. pag.309.num.6

Epiſcopus facultatem ſibi conceſſam à Romano Pontifice, diſponendi de bonis ex redditibus Eccleſiæ acquiſitis, an poſſit toties, quoties teſtari voluerit, ſed tantum pro primo teſtamento intelligatur facultas conceſſa. p.77.n.2

Epiſcopus ordinato carenti titulo, ſed habenti artificium, ex cuius exercitio poteſt ſibi quærere victum, adhuc prouidere tenetur. p.322.n.8

Epiſcopus originis quis propriè dicatur. p.369.n.6

Epiſcopus permutationem recipere an teneatur, quam clericus in minoribus, qui Parochialem obtinuit, facere intendit cum beneficio ſimplici, in fineanni, à die, quo Parochiam obtinuit. p.338.n.3.p.339n.4

Epiſcopus poteſt ex cauſa mutare, & diminuere pœnitentiam à Papa indictam. p.548.n.12

Epiſcopus poteſt Regularibus prohibere, nè Sacerdotes in eorum Eccleſiis ad celebrandum admittant. p.569.n.2.

Error.

Error calculi ſemper allegari poteſt, niſi ſuper illo fuerit tranſactum. p.480.n.3

Error, vbi tolerabilis eſt, magis ipſe præſumitur, quam malitia. p.580.n.2

Exactores.

Exactores Prouinciales, Fiſcales, pro partita duplicata in exitu, an teneantur ad ſimplum, vnà cum intereſſe ad nouem pro centenario. p.580.n.3

Examinari.

Examinari an debeant in loco, vbi degunt teſtes ſenes, valetudinarij, mulieres, Clerici, Nobiles, & perſonæ graues. Inter decr. Angel. Piſanell. verſ. *die 6. Februarij* p.990.

Et an pro iſtis perſonis ceſſet ſuſcipio loci, verſ. *nota.* ibid.

Exceptio.

Exceptio clericatus an poſſit apponi, ſtante ſtatuto, quod nulla exceptio apponi poſſit. p.888.n.6

Exceptio de iure tertij in iudicio facta, an, & quando regulariter ſubſiſtat. p.18.n.7

Exceptio diſcuſſionis, & diuiſionis, competens fideiuſſoribus, & correis debendi, an ceſſet, quoties ſimpliciter in inſtrumento fuerit ipſis renunciatum, & non expreſsè cum ſolitis clauſulis. p.146.n.13

Et quid ſi obligatio eſſet facta in forma Cameræ. pag. 147.n.14.

Exceptio diſcuſſionis inuentarij, an poſſit opponi poſt ſententiam condemnatoriam. pag.224.n.7

Exceptio hoſtica num opponi poſſit contra Eccleſias, & eccleſiaſticas perſonas. p.163.n.1.p.164.n.4. & p.165.n.14.

Et an poſſit opponi contra mulierem, agentem pro dotis recuperatione. p.164.n.3.p.165.n.15

Exceptio meliorationum, poſt ſententiam condemnatoriam ad relaxandum oppoſita, an impediat illius exequutionem. p.288.n.18

Et an poſſit per actorem replicari, offerendo cautionem de ſoluendo quicquid fuerit circa meliorationum æſtimationem iudicatum. ibid.n.19

Exceptio non numeratæ dotis tunc ſubintrat, quoties in inſtrumento promiſſionis dotis, & ſic in capitulis matrimonialibus vir confitetur dotem recepiſſe, vel ſi ante confectionem capitulorum, ſecus ſi poſt ex interuallo in alio inſtrumento. p.307.n.11

Exceptio redditionis computorum, nondum completæ, an obſtet creditori agenti via exequutiua ſe manutenere in poſſe exigendi annuos redditus. pag. 878.n.1

Et an talis exceptio ſit omninò illiquida. ibid.n.3

Exceptio rei iudicatæ factæ in iudicio, ſeù Curia Eccleſiaſtica, an poſſit apponi in Curia ſeculari. pag. 120.n.4

Exceptio requirens altiorem indaginem, ſi in poſſeſſorio ſummario opponatur, impertinens dicitur. p.217.n.2

Exceptio Senatuſconſulti Velleiani tranſit ad hæredes mulieris. p.486.n.4

Et num poſsit opponi poſt ſententiam condemnatoriam. p.487.n.10

Et quid ſi ſententia tranſitum fecerit in rem iudicatam. ibid.n.10.& 11

Exceptio ſpurcitatis, vel inualiditatis legitimationis, num impediat immiſsionem virtute *leg.fin.Cod. de Edict. Diu. Adr. tollend.* p.217.n.4

Exceptiones omnes, quæ petitorium reſpiciunt, ſi in continenti non probentur, an impediant immiſsionem ad fauorem hæredis ſcripti. p.217.n.3

Excommunicatio, & Excommunicatus.

Excommunicationis ſententia contenta in Bulla Cœnę *Can.* 15. an ligetur Iudex laïcus, qui ad inſtantiam creditoris clerici mandat illius inquilinis, & colonis, vt de quantitatibus debitis, & debendis depoſitū faciant. p.165.n.1.& ſeqq.& p.166. n.6.7.& 8

Et quid ſi Iudex ſecularis eſſet ſolitus facere mandata colonis, & inquilinis, antequam prædium perueniat ad perſonam eccleſiaſticam. p.167.n.12

Et an in hanc excommunicationis ſententiam incidant ſequeſtrantes bona patrimonialia Clerici. ibid. n.10.& 11.

Et quid ſi ſequeſtrentur bona Eccleſiæ, vt fructus Eccleſiaſtici beneficij. ibid.

Excommunicationis ſententia oppoſita in iudicio contra actorem, impedit proceſſum in cauſa. Inter Decreta Angel. Piſanell. verſ. *dum eſſet oppoſita.* p.990

Excommunicationis ſententiam an incurrat qui percutit conſanguineum clerici, contemplatione tamen ipſius clerici, quem odio proſequitur. p.167. n.1.& p.168.n.3.4.& 7.

Et quid in Officiali, vel principe, qui propter odium quod gerit in clericum, damnum infert conſanguineo clerici. p.168.n.8

Excommunicationis ſententiam, an incurrat qui grauare præſumpſerit perſonam eccleſiaſticam, vel eius conſanguineum, prætextu, quod illum eligere noluit, quem eligi expoſcebat. p.168.n.5

Excommunicationis ſententiam, num incurrant, qui violentas manus iniiciunt in mulieres tertiarias, ſeù mantellatas alicuius Religionis, quæ vulgo dicuntur *Monacha Bizocha*; ſimulque percutiens mulieres, quæ in conſeruatoriis ciuitatis Neapolitanæ commorantur. p.1[illegible]9.n.1. & 4

Excommunicationis ſententiam an incurrat, qui percutit perſonam, quæ Ordinis charactere inſignita non eſt. ibid.n.4

Excommunicatus an ſit qui percutit mulieres, quæ Canonicæ ſeculares nuncupantur. p.169.n.5

Excommunicatus ipſo iure, morte ſuperueniente, an carere debeat eccleſiaſtica ſepultura, ſi talis declaratus in vita non extitit. p.119.n.10

Excommunicatus ſi fuerit abſolutus, an & quando petere poſſit fructus ſibi medio tempore ſublatos. pag. 530.n.7.& 8

Excuſſio.

Excuſſionis exceptio ſi non opponatur per fideiuſſorem conſtituentem, vel tertium poſſeſſorem, num acta contra ipſum, vel contra conſtituentem,

aut

aut tertium poſſeſſorem hypothecaria conuentos, ſint iuridica. p.59.n.8
Et an hæc exceptio opponi poſſit poſt litem conteſtatam. ibid.n.9.& 10
Et an hæc exceptio ſit de apicibus Iuris, & opponi poſſit de Iure Canonico. p.122.n.2.& 4
Et de ipſa num ſit curandum in Tribunalibus, in quibus proceditur, ſola facti veritate inſpecta. pag. 635.n.6

Exemplum.

Exemplis num iudicandum ſit, maximè quando rationes in contrarium vrgent. p. 732.n.70
Exemplum exempli nullam fidem facit. pag.528.n.7
Et quid ſi exemplum ſit antiquum. ibid.n.8
Et quid ſi petatur exhibitio originalis ad finem illud de falſo redarguendi. ibid.n.9

Exemptus.

Exemptum, qui ſe dicit ex aliqua qualitate, probare debet talem exemptionis qualitatem. p.779.n.19. & 20

Exhæredare, & exhæredatio.

Exhæredare an poſſit filios primi matrimonij coniux binubus ob ingratitudinem, & ſuper bonis, quibus ipſe ob ſecundas nuptias priuatur, & ad filios prædictos ſpectant. p.965.n.69
Exhæredari non ſolùm poteſt à patre filius, propter quatuordecim cauſas, comprehenſas *in §. cauſas, Authent. Vt cum de appellatione:* ſed propter alias ſimiles. p.314.n.5
Exhæredatio patris an plures cauſas requirat, quam exhæredatio fratris, tam de Iure Communi, quàm de Iure Longobardo. In Annot. ad Conſuet. Neapol. verſ. *Item plures.* p.990

Exiſtentia.

Exiſtentia vnius, qui non ſuccedit, an pariat impedimentum aliis, qui aliàs ad ſuccedendum admitterentur. p.132.n.7

Expenſa.

Expenſæ in melioratione fundi factæ, quo tempore appretiari debeant, an tempore quo fiunt, vel quo reſtituitur fundus. p. 188.n.75.verſ. *Expenſa.*

Expreſſio, & Expreſſum.

Expreſſio eius qui tacite à lege includitur, neceſſaria non eſt. p.521.n.3
Expreſſo vitiato, vitiatur, & tacitum. p.815.n.4
Expreſſum an dicatur, quod ex præſumpta mente, & legitimis coniecturis colligitur. p.185. n.8. verſ. *Caſſan. relatum.*

Extenſio.

Extenſio, & comprehenſio quid ſint, & in quo differant. p.516.n.25
Extenſio in correctoriis de caſu ad caſum non fit, neque ex identitate rationis. p.545.n.4

Exteri.

Exteri ementes feuda in hoc Regno nomine alterius, de propria pecunia, num euadant Barones. pag. 83.n.12
Et an in Regno vigeat hæc conſuetudo. ibid.verſ. *Duo verò,* & verſ. *Alterum* p. 84. & verſ. *Hac deciſione ſic ſtante.* ibid.n.27
Exteri, & præcipuè Ianuenſes num ſint citandi per edictum, cuius copia relaxari debeat Conſuli nationum. p.93.n.7.& 10.verſ. *In tantum.*
Exterorum filij, domicilij mutatione iura ciuilitatis an amittant. p.805.n.8.9.& 10
Et an requiratur voluntas deferendi domicilium. ibid. num.11

Extractio & Extrahere.

Extractionem alicuius rei à ſuo Regno ſi ſupremus Princeps prohibeat, Barones de his, quæ extrahunt, nec cognoſcent, nec mulctas exigent. p.352.n.7
Et quid ſi Baro ex ſimplici conceſſione domini ius Tractarum haberet in ſua Baronia. p.353.n.14
Et quid ſi haberet ius Portulaniæ in ſuo priuilegio. ibid.n.9
Extractionibus in faciendis, quænam licentia ſoleat extractoribus concedi per Dominum Proregem, ſeù per Reg. Cam. vel per Magiſtrum Portulanum, & ſub quibus conditionibus. p.733.n.28
Extractores rerum à Regno Neapolis extrahi prohibitarum à Regiis bannis, an, quandove comprehendantur in generali Indulto, ita vt illius beneficio gaudeant. p.726.n.1.& ſeqq.
Et quid ſi fiſco pro pœna cautum fuerit. p.727.n.6
Et quid ſi fiſco cautum fuerit per omnem cautionis ſpeciem. p.728.n.17.31.& ſeqq.
Et an requiratur quod lata ſit Iudicis ſententia tempore pœnæ. p.730.n.49.& ſeqq.verſ. *Secunda inſpectio.* & p.731.n.59
Et an comprehendantur pœnæ non exactæ, nec incorporatæ. p.733.n.83
Et an comprehendatur ius Tractæ, quo per extractionem fiſcus fuit defraudatus. ibid.n.84
Et an comprehendatur pœna duplicis valoris rei, quæ extrahitur, debita in caſu extractionis contrà formam prouiſionum. ibid.n.85
Et vide infrà in verbo *Indultus.*
Extrahi ab Ecclesia an poſſint commorantes in illa, qui tamen rei non ſunt criminis, ſed Iudex ſecularis vult illos pro teſtimonio ferendo. p.685.n.1
Extrahi ab Eccleſia an poſſit confuga, ſi nulla violentia, vel iniuria fiat perſonæ, nec loco. ibid.n. 2
Et an poſſit extrahi ab Eccleſia pro componenda pace cum inimico, qui illum prouocauit ad duellum. ibid.n.1
Et maximè ſi alius modus eſſet componendi pacem, quàm extractio confugæ. p.686.n.13

Extraneus.

Extraneus in materia feudi non ſolùm dicitur, qui in inueſtitura non eſt comprehenſus, ſed etiam qui non eſt immediatus ſucceſſor, licet ſit de deſcendentibus corporis. p.600.n.9
Extraneus pro debitore ſoluere poteſt, & creditor inuitus cogitur accipere pecuniam, p.610.vel.612. num.20
Extraneus ſi inſtituatur hæres in ciuitate Neapolitana, non exiſtentibus tempore teſtamenti, vel mortis collateralibus proximioribus, qui cum patre teſtatoris concurrerent, vel ex diſpoſitione Iuris Communis, Conſuetudinis, aut declaratione Neapodani, an valeat inſtitutio in præiudicium remotiorum in gradu. p.800.n.13

F

Factores.

FACTORES negotiorum, qui de adminiſtratis certo tempore rationem reddere tenentur, vt à pœna excuſentur, quid agere debeant. p.233.n.5

Factum.

Factum Principis, ſeù Superioris, caſus dicitur fortuitus. p.377.n.11
Factum ſi ſit antiquum, putà decem annorum, remouetur ſcientia, & inducitur obliuio. p. 48.num. 8. & 10

Facultas.

Facultas quæſita per priuilegium, vel conſuetudinem, quanta præſcriptione amittatur. p.114.n.12

Falſitas, & falſum.

Falſitas in beneficialibus an inducat amiſſionem cauſæ, & beneficij. p.170.n.10

Falſi

Falſi crimen adeò graue, atrox, & odioſum eſt, vt nullum aliud committenti maiorem irroget infamiam, ſtatumque hominis vituperet, quàm facinus hoc. ibid.n.1

Et an ſuperſederi debeat in cauſa, ob falſi accuſationem. ibid.n.7

Falſi ſuſcipio in ciuilibus, an habeatur pro falſitate, ne inſtrumento detur fides. ibid.n.2

Falſos teſtes producens in iudicio, falſaſque ſcripturas, qua pœna puniatur. ibid n.3

Et an ſufficiat ſola productio, vel requiratur expreſſa declaratio, quod vti vult prædictis teſtibus, & ſcripturis. ibid.n.4

Et an hæc declaratio fieri debeat purè, vel ſub aliqua proteſtatione, aut clauſula, *ſi & in quantum.* ibid.n.5

Et an diſpoſitio *Pragm.prima, ſub titulo de falſis*, procedat in cauſa feudali. ibid.n.6.& 8.& p.171.n.13.& 16

Familia, Familiaris, & Familiaritas.

Familia de Simonettis, & de Cittatinis eſt nobilis Ciuitatis Interamnæ in Vmbria. p.313.n.14

Familiares Epiſcopi ſi laïci ſint, cum in aliquod delius inciderint, num ab ipſo Epiſcopo cognoſci poſſint. p.675.n.4.& ſeqq.

Et quid in Regno Neapolitano ſeruatum fuerit. ibid.n.7

Familiares Excellentiſſimi Proregis an comprehendantur inter Milites, & Officiales exercitus. p.293.n.12

Familiares ſcholarium, cæterorumque priuilegiatorum, num priuilegiis gaudeant ipſorum, etiam quoad forum. p.797.n.7.& 12.verſ. *Tertiò quia.*

Familiaris alicuius Cardinalis, cui actu inſeruit, ſed non illius expenſis, an dicatur propriè familiaris ad effectum, vt ſub regula familiarium comprehendatur. p.264.n.5

Familiaris alicuius Epiſcopi, vel alterius Iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habentis, laïcus vxoratus, & conductitius ad aliquod particulare officium, an gaudeat priuilegio fori circa delicta cognoſcenda, per ipſum commiſſa. p.673.num.2.cum ſequent.

Familiaris cui princeps alimenta non miniſtrat, ſed tantum illum ſic nominat, vel reputat, an dicatur fictè familiaris, & prærogatiuis gaudeat familiarium. p.264.n.3

Et an debeat habere legatum relictum familiæ, dum actu non inſeruit, nec alimenta recepit. pag.163. num.1

Familiaris, vt quis dicatur alicuius Principis, duo copulatiuè requiruntur. p.264.n.2

Et an requiratur actuale ſeruitium vel ſufficiat voluntas domini, volentis illum haberi talem, licet abſentem, ſi modo victus ei portionem non præſtet. ibid.n.8

Familiaritas vera num dicatur illa, quæ corpore fit, & dentibus. ibid.num.5

Fatalia.

Fatalia in Sacro Conſilio num currant. p.172. num. 1.7.& 8

Et an currant tam in reclamationibus, quæ à præfati Sacr. Conſilij ſententiis interponuntur, quàm in appellationibus à ſententiis Iudicum inferiorum. ibid.n.2

Fatalibus elapſis, num poſſit Iudex ſuper interpoſita appellatione, ſeu reclamatione pronunciare, quamuis qui ſententiam obtinuit in prima inſtantia, non allegauerit illam eſſe deſertam. ibid.n.3

Fatalibus elapſis, habetur ac ſi non eſſet appellatum, vel reclamatum, etiam in Sacro Conſilio. p. 173. num.8

Et vt elapſo primo fatali, concedatur ſecundum, quæ impedimenta eſſe debent. ibid.n.6.& 9

Fauor.

Fauor filiorum concurrens cum fauore Eccleſiæ, eſt illi præferendus. p.940.n.14

Federicus.

Federicus II. Imperator fuit Rex huius Regni ex materna ſucceſſione, & duas edidit Conſtitutiones. p.759.n.2

Femina.

Femina vid.infra in verb. *fœmina.*

Feneſtra.

Feneſtras facere in pariete communi ius reſiſtit. pag 433.n.2

Et an hoc ius valeat præſcribi. ibid.n.3

Et quid in ciuitate Neapolitana. ibid.n.3.& 4

Ferdinandus.

D. Ferdinandus Quadra vir nobiliſſimus commendatur. p.16.n.2

Feſta.

Feſta ſanctorum, de quibus eo die fit officium, ſunt ſemper primo loco ponenda, cum legitur Martyrologium, licet ſint de mobilibus. p.971.n.10

Et quid de feſtis, de quibus in aliquibus ſolum Eccleſiis memoria habetur. ibid.

Feudale.

feudale an ſit illud ius, quod habet feudatarius exigendi cenſum. p.876.n.4

Et quid de reddito, quem habet Baro, vti Baro an ſit feudalis. p.877.n.14

Feudales cauſæ agitari num poſſint cum Procuratore mandatum habente vniuerſale ad omnes cauſas. p.302.n.27

Feudales cauſæ an comprehendantur ſub nomine cauſarum ſimpliciter prolato, non facta mentione de feudis. p.171.n.15

Feudalia bona à collectarum oneribus immunia ſunt. p.534.n.2

Feudalia bona ſi alienentur per Baronem ſub annuo cenſu, ſeu decimis, & deinde ad ipſum Baronem ſint reuerſa, tanquam burganſatica, & libellaria, à feudo ſeparata ad ipſum perueniunt, & non tanquam feudalia. p.533.num.10

Et quid ſi Baro bona illa recuperaret ex cauſa neceſſaria de præterito, putà pacti de retrouendendo. ibid.n.11

Feudalia bona num veniant in generali bonorum appellatione. p.922.n.13.p.923.n.17

Et an veniant in vniuerſali bonorum obligatione. ibid.n.14

Et quid ſi actus eſſet talis, per quem licite bona feudalia obligari ſpecialiter potuiſſent. ibid.num.18

Feudalis qualitas qualiter probetur. p.843.n.2

Et an illam probent adhoa, releuium, ac fidelitatis iuramentum. p.877.n.12

Et an eam probet præſtatio aſſenſus ſuper illius hypotheca. p.843.n.6.& ſeqq.

Vel poſſeſſoris confeſſio, aut deſcriptio in cedulario. p.843.n.9.& ſeqq.p.844.n.11

Feudalis qualitas an tollatur præſcriptione 30. vel 40. annorum. ibid.n.13

Feudatarius.

Feudatario non licet feudum antiquum alienare, niſi agnato, vel alij proximiori. p.249.n.45

Feudatarius committens crimen læſæ maieſtatis ipſo iure, & feudi, & cæterorum ſuorum bonorum dominium amittit. p.282.n.16

Et an fructus à die commiſſi criminis faciat ſuos, vel ſpectent ad Principem offenſum. ibid.

Feudatarius decedens inſtituendo in feudo perſonam prohibitam ſuccedere, & per ius commune, & Regni,

Regni, an diſponere valeat, vt vbi inſtitutio non valeat, teneatur legitimus ſucceſſor tantum ipſi inſtituto ſoluere pecuniæ quantitatem, & donec quantitas ſoluatur, poſſit feudum pro priua ingredi authoritate, illudque retinere. p. 176. n. 15. p. 177. n. 16. & ſeqq. & vid. infr. in verb. *feudatarius inſtituendo matrem.* & in verb. *feudatarius teſtamentum.*
Feudatarius decedens an, & quando grauare poſſit ſucceſſorem in feudo pro ipſius concurrenti valore. p. 45. n. 16. & ſeq. p. 177. n. 1. & p. 179. n. 10
Et quid ſi grauamen excederet verum valorem feudi, an teneatur grauatus adimplere defuncti voluntatem in eo, quod valor excedet ſi inueniatur perſona quæ emat feudum pluſquam valet. p. 178. n. 2. 4. 8. 9. & 11.
Et an poſſit grauari filius ad totum valorem feudi, vel ſolum ad id quod excedit legitimam. pag. 178. n. 5
Feudatarius, emphyteuta, & ſimilis, num poſſint in feudo, vel emphyteuſi vſumfructum conſtituere abſque domini conſenſu. p. 71. n. 9. & p. 72. n. 15
Feudatarius feudi naturā alterare an poſſit in præiudicium agnatorum ipſis nō conſentientibus. p. 69. n. 8
Feudatarius feudum locare an poſſit ad longum tempus, putà ad decennium, abſque conſenſu domini. pag. 653. n. 7. & 8
Feudatarius feudum, quod habet iure Francorum an poſſit alienare in minorem natu, vel in fœminam, tam inter viuos, quam in vltima voluntate. In I. Reſponſ. Dom. Alexandr. Tartag. p. 999. n. 41. p. 1000. n. 45.
Feudatarius immunis eſt à collectarum ſolutione pro corpore feudi, & pro animalibus deſeruientibus ad feudi culturam. p. 638. n. 1
Et an collectarum ſolutio ſubrogata fuerit in locum ſolutionis iumellæ, vulgo *della giumella*: & de quibus rebus antiquitus per feudatarium ſoluebatur iumella. ibid. n. 1. & 2
Feudatarius in feudo hæreditario habet dominium perpetuum, & irreuocabile. p. 45. n. 18
Feudatarius in feudo hæreditario, vel nouo an poſſit præiudicare agnato & cum domini aſſenſu in vita illud transferre in extraneum. p. 244. n. 4
Et quid in feudo antiquo, vel paterno. ibid. n. 5
Feudatarius inſtituendo aliquem in feudo poteſt prohibere illius alienationem, & hypothecæ ſubmiſſionem, ex cauſa vt conſeruetur in familia. pag. 955. num. 15
Et quid operetur prohibitio iſta. ibid. n. 16
Et an operetur impedimentum tranſlationis dominij in eum cui feudum alienetur. ibid. n. 17
Feudatarius inſtituendo matrem in bonis feudalibus an poſſit expreſſe diſponere, vt ſi indictis feudalibus, alia perſona, quam eius mater forte ſuccederet, teneatur dictæ eius matri æſtimationem prædictorum bonorum feudalium ſoluere, & exburſare. p. 914. n. 1. & ſeqq.
Feudatarius prohibere an poſſit abſque Domini coſenſu, ne ſucceſſor illud alienet. p. 124. n. 3
Feudatarius reſtitutus à principe num recuperet feudum alteri iam conceſſum. p. 662. n. 2
Et vid. infra in verb. *feudatarius ſi ob aliquod.*
Feudatarius ſi fratrem ſuum occiderit, vt in hæreditate communi ſuccedat, an priuetur feudo ipſo iure, prout ſi dominum occidiſſet. p. 281. n. 10
Feudatarius ſi ingrediatur Religionem, amittit feudum, & pro mortuo habetur. p. 950. n. 6
Et an hoc caſu ſucceſſor teneatur Regiæ Curiæ ſoluere releuium. vid. infra in verb. *Releuium,*
Feudatariis ſi ob aliquod crimen fuerit feudo priuatus, illudque agnato quæſitum ſit, demum reſtitutus fuerit à Principe, an recuperebit feudum illud. pag. 114. num. 19
Feudatarius ſi ſeruitutem in feudo pecunia acquiſiuerit, num eius æſtimatio pertineat ad hæredem in allodio. p. 47. n. 29. & 34. & p. 48. n. 35. & ſeqq.
Feudatarius teſtamentum condens in hoc Regno an poſſit abſque aſſenſu regio grauare legitimum feudi ſucceſſorem legando alteri aliquam pecuniæ quantitatem, & donec illi ſoluatur poſſit legatarius ingredi poſſeſſionem feudi, illudque retinere, & fructus percipere. p. 175. n. 1. & 2. p. 176. n. 13. & p. 177. n. 16. & ſeq.
Et an ob hanc diſpoſitionem acquiratur aliquod ius legatario ſuper feudo, vel ſuper fructibus. p. 176. n. 3. 5. & 9
Et an acquiratur legatario ius pignoris ſuper feudo. ibid. n. 10.
Feudatarius viuens Iure Francorum in diſtractione feudi facienda, an debeat requirere conſenſum primogeniti. p. 188. n. 6. & 8
Feudatarius viuens iure Francorum an poſſit in vltima voluntate relinquere feuda ſecundogenitis. p. 68. num. 6

Feudum.

Feuda ad hæredem num tranſeant vniuerſalem ſi ſit perſona extranea. p. 598. n. 7
Feuda deuoluta ſi iterum concedantur, an ſint taxanda de nouo, quoad adoham. p. 859. n. 3
Feuda deuoluta, vel potius aperta, tunc deſinunt habere primam illam qualitatem feudalem, quando ſunt incorporata, ſecus quando ſeparatim a patrimonialibus tenentur. p. 861. n. 22
Feuda ementes nomine alterius, ſed cum propria pecunia, an potiti valeant priuilegiis, & prærogatiuis aliorum Baronum, & ſignanter, vt poſſint vallallos cogere ad præſtandum ſibi adiutorium cum proprias filias, vel ſorores nuptui tradunt. pag. 82. n. 1. 3. 6. & 7
Et quare in hoc Regno introducta ſit praxis, quod aliqui feuda emant nomine aliorum. ibid. num. 7
Feuda in generali non includunt obligatione. pag. 299. n. 5. p. 301. n. 25.
Et quid ſi debitor ſolum habeat bona faudalia. pag. 301. n. 28.
Quidue fauore dotis, vel ſi actus eſſet talis, ob quem bona feudalia ſpecialiter obligari licitè potuiſſent. p. 302. n. 29. & 30.
Feuda omnia in Regno citerioris Siciliæ hæreditaria ſunt. p. 45. n. 14
Feuda omnia in Regno Neapolitano non aliter dicuntur ſimpliciter hæreditaria, ſed omnino mixta. pag. 388. n. 40
Feuda regulariter militari volentibus conceſſa fuere d. 854. n. 2
Feuda ſi ad R. C. deuoluantur, an deuoluta cenſeantur etiam ea, quæ per feudatarium conſtructa, meliorata, vel impenſa ſunt in feudo. p. 290. n. 10
Et an deuoluatur illud, quod eſt extra feudum, putà ſi emerit domum iniunctam, vel fundum confinem, ac conuicinum. ibid. n. 11
E quid ſi emptum ita ſit adnexum feudo, vt ab eo nequeat ſeparari, putà ſeruitus realis; an etiam deuoluatur. p. 291. n. 12. & ſeq.
Et quid in vnitis feudo ab ipſa natura, putà per alluuionem, vel per incrementum. ibid. n. 17
Quidue denique ſi feudum deuoluatur delicto aut culpa vaſſalli. p. 292. n. 18. & ſeq.
Feuda ſolum per inueſtituram poſſunt conſtitui. pag. 813. n. 3.
Feudi alienatio, citra domini conſenſum ſequuta, an poſſit

poſſit ab altero ex contrahentibus reuocari. p.179.n.1. p.188.n.1.& 4
Feudi alienatio, an poſſit per feudatarium reuocari, ſtante nullitate aſſenſus. p.715.n.35
Feudi alienatione reſoluta iuxta diſpoſitionem Conſtit.Regn. *Conſtitutionem Diuæ memoriæ*, an teneatur venditor ad intereſſe ob inobſeruantiam pacti, in inſtrumento adiecti. p.181.n.13
Et vid.infr.in verb. *Feudum ſi ſit venditum.*
Feudi alienatione reuocata an corruant pacta in contractu appoſita, quæ non reſpiciunt feudi corpus, ſed intereſſe contrahentium. p.179.n.1.verſ. *Sed reuocatur.* & p.180.n.3.& p.181.n.11.12.& 14
Feudi augmentum vid.ſup.in verb. *augmentum feudi.*
Feudi conceſſio eſt contractus vltro, citroque obligatorius. p.843. verſ. *Primo.*
Feudi de ſubſtantia non ſunt redditus, ſed fidelitas. p.535.n.7
Feudi conductor, vid. ſup.in verb. *Conductor.*
Feudi diſtractio facta à patre abſque primogeniti conſenſu, num ſit nulla in viuentibus iure Francorum. p.188.n.6
Feudi diuiſio an inducatur per conſtitutionem duorum Officialium, ſeu creationem duorum Tribunalium. p.574.n.7
Feudi dominium an acquiratur illi, cuius pecunia, & contemplatione ſit emptum, ſi careat legitimo ſucceſſore. p.82.n.9.p.83.n.16.& 20
Feudi dominium aſſequutione cuius quis efficitur Baro, an ſit penes emptorem, vel penes illum, cuius nomine emptum eſt. p.84.n.23.p.85.n.28.& ſeq. verſ. *Vnde ex his.*
Feudi donatio nihil aliud eſt, quàm quædam futuræ ſucceſſionis præuentio, ſapitque vim vltimæ voluntatis. p.564.n.8
Feudi emptor abſque aſſenſu, ſequuta reuocatione, num poſſit eiici ab eius poſſeſſione, niſi prius reſtituto ſibi pretio, in feudo erogato, competatque ei retentio. p.189.n.5
Feudi forma, ac natura eſt, vt in eo ſuccedat primogenitus, quam Rex inueſtiendo non intendit mutare. p.564.n.5
Feudi gubernium, & adminiſtratio fructuumque, & emolumentorum perceptio, an ſit ius mere allodiale, itavt ipſius iuris capax ſit, qui protſus eſt incapax feudorum. p.84.n.24.& 26
Feudi in diſtractione num locus ſit ſucceſſorio edicto ad fauorem agnatorum. p.248.n.38. p.249.n.40. p.250.n.46
Feudi intra fines quidquid ſit, præſumitur de feudo quoad iuriſdictionem, ſed non quoad dominium directum, vel vtile. p.534.n.4
Feudi legitimus ſucceſſor, ſi feudum poſſideat, & proinde intra annum, & diem à morte defuncti non denunciauit, nec inueſtituram petiit, priuari num debeat feudo, ſed in Regno noſtro duplicatum ſoluet releuium. p.173.n.4.& p.174.n.7
Et quid ſi ſua culpa, vel negligentia feudum non recuperauit. p.174.n.6
Et quid ſi feudum non recuperauit ob ſuam negligentiam; an excuſetur à fidelitate, itavt ſi felloniam committat, non debeat perdere feudum. ibid. num.8
Feudi meliorationes vid.infra in verb. *Meliorationes.*
Feudi natura repugnat in viuentibus iure Francorum, vt pater valeat in vltimis voluntatibus feudum relinquere ſecundogenitis. p.68.n.6
Et an ſit de natura, forma, & lege feudi, vt in eo ſuccedat primogenitus. ibid.
Feudi natura præcipua eſt, iure communi feudorum attento, vt nullus ad eius ſucceſſionem admittatur, niſi deſcendat à primo feudi acquiſitore communis agnationis. p.758.n.1.& 4
Feudi natura ſpecialis eſt, vt ſuum ſemper reſpiciat ſtipitem, nec in extraneum deuoluatur. p.759.n.17
Feudi nouus ſucceſſor, iure communi feudorum infra annum, & diem à morte prædeceſſoris tenetur à domino directo inueſtituram petere, & fidelitatis iuramentum præſtare. p.712.n.12
Feudi pro augmento non datur noua inueſtitura, nec nouum præſtatur iuramentum fidelitatis. p.669.n.6
Feudi res particularis an poſſit aliquo tempore præſcribi pro francha & libera. p.241.n.11
Feudi ſucceſſor vid. infr. in verb. *ſucceſſor in feudo.*
Feudi tenuta cum facultate percipiendi fructus, & iuriſdictionem adminiſtrandi, ſeù commoditas fructuum feudi cum exercitio iuriſdictionis, num ſit allodialis, vel feudalis. p.943.n.3.& 4
Et an abſque aſſenſu talis tenuta ſeù commoditas locari poſſit. p.944.n.14
Et an extinguatur morte tenentis, ſeù conceſſionarij, vel morte concedentis. ibid.n.15
Et an conceſſio ipſarum importet vſumfructum. ibid.n.17
Et an poſſit transferri in aliũ ſine aſſenſu. p.851.n.2
Feudi tenuta manente tamen ipſius dominio penes alium, an ſit burgenſatica, vel feudalis. ibid.n.2
Feudi tenuta, quæ reſidet penes eum, de cuius pecunia feudum fuit emptum, accedente recognitione facta per emptorem, an ſit burgenſatica, vel feudalis, & in illa ſuccedant hæredes in burgenſaticis, vel in feudalibus. ibid.n.4. & p.943.n.7
Et quotupliciter conſideretur iſta feudi tenuta. pag. 851.n.6
Feudi tenuta ſimplex an ſit ius mere allodiale, eiuſque ſit capax omnis qui aliunde eſt incapax feudi. p.86. num.35
Feudi tenutam, ſeu poſſeſſionem, an poſſit quis nanciſci ab hærede illius, qui feudum poſſidebat, quamuis in feudo non ſit legitimus, & immediatus ſucceſſor. p.176.n.11
Feudi valor iuſtus, quomodo probandus ſit. pag.178. n.12
Feudi venditor abſque aſſenſu, ſi promiſerit, in caſu euictionis feudi pretium receptum reſtituere emptori, an efficaciter ſit obligatus, domino feudi caducitatem declarante, & venditor ipſe, ac emptor ſcienter contraxerunt, aſſenſu non impetrato. p.181.n.12
Feudo alienato ſine aſſenſu, num poſſit poſſeſſor conuentus condemnari ad relaxandum poſſeſſiones terrarum vniendarum, & incorporandarum cum bonis domanialibus dicti feudi, ſolutis tamen conuentis quantitatibus erogatis pro intratura dictarum terrarum, ac etiam expenſis erogatis pro meliorationibus terrarum prædictarum, præuia liquidatione in exequutione ſententiæ, ſaluo tamen iure conuento contra Authores laudatos. Inter decr. Angel. Piſanel.verſ. *Alienato feudo.* p.989.aliàs 979
Et an in liquidatione prædicta ſit habenda ratio fructuum perceptorum d. verſ. *Alienato feudo. in fin.* & verſ. *De menſe Aprilis.* p.990.aliàs 980
Feudo aperto, tenatur Dominus ſatisfacere creditoribus iuxta valorem feudi. p.860.n.20
Feudo conceſſo pro ſe, & hæredibus, legitimè ex corpore deſcendentibus, itavt in eo viuatur iure Francorum, num ſucceſſor in illo debeat eſſe de deſcendentibus ex corpore primi acquirentis, & hæres vltimi morientis. p.764.n.77
Feudo deuoluto ad directum dominum, an extinguatur hypotheca ſuper eodem contracta regio aſſenſu. p.856.n.19. verſ. *Id enim.*

Feudo deuoluto ad dominum ob mortem feudatarij licitum eſt hæredi illud retinere, donec ei ſoluantur augmentum & meliorationes. p.47.n.32.& 33
Feudo in refutato, ſi filius refutatarius decedat ſine deſcendentibus, an ſuccedat pater refutans, vel potius frater. p.389.n.43.& 44. & p.390.n.49
Feudo legato ſine aſſenſu an debeatur æſtimatio. pag. 111.n.50
Feudo nouo ad primogenitum delato, num pretium ſit conferendũ,& inter fratres diuidendũ. p.105.n.19
Et num filio primogenito debeatur integrum pretiũ, ſi ſtante eius incapacitate ſucceſſerit ſoror dotata, & quæ renunciauit in ampliſſima forma. p. 106. n.23.& ſeq.p.111.n.51
Feudo veteri quod additur, non dicitur nouum, ſed naturam ipſius veteris ſortitur. p.669.n.6
Feudum acquirere quilibet cenſetur pro ſe,& ſuis hæredibus. p.758.n.2
Feudum alicui ſublatum, alterique conceſſum, & demum rurſus concedatur, cui primo ſublatum eſt, nouum dicitur,& non antiquum, ex noua gratia. p.320.n.7
Feudum antiquum adhuc dicitur, licet pretio mediante perueniat ad proximè ſucceſſurum. p.501.n.12
Feudum apertum amplius feudum non eſt, ſed ipſius vtile dominiũ conſolidatur cum directo. p.858.n.1
Feudum Caſtri Turelli in Baronia exiſtens ſancti Seuerini, an ſit planum,& de tabula, vel quaternatum. p.915.n.4.& 5
Feudum concedi in emphyteuſim prohibitum eſt.pag. 902.n.19.
Et an prohibeatur in emphyteuſim concedi aliqua res feudi, putà molendinum. ibid.n.20
Feudum conceſſum pro hæredibus quibuſcumque, num tranſeat in hæredem extraneum. p.392.n.64
Feudum conceſſum Titio, & hæredibus eius, intelligitur conceſſum tantùm pro filiis. ibid.n.67
Feudũ conceſsũ, vid.infr.in verb. *Feudũ ſi non appareat.*
Feudum conceſſum pro ſe,& hæredibus dicitur hæreditariũ, conceſſum verò pro ſe, & liberis dicitur ex pacto,& prouidentia. In annot.ad Conſuet. Neap. verſ. *Sed hic quæro.* p.993
Et an dicatur ex pacto,& prouidentia, ſi tam acquirens, quàm concedens loquentes de hæredibus, intellexerint de liberis. p.954.n.7.& ſeq.
Feudum conceſſum ſi ſit ſibi, & primogenitis, cæteri præter illos excluſi cenſentur. p.764.n.81
Feudum cum iuriſdictione nihil habet commune. p.241.n.5
Et an poſſit dari vnus dominus feudi reſpectu reddituum,& alter reſpectu iuriſdictionis. ibid.n.5.& 6
Feudum dare, ſeu concedere pro ſe, & hæredibus ſimpliciter, an ſit idem ac dare pro ſe, & hæredibus ex corpore. p.766.n.95.& ſeq.& p.768.n.110
Et quid in Regno Neapolitano, vel ſi in vtroque feudo viuatur iure Franchorum.p.766.n.97.& p.967. num.104
Feudum dari an, & quando poſſit filiæ in dotem. p.506.n.20
Feudum dari in dotem, vel pro dote obligari, an poſſit. p.603.n.2
Et an requiratur quod mulier aliud non habeat, vel ſatis ſit non adeſſe pactum de dote lucranda, vel quod feudum datur inæſtimatum. ibid.n.3
Et quid in patre filiam dotante, vel in fratre dotante ſororem. p.604.n.4
Et quid per Capitulum Caroli II.editum in planitie ſancti Martini, quod incipit, *Itẽ ſtatuimus*.ib.n.5.&6
Feudum datum pro ſe, & hæredibus, an dicatur ex pacto,& prouidentia. p.708.n.18
Feudum datum ſi ſit pro ſe,& hæredibus ſimpliciter, quinam veniãt appellatione hæredis. p.768.n.109
Feudum num deuoluatur ad Regium fiſcum ob mortem, ſeu rebellionem illius, qui illud emerat, abſque aſſenſu. p.371.n.13.& ſeqq.
Feudum dignitas ad acquirendum, duo copulatiuè requiruntur. p.775.n.22
Feudum emptum pecunia alterius, domino ſciente, licet non ſit creditori pecuniæ obligatum, ſi deinde ad ipſum dominum deuoluatur, an & quando teneatur ipſi creditori pecuniam ſoluere. p.954.n.9
Feudum emptum propriè feudũ non dicitur.p.806.n.9
Et quid ſi iuramentum interueniat fidelitatis, vel ematur à conuaſſallo. ibid.n.6.& ſeq.
Feudum emptum ſi ſit à patre, eo defuncto, num competat filiis ſecundogenitis pars pretij erogati, idque iure collationis. p.184.n.1.& 2.p.185.n.7
Et quid ſi pater primogenitum inſtituat in feudo, ſecundogenitos verò in allodio. pag.184.n.3.p.186. n.12.& p.187.n.15
Et quid ſi pater filios in teſtamento inæqualiter inſtituat, vel inſtituto in feudo aſſignet certam partem bonorum allodialium. p.185.n.6 verſ. *Quando autem pater.*
Quidve ſi pater, qui feudũ emit, inſtituendo primogenitum in feudo, & ſecundogenitos in allodio, dixerit in principio teſtamenti, quod volebat de bonis ſuis diſponere, & ſalubriter ordinare, ne diſcordia orietur inter ſuos hæredes, an propterea cenſeatur prohibita collatio pretij in feudo erogati. p.186. n.10
Et quid ſi prohibuerit Falcidiæ,& Trebellianicæ defalcationem. ibid.
Et vid. ſup. in verb. *Collatio.*
Feudum emptum vid. infra in verbo *Feudum ſi reperiatur in hæreditate*, & in verbo *Feudũ ſi quis emat.*
Feudum ex pacto, & prouidentia alienari num poſſit, niſi proximiori agnato, vel alteri de ipſius conſenſu. p.904.n.3.& 4
Feudum ex pacto, & prouidentia haud habetur inter bona vltimi morientis, licet illo priuetur filius ob ingratitudinem commiſſam in patrem. p.695.n.70
Feudum ex pacto, & prouidentia quando dicatur. p.708.n.17
Et num ſint tot conceſſiones, quot perſonæ in hoc feudo vocatæ. ibid.
Feudum ex pacto, & prouidentia an ſit, vel potius hæreditarium, ſi inueſtitura canat. *Concedimus tibi, & hæredibus tuis ex tuo corpore deſcendentibus.* p.187. n.1.3.& p.188.n.5
Et quomodo dignoſcatur an ſit ex pacto, & prouidentia, vel hæreditarium. ibid.n.9
Feudum habens auitum, filiis, & agnatis debitum ex pacto, & prouidentia, an poſſit in præiudicium proximioris partem concedere extraneo, & partem agnato remotiori. p.248.n.39
Feudum hæreditarium an ſit, vel potius ex pacto, & prouidentia, ſi ſit conceſſum pro ſe, ſuiſque hæredibus maſculis. p.954.n.5
Et an verbum illud *hæredibus*, in Regno Neapolitano ſemper arguat feudum hæreditarium. ibid.n.5
Et quid ſi huic verbo qualitas adiecta ſit maſculinitatis. ibid.n.6
Feudum hæreditarium ſiue nouum, ſiue antiquum ſit, an poſſit in extraneum alienari. p.564.n.9
Feudum in quo viuitur iure Francorum an dicatur legitima primogeniti ſicut feudum ex pacto, & prouidentia. p.805.n.1
Feudum ita filio primogenito eſt debitum, vt totum dicatur ipſius legitima. p.178.n.7
Feudum mixtum vnum, idemque eſt cum feudo ex pacto, & prouidentia. p.371.n.41

Feudum nouum an, & quando dicatur legitima primogeniti. p.109.n.40
Feudum planum, & de tabula, vel feudum quaternatum. Vid. infr. in verb. *Feudum ſi ſit planum*, & in verb. *Feudum ſi ſit quaternatum.*
Feudum poſſideri an per quemcumque poſſit, etiam per eum qui feudi eſt incapax. p.84.n.25
Feudum quod proceſſit à maioribus an poſſit de iure alienari, & transferri in alium quàm in proxime ſucceſſurum. in 1. Reſponſ. Domini Alexand. Tartag. p.999.n.44
Et quid ſi proximior cōſenſiſſet trāſferri in aliū. ibid.
Feudum quod quis habuit à maioribus, an poſſit vendere alteri, quàm proximiori agnato, ſiue cuicumque de ipſius conſenſu. p.245.n.8
Feudum quotieſcumque reuertitur ad Dominum directum, ſemper intelligitur ipſo volente. p.543.n.8
Feudum ſi alienetur abſque Domini conſenſu. Vid. infr. in verb. *Feudum ſi ſit venditum.*
Feudū ſi alienetur in perſonas inhabiles, putà ſurdum, & mutum, religioſum, vel clericum, licet non transferatur dominium, num transferatur ſaltem poſſeſſio. p.176.n.12. verſ. *Nec ad rem.*
Feudum ſi aperiatur Domino ob mortem feudatarij iuxta diſpoſit. tex. in cap. Regn. *Expræſumptuosè*, illúdque petatur vendi per creditores cum aſſenſu, an ſit vendendum cum onere ſeruitij, & adhuc de nouo taxandæ. p.858.n.1
Feudum ſi non appareat ſub qua forma conceſſum ſit, ſemper conceſſum præſumitur pro ſe, ſuiſque hæredibus. p.917.n.14
Feudum ſi reperiatur in hæreditate defuncti quod eſſet emptum cum pacto de retrouendendo, an ſit locus iuri primogenituræ. p.107.n.28
Et quid ſi venditor pactum de retrouendendo exerceret, pretio reſtituto, an pecunia illa erit burgenſatica, & inter filios diuidenda. ibid.n.28
Feudum ſi quis emat alicuius perſonæ contemplatione, an perſona contemplata cenſeatur ſolum reſpectu acquiſitionis dominij, vel etiam reſpectu iuſtitiæ miniſtrandæ, hypothecæ ſpecialis, acquirendæ, vel facultatis gubernandi, & acquiſitionis emolumentorum. p.86.n.35
Feudum ſi ſit planum, & de tabula, in ipſius ſucceſſione attenditur ius commune feudorum, & deſcendentes de corpore primi acquirentis tantum ſuccedunt, ac amita magna ſororem vterinam tantum excludit. p.914.n.2. verſ. *Principale.* & p.915.n.3
Et an feudum planum, & de tabula dicatur ruſticum, plebeium, & penitus ignobile. p.916.n.6
Feudum ſi ſit quaternatum ſecundum quid, & conceſſum pro ſe, & hæredibus ſimpliciter, in eius ſucceſſione attenditur ius Conſtitutionum Regni, ſecundum quod coniunctus ex vno tantum latere ſuccedit. p.915.n.8
Feudum ſi ſit titulatum, non immittitur creditor in illius poſſeſſionem, ſed tantum fit ſequeſtrum in fructibus. p.774.n.18
Feudum ſi ſit venditum abſque aſſenſu, num in Regno noſtro poſſit tam emptor, quàm venditor contractum reuocare. p.188.n.1.& 4
Et an ſi emptor vendiderit illud alteri maiori pretio, ſequuta reuocatione, teneatur reſtituere pretium primum, vel ſecundum maius. ibid.n.2.& p.189. n.6.& 7
Et an per ius cōmune feudorum, vbi feudū alienatur abſque conſenſu Domini, venditor debeat amittere feudum, & emptor pretium. p.188.n.3
Feudum ſiue emphyteuſis, ſi perueniat ad manus mortuas, puta ad Eccleſiam, vniuerſitatem, &c. an & quando ſoluatur ſingulis quindecim annis releuium, vel laudemium. n.950.n.21
Feudorum in ſucceſſione deficientibus deſcendentibus proximiores in grado præferuntur, quod eſt de iure communi. p.1002.n.2
Feudi ſucceſſio potiùs ſit ex contractu inueſtituræ ſeu ex pacto, quàm ex ſucceſſione. p.1003.n.4

Fideicommiſſarius, & Fideicommiſſum.

Fideicommiſſario num cenſeatur tacitè data poteſtas poſſeſſionem ingrediendi rei fideicommiſſo ſubiectæ, ſi ad fideicommiſſum vocatus fuerit per verba directa. p.191.n.10
Et quid ſi teſtator in ordinando fideicōmiſſum, clauſulā apposuerit: *Omni alio modo meliori.* ibid.n.11
Fideicōmiſſario an competat remediū *l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll.* Vid. infr. in verb. *Remedium.*
Fideicommiſſarius data expreſſa prohibitione teſtatoris de non alienando, alienatione ſequuta, an poſſit illam reuocare, non expectata morte grauati. p.195 num.5
Fideicommiſſarius an, & quando poſſit propria authoritate poſſeſſionem ingredi bonorum fideicommiſſo ſuppoſitorum, & legitimus ſit contradictor aduerſus hæredem, agentem ex remedio *l. fin. C. de edict. Diu. Adrian. tollend.* p.189.n.11. p.190.n.2
Fideicommiſſarius an, & quando prætendere poſſit fructus præceptos per poſſeſſorem bonorum fideicommiſſo ſubiectorum. p.221.n.2
Fideicommiſſarius primus rem ſibi legatam, vel ſibi reſtitui obnoxiam à manu hæredis capere debet, non vero ſecundus, & tertius, qui propria authoritate capere poſſunt, nec opus eſt vt hæres vltimi morientis reſtituat. p.190.n.4
Fideicommiſſarius vel legatarius an poſſit rei legatæ, vel fideicommiſſo iniectæ poſſeſſionem capere, hæreditate per hæredem non adita, vel adita, non tamen ſit apprehenſa poſſeſſio. ibid.n.5.& 6
Et quid ſi vacante poſſeſſione hæreditatis imploratum fuerit officium iudicis, qui viſo teſtamento, & de caſu fideicommiſſi facta fide ſummariè, immiſerit fideicommiſſarium in poſſeſſionem bonorum vacantium. ibid.n.8
Et quid ſi teſtator expreſsè, vel tacitè licentiam dederit fideicommiſſario poſſeſſionem apprehendendi rei legatæ, vel fideicommiſſi. ibid.n.9
Fideicommiſſa, & legata de manu hæredis ſunt accipienda. ibid.n.3
Sed limitatur pluribus modis. ibid.n.4. cum ſeqq. & p 191.n.12
Fideicommiſſi reſtitutio num neceſſaria ſit in rebus per hæredem grauatum alienatis. in 1. Reſp. Domini Alexand. Tartag. p.994.n.4
Fideicommiſſo an fiet locus, illudque dicatur purificatum ad fauorem ipſorum vocatorū ob delictum hæredis grauati, propter quod bona venirent confiſcanda ſi fideicommiſſum conceptum fuerit, tam in caſu mortis naturalis, quam delicti. p.195.n.6.& 7
Fideicommiſſo quæ deficiunt, & quæ vtique fideicommittens appoſuiſſet, ſi de illis præcogitaſſet, an poſſint, & addi debeant per Iudices, & Aduocatos. p.959.n.41
Fideicommiſſo verificato, an ſint reſtituendi vnà ſimul cum re fructus percepti. p.199.n.8
Fideicommiſſum nouum an inductum cenſeatur, quoties diſpoſitio poteſt ſuum parere effectum citra multiplicationem nouorum fideicommiſſorum. p.193.n.5
Fideicommiſſum ordinare num poſſit pater in ſuo Teſtamento ſuper re donata filio contemplatione matrimonij. p.339.n.1.& ſeqq. p.340.n.7.& ſeqq.
Et quid ſuper re donata in præmium emancipationis. ibid.n.13

Fideicommiſſum petendum ibi eſt, vbi hæreditas relicta eſt. p.938.n.14
Fideicommiſſum reciprocum an cenſeatur inductum, ſi inſtitutis filiis ſint ſubſtituti eorum deſcendentes. p.192.n.1.p.193.n.3.& 4
Et num cenſeatur inductum fideicommiſſum reciprocum, ſi in teſtamento expreſsè non ordinetur. p.193.n.2
Fideicommiſſum ſi fuerit à teſtatore impoſitum ſuper re, quam communem habebat cum hærede, quem inſtituit, an cenſeatur impoſitum ſuper tota re, vel potius ſuper parte,quā cum hęrede prędicto pro indiuiſo poſſidebat. p.197.n.1.2.4.ſeq.& p.198.n.7
Et quid ſi imponeretur ſuper re quam teſtator communem habet cum extraneo. ibid.n.4.& ſeqq.
Et quid ſi teſtator diſponendo, adiiceret pronomen *meum.* ibid.n.7
Fideicommiſſum ſi quis ordinauerit ſuper bonis ſuis, vocaueritque alios in defectum illorum,ad quorum beneficium fuit principaliter inſtitutum, admiſſis deinde vltimo vocatis, ob defectum primò vocatorum,an omnia vincula ſtatim extinguantur. p.273. num.19
Fideicommiſſum ſuper feudo imponi poteſt, accedente tamen Regis aſſenſu, vel approbatione filij, aut ſucceſſoris. p.953.n.2

Fideiuſſio, & Fideiuſſor.

Fideiuſſio de ſe præſentando ad omnem ordinem, ſine toties quoties; elapſo biennio euaneſcit. p. 875. n.21. & p.960.n.2
Fideiuſſio eſt nulla, ſi principalis debitoris obligatio à principio nulla fuerit. ibid.n.3.& 9
Et quid ſi fideiuſſor ſe obligauit vti principalis. ibid. num.9
Fideiuſſio an ſit præſtanda per reum conuentum petitione hæreditatis de reſtituendis fructibus perceptis, & lite pendente percipiendis. p.198.n.1.& ſeqq.p.199.n.4.5.9.& 12.
Et an ſemper ſit præſtanda fideiuſſio quoties debitor ſuum præuenit creditorem. pag.148.n.6.& ſeq.
Fideiuſſor an liberetur ex mutatione ſtatus ſui principalis,putà ſi tempore fideiuſſionis principalis erat laïcus,& deinde ſit effectus clericus. p.960.n.4. & 5.
Et quid ſi fideiuſſor compareat ſolum ad allegandam fideiuſſionis nullitatem, non verò compareat Clericus ipſe ad opponendum clericatum. ibid. n.6.& 7
Fideiuſſor pro fideiuſſione præſtanda poteſt certam mercedem recipere. p.10.n.4
Et an paciſci poſſit ad rationem tot pro centenario. ibid.n.5
Et num poſſit mercedem recipere fideiuſſor, ſi nullum immineat periculum decoctionis principalis debitoris. ibid.n.6
Et ſi contigerit fideiuſſorem ſoluere ſummam, pro qua fideiuſſit, an illa excomputabit mercedem quam exegit. ibid.n.5
Fideiuſſor an, & quando reincidat in primæuam obligationem. p.609.vel 611.n.16.& 610.vel 612. num.17
Fideiuſſor ſemel liberatus ex facto debitoris principalis,non amplius reobligatur inuitus. ibid.n.19
Fideiuſſor ſi fideiuſſit pro debitore carcerato, & ſub clauibus conſtituto, vel de ſoluendo debitum infra certum tempus,vel de præſtando illum, die adueniente,num poſſit cogi ad debitum ſoluendum, ſi debitorem exhibere, & in carceribus præſentare paratus ſit. p.145.n.1
Et an cogatur ſoluere debitum, ſi debitor reperiatur mortuus. p.146.n.3.7.& 8

Fides.

Fides recta in Principe nihil eſt, quod lumine clariùs præfulgeat. p.856.n.17

Filia, & Filius.

Filia de iure Longobardo an ſuccedat ſimul cum amita exiſtente, in capillo. in Annot. ad Conſuet.Neapol.verſ. *Item ſi quis decedat.* p.290
Filia dotata à patre quamuis incongruè, num debeat eſſe contenta dote recepta, nec debeat admitti ad ad allegandam dotationem incongruam. p.205.n.4
Filia dotata an faciat partem, licet non admittatur ad partem, & ſit connumeranda inter filios in taxatione legitimæ, & paragij. p.201.n.1.5.& 8
Filia fœmina ad feudi ſucceſſionem num debeat admitti,ſi duo fuerint inueſtiti de feudo pro ſe,& deſcendentibus maſculis, vt tamen eis deficientibus ſuccedere deberent fœminæ, contingitque alterum ex inueſtitis decedere ſuperſtite tantùm filia.p.193. num.8.& 10
Et an admittatur ſolum ad portionem patris non verò patrui. ibid.n.8
Et an admittatur ad portionem patris,excluſis maſculis deſcendentibus ex patruo. ibid.n.10
Et an idem dicendum ſit in fideicommiſſo. ibidem, num.8.& 10
Filia fœmina num deficere faciat conditionem, *ſi ſine filiis deceſſerit.* p.270.n.10
Filia fœmina hæres à patre vniuerſaliter inſtituta an ſit immittenda in poſſeſſionem bonorum, quamuis allegetur,bona eſſe feudalia,quorum fœmina incapax eſt. 217.n.6
Filia fœmina per conſuetudinem Ciuitatis Neapolitanæ excluditur à ſucceſſione aſcendentium,& collateralium, dummodo ſit nupta,& dotata de paragio, tunc enim remanet perpetuo excluſa. p.513.n.12
Filia fœmina vid.infr.in verb. *Filia fœmina.*
Filia indotata ad patris ſucceſſionem ſimul cum fratre admittitur exiſtente cōſuetudine,quod filia dotata à patris ſucceſſione per fratrē excludatur.p.533.n.4
Filia maritata à patre,num ſuccedat fratri defuncto, vel & obſtet conſuetudo Neapolitana incip. *Si moriatur.* In Annot. ad Conſuet. Neap.verſ. *Loquitur.* p.292.
Filia maritata ſi fuerit ſecundum conſuetudinem Capuani, & Nidi,iuxta quam inter nobiles ipſos adeſt pactum,vt filiis decedentibus in pupillari ætate, vel ab inteſtato quandocunque dos reuertatur ad conſanguineos matris, decedentibus tandem filiis ex teſtamento; dos ad prædictos conſanguineos haud ſpectat.In Annot.prædictis verſ. *vnum tamen.*p.293.
Et an ex hoc inducta ſit correctio conſuetudinis Ciuitatis Neapolitanæ quæ vult, vt de bonis obuenientibus ex linea paterna, vel materna, non poſſit quis diſponere, pro medietate. d. verſ. *vnum tamen,* in fine.
Filia naturalis, minus congruè dotata à patre,eo mortuo nulla ſuperſtite legitima ſobole,an poſſit petere ſupplementum congruæ dotationis.p.204.n.1.& 3. p.205.n.6.& p.206.n.11.12.& 13
Et an poſſit petere ſupplementum dotis, habita conſideratione ad alimenta. p.205.n.10
Et vid. infra in verb. *Filia naturali.*
Filia præterita à patre in Teſtamento, in Regno Neapolitano num poſſit illud impugnare. p.462.n.15
Filia quamuis pacto, renunciatione, ſeu lege municipali excludatur à ſucceſſione patris per fratrem, ſi tamen moriatur frater non agnita hæreditate patris, nec verbis,nec facto,adhuc ex perſona illius vti ſoror, & legitima fratris hæres iure tranſmiſſo bona paterna conſequetur, p.864.n.16.& p.865.n.17. & ſeqq.

Filia quæ dote recepta renunciauit hæreditati paternæ an connumerari debeat inter filios in taxatione vitæ, & militiæ ſuper feudo, vel legitimæ ſuper allodio. p.499.n.2.p.500.n.3.& 6

Filia quæ mortua matre, ſuperſtite fratre, ac patre, non fuit ab ipſo patre maritata infra annos 16. num de iure conſuetudinario Ciuitatis Neapolitanæ ſuccedat æqualiter cum fratre in bonis maternis. In annot. ad Conſuet. Neap. verſ. *Pone.* p.992

Et quid ſi filia fuerit maritata per patrem poſt mortem matris, patrique renunciauerit bonis paternis, & maternis, an virtute renunciationis ſuccedat pater in legitima debita filiæ in bonis matris. ibid. verſ. *Sed quid.*

Filia quæ patris hæreditati renunciauit, ſi patri ſuperuixerit, num portio ſibi delata accreſcat fratri maſculo virtute renunciationis, vel potius tranſeat ad filios ipſius renunciantis. p.911.n.24

Et num id procedat quando renunciatio facta eſt per filiam patri ad fauorem maſculorum. p.913. n.24.& 38

Filia quæ renunciauit futuræ parentum ſucceſſioni, tempore quo alij extabant deſcendentes, ſi deinde pater ab inteſtato deceſſerit, an ad eius ſucceſſionem vocata intelligatur vnà cum maſculis ex tacito patris iudicio. p.385.n.17.& 18

Et quid ſi tempore mortis patris ſuperſint ſolùm ſorores ipſius renunciantis, an renuncians ſuccedat ſimul cum ipſis. p.386.n.19

Et quid ſi tempore renunciationis nemo extabat ex deſcendentibus, neque in die obitus patris defuncti ab inteſtato aliquis ſuperſtes ſit, an ſuccedat ipſa filia, quæ renunciauit. ibid.n.21

Et an excludatur ab agnatis proximioribus, patre ab inteſtato defuncto nullis relictis deſcendentibus. ibid.n.23

Filia quæ renunciauit, tunc à ſucceſſione repellitur patris ſui inteſtati, & collaterales admittuntur, quando illi ſunt in renunciatione contemplati. p.387.n.29.& p.388.n.35. & p.395.n.90

Filia Regis Francorum ſicut ex rationabili illius nationis conſuetudine in Regnis Galliæ ſuccedere non poteſt, ita pariter eius filius ſuccedere nequit quamuis maſculus. p.274.n.29

Filia ſi decedat relicto patre, fratre, & ſorore, quomodo iſti omnes ſuccedant de iure communi, & quomodo de Iure Longobardo, caſu quo pater habeat, vel non habeat mundium filiæ. In annot. ad Conſuet. Neap. verſ. *Item ſi decedat*, in med. & verſ. *Si vero.* p.990

Filia ſi fuerit à patre, vel fratre dotata, & deinde mater moriatur, paragium habere debet in bonis matris, non obſtante, quod fuerit maritata. p.545.n.8

Filia ſpuria num poſſit tantum a patre prætendere dotationem ſecundum quantitatem, & valorem alimentorum. p.204.n.2

Filiabus num debeatur legitima in feudo nouo. p.806. num.7

Filiæ fœminæ alicuius rebellis, licet excludantur à bonis paternis, an debeant habere legitimam in bonis maternis. p.150.n.5

Et num conſequi poſſint legitimam in antefato matri conſtituto. p.51.n.6.& ſeqq.

Et an filiæ fœminæ rebellium, & reorum criminis læſæ Maieſtatis priuentur ſucceſſione collateralium. p.207.n.9.& 10.& p.208.n.11.verſ. *Itavt ex his.*

Et an ſolùm priuentur ſucceſſione matris, in qua Falcidiam tantùm detrahent, infames tamen non erunt. ibid.n.10

Filiæ fœminæ num ſimul cum maſculis ſuccedant in donatione contemplatione matrimonij, facta ab auo patri earum & filiis naſcituris. p.140.n.1.3. & ſeq.& p.151.n.19

Et an ſuccedant ſimul cum maſculis in antefato, & aliis lucris nuptialibus. p.151.n.15. Et vid. infra in verb. *Filij in antefato.*

Et quid in terminis Conſtitutionis Regni Neapolit. *In aliquibus.* ibid. num.15. & 20.verſ. *Et hoc etiam modo.*

Quidve ſi in capitulis matrimonialibus ſpeciali pacto conuentum ſit vt ſuccedant filij vti filij, & non vti hæredes. ibid.n.16

Filiæ naturali nec hæreditas, nec legitima debetur. p.205.n.8

Et an filiæ, vel filio naturali actio ſuperſit ad infringendum patris naturalis teſtamentum, ſi ipſo decedente extraneus ſit hæres inſtitutus. ibid.n.9

Filij alicuius inquiſiti cuiuſuis criminis atrociſſimi, nati, vel concepti ante patris delictum, an pati debeant pœnas impoſitas filiis ob parentum delictum, & ſignanter ne poſſint ſuccedere aſcendentibus, & collateralibus. p.28.n.6

Filij de conſuetudine Ciuitatis Neapolitanæ, num ſuccedant in bonis matris, obuentis ipſi ab agnatis, & cognatis, vti filij, vel vti hæredes. pag. 277.n.9

Filij duorum fratrum num patruo ſuccedant in capita, vel in ſtirpes. p.935.n.4

Filij ex illegitimo coitu nati, num habeant aliquod ius agnationis, illudque tranſmittant ad filium legitimè procreatum. p.946.n.9

Filij ex matre renunciante orti, an ex propria perſona ſuccedere poſſint defuncto ſimul cum ſobrinis, vel potiùs excludantur ſtante matris excluſæ ſuperſiſtentia. p.909.n.14.& ſeq.

Et quid ſi filij eſſent hæredes matris renuntiantis, factaque eſſet renunciatio dote recepta. ibid.n.16

Et quid ſi mater, quæ renunciauit, ſuperuixerit patri cui fuerat renunciatum. p.910.n.19

Filij fratrum ad feudi ſucceſſionem ita demum vocantur, ſi feudum illud fuerit ab eorum auo acquiſitum. p.219.n.3. & p.220.n.10

Filij fratrum num excludant amitam à ſucceſſione patrui defuncti. p.439.n.10.& ſeq.p.440.n.12. & ſeqq.

Filij fratrum præmortuorum num admittantur ad ſucceſſionem patrui, vel materteræ cum aliis patruis, & materteris vnà ſimul cum auia. p.933.n 7

Et quid attento iure nouiſſimo Authenticorum. ibid. num.8

Et an, & quando fratrum filij concurrere poſſint ad ſuccedendum cum aſcendente tantùm, puta auo, & auia, & patruum defunctorum repræſentare perſonas. ibid.n.9.p.934.n.10.& ſeqq.& p.935.n.15

Filij in antefato aliiſque lucris nuptialibus, an ſuccedant vti filij vel vti hæredes patris, ſimulque ſuccedant filiæ fœminæ vnà cum maſculis. p.151.n.15. p.152.n.152.n.24.

Et quid iure communi attento, an ſuccedant vt filij, licèt non ſint hæredes patris. p.54.n.2

Et quid in Ciuitate Neapolitana. p.788.n.1

Et an in antefato ſuccedant omnes filij ex quacumque vxore ſuſcepti. ibid.n.2

Et num ſuccedant in illo omnes filij tam primi, quam ſecundi matrimonij, virtute pacti, in eius conſtitutione adiecti, quod filij ſuccedant vti filij, & non vti hæredes. ibid.n.5

Filij in conditione poſiti, an, & quando vocati cenſeantur, & quonam modo vocatio intelligatur. p.468.n.3

Filii omnes ſuccedunt in feudo, in quo viuitur iure Longobardo, attento iure communi. pag.69.n.17. & p.70.n.15

Filij primi, & ſecundi matrimonij, an ſimul ſuccedant in antefato ſecundæ vxori conſtituto ex conſuetudine Ciuitatis Neapolis. p.52.n.2.& p.54.n.2

Et quid ſi ex pacto filij in antefato ſuccedant vti filij, & non vti hæredes. p.54.n.3.& 4

Filij pro conſequenda dote, ſpectante ad eorum matrem an poſſint ſuper bonis fideicommiſſo ſubiectis recurrere. p.32.n.10

Filij Rebelles ſunt ab omni ſucceſſione, etiam extranei prorſus alieni. p.50.n.4

Filij reorum criminis læſæ Maieſtatis tum diuinæ, tum humanæ, num priuentur ſucceſſione parentum, & cæterorum aſcendentium, ac etiam collateralium. p.206.n.1

Et quid ſi filij nati ſint ante delictum patris, p.207.n.1.& ſeqq.

Et num filij ante delictum patris, dicantur procedere ex radice infecta. p.206.n.3

Et quid filiabus fœminis rebellis. p.207. n.9. & ſeq.

Filij ſi ſuccedere velint patri, maritare tenentur ſorores, & amitas de paragio; alias ſi maritare differant, tenentur eis ad virilem tam de bonis paternis, quam maternis. p.546.n.11

Filij ſi vocentur à teſtatore, ſiue deſcendentes maſculi, ſi a teſtatore vocentur, an intelligendum ſit de maſculis deſcendentibus ex maſculis; ſecus de deſcendentibus ex fœminis. p.274.n.30

Filij ſororum an vocentur ad ſucceſſionem per Regni Conſtitutionem *Vt de ſucceſſionibus*: in eaque includantur, quamuis ibi tantùm fiat mentio de filiis fratrum. p.220.n.8

Filij tam nati, quàm naſcituri, quomodo ſuccedant in donatione facta ſibi, eorumque patri contemplatione matrimonij, num vti filij, vel vti hæredes patris. pag.150.n.8.& ſeqq.p.151.n.14.& 20. verſ. *Et in terminis.* & p.152.n.23

Et quid ſi eſſet concepta ſtipulatio pro filiis hæredibus. p.150.n.10

Filio recipiente aliquid ex voluntate patris, ſi nihil habeat quo ſoluere poſſit, an pater teneatur actione quod iuſſu. In Annot. ad Conſuetud. Neapol. verſ. *Item videtur.* p.689. aliàs 998

Filio ſine liberis defuncto, ſuccedunt parentes de iure communi. p.408.n.3

Et quid de iure conſuetudinario Neapolitano. ibid. num.4

Filio, vt ſibi præiudicet in legitima, an ſufficiat generalis acceptatio teſtamenti, vel requiratur ſpecialis. p.807.n.19

Filiorum appellatione num veniant fœminæ. p.150. num.3.& p.151.n.18

Filios alere ſpectat ad patrem, facta ſeparatione thori culpa ipſius, in ſubſidium vero ſpectat ad matrem. p.281.n.5

Filium primogenitum inſtitutum in feudo, an poſſit pater grauare pro concurrenti valore feudi, ſi aliàs à patre legitimam habuiſſet portionem. pag. 109. num.41

Filius ad conferendum cum fratribus num cogi poſſit, ſi nolit eſſe hæres patris. p.107.n.35

Filius cuius mater fratri hæreditatem repudiauit, cum ſuccederet fratri vna cum nepotibus ex fratre, an vocetur ex propria perſona ad partem repudiatam, vel accreſcat nepotibus prædictis. Pag. 210. num.20.& 21

Filius cum patre vna, eademque perſona cenſetur. p.523.n.14

Filius cum paternæ hæreditati ſe immiſcuit, non amplius Patrimonium paternum, ſed proprium dicitur. p.412.n.22

Filius exhæredatus iniuſtè, ſi tacitè contraxerit cum hærede ſcripto etiam recipiendo aliquid iudicio teſtatoris, an ſibi præiudicet in legitima. p. 837. n.16.& 17

Filius ex legitimo matrimonio natus, num in ſedendo, incedendo &c. debeat præcedere filium naturalem, ſed legitimatum. p.672.n.2.& 3

Filius ex propria ſua perſona an venire poſſit ad ſucceſſionem aſcendentium, non obſtante renunciatione patris. p.830.n.2.verſ. *Secundo.*

Et an venire poſſit ad ſucceſſionem tranſuerſalium. verſ. *ſecundo*, p.832.n.6.& in verſ. *Et in ſucceſſione.* ibid. n.7

Et an poſſit venire ad ſucceſſionem patrui, licet ſit hæres patris renunciantis. p.831.n.4

Et quid ſi in renunciatione adſit pactum de non petendo, vel ſimus in renunciatione ampliſſima. ibid.n.5

Filius ex ſorore primogenita an excludat ſororem ſecundogenitam à ſucceſſione feudi. In L. reſp. D. Alexand. Tartag. p.995.n.16.p.996.n.20

Filiusfamilias contrahere non poteſt abſque conſenſu patris ex Conſtitutione Cataloniæ. p.822.n.2

Filiusfamilias fideiubere an poſſit pro patre non obſtāte Senatuſconſulto Macedoniano.p.819.n.2.& 4

Filiusfamilias in Ciuitate Neapolit. an poſſit teſtari in extraneum, relicto patri debito bonorum ſubſidio, non exiſtentibus tamen aliis fratribus, vtrinque coniunctis, conſanguineis vel vterinis in caſibus poſitis per Napodanum. p.800.n.13

Et quid exiſtente fratre clerico. ibid.n.14

Filiusfamilias in debito facto cauſa ſtudij an iuuetur Macedoniano. p.822.n.20

Filiusfamilias in poteſtate patris exiſtens, ſi vxori ſuæ quartam cōſtituat per ſcriptum Morgicap, de omnibus quæ habet, & habiturus eſt, volente, & conſentiente patre, cui filius deinde præmoritur, an poſſit vxor petere quartam eius patris, quam filius ipſe habiturus eſſet, ſi patri non eſſet præmortuus. In annot. ad Conſuet. Neap. verſ. *Nota hic quæſtionem.* p.988. alias 998

Et an vxor debeat habere quartam in ea parte, quam filius ab inteſtato debebat habere. verſ. *Item dicunt.* ibid.

Filiusfamilias quamuis regulariter non poſſit eſſe in iudicio abſque conſenſu patris, bene tamen poterit ſi fuerit clericus, & compareat in iudicio pro cauſis ſui Eccleſiaſtici beneficij. p.212.n.1.& 2

Filiusfamilias Regni Neapolis, ſi abſque conſenſu patris contraxerit in vrbe, conuentus deinde in Regno an iuuetur Macedoniano. p.821.n.1. & ſeq.

Filius in aliqua Religione profeſſus in taxatione legitimæ, an ſit connumerandus inter cæteros filios. vid. infra in verb. *Legitimæ in taxatione.*

Filius in legitima, an ſuccedat iure hæreditario. pag. 134.n.6

Filius in maiori ætate conſtitutus ſi paternam hæreditatem ſibi delatam recuſauerit, intra trienniū poteſt ſe pœnitere & in illa ſe immiſcere. p.208.n.1

Et à quo tempore incipiat hoc triennium. ibid.

Et à quo tempore incipiat in filio minore. ibid.

Et an poſſit ſe pœnitere, ſi bona hæreditaria ſint diſtracta illo medio tempore. ibid.n.1.3.& p.209.n.6

Et an poſſit ſe pœnitere, ſi iudicialiter declarauerit abſtentionem. ibid.n.1

Et quid ſi filio ſit alius ſubſtitutus, qui eo ipſo, quo filius abſtinuit, ſit admiſſus. pag.209.n.4.5.& 6

Filius inuentarium non conficiens an ſibi præiudicet in legitima. p.806.n.14

Filius legitimatus haud ſedere debet in menſa cum aliis filiis legitimis, & naturalibus. p.673.n.10

Filius

Filius Maſculus, attentis ſtatutis, & conſuetudinibus locorum totius chriſtiani orbis, ſuccedit ab inteſtato, cum onere tamen maritandi ſororem de paragio. p.341.n.1

Filius moriens non tenetur patrem in legitima inſtituere, vbi matrimonium contractum fuit ſecundum conſuetudinem Capuam, & Nidi, vulgariter *dicta alla noua maniera.* p.408.n.11

Filius naturalis ad legitima natalia plenarie reſtitutus per legitimationis priuilegium, an ſuccedere poſſit patri naturali, tum ex teſtamento, tum ab inteſtato. p.213.n.1

Et quid ſi legitimatio facta fuerit in ampliſſima forma adiecta tamen clauſula *citra praiudicium venientium ab inteſtato.* ib.n.2.3.& 5.& p.214.n.6.& ſeq.

Et quid ſi fuerit à patre præteritus, an poſſit teſtamenti allegare nullitatem, vel agere ad ſupplementum legitimæ, ſi in minus legitima fuerit inſtitutus. ibid.n.2

Filius naturalis inſtitutus à patre in certis bonis eo expreſſo, vt ſi Religionem profiteretur, certam annuam quantitatem ab hærede vniuerſali peteret, ſi deinde ſic ingreſſus congregationem ſacerdotum ſecularium, viuentium in communione vt Religioſi, certaſque obſeruantium regulas, an poſſit conſequi prædictam annuam quantitatem. pag. 215.n.1.& p.216.n.3.& 7.

Filius Primogenitus, in feudo ſuccedens à Patre quæſito, an teneatur conferre cum fratribus ſecundogenitis pretium ab ipſo patre erogatum in ipſius feudi emptionem. p.218.n.4

Et quod hoc pretium ſit conferendum, num cautum ſit iure communi, vel ex conſuetudine ſic iudicandi præſcripta in Regno Neapolitano. p.961.n.4

Et vndè originem traxit hæc conſuetudo. ibid.

Filius primogenitus qui patri ſuo ſuccedit titulo vniuerſali in re indiuiſibili, cuius pretium de iure, vel conſuetudine eſt conferendum cum fratribus, an illud teneatur conferre ſi in reliquo non poſſit vel nolit ſuccedere. p.108.n.34

Et an teneatur ad partem pretij erogati ad emptionem feudi noui, ſiue velit, ſiue nolit in reliquo ſuccedere. ibid. 36.& ſequent.

Filius primogenitus ſuccedens in feudis nouis an dicatur etiam cohæres fratrum in allodio, & proinde teneatur ad illorum pretium conferendum vt inter ipſos ſeruetur æqualitas. p.108.n. 38. & ſeq.& p.218.n.4.

Filius querelam inofficioſæ donationis, vel dotis infra quinquennium proponere debet, cum legitimam portionem, ſibi competentem non habuit. pag. 362.n.1

Et an tranſacto quinquennio, ſi querelam non propoſuit ſuperſit illi aliud remedium ad conſequendam legitimam. ibid. n.2.3.5.6.& 9

Et quid ſi bona paterna reperiantur penes alium hæredem fratris. p.362.n.10

Filius naturalis, ſeù ſpurius legitimatus à patre, ſimulque ab eo hæres inſtitutus, ſi petierit immitti in bonorum poſſeſſionem, an debeat immitti, agnato proximiore allegante defectum legitimationis, ſimulquè denegante filiationem. p.217.n.1.& 2

Filius paterna eſt ſucceſſione priuandus, ſi patris coniugem ſiuè ſuam nouercam occidat. p.319.n.2

Filius qui naſcitur ex matre nobili, & patre plebeio, nobilis non eſt, ſed plebeius. p.519.n.5

Filius ſecundogenitus num poſſit à primogenito petere partem pretij erogati à patre ad emptionem alicuius tituli, ſicut poteſt petere partem pretij, erogati ad emptionem feudi. p.961.n.1

Filius ſi decedat, ſuperſtite fratre vterino, ex conſuetudine Neapolitana *Si quis, vel ſi qua*, ad ſucceſſionem bonorum maternorum defuncti admittitur pater, & ſimul cum patre frater vterinus, licet de Iure communi a patre excluderetur. p.533.n.5

Filius ſi mortuo patre paternam adiuerit hæreditatem, ſiuè in ea ſe immiſcuerit, demum agnoſcens, eſſe illam magno ære alieno grauatam, ſicque ipſi damnoſam, an poſſit creditoribus hæreditariis auditis, aduerſus immixtionem illam petere in integrum reſtitutionem ex clauſula generali *Si qua mihi iuſta cauſa.* pag.209.num.7. & p.210.num. 11. & 14

Et quid ſi numquam ſe ingeſſerit in rebus domeſticis. ibid.n.12

Filius ſi ſit hæres in feudo, an grauari poſſit pro concurrenti valore feudi, vel in eo, quod legitimæ valorem excedit. p.178.n.5

Filius ſi ſit inſtitutus, eique extraneus ſubſtitutus, relicta vxore domina, & vſufructuaria, ipſo deinde mortuo, hæreditate adita, & ad ſubſtitutum deuenta, an mater debeat habere alimenta tantum, prout viuente filio, vel integrum vſumfructum. p.452. num.25

Filius ſororis num ſuccedat auunculo vnà cum aliis auunculis. In annot. ad Conſuet. Neap. verſ. *Nota quod dicit.* p 993

Filius ſuus hæres exiſtens patris, licèt minimo temporis momento patri ſuperuiuat, eius hæreditatem ad quoſcumq; hæredes tranſmittit, etiam extraneos cum beneficio tamen abſtentionis, ſiuè ſciens, ſiuè ignorãs ſit, ſiue infans, ſiue furioſus. p.864.n.14

Et quid in hæreditate delata ex pupillari ſubſtitutione. p.866.n.24

Filius, vel filia, qui nihilo accepto patri, eiuſque hæredibus, & ſucceſſoribus renunciarunt, an faciant partem, ſintque inter filios connumerandi in legitima taxanda, vel paragio. p.202.n.11. p. 203.n. 15.& ſeq.& p.204.n.17

Et quid ſi renuncient, portione recepta. ibid.n.15

Fiſcalis, & Fiſcus.

Fiſcalis Mag. Cur. Vicariæ ſedet, vel incedit vltimus poſt omnes Iudices eiuſdem, tam Ciuiles, quam Criminales, licèt habeat prærogatiuas Regij Conſiliarij. p.724.n.67

Et vid. infr. in verb. *Patronus Fiſci.*

Fiſci Patronus num veniat appellatione Officialium, & prohibeatur munera accipere. p.497.n.2

Fiſci Procurator non eſt citandus in proſequutione cauſæ, condemnato prouocante. p.536.n.2

Fiſco aduerſus mercatores, qui pecuniam ipſi obligatam conſumpſerunt num competat actio hypothecaria, vel conditio ex lege. p.635.n.4

Fiſcum contra in dubiis reſpondere quæſtionibus, delictum eſt. p.17.n.10

Fiſcus de iure communi in vniuerſa dictione non appellat. p.556.n.2

Fiſcus dicitur ſaccus malè acquiſitorum. pag. 498. num.11

Et num fiſcus ſit ſaccus Cæſaris. p.17.n.11

Fiſcus, Eccleſia, cæterique priuilegiati ſpatium habent trium annorum à die latæ ſententiæ, ad perquiquirendas ſcripturas pro retractandis ſententiis contra ipſos latis. p.429.n.3.p.524.n.1.2.& p. 525. num.4

Et quid vbi adſunt duæ ſententiæ conformes. ibid. n.4.& 5.& p.430.n.8

Fiſcus num habeat reſtitutionem in integrum aduerſus rem iudicatam prætextu inſtrumenti nouiter reperti. p.525.n.3

Et in quibus ſententiis id procedat. ibid.n.6

Fiſcus haud reſtituitur in iudicio ſi pœnam petat, ei

promiſſam per contractum, ſed dependentem ex cauſa criminali. p.425.n.9.& ſeq.

Et an reſtituatur in pœna conuentionali contractus, ſpectante ad lucrum ipſius ex maleficio, vel contumacia promittentis. p.536.n.8

Fiſcus in cauſis criminalibus non appellat ab abſolutoriis, nec ſupplicationem, vel recurſum habet ad ſuperiorem, nec reſtitutionem in integrum. ibid. n.1.& 7

Et quid in cauſis pecuniariis, ex crimine deſcendentibus. p.537.num.9

Fiſcus in his, in quibus expreſsè priuilegiatus non eſt, num poſſit quidquam ſibi aſſumere vltra priuatos. p.17.n.7

Fiſcus numerationem focularium iam factam, totque annis retro clauſam, an petere poſſit, vt aperiatur ob ſuum intereſſe. p.649.n.1

Fiſcus an præferatur creditoribus, anteriorem, & expreſſam hypothecam habentibus. p.894.n.124

Et quid ſi pecunia deſeruiat pro bellica offenſione, vel defenſione. ibid.

Et quid in cauſa primipilari. ibid.n.124.& ſeq.

Fiſcus pro primipilaria adminiſtratione an præferatur vxori, & filiis, quamuis non hæredibus patris. pag. 888.n.1.& ſeq.& p.892.n.88.

Et an præferatur vxori in bonis paraphernalibus. p.888.n.2

Et an hoc priuilegium habeat fiſcus in propriis corporibus dotalibus, & rebus ſtabilibus, vel tantùm in hypotheca, licèt anteriori. ibid.n.10.cum duob. ſequent. p.889.n.16

Et an hoc caſu poſſit fiſcus petere ratam fructuum corporum dotalium. p.896.n.152

Fiſcus Regius haud poteſt ab aliquo Barone adhoas præteritas petere ſtante, quod Regia Curia integra donatiua exegit à cœtu Baronum in communi. p.844.n.20.

Fiſcus tacitam hanet hypothecam non ſolum in contractibus, ſed etiam in aliis propriis iuribus, veluti in bonis theſaurarij. p.894.n.135

Fiſcus Theſaurarium moleſtare non poteſt, nec eius vxorem, ſi eius computum, præſentauit cum cedulis. p.889.n.17

Fiſcus vbi non reperitur expreſsè priuilegiatus, ſtatur diſpoſitioni iuris communis. p.888.n.8

Fiſcus vigore *leg. pecunia*, *C. de priuil. fiſci.* num poſſit auocare pecuniam ſolutam creditoribus cauſam habentibus oneroſam, ſub prætextu, quod erat ſibi obligata. p.635.n.1.& 2

Et an debeat prius diſcutere bona principalium debitorum. ibid.n.3

Fœmina.

Fœmina agnata remotior num excludat cognatos proximiores Teſtatoris agnatione vocata. p. 467. n. 34.& p.468.n.5.& 6

Fœmina à ſucceſſione patris, Comitis, vel Baronis excluditur per maſculos. p.759.n.22

Fœmina de iure communi feudorum, licèt ſit penitus incapax feudi, attamen mortuo patre, & contendente cum agnato, an fundus, in hæreditate remanſus, ſit feudalis, vel allodialis, controuerſia pendente, poſſeſſio penes filiam fœminam manere debet. pag. 943.n.6.

Fœmina de iure Longobardo excluditur à ſucceſſione per maſculum, ſed frater tenetur eam maritare: In Annot. ad Conſuet. Neapol. verſ. *Item ſi quis.* pag.990

Et an excludatur per nepotem, vel neptem ex filio. d.verſ. *Item ſi quis.*

Fœmina in iudicio poſſeſſorio num ſit potius in feudi poſſeſſionem immittenda, quàm agnatus. p.599. n.1.& ſeqq.

Fœmina proximior de familia num admitti debet ad ſucceſſionem excluſo maſculo remotiore, ſi proximior de familia ſit vocatus ad ſucceſſionem. pag. 467.n.1.& 2

Fœmina ſi ſit excluſa ob expreſſam maſculorum vocationem, num admittatur ad bona, quæ ad ipſam libera deuenirent à maſculinitatis vinculo. pag. 274.n.28

Fœmina ſubire num debeat pœnam incapacitatis ſucceſſionis, & infamiæ, ex paterna rebellione. p.207. n.10.& p.208.n.12

Fœmina. vid. ſup. in verb. *Filia fœmina.*

Fœminarum excluſio apertiſſimis verbis, vel euidentiſſimis coniecturis contrariæ voluntatis oſtendi debet, apertiſſimeque eſt probanda. p.173.n. 25. & ſeq.

Fœminarum excluſionem num inducat prohibitio de non alienando, vt bona conſeruentur in familia. p.271.n.14

Fœminæ à teſtatore num cenſeantur excluſæ, & ſolum maſculi vocati, ſi proprias habens filias, potius voluit vocare filios earum, quam ipſas. ibid.n.13

Fœminę num comprehendantur in filiorum vocatione ſi expreſſa ſit ratio conſeruandæ agnationis. pag. 272.n.17.

Et an comprehendãtur ſub generalitate filiorum legitimatorum, & naturalium. ibid.

Fœminæ in quibus finitur agnatio, num comprehendantur in ſtatuto, vel hominis diſpoſitione, reſpiciente fauorem agnationis. p.14.n.19

Fœminæ iure communi à feudorum ſucceſſione repelluntur. p.599.n.1

Et quænam fœminæ in feudis fuerint admiſſæ. pag. 601.n.18

Fœminæ num veniant appellatione filiorum. p. 150 n.3.& p.151.n.18

Et an fœminæ in contractibus veniant appellatione deſcendentium. p.150.n.3

Et quid in ſtipulatione facta pro ſe, & hæredibus, vel ſi ſimus in dubio. p.151.n.17

Fœminæ num veniant filiorum appellatione tam in contractibus, quàm in vltimis voluntatibus. pag. 269.n.4.& 5

Et quid ſi verbum *filij*, in vna parte ſit expreſſum cum adiectione, *maſculi*, & in alia parte ſimpliciter. p.171.n.13.

Fœmina vbi ſemel ſucceſſerit per ſuperuenientem maſculum non exluditur. p.1003.n.9

Foriudicatus.

Foriudicato eſt ſanè parcendum, ſi publicum latronem tradat Regiæ Curiæ. p.752.n.25

Forma.

Forma à lege introducta in actu, an & quando ſit ſubſtantialis. vid. infra in verb. *Lex. vel ſtatutum.*

Forma in contractibus, quænam ſit. p.180.n.8.

Forma non impleta, actus corruit ipſo iure. p.714. num.24

Forus.

Fori electio num ſemel tantum ſit permiſſa perſonæ priuilegiatæ vel etiam bis, & ter. p.118.n.24

Et an perſona priuilegiata poſſit eligere in forum magnam Curiam, deinde ad Curiam Baronis variare, & poſtmodum iterum ad Magnam Curiam redire ante, vel poſt litem conteſtatam. ibid.

Fori electione facta in Magna Curia Vicariæ in cauſa criminali, quamuis eligens ſtatum mutauerit, non proptereà ad aliud Tribunal cauſa remittitur. pag. 496.n.9.

Forum defuncti an ſortiatur hæres pro legatis, & fideicommiſſis

deicommiſſis præſtandis, vel conueniri debeat coram ſuo Iudice ordinario. ibid.n.13
Forum quibus ex cauſis quis ſortiatur, eique ſubiiciatur. p.938.n.5.& ſeqq.
Et num quis ſortiatur forum ex quaſi contractu. ibid.n.11.& 12

Francorum Ius.

Francorum iure attento num ſolus primogenitus ſuccedat in feudo, & fæminam excludat. pag.187. num.2
Francorum Ius in Regno noſtro Neapolitano Ius Commune dicitur. ibid.n.4
Francorum Ius vbi viget, in feudi ſucceſſione maior natu præfertur minori, & maſculus fæminæ. In 1. Reip. domini. Alex. Tartag. p.993.n. 2.& p. 996.n.22.& 40

Frater.

Frater Clericus an infringere poſſit diſpoſitionem fratris laïci, qui eo præterito, alios fratres laïcos hæredes inſtituit. p.131.n.9
Frater conferre num teneatur cum cæteris fratribus, quod per patrem fuit impenſum,ad emendum militiam, vel dignitatem. p.961.n.2
Frater coniunctus ab vno latere tantùm, ſuccedit fratri in eo feudo quod peruenit ab illo latere, vnde ſibi coniungitur. p.760.n.28
Frater emptoris fratri ſuccedit in feudis nouiter emptis, ſexus & ætatis prærogatiua ſeruata. pag. 763.n.73.
Frater, & filij fratrum, vbi de ſucceſſione agitur collateralium, ab inteſtato morientium, attento iure conſuetudinario Ciuitatis Neapolitanæ, ſuccedunt, attamen cum filiis fratrum non connumerantur ſorores. p.512.n.1
Frater euicto eo, quod pro dote, vel legitima ſorori aſſignatum eſt, an cogi ſimul poſſit ad ſoluendum fructus, ſiue intereſſe eiuſdem legitimæ portionis. p.,42.n.10.& 12
Et quid in tertio poſſeſſore bonorum paternorum, qui ad legitimam filiæ aſſignandam tenetur. ibid. num.10
Frater ex vtroque, vel ex vno tantum latere,an hodie ſuccedere poſſit fratri in feudo nouo, ipſius propria pecunia quæſito, quamuis inueſtitura canat,*pro ſe,& hæredibus ex corpore.* p.218.n.1. & p.219.n.10.& ſeq.
Et an ſuccedat in feudo, quæſito à fratre in ſeruitiorum remunerationem. p.218.num.2.7.8.& 9.& p 219.n.11.
Et quid in feudis emptis ab aliis perſonis, quam à Regia Curia. ibid.n.8. verſ. *Confirmatur.*
Frater filio fratris, & ſoror filio ſororis in ſucceſſione præfertur, vbi attenditur prioritas gradus. In 1. Reſp.D. Alex. Tartag. p.996.n.19
Frater fratri num ſuccedat in feudo nouo. pag.83. num.18
Et quid hodie de Iure Regni Neapolitani. pag. 758.n.5.& 6
Et quid ſi feudum eſſet conceſſum pro hæredibus ex corpore. ibid.n.7
Frater fratri num ſuccedat tam in feudo nouo, quam antiquo, & ſiuè ſit vtrinque coniunctus, ſiue ex vno latere tantùm. p.219.n.1
Frater fratri ſuccedere an. & quando poſſit ab inteſtato, ſi per prius eius filium qui occiſoris eſt nepos, necaſſet. p.319.n.4.& 5
Frater habens bona burgenſatica an poſſit ſorori dare feudum in dotem. p.604.n.4
Frater in Ciuitate Neapolitana an ſuccedat fratri primogenito in feudo paterno,non obſtante inueſtitura confirmatoria, in perſonam primogeniti facta pro ſe, & hæredibus ex corpore. p. 763. n. 73. verſ. *accedat.*
Frater ſororem an, & quando à ſucceſſione excludat attenta Regni Conſtitutione, *In aliquibus.* p.513. num.7
Frater ſorori coniunctæ ſibi à matre tantùm, an ſuccedat in feudo, quod ipſa habuit à patre ſuo. pag 760.n.30
Frater vterinus ſecundogenitus ſi concurrat cum Nepote ex fratre vterino primogenito in feudo paterno, cuius inueſtitura canit,*pro ſe,& hæredibus*,ſimpliciter, vter eorum præferatur. p.219.num.2.& ſeqq.& p.220.n.6
Frater vterinus num ſororem vterinam dotare teneatur. p.441.n.21.& ſeqq.
Frater vterinus an ſuccedat fratri in feudo antiquo,data inueſtitura ipſius feudi pro ſe, & hæredibus ex corpore. p.759.n.9.& ſeqq. ad n. 18.& p. 761. n.49.& ſeqq.
Et an ſuccedat in feudo nouo, ex gratiis nouiſſimè Regno noſtro conceſſis. p.760.n.9.& 26.p.761. n.46.& p.763.n.72
Et quid ſi inueſtitura canat pro ſe, & hæredibus ſimpliciter. p.759.n.12.13.& 15
Quidué de Iure Regni noſtri. ibid. num.19.& ſequent.& p.760.n.26.& ſequent.
Frater vterinus tantùm, an ſuccedat in feudo fratri defuncto ſine liberis,qui illud habuit à linea paterna,ex qua ipſe non eſt coniunctus. p.761. n.41. & ſeqq.& p.762.n.61.& ſeqq.p.768.num.112. & ſeqq.p.771.n.131.& p.772.n.138
Et quid data inueſtitura pro ſe, & hæredibus, legitimo ex corpore deſcendentibus. p.763.n.66. & ſeqq.verſ. *Patet igitur.*
Idque an procedat tam in feudo nouo, quam veteri. ibid.n.69
Frater vterinus,vel ſoror vterina an poſſint fratri vterino in feudo antiquo ſuccedere, ſi in inueſtitura legatur. *pro ſe,& hæredibus, ex corpore legitimè deſcendentibus.* p.916.n.12
Et quid ſi non legatur dicta clauſula, ſed ſimpliciter pro hæredibus ſit facta conceſſio. ibid.n.13
Fratre defuncto in ciuitate Neapolitana, ſuperſtitibus fratre, & ſorore in capillo,ſuccedit frater cum onere maritandi ſororem de paragio. p.438.n.3
Fratre defuncto,ſuperſtite ſorore, & nepote ex fratre prædefuncto,omnes ſuccedunt. p.440.n.15
Fratre defuncto ſuperſtitibus ſorore vtrinque coniuncta,& fratre conſanguineo tantùm,vter eorum ſuccedat in noſtra ciuitate Neapolitana. p.439.n.9
Fratre defuncto ſuperſtitibus ſorore, & hæredibus, omnibus inter ſe vterinis,omnes ſuccedunt. pag. 440.n.17
Fratres conſanguinei num ſuccedant ſimul cum auia materna in bonis maternis,vel ſola auia ſuccedat de iure communi. p.690.n.12. vſque ad n.18
Et quid de iure conſuetudinis ciuitatis Neapolitanæ ibid.n.18
Fratres, & aſcendentes in feudo nouo non ſuccedunt, & quare. p.758.n.30
Fratres,& ſorores vtrinque coniuncti cum parentibus pro virili ad defuncti fratris, vel ſororis inteſtatæ ſucceſſionem vocantur,conſanguineis tantùm, vel vterinis excluſis. ibid.n.13
Fratres, & ſorores tertij Ordinis ſancti Franciſci an ſint immunes à Gabellarum ſolutionibus, ſi priuatam vitam agant cum vxoribus,& maritis. pag. 216.n.5
Et quid ſi, vt Religioſi in communitate viuerent.
Fratres naturales,ſeù ſpurij vterini tantùm ad reciprocam ſucceſſionem admitti poſſunt. p.5.n.18

Fratres

Fratres plures ſi ſucceſſerunt in feudo, an poſſit vnus partem ſuam alteri legare. p.70.n.26
Fratres ſiue ex vtroque parente, ſiuè ex vno tantùm, eorumque filij ſuccedunt in feudo tam veteri quàm nouiter acquiſito,ex conſtitutione Regni,*vt de ſucceſſionibus*,excluſis cæteris conſanguineis, tanquam vlteriori gradu exiſtentibus. p.760.n.23
Fratri naturali, ſeu ſpurio, num competat ius accuſandi, & remittendi mortem alterius fratris, ſimiliter naturalis, ſeù ſpurij. p.4.n. 1.2.3. & p.5.n. 10.& 11.
Et quid in Regno noſtro Neapolitano. p.4.n.4
Et quid ſi eſſent fratres naturales ex eodem patre, ſed ex diuerſa matre. p.5.n.12
Fratrum appellatione, an veniant ſorores. p.446.n. 8.p.455.n.4.p.456.n.9.& p.457.n.11
Et quid in terminis conſuetudinis Neapolitanæ, incipientis,*Sed ſi morienti*. p.456.n.7.& p.512.n.2

Fraus.

Fraus quomodo probetur, & ex quibus præſumatur. In annot.ad conſuetudines Neapolitanas,verſ.*Vide*. p.224

Fructus.

Fructus à quo tempore debeantur in querela inofficioſi teſtamenti, & in aliis reuocatoriis actionibus. p.670.n.20
Fructus ex feudo pignorato perceptos in ſortem debitam computari Iure Ciuili,& Canonico, cautum eſt. p.355.n.1
Et an valeat pactum, quod creditor ex fundo pignorato fructus percipiat loco intereſſe pro vſu pecuniæ, quam debitori dedit. ibid.n.2.& p.356.n.3. & ſeq.
Et an teneatur creditor huiuſmodi ſolùm computare in ſortem illud plus quod exegit ex fructibus perceptis vltra decem pro centenario. ibid.n.12
Fructus ex re aliqua percepti, compenſandi veniunt cum intereſſe paſſo. p.518.n.15
Fructus feudi, licet ſequeſtrari poſſint ad inſtantiam creditoris, aſſenſu carentis, non tamen feudi iuriſdictio. p.176.n.14
Fructus feudi veniunt de iure compenſandi cum intereſſe pretij, emptore reuocante alienationem ob defectum aſſenſus. p.181.n.15.& ſeqq.& p.182. num.16.& ſeq.
Et quid reuocante venditore. n.18.verſ. *Primum diſcrimen.*
Fructus futuri, ſine medio tempore percipiendi, in donatione omnium bonorum non veniunt. pag. 425.n.43.
Fructus in iudicio *leg. 2. C.de reſcind. vendit.* an, & quando veniant, & ad quem ſpectent, num ad emptorem, vel ad venditorem. p.554.n.2.& 3.pag. 621.num.1.& ſeqq.
Et quid in iudicio rei minoris, abſque decreto venditæ. p.555.n.4.& 5
Fructus in locatione non veniunt principaliter, ac ſi fructus tantum eſſent venditi,ſed in conſuetudinem contractus locationis rei locatæ. p.622.num. 10. verſ. *Primum.*
Fructus legitimæ à die mortis patris debentur. pag. 669.n.1
Et quid ſuper re poſſeſſa per aliquem tertium. ibid. n.2.& 3
Et an debeantur fructus legitimæ, quamuis fuerint conſumpti. ibid.num.10
Et num debeantur fructus iſti, licet legitima petita non ſit,nec mora aliqua interuenerit. p.670.n.13
Et num petantur acceſſoriè ad ſortem, vel principaliter. ibid.n.14
Anvè pro fructibus legitimæ actio competat hypothecaria. ibid.n.17
Fructus nati poſt litem motam in actione hypothecaria contra tertium poſſeſſorem, eadem actione peti poſſunt, ſequeſtrarique debent à principio litis. p.852.n.10
Fructus percepti ex bonis delinquentis à die commiſſi criminis num ſpectent ad fiſcum, quoties delinquens ob patratum crimen bonis ſuis venit priuandus. p.281.n.17
Fructus percepti per hæredem grauatum poſt moram contractam purificato fideicommiſſo, ſtatim ſunt fideicommiſſario reſtituendi. p.199.n.8
Et an,& quando, à quovè tempore ſunt reſtituendi fideicommiſſario fructus, per hæredem grauatum percepti poſt purificatum fideicommiſſum. pag. 221.n.1.& 3.&p.222.n.5.& ſeqq.
Et num reſtituendi ſint à die litis motæ. ibid.n.5. verſ.*Placuit.*
Et ad quam ſummam, & rationem fructus huiuſmodi reſtituendi ſint. ibid.n.8.& ſeq.
Fructus quinam ex terris feudalibus percipiantur. p.78.n.4
Fructus rei obligatæ in generali illius hypotheca comprehenduntur. p.852.num.10
Fructus reſtituendi vnà cum re vero domino,ad quam ſummam & rationem debeantur. p.222.n.8
Fructus vendens ad certum tempus, locare cenſetur, & proinde emptor remiſſionem mercedis petere poteſt,ob ſterilitatem. p.622.n.12
Fructuum appellatione veniunt pænæ pecuniariæ,non ſolum in liquidatione pretij feudi, ſed etiam releuij. p.183.n.3
Fructuum in reſtitutione facienda per feudi emptorem, reuocata alienatione per venditorem, num veniunt pænæ pecuniariæ. p.183.n.1.5. & ſeqq.
Et an veniat munus, quod Baroni vniformiter ſoluit vniuerſitas ſingulis annis. ibid.num.9
Anvè veniat illud, quod ſoluit vniuerſitas nouo domino in recognitionem, quia eam nominauit in Cameram reſeruatam. ibid.n.10
Fructuum perceptio ex feudo cum ampliſſima illius adminiſtratione, quæ mediante inſtrumento recognitionis, datur ei, cuius pecunia, & contemplatione feudum fuit emptum, num ſit ius merè allodiale,prorſus diſtinctum à dominio feudi. pag. 943.n.7
Fructuum perceptio ex feudo, eiuſque emolumentorum gubernium, ſeù admiſtratio, an ſit ius merè allodiale, ita vt horum ſit capax, qui prorſus feudorum eſt incapax. p.84.n.24.26.& ſeqq.

Fundus.

Fundi dominus ratione ſui dominij in quærendis, & effodiendis marmoribus non præfertur extraneo prius inuenienti, & præoccupanti. p.572.n.4
Et ad quid teneatur domino inuentor ipſe. ibid.n.4
Fundi parte vendita, cum pacto,vt emptor aliam partem conductam habeat annis decem, pro certa annua penſione,num tale pactum ſit pars pretij. pag. 741.n.64
Fundum alienum quis ingredi non poteſt inuito domino. p.572.n.1
Fundum communem ſi teſtator legauerit, nulla adiecta portione, ſed ſimpliciter ſuum nominando, an debeatur totus, vel ſolum portio ipſius teſtatoris. p.197.n.4.& p.198.n.7
Et quid ſi teſtator fundum leget, quem communem habet cum hærede ab ipſo inſtituto. ibid.n. 4. & ſeq.

Furor.

Furori ſi quis innitatur,probare debet furorem adfuiſſe tempore actus geſti. p.470.n.4

G

Gabella.

GABELLAM pro re vendita quiſnam ſoluere teneatur, emptor, an venditor. p.736.n.18
Gabella ſi vigore ſtatuti ſoluenda ſit de lucro Officialium, an ſolui debeat de lucro procuratoris, vt potè Officialis. p.581.n.15

Gerundium.

Gerundium in do, verb. gr. *pregandolo*, *ſeruando*, *negotia gerendo*, &c. an, & quando conditionem importet, cautamque finalem. p.12.n.16

Geſta.

Geſta per tutorem ante ſatiſdationem, vel inuentarij confectionem, an ſint ipſo iure nulla, vel ſolum tutor remoueri poſſit tanquam ſuſpectus, geſta vero valeant. p.30.n.18.& 20
Et quid ſi tutor publice, & palam bona pupillorum adminiſtraret, & pro tutore ſe gereret. ibid.n.21
Et quid ſi geſta commodum concernerent pupilli, an valeant. p.31.n.24

Gloſſa.

Gloſſæ atteſtanti, ita Papam declaraſſe credendum non eſt, niſi de declaratione appareat. p.725.n.8

Gratia.

Gratia ad beneplacitum, eſt de ſe reuocabilis, nedum expreſſè, ſed etiam tacite. p.510.n.3
Et an poſſit per ſucceſſorem concedentis reuocari. ibid.n.5
Et an dicatur perpetua, & ſine cauſa reuocari poſſit. ibid.n.9.& 12
Gratia à Rege conceſſa de anno 1561. vt poſſint Proreges aſſentiri alienationibus, vel obligationibus feudorum titulatorum, an comprehendat aſſenſus præſtitos per Proreges ante dictam gratiam, tam in forma communi, quàm cum clauſula *præter feuda titulata*. p.75.n.1.2.5.& 6.
Gratia dicitur perfecta eo ipſo quod aſſenſus eſt impetratus per verbum *fiat*, & reuocationem impedit. p.543.n.2
Gratia Principis an retrotrahatur in præiudicium tertij. p.592.n.10
Gratia reſtitutionis conceſſa à Principe, an extendatur ad bona in tertium alienata. ibid.n.11
Gratia ſi concernat vtilitatem Tertij, eam impetrans renunciare non poteſt. p.576.n.15
Gratiæ, & beneficia Principum, quæ ob publicam lætitiam conceduntur pleniſſimè, & latiſſimè interpretari ſolent. p.582.n.12
Gratiæ ſi agatur de priuatione, pœna non incurritur ipſo iure, niſi expreſſè dicatur. p.550.n.22

Gratificatio.

Gratificationi eſt ſanè locus, ſi æquilibrium meritorum ſit in præſentatis in aliquo beneficio. p. 88. num. 10.

Grauatus.

Grauatum ſe ſentiens à ſententia, vel determinatione ſummi Pontificis, & recurrens ad magiſtratum ſecularem eſt excommunicatus in Bulla Cœnæ. pag. 236.n.9
Grauatus in vno debet releuari in alio. p.674.n.3

Gubernatores.

Gubernatores piorum locorum alicuius Xenodochij, an valeant debitoribus liquidis terminum prorogare ſolutioni adiectum. p.867.n.1
Et an æquiparentur tutoribus, & curatoribus minorum. ibid.n.2
Et quot ex Gubernatoribus in præfata dilatione concedenda interuenire debeant. p.868.n.11
Et an valeat talis termini prorogatio, ſi fiat dolo, & malitioſè. p.869.n.18
Et an ſit Gubernatoribus imputandum de mala adminiſtratione, ſi tempore conceſſæ dilationis nullus interceſſerit dolus, nec illa dubitandi ratio, à viro probo excogitari poterit, & damnum caſu contigerit Eccleſiæ. ibid.n.25.& 26
Et an tempus quatuor menſium indicetur breue pro hac dilatione concedenda. ibid.n.30
Gubernatores ſucceſſores an teneantur ſeruare dilationem conceſſam à prædeceſſoribus. p.870.n.37
Et quid ſi dilatio non ſit conceſſa per contractum, ſed per concluſionem, ſeù reſcriptum, manu Gubernatorum, ſubſcriptione roboratum. ibid.n.39

Guidaticum.

Guidaticum obtinens, ſiuè ſaluum conductum, dummodo tamen ad ciuitatem, & ſuburbia non accedat, ſi capiatur in aliqua Eccleſia, ſeù Monaſterio non dicitur illud fregiſſe. p.750.n.1.& 2.& p.752. num.18
Et quid ſi ibi manebat cauſa ſeruitij perficiendi pro Regia Curia. p.752.n.21

H

Hæreditarium.

HÆREDITARIVM non eſt quod quis conſequitur propter bona hæreditaria, vel occaſione hæredis. p.663.n.20
Hæreditarium an ſit feudum conceſſum pro ſe, & hæredibus. p.454.n.5
Et quid ſi verbo, *hæredibus*, qualitas adiecta ſit maſculinitatis. ibid.n.6

Hæreditas.

Hæreditas matris, aliorumque ad filium infantem delata, & per ipſum non adita, eo demum mortuo, ad patrem tranſmittitur. p.349.n.13
Et an hodie iure nouiſſimo attento tranſmittatur etiam ad matrem, fratres, & ſorores ipſius filij defuncti. ibid.n.13.verſ. *Nec quero.*
Et quid in dote, quæ eſt penes patrem. ibid.n.13.verſ. *Et quamuis.*
Hæreditas non adita nullatenus tranſmittitur. pag. 926.n.3
Et quid in patre decedente, filij prædefuncti hæreditate non adita, an illam tranſmittat ad filios ſuperſtites. ibid.
Et quid in deſcendentibus, ſi deceſſerint, ſuorum aſcendentium hæreditate non adita, an illam tranſmittant ad ſuos, ſiue qui deceſſerint ſub patria exiſtant poteſtate, ſiuè emancipati. ibid.n.4
Et quid ſi ij ad quos ſit tranſmiſſio, non ſint nati, neque concepti in vita illius, de cuius ſucceſſione tractatur. ibid.n.5
Et an fiat tranſmiſſio tam de hæreditate delata Iure Ciuili, quam Prætorio. ibid.n.6
Hæreditas paterna ante filij immiſſionem, num dicatur iacens. p.863.n.10
Hæreditas, vel legatum delata Eccleſiæ, abſque aſſenſu Apoſtolico repudiari poteſt. p.551.n.17
Hæreditas vt ab extraneo tranſmittatur in ſuos, ſcientia requiritur delatæ hæreditatis, & voluntas acquiſitionis. p.864.n.15
Hæreditate paterna à filio adita, amplius bona paterna non dicuntur, ſed fraterna. pag.413.n.23

Hæres.

Hæredem grauare ad præſentandos Titio fructus fundi, & directò legare Titio fructus fundi in quo differant. p.175.n.6.& ſeqq.
Hæredes debitorum num ordinari poſſint, non priùs ſatisfactis

ſatisfactis creditoribus. p.364.n.7

Hæredes mariti dotis fructus, an & quando petere poſſint, & conſequi ipſi conſtante matrimonio non ſolutos. p.306.n.5

Hæredes mulieris an poſſint petere vſuras,& intereſſe dotis, mortua muliere, quod ipſa viuens per longum tempus non petiit. p.306.n.1.& 4

Hæredes num poſſint cogi ad ratificandum defuncti contractum ad finem impetrandi ſuper illo Regium Aſſenſum. p.93.n.8.& 9

Hæredes viri nullatenus cogi poſſunt ad dotem vxori reſtituendam, quam liquido conſtat, virum non recepiſſe. p.303.n.3

Hæredi inſtituto ſi ſit iniunctum grauamen de hæreditate alicui reſtituenda, ſi ſine liberis deceſſerit, qui demùm propter aliquod graue delictum deportatus fuerit, quinam filij ex eo nati conditionem illam *ſi ſine liberis deceſſeris*, deficere facient. pag. 207.n.5

Hæredi ſcripto an competat interdictum quorum bonorum, vel quorum legatorum, quoties fideicommiſſarius, vel legatarius fuit immiſſus in bonorum poſſeſſionem authoritate Iudicis, ob officium imploratum. p.190.n.8

Et an, & quando competant hæc interdicta. pag. 191.n.12

Hæredi ſcripto tantum conceditur directum immiſſionis remedium virtute *leg. finalis Cod. de Edicto Diu. Adrian. toll.* p.134.n.3.verſ. *Etenim*

Et an hæredi ab inteſtato competat vtile remedium, vel ſolum Iudicis officium implorando petere poſſit immiſſionem ſuper bonis, in defuncti hæreditate remanſis. ibid.n.4

Hæredis appellatio ſimpliciter prolata, apta eſt comprehendere, etiam hæredes extraneos. pag. 769. num.119

Et quid in feudis. ibid. tota alleg.

Et an comprehendantur etiam fratres, ſiue ex vtroque, ſiue ex altero parente, & eorum filij. pag. 770.n.122

Et quid ſub nomine hæredis ex corpore. ibid.

Hæredis factum nocere non debet emptoribus rerum hæreditariarum. p.196.n.14

Hæredis inſtitutio in teſtamento paganico requiritur, ſed de mera Iuris Ciuilis ſolemnitate, & non de Iure Gentium. p.664.n.4

Hæres adeundo defuncti hæreditatem ſuo conſenſu, videtur confirmare, & approbare id quod defunctus diſpoſuit. p.197.n.3

Hæres aduerſus contractum per defunctum inualidè, & nulliter factum an venire poſſit. p.119.n.6

Hæres alicuius Officialis tenetur de eo, quod ad eum peruenit, de acquiſitis per eius authorem. p.498.n.11.& ſeqq.

Hæres cũ beneficio legis,& inuentarij ſi ſit obligatus proprio nomine, & in ſolidum, abſque tamen remedio dicti beneficij, conuentus deindè, num poſſit exceptionem opponere diſcuſſionis inuentarij. pag. 482.n.4

Et quid ſi obligationis tempore erat filiusfamilias. p.483.n.16

Hæres cum beneficio legis,& inuentarij ſoluendo creditori primò venienti, declarare debet, quod ſoluit, vt hæres cum tali beneficio, ac de bonis hæreditariis. p.225.n.15.& ſeqq.

Et num vendendo aliquod corpus hæreditarium, debeat etiam exprimere quod vendit, vt hæres cum beneficio legis, & inuentarij, nè teneatur ad euictionem. ibid.n.15

Hæres defuncti pro legatis,& fideicommiſſis præſtandis num debeat conueniri coram ſuo Iudice ordinario, vel forum ſortiatur defuncti. p.938.n.13

Hæres diſpoſitionem defuncti, quando obſeruare non teneatur. p.459.n.7

Hæres dolosè ſoluendo creditoribus poſterioribus, habita ſcientia creditorum anteriorum, an poſſit poſt ſententiam exceptionem opponere diſcuſſionis inuentarij. p.224.n.8 & 9

Hæres grauatus de reſtituenda re fideicommiſſo ſubiecta, an teneatur reſtituere fructus, poſt moram contractam perceptos. p.199.n.8

Hæres grauatus de reſtituenda hæreditate poſt mortem, num poſſit bona reſtitutioni obnoxia in vita alienare, ob tacitam legis prohibitionem. p.22.n.8

Hæres grauatus an poſſit deducere id quod ſibi debetur à defuncto tempore mortis, quamuis hæreditatis aditione confuſæ ſint actiones, etiam ſi inuentarium non confecerit p.806.n.18

Hæres grauatus poſt caſum fideicommiſſi, an capiat fructus iudicio teſtatoris, & teneatur illos reſtituere fideicommiſſarius p.221.n.4

Hæres hæredis adimplere tenetur id ad quod hæres tenebatur. p.459.num.12

Et quando non teneatur ad obſeruantiam diſpoſitionis primi teſtamenti. p.460.n.15.& 16

Hæres in feudalibus num poſſit cogi ad feudum vendendum ad inſtantiam legatariorum,& creditorum in actione perſonali. p.178.n.3

Hæres in feudo dicitur ſuccedere vltimò morienti non autem primò acquirenti. p.459.n.10

Hæres in feudo an poſſit grauari pro concurrenti feudi valore. p.178.n.10

Hæres in feudis magis latè accipitur iure Regni, quam feudorum, eius enim appellatione in Regno veniunt etiam conſanguinei, licèt non deſcendant ex corpore primi acquirentis feudum: de iure verò communi veniunt ſolum liberi. p.759.n.2.pag. 761.n.41.& p.765.n.93

Hæres inſtitutus in re certa num dicatur inſtitutus in parte,& habeat remedium *legis final. Cod. de edicto Diu. Ardian.* In primo Reſponſ. Dom. Alex. Tartag. p.997.n.25.& 26.& ibid.n.27.& 28

Et quid in filio inſtituto in re certa. ibid.n.31

Et quid ſi ſit inſtitutus in legitima. ibid.

Hæres inſtitutus in re certa, alio dato cohærede vniuerſali, an ſit hæres in ſolidum, ſi hæres vniuerſalis viuo teſtatore decedit, vel aliter ſua portio deficiat. p.818.n.25

Hæres inſtitutus in teſtamento clerici per Notarium non Regium ſcripto, num poſſit eo vti in foro ſæculari. p.476.n.6

Hæres inuentario non confecto vtrum teneatur vltrà vires hæreditarias, ſi conſtet alia bona in hæreditate non remanſiſſe, niſi ea quæ ipſe aſſerit. pag. 18.n.2.& 3.verſ. *Et quamuis.*

Hæres maior etiam poſt tempus limitatum regiſtrare poteſt aſſenſum Regis, ſi contractum ignorauit defuncti. p.591.n.4

Hæres maſculus maior annorum 18. poſſidens, vel detinens bona hæreditaria poſt 15. dies ab obitu teſtatoris, an ſimpliciter hæreditatem adiuiſſe intelligitur ex ſtatuto Florentiæ. p.209.n.8

Hæres mortui feudatarij intrà quod tempus teneatur denunciare domino mortem ipſius feudatarij, & nouam petere inueſtituram. p.173.n.1

Et ſub qua pœna, tam de iure communi, quàm in Regno. ibid.n.2

Hæres, num obligetur ad vſuras rei legatæ legatario, ſi iuſtam habuit litigandi cauſam. p.231.n.7

Hæres particularis debitoris condemnatus ad ſoluendum omnibus creditoribus, qui omnes eſſent in actione perſonali, ſi ſoluerit vni creditum ſuum ex integro,

integro, & in hæreditate nihil aliud remanſit, an teneatur de ſuo aliis ſoluere, vel debeant creditores ad concreditorem greſſus ſuos diregere. p.144.n.2. & ſeq.
Et quid ſi concreditor, cui pecuia fuit ſoluta, effectus ſit non ſoluendo. ibid.n.6
Et quid ſi concreditor ſoluerit creditori poſteriori hypothecario. ibid.n.3
Hæres particularis eſſe non poteſt, niſi teſtamentarius. p.384.n.31
Hæres qui creditori ſoluit anteriori, à quo iurium ceſſionem obtinuit, num poſſit ſuper eadem re à creditoribus poſterioribus conueniri actione hypothecaria. p.224.n.1.2.3.5.6.8.& 10
Et quid ſi hæres ſoluerit creditori anteriori de propria ſua pecunia, cum iurium ceſſione. p.225.n.11
Et quid ſi ſolutio facta ſit creditori poſteriori primò venienti. ibid.n.1.& p.225.n.12
Et quid ſi fuerit hæres cum beneficio legis, & inuentarij. ibid.n.5
Hæres, qui inuentarium confecerit legitimè, pro omni eo quod in neceſſarias cauſas hæreditatis expenderit, an poſſit retinere tot bona hæreditaria. p.225. num.1:
Hæres qui teſtatori promiſit ſoluere legatum, illud impugnare non poteſt. p.837.n.16
Hæres repudians hæreditatem, non admittitur amplius ad eam, ſi reperiatur per alium adita. pag.592. num.15.& 16
Et quid ſi hæres eſſet minor, & iuuenili ætate ductus hæreditatem repudiaret. ibid.
Hæres ſcriptus in teſtamento nullo, ſi ex eo petierit hæreditatem ſibi decerni, agnoſcens deinde ſe obtinere non poſſe, vel etiam ſi in ea petitione ſuccubuerit, an poſſit viam teſtamenti deſerere, & ad clauſulam codicillarem, in eo forte ſcriptam recurrere, hæreditatemque petere vigore codicillorum. p.226.n.1.3.& 4
Et quid ſi hæres ſcriptus, fuerit de aſcendentibus, vel deſcendentibus, vel cauſa pia. ibid. num.5. 6. & 8.
Hæres ſemper in omni qua facimus acquiſitione comprehenditur, quamuis de illa nulla fiat mentio. p.399.n.4
Hæres ſoluens creditori primo venienti de propria ſua pecunia, an habeat bonorum hæreditariorum retentionem. p.225.n.18
Hæres ſi grauatur ad aliquod annuum ex tali fundo alicui præſtandum, an poſſit talem fundum vendere. p.175.n.4
Hæres ſuccedens in feudo hæreditario, poteſt aduerſus defuncti factum fraudulentum inſurgere. p.459. num.8
Hæres ſuus, adeò ſtatim fit patris hæres, vt inter mortem & exiſtentiam ſuitatis non detur medium, vel inſtans, in quo filius non ſit hæres patris. pag.863. n.10.p.864.n.13
Hæres, verbum, in feudo num intelligatur filius, omniſque alius deſcendens à primo acquirente, vel etiam de extraneis à lege Regni habilitatis. p.766. num.94.
Hæres, vt defuncto cenſeatur conſentire, an ſatis ſit ſola hæreditatis aditio. p.255.n.13
Et an per actum aditionis videatur hæres ratificare obligationem bonorum ipſius hæredis, per defunctum factam. ibid.n.14

Hæreſis.

Hæreſis in crimen incidens ipſo iure omnium bonorum ſuorum iacturam faciet, ipſorumq; adminiſtratione à die cõmiſſi facinoris priuatur. p.6.n.2.& 10
Et an id procedat tantùm in hæretico pertinaci. ibid.

D.Reg. de Marinis Allegat. collect.

Homicidium.

Homicidio à iure pœna mortis eſt præſcripta. p.479. num.1
Homicidium committens, & ad Eccleſiam confugiens an & quando Eccleſiaſtica gaudeat immunitate. p.687.n.1
Et vide infra in verb. *Immunitas Eccleſiaſtica.*
Homicidium quando dicatur ex inſidiis commiſſum. ibid.n.3
Et quando dicatur proditorium, tam de iure communi, quàm Regni. p.688.n.8.9.& 10

Homo.

Hominem addicere ſeruituti alterius, contra ius eſt. p.80.n.8

Honor.

Honor. vide infra in verbo *Nobilitas.*

Hypotheca.

Hypotheca contracta à fiſco ex promiſſione de bene, & fideliter adminiſtrando cum obligatione bonorum, an ſe extendat ad pœnam, in ipſomet contractu adiectam. p.636.n.13
Et quid contra creditores venientes ex cauſa onero-ſa & bona fide. ibid.n.14
Hypotheca contracta ſuper feudo, Regio Aſſenſu mediante, an extinguatur, feudo deuoluto ad dominum directum. p.856.n.19. verſ. *Id enim.*
Hypotheca eadem, quæ pro re principaliter datur, etiam pro acceſſoriis competit. p.670.n.19
Hypotheca, & pignus haud conuenire poſſunt in re propria. p.83.n.14
Et an ſit compatibilis hypotheca cum dominio. ibid.
Hypotheca generalis, vel ſpecialis num prohibeatur de bonis Eccleſiæ abſque Aſſenſu Apoſtolico. p.60. num.9
Hypotheca in officio cadere nõ poteſt. p.662.n.1.& 2
Et an ſalaria, & emolumenta Officialium cadant in hypothecam. ibid.n.3
Hypotheca quam habet mater in ius viri pro ſuis dotibus, num cenſeatur extincta ex eo quod filius hæres ſui patris ſuccedat etiam matri, ſi ex lege municipali, prout Neapoli, in bonis maternis ſuccedere debeant proximiores matris. p.46.n.21.& ſeq.
Hypotheca rem non comitatur ſi tranſeat ad exemptum. p.679.n.12
Hypotheca tacita, quam habet mulier pro eius dote, competit pariter pro eius intereſſe. p.343.n.25
Hypotheca, vt dicatur quæſita creditori in bonis debitoris, an attendatur tempus obligationis, vel pecuniæ numerationis. p.139.n.3.& 4.& p.140.n.7
Et quid ſi in debitoris ſit poteſtate, pecuniam, vel aliud conuentum non recipere. ibid.n.6.& 7

Hiſpanus.

Hiſpanus naturalis, ſi ſe transferat in Regnum Franciæ, ibique conſtituat domicilium, an gaudere poſſit aliis priuilegiis Regni Hiſpanorum. p.619.n.10

I

Iacobus Menoch.

IAcobus Menoch. conſ.388. refellitur. p.423.n.48

Idolum.

Idolorum à templo ad Eccleſias Chriſtianorum non licet inferre. p.644.n.11

Ignorantia.

Ignorantia iuris in muliere, minore, & ruſtico toleratur. p.295.n.10
Ignorantia iuris non prodeſt ad lucrum capiendum, licet excuſet quoad damnum euitãdum. p.544.n.12
Ignorantia iuris ſatis dubij ignorantiæ facti æquiparatur. ibid.n.13

Ignorantia iuris non prodeſt ad lucrum capiendum, licet excuſet quoad damnum euitādum. p.544.n.12
Ignorantia iuris ſatis dubij ignorantiæ facti æquiparatur. ibid.n.13
Ignorantia iuſta haud punienda. p.591.n.1
Ignorantia regulariter in hærede præſumitur. p.210. num.12
Ignorantia, ſeu error haud allegari poteſt, quando factum proprium graue eſt, & notabile p.414.n.10
Ignorantia ſolo eam allegantis iuramento probatur. p.414.n.9
Ignorantia ſupina, & affectata non excuſat. p.648. num.32
Ignorantiam allegare non poteſt de contentis in albarano, vel inſtrumento, qui ipſum in iudicio præſentauit. ibid.n.34

Immiſſio.

Immiſſio in feudis, tunc alicui competit, cum eſt inſtitutus immediatus ſucceſſor in illo, & qui ab inteſtato erat in feudo ſucceſſurus, ſecus ſi extranea perſona. p.529. n.7
Et an potius immiſſio in feudis ſit concedenda fæminæ, u m agnato. ibid.n.2.& ſeq.

Immunes, & Immunitas.

Immunes minimè ſunt à collectis, & functionibus fiſcalibus, qui cauſam habent à Fiſco, vel Principe. p.737.n.33
Et quid requiratur, vt immunes ſint. ibidem, num.34
Immunitas alicui Magnati conceſſa, vt pro fructibus eius ruris, quoad gabellarum ſolutionem immunis reputetur, ſi rus illud ad alium titulo particulari tranſeat, ſucceſſori non prodeſt. p.328.n.6
Immunitas conceſſa vniuerſitati pro mercatura, quæ fieret à decem vnciis infra, an locum habeat, etiam ſi decem vncias excederet, vt pro decem vnciis immunes debeant eſſe Ciues. p.539.n.1
Immunitas Eccleſiaſtica eſt primario conceſſa in confugarum fauorem, & ne illis fiat iniuria. pag. 683. num.10
Et ne ab aliis lædantur. p.684.n.15
Et an primario conceſſa ſit perſonis, vel locis. ibid.
Et an primario ſpectet ad Dei honorem. ibid. n.13. verſic. *Dices.*
Anvè introducta fuerit ob reuerentiam Eccleſiarum, ne ſacra domus fiat ſpelunca latronum. pag.686. num.3
Immunitate Eccleſiaſtica an gaudeant delinquentes propè Eccleſiam ſub ſpe immunitatis illius. ibid. n.6. & p.687.n.6
Et quid ſi quis ducat inimicum propè Eccleſiam ſub colore amicitiæ, illumque ibi occidat. pag.687. num.7
Immunitate Eccleſiaſtica an gaudeat homicidium committens & ad Eccleſiam confugiens. ibid. num.1
Immunitate Eccleſiaſtica an gaudeat qui delictum committit ſclopo rotato, quod ex Pragm. proditorium fuit declaratum. ibid. num.5.& p.688. n.8. & 10
Et an gaudeat immu[illegible]te committens homicidium ex inſidiis. p.687.n.3
Et quando dicatur homicidium ex inſidiis. ibid.
Immunitate eccleſiaſtica an gaudeant qui homicidia, & membrorum mutilationes in Eccleſiis, eorùmve Cæmiteriis committere non verentur. p.686.n.1. p.687.n.4
Et quid ſi commiſerint homicidium, & membri mutilationem in atrio Eccleſiæ, vel Cæmiterij. ibid. n.1.& 2. verſ. *Dubitatur.*
Immunitatis priuilegium onera non comprehendit patrimonialia, ſed tantum perſonalia. pag. 667. num.4

Impenſa.

Impenſæ neceſſariæ ad perficiendum matrimonium, ſunt præambulæ ad ipſum, dotiſque appendices cenſentur, & debet eſſe idem vtriuſque iudicium. p.24.n.3.& p.748. n.5
Et quid de impenſis pro ornatu famulorum, & aliis quæ fiunt pro ducenda vxore. p.748.n.7
Et an pro ipſis alienari poſſint bona fideicommiſſo ſubiecta. ibid.& p.749.n.9

Implementum.

Implementum momentaneum non ſufficit in habentibus tractum ſucceſſiuum, ſed perſeuerantia requiritur. p.541.n.9

Impubes.

Impubes pubertati proximus propter grauiſſimum ſcelus eſt morte afficiendus. p.350.n.3. & p.35:. n.4.5.6.& 7

Incola.

Incolæ in Ciuitate Neapolitana quamuis diuturno incolatu, non Iura ciuilitatis adipiſcantur. p.802. n. 7. verſic. *Secundo quia.*

Indultus.

Indultus exceptio num allegari poſſit per Procuratorem, maximè ſi reus non adhuc fuerit citatus. p.840.n.1
Et quid ſi reus reperiatur citatus, & multò magis ſi contumax. ibid.n.2
Indultus exceptio tangens crimen, an poſſit allegari per Procuratorem, & per quemcumque. ibidem, num.3
Et quid ſeruetur in praxi. ibid.n.4
Indultus generalis, ſeu generalis criminum, & pœnarum abſolutio à Rege conceſſa, an comprehendat extractores à Regno rerum extrahi prohibitarum. p.726.n.1
Et an comprehendat pœnas realiter exactas, & incorporatas. p.732.n.77
Indultus an comprehendat pœnas pecuniarias quouis modo fiſco debitas, & pro quibus adeſt obligatio expreſſa. p.728. n.30. & p.729. n.37. & ſeqq.
Et an comprehendantur pœnæ pro quibus factum fuit ſequeſtrum, & bona in poſſe miniſtrorum Regiæ Curiæ, vel alterius ordine Iudicis poſita fuerunt. ibid.n.41
Et quid ſi pro illis factæ fuerint Apochæ Banchariæ. ibid.n.45
Indultus generalis elargitus à Rege per natiuitatem filij primogeniti; num ſit latiſſime interpretandus. p.132.n.72
Et an comprehendantur bona intercepta, quæ ad fiſci manus peruenerunt. ibid.n.76
Et quid ſi dicta bona eſſent reſtituta à Regia Curia, cum cautione tamen pro ſecuritate Fiſci, in caſu, quo declarabuntur intercepta. p. 733.n.79
Et quid ſi inquiſitus loco cautionis ſcripſit apocam bancariam valoris rei interceptæ. ibidem, num.80
Et an in hoc Regio indultu comprehendantur omnes illi, qui extrahendo deliquerunt, ſed non ſe obligauerunt. ibid.n.88
Indultus generales qui ob publicam lætitiam conceduntur pleniſſimè, & latiſſimè interpretari ſolent. p.582.n.12

Infans.

Infans decedens, matris hæreditate ſibi delata non adita, vel aliorum conſanguineorum ex linea collaterali, illam ad proximiores tranſmittit. p.926. num.8

Infans ſi decedat, hæreditate paterna non agnita, illam tranſmittit ad matrem ſuperſtitem. p.927.n.12
Et quid ſi decedat matre,& auo ſuperſtitibus, an fiet locus tranſmiſſioni ad beneficium matris auo excluſo. ibid.n.13
Et an tranſmittat ad matrem hæreditatem patris maternam, ipſi patri delatam, & ab eo non aditam. ibid.n.14
Infans ſi decedat, hæreditate ſibi delata non adita, & patre,& matre ſibi ſuperſtitibus, an ad matrem, ſicut ad patrem tranſmittatur hæreditas. p.926.n.7
Infans vt ius deliberandi ad ſuos hæredes tranſmittat, an ſatis ſit ſcientia tutoris,vel patris ſuperſtitis.ibid. num.9

Inferior.

Inferior quandoque poteſt ſuperioris ſtatutum limitare, vel abrogare ex cauſa de nouo ſuperuenienti. p.548.n.10

Infeudari, & Infeudatio.

Infeudari ſi ſit ſolitum in vnum hæredem,& fiat infeudatio in duos, valebit vſque ad vnum, & primum tantum. p.539.n.6
Infeudatio, quæ erat permiſſa de iure communi feudorum,eſt prohibita de iure Conſtitutionum Regni. p.72.n.19

Infirmus.

Infirmus num debeat in carcerem detrudi,vel domum retinere loco carceris,maximè ſi nobilis ſit. p.790. num.2. Et vide ſuprà in verbo *Debitor.*

Inimicitia.

Inimicitia num dicatur contracta inter aliquem, & Ciuitatem, ſi contra ipſam Ciuitatem proceſſit, vt Iudex. p.238.n.9
Inimicitia ex litibus oritur. p.445.n.14

Inſtantia.

Inſtantia cœpta cum defuncto laïco, nom tranſeat in hæredem clericum. p.496.n.6
Inſtantia defuncti in hæredem tranſit,& quidquid obſtabat defuncto, hæredi obſtat. p.523.n.8
Inſtantia de iure communi perit per lapſum biennij; & quid de iure Regni. p.874.n.7.& 14
Inſtantia perempta in criminalibus,acta etiam pereunt probatoria, itavt nullo modo poſſit iterum agi. p.585.n.7.& p.874.n.4
Inſtantia perempta per lapſum biennij, an & quando iterum agi poſſit. p.874.n.8. verſ. *Verumtamen.* & n.9.10.11.& 12

Inſtrumenta.

Inſtrumenta confecta per Iudicem,& Notarium, cum ſubſcriptione trium teſtium, an habeant vim publicæ ſcripturæ, ſicut Curialiſcum. In Annotat. ad Conſ. Neap. verſ. *Quid de inſtrumentis.* pag.996. aliàs 986
Inſtrumenta liquidari via ritus, num ſolùm Magn. Cur.Vic.ſit conceſſum. p.589.n.17
Et an liquidari poſſint in Curia Magni Admirati maris. ibid.n.18
Inſtrumenti liquidatio,vigore ritus M.C.Vic.qualiter fiat, poſita infirmitate debitoris cum abſentia eiuſdem. p.790.n.1
Inſtrumenti liquidatio vigore ritus M. C. Vicariæ an fieri poſſit contra Magnum Cancellarium huius Regni. p.587.n.1. & 588.n.10
Et quid ſi Magnus Cancellarius in inſtrumento ſe ſubmittat iuriſdictioni M.Curiæ. ibid.n.5
Et an poſſit M. C. Vicariæ id agere, tanquam Curia Vicarij Generalis huius Regni. p.588.n.8
Inſtrumentorum conſeruatio penes quem hæredem eſt facienda. p.559.n.15
Inſtrumentum dotis an habeatur pro confecto, & in eo obligatio contenta habeatur pro vera, & reali obligatione, ſi ſit promiſſum ſtipulari ad conſilium ſapientis, cum obligatione bonorum feudalium. p.65.n.20.& ſeq.
Inſtrumentum exhibens reaſſumptum in forma probante,an cogatur exhibere quoque protocollum, & originale. p.583.n.1.2.3.& 5
Inſtrumentum num incuſari poſſit in foro creditoris ex ſpeciali pacto precedente, quod poſſit eius foro incuſari,ſi debitor & creditor ſint diuerſi fori.p.130. n.1. 2.& 3
Inſtrumentum in iudicio productum,cuius fides ſemel eſt probata parte inſtante contra quam fuit productum, & iuramentum præſtante, quod illud vult de falſitate redarguere, an erit per producentem iterum exhibendum. p.228.n.1
Inſtrumentum in iudicio productum non in charta pergamena, ſeruata forma Conſtitutionis Regni incip.*Inſtrumentorum robur*: an fidem faciat.p.299. n.3.& p 300.n.14
Et quid in caſu, in quo agitur via ritus M.C.Vicariæ, ibid.n.14
Et quid ſi Notarius, tempore moti iudicij mortuus reperiatur. p.300.n.16
Inſtrumentum liquidari an poſſit per M. C. contra Magiſtrum Iuſtitiarium. p.588.n.9
Inſtrumentum, quod per Notarium non fuit extenſum,an poſſit ab alio Notario extendi ad inſtantiam partis, vel requiratur ſpeciale mandatum Iudicis. p.912.n.12
Inſtrumentum rem reddit certam, & manifeſtam, facitque probatam. p.126.n.7
Inſtrumentum ſtipulatum per Notarium Apoſtolicum,num poſſit in Regno præſentari via ritus, vel ex eo ordinariè agi. p.475.n.2
Et quid inter perſonas Eccleſiaſticas. ibid.n.3

Interdictum.

Interdicto ordinario *Vti ſcilicet poſſidetis*, intentato,ſi Iudex pronunciauit dandum eſſe terminum,num poſſit intentari ſummariiſſimum manutentionis remedium. p.432.n.8.& 9
Interdictum quorum bonorum, vel quorum legatorum aduerſus fideicommiſſarium, vel legatarium, qui propria authoritate poſſeſſionem rei fideicommiſſo relictæ, vel legatæ ceperunt, tunc competit, cum per hæredem eſt aliquid detrahendum,ſecus ſi per teſtatorem expreſsè, vel tacitè prohibita ſit omnis detractio. p.191.n.12.& 13.& p.192.n.16

Intereſſe.

Intereſſe affectionis in conſideratione non habetur. p.518.n.13
Intereſſe certum,& vniforme an poſſit à principio taxari in venditione, illudque tota conſcientia exigi, donec pretium ſoluatur, modo taxatio correſpondeat fructibus. p.42.n.3.& 6
Intereſſe donationis factæ cum ad certam ætatem donatarius peruenerit, an ei debeatur ex die, quo ætatem compleuerit. p.705.n.167.& ſeq.
Intereſſe dotis, num debeatur officio Iudicis ex mora, nõ autem iure actionis,ſiue hypothecæ.p.344.n.38
Et an debeatur ſtatim poſt mortem dotantium, vel ſequuta interpellatione. p.345.n.39.40.& 41
Intereſſe dotis,& fructus an debeatur,& à quo die, & ad quam rationem. p.698.n.92.& ſeqq.& p.700. num.115
Et an debeatur intereſſe lucri ceſſantis. p.698.n.92
Et an debeatur non ſolum mulieri,ſed etiam eius hæredibus, ſi ipſa ſit prædefuncta viro. ibid.num.94. & ſeqq.
Et ad quam rationem debeatur in Ciuitate Neapolitana,attenta eius conſuetudine. ibid.n.114

Intereſſe dotis in pecunia conſiſtentis, infra annum mortis mulieris per virum non ſolutæ, viro ipſo ad dotem reſtituendam condemnato, an debeatur, dum in reſtituendo iuſtam habuit litigandi cauſam. p.231.n.1.& 2

Intereſſe legitimæ, à quo die debeatur. p.501.n.4

Intereſſe lucri ceſſantis datur inter omnes mercatores. p.619. aliàs 617.n.10

Intereſſe lucri ceſſantis nullo pacto peti poteſt in contractibus bonæ fidei, data mora in tradenda re. p.494.n.2

Intereſſe nunquam debetur, quando actus ſit lege permittente. p.931.n.8

Intereſſe partis pretij ſuper feudo nouo à quo die peti poſſit. p.501.n.5.& p.502.n.9

Intereſſe pro modica quãtitate an debeatur. p.233.n.8

Intereſſe quantitatis debitæ à creditore, an peti poſſit, vbi debitor non eſt in mora ſoluendi. p.232.n.1

Intereſſe quod debetur officio iudicis an poſſit duplum quantitatis excedere. p.233.n.9

Intereſſe quod molendina patiuntur ex conſtructione noui molendini, num ſit conſiderabile. p.7:.n.25

Intereſſe recompenſatiuum, ſeu vſuræ recompenſatiuæ omni iure permittuntur. p.556.n.11

Intereſſe rei iudicatæ hodie deciditur per Sacr. Conſ. circumſcripta vſura centeſima, ſed pro intereſſe,& lucro ceſſante. p.619.alias.617.n.6

Intereſſe rei legatæ.vide infrà in verb. *Vſuræ rei legatæ.*

Intereſſe ſortis,vel quantitatis,vt debeatur,neceſſe eſt, vt ſit conuentum,velut intercedat ratio moræ. pag. 342.n.17

Intereſſe vitæ, & militiæ num debeatur à die mortis communis patris. p.501.n.2.& 6.& p.502.n.10

Et quid in paragio debito ſorori. p.502.n.11

Interuſurium.

Interuſurium à principio promiſſum ſolui venditori, donec per emptorem pretium ſoluatur, ſi excedat fructus rei venditæ,an poſſit emptor agere, vt moderetur. p.42.n.2.cum ſeq.& p.43.n.8

Et quid in interuſurio taxato, pendente ſolutione pretij prædij vrbani. p.43.n.7

Et an id procedat, tam in mora irregulari, quam regulari. p.43.n.8

Interuſurium an poſſit vir exigere ex contractu mutui, dependente à contractu dotali, putà ſi vir ſit confeſſus dotem recepiſſe, & dotans ſe obliget viro per contractum mutui. p.305.n.17.& 18

Et quid ſi Notarij in mutui inſtrumento apponant clauſulas, quod, in cauſa contrauentionis poſſit inſtrumentum incuſari iuxta formam Ritus M. C. V. & quod permittantur damna,expenſæ,&c. ib.n.19

Inteſtatus.

Inteſtatus decedere dicitur, qui teſtamentum fecit, quod poſteà irritum euaſit, ob mortem inſtituti viuente teſtatore. p.815.n.7

Inuentarium.

Inuentarij beneficium an proſit hæredi propter ſtatutum Florentiæ, quominus inuentario non obſtante creditoribus hæreditatis ſatisfacere cogatur. p.110. num.17

Inuentarij conficiendi remiſſio à Patre in teſtamento tutori facta, an extendatur ad bona legitimæ filij. p.278.n.14

Inuentarij diſcuſſio facta cum vno ex creditoribus, an noceat, vel proſit aliis,adhuc non citatis,vel auditis. p.234.n.10

Inuentario ſtandum eſt, adeò quod probatio non admittatur in contrarium. p.535.n.14

Inuentarium declaratum validum cum vno ex creditoribus citatis an noceat aliis non citatis. p.234.n.8

Inuentarium num ſit neceſſarium inter cohæredes. p806.n.15

Et an poſſint cohæredes ſibi inuicem remittere confectionem inuentarij. ibid.n.16.& 17

Inuentarium, vt ad hæredes legitimè confectum indicetur, quænam ſolemnitates requirantur. p.233. n.1. & p.234.n.2.& 3

Et an defectus citationis reſpectu creditorum abſentium in confectione inuentarij nullius ſit importantiæ. ibid.n.4.& ſeqq.

Et an inuentarium proſit hæredi,ſi aliqui ex creditoribus ſint citati,& alij non. ibid.n.7

Et ne inuentarium proſit hæredi reſpectu creditoris non citati,num ipſe hæres conuinci debeat de ſcientia,ſeu notitia talis creditoris. ibid.n.2

Et an ſatis ſit probare,creditores eſſe certos,vel etiam illos eſſe præſentes, ne inuentarium afficiat non citatos. ibid.n.6

Inueſtitura.

Inueſtitura feudi quoties eſt pro hæredibus ex corpore,licet pater, & frater ſuccedant in feudo antiquo per capitulum Regni *Conſidarantes*, debet tamen ſucceſſor eſſe de corpore, & ſanguine ſaltem primi feudum acquirentis. p.772.n.136.& ſeq.

Inueſtitura noua attenditur, & non antiqua, vbi conceſſionarius rem accipit de nouo, & ſub nouis pactis. p.130.n.31

Inueſtitura ſi non appareat, ſub qua forma data ſit, num intelligatur data pro ſe,& hæredibus ſimpliciter,vel ſit inſpicienda Regis conſuetudo,quomodo ſcilicet ſolitus ſit alias facere conceſſiones. p.765. n.91.& ſeq.& p.766.n.95. & ſeq.verſ.*Gulielmus.*

Inueſtituram ad petendam feudatario defuncto tempus eſt hæredi præſcriptum vnius anni, & diei. p.173.n.1.p.712.n.11

Et quando incipiat currere tempus prædictum, num à die mortis, vel ab adita hæreditate. p.174.n.5

Et an currat aduerſus abſentem. p.594.n.47

Et quid ſi Procuratorem reliquiſſet, à quo non fuit defenſus. ibid.n.49

Et quid ſi tempus prædictum eſſet cœptum ante abſentiam. ibid.n.48

Inueſtituram non petens infra annum, & diem feudum amittit,& quare. p.544.n.11

Et an hodie ſit pœna ſolutionis duplicati releuij. ibid.n.11. Et vid.infra in verb. *Pœna.*

Inueſtituræ forma, ſcilicet quod concedatur feudum pro ſe & hæredibus ex corpore,num præſumatur; quamuis probetur,quod Barones ſoliti ſint,ſic facere conceſſiones. p.877.n.15

Et quænàm forma præſumatur inueſtituræ. ib.n.16

Inueſtituræ omnes in Regno Neapolitano interpretationem accipiunt iure Regni; & non ſi iure communi feudorum. p.761.n.42

Inueſtituræ tenor ſemper attendi debet, etiam poſthabita prouidentia iuris communis feudalis. p.119. n.10.& p.764.n.76

Iudex.

Iudex alicuius Tribunalis de numero ordinariorum, in ſedendo aliiſque actibus publicis,& ſecretis, num præcedere debeat Iudicem ſupernumerarium in illo munere antiquiorem. p.236.n.1.& 3. & p.237. n.11.& 12

Iudex à quo,fatalibus lapſis an poſſit ſuam exequi ſententiam,abſque declaratione Iudicis ad quem,ſuper deſerta appellatione. p.172.n.5

Iudex an, & quando debeat ab expreſſa teſtatoris voluntate recedere. p.749.n.9.& 10

Iudex datus ad genus certum perſonarum, vel ad vniuerſitatem cauſarum ordinario æquiparatur, & pro ordinario habetur. p.781.n.55

Iudex Eccleſiaſticus num cognoſcere poſſit laicum, hæreſim committentem. p.3.n.2
Et num cognoſcere poſſit laicum committentem crimen abortus. ibid.n.1
Iudex Eccleſiaſticus num competens ſit non ſolum ſuper diuortio, ſed etiam ſuper dotis reſtitutione. p.235.n.2
Iudex Eccleſiaſticus in crimine hæreſis iuriſdictioné habet priuatiué quoad Iudices ſeculares. p.7.n.18
Iudex Eccleſiaſticus,an, & quando punire poſſit laicum, falſum committentem in Curia ſua Eccleſiaſtica. p.3.n.4.& 5
Iudex ex quo conſanguineus eſt Prælati,an poſſit interuenire in cauſis illius Eccleſiæ. p.238.n.2. 3. & 4
Iudex ex quo tutoris eſt inimicus, an poſſit recuſari, vt interueniat in cauſis alicuius pupilli. ib.n.1.& 3
Iudex habens litem mecum, poteſt à me, vt ſuſpectus recuſari,ſi inter me,& alium coram eo lis contingat agitari. p.238.n.10
Iudex in omni cauſa terminum litigantibus ad eorum iura probanda concedere tenetur. p.478.n.2
Et quid ſi ſit diſputandum de mero iuris articulo. ibid.n.5
Iudex laicus aduerſus clericum nullam cognitionem habet,nec in ſpiritualibus,nec in temporalibus,nec in ciuilibus,nec in criminalibus. p.91.n.5
Et quid ſi in contrarium vigeat generalis conſuetudo prout viget Galliæ. p.97.n.12
Iudex laicus cogere num poſſit Epiſcopum ad Eccleſiam reparandam. ibid.n.3.& p.643.n.6
Iudex laicus in actionibus realibus haud eſt competens contra clericum. p.97.n.22.& ſeqq.& 166. num.6
Iudex laicus nec actu, nec in potentia iuriſdictionem habet in clericum. p.122.n.4
Iudex laicus neque directè, neque indirectè poteſt clericum trahere ad ſuum Tribunal, neque ſuper eius bonis ius dicere. p.165.n.2.& 3
Et an ſit contra clericum penitus incompetens. pag. 166.n.5
Et in quibus caſibus iudex laicus competens ſit contra clericum p.97.n.27
Iudex laicus ſi tam ex officio, quàm ad partis inſtantiam traheret ad ſuum Tribunal, excommunicatur in Bulla Cœnæ. p.96.n.6.p.97.n.24.& p.165.n.2
Et quid ſi clericus conuenire tur iure retractus. p. 97. n.22
Iudex mandatum de capiendo relaxare non poteſt,niſi apparentibus indiciis ſufficientibus ad torturam. p.242.n.10
Iudex nunquam inimicitiam contraxiſſe dicitur cum aliqua Ciuitate ad effectum, vt ex hoc capite ab electis, & decurionibus illius recuſari poſſit in ipſius cauſis. p.238.n.6.7.& 8
Iudex ordinarius poteſt ſuam iuriſdictionem alteri demandare,aliúmque loco ſui ſubſtituere. p.75.n.13
Iudex ordinarius recuſari poteſt vt ſuſpectus tam de Iure Canonico,quàm Ciuili. p.668.n.2.& ſeq.
Iudex ordinarius ſuſpectus in cognoſcendo, eſt etiam ſuſpectus in delegando. ibid.n.1
Iudex originis vt competens ſit originarij, requiritur vt ibi originarius reperiatur. p.230.n.7
Iudex poſt concluſum in cauſa num poſſit examinare teſtes. p.485.n.7
Iudex excuſari an poſſit vt ſuſpectus ab electis, & Decurionibus Ciuitatis abſque ipſius ſpeciali mandato. p.238.n.8
Iudex recuſari poteſt ſi nimis grauet litigantem procedendo in cauſis inordinatè,& præcipitanter. ib.n.9
Iudex num remittere poſſit debitori ob eius paupertatem mulctam fiſco applicandam. p.566.n.4
Et an remittere poſſit pœnam pecuniariam ex delictorum coërctione procedentem. ibid.n.6
Iudex ſecularis haud exequitur ſententiam Iudicis Eccleſiaſtici quando eſt iniqua. p.552.n.5
Iudex ſecularis an poſſit per edictum generale monere clericum iactantem ſe habere iura contra laicum,vt coram ipſo compareat. p.6.n.2
Iudex ſecularis requiſitus pro imploratione ſui brachij ſuper executione ſententiæ latæ per Iudicem Eccleſiaſticum in cauſa matrimoniali, concernenti matrimonij ſeparationem quoad thorum, & dotis reſtitutionem, num poſſit de viribus ſententiæ cognoſcere reſpectu reſtitutionis dotis, viro inſtante; vel tanquam merus exequutor teneatur auxilium ſuum præſtare. p.235.n.1.& 4
Iudex ſecularis ſtatim ac Iudex Eccleſiaſticus ſimpliciter pronunciauerit ſuper ſeparatione matrimonij; mandare poteſt dotis reſtitutionem, abſque vlla cognitione de illius iuſtitia. ibid.n.7
Iudex ſuſpectus,delegando cauſam, an iudicare poſſit, cui ex duobus debeat de iure cauſa committi. pag. 666.n.6
Iudex vnus num poſſit ſua præcepta per alium iudicem exequi facere. p.229.n.5
Iudex quid teneatur perquirere & inueſtigare ante interpoſitionem decreti, vt poſſit permittere bona pupillorum vendi. p.31.n.15
Iudices in Regno prius iudicare debent ſecundum Regni Conſtitutiones. p.719.n.19
Iudices Magnæ Curiæ Vicariæ an præcedant Patronum Fiſci Regiæ Cameræ. p.723.n.55
Iudicis recuſatio an ceſſet quotieſcunque in eo conſiderari haud poteſt intereſſe odij, vel amoris erga litigantem. p.238.n.6
Iudicis recuſatio licet futura tantùm reſpiciat, & non præterita,ſi tamen ſit legalis, etiam præterita comprehendit, itavt ſi in cauſa procederet,omnia acta eſſent nulla. p.239.n.15.cum ſeq.
Iudicis recuſationis tempus in Pragmatica præſcriptum à quo die currere recipiat. p.238.n.1 1.verſ. *Secundo reſpondebatur.* &p.239.n.14
Et an præſcribatur hoc tempus ſi recuſationis cauſa ſit notoria. p.238.n.13
Quid ſi recuſatio non eſſet hominis,ſed legalis. ibid.n.14

Iudicium.

Iudiciorum euentus incertus eſt. p.19.n.2
Iudicium attentatorum haud impedit cauſam principalem,ſuper remedio retinendæ poſſeſſionis intentatum. p.432.n.10
Iudicium iactantiæ intentatum ſcilicet per remedium *leg.diffamari, C. de ingen. manum.* num remitti debeat ad iudicem diffamantis. p.9.n.5
Et num propoſito tali remedio liceat diffamato proponere iura ſua in Sacro Concil. vel in M.C. Vic. ibid.n.6
Iudicium incipit à litis conteſtatione. p.495.n.3
Iudicium petitionis hereditatis fructuum importat reſtitutionem. p.198.n.2

Iumentum.

Iumentum ſi ſit interceptum ex cauſa fidæ,& diffidæ, ſed non conſtat in quo loco interceptum fuerit, reſtituendum eſt, depoſitio tamen pignore per Dominum pro dicto iure fidæ, & diffidæ, ac deinde capi debet informatio,de loco dicti intercepti. Inter decret.Io.Angel.Piſan. verſ. *Die* 14.*Nouembris.* p.589

Iuramentum.

Iuramenti vis, & ſtipulatio Notarij,facit vt omnibus quorum intereſt ius cenſeatur quæſitum abſque ceſſione. p.299.n.9
Iuramentum ad ignotata non trahitur. p.195.n.8

Iuramentum num confirmet contractum prodigi. p.296.n.6

Iuramentum in contractibus filiifamilias nullius eſt roboris in terminis *Pragmatica prima de Senatuſc. Macedon.* p.825.n.37

Iuramentum minoris, vt actum conualidet iuxta textum *in Auth. Sacramenta puberum C. ſi aduerſ. vendit.* oportet quod minor iurans ſit certioratus, & certificatus de beneficio minoris ætatis. p.295.n.7

Et num præſumatur hæc certioratio, & certificatio. ibid.n.8

Et num hæc certioratio proſit in impubere, & pupillo, etiam pubertati proximo, quominus inualidum ſit eius iuramentum. ibid.n.11

Iuramentum ſupplet defectum minoris ætatis, minoremque repræſentat maiorem. p.245.n.13

Iuramentum tres debet habere comites. p.295.n.15

Iuriſdictio.

Iuriſdictio alicuius caſtri ſi concedatur per Dominum ſupremum, an efficiatur conceſſionarius vtilis dominus iuriſdictionis conceſſæ pro iuſtitia adminiſtranda. p.75.n.11

Iuriſdictio alicuius iudicis quibus modis prorogari poſſit. p.230.n.6

Iuriſdictio cohæret territorio, ſicut nebula ſuper paludem, eſtque tota in toto, & tota in qualibet eius parte, ſicut anima in corpore. p.240.n.3.& p.574. num.4

Iuriſdictio dicitur eſſe in fructu, & ad poſſeſſorem ſpectat. p.176.n.13.& p.653.n.6

Iuriſdictio eſt de regalibus. p.176.n.13

Iuriſdictio in alieno territorio, num poſſit præſcriptione acquiri. p.241.n.6

Et an iuriſdictionem præſcribens in aliquo territorio punire poſſit foreſes, in eodem territorio delinquentes. ibid.n.8

Et qualis debeat eſſe præſcriptio in materia iuriſdictionis. ibid.n.9

Iuriſdictio in ſubditos extra proprium territorium exerceri an poſſit. p.240.n.3

Iuriſdictio ordinarij per aduentum, & præſentiam ſuperioris an ceſſet. p.778.n.4

Iuriſdictio per ſolam citationem verbalem præoccupatur. p.675.n.10

Iuriſdictio Regiæ Cameræ. vide infr. in verb. *Regia Camera.*

Iuriſdictionem ad tribuendam longæua, & vetuſta conſuetudo requiritur. p.782.n.68

Iuriſdictionem habens ciuilem, num præferri debeat in venditione iuriſdictionis criminalis, ſi ſit Eccleſia. p.253.n.20. & 22

Iuriſdictione in voluntaria, num quis ſuſtinere poſſit officia plurium, ſi exercitium vnius actus alteri præbeat impedimentum. p.570.n.8

Iuriſdictionis vſus num transferatur per locationem, vel ſolum ius in fructibus. p.74.n.4.& 5

Ius.

Iura feudalia communia ſeruantur in hoc Regno Neapolitano, deficiente tamen iure municipali eiuſdem Regni. p.388.n.42

Iure accreſcendi ſublato recurritur ad ſucceſſorium edictum. p.396.n.95

Iuri dicendi de nullitate pacto renunciari an poſſit. p.256.n.6

Iuri ſuo in dubio nemo renunciaſſe præſumitur. p.320. num.8

Iuris congrui in cauſa ex conſuet. Neapolitana incipiente *ſi quis emit*, ex quo tempore fieri debeat æſtimatio rei, num ſententiæ, vel litis conteſtationis, aut moræ, ſcilicet ex tempore requiſitionis. in Annotat. ad Conſuet. Neapol. verſ. *Sed iuxta hoc.* p.926

Ius accreſcendi an ceſſet in iure piſcandi, in feudum conceſſo. p.130.n.28

Ius accreſcendi locum non habet in coniunctis coniunctione legali, & quare. p.659.n.19

Ius accreſcendi an locum non habeat in emphyteuſi per Eccleſiam inferiori conceſſa titulo lucratiuo ſub ſola modici canonis præſtatione. p.130.n.16

Ius accreſcendi num locum habeat in ſuccedentibus ex priuilegio. p.910.n.22

Ius accreſcendi an ſit quædam tacita ſubſtitutio, & impediat tranſmiſſionem ex potentia ſuitatis. pag. 866.n.27

Ius accreſcendi an videatur prohibere teſtator, ſi dicat: *Titium inſtituo in fundo tantum.* In 1.Reſp. D.Alex. Tartagn. p.998.n.37

Et quid ſi dicat: *Titium inſtituo in tali re, excepta hæreditate.* ibid.

Ius accuſandi, & remittendi ob alterius mortem quibus propriè competat. p.4.n.1.& 7.p.5.n.8

Et an hoc ius reguletur ſecundum ordinem ſucceſſionis. ibid.n.7

Ius adeundi hæreditatem num cedi poſſit, vel inſeparabile ſit à perſona hæredis. p.213.n.35

Ius Ciuile num ſeruandum ſit in Curiis Eccleſiaſticis, in his quæ diſpoſita non ſunt de Iure Canonico. p.122.n.5

Ius commune feudorum fœminam non cognouit, eamque in feudis ſuccedere expreſsè prohibuit. pag. 246.n.18.& ſeq.

Ius congrui. vid. infra in verb. *Tempus à lege municipali.*

Ius Francorum. vid. ſup. in verb. *Francorum Ius.*

Ius habens mulctandi, & puniendi vſque ad certam ſummam, putà 50. ſolidorum, ſi deinde committatur delictum cuius pœna ex forma ſtatuti ſit centum, 50. habere debet, & alia 50. ſpectant ad principem. p.539.n.8

Ius Longobardum, peccatis noſtris exigentibus, tenet in partibus Apulcæ. In Ann. ad conſ. Neapol. verſ. *Vidimus.* p.990

Et an per hoc ius corrigantur iura romana in ſucceſſionibus. d. verſ. *Vidimus.*

Ius nouum quantumcumque generaliter loquens, & indiſtinctè, intelligitur tamen & recipit diſtinctionem à iure antiquo, etiam ſi in lege noua eſſet clauſula, *non obſtantibus legibus in contrarium.* p.73. num.21

Ius offerendi cōpetens poſterioribus creditoribus contra priores ad proprium pignus conſeruandum, tempus annorum 30. præſcribitur. p.325.n.3

Et quo tempore præſcribatur ius offerendi, ſeu redimendi facultas competens debitori aduerſus pignoratitium creditorem. ibid.n.4

Ius patronatus Eccleſiaſticum amittitur per lapſum patroni in hæreſim, ſed recuperatur per abiurationem ſequutam. p.6.n.9

Ius piſcandi indiuiduum eſt, itavt ex eius natura conceſſio dicatur facta in ſolidum, & ſubintret ius accreſcendi. p.130.n.28

Et quid in iure piſcandi in feudum conceſſo. ibid.

Ius prohibendi, quod aliqui Regni Barones habent in eorum terris, & ciuitatibus, ne vaſſalli ad alia molendina, furnos & tapeta accedant, quàm ad ipſorum Baronum, num procedat, quando vaſſalli accederent ad molendina, furnos, & tapeta exterorum extra territorium. pag.254.n.2. & p.255. n.3.& 4

Et an hoc ius tangat perſonas vaſſallorum, eorumque oſſibus affixum ſit. ibid.n.6

Ius prothomiſeos num locum habeat in feudis nouis. p.773.n.3.& 7

Ius

Ius tapeti, quod magno Camerario huius Regni competit, intra annum, & diem, à quo contigerit mors Baronis, num debeatur illi, aut eius ſucceſſori ſi intra idem tempus mors ſuperueniat etiam Magni Camerarij. p.577.n.1

Iuſtitia, & Iuſtitiarius.

Iuſtitia non obligat ad malum faciendum. p.286.n.8

Iuſtitiarius Regni antiquitus cum Rege morabatur in eadem Curia, omniaque iudicia cognitionum Regis in Iuſtitiario ſunt collocata. p.777.n.1

Poteſtatemque habet in cunctos Populos Regni. ibid.n.2

Eiuſque iuriſdictio Principes omnes, Duces, &c. habitantes in Regno, & præeminenti fulcitos dignitate amplectitur, omneſque Ciuitates, Vniuerſitates, Caſtra, &c. ſub eius poteſtate, & cognitione ſubſunt. p.778.n.6

Et num ſub eius iuriſdictione comprehenſi ſint Magnates omnes, licet ſint de Collaterali Conſilio, & de ſanguine Regis, ac Magiſtratus ſupremi. ibid. num.7

Iuſtitiarius Regni duas repræſentat perſonas, Capitaneum ſcilicet, Neapolis, & Vicarium Regis in toto Regno. ibid.n.13

Iuſtus.

Iuſtus, & Orontius.vid. infra in verb. *Orontius.* & in verb. *Sancti Iuſtus, &c.*

Iuſtus fuit diſcipulus Diui Pauli Apoſtoli, ſitque de ipſo mentio in Actibus Apoſtolorum. p.975.n.35. & 37. verſ. *Nec obſtat quod ex prædicto.*

L

Labor.

LABOR, & induſtria pretio æquiparantur. pag. 218.n.3

Læſio.

Lædi non dicitur qui facit quod in ciuitate conſuetum eſt. p.597.n.14

Læſio enormis ſeù enormiſſima quomodo conſideretur. p.482.n.10

Læſio num fundari poſſit ex ſuperueniente vbertate emolumentorum officij locati. p.69.n.1

Læſio num ſit in contractu, tempus ipſius inſpiciendum eſt. p.492.n.8.pag.624.n.13.& 16.& p.485. num.28

Et quid ſi ſub conditione ſit initus, vel illius executio in futurum ſit porrecta. p.491.n.8

Læſionis in iudicio an ſit habenda ratio expenſarum, laborum, & occupatio perſonæ. p.625.n.28

Et an ſit æſtimandum periculum euictionis anticipatæ pecuniæ. ibid.

Laicus.

Laïci bona temporalia Eccleſiarum de iure adminiſtrare non poſſunt, niſi ex Prælatorum tolerantia. p. 428.n.5

Laïci delinquentes in officiis, quæ habent à perſonis Eccleſiaſticis, num puniendi ſint à Iudice ſeculari, vel Eccleſiaſtico. p.676.n.16

Laïci num incapaces ſint iuris eligendi Capellanum. p.252.n.6

Laïci prorogare poſſunt iuriſdictionem Iudicis Eccleſiaſtici, non è contrà. p.431.n.4

Laïcorum bona tranſeunt ad Eccleſiam, cum onere ſuo. p.677.num.3.verſ. *Primò*

Laïcus ad beneficium quod eſt de iure patronatus præſentari non poteſt. p.524.n.11

Et num poſſit à patronis nominari ad tale beneficium. ibid.

Laïcus effectus Clericus poſt patratum delictum, an poſſit à Iudice ſeculari cognoſci. p.924.n.10

Et an poſſit contra eum exigi pæna pecuniaria, reſpectu verò perſonæ ſit ad iudicem Eccleſiaſticum remittendus. ibid.n.17.& ſeq.

Laïcus in Ciuitate Neapolitana habens in proximiorem Clericum, an poſſit de bonis antiquis liberè diſponere in præiudicium Clerici. p.131.n.2.& ſeq.

Et an poſſit libere diſponere in præiudicium ſequentis in gradu. ibid.n.3.& ſeqq.p.132

Laudemium.

Laudemium adhuc debetur ex alienatione emphyteuſis, licet illam dominus conceſſerit immunem, & exemptam. p.902.n.23

Et num cenſeatur remiſſa vel tranſlata laudemij præſtatio, niſi ſpecialiter exprimatur. ibid.

Laudemium ex iuris diſpoſitione quinquageſimam partem pretij, quo res emphyteutica venditur excedere non poteſt. p.900.n.10

Et quid ex pacto contrahentium, vel regionis conſuetudine. ibid.

Laudemij in ſolutione conſuetudo loci attendenda eſt. p.901.n.12

Laudemij ſolutio num ſit de natura contractus, & debeatur ex legis diſpoſitione. p.902.n.22

Laudemium num ſolui debeat Regi ex alienatione feudi. ibid.n.19

Et quid ſi alienetur res feudi, quæ ſub annuo canone reperitur in emphyteuſim à Barone conceſſa, an ſit ſoluendum Baroni laudemium. ibid.n.20

Laudemium præſtantes de conſuetudine, alienare poſſunt ſine aſſenſu domini. ibid.n.24

Laudemium ſimplex debetur ſi contractus ſit ſimpliciter emphyteuticus. p.900.n.9

Laudum.

Laudum ab arbitris prolatum num allegari poſſit nullum, ſi in compromiſſo expreſsè renunciatum ſit iuri dicendi de nullitate. p.256.n.1.3.4.6 & 7

Legatum.

Legata an cenſeantur adempta ſi poſt conditum primum teſtamentum ſolemne, teſtator aliud minus ſolemne, vel nullum condens, declarauerit nolle primum teſtamentum valere, ſed illud pro reuocato habere. p.471.n.10

Legata facta in teſtamento ſolemni num reuocata cenſeantur per aliud teſtamentum minus ſolemne. p.472.n.7

Et quid ſi in minus ſolemni teſtamento relinquantur alteri. ibid.n.8

Et quid quoad hæredis inſtitutionem. p.473.n.11

Legata, & fideicommiſſa de manu hæredis ſunt accipienda. p.190.n.3

Legata pro conſequendo an poſſit agi via executiua. p.12.n.12

Legata ſi ſit res de ſe intranſmiſſibilis, ſubſtituto à teſtatore alio, ſi legatarius ſine liberis decederet, qui tamen deceſſit cum liberis, ſed eius liber ſine liberis adhuc non debetur hæredibus legatarij. p.542. n.14

Legatarius, & fideicommiſſarius ſuper re hæredis ſibi legata, vel per fideicommiſſum relicta, hypothecariam poteſt exercere actionem, adita tamen hæreditate per hæredem granatum ſine beneficio legis & inuentarij. pag.957.num.26.& p.958.n. 29.& 30

Legatarius an, & quando poſſit rem legatam propria authoritate capere. vide ſup. in verb. *Fideicommiſſarius.*

Legatarius ſi per eum non fiat, quominus modum adimpleat, an debeat habere legatum. p.11.n.3

Legatæ ſortis fructus ad quam rationem debeantur, & à quo die. p.265.n.4

Legatis annis fructibus talis fundi, àn perindè ſit, ac ſi viusfructus fundi legatus eſſet. p.175.n.6
Legato facto alicui Eccleſiæ certæ pecuniarum quantitatis pro Miſſis celebrandis, ad quem ſpectet ius illud eligendi. p.258.n.1
Legatum annuum tertiatim ſoluendum de infinito ad infinitum, eo addito, vt ſi abſque liberis decederet legatarius ſolum vſumfructum haberet, ſi legatarius deceſſerit relicta poſthuma quę in lucem prodita, dum per paucos menſes vixiſſet, deceſſit matre ſuperſtite, an legatum efficiatur perpetuum, & ad omnes tranſmiſſibile. p.540.n.1.& 2
Et an potius æquiparetur vſufructui, vt morte legatarij extinguatur. ibid.n.2. & p.834.n.2.& 3
Et notantur abſurda, quæ ex hoc orientur. pag. 541.n.13
Legatum annuum plura continet legata, totque ſunt, quot ſunt anni. p.548.n.5
Et an in annuis legatis cuiuſlibet anni initium ſpectandum ſit. ibid.n.7
Et an in quolibet anni principio debeat conditio adeſſe. p.54 n.8
Legatum annuum ad hæredes tranſmiſſibile no, eſt. p.542.n.14
Et in quibus caſibus ad hæredes tranſmittatur. pag. 835.n.4
Legatum annuum non de proprietate, ſed de fructibus ſoluendum eſt. p.627.n.87
Legatum annuum in tribus caſibus tranſmittitur ad hæredes, & in quibus. p.835.n.4
Legatum annuum in perpetuum relictum adhuc reſtringitur ad vitam legatarij. ibid.n.5
Legatum annuum pro primo anno cenſetur purum, pro ſequentibus verò conditionale dicitur, ſi ſcilicet legatarius viuat. ibid.n.2
Legatum annuum Aduocato relictum ad hoc vt hæredis cauſas defendat, an debeatur ſi contigerit Aduocatum illum in Senatorem eligi. p. 11.n.1.3. 11.12.& p.14.n.31.32.& 33
Legatum Aduocato relictum hoc modo, *Laſcio ducati trecento l'anno ſua vita durante, priegandolo, che debbia hauer penſiero delle mie liti*: an dicatur relictum contemplatione patrocinij. p.12.n.11.12 & p.14.n.32.& 33
Legatum annuum, relictum tutori, an debeatur ſi à tutela ſe excuſet. p.12.n.4.7.& 8
Et quid ſi in tutela ſuſcipienda inueniat iuris reſiſtentiam. ibid.n.4
Legatum annuum ſi fiat pro legitima, dotibus maternis, & pro omni iure, quod legatarius ex hereditate teſtatoris poſſit prætendere, an ſit ad hæredes tranſmiſſibile. p.835.n.7.& 9
Legatum an prorſus corruat ex defectu voluntatis legantis. p.936.n.1.verſ.*Aduerſus.*
Legatum an dicatur purum cum adiectione tamen oneris, quod DD. vocant *per fideicommiſſum*, ſi teſtator relinquat aliquid alicui, ipſumque roget, vt aliquid faciat. p.13.n.22
Legatum bonorum ſtabilium num illa comprehendat per teſtatorem acquiſita poſt teſtamentum cum ea pecunia, quam teſtamenti tempore habebat promptam pro ſtabilibus emendis. p.263.n.21
Legatum cauſale quodnam dicatur. p.13.n.18
Et quodnam dicatur modale. ibid.n.19.& 23
Legatum conditionale an ſit vel modale, ſi teſtator conditionem adiecerit in modo, verbi gratia ſi dixerit *lego centum Titio ſub conditione, vt hoc, vel illud faciat.* ibid.n.20
Legatum eſſe vitalitium, & non perpetuum ex qua coniectura deſumatur, p.828.n.20.& 21
Legatum ex quibus coniecturis appareat eſſe factum in cauſam dotis. p.702.n.141
Legatum factum alicuius rei, quæ augmentum recipit & diminutionem, num illud includat, quod poſt teſtamentum acquiſitum eſt. p.263.n.20
Legatum factum à teſtatore ſuæ familiæ diſtribuendũ iuxtà ſeruitiorum æqualitatem, temporiſque, quo inſeruierunt diuturnitatem, an ſpectet ad famulum abſentem, qui actu non inſeruit, ſed litteras obtinet familiaritatis, quibus declaratur gaudere omnibus prærogatiuis, & immunitatibus, quibus actu inſeruientes potiuntur, nulla tamen portione pro victu aſſignata. p.263.n.1.& p.264.n.10
Legatum factum à creditore ſuo debitori de omni eo, quod debet, num comprehendat illud quod poſt teſtamentum ab eodem teſtator acquiſierit. p.262.n.4
Et an legato argento, illud ſolum legatum dicatur quod teſtator tempore teſtamenti habebat. ibid. num.5
Legatum factum amico de eo, quod ipſi Titius debet, an dumtaxat contineat illud, quod huius teſtamenti tempore purè debebat, non verò illud, quod debebat in diem, vel ſub conditione, vel ſi poſt teſtamentum aliquid aliud habere conſtiterit. ibid. num.3
Legatum factum à patre filiæ, quæ ampliſſimè rerum viuit, omnibus ſucceſſoribus delatis, & deferendis tam ex teſtamento, quam ab inteſtato, an remaneat penes patris hæredes. p.413.n.1
Legatum factum de re aliqua pio loco, putà Eccleſiæ, Hoſpitali, &c num fauore piæ cauſæ comprehendat augmentum factum per teſtatorem ſuper illa re poſt teſtamentum:& ſic attendendum ſit tempus mortis teſtatoris, & non teſtamenti. p.263.n.19
Legatum factum Canonicis, an etiam debeatur illis, qui vltrà numerum ſunt recepti. p.287.n.8
Legatum factum filiis v. g. Petri, qui in eodem teſtamento relictus fuit tutor filiorum teſtatoris, an debeatur, ſi tutelæ onus ſubire Petrus recuſauit. pag. 260.n.1.& ſeqq:
Et quid ſi à tutela ſe excuſauerit ex legima cauſa ibid.n.5
Legatum factum fratribus, an debeatur tam vtriuſque coniunctis quam conſanguineis. p.453.n.24
Legatum, ſeù fideicommiſſum ad alicuius tertij arbitrium collatum, num de iure ſubſiſtat. p.466.n.2.& 3
Legatum factum mulieri de non nubendo, num amitti debeat, ſi ſponſalia tantum contraxerit. p.176. num.5
Legatum factum mulieri in augmentum maritagij an ſit conditionale ſi nubat, vel purum, & an debeatur antequam mulier nubeat. p.517.n.1.& 4
Legatum factum mulieri propter dotem, vt illud conſequatur, num oporteat quod nuptias contrahat. ibid.n.1
Et an hoc legatum ſit conditionale, & non tranſmittatur. ibid.n.2.& 4
Legatum factum per maritum ſecundæ vxori omnium bonorum burgenſaticorum, & mobilium, exiſtentibus filiis primi matrimonij, an ſubiaceat diſpoſitioni *l. hac edictali, C. de ſecund. nupt.* diſponentis, vt nũ plus relinquatur vitrico vel nouercæ quam vni, ex filiis, aliàs quod excedit habeatur pro non ſcripto, & ob id ſit moderandum. p.657.n.1.& 4
Et quid ſi pater expreſsè prohibeat filio, nè moleſtiam inferat ſuæ vxori, vel filius non confecerit inuentarium. ibid.n.5.6.7
Et quid filiis conſentientibus ſecundis nuptiis. pag. 658.n.8.& 10
Et quid in filiis excluſis à ſucceſſione patris per ſtatutum, vel per dotationem, num tale remedium competat

competat. ibid.n,10.n.13. & p.659.n.27
Et quid ſi vxor grauata ſit alteri reſtituere. pag. 659.n.20
Et quid ſi fiat legatum mulieri, vt diſtribuat inter pauperes, an præſumatur in fraudem legis *hac edictali*. ibid.n.21
Et an Conſtitutio Regni, & conſuetudo Neapolitana excludentes, fœminas præiudicent diſpoſitioni *leg. hac edictali*. p.660.n.31
Legatum num cenſeatur ademptum per alienationem rei legatæ. p.264.n.1
Et an cenſeatur ademptum ſi teſtator exegerit quantitatem ſiuè ſummam legatam. p.265.n.3.& 4
Legatum num minoretur nec veniat, quod aliàs veniſſet, vt magis æqualitas ſeruetur. p.838.n.23
Legatum omnium bonorum mobilium factum à viro vxori, num mobilia comprehendat poſt factum teſtamentum quæſita. p.263.n.7.11.& 15
Legatum omnium librorum alicui factum, num libros comprehendat, quos teſtator poſt conditum teſtamentum acquiſiuit. p.262.n.1.2.& 9
Et quid ſi eſſet factum coniunctæ perſonæ. p.283. num.17
Legatum pecuniæ in monte, vel in aliquo banco repoſitæ, num illam comprehendat, quam poſt factum teſtamentum ibidem teſtator depoſuerit. pag. 262.n.6
Legatum relictum alicui ſi ad monachatum peruenerit, an debeatur ſi legatarius efficiatur tertij Ordinis S. Franciſci. p.216.n.6
Et an illud aſſequatur ſi congregationem ſecularium ingrediatur, in qua collegiatur, & religioſè viuatur. ibid.n.7
Legatum relictum tutori, an cenſeatur relictum contemplatione tutelæ, vt ſi à tutela ceſſauerit, ei non debeatur. p.13.n.25.& p.654.n.1
Et an hoc procedat, dato quod teſtator veriſimiliter legaturus erat, licèt tutorem non conſtituiſſet. ibid.n.2
Et quomodo hoc cognoſci poſſit. ibid.n.4.& 5
Legatum ſi ex fructibus prædij in illo anno per teſtatorem deſignato integrè ſolui non poſſit, ex fructibus ſequentis anni præſtari debet. p.265.n.9
Legatum ſi ſit modale, vt modus deficiat, an & quando debeatur. p.13.n.23.& 24
Legatum Titio factum ſi deindè iubeatur dari alteri, ſed incapaci, an dicatur ademptum Titio. pag. 472.n.9
Legatum vbi vnicum eſt ſufficit ſemel conditionem extitiſſe, ſecus vbi plura. pag.541.n.6.& 19. & p.542.n.26
Legatum vniuerſale omnium bonorum indefinite num bona comprehendat poſt teſtamentum quæſita. p.263.n.14
Lego Titio mille, quæ mihi debet Caius, & lego Titio mille, quæ hæres ſoluet ex ſimili, vel maiori quantitate, quam mihi debet Caius, an differant. p.265.n.5

Legitima.

Legitima agnatus in bonis antiquis in Ciuitate Neapolitana de quo iure debeatur. p.280.n.17
Legitima aſcendentium num hodie aucta ſit ad inſtar legitimæ deſcendentium. p.691.n.22
Et num ſit integra tertia totius hæreditatis, quando vnus ſupereſt aſcendens. ibid.
Et an minuatur talis tertia ex ſuperexiſtentia fratrum conſanguineorum tantum. ibid.n.23
Legitima auiæ maternæ num ſit integra tertia pars totius. p.690.n.19.& pag.691.n.21. & ſeqq.& p.701.n.131
Legitima debetur filio in corpore, nec cogi poteſt, vt illam accipiat in pecunia. p.178.n.6
Legitima an debeatur filio legitimato, ſi fuerit legitimatus ad ſuccedendum patri, ſed non ab inteſtato. p.214.n.8
Legitima debetur cum fructibus à die mortis patris ſuper omnibus bonis in hæreditate remanſis, & etiam ſuper bonis per tertios poſſeſſis. pag.671.n. 24. &p.698.n.100
Et an debeatur intereſſe ſi inſtitutus in legitima ſit in minori ætate. ibid.
Et à quo die debeatur. p.699.n.109
Legitima debita filio num ſit quota bonorum, vel quota aſſis, ſeù hæreditatis. in 1. Reſp. D. Alex. Tartagn. p.997.n.30
Legitima eſt quid vniuerſale augmentum recipiens ex fructibus. p.669.n.9
Et an per legitimam competat petitio hereditatis. p.670.n.11
Et quænam actio competat pro fructibus legitimæ. ibid.n.18
Et vid.ſup.in verb. *fructus legitima.*
Legitima in feudo nouo an ſit tertia totius, vel tertia tertiæ. p.806.n.8
Legitima in taxanda in bonis matris an ſit connumeranda filia dotata, à patre, quæ non poteſt ſuccedere matri, ſtante ſtatuto, quod filia à patre dotata matri non ſuccedat. p.202.n.7
Legitima in taxanda maſculorum, ſiuè paragium fœminarum in patrimonio allodiali, num connumerentur moniales profeſſæ. p.920.n.11
Et quid in taxanda vita, & militia ſuper bonis feudalibus. ibid.
Legitima liberorum num comprehendatur in confiſcatione bonorum paternorum. p.6.n.3
Et quid in crimine hæreſis. ibid.
Legitima ne poſſit à filiis peti, an debeat expreſsè, & ſpecificè renunciari. p.104.n.14
Legitima non eſt debita filiis in vita patris, ſed poſt mortem. p.341.n.3
Et regulariter à die mortis patris vnà cum fructibus, & intereſſe. p.342.n.14 & p.669.n.1
Legitima quanta ſit & infrà quantum tempus à filio ſit petenda. p.362.n.4.7.& 8
Legitima, quæ debetur auiæ in bonis maternis nec minui, nec onerari poteſt, nec anguſtari. pag. 697.n.83
Legitima num ſit quota ſucceſſionis. p.214.n.8. verſ. *Quod clarius.*
Legitimam ſi filius ad ſe de iure ſpectantem à fratre, vel ſorore peteret ex titulo de inofficioſa donatione, vel dote, à quo die debetur cum fructibus, num à die mortis patris, vel interpellationis. p.342.n.14
Et à quo die poſſit ſoror petere à fratre fructus paragij, num ſcilicet à die contracti matrimonij. ibid. num.15
Legitimatus, verbum, quo Papa vtitur in legitimatione alterius, an plenariam legitimationem importet, & legitimatus cenſeatur in ampliſſima forma, quando aliæ clauſulæ non adſunt. p.231.n.4
Legitimæ filiorum num poſſit imponi onus, vel fideicommiſſum. p.177.n.10
Legitimæ in taxatione maſculorum ſiue paragij fœminarum an ſit inter filios connumeranda filia dotata. p.201.n.1.& 5.& p.202.n.8
Et an ſint connumerandi filij, qui ampliſſimè cum iuramento in manibus patris renunciarunt. pag. 202.n.3.8.& 11.p.203.n.15
Et an ſit connumerandus filius, in aliqua Religione profeſſus. p.202.n.6.9.& 10
Et quid ſi monaſterium ſit penitus incapax, vel capax in communi. ibid.n.6.verſ.*Hoc poſito.*

Legitimatio

Legitimatio, & Legitimatus.

Legitimatio eſt alchimia, quæ non mutat vnam ſpeciem in aliam, ſed facit quod vna appareat alia. pag. 672.n.4.& p.673.n.6

Legitimati an ſuccedant in feudo, vel emphyteuſi eccleſiaſtica. p.673.n.9

Et an poſſint eſſe Cardinales. ibid.n.11

Et an veniant appellatione legitimorum, vbi agitur de honore. ibid.n.12

Legitimus aſſimilatur homini baptizato, qui licet baptizetur, non tamen eſt in eadem puritate, in qua erat Adam. ibid.n.8

Legitimatus dicitur homo curatus à vulnere remanente cicatrice. p.672.n.4

Et an adhuc duret in illo infamia facti. ibid.

Legitimatus haud venire dicitur appellatione legitimorum, vbi de alterius agitur præiudicio. pag. 673.n.9

Legitimatus per legitimum num recuſari poſſit in duello. ibid.n.5

Et an differat legitimatus à legitimo, ſicut imago ab eo, cuius eſt imago. ibid.n.6

Et an teneat figuram legitimi, ſed num ſubſtantiam. ibid.n.7

Lex.

Leges concedentes patri exhæredare filium, qui matrimonium contrahit ſine ipſius conſenſu num ſint iuſtæ. p.686.n.11.

Leges generales ſuper perſonis, & rebus eccleſiaſticis ſolum per ſummum Pontificem, & Concilium, ab eo indictum condi poſſunt. p.606.n.4

Leges ipſarum profeſſores non permittunt in paupertate viuere, & in anxietate. p.321.n.5

Legis diſpoſitio in quibuſdam caſibus de per ſe non operatur illud idem, quod operatur coniuncta cum diſpoſitione hominis. p.22.n.8

Legis mens potius num ſit attendenda quàm verba. p.160.n.5

Legis ratio quando magis attendi debeat, quam ipſa lex. p.447.n.11

Legis, vel ſtatuti abrogationem ſi probare volumus per inſtrumenta confecta contrà ipſorum formam, quæ requirantur. p.608.n.18

Lex à quo die liget, num à die publicationis, vel poſt duos menſes. p.606.n.5

Lex ciuilis in foro animæ ſubiacet Canoni. p. 499. num.11

Lex ciuilis, quæ ſuper aliqua fundatur præſumptione, in foro conſcientiæ num ſit attendenda, ſi veritas præſumptioni repugnet. p.18.n.4

Lex dum eſt promulgata, præſumitur vſu recepta. p.607.n.7

Lex eſt quidquid in ratione conſtitit. p.447.n.12

Lex extendi non dicitur ſed comprehendere, quando in vno caſu eadem eſt ratio, ac in alio. pag.314. num.6

Lex generaliter loquens quoſcumque includit, etiam priuilegiatos. p.609.n.22

Lex municipalis cum ſit ſtricti iuris interpretationem non recipit extenſiuam. p.277.n.11

Lex non ſic ſuccurrit, ſicut homo, & quare. pag. 694.n.12

Lex noua declaratoria legis veteris ad præterita non trahitur quando lex antiqua communiter praticata, & obſeruata fuit alio modo. p.608.n.17

Lex noua interpretari debet, ne lædat ius commune, vel tertij. In 1. Reſp. D. Alex. Tartagn. p.1000. num.46

Lex per contrarium vſum quando tollatur. p.607. num.11

Et num tollatur per deſuetudinem dict.n.11.verſ. *Secundo.*

Lex vbi potentiam remouet ab actu, ibi ex traditione non ſuffragatur dominium. p.524.n.5

Lex, vel ſtatutum ſi det certam formam actui à partibus gerendo, cum clauſula annullatoria actus, num talis forma dicatur ſubſtantialis. p.607.n.8

Et an tolli poſſit talis forma per non vſum. ibid.

Lex, vel ſtatutum ſi inteſtatam alicui prohibeat ſucceſſionem, an aliquod ex teſtamento prætendere poſſit. p.280.n.15

Lex vt tollatur per conſuetudinem quatuor concurrere debent. p.607.n.12

Libellus.

Libellus poſt litem conteſtatam in quibus caſibus emendari poſſit. p.710.n.37.& ſeqq.

Liber.

Liber rationum priuati in iudicio productus num fidem faciat pro ſcribente. p.166.n.1.& 2

Et quid in libris Eccleſiarum, Collegiorum. &c. ibid. num.3

Et an faciat fidem contra ſcribentem. ibid.n.6

Liber tutoris num fidem faciat pro ſcribente. ibid. num.4

Libris Aromatariorum in Regno an plena fides ſit adhibenda. ibid.n.5

Libri rationum perſonæ priuatæ ſi petatur exhibitio, & is à quo exhiberi petitur offerat ſe paratum exhibere, an poſſit excipere quod aduerſarius exhibitionem petens caueat de ſtando dicto libro non ſolùm in his, quæ pro ſe faciunt ſed etiam contra. p.267.n.7.8.9.11

Liberalitas.

Liberalitate ſua conuentus, vltra quam facere poteſt non damnatur. p.504.n.10

Libertas.

Libertas ſi propter delictum reuocatur in ſeruitutem, an hæc reuocatio noceat filiis natis tempore libertatis. p.207.n.6

Licentia.

Licentia de iure ſemper debet actum præcedere, nec ſufficit actum poſteà ratificari. p.653.n.12

Licentia Ordinarij in renunciatione, quæ fit per Monialem in actu profeſſionis, etiam requiritur in Monaſteriis exemptis. p.606.n.3.p.607.n.13.& p.652.n.1

Licentia priùs conceſſa vni, ſi deinde concedatur alteri, an teneat. p.573.n.6

Limitata.

Limitata cauſa limitatum producit effectum. pag. 39.n.9

Linea.

Linea emphyteutæ deficiente, poſſeſſio ciuilis domini directi ſtatim trahit ad ſe naturalem, & vtramque in domino conſolidat. p.127.n.13

Lis.

Lis mota infrà legitima tempora præſcriptionem interrumpit, niſi à die litis motæ aliud tempus, ad præſcriptionem ſufficiens, currat. pag.846.n.30. verſ. *Neque tandem.*

Et quomodo per litis conteſtationem actio dicitur perpetuari. dicto verſ. *Neque tandem.*

Lis ſuper iactantia vt impediatur, an dari poſſit aliquod remedium. p.9.n.8

Litigandi iuſtam habens cauſam num excuſetur ab intereſſe. p.199.n.6.& p.231.n.6

Et an excuſetur à pœna expenſarum. p.200.n.7.18 & ſeqq.

Et an poſt litem conteſtatam efficiatur poſſeſſor malæ fidei, & teneatur ad fructuum captorum, & capiendorum reſtitutionem. ibid.n.18

Et an iuſtam habeat quis litigandi cauſam quando articulus

articulos iuris reputatur difficilis, vel adeſt opinionum varietas, vt quæ ſit communis nequeat diſcerni. p.232.n.11

Litium finis earumque dirimendarum cauſa ſatis fauorabilis eſt. p.527.n.3

Littera.

Litteræ commendatitiæ à quo ſint concedendæ. pag. 369.n.3

Litteræ Regiæ directæ Ciuitati Neapolitanæ, eiuſque Electis ſuper gubernio Annonæ commemorantur. p.967.n.33.& ſeqq.

Locatus, Locatarius.

Locata ſi ſit res duobus in ſolidum, ſed diuerſis temporibus, an præferatur ille cui res primò fuit tradita. p.493.n.2.4.5.6

Locatarius, vel tertius ſi oſtendit in incontinenti de iure ſuo, an locum habeat conſuetudo Neapolitana incipiens, *Si eſſet quæſtio.* In Ann. ad Conſ. Neap. verſ. *Vult Gloſſa.* p.997.

Locatio feudi ad longum tempus abſque Regio aſſenſu, an & quando ſit prohibita. p.627.n.9.& 10

Et quid de re dotali. ibid.

Locatio officij an dici poſſit facta cum læſione propter ſuperuenientem vbertatem emolumentorum. pag. 629.n.1

Locatio officij. vid. infr. in verb. *Locationis contractus.*

Locatio prædiorum Ciuitatis ſub pretextu addicamenti infringi non debet. p.660.n.1

Locatio quid ſit. p.621.n.1

Locatio vnica dicitur quando vnico pretio eſt aliquid locatũ, ſub quo plura corpora conſiſtunt. p.378.n.3

Locationis contractus ſi fiat ad longum tempus, num remaneat in puris terminis locationis, vel venditionis, omniaque ei tribuantur, quæ tribuuntur veræ venditioni. p.632.n.6

Locationis contractus officij ad longum tempus an ſuſtineri poſſit abſq; regio beneplacito. p.626.n.1.&7

Et an ex tali locatione cenſeatur tranſlatum vtile dominium. ibid.n.2

Et quid ſi locatio fiat ad certum tempus, durante vita locatoris, an dicatur ad longum tempus. ibid.n.3

Et quid ſi officium eſſet conceſſum alicui ob magna ſeruitia. p.627.n.13

Locationis contractu ius nullum reale transfunditur. p.493.n.3

Locator conductorem, cui per plures annos fundum ſub certa annua penſione locauit, an poſſit antè tempus repellere, & fundum rehabere, ſi fuerit in mora ſoluendi annuam penſionem, adhuc ſi ſpeciali pacto conuentum ſit de non expellendo, durante conditionis tempore. p.337.n.6

Locator fundi ſub annua penſione ducatorum tot, ſoluenda per conductorem ſub hypotheca ſuorum bonorum, num præferatur creditori poſteriori annui cenſus eiuſdem conductoris, concurrenti pro annatis decurſis in bonis eiuſdem conductoris & communis debitoris. p.139.n.1.2.& 5

Locator timens, ne quæſtio dominij ſibi à conductore inferatur, quænam in libello exprimere debeat. p.127.n.10

Locatori an detur actio reſciſſoria ex capite læſionis vltrà dimidiam. p.611.n.2.& 3

Et quid locatione finita. ibid.n.3.& 5

Locumtenens.

Locumtenens Regis propter maximam authoritatem quam habet leges condere poteſt. p.548.n.13

Locumtenens Regiæ Cameræ, eiuſque Præſidentes an præcedant Regentem M. C. V. & Iudices. pag. 720.n.17

Locumtenentes Prothonotarij, & Locothetæ Magiſtri Iuſtitiarij, & Magni Camerarij, mortuis principalibus gerunt officium quod non gererent ſi iuriſdictionem haberent ab ipſis principalibus. p.588. num.6

Locupletior.

Locupletior in dubio non quis præſumatur factus. p.199.n.11

M

Magiſter.

MAGISTRI Actorum. vide ſupra in verbo *Actorum Magiſtri.*

Magiſtri Eccleſiæ. vide infra in verbo *OEconomi.*

Magiſtri Iuſtitiarij officium eſt primum in Regno, & ante officium magni Comeſtabilis. p.588.n.11

Magiſter Iuſtitiarius non eſt ille qui iudicat, vel alius ab eo deputatus, ſed Regens, & Iudices M. C. V. Regio nomine iuſtitiam exercentes. p.588.n.6

Magiſter magnus Iuſtitiarius in Curia Regis morari debet, nec ab ea abſens fieri. ibid.n.12

Et an poſſit cognoſcere de crimine læſæ maieſtatis. ibid.n.13

Et vid. ſupra. in verb. *Iuſtitiarius,* & infr. in verb. *Magnus Magiſter.*

Magiſtratus.

Magiſtratus conſtituendi poteſtas à Rege conceſſa abſque eiuſdem Regis conſenſu exerceri non poteſt ab alio, quàm ab eo, cui ab ipſo Rege communicata eſt. p.176.n.13

Magiſtratus de iure communi pro iudiciariis fideiuſſoribus num teneantur ſubſidiaria actione. pag. 10.n.3

Magna Curia Vicariæ.

Magna Curia Vicariæ contra omnes incidentes in crimen læſæ Maieſtatis procedit, & iuſtitiam facit. p.588.n.14.& 15

Et ex quibus aliis pluribus cauſis cognoſcat. p.589. num.15

Magnæ Curiæ Vicariæ inter cæteras prærogatiuas eſt illa, quod de inſtrumentorum præſentatione cognoſcit. p.589.n.17

Magna Curia Vicariæ num ad inſtar Prætoris Iudex ſit ordinarius, & vniuerſalem habeat iuriſdictionem in toto Regno. p.778.n.15

Et an citentur, & capiantur à Magna Curia omnes in Regno degentes, tam pro cauſis ciuilibus, quàm criminalibus. ibid.n.15

Et an qui prætendit ſe eximi à iuriſdictione M. C. vel ex priuilegio, vel & diſpoſitione *text. in leg.* 1. *C. vbi de crimin. agi oportet, & ex prag.* 2. *ſub tit. vbi de crimine quis conueniri deb.* teneatur perſonaliter comparere in ea, & petere remiſſionem, vel priuilegium allegare. ibid.n.15.& p.779.n.18

Magnæ Curiæ Vicariæ tanta eſt præeminentia, vt non ſolum cognoſcat de omnibus cauſis ordinariis, ſed de omnibus aliis, de quibus ſola Regia Maieſtas, vel eius Vicarius cognoſcit. ibid.n.10

Et an cognoſcat de omnibus appellationibus interiectis à ſententiis quorumcumque Officialium, etiam delegatorum. ibid.n.11

Et an cognoſcat de cauſis feudalibus. ibid.n.12

Magnus Magiſter Iuſtitiarius huius Regni Neap. cur ita denominetur, & an comparetur Prætori Romano, vel Conſuli. p.587.n.2

Et vid. ſup. in verb. *Magiſter.*

Magnus Cancellarius iuriſdictionem non habet, niſi in illos de Collegio. ibid.n.3

Maieſtas.

Maieſtatis Imperialis proprium eſt, conceſſa non auferre. p.320.n.3

Maieſtatus

Maioratus, & Maior.

Maioratus in Conſtitutione licet vocetur maſculus, ſi tamen inſtitutor expreſsè non excludit fœminas, non propterea æſtimandum eſt, excluſas eſſe. pag. 274.n.27

Maioratus in ſucceſſione ſi concurrat maſculus remotior ex fœmina natus, & fœmina proximior ex maſculo orta, vter potior ſit. p.268.n.1.p.274.n.32. & p.275.n.33.& ſeqq.

Maioratus ſucceſſor qui illum meliorauerit, an æſtimationem meliorationum recuperet ſecundum tempus ſolutionis. p.288.n.12

Maior, & dignior num ſit, qui maiorem habet adminiſtrationem. p.721.n.20

Et an id intelligatur de adminiſtratione homogenea ſeù vniformi, vel de heterogenea, vel difformi. ibid.n.14

Maior ille dicitur, & conſequenter præferendus, qui à Principe primò eſt nominatus p.720.n.15

Maior labor cuius eſt, etiam maior prærogatiua. pag. 722.n.31

Maior non reſtituitur, etiam quoad lucrum. p.524.n.45

Maiores aduerſus aditionem hæreditatis ex capite ignorantiæ num ſint reſtituendi. p.210.n.16

Maioribus 25. annis an ſuccurratur beneficio reſtitutionis in integrum ex clauſula generali, *ſi qua mihi:* etiam in contractibus, ſi ſint enormiter læſi. ibid. n.15

Mala fides.

Mala fides emptoris rem facit impræſcriptibilem. p.37.n.65

Et an noceat non ſolùm primo acquirenti, ſed etiam eius hæredibus, ex propria perſona præſcritionem inchoaſſe prætendentibus. ibid.66

Mala multa oriuntur ex matrimoniis, quæ malis artibus contrahuntur. p.285.n.3

Mandatum.

Mandactum factum puellæ à Iudice de non contrahendo matrimonium, dicitur ſpretum, ſi ipſa ſponſalia contraxit. p.276.n.1.& 3

Mandatum habenti generale cum libera adminiſtratione, cenſetur data poteſtas faciendi quidquid ipſe conſtituens facere poſſet. p.868.n.14

Et an idem ſit ac ſi Procurator eſſet conſtitutus ſpecialis. ibid.

Manutentio.

Manutentio num debeatur Eccleſiæ ratione ſolius poſſeſſionis ciuilis ad effectum recuperandi naturalem. p.127.n.14

Manutentio poſſeſſori eſt deneganda, ſi is, qui turbat, Princeps ſit ſupremus. p.242.n.16

Et an hæc concluſio fuerit nunquam practicata in Regno noſtro ob Regiam benignitatem. ibid.verſ. *Eſt tamen verum.*

Marchioniſſa.

Marchioniſſa Torrecuſij D. Victoria magnis afficitur laudibus, eiuſque obitus notatur dies, & ætas. pag. 257.n.10

Eiuſque filij, & Marchiones Torrecuſij ex nobili Caracciolorum proſapia commendantur. ibid.

Margarita.

Margaritæ tranſmiſſæ ſponſæ à conſanguineis ſponſi, an donata cenſeantur. p.158.n.10

Marinus.

Marini de Caramanico Gloſſatoris Conſt. Regni opiniones multum approbantur in Regno. pag. 759.n.12

Maritus.

Mariti quandoque de conſuetudine, & de facto coruſcant radiis vxorum. p.519.n.9

Mariti titulatarum, lite pendente admitti non debent ad dignitates quibus gaudent titulati. p.520.n.11

Maritus num denominari poſſit Marchio ex eo quod vxor in conſtantia matrimonij ſit effecta marchioniſſa, quia ſucceſſit in marchionatu. p.519.n.1

Maritus eſt principalis tanquam caput mulieris, mulierque ipſa eſt acceſſorium. p.519.n.8

Maritus in bonis extra dotem nullam habet adminiſtrationem. p.489.n.12

Maritus in bonis parafernalibus vxoris an habeat adminiſtrationem. ibid.n.5

Maritus in Ciuitate Neap. an teneatur facere vxori donationem propter nuptias, vel ſufficiat conſtituere antefatum. p.52.n.22. verſic. *Et dum.*

Maritus occidens vxorem in adulterio deprehenſam, licet dotem amittat, quam propter adulterium lucratus erat, non tamen prohibetur ſuccedere filiis etiam in dote, quam ab occiſa matre habuerunt. p.314.n.10

Maritus qui dotalem fundum meliorauit, ſoluto matrimonio, num recuperet meliorationes iuxta æſtimationem inſpecto tempore ſoluti matrimonij. p.288.n.17

Maritus qui omnia ſuæ coniugis bona in dotem accepit, an poſſit conueniri ad debita ante matrimonium contracta, quaſi hæres mulieris. p.142.n.3

Et an poſſit fieri exequutio in rebus dotalibus pro quantitate debiti. ibid.n.3

Maritus an reuocare poſſit alienationem rei dotalis, factam à ſe vxoris nomine. p.627.num.11

Maritus ſi donationem facit vxori propter nuptias, tunc eſt ipſi reſtituenda, cum dos reſtituitur vxori. p.51.n.15

Maritus ſi pecuniam pro dote ſibi promiſſa ſe recepiſſe à dotante confeſſus ſit, an & quando pecunia ſic promiſſa adhuc in dotem ſit, & habeatur, ac ſi verè accepiſſet. p.304.n.9.& 14

Et num ſuperſit marito exceptio non numeratæ dotis. ibid.n.10

Maritus ſi poſt longum tempus exiſtentis matrimonij vſuras permiſſas, ſeù dotis intereſſe viuens non petierit hoc ſilentium tacitam operatur remiſſionem. p.306.n.3

Maritus vigore Conſuet. Neap. incip. *Quartam autem, ſub tit. de iure quarta,* ſi mortua prima vxore relictis filiis, quæ per mortem mariti lucrata fuerat antefatum, num proprietas antefati ſit diuidenda inter omnes filios. p.52.n.20

Maritus vxore mortua, ſi erit moroſus in dote retinenda hæredibus mulieris, num teneatur ad intereſſe. p.231.n.1

Maritagium non debetur, niſi ſequutis nuptiis. pag. 537.n.5

Marius.

Marius Giurba Meſſan. reprehenditur. pag.98.n.28

Marmora.

Marmora in alieno fundo quærere domino inuito, & effodere an liceat. p.572.n.2

Et quid ſi quis vellet effodere cum damno, & læſione domini, & non per curricula ſub terra, abſque illius læſione. ibid.n.3

Marmora ſi per curſum annorum mille omnibus fuerunt ignota, num dicantur in dominio eius, ſub cuius fundo reperiuntur, vel potius in bonis nullius, & efficiantur inuentoris. ibid.n.4. verſ. *Præterea marmora.*

Martyres.

Martyrum acta longè ante Pij ſummi Pontificis, ac Cipriani, & Gregorij Thaumaturgi Epiſcoporum tempora, non modo ab Epiſcopis, & Præſulibus, ſed etiam ab infimi ordinis hominibus conſcribebantur.

bantur,& ſtatim, ac paſſi erant, illorum oſſa, & cineres honorificè ſeruabantur, & in ipſorum honorem ſacrificia Deo offerebantur. p.973. n.21. verſ. *Sed longè.*
Et an ſit ſicut fuit olim Romæ, commiſſum Notariis negotium de conſcribendis natalitiis ſanctorum Martyrum, ita fuit impoſitum in aliis Eccleſiis alicui ex eo rum clero, vt quot annis eodem recurrente die in cuiuſlibet ſancti Martyris memoriam Deo offerretur ſacrificium. ibid.n.22
Et vnde prouenit occaſio ſcribendi Martyrologiũ.ib.
Martyrum nomine, vt quot annis ſacrificia celebrarentur Felix primus decreuit. p.974.n.24

Maſculinitas, Maſculinum, & Maſculus.

Maſculinitatis cum qualitate vocatus ſi ſit mortuus relicta filia fœmina, & nullo maſculo, an excludi poſſit prædicta à bonis donatis, vel legatis. p.273. num.23
Maſculinitatis qualitas an cenſeatur conſiderata ex quo teſtator donator grauauit hæredem vel donatarium, vt ipſius nomen & arma deferre debeat. p.271.n.12
Maſculinitatis qualitas num cenſeatur conſiderata, ſi filiorum vocatio fuit relatiua ad ſubſtitutionem filiarum fœminarum. p.272.n.16
Maſculinitatis qualitas in vna parte teſtamenti appoſita an cenſeatur in alia repetita. p.269.n.6. & 7. p.270.n.8. & p.272.n.15
Maſculinum num concipiat fœmininum in odioſis, & odio irrationabili. p.207.n.11.& p.446.n.9
Maſculinum num comprehendat fœmininum,in contractibus,& vltimis voluntatibus. in 1.Reſponſ. D. Alex. Tartagn. p.994.n.5
Et quid in materia in qua fieri debet latiſſima interpretatio. ibid.n.9
Et quid in donatione libera,& pura. ibid. num.10. & 11
Maſculorum vocatio non eſt apta ad inducendum fideicommiſſum in fauorem deſcendentium ex primis maſculis. p.273.n.20
Et quid ſi non ſemel ſed bis ſit repetita maſculinitatis qualitas. ibid.n.21
Maſculus remotior vt fœminam proximiorem à maioratus ſucceſſione excludere poſſit, quæ requirantur. p.275.n.36.& 37
Maſculus à ſucceſſione feudi tunc excludit fœminam de iure Regni, quando ſunt in pari gradu,aliàs ſecus. in 1.Reſponſ.D.Alex.Tartag. p.996.n.12

Mater.

Mater an excludet auum paternum à ſucceſſione filij etiam in bonis, illi per eum donatis. pag.700. n.119
Mater filios habens de bonis ſibi ab agnatis, & cognatis obuentis, an poſſit diſponere niſi de decima parte tantum, iure conſuetudinis Ciuitatis. p.277. num.8
Mater inſtituendo filium hæredem, num poſſit maritum priuare bonorum adminiſtratione, & per conſequens vſufructu. p.277.n.1.2.& 5
Et an prohibita adminiſtratione prohibitus cenſeatur vſusfructus. ibid.n.3
Et an poſſit patrem priuare vſufructu bonorum dotalium, etiam reſpectu legitimæ, filiis iure naturæ debitæ. ibid.n.7.& 10
Mater per ſubſtitutionem pupillarem à filio factam an, & quando à legitima excludatur in Ciuitate Neapolitana. p.278.n.1.2.3. & p.279. num.4.5. & 12
Et quid ſi bona non ſint à patre quæſita, ſed à maio-

ribus obuenta, & ſic antiqua. p.278.n.3
Mater an poſſit, tam inter viuos, quam in vltima voluntate plus donare filiis prioris matrimonij, quam ſecundi. p.54.n.5.& 6
Et an quod dicimus in matre procedat in diſpoſitione facta à patre. ibid.n.5
Et an id etiam procedat ex diſpoſitione conſuetudinum Ciuitatis Neapolitanæ. ibid.n.6
Mater quæ infra annum tutorem non petiit filiis illorum priuatur ſucceſſione, niſi ſit minor.p.591.n.2. verſ. *Tanto magis.*
Et quid ſi eſſet minor tempore mortis mariti,& maior effecta non adimpleuerit. ibid. verſ. *Tanto magis*; & verſ. *Et licet.*
Mater an ſicut excludit agnatos, cum filio ſuccedit ab inteſtato, ita pariter ſi ſuccedat ex teſtamento,illos excludat de medietate, quæ vigore Conſuet. Neapolit. illis debetur. in Annotat. ad Conſuet. Neap. verſ. *Nota verbum.* p.994
Mater ſi vigore ſtatuti non ſuccedat filio morienti ſuperſtitibus ſibi fratribus carnalibus, an ſuccedere poſſit, ſi filius fecerit teſtamentum, & fratre præterito, extraneum non indignum fecerit hæredem. p.280.n.14
Mater an ſuccedat filio,& filius matri de Iure Longobardo. in Annotat. ad Conſuetud. Neapol. verſic. *Vidimus.* p.990
Et an admittatur ad luctuoſam filij hereditatem ex naturali æquitate non ſcripta per illud ius. ibid. verſic. *Vidimus.*
Mater tutrix filiorum immunis non eſt à confectione inuentarij. p.30.n.15
Matre decedente ſuperſtitibus filio maſculo, ex vno matrimonio, & alia fœmina ex alio, an maſculus fœminam excludat. p.440.n.8
Et quid de Iure Conſtitutionis Regni. p.441.n.19. & 20
Matris renunciantis ſuperexiſtentia an noceat filiis, ex propria perſona cum ſobrinis, quin communi auo ſuccedere poſſint. p.911.n.24
Et quid ſi mater renunciaſſet fauore maſculorum, ex linea maſculina deſcendentium. ibid.n.25
Et quid ſi renunciaſſet, quia dotem receperat. ibid. num.28
Matri tutrici filiorum, repetenti ſuas dotes, an obſtet exceptio computorum non redditorum. p.879. n.5.& 6
Et quid ſi renunciauerit omni legum auxilio, vel appareat liquida debitrix occaſione adminiſtrationis. ibid.n.7
Et declaratur deciſ. de Franch. 642. pag. 881. num.21. & 22

Matrimonium.

Matrimonia eſſe publicè, & taliter celebranda Iure Regni ſancitum eſt per Regem Robertum. p.286. num.9
Matrimonia, quæ contrahuntur in hac Ciuitate ſecundum vſum nobilium Platearum Capuanæ, & Nidi vulgariter dicta *Alla noua maniera*, excludunt parentes à ſucceſione filiorum. pag. 347. num.1
Matrimonia, quæ inuitis parentibus contrahuntur, an teneatur Iudex Eccleſiaſticus non ſolum ex obligatione correctionis fraternæ, ſed ex proprio Paſtoralis officio diſſuadere. p.286.n.5
Matrimonij eſſentia in quo conſiſtat. pag. 285. num.2
Matrimonio prohibito, an cenſeantur prohibita ſponſalia. p.276.n.2
Matrimonio qui vtitur nec largè, nec ſtrictè dicitur religioſus. p.809.n.9

Matrimonium celebrare cum aliorum ſcandalo malum eſt. p.286.n.8
Matrimonium contrahere abſque parentum authoritate, eſt contra ciuilem, & naturalem rationem. ibid.n.10
Matrimonium furtim ac malis artibus ſi quis contraxerit, nullo præcedente patris, vel matris conſenſu, an pœna aliqua puniri poſſit Principis ſecularis arbitrio. p.285.n.8
Matrimonium iure communi attento an legitimè dicatur contractum eo ipſo quod vir, & mulier promittant, quod ab eo tempore ſe pro coniugibus habebunt. p.283.n.1
Et quid attenta diſpoſitione Sac.Conc.Trid. ibid.n.2
Matrimonium operatur, vt vir,& mulier vnum corpus efficiantur. p.507.n.3
Matrimonij quod inter fideles contrahitur abſque parentum conſenſu num author ſit diabolus, non verò Deus. p.286.n.5
Matrimonium, vt legitimè dicatur contractum ſufficit Parochi præſentia, licet ipſe diſſentiat. p.283.n.4
Et an dicatur legitimè contractum, iure tamen communi attento, ſi ſcriptura aliqua mediante vir, & mulier declarauerint, quod inuicem matrimonium contrahunt. p.284.n.5.& ſeqq.

Medicus

Medicus cui à Principe, vel communitate certum annuum fuit conſtitutum ſalarium, an illud poſſit conſequi, ſi nemo ex ciuibus in morbum inciderit, & per hoc non inſeruiuit. p.21.n.3
Et an Medico ſit ſoluendum ſalarium ratione laboris. ibid.n.4

Medietas.

Medietas bonorum antiquorum in Ciuitate Neapolitana, an ſpectet ad proximiores agnatos iure hæreditario, an potius ex prouidentia conſuetudinis. p.134.n.5
Et an agnatus poſſit capere poſſeſſionem dictæ medietatis propria authoritate. ibid.n.7

Meliorans, & Melioratio.

Melioranti feudum, ac condemnato ad illud relaxandum, an liceat illud retinere donec meliorationes ei ſoluantur. p.47.n.32
Meliorationes factas in feudo an cogatur Dominus præcisè ſoluere. p.290.n.5
Et num ſit in electione Domini, vel eas ſoluere, vel pati quod tollantur. p.291.n.6.15.& 16
Meliorationes factæ in feudo num ſortiantur feudi naturam,& ſpectent ad Dominum reuerſo feudo, & linea finita. p.958.n.34.& 35
Et quid ſi melioratum ſit inſeparabile à feudo. ibid. num.34
Meliorationes factæ in feudo per eius emptorem condemnatum ad illud venditori relaxandum, num ſint præcisè ſoluendæ per venditorem, qui feudum recuperauit, vel poſſit dicere, quod remaneant ad commodum meliorantis p.289.n.1
Meliorationes factæ in feudo ſunt hæredi vaſſalli ſoluendæ, feudo ad Dominum reuerſo ob lineam finitam. p.373.n.6.& 7
Meliorationes omnes factæ in feudo per feudatarium, eo defuncto ſpectant ad hæredem in allodio. p.47. n.27.& 28
Meliorationes in feudo factæ ſi inſeparabiles ſint à feudo, defuncto feudatario meliorante cum duobus hæredibus, vno ſcilicet in feudo,& altero in allodio, num illarum æſtimatio ad hæredem ſpectet in allodio. p.286.n.1
Et quodnam tempus in æſtimatione facienda ſit inſpiciendum, num præteritum meliorationis factæ, quantum ſcilicet in meliorando expenſum ſit, an verò præſens, quanti ſcilicet meliorationes æſtimantur. p.287.n.2.& ſeqq.n.9.p.288.n.11.& 16. & p.290.n.9
Et quid in meliorationibus factis in prædio ruſtico, vel Vrbano. p.287.n.5
Meliorationes neceſſariæ, & vtiles quæ ſint. p. 290. n. 3. & 4.
Et quænam ſint vtiles. ibid.n.4
Meliorationum exceptio. vid.ſup.in verbo *Exceptio.*

Mens.

Mens in qualibet diſpoſitione potius eſt attendenda, quam verborum vis, & natura. p.216.n.8

Metus.

Metus illatus conſanguineis clerici an cenſeatur illatus ipſi clerico. p.167.n.2
Metus reuerentialis num cadat in nurus reſpectu ſoceri. p.936.n.5.verſ. *Et in nuru.*
Metus ſolum reuerentialis num præſumatur in omni contractu geſto per filiumfamilias in beneficium patris. p.811.n.17
Metus reuerentialis num ſatis ſit ad teſtamentum annullandum. p.936.n.2
Et num ſufficiat ſola reuerentia, abſque minis, & verberibus. ibid.n.4.& 6
Metus reuerentialis num ſufficiat ad annullandum contractum quoties cum metu concurrit læſio, non probatis minis,& abſque alia coniectura. p.812.n.4

Miles.

Miles actu inſeruiens, vel ad inſeruiendum paratus, an gaudeat fori priuilegio in cauſis ciuilibus tantum, & criminalibus militaribus, ſecus in aliis delictis ſignanter grauibus. p.293.n.10
Et an in Regno noſtro omnes milites Hiſpani equeſtris,& pedeſtris militiæ, ac ſtipendiarij Regiæ Maieſtatis ſubſint in omnibus cauſis ciuilibus,& criminalibus Regio generali exercitus Auditori. ib.n.11
Miles captus ab hoſtibus dum redit, num poſſit habere ſalarium pro tempore captiuitatis. p.330.n.10
Miles decedere an poſſit pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, & prohibere ius accreſcendi. in 1. Reſponſ.D.Alex.Tartag. p.998.n.38
Miles dum ſe militiæ aſcribit, perpetua ſeruitute ligatur. p.291.n.1
Et an multa mala in bello patiantur milites. ibid.n.2
Et quibus ex cauſis milites dimitti poſſint. ibid.n.3
Miles in acie Belli poteſt ſine teſtibus, immo in gladio, & vagina ſcribere teſtamentum. ibid.n.7
Et an ſufficiat quod ſit in tentorio, vel in loco hoſtili. ibid.n.7
Et an valeat teſtamentum ſi miles ſuperuixerit, vel ſufficiat quod ſit conditum iure naturali. ibid.n.8
Miles veteranus, qui honeſtam, vel cauſalem obtinuit dimiſſionem, an gaudere debeat priuilegiis militibus conceſſis, itaut ad munera perſonalia, & realia non teneatur, ſoriique priuilegio potiri valeat. pag. 292.n.4.7.& p.293.n.9
Miles veteranus quis dicatur. ibid.n.5.& 8
Milites actu militantes dicuntur abſentes Reip. cauſa. p.164.n.2
Milites, & exercitus Officiales ſi furta committãt quæ dicuntur *Di ſtrada publica:* & arnationes per campaneam, num cognitio ſpectet ad Officiales ordinarios locorum. p.294.n.14
Milites hoſpitandi onus connumeratur inter onera patrimonialia. p.667.n.2
Milites propter eorum ſimplicitatem teſtamentum condere poſſunt quando velint, & quando poſſunt. p.664.n.1.& 2
Et an teneãtur filios inſtituere, vel exhæredare. ib.n.3
Et an in teſtamento militis attendatur ius gentium tantum. ibid.n.4

Et

Et an poſſit decedere pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus. ibid.n.6
Et an in illius teſtamento requiratur Scriptura. p.665.n.11
Milites qui dicuntur *le piazze morte*, an tractari debeant prout tractantur vulgo dicti *intertenuti* S. Cathol. Maieſt. p.293.n.3

Miniſtri.

Miniſtri ſimpliciter ad aliquem actum deputati, an obligentur. p.637.n.16.& 17
Et quid in negotiorum geſtoribus, quibus conceſſa generalis negotiorum adminiſtratio. ibid.n.16

Minor.

Minor curatorem habens, ſi abſque eius authoritate contraxerit, ſed decreto Iudicis, an contractus validus ſit cenſendus. p.296.n.1
Minor curatorem habens, ſi cum iuramento contraxerit, an reſtitutionem in integrum habebit. p.246. n.14.& 15
Et quid ſi contraxerit cum iuramento. ibid.n.3
Minor donare num poſſit. p.295.n.16
Minor ætatis annorum 12. pro graui delicto num puniri poſſit pœna ordinaria. p.350.n.1.& 3
Minor ætas in grauibus delictis an à pœna ordinaria excuſet. p.350.n.2.p.351.n.8
Et quid in grauiſſimis. ibid.n.3.& 4
Minor factus maior quando cenſeatur alienationem rei ſuæ ratificaſſe. p.355.n.48.& p.356.n.58
Et an hæc procedant in alienatione facta per ipſum pupillum, vel minorem, vel per curatorem, aut tutorem, ſecus ſi per iudicem. p.355.n.50
Et an hæc procedant de Iure Canonico. ibid.n.51
Et an locum habeat ſolùm quando venditio caret decreto. ibid.n.53
Vel quando duplici vitio laborat, nempe nullitatis, & læſionis. ibid.n.54
Minor factus maior ſi infra quinquennium alienationem rei ſuæ factam non ſeruatis ſeruandis non impugnauerit an de cætero audiatur. p.355.n.47
Et a quo tempore currere incipiat quinquennium, tacitam producens ratificationem. ibid.n.55
Et an computandum ſit à die ſcientiæ. ibid.n.56
Minor in crimine læſæ Maieſtatis non excuſatur. p.351.n.9
Minor maior effectus num poſſit donationem reſcindere à ſe factam tempore minoris ætatis, & iuramento roboratam. p.294.n.1.& p.295.n.6
Et an peritus ſit cenſendus ſi abſolutione non obtenta agere cœperit. ibid.n.1
Minor num poſſit clericum præſentare in beneficio quod eſt de ſuo Iure Patronatus. q.297.n.7
Minor num prodigo æquiparetur. p.296.n.5
Minor promittens, & ſine cauſa ſe obligans potius errare cenſetur, & promiſiſſe per ſimplicitatem, quam ex mera liberalitate, & animo donandi. p.295.n.14
Minor renuncians beneficium, ſi ſe pœniteat, an & quando ad illud reſtituatur. p.592.n.17.& ſeqq.
Et quid in caſu ſpiritualitatis. ibid.num.21.verſ. *Nam mouentur.*
Minor lapſu temporis, in pacto de retrouendendo adiecti non reſtituitur, niſi ignorantia concurrat. p.319.n.5
Minor haud reſtituitur in iure quia minor, ſed quia læſionem paſſus eſt. p.904.n.8
Minor ſi rem vendat venditionemque ſolenni firmet iuramento, an contractus ſit validus. p.36.n.59
Minor ſi vendat rem alienari prohibitam, tum à lege, tum ab homine, an venditionem reuocare poſſit omni tempore. ibid.n.59.& 60
Minor ſumma ineſt maiori propriè, & verè. p.539. num.2
Minori alienanti cum decreto iudicis an, & quando concedi poſſit reſtitutio in integrum, decreto non obſtante. p.245.n.11
Minori an currat tempus in præſcriptionibus quæ lactum excludunt. p.246.n.20
Et an ſubintret his caſibus reſtitutionis beneficium. p.247.n.21
Et quid ſi ex ſolo temporis lapſu minor læſus ſit. ibid.n.22
Minori 18. annis num fori competat priuilegium. p.116.n.2.& p.117.n.1
Et quid ſi minor ſub patria poteſtate ſit conſtitutus. ibid.n.3
Et quid ſi patrem habeat inutilem. ibid.
Minori ſi ſit actor num ſit reſtitutio concedenda, ſi læſionem non probauerit. p.247.n.25
Minoris iuramentum vide ſupr. in verb. *Iuramentum.*
Minoris rem ad alienandam vndecim neceſſaria ſunt. p.294.n.2
Minoribus num currat tempus in ſtatuto contentum, in his, quæ illis damnum afferunt. pag. 791.n.3
Et quid vbi de lucro tractatur. ibid.
Et an hoc caſu reſtituantur in integrum. ibidem, num.4.5.7.& 9

Miſerabilis.

Miſerabilis ſi miſerabilem in Curia Principis conueniat. Vid.infr. in verb. *Priuilegiatus.*

Modeſtinus.

Modeſtinus Iuriſconſ. quo tempore floruit. p.892. num.82

Monachus.

Monachus effectus Epiſcopus an poſſit reſcindere renunciationem factam ad beneficium ſuorum, ante Religionis ingreſſum. pag.114.num.18. & verſ. *Verum.* & p.374.n.5
Et an recuperet locum in Collegio, qui tempore quo in Religione viuebat, per alium fuit occupatus. p.374.n.6
Monachus profeſſus in Religione bonorum incapaci, ſi ex diſpenſatione ſummi Pontificis ad Religionem capacem tranſitum fecit, num recuperabit bona, quæ in ſæculo poſſidebat, & per eius profeſſionem proximioribus fuerunt quæſita. p.114.n.17
Monachus. vid. infr. in verb. *Religioſus.*

Monaſterium.

Monaſterium in Ciuitate Neapolitana ex perſona Monachi, vel Monialis num admittatur ad medietatem bonorum antiquorum conſuetudinis beneficio. p.849.n.24
Monaſterium an, & quando ſubſtitutum excludat, cùm hæres à teſtatore ſit grauatus de hæreditate reſtituenda ſubſtituto, ſi ſine liberis deceſſerit, illud ingrediatur. p.940.n.15
Monaſterium ſi ſit ſubſtitutum in caſu quo filius non naſcitur, vel ſi naſcatur, & in pupillari ætate decedat eo demum naſcente & moriente in vita teſtatoris, nullo mutato teſtamento, an admitti debeat ex vulgari expreſſa. pag.815.n.9. p.816. n.17.& p.817.n.18.& 19

Moniales.

Moniales Deo viuere, & mundo prorſus mori dicuntur. p.847.n.5
Moniales retinere an poſſint propriam ſubſtantiam, & remanere in propria domo cum licentia Epiſcopi, dummodo profiteantur regulam approbatam. p.809.n.10
Et quid ſit profeſſio ſolemnis in monialibus. ibid. num.11
Moniales ſi transferantur de vno ad aliud monaſterium, eiuſdem Ordinis, Religionis, & Regulæ, ac ſub obſeruantia primi inſtituti, & ſub ſtrictiori vita) an ſimiliter transferantur bona acquiſita primo

Monaſterio, vel ſint diuidenda inter primum & ſecundum arbitrio Prælati. p.812.n.2

Et an proprietas debeat manere in primo, vſusfructus vero in ſecundo. ibid. n.3

Et quid in dote data per monialem tempore profeſſionis, tranſeundo ad aliud monaſterium, an portet dotem prædictam. ibidem, num.4. & p.813. n.5. & ſeqq.

Et quid ſi tranſitus fiat ob publicam vtilitatem, vel valde magnam cum authoritate Prælati, vel ſummus Pontifex aut Sacra Congregatio iubeat quod bona tranſeant. ibid.n.8

Et quid ſi tranſitus fiat in monaſterium ſtrictioris vitæ & cum licentia Prælati. ibid.n.11

Et quid ſi ſecundum Monaſterium non ſit de Iure Regij Patronatus ſicut primum. p.814.n.17

Moniales Tertiariæ in propriis domibus viuentes non comprehenduntur in Bullis Pij V. & Gregor.XIII. circa clauſuram. p.810.n.19

Moniales tertij Ordinis Sancti Franciſci an gaudeant priuilegio fori. p.808.n.1.& p.809.n.12

Monialis ſi profeſſionem emiſerit tempore grauiſſimæ infirmitatis ex qua mortua eſt, an poſſit monaſterium in bonis paternis & maternis ſic profeſſæ legitimam petere portionem illi competentem. p.68. n.1.p.297.n.9. & p.298.n.10

Monialis Tertiaria decedens ſine electione ſepulturæ, quo in loco debeat ſepeliri. pag.811.num.20. verſ. *Poſtremo.*

Et in qua ætate poſſit recipi, & quando,& an abſtinere debeat à ſubcanno. d.verſic. *Poſtremo.*

Mora.

Mora contrahitur ipſo iure fauore minoris ætatis. p.671.n.23

Mora irregularis, & regularis quando dicantur, & quænam excuſet ab intereſſe. p.619.aliàs 617.n.9

Mora regularis conſtituitur per interpellationem Iudicis,& eius loco debetur intereſſe. p.699.n.104

Mora num ſubintret, vbi quis ignoret, quod ſoluere debet,ad effectum vt debeatur intereſſe.p.231.n.9. & p.233.n.6

Mora vbi nulla contrahitur, ibi nullum debetur intereſſe. p.231.n.5.& p.232.n.1

Moram ad inducendam per lapſum diei,nulla requiritur interpellatio hominis. p.698.n.99

Moram ad purgandam conceduntur à iure ſex menſes. p.869.n.30

Moræ purgatio num admittatur in præſtatione iuramenti fidelitatis. p.713.n.17

Et quid in Regno noſtro Neapolitano. ibid.

Mortuus.

Mortuum audire in iudicio, ſatis monſtruoſum eſt. p.7.n.12

Mulcta.

Mulcta,& pœna in quo differant. p.566.n.2.& 3

Mulier.

Mulier anterior in dote, cenſetur pariter anterior pro vſuris,quamuis ex mora debitis. p.343.n.24

Mulier coniugata, bona habere poteſt triplici generis, & quæ. p.488.n.4.& p.489.n.8

Mulier ex matrimonio ſubſequuto, & dote recepta num præſumatur notitiam habuiſſe ex contentis in capitulis matrimonialibus. p.406.n.14

Mulier expreſſam, vel tacitam habens hypothecam tam pro dote,quam pro antefato,præfertur habenti ſimiliter tacitam, tantum pro dote, & non pro antefato. p.41.n.20

Mulier extera nupta tamen Neapolitano,ſi per pactum adſtringitur ſeruare conſuetudinem huius Ciuitatis Neapolitanæ incip. *Si qua moriens*, num poſſit libere diſponere de bonis extra territorium. p.132. n.10.& p.133.n.16

Mulier forenſis, ſiue extera, nubendo cum Neapolitano num efficiatur vera Ciuis Neapolitana,adeò,vt ligetur conſuetudinibus, eo modo & vinculo, quibus ligatur mulier in eadem Ciuitate nata. p.132. num.13

Mulier forenſis, & nupta cum forenſi in loco etiam extero, num poſſit ſe per pactum ſubmittere Conſuetudini Neapolitanæ circa diſpoſitionem de bonis antiquis. p.131.n.17

Mulier forum ſortitur,& conditionem viri. p.519.n.4

Mulier habens filios ex primo matrimonio, ſi nubat ſecundo, & huic ſecundo viro det omnia bona in dotem, atque ex eo habeat etiam filios, deinde decedat relictis prædictis filiis, primi ſcilicet,& ſecundi matrimonij,quinam erint potiores, num primi,vel ſecundi,aut omnes concurrent.In Annot. ad Conſuet.Neap.verſ. *Item plures.* p.990

Mulier haud reſtituitur aduerſus ſententiam Sacri Conſilij, ſed bene ad vberius probandum, ſi probare omiſit, quod ſibi incumbebat p.932.n.1

Mulier ignobilis nobilitatur ex perſona mariti nobilis, illumque honorem poſt mariti mortem retinebit,donec tamen in viduitate permàſerit.p.507.n.9

Mulier illuſtris, nupta cum non illuſtri, dignitatem amittit. p.519.n.2

Mulier in Regno Neapolitano etiam cum iuramento nulliter contrahit. p.490.n.3

Mulier in Regno Neapolitano ſe obligans non iuuatur Velleiano,ſi in obligatione interuenerit diſpenſatio Collateralis Conſilij. p.486.n.5

Mulier integrum lucratur antefatum, etiam dote non ſoluta,ſi maritus ſe dotem recepiſſe confeſſus fuerit. p.304.n.15.& p.305.n.16

Et num in antefato mulier appelletur vſufructuaria. p.58.n.5.& 7

Mulier mortuo marito, pro ſuarum dotium recuperatione, an poſſit propria authoritate ingredi, & capere poſſeſſionem bonorum ipſius mariti, poſt eius mortem remanſorum, ratione hypothecæ ſuper eiuſdem bonis contractæ cum conſtituto, & precario. p.306.n.2.& ſeqq.p.307

Et quid ſi mulier ſimplicem haberet hypothecam, ſine conſtituto, & precario. p.307.n.4

Et num id procedat pro omnibus iuribus dotalibus, & etiam pro paraphernalibus, ac etiam pro legatis à viro factis.& pariter pro augmento. ibid.n.6

Mulier Neapolitana filios habens, iure conſuetudinario Ciuitatis ex bonis antiquis diſponere tantum poteſt de decima parte,in reliquis verò nouem, os habet clauſum. pag.132.num.6.verſ. *Item ſi legimus.*

Et quid ſi diſponat de omnibus, num in nouem partibus, iure prædicto ſuccedatur ab inteſtato, viaque aperiatur taliter ſuccedendi. p.849.n.18

Mulier nullo iure prohibetur, vt pro ſuis neceſſitatibus ſe obligare non poſſit. p.486.n.6.& 7

Mulier Neapolitana filios habens ex conſuetudine Ciuitatis non poteſt vltra decimam partem ſuarum dotium diſponere, etiam ad cauſas pias. p.18.n.3

Mulier ob viri vergentiam ad inopiam, poteſt pro eius dotibus, & antefato ſe aſſecurari facere ſuper bonis eiuſdem met viri. p.307.n.1

Et an hoc caſu creditoribus viri competat ius offerendi. p.308.n.2

Et num poſſit petere prædictam aſſecurationem ſuper vno corpore maioris æſtimationis, reſpuendo corpora minoris æſtimationis, quæ ſufficerent pro dotis, & antefati ſecuritate, offerendo ſupplementum iuſti pretij creditoribus repugnantibus, ipſique offerentibus. p.308.n.3.& ſeqq.

Et quomodo appretientur bona viri, vxore petente aſſecurationem, ſuper bonis eiuſdem. ibid.n.9

Mulierum

Mulier an poſſit in qualibet re mariti petere quartam ſibi conſtitutam à viro, in caſu quo ipſum præmori contigerit;ſi maritus præmoriatur inſtituto hærede vniuerſali,cum poſſit hæres in vna re illam ſoluere. In Annot.ad Conſuet. Neap.verſ. *Quaeritur talis.* p.991

Et an primò detrahatur quarta de bonis viri, vel poſtea dos, an verò è contra, verſ. *Sed quid erit.* ibid.

Et vide infra in verb. *Uxor.*

Mulier pro alio intercedens,Velleiani beneficio iuuatur, ſecus verò ſi rem propriam alteri donauerit. p.490.n.1

Mulier propter oſculum medietatem lucratur antephati,& aliam medietatem propter copulam.in Annot. ad Conſ.Neap. verſ. *Item quia.* p.995

Mulier quando poſſit petere antefatum. vid. ſupra in verb. *Antephatum.*

Mulier quæ tranſiuit ad ſecunda vota, an ſuccedat pleno iure in bonis prædefuncti filij, quæ illi ex alterius ſucceſſione obuenerunt. p.400.n.15

Mulier, quæ vicem duorum gerit, nempe hæredis debitoris, cui fuit à teſtatore factum fideicommiſſum, & creditricis pro ſuis dotibus, an poſſit bona libera retinere in perniciem creditorum,& bona vinculata conſequi. p.213.n.13.& 16

Mulier ſe obligans particulariter pro re ad ſe ſpectante Velleiani beneficio non ſuccuritur. p.485.n.1

Et quid ſi in contractu vir interueniens pro vxore fideiuberet. ibid.n.2

Mulier ſi contemplatione matrimonij donauerit alicui, vel ceſſerit aliquam hæreditatem ſibi delatam, mediante donatione per albaranum facta cum promiſſione eam ratificandi per inſtrumentum publicum, an dictæ donationi, ſeu ceſſioni ſtare compellatur. p.490.n.2.6.10.& p.491.n.11

Mulier ſi vigore ſtatuti prohibeatur ſe obligare abſque quadam ſolemnitate,ſi ad euitandam ſolemnitatem prædictam extra territorium ſe obliget,an nulla ſit obligatio. p.255.n.7

Mulier ſoluto matrimonio per mortem viri num agere poſſit pro dotis promiſſæ recuperatione abſque hæredum viri ceſſione. p.299.n.1,2.6.7.& p.300. n.12.& 13

Et quid ſi conuentus non eſſet hæres dotantis, ſed feudorum refutatarius. ibid.n.1

Mulier ſoluto matrimonio per mortem viri an poſſit agere contra illius heredes pro reſtitutione dotis, quam vir mediante publico inſtrumento recepiſſe confeſſus eſt. p.53.n.1

Et quid ſequuto inſtrumento mutui, & conſtituto antephato. ibid.n.2.3.4.& 5

Mulier ſoluto matrimonio an poſſit antephatum ſibi conſtitutũ petere in pecunia contanti ab hæredibus viri,offerẽdo cautionẽ de ea reſtituenda poſt mortẽ, ſi illi ſe offerant ſingulis annis præſtare vſuras,vel id ſit in electione hæredũ. p.57.n.3.& p.58.n 9.& 10

Et quid in Ciuitate Neapolitana attenta conſuetudine, quæ incipit *Quartam autem.* p.57.n.4

Et quid de Iure Communi,vel Regni. 58.n.5

Mulier ſoluto matrimonio ſi per longum tempus in viduitate permanſerit,& promiſſas vſuras, & dotis intereſſe non petierit, ea defuncta ipſius hæredes petere num poſſint. p.306.n.1.2.3.& 4

Et quid ſi viuens in iudicio comparuit, & vſuras petiit. ibid.n.4

Mulier tenetur præciſè reſpondere, ſi intendat vti omnibus teſtibus examinatis in cauſa, licet per eius reſponſionem nullum fiat præiudicium priuilegio exemptionis in fauorem mulierum per Pragmaticam introducto.inter Decr.Io.Ang.Piſan. verſ. *Die 25. Septembris.* p.991

Mulier Velleiano haud iuuatur,ſi pro aliqua dotanda ſe obligauit. p.488.n.1

Idemque ſi pro dote reſtituenda. ibid.n.2

Mulier vidua ſi ſponſalia contraxerit intra annum luctus,an ſubiiciatur pœnis Iure Ciuili inductis.pag. 276.n.1. verſic. *Sed hac.*

Mulier virum habens,ſi eo inſcio pro aliqua dotanda ſe obligauit die ſolutionis cedente,num poſſit exequi ſuper bonis dotalibus. p.488.n.3.& p.489. num.9

Et quid ſuper bonis extra dotem. ibid.n.11

Mulier vt validè ſe obliget in caſibus, in quibus ſe obligare poteſt,inſtrumentum publicum requiritur. p.490.n.4

Mulieri abſenti in dote pro ea conſtituenda,an quæratur ius perfectè,vt ſi deindè ſolui non poſſit matrimonium,poſſit per patrem dos diminui.p.299.n.10

Mulierum contractus,vide ſupra in verb. *Contractus.*

Multa, & multitudo.

Multa facta tenent, quæ fieri prohibentur. p.547.n.3

Multitudo numeroſa nihil habet honeſtum. p.538. num.4

Mundius.

Mundius ſi ſit extraneus de iure Longobardorum,omnes agnatos à ſucceſſione excludit, exceptis, patre, filiis,& ſororibus.In Annotat.ad Conſuet. Neapol. verſic. *Item mundius.* p.990

Mundus.

Mundus, à quo tempore fuerit conditus. vid.infrà in verb.*Vulpianus.*

Munus.

Munera facta per Principes Ambaſciatoribus, an acquirantur ipſis,vel Principibus à quibus miſſi ſunt. p.158.n.12.

Munus vniforme quod ſingulis annis ſoluit vniuerſitas nouo Baroni, an veniat in reſtitutione feudi alienatione reuocata. p.183.n.9

Municipes.

Municipes appellantur quaſi muneris participes recepti in Ciuitatem. p.804.n.18.& 19

Et an in ſtricta ſignificatione propriæ ciuitatis ciues ſignificantur. ibid.n.18

Et multa de Municipibus vrbis Romæ. ibid. n. 2. & ſeq.

Mutanda.

Mutanda minimè ſunt,quæ certam ſemper habuerunt interpetrationem. p.539.n.9

Et mutanda minimè ſunt, quæ longiſſimo fuerunt tempore obſeruata. p.674.n.12

Mutui.

Mutui inſtrumentum ex dotibus dependens eadem dotis iura,ac priuilegia idéticè retinet. p.344.n.35

N

Napodanus.

NAPODANVS commentator conſuetudinum Neapolitanarum commendatur. p.513.n.15

Naſci, & Natus.

Naſci in Ciuitate prima felicitas eſt. p.312.n.3

Nati ante patris deportationem, an faciant conditionem deficere *ſi ſine liberis deceſſerit.* p.207.n.5

Nati in vita teſtatoris num præferantur in ſucceſſione fideicommiſſi natis poſt mortem, quando proximiores de familia vocati ſunt. p.361.n.6.& 7

Et quid ſi omnes per nomen appellatiuum explicari poſſunt. Ibid.

Nati poſt ordinatum fideicommiſſum num concurrere poſſint cum proximioribus de familia vocatis. p.360.n.1.2.& 3

Natus vel conceptus antequam Adam Dei præceptum tranſgreſſus eſſet, peccatum originis non contraxiſſet. p.207.n.4

Naturalis.

Naturales non veniunt coniunctorum appellatione. p.946.n.10

Naturales conſanguinitatis iura non habent, nec ſub noſtro ſtatuto de compromittendo cauſas inter coniunctos comprehenduntur. p.946.n.11

Naturalis filius. Vide *Filius naturalis.*

Naturalis filius an & in quo ſuccedat patri ab inteſtato decedenti. p.132.n.7

Neapolitanus.

Neapolitani ciues an, & quando collectari debeant pro bonis alibi poſſeſſis. p.45.n.14

Neapolitanus cum bonis antiquis decedens condito teſtaméto num in medietate tantùm dicatur deceſſiſſe teſtatus, in reliquo verò inteſtatus. p.279.n.8

Neapolitanus in vltimis conſtitutus non poteſt de bonis antiquis vltrà medietatem diſponere. p.134.n.1

Et an alia medietas ſpectet ad proximiores illos, ex quorum linea bona obuenerunt. ibid.

Et vid ſupr. in verb. *Conſuetudines.*

Negotia.

Negotia ad Eccleſiæ cultum ſpectantia laicis pertractare vetitum eſt. p.428.n.2

Neophiti.

Neophiti ordinum ſunt incapaces, nedum ſacrorum, ſed etiam minorum. p.309.n.1.& 2

Neophitorum duæ ſunt ſpecies, & quæ. ibidem, num.2.3. & 5

Et quamdiù duret in Neophitis ordinum impedimentum, & concedatur diſpenſatio, dicantúrve non de recenti baptizati. ibid.n.4.

Nepos, & Neptis.

Nepos an concurrat cum patruo in ſucceſſione fratris patruelis. p.452.n.4

Nepos an cum patruo ſuccedat de iure Longobardo. In Ann.ad Conſuet.Neap. verſ. *Item mortuo.* p.990

Nepos ex filio primogenito Regis ex perſona patris ſui, num excludat ſecundogenitum à Regis ſucceſſione, ſtante conſuetudine, quod primogenitus ſuccedat in Regno. In 1.Reſp. D.Alex.Tart. p. 195. n.17. & 18

Nepos ex fœmina an ſuccedat auunculo cum auunculis, eiuſque filiis. in Annot. ad Conſuet. Neapol. verſ. *Nota quod dicit.* p.993

Nepotes ad aui ſucceſſionem an concurrere poſſint, matris renunciantis ſuper exiſtentia in nihilo obſtante. p.907.tota Alleg.& p.912.n.31

Nepotes ad ſucceſſionem aui an veniant ex perſona eorum patris præmortui p.832.n.8

Et quid ſi hæc renũciatio facta ſit per modum tranſactionis. ibid.n.8.verſ. *Neque poſtremo.*

Nepotes auo an ſuccedant, occiſo à filio, ſtante ſtatuto, quod filius occidens patrem illi ſuccedere nequeat, ipſique nepotes tanti ſceleris ſint innocentes. p.28.n.5

Nepotes concurrentes inter ſe, & non cum patruis, num ſuccedant in ſtirpes, vel in capita. p.546.n.1

Nepotes ex fratribus num ſuccedant patruo ſimul cum nepotibus ſororis. In Annot. ad conſuet. Neapol. verſ. *Nota quid dicit.* p.993

Nepotes ex propria perſona an venire poſſunt ad aui, vel patrui ſucceſſioné, non obſtante patris, vel matris renunciatione. p.830.n.2.verſ. *Primò.*

Et quid ſi renunciatio non ſit ſimplex, ſed facta ſit pro hæredibus cum promiſſione de non contraueniendo, & filius acceptet hæreditatem patris. p.831. n.3. verſ. *Nec hinc.*

Et quid ſi renuncians præmoriatur illi, cuius hæreditas renunciatur. p.830.n.3

Nepotes filiorum appellatione num veniant in contractibus. In 1.Reſp.D.Alex.Tartag. p.994.n.7

Nepotes noſtros non dulciori nomine, quam filios appellamus. p.762.n.37

Nepotes ſi fuerint inſtituti propriis expreſſis nominibus an ſuccedant in viriles, vel in ſtirpes. In annot. ad Conſuet. Neap. verſ. *Propriis.* p.993

Et quid ſi inſtitutio facta ſit ſub nominibus collectiuis, putà *Inſtituo fratrem, & nepotes meos ex fratre.* d.verſ. *Propriis.*

Nepotes an ſolum ſuccedant patruis in feudis, quæ fuerunt eorum aui. p.220.n.10

Et vid.ſup. in verb. *Filij fratrum.*

Et an ſuccedere poſſint in his, quæ ex Regia largitione, vel alio titulo acquiſiuerunt. ibid.n.11

Nepotibus, qui de iure communi admittuntur ad ſucceſſionem ſimul cum patre an debeatur medietas bonorum iure conſuetudinario Ciuitat. Neap. ſicut debetur fratribus, ſororibus vterinis vel conſanguineis. p.800.n.10

Neptis ex filio vel fratre an excludat amitam ab eius aui vel patrui ſucceſſione, vel ambæ æquis portionibus ſuccedant, ſtante ſtatuto quod ſtantibus maſculis fœminæ non ſuccedant. p.309.n.1.p.310.n.4. & ſeqq.& p.311.n.11.& ſeqq.

Et quid ſi prius auus mortuus eſſet, deinde pater huius neptis. p.310.n.3

Neptis ex filio non conſideratur ſimpliciter fœmina, ſed per patris repræſentationem ſubingreſſionis virtute illius ſexum aſſumere dicitur. p.410.n.10

Neptis ex fratre an excludat auum à ſucceſſione patrui, ſtatuto excludente fœminas per maſculos in linea collaterali. p.446.n.4

Neptis patruo, vel auunculo, attenta conſuetudine Neapolitana non ſuccedit, ſed ſufficit ſibi maritagium. p.512.n.2

Nobilis, Nobilior, & Nobilitas.

Nobiles creari poſſe à ſummo Pontifice, & à Principe dubitandum non eſt. p.313.n.15

Nobilior ille eſt, & præferendus, qui ad finem nobiliorem ordinatur. p.722.n.33

Nobilis cui lis eſt mota ſuper nobilitate, qualiter tractandus ſi lite pendente. p.520.n.11

Nobilis minoris nobilitatis originem ducens ex nobiliſſima Ciuitate, nobiliori alterius inferioris ciuitatis num præferendus ſit. p.312.n.4

Nobilis, qui ad tributa ſoluenda non tenetur, ſi matrimonium contraxit cum plebeia, ſeu villana, & bona collectis obnoxia in dotem accepit, non tenetur pro bonis illis tributa ſoluere. p.507.n.8

Nobilis ſi in vinculis cauſam dicere debet, num tam ſtrictè ſicut plebeius carcerabitur. p.791.n.12

Et vid.ſup.in verb. *Carceratus.*

Nobilitas filiorum etiam ex materno ſanguine creſcit. p.798.n.8

Nobilitas Sedilis in linea deſcédenti tantum operatur, nec in aſcendenti, vel tranſuerſali. p.529.n.11

Nobilitas tanquam res aduentitia nullo pacto præſumitur, incumbitque alleganti onus probandi illam. p.311.n.1

Et quot ſint nobilitatis genera, & ex quibus probetur. ibid.n.2

Nobilitatem allegans ſi illam probare velit in loco ſuæ originis, vbi diſtinctio nulla eſt popularium à nobilibus, an ſit audiendus. p.312.n.5.6.7. & p.313.n.12

Nocens.

Nocentis facinus potius impunitum debet relinqui, quam innocens damnari. p.17.n.11.& 12

Nomen, & nominatio

Nomina debitorum, quæ loco non circumſcribuntur, an dicantur eſſe in loco, vbi illorum ſolutio eſt promiſſa,& exactio eſt facienda. p.738.n.40

Et quid in annuis introitibus. ibid.n.41

Nominandi facultas ſi competat alicui ex teſtamento alterius,variationi locus non eſt,niſi fiat per actum vltimæ voluntatis. p.851.n.17

Nominari an poſſint pro Regimine vniuerſitatis conſanguinei, affines, & cognati nominantium. pag. 313.n.1.& 2.& p.314.n.7

Nominatio facta abſente parte nullum ius tribuit nominato. p.852.n.13

Et an poſſit ante acceptationem recuſari. ibid.n.13

Nominatio facta per patrem de officio in perſonam vnius ex filiis poſt ipſius mortem, ſuper qua Regius aſſenſus impetrandus eſt, num ante aſſenſus impetrationem reuocari poſſit, & in alterius filij perſona fieri. p.314.n.1.& 2.& p.315.n.4

Et quid ſi pater iuramentum præſtitit de non reuocando. ibid.n.2.& 4

Nominatio fieri poteſt per epiſtolam, vel per nuntium, modò mittantur ad nominatum. p.852.n.14

Nominatim quidnam fieri dicatur. p.160.n.3

Nonuplum.

Nonupli pœna, ad quam tenentur exactores prouinciales, deſcribentes in exitu vltra quam expendunt, an dicatur potius debitum Regiæ Curiæ quàm pœna, vt propterea non cenſeatur remiſſa in indulto generali. p.582.n.13.& 17

Et cur fuerit impoſita talis pœna. ibid.n.15

Notarius.

Notarij error, & incuria contrahentibus nocere non debet. p.337.n.3

Notariorum ſufficientia circa eorum officium exercẽdum num in Regno dicatur ſatis probata ex approbatione Vicemagni Prothonotarij. p.2.n.5

Notario pro publico nemo rogari poteſt,niſi ſit à Rege creatus. p.476.n.6

Notario ſtipulante pro abſente quæritur eidem abſenti ius irreuocabile. p.556.n.6

Notarius intuitu officij non dicitur deliquiſſe, ſi deſcribendo bona in inuentario alicuius Clerici, alium potiùs ſacerdotem percutiat,contra quem nihil habebat in commiſſis. p.676.n.15

Notarius, qui eſt vaſſallus burgenſis prohibetur omninò publicos actus conficere tam pro,quam contra Baronem. p.316.n.1

Et an recipere prohibetur obligationes, quæ dicuntur penes acta. ibid.n.2.3.6.& 8

Et quid ſi capiantur per notarium vti Curiæ baronalis actuarium. ibid.n.6.& 9

Notarius ſemper rogatus cenſetur clauſulas apponere in inſtrumentp ordinarias & conſuetas, vbivè fuerint omiſſæ,pro appoſitis cenſentur. p.337.n.3.& p.922.n.8

Nouatio.

Nouatio num inducatur per prorogationem debitori à creditore factam, ità vt fideiuſſor liberatus remaneat. p.146.n.10.& 12

Et an nouatio inducatur etiam per coniecturas. ibid. num.11

Nouatione liberatur debitor, & ipſo iure. p. 609. alias 611.n.10.& p.610. alias 612.n.12

Nouitius.

Nouitij completo nouitiatus anno vel ad profeſſionem ſunt admittendi, vel monaſterio eiiciendi. p.2.n.4

Nouitius in Ciuitate Neap. ſi diſponat de bonis ſuis in beneficium monaſterij, cognati, & agnati, proximiores medietatem bonorum antiquorum monaſterio non auocabunt, & quare. p.317.n.4

Nouitius infrà probationis annum ſi proponat in Religione manere, an poſſit deponere etiam ſine Superioris licentia. p.786.n.2.& 3

Et quid de renunciationibus,& obligationibus. ibid.

Et quæ ſit ratio differentiæ. ibid.n. 4

Et num requiratur conſenſus patris naturalis. ibid. num.5

Et de quibus bonis aduentitiis iſte nouitius teſtari valeat. ibid.n.7.& 8.& p.787.n.9.& ſeq.

Nouitius in patris exiſtens poteſtate, ſi teſtamentum condat infrà probationis annum abſque licentia patris, de bonis aduentitiis ante ingreſſum quæſitis, eoque inſtituto in legitimam, an de iure ſubſiſtat. p.786.n.1

Nouitius in Religione, quæ poteſt habere bona in communi, & ſuis Religioſis ſuccedere, quonam modo de ſuis bonis diſponere poſſit, attentis conſuetudinibus huius Ciuitatis Neap. & num illis ligetur. p.317.n.1.2.& 4

Nouitius ſi ab inteſtato decedat, agnati proximiores ſuccedunt,non autem monaſterium. ibid.n.2.verſ. *Verum.*

Nouitius ſi antè profeſſionem de ſuo diſpoſuerit, num diſpoſitio per illum facta per viam contractus inter viuos ſit potius diiudicanda diſpoſitio vltimæ voluntatis. p.318.n.4.& 8

Nouitius ſi ante Religionis ingreſſum, illius intuitu, & ſic, demonachatu mentionem faciendo, teſtamentum condiderit, nulla diſpoſitione facta de bonis antiquis ſeruata forma conſuetudinum Ciuitatis Neapol. ſecuta demum profeſſione, & deindè morte naturali, quomodo tale teſtamentum infringi poterit. p.318.n.9.

Nouitius ſi diſponat ſeruata forma conſuetud. talis diſpoſitio quocumque modo fiat, ſapit naturam vltimæ voluntatis, & ſubiicitur Conſuetudinibus Ciuitatis Neap. diſponentibus de teſtata ſucceſſione quoad medietatem bonorum antiquorum. p.317. num.4

Nouitius verè, & propriè dicitur laicus,& donec profeſſionem emittat dominium bonorum ſuorum retinet. p.317.n.4.& p.318.n.9

Et an ſubintrent conſuetudines Ciuitatis Neap. de inteſtata ſucceſſione diſponentes. ibid.n.4

Nouum opus.

Nouum opus,antiquum ædificium reficienti nunciari haud poteſt. p.449.n.4.& 5

Nullitas.

Nullitatem ſi inducat aliqua lex, ſemper intelligitur parte volente vti illa nullitate. p.550.n.19

Nullitates aduerſus ſententias Sacri Conſilij recipi non poſſunt, niſi allegentur contrà expreſſum caſum legis communis, vel municipalis fuiſſe prolatas. pag.42.n.19

Numeratio.

Numeratio focularia iam clauſa,an poſſit fiſco inſtante aperiri. p.650.n.11.& 12.p.652.n.27.& pag. 649.n.1

Et qualiter ſit committenda. p.650.n.9

Et quare ſit adinuenta. ibid.n.10

Numerationem clauſam aperire, maximum onus cenſetur Populis, tangitque vtilem ſtatum ac pacem terrarum. p.649.n.2

Numerationem clauſam an poſſit fiſcus petere aperiri ob ſcripturam nouiter repertam. p.652.n.25.& 26

Numerationis clauſura num tacitam inducat abſolutionem vniuerſitatum à maiori numero foculariorum,à fiſco prætenſorum. p.651.n.17

Et quando numerationis clauſuræ decretum noceat fiſco. ibid.n.21

O

Oblatio.

Oblatio pretij excedens verum rei valorem, attendenda num ſit. p.706.n.2.& p.707.n.3.
Oblatio pretij fraudulenta ex quibus conuincatur. pag. 710.n.53
Oblatio pluris poſt perfectam venditionem à Ciuitate factam cum ſolemnitate circa tempus, & locum, admittenda non erit. p.660.n.2
Et an debeat admitti per viam reſtitutionis in integrum. p.661.n.7
Et quid in minore. ibid. n.8. & 10. verſ. *Secundo.*
Et quid ſi oblatio maioris quantitatis fiat ſtatim poſt ſubhaſtationem. ibid.n.11

Obligans, Obligatio, & Obligati.

Obligans ſe procuratorio nomine an teneatur de proprio. p.58.n.2
Et an teneatur vti principalis, ſi de mandato non conſtet. p.59.n.3
Obligatio facta à duobus fideiuſſoribus, intelligitur, vt vterque teneatur in ſolidum, licèt id non fuerit expreſſum. p.66.n.27
Obligatio penes acta ea propria dicitur, quæ ab Actorum Magiſtro in banca de mandato Iudicis, vel in eius præſentia recipitur. p.316. n.4.& 5
Et num ſubſiſtat, ſi vel non fuerit recepta per Actuarium, vel per ipſum, Iudice tamen non mandante, nec in eius præſentia. ibid.n.4
Obligati ſi ſint plures, quilibet pro rata tenetur. pag. 502.n.6

Obtinens.

Obtinens in poſſeſſorio, licet ſuccumbat in petitorio, nullo pacto condemnari poteſt ad reſtitutionem fructuum perceptorum, tam ante, quam poſt litem conteſtatam. p.200.n.13.14.& 16

Occiſor.

Occiſor priuatur ſucceſſione occiſi. p.319.n.1
Occiſor alterius, non ſolum indignus efficitur ſucceſſione illius, ſed etiam eius hæredis, in bonis tamen ab occiſo obuentis, ſecus in propriis. pag. 319.n.7
Et quid in marito occidente vxorem, in adulterio deprehenſam, an ſuccedat communibus filiis, etiam in dote materna. ibid.n.9.& 10

OEconomi.

OEconomi Eccleſiarum, nequeunt ad nutum Preſbiteros eiicere, ad ſacra miniſtrandum deputatos. p.428.n.1.& 4.verſ.*Sed quicquid.*
Et an poſſint Clericos, & Præſbiteros ad Eccleſiæ interueniendum deputare, & deputatos reuocare abſque Ordinarij conſenſu. ibid.n.4
OEconomi Eccleſiarum, & aliorum piorum locorum adminiſtratores an poſſint debitoribus liquidis terminum prorogare ſolutioni adiectum. p.867.n.1
Et an æquiparentur tutoribus, & curatoribus. ibid. n.2.& p.868.n.11.& ſeq.
OEconomi ſecuri num ſint in vtroque foro, ſi illam diligentiam in bonis Eccleſiæ adhibeant quam paterfamilias adhibet in rebus ſuis. p.869.n.28

Officiales.

Officiales à Baronibus electi ad iuſtitiam miniſtrandam, num etiam dicantur Regij. p.176.n.13
Officiales, immediate Regi ſeruientes, & ſimiles, an gaudeant exemptionis priuilegio pro contractibus initis domi, & pro delictis extra Curiam, & miniſterium commiſſis. p.780.n.43
Officiales, per ſententiam Regiæ viſitationis Generalis ſuſpenſi ad tempus, vel priuati eorum officiis reſtituere num debeant ſalaria ipſis ſoluta ſub cautione, pro tempore quo non vacauerint. p.529. n.1.& p.530.n.16.& 7
Et quid ſi fuerint condemnati, vt ſuſpenſio cedat in pænam. ibid.n.2
Et quantum tempus duret ſuſpenſio in pænam. pag. 529.n.2
Officiales Procuratoris Cæſaris ciuiliter conueniri debent coram ipſo Procuratore. p.237.n.2
Et an connumerentur inter perſonas, quæ fruuntur priuilegio *l. vn. C. quando Imper. inter pup.& vid.* p.238.n.3
Officiales Regni in Ciuitatibus, Terris,& Caſtris ad iuſtitiam miniſtrandam deputati, poſſunt in caſu abſentiæ, modico tempore duraturæ, Locumtenentes ſubſtituere. p.78.n.13
Officialis nullum in officio habet dominium, aut ius reale, ſed tantum exercitium & adminiſtrationem, ſua vita durante. p.627.n.8.& p.662.num.1
Officialis ob malam adminiſtrationem, an & quando poſſit officio priuari. p.636.n.11
Officialis an poſſit viſitari poſt mortem. p.497.n.3. 4.& ſeqq.
Officialis prohibitus emere, ſi emat, qua pæna punitur. p.582.n.15
Officialis ſemel ſi indicatus, & abſolutus in loco adminiſtrationis, præcedentibus proclamationibus, amplius conueniri, & moleſtari non poteſt pro commiſſis in dicta adminiſtratione.p.555.n.1.& 2
Et quid operetur decretum, interpoſitum per Sindicatores, vt tempore elapſo amplius non recipiantur querelæ. ibid.n.3
Et an poſſit contra ſemel ſindicatum inquiri, poſtquam fuit abſolutus. ibid.n.4
Et quid dicendum de Iure Regni. ibid.n.5
Et quomodo aliter fuerit practicatum in Sacro Regio Conſilio. p.586.n.12
Officialis tanto dignior eſt, quanto digniori præeſt. p.722.n.19
Officialis, vbi & per quos ſindicari debeat. p.585. num.6
Officialis, vel Princeps damnum inferens conſanguineo Clerici, vel Prælati, propter odium, quo inſequitur Clericum, ſeù Prælatum, an incidat n excommunicationem. p.168.n.8
Et quid ſi ipſi Clerici, ſeù Prælati eſſent infeſti, occupantes, ſeù turbantes Regalem Iuriſdictionem, & moniti, deſiſtere nolūt, ibid. verſic. *Eſt tamen verum.*
Officialium ſalarium, & emolumenta in hypothecam non cadunt, nec in cauſam iudicati capi poſſunt. p.662.n.3

Officium.

Officia cuiuſcumque qualitatis, quibus iuriſdictio ineſt, coërctio, aut pecuniarum ratio, cura, & adminiſtratio, vendi non poſſunt, & ſub qua pæna. p.662.n.11.& p.663.n.12
Et num in foro conſcientiæ venditor peccet, & ad reſtitutionem teneatur. p.664.n.16
Officia, quæ ſunt de regalibus, & maximè illa magni momenti, ad Regiæ Cameræ collationem ſpectantia, an locari poſſint abſque expreſſa Regis licentia. p.75.n.17
Officij nomen genus eſt generaliſſimum, & adaptatur ad omne miniſterium. p.580.n.4
Et quinam dicantur habere officium. p.581.n.5
Et an officij nomen ſit æquiuocum. ibid.n.6
Officij venditio ſi ſit prohibita abſque Regis conſenſu, cenſetur & prohibita eius hypothecatio. pag. 733.n.12
Officio neceſſaria eſt poſſeſſio, & præſtatio iuramenti. p.531.n.2

Officium à Rege conceſſum, num poſſit dici feudum, validumque ſit argumentum de vno ad aliud. pag. 315.n.7.& 13

Officium conceſſum à Rege pro ſe, & hæredibus, an tranſeat ad fœminam hæredem. p.634.n.20

Officium de iure communi exerceri non poteſt abſque Principis conceſſione. p.632.n.2

Officium maius habens, ſi minus obtineat, perdit maius. p.531.n.3.& 4.verſ. *Et propter exemplum.*

Officium num poſſit recitari Duplex de Sanctis à Sede Apoſtolica non canonizatis, ſed conſuetudine alicuius particularis Eccleſiæ, Religionis, vel Congregationis ſolemniter coluntur. p.972.n.12

Officium Præſidentis etiam Sac. Conſ. eſt minùs dignum officio Regentis. p.531.n.3

Officium Primipili an ſit diuerſum ab officio Theſaurarij, vel vnum in locum alterius ſit ſubrogatum. p.888.n.6.& ſeq.p.891.n.72.p. 892.n. 114.& p.895.n.115.120.& ſeq.

Officium Primipili quid ſit, & an exerceatur in caſtris. p.891.n.64.& p.893.n.113

Officium pro Sanctis non Canonizatis, & qui ab Eccleſia vniuerſali non coluntur, an dici poſſit. pag. 977.n.18

Et quid de Sanctis, qui ex immemorabili Eccleſiæ particularis conſuetudine coluntur. p.973.n.19

Officium quod poteſt vendi cum licentia Principis, num veniat in collationem, & computetur in legitimam. p.633.n.14

Officium Regis munificentia, vel pecunia à Titio quæſitum, quod demum eiuſdem Regis motu proprio amiſit, verum in excambium certo quodam annuo aſſignato, ſi deindè in progreſſu temporis eidem Titio denuo conceſſum fuerit, an ceſſet annua præſtatio. p.320.n.1.& 2

Officium renunciari non poteſt, niſi in manibus Regis. p.632.n.3.verſ. *Hinc inoleuit.*

Et quid in officio Tabellionatus. ibid.n.5

Officium Theſaurarij quid ſit. p.891.n.65

Officium Theſaurarij, & Primipili, quo tempore originem habuerunt. p.891.n.73

Officium vendere nulli fas eſt, niſi Regi. p.663.n.16

Et num tutus remaneat in conſcientia, qui pecuniam pro officio recepit. ibid.

Onus.

Oneta impoſita ſuper bonis antiquis, quorum medietas, ex conſuetudine Ciuitatis Neapolitanæ incipientis, *Et ſi teſtator*, ſpectat ad proximiores, an ſint deducenda ex toto patrimonio, vel medietate, de qua teſtator diſponere poteſt. p.572.n. 1.& 2

Onera ille ſoluit, qui percipit fructus. p.736.n.16

Onus, cui imponitur, emolumentum habere debet. p.571.n.1

Onus legatario iniunctum, ſi impleri non poſſit, an & quando debeatur legatum. p.13.n.24.& p.14 n.26.& ſeqq.

Onus reale non dicitur, quod ſit annexum rei cum certa, perpetua, & ordinaria taxa, ſed quod conſiſtat in obligatione impoſita rei. p.679.n.17

Onus tributi tanquam reale tranſit in conductorem nummis colentem, ſecus onus collectarum, tanquam perſonale. p.639.n.18

Oppoſitio.

Oppoſitio. vid. ſupra in verb. *Exceptio.*

Opus.

Opere in publico nouiter conſtruendo, num inſcribi poſſit nomen illius, qui, vt conſtrueretur curam habuit. p.532.n.1

Operibus in publicis aliud nomen inſcribi non poteſt quàm Principis. ibid.n.2

Et traduntur exempla in hac Ciuitate. ibid.n.4

Ordinari.

Ordinari à quo debeat Clericus loci exemptus. vide ſuprà in verbo *Clericus loci exemptus.*

Ordinari quis non poteſt ad ſacros Ordines ad titulum ſuæ profeſſionis, putà quia Grammaticam doceat, ex qua à Communitate centum ſingulis annis conſequitur, quæ ſufficiant honeſtæ ſuſtentationi, vel quia muſicus, pictor, vel alterius licitæ profeſſionis. p.322.n.3.4.6.& 9

Ordinari poteſt quis tum ab Epiſcopo originis, tum domicilij, & beneficij. p.321.n.1

Et an ordinari poſſit quis ſi in aliena Diæceſi beneficium haberet exigui redditus. ibid.n.2.3.& 5

Et quid ſi haberet beneficium tenuiſſimum. p.321. num.7

Ordinari prohibentur ratiociniis obnoxij ob Reipublicæ adminiſtrationem, quovſque à rationibus reddendis eximantur. p.563.n.1

Ordinari, ſeù promoueri ſi quis ab alio Epiſcopo, quàm ſuo attentauerit, ab ordinum exequutione quamdiù ſuſpenſus remanebit. p.323.n.2.& 6

Ordinari, ſiuè promoueri ad minores, aut maiores Ordines quis haud poteſt, niſi à proprio Epiſcopo. ibid.n.1

Ordinari, vt quis poſſit ad ſacros ordines, debet beneficium habere Eccleſiaſticum, vel patrimonium ad victum ſufficiens. p.321.n.4

Et an ordinari quis poſſit ad ſacros Ordines abſque titulo, & quare. p.321.n.1

Et qualis debeat eſſe titulus pro ſacris Ordinibus ſuſcipiendis. p.322.n.2

Ordinarios locorum in noſtro Regno vſos eſſe facultate examinandi Notarios laïcos, etiam tamquam Apoſtolicæ Sedis delegatos, à ſæculo non eſt auditum. p.2.n.4

Ordinarius loci num poſſit per paucos dies irrogare tempus triennij intra quod Abbatiſſa ſuo muneri debet incumbere. vide ſupra in verb. *Abbatiſſa.*

Ordo iudicij licitum facit illud, quod aliàs eſſet illicitum. p.647.n.24

Ordo tertius Sancti Dominici fuit approbatus per multos Summos Pontifices. p.808.n.6

Et datus fuit certus modus veſtium, ſeu habitus. ibid.n.7

Originale.

Originale ſi petatur exhiberi, ad finem redarguendi inſtrumentum de falſo, ad quem pertineat onus exhibendi. p.583.n.6.7

Originalis exhibitio tunc mandari poteſt, quoties falſitatis ſuſpicio ex viſura inſtrumenti præſentatiſreſultat. ibid.n.8

Orontius.

Orontij Licienſis, ac Iuſti, & Fortunati hiſtoria, & martyrium commemorantur. p.969.n.2

Et pignora horum ſanctorum fuerunt ad Cathedralem Eccleſiam tranſlata, & ſub eius pauimento recondita, licet ignoretur locus. p. 970. n. 2. verſ. *Septimo.*

Et an iſti Sancti Iuſtus, & Orontius prædicti fuerint omnibus ſeptem qualitatibus, quæ Sanctis tribui ſolent. ibid.n.3

Et vid. infra in verb. *Sancti Iuſtus.*

Et an in honorem ſanctorum Iuſti, & Orontij Templa, & Altaria Deo dicata fuerint. p.970.n.2.verſ. *Quarto in honorem.*

Et qualiter in memoriam ſanctorum, Iuſti, & Orontij fuerit Miſſæ ſacrificium Deo oblatum. ibid. n.2.verſic. *Quinto.*

Et an Dominica 4. Auguſti in honorem ipſorum ſanctorum vſque ad annum 1640. fuerit miſſa ſolemniter

lemniter celebrata cum officio Duplici de Communi plurimorum Martyrum, & Concione, Sindico, & Decurionibus Ciuitatis aſſiſtentibus. p.970.n.2.verſ. *Sexto.*

Orontius, & Fortunatus cur acceſſerint Corinthum, & an fuerit Orontius ab Apoſtolo Paulo Licienſis Epiſcopus creatus. p.975.n.35.verſ. *Nec obſtat.*

Et an Sancti prædicti potuerint eligi in Patronos Ciuitatis, & Prouinciæ Licienſis. p.977.n.46.& 47

Orontius, & Iuſtus ab immemorabili tempore à Populo Licienſi pro ſuis Patronis habiti ſunt. p.978.num.48

Et quæ beneficia à ciuibus Licienſibus ob merita eorundem ſanctorum obtenta fuerint. pag. 978. num.49

Orontius primus Epiſcopus Ciuitatis Licienſis, & Martyr Iuſtus, & Fortunatus ſecundus Epiſcopus, & Orontij Nepos, Patroni Ciuitatis prædictæ commemorantur p.969.n.1

P

Pactum.

Pacta dum fiunt coram eodem Notario, & teſtibus, cenſentur in quolibet actu correſpectiua, & vnum ſine alio, nec valet, nec ſtare poteſt. p.653.n.5

Pacta facta contemplatione matrimonij, ſeruanda ſunt, quia fauorabilia. p.565.n.13

Pacta omnia ante matrimonium facta, permiſſa ſunt, inita verò poſt, inualida cenſentur. p.324.n.1

Pacta, quæ bonis moribus non aduerſantur ſunt omnino ſeruanda. p.256.n.2

Pactum adiectum. vid. infr. in verb. *Pactum in compromiſſo, & pactum in contractu.*

Pactum appoſitũ, in emptione annuorum introituum, vt venditori non liceat intra certum tempus prædictos annuos redditus redimere, ſed poſt, an valeat. p.330.n.9

Pactum appoſitum in emptionibus domorum, agrorum, &c. vt ſcilicet emptor teneatur reuendere vſque ad certum tempus, & demum ſit in eius libertate cogere quandocumque venditorem ad reemendum, an ſit licitum. ibid.n.14

Pactum appoſitum in inſtrumento, vt poſſit debitor conueniri in omni Curia, loco & foro, an ſit nullius importantiæ, vt eo non obſtante debeat debitor coram ſuo Iudice ordinario citari. p.230.n.4

Pactum de lucrando fructus, ex fundo pignorato percipiendos, num ſuſtineatur vſque ad ſummam viurarum permiſſarum. p.36.n.92

Pactum de non alienando, cum ſpeciali rei obligatione, dominij impedit tranſlationem. p.565.n.14

Pactum de non reuocando donationem, num ſubſiſtat. p.421.n.20.& 21.& p.422.n.34.& ſeq.

Pactum de non ſuccedendo licet Iure Ciuili improbetur, iuramento tamen confirmatur. p.410.n.4

Et an requiratur conſenſus illius de cuius ſucceſsione agitur. p.411.n.7.& p.908.n.2.& 3

Et num requiratur eiuſdem præſentia & conſenſus, ſiue pactum ſit de ſuccedendo, ſiue non ſuccedendo. ibid.n.3

Pactum de retrouendendo, ad certum tempus collatum, eo tempore elapſo exerceri amplius non poteſt. p.329.n.1

Et an ſit licitum hoc pactum in foro conſcientiæ. ibid.n.2

Et quid ſi adſit hæſio in pretio. ibid.

Pactum de retrouendendo intra certum tempus, num poſsit opponi in venditione annuorum introituum. p.330.n.12

Et quid ſi emptori detur facultas repetendi ſortem. ibid.n.12

Pactum de retrouendendo appoſitum à principio in fauorem emptoris tantùm, nimirum, vt venditor redimere teneatur, ſi emptori placuerit, an, & quando teneat. ibid.n.15

Pactum de retrouendendo ad ſucceſſores num tranſeat tam emptoris, quam venditoris. p.331.n.1

Pactum de retrouendendo, an poſsit venditor exercere contra particularem rei venditæ ſucceſſorem, ſeu contra tertium poſſeſſorem. ibid.n.3

Et an poſsit cedi alteri. ibid.n.4

Et num poſsit per teſtes probari. p.333.n.18

Et quibus modis hoc pactum probatur. ibid.n.19

Pactum de retrouendendo, ſi apponatur in contractibus, ſub modo vt illud exerceri tantùm poſſit poſt tantum, & tale tempus, an ſit illicitum. p.729.n.7.& p.330.n.8

Pactum de retrouendendo, ſi fiat, concurrente iniuſtitia pretij, num contractus cenſeatur vſurarius, & illicitus. p.729.n.3

Pactum de retrouendendo triginta annorum ſpatio præſcribitur. p.325.n.2

Pactum, & conſuetudo à pari procedunt, & quod fieri poteſt per vnum, & per aliud fieri valet. pag. 900.n.11

Pactum futuræ ſucceſſionis, ſicut non habet vim contractus, ita nec vltimæ voluntatis. p.334.n.4

Pactum illicitum, vel vſurarium, in contractu appoſitum, an vitietur, vel vitiet contractum. p.718.num.20

Pactum in albarano, & ſic in actu priuato factum à ſponſo, vel fratre ſponſæ, ea inſcia, ante confectionem capitulorum, ſcilicet, vt quamuis mille pro dote conſtituantur, id fuiſſe ad pompam, re tamen vera non niſi 800. promiſſa intelligantur; ſequutis deinde nuptiis, an validum & firmum ſit cenſendum in ipſius ſponſæ præiudicium. p.324.n.1.& ſeqq.& p.325.n.6.& ſeqq.

Et quid ſi eadem die ſtipulentur capitula, & ſeparatim fiat hoc pactum. ibid.n.10

Pactum in capitulis matrimonialibus appoſitum, quod de ipſis ſtipuletur publicum inſtrumentum ad conſilium ſapientis, an importet etiam obligationem bonorum feudalium. p.921.n.2

Et quid ſi capitula matrimonialia non ſint ſtipulata, ſed tantum ſubſcripta ſine expreſſione. ibid.n.3.& p.922.n.6

Pactum, in compromiſſo adiectum, ne ſcilicet poſſit dici de nullitate laudi proferendi, de iure ſubſiſtit. p.256.n.1.& ſeqq.

Pactum in contractu venditionis prædij à venditore adiectum, vt ſi in præſentiarum ſeù in futurum aliquis affinis, vel conſanguineus ipſius vellet prædium ipſum redimere, teneatur emptor illud relaxare, num perpetuum cenſeri debeat, vel temporale. p.325.n.1.& 5

Pactum inter coniuges in contractu matrimonij appoſitum, de perpetuo habendo incolatu in certo loco, an ſit licitum & validum. p.326.n.1.2.6.& 7

Et an ſit licitum in foro animæ. ibid.n.3

Et an cauſa recedendi ab huiuſmodi pacto remittatur arbitrio Iudicis. p.327.n.11

Pactum, per quod pater in inſtrumento dotali promittit, ſe inſtituere filiam æquis portionibus cum maſculo, num producat aliquas obligationes, tollatque patri liberam, quam habet teſtandi facultatem. p.333.n.1.& 4.& p.334.n.7.& ſeq.

Et quid ſi pater qui hoc modo promiſit nullum condidit teſtamentum, ſed inteſtatus deceſſerit. pag. 333.n.2.& 3

Et

Et quid ſi promiſſa eſſet à patre hæredis inſtitutio in certis bonis tantum. p.334.n.6

Pactum quod apponitur in renunciationibus filiarum, vt per mortem patris abſque deſcendentibus nunquam dicantur expiratæ, vel factæ contemplatione familiæ, aliud non importat quam vt habeat pater liberam diſponendi facultatem, non verò, vt ipſo decedente ab inteſtato filia, quæ renunciauit excludatur. p.387.n.28.30.& 34

Pactum, quod dicitur. *De non opponendo*: quod de ſtylo Regni Siciliæ ſolet apponi in inſtrumentis promiſſionis, ſolutionis, ſi per incuriam Notarij non apponatur, habetur pro appoſito. p.337.n.8

Pactum, quod extorquent fratres à ſororibus de reſtituenda illis dote, ſi ſine liberis decedant, vel cum liberis, ſed in pupillari ætate decedentibus, de iure non ſubſiſtit, cùm dos de bonis paternis, vel maternis obuenerit, vel inſcia ſorore factum ſit. p.347.n.6.p.348.n.7.& 12

Pactum reale, & perſonale qualiter dicatur. p.328.n.2. cum ſeq.

Et an ſit reale, perſonalevè pactum, factum à fratre cum altero fratre in diuiſione domorum, ne ſcilicet vni liceat domum quæ ſibi contigit aliis vendere, niſi prius requiſito fratre in ſcriptis: idque ſub ſpeciali illius domus obligatione. p.328.n.3.5.& 9

Et quid ſi hoc pactum fuerit iuramento firmatum. ibid.n.9

Pactum reſciſſorium, quod communiter apud nos in inſtrumentis annuorum introituum apponitur, nimirum, quod vbi debitor tempore conuento non ſoluerit interuſuriũ, poſsit creditor ſortem repetere, ſi appoſitum, vel expreſſum non reperiatur ex Notarij incuria, pro appoſito, ſeu expreſſo habetur. p.336.n.1.& p.337.n.2.& 7.

Pactum ſi fiat cum molitore, vel piſtore de molendo frumento, vel coquendo pane pro me, & familia mea, aucta deinde familia, num teneatur ſeruire pro eodem pretio. p.538.n.5

Pactum vſurarium non dicitur ex certitudine, vel incertitudine, ſed ex inæqualitate dati, vel accepti. p.716.n.9

Pactum, vt liceat creditori, fructus ex fundo pignorato percipere loco intereſſe pro vſu pecuniæ, quam debitori dedit, num de iure prohibeatur. p.355.n.2.& p.356.n.3.& ſeq.

Papinianus.

Papianus Iuriſconſultus fuit ſub Aurelio Alexandro ſeuero Imperatore, qui regnauit anno ab vrbe condita 974.& humanæ ſalutis. 223. p.892.n.81

Paragium.

Paragij in taxatione quinam connumerentur. vide ſup. in verb. *Legitima in taxatione.*

Paragium in taxando an connumerentur fratres, qui in aliqua religione profeſſi, & nihilo accepto renunciarunt. p.910.n.10

Et num connumerandæ ſint ſorores moniales. ibid. num. 2

Paragium debitum ſorori ſuper feudo, an ſit onus feudi, poſſitque eius cauſa compromitti. Inter Decr. Ang. Piſanel. verſ. *Etiam.* p.991

Paragium an etiam debeatur ſorori in bonis fratris vel aliarum collateralium, attenta conſuetudine neapolitana. p.546.n.15.& ſeq.

Paragium num ſit quid diuerſum à legitima, vel in eius locum ſucceſſerit. p.341.n.2.& 5.& p.704.n.154

Paragium num tranſmittatur ad hæredes, ſi filia ante nubilem ætatem decedat. p.704.n.155

Paragium vel legitima, ſorori aſſignatum, ſi ſit euictum per Iudicis ſententiam competit eidem actio aduerſus fratrem, prout ante aſſignationem competebat. p.341.n.7

Parigium vnicum ſufficit in hac Ciuitate Neapolitana, ſecus in Regno. p.439.n.6

Par.

Par in parem nullum habet imperium. p.587.n.1

Et de qua parilitate id intelligatur. ibid.n.4

Parentes.

Parentes per vſum Capuani & Nidi excluduntur à filiorum ſucceſsione in bonis aliunde obuentis. pag. 701.n.123

Parentum votum naturale eſt liberis ſeruare ſucceſſionem. p.412.n.15

Parochialis & Parochus.

Parochialem Eccleſiam ſi quis nondum ſacerdos adeptus fuerit tenetur infra annum ſacerdotium aſſumere, ſecus illa ipſo iure priuatus cenſebitur. pag. 338.n.1.& p.449.n.3

Et an hoc tempus poſſit ab Epiſcopo abbreuiari. dict. num. 3.

Et vid. ſup. in verb. *Clericus.*

Et quid ſi elapſo anno ad ſacerdotium promoueatur, num illam retinere poſſit abſque noua collatione. p.338.n.2

Parochus excluſus à promotione ſacerdotij infra annum à die aſſumptionis parochiæ, ob temporis breuitatem, an poſſit parochiam in fauorem alterius reſignare, vel permutare etiam in vltimo die anni. p.339.n.5

Pater.

Pater ad dotem non tenetur, nec ad eius augmentum ante matrimonium. p.537.n.5

Pater conuentus à filio ad reſtitutionem fructuum, quos percepit à beneficio ipſius filij, an poſſit opponere eſſe illos compenſandos cum alimentis, dicto filio præſtitis. p.212.n.4.& 5

Pater de Iure Longobardo num excludat fratrem & ſororem à filij ſucceſſione, qui deceſſit relicto patre fratre & ſorore. In Annot. ad Conſuetud. Neap. verſ. *Si vero.* p.990

Et quid ſi pater habeat mundium filiæ. verſ. *Item ſi decedat ſoror.* ibid.

Pater diſponere an poſſit de feudo in quo viuitur de Iure Longobardo, abſque Domini, aſſenſu, vt ſolus primogenitus ſuccedat. p.69.n.15 & ſeq.& p.70.n.25.& 27

Pater dotem dans vel promittens filiæ videtur illam ei donare. p.199.n.10

Pater æqualiter præſumitur ſuos filios diligere. pag. 412.n.18

Pater feudum hæreditarium alienare vel donare ſecundogenito an poſsit cum regio aſſenſu, opponente tamen primogenito. p.67.n.1

Et an aſſenſus ſit ſubreptitius, ſi pater in ſupplicatione non fecerit mentionem de primogenito. ibid. num. 4

Pater feudum hæreditarium ſi vellet donare ſecundogenito, & excluſo primogenito, aſſenſum non obtineret à Regentibus Regiam Cancellariam. p.563. num. 4

Et an & quando poſsit feudum ſecundogenito donare. p.564.n.10.& p.565.n.12

Pater feudum in quo viuitur iure Francorum an poſſit dare ſecundogenito, ſi primogenitus eſſet ingratus p.69.n.21

Et an pater diſponere poſsit, vt vnus filiorum habeat duas portes ex feudo, & alius tertiam, ſi in eo omnes æqualiter ſuccedant. ibid.n.22

Pater feudum legare an poſſit vni filiorum ſuorum abſque domini conſenſu, licet feudum ſit nouum. ibid.n.20.& ſeq.& p.70.n.23.& ſeq.

Pater fideicommiſſum in ſuo teſtamento ordinare an poſſit ſuper re donata filio contemplatione matrimonij. p.339.n.1.& ſeq.& 340.n.7.& ſeq.
Et quid ſuper re donata filio in præmium emancipationis. ibid.n.3
Pater filiam mere naturalem tantùm dotare tenetur, ſecundum quantitatem ex qua viuere poſſit. pag. 204.n.3
Pater filiæ, renuncianti omnibus ſucceſſionibus, tam ex teſtamento, quam ab inteſtato, in præteritum deuolutis, & in futurum deuoluendis, num poſſit aliquid relinquere in præiudicium filiorum, fauore quorum fuit facta renunciatio.p.413.n.1.&ſeqq.& p.414.n.5.& ſeqq.
Pater filiis in pupillari ætate decedentibus an ſuccedat ab inteſtato, ſi nati ſint ex matrimonio contracto more nobilium, & ſecundum vſum Capuani & Nidi. p.933.n.5
Pater filio ſi relinquat vſumfructum, alimenta, vel quantitatem annuam, quæ omnia de ſui natura morte extinguuntur, an cogatur filius acceptare, vel poſſit dicere: *Volo legitimam.* p.835.n.10
Pater filium nominans ad aliquod officium, eique mandans, vt aſſenſum impetret, an poſſit hoc mandatum reuocare. p.315.n.4
Et quid ſi pater præſtitit iuramentum de non reuocando. ibid.n.5.& 11
Et an reuocato mandato, cenſeatur, pariter reuocata nominatio. ibid.n.6
Pater filium pupillum hæredem inſtituendo, non poteſt remittere tutori redditionem computorum p.278.n.13
Pater fundum ſi recipiat ab Eccleſia in emphyteuſim pro ſe & filiis, num in ea comprehendantur filiæ. In 2. Reſp. Domini Alex. Tartag. p.994.n.6
Et quid ſi aliter ſe habeat conſuetudo. ibid.
Pater num habeat commoditatem fructuum ex feudo filij prouenientium. p.154.n.1.& 14
Et an habere poſſit commoditatem in his rebus, in quibus illi non acquiritur vſusfructus.d.n.11. verſ. *Verum Credo.* in fin.
Pater num habeat vſumfructum in beneficiis filij ſui clerici, fructuſque ſi perceperit, teneatur ad illorum reſtitutionem filio inſtante. p.21 .n.2.& 3
Pater num habeat vſumfructum in illis bonis, in quibus ſimul cum eo eſt hæres inſtitutus. p.699.n.102
Pater num habeat vſumfructum ſuper bonis feudalibus filij, obuentis illi à matre. p.154.n.13
Et an habeat vſumfructum ſuper ea portione, in qua vnà cum filio fuit admiſſus. d.n.13
Et an habeat ſolam commoditatem in prædictis bonis feudalibus, & ex ea dicatur legitimus adminiſtrator. ibid.n.14
Pater an habeat vſumfructum ſuper re donata filio per ipſum patrem verè & non ſimulatè, & in ea eſſe poſſit legitimus adminiſtrator. p.153.n.8.& 13
Pater in materia feudali an poſſit in iudicio comparere pro filio infante, & agere vt curator, vel vt pater. p.154.& 155.n.16
Pater in medietate bonorum antiquorum attento iure municipali Neapolitano, an poſſit filio pupillariter ſubſtituere. p.280.n.18
Pater legitimus adminiſtrator an eſſe poſſit illorum bonorum, in quibus ex hominis diſpoſitione non acquirit vſumfructum. p.254.n.12
Et an poſſit eſſe legitimus adminiſtrator bonorum filij feudalium, vel ſibi à patre verè & non ſimulatè donatorum. ibid.n.13
Pater legitimus dicitur ſucceſſor in bonis filij prædefuncti turbato mortalitatis ordine. p.347.n.1
Et quid ſi ex pacto à ſucceſſione filij excluderetur vel ex ſtatuto in aliquo loco particulari. ibid.n.2
Pater maritando vnam filiam, ſi eam faciat renunciare, & maritando aliam noluit vt renunciaret, præſumptio eſt, noluiſſe inter illas eſſe ius æquale. pag. 412.n.16
Pater quamuis regulariter non poſſit ſibimet authorari in contractu filij, id tamen intelligitur de authoritate requiſita ad integrandam perſonam filij, ſecus de conſenſu, qui tantùm reſpicit cohærentiam perſonæ. p.819.n.3
Et an poſſit pater præſtare hunc conſenſum ad proprium commodum. ibid.
Pater rem donatam filio abſenti, Notario tamen pro eo ſtipulante an poſſit reuocare ante acceptionem, eamque in alium transferre. p.155.n.2.& ſeqq. p.156.n.10
Pater ſi viuens non petierit vſumfructum qui ſibi competit in bonis filij, eo defuncto eius hæredes petere non poſſunt. p.306.n.2
Pater ſtipulando pro filio, num cenſeatur ſtipulare pro filio vti filio, vel vti hærede. p.150.n.11
Pater tranſiens ad ſecundas nuptias. vid. infr. in verb. *Vir tranſiens*,& ſup. in verb. *Binibus parens*.
Pater vel mater, num poſſit tam inter viuos, quàm in vltima voluntate plus donare vel legare filiis primi matrimonij, quam ſecundi. p.54.n.5
Patre decedente, relictis nepotibus ex filio præmortuo, item relicta filia, quæ renunciauit, filioſque habeat, num nepotes tantùm ad ſucceſſionem admittantur, excluſis ſobrinis. p.921.n.28
Et quid ſi ſobrini concurrere vellent ad aui ſucceſſionem cum auunculis, & non cum cæteris ſobrinis. p.921.n.2
Patrem de exhærendanda filia fuiſſe ſollicitum, nullo pacto eſt cenſendum, niſi ad commodum aliorum liberorum, tam natorum, quàm naſciturorum. pag. 383.n.4.& p.387.n.33
Patrem non habere, vel habere, ſed inutilem, paria ſunt. p.116.n.3
Patrem legitimum habere quamuis plebeium, & ignobilem, melius eſt, quam illum habere excelſæ nobilitatis ſed illegitimum, & maximè ſpurium. p.672.n.3
Patris conſenſus in contractu filij an poſſit præcedere, vel ſubſequi ipſum contractum. p.820.n.7.& p. 823.n.29
Et an patris conſenſus in contractu filij requiratur ratione præiudicij ipſius, vel de ſolemnitate ad reintegrandam ſcilicet perſonam filij. pag. 825. n.32
Patris mens ſimulque filiarum eſt attendenda in renunciationibus, quas ipſæ faciunt, dotibus receptis. p.387.n.32
Patris ſi de intereſſe agatur, loco conſenſus ipſius adhiberi poteſt decretum Iudicis. p.821.n.16

Patria, & Patria poteſtas.

Patriam propriam deſerens alióve transferens domicilium, an & quando poſſit reuocari, pænaque mulctari. p.629.n.9
Patriæ poteſtatis vinculum num ſoluatur ingreſſu religionis, vel profeſſione in eadem ſequuta. pag.786. num.5

Patronus.

Patroni fiſcalis magnæ Curiæ quodnam ſit munus, & Fiſcalis patrimonij. p.723.n.48.& ſeq.
Et ad quam ſummam aſcendat eius ſtipendium. pag. 724.n.58
Patroni laici intra quod tempus teneantur præſentare beneficiandum in beneficium de iure patronatus. p.2.n.5

Patronus fiſcalis Magnæ Curiæ, & Patronus fiſcalis Regiæ Cameræ num habeant officia eiuſdem qualitatis. p.720.n.3.& 13

Patruus.

Patruus & amita num poſſit nepti in feudis ſuccedere. p.120.n.9

Patruus ex vtroque latere coniunctus, in ſucceſſione nepotis num excludat alterum patruum coniunctum tantùm ex vno latere. p.453.n.12

Paulus.

Paulo Regio pro actis Sanctorum deductorum in martyrologio maxima eſt adhibenda fides. pag. 976.n.39.& 41

Eiuſque authoritati multum detulit Sacra Rit. Congreg. ibid.n.39.verſ. *Immo ipſa.*

Pauperes.

Pauperum cauſa eſt pia, ac fiſco & Eccleſiæ pauperes æquiparantur. p.17.n.9

Peccatum.

Peccatum mortale committit qui opus facit tanquam mortale,cùm verè non ſit tale. p.19.n.13

Peculatus.

Peculatus crimen ille committit, qui ſubtrahit pecuniam fiſcalem ab alio exactam, ſecus ſi pecuniam quam ipſe exegit, in proprios vſus conuertat. pag. 636.n.9.

Peculium.

Peculium num dicatur quid vniuerſale.In primo Reſp. Domini Alex.Tartagn. p.997.n.31

Pecunia.

Pecunia conſtituta in proprietate,& non in vſu,nequit conuerti in emptionem bonorum pro Eccleſia abſque licentia Sedis Apoſtolicæ. p.61.n.13

Pecunia deſtinata ad emptionem prædiorum inter immobilia connumeratur. p.350.n.1.& omnib.ſeqq.

Pecunia ex bonis antiquis reducta, quæ nondum verſa eſt in emptionem aliorum bonorum, ſed reperitur in banco, vel in arca, inter bona antiqua connumeratur, ſubiacetque diſpoſitioni Conſuetudinis Neapol.incipientis. *Et ſi teſtator.* ibid.n.4

Pedagium.

Pedagium commune ſi ſit inter duos,poteſt vnus in illo deputare collectorem, ne fraudetur in eo,quod ſua intereſt. p.183.n.14

Et an poſſit per vnum vendi abſque alterius ſcientia. p.184.n.14

Penſionarius & Penſio.

Penſionarij qui in ſeruitiorum remunerationem penſionem obtinent à Catholica Maieſtate, Ordinariis locorum ſubiecti ſunt in cauſis ciuilibus. verſ. *Pro intelligentia.* p.293.n.11

Et quid ſi ſint de Equeſtri vel Pedeſtri militia, vulgò *Interteniti*, vel de continuis ſuæ Maieſtatis. ibid.

Penſio exigi haud poteſt abſque expreſſo Summi Pontificis conſenſu, & ſi ſoluatur, litteris non expeditis ſimonia committitur, & confidentia. p.354.n.9

Penſio impoſita à ſupremo Principe ſuper beneficio, quod eſt de iure patronatus ipſius, an debeat ſolui à præſentato in illo beneficio, dum penſionarius litteras Apoſtolicas ſuper impoſita penſione non curauit impetrare. ibid. n.2.5.& 9.& p.355.n.11

Penſionem imponere ſuper beneficiis, ſpectantibus ad præſentationem laïcorum, num poſſit Summus Pontifex. ibid.n.12

Penſiones ex quauis cauſa imponere ſuper beneficiis minime poſſunt Summo Pontifice inferiores. p.354.n.20

P[...]ſionis augme[...]i num debeatur alicuius rei locatori ob maximã fertilitatẽ.p.376.n.5.& p.679.n.4

Penſionis reſeruatio nulla erit cenſenda, ſi collatio beneficij nulla fuerit. p.355.n.13

Perceptores.

Perceptor prouincialis ob vſum pecuniæ fiſcalis ad proprium commodum, haud poteſt ab officio ſuſpendi. p.836.n.10

Perceptores prouinciales non dicuntur Officiales, ſed exactores,& quare ſint introducti. p.581.n.8

Et num comprehendantur ſub nomine officialium exceptorum in Indultu generali. ibid. num.9. & num.11

Perceptores prouinciles, qui deſcribunt in exitu vltra ſummam quam faciunt, qua pœna mulctentur. p.582.n.14

Percutiens.

Percutiens conſanguineum Clerici contemplatione tamen ipſius Clerici in ſententiam incidit excommunicationis. p.167.n.1.& p.168.n.3.4.& 7

Periculum.

Periculum pecuniæ, in banco depoſitæ ad quem pertinere debeat. p.715.n.1

Periculum rei emptæ, an & quando ſpectet ad emptorem. ibid.n.2

Periculum rei venditæ ſub conditione ad quem ſpectet, conditione purificata. p.492.n.7.8.& 11

Et num ſit emptoris, quotieſcumque venditor non eſt in mora, quominus res ipſa emptori tradatur. ibid.n.10

Petitorium.

Petitorio. vid. infra in verb. *Recepta in petitorio.*

Petitorium quando dicatur intentatum, & quando poſſeſſorium. p.511.n.1

Pignus.

Pignus & hypotheca non conueniunt in re propria. p.83.n.14

Pignus in creditoris vtilitatem minimè datur, ſed ſecuritatem. p.355.n.1

Pignus obligatum pro ſorte principali, retineri num poſſit,etiam pro pœna conuentionali. p.731.n.64

Platea.

Platea Populi huius fideliſſimæ Ciuitatis Neapolis extitit & extat in quaſi poſſeſſione cuſtodiendi claues & portas prædictæ Ciuitatis. p.558.n.7.& 14

Plebeius.

Plebeius, qui matrimonium contraxit cum nobili,non contribuente in tributis, contribuere tenetur pro bonis mulieris in dotem acceptis, quæ in eiuſdem mulieris perſona erant franca. p.519.n.6

Pœna.

Pœna amiſſionis feudi ob non denunciatam mortem vaſſalli intra annum & diem in regno noſtro remiſſa eſt, & pro ea Regiæ Curiæ duplicatum debetur releuium. p.137.n.2

Et num ſit remiſſa in feudis planis, & de tabula. ibid.n.3

Et num ſubintret hæc pœna, ſi hæres mortem defunctis non denunciauit, ex eo quod feudum non poſſidebat. p.147.n.4.& 5

Pœna carceris perpetui iure Digeſtorum & Codicis interdicta eſt. p.7.n.17

Et quid de Iure Canonico vel Regni noſtri. ibid. verſ. *Etenim.* & n.10

Pœna eſt omne id, quod vltra ſimplum ſoluitur. p.158.n.14

Pœna haud debetur, niſi ſententia ſecuta condemnatoria. ibid.n.15

Pœna legis Iuliæ de reſiduis,& pœna peculatus quinam teneantur. p.636.n.9

Pœna quando dicatur deberi ex delicto, & quando ex contractu. p.733.n.85.& ſeqq.

Pœna quicquid originaliter eſt, minime ſors effici poteſt. p.582.n.18

Pœna ſi veniat applicanda fiſco, cauſa dicitur criminalis. p.581.n.11

Pœnæ contrauenientium, intercepta, ac ſimilia ad conceſſionarium ſpectant iuriſdictionis, tanquam fructus illius. p.552.n.10

Pœnæ pecuniariæ quæ lege vel ſtatuto fiſco deferuntur an debeantur ſolum ipſi; vel potius Baronibus, inueſtitis de mero, & miſto imperio cum conceſſione pœnarum & prouentuum. pag.551.n.1.& 2. & p.552.n.3.& ſeq.

Et quid ſi Baro eſſet omnino incapax cognitionis eius criminis, quod noua conſtitutione prohibetur. ibid.n.7

Pœnæ pecuniariæ num veniant in feudi fructuum reſtitutione. p.183.n.1.5.& ſeq.

Polygamia.

Polygamiæ crimen eſt mixti fori, eius tamen cognitio ſpectat ſolùm ad Iudicem Eccleſiaſticum priuatiuè, quoad Iudices laicos. p.3.n.6

Pontificia authoritas.

Pontificia authoritas poteſt ſupplere defectum ſolemnitatis iuris. p.33.n.41

Portio.

Portio hæredis inſtituti in proprietate, & premorientis teſtatori, num ſpectet ad cohæredem in vſufructu, vel aduenientes ab inteſtato ipſius teſtatoris. p.817. num.24

Portiones quæ dantur Doctoribus de collegio dicuntur diſtributiones quotidianæ, quæ intereſſentibus & præſentibus tantùm dantur. p.571.n.13

Portulanus.

Portulani Iudex legitimus quiſnam erit in cauſis ſummariis, & quis in cauſis ordinariis. p.87. n.3. verſ. *Fuit dictum.*

Poſſeſſio.

Poſſeſſio fundi qui dubitatur an ſit feudalis, vel allodialis, lite pendente manere debet penes filiam contendentem cum agnato. p.943.n.6

Poſſeſſio immemorabilis dominorum Electorum exercendi iuriſdictionem criminalem in ſubdito annonæ, num fuerit interrupta, litteris Regis mediantibus, & quo tempore. p.966.n.31.& ſeq. & p.967. n.33. & ſeq.

Poſſeſſio immemorabilis num alicuius ſit releuantiæ, quoties conſtat de titulo inualido. p.966.n.29

Poſſeſſio ſequeſtrari an, & quando debeat, maxime feudorum. p.601.n.21

Poſſeſſio ſola abſque bona fide & titulo ſufficiens eſt in interdicto *Vnde vi.* p.558.n.16

Poſſeſſio tanti temporis cuius initium non eſt in hominum memoria, num probet in materia collectarum, eo ipſo, quod in libris Cameræ, vel communitatis non reperitur ſcriptum id quod ſolui debuiſſet. p.124.n.12

Poſſeſſionem apprehendens parte non citata dicitur intruſus. p.463.n.20

Poſſeſſionem qui prius adipiſcitur, priore loco ſedere debet, & dignior cenſendus. p.568.n.4

Poſſeſſionis actus non debent eſſe indifferentes, generales, inordinati ac vagi. p.558.n.21

Poſſeſſionis capax poteſt eſſe quilibet incapax proprietatis. p.217.n.5

Poſſeſſionis ratione actus inualidus fit validus, ac è contra. p.653.n.8

Poſſeſſor.

Poſſeſſor bonæ fidei titulum habens, excuſatur à fructuum reſtitutione, etiam poſt litem conteſtatam perceptorum. p.200.n.20

Et an & quando poſt litem conteſtatam efficiatur malæ fidei poſſeſſor. ibid.n.21

Poſſeſſor & dominus ſi ſimul in actu concurrant, actus per poſſeſſorem expediri debet. p.655.n.6

Poſſeſſor num faciat fructus ſuos quamuis ex his factus ſit ditior ſi verſetur in dubio, & probabili iuris errore. p.199.n.10

Poſſeſſor in iudicio an & quando opponere poſſit de iure tertij quod eſt excluſiuum iuris agentis ipſo iure. p.28.n.7

Poſſeſſor in iudicio petitionis hæreditatis, ſi iuſtam habeat litigandi cauſam, licet demum ſuccubuerit, ad fructuum non tenetur reſtitutionem. pag.199. num.12

Poſſeſſor malæ fidei num recuperet meliorationes per ipſum factas. p.289.n.2.p.290.n.7

Poſſeſſor rei, hipotecaria actione conuentus & condemnatus ad rem relaxandam, num deducet meliorationes in ea factas, habito reſpectu ad tempus præſens, ſcilicet condemnationis. p.288.n.14

Poſſeſſorium.

Poſſeſſorio in iudicio immiſſio feudorum an & quando potius ſit concedenda fœminæ quam agnato. pag.599. n.2. & 3. p.600. n.10. & ſeq. & p.601. num.17

Et quid ſi fœmina contendat, bona eſſe allodialia, non autem feudalia. p.599.n.5

Et quid ſi eſſet dubium an ſint feudalia vel allodialia. p.600.n.5.verſ. *Secunda.* & n.13

Et quid ſi conſtaret, eſſe feudalia, per inueſtituram in promptu, vel per confeſſionem ipſius fœminæ, an hoc caſu immiſſio eſſet concedenda fœminæ. p.599. n 6.& p.600.n.14.

Quidve ſi agnatus poſſideret feudum, & ex inueſtitura conſtaret feudum eſſe, ſed fœmina fundaret ſe in aliis inueſtituris, & ſic eſſet conflictus inueſtiturarum, vel pro fœmina adeſſet ius vel ſtatutum alicuius Prouinciæ. p.601.n.22.& p.602.n.23

Poſſeſſorio in ſummariiſſimo ille eſt in poſſeſſione manutenendus, qui in ea reperitur. pag.242. num.15

Poſſeſſoriis in actionibus vltimus actus attenditur. p.558.n.15

Poſſeſſoriis in iudiciis rarò præſtantur fideiuſſiones, etiam ſi de rigoroſiſſimo iure eſſet agendum. pag. 602.n.2

Poteſtas.

Poteſtas creandi Magiſtratus eſt de Regalibus. p.575. num.10

Poteſtas & voluntas humanos integrant actus. p. 171. num.12

Pragmatica.

Pragmatica prima *de Senatuſconſult. Meced.* an comprehendat caſus in quibus Macedonianum ceſſat de iure communi. p.821.n.22

Et num dicta Pragm. prouideat Patribus & filiis p.824.n.31

Et an comprehendat caſtrentia, & quaſi. ibid.n.32.

Pragmatica 1. *de Senatuſconſul. Vell.* non loquitur de contractu donationis. p.390.n.7

Precator.

Præcator falſus carere debet impetratis. p.563.n.3

Præcedentia & præcedere.

Præcedentiæ in materia attenditur temporis prioritas, ſimulque adeptæ adminiſtrationis. p.236.n.2.& p.531.n.9.& ſeqq.

Præcedentiæ in materia inter Dominos Conſiliarios, Regentes, num attendatur tempus datæ priuilegij, vel adeptæ poſſeſſionis. p.568.& 569.tota alleg. vbi multa traduntur exempla.

Præcedere

Præcedere num debeat fiſcalis Regiæ Cameræ Summariæ, vel Magnæ Curiæ Vicariæ, eorumque Tribunalium. pap.710. vſque ad 726. tota Alleg.

Præceptum.

Præceptum Iudicis ne quis rem ſuam alienet, tranſlationem impedit dominij. p.520.n.4

Preces.

Preces importunæ, quæ tædium ac moleſtiam afferunt, ſufficiunt ad annullandum teſtamentum ſicut metus reuerentialis. p.936.n.5

Præfectus.

Præfecti militum cognitionem habent delictorum militarium tantum: pro delictis verò communibus, & grauibus militis ſubijciuntur Iudicibus ordinariis. p.780.n.37. & ſeq.& n.40. & ſeqq.

Præfecto maris,ac Duci Claſſium num ſit conceſſa iuriſdictio priuatiuè, vel cumulatiuè ad ordinarios. ibid.n.35.& 36. verſ. *Quia.*

Et qualnam inſtructiones habeant à Rege. ibid.

Et num practicetur remiſſiones fieri à magma Curia. ibid.n.36

Prælatio.

Prælatio an ſit prorſus deneganda, quoties res ſuper qua petitur non eſt permantura in poſſe petentis. p.250.n.47.& p.906.n.20

Prælationis ius competit Baroni iuriſdictionis ciuilis, cùm dominus iuriſdictionis criminalis velit illam in alium transferre. p.25 1.n.1

Et à quibus cauſis poſſit hoc caſu huiuſmodi Baroni competere Ius Retractus. pag.251.n.2.& ſeq. & p.252.n.11

Prælationis ius in venditione Ciuitatum, Terrarum, Iuriſdictionis Siclæ,Portulaniæ,&c. num competat Vniuerſitatibus, vel cuilibet particulari ad excluſionem emptorum. ibid.n.8

Prælationis priuilegium competens mulieri pro recuperanda dote ſuper bonis viri in concurſu aliorum creditorum, num tranſeat in ceſſionarium ipſius mulieris. p.39.n.11. & p.40.n.15.& 16

Et quid ſi ceſſio ſit neceſſaria tam ex parte mulieris, quam ceſſionarij. ibid.n.12

Et an tranſeat ad filios, vel ad donatarium.ibid.n.12. 14. & 15

Et an tranſeat ad hæredes extraneos mulieris. ibid. n.15

Prælati.

Prælati exempti Iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habentes, an poſſint omnia facere, quæ poſſunt Epiſcopi in ſuis Diœceſibus. p.1.n.2

Prælatis Galliæ prohibitum eſt, ne de actionibus realibus cognoſcant. p.97.n.21

Presbyter.

Presbyteri nomine intelligitur quilibet Clericus, vel Senior. p.89.n.19

Et quid ſi nomen presbyteri coniunctum ſit cum aliis. p.90.n.20

Præſcribendi cauſa, Præſcribi, & Præſcriptio.

Præſcribendi cauſam iuſtam quilibet titulus tribuit, quamuis deficiat aliqua ſolemnitas. p.665.n.6

Præſcribi contra fideicommiſſarium minime poteſt, ſi nequit agere, vel quia pupillus,vel quia fideicommiſſi conditio adhuc non venerit. p.37.n.64

Præſcribi an poſſint res expreſſè prohibitæ alienari. ibid.n.67.

Præſcribi non poſſunt res fideicommiſſo ſubiectæ ab emptore fideicommiſſum ſciente propter ſuam malam fidem. ibid.n.5

Præſcriptio centenaria & immemorabilis parem vim habent. p.526.n.13

Præſcriptio centenaria & immemorabilis operatur effectum ſuum, quamuis oſtendatur initium turpe & vitioſum. p.665.n.7

Et an per ſe ſola ſufficiens ſit ad inducendum titulum,etiam contra fiſcum. p.844.n.16

Præſcriptio contra Eccleſiam tam de Iure Canonico quam Ciuili quadraginta annorum ſpatio datur. p.665.n.2

Et qualis præſcriptio detur in actione tam perſonali, quam reali intentata & non proſequuta. ibid.n.5

Et an præſcriptio cadat ſuper re Eccleſiæ alienata ſine ſolemnitate. ibid.n.6

Præſcriptio immemorabilis Principis æquiparatur priuilegio. p.241.n.12.&p.525.n.11

Et qualiter probetur hæc præſcriptio. ibid.

Præſcriptio in annuis, ac meſtruis ſolutionibus, num currat ab exordio obligationis, vel ab initio cuiuſcumque anni,vel menſis. p.631.n.12

Præſcriptio in feudis non datur in Regno,ob Regis abſentiam. p.141.n.10

Et num detur contra priuatum, concurrente bona fide,præſtatione ſeruitij,ac præſentia feudatarij. ibid.

Præſcriptio non interrumpitur per ſolam citationem, ſed per litis conteſtationem. p.496.n.5.& p.665. num.4

Præſcriptio omnis etiam longi, & longiſſimi temporis fauore infantium excepta eſt, modo domini rerum alienatarum tempore alienationis infantes fuerint. p.527.n.63

Præſcriptio quamuis nulla vigeat contra fiſcum tum iure communi, tum Regni, viget tamen contra ipſum centenaria,ſeu immemorabilis. p.844.n.18. & p.864.n.14 & 15

Præſcriptione prohibita,ſiue reiecta, non intelligi ut prohibita vel reiecta immemorabilis. p.241.n.13

Præſcriptionem allegans immemorabilem, lite pendente, conſeruari non poteſt in poſſeſſione, niſi prius ea probata. p.412.n.7

Præſcriptiones temporales, minores tamen decennio, currunt à die ſcientiæ. p.594.n.42

Præſentatio.

Præſentatio in beneficio de Iure patr.facta per poſſeſſorem, præfertur præſentationi factæ per verum patronum. p.653.n.7

Præſentia.

Præſentia ſola ab illius cui reuerentia debetur,abſque minis,& verberibus ſat eſt ad actum aliquem annullandum. p.936.n.4

Præſumptio.

Præſumptio eſt pro ſententia. p.335.n.5

Præteritio.

Præteritio matris, aui materni, vel alterius eiuſdem lineæ Iure Codicis Inſtitutionum habebatur pro exhæredatione, ita vt filio præterito competebat tantum querela inofficioſi: ſed attento iure nouiſſimo Authenticorum in matris præteritione requiritur expreſſio cauſæ,alias teſtamentum eſt ipſo iure nullum. p.689.n.4.& 6

Idemque erit ſi mater è contra, vel alius ex linea materna, à filio, ſiue ab alio deſcendente prætereatur. ibid.n.5

Pretium.

Pretium æquale,efferendum venditori,vt prælatio obtineatur,quodnam dicatur. p.707.n.4

Pretium erogatum in emptione feudi noui de conſuetudine Regni Neapolitani eſt diuidendum inter fratres. p.105.n.20.& ſeqq.p.186.n.12

Et an huius pretij pars debeatur ſecundogenitis iure collationis directæ,vel vtilis. p.107.n.29.& ſeqq. & p.185.n.1

Et vid.ſup.in verb.*Collatio.*& in verb.*Feudum. ſi ſit à patre emptum.*

Et an totum pretium debeatur fratri, ſi ob eius incapacitatem ſucceſſit in feudo ſoror dotata,&quæ renunciauit in ampliſſima forma. p.106.n.23.& ſeq. & p.107.n.26

Et quod tempus ſit attendendum in huius pretij ſolutione, num tempus emptionis vel mortis patris. ibid.n.26
Pretium in quot ſpecies diſtinguatur p.707.n.8. & ſeq.
Pretium iuſtum cuiuſuis rei quodnam dicatur. ibid. num.6. & p.709. n.23. verſ. *Praterea.*
Pretium redactum ex venditione rei antiquæ, num ſubiaceat Conſuetudini Neapolitanæ incipienti, *Et ſi teſtator.* p.579.n.10
Pretium legale, vel ex natura rei quodnam dicatur, & ex quo pendeat. p.707.n.7
Et num iudicetur ex particulari hominis indigentia, ſeu affectione, vel ex communi. ibid.n.10
Pretium rei vendendæ num minuant timor belli, aut alterius futuri periculi, & anticipata ſolutio.p.624. num.27

Præuentio.

Præuentio in criminibus mixti fori iure communi datur. p.3.n.3
Et quid in Regno Neapolitano. ibid.n.3.& pag. 676.n.12
Præuentio inducta cenſetur minimè per citationem realem. p.675.n.10
Et quid præcedente contumacia in alia Curia. ibid.
Præuentio in obligationibus penes acta non admittitur ad finem impediendi exequutionem.Inter Decr. Io.Angel.Piſanel. verſ. *Ex iſta.* p.989.aliàs 979
Et an ſtante præuentione ſit cautio præſtanda per præuentum de reſtituendo in caſu ſuccumbentiæ id quod in præuentione continetur d. verſ. *Ex iſta.* & verſ.*Fuit diſceptatum.* cum verſ. *De menſe Martij* 1518. *Relatore Domino Maiorana.* p.990. alias 980

Primipilare, & Primipilus.

Primipilare priuilegium num poſſit hodie extendi ad dotes vxorum Regiorum Theſaurariorum. p.892 n.90. p.893.n.113
Primipilaria cauſa, vid. ſup. in verb. *Fiſcus pro admi- niſtratione.*
Primipili Officium an hodie ſit in vſu. p.892. n.86. & ſeqq.
Et quid in Regno Siciliæ,Luſitaniæ, aliiſque. p.893. n.106. & ſeqq.
Primipili officium in Regno Neapolitano nunquam fuit practicatum. p.897.n.161.& ſeq.
Primipili pro debito bona etiam dotalia ſunt tacitè fiſco obligata, deuenitur tamen ad ea in vltimum ſubſidium. p.894.n.127
Primipili quo tempore fuerint creati ad militiam regendam. p.892.n.80
Primipilum in genere neutro num differat à primipilo in genere maſculino. p.896.n.154
Primipilus eiuſque Officium variis modis deſcribitur tam ab Hiſtoriographis, quàm Iureconſultis. pagin.889.n.23. p.890.n.26.& ſeqq.& p.891.n.46. & ſeqq.
Et quid ſit Primipilus. p.894.n.132

Primogenitus.

Primogenitus an,& quando teneatur ad ſoluendum ſecundogenitis æſtimationem feudi, deducta tamen legitima ad ſui beneficium. p.806.n.2
Et quanta ſit hæc legitima. ibid.n.3

Princeps.

Princeps aſſenſum præſtitum neque in partem infringere poteſt. p.856.n.18
Princeps cauſam ad ſe aduocare poteſt etiam poſt ſententiam ſupremi Prætorij. p.576.n.15
Princeps concedendo aliquid in remunerationem ſeruitiorum,num dicatur munificentiam exercere in concesſionarium, vel potius debitum ſoluere. pag.21 8. num.5. & 6. verſ. *Vnde in caſu.*
Princeps contrahendo cum ſubditis, num naturaliter, vel ciuiliter obligetur. p.640.n.3
Princeps decretum generale ſi promulgauerit, vt in feudis ſolus primogenitus ſuccedat, cum onere præſtandi victum fratribus ſecundogenitis, & feudatario iam defuncto, primogenitus ſucceſſit, tam ex vi dicti decreti, quam inueſtituræ, ſi deinde fratres ſecundogeniti porrigent preces Principi, vt dignetur in decreto pactum diſpenſare, quo vnà cum primogenito,feudorum iam poſſeſſionem adepto, valeant ſuccedere,an poſſit Princeps eorum precibus aſſentiri. p.114.n.21
Princeps de plenitudine poteſtatis num poſſit irritare, reſcindere, vel reuocare contractum, inter ipſum, vel eius anteceſſores celebratum cum Ciuitate, vel ſubditis. p.640.n.3
Princeps dominium Iure Ciuili quæſitum putà per ſententiam tollere num poſſit. p.115.n.16
Princeps ea quæ ſunt Iuris Ciuilis tollere rectè poteſt. p.114.n.20
Et num derogare poſſit iuri poſitiuo. p.445.n.13
Princeps filium illegitimum poſt mortem patris, num legitimare valeat in præiudicium venientium ab inteſtato. p.113.n.14
Princeps in dubio haud præſumitur vti plenitudine poteſtatis, ſed ordinaria. p.435.n.12.& p.640. num.2
Et an debeat euidenter conſtare de voluntate Principis, volentis vti plenitudine poteſtatis. ibidem, num.2
Princeps in feudalibus poteſt nouam formam dare, primamque remouere conſentiente feudatario. p.550.n.21
Princeps ius alteri quæſitum num poſſit auferre ſine cauſa. p.112.n.7.& p.114.n.22
Et quid ſi ius eſſet alteri quæſitum Iuris Ciuilis artificio. p.113.n.8.& 13
Et an valeat abſque cauſa, ſed ſola voluntate auferre illud ius, quod ipſe Princeps fuit cauſa, vt alteri quæreretur. ibid.n.11
Princeps pollicitus, ciuitatem non alienare, & maxime illam quæ ſuis ſumptibus ſe redemit, etiam de plenitudine poteſtatis, & ex quauis cauſa illam alienare nequit. p.641.n.7
Princeps poteſt ſubditum ſuum cogere ad concordiam. p.445.n.15
Princeps ſecularis, damnum inferens conſanguineis Prælatorum, & Clericorum, propter odium, quo inſequitur Prælatum, vel Clericum, in ſententiam incurrit excommunicationis. p. 168. num.8
Et quid ſi Prælati,vel Clerici eſſent infeſti,occupantes,& turbantes iuriſdictionem regalem, & moniti non deſiſterent.d.n.8.verſ. *Eſt tamen verum.*
Princeps ſicut poteſt facere delictum de non delicto, ita è contra. p.352.n.5
Princeps Superiorem non recognoſcens an mandare poſſit, vt Iudex, coram quo agitur de ſpolio illato, procedat ſimul, & ſemel in poſſeſſorio & petitorio. pag.444. num.4. & 6. & ſeq. & p.445. num.16
Princeps Superiorem non recognoſcens vendendo bona pupilli, num ſeruare teneatur iuris ſolemnitates. p.33.n.40
Principe concedente alicui gratiam, vt aliquid facere poſſit,agere conceſſionarius nequit ante expeditionem litterarum. p.[illegible].n.2
Principe diſcedente à ſuo contractu, non præſumitur cauſa, ſed debet probari, ac de ea legitimè conſtare. p.641.n.4

Principi

Principi num liceat priuilegia reuocare ob publicam vtilitatem. p.519.n.17
Principis factum vid. ſupr. in verb. *Factum Principis.*
Principis reſcriptum rem iudicatam non tollit. p.576. num.13

Priuilegiatus, & Priuilegium.

Priuilegiatus contra pariter priuilegiatum, an poſſit vti ſuo priuilegio. p.117.n.13.& p.118.n.19
Et quid ſi alter altero eſſet magis priuilegiatus. ibid. num.14
Et quid in duobus priuilegiatis priuilegio fori.p.118. num.21
Et ſi miſerabilis alium miſerabilem conueniat, eligendo Curiam Principis,num ſit attendendum,vter ſit miſerabilior. ibid.n.20
Priuilegia conceſſa per Regem Federicum, alioſque de domo Aragonia, num ſint per Regem noſtrum obſeruanda. p.357.n.1.& ſeqq.n.10.& 13
Priuilegia maximè in præiudicium tertij ſunt ſtrictiſſimè interpretanda. p.724.n.65
Priuilegia per non vſum decem annorum num amittantur. p.357.n.2
Priuilegia referuntur immunitatis conceſſæ per Imperatores Federicum I. Ferdinandum I. & Carolum Quintum Vaſſallis Hoſpitalis Sanctiſſimæ Annunciatæ Neapolis. p.668.n.13
Priuiligia Regia, vt valida ſint in Regno Neapolitano, ſunt expediendæ litteræ exequutoriales. p.568. num.10.& ſeq.
Priuilegia Regis, quæ intra annum minimè ſunt exequutoriata,nullius ſunt roboris,& momenti.p.547. num.1
Et quid ſi exequutoriata fuerint poſt annum. ib.n.2
Et quid ſeruetur de ſtylo Regiæ Cancellariæ. p.548. n.5. & ſeqq.
Et num admittatur purgatio moræ in illo exequutoriando. ibid.n.14
Quidve ſi priuilegium à Rege conceſſum ſit in ſeruitiorum remunerationem. p.549.n.16
Quid denique ſeruetur hodie circa hoc in Regia Camera. p.550.n.25
Priuilegium extinguitur, quoties perſona, quæ eſt cauſa priuilegij, è viuis deceſſerit. p.507.n.2
Et an extinguatur priuilegium vxoris per mortem viri. p.507.toto.Cap.150
Priuilegium fori concedendum non eſt pupillis, patrem habentibus,ſiue auum paternum. p.118.n.22
Et quid ſi pupillus habeat patrem inutilem. ibid. num.23
Priuilegium quod competit alicui in aliquo negotio, ob dolum commiſſum amittitur. p.873.n.15
Priuilegium, vel gratuita promiſſio habens tractum ſucceſſiuum,ſi progreſſu temporis contineat iniquitatem poteſt à Principe, vel Iudice ad æqualitatem reduci. p.630.n.6

Probatio.

Probationes non veniunt reſtringendæ, ſed ſecundum morem, & ſtilum regionis ſunt recipiendæ. p.313.n.11

Proceſſus.

Proceſſus cum tutore factus, non confecto inuentario, num ſit nullus ipſo iure. p.30.n.17
Et quid ſi tutor omiſerit tantùm ſatiſdationem, vel id à partibus non fuerit oppoſitum. ibid.n.18.& 20

Proclamata.

Proclamata præcedentia in ſindicando Officiali,vel in diſtractione alicuius prædij,quid operentur. p.585. num.1

Procurator.

Procurator ad lites vel ad negotia conſtitutus,cenſetur reuocatus, quoties principalis alium in lite,vel negotio conſtituerit procuratorem, quamuis primum expreſsè non reuocauerit. p.359.n.1
Et an Procurator reuocari poſſit poſt litem conteſtatam abſque cauſæ cognitione. ibid. num. 3. & 9. & p.360.n.10
An ve reuocatio Procuratoris, facta poſt litem conteſtatam nihil operetur niſi fuerit intimata, nec abſque notificatione dicitur perfecta. ibid.n.4
Et num opus ſit hoc caſu, quod tam Procurator quàm aduerſarius certiorentur. ibid.n.4
Et an in reuocatione requiratur conſenſus,& Procuratoris,& aduerſarij collitigantis.p.360.n.3.8.& 11
Procurator facultatem non habet concedendi dilationem debitoribus ſui principalis. p.867.n.3
Et num hanc facultatem habeat Procurator generalis cum libera. p.868.n.13
Et vid. ſup. in verb. *Mandatum.*
Procurator falſus quiſnam dicatur. p.560.n.34
Procurator generalis num exercere poſſit liberalitatem de bonis ſui principalis. p.867.n.10
Procurator mandatum habens cum libera num poſſit nouare debitum pupillare. p.888.n.18
Procurator pro citato in cauſa criminali non admittitur ad vllam exceptionem allegandam,præterquam captiuitatis,infirmitatis,& abſentiæ. p.882.n.4
Procuratorem conſtituens ad adeundam hæreditatem, illam animo adire dicitur. p.444.n.8

Profeſſio.

Profeſſio facta in articulo mortis, valet, poteſt tamen profitentem pœnitere ſi ſalutem recuperauerit. p.297.n.7
Profeſſio num requirat ſcripturã,vel probari per teſtes. p.808.n.2.& 5
Et quid in profeſſione mulierum. ibid.n.3

Prohibitio, & Prohibitum.

Prohibitio expreſſa teſtatoris, ne bona ſubiecta fideicommiſſo, alienari poſſint, quos producat effectus. pag.194.n.2. & 3. p.195. n.5. & p.196. num.11. & ſeqq.
Prohibitio Legis, ne aliqua res diſtrahatur num differat à ſimili prohibitione Iudicis. p.520.n.1
Prohibitiones de non contrahendo matrimonium num tuta conſcientia exigi valeant. p.276.n.4
Prohibitum ſi aliquid ſit vel lege, vel ab homine, cenſetur prohibita omnis ſequela per quam peruenitur ad illud. p.255.n.5

Promittens, Promittere, & Promiſſio.

Promittens ſoluere certa die, vel dare fideiuſſores, aut pignus adueniente die, num poſſit cogi præcisè ad ſoluendum. p.145.n.6
Promittere facere cautelas circa aſſignationem dotis, & aſſignare dotem, idem ſunt. p.515.n.17
Promittere nomine Titij,& promittere ſoluere pro Titio, num ſint idem. p.59.n.4
Promiſſio dandi in dotem rem aliquam filiæ, facit, vt ſit quæſitum Ius filiæ circa rem illam, in dotem promiſſam. p.516.n.19
Promiſſio de inſtituendo aliquem hæredem vniuerſalem in omnibus & ſingulis ſuis bonis, præſentibus, & futuris, mobilibus,& immobilibus, facta intuitu matrimonij, num ſubſiſtat de Iure, vel poſſit reuocari. p.334.n.7.cum ſeq.& p.336.n.21
Et quid ſi fiat iuramento mediante. p.335.n.15
Et quid ſi hæc promiſſio fiat fauore certi matrimonij. ibid.n.16
Quidve ſtante Conſuetudine Prouinciæ Occitanæ, & Galliæ. p.336.n.19.& 22
Promiſſio de ſe obligando pro dotium reſtitutione per publicum inſtrumentum cum hypotheca bonorum feudalium etiam titulatorum, num ſit vera, & realis obligatio. p.65.n.20

Promiſſio de vendendo, & emendendo, certo expreſſo pretio, num ſit venditio. p.291.n.3.p.292.n.4
Promiſſio facta mulieri ab eius conſanguineo, vt ſuſtineatur, num cenſeatur facta in cauſam dotis. p.703.n.148
Promiſſio operarum facta ſecundo per aliquem num intelligi debeat, ſine præiudicio primæ promiſſionis, vel iuris quæſiti alteri, ex dicta prima promiſſione. p.20.n.3

Promotor.

Promotor tenetur tueri, & protegere promouendum, tanquam illius Aduocatus. p.571.n.15
Promotores cur intereſſe debeant in aliquo Doctore faciendo. p.570.n.4
Et quod debeant eſſe in cuiuſlibet Doctoratu. vid. ſup. in verb. *Collegium.*
Promotores iurantes, & admittentes indoctos pro doctis, ſi excuſantur à pœna periurij, quoad mundum, non tamen excuſantur à pœna gehennali. ibid.n.3

Propoſitum.

Propoſitum in propoſito idem operatur, quod oppoſitum in oppoſito. p.412.n.17

Proprietas.

Proprietatis Dominus, an & quando poſſit rem apud ſe retinere, & cautionem præſtare de ſoluendo vſufructuario ſingulis annis fructus, ex illa re percipiendos. p.58.n.8

Prorex.

Proreges abrogare vel limitare Leges Regis an & quando poſſint. p.548.n.10
Proreges aſſentiri num poſſint feudorum titulatorum alienationibus, ſtante gratia, per Regem conceſſa de anno 1581. p.76.n.1.& 2
Proreges aſſentiri an poſſint, ſi pater in feudo ſecundogenitum vellet hæredem inſtituere. p.69.n.13. & ſeq.
Prorex antequam iuret in manibus Electorum Ciuitatis, non expirat officium ſui prædeceſſoris. p.568. num.3
Prorex dicitur alter ego, poteſtque ſua vicaria facultate, & nouas creare dignitates, ac veteres tollere, mutare, & addere. p.17.n.5

Proteſtatio.

Proteſtatio facta per filiam primogenitam in dotatione ſibi facta à patre, quod ſcilicet non intenderet renonciare ſucceſſioni feudorum, num operetur, vt ſit ſibi ſaluum ius ſuccedendi in feudis, poſtquam pater non ſolùm conſentiit, ſed etiam voluit, quod filia primogenita non excludatur. p.515.n.9
Proteſtatio nihil iuris de nouo tribuit, conſeruat antem illud quod quis habet. p.544.n.10

Prothocollum.

Prothocollum num requirat ſcripturam externam, vel ſufficiat, quod ſit imbreuiata. p.597.n.10

Proxeneta.

Proxenetæ, ſiue mediatores num poſſint eſſe teſtes in contractibus, qui coram ipſis geruntur. pag. 16. num.9

Proximior, & Proximitas.

Proximior in gradu ſi nolit, vel non poſſit ſuccedere, admittitur alius ſequens in gradu. p.910.n.19
Proximior, qui in emptione alicuius rei præfertur, num teneatur offerre iuſtum, & naturale pretium rei, vel quod ab alio extraneo inuenitur. p.708. n.19.& p.709.n.24
Proximiore de familia vocato, ſi proximior extaret fœmina, num admitti debeat, excluſo maſculo remotiore. p.467.n.1.& 2
Proximiores in hac Ciuitate Neapolis num per ingreſſum religionis excludantur per Monaſterium à portione debita per conſuetudinem dictæ Ciuitatis. p.317.n.2
Proximiores matris num poſſint pro dotibus maternis experiri actione reali ſuper bonis paternis, ſi filius ſucceſſerit matri, cum etiam eſſet hæres patris. p.46.n.10
Proximiores patris, & proximiores matris quomodo ſuccedant in bonis ab inteſtato decedentis ſine filiis, ex lege municipali Ciuitatis Neapolis. ib.n.10
Et num ſuccedant vti hæredes, & ſucceſſores primi acquirentis, vel vti hæredes, & ſucceſſores vltimi decedentis. ibid.
Proximitas in fideicommiſſis quænam attendenda, num grauati, vel grauantis. p.453.n.29

Puella.

Puella nubens inſcio, & inuito patre, num peccet mortaliter. p.686.n.10.& 12

Pupillaris, & Pupillus.

Pupillaris ſubſtitutio expreſſa. vid. inf. in verb. *Subſtitutio.*
Pupillo num currat tempus, in ſtatuto contentum, in his quæ ſibi damnum, vel lucrū afferunt. p.893.n.3
Pupillo omnis alienatio dicitur interdicta, niſi præcedentibus ſolemnitatibus à iure requiſitis. p.294.n.2
Pupillus donare haud poteſt, nec authoritate tutoris, nec decreto Iudicis interueniente. ibid.n.3.& 4
Pupillus rem alienatam ab eo, qui pro tutore ſe gerebat, cum talis non eſſet, num poſſit è manibus emptoris recuperare, quamuis aduerſus tutorem eſſet ei cautum. p.31.n.22

Q

Quantitas.

Quantitas vbi debetur ratione certæ ſpeciei, perempta ſpecie debitor quantitatis liber efficitur. p.621.n.6

Quarta.

Quartam an poſſit petere mulier, vid. infr. in ver. *Vxor.*

Quaſi poſſeſſio.

Quaſi poſſeſſio decennalis an ſufficiat quoties de Regalibus tractetur. p.963.n.8

Quatriennium.

Quatriennium competens ad petendam reſtitutionem in integrum an currat ad ignorantem. p.593.n.32. & 33.& p.594.n.35
Et an ſit continuum, & currat contrà quoſcumque. ibid.n.30.& 37
Et à quo die currat quatriennium, num à die læſionis, vel ſcientiæ, tam in cauſis Eccleſiæ quam minorum. p.594.n.39.& ſeq.

Quæ.

Quæ in conſequentiam, & ſecundariò veniunt, actum non qualificant. p.61.n.9

Quæſtor.

Quæſtor ſignificat præfectum Ærarij. p.891.n.67
Et an Quæſtor non eligebatur, niſi Nobilis, & nonquam plebeius, eratque illuſtris. ibid.n.70
Et an hodie & iam appelletur Quæſtor. ibid.n.71
Et an quæſtoris officium ſit antiquiſſimum. ib.n.73.
Quæſtores fuerunt in triplici differentia. p.891.n.66
Et vnde denominatum ſit nomen Quæſtoris. ib.n.68
Quæſtoris creandi origo antiquiſſima eſt, & penè ante omnes Magiſtratus. p.892.n.74
Quæſtoris officium ante quas leges fuit in eſſe. p.892. num.83

Querela.

Querela inofficioſæ donationis vel dotis filio competens, cùm legitimam portionem ſibi de iure competentem non habuit infrà quinquennium eſt proponenda.

ponenda. p.361.n.1
Et an quinquennio tranſacto ſuperſit illi aliquod aliud remedium pro conſequutione eius legitimæ portionis. ibid.n.2.3.5.6. & 9

Qui.

Qui multo tempore Regi ſeruiuit, ſi Officialis creatur, an præcedere deberet illi, qui nullum anteà officium geſſerit. p.720.n.4

Quod.

Quod fuit haud intuendum eo, ſed quod fieri debet. p.681.n.34
Quod ſpecialiter non exprimitur in lege noua relinquitur regulis veterum legum. In 1.D. Alex. Tartagn. p.1000.n.47

R

Rata.

RATA quoad ſuum nomen, accipi debet pro ea parte, quæ ſe apponit toti & ſolido. p.129. num.26

Ratificatio, & ratificatus.

Ratificatio contractus omnes requirit ſolénitates, quæ in contractus celebratione requiruntur. p.30.n.12
Ratificatio laudi ratificanti non nocet, niſi ipſi lectum ſit laudum. p.348.n.8
Ratificatio quæ fit facto, æquipollet ratificationi, quæ fit verbis. p.35.n.49
Ratificatio ſiue approbatio contractus fieri debet præſente parte ad cuius beneficium ſit, vel Notario ſtipulante pro ea. p.19.n.11
Ratificationem ad tollendam, num ſatis ſit extraiudicialis querela. p.36.n.57
Ratificatus non poteſt dici actus, niſi conſtet ratificantem ſciuiſſe tenorem actus ratificati. p.348.n.8

Ratio.

Ratio continens capitula contingentia num poſſit pro parte acceptari, & pro parte non. p.267.n.10

Rebellio.

Rebellionis ob crimen tam feudalia, quam allodialia amittuntur. p.192.n.19

Recepta.

Recepta in petitorio abſque vllo obice, num locum habeant in ſummariſſimo poſſeſſorio. p.242. num.15

Reclamare, Reclamatio, & Reclamatum.

Reclamans à ſententia Præfecti Prætorio, ſi victus denuò fuerit, nullam habet licentiam iterum ſupplicandi ſuper eadem cauſa. p.521.n.1
Et quid in reclamante à ſententia Sacri Conſilij. ibid.n.2
Reclamatio à ſententia Sacr. Conſilij ſi interponatur infra decem dies à die latæ ſententiæ, victor captionem præſtare tenetur, ſecus ſi poſt. p.365.n.2
Reclamationem propoſitam à Patre num poſſit filius proſequi, licet non ſit hæres patris. p.522.n.13
Et an etiam proſequi poſſit tertius extraneus, ſi intereſſe habeatur totale, vel aliquale ſentiat præiudicium. p.523.n.14
Reclamationes à ſententiis, & decretis Præfecti Prætorio vt apud nos eſt Tribunal Sacri Conſilij, & Regiæ Cameræ, admiti non poſſunt, niſi prius illis exequutis. p.364.n.1
Reclamatum ſi fuerit à ſententia Sacri Conſilij, per quam quis fuit condemnatus ad quantitatem liquidandam, vt procedi poſſit, eſt prius exputanda liquidatio. p.365.n.4.& 5

Recognitio.

Recognitio quæ fit ab emptore feudi ad beneficium illius, cuius pecunia & contemplatione emptum ſit, in effectu cuius ſit importantiæ. p.83.n.13
Et quidnam ſit iſta recognitio. p.82.n.2

Reconuentio.

Reconuentio aduerſus clericum, num practicari poſſit, vbi facto ſequeſtro ſuper eius bonis, ſub prætextu, quod eſſent in dominio laïci, contra quem petitum ſit ipſum fieri, clericus ipſe comparuit coram eodem Iudice laïco, qui ſequeſtrum ordinauit, allegando, bona ſequeſtrata eſſe propria ipſius. p.365.n.1
Reconuentio contra Eccleſiam, in tenentem remedium Capitulorum Regni aduerſus aliam Eccleſiam, num poſſit practicari. p.367.n.14.& ſeqq.
Reconuentio haud datur in cauſa decimarum, & quare. p.643.n.4
Reconuentio num locum habeat, quando laïcus conuenitur à clerico ſuper iniuria, furto, vel alio ſimili. p.367.n.17
Reconuentio ſupponit conuentionem; & quid ſit. pag. 365.n.2
Reconueniri vt poſſit clericus coram laïco, quænam ſit ratio. p.366.n.6

Recuſatio.

Recuſatio Iudicis. vid. ſupra in verb. *Iudicis recuſatio.*
Recuſationis Iudicis cauſa num præſcribatur. vid. in verb. *Iudicis recuſationis tempus.*
Recuſationis Iudicis cauſæ licet plures ſint in cauſis particulariū, in cauſis tamen Vniuerſitatis vnica eſt, nempè ſola inimicitia. p.238.n.8.verſ. *In inſtitia.*

Reductio.

Reductio ad arbitrium boni viri, à laudo arbitrorum, an & quando peti poſſit. p.257.n.9
Reductio ad arbitrium boni viri à laudo arbitratorum infra quantum tempus ſit petenda. p.367.n.1
Et quid à ſententia arbitri. p.368.n.4
Et num ius petendi hanc reductionem ſit perſonale. p.367.n.2
Et coram quo Iudice petenda ſit. p.368.n.7

Refutatio, & refutatarius.

Refutatio feudi fieri non poteſt abſque Regis aſſenſu, niſi in proximè ſucceſſurum. p.318.n.11
Refutatio feudi in proximè ſucceſſurum præmatura dicitur ſucceſsio. p.392.n.53
Refutatio quid ſit. p.301.n.18
Refutatarius cenſetur & vocatur proprie refutantis hæres, non dato herede vniuerſali. ibid.num.17.21. & 23.

Regalia.

Regalia omnia priuatis perſonis conceſſa, ſiue magna ſiue parua, ſiue in allodium, ſiue in feudum, in alium transferri non poſſunt ſine Regis licentia. p.176.n.13
Regalia quæ Principi ſunt reſeruata, poſſunt acquiri per temporis vſum immemorabilis. p. 966. num.28
Regalia tanquam inſeparabilia ab ipſo Rege, non veniunt, niſi ex ſpeciali conceſſione. p.351.n.13 & 15

Regens.

Regentes ſeptem officia Regni num cognoſcantur à Magna Curia Vicariæ. p.778.n.8
Regentis dignitate gaudere non poteſt, nec de Iure, nec de conſuetudine, qui priuilegium non habet à Rege, nec poſſeſſionem. p.531.n.1.& 2
Et quid ſi detur alicui locus, & ſedes Regentis à Domino Prorege, verum adminiſtratio talis officij ſit in Curia Regis. ibid.n.2
Regenti Reuerterio fides eſt omnino adhibenda, & quare. p.797.n.7
Et multa de eius authoritate. p.796.tota Alleg.

Reges.

Reges vide infra in verb. *Rex.*

Regia Camera.

Regia Camera iuriſdictionem habet ciuilem & criminalem, ac merum,& mixtum imperium, actiuè, & paſſiue in quoſcumque Officiales abdicatiuè ab omnibus aliis Tribunalibus. p.796.n.7

Regia Camera maius eſt Tribunal,quam Magna Curia Vicariæ. p.710.n.16

Et quinam ſint ſub Ordinaria iuriſdictione Regiæ Cameræ. ibid.n.14

Regina.

Regina nubens ſimplici militi, eum non facit Regem. p.519.n.7

Regnicola, & Regnum.

Regnicola ſi feuda emat, ſufficit conſenſus Proregis tantùm, in exteris verò ementibus requiritur aſſenſus ipſiuſmet Regis. p.86.n.34

Regnum Neapolitanum num ſit hæreditarium ob inueſtituram factam Carolo I. ab Vrbano IV.& Clemente IV. p.188.n.7

Regnum Siciliæ eſt liberum, & ab imperio exemptum. p.536.n.3

Regula.

Regula: *Plus valere quod agitur, quàm quod ſimulatè concipitur*, num locum habeat in feudis. pag.153. num.23

Regula: *Res inter alios acta, tertio non præiudicat*, num locum habeat, quando inuentarium fuit per Indicem declaratum validum cum vno ex creditoribus, aliis non auditis. p.234.n.9

Regula: *Vbi eſt eadem ratio, ibi eſt eadem iuris diſpoſitio*, non procedit in pœnalibus. p.435.n.6

Regularis.

Regulares in multis ſubſunt Epiſcopis, in quorum Diœceſibus tenent Monaſteria. p.368.n.1

Regularis profeſſus ad Epiſcopatum aſſumptus, num per hanc aſſumptionem à voto ſoluatur paupertatis. p.656.n.7.

Et cuinam acquiſierit ante Epiſcopatum, cuiuè poſt. ibid.n.8.& ſeq.

Regularis profeſſus, num ſemper acquirat Monaſterio in quo profeſſus eſt, quamuis ad aliud eiuſdem Ordinis transferatur. p.799.n.3

Et quotupliciter regularis poſſit profiteri. ibid.n.3

Et an, quandóve acquirat Superiori Religionis, & ſic Generali, & non Monaſterio ibid.n.4

Regularis ſi fiat Epiſcopus nùm poſſit prætendere ſubintrationem in aliquod almum Collegium, eiuſque gaudere honoribus & emolumentis, ſi tempore quo manebat in religione,locus vacauit, & ab altero fuit occupatus. p.114.n.18.verſ. *Et cum in anno.*

Regularis vid.ſup.in verb. *Monachus*,& infra in verb. *Religioſus.*

Reſpublica.

Reipublicæ bonum omni pecuniario intereſſe præferri debet. p.650.n.7

Reiuendicatio.

Reiuendicationis iudicij ea eſt natura, vt veniant omnes fructus,quos actor vendicans habiturus erat. p.183.n.7

Relatum.

Relatum eſt in referente cum ſuis qualitatibus. p.172. num.16

Releuium.

Releuij duplicati ſolutio an, & quando locum habeat, & in cuius pœnam ſit introducta. p.544.n.11

Releuij in liquidatione deducendæ num ſint expenſæ erogatæ in meliorando. p.373.n.5

Releuij in liquidatione, nùm veniant prouentus, ex pœnis pecuniariis percepti. p.183.n.4.p.373. num.11.&ibid.n.1

Et quid ſi terra reperiatur alicui locata. p.373.n.2. & ſeqq.

Releuij præſtatio conſuetudine inducta eſt.p.373.n.8. & p.950.n.3

Releuij ſolutioni, vt locus ſit, quæ debeant concurrere. p.370.n.2.& 7

Releuium debetur Regi per mortem feudatarij,eſtque medietas fructuum vnius anni. p.372.n.1

Et num ſit medietas fructuum illius anni,quo moritur feudatarius. ibid.n.3

Et num ſit medietas fructuum, habito reſpectu ad fructus veros,& naturales, ex feudo prouenientes, & ex natura rei, vel potius habito reſpectu ad integros fructus, etiam ex induſtria & cura prouenientes,illius,qui colit. ibid.n.2.9.& 10

Releuium debetur ſolummodo Regiæ Curiæ à ſucceſſore in feudo per mortem Baronis, ratione confirmationis nouæ inueſtituræ. p.577.n.3.& p.578. num.9

Et num differatur releuij ſolutio poſt annum, & à quo die eius obligatio naſcatur in beneficium Domini. p.372.n.4.& 8.& p.374.n.9

Releuium num exigatur à fiſco per mortem emptoris illius, quamuis ſimulatè, vel per mortem illius cuius contemplatione,& pecunia feudum ſit emptum. p.82.n.10

Releuium num ſit diuerſum à Iure Tapeti. p.578. num.8

Releuium num ſit ſoluendum per mortem illius, qui feudum emerat ſine aſſenſu. p.370.n.1.9.11.& p.371.n.12

Et an ſoluendum ſit per mortem illius, qui in vita feudum donauerat cum aſſenſu, retento tamen vſufructu. p.370.n.3

Releuium num ſit ſoluendum ab hærede, qui infra annum mortis feudatarij redemit feudum, priùs diſtractum cum pacto de retrouendendo. ibid.n.4

Et quid ſi eſſet mortuus feudatarius, qui feudum acquiſiuerat cum pacto de retrouendendo. ibid.n.5

Releuium cur ſoluendum ſit. ibid.n.8

Releuium an ſit ſoluendum per mortem viri, cui feudum cum aſſenſu fuit in dotem datum. p.370.n.6

Releuium ſoluendum non eſt in fructibus, ſed in illorum valore. p.372.n.6.& 7

Releuium ſoluere an teneatur Eccleſia, feudum tenens à Rege, ſi contingat mori Prælatus. p.950.n.11

Et quid ſi per concedentem feudum Eccleſiæ, expreſſe ſit reſeruatum releuium. ibid.n.12.& 19

Et quid ſi fiſcus præſcripſiſſet exactionem releuij contra Eccleſiam per ſpatium 40.annorũ. ibid.n.18

Quiduè ſi Prælatus ſemel ſoluiſſet releuium, & 40. annis poſtea vixiſſet. ibid.n.18

Releuium ſoluere an teneatur feudi ſucceſſor, ob ingreſſum feudatarij in Religionem, & Profeſſionem indè ſequutam. ibid.n.4.& 5

Releuium ſoluere an teneatur ſucceſſor feudi, ob feudatarij mortem ciuilem, nempè foriudicationem. ibid.n.7.

Et quid ſi ſuccedat in feudo per refutationem. ibid. num.8.

Releuium ſoluere an teneatur Vniuerſitas,tenens feudum à Rege. ibid.n.15

Religio & Religioſus.

Religio ex perſona Religioſi poteſt eius conſanguineis ſuccedere. p.415.n.7

Et quid in Religione Societatis Ieſu. ibid.

Religio Societatis Ieſu ornamentum dicitur Chriſtianæ Religionis. p.417.n.16

Religionem ingrediens, ſi ante profeſſionem de bonis ſuis

ſuis non diſpoſuit, bona illa Religioni acquiſita dicuntur. p.415.n.7
Religionem ingrediens Societatis Ieſu, ſi elapſo biennio emittat tria vota ſimplicia, verè Religioſus efficitur Deo. ibid.n.5
Religionis quoad perfectionem,& ſubſtantiale requiritur perpetua continentia,& obedientia. p.809.n.9
Et num ſubſtantia Religionis, & regulæ ſit ipſe Papa. ibid.
Religioſi ex Bull.Clem.VIII.& Vrbani VIII.num poſſint noua acquirere Monaſteria, non prius citatis omnibus mendicantibus eiuſdem loci, nec conſtito coram Ordinario, quod ibi omnes poſſint commodè viuere. p.216.n.9
Et an in Bullis prædictis comprehenſi ſint clerici ſeculares, viuentes in communi, vt Religioſi, prout ſunt Neapoli Patres Oratorij, & Pij Operarij. ibid.
Religioſi Societatis Ieſu donec ſolemniter profiteantur dominium retinent ſuorum bonorum, necnon beneficia Eccleſiaſtica, & penſiones, ſi quas habent. p.416.n.9
Et an huiuſmodi Religioſi dicantur Apoſtatæ, ſi emiſſis tribus votis ſimplicibus, à Religione exierint abſque licentia Præpoſiti generalis. ibid.n.10
Religioſi num vt cæteri ciues fruantur beneficio legum municipalium, & conſuetudinum Ciuitatis. p.848.n.8.& 9
Et quid in ſucceſſione ab inteſtato. ibid.n.12
Religioſus num acquirat ſtatim Monaſterio ea, quæ ſibi obueniunt poſt indutum habitum Religionis, quamuis ante profeſſionem, ſi in ea perſeuerauerit. p.788.n.21
Et in quo differat Religioſus à Clerico. ibid.
Religioſus ille verè dicitur, & cenſetur, qui tria vota ſubſtantialia regulæ profeſſus eſt. p.216.n.2
Religioſus non eſt quis intra annum probationis, ſed reputatur vt Laicus. p.317.n.3
Religioſus profeſſus in religione bonorum incapaci, ſi tranſitum fecerit in Religionem capacem ex Papæ diſpenſatione, num recuperet bona,quæ ante profeſſionem poſſidebat, vel quæ poſt eam delata fuerũt & per proximiores occupata. p.374.n.1.& 3
Et quid in Monacho effecto Epiſcopo. ibid n.5
Religioſus ſi de Monaſterio, in quo profeſſus eſt, ex Superiorum permiſſu tranſierit ad aliud, num cum ipſo quoque tranſeant eius bona, vel remaneant in proprio Monaſterio. p.375.n.7.& ſeq.
Et quid ſi tranſitum faciat de vna Religione ad aliam. ibid.n.8

Relinquo.

Relinquo: vid. infr. in verb. *Verbum relinquo.*

Remedium.

Remedium ex edicto Diui Adriani, num competat ſubſtituto, & fideicommiſſario. In l.Reſp.Domini Alex.Tartag. p.994.n.3
Et num competat hæredi inſtituto in re certa, vel inſtituto in parte. p.996.n.24. & ſeq.
Remedium *L.2.C. de reſcind. vend.* concedit beneficium alternatiuè, ſemperque electio ſpectat ad non læſum. p.554.n.1
Et ad quem ſpectent fructus percepti intentato hoc remedio. ibid.n.2.& p.555.n.11.& ſeq.
Et an remedium hoc locum habeat locatione finita. p.621.n.3.& 5 & p.622.n.13.
Et num locum habeat in venditione facta ad tempus, elapſo deinde tempore prædicto. ibid.n.4
Et num locum habeat in locatione emolumentorum officij, ſeu gabellæ, alteriuſque rei eiuſdem qualitatis, & in locatione fructuum alicuius beneficij. p.623.n.15
Et quid ſi tempore locationis, inſpecto futuro periculo, & deductis expenſis ſpes emolumentorum æſtimaretur vltra dimidiam conuentæ mercedis. ibid.n.16
Et quo tempore præſcribatur hoc remedium *Leg.2.* p.630.n.11
Remedium quodnam detur ad litem impediendam ſuper iactantia. p.9.n.8
Remedium vbi adeſt ordinarium, ceſſat extraordinarium. p.427.n.13

Remiſſio.

Remiſſio mercedis concedenda eſt conductori, qui paſſus eſt damnum intolerabile,vel propter peſtem, aut bellum, vel propter ſterilitatem, idque tam de iure Ciuili, quam Canonico. p.377.n.3
Et num remiſſio concedenda ſit ſi ſterilitas vnius, vel alterius anni compenſari poſſit cum vbertate præcedentium,vel ſubſequentiũ annorum.ibid.n.4.& 6
Quidvè ſi tempore ſterilitatis reperiatur facta remiſſio, ſuperueniente deinde vbertate in ſequentibus annis,num reſtituendum ſit quod remiſſione datum eſt. ibid.n.5.& p.629.n.3
Et an impediatur exequutio inſtrumenti,ſi conductor petierit remiſſionem mercedis ob ſterilitatem. ibid. num.7
Remiſſio mercedis facienda num ſit conductori vectigalium impedito à locatore quoad quantitatem non exactam, vel potius detur actio ad intereſſe. ibid.n.1.8.& 9
Remiſſio mercedis facienda eſt conductori, quamuis illi damnum facto tertij contigerit. ibid.n.10
Remiſſio mercedis num peti poſſit per conductorem Baroniæ, ex eo quod in vno ex corporibus feudalibus contingat ſterilitas. p.378.n.1.& 4
Remiſſio mercedis tunc ſubintrat, cum res locata particularis ſterilis efficitur. ibid.n.2
Remiſſio mercedis vt facienda ſit conductori ob ſterilitatem, coaceruandi ſunt fructus totius temporis locationis ad finem iudicandi,an facienda ſit,necnè. p.629.n.3. p.630.n.5.& 10. & p.631.n.13.& ſeq.
Et num ſit reſtituendum quod fuit remiſſum,ſi facta remiſſione ob ſterilitatem,ſequatur vbertas.ibid.n.3
Remiſſio mercedis vt propter ſterilitatem conductoribus fieri poſſit,ad quam ſummam damnum eis contingere debeat. p.379.n.1.& ſeq.

Remuneratio.

Remuneratio ſi promiſſa non fuerit inſeruienti,Iudicis ſubintrat officium ad illam exequendam.p.218.n.6

Renuncians, & Renunciatio.

Renuncians alicui beneficio,ſi ſit ruſticus, minor, vel mulier, certiorari debent de beneficio renunciato, ad hoc, vt valeat renunciatio. p.40.n.5
Renuncians haud excluditur à ſucceſſione ab inteſtato,ſi deficiant deſcendentes illius qui recepit renunciatione.n. p.847.n.4
Renunciatio alicuius ſucceſſionis, tunc præſentiam,& conſenſum eius requirit,cuius ſucceſſioni renunciatur, cum agitur de hæreditate viuentis, ſecus ſi de hæreditate defuncti. p.597.n.1
Renunciatio beneficij haud admittitur, niſi reſignatione facta in manibus ſummi Pontificis. p.632. num.2
Et vid.ſup.in verb. *Beneficij renunciatio.*
Renunciatio beneficij Senatuſconſulti Velleiani, quamuis à muliere fiat cum iuramento, in Regno noſtro inutilis eſt. p.486.n.8
Renunciatio bonorum quantumuis generalis, feuda non includit, niſi ſpecialiter de illis mentio fiat, ſed intelligitur facta de burgenſaticis. p.562.n.15
Renunciatio caſuum fortuitorum quos comprehendat. p.376.n.6
Renunciatio cum ſit ſtricti Iuris haud recipit extenſionem,

ſionem. p.448.n.17

Renunciatio facit pro mortuo haberi renunciantem. p.408.n.9

Renunciatio facta à filia ſuo patri de hæreditate fraterna, nùm de Iure valida ſit. p.411.n.9.& 10

Et num efficiatur caduca ſi pater decedat ante filiam. p.412.n.11

Renunciatio facta à filia patri de omnibus ſucceſſionibus, in præteritum deuolutis, & in futurum deuoluendis, num obſtet, quin poſſit filiæ pater aliquid relinquere in teſtamento. p.413.n.2. & p.414.n.5.& ſeqq.

Renunciatio facta à filia patri de omnibus ſucceſſionibus, paternis, fraternis, &c. num ſit tranſlatiua, vel extinctiua. p.912.n.32

Et quid ſi renuncietur hæreditas delata, & adita, vel delata, & non adita, vel tandem deferenda. p.913.n.39

Renunciatio facta à filia, à patre tantum dotata, de bonis paternis, maternis, &c. num ſit inefficax reſpectu bonorum maternorum. p.909.n.10.& 11

Et ex quibus conſtet, patrem renunciatarium, voluiſſe, vt filia nequiret tantum in bonis ipſius ſuccedere, non verò eam excludere à ſucceſſione matris, & fratrum. ibid.n.14

Renunciatio facta à filia dotata patri ac fratri, eorumque hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque in ampliſſima forma, eo expreſſo vt intelligatur realis, & quod ſuum ſortiatur effectum, vt nunquam prætendi poſſit, quod per mortem patris, vel fratris abſque deſcendentibus ſit illa expirata, vel facta contemplatione familiæ, ſi demum contigerit, patrem mori inteſtatum abſque deſcendentibus, num habeatur, pro non facta, vt ea non obſtante, poſſit filia quæ renunciauit patri ſuccedere, vel potiùs à ſucceſſione per collaterales repellatur. p.380.n.1.& p.384.n.15

Et quid ſi tempore mortis patris extarent quidem fratres maſculi, ſed incapaces ad ſuccedendum. pag. 381.n.1

Et quid ſi patre defuncto ab inteſtato ſupereſſent fœminæ deſcendentes, quæ non renunciaſſent, an excluderent ſororem renunciantem, vel omnes ſimul ſuccederent. p.382.n.2

Et quid denique ſi filia renuncians nec expreſsè, nec tacitè mentionem fecerit de deſcendentibus patris. ibid.n.3

Renunciatio facta à filia de re feudali, ſemper perſonalis dicitur. p.388.n.36.p.390.num.49.p.391. num.52

Et quid ſi fiat omninò de feudo, vel in manibus Domini. p.389.n.45.& ſeq.& p.390.n.50

Quandovè dicatur facta omninò in terminis textus *in cap. vnico de eo qui finem fecit.* p.389.n.46.& ſeqq.& p.390.n.48

Renunciatio facta à filia moniali, ſemper dicitur realis, ita vt defuncto patre ab inteſtato, non modo monialis ipſa, verum, & monaſterium ex eius perſona, tam à deſcendentibus, quàm à quouis proximiore collaterali excludatur. p.286.n.2. p.398. n.1.toto cap.& p.404.n.4

Renunciatio facta à filia præſumptionem in ſe habet, vt intelligatur facta contemplatione maſculorum. p.383.n.5

Renunciatio facta à filia, ſecundum nouum vſum Capuani, & Nidi, num ſit extinctiua, vel tranſlatiua. p.912.n.33

Renunciatio facta à filia, ſi per patrem non fuerit recepta in fauorem deſcendentium, & familiæ, recepta vtique intelligitur ad fauorem, vt pater liberam habeat teſtandi facultatem. 384.n.10

Renunciatio facta à filio. vid. infr. in verb. *Renunciatio, quæ fit.*

Renunciatio facta à matre eius patri, & fratri, num ea præmortua noceat filiis ex propria perſona venientibus. p.407.n.1.& p.408.n.13.& ſeq.

Renunciatio facta à Moniali ante Religionis ingreſſum de ſucceſſione materna, an valeat, quamuis mater præſens, non fuiſſet. p.408.n.54

Renunciatio facta à muliere Neapolitana ad beneficium fratrum dotantium, eorumque hæredum, num proſit agnato remotiori, ad finem, vt valeat de bonis antiquis liberè diſponere. p.404.n. 1. & 6. p.405.n.7.& ſeq.& p.406.n.13

Renunciatio facta à monialibus, ſemper, & vbique realis præſumitur. p.847.n.5

Renunciatio facta ſine cauſa, nullius eſt momenti. p.406.n.16

Renunciatio facta à ſorore de bonis fratris, nùm comprehendat bona nepotis, vel neptis, quamuis maior pars ex illis à fratre peruenerint. pag.947.n.7

Renunciatio facta à ſponſo nomine ſponſæ in capitulis matrimonialibus, non cenſetur ratificata per eam ſubſequuto matrimonio, niſi probetur illam plenam habuiſſe notitiam pacti, in capitulis matrimonialibus adiecti. p.348.n.9

Et quid in Nobilibus huius Ciuitatis, ſed non Magnatibus. ibid.n.10.verſ. *Et ſi dicas.*

Et quid ſi is, qui dotauit, fuiſſet pater. ibid.n.11

Renunciatio hæreditatis, tunc poteſt dici facta cum læſione, cum fit poſt ipſam delatam, ſecùs ſi ante. p.597.n.13

Renunciatio in beneficialibus num valeat abſque aſſenſu Superioris. p.170.n.10

Renunciatio incerta num præiudicet renuncianti. ibid.n.10

Et quid ſi renuncians ſe referat ad renunciationem certam. ibid.

Renunciatio ità demum renunciantem ab hæreditate excludit renunciata, ſi ſuperſint aliæ perſonæ quæ ex præſumpta mente defuncti renunciantem excluderent. p.411.n.13.& ſeq.

Renunciatio matris num obſtet filiis, volentibus ſuccedere ex propria ipſorum perſona, idque ſine matre præmoriente patri, ſiue ſuperſtite. p.395. n.91. p.396.n.93.& ſeq.& p.397.n.98.& ſeq.

Renunciatio Monialis facta contra formam Trid. *Seſſ. 25. de regular. c.16.* nulla eſt. p.606n.1

Et quid requiratur ex Tridentino in huiuſmodi renunciatione. ibid.n.2

Et quod requiratur licentia Epiſcopi, vel eius Vicarij num ſit de forma ſubſtantiali huiuſmodi renunciationis. p.607.n.8

Renunciatio præiudicat renuncianti, eiuſque hæredibus. p.515.n.11

Renunciatio procedens ex cauſa oneroſa nùm ſubiiciatur diſpoſitioni Sac. Concil. Tridentini, *Seſſ. 25. de regul. cap.16* p.652.n.1

Et quid in renunciatione procedente ex cauſa neceſſaria. p.653.n.4

Renunciatio pupillaris ſubſtitutionis ex eo quia pactum includit de ſuccedendo, num valeat. p.411. num.8

Renunciatio quantumuis realis, illis ſolis perſonis prodeſt, quibus renunciatum eſt. p.404.n.3.& 5

Renunciatio, quæ fit, à filio, vel filia Patri an ſit omninò extinctiua, vel tranſlatiua, & maximè ſi fiat dote recepta, vel patri eiuſque hæredibus. pag. 203.n.12.& ſeq.

Renunciatio, quæ à Nouitiis fieri ſolet infrà annum probationis, quas de iure Tridentini requirat ſolemnitates. p.418.n.1.p.419.n.4.& p.421.n.15

Renunciatio

Renunciatio quæ fit à Nouitiis infrà duos menſes proximos, quibus profeſſio fieri debet, num valeat, ſi deinde profeſſio dilatetur vltra duos menſes.p.419. num.5
Renunciatio, quæ fit à Patribus Societatis Ieſu poſt emiſſionem trium votorum ſimplicium num reſoluatur, ſi Renuncians antequam profiteatur ſolemniter, exeat de religione. p.415.n.1.5.& 6. p.416.n.8.& 12.& p.417.n.17
Renunciatio quæ fit ob Religionis ingreſſum, non ſubiacet Statuti ſolemnitatibus. p.401.n.20.& ſeq.
Et num cauſa finalis huiuſcè renunciationis ſit ipſe ingreſſus in religionem. ibid.n.21
Renunciatio ratione periculi ſemper ſuſtinetur, licet exceſſus ſit in re renunciata. p.653.n.3
Renunciatio, ſeu donatio, quæ fit Religioni per exiſtentem in illa, tacitam habet conditionem, ſi in ea profiteatur. p.415.n.2.& p.416.n.13
Et quod de illa ad aliam validè non transferatur. ibid. n.4.
Et quid de exiſtente in Religione Societatis Ieſu. ibid.n.5
Renunciatio ſucceſſionis futuræ fratrum an obſit ſorori renuncianti, ſi fiat in manibus patris, ſed fratribus abſentibus, p.908.n.2.3.& 9
Et quid ſi pater recipiens à filia renunciationem ſucceſſionis fratrum, ſtipuletur ad commodum omnium filiorum,& deſcendentium maſculorum, num requiratur expreſſus conſenſus dictorum filiorum, ſeu fratrum. ibid.n.4.& 5
Et quid in renunciatione ſucceſſionis incerti hominis, dicaturque renunciatio ſucceſſionis incerti hominis, cum quis renunciat ſucceſſioni maternæ, fraternæ, &c. ibid.n.5
Et quid ſi filia renunciaret mortuo patre, & ſic tempore delatæ hæreditatis. p.910.n.23
Renunciationem iuris in beneficialibus, ſiue litis, vel cauſæ num admittere poſſit Auditor Rotæ Romanæ. p.170.n.11
Renunciationem per ſimplicem iura tantùm de præſenti,non autem de futuro remittuntur. p.597.n.12
Renunciationes propter quas cauſas ſolent parentes recipere à filiabus. p.383.n.9
Renunciationes quæ fiunt à filiabus, ſemper intelliguntur fieri ab inteſtato. p.387.n.27
Renunciationis verba ſi ſint ampliſſima, ita vt trahantur ad iura de futuro, ad illa tantùm reſtringuntur, quæ competere poſſunt ex cauſa de præſenti. p.383.n.6
Repetitio.
Repetitio pretij vbi permittitur, qua actione facienda ſit. p.614.n.8
Res.
Res alienari prohibita, ſi alienetur, & deinde alienatio irritetur num ſint reſtituendi fructus, quos poſſeſſor percepit. p.38.n.73
Res alienari prohibita, an alienari poſſit tempore penuriæ. p.520.n.2
Res alienari prohibita, ſi ſemel legitimè alienetur, ſemper ſit alienabilis. p.442.n.1.& p.647.n.19
Res Curiæ Regis,vel Baronis redditiciæ, num alienari valeant, ſine conſenſu Domini Regis, vel Baronis. p.876.n.3
Res inter alios acta, tertio non nocet. p.900.n.6
Res quælibet in dubio præſumitur allodialis, & libera, niſi probetur eſſe feudalis. p.534.n.2
Et num præſumatur feudalis, ex eo quod ſit intra fines feudi. ibid.n.3.& 4
Res ſub conditione empta, ſi conditione pendente incrementum acceperit, num ſpectet ad emptorem, vel venditorem. p.493.n.13.& ſeq.
Res tantum valet, quanti communiter vendi poteſt, & non ex nimia alicuius affectione. p.709.n.26
Res an,& quando tranſeat cum onere ſuo.p.678.n.11. & p.737.n.28
Res vendenda priuſquam ad publicum incantum relaxetur, relaxatur citatio, quam mandatum ad vendendum appellamus. p.33.n.39
Reſciſſio.
Reſciſſio contractus ſi fiat prætextu læſionis, num fiat ex tunc, tempore ſcilicet contractus, vel ex nunc, tempore ſcilicet litis & ſententiæ. p.555.n.7. & ſeq.
Reſciſſio,quæ oritur ex pactis reſolutiuis, & reſciſſoriis, appoſitis in contractu, num fiat per actionem ex eodem contractu. p.614.n.2
Et quid in tacita conuentione. ibid.n.3
Et quid ſi contractus ſit nullus à principio lege reſiſtente,vel læſio oriatur ex dolo. ibid. n.4. 9.10. & 11.& p.615.n.12.verſ. *Ex his.*
Reſciſſo contractu ex capite etiam enormiſſimæ læſionis, conuentus minime tenetur ad fructus perceptos. p.621.n.7
Et num teneatur ad fructus perceptos, lite pendente,& poſt litis conteſtationem. ibid.n.8
Reſcriptum.
Reſcriptum impetratum fit irritum, & caducum, ſi infra annum non præſentur Iudici, ad quem dirigitur. p.794.n.5
Et num minor ex tali negligentia reſtituitur. ibid.
Reſignatarius.
Reſignatarius beneficium habet à conferente, non à reſignante. p.662.n.5
Et num teneatur debita ſoluere reſignantis. ibid. n.6.& 7
Reſolutum.
Reſoluto iure datoris,reſoluitur ius acceptoris. p.634. num.16
Reſtitui & Reſtitutio.
Reſtitui, vt quis poſſit, de læſione conſtare debet. p.518.n.13
Reſtitutio non conceditur vbi completo termino ſuper repulſa,vellet minor beneficia petere.p.425.n.6
Reſtitutio in integrum ad id datur, quod quis facere potuit, & non fecit. p.429.n.6.& p.525.n.8
Reſtitutio in integrum aduerſus ſententiam petita,tacitè denegata intelligitur per proceſſum ad vlteriora. p.426.n.1.& 2
Reſtitutio in integrum aduerſus ſententiam, vbi petitur,illius impedit exequutionem. ibid.n.1.& p.427. n.7. & ſeqq.
Et quid ſi petatur aduerſus ſententiam Principis. ibid.n.3.& 4
Et num impediat exequutionem iam ceptam. ibid. num.5
Reſtitutio in integrum non competit de iure, niſi expreſſe petatur. p.661.n.8
Reſtitutio in integrum, an competat fiſco aduerſus clauſuram factæ numerationis. p.651.n.22
Reſtitutio in integrum, an competat hæredi minoris, ſi minor læſus deceſſerit, poſtquam effectus eſt maior, vel competat tantùm pro reſiduo temporis,quo competebat defuncto. p.593.n.19
Reſtitutio in integrum num competat in cauſa domanij. ibid.n.27
Reſtitutio in integrum, an competat minori aduerſus tempus elapſum,& ex negligentia amiſſum. pag. 592.n.22
Et an competat in feudis, quæ gratis conceduntur, ſi infra annum & diem inueſtitura petita non fuerit. ibid.n.23
Et infra quantum tempus concedi debeat reſtitutio in

in integrum ex lapſu temporis. p.518.n.9
Reſtitutio in integrum, an competat minori aduerſus ſtatutariam præſcriptionem, & aduerſus lapſum temporis in ſtatuto contenti. p.794.n.4.& ſeq.
Et num hæc reſtitutio dicatur potius iuſtitiæ, quam gratiæ. p.795.n.14
Reſtitutio in integrum an competat minoribus litigantibus,qui non allegarunt Iudices ſuſpectos antè concluſum in cauſa iuxta Pragm.12. Ducis Oſſunæ. p.593. n.27
Reſtitutio in integrum an competat, quotieſcumque tempus incipit currere à principio cum minore, & effluxerit cum maiore, vel è contra. ibid.n.25
Reſtitutio in integrum an competat ſi ex Statuti diſpoſitione teſtamenta debeant intra certum tempus regiſtrari, & intrà dictum tempus regiſtrata non fuerint. p.593.n.28
Reſtitutio in integrum an competat, ſi inſtituatur hæres ſub conditione vt infra certum tempus emancipetur, infra quod non fuerit emancipatus. p.593. num.24
Et num competat Eccleſiæ,ſi hæres inſtituatur ſub expreſſa conditione, quod infra annum ædificet hoſpitale, ſi infra tempus prædictum ædificatum non eſt. ibid.n.24
Reſtitutio in integrum, num concedatur ſub prætextu inſtrumentorum nouiter repertorum. p.527.n.5
Et vid. infr. in verb. *Reſtitutionis in integrum beneficium.*
Et quid ſi data fuerit ſententia cum impoſitione perpetui ſilentij. ibid.n.6
Reſtitutio in integrum denegatur, quando illam petens potiùs cauſa ſui commodi, quam Reipublicæ abſens fuit. p.506.n.5
Reſtitutio in integrum,an detur aduerſus annum conceſſum ad retrahendum feudum alienatum per vaſſallum, vel conſanguineum. p.593. n.23.verſ. *Et in anno.*
Et num generice competat, quotieſcumque tempus ab homine limitetur. ibid.n.24
Reſtitutio in integrum num detur liberto aduerſus patronum. p.518.n.8
Reſtitutio in integrum an detur priuilegiato aduerſus amiſſam exceptionem fori declinatoriam. p.425. n.1.& 5
Et num detur aduerſus ea quæ modici ſunt præiudicij. ibid.n.2
Reſtitutio in integrum haud datur ex modica læſione. p.518.n.14
Reſtitutio in integrum haud datur in iudicio ſummario. ibid.n.7
Reſtitutio in integrum num duret etiam poſt quatrienniũ,quando dãnum eſt immẽſum. p.594.n.50
Reſtitutio in integrum ex clauſula generali: *Si qua mihi iuſta*: Quando,& qualiter concedatur. p.525. num.7
Reſtitutio in integrum ex iuſta cauſa ignorantiæ num concedatur maiori ad lucrum quærendum, & eo fortiùs ad damnum euitandum. p.210.n.14
Reſtitutio in integrum impediens exequutionem ſententiæ haud datur, niſi præcedente habilitate perſonæ. p.947.n.2
Reſtitutio in integrum licet regulariter ſit remedium pro minoribus læſis,competit etiam quandoque maioribus 25. annis, iuſto ex errore, aut ignorantia facti, vel ex noua, & magna cauſa. p.209.n.10
Reſtitutio in integrum haud petitur aduerſus æque priuilegiatum, neque aduerſus decreta affirmatiua. p.427.num.14.& ſeq.
Reſtitutio in integrum num retrotrahatur in præiudicium tertij. p.592.n.14
Reſtitutio in integrum non ſolum infra quatriennium eſt petenda, ſed infra prædictum tempus eſt terminanda. p.506.n.3.& p.518.n.12
Et num currat quatriennium propoſitis nullitatibus aduerſus ſententiam. p.506.n.4
Reſtitutio in integrum nunquam ſolet cenſeri prohibita, niſi de ea expreſſa fiat mentio. p.591.n.5
Et num caſus reſtitutionis in integrum ex capite minoris ætatis cenſeatur incluſus in Pragmatica, vel Statuto includente minores. ibid.n.6
Reſtitutio in integrum vxoribus etiam militum elargita eſt. p.506.n.1
Reſtitutionem in integrum ad impetrandam requiritur petitio,& ſuper ea litis conteſtatio. p.518.n.9
Reſtitutionem in integrum ad petendam, ſpeciale exigitur mandatum. ibid.n.10
Reſtitutionis in integrum beneficium aduersùs ſententiam tranſactam in rem iudicatam ſub prætextu inſtrumentorum, nouiter repertorum, poſt triennium à die probationis computandum, num ſit introductum reſpectu Rei,nec militet in actore. pag. 526.n.1
Reſtitutionis in integrum beneficium aduerſus quam ſententiam procedat. p.527.n.4
Et an extendatur ad ſententias tranſactas in rem iudicatam cum impoſitione perpetui ſilentij. ibid. num.7

Retentio, & Retinenda.

Retentio in omni materia fauorabilior eſt, quam petitio. p.20.n.2
Retentionis rei priuilegium num competat cuilibet bonæ fidei poſſeſſori. p.774.n.16
Retinendæ in interdicto num teneatur quis edocere de titulo eius rei quæ ſine illo poſſideri non poteſt. pag.242.n.18

Retractus.

Retractu an poſſit vti filius feudatarij,ob cuius debita feudum venditur. p.905.n.17
Retractui competenti iure ſanguinis, vt fiat locus pro ſubſtantialiſſimo requiritur, vt retrahat conſanguineus pro ſe, & in vſum proprium, non autem in alterius vtilitatem, & in fraudem emptoris rei.pag. 906.n.20
Retractum ad obtinendum, haud ſufficit pretium offerre,ſed debet cum effectu præſtari. p.518.n.11
Retractus haud datur in Iuriſdictionibus. ibid.n.7
Retractus in iudicio num Iudex laïcus ſit competens contra Clericum. vid. ſup. in verb. *Iudex laicus.*
Retractus in iudicio num retrahens ſit reus. p.100. n.45.& ſeq.
Retractus iure ſanguinis num regulatur ſecundum ordinem legalis ſucceſsionis, vt ad illum dumtaxat ſpectet qui in re vendita defuncto venditori ab inteſtato eſſet ſucceſſurus p.905.n.15
Et num fiat locus ſequenti in grado,ſi ſucceſſurus ab inteſtato nollet retractu vti. ibid.n.16
Retractus ius num alicui competat in feudis ratione vicinitatis. p.252.n.7
Et ex quibus cauſis competere poſſit hoc ius retractus. ibid.n.1
Retractus ius competens agnato in venditione feudi ex pacto, & prouidentia, an locum habeat in feudo hæreditario mixto. p.243.n.1.2.p.244.n.6.p. 245.n.7.& ſeqq.& p.904.n.3.& 6
Et num hoc ius competat etiam fœminis, cognitumque ſit aliquo Iure Regni, vel ſolum iure communi feudorum. p.246.n.17
Et quod tempus detur agnato ad retrahendum. pag. 246.n.20.
Et num tempus prædictum currat agnato minori ipſo iure. ibid.n. 20.& p.904.n.7

Et num hoc caſu agnatus minor nequeat in integrum reſtitui niſi probata læſione. ibid.n.8

Et an hoc ius competat tantum illi agnato, qui venditori defuncto erat ſucceſſurus ab inteſtato.p.248. num.30

Et num denique locus fiet ſucceſſorio edicto, ſi ſucceſſurus ab inteſtato, vel negligat,vel nequeat conſequi prælationem. ibid.n.32

Retractus ius num competat filiis alienantis feudum viuente eorum patre, etiã reſtituto pretio. ib.n.36

Retractus ius cur fuerit introductum, & num ſit ſtrictiſſimè interpretandum. ibid.n.34.& p.249.n.41

Retractus ius num exerceri poſſit per Baronem Iuriſdictionis ciuilis, quoties Dominus Iuriſdictionis criminalis illam vellet in alium transferre. p.251. n.1.p.252.n.6.& 11.& p.253.n.18.& ſeq.

Retractus ius habere debet tempus deſtinatum, intra quod ſit petendum; & ſic protrahi nequit vltra annum. p.515.n.7.verſ. *Sed dato.*

Et num detur annus ad retrahendum feudum alienatum per conſanguineum, ſeu vaſſallum. p.593. n.23.verſ. *Et in anno.*

Retractus ius ſeu prælatio aliqua num competat, quotieſcumque feudum diſtrahitur Authore Prætore, vel ſub haſta. p.906.n.18

Retrotractio.

Retrotractio obligationis ad tempus contractus poſt euentum conditionis,vel diei incerti fit tum quoad ſortem principalẽ, tum quoad intereſſe.p.345.n.42

Reuerentia.

Reuerentia ſola abſque minis,& verberibus, num ſat ſit ad actum annullandum. p.956.n.4

Reuocatio.

Reuocatio alienationis feudi fieri poteſt per feudatarium ſtante nullitate conſenſus. p.715.n.35

Reuocatio tacita nedum inducitur per mortem, ſed etiam finito officio. p.510.n.8

Reuocationis iudicium alienationis feudi eſt illud idem,ac reiuendicationis, omneſque fructus veniunt,quos actor reuocans habiturus eſſet. p.183. num.7

Reus.

Reo in dubiis magis fauendum eſt, quamuis minimè ſit priuilegiatus. p.17.n.10

Reus nullam pertimeſcit culpam, quam redimere nummis exiſtimat. ibid.n.12

Reus per litis conteſtationem ſubiicitur Iudici coram quo fuit conuentus,& obligatur actori. p.495.n.2

Reus plures an poſſit opponere exceptiones etiam contrarias. p.226.n.4

Reus quiſnam dicatur, & an & quando ex Reo quis efficiatur actor ex aliquo actu, vel contractu. p.100.n.48. & ſeq.

Reus qui eſt penes Curiæ Miniſtros, ſi ex ipſorum manibus aufugiat,& ad Eccleſiam confugiat,num eccleſiaſtica gaudeat immunitate. pag.653.n.2. & n.4. cum ſequent.

Et quid ſi adhuc conſtrictus vinculis,ad Eccleſiam confugiat.ibid.n.7.verſ. *Ad primum.*

Reus ſi datis defenſionibus ſit liberatus in forma, non poteſt ob ſuperuenientiam aliorum indiciorum poſt ſententiam,ipſe,vel fideiuſſor iterum in iudicio moleſtari. p.874.n.1

Et quid ſi non ſit liberatus vt innocens, ſed tantùm ex defectu probationum, & cum clauſula,nouis ſuperuenientibus indiciis. ibid.n.8

Et quid ſi fuerit liberatus cum fideiuſſione de ſe præſentando,nouis ſuperuenientibus indiciis.ibid.n.13

Et num hoc caſu teneatur ad ſe præſentandum quotieſcumque noua ſuperueniunt indicia.p.875.n.15 verſ. *Ad ſecundum.*

Et infra quantum tempus debeant indicia ſuperuenire. ibid.n.16. cum plurib. ſeq.

Rex.

Rege Alphonſo vita functo, ſucceſſit in Regnis Ioannes eius frater ſecundogenitus. p.358.n.14

Reges Ferdinandus I & II. Alphonſ.II.& Federic. de Domo Aragonea, quamuis fuerint legitimi poſſeſſores Regni Neapolitani,priuilegia tamen ab eis conceſſa, & geſta, minime obſeruare tenentur Reges noſtri Auſtriaci, ſed tantùm tenentur habere rata geſta per Alphonſum legitimum Regem. p.357.n.4.& p.358.n.12

Et num obſeruare teneantur geſta per Reginam Ioannam ſecundam. p.357.n.6

Reges huius Regni Neapolitani ab antiquiſſimo tempore iura dohanarum poſſederunt. p.735.n.5

Regi duo ſunt facienda, ſi demandatam hominum multiplicem dignitatem in Regno ſeruare velit, tueri ſcilicet eam ab hoſtibus, & vtilia hominibus procurare. p.722.n.42

Regis ſub Iuriſdictione eſſe magis intereſt, quàm Baronis. p.518.n.4

Rex Alphonſus primus, cui Rex Catholicus ſucceſſit, ſucceſſit Reginæ Iannæ ex legitima adeptione. p.357.n.7

Rex Catholicus geſta ſeruare non tenetur per Reges Aragoneos huius Regni Neapolitani, ſed ſolùm habere rata geſta per Alphonſum I. legitimum Regem. ibid.n.4.& p.358.n.17

Rex Ferdinandus primus cum toto Regno, fuit à Deo plagis afflictus propter peccatum,quia læſit immunitatem eccleſiaſticam. p.681.n.33. verſ. *Tertio.*

Fuitque iſte Rex filius adulterinus & ſpurius Regis Alphonſi primi. p.358.n.15

Rex in his, quibus Baro habet dohanas, habet cuſtodiam portus. p.353.n.17

Rex mandare poteſt, vt duo caſtra,in vno territorio exiſtentia regantur per duos Capitaneos, etiam contradicente Barone. p.576.n.17

Et num mandare poſſit Baroni,vt in Caſtro ſubalterno particularem conſtituat Capitaneum, vt rectius gubernentur vaſſalli. p.577.n.20

Et num Rex ſit in terris, ſicut Deus in cœlo. ibid.

Rex noſter poſſeſſores Regalium, numquam conſueuit de facto ſpoliare, ſed Regius fiſcus ordinariè iura ſua propoſuit. p.963.n.9.& ſeq.

Rex non ſolum eſt Dominus, ſed ſimul eſt pater, & maritus, & vt pater debet diligere vaſſallos charitate paterna. p.649.n.4.& 5

Rex poſt ſententiam Sacri Concilij, ordinarie, ac mandare poteſt, vt Delegatus ipſius, ſpecialiter ad hoc deputatus, valeat prouidere, prout ſibi melius videbitur conuenire. p.576.n.1

Rex tanquam Dominus perſonarum, poterit reuocare vaſſallos,aliunde habitantes. p.754.n.13

Rex tempore ſuſpicionis belli incaſtellare poterit Campanile Eccleſiæ,& Eccleſiam ipſam. pag.576. num.17

Rubrica.

Rubrica informationis quoad inquiſitos nec probat, nec diſponit. p.479.n.8

S

Sacerdotalis.

Sacerdotalis qualitas, an, & quando requiritur in præſentando ad aliquod beneficium. vide ſup.in verb. *Beneficium.*

Sacerdotalis qualitas in eligendo, & præſentando ad beneficium, an & quando requiritur in ipſo actu, & tempore electionis, ſeù præſentationis, p.89. n.14.& 15

Sacrilegium.
Sacrilegium dicitur mixti fori. p.675.n.8
Et quilnā ſit iudex competens in hoc crimine.ib.n.9
Sacr. Reg. Conſil.
Sacrum Regium Conſilium Neapolitanum de ordine Cæſareæ Maieſtatis fuit de anno 1539. reformatum. p.227.n.6
Salarium.
Salarij augumentum à ſolo Principe fit,& ſic à noſtro Rege. p.725.n.71
Et an poſſit fieri ab habente liberam facultatem admittendi, ibid.n.71
Et an fieri poſſit per Collaterale Conſilium ſaltem declarando. ibid.n.72
Salarij petitio Aduocati, vel Procuratoris, an ſit quid dependens,& acceſſorium ad cauſam prinicipalem, ita vt iudex cauſæ principalis ſit etiam iudex huius acceſſorij. p.122.n.1
Salarium Conſiliario electo non datur, niſi præſtito iuramento & capta poſſeſſione. p.768.n.8
Salarium quod debetur vaſſallis à Barone ob præſtita ſeruitia in recognitionem laboris,iuxta ſeruitij qualitatem taxatur. p.80. n.1.& 6
Et vid.ſup.in ver.*Baro.*
Salarium quod debetur vaſſallo à Barone virtute Reg. Pragm. ſemel tantùm debetur, tam pro acceſſu, quàm regreſſu,& ſoluta vnica mercede non tenetur in reuerſione duplicare ſalarium. p.81.n.11
Sanctus.
Sancti Iuſtus,& Orontius Ciuitatis Lycienſis Patroni etiam in Prouincia Hydruntina pro Sanctis habiti fuerunt, taleſque fuiſſe vocatos, immemorabilis eſt traditio. p.969.n.2
Et à quò miſſus Sanctus Iuſtus ad Oras maritimas Lycienſes appulerit,Orontium, Fortunatum,& cæteros ſanguine coniunctos ad fidem conuertit.ibid.
Et quando Orontius à Paulo Apoſtolo fuerit creatus Lycienſis Epiſcopus, eique ſocius datus Iuſtus ad Euangelium prædicandum. ibid.
Sancti, vt venerari poſſint, an ſufficiat antiqua Eccleſiæ conſuetudo,cum expreſſo vel ſaltem tacito Sedis Apoſtolicæ conſenſu,licèt non adſit Canonizatio. p.970.n.4. verſ. *Non obſtat.* & p.971.n.7
Et an hæc conſuetudo debeat eſſe immomorablis. p.971.n.6
Sanctis ſeptem qualitates tribui ſolent,& quæ. p.970. num.3
Sanctus qui communi populorum voto talis cenſetur, nulla indiget Canonizatione, ſeu beneficiatione. p.971.n.11
Scandalum.
Scandalum quod euenit præter intentionem operantis,& conditionem operis dicitur paſſiuum, & non conſiderandum. p.679.n.14
Schedula.
Schedula manu teſtatoris ſcripta in qua teſtamentum continetur ad pias cauſas, num verificari poſſit per teſtes deponentes, ſe habere manum teſtatoris notam. p.477.n.6.& 7
Scientia.
Scientia illa cæteris dignior, quæ dignitatum reſpicit finem. p.722.n.35
Scriba.
Scriba Regiæ Cameræ Summariæ extraordinarius,delinquens extrà officium,& carceratus in M.C.an ſit remittendus ad ipſam Regiam Cameram. p.796. n.1.3.4.6.& 7. & p.797.n.8
Scriptores.
Scriptores. Vide ſup. in verb. *Authores.*
Scriptura.
Scriptura iudicialiter ſtipulata, ſed non in præſentia Iudicis,nec ipſo mandante,an valeat. p.516.n.4
Scriptura nouiter exhibita ſi fuerit,articulata, & producta verbo in exceptionibus productis eſt apponenda in proceſſu, & in deciſione cauſæ haberi de illa ratio, quæ de iure habenda eſt. Inter decr. lo. Ang.Piſan. verſ. *Dum eſſet introducta.* p.990
Scriptura priuata præſentata poſt ſententiam, num illius impediat exequutionem. p.427.n.16.& ſeqq.
Scripturæ nouiter repertæ, num ſolum illæ impediant iudicatum,quæ ſi fuiſſent inductæ aliter fuiſſet pronunciatum, & ſic valide,authenticæ, & indubitatæ, & contrà quas nulla poteſt opponi exceptio. p.652.n.25.& 26
Secretarius.
Secretarij Dominorum Proregum, an ſubſint Regiæ generali viſitationi. p.497.n.1
Et an veniant appellatione Officialium. ibid. verſ. *Negatiuam.*
Secretarius Regni haud prohibetur munera accipere. ibid.n.2
Secundæ cauſæ.
Secundæ cauſæ reemptæ ad beneficium Regiæ Cameræ,cum pecunia vniuerſitatis, an poſſint iterùm vendi. p.518.n.16
Secundogenitus.
Secundogenitis an competat pars pretij erogati à patre in emptione feudalium bonorum. p.105.n.18
Et an ſit in eorum electione,vel petere vitam, & militiam,videlicet pretij partem; idque de receptiſſima conſuetudine in Regno. p.105. n.19. p.106. n.25. & p.110.n.46
Et an illis competat pars pretij, ſi pater non pecunia acquiſierit feudum, ſed in ſeruitiorum remunerationem. p.105.n.20
Et quare in Regno Neapolitano conſuetudo iudicandi ſit introducta, vt feudo nouo ad primogenitum delato pretium ſit inter fratres diuidendum. p.105.n.21.& 22
Securitas.
Securitas conceſſa ob ſeruitia Reg.Curiæ, an tranſeat in conuentionem, & contractum. p.752.n.23
Securitas,vid.ſup.in verb.*Guidaticū.*& verb.*Bannitus.*
Senex.
Senex, vt in integrum reſtituatur,demonſtrandum eſt quod propter intellectus imbecillitatem ſimilis ſit pupillo, & propter fragilitatem mulieri comparetur. p.933.n.3
Sententia.
Sententia ad futura non trahitur, ſed tantum controuerſiam de præſenti definit. p.607.n.16
Sententia à qua nec appellari,nec reclamari poteſt,an poſſit per in integrū reſtitutionē reſcindi.p.948.n.6
Sententia declaratoria,quænam dicatur. p.281.n.8
Et quænam dicatur ſententia priuatiua. ibid.n.9
Sententia ex capite nullitatis qualiter impediatur. p.524.n.24
Sententia lata contra matrem in cauſa ſuæ libertatis, quamuis noceat filiis in vtero exiſtentibus,non tamen nocet natis ante ipſam latam. p.522. n.10. p.423.n.21
Sententia lata contra patrem in cauſa legitimationis, & ſic conditionis & ſtatus,an, & quando afficiat omnes filios,etiam abſentes, & non citatos. p.522. n.8.& 9.& p.523.n.22
Sententia lata contra vnum, non ſolùm afficit hæredem,ſed etiam quemlibet ſucceſſorem in re,vel iure illo,non ſolùm vniuerſalem,ſed etiam particularem, & in quota. p.523.n.17
Sententia lata cum legitimo contradictore cuius tamen priuatim intereſt, non præiudicat aliis prætendentibus intereſſe in publico. p.528.n.6. & p.529. num.13

Sententia lata cum legitimo contradictore, vt ius faciat, quoad alios, quorum in conſequentia intereſt, an illorum debeat præcedere citatio, ſaltem per proclamationem. p.947.n.5
Sententia lata in cauſa diuortij, quoad thorum, num ſit iudicanda declaratoria, vel priuatiua. p.281. n.6. & p.282. n.11
Sententia lata in cauſa ſtatus, omnibus etiam extraneis intereſſe tamen habentibus, nocet. p.523.n.16
Sententia lata in contumaciam, num probet delictum, præſertim contra tertium p.195.n.8
Sententia lata in petitorio abſorbet ſententiam latam in poſſeſſorio, eamq; reducit ad irritum. p.200.n.15
Sententia lata per Iudicem Eccleſiaſticum in actione hypothecaria contra laicum & clericum fratres, rem obligatam pro indiuiſo poſſidentes, an poſſit contra laicum exequi, inſtantem ad ſuum Iudicem cauſam remitti. p.430.& p.431.n.2
Et an, & quando ſententia lata à Iudice incompetente ſit ipſo iure nulla. p.431.n.2.& 3
Sententia lata ſtante peremptione inſtātiæ, an ſit nulla. inter Dec.Io.Ang.Piſan.verſ. *Die* 17. *Decēb*. p.989
Sententia non nocet, niſi in iudicio citatis. p.522.n.7
Sententia operatur, vt omnia vſque ab initio retrotrahantur. p.281.n.4
Sententia prætextu ſcripturarum nouiter repertarum, an, & quando retractetur. p.525.n.5
Sententia priuſquam publicetur poteſt in ea aliquid addi, vel mutari, ſecùs poſt publicationē. p.530.n.3
Sententia, quæ perſonam afficit, vbique ſuam vim habet. p.255.n.8
Sententia, reclamatione propoſita, an & quando faciat tranſitum in rem iudicatam. p.523.n.11
Et quidnam requiratur, vt hoc tranſitum faciat. ibid. num. 12
Sententia Sacri Concilij adhuc exequi poteſt, eſto quod intra dies triginta, à die, quo lata fuit, opponatur exceptio modificatiua diſcuſſionis inuentarij. p.338.n.12
Sententia Sacri Concilij in dubiis quæſtionibus facit ius. p.784.n.2
Sententia num ſit nulliter lata, ſi maiorem contineat ſummā quam debeatur. p.337.n.9.& p.338.n.11
Sententia tranſacta in rem indicatam, reuideri minime poteſt ſub prætextu inſtrumentorum nouiter repertorū, ſicut & tranſactio. p.429.n.1. p.524.n.1
Idque an procedat, in fiſco, Eccleſia, pupillo, furioſo, prodigo, &c. p.429.n.2.& p.524.n.1
Sententiarum duarum conformium vigore, peti non poteſt reſtitutio in integrum, nec ampliùs procedi. p.527.n.4
Sententiæ de nullitate apud nos tractari non poteſt, niſi probata fuerit contra expreſſum caſum legis communis, vel municipalis. p.337.n.10
Sententiæ Sacri Concilij executionem habent paratam, præſtita tamen fideiuſſoria cautione, de reſtituendo in caſu retractationis. p.9.n.6
Sententiæ tres conformes faciunt oriri exceptionem rei iudicatæ. p.551.n.4

Sequeſtrantes, & Sequeſtrum.

Sequeſtrantes bona Eccleſiæ, fructuſque Eccleſiaſtici Beneficij, ſi laici fuerint, incidunt in excommunicationem Bullæ Cœnæ in decimoſeptimo Canone. p.166.n.10.& ſeq.
Et quid ſi ſequeſtretur res profana exiſtens ſub dominio perſonæ eccleſiaſticæ. ibid.n.10
Vel ſi ſequeſtrentur bona patrimonialia clerici. p.167.n.11
Et an in hanc excommunicationem incidant partes procurantes ſequeſtrum. ibid.
Sequeſtrum feudorum tunc permittitur, quando datetur poſſeſſio in potentiorem, à quo non poſſet dari facilis recuperatio. p.601.n.21

Seruitus.

Seruitus quibus modis acquiratur. p.431.n.2. cum ſeq.
Seruitutem ad acquirendam, cauſam habentem diſcontinuam præſcriptio centenaria requiritur. p.432.n.6
Seruitutem ad acquirendam cauſam habentem continuam, vel quaſi, quænam præſcriptio requiratur. p.433.n.1
Seruitutem impoſitam ſuper feudo, an & quando poſſit Dominus reuocare. p.73.n.22
Seruitutem ſuper feudo imponere poteſt vaſſallus in ſui & Domini præiudicium, duraturam tamen, durante iure vaſſalli. p.71.n.8
Et quid de Iure Conſtitutionum Regni. p.72.n.10. & 12
Seruitutis conſtitutio num ſit alienatio, vt meritò non poſſit imponi ſuper feudo abſque Regis aſſenſu. p.71.n.1.& p.73.n.20
Et num ſit feudi diminutio. p.71.n.4
Et an prohibita cenſeatur, alienatione prohibita. p.72.n.11
Seruitutis pretium, ſeu æſtimatio acquiſita per feudatarium in feudo, tanquam augumentum feudi, ſpectat ad hæredem in allodio. p.74.n.29

Seruus.

Seruus obligatus efferre poteſt debitum, & liberare ſeipſum. p.517.n.5
Et an id procedat in re obligata, tranſlato dominio. ibid.
Seruus pœnæ nemo effici poteſt attento iure nouiſſimo Authenticorum. p.7.n.5.& 16

Simonia, & Simoniacus.

Simonia Diuino Iure prohibita inducitur ex datione pecuniæ alteriuſque rei temporalis pro quocumque beneficio. p.354.n.3
Simoniam incurrit clericus, promittens ſoluere maiorem penſionem, quàm beneficium ferre poſſit. ibid.n.4
Simoniacus num cenſendus ſit, qui pecuniam dat familiari Pontificis, vt operam ſuam præſtet ad impetrandum ei aliquod beneficium. pag.435. n.1.9. & 10.& p.436.n.11.& 12
Et an diſpoſitum in ſimonia reſpectu ordinis, diſpoſitum pariter cenſeatur in ſimonia reſpectu beneficij. p.435.n.8

Sobrini.

Sobrini vid. ſup. in verb. *Nepotes ex ſorore.*

Societas, & Socius.

Societas contracta inter plures ad certum & determinatum tempus, elapſo tempore, abſque alia declaratione, & renunciatione extinguitur. p.436. num. 1
Et quibus aliis modis ſoluatur ſocietas. ibidem, n.2. & 3
Societas finita poteſt tacite renouari, & renouata cenſetur cum eiſdem pactis, & conditionibus, ſi ſocij completo tempore continuauerint negotium. ibid. n.6.& p.437.n.7
Et an, & quando tranſeat ad hæredes, & renouata cenſeatur. ibid.n.9.& 10
Societatis diſſolutio haud nocet creditoribus, qui bona fide cum altero ex ſociis poſtea contraxerunt. p.236.n.4
Et an id procedat in ſocietate, certo tempore duratura. ibid.n.5
Societatis natura ea eſt, vt quilibet ex ſociis in ſolidum conueniri poſſit. p.437.n.8
Socius in emptione rei alterius conſocij, præfertur cæteris rem illam emere volentibus. p.331.n.7

Sodomia.

Sodomia, vide ſupra in ver. *Bulla Pij V.*

Solemnitas.

Solemnitas numquam præſumitur ob lapſum temporis. p.645.n.5

Solemnitates expreſſæ, non debito modo, & ineptè in inſtrumento, quamuis antiquiſſimo, præſumi non poſſunt, & quare. ibid.n.5

Solemnitates in alienatione rerum minorum an præſumantur interueniſſe ob lapſum decem annorum cum poſſeſſione continuata. p.645.n.9

Solemnitates omnes præſumuntur interueniſſe ſpatio triginta annorum. p.646.n.10

Et quid contrà tertium. ibid.n.11

Solemnitatis omiſſio, quæ requiritur poſt actum perfectum, numquam vitiat actum ipſo iure. p.545. num.4

Sollicitator.

Sollicitator alicuius cauſæ, nùm idoneus teſtis ſit in eadem cauſa, quam ſollicitat p.15.n.4.& 5

Et quid ſi ſollicitator eſſet Procuratoris familiaris, qui illum ad ſollicitandas cauſas ſibi commiſſas deputaſſet. ibid.n 4

Soluere, & Solutio.

Soluere promittens creditori quod Titius debet, licet videatur ſe obligaſſe vt principalis, an quoad iuris effectum habendus ſit pro fideiuſſore. pag.59. num.6

Solutionis promiſſio abſque intereſſe, faciendæ infrà certum tempus, poſt illius lapſum, intereſſe permiſſum inducit. p.344.n.36

Solutionis verbo nùm intelligatur omnis ſatisfactio, per quam creditoris extinguatur obligatio. p.148. n.4.& & 10

Soror.

Soror defuncti fratris ſucceſſione per alterum fratrem excluditur, ex conſuetudine Ciuitatis Neapolitanæ. p.443.n.9

Soror an, & quando, & qualiter concurrat ad ſucceſſionem fratris, vnà cum nepotibus ex fratre præmortuo, non obſtante renunciatione facta. p.908. num.2

Soror concurrit cum aliis fatribus ad prædefuncti fratris ſucceſſionem, tam iure communi, quam iure huius Regni attento. p.438.n.1.& p.443.n.1

Et quid de Iure Conſuetudinario huius Ciuitatis. p.438.n.2.& p.442.n.1

Et quid ſi ſoror reperiatur dotata de bonis propriis fratris, de cuius ſucceſſione agitur. p.443.n.2.& ſeqq.

Soror, cui dos de paragio promiſſa reperitur in capitulis matrimonialibus ſoluenda in die nuptiarum, vel poſt annum, ſiuè in aliud certum tempus, infrà quod frater alteri bona ſua obligauit, nùm veniat in concurſu præferenda cum hoc ſecundo creditore ſuper bonis fratris pro fructibus non perceptis poſt euictionem paſſam corporis in ſolutum dati, ſicut præfertur pro ſorte. p.342.n.22.& 23

Soror defuncto fratri haud ſuccedit, concurrentibus parentibus; de iure tamen conſuet. Ciuitatis Neap. p.439.n.8

Soror dotata, vel maſculiata qualiter excluditur à ſucceſſione in Ciuitate Neapolis. p.512.n.3

Soror dotata à patre, non ſuccedit cum fratre, & filiis fratris. In Annot. ad Conſuet. Neap. verſ. *Nota quod ſoror.* p.993

Et quid ſi partem habuiſſet vt maſculus, vel nihil habuiſſet à patre, vel fratre. dict. verſ. *Nota quod ſoror.*

Soror fratris appellatione continetur. p.442.n.3. & p.446.n.8

Et quid ſi ſit pro dotatione à ſucceſſione excluſa. p.512.n.4

Soror an habeat paragium in bonis tranſuerſalium. p.513.n.8

Soror in capillo vigore Conſtitutionis Regni, *Vt de ſucceſſionibus*, nùm excludat à ſucceſſione ſorores maiores natu coniugatas, & dotatas de bonis patris. p.514.n.2

Soror maritata poſt mortem patris caſu quo maſculiatur; an debeat habere dotem ex bonis maternis, vel ſuccedat, vt maſculiata, ita quòd maſculiatio iſta intelligatur tam de bonis paternis, quàm maternis. verſ. *Nota quod ſoror.* p.993

Soror maritata, licet dotata non appareat, à fratris ſucceſſione excluditur. p.439.n.7

Soror maſculiata an ſuccedat fratri prædefuncto cum aliis fratribus ſuperſtitibus. p.440.n.14

Soror maſculiata ex conſuetudine Neapolitana, an poſſit ſuccedere fratri, tam in bonis intra diſtrictum, quàm extra. in Annot. ad Conſuet. Neapolit. verſ. *Solet.* p.992

Soror non nupta, num ſororem nuptam excludat ab inteſtata fratris ſucceſſione. pag.410. n.1.& ſeqq. p.411.n.14.& p.413.n.24

Soror primogenita dotata à fratre, & de illius bonis, in ſucceſſione bonorum feudalium eiuſdem fratris excluditur per ſororem in capillo. p.443.n.3

Et declaratur Conſtitutio Regni. *In aliquibus.* ibid. num.5

Soror primæua ad ſua iura redire poteſt, ſi id quod pro dote aſſignatum eſt à creditoribus vel patris vel fratris euinceretur. p.341.n.8. & p.342. num.9

Et an hoc caſu frater, vel tertius bonorum paternorum poſſeſſor, qui ad legitimam aſſignandam tenetur, cogi ſimul poſſit ad ſoluendum eiuſdem legitimæ portionis fructus, & intereſſe. p.342.n.18 & 19

Et num à die paſſæ euictionis. ibid.n.16

Et quid ſi ſoror recurreret ad primæua iura reſpectu hypothecæ, quam acquiſiuit pro dote de paragio, à fratre ſibi in capitulis matrimonialibus promiſſi à die initorum capitulorum matrimonialium. ibid. num.21

Soror ſi decedat relicto fratre, & ſorore an æqualiter ſuccedant de Iure Longobardo. In Annot. ad Conſ. Neapol. verſ. *Item ſi decedat ſoror.* p.990

Et quid ſi frater ſit mundius ſororis, an ratione mundij præferatur. d. verſ. *Item ſi decedat ſoror.* ibid.

Soror vtrinque coniuncta, & filium habens, ſi ad ſucceſſionem vocetur fratris ſimul cum nepotibus ex fratribus ſimiliter vtrinque coniunctis, & ipſa hæreditatem repudiet, an filius ſororis repudiantis vocetur ad partem hæreditatis repudiatæ, vel accreſcat nepotibus. p.910.n.20.& 21

Soror vtrinque coniuncta num excludat fratrem conſanguineum tantùm à ſucceſſione fratris, non obſtante Regni Conſtitutione *In aliquibus.* p.862. num.1

Et quid in Ciuitate Neapolitana per Conſuet. *Sed ſi morienti.* ibid.n.3

Et quid ex Statuto Mantuano, Volterano, & Taurino p.863.n.5.& 6

Et an ſoror excluſa per ſtatutum ob maſculos admitti debeat ad hæreditatem paternam ex perſona fratris defuncti, antè illius aditionem, vel immiſtionem. p.683.n.8.& p.866.n.25

Soror vt excludatur à ſucceſſione collateralium, an & quando ſufficiat quod dotata ſit de bonis paternis. p.643.n.10.& p.517.n.5

Sorores ex conſuetudine ciuitatis Neapolitanæ non ſuccedunt

ſuccedunt,ſed maritari debent à fratribus ſecundum facultates, & paragium. p.596.n.6
Et an tempore delatæ ſucceſſionis reperiri debeăt dotatæ, vel ſufficiat quod ſit paratus dotare. ibid.n.3
Et an excludantur à ſucceſſione omnium collatarium ad inſtar Longobardorum. ibid.n.4
Et an excludantur ex dicta conſuetudine à ſucceſſionem fratris præmortui per fratrem ſuperſtitem,tam à bonis paternis,& ab agnatis,& cognatis obuentis, quam à nouiter acquiſitis. ibid.n.5
Et quid ſi concurrant nepotes, & neptes ex fratre præmortuo, an excludant ſorores à ſucceſſione patrui.ibid.n.5.verſ.*Secundus caſus.*
Et an ſimiliter excludantur à ſucceſſione auunculi. p.596.n.6
Et an portio ſororis excluſæ accreſcat tantùm fratribus vtrinque coniunctis, vel omnibus. p.597.n.17
Sorores Tertiariæ an gaudeant priuilegiis tertię Regulæ cum ſolo voto caſtitatis, abſque aliis titulis paupertatis, & obedientiæ. p.811.n.20

Specialia.

Specialia duo, an, & quando circa idem poſſint concurrere. p.66.n.28

Spolians, & Spolium.

Spolians in Regno Siciliæ nunquam in iuribus ſuis auditur, niſi ſpoliato priùs reſtituto. p.444.n.5
Spoliato num poſſit obiici de notorio defectu, etiam poſt ſpolium reſultante. p.174.n.9
Spoliatus ſua poſſeſſione eſt illicò reſtituendus, adhuc ſi ſpolians vellet ſtatim de ſuo iure docere.p.444.n.1
Spolium quando violenter, & doloſè eſt commiſſum nulla admittitur defenſio. p.444.n.11
Spolium, ſeu ſpoliationis exceptio an poſſit intentari pro implemento remedij *L. diffamari C. de ingen. man.* p.9.n.6
Spolium vltimum eſt prius purgandum. p.444.n.2
Idque declaratur exemplo. ibid.n.3

Sponſalia.

Sponſalia ſi malis artibus ſint celebrata, an, & quando veniant dirimenda. p.286. n.7

Spurius.

Spurius feudi omninò incapax eſt. p.943.n.5

Statutum.

Statuti verba num extendantur ad caſum non expreſſum, ſi ea ratio quæ viget in caſu expreſſo, vigeat etiam in caſu non expreſſo. p.220.n.13
Statuto ſi caueatur, vt pro quolibet animali naſcente in territorio, teneatur Ciuis gabellam ſoluere, ſi Dominus alia prægnantia extra territorium aſportauerit, vt ibi parturiant, an de ſingulis ibi naſcentibus teneatur ſoluere gabellam. p.255.n.10
Statuto ſi caueatur, vt pater filiæ ſpuriæ certam dotem poſſit permittere,ſi vltra pater permittat,quamuis teneat promiſſio ex parte mariti,tamen cum primum dos reuertitur ad mulierem, poteſt exceſſus ab ea adimi. p.539.n.7
Statutum an, & quando dicatur contra libertatem Eccleſiaſticam. p.476.n.7
Statutum an, & in quibus caſibus forenſes comprehendat. p.211.n.8
Statutum contra exteros emanatum, mulieres exteras, ciuibus tamen nuptas in viduitate permanentes num comprehendat. p.507.n.4
Statutum excludens fæminam à ſucceſſione fratris, an locum habeat etiam in ſucceſſione fæminæ, & ſic ſororis. p.442.n.1.4.& 5
Statutum excludens matrem à filij ſucceſſione an cenſeatur etiam illam excludere à ſucceſſione filiæ. p.445.n.1.
Statutum excludens matrem à ſucceſſione filij, per agnatos, an locum habeat, vbi in medio extarent defuncti ſorores. ibid.n.2
Statutum excludens auum paternum à ſucceſſione nepotis, patruo exiſtente, an locum habet, vbi in medio extaret auia materna. p.446.n.3
Statutum excludens fæminas propter maſculos in linea collaterali, an locum habeat in ſucceſſione fæminæ. p.446.n.5.& 6.& p.447.n.10
Statutum excludens fæminas à ſucceſſione propter exiſtentiam maſculorum, locum habet tantùm in ſucceſſione patris, & matris, non collateralium. p.862.n.2
Statutum laicorum quantumuis generale, vel ſpeciale clericos,& eccleſiaſticas perſonas non ligat. p.448. num.1
Et an liget clericos,vti laicorum ſucceſſores. ibid.n.2
Statutum laicorum continens aliquod quod Iuri Diuino, Naturali, & Canonico ſit conforme, an liget clericos. p.164.n.2
Statutum ob publicam vtilitatem extenditur ad ſimilia. p.314.n.4
Statutum per quod prohibetur quis ædificare an locũ habeat, quando quis vellet domum ſuam, ruinam minantem, reficere. p.449.n.1.2.& 3.& p.450.n.8
Statutum puniens contrahentem matrimonium cum aliqua puella abſque parentum conſenſu, an ſubſiſtat. p.285.n.4
Statutum quod ſoror dotata non ſuccedat patri, eandem à ſucceſſione fratris num excludat,etiam in bonis illi obuentis à Patre. p.513.n.14
Statutum quod vir lucretur certam partem dotis in caſu quo mulier deceſſerit, an locum habeat ſi inſtrumentum ſit contractum ante ſtatutum. p.608. num.21
Statutum ſi duos habet intellectus, vnum proprium, alterum improprium, capi debet intellectus improprius, ſi ex eo minùs lædatur ius commune. p.546. num.14
Statutum, vbi derogat iure ſingulorum,omnium conſenſus requiritur. p.448.n.3
Statutum, vel conſuetudo excludens mulierem ab aliqua ſucceſſione propter dotem, intelligitur tantùm ſi dotata ſit de eius bonis, de cuius hæreditate agitur. p.545.n.9.& p.546.n.10
Statutum vel conſuetudo vltra caſum expreſſum, & vltrà perſonas enumeratas non extenditur. p.311. num.3
Statutum vocans ad ſucceſſionem fratrum, an pariter vocare cenſetur fratris filium. p.220.n.14
Statutum Vrbis in cap.151.requirens ſolemnitates in alienatione bonorum minoris, prout in illis Eccleſiæ, num locum habeat in omnibus contractibus in quibus minor lædi poteſt, & in emptione. p. 61. n.14.
Statutum Vrbis 152. *ſub titulo de contractibus prohibitis cum filiofamilias*, an ſit ſimile Pragmaticæ Regni Neapolitani, *ſub tit. de Senat. Conſ. Maced.* p.211.n.4
Et referuntur verba prædicti Statuti. ibid.n.5
Et an hoc Statutum liget forenſes, Romæ contrahentes. p.211.n.6

Staurita.

Staurita non eſt fundata auctoritate Epiſcopi. In Annot.ad Conſuet. Neap.verſ.*Quoniam hic.*p.966.

Stipendia.

Stipendia quæ annuatim conſequuntur Magnates ex Principis largitione pro militum præfectura, alicuius Caſtri cuſtodia, & ſimilibus, in quibus per ſubſtitutum deſeruiunt, an illi debeantur pro eo tempore, quo in vinculis propter aliquod delictum detruſus eſt, ſiue ex alia cauſa. p.450. n.1. 4. & 5. & p.451.n.6

Stipulatio.

Stipulatio num requiratur in donatione. p.491.n.12

Stipulatio pro ſe, & hæredibus vniuerſalibus, & particularibus, ſi contemplati non ſint deſcendentes, pro hæredibus teſtamentariis intelligitur. p.384.n.12.p.387.n.34.p.392.n.60

Stipulatio pro hæredibus particularibus inteſtatæ non conuenit ſucceſſioni. p.384.n.13

Stipulatio ſi ſit facta pro ſe,& hæredibus, vel ſi ſumus in dubio,an veniant filiæ fœminæ. p.551.n.17

Stylus.

Stylus Cancellariæ ius facit, & pro lege habetur. p.548.n.5.& 6

Et quinam actus fundent Stylum Regiæ Cancellariæ, omnemque facti dubietatem an tollat. ibid. num.9

Subditi.

Subditi quinam dicantur,& an teneantur præſtare iuramentum aſſecurationis. p.619.n.6

Et num ſit plus eſſe ſubditum,quam vaſſallum. ibid. num.7

Subhaſtari.

Subhaſtari, an poſſint bona Eccleſiæ, abſque aſſenſu Apoſtolico. p.61.n.10

Subhaſtationes non extinguuntur per lapſum viginti annorum. p.647.n.21

Subhaſtationes vt plurimum ſolent eſſe animoſæ, ad illaſque tunc deueniri debet, cum aliud non ſubeſt remedium. p.308.n.10

Subhaſtationi in quibus caſibus locus ſit. p.711.n.48

Subiecta.

Subiecta talia ſunt, qualia prædicata demonſtrant. p.581.n.10

Subinfeudatio.

Subinfeudatio ſi fiat alicui à Barone,& in aſſenſu Regis ſuper tali infeudatione impetrato dicitur *dummodo teneat in capite à Nobis & à noſtra Regia Curia*,an ſit in hoc repugnantia, vel potiùs compatibilia ſint. p.916.n.10

Subingreſſio.

Subingreſſio in collateralium ſucceſſione, nùm locum habeat Iure conſuetudinario Neapolitano attento, & in quibus caſibus attento iure communi. p.546. num.19

Et an ſubingredientes huiuſmodi ſuccedant ex propria perſona,vel ex perſona illius, qui ſubingreditur. p.547.n.20

Subingreſſio in linea collaterali quomodo conſideratur in Ciuitate Neapolitana. p.440.n.16

Subingreſſio in ſucceſſione, tàm in linea aſcendenti, quàm tranſuerſali quomodo hodie procedat, tam attento iure communi, quam municipali Neapolitano. p.452.n.1.2.& 3.& p.453.n.10

Subingreſſio non datur in ſucceſsione emphyteuſis, conceſſæ abſque qualitate hæreditaria. p.452.n.7

Subingreſsio, quæ in terminis Conſuet. Neap. *Sed ſi morienti*: datur in infinitum, quando quis decedit ſuperſtitibus ſibi fratre carnali, & deſcendentibus in infinitum, an locum habeat quando moritur ſoror ſuperſtitibus ſorore, & abnepte ex altera ſorore præmortua. p.455.n.1.2.&3.p.456.n.5.& 6.& p.457.n.12

Subingreſsionem poſt fratrum filios, nec lex feudalis, nec Romanorum admittit. p.452.n.6

Subrogatum.

Subrogatum naturam ſapit illius, in cuius locum ſubrogatur. p.918.n.4

Subſtitutio.

Subſtitutio à patre ſi filio ſit facta, vt eo abſque liberis decedente ſuccedat proximior de familia, ſi talis ſit fœmina, an ad ſucceſsionem admitti debeat maſculo licèt remotiore excluſo. p.467.n.1.& 2.& p.468.n.6

Subſtitutio compendioſa vulgarem comprehendit in omni caſu, quo hæres inſtitutus vel nollet, vel eſſe non poſſet hæres. p.395.n.87

Subſtitutio facta à ciue Neapolitano ex iure conſuetudinario, num in medietate bonorum tantùm verificari poſsit,ſiue filius, ſiue agnatus proximior hæres inſtitutus ſit. p.179.n.9. & 12

Subſtitutio facta pluribus inſtitutis in caſu mortis ſine liberis, an locum habeat ſtatim vno abſque liberis defuncto. p.463.n.1.&2.& p.464.n.5.& ſeqq.

Subſtitutio in alicuius tertij arbitrium collata, an de iure ſubſiſtat. p.466.n.1

Et quid fauore Eccleſiæ. ibid.

Et vide in verbo infrà, *Voluntas captatoria.*

Subſtitutio in feudis fieri num poſſit, ſine aſſenſu Regiæ Coronæ. p.345.n.89.& p.458.n.1

Subſtitutio pupillaris an locum habeat moriente pupillo antè teſtatorem. p.461.n.5.6.& 9.& p.462.n.16.& p.463.n.18.

Subſtitutio pupillaris continetnè tacitam vulgarem, ſi adſit expreſſa vulgaris. p.463.n.19

Subſtitutio pupillaris expreſſa vt locum habeat, an ſit neceſſe, vt impubes moriatur ſui iuris, & ſic poſt mortem patris. p.815.n.3

Et quid requiritur vt pupillaris ſubſtitutio valeat. ibid.n.5

Subſtitutio pupillaris num excludat proximiores agnatos à medietate bonorum antiquorum, ſibi debita iure conſuetudinario Ciuitatis Neapolitanæ.p.847.n.2.& p.848.n.17

Subſtitutio reciproca fideicommiſſaria, nunquam reſultat, niſi fuerit verbis expreſſa, vel tacite inducatur ex coniecturis. p.464.n.8.& 9

Subſtitutio reciproca tacita, vt inducatur quæ requirantur. p.464.n.10.& ſeqq.& p.465.n.13.& ſeqq.

Subſtitutio reciproca à patre filiis ordinata in caſu mortis ſine filiis,altero cum filiis defuncto, an expiret, vt ſuperſtes poſſit liberè diſponere. p. 468.n.1.& 2

Subſtitutio ſi ſit facta cum clauſula codicillari, & hæres inſtitutus viuo teſtatore cum filiis deceſſerit,cuinam teneantur venientes ab inteſtato hæreditatem reſtituere, filiis inſtituti, vel ſubſtituto. p.461.n.8.& p.462.n.10

Subſtitutio vulgaris, an ſit, ſi teſtator dicat, *ſi poſthumus non naſcitur ſubſtituo talem.* p.815.n.9

Et an vulgaris expreſſa contineat tacitam pupillarem, & è contrà. ibid.

Subſtitutio vulgaris tacita contenta ſub breuiloqua, ſeu compendioſa, an extinguatur mortuo inſtituto viuo teſtatore,ſicut extinguitur vulgaris tacita contenta ſub pupillari expreſſa. p.816.n.13

Subſtitutio vulgaris vt locum habeat, ſufficit quod inſtitutus non ſit, vel non poſſit eſſe hæres. ibid.n.14

Subſtitutio vulgaris facta in caſu, quo venter non naſcitur, an porrigatur ad omnes caſus,quibus venter non poſſit eſſe hæres. p.816.n.16

Subſtitutionis vulgaris effectus eſt, vt moriente inſtituto,viuo teſtatore, admittatur ſubſtitutus. p.461. num.4

Subſtitutionis vulgaris inter alios effectus eſt, vt quoquo modo primus gradus inſtitutionis non habeat effectum, tunc indiſtinctè teſtamentum vires capiat à ſecundo gradu ſubſtitutionis vulgaris. pag. 816. num.12.& 16

Subſtitutus,caducata inſtitutione admittitur ex vulgari in compendioſa comprehenſa. p.461.n.2

Succeſſio, Succeſſor, & Succeſſorium.

Succeſsio in bonis decedentis ab inteſtato ſine filiis, quando

quando fiat inter proximiores ex parte Patris, & proximiores ex parte matris, ex Lege Municipali Ciuitatis Neapolis. p.46.n.20
Succeſſio in collateralibus, iure communi attento, æqualiter admittit maſculos, & fæminas. p.545.n.2
Et quid per conſuetudines Neapolitanas. ibid. n.3
Succeſſio Monachorum ad Monaſterium ſpectat, ſalua legitima deſcendentibus & aſcendentibus. p.421 n.26.& p.422.n.32
Succeſſio parentum ceſſat, vbi matrimonium contractum eſt alla noua manera, ſeu ſecundum vſum Capuani, & Nidi. p.408.n.10
Succeſſione in bonorũ qualiter diſtinctio fieri debeat, & an ſoleat attendi perſona à qua obuenerunt immediatè. p.694.n.62.& ſeqq.
Succeſſor in feudo grauari poteſt pro concurrente feudi valore. p.458.n.4
Et quando id procedat. ibid.n.6
Succeſſor in feudo, num poſſit grauari, vt ſinat fructus feudi ab alio percipi, nec ſuper hoc grauamine impetrari debeat aſſenſus. p.851.n.3
Succeſſoris appellatione in dubio de vniuerſali intelligitur. p.238.n.8
Succeſſorium edictum eſt proditum vt quoties proximior nolit, vel non poſsit ſuccedere, admittatur ſequens in gradu. p.910.n.19

Suitas.

Suitas, quæ cauſa eſt tranſmiſsionis hæreditatis, ad hæredes quoſcumque, num tollatur per dationem cohæredis extranei. p.866.n.28

Superior.

Superior, & par tunc dicitur, quando ſuperioritas, & paritas in adminiſtratione conſiſtunt, ſecùs quando in dignitate tantum. p.782.n.63
Superioris præſentia in loco, facit cenſeri quidquid factum fuerit cum eius licentia, & ordine factum fuiſſe. p.653.n.11

Supernumerarius.

Supernumerarij vox, quid ſuadeat, & quid ſignificet. p.236.n.4
Supernumerarius in Collegio an dicatur de corpore Collegij. p.237.n.6.& ſeq.
Et an participare debeat de legato Canonicis facto. ibid.n.8
Et an gaudere debeat fori priuilegio cæteris collegiatis conceſſo. ibid.n.9

Syndicus.

Syndicus debitori vniuerſitatis an valeat dilationem concedere. p.867.n.5
Syndicus, & Electi alicuius Vniuerſitatis, pro illius ſeruitio deſtinare non poſſunt eorum conſanguineos. p.314.n.3
Syndicus, & Electi Ciuitatis ſi ſint moroſi in perſoluendis functionibus fiſcalibus, carcerari poſſunt. p.503.n.7

T

Tacita, & Taciturnitas.

TACITA ſubſtitutio. vid. ſup. in verb. *Subſtitutio.*
Taciturnitas an, & quando faciat aſſenſum ſubreptitium, vel obreptitium. vid. ſup. in verb. *Aſſenſum.*
Taciturnitas an, & quando habeatur, pro conſenſu. p.448.n.6

Tempus.

Tempus à iure ſtatutum ad appellandum, num poſsit per Iudicem minui. p.469.n.4
Tempus à Iure ſtatutum, nùm poſsit à Iudice prorogari. p.2.n.3
Tempus à lege municipali. vid. infr. in verb. *Tempus vnius anni.*
Tempus anni per Pragmaticam ſtatutum, vt cum terra venditur, poſſit Vniuerſitas ad domanium proclamare, an poſſit per Iudicem abbreuiari. p.469.n.7
Tempus diuturnum pro decennio accipitur. p.306. num.5
Tempus immemorabile vim operatur Regij aſſenſus. p.124.n.4
Tempus quatuor menſium præfixum patronis laïcis ad præſentandum beneficium cum Epiſcopo, poteſt per loci Ordinarium prorogari. p.2.n.5
Tempus quodnam inſpiciatur ad cenſendam hypothecam anteriorem, num ſcilicet contractæ obligationis, vel pecuniæ numerationis. p.139.n.4
Et quid ſi in poteſtate ſit debitoris, pecuniam non recipere, vel aliud ſit conuentum. p.140.n.6.& 9
Quidnè fauore dotis dicendum eſt. ibid.n.7
Tempus quodnam ſtatutum ſit hæredi feudatarij, ad eius mortem Domino denunciandam, & nouam inueſtituram petendam. p.173.n.1
Et à quo die currere incipiat. p.174.n.5
Et num tempus prædictum currat legitimo ſucceſſori, poſſidenti feudum. p.173.n.3.& p.174.n.7
Quidnè ſi culpa, vel negligentia poſſit illi imputari, cui feudum non poſſideat. p.174.n.6
Tempus ſententiæ inſpici debet, ſi creuerit, vel non creuerit æſtimatio. In Annot. ad Conſuet. Neap. verſ. *Item quia.* p.996
Tempus vnius anni ex lege municipali Ciuitatis Neapolis præſcriptum ad petendum ius congrui in venditione domus collateralis domui alterius, emptore inſtante, num à Iudice poſſit reſtringi. p.469.n.1. 5.& 6
Temporis ex lapſu præſumi num debeat exiſtentia æris alieni, & diſcuſſio. p.645.n.5

Terminus.

Terminus ad deliberandum, num ſit dandus, ſi velit pars petere primum beneficium. Inter Decr. Ioan. Ang. Piſanel. verſ. *Fuit dubitatum.* p.989
Terminus ad impugnandam reaſſumptionem inſtrumenti, num concedendus ſit, ſtante prouiſione obtenta à Catholica Maieſtate ſuper prædicta reaſſumptione facienda. Inter Decr. Io. Ang. Piſanel. verſ. *Alius dum.* p.990
Terminus in iudicio reuocationis contractus rei feudalis ex vi conſtit. Regn. *Conſtitutionem Diuæ Memoriæ.* Reo inſtanti num ſit à Iudice neceſſariò impartiendum, vel potius denegandum, actore denegari petente. p.478.n.2.& 3

Territoria.

Territoria in Ciuitate Capuæ magnæ capacitatis communiter appellantur feuda, licet ſint allodialia, eorumque poſſeſſores appellantur Barones. pag.843. num.4
Territoriorum communio nulla eſt abſque Regio aſſenſu. p.124.n.5
Et quid reſpectu præſumptionis inducendæ. ibid.

Tertiarij.

Tertiarij in Hyſpania immunes non ſunt à gabellis, ſed tractantur vt laici. p.810.n.17
Tertiarij, ſiue Fratres, & Sorores Tertij Ordinis, fori gaudent priuilegio, dummodò continentes ſint. p.811.n.21
Et quinam ſint iſti Fratres Tertij Ordinis. ibid.
Et vid. ſup. in verb. *Fratres Tertiarij.*

Tertia.

Tertiæ decurſæ durante validitate noui contractus cenſualis, ante eius reſciſsionem, metiuntur anterioritatem à die eiuſdem contractus, licet ſorte principali poſteriorem. p.346.44

Et

Et num id ſolum procedat in cauſa dotali ibid. num. 45

Tertius.

Tertius allegans, eſſe exequutum in bonis propriis, audiendus eſt, modo ſententia fuerit prolata in actione perſonali. p.123. n.3

Et quid in actione reali. ibid.

Quidnè ſi notitiam habuerit litis motæ. ibid.n.4

Tertius veniens ad cauſam non ad coadiuuandum iura actoris vel rei, aut ad infringendum iura alterius, ſed pro ſuo intereſſe, penitùs ſeparato ab illo actoris, & rei, num admittendus ſit in illo iudicio, vel opus ſit noua inſtantia, & nouo proceſſu. p. 948. num.8

Tertius veniens ad cauſam, vt audiri poſſit, incontinenti ſuum tenetur probare intereſſe. p.947.n.3

Teſtamentum.

Teſtamentum condi an poſſit ab eo, cui tantum eſt datus curator ad lites. p.471.n.8

Teſtamentum conditum ante Religionis ingreſſum, ſi de Monachatu teſtator mentionem non fecerit, profeſſione demùm ſequuta rumpitur, quaſi agnatione poſthumi. p.318.n.13

Et num rumpatur per profeſſionem ſequutam.p.418. num.3

Teſtamentum de Iure Ciuili ſeptem requirit teſtes, duos vero de Iure Canonico cum Parocho. p.476. num.1.

Et num loco Parochi adhiberi poſſit Confeſſarius teſtatoris. p.477.n.2

Et num in teſtamento ad pias cauſas ſufficiant duo teſtes abſque Parocho. ibid.n.4

Et num hodie ſufficiat, quod ſit ſcriptum manu teſtatoris abſque teſtibus. ibid.n.5.7.& 8

Et an teſtamentum manu teſtatoris confectum verificari poſſit per teſtes, deponentes notam habere manum teſtatoris. ibid.n.6

Teſtamentum de iure, num ſubſiſtat, vel nullum, & inualidum declarari debeat, ſtante depoſitione plurium teſtium examinatorum ad inſtantiam venientium ab inteſtato, teſtatorem, tempore quo viuebat non fuiſſe ſanæ mentis. p.470.n.1. & 2.& p.471. num.9

Et quid ſi teſtes non redderent cauſam ſcientiæ eorum dicti. d. n. 2. verſ. *Et primo.*

Teſtamentum dum aperitur, multas expoſcit ſolemnitates, & quas. p.474.n.7.cum ſequent.

Teſtamentum facere, num liceat de bonis feudalibus. p.69. n.19

Teſtamentum incipere poteſt tùm ab expreſſa ſubſtitutione vulgari, tùm à tacita, in expreſſa pupillari contenta, moriente hærede viuo teſtatore. p.461. n.3.& p.462.n.17

Teſtamentum in ſcriptis, quod teſtator tantùm ſubſcripſit, ſed non ſigillauit, num validè conditum ſit. p.473.n.1.& ſeq.

Teſtamentum nullum an dicatur, ſi teſtes, qui illud ſubſcripſerunt, non expreſſerunt cuius erat, vel eſſent Religioſi. ibid.n.5.& p.474.n.6

Teſtamentum nullum præteritione filij, ſola illius approbatione conualidatur. p.837.n.16

Teſtamentum perfectum ſolo curſu decennij haud tollitur, niſi aliud teſtamentum ſequatur minùs ſolemne. p.472.n.1.2.& ſeqq.

Teſtamentum primum, reuocatum cenſetur per ſecundum, quamuis inſtitutus in ſecundo hæreditatem repudiauerit. p.359.n.2

Teſtamentum publicum dicitur inſtrumentum.p.477. num.3

Teſtamentum quamuis à demente conditum ſit, validum erit, ſi ex eius lectura conſtet prudenter teſtatorem diſpoſuiſſe. p.471.n.7

Teſtamentum quoad cauſas profanes, ſcriptum, ac ſolemniter ſtipulatum per Notarium Apoſtolicum, in Regno noſtro Neapolitano nullius eſt roboris, ſicut, & quodlibet inſtrumentum. p.475.n.1.& p.476.n.6

Et an id procedat, quando clericus manu Notarij Apoſtolici teſtamentum condiderit. ibid.n.4

Teſtamentum reaſſumptum in forma probante, ſufficit ad obtinendum in remedio *leg. fin. Cod. de edict. Diui Adr. toll.* p.585.n.2

Teſtamentum ſcriptum manu Notarij vaſſalli, in quo Baro eſt hæres inſtitutus, nullius eſt roboris.p.477. n.1.& p.478.n.4.& ſeq.

Teſtamentum ſui natura actus eſt reuocabilis, primumque tollitur per poſterius. p.78.n.4.& 7

Teſtator.

Teſtator rem hæredis, quem inſtituit, poteſt ſicut propriam alteri legare, & ſuper ea fideicommiſſum imponere. p.197.n.2

Et an poſſit eiuſdem hæredis bonorum prohibere alienationem. pag.956.n.17.& 18.verſ. *Ad hæc facit.*

Et num hæres deinde alienando dominium transferat. ibid.n.17.verſ. *Sed an eo caſu.*

Quidnè ſi teſtator tacitè prohibuiſſet bonorum hæredis alienationem, & vnde reſultet hæc tacita prohibitio. ibid.n.19.& ſeqq.

Et quid ſi hæres iſte ſoluendo non eſſet, num alienando etiam ex tacita prohibitione, impediretur translatio dominij, vel ſi illam rem, alienari prohibitam habuiſſet hæres à teſtatore in vita, an transferret dominium alienando, dato quod tacitè eſſet prohibitus. ibid.n.21.& ſeq.

Teſtator ſi dixerit: *Lego Titio annua decem, quæ ex fructibus, fundi Seiani ſolui volo.* Vel ſi dixerit: *Ex fructibus fundi Seiani Titio decem annua dari volo;* ſi in vno anno percipiantur ſolum quinque, num legatarius ſolum habebit illa quinque, & in anno ſequenti data vbertate percipiet quindecim. p.265.n.10

Teſtator ſi grauauit primò nominatum, multo magis ſecundò nominatos voluiſſe grauare credendum eſt. p.541.n.10.& 11

Teſtator ſi Miſſę ſacrificium quotidie celebrari in aliqua Eccleſia pro eius anima ordinauit, & vt hæres teneatur facere aſſignamentum certi corporis pro eleemoſina ad quem ſpectet ius eligendi Sacerdotem. p.258.num.1.& ſeqq.& pag. 259.num. 7. 8.& 11

Teſtator ſi nobile iuſſit contrahi matrimonium, ex neceſſario præambulo diſpoſuiſſe videtur, vt exhibeantur omnia ad illud neceſſaria. p.749.n.9

Teſtator ſi ſubſtituat partim cauſam piam, & partim profanam, ſi grauatus profiteatur in Religione capaci, Religio cauſam profanam excludit. p. 849. num.10.

Et num excludat in ſui beneficium, vel in beneficium conſubſtituti. ibid.

Teſtator ſi in vltima infirmitate, in qua teſtamentum condidit, Eccleſiaſtica recepit Sacramenta, ſcilicet Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ, ac Extremæ Vnctionis, præſumitur fuiſſe ſanæ mentis. p.476.n.6

Teſtis.

Teſtes deponentes de auditu, nullam fidem faciunt, licet in antiquis admittantur. p.528.n.1

Et num debeant deponere à quibus audierunt. ibid. num.2.

Teſtes deponere qualiter debeant in probanda filiatione. ibid.n.4.& 5

Teſtes deponentes falſum in Curia Archiepiſcopali, ſi de

de eadem falſitate accuſentur in M. C. Vicariæ, num abeadem puniri poſſint. p.675.n.15
Teſtes deponentes in criminalibus, vt productionem faciant, debent eſſe repetiti. p.841.n.12
Teſtes examinati in cauſa appellationis & in repulſa, concernentes repulſam teſtium examinatorum in prima inſtantia, haberi debent pro reiectis. inter decr. Io. Angel. Piſan. verſ. *In cauſa.* p.991
Teſtes examinati ſi fuerint per reum plures numero, quam per actorem, num fieri debeat æqualatio dictorum teſtium, vel quod tollantur ab actis. Inter Decr. Io. Ang. Piſan. verſ. *Die 26. Februarij.* ibid.
Teſtes examinati ſi fuerint vltra numerum Regiæ Pragmaticæ, num poſſit pars eligere quos voluerit, iuxta numerum prædictæ Regiæ Pragmaticæ, & qui ſuperſunt, habere pro teſtibus impertinentibus. Inter Decr. Ioan. Ang. Piſan. verſ. *Die 11. Iulij.* ibid.
Teſtes examinati vltrà numerum Regiæ Pragmaticæ tam ad inſtantiam actoris, quam Rei, remanere debent, & in deciſione cauſæ de numero & depoſitionibus ipſorum haberi ea ratio, quæ de iure habenda eſt. Inter præd. Decr. Io. Ang. Piſan. verſ. *Dum in lite.* p.990
Teſtes in teſtamentis potius in dubio præſumuntur rogati, quam fortuiti. p.664.n.9
Teſtes, qui pro ſe fecit deponere, inſtante deinde aduerſario & volente illos redarguere de falſo, num teneatur illos in iudicio iterum præſentare. p.228. n.2.& ſeqq. p.229.n.7.& ſeqq.
Teſtes recepti, & publicati probant etiam in actu, in quo requiritur ſcriptura. p.808.n.4
Teſtes ſenes, valetudinarij, mulieres, nobiles, & perſonæ graues, quo in loco examinari debeant. Inter Decr. Ioan. Ang. Piſan. verſ. *Die 6. Februarij.* p.990
Teſtis eſſe num prohibeatur vaſſallus pro Barone. p.900.n.4
Teſtis vnicus deponens de facto proprio, nullumque intereſſe habens in cauſa, videtur omni exceptione maior, & probat. p.157.n.2
Teſti deponenti de proprio ſuo iudicio, & credulitate, fides adhibenda non eſt. p.259.n.10
Teſtibus duobus deponentibus de ſana mente, magis ſtandum eſt, quàm mille atteſtantibus de inſania. p.470.n.5

Textus.

Textus *in Auth. Defuncto C. ad Senatuſc. Tertull.* haud eſt correctus per conſuetudinem Neapolitanam. p.408.n.6
Tex. *in Auth. res quæ C. comm. de legat.* nùm procedat in linea tranſuerſali. p.25.n.9
Tex. *in Auth. Sacramenta puberum C. ſi aduerſ. vendit.* procedit in pubere, qui eſt maior 14. annis attenta veriore Ciuiliſtarum opinione. p.295.n.6
Et quid ſecundum Canoniſtas. ibid.
Textus in Capit. Regni, incip. *Pondus æquum*, explicatur. p.124.n.3.& ſeq.
Textus *in l. Barbarius ff. de off. prætor.* locum habet tam in iuriſdictione ordinaria, quàm delegata. p.653. num.10
Tex. *in l. Barbarius ff. de off. prætor.* num locum habeat in terminis Sac. Concil. Tridentini, requirentis actum fieri coram certa perſona. ibid.
Textus *in l. Barbarius ff. de off. prætor*, nùm procedat, in tutore illegitimo, qui communiter pro legitimo reputabatur. p.30.n.21.& p.31.23
Textus *in l. Creditoris arbitrio ff. de diſtract. pignor.* pluribus modis limitatur. p.23.n.13
Textus *in l. fin. C. de fid. Inſtrum.* ceſſat, oblata probatione falſitatis, vel ſi tractetur de magno præiudicio. p.229.n.8.& 9
Textus *in l. fin. C. de Iur. Codicill.* Sicut limitatur in linea aſcendenti, & deſcendenti, ſic ſi fuerit in minus ſolemni teſtamento, inſtituta cauſa pia. p.226.n.5.& p.227.n.6.& 8
Textus *in l. fin. C. ſi maior factus alienat. rat. habuit*, procedit tantùm quando alienatio rei minoris fit per ipſum minorem, vel eius tutorem, ac curatorem. p.35.n.50
Et vid. ſup. in verb. *Minor maior factus.*
Textus *in leg. fœminæ C. de ſecund. nupt.* num ſubintret, vbi mater tranſierit ad ſecunda vota, filio exiſtente in Religione. p.400.n.11.& 14
Tex. *in l. ſi infans C. de iure deliber.* num hodie ſit correctus, non ſolum ad patrem, ſed etiam ad matrem, & ad fratres tranſmittatur hæreditas infanti delata. p.349.n.13 verſ. *Nec quaſo.*
Tex. *in l. ſi quis conductionis C. locati*, nùm locum habeat in feudo, emphyteuſi, alioque contractu à locatione diſſimili. p.126.n.4.& ſeq. p.128.n.18. & ſeq. p.129.n.23.& ſeq.
Et num ſolùm habeat locum inter ipſum locatorem, & conductorem, & non contra ſingulares ſucceſſores. p.127.n.11

Theſaurarius.

Theſaurarius, eiuſque officium quid ſint. p.891.n.65
Et num antiquitus vocabatur Quæſtor. ibid.
Et num eius officium differat ab officio Primipilij, vel ſit loco illius, vel illi æquiparetur. pag. 894. n.134.& p.898.n.163
Et vid. ſup. in verb. *Officium.*
Theſaurarius fuit primò inſtitutus, & poſtea Primipilus. p.898.n.169
Theſaurarius Regni haud venit appellatione Officialium, nec prohibetur munera accipere. p.497. num.2

Titulus.

Titulus *Cod. plus valere, quod agitur, quam quod, &c.* Et titulus *in eod. Cod. ſi quis alteri vel ſibi.* in feudis non procedunt. p.85.n.17.& p.86.n.38
Titulus coloratus quiſnam dicatur. pag. 963. num. 5.& 6.
Titulus criminis pro quo imponenda venit pœna mortis, non ſufficit ad tribuendam Iuriſdictionem Iudici, qui aliàs, ſi talis pæna non imponeretur, foret prorſus incompetens. p.479.n.1.& 3.p.480. num.11
Titulus immemorabilis Beatitatis acquiſitus ante Decretum Alex. III. *in c. Audiuimus extr. de reliquiis & vener. Sanct.* eſt melior de mundo. p.971.n.6. verſ. *Et in terminis.*

Torqueri, & Tortura.

Torqueri non poteſt delinquens ob diſpoſitionem vnius teſtis tantum, niſi ſit teſtis omni exceptione maior. p.941.n.2
Et an torqueri poſſit de Iure Regni. ibid.n.7
Tortura eſt maximè irreparabilis, & damnoſa, vt meritò etiam ab eius comminatione admittatur appellatio. p.17.n.13

Tractus.

Tractum in habentibus ſucceſſiuum, non ſufficit momentaneum implementum, ſed perſeuerantia requiritur. p.541.n.9

Traditio.

Traditio etiam in retrouenditione requiritur & quare, p.608.aliàs 610.n.5

Tranſactio.

Tranſactio facta de bonis Eccleſiæ nondum incorporatis, Apoſtolico non indiget aſſenſu. pag.552. n.8.& 11

Tranſactio facta per Monaſterium reſcinditur, niſi cedat in euidentem illius vtilitatem, & vallata ſit Breui Apoſtolico. p.551.n.2
Et quodnam tempus conſiderari debeat circa rationem læſionis, num contractus, aut litis motæ, vel ſententiæ. ibid.n.3
Tranſactio rei iudicatæ æquiparatur. pag.480.n.2
Tranſactio reſcindi minimè poteſt prætextu inſtrumentorum de nouo repertorum. p.481.n.4
Tranſactio reſcindi nec poteſt prætextu læſionis enormis. p.480.n.1
Et num poſſit reſcindi prætextu ſolutionis indebiti. p.481.n.6
Et num reſcindi poſſit prætextu enormiſſimæ læſionis. ibid.n.7
Et quid ex ſola læſione vltrà dimidiam. ibid.n.7. verſ. *Addentes.*
Et quomodo dignoſci poſſit læſio enormiſſima in contractu tranſactionis. p.482.n.9
Tranſactio reſcindi nùm poſſit prætextu enormiſſimæ læſionis, niſi poſt diuturnam litem inter legatarium, & hæredem, ſit ſolutum aliquid legatario cum renunciatione diſcuſſionis inuentarij ac Decreti quatuor Aularum. ibid.n.12.& 13
Tranſactionem reſcindi qui petit, tenetur ad reſtitutionem acceptorum. p.483.n.1.p.484.n.2.& 4

Tranſmiſſio.

Tranſmiſſio hæreditatis, quæ fit ex potentia ſanguinis, & non ex vi ſuitatis, in liberos tantùm reſtringitur, & non ad extraneos. p.866.n.26

Tranſumptum.

Tranſumptum præſentatum. vid. ſup. in verb. *Authenticum.*

Tranſuerſalis.

Tranſuerſalis ſuccedens in feudo, licet nulla ſuper illo debeatur ei legitima portio, non tamen à prædeceſſore feudatario grauari poterit, niſi pro concurrenti valore feudi, & non vltra. p.178.n.8
Et quid ſi vltrà grauetur, nú ad exceſſum teneatur. ib.

Tribunal.

Tribunal. M.C.Vicariæ in duobus Tribunalibus conſiſtit, duaſque repræſentat perſonas, Magni nempe Iuſtitiarij, & Vicarij generalis huius Regni. p.588. num.7
Tribunal Regiæ Cameræ præcedit Tribulani M. C. Vicariæ. p.720.n.16
Eſtque ſupremum Tribunal, nulli alij ſubordinatum, habetque authoritatem Præfecti prætorio. p.727.n.11.verſ. *Primo propter.*
Tribunal Regni Siciliæ, vbi adeſt. M. R. C. eſt caput, & primum omnium aliorum Tribunalium, ibique præter Præſidem ſex reſident Iudices, qui Regij Conſiliarij dicuntur, tres ſcilicet pro cauſis ciuilibus, & tres pro criminalibus; reſidetque Fiſcalis criminum. p.725.n.76
Tribunal Sanctæ inquiſitionis eis tantum ſolet condonare bona, quibus remittitur pœna per tui carceris. p.6.n.8
Tribunalia artis ſerici, lanæ, & ſimilium, cum remiſſiones petunt à M. C. Vicariæ, eas petere debent hortando, & ſupplicando, non autem imperando, licet habeant priuilegia cum clauſulis abdicatiuis, & priuatiuis. p.380.n.33

Tribunus.

Tribunus plebis eſt hodie, in eiuſque locum ſucceſſit Electus populi. p.559.n.28.& ſeq.
Et num appellari poſſit Tribunus militum.ibid.n.30

Tullus Hoſtilius.

Tullus Hoſtilius fuit tertius Rex Romanorum, & quo tempore rexit à creatione mundi, & ab Vrbe condita. p.892.n.77

Turbans.

Turbans aliquem in ſuo proprio territorio fundatam habet pro ſe intentionem de iure communi, intilque adſiſtentia innititur, turbatus verò iuris reſiſtentia. p.432.n.5

Tutor.

Tutor debitum debitori pupilli, in egeſtate conſtituto remittere validè poteſt. p.868.n.16
Tutor debitori pupilli, num poſſit prorogare terminum illi datum ad ſoluendum. p.867.n.2.7.& 9.& p.868.n.13.& 15
Et quid ſi pupillus eſſet proximus pubertati. p.870. n.32.& 38
Anvè tutor exercere poſſit aliquam libertatem de bonis pupilli. ibid.n.10
Tutor ex bonis pupilli ſubſtitutioni ſubiectis benè poteſt præſtare alimenta illius matri, & ſorori indigenti, alias iniquè conſequereretur ſubſtitutus. p.749.n.11
Tutor ex quibus præſumatur ſibi ſoluiſſe. p.880. n.15.& ſeqq.
Tutor in bonis pupilli liberam habet adminiſtrationem, ac plenitudinem poteſtatis, mandatumque generale cum libera. p.868.n.15
Maiorque eſt tutoris poteſtas in bonis pupilli, quam patris in bonis filij. ibid.n.15
Tutor legato vt priuetur ob remotionem eius à tutela, neceſſe eſt vt remoueatur ob malam adminiſtrationem. p.654.n.7.& ſeq.
Et num legato priuari poſſit tutor à tutela ſuſpenſus, ſed non remotus. ibid.n.11
Tutor litigans nomine pupilli num teneatur deponere vti principalis ſuper poſitionibus à Reo præſentatis. p.484.n.1.& 4
Tutor poteſt retinere ſibi bona pupilli, ritè in alios alienata, quorum pretium non fuit per emptorem ſolutum, conuertendo tamen illud in vtilitatem pupilli. p.646.n.18
Tutor qui finita tutela, aliquandiù moroſus eſt in reddendis rationibus, ſoluere num teneatur id quod debet realiter vnà cum vſuris. p.233.n.4
Tutor ſi quis ſit ſimul, & balius, & renunciauerit ſalario, debito ratione tutelæ, num videatur renunciaſſe ſalario debito ratione baliatus. p.562.n.14
Tutor teſtis eſſe an poſſit pro pupillo in cauſa, quæ agitatur ad inſtantiam curatoris. p.15.n.3
Tutor, vel curator, qui bona pupilli, vel minoris diſtraxerit contra ius, ſi pro obſeruantia contractus bona ſua obligauit, num efficaciter obligatus remaneat. p.180.n.5
Tutor, vel tutrix, ſi palam, & publicè bona adminiſtret pupillorum, & pro tutore, vel tutrice ſe gerat, licet inuentarium non confecerint, num valeant geſta per ipſos. pag.30. n.21. & pag.31 n.22.& 23
Et quid ſi geſta concernant commodum pupillorum, an valida ſint. p.31.n.24.
Tutor vendens bona pupilli abſque ſolemnitatibus, & in caſu euictionis obliget bona ſua, obligando ſe proprio, & principali nomine, licet nulla ſit venditio, non tamen nulla erit obligatio. p.616.n.23
Tutore condemnato in actione perſonali ad reddenda computa, facta liquidatione, an, & quando liceat pupillo exequutionem facere contra tertium poſſeſſorem, in quem ipſe tutor poſt ſuſceptam tutelam bona alienauit. pag.143. num.8. & 9
Tutores, curatores, omneſque aliorum bonorum adminiſtratores de bonis adminiſtratis poſſint moderatas

ſtatas eleemoſinas facere. p.868.n.17
Et num poſſint etiam perficere ſolitas, & conſuetas donationes. ibid.n.20
Tutores, curatores, aliique adminiſtratores ordinari prohibentur antequam reddant rationes, & quare. p.363.n.2.& 3
Tutori num debeatur ſalarium, non petitum ab initio. p.561.n.7
Tutori impediri haud poteſt conſequutio ſui crediti, quod habet liquidum cum pacto,& via exequutiua prætextu computorum redditionis nondum completæ, ſi modo creditum à tutela, & adminiſtratione non dependeat. p.878.n.2.& p.879.n.8.& ſeq.
Et quid ſi tutor appareat liquidus debitor pupilli. ibid.n.10
Quidvè ſi creditum dependeat ex legato paterno, facto tutori pro vita & militia. p.880.n.13
Vel ſi tutor velit exigere capitalia,non autem petat, ſe manuteneri in poſſeſſione exigendi tertias.p.881. num.19
Tutori num liceat teſtatoris voluntatem, qui alienationem bonorum prohibuit, aliqua ex cauſa contemnere. p.749.n.10
Tutori opponi an poſſit retentio, donec rationes tutelæ reddiderit. p.880.n.15
Tutoris authoritas in venditione bonorum pupilli interuenire debet in ipſo actu, non ſtatim, ac in continenti, & non ex interuallo. p.29.n.10
Tutoris authoritas, vt ſit proficua in contractu, adhiberi debet, cauſa cognita, ſcilicet, vt conſtet de tutela, & quod tutor ſolemne confecerit inuentarium. p.30.n.13.& ſeq.

V

Valere, & Valor.

Valere plus debet, quod vere fit, quam quod ſimulatè concipitur. p.82.n.5
Valor fundi vid. ſup. in verb. *Fundi valor.*
Valor prædij quomodo, & ex quibus probetur. p.222. n.11.& ſeq.
Valor rei pluribus modis ſciri poteſt, & ex quibus. p.711.n.50
Valor rei num probetur per ſubhaſtationem. p.179. num.14
Valor rei vt ſciatur, ſunt liquidandi eiuſdem rei fructus, & redditus. p.183.n.2
Valor rei venditæ, vt ſciatur, & pretij modicitas, vt dignoſcatur eſt attendendum tempus venditionis, non verò finiti pacti de retrouendendo. p.329.n.4
Valor verus alicuius fundi ex quibus attendendus ſit, cum quis offert iuſtum pretium pro tuenda re iam acquiſita. p.179.n.14

Vaſſallus.

Vaſſalli alicuius Baronis, num poſſint pro libito accedere ad molendina aliena, pro frumento molendo, derelictis molendinis Baronalibus. p.674.n.2
Et quid ſi Baro multum impendat pro reparatione & conſeruatione ſuorum molendinorum. ibid.
Vaſſalli angarij, & perangarij non ſolum tenentur Domino ad innumera ſeruitia perſonalia, ſed etiam ad dandum Curiæ baiulos, qui ei ſeruiant abſque ſalario, & abſque expenſis. p.753.n.5
Et quinam ſint iſti Vaſſalli angarij, & perangarij. ibid.n.7
Anvè cogi poſſint ad reuertendum. p.755.n.17
Vaſſalli Baronum non ſolum Regi, ſed etiam Baronibus ſoluere tenentur adiutoria. p.517.n.3
Vaſſalli Hoſpitalis Sanctæ Mariæ Annunciatæ Regiæ huius Vrbis Neapolis immunes ſunt ab impoſitionibus indictis pro militum hoſpitiis.p.667.n.1.& 6. & p.668.n.7
Vaſſalli in locatione iurium Baronalium præferuntur extraneis. p.332.n.10
Vaſſalli recedentes à terra domaniali, an & quando cogi poſſint ad reuertendum. p.753.n.2
Vaſſalli, vt cogi poſſint ad redeundum, ſufficit, quod in minimo teneantur ſeruire Baronibus ſine expenſis. p.754.n.12
Vaſſallis in venditione Iuriſdictionis criminalis nullo modo competit prælatio. p.253.n.28
Et an competat vaſſallis prælatio, quando venditur à Rege aliqua Iuriſdictio particularis, puta Siclæ, Portulaniæ. p.332.n.13
Vaſſallo moriente ſine filio maſculo, relicto hærede extraneo, quamuis feudum Domino aperiatur, ſi tamen in eo melioramenta vaſſallus fecerit,cogitur Dominus illa hæredi ſoluere, aut pati vt tollantur. p.290.n.5
Vaſſallo ſi per ſtatutum permittatur feudum alienare, non per hoc cenſetur ablata poteſtas Domino, vel agnatis illud infra annum redimere. In 1.Reſponſ. Domini Alex. Tartag. p.1000.n.49
Vaſſallus adhiberi num poſſit in teſtem pro Barone. p.909.n.4
Vaſſallus Dominum ſuum adiuuare tenetur contra omnem hominem de mundo, etiam contra patrem, & filium,excepta tamen ſua propria perſona, & Patria. p.620.n.14
Vaſſallus electus à Barone ad exercendum munus Ærariatus, & ab Vniuerſitate ad munus Electatus, cui magis obedire teneatur, quivè hoc caſu præferatur. p.618.n.1
Vaſſallus in conuaſſallum an & quando poſſit feudum alienare abſque Principis licentia. p.73.n.26
Vaſſallus infra quod tempus teneatur præſtare Domino iuramentum fidelitatis. p.712.n.12
Vaſſallus libertatem an præſcribat, ſi Dominus per centum annos neque ſeruitium petiit, neque homagium. p.125.n.13
Vaſſallus licet Dominum offendere non debeat ſub pœna amiſſionis feudi, non tamen punietur, ſi à Domino aggreſſus, Dominum offenderit. p.319. num.6
Vaſſallus olim poſſidens feudum vnciarum viginti,tribus menſibus propriis expenſis, & tribus cum equis militare tenebatur. p.854.n.4
Et quot vncias deinde fuit adſtrictus perſoluere.ibid.
Et an in Regno remanſerit ad Regis arbitrium, an ſcilicet malit hoc pecuniarium, quam feudatarij perſonale ſeruitium. ibid.n.5
Vaſſallus pars feudi dicitur. p.753.n.3
Vaſſallus non plus adſtringitur, quam libertus, & ſeruus. p.619.n.8
Et an plus adſtringatur Regi, vel Baroni, quam propriæ patriæ. ibid.n.10.verſ. *Ex his.*
Vaſſallus ſi feudo fuerit à Domino ſpoliatus, ex eo, quod inuentus ſit poſſidere abſque titulo,an reſtitui debeat ſi doceat de colorata poſſeſſione. p.963.n.7
Et num ſufficiat quaſi poſſeſſio decemnalis. ibid. num. 8.
Vaſſallus ſuper feudo, num poſſit imponere ſeruitutem abſque Regis aſſenſu. Vide ſup. in verb. *Feudatarius.*

Vectigal.

Vectigal licet vendi nequeat à conceſſionario ſine licentia Principis, qui illud conceſsit, num tamen ſuſtinebitur venditio durante vita conceſsionarij in vim venditionis perceptorum emolumentorum, vel commoditatis. p.626.n.6

Velleianum.

Velleiani exceptio vid. ſup. in verb. *Exceptio.*

Vendens, Vendere, & Vendita.

Vendens frumentum, vinum oleum, &c. certa die conſignãdum, ſi non conſignauit, num ſicut emptor tenetur ad omnia damna, & intereſſe damni emergentis, ita pariter teneatur ad intereſſe lucri ceſſantis. p.494.n.1.3.& 5

Vendens rem feudalem tanquam burgenſaticam, illam amittit. p.536.n.17

Vendere rem ſuam nemo poteſt, niſi prius requiſito eo, cui prælatio competit. p.252.n.10

Vendita re duobus in ſolidum, diuerſis tamen temporibus, is in emptione præfertur, cui res primò fuit tradita. p.493.n.1

Venditio, & Venditor.

Venditio bonorum pupilli, vt ſit valida, de quibus iudex perquirere, & inueſtigare debeat. p.31.n.25

Et num conſtare debeat de ære alieno pupillorum. ibid.n.26

Et an ſtare debeant ſub haſta ſaltem per viginti dies. ibid.n.28

Et num poſſit terminus iſte viginti dierum tolli, vel minui per iudicem, ſiuè per emptorem renunciari, aut per eundem iudicem vſque ad annum prorogari. ibid.n.29

Et an denique in venditione huiuſmodi requiratur citatio pupilli. p.33.n.38

Venditio prædij pupillaris, falſis ex cauſis facta, eſt nulla declaranda per iudicem. ibid.n.44

Et quid ſi decretum, quod ſcilicet vendatur, fiat per Principem Supremum. p.34.n.45

Venditio rerum fiſcalium ſi fiat, non ſeruatis, ſeruandis, fiſcus hodie inſtare poterit pro nullitate venditionis. ibid.n.46

Et quæ concurrere debeant, vt venditio rerum fiſcalium ſit valida. ibid.

Venditio ſi fiat cum pacto de retrouendendo, concurrente iniuſtitia pretij, contractus cenſetur vſurarius. p.329.n.3

Venditio ſi ſit facta cum pacto de retrouendendo, eo expreſſo, vt venditor redimere volens teneatur per duos menſes ante hoc emptori declarare, facta demum declaratione, & requiſitione, ac duobus menſibus elapſis, ſi venditor nihil dixerit, & ipſe emptor dixit, ſe eſſe paratum reuendere, num ſit danda noua dilatio emptori ad retrouendendum, & ſic expectandum per alios duos menſes. p. 184. num.15

Venditio vnica dicitur, venditis duobus prædiis vnico pretio. p.378.n.5

Venditor, & emptor ſi ſimul conueniantur denunciatio non requiritur in caſu euictionis. p.143.n.11

Venditor feudi, vid. ſup. in verb. *Feudi venditor.*

Venditori haud licet vltra ſummum pretium, quod *rigoroſum* dicitur, vendere, quemadmodum nec emptori minus infimo quod *pium appellant, emere.* p.709.n.27.

Verba.

Verba *ad beneplacitum*, vel *ad voluntatem*, cuiuſnam ſint importantiæ. p.510.n.1.4.& 6

Veba *ceſſit, renunciauit,* &c. cum agitur de tranſlatione iurium, idem operantur, ac tradere in corporalibus. p.49.n.39

Verba, *in ſolutum dare, cedere, & renunciare*, num dominij importent tranſlationem, & acquiſitionem. p.85.n.30

Verba, *iuris ordine ſeruato,* cuius ſint effectus. p.963. num.10

Verba legis, & ſtatuti accipienda ſunt ſecundum propriam, & ſtrictam ſignificationem. p.728.n.29

Verba, *ſola facti veritate inſpecta*, cuius ſint importantiæ. p.485.n.7

Verborum à propriete recedendum non eſt. p.727.n.6 verſ. *Prima inſpectio.*

Verbum *heres*, vid. ſuprà in verb. *Heres.*

Verbum *relinquo*, ſi referatur ad hæreditatem vniuerſalem, ſiue ad eius quotam, hæredis importat inſtitutionem. In 1.Reſponſ.Dom. Alex.Tattag. p.997. num.33

Verbum *Vertrauuen*, germanico ſermone conceptum, num importet ſponſalia, vel matrimonium. p.284. num.12

Veriſimilitudo.

Veriſimilitudinem habens pro ſe, eamque allegans, dicitur habere caſum legis, legemque allegare. p.383.n.7

Veſtes.

Veſtes exequutæ ad inſtantiam creditoris, num ſint appretiandæ vel liberandæ pro pretio, quod in ſubhaſtatione repetitur. p.90.n.4.& 5

Et quid ſi ſint veſtes pretioſæ. p.91.n.6

Veſtes pretioſæ, factæ à viro vxori conſtante matrimonio, nec ad vſum quotidianum deſeruientes, poſſunt ad inſtantiam creditorum viri exequi, ac vendi, vt ipſis ſatisfiat. p.495.n.1.3.& 4

Et num huiuſmodi veſtes cenſeantur à viro vxori donatæ. ibid.n.2

Via.

Via ſi prius erat latitudinis palmorum ſexdecim, & poſtea reducatur ad octo, non dicitur ſeruitus diuiſa, ſed via modificata, & coanguſtata. p.574.n.7

Vicarius.

Vicarius Capitularis, Sede Epiſcopali vacante, infra annum à die vacationis, laïco ſibi non ſubdito, concedere poteſt litteras dimiſſorias, ſeu Reuerendas, vt prima clericali tonſura ab aliquo Epiſcopo inſigniri valeat, ſi tamen à Patronis laïcis præſentandus ſit ad beneficium, quod eſt de iure patronatus. p.323.n.9.& ſeq.

Et num poſſit id agere cum ſuis ſubditis. ibid. n.9. verſ. *Etenim.*

Vicarius Generalis Epiſcopi, nullatenus poteſt ſuis ſubditis litteras commendatitias ad Ordines ſuſcipiendos concedere, niſi Epiſcopo in remotis degente. p.369.n.5

Vicarius Regis num poſſit contra diſpoſita per Regem ſtatuere. p.798.n.10

Vicecancellarius.

Vicecancellarij officium eſt penitus diuerſum ab officio Promotorum, & Ordinariorum de Collegio. p.570.n.7

Et an poſſit alium Ordinarium loco ſui ſubſtituere, & eodem tempore officium exercere Promotoris & Vicecancellarij. p.571.n.9.15.& 16

Et an hæc ſubſtitutio eſſet peccatum mortale. p.571. num.17

Vicerex.

Vicerex, vid. in verb. *Prorex.*

Vidua.

Vidua durante viduitate, dicitur ſtare in primo matrimonio, retinetque domicilium viri. p.507.n.6

Diciturque de familia coniugis prædefuncti, non autem ſui patris, eoque priuilegio gaudet, quo viuo marito gaudebat. ibid.n.7

Et vid. infrà in verb. *Vxor ſi efficiatur Vidua.*

Vidua ſi dum accuſat necem ſui viri eligat forum M C. Vicariæ, & poſtea nubat, num poſſit eius Baro petere remiſſionem huius cauſæ ad ſuam Curiam, tanquam ceſſante priuilegio viduæ. p.783.n.1.& p.784.n.2.& ſeqq.

Et

Et an reſpectu fiſci M. Curiæ requiratur in hoc litis conteſtatio, vel ſufficiat, aditus ad Magnam Curiam. p.785.n.13.& 17
Quidue ſi fori electio per viduam non fuerit facta formiter, quia ſcilicet defecerit iuramentum perſeuerantiæ. d.n.17.verſ. *In hac cauſa.*
Vidua variare, an poſſit forum, ſi pro foro elegit M.C.Vicariæ. p.784.n.10
Et quid ſi vidua ſe concordaret cum parte, & peteret remiſſionem, variando ad Iudicem domicilij. ibid. n.11.& p.785.n.18
Viduæ cauſa ſi tempore litis conteſtatæ erat priuilegiata, & in medio litis alteri nubat, non propterea cauſæ natura mutatur. p.785.n.14

Vinculum.

Vinculi duplicitas an, & quando in ſucceſſionibus præcedat. p.453.n.11.& 13
Et num præualeat in ſucceſſione fideicommiſſaria. ibid.n.25.& ſeqq.

Virgo.

Virgo, patre orbata, priuilegio gaudet electionis fori. p.495.n.1
Et quid ſi poſtquam Supremum Tribunal elegerit, virum duxerit, an, & quando poſſit reus conuentus, ſeu Baro petere, cauſam remitti. d.n.1. verſ. *In hoc articulo.* p.496.n.4.& 7
Quidue in cauſa criminali, an, & quando cauta debeat remiti. ibid.n.8

Vir.

Vir tranſiens ad ſecundas, ſeu vlteriores nuptias, priuatur proprietate omnium bonorum, quæ ex vxore conſequutus fuit titulo lucratiuo. p.694.n.33. & ſeqq.
Et an bona prædicta ſpectent ad filios, quamuis non hæredes patris. p.696.n.72.& 75
Viro haud prohibitum eſt, vxorem inducere vt teſtamentum condat ad ſui beneficium, niſi concurrat mulieris imbecillitas, exiſtentis ſub regimine viri, eiuſdem viri potentia, & indiſcreta diſpoſitio. p.937.n.9.& ſeq.
Cætera vid.ſup.in verb. *Maritus.*

Viſitatores.

Viſitatores generales, qui ſingulis quindemniis mittuntur à Domino Rege ad inquirendos Regios Miniſtros, viſitare num poſſint Secretarios Dominorum Proregum. p.497.n.1

Vita & militia.

Vita, & militia tanquam onus feudi adhuc debetur filio ſecundogenito habenti aliunde etiam ex bonis patris, quia ſcilicet eſt eius hæres in allodialibus. p.102.num.3
Et an debeatur ſecundogenito locupleti, etiam ex redditibus Eccleſiaſticis, ita, vt commodè viuere poſſit, vt ſi ſit Clericus, Prælatus, ſiue Cardinalis. ibid.n.3. & n.4.& p.103.n.6
Et num debeatur Clerico ſecundogenito etiam in linea collaterali. ibid.n.7
Et num in Regno noſtro debeatur omnibus conſtitutis in ſacris. ibid.n.8
Et num debeatur ſecundogenito, excluſo à patre in teſtamento à tali petitione. ibid.n.9
Vita, & militia debetur filio clerico fruenti inſignibus eccleſiaſticis beneficiis, etiam reſignatis contemplatione patris. p.104.n.17
Vita, & militia debetur quoque filio primogenito, quamuis voluntariè per renunciationem à feudis ſe excluſit. ibid.n.13.15.& 16
Et quid ſi interuenerit expreſſa renunciatio huius vitæ, & militiæ. d.n.13.verſ. *Nam reſpondetur.*
Et num validum ſit argumentum de legitima, ad vitam, & militiam. ibid.n.14
Vita, & militia debita per fratrem primogenitum ſecundogenitis ſuper feudo, quomodo taxari debeat. p.499.n.1
Et num taxari debeat eo modo, quo taxatur legitima. p.918.n.5.6.& 8
Et quomodo taxari debeat vita, & militia, quam frater maior dat fratri minori. ibid.n.7
Vita & militia in taxanda, connumerari debet ſoror monialis, quamuis profeſſa in vita patris, facitque illa partem, licet non admittatur ad partem. p.919. n.10.& p.920.n.11.& 14
Et num connumerari etiam debeat filia, ſiue ſoror dotata, & per ſtatutum excluſa. p.920.n.15.& ſeqq.
Vita, & militia num ſubrogata fuerit in locum alimentorum, vel legitimæ. p.102.n.5. p.500. n.4. & p.920.n.13
Vita, & militia ſuper bonis feudalibus debetur ſecundogenitis ſtatim, ac primogenitus ſuccedit in feudo, vel per mortem patris feudatarij, vel per eiuſdem refutationem, p.501.n.1
Vitæ, & militiæ intereſſe à quo die debeatur. ibid. n.2.& 6. & p.502.n.10

Viuere.

Viuere ſub Rege, ſumma libertas eſt. p.517.n.3

Vlpianus.

Vlpianus Iuriſconſultus fuit ſub Imperio Caracallæ, anno 964. ab vrbe condita, & in anno ſalutis 212. p.892.n.76

Vniuerſitas.

Vniuerſitas ad domanium petendum habet tempus vnius anni, abſque ſpe reſtitutionis in integrum ob ipſius lapſum. p.254. n.24. verſ. *Iſtud met.* & p.469. n.6.& 7
Et quid ſi probauerit læſionem, num ei competat reſtitutio in integrum. p.254.n.25
Vniuerſitas aduerſus liquidationem pretij hordei, olei, &c. quod ſingulis annis ſuo Principi tenetur vendere, petere poteſt reſtitutionem in integrum, ſi in progreſſu temporis pretium valdè creuerit. p. 630 num.8
Vniuerſitas aduerſus ſententiam contra ipſam latam num poſſit reſtitui. Inter Decr. Ioan. Angel. Piſan. verſ. *Dum pro parte.* & verſ. *De menſe Martij.* p. 990
Vniuerſitas ſi ſola in contractu interueniat, & promittat pro creditoris ſecuritate, & cautela, quod decem vel viginti ciues ſe obligare habeant, ſi ipſi renuant obligari, an poſſint cogi; & in eorum contumaciam declarari, quod habeantur pro obligatis. p.138.n.7
Et num debitum legitimè contractum per Vniuerſitatem, ſit ſoluendum à ciuibus, ſi ipſa reperiatur non ſoluendo. d.n.7.verſ. *Inſuper conſiderat.*
Vniuerſitas tam reſpectu ſui, quam ciuium particularium obligari nequit abſque Regio Aſſenſu, & decreto. ibid.n.4.5.& 9
Vniuerſitate ad domanium admiſſa, dominium quod per prius erat penes Baronem, conſolidatur cum directo, quod eſt penes Regem. p.253.n.9
Vniuerſitate condemnata ad ſoluendum aliquam quantitatem, num debeatur intereſſe rei iudicatæ, totius ſummæ in ſententia contentæ. pag.616. n.1.& 2
Vniuerſitates Hoſpitalis ſanctæ Mariæ Annunciatæ, vid.ſup.in verb. *Vaſſalli.*
Vniuerſitates huius Regni Neapolis, cum æs alienum legitimè contractum perſoluere non valent, contra Ciues particulares exequi poteſt, vt creditorum indemnitati prouideatur. p.502.n.1

Sed num exigi poſſit contra quemlibet in ſolidum. p.503.n.2.& 8

Vniuerſitates huius Regni pro venditionibus annuorum introituum diuerſis creditoribus factis, num ſoluere teneantur bonatenentiam. p.744.num.1. & p.745.n.11.& ſeqq.

Vniuerſitati num competat ius retractus. pag. 517. n.2.& 4

Vniuerſitati num denegari debeat domanium, ſi appareat, haud poſſe in illo ſubſiſtere. p.469.n.8

Vniuerſitatum gabellæ, bonaque domanialia, ponenda num ſint in æſtimo pro collectis Regiæ Curiæ ſoluendis. p.737.n.27

Vocatus.

Vocatus ad munera à duabus Ciuitatibus, cui magis teneatur obedire. p.618.n.2

Vocatus ad munera à Ciuitate originis, ſimulque à Ciuitate incolatus, vno eodemque tempore, potius obedire tenetur loco originis quàm loco incolatus. ibid.n.4

Et an parere potius debeat nobiliori, & antiquiori. p.619.n.10. & ſeq.

Voluntas.

Voluntas captatoria fauore piæ cauſæ, an, & quando ſuſtineatur. p.466.n.3.& 4.& p.467.n.5.& 6

Voluntas non tam verbo, quàm facto apertiſſimè declaratur. p.35.n.49

Votum.

Vota non ſunt publicanda, niſi poſt longum temporis interuallum. p.530.n.4

Vota à Religioſo in profeſſione emittenda tria ſunt, ſcilicet, Caſtitatis, Paupertatis, & Obedientiæ. p.809.n.9

Et an, & quando Summus Pontifex poſſit in prædictis tribus votis diſpenſare. ibid.n.10

Vſufructuarius, & Vſusfructus.

Vſufructuarius cauere tenetur de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri. p.503.n.1

Et an hæc cautio poſſit per teſtatorem remitti. ibid. n.2.& 3

Et an admittatur ad iuratoriam cautionem, ſi fideiuſſorem inuenire non poſſit. p.504.n.4

Vſusfructus à commoditate longè differt. p. 944. num.18

Vſusfructus, aliæque ſeruitutes in quibus differant inter ſe. p.72.n.16. & ſeq.

Vſusfructus cedi, vel obligari haud poteſt, commoditas verò fructuum, & vendi, & hypothecari valet. p.851.n.9

Vſusfructus quem habet pater in bonis filij, num veniat confiſcandus, ſi pater delinquat ob quod bona ipſius eſſent confiſcanda. p.277.n.6

Vſusfructus retentio in rei donatione, operatur rei donatæ dominij tranſlationem. p.156.n.8

Vſura.

Vſura in mutuo an, & quando committatur. p. 716. num.7

Vſuras ex mutuo percipi, Iure Canonico prohibetur, niſi ratione lucri ceſſantis, & damni emergentis. p.356.n.8

Vſura vſuræ haud debetur. p.501.n.7

Vſuræ centeſimæ ſeu rei iudicatæ de Iure Codicis prohibitæ erant, fuerunt tamen permiſſæ per Iuſtinianum tantùm in cauſa iudicati, ſoluendæ ſcilicet à debitoribus condemnatis poſt tempus quatrimeſtre, niſi iudicatum ſoluant; idque tantum de ſorte principali; ſecus de intereſſe. pag.616. n.3. & p.619. aliàs 617.n.4

Et an ſint prohibitæ inter mercatores. ibid.n.10

Vſuræ rei legatæ, ac à teſtatore taxatæ, vt legatario ſoluantur, donec legatum ſit præſtandum, num debeantur, à die mortis teſtatoris, vel à die petitionis. p.260.n.6.& p.261.n.8

Et quid ſi legitimum modum excedant vſurarum. p.261.n.7

Vtile.

Vtile per inutile in actibus ſeparabilibus non vitiatur. p.180.n.7.& p.959.n.37

Et an id procedat in feudis. p.180.n.7

Vtile per inutile minime vitiatur, etiam ſi lex vltrà procederet annullando actum. p.539.n.3

Vulgaris ſubſtitutio.

Vulgaris ſubſtitutio. vid. ſupr. in verb. *Subſtitutio vulgaris.*

Vxor.

Vxor dicitur pars corporis viri, vnaque caro cum ipſo. p.319.n.3

Vxor diuortium petere poteſt, viro committente adulterium ſpirituale, & ſic recedente à Chriſtiana Religione. p.281.n.1

Vxor donationem propter nuptias ſibi factam à marito ſimpliciter reſtituere tenetur, cum dos ei à marito reſtituitur, ſecus ſi cum pacto expreſſo, vt totaliter eius lucro cedat. p.51.n.13

Vxor inſequens virum inſeruientem ſuo Principi, & ſic abſens à loco, in quo cum alio litem habet, iuſtam habet cauſam petendi reſtitutionem in integrum ex clauſula generali in Edicto Prætoris contenta aduerſus ſententiam, contra ſe latam, audito tamen eius Procuratore, quam tamen petere non potuiſſet, ſi fuiſſet præſens. p.505.n.1

Vxor militis, ſeu alterius perſonæ immunis, ſi efficiatur vidua, viri num gaudeat priuilegio in collectis. p.507.n.1.& 5

Vxor ob potentiam matrimonij amittit propriam originem, & ſortitur illam ſui viri. p.132.n.13

Vxor petere an poſſit quartam ſibi conſtitutam à viro filiofamilias, volente patre per ſcriptum Morgicap, ſi filius ipſe patri præmoriatur. In annot. ad Conſuet. Neap. verſ. *Nota hic.* p.988.alias 998

Vxor quidquid in ſuo poſſe habet, ex bonis viri acquiſiuiſſe præſumitur. p.157.n.3

Vxor reuerentiam debet marito ſuo. pag.936.num.4. verſ. *Quod autem.*

Vxor ſecunda ex mariti diſpoſitione plus habere non poteſt quam filius, vel filia prioris matrimonij. p.659.n.28

Vxor ſi marito prædeceſſerit, num eius hæredes poſſint petere quartam. In annot. ad Conſuet. Neapol. verſ. *Sed quid erit maritus.* p.991

Et vid. ſup. in verb. *Mulier.*

Vxor ſoluto matrimonio per mortem viri, non poteſt repetere dotem, & quartam ſibi à viro conſtitutam, ſed tantum maritus retinebit de dote, quantum vxor habuit pro quarta. In annot. ad Conſ. Neap. verſ. *Conſueuit.* p.988.alias 998

Vxor tranſiens ad ſecunda vota priuatur proprietate omnium bonorum quæ quouis titulo lucratiuo habuit à primo marito, & ad deſcendentes primi matrimonij ipſo iure transfertur. p.641.n.53.& ſeqq. & p.643.& 644.n.55. & ſeqq.

Vxor vidua, quæ dotem habuit in bonis ſtabilibus, viro in ſolutum datis pro eadem dote, num poſſit bona illa libere vendere, ſine Iudicis decreto, & conſenſu filiorum. In annot. ad Conſuet. Neapolit. verſ. *Nota verbum.* p.995

Vxor vigore Conſuetudinis Neapolitanæ eſt merè vſufructuaria antefati, ſi ex matrimonio procreentur filij, eaque mortua, talis vſusfructus conſolidatur cum proprietate, & vadit ad filios, vti hæredes patris. p.51.n.10.& 11

Vxor viuente marito num poſſit agere pro quarta in caſu,

caſu, quo agere poteſt pro dote. In annot. ad Conſuet. Neap. verſ. *Item mulier.* p.999. alias 989

Et num poſſit petere quartam etiam de legatis relictis Eccleſiæ. verſ. *Quæri conſueuit.* p.990

Et an poſſit petere quartam de re Eccleſiæ à marito conceſſa in emphyteuſim, vel de male acquiſitis. d. verſ. *Quæri conſueuit.* in med. p.991

Vxor num vocetur ad ſucceſſionem viri ſui defuncti, ſine hærede teſtamentario, vel legitimo ab inteſtato. p.771.n.134

Vxore condemnata in actione perſonali pro ære alieno ante matrimonium contracto, num exequutio fieri poſſit in bonis dotalibus per maritum poſſeſſis. p.142.n.4

Et quid ſi ſit condemnata per delictum. pag. 143. num.7

Vxorem ſi quis acceperit, & cum ea matrimonium conſummauerit, ſi deinde ei præmoriatur, de iure Longobardo debet vxor quartam habere in bonis mariti. In Annot. ad Conſuet. Neapol. verſ. *Pone quæſtionem.* p.992

Et quid ſi vxor ſit minor duodecim annis & antequam ad hos annos perueniat, maritus præmoriatur. d. verſ. *Pone quæſtionem.*

Vxori pro dote, & antefato an ſatisfieri poſſit ſuper bonis donatis contemplatione matrimonij, & filiis naſcituris. p.896.n.146. verſ. *Adeo.*

Vxoris in electione eſt, vel petere antefatum in pecunia, cum cautione de reſtituenda poſt mortem, vel petere vſumfructum ad tantùm pro centenario, remanente proprietate penes mariti hæredes. p.52. num.22.

F I N I S.

Laus Deo, Beatiſſimæ Virgini, ſine originali labe conceptæ, Diuo Ianuario, Diuo Blaſio ac Sanctis omnibus.

Errata corrigenda.

	Mendum.	*Emendatio.*
Cap.17. pag.60. n.2.	& ſic pro ſolo actu	& ſic non tantum pro ſolo actu
Cap.38. pag.81. n.4. in ſummario.	Dominum	dominium
Cap.55. p.129. n.26.	ſic recuſanis	ſic recuſantis
Cap.55. p.130. n.29.	intelliſienda	intelligenda
Cap.55. p.130. n.29.	gngulis lineis	ſingulis lineis
Cap.60. p.139. n.1.	de menſe quentis, vnde quid iuris quæreba Octobris ſetur	de menſe Octobris ſequentis, vn- vnde quid iuris quærebatur
Cap.99. p.214. n.10.	locus prius	locus pius
Cap.112. p.236. n.9.	in Bulla Cœnæ cap. 3.	in Bulla Cœnæ cap.2.
Cap.163. p.337. n.6.	qui feudum per plures annos	qui fundum per plures annos
Cap.165. p.339. n.1.	in inſtrumento.	in teſtamento
Alleg.3. p.513.n.3 in ſummario.	partes facere non poſſunt	patres facere non poſſunt
Alleg.16. p.536. n.7.	tertia ſit conſio	tertia ſit concluſio
Alleg.16. p.536. n.8.	ad lucrum ſpectaret	ad lucrum ſpectante
Alleg.36. p.579.n.1. in ſumm.	publicatio alicuius partitæ	duplicatio alicuius partitæ
Alleg.45. p.606. n.3.	ex proceſſatis	ex proceſſu ſatis
Alleg.53. p.632. n.2.	non amittitur	non admittitur
Alleg.82. pag.707. n.3.	talis obligatio	talis oblatio
Alleg.84. p.715. n.1.	ad dominium illius	ad Dominum illius
Alleg.91. p.754. n.14.	intentio feudatur	intentio fundatur
Alleg.113. p.844.n.18.	omnino amittenda.	omnino admittenda
Alleg.120. p.871. n.3.	Doctores non habent	decoctores non habent
Alleg.132. p.924. n.7.	in habitu perſeuerauerit clericali, & eſt laici viuendo.	in habitu perſeuerauerit laicali, & & laïcus viuendo

Digitized by Google

Digitized by Google